Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXVIII
H
37
NAPOLI

Digitized by Google

XXXVIII H 37

Digitized by Google

Digitized by Google

AMBROSII CALEPINI DICTIONARIVM OCTOLINGVE.

AMBROSII CALEPINI DICTIONARIVM,

QVANTA MAXIMA FIDE AC DILIGENTIA ACCVRATE emendatum, & tot recens factis accessionibus ita locupletatum, vt iam THESAVRVM LINGVÆ LATINÆ quilibet polliceri sibi audeat.

Adiectæ sunt Latinis dictionibus Hebrææ, Græcæ, Gallicæ, Italicæ, Germanicæ, Hispanicæ, atque Anglicæ;

Item Notæ, quibus longæ, aut breues syllabæ dignoscantur.

Præter alia omnia, quæ in hunc vsque diem fuerunt addita, præcipuè à IOANNE PASSERATIO, *olim in principe Academia Parisiensi Eloquentiæ Professore Regio,*

Accesserunt etiam insignes loquendi modi, lectiores etymologiæ, antitheta, translationes, emendationes, adagia ex optimis quibusque auctoribus decerpta.

Deinde magna sylua nominum, tum appellatiuorum, tum propriorum, vt virorum, mulierum, sectarum, populorum, Deorum, siderum, ventorum, vrbium, marium, fluuiorum, & reliquorum, vt sunt vici, promontoria, stagna, paludes, &c. ita vt omnibus alijs, quæ hactenus prodiêre, incredibili & rerum & verborum numero sit locupletius, quod videndum nota conspicientes || || exhibent.*

Pro operis coronide adiectum est Supplementum ex Glossis ISIDORI,

Adornatum à R. P. IOANNE LVDOVICO DE LA CERDA, *Societatis* IESV.

EDITIO NOVISSIMA.

LVGDVNI,

Sumptibus Hæred. PETRI PROST, PHILIPPI BORDE, & LAVRENTII ARNAVD.

M. DC. XLVII.

CVM PRIVILEGIO REG[IS].

NAPOLI

PERILLVSTRI,

AMPLISSIMO AC INTEGERRIMO DOMINO,

D. IOANNI LVDOVICO DE FAVCON,

EQVITI, D. DE RIZ, VICECOMITI D'AY, ET D'AVENAY, vtriuſque Conſiſtorij Regij Conſiliario, in ſuprema Normanniæ Curia Primo Præſidi, plenóque iure rebus forenſibus, politicis, ærariis, Præpoſito, in Vrbe, Prouincia, & Præfectura Lugdunenſi, & in Prouinciis Foriſienſi, & Bellijocenſi.

PVRPVRÆ tuæ patrocinium ambit illuſtris litterarum fœtus (PRÆSES AMPLISSIME,) optat in gremio tuo naſci ærarium omnium ſcientiarum, ingens illarum officina, vocale vehiculum litteraturæ, & tot tibi cupit conſecrari linguis, quot

populos Europa includit. Iuſtitiæ laudator orbis fieri debet, & principes populorum linguas in Themidis obſequium impendere, cui tota virtutum familia ſatellitium eſt, ſuam illi prudentia facem tradit, aſſidet cum præſidio militari fortitudo, ne irrepens ad tribunal metus, iuſtitiæ lances malè inclinet. Laureata mentis moderatio, vincens ſine cruore, triumphat illi ſine tumultu. Inuecta honorariis virtutum quadrigis iuſtitia, Regibus coronas intexit, plebeiis ſagum, purpuram patriciis diſpenſat. Ipſa naturæ reſpublica ſtat incolumis iuſtitiæ beneficiis, Magiſtram viæ ſuæ Themidem audit aſtrorum Princeps, momenta ſua, momentis illius expendit, iuſtitiæ manu dies, & annos deſcribit, alternis Elementorum damnis, medetur illa mundi malis, ſapiens efficitur Oceanus, quoties exaratum in puluere, Iuſtitiæ Imperium legit; coronam Cœlo, facem Deo, ad eius vocem ignis componit; principes igitur populorum linguæ debuerunt impendi, vt publica Iuſtitiæ beneficia enunciarent. Debetur hoc tibi (Præses Amplissime) cuius in moribus ſpirantem iuſtitiam agnoſcimus, totum illa fulgorem ſuum in ſinum tuum coniecit, vt maior appareret ex meritis tuis, virtutes tibi domeſticas effecit, vt non tam nobilitate generis, & purpuræ ſplendore, quàm illarum radiis nobis affulgeres, ſuas in te faces transfudit prudentia, ſuum in animo tuo auguſtale fixit, quia ſuas omnes in te diuitias & ſapientiam collegit. Nulla cupiditas conſtantiam tuam infringit, triumphas in fortitudine, nullus tibi dies abit ſine corona, quia gratiam, hoſtem Iuſtitiæ quotidiè vincis. Gaudent aliæ virtutes tibi fieri vectigales,

&

& creſcere beneficiis tuis. Quos retroactis ſæculis Senatores ſuſpexit Orbis, in te agnoſcimus, ſed impares tibi, gaudent à te vinci, & facta ſua emendari geſtis tuis, eaque ſimul à te poſſideri, quorum partibus vitam ſuam fortuna perfudit. Maturè aſſueuiſti Iuſtitiæ, cuius in gremio natus, purpuræ ſimul & vitæ lucem accepiſti, in Themidis ſacrario adoleuiſti, vbi vocalibus geſtis magni parentis eruditus, proluſiſti, futuræ magnitudini tuæ, exinde illuxiſti Rothomagenſi Cœlo, explicuiſti ſapientiæ tuæ faces in Themidis auguſtali, creuit in te purpuratæ familiæ lumen, ampliſſimis maioribus apparuiſti maior filius, nec vllus Senator ſapientia tua minor, tua luce creſcere erubuit. Mutaſti ſtationem fœlicitatis, vt illam augeres, & impleretur Gallia beneficiis tuis, cuius orbem fama tua impleuiſti, excepit te communibus gaudiis ciuitas noſtra, ſenſit Cœlum Lugdunenſe nouis radiis præſentiam tuam, credidit effuſus in lætitiam ciuis domeſticam ſibi fore fœlicitatem, dum in vrbe noſtra iuſtitiæ adminiſtrationem tibi prorogari ſenſit. Suſpexit in geſtis tuis, quidquid in aliis optabat, leges in moribus tuis legit, Canones audiuit in decretis. Videt te ſedere Patronum innocentiæ, & vltorem improbitatis, impleri non poteras amplitudine iuſtitiæ, ſcientia ſe tibi totam infudit, Athenæum erexit in animo tuo, in quo ſcientiæ omnes radiis te ſuis ornarent. Nos verò ſcientiarum operoſi aſſertores, in auctoramentum obſequij noſtri, tibi conſecramus in hoc volumine, principes Europæ linguas, triumphales ſcientiarum currus, laureata litterarum vehicula, quibus amplitudo vitæ tuæ per omnes populos inferatur,

tur, & qui curriculum honorum penè absoluisti, ambitum Orbis impleas laudibus tuis. Hæc est summa votorum nostrorum, vt in omnibus prouinciis exaretur iis apicibus gloria tua, quibus scientia se vocalem fecit, eoque charactere famæ tuæ, & gratitudini nostræ procuremus apud peregrinas nationes immortalitatem, quæ in animis nostris beneficiis te magnis fecit immortalem.

Tibi obsequentissimi & addictissimi

Hæres P. Prost, Borde, & Arnaud.

A D

AD LECTOREM.

SINGVLARE *Dei beneficium est, quòd magna solertia & industria præditi viri fuerint excitati, qui discere cupientibus liberales artes aliáque politioris literaturæ genera viam sternerent, adiumentáque memoriæ subministrarent. Enimverò cùm ipse sermo, ipsæque dictiones, minimè nobiscum nascantur, quantæ difficultates, quantæ animi anxietates nouis ieiunísque scholaribus præferendæ essent, si methodo inuestigandi vocabula, quæ sunt innumera, eáque rebus applicandi carerent, cùm plerique etiam doctissimi in plerisque vocibus hæsitent, earúmque sæpenumero significationem ignorent. Rarus quippe inter mortales qui omnia vocabula nôrit, nec nisi soli Deo conuenit vocum omnium simul ac rerum perfecta scientia. Quapropter non mirum si Doctores antiqui, ad memoriæ subsidium, composuerint sibi verborum commentarios & indices, qui præstò essent quærentibus, ac sine errore ac molestia rem quæsitam suggererent. Quod quidem Commentariorum, aut syllaborum genus, necessitas, vt alia, excogitauit, vsus autem & ratio expoliuit. Etenim cùm memoriam impediat atque obruat varietas omnis, tum verò illa perturbat facilè, quæ cùm sit numero copiosa, genere ipso est subtilis. Sunt autem ex hoc genere vocabula, quæ cùm ad res illustrandas sint excogitata, rebus ipsis leuiora sunt, & magis lubrica, faciliúsque memoriâ excidunt. Itaque nullatenus illaudabile est* AMBROSII CALEPINI *artificium, quod Dictionarium appellamus, cuius confectioni simul ac dispositioni præclaram operam nauasse in confesso est apud omnes de re literaria bene sentientes: nec in minori pretio habendæ sunt ad ipsum augendum tot & tam accuratæ doctissimi viri* IOAN. PASSERATII *lucubrationes, aliorúmque nonnullorum egregijs artibus & literis excultorum, qui pari studio ad idem locupletandum symbolas contulerunt, opera minimè spernenda: quorum omnium accessione susceptus à Calepino labor in iustam magnitudinem excreuisse videbatur. Qui quidem labor quàm inops & exiguus primùm in manus hominum venerit, nemo est qui ignoret. Omnes porrò præstantes hi viri suam sibi laudem iure vendicant, Calepinus quidem, quia prudenter Opus inchoauit; Passeratius, quia recensuit, defæcauit, auxítque multum; reliqui demum, pro collatis symbolis. Quoniam verò quæ nostram hanc præcesserunt editiones, præter ea quæ præfati viri ad hoc institutum congesserunt, non pauca se vel addidisse, vel emendasse, natiuóque nitori restituisse venditant; ideo, studiose Lector, quid hîc quoque à nobis sit præstitum, te monitum esse voluimus. In primis igitur quæ hactenus tum ad conflandum, tum ad augendum hoc Dictionarium conquisita fuerunt, omnia supra quàm credibile videri possit, accuratè recognouimus, defectúsque, qui siue Typographorum inscitiam, siue fortè Correctorum oscitationem spectes, irrepserant propè innumeri, quantum in nobis fuit, emendandos curauimus.*

uimus. Deinde tantum abest vt Operis magnitudo nos deterruerit ab auctibus, quin potiùs ad ampliores excitârit: siquidem suscepti operis amplitudo facit, vt quò plus adiunxeris, modò considerate, eò meliùs quid operis ratio postulet, intelligatur. Quod quidem eapropter fecimus, ne fortè tam ijs, qui ante nos hoc stadium sunt ingressi, quàm illis, qui post nos idem ingressuri sunt, nimis inopes, & angusti, vel exhausti, videremur. Vt autem faciliùs & quasi vno oculi intuitu cognoscatur, quæ (præter S. ISIDORI *Glossarium, quod deformatum admodum, hic autem ope doctissimorum hominum emendatum) Latinæ, & à Latinis Auctoribus vsurpatæ tum puræ, tum barbaræ voces huic operi accreuerint, notæ huiusmodi || || designabunt. Cæterùm ne quem offendat nostræ editionis commendatio, siue recognitio spectetur, siue correctio, dispositio, incrementum, sumptus, & id genus alia, quæ ad ampliorem eius illustrationem conducere poterunt, non erubescemus illi soli inter omnes quæ hactenus præcesserunt, palmam assignare. Quod an verum sit, tibi, Lector, vt æquo æstimatori, expendendum relinquimus. Interim, abiectâ glande, tot inuentis, collectis, paratísque frugibus vescere securus.* VALE.

SVMMA

SVMMA PRIVILEGII
REGIS CHRISTIANISSIMI.

LVDOVICVS XIV. Dei gratiâ Galliarum & Nauarræ Rex Christianissimus, singulari priuilegio sanxit, ne quis per vniuersos Regnorum suorum fines, intra decennium, à die editionis primæ computandum, imprimat, seu typis excudendum curet, & vænale habeat Opus quod inscribitur, AMBROSII CALEPINI Dictionarium octolingue, iam recèns infinitis penè dictionibus locupletatum, & innumeris locis emendatum, præter ANTONIVM BERTIER, Bibliopolam Parisiensem, aut illos, quibus ipsemet concesserit. Prohibuit insuper eâdem auctoritate Regiâ omnibus suis subditis, idemmet opus extra Regni sui limites imprimendum curare, vel quempiam, vbicumque fuerit, ad id agendum impellere, ac instigare, sine consensu dicti ANTONII BERTIER. Idque omne sub confiscatione librorum, aliísque pœnis originali diplomate contra delinquentes expressis. Dabatur Parisiis 14. Iunij 1644.

Ex mandato Regis

Signatum

BERAVD.

LE dit ANTOINE BERTIER a cedé le droit du susdit Priuilege aux Sieurs Heretier P. PROST, PHILIPPE BORDE, & LAVRENT ARNAVD, en Compagnie, Marchands Libraires à Lyon, par Acte passé entr'eux le 23. Iuin 1645.

Peractum id operis 20. die Maij 1647.

IOANNES

IOANNES TRITHEMIVS DE ECCLESIASTICIS SCRIPTORIBVS.

AMBROSIVS CALEPINVS Bergomensis, Ordinis D. Augustini, quo tempore Ludouicus Sfortia Mediolanensibus Dux præerat, floruit diuinarum & humanarum literarum indagator studiosissimus. Vnde opus pergrande suâ industriâ, magno labore, ex innumeris propè Authoribus collectum, de vocabulorum notitiâ, & præpositionum interpretatione Græcâ & Latinâ cum Authorum attestatione, nobis commune fecit. In quo non solùm quæ ad literarum, Poëtarum, & Oratorum cognitionem plurimum conferunt, sed etiam quæ ad Medicos, Philosophos, necnon Doctores Ecclesiasticos pertinent, vocabula doctè satis, elegantérque explicuit. quæ profectò doctis pariter & indoctis, non mediocre attulerunt subsidium.

M. F. AMBROSIO CALEPINO BERGOMENSI

LATINA QVANTVM DEBEAT LINGVA,
EXPRIMI LINGVA NON POTEST.
LATIOR LATIO IPSO SCRIPTORIS FAMA,
QVI ABIIT HINC, HINC NON ABIENS,
M. D. V.

ALOYS. NOVARIN.

AMBROSII

AMBROSII CALEPINI DICTIONARIVM OCTOLINGVE.

A

A Ab Hebræis, Græcis, Latinis, Arabicis, atque Hispanicis gentibus, quin etiam cunctis terrarum nationibus (teste Isidoro *lib.* 1. *Etymologiarum*) prima semper extitit. Non tamen eadem apud omnes prolatio. Hebræi enim, Græci, & Arabes non simpliciter proferunt. Aleph Hebraice, Alpha Græce, & Alif, seu Alipha Arabicè sonat. Latini verò & Hispani purè pronuntiant. Deinde apud Hebræos & Græcos vnà cum reliquis Alphabeti litteris numeris deseruit. Aliquando absolutionis est nota, sicut C, condemnationis, inde salutaris à Cicerone dicta est. ‖ Hæc litera clara ex arteria prodit, os tendens hilaritate quadam liberius aperit, spiritúsque profundior sapte natura palati conuexum ferit: eius sonus magis auditur in principio, quàm in medio, remissior in fine dictionis: fit tamen in principio clarior, si subsequatur minus vehementis spiritus consonans: at si huiusmodi literæ geminentur, maius incrementum suscipit: si diuersæ etsi repentes succedant, non parum asperitatis habet: denique iuxta qualitates consonantium aut simpliciter positarum, aut geminatarum, aut diuersarum, coeuntium inter se, modò suauius sonat, modò asperius strepit. Cæteráque sunt præstantia longè anteit vox illa, in qua plurimum viget A, quod maximè tum in oratione deprehenditur, tum in carmine. Sic duobus potissimum locis apparet, in versu penthemimeri scilicet, & hephemimeri, vbi fit arsis, & thesis, magis canora fiunt carmina. Grandiori figuræ nullum accommodatius elementum. Huius concursus, & positus crebrior non tam exprimit magnitudinis & grauitatis formam: vt,

——at nunc horrentia Martis

Arma virúmque cano, &c.

quàm animi affectum declarat: vt,

Phyllida amo ante alias, nam me discedere fleuit:

At regina graui iamdudum saucia cura.

duo maximè apud Maronem affectus. Verùm quia vocales breues gratiæ parum idoneæ, longiores verò multo præstantiores: vt ait summus & optimus dicendi magister, quem in dubium reuocet quis per magis aptus sit, & conueniens in fine clausula, Trochæus, an Iambus: Iambum concludit, qui constet vltima longa. Trochæus verò breui: non indignum fore existimaui hic subnectere, & singulis elementis (quod non parum conferet ad numeros orationis, si rectè res perpendatur) correptionis & productionis regulas in tota dictionis fine, tam in principio, & in medio optimorum authorum petamus exempla: dent veniam viri docti, non enim ipsis hæc scribimus, sed nouitiis.

A, in fine cuiuscumque dictionis producitur. Corripiuntur, *ita, quia, puta*: item nominatiui & vocatiui, nisi vocatiuus à nominatiuo in as: numeralia verò in ginta communem habent vltimam. Hæc à tergo aspirationem accipiens, fit interiectio: de qua vide infrà suo loco.

A autem præpositio sine aspiratione & cum graui accentu scribitur. Deducitur enim ab ἀπὸ Græca præpositione, remota vltima syllaba πὸ: à qua præpositione Ab quoque deduci videtur, ablata vltima litera o, & mutato π tenui in suam mediam b. Eadem ratio est de Abs: quarum trium eadem est significatio: in hoc autem tres differunt, quòd A nunquam coniungitur cum dictionibus incipientibus à vocali: Ab verò cum omnibus vocalibus, & præterea cum l & r duabus liquidis, & i consonantis locum tenente: vt, Ab lege, Ab rege, Ab Ioue (licet apud Liuium cum aliis quoque consonantibus coniunctum legatur) & Abs cum t, & q: vt Abs Tullio, Abs quolibet. Quæcunque igitur de A, eadem & de Ab & Abs, quantum ad significationem attinet, dici & posse & debere est putandum.

Ā, præpositio producitur, & grauatur in contextu. Priscian. *lib.* 1. *de diction.*

Ā, motum à loco significat: vt, Redeo à villa, ab agro: Venio ab vrbe, ab Italia. Virg. 2. *Æneid.*

Et iam Argiua phalanx instructis nauibus ibat

A Tenedo.

Neque solùm motum à loco significat: sed etiam tempus, & tum maximè declaratur per quum: vt, A puero te noui, id est, quum puer adhuc esses te noscere cœpi. Sic, Ab infantia te dilexi, quum dico, significo statim quum inciperet infantia, cœpisse esse meam dilectionem.

A, in ablatiuo breue. Hilarius,

——per quem data luce renati.

‖A, in dictionibus Græcis præposita priuat, vt Apathia, priuatio passionis, &c.‖

A & Ab proximitatem loci significat. Cic. *lib.* 1. *Acad.* Nunciatum est nobis à M. Varrone, venisse eum à Roma pridie vesperi. Hoc est, non ex ipsa vrbe Roma, sed (vt vulgus loquitur) de propè Romam. Nam à vel ab, sic differt ab é, vel ex. A Theatro venit, qui à loco qui est iuxta theatrum venit. E theatro venit, qui in ipso theatro fuit. His contraria sunt Ad & In: vt, Eo ad templum, & eo in templum. Author Seruius *in arte.* Hæc tamen differentia interdum confunditur ab authoribus.

Ā vel ab, iunctum cum verbis passiuis, caussam efficientem, siue personam agentem significat: vt, Victus est à Scipione, id est, Vicit eum Scipio. Quintil. *lib.* 9. *c.* 2. An ab eo fustibus vapulasset. Verti potest hic ablatiuus in datiuum, Græco more, Cic. Neque senatui, neque populo, neque cuiquam bono probatur. Et, Audita vobis esse arbitror, Virgil. *Æneid.* 1.

——neque cernitur vlli.

Ibidem,

Nulla tuarum audita mihi neque visa sororum.

Interdum ponitur pro Post, μετὰ, cum accusatiuo, & ἀπὸ. Cic. *de senect.* Cuius à morte hic tertius & tricesimus est annus: hoc est, post cuius mortem. Sic dicimus, A partu, A funere, A commeatu: quod est, Post partum, post funus, post commeatum. Sueton. *in Cæsare.* Plebs statim à funere, ad domum Bruti & Cassii cum facibus tetendit: hoc est, post celebratas exequias. Idem *in Tiberio.* A commeatu castra repetentes, & A tergo, id est, post tergum, retrò, pone, ὄπισθεν, κατόπιν. Liu. 3. *ab Vrbe.* Neque hostium à tergo incursum vidit. Sic A somno, id est, post somnum. Dicimus etiam non ineleganter, A rege secundus: quod est, Post regem primus. Idem 1. *ab Vrbe.* Si dignum qui secundus à Romulo numeretur, creaueritis. ¶ Quandoque significat De, vel Ex. Terent. *in Adelph.* A villa mercenarium vidi. Sueton. *in Vesp.* Alterum ad Iuniam Caluinam à gente Augusti pertinere dicebat: pro, de gente. Martialis,

——ipsam protinus à via salutes.

Et Cic. A Pausania Lentuli liberto audiui, quòd alibi per De, vel ex, enunciauit: vt de Philadelpho audies: id est, Philadelphus tibi dicet. ¶ Quandoque habet vim defensionis, & significat Pro, ὑπὲρ, cum genitiuo, vt, Ab aliquo facere: ab aliquo stare: ab aliquo esse: ab aliquo dicere, nullam aliam habent vim & sententiam, quàm si diceres, adiuuare & defendere aliquem, vel caussam alicuius & defensionem suscipere. Cic. *in Bruto.* Nec verò M. Cælium prætereundum arbitror, quæcunque eius in exitu vel fortuna, vel mens fuit: qui quàm diu auctoritati meæ paruit, talis tribunus plebis fuit, vt nemo contra ciuium perditorum

ditorum popularem turbulentámque dementiam à Senatu, & à bonorum causa steterit constantiùs. Idem *de iuuent.* Commune est quod nihilo magis ab aduersarii, quam à nobis facit. Idem *de Orat.* Sed vide ne hoc totum Scæuola sit à me. Vbi quod A Senatu ait, & A causa bonorum, perinde est ac si dixisset: Pro partibus Senatus, & bonorum, hoc est, Senatui studuerit & fauerit, eúmque tutatus fuerit. Idem *pro Cluentio*, Non modò dicendi à reo, sed ne surgendi quidem potestas fuit: id est, Pro reo: hoc est, In gratiam & fauorem rei. Sic dicimus,

A quæstionibus, A testibus, A voluntate, quæ loquutio creberrima est apud idoneos autores: quasi defensor quæstionum, testium, & voluntatis alterius. Ab aliquo soluere, persoluere, dare, numerare, repræsentare, vel suppeditare quis dicitur, si quod ipse alicui debet, id curet, vt alius pro se ac nomine suo soluat, det, numeret, repræsentet, aut suppeditet. Cic. *ad Attic.* Frater elaborat vt tibi quod debet ab Egnatio soluat. *Pro Cecinna.* Hac emptione facta pecunia soluitur à Cesenna. Idem *pro Planc.* Sinite me, quod vobis fretus, huic sæpe promisi, id à vobis ei persoluere. Idem *pro Flan.* ab Sixtilio dicit se dedisse & suis fratribus. *Ibid.* Si prætor dedit, à Quæstore numerauit. Idem *ad Attic.* Reliquæ pecuniæ vsuram Silio pendemus, dum à Faberio repræsentabimus. Idem *con. Rull.* Sumptum haurit ex ærario, suppeditat à sociis. ¶ Hinc natæ sunt illæ Iurisconsultorum formulæ, Ab aliquo possidere, Ab aliquo vti, id est, possessionem & vsum ab aliquo nactum esse. *l. 1. D. vti poss. & l. 1. D. de usu. adlúque priu.* ¶ Officiorum prætereà & dignitatum nominibus præposita, eos significat, qui iis aut officiis, aut dignitatibus funguntur: qua quidem in re latissimus huius propositionis est vsus. Nam A studiis dicitur esse, qui pro eruditione & doctrina sua, præest studiis alicuius, puta principis. Ab epistolis, ὁ ἐπὶ τῶν ἐπιστολῶν, qui præest epistolis, siue vt eas accipiat, siue vt ad illas respondeat.

A rationibus, qui nunc vulgò Clericus, siue Magister computorum dicitur, Sueton. *in Claudio*, Super hos Polybium à studiis, Narcissum ab epistolis, & Pallantem à rationibus, quos decreto quoque Senatus non præmiis modò ingentibus, & Quæstoriis, Prætoriisque ornamentis ornari libenter passus est.

A libellis, qui libellis supplicibus præest, ὁ γραμματεὺς τῶν ἱκετηριῶν. Sic

A batis, qui præest mensuris, quíque annonam mensuris diuidit. Nam batus, mensuræ genus est.

A caliculis, qui præest caliculis, quæ sunt vasa potoria, ὁ ἐπὶ τῶν κύλικων.

A commentariis, qui præest commentariis, hoc est, qui in commentarium custodias refert, & veluti diarium custodiarum conficit. Hunc Asconius Pædianus, Commentariensem vocat, Hieron. *lib. 2. Reg.* Iosaphat erat à commentariis.

A manibus, siue à manu, dicuntur scribæ, quorum manu ad literas scribendas principes vti solent, οἱ ἐπὶ τῶν ἐπιστολῶν χειρῶν. Sueton. *in Cæsare*, Philomenem à manu seruum, qui necem suam per venenum inimicis promiserat, non grauius quàm simplici morte puniit. Hi alio nomine, Ad manum, dicuntur. Cic. *lib. 3. de Orat.* Licinium seruum sibi Gracchus habuit ad manum. Similiter Amanuenseis eos Sueton. alibi vocat.

A memoria, cuius officium est suggerere principi res obeundas, & quæ sunt agenda, in memoriam illius reuocare, ex præscripto, ὁ ἐπὶ τῆς μνήμης τοῦ βασιλέως.

A pedibus dicuntur serui, quorum pedibus vtimur. Cic. *ad Attic.* Nec vllam ob aliam causam, Pollucem seruum à pedibus Romam misi. Martial. *lib. 5.*

Omnia quum retrò pueris obsonia tradas
Cur non mensa tibi ponitur à pedibus?

Item *lib. 7.* eosdem vocat Ad pedes: Misto (inquit) lagenam replet ad pedes vino. Inuenimus etiam pro eodem Pedes sine præpositione. Idem *lib. 3.* At ipse retroflexus ad pedum turbam. Et sciendum, A pedibus, per omneis casus eadem terminatione dici. Rectè enim interrogaueris, Quid agunt à pedibus? Intelligitur enim ibi, Serui à pedibus, Misi à pedibus, Dedi à pedibus meis. Hi etiam Circumpedes vocantur. Vnde ait Agretius, Circumpedes, sunt obsequia seruorum: Antepedes, amicorum. Cic. Circumpedes autem homines formosos & literatos, suos esse dicebat.

A pugione dicitur qui principis pugionem gestat, eique semper præstò est. Lampr. *in comm.* Inter quos libertinus, qui à pugione appellatus est.

A punctis, qui præest reditui aquariorum, apud Frontinum *lib. 2. de Aquæduct.*

A secreto, siue à secretis, Secretarius dicitur, qui ab ore principis (vt docet Budæus *in prioribus in pandectas Annot.*) imperia recipit diplomatum subscribendorum, edictorúmque, quæ in consilio selecto decerni solent, ὁ ἐπὶ τῶν ἀπορρήτων.

A vestiario dicebatur, qui princeps erat à veste. Nicetas Choniates πρωτοβεστιάριος. Itaque à vestiario est, qui vestem dat Principi.

A voluptatibus, qui studium habet comminiscendi voluptates ad principem oblectandum. Vnde olim Xerxes edixit se præmium daturum ei, qui nouum voluptatis genus reperisset. Suet. *in Tiberio*, Denique officium instituit à voluptatibus, præposito equite Romano, T. Cæsonio Prisco. ¶ Aliquando etiam hæ præpositiones pro contra, ponuntur. Virg. in Melibœo,

Dum teneras defendo à frigore myrtos, hoc est, contra frigus.

Cic. *pro Fonteio*, A quo periculo defendite, iudices, ciuem fortem. ¶ Quandoque ponuntur pro Per. Plaut. *in Rud.* Ab se cantat cuia sit, id est, per se, sua sponte. Idem *in Bacchid.* Nunc ab transenna hic turdus lumbricum petit: id est, per transennam. ¶ Quandoque pro Præter, siue Contra: vnde Ab re, significat Præter, siue contra vtilitatem, aut sine vtilitate, ἀσυμφόρως. Plaut. *in Capt.* Quiduis, dum ab re ne quid ores, faciam: id est, ne quid ores alienum ab honestis moribus, quod bonis moribus non conueniat. Idem *in Trinum.* Ab re consulit, id est, frustrà. Sæpiùs autem vsurpatur cum particula negatiua, Plaut. *in Asinar.* Haud ab re aucupis. Liuius, Haud ab re duxi.

A vel Ab, pro Ἕνεκα, siue pro eo quod dicimus, Quod pertinet ad. Cic. *ad Atticum*, Sumus enim agitiore in[illegible]arati cum à militibus, tum à pecunia. Idem *de Oratore*, Hæc quum Crassus dixisset, parumper & ipse conticuit, & à cæteris silentium fuit. pro, Quod ad milites, ad pecuniam, ad cæteros pertinet, Plaut. *in Epidico*, A morbo valui, ab animo æger fui: id est, quod ad morbum, quod ad animum pertinet. Idem *in Curc.* Tam à me pudica est, quasi soror mea siet. Pudica (inquit) est, quod ad me attinet. Huc pertinent & hæc, Ab animo perit, Ab re perit, Ab animo otiosus, Ab ingenio improbus. Doleo ab animo, Doleo ab oculis, & similia apud Plaut. ac Terent. ¶ Accipiuntur etiam

A vel Ab, pro eo quod vulgò dicimus, *de parte.* Plin. *lib. 33.* Quod à Sole sunt, in iis melius, quam quod à terra, pro Versùs Solem, & versùs terram. Idem *lib. 2. cap. 47.* Sunt ergo bini in quatuor cæli partibus: ab Oriente æquinoctiali Subsolanus, ab Oriente brumali Vulturnus. Dicitur tamen & A parte, pro eodem. Plin. *lib. 13. cap. 15.* Laudatissimo à parte Aquilonis, aut cum spongiis.

A vel Ab prætereà cum ablatiuo personæ eleganter domicilium significat: vt A iudice venio: hoc est, à domo iudicis. Terent. *in Andr.* Vnde est? dic clare: MY. A vobis, id est, à domo vestra. *Ibidem*, Sed Mysis ab ea egreditur. Sic A me. A Glycerio: apud eundem.

Ab eo, pro eius. Terent. *in Eunucho.* Adibo, atque ab eo gratiam hanc, quam video velle, inibo. Vbi Donatus: Hæc est eloquutio, Gratiam ab eo inibo, pro, Eius gratiam merebor. Nam ab eo, amat Terentius, pro, eius, ponere: vt *in Andria*, Hæc primum animaduertenda ab eo iniuria est, id est, eius iniuria. ¶ Sunt & aliæ harum præpositionum significationes, cuiusmodi sunt quæ sequuntur Cæsar. Opportuno, atque occulto loco à millibus passuum circiter duobus, Romanorum aduentum expectabant pro interuallo duûm millium passuum. Idem, Positis castris à millibus passuum quindecim, auxilia Germanorum expectare constituit. Liuius verò aliter loquitur *lib. 1.* Castra à Fidenis mille passuum locat. pro distantia à Fidenis mille passuum. Idem, Castra ab vrbe haud plus quinque millia passuum locant. & sic alibi sæpe.

Ab aliquo legare. Cicero *pro Cluent.* Itaque ei testamento legat grandem pecuniam à filio, à secundo hærede nihil legat. subintellige tradendam: id est, A. Cluentius ita legat Oppianico grandem pecuniam: vt is eam nonnisi à filio, si quis natus esset, accipere posset: vt scilicet ipsi Oppianico curæ esset salus filij, quum in ea tantùm suum emolumentum positum intelligeret. Nam legata non valebant, si ità quo nominatim testamento relicta erant, hæres esse non potuisset.

A lenone manu asserere, apud Plaut. *in Pers.* Sermo est in compendium redactus, pro eo quod est, à lenonis possessione, vel dominio.

A calce ad carceres, id est, à fine ad principium. Cic. *de Senect.* Nec verò velim quasi decurso spacio à calce ad carceres reuocari. hoc est, à senio ad pueritiam.

A cura præstantior. Suet. *in Tiberio*, Sed affectatione & morositate nimia obscurabat stylum, vt aliquanto ex tempore, quàm à cura præstantior haberetur.

A matre pulli, id est, recentes à nido accepti. Colum. *lib. 8. cap. 5.* Budæus.

A memoria exit, id est, obliuioni traditur. Seneca *lib. 3. de benefic.* Quantum opus sit, quàm laudabile, quámque nunquam à memoria hominum exiturum.

A & Ab, eleganter vtimur cum his dictionibus Vsque & Propè. Cic. *de diuin.* Vetus opinio est iam vsque ab heroicis ducta temporibus. Virg. *Æneid. 7.*

Dardanium Siculo prospexit ab vsque Pachyno.

Plin. *lib. 25. c. 18.* Tam propè à muris habemus hostem. Hæc de significatione & vsu harum præpositionum A, & Ab, & Abs, cæteris dictionibus appositarum. In compositione separationem significant, & priuationem. Neque tamen cum quibusuis literis coniunguntur. Nam A cum m & u consonante solùm connectitur: vt, Amoueo, amens, auello.

A, quum præpositio est, apud Iureconsultos immediati temporis vim habet. Pompon. *l. 2. de orig. iur.* dixit, à cæde. Paulus verò *in l. pater. ff. de adulteriis*, à diuortio: quorum locorum interpretatio est, illicò post cædem, post diuortium. Ab, cum a d e f i l n o r & u, vt, Abactor, Abduco, Aberro, Abfore, Abiuro, Ablato, Abnuo, Abortior, Abrogo, Abundo. Duo sunt ex Ab præpositione composita, quæ euphoniæ causa b, mutant in u, Aufero videlicet & Aufugio. Significant autem, vt diximus, hæ præpositiones in compositione ferè priuationem, vt Absimilis, non similis. Nonnunquam separationem: vt Abduco, Aufugio. Interdum idem valet quod Extra: vt, Abduco. Aliquando idem quod Contra: vt, Abusus, Contra vsum. Aliquando superfluæ sunt, vt apud Liuium. Flauius supplementum ab Roma abduxerat. Cic. *pro Rosc. Amer.* Non est necesse omnes commemorare Curios, Marios, Mamercos, quos iam ætas à prælio auocabat. Quasi A milite Macedonio esset. Plaut. *Pseud. 1. sc. 7. a. 4.* Ille qui abest A milite. Idem *Pseud. 1. a. 4.* Qui A parte aduenit Carysto. Idem *Pseud. sc. 1. a. 2.* Symbolum qui à milite allatus est (de sa part.) Idem *Pseud. sc. 4. a. 2.* Sed foris concrepuit hinc A vicino senex. Idem *Milite sc. 1. a. 2.*

Tempus & A nostris exige triste malis (id est, ob nostra mala.)

Ouid. *Eleg. 3. lib. 4. Trist.*

Cognoram A parua virgine magnanimam.

Catull. *de com. Beren.* A propinquis opem ferre clienti (i. aduersùs propinquos.) Gell. *cap. 13. lib. 5.* Vt valeat haud à pecunia perbenè. Plaut. *Aul. sc. 4. a. 1.*

Quique sit à summo longius loste, &c. pro absit à.

Ouid. *Eleg. 4. lib. 4. Trist.* A vitio studióque ostentationis loquacior. Gell. *cap. 14. lib. 5.* Abs te equidem sumam. Tu à me sumes? Plaut. *Pseud. sc. 5. a. 1.* A metu otiosus esse iubet. Gell. *cap. 29. lib. 2.* Internatus est à minimo ad maximum Plaut. *Pseud. sc. 1. a. 3.* Iussero cadum vini veteris à me afferrier. Idem *Aul. sc. 5. a. 3.* Estne à milite Macedonio (i. ab eo missus, vel ex eius familia.) Idem *Pseud. sc. 2. a. 3.* Aurum contra cedo modestum amatorem: aurum à me accipe. Idem *Curc. sc. 1. a. 1.* Ædes septimæ à porta. Idem *Pseud. sc. 2. a. 2.* A mane ad vesperam pugnata pugna. Idem *Amph. 1.* A valetudine inoffensa viuere. Gell. *cap. 1. lib. 2.* A Menandro mutat Cæcilius i. præ Menandro. Idem *cap. 23 lib. 1.* A summa manu. Ouid. *Eleg. vlt. lib. 3. Trist.*

Auferte libros à me, i. ex loco vbi sum.

Plaut. *Curc. sc. 4. a. 4.* A principio, vide *Principium.* A me consilium petunt. Idem *Curc. sc. 1. a. 2.* A milite aspicere hominem. Idem *Mil. sc. 2.*

*sc.*2.*a*.2. Quando exterit à nobis. Idem *Mil.sc.*1.*a*.1. Has esse à nobis (i. ex ædibus nostris.) Idem *ibid.sc.*3.*a*.2. A seruis caste se habere. Gell. *c.*12.*lib.*15. Tam à me pudica est, quam si soror mea siet. Plaut. *Curc. sc.*1.*a*.1. Cùm aduenias à foro domum (pro ex.) Idem *Mil.sc.*6.*a*.2. A Sole mitescere vuas. Gell.*c.*8.*lib.*15. Quando exterit à nobis. Plaut. *Mil. sc.*6.*a*.2. M. Audiuisti? E. vsque à principio omnia. Idem *Aul.sc.*5.*a*.3. Ei dedi virginem, qui argentum à te attulit. Idem *Curc.sc.*4.*a*.4. Dabo à me meóque gnato. Idem *Capt.sc.*1.*a*.4. A me possum dare chlamydem Idem *Pseud.sc.*4.*a*.2. Date viaticum à Trapezita. *Ibid.* In honore summo est, & ab summis viris. Idem *Capt.sc.*2.*a*.2. A nobis est mercatus mulierem. Idem *Pseud.sc.*2.*a*.2. Quos emi de præda à quæstoribus. Idem *Capt.sc.*3.*a*.2. Inibis a me gratiam (id est, meam.) Idem *Curc. sc.*1 *a*.3. Qui amant à lenone. Idem *Pseud.sc.*2 *a*.1. Non à me scribas pistrinum. In mundo tibi, (*de ma part.*) Idem *Pseud.sc.*5.*a*.1. Idem *Aul. sc.*2.*a*.2. Diutinum, à manè ad vesperam, supplicium. Idem *Mil.sc.*6. *a*.2. Quid à nobis metuit? Idem *Capt.sc.*2.*a*.4. Vsque à puero seruisti, Idem *ibid. sc.*4.*a*.3. A puero puer, vt quis educatus. Idem *sc.*3.*a*.5. Is quem dixi à principio. Idem *sc.*4.*a*.3.

A vero tertia caussa venit.

Ouid. 5. *Fast.* Dum à sanguine recentia sunt vulnera, sanitas facilis, Senec. *cap.*1. *de Consol.*

——— *A Ioue tertius Aiax.*

Ouid. 13. *Met.* A voluptatibus de offic. serui, Suet. *in Tiber.c.*43. A præpositum nominibus oppidorum patriam significat: vt, A Placentia, A Puteolis. i. Placentinus, Puteolanus. Cæs. 3 *de bell. ciuil.* A moribus, A viribus, A fortuna probare milites. Suet. *in Cæsar.c.*65. A manu seruus. Idem *ibid.c.*74. *in August.c.*67. A se addit verba *de fin.* Idem *c.*84. A se diuidere nummos. Idem *in Aug.c.*40. Is quem dixi à principio. Plaut. *Capt.sc.*4.*a*.3. Si ipsus à foro redierit. Idem *Aul.sc.*3.*a*.2. Megadorus eccum, incedit à foro. *Ibid.sc.*4 *a*.3. A mensa surgere. Idem *Pseud.sc.*3. *a*.1. A tergo, vide *Tergum.* Præterea sciendum non solum hanc particulam significare motum è loco, sed etiam à tempore: vt cum dico, Profectus ab Æmilia Romam me contuli, significo me iter ab Æmilia cœpisse. Sic verè dices, Ab infantia te dilexi, cùm scilicet inciperet infantia. Abs verò componitur cum c, q, & t, vt Abscondo, Absque, Abstineo. Significat quoque retractationem, sicut in Abstraho. & aliquando priuationem, vt in Abstemius, quasi sine temeto.

Aaron, {אהרן *Aharón.* Ἀαρών.} Suidæ. Nomen proprium summi Sacerdotis apud Hebræos, qui vnà cum fratre Mose Israelitas eduxit ex Ægypto.

A B

Ab, præpositio. *Cuius ab alloquijs anima hæc moribunda reuixit*, Ouid. *Eleg.*5.*lib.*4.*Trist.* Quiduis ores, dum Ab re ne quid ores, Plaut. *Capt. sc.*2.*a*.2. Coruus mihi cantat ab læua manu, idem *Aul.sc.*3.*a*.4. Ab te exit domo, idem *Men.sc.*2.*a*.1. L. Cuiatis? C. Ab Therapontigono milite, idem *Curc.sc.*1.*a*.3. Rem pro ista solui ab Trapezita meo, idem *ibid.sc.*1.*a*.1. In honore summo est & ab summis viris, idem *Capt.sc.*2. *a*.2. Ab aliquo cauere, vide *Cauere.* Da puere ab summo, tu ab infimo da suauium, idem *Asin.sc.*2.*a*.5. Ab epistolis, à studiis seruus, Sueton. *in Claud. cap.* 28. Ab ira grauiorem cædem edere, idem *in Tiber. cap.*68.

Lucemea Marso Consul ab hoste cades,

Ouid. 6. *Faster.*

In spe vitis erat culmum nigrescit ab Austris,

idem 5. *Faster.*

——— *Flammas excussit ab aura.* i. flatu.

idem 3. *Fast.* Credo te esse ab illo, ita nugas blatis, Plaut. *Curc.sc.*1. *a*.3. (i. ex eius familia.) Ab dextra, ab læua, vide *Dextra & læua.* Abscede ab ianua, idem *Mostell.sc.*1.*a*.1. Odiosus tandem vix ab ægrotis venit, idem *Men. sc.*3. *a*.5. Concede huc ab isto, quod potes, longissime, idem *Ibid.sc.*2.*a*.5. Da ab Delphio cantharum circum, idem *Mostell. sc.*4.*a*.1.

Alter ab alterius funere mœstus erat,

Ouid. *Eleg.*4.*lib.*4.*Trist.*

Néve peregrinis tantùm defendar ab armis,

idem *Eleg.*1.*lib.*2.*Trist.* Ab oculis valere, Gell. *cap.vlt.lib.*13.

Carmina fecerunt vt me moréque notares
Iam pridem inuisa Cæsar ab arte meos,

Ouid. *Eleg.*1.*lib.*2.*Trist.*

——— *viridi malè textus ab vlua,*

Idem *Eleg.*1.*lib.*4.*Trist.*

Imus ad insignes vrbis ab arte viros.
——— *tua nunc mitissime Cæsar*
Fiat ab ingenio mollior ira meo,

idem *Eleg.*1.*lib.*2.*Trist.* Ab ianua abegi vxorem, Plaut. *Menæch. sc.*2. *a*.1. Ab domo abeundum est mihi, idem *Aul.sc.*2.*a*.1. Ab alienis cautiores sunt ne credant alteri, idem *Pseud. sc.*3.*a*.1. id est, aliorum exemplo. A Mitylenis recepit vxorem Pompeius, Velleius 2 c.d. A Calatia & à Casilino exciti, Velleius 23. 2. Id haud est ab te aucupis, Plaut. *Asin.sc.*3.*a*.4. Eripe oculum isti, ab humero qui te tenet, idem *Asin.sc.*1.*a*.5. Munera ab amatoribus conuenant, idem *Pseud.sc.*2.*a*.1. ‖Ab ore honestissimus, id est, formosissimus facie. Apuleius *in Apologia.* ¶ Hæc dictio apud Hebræos mensem significat, qui Quintili respondet, non verò Augustum, cui respondet Elul.‖

Abs te quidem sumam. Tu à me sumes? Plaut *Pseud.sc.*5.*a*.1. Abs te ac tuis me irrideas, idem *Aul. sc.*4. *a*.1. Caueo mihi abs te caute, idem *Menæch.sc.*2. *a*.1. Da soles abs te aurum aurifici, idem *Menæch.sc.*3. *a*.3. Domo hoc abs se surripuisse, idem *Menæch.sc.*2.*a*.3. De hac præpositione vide supra in A.

‖Aba, Latinis est, quod Græcis ἄττα: compellatio, quâ apud veteres iunior ad seniorem vtebatur.‖

Aba, Xenophanis filia, quæ Olbi Ciliciæ vrbis tyrannidem, quam pater procuratorio nomine administrarat, cultu obsequiisque ab Antonio & Cleopatra sibi impetrauit, Ἄβα. Vide Strab. *lib.* 14. ¶ Fuit præterea Aba (vt idem Strabo refert *lib.* 10. ex Aristotelis sententia) ciuitas Phocidis, cuius ciues Abantes, Ἄβαντες dicebantur: qui postea relicta patria Eubœam incoluerunt, quæ etiam ab ipsis Abantis, Ἀβαντὶς Stephano dicta est. ¶ Est etiam Aba, mons Armeniæ, ex quo Domitius Corbulo Euphratem nasci voluit, referente Plin. *lib.*5. *cap.*24.

Abacæna, Ἀβάκαινα Ptolomæo, vel Abacænum, Ἀβάκαινον, Suidæ & Stephano, Oppidum est Siciliæ, non procul à Messana: cuius incolæ dicuntur Abacænini, Ἀβακαινῖνοι Stephano. ¶ Est præterea Abacæna, teste Ptol. *lib.*6. oppidum Mediæ.

‖Abaces, carens voce. Item vasorum conditoria, ab Abax, cis.

Abacion, Abaculus, paruus abax. Vas ad ferenda obsonia accommodatum. Item tabula calculatoria.

Abacti, greges, Abigei.

Abactores, fures pecuariorum animalium. Abactor, latrunculus pecuarius. Apul.‖

Abactus, adiectiuum, & Abactus, us, vide *Abigo.*

Abăcus, à genitiuo Græco ἄβακος ab ἄβαξ, mensa est, vel tabula in qua aliquid deponitur: quales sunt mensæ coquorum, in quas receptacula eduliorum exponi solent. {לוח *luach.* GALL. *Dressoir, ou buffet, banc ou siege.* ITAL. *Desco banco ò sedia.* GERM. Ein banck stul. HISP. *Aparador de la plata ò vasos.* ANGL. *Abenche.*} Item mensæ genus ex opere intestino, ad exponenda omnis generis vasa factum. Cic. *in Verr.* Ab hoc abaco vasa omnia, vt exposita fuerant, abstulit. Cic. 4. *Tusc.* Abacos, complures ornauit auro & argento cælato. ¶ Est item tabula calculatoria. {ἀβάκιον Ammonio. GALL. *Tablette à escrire, ou table à ietter ou compter.* ITAL. *La credenziera, la tauoletta da scriuere, cartella.* GERM. Ein Rechentisch oder tafel. HISP. *Tabla para escriuir ò contar.*} In qua logistæ numeros, & mathematici suas lineas & figuras ducunt. Persius,

Nec qui abaci numeros, & secto in puluere metas
Scit risisse vafer.

Vtitur eo in hac significatione Apul. *in Mag.* Veteres mensam Pythagoricam appellabant. Hinc pro supputandi peritia, quæ Platoni λογιστικὴ dicitur, vulgus abuti solet. Aliquando planities è marmore vel structura ad sessum habilis hoc nomine appellatur. In abaco ludere eburneis quadrigis, Suet. *in Nero. cap.*22. Sunt præterea Abaci, columnarum ornamenta, & tabulæ quadratæ, quæ epistyliis supponuntur, de quibus Vitr. *lib.*13. *cap.*1. {ITAL. *La base della colonna.* GERM. Dierecktte tafel die man zu der zier oben auff die seul legt. HISP. *Piedra labrada que se pone al pie de la columna baxo.*}

Abăcŭlus diminutiuum est à nomine Abax: quo significatur parua mensa, in qua vel rationes subducuntur, vel vasa reponuntur, ἀβάκιον. ¶ Sunt præterea Abaculi, calculi quibus vtebantur veteres in supputatione dispunctionéque rationum: qui mos etiam hodie apud omnes ferè nationes seruatur. {GALL. *Gettons à compter.* ITAL. *Segni de far conti, ferlini, ragionati.* GERM. Zalpfennig oder Rechenpfenning. HISP. *Contador para hazer cuenta.* ANGL. *Compteris.*} Plin. *lib.*36. *cap.*26. Vitri fragmenta recocta adglutinantur tantùm, rursus tota fundi non queunt, præterquam abrupta sibi, nec tingi, velut cum calculi fiunt, quos abaculos appellant.

‖Abadir, lapis, quem Saturnus pro Ioue deuorauit, Betylus, p.c. dictus.‖

Abæ, Abarum. Ἄβαι. Oppidi nomen est in Phocide, ab Aba quodam heroe illi inditum, vt Stephanus & Suidas prodiderunt. Huius incolæ dicti sunt Abantes, Ἄβαντες, qui postea hac vrbe relicta, in Eubœa sedes fixerunt, eámque insulam de se vocauerunt Abantidem. Pro eodem legitur & Aba singulari numero. Vide *Abantes.*

Abea, Abeæ, Ἄβεια Ptolomæo. Oppidum est in sinu Messeniaco, non procul à Pharis, quod nonnulli idem esse putant cum Hira, seu Oechalia, vna ex septem ciuitatibus, quæ apud Homerum 10. *Iliad.* Achilli offeruntur ab Agamemnone. Vide Hermol. *in Plin.*

Abeatæ, Ἀβεᾶται. Populi sunt Arcadiæ in sinu Messeniaco, quorum vrbs Abeæ commemoratur à Ptolomæo *lib.*5. Vide Plin. *lib.*4.*cap.*6.

Abăgio, onis, teste Varrone *lib.*6. *de lingua Latina*, à veteribus dicebatur pro eo quod nos vna litera immutata, Adagionem dicimus, {παροιμία. GALL. *Prouerbe.* ITAL. *Prouerbio.* GERM. Ein Sprüchwort. HISP. *Refran.* ANGL. *A prouerbe.*}

‖Abaia, & Abason, infirma donans. Isid. gloss.‖

Abălă, Ἀβαλα. Oppidum est Trogloditarum, non procul à mari Rubro, Plin. *lib.*6. *cap.*29.

Abălĭēno, as, are, Quod nostrum erat alienum facio, vendo, disiungo, separo. {נכר *nickchár* הזיר *hezir.* ἀπαλλοτριόω. GALL. *Aliener, estranger.* ITAL. *Alienare, disgiungere.* GERM. Entfrömbden. HISP. *Enagenar, ò desapropriar.* ANGL. *To sell or alter.*} Cicer. *de lege Agr.* Huiusmodi res commissa nemini est vt agros vectigales populi Romani abalienaret. Eam vendat in abalienauit, combaras, si velit. Plaut. *Asin. sc.* 1. *a*.4. Non possum viuere, si illa à me abalienetur atque abducatur, idem *Pseud. sc.* 1. *a*.1. ¶ Ponitur etiam pro separare, disiungere. Idem *in Curc. sc.* 3. *a*. 1. Nisi si mors amicum meum abs te alienauerit. Idem *in Milit.* Istuc crucior, à viro me tali abalienarier. Cicer. *Attic. lib.*14. Sed totum se à te abalienauit Dolabella. Hinc Abalienatio, id est (vt Cicer. *in Topic.* scribit) eius rei quæ mancipi est, aut traditio alteri nexu, aut in iure cessio, inter quos in iure ciuili fieri possunt.

Abălĭēnātus, participium, Disiunctus, separatus, venditus. {מוכר *mucár* ἀπηλλοτριωμένος. GALL. *Aliené, estrangé.* ITAL. *Dipartito, disgiunto.* GERM. Entfrömbdet abgesundert. HISP. *Enagenado.* ANGL. *Altered, alienated.*} Cic. *Attic.* 1. Sed mirandum in modum est animo abalienato. Idem *in Verr.*6. Abalienati scelere istius à nobis omnes reges amicissimi, nationesque. Abalienati iure ciuium. Liu. 2. *bello Punico* 137.*c.* Abalienata morbis membra præcidunt medici. Fab. Quintil. *p.*411. Abalienata membra, dicuntur emortua, & quæ non amplius habent vigoris, & officiorum cum aliis communicationem. Quintil. *lib.*8.*cap.*3.

Abalites sinus, Ἀβαλίτης κόλπος. Exiguus est sinus in tractu Troglodytarum, ita dictus ab Abala, eius regionis oppido maritimo. Vide Plin. *lib.*6. *cap.*19.

Abălus, Ἄβαλος. Insula est Oceani Germanici, in qua nonnulli crediderunt electrum ex arboribus fluere, Plin. *lib.*37.*cap.*2. Sunt & Abali Indiæ populi ad Gangem fluuium, idem *lib.*6. *cap.*19.

‖Abambacentos, lenocinio nullo fucatus.‖

Abambŭlantes, Abscedentes, autore Festo, ἀποχωροῦντες.

Abămĭta, est soror abaui. {ἡ [illegible]. GALL. *La sœur du pere de nostre bisayeul.* ITAL. *Sorella del terzo auo.* GERM. [illegible]. HISP. *Hermana del tercero abuelo.*} *Instit. lib.* 3.

Abānă, næ. Fluuius Damasci, qui in radicibus Libani exortus, in Syriacum effunditur mare.

‖Abanec, Abenet, seu Abnet, cingulum sacerdotale, rotundum, polymitâ arte ex cocco, purpurâ, hyacinthóque contextum, ita vt flores appareant distincti, gemmæque. Bud. Isid.‖

Abannātĭo, vnius anni exilium.

Abannitī, qui in annuum exilium missi sunt cædis perpetratæ causa, quod Græcus sermo, vt author Eustath. Homeri interpres, [illegible], quasi abannationem dicas, conformi Latinis nomine appellat.

Abantēs, ἄβαντες. Populi ex Thracia oriundi, qui finibus suis egressi, in agro Phocensi oppidum condidere, quod à ducis sui nomine Abam vocauère, ipsi quoque à nomine oppidi Abantes vocati. Hi postea in Eubœam transgressi, quæ tunc Macris dicebatur, à suo relictique nomine oppidi, Abantidem illam vocauère. Hos Herod. *lib.* 1. inter Ionas commemorat. Alios hoc nomine populos Orpheus *in Argonaut.* iuxta Pontum collocat. Vide *Abantis.*

Abantĭas, adis, ἀβαντιὰς. Patronymicum est à nomine Abas, quo significatur vel filia, vel neptis Abantis. Apud poëtas ferè pro Danae ponitur, Abantis, ex Acrisio nepte, vel pro Atalanta, nepte eiusdem ex Iasio. Vide *Abas.*

Abantĭs, idis, Straboni, aut Abantias, adis, Plinio, ἀβαντὶς Stephano & Suidæ, Insula est Bœotiæ adiacens, tam exiguo à continenti Euripo discreta, vt ponte iungatur. Hæc, teste Strab. *in princip. lib.* 10. olim Macris dicebatur ob situs longitudinem: postea ab Abantibus Thraciæ populis, qui relicta Aba, Phocensis agri oppido, in hac insula sedes suas fixerunt, dicta est Abantis: & postremò Eubœa. In hac insula est Caphareus promontorium, Græcorum naufragiis infame.

Abaortæ, Plin. *lib.* 6. *cap.* 20. numerantur inter Indiæ populos.

Abăphus, Non tinctus. {ἄβαφος, ab α priuatiua particula, & βάπτω, tingo. GALL. *Non teint.* ITAL. *Non tinto.* GERM. [illegible]. HISP. *No teñido.* ANGL. *Nod died.*}

Abaptistum, substantiuum, Chirurgorum est instrumentum: terebellæ vsum præbens, quoties cranij os propter fracturam aliquam perterebrandum est: habet enim hoc instrumentum, in summitate sua labrum, siue obicem prohibentem, ne altiùs immergi possit, aut meningas lædere: vnde & nomen habet ἀβάπτιστον. Vide Galen. *lib.* 6. *Method. cap.* 6. & Cels. *lib.* 5. *cap.* 23.

Abaptistus, adiectiuum, qui mergi non potest, ἀβάπτιστος, Epitheton est propriè suberi conueniens.

‖Abar, placentæ genus.‖

Abarbarea, ἀβαρβαρέα, vna Naiadum, ex qua Bucolion, maximus natorum Laomedontis Æsapum genuit, & Pedasum. Homer. *Iliad.* 6.

‖Abareeo, prohibeo.‖

Abarim, עברים *Habarim*, Mons excelsus, diuidens terram Amon & Euphratis à terra promissionis, contra Iericho ad Iordanem vsque fluuium protendens radicem.

Abarimon, Scythiæ regio in magna Imai montis conualle, in qua syluestres homines degunt auersis post crura plantis, qui maximam habent velocitatem, passimque cum feris vagantur. [illegible]. Plinius *lib.* 7. *cap.* 2.

‖Abaris, continentis habitator, quasi baride, id est, naui non egens. ¶ Est etiam ‖ nomen viri proprium, quem ferunt sagittam per orbem terræ circumtulisse, nihil omnino vescentem. Hunc Abarim Seuthæ filium, non ignarum literarum, oracula scripsisse traditur, quæ Scythica nuncupantur: & nuptias Hebri fluminis ac Apollinis aduentum ad Hyperboreos ratione metrica, abs quo sagittam acceperit, quam diximus. Huius & Gregorius Theologus commeminit in epitaphio ad Magnum Basilium. Hactenus Cælius. Præter oracula Scythica, & nuptias Hebri fluminis, alia quædam scripsit, vt commemorat Suidas. Meminerunt huius Herod. *in Melpomene*, & Strabo *lib.* 7. & Scholiastes Arist.

Abarnus, ἄβαρνος Stephano, vel Abarnis, ἄβαρνις, Herodoto, Oppidum est, & regio aspera in tractu Barsano, ad Propontidem. Hecatæus & Ephorus Abarnidem ad Hellespontum collocant, & Lampsaci arcem esse volunt. Vide Steph.

‖Abartēnum, inhonestum. Isid. gloss.

Abartia, Bulimus, insatiabilitas.

Abarticulatio, dearticulatio, naturalis ossium coniunctio, euidentem motum habens.

Abas, ἄβας, bardus. ¶ Et sacer morbus. Tarentin.‖

Abās, ἄβας, ἄβαντος per vnum b, rex duodecimus Argiuorum, Lyncei ex Hypermnestra coniuge filius: sunt tamen qui Beli filium faciunt. homo bellicosus & acerrimi ingenij fuit, & regnauit annis XXIII. vt inquit Eusebius. Pater fuit Prœti, & Acrisij, & auus Persei, à quo postea Argiuorum reges, Abantiadæ dicti. ¶ Abas aliud fuit quidam nobilis comes, de quo Virgil. *lib.* 10.

Vnà torquet Abas, &c.

Et alibi,

Ære cauo clypeum magni gestamen Abantis.

¶ Alius item fuit Centaurus, Ixionis & Nubis filius. ¶ Fuit etiam hoc nomine Sophista quidam, qui & historicos quosdam commentarios, & Rhetoricen scriptam reliquit, autor Suid. Ab Abas fit Abantius, ἀβάντιος. Item Abantiades patronymicum masculinum. Ouid. 5. *Metamorph.*

Torquet in hunc hastam calido de vulnere raptam

Vltor Abantiades. hoc est, Perseus pronepos Abantis.

Abasa, infima domus, quasi sine base. Isid. *in Gloss.* ¶ Est item insula proxima Æthiopibus, in sinu quodam maris Erythrei. Pausan. 2. *Eliac.*

‖Abasanistus, inexercitatus, non examinatus.

Abascănos, inuidia vacuus.

Abascantu, fascini amuletum. Tertull.

Abasci, vel Abasgi, pastores latrociniis dediti. L. IC.

Abascitum, fascini amuletum.‖

Abases, plurali numero, loca sunt deserta & inaccessa in Occidentali plaga Ægypti, ἀβάσεις. Hoc enim nomine Ægyptij vocant regiones inhabitatas, & maximis desertis circundatas, vt scribit Strabo *lib.* 17.

‖Abasileutus, sine rege, non subditus Regi.

Abăson, infima domus, quasi sine base. Isid. gl.

Ab astratura, in gloss. lege, *à stratura*, qui sternit equum.‖

ABASSVS, vrbs Phrygiæ apud Liuium *lib.* 38. *ab vrb.*

‖Abaternum, inhonestum. Isid. gloss.

Abathmata, stremmata, bellariorum genera.

Abaton, sacrificium, ad quod non quiuis admissus; inaccessibile, religionis gratiâ.

Abatos, inaccessus, nulli peruius. ¶ Est item ‖ insula Ægypti in palude Memphitica posita: ita dicta, quòd ad illam propter lini & papyrorum copiam difficillimus sit aditus: ab α, priuatiua particula, & βαίνω, vado, vel ascendo, ἄβατος. Huius meminit Lucanus *lib.* 10.

Hinc Abatos, quam nostra colit veneranda vetustas,

Terra potens.

Hoc nomine etiam vocatus est locus vltra Ægyptum & Æthiopas, iuxta paludem quam Stygem vocant. Latini huiusmodi loca, ad quæ difficiles dantur accessus, Inuia vocant, siue Auia, siue Inaccessa. Sic etiam Ouid. *de Pont.* Parthorum gentem inuiam vocat:

Gens fuit & terra & equis, & tuta sagittis,

Et non accessis inuia finminibus.

¶ Abatos præterea ædificij nomen fuit, quod à Rhodiis fuit erectum ad tegendum Artemisiæ trophæum, quod religione impediti diruere non poterant.

Ăbauchās, nomen viri, cuius amicus fuit Gyndanes. Huius meminit Lucianus *in dialogo*, cui nomen *Toxaris.*

Ăbăuncŭlŭs, Frater abauiæ. {דוד *dodh.* ὁ θεῖος τῆς προμάμμης [illegible]. GALL. *Le frere de la mere grand.* ITAL. *Il fratello della terza auola.* GERM. [illegible]. HISP. *Hermano de la tercera abuela.*} *Institut. lib.* 3.

Ăbăuŭs, Proaui pater. {[illegible] *ab.* [illegible]. GALL. *Le pere du bisayeul.* ITAL. *Il terzo auo.* GERM. [illegible]. HISP. *Tercero abuelo.* ANGL. *A great grand father.*} Cic. *de Clar. Orat.* Iam duorum abauorum quàm est illustre nomen? ¶ Sic abauia, mater proaui. {[illegible]. GALL. *La ayeule de nostre ayeul.* ITAL. *La terza auola.* GERM. [illegible]. HISP. *Tercera abuela.*}

Ăbăx, abacis, idem est quod Abacus, hoc est, mensa vel tabula, in qua aliquid deponitur: quales sunt mensæ coquorum, in qua disci, aliaque id genus exponuntur. {[illegible] *lukeb.* ἄβαξ. GALL. *Dressoir, ou buffet.* ITAL. *Desco.* GERM. [illegible]. HISP. *Aparador de vasos, ò sobre mesa del aparador.* ANGL. *A benche.*} ¶ Item tabula calculatoria, in qua logistæ numeros, & mathematici lineas suas ducunt. {GALL. *Tablette à escrire au table à ietter ou conter.* ITAL. *Tauoletta da scriuere.* GERM. [illegible]. HISP. *Tabla pequeña para escriuir ò contar.*} ¶ Item tabula quadrata, quæ epistyliis columnarum supponitur. ¶ Sunt præterea Abaces, vasa quædam viliora, in quibus pretiosiora reponuntur. {GALL. *Estuy de pots, escuelles, vases, & autres choses precieuses.* ITAL. *La veste & conserua di pretiose cose, come tazze d'argento, liuti, & simili.* GERM. [illegible]. HISP. *Aparador de cosas preciosas.*} Horum meminit Iabol. *in l. hered. de legat.* 3. Cui Corinthia vasa legata essent, huic abaces quoque eorum vasorum causa paratas deberi Trebatius respondit. Labeo autem id non probat, si eas abaces vasorum numero testator habuit. Proculus verò rectè ait, si æneæ quidem sint abaces, non autem Corinthiæ, non deberi. ¶ Notandum tamen est quòd *in dicta l.* docti viri malunt legere *βάσεις*. Vide Alciati parerga. Hinc deducitur Abacion, idem significans quod Abaculus paruus Abax, ἀβάκιον. Ammonius tamen ita distinguit, vt Abax sit mensæ genus in tricliniis, vbi vasa omnis generis exponi solent: Abacion vero tabula illa calculatoria, in qua vel numeros, vel lineas delebiles ducimus.

Abazēă, ἀβάζεια, Festa fuerunt, vel potiùs sacra à Dionysio Caprij filio, & Asiæ rege instituta. Cic. 3. *de Nat. Deor.* Dionysios multos habemus, primum Ioue & Proserpina natum: secundum Nilo, qui Nysam dicitur interemisse: tertium Caprio patre, eúmque regem Asiæ præfuisse dicunt: cuius Abazea sunt instituta. Dicta Abazea à taciturnitate, qua hæc sacra celebrabantur. ἄβαζος enim taciturnum significabat. Sed hæc falsa esse iampridem docuerunt docti viri: legendum enim apud Cic. Sabazia.

Abbā, per geminum b, ἀββά. Hebræa, vel potiùs Syra dictio est אבא *abbá*, composita ex aleph, & beth, in qua singulare quiddam est, quod & patres libenter audiunt, & pueri primùm sonare discunt. Paulus *Rom.* 8. hanc vocem exponens, Per quem (inquit) clamamus, Abba pater.

Abbās, tis, Collegij societatisque magister ac moderator {[illegible]. GALL. *Abbé.* ITAL. *Abbate.* GERM. [illegible]. HISP. *Abbad, prelado de monges.* ANGL. *An abbot.*} Sunt qui vnico b, scribant.

Abbātĭă, tiæ, à recentioribus capitur tam pro abbatis dignitate, quàm pro loco in quo habitat abbas. Sed quoniam nimis malè sonat, Græcos imitatus, per ei scriberem semper, Abbateia, ἀββατεῖα. GALL. [illegible], *dignité d'Abbé.* ITAL. *Badia.* GERM. [illegible]. HISP. *Abadia dignidad de Abbades.* ANGL. *An abbacie.*}

‖Abbatialis, le, quod ad Abbatem, vel Abbatissam, aut Abbatiam pertinet.

Abbatiola, parua Abbatia, atque iurisdictione angusta.‖

Abbātĭssă, fœmininum ab abbate. {[illegible]. GALL. *Abesse de nonnains.* ITAL. *Badessa.* GERM. [illegible]. HISP. *Abadessa de monjas.* ANGL. *An abesse.*} Hieron. *de modo viuendi*, Quum a semitis iustitiæ deuiat, ipsamet etiam abbatissa cognoscat. ‖ Abbatus, amens. Sil. Ital.‖

Abbreuio, as, are. {[illegible] *katsar* [illegible] *katsh.* βραχύνω. GALL. *Abbreger.* ITAL. *Accorciare.* GERM. [illegible]. HISP. *Abbreuiar lo luengo.* ANGL. *To mak short.*} Vegetius *in prologo lib.* 3. Quæ per diuersos autores librósque dispersa Imperator inuicte, mediocritatem meam abbreuiare iussisti, &c.

Abdarìtenses, populi, Plin. *lib.* 4. *cap.* 10. Sed correctius legitur, Andaritenses.

Abdera [illegible]. Vrbs est Thraciæ maritima, Democriti patria, non procul à Nesti fluminis ostio, à Teiis condita, vt testatur Herodot. *lib.* 1. Vulgo *[illegible]*. ¶ Hinc natum prouerbiale ænigma, Abdera pulchra Teiorum colonia, Ἄβδηρα καλὴ Τηΐων ἀποικία: quo significamus non decere quo confugiamus, si quis præter modum pergat esse molestus. Huc fortassis allusit M. Tull. 4. & 7. *Epist. ad Attic.* Vadianus existimat conuenire prouerbium, vbi quis fortunam tenuem, sed cum libertate coniunctam anteponit amplis opibus, sed obnoxiis seruituti. Nam damnatus est Abderitarum aër, & item pateus. Alij (inter quos est Pomponius Mela) à Diomede conditam vrbem volunt, & à nomine Abderæ sororis ipsius nomen esse sortitam. Effertur autem Abdera, æ, vel Abdera, orum. Ouid. *in Ibin.*

Aut te deuoueat certis Abdera diebus.

Plin. *lib.* 23. *cap.* 8. Circa Abderam & limitem, quem Diomedis vocant, equi pasti inflammantur rabie. Plutarchi vetitur Mela *lib.* 2. Turris, quam Diomedis vocant, signum fabulæ remanet: & vrbs, quam soror eius suo nomine nominauit, Abdera. Supra hanc vrbem Bystonium stagnum esse dicitur, in quo natantia omnia demerguntur: vnde & nomen accepit [illegible] *[illegible]*. Stephanus hanc vrbem ab Hercule conditam existimat, & à nomine Abderi, quem in deliciis habuit, Abderam fuisse nominatam.

Abderitanus, a, um, adiectiuum, vt, Abderitana plebs. Mart. *lib.* 10.

Abderitanæ pectora plebis habes.

Abderiticus, a, um, [illegible]. Cic. *ad Att.* Imperium Abderiticum, Abderitica mens, id est, stupida, aut insana. Abderitanis enim natura peculiarem fuisse mentis stuporem, indicat M. Tull. *in libris de natura deorum.*

Abderitæ, [illegible], Populi Thraciæ sunt, qui quum à muribus ac ranis vexarentur, coacti sunt natale solum relinquere, & alias quærere sedes. Hos Cassander, sedibus in vltimis Macedoniæ partibus concessis, suscepit, pactione simul inita cum eis de pace, quum suam timebat inuasuros patriam.

[Abderitium imperium, vbi quis formam tenuem, sed cum libertate coniunctam anteponit amplis opibus, sed obnoxiis seruituti.]

Abdico, cas, Amoueo, repudio, reiicio, imperium depono. {[illegible] *gheresch*, [illegible] *maas.* [illegible]. GALL. *Reietter, desauouër, renoncer pour enfant, & le priuer de l'heritage.* ITAL. *Rinunciare, cacciar di casa, priuar dell'heredità, discacciare.* GERM. Verwerffen verstimmeten. Item, Eind eind enterben vnd ausstossen. HISP. *Empuxar a fuera, echar à fuera, desheredar el hijo en la vida.* ANGL. *Cast away, to abastardize to [illegible].* Apud Terent. *in Andria persicha*, Recusat nuptias: generum abdicat. Vnde abdicare filium dicitur pater, quem adhuc viuus bonis & omni iure filij priuat: quod multò grauius est, quàm exhæredari, qui testamento paterno ab hæreditate submouetur. Quicunque itaque abdicatus est, etiam exhæredatus intelligitur, non contra. Atque hinc Nonius scribit, Abdicare, esse ex familia eiicere. Et Quintil. *lib.* 3. *cap.* 6. Abdicandi ius habere. Quintil. *p.* 151. Item Abdicatus ne quid de bonis patris capiat. Idem *p.* 159. Ter abdicatus à diuite filius, & absolutus. Idem *pag.* 211. Abdicare & dedicare apud Apuleium *in lib.* [illegible], vbique est negare, & affirmare. Vnde Abdicatiuum & dedicatiuum. Abdicare filius patrem dicitur apud Liuium 10. *d.* 4. 308. *D.* Abdicare se scriptu dicitur, qui desiit scriba esse: & scriptum facere. Gell. *cap.* 9. *lib.* 6. Abdicatum interpretatur, qui à familia patris abalienatus est. Vide de hac re Lexicon Hotomanni. ¶ Sic Magistratu se abdicare, pro deponere magistratum, siue relinquere. [illegible]. Cicero in *Philippicis*, Antonius eo die non modo Consulatu, verum etiam libertate se abdicauit. Ad eundem modum dicimus, Abdicare se tutela, dictatura, libertate, & similia. Plin. quoque *lib.* 20. *cap.* 3. eleganter hoc verbo vsus est: Democritus (inquit) in totum sapium abdicauit è cibis, hoc est, tollendum censuit: ex omni prorsus ciborum vsu sustulit: [illegible]. Et *lib.* 11. *cap.* 22. *de thapsia.* Nec corticem abdicant, pro, non tollunt ex vsu medicinæ.

Abdicatio, verbale, ✕ adoptio, [illegible]. GALL. *Abastardissement, renoncement, desauou des enfans.* ITAL. *Scacciamento di figlioli per ragione.* GERM. Abtrendigung verstossung von kinds statt, Ausstossung mit enterbung eines bösen kinds. HISP. *Aquella obra de desheredar en vida.* ANGL. *Abastardis linger [illegible].* } Plin. *lib.* 7. *cap.* 45. Abdicatio posthumi Agrippæ post adoptionem. Fieri autem consueuit abdicatio, patre à filio iniuria affecto, aut inobedientia eius offenso: quem in iudicium (vt quidam putant) vocatum, probata causa abdicabat, eumque abdicatum alere non tenebatur: imo egenum, vestibusque ipsius spoliatum dimittebat, nec defuncto patri succedebat in hæreditatem. Transfertur etiam ad alia: vt, Abdicatio magistratus, Dictaturæ, &c. Liu. 6. *ab Vrbe*, Amotusque post triumphum, abdicatione Dictaturæ terror & linguam & animos liberauerat hominum. Abdicatio non est actio. Idem *p.* 151.

Abdico, cis, xi, ctum, Repudio, recuso. {[illegible] *bireschit* [illegible] *sebeb.* [illegible]. GALL. *[illegible] rietter, retirer en arriere.* ITAL. *Lascia da parte, voce augurale.* GERM. Verwerffen. HISP. *Echar atras, ò alexarse.* ANGL. *To refuse or cast away.* } Augurale est verbum, & significat reiicere, repudiare. Cic. *lib.* 1. *de Diuin.* Quumque in quattuor partes vineam diuisisset, tresque partes aues abdixissent, quarta parte, quæ erat reliqua, in regiones distributa, mirabili magnitudine vuam, vt scriptum videmus, inuenit. ✕ Addicere, verbum Auguribus etiam peculiare. Tunc enim aues addicere aliquid dicuntur, quum aliquid feliciter cessurum pollicentur: contra Abdicere, quum aliquid aut nunquam futurum, aut infeliciter cessurum significant. ¶ Abdicere quoque verbum iuris est, idem significans quod decreto recusare, aut litem contra aliquem dare, & rem alicui abiudicare. Pomponius *in lib.* 1. *de orig. iur.* Qui quum animaduerteret, Appium Claudium contra ius vindicias filiæ suæ à se abdixisse, & secundum eum, qui in seruitutem ab eo suppositus fuerat, dixisse, &c. Hotomannus.

[Abdicamentum, est detractio ac deductio pretij; ab abdo, i.e. remoueo. Apul.

Abditiuum, abortiuum. Fest.]

Abdo, dis, didi, abditum, ex Ab & do, Abscondo, occulto, obtego, recondo. [illegible] *bistir.* [illegible]. GALL. *Cacher, musser, retirer.* ITAL. *Nascondere.* GERM. Verbergen, Abweg thun. HISP. *Esconder.* ANGL. *To hyd, to keip close.* } Construitur autem modò cum accusatiuo: idque dupliciter, vel cum præpositione. Cic. *ad Attic.* 9. In Ægyptum nos abdemus, hoc est, occultandi gratia in Ægyptum nos recipiemus. Idem *Infin. Lib.* 1. Audisne hæc Amphiarae sub terram abdite. Liuius *ab Vrbe* 1. Abdito intra vestem ferro. Vel sine præpositione. Cic. *in Pisonem*, Domum se abdidit. Terent. *Hecyr.* Rus abdidit sese. Modò cum ablatiuo, idque duobus modis. Vno, cum præpositione, Liuius *ab Vrbe* 1. Se in suis quisque tectis abdiderunt. Idem *ibidem*, Cultrum quem sub veste abditum habebat, cum in corde defigit. Altero, sine præpositione. Virg. *Georg.* 3.

Hunc quoque vbi aut morbo grauis, aut iam segnior annis
Deficit, abde domo, nec turpi ignosce senectæ.

Vbi Seruius, Abde domo, hoc est, in domo. Nam si aduerbialiter vellet loqui, *domi* diceret. ¶ Dicimus etiam, Abdere se literis, & in literas abdere. Cic. *pro Archia.* Si qui ita se literis abdiderunt, vt nihil possint ex his neque ad communem fructum afferre, neque in conspectum lucémque proferre. Idem Volumnio *lib.* 7. *Epist. famil.* At me totum in literas abdere. Ponitur etiam interdum cum præpositione Ex, Plaut. *in Pseud.* Ex conspectu sui heri si te abdiderunt. Iurantur [illegible]. Abdor Passiu. condor, occultor. Plin. *lib.* 9. *cap.* 8. Abduntur circa Canis ortum. Abditus Particip. ab abdo, id est, occultus, reconditus mediterraneis agris. Suet. *in Tiber. c.* 12. Abditus muliebri sella. Suet. *in Othon. cap.* 6. de secessu dixit.

Abditè, aduerbium, Occultè, latenter, secretò. {בסתר *beséther.* [illegible], [illegible]. GALL. *Secrettement.* ITAL. *Secretamente, di nascosto.* GERM. Verborgenlich, heimlich. HISP. *Escondidamente.* } ANGL. *Secretlie.* Cic. 1. *Verr.* aliquid ita conditum esse, aliquid ita abditè latêre, vt nulla diligentia inuestigari possit.

Abditum, ti, substantiuum, pro loco occulto. {מסתר *mistár.* [illegible]. GALL. *Lieu secret.* ITAL. *Luoco nascosto.* GERM. Ein verborgen ort. HISP. *Lugar escondido.* ANGL. *An secret place.* } Plin. *lib.* 8. *cap.* 5. Nunquam nisi in abdito coëunt. h.e. abdito loco, vt apud Iurisc. & Macrob. in Hostico, h.e. Hostico loco. Est enim loquendi genus per defectum substantiui, qui præcipuè Græcis vsitatus est.

Abdomen, à medicis rei anatomicæ peritis vocatur extima totius ventris pars, totúmque illud quod intestina tegit, ex cute, adipe, musculis octo, & peritonæo, compactum, totum illud spatium comprehendens, quod est à cartilagine mucronata, nothísque costis, vsque ad ilia atque ad ipsum vsque os pubis. {[illegible], [illegible]. GALL. *Celle part du ventre qui est vers le nombril iusques aux aines sous celle peau qui communément est grasse, & improprement signifie graisse.* ITAL. *Il grasso ouer sugnia de gl'animali.* GERM. Der dassteyste theil des bauchs vmb den nabel biss auff die scham, welches die ingeweid bedeckt. Item der feiste nieren. HISP. *La vnteza o enxundia de animal, como de los puercos.* ANGL. *The part of the bellie which couereth all the entrailles.* } Cels. *lib.* 4. *c.* 1. Ipsa autem illa inter coxas & pubem in imo ventre posita sunt, à quibus à pube abdomen sursum versus ad præcordia peruenit, ab exteriori parte euidenti cute, ab interiori leui membrana inclusum, quæ omento iungitur, [illegible] à Græcis appellatur. Dictum autem videtur Abdomen, quod sub cute abditum sit. Et quoniam pars hæc ventris adiposa est, fit vt passim apud scriptores, [illegible] Abdomen, [illegible] accipiatur pro adipe, vel quauis ventris pinguetudine. Iuuen. *Satyr.* 4.

Montani quoque venter adest abdomine tardus.

¶ Accipitur præterea abdomen pro ima ventris suilli parte, quæ alio nomine Sumen appellatur, summísque in deliciis habebatur apud Romanos. Plin. *lib.* 11. *cap.* 37. Porcæ sumen optimum, si modò fœtus non hauserit: Antiqui Abdomen vocabant. Vide de eo plura in dictione *Sumen.* ¶ Per translationem aliquando abdomen positum inuenitur, pro gula & ventris ingluuie. Cic. *pro Sestio*, Libelli etiam pro vino oppignerabantur: manebat insaturabile abdomen, copiæ deficiebant. Sic Latinè dicas, Abdomini indulgere, abdomini inseruire, abdomini operam dare, abdomini natus: id est, ventri & gulæ. Cic. *in Pis.* Ille gurges atque helluo natus abdomini suo, non laudi, atque gloriæ. Hinc Abdominis voluptates. Cic. *in Pison.*

Abduco, cis, Remoueo, aufero, abstraho, auerto, traduco. {[illegible] *tál.* הביא *hebim.* [illegible]. GALL. *Emmener & retirer de quelque lieu.* [illegible] *Togliere, toglier per forza.* GERM. Hinweg führen. HISP. [illegible] vi, aut *per fuerça.* ANGL. *To lead, or take away.* } Abducimus aut solum abducere per vim. Sine vi. Terent. *in Eunuch.* Tum me conuiuio abduxerunt Cincebat sibi. Cic. 2. *de finibus*, Maiores nostri ab aratro [illegible] propriè mulier cinnatum illum, vt Dictator esset. Per vim, illud Terent. *Hecyr.* dicitur à marito, quum diuortium fit. Donat. Auerti enim dicitur [illegible] filiam abduxit suam: abduxit, inquit. Abducta marito. i. à marito ad maritum: abducta à marito ad diuortium. Me inuito abduxit meam. Suet. *in Othon. cap.* 3. Terent. *in* [illegible] ducere per vim. Cicer. *act.* 5. *in* ¶ Dicimus etiam Abducere vi, & etiam Isidori nuni filiam, vt abducerent. Ad quem iste deduxerat *de Vrbe condita*, Consulatibus negotio [illegible] à Rhodio milite. Liu. si aliter non possent, à foro abducerent. dato, vt collegam per vim. [illegible] de vestro aliquid orem abducere? Idem in Plaut. *in Trucul.* Quam nuptam deduxi, clàm abduxi.

Cas. Vbi intro hanc
Quæ nequeunt [illegible] *rum ferre aut abducere, perdunt.*
Ouid. *Eleg.* 12. *lib.* 5. *Trist.*
[illegible] *nos abducam ab ista.*

O [illegible] *Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.* Proin tu me hinc abducas (à marito) Plaut. Idem [illegible] *a.* 5. & *sc. vlt. a.* 5. Ad prandium me abduxit. Ita cortigo. *Men.* [illegible] dum obsinge, abduce illum in malam crucem. Idem *Cas. sc.* 3. *a.* 5. Vt te hinc abducat potius, quam hic alter ferat. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 1. Seruitum mecum abducito, ni tecum. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Permittis nisi hunc e conspectu abduxeris. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 3. Abduc istum in [illegible] [illegible] actutum. Idem *Asin. sc.* 4. *a.* 1. Vt mulierem emptam à lenone abduceret. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 2. Ille abducturus est mulierem emptam. Idem *Pseud. sc.* [illegible] *a.* 1. Abductus recta in phylacam. Idem *Capt. sc.* 3. *a.* 3. Promisit se abducturū dolis à lenone. Idem *Ps. sc.* 3. *a.* 3. Illa abducta est (virgo)

(virgo) tu auferere. Idem *Curc. sc.4.a.4.* Cic. *familiar.5.* Me interea nec domesticus dolor, nec cuiusquam iniuria à republ. abducet. Et *Tusc.1.* Magni est ingenij reuocare mentem à sensibus, & cogitationem à consuetudine abducere. Idem *pro Flacc.* Vide abducere, dixit sine præpositione, pro reuocare à fide præstanda. Quòd ait Lucceius L. Flaccum sibi dare cupisse, vt fide se abduceret, H-s vicies. Abduco tibi, pro abs te, Diomedes. Abduce, pro abduc, dixit Terent. *in Adelph.* Hunc abduce, vinci. ※ Adduco, infrà.

‖Abductiones, abruptiones, apoclasmata, fracturæ. Lex. med.‖

Abductus, a, um, participium, siue nomen ex participio. Montes abducti, id est, semoti. Val. Flac.

Abea, vide *Abaa.*

Abeacus, Syracorum rex, qui sunt populi ad radices Caucasi. Vide Strabon. *lib. 11.*

Abeatæ, vide *Abaata.*

‖Abebelum, sacrum, quod contrectare nefas.‖

Abecedarius, dicitur rei literariæ tyrunculus, qui adhuc in literis cognoscendis hæret. ἀλφαβητάριος. Accipitur item pro eo, qui aliquid per ordinem alphabeti digerit, vel pro eo, quod alphabetico ordine digestum est. Vide Cælium *lib. 14. c. 18.* & Budæum *in Pandect.* Abecedarium quoque præceptorem rectè dixeris, qui prima docet elementa.

Abedo, is, vel abes, abedi, abedere, Exedo, absumo. {אכל *achál.* κατεσθίω. Gall. *Manger tout & consumer.* Ital. *Diuorare.* Germ. *Aussfressen/Gar essen.* Hisp. *Tragar mucho.* Angl. *To eat vp all.*} Tacit. *lib. 15.* Nam exorta vis locustarum abederat quidquid herbidum & frondosum.

Abella, læ, Ἄβελλα Ptolemæo, oppidum est Campaniæ, non procul à Nola, quæ & Auella dicitur, mutato b, in u, consonanteni. Virg. 7. *Æneid.*

Et quos malifera despectant mœnia Abella.

Hinc nuces Auellanæ dictæ, quæ ibi copiosissimè proueniunt.

Abellinæ, vide *Auellana.*

Abellinum, siue Auellinum, Ἀβέλλινον, Italiæ oppidum, in tractu Campaniæ, teste Plin. *lib. 3. cap. 5.* hoc idem esse creditur cum eo quod Virgilius Abellam vocat: vnde & nuces Abellinæ primùm, & postea Auellanæ dictæ sunt. Est & Abellinum, teste Ptolemæo *lib. 3.* Hirpinorum oppidum, non procul à Nuceria Apulorum. Vtriusque oppidi incolæ dicuntur Abellinates, Ἀβελλινάται. discriminis tamen gratia, posteriores Protropos cognominat Plin. *lib. 3. cap. 11.*

Abemo, compositum ab Ab, & emo: significat quasi adimo, quod dictum videtur pro Abimo. {לקח *lakách.* ἀφαιρέω. Gall. *Oster.* Ital. *Togliere.* Germ. *Hinweg nemmen.* Hisp. *Quitar.* Angl. *To tak away.*} Plaut. Abemito vestem. Festus, Abemito significat demito, vel aufertu. Emere enim dicebant antiqui, pro accipere.

‖Abena, est habena, quod vide.‖

Abeo, is, abiui, vel abij, abitum, Discedo. {הלך *halách,* אזל *azál.* ἀπέρχομαι. Gall. *S'en aller, se partir.* Ital. *Partire, andare.* Germ. *Hinweg gehn.* Hisp. *Ir se.* Angl. *To de part.*} Abeunt à fabris (liberi à parentibus iam sui iuris.) Plaut. *Mostell. sc. 2. a. 1.* Abi rus. Abi directè, abscede à ianua, Idem *ibid. sc. 1. a. 1.* Tace atque rus abi, *ibid.* Nunc rus abibo, *ibid.*

Hector abit (è pugna) violatus vulnere nullo,

Ouid. 13. *Metam.* Probè abeo madulsa, i. ebrius, Plaut. *Mostell. sc. 1. a. 5.* Liberum te abire iussi. Idem *Men. sc. 8. a. 5.* Abire dormitum, vide *Dormio.* Sine abire liberum. Idem *ibid. sc. 7. a. 5.* A me abeat liber quo volet. *Ibid.* Abi, non verisimile dicis. i. apage te à me. Quid igitur faciam, maneam, an abeam? Idem *Curc. sc. 4. a. 4.* Abin hinc à me dignu domino seruus? Satin' abiit? Idem *Mostell. sc. 1. a. 1.* Abeo si iubes, i. liber fiam. Idem *Amph.* Nunquam abis quin vapules. *sc. 3. a. 4.* Iamne abiuit ille? (de odioso.) Idem *Men. sc. 2. a. 7.* Abi ad Acherontem venefice. Idem *Amphit. sc. 4. a. 4.* Abi in malum cruciatum. Idem *Aul. sc. 3. a. 3.* Abi here. Idem *ibid. sc. 1. a. 5.* Iamne abis? Nondumne. Idem *Men. sc. 4. a. 2.* Abeam an maneam? Abeam an fugiam? *Ibid. sc. 4. a. 6.* Iamne abiit intrò? abiuit. Idem, Satin' abiit ille? Idem *Mil. sc. 6. a. 2.* Abeo, valete iudices iustissimi, &c. Idem *Capt.* Quid cesso abire ad nummos? Idem *Men. sc. 2. a. 5.* Vt hæc abisse constat. Idem *ibid. sc. 3. a. 3. & sc. 1. a. 4.* Satis verborum, cura quæ iussi, atque abi. Idem *sc. 2. a. 1.* Ego abeo, mihi negotium est. Idem *in Amph.* Ego abeo, vale. Idem *Curc. sc. 4. a. 4.* Pessum abire, vide *Pessum.* Num tu istinc abibis? Idem *Ps. sc. 7. a. 4.* Iamne isti abierunt à conspectu meo? Idem *Men. sc. 2. a. 5.* Abite hinc, i. abscedite. Idem *Capt. sc. 1. a. 2.* Abi in malam rem. Idem *ibid.* hinc. Ne abeas longiùs ab ædibus. Idem *Men. sc. 2. a. 2.* Priusquam *sc. 5. a.* vide *Priusquam.* Ego abeo, vale. Abiit medicus. Idem *ibid.* cesso abire ... tu abis quò dignus es? Idem *sc. 2. a. 3. & sc. 5. a. 5.* Quid trapezita exit ... loci. Lenonis. Idem *sc. 3. a. 3.* Venit in mentem, ne *sc. 4. a. 4.* Vbi abit ... abierit, petere argentum. i. ne abeat. Idem *Curc.* dit idem *Milit. sc. 2.* ... abire cœpit) conclamo, Heus ille abiens. Respondè abierat.) Idem *ibid.* Satin Orcitus abiit? (de eo qui nondum plane ... *a. 2.* Somnus abit à pectore, Ouid. *Eleg. 3. lib. 4. Trist.* Audio, sed non ... bire possum ab his regionibus. Plaut. *Monach. sc. 2. a. 5.* An sis abitu... ... tiro. Idem *ibid. sc. 1. a. 5.*

Hac pectoribus tenet, non ... a meis,

Ouid. *Eleg. 5. lib. 5. Trist.* Terent. ... Heus Demea, rogat frater, ne abeas longiùs. ‖Abire de Roma. ... rerum cognitum etiam in prouinciam de Roma abire durum est. ... D. *de procurat. l. 35.*‖

¶ Aliquando abire dicitur, pro effluere & ... ἀπέρχομαι. Terent. *in Adelph.* Menses abierunt decem, id est, effluxerunt. Sic Cic. *Fin. 5.* Hoc, inquit, fortasse non poterit sic abire. ¶ Interdum ... pro peruenire. Idem *Attic. 11.* In quos enim sumptus abeunt fructus prædiorum? ¶ Item pro deserere & relinquere, vt Abire ab emptione, Abire à magistratu, hoc est, deserere emptionem, deserere magistratum. Pro ... idem etiam dicimus sine præpositione, Abire magistratu, Liu. 3. *ab Vrbe.* Non tam properantis abire magistratu, quàm viam ad continuandum magistratum quærentis esse. Abire sacerdotio. Gell. *cap. 7. lib. 6.* Abire honore, i. magistratu. Sueton. *in August. cap. 26.* Sic abire incepto, pro eo quod est, Ab incœpto desistere. Abire è medio, idem quod mori. Terent. *in Phorm.* Ea mortem obiit, è medio abiit. Abire ex matrimonio, id est, Relinquere matrimonium. Plaut. ¶ Denotat etiam motum ad locum, quò est iter: quamuis & motum De quo, inclusum habeat: vt Quò abiit? Virgil. 5. *Æneid.*

Quò tantùm mihi dexter abis?

¶ Habet alios quoque loquendi elegantes modos. Plin. *lib. 3. cap. 34.* Bello sociali oppidum deletum, quod nunc in villas abiit, id est, ex oppido factæ sunt villæ. Liuius *ab Vrb. 2.* Telo exacto, præceps Fabius in vulnus abiit, id est, pronus cecidit in vulnus. Idem, Ne in ora hominum pro ludibrio abiret: id est, ne ab omnibus videretur, ne vulgi fabula fieret. Abire sub iugum, id est, Subire iugum, Idem ¶ Aliquando hortantis & incitantis. Terent. *Adelph.* Patrissas, abi, virum te iudico. Vbi inquit Don. Abi, blandientis est verbum, quemadmodum ad eos dicere solemus, qui iam compotes suorum votorum sunt facti. Idem *in Phorm.* Præsens quod fuerat malum, in diem abiit, id est, in aliud tempus dilatum est. ¶ Abire (vel ire) in creditum, iurisconsultorum loquendi formula est, de qua Hotomannus *in Lexico.* Non, inquit, omnino idem est quod credere, sed tantùm eas res credere, quæ accipientis fiunt, hoc est, quæ functionem non in specie, sed in genere recipiunt: veluti pecuniam, frumentum, vinum, &c. ¶ Licèt aliquando non solum generaliter sumatur, sed etiam specialiter pro mutuum contrahere, vt *D. lib. 14. tit. 6. l. 3.* Ideo etsi in creditum abiit filiofamilias vel ex causa emptionis, vel ex alio in quo pecuniam non numerauit, id est, credidit. ¶ Abire in vanum, pro eo quod euanescere, irritum fieri. Senec. *Epist. 95.* Alioquin abibunt in vanum monentium verba. Idem *de cons. l. ad Polyb. cap. 20.* Certiora illa quæ abierunt. Idem *cap. 9. de consolatione ad Mar.* Quasi dirum omen respuat, & in capita inimicorum abire iubeat. Abi, etiam per contemptum dicitur. Terent. *Adelph.* Nunquam rem facies: abi, nescis inescare homines. Abi, etiam dicimus hærenti, moranti que. Idem *Andr.* Vos isthæc intrò auferte, abite. ‖¶ Abire in voluntatibus, & in cordis prauitate, est proprio amore teneri, & duci. ¶ Abire vagum in viam cordis sui, in bonam partem accipitur, pro eo quod est pœnitere, neque diuitiarum, ac temporalium rerum amore teneri. ¶ Abire post sordes, est, secundùm phrasim Hebræam, cultum idolis exhibere. ¶ Abire post aurum, idem est quod auaritiæ studere. ¶ Abire post carnem alteram, phrasis est in epist. Iudæ peccatum denotans contra naturam. ¶ Abire in viam Cain, est translatio in hæreticos, iuxta Lyram & S. Thomam, & alios interpr. Cerd.‖ ¶ Abire viam figuratè dictum. Plaut. *Rud.* Abi tacitus tuam viam, vt Græci ὁδὸν ἰέναι. ¶ Paræmiæ aliquot ex hoc verbo nascuntur, vt Aut abi, aut exuere. Autore Plato. *in Theæt.* hic mos fuit Lacedæmonius, vt in publicis certaminibus neminem cogerent ad certaminis congressum, sed dicebant, ἢ ἄπιθι ἢ ἀποδύου. Nudi etiam luctabantur Græci, quibus ἀποδύεσθαι exuere est. ¶ Simile huic Adagio est, Aut abi, aut bibe, ἢ πῖθι ἢ ἄπιθι. Cuius meminit Cic. *Quæst. Tusculan. lib. 5.* Monemur autem hac parœmia vt aut tempori locóque nos accommodemus, aut ab hominum consuetudine nos subducamus. ¶ Aliud adagium, Abi in exitium, βάλλ' ἐς κόρακας, mitte in perniciem, auferatur è medio. ¶ Ex hoc etiam verbo oritur hæc parœmia, Præsens abest, præsens peregrinatur, παρὼν ἀποδημεῖ, in eum, qui non animaduertit ea quæ dicuntur, cogitatione aliis in rebus occupata.

‖Abet, abi. Plaut.

Abitio, Abitus, discessio, mors. Scal.‖

Abitur, vsus est Plaut. *in Merc.* Scio iam quid velis: nempe me hinc abire vis. L. Volo, C. Abibitur.

Abiens, abeuntis, particip. ἀπερχόμενος, discedens. Plaut. *Asin. sc. 3. a. 3.* Cui abiens affers morbum. Tui amans abientis egeo. *Ibid.* Abiens mihi ita respondit. Idem *Milit. sc. 2. a. 2.* Terent. Abiens magistratu, id est, deponens magistratum. Cic.

Abitus, & Abitio pro discessu. {מסע *massáh.* לכת *lécheth.* ἀναχώρησις. Gall. *Departement.* Ital. *Partita ò partimento.* Germ. *Hingang oder abschied.* Hisp. *Ida de algun lugar.* Angl. *Departing.*} Plaut. *Amph. sc. 4. a. 3.* Lacrumantem ex abitu concinnas vxorem. Item feram & perferam abitum eius animo forti. *Ibi.* Terent. *Heaut.* Quum videam miserum hunc eius abitu cruciari. *Ibidem.* Propter eam hæc turba abitio venit. Abitionem antiqui dicebant mortem. Festus. Abitus præterea non modò abitionem & discessum, sed & locum per quem abire possumus, significat. Virgil. 6. *Æneid.*

Hinc atque hinc, omnemque abitum custode coronant.

Abequitare. Liu. 4. *bell. Punic.*

Abercéo, ces, ex Ab & arceo, Prohibeo. {מנע *manah.* ἀπείργω. Gall. *Chasser.* Ital. *Vietare, prohibire.* Germ. *Von dannen treiben.* Hisp. *Arredrar è apartar.* Angl. *To forbid.*} Plaut. atque eam aberceret domo.

Aberro, ras, Erro, digredior, via deflecto. {תעה *tahah.* ἀφαμαρτάνω, ἀποπλανάομαι. Gall. *S'esgarer, se deuoyer, se fouruoyer.* Ital. *Vagare.* Germ. *Jrr gehn von dem rechten weg abtretten.* Hisp. *Desuiarse.* Angl. *To wandor.*} Lactant. *lib. 4.* A quo hi duo tituli aberrauerunt, arescant necesse est. Cic. *lib. 5. Epist. Tusc. quæst.* Sed redeat, vnde aberrauit, oratio. Plin. iunior *lib. 4. Epist.* A qua rogo vt artificem quem elegeris, ne in melius quidem sinas aberrare, id est, ab illo exemplari discedere, etiam si melius factus sit. Aberrare verò à ianua, siue à fera τῷ σκοπῷ (vel potiùs τοῦ σκοποῦ) ἀμαρτάνειν. Dicitur tolum, vbi quis penitus aberrat à vero, totóque fallitur iudicio.

Aberratio, verbale, Digressus à recta via: & metaphoricè perfugium. {מדוח *madúach.* ἀποπλάνησις, ἀποπλάνησις. Gall. *Fouruoyement, destournement de chemin.* Ital. *Traniare sujamente.* Germ. *Ein abtrettung von rechten wäg oder ziler.* Hisp. *Appartamiento de camino, errado o desuio.* Angl. *Aue wandring, à going out of the way.*} Cic. *Cassio.* Veruntamen aliam aberrationem à molestiis non habemus.

‖Aberta, equi ornamentum laterale, pectori subsirictum. Suid.‖

Aberúnco, cas, lege Auerunco.

Abesamis, Syriæ oppidum, quondam à Semiramide conditum, Ἀβεσαμίς. Plin. *cap. 28. lib. 6.* A Petra incolitur Omanam ad Characem, oppidis quondam à Semiramide conditis, Abesamide, & Soraffia.

Abespi, Oppidum apud Hermandum fluuium, Plin. *lib. 6. cap. 23.*

‖Abestiarius, vestiarij præfectus. Lex. Gr.‖

Abfore, significat abfuturum esse. {ἀπέσεσθαι. Gall. *Estre absent.* Ital. *Douere essere absente.* Germ. *Danon werden sein, Abwesend werden.* Hisp. *Estar o ser ausente, ò alexarse.* Angl. *To be absent.*} Quæ duo per b, scribuntur,

scribantur, ne si per geminum ff, scriberentur, composita quis crederet ex Ad præpositione, quæ oppositum significat. Ouid.

Esse quoque in fatis reminiscitur, affore tempus.

Statius tamen *lib.* 1. *Thebaidos*, accipere videtur, Affore in significatione præsentis,

———sensit manifesto numine ductos
Affore quos nexis ambagibus augur Apollo
Portendi generos vultu fallente ferarum
Ediderat.

Sic Absorem, pro abessem: Afforem pro adessem. Virg. *lib.* 1. *Æneid.*

Atque vtinam rex ipse Noto compulsus eodem
Afforet Æneas.

De alijs à Fore compositis, vide in dictione *Forem.*

Abgrego, gas, Ab grege duco, Segrego, seiungo, disgrego. {הבדיל *hibhdil.* ἀφορίζω. GALL. *Separer du troupeau.* ITAL. *Scieglière, & menar fuor del grege.* GERM. Von der herd absünderen. HISP. *Apartar, de manada.* ANGL. *To separat frome te flock, to scatter.*} ✕ Aggrego, Congrego, infrà.

Abhinc, vna dictio composita significans Antehac. {מעתה *meháttáh.* ἀπὸ, ἀπὸ νῦν. GALL. *Depuis ce temps, d'ici en auant, dez ce temps-là.* ITAL. *Già sono per l'auenire, da hora inanzi.* GERM. Von dannen/von dieser gegenwertigen zeyt an. HISP. *D'aqui en adelante.* ANGL. *Frome hence.*} Et iungitur tam accusatiuo, quàm ablatiuo. Terent. *in* [illegible]. Abhinc triennium: hoc est, Ante tres annos, [illegible]. Cic. *ad Attic.* Quod pro Cornificio me abhinc annis amplius xxv. spopondisse dicit Flauius. Vide supra *Ab.* ¶ Abhinc, de futuro etiam tempore dicitur, quemadmodum Grammaticus antiquus Sosipater annotauit & confirmauit. Pacuuius in armorum iudicio, Seque ad ludos iam inde abhinc exerceant. Plaut. *in Mostell.* Qui abhinc quadraginta annis occisus foret.

Abhorreo, res, rui, Aspernor, fugio, dissentio, discrepo, alienus sum à re aliqua. {שקץ *shikkets.* [illegible]. GALL. *Auoir en horreur, desdain.* ITAL. *Hauer in horrore & in dispetto.* GERM. Ein abscheuhen oder abscheuw von ding tragen. HISP. *Aborrecer.* ANGL. *To aue in disdaine, to abhorre.*} Cuius varius est vsus. Liu. 8. *d.* 4. 189. *D.* Abhorrent inter se orationes. i. dissident. Idem 4. *ab Vrbe,* Eodem anno Posthumia virgo Vestalis, de incestu causam dixit, crimini obnoxia ob suspicionem propter cultum amœniorem, ingeniumque liberius quàm virginem decet, parum abhorrens famam. Terent. *in Hecyr.* Nam omnino abhorrere animum huic video à nuptijs. Sic, Abhorrere ab re vxoria, apud eundem *in Andria.* Et apud Cic. *de* [illegible], sine præpositione, Alij talibus vitijs abhorreant. Sciendum tamen, quum accusatiuo iungitur, in simili fere significatione sumi, qua Horreo: tum enim significamus, nos rem præsentem, vel propinquam, quam audire, aut aspicere pertimescimus, execrari. Cùm verò ablatiuo, tunc procul nos esse ab eo quod non placet, vel quod refugimus, demonstramus: vt si dixero, Hanc rem abhorreo, significat, execror, & pati nequeo, Abhorreo ab hac re, id est, alienatus sum, vel procul esse volo. A multis enim procul esse volumus, vt à rebus venereis, licèt nostris sensibus plerunque odiosæ non sint, sed animi moderatione ab illis abesse studemus, ne nobis officiant. Abhorret à fide, pro Incredibile est. Liu. Valla *lib.* 5. *cap.* 104. scribit hoc verbum semper construi cum ablatiuo, sed fortasse deceptus cum Ab præpositio, quæ ablatiuum exigere videtur. Sed etiam si hoc in plerisque verbis fiat, non tamen in omnibus, sicut in Abeo, Abiuo, & huiuscemodi accidit: quæ accusatiuum, non ablatiuum postulant. Ponitur interdum absolutè. Cicer. *pro Cluent.* Omnes aspernabantur, omnes abhorrebant, omnes vt immanem ac perniciosam bestiam, pestémque fugiebant.

Abhorrens simpliciter, alienus à ratione & consuetudine, [illegible]. Liu. Qui tamen risus nequaquam adeò est intempestiuus, quàm [illegible] absurdæ & abhorrentes lacrymæ.

Abhorresco, valde horreo, vehementer timeo. {[illegible]. GALL. *Auoir en desdain & horreur.* ITAL. *Impaurire.* GERM. Ein grausen vnd heftig abscheuhen vberkommen. HISP. *Auer mucho miedo ò espanto.* ANGL. *To haue in disdaine, erto feare greatumlie.*} Lactantius *de Ira.* Quem terra contremiscit, cœlúmque & mare, & latebræ Tartareæ, & dæmones abhorrescunt.

‖Abhorris, scandalosus. Pap.‖

Abhortor, idem ferè quod Dehortor. {התעה *hittah.* [illegible]. GALL. *Desenhorter, desconseiller, destourner.* ITAL. *Sconfortare.* GERM. Abmanen. HISP. *Dissuadir alguna cosa con razones.* ANGL. *To dissuade, to turne ab ab.*}

Abiectito, tas, frequentatiuum, significat frequenter abijcio. {השליך *hishlich.* [illegible]. GALL. *Ietter souuent auec desdain.* ITAL. *Gittare spesso.* GERM. Stätig oder oft hinwerffen. HISP. *Abatir ò echar de si muchas vezes.* ANGL. *To cast away often with disdaine.*}

Abies, etis, fœminini generis, Arbor est altissima, rectissimaque, cuius pars inferior enodis, Sapinus vocatur: superior vero nodosa duriorque, Fusterna, vt Plin. scribit *lib.* 16. *cap.* 40. Præcipua dos est crispantibus, & in torto quodam discursu venarum pretiosis. Alij hanc Gallicam vocant, propter candorem. {ברוש *berósh.* ἐλάτη. GALL. *Arbre communement appellé Sapin.* ITAL. *Abete, al cumunei Sappo.* GERM. Ein Thannenbaum oder Fiechten. HISP. *Abeto arbol.* ANGL. *A firre tree.*} Abietem pro tabellis vsurpauit Plaut. *in Persa* quod non recipit prosa oratio, teste Quintiliano *lib.* 8. *cap.* 6. Abies, metonymi. pro re facta ex abiete. Virgil. *Æneid.* 8.

Labitur vncta vadis abies, id est, nauis abiegna.

Sic *Æneid.* 11.

——— cuius apertum
Aduersi longa transuerberat abiete pectus, id est, hasta abietali.

Seruius. ‖ Allegoricè Abietis nomine aliquando contemplator sanctus, aliquando ipsa contemplatio, aliquando cœlestes virtutes intelliguntur. ¶ Abietes quoque Principes Gentium, & Sacerdotes significant. ¶ Abies item gratiam spiritualem denotat.‖

Abiecula, diminutiuum. Græcè dicitur ἐλάτη, forsan ab ἐλάω, impello, produco, prolongo. Dictam autem volunt abietem, quod in altitudinem longius eat, quàm cæteræ arbores.

Abiegnus, a, um, Quod est factum ex abiete, vt Abiegnæ mensæ. {ἐλάτινος. GALL. *De sapin.* ITAL. *Cosa fatta d'Abete.* GERM. Tännin. HISP. *Cosa de materia de Abeto.* ANGL. *Made offirre.*} Colum. *lib.* 12. *c.* 43. Quidam eadem ratione arida populnea, vel abiegna scobe virides vuas custodiunt. Dictio est quadrisyllaba, sed interdum apud poetas disyllaba, Propertius *lib.* 3. *eleg.*

Induit abiegna cernua falsa boui.

Abietarius, Faber lignarius ab abietibus. Hi etiam materiarij dicuntur, à materia. {τέκτων. GALL. *Charpentier.* ITAL. *Il legnaiuolo, il marangone.* GERM. Ein Zimmerman/ein Schreyner. HISP. *Carpintero.*} Cuius nomine ligna, quæ ad ædificandum fulciendúmque necessaria sunt, intelligenda esse declarat Iureconsultus. Festus pro denominatiuo vsurpat. Abietaria, inquit, negotia, quam nunc materiam dicimus, videlicet ab abietibus coëmendis: & Abietarius negotiator.

Abiga, siue, vt alij malunt, Aiuga, herba est, quæ à Plinio alio nomine Chamæpitys dicitur: ab abigendo partu sic vocata, χαμαιπίτυς. Hanc eandem herbam credit Ruellius, quam vulgò Iuam muscatam vocant.

Abigo, ex Ab & ago: propriè est, pecus, aut greges abduco, siue vi id fiat, siue dolo. {הדיח *hiddiah* נהג *nahagh.* ἀπελαύνω. GALL. *Chasser, & proprement les bestes.* ITAL. *Scacciare, menar via grege.* GERM. Vieh entfüren vnd hinweg treyben. HISP. *Apartar ganado, hurtallo, ò execar.* ANGL. *To driue away cattell.*} Plaut. *Amph.* Amphitruonem fac aduenientem ab ædibus vt abigas. Idem *Asin. sc.* 4. *a.* 2. Hinc me abegerit odio suo. Et *Men. sc.* 2. *a.* 1. Abegi iurgio vxorem ab ianua. & *in Capt. sc.* 1. *a.* 4. Quorum odos subbasilicanos, omnes abigit in forum. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 1. Irascare, si te edentem à cibo abigat. Ouid. 3. *Fast.*

O vir colloquio non abigende Deûm.

Liuius 1. *lib. ab Vrbe,* Herculem in ea loca, Geryone interempto, boues mira specie abegisse ferunt. ¶ Abigere, nonnunquam quoque ponitur pro agere, siue propellere, vt fit quum boues in pascua mittuntur. Varro *de re rustic. lib.* 2. *cap.* 1. Itaque greges ouium longius abiguntur ex Apulia in Samnium æstiuatum. ¶ Significat præterea abigere, rem nobis odiosam, aut molestam propellere, & fugare. {נדח *niddah* הנד *benédh* השיב *hishibh.* ἀπερύκω. GALL. *Chasser loin de nous toute chose odieuse & mal plaisante.* ITAL. *Cacciar da noy quelle cose che sono noiose.* GERM. Abtreyben/hinweg treyben. HISP. *Empuxar alexar cosas que hazen daño.*} Cicer. *Tusc.* 1. Proijci se iussit inhumatum. Tum amici, Volucribúsne & feris? Minimè verò, inquit, sed bacillum prope me, quo abigam, ponitote. ¶ Secundum hanc rationem transfertur interdum ad res incorporeas: vt, Abigere fastidium, lassitudinem, & alia id genus, pro expellere. Plin. *lib.* 12. *cap.* 17. Ex Syria reuehunt styracem, acri eius odore in focis abigentes suorum fastidium. Plautus *in Mercat.* Agedum Acanthium, abige abs te lassitudinem. ¶ Abigere partum, etiam eleganter dicimus, pro eo quod est, Herbis & medicamentis fœtum iam conceptum expellere. *Ibidem,* Memoria teneo, Milesiam quandam mulierem, quum essem in Asia, quod ab hæredibus secundis accepta pecunia, partum sibi ipsa medicamentis abegisset, rei capitalis fuisse damnatam. ¶ Prouerbio videtur olim vsurpatum, Abegerunt nunquam meos boues, aut equos, pro nunquam me læserunt, aut affecerunt iniuria, vt mihi sit causa, cur illos odisse debeam. Plut. *in Com. de vitanda vsura.* Homer. *Iliad.* α. [illegible]. Inter Abigere & Arcere, Grammatici hanc statuunt differentiam. Abigimus, quæ vbi accesserint expellimus: Arcemus, quæ prohibemus, ne accedant. Verùm non semper hæc differentia obseruatur.

Abactus, a, um, ab Abigo: vt Abacti greges, qui aut furto, aut per vim abducti sunt. {מנודח *menuddách.* ἀπελαθείς. GALL. *Chassé par force ou larrecin comme bestail.* ITAL. *Gregi rubati è menati à forza in preda & à ruba.* GERM. Hinweg getriben/en sey durch diebstal oder gwalt. HISP. *Ganado, hurtado.* ANGL. *Driuen away.*} Cicer. 4. *Verr.* Præterea greges nobilissimarum equarum abactos. Liuius 4. *ab Vrbe,* exercitus in agrum Veientem, ac Faliscum ducti, prædæ abactæ hominum, pecorúmque. Additur quandoque & ablatiuus Furto. Plin. *lib.* 8. *cap.* 51. Compertum agnita voce suarum, furto abactos, mersóque nauigio, inclinatione lateris vnius remeasse. ¶ Abacta nox, pro exacta. Virg. 8. *Æneid.*

——— medio iam noctis abactæ Curriculo.

¶ Dicebantur etiam Abacti, autore Festo, magistratus, qui coacti deposuerant imperium, [illegible]. ¶ Abactus venter dicitur à Paulo *lib. Sentent.* 4. *cap.* 9. pro fœtu venenis & medicamentis eiecto. Aborsus, inquit, vel abactus venter partum efficere non videtur. Hotom. *In suo Lexico.*

Abactus, us, ui, pro violenta expulsione. {מדוח *madduách.* ἀπέλασις. GALL. *Deschassement violent, larrecin de bestail.* ITAL. *Discacciamento subito, ò rubamento ò inuiolamento di bestie.* GERM. Außstossung oder entfürung mit gwalt. HISP. *Empuxamiento, ò hurto de ganado.* ANGL. *Driuing away, or stealing of cattell.*} Plin. *in Panegyr.* Quàm dissimilis nuper alterius principis transitus (si tamen transitus ille non populatio fuit) quum abactus hospitium exerceret. Abactus etiam vocatur furtum illud, quo pecudes è pascuis abiguntur, aut à gregibus subtrahuntur: quod alio nomine Abigeatus dicitur.

‖Abiga, herba, ab abigendo partu, chamæpitys. Alij malunt aiugam. Abortus excitare solet, dum educit ea, quæ sunt in vtero. ¶ Est etiam armatura conceptus Alberto, tertium inuolucrum fœtus, quòd à partu suum ipsius lotium abigat, h. e. fœtum ab eo tueatur.‖

Abigeatus, us, ipse abigendi actus, siue crimen abactionis. {ἀπελασία. GALL. *Larrecin ordinaire de bestail.* ITAL. *Latrocinio, ò rubeamento di bestiami.* GERM. Ein vihdiebstal/hinwegtreybung des viehs ab den weyden. HISP. *Hurto de ganado.*} Marcell. *lib.* 47. *Digest.* Abigeatus crimen publici iudicij non est, quia furtum magis est.

Abigeus, ab abigo dicitur (vt autor est Vlpianus,) qui pecora de pascuis, vel ex armentis subtrahit, & quodammodo deprædatur, & abigendi studium, quasi artem exercet, equos de armentis, vel oues de gregibus abducens. {ἀπελάτης. GALL. *Larron ordinaire de bestail.* ITAL. *Ladro ò rubatore di bestiami.* GERM. Ein vichdiebet oder viehdieb der das vich entfürt/oder hinweg treibt. HISP. *Hurtador de ganado.* ANGL. *A felon an stealer of cattell.*} Cæterum si quis ouem oberrantem, vel equos

 in

in solitudine relictos abduxit, non est Abigeus, sed fur potiùs. Scribit & Claudius, Quantitas discernit furem ab abigeo. Qui enim vnam suem surripuerit, vt fur coërcebitur, qui gregem, vt abigeus. Multo autem grauius supplicium à legibus in abigeos, quam in cæteros fures constitutum est, quòd hos ædibus nostris possumus excludere: pascua autem maiora sint, quàm quæ muro possint cingi. Quem Vlpianus Abigeum appellat, Apuleius & Paulus *lib. Sent.* 5. *c.* 18. Abactorem vocat. Abactores, inquit, sunt qui vnum equum, duas equas, totidémque boues, capras decem, aut porcos quinque abegerint.

Abigendus, a, um, particip. Reiiciendus, expellendus. Ouid.

O vir colloquio non abigende Deûm.

Abigena bos, Varr. *de ling. Lat. lib.* 6. Abustum, quod circùm vstum est: vt abigena bos apud Augures, quam circum aliæ hostiæ constituuntur. Legendum Abiegna & ambustum.

[Abigo, is, pecus abduco.]

Abiicio, cis, & per geminum i, quia mutatur a in i, quæ tamen in præterito conuertitur in e. Proiicere, deponere. {השליך hisclich. מאס maás. ἀπορρίπτω, ἀποβάλλω, ἀπορρίπτω. GALL. Ietter par desdain, ou fascherie. ITAL. Gittar da lontano, per ira, isdegno, dispetto, & altrimenti. GERM. Hinwerffen/ von sich werffen. HISP. Abatir o echar de si. ANGL. To cast away.} Valer. *lib.* 1. Quum prælium nauale committere vellet, auspiciáque more maiorum petiisset, & pullarius, non exire pullos cauea nuntiasset, abiici eos in mare iussit, dicens: Qui esse nolunt, bibant. Plaut. *Men. sc.* 5. *a.* 3. Abiiciam coronam ad læuam manum. Cic. *Tusc.* 1. E muro se in mare abiecisse. Est etiam hoc verbum aliquando humilis & contempti, supplicisve: vnde, Abiicere se ad pedes alicuius, est suppliciter ante pedes eius procumbere, à quo aliquid precibus conamur impetrare. Cic. *ad Att. lib.* 8. Non sum veritus, ne viderer assentari, cui tali in re libenter me ad pedes abiecissem. Idem *pro Milone.* Ego me plurimis pro te supplicem abieci. Abiicere sese, est deprimere seipsum, & parui pendere, ταπεινοῦν ἑαυτόν. Cic. *in Paradoxis.* Sic te abiicies atque prosternes, vt nihil inter te & quadrupedem putes interesse? Abiicere hastam, idem est quod desperare: cuius testimonium habes apud Cic. *pro Murena.* Metaphora ducta ab iis qui prælio victi arma abiiciunt, quæ fugientibus oneri magis sunt, quàm vsui. Transfertur etiam ad res animi, accipitúrque pro deponere, expellere, & amouere: vt, abiicere amorem: &, Abiicere spem siue animum, hoc est, desperare. Cic. 3. *Verrina.* Socij verò nationésque exteræ, spem omnium tum primum abiecêre rerum. [illegible] τὴν ἐλπίδα, τὸ φρόνημα [illegible]. Bud. Sic, Abiicere curam, est curam deponere, & desinere solicitum esse. Item Pæto *lib.* 9. *famil.* Sed caue, si me amas, existimes me, quod iocosius scribam, curam rei abiecisse. ¶ Quum vitium aliquod, aut rem alioqui noxiam admonebimus missam fieri, reiicíque oportere, conueniet adagium ab hoc verbo natum, Abiiciendum procul. Sic Theognis non opes, sed ipsam paupertatem iubet ἐς μεγακήτεα πόντον ῥίπτειν, id est, in immensum mare proiicere, veruntamen ille Theognidis locus aliter debet intelligi.

Abiectus, a, um, particip. Ouid.

Sic vbi fata vocant, vdis abiectus in herbis.

Et Abiectus, abiectior, abiectissimus, nomen ex participio. Cic. 5. *de Fin.* Nihil abiectum, nihil humile cogitant. Abiectus, id est, iacens, summissus, contemptus, afflictus, & animo fractus. {בזוי bázui. ἀπερριμμένος, καταβεβλημένος, ταπεινὰ φρονῶν. GALL. Mesprisé, deboutté de chacun, abbaissé, humilié. ITAL. Gittato via, disprezzato, vile, basso. GERM. Hingeworffen/ oder verworffen/ veracht. HISP. Abatido, de poco precio. ANGL. Cast away.}

Abiectè, aduerb. pro contemptim, & abiecto animo. Cic. 1. *Tusc.* Sed hoc quidem in dolore maximè est prouidendum, nequid abiectè, nequid timidè, nequid ignauè, nequid seruiliter, muliebritérve faciamus. {ἀπερριμμένως. GALL. Sans en faire cas, vilainement & sans honneur. ITAL. Vilmente. GERM. Verächtlig/ verzagtlich. HISP. Menospreciando. ANGL. Disdainfullie.}

Abiectio, idem est quod animi deiectio & contemptus sui. Cic. *in Pison.* Quid debilitatio atque abiectio animi tui, Macedonia Prætoria nunciata. {ἡ ἀπόῤῥιψις, ἀπόῤῥιψις, ἀθυμία, ταπείνωσις. GALL. Lascheté de coeur, mespris. ITAL. Viltà di animo, ò pouertà di cuore. GERM. Kleinmütigkeit. HISP. Abatimiento, menosprecio. ANGL. Scornefulnesse off hart.}

Abii, Ἄβιοι, populi sunt, vt Stephano placet, Scythiæ, aut, vt alij malunt, Thraciæ: ita dicti quòd Abianum amnem accolant, aut certe quòd in curribus degentes, lacte vescentes, & in cælibatu viuentes, vitam humanam agere non videantur: vt Abios intelligas, οὐ μὴ ἔχοντας ἀνθρώπινον βίον. Alij Abios dictos putant, quasi ἀβιαίους, quòd in pace degentes nemini vim inferant. Vnde & ab Homero mortalium iustissimi appellantur. *Iliad.* 13. Γλακτοφάγων, Ἀβίων τε δικαιοτάτων ἀνθρώπων. Sunt quoque qui inde Abios dictos putant, quòd more vicinarum gentium arcu non vtantur, vt sit compositum à nomine βιὸς quod accentum habens in vltima, arcum significat. Apud Homerum tamen Abiorum nomen, vt & Galactophagorum, non tam Gentile esse videtur, quàm Mysorum, quorum in præcedenti versu meminit, epitheton. Vide Strab. *lib.* 7. & Cælium *lib.* 18. *cap.* 23.

Abila, Ἄβιλα, Stephano, oppidi nomen est ad Iordanem fluuium. Est & Abila, Ἄβιλα, Stephano, & Suidæ, oppidum in regione Decapolitana, Diogenis Sophistæ patria: cuius meminit Plin. *lib.* 5. *c.* 18. Item mons Mauritaniæ in faucibus freti Gaditani, è regione Calpes, Hispaniæ montis, Ἄβιλυξ Suidæ. Plin. *in Proœm. lib.* 3. Proxima autem faucibus vtrinque impositi montes coërcent claustra. Abila Africæ, Europæ Calpe, laborum Herculis metæ. Quam ob causam indigenæ columnas eius Dei vocant, credúntque per fossas exclusa antea admisisse maria, & rerum naturæ mutasse faciem.

Ab integro, Denuo, de nouo. {עוד ghodh. ἐκ δευτέρου. GALL. Derechef. ITAL. Di nuouo. GERM. Von newem. HISP. De nueuo ò desdecomienço. ANGL. Agane, ofnew.} Virgil. *Ecl.* 4.

Magnus ab integro seclorum nascitur ordo.

Cic. 3. *Verr.* Verum existimatis minus operis esse, vnam columnam efficere ab integro nouam nullo lapide rediuiuo, an quatuor illas reponere.

Ab intestato, aduerb. sine testamento. {ἀδιάθετος. GALL. Sans testament. ITAL. Senza testamento. GERM. Ohn testament oder vermächt. HISP. Sin testamento. ANGL. without testament.} vt, Hic ab intestato decessit, μὴ διαθέμενος. Sic etiam dicimus, Succedere ab intestato. Paul. *lib.* 29. *D. de iure codicillorum.* Quicunque enim ab intestato successerit, locum habent codicilli. Et paulò post, Nec interest quis succedat, dum ab intestato succedat.

Abiotos, herba est Dioscoridi, quæ notiore nomine Cicuta appellatur. {ראש rosch. ἀβίωτος. GALL. Cigue, ou Segue. ITAL. Cicuta. HISP. Ceguda.} Nomen inde ductum videtur, quòd capite damnatis cum vino misceri soleat. Nam ἀβίωτος, Græcis triste mœstúmque significat.

Abis, Fluuius in Danubium influens. Hic etiã Ausus dicitur. Autor. Alch.

Abisama, Ἀβίσαμα Ptolemæo, ciuitatis nomen, quæ à Ptolemæo collocatur in ea Arabiæ parte, quæ Arabia felix dicitur.

Abisari, aliàs Biasari, regio est Indiæ, apud Strab. *lib.* 15.

Abisontes, à Plin. *lib.* 3. *cap.* 20. inter Alpinos populos numerantur.

Abiudico, as, significat, Rem de qua controuersia est, per iudicium aufero, & alteri addico. {ἀποδικάζω. GALL. Oster par iugement. ITAL. Torre ò leuare altrui per via di giudicio. GERM. Mit recht absprechen. HISP. Quitar alguna cosa por sentencia. ANGL. To tak away be iugement.} Vnde Ager abiudicatus ab Liuio dictus, quem Romani per iniquum iudicium interceperant, eripuerántque. Audiuêre, inquit, patres Ardeatium populum ob iniuriam agri abiudicati defecisse ⟩⟨ Cic. *in Verr.* 4. *act.* 2. Nulla res cuiquam tam patria atque auita fuit, quæ non imperio illius abiudicaretur. ¶ Aliquando pro repudiare, siue reiicere. Cic. *de Orat. lib.* 2. Vbi plus mali, quàm boni reperio, id totum abiudico atque reiicio. Abiudicabo me a vita, Plaut. *in Asin.* satis durè dixit, pro eo quod est, vitam mihi adimam, me vita priuabo.

[Abiuges hostiæ, videntur dici, vt iniuges, iugum non expertæ. Vulcan. ad Gloss.]

Abiugo, gas, propriè à iugo remoueo. {ἀποζεύγνυμι. GALL. Descouser, desioindre. ITAL. Sciorre dal giogo, discoppiare. GERM. Entjochen/ausspannen/von dem joch entledigen. HISP. Apartar ò desunir vno de otro. ANGL. To vnyoke or discouple.} vt, Abiugare bouem, hoc est, à pari disiungere. Sed per translationem significat separare, alienare, ἀποχωρίζειν. Pacuuius Quæ res ab stabulis abiugat ⟩⟨ Adiugo, de quo infra.

Abiungo, gis, Separo, remoueo, seiungo. {פרד parádh. ἀποζεύγνυμι, ἀποχωρίζω. GALL. Desioindre, separer. ITAL. Disunire, separare, scompagnare. GERM. Von einander fügen oder absündern. HISP. Apartar ò desunir vno de otro. ANGL. To separate, or to disioyne.} Cat. *de com. Ber.*

Abiuncta paulo a[illegible] coma mea fata sorores

Lugebant.

Gell. *cap.* 5. *lib.* 12. *Georg.* Abiuncti sumus & alienati natura à dolore. Virgil. 3. *Georg.*

———it tristis arator,

Mærentem abiungens fraterna morte iuuencum.

Cic. *ad Attic.* Quod se ab hoc refractariolo iudiciali dicendi genere abiunxerit: hoc est, se disiunxerit ⟩⟨ Adiungo, de quo infra.

Abiurasso, antiquum verbum, pro abiuro, sicut apud Cic. *in lib. de Senect.* in versu quodam Ennij, Leuasso, pro Leuo. Plaut. *in Persa,* Nec metuo quibus credidi hodie, ne quis abiurassit mihi. ¶ Huiusmodi voces non sunt indicatiui, sed subiunctiui modi: est enim Abiurasso, pro abiurauero: & leuasso, pro leuauero. sic de aliis est sentiendum.

Abiuro, ras, significat rem mihi creditam non esse, vel aliquid me non habere, aut promisisse iuro. {נשבע על שקר nisc-bahh hhal scheker. ἀπόμνυμι, ἀπόμνυμι, ἐξόμνυμι. GALL. Renier par serment, ou auec iurement. ITAL. Negar con giuramenti, ò spergiurando negare. GERM. Mit dem eydschwur leugnen/verschweren. HISP. Negar alguna cosa con iuramento. ANGL. To forsweare.} Plaut. *in Curc. sc.* 2. *a.* 4. Sui nihil est lenonibus nisi vna lingua, qua abiurant, si quid creditum est. Cic. *Attic. lib.* 1. Tulliola nostra, deliciæ nostræ, tuum munusculum flagitat, & me sponsorem appellat: mihi autem abiurare certius est, quam dependere. Quo in loco Cicero suo more ludens, ait se potiùs constituisse, vel cum periurio negare, se spopondisse, quam quod pro Attico spoponderat, exoluere.

Abiuratus, cum periurio negatus: vt, quum depositum abiuratum dicimus. Aliquãdo tamen simpliciter acceptum inuenitur pro eo quod est, contra ius retentum. Sic enim interpretatur Seruius illud Virg. *lib.* 8.

Abstractæque boues abiuratæque rapinæ

Cælo ostenduntur.

{ἐξομοσθείς. GALL. Nié par serment, ou iurement. ITAL. Negato con giuramento. GERM. Verschworen. HISP. Negado con iuramento. ANGL. Forsworne.}

Abiuratio, rei creditæ negatio per iuramentum facta. {ἐξωμοσία, ἀπωμοσία. GALL. Reniement par serment de quelque chose euë. ITAL. Negamento pergiuri di cose hauute. GERM. Verleignung mit dem eydschwur/verschwerung. HISP. Obra de negar iurando. ANGL. Forsfwearing.}

Ablacto, ctas, à lacte remoueo. {גמל ghamál. ἀπογαλακτίζω. GALL. Seurer, oster de la mammelle. ITAL. Spoppare, slatare. GERM. Von der milch brüsten entwehnen. HISP. Destetar. ANGL. To weane.} Virg. dixit, à lacte depello: & Varro, à mamma disiungo. [Vnde Ablactatio, Ablactatus. Isid.] Ablacto apud idoneos autores vix reperias.

Ablaqueo, propriè est circum arbores effodere terram, & radices superiores retegere, vt magis fructificent. {עדר hhadhar. περισκάπτω. GALL. Deschausser vn arbre ou plante. ITAL. Discalcare e zappare à piedi d'arbri. GERM. Den bäumen reiben/ entrathen. HISP. Escauar ò alimpiar los arboles. ANGL. To discouer the rootes of trees.} Colum. *lib.* 3. Vinea vetus, neque ablaqueanda est, ne radices, quas in summo habet, inarescant: neque aranda, ne radices abrumpantur. Pallad. *lib.* 2. Ianuario mense locis temperatis ablaqueandæ sunt vites: quod Itali *Scalzare* appellant, id est, circa vitis codicem dolabra terram diligenter aperire, & purgatis omnibus, velut lacus efficere, vt Solis teporibus & imbribus prouocentur. Ex quo loco satis apparet, non à laqueis, vt plerique existimant, sed à lacubus, hoc est, fossis, quæ circa vitium radices fieri solent, hoc verbum deductum esse. Hinc Ablaqueatio, ipse actus ablaqueandi. Plin. *lib.* 12. *cap.* 25. Myrrha gaudet rastris & ablaqueationibus. {περισκαφή. GALL. Dechaussement d'arbre ou autre plante.

ITAL.

ITAL. *Il discalcamento delle viti è de gli alberi.* HISP. *A quella obra de escauar los arboles.*}

‖Ablaros, Applare, cochlear. Isid. gloss.

Ablatio, tempus paroxismi febrilis post statum. L.M.‖

Ablatiuus casus Grammaticis dicitur, qui sextus est casus apud Latinos, & alio nomine, teste Prisciano, Comparatiuus appellatur, eò quòd per eum non minus comparatio significetur, quàm ablatio. Seruit enim comparationi, vt fortior Hectore: ablationi verò, vt dicimus, Aufero ab Hectore. Diomedes *lib.* 1. Ablatiuum Græci non habent: vocatur tamen à Quintiliano ἀφαιρετικὴ πτῶσις. hunc etiam Varro interdum Sextum, interdum Latinum vocat, quia Latinæ linguæ proprius est: cuius vis apud Græcos per Genitiuum explicatur. Vide apud Priscian. *lib.* 5. *cap. de casibus.*

‖Ablectus, a, um, ab ab & lacio, vnde ‖ Ablectæ ædes à Plauto *in Mostellaria* appellantur, quæ mundæ sunt, & ornatæ, quæque emptorem sua elegantia facile alliciant. {בית מרודה *beth middeth.* οἰκία ... GALL. *Maisons plaisantes & bien basties.* ITAL. *Case pulite, belle, allegre.* GERM. Außgebutzte vnd auff den kauff zugerüstete Heuser. HISP. *Casas polidas y luzidas.* ANGL. *Plesant buildinges.*} ‖Turneb. legit *abiectas ædes*, id est, vili pretio venditas. Sed aliter Scaliger. ‖

Ablegmina, partes erant extorum, quæ diis immolabantur. Festus.

ABLEGO, gas, Amando, remoueo, dimitto. {שלח *schillach.* ἀποπέμπω, ἀποστέλλω. GALL. *Se desfaire & depescher de quelque chose, enuoyer quelqu'vn.* ITAL. *Mandar via à lontano leuar da se.* GERM. Hinweg schicken, Abfertigen. HISP. *Embiar alguno de algun lugar.* ANGL. *To send away.*} Liu. *lib.* 1. Pueros venatum ablegauit. Colum. *lib.* 7. Itaque quum ablegabuntur, in ea loca perducenda erunt, quibus nullum impascitur pecus. Sueton. *in Calig. cap.* 10. In proximam ciuitatem ablegari & amandari. Cic. *in Verr.* Qui honestos homines, qui causam norint, ablegat, consilióque dimittat. Ablegare, vsurpatur etiam in quodam sermonis compendio apud Cic. *ad Att. lib.* 2. A C. Cæsare valdè liberaliter inuitor in legationem illam, sibi vt sim legatus: sed hæc à fratris aduentu me ablegat. Id est, ita me hinc mouet, vt fratris aduentui adesse non possim.

Ablegatio, verbale. {שליחות *schilluach.* ἀποπομπή, ἡ ἀποστολή. GALL. *Congé, ou enuoy par maniere de depesche.* ITAL. *Licentiamento, ò el mandamento à lontano.* GERM. Hinschickung. HISP. *A quella obra de embiar alguno.* ANGL. *Sending away.* Cicer. 1. *de leg.* Ablegationem aliquam nimirum ista oratio postulat.

Ablepsia, Latinè cæcitas, & inconsiderantia, ἀβλεψία ab α priuatiua, & βλέπω, video. Sueton. *in Claudio.* Inter cætera in eo mirati sunt homines, & obliuionem, & inconsiderantiam: vel, vt Græcè dicam, μετεωρίαν καὶ ἀβλεψίαν. {GALL. *Cecité, faute d'auis.* ITAL. *Cecità & trascurraggine.* GERM. Vnfürsichtigkeit, vnbedachte. HISP. *La ceguedad, ò poco miramiento.* ANGL. *Blindnes.*}

Ableri, Populi sunt non procul à Pergamo, qui parent Mysis, vt autor est Strab. *lib.* 13.

Abligurio, ris, Liguriendo absumo. {אכל *achál.* κατα...χέω, ..., ... GALL. *Despendre son bien follement & en friandises.* ITAL. *Consumare in gola, ò ghiotornia, consumar il suo, largamente spendendo in cose di gola.* GERM. Verschlemmen, vnnützlich verthun, verzehren. HISP. *Gastar la hazienda en golosinas.* ANGL. *To wast, to spend.*} Terent. *in Eunuch.* Itidem patria qui abligurierat bona, id est, suauiter consumpserat. Donat.

Abloco, as. Idem quod locare. {השכיר *hiscchir.* ἐκμισθόω. GALL. *Se dessaisir & bailler à louage.* ITAL. *Appigionare, affittare.* GERM. Außleihen. HISP. *Alquilar, arrendar.* ANGL. *To set, to let out for hyre.*} Sueton. *in Vitel. c.* 7. Satis constat exituro viaticum defuisse, tanta egestate rei familiaris, vt vxore & liberis, quos Romæ relinquebat, in meritorio cœnaculo abditis, domum in reliquam partem anni ablocaret.

‖Ablucinatio, lucis alienatio. Cath. ‖

Abludo, Dissimilis sum, distto. {ἀπᾴδω, ἀπεοικέναι. GALL. *Ne ressembler point, estre dissemblable.* ITAL. *Dissimigliare.* GERM. Vngleich sein, vngemäß sein. HISP. *Discordar.* ANGL. *To be vnlyke.*} Horat. 2. *Sermon.*

——— hæc à te non multum abludit imago,

id est, Hoc exemplum non multum dissimile est tuis moribus, ἀπᾴδει. ✱ Alludo, vide infrà.

ABLVO, abluis, Eluo, purgo. {רחץ *rachátz.* ἀπολούω, ἀποπλύνω. GALL. *Lauer & nettoyer.* ITAL. *Lauare, nettare.* GERM. Abweschen. HISP. *Lauar.* ANGL. *To mak cleane, to washe.*} Cicer. *in Tusc.* Vlysli pedes abluens. Abluere somnum, est post somnium se abluere, vt quod somnio portendebatur, huiusmodi ablutione expietur, ὄνειρον ἀποκλύζειν. Huc respexisse videtur Persius *Sat.* 2. quum ait,

Hæc sanctè vt poscas, Tiberino in gurgite mergis
Mane caput, bis térque, & noctem flumine purgas.

Ouid. 5. *Faster.*

——— mercator lauro humida spargens.

Abluere tenebras antiqui dicebant pro discutere & dissoluere. Lucret.
Nigras que sibi abluit vmbras: hoc est, discicit, & dispellit.

Turneb. Abluere, pro madefacere, aut rigare. Colum. *lib.* 3. Tum etiam clirosis locis terra, quæ in eum congesta est, pluuiis non abluitur. ¶ Dicimus etiam prouerbialiter, Abluit matinam auditionem fluuiali sermone, Ἁλμυρὰν ἀκοὴν ἀποκλύζειν ποτίμῳ λόγῳ. Vbi quod erat auditu molestum, id oratione grata mitigatur, & conditur. Vsurpatur hoc Adagium à Platone *in Phædro*, & ab Athenæo *Dipnoso. lib.* 3.

‖Abluentia, abstergentia, medicamenta. L.M.

Ablutes, Ablutum, loca cœnosa. Isid. gloss. ‖

Ablutus, a, um, particip. Lotus purgatus, ἀπολελουμένος. Varr.

Ablutio, verbale. Macrob. *Saturn. lib.* 3. *c.* 1. Constat diis superis sacra facturum, corporis ablutione purgari. {רחצה *rachatz.* ἀπόλουσις. GALL. *Lauement.* ITAL. *El lauamento, ribiancamento.* GERM. Abweschung. HISP. *Aquella obra de lauar.* ANGL. *washing or rinsing.*}

Abluuium, vniuersalis inundatio. {מבול *mabbul.* κατακλυσμός. GALL. *Deluge.* ITAL. *Diluuio.* GERM. Ein vberschwemmung vnd vberfleissung mit wasser. HISP. *Diluuio vniuersal.* ANGL. *A deluge.*} Vide Gell. *lib.* 16. *c.* 7. & Cæl. *lib.* 22. *cap.* 24.

‖Abluuio, mundatio sordium. Catholic. ‖

Abmatertera, soror abauiæ. ἡ τῆς ἀπὸ προμήτορος μεγάλη. *Instit. lib.* 3. {ἀπομαία. GALL. *La sœur de la mere grand de nostre pere, ou mere grand.* ITAL. *La sorella de la madre de la bisauola.* GERM. Der Großmutter schwester. HISP. *La hermana de quarta abuela.*}

Abmitto, verbum priscum, idem quod mitto. Plaut. *in Trucul.* Dic ob hæc dona quæ abmiserit, me illum amare plurimum omnium hominum. {שלח *schillach.* ἀποπέμπω. GALL. *Enuoyer.* ITAL. *Mandar via de se auiar fuori.* GERM. Hinschicken, hinsenden. HISP. *Embiar fuera.*}

Abnato, as, are, aliunde natando recedo. {ἀπονήχομαι. GALL. *Nager en arriere.* ITAL. *Natar in dietro.* GERM. Dahin schwimmen. HISP. *Nadar atras.* ANGL. *To swyme away.*} Statius *lib.* 1. *Achil.*

Tunc excepta freto, longè ceruice reflexa,
Abnatat, & blandis affatur littora verbis.

Abneco, as, are, idem quod neco. {המית *hemith.* ἀποκτείνω, ἀποπνίγω. GALL. *Faire mourir, tuer.* ITAL. *Far morire.* GERM. Tödten. HISP. *Matar.* ANGL. *To kil, to slay.*} Plaut. *in Trucul.* Neque sibi persuaderes, vt abortioni operam daret, puerúmque ritè abnecaret.

ABNEGO, gas, Nego, repudio, reiicio, recuso. {כחש *chichesch.* ἀπαρνέομαι. GALL. *Denier, renier, refuser.* ITAL. *Negare è refiutare.* GERM. Verleugnen, abschlagen. HISP. *Negar echando sobre si maldiciones.* ANGL. *To denie.*} Lactant *lib.* 5. Nec enim potuerunt retinere pietatem, qui communem omnium patrem Deum tanquam prodigi, atque rebelles liberi, abnegassent. Abnegare deposita, aut promissa dicimur, quum negamus apud nos aliquid esse depositum, vel à nobis aliquid esse promissum. Plin. *Epist. lib.* 3. Ne depositum appellati abnegarent. ¶ Accipitur etiam Abnegare, pro negare id quod à nobis petitur, planè obstinato, atque obfirmato animo. Virg. 7. *Æneid.*

Rex tibi coniugium & quæsitas sanguine dotes
Abnegat.

Colum. *lib.* 10.

——— si Iuppiter abnegat imbrem,
Expectetur hyems.

Virg. 8. *Æneid.*

Abnegat excisa vitam producere Troia.

‖Abnegatiua, negantia, Diom. ‖

Abnepos, filius pronepotis. {ἀπέγγονος. GALL. *Neptueu de nostre neptueu, ou de nostre niepce en droite ligne.* ITAL. *Il nipote del nipote.* GERM. Der dritt enckel. HISP. *El quarto nieto, ò nieto del nieto.* ANGL. *The sone in fourt degre.*} Est enim inter ipsum & nepotem pronepos. Sic Abneptis, proneptis filia. {ἀπεγγόνη. GALL. *La niepce de nostre nepueu, ou de nostre niepce en droite ligne.* ITAL. *La nipote della nipote.* GERM. Der dritte enckelin. HISP. *La quarta nieta, ò nieta de la nieta.*}

Abnoba, mons Germaniæ, in quo oritur Danubius. Plin. *lib.* 4. *cap.* 12. In plerisque tamen Plinij codicibus Arnoba legitur, non Abnoba. Vide infrà in dictione Arnoba. Vulgo *Bar.* Vide Synon. Ortelij.

Abnocto, as, aui, atum, Foris pernocto, vel noctu absum. Vnde cautum est in Pandectis *l. illud. de offic. præsid.* ne Præses extra prouinciam abnoctet. Ne, qui prouinciam regit, fines eius excedat, nisi voti soluendi causa, dum tamen ei abnoctare non liceat. Seneca *de vita beata*, Alius Iouem adulterum inducit, & abnoctantem. {לן *lan.* ἀπονυκτερεύω. GALL. *Coucher la nuict dehors.* ITAL. *Dormir fuor la notte.* GERM. Daraussen vber nacht bleiben, Außwendig benachtet werden. HISP. *Dormir de fuera la noche.* ANGL. *To ly thair out in the nich.*}

Abnodo, idem quod enodo, id est, arbores & vites nodis purgo. Colum. *lib.* 4. *c.* 24. Hunc ergo tanquam æmulum, diligenter idem amputant & abnodant, priusquam corroboretur. {δενδρῶν ὀζώσεις, κλαδεύειν vel ἀποζόω. GALL. *Desnouer, purger & oster les nœuds des arbres.* ITAL. *Disnodar, tagliare nodi de gl'alberi.* GERM. Die knorren von den baumen hawen. HISP. *Desenbetrar, ò desanudar.* ANGL. *To sned trees.*}

Abnormis, sine norma. {ἄμετρος, ἄνομος. GALL. *Irregulier.* ITAL. *Irregolare.* GERM. Ohn weiß oder maß, vngereimpt. HISP. *Fuera de regla.* ANGL. *Out of ordour.*} Horat. *lib.* 2. *Serm.*

Rusticus abnormis sapiens.

‖Abnueo, Abnuo, quod vide. ‖

ABNVO, nuis, nui, nutum, ex Ab & nuo, est signo capitis aliquid nego, recuso, renuo. {מאן *méen.* ἀνανεύω, ἀπανεύω. GALL. *Hocher la teste, & monstrer par signe de ne vouloir quelque chose, esconduire, refuser.* ITAL. *Far cenno di no col capo, e ricusare.* GERM. Mit schüttlen deß haupts verneinen oder abschlagen. HISP. *Negar inclinando la cabeça.* ANGL. *To shake the head in denying of a thing, to deny.*} Quamuis & oculis, & manibus, vel etiam verbo id fieri possit: tamen absolutè pro negare, siue recusare ponitur. Cicer. *de Fat.* Nihil vnquam abnuit voluntas mea studio tuo. Nuere enim apud veteres pro velle ponebatur. Vnde Nutus: & Numen, quod est Dei nutus, hoc est, imperium & potestas. Virgil. 1. *Æneid.*

——— meo sine numine venti Audetis.

Nutus verò significat, quod fit oculis, vel capite, vel manibus. Idem,
Annuit, & totum nutu tremefecit Olympum.

Vsurpatur & pro volũtate, quæ ex eiusmodi signo declaratur, siue affirmãdo, siue negando. Quintil. Velut nutu fallere dixit in armorum certamine. Ne cui nutet, ne ter, annuat, Plaut. *Asin. sc.* 1. *act.* 4. Item, Ecce autẽ capite nutat, non placet quod reperit, Plaut. *Milit. sc.* 2. *a.* 2. Liuius, Sub vmbra Scipionis ciuitatem dominam orbis terrarum latere, nutus eius pro decretis patrum, pro populi iussis esse. Plin. *lib.* 1. *Epist.* docet, Nutum dici, quando annuimus: Renutum, quando recusamus. Sic enim ait, Nam ego quoque simili nutu, ac renutu respõdere voto tuo possum. Sueton. verò *in Vespas.* Nutum accipit pro Renutu, quũ ait, Adulescentulum fragrantem vnguento, quum pro impetrata præfectura gratias ageret, nutu aspernatus, voce etiam grauissima increpuit, Maluissem allium obleuisses. A Nuo fit Nuto, tas, frequentatiuum, quod est sæpe capite huiusmodi signum facio. νευστάζω. ¶ Aliquando ponitur pro moneri, & quasi ruinam minari, ducta translatione à motu capitis, quod inclinando affirmare, & côcutiendo negare solemus. Vnde Nutare ædificia dicimus, quum malè solidata, ruinam minitantur. Transfertur etiam ad animum, & pro titubare, id est, dubitare in quam partem vertendum sit, accipitur. Accipitur etiam Abnuo, pro prohib..o. Virg. 10. *Æneid.*

Abnuerant Italiam bello concurrere Teucris.

Vbi Seruius, Prohibuerant Italiam contra Teucros bella suscipere. Reperitur & Abnueo in secunda verborum declinatione. Ennius 8. *Annal.*

Certare abnueo, metus legionibus labem.

※ Nuo, & Annuo, pro assentior, & nutu assensum præsto, faueo, innuo, signo aliquo voluntatem meam ostendo, siue negem aliquid. Terent. *in Eunucho*. Nihil, nisi abiens mihi innuit. Renuo, Recuso. Nonius inter Nutare, Nuere, & Nictare, hoc interesse scribit, quòd Nutare capitis sit, inclinãdo, aut in gyrum mouendo: Nuere, nariũ, vel labiorum: Nictare, oculorum, patefaciendo eos, aut claudendo vel vtrumque, vel alterum. Plaut. *in Asin.* Nec illa vlli homini nutet, nictet, annuat, hoc est, nec capite signũ faciat, nec facienti assentiatur, nec oculis quicquam indicet. ¶ Abnuo etiam significat solo verbo, simpliciterque negare. Colum. Nos quoque abnuimus in agro temperato & minimè humido, sementem sic fieri debere. Cic. 1. *de fin.* Quid quisque concedat, quid abnuat. Abnuere adoptionem. Suet. *in Tiber. c.* 22. Abnuere Imperium: frequens apud Liuium formula loquendi, vt *lib.* 1. *bell. Macedon.* Plaut. vbi cœnamus? Illæ abnuunt. *In Capt. sc.* 1. *a.* 3. Et Gell. *c.* 4. *lib.* 10. Annuimus & abnuimus motu capitis. Abnuero, i. totum nuero. Gell. *c.* 3. *lib.* 15.

Abnuendus, a, um, particip. ἀπανανευτέος. Seneca *in Thyeste*, Nec abnuendum si dat imperium Deus, Nec appetendum.

Abnuitur, Impersonale, ἀπανανεύεται. Liuius, Nec abnuitur ita fuisse. id est, non negatur.

[Abnurus Gloss. ἐγγονὴ, vbi lege ἐγγόνου νυὸς, aliter ἐκ γόνου γυνὴ. ita à nurus, vt abnepos à nepos. Bon. Vulc.]

ABNŬTO, frequentatiuum, ab abnuo, quod est sæpe signo capitis abnuentis quidpiam nego. {ἀνανεύω. GALL. *Souuent refuser en nier en hochant la teste.* ITAL. *Ricusare con spessi cenni.* GERM. Stets oder offt sich weigern mit schüttlung des haupts. HISP. *Negar y rehusar muchas vezes con la cabeça.* ANGL. *To deny of ten be nodding.*} Plaut. *in Capt.* Quid mihi abnutas? Cicer. 3. *Orat.* Quidnam est obsecro, quòd te adiri abnutas?

Abnŭtiuum, Nomen quod in Iureconsultorum libris, dissensionem, voluntatem contrariam, siue actionem ad impediendum expromptam significat. Paulus *lib.* 83. *de verb. oblig.* Qui spondet dolum malum abesse, abfuturúmve esse, non simplex abnutiuum spondet, sed curaturum se, vt dolus malus absit. Hotomannus *in Lexico*. [Abnutiua & adnutiua oratio Martiano, quæ Græcis ἀποφατικὴ & καταφατικὴ. à nuo, quatenus mentis indicium notat. Abnutarè sæpe abnuere. Fest. Gloss.]

Abobrica, nomen est insignis oppidi in citeriori Hispania, in conuentu Bracarum, autore Plin. *lib.* 4. *c.* 20. Ptolemæus vocat Ἀβόβριγα.

Aboccis, Æthiopiæ oppidum. Plin. *lib.* 6. *cap.* 29.

Abodlai, nomen barbarum. Prisc. *lib.* 1.

Abolani, sunt populi Italiæ, Albensibus proximi, inter Latinos à Plinio relati, *lib.* 3. *cap.* 5.

[Abolefacere, abolere. Tertull.]

ĂBŎLĔO, aboleui, vel abolui, aboletum, vel abolitum, Induco, tollo, deleo, oblitero. {השמיד *hischmidh* השבית *hischbith.* ἀφανίζω, ἀπαλείφω, ἐξαλείφω. GALL. *Abolir, effacer, aneantir.* ITAL. *Scancellare, cassare, annullare.* GERM. Abtilgen oder außtilgen/ zu nichts machen. HISP. *Raer, borrar, ò quitar.* ANGL. *To abolishe, to disanull.*} Plin. *lib.* 8. *c.* 9. Crebrò postea coquitur, donec omnis aboleatur odor. Lactant. *lib.* 1. Decretum est vt hi libri aboleantur. Liu. Nondum cladis memoria aboleuerat. Abolere nomina, id est, delere, Suet. *in August. cap.* 32. Abolitum testamentum, Sueton. *in Calig. cap.* 16. Virg. 4. *Æneid.*

——abolere nefandi

Cuncta viri monumenta iubet.

Abolere magistratum, leges, dignitatem, pro tollere, & adimere. Liu. 3. *ab Vrbe*. Tentatiuncumque eam fore abolendi sibi magistratus, ni consensu resisterent. Aboleo, pro Abluo, seu lauo. Virg. 4. *Georg.*

——nec viscera quisquam,

Aut vndis abolere potest, aut vincere flamma.

Quem locum his verbis exponit Seruius, Nec lauari nec coqui poterant.

Ăbŏlĭtĭo, verbale. {ἀφανισμός. GALL. *Abolition, aneantissement.* ITAL. *To scancellamento.* GERM. Außtilgung/vernichtung. HISP. *Aquella obra de raer ò quitar, raedura, ò borradura.* ANGL. *Abolishing, or disanulling.*} Quintil. *lib.* 9. *cap.* 2. Aduersùs tyrannum, qui sub pacto abolitionis, dominationem deposuerat, agit competitor. Est autem abolitio, peremptio institutæ actionis: estque duplex, generalis & specialis. Vide *C. de gener. abolit. l. vltima. & ff. de abolit. l. abolitio.* Abolitionem facti decernere. Sueton. *in Tiber. cap.* 4. sub pacto abolitionis deponere, &c. Quintil.

Ăbŏlēsco, ad nihilum redigor. {ἀφανίζομαι, ἀπαλείφομαι. GALL. *Deuenir à neant, estre hors d'vsage.* ITAL. *Venire a niente, struggersi.* GERM. Zu nichte werden. HISP. *Desacostumbrarse.* ANGL. *To be out of vse.*} Colum. *lib.* 4. Eadémque nec imbribus putrescit, nec siccitatibus abolescit.

Ăbollă, vestis Senatoria, quasi abulla: quòd vndique sit bullata. Prudentius *Sym.* 1.

Adiectus fastis palmata insignis abolla.

Alij accipiunt pro veste confecta duplici panno, qualis scholastica apud nos, & apud Græcos Diplois. ¶ Quandoque pro veste militari sumitur. {χλαμύς. GALL. *Vne certaine robe de gendarme.* ITAL. *Veste militare.* GERM. Ein kriegskleid. HISP. *Vestidura redonda, como manteo ò vestidura enforrada y pomposa de nobles.*} Vnde extat locus Martialis *in Crispinum.*

Nescit cui dederit Tyriam Crispinus abollam,

Dum mutat cultus, induiturque togam.

¶ Sumitur etiam Abolla pro vestis philosophicæ genere. Iuuen. *Sat.* 3.

——audi facinus maioris abollæ.

Stoicus occidit Baream delator amicum.

Est præterea Abolla, Ἄβολλα, si credimus Steph. oppidum Siciliæ, cuius incolæ vocantur Abollæi, Ἀβολλαῖοι.

[Aboloes, ab illis. Fest.]

Abolus, ἄβολος, Græca vox: Pullus est qui nondum dentes illos emisit, ex quibus in equis præsertim ætas dignoscitur: vnde etiam dentes illi à Xenophonte & Aristotele γνώμονες appellantur.

Abomāsum, intestini genus est in ventre, circa reticulum, quod Gaza ἤνυστρον interpretatur, olim inter delicatiores cibos habitum, quo verbo vtitur Aristophan. & Aristot. 11. *Animal.*

[Abomino, Abominor, detestor. Abominatio, Abominatus, detestatio.]

ĂBŌMĬNŌR, aris, est à præpositione Ab & ominor, execror, abhorreo, & fugio. {געל *ghaal.* βδελύττομαι, μυσάττομαι. GALL. *Detester, abominer, auoir en horreur & abomination.* ITAL. *Hauer in abominatione.* GERM. Verfluchen/ ein greulich abscheuen tragen. HISP. *Detestar, maldezir y mal agorar.* ANGL. *To detest.*} Plin. Abominantur recedente aliquo ab epulis simul verri solum. Idem *lib.* 28. *cap.* 2. Incendio inter epulas nominato, aquam sub mensa profundi abominantur. Abominari etiam dicimus, cùm aliquod verbum veluti sinistri ominis auersamur, deprecamúrque: vt quum dicimus, Si quid tibi acciderit humanitus, quod Deus prohibeat. Abominari, est ea veluti formula vti, Dij omen auertant. Passerat. Liuius 6. *ab Vrb.* Bene facitis, quod abominamini quæ Dij prohibebunt. Hæc & Sueton. *in Claud. cap. vlt.* Abominamur auersis in sinistrum palmis, ait Fab. Quintil. Vnde abominatio dicitur ea figura. Curt. *lib.* 6. Hoc regnum insigne, aut moderatè perferendum est, aut (quod abominor) in te ruet.

Ăbōmĭnandus, detestatione dignus. {נגעל *nighal.* ἀποτρόπαιος, βδελυρός. GALL. *Abominable, detestable.* ITAL. *Abominabile, detestabile.* GERM. Verfluchens oder vermaledeyens wert/ greulich. HISP. *Maldezido y abominado.* ANGL. *Detestable.*} Plin. *lib.* 22. *c.* 4. Eadem vocatur obsidionalis, liberatis obsidione, abominandóque exitio totis castris. Quintil. Abominanda ea est infelicitas.

Ăbōmĭnātus, Execrationibus, malisque omnibus deuotus, Diris petitus. {βδελυκτός. GALL. *Excommunié, execré, detesté.* ITAL. *Scommunicato, interdetto.* GERM. Verflucht. HISP. *Descomulgado.* ANGL. *Detested.*} Horat. *in Epod.*

Parentibúsque abominatus Annibal.

Abominati semimares, passiuè Liu. *lib.* 1. *belli Maced.*

Ăbōmĭnōsŭs, plenus abominatione: βδελυρός. Diomedes *lib.* 3. Vt libantes sonum vocis abominosæ audire non possent.

Abonotichitæ, Populi sunt ad Pontum Euxinum, ita dicti, ab exiguo oppido, cui Ἀβώνου τεῖχος, hoc est, Aboni murus, nomen est: ἀβωνοτειχῖται. Hoc Steph. vide & Luc. *Pseud.* Ptolemæo est oppidum Galatiæ.

Aboraca, Regiuncula est ad Mæotidem paludem, non procul ab Hypani fluuio, Ἀβόρακα. Vide Strab. *lib.* 11.

Aborienes, ciuium Romanorum in Africa oppidum, vt scribit Plin. *lib.* 4. *cap.* 5.

Ăborigines, Ἀβοριγῖνες, Steph. appellati sunt populi antiquissimi, qui primi tenuerunt agrum illum, in quo postea condita fuit Roma: sic dicti, quòd primi viri sint, tanquam editi sine patribus, & quasi sine origine: aut quòd ex varia gentium colluuione misti erant. Hi postea aduentu Æneæ Phrygibus iuncti, Latini vno nomine appellati sunt. Liu. 1. *ab Vrbe*. Ibi egressi Troiani, vt quibus ab immenso prope errore nihil præter arma, & naues superessent, quum prædam ex agris agerent, Latinus rex, Aboriginésque, qui tum ea loca tenebant, ad arcendam vim aduenarum, armati ex vrbe, atque agris concurrunt. Dionysius autem Arcades fuisse, & cum OEnotro Lycaonis Arcadiæ regis filio in Italiam venisse tradit. Possunt tamen & aliarum vrbium primi cultores Aborigines dici, vt Græcè, αὐτόχθονες, ac si sint terra geniti. Iidem Græcè, πρωτογενεῖς appellantur, hoc est, primi primogenitores, à quibus cæteri generis trahunt originem, dicuntur & ἰθαγενεῖς, hoc est, indigenæ, qua voce vsus est Ambros. *in Hexaem.*

ĂBŎRĬŎR, reris, vel riris, abortum facio, ante tempus pario. {הפיל *hippil.* ἐξαμβλίσκω. GALL. *Auorter, ou estre auorté, naistre deuant le terme.* ITAL. *Disperdere ò sconciarsi il parto, nascer' auanti tempo.* GERM. Ein vnzeitige frucht gebären/ oder vnzeitig geboren werden. HISP. *Mal parir la muger y sin tiempo, ò nascer la criatura sin tiempo, abortar.* ANGL. *To bear birth before the time.*} Varro. Verum quod ibi natum sit in quodam loco, si prægnans biberit, fieri vt aboriatur, hoc est, vt fœtum imperfectum adhuc ante tempus mater eiiciat. Quoties enim absolutè accipitur, de matre intelligitur: secus verò de fœtu, quemadmodum apud Gell. *lib.* 12. *cap.* 1. Quod quidem eadem fit vecordia, qua quibusdam commentitiis fraudibus nituntur, vt fœtus quoque ipsi in corpore suo concepti aboriantur, id est ante maturum partum eiiciantur. Aboriri vox dicitur, idque per metaphoram, quando præ metu, aut alia de causa deficit. Lucret. *lib.* 4.

[Aboriscor, aborior, non iusto tempore oriri, & ante tempus.]

Ăbortīuus, a, um, ἀμβλωθρίδιος, id est, exortiuus. Statius *lib.* 8. *Thebaid.* 7. *de Plutone.*

Nec solitus sentire metus, expauit aborta

Sidera, iucundaque offensus luce profanæ.

Ăbortŭs, tus, intempestiuus ortus. {נפל *nephel.* ἔκτρωμα. GALL. *Auortement.* ITAL. *Sconciatura.* GERM. Ein vnzeitige geburt/ oder mißgeburt. HISP. *Auorto, mal parto.* ANGL. *Vntimelie birth.*} Plin. Extat in monumentis medicorum, & quibus talia contestari curæ fuit, vno abortu XII. edita puerperia. Cic. *Att.* Tertullæ nollem abortum. Differt autem Abortus ab Ectrotione, quòd hæc grandioris fœtus sit: Abortus verò intra quadragesimum diem contingat. hunc Græci vocant ἐξάμβλωμα. Abortus etiam de arboribus dicitur. Plin. *lib.* 12. *cap.* 1. Quoniam arborum etiam abortus inuenimus. Abortum facere, significat tam inferre, quam pati abortum. idem Plin.

Ăborsus, a, um, Aborsus venter dicitur à Paulo *lib. Sentent.* 4. *c.* 9. pro fœtu venenis & medicamentis eiecto. Aborsus, inquit, vel abactus venter, partum efficere non videtur.

Ăborsus, us, ui, deductum, vt videtur, à verbo Aborior, quod idem ferè significat quod Abortus: præterquam quod hic fœtus sit iam grandiusculi. vt Nonio placet: ille non ita pridem concepti. ἐκτρωσμός.

Ăbortĭo, onis, Aboriendi actus. {ἄμβλωσις, ἔκτρωσις. GALL. *Auortement.* ITAL. *Il parto acerbo, lo sconciamento di parto.* GERM. Eine vnzeitige oder mißgeburt. HISP. *Aquella obra de mal parir.*} Gell. *lib.* 5. Quum abortio quibusdam, non partus videretur intempestiuitas. Cic. *pro Cluentio.* Quæ pecunia mulieri legata erat à filio, si natus esset, eam præsentem Oppianicus non debitam mulieri soluit: si hæc solutio legatorum, & non merces abortionis appellanda est.

Ăbortio,

Abortio, tis, tiui. Immaturum fœtum edo, ante tempus pario. {הפיל hippil. ἀμβλίσκω, ἐξαμβλόω. GALL. Auorter. ITAL. Disperdere o sconciarsi. GERM. Ein vnzeytiung gebären. HISP. Mal parir la muger sin tiempo. ANGL. To trauell befor the tyme. Plin. lib. 8. cap. 15. Implentur vno coitu, qui geminatur propter facilitatem abortiendi. Est & Abortior verbum deponens.

Abortium, tij, idem quod abortio, ἄμβλωμα. Hieron. Dum crebris abortiis, & experta fœcunditate conceptum, &c.

Abortiuus, ua, uum, quod abortum facere potest. {ἀμβλωθρίδιος. GALL. Qui fait auorter. ITAL. Che puo far il parto acerbo. GERM. Das ein mißgeburt bringt. HISP. Que haze mal parir. ANGL. That which is the cause of vntymelie birth.} Plin. Oscitatio quidem in enixu lethalis est: sicut sternuisse à coitu, abortiuum. ¶ Significat & partum informem, & imperfectum, qui scilicet abortus natus est. {ἀμβλωθρίδιος. GALL. Auorton qui est né auant terme. ITAL. Nati auanti il termine, sconciatura di parto. GERM. Ein mißgeburt vnzeytung. HISP. Aborton.} Suet. in Aug. cap. 35. Quos abortiuos vulgus vocabat. de senatoribus loquitur.

Aborto, tas, sicut Abortio, tis, id est, Abortum facio. ἀμβλόω. Firmicus lib. 6. Math. Abortauit filios geminos. Varr. 2. de Re rust. cap. 4. Ne dum exile velit, prægnans abortet.

¶Abortus, exortus.¶

Aborrhas, fluuius est Mesopotamiæ in Euphratem influens, ἀβόῤῥας. Strabo lib. 16. Ptolemæo χαβώρας. Marcellino Abora.

¶Abortis, scandalosus. Isid. gloss.¶

Abotis, ἄβωτις, Vrbs est Ægypti, vt tradidit Hecatæus, cuius incolæ dicuntur Abotitæ, ἀβωτῖται. Vide Steph. de Vrb.

Abpatruus, frater abaui. {ὁ θεῖος ἀπὸ πατρὸς πάππου. GALL. Frere du quatrieſme ayeul. ITAL. Fratello del quarto auolo. HISP. Hermano de mi quarto abuelo.} Theoph. Instit. lib. 1.

Abra, abræ, ἄβρα, vox Græca est, quæ ancillam adolescentiorem significat. Vide Eustath. in Odyss.

Abraces, à Xenoph. in lib. 1. de Cyri expeditione, numeratus inter duces copiarum Artaxerxis.

Abradatas, ἀβραδάτας, Rex Susorum fuit, & maritus Pantheæ nobilissimæ matronæ, quam quum à Cyro captam castè & liberaliter haberi præter spem intellexisset, ad eam accedens, quæsiuit quid sibi illa faciendum censeret, quò pro tanti principis beneficio gratiam aliquam referret. Cui quum illa respondisset, vt enitteretur se tanto Regi simillimum præstare, statim in aciem profectus, strenuè pugnans occubuit. Cuius corpus ad se relatum, quum Panthea aspexisset, acinace seipsam confodit, capite super viri pectus recumbens, vt è iugulo profluens sanguis, mariti vulneribus infunderetur. Vide Xenophontem Pædiæ Cyri lib. 7.

Abrādo, dis, Radendo tollo, derado. {קצץ katsats ἀποξύω. GALL. Racler, enleuer en raclant. ITAL. Rader, e radendo toglier via. GERM. Abschaben/Abtrahen/Abschären. HISP. Raer de alguna cosa. ANGL. To shaue away.} Plin. lib. 6. cap. 10. Barba abraditur, præterquam in superiore labro. Cic. pro Rosc. Abrasa supercilia. ¶ Item reseco, tollo, abscindo. Colum. lib. 5. Arida & vetera quæ falce amputari non possunt, acuta dolabra abradito. ¶ Per translationem ponitur pro extorquere, exprimere, siue per vim, siue per dolum, fraudem, quasi radendo auferre. Cic. pro Cæc. Posteaquam videt nihil se ab A. Cæcinna posse litium terrore abradere.

¶Abram, pater excelsus.

Abraam, pater multitudinis.

Abrasio, tonsura, non forfice, sed nouacula.¶

Abrāsus, Radendo ablatus, Cic. pro Qu. R. Supercilia illa penitus abrasa olere malitiam, & clamitare calliditatem videntur.

¶Abrech, vox Hebraica, quam præco iussu Pharaonis proferebat ante currum quo stola byssina vehebatur Ioseph. Significátque genuflexionem. Cerd.¶

Abrettinā, ἀβρεττηνή Suidæ, Mysiæ regio est, ita dicta à Brettia nympha. Vnde Abrettanus Iupiter, ἀβρεττηνὸς ζεύς, qui in Abrettana colebatur: de quo vide Strab. lib. 12. Incolæ quoque Abrettani dicuntur, ἀβρεττανοί. Stephanus hanc regionem Abrettinam, ἀβρεττίνην, & Plinius populum ipsum Abrettinos appellat, ἀβρεττινούς.

Abrinatæ, populi sunt non procul à Ponto, ἀβρινᾶται. Vide Steph.

Abrincatui, à Plin. lib. 4. cap. 18. numerantur inter Galliæ Lugdunensis populos. Diuidit enim Galliam Lugdunensem in Lexouios, Bellocases, Gallos, Venetos & Abrincatuos.

¶Abrenuntio. Verbum est in celebratione Baptismatis vsitatum. Abrenuntiare igitur diabolo est (vt habetur add. 2. Ludouici Imp. tit. 4.) penitus eum despicere, spernere, reiicere, eique contradicere, seque viua nequemque ab eo alienare. Cerd.¶

Abrĭpio, pis, ex Ab & rapio. Abstraho, vi eripio, aufero, & tum ad res, tum ad personas refertur. {גזל gazal. חטף chataph. ἀφαρπάζω. GALL. Rauir & emporter par force. ITAL. Rubare, leuar altrui per forza. GERM. Hinweg reissen/Mit gwalt von hannen nemmen. HISP. Arrebatar de alguna cosa. ANGL. To take away be force.} Cic. lib. 1. Offic. Qui abripiunt ab aliis vt aliis largiantur. Ter. in Eun. Ex Attica hinc abreptam Cic. 3 ad Quirites, Nec patiamini me à meis liberis abstractum, à coniuge abreptum, ab aris focisque innocentem proiectum, vitam degere in exilio. Plaut. in Mil. alio modo est visus, Quis is est homo? Pe. Nescio, ita abripuit repente sese subitò: hoc est, hinc auolauit. Idem Mostell. sc. 1. a. 1. Abripite hunc intrò inter manus. ex Curc. sc. 1. a. 5. Vix foraxme abripuit atque effugit. Idem Men. sc. 5. a. 1. Nasum oportebat abreptum mordicus. Est & Arripio, quod ex Ad & rapio componitur, & significat attrahere, vel accipere. Vide in Arripio.

¶Abreptare, incipere ire. Abrepticius, vide Arrepticius, Papias, frequent. Verbi Abrepo, is.¶

Abreptus, Raptus. Cic. pro Lig. Tempestate abreptus est vates.

¶Abrigeum, splendor auri. Isid. gloss.¶

Abrocomas, vel Abrocomes (vtroque enim modo legitur) ἀβροκόμας. Suidæ, ἀβροκόμης Herodoto, Darii filius fuit, atque vnus ex præcipuis Persarum Satrapis, qui vna cum Xerxe in expeditionem profectus, à Lacedæmoniis cæsus est ad Thermopylas. Vide Herod. lib. 7.

Abrodiætus, ἀβροδίαιτος, cognomen fuit Parrhasij pictoris nobilissimi: quod Latinè significat delicatum atque elegantem. Talem autem se ipse putauit dicique voluit. Herculem quoque Lyndi fecit, asseuerans eum à se talem pictum, qualem sæpe in quiete vidisset. Plin. lib. 35. cap. 10.

Abrōdo, Rodendo abscindo. {שוש beschásch. ἀποτρώγω. GALL. Couper en rongeant, ronger tout outre. ITAL. Rodere intorno, ò rodendo rompere ò troncare. GERM. Abnagen. HISP. Roer, ò roendo cortar. ANGL. To gnawe of.} Plin. lib. 10. cap. 62. Viperæ mas caput inserit in os, quod illa abrodit voluptatis dulcedine.

Abrŏgo, gas, Infigo, adimo, refigo, abdico, rescindo, dissoluo, irritum facio, antiquo. {השבית hischbith. ἀκυρόω, ἀναιρέω. GALL. Abolir, casser, & annuller. ITAL. Togliere, annullare, cassare, leuar d'uso. GERM. Hinwegthun/Aufheben/Vnkrefftig machen. HISP. Quitar lo que ella en vso. ANGL. To abolish, to mak of no effect.} Dicimus autem, Abrogatur legi, & Abrogatur lex. Autor ad Herenn. Illa defensio tenuis est, quum ostenditur id factum esse, quod ea lex sanciat, cui legi abrogatum, vel derogatum sit, ἀποχειροτονεῖν νόμον. Et Seruius scribit, Abrogari legi, quum prorsus tollitur: Derogari, quum pars detrahitur. Iungitur autem Abrogo datiuo vel accusatiuo. Cic. de Clar. Orat. Qui tantum autoritate dicendóque valuit, vt legem Semproniam frumentariam, populi frequentis suffragiis abrogauerit. Ouid. Eleg. 1. lib. 2. Tristium,

Et nimium scriptis abrogat ille meis.

Suet. in Claud. c. 23. Abrogare capita legis. Abrogare fidem delatoribus. Idem in Tiber. c. 61. Et in Calig. abrogare magistratum Coss. Liu. lib. 9. ab Vrbe condita. Vbi duæ leges contrariæ sunt, semper antiquæ abrogat noua. Septem modis ex iure concessis fieri constat abrogationem. Primò, contraria consuetudine, quæ nota est principi. Secundò, contraria constitutione. Tertiò, caussæ cessatione. Quartò, locorum varietate. Quintò, nimio rigore. Sextò, si precibus occasionem malignè agendi habeat. Septimò, propter malum inde sequens. ¶ Interdum ponitur pro auferre, adimere, detrahere, lib. 1. ad Herenn. nam & periculum est, ne quando plus minúsve dicamus, & suspicionem affert auditori meditationis & artificij, quæ res fidem abrogat orationi. Cic. in Corneliana, Nec vehementius est ostendere se laturum inuito collega, quam ipsi collegæ magistratum abrogare. Abrogare quempiam, figuratè dictum Plinius de viris illust. 77. de Pompeio. M. Lepidum acta Syllæ rescindere volentem, priuatus Italia abrogauit. id est, pepulit, eiecit ex Italia.

¶Abrogans humilis. Isid. gloss.¶

Abrogatio, verbale. {ἀποχειροτονία. GALL. Abolissement, annullement. ITAL. scancellamento, annullatione. GERM. Hinnemmung oder aufhebung. HISP. Quitamiento. ANGL. Disanulling.} Cic. ad Attic. lib. 3. Neque enim vlla est lex, quæ non ipsa se sepiat difficultate abrogationis.

Abrogātus, Antiquatus de lege ac dignitate, & spoliatus dignitatis ratione. Cic. pro Domo, Eique imperium est abrogatum. Et pro C. Corn. M. Cottæ lex est de iudiciis priuatis anno post quam lata sit, à fratre eius abrogata.

Abron, ἄβρων, Suidæ, Grammaticus fuit è Phrygia, ex Rhodo oriundus, & Tryphonis discipulus. ¶ Abrones etiam dicuntur homines molles & delicati: nominis occasione sumpta ab Abrone quodam Argiuo diuite luxurioso & molli, cuius vita locum fecit prouerbio, ἄβρωνος βίος, hoc est, Abronis vita, pro splendida & molli. Vide Zenodoti parœmiam. Aut certè à Græco ἁβρός, quod splendidum & delicatum significat.

Abroni mœnia, lege Aboni mœnia: vide etiam Abonotichita.

Abronus Pictor Samius, de quo Plin. ¶ Abronos gens Tarentinorum ad mare Adriaticum. Steph.

Abronychus, ἀβρώνυχος, nobilis Atheniensis fuit, Lysiclis filius, cuius fideli strenuáque opera vsus est Themistocles in bello Persico, & in legatione apud Lacedæmonios. Vide Herod. lib. 8. & Thucyd. lib. 1.

Abrotonon, siue Abrotonum: nomen proprium est meretricis, & matris Themistoclis, ἀβρότονον. Nomen est ductum ἀπὸ τοῦ ἁβροῦ, quod Latinè sonat glabrum & delicatum. In quo vocabulo libet annotare quæ apud Græcos in on exeunt, apud nos in um exire: in um autem exeuntia, omnia esse neutra, præter propria virorum quæ sunt masculina, vt Pægnium, Dinacium: & mulierum propria, quæ fœminina sunt, vt Glycerium, Philotium, Eustochium, & similia. Licèt ergo vtrique sexui conueniant, vt scortum, & mancipium, & pluralia in a, pro hominibus ponantur, vt Seruitia, pro seruis, Ministeria pro ministris: & licèt flumen notent, vt Rhenum, Crustumium: aut fructuum nomina pro arborum nominibus ponantur, vt poma apud Tibullum: aut quæuis animalia (quæ paucissima sunt, & aut masculina, aut fœminina, aut communia esse debent) significent, vt ostrea: tamen quia in um exeunt, aut singulariter per um terminantur, suprà dicta omnia censebuntur neutra.

Abrŏtŏnum, herba est, satis cognita, hodie in officinis nomen retinens. {ἀβρότονον, vel ἀβρότονος. GALL. Aurosne, ou garderobe. ITAL. Abrotano. GERM. Stabwurtz. HISP. Abrotano, hierua lombriguerra. ANGL. Southern wood.} Huius duo sunt genera: vnum sarmentosum, minutis foliis, minus candidum, semine tenui & numeroso, vti absynthium, quod marem vocamus. Nascitur hoc genus in hortis, & locis campestribus. Alteram quod fœmininum appellant, arbusculæ speciem habet, foliis magis candicantibus. Seriphi modo minutim circum ramulos incisis floribus refertum, in summo auri fulgore comantes corymbos obtinens, odoratum etiam cum grauitate quadam. Vulgus vocat syluestrem cupressum, GALL. du Cypres. Nascitur in montibus, vnde & montanum appellatur. Dictum est autem Abrotonum, vt Nicandri interpres testatur, ἀπὸ τοῦ ἁβρὸν εἶναι ἢ ἁβρὸν τὸν ὀσμὸν, quod aspectu tenerum, molle & delicatum sit. De hoc Horat. lib. 2. Epist.

— — abrotonum ægro
Non audet, nisi qui didicit, dare.

Vide item Abrotonum, paulo inferius.

Abrotonitēs, abrotonitæ, masculini gen. sed figuratè neutro generi iungitur: & est vinum factitium ex Abrotono, de quo meminit Colum. lib. 12. cap. 35. & Dioscor. lib. 5. {ἀβροτονίτης οἶνος. GALL. Vin d'auroſne. ITAL. Vino di abrotano. HISP. Vino adobado con lombriguerra. ANGL. Wyne made of southern wood.}

Abrotonum, ἀβρότονον, Steph. Oppidi nomen est in Africa inter duas Syrtes, non procul à Lepti, cuius meminit Plin. *lib.* 5. *cap.* 4. & Strab. *lib.* 17.

‖Abrotum, eius non aptum.

Abrotus, ieiunus. Poll.‖

Abrumpo, Incido, interrumpo, disiicio, auello. {קרע karâh. ἀπορρήγνυμι. Gall. *Rompre & briser ce qui se tient ensemble.* Ital. *Rompere e dirammare.* Germ. Abreissen/abbrechen/zerzerren. Hisp. *Quitar alguna cosa rompiendo.* Angl. *To break à sunder.*} Liu. *lib.* 8. *belli Pun.* Cohortes à fronte vrgebant, vt abrumperent cornua à cætera acie, id est, interrumperent. Abrumpere vincula, ἀπορρῆξαι τὰ δεσμά. Ouid. *El.* 3. *lib.* 1. *Trist.*

Et pars abrumpi est corpore visa meo.

Idem 2. *Fast.*

Hinc tonat, hinc missis abrumpitur ignibus æther.

Transfertur ad res incorporeas. Virg. 3. *Georg.*

——— *nec somnos abrumpit cura salubres.*

Sic Abrumpere sermonem. Sueton. *in Tiberio, c.* 21. Abrumpere vitam, Senec. *ep.* 20. ἀπορρῆξαι τὸν βίον, apud eundem: & Abrumpere otium, apud Plin. *in Epist.* Et Cic. *Phil.* 4. Magna atque incredibilia sunt in Remp. huius merita legionis: hæc se prima latrocinio abrupit Antonij. i. subitò, & cum impetu sese liberauit. Hinc Abruptus sermo, abrupta oratio, ἀπότομος λόγος. Id est, oratio, quæ caret exordio: quales sunt orationes patheticæ, & concitatæ. Abruptum ingenium. id est, præceps, Sil. Ital. *lib.* 7. fortia & abrupta imitari, Quint. Idem *cap.* 12. *lib.* 2. Abrupta quædam iaculantur Declamatores.

Abruptio, nomen à verbo deductum, vt Abruptio corrigiæ, Cic. 2. *de Diuin.* {קרע kerah. ἡ ἀπόρρηξις. Gall. *Rompement.* Ital. *Rompimento.* Germ. Ein abbrechung oder abzerrung. Hisp. *Quitamiento rompiendo.* Angl. *Breaking a sunder.*}

Abruptè, aduerbium. {פתע pegah. ἀποτόμως. Gall. *Abruptement, brusquement.* Ital. *Subitamente è d'improuiso.* Germ. Gählingen/ohn alle vorred. Hisp. *Subitamente, ò adesbora.* Angl. *Hauingno fermes of beginning.*} Quintil. *lib.* 3. *cap.* 15. Nec enim abruptè, nec vnde libet incipiendum. ¶ Quin & Abrupta vocamus loca difficilia & diuulsa ac rupta. Græc. ἀπορρώξ & τόπος ἀπορρώξ, vel κρημνώδης. D. Hieronymus *lib.* 1. *Regum,* Perrexit Saul ad inuestigandum Dauid, etiam super abruptissimas petras, quæ solis ibicibus peruiæ sunt. ‖ Abrupta sanctio, lex aperta. Papias.

Abs, significat priuationem, aut negationem rei cui præponitur, etsi non semper: iungiturque tam in appositione, quàm in compositione nominibus & verbis. Habet eandem fere significationem ac A, & Ab, de quibus suprà.‖

Absarum, Plinio, ἄψαρος Ptolomæo, flumen est Armeniæ minoris, non procul à Sebastopoli, in Pontum influens. Hoc cum Pariedris montibus, ex quibus oritur, Armeniam minorem ab Adiabene regione separat, teste Plin. *lib.* 6. *c.* 9. Est & castellum eiusdem nominis, niuem huic imminens: vt testatur idem Plin. *lib.* 6. *cap.* 4.

Abscedo, dis, ex Abs & cedo, recedo. {סור sar. ἀφίσταμαι, ἄπειμι. Gall. *S'en aller, se retirer, se partir.* Ital. *Partire, retirarsi.* Germ. Hinweg weichen/abscheiden/abtretten. Hisp. *Partir de lugar.* Angl. *To go a part, to depart.*} Hirt. *lib.* 5. *bell. Afric.* Vbi Cæsar conspexit Labienum ab suis copiis longiùs abscessisse. Et sine præpositione apud Liu. 6. *bell. Punic.* Abscedere irrito incœpto, & mouere à Capua statuit castra. Sueton. *in Nero. cap.* 34. Ne quin abscederet (i. minùs esset.) Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 2. Abscedite isthinc, nos concedamus huc. *& in Aulul. sc.* 2. *a.* 1. Abscede hinc etiam nunc, etiam nunc. Et *Capt. sc.* 3. *a.* 2. Cùm è conspectu meo abscesseris. Ego hinc abs te abscessem huc, pro abscedam. Idem *Milit. sc.* 2. *a.* 2. Abscede paululum istuc. Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 5. & *Men. sc.* 2. *a.* 3. Ex oculis abscedat in malam crucem. Et *Most. sc.* 1. *a.* 1. Abscede à ianua. *& ibid.* Abscede ab ædibus. Idem *in Milit. sc.* 6. *a.* 2. Ille hinc abscessit. Abscedere etiam dicitur quod incipit in abscessum seu apostema verti. Celsus *lib.* 5. *cap.* 18. Malagma ad supprimendum omne quod abscedit.

‖Abscernit, repellit, abiicit. Gloss.

Abscessio, solutio membrorum continuitatis. L. M.‖

Abscessus, & Abscessio, quæ ferè idem significant: quum tamen Accessus & Accessio sæpe differant. Nam Accessus est aggressus. Accessio, incrementum, & interdum aggressio, de quibus alibi latius. {סור sur. ἀπόστασις. Gall. *Departement.* Ital. *La partita, el partirsi.* Germ. Ein abweichung/abscheidung. Hisp. *La partida de lugar.* Angl. *Departing.*} Cic. *de vniuers.* Quum ad corpora tum accessio fieret, tum abscessio. Idem *de nat. Deor. lib.* 2. Abscessus Solis à nobis. ¶ Abscessus. {מזור mazôr. ἀπόστημα. Gall. *Apostume.* Ital. *Postema.* Germ. Ein geschwär. Hisp. *Postema, y ayuntamiento de humor corrompido.*} Medicis est tumor corporis contra naturam, quum pus ex phlegmone procedens, in particula quapiam, veluti in sinu quodam est collectum: aut etiam sine phlegmone, quum humor aliquis acris, in parte aliqua colligitur, eamque copia distendens, excoriat. Varia sunt abscessuum genera, pro varietate substantiæ in iis contentæ: præcipua tamen tria, Atheroma, ἀθέρωμα, Steatoma, στεάτωμα, & Meliceris, μελικηρίς, à similitudine contentarum in ipsis substantiarum dicta. Aliud enim eorum veluti seuum, aliud veluti mel, aliud pulticulæ quiddam simile, quam ἀθήραν vocant, in se continet. Vide Gal. 14. *Meth. ad. c.* 14.

Abscido, dis, ex Ab & cædo (sed æ diphthongus vertitur in i productum) significat partem de re aliqua seco, abscindo. {גדע gadâh. ἀποτέμνω, ἀποκόπτω. Gall. *Trancher, separer en coupant.* Ital. *Tagliar, rompendo, troncare.* Germ. Abhawen/abschneiden. Hisp. *Cortar de alguna cosa.* Angl. *To cutt a sunder.*} Virgil. *Æneid.* 3.

Hesperium Siculo latus abscidit, arua que & vrbeis, &c.

Hoc tamen potius esse videtur à verbo Abscindo, cuius frequentior est vsus, quam verbi Abscido: quum contra, Præcido frequentius quàm Præscindo reperiatur.

Abscindo, dis, idem quod Abscido. Iuuenal. *Satyr.* 3.

Quid tamen expectant Phrygio quos tempus erat iam
More supernacuam cultro abscindere carnem?

Plautus *in Amphitr.* Ego tibi istam scelestam scelus linguam abscindam. Per translationem, apud Liuium *lib.* 9. *ab Vrb.* Nos omnium rerum respectum, præterquam victoriæ, nobis abscindamus. Idem Abscissa aqua aucta. Item Abscissa propè res erat societas dissoluta. Liu. *lib.* 5. *D.* 4. Cæs. 3. *de bell. ciuil.* Abscissus in duas partes exercitus. Abscissa vox publica de Ciceronis cæde. Velleius 24. Martial. *epigr.* 24. *lib.* 3. Abscindit, prætercisum est.

Abscissio, onis, Præcisio figura. *Ad Herenn.* Per abscissionem, si cùm incipimus aliquid dicere, præcidimus. ‖ Item morbus ex abscessione.‖

Abscissus, a, um, Amputatus, fractus, abruptus. {נגדע nigdah. ἀποτετμημένος, ἀποκοπείς. Gall. *Tranché, coupé.* Ital. *Cio è stato troncato, retto, è leuato via.* Germ. Abgehawen. Hisp. *Cortado.* Angl. *Cuttit à sunder.*} Inuenitur & comparatiuus, apud Valer. *lib.* 6. Sed aliquanto Charondæ Tyrij præfractior & abscissior iustitia ad vim & cruorem vsque.

Abscio, is, ire, de memoria exire, inusitatum.

Abscondo, dis, di, ditum, vel absconsum, occulto. ἀποκρύπτω. Vnde ἀποκρυφώδης, Absconsum, abditum, occultum {טמן tamân. Gall. *Cacher, musser.* Ital. *Ascondere, celare, nascondere.* Germ. Verbergen. Hisp. *Esconder.* Angl. *To hyd.*} Col. *lib. de arboribus, c.* 7. Reliquas radices, quæ in terram absconduntur, sic abradas. Plaut. *Aul. sc.* 1. *a.* 1. Ne suspicetur sciat aurum vbi est, absconditum est. Senec. *Ep.* 43. Parietes tegent te, non abscondent. Tibull. *lib.* 4.

Illic & densa tellus absconditur vmbrâ.

‖Absida, vide Absis.‖

Absconditè, aduerb. {במטמון batmamôn. κρυφίως. Gall. *Couuertement, occultement.* Ital. *Di nascoso, occultamente.* Germ. Verborgenlich/heimlich. Hisp. *Escondidamente.* Angl. *Secretlie.*} Cic. 3. *de Fin.* ea nec acutissimè, nec abscondite differuntur.

Absconditus, a, um, particip. {טמון tamûn. ἀποκεκρυμμένος, κρυφαῖος. Gall. *Caché, secret.* Ital. *Nascosto, occultato.* Hisp. *Escondido.* Angl. *Hid.*} Cic. 1. *Verr.* Non obscurum opinor, neque absconditum.

‖Absconsa, laterna. Nouit.‖

Absconsio, verbale, Plin. *lib.* 2. *cap.* 16. Velut deputans absconsione turpitudinem. {מסתור mistor. ἀποκρυφή. Gall. *Cachette.* Ital. *El nascondere.* Germ. Verbergung. Hisp. *Aquel esconder.* Angl. *Hyding.*}

Absconsor, is, verbale, ἀποκρύπτης. Iul. Firmic. *Lib.* 3. *Matheseos.* Absconsores auri & diuitiarum faciet.

Absconsus, vel rectius Absconditus, particip. ab Abscondor, Absconsus, sed absconditus melius, quia simplex Condor, Conditus.

‖Abse, spontaneus. Isid. gloss.

Absecta, disiuncta.

Absectos, gemma nigra, ponderosa, distincta venis rubentibus. Isid.‖

Absens, vide *Absum.*

‖Absentaneum, quod fit absentia fit.

Absentans, absens. Sidon.

Absente nobis. Afran. Ter.‖

Absentia, ab absens fit. {ἀπουσία. Gall. *Absence.* Ital. *Lontananza.* Germ. Abwesung. Hisp. *Aquella obra de estar ausente.* Angl. *Absence.*} Seneca *ad Lucilium.* Æquo animo ferre debemus absentiam. Cicer. *de Amicitia & ad Att.*

Absentio, tis, si, sum, Dissensio. {Διαφωνῶ. Gall. *Dissentir, estre d'autre & diuerse opinion.* Ital. *Hauer parere diuersa.* Germ. Ein andere meinung haben/anders gesinnet sein. Hisp. *Discordar en sentencia.* Angl. *To disagre.*} Nam qui minimè conuenit, absentire videtur.

‖Absentiuus, absens. Salm.‖

Absento, tas, Absentem facio, seu absens sum. {הרחיק hirchik. ἀπεῖναι. Gall. *Absenter, s'esloigner.* Ital. *Allontanare, è esser lontano.* Germ. Abwesend machen/oder abwesend vnd nit zugegen sein. Hisp. *Hazer ausente ò estar ausente.* Angl. *To absent my self.*} Claud. *de raptu Proserpinæ lib.* 3.

Et dura de matre queri, quæ tale recessu
Maluerit damnare decus, vetitâmque dearum
Colloquio, patrijs procul absentauerit astris.

‖Absentum, pro absinthium. Absentatum, vinum, Absinthitum. Salm.

Absideto, Ἀφεζόμαι Gloss. verb. *absidet,* ἀποκαθίζεται, quasi seorsum sedet.

Absigeum, splendor auri. Isid. gl.‖

Absilæ, Ἀψίλαι Stephano populi Asiæ, à Plin. *lib.* 6. *cap.* 4. in Colchide prope Phasim amnem collocati. *Ibi.*

Absilio, is, ire, ex Ab & salio, Saltu alicunde recedo. {דלג dalâg. ἀποπηδάω. Gall. *Se retirer d'où on a sailli.* Ital. *Saltare in dietro.* Germ. Hindan springen/oder daruon springen. Hisp. *Saltar atras.* Angl. *To out of any place.*} Lucret. 6.

Multa que humi cum inhumata iacerent corpora supra
Corporibus, tamen alituum genus atque ferarum
Aut procul absiliebat, vt acrem exciret odorem,
Aut vbi gustarat, languebat morte propinqua.

Absimilis, dissimilis. {ἀνόμοιος ὁ μὴ ὁμοίος, vel ἀνόμοιος. Gall. *Dissemblable, different.* Ital. *Dissimile.* Germ. Vnaleich. Hisp. *Cosa desemejante de otra cosa.* Angl. *Vnlike.*} Col. *lib.* 4. Materiam fructumque, nisi quòd duplicem, non absimilem minor germanæ gerit. Frequens autem est huius vocabuli cum negatione vsus: vt, Haud absimilis, &c. Quæ locutio figurata est, & fere κατ' λιτότητα, plus innuit, quam minus dicat. Plin. *lib.* 8. *c.* 33. Emanet tertium vt in patrio haud absimile suillo, hoc est, valde simile. Sueton. *in Othone,* Simque non absimilis Tyberio principi fuit, vt plerique procreatum ab eo crederent.

Absinthiomenon, ἀψινθιόμενον, herba est, quæ tertore nomine Abrotonum vocatur: ita dicta ab amaritudine Absinthij, quam gustu refert. Vide Dioscoridem.

Absinthium, {לענה lahanâh. ἀψίνθιον. Gall. *Aluine.* Ital. *Assentio.* Germ. Wermut. Hisp. *Encensio, alosna.* Angl. *wormwood.*} Dioscoridi herba est sua amaritudine nulli non cognita, quæ & in officinis nomen suum retinet. Huius quamuis plures sint species, quas suo ordine explicabimus: Absinthij tamen nomine, quum nihil addimus, Absinthium vulgare intelligimus, quod & Romanum, & Ponticum dicitur. Sunt qui putent ἀψίνθιον dictum à Græco ἄψινθος, eo quòd ob insignem amaritudinem à nullo animalium attingatur. De hoc scribit Plin. *lib.* 27. *cap.* 7. De vi Absinthij conuenit dicere, herbæ facillimæ, atque inter paucas vtilissimæ: præterea sacris populi Romani celebratæ peculiariter. Siquidem Latinarum feriis quadrigæ certant in

Capitolio,

Capitolio, victórque absinthium bibit: credo sanitatem præmio dari honorificè arbitratis maioribus. Magnam vim habet in enecandis vermibus: vnde & pueris dari solent eius folia in ficu Laconica: aut etiam eius succus, populi oris melle circumlitis; vt sic amaritiem fallerent. Ad quod etiam alludit Lucretius hisce versibus,

Ac veluti pueris absinthia tetra medentes
Quum dare conantur, prius oras pocula circum
Contingunt mellis dulci flauóque liquore.

Absinthium, in Masc. gen. Varr. *Quinquatrib.* Quid medio opus tuo absinthium vt bibam graue & castoreum. Non. ¶ Absinthium marinum. {ἀψίνθιον θαλάσσιον. GALL. *La mort aux vers, barbotine.* ITAL. *Assenzo, ò Absinthio marino.* HISP. *Alenza marina.*} Absinthij genus est, abrotoni paruí similitudine, refertú minutis seminibus, subamarum, & stomacho inimicum, grauiter olens, & cum quadam calfactione astringens. Hoc & Seriphium à nonnullis appellatur: de quo sic scribit Plin. *lib.* 22. *c.* 7. Est & Absinthium marinum, quod quidam Seriphium vocant, probatissimum in Taposiri Ægypti. Huius ramum Isiaci præferre solenne habent. Hodie semen lumbricorum vocant. ¶ Absinthium rusticum, idem quod Absinthium vulgare, hoc Ponticum. ¶ Absinthium Santonicum, ἀψίνθιον σαντονικόν. absinthij species est, copiosissime prouenicns apud Santonas Galliæ populos, vulgari absinthio non dissimilis; semine tamen non æque fœcunda. Easdem vires habet, quas Seriphium. Vide Plin. *lib.* 27. *cap.* 7. ¶ Absinthium Ponticum, ἀψίνθιον ποντικόν, idem est cum absinthio vulgari. Nomen habet à Ponto, Asiæ regione, in qua tanta copia prouenit, vt pecora illo pinguescant, & sine felle inueniantur. Vide Plin. *lib.* 27. *cap.* 7.

Absinthiatus, vel Absynthiatus nomen adiectiuum, significat idem quod Absinthio temperatus, ἀψινθίτης. Senec. *in suasoria pro Cicerone.* Hoc si tamen recta via consequi non potero, decipere vos cogar, velut salutarem pueris daturus potionem absinthiaci poculi, id est, absinthiaco vino pleni. Alludit autem ad hos Lucretij versus *lib.* 1.

Sed veluti pueris absinthia tetra medentes,
Cùm dare conantur, prius oras pocula circum
Contingunt mellis dulci flauoque liquore,
Vt puerorum ætas improuida ludificetur.

Absinthites, æ, Vini factitij genus est cú absinthio decocti, aut alio quouis modo absinthio conditi. {ἀψινθίτης οἶνος. GALL. *Vin d'aluine.* ITAL. *Vino absinthio.* GERM. Wermútwein. HISP. *Vino adobado con encensios.* ANGL. *wyne sodden with wormwood.*} Eius confusionem docet Plin. *lib.* 14. *c.* 16.

Absinthus, vel Absynthus, vtroque enim modo scribitur, teste Stephano, ἄψινθος, ὁ ἄψυνθος, vrbs est Traciæ: cuius incolæ dicuntur Absinthij, ἀψίνθιοι, quorum meminit Herod. *lib.* 6.

Absis, idis, vel Absida, æ, ἁψίς. ‖ credendum politioribus dictum esse Absidem, aliis Absidam. ‖ Ædificium in Ecclesia factum ad modum Tribunæ. Sedes item Episcoporum. Gloss. vet. Absida, sedes Episcoporum. & apud Cassianum Absis est camera, cùm dicit *collat.* 24. *cap.* 6. Siquis absidis cameram volens in sublime concludere. Suidæ fornicis curuatura. Cæcil. *in Epist.* Cubiculum in absida curuatum. Apud Homer. *Il.* 5. accipitur pro plaga, siue foramine retis. Dicuntur quoque Absides, circuli in stellis. Plin. *lib.* 2. *cap.* 15. Plurimis de causis hæc omnia accidunt: prima circulorum est, quos Græci absidas in stellis vocant. Est præterea Absis, ligneus circulus rotam ambiens, in quo figuntur radij. In qua significatione quidam primam spirant, putántque dici ἀπὸ τοῦ ἅπτειν, hoc est, à tangendo. Hac enim parte rotæ, dum voluuntur, terram contingunt. Aug. *ad Max.* In futuro Christi iudicio nec absidæ graditæ, nec cathedræ velatæ adhibebuntur.

Absisto, stis, Discedo, cesso, desisto. {סור *sar.* ἀφίσταμαι, ἀποστῆναι, ἀπέχομαι. GALL. *Se retirer arriere, se tenir loin.* ITAL. *Star lontano, spartirsi, discostarsi.* GERM. Abweichen / hindersich stehn / darvon stehn. HISP. *Alexarse, de algun lugar.* ANGL. *To depart, to stand far of.*} Iungitur autem frequenter sexto casui sine præpositione. Virg. 6. *Æneid.*

——— procul, ò procul este profani,
Conclamat vates, totóque absistite luco.

Idem *lib.* 7.

Centum ærei claudunt vectes, æternaque ferri
Robora, nec custos absistit limine Ianus.

Quandoque supprimitur Ablatiuus, Virg. 1. *Æneid.*

Nec priùs absistit, quàm septem ingentia victor
Corpora fundat humi.

Liu. *lib.* 8. *ab Vrbe.* Legatos misêre ad consulem Romanum, vt receptis Equitibus, qui causa belli essent, absisteret obsidione. Virg. 6. *Æneid.*

——— Absiste moueri.

Liu. 32. Cùm haud absisteret petere. Idem 36. Ne ingratis quidem absistam benefacere. Idem alibi, Absistere obsidendo, pro absistere obsidione, dixit. Fit autem Absisto, à verbo neutrali Sisto, quod idem penè est quod Sto: vnde nec proprium habet præteritum, nec supinum, quemadmodum suum simplex. Aliud est Sisto actiuum, idem significans quod stare facio: sed illud nulla forma de se composita. Inuenitur etiam Absistitur, Impersonale. Liu. 1 *belli Punic.* Legati missi Carthaginem, si non absisteretur bello, ad ducem ipsum in pœnam fœderis rupti deposcendum. Absistens, participium Idem 4. *belli Punici.* Tamen spe labefactandæ fidei haud absistens, Salapiam tendit. Idem *lib.* 6. *d.* 4. Absistere iis. Absistere à, Plin. 2. *cap.* 8. *&* 9. Ab sole numquam absistens partibus sex atque quadraginta longius.

‖Absithamum, ἄδης χερσαῖα. Gloss. vet.‖

Absitris, oppidum Assyriæ. Plin. *lib.* 6. *cap.* 26.

Absŏlĕo, es, absolere, est ab vsu recedere. {ἀπαρχαιόομαι. GALL. *Desaccoustumer.* ITAL. *Disusare.* GERM. Entwöhnen / auß der gewonheit kommen. HISP. *Desacostumbrarse.* ANGL. *To be out of vse.*} Vnde obsoletus locus, Neglectus & sordidus dicitur, ἀπηρχαιωμένος.

ABSOLVO, uis, soluo, libero. {פטור *hissidick.* ἀπολύω. GALL. *Deliurer, absoudre, deliurer.* ITAL. *Sciogliere, assoluere, liberare.* GERM. Entledigen / ledig machen. HISP. *Desatar la atado, absoluer.* ANGL. *To end, to dischahe, to free.*} & maximè ad iudicia pertinet: cui contrarium est Damnare: Plaut. *Capt. sc.* 5. *a.* 3. Diu cruciabo hunc: non vno absoluam die. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 2. Sequere hac, te absoluo, qui aduenisti gratia. Et *Amphit. sc.* 2. *a.* 5. Quæso absoluito me, quando satis deluseris. Idem *Pseud. cap.* 7. *a.* 4. Hodie peregrinos absoluam, cras agam cum ciuibus. i. satisfaciam. habetque accusatiuum, & cum quidem aliquando cum genitiuo criminis. Author *ad Her.* 2. Cæcilius iudex absoluit iniuriarum illum: ἀφῆκεν τῆς ἀδικίας. Aliquando verò cum ablatiuo: & id quidem sine præpositione. Liu. *lib.* 3. Latæ deinde leges, quæ consulem regni suspicione absoluerent. Vel cum præpositione De. Cic. *ad Quint. Fratr.* Drusus erat de præuaricatione à Tribunis ærariis absolutus. Vel cum præpositione A. Idem *pro Qu. Rosc.* Vt ne Roscium stipulatione alliget, neque à Fannio iudicio se absoluat. Cic. 4. *Ver.* Absoluere alicui dixit. Hic hominem (inquit) Veneri absoluit. i. quod ad Venerem pertinet, absoluit eum. & quoniam res semel inchoata, dum ea ad finem suum perducatur, quasi impedita esse videtur, sic vt Absoluere pro rei finem imponere, siue perficere ponatur. {השלים *hischlim.* ἀποτελεῖν. GALL. *Parachemer, Parfaire.* ITAL. *Fornire.* GERM. Außmachen / vollenden. HISP. *Acabar alguna obra.*} Gell. *lib.* 2. Septima fere hebdomade, id est, nono & quadragesimo, totus homo in vtero absoluitur. Absoluere opera ante se imperfecta. Cic. *Of.* 3. Vt nemo pictor esset inuentus, qui Veneris eam partem, quam Apelles inchoatam reliquit, absolueret. Huc referri possunt & ista Plaut. *Amph.* Curauit, vno vt fœtu fieret, vno vt labore absoluat ærumnas duas, id est, exhauriat, & liberetur. Passerat. Senec. *de Consol. ad Marc. cap.* 1. vt tam inuidioso crimine fortunam tuam absolueris. *Ibid. cap.* 22. Dum accusatores iterum adeunt Consulum tribunalia, ille se absoluerat. (id est, obierat.) Et *in Epid.* Te absoluam breui, i. expediam. Item Absoluere creditorem, pro dimittere, eique satisfacere, ἀπαλλάττειν τοῦ ἀπαιτοῦντος. Vlpian. *l.* 3. *lib.* 7. *D. de vsufruct.* Et in contraria negotiorum gestorum actione vsuræ veniunt, vt si mutuatus sum pecuniam vt creditorem tuum absoluam. Terent. *in Adelph.* Ego ad forum ibo, vt hunc absoluam. id est (vt Donatus exponit) vt hunc reddito pretio dimittam. Nam (inquit) velut ligati sunt, quibus debetur aliquid. Et pro Soluere & vela facere. Plaut. *in Mil.* A matre illius venio; si est itura, eat: Omnes moratur, nauim cupimus absoluere. Idem pro Luere & redimere: vt absoluere pignus. Paulus *lib. Sentent.* 11. *cap.* 5. Creditor si simpliciter sibi pignus depositum distrahere velit, ter ante denunciare debitori suo debet, vt pignus absoluat, ne à se distrahatur. Quidam tamen legunt, Luat. Absoluere orbem, id est, consumere & perdere. Lucanus *lib.* 7.

O superi, liceat terras odisse nocentes.
Quid totum premitis, quid totum absoluitis orbem?

Plaut. *Most.* Omnino vt te absoluam, nullam pictâ conspicio hic auem. i. vt breuiter finiam, nec diutius te morer, aut suspensum teneam. Idem *Amphit.* Quæso absoluito hinc me extemplo, quando satis deluseris.

Absŏlūtio, verbale, liberatio perfectio. {תכלית *taclith.* ἀπόλυσις. GALL. *Absolution.* ITAL. *Assolutione.* GERM. Ein entledigung oder vollendung. HISP. *Absolucion de pecado.* ANGL. *Deliuerance, absolution.*} Cicer. *pro Fonteio*, Magna mehercule causa, iudices absolutionis, cum cæteris causis, hæc est. Et pro perfectione. {τελείωσις. GALL. *Perfection.* ITAL. *Perfettione.* HISP. *Acabamiento de alguna cosa.*} Idem. Virtus rationis absolutio definitur. Est quoque absolutio apud Oratores (vt Cic. *de Inuen.* 1. scribit) per quam omnia quæ incidunt in causam, genera amplectimur partitione.

Absŏlūtōrius, a, um: Quod ad absolutionem pertinet. {מצדיק *matsdik.* ἀπολυτικός. GALL. *Chose par laquelle on est absout & deliuré.* ITAL. *Cosa pertinente all'assolutione.* GERM. Das zu der entledigung gehört. HISP. *Cosa para absoluer.* ANGL. *VVich perteneth to absolution.*} vt Tabula absolutoria. Suet. *in August.* Non tantùm duas tabulas, damnatoriam & absolutoriam cognoscentibus dedit, & ψῆφος ἡ σώζουσα, cui opponitur ἡ καταδικάζουσα, id est, damnatoria. Et Absolutorium, rij, neut. gen. Remedium absoluens, siue liberans. Plin. *lib.* 28. *cap.* 6. Clauum ferreum defigere, in quo loco primùm caput defixerit, corruens morbo comitiali, absolutorium eius mali dicitur.

Absŏlūtus, nomen ex participio, Perfectus. {משלם *meschullam*, ἀπολελυμένος, τέλειος. GALL. *Absolu, parfait.* ITAL. *compito, perfetto.* GERM. Außgemacht / volkommen. HISP. *Acabado.* ANGL. *Ended, absolued.*} Cic. Quo fit vt illam veram & absolutam eloquentiam nemo assequatur. Absoluta iuridicialis constitutio est ea, quæ ipsa in se non implicitè & abscondité, vt negotialis, sed patentiùs, & expeditiùs, recti, & non recti quæstionem continet, ἀντίληψις. Autor est Cic. *lib.* 2. *de inuentione.* Absoluta, plurali num. à Iurisconsultis dicuntur, quæ lecta sunt, & à partibus approbata & subscripta. Vide *Instit. de contrahen. empt. &* *C. de fide inst. l. contractus.* Item de creditoribus, quibus satisfactum. Plaut. *Aul. sc.* 5. *a.* 3. Iámne hosce absolutos censeas.

Absŏlūtè, aduerbium, perfectè. τελείως, ἁπλῶς. GALL. *Absoluement, parfaitement.* ITAL. *Perfettamente, compitamente.* GERM. Volkommenlich. HISP. *Con accabamiento.* ANGL. *Simplie, perfectlie.*} Cic. 5 *de Finib.* Necessariò sequitur omnes sapientes semper feliciter, absolutè, fortunatè viuere. Perfectè & absolutè aliquid parare, Cic. 4. *Acad.* Absolute doctus, Sueton. *de Claris Grammat.*

Absŏno, nas, Dissono, malè, sono {ἀπᾴδω. GALL. *Desaccorder.* ITAL. *Dissonare, discordare.* GERM. Mißhällen / übel thönen oder lauten. HISP. *Discordar.* ANGL. *To sound euill.*}

Absŏnus, na, num, Sine sono, non rectè sonans. {ἄτονος. GALL. *Qui ne sonne pas bien, desaccordant.* ITAL. *Discordare, discordante.* GERM. Übel thönend / übel lautend. HISP. *Desaccordado.* ANGL. *That which sound euill.*} Cic. 1 *de Orat.* Sed sunt quidam aut lingua ita hæsitantes, aut ita voce absoni. Interdum ponitur pro alienus siue inconueniens, non consentaneus. Liu. 7. *ab Vrbe.* Nec absoni à voce motus erant. Idem *lib.* 1. Hæc fermè Romulo regnante domi militiæque gesta, quorum nihil absonum fidei, πιστοῖς ἀπᾷδον, ἄτοπον.

Absonè, ἀπηχῶς, ἀναρμόστως. Apul. *Apolog.* Absonè atque indoctè pronunciare. Gell. *lib.* 15. *cap.* 25. Non absurdè atque absonè finxi.

ABSORBĔO, bes, bui, itum, & absorpsi, absorptum, sorbendo absumo: & propriè de rebus liquidis. {בלע *ballah.* καταπίνω, ἀναρροφέω. GALL. *Humer tout, engloutir.* ITAL. *Inghiottire.* GERM. Gar verschlingen / außsupffen. HISP. *Sorber.* ANGL. *To sub vpall.*} Plin. *lib.* 11. *c.* 35. Araneus omnē humorē absorbens hæreditatē ampliat. Idem *lib.* 22. *c.* 24. Lens optima, quæ facillimè coquitur, eaque quæ maximè aquam absorbet, hoc est, cósumit. Transfertur autem & ad alia, vt si dicas, Aqua nauim absorbuit. Lucan. *lib.* 4.

Iam

Iam cumuli collésque latent, iam flumina cuncta
Condidit vna palus, vastáque voragine mersit,
Absorpsit penitus rupes, ac tecta ferarum Detulit.

Item ad res incorporeas transfertur, ita vt idem ferè significet quod perdo, destruo, consumo, corrumpo: vt quum dicimus, Felicia adolescentulorum ingenia voluptatum illecebris absorberi. Cic. 2. *de Legibus*. Sed antequam ad populares leges venias, vim istius cœlestis legis explana, si placet: ne æstus nos consuetudinis absorbeat, & ad sermonis moram vsitati trahat. Idem *de Clar. Orator.* Sed hunc quoque absorbuit æstus quidam insolitæ adolescentibus gloriæ.

Absoros, ἄψορος. *Offero.* Insula est in mari Adriatico, nunc in Venetorum ditione, Liburniæ adiacens, cum oppido eiusdem nominis. Veriusque meminit Ptolom. apud quem scribitur ἄψυῤῥος.

Abspello, depello. Plaut. *Mercatore*: Simul autem plenissimè eos, qui aduersum eunt, abspellito. *Ibid.* Neque adeò spes est, quæ mihi hunc abspellat metum. Idem *Truculento*: Ille qui abspellit, is compellit: ille qui consuadet, vetat.

Abspes, qui caret spe, Græcè est ἀπελπιζων. Vita Onuphrij *cap.* 10. Absspes eram multoties vitæ.

Absque, præpositio, separandi vim habet, idem quod sine. {בלתי *bilti*, ἄνευ, χωρίς. Gall. *sans.* Ital. *Senza.* Germ. Ohn. Hisp. *Sin.* Angl. *Without.*} vt, Absque pecunia difficilè vitam traducas, Absque te esset, & absque te foret: pro eo, quod vulgò dicimus, Nisi tu esses, locutio est Plautina & Terentiana. Plaut. *Capt. sc.* 5. *a.* 3. Absque hoc esset, suis me ductaret dolis. Idem *in Bacch.* Nam absque te esset, ego illum haberem ad ingenium bonum: nunc propter te, tuámque prauus factus fiduciam: id est, Nisi tu obstares. Terent. *in Phorm.* Nam absque eo esset, rectè ego mihi vidissem, & senis essem vltus iracundiam, id est, si ad eum res non pertineret. Sic in prima persona Plaut. *in Menach. sc.* 7. *a.* 5. Namque absque te esset, Nunquam hodie ad Solis occasum viuerem. Alij, si absque te essem, vel fuissem. Alij, Nam absque te fuissem hodie, numquam ad Solis occasum viuerem. Alibi tamen Plautus, *Si*, particulam addidit. Nam (inquit *in Trinum.*) exædificasset me ex ædibus, si absque te foret. vbi tamen hodie in recentioribus editionibus, *Si*, est omissum. In hoc tamen Hecyræ Terentij, Quàm fortunatus sum cæteris rebus, absque vna hæc foret. Absque aduerbij significatione vult poni Donatus, vt sit sensus, Nisi vna hæc res esset.

Abstĕmĭus, a, um, ex Abs, & temetum, id est, vinum, quasi sine vino, sobrius: siue (vt alij volunt) ex Abstineo & temetum, id est, qui vino abstinet. ἄοινος, ἀοίνηρος. Gall. *Qui ne boit point de vin.* Ital. *Quello che non beue vino.* Germ. Der kein wein trinckt der sich vom wein enthalt. Hisp. *El aguado.* Angl. *Sober, temperat.*} Ouid. *Metam. lib.* 15.

Clitorio quicunque sitim de fonte leuarit,
Vina fugit gaudétque meris abstemius vndis.

Varr. *de vita pop. Rom. lib.* 1. Quantopere abstemias mulieres voluerint esse, vel vno exemplo potest videri. Gell. *lib.* 10. *c.* 23. Qui de victu atque cultu pop. Rom. scripserunt, mulieres Romæ atque in Latio ætatem abstemias egisse: hoc est, vino semper, quod Temetum prisca lingua appellabatur, abstinuisse dicunt. Idem *c. vlt. lib.* 13. Abstemium prandium.

Abstergo, is, ere, abstersi, abstersum, Detergo, deleo, diluo, purgo. {מרק *marak.* ἀποψάω, ἀπολείχω, ἀπομάττω, ἀποσπογγίζω. Gall. *Torcher, essuyer.* Ital. *Nettare, pollire.* Germ. Abwischen/abstreichen. Hisp. *Alimpiar.* Angl. *To wype away.*} Liu. 1. *ab Vrbe*. Inspectum vulnus abstersо cruore, omnia salubria esse. Senec. *cap.* 15. *de tranquill.* Ille abstergit meas lachrymas. Idem *cap.* 1. *de Consol. ad Elb.* Transfertur ad animum. Cic. *in Topic.* Tum exultantem in lætitiam comprimens, tum ægritudinem abstergens. ἀποσπογγίζειν λύπην. Idem abstergere metum, molestias, luctum, dolorem dixit.

Abstergeo, es, ère, idem quod Abstergo. Plaut. *in Asin.* Tu labellum abstergeas potius quàm cuiquam illa suauium faciat palam.

[Abstemit, abiicit, repellit. Isid. gloss.]

Abstersus, a, um, Demptus, remotus. Cic. *in Ant.* Idem tamen quasi fuligine abstersa, reliquis diebus in Capitolio præclara Senatusconsulta fecisti.

Absterreo, es, Terreo, deterreo. {הבריח *hebriah* הפחיד *hiphchidh.* ἀποσοβέω, ἀπείργω. Gall. *Deterrer pour destourner, espouuanter.* Ital. *Spauentare, metter paura per disturbare.* Germ. Abschrecken. Hisp. *Espantar de algun lugar.* Angl. *To feare, to skar.*} Cic. 4. *Ver.* Vt iam videamus non à pecuniis homines absterrere. Plaut. *Menach. sc.* 2. *a.* 5. Vt illos à me absterream.

Abstineo, es, ex Abs, & teneo, significat Tempero, contineo, cohibeo. {התאפק *hithapeck.* ἀπέχομαι. Gall. *Abstenir, se deporter.* Ital. *Astenere.* Germ. Enthalten/sich mässigen. Hisp. *Se refrenar de tomar lo ageno, abstener.* Angl. *To absteine, to be temperat.*} Plaut. *Mostel. sc.* 3. *a.* 1. Nimis diu abstineo manum. (i. non eas saluto, nec ingredior.) Et *Menach. sc.* 2. *a.* 5. Viri sæpe haud culpa abstinent. *Ibid. sc.* 6. *a.* 5. Culpa vt abstineam. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 1. Dum mihi abstineant inuidere. Et *Menach. sc.* 2. *a.* 1. Quid olere abstines. Et *Aul. sc.* 1. *a.* 4. Qui ea curabit, abstinebit bubula. Liu. 8. *ab vrb.* Bellum ab innoxio populo abstinere. *Ibid.* Romano bello abstinuit. Liu. *lib.* 1. *decad.* 1. Constat duobus Ænea Antenoreque omne ius belli Achiuos abstinuisse. Et *lib.* 5. ab vrbe consules se abstinebant. Idem *lib.* 3. *d.* 4. Abstinere vrbes liberas. Suet. *in Tiber. c.* 23. Non abstinuit ita præfari. Senec. *Ep.* 78. *& cap.* 22. *de Consol. ad Mar.* Triduo abstinuit cibo. Idem *cap.* 13. *de Consol. ad Polyb.* Abstine ab hoc manus tuas, & *cap.* 17. Et iungitur cum accus. Terent. Non manum abstines mastigia? Aliquando cum ablatiuo sine præpositione. Iustin. *lib.* 1. Contentique victoria, imperio abstinebant. Horat. *lib.* 1. *Car.* cum genitiuo iunxit. Mox vbi lusit satis, abstineto, dixit, irarum. Plaut. *in Amphit.* pro Arcere posuit, Nunc quando factis me impudicis abstines, id est, quoniam me arces & prohibes ab impudicitia. Abstinere pro separare, & (quod dicunt) excommunicare. Cypr. *lib.* 1. *epist.* 11. ad Pomponium, Consultè & cum vigore fecisti frater charissime abstinendo diaconum, qui cum virgine sæpe mansit. ¶ Abstinere se, est cibo parcere, ieiunare, apud Sulpitium. ¶ Abstineri, extat apud Tertullianum *lib. Apolog. cap.* 6. Nec vsu veteris latinitatis hoc modo caret. Sic enim Martialis *lib.* 9. *Epigr.* 77.

Languidior noster si quando Paulus Atili est,
Non se conuiuis abstinet ille suis.

Abstinetur, Impersonale. Liu. 5. *ab Vrbe.* Dictator edicere iubet, vt ab inermi abstineatur.

Abstinens dicitur, qui est suo contentus, non auaritia, non cupiditate elatus, continens, temperans. {מתאפק *mitheappék.* ἐγκρατής. Gall. *Abstinent.* Ital. *Astinente, continente.* Germ. Mässig/sich enthaltend von allerley bösen begirden. Hisp. *Continente.* Angl. *Abstinent, temperat.*} Cic. *ad Quint. Fratr.* Esse abstinentem, continere omnes cupiditates, præclarum est.

Abstentus, qui tutoris authoritate ab adeunda hæreditate reuocatus est. Scæuola *l. pen. D. de aut. tut.* An secundùm hæc actu adolescens à bonis patris abstentus sit: respondit proponi abstentum. Hotoman. *in Lexico.* Vtuntur & alij Iurisconsulti. Cyprianus pro excommunicato est vsus.

Abstinentia, est virtus, qua ab alienis abstinemus, nihil cuiquam eripientes, ἐγκράτεια, ἀποχή. Gall. *Abstinence.* Ital. *Astinenza.* Germ. Enthaltung/mässigung. Hisp. *Aquel refrenamiento de lo ageno, abstinencia.* Angl. *Abstinence.*} Differt autem à continentia, quod hæc sit in viro temperante, illa verò innocente. Sallust. *in Iug.* Cum strenuo, virtute: cum modesto, pudore: cum innocente, abstinentia certabat. Nonnunquam tamen indifferenter ponuntur: vt apud Val. Maximum titulus est, De abstinentia & continentia: vbi harum virtutum exempla promiscua sunt. ¶ Abstinentia conuitiorum apud Senecam *Controuer.* 2. Qui sibi abstinentiam conuitiorum imperauerunt.

Abstinenter, aduerb. {ἐγκρατῶς. Gall. *Sans faire tort à autruy.* Ital. *Con astinenza, astinentemente.* Germ. Mässiglich. Hisp. *Con aquell, refrenamiento.*} Cic. *in Sal.* Modestè se gessit & abstinenter.

[Abstit, pro abstitit.]

Absto, as, abstiti, abstitum, & abstatum, significat longè sto. {הרחיק *hirchik.* ἀφίσταμαι, ἄπειμι. Gall. *Se tenir arriere.* Ital. *Star lentano.* Germ. Daruon stehn. Hisp. *Estar lexos de alguna cosa.* Angl. *To stand afar.*}

Abstollo, apud Plautum, compositum, vt attollo: Diomedes Grammat. *lib.* 5. Item Affero, attulit, quoniam & fero tuli dicimus, quanquam & id perfectum quod est, attuli, ex alio verbo proficisci reperimus apud veteres ex eo quod est Attollo, vt Næuius *in Tabernaria*: Dotem ad nos nullam attollat. Plaut. compositum efficit *in Rudente*: Ollas abstollas: vt sit instans abstollo. Pacuuius *in Medo*: Et custodite hunc vos ne quis eum abstollat, neue attingat.

Abstino, as, pro Abmitto: vt Destino, alicui quid mitto.

[Abstlata, nauis piratica. Turin.]

Abstorqueo, vide *Torqueo.*

Abstraho, Abripio, auello, auoco, abduco. {סחב *sachab.* ἀποσπάω, ἀφέλκω. Gall. *Entrainer, tirer par force.* Ital. *Tirare per forza.* Germ. Abziehen mit gwalt daruon ziehen. Hisp. *Sacar, ò tomar por fuerça.* Angl. *To drawe away.*} Cic. *lib.* 1. *Tuscul.* Certè si tunc occidissemus, mors nos à malis, non à bonis abstraxisset. Aliter vsus est Cæsar 7. *belli Gallici.* Bona ciuium Romanorum diripiunt, cædes faciunt, in seruitutem abstrahunt. Cic. aliò transtulit, 1. *de Orator.* Repentè te quasi quidam æstus ingenij quàm procul à terra abripuit, atque in altum à conspectu penè omnium abstraxit. Hinc Abstractus, a, um, Cic. *Tusc.* Abstractus à ratione.)(Attraho, infrà.

Abstractum, ab Abstraho, id dicitur quod ab alio trahitur. {τὸ ἐξ ἀφαιρέσεως, τὸ κεχωρισμένον. Gall. *Tiré par force.* Ital. *Tirato per forza.* Germ. Abgezogen/hingenomen. Hisp. *Tomado por fuerça.* Angl. *That which is drawen from an other.*} Definitur verò à Dialecticis hoc modo, Abstractum est, quod significat formam aliquam, cum exclusione subiecti: vt albedo, verbum enim huius notionis est, minime Latinum. Concretum est, quod significat eandem formam, cum habentibus subiectis: vt Album: à Concresco, quod significat coniungor in aliqua re. Et hæc aliter dicuntur Denominans & Denominatiuum, vt est apud Aristot. *in antepræd.*

Abstringo, is, ere, xi, ctum, Soluo. {פתח *pittách*, ἀποχαλάω, ἀναχαλάω. Gall. *Desserrer, lascher ce qui est estrainct.* Ital. *Sciogliere.* Germ. Aufbinden/aufflämpffen. Hisp. *Desatar, aflaxar.* Angl. *To lose.*} Liu. 3. *Decad. lib.* 4. Tanquam laxaret elatum pedem abstricto nodo, moratus turbam, &c.

Abstrudo, dis, ex Abs & trudo, significat Abscondo, abdo. {הסתיר *histir.* ἀποκρύπτω, ἀποθέω. Gall. *Cacher & serrer.* Ital. *Ascondere, chiudere, serrare dentro.* Germ. Verbergen verstossen. Hisp. *Encerrar por fuerça.* Angl. *To hyd.*} Sed, Seruio autore, differunt, quod Abscondere sit de industria: Abstrudere à natura. Virg. 1. *Georg.*

Vt venis silicis abstrusum excuderet ignem.

Quæ tamen differentia non semper obseruatur. Plaut. *in Prol. Aul.* Atque aulæ timens domo sublatam variis abstrudit locis. Alicubi hanc abstrudam foris. Idem *Aul. sc.* 5. *a.* 3. Ibi abstrudam probè. Idem *ibid. sc.* 3. *a.* 4. sæpè. Et *Curc. sc.* 2. *a.* 5. Quid? Ego sub gemmân' abstrusos habeo tuam matrem & patrem. Abstrudere tristitiam. Tacit. *lib.* 3. Sed referendum iam animum ad firmitudinem, vt quondam diuus Iulius amissa vnica filia, vt diuus Augustus ereptis nepotibus, abstruserint tristitiam, id est, ab se repulerint.

Abstrusus, a, um, nomen ex particip. {נסתר *nistar.* ἀπόκρυφος, κρυπτός. Gall. *Caché, celé.* Ital. *Nascoso.* Germ. Verborgen heimlich. Hisp. *Escondido, ò enserrado por fuerça.* Angl. *Heid, keipit close.*} vt Abstrusæ insidiæ, id est, penitus latentes. Cic. 4. *Acad.* Sequitur disputatio copiosa illa quidem, sed paulò abstrusior. Abstrusus homo, qui secreta sua magnopere celat. Tacit. *lib.* 1. *Ann.* Hæc audita, quamquam abstrusum, & tristissima quæque maximè occultantem Tiberium, &c.

[Abstulo, apud Diomedem legitur pro aufero, quasi à simplice tulo, vnde tuli.]

Absum, remotus sum, disiunctus sum, abhorreo. {ἄπειμι. Gall. *Estre absent.* Ital. *Esser lontano.* Germ. Abwesend/oder nit zugegen sein. Hisp. *Estar ausente de lugar alguno.* Angl. *To be absent.*} ex Ab præpositione (quæ mutat significationem in dictionibus, & plerumque facit significationem contrariam:) & sum, id est, præsens existo. Terent. *in Eunuch.* Domini vbi absunt. Et, Ouium nullus vsus si pastor absit. [illegible] Quo prouerbio admonetur [illegible] tem esse omnium perniciosissimam. Nihil recte faciunt ministri, inutiles sunt discipuli & populus, nisi herus, præceptor, & princeps adsint. ¶ Aliquando cum præpositione A vel Ab. Salust. *in Iugurt.* Neque

animus neque corpus à vobis aberit. Sic Abesse ab vrbe, Abesse ab domo, frequens est apud Ciceronem.

——— Amantes

Non longè à caro corpore abesse volunt.

Catull. *de com. Beren.*

——— nec abest facundis gratia dictis,

Ouid. 13. *Metam.*

Non debet dolor hinc, debet abesse pudor,

Idem *El.* 3. *lib.* 4 *Trist.*

Expedyt studys lumen abesse meis,

Idem *El.* 8. *lib.* 1. *Trist.*

———quamuis longè regione remotus

Absim, vult animo semper adesse meo,

Idem *El.* 4. *lib.* 3. *Trist.* Aliud malum aderat, istuc aberat longiùs. Plaut. *Pseud. sc.* 8. *a.* 1. Longe abest a me? Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 1.

Temporis aduersi sic mihi sensus abest,

Ouid. *El.* 1. *lib.* 4. *Trist.* Mihi animus etiam nunc abest, (de metu.) Plaut. *Amph. sc.* 1. *a.* 5. Procul abesse amantem haud consentaneum est. Idem *Cist. sc.* 3. *a.* 1. Procul abest, abfuitque semper talis fortuna, Liu. *lib.* 34.

———abfuit omne

Peccato facinus consiliumque meo,

Ouid. *El.* 4. *lib.* 4. *Trist.* Abesse de mortuis dicitur. Senec. *cap.* 18. *de Consol ad Mar.* Ouid. *Eleg.* 3 *lib.* 5. *Trist.*

Nec mihi ius ciuis, nec mihi nomen abest.

Quid à verbo *desum* differat, illud Cic. *in Bruto* docet: Si (inquit) nihil vtilitatis habebat, adfuit, si opus erat, defuit. Non abest quin sit lepidus, pro est lepidus. Gell *cap.* 9. *lib.* 9. Et Martial. *epigr.* 19. *lib.* 6. Abesse furto pueros dixit. ¶ Aliquando sine præpositione. Cic. *de Natur. Deor.* Quod Diana quum in partu Olympiadis adesse noluisset, abfuisset domo, id est, à sacra æde, quæ quidem totius Asiæ celeberrima Ephesi colebatur. Ea nocte autem qua Alexander natus est, incendio conflagrasse dicitur. Liu. *lib.* 3. *belli Punici*, Romana castra viginti millium spatio aberant. Virg. 11. *Æneid.*

——— nec longè inter se passibus absunt.

¶ Aliquando cum datiuo. Cic. *pro P. Syll.* Vt mirari Torquatus desinat, me qui Antronio abfuerim, Syllam defendere, pro, non adfuerim Antronio, siue non defenderim. ¶ Aliquando cum accusatiuo. Plaut. *Most. sc.* 1. *a.* 1. Triennium hanc abest senex. Terent. *in Heautont.* Clam me profectus menses tres abest. Cic. *pro Plan.* Qui cùm abessent aliquot dierum viam. ¶ Aliquando cum genitiuo, vt Abesse bidui, tridui. Cic. *ad Attic.* 10. Quum in castra proficiscerer: à quibus aberam bidui, subaudi itinere, vel aliquid simile. ¶ Aliquando cum aduerbiis, Longè, Procul, Multum, Paulum, &c. Plaut. *in Truc.* Oues illius haud longè absunt à lupis. Cæsar diuisa compositione verbum hoc duabus dictionibus extulit. Qui erat (inquit) ab oppido millia passuum circiter tria. pro, Aberat. Dicimus præterea, Culpam à nobis abesse, pro, Nos vacare culpa. Item, Culpam nostram à re aliqua abesse, pro eodem. Cic *ad Cornificium*. Ego certè Reipub. non deero: & quicquid acciderit, à quo mea culpa absit animo forti feram. Abesse pro deesse, cum ablatiua præpositione, aut aduerbio loco ablatiui. Plaut. *Epid.* At vnum à prætura tua Epidice abest. idest, vna res deest præturæ tuæ. Idem *Persa*, Nummus abesse hinc non potest quod nunc dicam. id est, ab hac summa, vel ab hoc pretio. Absit verbo inuidia: modus loquendi apud veteres, vt quum quid erant dicturi, quod arrogans videri posset, quasi excusando dicerent, Absit verbo inuidia: id est, odium. Liuius.

Absens, ab Absum, sicut à Præsum, Præsens. {ἄπων. GALL. *Absent*. ITAL. *Lontano discosto*. GERM. Abwesend. HISP. *Ausente de algun lugar*. ANGL. *Absent*.} Vlp. Absentem accipimus eum, qui non est in eo loco, in quo petitur. Non enim trans mare absentem desideramus. Et si forte extra continentiam vrbis sit, abest. ¶ Absens, pro mortuo. Vitruuius *proœmio lib.* 7. Ptolemæus vero cùm animaduertisset, Poetarum parentem, Philologiæque omnis ducem absentem vexari, &c. Cæterùm vsque ad continentiam non abesse videbitur, si loco lateret. Abesse autem non videbitur, qui ab hostibus captus est, sed qui à latronibus detinetur. Paulus, Abesse res videbitur, si vestimentum scissum reddatur, vel res corrupta reddita sit, velut scyphi collisi, aut tabula, rasa pictura: quoniam earum rerum pretium non in substantia, sed in arte sit positum. Item si eam dominus rem, quæ sibi furto abestat, ignorans emerit, rectè dicitur res abesse, etiam si id postea ita esse sciuerit: quia videtur res ei abesse, cui pretium abest. Abesse etiam scribit Caius, quæ in rebus humanis non sunt. ¶ Quum autem dicimus, Absente nobis, & Præsente nobis, pro Absentibus & præsentibus nobis, ἀρχαϊκῶς dicitur, sicut, Aperite aliquis actutum, apud Terent. *in Adelph.* Apud eundem *in Eunucho*: Nescio quid absente nobis turbatum est domi. & Plaut. *in Amph.* Nec nobis præsente quisquam aliquid ausi sunt. Vide Nonium. Absentium & mortuorum comparatio. Senec. *cap.* 19. *de consol. ad Mar.*

Te loquor absentem,

Ouid. *El.* 3. *lib.* 3.

———semperque solenne

Absenti possis soluere vota tui,

Idem *El.* 3. *lib.* 5. *Trist.* Propera sis, absente me, comesse prandium. Plaut. *Menæch. sc.* 2. *a.* 4. fecisti fanus absenti, &c. Idem *Milit. sc.* 2. *a.* 3. Vt absente hero eius rem magis diligenter tutetur, quam si adsit. Idem *Menæch sc.* 6. *a.* 5. Et Gell. *cap.* 9. *lib.* 20. Hos versus absentes dixi, id est, memoriter recitaui.

Absumo, mis, psi, ptum, consumo, tralsco, extinguo, conficio. {כלה *calah*. ἀναλίσκω, καταναλίσκω, ἀπόλλυμι. GALL. *Consumer, mettre à fin*. ITAL. *Consumare, mettere al fine*. GERM. Verzehren / verthun / verbrauchen. HISP. *Gastar en mala parte*. ANGL. *To spend, or wast.*} Varius ac multiplex eius vsus est. Cic. *pro Quint.* Hortensius à me petit, ne dicendo tempus absumam. Ouid. *El.* 10. *lib.* 4 *Trist.*

Sic tamen absumo decipioque diem.

Liu. 10 *bell. Pun.* Lacessendo leuibus prœliis diem absumpsit. Ascon. *Pæd.* Adeò vt in eius impensas opes suas absumpserit. Terent. *Heaut.* Nam vt alia omittam, pitissando modò mihi Quid vini absumpsit? Plin. *iun. in Epist.* Vastissimum incendium multas priuatorum domos, & duo publica corpora, quanquam via interiacente, Gerusiam & Iseum absumpsit. Dicimus etiam absumi ferro, veneno, morte. Et, Absumpti sumus, pro perimus, & actum est de nobis, ἀπολώλαμεν. Plaut. *Most. sc.* 1. *a.* 2. Perimus, mox absumpti sumus. Idem *Milit. sc.* 3. *a.* 1. Nam ista quidem res absumpta erit. Idem *Amphitr. sc.* 1. *a.* 5. Corrupta sum atque absumpta sum. i. perij. Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 5. Quam habui (rem) absumpsi celeriter. Et *Milite sc.* 4. *a.* 2. Dum te fidelem hero facere voluisti, absumptus es. i. periisti. & Suet. *in Cæsar. cap.* 25. Absumpta prope classe vi tempestatis.

Absumedo, inis, Consumptio, à verbo Absumo. {כלה *chaldh*. ἀνάλωμα, δαπάνημα. GALL. *Despense, degast*. ITAL. *Consumamento, struscimento*. GERM. Verzehrung / verbrauchung. HISP. *Gasto en mal*. ANGL. *wasting*.} Plaut. *Capt.* Quanta pernis pestis veniet: quanta labes lardo! quanta sumini absumedo: quanta callo calamitas!

Absurdus, a, um, minimè aptum, abhorrens, inconueniens, stultum deforme, odiosum, iniquum, non consentaneum. {לא ערב *lo rauy*. ἄτοπος, ἄλογος. GALL. *Absurde, mal conuenable*. ITAL. *Mal conueniente à se*. GERM. Vngeschickt / vnbequem / nicht gezimmend. HISP. *Absurdo, cosa digna de non ser oyda*. ANGL. *Against raison*.} Cic. *in Lælio*, Auaritia verò senilis, quid sibi velit non intelligo. Potest enim quicquam esse absurdius, quàm quò minùs viæ restat, eo plus viatici quærere. Fortasse autem facta hæc vox est, quòd absurdis profecta responsa, diuersa sunt ab iis, quæ rogantur.

Absurdè, aduerbium. {שלא ערב *schello rauy*. ἀτόπως. GALL. *Sottement, sans propos*. ITAL. *Pazzamente, scioccamente, goffamente*. GERM. Vnbequemlich / vngeschickt. HISP. *Con tal indignidad de non ser oyda*. ANGL. *Against raison*.} Cic. *de Finib.* Idque si ita dicit, non esse reprehendendos luxuriosos, si sapientes sint, absurdè dicit. Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 2. Scio absurdè dictu.

Absus, Fluuius, vide *Abis*.

Absynthium, & Absynthites, vide *Absinthium*.

Absyrtides, ἀψυρτίδες. Insulæ sunt in Adriatico mari, Illyrico adiacentes, à fratre Medeæ ibi interfecto, nomine Absyrto, ita appellatæ, vt Plin. scribit *lib.* 3. *cap.* 26. & Strabo *lib.* 7.

Absyrtium, ἄψυρτον, Insula est maris Adriatici, non procul ab Issa, vt tradit Plin. *lib.* 3. *cap.* 21.

Absyrtus, ἄψυρτος. Æetæ regis Colchorum & Ipseæ, siue, vt alij malunt, Idiæ filiæ Oceani filius, alio nomine Ægialeus dictus, quem soror Medea cum Iasone discedens membratim discerptum circumquaque disiecit, vt sequentem se patrem in colligendis ossibus occupatum remoraretur, ne se à fuga retraheret: vnde locus ille dictus est Græca voce τομεύς, id est, incisio. Hæc Ouid. *lib.* 3. *Tristium. eleg.* 9. Plinius verò & Strabo, non apud Thomitas Absyrtum discerptum volunt, sed in insula quadam maris Adriatici, vna earum, quæ ab illis exitio Absyrtides vocatæ sunt. Vide Plin. *lib.* 3. *c.* 26. & Strab. *lib.* 7. Fuit insuper Absyrtus, teste Suida, Nicomediensis quidam miles, qui quum sub Constantino ad Istrum militaret, librum vtilissimum scripsit de medicandis equis, & de cura animalium, cúmque pulcherrimum & emendatissimum habet Antonius Vicecomes Mediolanensis.

[Abuacuatio, euacuatio, Hypercrisis, seu superuacuatio dicta. L.M.]

Abudiacum, ἀβούδιακον, vrbs est Germaniæ, non procul ab Augusta Vindelicorum, Ptolemæo.

[Abuerto, auerto, Plaut.]

Abula, vrbs Hispaniæ, Ptolemæo.

[Abulæ, aquæ, Thermæ. Gal.

Abunculus, auunculus, Glossæ. Lex. gr. b. vide *Zio*.]

Abundo, as, ex Ab & vndo, vt quidam aiunt: vnde fiunt, Exundo & inundo, affluo, redundo, circumfluo, magnam copiam habeo. {יתר *iathar*. πλεονάζω, ἀφθονέω. GALL. *S'espandre par dessus, estre plein iusques à desborder, abonder*. ITAL. *Abundare*. GERM. Vberflüssig sein / die völle haben. HISP. *Abundar y ser copioso*. ANGL. *To abound*.} Tractum ab amnibus, qui quò magis augentur imbribus, eò maioribus & crebrioribus vndis tolluntur. Terent. *in Phorm.* Amore abundas Antipho. Dicimúsque, Abundo pecunia, & Pecunia abundat mihi. August. *lib. Confess.* Nam id furatus sum quod mihi abundat. Lucilius cum genitiuo iunxit. Quarum & abundemus rerum, & quarum indigeamus. Virg. *lib.* 4. *Georg.* absolutè,

Rursus abundabat fluidus liquor.

Hinc Abundans, pro diuite, pecunioso, potente, profluente, εὔπορος, ἐπιρρέων, &c. Inter Abundare & redundare hoc discriminis est: Abundat non quod superfluum est, sed quod est copiosum ac cumulatum. Redundat quod superuacaneum est.

Abundantia, Opulentia, satietas, copia. {רב *rob*. πλῆθος, ἀφθονία. GALL. *Abondance, foison*. ITAL. *Abundanza*. GERM. Vberflüssigkeit / die völle. HISP. *Aquella obra de abundar y ser copioso*. ANGL. *Aboundance*.} Plin. *lib.* 20. *cap.* 1. Ad coërcendam succi abundantiam.

Abundans, nomen ex part. Copiosus, circumfluens, affluens, πλήρης. Inde abundanter, aduerb. hoc est, copiosè, & cum quadam abundantia. {ἐξ περιουσίας, ἀφθόνως, δαψιλῶς. GALL. *Abondamment, amplement a foison*. ITAL. *Abundantamente, largamente*. GERM. Vberflüssiglich. HISP. *Copiosamente*. ANGL. *Aboundantlie*.} Cic. *de Orat.* De qua copiosè & abundanter loquantur. Ex abundanti. Quintil. *lib.* 4. *cap. vlt.* Egregiè verò Cicero *pro Milone*, insidiatorem primò Clodium ostendit: tum addit ex abundanti, etiam si id non fuisset, talem ciuem cum summa virtute interfectoris & gloria, necari potuisse. Nostrates Galli dicunt, *d'abondant*.

Abundatio, onis, idem quod exundatio, quum aqua sese ripæ, aut littoris limitibus non continet. {שפעה *schiphah*. πλημμύρα, ἐπίκλυσις. GALL. *Desbordement*. ITAL. *Piena d'acqua*. GERM. Vberlauffung des gewässers. HISP. *Obra de rebossar, rebossadura*. ANGL. *Ouerflowing of waters*.} Plin. *lib.* 5. *cap.* 15. Omnia ex Philulinæ fossæ abundatione nascentia.

[Abundæ res, Abunda lauacra. Palm.]

Abundè, aduerbium, ab Abundo, Copiosè, satis superque. {ברוב *berob*. ἱκανῶς, περισσῶς. GALL. *Grandement, assez amplement, beaucoup*. ITAL. *In abundantia*,

abundantia più del bisogno. GERM. Vollig, überflüssig. HISP. Mas que asaz. ANGL. Abundantlie. } Sueton. in Cæs. Dict. Se tam priridem potentiæ gloriæque abunde adeptum. Abunde est, ἐξαρκοῦντως ἔχει. Virgil. 7. Æneid.

——— Terrarum & fraudis abunde est.

Quo in loco habet genitiuum, vt cætera aduerbia quantitatis. Et Quintil. Abunde talis, Abunde satis. Abunde dixit bene quisquis sci satisfecit. Et Ouid. El. 6. lib. 1. Trist.

——— Laudatus abunde.

Salustius in Iugurth. sine casu posuit. Deus quod parentes abunde habemus. Visitatus cum nominibus adiunctis collocatur: vt eodem in loco, Abunde magna præsidia nobis in vestra amicitia fore.

Abundantissime superlatiuum, Copiosissime. Sueton. in Augusto. Cœnam ternis ferculis, aut, cum abundantissime senis præbebat.

ABVŎLO, Volando discedo, Auolo. { עוף nadadh. ἀποπέτομαι. GALL. Voler de quelque lieu. ITAL. Volare, & andare con prestezza. GERM. Hinweg fliegen. HISP. Volar de alguno lugar. ANGL. To flee away. } Cic. de Finib. Huit itaque voluptas, & prima quæque auolat.

Abubus, Britanniæ fluuius maximus, Ptol. sed rectiùs Abus legitur.

Abusque, aduerbium, modò tempus, modò locum significans: & est poëtica vox, pro vsque ab. { מן min. GALL. Depuis, iusques à. ITAL. Infino da. HISP. Desde hasta. ANGL. From thence vnto. } Plaut. in Amph. Hæc illic est pugnata pugna abusque mane ad vesperum. Virgil.

——— Siculo prospexit abusque Pachyno.

Abus, ἄβος. Pars est montis Tauri supra Armeniam ad viam quæ fert versùs Ecbatana. Vide Strab. lib. 11. Est etiam Abus Ptolemæo fluuius Britanniæ.

Abutonon, herba est Dioscoridi, quæ alio nomine Abrotonum vocatur, ἀβρότονον. Vide suprà.

ABVTOR, In vsum consumo, vtendo consumo, conficio, extinguo. { כלה chillah. καταχρῶμαι. GALL. Gaster. ITAL. Godere, consumare, mal' vsare. GERM. Verbrauchen, verthun. HISP. Gastar in vso. ANGL. To abuse, to consume. } Cato de re rust. Linito vsque adeò, donec omnem caseum cum melle abusus eris. Cic. Verr. 3. Nisi omni tempore quod mihi lege concessum est abusus ero, quærere. Sæpiùs tamen in malam partem pro Perperam, siue nimis licenter Vtor, accipitur. { התעלל hith-ballel. παραχράομαι, καταχράομαι. GALL. Abuser, faire degast. ITAL. Mal' vsare. GERM. Mißbrauchen, vbel brauchen. HISP. Vsar mal de alguna cosa. } Vt si: quum vtimur aliqua re contra id ad quod est instituta: vt si in templo negotia forensia tractemus, dicimur templo abuti. Cic. in Catil. Quousque abutêre Catilina patientia nostra? Donatus, Vtimur cum honore, abutimur cum iniuria. Et Boetius, Vtimur his rebus quæ nobis vtentibus permanent: Abutimur his quæ nobis vtentibus pereunt. Ex quo Vsus, χρῆσις, & Abusus, παράχρησις, contraria. nam vsui est ager, domus: abusui, vinum, oleum, & huiusmodi. Cic. in Topic. Non debet, inquit, ea mulier, cui vir bonorum suorum vsum legauit, cellis vinariis plenis relictis, putare id ad se pertinere: vsus enim, non abusus legatus est. Per translationem verò, Tempore & labore dicimur abuti, quum frustrà tempus in aliqua re magno cum sudore terimus. Cæs. lib. 3. de bell. ciuil. Abuti sanguine militum. Suet. in Galb. c. 14. Abutendum se illis permisit. Senec. cap. 10. de consol. ad Mar. Abutetur corporibus nostris, &c. Terent. in Prol. Andr. Nam in scribundis prologis operam abutitur. id est, operam suam malè collocat. Vbi sciendum Abuti & ablatiuum habere & accusatiuum: vt, Abuti aliqua re, vel Abuti aliquam rem, quod tamen antiquum est. Plaut. in Bacch. Nos aurum abusos. Abutor passiuè, consumor. Front. lib. 2. rei agraria. Terminos sacrificales ponunt, vbi illos sacrificij opportunitas suadet poni. h. e. loci commoditas, in quo sacrificium facile abuti possit. Plaut. Asin. Vbi illa quæ dedi antè? Le. Abusa. non si ea durarent mihi, mulier mitteretur ad te. Q. Hortens. Abusis iam omnibus locis. Varro Vtile vtamur potius, quàm ab tege abutamur. Prisc. lib. 1. ¶ Abutor idem, quod non vti. non, malè vti.

Abūsus, a, um, in significatione passionis. Plaut. in Asin. Vbi illa, quæ dedi antè? Abusa sunt. Nam si ea durarent, nihil mulier mitteretur ad te, nec te quicquam poscerem. Ex Nonio.

Abūsus, us, de quo paulò antè dictum est. { παράχρησις, κατάχρησις. GALL. Abus, degast. ITAL. Il mal' vso, la cattiua vsanza. GERM. Ein mißbrauch. HISP. Abuso, gasto en mal. ANGL. An abuse. }

Abusio, onis, eiusdem significationis: vnde & apud Latinos Rhetores, figura dictionis, quam Græci κατάχρησιν vocant, Abusio appellatur. Fab. lib. 3. cap. 3.

Abusiuè, quo vsus est Quintil. lib. 3. c. 4. id est, impropriè, & contra naturam, vsumque, καταχρηστικῶς.

Abydēna, dicuntur futilia, ac nullo prorsus digna pretio, ἀβυδηνὰ ἐπιφορήματα: quòd Abydeni molles & lasciui habebantur, & quibus olim is mos fuerat, si quem ciuem aut hospitem exciperent conuiuio, præterea in sacris ac solemnibus epulis, vt post vnguentum & coronas, infantes a nutricibus inducerentur, circumferrentúrque susurrandi. Obstrepentibus igitur nutriculis & aliis, inconditis clamoribus, minus suaue, ac gratum reddebant conuiuium. ¶ Hinc factus est locus prouerbio, Abydena irruptio, vel Abydena bellaria: quo vtimur quoties res futiles & ineptas volumus significare. Ergo in fabulam quempiam & immodicè loquacem, qui sua loquacitate confabulationem aliquot doctorum hominum suauiter loquentium importunam sit redditurus, meritò hoc adagium iaciemus, Ἀβυδηνὸν ἐπιφόρημα. Refertur a Suida, & Stephano.

Abydeni, populi ἀβυδηνοί, ab Abydo ciuitate Asiæ: qui quum tam arcta obsidione coangustarentur, vt nulla salutis spes superesset, mutua multitudinem tanta inuasit rabies, vt repente proditos rati, qui pugnantes occubuissent, periurium alij aliis exprobrantes, & sacerdotibus maximè, qui quos ad mortem deuouissent, eorum deditionem viuorum hosti fecissent, repente omnes ad cædes conuerterent, liberos atque discurrerent, seque ipsi pariter omnes læti interficerent. Vide Liuium.

Abydocomæ, ἀβυδοκόμαι. Dicuntur sycophantæ, à verbo κομᾶν, quod est, efferri, & parum modestè se gerere. { ANGL. . . slaunderers } Hoc enim nomine malè audiebant Abydeni, quod insignes calumniatores artifices essent, eóque sibi nomine placerent, atque hac de caussa non tutum esset omnibus illac vectari. ¶ Vnde natum prouerbium, Ne temerè Abydum, Μὴ εἰκῆ τὴν Ἄβυδον, nauiges intellige. Quo admonemur, ne quis se temerè conferat in aulam principis, quod ea res non omnibus feliciter cedat, vel compotationibus facilè immineat sese, aut ne temerè poeta cum attingat literas, aliumve sui ricum locum inconsultò adeat. Vide Stephanum, Suidam, Hesychium, & Cælium Rhodiginum lib. 6. cap. 21.

Abydon, onos, pen. genitiui prod. ἀβυδών. Regiuncula est Macedoniæ. Autores Suidas & Stephanus.

Abydos, ἄβυδος, vrbs Asiæ à Milesiis condita, Gyge Lydorum rege permittente, qui toties Troadis imperium habuit: cui Sestos in Europa opponitur, intercedente angusto mari, quod ab Helle Phryxi sorore in eo submersa, Hellespontus nuncupatur. Id quum Asiam ab Europa diuidat, Xerxes ponte coniunxit. Vnde & Musæus,

Σηστὸς ἔην, καὶ Ἄβυδος ἐναντίον ἐγγύθι πόντου,
Γείτονές εἰσι πόλῆες.

& subdit,

Ἡ μὲν Σηστὸν ἔναιεν ὁ δὲ πτολίεθρον Ἀβύδου,
Ἀμφοτέρων πολίων περικαλλέες ἀστέρες ἄμφω,
Ἴκελοι ἀλλήλοισι.

Fuit autem Abydos patria Leandri. De hac re Virgil. lib. 1. Georg.

Ponitus & ostriferi fauces tentantur Abydi.

Et dicitur hæc Abydos, & hoc abydum. Hinc Abydeus, a, um, & sic Abydenus, a, um, ἀβυδηνός. Ouid. in Epist. Leandri ad Ero.

Mittit Abydenus, quam mallet ferre, salutem.

Est item Ægypti oppidum, Memnonis regia, & Osiris templo inclytum. Plin. lib. 5. cap. 9.

Abyla, ἀβύλη, Suidæ, pen. dichrona. Mons est excelsus Mauritaniæ Calpæ monti, qui in Hispania est, oppositus, quos ambos Herculis columnas dicunt. De hac Dionysius Apher,

Ἀλλ' ἤτοι πρώτιστα μὲν ἀγχόθι τῶν Γαδείρων,
Τόσσαι ὑπερτελέουσι ... ἐσχατιῇσιν, ...
Στήλαις ἀθάνατοι ...
Ταρτησσὸς ζαμένης.

id est, Sed vltimus clarorum Iberorum terminus Oceano proximus est occiduo, cui præcelsa vna ex columnis Abyla imminet, infra quam vrbs amœna Tartessos. qua de re multa Eustathius scribit. Abyla & Calpæ montes olim perpetuo iugo coniuncti, ab Hercule (vt est in fabulis) sunt separati, & sic immissum terris mare, quod in hodiernum vsque diem Mediterraneum nuncupatur. In his præterea sunt Herculis Columnæ, quas ibidem fixisse dicitur, quum boues Geryonis vestigaret, perinde atque vltima ibidem esset orbis meta. Ptolemæo Abylis vocatur, ἀβύλης. Suidæ ἀβύλη: Plinio, Latinisque ferè omnibus Abila per i nostrum: quemadmodum & nos scribendum putamus. Vide suprà Abila. ¶ In superiore loco Dionysij scribitur ἀλύβη, quam scripturam retinet Eustathius. Vide Synon. Ortelij in Alybe.

Abyrtace, apud Medos populos erat edulij genus ex porro, cardamo, allio, granis mali punici, sinapi, aliisque nonnullis rebus confectum, ἀβυρτάκη.

Abyrtacoperi, dicuntur qui eiusmodi esculenta parant, ἀβυρτακοποιοί. Vide Cælium Rhodig. lib. 27. cap. 13.

Abyssus propriè dicitur infinita aquarum congeries, quæ fundum non habeat. { תהום tehôm. ἄβυσσος, quasi ἄνευ βυσσοῦ. Iones enim βυσσὸν dicunt ἀντὶ τοῦ βυθοῦ. GALL. Abysme. ITAL. Abisso, il profondo. GERM. Ein grosse tieffe des wassers ein abgrund. HISP. Abismo. ANGL. A migtie gathering of watter without ground. } Augustinus tamen non solùm de aqua, sed quauis humida natura dici ostendit. Apud Græcos etiam epitheton est, idem significans, quod fundo carens. ¶ Hinc quadam prouerbij forma sacræ literæ vim inexhaustam rei cuiuspiam Abyssum appellant. Itidem D. Chrysostomus εἰς τὸ ἱερατικὸν lib. 6. Ὅσα, inquit, τῆς ἀβύσσου τῶν κακῶν. Vide laborum immensum pelagus. ¶ Erat præterea Abyssus, sacellum Persephones, in quo magna vis auri multis seculis erat congesta: vnde & nomen accepit ab infinita auri copia. Vide Suidam.

Abzoe, populi sunt ad Oceanum Scythicum. Plinio teste, lib. 6. cap. 13.

A C

Ac, coniunctio copulatiua, pro Et, Atque. { וגם gam. καί. GALL. Et. ITAL. Et. GERM. Und. HISP. Y. } vt, doctus ac iustus es. ¶ Aliquando aduerbium est, & accipitur pro Quam, ἤ: vt, Haud secus ac iussi faciunt. In principio sententiarum connectendi vim habet. Cic. in proœm. 1. lib. de Orat. At primò quidem totius orationis ignari. ¶ Aliquando (sicut docet Donatus) significat Contra quàm. Terent. in Andr. Nescio quid tibi sum oblitus hodie, ac volui dicere. ¶ Ponitur etiam Ac, & Acsi, post Perinde, similiter, aliter: vt, Superbis perinde, ac si rex esses. Aliter accidit ac putaram, &c. Ac pro duabus his particulis, itaque, vel, & quidem. Terent. Heaut. Faciam boni tibi aliquid pro istac re, ac lubens. Idem Eunuch. Amabo quid ait? cognoscit ne? C. ac memoriter. Ac, in principio sententiarum, connectendi vim habet pro Autem. Cic. 1. de Orat. in proœm. At primò quidem totius rationis ignari, &c. ¶ Ac, in compositione ponitur pro Ad, mutatione d literæ in c: vt, Accedo, Accipio, Accolo. ¶ Hebraicè particula Ac, si initio est sententiæ, idem est quod sanè, & profectò. Si tamen est in media sententia, exclusiua est ferè, solùm, duntaxat, tantùm significans.

Acabo, Animal multum valens vi medica, in desertis Arabiæ.

Aca, vel Ace. { עכו Accho. ἀκή. Suidæ. } Phœnicum est oppidum non procul a Tyro, postea Ptolemais dictum, Claudij Cæsaris colonia insigne. Vide Plin. cap. 19. lib. 5. & Strab. lib. 16.

Acabe, ἀκάβη, mons est in finibus Ægypti a Ptolemæo collocatus.

Acabis, ἄκαβις, ciuitas est in Cyrenaica Africæ regione. Ptolem.

Acacalis, fructus est in Ægypto nascens: fruticis, quem Dioscorides Tamarisci semini non absimilem esse, & in aqua maceratum oculis mederi tradidit, ἀκακαλίς. Sunt qui a Minois regis filia nomen accepisse putent, quam Apollo vitiauit. Vide Pausaniam.

Acacia, spina est quæ in Ægypto nascitur, arboris in modum fruticosa, nunquam se in rectum attollens, flore candido & semine lupino simili (in folliculis contento: ex quo in pila contuso succus exprimitur,) eiusdem

dem nominis cum sua arbore, qui in vmbra siccatus, mirum in modum astringit. {ἀκακία. GALL. Espine portant gomme Arabic. ITAL. Acacia. GERM. Ein dornechtigs bäumlin in Egypto, auß welchem man ein safft macht, welches auch diesen namen hat. HISP. Arbol de la goma Arabica.} Est & alterum acaciæ genus, in Cappadocia Pontoque proueniens Ægyptiæ spinæ similitudine, longe tamen minus & tenerius, & foliis rutæ. Vtramque speciem vide apud Diosc. *lib.* 1. *cap.* 115. Meminit & Plin. *lib.* 24. *cap.* 12.

Acacius, Ἀκάκιος, Patriarcha fuit Constantinopolitanus, vir in primis pius, & Leoni Imperatori gratissimus. Vitam eius vide apud Suidam. Fuit præterea Acacius, Rhetor insignis, qui Libanij & Iuliani temporibus floruit, teste eodem Suida.

Acacesium, Ἀκακήσιον Stephano, vrbs Arcadiæ, sic dicta, ab Acaco Lycaonis filio, vt tradit Pausanias *lib.* 8.

Ăcăcus, Putus, innocens, minime versutus. {תמים *tamim*. ἄκακος. GALL. *Pur, simple*. ITAL. *Puro, mondo, semplice*. GERM. Vnschuldig, nicht boßhafftig. HISP. *Puro, limpio*. ANGL. *without deceite*.} Inde Acacia, id est, Innocentia, securitas ab omni terrore: in qua Philosophorum nonnulli summum bonum constituerunt, {ἀκακία. GALL. *Bonté, simplicité*. ITAL. *bontà, simplicità*. GERM. Vnschuld, frombkeit. HISP. *Cosa sin doblez*. ANGL. *Innocentie, simplicitie*.} Hac voce vsus dicitur Dionysius nescio quis, quem auctorem nemo sequetur studiosus linguæ purioris, atque Latinæ elegantiæ.

Ăcădēmia, Ἀκαδημία Suidæ, Ἀκαδήμεια & Ἑκαδήμεια Stephano, locus nemorosus, ab Athenis mille passus distans: ab Academo heroe, vt Eupolidi placet: Ἐν εὐσκίοις δρόμοισιν Ἀκαδήμου θεοῦ, hoc est, in ambulacris vmbrosis Academi dei. De Academo, vnde dicta Academia, Plut. *in Theseo*. Primo dicta Echedemia ab Echedemo. *Ibidem*. Eam arboribus & fontibus ornauit Cimon. Plutar. *in Cimo*. Ibi versatus est Plato, & philosophiam magna discipulorum frequentia professus est. Vnde & eius sectatores Academici vocati sunt, sicut à Stoa, quæ porticus Græce est, Stoici. Hinc est illud Timonis apud Laertium,

Τῶν πάντων δ' ἡγεῖτο πλατίστακος, ἀλλ' ἀγορητὴς
Ἡδυεπής, τέττιξιν ἰσογράφος, οἵ θ' Ἑκαδήμου
Δένδρει ἐφεζόμενοι ὄπα λειριόεσσαν ἱεῖσι:

id est, Hos inter dux ille Plato celsissimus ibat, cuius ab ore melos manabat, quale Academi Arbustis lepida modulantur voce cicadæ. ¶ Hinc quum cuiuspiam hominis seueritatem, cultum compositum, doctrinam seu mores nitidos approbare volumus, hac prouerbij forma vti licebit. Ex Academia venis, Ἀκαδημίαθεν ἥκεις. Illic enim hominum quantumuis agrestium animi ita componebantur, vt illinc egressi, vultum modestum, hilarem, seuerum & grauem præ se ferrent. Quanquam & κατ' εἰρωνείαν torqueri potest in fastuosum, & valde tetricum Philosophum agentem. Vide Athenæum *lib.* 12. Antea per e tenue scribebatur, Ecademia. Erat autem Academia gymnasium inferius, quum superiori gymnasio, cui Aristoteles præerat, nomen esset Lyceum, Λύκειον: quæ & inferior ambulatio, & superior dicebatur. Academia nostro tempore vulgo vsurpatur pro vrbis parte, in qua celebrantur studiorum gymnasia: vt Academia Parisiensis, quæ vulgo etiam *Vniuersitas* dicitur. Academia dici quoque potest quælibet literarum schola insignior atque celebrior. Huius nominis Academia penultima producitur à Cicerone,

Inque Academia vmbrifera, nitidoque Lyceo.

Sic & in alio versu Laureæ Tullij,

Atque Academiæ celebratam nomine villam.

Verum alij eam corripiunt, & communis vsus seruat. Claud.

In Latium spretis Academia migrat Athenis.

Sidonius,

Obruet & quamquam totis Academia sectis.

Vtrique recte. Nam (vt supra diximus) modo Ἀκαδημία apud Græcos scribitur per ι, pen. modo Ἀκαδήμεια per ει diphthongum. Fuit etiam eo nomine villa Ciceronis ad Auernum lacum, non procul à Puteolis in littore sita, porticu & nemore insignis: à qua etiam Academicis quæstionibus quas in ea villa conscripsit, nomen imposuit. Extat de laude eius villæ apud Plinium Laureæ Ciceronis liberti Epigramma, quod quia elegantissimum & dignum est, quod vbique & non ibi tantum legatur, hic adscripsimus.

Quò tua Romanæ vindex clarissime linguæ
Sylua loco melius surgere iussa viret:
Atque Academiæ celebratam nomine villam
Nunc reparat cultu sub potiore vetus,
Hic etiam apparent Lymphæ non ante repertæ,
Languida quæ infuso lumina rore leuant.
Nimirum locus ipse sui Ciceronis honori
Hoc dedit, hac fontes quum patefecit ope:
Vt, quoniam totum legitur sine fine per orbem,
Sint plures oculis quæ medeantur aquæ. Plin. *lib.* 31. *cap.* 2.

Academicus, a, um, adiectiuum, ἀκαδημικός: vt, Sectæ Academicæ, hoc est, eorum, qui Academicos sectantur.

Acadinus. Fons est Siciliæ iuxta Delos lacus, Palicis fratribus sacros, ad quem iuramenti veritatem explorare ad hunc modum solebant. Iurantium verba tabulis ligneis inscribebant, easque in fontem deijciebant, quæ supernatantes iuramenti integritatem, demersæ periurium indicabant. Alexander ab Alexandro ex *Arist.* ¶ Ita quidem ille, sed hæc esse falsa & ex praua lectione Arist. verborum nata esse docent verba authoris, quæ subijciemus, ne quis posthac hic erret. Ἐν δὲ Σικελίᾳ τὸ ἐν Παλικοῖς τῶν Σικελῶν ἐστι δαιμόνιον, ... & quæ seq. lib. περὶ θαυμ. ἀκουσμ. Ego pro ἐν δαι. vt habet Arist. legit, ... malè, vt ex Stephano constat qui eadem verba Arist. profert. Vide plura apud Macrob. 5. 19.

Acæna [ἄκαινα, spina, pastoritia virga stimulo præfixo. ¶ Item] virga erat longa pedes decem, qua agros dimetiebantur: à Thessalis, (vt scribit Apollonij interpres) primum excogitata, ἄκαινα. Sic dicta, ab α vocali, quæ vim priuandi habet, & verbo καίνω, occido: quod cædibus, quæ quotidie ob limitum perturbationem fiebant, finem imponeret. Est etiam aratorum baculus, quo boues suos extimulant. Vide Cæl. Rhod. *lib.* 7. *cap.* 29.

Acalandrum Plinio Ἀκάλανδρος Straboni, fluuius est in sinu Tarentino, non procul à Metaponto oppido. Vide Plin. *lib.* 3. *cap.* 11.

Ăcălanthis, ἀκαλανθίς Suidæ. Auis est, quam alij Acanthidem, alij Carduelem vocant. Vide *Acanthis*. Est præterea Acalanthis, canis nomen, dictum (vt putat Suidas) ἀπὸ τοῦ ἀκαλλεῖν, hoc est, ab adulando.

Acalta, æ, proxima violis, concolor amplitudine. Vincit numero foliorum marinam quinque foliorum numerum non excedentem, ab eadem odore superatur.

Acalyphe, ἀκαλύφη, ἀκαλήφη. Herba est, quam nostri vrticam vocant: dicta Acalephe, teste Athenæo, παρὰ τὸ μὴ ἔχειν ἁπαλὴν ἁφήν: hoc est, quod tactu non sit iucunda. {חרול *charul*. GALL. *Ortie*. ITAL. *Ortica*. GERM. Nessel. HISP. *Ortiga*. ANGL. *A nettle*.} ¶ Est etiam ex genere muscarum, apud Aristot. *de Animalib.* ¶ Item piscis quoddam genus, quod & nostri Vrticam appellant. Plin. *lib.* 9. *cap.* 45. inter τὰ ζωόφυτα connumerat, hoc est, inter ea quæ mediam habent naturam inter animantia & plantas. Vide latius in dictione *Vrtica*.

Acallis, idis, ἀκαλλίς, Minois fuisse filia creditur, & mater Oaxi. Steph. *de Vrb.* Oaxus (inquit) oppidum Cretæ est ab Oaxo filio Acallidis, quæ fuit Minois filia.

Acamantis, Ἀκαμαντίς, Insula est in mari Cilicio, quæ notiore nomine Cyprus appellatur: dicta Acamantis ab Acamente promontorio sito ad Occasum. Vide Plin. *lib.* 31. ¶ Fuit etiam Acamantis, vna ex decem tribubus Atheniensium, ita dicta ab Acamante Thesei filio. Vide Suidam.

Acamantium, Ἀκαμάντιον, vrbs est in maiori Phrygia, opus Acamantis Thesei filij, qui quum in expeditione aduersus Solymos se strenuè gessisset, locum condendæ vrbis à patre impetrauit. Hinc fit gentile Acamantius, Ἀκαμάντιος, & fœmininum Acamantis, Ἀκαμαντίς, possessiuum Acamanteus, pen. prod. Ἀκαμάντειος. Vide Stephan.

Acamantius, Ἀκαμάντιος, Philosophus fuit Heliopolita. Vide Suidam.

Acamarchis, Ἀκαμαρχίς. Marinæ Nymphæ nomen est, quam Oceani filiam fuisse volunt, cuius meminit Diodor. *lib.* 6.

Acamas, tis, Ἀκάμας, Promontorium est saltuosum in Cypro insula, quod procul aspicientibus duarum mamillarum speciem præbet, a quo Cyprus antea Acamantis vocitata est, autore Strab. *lib.* 14. Meminit præterea Homer. *lib.* 2. *Iliad.* Acamantis cuiusdam Thracis, qui Troianorum amicus, & in bello socius erat. ¶ Fuit præterea Acamas, Thesei filius, à quo vna tribuum Atheniensium Acamantis, Ἀκαμαντίς, nominata est: & oppidum Phrygiæ Acamantium, de quibus vide *suprà*.

[Acamasia, negligentia: Lex. gr. b.

Acamatus, sine defatigatione, media membrorum figura. L. M. laborem non sentiens.]

Acanna, Ἄκαννα, Emporium est ad mare rubrum, de quo Stephan.

Acantha, ἄκανθα, herba eadem est cum acantho. Vide *Acanthus*.

Acanthaleuce. { ἀκανθαλευκή. GALL. *Chardon sauuage*. GERM. Wegdistel oder weiß wegdistel. ITAL. & HISP. *Cardo syluestre*. } Herba est foliis aculeatis, & candidis maculis, variegatis, quasi lacte conspersis: vnde & Latini Spinam albam vocant. Officinæ Punico nomine vocant *Bedegarim*.

[Acanthariola, instrumentum educendis spinis è gutture. L. M.

Acanthio, spinosus, asper. Plauto.

Acanthion, cicadæ genus mutum. Item spinula, albæ spinæ similis, capparis. Onom. m.]

Ăcanthoula, ἀκανθοῦλλα, Instrumenta chirurgicorum spinis piscium educendis, quæ in gurgulione hæserunt, idonea.

Ăcanthiæ cicadæ, ἀκάνθιαι τέττιγες, Prouerbium est in indoctos atque infantes, ac mutos, aliis doctè loquentibus, aut musicæ ignaros, dici solitum. Tractum à mutis quibusdam cicadis, quæ Acanthiæ vocantur, siue quòd eiusmodi iuxta Acanthum vrbem inueniantur, vt Stephano placet; siue (vt mauult Suidas) quòd tales sint, quæ inter dumos & spinas versantur.

Acanthica mastiche, μαστίχη ἀκανθική, Lachryma helxines herbæ, de qua sic Plin. *lib.* 21. *cap.* 16. Helxine rara visu est, neque in omnibus terris est: radice foliosa, ex qua media veluti malum exuberat, contectum sua fronde. Huius vertex summus lachrymam continet iucundi saporis, Acanthicen mastichen appellatam.

Ăcanthion, siue Acanthium, thij, ἀκάνθιον, herba est albæ spinæ similis, cuius meminit Plin. *lib.* 10. *cap.* 12. his verbis, Spinæ albæ similis est spina illa, quam Græci Acanthion vocant, minoribus multò foliis aculeatis per extremitates, & araneosa lanugine obductis: qua collecta, etiam vestes quædam bombycinis similes fiunt in Oriente.

Ăcanthis, thidis. { ἀκανθίς. GALL. *Chardonneret, ou chardonnerette*. ITAL. *Gardellino*. GERM. Ein Distelfinck. HISP. *Sirguerito*. ANGL. *A goldfinche*. } Auis stridula, quæ & Carduelis; ita dicta, quòd spinis & carduis pascatur. Nam ἄκανθα, spina est: ἀκανθών, spinetum. Auis vocalis est & in primis canora. Hinc prouerbium à Calphurnio *Ecl.* 6. vsurpatum.

Atque credibile est si vincat acanthida cornix,
Vocalem superet, si turpis aëdona bubo.

Cornix quidem obstrepera est, sed minimè canora. Plin. *lib.* 10. *cap.* 74. Et acanthis in spinis viuit: idcirco & asinos ipsa odit, flores spinæ deuorantes. Virg. *lib.* 3. *Georg.*

Littoraque halcyonen resonant, & acanthida dumi.

Quo tamen in loco Pierius Acalanthida legendum contendit, itaque in vetustissimis exemplaribus legi asserit. Theod. Gaza pro *Acanthide*, vertit Spinum & Ligurinum. *lib.* Arist. 8. *de hist. an.* c. 3. ¶ Acanthis Callimacho est genus herbæ, quæ Senecio dicitur, teste Plin. *lib.* 25. *c.* 13.

Acanthon, Ἀκάνθων, mons est Ætoliæ, cuius meminit Plin. *lib.* 4. *cap.* 2.

Ăcanthus, siue Acantha. {ἄκανθα, ὁ ἄκανθος. *Acanthe, ou branche vrsine*. ITAL. *Acantho*. GERM. Weiß Berenklaw. HISP. *Yerua giganta, branca vrsina*.} Herba est quam officinæ à similitudine, quam eius folia cum anterioribus vrsorum pedibus habent, *Brancam vrsinam* vocant. Plinius duo eius genera commemorat: quorum alterum aculeatum facit, & crispum: alterum leue, quod à quibusdam Pæderota vocari asserit, ab aliis Melamphyllum. Dictum autem volunt Acanthum, ab Acantho puero in florem huius herbæ conuerso. Folia eius in columnarum epistyliis insculpi solent: vnde & Marmorariam vocatam fuisse, autor est Dioscorides. Solent quoque pocula huius scalptura decorari. Vnde apud Virg. 3. *Ecl.* Damætas pocula sua ab Acanthi scalptura commendat, quum ait,

Et molli circum est ansus amplexus Acantho.

Ex acantho apparatus Pontici triumphi Cæsaris. Velleius. ¶ Est præterea Acanthus, ἄκανθος, oppidum Macedoniæ, situm ad Isthmum eius Chersonesi, in qua est Athos mons. de hoc Plin. *lib.* 5. *cap.* 11. Item alterum eius nominis oppidum in Ægypto, trecentis viginti stadiis distans à Memphi. Vide Steph. ¶ Item tertium in Asia ad Nilum fluuium: quod olim Dulopolis dicebatur. Vide Plin. *lib.* 5. *c.* 28.

Acapeatæ, ἀκαπεᾶται, populi sunt circa Mæotim: de quibus Plinius *lib.* 6. *cap.* 7.

Acapis Fluuius Asiæ apud Lazos populos.

Acapna, ἄκαπνα. GALL. *Bois sec, qui ne fume point.* ITAL. *Legne seche che nell' ardere non faciano fumo.* GERM. Dürr vnd wol trucken holtz das nicht riecht vnd dempfft. HISP. *Leña que no humea.* ANGL. *Dry trees which put in the fyre hes na reek.* } Dicuntur ligna sicca, quæ igni admota & flammam facile concipiunt, & quàm minimum edunt fumi. Vnde & nomen habent, ab α priuatiuo, & καπνὸς, fumus. De lignis eiusmodi videtur intellexisse Cato *de Re rust.* 130. his verbis. Codicillos oleaginos, & cætera amurca cruda perspergito, & in solo ponito, perbibant bene, ita neque fumosa erunt, & bene ardebunt.

Acapnon, ἄκαπνον. Mellis optimi epitheton est, quòd ex fumo vitium non contraxerit. Vide Plin. *lib.* 1. *c.* 16. Strab. *lib.* 9. mel ἀκάπνιστον vocat.

Acapnos, ἄκαπνος, maiorana. Diosc. *lib.* 3. *cap.* 47.

¶Acapnus, a, um, vnde ligna ἄκαπνα fumo carentia, quæ nempe satis sunt exsiccata.¶

[illegible], pro petere, captare, acquirere. Vnde suum Itali *accattare*, & [illegible] Hispani.

[illegible]. Oppidum est in medio Pannoniæ. Est etiam alterum huius nominis oppidum, in octaua Italiæ regione, non procul a Regio Lepido: cuius meminit Strabo *lib.* 5.

Acarassus, ἀκαρασσός. Oppidum est Lyciæ, in minore Asia: cuius meminit Steph. *de Vrb.* ¶ Inde fit gentile Acarassius, ἀκαρασσεύς.

Acaria, ἀκαρία, fons est in agro Corinthio, apud quem Iolas Eurystheo caput amputauit. Author Strab. *lib.* 8.

¶Acaridius, Acarizæus, ita pusillus, vt nec caput, nec pes appareat. Suid.¶

Acarne, ἀκάρνη. Oppidum est Magnesiæ regionis Thessaliæ: vt tradit Plin. *lib.* 4. *cap.* 9. ¶ Acarne quoque Theophrasto, herba quædam aculeata, atractylidi simillima, spinam habens pro folio, colore rufo, & succo pingui. ¶ Est etiam Acarne Athenæo *lib.* 8. & Aristoteli ἀκάρνας, piscis marini genus pagri vel erythrini forma, colore candido, squamis argenteis, oculis magnis aureisque. Linea recta à branchiis ad caudam eius protenditur. Plin. *lib.* 32. *cap. vlt.* Peculiaris autem maris accipenser, aurata, asellus, acarne, aphya.

¶Acarus, sic vulgò. Sed Aristoteles de historia animalium *lib.* 5. *cap.* 32. dicit, ἄκαρι, est animaleulum caseo, ceræ & humanæ carni, inprimis manibus innascens, & eas quasi sulcans proritúsque ingenerans, ab α & κείρω tondeo, item seco, quod præ paruitate vix sit sectile. ¶ Est item¶ frutex aculeatus, qui & Oxymyrsine, & Chamæmyrsine, & Latinè Ruscum appellatur. Vide Ruellium.

Acariha, geminatur, ἀκαρίθα, vrbs est Achaiæ, teste Steph. Vnde fit gentile Achariæus, ἀκαριθαῖος.

Acarnania, ἀκαρνανία, Epiri pars, quam Achelous ab Ætolia diuidit. In hac, vt in Epiro, gignuntur equi corpore & viribus maximi, eximiique pretij: hinc prouerbium manauit, Equi Acarnici: Ἀκαρνανικοὶ ἵπποι. Conuenit vti de re quapiam eximia, aut insigni præmio. ¶ Est & regio quædam parua in Ægypto dicta Acarnania, sicut scribit Seruius *in lib.* 5. *Æneid.* Et ciuitas non procul à Syracusis (vt inquit Cic. *in Verr.*) in qua Olympij Iouis antiquissimum fanum fuit.

Acarnan, anis, ἀκαρνὰν, qui ex Acarnania est. Virg. 5. *Æneid.*

——quorum alter Acarnan,

Alter ab Arcadia Tegeæ sanguine gentis.

Plaut. *Amphit.* Acarnaces & Tapheos vi vici.

Acarpia, ἀκαρπία, fructuum priuatio dicitur: καρπὸς enim fructus est.

Acarpos, ἄκαρπος, Latinè infructuosus.

Acarus, ri. {ἄκαρι. GALL. *Petit ver qui naist dedans la cire ou ciron.* ITAL. *Il tarlo, che naice nella cera, & il pedicello, ò volgarmente pedocchietto.* GERM. Ein milb die im wachs wechßt. HISP. *El arador.* ANGL. *Amite.* } Tineæ genus in cera nascens, quod omnium animalium minimum esse existimatur. Ex Aristot. *lib.* 5. *de Hist. animal. cap.* 33. dicitur a Græco ἀκαρὶ, quod est indiuisibile & insectibile, ab α priuatiuo & κείρω.

Acasta, ἀκάστη, Nympha Oceani & Tethyos filia. Apud Hesiod. *in Theogon.*

Acastus, ἄκαστος, Peliæ & Thessalorum regis filius, venator sagittis clarus, cuius meminit Ouid. *lib.* 8. *Met.* Hic vxorem Cretheidem, siue (vt Suidæ placet) Atalantam duxit, quæ quum Peleum amaret, neque ille contrà huius amori obsequi vellet, vltrò eum de stupri appellatione apud virum accusauit. Itaque Acastus Peleo cen venationis causa in saltum Pelij montis abducto, ibique omnibus armis spoliato, feris lacerandum præbuit: verùm Chiron siue ut Mercurius fuit, interueniens, accepta Vulcani machæra, Pelium liberauit: qui postea domum reuersus, ab Argonautis adiutus, Acastum cum vxore interfecit.

Acatalectus, ἀκατάληκτος, & Acatalecticus versus, cui nulla syllaba deest: cui opponitur Catalecticus, cui vna deest syllaba.

¶Acatapalæstus, lucta insuperabilis. Plin.¶

Acatalepsia, ἀκαταληψία, cum accentu in penultima, Latinè incomprehensibilitas dicitur, si modò quis ita se loqui Latinè putet. Cic. quidem Græca voce est vsus *epist. ad Attic.*

¶Acatalis, ἀκατάλις, bacca iuniperi, quia inter ἀκίδας βάτου, i. e. inter acumina foliorum viret & nascitur. Alij paruam iuniperum vertunt, ab acuminibus, seu spinis, & acaterain ἀκατάλιδα magnam iuniperum dicunt.

Acataphractarij, milites hastati, auferentarij. Rhod.

Acathistus, Hymnus erat, quem Clerus & populus Constantinopolitanus ob vrbem Constantinopolim ter seruatam à Barbarorum exercitu obsessam B. Virgini Seruatrici cecinit. Dictus Acathistos, quòd populus vna cum clero totam noctem absque sessione, stando & canendo Deiparæ laudes & gratias concineret. Et inde viguit mos & pius antiquus adhuc in celebrando hoc hymno Deiparenti quotannis Sabbato quintæ hebdomadis Quadragesimæ, vt habetur in Rituali Græcorum libro, & meminit Curopalata *cap.* 11.¶

Acatium, ἀκάτιον, genus nauigij actuarij. Plin. *lib.* 9. *cap.* 30. Aliam sibi in Propontide visam esse concham Mutianus prodidit, acatij modo carinatam inflexa puppe, prora rostrata. Iul. Pollux scribit, Acatium velum in naui maximum esse, sicut minimum Dolonem, & tertium quod retrorsum panditur, Epidromum. Vide Baysium *de re nauali.*

Acaustos, ἄκαυστος, Latinè minimè vstus dicitur, nam καίω est ardeo, καῦμα calor intensus.

¶Accalia, Laurentalia, festa Romæ. Isid.¶

Acca Laurentia, Faustuli vxor, quæ Romulum & Remum lactauit, & materna solertia gubernauit. De ea Gell. *cap.* 7. *lib.* 16. Plutar. *in Rom.* Hæc vocata est Lupa, eo quod nobile scortum fuerit: vocantur enim scorta, Lupæ, ob auaritiam, cuius causa pudicitiam prostituere: & cellæ earum Lupanaria. In honorem huius instituta sunt festa, quæ Romani testamento eius locupletati, Laurentalia vocabant: de quibus suo loco plura dicentur. ¶ Fuit & alia Acca Taruntia, sic dicta à Taruntio nobili quodam Tusco & diti viro, cui nupsit. Vide de his Accis quæ notat Scalig. *ad Varr. de L. L.*

ACANTO, as, aui, are, Iuxta canto, vnà canto. {συνᾴδω. GALL. *Chanter pres ou apres.* ITAL. *Cantare appresso.* GERM. Zusingen. HISP. *Cantar cerca algun lugar.* ANGL. *To sing together.* } Stat. 4. *Syl.*

Sume animum, & magni tumulo accanto magistri.

Equidem nemini autor sum, Statium in hoc verbo imitandi.

Accabicotichitæ, ἀκκαβικοτειχῖται, populi sunt in Mauritania, non procul à monte Atlante: ita dicti ab oppidulo, cui Ἀκκαβικὸν τεῖχος, hoc est, Accabicus murus, nomen erat. Author Stephanus.

Accaron, ἀκκαρὼν, Palæstinæ vrbs, quæ postea ab Herode instaurata, in gratiam Augusti Cæsarea appellata est.

ACCEDO, is, Adeo, venio, appello, {נגש nigh gháseh, קרב barâb. προσέρχομαι, προσχωρέω. GALL. *s'approcher, se tirer pres, s'adioindre.* ITAL. *Accostarsi, tirarsi appresso.* GERM. Hinzu gehn. HISP. *Allegarse à ing [illegible] à otra cosa.* ANGL. *To come neare.* } Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Accedamus hac obuiam. Idem *Amph.* Dies è nocte accedebat. i. post noctem illucebat.) Idem *Menæch. sc.* 4. *a.* 2. Eho accede huc. Constructionem eandem habet quam reliqua verba, quæ motum ad locum important: nimirum in nominibus proprijs oppidorum, aut pagorum accusatiuum sæpius nulla præcedente præpositione. In reliquis accus. cum præpos. Cic. 13. *Philipp.* Potestne Ariminum tutò accedere? Terent. *in And.* Ad flammam accessit imprudentius. Cic. *pro Cæcin.* Accedere in ædes suas. Idem *ad Attic.* Ne ante in Senatum accederent, quàm rem confecissent. Plaut. *Aul. sc.* 5. *a.* 2. Accessit animus in meam sententiam. Cum ad. Idem *Menæch. sc.* 2. *a.* 5. Dabo malum si propiùs ad me accesseris. Et *Mostel. sc.* 1. *a.* 2. Quis homo ad ædes meas accessit propè? Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 4. Ne Lena ad vinum accedat. & Accedam ad hominem, (pro adibo.) Idem *Mil. sc.* 2. *a.* 2. Tibul. *lib.* 4.

——obscurus accessit ad eras.

¶ Per translationem sæpe pro assentiri, probare, recipere, ponitur: vt Accedere sententiæ, Quintil. *cap.* 4. *lib.* 9. Accedere alicui, pro assentiri. Accedere ad conditiones alterius. Terent. *in Prol. Phorm.* Voluntas vestra si ad Poetam accesserit, hoc est, si Poetæ faueritis. {נשמע bischchim, אחז iaath. συγκατατίθεσθαι. GALL. *S'accorder, consentir.* ITAL. *Consentire approbare.* HISP. *Consentir con otro.* ANGL. *To consent.* } ¶ Interdum similitudinem quandam denotat, vel æqualitatem: vt, Hoc ad aliud accedit, id est, simile est. Et cum datiuo. Cic. *in Brut.* Antonio Philippus proximus accedebat. ¶ Aliquando Accedere ponitur pro Addi, vel adiungi, vt quum dicimus, Accedit ad hæc, pro Adiungitur ad hæc, προστίθεται τούτοις. Plaut. *Menæch. sc.* 1. *a.* 1. Si ad malum accidit malum, (pro accedit.) Cæsar *lib.* 1. *de bell. ciuil.* Accedo ad amicitiam. Vide *Assiro.* Et in hac significatione iungitur aut datiuo, Plaut. *Amphit.* 1. Alcmena num tibi stultitia accessit? aut superat superbia. Ouid. 13. *Metam.*

Arguit incæpto serum accessisse labori.

Cic. *Attic.* Dolor accessit bonis viris. aut accusatiuo, mediante præpositione Ad. *Ibidem*, Ad calamitates hoc quoque malum accedit. aut aduerbiis Huc, Eò, Eòdem, & similib. Interdum etiam prorsus absolutè. Idem *de Orat.* Accedit, vt ne ipsum quidem Clodium meum insigne odium fuerit. Dicitur etiam, Accedit quòd. Cic. *pro Rosc. Amer.* Accessit illa quoque causa, quòd à cæteris forsitan ita petitum sit, vt dicerent. Subauditur nonnunquam ipsum *quòd.* Terent. Accedere febris dicitur, cùm per interualla intenditur. Acceditur, Impersonale. Cicer. *pro Cæcin.* Ad eas cùm accederetur, iste cum omnibus copiis præstò fuit. ¶Accederat, pro accesserat, Pompon. Accedisset, pro accessisset, Scal.¶

Accessûs, ab Accedo, pro Aduenio. idem quod Accessio, pro aduentu.

Accessus, a, um, πρόσιτος, Participium. Ouid.

Et non accessis inuia fluminibus. pro inaccessis.

Accessio, incrementum, lucrum, adiectio. {תוספת tosépeth. προσθήκη. GALL. *Addition, surcroist.* ITAL. *Aggiunta.* GERM. Ein zugang, zusatz. HISP. *Añadidura.* ANGL. *Et bing or vantage.* } Cic. *Offic.* Ad veteres necessitudines magnam attulit accessionem tua voluntas erga me. Idem *Offic.* Hanc Scaurus demolitus accessionem adiunxit ædibus. Lepidus alienæ semper dementiæ accessio. Senec. Et parua ruinæ ingentis accessio animæ. Idem *cap. vlt. de Consol. ad Marc.* Item Accessio, i. appendix. Liu. *lib.* 1. *bell. Maced.* Minima accessio semper regno Macedoniæ esset, idem *lib.* 5. *d.* 5. Propriè autem Accessionis nomine intelliguntur ea omnia, quæ ad legitimum & certum alicuius rei numerum adduntur: vt quum à debitore ad sortem honoris causa creditori aliquid additur: vel ab aratoribus decumanis, vltra decumas aliquantum frumenti datur. Cic. *de Diuinat.* Hæc decessio capitis, aut accessio, subitòne fieri potest. Idem *in Verr.* Accessionem mille talentum esse factam. Idem *pro Rab. posth.* Non intelligo hoc quale sit, verùm accessionem decumæ centesima, an decessionem de summa fecerit. Hinc dicitur prouerbio, Ne maior tibi thylaco accessio, Μὴ σοι μείζων προσθήκη τοῦ θυλάκου. Quo vti licebit quum digressio longior est quàm ipsa res. Translatum à mulionibus, qui præter legitimum onus vascula quædam superimponunt. Tylacus enim est culeus, siue mantica

parata

parata exflaudis oneribus. Vide Lucian. *in encomio Demosth.* Simile huic est, Accessio capite maior. Accessiones etiam sideratores vocantur à Paulo *in l. si stramen, stipulatus, de verborum oblig.* Accessio est hi, de quibus qui principalis debetur accedit. ¶ Inuenitur etiam Accessio pro aduentu, sicut Decessio pro recessu. Cic. 2. *offic.* Eorum neque accessione vitam meliorem fieri, neque decessione peiorem. ¶ Accessio in febribus dicitur morbi ipsius exasperatio, quum scilicet redeunte malo, ad pugnam irritatur naturæ vis: Græci paroxysmon, παροξυσμὸν dicunt: accessio febris [illegible]. ✠ Accessus, Decessio, infra suo loco.

Accessor, oris, verbale, [illegible], qui accedit. Valerius, Nec accessor gloriosæ illius pompæ, sed auctor spectatus est.

Accelero, ras, Propero, festino, maturo, celero, celeritatem adhibeo. {מהר *miher.* [illegible]. Gall. *Auancer, haster.* Ital. *Andare in fretta.* Germ. Eylen, schnell gehn. Hisp. *Apressurarse à ir ò venir.* Angl. *To hast.*} Cic. *in Catil.* Aurelia via profectus est: si accelerare volent, ad vesperam consequentur.

Accéleratio, verbale, Festinatio, properatio. {מהירה *meherâh.* [illegible]. Gall. *Auancement, hastiveté.* Ital. *Affrettamento.* Germ. Eylung. Hisp. *Appressuramiento.* Angl. *Hasting.*} Autor *ad Heren.* Continuatio est orationis enuntiandæ acceleratio clamosa.

Accendo, dis, di, sum, ex Ad & cando, a, in e, mutata: quemadmodum à Mando fit Commendo. Neque enim fit à Candeo (vt quidam malè crediderunt,) habet enim neutralem significationem. Accendo vero agendi. Neque rursus à Cendo, quod nusquam legitur. Sequitur igitur simplex esse Cando: quod licet hodie in vsu non sit, ex neutro tamen eius Candeo, constat olim fuisse vsitatum. Postulat enim analogiæ ratio, vt quemadmodum ab actiuo Albo fit neutrum Albeo, à Duro, Dureo: à Pendo, Pendeo: ita ab eo quod est Cando deducatur Candeo. Est autem Accendo, ignem excito, inflammo. {בער *biher.* [illegible]. Gall. *Allumer, enflammer.* Ital. *Accendere.* Germ. Anzünden. Hisp. *Encender.* Angl. *To kendle.*} Cic. *in Pison.* Ego faces iam accensas ad huius vrbis incendium extinxi. Idem *in Somnio Scipionis*, Luna radiis Solis accensa, [illegible]. ¶ Per translationem significat Animare, & instigare. Virg. 6. *Æneid.*

——quo non præstantior alter

Ære ciere viros, Martémque accendere cantu.

Cic. *in lib. de Oratore*, Præclare enim se res habeat si hæc accendi, aut commoueri arte possent. ¶ Accendere falsa, pro excitare mendacia, aut mendaciis accendere homines.

Accensus, a, um, incensus, Ardens, flagrans, Cic. Ego faces iam accensas ad huius vrbis incendium extinxi.

Accensere, Senec. *epist.* 91. Eadem ætas Lycurgum sacro illi numero (sapientum) accensuisset.

Accensi, (vt Marcellinus scribit,) genus militiæ erat ad ministrantibus proximum, [illegible]. Dicti, quod ad necessarias res scripti accenserentur, velut accersiti. Festus vero scribit fuisse, qui in locum mortuorum militum subrogabantur, & ad accessum adiiciebantur. Idem *lib.* 1. Adscriptitii, veluti quidam scripti dicebantur, qui supplendis legionibus adscribebantur: hos & Accensos dicebant. Sed Varro rectius docet, Accensos administros fuisse magistratuum, ab accendo dictos, id est, vocando. Nam Accensus mitar præconis accersebat, id est, vocabat quem magistratus, cui apparebat, iuberet. {שוטר *shotér.* [illegible]. Gall. *Bedeau, huissier.* Ital. *Il messo, ò sergente.* Germ. Ein Statknecht oder weybel. Hisp. *Alguazil.*} Plin. *lib.* 7. Post aliquot annos adiectus est & meridies, Accenso Consulum id pronuntiante. Erant singuli Prætoribus pronunciatores Accensi. Quod munus nemini, nisi libertis deferebatur, sicut scripsit M. Cic. *ad Quint. Fratrem*, cuius verba sunt hæc, Accensus sit eo etiam numero, quo eum maiores nostri esse voluerunt, qui hoc non in beneficii loco, sed in laboris ac muneris, non temere, nisi libertis, deferebant. Asconius autem sic habet, Accensus, est nomen ordinis & promotionis in militia: vt nunc dicitur princeps, vel commentariensis, aut cornicularius. Accensi & præconis officia in hoc conueniebant, quòd vterque ad imperium vtriusque magistratus præstò essent: verum in hoc differebant, quòd Præco in comitiis, concione & iudiciis, si quid pronuntiandum recitandúmque esset, alta voce recitabat. Accensus verò ad magistratum homines priuatos accersebat. Inter accensos & apparitores hoc interest, quòd Apparitoris verbum generale est, eoque omnes qui magistratui solent apparere, eiúsque imperio præstò esse, intelliguntur: Honestior verò, cæteris apparitoribus erat Accensus. Suet. *in Cæs. cap.* 20. Accensus ante ibat, Lictores pone. Gallicè *Greffier.* Gell. *cap.* 9. *lib.* 6. Flauius Libertino patre natus, scriptum faciebat, isque eo tempore Ædili curuli apparebat, &c. i. apparitor & minister erat scribendo.

[Accensor in glossar. vertitur [illegible], i. e. introductor, qui actionem reddere potest, seu iubere, vt lege agas, princeps consilii, seu curiæ. & Accensiones [illegible], assumtio, significatio.]

Accentus, dicitur quasi Adcantus (hoc est, ad, siue iuxta cantum) quia ad cantilenam vocis nos cognoscere facit syllabas. {טעם *taham.* Græci προσῳδίαν dicunt, quod [illegible]. Gall. *Accent, Eleuation, ou abaissement de voix en prononçant.* Ital. *Accento, eleuar, & abbassar della voce nella pronunciatione delle voci.* Germ. Die stimm oder thon der sylben. Hisp. *El accento de cada palabra.* Angl. *An accent.*} A Latinis etiam Tonus & tenor vocatur: quia ibi sonus crescit & desinit. Definitur à quibusdam, quòd sit anima verborum: ab aliis, quod sit vox syllabæ. Hos veteres nunc Moderamenta, nunc Accentiunculas, nunc Vocalationes appellant. Sunt autem tres accentus, acutus, grauis & circumflexus. Acutus, ὀξεῖα προσῳδία dictus est, quòd acuat & erigat syllabam. Grauis βαρεῖα προσῳδία, quòd deprimat: est enim contrarius acuto. Circumflexus, περισπωμένη προσῳδία, qui ex acuto & graui constat: incipiens enim ab acuto, desinit in grauem. De his Fabius *lib.* 1. Priscianus & Torrellius.

Accentiuncula, diminutiuum ab Accentus. Gell. *lib.* 13. *cap.* 6. Quas Græci προσῳδίας dicunt, eas veteres docti tum notas vocum, tum moderamenta, tum accentiunculas, tum voculationes appellabant.

Accepso, veteres pro acceperim dixere. Pacuuius *Teucro*: Haud sinam quicquam profari, priusquam accepio quod peto.

Accepta, nauis genus, forte Acatus. Isid. gloss.

Acceptabilium, vide paulò post *Acceptabilium.*

Acceptæ vocantur rei agrariæ scriptoribus agrorum portiones viritim assignatæ, aut quæ sortitò obtigerunt. Sicul. Flacc. *de cond. agror.* Manipulus singulas acceptas accipiet, aliqui gradus singulas & dimidias. Hygen. *de limit. const.* Secundum legem accipiet aliquid syluæ, ad implendum acceptæ modum. ¶ Vocantur & Acceptiones. Sicul. Flacc. *de cond. agr.* ergo acceptiones in contrariis explicandæ sunt.

[Accepto ferre, facere, pro acceptum ferre. Vlp.

Acceptor, accipiter. Item Acceptator, qui acceptum fert. Cod. Il. antiq.]

Acceptilatio, Acceptio, Accepto, Acceptor, Acceptus, vide *Accipio.*

[Acceptrica, acceptrix mulier. Plaut.

Acceptuaria, [illegible] in Gloss. v. quasi ab accipiendo ture. Sed legendum est *acerra, turaria.* Sicut alibi in eodem glossar. *acerra* [illegible].]

Accerso, sis, ire, quartæ coniugationis, Voco, adduco, accerso. {קרא *kara.* [illegible]. Gall. *Appeller à soy, aller ou enuoyer querir, mander, venir.* Ital. *Chiamare, andare à chiamare.* Germ. Zu ihm beruffen, beschicken. Hisp. *Llamar, ò ir à llamar.* Angl. *To call vpon.*} Liu. *lib.* 3. Placeret itaque patrem accersire. Sal. *in Iug.* Postremò Syllam accersire iubet. ¶ Ponitur etiam pro Accusare. Cic. 2. *de Inuent.* Quidam capitis accersierunt. Idem *pro Cal.* Nec ipse alterum ambitus crimine accersiret.

Accerso, sis, siui, situm, [illegible], & Accesso, sis, ambo coniugationis tertiæ, idem quod accerso: sed in præterito, non autem in præsenti, sunt quartæ: quæ propterea desideratiua à Grammaticis dicuntur, quòd nunquam fere eorum verborum actus sine desiderio fiant. Terent. *in And.* Obstetricem accerso. Fit autem Accerso ab Accio: Accesso verò ab Arcio, quod idem est: quum apud antiquos (vt Priscianus inquit) Ar pro Ad poni consueuerit; Aruenas, Aruentores, Aruolare, pro Aduenas, Aduentores, Aduolare dicentes. Vnde ostenditur rectè Accesso, dici ab Arcio, quod nos Accio dicimus. Claud. *lib.* 3.

Iuppiter interea cinctam Thaumantida nimbis

Ire iubet, totóque deos accersere mundo.

¶ Apud Virg. tamen *lib.* 4. *Georg.* pro Attraho ponitur.

Hinc pecudes, armenta, viros, genus omne ferarum,

Quemque sibi tenues nascentem accersere vitas.

¶ Accipitur interdum pro Accuso, [illegible]. Sallust. *in Iug.* Quos pecuniæ captæ accessebant, delicta patefierent. Cic. *in Verr. act.* 3. Quod tum magis inuidioso crimine, quàm vero accerseretur. Et paulo post, Quis erit tam demens, qui te post quinquennium statuarum nomine accersat? Et alio loco, Accersere aliquem crimine coniurationis, [illegible]. Sic Suet. *in Tib. cap.* 53. Accersitus crimine veneni. Plaut. *Menech. sc.* 2. *a.* 5. Accersit patrem filia. Et *ibid.* Ibo atque accersam medicum. Suet. *in Claud. cap.* 21. frigidis & accersitis locis. Senec. *cap.* 3. *de tranquil.* Cibus nihil habens accersiti pretiosive. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 5. Accersam patrem istuc. Et *in Mil. sc.* 1. *a.* 1. Ad sese accersi iubet, vltrò amas, vltrò accersi iubes. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 3. Idem *Amph. sc.* 3. *a.* 4. Hunc me accersitum mittis, i. vocatum ad prandium. Et *in Asin. sc.* 1. *a.* 4. Ecquis currit Pollinctorem accersere?

Accersitus, a, um, Participium, Vocatus. {קרוא *karû.* [illegible]. Gall. *Appellé, huché.* Ital. *Chiamato ad vno, citato.* Germ. Zu ihm berufft, beschickt. Hisp. *Llamado.* Angl. *Called vpon.*} Cic. 1. *de Orat.* Etenim cauendum est, ne accersitum dictum putetur. ¶ Hic prouerbio datus est locus, Accersitum malum, [illegible], cùm quis sibi mali causam præbuerit. Hom. *Odyss.* 6. Vide in verbo *Accerso.*

Accersitus, us, substant. {מקרא *mikrá.* [illegible]. Gall. *Appellement, huchement.* Ital. *Il chiamare, el citare.* Germ. Berüffung, beschickung. Hisp. *Llamamiento.* Angl. *Calling vpon.*} Cic. 1. *de Nat. deorum*; Nam cum feriis Latinis ad eum, ipsius rogatu, accersitúque venissem.

Accersitor, oris, Vocator. {קורא *koré.* [illegible]. Gall. *Huissier, celuy qui va querir ou appeller quelqu'vn.* Ital. *Chi va chiamar o citar altri.* Germ. Ein Cantzleyknecht oder weybel der einen holet. Hisp. *Llamador.* Angl. *A caller.*} Plin. iun. *Epist.* 101. Altius ibi otium, & pinguius, eóque securius: nulla necessitate togæ, nemo accersitor ex proximo.

[Accessa, æ, pro accessus maris. C. Il. antiq.

Accessio, incrementum, lucrum. Item paroxismus febris à primo insultu vsque ad tempus consistentiæ. Lex. Med.

Accia, aliter Acceja, [illegible] Gloss. ab acie rostri, vnde Germanis Schnepfen, sicut Gallis *becasse* à *bec* rostrum. Martialis *rusticam perdicem* vocat. Vulcanius in Gloss. *Pictones & Santones*, hodie vernacula sua lingua *acceja* appellationem retinere annotat.

Accidia, Acedia, pigritia.

Accidiari, accidia corripi. Voc. Ecc.]

Accido, ex Ad & cædo, Attenuo, circumcido, exhaurio. {מהל *mal.* [illegible]. Gall. *Rongner, couper tout à l'entour.* Ital. *Tagliare, mettere al fondo.* Germ. Beschnitten beschneiden. Hisp. *Cortar y gastar.* Angl. *To make feble, to afflict.*} Liu. 2. *ab Vrbe*, Ita prælio vno accidit Vestinorum res, vt ne vallo quidem freti in oppida dilaberentur. Idem: Quamquam accisas res eorum satis constabit, id est, [illegible]. Virg. 7. *Æneid.*

Accisis cogat dapibus consumere mensas.

Accido, ex ad & cado, quasi ad, id est, iuxta aliquid cado, Accedo, euenio, obtingo. {נפל *naphál.* [illegible]. Gall. *Cheoir sus ou pres quelque chose.* Ital. *Gittarsi dauanti in ginocchione, accadere.* Germ. Zu ihm fallen. Hisp. *Caer, ò acontescer alguna cosa.* Angl. *To chance, to fall by any thing.*} Suet. *in Cæs. & in Claud. cap.* 10. Lucullo tantum calumniarum metum iniecit, vt ad genua sibi accideret. Cic. *Attic.* 1. Ad pedes omnium singulatim accidente Clodio. Liu. 8. *ab Vrb.* Vbi accidit ad aures. Fabius accidit auribus (vox sup.) Accidere, vetustè positum cum accusatiuo sine præpositione. Plaut. *Sticho sc.* 3. *a.* 31. Certo enim mihi paternæ vocis sonitus aures accidit. pro, ad aures, vel auribus. Sallust. *in Iugur.* Quos accidam? aut quos appellem? pro, ad quos, vel ad quorum genua accidam? id est, quibus supplicem. Sic legit Donatus *in comment. in Hecyram*; licèt in quibusdam codicibus Sallust. corrupte

ruptè legatur, quò accedam. ¶ Iureconsulti vsurpant pro mori, in hac locutione, Si quid illi acciderit, vt & Græci εἴ τι πάθοι mortem significat. Si quid accideret huic. Velleius de morte dixit. Et Suet. *in Aug. cap.* 101. *& in Calig. cap.* 3. Vide Pomp. *l.* 162. *D. de verb. significatione.* In qua significatione & Cic. vsus est 2. *de Inuent.* Cuius hæres non illo in testamento quisquam scriptus erat, si quid pupillo accidisset. Item *in Antonium*, Si quid mihi humanitus accidisset: multa autem impendere videbantur præter naturam, prætérque fatum. ¶ In tertia persona significat, præter spem venire: & hoc tam in bonum, quàm in malum. {קרה *karáh.* συμβαίνει, ἐνδέχεται. Gall. *Il aduient, il est aduenu.* Ital. *Gli è accaduto, gli è occorso.* Germ. Es begibt sich, es tregt sich zu. Hisp. *Es acontecido.* Angl. *It chanceth.*} hominum miseri si ad malum accidit malum. i. accedit. Plaut. *Menæch. sc.* 3. *a.* 1. Et *Mostell. sc.* 3. *a.* 1. Insperata magis sæpe accidunt, quàm quæ speres. Et *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Vbi bene acciderit consilium laudamus. Terent. *And.* Interea aliquid acciderit boni. Cic. *de Amicit.* Nihil mali accidisse Scipioni putandum est. Ponitur etiam absolutè, sequente particula Vt, Cic. 3. *Verr.* Accidit quum iste à Cn. Dolabella efflagitasset vt se ad regem Nicomedem, regémque Sadalam mitteret, vt illo itinere veniret.

Accidens, {מקרה *mikreh.* τὸ συμβεβηκός. Gall. *Accident, vne chose qui suruient.* Germ. Ein zufall oder zufellig ding. Ital. & Hisp. *El accidente, quel che auienne & sopraviene.* Angl. *A accident, à chance.*} Vox est Dialecticis vsitata, pro qualitate quæ adest & abest præter subiecti corruptionem: quod Cic. coniunctum, vel adiunctum vocat. Quint. *lib.* 5. *c.* 10. Causa, tempus, locus, occasio, instrumentum, modus, & cætera sunt rerum accidentia: quanquam hic Quintil. ea vocat accidentia, quæ aliis circunstantiæ, Gr. περιστάσεις. Accidentia quoque vocantur casus hominum. Quintil. Non molliri prosperis facilè, non accidentibus frangi. id est, rebus aduersis.

Accidentàlis, ab accidens, nomen adiectiuum. Fab. Victorin. *in* 1. *Rhetor. Cic.* Illud præceptum est in faciendis generibus, & speciebus, & indiuiduis, rem aut substantialem in omnibus esse seruandam, aut accidentalem.

Accidentiã, æ, verbale ab accidit. {קרי *keri.* συντυχία. Gall. *Auenture.* Ital. *L'auuenimento, la sorte, il caso.* Germ. Zufal. Hisp. *Aquella obra de acaeçer, ò caer.* Angl. *Eueuture.*} Plin. *lib.* 32. *cap.* 2. Esse verò illam naturæ accidentiam, quod magis miremur, etiam in locis quibusdam opposito occurrit exemplo.

Accièo, accies, acciui, accitum. {קרא *kará.* μετακαλέω, ἐπικαλέω. Gall. *Appeller, enuoyer querir, mander.* Ital. *Chiamare à se.* Germ. Herzu berüffen. Hisp. *Llamar de lexos.* Angl. *To call for.*} Verbum rarum, idem significat quod Accio. Plautus *in Mil.* Vos modò curate, ego illum probè iam oneratum huc acciebo.

Accingo, gis, xi, ctum, ex Ad & cingo: instruo, armo: ferè cum ablatiuo iungitur: vt, Accingere se armis, ferro, ense, &c. {חגר *chagbar.* περιζώννυμι, διαζώννυμι, ἐπιζώννυμι. Gall. *Se trousser & mettre à point, s'accoustrer & preparer à quelque chose.* Ital. *Apparecchiarsi, mettere à punto.* Germ. Sich vmbgürten oder anthun, sich rüsten. Hisp. *Poner haldas in cinta, apparejarse à hazer alguna cosa.* Angl. *To grid or prepare hir self.*} Virg. 2. *Æneid.*

Atque omnis facibus pubes accingitur atris.

¶ Interdum aggredi, vel præparare. Habet autem vel datiuum. Virg. *Æneid.* 1.

Illi se prædæ accingunt.

Idem *lib.* 7.

Accingunt omnes operi.

Vel accusatiuum, etiam in passiua significatione. Idem *Æneid.* 4.

——magicas inuitam accingier artes.

pro, ad illas discendas præparari. Vel accusatiuum cum Ad, vel in. Liuius, Proinde in hoc discrimen, si iuuat, accingere, id est, ad hoc periculum subeundum te para. Idem, Quin igitur ad hoc accingeris, id est, cur hanc rem non aggrederis? ¶ Accingere lumbos, de re quæ celeriter fieri debet. Itaque Helisæus ad seruum Giezi: Accinge lumbos tuos, & tolle baculum meum in manu tua, & vade. Tractum ab Hebræis, qui tunicis vtebantur ad talos fluentibus, vt perinde impediebatur gressus. Itaque opus erat accinctione, vt celeriter irent. ¶ Vnde Accinctos vocamus, industrios, paratos, expeditosque: contrà Discinctos, ignauos, incomptos, negligentésque. Sic Græcè ἀζώστους.

Accinge, pro accingere. Pomp. *Maccis geminis*: Ego iam adero: dum ego reuertor, age antè accinge ad molas.

Accìno, is, ere, accinui, accentum, ex Ad & cano. {προσᾴδω. Gall. *Chanter auec quelqu'vn, s'accorder auec luy.* Ital. *Cantar insieme & d'accordo con altri.* Germ. Zusingen, mitsingen. Hisp. *Cantar suauemente con vno.* Angl. *To sinth with ane vther, to agree.*} Hinc accentus, us, προσῳδία, de quo suprà.

Accĭo, cis, ciui, vel cii, citum, ex Ad & cio, significat aduoco. {קרא *kará.* προσκαλέω. Gall. *Appeller à soy.* Ital. *Chiamare à se.* Germ. Zu im beruffen, beschicken. Hisp. *Llamar.* Angl. *To call vpon.*} Inde Accitus, aduocatus. Virg. *lib.* 11. *Æneid.*

Spem si quam accitis Ætolûm habuistis in armis.

Cic. *ad Attic.* Tu inuita mulieres, ego accier pueros. Tibul. *lib.* 4.

Cùm memor accitos semper dolor admonet annos.

Accire mortem conscientia, Velleius.

Accitus, us, ui, {מקרא *mikrá.* ἡ μετάκλησις, μετάπεμψις. Germ. Beruffung, forderung. Angl. *Caling.*} Virg. *Æneid. lib.* 5.

Regius accitu chari genitoris ad vrbem.

Accĭpĭo, pis, Capio. {נשא *nascha* לקח *lakach.* λαμβάνω. Gall. *Receuoir, prendre.* Ital. *Pigliare, prendere.* Germ. Annemmen nemmen. Hisp. *Tomar.* Angl. *To take, to receauer.*} Plaut. *Capt. sc.* 3. *a.* 5. Argentum accepi, nihil curaui cæterum. Et *Pseud. sc.* 2. *a.* 2. Volo summos viros magnificè accipere. (de conuiuis.) *Ibid. sc.* 1. *a.* 5. In loco festiuo festiuè accepti sumus. Et *Mostell. sc.* 4. *a.* 1. Is me hilari ingenio & lepidè accipiet. (de conuiua.) *And. sc.* 1. *a.* 2. Hos vt accipiat coquos, (id est, admittat.) *Ibid. sc.* 3. *a.* 4. Ego te præstigiator miseris accipiam modis. Et *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Accipe à me hanc lætitiam quam fero tibi. *Amph. sc.* 1. *a.* 1. Accipi publicitus hospitio. *Ibid.* Ego te pro istis dictis & malefactis fulcifer accipiam, id est, tractabo. *Ibid.* Comiter accipiet. Gell. *lib.* 9. *cap.* 16. Ædilis, qui conuiua habebat, negat accipere. (i. approbare Ædilem renunciatum.) Ouid. *Eleg.* 2. *lib.* 5. *Trist.*

Acceptóque graui vulnere flere vetas.

Senec. *cap.* 15. *de tranq.* Accipere placidè oportet humana vitia. Multi & varij vsus est hoc verbum, interdum enim est audire. Cic. *in Catone.* Accipite veterem orationem Archytæ. ¶ Interdum sentire. Terent. *in Heauton.* Clinia, aliter de amore tuo, atque est, accipis. ¶ Interdum cognoscere, intelligere. Cic. 1. *de Natura Deorum.* Quum M. Catonem Græcas lecturas in senectute didicisse acceperim. ¶ Interdum concipere. Virgil. 8. *Æneid.*

——alij ventosis follibus auras

Accipiunt, redduntque.

¶ Interdum recipere. Lucil. Sic inquam veteratorem illum veterem lupum Annibalem acceptum. ¶ Interdum tractare, tam in malum quàm in bonum. Terent. *in Adelph.* Ego abs te miseris sum acceptus modis. Cic. Roga ipsum quemadmodum ego eum Arimini accepi. ¶ Interdum probare: vt, Accipere legem populus dicitur, quam iubet & probat. Liu. Accipere nomen, pro eo quod vulgus Gallicum dicit, *Receuoir à la monstre.* Idem 1. *bell. Punic.* Itaque si suum nomen dictator acciperet, se comitiis intercessuros dicunt. Dicimus etiam accipere conditionem, colorem, fœdera, libertatem, &c. Huius compositum est Præaccipio. Accipere iudicium dicitur reus, cùm patitur à prætore dari iudices in eam rem, de qua mouetur controuersia. Cic. *in Orat. pro Quinctio.* Iudicium quin acciperet in ea ipsa verba quæ edebat Næuius, non recusare. Vide Hotomanni Lexicon. ¶ Accipere alia quadam significatione ferè in verbum Afficior resolui potest, & tum ad bona, tum ad mala pertinet: vt, Accepit lætitiam, dolorem, &c. id est, affectus est lætitia, dolore. Inter Accipere beneficium, & Recipere, discrimen est. Accipit ab aliquo beneficium, qui prius ei nihil contulit: Recipit, qui iam contulerat. Ex Seneca *de benefic.* Accipere in bonam, vel malam partem, est bene, vel malè interpretari dictum, aut factum alterius, quod ad nos pertineat: id est, de illo bene, aut malè iudicare. Huc pertinent, Accipere aliorsum, aliter in eam partem, & similia. Accipere mancupio, vide *Mancupium.*

Acceptus, nomen ex participio, Gratus, vel iucundus. Plaut. *Capt. sc.* 3. *a.* 3. Essétne apud te is seruus acceptissimus. Ouid. 3. *Fast.*

Acceptus Geniis illa December habet.

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Corruit hæc igitur Musis accepta domus.

{נרצה *nirtséh.* χαρίεις. Gall. *Aggreable.* Ital. *Quel ch' aggrada, & ch'e accettato.* Germ. Angenem. Hisp. *Cosa cara y grata.* Angl. *Acceptable.*} Cæsar 1. *bell. Gall.* Maximè plebi acceptus erat. ¶ Acceptum accepti, absolutè dicitur quicquid ab aliis accipimus seu dono, seu mutuo, seu alio quouis modo. Plaut. *in Truc.* Hic ratio accepti scribitur ✠ Datum, siue Expensum. Vnde tabulæ accepti & expensi dicebantur libri mercatorum, in quos referebant tam ea quæ accepissent, quàm quæ expendissent. Cic. *pro Roscio Comœdo.* Si tabulas Fannius accepti & expensi profert suas in suam rem suo arbitratu conscriptas, quo minus secundum illas iudicetis, non recuso. Hinc, Acceptum referre, est pro accepto habere, & fateri se accepisse, etiamsi nihil sit acceptum, scribere in tabulis se accepisse. {ἀποδέχεσθαι, ἀνατίθημι, ἀφίημι. Gall. *Tenir pour receu.*} Plaut. *Mostell. sc.* 1. *a.* 1. Bene ratio accepti & expensi inter nos conuenit. Sueton. *in Tiber cap.* 13. Accepta referre legata peculio. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Acceptum refero versibus esse nocens.

Et notandum quod dicitur, Acceptum referre, non ferre: & rursus, Expensum ferre, non referre. {Ital. *Hauer per riceuuto, confessare il riceuuto.* Germ. Für entpfangen haben. Hisp. *Confessar ser la deuda.*} Tracta est loquendi figura à ciuium Romanorum consuetudine, qui summa diligentia omnes tabulas accepti & expensi conficiebant, in quibus quid ab aliis accepissent, aut quid ipsi aliis credidissent, perscribere solebant, quemadmodum ex Verrina tertia, itémque quinta & multis aliis locis intelligitur: de quo plura suo loco sumus dicturi. Hinc fit Acceptilatio, de quo infrà. Dicitur etiam pro acceptum ferre, acceptum facere, & acceptum habere. *l.* 7. *de acceptilat.* A. Agerius Numerio Nigidio acceptum fecit. ¶ Accepto ferre rationibus aliquid, est quod Gallicè dicimus, *Coucher sur le liure du receu quelque chose.* vt *l.* 91. §. 4. *D. de leg.* 3. ¶ Accepto vel acceptum rogare dicitur qui stipulatus an id quod promisit, creditor acceptum habeat. Contrà accepto liberare dicitur creditor, cùm debitori stipulanti respondet se acceptum habere. Hæc omnia fusiùs apud Hotom. *in Lexico.*

Accepto, as, are, frequentatiuum ab Accipio: significat accipere soleo. {קבל *kibbel.* ἀποδέχομαι. Gall. *Accepter, prendre volontiers & souuent.* Ital. *Accettare, riceuere spesso.* Germ. Offt nemmen, ohn vnderlaß nemmen. Hisp. *Recebir muchas vezes.* Angl. *To tak often.*} Plaut. *in Pseud.* P. Quid dubitas dare? R. tibi ego dem? P. mihi hercle verò, qui res, rationésque heri Ballionis curo, argentum accepto, expenso. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 2. Item Acceptare mercedes, Quintil. Accepso idem frequentatiuum, quo antiqui vsi sunt. Pacuu. *in Teucro.* Haud sinam quicquid profari priusquam accepso quod peto. Ex Nonio. ¶ Sed aut errat Nonius, aut apud eum pro accipio est legendum accepero. Nam accepso pro accepero dixerunt veteres, non pro accipio, vt leuasso, pro leuauero. Et in Pacuuij verbis haud sanè aliter accipi potest. Paulus Iurisconsult. *D. lib.* 26. *tit.* 7. *l.* 44. Sed si pupillus post pubertatem rationibus à tutore acceptis reliquationem eius secutus vsuras acceptauerit.

Acceptio verbale ab accipio. {מקח *mikkach.* λῆψις. Gall. *Prise, recepte.* Ital. *Acceptamento, riceuimento.* Germ. Nemmung oder entpfahung. Hisp. *Aquella obra de recebir y confessar.* Angl. *Receauing.*} Cic. *in Top.* Nam neque deditionem, neque donationem, sine acceptione intelligi posse. Vide suprà verb. *Accepta.*

Acceptor, aliud verbale. {מקבל *mekkabél.* λήπτης, ἀποδέκτης. Gall. *Preneur, qui prend & reçoit.* Ital. *Accettatore, chi riceue, & accetta.* Germ. Ein empfaher. Hisp. *Recebidor.* Angl. *A receauer.*} Plaut. *in Trin.* Qui illorum verbis falsis acceptor fui. ¶ Idem quod Accipiter. Lucil.

——Rostra acceptoris & vngues.

Charis. *lib.* 1. *glossar.* Acceptor, ἱέραξ.

Acceptilā-

Acceptrici, accepticrix. Plaut. *Trucul.* Des quantumuis, nusquam apparet neque dator, neque acceptrix. A verbali Acceptrix, videtur formasse. Nomen est insolens & inusitatum.

Acceptilatio. { ἀποχή. GALL. *Quittance, descharge par le creancier faicte au debteur.* ITAL. *La quittanza, & ricevuta di qualche obligatione.* GERM. Ein quittung/ein bekanntnuß/in welcher man einen ledig sagt einer ansprach oder verbindung halben. HISP. *Albala de fin y quitto.* ANGL. *An acquittance.* } Est liberatio (vt docet Modestinus) quæ fit per interrogationem & responsionem qua debitor liberatur. Vt si dicam, Quicquid tibi per stipulationem promisi, vel ex stipulatu debui, habesne acceptum? Et tu respondeas, Habeo acceptumque fero, id perinde est, ac si accepissem abs te per veram solutionem. Apocha verò (inquit Vlpianus) non aliàs, quàm si pecunia soluta sit, appellari potest.

Accipiter, { נץ *netz.* ἱέραξ. GALL. *Oiseau de proye, comme esprevier, sacre, faucon & autres.* ITAL. *Sparuiere.* GERM. Ein Raubvogel/als Habbich/Sperber/&c. HISP. *Halcon ò acor generalmente.* ANGL. *A falcon or any rauenous fowl.* } Genus est ad omnes aues rapaces: cuius species sunt sexdecim: præcipuæ tamen sunt, Buteo, Triorchis, Æsalon: de quibus vide Plin. *lib.* 10. *c.* 8. Dictus est ab accipiendo, hoc est, à rapiendo. Terent. *in Phorm.* Non rete accipitri tenditur, neque miluio. Tantæ velocitatis hoc genus auium, vt inde hyperbolica parœmia orta sit, Ocyor accipitre, ὠκύτερος ἱέρακος. Qua venuste vtemur, si ad famam, aut nuncium, aut eiusmodi quippiam detorqueatur.

Accipitret, pro laceret, Gell. *c.* 7. *lib.* 19.

[Accipitrina, Hieracium, lactuca syluestris. Iun.]

Accisi, populi sunt ad Mæotim: quorum meminit Plin. *lib.* 6. *c.* 7.

Accisso, { בשחקתאת *bischcathéath* הבל *halal.* ἀκκίζω. GALL. *Estre hors du sens, dissimuler.* ITAL. *Inettire, dissimulare.* GERM. Vngeschickte vnd närrische geberd treiben. Item, nicht dergleichen thun. HISP. *Hazer ò dezir necedades, dissimular.* ANGL. *To be out of the witte, or to dissemble, to be mad.* } Veteres dixerunt pro ineptire, delirare vel insanire: item pro dissimulare ea, quæ maximè cupimus. Vtrumque tractum est à moribus Accûs aniculæ adeò ineptæ atque deliræ, vt & cum imagine sua in speculo reddita, tanquam cum altera muliere colloqueretur, & vestes nondum pertextas, à tela soleret detrahere, atque induere. Hinc prouerbium manauit, In armis accissat, ἐπὶ τοῖς ὅπλοις ἀκκίζεται. In eum qui sibi placet, seséque quasi contemplatur in armis, vt traditum est de Accone muliere, quæ ad speculum ineptè sibi blandiebatur. Illud etiam in moribus habuit peculiare, vt recusaret quod maximè cupiebat. Vnde ab eius quoque nomine Accismum dictum volunt, ἀκκισμός, fictam dissimulationem, quum scilicet, quæ maximè cupimus, nos velle dissimulamus. Cic. *Attic.* 2. Hoc, opinior, certi sumus periisse omnia: quid enim ἀκκιζόμεθα tandiu: hoc est, quid dissimulamus? De hoc adagio vide Lucianum & Olympiodorum.

[Accitabulum quasi accitum ferro sonabulum. Pap.]

Accitana colonia, ἀκκιτανὰ ἀποικία, recensetur à Plinio in Hispania citeriore, in conuentu Carthaginensi. Vide Plin. *lib.* 3. *c.* 3.

Accius, Ἄκκιος. Tragœdiarum scriptor fuit, tanta sententiarum grauitate, verborúmque pondere, vt Decius Brutus vir amplissimus, templorum ac monumentorum suorum aditus illius carminibus exornauerit: habitus tamen est duriusculus, neque aliter fieri poterat in prima illa nascentis adhuc Poëtices ruditate. Vide Crinitum *de Poetis Latinis.* ¶ Fuit & alter historicus, de quo Cic. *de leg. lib.* 1. Hinc Accianus. Gell. *c.* 16. *lib.* 3. Idem Accij, quod Titij.

ACCLĀMO, are, Exclamo, { קרא *kará* זעק *zahak.* ἐπιβοάω. GALL. *S'escrier en la faueur ou defaueur de quelqu'un, luy fauoriser, ou contredire par cry.* ITAL. *Gridare in fauore ò in disfauore d'una cosa.* GERM. Zuschreyen mit erhebter stimm. HISP. *Dar vozes à las vezes de otro, llamar dando vozes.* ANGL. *To cry or shout to gainestand or aggree becrying.* } Cic. *pro Cecin.* Populus cum risu acclamauit ita esse. ¶ Acclamare alicui, pro In fauorem alicuius. ¶ Acclamare in aliquem, id est, Reclamare, vt indignantes faciunt.

Acclāmātio, verbale. { זעקה *zahaká.* ἐπιφώνημα. GALL. *Escry, acclamation, huée.* ITAL. *Tal gridamento in fauore ò disfauore.* GERM. Zuschreyung. HISP. *Aquella obra de dar vozes assi.* ANGL. *Shouting.* } Cic. *Att. lib.* 1. Credo te ex acclamatione Clodij, &c.

Acclāmito, frequentatiuum. { קנא בגבורה *kanah ghebourah* זעק *zahak* שוע *schiuueah.* ἐπευφημέω, ἐπιβοάω. GALL. *Souuent crier contre ce que dit quelqu'vn ou en luy fauorisant.* ITAL. *Gridar' in fauore ò contro spesso.* GERM. Vil vnd offt mitt lauter stimm zuschreyen. HISP. *Llamar dando vozes muchas vezes.* ANGL. *To shouth often.* } Plaut. *in Amph.* Et quæ sunt facta, infecta esse acclamitat.

[Acclibanum, obliquum. Isid. Gloss.]

Acclinè, adiectiuum, Flexum, incuruatum, iacens, humile. { משפה *meschuppah.* נמוך *namuch.* ἐπικλινής. GALL. *Incline, penché.* ITAL. *Inclinato.* GERM. Herzuhaltend neigend. HISP. *Inclinado ò acostado hazia otra cosa.* ANGL. *which boweth or crooketh.* } Et propriè in descensu dicitur, Hiero. Scabellum acclinè, & ex vna parte obliquum. Dicitur & Acclinus, a, um, sicut & interclinus quo vsus est Ambros. *in Eges.* Ciuitas, inquit, prærupta vndique propè erat, interclina rupibus.

Acclino, as, Ad aliquid flecto, inclino. { הטה *hittah.* ἐπικλίνω. GALL. *Encliner vers quelqu'vn, pencher.* ITAL. *Condescendere, inclinarsi.* GERM. Herzuhalten/oder neigen. HISP. *Inclinar à acostar hazia otra cosa, consentir con otro.* ANGL. *To incline, or bowe, to leane to any thing.* } Liu. 4. *ab Vrbe,* Haud grauate acclinaturos se ad causam Senatus, pro Assensuros causæ Senatus.

[Acclinus, Acclinis, declinus, declinis. Gloss. Salmas.]

Accliuis, siue Accliuus, a, um, per u. Quod est leuiter erectum, & arduum, & propriè de ascensu dicitur, quasi in cliuum acuminatum & sensim eleuatum. { πρόσαντες, ἀνάντης, ἀνωφερής. GALL. *Esleué en montant, aigu par haut.* ITAL. *Erto, alto eleuato.* GERM. Vbersich gehalten. HISP. *Cosa cuesta arriba.* ANGL. *Stay.* } Cic. *Quint. fratr.* Ea via pars valde accliuis est. Ouid. 5. *Fast.*

Leuiter accliuo constituere iugo.

Liu. *lib.* 1. *d.* 4. placidè accliui colles. ✠ Decliue, siue Decliuum, quod est inclinatum, atque incuruum.

Accliuitas, { גבהה *ghibhah.* ἀνωφέρεια. GALL. *Le montant d'vn tertre, vne legiere vaidenr de montagne.* ITAL. *La montata, lerta.* GERM. Das ringe auffsteigen eines bühels oder bergechtigen orts. HISP. *Aquel recuesto cuesta arriba.* ANGL. *The staynes of a hill.* } Cæsar, Ab eo flumine pari accliuitate collis nascebatur.

Accludo, is. Vide in dictione *Cludo.*

Acco, accûs, Ἀκκώ, teste Plutarcho, nomen est mulieris cuiusdam, vel potiùs terriculamenti, cuius metu solent matres pueros in officio continere, & à peccando deterrere. Item aniculæ cuiusdam deliræ nomen, de qua vide plura in dictione *Accisso.*

Accognito, notum facio, & promulgo. Sirm.

Accŏlo, lis, Apud, siue iuxta colo. { שכן *schachán.* παροικέω. GALL. *Demeurer aupres, estre voisin.* ITAL. *Habitar vicino, ò à canto.* GERM. Beywohnen/nachwohnen. HISP. *Morar cerca de lugar.* ANGL. *To duellnie.* } Liu. *lib.* 4. Hi dimissis circa omneis populos legatis, qui Hetruscum mare, quique Tyberim accolunt, ad frumentum mercandum. Plin. *lib.* 4. Persæ rubrum mare semper accoluêre. Et *lib.* 3. *c.* 1. Accolitur dextra læuaque crebris oppidis. ¶ Accolere vitem, Catul. *in Epithal.*

Accolens, accolentis, participium, παροικῶν. Plin. Ante has est sphinx vel magis miranda, qua syluestra sunt accolentium.

Accŏla, Vicinus, ab Accolendo, id est, iuxtà habitando dictus. { שכן *schachén.* πάροικος. GALL. *Habitant aupres, voisin à quel qu'vn.* ITAL. *Vicino, habitante.* GERM. Nachbaur/der nahe bey einem wohnet. HISP. *El morador cerca algun lugar.* ANGL. *A neihgbour.* } Accola montis, qui propè montem habitat. Accola Padi, Accola campi: qui iuxta Padum, iuxta campum habet domum. Liu. *lib.* 1. Pastor accola eius loci, nomine Cacus, ferox viribus. ¶ Aliquando idem significat quod popularem, siue conciuem: vt 6. *Verr.* & *lib.* 10. apud Liuium semel atque iterum. ¶ Idem est quod colonus, in Marcello *lib.* 1. *c.* 13.

ACCOMMŎDO, as, Adhibeo, adapto, adaptè colloco. { תקן *tikkén,* הכין *hechin.* ἐφαρμόζω, συμβιβάζω. GALL. *Accommoder, approprier.* ITAL. *Accommodare, adattare.* GERM. Zufügen. HISP. *Ayuntar vna cosa à otra.* ANGL. *To mak fente.* } Cic. *lib.* 2. *de Orat.* Africano illi superiori coronam sibi in conuiuio ad caput accommodanti. Idem *lib.* 1. *offic.* Qui se ad Rempublicam, & ad magnas res gerendas accommodauêre. ¶ Et datiuo, Acommodare animum maioribus negotiis. Suet. *in August. cap.* 98. Accommodare se alicui & sequi eius partes. Idem *in Tib. c.* 48. Accommodare se ducem & assertorem alicui. Suet. *in Galba c.* 9. ¶ Accommodare idem aliquando, quod Commodare. Plaut. Cùm ædes pauperi accommodassee. Senec. Accommoda mihi paulisper eloquentiam, i. commoda. Sed hoc rariùs. Itaque eleganter & doctè distinguit Corn. Front. Commodo & Accommodo, Commodat, inquit, aliquis mutuam pecuniam: Accommodat equo ephippium, id est, aptat. ¶ Accommodare alicui de habitatione. Cic. *Mem. lib.* 13. Peto igitur à te maiorem in modum, quod sine tua molestia fiat, vt ei de habitatione accomodes. ¶ Accommodare etiam Iurisconsulti dicunt, pro benignè & ex æquo & bono contra summi iuris regulas concedere. *l. filio. D. de rit. nupt.* Filio in libertatem paternam idem iuris quod ipsi patrono ex sententia legis accommodatur. Hotomannus.

Accommodātus, id est, aptus. { מוכן *muchán,* נכון *nachón.* ἐπιτήδειος, οἰκεῖος. GALL. *Propre, apte, conuenable.* ITAL. *Acconcio atto, accommodato.* GERM. Zugefügt/dazu komlich. HISP. *Acaciado ayuntado.* ANGL. *Feate, apte meete.* } Cic. *in Orat. contra Rull.* Numeri singulis orationis generibus accommodati.

Accommŏdātè, aduerbium, id est, Aptè. { ἐπιτηδείως. GALL. *Proprement bien à propos.* ITAL. *Accommodamente, ben à proposito.* GERM. Reumlich/geschicklich/bequem. HISP. *Ayuntadamente.* ANGL. *Feátelie or aptelie.* } Cic. 5. *Ver.* Primum oratoris officiū esse ad persuadendum accōmodatè.

Accommŏdātio, nis, ipse actus accommodandi. { מתכונת *mathchónet.* ἐπιτηδειότης. GALL. *Appropriation, application.* ITAL. *Accommodatione, adattatione.* GERM. Reumlichkeit/zufügung. HISP. *Ayuntamento.* ANGL. *Applyng.* } Cic. 1. *de Inuen.* Elocutio est idoneorum verborum & sententiarum ad inuentionem accommodatio.

Accommŏdus, a, um, idem quod Accommodatus, aptus, idoneus, ἐπιτήδειος. Virg. 11. *Æneid.*

Est curuo anfractu vallis, accommoda fraudi.

ACCRĒDO, is, ex Ad & credo, vnà credo, credentibus accedo: sicut Assentio, siue Assentior, ad sententiam accedo. { האמין *heemin.* πείθομαι, ἐπιπείθομαι. GALL. *Adiouster foy, croire à ce qu'on dit.* ITAL. *Consentire.* GERM. Glauben geben/mit einem glauben zustimmen. HISP. *Consentir, creer à otro.* ANGL. *To consent, to beleue, that which one sayeth.* } Colum. *lib.* 2. Idque etiam non spernendus autor rei rusticæ Saserna videtur accredidisse. Hor. *lib.* 1. *Ep. ad Val.*

Scribere te nobis, tibi nos accredere par est.

Plaut. *Asin. sc.* 3. *a.* 3. Quisnam istuc tibi accredat cinæde Calamistrate.

Accrēduo, is, obsoletum verbum, idem quod accredo. Plaut. Neque diuini, neque humani mihi posthac quicquam accreduas. Rectiùs tamen dixeris accreduas, pro accredideris esse à Plauto positum. Vt & fuas apud eosdem veteres pro fueris legitur.

ACCRESCO, is, eui, ex Ad & cresco, idem quod Cresco, augeor. { נוסף *nosaph.* ἐπαυξάνομαι, ἐπιδίδωμι. GALL. *Croistre, Accroistre.* ITAL. *Accrescere, aumentare.* GERM. Auffwachsen. HISP. *Acrescentar ò augmentar.* ANGL. *To growe, to increase.* } Cic. *de Inuent.* Flumen subitò accreuit. Sallust. *in Cic.* Quæ si tibi falsa obiicio, redde rationem, quantum patrimonij acceperis, quid tibi litibus accreuerit. Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 2. Valetudo decrescit tum accrescat labor.

Accrēmentum, accrementi, idem quod incrementum. { תרבית *tarbith.* ἐπαύξησις, ἐπίδοσις. GALL. *Accroissement.* ITAL. *Accrescimento, crescimento, aumento.* GERM. Auffwachsung. HISP. *Crescimiento.* ANGL. *Increase.* } Plin. *lib.* 9. *c.* 2. In mari autem latè supino, mollique ac fertili accremento, accipiente causas genitales è sublimi, sempérque patiente natura, pleraque etiam monstrifica reperiuntur.

Accrētio, nis, Incrementum, ipse actus accrescendi. { מרבית *marbith.* } Cic. 1. *Tuscul.* Lunámque accretione & diminutione luminis, &c.

Accubo, Iuxtà cubo, adiaceo, accumbo, discumbo. { שכב *schachab.* παρακατάκειμαι, συγκατάκειμαι, συγκατακλίνω. GALL. *Gesir aupres, estre couché ioupte.* ITAL. *Giacere, sedere appresso.* GERM. Beyligen/neben einem ligen. HISP. *Assentarse cerca alguno como a la mesa.* ANGL. *To ly by.* } Plaut.

Accubat mecum. Sueton. *in Cæſ.* Me rogas quid agas? Accubas, an pro accumbas, ab accumbo, is. Plaut. *Moſt.* Quin amabo accubas. Idem *ibid.* vbi libet licet ire accubitum. Idem *Men. ſc.* 1. *a.* 2. Cum filio tuo libera accubat. Idem *Pſ. ſc.* 2. *a.* 5. Cocta ſunt, iube ire accubitum. Idem *Menæch. ſc.* 4. *a.* 1. *Ibid. ſc.* 2. *a.* 3. Theatrum ſummæ magnitudinis, Tarpeio monti accubans. Cic. 4. *Tuſcul.* Morem apud maiores hunc epularum fuiſſe, vt deinceps qui accubarent canerent ad tibiam clarorum virorum laudes. Accubare in conuiuio, Suet. *in Cæſ. Lucer.* Vide *Accumbo.* ¶ Accubare, pro iacere. Senec. *in Hippol.* Hippolytus (heu me) flebili voto accubat. hoc eſt, mortuus iacet, vt optaſti. Et Suet. *in Cæſ. cap.* 72. accubuerit, pro iacuerit.

Accŭbātĭo, verbale. Cic. *de Senect.* Accubatio epularis amicorum. Idem *in Officiis*, Status, inceſſus, ſeſſio, accubatio. {שכבה *ſchichbāh.* κατάκλισις. GALL. *Aſſiette à table.* ITAL. *Il ſedere à tauola.* GERM. Ein beyligung. HISP. *Aſſentamiento à la meſa.* ANGL. *Sitting at the table.*}

‖Accubitationes, accubita. Salmaſ.‖

Accubitio, accubatio. Cic. *lib. de ſenect.* Bene enim maiores accubitionem epularum amicorum, quaſi vitæ coniunctionem haberet, conuiuium nominarunt.

‖Accubitor cubiculi, qui caput eſt puerorum, qui ſunt in cubiculo, Cubicularioque præeſt, & Procubitori cubiculi. Codin. Buleng.‖

Accubĭtŭm, accubiti, ſiue Accubita, accubitæ, lectus in quo cubatur interdiu. Accubitorum vſus non erat ante triclinia. Interpres Iuuenalis. {משכב *miſchcháb.* ἀνακλιντήριον. GALL. *Petit lict ſur lequel on dort le iour.* ITAL. *Letto doue ſi dorme de dì.* GERM. Ein gutſchen/oder ſotterbeth auff dem man am tag ſchlafft. HISP. *El lugar para ſe aſſentar à dormir de dia.* ANGL. *A bed to sleip on in day tyme.*} Vnde apud Lampridium de Commodo ſcribitur non accubuiſſe niſi in accubitis quæ pilum leporinum non habuiſſent, aut plumas perdicum ſubalareis. Hæc alio nomine dicuntur Anaclinteria. ¶ Hinc accubitalia dicuntur ſtragula quibus hoc genus lectuli ſolet operiri. Vide Cælium *lib.* 26. *c.* 29. *&* *lib.* 27. *c.* 25.

‖Accubuò, & aſſiduò, id eſt diligenter, quaſi accumbendo & aſſidendo.‖

Accŭbĭtŭs, huius accubitus. Ipſe accubandi actus. {מסב *meſab.* ἀνάκλισις. GALL. *Aſſiette, couchement.* ITAL. *Giacimento.* GERM. Die beyligung. HISP. *Aſſentamiento.* ANGL. *Liting, ſitting.*} Plin. *lib.* 18. *c.* 2. Pleriſque hominum tricliniis accubitu iere per lectos.

‖Accucula, acutus, ſolers. Iſid. Gloſſ.‖

Accūdo, is, Cudendo addo, & propriè de pecunia dicitur. {צור *tſur.* [illegible] GALL. *Forger deſſus, battre monnoye.* ITAL. *Battere dinari, martellar.* GERM. Dazu ſchmiden. HISP. *Hazer como in yunque.* ANGL. *To forge, to beate vpon.*} Plaut. *in Merc.* Tres minas accudere etiam poſſum, vt triginta ſient.

Accumbo, is, idem quod Accubo, [illegible]. Et in hac ſignificatione ferè habet datiuum. Eſt etiam Accumbere, menſæ aſſidere ſumendi cibi gratia, vel conuiuio intereſſe. {ישב אל הלחם *ieſchab el hallechem.* הסב *hiſſéch* [illegible]. GALL. *S'aſſeoir à table.* ITAL. *Sedere à tauola.* GERM. Zu tiſch ſitzen. HISP. *Aſſentarſe à la meſa.* ANGL. *To ly, to ſit at the table.*} Cubabant enim antiqui veſcentes. Cic. *Pato*, Accubueram hora nona, quum id literarum exemplum in codicillis exaraui. Dicitur & Accumbere epulis. Cic. *pro Mur.* Qui quotidianis epulis in robore accumbunt, [illegible]. Plaut. *Moſtel. ſc.* 3. *a.* 2. Meliùs eſt ire te intrò atque accumbere. Et *ſc.* 3. *a.* 1. *Ibid.* Age accumbe: puer appone menſulam.

Accŭmŭlo, as, Amplifico, & quaſi ad cumulum addo, augeo, coaceruo. {צבר *tſabár.* ἐπισωρεύω. GALL. *Amaſſer, accumuler, entaſſer, aſſembler en un monceau.* ITAL. *Ammaſſare, ammontonare, ridurre in maſſa.* GERM. Zuſamen hauffen. HISP. *Amontonar ſobre monton.* ANGL. *To heap, to en large.*} Cic. *pro leg. Agrar.* Vix iam videtur locus eſſe, qui tantos aceruos pecuniæ capiat: auget, addit, accumulat.

Accŭmŭlāre, vitem, arborem, radices, & ſimilia, eſt quod vulgus Gallicum appellat, *rechauſſer*: cui contrarium eſt Ablaqueare. De hoc vide Plin. *lib.* 10. *c.* 19. *lib.* 18. *c.* 24. *lib.* 19. *c.* 5.

Accŭmŭlātĭo, verbale, apud Plin. *lib.* 17. *c.* 17. {קבוץ *kibbûts* צבור *tſibbúr.* ἐπισώρευσις. GALL. *Amas, amoncelement.* ITAL. *Ammaſſamento, accumulatione.* GERM. Auffhauffung/zuſamen hauffung. HISP. *Amontonamiento.* ANGL. *Heaping.*}

Accŭmŭlātē, aduerbium. {חמרים חמרים *chomarîm chomarîm.* [illegible] GALL. *Amonceaux.* ITAL. *Accumulatamente.* GERM. Hauffechtig. HISP. *A montones.* ANGL. *By heapes.*} Cic. *Cutleolo lib.* 13. Cùm diceret omnia te accumulatiſſimè & liberaliſſimè procuratoribus ſuis pollicitum eſſe. Cic. *ad Her. lib.* 2. *ad finem.*

Accūro, as, & per ſimplex r, Curo, guberno. {השים לב *heſim leb* הפקיד *hiphkid* חרד *charád*, ἐπιμελέομαι. GALL. *Soigneuſement faire ou penſer de quelque choſe, en prendre ſoing.* ITAL. *Diligentemente curare, accortamente operare.* ANGL. *To do any thing diligentlie, to tak care, in doing any thing.*} Plaut. *in Bacch.* Eho, penſum meum lapidè accurabo, hoc eſt, curabo vt efficiam quod mihi mandatum eſt. Idem *Men. ſc.* 3. *a.* 1. Scin' quid te volo accurare? E. ſcio: curabo quæ voles. *Ibid.* Iube prandium accurarier. Idem *Men. ſc.* 2. *a.* 5. Illud præcauendum & accurandum eſt mihi. Cic. *de Inuent.* Meliùs accurantur, quæ ſine conſilio adminiſtrantur.

Accūrātus, Magna cura factus, meditatus, exquiſitus. {חרד *charédh.* ἐπιμελής. GALL. *Fait ſoigneuſement.* ITAL. *Fatto con grand accorgimento.* GERM. Mit ſonderbarem fleiß vnd ſorg gemacht. HISP. *Hecho con mucho cuydado y diligẽtia.* ANGL. *Done diligentlie.*} Liu. 4. *belli Macedonici*, Sed oratione etiam longa, & accurata inſectatus ſit rogationem noſtram.

Accūrātē, aduerb. Diligenter, ſtudioſè, exquiſitè. ἐπιμελῶς. {GALL. *Soigneuſement.* ITAL. *Accortamente.* GERM. Fleiſſiglich/ſorgſamlich. HISP. *Con mucho cuydado.* ANGL. *Diligentlie, with trauell.*} Cic. *ad Brutum.* Literis tam accuratè ſcriptis. Accuratius ædificare, Cæſ. *de bel. Gall. lib.* 5. Plaut. *Capt. ſc.* 1. *a.* 2. Accuratè, doctè diligenter hoc agatur.

Accūrātĭo, cura, diligentia. {חרדה *charadháh.* ἐπιμέλεια. GALL. *Soing.* ITAL. *Accortezza.* GERM. Fleiß/ſorgſame. HISP. *Cuydado.* ANGL. *Care, diligence.*} Cic. *de Clar. Oratoribus*, At inueniendis componendiſque rebus mira accuratio.

Accurro, is, per duplex rr. Ad aliquid curro. Plaut. *in Amph.* Accurro vt ſciſcam. Cic. 1. *de Diuin.* Ita nobis audientes ſunt, vt ſimul ac velimus accurrant. {προστρέχω. GALL. *Accourir.* ITAL. *Correr a l'incontro à qualche coſa.* GERM. Dazu lauffen. HISP. *Correr hazia lugar.* ANGL. *To runne to to aſſemble.*} ¶ Accurritur Impersonale. Tacit. *lib.* 1. *Annalium*, Accurritur ab vniuerſis, & carcere effracto, ſoluunt vincula. Plaut. *Men. ſc.* 8. *a.* 5. Clamabas Deûm atque hominum fidem, cum ego accurro atque eripio.

Accurſŭs, huius accurſus, verbale, ἐπιδρομή. Apud eundem Tacitum *lib.* 1. Accurſu multitudinis, quæ cum Druſo aduenerat, protectus eſt.

Accuſiorum colonia, ἀκουσίων, Ptol. Vrbs Allobrogum eſſe creditur, quæ poſtea à Gratiano Gratianopolis dicta eſt. Alias Acus vno c.

Accūſo, as, frequentatiuum eſt ab Accudo, ſicut docet Priſcianus. Componitur enim ex Ad, & cuſo, quod à Cudo deducitur. Ex quo compoſita, Incuſo, & Recuſo. Quamquam non deſint, qui dicant Accuſo ex Ad, & cauſa, ſeu cauſor, componi. Sed magis audiendus eſt Priſcianus: quia magis commoda ſit compoſitio à cuſo frequentatiuo verbi Cudo, quod cuſum ſupinum facit. Imò ad cauſam dicendam voco, vt recuſo & excuſo. Plaut. *Curc. ſc.* 3. *a.* 1. Nequeo durare, quin herum accuſem meum. Ouid. 13. *Met.* Accuſóque Parin, prædaque Helenámque repoſco. *Ibid.* An falſo Palamedem crimine turpe eſt accuſaſſe mihi, &c. Plaut. *Men. ſc.* 2. *a.* 5. Si quid ille deliquerit, multo tantò illum accuſabo, quàm te accuſaui amplius. i. obiurgabo. Eſt autem Accuſare propriè (vt ait Valla) apud iudicem, vel alium, & aliquando apud illum quem accuſes, oſtendere peccatum. {הוכיח *hochiach* הלשין *hilſchin* רגל *riggel*. κατηγορεῖν, αἰτιᾶσθαι. GALL. *Accuſer, reprendre.* ITAL. *Accuſare.* GERM. Anklagen/beſchuldigen. HISP. *Acuſar delante el que puede punir.* ANGL. *To accuſe, to blame.*} Terent. *in Prol. Andriæ*, Qui quum hunc accuſant, Næuium, Plautum, Ennium accuſant. Dicimus autem, Accuſo te illi, apud illum, vel coram illo magni ſceleris, aut de magno ſcelere. Cic. 4. *Verr.* Is apud C. Sacerdotem rei capitalis accuſatus. Idem *Attic. lib.* 4. Non committam poſthac vt me accuſare de literarum negligentia poſſis. Idem *pro Sext. Roſcio*, Sexcenti ſunt, qui inter ſicarios & de veneficiis accuſantur. Id obſeruatum fere comperi, vt quod peccati nomen exprimit, genitiuo: quod minus, ablatiuo poneretur: vt, Te accuſaui homicidii, alióque nefario ſcelere. Incuſare verò, eſt alterius mores reprehendere: & plerumque cum querela, quòd ab illo iniuria ſis affectus, αἰτιᾶσθαι. Accuſare, inquit Seruius, & Incuſare hoc differunt. Incuſare propriè eſt ſuperiorem arguere: vt in Terentio, pater ad filium, Quid me incuſas Clitipho? Accuſare verò, vel parem, vel inferiorem: vt in eodem ad maritum vxor, Me miſeram quæ nunc quam ob cauſam accuſer, neſcio. Et hoc proprietatis eſt, licèt vſus iſta malè corrumpat. Hæc Seruius *Æneid.* 1. Cæſar tamen ipſe linguæ Latinæ magiſter hanc differentiam neglexit, 1. *Comment.* Omnium ordinum adhibitis ad id conſilium centurionibus, vehementer eos incuſauit. ¶ Accuſare inertiam alicuius, pro culpare, reprehendere, vituperare. Sic, accuſare vitium, culpam, aut crimen alicuius: hoc eſt, cum vituperare, & eſt figura Græca: quia Latinè potiùs dixeris, accuſare inertiæ, aut de inertia.

Accūſātor, verbale, qui accuſat. {מלשין *malſchin* מוכיח *mochiách.* ὁ κατήγορος. GALL. *Accuſateur.* ITAL. *Accuſatore.* GERM. Ein anklåger. HISP. *Acuſador.* ANGL. *An accuſer.*} Cic. 1. *de Finibus.* Plerumque improborum facta ſuſpicio inſequitur, deinde ſermo atque fama, tum accuſator, tum iudex. ¶ Accuſatrix, ἡ κατήγορος. GALL. *Accuſereſſe.* ITAL. *Accuſatrice.* GERM. Ein anklågerin. HISP. *Acuſadora.*} Plaut. *ſc.* 1. *a.* 3. Tu mihi accuſatrix ades.

Accūſātĭo, verbale. {תוכחה *tochechāh.* שטנה *ſitnáh.* κατηγορία, αἰτίαμα. GALL. *Accuſation, blaſme.* ITAL. *Accuſa, biaſmo.* GERM. Anklagung/beſchuldigung. HISP. *Accuſation.* ANGL. *Accuſation, blame.*} Cic. *in Bruto*, Accuſationes factitare dixit, quod Tacitus exercere dixit. Cic. *pro Cæcilio* inter accuſationem & maledictionem quid interſit docet. Accuſatio, inquit, crimen deſiderat, rem vt definiat, hominem vt notet, argumento probet, teſte confirmet. Maledictio autem nihil habet propoſiti præter contumeliam.

Accūſātōrĭus, quod ad accuſationem pertinet, κατηγορικός: vt, Liber accuſatorius, in quo continentur accuſationes. Cic. *pro Cluent.* Non accuſatorio animo, non oſtentatione aliqua, aut gloria adductum. Quint. Accuſatoriam vitam viuere. Et Liu. *lib.* 2. *ab Vrbe*, Accuſatorio ſpiritu cauſam dicere. Idem *lib.* 5. *d.* 5. Accuſatoria voce.

Accūſātōrĭē, aduerbium, κατηγορικῶς. Cic. 4. *Verr.* Ne quis hoc me magis accuſatoriè, quàm libere dixiſſe arbitretur. Idē 6. *Verr.* Liu. *lib.* 10. *d.* 4.

Accūſābĭlĭs, adiectiuum, αἰτιατός, quod accuſatione, aut reprehenſione dignum eſt. Cic. 4. *Tuſc.* Quorum omnium accuſabilis eſt turpitudo.

Accūſātīuus, a, um, per quod quis accuſatur, κατηγορικός. Vnde Accuſatiuus caſus dictus eſt, quia per hunc vel accuſare, vel laudare ſolemus. Dicitur etiam Incuſatiuus, vel Cauſatiuus, & Laudatiuus.

Accūſātus, a, um, incuſatus, reprehenſus, in iudicium vocatus. Cic. *de Opt.* Æſchines à Demoſthene capitis fuit accuſatus.

Ace, vide *Aca.*

‖Acedeo, eſt negligo, contemno, faſtidio, inuſitatum Latinis, pro quo tamen vſi ſunt *Acedio*, hoc eſt, anxium eſſe. Ab hoc verbo eſt *acedior*, verbum deponens in ſacris Bibliis tantùm in vſu, eſtque acediâ affici, ſeu faſtidire, & anxium eſſe.

Acēdĭă, ἀκηδία, Latinè pigritia, triſtitia, tædium, anxietas. ANGL. *Slouth, ſulneſſe, ſluggiſhneſſe.* Vide *Accidia.*

Acedici, [illegible], populi fuerunt in quarta regione Italiæ, qui olim Æquicolis paruerunt. Vide Plin. *lib.* 3. *c.* 12

Acela, ſiue Acele, ἀκέλη, ciuitas eſt Lyciæ, ita dicta ab Acelo Herculis & Malidis Omphalès famulæ filio. Vide Stephanum.

‖Acelibanum, obliquum. Iſid. Gloſſ.‖

Acelum, ἄκελον. Oppidum Italiæ in ora Venetorum. Vide Plin. *c.* 19. *lib.* 3.

Acentra, ἄκεντρα, dicuntur, quæ ſunt ſine aculeis, centróve, id eſt, punctis.

Ăcentētă, quæ & Acentra, dicuntur gemmæ, quæ leues ſunt, & mucrones non habent, quaſi ſine punctis cētróve. Plin *lib.* 37. *c.* 2. *de cryſtallo*, Quæ vero ſine vitio ſunt, puras eſſe malunt, Acenteta appellantes. Her. *Barb.*

Ăcĕo, es, ui, Acidus ſum, Acorem ſapio. {סר *ſár.* חמץ *chamáts.* ὀξίζω. GALL. *Eſtre aigre.* ITAL. *Aceſire, eſſere agro.* GERM. Saur oder eſſechtig ſein. HISP. *ſer acedo.* ANGL. *To be ſower.*} Cato *de re ruſt.* Vini quadrage-

næ vinæ dabuntur, quod neque aceat, neque muceat. Præterea visus est Vlp. *l.1. de perie. & comm. rei vend.* Si vinum venditum acuerit, inquit, emptoris erit damnum.

Acidus, a, um, adiectiuum, ab Aceo, es. {ὀξώδης. GALL. *Suraigre, ou tirant sur l'aigre.* ITAL. *Agro, acetoso.* GERM. Saur / essicht. HISP. *Azedo.* ANGL. *Sower tasted.*} Propriè dicitur id quod acuit, id est, in acorem versum est, vt vinum acidum. Plin. *lib.10.c.70.* Culices acida petunt, ad dulcia non auolant. Virg. 4. *Georg.*

Hic mellem lucidum & pocula lati
Fermento, atque acidis imitantur vitea sorbis.

Acida lingua, id est, mordax, ac dicax. Seneca *Controuers. lib.10.in 5.* Hominem acidæ linguæ, & qui nimis liber erat de *Asino.*

Acidi fructus dicuntur, quibus iucundi acoris sapor inest. Col. *lib.5.c.10.* Et acidæ venæ fontium, Vitr. *lib.8.c.3.*

Acidulus, a, um, ὀξώδης, aliqua ex parte acidum, quod subacidum dicitur. Plin. *lib.15.c.15.* post Autumnalia acidulo sapore iucunda. Dictæ sunt aquæ acidulæ, vt Lyncestis fluuij, vini modo inebriantes, teste Plin. *lib.2.cap.103.*

Acesco, is, Acidus fio. {ὀξίζω. GALL. *S'aigrir, deuenir aigre.* ITAL. *Agrirsi, deuenir acetoso.* GERM. Saur oder zu essig werden. HISP. *Azedarse.* ANGL. *To wax e sower.*} Horat. *in Epistol.*

Syncerum est nisi vas, quodcunque infundis, acescit.

Colum. *lib.12.in c.26.* In quo agro vinum acescere solet.

Acetum, Acre vinum. {חומץ *chómets.* ὄξος. GALL. *Vinaigre.* ITAL. *Aceto.* GERM. Essig. HISP. *Vinagrio.* ANGL. *Vinagre.*} Colum. *lib. de arb. c.6.* Vites quæ exiguum dant fructum, aceto acri cum cinere rigato. Suet. *Calig. c.37.* Aceto liquefactas. Gell. *lib.17.c.3.* Acetum omnium maximè frigorificum est, atque id nunquam tamen concrescit. Acetum pro Industria. Venustè transtulit Plaut. *in Pseud. sc.4. a.2.* Hic quod habet aceti in pectore. Et *in Bacchid. sc.3. a.3.* Nunc experiar, sitne acetum tibi hoc acre in pectore. Hoc est prouerbij metaphora, non quid sit, vel acrimoniæ, vel indignationis. Nam acida palatum inuant, acuuntque & irritant stomachum. Horatius acetum pro mordacitate dixit, At Græcus postquam est Italo perfusus aceto, Persius exclamat. Quod & prouerbij speciem habet.

Acŏr, est sapor acidus, qualis est in aceto, & in fructibus quibusdam, qui ad aceti saporem accedunt. {ὀξύτης, ὀμφακώδης. GALL. *Aigreur.* ITAL. *Sapor agro, brusco, garbo.* GERM. Saure. HISP. *Agrura, azedura.* ANGL. *Sowernesse.*} Colum. *lib.3.c.21.* Vt aut secum triticum cum præcoce eleuet, quæ res mox acorem facit. Quint. *lib.9.c.3.* In cibis interim acor ipse iucundus est.

Acĕphălus, {ἀκέφαλος. GALL. *Sans teste.* ITAL. *Senza capo.* GERM. Der kein haupt hat. HISP. *Sin cabeça.* ANGL. *without a head.*} Latinè sine capite dicitur, ab α, & κεφαλὴ, caput. Vnde & Acephali versus, sine capite dicuntur, qui in genere heroico à breui syllaba incipiunt. ¶ Et Acephali, vel Acephalitæ, hæretici quidam dicti sunt, quoniam nullus inuenitur autor, à quo exorti sunt. Hi duarum in Christo substantiarum proprietatem negant, & vnam in eius persona prædicant naturam. ¶ Acephali sacerdotes, qui sub nullius Episcopi disciplina gubernantur. Crinit. *lib.3. antiquar. lect. c.12.* ¶ Acephala fabula, id est, imperfectus sermo, vel fabula nondum absoluta, apud Platonem.

Ăcĕr, eris. Arbor est, forma & magnitudine tiliæ non absimilis, verùm cortice paulò scabriore. {σφένδαμνος. GALL. *Erable.* ITAL. *L'acero.* [illegible] GERM. Ein Maßholder baum oder ein ahorn. HISP. *Bl[illegible]* ANGL. *A maple tree.*} Plin. *lib.16.c.15.* autor est, in hac arbore duo tubera inueniri, vnum bruscum nomine, alterum moluscum: quorum illud intortum & crispum, hoc simplex & sparsum facit. Verum maior discus, crispus venis, aspectu iucundissimum est, speciosius tamen molluscum, adeò vt haud dubiè citro præferretur, si mensarum amplitudinem caperet. Est autem Acer neutri generis, contra Priscianum, qui muliebris generis esse putauit. Ouid. *in Eleg.*

——— At quondam vile fuisti acer.

Ex hac arbore fiebant mensæ, quæ proximam citreis dignitatem obtinebant. Corripit autem Acer substantiuum primam syllabam, quum adiectiuum eandem producat.

¶Aceratum lutum cum paleis mixtum. Festus ab acus, aceris: Vel proprius ab acero. In Onomastico est acero [illegible].¶

Ăcernus, a, um, quod ex acere confectum est, σφενδάμνινος. Virg. 2. *Æneid.*

Præcipuè quum iam trabibus contextus acernis
Staret equus.

Ouid. 3. *Fast.*

Prodit, & in solio medius consedit acerno.

Ācĕr, hæc acris, hoc acre, à quo Acrior & Acerrimus, propriè ad vinum, acetum, & huiusmodi quæ acida sunt, pertinet. Interpres Iuuenal. acrum acetum, *Sat.12.* Velleius, acer belli iuuenis. Plaut. *Men. sc.2. a.5.* Heu morbum acrem & durum. Ouid. *El.9. lib.4. Trist.*

———spargit tamen acer arenam Taurus.

{חומץ *chémets.* מר *mar.* ὀξύς. GALL. *Aigre, aspre.* ITAL. *Agro, brusco.* GERM. Saur / scharpff. HISP. *Agrio, fuerte.* ANGL. *Sower.*} Colum. *lib.3.* Radice tenus vitem præcidito: plagam acri aceto pariter ac lotio permixto terra limo, eodemque radices irrigato. Medici tamen, quorum est ex saporibus simplicium medicamentorum vires discernere, Acrem saporem, δριμύν, ab acido distinguunt: acria nimirum appellantes, quæ ori admota, & ab illo calefacta ipsum vicissim recalfaciunt, atque accendunt, & mordicant, præque leuitate, ad caput sublata, obuia quæque incidunt: vt ex Platonis *Timæo* annotauit Galen. *lib.1. de facult. simp. medic.* Plin. *lib. 11.c.53.* Difficulter perficiuntur omnia in cibis acria. ¶ Acre vinum, quod in acetum degenerauit. [illegible], vel potiùs ὀξίνης. ¶ Transfertur ad alia, & modo pro forti ponitur. Virg. *Æneid.9.*

Haud acrem dubites in prælia poscere Turnum.

¶ Modò pro veloci. Idem *lib.4.* At puer Ascanius medijs in vallibus acri Gaudet equo. Idem, Calidumque animis, & cursibus acrem. ¶ Modò pro acuto. Cic. Acri homo ingenio. Gell. *c.8. lib.4.* acri auaritia homo. ¶ Modò pro vehementi. Idem *in Hortens.* Aut Philippo breuius, aut Theopompo acrius. Sic acrem hostem dicimus vehementem, id est, durum, iratum. ¶ Modò pro diligente. Virg.

Iam tum acer curas venientem extendit in annum.

Cic. 1. *Offic.* Sic nos si acres, ac diligentes esse volumus, animaduersores vitiorum magna sæpe et parua intelligimus. Suet. *in Galb. c.9.* Acer & vehemens in coercendis vitiis.

Acerrimè, vehementissimè. Cic. Acerrimè cædere, vel reprehendere aliquem.

¶Acerbitudo, acerbitas. Gell.

Aceries, securis genus. Cath.

Acersecomes, intonsus, capillatus: vt olim pueri Romani in delitiis. Pap.¶

Ācrĭmōnĭa, est qualitas mordax, linguam calefaciens, qualis est in pipere, sinapi, allio & cæpa. {מרירות *meriruth.* δριμύτης. GALL. *Aspreté, force & pointe comme d'oignon, & choses semblables.* ITAL. *Asprezza, agrezza, la punta & la mordacita di ogni altra cosa, acerbità.* GERM. Scherpffe / schärffe. HISP. *Agrura, alpereza, fortaleza.* ANGL. *Sharpnesse that byteth the tounge.*} Et propriè quidem vsus est Cato *de re rust. c.157. de brassica Pythagorea,* Et si vlcus acrimoniam eius ferre non poterit, farinam hordeaceam misceto. Et Colum. *lib.10.* Abstineat omnibus redolentibus esculentis, vt salsamenta, & eorum omnia liquamina: item ferentibus acrimoniis, allij, vel cæparum. ¶ Translatè verò ponitur pro vehementia, δεινότης. Author ad Heren. *lib.4.* Hæc exornatio tum multum venustatis habet, tum grauitatis, & acrimoniæ plurimum. ¶ Item pro seueritate, siue ea in vultu, siue in verbis, aut etiam in rebus consistat. *Ibidem,* Conuenit igitur in vultu pudorem & acrimoniam esse. Et paulò post, Licentia si nimium videtur acrimoniæ habere, multis mitigationibus lenietur.

Ācrĭtās, atis, denominatiuum, ab adiectiuo Acer, idem significans quod Acredo, vel Acrimonia, חריפות *tamrúr.* δριμύτης. Gell. *lib.12.c.2.* Sicut autem nihil quicquam interest, suauitudo dicas, an suauitas: acerbitudo, an acerbitas: acritudo, an (quod Accius *in Neoptolemo* scripsit) acritas: ita, &c.

Ācrĭtūdo, inis, & Acredo, inis. {מרירות *merirúth.* δριμύτης.} Idem quod acrimonia: tametsi nonnumquam [illegible] pro aciditate, vel etiam acerbitate positum inueniatur. Vitruu. *lib.8.c.3.* Fieri autem naturaliter hoc ideo videtur, quod acer & acidus succus subest in ea terra, per quam egredientes venæ intinguntur acritudine. ¶ Acritudo, [illegible], apud Gellium, vehementia, siue acritas. *lib.10.c.27.* In libris veteribus memoria extat quod par fuit quondam vigor, & acritudo, amplitudóque. P. R. vtitur eadem voce *lib.13.c.2.*

Ācrĭtĕr, aduerbium ab Acer, vehementer. {ὀξέως, δριμέως, σφοδρῶς. GALL. *Aigrement, vehementement.* ITAL. *Fieramente, [illegible].* GERM. Heftiglich / scharpff / dapfferlich. HISP. *Agra, aguda y fuertemente.* ANGL. *Sowerlie, vehementlie.*} Cic. *in 1 Is.* Acriter intelligere. Tacit. *lib.19.* Satis patuit iis, qui principum offensas acriter speculantur. Plaut. *Pseud. sc.3. a.1.* Quid agitur? amatur atque egetur acriter.

Acero, Aceratus, Acerosus, vide *Acus, eris.*

Ăcerbĭtās, species est saporis, qualis est in fructibus immaturis, terrestri quadam substantia linguam contrahens, exiccans, atque exasperans: non alia ratione differens ab Austero, quàm quod vehementius adstringat: vt rectè docet Plato *in Timæo,* & post eum Galen. *lib. 4. de simp. med. facult. c.37.* {στρυφνότης, ὀμφακία. GALL. *Aigreur, aspreté.* ITAL. *Acerbita.* GERM. Die herbe vnd saure oder bitterkeit der vnzeitigen früchten. HISP. *Agrura amargura.* ANGL. *Egernesse, or tartnesse.*} Translatiuè ponitur pro asperitate & crudelitate. Suet. *in Calig. c.1.* Acerbitate verborum afficere. Cic. *Q. Fr.* Iracundia exorabilis, vt in malis acerbitati anteponenda est. Idem, Nec acerbitatem sententiarum, nec disserendi spinas probauit. ¶ Aliquando pro molestia, siue tristitia potius, ex miseria & calamitate contracta: vt, Syllani temporis acerbitatem subterfugere, apud Ciceronem. Idem *in Catil.* Mihi hæc conditio Consulatus data est, vt omnes acerbitates, omnes dolores cruciatúsque perferrem.

Ăcerbĭtūdo, idem quod Acerbitas. Gell. *lib.13.c.3.* Vt nihil quicquam intersit suauitudo dicas, an suauitas, sanctitudo, an sanctitas, acerbitudo, an acerbitas, acritudo, an acritas.

Ăcerbo, as, Aspero, exacerbo. {המר *hémar.* πικραίνω, τραχύνω. GALL. *Enaigrir, rengreger un mal.* ITAL. *Inacerbire.* GERM. Verbittern. HISP. *Hazer agro ó amargo.* ANGL. *To stear up to wrath.*} Claudian. *lib.2.*

Nec patruo cedunt, stimulat communis in arma
Virginitas, criménque feri raptoris acerbat, hoc est, exasperat.

Virg. 2. *Æneid,*

Vel quum se pauidum contra me iurgia fingit,
Artificis scelus & formidine crimen acerbat.

Huius compositum est Exacerbo, quod est valdè, acerbè, vel asperè turbo.

Ăcerbus, a, um, propriè dicitur, quod sapore vehementer adstringente præditum est, linguamque gustatum contrahit, & exiccat: vt post Platonem docuit Galen. *lib.1. de facult. simpl. medic.* {מרירי *meriri.* מר *mar.* στρυφνός. GALL. *Reuesche qui agace les dents.* ITAL. *Acerbo.* GERM. Bitter / herb vnzeitig rauch. HISP. *Agro, amargo.* ANGL. *Egre or sower tasted.*} Differtque ab Austero, vt maius à minore. Nam quæ vehementer adstringunt, Acerba, στρυφνὰ, dicuntur: quæ mediocriter, Austera, αὐστηρά. Et quæ acerba sunt, ita gustatu miserè fauces afficiunt, vt iterum gustare nolimus. Hinc locus prouerbio, Post acerba prudentior, [illegible]. Competit in eum qui suo malo redditus est cautior. Vua primò est peracerba gustatu, deinde matura dulcescit. Cic. *de Senect.* Translatè ponitur pro vehementi, duro & aspero: & tam ad res, quàm ad personas refertur. Ouid. *El.5. lib.1. Trist.*

———malè fidus rebus acerbis. (i. duris.)

Et 4. *Fast.*

———& pecus ante diem partus edebat acerbos.

Et 2. *Fast.*

———in partus mater acerba suos.

Vnde Acerbum vulnus, Acerba mors, θάνατος ἄωρος. Virgil. *lib.6.*

Abstulit atra dies, & funere mersit acerbo.

Plaut. *Amphit.* Qui multa Thebano populo obiecerunt funera. Et *Asin. sc.3. a.1.* Acerbum funus filiæ faciet si te carendum est. Senec. *c.9. de Consol. ad Mart.* Acerba funera infantium. *Ibid. c.17.* Nullum non

acerbum funus est quod parens sequitur. *Ibid.c.16.* Acerba mors Liuij, Drusi. Tractum à fructibus immaturis, quæ nimia acerbitate gustui molesti sunt & immitennis. Cic. *Fam.1.* Eo die acerbum habuimus Gu- nonem ¶ Acerba pro Acerbe adacerbio. Lucret. *lib.5.*

Asper, acerba tuens, immani corpore serpens.

¶ Acerbum substantiuum. Ouid. *lib.5. Tristium, Eleg.2.*

Detrahat vt multum, multum restabit acerbi.

Acerbè, acerbiùs, acerbissimè, aduerb. Asperè. {τραχέως. GALL. *Aigrement, aspremens.* ITAL. *Aspramente, duramente.* GERM. Bitterlich/ hartiglich. HISP. *Agramente, duro, seuero, aspero.* ANGL. *Egerlie tartlie.*} Cic 1. *Offic.* Ea bella minùs acerbè gerenda sunt. Idem 1. *Tusc.* Acerbiùs exigere dixit.

Acerra, Arcula, in quam thus reponi solet, quo diis sacrificatur. {מחתה *machtah.* θυμιατήριον. GALL. *Encensoir.* ITAL. *Cassetta de l'incenso, nauicella.* GERM. Ein Rauchfass. HISP. *El vaso ò nauezilla del encienso.* ANGL. *A ship which was vsed in the churche to put frankensence in.*} Thuribulum vulgò dicitur. Alij putant esse aram, quæ ante mortuum poni solebat, in qua odores incendebant. Cornutus scribit esse pateram in qua libatur. Virg.

———& plena supplex veneratur acerra.

Acerræ, ἀκέῤῥαι, oppidum est in sexta regione Italiæ, in tractu Vmbriæ. Vide Plin. *lib.3. cap.14.* ¶ Est & alterum huius nominis oppidum mediterraneum Campaniæ, ad Clanium amnem, cuius frequenti inundatione penè est exhaustum. Ad quod alludit Virg. *lib.2. Georg.* quum ait,

———vacuis Clanius non æquus Acerris.

Huius incolæ dicti sunt Acerrani, quorum meminit Plin. *lib.3.c.5.*

Acersecomes, {ἀκερσεκόμης. GALL. *Qui n'est point tondu.* ITAL. *Zazzeruto, chi ha la zazzera.* GERM. Vnbeschoren/der vil haar hat. HISP. *El que tiene la caballadura, no tresquilado.* ANGL. *Vnshorne.*} Idem quod intonsus, siue capillatus. Iuuen. *Sat.8.*

———si nemo tribunal

Vendit acersecomen.

Hoc epitheto apud Græcos insignis est Apollo, quemadmodum & apud Latinos intonsi cognomine. Dicitur autem Acersecomes παρὰ τὸ ἀκείρεσθαι καὶ ἀκέρσαι τὴν κόμην, hoc est, ab intonsa coma.

ACERVVS, Cumulus: &, vt Valla vult, propriè minutarum rerum, vt frumenti, leguminis. {תל *tel.* σωρός. GALL. *Vn monceau, vn tas.* ITAL. *Cumulo, mucchio, massa.* GERM. Ein hauff fürnemlich kleiner dingen/als korns erbsen &c. HISP. *Monton de cosas menudas, conmassal.* ANGL. *An heap.*} Paul. Ab aggerendo puto, velut Agceruus. Tib. *lib.4.*

Latior cluuit structos super ignis aceruos.

Plaut. *in Pseudolo.* Quibus cunctis montes, maximi acerui frumenti sunt domi. Aliquando tamen maiorum: vt, Aceruus scutorum. Accipitur etiam translatè pro rerum affluentia: vt, Aceruus bonorum, ἀγαθῶν σωρὸς, quum opes non pondere, neque numero, sed aceruatim congestas, & ipso cumulo infusas intelligimus. ¶ Simile huic est, Bos apud aceruum, βοῦς ἐπὶ σωρῷ, de splendidè amplitérque viuentibus. Aut, vt ait Suidas, de iis qui in media rerum copia constituti, non fruuntur præsentibus bonis frui. Strues autem est præcipuè lignorum; Strages cadauerum interfectorum, vno in loco iacentium, siue humanorum, siue brutorum: Sarcina vtensilium.

Aceruatim, Summatim, coniunctim. {חמרים חמרים *chamarim chamarim.* σωρηδὸν. GALL. *Par monceaux.* ITAL. *L'vno adosso l'altro & senza alcun ordine.* GERM. Hauffechtig/mit hauffen. HISP. *Amontonado.* ANGL. *By heapes.*} Cæsar, Plerique aceruatim se de vallo præcipitauerunt. Colum. Quum enim eiusmodi pestis incessit, sub fauis aceruatim enectæ reperiuntur. Aceruatim dicere, quasi promiscuè & nullo seruato ordine. Cic. *Cluen.* Aceruatim iam reliqua dicam Iudices.

Aceruo, as, Accumulo, {צבר *tsabar.* σωρεύω. GALL. *Amonceler, entasser, mettre en vn tas.* ITAL. *Accomolare, amassare.* GERM. Zusammen häuffen. HISP. *Amontonar.* ANGL. *To heap.*} Plin. *lib.4.c.4.* Plura vndique aceruabimus. Quintil. *lib.9.c.3.* Nec verba modò, sed sensus quoque idem facientes aceruantur.

Aceruatio, verb. {צבור *tsibbur* קבוץ *kibbuts.* σώρευσις. GALL. *Amas, amoncelement.* ITAL. *Ammassamento.* GERM. Häuffung. HISP. *Amontonamiento.* ANGL. *Heaping.*} Plin. *lib.11. cap.53.* Aceruatio saporum pestifera.

Aceruális, & hoc aceruale. Cic. 2. *de Diui.* Argumentationes, quas Græci Soritas vocant, aceruales appellat, his verbis, Aut quemadmodum Soriti respondeas: quem si necesse sit, Latino verbo liceat aceruálem appellare: sed nihil opus. Vt enim ipsa Philosophia, & multa verba Græcorum, sic σωρείτης satis Latino sermone tritus est.

Aces, ἄκης, fluuius est in Asia, Chorasmiorum, Parthorum, Hyrcanorum, Sarangæorum, & Thomaniorum regiones irrigans, de hoc Herod. *lib.3.*

Acesæ, ἀκεσαὶ, oppidum est Macedoniæ, cuius ciues dicuntur Acesæi, ἀκεσαῖοι. Vide Stephanum.

Acesamenæ, ἀκεσαμεναί. Oppidum est Macedoniæ, conditum ab Acesamene, vno eorum, qui in Pieria regnauerunt. Vide Steph. Gentile est Acesamenius, ἀκεσαμένιος.

Acesco, vide *Aceo.*

Aceseus, Patareus acupictor nobilis fuit, qui cum Helicone Carystio, Palladis, quæ Athenis in arce colebatur, peplum pinxit. Vnde etiam nobilia opera & insigni arte confecta, vulgato prouerbio Acesei Heliconis opera dicebantur. Ἀκεσέως καὶ Ἑλικῶνος ἔργα.

Acesias, ἀκεσίας. Nomen est imperiti medici apud Diogenianum, qui magis augebat morbos, quàm tollebat. Hinc fit, vt in prouerbium abierit, Acesias medicatus est, ἀκεσίας ἰάσατο: quando quo magis malo nitimur occurrere, tantò magis ingrauescit. Autor Diogenianus. Vide Eras. *in Adag.*

ACESINVS, ἀκεσῖνος. Fluuius Orientalis, qui in Indum fluuium cadit, magnus & nauigabilis: circa quem ferunt arundines tantæ magnitudinis nasci, vt singula internodia incolis præstent vicem nauigij. Estque gemmifer. Plin. *lib.4. cap.11. & lib.6. cap.20.* Strabo, Acesinem vocat.

Acesium, Apollinem apud Heleos eundem Pausanias putat, quem Alexicacon vocant Athenienses, Cæl. Ant. *lib.9. cap.19.* & id ratio nominis confirmat.

Acesis, ἄκεσις, genus est chrysocollæ, diuersæ ab orbitide. Vide Plin. *lib.33. cap.5.*

Acesius, ἀκέσιος. Nouatianorum Episcopus fuit, sub Constantino Imperatore: de quo vide Suidam.

Acesæus, ἀκεσαῖος. Nauta ignauissimus, qui semper lunam accusabat, vt parum nauigationi opportunam. Hinc locus Adagio, Acesæi luna, ἀκεσαίου σελήνη. Itaque Acesæi dicti sunt comperendinatores, quibus nunquam ad bene agendum tempus est opportunum. Diogenianus.

Acesta, ἄκεστα Stephano. Vrbs Siciliæ, ab Aceste rege sic nominata, quæ eadem postea Segesta dicta est, vt inquit Seruius Virg. 5. *Æneid.* Vrbem appellabunt permisso nomine Acestam. In ea partem suorum reliquit Æneas, quum peteret Italiam.

Acestes, ἀκέστης. Filius fuit Crinisij fluminis Siculus ex Egesta Troiana muliere, vt testatur Seruius Virg. 5. *Æneid.*

———occurrit Acestes

Horridus in iaculis, & pelle Libystidis vrsæ.

Hic iam senex, primò Anchisem & Æneam Italiam petentes suscepit hospitio, & mortuum Anchisem in Eryce monte Siciliæ sepeliuit. Deinum iterum à Carthagine redeuntem Æneam, quò illum venti impulerant, suscepit, abeuntem vino, & aliis muneribus, memor veteris amicitiæ, liberalissimè prosecutus est.

Acestides, ἀκεστίδες, fornaces sunt ferreæ, prægrandésque, in quibus fit cadmia. Dioscor. *lib.5. inc. de cadmia.*

Acestis, is. Fluuius Indiæ nauigabilis: iuxta quem Alexander Macedo Bucephalam vrbem condidit.

Acestium, Acestij. Nomen mulieris proprium, apud Pausaniam.

Acetabulum, ab accipiendo dicitur, vt Hermolao placet: seu potiùs ab Aceto. Mensuræ genus est, quod Græci ὀξύβαφον appellant, Cotylæ quartam partem continens, hoc est, drachmas xv. ¶ Acetabula quoque in corporibus dicuntur pyxides (vt Anatomici vocant,) quibus coxendices infiguntur, & circa quæ vertuntur ossa coxarum, κοτυληδόνες. Plin. *lib.28.c.11.* Item ossa ex acetabulis pernarum, circa quæ coxendices vertuntur. ¶ Acetabula item sunt veluti quidam caliculi in iis piscibus, qui molles appellantur, vt in polypo. Plin. *lib.9.c.30.* Præterea negat esse vllum atrocius animal ad conficiendum hominem in aqua: luctatur enim complexu, & sorbet acetabulis, ac numeroso suctu detrahit eum. ¶ Acetabula sunt etiam præstigiatorum vascula, siue caliculi, quibus astantium oculos præstringunt. Seneca *lib.6. epist.* Ista sine noxa decipiunt, quomodo præstigiatorum acetabula & calculi: in quibus me fallacia ipsa delectat. ¶ Latini etiam herbam quandam vocant hoc nomine, quam & Græci κοτυληδόνα appellant, quòd folia habeat concaua, & quodammodo in acetabuli formam tornata: alio nomine Vmbilicus Veneris dicitur. ¶ Acetabulum abusiuè dici potest de rebus aliis, quæ similitudinem quandam referunt acetabuli, quod in corporibus esse, suprà dictum est. Quint. *lib.8.c.6.*

Acetare, dicebant veteres quod nunc dicimus agitare. Festus.

Acetaria, à quibusdam dicuntur herbæ, seu cibaria, quæ ex aceto sumuntur ad excitandam cibi cupiditatem, quales sunt herbæ virentes, quas aceto, oleóque guttatim instillato concinnamus. {GALL. *Vinaigrettes, sallades, ou autres choses en vinaigre.* ITAL. *Cose composte in aceto.* GERM. Salat/die Kreuter so man auß Essig isset. HISP. *Cosas compuestas con vinagre, como ensalada.* ANGL. *Salletts.*} Fiunt & ex herbarum radicibus acetaria. Plin. *lib.20. cap.20.* Stomachum in acetariis sumpta corroborat. de porculaca loquitur. Græci, ὀξύβαφον appellant, quasi aceto tinctum, παρὰ τὸ ὄξος καὶ βάπτω. ¶ Acetaria dici quoque possunt carnes minutim concisæ, quæ ex aceto sumuntur.

|Acetosa, oxalis herba. Iun.|

Acetum, vide *Aceo, es.*

Aceum, oppidum est Colchidis in ripa Phasidis.

Achæi, ἀχαιοὶ, Ponti accolæ, Orchomeniorum colonia.

Achæmenes, cum diphthongo, ἀχαιμένης. Nomen primi Persarum regis (vt scribit Herodotus, à quo reges omnes vsque ad Darium descenderunt. Hinc Persæ dicti sunt Achæmenij, & Achæmenidæ. Fuit alius, Xerxis frater, hoc nomine. Luc. *lib.2.*

———coniures in arma

Mundus Achæmenijs decurrant Medica Susis,

Agmina.

Achæmenia, ἀχαιμενία, pars Persidis, ab Achæmone Ægei filio. Autor Stephanus. ¶ Inde Achæmenius, id est, Persicus, vel Parthicus. Lucanus,

Passus Achæmenijs longè decurrere campis.

Achæmenides, ἀχαιμενίδης. Fuit vnus ex socijs Vlyssis, Ithacus, Adamasti filius: à quo apud Cyclopas relictus, vitam in syluis aliquandiu radicibus fructibusque syluestribus sustinuit, donec eòdem delatus Æneas, nauigationis suæ comitem eum assumpsit. Vide apud Virg. *Æneid. 3.*

Achæorum portus, ἀχαιῶν λιμήν. Portus est in Troade, sub promontorio eiusdem nominis: ita dictus, quod ibi Græci classis suæ stationem habuerint, quo tempore Troianis bellum inferebant. Huius meminit Plin. *lib.4. cap.12.*

Achaia, ἀχαΐα, propriè dicitur Peloponnesi regio Septentrionalis secundùm littus sinus Corinthiaci, ab ipso Isthmo, vsque ad Araxum promontorium & Eliorum agrum ad Occidentem extensa. ita dicta, ab Achæo Xuthi filio, vt tradit Strab. *lib.8.* Hæc & Ægialus dicta, quòd penè tota littoralis sit, præcipuasque suas vrbes habeat secundùm mare extensas. In hac vrbes fuerunt, Bura & Helice à mari absumptæ: item Sycion, Ægira, Ægion, & multæ aliæ, quas enumerat Plin. *lib.4. cap.5.* Hanc Ptolemæus, vt ab Hellade distinguat, Achaiam propriè dictam appellat. Plin. verò hanc solam Achaiæ nomine dignatur. Ptolemæus verò Achaiæ nomine (quoties nihil addit) latissimam regionem intelligit extra Peloponnesum, quæ à Plinio Hellas, siue Græcia dicitur: quæ quidem ab Occidente Epirum, à Septentrione Macedoniam habet, & partem Ægei maris: ab ortu quoque partem Ægei maris vsque ad Sunium promontorium: à Meridie Ionium mare iuxta littus, quod ab

ab Acheloo amne vsque ad Isthmum extenditur. Huius partes sunt Attica, Bœotia, Locris, & reliquæ, quæ enumerantur à Plin. *lib.* 4. *c.* 7. & Ouid. 13. *Metam.*

—— auxilium promittes Achaia.

Achæus, vel Achiuus, ἀχαιός, propriè dicitur, qui ex Acaia oriundus est. Ouid. 4. *de Pont.*

Nec potes infestis conferre Charybdin Achæis.

Sæpe tamen vno nomine accipitur pro quibuslibet Græcis. Idem 13. *Metam.*

—— quos vobis semper Achiui Profuit, &c.

Ibidem,

—— vires subduxit Achiuis.

Horat. *in epist. ad Loll.*

Quicquid delirant reges plectuntur Achiui.

¶ Fuit etiam Achæus, poëta quidam Eretriensis, Tragœdiarum scriptor, paulo iunior Sophocle, qui fabulas 44. docuit : vna autem vicit. ¶ Fuit & alter eiusdem nominis Tragicus poëta, Syracusis oriundus, qui & ipse decem fabulas edidit, quemadmodum autor est Suidas.

Achaicus, a, um, ἀχαϊκός, id est Græcus. Virg. 2. *Æneid.*

Et Danaûm solita naues, & Achaica castra.

¶ Et Achaicum mare dicitur quod Achaiam Græcorum prouinciam ad Meridiem & Occidentem alluit.

Achaias, dos, ἀχαιάς. Ouid. *Epist.* 3.

Inter Achaiadas longè pulcherrima matres.

Sunt qui legant Achaiadas.

Achais, dis. Ouid. 5. *Metamor.*

Per tot Hæmonias, per tot Achaidas vrbes.

Achais, ἀχαΐς, oppidum est situm ad Orientalem plagam maris Hircani, non procul ab Oxo amne, quod antea Heraclea dicebatur, donec ab Antiocho, Seleuci filio instauratum, Achaias cœpit appellari. Vide Plin. *lib.* 6. *cap.* 16.

Achana, fluuij nomen in Arabia, non procul ab Euphrate: de quo Plin. *lib.* 6. *cap.* 28.

Achane, ἀχάνη, genus erat mensuræ frumentariæ, apud Persas, capiens medimnos Atticos 45. Gell. *lib.* 8. *cap.* 9. docet esse vasis genus, in quo commeatus eorum includebatur, qui ad Theorias mittebantur. Vide Suidam, Eustath. & Arist. *schol.*

Achani, ἀχανοί, populi sunt Scythiæ, qui & Achami, ἀχαμοί, dicuntur à Theopompo. Autor Stephanus.

Achar, nomen ciuitatis, quæ nunc Nizibis appellatur.

¶ Acharistus, beneficij accepti immemor.

Acharistia, ingrata memoria, animus ingratus.

Acharista medicamenta, quibus satis gratiæ referri nequit. Cels. ¶

Acharitanum, ἀχαριτανόν, oppidum liberum est in Africa propriè dicta: ab ea parte, qua spectat tractum Cyrenaicum. Plin. *lib.* 5. *cap.* 4.

Acharnæ, ἀχαρναί, ciuitas est Græciæ, in Attica regione, totius eius tractus olim potentissima, teste Thucyd. *lib.* 2. ¶ Verba Thucydidis sunt, ἕως ἀφίκοντο ἐς ἀχαρνὰς χωρίον μέγιστον τῆς Ἀττικῆς, τῶν δήμων καλουμένων, i. Donec Acharnam peruenerint locum agri Attici maximum, vnum de iis, quos vocant pagos. Vide Stephanum. Errant igitur qui aliam in Græcia ciuitatem ab hoc pago collocant.

Achateon, vide *Acatium.*

Achates, {דבש *schebo.* ἀχάτης.} Gemma est versicoloribus venulis ita distincta, vt nemorum, & fluuiorum, & montium, nonnunquam & iumentorum & curruum speciem referat. Hanc primùm repertam ferunt ad Achatem Siciliæ fluuium : vnde & nomen accepit. Postea & in India, & in Phrygia inuenta est. Insignem Achatem Pyrrhus Epirotarum rex habuisse traditur, in quo nouem Musæ, & Apollo citharam tenens spectabatur, non arte, sed naturæ solertia ita discurrentibus maculis, vt Musis quoque singulis sua redderentur insignia. Vide plura de hac gemma apud Plin. *lib.* 37. *cap.* 1. & 10.

Achates, fluuius est Siciliæ : &, apud Virgilium, assiduus Æneæ comes, ἀπὸ τοῦ ἄχους, hoc est, à cura dictus, quæ perpetuò Reges comitatur.

Achedorus, vide *Echedorus.*

Achelous, ἀχελῷος, Ætoliæ rex, à quo fluuius eiusdem nominis, qui à Pindo oriens, & Ætoliam ab Acarnania diuidens, in Maliacum sinum defluit. Thoas antè appellabatur.

Achelous, a, um, ἀχελώϊος, quod modò possessiuum est, modò pro Aqueus ponitur. Virg. *Georg.* 1.

Poculaque inuentis Acheloia miscuit vuis.

Veteres enim aquam omnem Acheloum nuncupauere, quod primus post diluuium erupisse terra fertur : siue quòd Achelous in Græcia (vbi tot ingenia floruerunt) omnium fluuiorum celeberrimus fuit. de hoc Macrob. *lib.* 5. *cap.* 18. Hinc Achelöides, ἀχελωΐδες, Nymphæ dictæ sunt.

Achemon, siue Achmon, ἀχέμων, ἢ ἄχμων, vnus fuit Cercopum, qui vnà cum fratre Passalo, nullo non iniuriarum genere in obuium quemque debacchabatur. Hisce erat mater nomine Sennonis mulier fatidica, quæ filios cauere iussit, nequando in Melampygum inciderent. Euenit deinde, vt Hercules aliquando sub arbore quadam dormiret, armis in eandem reclinatis. Accesserũt Cercopes fratres, & Herculem dormientem ipsius armis aggredi tentarunt. At ille protinus insidias sentiens, correptos ac vinctos de claua à tergo suspendit leporum ritu, atque ad eum modum gestabat. Capitibus itaque pendentes deorsum demissis, posticum Herculis nigris pilis horridum, atque hispidum viderunt, non Lydorum more leue ac depilatum. Quapropter maternæ moniti memores, ac de re inter se confabulabantur. Quod simul ac audisset Hercules, cognomine delectatus, & in risum solutus, vinculis eos liberatos dimisit. Hæc Erasmus in prouerbio, Ne in Melampygum incidas. Meminerunt huius fabulæ & Suidas, & Gregorius Nazianzenus.

Acheron, ontis, masculini generis, ἀχέρων, Epiri fluuius est iuxta Pandosiam vrbem, ex Acherusia palude Thesprotiæ profluens, multisque fluuiis auctus in sinum Ambracium influens. Quem qui traiecerit, nunquam redire à poetis fertur. Ad quod alludens meretrix apud Plautum amanti reposcenti quæ dederat, respondet. Nam itidem vt Acheronti hic ratio accepti scribitur, intro receptum, quando acceptum non potest ferri foras. Sentit, nihilo magis ad amantem redire quod in meretricis domum est delatum, quàm redeunt ab inferis mortui : vnde, vt Catullus ait, negant redire quenquam. Plaut. *Capt. sc.* 4. *a.* 5. Vidi multa quæ sub Acheronte fierent, sed nullus, &c. *Ibid. sc.* 5. *a.* 3. Facito vt Acheronti ducas gloriam. Abi ad Acherontem Venefice. *Amphit sc.* 4. *a.* 4. & *ibid. sc.* 1. *a.* 5. Nec secus est quàm si ab Acheronte veniam. ¶ Item Aceruus, idem *ibid. sc.* 1. *a.* 4. Vlmorum aceruus. ¶ Est & alter Acheron, teste Strabone, in agro Brutio, vbi Alexander Molossorum rex à Lucanis trucidatus est, Dodonæo deceptus oraculo, quo iubebatur Acherusiam aquam, Pandosiamque vrbem cauere. ¶ Dicitur autem Acheron, non, vt quidam somniant, ab α, & χαίρειν, (sic enim diphthongo scriberetur : quod fieri non potest, quum penultimam semper corripiat,) sed potiùs ἀπὸ τοῦ ἄχεος, καὶ ῥέω, quasi doloris fluuius. Vnde etiam poetæ fluuium inferorum esse finxerunt. Virg. 7. *Æneid.*

Flectere si nequeo superos, Acheronta mouebo.

¶ Ab Acheron fiunt adiectiua Acherusius, a, um, ἀχερούσιος, & Acherontius, ἀχερόντιος ἢ ἀχερόντειος Aristophani, & Acherons, apud Plautum. Verum enimuero nullus adæque est Acherons. Accipitur etiam pro infero loco.

Acherontini, ἀχεροντῖνοι, populi sunt in agro Brutio iuxta Acherontem fluuium habitantes : quorum meminit Plin. *lib.* 3. *c.* 5.

Acheröis, ἀχερωΐς, peculiari epitheto vocatur populus alba, siue quòd ad ripam Acherontis fluuij nascebatur, siue quòd inter infelices arbores, quæ diis inferis sacræ erant, soleret numerari : siue, vt Pausanias refert, quòd Hercules huius apud inferos conspectæ ramum ad superos attulerit. Aristoteles contrà, populum nigram ita cognominatam refert. Vide hæc latiùs apud Ruellium *lib.* 1. *cap.* 129.

Acherontia, ciuitas parua Apuliæ, in monte sita : quam ob hoc nidum appellauit Horatius, quia parua est, & in montis constituta summitate, sicut nidi auium in summis arboribus. Horat. *lib.* 3. *Carm.* 3.

Mirum quod foret omnibus

Quicunque celsæ nidum Acherontiæ, &c.

Acheruns in fœm. gen. Plaut. *Capt.* Verumenimuero nulla adæquè est acheruns, atque ego vbi fui. ¶ Acheruns vlmorum, pro aceruo in quo conteruntur vlmi.

Acheruntic*us*, capularis senex. Plaut. *Merc.* Quid tibi ego ætatis videor? Acheronticus, senex, vetus, decrepitus.

Acherusia palus, ἀχερουσία λίμνη, inter Capuam & Auersam, per aperta plana ad ipsas vsque Cumas penè diffusa. Diod. *lib.* 2. *bibl.* agens de sepulchris Ægyptiorum, qui Heliopolim accolunt, tradit paludem esse Acherusiam, in quam immittantur cadauera in vlteriorem ripam deferenda : nauim verò ipsam qua traiecitur, Barim, hoc est, onerariam appellari : inde natam de Charonte, qui animas transuehebat Stygem, fabellam. ¶ Acherusia, item specus est iuxta Heracleam vrbem, ab Hercule conditam in littore maris Euxini, ad Manes vsque (vt fama fert) peruius, & ex eo Cerberum ad superos tractum incolæ memorant. De hac Ouid. *lib.* 7. *Met.*

—— specus est tenebroso cæcus hiatu,

Est via decliuis, per quam Tyrinthius heros

Restantem, contráque diem, radiósque micantes

Obliquantem oculos, nexis adamante catenis

Cerberon attraxit.

¶ Item lacus Thesprotiæ in Epiro, ex quo amnis Acheron profluit, qui in Ambracium sinum defertur. Autores Pompon. *lib.* 2. Strabo *lib.* 5. & Plin. *lib.* 3. *cap.* 5.

Acherusius humor. Sil. Italicus *lib.* 13. & Lucret. *lib.* 3.

Acherusis, huius Acherusidis, vel Acherusidos, fœm. gen. ἀχερουσίς, idem quod Acherusia. Valer. Flacc. *lib.* 5. *Argonaut.*

Inde premente Noto tristes Acherusidas oras

Præterit.

Achetæ quasi sonoræ, ἀχέται, Dor. pro ἠχέται. {GALL. *Cigalles, sauterelles.*} cicadarum quarundam (vt inquit Suidas) non species, sed epitheton est. dictum ἀπὸ τοῦ ἠχεῖν ἐν ἀκάνθαις, hoc est, ab eo quòd inter spinas canant. Plin. *lib.* 11, *cap.* 26. Similis cicadis vita : quarum duo genera, minores, quæ primæ proueniunt, quæque sunt mutæ, & nouissimè pereunt : maiores, quæ canunt, vocantur Achetæ.

Achillas, ἀχιλλᾶς Plutarcho, Serui Ægyptij nomen est, cuius manu interfectus fuit Pompeius Lucan. *lib.* 8. *Pharsalia,*

—— sceleri delectus Achillas.

De hoc vide plura apud Plutarchum *in vita Pompeij.*

Achillea, ἀχίλλεια, insula est exigua, Borysthenis ostio obiecta : ab Achille in ea sepulto nomen habens vt refert Pompon. *lib.* 2. ¶ Est & Achillea, æ, ἀχίλλειος, herba millefolio similis, qua Achilles illius inuentor Telephum sanasse fertur, teste Plin. *lib.* 25. *cap.* 5. Hodie tamen parum est cognita, inquit Cordus.

Achilleus cursus, ἀχίλλειος δρόμος. Peninsula est non procul ab ostio Borysthenis amnis ad formam gladij in transuersum porrecta, ab exercitatione Achillis nomen habens. Vide Plin. *lib.* 4. *cap.* 12.

Achilleis ἀχιλληΐς, opus est Statij Papinij, quo ille Achillis pueritiam descripsit, totam eius vitam prosequuturus, nisi immatura eius mors tam insigne nobis opus inuidisset.

Achilleis, siue Achilleas, ἀχιλληΐς Theophrasto, ἀχιλλεῖος Hippocrati, hordei genus, cui spica folio proxima est, amplitudinis & crassitudinis maioris : ideóque ærugini magis obnoxium. Vide Ruell. *lib.* 2. *c.* 15.

Achilleus, ἀχίλλειος, Myriophyllum herba appellata, quòd eam Achilles inuenisse traditur in curando vulnere Telephi. Plin. *lib.* 25. *c.* 5.

Achilles, siue Achilleus, ἀχιλλεύς, nomen viri apud Homerum celeberrimi. Huius nominis genitiuus tam in i, quàm in is finitur : vt, Achillis à nominatiuo Achilles: Achilli verò à nominatiuo Achilleus. Nomina enim in eus per diphthongum terminata, quæ more Latino genitiuum faciunt in ei, per duas syllabas, sæpe per crasim contrahuntur in ei diphthongum, vel i longum, vt apud Virg. 1. *Æneid.*

Troas reliquias Danaûm atque immitis Achilli.

Interdum soluitur hæc diphthongus in carmine, dicimúsque Achilei, pro Achillei, & Vlyssei, pro Vlyssi. Horatius *lib.* 1. *Carmin.*

Nec cursus duplicis per mare Vlyssei.

Hic Pelei & Thetidis filius Chironi nutriendus datus est. Inter filias Lycomedis habitu muliebri absconditus, ex Deidamia generauit

 Pyrrhum,

Pyrrhum. Iratus Agamemnoni, post mortem Patrocli suscepit à Vulcano arma noua. Hectorem occidit. A Paride, coniugium Polyxenæ sperans, tandem occiditur, & in Sigeo sepelitur. Ouid. 13. *Met.*

Nec se magnanimo maledicere sentit Achilli.

Ibidem,

Utque tuis armis non te potiremur Achille.

Ibidem,

——— Danais magnus successit Achilles.

Plaut. *Mil. sc.* 1. *a.* 1. Hiccine est Achilles, est, inquit sibi: Imò eius frater. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 1. *Trist.*

——— qui mihi vulnera fecit

Solus Achilleo tollere more potest.

¶ Tantæ fortitudinis fuisse fertur, vt teste Gellio *lib.* 2. *cap.* 11. insigni fortitudine duces Achilles appellentur, & argumentum Achilleum, quod sit insuperabile & indissolubile, vocetur. (Quicquid itaque inuictum & insuperabile volumus intelligi, Achilleum dicimus.) Vnde de iis qui omni in re vincerent dictum fuisse, ex Aristophane coniiciendum est: Iecit Achilles duas tesseras & quatuor. [illegible] propterea quòd is tesserarum iactus felix esset. ¶ Item Achilles, nomen est tragœdiæ ab Aristarcho compositæ. Plautus *in prologo Pœnuli,* Achilleum Aristarchi mihi commentari lubet: Inde mihi principium capiam ex tragœdia. ¶ Achilles Romanus ob insignem fortitudinem dictus est Lucius Sicinius Dentatus, quòd pugnans in hostem centum & viginti prœliis cicatricem auersam nullam, aduersas quinque & quadraginta tulerit. Gell. *lib.* 2 *cap.* 11. Achillis etiam cognomen eadem de causa adscribit Q. Cotio Val. Max. *lib.* 3. Ab Achille fit patronymicum Achillides. Ouid. 8. *epist.* 1.

Pyrrhus Achillides animosus imagine patris.

Achillēum, [illegible], genus spongiarum tenue densumque, ex quo fiebant penicilli. Plin. *lib.* 4. *cap.* 45.

Achillis, Achillidos, [illegible], insula in Ponto Euxino ad Borysthenem, teste Plin. *lib.* 4. *cap.* 12.

Achæmenes, lege Achæmenos, & vide in dictione *Achæmenia.*

Achimenis, Plinio [illegible], siue, vt apud Diosc. legitur, Achæmenis [illegible], herba est quæ alio nomine Polium montanum appellatur. De hac Plin. *lib.* 25. *cap.* 4. Achæmenide coniecta in aciem hostium, trepidare agmina, ac terga vertere.

[Achimesia, medi quies inter systolem, & diastolem pulsus. L.M.

Achirologia, sermo, qui ad manus non potest venire. Pap.]

Achisaris, oppidum. Plin *lib.* 6. *cap.* 30.

Achisarmi, [illegible], Africæ populi. Plin. *lib.* 6. *cap.* 30.

Achne, [illegible], autore Plin. *lib.* 5. *cap.* 31. Insula est Rhodiorum in mari Carpathio: quæ deinde Casos dicta est. ¶ Achne etiam, id est, [illegible], significat minutas quasdam festucas ex spicis inter triturandum euolantes, & latius accipitur pro quibuslibet rebus minutis: dicta quasi [illegible], ab *a*, priuatiuo, & [illegible], teneo. Vide Erasmum *in prouerb.* Ne ramenta quidem.

Achoali, [illegible], oppidum est Arabiæ non procul à Nabathæis. Autor Plin. *lib.* 6. *cap.* 28.

Acholla, [illegible], libera ciuitas est in Africa propriè dicta, non procul à Zella, autor Strab. *lib.* 17.

Acholus, [illegible], carens bile.

Achomæ, & Achomæni, populi sunt Arabiæ felicis. Stephan.

Achōres, [illegible] Galeno. Sunt cutis capitis vlcera foraminosa, sanie tenacissima, quæ mediam quandam consistentiam inter aquæ tenuitatem & mellis crassitudinem obtinent. Nam in quibus sanies mellis crassitudinem adæquat, Ceria, [illegible], vocantur, quæ & foramina habent ampliora. ¶ Achoras Galli tineas vocant, similitudine sumpta ab iis animaculis, quæ vestes arrodunt. Malum est pueris in primis familiare. Vide Fuchsium & Manar. *in epist.*

Achor, [illegible] Deus habitus est apud Cyrenaicos, cui sacra faciebant, quoties muscarum multitudo pestilentiam inuehebat, quæ protinus vt Deo huic litatum erat, extinguebantur. Vide Plin. *lib.* 10. *cap.* 28.

Achradina, [illegible] Stephano, pars est vrbis Syracusanæ, cum reliquis vrbis eius partibus ponte coniuncta. Vide eius descriptionem apud Cic. *alt. in Verr.* 6.

Achras, adis. {[illegible]. GALL. *Poires sauuages.* ITAL. *Pera saluatiche.* GERM. Ein gattung der holtzbyren oder wildbyren. HISP. *Peras de mata, peras monteses.* ANGL. *An sort of peares which groweth in woodes.*} Pyri syluestris genus est tardissimè maturescens, maioremque vim habens astringendi, quàm cætera pyrorum genera, vocique in primis efficiens. Vnde Timarchum Atheniensem accepimus Lacedæmoniorum legatis corruptum, ne posthabitis illorum contradiceret, simulasse se achradas comedisse, atque ob id loqui non posse. Vide Col. *lib.* 7. *cap.* 9. & Dioscor. *lib.* 1. & Gal. *lib.* 6. *de facult. simpl. med.* vt quidam Matth. 3. vbi de Ioannis cibo mentio fit, [illegible] legebant, quasi pyris syluestribus ille vesceretur: sed male, cum haud dubiè de locustis intelligendum sit.

Achrēstus. {[illegible]}. GALL. & ITAL. *Inutile.* GERM. [illegible]. HISP. *Desaprouechado, sin prouecho.* ANGL. *Vnprofitable, of no price, that serueth for no vse.*} Inutilis, ineptus, nullius momenti & pretij. Inde [illegible] inutilitatem significat, siue incommoditatem.

Achriane, [illegible] Stephano, oppidum est ad mare Hyrcanum, cuius meminit Polyb. *lib.* 10.

Achrigelus, {[illegible]. GALL. *Grand riard.* ITAL. *Colui che ride troppo & senza causa.* GERM. [illegible] der vmb eins ieden dings willen lachet. HISP. *El que mucho se rie.* ANGL. *A great laugher.*} Dicitur qui procliuis est ad risum, quasi temerè & sine causa ridens: quod stultitiæ signum est: vnde etiam pro stulto, aut insano positum inuenitur prouerbiali nota forma

Achrua, Ptolomæo, est ciuitas Arabiæ felicis. Vide *Achoma.*

[Achylis, cicatricula, circa nigrum oculi, caligini similis, superficiaria. L.M.]

Achyrolis. [illegible]. Ratio quædam est commiscendi paleas cum argilla, aliove luto ab hirundinibus vt videtur primum excogitata, quæ ex luto festucis quibusdam commixto nidos sibi conficiunt. Has deinde rustici imitari ædificiorum suorum parietes hac materia faciunt. Nomen habet [illegible], hoc est, ab acere: vnde & a Latinis quibusdam Lutum aceratum appellatur.

Acia, filum aciculæ. Gloss. [illegible]. Titin. *Barbate:* Phrygio fui primo, beneque id opus sciui, reliqui acus aciasque hero atque heræ nostræ. Marcell. ¶ Pro manipulo siue contubernio. Leo *const.* 5. & Anonymus: [illegible].

[Aciarium [illegible] Gloss. id est, ferrum acie roboratum.]

Acieris, securis ærea, qua in sacrificiis veteres sacerdotes vtebantur. Festus, & Glossarium.

Acibi, [illegible], populi sunt in Sarmatia Europæa post Riphæos montes recensentur a Ptolomæo.

Acicula, formatione, non significatione diminutiuum ab acu, vt inquit Priscianus, est spinula quædam ex ferro, vel alio metallo, quandam acus similitudinem referens, qua vtuntur mulieres ad ornatum capitis. {[illegible]. GALL. *Espingle.* ITAL. *De cap. [illegible].* GERM. Ein glufen. HISP. *El alfiler ò aguja pequeña.*} Est item piscis tenuis ac longus, qui & Acus dicitur. A Græcis [illegible] appellatur. ¶ Est & herba huius nominis, incultis in locis sponte sua nascens, plebis Atheniensis quotidianus olim cibus, odore ad daucum, reliqua similitudine ad chærephyllum accedens, extra habens in vertice corniculos, quæ acus effigiem repræsentant: à quo habitu à Romanis vocata est Acicula, teste Diosc. Græcis dicitur [illegible], quo nomine & Latini vtuntur.

Acidalia, [illegible], Veneris epitheton, vel quia iniicit curas, quas Græci [illegible] dicunt: vel certe à fonte Acidalio, qui est in Orchomeno Bœotiæ ciuitate, in quo se Gratiæ lauant, quæ Veneri sunt sacratæ. Ipsius enim & Liberi filiæ sunt: nec immeritò. Gratiæ enim per horum ferè numinum munera conciliantur. Hæc Seruius.

Acidalius, [illegible] Suidæ, fons in Orchomeno, oppido Bœotiæ, Veneri sacer: vnde etiam Acidalia dicta est. Virg. 1. *Æneid.*

——— at memor ille Matris Acidaliæ.

In hoc etiam fonte se Gratiæ lauare dicuntur: vnde & ipsæ, Sorores Acidaliæ passim à Poëtis appellantur. Græci hunc fontem [illegible] efferunt fœminino genere, respicientes nimirum ad substantiuum [illegible], vel [illegible], eiusdem generis. Nos Acidalium efferimus, qui fontis nomen in masculino genere appellamus, quemadmodum etiam Castalium dicimus, quem illi [illegible].

Acidon, [illegible], amnis est in Elide Peloponnesi regione, Iardanis sepulchrum præterlabens. Strabo.

Acidōton, [illegible], herba est, quæ notiore nomine Poterium, [illegible], & Neuras, [illegible], dicitur. Plin. *lib.* 25. *cap.* 9. eandem Phrynion vocat. Vide Diosc. *lib.* 3. *cap.* 15.

Acidus, & Acidulus, vide *Aceo,* es. Quint. Placidus quidam dictus est Acidus, quòd natura acidus esset.

Acidulum, pontis nomen in agro Venefrano: ita dictus, quòd aquas haberet acidulas, id est, [illegible]. Plin. *lib.* 31. *cap.* 2.

Acienses, olim populi erant in Latio, qui vnà cum reliquis Latinis carnes in monte Albano solebant accipere. Plin. 3. *cap.* 5.

[Acieres, genus securis. Non. Isidor. Gloss.

Acieris, acieris securis ærea Sacerdotum sacrificantium. Fest.]

Acies, tria significat. Primò acumen falcis, gladij & similium quæ secant. {צור *tsur* פי החרב *pi hachereb.* [illegible]. GALL. *La pointe ou taillant d'une espée ou autre glaiue.* ITAL. *Il taglio ò punta di coltello, & cose simili.* GERM. Die schneiden oder scherpffe eines eisens. HISP. *Filo ò punta de cosa aguda.* ANGL. *The edge of ane spon.*} [illegible] dicitur: siue à Latino verbo Acuo, vnde & Acumen deducitur. Cic. *in Verrem. act.* 4. Iam antè aciem securium tuarum viderat. Columella *lib.* 4 Obtusa enim, hebesque & mollis falx putatorem moratur, eòque minus laboris efficit, & plus laboris affert vinitori. Nam siue curuatur acies, quod accidit molli: siue tardius penetrat, quod euenit in retuso & crasso ferramento, maiore nisu est opus. Virg. 1. *Georg.*

Ipsa acies falcis nondum tractanda, sed vncis

Carpendæ manibus frondes.

¶ Aciem ferri exterere, est adhibita cote acuere. Plin. *lib.* 36. *cap.* 3. Alij, quoniam vis eadem in morte esset, quæ cotibus ad ferro aciem deterendum. ¶ Aciem trahere, proprium est aquæ, quum ferrum acuitur. ¶ Secundò, Exercitus instructus. Vegetius *cap.* 13. *lib.* 3. Acies exercitus instructus. Tibull. *lib.* 4.

Aduersasque parant acies concurrere signis.

Idem ibidem,

Seu sit opus, quadratum acies consistat in agmen.

Plaut. *Mil. sc.* 1. *a.* 1. Splendor clypei oculorum perstringat aciem in acie hostibus. Velleius, Directa acie, vel agminibus pugnare. Idem nemo nisi acie consumptus ciuis, Idem Velleius. Acies Labienum abstulit. Plaut. *Curc.* Ita me clypeus & machæra iuuent pugnantem in acie. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 2. Hostes viuos rapere ex acie soleo. Ouid. 13. *Metam.*

——— in quantum marte feroci, Inque acie valet.

Vell. Acie concurrere. Quint. Acies vt instruendas {[illegible]. ANGL. *The fore part of ane armey.*} & quum ad dimicandum paratus est: vel quod acuto ferro armatus sit: vel certe quòd acuta fronte soleat collocari. Virg. *Georg.* 2.

——— & campo stetit agmen aperto Directaque acies.

Et acies quidem instructa his vocabulis vocari solet, Frons, subsidia, cuneus, orbis, globus, alæ, turres, cornu, & quibusdam aliis. Atque interdum pro ipso conflictu & prœlio sumitur. Tacit. *lib.* 20. Prima acie fusum, victum victumque Romanum. Et *lib.* 14. vincendum illa acie, aut cadendum. Ouid. 13. *Met.*

Post primas acies, id est, prima prœlia.

Cæs. *lib.* 1. *bell. ciu.* Aciem triplicem ducere. *Ibid.* Acies pro singulis exercitus partibus, vt Acies prima, secunda, tertia. Idem Acies in re nauali. *Ibid.* ¶ Hinc locus prouerbio, in acie nouaculæ, [illegible], hoc est, in summo discrimine. Hom. *Iliad.* 1.

[illegible],

[illegible].

id est, Nunc etenim cunctis stat res in acie nouaculæ est, Vitáne an tristi exitio absumantur Achiui. Vide Sophoclem *in Antigone.* ¶ Tertiò,

tiò, oculi lumen, γλήνη κόρη. { ANGL. *The ſight of the eye.* } Cic. *de Somnio Scipionis*, Radiis Solis acies noſtra, ſenſuſque vincitur. Idem 2. *de Nat. deorum*, Acies ipſa, qua cernimus, quæ pupilla vocatur. ¶ Per tranſlationem, Acies ſumitur pro ingenij perſpicacitate. Cic. *in Catone*, Nonne nobis videtur animus, qui plus cernit & longiùs, videre ſe ad meliora proficiſci: ille autem cuius obtuſior ſit acies, non videre? Acies orationis. Plaut. *Epid.* Orationis aciem contra conferam. Orationis aciem ioco dixit de acutiſſima atque acerrima oratione. Acies authoritatis, id eſt, vis authoritatis. Cic. *in Catil.* 2. ¶ Huius genitiuum veteres tam Acie quàm Aciei extulerunt. Salluſt. *lib.* 1. *Hiſtoriarum*, referente Gellio, Dubitauit acie pars, pro aciei.

Acila, ἄκιλα, emporium eſt maritimum Arabiæ, diſtans (autore Plin. *lib.* 6. *cap.* 28. in deſcriptione nauigationis Indicæ) triginta dierum nauigatione à Berenice Troglodytarum vrbe.

Aciliſēna, ἀκιλισηνή, regio eſt Aſiæ, inter Taurum, & Euphratem. de qua Strabo *lib.* 11.

Aciliorum Romæ nobilis fuit familia, ex qua fuit Acilius ille Glabrio, cui deuicto Antiocho ſtatua oblata eſt aureis bracteis incruſtata: vt annotauit Cælius Rhod. *lib.* 29. *cap.* 24. Item Acilius prænomine Marcus, quo conſulatum gerente cum C. Portio, lacte & ſanguine pluiſſe, autor eſt Plin. *lib.* 2. *cap.* 56. ¶ Fuit & Acilius cognomine Buta, cui poſt ampliſſimum patrimonium abſumptum, inopiam ſuam confitenti, nihil aliud à Tiberio reſponſum eſt, quàm illum ſerò experrectum eſſe. Vide Suet. *in Tiberio*.

[Acilus, vel habens naſum aquilinum. Pap.]

Acinero, oppidum vlterioris Hiſpaniæ, in tractu Celtico, iuxta Luſitaniam in conuentu Hiſpaniæ: de quo Plin. *lib.* 3. *cap.* 1.

Acina, ἄκινα, oppidum eſt interioris Æthiopiæ, vltra Syenem, cuius meminit Plin. *lib.* 6. *cap.* 29.

Ăcinăcēs, gladius Perſicus. Horatius *lib.* 1. *Carm.* Vino & lucernis Medus acinacis Immane quantum diſcrepat. Valerius Flac.

Inſignis manicis, inſignis acinace dextra.

Pollux Acinacem eſſe interpretatur, Περσικὸν ξιφίδιον τι, τῷ μηρῷ προσηρτημένον. hoc eſt, Perſicum quendam gladiolum, qui à femore ſuſpendebatur. Herodotus quoque *lib.* 5. autor eſt, Pantheam Abradatæ vxorem, acinace quem habebat, ſibi iugulum aperuiſſe. Suidas verò Acinacem eſſe ait μικρὸν δόρυ Περσικὸν, hoc eſt, paruam Perſarum haſtam. In qua etiam ſententia Arianus fuiſſe videtur: omnibus tamen hoc conuenit, vt nominatiuus ἀκινάκης efferatur. Vnde & apud Latinos Acinaces per ſecundam vocalem, non Acinacis per tertiam, legendum videtur.

[Acinari, tricari, in paruo morari. Iſid. gloſſ.

Acinaticum, acidum. Suppl. Antiq.

Acinēta, immobilia. Tertull.]

Ăcĭnŏs, ἄκινος Dioſcoridi, herba eſt tenuibus ſicciſque ſurculis, ocymo ſimilis odoratu, ſed hirſutior, ex qua coronæ factitantur. Quidam ex vulgo, Syluestre baſilicum vocant, Latini Ocymaſtrum, quòd planè Ocymum imitetur. Plin. *lib.* 20. *cap.* 16. hanc herbam & coronarum & ciborum cauſa ab Ægyptiis ſeri aſſerit: & alio nomine Epitreton vocari, & nunquam florere.

Ăcĭnus, i, maſculini generis, & Acinum neutri, teſte Nonio, in vua id dicitur quod vulgus granum appellat. { חרצן *chariſān.* ῥάξ. GALL. *Vn grain de raiſin.* ITAL. *Acino, grano d'vua.* GERM. Körnlin in den Trauben. HISP. *El granillo de razimo.* ANGL. *A kernell in grapes, or in other ſuch fruites.* } Neque ſolùm vuæ, ſed hederæ, ſambuci, tribuli, mali punici grana, acinorum vocabulo continentur. Acina ebrioſa, pro acino. Gell. *cap.* 2. *lib.* 7. Atque in hoc à bacca differt (vt Valla vult *lib.* 4. *cap.* 28.) quòd acini inter fructus minutiores arborum fruticúmque denſiùs naſcantur: baccæ verò diſperſiùs & rariùs vt fructus lauri, oliuæ, corni, loti, lentiſci, baccæ melius, quàm acini dicuntur. Nonnunquam tamen indifferenter ponuntur. Virg. *in Gallo.*

Sanguineis ebuli baccis, minióque rubentem.

Ăcĭnācĕŭs, ſiue Acinatitius, Palladio *lib.* 1. *cap.* 6. 7. ῥαγώδης: vt, Vinum acinaceum, quod ex acinis aqua maceratis expreſſum eſt: ita dictum ad differentiam vini factitij. Vlpian. *l. ſi quis vinum, ff. de tritico, vino vel oleo legato.* Acinaceum planè vino continebitur. Huius conficiendi rationem leges apud Caſſiodorum *lib.* 12. *var. epiſt. ad Canonic. Venet.* & Plin. 14. *cap.* 9.

Ăcĭnōſus, a, um, ab Acinis dicitur, quod multos habet acinos. { ῥαγώδης. GALL. *Graineux, plein de grain, raiſineux.* ITAL. *Coſa piena d'acini d'vua.* GERM. Das voll körnlin iſt. HISP. *Coſa llena de aquellos granillos.* ANGL. *Which is full of kernels or graines.* } vt, Vua acinoſa. Dicitur etiam de aliis plantis, quæ ſemen habent ita diſpoſitum, vt in vua acini. Plin. *lib.* 12. *cap.* 13. Aſari ſemen acinoſum ſaporis calidi ac vinoſi.

Ăcĭpēnsĕr, & Acipenſis apud antiquos piſcium nobiliſſimus eſt habitus, qui vnus omnium ſquamis ad os verſis contra aquam nando meat. Hunc Plin. *lib.* 9. *c.* 17. teſtatur ſuo ſeculo nullo fuiſſe in honore, quod ſe mirari ait, quum eſſet rariſſimus. A quibuſdam, eodem Plinio teſte, Ellops, ἔλλοψ, vocatus eſt. Alij Callionymon, alij Anthiam, nonnulli etiam Callichthyn appellauêre. Huic olim tantus habebatur honos, vt à coronatis miniſtris cum tibiis in conuiuium ſoleret inferri: vt in Saturn. teſtatur Macrob. *lib.* 3. *cap.* 16. De hoc piſce extat diſtichon Martial. *lib.* 3. *in Xeniis*, Ad pallatinas acipenſerem mittite menſas, Ambroſias ornent munera rara dapes.

Aciris, ἄκιρις, fluuius eſt in ea Italiæ parte, quæ olim Græcia magna dicta eſt, iuxta Heracleam & Metapontum. Plin. *lib.* 3. *cap.* 5.

Acis, ἄκις, fluuius Siciliæ, ex Ætna procedens: ex cuius ripis fertur Polyphemus ſaxum in Vlyſſem iam fugientem eieciſſe. ¶ Acis, inſula vna ex Cycladibus. Plin. *lib.* 4. *cap.* 12. ¶ Acis etiam adoleſcentis Siculi nomen fuit, Fauni & Simæthidis filij, qui quum Galatheam Nympham adamaret, à Polyphemo riuale ſuo eſt occiſus, & deinde in fontem ſui nominis mutatus. Vide Ouid. 3. *Metamorph.*

[Aciſculatius, lapicida. Suppl.]

Acitani, ἀκιτανοί, Hiſpana gens, ſimulacrum Martis radiis ornatum maxima religione colens, quem Necyn, id eſt, Martem vocant. Macrob. *Saturn. lib.* 1. Vide Strab. *lib.* 4. *initio.*

Acitanones, Plin. *lib.* 3. *cap.* 20. numerat inter populos Alpinos.

Acithius, ἀκίθιος, fluuius eſt Siciliæ, non procul à Lilybeo promontorio, in mare influens. Autor Ptolemæus.

Acito, agito. Propter cognationem & affinitatem inter ſe, litteræ c, & g commutabantur. Feſt.

Aclaſſis, tunica ab humeris non conſuta. Feſtus.

Ăclērŭs, exhæres, qui hæreditate priuatus eſt, ἄκληρος quaſi ἄνευ κλήρου. ITAL. *Deſheredato.* GALL. *Deſherité.* GERM. Enerbt. HISP. *Deſheredado.* ANGL. *Diſherited.* } Hoc eſt, ſine ſorte, parte vel hæreditate. Bud. *in Comment. linguæ Græcæ.*

Acleti, ἀκλητί, aduerb. Græcum, quaſi dicat, citra vocationem, citra inuitationem. Prouerbij loco dicitur quoties inuocatus quis accedit ad conuiuium, quod & amici cœnipetæ faciunt. Hermol. in Plin. *lib.* 35. *cap.* 11.

Ăclĭdĕs, ἀκλίδες, ſunt tela quædam antiqua adeò, vt nuſquam memorentur in bello. Legitur tamen quòd ſint clauæ quædam breues eminentibus hinc & hinc acuminibus quibuſdam, quæ ita in hoſtem iaciuntur religatæ loro, vel lino, vt peractis vulneribus, poſſent redire. Virg. *lib.* 7.

———teretes ſunt aclides illis

Tela: ſed hæc lento mos eſt aptare flagello.

[Acmaſtica, febris quæ continuò creſcendo procedit. Epacmaſtica, decreſcendo, Homotena, ſemper vſque ad finem ſimilis. L.M.]

Acmata, Arabiæ regio, Steph.

Ăcmē, ἀκμή. Vox Græca eſt, Galeno familiaris, quam Theodorus Gaza modò vigorem, modò florem ætatis interpretatus. ¶ Eſt etiam mulieris nomen, apud Catullum.

Acmōdæ, ἀκμῶδαι. Septem ſunt inſulæ poſt Hyberniam non procul ab Orcadibus. Vide Plin. *lib.* 4. *cap.* 16.

Acmonia ἀκμονία Stephano, vrbs eſt Phrygiæ in conuentu Synnadico: cuius meminerunt Ptolem. & Steph.

Acmonienſes, ſiue, vt apud Plin. *Nat. hiſt. lib.* 5. *cap.* 25. legitur Acmonenſes: ἀκμονεῖται Stephano, populi ſunt Acmoniæ vrbis.

Ăcmōn, ἄκμων, Latinè incus. { GERM. Ein Ambosz. ANGL. *An anuil.* } vnde Pyracmon vnus fuit ex Vulcani famulis, quòd à calenti incude nunquam diſcederet. Virg. 8. *Æneid.*

Brontéſque, Steropéſque, & nudus membra Pyracmon.

Acmonides, ἀκμονίδης, inter Vulcani miniſtros numeratur: dictus ἀπὸ τοῦ ἄκμονος, hoc eſt, ab incude.

Acmotheton, ἀκμόθετον, truncus ille, qui impoſitam ſuſtinet incudem.

Acnua, menſuræ genus, quo rura antiqui metiebantur: vt tradunt rei ruſticæ ſcriptores.

Ăcœtēs, ἀκοίτης, apud Ouid. *lib.* 3. *Metamorph.* nautæ pauperis nomen eſt, quod & ipſum vocis compoſitio indicat: ἄκοιτος enim apud Græcos ſonat, Sine cubili.

Acœton, ἀκοίτον. A Plinio *lib.* 11. *cap.* 15. optimum mellis genus appellatur, quod per ſe manat, quódque nihil habeat retrimenti, aut ſedimenti admiſtum. Dictum ἀκοίτον, quaſi ſine cubili. Nam ſedimentum in vino, aliiſque rebus liquidis, ruſticorum nonnulli etiam hodie vocant cubile.

Ăcŏlăſtŭs, ἀκόλαστος, prodigus, intemperans, immodeſtus, laſciuus, libidinoſus, infrænis, immoderatus. Gell. *lib.* 19. *cap.* 2. negat Latinè verti poſſe: forſitan ad verbum, impunitus, vel incoercitus, vt ſit qui cupiditates non puniat, veluti iniecto fræno, ab α priuatiua particula, & κολάζω, emendo, corrigo, caſtigo, coërceo. Nec ſolùm de hominibus, verumetiam de rebus dicitur, vt ἀκόλαστος γλῶττα, lingua infrænis. Acolaſtus homo, homo nihili, neque rei, neque frugis bonæ. Gell. *lib.* 7. *cap.* 11. Budæus *in Comment.* proteruum propriè ſignificare putat, & qui ſibi circa libidines temperare non poteſt. Vnde Acolaſti dici poſſunt, quos Latinè Nepotes, vel decoctores vocamus.

Acolitanum, ἀκολιτανὸν, oppidum liberum eſt in Africa propriè dicta, ab ea parte, qua tractum Cyrenaicum ſpectat. Vide Plin. *lib.* 5. *c.* 3.

[Acolor, mut. Pap.]

Acolyti, ἀκόλυτοι. Dicti ſunt, qui nullis minis ab inſtituto poterant reuocari. Vnde Stoici acolyti dicti ſunt, qui turpe putabant mutare ſententiam. Inde Acolyti in Eccleſia olim dicebantur ſacerdotum adminiſtri quaſi comites, inter inferiores ordines in canon. enumerantur.

[Acoluthia, ordo, ſequentia.]

Ăcŏlūthŭs, ἀκόλουθος. Latinè Conſequens dicitur, ἀπὸ τοῦ ἀκολουθεῖν, id eſt, à ſequendo.

Ăcŏnē, { משחז *miſchaz.* ἀκόνη. GALL. *Queux à aguiſer.* ITAL. *Cote.* GERM. Harte ſtein oder ſchroſen. HISP. *Piedra para aſilar herramientas.* ANGL. *A whetſtone.* } Latinè cotem ſonat, vel cautem. Eſt etiam Acone, vt apud Plinium legitur: ſiue, vt eſt apud Stephanum, Aconæ, ἀκόναι, nomen oppiduli, vel portus Mariandinorum, non procul ab Heraclea Pontica, vbi magna in copia prouenit aconitum, quod (vt quibuſdam placet) ab hoc loco nomen accepit. Plin. *lib.* 6. *cap.* 1. Portus Acone, veneno aconito dirus.

Aconiti, ἀκονιτί, Latinè idem ſonat quod ſine puluere, hoc eſt, citra negotium & laborem. Quod eleganter expreſſit Horat. 1. *epiſt.* Sine puluere. Quæ ſit conditio vilis ſine puluere palmæ. Plin. *lib.* 35. *cap.* 11. Alcimachus pinxit Dioxippum, qui Pancratio Olympiæ citra pulueris iactum (quod vocant Aconiti) vicit. Aconiti Nemæa, prouerbij loco dicitur de eo, qui ſine ſudore victor euadit: ab athletis ſumptum, qui puluerem inſpergebant corporibus, vt ſe faciliùs comprehendere poſſent. Ouid. *lib.* 9. *Metamorph.* Eadem forma dicimus, ἀνιδρωτί, ſine ſudore: & ἀναιμωτί, ſine ſanguine.

Ăcŏnītum, { ἀκόνιτον. GALL. *Tore.* ITAL. *Aconito, Napello.* GERM. Wolffs wurtz, wolffkraut. HISP. *Centella.* } Herba, quæ Cerberi ſpuma conſperſa, venenum efficaciſſimum contraxit, quo tempore cum Hercules ab inferis traxit. Dictum Aconitum, ἀπὸ τῆς ἀκόνης, hoc eſt, à cote, ſeu caute. Ouid. 7. *Metamorph.*

Quæ quia naſcuntur dura viuacia caute,

Mortales Aconita vocant.

Sunt qui ab Acone portu, ſeu oppido Mariandinorum deducant, iuxta Heracleam Ponticam, vbi copioſiſſimè prouenit. Illinc enim non longè abeſt Acheruſia ſpecus, per quam Hercules Cerberum ad ſuperos

peros fertur pertraxisse. Alij Aconitum dictum putant, quòd ἀκονιτί, hoc est, sine puluere, aut terra proueniat. Plin. *lib.* 27. *cap.* 3. Nascitur Aconitum in nudis cautibus, quas Aconas vocant. Et ideo Aconitum quidam dixere, quòd nullo ne puluere quidem nutriente proueniat. Alij ἀπὸ τοῦ ἀκονίζειν deriuant, quod est accelero, quia mortem accelerat. Alij, quoniam vir eadem in morte esset, quæ cotibus ad ferri aciem deterendam, statímque admota velocitas sentiretur. Hæc Plin. Alio nomine dicitur Pardalianches, παρδαλιαγχές, quòd pantheræ eo gustato statim strangulantur.

[Aconomintus, qui nulli communicat. Pap.]

Acŏnteus, Ἀκοντεύς, venator egregius, vt docet Statius *lib.* 7. *Thebaid.*

——donec flammatus Aconteus.

Strage virûm, cui facta feras proilernere virtus.

Acontix, {ἀκοντίας. Gall. *Cometes.* Ital. *Cometta.* Germ. Ein Comet wie ein pfeyl. Hisp. *Cometas del cielo.* Angl. *Cometes, starres so called.*} Sunt stellæ crinitæ, seu impressiones: dictæ ἀπὸ τοῦ ἀκοντίου, hoc est, à iaculo: quia (vt Plin. scribit *lib.* 2. *cap.* 25.) iaculi modo vibrantur ocyssimo volatu. Ex his quasdam breuiores, & in mucronem fastigiatas Xiphias vocauêre, quæ sunt omnium pallidissimæ, & quodam gladij nitore sine radiis.

Acontias, ἀκοντίας. Serpentes quidam duorum cubitorum magnitudine, figura circa caput crassa, paulatim in tenuem abeunte, colore viridi, albo minutis quibusdam maculis conspersæ, quæ quandam granorum milij similitudinem repræsentant. Vnde & Cenchrides, κεγχρίδες, & à Latinis nonnullis Miliariæ vocantur. Acontiæ autem ἀπὸ τοῦ ἀκοντίου, hoc est, à similitudine iaculi. Mira enim celeritate progrediuntur, non flexuosis spiris, vt reliqui serpentes, sed recto quodam tramite sese quodammodo eiaculantes. De his Aetius *lib.* 13. *cap.* 27. & Lucanus *lib.* 9. Vide infrà in dictione *Cenchris.*

Acontion, ἀκόντιον, oppidum est Arcadiæ, nomen habens ab Acontio Lycaonis filio, de hoc Steph.

Acontius, ἀκόντιον, Bœotiæ mons est, teste Plinio *lib.* 4. *cap.* 7.

Acontius, ἀκόντιος. Adolescentis nomen est ex Cea Corycij maris insula oriundi, qui quum in Dianæ templo Cydippen conspexisset, eius amore captus, deuoluit ad pedes eius malum huiusmodi carmine inscriptum, Me tibi nupturam (felix eat omen) Aconti, Iuro quam colimus, numine magna Deæ. Postea à patre alteri desponsa, quum periculosissima febri esset correpta, rata periurium morbi sui causam esse, maluit Acontio nubere, quàm Dianæ iram vlteriùs experiri. Extant hac de re duæ Ouidij epistolæ, vna Cydippes, Acontij altera.

Ăcŏpă, Medicamenta lassitudines & fatigationes leuantia, imposito ex re vocabulo ἄκοπα, confortatiua. Plin. *lib.* 29. *cap.* 3. Ad omniáque quæ acopis curantur, vnguentúmque pariter & medicamentum est.

Ăcŏpis, gemma nitro similis, pumicosa, aureis guttis stellata, cum qua oleum subferuefactum perunctis lassitudinem soluit, ἄκοπις, Plin. *lib.* 37. *cap.* 10.

Ăcŏpŏs, ἄκοπος Dioscoridi, herba est fruticosa, graui odore, flore holeris: quæ & Anagyros vocatur à Plinio, à Dioscoride etiam Anagyris, ἀνάγυρις. Vulgus ob odoris grauitatem Lignum fœtidum appellat. Huius semen, quod in oblongis corniculis habet, commanducatum vomitiones ciet. ¶ Vnde factus est locus prouerbio, ἀνάγυρον κινεῖν, Anagyrim mouere, quo vtimur in eos, qui obfutura sibi commouent.

Ăcor, vide *Aceo.*

Ăcŏrnă, herba est ex genere acanacearum, spinam habens pro folio, vernaculo eneco similis, colore tamen rufo, succum pinguem & sanguineum fundens, ἄκορνα. de hac Plin. *lib.* 20. *cap.* 16.

Acorum, {ἄκορον Dioscoridi. Gall. *Galange.* Ital. & Hisp. *Acoro.*} Plinio Acoros, herba est folia habens Iridis, radicésque illi non absimiles, gustu acres, odore non ingratas, eásque complicatas, nec in rectum, sed in obliquum actas. Estque verus acorus Galanga crassa, teste Amato Lusitano in Dioscor. qui Galeni, Plinij, & Dioscoridis de eo loco locos optimè conciliauit. ¶ Alij volunt esse Calamum aromaticum officinarum, non verò Galangam, sed earundem acorum, ἄκορον. Theophrasti, & Carectà Virgilij. Vide *Carex.* Galangam verò esse speciem Cyperi Babylonici censent.

Ăcŏsmius, idem est quod inornatus, ἀκόσμιος. Nam κόσμος apud Græcos ornatum, vel ornamentum significat. Lucr. *lib.* 4. hac voce vtitur.

Acquiesco, rei alicuius quietis & otij gratia innitor. {נוּחַ *núach* נוּח *rauah.* ἐπαναπαύομαι, ἐπαναπαύεσθαι, ἐφησυχάζω. Gall. *Se reposer.* Ital. *Riposarsi, Acquetarsi.* Germ. Auff etwas sich beruhen. Hisp. *Descansar o sentir con otro.* Angl. *To rest.*} Seneca, nihilo miserior ero, si lassa ceruix mea in manipulo ferri acquiescat. Nonnunquam accipitur pro simplici suo quiesco, ἡσυχάζω. Cic. *Attic. lib.* 7. Acquiesco enim, & ad te scribens, & legens tua. *Ibid.* Vitandi caloris caussa Lanuuij tres horas acquieueram. Interdum transsumitur Acquiescere pro eo quod est, cum animi tranquillitate voluptatéque in re aliqua versari. *Ibidem.* Nulla est respublica quæ me delectet, aut in qua acquiescam. Senec. *cap.* 10. *de consol. ad Polyb.* Multos habet, in quibus acquiescas. Item Gell. *cap.* 3. *lib.* 5. Perit vt acquiesceret, i. paululum consisteret. Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 2. Placidè vnumquidque rogita, vt acquiescam. Non vides me anhelitum ducere. Nonnunquam etiam pro eo quod est in re aliqua quietem suam & spem repositam habere. Idem *de Amicit.* Libenter enim senes in adolescentulum charitat e acquiescimus. ¶ Acquiescere rei alicui, pro in aliqua. Senec. *epist. lib.* 24. Vt meliora tibi proponas, & acquiescas spei blandæ. Senec. *cap.* 10. *de Consol. ad Polyb.* Acquiescere in præteritis. Suet. *in Tiber. cap.* 31. Acquiescere honori. *Ibid. cap.* 56. Coniunctoribus Græculis acquiescebat.

Ăcquīro, Quæro, comparo, adipiscor, consequor: ab Ad & quæro. {קָנָה *kanah.* רָכַשׁ *rachash.* ἀποκτάομαι, προσκτάομαι, κτάομαι. Gall. *Acquerir.* Ital. *Acquistare.* Germ. Erlangen, überkommen. Hisp. *Alcançar lo deseado.* Angl. *To purchasse.*} Cic. *de Amic.* Semper aliqui acquirendi sunt, quos diligamus, & à quibus diligamur. ¶ De malis etiam rebus dicitur: vt, Acquirere inimicitias. Plaut. *in Milit. sc.* 3. *a.* 2. Qui, est qui inimicitias tibi magis acquirat, quam tu? ¶ Interdum Acquiri pro Augeri, vel conciliari. Plin. *lib.* 15. *cap.* 17. Quo genere & vino odorem acquiri putant.

Acră, vicus est Panticapensis agri, ad ostium Mæotidis, 70 stadiorum spatio a Corocondamo opposita sibi vrbe distectus, ἄκρα. ¶ Est & Acra cognomento Iapygia, promontorium extremum Salentinorum, quo quam longissimè, vt inquit Plin. *lib.* 3. *cap.* 11. in mare excurrit Italia. Iapygiæ cognomentum discriminis gratia additum est. Nam Græci quælibet promontoria Acras, ἄκρας, vocant. Vnde & pleræque vrbes in promontoriis sitæ, Acræ appellantur. Vide Stephanum, qui decem huius nominis vrbes enumerat.

Acrabathena, vna est ex decem Iudææ toparchiis, ἀκραβαθηνή. Vide Plin. *lib.* 5. *cap.* 14.

Acradina, vel potiùs Achradina, Stephano ἀχραδινή, vide suprà *Acradina*, & infrà in dictione *Syracusæ.*

Acræa iuno, ἥρα ἡ ἀκραία, dicta fuit à Corinthiis, quod ἐν ἄκρᾳ τινί, hoc est, in promontorio quodam inter Lechæum & Pagas, non procul à Corinthio coleretur: vbi & vetustum eius extabat oraculum. Strab. *lib.* 8.

Acræpala, ἀκραίπαλα, ab Hippocrate dicuntur ea omnia, quæ crapulæ obsistunt, quemadmodum Adipsa, ἄδιψα, quæ sitim prohibent. Inter Acræpala numerantur amygdalæ amariores.

Acræphia, ἀκραιφία, vrbs est Bœotiæ, quæ ab Homero Arne vocatur, dicta Acræphia, ab Acræpheo Apollinis filio, vt Stephano placet.

Ăcrăgās, Nobilis artificis nomen est, qui in auro argentóque cælando plurium præstitit: cuius etiam Plinij ætate Rhodi in templo Liberi patris opera quædam extabant, Bacchæ scilicet & Centauri in scyphis cælati, ἀκράγας. Vide Plin. *lib.* 33. *cap.* 12. ¶ Est item Acragas, ἀκράγας Stephano, mons Siciliæ, non procul à Pachyno promontorio, cum oppido eiusdem nominis, quod à Latinis Agrigentum dicitur, teste Plin. *lib.* 3. *cap.* 8. Virg. *Æneid.*

Arduus inde Acragas ostendit maxima longè
Mœnia.

Stephanus existimat hanc vrbem, vt plerasque in Sicilia, à præterlabente fluuio nomen accepisse. Alij ab Acragante Iouis & Asteropes filio dictam putant. Quatuor præterea alias huius nominis vrbes commemorat Stephanus, quarum primam in Thracia ponit, alteram in Eubœa, tertiam in Cypro, quartam in Ætolia. Scribitur & Agragas per quintam consonantem in secunda syllaba. Hinc deducitur gentile Agragantinus, ἀκραγαντῖνος. Lucret. *lib.* 1. Quorum Agragantinus cum primis Empedocles est. Hos Latini vocant Agrigentinos.

Ăcrātŏcōthōnĕs, ἀκρατοκώθωνες. Dicti sunt homines vinosi, & meracius bibentes: quasi dicas, vini meri pocula: ἄκρατος enim merum est, κώθων autem inter pocula numerantur. Vide Cæl. *lib.* 27. *cap.* 27.

Ăcrătŏphŏrum, {מַשְׁפֵּךְ *afchifchàh.* ἀκρατοφόρον. Gall. *Cruche, aiguiere.* Ital. *Orcinolo.* Germ. Ein kübel oder krug. Hisp. *El arcaduz para sacar vino.* Angl. *A pitcher or pots for water.*} Vrceolus Latinè dicitur. Cic. 3. *de Fin.* Et tamen puro concedi nobis oportere vt Græco verbo vtamur, siquando minùs occurret Latinum, ne hoc ephippiis & acratophoris potius quàm προηγμένοις, & ἀποπροηγμένοις concedatur.

[Acratophorus, merum ferens.]

Acratus, ἄκρατος, Bacchantium Genius Athenis spectabatur, cui os duntaxat extra parietem extabat. Autor Pausanias *in Attica.*

Acrauisci, ἀκραυίσκοι, populi sunt Pannoniæ inferioris, iuxta discos: de quibus Plin. *lib.* 3. *cap.* 25.

Ăcrēdo, inis, idem quod acrimonia, & acritudo. Vide *Acer.*

Ăcrēdŭlă, {ὀλολυγών. Gall. *Rossignol.* Ital. *Rosignuolo.* Germ. Ein nachtigall. Hisp. *Ruyseñor.* Angl. *A woodlark.*} Putatur Luscinia auis, siue (vt aliis placet) auis illa quam vulgò *Ranarium* vocamus. Cic. *de Diuin. ex Arato.* Et matutinis Acredula vocibus instat, Instat, & assiduas vocum iacit ore querelas, Cùm primùm gelidos rores aurora remittit.

[Acrementum, omphacium. Onom. Med.]

Acrenses, ἀκραῖοι, populi sunt Siciliæ, stipendarij Romanorum, non procul ab Acesta oppido: de quibus Plin. *lib.* 3. *cap.* 8.

Acria, ἀκρία, oppidum est Hispaniæ in conuentu Hispalensi: de quo Plin. *lib.* 3. *cap.* 1. Item alterum in Peloponneso, ad ostium Eurotæ fluuij in sinu Laconico: de quo Ptolomæus.

Acribodicæi, ἀκριβοδίκαιοι, teste Budæo, ab Aristotele appellantur Iurisconsulti, qui neglecta æquitate, summo iure, hoc est, verbis ipsis nituntur, sic dicti, quod nimium exactè legis rigorem, quem vocant, obseruarent. Et strictum illud ius Acribodicæon, ἀκριβοδίκαιον, appellatur.

Acridophagi, ἀκριδοφάγοι, populi sunt inter Æthiopes, veloces cursu, vita verò adeò breui, vt annosissimus quadragesimum annum non excedat, solis ferè locustis victitant, à quibus & nomen inuenerunt. Nam Acridas, ἀκρίδας, Græci dicunt, quas nos Locustas. Vide plura de his apud Diod. Siculum *lib.* 4. *cap.* 3. Et Matthæus Ioannem Baptistam refert locustis vsum, *cap.* 3.

Ăcrifŏlium, arbuscula est, quæ à Macrobio inter arbores infelices numeratur. Ἄκυλος. Creditur eadem esse, quæ Lotos alio nomine, à Gallis autem, *Alysa.* vel *Alysarum, Alisier.* Vide Ruellium.

Acrilla, ἄκριλλα, oppidum est Siciliæ, non procul à Syracusis: cuius incolæ dicuntur Acrillæi, ἀκριλλαῖοι. Vide Steph.

Ăcrĭmōnĭă, vide *Acer* adiectiuum.

Acrio, onis, Locrus, Philosophus fuit Pythagoricus, cuius meminit Cic. *lib.* 3. *de Finib.*

[Acris, ἀκρίς, locusta.]

Acrisia, ἀκρισία, est absentia iudicij & rationis. Bud. *in Commentariis.*

Acrisius, ἀκρίσιος, filius fuit Abantis, & pater Danaës, qui Prœto fratri in regnum Argiuorum successit. Hic cùm oraculo monitus esset fore vt à nepote vita exueretur, filiam suam vnicam munitissimæ turri inclusit, eo consilio, vt a perpetua virginitate damnata, omni, qui à potentatu impendere videbatur, metu solueretur. At Iupiter Danaës amore captus, in speciem imbris aurei se transformauit, & per impluuium in puellæ gremium delapsus, voti compos factus ex ea Perseum genuit. Quod vbi Acrisius animaduertit, filiam vna cum infantulo recens nato in arcam impositam, in mare abiecit: quæ ad littus Apulum appulsa, & à piscatoribus excepta, ad Pilumnum regem deducta est: qui & forma eius & genere adductus, eam sibi vxorem delegit. Porro Perseus tandem adoleuit, aduersus Gorgonas expeditione suscepta, victor euasit: nec ita multò pòst Argos venit, secúmque Medusæ

caput ferens, in quod quum fortè Acrisius incidisset, in lapidem transmutatus est. Hæc ex Ouidio & aliis. Fuit & Acrisius alter Vlyssis auus paternus, quem alij Arcesium legunt apud Ouidium *Metamorphoseos lib.* 13. ¶ Verba Ouidij sunt:

Nam mihi Laertes pater est, Arcesius illi,
Iupiter huic.

Acrisioneus, a, um, adiectiuum, ἀκρισιώνειος. Virgil. 7. *Æneid.*

——bane dicitur vrbem
Acrisioneis Danae fundasse colonis.

Acrisioniades, Acrisioniadæ, Patronymicum mascul. gen. ἀκρισιωνιάδης, Perseus Acrisij ex Danae nepos. Ouid. 4. *Metamorph.*

Vertit in hunc Harpen madefactam cæde Medusæ
Acrisioniades, adigitque in pectus.

Acrisiōne, ἀκρισιώνη, patronymicum fœm. ab Acrisio deductum, quo significatur Danae filia Acrisij, & Persei mater.

Acritas, Acritudo, Acriter. Vide *Acer* adiectiuum.

Acritas, Peloponnesi promontorium iuxta Maleam & Tænarum. Autor Pompon. Mela *lib.* 2. & Plin. 4. 5. 13.

Acroamata, ἀκροάματα Græci auditiones, siue auscultationes vocant. Ἀκροᾶσθαι enim audire est, seu Auscultare. Aristoteles Acroamata nominauit commentationes suas, quas auditoribus tradebat, in quibus Philosophia remotior subtiliorque agitabatur. Huic disciplinæ, quæ Acroamatice dicitur, tempus dabat in Lyceo gymnasio matutino. Vide Plutarch. *in Alex.* & Gell. *cap.* 4. *lib.* 20. Alij appellant Acroamata, festiuas recitationes, ludicrásque narrationes. Quod significat Cic. *Verr.* 6. Hic quasi festiuum acroama, ne sine corollario de conuiuio discederet, ibidem conuiuis inspectantibus, emblemata auellenda curauit. Et Suet. *c.* 74. *de Augusto* scribit, Acroamata, hoc est, narrationes recitationésque ludicras & mimicas ab Augusto interponi solere conuiuiis, ad conuictores oblectandos. Lampridius accipere videtur pro ipsis hominibus acroamata recitantibus, quum ait in Alexandro, Alexandrum nanos & nanas, & moriones, & vocales exoletos, & omnia acroamata, & pantomimos populo donasse. Similiter Plin. *in Epist.* Interdum, inquit, audiebamus acroamata, interdum iucundissimis sermonibus nox ducebatur.

Acroāma, mos erat apud veteres qui hodie nullus est, vt in fabulis agendis, actionem histrionum musica symphonia commendaret. Vnde illud: Tibiis dextris & sinistris: aut paribus & imparibus: aut Serranis & Phrygiis. Erat igitur in voce histrionum actio, erat in musica symphonia, quod Acroama dicebatur: inde scilicet, quod fabulæ pars auribus perciperetur, & auditio quædam esset: animum leniente musico concentu, sicut illa quæ ad actionem histrionum pertinebat, spectantium oculos oblectabat. Atque hanc fuisse Acroamatis significationem, loci demonstrant quos in antiquorum scriptis obseruauimus. Nam *in oratione pro Archia*, distinxit Orator inter Acroama & vocem, id est, eum qui fidibus, & eum qui voce caneret: Cùm (inquit) ab eo quæreretur, quod Acroama, aut cuius vocem libentissimè audiret? Respondit, eius à quo virtus optimè prædicaretur. Et *in Verrem.* Acroama pro homine potius quàm pro re, planè constat esse vsurpatum. Sunt enim hæc verba: Hic quasi festiuum acroama, ne sine corollario discederet, emblemata auellenda curauit. Sed nusquam apertius quàm apud Macrobium quid Acroama sit, intelligitur. Saturn. *lib.* 11. inquit: Delectatus inter cœnam erat Augustus pueris symphoniacis Turonij Flacci mangonis, atque eos frumento donauerat; cùm in alia acroamata fuisset liberalis nummis, eosdémque postea Turonius æquè inter cœnam quærenti Cæsari sic excusauit: Ad moles sunt. In oratione autem pro Sextio, de P. Clodio: Ipse ille maximè Ludius, non solùm spectator, sed actor & acroama. Quod ideo dixit Cicero, quia Clodius vtrumque munus, & histrionis & musici, obiret.

Acroāmăticus, a, um, idem quod auscultatorius, ἀκροαματικός. Aristoteles in epistola quadam ad Alexandrum, logos acroamaticos appellat libros de recondita Peripateticorum disciplina editos. Gell. *lib.* 20. *cap.* 4. & Budæus.

‖Acroasis, auditio, auditorium. Varro.‖

Acroathon, ἀκρόαθων. Oppidum est Thraciæ in vertice montis, qui Athos dicitur, situm: vnde & nomen habet. Pomponius Mela *lib.* 2.

‖Acrobaticum, machina, scansoria, portabilis ad dealbandos muros, &c. Vitr.‖

Acroceraunia, orum, vel Acroceraunij montes, ἀκροκεραύνια. Montes sunt in fronte Epiri, Ionium mare ab Adriatico dirimentes, ita dicti quòd propter immensam altitudinem vertices habeant fulminibus maximè obnoxios. ἄκρος enim verticem significat, & κεραυνὸς fulmen. Horat. *lib.* 1. *Carm. ad Virg.*

Qui siccis oculis monstra natantia,
Qui vidit mare turgidum, &
Infames scopulos Acroceraunia.

Plin. *lib.* 3. *cap.* 23. Inde initium Epiri, montes Acroceraunij. Idem *in proœmio lib.* 4. Item *eiusdem libri cap.* 1. Non defuerunt qui & iuxta Armeniam montes Acroceraunios collocarent: verùm illi nominis vicinitate lapsi sunt. Siquidem illi Ceraunij montes appellantur, non Acroceraunij: de quibus vide Plin. *lib.* 5. *cap.* 27. *& infrà suo loco.*

Acroceraunion, ἀκροκεραύνιον, est primum Epiri promontorium, eaque Acrocerauniorum montium pars, quæ mari imminens secundùm Europæ sinum à tertio, hoc est, Adriaticum mare ab Ionio diuidit: distatque à Lacinio, extremo Italiæ promontorio 75000. pas. Vide Plin. *lib.* 3. *cap.* 11. *&* 29.

‖Acrocheria, ligatura articulorum. Pap.‖

Acrochiristæ, Athletæ, qui summis manibus depugnant inter sese.

‖Acrochiron, summa manus. Onom. M.

Acrocolia, trunculi, extrema membrorum, & edulia ex trunculis. Item è pomis. Poll.‖

Acrochordon, {יבלת *iebéth.* ἀκροχορδών. GALL. *Verrue, cor.* ITAL. *Porro che nasce per le mani bruchio.* GERM. Warzen die vnden auff der haut also klein seind wie ein fadlin. HISP. *Vn genero de berruga que duele.* ANGL. *Amert.*} Tubercula sunt in cute excrescentia, dura, & exigua, ima sui parte adeò angusta, vt veluti chordarum nexu summa in cute suspendi videantur: vnde & nomen habent. A quibusdam Verrucæ pensiles appellantur. Vide Galenum *Methodi lib.* 2. *cap.* 11. & Manard. *epist. lib.* 7.

Acrocomæ, ἀκρόκομοι. Populi sunt Thraciæ, à capillorum longitudine dicti, quod antias in fronte mulierum more demissas gestarent. Autor Homerus. ¶ Sed apud eum ἀκρόκομοι appellari ὄπιθεν κομόωντας Thraces, satis constat: idque non quòd antias in fronte demissas gestarent, sed quòd in summo capite capillos alerent: i. ἐκ τῆς κορυφῆς τὰς κόμας. Vide Eustath. & Herod.

‖Acrocomia, brachij prominens summitas. Onom. M.

Acrocomus, longas habens comas anteriores. Opisthocomus posteriores. Rhod.‖

Acrocorinthus, ἀκροκόρινθος, mons Peloponnesi inter duo maria, Ægæum scilicet, & Ionium, stadiorum trium & dimidiati altitudine ad perpendiculum, sub cuius radice in plano, instar mensæ, iacet oppidum Corinthus. Strabo *lib.* 8. autor est montem hunc mœnibus ita fuisse circundatum, vt arcis vsum præberet: quò fit, vt minimè mirum videri debeat, Acrocorinthum à Plinio arcem appellari, quem Strabo montem vocitat. Plin. *lib.* 4. *cap.* 4. Medio hoc interuallo, quod Isthmum appellauimus, applicata colli habitatur colonia Corinthus, antea Ephyra dicta, sexagenis ab vtroque littore stadiis, à summa sua arce, quæ vocatur Acrocorinthus, in qua fons est Pyrthene.

Acrocorium, Bulbi species est. Plin. *lib.* 19. *cap.* 5. ἀκροκόριον.

Acrodrya, Caius hoc nomine omnem fructum arborum significari dixit: propriè tamen Acrodrya vocantur fructus arborum, qui lignosos cortices habent: quales sunt castaneæ, glandes, amygdalæ, iuglandes, & similes, ἀκρόδρυα. Quod genus appellatione Nucum, apud Latinos continetur. Et contra, Opora dicuntur quæ molli sunt putamine, ὀπώρα. Vide Ruellium *lib.* 1. *cap.* 97. & Budæum.

‖Acrolemia, cubiti summitates. Item rectiorum pars superflua, fimbriæ illorum. Poll.‖

Acrolissus, ἀκρόλισσος, arx est in colle supra Lissum Illyrici vrbem, cuius meminit Strabo *lib.* 7.

‖Acrolithum, summum saxum, statua, summus lapis. Vitr.‖

Acrolochias, ἀκρολοχίας. Promontorium est Ægypti ad Pharon. Strabo *lib.* 17.

‖Acromium, ἀκρώμιον, ἄκρος ὦμος, i. e. humeri summitas, vbi cum scapulis humeri committuntur.

Acromphalum, ἀκρόμφαλον ἄκρος ὀμφαλός, vmbilici medium.‖

Acron, ἄκρων. Fuit Ceninensium rex eo nomine, quem Romulus singulari certamine vicit, eiusque arma Ioui Feretrio dedicauit. ¶ Acron præterea medicus Agrigentinus fuit, qui Athenis vnà cum Empedocle philosophatus est. Antiquior fuit Hippocrate. Scripsit lingua Dorica de victu salubri librum vnum, autore Suida. Vide Laërtium *in Empedocle.* ¶ Acron item fuit nobilis Grammaticus, qui Horatium poëtam editis commentariis enarrauit.

Acronius lacus, ἀκρώνιος λίμνη, olim dictus, qui aliis nominibus & Podamicus, & Brigantinus nuncupatur. Hodie à Constantia vrbe imminente, Constantiensis dicitur. Pomp. Mel. *lib.* 3. Rhenus ab Alpibus decidens propriè à capite duos lacus efficit, Venetum, & Acronium.

‖Acroomĕni, auscultantes Pœnitentium ordines in Ecclesia Orientali. Lex p.‖

Acronyctæ, ἀκρόνυκτοι, stellæ vespertino tempore orientes quum sol vergit ad Occasum. Nam ἀκρόνυξ à Græcis dicitur, quod nos Crepusculum vespertinum vocamus. Vide Cæl. Rhod. *lib.* 22. *cap.* 5.

‖Acrophysium, ἀκροφύσιον, ἄκρος φῦσα, extrema follis pars, quæ fornacis, aut fusorij infundibuli ori inseritur: rostrum follis, spiramentum. vox Thucydidis.‖

Acropolis, Arx dicitur supra oppidum in edito loco sita: cuiusmodi olim Athenæ habuerunt, Mineruæ delubro insignem. ἀκρόπολις.

‖Acropsilum, in summo glabrum. Hipp.‖

Acrorei, vrbs Triphyliæ, Steph.

Acrostichis, dis, dicitur quum primis aliquot versuum literis nomen alicuius, vel alia quæuis dictio, aut oratio exprimitur, ἀκροστιχίς. In hoc genere Plautus lusit aliquot argumenta Comœdiarum, quæ primis literis fabulæ nomen indicant. Sic Cic. *de Diuinat.* citat Acrostichia Sibyllæ, quæ adhuc in libris Sibyllinis extant. Cæl. Rhod. *Antiq. lect. lib.* 13. *cap.* 39.

Acrostolia, orum, ἀκροστόλια, sunt extremæ partes nauis, quæ facilè euellebantur, quum collibitum fuerat: vt constat ex Diodoro Siculo *lib.* 20. Latini (vt putat Baysius) rostra vocant, & si quæ similia. Erat autem in more positum apud antiquos, ornari naues, victrices acrostoliis captiuarum.

Acrotadus, ἀκρότατος, insula est in sinu Persico: de qua Plin. *lib.* 6. *c.* 25.

‖Acroteleutium, extremus versus, finis. Iun.

Acrotemo, suprema pars temonis. Poll.‖

Acroteria, dicuntur pinnacula in summitate ædificiorum prominentia. Item in corpore humano extremitates etiam Acroteria dicuntur, quales sunt in manibus & pedibus illæ partes digitorum, quæ sub vnguibus latent. {ᾳ? *gab.* ἀκρωτήρια. ANGL. *Pinnacles in te high partes of buildings.*} Vide Vitruuium & Bud. *in Comm.*

Acrothinia, primitiæ frugum sunt, quæ de summo aceruo solent tolli, ἀκροθίνια. Ἄκρος enim summum sonat, θῖνες autem frumentorum acerui dicuntur. Vnde ἀκροθινιάζειν Græci dicunt, pro eo quod est Summa delibare, vel primitias consecrare.

Acrothon, vide *Acroathon.*

‖Acrotilia, articuli. Pap.‖

Acrumærum, vtensilia ampliora. Fest.

‖Acroustica, frigida, atque coercentia. Cæl.

Acroxonia, axis cuiusque extremitates. Poll.‖

Āctă, æ, substantiuum nomen & Græcum, vltima depresso accentu. {חוף *choph.* ἀκτή. GALL. *Le bord & riuage de la mer.* ITAL. *Litto.* GERM. Ein gestad. HISP. *La orilla del mar, ò tierra cerca della.* ANGL. *The sheare the sea coaste.*} Littus secretum & amœnum. Virgil. *lib.* 5.

At procul in sola secretæ Troades acta
Anchisen flebant. Seruius.

Acta, orum, vide *Ago.*

Āctæă, herba est, siue frutex graui foliorum odore, caulibus anisi geniculatis,

culatis, semine nigro, vt hederæ, baccis mollibus. Nascitur in opacis & asperis & aquosis. Hæc Plin. *lib.27. cap.17.* Ruellius hanc eandem esse putat, aut certe simillimam illi, qui à Dioscoride χαμαιάκτη, à Latinis Ebulum vocatur.

Actæon, ἀκταίων cum diphth. Aristæi & Autonoës filius, à Diana in ceruum conuersus, & à suis canibus dilaceratus. Vide fabulam apud Ouid. *lib.3. Metamorph.* & Fulgentium, atque etiam in Commentariis Apollonij *lib.4.*

Actania, ἀκτανία, insula est in mari Germanico, cuius meminit Plinius *lib.4. cap.13.*

Actasta, vide *Acasta.*

Acte, es, ἀκτή, Græciæ regio nobilissima, quæ postea ab Atthide Granai regis filia, Attica nominata est. Dicta Acte, vel ab Actæo quodam rege indigena, vt refert Stephanus: vel potius, quod maxima sui parte littoralis sit, & ad mare extensa. Nam ἀκτὰν Græci littus vocant. Plinius *lib.4. cap.7.* In ea prima Attica, antiquitus Acta vocata.

Actæus, a, um, id est, Atticus, ἀκταῖος, Ouid. *Metamorph.*

Separat Ionios Actæo Pisten ab arua.

Acte, frutex arborescens, quem Latini Sambucum vocant. {ἀκτή. GALL. *Sureau, ou suseau.* ITAL. *Sambuco.* GERM. Holderstaud. HISP. *Sabuco.* ANGL. *An elder tree.*} Vnde Chamæacte, χαμαιάκτη, dicitur, quod Ebulum à Romanis appellatur, quasi pumila sambucus. Vide infrà in dictione *Sambucus.*

Actia, ἄκτια Stephano. ludi erant in Actio Epiri promontorio quinto quoque anno celebrari soliti in honorem Apollinis, qui & ipse Actius cognominabatur. Hos ludos vetustissimos fuisse constat, vtpote quorum & Callimachus meminerit. Summo tamen apparatu ab Augusto instaurati fuerunt, postquam Antonium & Cleopatram nauali prælio ante Actium superasset: cura eorum deinceps Lacedæmoniis mandata. Hæc Strabo *lib.7.* Stephanus tertio quoque anno celebratos fuisse tradidit: tribúsque certaminibus fuisse insignes, gymnico, equestri, & nauali. Horum meminit & Seruius in illud Virgil. 3. *Æneid.*

Actiaque Iliacis celebramus littora ludis.

Actin, ἀκτὶν, ῖνος, radius Solis: vnde Ecclesia *actinosa*, quasi radiosa dicitur, quæ fide operibúsque resplendet. apud Ambrosium *de interpell. Dauid.*

Actio, Actionarius, vide *Ago.*

Actis, teli genus. Nouar.

Actisanes, ἀκτισάνης, Rex Æthiopiæ, qui Amasim Ægypto depulit, quod nimis immoderate tyrannidem exerceret, regnúmque eius occupauit. Vide Diodorum *lib.1. cap.1.*

Actium, ἄκτιον, Epiri promontorium, vbi Augustus, deuictis nauali prælio Antonio & Cleopatra, vrbem condidit: & Nicopolim à victoria nominauit.

Actius, & Actiacus, a, um, ἀκτιακός, Virg. 3. *Æneid.*

Actiaque Iliacis celebramus littora ludis.

Sappho *ad Phaonem.*

Cur non Actiacas miseram me mittis ad oras?

Actius nauius, inclytus Tarquinij Prisci temporibus Augur fuit, quem inspectante rege, cotem nouacula discidisse fabulantur. Vide Liuium *lib.1. ab Vrbe.* Alij malunt scribere *Accius.*

Actius, siue Accius, fuit Tragœdiarum scriptor: natus libertinis parentibus, & inter colonos Pisaurum deductus, à quo & fundus Actianus iuxta Pisaurum dictus: in scribendis Tragœdiis, sententiarum grauitate, verborum pondere, personarum autoritate clarissimus extitit. Vide suprà *Accius.*

Actito, Actiuus, Actor, vide *Ago.*

Actor, qui agit: in specie, qui agit in iudicio, accusando: item is qui fabulam agit. Vide *Ago.*

Actor, ἄκτωρ. Comes fuit Herculis in expeditione contra Amazones, in quo bello vulneratus, quum domum redire vellet, in itinere mortuus est. ¶ Actorides, ἀκτορίδης, Patroclus, nepos Actoris. Is enim ex Ægina, quam ei Iuppiter à se vitiatam, vxorem dederat, Menœtium genuit. Menœtius autem relicta Ægina, Opuntem in Locros se contulit, & ibi Patroclum genuit. Legend. Ouid. *Eleg. 8. lib.1. Trist.* Actoris, vtbs. Idem *Eleg. 9. lib. Trist. & 13. Met.*

Repulit Actorides sub imagine tutus Achillis Troas.

¶ Fuit & Actor quidam Auruncus, cuius meminit Virg. *lib.12. Æneid.*

———validam vi corripit hastam

Actoris Aurunci spolium, &c.

Actualis. Macrob. *Comment. lib.1. cap.17.* Hic à feriatis remotus, eminet tantum à feriatum vigore virtutum.

Actito, Actuarius, Actuariola, Actuus, Actualis, Actor. Vide *Ago.*

Actuosus, Actuosus, Actum est, Actus adiectiuum & substantiuum. Vide *Ago.*

Actuarius, ἀκτουάριος. Medici Græci nomen, qui plurimis scriptis voluminibus, artem suam illustrauit: ex quibus etiam hodie sunt in manibus septem libri de vrinarum ratione.

Actuarius, limes est, qui primus actus est ab eo quintus quisque, quem si numeres cum primo erit sextus: quoniam quinque centurias sex limites claudunt. Actuarij autem extra maximos, D. & K. latitudinem habent pedes XII. Per hos iter populo, sicut per viam publicam debetur, ita enim cautum est lege Sempronia & Cornelia & Iulia. Quidam ex his latiores sunt XII. pedibus, vt hi qui sunt per viam publicam militarem acti, habent enim latitudines viæ publicæ. Hæc tradita sunt ab Hygino *in lib. de limitib. constituendis.*

Actuariæ naues, quod facile agantur. ἐπακτρίδες. Sisen. *lib. 3. hist.* Quibus occisis, actuarias ad viginti, naues item complures onerarias incendunt. Non. Salust. *hist. lib.2.* Ad hoc pauca piratica actuaria nauigia.

Actus agrestis, mensuræ genus fuit, de quo dictum est in dictione *Mensura.*

Actutum, vide *Ago.*

Aculeus, stimulus. {דרבן *darbán.* κέντρον. GALL. *Poincte ou aiguillon.* ITAL. *Pungolo, ago.* GERM. Ein spitz oder angel der Wespen und Binen. HISP. *El aguijon della aueja ò abispa.* ANGL. *A prike or sting.*} Colum. *lib.1.* Nec paludem quidem vicinam esse oportet ædificiis, nec iunctam militarem viam: quòd illa caloribus noxium virus eructat, & infestis aculeis armatos culices, muscas, tabanos, quæ in nos densissimis agminibus inuolant. Cic. 3. *de Fin.* Vespas aculeis vti videmus. Idem 2. *Tusc.* Quum liquescimus, fluimúsque mollitia, apes aculeum sine clade non possumus. ¶ Dicuntur & in herbis aculei, spinulæ quædam in folio, caule, aut flore eminentes: vt in carduo, tribulo, leucacantha & similibus. ¶ Cic. *de optimo dicendi genere*, transtulit ad orationem. Horum oratio, inquit, neque nervos, neque aculeos oratorios, ac forenses habet. Inhæro aculeo fugere. Metaphora proacteriabilis, vbi quis dicto conuitio, vel maleficio quopiam perpetrato, statim subducit sese, ne vel tueri cogatur quod dixerit, aut ne mutuum recipiat. Translatum videtur ab apibus, aut vespis, quæ infixo aculeo, statim aufugiunt. Quadrabit & in eos qui velut oracula quædam pronunciant & intellectu difficilia, aliis conciliandi materiam ministrantes, vt qui non interpretentur quamobrem ita senserint. Erasm. *in Chiliad.*

Aculeolus, diminutiuum, quo vtitur Martial. *Epigr. lib.8.* κεντρίδιον.

Aculeatus, a, um, quod aculeum, siue acutum quiddam aculei instar habet. {ἀκανθωτός. GALL. *Poinctu, piquant.* ITAL. *Cosa che ha tal ago.* GERM. Spitzig, stachechtig. HISP. *Cosa que tiene punta ò aguyon.* ANGL. *Anything that hath a sting or pricke.*} Plin. *lib.11. cap.26. de cicadis.* Sine ore est, pro eo quiddam aculeatum linguis simile, & hoc in pectore, quæ rorem lambunt. ¶ Per translationem quoque oratio, aut epistola aculeata dicitur, quæ veluti aculeis quibusdam munita, animum quodammodo mordet ac pungit. Cic. *ad Attic. lib.14.* Satis aculeatas ad Dolabellam literas dedi.

Aculus, ministerialis domus regiæ. Isid. gloss.

Acumba, accubitum. Acumbisma, fulcrum. Lex. g. b.

Acuncula, vide *Acus.*

Acuo, is, ui, utum, Aciem rei alicui induco, exacuo. {לטש *latásch.* שנן *schanan.* ἀκονάω, θήγω, ὀξύνω. GALL. *Aiguiser en trenchant affiler, faire aigu.* ITAL. *Dare il filo, affilare, aguzzare.* GERM. Ein scherpffen wetzen, spitzen. HISP. *Aguzár.* ANGL. *To sharpe, to mak sharpe.*} Colum. *lib. 5.* Quoties falcem acueris, pelle aciem detergito, atque ita putare incipito. ¶ Interdum ponitur pro excito, hortor, &c. Terent. *in Adelph.* Attentiores sumus ad rem omnes, quàm sat est: Quòd illos sat ætas acuet, id est, docebit. Virgil. 1. *Georg.* in simili significatione animo tribuit.

———Curis acuens mortalia corda.

Cic. *in Topic.* viris appositum, In excitando autem, & in acuendo plurimum valet, si laudes illum, cuius cohorteris. Gell. *cap.26. lib.2.* Acuere & quasi incendere colorem. Liuius *lib. 10.* Acuit hoc curam patribus. Item acuere iram. Et *lib. 3. offic.* Duæ res quæ languorem afferunt cæteris, illum acuebant, otium & solitudo, id est, incendebant. Virgil. 7. *Æneid.* in malam partem accipit, pro instigare, incendere, irritare.

Postquam, inquit, visa satis primas acuisse furores.

¶ Huius verbi composita sunt, Exacuo, & præacuo: quorum significata vide suis locis.

Acutus, a, um, propriè de ferro dicitur, quod aciem habet, & bene secat. cui opponitur Hebes, vel obtusum. {מלטש *meltuásch* שנון *schanoln.* ὀξύς. GALL. *Aigu, aiguisé.* ITAL. *Acuto & appuntato.* GERM. Spitzig scharpff. HISP. *Cosa aguda ò aguzada.* ANGL. *Sharpe made sharpe.*} Plaut. *in Milit.* Vide, vt tibi istic sit acutus Carro culter probè. Item quòd in mucronem, siue acumen desinit, vt Acutus palus, Acutus angulus, Acutum rostrum. ¶ Per metaphoram autem ponitur pro subtili, vel acri aut perspicaci: vt Acutum ingenium, Acutus sophista, Acuta vox, ὀξυφωνία. Item acuti oculi, id est, clarè cernentes, ὀξυδερκεῖς. Plaut. *Capt. sc.4. a.3.* Macilento ore, naso acuto. Et *in Pseud. sc.7. a.4.* Magno capite, acutis oculis, (an argutis) Senec. *ep.83.* Acuta sunt ista argumenta: Nihil arista acutius. Acutum cernere, Horatius, ὀξυδερκεῖν. Acutæ aures, Horatius, ὀξὺ ἀκούειν. Acuti et ... ὀξεῖς. Xenophon, Leuicra studia, sed tamen acuta, ἐλαφρόμενα μέν, ὀξέα δέ. Gaza ex Cicerone.

Acuti, claui, aut pomphi. Pelag. *lib.15. n.48.* Sicut impossibile est nauim fabricari sine acutis.

Acutè, ingeniosè. ὀξέως. GALL. *Aiguement, ingenieusement.* ITAL. *Acutamente, ingegnosamente.* GERM. Geschwindiglich, spitzig. HISP. *Agudamente, ingeniosamente.* ANGL. *Sharplie, ingeniouslie, quicklie.*} Quod quamuis primum de acie ferri dicatur, sæpius tamen ad animum refertur, idemque significat quod ingeniosè, vel subtiliter. Cic. *pro Cælio.* Si mihi acutè, arguteque responderit. Idem *in Lælio.* Multa respondit acutè ferebantur. Interdum de voce dicitur: vt, Vox acutè sonans, apud eundem *de somnio Scipionis.* Grauiter tonans. Nonnunquam & de visu pro Clarè, perspicaciter. Pro quo etiam legimus Acutum, vt Horat. *lib. 1. Serm. Sat. 3.*

Quum tua peruideas oculis mala lippus inunctis,

Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum

Acutulus, diminutiuum, idem quod subacutus. {ὀξύτερος. GALL. *Aucunement aigu ou subtil.* ITAL. *Alquanto acuto ò sottile.* GERM. Ein wenig subtil oder scharpff. HISP. *Vn poco agudo o sotil.* ANGL. *Somewhat sharpe.*} Breues & acutulæ conclusiones.

Acumen, idem quod aculeus, seu cuspis. {דרבן *darbán.* κέντρον. GALL. *Poincte ou aiguillon.* ITAL. *Acutezza, acume.* GERM. Ein spitz. HISP. *Agudeza ò aguzadura.* ANGL. *A sting or prick, shar pnesse of witt.*} Cic. *in Arati Phænomenis.* Tergaque Centauri, atque nepæ portat acumen. ¶ Accipitur & pro ingenij perspicacitate, quod quæ in acutum terminent, interius magis penetrent: quomodo solent perspicacia ingenia penetrare. {הערמה *harmáh.* ἀγχίνοια. GALL. *Subtilité, finesse, astuce, cautelle.* ITAL. *Cautela, astutia.* GERM. Scharpffsinnigkeit, geschwindigkeit. HISP. *Agudeza ò astucia de ingenio.*} Idem *de Nat deor.* Epicurus homo sine acumine, sine vllo lepore. Col. *in præfatione.* Facillimam esse, nec vllius acuminis subtilitatem. Item pro rostro auium, ex quibus si quid sibi caderet, auspicia ex acuminibus augures captare dicit. Cerda.

Acumino, as, Acutum facio. {לטש *littésch* שנן *schanán* הציג *hitsig.* ὀξύνω. GALL. *Aiguiser, faire aigu.* ITAL. *Aguzare.* GERM. Spitzig oder scharpff machen. HISP. *Aguzar, ò hazer agudo.* ANGL. *To mak sharpe.*} Lact. *de Opific.* In quadrupedibus autem contextum spinæ à summo capite deductum, longius extra corpus eduxit, & acuminauit in caudam.

Acuminatus,

Acūmĭnātŭs, a, um, quod acumen habet. {מלטשׁ *meluttasch* שׁנן *schanan*. ὀξυγώνιος. GALL. *Aigu, pointu.* ITAL. *Aguzzo.* GERM. Scharpff gemacht oder gespitzt. HISP. *Cosa hecha aguda.* ANGL. *That which hath a sting or prick.*} Plin. *lib.* 11. *cap.* 12. Ita reciproca generauit arte, vt fodiendo acuminatum, sorbendoque fistulosum esset.

Acŭpēdĭŭs dicitur, cui præcipuum est in currendo pedum acumen, ὀξύπους, Festus.

¶Acupediarij, cursores quasi acutis pedibus, Acupedes, accipides, quasi, acuti pedes in currendo. Salm.¶

Acupedium, in Glossario, ὀξυποδία.

Acupictōrēs, qui acu pingunt. {רקם *rokem.* φρυγίωνες οἱ ζωγράφοι ὑφάνται. GALL. *Brodeurs, ou tapissiers.* ITAL. *Ricamatori.* GERM. Seydensticker. HISP. *Bordadores, ò bastadores.* ANGL. *Broderers.*} Alio nomine Phrygiones appellantur, à Phrygia regione Troiæ, vbi primum inuenta hæc ars dicitur.

¶Acupictile, Phrygium opus. Cod. ll. ant.¶

Ăcŭs, aci, generis masculini. Genus piscis, qui & Acicula dicitur. Martial. *lib.* 10.

Et satius tenues ducere credis acus.

Hic etiam Belone dicitur. {βελόνη. GALL. *Esguille.* ITAL. *Angusigola.* GERM. Ein langer Meerfisch. HISP. *Aguja paradar pescado.*} Plin. *lib.* 9. *cap.* 51. Acus, siue Belone, vnus piscium, dehiscente propter multitudinem vtero parit. ¶ Est & acus minoris piscis genus, cui rostrum tubæ modo edentulum, quod descriptioni τῆς βελόνης Aristotelis magis congruit.

Ăcus, aceris, generis neutri, purgamentum frumenti. {מוץ *mots.* ἀνθέριξ, ἄχυρον. GALL. *Paille, ou balle.* ITAL. *La loppa o mondatura di grano.* GERM. Spreuwer. HISP. *Las granças ò abechaduras de pan.* ANGL. *Chaffe.*} Col. *lib.* 8. Nam in suburbanis lactens porcus acere nutricandus est.

Ăcĕro, as, are, Paleis inficere, ἀχυρόω.

Ăcerātŭs, adiect. Acere plenus, aut permistus. {ἀχυρώδης. GALL. *Pailleux comme le pain bis.* ITAL. *Pieno di paglia.* GERM. Das voll spreüwer oder kleyen ist. HISP. *Granfoso embuelto en granças de pan.* ANGL. *Full of chaffe.*} Inde Lutum aceratum, autore Festo, quòd paleam habet admistam.

Ăcĕrōsŭs, adiect. idem: vt, Panis acerosus, qui confectus est ex frumento parum purgato, acereque non satis diligenter excreto.

Ăcŭs, quartæ declinationis, generis fœminini. Instrumentum est quo vestes farciuntur. {מחט *machat.* ἀκέστρα, βελόνη. GALL. *Esguille à coudre.* ITAL. *Ago.* GERM. Ein nadel. HISP. *Aguja para coser.* ANGL. *A needle.*} Plautus *in Menæch.* Acum credo inuenisses, si acum quæreres. Prouerbialis hyperbole de re diligenter vestigata. Nam acus inuentu difficillima, quòd ob exiguitatem, facilè fallat oculos quærentis. Rem acu tetigisti, apud eundem Plautum *in Rudente.* Id est, rem ipsam dixisti, nihil aberrans. q. d. ipsissimum punctum attigisti. Nam minutissima puncta denotantur acu. ¶ Ponitur etiam pro instrumento, quo vtuntur fœminæ ad ornandos discernendósque capillos. {חריט *charit.* ἀναβολεύς. GALL. *Poinçon d'atourneresse à griller les cheueux, & faire les passefilons.* ITAL. *Scriminale.* GERM. Ein nadel. ANGL. *Aguja para hazer la crencha.*} Iuuen. *Satyr.* 2.

Ille supercilium madida fuligine tinctum
Obliqua producit acu.

Martial.

Figat acu tortas, sustineátque comas.

Purgamenta quoque legumenum Acus dictas inuenimus à Columella *lib.* 2. *cap.* 10. vbi sic scribit de fabarum tritura. Nam semina excusa in area iacebunt: supérque ea paulatim eodem modo reliqui fasciculi excutientur, ac durissimæ quidem acus resectæ separatæque erunt à cudentibus: minutæ verò, quæ cum siliquis de faba resederunt, aliter secernentur. ¶ Similiter exercitus instructi pars prior, GALL. *La pointe.* Acus dicitur, quòd ea militum pars vehementissima sit ad hostem vulnerandum acumine telorum. Perottus. nisi potiùs legendum sit acies. quod puto, &c. Vide Scal. ad Fest.

Ăcŭcŭlă, diminutiuum ab Acu: qua vtuntur mulieres ad se ornandum. {ἀκίσκη. GALL. *Petite esguille.* ITAL. *Picciolo ago.* GERM. Ein nädelin. HISP. *Pequeña aguja.* ANGL. *A preikor any such thing wherewith an woman vseth to bush hir.*} Huiusmodi est discerniculum, quod capillis discriminandis est accommodatum. Vide Scal. ad Festum.

Acusilaus, Ἀκουσίλαος, Atheniensis Rhetor, qui Galba imperante sese Romam contulit, ibique ludum aperuit tanto successu, vt moriens Atheniensibus decem myriades ex fœnore partas reliquerit. ¶ Fuit & Acusilaus quidam Argiuus Historicus, qui Genealogias quasdam conscripsit, ex æneis tabulis, quas patrem eius ferunt inuenisse, quum in domo sua nescio quid foderet. Vtriusque meminit Suidas.

¶Acustici, q. auditiui, qui tantùm sunt discipuli auditores in silentio.

Acutarij, argutarij, canes vertagi, acutis, celeribus pedibus. Salmas.¶

Ăcūtē, Acutus, Acutulus. Vide Acuo.

Acutēa, Ἀκούτεια, Hispaniæ vrbs est Stephano: cuius incolæ dicuntur Acutani, Ἀκουτανοί.

¶Acutela, acumen. Gloss.

Acutella, herba. Plin.

Acutia. P. Vitellij vxor, Tacit. *lib.* 5.

Acutiarij, qui acuunt. Salmas.¶

Acylas, Ἀκύλας, Philosophi nomen, qui Dialecticos commentarios conscripsit de Syllogismis. Suidas.

Ăcȳlōn, seu potius Acylos, ἄκυλος Suidæ, fructus est ilicis fœminæ. Plin. *lib.* 16. *c.* 8. Ilicis glans vtriusque breuior, & gracilior, quam Homerus Acylon vocat: eóque nomine à glande distinguit. Masculas ilices negant ferre. Dicitur etiam hoc nomine fructus arboris cuiusdam, quæ mediam quandam naturam obtinet, inter suber & quercum, quæ ob id Phellodrys vocatur. Vide Ruellium *li.* 1. *cap.* 89.

Acyphas, Ἀκύφας, oppidum est in Dorica tetrapoli, vt ex Theopompo refert Stephanus.

¶Acyterium, medicamentum impediens conceptus. L.M.¶

Acytos, Ἄκυτος, Stephano, Insula est non procul à Creta, è regione Cydoniæ ciuitatis, quæ alio nomine Melos appellatur. Vide Plin. *lib.* 4. *cap.* 12.

Acyrologia, ἀκυρολογία, Latinè impropria locutio; qualis est illa Virgil. 4. *Æneid.*

Hunc ego si potui tantum sperare dolorem.

Vbi sperare, pro timere dixit: quum propriè speremus bona, timeamus aduersa. Ab aliis dicitur dictio minus conuenienter elata, vel non propriis dictionibus obscurata sententia: vt, Accede ad ignem hunc, iam calesces plus satis. Ibi enim nullus significatur ignis, sed meretrix. Dicta est autem Acyrologia, quasi ἄκυρος λόγος, hoc est, improprius sermo.

A D

Ad, {אל *el.* אצל *etsel.* πρός cum accusatiuo. GALL. *Aupres, vers.* ITAL. *Appresso, verso.* GERM. Zu oder bey. HISP. *Cerca de lugar ò de persona.*} Præpositio accusatiuo iuncta propinquitatem significat, eámque frequentissimè coniunctam cum motu ad locum, vel ad personam. Cic. *in Vatinium,* Venisti ad fretum per Mauritaniam. Terent. *in Andria,* Venit ad me Chremes postridie. In hoc itaque differt à præpositione Apud, quòd hæc nunquam motum neque ad locum, neque ad personam importet: Ad, verò frequentissimè motui seruit, sæpe etiam quieti, vt infrà ostendemus. Gell. *c.* 1. *lib.* 12. Ad domum prosequi. Plaut. *Milit. sc.* 1. *a.* 1. Insinuat sese ad illam. Idem *Capt. sc. vlt. a.* 5. Ad pudicos mores facta fabula. Idem *Aul. sc.* 1. *a.* 1. Me miseram, decies ad hunc modum extrudit vno die. Et vt ad id exemplum somnium quàm simile somniauit. Idem *Milit. sc.* 4. *a.* 2. Idem *sc.* 1. *a.* 1. Cùm ad forum aduenero. Gell. *cap.* 26. *lib.* 2. Cùm ad Frontonem ægrum viseret. Plaut. *Capt. sc.* 4. *a.* 5. Dabo te ad carnificem. (i. mittam.) Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 3. Ad me adi vicissim. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 2. Ad fratrem captiuos mitto meos. Ibidem *sc.* 1. *a.* 4. Genu ad terram dabo. Ouid. *Eleg.* 4. *lib.* 5. *Trist.*

Et dicunt laudes ad tua vina tuas.

Plaut. *Men. sc.* 1. *a.* 1. Num ad eum inuiso. Idem *Amphit.* Hæc me modò ad mortem dedit. Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 3. Ad languorem tua duritia dederis octo viros. Ibid. *sc.* 4. *a.* 3. Ego te ad pistorem dabo. Loqui ad populum pro reo. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 4. Ad populum legere. Tradere ad posteros gloriam. Quintil.

Hoc est ad vestros non leue crimen auos, (i. auis, vel apud auos.)

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* Non ausit Mars æquiparare suas virtutes ad tuas, (i. tuis, *esgaler ses vertus aux tiennes.*) Plaut. *Mil. sc.* 1. *a.* 1. ¶ Differt à præpositione In, quòd hæc ingressionem termini significet: Ad verò, tantummodò accessum ad terminum. Vnde rectè dixeris, Iudicem, vel Prætorem in tribunal se conferre, Litigatorem autem ad tribunal. Sic ad Vrbem olim accedebant Imperatores, qui ob res prosperè gestas triumphum sibi decerni cupiebant: quique antequam hoc impetrassent, vrbem cum fascibus & imperio ingredi non poterant. ¶ Sæpe etiam, vt diximus, sine vllo ponitur motu, vt idem sit quod Apud, παρά cum datiuo. Cic. *pro Cælio,* Habes hortos ad Tyberim. Idem *pro Flacco.* Qui producti, tabulas se publicas ad speluncas perdidisse dicebant. Ita etiam aliquando cum accusatiuo personæ, quo locus citra motum denotatur. Idem *in Verr. act.* 2. Decem fisci ad Senatorem relicti. Idem *Attico lib.* 9. Dionysius ad me fuit benè manè, hoc est, domi Senatoris, domi meæ: accusatiuus personæ pro loci accusatiuo. ¶ Multiplex præterea huius præpositionis est vsus: vt, Quum pro In, cum ablatiuo ponitur. Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Ad portum nactus nescio quem, i. in portu. & Quintil. Ad libellum respicere (vt pueri solent.) Ad manum arma debere habere. Idem Cic. *in Pison.* Deprehensus denique cum ferro ad Senatum est. Cæs. *bell. Gall.* 5. Totam hyemem ipse ad exercitum manere decreuit. ¶ Pro Circa. Cic. *Attic.* Ad quæ tempora te expectem, facias me certiorem velim. ¶ Pro Circiter. Terent. *Heautont.* Talenta ad quindecim coegi. ¶ Pro Versùs: vt, Ad Orientem, Ad Meridiem. Plaut. *Pseudo. sc.* 7. *a.* 4. Sic, Ad sidera, Ad cælum tendere manus, siue oculos. Virg. 1. *Æneid.*

——— *duplices tendens ad sidera palmas.*

¶ Pro Præ. Terent. *in Eunuch.* Est-ne, vt fertur, forma? P. Sanè. CH. At nihil ad nostram hanc. Pro Iuxta, vel Apud, Plaut. *Asin. sc.* 3. *a.* 4. Ad amicam potare. ¶ Pro Post, Cic. *Attic.* 12. Nescio quid intersit, vtrùm illic nunc veniam, an ad decem annos. ¶ Pro Propter. Propert. *Eleg. vlt. lib. vlt.*

Panditur ad nullas ianua nigra preces.

Liuius 1. *ab Vrbe,* Inde quum aliæ boues quædam ad desiderium (vt fit) relictarum mugissent, id est, propter desiderium, vel præ desiderio. ¶ Interdum etiam idem valet, quod Pro: vt apud Græcos ἐπὶ accipitur. Plaut. *Aulul. sc.* 2. *a.* 3. Venimus coctum ad nuptias, i. pro nuptiis. Idem *Milit. sc.* 1. *a.* 2. Bonum habet hortum ad omnes mores maleficos. Terent. Argentum dabitur ei ad nuptiàs, id est, Nuptiarum causa, ἐπὶ γάμοις. Cicer. 5. *Verr.* Qui ad statuam pecuniam contulerunt. ¶ Pro Ante, Plaut. *in Amph. sc.* 2. *a.* 4. Quis ad fores, i. ante ostium, *qui est à l'huis.* vt, ad limina expectare, Virg. 4. *Æneid.*

Reginam thalamo cunctantem ad limina primi
Pœnorum expectant.

Ad pedes se abiicere. Cicero *Attico lib.* 1. Clodius abiecta toga, se ad generi pedes abiecit. ¶ Pro De. *Luc.* 19. Ait Iesus ad eum, quia hodie salus domui huic facta est, id est, de eo, non enim sermo dirigitur ad Zachæum, sed ad circumstantes. & *ad Hebr.* 1. & ad Angelos quidem dicit, id est, de Angelis. & *cap.* 4. Ad quem nobis sermo, i. de quo. ¶ Pro Præter, πρός. Terent. *in Andr.* Ad hæc mala hoc mihi accedit etiam. ¶ Pro Secundùm, similitudinem scil. significans: vt, Ad arbitrium, ad nutum alterius. Plaut. *Merc.* Ad istam faciem virum quæro. ¶ Pro Quantum ad. Cic. 5. *Verr.* Vidi simul cum populo Romano forum, comitiúmque adornatum ad speciem magnifico ornatu: ad sensum cogitationémque, acerbo & lugubri, id est, Quantum ad speciem, Quantum ad sensum. ¶ Pro Vsque ad, vel Vsque in. Cic. Ad multam noctem contenderunt. Cæsar, Ad horam nonam in anchoris expectauit. Liuius, Ad lucem acerrimè pugnatum est. Gell. *cap.* 1. *lib.* 12. ad domum prosequi Senatorem. Pro prope. Cic. *in Verr.* Ad vrbem cùm esset Verres audiuit, &c. Idem *in Ant.* Is dixit se vsque ad Cal. Maias ad vrbem exercitum habiturum. Idem *in Verrem.* Crux eius posita est ad portum. ¶ Pro Aduersus, Gell. *cap.* 8. *lib.* 18. qua (dissimulatione sup.) ad Sophistas vtebatur. Catullus *ad Mallium,*

Cœperat ad sese Troia ciere viros.

¶ Pro

¶ Pro Apud, personæ accusatiuo. Plaut. *Asin. sc.3.a.4.* Ad amicam potare, (i. apud.) Idem *Mil. sc.6. a.2.* Vise ad me iam foris, i. apud me & domi. Et *Most. sc.1. a.2.* Conspicatus ad portum herum. Ad aliquem cœnare. Gell *cap.7. lib.19.* Ad aurem inuocare, Quintil. Plaut. *Asin. sc.2. a.3.* Quid tibi hunc ad te receptio est meum virum, (i. apud) Ad anchoram stare. Cæs. *lib.3. de bell. ciu.* Plaut. *Mil. sc.6. a.1.* Me despexisse ad te per impluuium fateor, i. apud te, & domi tuæ. Idem *Capt. sc.5. a.3.* In libertate est ad patrem. Liu. *lib.3. ab Vrbe.* Quæ mandata habeant à Senatu Rom. ad Quercum iubet dicere, (i. apud arborem,) se interim alia actuaram. Quo genere loquendi præter Plautum vtitur Cæs. *lib.3. belli ciuilis.* Magnam tamen hæc res illis offensionem & contemptionem ad omnes attulit: vt Græcè *πρὸς πάντας*. Apud Horat. *lib.2. Serm. satyr.6.*

—— semper eris derisor ad omnes.

id est, aduersus, siue erga, pro super. Plaut. *Asin.* Hoc recipio ad me. Cic. recipio in me, *Ie le prens sur moy.* Pro At, apud veteres, Salust. *in Orat. Cottæ Cos.* Ad contrà in his miseriis cuncta me cum fortuna deseruere. Catullus: Ad Acme, leuiter caput reflectens, Ad impatientiam delabi. Cornelius Tacitus *lib.15.* Ad integrum, *ὁλοκλήρως*, integrè. Macrob. *Commens lib.1. cap.3.* Et hæc est prima incorporea natura post corpora, sed non purè, nec ad integrum carens corpore. Ad lecticam homines, id est, lecticarij. Catullus *in Epigr. de Vari scorto,* Ære comparasti ad lecticam homines. Et Cæsares corpora lecticariorum habuerunt. Ob id quibusdam sitorum inscriptionibus ex corpore lecticariorum Cæsaris. ¶ Ad, præponitur interdum aduerbio, vt apud Gell. *lib.7. cap.7.* Adfabrè, Adprobè. Plaut. *Capt. sc.1. a.4.* Nemo adæquè fortunatior. Et *Most. sc.1. a.1.* Quo nemo adæquè parcus, nec magis continens. Idem *And. sc.5. a.3.* Ad postremum cædit miles, (i. postremo loco.) Ad vltimum, Velleius. Gellius *lib.2. cap.29.* Ad postremum igitur domus filio: Valeant, inquit, amici cum propinquis. Ad vrbem Imperator. Asconius Pædianus *in 4. Verr.* Omnis enim magistratus qui intramurunus non est, nec vrbanus etiam, si administrator eius Romæ est, ad vrbem dicitur. Salustius, Ij vtrique ad vrbem Imperatores erant. ¶ Aliquando significat rei vsum. Cic. *sexta Verr.* Quo solitus erat vti ad festos dies, & ad hospitum aduentum. ¶ Aliquando officium. Vnde ad manus seruus dicitur, qui & A manu, siue Amanuensis, de quo antea. Sic Ad cyathos stare, dicuntur pincernæ vini administratores, & apud Græcos, *οἰνοχόοι*. ¶ Ad limina custos, qui est ædituus. Iungitur & cum gerundiis in dum: vt, fuit ad lauandum, Terent. *in Andr.* Nec satis ad obiurgandum causæ. ¶ Ad tempus duobus modis sumitur: vno ad conditionem temporis, necessitatem & opportunitatem, Cic. *Dolabellæ.* Neque solum ad tempus maximam vtilitatem attulisti, sed etiam ad exemplum facti. Plancus *Ciceroni,* Si autem in itinere meo se opposuerit, ad tempus consilium capiam. Altero ad spatium temporis: vt, Silebo ad annum, latebo ad tempus, id est, vsque ad tempus quoddam. Ouid. *4. Fast.* Ad annum.

**alterum domini grandia liba Pali.*

Quintil. Si ad horam constiterit Orator. Cæs. *lib.1. de bell. ciu.* Misso ad vesperum Senatu. Ad vnguem, id est, exquisita diligentia, atque exactissima cura. Ad hunc modum, ad illum modum, vide *Modus*, & hic suprà. Senec. *c.6. de Consol. ad Elb.* Ad cæli naturam intemperantius. Quintil. Ad legem & regulam compositus. Item Ad hoc, vide *Hoc.* Senec. *epist.72.* Ad litteram locum dicere, ad perfectum, ad plenum. Et Liu. *lib.5. d.4.* Ad liquidum veritas explorata. Suet. *Tib. c.68.* Ad breue videre. Ad terram deligare nauem. Cæs. *3. de bell. ciu.* Ad remum sermi. Liu. *lib.4. d.4.* Ad dignitatem restituere. Cæs. *lib.1. de bell. ciu.* pro in dignitatem. Ad tribunos dare nomina. Liu. *lib.5. d.5.* Hæc ad verbum dixit Suet. *in Cæs. c.30.* Ad flumen prosiluit. *ibid. c.12.* pro in flumen. *Ad tribun.* dare nomina. Liu. *5. d.5.* Ad manum hæc arma debere habere. Quint. Ad terram dare & affligere. Suet. *in Calig. c.96.* Ad supplicium dari. *Ibid. c.11.* Ad considerandum ponere bellum. Gell. *c.2. lib.12.* Ad formulam suam exigere aliquem. Senec. *c.4. de vita beata.* Ad manum subministrare tela. Quint. Ad hanc regulam non sunt locuti. Idem Ad militares inuisum nomen Populi Rom. Liu. *lib.4. bell. Pun.* Damnatæ matronæ ad populum. Idem *lib.10. ab Vrb.* Ad flammam sudare. Suet. *Aug. c.82.* Marius creatur Consul cùm ad exercitum esset. Liu. *lib.4. d.3.* A marmorariis ducta metaphora, qui superinducto vngui commissuras explorant marmorum. Horat. Cocceius ad vnguem factus homo. Sunt aliæ quoque huius propositionis locutiones: vt, Ad pedes desilire. Cæs. pro, de equo descenderent: sic sæpe Liu. ad dexteram, ad sinistram, scilicet manum. Terent. *in Adelph.* Ad sinistram hac recta platea. Plaut. *Milit. sc.4. a.2.* Respice ad læuam. Ouid. *Eleg. vlt. lib.4. Trist.*

——positas ad læua Tomitas.

¶ Ad extremum, Ad postremum, ad vltimum, quæ aliquando ordinis sunt, vel temporis, & pro Denique, vel postremò, vel tandem, accipiuntur, aliquando nullius sunt ordinis, Ad summam, & ad summum, vide in *summatim.* Ad verbum, idem est quod De verbo ad verbum. Cic. Fabellas Latinas ad verbum de Græcis expressas. Plinius, Ad verbum translata sententia, Ad vnum, idem quod nullo excepto. Liuius *2. ab Vrbe,* Quos Consul Romanus in Algido consequutus, ad vnum omnes occidit. Sic Ad lyram canere, Ad lucernam studere. Et Cic. Ad eum nuntium commoti sunt omnes, id est, audito eo nuntio. Ouid.

Mitius, crede mihi, tamen ad tua verba reuixi.

¶ Ad eum finem, Tacit. *lib.14.* Quod ad eum finem memorauimus. Ad genus faciendum, pro ad sobolem procreandum, Iustinus *Hister. lib.9.* Viginti millia nobilium equarum ad genus faciendum in Macedoniam missa. Ad finem mortalitatis accessisse, eleganter dictum de imminenti fato vitæ supremo. Suetonius *in Claudi.* Et in vltima cognitione pro tribunali accessisse se ad finem mortalitatis, quanquam abominantibus qui audiebant semel atque iterum pronunciauit. ¶ Cæterum notandum quod Ad, in compositione quum iungitur dictionibus incipientibus a c f g l n p r s t, in easdem literas sequentes: vt Accurro, Affero, Aggrego, Allego, Annumero, Appono, Arrigo, Assulto, Attribuo. Excipiuntur Agnosco, in quo d abiicitur, aut in g mutatur, sicut in Agnatus euphoniæ causa: similiter Adimo, vbi d remanet, sicut suo dicetur loco. Sed si componatur cum a b d e h i o u, semper d integra manet: vt, Adamo, adbibo, adbreuio, adduco, adeo, adhibeo, adimpleo, adoleo, aduoco. Si verò cum q, d mutatur in c, vt Acquiro. Anquiro autem ab An fit, quod significat circum, vt latius suo loco dicetur.

Ada, *Ἄδα*, filia fuit Hecatomni Cariæ regis, & Artemisiæ soror, quæ Hydrico fratri nupsit: vt tradit Strabo *lib.14.*

Adachidæ, gens Libyca, Steph.

Adadata, *Ἀδάδατα*, ciuitas Pisidarum, ad Taurum montem. Strabo *lib.12.*

Adad, teste Macrobio *Saturn. lib.1. cap.23.* non Adab, quemadmodum hactenus legebatur, Assyriorum summus habebatur Deus: cui etiam deam Atargatim vxorem alligabant: per Adad Solem, per Atargatim Terram intelligentes: quod ex his duobus potissimum cuncta crederent procreari.

Adæ, *Ἄδαι*, oppidum est Æolidis 40. stadiis ab Hydera promontorio distans, non procul à Cuma. Autores Strab. *lib.12.* & Plin. *lib.5. c.30.*

Adæquè, æquè, pariter, æqualiter. {בהשוה *beschauèh.* *ἴσως.* GALL. *Pareillement, autant.* ITAL. *Parimente.* GERM. Gleichlich. HISP. *Ygual y semejantemente.* ANGL. *Egalie.*} Plaut. *in Cas.* Neque est, neque fuit me senex quisquam amator adæquè miser. Vide suprà in *Ad.*

Adæquo, as, are, exæquare, parem facere. {שוה *schiuuah.* *ἰσάζειν.* GALL. *Egaler, faire egal.* ITAL. *Vgualare, spianare.* GERM. Ebenmachen machen. HISP. *Ygualar vna cosa à otra.* ANGL. *To mak egal.*} Cic. *de Vniuersit.* Vt Deorum vitam possint adæquare. Idem, Adæquare cum virtute fortunam. Liu. *1. ab Vrbe,* Romanus passim publica, priuatáque omnia tecta adæquat solo. Cic. *pro Cæ.* Qui in summa amicorum copia cum familiarissimis eius est adæquatus.

‖Adæquatio, æquabilis diuisio hæreditatis inter fratres. L. IC.‖

Adæro, as, are, ab ære deductum, significat Ære æstimare. {העריך *heherich* תקיר *tekir.* *τιμᾶν.* Bud. *Annot.2.* GALL. *Apprecier à argent, admonerer.* ITAL. *Stimare à contanti.* GERM. Zu gelt anschlagen, oder schätzen. HISP. *Estimar ò apreciar con dineros.* ANGL. *To pryse or value.*} Hinc Adæratio, prædia, apud Iurisconsultos, ex quibus certum æs præstabatur. Et adæratio, æstimatio ad æris pretium.

Adæstuo, as, aui, are. {המה *hamah* חמר *chamar.* *ὑπερκοχλάζειν*, *ἐπιζεῖν*. GALL. *S'ensler d'vndes & flots.* ITAL. *Hauer gran caldo, sudegiare.* GERM. Vor vngestüme außlauffen, vberlauffen. HISP. *Mucho herner, rebossar.* ANGL. *To ouerflowe.*} quod est extrà æstuo, exundo incremento. Virg.

———fundóque exæstuat imo.

Iustin. *lib.1.* Quæ materia in his locis passim è terra exæstuat. Sueton. Fossas omnes, in quas Nilus exæstuat, oblimatas longa vetustate, militari opere detersit.

Adaggĕro, as, quasi aggerem facio, cumulo. {סל *sal* צבר *tsabar.* *προσσωρεύειν.* GALL. *Accumuler, amonceler.* ITAL. *Accumulare, ammassare.* GERM. Zusammen häuffen. HISP. *Amontonar.* ANGL. *To heape.*} Quum ver appetit, terram adaggerato benè. Colum. *lib.3. cap.18.* Plin. *lib.36. cap.12.* Compositum ex Ad & aggero, quod ab Agger, eris, deriuatur.

Adāgium, gij, & apud antiquos Adagio, onis, est sententia breuis, rebus temporibusque accommodata, tectum latentémque in oratione sensum obtinens. {משל *maschál.* *παροιμία.* GALL. *Vn prouerbe, vn rencontre, vne attache.* ITAL. *Prouerbio.* GERM. Ein Sprichwort. HISP. *El refran.* ANGL. *A prouerbe.*} Dictum Adagium, quasi circumagium, quòd, teste Varrone, passim per hominum ora obambulet.

‖Adagonista, incitator, certator. Cath.

Adaligni, Edhligni nobiles, ingenui. Cod. ll.‖

Adālligo, as, are. Ad aliquid ligo. {אסר *asar* צרר *tsarar.* *προσδεῖν.* GALL. *Allier à quelque chose.* ITAL. *Legar' à qualque cosa.* GERM. Anbinden. HISP. *Atar vna cosa à otra.* ANGL. *To knit to one thing.*} Plin. *lib.20. c.21.* Quin & semen tritum adalligant brachio.

Adam, *Ἀδάμ*, Hebraica lingua (sicut *lib.1.* Iosephus scribit) idem est quod Ruber: quoniam è rubra terra factus est.

Ădămas; {שמיר *schamir.* *ἀδάμας.* GALL. *Diamant.* ITAL. & HISP. *Diamante.* GERM. Ein Demant. ANGL. *An adamant.*} Lapis maximi inter gemmas omnes pretij, ab *α* priuatiua particula, & *δαμάζω*, domo, quòd durissimus credatur, & nulla vi domabilis, quod tamen falsum esse sæpius compertum est. Nulla tamen re faciliùs, quàm hircorum calido sanguine dissoluitur. Sunt autem adamantum genera quatuor, scilicet, Indicus, Arabicus, Macedonicus, & Cyprius. Qui in India nascitur, æquè magnus est ac nucleus auellanæ: cui similis est Arabicus, sed aliquanto minor. Qui in Macedonia in Philippico auro inuentus est olim, cucumeris semini par est magnitudine. Cyprius colorem æreum repræsentat, & in medicamine plurimum valet. Est etiam Adamas cognomine Siderites, quòd ferrei sit splendoris, cæteris adamantum generibus ponderosior, sed dissimili natura, vtpote qui frangatur faciliùs, & adamante alio perforetur, nempe eo qui Cyprius est. Volunt quidam in adamante Indico (qui omnium pretiosissimus est) tantam inesse vim, vt iuxta magnetem positus ferrum ab eo abstrahi non patiatur, aut abstractum ad se rapiat. Sed vide Scaligerum, vbi de magnetis effectibus disputat. Venena præterea, lymphationes, metúsque vanos abigit ex hominum mentibus. ¶ Huius lapidis incredibilis duritiæ prouerbio locum fecit, quo hominem inexorabilem, durum & infatigabilem, imò quicquid inuictum atque inexpugnabile, Adamantinum vocamus. Hesiod.

Ἀλλ' ἀδάμαντος ἔχει κρατερόφρονα θυμόν, id est,

Durus at hic animum solido ex adamante creatum.

Ouid. *3. Fast.*

———facta ex adamante securi.

& *Eleg.8. lib.4. Tristium,*

Nil adeò validum est, Adamas licèt alliget illud.

¶ Est etiam hoc nomine herba, quæ & Hyoscyamus, & Apollinaris vocatur. vide Dioscor. *lib.4. cap.65* Plin. *lib.37. cap.4.*

Ădămantinus, a, um, quod est ex adamante. {*ἀδαμάντινος*. GALL. *Fait de diamant, adamantin, dur comme diamant.* ITAL. *Diamantino, duro come diamante.* GERM. Von Demant gemacht, oder so hart als ein Demant. HISP. *Cosa de diamante.* ANGL. *Made of an adamant, hard lyk an adamant.*} Horat. *lib.1. Carm. ad Agrippam,*

Quis Martem tunica tectum adamantina dignè Scripserit.

Adamantæus, a, um, ἀδαμάντειος, idem quod Adamantinus. Ouid. 7. *Metamorph.*

Ecce adamanteis Vulcanum naribus efflant.

Adamantis, idis, ἀδαμαντὶς, herba quædam esse traditur à Magis Armeniæ Cappadociæque alumna, qua admota leones resupinari feruntur hiatu laxo. Nominis rationem idem hanc tradunt, quod contineri nequeat, quemadmodum nec adamas. Vide Plin. *lib.* 4. *cap.* 17.

Adamastus, ἀδάμαστος, Ithacensis fuit, pater Achæmenidis, socij Vlyssis, vt videre est apud Virg. *Æneid. lib.* 3. Latinè interpretari possumus indomitum ab α priuatiua particula, & δαμάζω, domo.

¶Adamatica, arbor in qua Adam peccauit. Chris.¶

Adamiani, vel Adamitæ, Hæretici, ab Adam nominati, cuius imitantur nuditatem, quæ fuit in Paradiso ante peccatum. Credebant enim quòd nuptiæ futuræ non fuissent, si nemo peccasset. Nudi itaque mares fœminæque conueniunt, nudi lectiones audiunt, nudi celebrant Sacramenta. Aug. *lib. de hæresib. ad Quoduultdeum.*

Adamo, as, valde amo & diligo. {אהב ahab. ὑπερφιλέω. GALL. *Aimer fort, aimer ardemment.* ITAL. *Amare teneramente, feruentemente, benellamente, amoreuolemente.* GERM. Sehr lieb haben. HISP. *Amar como enamorado.* ANGL. *To loue ardentlie.*} Quint. Me quidem, matre, si quis interroget, omnes matres liberos suos, tanquam adamauerint, amant. Cic. *lib.* 3. *de Oratore.* Deinde ab Antisthene, qui patientiam & duritiem in Socratico sermone adamarat. ¶ Adamare tenerè, prouerbiali forma dicitur in eum, qui ita diligit quempiam, vt non patiatur vel leuissimis incommodis à quoquam affici.

Adana, orum, ἄδανα, ὤν, vrbs Ciliciæ, ita dicta ab Adano, qui eò coloniam deduxit vnà cum Saro, postquam bello aduersus Tarsenses gesto, inferiores discessissent. Author Steph. Meminit vrbis huius & Plin. *lib.* 5. *cap.* 27.

Adani, ἄδανοι, insulæ duæ sunt in sinu Arabico, quas commemorat Ptol.

Adaperio, is, adaperui, adapertum. {פתח pḥathach. ἀνοίγω. GALL. *Ouurir.* ITAL. *Aprire.* GERM. Aufthun, öffnen. HISP. *Abrir.* ANGL. *To open.*} Idem quod aperire, seu patefacere. Liu. 5. *bell. Pun.* Qui improuisò adorti templenas stationes, & adapertas fores portæ. Plin. *lib.* 2. *cap.* 47. Vnde nubes discussæ adaperuere cælum. ¶ Senec. *ep.* 55. Adaperire caput.

Adapertus, a, um, idem quod apertus. {פתוח patuach. ἀνεῳγμένος. GALL. *Ouuert.* ITAL. *Aperto.* GERM. Aufgethan. HISP. *Abierto.* ANGL. *Open.*} Ouid. 1. *Amor. Eleg.* 5.

Pars adaperta fuit, pars altera clausa fenestra.

Adapertilis, adiect. εὐανοικτος, quod est apertum, vel apertu facile. Ouid. *de Trist.* 3. *Eleg.* 11.

Aspicis à dextra latus adapertile tauri.

Adapto, as, συναρμόζω. Idem quod aptare, siue accommodare. Sipont.

Adaquo, as, ex Ad & aquo: id est, Aqua reficio, & irrigo, ad aquam ago. {השקה hiscḥcah רוה rinuah. ποτίζω. GALL. *Abbreuer, ou arrouser d'eau.* ITAL. *Adacquare, inaffiare le herbe.* GERM. Wässeren oder tränken. HISP. *Regar los arboles o ortaliza.* ANGL. *To watter.*} vt, Adaquare arbores. Plin. *lib.* 17. *cap.* 10. Ternas simul ferendas trianguli ratione, palmo inter se distantes, denis diebus adaquari, donec grandescant. Suet. *in Galba cap.* 7. Ita decreuit, vt ad locum vbi adaquare solebant, iumentum duceretur capite inuoluto.

Adarces, Dioscoridi ἀδάρκης. Salsugo quædam gelata, palustribus in locis, itidémque humidis, proueniens, quibus exsiccatis condensari solet, atque arundinibus adhærere. Plin. *lib.* 16. *cap.* 30. *&* 36. *lib.* 32. *cap.* 10. *& lib.* 22. *cap.* 24. Adarcam vocem Latinam agnoscit: traditque nasci in cortice calamorum, sub ipsa coma, ex spuma aquæ marinæ cum dulci commista: & à nonnullis καλαμοχνοῦν, hoc est, arundinaceam lanuginem vocari. Vide Hermolaum *in Plin.* & Marcel. Virg. *in Diosc.*

Adareo, es, ui, areo, exareo. {חרב charab. ξηραίνω. GALL. *Deuenir sec, asseicher.* ITAL. *Seccarsi.* GERM. Verdorren/dürr werden. HISP. *Seccarse.* ANGL. *To become drie.*} Verbum est rarum, quo vtitur etiam Cato *de re rust. cap.* 98. Amurcam decoquito ad dimidium, & ea vngito fundum arcæ, & extrinsecus pedes & angulos: vbi ea adaruerit, vestimenta condito.

Adarupolis: vrbs Persica, Steph.

¶Adas, libra inter duodecim signa. Pap.¶

Adasia, ouis recentis partus, sed maior natu. Fest. Isidor.

Adasint, siue, (vt Festus legit) Adaxint, veteres dixerunt prò Adigant. Plaut. Vtinam diui adaxint ad suspendium.

Adassus, species tunicæ, sic dictæ, quod ab humeris non erat consuta. Perottus. Sed quis hac voce vsus est?

Adaugeo, es, xi, Augeo, cumulo. {הרכה rabah, ἐπαύξω. GALL. *Augmenter, accroistre.* ITAL. *Aumentare, accrescere.* GERM. Sich fast mehren. HISP. *Acrescentar.* ANGL. *To augment, to mak more.*} Cic. *lib.* 1. *de Inuen.* Per quem facti vtilitas, aut honestas adaugetur. Terent. *Heaut.* Duritia adaucta. Eius contrarium est Minuo. Item ita, de quibus infrà.

Adaucto, as, are, ἐπαυξάνω frequentatiuum, idem quod augeo. Quibus rem summam, & patriam nostram quondam adauctauit pater. Ex Nonio.

Adaugesco, adaugescis, {ἐπαυξάνομαι. ANGL. *To beginne, to increase.*} Augesco, crescere. Lucret. *lib.* 2.

Nam neque adaugescit quicquam, nec deperit inde.

Cic. 1. *de Diuin.* Aut densus stridor quum celso è vertice montis Ortus adaugescit scopulorum sæpe repulsu.

Adaugmen, inis, verbale, ἐπαύξησις. Lucret. *lib.* 2.

Nam quæcunque vides hilari grandescere adauctu.

id est, incremento.

¶Adar, vide Addar.¶

Adbellum, eundum. Plin. 17.

Adbibo, bis, bibi, bibito. {שבר schachar שתה schathah. ἐμπίνω. GALL. *Boire vn peu plus, abbreuuer.* ITAL. *Ber vltra misura.* GERM. Zutrinken zu viel ohn notturft trincken. HISP. *Beuer sin medida, o beuer prouecar le a otro.* ANGL. *To drink ouer whatt mate.*} Ter. *in Heautont.* Is mihi, vbi adbibit plus paulò, sua quæ narrat facinora. Plaut. *in Sticho.* Lege, quando adbibero, alludiabo. ¶ Accipitur & pro imbibere per metaphoram Horat. 1. *Epist.*

——— nunc adbibe puro

Pectore verba puer.

¶Adbito, accedo. ab ad, & beto. Plaut. *captiu.* Si adbites propiùs, os denasabit tibi mordicus.¶

Adcensi, milites in locum mortuorum subitò subrogati. Plaut. *Frinculariâ:* Vbi rotarij estis? En sunt. Vbi sunt adcensi? Ecce. Non. ¶ Erant & serui publici, appellati, quòd ad res necessarias sæpiùs adcierentur. Varro *lib.* 5. *de L. L.*

Adcorporo, as, Adiungo, admisceo. Solinus, Et carnis tenaciter adcorporatur.

Adcredo, is, idi, ἐπιπιστεύω. Lucret. *lib.* 3.

——— tum motus materiai

Multimodi quàm sint, facile hoc adcredere possis.

id est, credere.

Adcresco, cui, escere. Horat. *in Arte Poët.*

Syllaba longa breui subiecta vocatur Iambus.

Pes citus. vnde etiam trimetris adcrescere iussit

Nomen iambis, id est, addi, vel dari.

Addax, animalis quoddam genus est in Africa, quod cornua habet erecta, rugarúmque ambitu contorta, & in læue fastigium exacuta, ita vt lyras diceres: στρεψικέρωτα Græci contortis cornibus appellant. Hæc ferè Plin. *lib.* 11. *cap.* 37.

Addecet, ἐπιπρέπει, idem quod decet. Plaut. *Amphitr.* Eius studio seruire addecet. Plaut. *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Nouum aliquid adferre addecet. Vide *ibidem sc.* 4. *a.* 2.

Addephagia, {ἀδδηφαγία. GALL. *Appetit de manger insatiable.* ITAL. *Auidità di mangiare insatiabile.* GERM. Unersettliche begird zu essen. HISP. *La garganteza.* ANGL. *An appetit to eat.*} Inexplebilis edendi auiditas. Hæc apud Siculos pro Dea colebatur: vbi etiam templum habebat sibi peculiariter dedicatum. Vide Cæl. Rhod. *lib.* 7. *c.* 11.

Addenseo, es, ui, ex Ad & denseo, teste Seruio, significat, Densum facio, stipo, constipo. {הקבה hebehah. πυκνόω. GALL. *Espessir.* ITAL. *Inspessare.* GERM. Dick machen. HISP. *Espessar.* ANGL. *To mak thik, to waxe thik.*} Virg. 10. *Æneid.* Extremi addensent acies. Verbum rarissimum.

Addenso, as, are, idem quod Addenseo, Plin. *lib.* 20. *cap.* 21. Mirum, aquam radice ea addita, addensari sub dio, atque lactescere.

Addico, is, {מכר machar נתן nathan. ἐπικηρύττω. GALL. *Vendre au plus offrant.* ITAL. *Vendre all' incanto.* GERM. Zusprechen/zuaignen/zuerkennen geben. HISP. *Vender en almoneda.* ANGL. *To giue ouer, to sell to him which biddeth most.*} Verbum est ex tribus illis, quibus vniuersum prætoris imperium ac potestas continebatur, Do, Dico, Addico. Nam in addicendo ius faciebat. Veluti cùm in cessionibus addicebat, cùm in vindicijs, in bonorum possessionibus, item cùm aliquem suis creditoribus, aut furiosum suis agnatis gentilibúsque addicebat. Hotomannus *in Lexic.* Addicit & Prætor, cum in iure fit cessio per tres personas, cedentis, vindicantis & Prætoris. Tacit. *lib.* 2. Addicentibus auspiciis. Cæs. 2. *bell. ciuil.* Addicere bona in fiscum. Cic. *in Verrem.* Domus erat plena, noua decreta, noua iura petebantur, mihi det possessionem, mihi ne adimat, mihi bona addicat. Idem *in Pisone,* Nónne Fufidium debitorem creditoribus suis addixisti? Idem *pro Flacco,* Is cum iudicatum non faceret, addictus Hermippo, & ab eo ductus est. Hinc Addicti, vt est apud Vallam, πρὸς δουλείαν, qui nexi in seruitutem creditoribus ob debitum sunt traditi. Proprium igitur hoc verbum Prætoris: sed tamen ad alia multa traductum. Dicuntur enim quoque addicere præcones in auctionibus, & publicis locationibus, cùm emptori, seu locatori nullo maius pretium offerente rem attribuunt. Cic. *pro Rabir. Posthum.* Tua bona Posthume nummo sestertio à me addicuntur. Velleius, Addicere imperia, vel se alicui. Tranquil. *in Cæsare.* Amplissima prædia ex auctionibus hastæ minimo, vel, vt alij legunt, nummo addicit. Cicer. 3. *in Verrem.* Addicitur id opus H.S.D.LX. millibus. Quintil. An is seruus natus, quem cùm addicta est mater, peperit. De Addicto creditori seruiente vide Fab. *Decl.* 311. ¶ Dicuntur deinde addicere in augurali disciplina aues, quando ratum faciunt auspicium. Liuius, Fabio auspicanti aues semel atque iterum non addixere. Contrarium Abdicere. ¶ Et Addicere sententiam, pro vendere. Cic. *Phil.* 2. Quum neque principes ciuitatis rogando, neque maiores natu monendo, neque frequens Senatus agendo te de vendita atque addicta sententia mouere potuit. ¶ Addicere supplicio, morti, pro Damnare, destinare, deuouere. Cic. *Phil.* 3. gladiatorio generi mortis addictus. ¶ Addicere se cupiditatibus, petulantiæ, intemperantiæ, &c. Pro se dare, vel dedere. Quemadmodum & apud Horat. 1. *Epist.*

Nullius addictus iurare in verba magistri.

Suet. *in Claud. cap.* 29. Addictus vxori, id est, vxorius. ¶ Addicere litem in 12. tabul. pro secundum aliquem iudicare. Gell. *lib.* 17. *cap.* 2. Post meridiem præsenti litem addicito. Hotomannus *in Lexico.* ¶ Addicere aliquem ad iusiurandum, velut adigere & cogere. Salust. *in Catil.* Quum ad iusiurandum populares sceleris sui conscio addiceret. Fortasse legendum, adigeret.

Addictè, aduerbium: vt apud Tacitum *lib. de Germanorum moribus,* Trans Lygios Gothones regnantur, paulò iam addictius, quàm cæteræ Germanorum gentes, nondum tamen supra libertatem.

Addictio, onis, verbale, προσδίκασις. Cic. 2. *Verr.* Simul in iure dicendo bonorum possessionúmque contra omnium instituta addictio & condonatio.

Addisco, scis, per duplex d, Bene disco, vel ad ea quæ didiceram, addo. {אלף aliph למד lamadh. ἐπιμανθάνω. GALL. *Bien apprendre.* ITAL. *Imparar bene.* GERM. Etwas lehrnen/noch weiter lehrnen. HISP. *Aprender bien, ò de nueuo.* ANGL. *To learne perfectlie.*} Cic. *de Senectute,* Solon dicebat senescere se in dies multa addiscentem.

Additamentum, Additur, vide *Addo, is.*

Addiuino, as, are, idem quod diuino. {קסם kasam. προμαντεύομαι. GALL. *Deuiner.* ITAL. *Indiuinare.* GERM. Errahten. HISP. *Adeuinar lo venidero.* ANGL. *To gesse.*} Plin. *lib.* 35. *cap.* 10. Vt Appion Grammaticus scriptum reliquerit, quendam ex facie hominum addiuinantem, &c.

Addo, as, Ad dato addo, προσδίδωμι. Plaut. in *Truculent.* Tuo arbitratu, quod iubebit, addabitur.

Addo, is, Affero accessionem, adiungo. {יוסיף hosiph. ἐπιτίθημι. Gall. Adiouster. Ital. Aggiungere. Germ. Darzu thun. darzu geben. Hisp. Anadir. Angl. To ioyne to, to augment.} Adiicere, adiungere. Cic. Appio Pulchro, Illud velim sic habeas, quod intelliges hac re natata, additum potius aliquid ad meum erga te studium (cui nihil videbatur addi posse) quam quicquam esse detractum. Contraria namque sunt Addere & Detrahere. Vnde Adagij quadam forma de perfectis operibus ita dici vulgò solitum ex Aristotele, Nihil potest nec addi, nec adimi. ¶ Addere animum, id est, augere. Plaut. in Amph. Vbi nostris animus additus. Ouid. 13. Metamorph. Est quoque per matrem nobis addita nobilitas. Plaut. Men. sc. 5. a. 3. Huic addas auri pondo vnciam. Idem Most. sc. 3. a. 1. Cur non additum est (in adiuratione) ita te tuum Philolachen ames. Tib. lib. 4. Additus eris, &c. Plaut. Men. sc. 4. a. 2. Palla reconcinnetur, atque opera addantur quæ volo. Idem ibidem sc. 2. a. 1. Non audes addere de tuo. Idem Most. sc. 2. a. 1. Addone? D. Adde, id est, adscribe. Idem Pseud. sc. 3. a. 1. Ad damistam deuenies, adderes furnusculum. Idem Aul. sc. 5. a. 3. Quem Ioui Iuno custodem addidit. Idem Mil. sc. 1. a. 2. Quem concubinæ miles custodem addidit. Idem Amph. Pudicitiæ huius vitium est additum. Idem Asin. sc. 3. a. 3. De mea (vita) ad tuam addam.

Additamentum, ti, Accessio. {תוספת tosépheth. מרבה marbéh. προσθήκη. Gall. Surcroist. Ital. Accrescimento. Germ. Ein zusatz, ein zuthuung. Hisp. Añadidura. Angl. Eikinde to augment.} Cic. pro Sestio. Intercessit Ligus iste nescio quis, additamentum inimicorum meorum.

Additus, a, um, Adiunctus, adiectus. {מוסף musáph. προστεθειμένος. Gall. Adiousté. Ital. Aggiunto. Germ. Darzugethan. Hisp. Añadido. Angl. Eiked, ioyned to.} Cic. ad Q. Frat. Additus est vnus annus tuo labori. Ponitur etiam interdum pro inimico. Sic enim interpretatur Seruius illud Virg. 6. Æneid.

——nec Teucris addita Iuno
Vsquam aberit.

Vide Macrobium lib. 4. ¶ Addita ætate, quasi aucta & adulta. Plinius lib. 11. cap. 48. Itaque in infantia scabunt aures posterioribus, quod addita ætate non queunt. ¶ Addito tempore, quod vulgò dicunt, successu temporis. Tacit. lib. 12. Atenim noua nobis in fratrum filias coniugia, sed aliis gentibus solemnia, nec lege vlla prohibita. Et sobrinatum diu ignorata, tempore addito percrebuisse.

Addoceo, idem quod doceo. {למד limmádh אלף illéph. προδιδάσκω. Gall. Enseigner, & faire apprendre d'auantage. Ital. Insegnare. Germ. Schreniwoch darzu lehren. Hisp. Enseñar sciencia. Angl. To teach.} Horatius,

Solicitis animis onus eximit, addocet artes.

Addormisco, ab Addormio, dormio; opponitur verbo Expergiscor. {ישן iaschán. ὑπνώττειν. Gall. S'endormir. Ital. Addormentarsi. Germ. Entschlaffen. Hisp. Adormecerse. Angl. To slep.} Suet. Et quoties post cibum addormisceret (quod ei ferè accidebat) olearum ac palmarum ossibus incessebatur. Alij legunt obdormisceret.

Addua, fluuius est in Insubribus, qui per medium Larium lacum fertur, ita vt aquæ non commisceantur. Claudianus,

Addua quo scissas spumosior incitat vndas.

Vide Plin. lib. 2. cap. 103.

[Addubanum, addubienum, ad dubium; vt à socio, socienus, ita à dubio, dubienus. Scal.]

Addubito, as, aliquantulum dubito, vel simpliciter dubito. {הלא אני taluy ani. ἀμφιβάλλειν, ἐφ' ἑτέρῳ, ἐνδιάζω. Gall. Douter aucunement. Ital. Dubitare alquanto. Germ. Ein wenig zweiflen. Hisp. Dudar cerca de alguna cosa. Angl. To doubte somewhat.} Cic. Cecinna, Habes augurium meum, quo siquid addubitarem, non potius vterer, quàm illa consolatione. Idem Volum. lib. 7. Quòd sine prænomine familiariter, vt debebas, ad me epistolam misisti, primùm addubitaui num à Volumnio Senatore esset.

Adduco, is, Ad aliquem duco. {הביא hebi נהג nahágh. προσάγω. Gall. Amener. Ital. Condurre. Germ. Herzuführen. Hisp. Lleuar, guiando à lugar. Angl. To lead or bring too.} Terent. in Andr. Audiui Archillis, iamdudum Lesbiam adduci, &c. Plaut. Men. sc. vlt. a. 5. Ad prandium me adduxit. (an abduxit.) Ibidem sc. 5. a. 5. Ibo, adducam (seruos) qui hunc tollant. Ibid. Non te aduocatum mihi adduxi, sed vtro, id est, venire iussi, accessiui. Idem Pseud. sc. 4. a. 2. Attuli hanc. P. Quid attulisti? Adduxi, volui dicere Idem Asin. sc. 2. a. 2. hominem si vis adducę. ¶ Interdum cogo, & quasi renitentem ad aliquid faciendum impello, induco, incito. Cic. in Verrem act. 1. Adductus sum, Iudices, officio, fide, misericordia. Idem Attico lib. 1. Pompeium in eam voluntatem adduxi. ¶ Interdum contraho, συνάγω, sicut Græci, συνάγειν τὰς ὀφρῦς, vel συνάγειν. Virg. lib. 3. Georg.

——vbi ignea venit
Omnibus acta sitis miseros adduxerat artus.

Vnde Adductam frontem irati habere dicuntur, hoc est, contractam & constrictam. ¶ Interdum contendere, intendere. Virg. lib. 9. Ipse tuum adductas circum caput egit habenas amicitiæ, quas vel adducas cum velis, vel remittas. ¶ Interdum produco, extendo. Virg. Æneid. 9.

Ocyus adducto torquent hastile lacerto.

¶ Aliquando deduco, redigo. Cic. in Lal. Contracta res est, & adducta in angustum. ¶ Adduce, pro Adduc. Afran. Fratrys. Curre, nuncia venire, & mecum speratum adduce. Non Plaut. Rudente. Quære herum, atque adduce. Sic & alibi. Terent. Adelphis: Transduce & matrem & familiam omnem ad nos. ¶ Adduce, pro Aduixisse, Plaut. Rudente Me-tam propter vos, vt vxor mea me extrudat ædibus, nam me pellices adducere luces ante oculos suos. Adductus. Ouid. 6. Fast.

Nec tamen adductos intus agemus equos.

Plaut. Asin. sc. 2. a. 2. Manus adductæ ad trabem. Quint. Adductæ frontis, id est, tristis. Ouid. Eleg. 1. lib. 4. Trist.

Adducta tellure percussa securi.

Addair, pro addiderit, ab Adduo: vt Venumduo, creduo. Glossar. Adduo, προσδῶ.

Adduplico, as, are idem quod duplico. {כפל chapél. διπλάζω, ἀναδιπλόω. Gall. Redoubler. Ital. Addoppiare. Germ. Duplieren. Hisp. Doblar. Angl. To double.} Plin. in Pan. Adduplicabit omne furtum, leno addicetur tibi.

Adechastus, ἀδέκαστος, propriè dicitur qui nulla accepit munera, ab α priuatiua, & δέχομαι, accipio. Vnde Adechasti iudices, dicuntur incorrupti, & qui nullis muneribus à recta illa iustitiæ trutina possunt deflecti. Vide Cæl. Antiq. lect. 23. cap. 14. Sed malè apud Cælium scribendum enim per κ, ἀδέκαστος.

Adedo, is, Exedo, consumo. {אכל achál. κατεσθίω, ἐσθίω. Gall. Mangerrout. Ital. Consumare, mangiar tutto. Germ. Gantz auffessen und weg essen. Hisp. Comer hasta el cabo. Angl. To eat all.} Nam ibi Ad, auget. Virg. 4. Georg.

——nam sæpe fauos ignotus adedit
Stellio.

[Adecta, medicamenta lenia mordacitatis expertia. Cels.

Adedentes, Phagedænæ, vlcera carnem subiectam exedentia. L.M.

Adenes, ἀδένες plural. ab ἀδὴν, glandula pars corporis simplex spongiæ modo mollis, rara & friabilis.]

Adesus, a, um, consumptus. {אכול vechelál. ἀναλωθείς. Gall. Mangé & consumé. Ital. Mangiato. Germ. Gar gessen vnd verzehrt. Hisp. Comido. Angl. All eaten and wasted.} Cic. 2. Tusc. Quum verò adesum inflatu renouatum esset iecur. ¶ Adesa pecunia, per metaphoram pro consumpta, apud eundem pro Quintio.

Adfigurate, apud Diomedem Gramm. lib. 1. Per ablatiuum autem sic, vt dignus hac re, & si quid tale inueniatur per vtrosque casus, id adfiguratur.

[Adelphatum, fraternitas seu portio monastica, Græcè ἀδελφᾶτον, sumta vox à Monachis, qui olim & nunc ἀδελφοί, fratres dicuntur. Est itaque Adelphatum quod ad Monachos spectat ratione redditus, præfecturæ, officij, &c. Cerd.]

Adelphi, ἀδελφοί, fratres quasi non soli. Delphon enim prisca lingua Græcorum: Vnum significat. Vnde Apollo & Sol (Macrobij sententia) Delphios dicitur, quasi vnus & solus. Alij ab α deducunt: quod interdum significat ὁμοῦ simul, & δελφὺς, quod vuluam vel vterum significat: vt Adelphi dicantur, qui ex eodem vtero prodierunt. Hoc nomine Terentius Comœdiam inscripsit, in qua Æschines & Ctesipho introducuntur. ¶ Hinc adelphatum, fraternitas.

Adelphides, ἀδελφίδες. Palmæ species est, sapore, quàm proximè ad caryotas accedens: vnde & adelphides dictæ sunt, quasi caryotarum sorores. Autor Plin. lib. 13. cap. 4.

Adelphius, ἀδέλφιος, Historicus fuit M. Antonio familiaris, qui eius in Parthos expeditionem conscripsit, in qua ipse & adfuit, & præfuit. Strabo lib. 11.

[Adelscale, secuus Principis. Cod. ll.]

Ademptio, Ademptus, vide Adimo.

Adenes, {ἀδένες. Gall. Escrouëlles. Ital. Scrouole. Germ. Kropff. Hisp. Landrezillas.} Glandulæ sunt in gutture, ex carne in duritiem contracta, quæ alio nomine χοιράδες, hoc est, scrofulæ vocantur. Plin. lib. 11. cap. 37.

Adeo, aduerbium, Vsque eò, Intantum. {מאד meódh, גם gam. τοσοῦτον, οὕτως. Gall. Tant, si. Ital. Così tanto. Germ. Also sehr, also fast. Hisp. Tanto que. Angl. In so much, so.} Interdum ponitur pro quoque, vt apud Plaut. Men. sc. 2. a. 4. Dij illum perdant, mèque adeò, qui hodie forum oculis inspexi meis. Item, Quid feci ego tibi, aut adeò isti, quæ mihi molesta es? Idem ibid. a. 5. Neque te noui, neque te nouisse adeò volo. Ibidem sc. 2. a. 2. Atque adeò ne me quicquam feruas, pro, quin etiam. Ibid. sc. 2. a. 1. Atque adeò si facere possem, &c. id est, præterea. Idem Pseud. sc. 3. a. 1. Vt sit delectum frumentum quod satis mihi sit, atque adeò vt frumento afflüam. Ibid. sc. 2. a. 1. Ibique adeò tibi dabitur lectus. Ibidem. Atque adeò, vt ne legi fraudem faciam. Idem Mil. sc. 2. a. 2. Nunc adeò edico omnibus. Ibid. Nunc adeò vt scire possis meam sententiam. Idem Curc. sc. 3. a. 5. Id adeò expertus sum. Ibid. sc. 2. a. 5. Respondit paucis verbis, atque adeò fideliter. Ibid. sc. 3. a. 1. Fateor me culpam commeruisse id adeò oratum venio. Idem Aul. sc. 6. a. 4. Id adeò tibi faciam. Ibidem sc. 2. a. 4. Atque ipsum adeò contuor. Idem Asinar. sc. 3. a. 2. Adeò vt meam sententiam noscere possis si accesseris propius (minantis) Idem Aul. sc. 2. a. 3. Item, Nemo desiere dignè id potest, adeò verbis non exprimi potest. Vos potionesque adeò madefacitis, id est, etiam. Ibidem a. 1. Item, Mira & propè, adeò ridicula. Gell. lib. 6. cap. 10. Ille adeò impransus ludificabitur. Plaut. Amph. Imò nemo præter me, atque adeò tu iudex sies. Ibidem (id est, etiam.) Quæ facta eloquar multò, adeò multus, quàm ille, ibidem.

Non adeò nostro fugit ab ore pudor,

Ouid. El. 1. lib. 3. Trist. Dij precor atque adeò Cæsar. id est, etiam. Idem El. 1. lib. 3. Trist. Adeò non abstulisti lucem Ciceroni, vt auxeris. Velleius. Adeò ornatus caussa. Fab. Qu. cap. 3. lib. 3. Terent. in Andr. Et vultu Sosia adeò modesto, adeò venusto, vt nihil suprà. Quandoque ponitur pro valde, multum, tam. Terent. in Eunucho. Iuuenem adeò nobilem, οὕτως ἄξιον. ¶ Post, Atque subiectum auget, idem significans quod Imò, vel Potiùs. Cic. pro Cluentio. De foro, atque adeò de ciuitate sublatus est. ¶ Quandoque pro Certè, sine dubio. Virg. Georg. 1.

Multum adeò rastris glebas qui frangit inertes,
Vimineásque trahit crates.

¶ Quandoque pro modò, secundùm quosdam. Terent. Andr. Tutè iam adeò eius audies verba. ¶ Apud poetas, præsertim Comicos, sæpe est particula ornatiua, seu manus expletiua, quippe nihil ad sensum conferens, sed vel ad sermonis ornatum, vel ad metrum explendum adhibita. Ibid. Propera adeò puerum tollere hinc ab ianua. ¶ Nonnunquam etiam in sententia absoluta ponitur: vt apud Virg. 3. Georg. Adeò à teneris consuescere multum est.

Adeousque, siue vna est dictio, siue duæ, idem est quod Vsque adeò. Plaut. in Asin. —age age mansero Tuo arbitratu, vel adeousque dum petis, pro Vsque dum, id est, donec. ¶ Vtitur ea voce & Marius Victor. lib. 1.

——adeousque malis non
Herbarum dubias posse radicibus escas
Explerare iuuat.

Plaut. Amphit. Adeousque satietatem dum capiet pater illius quod amat, &c.

Adĕo, is, iui, vel adij, aditum, id est, Accedo. {הלך halách קרב karab נגש nighghásch. [illegible]. GALL. Aller à, ou vers. ITAL. Andare. GERM. Zu einem gehn oder kommen. HISP. Ir a lugar. ANGL. To go to, come nie.} vt, Adeo prætorem. Cic.4. Acad. Tribunum aliquem censeo, adeant. Idem App. Pulchro, Ad me adire quosdam memini. ¶ Ad ædes adire me. Plaut. Aul.sc.2.a.2. pro Accessit. Adibo ad hominem. Idem Men.sc.2.a.3. Neque eum adire ad me. ibid.sc.2.a.1. & Aul.sc.5.a.9. Bis me sol adiit post brumam. Ouid Eleg.7.lib.4.Trist. Adire limen, vide Limen. Adeamus eam. Plaut. Mil.sc.5.a.2. Melius hunc adire & percunctarier. Idem Men.sc.vlt.a.5. Ignaris illis omnibus adij manum. Idem Aul.sc.5.a.2. Quum me adis vt pudentem gnatum æquum est, patrem orauit. Idem Asin.sc.1.a.1. Priusquam istam adij (id est, amicam. ibid.sc.2.a.2. Dignos indignos adire. i. supplicare. Ibid. sc.vlt.a.1. Adibo atque alloquar: Salue. Idem Men.sc.2.a.2.& sc.1.a.3. & sc.4.a.1. Adeunt, consistunt, copulant dexteras. Idem Aul.sc.1.a.1. Hanc eam rem vult adire mecum ad pactionem. Ibid.sc.4.a.1. Meam vis adire mammam. Idem Most.sc.4.a.1. Adire blandis verbis, id est, alloqui. Idem Pseud.sc.5.a.1. Adire nomen fortunæ Cæsaris, de Augusto hærede. Velleius. Adeamus ad cœnam ac decumbamus. Plaut. Curc. sc.3.a.2. ¶ Adire hæreditatem, [illegible], est se hæredem profiteri, & pro hærede se gerere. Cic. 2. Philipp. Quum ipse patris hæreditatem non adisses. ¶ Interdum pro subire, vel suscipere: vt, Adire labores, Adire periculum capitis, apud Cicer. pro Sext. Roscio. ¶ Aliquando adoriri, & aggredi, [illegible]. Terent. in Phorm. Tunc prior adito tu: ego in insidiis hic ero succenturiatus, siquid deficies. Virg.5. Æneid.

——nec quisquam ex agmine tanto
Audet adire virum.

Huius passiuum protulit Colum. lib.1. Sed granaria scalis adeantur, & modicis fenestellis Aquilonibus inspirentur. Et Cic.2. Tuscul. Illa pericula adeuntur in præliis.

‖Adephagus, Rapo, lurco, comedo, onis.
Adephagia, ingluuies, crapula. Scal.‖

Adĕr, {עדר hedaer.} locus iuxta Bethleem, vbi vel Angelorum grex in ortu Domini cecinit, vel Iacob pecora sua pauit, loco nomen imponens, vel (quod verius est) quodam vaticinio futurum iam tum mysterium monstrabat.

Adĭtur, impersonale. Cic.4. Verr. Antequam in ius aditum esset. Idem pro Flacco. M. Cratidius, ad quem est aditum, negauit, &c.

Adĭtio, onis, est Accessio. {מבוא mabó קריבה keraváh, [illegible]. GALL. Allée. ITAL. Gita, andata. GERM. Zugang. HISP. Aquella obra de yr à lugar. ANGL. Going to comming nie.} Plaut. in Trucul. Quid tibi hanc aditio est? pro, cur hanc adis? Vbi dignum notatu, casum verbi additum esse nominis: vt, apud Ciceronem, Domum reuersio Obtemperatio scriptis legibus, lib.2. de legib. & apud Cæsar. lib.1. Reditionis domum spe sublata. ¶ Aditio hæreditatis apud Iurisconsultos, id est, Cretio. D. lib.5. de inoffic. testam.

Adito, as, frequentatiuum ab Adeo, adis. {הלך hilléch. [illegible]. GALL. Aller souuent. ITAL. Ire & andare spesso. GERM. Offt zu einem gehn. HISP. Yr muchas vezes. ANGL. To come or go to often.} Plaut. in Capt. Si adires propiùs. sc.4. a.3. aliàs adbites. Vide Diomedem lib.1.

Adĭtus, us, ingressus, introitus, vestibulum, limen. {מבוא mabó. [illegible]. GALL. Allée, entrée, acces. ITAL. Entrata, adita. GERM. Ein zugang, oder eingang. HISP. Entrada à lugar. ANGL. An entrée, acces.} Cic.15. Epist. Duo sunt aditus in Ciliciam ex Syria. Virg.9. Æneid.

——aditúmque per auia quærit.

Cic.1. Philipp. Forum sepietur, claudentur aditus, armati in præsidiis, multis in locis collocabuntur. Hic aditus consolandi hoc principium ei fuit. Senec. cap.4. de Consol. ad Mart.

Vt facilis quæ tuis aditus sit & ardua belli.

Tibul. lib.4. ¶ Transfertur etiam aliquando ad incorporea. Cic. pro Cluentio. Hominibus ignominia notatis neque ad honores aditus, neque in curiam reditus est. Idem pro Fonteio, Magnitudine rei sic occupant eorum, qui audiunt animos, vt difficilis aditus veritati relinquatur.

Adĕps, {חלב chelèb. [illegible]. GALL. Graisse, sein. ITAL. Grassa, lardo, sungia. GERM. Feisste. HISP. Enxundia. ANGL. Greasenesse, fatnesse.} Medicis ceterisque qui anatomen ex professo tractant, dicitur vnctuosum illud, quod musculorum extremitatibus membranisve accrescit ex frigida portione sanguinis, quæ e venis excidens, exanguibus, ideóque frigidis membranis adhæret, ibidemque non secus atque oleum frigore concrescit. Vnde & in corporibus, quibus frigidior est natura, copiosior: in calidioribus parcior gignitur. In ventre inferiore magna in primis eius copia colligitur, quòd ea pars membranosa sit, & à fonte caloris longiuscule dissita. ¶ Differt itaque adeps ab eo quod Latini pingue, vel pinguedinem, Græci [illegible], appellant duplici ratione. Primùm situ ipso, quòd ille musculorum (vt diximus) extremitatibus, aut membranis adhæreat: Pingue, teste Plin. lib.11. cap.37. inter carnem & cutem situm sit. Deinde quòd Adeps frigore concrescat, durúsque fiat & fragilis: Pingue neque congelerat, neque durum, aut fragile euadat. Rursus à Seuo Adeps distinguitur, vt eodem in loco docet Plinius, quòd adeps in iis duntaxat animalibus dicatur, quæ bisulca sunt scissisve digitis, & non cornigera: seuum verò in cornigeris, iisque vna tantùm ex parte dentatis, & talos habentibus. Hæc tamen differentia ne ab ipsis quidem medicis semper obseruatur. Apud cæteros verò scriptores nullo pene discrimine omnia hæc confunduntur. Adipísque vocabulum latissimè sumitur, vt etiam ad seuum & pingue extendatur. Exempla passim occurrent. ¶ Effertur autem hoc nomen modò masculino, modò fœminino genere. Plin. lib.18. cap.9. Massurius palmam dedisse lupino adipi antiquos tradit: ideò nouas nuptas illo perungere postes solitas, nequid mali medicamenti inferretur. Item lib.30. cap.3. Proximus vel prolixax, vel alica, vel oryza cremor dandus est, cum quo recens adeps cocta sit. Sæpiùs tamen masculinum est. ¶ Adipes in plurali. Vt, adipes tenuare. Quint. lib.2. cap.11. id est, ad maciem redigere, vel potius excrescentem pinguedinem minuere. Plin. lib.11. cap.38. vocat adipes detrahere. Idem lib.8. cap.36. Illi sunt adipes medicaminibus apti. Tenuare adipes Declamatorum Quintil. cap.11. lib.2.

Adĭpālĕ, adiectiuum, pro pingui, [illegible]. Vnde Festus Adipaleis cœnas sacerdotum vocat, quæ etiam Adicales dicuntur. Cicero ad orationem transtulit, de Orat. Opimum quoddam & tanquam adipale dictionis genus: vbi tamé etiam legitur, adipatæ orationis, atque ita Noanius citat.

Adiposus, Adipe abundans, [illegible]. In sacris literis etiam pro diuite accipitur, & opulento, quemadmodem & Adeps pro diuitiis: vt annotauit Hermolaus in Plinium.

Adĭpātus, a, um, Adipem admistum habens. {שמן schamén. [illegible]. GALL. Gras, rempli de graisse. ITAL. Ingrassato, vnto. GERM. Das feißt ist/das mit feisste gespickt ist. HISP. Grassiente, lleno de grassa. ANGL. Full of greas or fatnesse.} Vnde Iuuen. Sat.6. Adipata dixit, pro cibis adipis admistione confectis.

Liuida materno feruent adipata veneno.

Cic. in Oratore, ad orationem transtulit. Adipatámque orationem dixit, pro pingui, Adhinc ère (inquit) suis artibus opimum quoddam, & tanquam adipatæ dictionis genus.

Adĕptio, Adeptus. Vide Adipiscor.

Adĕquito, as. {רכב raechàb. [illegible]. GALL. Cheuaucher aupres. ITAL. Caualcare dintorno. GERM. Hinzu reitten/nähen/oder nach einem reitten. HISP. Caualgar cerca alguno. ANGL. To ryde by, or nie to.} Equitare, equitando propiùs accedere. Liu.5. bel. Macedon. Numidæ adequitare, dein refugere, sed propiùs saltum paulatim aduehi.

Aderco, [illegible]. Hispaniæ vrbs est Stephano: cuius ciues dicuntur Adercontæ, [illegible].

Ades, ἅδης, à Græcis dicitur inferorum deus, quem Ditem & Plutonem appellamus: ita dictus ab α priuatino, & ἰδεῖν, videre: propterea quòd in densissimis inferorum tenebris, noctéque profunda perpetuò agens nihil cernere videatur. Nam sine aeris lucidi medio (qui apud inferos nullus est) visio fieri non potest. Græci tamen Grammatici dictionis huius principium contra etymi naturam aspero spiritu scribendum præcipiunt.

Ades, siue Hades, ἅδης, Molossorum rex, cuius filiam nomine Coram apud Acherontem fluuium conatus est rapere Pirithous. Vnde factus est locus fabulæ, Pirithoum ad inferos descendisse, & vxorem Ditis Persephonem, quæ & Cora, κόρη à Græcis, dicitur, rapere voluisse. Vide Cælium Rodiginum lib.7. cap.15. & Plutarchum in Theseo: qui tamen regem hunc non Adem vocat, sed Aidonem.

Adĕdum, ex Ades, quod imperatiuum est, & dum particula nihil significante. Est enim productio, & adiectio syllabæ: vt Ehodum ad me.

Adĕspotus, [illegible], Nullius dominio subiectus. {GERM. Maisterlos. ANGL. Maistelles.} Vnde [illegible] libri vocantur, qui nullum titulo domini nomen profitentur. Et Plutarch. in vita Ciceronis, [illegible] vocat, in quo scriptoris nomen erat suppressum. Adespota bona, [illegible] à Budæo vocantur, quæ quum iustum hæredem non inueniant, in fiscum deuoluuntur. Et rumores [illegible] Ciceroni, incerti, & sine authore certo.

Adĕsse, vide Adsum.

Adestrata, militum in bello vtensilia, quæ [illegible] aliàs dicta. Leo Imp. [illegible].

Adĕsurio, is, esurio. {רעב raèb. [illegible]. GALL. Auoir grand faim. ITAL. Hauer gran fame. GERM. Grossen hunger haben/hefftig hungeren. HISP. Auer gana de comer. ANGL. To be hungrie, to desyre to eat.} Plaut. Adesuriuit magis, & inhiauit acriùs lupus.

Adĕsus, vide Adedo.

‖Adfatomia, affatus. Cod. ll. ant.‖

Adfectio, vide Affectio.

‖Adferial, quæ ad sepulchra fertur. Suppl.‖

Adfirmatores, vide Affirmo.

Adfico, [illegible]. Vet. Glos. Adfore, vide Fore.

‖Adfiliatio, penè naturæ imitatio. Isid. gloss. Adoptio in loco filij. Pap.

Adfiliatus, adoptatus. Gell.

Adfines, in agris, vicini confines agros possidentes. Iun. Fest.‖

Adfrĕmo, is. Ad aliquid fremo. {דחר dahár המה hamah. [illegible]. GALL. Grongner contre quelqu'vn. ITAL. Fremere, mormorare. GERM. Im zorn vber etwas toben oder brumlen. HISP. Bramar à otra cosa. ANGL. To murmure or grudge at any thing.} Val. Flac. Argon.1.

Adfremit his, quassátque caput.

Adfrĭngo, is, frango, confringo, {שבר schibbér. [illegible].} Statius 5. Theb.

——plenisque adfringere parmes
Vberibus, ferróque omnes exire per annos.

Adgandestrius, Cattorum princeps, Tacit. ad fin. lib.2. Annal.

Adgĕmo, is, ui, [illegible]. Stat. lib.11. Thebaid.

Flent mæsti retro comites, & vterque loquenti
Adgemit.

Ouid.1. Trist. Eleg.13.

Adgemit & nostris ipsa carina malis.

Vide Aggemo.

‖Adgeniculor est in genua procumbere ad aliquem, precationes peccatave exponendi ad sacerdotem ergò. Cerd.‖

Adgressura, æ, grassatura, Suet. D. lib.10. tit.2. l.4. Vlpianus, Sed etsi quid ex peculatu, vel ex sacrilegio quæsitum erit, vel vi, aut latrocinio, aut adgressura, hoc non diuidetur.

Adgretus, a, um, apud Ennium. Adgretus fari, pro eo quod est aggressus, venit à Græco. Festus. Vbi vide Ios. Scaligerum.

Adhabito, as, [illegible], iuxtà habito, vel iuxta me pono. Plaut. in Capt. Ædepol namque si adhabitas propiùs, os densabit tibi.

Adhæc, siue Adhoc, id est, præterea, præter iam dicta, [illegible]. Cic. pro Flacco, Adhæc prædia insosa, dedicauisti.

Adhærĕo, Affixus maneo, arctissimè insideo, adhærens sto, approximo, nitor, infixus sum. {דבק dabak לוה laváh. [illegible]. GALL. Estre pres, ou contre quelque chose, se tenir à elle. ITAL. Accostarsi, star appogiato. GERM. Anhangen. HISP. Allegarse. ANGL. To cleaue to, stick fast to.} Cicer.1. Verr. Tela in tuis visceribus adhærebunt. Lact. lib.5. Quibus postea eiectis, omnes qui sanati fuerint, adhærent religioni,

cuius potentiam senserant. Plaut. *Asin. sc.* 3. *a.* 1. Vsque adhærebaris, de amatoribus. Gell. *cap.* 2. *lib.* 10. Adhære tumento.

Adhæresco, idem quod Adhæreo. Cic. *Offic.* 1. Omninóque iustitiæ, honestatique adhæresceret. ¶ Dicitur & adhærescere ad rem aliquam, & in rem aliquam, & in re aliqua. Cicero.

Adhæsio, verbale, Copulatio, coniunctio. {דבק *debék* לויה *leuiáh*. προσέχεια. GALL. *Entretenchement*. ITAL. *Accostamento*. GERM. Anhangung. HISP. *Allegamiento*. ANGL. *Stincking or cleaning to.*} Cic. 1. *de Fin.* Et copulationes, & adhæsiones inter se, &c.

‖Adhæsum, cohærens. Nou.‖

Adhæsus, us, pro eodem. προσκόλλησις. Lucret. *lib.* 3.

Nam neque pulueris interdum sentimus adhæsum.

Adhæsè, aduerbium. προσκολλητῶς. Gellius *lib.* 5. *cap.* 9. *de Ægle Samio Athleta.* Per omne inde vitæ tempus non turbidè, neque adhæsè locutus est. Id est, non vltrà obmutuit. Budæus. Sed planè & articulatè locutus est, Gell. *ibid. suprà.*

Adhālo, Afflo, aspiro. {הריח *heriách*. ἐμπνέω. GALL. *Halener quelque chose.* ITAL. *Aspirare, pigliare fiato.* GERM. Hinzu blasen/anhauchen. HISP. *Soplar hazia otra cosa.* ANGL. *To beate vpon any thing.*} Plin. *lib.* &c. *cap.* 22. Nunc quidem, si serpentis cauerna iuxta fuerit, si patescentes primò adhalauerit.

Adhāmo, idem est quod obligo. {בעלה בחכה *bebeláh bechácbebáh*. ἀγκιστρεύω. GALL. *Prendre au filé.* ITAL. *Pigliare all'hamo.* GERM. Erwüschen als mit einem angel. HISP. *Tomar con anzuelo.* ANGL. *To cacke or tak in a nett.*} Cic. 2. *Academ.* Qui enim serius honores adhamauerunt, vix admittuntur ad eos, nec satis commendati multitudini possunt esse. Hæc Nonius. De cuius sententia doctissimi viderint. videtur enim Ciceronis locus, honores adhamauerunt, sic potius intelligendus, quasi ad capiendos honores aspirarunt. Deducitur namque aut à nomine Hamus, aut à ficto verbo Hamo, ab hamus, quod catenam, & vncum, quo pisces inescantur, significat.

Adhibeo, Appono, admoueo, adiungo, adiicio, confero, adfero. Et tam ad res, quàm ad personas refertur: habétque penè semper accus. {הקריב *hikrib* סום *sium* נתן *nathán* סמך *samách*. προσάγω. GALL. *Ioindre à vne autre, mettre pres.* ITAL. *Aggiungere.* GERM. Zuhalten/hinzu haben. HISP. *Añadir.* ANGL. *To ioyne, to and put nie, to an other thing.*} Cic. 1. *Famil.* Adhibui diligentiam, quotiescunque Senatus fuit, vt adessem. Ter. *Phorm.* Nunquam amittam ego à me, quid mihi testes adhibeam. Cic. *Famil.* 5. Rationes confectæ me absente sunt tecum, ad quas ego nihil adhibui, præter lectionem. Idem *Rosc.*, Vt omnes adhibeam machinas ad tenendum adolescentem. Et *Famil.* 2. Tecum loquere, te adhibe in consilium. ¶ Adhibere moram, morari, moras trahere ac differre. Pomponius *D. lib.* 18. *tit.* 6. *l.* 17. Illud sciendum est, cùm moram emptor adhibere cœpit, iam non culpam, sed dolum malum tantùm præstandum à venditore. Adhibere curam. Plaut. *Mil. sc.* 2. *a.* 1. Huc adhibete aures quæ ego loquar. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Neque quisquam parsimoniam adhibet. Idem *Mostel. sc.* 3. *a.* 1.

Adhinnio, propriè est equorum, quum se mutuo conspicientes, audientes, aut olfacientes, hinnitum emittunt. {צהל *tsahál*. προσχρεμετίζω. GALL. *Hennir à quelque chose, comme font les cheuaux aux iumens.* ITAL. *Annitrire.* GERM. Anwiehelen wie die Roß. HISP. *Relinchar à otra cosa que relincha.* ANGL. *To nie lik one horse for any thing.*} Ouid. 1. *de Arte*,

Fœmina cornipedi semper adhinnit equo.

Translatè ad orationem alicuius adhinnire, est orationem voluptatis plenam cum plausu excipere. Cic. *in Pisonem*, Sic ad illius hanc orationem adhinnivit, vt non magistrum virtutis, sed authorem libidinis à se illum inuentum arbitraretur.

Adhorrēsco, is, horrui, horreo. {סמר *samár*. ἐμφρίττω. GALL. *S'espouuanter grandement.* ITAL. *Spauentarsi molto.* GERM. Ein grosß abschreiben haben. HISP. *Espeluzar se con miedo.* ANGL. *To feare greatlie.*} Ouid. *ad Liuiam de morte Drusi*,

Ipse pater flauis Tiberinus adhorruit vndis.

hoc est, valde horruit, vel ad equitum clamorem horruit.

ADHORTOR, aris, idem quod simplex Hortor. {עורר *horér* העיר *hehir*. προτρέπω, παρακελεύω. GALL. *Enhorter, admonester.* ITAL. *Eshortare, ammonire.* GERM. Vermanen/ermanen. HISP. *Induzir y atraer con razones.* ANGL. *To exhort.*} Cic. 1. *Offic.* Ne posset aliquando ad bellum faciendum locus hortari. Idem *Philipp.* 4. Sic ego vos ad recuperandam libertatem adhortabor.

Adhortātio, verbale, hortatio, incitatio, παράκλησις. Cic. 2. *de Orat.* Omissa nostra adhortatione, ad eorum quos proposuimus, sermonem disputationémque, veniamus.

Adhortator, verbale, qui exhortatur. Liu. 7. *ab Vrbe.*

Adhūc, aduerbium, compositum ex Ad, id est, vsque, & huc: & significat Etiamnunc, Etiamnum, Hactenus, vel Ad hoc tempus. {עדה *Sadh.* μέχρι τούτου, ἔτι, ἀκμήν. GALL. *Encor iusques icy, à present.* ITAL. *Fin qui.* GERM. Bisß hernach/bisß yetzund. HISP. *Hasta aqui.* ANGL. *Vnto this present tyme yet.*} Vsque adhuc actum esse probè. Plaut. *Milit. sc.* 6. *a.* 2. quod celatum est vsque adhuc. Idem *Aul. sc.* 3. *a.* 1. Optimè vsque adhuc conueniunt signa. Idem *Men. sc. vlt. a.* 5. Sedsi eum adhuc nato odor obsecutus est meo, da vicissim gutturi meo gaudium. Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 1. Quem multis laboribus quæsiui vsque adhuc. Idem *Men. sc. vlt. a.* 5. Sineret me vsque adhuc in taberna. Idem *Pseud. sc.* 6. *a.* 4. Cic. *Attic. lib.* 7. Vnam adhuc à te epistolam acceperam. & *ad Ligar. lib.* 4. Ego tamen Cæsari pro te, sicut adhuc feci, supplicabo. Author ad Herenn. *lib.* 1. Adhuc, pro etiam, vel præterea. Quint. initio periodi. Est adhuc alia in respondendo figura. Adhuc quæ dicta sunt, arbitror mihi constare cum cæteris artis scriptoribus. Ouid. 3. *Met.*

Si quid adhuc audax est, præcipitique petendum est,

id est, præterea. Item, vide adhuc, vide etiam. Plaut. *Mil. sc.* 6. *a.* 2. Adhuc amplius si pergis male loqui. Idem *Amph. sc.* 2. *a.* 4. Quin adhuc aggredimur virum, id est, item semel. Idem *Asin. sc.* 3 *a.* 3. ¶ Adhuc locorum eadem figura qua dicimus, Vbique locorum, &c. Idem *in Capt. sc.* 2. *a.* 1. Vt adhuc locorum feci, faciam sedulò. Locorum, ornatus tantum gratia ponitur.

Adiabaræ, populi iuxta Æthiopiæ Plin. *lib.* 6. *c.* 30. Deinde contra Meroen Megabari, quos aliqui Adiabaras nominauêre.

Adiabene, Ἀδιαβηνή, est vltra Armeniam regio, quæ Assyria antè dicebatur, vt placet Plin. *lib.* 5. *cap.* 12. Ptolomæus vero, & Strabo Adiabenam Assyriæ portionem faciunt, eamque ad ortum collocant vltra Mesopotamiam. Nomen habet à difficili transitu, ab α priuatiuo, & διαβαίνω, transeo. Amnium enim, qui eam rigant, multitudo iter reddit impeditum.

ADIĀCEO, es, continens sum & affinis, adhæreo. {קרב *karáb* סמך *samách*. παράκειμαι. GALL. *Gesir aupres.* ITAL. *Giacere vicino.* GERM. Bey/oder neben ligen. HISP. *Iazer cerca.* ANGL. *To lie by or nie to.*} Liu. 2. *ab Vrb.* Tuscus ager Romano adiacet. Idem *lib.* 7. *ab Vrb.* fines adiacent Hetruriam. ¶ Adiacens insula dicitur quæ est propè ædes, non tamen coniuncta contextu ædificiorum. Vlpian. *l. si finita* §. *iam quid dicemus ff. de dam. infect.* Item quid dicemus, si insula adiacens domui vitium fecerit.

Adiacentiæ vox est in vsu Patrum, qua vtitur Flodoard. *lib.* 1. *Hist. Remens. cap.* 20.

Adianœta, ἀδιανόητα, sunt quæ verbis aperta occultos sensus habent, mystica. Quint. *lib.* 8. *cap.* 2. Nam ἀδιανόητα intelligere declarat.

Adiantum. {ἀδίαντον. GALL. *Capilli veneris.* ITAL. *Capel venere.* GERM. Maurrauten. HISP. *Culantrillo de pozo.* ANGL. *An herbe called Venus heare.*} Herba quæ aliis nominibus Polytrichon, Callitrichon, & Capillus Veneris appellatur. Vide Plin. *lib.* 22. *cap.* 21.

Adiatorix, Ἀδιατόριξ, Mecli cuiusdam Galatiæ Tetrarchæ filius fuit, qui quum apud Heracleam Ponticam, coloniam Romanorum eo missam nocte vna iussu Antonij iugulasset, paulò pòst in prælio Actiaco captus, & in triumpho circunductus, vnà cum filio iugulatus est. Strabo *lib.* 12.

‖Adiaphoria, ἀδιαφορία, quasi indifferentia, qualitas rerum, per quam indifferentes habentur.‖

Adiaphoron, ἀδιάφορον, Cic. vertit indifferens *lib.* 3. *de Fin.* Quod enim illi ἀδιάφορον dicunt, id mihi ita occurrit, vt indifferens dicerem. ¶ Vide Adiaphoria, ἀδιαφορία, quæ est Contemptus sine differentia vitæ, in victu nullus delectus, indifferentia. Adiaphoriam censuit Ariston philosophus summum esse bonum. Cic. 4. *Academ. Quæst.* Aristonis summum bonum est, in his rebus neutram in partem moueri, quæ Adiaphoria ab eo dicitur.

‖Adiapneustia, impedita respiratio. L.M.‖

Adiectio, Adiectiuum, Adiectus, vide *Adiicio.*

Adigo, is, ex Ad & ago, Cogo, vt impello. {תקע *takah* דחק *dachak* דחף *dachaph* אנס *anás*. βιάζω, ἀναγκάζω. GALL. *Faire entrer, faire aduenturer à quelque chose.* ITAL. *Constare, far entrar per forza.* GERM. Zutreiben. HISP. *Constreñir à empuxar.* ANGL. *To constraine, to thrust against any thing.*} Plin. *lib.* 16. *cap.* 32. In ipsam arborem clauus ferreus adigatur. Cæs. *de bell. Ciuil.* 3. Tantum aberat à nostro castello, vt telum tormentóve missum adigi non posset. Venus hæc mihi bona dat cùm huc hos adigit lucifugas tanquam pecora. Plaut. *Pseud. sc.* 7. *a.* 4. Greges adegero, tanquam ouium *Ibid. sc.* 3. *a.* 1. Adigebantur oues pretij maioris. Gell. *cap.* 1. *lib.* 11. ¶ Interdum pro Concito, impello, Terent. *Adelph.* Tu homo adiges me ad insaniam. Interdum pro ago, compello, συνελαύνω. Idem *Eunuch.* Noctu te adigent horsum insomnia. ¶ Idem pro Cogere: vt Adigere in verba, est cogere quempiam vt in verba nostra iuret. Sic adigere iureiurando, siue ad iusiurandum, ὅρκῳ προσλαβεῖν, ὅρκον ἐπάγειν, dicitur, qui conceptis verbis, hoc est, arbitrio suo dictatis, alium iureiurando obstringit. Liu. *lib.* 3. *d.* 5. Adigere iusiurandum. ¶ Adigere arbitrum, vel arbitrium, (vtrumque enim dicimus in eadem significatione,) vetus locutio est, pro agere, siue adducere ad arbitrum. Cic. *pro Quint. Roscio.* Quæ cùm ita sint, cur non arbitrum pro socio adegeris Quint. Roscium, quæro? Idem *Offic.* 3. Itaque Calpurnius cùm demolitus esset, cognouissetque Clodium ædes postea proscripsisse, quàm esset ab auguribus demoliri iussus, arbitrum illum adegit, Quicquid sibi dare facere oporteret ex fide bona.

Adictus, participium passiuum. {דחוף *dechúph*. ἐπαχθείς, ἐπειχθείς. GALL. *Mis auant, poussé.* ITAL. *Constretto.* GERM. Mit gwalt hinzu getriben/gezwungen. HISP. *Constreñido, à empuxado.* ANGL. *Thrustie, contrained.*} Vi impulsus. Plin. *lib.* 16. *cap.* 40. Et ne sic quidem adactus auelli clauus queat.

Adactio, verbale. {מדחפה *madhchepháh* הכרח *hechréach*. ἐπαγωγή. GALL. *Contrainte.* ITAL. *Constretta.* GERM. Zwang oder trang. HISP. *Empuxon.* ANGL. *Compulsion.*} Liu. 2. *bell. Punic.* A tribunis ad legitimam iurisiurandi adactionem translatum.

Adaxint, pro adigant. Plaut. *in Aulul. sc.* 1. *a.* 1. Vtinam me dij adaxint ad suspendium. Ex Nonio & Festo.

ADIICIO, is, ex Ad & iacio, cum cæteris à Iacio compositis, per duplex ij, nisi in poëmate, vbi quandoque primam syllabam contingit breuiari. Virg. Tityre pascentes à flumine reice capellas. Ibi enim altera i abiicienda est: ne syllaba longa positione duplicis consonantis, contra rationem metri corripiatur. In illo itaque Virgilij, His germana malis oneras, atque obiicis hosti, verbum Obiicis gemino ij est scribendum, alioqui prima produci non posset. In præterito verò per vnicum i scribenda sunt, vbi a in e mutatur: vt abieci, adieci. Significat autem Adiicere propriè, ad aliquid iacere, addere, apponere. {הוסיף *hosiph*. προστιθέναι, ἐμβάλλω. GALL. *Adiouster.* ITAL. *Aggiungere.* GERM. Hinzu werffen. HISP. *Añadir à otra cosa.* ANGL. *To cast to, to augment.*} Cæs. *bell. Gall.* 3. Vt neque ex inferiore loco satis commodè tela adiici possent. Colum. *lib.* 12. *cap.* 16. in lixiuiæ sextarios decem, salis triticos cyathos adiicias. Adiicere vires, Adiicere autoritatem. ¶ Adiicere animum rei, vel ad rem, est animum appellere, adiungere, applicare, προσέχειν, ἐπέχειν vel τὸν νοῦν, ἢ τὴν γνώμην. Senec. *cap.* 4. *de Consol. ad Polyb.* facilius tuos dolor illi (mortuo) adiiciet, quàm illum ad nos reducet. Idem Senec. legend. *cap.* 13. *de tranquill.* Catull. *de com. beren.*

Si captam Asiam Ægypti finibus adiiceret.

¶ Adiicere oculos in aliquam rem, ἐπέχειν ὀφθαλμούς, est cupiditate rei vitæ teneri. Plaut. *Asin. sc.* 1. *a.* 4. Ad eorum ne quem oculos adiiciat suos. ¶ Adiicere calculum, est approbare: construitur autem vel cum datiuo, vel cum accusatiuo, & præpositione Ad, vel In. Adiicere animum

animum consilio alicui. Liu. *lib. 5. d. 4.* Adiicere animum ad vocabula rerum. Gell. *lib. 11. cap. 16.*

Adicit, pro adiicit. Manil. *lib. 4.*

——adice & ciuilia bella.

Idem *lib. 1.*

Huc adice obliquos, &c.

Mart. *lib. 4. epigr.*

Nil adicit penso Lachesis, fusósque sororum
Explicat.

Sic Subicit, pro subiicit. Stat. *Achilleide:*

——subicit gauisus Vlysses.

Sic Deicit, pro deiicit apud Asinium Gallum *epigr. in Marcellum.*

Adiectio, verbale. {תוספת מרבה *marbéh* תוספת *tosépheth.* πρόσθεσις, ἐπίθεσις. GALL. *Adiouslement, addition.* ITAL. *Aggiunta.* GERM. Ein zuwurffung thuung. HISP. *Anadidura.* ANGL. *Casting or putting to, augmenting.*} Vitruu. *lib. 9. cap. 9.* Sin autem cunctorum adiectionibus & deiectionibus correptiones dierum, aut crescentiæ non probabuntur, &c. Adiectio Liuio, est accessio, *lib. 1.* Et Romanam rem nuper adiectione populi Romani auctam.

Adiectiuum, quasi adiunctiuum, quia substantiuis adiungitur, ἐπίθετον.

Adiectiuus, προσθετικός cui opponitur derogatiuus. Diomedes Gram. *lib. 1.* In enim præpositio plerumque derogatiua, nonnunquam adiectiua. Vide *Derogatiuus.*

Adiectus, huius adiectus, verbale, idem quod adiectio. Vitruu. *lib. 9. cap. 9.* Cunctorum adiectus, aut exemptus in singulis diebus, aut mensibus. Item Seneca.

Adiiciales cœnæ, Adipalésque, vocantur sacerdotum, vt patet ex Festo, Plinio, Seneca, & Macrobio: in his enim multa extra ordinem, iustaque fercula adiiciebantur. Varro *lib. 3. de re rust.* Primus Quint. Hortensius pauones Augurali adiiciali cœna posuisse dicitur.

Adilisius, ἀδιλισός, mons est Bœotiæ, de quo Plin. *lib. 4. cap. 7.*

Adimantus, ἀδείμαντος, nomen viri Atheniensis, fratris Platonis. Laert. *lib. 3.* ¶ Fuit etiam hoc nomine Corinthiorum dux, qui quum Themistocli exilium obiiceret, Num putas, respondit Themistocles, exulem quempiam esse, qui ducentas habeat triremes. Ex Suida.

ADIMO, is, Aufero, eripio, subtraho. {לקח *lacách* הסיר *hesír.* ἀφαιρέω. GALL. *Oster.* ITAL. *Torre, portar via.* GERM. Hinweg nemmen. HISP. *Quitar de alguna cosa.* ANGL. *To tak away.*} Plaut. *Amph.* vbi mihi formam adimis. *Ibid.* Regem mactaui, spolia ademi. & *Capt. sc. 3. a. 2.* Nox diem adimat. Ouid. 13. *Metam.*

Pérque Deos oro quos hosti nuper ademi.

Terent. *in Andr.* Hanc, nisi mors adimet nemo. Inde Ademptus, ablatus, ἀφηρημένος. Ademptus Hector. i. interfectus. Horat. *od. 4. lib. 2.* De exule, Ouid. *El. 1. lib. 1. Trist.*

Inuenies aliquem qui me suspiret ademptum.

& *El. 4. lib. 4.*

Pro quo nec lumen ademptum (exuli) *nec opes.*

& *El. vlt. lib. 4.*

Non aliter fleui, quàm me fleturus ademptum
Ille fuit.

Ademptæ virilitatis homo, id est, spado, exectus. Tacitus. ¶ Adimere ius verborum, in comitiis, est ius suffragandi tollere, & tanquam sexagenarios de ponte deiicere. Nam per pontem suffragia ferebantur. Componitur autem ex Ad & emo, id est, accipio, vt Festus vult.

‖Ademsit, ademerit. Plaut.‖

Ademptio, verbale, Priuatio, ablatio. {הסרה *hahasáráh.* ἀφαίρεσις. GALL. *Ostement, priuation.* ITAL. *Il leuar via.* GERM. Hinwegnemmung beraubung. HISP. *Quitamiento.* ANGL. *Awaytaking.*} Cic. *pro domo sua.* Id autem vt esset faciendum, non ademptione ciuitatis, sed tecti, & aquæ, & ignis interdictione faciebant.

Adimpleo, idem quod impleo. {מלא *malé.* ἀναπληρόω, συμπληρόω. GALL. *Emplir.* ITAL. *Adempire.* GERM. Zufüllen. HISP. *Henchir de algo.* ANGL. *To fill.*} Plin. *lib. 11. cap. 37.* Cochleis oculorum vocem cornicula bina prætentatu adimplent. Verbum satis sumum.

‖Adimcresco, nimis crescere, multum augeri. Cerd.‖

Adindo, is, ere, verbum antiquum, compositum ex Indo, quod & ipsum ex Do est compositum, Imponere, Immittere, {ספח *sapháeh* ספח *sapháh.* ἐνθεῖναι, ἐμβάλλειν. GALL. *Faire entrer, appliquer à quelque chose.* ITAL. *Imporre, aggiungere.* GERM. Hinein thun, hinein setzen. HISP. *Meter à dentro.* ANGL. *To cause to entre, to put in, to applie to any thing.*} Cato *de re rust. c. 28.* Orbem olearium latum pedibus quatuor punicanis coagmentis facito crassum digitos sex, subscudes ligneas adindito.

Adindo, is, dii, itum, id est, in aliquid, vel iuxta mitto, ἐνθεῖναι. Colum. *lib. 5.* Quum ferula fuerit enata, eam findito, & in medullam eius nucem Græcam, vel auellanam abscondito: & ita adinito. Hæc Calepinus, corruptis exemplaribus, vt plerisque aliis in locis, deceptus. Nam in citato Columellæ loco emendatiores codices *Adobruito* habent, non *adindito.*

‖Adinor, Ionatur apud Maced. Pap.‖

Adinstar, idem quod instar. {כ *ché* כמו *chemò.* δίκην ὡς δίκην. GALL. *A la comparaison, & l'equiualent.* ITAL. *In guisa.* GERM. Zugleich eben wie. HISP. *A semejança.* ANGL. *Lykew.*} Ad, enim (vt Valla scribit) redundat. Primus autem Serenus Lyricus hanc dictionem vsurpasse fertur. Vtitur ea & Politianus *in Miscel.*

ADINVENIO, is, ire, idem quod inuenio, aut comminiscor. {מצא *matsá* ἐπινοέω, ἐφευρίσκω. GALL. *Trouuer.* ITAL. *Trouare.* GERM. Erfinden erdencken. HISP. *Hallar.* ANGL. *To finde, or inuent.*} Plaut. *Curc.* Iam huic voluptati hoc adinuentum dolium est. Cic. 2. *de nat. Deor.* Ex quo intelligitur, adinuenta animo, percepta sensibus, adhibitis opificum manibus, omnia nos consecutos.

‖Adinuentio, onis, Excogitatio cum scientia, & studio peculiari, nouusque rei modus inuentus. ¶ Adinuentiones dicuntur etiam consilia, vel studia, vel opera. Cerd.

Adinuicem, vnicam, vel duplicem puta dictionem reciprocam denotat actionem. Inter se vnus ad alium. Cerd.‖

Adipale, Adipatum, vide *Adeps.*

ADIPISCOR, sceris, ex Ad & apiscor, quod non est in vsu, à quo Aptus participium videtur fuisse. Vnde Adeptus, Festus. Aptus, cum propria significatione intelligitur: poni tamen solet pro Adepto: sicut Apisci, pro adipisci, Nonius *de priscis dictionibus.* Lucil. *lib. 26.* Vt ego effugiam, quod ego te in primis cupere apisci intelligo. Dicitur etiam Apiscor, iceris. Lucil. Magnam inde apiscatus insaniam. Inde etiam Indipiscor, quod significat assequor. Plaut. tamen *in Aulularia.* Indipisces, in actiua voce dicit. Adipiscor igitur, quoniam plenius sonat quàm Apiscor, in vsum venit, & significat quandoque consequor, siue obtineo. Et *lib. 4. ad Heren.* Hæc omnia adipiscemur, si rationes præceptionis diligentia consequemur & exercitatione. Plaut. *in Trin.* passiuè dixit, Non ætate, verùm ingenio adipiscitur sapientia. Catul. *de com. Beren.*

Anne bonum oblita es facinus, quo regium adepta es Coniugium.

Plaut. *Capt. sc. 1. a. 3.* Solebam iis dictis menstruales epulas adipisci. *Ibid. sc. 2. a. 4.* Spero me adepturum cibum. {הרויח *hirúiach* השיג *hissígh* אחז *achaz.* קנה *kanáh.* καταλαμβάνω, τυγχάνω, ἐπιτυγχάνω. GALL. *Acquerir, obtenir, attaindre.* ITAL. *Asseguire, acquistare.* GERM. Vberkommen, erlangen. HISP. *Alcançar lo dessiado.* ANGL. *To get, or obteine.*} ¶ Aliquando Conuenio, peruenio, quando scilicet cum persona iungitur. Idem *in Epid.* Nam vt ad portum te conspexi, curriculo occepi sequi, vix adipiscendi potestas modò fuit. Cic. Nam medio itinere eum adeptus sum, hoc est, cùm medio itinere ad eum peruenissem.

Adipiscor, in passiuo significatu, vide in dictione proximè præcedenti, ex Plauto.

Adeptus, a, um, Assecutus, consequutus. {אחוז *achúz.* ἐπιτυχών. GALL. *Acquis, trouué.* ITAL. *Acquistato.* GERM. Der erlangt oder vberkommen ist. HISP. *Alcançado.* ANGL. *Gotten.*} Plin. *lib. 7. c. 24.* Tam multis gloriam eis adeptis. Cic. *de Senect.* passiuè protulit, Senectutem vt adipiscantur, omnes optant, eandem accusant adeptam. Ouid. *Eleg. 8. lib. 4. Trist.*

Ne palmas inhonestes adeptas.

Actiuè & passiuè sumitur.

Adeptio, verbale, idem quod consecutio, ἐπίτευξις. Cic. 2. *de Finib.* Nos beatam vitam non depulsione mali, sed adeptione boni iudicemus.

Adipisus, vide *Adeps.*

Adipsatheon, ἀδίψαθον, ἢ ἀσπάλαθος. Frutex est ferculosus, multis spinis horrens, qui ad Istrum, & in Nisyro, Syria & Rhodo nascitur, quoque ad vnguentorum spissationem olim vtebantur. Aliis nominibus Aspalathus, Erysisceptron, Dipsacon, & Diaxylon nominatur. Ruellius putat idem esse, quod hodie in officinis Lignum Rhodium appellatur. De hoc Plin. *lib. 24. cap. 13.* Diosc. *lib. 1. cap. 19.*

Adipsa, ἄδιψα. Dicuntur quæque medicamenta sitim aut extinguentia, aut obrepere prohibentia: quemadmodum Alima ἄλιμα, quæ fami obsistunt. Vtrorumque meminit Plutarch. *in conuiuio septem Sapient.*

Adipsos, ἄδιψος, species est palmæ viridis, odore mali cotonei, nullo intus esse. Nascitur in Ægypto, simillimum myrobalano, in vnguentis vsum habens. Dicitur & Phœnicobalanus, vbi maturuerit, teste Plin. *lib. 12. cap. 22.* ¶ Est præterea adipsos radix olim in Scythia, hodie etiam in agro Franconiensi nascens, quam à dulcedine Glycyrrhizam appellant. Vulgus corrupto vocabulo *Liquiritiam* vocat. Vide eundem *lib. 22. cap. 9.*

‖Aditiales, cœnæ ab aditu dictæ ad sepulcra, vbi illæ cœnæ celebratæ, ad quos aditus non omnibus patebat. Salmas.‖

Adiudico, as, per sententiam & iudicium aliquid alicui attribuo. {נתבעל ידי הדין *nathbáhal iedhé hadin.* ἐπιδικάζω, ψηφίζομαι. GALL. *Adiuger.* ITAL. *Attribuire, assegnare per sentenza.* GERM. Zuerkennen, mit vrtheil zusprechen. HISP. *Attribuir y dar algo por sententia.* ANGL. *To assigne.*} Cic. *ad Attic. lib. 4.* Nemo enim dubitat, quin domus nobis esset adiudicata. ¶ Refertur tamen & ad aliorum, quàm iudicum, sententiam & iudicium. Plaut. *in Men.* Adiudicato, cum vtro hanc noctem fiet. Cic. *ad Attic.* 2. Salutem mihi impetij atque orbis terrarum adiudicauit, id est, iudicauit, me imperio Romano atque orbi terrarum salutem attulisse. Eius contrarium est Abiudico, ἀποδικάζω.

Adiugo, as, id est, coniugo, ad aliquid iungo, quasi ad iugum annecto. {הצמיד *hitsmidh.* ἐπιζεύγνυμι. GALL. *Accoupler, attacher.* ITAL. *Accopiare, attacare.* GERM. Anknüpfen, aneinander kupplen. HISP. *Ayuntar vna cosa à otra.* ANGL. *To tie, or couple to.*} Pacuuius per translationem posuit pro addo, vel adiungo. Mater est terra, ea parit corpus, animam aut adiugat voluntatem. ¶ Adiugare vitem est vitem in iugum disponere, quod & iugare dicitur. Iugum autem hoc loco sumitur pro palis quibusdam, velut in iugum assurgentibus, ad quos vites certo ordine componuntur. Colum. *lib. 4. cap. 17.* Nihil enim refert iugum in stellam decussari atque diduci, nisi & palmites adiugentur.

Adiumentum. Vide *Adiuuo.*

ADIUNGO, is, alligo, annecto, addo, coniungo, apto, accommodo. {הרכיב *hirkhbis* חבר *chibbér.* προσάπτω, προσζεύγνυμι. GALL. *Adiouster, adioindre.* ITAL. *Aggiungere, accopiare.* GERM. Dazufügen. HISP. *Añadir, ayuntar.* ANGL. *To ioyne to, or applie.*} Cic. 1. *de Orat.* Iuris scientiam eloquentiæ tanquam ancillulam adiunxit. Terent. *in Andr.* Vt animum ad aliquod studium adiungant. Adiungere aliquem alteri, est amicum facere. Cic. *Attic. 2. 9.* Hic dies me valde Crasso adiunxit. Adiungere se ad aliquem, est cum eo familiaritatem inire. Cic. *in Philipp.* Cæs. *lib. 1. de bell. ciu.* Adiungere in amicitia. Et similiter de inimicitiis Plaut. *Asin. sc. 1. a. 5.* Socium ad rem malam quærit, quem adiungit sibi. At probos propinquitate se adiungere. Idem *Aul. sc. 4. a. 1.*

Adiunctio, verbale, {התחברות *hithchabberúth.* ἐπίζευξις, πρόσθεσις. GALL. *Adiouslement.* ITAL. *Aggiunta.* GERM. Ein zufügung, ein zuthuung. HISP. *Añadidura.* ANGL. *Ioyning to.*} Cic. *de Fin.* In quibus nulla est virtutis adiunctio. ¶ Interdum significat propensionem. Idem *de partit. orat.* Tribus rebus maximè homines ducuntur ad beneuolentiam, beneficio, spe, adiunctione animi, vel voluntate. ¶ Interdum ponitur pro exceptione. Idem *de Inu.* Sunt quædam cum adiunctione necessitudines, quædam simplices. ¶ Adiunctio item exornatio quædam verborum est, apud auctorem *ad Herennium.*

Adiunctor. {מסופח *mesupphách* מחבר *mechabbér.* ἐπιζεύκτης, προσθετής. GALL. *Adioigneur, celuy qui adioint.* ITAL. *Colui che aggiunge, ò vnisce.* GERM. Ein zusammen füger. HISP. *Ayuntador.* ANGL. *A ioyner, that ioyneth to.*} Cic. *Attic. lib. 8.* Ille Galliæ vlterioris adiunctor.

Adiunctum verbum Dialecticorum est. Gell. *cap.8. lib.16.*

Adiunctus, nomen ex participio, annexus, additus, coniunctus. {מצרף *metsuraph*. συνημμένος. Gall. *Adioinct, adiousté*. Ital. *Aggiunto, accostato*. Germ. Herzu gefügt, herzu gethon. Hisp. *Añadido, ayuntado*. Angl. *Ioyned too.*} Plaut. *Curc. sc.3.a.1.* Huic voluptati adiunctum est odium. Cic. *pro Cluent.* Accuratim iam reliquis iudicibus dicam, vt ad ea quæ propiora huius causæ, & adiunctiora sunt, perueniam.

Adiurgium, idem quod iurgium, vel obiurgatio. {מצה *matsah*. λοιδόρησις, ἡ ζυγομαχία. Gall. *Noise, question*. Ital. *Contentione, questione*. Germ. Zanck, hader. Hisp. *Renzilla*. Angl. *Brauling in wordes.*} Plaut. *in Men.* Nec pol filia vnquam accersit patrem ad se, nisi quid commissi adiurgij est causa.

Adiurgo, as, are, obiurgo. {הוכיח *hocbiach* רב *rab*. ἐπιπλήσσω, διελέγχω. Gall. *Tanser & reprendre*. Ital. *Fortemente reprendere*. Germ. Mächtig beschelten, vbel beschelten. Hisp. *Reñir*. Angl. *To repreche.*} Plaut. At pol quin certa res est adiurgare hanc, &c. Tu locum consules.

Adiurnare, diem ad iudicem statuere. Cod. ll. antiq.

ADIŪRO, as, iuro. {שבע *mischbhab*. ἐξορκίζω. Gall. *Iurer fort & ferme*. Ital. *Giurare con efficacia*. Germ. Mächtig schwören. Hisp. *Iurar aprefsuradamente*. Angl. *To swear with a great othe.*} Terent. *in Hecyr.* Sanctè adiurat non posse apud vos Pamphilo se absente perdurare. ¶ Adiurare est in cantationibus dæmones abiicere, ἐξορκίζειν. Lactant. *lib. 4.* Quanto terrori sit dæmonibus hoc signum, sciet qui viderit, quatenus adiurati per CHRISTVM de corporibus quæ obsederint, fugiant. Plaut. *Most. sc.3.a.1.* Ita me tu ames, Ita te tuus amet scelesta, quem adiurasti. Idem *Amph.* Satisfaciat mihi, atque adiuret, insuper, &c. Item pro Iuro, Adiuro per Iouem & Deos. Idem *Men. sc.2. a.4.* Bis Iouem adiuro patrem me herum non esse. *Ibid. sc.7. a.5.* Idem *ibid.* digna ferat si quis inaniter adiurârit.

Inuita, ô Regina tuo de vertice cessi
Inuita adiuro téque tuúmque caput.

Catull. *de com. Beren.* Liuius Adiurare, pro ad iusiurandum addere.

Adiuramentum, id est, iusiurandum, adiuratio religiosa aliquid rei, vel nominis diuini importans, quo animus religiosus præcipuè cogitur ad aliquid exequendum. Cen.

Adiuratio, coniuratio, exorcismus, obsecratio, deprecatio cum minis. Est itaque *Adiuratio* propriè iusiurandum aliquid diuinum importans, quod vrgeat aliquem, vt imperata faciat, &c. Diuini nominis interposita religione qua fidem suam constringit quis. Cen.

ADIVVO, as, Opem fero, subleuo, suffragor. {עזר *hazar*. βοηθέω. Gall. *Aider, secourir*. Ital. *Aiutare, giouare, dare aiuto*. Germ. Helffen. Hisp. *Ayudar*. Angl. *To help.*} Ter. *in Phor.* Qui me dudum, vt dixi, adiuuerit comiter. Tu quoque etiam adiuuas infamiam. Plaut. *Amph. 1.* Auges, & ad aliquid addis. & *Capt. sc.1. a.2.* te mala animo si bono vtare adiuuat. i. prodest. Efficiam id si Dij adiuuant. *Ibid. sc.4. a.3.* Qui monet, quasi adiuuat. Idem *Curc. sc.3. a.3.* Dij te omnes adiuuant. Idem *Capt. sc.2. a.4.* Dij me omnes adiuuant, augent, amant. Idem *Men. sc.5. a.3.* Adiutum auxilio Dij me volunt. Idem *Pseud. sc.3. a.3.* Adiuro, pro adiuuero, combinatione factâ. Ennius *lib.9. annal.*

O Tite, si quid ego adiuro, curámve leuasso.

Adiutor, nomē verbale, Auxiliator, administer, socius. {עוזר *hozer*. βοηθός. Gall. *Celuy qui aide*. Ital. *Chi porge aiuto*. Germ. Helffer. Hisp. *Ayudador*. Angl. *A Helper.*} Cic. *de Amic.* Adiutor his contra patriam inuentus est nemo. Donatus existimat Adiutorem de re bona dici, impulsorem de mala. Vnde illud Terentij *in Adelph.* Postremo hodie in psaltria ista emunda adiutor fuit. Ironicōs dictum idem annotauit. Te mihi adiutorem Dij genuerunt. Plaut. *Pseud. sc.2. a.3.* Túne es adiutor amanti filio. Idem *Asin. sc.1. a.1.*

Adiutrix, icis, Minerua quæ semper adiutrix meorum consiliorum exitisti. Cic. *pro Dom.*

Adiutorium, dicitur officium illud, quod ab adiutore præstatur. {עזר *hezer*. βοήθεια. Gall. *Aide, secours*. Ital. *Aiuto*. Germ. Hilff. Hisp. *Ayuda*. Angl. *Help.*} Asinius Pollio apud Sueton. *de clar. Or.* In eam adiutorium ei fecit maximè quidam. Valerius Maximus, Adiutorio deorum immortalium. ¶ Adiutoria senectutis, pro adiumenta & præsidia, Varro *in principio de re rustica.* Cibus adiutorium corporis, nec tamen pars, Senec. *Ep.89.* Vtetur adiutoriis à natura datis. Egere adiutorio regentis manum. Fab.

Adiumentum, auxilium, βοήθημα. Cic. *1. Offic.* Sed iis qui habent à natura adiumenta rerum gerendarum. Adiumento esse alicui. Idem.

ADIŪTO, as, Frequentatiuum ab Adiuuo, quod etiam pro primitiuo accipitur, βοηθέω. vt in v. Enn. apud Cic. *de Senect.*

O Tite, si quid ego adiuto, curámve leuasso.

Adiuta mihi vetustè dictum pro adiuua me. Pacuuius *in Chryse.* Ex Donato. Plaut. *Pseud. sc.1. a.1.* Istoccine modo me adiutas? Gell. *cap.22. lib.15.*

Adiutor, aris, deponens, administro, vetustè dictum pro adiuuare. Pacuuius, Dulo teste, Illum quæro, qui adiutatur.

Adlaboro, vide *Allaboro.*

Adlecti dicebantur propter inopiam ex equestri ordine in senatorium adsumti. ¶ Hinc Adlectio.

Adlecti Dij, antiquis Romanis erant Saturnus, Iupiter, Mars, cui adduntur Bellona, Victoria, Nemesis, Apollo, Venus, (quam comitantur Cupido, Adonis, Charites) Mercurius, Diana, Ianus, Tellus, Iuno, Minerua, Liber pater, Neptunus, Volcanus, Genius, (cui coniungitur Penates & Lares) Ceres, Vesta, Pluto, siue Orcus, cui sociæ Parcæ, & Furiæ. Sunt qui horum classi Fortunam addunt.

Adiucula, vestis genus. Isid. gl.

Ad limina seruus, vide *Limen.*

Adlino, vide *Allino.*

Ad liquidum, vide *Liquidus.*

Adliuescit, liuere incipit, liuidum fit. Fest.

Adlocutio, consolatio, παραμυθία, παραίνεσις. Catullus *ad Cornificium.* Qua solatus es adlocutione.

Admoneinatio, continuatio. Suppl.

Adlubesco, vide *Allubesco.*

Adluuium, locis cœnosis. Isid. gl.

Admallare, est ante iudicem venire litigandi causa. Marculf. *lib.1. formul. c.21.* Inde Mallus, videlicet vbi maiores causæ à comitibus & senioribus terminari solitæ. Veteres formulæ. In illo mallo publico. Lex Salica: Volumus itaque vt domus à comite in locum, vbi mallum tenere debet, constituatur. Inde Mallenses dicuntur in iudicium vocati, pro negotiis prosequendis ac disceptandis.

Admando, mando, commendo, committo. {פקד *pakádh*. ἐπιτρέπω, παραδίδωμι. Gall. *Donner charge*. Ital. *Commettere ad alcuno*. Germ. Befehlen, einem etwas zuverwalten geben. Hisp. *Encomendar*. Angl. *To commaund, to charge.*} Plautus *in Pœn.* Reuortor rursus denuò Carthaginem, si quid admandare vultis, aut curarier: argentum mihi qui dederat, nugas egerit.

Ad manum. Vide *Manus.*

Admaturare, accelerare. Cæsar *lib.7.* Atque horum discessu admaturari defectionem ciuitas existimabat.

Admetior, iris, idem quod simplex metiri. {מדד *madhádh*. ἐπιμετρέω. Gall. *Mesurer*. Ital. *Misurare*. Germ. Zumässen, messen. Hisp. *Medir*. Angl. *To measure.*} vt, Admetiri militibus frumentum. Cic. 5. *Ver.* Quod Græci dicunt ἐπιμετρεῖν. Liuius 5. *bell. Maced.* Frumentum ab Ætolis, quod militi admetiatur. Et Sueton. *in Aug. cap.41.*

Admete, huius Admetes, Ἀδμήτη, Oceani & Tethyos filia, teste Hesiodo *in Theogonia.*

Admetus, Ἄδμητος Suidæ, Thessalorum rex fuit, cuius armenta nouem annos Apollinem pauisse ferunt, quum ob interfectos Cyclopas, qui fulmina fecerant, quibus Æsculapius filius eius erat necatus, Olympo depulsus, humana specie apud mortales exularet: à quo quum perhumaniter tractaretur, ad referendum patrono beneficium, à Parcis impetrauit vt quum fatalis eius dies adesset, hac lege mortem effugeret, si quis reperiretur qui illius vice mortem oppetere vellet. Quod amici cum omnes recusarent, vna Alcestis vxor vitæ suæ dispendio mariti vitam redemit. Legend. Senec *cap.17. de Consol. ad Elber.* Idem Plutarch. *in Num.* scribit, Admetum ab Apolline amatum fuisse. Qua defuncta stridulæ quædam & lugubres næniæ decantabantur assiduè apud Admetum tanti beneficii memorem, donec mota Proserpina remisit Alcestidem: aut, vt quidam dicunt, donec Hercules expugnato Orco hanc ad superos reduxit. Hinc locus factus prouerbio, Admeti nænia, Ἀδμήτου μέλος, quod accommodari poterit ad orationem querulam ac miserabilem, aut ad cantiones faciles & elaboratas, nimirum quales oportet esse, quæ inter pocula canuntur, & ex tempore. Callimachus tamen contra receptum Poëtarum consensum, ita scribit *in Hymno Apollinis.*

Φοῖβον, καὶ Νόμιον κικλήσκομεν ἐξέτι κείνου
Ἐξότ' ἐπ' Ἀμφρυσσῷ ζευγίτιδας ἔτρεφεν ἵππους
Ἠϊθέου ὑπ' ἔρωτι κεκαυμένος, Ἀδμήτοιο. Hoc est,

Phœbum & Nomium vocamus, ex quo sub Amphrysso iugales pascebat equos, adolescentis Admeti amore accensus.

ADMINICVLOR, aris, fulcio, adiuuo. Propriè est, adminicula, hoc est, pedamenta fulciendarum vitium, aut tenellarum arbuscularum causa erigo. {סמך *samách* סעד *saʿádh*. ὑποστηρίζω. Gall. *Appuyer, estayer, soustenir, aider*. Ital. *Sostentare, aiutare*. Germ. Vnderstützen, behülflich sein. Hisp. *Sostener, ò ayudar*. Angl. *To prope, to sette prope, to any thing, to help.*} passiue: Gell. *cap. vlt. lib.2.* Adminiculari id potest versibus Homeri, id est, adiuuari, probari, & Adminiculatus pro Adiutus. Gell. *cap.2. lib.4.* Cic. *5. de Finibus.* Quæ sit scientia atque ars agricolarum, quæ circumcidat, amputet, adminiculetur. ¶ Per translationem etiam accipitur pro adiuuo, βοηθέω. Pro quo etiam legitur Adminiculo voce actiua. Cato *de liberorum educatione.* Quoad potui, adminiculaui tuam voluntatem in scribendo.

Adminiculator, is, tertiæ declinationis, συνεργός, adiutor. Gell. *lib.7. c.3. de Tirone:* Eóque ineunte ætate liberaliter instituto adminiculatore, & quasi administratore in studiis literarum, Cicero vsus est.

Adminiculatus, nomen ex participio. Gell *lib.10. cap.11.* Sed eius generis, seminique sunt, ex quo facilè adolescant, aut ingenia hominum vegetiora, aut memoria adminiculatior, aut oratio solertior.

Adminiculum, propriè idem est quod pedamentum, hoc est, palus fulciendis vitibus tenellisve arboribus accommodatus. {משען *mischʿán* מוט *mot*. χάραξ. Gall. *Appuy, soustenement*. Ital. *Sostegno*. Germ. Ein hülff, auffenthalt, vnderstützung. Hisp. *Sostenimiento*. Angl. *A post or prope to susteine any thing.*} Cic. *de Senect.* Adminiculorum ordines, capitum coniugatio, & religatio, & propagatio vitium. Adminiculis iuncti. Senec. *cap.16. de consol. ad Elb.* Subducto altero adminiculo (Druso) titubabat Augustus. Idem *cap.4. de Consolatione ad Mart.* ¶ Translatè pro auxilio ponitur, βοήθεια. Cic. *3. Officior.* Hanc igitur partem explebimus nullius adminiculis, sed, vt dicitur, Marte nostro. Plaut. *Most. sc.2. a.4.* Ad lenonem cum irant, adminiculum eis danunt, cognatum aliquem.

Administer, qui ministrat, aut iuuat in aliquo, vel etiam alicui opem præbet. {משרת *mescharéth*. ὑπηρέτης. Gall. *Ministre, seruiteur*. Ital. *Ministro*. Germ. Ein diener, verwalter. Hisp. *Seruidor*. Angl. *He that ministreth, a seruaunt.*} Cic. *3. de Legib.* Iouique opt. max. se consiliarium atque administrum datum. Idem *pro Quintio*, Administri & satellites Sext. Næuij.

ADMINISTRO, as, are, procuro, guberno, gero, obeo. {נהג *nahágh* פקד *pakádh*. διοικέω. Gall. *Administrer, auoir maniement*. Ital. *Gouernare, procurare*. Germ. Verwalten, verpflegen. Hisp. *Administrar y seruir à otro*. Angl. *To rule, to gouerne.*} Cic. *1. Officior.* Sine seueritate administrari ciuitas non potest. Idem *1. de nat. Deor.* Deorum mente ac ratione mundum administrari, ac regi. Cæs. *bell. Gal. lib.7.* Reliqua quæ ad oppugnationem oppidi pertinebant, administrare instituit. Administrare vindemias, aut sementem. pro facere, Varro *de re rustica.* Administrare bellum. Cæs. *lib.1. de bell. ciuil.*

Administrator, verbale, qui rem aliquam administrat & gubernat. {נוהג *nohégh* מנהיג *manhígh*. διοικητής. Gall. *Celuy qui a le maniement de quelque chose*. Ital. *Ministro che habia alcun maneggio*. Germ. Ein diener so etwas verwaltet. Hisp. *El que ministra y sirue à otro*. Angl. *A gouernour that ruleth any thing.*} Cic. *1. de Orat.* Qui quum esset constitutus administrator belli gerendi.

Administratio, Curatio, procuratio, gubernatio. { פקודה pekuddáh. [illegible]. GALL. *Administration, maniement.* ITAL. *Cura, maneggio.* GERM. Verwaltung. HISP. *Obra de seruir a otro.* ANGL. *Administration, gouerning.* } Cic. *ad Lentul.* In sententiis senatoriis & in omni actione atque administratione Reipublicæ floruissemus. Cæs. *lib. 1. de bell. ciu.* Administrationes potenti impedire.

Administratiuus, a, um, adiectiuum, πρακτικός. Quint. *lib. 2. cap. 18.* Si tamen una ex tribus artibus habenda sit, quia maximus eius vsus actu continetur, atque est in eo frequentissima, dicatur actiua, vel administratiua.

[Administratorius, a, um, qui aliquid gubernat, regit, aut ministerium gerit. Cod.]

ADMIROR, aris, idem quod miror, aut valdè miror. { תמה tamáh. θαυμάζω. GALL. *Admirer, s'emerueiller.* ITAL. *Marauigliarsi.* GERM. Sich verwundern sich besthg wundern. HISP. *Marauillarse de alguna cosa.* ANGL. *To meruell greatlie.* } Cic. *ad Atticum lib. 6.* Admiratus sum breuitatem epistolæ tuæ. *14. Met.*

Neve in me stolida conuitia fundere lingua
Admiremur eum.

¶ Interdum ponitur pro venerari, suscipere, quod & Græci θαυμάζειν dicunt. Cic. *4. Academ.* Diodoro quid faciam Stoico, quem a puero audiui, qui mecum viuit tot annos, qui habitat apud me, quem & admiror & diligo.

Admirandus, Admiratione dignus. { נפלא niphlá פלא palí. θαυμαστός. GALL. *Digne d'admiration.* ITAL. *Degno de ammiratione.* GERM. Der zu verwundern ist. HISP. *Digno de admiracion.* ANGL. *worthie of admiratio, meruellous.* } Virg. *lib. 4. Georg.*

Admiranda tibi leuium spectacula rerum.

Admirator. { תמה tomáh. θαυμαστής. GALL. *Admirateur.* ITAL. *Chi si marauiglia.* GERM. Der sich verwundert. HISP. *El que se marauilla.* ANGL. *He that meruelleth at any thing.* } Quint. *lib. 1. cap. 5.* Admirator nimius antiquitatis.

Admiratio. { תמהון timmahón פלא pelé. θαῦμα, θαυμασμός. GALL. *Merueille, esbahissement.* ITAL. *Marauiglia, stupore.* GERM. Ein verwunderung. HISP. *Marauilla.* ANGL. *Meruelling.* } Cic. *4. de Finib.* Quid autem habent admirationis, quum propè accesseris? ¶ Admiratione mouere, afficere. In admirationem traducere, Admiratione affici. Gell. *cap. 1. lib. 5.* Magna laus non abest ab admiratione, Admiratio autem non parit verba, sed silentium.

Admirabilis, is, habens admirationem. { פלא pali פלא pelé θαυμαστός. GALL. *Admirable, merueilleux.* ITAL. *Marauigliose, stupendo.* GERM. Wunderbar. HISP. *Marauilloso.* ANGL. *Meruellous, wounder full.* } Cic. *lib. 3. de Finibus.* Verum admirabilis compositio disciplinæ incredibilisque rerum traxit ordo.

Admirabilitas, denominatiuum ab Admirabilis. Admiratio. { תמהון timmahón פלא pele. θαυμασιότης. } Cic. *de Natur. Deor. lib. 2.* Vides quanta sit admirabilitas cælestium rerum. Idem *in Offic.* Hæc animi despicientia admirabilitatem magnam facit.

Admirabiliter, aduerbium. { פלאים pelaim. θαυμαστῶς. GALL. *Merueilleusement.* ITAL. *Marauigliosamente.* GERM. Wunderbarlich. HISP. *Marauillosamente.* ANGL. *Meruellouslie.* } Cic. *4. Tusc.* Nimis admirabiliter, nimisque magnifice dicere videntur.

ADMISCEO, es, ui, admistum, siue admixtum: est rem aliquam cum alia misceo. { בלל balál מסך masách. συμμίγνυμι. GALL. *Mesler ensemble.* ITAL. *Mescolare vna cosa con l'altra.* GERM. Vermischen vndereinander mischen. HISP. *Mezclar uno con otro.* ANGL. *To mingle, or mixte with an other thing.* } Col. *lib. 12. cap. 13.* Cic. *2. Tusc.* Veruntamen versus ab his admisceri orationi. Terent. *in Heaut.* Ita isthæc tua misceto, ne me admisceas.

Admistio, verbale, concretio. { מזג mézegh ממסך mésech. μίξις. GALL. *Meslange.* ITAL. *Mistura.* GERM. Ein vermischung. HISP. *Mescladura.* ANGL. *An mingling, or mixture of thingis to gether.* } Cic. *de Senect.* Animus omni admistione corporis liberatus.

Admistus, a, um, concretus. Cic. *de Senect.* Animus nihil habet in se admistum dispar sui atque dissimile.

ADMITTO, is, Approbo, recipio, intromitto. { חבב habí קבל kibbél הכניס [illegible]. δέχομαι, εἰσάγω. GALL. *Donner entrée, receuoir, accepter.* ITAL. *Riceuere, introdurre, accettare.* GERM. Zulassen, zugeben. HISP. *Recibir para si.* ANGL. *To approue, receiue, to receaue.* } Suet. *in Aug. c. 66.* Admittere amicitias. & Admittere auribus consilium. Liu. *lib. 3. d. 4.* Admittere quid in animum. Idem *lib. 7 ab Vrb.* Plaut. *Asin. sc. 1. a. 1.* Neque quemquam alium præter me admittat ad se virum. Iuuen. *Sat. 6.*

Iam fas est, admitte viros, admittat adulter.

Cic. *3. Phil.* Salutatum veniebant, admissus est nemo. Martial. *lib. 4.*

Ante fores stantes dubitas admittere famam?

¶ Interdum ponitur pro facere, committere, & fieri pati, inquit Donat. Plaut. *Amph.* Quæ neque sunt facta, neque ego in me admisi, arguit. & *Aul. sc. 6. a. 4.* Qui homo culpam admisit in se. Suet. *in Tib. cap. 37.* admittere cædem. Plaut. *Men. sc. 1. a. 5.* Quid tandem admisi in te, vt non audeam loqui. vt, Admittere scelus, Admittere fraudem. Cic. *pro Cluent.* Rabirius fraudem capitalem admisit. ¶ Admittere equum, id est, habenas laxare, & ad cursum incitare. Vnde equus admissus, dicitur equus celer & ad cursum incitatus. Ouid. *in Ponto.* Non nocet admisso subdere calcar equo: pro quo imperiti supposuerunt, Amisso. Idem *4. Fast.*

——admissos præcipitauit equos.

Idem *El. 3. lib. 5. Trist.*

Altera admisso Lucifer albus equo.

Cæs. *bel. Gal. 1.* Considius equo admisso ad eum accurrit. Liu. *bel. Pun.* Signum equitibus datum est, vt in hostem admitterent equos. ¶ Admittere præterea est verbum augurum. Liuius, Et dictatore arcem Romanam aspectante, vt ab auguribus simul aues admitterent, &c. Et eodem sensu, Admittere aues dixit idem Liu. *lib. 1. d. 1.* Aues simul atque ter non admitterent. & *lib. 4.* Vbi aues non admisissent. & *ibid.* Cum omnia auspicia in exaugurationes admitterent, aues in termini fano non addixere. Plaut. *Asin.* Inauguratum est, quouis admittunt aues, id est, secundant, sicut & locus modo citatus. ¶ Admittere, interdum significat marem cum fœmina coniungere. Columell. *lib. 7. cap. 2.* Patruus meus arietes feros mercatus, quosdam in agros transtulit, & mansuefactos tectis ouibus admisit. ¶ Admittere, pro recipere ad accusandum, aut testificandum, aut iudicandum. Cic. Plin. iunior *lib. 6. epist. ad Corn. Tacit.* Placuit egredi in litus, & e proximo aspicere ecquid iam mare admitteret, quo adhuc vastum & aduersum permanebat. Admitteret, id est, suaderet, an fluctus posuisset. Catanæus. Admittere venuste ad insitionem transtulit Plin. *lib. 7. cap. 18.* Neque enim animalium tantùm est ad coitum auiditas, sed multò maior est terræ, ac satorum omnium libido: quia tempestiuè vti, plurimum interest conceptus. Peculiare vtique in insitis, cùm sit mutua cupiditas vtrinque coëundi. Qui ver probant, ab æquinoctio statim admittunt, prædicantes germina parturire. Admittunt, inquit, id est, surculum trunco adiungunt: quod est, arbores inserunt.

Admissarius equus, qui ob sobolem procreandam ad equam admittitur. { [illegible], ὀχευτής. GALL. *Estallon.* ITAL. *Stallone.* GERM. Ein rosz oder hengst so man zu den stuten läst. HISP. *Garañon de las yeguas.* ANGL. *A stallion.* } Colum. *lib. 6. cap. 27.* Democritus præcepit, vt quum progenerari marem velimus, sinistrum testiculum admissarij lineo funiculo, aliòve quolibet obligemus. ¶ Apud Cic. *in Pis.* ponitur pro homine libidinis peruagatæ, & ad omnium fœminarum luxuriam exposito. Itaque admissarius iste, inquit, simul atque audiuit voluptatem, &c.

Admissio, verbale, ἄφεσις. Plin. *in Paneg.* An quisquam studia humanitatis professus, non cùm omnia tua, cum vel in primis laudibus ferat admissionum tuarum facilitatem? Hoc est, quod facilè quemlibet admittis ad colloquium. Habebant autem veteres primas & secundas admissiones. Quod etiam hodie seruatur in aulis principum. ¶ Est & admissio, ὀχεία, idem quod Admissura, de quo *infra*. Varro *de re rust. lib. 2. cap. 2.* Horum fœturæ initium admissionis facere oportet ab æquinoctio, &c.

Admissionales, dicuntur ij, qui introducendis ad Imperatorem hominibus præerant. { εἰσαγγελεῖς. GALL. *Huissiers, portiers.* ITAL. *Portieri, portinari vscieri.* GERM. Einlässer, Portner. HISP. *Porteros.* ANGL. *Officieris porteris.* } Lamprid. *in Alex.* Salutaretur quasi vnus de senatoribus, patente velo, admissionalibus remotis. Vox est insolens, & noua, scriptoribúsque classicis minimè vsitata.

Admissiuæ aues auguribus dicebantur, quæ consulentem seu iuberent, seu vetarent, vt ait Festus. Plaut. *Asin.* Impetritum, inauguratum est, quouis admittunt aueis. Liu. Admiserunt aues. Quod Plutarch. [illegible].

Admissura. { ὀχεία. GALL. *Quand on baille le masle à la femelle.* ITAL. *Il tempo nel quale vanno i maschi alle femine.* GERM. Die zeit der zulassung der männlin zu den weyblin vnder dem vich. HISP. *El tiempo de echar garañon.* ANGL. *The letting of the male with the female.* } Tempus, & actio ipsa, qua mariti gregum admittuntur ad coitum, fœturæ causa. Statius, Expectatur equus, cuius de stemmate longo Felix demeritos habet admissura parenteis. Colum. *lib. 7. c. 24.* Marem putant minorem trimo non esse idoneum admissuræ.

Admissum substant. [illegible], pro Commisso, seu delicto, *l. 2. de abigeis.* Grauiter puniri eorum admissum solet. Lucret. *lib. 5.*

Ne quod ob admissum fœdè, dictúmve superbè,
Pœnarum graue sit soluendi tempus adactum.

Id est, ne ob aliquod peccatum turpiter commissum Iupiter pœnas exigat.

Admodio, verbum est insolens, ne dicam barbarum, pro accommodo, siue alleuo.

[Admoditæ, serpentis genus. Isid.]

Admodulor, aris, simul modulor, accino. { זמר zamár. συνᾴδω, συμμελῳδέω. GALL. *Chanter auec.* ITAL. *Cantare insieme.* GERM. Zustimmen. HISP. *Cantar suauemente con otro.* ANGL. *To sing in proportion with an other.* } Claudianus *in Epithalamio Honorij & Mariæ.* Et Padus electriferis Admoduletur alnis.

Admodum, aduerbium, Valde: quasi dicas, supra modum. { מאד meódh. σφόδρα. GALL. *Grandement.* ITAL. *Grandemente.* GERM. Heftig. HISP. *Mucho.* ANGL. *Out of me asure.* } Admodum, i. cumulatè, & plus iusto, quod additur ad modum. prima acuta pronunciatur. Gell. *cap. 7. lib. 7.* Nihil admodum memorabile factum. Liu. *lib. 5. bell. Pun.* Voce admodum quàm suaui canere. Gell. *lib. 19. cap. 19.* festiuè admodum. Plaut. *Men. sc. 1. a. 1.* Tristis admodum. Idem *Men. sc. 1. a. 4.* Haud admodum magnis pedibus. Idem *Pseud. sc. 7. a. 4.* Ex amore admodum quàm sæuus est. Idem *Amphitr.* Admodum incertò scio. & *Pseud. sc. 2. a. 4.* ¶ Item pro sanè oppidò. Te ad me miles misit. Admodum, inquam. (Assentientis) Idem *Pseud. sc. 7. a. 4.* Plin. *lib. 20.* Huius contritæ commanducatæ succus, stomacho admodum prodest. ¶ Quandoque significat aliquantulum, siue satis, quasi secundum rationem. Liu. *1. ab Vrbe.* Iam mitigati admodum animi raptis erant. ¶ Aliquando significat idem, quod propemodum, ferè. Liuius, Cæsi quinque millia admodum Romanorum. Idem, Exacto admodum mense Februario. Idem *lib. 10. d. 4.* Nullam admodum pecuniam. Equites mille admodum, Qu. Curt. *lib. 4.*

Admœnio, is, iui. { צור tsúr צור hetsár נתץ nathás. πολιορκέω. GALL. *Abattre les murs.* ITAL. *Gittare le mure à terra.* GERM. Die mauren zerstören. HISP. *Derribar los muros.* ANGL. *To sacke walles.* } Plaut. *in Pseudolo.* Hoc ego oppidum admœnire, vt hoc die capiatur, volo. Plautus finxisse videtur pro Obsidere.

Admolior, iris, Admoueo: propriè dicitur de rebus magnis, aut arduis, ἐπιχειρῶ. Plaut. *Asin. sc. 4. a. 3.* Vbi sacro manus sis admolitus. Curtius, Velut de industria rupes præaltas admolita natura est.

ADMONEO, es, moneo, commoneo, commonefacio. { הזהיר hizhir. ὑπομιμνήσκω, νουθετέω. GALL. *Admonester, remonstrer.* ITAL. *Ammonire.* GERM. Warnen. HISP. *Amonestar.* ANGL. *To Admonishe.* } Quin tu me admonuisti rectè, & habeo gratiam. Plaut. *Men. sc. vlt. a. 5.* Pulchrè admonuisti. Idem *Mil. sc. 5. a. 2.* Te id admonitum aduento, quod in rem tuam est. Idem *Aul. sc. 3. a. 1.* Nihil seruus officium facere immemor nisi admonitus (verbere.) Idem *Pseud. sc. 7. a. 4.*

Leuis ab admonito pellere somnus abit.

Ouid. *El. 3. lib. 4. Trist.* Construitur autem vel cum accusatiuo. Cic. *9. lib. Epist.* Caninius me tuis verbis admonuit, vt ad te scriberem. Vel

cum duplici accusatiuo. Idem *ad Quint. fr.* Illud te admoneo. Vel cum præpositione De. Idem *famil.* 4. Putaui ea de re te esse admonendum. Vel cum genitiuo. Liu. *ab Vrbe* 5. Aduersæ deinde res admonuerant religionum.

Admonitio, verbale, monitum, præceptum. {הזהרה *hazharáh* פקודה *pekuddáh*. παραίνεσις. GALL. *Admonestement, aduertissement.* ITAL. *Ammonitione, auiso.* GERM. Warnung, vermanung. HISP. *Amonestacion.* ANGL. *An admonition, a command, or warning.*} Cic. 2. *de Orat.* Tum obiurgatio, si est authoritatum admonitio; quasi leuis obiurgatio. Admonitio morbi, quasi morbi memoria, & reliquiæ morbi.

Admonitus, us, idem. Cic. 5. *de Fin.* Plin. *lib.* 24. *cap.* 17. Sed veteris prouerbij admonitu, Viuorum memini. Ouid. *El.* 6. *lib.* 3. *Trist.*

——admonitu fit nouus ipse dolor.

Admonitor, {מזהיר *mazhir.* παραινετής. GALL. *Admonesteur.* ITAL. *Ammonitore.* GERM. Warner. HISP. *Amonestador.* ANGL. *He that giueth admonition, an admonisher.*} Cic. *in Top.* Etsi admonitore non eges.

‖Admonitorius, a, um. Citatorius, a, um. ita dicuntur litteræ admonitoriæ, h. e. litteræ citatoriæ. Cerd.‖

Admonitum, i, substantiuum, παράγγελμα. Cic. 2. *de Orat.* Admonita tractanda disertissimè.

Admonitus, a, um, participium, παραγγελθείς, qui admonetur. Ouid. 6. *Metamorph.*

Ad matrem veniebat Itys: quid possit, ab illo
Admonita est.

Admordeo, es, admordi, Mordeo, arrodo. {נשך *naschách.* προσδάκνω. GALL. *Mordre.* ITAL. *Mordere.* GERM. Herzubeissen, anbeissen. HISP. *Morder.* ANGL. *To bitte.*} Virg. 2. *Georg.*

Admorso signa in stirpe cicatrix.

Vbi Seruius, Admorso participium est, ac si diceret abroso. Translatè à Plauto ponitur pro damno afficio. In Pers. Nam id demum lepidum est triparcos homines, vetulos, auidos, aridos bene admordere, qui allium seruo obsignant cum sale. Idem *in Pseud. sc.* 7. *a.* 4. Iam admordere hunc mihi libet.

ADMOVEO, admoui, admotum, aliquid ad aliquam rem moueo, appono, adhibeo. {הקריב *hikrîb.* προσφέρω. GALL. *Approcher pres.* ITAL. *Porre appresso.* GERM. Herzuthun. HISP. *Arrimar vna cosa à otra.* ANGL. *To put to, to bring nigh.*} Cic. 3. *Tusc.* Fasciculum ad nares admouebis, incendes odores. Virg. 3. *Ecl.*

Necdum illis labra admoui, sed condita seruo.

Plaut. *Asin. sc.* 1. *a.* 4. Tales ne cuiquam homini admoueat nisi tibi. Admouere ad curam Reip. Suet. *Aug. cap.* 64. Et ad munera publica. Idem *in Tib. cap.* 10. Admouere aliquem contubernio. *Ibid. cap.* 4. Admoueri ad spem successionis. Idem *in Calig. cap.* 12.

Admotus, particip. προσπελασθείς. Plin. 2. *c.* 9. Sed aliàs admota cœlo, aliàs contigua montibus. Senec. *cap.* 10. *de Consol. ad Mart.* Admoti in pœnam ignes, i. tormentis. Idem *cap.* 15. *de Tranquill.* Admota oculis virtus non reuilescit.

Admotio, onis, verbale. {קרבה *kerabáh.* προσπέλασις. GALL. *Approchement.* ITAL. *Auicinamento.* GERM. Zufügung. HISP. *Arrimadura à otra cosa.* ANGL. *Putting to.*} Cic. 2. *de nat. deor.* Ad neruorum eliciendos sonos, ac tibiarum, apta manus est admotione digitorum.

Admotus, us, ui, πρόσθεσις. Idem quod admotio. Plin. *lib.* 4. *cap.* 11. Ciet menstrua admotu.

Admugio, is, ere, iui, itum, antepenult. long. Propriè de duobus dicitur, quum aliorum mugitibus respondent. {געה *gaháh.* ἀντιμυκάομαι. GALL. *Contrebeugler, mugler apres vn autre.* ITAL. *Mugghiare.* GERM. Zu luyen oder entgegen lu yen. HISP. *Bramar.* ANGL. *To lowe or bellowen.*} Ouid. *lib.* 1. *de Arte amandi.*

Mollibus in pratis admugit fœmina tauro,
Fœmina cornipedi semper adhinnit equo.

Senec. *in Hercul. OEt.*

ADMVRMVRO, as, orationem dicentis cum murmure excipio, admurmurationem facio. {רגן *raghán*, נלן *nalen.* ἐπιθορυβέω. GALL. *Murmurer de quelque chose.* ITAL. *Mormorare.* GERM. Mummlen oder ein Ding brummen. HISP. *Murmurar.* ANGL. *To murmure a tany thing.*} Cic. 7. *Verr.* Memoria teneris, iudices, quàm valde vniuersi admurmurarint, quàm palàm principi contradixerint. Idem *Attic. lib.* 1. Idque admurmurante Senatu, neque me inuito actum est.

Admurmuratio, verbale, approbatio, & applausio, vel improbatio murmure facta. {תלונה *telunáh.* ἐπιθόρυβος. GALL. *Murmure.* ITAL. *Mormoratione, mormorio.* GERM. Ein gemürmel. HISP. *Murmuracion.* ANGL. *A murmuring.*} Cic. *pro lege Manilia.* Vestra admurmuratio facit, Quirites, vt agnoscere videamini qui hæc fecerint. Idem *ad Q. Frat.* Clodium accusaui multis & secundis admurmurationibus cuncti Senatus.

Admurmuratum est, impersonale. Cicer. 2. *de Orat.* Quum esset admurmuratum.

Admutilo, as, Mutilo, plagis videlicet afficio, & delacero. {קטע *catat* קצץ *katsáts* חרט *charatz.* ἀποτέμνω. GALL. *Mutiler.* ITAL. *Troncare, mezzare.* GERM. Verstumplen, abschneiden. HISP. *Desmochar, ò cortar miembro.* ANGL. *To mayme.*} Plaut. *in Persa*, Me vsque admutilauit ad cutem. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 2. Si frugi est, admutilabit probè: de consore emungente semen.

Adnascor, eris, propriè est nasci in re aliqua præter id, quod ei naturale & proprium fuerat. {צמח *tsamáh.* προσφύω. GALL. *Naistre aupres.* ITAL. *Nascere vicino.* GERM. Herzuwachsen, anwachsen oder das so einem natürlich wachst. HISP. *Nacer cerca otro.* ANGL. *To be borne nigh by.*} Dentes adnasci. Gell. *lib.* 3. *cap.* 10. Plin. *lib.* 16. *cap.* 44. Viscum autem in quercu, robore, ilice, pruno syluestri, terebintho, sic & aliis arboribus adnasci dicimus. Vide *Agnascor.*

‖Adnauigo, versùs aliquem locum nauigo, seu portum appello. Verbum non adeò Latinis vsitatum. Cerd.‖

Adnecto, is, xui. Cic. 1. *Tusc. quæst.* Nautæ vt horrisono freto noctem patientes, timidi adnectunt nautæ.

Adnepos, adneptis, abnepotis, abneptisve filius, filia, pronepotis, vel proneptis, nepos, neptis. *l.* 1. §. *quinto gradu. D. de grad.*

Adnicto, as. {קרץ עין *karáts ʿayn.* ὀφθαλμιάω, ὀφθαλμίζω. GALL. *Ciller à quelqu'vn, luy faire signe des yeux.* ITAL. *Cennare, far cenno con gli occhi ad alcuno.* GERM. Herzuwincken oder wincken mit den augen. HISP. *Hazer señal con los ojos.* ANGL. *To winck vpon one.*} Fest. Adnictat sæpe, & leuiter oculo annuit. Næuius *in Tarentilla*, Alij adnutat, alij adnictat, alium amat, alium tenet.

‖Adnigrati, prostrati, vilefacti. Pap.‖

Adnitor, adniteris, adnisus, vel adnixus sum, adniti. Vide *Annitor.* Ad aliquid niti & dare operam, aut niti vehementiùs. Liu. 1. *bell. Pun.* Pœno cepisse iam se vrbem, si paululum adniteretur, credente. ¶ Adniti pro adiuuare. Sallust. *in Epist. Mitridatis*, Apud Cizicum magno cum exercitu in obsidione moranti frumentum defuit nullo circum adnitente. Adniti ad aliquid. Cic. *de Amicitia*, Natura solitarium nihil amat, sempérque ad aliquid, tanquam adminiculum, adnititur. Hic expressa est propria significatio, quæ est, Ad aliquid tendere cui innitamur, id est, incumbamus.

ADNO, as, est natando aliquò peruenire. {שחה *sachah.* προσνήχομαι. GALL. *Nager iusques à quelque chose.* ITAL. *Natare ad alcun luogo.* GERM. Herzuschwimmen. HISP. *Nadar hazia otra cosa.* ANGL. *To swymme to any thing.*} Cæsar 2. *bell. ciuil.* Quibus rebus accidit, vt pauci milites patrésque familiæ, qui aut gratia, aut misericordia valerent, aut naues adnare possent, recepti in Siciliam incolumes peruenirent. *Libr.* 8. *bell. Pun.* Multique adnantes nauibus. Virg. 6. *Æneid.* Paulatim adnabam terræ. Ouid. *El.* 12. *lib.* 3. *Trist.*

Si tamen incipiunt aliqua huc adnare carina.

Adnato, as, frequentatiuum, προσνηχέομαι, idem quod primitiuum Adnare. Plin. *lib.* 8. *c.* 25. Itaque ei vni insulæ crocodili non adnatant.

Adnoto, vide *Annoto.*

Adnubilo, as. {ענן *hanán.* ἐπισυννεφέω. GALL. *S'obscurcir de nuées.* ITAL. *Nuuolarse.* GERM. Trüb, wolckechtig oder finster wetter werden. HISP. *Anublar, ò hazer ñublado.* ANGL. *To mak dark and couer with cloddes.*} Stat. *lib.* 5. *Sylu.*

——& velis adnubilat aura secundis.

Adnumiastæ nomina scribebant militum, & faciebant Adnumium, h. e. catalogum militum. Inde ἀδνουμιάζειν est censere, & quasi Diaria facere.

‖Adnunciatio. Decretum, seu edictum, qua prouinciis renunciatur quid in Synodis actum, & decretum erat, vt scirent populi, quid tenendum, quidve abiiciendum iuxta religionis ritus, & cæremonias. Sic adnunciatio Karoli, & nepotis eius Lotharij apud S. Quintinum, &c. quæ incipit: Volumus vos scire quod fecit noster conuentus. Cerd.‖

Adnutrio, is, ire, iuxta aliquid nutrio. {גדל *giddél.* ἐντρέφω. GALL. *Nourrir pres.* ITAL. *Nutrire appresso.* GERM. Erziehen, auffertziehen bey etwas. HISP. *Criar cerca.* ANGL. *To nurish by or nigh to.*} Plin. *lib.* 17. *c.* 23. Singulis denas sæpe adnutriunt vites: id est, iuxta singulas arbores.

‖Ad nutum, facile. Pap.‖

Adobruo, idem quod obruo. {כסה *chissáh.* ἐπιχώννυμι. GALL. *Couurir de terre, & quasi enterrer.* ITAL. *Sotterrare.* GERM. Überschütten oder bedecken. HISP. *Enterrar.* ANGL. *To ouerwhelme.*} Colum. *lib.* 2. *c.* 11. Minimis aratris proscindunt, atque ita iaciunt semina, & sarculis adobruunt.

Adolabilis, sine dolo.

ADOLEO, es, adoleui & adolui, adultum, (vt Nonius scribit) verbum propriè sacra reddentium, quod significat votis, aut supplicationibus numen auctius facere, cremare: & quasi odorem diis præbere. {קטר *kittér.* θυμιάω. GALL. *Mettre au feu, brusler.* ITAL. *Incendere odori.* GERM. Anzünden, mit feuer auffopfferen. Item wachsen. HISP. *Encender, ò crescer.* ANGL. *To put in the fire or to burne.*} Virg. *in Pharmaceutria*, Verbenásque adole pingueis, & mascula thura. ¶ Quoniam verò sacrificium igni fieri consueuit, Adolere pro vrere, siue igni imponere capitur, φλέγειν. Varr. Quum intestina adoleuissent, partim diis obtulerunt, partim ipsi consumpsere. Ouid 3. *Fast.*

Viscera qui tauri flammis adoleta dedisset.

ADOLESCO, is, adolui & adoleui, adultum: ab Ad, & olesco, quod est cresco. {גדל *gadal.* הגדל *rabah.* αὐξάνομαι. GALL. *Faire croistre.* ITAL. *Crescere, aumentare.* GERM. Auffwachsen, groß werden. HISP. *Crescer.* ANGL. *To waxe, to growe.*} Cic. *in Sallust.* Adolescentia demonstrata, facilè intelligitur, quàm petulanti pueritia tam impudicus & procax adoleueris: id est, ad adolescentiam perueneris. ¶ Et non solum de hominibus, sed de brutis quoque & stirpibus dicitur. Idem *de Senect.* Viriditas herbescens, quæ nixa fibris stirpium sensim adolescit. Virg. pro in sacrificiis incendi posuit,

——adolescunt ignibus aræ.

Gellius *lib.* 17. *cap.* 9. Capillos adolescere dixit: Hominem postea quoad capillus adolesceret domi continui. Ouid. 3. *Fast.*

Martia ter senos proles adoleuerat annos.

Macrob. *lib.* 1. *in somn. Scip.* Adolescente luce Lunæ, id est, augescente. Modus summus adolescenti corporis humani, id est, crescendi. Gell. *cap.* 10. *lib.* 3. Adolescunt soboles arborum. Senec. *cap.* 16. *de Consolat. ad Mart.* Adolescebat lex maiestatis. Tacitus *lib.* 2.

Adolescens, ephebus, iuuenis, pubes. {בחור *bachur.* נער *nahár.* ἔφηβος, μειράκιον. GALL. *Iouuenceau.* ITAL. *Giouanetto.* GERM. Ein Jüngling. HISP. *Moço, ò moça mientre cresce.* ANGL. *A young man.*} Cic. *de Orat.* Neque hoc dico vt homines adolescentes à dicendo deterream. Cic. etiam in fœminino genere extulit, Publij (inquit) Africani filia adolescens. Adolescens ætas. Plaut. *Men. sc.* 7. *a.* 5. Adolescens salue, qui me seruasti. Idem *Men. sc.* 3. *a.* 5. Erat seruus mihi adolescens optimus. Idem *Capt. sc.* 4. *a.* 5. Adolescens, quid tibi mecum est rei? Idem *Men. sc.* 2. *a.* 3. Adolescens venit qui id argentum attulit. Vbi is homo est? Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 2. Est adolescens ipsius eræ maximæ. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 1. Descendente, contra autem adolescente Luna. Gell. *cap.* 7. *sc.* 20. Ipse sum adolescens quem quæritas de viro. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 4. Adolescens hoc insigne ob rem habeo. Alloquitur Trapezitam iam virum. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 3. Quid ais tu adolescens. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 2. Adulescens erras. Idem *Men. sc.* 7. *a.* 5. Quid mirum fecit adolescens homo si amat? Idem *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. ¶ Adolescens fama haud sincera apud Gellium, qui malè audit propter libidinem. Gellius *lib.* 6. *c.* 8. Nos satis habebimus, quod ex historia est id dicere, Scipionem illum verone an falso, incertum, fama tamen cum esset adolescens, haud sincera fuisse.

Adolescen

Adolescentulus, & Adolescentula, diminutiua, τὸ μειράκιον, ἡ νεᾶνις, ἡ κόρη. Cic. 1. *de Nat. Deorum*, pro *Racio pro domo*, & *alibi* & Terent. *in Andr.* Plaut. *Most. sc.* 1. *a.* 1. fecit Medea ex sene adolescentulum.

Adolescentia, est prima ætas post pueritiam ab anno xiv. vsque ad xxv. aut etiam ad xxx. Plaut. *Capt. sc.* 3. *a.* 5. A puero meum educatus vsque ad adolescentiam. Ne faceres tale in adolescentia. Idem *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. {נעורים *nehurim*. ἡβῶνα. GALL. *Adolescence, ieune aage.* ITAL. *Adolescentia.* GERM. Jugent. HISP. *Mocedad.* ANGL. *Youth.*} Cic. *de Senect.* Qui enim citius adolescentiæ senectus, quàm pueritiæ adolescentia obrepit? Adolescentia, flos ætatis. Idem *in Topic.*

Adultus, a, um, quod creuit ad iustam & perfectam ætatem & magnitudinem. {מגודל *megkuddal*. ἀνδρωθείς. GALL. *Parcreu.* ITAL. *Cresciuto, Raccacio, vn giouanaccio cresciuto.* GERM. Auffgewachsen, erwachsen. HISP. *Crescido.* ANGL. *He that is come to perfect eage.*} Vnde iuuenes dicuntur adulti, qui in flore ætatis sunt positi, qui spectata ætate sunt, quemadmodum Cicero loquitur. Item virgo adulta, quæ viro matura est, & plenis nubilis annis. Cic. *de Clar. orat.* Eamque tueamur vt adultam virginem, castè. Virg. 4. *Georg. de apibus.*

——— alia spem gentis adultos
Educunt fœtus;

vbi Seruius, Educunt adultos, hoc est, educendo adultos faciunt. Transfertur etiam ad inanimata. Cic. *de Clar. orat.* Thucydides, & Pericles, qui iam non nascentibus Athenis, sed adultis fuerunt. ¶ Adultus item participium pro crematus, κατακαυθείς. Antias *in* 47. Eò omnes hostiæ, vituli 87. coniecti: & ita omnia adulta sunt. Ex Priscian. *lib.* 9.

Adolescentior, aris, significat luxurio, νεανιεύομαι. Varro, Id quidem vt facias censeo, quoniam tu quoque adolescentiaris.

Adolescenturio, adolescentium more facio, siue in adolescentiam redeo. μειρακιεύομαι. Laberius, Incipit adolescenturire, & nescio quid nugarum facere. verbum est nouum, vt pleraque alia à Laberio adinuenta.

Adoleschia, ἀδολεσχία, garrulitas dicitur, vel futilis loquacitas. ἀδολεσχεῖν enim nugari significat, & multa importune deblaterare.

Adoleschas, ἀδολέσχης, vel ἀδολέσχος, nugator dicitur.

Adonai, אדני *adhonai*. Ἀδωναΐ. Nomen Dei apud Hebræos, ‖ significans vniuersalem rerum omnium Dominum, id est, Deum. Adon enim Dominum sonat, quam vocem aliqui putarunt originem ducere à *Dun* Hebraico, quod est *iudicare*, sicut & *Den*, quod est *basis*. Quasi dicant, Adon appellari quasi columen, & sustentationem familiæ, aut reipublicæ, & basim. Cerd.‖

Adonis, is, & dis, ἄδωνις. Nomen proprium filij Cinyræ Cypriorum regis, & Myrrhæ, quem ob formæ excellentiam Venus in delicijs habuit. Hic apri dente sub inguine percussus, interfectúsque, à Venere in florem Anemones herbæ, qui sanguinis colorem imitatur, dicitur conuersus: referente Theocrito & Nicandro. Quod etiam latiùs explicat Ouidius *ad finem lib.* 10. *Metamorph.* his versibus.

——— nec plena longior hora
Facta mora est, quum flos de sanguine concolor ortus,
Qualem, quæ lento celant sub cortice granum
Punica ferre solent: breuis est tamen vsus in illo.
Namque malè hærentem, & nimia leuitate caducum
Excutiunt ijdem, qui perflant omnia, venti.

Hieron. *in Ezechielem*, sic habet, Quem nos Adonidem interpretati sumus, & Hebræus & Syrus sermo Thamuz vocat. Vnde quia iuxta gentilem fabulam in mense Iulio, amasius Veneris & pulcherrimus iuuenis occisus, & deinceps reuixisse narratur, eundem Iulium mensem eodem appellant nomine, & anniuersariam ei celebrant solennitatem, in qua plangitur quasi mortuus: & postea reuiuiscens canitur atque laudatur. Vnde apud Ezechielem Prophetam legitur, Ecce ibi mulieres sedebant, plangentes Adonidem. Vbi intelligi vult, fuisse idololatriam celebratam in honorem Adonidis. Macrobius accepit Adonidem pro sole. Moscopulus ἄδωνις nomen ab ἁδεῖν, quod est cano, deriuatum putat. De eodem festiuissimè Theocritus εἰδύλ. ιε. & λ. ¶ Adonidis horti, Ἀδώνιδος κῆποι, prouerbialiter dicuntur res leues, & amœnæ quidem, attamen nulli rei vtiles. Tractum est prouerbium ab hortis quibusdam ad solam voluptatem comparatis, qui Veneri, & eius amasio Adonidi sacri credebantur. ¶ Adonis etiam est piscis nomen, qui relicto mari somni causa in siccum egreditur littus: vt tradit Plin. *lib.* 9. *c.* 19. Hic & Exocœtus dicitur, ἐξώκοιτος, ὅττι μιν (vt inquit Oppian. 1. *lib. Halieuticωn*) ἐκ τοῖς ἁλὸς ἔξεισι, καὶ δ' ἐπὶ χέρσου ἀρμοῖ, hoc est,

——— quia prosilit vndis
In littus, sicca ponens tellure cubile.

Piscis est similis mænis iam fortis, aut gobionibus, cui semipedalis magnitudo: forma teres, color subfuluus: linea candida à Branchijs ad caudam distinguitur. vide Athenæum *lib.* 3. ¶ Adonis item fluuius est ex Libano monte profluens, non procul à Byblo oppido: vt tradit Plin. *lib.* 5. *cap.* 8.

Adonia, Adoniorum, ἀδώνια, festa Adonidi sacra: Plutarch & Ammianus *lib.* 22. *Hist.* Euenerat iisdem diebus annuo cursu completo Adonia celebrari, ritu veteri, amato Veneris (vt fabulæ fingunt) apri dente ferali deleto. Adonia cum planctu celebrabantur à mulieribus Veneris planctum imitantibus. Ouid. 10. *Metam.*

——— luctus monimenta manebunt
Semper Adoni mei: repetitaque mortis imago
Annua plangoris peraget simulamina nostri.

Adonium, ἀδώνιον. Species est abrotoni, quod in testis, turbinibúsve cadorum vini radice seri solet: quo pacto Adonidis hortulos pangere solebant: vnde & nomen habere videtur, quod hortulis eiusmodi conserendis sit idoneum. ¶ Quidam hanc herbam esse, quam ex Adonidis sanguine ortum traxisse Poetæ fabulantur, atque inde Adonium appellatum putauerunt. Quod tamen falsum esse, Nicandri & Theophrasti testimonijs facile conuincitur, qui herbam illam Anemonem esse ostendunt: vt supra attigimus in dictione Adonis, & latius infra dicturi sumus, quum de Anemone agemus. ¶ Sumitur etiam Adonium pro Adonidis simulacro, & pro luctu sacro, quo mulieres ad Adonium flumen, & Byblum oppidum, Adonidem plangere solebant.

Adoperio, is, ui, ertum. Idem quod operire. {כסה *chissah*. ἐπικαλύπτειν, σκεπάζειν. GALL. *Couurir.* ITAL. *Coprire.* GERM. Bedecken, zudecken. HISP. *Cobrir ò tapar.* ANGL. *To couer.*} Liu. 1. *ab Vrbe*, Transmisso per viam tigillo, capite adoperto. Ouid. 3. *Fast.*

Quæque hyemis adoperta gelu, &c.

Adopinor, aris. Idem quod simplex opinor. {חשב *chaschab*. δοξάζειν. GALL. *Penser, iuger.* ITAL. *Pensare, giudicare.* GERM. Meinen, achten. HISP. *Pensar, iuzgar.* ANGL. *To beleue, to iudge.*} Lucret.

Deinde ad opinamur de signis maxima partus.

Adopto, as, in filij locum adscribo, filium facio. {לקח לו לבן *lakach lo leben*. υἱοθετεῖν, παραποιεῖν. GALL. *Adopter.* ITAL. *Adottare.* GERM. An kindsstatt auffnemmen. HISP. *Adoptar en lugar de hijo, ahijar.* ANGL. *To adopte, to take an other in place of my sonne.*} Fiebat autem adoptio, (teste Gellio) duobus modis. Vno modo per Prætorem, quæ propriè Adoptio dicta: alter per populum, rogante aliquo magistratu: quæ Arrogatio dicebatur. Hæc autem, posterioribus temporibus per principem fiebat, quippe cùm populus omnem suam potestatem ei tradidisset & condonasset. Hinc est, quod Caius Iurisconsultus scribit: Adoptionem esse, quando is qui sui iuris non est, apud magistratum in alienam transit familiam. Arrogatio autem, quando principis autoritate adoptamus eos, qui sui iuris sunt. Cic. 1. *Offic.* Qui hunc Paulo Æmilio natum adoptauerat. Suet. *in Cæs. c.* 83. Adoptare in familiam & nomen. ¶ Dicitur etiam de aliis rebus. Plaut. *Cistel.* Socia, te mihi adopto ad meam salutem. Cic. 1. *Verr.* Quem sibi illa defensorem sui iuris, vltorem iniuriarum, actorem totius causæ adoptauit. Adoptare se alicui ordini, pro Inserere, immiscere, asciscere semetipsum, & sibi ordinem aliquem vendicare. Plin. *lib.* 12. *cap.* 1. Qui se potentiæ causa, Cæsaris libertis adoptasset spado Thessalicus. Adoptare sibi nomen, hoc est, Alienum nomen assumere, suo immutato. Martial. *lib.* 1. Adoptare herbam aliquam, De suo nomine eam nuncupare. Plin. *lib.* 25. *cap.* 7. Inuenit & Lysimachus herbam lysimachiam, quæ ab eo nomen retinet. Mulieres quoque hanc gloriam affectauere. In quibus Artemisia, vxor Mausoli, adoptata herba. Ouid. venustè ad arborum insitiones transtulit, *lib.* 1. *de remedio amoris*, vbi sic habet.

Venerit insitio: fac ramum ramus adoptet.

‖Adoptarius, a, um, ex adoptato filio quidquid natum est. Isid. Gloss.‖

Adoptatitius, qui in adoptionem venit. {אשר הוא לבן *ascher hu lebhen*, παραποιητός, θετός. GALL. *Adoptif.* ITAL. *Colui chi diuenta figliuolo adottiuo.* GERM. Der an kinds statt angenommen ist. HISP. *El hijo del adoptado, ò ahijado.* ANGL. *He that is adopted.*} Plaut. *in Pæn.* Si quidem Antidamarchi quæris adoptatitium. Festus tamen adoptatitium scribit eum esse qui ex adoptiuo filio natus est.

Adoptator, ris, tertij ordinis. Vtitur hac voce Vlpian. *D. lib.* 27. *tit.* 9. *l.* 1.

Adoptiuus, qui in adoptionem venit. {אשר היה לבן *ascher haia lebhen*. θετός, εἰσποιητός. GALL. *Adoptif.* ITAL. *Adottiuo.* GERM. Ein erwelter oder an kindsstatt angenommer Sohn. HISP. *Cosa adoptada o ahijada.* ANGL. *He that is adopted.*} Gell. *lib.* 5. *cap.* 19. Id etiam eum culpauisse, quòd filius adoptiuus patri adoptatori, inter præmia patrum prodesset. Adoptiui filius, vel Adoptiuus Adoptiui, Velleius.

Et sit adoptiua nobilitate tuus,

Ouid. 4. *Fast.* ¶ Adoptiua sacra, quorum ius per adoptionem acquirimus. Cic. *pro domo sua*, Tu neque Fonteius es, qui esse debebas, neque patris hæres, neque amissis sacris paternis, in hæc adoptiua venisti.

Adoptio, per syncopen ex Adoptatio, verbale. {υἱοθεσία. GALL. *Adoption.* ITAL. *Adottatione.* GERM. Erwehlung. HISP. *Adopcion.* ANGL. *Adoption.*} Cic. *pro domo*, Quod est, Pontifices, ius adoptionis, nempe vt is adoptet, qui neque procreare iam liberos possit: & quum potuerit, sit expertus. Adoptio tanta est quæ beneficia naturæ & iuris imitatur. Calphur. In adoptionem dato, redire in familiam liceat, Fab. Quintil. Gell. *lib.* 5. *cap.* 19. Quod per prætorem fit, adoptio dicitur, quod per populum, arrogatio. Plin. *de insitione*, dixit, *lib.* 16 *in Proœmio.* Pomiferæ arbores, quæque mitioribus succis voluptatem primæ cibis attulerunt, & necessario alimento delicias immiscere docuerunt, siue illæ vltro, siue ab homine didicere blandos sapores adoptione & connubio, idque munus etiam feris volucribúsque dedimus, intra prædicta constant.

Adoptatus, qui in adoptionem venit. Item valde optatus. Vnde superl. Adoptatissimus mihi fuit tabellariorum aduentus. Cic. Filius Tyroni.

Ador, is, modò producit, modò corripit. Vide Scaligerum *ad Festum.* Frumenti genus significans, quod & Far appellatur: olim Eder dictum ab edendo, vt Festo placet: eò quòd populus Rom. ex omnibus frumenti generibus trecentis annis solo farre vsus fuerit: vt etiam ex Verrio refert Plin. *lib.* 18. *cap.* 7. ¶ Ab adurendo dictum putant, quòd torreri soleret, vt scribit Festus, antequam ex eo mola salsa conficeretur in vsum sacrorum. ¶ Hoc etiam Adoreum appellabatur, siue Semen adoreum, nonnunquam etiam Far adoreum, ἡ ζειά. Plin. *lib.* 18. *c.* 8. Vulgatissima frumenti genera, Far quod Adoreum veteres vocauêre, siligo, triticum. Columell. *lib.* 2. *cap.* 6. Prima & vtilissima sunt hominibus frumenta, triticum & semen adoreum, Varro *rei rust. lib.* 1. In loco humido far adoreum potius seritur, quàm triticum. Columella quatuor Adorei enumerat species, Clusinum, Vermiculum duplex, & Trimestre, quod & Alicastrum dicitur. Vide ipsum *loco paulo antè citato.*

Adorea, idem est quod gloria, propriéque ea, quæ ex rebus militiæ præclarè gestis comparatur. {גאון *gaon*. δόξα, ἀριστεῖον. GALL. *Gloire & triumphe de victoire.* ITAL. *Gloria da vittoria acquistata.* GERM. Lob vnd ehr die man im krieg einlegt. HISP. *Gloria y fama de la victoria.* ANGL. *Glorie, triumphe, of victorie.*} Nomen ductum est ab adoreo frumenti genere, quod apud veteres summo in honore habitum fuit, propterea quòd alio frumenti genere Populus Rom. trecentis ab vrbe condita annis non victitarit. Vnde etiam Imperatores re bene gesta hoc frumenti genere à populo solent donari. Plin. *lib.* 18. *c.* 8. *de farre*, Primus antiquis Latio cibus, magno argumento in adoreæ donis. Idem *eod. lib. c.* 3. Gloriam denique ipsam à farris honore Adoream appellabant. Festus, Adorea laus, quia gloriosum putabant, qui farris copia abundabant.

dabat. Apul. *Apol.*1. Tot adoreis inclytus. Plaut. *Amph.* Præda atque agro, adoreaque affecit populares suos.

Adoreum, siue Semen adoreum. Vide supra in dictione *Ador.*

ADŎRIŎR, iris, adortus, Incipio. {[illegible] *hail* [illegible] *hechel.* ἄρχομαι. GALL. *Commencer.* ITAL. *Commenciare.* GERM. Anheben/anfahen. HISP. *Commençar.* ANGL. *To beginne.*} Ambros. *lib.*1. *Offic.* Nostra nunquam, nisi consulto Domino bellum adorsus est.

Adorsus, a, um, participium, Aggressus. ἐπιβαλόμενος. Gell. *lib.*9. *cap.*2. Adorsi erant tyrannum interficere. Et Ouid. 1. *de Ponto.*

——— *Et nullum maius adorsa nefas.*

Quidam contendunt his duobus in locis legi debere Adorti & Adorta, ab Adorior, quod etiam incipere declarat, & aggredi significat.

Adorio, pro adorior. Nævius *lib.*3. *belli Punic.* —proficiscente Hectore tumidos Adoriant, vt qui hinc Spartam referat nuncium. Sic Adortus passiue.

ADŎRĬŎR, iris, vel eris, adortus, Aggredior, inuado. {[illegible] *pagáh.* ἐπιτίθημι, ἐπιχειρέω. GALL. *Assaillir.* ITAL. *Assaltare.* GERM. Anfallen/schnell angreiffen oder anfahren. HISP. *Arremeter.* ANGL. *To inuade, to sets vpon.*} Liu. *lib.*1. Timor deinde incessit, ne ciuitatem sine imperio vis aliqua externa adoriretur. Velleius. Adorta classem vis africi. Differunt tamen, vt inquit Donatus, Adorior & aggredior: quia aggredimur de longinquo, adorimur de proximo. Cic. 7. *Verr.* Postremam enim quamque nauem piratæ primam adoriebantur. ¶ Adoriri aliquando est Dare operam, atque conari aliquid per vim, siue incipere. Cic. *de Orat.* Ne conuellere adoriamur ea, quæ non possunt commoueri. Gell. *lib.*19. *c.*9. Iulianum Rhetorem lacessere insectarique adorti sunt.

ADŎRNO, idem est quod Orno, instruo, comparo, præparo. {[illegible] *hadkáh.* ἐπικοσμέω, κατακοσμέω. GALL. *Orner, accoustrer.* ITAL. *Adornare.* GERM. Zierenzierlich zurüsten. HISP. *Afeytar, hermosear.* ANGL. *To garnishe, to set furth or deck.*} Liu. *lib.*1. *ab Vrbe*, Flaminem Ioui assiduum sacerdotem creauit, insignique eum veste, & curuli regia sella adornauit. Plaut. *in Epid.* Tragulam in te inijcere adornat. Cic. *pro Cluent.* Omnis testium copia initio à matre adornata est, id est, comparata & instructa. Naues adornabat. Cæsar *lib.*1. *de bell. ciu.* (i. instruebat.) Iube vasa pura adornari mihi. Plaut. *Amph. sc.*2. *a.*3. Cedo nuptias adorna. Idem *Aulul. sc.*3. *a.*1.

Adornatus venatui, Instructus & ornatus paratúsque ad venationem. Tacit. *lib.*12. Herculem per quietem monet sacerdotes, vt templum iuxta, equos venatui adornatos sistant.

ADŌRO, as, ex Ad, & oro: Oro, veneror, precor, supplico, placo. {[illegible] *sagnadh* [illegible] *hischtachauáh.* προσκυνέω. GALL. *Adorer, faire reuerence.* ITAL. *Adorare.* GERM. Anbetten. HISP. *Adorar, ò hazer reuerencia.* ANGL. *To worshipe, to reuerence.*} Priscianus ab Ador, hoc est, frumento sacrificiis destinato deriuat. In eadem sententia est & Nonius, cuius hæc sunt verba, Ador frumenti genus, quod epulis & immolationibus sacris pium putabatur: vnde & adorare, propitiare religiones, potest ductum videri. Verùm Adorare sine ore, hoc est, sine voce fit: hinc mutis etiam adorare datur: Elephas enim, & Phœnix (si vlla modò est) solem adorare dicuntur. Supplicare verò ore fit: ideóque solis hominibus competit. Ouid. *El.*3. *lib.*2. *Trist.*

Hac prece adoraui superos ego.

Et 5. *Fast.*

Venit adoratus Caduceifer.

Liu. 6. *ab Vrbe*, Adorare pacem Deum. ¶ Adoraturi sedeant, προσκυνεῖν καθήμενος. Hoc prouerbium Plutarch. adscribit Numæ: quo significatur, Vota certa concipere oportere, & in iis quæ sunt optima, perseuerare. Quidam arbitrantur alium subesse sensum, quòd oporteat eos qui sacris dant operam, non obiter ac aliud velut agentes hoc facere, sed vacuos, totósque rei sacræ & orationi deditos. Vnde & Plutarchus idem tradit, quum Pontifex sacra aggrediebatur, præcones clamabant, Hoc age. Ea vox hortabatur, vt qui sacra adirent, reuerenter, & attentè id agerent. ¶ Adorare aliquando est vehementer orare. Virg. 1. Volens vos Turnus adoro: vbi Seruius. Ad, vacat, & est metri causa additum. Quandoque significat alloqui. Apul. *lib.*2. Infusa aqua populum sic adorat.

ADŌRĀTĬO. {[illegible] *hischtachauaiáh.* προσκύνησις. GALL. *Adoration.* ITAL. *Adoratione.* GERM. Anbettung. HISP. *Adoracion.* ANGL. *worshiping.*} Plin. *lib.*28. *cap.*2. Cui & fascinationibus adoratione peculiari occurrimus.

[Adorator, oris, ab adoro. Venerator, cultor, qui reuerentiam & adorationem exhibet alicui salutationis causa, &c. Gerd.]

Adoxia, {GALL. *Ignominie, infamie.*} Est nominis & famæ obscuritas, ignominia, infamia, ἀδοξία. Vnde ἄδοξοι dicuntur inglorij, & obscuri. ¶ Adoxæ materiæ, ἄδοξοι ὕλαι, à Gellio vocantur, quæ à Cicerone Infames, ab aliis inopinabiles: quæ ingenij exercendi causa solent excogitari. Euiusmodi est apud Isocratem Busiridis encomium, apud Platonem Iniustitiæ, ex persona Glauconis, apud Phauorinum Febris quartanæ, apud Lucianum Muscæ, & apud Erasmum Moriæ.

Adoacer, ὀδόακρος, Rex Herulorum fuit, qui anno nostræ salutis 457. tanta cum manu in Italiam irrupit, vt terrore perculsus Augustulus, sponte purpuram poneret. Quo tempore finem accepit Occidentis imperium, anno ab Vrbe condita 1226. Vide Paulum Diac. *lib.*16.

Adparare, acquirere. Lucr. *lib.*2.

Vnde mare & terra possint augescere, & vnde
Adparare spatium cæli domus.

[Adpectorat, ad pectus applicat. Isid. Gloss.]

Adpeto, vide *Appeto.*

[Adpetulantia, procacitas. Isid. Gl.

Adplanat hostis, adæquat. Idem.]

Adplenum, vide *Plenus.*

Adplorare, apud Senecam 4. *Quæst. natural. cap.*2. Cùm iam adplorauerim, meroíque [illegible] obitum tanta mole crediderim.

Adplumbo, & adplumbatura, vide infrà in verbo *Applumbo.*

Adpōsco, is, προσαιτέω, posco. Horat. *lib.*2. *Epist.*

——— *si plus adposcere visus.*

Adprĕcor, aris, προσεύχομαι, precor. Horat. 4. *Carm.*

Ritè Deos priùs adprecari.

id est, inuocantes. Acron.

Adprimus, vide *Apprimus.*

Adprimè, Adprobus, Adpromissor, Adpropero, Appropinquo, vide A ante P.

Adprobus, vide *Approbus.*

Adpugno, as, are, προσμάχομαι, contra pugno, oppugno. Tacitus *lib.*2. Interim Pisonis classem haud procul opperientem adpugnare frustrà tentauit. Idem *lib.*4. Alij castra Romana adpugnarent.

Adpulsus, vide *Appello*, *is.*

[Adpunctari salarium, constitui. Salmas.]

Adquo, id est, quousque. Afranius, vt scire possis adquo te expediat loqui. Idem *in Priuigno.* Ni tantum amarem talem tam merito patrem, miratus essem adquo liceret. Hæc Nonius.

Adra, ἄδρα. Trium oppidorum nomen est à Ptolemæo, quorum vnum in Arabia petrosa collocat: alterum in Caua Syria: tertium in Liburniæ mediterraneis ad radicem Bebiorum montium, non procul à Tito flumio.

Adrādo, is. {[illegible] *galách* [illegible] *garadh.* ἐπιξέω, ἀποξέω. GALL. *Raser pres, racler.* ITAL. *Radere basso.* GERM. Abschaben/abtrauen. HISP. *Raer cerca.* ANGL. *To shaue, to scrape vpon.*} ex Ad & rado. Colum.

Adrachne, ἀδράχνη, arbor est bitera, arbuto [illegible], in montibus nascens, cacumine semper virenti, quæ detracto in orbe cortice non offenditur. ¶ Andrachne autem (ne quis nominis vicinitate fallatur) herba est, quam Latini Portulacam vocant. Vide Plin. *lib.*13. *c.*22.

[Adramelech, idolum Assyriorum, quod etiam Samaritani coluere. Pap.]

Adramyttĕon, ἀδραμύττειον, siue (vt apud Plinium legitur) Adramytteos, ciuitas est littoralis in maiore Mysia, siue Æolide, ita dicta ab Adramytto conditore, Alyattæ filio, & Crœsi fratre, vt tradit Aristot. *in Polit.* Alij à mercurio nomen accepisse ferunt, quem Lydi Phrygia lingua Adramyn, ἀδραμυν, vocant. Thucid. *lib.*5. Atramytteon vocat, ἀτραμύττειον, διὰ τοῦ τ. quam scripturam etiam Stephanus agnoscit, quem vide de varia huius vocis scribendæ ratione.

Adramyttenus, adiect. siue Atramyttenus, ἀδραμυττηνός, ὁ ἀτραμυττηνός: vt Synus Adramyttenus, ἀδραμυττηνὸς κόλπος, qui & Ideus appellatur: vt est autor Strabo *lib.*13.

Adrana, ἄδρανα, fluuius est Cattorum in Germania, vt tradit Tacit. *Annal. lib.*1. ¶ Est etiam Adrana, ἄδρανα, teste Stephan. Oppidum Thraciæ, quod & ἀδρήνη à Theopompo appellatur. Vide *Andrena.*

Adranon, ἄδρανον, Siciliæ oppidum in Ætnæ montis radicibus, fluuium habens eiusdem nominis. ¶ Gentile est Adranites, ἀδρανίτης, quo vtitur Apollodorus, ex Stephano.

Adramelech, Idolum Assyriorum, quod etiam Samaritani coluere.

Adrapsa, orum, ἄδραψα, vrbs Bactrianorum. Strabo *lib.*15.

Adrastea, siue Adrastia, ἀδράστεια, oppidum est Troadis inter Priapum & Parium situm, ab Adrasto rege nomen habens, qui primus Nemesi templum erexit, & Adrasteam nominauit. Hæc vrbs campum habuit subiectum, qui Adrasteæ campus, ἀδραστείας πεδίον appellatur, Apollinis Actæi & Dianæ oraculo insignis: quo postea diruto, saxa Parium translata sunt, ex quibus ædificata est ara. Hermocreontis opus, & magnitudine, & pulchritudine memorabile. Hanc vrbem alij ab Adrastea Nympha quadam montana, nomen accepisse volunt. ¶ Gentile est Adrastenus, ἀδραστηνός.

Adrastia, ἀδράστεια. Necessitatis ac Iouis filia, scelerum vltrix, cuius vindictam credebant nullo modo posse vitari. Hanc alio nomine Nemesim vocauerunt, cuiúsque sedem Ægyptij Theologi supra lunam constituere, vt inde velut regina & arbitra hæc inferiora despectaret. Strabo *lib.*13. nominis rationem refert ad Adrastum regem, qui primus Nemesi templum erexit, Adrasteámque illam appellauit. Aristot. *lib. de Cælo* definit esse [illegible], hoc est, inenarrabilem causam existentem secundum naturam, paremque semper existentem. Hinc locus factus Adagio, Adrastia Nemesis, ἀδράστεια Νέμεσις: subaudiendum est adest, vel aderit. Quo licebit vti vel in eos, quibus ob insolentiam arrogantiamque fortunæ commutationem minamur: vel, qui a rebus florentibus ad calamitosam fortunam redacti sunt.

Adrastus, ἄδραστος, nomen regis Argiuorum, qui fuit filius Talaonis & Eurynomes. Hic quum duas haberet filias, Argiam & Deiphilen, in somnis visus est alteri leoni, alteram apro vxorem dare. Quare quum eodem tempore Tydeus, & Polynices Argos venissent, ille apri, hic leonis pelle tectus, ille somnii sui memor, vtrumque sibi generum adsciuit. Deiphile Tydeo, Argia autem Polynici tradita. Deinde cum vtroque genero Thebas profectus, vt Polynicem ab Eteocle fratre exclusum, in regnum reduceret, magno accepto detrimento, in regnum reuersus est. De Adrasti, vide Herod. *Terpsichore.*

Adrēpo, is, Ad aliquid repo, rependo accedo & appropinquo {[illegible] *ramas* [illegible] *zachal.* ἐφέρπω, ὑφέρπω. GALL. *Ramper à quelque chose.* ITAL. *Appicarsi à qualche cosa.* GERM. Hinzu kriechen. HISP. *Ir gateando hazia otra cosa.* ANGL. *To creep, to approche.*} Plinius *lib.*35. *cap.*10. Ad mattis morientis ex vulnere mammam adrepens infans. ¶ Per metaphoram, pro sensim se insinuare, & paulatim accedere. Cic. *in Verrem*, Quibus rebus non sensim atque moderate ad illius amicitiam adrepserat.

Adhramire, est promittere, hoc sensu, vt promittat quis caueátque se iuraturum: itaque non est iurare, sed promittere se iuraturum.

Adria, ἄδρια Stephano & Ptolemæo, Romanorum colonia Piceno, quinta Italiæ regione XII. M. pass. à mari distans. A qua ager ipse Adrianus dicebatur, vino generosissimo nobilis, quod & ipsum Adrianum fuit appellatum. Plin. *lib.*3. *c.*13. *de Piceno* [illegible]. Tenuere ab Aterno amne, vbi nunc ager Adrianus & Adria colonia, à mari VI. M. pass. ¶ Sunt qui ab hoc oppido, Adriatico mari nomen datum existiment. Verùm illi nominis vicinitate decipiuntur. [illegible] colonia.) Atria oppidum fuit ad Padum amnem à Tuscis conditum, nobili portu in portum clarum: a quo vicinum mare Ionium Atriaticum dictum fuit, & deinde littera mutata Adriaticum, vt docet Plinius *lib.*3. *cap.*16. & Cato *in Originibus.* ¶ Adria masculini gene-

tis, *Ἀδρίας* Stephano & Suidæ, idem quod mare Adriaticum. Pompon. Mela *lib.* 2. Hucusque Adria, hucusque Italiæ latus alterum pertinet, Luc. *lib.* 5.

——— Sonat Ionio vagus Adria Ponto.

Dictum ab vrbe Adria. Plut. *in Cam.*

Adriaticum mare, *ἀδριατικὸν πέλαγος*. Est sinus ille maris, inter Lacinium extremum Italiæ, & Acroceraunium primum Epiri promontorium irrumpens, quod & Superum mare appellatur, siue quòd Italiam ab Oriente alluat, siue quòd ex vrbe eò tendentibus Appenninus superandus sit. Hoc primum Adriaticum dicebatur, ab Atria nobili oppido à Tuscis ad Padum condito, quod postea Atrianæ paludes haurirant, deinde vnius literæ mutatione Adriaticum dici cœpit: vt docent Cato *in Orig.* & Plin. *lib.* 3. *c.* 16. Pro eodem etiam dicimus, Mare Adrianum, & Adriacum. Cic. *in Pison.* Brundusium vitauit, & vltimas Adriani maris oras petiuit. Horat. *lib.* 1. *Carm.*

Siue mari liber Adriano.

Propert. *lib.* 3.

Ergo ego nunc rudis Adriaci vehar æquoris hospes.

Adrianopolis, *ἀδριανοῦ πόλις*, ciuitas est Thraciæ ad Hebrum fluuium, primùm Orestia dicta, à nomine Orestis conditoris: postea ab Adriano instaurata fuit, quum ei furore agitato responsum esset, vt se in furiosi domum reciperet. Vide Cæl. Rhodig. *lib.* 17. *c.* 2.

Adrianus, *ἀδριανὸς*, Decimusquintus Romanorum Imperator fuit, & successor Traiani, qui Hierosolyma à T. Vespasiano solo æquata, muro cinxit, & à prænomine suo Æliam appellauit.

Adrianus ager limitibus maritimis & Gallicis, quos nos D. & K. appellamus, finitur, per rationem arcarum, riparum, canabularum, vel muceratum, quod tegulis construitur: aliis verò locis, muris, maceriis, scorofionibus, congeriis, carbunculis, terminis Augusteis, duntaxat cultibus. Ex *lib. de limitibus agrorum.*

Adrius, *ἄδριος*, mons est Dalmatiam per medium secans. Strabo *lib.* 7.

Adrobricum, *ἀδρόβρικον*, oppidum est in Artabris Hispaniæ populis, in tractu Celtico, cuius meminit Pomp. Mela *lib.* 3.

Adrodo, vide *Arrodo.*

Adrogo, vide *Arrogo.*

Adrotta, orum, *ἄδροττα τά*, Steph. Locus est in Lydia, mari adiacens, cuius incolæ dicuntur Adrotteni, *ἀδροττηνοί.*

[Adrumentina, nauis genus. Cerd.]

Adrumo, as, teste Festo, Rumorem facio, siue, Communmuro: quod à rumine quidam, id est, parte gutturis, putant deduci, *φήμην ποιῶ.*

Adrumetum, *ἀδρύμης* Steph. Ciuitas est Libyæ, non procul è Carthagine, quæ etiam hodie extat. de hac Plin. *lib.* 5. *c.* 4.

Adruo, is, ex Ad, & ruo, seruat Ad, in compositione propter euphoniam: & significat arando subruo, *ἀνορύσσω.* Columell. *lib.* 2. *c.* 5. Dilicctum deinde protinus firmum inarari, & adrui conuenit.

Adryx, *ἄδρυξ*, ciuitas est in agro Syracusano, cuius meminit Stephanus. Hinc Adrycinus gentile, *ἀδρυκινὸς*, sicut ab Eryx, Erycinus.

[Adsalio, is, ire, itum. est adoriri & appetere. Form. Rom.

Adsalitura, seu Adsaltura, actus ille adsaliendi, & irruendi, irritus, violentia. Cerd.]

Adscisco, Adsector, Adsentio, Adsequor, Adsero, Adseruo, Adseuero, Adsiccο, Adsideo, Adsigno, Adsilio, Adsimilis, Adsimulo, Adsisto, Adsolet, Adstringo, Adstruo, vide in A ante S.

ADSCISCERE, siue Adsciscere. Adiungere. {הוסיף hosiph חבר chibbér הרביק hirbik. *προσλαμβάνω.* GALL. *Accoupler.* ITAL. *Aggiungere.* GERM. *Zufügen.* HISP. *Ayuntar vna cosa à otra.* ANGL. *To ioyne to.*} Columel. *in Præfat. Com.* Et hanc adsciuimus quasi agriculturæ partem. Cic. *in Tuscul.* Iouisque numen Mulciberi, adsciuit manus. ¶ Interdum ponitur pro approbare. Cic. *pro Corn.* Cum tulisset prætor aliquid, id si adsciuissent socij Latini, vt eum lege eadem is populus teneretur, id est, si approbassent & recepissent. Nam nisi Latini socij leges Romanas approbassent, & decreto facto recepissent, iis non tenebantur. Hinc

Adscitus, a, um, Receptus. Cic. *in Verr.* Sacra adscita atque accersita ab exteris nationibus. Nec petit ascitas luxuriosa dapes, Ouid. 6. *Fast.*

Adscribo, Adscripto, Adscriptio, vide *Ascribo.*

Adselare, *ἀποδεῖν*, aluum exonerare. Veget. in comment. de re vetin. *lib.* 3. Deinde sale & melle mistis, in anum infundes, vt adsellandi augeat voluntatem.

[Adsertor, ab adsero, is est, authore Rhenano, vindex, qui aliquem vindicat in libertatem, defendit vt patronus, & tuendum suscipit. Tertull.

Adsessoria, libri de iis, quæ agi viderunt Iurisconsulti cùm essent assessores. Lexicon I.]

Adsestrix, tricis, fœmininum est ab eo, quod est Adsessor. *πάρεδρος*, *ἡ*. Afranius *in Fratribus*, Dimittit adsestricem, me ad sese vocat. Nonius.

Adsidelæ, vel Assidelæ, mensæ, vt ait Fest. flaminum sacrificantium.

Adsignator, is, *D. lib.* 38. *tit.* 4. *l.* 3. Posse autem nepoti adsignari certum est, & præferri filio nepotem adsignatoris constat.

[Adsignatus ager, coloniæ militibusue datus. L. I C.]

Adsignifico, Significo. {הורה horah. *σημαίνω*, *προσσημαίνω.* GALL. *Signifier.* ITAL. *Denotare.* GERM. *Bedeuten anzeigen.* HISP. *Significar.* ANGL. *To signifie, to shewe.*} Varr. 2. *de re rust.* Olim tonsores non fuisse, adsignificant antiquorum statuæ.

Adsipere & prætipere, *προσεπινοεῖν*, *ἢ προεπινοεῖν*, dicebant Antiqui à sapiendo: sicut nos quoque modò dicimus ab Æquo iniquum, à Quærendo inquirere. Hæc Festus.

Adsisto, vide *Assisto.* Adsito, vide *Asto.*

Adsitus, participium ab Adsero, iuxta satus. *παραφυτευθείς.* Varro. Vt vitis adsita ad olus facere solet. Ibid. [Adsita arbor, cui incolumi aliquid, vt sustineat, adiungitur. V. G.]

Adspectus, pro adspectus. Atticus *Adsyanacle*: Commouit animum excelsa adspecti dignitas.

Adspuo, is, ui, utum, {רקק rák. *προσπτύω.* GALL. *Cracher contre.* ITAL. *Sputare contra alcuno.* GERM. *Anspeüwen.* HISP. *Escupir contra alguno.* ANGL. *To spitte vpon.*} Plin. *lib.* 27. *cap.* 4. Aut si dormiens spectetur infans à nutrice terna adspui.

[Adstassint, steterint. Fest. Scal.]

Adstipulor, Adstituo, vide A ante S.

Adsudassit, pro adsudauerit, h. e. congelarit, præ metu contractum sit. Plaut. *Casinâ.* Stimulus ego sum tibi, eò quòd corculum adsudassit iam ex metu.

[Adsuetula, agaso. Isid. Gloss.]

Adsum, ades, adfui, Præsens sum, intersum, appareo.

Conclamat socios. Adsum,

Ouid. 13. *Met.* vbi summus Imperator non adest ad exercitum. Plaut. *Amph.* Adesse dolori. Senec. *c.* 8. *de consol. ad Polyb.* & *cap.* 7. *ad Mart.* & *cap.* 2. *de Consol. ad Elb.*

Non vacat exiguis rebus adesse Ioui,

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Rebus adest nomen nominibusque pudor.

Natalis adest,

Eleg. 13. *lib.* 3. *Trist.*

Lucifer amborum natalibus adfuit,

Ouid. *El. vlt. lib.* 4. *Trist.* Quæsitores reum adesse iusserunt. Velleius etsi abest, adesse herum arbitror. Plaut. *Pseud. sc.* 7. *a.* 4. Aliud malum aderat. Istuc (i. istud) aberat longiùs. Hi sciunt qui hic adfuerunt (id est, spectatores.) Idem *sc.* 4. *a.* 4. Istic adesto, (id est, asta, & præstò sis.) Idem *Aul. sc.* 1. *a.* 1. Tu mihi accusatrix ades. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 3. Nisi assint cùm citentur, census capiant. Idem *Men. sc.* 1. *a.* 3. Ad focum si adesses. Idem *Aul. sc.* 2. *a.* 3. Non adest. At tu cita. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Volo te domi vsque adesse. *Ibid. sc.* 5. *a.* 1.

——— Quamuis longè regione remotus

Absim, vos animo semper adesse meo,

Ouid. *Eleg.* 4. *lib.* 5. *Trist.* {הנני hinni, &c. *πάρειμι.* GALL. *Estre pres, estre present.* ITAL. *Esser presente.* GERM. *Da sein, gegenwertig sein.* HISP. *Estar cerca de lugar.* ANGL. *To be present, to be nigh.*} Nam adesse etiam dicitur, quod paulò pòst futurum est, aut quod aduentat. Vnde dicimus, Adest Scipio, quum iam in itinere est, vel non longè abest: sed præsens est id, quod iam venit.

Hector adest, secumque Deos ducit,

Ouid. 13. *Met.* Vigila, tibi dico, Viden' hostes tibi adesse. Plaut. *Mil. sc.* 2. *a.* 2. Omnis res parata est, & nos adsumus. (i. venimus.) Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 2. Cic. 3. *Offic.* Inter hominem & belluam hoc maximè interest, quòd hæc tantum, quantum sensu mouetur, ad id solum quod adest, quódque præsens est, se accommodat. Construitur etiam cum datiuo, vel ablatiuo, mediante In. Cic. *in Phil.* Omnibus his pugnis Dolabella adfuit. Idem *ad Ser. Sulpit.* Ego verò, Serui, vellem, vt scribis, in grauissimo meo casu adfuisses. ¶ Interdum est adiuuo & præstò sum. Cic. *pro Quint.* Recusabant qui aderant tum Quintio, id est, qui Quintium defendebant. Idem *in epist.* Ego tamen tuis rebus adero vt difficillimis. Liu. *lib.* 1. *bel. Pun.* Sed pueri, fœminæque super animi corporisque vires adsunt, pugnantibus tela ministrant. ¶ Sic, Adsint Dij beati, *σὺν δὲ θεοῖς μάκαρσι.* Sermo est bene ominantis in re quapiam aggredienda. Adagium est vsurpari solitum à rhapsodis, id est, carminum Homericorum recitantibus, & interpretibus. ¶ Adesse animo, vel animis, prouerbialis forma, est fauere ei rei cui intersis, atque attentum esse. Cic. *pro P. Sylla*, Adestote omnes animis, qui adestis corporibus, quorum ego frequentia magnopere lætor, erigite mentes, auresque vestras. Hoc modo attentionem captat auditorum. Idem Terent. *in prolog. Andr.* Adesse animo, in alio significatu dicitur, pro præsenti esse & forti animo. Cic. *in Somnio Scip.* Sed ille, Ades, inquit, animo: & omitte timorem. Item Adesse animo, pro intentum esse rebus agendis. Idem 8. *Philipp.* Sed etiam nuper summa laus consularium, vigilare, cogitare, adesse animo, semper aliquid pro rep. aut facere, aut dicere. ¶ Sumitur & pro accedere, præsertim in secunda persona. Terent. *Andr.* Adesdum, paucis te volo. Virg. *Ecleg.* 9. Huc ades ô Galatea, & *Ecleg.* 7. Huc ades ô Melibœe, caper tibi saluus & hœdi. Adesse pro Aduenire. Virg. 2. *Æneid.*

Iámque aderit multo Priami de sanguine Pyrrhus.

Idem 9. *Æneid.*

Ergo aderat promissa dies.

¶ Interdum etiam pro subsisto accipitur, siue maneo. Plaut. *in Aul.* Istic adesto, si hercle tu ex isto loco Digitum crassum transuersum, aut vnguem latum excesseris.)(Huic contrarium est Desum.

[Adtaminat, vsurpat. Isid. Gl. Adtaminare, inquinare. Pap.]

Adteger, *προσθιγής*, Tactus & diminutus.)(Integer. Scal. *in Fest.*

Adtegrare est vinum in sacrificiis augere. Integrare etiam & adtegrare minus factum, est in statutum redigere. Festus. vbi vide Scalig.

Adtempio, vide *Tempus.*

Adtestata fulgura, quæ iteratò fiebant, videlicet significationem priorum attestantia.

Adtexo, vide *Attexo.*

Adtibernalis, habitator continuæ tabernæ, *πάροικος*, quod genus domicilii antiquissimum Romanis fuisse, testimonio sunt exteræ gentes, quæ adhuc tabulatis habitant ædificiis. Vnde etiam tecta castrensia quamuis pellibus contegantur, tabernacula tantùm dicuntur. Hæc Festus. Alij scribunt Attibernalis.

Adtondeo, vide *Attondeo.*

Adtritum, tritum, à Græcis mutuatum vocabulum, qui tritas vestes *τριβώνια*, vel *τριβώνας* vocant. Mart. *Epigr.*

Adtritâ veniet sportula sæpe togâ.

Virg. *Sileno.*

Et grauis adtritâ pendebat cantharus ansâ.

Adtubernalis, *ὁμόσκηνος συσκηνίτης*. Gloss. habitator continuæ tabernæ: quod genus domicilij antiquissima Romanis fuit. Vocatus aliàs Contubernalis.

Adualllas, *ἀδούλλας*, mons est in Rhæticis Alpibus, ex quo in Septentrionem profluit Rhenus, & Addua in Meridiem. Autor Strab. *lib.* 4.

Aduector. Aduectorem Plaut. *Asin. sc.* 3 *a.* 2. vbi alij Aduentorem.

ADVEHO, is, aduexi, aduectum. {הביא hebi. *ἐπάγω*, *προσάγω.* GALL. *Apporter, amener par charroy, ou sur quelque autre chose.* ITAL. *Portare, condurre*

condurre à carico, portare sopra giumenti ò in carro. GERM. Herzu führen. HISP. *Traer à lugar como quiera.* ANGL. *To bring, to cary on a cart to a place.*} Cic. 3. *Offic.* Si quis profectus Rhodum, magnum frumenti numerum aduexerit. Liu. 4. *bel. Pun.* Impositóque quem secum aduexerat, milite, Romam venerat.

Aduectio, verbale, ἐπαγωγή. Plin. *lib.* 9. *c.* 54. Nuper excogitatum famem longæ aduectionis à Brundusio, compascere in Lucrino.

Aduectus, us. Tacit. *lib.* 20. Hæc de origine & aduectu Dei celeberrima.

ADVECTO, as, ἐπεισάγω, frequentatiuum, ab Adueho. Tacit. *lib.* 5. Additque quibus è prouinciis & quanto maiorem, quàm Augustus rei frumentariæ copiam aduectare.

Aduexe, pro aduexisse. Plaut.

Aduelo, as, velo, coopertio. {חפה *chippáh.* ἐπικαλύπτω. GALL. *Couurir d'vn voile, ou autre chose.* ITAL. *Velare, coprire con velo.* GERM. Zudecken. HISP. *Cubrir con velo ò otra cosa.* ANGL. *To couer.*} Virg. *Æneid.*

——*viridique aduelat tempora lauro.*

Aduelitatio, probrorum iactatio, λογομαχία, à velitari pugna. Plaut. *Men.* Nescio quid velitati estis inter vos duo. *Ibid.* Verbis velitationem fieri compendio volo.

Aduena, communis generis. Qui non est ciuis, aut inquilinus, sed externus. {גר *gher.* ἐπήλυδος, παροικος. GALL. *Estranger.* ITAL. *Forestiere.* GERM. Ein frömbdling/ausländer. HISP. *Auenidizo, estrangèro.* ANGL. *A stranger.*} Et propriè qui ex vno longinquo loco in aliquod oppidum veniunt, Aduenæ dicuntur: Conuenæ, qui ex pluribus locis. Terent. *in Heaut.* Est è Corintho hic aduena anus paupercula. Militaris aduena. Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 4. i. qui adest à milite.

Aduenerij. Cic. *de legib.* pellex aduena, Ouid. 9. *Epist.*

Aduenerari, veneror, colo. {כבד *kabad.* σεβάζω. GALL. *Honorer & reuerer grandement.* ITAL. *Riuerire.* GERM. Von hertzen oder inniglich ehren. HISP. *Honrrar mucho.* ANGL. *To honour, to reuerence, to worshipe.*} Varr. *lib.* 1. *de re rust.* Item aduenerot Mineruam & Venerem: quarum vnius procuratio olíueti, alterius hortorum est.

ADVENIO, is, Accedo, appropinquo. {נגש *nighghásch.* קרב *karab* בא *ba.* παραγίγνομαι. GALL. *Venir & arriuer en quelque lieu.* ITAL. *Arriuare.* GERM. Herzukommen. HISP. *Venir o llegar à algun lugar.* ANGL. *To come nigh, to come to.*} Ter. *in Eunuch.* Si fortè huc aduenerit. Aduenite in prouinciam. Cic. 11. *Philipp.* Saluum te aduenisse gaudeo. Plaut. *Most. sc.* 1. *a.* 2. Aduenit cor meum. *Ibid. a.* 2 Suppetias aduent tibi tempore. Idem *Men. sc.* 7. *a.* 5. Qui à patre aduenit Carysto, neque dum aduenit Athenas. Idem *Pseud. sc.* 4. *a.* 2. Principio vt illò aduenimus, vbi primum terram tetigimus. Idem *Amph.* Id te oratum aduenio. Idem *Aul. sc.* 6. *a.* 4. Pro redire: siue modò aduenit senex peregrè, i. redeat. Idem *Most. sc.* 1. *a.* 1. Nunquid vis? A. etiam, vt actutum aduenias, i. redeas. Idem *Amphitr.* Aduenisse tibi filium respondeo, i. rediisse. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 4. ¶ Aduenire pro accidere. Cic. 11. *Philipp.* Est enim sapientis, quid homini accidere possit, id præmeditari: ferendum modicè, si aduenerit, esse.

Aduenat, pro Adueniat. Plaut. *sc.* 1. *a.* 1.

Aduenticius, fortuitus, insperatus, externus. {ἐπηλυς, ἐξωτικός, συμβεβηκώς. GALL. *Qui vient d'ailleurs, forain.* ITAL. *Venuto di nuouo, d'altronde.* GERM. Frömbdling, der anderswo här kommet. HISP. *Que viene de fuera.* ANGL. *That commeth by chance, forraine.*} Vnde aduentitia bona quæ non ex recta successione, puta patris, aut aui, sed ex legatis, aut aliter casu aliquo nobis aduenium. τυχηρά, ἃ τὰ ἔξωθεν ἀγαθά. Arist. Cic. 3. *Verr.* Homo Ligurem accusare cœpit, qui in te aduentitia atque hæreditaria, tam diligens, tam attentus esset. Cic. *Topic.* Specie autem comparantur, vt anteponantur quæ propter se expetenda sunt, iis quæ propter aliud: & vt innata atque insita, assumptis & aduentitiis: integra contaminatis. ¶ Aduentitius morbus, qui fortè, & nulla nostra culpa venit, συμβεβηκώς. Aduentitius casus, τὸ συμβάν. Scæuola D. *lib.* 40. *tit.* 9. *l.* 6. Nec aduenticij casus computandi sunt. Aduentitius fastus crediti. Liu. 8. *ab Vrb.* Aduentitiæ res. Senec. *de cons. ad Elber. c.* 5. Aduentitium donum appellat Budæus quod olim consulibus in prouincias aduenientibus honoris loco dabatur: quod & honorarium dicitur, qualia olim principibus suas primùm vrbes ingressis porrigi solent. Aduentitia necessitas intelligitur, vbicunque repente aduenit aliquid peragendum, quod ad publicam vtilitatem spectet. Vide Alciatum enarrantem *l. placet. C. de sacrosanct. eccles.* Huius oppositum est, Innatus, Insitus.

ADVENTO, as, Accedo, appropinquo. {נגש *nighghásch* קרב *karab* בא *ba.* προσέρχομαι, πελάζω. GALL. *Approcher pres.* ITAL. *Approssimarsi, auicinarsi.* GERM. Hinzu kommen. HISP. *Allegarse el que viene, acercarse.* ANGL. *To come nigh, to approche.*} Te id admonitum aduento. Plaut. *Aul. sc.* 3. *a.* 1. Hunc autem cùm extemplo aduenta. Idem. *Amph.* Cic *Curioni*, Nondum erat auditum te ad Italiam aduentare, & prope adesse iam debes.

Aduentores, qui frequenter adueniunt. {πλανόζενοι. GALL. *Suruenans.* ITAL. *Auentori.* GERM. Die offt an ein ort kommen. HISP. *Estrangeros.* ANGL. *which commeth or approcheth.*} Plaut. *in Truc.* Si æquum facias aduentores meos non incesses. Dicti Aduentores, ab adueniendo. Aduentorem, id est, Hospitem qui aduenit. Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 2.

Aduentorius, a, um, quod aduenienti cuipiam offertur, ἐπιδήμιος. Vnde Aduentoria epistola, apud Martial. *in præfat lib.* 12. quæ aduentanti amico mittitur olvsam. Cæl. *antiq. lect. lib.* 15. *cap.* 3.

Aduentus, us, verb. Accessus. {ביאה *biah* קרבה *kerabah.* ἐπιδημία, παρουσία. GALL. *Venuë, arriuement.* ITAL. *Venuta.* GERM. Zukunfft. HISP. *La venida.* ANGL. *Coming.*} Huic prædam & triumpham adfero aduentu meo. Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 1. Contemnunt me illi aduentu suo. Idem *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Terent. *in Eun.* Salutant, ad cœnam vocant, aduentum gratulantur. Aduentus ✶ Discessus. Cic. *ad Attic. lib.* 12. Vt enim molestatur tuus aduentus, sic discessus afficit.

Aduenti, pro aduentus. Terent. *Phorm.* Patrem non extimescam, vbi in mentem eius aduenti venit?

Aduerbero, as, Verbero, προσπαίω. Stat. 9. *Theb.* Et auratis aduerberat vngulibus armos.

Aduerbium, {מלת הקבם *millath hattahéd.* ἐπίρρημα.} Quasi iuxta verbum dicitur: quia in oratione prope verbum ponitur. Nec n potest verbi vis significanter exprimi, nisi iungatur aduerbium: vt, Dico, & Nauigo, non plenæ significationis sunt, nisi adiectantur aduerbia: vt, Benè, vel malè dicit: feliciter nauigat. Donatus quidem Aduerbium scripsit esse partem orationis, quæ adiecta verbo, significationem eius explanet, atque impleat. Hac voce vsus est Gell. *c.* 13. *lib.* 10. ¶ Fiunt autem aduerbia quandoque à nomine: vt à Bonus, Benè. A verbo, vt à Traho, Tractim. A nomine & verbo, vt Pedetentim, a pede & tento. A participio, vt ab insignitus, Insignitè. A pronomine, vt Hic, Illic, ab Hic, & Ille. A præpositione, vt ab Ex, Extra, & à Sub, Subtus. Ab aduerbiis etiam, vt à Propè, Propius. ¶ Ennius, teste Prisciano, bis vtebatur aduerbiis Ignauiter, Inimiciter, Miseriter, Præclariter, Proteruiter, Properiter, Pariter, (qua etiam Catullus vsus est) Reuerecunditer, Superbiter, Temeriter, Toruiter.

Aduerbialiter, ἐπιρρηματικῶς, apud Diomedem Gram. *lib.* 1. Per Aduerbia autem, quæ à loco significatum demonstrant, veluti à Roma in Africam rediit, vel à Troia, vel ab Ilio nauigauit Æneas, quod apud illos interpretatur aduerbialiter sic, &c.

Aduerruncassit, auerterit. Antidamus: Fabrè compositum animal hominem, quis fetat sic ex te peccatum? quis aduerruncassit, tam aretinas hominum menteis?

Aduersus, a, um, Contrarius, incommodus. {אשר כנגד *ascher chenégdo.* ἐναντίος. GALL. *Contraire, opposite.* ITAL. *Contrario, repugnante.* GERM. Widerig/streitig/widerwertig. HISP. *Contrario.* ANGL. *Contraire.*} Terent. *in Andr.* Eorum obsequi studiis, aduersus nemini ¶ Aduersum absolutè, pro re aduersa, & inprospera. Terent. *In Heautont.* Hic si quid forte aduersi euenerit. Item Aduersum, cui opponitur secundum, vt aduerso flumine it. Liu. *lib.* 1. *d.* 3.

Aduerso tardam qui vehit amne ratem.

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist.* ¶ Interdum ponitur pro oppositus, anterior, ✶ Auersus ex aduerso missa tela. Liu. *lib.* 4. *d.* 4. In aduersa niti. Quint. & scandens aduersum (cliuum.) Idem. Aduersa vulnera, quæ à fronte accepimus, Cic. *de Arusp. resp.* Acceptis à forti aduersario vulneribus aduersis. Idem 2. *de Orat.* Tu & aduersus, & auersus impudicus es. ¶ Interdum pro obiectus, è regione situs, ἀντικείμενος. Idem 2. *de Diuin.* Eodémque equo aduersam conscendit ripam. Idem *de Somnio Scip.* Intueri solem nequitis aduersum. Comparat. aduersior, superlat. aduersissimus. Tibullus *lib.* 4.

Aduersis hyberna licet tumeant freta ventis.

Quamuis fortuna, vt mos est illi, me aduersa fatiget.

Ibid.

Aduersisque parant acies concurrere signis.

Materfam. tua in aduerso lecto sedet, Gell. *c.* 9. *lib.* 16. Aduersis in armis: Mox, arma contraria. Ouid. *Eleg.* 4. *lib.* 1. *Trist.*

Aduersus, vel aduersum, præpositio, Contra. {נגד *néghed.* לקבל *lekummath.* ἐπί, πρός. *Contre.* ITAL. *Contra.* GERM. Zuwider. HISP. *Contra.* ANGL. *Against.*} Significat inimicitias, dissidia, contrarietatémque. Cic. *ad Attic.* Si duriorem te præbes, non contendam ego aduersus te. Prohibet faciant aduorsum eos quod volunt. i. malè iis faciant. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. ¶ Aliquando Erga, in meliorem partem. Terent. *in Andr.* Et id gratum fuisse aduersum te habeo gratiam. Cic. 1. *Offic.* Adhibenda est etiam quædam reuerentia aduersùs homines. Mansuetudo erga omnes. Senec. *c.* 12. *de consol. ad Polyb.* Item, pro Apud, Ne me criminere aduersùs Iunonem. Gell. *c.* 4. *lib.* 13. Item pro obuiam, Ibo aduersum. Salue multum mi pater. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 5. Imperaui vt venites aduersum mihi. *Ibidem sc.* 8. *a.* 5. Aduorsum venire mihi ad Philolachen volo. (sup. te.) Idem *Most. sc.* 4. *a.* 1. Venias aduorsum mihi. Idem *Men. sc.* 4. *a.* 2. *& sc.* 1. *a.* 5. Item pro è regione, Liu *lib.* 7. *d.* 4. Aduersùs viam, qua in Capitolium ascenditur. Ex Senec. *cap.* 12. *de consol. ad Polyb.* ¶ Item aliquando significat secundum. Vlp. *tit.* 28. Bonorum possessio datur aut contra tabulas, aut aduersùs tab. intestati: quod paulò pòst interpr. Secundum tab. Item *tit.* 20. Qui dedititiorum numero est, nec quasi peregrinus testari potest, quoniam nullius certæ ciuitatis ciuis est, vt aduersus leges suæ ciuitatis testetur. Ex Hotomanno. ¶ At licet ita sentiat etiam Cuiacius, non desunt tamen qui contra disputent. ¶ Idem aliquando Ante. Gell. *lib.* 7. *c.* 12. Nam qui quotidie vnguentatus aduersum speculum ornetur, cúmque quisquam dubitet, quin idem fecerit quod cinædi facere solent.

ADVERSO, as, antiquè dictum, pro Verso. Plaut. *in Ruden.* Animo aduersaui sedulò, ne herum vnquam præterirem. i. cogitaui.

Aduersor, Contrarius sum. {שטן *satán*, איב *aiab.* ἀντιπράσσω. GALL. *Estre contraire, impugner.* ITAL. *Contraporsi, contrastare.* GERM. Zuwider sein/widerstehn. HISP. *Contradezir à alguno cosa.* ANGL. *To be contraire, to ganestand.*} Cic. 7. *Verr.* Hanc Cleomenes vir amabat: veruntamen huius libidini aduersari non poterat, nec audebat. Tacitus accusatiuo iunxit *lib.* 1. *Annal.* Sua facinora aduersari deos lamentabatur. *& lib.* 17. duobus in locis Construitur autem cum datiuo. Terent. *in Heaut.* Neque tuæ libidini aduersabor. Item, Bacchæ bacchanti si velis aduersarier, ex insana insaniorem facies. Plaut. *Amph.* Neque me tibi aduersatum esse, neque hero gessisse morem. Idem *Capt. sc.* 3. *a.* 2. An decorum aduersari meis te præceptis? Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 3. Nec tibi aduersari certum est de ista re. (i. à te dissentire.) Idem *Aul. sc.* 3. *a.* 1. Aduersari contrà, vel aduersus. Idem *Casin.* — Iam domuisti animum potiùs vt quid vir velit Fieri id facias, quàm aduersere contrà? Addidit contrà, vt maiorem pertinaciam eius ostenderet in aduersando. Idem *in Mer.* Nolo tuam aduersari aduersùs sententiam.

Aduersans, antis, participium, ἐναντιούμενος. Cic. *de Orat.* Sed tantam vim habet illa, quæ rectè à bono Poëta dicta est flexanima, atque omnium regina oratio, vt non modò inclinantem erigere, aut stantem inclinare, sed etiam aduersantem, & repugnantem, vt Imperator bonus ac fortis, capere possit.

Aduersarius, a, um, idem quod contrarius, vel commodis nostris obsistens, aduersus, ἐναντίος. Cic. *pro Cæcin.* Vis ea, quæ iuri maximè est aduersaria. Idem *pro Plancio*, Ea res in hoc iudicio aduersaria est Cnæo Plancio. Construitur autem cum datiuo, quum aduersarias substantiuum, vel genitiuum habeat, vel sine casu ponatur.

Aduersaria, orum, dicuntur tumultuariæ quædam tabulæ, quæ ante codicis

cit confectionem perscribebantur, ne memoria rerum excideret, & ex iis postea tabulæ iustæ & æternæ fierent. {Græcè ἐφημερίδες. GALL. *Berderraux, papier, brouillars, minutes.* ITAL. *Giornale, libro de ricordi.* GERM. Manual oder Handbuch. HISP. *El borrador de cuentas, o manual.*} Latini etiam Diaria vocant. Exactiores autem rationum tabulas, Codicem appellabant. Cic. *pro Quint. Roscio.* Quod si eandem vim, diligentiam, authoritatemque habent aduersaria, quam tabulæ, quid attinet codicem instituere? Doctiss. vir I. Cuiac. fatetur alicubi se rationem eius vocis ignorare.

Aduersarius. {אויב *ojeb.* ἀνταγωνιστής. GALL. *Aduersaire, partie aduerse.* ITAL. *Aduersario.* GERM. Ein widersächer der einem widerpart halt. HISP. *Contrario, que contradize.* ANGL. *An aduersare.*} ab Aduersor, pro repugno: nam Aduersarij dicuntur sibi inuicem repugnantes, ac propriè sunt, qui aduersus nos litigant in iudicio: quos alias Partem aduersam vocant. Terent. *in Phor.* Verum scientem, tacitum, causam tradere aduersariis, etiámne id lex cogit? ¶ Aduersarius etiam genere fœminino dici potest mulier, quæ aduersus nos iudicio contendit. Præterea quæuis etiam res. Cic. *Fam. 2. ad Curionem* Est enim tibi grauis aduersaria constituta, & parata incredibilis quædam expectatio.

Aduersator, qui aduersatur, ὁ ἐναντιούμενος. Vnde fit aduersatrix. Terent. *in Heaut.* Vllamne ego rem vnquam volui, quin tu in ea te mihi aduersatrix fueris, Sostrata? Apuleius *de Deo Socratis.* Quem fautorem bonis, quem aduersatorem malis tam vita ciebo? Plaut. *Most. sc. 3. a. 1.* Nunc assentatrix scelesta dudum aduersatrix erat.

Aduerse, aduerbium, ἐναντίως. Contrarie. Gell. *lib. 3. c. 16.* Ex quo libro verba hæc sunt, [illegible], id tam obscurè atque præcise, tamque aduerse dictum.

Aduersitas, Contrarietas & repugnantia. {מאיבה *eiáb.* ἐναντιότης. GALL. *Contrarieté.* ITAL. *Contrarieta.* GERM. Widerwertigkeit. HISP. *Contrariedad.* ANGL. *Ganestanding, aduersitie.*} Plin. *lib. 11. cap. 25.* Magnam aduersitatem cum stellionibus putant esse, de scorpionibus loquitur.

Aduersitores, ab Aduersum, id est, obuiam eundo. Serui sunt, qui dominum deducunt, & reducunt. οἱ ἀπαντῶντες δοῦλοι. } Terent. *in Adelph.* Neque seruulorum quisquam qui aduorsum ierant. Vbi ait Donatus propriè loquutum Terentium esse, dicendo aduersum: nam inde aduersitores dici.

‖Aduersione emitur, cùm aduersus casus ab emptore periculum suscipitur, vide *Auersione.* Lex. I C.

Aduersipedes, Antipodes. Gloss.‖

Aduerto, is, ad aliquem locum verto. {פנה *panáh* סב *sáb* הפך *haphách* הסב *hiseb.* ἐπιστρέφω. GALL. *Tourner vers quelque chose.* ITAL. *Volgersi ad alcuna parte.* GERM. Hinzu keeren. HISP. *Boluerse hazia otra cosa.* ANGL. *To tur vnto.*} Terent. *in Eun.* Illa sese interea commodùm huc aduerterat, in hanc nostram plateam. ¶ Transfertur quoque ad Animum. vt Aduertere animum, apud Terentium. Animum aduortite quæ loquar. Plaut. *Ps. sc. 2. a. 1.* Huc animum aduorte. Idem *Curc. sc. 3. a. 1.* Animum aduortito quæ volo accuratiter. Idem *Mostel. sc. 1. a. 3.* Animum omnes quæ loquar aduortite. Idem *in prolog. Amphitr.* Et id, & hoc animum aduorte. Audio. Idem *Pseud. sc. 3. a. 1.* Facere aduertis animum tuum ad animum meum. Idem *Milit. sc. 1. a. 1.* Hanc rem agite atque animum aduortite. Idem *Curcul. sc. 2. a. 5.* Hanc edictionem animum aduorteite. Idem *Pseud. sc. 2. a. 1.* & *Pseud. sc. 1. a. 1.* Iulæ me aduertite terræ, Ouid. *El. 2. lib. 1. Trist.* (i. appellite.) vel, Aduertere animo, apud Plautum, ἐφιστάναι τὴν γνώμην. {ANGL. *To tak heid, to consider.*} In qua significatione etiam absolute positum inuenitur pro animaduerto. Cic. *Attic. lib. 2.* De librariis, si me amas, diligenter aduerte. ¶ Ponitur etiam impersonaliter. Cic. *Lent.* Nam aduertebatur Pompeij familiares assentire Volcatio. Plin. quoque *epist. 16.* pro eo quod est, ad se vertere, & allicere spectatores. Multa in Euphrate sic eminent, & relucent, vt mediocriter quoque doctos aduertant, & afficiant. ¶ Aduertere in aliquem, pro animaduertere, siue punire. Tac. *lib. 2. Annal.* In P. Martium Consules extra portam Exquilinam more prisco aduertêre. ¶ Aduertere parsimoniæ. Tacit. *lib. 3.* Fecerant curam, ne Princeps antiquæ parsimoniæ durius aduerteret. hoc est, attenderet.

Aduesperascit, Vespertinum tempus aduentat, vespera fit. {הֶעֱרִיב *heherib* פנה ערב *panah Hereb.* ἑσπέρα γίνεται. GALL. *Il vient sur le soir, il se fait nuict.* ITAL. *Farsi sera.* GERM. Es wirt abendt[illegible]. HISP. *Hazerse tarde o anochecer.* ANGL. *It groweht night.*} Cic. *6. Verr.* Quum iam aduesperasceret, discessimus. Huius contrarium, Lucescit.

‖Aduexe, aduexisse. Plaut.‖

Aduigilo, as, vigilo. {שקד *scakádh.* ἀγρυπνέω. GALL. *Veiller soigneusement à quelque chose.* ITAL. *Vigilare diligentemente, dar opera à qualche cosa.* GERM. Fleissig wacker [illegible]. HISP. *Velar para hazer obra.* ANGL. *To wake to waitche.*} Cic. *de legibus,* Vt aduigiletur faciliùs ad custodiam ignis. ¶ Translatè pro alicui rei incumbo, operam do, ἐπαγρυπνέω. Terent. *in Andr.* Nam satis credo, si aduigilaueris, Ex vnis geminas mihi conficies nuptias. Cic. *de petit.* Si aduigilamus pro rei dignitate, id est, si diligentiam adhibeamus.

Aduiuo, quasi adhuc viuo, ἐπιζάω. Plin. *lib. 15. c. 18.* Eadem autem fortuito satu aduiuit in medio foro. Sic legit Hermolaus, quum alia exemplaria habeant, viuit.

Adulis, Ἄδουλις, ciuitas Æthiopiæ, quæ & Panos insula dicitur. Oppidani dicuntur Adulitæ, Ἀδουλῖται. Vide Stephanum.

Aduliton, Ἀδουλὶ Ptolemæo, oppidum est maritimum in Troglodytarum regione, siue ea Æthiopiæ parte, quæ sub Ægypto ad mare spectabat, commune Æthiopum, & Troglodytarum emporium, à seruis, qui à dominis profugerunt, conditum, vnde & nomen habet, vt indicat Plin. *lib. 6. cap. 29.* Distat à Ptolemaide quinque dierum nauigatione. A Stephano Adulis appellatur, à Ptolomæo Adulis. Hinc vicino sinui Adulitico nomen factum est, qui in mare rubrum excurrit. Ἀδουλικὸς κόλπος.

‖Adulo, adulor. Luc.‖

ADVLOR. Assentor, blandior siue voce, siue gestu, omniáque ad voluntatem loquor & ago, non ad veritatem. {החליק *hechelik.* κολακεύω, θωπεύω. GALL. *Flatter, ablandir, & faire feste comme les chiens de leur queue.* ITAL. *Adulare, lusingare.* GERM. Schmeichlen, flatteren, liebkosen. HISP. *Lisongear, o mouer la cola.* ANGL. *To flatter.*} Cic. *de Amicit.* Apertè adulantem nemo non videt, nisi admodum sit excors. Idem *2. de Diuinat.* Nec adulatus, nec admiratus sum fortunam illius. Valla *lib. 5. c. 59.* Adulari, inquit, est inseruire, & adniti vt fauorem emereamur quoquo modo, vel voce, vel gestu. Estque tractum ἀπὸ τοῦ δούλου, quod seruum significat. Est enim sanè quàm seruile, hominéque ingenuo minimè dignum. ¶ Festus ab alliciendo deductum putat, paucis literis transpositis. In qua sententia Nonius quoque fuisse videtur, quum Adulationem propriè canum blandimentum esse interpretatur, consuetudine ad homines traductum. Dicuntur enim canes adulari, quum corporis gesticulatione, & caudæ motu nobis blandiuntur. In qua significatione vsus est hoc verbo Ouid. *lib. 14. Metamorphos.*

Quinetiam blandas mouere per aëra caudas,
Nostraque adulantes comitant vestigia.

¶ Veteres etiam dicebant Adulo, actiua voce. Lucret. *lib. 5.*

Longè alio pacto gannitu vocis adulant.

Huius passiuo vsus est Cic. *lib. 1. Offic.* Cauendum est, ne assentatoribus assuefaciamus aures, néve adulari nos sinamus. ¶ Veteres etiam pro lambo & ebibo vsurparunt. Cic. *2. Tusc.* Ex Accij Prometheo, Sublime aduolans pennata cauda nostrum adulat sanguinem.

Adulatio, verbale, Assentatio, simulatio. {חלקלקות *chalaklakkáh.* κολακεία. GALL. *Flatterie, blandissement.* ITAL. *Adulatione.* GERM. Schmeichlerey, flatterey. HISP. *Lisonja.* ANGL. *Flatteryng.*} Cic. *in Lal.* Nullam in amicitiis pestem esse maiorem, quàm adulationem, blanditias, assentationem. Idem *2. de Natur. deor.* Canum verò tam fida custodia, tamque amans dominorum adulatio. Plin. *lib. 10. c. 54.* Adulatio est ostentatio sui & θεραπεία. Cæs. *lib. 1. de bell. ciuil.*

Adulator, Assentator, homo fallax, leuis, omnia ad voluntatem loquens. {מחליק *machalik.* κόλαξ. GALL. *Flatteur, amadoüeur.* ITAL. *Adulatore.* GERM. Ein schmeichler, ein flatterer. HISP. *Lisonjero.* ANGL. *A flatterer.*} ¶ Autor ad Her. Nolo esse laudator, ne videar adulator. Est igitur adulatori contrarius verus amicus: nempe qui nihil simulat apud eum quem amat, sed liberè ex animo facit ac dicit omnia: adulatur verò, qui ad alterius non modò sensum, sed etiam vultum atque nutum conuertitur. ¶ Hinc Phocionis ad Antipatrum Adagium, οὐ δύνασαί μοι καὶ φίλῳ χρῆσθαι καὶ κόλακι, Non potes me simul & amico vti & adulatore.

‖Adulatorculus, paruus adulator. Gloss.‖

Adulatrix, quæ adulari solet, κόλακις. Trebellius *Pollio in Claudio,* Adulator igitur Senatus, adulator P. R. adulatrices exteræ gentes.

Adulatorius, adiectiuum, κολακευτικός. Tacit. *lib. 5.* Vitellius formidine C. Cæsaris, familiaritate Claudij turpe in seruitium mutatus, exemplar apud posteros adulatorij dedecoris habetur.

Adulter, {נאף *noéph.* μοιχός. GALL. *Adultere, celuy ou celle qui viole son mariage.* ITAL. *Adultero, o adultera.* GERM. Ein Ehbrecher oder Ehbrecherin. HISP. *Adultero de casada, o adultera muger casada.* ANGL. *An adulterer.*} Cic. *in Salust.* Tu omnium mensarum assecla, omnium cubiculorum in ætate pellex, & idem postea adulter. Componi videntur ex Ad & alter, seu altera: quòd ille ad alteram, & hæc ad alterum se conferat. ¶ Adultera, Ouid. *El. 1 lib. 2. Trist.*

Ilias ipsa quid est nisi turpis adultera?

Adulterio, onis, pro Adultero, & adulteritas, atis, dicta à Laberio testatur Gell. *c. 7. lib. 16.* Item Nonius.

Adulterium, {נאפוף *niuph.* μοιχεία. GALL. *Adultere.* ITAL. *Adulterio.* GERM. Ehbruch. HISP. *Adulterio de Casados.* ANGL. *Adulterie.*} Quod propriè cum nupta committitur, vt Valla scribit *lib. 6.* Cic. *3. de Orat.* Qualem existimas eum, qui in adulterio deprehensus sit? tardum. Quintil. *lib. 7. cap. 4.* Non commisi adulterium. Ouid. *El. 1. lib. 2. Trist.*

Arguor obsceni doctor adulterij.

Ibid.

In quibus ipse suum fassus adulterium.
Scenica vidistis adulteria.

¶ Transfertur aliquando ad alia: vt, Adulteria naturæ, pro operibus non verè naturalibus. Adulteria mercis, pro fraude. Adulteria arborum, pro insitionibus, apud Plin.

ADVLTERO, as, adulterium committo, cubile alterius ineo, {נאף *naáph.* μοιχεύω. GALL. *Commettre adultere.* ITAL. *Commetter adulterio.* GERM. Die Eh brechen. HISP. *Ayuntarse con muger agena, adulterar los casados.* ANGL. *To commit adulterie.*} Gell. *lib. 10. c. 23.* in adulterio vxorem si deprehendisses, sine iudicio impunè necares: illa te, si adulterares, non auderet digito contingere. ¶ Est etiam adulterare, arte aliqua quippiam pro vero assimilare, atque ita rem synceram corrumpere. κιβδηλεύειν. Plin. *lib. 12. c. 7.* Piper longum facillimè adulteratur Alexandrino sinapi. Inde etiam Adulterare iudicium, Adulterare tabulas, &c. apud Cic. Apud Iurisconsultum monetam adulterare. Adulterare matronas, Suet. *in Aug. c. 67.* Ouid. *1. Fast.*

Ille suam faciem transformis adulterat arte.

Adulterator, Adulteratores monetæ, *D. lib. 49. tit. 19. l. 16.*

ADVLTEROR, aris, deponens. Cic. *1. de Offic.* Latrocinari, fraudare, adulterari, turpe est. ¶ Item passiuè, pro per adulterium cognosci. Horat. *Epod. 16.*

Mirus amor, iuuet vt tigres subsidere ceruis.

Adulteretur & columba miluo, hoc est, à miluio per adulterium ineatur.

Adulteror, aris, passiuè, μοιχεύομαι. Horat. *Epod. 17.* Vide hic superà.

Adulteratus, a, um, quod alienæ rei commistione corruptum est: vt, Adulteratum gummi, κιβδηλευθέν. Plin. *lib. 19. cap. 5.* Huic opponitur Syncerum. ¶ Adulterata mulier, id est, adulterio stuprata. Sueton. *in Cæsare cap. 48.*

Adulterinus, a, um, ex adultero procreatus, spurius, nothus. {ממזר *mamizer.* μοιχίδιος, νόθος. GALL. *Faux, contrefait, bastard.* ITAL. *Bastardo.* GERM. Ein Bastart, vneheliche. HISP. *Falso, bastardo, contrahecho.*

ANGL.

ANGL. *A bastard.*} Plin. *lib.* 10. *cap.* 3. *de aquila pullo*, Si conniuentem flentemque animaduertit, præcipitat e nido, velut adulterinum & degenerem. Vnde per metaphoram, Adulterina ligna, dicuntur, quæ sunt falsis, assimilatisque annulis facta. Cic. *pro Cluent.* Testamentum in alias tabulas transcriptum, signis adulterinis obsignauit. Sic, Adulterinæ literæ, & Adulterinæ claues, quæ pro veris substituuntur. Item, Nummus adulterinus, apud Cic. 2. *Offic.* Adulterina & barbara verba. Gell. *cap.* 2. *lib.* 8.

Adultus, vide *Adoleo.*

ADVMBRO, as, vmbram adhibeo, siue vmbram tegendo facio. {צלל *hetsél.* [illegible] GALL. *Couurir pour faire ombre, faire les premiers traits de quelque chose.* ITAL. *Abbozare, ritrare.* GERM. Schatten machen Entwerffen. HISP. *Hazer sombra, traçar ò dibuxar, rayando, traçando.* ANGL. *To shadow.*} Colum. *lib.* 5. *c.* 5. Sub ortu caniculæ pallineis tegetibus vineas adumbrabat. Idem *lib.* 12. ¶ Adumbrare etiam est lineari pictura vmbratilique aliquid fingere & simulare. Quintil. *lib.* 7. *cap.* 11. Quis pictor omnia quæ in rerum natura sunt, adumbrare didicit? Cic. 3. *Tusc.* Est enim gloria, solida quædam res, & expressa, non adumbrata, id est, non leuiter, sed expressa, id est, scalpta. ¶ Adumbrare & Exprimere, contraria. Cic. *pro Cæl.* Permulta maximarum non expressa, sed adumbrata virtutum. ¶ Adumbrare pro imitari. Cic. 3. *de Orat.* Idipsum sumus in eorum sermone adumbrare conati. Idem 2. *de Orat.* Qui non heroum veteres casus fictósque luctus vellem imitari atque adumbrare, dicendo, &c.

Adumbratio, verbale [illegible]. Cic. *de perf. Orat.* Nulla est enim vllo in genere laus oratoris, cuius in nostris orationibus non sit aliqua, si non perfectio, at conatus tamen, & adumbratio.

Adumbratim, aduerbium, subobscurè, non apertè. Lucret. *lib.* 4.

Non tamen vt coram quæ sunt, verè que rotunda,
Sed quasi adumbratim paulum simulata videntur.

Adunco, as, ab Vncus, significat curuo, [illegible].

Aduncus, curuus, tortuosus, reflexus. {כפוף *chaphúph.* [illegible] GALL. *Tortu & crochu contre bas, recoquillé, courbé.* ITAL. *Piegato.* GERM. Krumb oder das ein haaken hat. HISP. *Cosa corua y retoruada.* ANGL. *Hooked, crooked.*} Cic. *pro Cluent.* Serrula adunca ex omni parte dentium, & tortuosa. Idem 1. *de Nat. deorum.* Corpuscula curuata, & quasi adunca. Ouid. 6. *Fast.*

Tunc oritur magni præpes adunca Iouis.

Aduncitas, ipsa (vt sic dicam) incuruitas, [illegible], vt Aduncitas rostri, Plin. *lib.* 8. *c.* 17.

Ad vnguem, perfectè, absolutè. {מאד מאד *meódh meódh.* [illegible] GALL. *Exquisitement, auec toute diligence.* ITAL. *A punto.* GERM. Biß einem nägeln/gantz fleissig. HISP. *Derecha y ygualmente.* ANGL. *Perfectlie.*} Translatio sumpta à marmorariis, qui iuncturas marmorum tunc absolutas existimat, quum vnguis superductus nihil offendit: vel quum iuncturæ ita exactæ sunt, vt seueros (sicut ait Persius) excudant vngues: siue ab iis qui magna diligentia magnóque iudicio aliquid agentes, inter cogitandum vngues mordere solent. Horat. *lib.* 1. *Serm.*

——*Factus ad vnguem Factus homo:*

hoc est, omni parte perfectus.

Adunicatæ, [illegible], populi in Gallia Narbonensi commemorantur à Plin. *lib.* 3. *cap.* 4.

ADVNO, Congrego. {יחד *jachádh.* [illegible] GALL. *Vnir, assembler en vn.* ITAL. *Adunare.* GERM. Vereinigen eins machen. HISP. *Ayuntar diuersas cosas en vno.* ANGL. *To make one, to gather to gether.*} Plin. *lib.* 19. *c.* 1. Vulsum fascibus in aceruo adunatum video.

Adunati, simul congregati.

Adunatio, [illegible]. Diomedes Grammat. *lib.* 1. Sin autem longus sermo effectus, adunationis causa recipitur futurum.

Ad vnum. {גם אחד *gam echádh.* [illegible] GALL. *Tous.* ITAL. *Tutti.* GERM. Bey einem/daß ist/Alle. HISP. *Todos.* ANGL. *All vnto one.*} aduerbialiter sumptum, significat Omnes, nullo excepto. Curt. Omnes ad vnum periere.

ADVOCO, as, Ad me voco, accerso, in auxilium voco. {קרא *kará.* [illegible] GALL. *Appeller à soy.* ITAL. *Chiamare à se.* GERM. Zuher berüffen. HISP. *Llamar para alguna cosa.* ANGL. *To call vpon for to come.*} Cic. *pro Quint.* Viros bonos complures aduocat. Vnde pro consiliorum auxiliive causa amicos accersere, ponitur. Terent. *in Phorm.* Amicos aduocabo, ad hanc rem qui adsint. Propriè hoc verbum ad ius pertinet, & significat homines vel patrocinij, vel testimonij, vel consilij causa conuocare. Hinc Asconius *Verr.* 1. Aduocatum in iudicio dicit eum esse, qui vel ius suggerit, vel præsentiam suam amico commodat. Etenim moris erat in iudiciis tum priuatis, tum publicis, amicos omnes aduocare, quorum autoritate iudices mouerentur. Aduocari ad defendendas causas. Fab. Aduocari alicui, pro aduocatum esse. Idem, Aduocare arma in gladiatorio certamine. Idem. Hunc aduocare mihi volo (i. esse in consilio.) Plaut. *sc.* 7. *a.* 4. Vtilitas ei oratorem aduocabit. i. dabit patronum. Fab. Aduocabit. i. dabit patronum. Idem, Aduocanda tibi maior virtus. Senec. *c.* 15. *de consol. ad Elb.* Aduocare pro Allicere, Plin. *lib.* 2. *epist. vlt.* Qui aduocet magis quàm distringat. hoc est, qui delectet magis quàm occupet. Alij tamen legunt aduocet: & interpretantur, à curis vrbanis remoueat.

Aduocata. Senec. *cap.* 9. *de tranq.* Aduocata frugalitatis paupertas se in diuitias conuertet.

Aduocati, dicuntur, qui alteri adsunt in causa. {[illegible] GALL. *Aduocats.* ITAL. *Aduocati.* GERM. Beystender oder redner/Aduocaten/Fürsprecher. HISP. *Abogados para acusar ò defender.* ANGL. *Aduocates.*} Plaut. *in Cas.* Stultus contriui diem, Dum adsto aduocatus cuidam cognato meo: Quem hercle litem adeò perdidisse gaudeo, Ne me nequicquam sibi hodie aduocauerit. Non equidem te aduocatum mihi adduxi pater, sed viro Aduocatus mihi adsis. Idem *Amphitr.* Gell. *cap.* 5. *lib.* 15. Barbatulus ex Aduocatorum turba Aduocatus est qui adest reo. Fab. Quibus aduocamur, id est, quibus aduocati sumus. Aduocatos minores interrogare. Idem, Aduocatus litium. (causidicus.) Fab. Quint. ¶ Inter aduocatum & patronum hoc interesse Valla existimat, quòd Aduocatus non tantum significet eum, qui alterius causam agit (quem propriè Patronum dicimus,) verùm etiam quicunque adest alteri in causa officij gratia, Aduocatus appellatur, etiamsi nihil dicat, neque agat, sed tantum paratus sit defendere. Patronus propriè, qui agit causam, sed accusati, non accusantis. Cic. *Trebat. Epist. lib.* 7. Quod si scribere oblitus es, minùs multi iam te aduocato causa cadent.

[Aduocatia, negotij publici procuratio, à superiori mandata. Item tutela, & defensio alicuius collegij. Lex. I C.]

Aduocatio, consultatio. {[illegible] GERM. Ein beystand am rechten.} Amicorum in alicuius causa congregatio. Cic. *pro Quintio.* Nihil tam copiosa aduocatione vteret, si vtendum esset, id est, non tam multos amicos aduocaret, aut congregaret. Idem *pro Sext.* Scio, quid grauitas vestra, quid hæc aduocatio postulet. ¶ Interdum significat id quod vulgò Consultationem vocant, propterea quod amicis conuocatis de causa sua consilium quisque capere solebat. Idem *in Epist. fam. ad Treb.* In re militari multo es cautior, quàm in aduocationibus. Idem 3. *Verr.* Quò sæpenumero senatus conuocatur, quo maximarum rerum quotidie aduocationes fiunt. Bud. Aduocationem suscipere, est aduocati officio fungi. Vlpian. *de Off. Procons. D. lib.* 1. *tit.* 9. Si quis tam impotenter se gerat, vt omnes metuant aduersus eum aduocationem suscipere. Senec. *c.* 10. *de consol. ad Mar.* Nimis magnam aduocationem dedi. In aduocationem ducetur causa orator. ¶ Aduocatio pro turba aduocatorum. Liu. 3. *ab Vrb.* Cum ingenti aduocatione in forum deducit. Senec. *cap.* 3. *de Tranquill.* Silentium indictum est tacita aduocatione ciues iuuet.

Aduocamentum, [illegible], aduocatio, vel remedium. Plin. *epist.* 5. *lib.* 8.

Aduocito, sæpe aduoco. Lucill. *lib.* 29. Amicos hodie cum improbo Lucillio Audiuimus aduocitasse.

ADVOLO, as, ad aliquem locum volo. {עוף *hūph.* [illegible] GALL. *Voler à, ou vers quelque chose, s'y transporter en diligence.* ITAL. *Volar ad alcuna parte.* GERM. Zuhin fliegen. HISP. *Volar ò correr hazia alguna cosa.* ANGL. *To flee to any thing.*} & construitur cum accusatiuo, præposito Ad, vel In, & aliquando datiuo. Plin. At in agrum Volaterranum palumbium vis è mari quotannis aduolat. Idem *lib.* 19. *c.* 40. Platea nominatur aduolans ad eas, quæ se in mari mergunt. ¶ Aduolare translatum ad homines. Cic. *ad Brutum lib.* 10. Quamobrem aduola obsecro. Idem *ad Cassium lib.* 15. Sed insulam Britanniam corpero cogitare, eius [illegible] mihi aduolabit ad pectus.

Aduolatus, us, Actus aduolandi. [illegible]. Cic. 2. *Tusc.* Tristi aduolatu aduncis lacerans vnguibus.

ADVOLVO, [illegible]. Quasi voluendo adduco. Virg. 3. *Georg.*

——*congestaque robora totas*
Aduoluere focis vlmos, ignique dedere.

Aduolutus genibus, Liuius, [illegible].

[Aduorsitores pueri: qui heris obuiam eunt, ab aduorsus, pro aduersus, è regione. Gl. Aduores [illegible].

ADVORSOR, [illegible], pro Aduersor, & Aduersorem, pro Aduersarium veteres dixerunt, teste Festo. Sic Aduorsum, & Aduorto, pro Aduersum & Auerto.

Aduorsum fuas, aduersus sis, aduerseris. Liu. Andronicus *Hermione*: Obsecro te Anticile, matri ne quid aduersus fuas.

Aduoses, vel Aduores, [illegible], aduersarij. Fest. Gloss.

Ad votum, Ex sententia, ad voluntatem. {[illegible] GALL. *A ton selon son souhait.* ITAL. *A sua voglia, secundo il suo desiderio.* GERM. Nach dem wunsch/nach der begird. HISP. *Segun su voto, ò desseo.* ANGL. *Efter my wishe.*} Quint. Habésne vxorem ex animi tui sententia? Et alibi, Ad votum omne fluente fortuna lasciuit otium.

Adurgeo, es, ere, vehementer vrgeo, [illegible]. Celsus, Is quoniam natus est dens in locum prioris, quotidie digito adurgendus est.

ADVRO, idem est quod simplex Vro. {יקד *jakádh* שרף *sechará ph* כוה *chauáh* חרך *charách.* [illegible] GALL. *Brusler, hauir, haster.* ITAL. *Abrusciare.* GERM. Zuß brennen/besengen. HISP. *Mucho quemar.* ANGL. *To burne.*} Cic. 1. *Offic.* Quid enim censemus superiorem illum Dionysium, quo cruciatu timoris angi solitum, qui cultros metuens tonsorios, candenti carbone sibi adurebat capillum? Plin. adusta nauibus dixit.

Adustio, onis, verbale. {שרפה *serephah* מכוה *miechuáh.* [illegible]} Plin. *lib.* 14. *c.* 24. Vitia præter suprà dicta, achor, aut fumidum virus: picis autem, adustio.

Adusque, id est, Vsque ad. {עד *hádh.* [illegible] GALL. *Iusques à.* ITAL. *Fin' à.* GERM. Biß dahin. HISP. *Hasta à.* ANGL. *Euen vnto.*} Virgil. 11. *Æneid.*

Atrides Protheï Menelaus adusque columnas Exulat.

Ouid. 3. *Fast.*

Seu quod adusque decem numero crescente venitur.

Idem *Eleg.* 4. *lib.* 5.

——*Adusque nimosum*, &c.

Gell. *lib.* 15. *cap.* 2. Præterea vini libidine adusque ludibria ebriosus. Vide suprà.

Adynamum, [illegible], vini factitij genus, quod fiebat ex musto albo, dimidia parte aquæ addita, quod admotum igni decoquebatur, donec aquæ mensura extabesceret. Vide Plin. *lib.* 14. *c.* 16. Dictum Adynamum, [illegible], propterea quòd esset imbecille & sine viribus, ideóque ægris dabatur, quibus vini noxam metuebant.

Adyrmachidæ, [illegible], populi sunt interioris Libyæ, ab ea parte qua Ægyptum spectat. De horum moribus memoriæ proditum est, vxores in vtroque crure armillam æream gestare. Vtrumque autem sexum ex æquo comatum esse, quo fit, vt plurimos alant pedunculos: quos vbi ceperint, præmorsos abiiciunt. Virgines viro maturæ ad regem conueniunt: ex quibus ille vnam deligit, quam vbi vitiarit, statim dimittit. Vide Cæl. Rhod.

Adytum, {ἄδυτον. ANGL. *The chauncell or secret place of a churche.*} Locus est secretior templi, ad quem nulli est aditus, nisi sacerdoti: ab a priuatiuo & δύω, ingredior, quasi inaccessibile. Virg. 2. *Æneid.*

Isque adytis hæc tristia dicta reportat.

Ouid. 4. *Fast.*

Ex

Et si est aduersis dura locuta fuit.

Vide Cæs. *lib. 3. de bello ciuili, sub finem.*

A E

Æ, diphthongus, communis error per multa secula, & malè scribitur, dum ex duobus corporibus fit vnum æ, aut signatur ę caudatum pro æ, & malè pronunciatur, dum solum e sentitur in prolatione. Scribi debent seiunctim hæc duo elementa, & vtrumque proferendo audiri.

ÆA, Αἶα. Ciuitas est Colchidis, Æetæ regis opus (vt scribit Stephan.) quam Hippos & Cyanus fluuij e diuersis locis in Phasim influentes, peninsulam efficiunt. Fabulantur Poetæ Æan nomen accepisse à puella eiusdem nominis, quæ quum Phasidis amnis vim effugere non posset, miseratione deorum in peninsulam est conuersa, quam etiam nunc, vt veterem illum amorem adhuc post agnoscere, magna sui parte ambit, & veluti amplectatur Phasis. De hac Plin. *lib. 6. c. 4.*

Ææa. Αἰαία, Circe dicta, ab aspernantium voce, propter celebratas illic corporum mutationes: placet Seruio in illud Virg. 3. *Æneid.*

———Ææáque insula Circes.

Verisimilius tamen est Ææam dictam ab Æa Colchorum ciuitate, quemadmodum & Cytæis & Cytæa dicta est ἀπὸ Κυτῶν, a Cyta eiusdem regionis oppido. Quod etiam ab Apollonij interpretibus annotatum est.

Ææus, αἰαῖος. Denominatiuum est ab Æa Colchidis peninsula & vrbe eiusdem nominis, in qua nata creditur Circe Solis filia. Vnde peculiari epitheto Ææa appellatur. Virg. 3. *Æneid.*

Infernique lacus Ææáque insula Circes.

Ææe, siue Ææa, αἰαία, insula fuit in mari Tyrrheno: non modico olim freto ab Italia diremptam, hodie continens, ita tamen vt paludibus circumquaque cincta insulæ speciem præ se ferat. In hac Homerus Circes sedem collocauit, sic scribens *lib. 10. Odyss.*

Αἰαίην δ' ἐς νῆσον ἀφικόμεθ' ἔνθα δ' ἔναιε

Κίρκη ἐϋπλόκαμος, &c.

Huius meminit & Virg. *lib. 3. Æneid.*

Infernique lacus, Ææáque insula Circes.

Tametsi Seruius ibi tres diphthongos videtur agnoscere, vt sit Ææææ Circes. Latini quoque locum hunc à Circes domicilio Circæum, vel Circæos appellant: ibidemque antiqui Latij terminum constituunt. Vide Plin. *lib. 2. cap. 85. & lib. 3. cap. 5.*

Æăcus, Αἰακός, Iouis filius ex Ægina filia Asopi, qui primus insulam, in qua regnauit, Æginam matris suæ nomine appellauit, quum antea Œnone diceretur, (vt Plinius, Strabo, & Stephan. tradiderunt) aut certè Œnopia, vt apud Nasonem legitur *lib. 7. Met.* Œnopiam veteres appellauère, sed ipse Æacus Æginam genitricis nomine dixit. Hunc tantæ iustitiæ fuisse dicunt, vt apud inferos animarum creditus fuerit à Plutone delectus index, cum Minoë, & Rhadamantho, & peccantium peccata discutere, & pro meritis pœnas inferre. Ouid. *in Ibin,*

——— tuáque

Æacus in pœnas ingeniosus erit.

Æacus huic pater est, qui iura silentibus illic

Reddit. Æacum summus, proléinque fatetur

Iuppiter esse suam. Idem 13. *Metam.*

Æăcĭdēs, Αἰακίδης Suidæ, Patronymicum masculinum, quo significatur filius, vel nepos, vel aliquis ex posteris Æaci. Virg. 1. *Æneid.*

Sæuus vbi Æacidæ telo iacet Hector.

hoc est, telo Achillis, Æaci ex Peleo nepotis. Ouid. 13. *Met.*

Inseris Æacidis aliena nomina gentis.

¶ Æacides item Pyrrhus, Æaci ex Achille pronepos. Virgil. 3. *Æneid.*

Coniugio Æacidæ Pyrrhi sceptrisque potitum.

¶ Pyrrhus item Epirotarum rex ab Æaco trahens originem, Æacides dictus. Virg. 6. *Æneid.*

Eruet ille Argos, Agamemnoniásque Mycenas,

Ipsúmque Æaciden, genus armipotentis Achilli.

Æăcĭdēĭus, a, um, adiectiuum sex syllabarum. Ouid. 7. *Met.*

Œnopiam Minos petit Æacideïa regna.

Æăcĭdīnus, a, um, ab Æaco Achillis patre. Plaut. *in Asinar.* Siquidem hercle Æacidinis minis animisque expletus incedit: iratus si me tetigerit, iratus vapulabit. Non hæc prouerbij specie dictum fuit, pro atrocibus & superbissimis minis.

Æamēne, Αἰαμήνη, regio est Nabathæorum, apud Stephanum.

Æane, Αἰανή, Macedoniæ oppidum, dictum ab Æano Helymi filio, qui eò coloniam deduxit.

Æanæus, Αἰαναῖος, nomen gentile. Vide Steph.

Æanitis, Αἰανῖτις, regio Nabathæorum.

Æanites, Αἰανίτης Gentile.

Æantium, Αἰάντειον Ptolemæo, oppidum Troadis, à Rhodiis conditum eodem in loco, in quo sepultus est Aiax, & vbi classis suæ habuerat stationem, vnde & nomen habet. Nam quem nos Aiacem, Græci Αἴαντα vocant. Vide Plin. *lib. 5. c. 30.* ¶ Est & nomen promontorij in Magnesia, ad sinum Pelasgicum: de quo idem Plin. *lib. 4. c. 9.*

Æas, antis, Αἴας, fluuius qui ex Candauis Macedoniæ montibus ortum ducit, & non procul ab Apollonia Taulantiorum vrbe, in mare Ionium illabitur. Lucanus *lib. 5.* Parua in occasum, parui sed gurgitis Æas, Ionio fluit inde mari. Meminit huius fluuij etiam Plin. *lib. 3. cap. 23.*

Æbudæ, insulæ quinque Britanniæ, Stephanus. Vide *Hebudes.*

Æbura, oppidum Hispaniæ, Steph. Vide *Ebura.*

Æca, Αἴκα, Marsorum ciuitas, à qua Æcani populi, Αἰκανοί, quorum meminit Plin. *lib. 3. c. 11.*

Æcalum, oppidum Italiæ. Steph.

Æclus, Αἶκλος, Nobilis Atheniensis, qui Eretriam Eubœam ciuitatem coloniam duxit. Strabo *lib. 10.* Post res vero Troianas Æclus & Cothus, ex Athenis profecti colonias duxerunt: ille quidem Eretriam, Cothus verò Calcidem.

Ædepsus, Αἴδηψος Steph. Oppidum fuit Eubœæ insulæ, cuius meminit Plin. *lib. 4. cap. 12.*

Ædĕpol, νὴ τὸν Πολυδεύκην. Aduerbium iurandi, quod est quasi per ædem Pollucis. Item Pol, & perpol, quæ idem significant. Perpol, quàm pauci, apud Terent. *in Andr.* per tmesin dictum puto, pro, Pol perquàm pauci. Ergo Ædepol me emittat manu, *sc. 7 a.* Ædepol profectò. Plaut. *Pseud. sc. 3. a. 1. & Men. sc. 5. a. 5.* Quidem ædepol. *ibid. sc. 2. a. 3. & sc. 3. a. 4.* Ædepol equidem. *Amph.* Certè, Ædepol, equidem. Idem *Aul. sc. 4. a. 1.* Ædepol næ ego. Ædpol dissyllabum hic est. Idem *Curc. sc. 1. a. 3.* Ædepol here næ aduenis tempori, idem *Men. sc. 7. a. 5.* Erat autem Ædepol, teste Gell. *lib. 11. cap. 6.* iuramentum tam viris, quàm mulieribus commune. Per Herculem autem mulieres nunquam iurabant, neque viri per Castorem.

Ædēs, tam in singulari, quàm in plurali numero, pro templo vel sacrario, sed ferè semper cum adiectione, vt Ædes sacra, vel Ædes sacræ. Ædes Iouis, Ædes deorum, Ædes pacis & huiusmodi. {היכל *hechal.* ναός, ἱερόν. GALL. *Temple.* ITAL. *Il tempio, la chiesa.* GERM. Ein tempel. Kirchen. HISP. *Templo.* ANGL. *A temple or church.*} Cic. 2. *Verr.* Ædes Mineruæ in fano Apollinis. Idem 1. *Philipp.* Ex eo die, quo in Ædem Telluris conuocati sumus. Ouid. 13. *Met.*

——— Sacráque eripere æde Deam,

de Palladio. Idem 1. *Epist. Didus,* pro sepulchro posuit, quum ait, Est mihi marmorea sacratus in æde Sichæus. Nam & sepulchra, vt scribunt Iurisconsulti *de sepulchr. & relig.* inter loca sacra habentur. Gell. *c. 7. lib. 14.* Non omnes ædes sacras templa esse. Pro ædificio profano, vix aliter quàm plurali numero vtimur. Idem *c. 4. lib. 14.* Non fuisse in æde sua. 1. In ædibus meretricis. Vide exempla infrà in *Ædes.* {οἰκία, οἰκία. GALL. *Maison.* ITAL. & HISP. *Casa.* ANGL. *A house.*} Cic. 2. *Verr.* Quæ vidi egomet apud illum in ædibus. Idem *de Clar. Orator.* Ex testudine quadam exit in ædes. ¶ Singulari numero posuit Curtius *de gest. Alexandri.* Excubabant principum liberi seruatis noctium vicibus, proximi foribus ædis, in qua Rex acquiescebat. Vbi Ædem pro cubiculo dixisse videtur. Idem alibi eodem in numero pro cœnaculo posuit, quum ait, Stabat ad fores ædis eius, in qua Rex vescebatur. ¶ Tantæ curæ nobis debent esse ædes nostræ, vt his neglectis alia minimè curanda sint. Hinc locus Adagio, Ædibus in nostris quæ praua aut recta geruntur. Ὅττι τοι ἐν μεγάροισι κακόν τ' ἀγαθόν τε τέτυκται. Scribit Gellius hunc Homeri ex Odyss. versiculum vice prouerbij semper in ore Socrati fuisse. Diocles adscribit Diogeni, vt refert Laertius. Quo versu admonemur vt ea potissimum, quæ ad nosipsos pertinent, curemus: externa atque aliena ne inquiramus. ¶ Dicitur autem Ædes, (vt scribit Seruius) ab Edo, quod in ea sacrificantes edere consueuerint. Nam quædam sunt nomina, quæ initio diphthongum recipiunt, quamuis à verbo monophthongo deriuentur, vt Ædes, Æsculus. Var. *lib. 4. de lingua Lat.* ab aditu fieri putat, quòd scilicet plano pede adibant: vnde etiam prima syllaba diphthongum accepit. Festus, Ædes quod in edito poni soleret. Alij Ædem dici existimant, quòd in ea æuum degatur, quod Græcè αἰὼν vocatur. ¶ Ædis, in nominatiuo singulari. Plaut. *Most. sc. 1. a. 1.* Omnia periere & ædis & ager. Liu. *lib. 2. d. 5.* Plaut. *Most. sc. 2. a. 2.* Tetigistin' has ædes? i. fores, Quando ædes pultabit senex. i. fores. *Ibid. sc. 1. a. 2.* ædes plenas conuiuarum & mulierum. *Ibid.* Ædes fac occlusæ fient. *Ibid.* Vsus ædium nequior factus ædes ruunt. Idem *Mostell. sc. 1. 1.* Ædes hiscunt. Idem *Pseud. sc. 1. a. 4.* Occlusit ædes. Idem *Men. sc. 3. a. 4.* Ponè ædem Castoris. Idem *Cur. sc. 1. a. 4.* Vides vt aperiunt ædes festiuissimè. *Ibid. sc. 1. a. 1.* Ædes mihi arridebant tuæ. Idem *Asin. sc. 3. a. 1.* Quid intus seruem? Anne qui ædes auferat? Idem *Aul. sc. 2. a. 1.* fac niteant ædes. Idem *Pseud. sc. 1. a. 1.* Capitalis ædes est facta. Idem *Mostell. sc. 3. a. 2.* Nemo in ædibus seruat. *Ibid. sc. 2. a. 2.* Illa est hic intus in ædibus. Idem *Mil. sc. 6. a. 2.* Quid tibi hic ante ædes clamatio est? Idem *Most. sc. 1. a. 1.* In hasce ædes nemo pedes intrò tulit. Idem *Men. sc. 2. a. 2. & sc. 2. a. 5.* Non video mihi habitare posse ædes meas. Idem *Asin. sc. 3. a. 2.* Ille homo ædes compilauit. *Ibid. sc. 2. a. 2.* Ædes non patent. *Ibid. sc. 3. a. 3.* Ædes aperiuntur. Item occluserunt ædes. Idem *Amphit.* Vænibunt serui, fundi, ædes, omnia. Idem *Men. sc. vlt. a. 5.* Tuáne causa me ædes incensurum putas? (de ignis magnitudine.) *Ibid. sc. 1. a. 5.* Nos nostras ædes comburere postulas. (de asseribus.) Idem *Aul. sc. 3. a. 2.* Intra ædes huius vbi habitat penetraui pedem. Idem *Men. sc. 2. a. 5.* Ædes dixit esse septimas à portu. Idem *Pseud. sc. 2. a. 2.* Ædificabuntur ædes totæ denuo. Idem *Most. sc. 2. a. 1.* fac niteant ædes. Idem *Pseud. sc. 1. a. 1. &c.* Varro *de vita pop. Roman. lib. 1.* Hæc ædis quæ nunc est, multis annis pòst facta sit, &c. Hoc etiam ex diminuti formatione videtur consequi, vt Ædis, in recto dicamus, non Ædes. Nam vt Apicula fit à nominatiuo Apis, videtur analogiæ ratio exigere, vt Ædicula fit ab Ædis. Nam ab eo quod est Ædes, potiùs fieret diminutiuum Ædecula, vt à Vulpes, Vulpecula. Veruntamen vt e in compositione sæpè mutatur in i, vt Rego corrigo, Lego colligo: sic potuit & deriuatorum formatione.

Ædĭcula, parua domus. pro quo potiùs vsurpatur pluralis, Ædiculæ. {לשכה *lischcah* תא *ta.* οἰκίδιον. GALL. *Maisonnette, logette.* ITAL. *Picciol casa.* GERM. Heüßlin/kämmerlin/oder ein capell. HISP. *Casa pequeña.* ANGL. *A litle house.*} Aliquando pro cellula in ædibus. Plautus *in Epid.* In Ædiculam seorsum istæc eat, iube. ¶ Aliquando pro sacello, quod est ædis sacræ appendix. Liuius, Iisdem diebus ædiculam Victoriæ virginis, prope ædem Concordiæ M. Portius dedicauit. ¶ Aliquando pro loculamento simulacri. Plin. *lib. 36. de Venere Gnidia,* Ædicula eius tota aperitur, vt conspici possit vndique effigies deæ.

[Ædifex, cis, ædificator. Tertull.]

Ædĭfĭco, ædes construo, propriè. {בנה *banah.* οἰκοδομῶ. GALL. *Edifier, bastir, maisonner.* ITAL. *Edificare, fabricare.* GERM. Bawen. HISP. *Edificar.* ANGL. *To builde.*} Nam ab æde, vel ædibus faciendis dictum est. Plaut. *Mostell. sc. 2. a. 1.* Ædificantur ædes totæ denuo. Et ita fere absolutè ponitur sine casu. Cic. *ad Quint. Frat.* Tribus locis ædifico, reliqua reconcinno. Horat. 1. *Epist.*

Diruit, ædificat, mutat quadrata rotundis.

Mart. *in Gellium,*

Poscenti nummos vt dicere possit amico

Hoc vnum verbum Gellius, Ædifico.

¶ Interdum ponitur pro construo, extruo, efficio: & non solùm de ædibus, sed aliis etiam rebus dicitur, & cum accusatiuum semper adiunctum

ctum habet. Cæſ. *lib.2. de bell. ciu.* Ædificare locum. Cic. *pro lege Manilia*, Qui quum maximas ædificaſſet, & ornaſſetque claſſes. Idem *pro Sylla*, Ad illius pœnam carcer ædificatus eſt. Idem 1. *Offic.* Vrbes ſine hominum cœtu, nec ædificari potuiſſent, nec frequentari. Idem, Qui quum ædificaſſet in Palatio domum plenam dignitatis. Quo in exemplo accuſatiuus *Domum*, additus facilè indicat, Ædificare, ſimpliciter ibi accipi pro ſtruere: nam aliqui redundaret. Vt & apud Græcos illa ſunt vſitatiſſima. οἰκοδομεῖν οἶκον, οἰκοδομεῖν οἶκον. Cic. 1. *de Natura deorum.* Quibus enim oculis animi intueri potuit veſter Plato Fabricam illam tanti operis, qua conſtrui à Deo, atque ædificari mundum facit? Huius compoſita ſunt Coædifico, Exædifico, Inædifico, Reædifico, quorum ſignificata vide ſuis locis.

Ædificatio, ipſe ædificandi actus. {בנין binjàh. οἰκοδομία. GALL. Baſtiment, edificement. ITAL. Edificio, fabrica. GERM. Ein bawwerbawung. HISP. Obra de edificar. ANGL. Building.} Cic. *ad Att.* Ædificatio non mouet. Plaut. *Aul. ſc.2.a.2.* Non placet mihi illa ædificatio, quia columnam fundamento ſuffulcit ſuo. Specimen cernitur quo euenat ædificatio. (Metaphor.) Idem *Moſt. ſc.2.a.5.*

Ædificatiuncula, οἰκοδομημάτιον, parua ædificatio. Cic. *ad Quint. Frat.* Quæſiuitque ex eo, quid de illa ædificatiuncula Laërtij, de qua mecum loquutus es, mandauiſſes.

Ædificator, verbale, {בונה boneh. ὁ οἰκοδόμος. GALL. Baſtiſſeur, edifieur. ITAL. Edificatore. GERM. Ein Bawer. HISP. El que edifica. ANGL. A builder.} Cato, De bono ædificatore meliùs emetur.

Ædificium, ædis, conſtructio, & ponitur pro omni ſtructura. {בנין binján. οἰκοδομή. GALL. Edifice. ITAL. Edificio. GERM. Ein gebew. HISP. Edificio. ANGL. Building.} ¶ Ædificij quoque appellatione non ſuperficiem ſignari, ſed ſolum quoque ipſum, cui ædificium ſuperpoſitum eſt, Vlpianus putat. Plin. *lib.16.c.6.* Minus vtilis ædificiis. Cæſ. *bel. Gall. lib.2.* Omnibus vicis, ædificiiſque, quo adire poterant, incenſis. Plaut. *Moſt. ſc.2.a.1.* Hæc argumenta ædificiis dixi. (i. ædibus.) Suprà enim & mox infrà ædes dixit.

Ædiles, ἀγορανόμοι, dicti ſunt ab eo, quòd ædes ſacras & priuatas procurarent, teſte Varrone *lib.4. de lingua Latina.* Primò ex plebe duo creari ſunt Ædiles: deinde procedente tempore duo ex patriciis adiuncti ſunt, qui à ſella curuli, qua illi ſoli vtebantur, Curules dicti ſunt, Gell. *c.9. lib.6.* Ædilis Curulis, Ædilitia comitia habebat. Idem ſellam curulem iubet afferri. Officium Ædilium erat, ludos publicos exhibere, & ſacras priuatáſque ædeis procurare, totam vrbem tueri, vt cloacæ & aquæductus, & quæque publica ædificia munda eſſent: loca in theatro aſſignare. Si quiſpiam ſeruum, aut iumentum morboſum, vitioſumve, pro integro, ſanóque vendidiſſet, edicto Ædilium emptori ſuccurrebatur, idque Edictum ædilitium dicebatur, ſiue Edictiones ædilitiæ. Cic. 3. *de legibus ex lege XII. Tabular.* Suntóque Ædiles curatores vrbis, annonæ, ludorúmque ſolennium: oliſque ad honoris amplioris gradum is primus aſcenſus eſto. Ouid. 6. *Faſt.* Ædilium edictum de Tibicinibus. Plaut. *Men. ſc.2.a.4.* Apud ædiles dixi cauſam pro factis plurimis & peſſimis. Idem *in prolog. Amph.* Siue adeò Ædiles perfidioſè cui dunt (palmam.) Ædilium Curulium edictum, idem. Vide *Edictum.* Ædiles lictorem non habent, & vocare in ius poſſunt ad Prætorem. Gell. *c.12. lib.15.* Annonæ curam gerunt. Suet. *in Tiberio cap.34.* Coërcent popinas. Idem *in Claud. c.38.* Ædiles iuſſu Tribun. plebis, capiebant ad ſupplicium. Plutar. *in Coriolan.* Ædiles olim habebant balnea. Senec. *epiſt.87.* Erant & alij Ædiles, qui frumento præerant, à Cæſare primùm creati, & à Cerere Cereales nominati, vt ſcribit Pomponius. His cura ponderum, ne qua fraus fieret, & menſurarum commiſſa erat. Vide Hotom. *in ſuo iuris Lexico.*

Ædilitas, ipſa dignitas, ἀγορανομία. Plaut. *in Sticho.* Sine populi ſuffragio tamen ædilitatem hic quidem gerit. Prouerbialis eſt figura, vbi quis imperioſior in alieno negotio, aut in ædibus alienis. Cic. 1. *Offic.* Craſſus cum omnium hominum moderatiſſimo Qu. Mucio munificentiſſima ædilitate functus eſt. Suet. *in Cæſar.* Si quidem ante paucos dies, quàm ædilitatem iniret, Liuius *lib.7. ab Vrbe*, Anno hic inſignis nouis duobus magiſtratibus, Prætura, & Curuli ædilitate, hos ſibi patricij, quæ fuêre honores, pro conceſſo plebi altero Conſulatu. Ædilitas curulis, & Ædilitas plebis, Plaut. *in Aulul.*

Ædilatus, idem quod Ædilitas. ἀγορανομία.

Ædilitius, a, um, ἀγορανομικός. Nomen poſſeſſiuum ab Ædilis: vt Comitia ædilitia in quibus creabantur Ædiles, & Ædilitium munus: hoc eſt, officium ad Ædiles pertinens. Cic. 1. *Off. lib.1.* Sed quid ego Ædilitias repulſas colligo. Ædilitias edictiones hic habet Plaut. *Capt. ſc.1. a.4.*

Ædilitius, ij, qui Ædilitate functus eſt, quemadmodum & Conſularis, qui Conſulatum geſſit, & Prætorius, qui Præturam adminiſtrauit. Cic. *in Bruto*, Sed omnia in ſumma ſperans, ædilitius eſt mortuus.

Æditimor (ſic enim dicendum, non, Æditoor: cùm hoc ſit recenti nouitate fictum, illud antiqua origine incorruptum, ſecundùm Varro. *de L.L. lib.2.*) ædem tueor. Pomp. *Æditua:* Qui poſtquam tibi adpareo, atque æditimor in templo tuo, nec mortalis, nec mortalium vllum in terra miſerius eſt. Gell. *lib.12.c.10.*

Æditimus, qui ædibus præeſt. {חמר chamàr. νεωκόρος. GALL. Secretain, garde du temple, marguillier. ITAL. Sacrellano, guardiano di chieſa. GERM. Kirchenhüter Sigriſt. HISP. El ſacriſtan, guardador del templo. ANGL. A churchwarden.} Cic. *in Top.* Gell. *lib.12.c.10.* ait Æditimus dici ea forma, qua finitimus, legitimus, vt timus ſit adiectionis cauda. Verùm pro eo nunc dicimus Æditimus, vt Varro *lib.1. de re ruſt.* ait, Et ſementinis feriis, in ædem Telluris veneram rogatus ab æditumo, vt dicere didicimus à patribus noſtris: vt corrigimur à recentibus vrbanis ab æditumo. Veruſque diuerſam notationem tradit Soſipater *lib.1.* Æditimus, inquit, dicitur, qui ædem tenuat, quaſi ædis intimus, Æditumus ab æde tuenda.

‖ Æditimus, quaſi ædes tuens. Soſip. ‖

Ædititius, tribus quem vna pars elegerit. Cic. *in Planco.* Neque enim quicquam aliud in hac lege niſi æditiſios iudices eſ ſequutus. Scribe per E.

Æditus, a, um. ὑψηλός, altus & fortis dicitur. Æditum aperire fanum Plaut. *Curc. ſc.3. a.1.* Horat. *in Ser.* Viribus æditior cædebat vt in grege taurus. Et ædita loca dicuntur alta, ac ſeſe ædentia, id eſt, oſtendentia. Scribitúrque cum diphthongo, vt differat ab Edo pro comedo. Sic & Cornucop. Non videtur tamen efficax ratio, cum in coniugando multum differant edo compoſitum, & edo ſimplex. Nec poteſt editum ab edo eductum videri. Denique per E ſcribendum eſt omninò.

Æditus, idem quod Æditimus, ſacræ ædis cultor, id eſt, curam gerens ab ædibus ſacris, quas tuetur, νεωκόρος. Cic. Illi noctu facta manu, armatique veniunt: fores ædis effringunt: ædituí, cuſtodéſque maturè ſentiunt. Horat. 2. *epiſt.1.*

Sed tamen eſt operæpretium cognoſcere quales
Æditus habeat, belli ſpectata domique Virtus.

hoc eſt, narratores, vt ait Porphyr. Æditui enim templorum ac numinum quibus inſeruiunt, ſacrorum originem aduenis & ignorantibus narrant. Alij æditos pro clientibus ac familiaribus dici putant: at per hoc laudatores poëtarque ſignificant. Valerius Æditius, poëta vetus, cuius aliquot carmina citat Gell. *lib.19. cap.9.* ad quem fortè reſpexit Horatius: quomodo etiam rectè dixeris, Quales habeat Virgilios, Lucret. pro æditui dixit Æditueutes, vt eſt apud Gell. Hoſpitibus loca, quæ complerant æditueutes.

Ædeſia, Αἰδεσία. Mulier Ægyptia, vxor Hermeæ, & Syriani Philoſophi, propinqua, totiúſque caſtitatis & probitatis exemplar: cuius vitam latiſſimè deſcribit Suidas.

Ædœica vlcera, αἰδοιικὰ ἕλκη, Æginera appellat, quæ circa pudenda naſcuntur. Nam αἰδοῖα Græci vocant, quæ nos pudenda.

‖ Ædœpalmus, morbus pudendorum, ſatyriaſis. ‖

Aëdon dictio triſyllaba, ἀηδών. Auis eſt, quæ aliis nominibus & Philomela, & Luſcinia dicitur. dicta Aëdon ἀπὸ τοῦ ἀεὶ ᾄδειν, hoc eſt, à perpetuo canendi quaſi inſtituto, quod etiam tunc canat, quum reliquæ volucres ſileant. Virg. *de cantu Syren.*

Quòdque lenes calami, quòd ſuauis cantat aëdon.

Æduſi, (loci) Romanorum iuxta Galliam Celticam. Stephanus.

Æetes, vel Æeta, Αἰήτης. Rex fuit Colchorum, & filius Solis ex Perſa Oceani filia, & pater Medeæ, Abſyrti, & Chalciopes: qui quum aureum vellus à Phryxo Athamantis filio in luco Martis ſuſpenſum diligentiſſimè aſſeruaret, à Medea filia proditus, & vellere, & duobus inſuper liberis ſpoliatus eſt. Nam Medea, quum Iaſoni in rapiendo vellere ſe adiutricem præbuiſſet, vnà cum illo profugit, fratrémque Abſyrtum, quem fugæ comitem aſſumpſerat, vt patrem inſequentem remoraretur, multas in particulas diſcerpſit. Fabula notiſſima eſt ex Valerio Flacco, & Apollonio Rhodio. Hinc fit patronymicum Æetias, Αἰητιάς, quo ſignificatur Medea Æetæ filia. Ouid. 7. *Metam.*

Concipit interea validos Æetias ignes.

Æga, Promontorium eſt Æolidis, non procul à Calci fluminis oſtio. Strabo *lib.13.*

Ægæ, Αἰγαί, multorum oppidorum nomen eſt: quorum vnum eſt in Macedonia, non procul ab Halyacmone fluuio, in quo receptum erat, Macedonum reges ſepelire. de hoc Plin. *lib.4.c.10.* Alterum in Cilicia, non procul à Pyramo fluuio, vt tradidit idem Plin. *lib.5.c.27.* Tertium in Æolide apud eundem *lib.5.c.30.* Quartum in Eubœa, à quo Strabo mare Ægeum dictum putat. Quintum in Lydia. Sextum in Ætolia, & Septimum in Locride commemorantur à Stephano.

Ægæa, Αἰγαία, nomen duarum vrbium, vt ſcribit Ptolemæus, quarum vna in Emathia, alia in Mauritania. Commemorantur & à Strabone duo huius nominis oppida, quorum vnum ad Amanum montem, alterum in Agro Laconico collocat.

Ægææ, Αἰγαῖαι. Inſulæ ſunt Ioniæ adiacentes, quæ commemorantur à Plin. *lib.5.c.31.* Ægeæ Cyclades. Ouid. *El.10. lib.1. Triſt.*

Ægæon, Αἰγαίων, nomen gigantis, quem centum manus, & quinquaginta ventres habuiſſe fabulantur. Hunc Homerus 1. *Iliad.* ab hominibus quidem Ægeonum, à diis verò Briareum vocari tradit. Vide latius in dictione *Briareus.*

‖ Æganea, iaculi lenioris ſpecies ex ferro ſolido latoque. Cerd. ‖

Ægeum mare, Αἰγαῖον πέλαγος, ὁ Αἰγαῖος πόντος, vulgò Archipelago Stephano & Suidæ. Ampliſſimus eſt maris mediterranei ſinus, à parte Orientali Iſthmi Corinthiaci (vt Plinio placet,) aut certè à Sunio Atticæ promontorio (vt tradit Ptolemæus) ad ipſum vſque Helleſpontum extenſus, alia aliis in locis à regionibus quas alluit, nomina ſortitus. De ratione nominis varia traduntur à ſcriptoribus. Nonnulli (in quibus eſt Suidas) ad Ægeum Theſei patrem referunt, quem in hoc mare ſeſe præcipitem dediſſe ferunt, quum nauim filij, qua ille in Cretam ad Minotaurum vectus fuerat, nigro cum velo (quod ipſi cum nauclero amiſſi filij ſignum conuenerat) redeuntem videret. Alij ab inſula quadam, ſeu veriùs ſcopulo, deductum putant, in hoc mari inter Tenedum & Chium ſito, quem à capræ ſimilitudine, αἶγα, nautæ appellant. In hac ſententia eſt Plinius, ſic ſcribens *lib.4.c.11.* Ægæo mari nomen dedit ſcopulus inter Tenedum & Chium, veriùs quàm inſula, Æx nomine, à ſpecie capræ, quæ ita à Græcis appellatur, repentè in medio mari exiliens. Cernunt eum à dextra parte Andrum nauigantes, ab Achaia dirum & peſtiferum. Idem ſenſit & Solinus, cuius verba, quòd parum diſcrepent à Plinianis, ſuperuacuum eſſet hic adſcribere. Strabo autem *lib.8.* ab Ægis Eubœæ oppido, Ægæum appellatum exiſtimat: tametſi idem *lib.13.* ἀπὸ τῆς Αἰγᾶς, hoc eſt, ab Æga Æolidis promontorio, dictum velit, quod ſuo ſeculo Canam, ſiue Canas tradit fuiſſe appellatum. Hæc etenim diuerſitas facit, vt nec de orthographiæ ratione inter omnes ſentiant. Græcorum tamen coſlicum conſenſus in eam me adducit ſententiam, vt Ægæum potiſſimum per æ diphthongum ſcribendum exiſtimem. ¶ Hoc mare cæteris eſt periculoſius ob frequentes ſcopulos. Vnde locus prouerbio apud Aliarum, Ægæum nauigas, τὸ Αἰγαῖον πλεῖς, vt ſubaudias πέλαγος. Quadrabit in eum, qui in maximis verſatur difficultatibus. In hominem quoque ob lucri ſtudium nihil non pericli recuſantem. ¶ Vſitur & Lucianus in Sectis alio adagio ab hoc mari tracto, Viminea ſcapha Ægæum tranſmittere, ἐν ῥιπὶ τὸ Αἰγαῖον διαπλεῖν. In eos dicitur, qui rem ſupra modum arduam leui opera conficere tentant.

Ægaleos,

Ægaleos, αἰγάλεως, nomen montis apud Strab. *lib.* 8. sub quo antiqua Pylos Messenia ciuitas erat.

Ægimon, αἰγιμων. Poetæ Græci nomen est, qui bellum Leuctricum inter Thebanos & Lacedæmonios gestum, carmine complexus est.

Æger, a, um, ab Ago, is, per contrarium (vt quidam opinantur) eo quòd ægri non probè fungantur suis vitæ muneribus: siue quòd qui morbo correptus est, grauius agitetur. {חולה *choleh.* νοσῶν, ἀσθενής. GALL. *Dolent, fascheux, ennuyé, malade.* ITAL. *Infermo, debole.* GERM. Kranck/bekümmert/vnuermöglich. HISP. *Enfermo, ò passionado del alma.* ANGL. *Sick, feble of courage, ficklie.*} Æger, ab egendo, quia eget bona valetudine. Vide e pro æ, & contrà: sic vetus poeta, Inops sanitatis. Vide & Fest. in ægrum, qui tamen errat. Et tam de animo dicitur, quàm de corpore: quamuis Donatus eam fecerit differentiam, vt Ægritudo ad animum, Ægrotatio ad corpus referatur. Vide infra in *Ægrotatio.* Et in *Ægritudo*, vbi ipse Donatus ægritudinem de infirmitate & morbo corporis exponit. Et certè id quidem omnino verum non est. Salust. *in Catil.* Antonius pedibus æger. Gell. *lib.* 2. *c.* 16. Quem M. Frontonem Consularem pedibus ægrum viseret. Cic. *Attic. lib.* 7. Tyronem patris ægram reliqui. Idem *pro Cæl.* Medea animo ægra, δύσθυμος, amore sæuo saucia. Ouid. *El.* 6. *lib.* 4. *Trist.*

Corpore sed mens est ægro magis ægra.

& El. 2. *lib.* 5. *Trist.*

Mens tamen ægra iacet.

Eleg. 8. *lib.* 3.

Ægra est vtraque pars æquè

(i. Animus & corpus) & *El.* 8. *lib.* 3. Vitiant artus ægræ contagia mentis. *El.* 2. *lib.* 3.

Fallebat curas ægraque corda labor.

Eleg. 3. *lib.* 3. *Trist.*

——— æger eram incertúsque salutis.

Gell. *cap.* 1. *lib.* 5. Synceræ, aut ægræ animi partes. & *c.* 9. *lib.* 17. ægros oculos habere diu. Consilij æger. Stat. *lib.* 11. *Thebaid.*

——— obscura vallum dum nocte pererrat

Æger consilij, curisque nouissima voluens.

hoc est, tristia cogitans, siue consilio imbecillis. Æger delicti, id est, dolens ob delictum à se commissum. Sil. Italic. *lib.* 13.

Sed post quam OEnotrijs fundamis finibus vrbem:

Æger delicti, Phrygiam placare colendo

Numen, & Iliacos parat exorare penates.

De Diomede loquitur, quem rapti Palladij pœnitebat. Transfertur etiam ad res inanimatas. Cic. *in Verr.* 3. Mihi videor magnam, & maximè ægram, & propè depositam Reipublicæ partem suscepisse. ¶ Ægrior & Ægrius. Nunquam quicquam animo meo fuit ægrius. Plaut. *Amph. sc.* 2. *a.* 3.

Ægrum, substant. Plaut. *Amphit.* Plus ægri ex abitu viri, quàm ex aduentu voluptatis cœpi.

Ægresco, is, escere, {דאב *daáb* דאג *daágh.* ἀθυμεῖν. GALL. *Deuenir malade, encourir maladie, fascherie ou ennuy.* ITAL. *Infermare, attristarsi.* GERM. Kranck oder schwach werden. HISP. *Estar enfermo o apassionado del alma.* ANGL. *To waxe sich or feble.*} à nomine Æger deriuatum, significat ægriorem fieri: & propriè refertur ad animum. Virgil. 2. *Æneid.*

——— exuperat magis, ægrescitque medendo.

Interdum ponitur pro ægrotare. Plin. *lib.* 10. Corui ante solstitium generant. Item ægrescunt sexagenis diebus siti maximè, antequam fici coquantur autumno.

Ægrè, molestè, dolenter, iniquo animo. Terent. *in Andr.* Redeo inde iratus atque ægrè ferens. ¶ Ægrè, malè, difficulter, vix. {בקשיה *bekascheh* בחומר *bechómer.* χαλεπῶς, δυσχερῶς. GALL. *Griefuement, à peine, auec grande difficulté.* ITAL. *Molestamente, mal volontieri.* GERM. Kümmerlich/schwerlich. HISP. *Apassionadamente, ò con difficultad.* ANGL. *Hardlie painefullie, with difficultie.*} Virg. 3. *Georg.*

Ergo ægrè rastris terram rimantur.

Neque solùm cum verbo Ferre, sed cum aliis etiam verbis iungitur: vt Careo ægrè, Sustineo ægrè. Et Cic. *Attic.* Ab hasta ea ægrè me tenui. ¶ Ægrè est mihi, frequens est apud Plautum, pro dolet mihi, aut malè me habet: vt *in Men. sc.* 2. *a.* 4. *& in Cas.* Quid tibi ægrè est? & *Capt. sc.* 1. *a.* 3. Hoc mihi ægrè est. *Ibid. sc.* 1. *a.* 3. Miser est qui quærit quod edit, & id ægrè inuenit. Ægrè facere alicui, prò eo quod est, aliquem ægritudine, vel molestia afficere. Terent. *Eunuch.* Voluit facere contra huic ægrè. Ægrius, & Ægerrimè pro difficilius, difficillimè. Plin. *lib.* 16. *c.* 10. Fragolius fidunt, ægrius reuelluntur. Plaut. *Asin. sc.* 1. *a.* 1. Nec magis versutus, nec ab quo caueas ægrius (i. difficilius.) Et ægrè. i. difficile, Ouid. *El.* 5. *lib.* 3. *Trist.*

——— Vt illam

Non ægrè possis dissimulare.

Cæs. 1. *bell. Gall.* Ægerrimè confecerant, vt flumen transirent.

Ægritūdo, est animi ægri affectio. {דאבון *daabón.* λύπη, ἀνία. GALL. *Douleur, ennuy, fascherie.* ITAL. *Dolore d'animo, fastidio, malenconia.* GERM. Kranckheit/bekümmernuss/vnmut. HISP. *Enfermedad, ò quella passion del alma.* ANGL. *Dolour, sicknesse.*} Terent. *in Andr.* Si nulla ægritudo huic gaudio intercesserit. Cic. 4. *Tuscul.* Ægritudo est animi aduersante ratione contractio. Terent. *in Heaut.* prouerbiali figura dixit, Deum adimere ægritudinem. Sic Cic. 3. *Tusc. Quæst.* Quòd ita esse dies declarat, quæ procedens ita mitigat, vt iisdem malis manentibus non modò leniatur ægritudo, sed in plerisque tollatur. Terent. *in Phorm.* pro corporis morbo vsurpauit. Matrem ipsam ex ægritudine, miseram mors consequuta est: vbi Donatus, Ex Ægritudine, inquit, hoc est, ex infirmitate & morbo. Sic & Plin. *lib.* 8. *c.* 1. Vtique sunt feli ægritudine, quando & illas moles infestant morbi.

Ægrimonia, λύπη. Idem quod ægritudo, factum ea forma qua ab Acer, Acrimonia. Plaut. *in Rud.* Tantisper dum abscedat à me hæc ægrimonia. Cic. *ad Attic.* 12. Ferrem grauiter, si nouæ ægrimoniæ locus esset.

‖ Ægriparius, qui ægrè partus est. Pap. ‖

Ægror, morbus, ægrotatio. Lucret. *lib.* 6. Consimili ratione venit bubus quoque sæpe Pestilitas, etiam pecubus balantibus ægror.

Ægrotus, a, um. {חולה *chōléh.* νοσερός. GALL. *Malade.* ITAL. *Infermo.* GERM. Kranck. HISP. *Enfermo.* ANGL. *Sick.*} Seru. Æger & corpore & animo dicitur, Ægrotus corpore tantùm. Horat. 1. *epist.*

Non domus, aut fundus, non æris aceruus & auri

Ægroto domini deduxit corpore febres.

¶ Ægroto dum anima est, spes est. Sententia prouerbialis, admonens ne in afflictissimis quidem rebus abiiciendam esse spem. Cic. *ad Attic. lib.* 9. Vt ægroto, dum anima est, spes esse dicitur: sic ego, quoad Pompeius in Italia fuit, sperare non destiti. Prouerbij quadam specie Terentius dixit, Facilè omnes quum valemus, recta consilia ægrotis damus: tu si hic sis, aliter sentias. Plaut. *Men. sc.* 3. *a.* 5. Odiosus (medicus) tandem vix ab ægrotis venit. Leno ægrotus incubat in fano. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 1. Leno ægrotus incubat in fano. Terent. *in Andria* ad animum transtulit: Animum ægrotum plerunque ad partem deteriorem applicat.

Ægrōto, as, Ægro corpore sum, morbo afficior. {חלה *chaláh.* νοσεῖν. GALL. *Estre malade.* ITAL. *Infermarsi.* GERM. Kranck vnd schwach sein. HISP. *Enfermar.* ANGL. *To be sick.*} Cic. *pro Cluent.* Is ibi in morbum incidit, ac satis vehementer, diúque ægrotauit. Idem *de Senect.* Adolescentes faciliùs in morbos incidunt, grauiùs ægrotant, difficiliùs curantur. ¶ Transfertur etiam ad animum. Cic. 4. *Tusc.* Vt ea res, ex qua animus ægrotat, oriatur. Sic Adagij forma dicimus, Animo ægrotanti medicus est oratio, ψυχῆς νοσούσης, ἐστὶν ἰατρὸς λόγος. Ex Plutarcho ad Apollonium. Ab Ægroto, fit & Coægroto. Hieron. Quòd si ipsa languerit, coægrotandum est, & nunquam ab eius lectulo cedendum.

Ægrōtātio, verbale, quod & ipsum propriè de corpore dicitur. {חלי *choli.* νόσημα. GALL. *Maladie, infirmité.* ITAL. *Malatia, infermità.* GERM. Kranckheit. HISP. *Enfermedad.* ANGL. *Sicknesse, infirmitie.*} Cic. 3. *Tuscul.* Sed propriè, vt ægrotatio in corpore, sic ægritudo in animo. Aliquando tamen de animo dicitur, quemadmodum & verbum à quo descendit. Idem *Tusc.* 4. Quis enim dubitarit, quin ægrotationes animi, &c. Vide in *Æger*, & in *Ægritudo.*

Ægēriă, αἰγερία, Nympha fuit, quæ celebratur in luco Aricino, cum qua Numa Pompilius & connubium, & colloquium se habere simulauit super cultu religionum: quo armorum & prædæ studio flagrantem populum Romanum ad pacis artes abstraheret. Vnde Ouid. *in Fast.* 3.

Ægeria est quæ præbet aquas, Dea grata Camœnis,

Illa Numæ coniux, consiliúmque fuit.

Ægĕstāni, αἰγεσταῖοι Stephano, populi sunt Siciliæ, quorum vrbs Ægesta non procul à Lilybæo promontorio sita est, ab Ægesto Troiano nomen habens. Hi Segestani vocantur à Plin. *lib.* 3. *c.* 8.

Ægeūs, per duas syllabas, αἰγεύς, filius Pandionis fuit, & rex Atheniensium, qui ex Æthra Pitthæi Trœzeniorum regis filia Theseum suscepit, ex Medea autem ab Iasone repudiata alterum filium nomine Medum, vt placet Iustino. Hoc iam ad senium vergente, Minos Cretensium rex Atheniensibus ob Androgei filij necem bellum intulit, victísque durissimas pacis conditiones imperauit, vt septem quotannis iuuenes Athenienses ex suis in Cretam mitterent, Minotauro monstro obiiciendos. Quibus legibus, quum triennio paruissent, euenit vt quarto anno sors inter omnes ex æquo ducta Theseum proderet: qui maximo omnium cum dolore nauim conscendens, à patre in mandatis accepit, vt si qua fatorum benignitate hospes remearet, velum nauis quod nigrum, præsentique fortunæ congruum erat, candido commutaret: idque eo consilio, vt si quid filio accidisset, veli colore suæ fortunæ eminus pater admoneri, & calamitatis suæ nuntium morte posset præuenire. At Theseus occiso Minotauro, opéque Ariadnes è Labyrintho eductus, paternorum monitorum immemor, nigro in patriam velo reuectus est: quod quum eminus è specula intueretur Ægeus, filium interiisse ratus, doloris impatientia sese in mare præcipitem dedit. Cui vita functo Athenienses Thesei opera grauissima seruitute liberati, diuinos honores instituerunt: Deum marinum, & adoptiuum Neptuni filium appellantes. Mare quoque ipsum nonnulli sentiunt ab eo Ægeum esse appellatum.

Ægiălē, αἰγιάλη, siue αἰγιάλεια, vxor fuit Diomedis, quam Venus à viro eius in bello Troiano vulnerata, tanta adulteriorum inuoluit turpitudine, vt Diomedes ad eam in patriam redire recusarit, acceptaque à Dauno agri portione, vrbem condiderit in ea parte Italiæ, quæ magna Græcia dicitur, quam à nomine relictæ patriæ Argos Hippium appellauit: quæ deinde Argyripa, & postremò Arpi fuit Appellata. Vide Seruium in illud *Æneid. lib.* 11.

Ille vrbem Argyripam patriæ cognomine gentis

Victor Gargani condebat Iapygis agris.

Ægialeus, αἰγιαλεύς, filius Æetæ fuit, & frater Medeæ, à qua discerptus fuit, vt patri eam persequenti mora iniiceretur. Alio nomine dictus est Absyrtus. Vide suprà suo loco. ¶ Fuit etiam hoc nomine Phoronei regis Argiuorum filius, cui Apis (quem quidam Phoronei, quidam Iouis filium, ex Niobe Phoronei filia, esse tradunt) postquam Argis regnasset, in Ægyptum transiens, Achaiæ regnum reliquit.

Ægialia, αἰγιάλεια, insula est adiacens Ætoliæ regioni. Plin. *lib.* 4. *c.* 12.

Ægialus, {αἰγιαλός. GALL. *Le bord de la mer.* ITAL. *Lito.* GERM. Das gstad des meers. HISP. *La ribera del mar.* ANGL. *The shoare or coaste of the sea.*} Latinè dicitur littus. Vnde Achaia propter vrbes in littore dispositas, antè αἰγιαλὸς vocata est, teste Plin. *lib.* 4. *c.* 5.

Ægida, oppidum Istriæ. Plin. *lib.* 3. *cap.* 19.

Ægidēs, αἰγείδης, Patronymicum masculinum est, formatum à nomine Ægeus: quo Poetæ vtuntur pro Theseo Ægei filio. Ouid. 3. *de Arte.*

Perfidus Ægides ducentia fila sequutus.

Ægila, αἰγιλα, insula est in sinu Megarico XXV. M. passuum distans à Phalasarna Cretæ oppido, & à Cythera XV. M. passuum, Plinio teste *lib.* 3. *c.* 12.

Ægilips, ipis, αἰγίλιψ Stephano, dicitur locus editus & penè inaccessus. Latinè sonat relictum à capris, hoc est, locus tam arduus, quem ne ipsæ quidem capræ queant ascendere. ¶ Est etiam hoc nomine vrbs Epiri in prærupta rupe sita: vnde & nomen inuenit. Author Steph.

Ægilōdes sinus, αἰγιλώδης κόλπος, sinus est exiguus inter Messeniacum & Laconicum medius: de quo Plin. *lib.* 4. *c.* 5.

Ægilops, ægilopis, {αἰγίλωψ. GALL. *Coquiole, auron.* ITAL. *Squala.* GERM. Wilder haberhasenbrot. HISP. *Vna suerte d'auena menezeña.*} Herba est folio verno tempore pilosa, vt iolium, hordeum enecans, quæ & Festuca dicitur, quod messis tempore, quum semen iam deciderit, vacuum reperiatur in modum festucæ. Plin. *lib.* 18. *c.* 17. Est herba quæ cicer enecat & eruum, circumligando se: vocatur *orobanche*. triticum simili modo æra: hordeum festuca, quæ vocatur ægilops. Hæc Plin. Virg. 1. *Georg.* Latinè vertit *Sterilem auenam*, in hoc versu,

Infelix lolium, & steriles dominantur auenæ.

Est præterea Ægilops, abscessus inter nares & magnum oculi angulum, qui si incuriose tractetur (vt inquit Ægineta) in fistulum vertitur. Dictus Ægilops, quasi oculus caprinus, quod capræ huic vitio peculiariter obnoxiæ sint. Huic malo medetur Ægilops herba, teste Plinio *lib.* 25. *c.* 13. Vnde & ipsa nomen accepisse videtur.

Ægilops, αἰγίλωψ, ἄκρις, eadem putatur quæ & Cerrus, arboris glandiferæ species apud Plinium *lib.* 16. *c.* 6. Excellentissima autem Ægilops, incultis amica, *lib.* 16. *c.* 8. E glandiferis sola quæ vocatur Ægilops, fert panos arentes, musculo villo canos non in cortice modò, verum & è ramis dependentes cubitali magnitudine, odoratos, vt diximus, inter vnguenta. ¶ Est etiam ægilops bulbi genus, apud Plin. *lib.* 19. *c.* 5.

Ægilos, {αἴγιλος, *Isola di Capri.*} Insula est in mari Ligustico, quæ Latinè Capraria dicitur, teste Plin. *lib.* 3. *c.* 6.

Ægimius, αἰγίμιος, senis ætate prouectissima nomen, quem Anacreon Poëta (referente Plinio *lib.* 7. *c.* 48.) tradidit ad ducentesimum vsque annum vixisse.

Ægimori, αἰγίμοροι, duæ sunt insulæ in mari Libyco, è regione Carthaginis. Autor Plin. *lib.* 5. *c.* 7.

Ægimuros, αἰγίμουρος, insula est in mari Libyco, insidiosa naufragiis. Vide Strab. *lib.* 6. & 7.

Ægina, αἴγινα, fuit Asopi Bœotiæ regis filia, & mater Æaci, à qua insula Peloponneso adiacens contra Atticam, Ægina vocata est, quum antea OEnone diceretur, (vt apud Strabonem, Plinium & Stephanum legitur) aut certè OEnopia, vt placet Ouid. *lib.* 7. *Metamorph.* vbi sic scribit,

OEnopiam veteres appellauere, sed ipse
Æacus Æginam genitricis nomine dixit.

¶ Ab huius insulæ nomine ductum prouerbium, Primùm Ægina pueros optimos alit, τὸ πρῶτ' ἀρίστους παῖδας Αἴγιν' ἐκτρέφει. de re quapiam quæ melioribus initiis cœpta, paulatim ad deterius delabitur. Vide Eras. *in Chiliad.*

Æginææ merces. Prouerb. videtur fuisse de vilibus mercibus vsurpari solitum, apud Strabonem sic effertur, Αἰγιναῖα ῥῶπος ἐμπολᾶν.

Æginæa, orum, n.g. dicuntur grandiora omnia. Quod ex talenti ratione deductum putant, quod in ea insula habebatur maius cæteris. Sunt etiam Æginæa rerum venalium onera miscellanea, id est, sarcinæ complectentes varias merces. Vnde Æginopolæ, id genus mercium venditores. Ex Cælio *lib. antiq. lect.* 11. *c.* 56. & Erasm. *in Chiliad.*

Æginensis, Αἰγινήτης, Æginæ incola.

Æginopolæ, vide Æginæa, orum.

Ægineta, Αἰγινήτης, Gentile. Vnde Paulus Ægineta medicus clarissimus.

Ægineticus, a, um, αἰγινητικός, vt, Æginenticum æs, quod in hac insula non gignebatur quidem, sed optimè temperabatur: vt est autor Plin. *lib.* 34. *cap.* 2.

Æginium, αἰγίνιον, oppidum Macedoniæ, in ea regione, quæ appellatur Pieria. Plin. *lib.* 4. *c.* 10.

Æginos, cicuta, apud Diosc.

Ægion, Αἴγιον Suidæ, oppidum Achaiæ propriè dictæ, quæ regio est Septentrionalis Peloponnesi. Vide Plin. *lib.* 4. *c.* 5.

Ægipanes, αἰγίπανες, quos nonnulli Semicapros vocant. Monstra sunt caprinos pedes habentia, reliquis partibus humanam referentia figuram. Plin. *lib.* 5. *c.* 1. Atlantem Africæ montem prodiderunt noctibus micare crebris ignibus Ægipanum Satyrorúmque lasciuia. Veteres huiusmodi monstra pro semideis, siue pro syluestribus diis coluerunt, quemadmodum Faunos, Syluanósque, Faunos ac Satyros nemorum deos esse dicentes, Panas agrorum, Syluanos syluarum.

Ægira, αἴγειρα. Oppidum Achaiæ in Peloponneso, de quo Plinius *lib.* 4. *cap.* 5.

Ægirinon, αἰγείρινον, vnguenti genus est, teste Ruellio, ex vna populi arboris confectum, ἀπὸ τῆς αἰγείρου, quam alij albam, alij nigram populum credunt.

Ægiroessa, αἰγειρόεσσα, oppidum Æolidis in Asia: cuius meminit Herodot. *lib.* 1.

Ægis, idis, αἰγίς, munimentum pectoris æneum, à Vulcano fabricatum, habens in medio Gorgonis caput. Quod si in pectore numinis sit, Ægis: si in corpore hominis, sicut in antiquis Imperatorum statuis videmus, Lorica dicitur. Virg. 8. *Æneid.*

Ægidáque horrificam, turbatæ Palladis arma.

Hæc ferè Seruius. ¶ Ægis apud Græcos varia significat, Pelliceum tegmen, quod gestant Afri: præterea maris intumescentis vndas, ac ventorum procellas, & turbines. Alij malunt esse tere ex coronamentis contextum. Nec desunt, qui putent significare sacerdotem, quæ Athenis solita sit ferre sacram Ægidem, & ita ingredi ad eos, qui nuper duxissent vxores. Vnde factum prouerbium, Ægis venit. Quod Suidas indicat dici solitum de iis qui petulanter & impudenter agerent. Vide Erasm. *in Chiliad.* ¶ Est præterea Ægis, scutum Iouis, & Palladis, *Iliad.* 4. 5. in cuius medio erat Medusæ Gorgonis caput serpentibus vice crinium terribile: quod qui intuebantur, mox vertebantur in lapides: vt apud Ouid. 4. *Metamorph.* habetur. ¶ Est etiam Ægis, lignum densum, medullæ simile, in larice firmina nascens, mellei coloris, ex quo pictoriæ tabulæ fiebant, & codicilli immortali pene materia, nullisque rimis, aut fissuris obnoxia. Autor Plin. *lib.* 16. *c.* 39.

Ægisonus, a, um, ægide sonans. Ægisonum pectus Palladis, apud Valer. Flaccum *lib.* 5. *Argonaut.*

Ægisthus, αἴγισθος, Thyestis filius, ex Pelopeia, eiusdem filia, quem infantulum mater causa tegendi sceleris perdendum feris exposuit in syluis: sed à pastore inuentus, caprǽque beneficio nutritus est, & inde, αἴγισθος dictus, quòd nutritus sit à capris. Hic prouectior ætate Atreum, impellente tamen patre, interfecit, & eiusdem filium Agamemnona in balneis, vel, vt alij volunt, in primo egressu à Troia, iuuante vxore Clytemnestra, qua etiam turpissime vsus erat, obtruncauit. Postremò ab Oreste Agamemnonis filio patris mortem vlciscente, è medio est sublatus. Ouid. *de remed. amor. lib.* 1.

Quæritur Ægisthus quare sit factus adulter,
In promptu causa est, desidiosus erat.

Meminit Suet. *in Cæsare cap.* 50.

Ægisthus, Beli filius. Vide *Ægyptus.*

Ægithalos, αἰγίθαλος, auis est apud Aristotelem, quæ à Theodoro Parus vertitur. Hermolaus *in Plinium.*

Ægithus, αἴγιθος, auiculæ nomen est, irreconciliabiles cum asino simultates exercens, quòd nidus eius, quem ferè in carduis struit, ab asino dissipetur. Contra ægithus, quoniam alia parte nocere non potest, alitis vlcera erodit. Plin. *lib.* 10. *c.* 74.

Ægitis, αἰγῖτις, herba est Dioscordi, quæ notiore nomine Anagallis dicitur.

Ægium, αἴγιον, oppidum Achaiæ, quæ est in Peloponneso, quo in loco Iouem à capra nutritum ferunt: vnde oppido nomen. αἶγα enim capram dicunt.

Æglē, αἴγλη, vna Hesperidum fuit, hoc est, vna filiarum Hesperi, Italiæ regis, quæ vnà cum Arethusa, & Hesperethusa, sororibus, amœnissimos in Mauritania hortos habuit iuxta Lixum Romanorum coloniam, iussu Claudij Cæsaris eò deductam, in quibus (vt est in fabulis) aurea mala nascebantur, quæ à peruigili dracone asseruabantur, quæ postea abstulit Hercules, dracone interempto. Vide infrà in dictione *Hesperides.* ¶ Fuit & nympha hoc nomine, vna Naiadum, Solis (vt volunt) ex Neæra filia. Virg. *in Sileno,*

——— *timidísque superuenit Ægle*
Naiadum pulcherrima.

Ægles, αἴγλης, Athletæ Samij nomen, qui quum per omnem ætatem mutus fuisset, in sacro tamen certamine, quum in sortitione fraudem committi videret, nimio loquendi desiderio, linguæ vinculum rupit, & distinctè, quandiu vixit, loquutus est, quod & Crœsi filio contigisse legimus. Vide Gell. *lib.* 5. *c.* 9. & Valer. Max. *lib.* 1. *c.* 8.

Æglōgă, αἰγλογα, Caprarum, seu rerum pastoralium sermo dicitur, quasi αἰγῶν λόγος. At Ecloga, ἐκλογή, sine diphthongo, electio, vel explanatio, siue elegantia dicitur, vt inquit Plin. *lib.* 4. *epist.* & Euseb. *lib.* 4. *Eccl. hist. contra Tortellium.* Sed vox Ægloga qua maiores nostri Virgilij Bucolica inscripserant, iampridem est à doctis explosa.

Ægocĕphălŭs, αἰγοκέφαλος, Auis est liene carens. Vide Arist. *lib.* 2. *de Anim.* & Plin. *lib.* 1. *c.* 37.

Ægŏcĕrōs, ōtis, αἰγόκερως, signum cœleste est, quòd à nobis Capricornus dicitur: quod Sol ingrediens, Solstitium hyemale efficit. Poëtæ fabulantur hunc ex Amaltheæ nymphæ capra natum fuisse, & eodem lacte cum Ioue educatum: qui postea cæli imperio potitus, veterem collactaneum inter astra collocauit. Inuenitur etiam accusatiuus Ægoceron, vt & apud Græcos poëtas αἰγόκερων, pro αἰγοκέρωτα, & αἰγόκερω, pro αἰγοκέρωτι. Non ab αἰγόκερος per ο, quod est ineptissimum, sed Attica per ω declinandi forma. Lucanus, Ægoceron, Cancrúmque tenet. ¶ Est etiam Ægoceros, αἰγόκερως, Dioscoridi, siue (vt apud Plinium legitur) Ægoceras, herba quæ notiore nomine Fœnum græcum appellatur: ita dictum, quòd semen habeat in siliquis caprino cornu similibus. Vide Plin. *lib.* 24. *cap. vlt.*

Ægōn, ōnis, αἰγών. Idem quod caprile, hoc est, stabulum caprarum.

Ægon, nomen pastoris apud Virgilium in Palæmone, & Theocritum. ¶ Mons præterea Quirinalis, qui antequam in eum Sabini commigrarent, Ægon appellatus est: portaque ipsa Ægonensis dicta est, quæ alio nomine Quirinalis dicitur, Autor Festus. ¶ Item pro mari Ægæo, apud Statium *lib.* 5. *Thebaid. & alibi.* vt *lib.* 1. *Argonaut.*

——— *vix littore puppim*
Soluimus: & quanto fremitu se sustulit Ægon!

Ægŏlĕthrŏs, αἰγόλεθρος: herba est in Ponto alba, ex cuius flore apes decerpunt mellis genus amarum, quod Heracleoticum, vel Ponticum vocatur: dicta à capris interimendis. αἴξ enim capram, & ὄλεθρος perniciem significat.

Ægōlĭos, αἰγώλιος, Vlula, Ægolius. Plin. *lib.* 10. *cap.* 60. quam describit ex Aristot. *histor. lib.* 6. {GALL. *La Dame.* ITAL. *Barbaianni.*} Auis est lucifuga: cui vnges adunci, color rufus nigro conspersus, oculi prægrandes, cuius vox lugubris vlulatu. Hanc & Partam vocat Plin. *lib.* 18. *c.* 29. Cuius præter Horat. 3. *Carm. Ode* 27. meminit Pompeius.

Ægonomus, {αἰγονόμος. GALL. *Cheurier, gardeur de cheures.* ITAL. *Pastor di Capre.* GERM. Ein geißhirt. HISP. *Cabrero, cabrerizo.* ANGL. *A goate herd, or goatekeeper.*} Caprarum ductor: qui & Æpolus αἰπόλος dicitur. quasi αἶγας οἰπῶν, id est, capras pascens.

Ægōnychon, αἰγώνυχον Dioscoridi, herbam illam esse docet Ruellius, quæ in officinis Milium Solis appellatur. Alio nomine Lithospermum vocatur.

Ægophagos, αἰγοφάγος, Iuno apud Spartanos dicta, quòd illi capras præcipuè sacrificabant. Cælius *antiq. lect. lib.* 26.

Ægophthalmus, à Plin. 37. *c.* 11. gemma quædam appellatur, quæ caprini speciem præ se fert, αἰγόφθαλμος.

[Ægopos, ægops, caprinos oculos habens. L. M.]

Ægos Potamus, seu flumen, αἰγὸς ποταμός, Thraciæ fluuius, ad cuius ostia classis Atheniensium, à Lysandro capta fuit. Plin. *lib.* 2. *c.* 60. Idque factum interdiu in Thraciæ parte ad Ægos flumen. Stephanus ad Hellespontum collocat oppidum nomine αἰγὸς ποταμοί, quod nos Capræ flumen interpretari possumus: à quo deducitur gentile Ægopotamites, vel Ægopotamita, αἰγοποταμίτης.

Ægosthenia, αἰγόσθενα, ciuitas est Locridis, quam recenset Ptolemæus *in descriptione Achaia.* Huius incolæ à Plinio *lib.* 4. *c.* 7. vocantur Ægosthenenses, Megarensium iurisdictioni attributi.

Ægre, Ægreo, Ægresco, Ægrimonia, Ægritudo, Ægrotus, Ægroto, Ægrotatio, Ægrum substantiue: vnde Æger, suprà.

[Ægrolethros herba amara, quam apes condunt mel amarum, capris exitialis. Onom. med.

Ægromandra, caprile. Lex. gr. b.]

Ægyla,

Ægyla, vide supra Ægila.

Ægypios, & Gypas, αἰγυπιὸς, καὶ γῦπας, Græci vocant, quos Latini vultures.

Ægypsus, αἴγυψος, vrbs ad ripam Istri fluuij sita, nomen habens ab Ægyplo Caspio conditore. Ouid. *de Ponto* 1. *Eleg*. 7.

Stat vetus vrbs, &c.

Caspius Ægypsus, &c.

Ægyptini, dicuntur Æthiopes, quia Ægyptis sunt finitimi. Autor Festus.

Ægypta, αἰγυπτᾶς, Ciceronis libertus fuit, cuius identidem meminit Cic. *in Epist. ad Tyronem*. Tres autem præcipui numerantur Ciceronis liberti, Tyro, Ægyta, & Laurea, cuius extat Epigramma de aquis Ciceronianis, apud Plin. *lib*. 31.

Ægyptus, αἴγυπτος, Regio ab Aphrica (vt Plinius inquit) Canopico disterminatur ostio: ab Asia vero Pelusiaco, quam ob rem quidam inter insulas Ægyptum computauere. Qui tamen Asiam dimetiuntur, inter Asiæ regiones Ægyptum quoque dinumerauerunt. Est Aphricæ proxima: ab Ægypto Danai fratre sic appellata, prius Aeria dicta. Catul. *de com. Beren.*

Captam Asiam Ægypti finibus adiceret.

Plaut. *Mostell. sc.* 2. 4. 1. Triennio post Ægypto aduenio domum. Hæc (teste eodem Plin. *lib*. 5.) ab Oriente Rubro mari Arabiaque coniungitur, ab Occasu Cyrenem & Aphricæ residuum habet, à Meridie vsque in Æthiopiam protenditur, à Septentrione habet mare Ægyptium. Eius insignes vrbes sunt, Thebæ, Abydos, Alexandria, Babylon, & Memphis. In hac (vt Plato inquit) nunquam visum est pluere, sed Nili inundatione fœcundatur. Eius figura triquetra est, quam efficit Nilus, ita se diuidens, vt Δ literam facere videatur. Tempore Amasis regis vrbes habuit 20000. Natio fuit superstitiosissima, adeo, vt non solùm bruta animalia, vt canem, bouem, & similia, verum etiam res inanimatas, vt allium, & cepas inter deos collocarit. Dicitur parens terrarum, vt inquit Curtius nam Ægypti omnium populorum vetustissimi, disciplinarúmque complurium inuentores, rerumque diuinarum, & siderum peritissimi dicuntur: primique animam esse immortalem docuere, & de corpore in corpus vagari, vt autor Diodorus. Iidem dicuntur solertissimi. Suet. *in Cæs. c.* 53. Idem *in Aug. c.* 66. In hanc Dædalus, Melampus, Pythagoras, Homerus, compluresque alij eruditionis causa profecti, dogmata in suam quisque patriam retulere.

Ægyptiacus, adiectiuum. Plin. *lib*. 6. *cap*. 28. Ad mare nostrum littúsque Ægyptiacum.

[Ægypcilla, gemma nigrâ radice, cærulea facie. Isid.]

Ægyptius, adiectiuum, αἰγύπτιος. Sil. Ital. *lib*. 13.

——— *Ægyptia tellus*.

Cic. *in Pison.* Nomen ad dignitatem imperij regi Ægyptio vendidit. ¶ Admirabiles adeò fuere in nectendis machinis Ægyptij, vt hinc tractum fuerit prouerbium, Nectunt stupendas machinas Ægyptij, δεινοὶ πλέκειν τοὶ μηχανὰς Αἰγύπτιοι. De versutis, &, vt ait Plautus, consutis dolis dictitatum. Torqueri potest & in perplexa sophistarum argutias, ac syllogismorum inexplicabiles labyrinthos. Aut in Sycophantas & delatores, qui vera falsis permiscendo, nectunt calumnias.

Ægyptij præterea quòd gestandis oneribus quæstum non satis honestum factitare consueuerint, vnde & ἀχθοφόροι dicti: in iocum prouerbialem abierunt, hoc adagio, Quos non tollerent centum Ægyptij, ὡς ἂν ἄρειεν οὐδ' ἑκατὸν Αἰγύπτιοι. De molestiis dici solitum ac morbis intolerandis, seu fastu prægrandis. Refertur adagium ab Eudemo, à Suida, & ab Aristophane *in Ranis*. Huic affine est, Ægyptius laterifer, Αἰγύπτιος πλινθοφόρος. Arist. *in Auibus*. Quadrare videtur in sordidum atque infimæ sortis hominem. Aut in eum, qui molestis negotiis premitur.

Ægyptus, masculin. gener. Αἴγυπτος. Beli Prisci filius fuit, & frater Danai: qui quum quinquaginta haberet filios, eosdem cum fratris sui filiabus matrimonio coniunxit: quæ à patre Danao instructæ, prima è nuptiis nocte suum quæque maritum interfecerunt, præter vnam Hypermnestram, quæ Lynceo marito viro suo pepercit: qui postea, pulso Danao, Argiuorum regnum inuasit. Vnde adagij figura: Ægypti nuptiæ. Αἰγύπτιος γάμος, inauspicatæ & infelices dicebantur. Torqueri poterit in simulatam amicitiam, aut in munus honoris gratia datum in speciem, quum reuera quæratur pernicies ei cui datur. Vide infra in dictione *Belides*, & *Danaus*.

Ægys, αἰγύς, oppidum est Laconicæ regionis, apud Steph.

Ælana, siue, vt alij malunt, Læna, αἴλανα, ἢ λαίνα, oppidum est Arabiæ felicis iuxta sinum, qui ab eo Ælaniticus dicitur, siue Læniticus, λαινίτης κόλπος Ptolem. Plin. *lib*. 6. *c*. 10. Sinus intimus, in quo Lænitæ, qui nomen ei dedêre. Regia eorum Agra, & in sinu Læana, vel, vt alij, Ælana. Nam & ipsum sinum nostri Ælaniticum scripsêre, alij Elaniticum, Artemidorus Alaniticum, Iuba Læniticum.

Ælia, αἰλία, vrbs est Palæstinæ, quæ prius Hierosolymitana dicta ab Ælio Adriano. Steph.

Ælianus, αἰλιανός, Sophista fuit prænestinus, tanta linguæ Atticæ puritate, vt (μελίγλωσσος & μελίφθογγος) cognominaretur. Scripsit historiam de Animalibus, de varia historia, de re militari, quæ omnia ad nos peruenerunt. Claruit sub Adriano principe. Suid.

Æli, αἰλοί, vel ἄελοι dicuntur, quibus duæ sorores nupserunt. Vide Cæl. Rhodig. *lib*. 28. *cap*. 24.

[Ælinus, αἴλινος, lugubre carmen, in quo linus deplorabatur. Eustathius etiam monet, esse cantilenam textorum, q. sit à λίνῳ herba.]

Ælius, αἴλιος, nomen proprium, quo plurimi ex Romanis viri illustres fuerunt appellati, vt, Ælius Gallus, vir equestris ordinis, qui solus Romanorum Arabiam hostiliter est ingressus, vt testatur Plin. *lib*. 6. *c*. 29. & Strabo *lib*. 2. ¶ Ælius, prænomine Publius, qui eo anno Romæ consulatum gerebat cum Cn. Cornelio, quo Annibal in Africa victus fuit, teste Plin. *lib*. 7. *cap*. 28. ¶ Ælius Stilo, nobilis scriptor, cuius meminit Plin. *lib*. 9. *c*. 15. ¶ Item Ælius Adrianus, & Ælius Verus, Romanorum Imperatores, quorum vitam vide apud Eutropium.

Aello, ἀελλώ, trium syllabarum, vna est Harpyiarum sic dicta, quasi ἰδοῦσα ἄνεμον, hoc est, ventum tollens. Ouid. 13. *Metamorph.*

——— *Strophadum que receptos*

Portubus infida exterruit ales Aello.

¶ Est etiam nomen vnius ex canibus Actæonis, apud Ouid. 3. *Metam.* dictum (vt videtur) ἀπὸ τῆς ἀέλλης, hoc est, à procella, quam cursus celeritate referebat.

Ælurus, αἴλουρος. Latinè catus, & felis dicitur. Aristot. *de Animal.* Æluri & Ichneumones tot numero pariunt, quot canes. Ælian. *de Animal. lib*. 7. Ælurorum mas quidem libidinosissimus est: fœmina autem amantissima prolis, fugit coitum cum maribus, quoniam semen emittunt calidissimum, & quasi igneum genitalia adurens. Hoc cernens mas, communem fœtum dilaniat, illa vero prolis desiderio, marem libidine ardentem adit rursus Gell. *lib*. 20. *c*. 7. Ælurorum quoque oculi ad easdem vices Lunæ, maiores fiunt, aut minores.

Æmathia, vide *Emathia*.

[Æmidus, tumidus, παρὰ τὸ αἷμα. Scalig. ad Fest.]

Æmilia, regio Italiæ, quæ & Flaminia, & Romandiola etiam dicitur. In qua sunt vrbes Ariminium, Cæsena, Sassina, Fauentia, Forum Liuij, Bononia, Ferraria, Imola.

Æmilia, αἰμιλία, vxor fuit maioris Africani: de qua vide Suidam.

Æmilia gens, familia fuit Romæ in primis illustris: ex qua fuit Paulus ille Æmilius, qui in consulatu suo Persen Macedonum Regem bello vicit, captúmque in triumpho duxit. ¶ Item Qu. Æmilius Lepidus, quem Plin. *lib*. 7. *c*. 53. refert, quum cubiculo egredi pararet, nihil mali sentiens, offenso ad limen pollice, repentè obiisse. ¶ Item Æmilius Scaurus, homo factiosus, & subdolus: de quo multa Salust. *in Iugurth*. Sunt qui Æmylius scribere malint per y, in antepenultima, nominis eius initium referentes ad Mamercum, Pythagoræ Philosophi filium, qui ob singularem morum comitatem, sermonisque leporem, quem Græci αἱμυλίαν dicunt, Æmylos est cognominatus, vt autor est Plutar. *in Paul. Æmylio*, & *in Num*. Animaduertimus tamen a Græcis ipsis, & præcipue in Onomasticis, in quibus litterarum series dictionum initia non facilè sinit corrumpi, αἰμίλιος, αἰμιλία, & αἰμιλιανὸς scribi per quartam Græcorum vocalem, non per sextam. Præterea Moschopuli in lib. περὶ σχεδῶν, hæc sunt verba, Αἱμύλος ὁ ἀπατεών, διὰ τοῦ ὑψιλοῦ. καὶ Αἰμύλιος, Αἰμίλιος δὲ ὄνομα κύριον διὰ τοῦ ι.

Æmilia, αἰμιλία, Virgo Vestalis fuit ex nobilissima Æmiliorum familia: de qua sic scribit Valer. *lib*. 1. *c*. 1. Æmiliæ virginis disciplinam, extincto igne tutam ab omni reprehensione numen Vestæ præstitit: qua adorante, quum carbasum, quam optimam habebat, foculo imposuisset, subitò ignis emicuit.

Æmilianus, αἰμιλιανὸς, Africanus minor primus appellatus fuit, Pauli Æmilij filius, cùm ex Æmilia gente in Scipionum familiam esset adoptatus. Adoptionis enim indicandæ causa nomen naturalis familiæ, vna, aut altera litera producebatur. Postea & alij plerique eiusdem familiæ viri clarissimi & triumphales, eodem cognomine dicti fuerunt. Iuuenal. *Satyr*. 8.

——— *pictósque ostendere vultus*

Maiorum, & stantes in curribus Æmilianos.

Sueton. *in Claud. c*. 18. Æmiliana ædificia.

Æminium, αἰμίνιον Ptolemæo. Oppidum Lusitaniæ mediterraneum.

Æminius, αἰμίνιος, fluuius Hispaniæ à Minio Tarraconensis tractus fluuio distans CC. M. pass. vt ex Varronis sententia tradit Plinius *lib*. 4. *cap*. 22.

Æmochares, αἱμοχάρης, cognomen Martis fuit, quasi sanguine gaudens: αἷμα, Latinè sanguis dicitur. Hæmochares potius scribendum.

Æmonia, αἱμονία Stephano, regio (postea dicta est Thessalia) ab Æmo monte, cui propinqua est, vel ab Æmone Deucalionis filio: prius Pyrrhæa dicta, à Pyrrha Deucalionis vxore. Quidam cum aspiratione scribunt αἱμονία: quo pacto etiam apud Suidam legitur. Meminit Ouid. *Eleg*. 9. *lib*. 1. *Trist.*

Cyzicon Æmoniæ nobile gentis opus.

Ibid. Eleg. 1. *lib*. 4. Æmonia curas attenuisse lyra.

Æmon, æmonis, gentile, αἵμων Stephano: & fœmineum Æmonis, idis, αἱμονίς. Et possessiuum Æmonius, a, um. Ouid. *in Epistol.*

——— *Laodamia ad Protesilaum,*

Æmonis, Æmonio Laodamia viro.

¶ Æmonia item oppidum est Norici, apud Plinium *lib*. 3. *c*. 24.

Æmonides, αἱμονίδης, nomen viri, non quidem patronymicum, vt sit Æmonides, quasi Æmonis filius, sed primitiuum, vt Thucydides. Virg. 10. *Æneid*. Vide Seruium *eo loco*.

ÆMŬLŎR, aris, cum accusatiuo iunctum, idem quod imitor. {הלך בדרך *halach bedhérech*. ζηλόω, ζηλοτυπέω. GALL. *Imiter, s'efforcer à faire aussi bien qu'vn autre*. ITAL. *Imitar à concorrenza*. GERM. Mit eifer nachthun nachfolgen. HISP. *Auer embidia en buena y mala parte*. ANGL. *To studie to do as weel as an other, to followe*.} Cic. *pro Flacco*. Omnes eius vrbis instituta laudare faciliùs possumus, quam æmulari. Terent. *in prol. Andr*. Quorum æmulari exoptat negligentiam potius quam istorum obscuram diligentiam. Horat. *lib*. 4. *Carm*. Pindarum quisquis studet æmulari. ¶ Interdum sine casu. Plaut. *in Mercat*. Æmulari quia non licet, inuidet. ¶ Interdum ponitur pro inuideo, & cum datiuo fere semper iungitur. Quintil. Qui veteribus æmulantur. Liu. 8. *bell. Pun*. Tanquam ab infimo mihi periculum sit, ne mecum æmuletur. {קנא *kinni*, φθονέω. GALL. *Estre marri qu'on n'a ce qu'a vn autre*. ITAL. *Inuidiare amaramente con desio di hauere lo altruy*. GERM. Mißgonnen, eyfferig sein. HISP. *Auer embidia, remedar en mal*. ANGL. *To enuie*.} Cic. *Tusc*. Obtrectare alteri, aut illa vitiosa æmulatione, quæ riualitati similis est, æmulari, quid habet vtilitatis? Et paulò pòst. Quúmque corporis facibus inflammari soleamus ad omnes ferè cupiditates, eóque magis incendi, quod his æmulemur, qui ea habent, quæ nos habere cupiamus. &c. ¶ Propriè autem Æmulari significat cum quadam inuidia atque ambitione & quasi certamine conari alienum opus superare, vt inde maiorem gloriam consequamur, quàm ille quem æmulamur. Plin. *ad Gem*. *lib*. 7. Tu mihi bonum animum facis, qui libellos meos de vltione Heluidij, Demosthenis orationi κατὰ μειδίου confers. Quam sane cum componerem illos, habui in manibus, non vt æmularer, improbum enim ac pene furiosum: sed tamen imitarer, & sequerer tantum, quantum aut diuersitas ingeniorum maximi & minimi, aut causæ similitudo pateretur.

Æmulatio, Imitatio virtutis, inuidentiam & in bonam & in malam par-

tem accipitur. {קנאה *kinah*. ζῆλος, ζήλωμα. Gall. *Enuie d'ensuiure quelqu'vn, ialousie.* Ital. *Il essere fare, imitare altri in qualche opera invidiosamente.* Germ. Nachfolgung Eifer. Item Vergunst. Hisp. *Remedamiento en bien ò en mal, embidia.* Angl. *Following of vertew, anxie in following the nodes of another.*} Cic. *Tusc.* 4. Æmulatio dupliciter dicitur, vt in laude & in vitio nomen hoc sit. Nam imitatio virtutis, æmulatio dicitur: & est æmulatio ægritudo, si eo, quod concupierit, alius potiatur, ipse careat.

Æmŭlātŏr, oris, idem quod Æmulus. Cic. *Attic. lib.* 2. Seruilius æmulator Catonis. ζηλωτής.

Æmulus, Inuidus. {מקנא *mekanné*. φθονερός. Gall. *Imitateur, enuieux.* Ital. *Imitatore della altrui opera, inuidioso.* Germ. Nachfolger eines Dings, Vergünstig. Hisp. *Embidioso en bien y mal.* Angl. *An follower, that enuyeth.*} Demit honorem æmulus Ajaci (Vlysses) 13. *Met.* vt, Æmula senectus, apud Virg. *Æneid.* Quæ quasi inuidere nobis videtur iucundioris ætatis felicitatem. ¶ Item eiusdem rei studiosus, sectator, atque imitator. ζηλωτής. Plaut. *Pseud. sc.* 2. a 1. Lenonum æmuli lanij, quia vt lenones iureiurando malo rem quærunt. Cic. *Att.* 6. Licebit enim solus ames, nec æmulum non habebis. ¶ Eiusdem musæ æmulus, pro eiusdem artis studioso, vsurpatur à Gellio prouerbij vice. Æmulus alicuius de re aliqua, id est, contendens cum aliquo de re aliqua. Plin. *lib.* 15. *c.* 28. ¶ Fama æmula Herculei laboris, id est, non minor quàm quæ de Hercule olim ferebatur: vel quàm si aduentaret Hercules. Sil. Italic. *lib.* 4. Velleius, Æmula imperij Carthago.

Æmus, Αἶμος Stephano, mons Thraciæ, sic dictus ab Æmo Boreæ & Orythiæ filio. In hoc monte Martis domicilium collocauerunt Poetæ. Sunt qui per aspirationem scribunt, Αἷμος: quo pacto & apud Suidam legitur.

Æmylia, vide *Æmilia*.

Ænaria, Αἰναρία, insula est in sinu Puteolano, de qua Suet. *August. c.* 92. sic scribit Plin. *lib.* 3. *cap.* 6. Ænaria à statione nauium Æneæ, Homero Inarime dicta, Græcis Pithecusa, non à simiarum multitudine (vt aliqui existimauere,) sed à figlinis doliariorum. Hodie Ischia dicitur, à figura oppidi, quòd in monte habet coxendicis figuram.

Ænarium, Αἰνάριον. Locus in Achaia Peloponnesi regione, iuxta Olenum oppidum, in quo Achæi, de rebus communibus consultaturi, conuentum agebant. Autor Strabo *lib.* 8.

Ænēa, Αἴνεια, vrbs in Thracia, ab Ænea, vt Stephano placet, condita, quam nos eandem esse credimus cum ea, quam Plinius Ænon vocat. Huius meminit Liuius *lib.* 4. Proficiscuntur (inquit) à Thessalonica Æneam ad statutum sacrificium. Item Theophrast. *de plantis*, Circa Æneam ficus arbor scabiem non sentit. ¶ Hinc fit gentile Æneates, Αἰνεάτης Stephano, & Æneaticus, Αἰνεατικός, denominatiuum. Hoc etiam nomine olim dictum fuit oppidulum, vrbi Romæ imminens, quod & Ianiculum dicitur, conditum à Romulo Æneæ filio, vt tradit Dionysius. Ianiculum verò dictum, Festus ait, quia per ipsum populus Romanus transire cœperat in agrum Hetruscum. Nam & Ianus ab eundo dictus est, quasi Eanus, vt Cic. *de natur. deor.* ait.

Ænēas, Αἰνείας, Veneris & Anchisæ filius, Virgilij carmine notissimus. Dictus Æneas, vt quidam putant, ab αἰνέω, quod est laudo: nam Laus à Græcis αἶνος, dicitur. Ab Ænea dicti sunt Æneadæ, Αἰνεάδαι, Troiani. De huius genealogia vide Ouidium *lib.* 4. *Fastorum.*

Æneis, huius Æneidos, liber de gestis Æneæ. Stat. & Ouid. ¶ Æneidomastix liber à Carbilio Pictore in Virgilium editus. ¶ Æneius, quadrisyll. adiect. Virg. 7. *Æneid.* 1.

Tu quoque littoribus nostris Æneia nutrix
Æternam moriens famam Caieta dedisti.

Vbi Seruius, Hanc alij Æneæ, alij Creusæ, alij Ascanij nutricem volunt.

Ænesidemus, Αἰνησίδημος, Illustris Argiuorum Imperator fuit, qui quum Argis à Philocle obsideretur, nec vrbem tueri posset, impetrata à militibus abeundi facultate, ipse honestè in præsidio sibi credito occumbere maluit, quàm cum dedecore in patriam reuerti. Vide Liu. *lib.* 32. *ab vrb. cond.*

Ænĕus, a, um, idem est quod æreus. {נחושה *nechúscha*. χάλκεος. Gall. *Qui est de cuiure ou d'airain.* Ital. *Cosa fatta di bronzo.* Germ. Erin, Das von ertz gemacht ist. Hisp. *Cosa de alambre ò cobre.* Angl. *Made of brasse or copper.*} Col. *lib.* 12. *cap.* 20. In coctura æruginem remittunt ænea vasa. Cic. 6. *Verr.* Lectos æratos & candelabra ænea. Vide *Aheneus*.

Ænĕātōres, dicti sunt tubicines ab ænea tuba. {מחצצרים *machtsir*. σαλπιγκταί. Gall. *Trompeteurs.* Ital. *Trombetti.* Germ. Trommeter. Hisp. *Tañedores de trompetta.* Angl. *Trompetteres, which bloweth the trompette.*} Ammian. *lib.* 19. Quum superesset exiguum noctis, æneatorum clangore ductores vrbem, vt mox casuram, terribili corona cinxerunt. Suet. *in Cæs. Dict. cap.* 32.

[Æneſi, Æneæ comites. Fest.

Ænesis, gratiarum actio, laudatio.]

Æni insula, Αἴνου νῆσος, est insula in sinu Arabico. Ptolem.

Ænia, Αἰνία Stephano, oppidum est Perrhæborum, non procul ab Acheloo fluuio: cuius meminit Strabo *lib.* 8.

Ænienſis, gentile, quo vtitur Plin. 4. *c.* 9. & Ænian, anis, Αἰνιάν Straboni, sicut Acarnan, anis.

Ænianicus, denominatiuum: vt Ænianicus sinus, Αἰνιανικὸς κόλπος.

ÆNIGMA, inuolucrum. {חידה *chidáh*. αἴνιγμα. Gall. *Enigme, Sentence obscure & couuerte.* Ital. *Enigma, allegoria oscura.* Germ. Ein rätzel. Hisp. *Enigma ò sentẽcia obscura.* Angl. *A ridle, intricat question.*} Obscura allegoria, vel quæ difficilè intelligitur, nisi aperiatur, ab αἰνίττω, obscurè loquor, innuo. Innuitur enim quiddam, quod pluribus explicandum est. Huiusmodi est illud libri Iudicum, de comedente exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo. Gell. *lib.* 12. *c.* 6. Quæ Græci dicunt Ænigmata, hoc genus quidam ex nostris veteribus Scirpos appellarunt. ¶ Idem est aliquando quod parabola. Sic apud *Ezech.* 17. dicitur, Fili hominis propone ænigma, & narra parabolam: aquila grandis, &c. vbi ænigma, vel parabola vocatur aquila vastans Libanum, per quam intelligit Nabuchodonosorem vastantem Hierusalem.

Ænigmătĭcus, a, um, αἰνιγματώδης, obscurus, & ænigmaticus, inuolutus.

Ænigmatistes, αἰνιγματιστής, qui ænigma facit, seu proponit. Hieronymus *contra Iouin.* Sed quid ad nostrum ænigmatistem, cuius libros multò difficilius est nosse, quàm vincere?

Ænigmatizo, & parabolizo. *Ezech.* 17. sic habes, Fili hominis propone ænigma, & narra parabolam, quod Hebraicè concipitur, Ænigmatiza ænigma, & paraboliza parabolam. Qui modus loquendi vsitatus est Latinis, seruitutem seruire, mori mortem.

Æniochi, vide *Heniochi*.

[Ænittologiũ carmẽ appellãt, quod capit dactylos duos, trochęos tres vt,
Prælia dira placent truci iuuentæ.]

Ænobarbus, dictus est Domitius, quoniam Castor & Pollux quum victoriam illi nunciarent, ipseque minimè crederet narrantibus, malas, barbamque manibus permulserunt, & eam ex fusca in flauam conuerterunt: vnde à barba rutila, æneique coloris Ænobarbus dictus, quod postea Domitiorum cognomen fuit. Vide Suet. *in Neron. c.* 1. & Plaut. *in Paulo Æmyl.*

Ænos, Αἶνος Stephano, oppidum Thraciæ liberum, cum Polydori tumulo. Plin. *lib.* 4. *c.* 11. Straboni Poltiobria dicitur. Oppidum hoc Virg. credi vult ab Ænea conditum fuisse, & ab eo nomen accepisse, quum ait, *lib.* 3. *Æneid.*

——— *feror huc, & littore curuo*
Mœnia prima loco, fatis ingressus iniquis,
Æneadasque meo nomen de nomine fingo. Seru.

Ænum, genus vasis, ab ære, quod & cacabus, siue caldare dicitur, χαλκεῖον. Diuiditur quandoque diphthongus, per diæresim, & tunc (vt Seru. docet) aspiratio interponitur, vt apud Horatium,

Sub noctem gelidam lignis calefactat ahenum.

Virg.

Aut folijs vndam tepidi despumat aheni.

Ænulum, & Æneolum, diminutiuum ex Æno. Pompon.

Aenus, vel Ahenus, a, um, idem significat quod æreus. Virg. 2. *Æneid.*

——— *& luce coruscus ahena.*

Quem Virg. locum Gell. *lib.* 12. *c.* 3. testatur se vidisse in vetustissimo exemplari, & Virgilij (vt ipse credebat) archetypo: vbi aspiratio in dictione aëna non interposita erat literis, quemadmodum nunc scribimus: sed Græcorum more literis superposita.

Ænus, Αἶνος, Germaniæ fluuius est, Vindelicos à Noricis diuidẽs. Ptolem.

Æŏlĭă, Αἰολία Stephano, insula est Siciliæ adiacens, vna earum, quæ à Græcis Hephæstiades, à Latinis Vulcaniæ appellantur, & Æoliæ. Putatur eadem esse quæ alio nomine Strongyle dicitur. In illa enim Æolus, quamuis Vulcanis omnibus imperaret, præcipuè domicilium habuisse fertur. Plin. *lib.* 2. *c.* 106. Æoli insula iuxta Italiam cum ipso mari arsit per aliquot dies sociali bello, donec legatio Senatus piauit. Meminit huius & Homerus *lib.* 10. *Odyss.* Αἰολίην δ' ἐς νῆσον ἀφικόμεσθα. Et hunc imitatus Virg. *lib.* 1.

Ventorum in patriam, loca fœta furentibus Austris,
Æoliam venit.

¶ A quibusdam etiam Æolia dicitur, regio minoris Asiæ, Hellesponto, & Propontidi adiacens, quæ olim Mysia dicebatur. Verùm hanc cum Plinio, Strabone, Mela, cæterisque Geographis meliùs Æolidem appellaueris. Vide paulò pòst in dictione *Æolis.* ¶ *Æolia insulæ*, quæ & Vulcaniæ Ἡφαιστιάδες: insulæ sunt numero septem, non procul à Peloro Siciliæ promontorio distitæ: de quibus sic scribit Plin. *lib.* 3. *c.* 8. Citra verò Siciliam ex aduerso Metauri amnis XII. millibus fermè passuum ab Italia, septem Æoliæ appellatæ. Eædem Liparæorum, & Hephæstiades à Græcis, à nostris Vulcaniæ. Dictæ Æoliæ, quod Æolus Iliacis temporibus ibi regnabat. Harum insularum nomina sunt, Lipara, Hiera, Strongyle, Dydime, Ericusa, Phœnicusa, & Euonymus, Plin. *eod. lib. c.* 5.

Æŏlēs Αἰολεῖς. Populi fuerunt Græci, ita dicti ab Æolo Hellenis filio. Hi relicta patria, in Asiam traiecerunt, sedibusque in Misia minore fixis, Æolidem à sese vocauerunt. Antea Pelasgi dicebantur, teste Herod. *lib.* 7.

Æŏlĭcŭs, a, um, Αἰολικός: vt lingua Æolica vna ex quinque Græcorum dialectis.

Æŏlĭdēs, Αἰολίδης, dictus est Vlysses ab auo Æolo, qui filium habuit Sisyphum, ex quo & Anticlea ante Laertæ nuptias natus est Vlysses. Virg. *lib.* 6.

——— *comes additur vnà*
Hortator scelerum Æolides.

Hoc etiam nomine vocat Virg. Misenum Æneæ tubicinem.

Misenum, inquit, *Æoliden, quo non præstantior alter*
Ære ciere viros.

Æolis, idis, Αἰολίς, regio est in minore Asia, Lecto promontorio à Troade, Hermo autem fluuio ab Ionia diuisa: ita dicta ab Æolibus Græciæ populis, qui duodecim in ea vrbes ædificarunt, teste Herodoto *lib.* 1. Antea Mysia dicebatur, teste Plin. *lib.* 5. *c.* 30.

Æŏlŭs, Αἴολος, Iouis filius ex Acesta, siue Segesta filia Hippotæ Troiani: à quo Hippotades dicitur. Ouid. 11. *Metamorph.*

Quòd socer Hippotades tibi sit, qui carcere fortes
Contineat ventos.

Hic in hospites benignus fuisse, & Æolias à se nominatas insulas in ora Siciliæ tenuisse perhibetur, & in his Strongylen, ex cuius fumo, quinam flatus futuri essent, in triduum prædicebat. Vnde ventorum rex putatus est. ¶ Æolus Hellenis filius, à quo ventorum rationem primò inuentam tradit Plin. *lib.* 7. *c.* 1.

[Æon, is, æuum. Tertull.]

Æos, Αἶος, Typhonis fuit filius, quem quidam scribunt Paphon Cypri ciuitatem condidisse: quum tamen sint, qui Paphi Pygmalionis filij opus esse scribant.

Æpea, Αἴπεια Stephano, Agri Laconici oppidum, non procul à Pharis. Strabo *lib.* 8. Æpea hoc tempore Thuria dicitur, quam Pharis conterminam commemorauimus: sita verò est in excelso colle: vnde αἴπεια, id est, celsa, nomen sortita est.

Æpolus, Αἰπόλος. Pastoris nomen apud Theocritum, per syncopen dictum (vt quidam putant) pro αἰγοπόλος, ἀπὸ τῆς αἰγός, καὶ πολῶ τὸ ἀναστρέφομαι, quasi ὁ περὶ τὰς αἶγας ἀναστρεφόμενος. Latinè Caprarium vertere possumus. Nam illi αἰπόλιον dicunt, quem nos Caprarum gregem.

Æpulo, Istriæ rex fuit, teste Liuio, qui a Romanis victus, ferro se maluit occidere, quam viuus in Romanorum potestatem venire.

Æpy, *αἰπὺ*, vrbs fuit sub ditione Nestoris, quam *ἐϋκτιτον*, hoc est, bene munitam, dicit Hom. *lib. Iliad.* 2. Et in montibus sitam esse dicit Stat. *lib.* 4. *Thebaid.* quum inquit, Quos Thryon & summis ingestum montibus Æpy. Vnde & nomen accepisse videtur quod edito in loco situm esset. Nam *αἰπὺ*, idem est quod altus, hoc excelsus. Meminit vrbis huius & Strabo *lib.* 8.

Æqualitas, vide *Æquus*.

Æqualis, Æqualis, eiusdem ætatis, ab æqualitate æui. {בני גיל *bhegbil.* *ὁμῆλιξ*. GALL. *D'vn mesme aage.* ITAL. *Della medesima età.* GERM. Gleiches alters. HISP. *Cosa de ygual edad.* ANGL. *Of the same age.*} Virg. 2. *Æneid.*

Vt regem æquæuum crudeli vulnere vidi

Vitam exhalantem.

Nomen est propriè poeticum: nam Æqualis oratorium est. Plin. tamen hac voce est vsus *lib.* 6. *cap.* 44.

Æquamentum, Æquatio est: quod & Libramentum dicitur, æqua vtrinque portione propendente: *ταλαντεία*. Sic enim vertit Gaza locum Arist. *de Animalibus.*

Æquanimis, & hoc Æquanime, & Æquanimus, a, um, qui est æqui animi, qui nec prosperis extollitur, nec aduersis frangitur. {ארך אפים *erec appaim.* *ὁμοψυχος*, *ἰσόψυχος*. GALL. *Qui prend bien les choses qui surviennent sans se fascher & ennuyer.* ITAL. *Quello che è d'animo temperato.* GERM. Bestendigs gemüts. HISP. *Paciente y sufrido.* ANGL. *Patient, which taketh all in a good parte.*} Ausonius.

Æquanimus fiam te iudice, siue legenda,

Siue tegenda putes carmina quæ dedimus.

Æquanimitas, Fauor, & propitius animus. {ארך אפים *ôrech appâim.* *ἀνεξικακία*, *ἰσοψυχία*. GALL. *Patience.* ITAL. *Temperanza d'animo.* GERM. Gutmutigkeit. HISP. *Paciencia, y sufrimiento.* ANGL. *Patience in aduersitie as in prosperitie.*} Terent. in *Adelph.* Facite, æquanimitas vestra Poetæ ad scribendum augeat industriam.

Æquanimiter, moderatè, patienter, æquo animo hoc *ἀγογγύστως*, *ἀθύμως*. Macrob. *Satur. lib.* 2. *c.* 4. Cum æquanimiter aliquis etiam iocis mordaciora pertulerit.

Æquatio, vide *Æquo, æquas*, in *Æquus*.

Æquator, oris, Circulus in cælo, sphæram diuidens in duas partes æquales, parem vtrinque versus polos mundi distantiam relinquens, in quem quum Sol inciderit (quod bis contingit in anno: semel in principio Arietis, atque iterum in principio Libræ) dies fiunt æquales nocti in toto orbe terrarum, *ἰσημερινός*.

Æqui, vide *Æquus*.

Æqui, populi fuerunt Italiæ, Latinis & Volscis finitimi, à Quinto Cincinnato Dictatore ad internecionem deleti.

‖ Æquicula, mensuræ genus. Pap. ‖

Æquiculani, Italiæ populi, Sabinis ad Orientem proximi: quorum oppida sunt Cliternum, & Carseoli. Horum meminit Plin. *lib.* 3. *c.* 12. Iidem à Virg. 7. *Æneid.* Æquicolæ vocantur. Horrida (inquit) præcipue cui gens, assuetaque multo Venatu nemorum, duris Æquicola glebis. Eosdem & Æquicolos dictos inuenimus. Ouid. 3. *Fast.*

Quintum Laurentes, bis quintum Æquiculus acer.

Æquicus, a, um. Liu. *lib.* 3. *ab Vrb.* Bellum Æquicum.

Æquidiale, dictum ab antiquis, quod nunc dicimus Æquinoctiale, quia nox dies potius, quam dies nocti annumerari debet, *ἰσημερινόν*. Sic etiam Æquidium, *ἰσημερία*, quod nunc Æquinoctium. Festus. Architectus *lib.* 8. *cap.* 9. Æquator solem statione reflectit Æquidiemque facit.

Æquidici versus dicuntur, qui singulis propositionibus *ἀντίθετοι* apparent verbis dictiones, vt, Alba ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur. Albis enim nigra, ligustris vaccinia attribuit, & cadentibus legenda assignauit. Hæc ex Diomede Grammatico *lib.* 3.

Æquiformis, *ἰσόμορφος*, vt versus æquiformis, apud Diomedem Grammatic. *lib.* 2.

‖ Æquilabra, commensurata. Poll. ‖

Æquilatatio, *ἡ ἰσοπλευρος*, *ἡ*. Nomen duriusculè compositum ex æquo & latum, quasi æqualium linearum secundum latitudinem productio. Vitruu. *Lib.* 1. *c.* 6. Tunc ab centro diducto circino ad lineam planitiæ æquilatatio signetur.

Æquilanium, seu, vt alii, Æquilauium. Festus exponit à lauatione lanæ, quæ dicitur æquilauio redire, quum dimidium decidit sordibus. ‖ Isid. in Gloss. Æquilotium, æquatio ‖

‖ Æquilatatio, æqualium, secundum latitudinem, linearum productio: ab æquus & latus. ‖

Æquilibrium, Æquatio libræ. {פלס *peles* משקל *mischkâl.* *ἰσοῤῥοπία*. GALL. *Pareil poids, entre deux fers.* ITAL. *La languetta della bilanza.* GERM. So die wag nicht gleich ist. HISP. *Peso que yguala à otro tanto peso.* ANGL. *Equall weight.*} quod & Æquamentum & Libramentum dicitur, & Trutina, quum pro bilancis seu stateræ lingua sumitur. *ῥοπή*. Gellius: Nec cui membrum ab alio ruptum est, si ipse itidem rumpere per talionem velit, quæro an efficere possit rumpendi pariter membri æquilibrium.

Æquilibris, & hoc bre, ex Æquus & libra compositum, propriè significare videtur, quod ad libram æquali constat pondere, vt si dicas, Hi nummi sunt æquilibres, id est, æquali pondere. {במשקל אחד *bemischkal echad.* שוה *schaueh.* *ἰσόῤῥοπος*. GALL. *Tant d'vn poids, d'vn mesme poid.* ITAL. *Di vgual peso.* GERM. Gleich gewichtig. HISP. *De peso ygual.* ANGL. *Of the same weight.*} Transfertur tamen ad aliam æqualitatem. Vitruu. *lib.* 5. *c.* 12. Sesquipedales margines struantur æquilibres ei planitiæ, quæ supra scripta est, hoc est, omnino æquales, quasi ad libram æquata, vel vt ali æqualiter librata.

Æquilibritas, atis, æquabilitas, æqualitas. *ἰσονομία*. {ANGL. *Equalitie of weight.*} Cic. 1. *de nat. Deorum*: Confugis ad æquilibritatem: sic enim *ἰσονομίαν* (si placet) appellemus.

‖ Æquilotium, æquatio. Isid. ‖

Æquimani, ‖ qui vtraque manu gladio incunctanter vtitur. Isid *Orig. lib.* 10. ‖

Æquimelium, locus Romæ, vbi domus Melij solo æquata fuit. Sp. enim Melius ob frumenti largitionem in suspicionum affectatæ dominationis venit: & quum ad populi fidem fugeret, à Seruilio Hala magistro equitum comprehensus & occisus est, domusque eius diruta, & area Æquimelium dicta. Ex Tito Liuio 1. *decad. lib.* 4. Cic. *pro domo sua*, Melij regnum appetentis domus est complanata. Et quid aliud æquum accidisse Melio Populus Rom. iudicauit? Nomine ipso Æquimelij stultitiæ pœna comprobata est.

Æquimentum, ait Nonius: sed melius Equimentum, de quo suo loco.

Æquinoctium, ab æqualitate noctium dicitur: quod tunc dies & nox horarum spatio æquales sint. {שויון הימים *schiuvion haiyâmim.* *ἰσημερία*. GALL. *L'equinoxe.* ITAL. *Equinottio.* GERM. Gleiche länge tags vnd nachts. HISP. *La ygualdad del dia y de la noche.*} Cic. *ad Attic.* Nunc quidem æquinoctium nos moratur, quod valde perturbatum erat. Æquinoctij periphrasis elegans est apud Ouid. *El.* 11. *lib.* 3. *Trist.*

Inpositamque sibi non bene pertulit Hellen,

Tempora nocturnis æqua diurna facit.

Duo sunt autem æquinoctia. Vernale scilicet, & Autumnale. Vernale fit quarto Idus Martias, vel circa octauum Calend. April. & in octaua parte Arietis conficitur. Autumnale decimo octauo Calend. Octobr. ante Vergiliarum occasum, diebus quadraginta. Annum enim olim in duas tantum partes diuidebant, hoc est, in æstiuum & hyemale solstitium.

Æquinoctialis, adiectiuum, *ἰσημερινός*. {GALL. *Equinoctial.* ITAL. *Cosa pertinente all' equinottio.* GERM. Das zu des tags vnd nachts gleiche gehört. HISP. *Cosa de aquella ygualdad.* ANGL. *Equinoctiall.*} vt, Tempus æquinoctiale, & Horæ æquinoctiales, quarum 24. exæquant diem naturalem. Plin. *lib.* 2. *c.* 73. Sic fit, vt vario lucis incremento in Meroë longissimus dies XII. horas æquinoctiales, & octo partes vnius horæ colligat. Catull.

Iam ver egelidos refert tepores,

Iam cæli furor æquinoctialis,

Iucundis Zephyri silescit auris.

‖ Æquipar, æqualis. Cath. ‖

ÆQVĬPĂRO, as, Comparo, æquo, {שוה *schiuvâh* דמה *dimmâh.* *ἰσόω*. GALL. *Egaler, parangonner.* ITAL. *Agguagliare.* GERM. Vergleichen. HISP. *Ygualar vna cosa à otra.* ANGL. *To compare, to mak equall.*} Cic. 5. *Tusc.* Nemo est qui factis me æquiparare potest. Virg. 5. *Eclog.*

Nec calamis solum æquiparas, sed voce magistrum.

Æquĭpărābĭlis, & hoc le, Comparabilis, æqualis. {דומה *domêh.* *ἰσωτός*. GALL. *Equiparable, digne d'estre égalé.* ITAL. *Cosa che si può comparare.* GERM. Gleichlich. Das wol zuvergleichen ist. HISP. *Cosa que se puede ygualar.* ANGL. *Equall, comparable.*} Plaut. *in Trin.* Ita tu nunc dicis, non esse æquiparabiles vestras cum nostris factiones, atque opes.

Æquĭpărātĭō, Comparatio, æquatio. {דמיון *dimiôn.* *ἰσωσις*, *παραβολή*. GALL. *Egalement, comparaison.* ITAL. *Comparatione, parangone.* GERM. Vergleichung. HISP. *Ygualdad.* ANGL. *Comparaison.*} Gell. *lib.* 4. *c.* 3. Æquiparatio ipsa plerumque, & paritas virtutum inter se consimilium.

Æquĭpēs, *ἰσόπους*, *ἰσοσκελής*. Apuleius *lib. de Dogmate Platonis*: Æquipedum verò trigonum efficere ex sese quadratum: Quadratum vero cubum. Diomedes Gram. *lib.* 3. Æquipedi sono tubicen spondalium canere iubebant.

Æquĭpollĕo, es, per duplex ll, parem potestatem habeo, idem valeo. {*ἰσοδυναμέω*. ANGL. *To haue equall power.*} & Æquipollentia, æquiualentia. Perottus.

Æquĭpondĭum, ex adiectiuo Æquum, & pondus. Ponderis æqualitas. {פלס *pelés* משקל *mischkál.* *ἰσοσταθμία*. GALL. *Egal poids.* ITAL. *Contra peso giusto.* GERM. Gleich gewicht. HISP. *Peso que yguala à otro tanto peso.* ANGL. *Equall weight.*} Vt si dicas, Aurum dedi ad argenti æquipondium. Legitur hoc nomen apud Vitruuium *lib.* 10. *c.* 8. apud quem & Sacoma, pro eodem.

Æquĭtās, Æquo, æquas, vide *Æquus*.

Æquĭuălĕo, es, æquipolleo: assequor, tantundem valeo, {שוה *schavâh* ערך *êrech.* *ἰσοδυναμέω*, *ῶ*. GALL. *Valoir autant.* ITAL. *Poter parimente.* GERM. Gleich vermögen, gleich gelten. HISP. *Valer otro tanto.* ANGL. *To be of alyk valeur.*} Ouid. *de Philomela*,

Nam quamuis aliæ volucres modulamina tentent,

Nulla potest modulis æquiualere tuis.

Æquĭuŏcum, A Martino vocatur Pluriuocum, quando pluribus rebus eadem est appellatio: vt Aries. Nam & machinamentum quo muri expugnantur, & sidus in cælo, & animal in terris Aries vocatur. *ὁμώνυμος*.

Æquiuocor, eis, eodem nomine vocor. Hinc Æquiuocus, a, um, adiect. Flodoard. *lib.* 3. *cap.* 13. Filius eius atque æquiuocus Carolus. Cuius filius? Caroli nempe. sic enim initio eiusdem capitis, Nostri Caroli Regis gloriosi.

Æquor, oris, Mare dicitur, quòd æquam superficiem habeat, siue planum sit, nullis iam à tempestate fluctuantibus procellis. {מישור *mischôr.* *πέλαγος*. GALL. *Vne plaine, le plan de la mer.* ITAL. *Mare, pianura.* GERM. Das meer. HISP. *Llanadura del mar ò del campo.* ANGL. *The sea.*} Cic. *Academ. Quæst.* Quid tam planum quàm mare: ex quo etiam æquor illud poetæ vocant. Virg. *Æneid.* 1.

Heu quæ nunc tellus, inquit, quæ me æquora possunt Accipere?

Idem *Georg.* 3.

At prius ignotum ferro quàm scindimus æquor.

Gell. *cap.* 1. *lib.* 12. Ne æquor illud ventris irrugetur. ¶ Interdum ponitur pro planitie ipsius terræ. Cic. *de Diu.* 1. Sic enim Ægyptij, sic Babylonij in camporum patentium æquoribus habitantes, quum ex terra nihil emineret, quòd contemplationi cæli officere posset, omnem curam in siderum cognitione posuerunt. ¶ Quandoque pro aere. Virg. 1. *Æneid.*

Aspice bis senos volitantes æquore cygnos.

¶ Æquor ventris, pro tumore. *οἴδημα*. Gell. *lib.* 12. *c.* 1. Ne æquor illud ventris irrugetur, ac grauitate oneris, ac labore partus fatiscat.

Æquoreus, a, um, quod ad æquor pertinet, *πελάγιος*. Mart. *lib.* 3.

Hic scarus æquoreis qui venit obesus ab vndis.

Virg. 4. *Æneid.*

Et genus æquoreum, pro piscibus.

¶ Bustum æquoreum, id est, sepulchrum in littore maris erectum. Valer. Flac. *lib. 5. Argonaut.*

Talis ab æquorei consurgens aggere busti Eminuit.

Æquus, a, um, in quo nihil eminet, nihilque est inæquale. {ישר *iaschar* שלם *schalem*. ὁμαλὸς, ἴσος. GALL. *Plein & vni, egal, raisonnable, equitable*. ITAL. *Vguale, piano, giusto*. GERM. Eben/gleich. HISP. *Cosa ygual, ò justa, ò justiciera*. ANGL. *Plaine, egall*.} Cic. *pro Cecin*. Sed ne æquo quidem & plano loco. ¶ Interdum ponitur pro integro, probo & iusto, quique nullam in partem se inclinet. Cic. *6. in Verrem*, Prætor æquus, & sapiens dimitti iubet Senatum. {GERM. Ein billicher/ein gerechter.} Si animus est æquus, satis est, qui bene vitam colas. Plaut. *Aul. sc. 4. a. 1.*

Æquus eris scriptis.

Ouid. *El. vlt. lib. 5. Trist.* Æqui & iusti hîc eritis omnes arbitri, Plaut. *in Prolog. Amphitr.* Æquum oras, idem *Men. sc. 2. a. 1.* Optimum & æquissimum oras, *ibid. sc. vlt.* ¶ Item pro vt decet: iterum saluto primum, vt æquum est, Idem *Pseud. sc. 5. a. 1.* Deos maximè æquum est metuere, (id est, *iuste & raisonnable*.) *Ib. sc. 3. a. 1.* ¶ Ponitur aliquando pro fauente, vel suffragante: & hoc interdum cum datiuo, vt æquis oculis aspicienda paupertas. Senec. *c. 9. de Tranq.* Scilicet hoc ipso nunc æqua mihi Musa quæ obfuit ante Ouid. *Eleg. 1. lib. 4. Trist.*

Æquo animo ignoscas mihi, id est, placato.

Item æquo animo, id est, forti. Cæl. *lib. 1. de bell. ciu.* Te mihi æquum præbere debebis. Cic. *ad Attic.* Consequêris, vt eos ipsos, contra quos statuas, æquos placabilésque dimittas. ¶ Ad rem quoque aliquando refertur, vt Æqui conditio, æqua lex, æqua postulatio. Plaut. *Asin. sc. 3. a. 1.* Quid me æquum censes pro illa tibi dare. Idem *Amphitr.* Haud æqui facit, qui quod didicit id dedidicit. Æquo maius dolore, Senec. *cap. 3. de consol. ad Marc.* (id est, quàm par est) ex æquo dolorem patiuntur viri & mulieres. Idem *c. 15. de consol. ad Marc.* Mirari non est æquum (id est, non decet.) Plaut. *in Amphitr. prologo*. Item, Æquum esse putat, non reputat laboris, quid sit. (i. leue, facile.) Idem *ibid. sc. 1. a. 1.* Æquis conditionibus bellum componere, Velleius. Terent. *in Eun.* Quare æquum est vos cognoscere & ignoscere. Aliquando æquus, pro æquali legitur, siue æquè magno. *Ibidem*, O Thais, Thais, vtinam esset mihi pars æqua amoris tecum. Virg. *Æneid.*

Se sequitúrque patrem non passibus æquis

Æquis manibus dirimere pugnam. Liu. *Senec.* i. viribus paribus. Ad pedes quando adiectum est, vulgò allegatus es) æquum centupondium, (i. quod te exæquat atque expendit.) Plaut. *Asin. sc. 2. a. 1.* ¶ Æquum neutr. gener. idem quod æquitas, τὸ ἐπιεικές. Virg. 2. *Æneid.*

——Cadit & Ripheus iustissimus vnus,

Qui fuit in Teucris, & seruantissimus æqui.

Estque naturalis quædam moderatio, quæ in pectoribus hominum residet, nec satis legi præscribi potest. Definitur aliter absoluta bonitas & æquitas, & viri medulla, germanaque iustitia. Item ius non lege comprehensum, id est, legitimum, sed legitimi iuris emendatio, Græcè δίκαιον. Æquus iudex, quem vulgus non suspectum iudicat. Æqui bonique facio, in bonam partem accipio. {ἐν ἀγαθῷ μέρει ποιῶ. GALL. *Prendre en bonne part*. ITAL. *Pigliare in bona parte*. GERM. Zu dem besten auffnehmen vnd verstehn. HISP. *Tomar in buena parte*. ANGL. *To take in a good part*.} Potest etiam accipi pro non magni pendo, ὀλιγωρῶ τινα. Terent. Cæterum equidem istuc Chreme, æqui bonique facio. Liu. Ne serpat latiùs contagio eius mali, nos æqui bonique facimus. Cic. *ad Attic.* sine copula dixit, Æqui boni facit. Hæc loquendi formula à Iurisperitis est profecta. Illi enim Æquum bonum appellant, quando non stricto & summo iure, sed ex æquitate naturali, quæ est legitima iuris moderatrix, negotium deciditur. ¶ Ex æquo & bono statuere, arbitrari, censere, æstimare. ¶ Æquum & bonum impetrare, id est, suum obtinere, rem suam recipere, quod æquum erat auferre. Æquus Cluilius Dux Volscorum, qui à M. Gegaaio Consule ad deditionem coactus, suis sub iugum missis, ante Consulis triumphantis currum ductus est. Liu. 1. *decad. lib. 4.*

Æquābĭlis, æqualis. {ישר *jaschár*. ἴσος, ὁμαλὸς, ἰσόρροπος. GALL. *Egal, bien proportionné*. ITAL. *Vguale*. GERM. Gleich. HISP. *Cosa tambien ygual, y amigable*. ANGL. *Egall*.} Cic. *Offic. 1.* Sed hoc colendum est æquabile, & temperamentum orationis genus: hoc est, quod vno tenore incedit, nec multis figuris & affectibus variatur, sicut solet orationum stylus. Idem *pro Cecinna*, Quod æquabile inter omnes, & omnibus vnum esse possit. Vis hostilis fecit meas opes cum isto æquabiles. (i. æquauit.) Plaut. *Capt. sc. 2. a. 2.*

Æquabilitās, æqualitas. {ישר *jéscher* מישור *mischér*. ἰσότης, ὁμαλότης. GALL. *Esgalité*. ITAL. *Vgualita*. GERM. Gleichförmigkeit. HISP. *Ygualdad*. ANGL. *Equalitie*.} Idem ferè quod æqualitas, hoc est, certus quidam rerum modus, & constantia: vel sibi constans, & nulla parte in vitium inclinans ratio: vt, Æquabilitas vitæ, in qua nulla est perturbatio, neque varietas, aut discrepantia. Cic. 1. *Offic.* In liberis verò populis, & in iuris æqualitate exercenda etiam est facilitas. *Ibidem*, Æquabilitas tum vniuersæ vitæ, tum singularum actionum maximè decora est.

Æquābĭlĭtĕr, ὁμαλῶς, ἰσορρόπως. Cic. *1. Orat.* Genus sermonis æquabiliter in omni sermone fusum. Idem *2. de natur. deorum*, Tactus autem toto corpore æquabiliter fusus est.

Æquālis, par, æquè magnus, æquabilis. {שוה *scevéh* שוה *schauéh*. ἴσος, ὁμαλὸς. GALL. *Pareil, esgal*. ITAL. *Piano, vguale*. GERM. Gleich. HISP. *Cosa ygual à otra cosa*. ANGL. *Alyk, equall*.} Cic. *3. de leg.* Paupertatem diuitiis etiam inter homines æqualem esse volumus. Item *3. de Orat.* Et Cretici æqualis Pæan, qui spatio par est, syllaba longior. ¶ Interdum accipitur pro simili, ὅμοιος. Plin. Quanum & ipse æqualem fortunam expertus fuissem. ¶ Refertur & ad ætatem, dicunturque æquales, ἥλικες, qui pares sunt ætate, & æquè multos numerant annos. Coætanei verò σύγχρονοι dicuntur, qui ætate eadem vixerunt, etiamsi alter altero annis multis fuerit maior. Sic Ciceronem, & Augustum coætaneos fuisse dicemus, æquales verò nequaquam. Cic. *in Catone*, Nec cum æqualibus solum, qui pauci admodum restant. Idem *de Clar. Oratoribus*, Liuius Ennio æqualis fuit. ¶ Prouerbialiter dicimus, Æqualis æqualem delectat, ἥλιξ ἥλικα τέρπει: pares enim facillimè congregantur. Nam prima familiaritatis conciliatio proficiscitur ab ætatis æqualitate, quam Græci vocant ὁμηλικίαν. Ad quod alludens Homerus *in Odyss.* ait:

——*ἀμὲς καὶ ὁμήλικες εἰμέν.*

id est, quin etiam sumus æquales. Vide Aristotelem 1. *Rhetoric.* Æqualis huius temporis, Velleius.

Æqualitas, similitudo, paritas, seu æquabilitas. {ישר *jóscher* מישור *mischer*. ἰσότης. GALL. *Esgalité*. ITAL. *Vgualita*. GERM. Gleiche. HISP. *Ygualdad*. ANGL. *Equalitie, lyknes*.} Cic. *Top.* Multa autem sunt quæ æqualitate ipsa comparantur. Plin. *lib. 30. cap. 31.* Carnésque quæ excrescunt, ad æqualitatem redigit: explet quoque, & ad cicatricem perducit. ¶ Parœmia Pythagorica est, Amicitia æqualitas, Amicus alter ipse, Τὴν φιλίαν ἰσότητα εἶναι, καὶ μίαν ψυχήν· Τὸν φίλον, ἕτερον αὐτόν. Neque enim quicquam non commune, vbi fortunarum æqualitas, neque dissensio, vbi idem animus: neque diuortium, vbi coagmentatio duorum in vnum. Vide Arist. *magnor. Moral. 2.* & Plat. *de leg. 6.* ¶ Huic prouerbio est illud simile: Æqualitas haud parit bellum, τὸ ἴσον πόλεμον οὐ ποιεῖ. Æqualitate enim continetur concordia, inæqualitas discordiarum est mater. Solonis est apophthegma *in Plutarcho*.

Æqualiter, æquabiliter, similiter, pariter, ex æquo. {בשוה *beschauéh* יחד *jáchad*. ὁμαλῶς, ἴσως. GALL. *Esgalement, pareillement*. ITAL. *Vgualmente*. GERM. Gleichlich. HISP. *Ygualmente*. ANGL. *Equalie*.} Cic. 4. *Acad.* Æqualiter omnibus abrogatur fides, hoc est, tam his abrogatur, quam illis.

Æquè, aduerbiũ, pariter, similiter, æqualiter, iustè. {יחד *iáchadh* במישור *bemischór* בצדק *betsédek*. ὁμοίως. GALL. *Autant, pareillement, iustement*. ITAL. *Giustamente, vgualmente*. GERM. Billiglich. HISP. *Ygualmente, ò por tambien, ò iustamente*. ANGL. *Equalie, iustlie*.} Senec. Iudex qui parte inaudita altera aliquid statuit, etiam si æquè statuerit, haud æquus fuit. Cic. 1. *Offic.* Beneuolentia ciuium non æquè omnes egent. Idem *Famil. 13.* Literæ vtique nostrum propè æquè gratæ erant. ¶ Interdum significat Tam, vel tantùm, vel similiter, ὁμοίως, & admittit Ac, vel atque, vel vt. Nunquam hic argentum æquè bene collocassem. (i. tam benè.) Plaut. *Asin. sc. 3. a. 1.* Haud æquè magno periculo. Idem *Menæch. sc. 3. a. 1.* Æquè summum periculum, Liu. *lib. 34.* faciam vestra latera ita valde varia, vt ne tapeta quidem æquè picta sint. Plaut. *Ps. sc. 2. a. 1.* Non est æquè quisquam cui æquè melius velim. Idem *Capt. sc. 5. a. 3.* Nemo est alter cui credi rectè æquè putem. Idem *Asin. sc. 4. a. 2.* Non omnia omnibus æquè suauia. *Ib. sc. 3. a. 3.* Nemo est qui æquè faciat confidenter, quàm mulieres. Idem *Mil. sc. 3. a. 3.* Nullus est hoc meticulosus æquè, (id est, æquè ac hic.) Idem *Amph.* Et, Qui me æquè fortunatus, (i. ac ego.) Idem *Curc. sc. 2. a. 1.* Sueton. *in Cæs.* Nihil æquè ac iudicis acerbitas profuit. Terent. *in Andr.* Miser æquè atque ego. Cic. *Attic.* Simul quòd æquè ea quæ sunt, vt ea quæ certè futura sunt, videre possum. Interdum admittit quàm, vt Suet. *in Claud. c. 38.* Sed nihil æquè, quàm timidus ac diffidens fuit. Idem *in Aug. c. 64.* Æquè exiguo quàm. Senec. *c. 11. de consol. ad Elb.*

Æquitas, Æqualitas, æquum & bonum. {מישור *mischór* ישר *jeschér* צדק *tsédek*. ἐπιείκεια. GALL. *Egalité, equité, moderation de droict*. ITAL. *Pianura, Giustitia*. GERM. Billigkeit. HISP. *La Iusticia que templa e derecho*. ANGL. *Iustice, equitie*.} Cic. 1. *de Offic.* Difficile est cùm præstare omnibus cupieris, seruare æquitatem quæ est iustitiæ maximè propria. Sæpenumero autem accipitur Æquitas pro perfecta quadam ratione, quæ leges, strictúmque ius interpretatur, & emendat, nulla scriptura comprehensa, sed solùm in vera ratione consistens. Idem *pro Cecinna*. Omnino iam bene agis: à verbis enim recedis, & æquitate vteris. Idem *pro Plancio*, Fugisti sententiam legis, æquitatem omnem reiecisti. ¶ Pro eodem etiam dicimus Æquum & bonum. Idem *pro Cecinna*, Ex æquo & bono, non ex callido versutóque iure rem iudicari oportet. ¶ Æquitas animi est constantia quædam ac moderatio, quum æquo animo, patientérque omnia ferimus, & in bonam partem accipimus: εὐκολία. Idem *ad Atticum*, Perspice æquitatem animi mei. Idem *de Senectute*, Noui enim moderationem animi tui & æquitatem. Pro eodem etiam legitur Æquitas absolute. Idem *in Pisonem*, Quo in spectaculo mira Reipublicæ æquitas erat, vter eorum perisset, tanquam lanista. Idem *in partition.* duplicem vim æquitatis constituit, cuius altera directi, & veri, & iusti ratione constet: altera ad vicissitudinem referendæ gratiæ pertineat, quæ in beneficio Gratia, in iniuria Vltio nominatur.

Æquiter, ἰσότως, aduerb. pro æquè. Accius Antenoridis, Ad populum intelligo referundum, quoniam æquiter sententiæ fuere. Pacuu. *Atalanta*: Certare ac dissentire partem cursu da æquiter. Liu. *Ægistho*, Nam vt Pergama accēsa prædam per participes æquiter partita est. Nonius.

[Æquiterna, æque æterna, ac secula. Sido.]

Æquo, as, Æquum, siue Æqualem facio, comparo, complano. {שוה *schiwwáh* דמה *damáh*. ὁμαλίζω. GALL. *Applanir, égaler, faire vnir*. ITAL. *Spianare*. GERM. Ein machen/gleich machen. HISP. *Ygualar vna cosa à otra*. ANGL. *To make equal or plane, to make euen*.} Plin. Æquato deinde pauimento infunditur oleum. Cic. *in Verr. 6.* Quo in summo est æquata agri planities, & aquæ perennes. Et hæc propria est huius verbi significatio. ¶ Per translationem autem significat æqualiter diuido. Virg. 1. *Æneid.*

—— operúmque laborem

Partibus æquabat iustis.

¶ Aliquando continuo. Idem 9. *Æneid.*

—— Felix si protinus illum

Æquasset nocti ludum.

¶ Æquare solo vrbes, domos, turres, ædificia. Vsque ad superficiem terræ diruere & complanare. Liu. 4. *belli Pun.* Solo æquata omnia inter salinas ac portam Carmentalem cum Æquimelio Iugarióque vico. Sic sæpe legimus vrbem solo æquatam, id est, funditus euersam, siue dirutam. Æquare solo dictaturam, Metaphoricè dictum pro abrogare & omnino abolere. Idem 6. *ab Vrbe.* ¶ Accipitur etiam frequenter Æquare, pro eo quod dicimus, Æqualem, vel parem alicui facere, vel etiam quempiam aliqua in re allequi. Atque ita interdum construitur cum præpositione *Cum*. Cic. *de legib. 3.* Inuentum est temperamentum,

quo

quo tenuiores cum principibus se æquari putarint. Interdum cum datiuo. Idem *Offic.* 1. Vt non solùm oratorios meos, sed hos etiam de Philosophia libros, qui se iam illis fere æquarunt, studiosè legas. Interdum absolutè. Cæs. *bel. Gall.* 1. Vt æquato omnium periculo spem fugæ tolleret. Ouid. *El.* 5. *lib.* 4 *Trist.*

Si æquet tua nupta virum bonitate perenni.

Idem *El.* 10. *lib.* 3.

Æquato (sup. glacie) siccis Aquilonibus Istro.

Item Æquare causas (i. similes inter se conferre.) Liu. *lib.* 4. *d.* 4. Huius composita Adæquo, Coæquo, Exæquo & Peræquo, quæ secundum vim præpositionum significatur.

Æquitio, verbale, Æqualitas. {ישר שויה *mischôr.* ὁμαλότης. GALL. *Applanissement, egalement.* ITAL. *Pareggiamento, equalita.* GERM. Ein ebne gleiche. HISP. *Obra de ygualar vna cosa a otra.* ANGL. *A making of any thing equall or plaine.*} Liu. 4. *ab Vrbe*. Nec excellere vnum aut alterum ordinem in ciuitate, sed æquationem ad dignitates fore credidit: &c. *& lib.* 8. æquatio iuris.

Aër, {אויר *sciâmaim* אויר *auêr.* ἀήρ. GALL. *L'air, vn des quatre elemens.* ITAL. *Aere, aria.* GERM. Die lufft. HISP. *Ayre, elemento.* ANGL. *The aire.*} Propriè dicitur medium spatium inter elementum ignis & terram, plus multo habens raritatis, quam inferiora elementa. A Virgilio etiam inane vocatur in Sileno. Namque canebat vti magnum per inane coacta Semina. Aere fulua, (non fulgo) dixit Ennius 18. *Annal.* apud Gell. *c.* 19. *lib.* 13. Impellens nutantibus aera pennis. Catull. *de com Beren.*

Quot tenerum pennis aëra pulsat auis.

Ouid. *El.* 2. *lib.* 5. *Trist.*

Qualis in immenso desederit aëre tellus.

Tib. *lib.* 4.

Nam circumfuso consistit in aëre tellus.

Ibid.

Siue ergo per liquidum volucris vehar aëra pennis.

Ibid.

Aër fluit (de vento.)

Gell. *c. vlt. lib.* 2. Dictus Aër (vt quidam autumant,) ἀπὸ τοῦ αἴρειν, ab eo, quod ferat terram, vel quòd feratur. Sed credo potius dici, ab ἄω, id est, spiro: vnde producit vltim. Luc. *lib.* 1. — aer & longi volucer Titana labores. Qui corripiunt, Claudiani deprauata lectione falluntur, dum sic legunt, Lucidus vmbroso miscebatur aer, Auerno, sed vbiquidem lectio non habet Aer, sed Axis. Alioqui neque quantitatis ratio constaret, neque sensus conueniret. Hic autem aër partim ad terrenam, partim ad cœlestem materiam pertinet. Nam iste subtilis, vbi ventosi ac procellosi motus non possunt existere, ad cœlestem pertinet partem: iste verò qui volucribus permeatur, & stadiis quadraginta (vt Posidonius ait) à terra distat, quum sit turbulentior, & exhalationibus humidis corporeus, terræ deputatur, atque ex se multas species reddit. Nam commotus, ventos facit: vehementius concitatus, ignem & tonitrua: contractus, nubila: compressus, pluuiam: congelatis nubibus, niuem: turbulentius congelantibus densioribusque, grandinem: distentus, serenum efficit. Prouerbiali figura dicimus, In aere piscari, & in mari venari. Vsurpatur à Plauto *in Asinar. sc.* 1. *a* 1. quadrabitque simpliciter in eos qui frustra moliuntur ἐν ἀδυνάτοις: aut qui præposterè ibi quærunt aliquid, vbi ne sperari quidem possit. Vt si quis in magistratibus vitam tranquillam, in voluptatibus beatam, in opibus felicem quærat. ¶ Aliquando Aër dicitur ventus, spiritus, vel flatus modicus. Virgil.

Aera dimouit tenebrosum, & dispulit vmbras.

¶ Aliquando dicitur sonus. Varro, Anima vt conclusa in vesica, quando est arctè ligata, perculeris, aëra reddet. Est aër omnium res, & morborum causa. Hippo. *lib. de flatib.* ¶ Aëres est in Cassiano *cap.* 11. *lib.* 4. Nec aërum temperies, nec qualitas nostræ fragilitatis admittit.

¶ Aëradi, spiritus corporei in aëre degentes. Procl. ¶

Aërĭpēs, quatuor syllabarum, Celer, quasi Aërios pedes habens, ἀερόπους, ἀελλόπους. Virg. synæresin fecit, Fixerit æripedem ceruam licet.

Aërĭus, adiectiuum quatuor syllabarum, aut Aereus, {ἀέριος. GALL. *De l'air, qui est de l'air.* ITAL. *Fatto di aria.* GERM. Lufftig oder was in der lufft ist oder lebt. HISP. *Cosa ayrosa.* ANGL. *That which is of the aire.*} Propriè significat quod in aëre fit, aut in aëre viuit. Cic. *in Topic.* Deinceps aerij volatus auium atque cantus. Virg. 4. *Georg.*

Protinus aerij mellis, cœlestia dona.

Mel aerium vocat, quia ex rore colligitur, qui ex aëre defluit. Gyro deuocet aerio. Tib. *de coma Ber.* ¶ Aliquando altum significat. Virg.

Nec gemere aëria cessabit turtur ab vlmo.

Et Alpes aeriæ, idem 3. *Georg.* Arces aeriæ, 3. *Æneid.* Diuinatio ex aere.

Cornibus aeris & in sua terga recuruis. (de Capella.)

Ouid. 5. *Fast.*

Æra, æ, numeri nota erat in moneta qua eius pretium designabatur. Lucilius, Hæc est ratio peruersa, æra numeris subducta improbè. Astrologi quoque temporis initium, à quo supputationem incipiunt, Æram vocant. Vide Cælium Rhodiginum *lib.* 10. *c.* 2. ¶ Æra, pro epocha. Vox est corrupta. Hispani enim cum ipsis admodum salutare esset imperium Augusti Cæsaris, curarunt, vt rerum actarum annos ab Augusto repeterent. E. gr. Acta sunt hæc Toleti, Kalendis Martij. A. ER. A. CC. L. id est, Annus erat Augusti 150. Tabelliones autem vnam vocem fecerunt Æra. Sunt qui & Heram vocant, i. monarchiam, quæ vox est corrupta Hispanica. Sic Hera Cæsaris, est ipsius monarchia. ¶ Æra, αἶρα, herba triticum enecans, quæ apud nos Lolium dicitur, vt Dioscor. Plin. *lib.* 17. *c.* 17. Est herba quæ cicer enecat, & eruum, circumligando se: vocatur *orobanche*: triticum simili modo æra.

Ærarius, ærarium, & ærarius, vide Æs.

Ærineus, a, um, apud eos ex æra factum est. Plin. Panis verò cum melle & ærinea farina, id est, loliacea.

Æræ, αἶραι. Oppidum est Macedoniæ, cuius incolæ Ærei αἰραῖοι dicuntur. Alterum ad Hellespontum, à quo gentile Æratæ αἰραῖοι. Tertium in Ionia. Vide Steph. *de Vrb.*

Aëria, ἀερία. Olim dicta Ægyptus, teste Stephano. Aeria, Narbonensis

Galliæ oppidum, apud Plin. *lib.* 3. *cap.* 4. ¶ Item insula in mari Ægeo non procul à Nesli fluminis ostio, quæ alio nomine Thasius dicitur. Autor Plin. *lib.* 4. *cap.* 12. ¶ Hoc etiam nomine dicta est insula, quæ notiore nomine Creta appellatur, vt idem Plin. testatur *loco iam citato.*

Æricus, piscis est carniuorus, qui vnus inter omnes pisces pediculis sub brachiis innatis infestatur, χαλκίς. Aristoteles Chalcidem vocat, si Gazæ credimus, qui *lib.* 8. *Hist. anim.* Æricum vertit, quem Aristoteles Chalcidem appellat.

Ærinus, a, um, siue (vt alij legunt) Ærineus, idem est quod Loliaceus. Vnde Farina ærina, vel ærinea, quæ fit ex lolij semine. Plin. *lib.* 22. *cap.* 25. Ærina farina magis cæteris purgat vlcera vetera. Vide Æra.

Aerium, genus vectigalis est.

Aerizusa, ἀερίζουσα, gemma est ex Iaspidum genere, ab aërio colore nomen habens. Nam ἀερίζειν, est aerem imitari de hac Plin. *lib.* 37. *c.* 8.

Aeromeli, ἀερόμελι, liquor est in Syria præcipuè & Arabia sereno cælo ex aere defluens sub exortum Vergiliarum, plantisque adhærescens, & deinde duritiem quandam colligens. A quibusdam 1os Syriacus, à recentioribus Manna dicitur. Vide Ruellium *lib.* 1. *c.* 24.

Aëropē, per quatuor syllabas, & ἀερόπη. Vxor Atrei, ex qua Thyestes duos suscepit filios, quos postea Atreus fratri comedendos posuit. Quorum scelerum turpitudine ne pollueretur, Solem auersum fabulantur poetæ. Ouid. 1. *Trist.*

Si non Æropen frater sceleratus amasset,

Auersos Solis non legeremus equos.

Ærosus, ab ære, qui multum habet æris. Vnde ærosa dicta est Cyprus, ait Festus, quod in ea plurimum æris nascatur. Et pecunia ærosa quæ habet æris admixti plurimum, & proinde est adulterina. Scæuola *lib.* 101. *D. de solutionibus.* Mox pecunia qua illa Respublica vtebatur, quasi ærosa sublata est. Græcis χαλκίζων nummus dicitur.

Ærugo, inis. Rubigo, & propriè in ære, vel argento, quum virescit. {ירקון *ierakôn.* ἰὸς. χαλκοῦ. GALL. *Le rouil, ou la rouilleure du cuiure, ou airain, ou d'autre chose.* ITAL. *Ruggine.* GERM. Rost am ern oder silber. HISP. *El moho de cobre.* ANGL. *Rust, verdegreace.*} Rubigo verò, in ferro, & segetibus. ἰὸς χαλκοῦ. Quanquam & rubigo pro æris vitio positum inuenitur. Plin. *lib.* 34. *cap.* 9. Æra extersa celerius rubiginem trahunt, quàm neglecta, nisi oleo perungantur. ¶ Transfertur ad segetum rubiginem, vt est apud Theophrast. *lib.* 4. *de causis plantarum*, appellat enim Græcè ἐρυσίβην ab ἐρυθαίνω. Est autem Ærugo incidentis segetibus humoris putrefactio, quo vitio spicæ marcidæ fiunt, & in pulnerem fœtidem constriatiles. Apud Horatium & Iuuenalem accipitur Ærugo pro pecunia, quæ ex ære fit.

Ærūginōsus, a, um, ærugine obductus. {ἰώδης. GALL. *Plein de rouil, rouillé.* ITAL. *Pieno di ruggine.* GERM. Rostig. HISP. *Cosa mohosa.* ANGL. *Reustie or cankred.*} Seneca *lib. de breu. vita*. Maiorem dierum partem in æruginosis lameliis consumit.

Ærumna, ἀπὸ τοῦ αἴρω. Leuo, tollo: nam propriè Ærumnæ, & per diminutionem Ærumnulæ dicuntur furcillæ, quibus viatores sarcinas suas religatas, tabella interposita ferre consueuerunt: quæ à Mario earum inuentore Muli Mariani postea vocatæ sunt: de quibus suo loco. Hinc factum est, vt labores onerosi, Ærumnæ dicantur. {צער *bêthsêt* צער *batsaten.* ὀιζύς. GALL. *Tribulation & vne fascherie pleine de trauail.* ITAL. *Gran fatica.* GERM. Trübsäligkeit, beschwerd, arbeitsäligkeit. HISP. *Trabajo con afan.* ANGL. *wretchednes.*} Cic. *lib.* 2. *de Finibus*, Labores non fugiendos, ærumnas nominarunt. Vnde labores Herculis, Ærumnæ sunt appellatæ. Plaut. *in Persa.* Superauit ærumnis suis ærumnas Herculis. Vno vt labore exsoluat ærumnas duas, id est, duos labores partus. Idem *Amph.* Venter creat omnes has ærumnas. Idem *Mil. sc.* 1. *a* 1. Dij immortales id voluerunt vos hanc ærumnam exequi. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 2. Cuius causa hanc ærumnam exigo. *Ibid. sc.* 4. *a.* 5. Misera afficitur ærumna. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 1. Malam rem magnam, multásque ærumnas danunt (Dij.) Idem *Ps. sc.* 1. *a.* 3. Ærumna tristior crescit & aucta mora. Ausonius, Prima Cleonei tolerata ærumna laboris. Cic. *lib.* 4. *Tusc.* Ærumna est ægritudo laboriosa. Breuiter, Ærumna dicitur miseria, calamitas, infelicitas. ¶ Ærumna, prima breui, & ita scribendum *erumna*. nam hoc nomen apud Sanctos ita enunciabatur, ac si esset illud ebreue. Ita Paulinus *lib.* 2. *de vita Martini.*

——— *Tristem miseratus erumnam.*

& *lib.* 1.

——— *& lingua partes proclamat erumna.*

& *lib.* 2. *de miracul. Martini*,

——— *refugit pompam, sed destes erumnam.*

& *lib.* 4. Dissimulare istam miseri plangentis erumnam. & Fortunat. *lib.* 1. *de vita Martini cap.* 20.

Ille carens anima pœnis, hic carnis erumnis.

Ærūmnōsus dicitur quod est laboribus, ac miseriis afflictum. {צער *batsûb.* ὀιζυρός. GALL. *Fasché & affligé extremement.* ITAL. *Carico di miserie & disgratie.* GERM. Arbeitsälig, mit elend beladen. HISP. *Apassionado.* ANGL. *wretched full.*} Cic. 3. *Tuscul.* Nec tam ærumnoso nauigassem salo. Apud Plaut. *in Capt.* etiam inuenitur Ærumnatus adiectiuum. Tum igitur ego ærumnatus, deartuatus sum miser.

Ærumnābilis, ταλαίπωρος. Ærumnis plenus. Lucret. *lib.* 6.

Illud in his rebus miserandum magnopere vnum

Ærumnabile erat.

Ærūmnālis, adiectiuum: vt, Labor ærumnalis, ὀιζυρός. Apul. *lib.* 1. *de Asin.* Mox in vrbe Latia aduena studiorum Quiritum indigenam ærumnali labore aggressus excolui.

Ærumnula. Diminut. Festus, Ærumnulas Plautus refert furcillas, quibus religatas sarcinas viatores gerebant. Quarum quia C. Marius retulit vsum, Muli Mariani postea appellabantur. Vide suprà Ærumna.

Ærūscāre, veteres dixerunt pro, pecunias vndique fallacis colligere. {ἀγυρτεύω, χαλκολογεῖν. GALL. *Queßter, mendier auec mensonges & tromperies, belistrer.* ITAL. *Buscare denari.* GERM. Gelt mit betrug hin vnd wider zusamen bringen. HISP. *Buscar dineros por todas partes.* ANGL. *To conquere money be guile.*} Gell. *lib.* 9. *c.* 2. Æruscanti cuipiam id genus, & philosophum se ostentanti, dari iussit mille nummûm.

Æruscātor, ἀγύρτης. Qui malis artibus æs, id est, pecuniam corradit vndique: quales sunt mimi, præstigiatores, arioli. Gell. *lib.* 14. *c.* 1. Sed id præstigiarum, atque offuciarum genus commentos esse homines æruscatores, & cibum quæstúmque ex mendaciis captantes.

Æs, æris, propriè species est metalli rubro colore, primùm in Cypro reperta. {נחשת nechóscheth. χαλκός. GALL. *Airain, cuiure, leton.* ITAL. *Rame.* GERM. Ertz. HISP. *Cobre.* ANGL. *Brasse, Leton.*} Deductum nomen putant alij ab auri similitudine, alij à Græco γαῖα, terra, Varro ab esse. Et quia primùm maximo in pretio fuit, adeò vt pecuniam quoque, iacente auro, ex eo signarent, factum est, vt pro ipsa pecunia accipiatur. Ouid. *in Fastis,*

Æra dabant olim: meliùs nunc omen in auro est,
Victaque concessit prisca moneta nouæ.

Cato, Fundum æribus suis emptum possidebant. Seruius rex, primus post Vrbem conditam signare æs cœpit, cuius in altera parte nota fuit Ianus geminus: in altera rostrum nauis. Hæc Plin. *lib.* 33. Macrobius autem primùm æs à Iano ipso signatum fuisse tradidit, eo tempore quo Saturnus, filium fugiens, primùm in Italiam venit. Hócque a Iano tributum existimat aduenæ bene de se meriti memoriæ, quod rudis illa Aboriginum gens monstrato agriculturæ vsu, ab illo ad meliorem vitam esset traducta. Quare etiam à Iano in portionem regni est receptus. Et quoniam naui fuerat aduectus, in signando ære ex vna quidem parte sui capitis effigiem, ex altera nauis rostrum impressit, vt quantum in se esset, Saturni memoriæ consuleret, ne accepti beneficij immemor esse videretur. ¶ Ponitur etiam quandoque pro tubis, quoniam ex ære fiunt. Virg. 6. *Æneid.*

Ære ciere viros.

Vnde Æneatores, tubicines dicuntur. ¶ Æs, apud auctores finium regundorum inuenimus positum pro æreis tabulis publicis, quæ formas agrorum continebant, & modum declarabant singularum acceptarum. Flacc. Frontin. Aggenus & Hygenus. ¶ Æs alienum, idem quod debitum. {חוב chob נשי néschi. χρέος, ἐνδάνειον. GALL. *Debte, les deniers d'autruy.* ITAL. *Il debito fatto.* GERM. Geltschuld. HISP. *La deuda de dineros prestados.* ANGL. *Debte.*} vt, Æs alienum meum, æs alienum tuum, æs alienum filij, id est, quod ego, quod tu, quod filius contraxit & debet. Æs alienum facere, Liu. *lib.* 2. *ab Vrbe.* Ære alieno demersum, idem *ibid.* Per æs & libram adoptare, Suet. *in Aug. cap.* 64. ¶ Hinc prouerbiali quadam specie dicimus eum in ære nostro esse, quem nobis officiis obstrictum significamus, ita vt iam totus certóque noster sit. Quo eleganter vsus est Cic. *famil.* 13. Et mehercule semper sic in animo habui, te in meo ære esse propter L. Lamiæ nostri coniunctionem, id est, inter amicos meos esse. Idem *ad Cassium lib.* 15. In ære enim meo est, idem est quod meum, & in bonis meis est, in censu meo. Sic, In ære alieno nullo esse, idem quod nihil debere. Idem 6. *Verr.* At hominem video auctionem fecisse nullam, vendidisse præter fructus suos nihil vnquam, non modo in ære alieno nullo, sed in suis nummis multis semper fuisse. ¶ Dicitur etiam Æs nostrum τὸ χρεωστούμενον, quod nobis alij debent. ¶ Æs militare dicebatur, quod tribunis ærariis attributum erat vt militibus redderetur. χρήματα στρατιωτικά. Plaut. *in Aul. sc.* 5. *a.* 3. Cedit miles, æs petit. Item, æs censet dari. (i. stipendium) *ibid.* Textores, arcularij, dicunt vt detur æs, *ibid. sc.* 5. *a.* 3. Subducam ratiunculam, quantum æris mihi sit, & quantum alieni siet, idem *Curc. sc.* 3. *a.* 1. Æs graue supra decies H—S. Senec. *c.* 11. *de Consol. ad Elb.*

Et tellus ferro, Pontus confunditur ære,

(id est, remis & rostris,) Tibul. *lib.* 4. ¶ Æs ductile, quod facilè ducitur, attenuatúrque in laminas. χαλκὸς ἐλατός. Hoc & Regulare vocat Plin. *lib.* 34. *c.* 9. Æs caldarium, quod funditur tantum, & malleis fragile est, χαλκὸς χυτός. Idem *lib.* 34. *cap.* 9. ¶ Ære diruti milites vocabantur, quibus propter ignominiam stipendium subtrahebatur. Cic. *in Verr.* Aleatoris castra in quibus quum frequens esset, ære tamen dirutus est. Ære diruti milites dicebantur, quibus propter ignominiam stipendium subtrahebatur, Bud. *in Pandect.* ¶ Æris alicuius, id est, alicuius pretij, & indicaturæ, apud Gell. *lib.* 18. *cap.* 5. Et quid putatis si magistrum prælectorémque habuisset, alicuius æris quadrupes equus dicturum fuisse?

Ærāmēntum, ti, opus ex ære confectum, vt Ferramentum, ex ferro. χάλκωμα, χαλκούργημα. GALL. *Ouurage de cuyure ou d'airain, dinanderie.* ITAL. *Cosa fatta di rame.* GERM. Ein werck/das auß ertz gemacht ist/ertin geschir. HISP. *El alambre.* ANGL. *A work of brasse.*} Plin. *lib.* 15. *c.* 8. Lora etiam scortea omnia, & calceamina, æráque decocta vngi, atque æramenta contra æruginem.

‖Æramina, χαλκώματα, vtensilia ærea.‖

Ærārium, locus vbi pecunia publica reponitur. {ὀπισθόδομος, ταμιεῖον. GALL. *Le thresor public, ou lieu où il estoit.* ITAL. *Doue si repone il thesoro.* GERM. Schatzkammer. HISP. *El thesoro publico.* ANGL. *A publick tresour.*} Romanorum autem ærarium in æde Saturni fuisse constat, propterea quòd aureo illo seculo nullum factum esse furtum creditur. Cic. *in Verr.* primùm mihi literas publicas, quas in ærario sanctiore conditas habebant, proferunt. ¶ Interdum ponitur pro ipsa pecunia publica per quandam Synecdochem. Idem *Attic.* Ariobarzanes nullum ærarium, nullum vectigal habebat, id est, nullam pecuniam publicam. Idem 3. *Tusc.* Et quidem C. Gracchus quum largitiones maximas fecisset, & effudisset ærarium, verbis tamen defendebat ærarium. ¶ Distinguitur autem Ærarium à Fisco, quòd Ærarium sit ciuitatis, fiscus principis. Ærarium Saturni. Suet. *in Claud. c.* 24. Præfectus ærario successit Quæstori. Gell. *c.* 24. *lib.* 13.

Ærarios præfectos, hodie (vt arbitror) vocare possumus, quos Generales financiarum dicunt: qui etiam Quæstores vocari possunt: quod munus olim Prætores, Prætoriique obibant. {GALL. *Generaux des finances.* ITAL. *Thesorieri, camerlinghi.* GERM. Seckelmeister/Schatzmeister die vber den gemeinen seckel verordnet sein. HISP. *Thesoreros.* ANGL. *Thresurers.*} Tribunos verò ærarios, ἀποδέκτας, quos Receptores generales appellant. Illis autem (vt Varro scribit) tributa erat pecunia, quam militibus redderent: idque quod attributum erat, dicebatur Æs militare. ¶ Ærarij milites, dicti sunt ab ære, quòd stipendium facerent, μισθοφόροι.

Ærarius, a, um, quod ad æs, siue ærarium pertinet. {χάλκεος. GALL. *Qui est fait d'airain ou de cuiure.* ITAL. *Cosa fatta di rame.* GERM. Das zu dem ertz gehört. HISP. *Cosa de materia de cobre.* ANGL. *Made of brasse or copper.*} Plin. *lib.* 33. Laudatum enim eandem in ærariis metallis, & proximum in argentariis fieri compertum est. Cic. *pro Quint.* Hoc est per te agebatur, quod non satis erat propter ærariam rationem in tabulis inspexisse quantum deberetur. ¶ Ærarius substantiuum, qui ærea opera fabricat. {χαλκεύς, χαλκουργός. GALL. *Qui œuure en airain ou cuiure, chauderonnier, dinandier ou maignin.* ITAL. *Chi fa opera di rame.* GERM. Kupfferschmid/ertzschmid. HISP. *Official que labra cobre.* ANGL. *A coppersmyth or he which worket in copper or brasse.*} Plin. *lib.* 16. *c.* 6. Ærariorum tantum officinis compendio. ¶ Ærarius fieri dicebatur, qui plebeius à Censoribus in Cæritum tabulas referebatur, vt in eo tantum ciuis esset, quòd vnicum ciuibus tributum pendebat. ὑπόδικος, ἀποψηφισθείς. Vnde Ærarium facere, & inter ærarios, siue in ærarios referre, pro eodem leguntur: hoc est, ea ignominia quempiam afficere: quod ius propriè ad Censores pertinebat. Liu. *lib.* 4. *secund. bell. Punic.* His superioribúsque illis equi adempti, qui publicum equum habebant, tribuque moti ærarij omnes facti.

Ærariæ, vbi lauatur æs. Varro *de L. L. lib.* 7. Vbi lauetur æs ærarias, non ærilauinas nominari, & vbi fodiatur argentum, argentifodinas dici.

Ærarios, pro Ærarius. Varro γεροντοδιδάσκαλος. Hoc est magnum censorem esse, ac non studere multos ærarios facere.

Ærātus, adiectiuum, quod ære tectum est. {κατάχαλκος. GALL. *Couuert d'airain ou de cuiure.* ITAL. *Coperto di rame.* GERM. Verkupffert mit kupffer vberzogen vnd bedeckt. HISP. *Cosa de fuera cubierta de cobre.* ANGL. *Couered with brasse.*} Plin. *lib.* 34. *c.* 3. Quòd ærata ostia haberet in domo, & triclinia ærata, abacosque & monopodia.

Vidimus ornatos ærata per atria, (senes.)

Ouid. 6. *Fast.* Æratæ naues, Cæsar *lib.* 2. *de bell. ciu.* Æratus homo, ære alieno obstrictus, qui vsitatiùs dicitur Obæratus. Cic. *Attic. lib.* 1. Tribuni non tam ærarij, quàm, vt appellantur, ærati. Plaut. pro pecunioso posuit *in Mostell.* Ferocem facis, quia te æratus amat.

Ærediruti, milites, quibus propter ignominiam stipendium subtrahebatur, quóque sine pellibus tabernacula habere, & sub dio ac humi accubare cogebantur &, ne in oppidis hybernarent, inhibebantur. Varro *de vita pop. Rom. lib.* 2. Stipendium appellatur æs, quod militi semestre, aut annuum dabatur: cui datum non sit propter ignominiam, ære dirutus esset.

‖Æreneruí, qui neruos lyræ modulamine pulsant. Firmic.

Æreolus, Chalcus, moneta. Iun.‖

Ærĕŭs, a, um, quod est ex ære factum. {χάλκεος. GALL. *D'airain ou de cuiure.* ITAL. *Cosa fatta di bronzo.* GERM. Ertzin/das auß ertz gemacht ist. HISP. *Cosa de materia de cobre.* ANGL. *Made of brasse or copper.*} Virg. 1. *Æneid.*

Ærea cui gradibus surgebant limina, nexæque
Ære trabes: foribus cardo stridebat ahenis.

Ærĭfĕr, Adiectiuum, χαλκοφόρος, id est, æs ferens. Ouid. 3. *Fast.*

Idemque erat ad Rhodopen Pangæaque flumina ventum,
Ærifera comitum concrepuere manus.

id est, crepitacula ærea ferentes.

Ærificium, quod ex ære factum est, χάλκωμα. Varro, Politæ enim quasi ærificio videbantur.

‖Ærifodinæ, æris fodinæ. Var.‖

Æriñæ compedes, pro æreæ. Varro *Sesquiulysse.* Quò cùm ire vellem, is obuius fuit vbi corpori æreas compedes impositas video. Non.

Ærĭpes, trium syllabarum, Æneos habens pedes. χαλκόπους. Ouid. 6. *Epist.*

Narras & æripedes Martis arasse boues.

hoc est, habentes pedes ære munitos. Idem 12. *Epist.*

‖Æris flos, gignitur conflationibus resoluto, atque liquato ære, superfusa aqua. Isid.‖

Ærisonus, a, um, adiectiuum, Æris dans sonum. χαλκόφωνος. Stat. *lib.* 1. *Thebaid.*

——— melius vetit Mareotia fumat
Coptos, &ærisoni lugentia flumina Nili.

Ærisoni Nili, hoc est, dantis sonum æris, propter sistra, quibus in Isidis sacris vtebantur.

‖Ærizūsa, gemma ex Iaspidum genere. Plin.‖

Æro, as, Ære orno, ære tego. {χαλκόω. GALL. *Couurir d'airain.* ITAL. *Coprir di rame.* GERM. Mit ertz vermischen/oder mit ertz zieren. HISP. *Cobrir de cobre.* ANGL. *To couer with brasse.*} Vnde æratæ fores apud Virgil. Priscianus, A metallorum quoque nominibus solent nasci verba: vt ab auro, Auro, auras: ac ære, Æro, æras. Vnde Auratus, & Æratus. Cic. 5. *Verr.* Lecti ærati, candelabra aurea. ¶ Huius verbi composita sunt Obæro, Subæro, & Adæro: de quibus vide suis locis.

‖Ærosis, æratio, sanguinis attenuatio, & in halitum solutio. L. M.‖

Ærōsus, a, um, quod ære abundat, quódve ære mistum est. {χαλκώδης. GALL. *Plain d'airain, mixtionné auec force airain ou cuiure.* ITAL. *Pieno di rame.* GERM. Voll ertz oder kupffer. HISP. *Cosa que tiene mucho cobre.* ANGL. *Full of brasse.*} Vnde Cyprus ærosa dicta est, quòd in ea æris plurimum nasceretur: vel quòd primùm ibi æs fuerit repertum. ¶ Aurum ærosum, quod multum æris habeat admistum. Plin. *lib.* 13. *c.* 4. Et diuerso aurum ærosum contrahit se, hebetatúrque & difficulter ferruminatur. ¶ Lapis ærosus, ex quo æs excoquitur, & quem Cadmiam, καδμείαν, appellari testatur idem Plin. *lib.* 34. *c.* 1.

Æruscare, χαλκολογεῖν, ærea, i. pecuniam vndique corradere: vnde Æruscator, qui & Æsculator, χαλκολόγος, idem quod numulatius. Gellius *lib.* 14. *cap.* 1.

Æsă, αἶσα, Thraciæ oppidum est Pallenæ proximum, cuius incolæ dicuntur Æsæi, αἰσαῖοι. Ex Stephano.

Æsacus, αἴσακος, Priami filius ex Alyxothoe nympha, qui quum Hesperies amore captus, eam per auia fugientem insequeretur, euenit vt serpens à puella calcatus pedem eius morsicus apprehenderet, quo ex vulnere quum illa interiisset, Æsacus doloris impatientia sese in mare præcipitauit. Quem Thetys miserata (vt *lib.* 11. *Metamor.* fabulatur Ouid.) in mergum auem conuertit.

Æsălon, αἰσάλων, genus accipitris: in cuius descriptione Plin. cum Aristotele non conuenit. Aristoteles enim *lib.* 9. *de Histor. animal. cap.* 36.

Æsaloni

Æsaloni inter accipitres secundum locum post Triochen tribuit. Plin. vero *lib. 10. cap. 8.* Æsalona tertium accipitrum genus esse ait. Deinde perperam Plin. Æsaloni tribuit, quod Aristoteles Triochi, nempe quod sola toto anni tempore in nostris regionibus appareat, cum reliqua accipitrum genera, sub hyemem abeant. Æsaloni inimicitia est (Aristot. *lib. 9. de Hist. cap. 1.*) cum vulture, asino & coruo, quem locum Aristotel. duplici nomine non satis reddidit fideliter Plin. *lib. 10. c. 74.* Primum quod Æsalona patuam auem facit. Deinde quod verba Aristotelis de inimicitia Æsalonis cum vulpe & coruo euertit, quod ipsum prædicta Aristotelis & Plinij loca inspicientibus planum erit.

Æsar, Hetruscè Deus dicitur. Sueton. *in Aug. cap. 97.*

Æsarus, αἴσαρος. Fluuius, est in magna Græcia, iuxta Crotonem oppidum, de quo Strabo *lib. 7.*

‖Æscharites, panis ab craticula dictus sub finem cœnæ conuiuis appositus ex passo. L. M.‖

Æschinès, αἰσχίνης, Atheniensis orator, Demosthenis æmulus: cuius orationes tres extant, & aliquod epistolæ. Æschines pater docuit litteras. Fab. *cap. 17. lib. 2.* Præter hunc alij septem hoc nomine claruerunt, teste Diogene Laërtio. Primus philosophus, Socratis discipulus. Secundus qui artem oratoriam scripsit. Tertius, hic orator. Quartus, Arcadia, profectus. Quintus, Mitylenæus, quem flagellum oratorum vocabant. Sextus, Neapolitanus, philosophus Academicus, Melanthij Rhodij discipulus. Septimus, Milesius scriptor Octauus, statuarius. Plaut. *Pseud. sc. 4. a. 2.* Adducere ad trapezitam Æschinem.

‖Æschinus, a pudore quis dictus, verecundus. Plaut.‖

Æschrodora, nomen est meretriculæ apud Plaut. *Pseud. sc. 2. a. 1.*

Æschylus, αἰσχύλος, Poeta tragicus Atheniensis. Horat. *lib. 2. Epist.* Idem *in Arte poetica.*

Post hunc personæ, pallæque repertor honestæ
Æschylus, & modicis instrauit pulpita tignis
Et docuit, magnumque loqui, nitique cothurno.

Valer. Max. *lib. 9. cap. 12.* eum appellat originem & principium fortioris tragœdiæ. Hic Athenis excedens in Siciliam venit. Quumque monitus esset, in fatis esse, vt ex ictu superne morti cum oporteret, tectum vitans sub dio manebat aperto capite. Itaque mœnibus vrbis, in qua morabatur, egressus aprico in loco resedit: super quem aquila testudinem ferens, eius splendore capitis (erat enim capillis vacuum) perinde atque lapidi eam illisit, vt fracta testudine vetereret, eoque ictu extinctus est anno ætatis LVIII. Ex Valer. & Volater. Vide Plin. *lib. 10. cap. 3.* Quint. *li. 10. cap. 1.* & Cic. 1. *Tuscul.*

Æschylus, Gnidius, rhetor, Ciceronis præceptor, ornato & faceto verborum genere vsus est. Cic. *in Bruto.*

Æschyleus, adiect. αἰσχύλειος. Proper. *lib. 2. Eleg. vlt.*

Desine & Æschyleo componere verba cothurno.

Æschrion, αἰσχρίων, Mitylenæus versificator, inter Alexandri Macedonis comites expeditionis, Aristotelis familiaris, maximeque ei dilectus, vt tradit Nicander Alexandrinus *in lib. de discipulis Aristotelis.* Fuit & alter hoc nomine Galeni præceptor.

Æsculanus Deus, & Argentinus, dicti sunt dij æris, & argenti, id est, locupletandorum hominum potestatem habentes. Bud. *lib. 5. de Asse.*

Æsculapius, ἀσκληπιός. Nomen est Apollinis filij, qui medicam artem vel laude, vel opere amplauit: ob eámque rem in deorum numerum receptus fertur. Vide Suet. *in Claud. c. 25.* Ait se obligasse crus fractum Æsculapio, Apollini autem brachium. Plaut. *Men. sc. 3. a. 5.* Vtius sum tueri procul sedere Æsculapio. Idem *Curc. sc. 1. a. 1.* In Æsculapij fano ægrotus incubat. Idem *ibidem & sc. 1. a. 2.* Et Æsculapium salutare. *Ibid. sc. 1. a. 3.* Cuius duo filij, Podalirius & Machaon, bello Troiano Agamemnonem sequuti, non mediocrem operam commilitonibus attulere. ¶ Æsculapios multos facit Cic. *lib. 3. de Natur. Deor.* his quidem verbis, Æsculapiorum primus Apollinis, quem Arcades colunt, qui specillum inuenisse, primúsque vulnus dicitur obligauisse. Secundus secundi Mercurij frater, is fulmine percussus, dicitur humatus esse Cynosuris. Tertius Arsippi & Arsinoæ, qui primus purgationem alui, dentísque euulsionem, vt ferunt, inuenit, cuius in Arcadia longè à Lusio flumine sepulchrum & lucus ostenditur.

Æsculus, αἰσκυλος. Vide *Esculus.*

Æsepus, αἴσηπος, fluuius est in Minore Mysia, ex Ida monte profluens: cuius meminit Plin. *lib. 5. cap. vlt.* Fuit præterea hoc nomine filius Bucolonis filij Laomedontis, & frater Pedasi, quos ille ex Abarbarea nympha suscepit, vt refert Homerus *in princ. lib. 6. Iliad.*

Æsernia, αἰσερνία, Ptolem. Samnitum vrbs in Italia. Strabo *lib. 5.* Æsernia, & Alifæ, Samnitica sunt oppida, alterum bello Marsico deletum, alterum superstes adhuc. ¶ Hinc Æsernini, αἰσερνῖνοι, quorum meminit Plin. *lib. 3. cap. 12.* Quanquam ibi Esernini legatur sine diphthongo.

Æsis, (αἶσις, *Fiumesino.*) Vmbriæ fluuius est inter Anconem & Senogalliam, in mare Adriaticum influens, quo olim Italiam a Gallia diuidebat. Fluuij eius meminit Ptolemæus *in descriptione Italiæ*, Plin. *lib. 3. cap. 14.* Strabo *lib. 5.* ¶ Hoc quoque nomine a Ptolemæo appellatur eiusdem regionis oppidum, quod à Strabone Æsium vocatur. Nomen verumque ab Æsi fluuio dictum videtur, à quo oppidum hoc non longè est dissitum. Hinc Æsinates, αἰσινάται, quorum meminit Plin. *lib. 3. cap. 14.*

Æsisium. (αἰσίσιον, *Asisio.*) Vrbs Vmbrorum, Ptolemæo, Assisia hodie dicta.

Æsōn, αἴσων, Crethei filius, frater Peliæ regis Thessaliæ, & pater Iasonis, qui ab eo vocatur Æsonides.

Æsopus, αἴσωπος, Philosophus, Phryx genere, conditione seruus Xanthi, liber factus ab Idmone cæco, tempore Crœsi Lydorum Regis, cui fabulas suas dicauit. (GERM. *Fabeldichter.*) Quas antiquitus etiam vulgus idiotarum tenebat. Has qui non legisset, nihil scire videbatur. Vnde locus prouerbio apud Aristophanem & Suidam, Ne Æsopum quidem triuisti, οὐδὲ τὸν αἴσωπον πεπάτηκας. De vehementer stupidis & imperitis. ¶ Fertur hunc nihil commeritum interemptum fuisse à Delphis: quibus oborta pestilentia grauissima, pœnas dederunt. Vnde ortum Adagium, Æsopicus sanguis, αἷμα τὸ αἰσώπου. Dici solitum quum quis præter meritum acerba patiuntur vbi propter læsam innocentiam, irati superi pœnam sunt immissuri: aut, vt etiam refert Plutarchus, quoties serò pœna datur. Æsopæi legi. Senec. *cap. 8. de Consol. ad Polyb.* ¶ Item alius Æsopus anagnostes Mithridatis eruditissimus. Scripsit de laudibus Mithridatis, & de Helena, vt autor est Suid. ¶ Præterea Æsopus, Tragœdiarum actor amicitia iunctus Ciceroni, cum quo sæpe in curiam ad videndum pronuntiantem Hortensium profectus est, teste Val. Hic ad tantas opes ex histrionica peruenit, vt sexcentis H-S ei patina steterit: filium reliquerit adeò diuitem, simul & prodigum, vt vniones aceto liquefactos cœnis apponeret, vt scribit Plin. *lib. 10. cap. 51.*

Æsopius, vel Æsopeus, αἰσώπειος, Macrob. *lib. 1. Comment. in somnium Scipionis 15. cap. 2.* Æsopiæ fabulæ elegantia fictionis illustres. Vide supra.

Æstas, (קיץ *kayts.* θέρος. GALL. *Esté.* ITAL. *Estate.* GERM. *Der Sommer.* HISP. *Estio.* ANGL. *Sommer.*) Anni pars incipiens ab æquinoctio vernali, & finem accipiens æquinoctio autumnali: constátque senis mensibus. Nam totus olim annus in æstatem tantùm & hyemem diuidebatur. Postea tamen anno in quatuor partes diuiso, cœpit Æstatis nomine vocari Trimestre illud ab ingressu Solis in Cancrum, vsque ad æquinoctium autumnale, quod fit sole ingrediente Libram.

Vere prius flores æstu numerabis aristas.

i. æstate. Ouid. *Eleg. 2. lib. 4. Trist. & Eleg. 3. ibid.* Ita enim distinguuntur quatuor anni partes, vt Sole ingrediente Arietem, incipiat Ver: Cancrum Æstas, Libram autumnus, Capricornum Hyems. Varro 4. *de ling. Lat.* Ab æstu Æstia: hinc Æstiuum, nisi fortè à Græco αἴθω. Virg. 1. *Æneid.*

——nam te iam septima portat
Omnibus errantem terris & fluctibus æstas.

Æstate anni noui, pro Vere, Gell. *cap. 1. lib. 18.* ¶ Æstati opponitur hyems, vnde quum admonendi quidam sunt, vt omnia suo tempore agant, in eos quadrabit hæc prouerbialis formula, Alia æstate, alia hyeme. Sic Theocrit. *in Idyll. 2.*

ἄλλα τοὶ μὲν θέρεος, τοὶ δ' ἐν χειμῶνι χαμαὶ.

id est, Verum alia æstiuo atque hyberno tempore fiunt. ¶ Ad eundem ferè sensum pertinet & illud ex Hesiodo in libro, qui inscribitur, *Opera & Dies,*

οὐκ αἰεὶ θέρος ἐσσεῖται, ποιεῖσθε καλιάς.

Æstas non semper fuerit, componite nidos. Hoc dictum oportuit adolescentum pileis inscribi, neque enim tantùm admonet parandam esse rem in senectam, verùm etiam eruditionem, virtutem, honestam famam, quæ præsidia sunt optima senectutis.

Æstiuā, orum, pluraliter, dicuntur loca vmbrosa, nemorosa, in quibus per æstatem vitatur Solis ardor. (בירת מרונות *bâyth merunâch* עליות מקרה *haliyoth hammekerah* בית הקיץ *beth hakkayts.* τὰ θερινά. GALL. *Lieux pour se mettre à l'ombre en esté.* ITAL. *Ombra meriggio.* GERM. *Sommerhauß, sommerlaube. Ein ort da man im summer ist.* HISP. *Lugar fresco, para tener se en el estio.* ANGL. *Shadowe places in summer for men or beastes.*) Statius, Et vmbrosi patuere æstiua Lycæi. ¶ Quandoque ponitur pro ipsis gregibus in æstiuo commorantibus: vel contra pro ipsis locis, in quibus æstate sunt armenta & greges. Virg. *lib. 3. Georg.*

——nec singula morbi
Corpora corripiunt, sed tota æstiua repente.

¶ Æstiua castra dicuntur in quibus æstate milites degunt, quemadmodum Hyberna, in quibus hyemem transigunt. Cic. *Epist. lib. 1.* Mihi erat in animo, quum primum æstiua attigissem, militaréinque rem collocassem, decedere ex Senatusconsulto. Idem *Attic. lib. 2.* Cicerones nostros Deiotarus filius secum in regnum duxit, dum in æstiuis nos essemus.

Æstīvo, as, are, Propter æstum euitandum alicubi morari: quemadmodum Hyberno, hyemem aliquo in loco transigo. (τὸ θέρος διάγειν. GALL. *Passer l'esté, faire son esté en quelque lieu.* ITAL. *Ombreggiar per fuggire il caldo.* GERM. *Das summerläger haben/An einem ort den summer verschleissen.* HISP. *Tener el estio in algun lugar.* ANGL. *To dwell orbe in a place in sommer tyme.*) Plin. *lib. 12.* Intra sepem eam æstiuant pastores, opacam pariter & munitam vallo arboris. Varro 2. *de re rust. cap. 2.* Nam mihi greges in Apulia hybernabant, qui in Reatinis montibus æstiuabant.

Æstiuè aduerb. Æstiuè admodum viaticati sumus. Plaut. *Men. sc. 1. a. 1.*

Æstiuūs, a, um, quod est æstatis. (θερινός. GALL. *D'esté, appartenant à l'esté.* ITAL. *De estate.* GERM. *Summerlich.* HISP. *Cosa de estio.* ANGL. *Pertening to sommer.*) Licèt ab æstus, non ab æstas formatum sit: vt Æstiui menses, Æstiui dies.

Seu propior terris (sol) æstiuum fertur in orbem,

Tibul. *lib. 4.* Etiam castris æstiuis, Suet. *in Claud. cap. 1.* ¶ Æstiuæ fruges, dicuntur milium, panicum, & cæteræ id genus, quæ ante Vergiliarum exortum seruntur: quemadmodum Hybernæ, quæ circa Vergiliarum occasum satæ, per hyemem terra nutriuntur. Vide Plin. *lib. 18. cap. 7.* Æstiuarum feriarum tempore. Gell. *cap. 15. lib. 9.* Et æstiuarum ludum & locum agitare. Idem *cap. 5. lib. 15.*

Æstīmo, as, Considero. (ערך *haràch* חוקר *hokér* חשב *châshàb.* τιμάω. GALL. *Priser, estimer.* ITAL. *Stimare, tassare.* GERM. *Schätzen, ein wissens achten.* HISP. *Estimar, appreciar.* ANGL. *To value, to prise, to esteme.*) sicut Existimo, iudicare: vt Valla vult *lib. 5. cap. 29.* Ponitur etiam pro Taxo, rei alicuius pretium indico, τιμῶ. Habet autem accusatiuum cum genitiuo horum nominum tanti, quanti, quantiuis, tantidem, quanticumque, magni, parui, pluris, maioris, maximi, plurimi, nihili, & si qua huiusmodi reperiantur. Plaut. *Mostell. sc. 1. a. 1.* Neque quæ dixi flocci æstimat. (aliàs æstumat.) Ouid. *Eleg. vlt. lib. 5.*

——si quis leget æstimet ante
Compositum quo sit loco.

Plaut. *Capt. sc. 5. a. 3.* parui æstimo. *Ibid. sc. 2. a. 2.* & Æstimatum mihi des quem mittam ad patrem. *& sc. 3. a. 3.* æstimat xx. minis. Cic. 2. *de Finibus.* Magni æstimabat pecuniam. Si tamen hæc nomina adiectiuè accipiantur, hoc est, si habeant aliud substantiuum adiunctum, debent poni in ablatiuo. Non enim rectè dixeris, non æstimo hoc parui pretij, sed, paruo pretio: quanquam etiam sine substantiuis inueniuntur, in ablatiuo posita. *Ibidem,* Ne ego illam gloriosam virtutem non magno æstimandam putem. Sic etiam cum alijs ablatiuis. Idem 4. *Verr.* Hæc

pecunia æstimari non queunt. Seneca, Data magno æstimas, accepta paruo. Liu. vtrumque casum complexus est, Mancipia numera annis viginti, quæ post proximum lustrum decem millibus æris, aut pluris venissent. Persæpe tamen subintelligitur accusatiuus, & tamen exprimitur genitiuus, vel ablatiuus. ¶ Interdum sine ablatiuo, aut genitiuo, cum accusatiuo solùm: quale est illud Cicer. *in Verr.* Deinde etiamen sine accusatore, sententia sine consilio, damnatio sine defensione, æstimare harum rerum omnia pretia. Similem significationem habent, pendo, facio, curo, est, interest, & refert, quum pretium iungitur: quia eiusdem ferè sunt significationis. ¶ Interdum habet accusatiuum cum ablatiuo, & præpositione Ex: & tunc significat perpendo, metior. Cic. *pro Rosc.* Vulgus ex veritate, pauca: ex opinione, multa æstimat. Valla arbitratur hoc verbum componi ex Æs, æris, & nomine τιμή, hoc est, pretium, vt Æstimo, sit idem, quod æris pretio taxo. Qui in re sibi permittit quod in aliis reprehendit, vt dictio aliqua ex Græca, & Latina dictione componatur. Malim itaque scribere Extimo: vt per Syncopen dictum sit ab existimo: vel vt totum Græcum sit, compositum ex præpositione Græca ἐξ & τιμή. ¶ Æstimare litem, est quod vulgò dicitur Taxare expensas, [illegible]. Vnde Lis æstimata vocabatur (vt Budæus scribit) pecunia mulctatitia, & nummaria sententia: vt hodie quum iudices actorum dispendia & incommoda, certa summa æstimantes, tantæ pecuniæ reos damnant. ¶ Et æstimatur pœna, [illegible], quæ certo ære censebatur, ouis decussis, id est, decem assibus: bos centussis, id est, centum assibus.

¶ Æstima, æstimatio. Fest. ¶

Æstimātor, verbale, qui æstimat, & considerat. {[illegible] *maharich.* [illegible]. GALL. *Estimeur, priseur.* ITAL. *Preggiatore, stimatore.* GERM. Schätzer oberschlager entscheider einer handels. HISP. *Estimador, appreciador.* ANGL. *An valuer, considerer.* } Cic. 3. *de Fin.* Et quia te aptissimum habeo rerum studiorum, quæ mihi communia tecum sunt, æstimatorem & iudicem.

Æstimābĭlĕ, quod facilè æstimari potest, τιμητόν. Cuius contrarium est, Inæstimabile. {[illegible] *pelkir.* [illegible]. GALL. *Estimable, digne d'estre prisé.* ITAL. *Cosa da stimare.* GERM. Achtbarlich oder das leichtlich zu schetzen ist. HISP. *Estimable, cosa de precio.* ANGL. *Facilie valued.* } Cicer. 3. *de finib.* Æstimabile esse dicitur, quod pondus habet æstimatione dignum.

Æstimata, pœna, quam antiqui æstimarunt ære. Eam multam fuisse notat Gell. *lib.* 11. *noct. Attic. cap.* 1.

Æstimātĭo, ab antiquis æstima dicebatur. {[illegible] *Berech.* [illegible]. GALL. *Valeur, estimation.* ITAL. *Istima.* GERM. Schätzung achtung. HISP. *Aquella obra de estimar à appreciar.* ANGL. *An prysing valuing.* } Cicer. *de Fin.* Quod pondus habeat dignum æstimatione.

Æstimātōrĭŭs, a, um, Gaius *D. lib.* 21 *tit.* 1. *l.* 18. Si quid venditor de mancipio affirmauerit, idque non ita esse emptor queratur, aut redhibitorio, aut æstimatorio, id est, quanto minoris iudicio agere potest. & *l.* 43. Æstimatoria agere, quanto minoris. ¶ Æstimatoria actio, id est, de æstimato: cum res æstimata vendita data sit. de quo titulus *D. lib.* 19.

Æstræum, [illegible], oppidum Macedoniæ, & Æstræi populi sunt eius vrbis incolæ, teste Ptolemæo.

Æstŭs, us, calor nimius & feruor, flagrantia Solis. {[illegible] *chôm.* [illegible]. GALL. *Ardeur ou grande chaleur.* ITAL. *L'ardor del sole.* GERM. Grosse wermung. HISP. *La siesta ò calor de la siesta.* ANGL. *Great heat and bur ninf of the sone.* } Virg. *Georg.* 3.

Æstibus in medijs vmbrosam exquirere vallem.

Æstus anni. Gell. *cap.* 10. *lib.* 7. Et venit æstus (iugenti noctu in lecto sup.) Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 4. *Trist.* Æstus pro æstate. vide in *Æsta.* ¶ Aliquando pro motu & agitatione fluctuum. Cic. *de Orat.* 3. Vndique omnes venti erumpunt, sæui existunt turbines, feruet æstu pelagus. {[illegible] *zaha;* [illegible] *sahar.* [illegible]. GALL. *Le flot & reflet de la mer.* ITAL. *La reuigua & trauaglio del mare.* GERM. Vngestüme des meers. der anlauff vnd ablauff des meers. HISP. *La creciente o tempestad del mar.* } Plaut. *in Asin.* Quò magis te in altum capessas, tam æstus in portum refert. ¶ Ab hoc significato oritur prouerbialis & frequens apud autores metaphora. Secundo æstu procedere, [illegible]. Sumpta à nautis, quibus facilior cursus quum flumen, aut etiam maris æstus secundus est. Lucian. *in Ione Tragœdo,* & Æschylus *in Persis.* Ab vtraque etiam significatione, ducta metaphora ponitur pro variis animi ægritudinum generibus, cupiditate, amore, libidine. Cic. *de Orat.* 3. Repentè te quasi quidam æstus ingenij tui procul à terra abripuit. Idem *in Bruto.* Hunc quoque absorbuit æstus quidam gloriæ. ¶ Sic apud Plin. iun. pro scrupulo ponitur, & dubitatione non mediocri. Explicat, inquit, æstum meum, audio me malè legere, duntaxat versus: orationes enim commodiùs.

Æsti, pro æstus. Pacuu. *Chryse:* Æsti forté ex arido. Non.

Æstuārĭă, {[illegible] *gedbôth.* [illegible]. GALL. *Lieux par où leau flote & reflote.* ITAL. *Stagni, lagune.* GERM. Ein arm des meers ein sumpff oder graben des meers. HISP. *El estero del agua del rio ò mar.* ANGL. *Armes of the sea.* } Loca dicuntur per quæ mare vicissim tum accedit, tum recedit: siue quæ marinis aquis referta sunt ex inundationibus pelagi: vt docet Strabo *lib.* 3. Plin. *lib.* 3. Illyrici ora mille amplius insulis frequentatur, natura vadosi maris, æstuariis tenui alueo intercursantibus. Cæsar, Pedestria esse itinera concisa, æstuariis nauigationem impediri.

Æstŭo, as, Ferueo, flagro, cuius contrarium, Algeo, frigeo. {[illegible] *chām* [illegible] *rittách.* [illegible]. GALL. *Auoir ou iecter grande chaleur, beuillir.* ITAL. *Bollire.* GERM. Hitzig sein grosse hitz haben. HISP. *Heruir ò auer calor.* ANGL. *To be in great heat.* } Cic. 2. *Tusc.* Itemque Lycurgi laboribus erudiunt iuuentutem, venando, currendo, esuriendo, sitiendo, algendo, æstuando. Idem 1. *Acad.* Ille, quum æstuaret, vmbram secutus est. Per metaphoram ponitur etiam pro angi & dubitatione torqueri. Idem 4. *Verr.* Itaque æstuabat dubitatione, versabat se in vtramque partem. Idem *pro Flacc.* Hunc æstuantem & tergiuersantem iudicio ille prosequitur. ¶ Aliquando æstuare est fluctuare, agitari, [illegible]. Virg. 6. *Æneid.*

Turbidus hic cœno, vastáque voragine gurges

Æstuat, atque omnem Cocyto eructat arenam.

¶ Æstuatio, verbale [illegible]. Plin. *lib.* 18. *cap.* 1. Quorum æstimatione & gaudio, nos quoque, relictis æstuationi suæ istis hominum turbis, pergamus excolere vitam: id est, vehementibus desideriis & gaudiis.

Æstuōsus, a, um, quod est calore plenum. {[illegible] *chem.* [illegible]. GALL. *Plein de grande chaleur, fort chaut.* ITAL. *Pieno di caldo.* GERM. Hitzig voll hitz. HISP. *Cosa calorosa.* ANGL. *Full of heat.* } Colum. *lib.* 4. Cœlum neque niuale vinea, nec rursus æstuosum desiderat. Cic. *Attic. lib.* 2. Iter conficiebam æstuosa & puluerulenta via.

Æstifer, a, um, quod æstum, id est, calorem affert. {[illegible]. ANGL. *which bringeth heat.* } Virg. 2. *Georg.*

Hoc vbi multa siti findit Canis æstifer arua.

Æstifer Canis, quod æstum afferat. ¶ Æstiferum etiam dicitur quod æstum fert & patitur. Luc. *lib.* 1.

——— *sicut squallentibus herbis*

Æstifera Libyes viso leo comminus hoste

Subsedit dubius, totam dum colligit iram.

Æsuuia prata, est locus. Plutarch. *in Valerio.*

Æsyma, [illegible] Stephano, vrbs Thraciæ, patria Castianiræ, ex qua Priamus Gorgythionem suscepit qui in bello Troiano ab Aiace fuit interfectus. Autor Homer. 8. *Iliad.*

Æsymnĭūs, [illegible]. Vir fuit Megarensis, qui regnum tyrannidem exosus, consuluit Apollinem, quo potissimùm modo Megarensis felicissimè Rempublicam possent administrare: cùmque responsum esset, Si cum pluribus consultarent, arbitratus id ad mortuos attinere, qui viuorum numerum longè exuperarent, tumulum Heroibus congessit, qui ab ipso Æsymnius dictus est, Curiámque extruxit, quæ ambitu suo tumulum includeret, arbitratus ita futurum, vt ipsi etiam mortui ipsorum consultationibus interessent.

Æsymnus, [illegible], ab Homero inter principes Græcorum memoratus, qui ab Hectore sunt interfecti, *Iliad.* 11.

Æsymus, vrbs Thraciæ, teste Homer. *Iliad. lib.* 8.

Æta, vide *Æeta.*

Ætās, ab αἰὼν, Græco nomine deductum, ab hoc enim Æuum, Æuitas, & per syncopen Ætas. {[illegible] *beth* [illegible] *dor.* [illegible]. GALL. *Aage.* ITAL. *Eta, etade.* GERM. Ein jedes alter. HISP. *Edad, siglo.* ANGL. *Eage.* } Generaleque nomen est ad infantiam, pueritiam, adolescentiam, iuuentutem & senectutem pertinens. Varro quinque gradus facit. In primo vsque ad annum decimum quintum, Pueros dictos vult: quòd sint puri, id est, impuberes. In secundo ad annum trigesimum, Adolescentes, ab adolescendo nominatos. In tertio, vsque ad annum quadragesimum, Iuuenes appellatos, eò quòd Rempublicam in re militari iuuare possent. In quarto autem gradu, vsque ad sexagesimum annum, Seniores nuncupatos, quòd tunc corpus senescere incipiat: inde vsque in finem vitæ vniuscuiusque quintum gradum factum, in quo qui essent, Senes appellatos, quòd ea ætate corpus iam senio laboraret. Horum tamen singuli trifariam diuiduntur: vt prima, pars viridis sit, deinde adulta, postea præceps. Vnde Virg.

———*viridisque iuuenta.*

¶ Alij aliter diuidunt ætates. Ætas præterea mundi prima, ab Adam vsque ad Noe numerabatur: secunda à Noë vsque ad Abraham: tertia ab Abraham vsque ad Dauid, quarta à Dauid vsque ad transmigrationem Iudææ in Babylonium: quinta deinde vsque ad aduentum Seruatoris in carne: sexta quæ nunc agitur vsque quò mundus iste finiatur. ¶ Interdum Ætas accipitur pro anno. Virg.

———*Si quarta accesserit ætas.*

Varro, Ætatem vix decimam egressus. ¶ Interdum pro triginta annorum spatio, [illegible]. Cic. Tertiam iam ætatem hominum viuebat. Sic Plutarchus Ætatem ostendit esse spatium triginta annorum, secundùm Heraclitum. ¶ Interdum pro centum annis. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

———*quo tempore ludos*

Fecit quos ætas aspicit vna semel. (i. sæculum.)

Ouid. 12. *Met.*

———*vixi Annos bis centum, nunc tertia viuitur ætas.*

Bona ætas, de Adolescentia. Senec. *ep.* 47. Ætatem malè ferre (i. citius quam oporteat, senescere.) Senec. *epist.* 89. In ætatem venire. Liu. *lib.* 2. *d.* 5. Vetus ætas. Vide *Vetus.* Ætas purpura: vt, ætas mala, mala merx est tergo? Plaut. *Men. sc.* 1. *a.* 5. In te omnis spes est ætati meæ, id est, mihi. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. In hominum ætate multa eueniunt huiusmodi. Idem *Amph.* Vt ætati tuæ, id est, tibi. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Qui se suámque ætatem bene curant. Idem *Pseud. sc.* 7. *a.* 4. Media est mulieris ætas. Idem *Aul. sc.* 3. *a.* 1. Ætatis atque honoris causa id fiet tui. Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 1. Ætatem meam scis. I. Scio esse grandem, itidem vt pecuniam. Idem *Aul. sc.* 4. *a.* 1. Ouid. *Eleg.* 8. *lib.* 4.

Iam subeunt anni fragiles & conuectior ætas.

¶ Ponitur & pro quouis tempore humanæ vitæ longissimo. Græci ætates [illegible] dicunt. ¶ Ætas in malcul. Idem *Trinum.* Propter eosdem, quorum causa fui hoc ætate exercitus. ¶ Ætas mala, dicta est senectus. Idem, Confectus sum senectute, onustum gero corpus, vires reliquerunt: vt ætas mala est, mors mala est. E contrario, Bona ætas, Iuuenta appellatur, [illegible]. Cic. Quod si ipsis voluptatibus bona ætas fruitur libentius, primum paruulis fruitur rebus. ¶ Ætas media, vocatur illa, quæ est inter iuuentam & senectam: quam Auicenna vocat ætatem pulchritudinis, [illegible], quæ fere est à trigesimo vsque ad quadragesimum annum. Eadem dicitur Ætas consistendi, [illegible], in qua Hippocrates *Aphorism.* 2. facilè medicam ferri dicit. ¶ Ab ætate petuntur duæ prouerbiales loquendi formulæ, prima est, Aliam ætatem alia decent: nec enim eadem decent canum, quæ aliquando decuerunt iuuentam. Terent. *in Andr.* sic ait, Nunc hic dies aliam vitam adfert, alios mores postulat. ¶ Altera, Ætate prudentiores reddimur. Contra: quum peragebamus nobis eadem probari iam natu grandioribus, quæ quondam ob ætatis inscitiam arriserunt, sed vsu rerum auctam prudentiam. Fabulam ætatis peragere. Cic *de Senect.* Quæ sunt igitur voluptates corporum cum auctoritatis præmiis comparandæ: quibus qui splendide vsi sunt, ij mihi videntur fabulam ætatis peregisse,

peregisse, nec tanquam inexercitati histriones in extremo actu corruisse. Congruenter autem vitæ tempora fabulis comparantur, quia sicut fabula quinque actibus constat, ita hominis vita quinque ætatibus, seu gradibus.

Ætatem aliquid esse, aut facere dicitur pro diuturno & continuato tempore, & fere habet vim prouerbij. Plautus, Vt tibi superstes vxor ætatem siet. Terent. Iamdudum ætatem lites sunt inter eos. Idem, Iamdudum ætatem abij. Idem *in Hecyr.* Nam neque ille hoc animo erit ætatem. Idem, Ætatem velim seruire, Liuianum modo vt conueniam. Do Iouem testem te ætatem impune habiturum id. Idem *in Pseud. sc.5. a.1.* Eo modo vt viuas ætatem miser. Idem *Amph.* Adeo vt ætatem nobis sit obnoxij. Idem *Asin. sc.2. a.2.* Ægrota, si lubet, per me ætatem.

Ætatula, diminutiuum, Ætas modica, & tenerior puerorum ætas. {*ἡλικίον*. GALL. *Petit aage, bas aage.* ITAL. *Età tenera.* GERM. Klein alter, oder zart alter. HISP. *Edad tierna.* ANGL. *Infancie, youth.*} Cic. *1. de Fin.* Facile est hoc cernere in primis puerorum ætatulis. Idem *de Arusp. respons.* Qui primam illam suam ætatulam ad scurrarum locupletum libidines detulit. Plaut. *in Pseud.* In munditiis, mollitiis, deliciisque ætatulam agitis.

Æternus, perpetuus, quasi æuiternus, à quo Sempiternus, quasi semper æternus. {לעולם אשר *ascher leholam.* *αἰώνιος, ἀΐδιος*. GALL. *Eternel, durable à iamais, perpetuel.* ITAL. *Eterno, perpetuo.* GERM. Ewig. HISP. *Cosa que siempre dura y viue.* ANGL. *Perpetuell, eternel, which dureth for euer.*} Cic. *1. Tusc.* id ait esse æternum quod per se moueat. Sal. *in Cat.* Virtus clara æternaque habetur. Tibul. *lib.4.*

Æterno sed erunt tibi magna volumina versu.

Ibidem,

Æterno propior non alter Homero.

Ouid. *Eleg.3. lib.1. Trist.*

Vxor in æternum viue, mihi viua negatur.

Senec. *cap.6. de Consol. ad Marc.* In æternum fixa sors. *Ibid. cap.25.* In æterna rerum dimissæ animæ. Plaut. *Capt. sc.1. a.4.* Spero me ob hunc nuncium æternum adepturum cibum. *Ibid.* æternum tibi dapinabo victum. Æternum, idem est quod diuturnum, & multo tempore duraturum. *Deut. cap.15.* cum dicitur de seruo illo, qui oblata libertate frui nolit, Perforabis autem eius in ianua domus tuæ, & seruiet tibi in æternum. id promittitur, vt multo tempore seruiat saltem vsque ad mortem. quæ enim seruitus durare vltra mortem potest? ¶ Differunt tamen æternum & sempiternum, quòd Sempiternum dicunt Deum esse, qui semper fuit, eritque: Æternos homines, qui principium quidem habuerunt, & tamen animo sunt immortales atque perpetui. Imò sempiternus, de homine etiam vsurpatur. Plaut. *Mos. sc.3. a.1.* fore amicum sempiternum & amatorem proprium in vita. Æternum, frequenter pro aduerbio temporis accipitur. {לעולם *leholam* לעד *lahadu.* *αἰῶνα, ἀεὶ*. GALL. *Eternellement, à iamais.* ITAL. *Eternalmente.* GERM. Ewiglich. HISP. *Siempre.*} Virgil. *6. Æneid.*

——sedet, æternúmque sedebit Infelix Theseus.

loquitur de pœnis inferorum. Idem,

——manet æternúmque manebit.

¶ Sic Æternò, idem. Plin. *lib.2. cap.107.* Vide æternò hunc fontem igneum contexens fraxinus.

Æternitas, Perpetuitas, quæ nulla temporis quantitate mensurari, nullo temporis spatio designari potest: quum omne contineat æuum, & contineatur à nullo. {עולמים *holamim* עד *hadu.* *ἀϊδιότης*. GALL. *Eternité, perpetuité.* ITAL. *Eternità.* GERM. Ewigkeit. HISP. *Aquella duracion sin comienço y fin.* ANGL. *Perpetuitie.*} Plin. *lib.13. cap.5.* Materiæ vero ipsi æternitas. Cic. Sed fuit quædam ab infinito tempore æternitas, quam nulla circumscriptio temporum metiebatur. Quint. In hac quæ superest æternitate inueniri poterit perfectior.

Æterno, as, Perpetuum facio. {*διαιωνίζω*. GALL. *Eterniser, perpetuer.* ITAL. *Perpetuare.* GERM. Ewig oder vnsterblich machen. HISP. *Durar para siempre sin fin.* ANGL. *To mak perpetuell.*} Varro *rerum humanarum lib.1.* Literisque ac laudibus æternare. verbum est antiquum. Hor. *4. Carm.*

Quæ cura patrum, quæue Quiritium,
Plenis honorum muneribus tuas
Auguste virtutes in æuum
Per titulos memoresque fastos Æternet.

Æthæa, *αἴθαια*, regionis Laconicæ oppidum, apud Steph.

Æthalia, {*αἰθαλία* Straboni, *αἰθάλη* Stephano, Palmosa.} Insula est in mari Tyrrheno, distans à continenti stadiis circiter centum, hoc nomine memorabilis, quòd ferri fodinas habet, quæ à fossoribus exhaustæ, certo tempore succrescant. Author Strabo *lib.5.* Alio nomine Ilua vocatur, teste Plin. *lib.3. cap.6.* Quo nomine & à Virgilio appellatur *Æneid. lib.10.*

—— ast Ilua trecentos
Insula inexhaustis Chalybum generosa metallis.

Æthalides, *αἰθαλίδης*, Mercurij filius creditur, qui à patre impetrauit, vt & viuus, & vita defunctus, omnium quæ gererentur haberet memoriam. Hunc se aliquando fuisse, Pythagoras gloriari solet, atque inde sibi omnium eorum quæ gesserat, quum Hermotimus esset, aut Euphorbus, memoriam mansisse.

Æthaliones, {*αἰθαλίωνες*. GALL. *Cigales.* ITAL. *Cicale.* GERM. *Heuschrecken.* HISP. *Cigarras.* ANGL. *Grashoppers.*} Cicadæ dictæ, *παρὰ τὸ αἰθαλοῦσθαι ὑπὸ τοῦ ἡλίου*, hoc est, propterea quòd à sole adurantur. Cælius ex Theocriti interprete *lib.17. cap.6.*

Æther, {שחק *schachak.* *αἰθήρ*. GALL. *L'air supreme ou l'element du feu.* ITAL. *Sfera del fuoco.* GERM. Der himmel oder das element des feuers. HISP. *Cielo del fuego.* ANGL. *The aire or skie.*} Ab Anaxagora accipitur pro elemento ignis. Aristoteles verò *de Mundo* hoc nomine significari ait, cæli, syderúmque substantiam, hoc est, totam syderum, & cæli, & stellarum compaginem, non quod ignita flagret, *ἀπὸ τοῦ αἴθειν*, sed quòd semper motu suo circunductili currat, & cursibus rapidissimis rotetur, *ἀπὸ τοῦ ἀεὶ θεῖν*, quum sit, inquit, illud elementum à quatuor illis diuersum, tum diuinum, tum interitus expers. Hodie quoque Philosophi duas præcipuas mundi constituunt partes, Elementa & Ætherem: siue (quod in vnum recidit) Mundum elementarem & Æthereum: elementorum nomine terram, Aquam, Aerem, & Ignem intelligentes: Ætheris autem nomine complectentes quicquid est supra elementum ignis. Alij Ætherem accipiunt pro aere. Apuleius, aqua, tellus, æther, ignis. Virg.

——resonatque fragoribus æther.

¶ Ex quo significato oritur hoc Adagium, Tranquillum æthera remigas, *αἰθέρα ἀνήνεμον ἐρέσσεις*. Apud Zenodotum refertur de incassum laborantibus. Perinde est quasi dicas, Aerem diuerberas, remigantium more. ¶ Lucret. *lib.1.* Æthera posuit pro Ioue,

Postremò pereunt imbres: vbi eos pater Æther
In gremium matris Terrai præcipitauit.

Æthereus, a, um, *αἰθέριος*, quod est ætheris. Virg. *12. Æneid.*

Ætheria quos lapsa plaga Iouis ales aperto
Turbabat cælo.

¶ Æthera terra apud Macrob. *Comm. in som. Scip. lib.1. cap.11.* A Luna enim deorsum natura incipit. Denique illam ætheriam terram physici vocauerunt, & habitatores eius lunares populos. Rursus: vt sit Luna pro terra, quam ætheriam terram diximus nominatam.

Ætherii, *αἰθέριοι*, populi subter Ægyptum, qui postea ab Æthiope Vulcani filio Æthiopes vocati sunt. Aut. Plin. *lib.6. c.30.* {GERM. Moren.}

Æthices, *αἴθικες* Stephano, populi Thessaliæ, quorum meminit Homerus *in Catalogo*, & Strabo *lib.9.*

Æthiologica, Pathologica, medicinæ pars, in qua ea, quæ præter naturam sunt, inquirimus, morborum causas, accidentium, concursus. L.M.

Æthiope, *αἰθιόπη*, insula Asiæ adiacens, non procul à Lesbo, quæ olim Macaria appellatur, teste Plin. *lib.5. cap. vlt.*

Æthiopia, *αἰθιοπία*, ab Æthiope Vulcani filio, qui illi præfuit, dicta, vt ait Plin. *lib.6. c.56.* vel à Græco *αἴθω*, cremo, & *ὤψ*, aspectus, facies. nam Solis vicinitate eius regionis incolæ torrentur. est enim ibi iugis æstus. {GERM. Morenland.} Quicquid eius fertile est, sub meridiano cardine est. Circa verò Occiduum, montosa est, arenosa est in medio. Ad Orientalem plagam, deserta: cuius situs ab Occiduo, Atlantem montem, ad Orientem vsque in Ægypti fines porrigitur: à Meridie, Oceano: à Septentrione, Nilo flumine clauditur. Plurimas habet gentes, diuerso vultu & monstrosa specie horribiles. Ferarum quoque & serpentium referta est multitudine. In ea enim rhinoceros, chamæleon, pardus, basiliscus, dracones ingentes. ¶ Strabo *lib.1.* Homerum sequutus, duplex est Æthiopia. Altera ad plagam Africæ Orientalem, primum ab iis cognitam, qui ex Arabia soluerunt: altera in Occidentem, cuius notitiam primi habuerunt, qui Gadibus egressi Occiduum littus lustrauerunt.

Æthiopis, *αἰθιοπίς*, herba est lactucæ folio, in Æthiopia nascens, vel in Meroë Nili insula (à qua etiam Merois dicitur) cuius tactu (si Magorum vanitati credimus) clausa omnia aperiuntur, amnésque etiam, & lacus exarescunt. de hac Plin. *lib.26. cap.4. & lib.27. cap.4.*

Æthiops, *αἰθίοψ*, siue Æthiopus, Vulcani filius fuit, qui Æthiopiam à se denominauit, vt placet Plin. *lib.6. cap.30.* Lucil. *lib.3.*

Broncbo bouillaeus, dente aduerso eminulo, hic est
Rhinoceros velut Æthiopus.

¶ Æthiopes quoque dicuntur, qui Æthiopiam incolunt, & mulieres Æthiopissæ, *αἰθιοπίδες*. ¶ Sunt qui Æthiopas dictos putent, à Chus filio Cham. Nam Chus Hebræis, Æthiopem sonat. Hi olim ad Indum fluuium habitasse creduntur, relictisque sedibus suis, iuxta Ægyptum consedisse inter Nilum & Oceanum supra Heliopolim, & paulatim etiam ad interiora Africæ penetrasse. ¶ Æthiopes tam atro sunt colore, atque adeò immutabili, vt prouerbiali figura dictum sit, Æthiops non albescit, *αἰθίοψ οὐ λευκαίνεται*: de iis qui nunquam mutaturi sunt ingenium. Quicquid enim natiuum, id haud facile mutatur. Fertur in hanc rem Epigramma Luciani nomine:

Εἰς τί μάτην νίπτεις δέμας Ἰνδικόν; ἴσχεο τέχνης,
Οὐ δύνασαι δνοφερὴν νύκτα καταυγάσαι:

id est, Abluis Æthiopem frustrà: quin desinis artem: Haud vnquam efficies nox sit vt atra, dies. ¶ Eandem vim habent, Æthiopem lauas, *αἰθίοπα σμήχεις*: &, Æthiopem dealbas, *αἰθίοπα λευκαίνεις*. Hoc item peculiariter quadrabit, quum res parum honesta verborum fucis adornatur: aut quum laudatur illaudatus, aut docetur indocilis. Vide Æsopi apologum, de mercatore, qui empto seruo Æthiope assidua lotura faciem diuexauit. Nam vestem mutare potest Æthiops, faciem non potest. Hinc etiam prouerbialiter dicimus, Æthiopem ex vultu iudico. *Τὸν Αἰθίοπα ἐκ τοῦ ὄψεως γινώσκω*. Præfert quisque aliquo signo cuiusmodi sit moribus.

Æthites, lapides in nidis aquilarum reperiuntur, partum accelerantes. Isid.

Æthnici spiritus ignei apparentes variis formis, vt globi titiones &c. Cels.

Æthon, *αἴθων*, equus Phœbi dictus est. {GERM. Eins auß den wagenpferd der Sonnen.} Fuere autem (vt in fabulis fertur) quatuor equi Solis: Phlegon, Pyroes, Eous & Æthon, quibus significantur quatuor diei horæ. Ouid. *2. Metam.* Interea volucres Pyroes, & Eous, & Æton, Solis equi, quartúsque Phlegon, hinnitibus auras Flammiferis implent. Latinè Æthon interpretatur ardens: Phlegon, inflammans: Pyroes, igneus: Eous, Lucifer.

Æthone, insula maris Oceani, Macarea antea appellata, vt tradit Plin. *lib.3. cap.31.*

Æthra, æ, splendor ætheris, & pro aëre ponitur, *αἴθρα*. Virg. *lib.3.*

Nam neque erat astrorum ignes, neque lucidus æthra
Syderea polus.

Vbi Seruius, per Æthram syderéam, intelligit splendorem ætheris. ¶ Nam æther est ipsum elementum, æthra verò splendor ætheris.

Æthra, *αἴθρα*, filia Pitthei regis, & vxor Ægei, matérque Thesei. Ouid. *in Epist.*

——Ariadnes ad Theseum,
Nec pater est Ægeus, nec tu Pittheidos Æthræ Filius.

Vide in *Æger.* Alia fuit Æthra Oceani & Tethyos filia, vxor Atlantis, filia Iapeti; qui ex ea xii. filias, & vnum filium, Hyantem videlicet, suscepit:

suscepit: sed Hyas in Libya à serpente occisus est: cuius mortem quum quinque sorores nimium deflerent, luctu contabuerunt: sed Iouis commiseratione inter sydera sunt translatæ, Hyadésque à fratris nomine dictæ. Reliquæ septem, eò quòd plures superstites manserint, Pleiades sunt appellatæ, vt author est Timæus Græcus scriptor: sed de his infrà pauló aliter.

Æthræa, αἰθρία, insulæ nomen est in mari Carpathio, quæ hodie Rhodus dicitur, *Rodus*. } GERM. Die insel Rodiß. } Author Plin. *lib.* 5. *c.* 33.

Æthria, αἰθρία, in Ægeo mari insula est, quæ & Æria, & Thassos appellata est. Plin. *lib.* 4. *cap.* 12.

Æturia, vide *Hetruria*.

Æthusa, αἴθουσα, insula est in mari Libyco, quæ à quibusdam Ægusa dicitur, Plin. *lib.* 3. *cap.* 8.

Ætia, orum, αἴτια, Callimachus poeta librum suum inscripsit, quem de causis & rationibus sacrorum edidit, eodem pene argumento quo Ouidius fastos conscripsit. Opus hoc temporum iniuria interceptum ad nos non peruenit.

Ætiologia, αἰτιολογία. Causæ redditio, composita dictio ἀπὸ τῆς αἰτίας καὶ λόγου. Quint. *lib.* 1. *cap.* 5. Sententiæ quoque & chriæ, & ætiologiæ subiectis dictorum rationibus, apud Grammaticos scribantur, quia initium ex lectione ducunt. Quorum omnium similis est ratio, forma diuersa: quia sententia vniuersalis est vox, Ætiologiæ, personis continentur.

Ætion, αἴτιον, Causa, principium, origo. Vnde Ætia Callimachus librum suum inscripsit, quo causas & origines sacrorum Græcanicorum est complexus, quemadmodum Ouidius in Fastis Romanorum Latinorúmque sacrorum initia causásque est persequutus.

Aëtites, ἀετίτης, lapis est colore subrufo, quem si concutias, alium lapidem, quem veluti prægnans in vtero gerit, intus audis sonantem. Inueniuntur bini aquilarum nidis: feruntúrque aquilæ sine iis oua parere non posse. Quam ob causam nomen illi impositum creditur. Mulierum quoque partus, femori alligatus aëtites, faciles reddere putatur. Quatuor autem sunt aëtitæ species, quas enumerat Plin. *lib.* 36. *cap.* 23. ¶ Est & Aëtites, gemmæ nomen, impositum à colore aquilæ candicante cauda. Vide eundem *lib.* 37. *cap.* 18.

Aëtius, ἀέτιος, Medicus fuit insignis, ex Antiochiæ Syriæ vrbe, discipulus Eunomij, tempore Constantini Imperatoris, Atheos cognominatus, quòd diceret nullum esse Deum, vt alij quidam impij philosophi. Scripsit de re medica libros sedecim, & epistolas quasdam. Nomen deductum est ἀπὸ τοῦ ἀετοῦ, hoc est, ab aquila. Vnde per quatuor syllabas proferri debet.

Ætna. { Αἴτνη. ITAL. *Mongibello*. GERM. Ein berg in Sicilien der stäts brennet. } Mons Siciliæ perpetuo clarus incendio, eóque nomine à Poëtis celebratus. De quo Senec. *epist.* 81. Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 5. *Trist.* Flammis rapidæ Ætnæ vri. Incendij autem eius causas explicat Trogi abbreuiator, Iustin. *lib.* 4. Sicilia (inquit) terra est cauernosa, & fistulosa, quo fit, vt ventorum flatibus pateat, vnde ignis concipitur. Intrinsecus sulphur habet & bitumen, quod vbi ventus per spiramenta cauernarum incubuit, diu luctatus concipit ignem: sic Ætnæ ducat incendium. Motus ergo ventorum causa incendij est. Ætnam & Athonem montes in molestiæ tædiíque prouerbium abiisse testatur Lucill. apud Gell. *lib.* 6. *cap.* 9.

Ætnæus, a, um, αἰτναῖος, Denominatiuum. Tib. *lib.* 4.

Vel paruum Ætnææ corpus committere flammæ.

Virg. 8. *Æneid.*

Cyclopum exesa caminis Antra

Ætnæa tenant.

Accipitur interdum pro magno, instar Ætnæ montis, vt annotauit Cælius *ant. lect. lib.* 21. *cap.* 23. In qua significatione Virgilius quoque vsurpasse videtur *lib.* 3. *Æneid.*

Cernimus astantes nequicquam lumine toruo

Ætnæos fratres.

Et Tibul. *lib.* 4.

Cessit & Ætnææ Neptunius incola rupis.

¶ Et prouerbialiter Ætnæus cantharus, Αἰτναῖος κάνθαρος, de magnis & fœdis. Est enim cantharus siue scarabeus insecti genus fœdum, quod vt è stercore nascitur, ita pascitur. Aristophanes *in Pace*.

Ætna, oppidum est in Sicilia, non procul à Catana. Hieronis opus quod olim, teste Stephano, Inessum dicebatur. Hinc Ætnenses populi, αἰτναῖοι, quorum meminit Plin. *lib.* 3. *cap.* 8.

Ætolia, { αἰτωλία. ITAL. *Il despartado*. GERM. Ein landtschafft in Griechenland. } Græciæ regio in tertio sinu Europæ, Epiro, Acarnaniæ, & Locris finitima: dicta ab Ætolo Martis (vt Plinio placet, siue (vt Stephanus mauult) Endymionis filio: quum antea Hyantis, ὑαντίς, diceretur.

Ætolus, a, um, siue Ætolius, αἰτωλός, αἰτώλιος. Virg. *lib.* 11. *Æneid.* Non erit auxilio nobis Ætolus, & Arpi. Ætolius heros, Diomedes Tydæi Ætoliæ regis filius, Ouid. 14. *Metamorph.* ¶ Ætoli, αἰτωλοί, dicti sunt olim ioco prouerbiali, qui iuxta mores Ætolorum peraces essent, & improbi. Allusum est ad vocem: Ætoli namque dicti videntur, quod omnia petant, παρὰ τὸ ὅλα αἰτεῖν. Meminit Stephanus. Dicitur & Ætolicus. Liu. *decad. lib.* 7. Ætolicum magis ad Thermopylas bellum, quàm regium fuit. Iterum *lib. eodem.* Ætholica vestis. Plaut. *in Pænulo.* Ætolicus ager.

Ætolus, αἰτωλός, vt scribit Plin. *lib.* 6. *cap.* 56. Martis fuit filius, Homeri autem enarrator, de Ætolo sic tradidit, Ætolus (inquit) filius Endymionis fuit, qui cæde per imprudentiam in patria perpetrata, fugit in eam regionem, quæ postea ab ipso Ætolia dicta est: ibique genuit filium Pleuronem, à quo vrbs Ætoliæ dicta. Huius autem alij duo filij fuerunt Cures, & Calydon: à quibus rursus aliis vrbibus nomina data sunt. Plaut. *in prolog. Capt.* Belligerantur Ætoli cum aliis.

Aëtus, ἀετός, olim appellatus fuit Ægypti fluuius, qui postea Nilus dictus est: vt ex Lycophrone annotauit Cælius Rhod. *antiq. lect. lib.* 10. *cap.* 13. { GERM. Der fluß Nilus in Egypten. } Quod nomen à cursus velocitate illi impositum fuisse apparet, quòd scilicet volatum aquilæ (quam Græci vocant ἀετόν) propemodum æquare videretur. Commemoratur & in Scythia fluuius nomine Aëtus, qui quòd Promethei agrum vbertim alioqui, crebris exundationibus infestaret, fecit locum fabulæ, vt Promethei continuò renascens iecur, ab aquila exedi diceretur. Ex eiusdem Cælij *lib.* 7. *cap.* 20.

Æuum, { דור dor. αἰών. GALL. *Temps perpetuel, l'aage que peut viure vn homme.* ITAL. *Longa etade, tempo longo.* GERM. Lange zeit, ewigwerende zeit. HISP. *La edad, ò siglo que viue vn hombre.* ANGL. *An euerlasting tyme, the eage of a man.* } Æuum (inquit Censorin. *de die natal.*) tempus est maximum, sine origine, quod & semper fuit & semper futurum est. Propriè tempus, & ætas longa, siue perpetua à Græco αἰών, u littera interiecta, vt inquit Apul. Virg. Tantum æui longinqua valet mutare vetustas. Pro ætate. Idem 2. *Æneid.*

——— vos ô quibus integer æui Sanguis, ait.

Sueton. *in Calig. cap.* 34. Aduersus omnis æui homines. Senec. *cap.* 25. *de Consol. ad Mart.* Omnis æui mortalis situm, &c. Quintil. Æuum sæculorum omnium consecutus. Ouid. *Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.*

Viridi tendebat ab æuo.

Ibid. Grandior æuo Macer. Velleius, Non seculi sui, sed omnis æui optimus. Inde Æuitas, & Æuiternus secundum Priscianum, quod per syncopam Ætas, & Æternus dicitur, pro senectute, longæuitateque. Hinc deducuntur, Coæuus, & Æquæuus, Grandæuus, Longæuus, & Primæuus. ¶ Æuum item ponitur pro rebus aliquo æuo gestis. Virg. 8. *Æneid.*

Haud vatum ignarus venturique inscius æui.

Seruius, Non æui, sed quæ in æuo erant futura. ¶ Æuum omnem, pro omne. Lucr. *lib.* 3.

[Æuintegri dij, ab æuo integro, quia perfecta eorum ætas. Seru.]

Æuitas, antiqui pro ætas, vel annositas dixerunt. { שׂוֹבַע יָמִים *sebah iamim.* GALL. *Aage, vieillesse.* ITAL. *Età, vecchiezza.* GERM. Alter. HISP. *Edad, vejez de muchos años.* ANGL. *Eage, oldenesse.* } Varro *Tithono*, Extimas attigit metam æuitas. Gell. *lib.* 20. *cap.* 11. Si in ius vocat, si morbus æuitásque vitium esset, qui in ius vocabit, iumentum dato. Hic pro annositate. Sunt autem verba ex lege XII. Tab.

Æuiternus, αἰώνιος, Sempiternus, æternus. Apuleius *de Deo Socratis*. Quos Deus Pluto existimat veros, incorporales, animales, neque sine vllo fine, neque exordio, sed prorsus ac retro æuiternos.

Æuosus, a, um, adiect. Hincmar. *in Remigio.*

Æx, αἲξ, αἰγὸς, ἡ, insula scopulosa in mari Ægæo inter Tenedum & Chium, quæ capræ speciem procul aspicientibus præbet. Vnde & nomen accepit. Nam αἶγα Græci vocant, quam nos capram. Ab hac insula mari Ægæo nomen factum esse tradit Plin. *lib.* 4. *cap.* 11. quanquam alij alias eius nominis afferant rationes. ¶ Est etiam Auis Æx apud Aristotelem *lib.* 8. *cap.* 3. *de Hist. Animal.* quæ Latinè vertitur Capella, sed nomen à voce. Hæc amnes & lacus incolit: satis pulchra est, & cirrhata, (ob id quibusdam Stymphalis Plinij) ac in hortis assuescit, herbisque noxia animalia, vt erucas depascitur.

Æxones, αἰξωνεῖς, prouerbij specie dicuntur conuitiatores ab Æxonibus, Atticæ regionis populis, dicacitate & mordaci virulentia famosis. Cæl. *antiq. lect. lib.* 18. *cap.* 25.

Æxonia, vrbs Magnesiæ, & Æxoneæ pars tribus Cecropidis.

Æzica, pars Thraciæ, Steph.

A F

Afer, aut potiùs Apher, ἄφερ. Vide *Africa*.

Affabilis, vide *Affor*.

Affabrè, aduerbium. Significat artificiosè, scitè: sicut Infabrè, sine artificio. { בְּמַעֲשֵׂה חָרָשׁ *bemahasseh charasch* יְדֵי אָמָּן *iedhè òman* בְּמַעֲשֵׂה *bemahaseh charásch*. δαιδαλέως. GALL. *Artificieusement, elegamment.* ITAL. *Artificiosamente.* GERM. Meisterlich, künstlich, zierlich. HISP. *Artificiosamente, lindamente.* ANGL. *Craftily, cunninglie, with skill, workmanlike.* } Cic. 2. *Verr.* Deum denique nullum Siculis, qui ei paulò magis affabrè, atque antiquo artificio factus videretur, reliquit. Pacuuius, Barbaram pellem nostris nauibus obtulit, noua figura factam commissam infabrè. Gell. *lib.* 7. *cap.* 7.

Affabrum, pro Affabrè factum, dixêre veteres, εὐτέχνως εἰργασμένον. Perrottus.

Affabulatio, dicitur breue documentum, quod fabulis subnexum, earum explicat vtilitatem. ἐπιμύθιον.

[Affamen, affatus, allocutio. Apul.]

Affaniæ, arum, sunt nugæ, verba futilia, ac mera mendacia: à fando inclinatum nomen. { בַּדִּים *baddhim*. ὕθλος, λῆρος. GALL. *Bourdes, paroles vaines.* ITAL. *Ciancie, parole vane, bugie.* GERM. Eytel geschwätz, unnütze reden. HISP. *Los desuarios de vanas palabras.* ANGL. *Bourdes, vaine wordes.* } Apul. *lib.* 4. Hæc & alias similes affanias frustrà oblatrantes, eos retrorsum adducunt pagani.

Affatim, aduerb. vt Quintil. *lib.* 4. docet, significat Abundè, largè. Secunda verò correpta. Cic. ex Æschylo 2. *Tuscul.* Est à fandi copia, sed ex eodem videtur dictum à satisfacendo. Plaut. *Men. sc.* 1. *a.* 1. Det ei quod edat & potet, arbitratu suo affatim cotidie. *Ibid. sc.* 1. *a.* 3. Affatim est hominum, qui singulas escas edunt. Lamprid. *in Alex. Seuero*. Ipse cibo plurimo reficiebatur: vino neque parce, neque copiosè, affatim tamen (id est, satis multo.) Plaut. *Most.* Aliorum est affatim, qui faciant. { בִּמְאֹד מְאֹד *bimeòdh meodh*. ἄδην. GALL. *Largement, à foison, en abondance.* ITAL. *Abondeuolmente, largamente.* GERM. Reichlich, gnugsamlich, überflüssig. HISP. *Copiosamente.* ANGL. *Abundantlie, largelie, plentifullie.* } Cic. *lib.* 1. *ad Atticum*. Puto me Dicæarcho affatim satisfecisse. Item *de natura deorum lib.* 1. Iisdémque seminibus homines affatim vescuntur. Vide de hoc Gell. *lib.* 7. *cap.* 7. & Vallam *lib.* 3.

Affectate, Affectatio, Affectatus, Affectio, Affecto, Affectus, vide *Afficio*.

Affero, compositum ex Ad & fero, significat Apporto. { הֵבִיא *hebhi* נָשָׂא *nasa* הוֹבִיל *hobhil* הוֹצִיא *ereh.* προσφέρω, ἀποφέρω. GALL. *Apporter.* ITAL. *Recare, portare.* GERM. Herzubringen. HISP. *Traer à lugar.* ANGL. *To bring.* } Terent. *in Eunuch.* Hic quoque bonam magnámque partem ad te attulit. Idem *in Andr.* Et puerum vt afferret simul. Affert res plurimas pessimas, cum aduenit senectus. Plaut. *Menæch. sc.* 1. *a.* 5. Maximam prædam & triumphum eis affero aduentu meo Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 2. Afferre argentum credo, id est, allaturum. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 1. Vim afferri nocturnam. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 4. Atque huius significationis infinitus ferè est vsus. ¶ Interdum ponitur pro eo, quod vulgò dicitur, allego, adduco. Cic. An ætatem afferret? id est, in causam vel excusationem adducet. ¶ Interdum pro Addo, Plaut. *Asin. sc.* 3. *a.* 3. Cui tu abiens affers morbum.

Cic.

Cic. *ad Atticum lib.* 16. Magnam attulit accessionem tua voluntas erga me. Aliquando nuntio. Idem *Attic. lib.* 8. Caius Misius familiaris tuus, aliique complures, attulerunt, Cæsarem iter habere Capuam. pro venire: Ouid. 5. *Fast.*

Quid te Saturnia, dixi, attulit?

(id est, cur venisti.) Et pro, mittere. Plaut. *sc.* 3. *a.* 1. Nisi attulerit miles xx. minas. (id est, miserit.) ¶ Afferre alicui manus, est vim alicui inferre, [illegible]. Cic. 1. *Offic.* Qui iniuste imperium in quempiam facit, is quasi manus videtur afferre socio. ¶ Sibi manus afferre, est se ipsum interficere. Idem *Octauio*, Ego ipse senatum sibi manus afferre coegi.

Allatus, Apportatus, participium est ab Affero. {נשוא *nasú* מובא *mubá*. [illegible]. GALL. *Apporté*. ITAL. *Portato, arrecato*. GERM. Herzugebracht. HISP. *Trayde*. ANGL. *Broght*.} Plaut. Allata peregre epistola.

Afficio, is, ex Ad & facio, Moueo, permoueo. {[illegible] *ba'ah* הכין *tiecchon* תקן *tiqqen* הכין *hechin*. [illegible]. GALL. *Esmouuoir, poser*. ITAL. *Disponere*. GERM. Ein anrichtung machen/bewegen. HISP. *Aficionar à otra cosa*. ANGL. *To moue*.} Et tam ad animum, quam ad corpus refertur: & tam in bonam, quam in malam partem accipitur, construitúrque cum accusat. & ablat. Cic. *pro Mil.* Milo populum Romanum maxima lætitia affecit. Idem *Attic.* Studium tuum curáque de salute mea, nulla me noua voluptate affecit. Affici doloribus pedum. ¶ Afficere lucris & afficere nunciis bonis. Plaut. *in prolog. Amph.* præda atque agro, adoreáque affecit populares suos. Idem *in Amph.* Suis factis immortali te afficiet gloria. *ibid.* Afficere aliquem rerum & verborum grauissimis acerbitatibus. Suet. *in Calig. cap.* 2. Inuenitur quandoque absolute positum. Cic. *Attic.* Literæ tuæ sic me affecerunt, vt non dare tibi beneficium viderer, sed accipere. ¶ Interdum ponitur pro cumulo, mulcto. Idem *Epist.* Afficere aliquem maximis muneribus. Idem *pro Rosc.* Qua is tandem pœna afficitur? Interdum pro nomen imponere, aut nominare. Idem *in Top.* Negari potest, non eo nomine afficiendam quo laudatur affecerit.

Afficior, passiuum, quasi animor, id est, istius animi sum. {נתבהן *nitbehán* בהן *bachán*. [illegible]. GALL. *Estre esmeu, ou disposé*. ITAL. *Esser disposito è commosso*. GERM. Gesinnet sein bewegt werden. HISP. *Estar dispuesto y mouido*. ANGL. *To be moued or disposed*.} Cic. *in Lælio*, Vt eodem modo erga amicum affecti simus, quo erga nosmetipsos. Postea sequitur, Vt quemadmodum in se quisque, sic in amicum sit animatus.

Affectus, a, um, vexatus, afflictus. {מעונה *mehunneh*. [illegible]. GALL. *Mal disposé, languissant*. ITAL. *Affannato*. GERM. Bewegt sein in dem gmüt oder leib. HISP. *Flacco con dolencia*. ANGL. *Troubled, euil disposed*.} Propert. Iuppiter affectæ tandem miserere puellæ. Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 3. *Trist.*

Affecto nunc mihi quicquid abest.

Suet. *in Aug. cap.* 81. Affectum reperit, sed spirantem. Liu. 4. *ab Vrb.* Affecta res familiaris. *& lib.* 6. Opem rebus affectis orare. Vide plura in *Fides*. Liu. *lib.* 5. Vires corporis affectæ. Affectus, interdum significat inchoatus & prope confectus. vel, vt Gell. *cap.* 15. *lib.* 3. Affecta ea propriè dicuntur, quæ non ad finem ipsum, sed proximè finem progressa deductaque sunt. *& lib.* 15. *cap.* 5. probat ex Cic. *in orat. de prouinc. Cons.* Nam ipse Cæsar (inquit) quid est quòd in ea prouincia commorari velit, nisi ea, quæ per eum affecta sunt, perfecta reip. tradat? Idem Cic. paulò antè. Bellum affectum videmus, &, vt vere dicam, pene confectum. Et Gell. *ibid.* dixit ædificia prope absoluta affectáque. ¶ Interdum, pro animatus. Cicer. *de Amic.* Eodem modo erga amicum affecti sumus, quo erga nosmetipsos. ¶ Interdum pro commotus. Idem *de Orat.* Si iusto, si pio dolore me affectum vides. ¶ Interdum, pro dispositus, compositus. Idem *de Diuin.* Ad rem pertinet quomodo cœlo affecto quódque signum oriatur. ¶ Interdum pro cognato, affini, idem *in Top.* Dicuntur etiam argumenta ex iis locis, qui quodammodo affecti sunt ad id, de quo quæritur.

Affecta fœmina, (inquit Festus,) vel in bonam partem dicitur, velut honorata, [illegible]: vel in malam, ad extremum periculum adducta.

Affectissimus superlatiuus, [illegible]. Velleius Paterculus *histor.* 2. Inopia affectissimi remiges.

Affectus, us, Affectio. {מתכונת *mathcónet* יצר *jetser*. [illegible]. GALL. *Affection, disposition, passion*. ITAL. *Affetto, affettione, passione*. GERM. Ein schnell bewegung des gemüts. HISP. *Affecto, passion del anima*. ANGL. *Affection, passion*.} Gell. *cap. vlt. lib.* 1. Affectus & Affectiones Latini philosophi, Græci [illegible] appellant. Aug. 2. *de ciu.* Quæ sunt sententiæ Philosophorum de his animi motibus, quos Græci [illegible], nostri autem quidam, sicut Cicero, Affectiones, vel Affectus: quidam verò de Græco expressiùs passiones vocant. ¶ Interdum accipitur pro studio, cupiditate, vel desiderio. Iuuenalis,

——— *res ampla domi, similisque affectibus esset.*

¶ Affectus pro morbo. Celsus *lib.* 2. In quibus affectibus ea quoque genera exercitationum necessaria sunt. ¶ Interdum pro eo quod Galli dicunt *Affection, amitié*. Ouid. *Eleg.* 5. *lib.* 4. *Trist.*

Quo pius affectu Castora frater amat.

Affectio, onis, est quiuis animi motus, siue passio: vt amor, odium, iracundia, inuidia, timor, lætitia, spes, & similes. {מתכונת *mathchonet* יצר *jétser*. [illegible]. GALL. *Disposition affection*. ITAL. *Affettione*. GERM. Ein iede bewegung des gemüts als freüd, forcht, zorn &c. HISP. *La passion del anima*. ANGL. *Any affection of the mynd*.} Cic. 1. *de Inuentione*. impetus & quædam commotio animi, affectióque. ¶ Interdum & latius sumitur, vt etiam ad corporis mala extendatur. Vnde sic definitur à Cic. *lib.* 1. *de Inuent.* Affectio, est animi, aut corporis ex tempore aliqua de causa commutatio: vt lætitia, cupiditas, metus, molestia, morbus, debilitas, & similia. ¶ Adfectio, pro Adfectatio. Tertull. *lib. de patientia cap.* 15. Quæ (patientia) aucupandis orbitatibus omnem coacti obsequij laborem mentitis affectionibus tolerat. ¶ Extenditur & ad alia: vt, affectio astrorum. Cicer. *de Fato.* Affectio cœli, idem 2. *de Diuinat.*

Affectiosus, [illegible]. Macrobius *Saturn.* 5. *cap.* 15. Piam, affectuosámque rem fecisse se iactans.

Affecto, as, appeto, nimis exquiro. {יאת *jaát* תאת *taát* עוה *iuváh*. [illegible], [illegible], [illegible], [illegible]. GALL. *Affecter, auoir vn desir merueilleux de quelque chose*. ITAL. *Desiderare, cercare con ansietà*. GERM. Mit grosser anmütung einem ding nachstellen/emsig begären. HISP. *Codiciar*. ANGL. *To haue an meruellous desire of any thing*.} Velleius, Affectauimus sæpe Gallias, & amisimus. Vt me defraudes, eam affectas viam. Plaut. *Men. sc.* 3. *a.* 4. Affectare infamiam regij nominis. Suet. *in Cæs. cap.* 79. Virg. 4. *Georg.*

——— *viámque affectat Olympo.*

Cic. *pro Rosc. Amer.* Nunc verò quam viam muniter, quod iter affectet videris; sic in Rhetor. ad Herennium. ¶ Affectare pro eo quod est, consultò aliquid facere. Vlpianus *in l. quod ait lex. Ad legem Iuliam de adulterijs.* ¶ Aliquando affectare est probro afficere. Plaut. *in Bacch.* Tua flagitia, aut damna quibus patrem, & me, teque, amicósque omnes affectas tuos.

Affector, deponens, sed obsoletum, [illegible]. Varro & Diomedes *lib.* 1. Affectatus est regnum. ¶ Ab Affector fit Affectatus nomen & participium, vt Affectata castitas. Plin. iunior. *in Panegyr.* Affectata aliis castitas, tibi ingenita & innata. Quintil. Affectari regni signum popularitas. ¶ Affectata oratio, [illegible] λόγος, quæ nimis anxie, & curiosè quæsita est, & ex nimio cultu quandam recipit nouitatem. Sic affectatus sermo, & affectata verba dicuntur. Eiusmodi autem sermo affectatus reprehenditur à doctissimis. Vnde & cacozeliam, id est malam & peruersam affectationem Grammatici inter orationis vitia posuerunt.

Affectatè, id est, curiosè. {[illegible]. GALL. *Curieusement*. ITAL. *Curiosamente*. GERM. Zu vil fleyssiglich oder noch sorgfeltiglich. HISP. *Curiosamente*. ANGL. *Curiouslie*.} vt, Affectatè scribere. Affectatiùs scribere aliquid postulantes aures. Quintil.

Affectatio, verbale, nimia diligentia, immoderatum studium. {תאוה *taauáh* קנין *kinjan*. [illegible], ζῆλος. GALL. *Desir desordonné*. ITAL. *Desiderio disordinato*. GERM. Ein vbriger fleyss oder begird. HISP. *Codicia con diligencia*. ANGL. *An vnmeasurable desire*.} Sueton. *in Tib. cap.* 70. Affectatione & morositate & obscuritate obscurat stylum. Plin. *lib.* 11. *cap.* 37. Tanta est decoris affectatio, vt tingantur oculi quoque.

[Affidati, quasi in alicuius fidem, & clientelam recepti, quasi vasalli. Cod. B. ant.]

Affigo, is. Ad aliquid figo. {תקע *takah* הדביק *hidbhik*. [illegible]. GALL. *Ficher à quelque chose, attacher*. ITAL. *Attaccare, appiccare, ficcare*. GERM. Anhefften. HISP. *Hincar à otra cosa*. ANGL. *To tach or fasten to any thing*.} Cic. 2. *de Natura deorum*, Minerua, cui talia affigunt. ¶ Per translationem de incorporeis dicitur. Plin. *lib.* 30. *c.* 1. Hunc enim maximè affixisse animis eam dulcedinem constat, id est, tenaciter impressisse. Senec. *cap.* 2. *de consol. ad Mart.* Intenta in luctum & toto animo affixa. Plaut. *Most. sc.* 1. *a.* 2. in crucem, si excurrerit primus, vt affigant bis pedes, bis brachia.

Affixum, vel affixa in plurali apud Iurisconsultos dicuntur ad familiam & domum pertinentia, vt domum instructam legare cum omnibus affixis. Paulus *D. lib.* 13. *tit.* 7. *l.* 18. *&* 21. Quæcunque affixa inædificataque sunt. *l.* 26. Illigata ædibus. Dicuntur etiam affixa, apud Hebræos literæ quædam consignificantes, & nominum personas variantes.

Affiguro, as, Gell. *cap.* 9. *lib.* 4. Quæ (verba) M. Cato ita affigurauit.

Affingo, is, idem quod fingendo accommodo, siue addo. {יצר *jatsár* בדא *badá*. [illegible]. GALL. *Contrefaire, & feindre*. ITAL. *Contrefare, trouar inuentione*. GERM. Darzuthun/darzu erdichten vnd setzen. HISP. *Componer ò fingir*. ANGL. *To adde in faining, to fayne moreouer*.} & propriè est singulorum, quum vasis ansas, vel aliam quamuis particulam addunt. Quanquam etiam latiùs accipitur, pro efformo, siue addo. Cic. 2. *de Orat.* Nullam partem corporis sine aliqua necessitate affictam, totámque formam quasi perfectam reperies. ¶ Sumitur etiam pro eo quod est rem aliquam inter narrandum mendaciis augere. Idem 2. *Phil.* Qui boni aliquid volunt afferre, affingunt aliquid, quo id efficiant, quod nuntiant, lætiùs. ¶ Affingere hominum mores, pro assimulare. Idem 2. *de Orat.* In quibus describuntur hominum mores, & ita affinguntur, vt quales sunt intelligantur.

Affictitius, a, um, verbale, quod rei alicui affingitur, siue additur, {בדוי *baduí*. [illegible]. GALL. *Adiousté, controuué*. ITAL. *Fittitio*. GERM. Zuhin gesetzt/zuhin erdicht. HISP. *Añadido, contrahecho*. ANGL. *That is added by faining*.} Varro *lib.* 3. *de re rust. cap.* 2. Sequitur, inquit Appius, actus secundi generis, affictitius ad villam, qui solet esse ac nomine antiquo à parte quadam leporarium appellatum.

Affines, sunt viri & vxoris cognati inter se, quòd duæ cognationes inter se diuersæ per nuptias coniunguntur, & altera ad alterius fines & terminos accedit, ex ad & finis. vel (vt Pass. ait.) Affines sunt aut quorum propinquam aliquis in vxorem duxerit, aut qui aliorum ipsi propinquam duxerint. Affines autem post cognatos colendi sunt. Gell. *cap.* 13. *lib.* 5. {חתן *chóthen*. [illegible]. GALL. *Prochains par lignage, alliez par mariage*. ITAL. *Parenti per conto di matrimonio*. GERM. Schwoger/gefreundte. HISP. *Parientes por casamiento*. ANGL. *Cousinges by mariage*.} Neque solùm de viris dicitur, verùm etiam de mulieribus. Cic. post red. in Sen. Tu affinem tuam, meam filiam, superbissimis, & crudelissimis verbis à genibus repulisti. Item Affinis modò de genero, modò de socero dicitur. Sed Megadorus meus affinis (i. gener.) Plaut. *Aul. sc.* 4. *a.* 3. Et, Eccum affinem ante ædes. *Ibid. sc.* 5. *a.* 3. i. socer. Terent. *in Adelph.* Hegio his est cognatus proximus, affinis nobis. Idem *in Heaut.* Imò gener & affines placent. Vbi Donatus ait, Vxoris cognati, sunt affines mariti. Vnde multi gradus sunt, & veluti rami propinquitatis in affinitate, & cognatione dispositi. Nomina eorum hæc sunt, Socer, Socrus, Gener, Nurus, Vitricus, Nouerca, Priuignus, Priuigna, Leuir, Glos, Ianitrices. Sed de singulis horum vide suis locis. Idem, Affinis & socius conductionis publicæ, apud Liu. *lib.* 3. *d.* 5.

Affinis, adiectiuum, vicinus, coniunctus. {קרוב *karób*. [illegible]. GALL. *Voisin, prochain*. ITAL. *Vicino, congiunto*. GERM. Nachbawr/ansteffer. HISP. *Cosa comarcana*. ANGL. *A nighbour nigh*.} ¶ Affinis culpæ, vel sceleri dicitur is, in quem cadit culpæ, vel sceleris suspicio, vel qui est culpæ, vel sceleris particeps. Cic. *in Cat.* Huic sceleri qui paucos putatis af-

fines esse, vehementer erratis. Idem *pro Sylla*, Vbi neque homines fuisse putantur huius suspicionis affines. Idem: Circumspicite paulisper mentibus vestris homines, qui huic affines sceleri fuerunt. Affinia vincula, hoc est, Vincula affinitatis. Ouid. *de Ponto, eleg.* 8.

Inter aliquod faciunt affinia vincula nobis,
Quæ semper maneant illabefacta precor.

Affinitas, atis, Propinquitas ex coniugati nuptiis contracta, vel hominum affinium inter ipsos coniunctio. {חתנה *chatunnah*. ἐπιγαμία. GALL. *Affinité, alliance par mariage*. ITAL. *Parentela per conto di matrimonio*. GERM. Schwägerschafft / Sippschafft. HISP. *Parentesco por casamiento*. ANGL. *Alliance*.} Cic. 4. *Verr*. Quo quisque te maximè cognatione, affinitate, necessitudine aliqua attingebat. Plaut. *Aul. sc*. 4. *a*. 1. Ea affinitatem hanc obstinauit gratia.

AFFIRMO, as, Assevero, assero, confirmo. {יעד *jahadh* הקים *hekim* חיוב *chijub*. διαβεβαιοῦμαι, ἰσχυρίζομαι. GALL. *Affirmer, acertener*. ITAL. *Affermare*. GERM. Beständig sagen / gwiß etwas sagen. HISP. *Mucho affirmar alguna cosa*. ANGL. *To allenge*.} Cic. 4. *Acad*. Qui dubitamus igitur affirmare, nihil inter hæc interesse? Affirmate societatem. *lib*. 9. *bell. Pun*. Et affirmata quæ data erant, i. confirmata. *lib*. 8. *d*. 4.

Non agis, affirmo: liquet hoc, &c.

Ouid. *lib*. 5. *El*. 3. *Trist*.

Affirmatio, asseueratio, confirmatio. {חיוב *chijub*. διαβεβαίωσις. GALL. *Acertenement, affirmation*. ITAL. *Affirmatione, acertamento*. GERM. Bestätigung / grosse bezeügung. HISP. *Affirmation*. ANGL. *Affirming, alledging*.} Cic. 3. *Offic*. Est enim iusiurandum affirmatio religiosa.

Affirmate, asseueranter. {διαβεβαιωτικῶς. GALL. *En affermant qu'il est vray*. ITAL. *Affermatamente*. GERM. Gewißlich / eigentlich. HISP. *Affirmadamente*. ANGL. *By affirming*.} Cic. 3. *Offic*. Quod autem affirmatè, quasi Deo teste promiseris, id tenendum est. Superlat. Affirmatissimè. Gell. *cap*. 12. *lib*. 10.

Adfirmatores, qui testimonio suo negotium ratum habent, atque constituunt. Tertull. *de Anima cap*. 46. Quanti autem commentatores & adfirmatores in hanc rem? ¶ Adfirmatores in iure, qui, qui cùm idoneos tutores adfirmauerint, vicem fideiussorum obtinent. Vlpian. *l*. 4. *de fideiussor*.

Afflatus, vide *Afflo*.

Affleo, es, eui, etum, Illachrymor. {בכה *bachah*. ἐπιδακρύω. GALL. *Larmoyer*. ITAL. *Piangere*. GERM. Mit einem weinen. HISP. *Llorar*. ANGL. *To weepe*.} Plaut. *in Persa*. Sed longè ab Athenis esse se natam autumet. Et vt affleat, quum ea memoret.

Affligo, is, compositum ex Ad, & fligo antiquo verbo, Prosterno, in terram conicio & deprimo. {הפיל *hippil* נתץ *nathats*. καταβάλλω, προσαράσσω. GALL. *Ruer & accabler par terre*. ITAL. *Metersi sotto i piedi, abbassare, atterrare*. GERM. Nider auf den boden werffen. HISP. *Derribar por el suelo*. ANGL. *To cast to the ground to sacke*.} Cic. *in Pison*. Illi autem statuam istius persimilem, quam stare in loco celeberrimo voluerunt, ne suauissimi hominis memoria moreretur, affligunt, comminuunt, dissipant. Idem *pro Cælio*, Qui Catuli monumentum afflixit, meam domum diruit. Plin. *lib*. 8. *cap*. 40. Cæs. 6. *bell. Gal*. Suet. *in Nero*. *cap*. 7. Affligere aliquem testimonio. Plaut. *Asin. sc*. 2. *a*. 4. Quam quidem, nisi illa te occupasset, affliges scio, i. interimes. Cedo manum, nolo equidem te affligi, iterum cadere & casu lædi. Idem *Mostell. sc*. 4. *a*. 1. ¶ Accipitur pro opprimo, malè mulcto, dolore afficio, perdo. {ענה *hinnah*. עצב *hatsab*. πιέζω. GALL. *Tormenter, affliger*. ITAL. *Tormentare, affligere*. ANGL. *To afflict, to chastice*. GERM. Plagen / peinigen / bekümmern. HISP. *Atormentar, affligir*.} Cic. *Attic*. [illegible] 4. Vt me leuarat tuus aduentus, sic discessus afflixit. Cic. *in Pis*. Afflictus luctu ac mœrore.

Afflictus, a, um, prostratus, iacens, & rebus aduersis oppressus. {מעונה *mehunneh* עצוב *hatsub*. καταπεπληγμένος. GALL. *Affligé*. ITAL. *Afflitto*. GERM. Zu boden geworffen. Item Betrübt / geplaget. HISP. *Affligido*. ANGL. *Afflicted, sacked*.} Cic. *pro lege Manilia*. Diffidendum rebus suis confirmare, afflictum erigere, perditùmque recreare. Idem *post reditum*, Qui mihi afflicto & iacenti dextram porrexit. Suet. *in Othon. c*. 9. Victis non tam afflictis, quinetiam vellent quiduis subire. Plaut. *Curc. sc*. 1. *a*. 1. Illum (puerum) afflictum velim. (fortasse ambiguè.)

Afflictio, afflictatio, vexatio. {עצב *hetseb*. θλῖψις. GALL. *Affliction, vexation, tormens*. ITAL. *Afflittione, travaglio*. GERM. Trübsal / bekümmernuß. HISP. *Afflicimiento*. ANGL. *Affliction, torment*.} Cic. 4. *Tusc*. Molestia, afflictio, desperatio. Idem. 3. *Tusc*. Alij vbique legunt Afflictatio. Senec. *cap*. 16. *de Consol. ad Elb*. Afflictionis irritæ vexatio.

Afflictatio, [illegible]. Cic. 4. *Tusc*. Afflictatio, ægritudo cum vexatione corporis.

Afflictus, us. Idem Cic. 2. *Tusc*. Effeminata virtus afflictu occidit.

Afflictor, aliud verbale, qui afflictat, vel affligit. {מענה *mehanneh*. [illegible]. GALL. *Tormenteur, qui afflige*. ITAL. *Chi affligge, tormentatore*. GERM. Ein plager / durchächter / bekümmerer. HISP. *Atormentador*. ANGL. *An tormenter, which punisheth*.} Cic. *in Pis*. Age, Senatus odit te (quòd eum te facere iure concedis) afflictorem, & proditorem non modò dignitatis, &c.

Afflicto, as, frequentatiuum. {עצב [illegible]. GALL. *Fort affliger & tormenter*. ITAL. *Affligere fortemente*. GERM. Streng vnd hefftig plagen / peinigen vnd bekümmeren. HISP. *Affligir mucho*. ANGL. *To torment and afflict greatlie*.} Cæsar 4. *bell. Gal*. Tres onerarias, quæ ad anchoras erant deligatæ, tempestas afflictabat. *Ibid. lib*. 3. Tacit. *lib*. 13. Cic. 4. *Tusc*. O te infelicem, qui in te afflictarem, nisi iratus essem. Idem *ad Attic. lib*. 1. Hic tu me accusas quod me afflictem.

AFFLO, as, Ad aliquid spiro. {נשב *nashab* נפח *naphach* פוח *puach* נשף [illegible]. GALL. *Souffler en aucune part, ou contre quelque chose*. ITAL. *Spirare à qualche cosa*. GERM. Anblasen / anhauchen / anwehen. HISP. *Soplar hazia otra cosa*. ANGL. *To blowe or breath upon any thing*.} Liu. Afflabat vis frigoris acris. Cic. *de senect*. Odores afflantur è floribus, per translationem. Virg. 1. *Æneid*.

——— namque ipsa decoram
Cæsariem nato genitrix lumenque iuuentæ
Purpureum, & lætos oculis afflarat honores.

id est, afflando dederat. Lact. *lib*. 7. Odor ille sapientiæ tam suauis, tam iucundus afflauerit. ¶ Interdum ponitur pro excito, incito. Cic. *pro Arch*. Poetas mentis viribus excitari, & quasi diuino quodam spiritu afflari. ¶ Afflare alicui, pro aspirare, seu fauere. Tibul. *lib*. 2. *Eleg*.

——— felix, cui placidus leniter afflat Amor.

Quint. Afflante fortuna. Suet. *in Tib. cap*. 69. fulmine afflari laurum negant. *Ibid. cap*. 79. Afflatus aura.

Afflatus, us, verbale, Actus afflandi. {נשמה *neschamah*. ἐμπνευσις. GALL. *Vent*. ITAL. *Vento*. GERM. Anblasung / anwehung. HISP. *Viento*. ANGL. *Blowing, breathing on*.} Plin. *lib*. 10. *cap*. 33. Perdices concipiunt superuolantium afflatu. Cic. 1. *de diuin*. Oracula quæ instinctu diuino afflatúque funduntur. ¶ Afflatus item pro H, aspiratione, seu nota aspirationis. Varro *lib*. 3. *de re rust. cap*. 1. Nec minus oppidi quoque nomen Thebæ indicant antiquiorem esse agrum, quòd ab agri genere, non à conditore ei nomen est impositum. Nam lingua prisca & in Græcia Æolis Bœotij, sine afflatu vocant Æolis Thebas.

AFFLVO, is, Abundo. {נהר *nahar* הקריש *hekrisch* שבע *sabhah*. [illegible]. GALL. *Abonder, couler vers quelque chose*. ITAL. *Abondare, correre verso qualche luogo*. GERM. Herzufliessen / überflüssig sein. HISP. *Abundare ò correr lo liquido*. ANGL. *To abound, to haue plentie of any thing, to flowe to*.} vt, Affluere diuitiis, voluptatibus, &c. Plaut. *Pseud. sc*. 1. *a*. 1. fac vt frumento affluam. Lucret. Cic. *&c*. Propriè ad aliquid fluere. Colum. Ne quum à vertice torrens imbribus conceptis affluxerit, fundamenta conuellat. Plin. *lib*. 2. *cap*. 97. Bis inter duos exortus lunæ affluunt, bisque remeant. de maris æstibus loquitur. Cic. translatè vsus est, 1. *de finib*. Nam si ea voluptas esset, quæ quasi titillaret sensus, vt ita dicam, & ad eos cum suauitate afflueret & illaberetur. Tanquam de liquore dixit, afflueret, id est, leniter flueret.

Affluens, participium, ἐπιρρέων, Liu. 5. *bell. Macedon*. Quotidie affluente multitudine ad famam belli. Idem 4. *bell. Pun*. ¶ Affluens, abundans. Cic. *pro Arch*. Vrbs eruditissimis hominibus liberalissimisque studiis affluens. Idem *contra Rull*. Opibus & copiis affluens. Idem *Offic*. 3. Omnium rerum affluentibus copiis ditari. Affluens Senatus. Sueton. *in August. cap*. 35.

Affluentia, Abundantia. {מותר *mothar* שפע *sephah* מכביר *machbir*. [illegible]. GALL. *Abondance*. ITAL. *Abondantia, copia*. GERM. Überflüssigkeit / genuge. HISP. *Abundamiento*. ANGL. *Abundance, plentie*.} Cic. *de lege Agrar*. Ex hac copia, atque omnium rerum affluentia, primùm nata est arrogantia. Quintilian. Affluentia ingenij.

Affluenter, aduerbium. Copiosè. {במאד מאד *bimeod meod*. [illegible]. GALL. *Copieusement, largement*. ITAL. *Abondamente*. GERM. Überflüssiglich / gnugsamlich. HISP. *Abundosamente*. ANGL. *Abundantlie, plenteously*.} Cic. 5. *Tusc*. Quòque affluentiùs voluptates hauriat.

Affodio, is, affodi, affossum, fodiendo adiungo. {חתר *chatar* חפר *chaphar*. [illegible]. GALL. *Fuyr auprès, en fouissant adioindre*. ITAL. *Cauar vicine, zappando aggiungere*. GERM. Mit graben zusamen fügen. HISP. *Echarlo cauado sobre cauado*. ANGL. *To diche or digge nich, in digging to ioyne to*.} Plin. *lib*. 2. *cap*. 68. Furtóque vicini cespitem nostro solo affodimus.

AFFOR, aris, atus sum, ex Ad & fari compositum, significat alloqui. {דבר *dibber*. προσφθέγγομαι, προσαυδάω. GALL. *Parler à quelqu'vn*. ITAL. *Parlare*. GERM. Anreden / ansprechen. HISP. *Hablar*. ANGL. *To speak, to any man*.} Cic. 2. *Phil*. Quis locus est aut tam desertus, aut tam inhumanus, qui illos, qui accesserint, non affari atque appetere videatur. Virg. *Æneid*. 2.

Tunc sic affari, & curas his demere dictis.

Affatus, a, um, particip. Alloquutus.

Affatus, huius affatus, nomen verbale, Alloquium, collocutio. Virg. 4. *Æneid*.

Heu quid agat? quo nunc reginam ambire furentem
Audeat affatu?

¶ Affamen, pro affatu, apud Apuleium *lib*. 11. *Metam*.

Affabiliter, & Gellius affabilissimè Macrob. *Saturn. lib*. 7. *cap*. 1. Ab Imperatore comiter, affabiliterque susceptus est. Spartianus *in Caracalla*: Quos occidere parabat, affabiliter est allocutus.

Affabilis, ex Ad & fabilis. In sermone iucundus & gratus: vel comis, lenis, facilis. {נשא חן *nose chen* ענו *hanau*. εὐπροσήγορος. GALL. *Affable, gratieux en paroles*. ITAL. *Affabile*. GERM. Freundtlich / holdselig im reden. HISP. *Cortes, y bien hablado*. ANGL. *Gentill in speaking to*.} Cic. 1. *Offic*. Et in omni sermone omnibus affabilem & iucundum se esse vellet. Terent. *in Adelph*. Meditor esse affabilis. Virg. 3. *Æneid*.

Nec visu facilis, nec dictu affabilis vlli.

Affabilitas, facilitas alloquendi, comitas in sermone, facilitas audiendi. {חן *chen* ענוה *hanauah*. εὐπροσηγορία. GALL. *Courtoisie en parlant aux gens*. ITAL. *Affabilità, cortezia*. GERM. Freundtlich die leut anzureden. HISP. *Cortesia, y buena habla*. ANGL. *Meekenesse and courtesie in speaking or hearing others*.} Cic. 1. *Offic*. Quantopere concilient animos comitas affabilitásque sermonis.

Affabilissimè, aduerb. Gell. *lib*. 16. *cap*. 3. Hæc tum Phauorinus, multaque eiusmodi alia affabilissimè dicebat.

Affore, ἐσεσθαι. Est verbum ita defectiuum, vt ipsum verbum *Fore*. Cic. *ad Papir. lib*. 9. Non mehercule suspicatus sum illam affore. Cæsar 5. *bell. Gall*. Hanc affore biduo. Virg. *Æneid*. 1.

Atque vtinam ipse Noto compulsus eodem
Afforet Æneas.

[Affostrata, redditus. Isid. gloss.]

Afformido, as, are, formido. {פחד *pachad* חרד *charad*. [illegible]. GALL. *Craindre d'auantage*. ITAL. *Temere*. GERM. Grosse forcht haben / sich vbel förchten. HISP. *Temer demasiadamente*. ANGL. *To feare greatlie*.} Plaut. *Bacchid*. Magisque afformido, ne is pereat.

Affrango, is, frango, ἐπικατάγνυμι. Strab *lib*. 1. *Theb*.

——— aut excæcata fatiscet
Mater Achillea remos affrangere barbis.

AFFRICO, as, Ad aliquid frico. {שפשף *schiphschaph*. προστρίβω. GALL. *Frotter à ou contre quelque chose*. ITAL. *Fregare à qualche cosa*. GERM. Anreiben. HISP. *Refregar vna cosa à otra*. ANGL. *To rubbe vpon any thing*.} Plin. *lib*. 8. *cap*. 27. Marathro herbæ se affricans. Idem *Lib*. 29. *cap*. 6. Colum. *lib*. 7. *cap*. 5. Aut arbori affricans. subaud. sese.

Affrictus,

Affrictûs, us, verbale. { גרגרה *gardah* ... *galásch.* προστριβή. GALL. *Frottement contre quelque chose.* ITAL. *Fregamento contra qualche cosa.* GERM. Die anreibung oder das anrucken. HISP. *Refregamiento de vna cosa à otra.* ANGL. *Rubbing vpon any thing.* } Plin. *lib.* 31. *cap.* 6. Spumâque aquæ affrictu verrucas tollit.

Affrio, as, ex Ad, & frio, digitis terendo aliquid aspergo, & propriè de rebus iis dicitur, quæ facilè & modico tritu comminuuntur, & in puluerem rediguntur. { דקק *dakak.* ἐντρίβω. GALL. *Esmier ou briser menu quelque chose sur ou auec vn autre.* ITAL. *Rompere, ò tritare minutamente vna cosa contra vn' altra.* GERM. Etwas zerreiben. HISP. *Desmenuzar con, o, entre dedos.* ANGL. *To break in small peaces one thing with another, to braye.* } Varr. 1. *de re rust.* Item altius alrad affriat, aut aspergit, vt Caicidicam, aut Caricam cretam, &c.

[Affucillo, affucillo, affurcillatus, furcillis captus. Gloss.]

Affulgeo, { ... ἐπιλάμπω, ἐπαμαρυγέω. GALL. *Reluire & resplendir contre quelque chose.* ITAL. *Risplendere contra qualche cosa.* GERM. Anscheinen, anleuchten. HISP. *Resplandecer hazia otra cosa.* ANGL. *To shyne, and cast a glace or light vpon any thing.* } Sil. *lib.* 8. Affulgere vultu ridenti. Et, Huic ædium parti raro sol affulget. Et prouerbialiter, lux affulsit, dicimus, vbi melior rerum spes ostendi cœperit. Translate etiam affulgere dicitur, quod animum nobis erigit atque excitat. Liu. 6. *bell. Pun.* Prima spes morte nunciata Marcelli affulsit. Idem *lib.* 10. Et mihi talis aliquando fortuna affulsit.

Affundo, is, aspergo, { שפך *sciaphach.* ἐπιχέω. GALL. *Espandre, & faire couler quelque liqueur contre quelque chose.* ITAL. *Versare, allegare.* GERM. Angiessen, zuschutten. HISP. *Derramar sobre otra cosa.* ANGL. *To sprinkle, and poure out vpon any thing.* } Plin. *lib.* 16. *cap.* 44. Vnumque illi affundere. ¶ Affundi fluuij quoque & mari dicuntur iis locis quæ alluunt, aut præterlabuntur. Idem *lib.* 5. *cap.* 1. Affunditur huic autem æstuarium è mari flexuoso meatu. Affundo pro infundo. Tacit. *lib.* 11. Frigida in aqua affunditur venenum. Idem *lib.* 5. Affusa vrbs mari, pro effusum mare vrbi. Plin. 3. *cap.* 3. Senec. *cap.* 12. *de Consol. ad Polyb.* Non recuso quicquid lacrymarum fortunæ meæ superfuit, tuæ affundere.

Affusus, part. προσχυθείς. Plin. Exprimitur follis succus mollissimis, in pila fusis, affuso paulatim vino austero, Ouid. & Lucan.

Aforis, aduerb. A parte exteriori. { מחוץ *michuts.* ἔξωθεν. GALL. *De dehors.* ITAL. *Di fuori.* GERM. Von aussen her. *De fuera.* ANGL. *From outward.* } Plin. *lib.* 18. *cap.* 24. In vlcus penetrat omnis à foris iniuria. Sunt qui diuisim scribant, à foris, melius, meo quidem iudicio.

Afranius, Poëta Latinus fuit, togatarum fabularum scriptor. Cuius comœdiæ, alioqui festiuæ & elegantes, minùs gratæ fuerunt, quòd fœdis puerorum amoribus essent conspurcatæ. ¶ Etiam dux fuit Pompeianarum partium victus à Cæsare in Hispania ad Sicorum amnem. Vide Lucan. *lib.* 4. Suet. *in Nero. cap.* 11.

Afrania, Licinij Bruchionis vxor prompta ad lites contrahendas, muliebris verecundiæ oblita, adeò vt pro crimine improbis fœminarum moribus C. Afraniæ nomen obiiciatur. Valer. Max. *lib.* 8. *cap.* 3.

Africa, [quòd ibi nulla sit φρίκη, nullum gelu, vt vult Seruius.] regio latissima, vna ex tribus præcipuis mundi partibus ad Orientem Ægypto & Nilo fluuio, ab Occasu Oceano Atlantico terminata: à Meridie Oceanum Australem, Septentrionem mare Libycum spectans. {GERM. Der dritte theil der welt. } Nomen habet (si Iosepho credimus) ab vno posterorum Abrahæ, cui nomen erat Afer: vel quod verisimilius est, ab α priuatiuo, & Græco nomine φρίκη, quod horrorem significat. Est enim hæc regio frigoris horrorísque expers, vt quæ maiore sui parte inter Tropicos sita sit. Prouincias habet ad Mediterraneum mare extensas, duplicem Mauritaniam, Tingitanam, & Cæsariensem, deinde Numidiam, post Africam propriè dictam, quæ & Africa minor dicitur. Hanc excipit Cyreniensis, siue Pentapolitana regio. Post hanc & Libya Mareotica, Ægypto conterminata. Interiora Africæ Æthiopes habent, plurimique alij populi monstrosi, quos enumerat Plin. *lib.* 5. *cap.* 8. ¶ Africa minor, olim vrbes habuit Carthaginem, Vticam, Adrumetum, Zamam, Hipponem regium, & alias quasdam. ¶ Africa semper aliquid noui apportat. Prouerbium quod quadrat in homines lubrica fide, sempérque nouandarum rerum auidos. Quod quidem ideo dicebatur, quòd in Africa siticulosa regione ad vnum aliquem riuum plurimæ ferarum species bibendi gratia conuenire cogantur, ibique varia mistura violentæ Veneris varias monstrorum formas subindéque nouas nasci. Ex Plin. *lib.* 8. *cap.* 16. Aristot. *de generat. anim. lib.* 2. *cap.* 5.

Afer, a, um, λίβυς, adiectiuum, Armentarius Afer, Virg. 3. *Georg.*

Murice Afro tincta lana.

Horat. 2. *Carm.* ¶ Afra auis, prouerbij specie, λίβυς, λιβυκὸν ὄρνεον. Refertur à Suida de rebus prægrandibus, quod ex ea regione deportentur aues immani magnitudine. Horat. de pro lauta vsurpauit,

Non afra auis descendat in ventrem meum,
Iucundior quàm lecta de pinguissimis
Oliua ramis arborum.

Nam gallinas prægrandes olim mittebat Africa, quas easdem Numidicas aues appellant. Aceron videtur de Struthione sentire, quæ & ipsa auis mira mole corporis esse fertur. Non inepte iacietur in hominem peregrino cultu notabilem. Et Plaut. *Pænul.* Pœnum autem vocat ob manicas alarum instas vtrinque pensiles. Prouerbium extat *in Auibus Aristophan.* Interpres indicat conuenire in barbaros ac meticulosos. Sunt enim prægrandes ferè timidiores. Terent. Hic nebulo magnus est. Ex Adag. Chiliad.

Afer, λίβυς, qui est ex Africa.

Dirus Afer.

Horat. 4. *Carm.*

Sitientes Afri.

Virg. 1. *Eclog.* Est enim Africa calidissima regio.

[Aforus, pisciculus, qui propter exiguitatem hamo capi non potest. Isid.

Afratum, spumeum. Isid.]

Africus, a, um, λιβυκός: vt Africa bella, apud Sil. *lib.* 17. Liu. *lib.* 2. *d.* 4.

Africanus, a, um: vt, Gens Africana, Gallinæ Africanæ. Varro *de re rust. lib.* 3. *cap.* 4. Gallinæ Africanæ sunt grandes, variæ, gibberæ, quas Meleagrides appellant Græci. Vide Suet. *in Calig. cap.* 18.

Africanæ, feræ sunt in Africa copiosæ, ex genere pantherarum, quæ & Variæ appellantur, à macularum varietate, ποικίλαι. Plin. *lib.* 8. *cap.* 17. Senatusconsultum fuit vetus, ne liceret Africanas in Italiam aduehere. Vide Suet. *in Claud. cap.* 21. Liu. *lib.* 4. *d.* 5.

[Africia, genus liborum, quo antiqui vsi in sacrificiis. Arnob.]

Africus, substantiuum, venti nomen est ab Africa spirantis inter Austrum & Zephyrum, qui & λίψ à Græcis dicitur. } ITAL. *Ponante, Lebeche.* Flandris, *Zuid, westen, Vesten.* } Virg. *Æneid.*

Vnà Eurúsque, Notúsque ruunt creberque procellis
Africus.

Horat. *lib.* 1. *Carm.*

Luctantem Icarijs fluctibus Africum.

Africus, Adiect. ab Africo vento: vt,

Africa procella, ab Africo vento excitata.

Horat. 3. *Carm.*

[Afrutabulum, vasculum. Pap.]

A G

[Agabo, qui negotia præcedit. Isid. gl. Pap.]

Agacturi, populi, aliàs Agaturi, Plin. 28. *cap.* 68.

Agætus, ἄγαιτος, Scytharum rex. Vide in Panticapæo.

Agamantæ, populi sunt circa Mæotim. Plin. *lib.* 6. *cap.* 7.

Agagulo, dicitur vanus fornicator. Isid. gl. Pap.

Agalacta, pascua nuncuparunt veteres medici, lacti minùs accommoda: nam herbis lactis aliquo modo naturam immutari traditum est.

Agallochum, { אהלים *ahalim.* ἀγάλλοχον. GALL. *Bois d'aloes.* ITAL. *Legno aloe.* GERM. Holtz aloes. HISP. *Lenaloe.* } Lignum est Dioscoridi thyiæ ligno simile, maculis quibusdam distinctum, odore iucundissimo, gestu subamarum, oris graueolentiæ maximè conducens. Græci recentiores ξυλαλόη appellarunt: quos nostræ ætatis seplasiarij imitati, Lignum aloes vocarunt.

Agamede, ἀγαμήδη, oppidum Lesbi insulæ. Plin. 5. *cap.* 31.

Agamedes, ἀγαμήδης, viri cuius nomen fuit, qui cum Trophonio Apollini Delphis templum extruxit: cuius meriti nomine, quum ab Apolline præmium postulassent, quod ille homini optimum duceret, post diem tertium in lecto mortui reperti sunt.

Agamemnon, ἀγαμέμνων, Atrei & Æropes filius, frater Menelai, & rex Mycenarum, qui in ea expeditione, quam Græci ob Helenæ raptum aduersus Troianos susceperunt, omnium consensu vniuersi exercitus dux est declaratus. Quo in bello, decimo demum anno victoria potitus, vbi primum in Græciam rediit, à Clytemnestra vxore, adiuuante Ægistho (qui cum illa absente viro, adulterij consuetudinem habuerat) est interfectus, relicto filio Oreste, qui postea indignam patris necem vlciscens, matrem vnà cum adultero interemit. Vide Senec. *in Agamemn.* & Euripid. *in Oreste.*

Agamemnonis hostia, ἀγαμέμνονος θῦμα, in duros & persuasu difficiles dicitur. Inde natum, quòd Agamemnone rem diuinam in Troia facturo, bos effugerit, vixque multo negotio comprehensus, reductus est. Quadrabit etiam in eos, qui nolentes & adacti quippiam agunt. Olim in sacris spectabatur, vt hostia lenis ac volens adstaret. Quòd si refractio fune profugisset, infaustum omen habebatur. Videtur & huc posse referri, quod Agamemnon in Aulide filiam Iphigeniam sacrificauit: sed admodum inuitus. Recensetur à Zenodoto.

Agamemnonius, adiectiuum, Virg. *lib.* 6. *Æneid.*

Eruet ille Argos Agamemnoniásque Mycenas.

¶ Agamemnonij putei, ἀγαμεμνόνεια φρέατα, prouerbialiter de admirandis operibus dicebantur: aiunt enim & circa Aulidem & passim in Græcia puteos effodisse, ne per æstum aquarum inopia laborari posset. Autor Zenodotus.

Agamnestor, ἀγαμνήστωρ, nomen est Atheniensium regis.

Agamus, Latinè dicitur cælebs, ἄγαμος, hoc est, sine viro, seu vxore. {ANGL. *Chaste.* } γάμος enim nuptiæ sunt.

Agamzua, Mediæ oppidum. Plin. *lib.* 16. *cap.* 14.

Agandei, populi circa Mæotim. Plin. *lib.* 6. *cap.* 7.

Agaue, ἀγαυή, nomen proprium filiæ Cadmi & Hermiones & Echionis vxoris, quæ versa in furiam, Pentheum filium laniauit.

Aganippe, pes, fons Bœotiæ à Cadmo monstratus, Musis sacer, quem poëtæ fabulantur factum esse Pegasi equi alati vngula, *in* ... {GERM. Ein brunnen im Boetia den Musis zugeaignet. }

Aganippæus, a, um, denominatiuum. ἀγανίππαιος. Propertius,

Par Aganippææ ludere docta lyra.

Aganippis, ἀγανιππίς, patronymicum fœmininum. Ouid. 5. *Fast.*

Dicite, quæ fontes Aganippidos Hippocrenes
Grata Medusæi signa tenetis equi.

Agapenor, ἀγαπήνωρ. Præfectus classis Agamemnonis, apud Hom. *in Catalog. nauium.* Latinè, Amans viros, vel qui ab aliis amatur.

Agape, pes, ἀγάπη, habet duo nomina apud Latinos, charitatem scilicet, & dilectionem. August. *de verbis Domini*, loquens de epulone diuite, contra raptores, qui amore Dei aliena distribuunt, dicit in persona talium: Ego similis illius diuitis, non sicut agapes facio. Agape, *in Decret. Pontif.* 42. *distinct. cap. si quis despicit*, sumitur pro eleemosyna. Prisci Christiani conuiuiola sua appellabant Agapas: atque hinc quoque sacram ac mysticam Domini nostri Iesu Christi cœnam. Locus tamen citatus in Decret. aliter legitur ab aliis: nam pro *agapes*, legunt *eclapinas.*

Agapeta, Ancilla Dei, quæ pro Christo nubere voluit. Dicitur quoque Agapeta, vel tes, lenocinator, seu qui cum fœminis illicite conuersatur.

Agapetus, ἀγαπητός, Synnadæ, quæ est in Phrygia, Episcopus, de quo vide Eus. *hist. Eccl.* Latinè interpretatus diligibilis, vel dilectione dignus.

Agapius, ἀγάπιος, Alexandrinus medicus fuit, qui Byzantij magna celebritate medicinam docuit. ¶ Fuit & alter Atheniensis Philosophus, post Proclum, Marini Neapolitani discipulus. Suidas.

Agar, ἄγαρ, nomen ancillæ Abrahæ, quod interpretatur aduena: à qua Agareni ἀγαρηνοί, populi Arabiæ, qui nunc Saraceni dicuntur, à Sara vxore

vxore Abrahæ. Hos bello aggressus Traianus Cæsar, eorum oppidum Agaram mœnibus nudauit, eos tamen nunquam potuit acie superare, tempestate cæli tanquam diuinitus perpetuò obstante. Autor Dion.

Agaricon, {ἀγαρικόν. GALL. *Agaric.* ITAL. & HISP. *Agarico* GERM. *Dannenschwam.*} Fungus est, aut certè radix, laserpitio similis, fungi more in arboribus nascens, sapore initio dulci, sed mox in amaritudinem declinante. Nascitur circa Bosphorum Cimmerium, iuxta fluuium Agarum, & in Galatia. Duo eius sunt genera, mas, & fœmina. Vide Plin. *lib.*25. *cap.*9. & Ruell. *lib.*3. *cap.*1.

[Agāron, agāso, minister officialis. Isid. gl. Item] Promontorium est Sarmatiæ Europææ, ab ea parte, qua Bosphoro Cimmerio proxima est. Autor Ptolem.

Agarus, ἄγαρος, fluuius Sarmatiæ Europææ, in Bosphorum Cimmerium illabens, circa quem radix quædam fungosa arboribus adnascitur, quæ ab eo Agaricum dicitur. Fluuij huius meminit Ptolemæus *in descriptione Sarmatica*. & Cæl. *antiq. lect.* 18. *cap.*8.

Agasias, ἀγασίας, ex Stymphalo Arcadiæ oppido vir fortis, & bello clarus, de quo Xenophon *lib.*6. *de expeditione Cyri minoris*.

Agasicles, ἀγασικλῆς. Spartanorum rex clarissimus fuit, cuius extat aureum illud apud Plutarchum apophthegma, Nullum esse firmius stabiliendi regni præsidium, quàm si rex ita ciuibus imperet vt parentes liberis.

Agāso, Equorum, vel asinorum ductor. {רכב rachchab. ἱπποκόμος. GALL. *Palefrenier, qui meine les cheuaux & les panse.* ITAL. *Asinaio, mulattiere.* GERM. Ein vichtreiber / eselreiber / roßbub. HISP. *Harriero, ò que aguya las asnos.* ANGL. *A horse or mule keeper.*} Plin. *lib.*35. *cap.* 11. Pinxit & in vna tabula, quàque maximè inclaruit, agasonem cum equo. Liuius, Acceptos ab agasonibus equos, quum rex ascensurus erat, admouebant. Pers. 5. *Satyr.* Tressis Agaso dixit, pro homine qui omnibus est contemptui.

Agāso, nomen proprium serui. Horatius,

Si patinam pede lapsus frangat Agaso.

Agasthenes, ἀγασθένης, fuit, teste Hom. *lib. Iliad.* 2. pater formosi Polyxeni, qui nauibus suæ gentis præfuit in expeditione Troiana. Latinè interpretatur insigniter robustus.

Agastrophus ἀγάστροφος, Pæonis fuit filius, & heros inter primos Troianorum bellatores, sed à Diomede vulneratus in coxa, mortem obiit, vt scribit Hom. *lib. Iliad.* 12.

Agasyllis, ἀγασυλλίς, frutex est, quem iuxta Cyrenem Africa gignit, ex quo succus profluens in subiectas arenas decidit: quem Ammoniacum vocant. Vide Diosc. & Ruell. *lib.*3. *cap.*52.

Agasyrtus, {לבוש בגדים צואים *lebhusch beghadhim tsoim.* ἀγάσυρτος. GALL. *Ord, sale.* ITAL. *Sordido, scallido.* GERM. Wüst / vnsäuberig / vngeraten. HISP. *Suzio.* ANGL. *Sluttish, vncleanly in his clothes.*} Apud Latinos squalidum sonat & sordidum: vnde Pittacus Mitylenæus philosophus, Agasyrtus est ab Alcæo dictus, quod neglecto corporis cultu videretur sordidior.

Agatha, ἀγάθη Stephano oppidum prouinciæ Narbonensis, quondam Massiliensium. Vide Plin. *lib.*3. *cap.*4. ¶ Fuit præterea hoc nomine virgo (teste Volaterrano *lib.*13.) Cathanensis, & martyr, sub Gallo mamillis torta.

Agatharchides, ἀγαθαρχίδης, Historicus Samius, de quo Plut. *in historia Persica*, & Diodorus Siculus. Extant hodiéque nonnulla ex eius scriptis exempla.

Agathēa, ἀγαθία, oppidum est Phocidis. Steph.

Agathias, ἀγαθίας, Smyrnæus fuit historicus nobilissimus, qui Iustiniani Cæsaris gesta conscripsit.

[Agathis, gemma primum reperta iuxta fluuium Siciliæ. Pap.]

Agathyrnum, vide *Agathyrsum*.

Agātho, ἀγάθων, Philosophi Pithagorici nomen fuit. Hic quum annorum esset octoginta, ab Archelao rege interrogatus, num quas adhuc seruaret pristini roboris reliquias? Quidni? inquit. nam non modò Ver, verum etiam Autumnus consueuit bonos fructus proferre. ¶ Fuit etiam hoc nomine Atheniensis vir, portentosæ proceritatis & fortitudinis, de quo Philostratus *in vita Herodis Attici*. ¶ Fuit & nomen filij Priami, qui cum patre Hectoris corpus redempturo, ad Achillem profectus est, vt habet Hom. *Iliad. lib. vlt.* ¶ Alius fuit Agathon tibicen quispiam, cantilenarum suauitate maiorem in modum aures deliniens. Nec huius mores difficiles musicæ prohibentur, laborauit enim infamia mollitiei. Vnde Adagium, Agathonia cantio, Ἀγαθώνειος αὔλησις. Rectè dicetur de oratione blanda magis, quàm frugiferà. Autor & Suidas & Zenodotus.

Agathopolis, ἀγαθόπολις, Galliæ Narbonensis ciuitas est, quæ hodie Monspessulanus dicitur, vulgò *Montpellier*. vel potiùs *Agde*.

Agathocles, ἀγαθοκλῆς, Siculus tyrannus fuit. Plaut. *Men. sc.*4. *a.*2. In Sicilia, vbi Rex Agathocles regnator fuit. & *in Pseud. sc.*5. *a.*1. Virtuti regi Agathocli antecesseris, qui ex sordido genere natus, patre scilicet figulo. quum libidini, latrociniòque operam dedisset, gregariam militiam exercuit. In qua quòd manu strenuus esset, & concionibus perfacundus, breui ex centurione tribunus militum euasit: & primo quidem bello contra hostes pugnans magna suæ virtutis præbuit experimenta, adeò vt in demortui regis locum fuerit suffectus. Nec multò post interfectis Syracusanis nobilibus, cum Carthaginensibus bellum gessit. Deinde spe ampliandi regni in Italiam traiecit: vbi quum deceptus fuisset, ex indignatione morbum contraxit, ex quo etiam vita functus est. Hic quum figuli (vt modò diximus) esset filius, generis humilitatem non modò non dissimulauit, verum etiam eo veluti firmissimo argumento vsus est, ad inflammandos suos ad capessendam virtutem. Vnde vasis aureis frequenter figulina solebat admiscere, vt ostenderet sordidissimæ etiam conditionis hominibus per virtutem ad honores iter patere.

Agathusa, ἀγαθοῦσα Callimacho, dicta est insula vnguento nobilis, quæ alio nomine Telos dicitur. Plin. *lib.*4. *cap.*12.

Agathyrsum, siue Agathyrsa, ἀγάθυρσον Steph. Vrbs est Siciliæ, quæ recensetur à Plin. *lib.*3. *cap.*8.

Agāthyrsi, ἀγάθυρσοι, populi Scythis vicini, qui multum habent auri, siue auaritia, aut auidia. Hos Plin. *lib.*4. *cap.*12. scribit habere capillos cæruleos. Poëtæ pictos vocant, quoniam versicoloribus vestibus induuntur. Virg. *lib.*4.

Cretésque Dryopésque fremunt, pictique Agathyrsi.

dicti Agathyrsi, ab Agathyrso Herculis filio.

Agāue, ἀγαυή, filia Cadmi & Hermiones, & vxor Echionis, quæ in furorem versa, Pentheum filium regem Thebanorum, in Orgiis Bacchi suis manibus dilaniauit.

Agaui, ἀγαυοί, populi sunt Septentrionales: quos Homerus *circa initium lib.*13. *Iliad.* dixit esse gentem innocentissimam, vt quæ sine vllis diuitiis equino victitat lacte.

Agauus, ἀγαυός. Vnus è Priami filiis, apud Homerum *lib. Iliad. vlt.* qui patrem Hectoris corpus ab Achille redempturum comitabatur.

Agbarus, ἄγβαρος, Rex fuit Edessæ, cuius ad Christum Seruatorem nostrum epistolam, Christique itidem responsum, vide apud Euseb.

Agbatana, orum, ἀγβάτανα Stephano, oppidum Phœnices, quod Plin. *lib.*5. *cap.*19. Ecbatana appellat. ¶ Item oppidum Mediæ, totius regionis caput, à Seleuco conditum: quod & ipsum Plinius Ecbatana appellat, *lib.*6. *cap.*14.

Agĕ, Aduerbium adhortantis: & singularem numerum desiderat, Agite pluralem: Agedum vtrumque admittit. {הבה *habah.* ἄγε, φέρε, δε. GALL. *Or sus, or auant, courage.* ITAL. *Horsu, Horuia.* GERM. Wolan. HISP. *Ea animo.* ANGL. *Go to, courage.*} Quint. Agedum, si videtur, extra portas prospicite. Cic. *pro Sylla*. Agedum conferte nunc cum illis vitam P. Syllæ. ¶ Dicimus & Agitedum, sed in plurali semper. Liu. *lib.*1. Agitedum, ite mecum. Age vt lubet. Plaut. *Men. sc.*5. *a.*5. Agite, abite, fugite. Idem *ibid. sc.*7. *a.*5. Agite, Amouemini hinc vos. Idem *Pseud. sc.*5. *a.*1. Nunc agite, vterque quod rogabo dicite. Idem *Men. sc. vlt.* *a.*5. Age nunc iam quando lubet. S. Quid agam? P. Peri. Idem *Mil. sc.*4. *a.*2. Age, age maniero. Idem *Asin.*2. *a.*2. Age sanè quando æquum oras. Idem *Men. sc.*2. *a.*1. Agedum expedi. Idem *Amph. sc.*1. *a.*5. Agedum excute. Idem *Aul. sc.*3. *a.*4. Agedum aspice. Idem *Capt. sc.*4. *a.*3. ¶ Agetis roga. Idem *Capt. sc.*2. *a.*1. Age interdum non est hortantis, vt apud eundem *Asin. prol.* Age, nunc reside, &c. ¶ Interdum est corripientis. Terent. *in Adelph.* Age, scis quid loquar? Pecuniam in loco negligere maximum interdum est lucrum. ¶ Interdum pro Dic. Idem *in Adelph.* Age noui tuum animum, quasi iam vsquam tibi sint viginti minæ. Vbi Donatus, Age nunc verbum est significans Dic: quia iam propè est, vt consentiat persuadenti. Interdum consentientis. Terent. *in Adelph.* Age age, traducatur Bacchis. ¶ Interdum excitandi, & plerunque post Nunc, apud Poëtas ponitur. Virg. *Georg.*4.

Nunc age, naturas apibus quas Iuppiter ipse
Addidit, expediam.

Agēā, vel Ageia. Via in naui, dicta quòd in ea maximæ quæque res agi soleant, ἐμβάτης. Ennius,

Multa fero penens ageáque longa repletur.

Vsitatius Foros vocamus. Vide Fest. & Scaligerum.

[Agea, orum, victimæ, quæ pro rebus agendis offerebantur.]

Agedēcum, ἀγεδικον Ptolomæo, Gallorum Senonum oppidum est, quod idem esse existimatur cum eo, quod Galli sua lingua *Sens* vocant. Scribitur apud quosdam Agendicum. Vide Vigonereum *in Cæsarem*.

[Agedum, ἄγεδε. Vide *Dum*.

Agelada, iuuenca. Lex. gr. b.]

Agelades ἀγελάδης, nomen insignis statuarij, & magistri Polycleti: cuius meminit Plin. *lib.*34. *cap.*8.

Agelæus panis, ἀγελαῖος ἄρτος dicitur à Græcis, qui à nostris Cibarius dicitur ex farina parum bene cribrata constans. Vide Cæl. *lib.*9. *cap.*16. & Ruell. *lib.*2. *cap.*14.

Agelastus, {שלא צחק לעולם *schelló tsechek leholám.* ἀγέλαστος, ab α & γελάω. GALL. *Qui ne rit iamais.* ITAL. *Mesto, che mai non ride.* GERM. Traurig / der nit lacht. HISP. *Que non rie ò burla en ninguu tiempo.* ANGL. *which neuer laugheth, vnmirie harted.*} Latinè mœstus, & sine risu. Quo nomine dictus est Crassus, auus Crassi à Parthis interempti, quem tradunt semel tantùm in vita sua risisse: quod factum est, quum vidisset asinum carduos comedentem, dixissetque ob id, similem habent labra lactucam. Factum hoc dictúmque festiuissimum risus subsecutus est. Cic. 5. *de Finib.*

[Agellatius, rusticus dux gregis. Lex. gr. b.]

Āgēllŭs, vide *Ager*.

Āgēmā, atos, agmen. {אגף *agáph.* ἄγημα. GALL. *Certaine legion de gens de guerre.* ITAL. *Squadra.* GERM. Ein hauff / oder rott. HISP. *Muchedumbre ò compañia de gente.* ANGL. *An companie of men of warre.*} Arrianus scribit alam equitum fuisse, quæ dicebatur ἄγημα, quanquam & de peditibus dici agema, idem testatur Arrianus. Liu. 5 *decad.* Delecti inde, & viribus & robore ætatis ex omni exercitorum numero duo erant agemata: hanc ipsi legionem vocabant.

Āgēnor, ἀγήνωρ, Nomen regis Phœnicum, & Beli filij. Hic genuit Taygetam & Europam filias: filios verò Cilicem, Cadmum & Phœnicem. {GERM. Ein König der Phenizier / ein vatter Cadmi vnd Europæ.} Virg. 1. *Æneid.*

Punica regna vides, Tyrios, & Agenoris vrbem.

¶ Hoc etiam nomine dictus fuit filius Antenoris Troiani.

Āger, {שדה *sadheh* גבול *gebhul.* GALL. *Vn champ.* ITAL. *Campo.* GERM. Ein acker / ein feld. HISP. *Campo que se labra.* ANGL. *A feilde.*} ab Ago, is, quòd in eo aliquid agatur, vel vt Donatus inquit quod in eo multa sint agenda. Quint. autem *lib.*1. scribit, Græcum esse: nam ἀγρὸς Latinè rus dici potest, significátque Ager quandoque circumiectum territorium alicuius vrbis, seu prouinciæ χώρα. Sallust. *in Catil.* Reliquos Catilina per montes asperos in agrum Pistoriensem abducit. Vnde dicimus, Ager Campanus, Ager Brixianus. Et includit in se nemora, saltus, pascua, lacus, flumina, & omnia quæ in territorio illo sunt, & in ea significatione vix vnquam reperitur pluraliter. ¶ Quandoque significat partem quandam ipsius territorij vrbis, quæ priuatim ab aliquo possidetur & esse videtur rus, in quo domus, & omnia, quæ in agro sunt, generaliter continentur: id est, quæ pro captu ipsius partis esse possunt. Vnde Terent. *in Eunuch.* Ex meo propinquo rure hoc capio commodi. Et sequitur: Neque agri, neque orbis odium me vnquam percipit. Vbi satietas cœpit fieri, commuto locum. Idem *in Heaut.* Agrum in his

regionibus

tep.omnibus meliorem.neque pretij maioris nemo habet.Et paulo pòst, Talenta duodecim coegi,agrum hunc mercatus sum : hic me exerceo. Ex his innuitur sub Agri nomine & domum, & omnia alia quæ in agro continentur comprehendi,idemque esse Agrum, Rus & Possessionem. ¶ Notandum tamen quòd nec rus,nec ager villa est, sed villa in rure, siue agro dicitur esse. Ex hoc significato dicitur paræmia, Nihil ex agro dicis, οὐδὲν ἐξ ἀγροῦ λέγεις, id est, Nihil humile, neque triuiale loqueris.Meminit Suidas.Cui similis illa Græcorum ἀγροικίας,quod Catullus dixit,

Ruris plenus & infacetiarum.

¶ Quandoque ager significat locum in rure quem colimus, siue arando,siue conserendo:& singularem,pluralemque numerum habet.Plaut. *Aul.Prol.* Agri reliquit ei non magnum modum. Idem *Amph.* præbere vxorem vsurariam perinde est, ac si agrum sterilem fodiendum loces. Idem *Mest.sc.*1.*a.*1. prius quam omnia periere & ædes & ager. Colum. *lib.*1. *cap.*3. Virgilij prouerbialem sententiam explicans, Quippe, inquit , acutissimam gentem Pœnos dixisse conuenit imbecilliorem agrum, quàm agricolam esse debere, quoniam quum sit colluctandum cum eo,si fundus præualeat,allidi dominum.Nec dubium quin minus reddat laxus ager non rectè cultus, quàm angustus eximiè. Conuenit in eos qui studerent imperio proferendo, quàm hoc ipsum quod habent non possint administrare. Aut qui suscipiunt munus, cui gerendo sunt impares. & *lib.*4. Pestilentem annum inopia frugum , neglecto cultu agrorum,vt plerumque fit, excepit. ¶ Ager colonus,Cic.*de leg.agrar.* Cognoscerent qui ager colonus esset,quo milites veterani deducti essent,qui,&c. Videtur eam agri partem significare,quæ proprie ad arandum accommodata est, & alio nomine Aruum dicitur.

Agellus,diminut significat paruum agrum. {ἀγρίδιον, ἀγρίδιον. GALL. *Petit champ,petit territoire & possession.* ITAL. *Capitello.* HISP. *Campo pequeño.* ANGL. *A litle field.*} Terentius *in Adelph.* Agelli est hic sub vrbe paulum,quod locitas foras. Huic demus,qui fruatur. ¶ Hinc fit aliud diminutiuum Agellulus. Ambros. Qui fidei exercet militiam, ab omni vsu negotiationis abstinere debet , agelluli sui contentus fructibus.

‖Ageratus, lapis,quo antiqui vsi expoliendis coriis. Gell.‖

Agerochus, filius fuit Neli ex Chloride vxore, vt est apud Hom. *lib.*11. *Iliad.*

Agesimba, Æthiopum regio in Africa.

‖Agesis, id est, age si vis.‖

Agestis,Apollinis filius,vt habet Iustinus ex Cyrene virgine, Pelio monte Thessaliæ rapta, frater Aristei. Hunc alij nunc Argeum vocant.

‖Agèter, partes gutturis. Poll.‖

Aggagula. Gloss.Isidori : Aggagula, lenocinator,pantominus.

‖Aggatha, stuppa. Gloss.‖

Aggens, pro Angens : Aggilla,& Aggulus,pro anguilla, & angulus dixerunt Varro *lib.*1. *de L.L.*Priscian.*lib.*1.

‖Agger,lapidum, aut terræ moles quæ fixis vallis aggeritur. ¶ Est etiam Agger,strata, via publica. Gloss.

Aggero, ab ad, & gero. Gloss.

Aggilas, aquilo. Lex.gr.b.

Agginantes, explicantes. Isid.gl.

Aggurium,aggurus,placentæ genus. Lex.gr.b.

Agiades, milites Asiatici. Idem.

Agiæ, glandulæ. Isid.gl.

Agigarton, vua sine granis,arte sic plantata. Onom.Med.

Agilæa, bos qui inter gregem agit. Idem.

Agiatores, aurigæ, qui ludis Circensibus se exercebant,& qui paruo lucro mouentur. Fest.

Agiopoliticon, toppiarium quoddam. Lex.gr.b.

Agioteria, festa seu sacra Carnia, quorum sacerdos dicitur. Rh.

Agipèdes, senatores pedanei, seu pedarij. Marc.Don.

Agita, auxilium. Lex.gr.b.

Aglotta, lingua non valens loqui. Rh.

Agnêon, locus, vbi pudicitia virginibus eripiebatur, per antiphrasim dictus apud Athen.

Agnōtus,agnitus. Pac.

Agnythes , lapidès , quos stamini inter texendum appendunt textores. Poll.

Agōgæ , fossæ in metallis aurariis , per quas aqua aurum trahens ducitur. Plin.

Agogiaticon, sarcina. Gloss.‖

Agon,oppidum in Chersone. Steph.

Agrarius,a,um,quod ad agros pertinet. {ἀγροτικός. GALL. *Chose des champs.* ITAL. *Cosa apartenente à campi.* GERM. Das zu dem acker oder feld gehört. HISP. *Cosa pertenesciente al campo.* ANGL. *Of the feeldes, belonging to the feeldes.*} vt, Lex agraria,νόμος κληρουχικός, γῆς ἀναδασμός, quæ ferebatur de agris populo diuidendis. Liuius *lib.* 2. Tum primùm lex agraria promulgata est.

Agrarius, rij, substantiuum, Legis agrariæ suffragator,aut qui agros publicè diuisos possidet. Cic. 15. *Phil.* Num rursus reprobos decuriabit: num solicitabit rursus agrarios?

Agrarium,vectigal agro impositum.Marculf.Monach *lib.*2.*Form.cap.*36. ¶ Sed apud Græcos est genus nauigij , in quam ingrediebatur solum Arungarius vigiliæ,Drungarius rei naualis,Logotheta cursus, Hæteriarcha mysticus , supplicum libellorum magister , domesticus scholarum , Accubitor , Vestiarius, & è Cubiculariis quos Imperator iussisset. Cerd.‖

Agrēstĕ,dicitur quod rusticum est:& ad agros pertinet,quódque in agris, non in hortis nascitur. {ἄγριον. GALL. *Agreste, rural, rustique, champestre.* ITAL. *Villesco.* GERM. Bewrisch wild. HISP. *Casa del campo.* ANGL. *Rustical, which perteneth to the feeldes.*} Virg.

—— Cererem pubes agrestis adoret.

Item , Dicendum & quæ sint duris agrestibus arma. Agrestes Deæ Oreades.Gell.*cap.*9.*lib.*9. ¶ Item Agrestis dicitur, qui syluestrem vitam agit,& feramquem & Græci ἄγριον dicunt Vnde in compositione Onager dictus est asinus ferus. ¶ Agrestis substantiuum pro homine rustico. Virg.*lib.*9. *Æneid.*

Calepini Pars I.

Lydorúmque manum, collectas amat agrestes.

Agrĭcŏlă,ex Ager,& colo,Cultor agri. {אכר ichchar יגב iegheb. γεωργός. GALL. *Laboureur,rustique,villageois.* ITAL. *Lauratore della terra.* GERM. Ein ackerman/oder bauman. HISP. *Labrador del campo.* ANGL. *A husband man.*} Virg.1. *Georg.*

O fortunatos nimium, bona si sua norint, Agricolas.

Cic.1. *Tusc.* Arbores seret diligens agricola. Est autem nomen generale,nam agricolarum alij Aratores,alij Vinitores,nonnulli Arboratores, multi etiam Pastores , quales erant ferè apud antiquissimos. Nec solùm rustici , & agrestes dicuntur Agricolæ , sed multi etiam oppidani:quod genus vitæ olim in maximo precio fuit,atque honore:præsertim apud Romanos.Cato *de re rust.cap.*1.Bonus agricola, bonusque colonus.Ita laudabant antiqui virum bonum. ¶ Prouerbialiter dicitur , Semper agricola in nouum annum diues , Ἀεὶ γεωργὸς εἰς νέωτα πλούσιος. de iis dictitatum,qui spe futuri compendij diuites sunt, ac sibimet expectatione rerum amplarum blandiuntur.

Agrĭcŏlātĭo,onis, idem quod agricultura. {עבודת האדמה habodhath haadamah. γεωργία. GALL. *Labeurage.* ITAL. *Lauoramento di campi.* GERM. Ackerbaw/arbeit deß felds. HISP. *La labrança.* ANGL. *Laboring of the land.*} Col.*lib.*1.*cap.*9. Minus in hoc officio quàm in cæteris agricolatio frugalitatem requirit.

Agrĭcŭltŏr , idem quod Agricola. Liuius 6. *bell. Pun.* Seruos agricultores remp. abduxisse. Sic D. *lib.*12. *tit.*3. *l.*25. Paulus, Miles, & agricultor, &c.

Agrĭcŭltūră , æ , cultus agrorum. {עבודת האדמה habodhath haadamah. GALL. *Labeurage, labeur de terre.* ITAL. *Lauramento ò coltiuamento di campi.* GERM. Ackerbaw/baurenwerck. HISP. *La labrança.*} Cic. 1. *Offic.* Nihil est agricultura melius, nihil vberius, nihil dulcius , nihil homine libero dignius.

‖Agrimelissa, apis syluestris.

Agriomèla, mala syluestris.

Agriomorphus, qui agresti est aspectu.‖

Agrĭpĕtæ , κληροῦχοι. Qui petunt ex agrorum diuisione portionem, quæ viritim dabatur. Cic.*ad Attic.*Seruulos autem dicere eum & agripetas eiectos à Brutoriis.

Agrosus, Varro *lib.*4.*de Ling.Latina.* agrosum hominem dixit,pro agris abundanti & locuplete, vt arbitror , quemadmodum dicitur pecuniosus. Si ab agro, inquit , ad agrosum hominem venero , & agricolam, non aberrabo.

Ageraton, ἀγήρατον, herba est ad duorum palmorum altitudinem excrescens, similis Origano,florem ferens bullis aureis non absimilem : ita dicta quòd non facilè marcescat. Vide Plin.*lib.*24.*c.*4. De Agerato tamen inter authores non satis conuenit.

Ageratus , ἀγήρατος , lapis est quo coriarij olim vtebantur in poliendis coriis : cuius loco hodie vtuntur massa vitri. Meminit huius lapidis Gal.*lib.*9. *simpl.*

Agerochus , filius fuit Nelei , ex Chloride vxore, vt est apud Homerum *lib.*11. *Iliad.*

Agerona , Deæ cuiusdam nomen erat apud Romanos ab agendo dicta, quòd industriæ præsidere putabatur. Sicut contrà Murcea socordiæ Dea credebatur.

Agesander, ἀγήσανδρος, insignis statuarius fuit ex Rhodo insula, qui vnà cum Polydoro & Athenodoro, Laocoontem marmoreum fecit in domo Titi Vespasiani Imperatoris , omnium artificum opera longo interuallo superantem. Vide Plin.*lib.*36. *cap.*5.

Agesias, ἡγησίας , Cyrenaicus philosophus , cui à Ptolemæo Philosophiæ professione fuit interdictum , quòd animæ immortalitatem docens multos ad spontaneam mortem compelleret , vt Cleombroto Ambraciotæ accidit. Cic.*in Tusc.lib.*1. Hic ab aliis Hegesius appellatur.

Agesidamos, ἀγησίδαμος,Locrensis Epizephyrius nobilis Olympionices, in quem pugilatu vincentem Pindarus hymnum cecinit.

Agesilaus , ἀγησίλαος , Lacedæmonius , Archidami filius qui post mortem Agidis fratris sui Rex constitutus , Tissaphernum in Asia , qui principatum tenebat inter Persas , vicit & Athenienses & Bœotios apud Coroneam vrbem Peloponnesi. Breui statura corporis , & altero pede claudus fuit, sed rara virtute præditus. Vitam eius vide apud Plutarch.

Agesinates,Galliæ populi sunt,Pitonibus vicini.Plin.*lib.*4.*cap.*19.

Agesipolis , ἀγησίπολις , Lacedemoniorum dux , qui speciosam sæpiùs victoriam ab Argiuis retulit. Vide Xenophontem *rerum Græcarum lib.*4.

Āgĕsis,aduerbium excitandi : compositum ex particula Sis,pro si vis,quæ verbis imperatiui modi apud veteres addebatur, ἄγε δή, ἄγε δῆτα. Lucretius *lib.*1.

Nunc agesis, quoniam docui nil posse creari
De nihilo.

Aggaudeo verbum, quod impensè gaudere explicabis. Vsurpat idem Venerabilis Petrus *epist.*16.

Aggemo, is, vide *Adgemo.* Ouid.*Eleg.*3. *lib.*1. *Trist.*

Aggemit & nostris ipsa carina malis.

Āgger,is, masculini generis,significat propriè lapidum aut terræ coaceruationem , quæ fixis vallis aggeritur , castrorum alteriúsve loci muniendi gratia. Ouid.*Eleg.*8. *lib.*3. *Trist.*

—— Dum soluitur aggere funus.

{סוללה solelah. χῶμα. GALL. *Amas en monceau & tas de quelque chose.* ITAL. *Argine.* GERM. Ein schütte oder wallwin zusamen hauffung deß erdtrichs/ein damm. HISP. *Monton de tierra ò baluarte.* ANGL. *A heap of stones or turfes.*} Solebant enim Romani milites vallos , hoc est, palos secum circumferre quoties castra mutabant , eósque quoties considerant, humi defigere,terrámque illis aggerere,vt tuti essent ab hostium irruptionibus. Impropriè dicitur cuiuslibet rei coaceruatio,qua fossæ, aut valles impleri possunt. ¶ Quin & muros & munimenta aggerem dici voluit. Seruius in illud Virg. 10. *Æneid.*

Quin intra portas atque ipsis prælia miscent
Aggeribus murorum.

¶ Dicitur etiam Agger media viæ eminentia , ex exaggeratis lapidibus strata. Idem , Qualis sæpe viæ deprehensus in aggere serpens.

¶ Agger item dicebatur tumulus ex terra aliáve materia congestus ad oppidi, vel arcis cuiuspiam oppugnationem. Cic. *Attic. lib.* 2. Oppidum cinximus vallo & fossa, aggere maximo. Item 5. *Philipp.* Græciam per translationem vocat Aggere oppugnandæ Italiæ, quòd ea aptissima esset, ex qua tanquam ex loco superiore, bellum Italiæ posset inferri. Græcia, inquit, vel receptaculum est pulso Antonio, vel Agger oppugnandæ Italiæ. ¶ Agger etiam dicitur ipsa materia ex qua fiebat ipse agger. Fiebat autem ex trabibus, frondibus, cespitibus. Cæsar *ciu.* 2. 3. quod vnde agger comportari posset nihil erat reliquum omnibus arboribus in finibus Massiliensium excisis. Idem Gall. 2. *cap.* 6. Lapidibus telisque subministrandis & ad aggerem cespitibus comportandis. Idem Cæsar *lib.* 1. *de bell. ciu.* Longiùs petendus erat agger, (i. terra, aut similis materia.) Item Quint. per fora & aggerem, circuli (auditorum.)

Aggĕro, as, Acumulo, cumulum facio. { צבר [illegible] *facbar.* [illegible]. Gall. *Amonceler, accumuler.* Ital. *Accumular.* Germ. Zusammenhauffen. Hisp. *Amontonar vna cosa sobre otra.* Angl. *To heap, to mak a bulwark.* } Vnde Arbores aggerare, vel Aggerare circa arbores terram dicimus, quum post hyemem, æstate iam instante, terram circumfodimus, & veluti circummunimus, ne calore nimio radices exarescant: pro quo etiam dicimus, Arbores operire, vel adobruere. Colum. Omnes arbores fructiferæ circumfossæ aggerari debent. ¶ Interdum translatè ponitur pro augere & aggrauare. Virgil. 11. *Æneid.*

——— *acuerat dictis, atque aggerat iras.*

¶ Hinc fiunt composita Adaggero, & Exaggero, quorum significata vide suis locis.

Aggĕro, is, si, stum, iuxta gero, Ad aliquid gero. { צבר *tsabár* נשא *nasá.* [illegible]. Gall. *Amasser, apporter en vn tas.* Ital. *Porre à cosa.* Germ. Neben etwas tragen, herzu tragen. Hisp. *Añadir y traer vna cosa à otra.* Angl. *Beir to.* } Plin. *lib.* 17. *cap.* 4. Nec fluminibus aggesta semper laudabilis. Plaut. *in Rud.* Siquidem mihi vltrò his aggerenda etiam est aqua.

Aggeratim, adfatim, magna copia. Apul. *lib.* 4. *Metam.*

Aggestio, huius aggestus, ûs, substantiuum verbale. Tacitus *lib.* 19. Et locus ipse castrorum placebat, latè prospectans, tuto copiarum aggestu, florentissimis pone tergum municipiis.

Agglomĕro, implico, adiungo. { גלם *ghalám.* [illegible]. Gall. *Mettre du fil en peloton, deuider, & lierler.* Ital. *Inuoltare, inghiomare.* Germ. Herzufügen, an ein kugel wicklen. Hisp. *Embolver vna cosa à otra.* Angl. *To gather together to wind threed in bottomes.* } à Glomero, quod à Glomus, seu Glomer deducitur. Virg. 2. *Æneid.*

Et lateri agglomerant nostro.

Idem 12. *Æneid.*

——— *densi cuneis se quisque coactis Agglomerant.*

Agglūtĭno, Ad aliquid glutino, copulo, adiungo. { הדביק *hidbbik.* [illegible]. Gall. *Coller ensemble.* Ital. *Congiungere.* Germ. Anleimen, an einander hafften. Hisp. *Engrudar ò pegar vna cosa à otra.* Angl. *To glue, or souldour together.* } Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 2. se applicant, agglutinant meretrices hospitibus. Idem *in Aul. sc.* 6. *a.* 2. Ita mihi ad malum malæ res plurimæ se agglutinant. Cic. *Attic. lib.* 16. Itaque statim nouum proœmium exaraui, & tibi misi: tu illud desecabis, & hoc agglutinabis.

Aggrăvo, as, Onero, grauo, opprimo. { הכביד *hicbbidh.* [illegible]. Gall. *Aggrauer, appesantir.* Ital. *Aggrauare.* Germ. Beschwären. Hisp. *Agrauiar ò apegar.* Angl. *To burden.* } Ouid. *Eleg.* 4. *lib.* 3. *Trist.*

Illa meos casus aggrauat, illa leuat.

Ab hoc fit Aggrauesco, quod est, Valde grauis fio. Liu. *bell. Punic.* 2. *lib.* 8. Nihil aliud ab suis celatum est, quàm inopia aggrauans socios. Plin. *lib.* 12. *cap.* 17. Odor aggrauans capita, sed citra dolorem. ¶ Aggrauata valetudo, apud Suetonium *in Augusto*, grauior facta: Aggrauata valetudine tandem Nolæ succubuit.

Aggrăvēsco, is, ex Ad & nomine grauis factum verbum, Grauius fieri, aggrauari. Terent. *in Hecyr.* Malè metuo ne Philumenæ magis morbus aggrauescat, id est, grauior fiat: quia morbi graues dicti. Sic aggrauescens vulnus. Cic. 3. *Tusc.*

Aggrĕdior, Ad aliquem gradior, adeo, accedo, item adorior, inuado, peto, incipio. { בוא *ba* קרב *karab.* [illegible]. Gall. *Assaillir, aller vers quelqu'vn, s'auancer sur luy.* Ital. *Assalire in buona & in mala parte.* Germ. Zu einem gehn. Item, Einen angreiffen, anfallen. Hisp. *Acometer, ò arremeter.* Angl. *To sette vpon, to inuade, to begine.* } Cic. *pro Cecin.* Quid agat, quomodo aggrediatur iudicem non habet. Plaut. *Mil. sc.* 2. *a.* 2. Aggrediar hominem (quasi pedem collaturus.) Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 3. Quin aggredimur virum. *Ibid. sc.* 1. *a.* 1. Ita me obstinate aggressus, (i. adlurare cœpisti.) Idem *in Curc. sc.* 1. *a.* 1. Aggredior hominem, saluto dolosè scilicet. Sic Ouid. 13. *Metam.*

Te tamen aggredior (dolo sup.) *mecúmque reducere nitar.*

Virg. 4. *Æneid.*

Talibus aggreditur Venerem Saturnia dictis.

Cicer. *de nat. deor.* Antequam aggrediar ad ea, quæ à te disputata sunt. Idem *Officior.* 2. De quibus dicere aggrediar. Iustinus, Quos ex improuiso aggressus facile fudit. Cicer. 1. *Offic.* Omnibus autem in rebus priusquam aggrediare, adhibenda est præparatio diligens. ¶ Aliquando pro tentare. Salust. *in Iugurth.* Omnes asperitates superuadere, naturam etiam loci vincere aggreditur. Hæc autem verba, Aggredior, Adorior, Alloquor, & similia, Ad præpositione eis adiuncta cum accusatiuo solo elegantius ponuntur, quam si simplicia eorum accusatiuo, Ad præposita iungantur, vt: Aggredior hominem, non, Gradior ad hominem. ¶ Rem nouam qui proverbiali specie, aggredi dicitur, quum rem arduam ac nouam molitur, & aliis adhuc intentatam. Ex Homeri versu *Odyss.* χ.

Aggrĕssio, verbale, Actus ipse aggrediendi. { קריבה *kreîbah.* [illegible]. Gall. *Abordement, assaut.* Ital. *Assalto, assalimento.* Germ. Anfall, angriff. Hisp. *Acometimiento.* Angl. *Setting vpon, inuading.* } Cic. *in Orat.* Quemque animos prima aggressione occupauerit, infirmabit, excluderétque contraria.

Aggressor, aggrassator. Vlpianus *D. lib.* 48. *tit.* 9. *l.* 7. Vt latronibus, aggressoribúsque darentur, qui patrem interfecerent. Idem *D. lib.* 26. *tit.* 5. *l.* 1. Veluti si quis clamauit vt ad auxilium conueniretur, aut terruit aggressores.

Aggressūra, æ, Vlpianus *D. lib.* 29. *tit.* 5. *l.* 1. Si cùm omnes domini aggressuram paterentur, vnus seruus opem tulit.

Aggrĕgo, as, Congrego, quasi in vnum locum gregem contraho. { אסף *asaph* כנס *cinas.* [illegible]. Gall. *Assembler en vn troupeau, assembler.* Ital. *Congregare.* Germ. Zusamen samlen. Hisp. *Juntar en vn ganado.* Angl. *To gather together.* } Velleius: Quos in contubernio aggregauerat. Cic. *in Catil.* Quod si eodem cæteros vndique collectos naufragos aggregauerit. ¶ Translatè pro adiungere, apud Cæs. *de bello Gallico*, Qui se ad eorum amicitiam aggregauerant. V. Abgrego.

Aggrĕtus, apud antiquos legitur pro Aggressus, vt apud Ennium, Aggretus fari, &c. Scribitur & Adgretus.

Agilis, proprium viri, quem poëtæ cum Tyrinthia pube in bello Thebano fuisse commemorant.

Agĭlis, Leuis, dexter: qui se facilè agit, hoc est, qui leui & expedito est corpore: vel pronus, aut voluntarius ad agendum. { מהיר *mahir* קל *kal* חושׁ *chûsch.* [illegible]. Gall. *Agile, habile du corps, vîte.* Ital. *Destro, leggiero.* Germ. Schnell, hurtig, gering. Hisp. *Ligero para hazer alguna cosa.* Angl. *Nymble.* } Horat. Oderunt hilarem tristes, tristemque iocosi, Sedatum celeres, agilem gnauúmque remissi. Ouid. 2. *Fast.*

Lassabant agiles aspera bella viros.

Columella, Malo vnius agilem industriam, quàm decem hominum negligentem & tardam operam.

Agĭlĭtas, Dexteritas, corporis celeritas. { חוש *páchas* [illegible]. Gall. *Agilité, souplesse de corps.* Ital. *Agilità, attitudine, destrità.* Germ. Behendigkeit geringe. Hisp. *Ligereza de hazer alguna cosa.* Angl. *Nymblines.* } Cic. *Attic lib.* 1. Nam si ita esse statueris, & irritabiles esse optimorum sæpe hominum, & eosdem placabiles: & esse hanc agilitatem, vt ita dicam, mollitiemque naturæ. Hic est à corpore ad animum translatio. Columell. *lib.* 1. Eiusdem agilitatis homo frugi melius quàm nequam faciet.

Agĭlĭter, agilius, agillimé, id est, cum agilitate. { מהרה *meherâh.* [illegible]. Gall. *Legerement, vistement.* Ital. *Agilmente, prontamente.* Germ. Fertiglich, behendig. Hisp. *Ligeramente.* Angl. *Nymblie.* } Colum. *lib.* 2. *cap.* 2. Deque requiem in summa, vt sæpe cessando, totum spatium bos agilius conatur.

Agĭna, Id in qua inseritur scapus trutinæ, id est, in quo trutina agitur, & vertitur, ab agendo dicta. Festus.

Agĭnātor, qui paruo lucro mouetur: nomen ab Agina tractum, quæ minimo pondere huc, aut illuc impellitur. Festus.

Aginatores, Aurigæ sunt, qui in ludis Circensibus curuli certamine exercebant.

Agĭnor, Vilia negotior.

Aginum, vrbs Galliæ, Ptolemæo. Vulgò *Angolesme.*

Agis, ἆγις, Lacedæmoniorum rex, qui cum Atheniensibus cruentissima bella gessisset à suis tandem ciuibus in carcere necatus, quòd Licurgi leges reducere, & bona publicare vellet. Plut. *in vita eius.* & Cic. *Offic.* 2.

Agĭtātio, Agitator, Agito. Vide *Ago.*

Agite, Agitedum, Plaut. *Mostel. sc.* 1. *a.* 1. Agite, porrò, pergite. Vide *Ago* infra, & *Age* suprà.

Agla, ἄγλα, Hispaniæ oppidum in tractu Bætico, apud Plin. *lib.* 3. *cap.* 1.

Aglaia, ἀγλαΐα, vna est ex Gratiis, seu Charitibus, Latinè interpretatur Lætitia.

Aglais, idis, ἀγλαΐς, Megaclis filia, mira gulositate & voracitate mulier, vtpote quæ carnium libras decem, panis chœnicas quatuor, & vini choam, hoc est, Romanum congium, siue sextarios sex, vnica cœna absumeret. Cæl. Rhod. *lib.* 15. *cap.* 19.

Aglaonice, ἀγλαονίκη, Hegemonis filia fuit, astrologiæ perita, quæ quòd eclipses Lunæ prædicere posset, iactabat se Lunam de cœlo detrahere: propter quam insolentiam punita, locum fecit prouerbio, *τὴν σελήνην καθαιρεῖ*, quo vtimur, quoties aliquis sua iactantia in calamitatem incidit.

Aglaope, ἀγλαόπη, vna Sirenum, quasi splendida aspectu. Nam ἀγλαὸς ὤψ apud Græcos, nobis sonat aspectu splendidum.

Aglaophon, ἀγλαοφῶν, pictor nobilissimus. Plin. *lib.* 35. *cap.* 9. & Cic. 3. *de Orat.* Floruit nonagesima Olympiade.

Aglăŏphōtis, ἀγλαοφῶτις, herba est iucundissimi coloris, qua magis vtuntur ad euocandos dæmones. Nascitur in marmoribus Arabiæ, vnde & Marmoritidem quidam appellant. Plin. *lib.* 24. *cap.* 17.

Aglăspis, nomen legionis. Liu. 5. *decad. lib.* 4. Interuallum, quod inter cetratos & phalanges erat, impleuit Legio, atque aciem hostium interrupit. A tergo cetratis erat, frontem aduersùs clypeatos habebat. Aglaspides appellabantur.

Aglaurŏs, ἄγλαυρος, Cecropis regis Atheniensium filia, quæ quum Mercurio Hersen sororem suam adamanti accepta pecunia operam suam esset pollicita, posteàque inuidia correpta, limen ingredienti pertinaciter obstaret, in saxum conuersa est. Vide latiùs hanc fabulam apud Ouid. 2. *Metamorph.*

Aglaus, ἀγλαός, senex fuit Psophidius, qui ab Apolline Gyge felicior est iudicatus, quòd agelli sui limites nunquam esset egressus. Plin. *lib.* 7. *cap.* 46. Valer. 7. *cap.* 1.

Aglidia, orum, ἀγλίδια, dicuntur segmenta illa in capitibus allii, quæ alio nomine Aglithes dicuntur. Ruell. *lib.* 1. *cap.* 2.

‖ Aglis, ἄγλις, ιθος, allii caput, nucleus, spica ‖

Aglyphos, ἄγλυφος, Latinè non sculptum, nam a sine, γλύφω, sculpo.

Agmen, multitudo. { אגף *agaph* מחנה *machaneh.* [illegible]. Gall. *Vne compagnie de gendarmes, bende.* Ital. *Moltitudine, squadra, ordinanza.* Germ. Ein schar volck, ein zug. Hisp. *Muchedumbre ò compañia de gente.* Angl. *A companie of folkes.* } Senec. *Epist.* 60. Quadrato agmine ire. Velleius. In agminibus, vel acie directa pugnare. Tibull. *lib.* 4. Seu sit opus quadratum, acies consistat in agmen. Ouid. 13. *Metamorph.*

——— *Agmina ferre Deuastata mea.*

Senec. *cap.* 2. *de Consol. ad Marc.* Tibull. *lib.* 4. Cuique pecus denso pascebant agmine colles. Virg. 7. *Æneid.*

——— *Vocat agmina sæua ferarum.*

¶ Interdum

¶ Interdum ordinatam multitudinem, & aciem exercitúmque significat. Idem 8. *Æneid.*

——it clamor, & agmine facto.

fiue, grege facto. Quadrupedante putrem sonitu quatit vngula campum. Cic. 2. *Tuscul.* Cum æstu magno agmen duceba, laborabat Marius. Liu. *lib.* 4. *d.* 4. cogere agmen. ¶ Interdum impetum, vt apud Virgil.

——& leni fluit agmine Tybris.

& 2. *Æneid.*

——illi agmine certo

Laocoonta petunt.

Liu. *lib.* 34. Vno agmine omnes mulieres obsedere ianuas.

Agminalis, is, e, adiect. συνταγματικός. Vnde Agminales equi, qui agmen exercitus sequuntur ad conuehenda impedimenta. Bud. *in Annot. post.*

Agna, æ, vide *Agnus.*

Agnascor, eris, sci, compositum ex Ad & nascor, Ad alia quæ nata sunt nascor, iuxta alia nascor. {נולד *nolád.* ἐπιφύω. Gall. *Naistre aupres.* Ital. *Nascere.* Germ. Herzu geboren werden. Hisp. *Nacer.* Angl. *To be borne nigh by.*} Itaque filius patri nasci dicitur, quum ad patrem cogitatio refertur: agnasci vero, quum ad agnatos, vt fratres & patruos. Cic. 1. *de Orat.* Nunquis eo testamento, quod paterfamilias ante fecit, quum ei filius natus est, hæreditatem petit? nemo, quia constat agnascendo rumpi testamentum. Ex quibus Ciceronis verbis apparet, Agnasci eos propriè dici qui nascuntur alicui postquam testamentum fecerit Paulus *in l. qui adoptionem. de adopt. lib.* 1. *Pand.* Qui in adoptionem datur, iis quibus agnoscitur, & cognatus fit. Quibus agnascitur, id est, in quorum familiam venit per adoptionem. ¶ Agnasci præterea dicuntur, quæ in se aliqua nascuntur ad eius perfectionem minimè necessaria, nihilque vtilitatis habentia, vt sextus in manu digitus, & fungi in arboribus, παραφύεσθαι. Vide *Adnascor.*

Agnatio, verbale, id est, agnatorum consanguinitas. {מולדת *modbath.* συγγένεια, ἀγχιστεία. Gall. *Lignage ou parentage du costé du pere.* Ital. *Parentela.* Germ. Die freundschafft von dem vatter her. Hisp. *Parentesco de parte del padre.* Angl. *Lignage.*} Cic. 1. *de Leg.* Ex quo verè vel agnatio nobis cum cælestibus, vel genus, vel stirps appellari potest. Et paulo pòst, In ciuitatibus ratione quadam agnationibus familiarum distinguuntur status.

Agnati, {מודעת *modáh.* ἀγχιστεῖς, οἱ ἀπὸ ἀνδρῶν οἰκεῖοι. Gall. *Parens du costé du pere.* Ital. *Parenti da lato di padre.* Germ. Verwandte von dem vatter her. Hisp. *Parientes de parte del padre.* Angl. *Frindes on the fatheris syde.*} Dicuntur, qui per virilis sexus personas cognatione coniuncti sunt, quasi à patre congeniti (inquit Caius Iurisc.) veluti frater eodem patre natus, filius fratris, nepósve ex eo. ¶ Inter Agnatos & Cognatos συγγενεῖς hoc interest, quod in cognatis continentur agnati, in agnatis non vtique cognati: vt puta, frater patris, id est, patruus, est agnatus, & cognatus: matris vero frater, id est, auunculus, cognatus est, sed non agnatus. ¶ Ad agnatos & gentiles deducendus, prouerbij loco veteres vsurparunt quum furere aliquem & mente captum esse significare volebant, quod ex lege XII. tab. ortum est, qua furiosi & inente capti in agnatorum gentiliúmque potestate esse iubebantur. Varr. *de re rustic. lib.* 1. *cap.*.. Qui salubrem locum negligit, mente captus est: atque ad agnatos & gentiles deducendus. Cic. 2. *de inuent.* Si furiosus exister, agnatorum gentiliúmque in eo pecuniáque eius potestas esto. Iustinian. *lib.* 1. *Instit.* ¶ Agnatum dicimus quicquid vltra debitum natum est: hoc est, quicquid inutiliter in se aliqua gignitur, ad eius perfectionem minimè requisitum. Vnde agnascentia, & agnata membra appellantur, παραφύσεις, ἢ παραφυάδες. Plin. *cap.* 52. *lib.* 10. Membra animalibus agnata, inutilia sunt, sicut sextus hominis semper digitus. Gell. *cap.* 14. *lib.* 7. Agnata vitia virtutibus, id est, proxima & mala bonis. Idem *cap.* 1. *lib.* 6.

Agnellus, Agninus, vide *Agnus.*

Agnicornu, promontorium est ad Bolbiticum Nili ostium. Strab. *lib.* 17.

Agnicis, fluuius in Tigrim influens. Plin. *lib.* 6. *cap.* 27.

Agnitas, æ, vel Agnita, æ, ἀγνίτας. Æsculapij cognomentum apud Spartanos, apud quos eius dei simulachrum ex agno, quæ planta est, erat exculptum. Cælius *lect. antiq. lib.* 18. *cap.* 5.

Agno, ἁγνώ, fons Arcadiæ esse traditur, cuius aqua cæremoniis quibusdam commota, nebulæ in morem in aërem ascendens, largissimos demittit imbres: ita dictus ab Agno, vna est Iouis nutricibus. Cælius Rhod. *lib. antiq. lib.* 13. *cap.* 17.

Agnomen, dicitur quod est extrinsecus aliqua ratione, vel casu quæsitum: vt Africanus, Asiaticus, Achaicus & similia. {שם כנוי *schem chinnui.* ἐπωνυμία. Gall. *Surnom d'vne famille.* Ital. *Cognome d'vna famiglia.* Germ. Zunam der nam vom geschlecht. Hisp. *El renombre.* Angl. *A surname gottin by an act.*} Cic. *de inuent.* 1. Nomen quum dicimus, cognomen quoque intelligatur oportet. Vide *Nomen* infra.

Agnomentum, vt cognomentum, agnomen. ἐπωνυμία. Apuleius *in Apologia*, Igitur agnomenta ei duo indita, Charon, vt iam dixi ob oris & animi diritatem. Sed alterum quod libentius audit, ob deorum contemptum, Mezentius.

Agnomones, equi dicuntur, veluti ex quorum dentibus ætas ampliùs dignosci non potest. ἀγνώμονες. Vide Cæl. Rhod. *antiq. lect. lib.* 12. *cap.* 9.

Agnon, nomen autoris apud Quint. *lib.* 1. *cap.* 17.

Agnosco, ex Ad, & nosco, euphoniæ causa d mutata in g, Recognosco, & eius notitiam cognitionémque in memoriam reuoco. Propriè est id, quod nobis olim aut visum fuit, aut alia quauis ratione cognitum. {הכביר *kichchir* ידע *iadháh.* ἀναγνωρίζω. Gall. *Recognoistre.* Ital. *Conoscere, riconoscere.* Germ. Wider erkennen. Hisp. *Reconocer lo ante conocido.* Angl. *To acknowledge.*} Varro, Vereor, ne me quoque dum reuertero, præter canem agnoscat nemo. Virg. 5. *Æneid.*

Agnoscúntque suos, lætósque ad mœnia ducit.

Atque hac potissimùm ratione differt à verbo Cognosco, quod propriè dicitur de rebus antea nunquam cognitis. Idem 4. *Ecl.*

Incipe parue puer risu cognoscere matrem.

¶ Interdum idem est quod admittere, recipere, approbare, ἀποδέχομαι. Cic. *pro Milone.* Quum tota Italia fecit illius gloriam libenter agnosceret. Suet. *in Tiber. cap.* 23. Agnoscere signa (de testamento.) Idem

Aug. cap. 65. Agnosci infantem vetuit. ¶ Aliquando ponitur pro confiteri. Cic. *pro Rab.* Ego si mihi esset integrum, susciperem hoc crimen, agnoscerem, confiterer. ¶ Agnoscere onus tributi, i. in se suscipere. *D. de pollic. l.* 42. Inter debitorem & creditorem conuenerat, vt creditor onus tributi prædij pignorati non agnosceret, sed eius soluendi necessitas debitorem spectaret.

Agnotus, pro agnitus. Pacuu. *Oreste*, & Priscian. *lib.* 10.

Agnitus, a, um, particip. Valer. Flac. *lib.* 4.

——saluo ô mihi longum

Expectata manus, vtrisque (ait) *agnita vocis.*

Agnitio, verbale, Actus ipse agnoscendi. {הכרה *vachchárâh.* ἀναγνώρισις. Gall. *Recognoissance.* Ital. *Riconoscenza.* Germ. Erkantnuß. Hisp. *Reconocimiento.* Angl. *Ackwledging.*} Cic. *de nat. deor.* Quæstio de natura deorum ad agnitionem animi pulcherrima est. Plin. *lib.* 10. *c.* 70. Prisces sui cadaueris agnitionem fugientes.

Agnus. Foetus est ouis, qui annum nondum egressus est. {כשב *chesseb.* ἀρνίον. Gall. *Agneau.* Ital. *Agno, agnello.* Germ. Ein lamb. Hisp. *Cordero, ò borrego dentro del año.* Angl. *A lamb.*} Cic. *de Senect.* Villa abundet porco, hædo, agno. Plaut. *Pœnul.* Lupo agnum eripere postulant, nugas agunt. Vbi species quædam est prouerbij, quum quis frustrà conatur prædam recipere, cui semel manus iniecit rapax aliquis. ¶ Obijcere canibus agnos, prouerbialiter dicuntur, qui imbellem & litium imperitum calumniatoribus & exercitatis exponunt. Refertur à Diogeniano. Nomen habere putatur ἀπὸ τῆς ἁγνείας, hoc est, à puritate, siue castitate: vnde & nonnullis Hagnus, per aspirationem scribendum videtur. ¶ Est etiam Agnus, ἄγνος, Dioscoridi frutex arborescens, quem Latini à vinciendi vsu Viticem appellant. Dictus Agnus, quasi ἁγνός, id est, castus, quod mulieres in Thesmophoriis, hoc est, Cereris sacris, pudicitiæ conseruandæ causa hunc sibi fruticem substernerent. Alij Agnum per syncopen dictum putant, quasi ἄγονος, quod calore & siccitate sua genituram dissipare putetur. Vide de hoc nonnulla in dictione *Vitex.* Martial. *Epig.* 51. *lib.* 10. ¶ Agnus pro Ariete. Gell. *cap.* 3. *lib.* 4. Agnum fœminam Iunoni cædito. Plaut. *Aul. sc.* 2. *a.* 2. Agnum horum vter est pinguior, cum sume: pro Agnorum, vbi Agni nuptiis celebrandis adhibentur. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Qui locant cædendos agnos, duplam agninam dannt. Idem *Aul. sc.* 5. *a.* 2. pisces iudicant caros, agninam caram, caram bubulam. Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Agninis me extis placari volo.

Agnellus, diminut. {ὁ ἀμνίσκος, τὸ ἀρνίον. Gall. *Agnelet.* Ital. *Agnello.* Germ. Ein lämblin. Hisp. *Pequeño cordero.* Angl. *A litle lamb.*} Plaut. *Asin. sc.* 3. *a.* 3. Agnellum, hœdillum me tuum dic esse.

Agninus, quod ex agno est, aut ad agnum pertinet. {ἀρνεῖος. Gall. *D'agneau.* Ital. *Cosa di agnello.* Hisp. *Cosa de cordero ò borrego.* Angl. *Any thing portening to à lamb.*} Plaut. *in Pseud.* Pol, quia qua opera credam tibi vna opera alligem fugitiuum canem agninis lactibus. Prouerbium est. Nam qui canem alligat intestinis agninis, non modò canem amittit, verùm & prædam vltrò dederit fugitiuo. Sic qui credit homini malæ fidei, & rem perdit, & frustrà habet obligatum eum, qui non est soluendo. Lactes enim dicuntur intestina molliora.

Agna, æ, mensuræ genus in agrorum dimensione. Col. *lib.* 5. *cap.* 16. Actus quadratus vndique finitur pedibus CXX. hoc duplicatum facit Iugerum, & ab eo quod erat iunctum, nomen Iugeri vsurpauit: sed hunc actum prouinciæ Bæticæ rustici agnam vocant. Item Agna, fœmineus ouis fœtus: vt Lactens agna. Ouid. *lib.* 4. *Metamorph.* Item *Eleg.* 11. *lib.* 3. *Trist.*

——Montanis vt pauet agna lupis.

Ago, is, egi, actum. {עשה *hasáh* פעל *pahál.* ἄγω. Gall. *Faire, besongner.* Ital. *Fare, oprare, trattare.* Germ. Thun, handlen, wercken. Hisp. *Hazer lo que no queda.* Angl. *To work, todo.*} multa significat: nam Agere est gerere, πράττειν. Plaut. *in Amph.* Dum hæc aguntur. Cic. *lib.* 1. *epist.* Hic quæ agantur, quæque acta sint, ea te literis multorum cognoscere arbitror. ¶ Item pro facere. Plaut. *Mil. sc.* 1. *a.* 2. Si ambas videre voles, quid agimus: pro agemus, i. faciemus. Idem *Pseud. sc.* 4. *a.* 4. & *sc.* 7. *a.* 4. Quid nunc fiet? quid agimus? & *in Aul. sc.* 2. *a.* 1. Rogitant me vt valeam, quid agam. & *in Most. sc.* 1 *a.* 2. Me rogitas quid agas? Accubas. Idem *Aul. sc.* 6. *a.* 4. Quid agam? abeam, an maneam. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Hanc rem age, & sexcenta similia apud Plaut. Quid agitur Euclio? & alibi. Quid agitur Callidore? Amatur atque egetur. Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Quid agitur? statur in hunc modum. & *sc.* 5. *a.* 1. Dum hæc aguntur, voce maxima exclamat vxorem suam, &c. ¶ Quandoque inducere, seu impellere. Lactant. *lib.* 19. Tres sunt affectus, qui homines in omnia facinora præcipites agant, ira, cupiditas, libido. Quæ intemperiæ nostram agunt familiam? Plaut. *Amph.* Agere præcipitem. Vide *Præceps.* Agere aliquem in lachrymas. Senec. *cap.* 14 *de Cons. ad Eluer.* Vnde agis te? Vnde homo ebrius. Plaut. *sc.* 4. *a.* 2. Quò agis te? domum. *In Amph. sc.* 1 *a.* 1. Item Ouid.

Miscendas largè rinus agebat aquas.

Plaut. *in Amph.* Pro claris factis, diris aguntur malis. i. vexantur, cruciantur. ¶ Item pro vitam traducere, in mundities, mollitiis, delitiísque ætatulam agitis. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Quandoque audire. Terent. *in Andr.* Hoccine agis, an non? id est, audis, vt exponit Donatus. Sic Plautus, Vos agite spectatores. Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 5. Hanc rem agite. (i. attendite) sequitur enim, atque aduortite. Idem *prol. Asin.* Hoc agite, sultis. (i. attendite.) Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 2. Hoc vide sis, vt alias res agunt, (dixerat vigila, expergiscere.) Hoc agite atque aduortite, huc adhibete aures. & *Men. sc.* 2. *a.* 5. Iam satis iocatus, Nunc hanc rem age. ¶ Quandoque dicere. Idem *in Adelph.* Sed estne hic ipsus de quo agebam? Quid opus est multas agere ambages. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 5. Maximas nugas agis. i. loqueris. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 2. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 4. Nugas agis, & vana loqueris, (sæpè est repetitum.) vide *Nuga.* Cæs. *lib.* 1. *de bell. ciuil.* Pompeius eadem illa, quæ ostendebat, agit. (i. loquitur.) ¶ Quandoque pronuntiare, ὑποκρίνεσθαι. Cic. *de optimo genere dicendi.* Diserti deformitate agendi multi infantes putati sunt, vt iam non sine causa Demosthenes tribuerit primas, & secundas, & tertias partes actioni, ὑποκρίσει. ¶ Quandoque cogitare. Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 2. Quid consilij capiendum est? istud ago. σκοπῶ. Virg. *Eclog.*

Id quidem ago, & tacitus Lycida mecum ipse voluto.

¶ Quandoque effingere, ὑποκρίνω, vt, Ago stultum: id est, fingo, siue repræsento me stultum. Vnde Actores comœdiarum, ὑποκριταὶ, dicuntur, qui diuersorum hominum gestus agunt in scena. Cic. *pro Quint. Roscio*, Roscius lenonem Ballionem quum agit, agit Chæream. ¶ Quandoque ire, incedere, vinere, ἄγειν, vt Nudus ago. Pompon. Mel. Exercent bellando animos, corpora ad consuetudinem laborum, maximè ad frigora nudi agunt ante, quàm puberes sint. ¶ Agere bonum ciuem, est fungi boni ciuis officio. Cic. *lib. epist.* Dum mihi pacis mandata das ad Cæsarem, mirificum agis ciuem. Sic agere Consulem, vel Senatorem, est facere ea, quæ propria sunt Consulis, vel Senatoris. Cuiusmodi orationes Valerius Maximus aliquando nouè per nominatiuum extulit, vt quum ait, Experiri voluit, an scires Consul agere: id est, fungi Consulis officio. Idem, Publius Rutilius, non publicanus in Sicilia egit, sed operas publicanis dedit. ¶ Quandoque Agere significat extendere, porrigere: vt, Vera gloria radices agit, atque etiam porrigit, ῥιζοβολεῖν, ῥιζοῦν. ¶ Agere testudinem, est admouere, vel applicare, teste Seruio in illud Virg. 2. *Æneid.*

——obsessúmque acta testudine limen.

Sic agere vineas, & turres. Cæsar *bell. Gall.* 3. Quibus fortiter resistentibus, vineas, turrésque egit. ¶ Item Agitare. Plautus, Ædepol eam agam verberibus. Virg. 6. *Æneid.*

Prodigijs acti cœlestibus ossa piabunt.

¶ Agere cum aliquo dicimur, quum quippiam ab eo impetrare, vel aliquid ei persuadere conamur. Plaut. *Asin. sc.* 3. *a.* 1. Dedi, quod mecum egisti. id est, orasti, petisti. Cic. *Attic. lib.* 5. Is egit mecum accuratè multis verbis, vt tibi responderem. Idem *in Lælio*, Quum enim sæpe mecum ageres, vt de amicitia aliquid conscriberem. ¶ Bene, vel præclarè agi nobiscum dicimus, quum res nobis feliciter succedunt, nihílque habemus, de quo magnoperè queri possimus, εὖ πράττειν. Cic. *de Amicitia*. Cum illo quidem actum optimè est, mecum autem incommodius. *Ibidem*, Cùm illo quis neget actum esse præclarè? Idem *in Verr. act.* 4. Hæc conditio fuit aratorum, vt secum præclarè agi putarent, si vacuos agros Apronio tradere liceret. ¶ Agitur res nostra, vel, De re nostra agitur, hoc est, ad nos pertinet, vel res nostra in discrimen adducitur. Idem *pro Sext. Rosc.* Tua quoque res permagna agitur. Idem *pro lege Manil.* Agitur enim salus sociorum, aguntur certissima pop. Rom. vectigalia, aguntur bona multorum ciuium. Idem *de Amic.* In quibus eorum de capite agatur, aut fama. Id de quo agitur (τὸ ἀγωνιζόμενον.) Liu. *lib.* 34. Item, Non agitur de me, pro, res mea. Ouid. *in epist. Acontij*. Agitur res hodie apud iudicem. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 2. Hæc res agetur nobis (vera) vobis fabula. Idem *Capt. prolog.* ¶ Agere cum aliquo tabellis obsignatis, est eum conuincere testimonio literarum suarum. Cic. 5. *Tusc.* Agere cum aliquo, additis aduerbiis, per verbum Tractare declaratur: vt, Pacificè egit mecum, id est, Pacificè me tractauit. Non acerbè egit mecum, non inimicè. Agere cum aliquo, item alio modo. Terent. Quid cum illis agas, qui neque ius, &c. Id est, Quod ius ab illis obtineas: siue (vt Galli loquuntur) *quelle raison pourrois-tu auoir de ceux, &c.* Agere cum aliquo, in alia significatione, Plaut. Nihil ago tecum: hoc est, nihil mihi rei est tecum. Et pro alloqui aliquem, vt Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Hedyllum tecum ago (id est, te alloquor.) & *Asin. sc.* 3. *a.* 1. Malè agis mecum. Vbi leua bene agat. ¶ Agere & ferre, ἄγειν καὶ φέρειν, tristissima quidem, sed tamen prouerbialis est figura. Dicitur enim de hostibus agros nostros excurrentibus. Senec. *cap.* 15. *de Cons. ad Mart.* Vastat & agit omnia, vt sua ista, &c. Item Suet. *in Galba cap.* 20. & Gell. *cap. vlt. lib.* 1. Hoc agerent ac ferirent hortantis. Agunt & ferunt, ἄγουσι καὶ φέρουσι, pro eo quod est hostili more populantur, aut vexant. Id si traducatur ad animum, non paulò fiet festiuius: quemadmodum Aristoph. *in Nebulis*. ¶ Actum est, vel Res acta est, hoc est, periit, vel deplorata est, πεπέρανται, οἴχεται. Plaut. *Pseud. sc.* 7. *a.* 4. Actum est de me, morior. & Sueton. *in Neron. cap.* 42. Actum de se pronunciauit. Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Actum est hodie de me. Ouid. 6. *Fast.* Nil agis, nil agis. Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Scultus es, rem actam agis. Terent. *in Heaut.* Vnam ei cœnam atque eius comitibus dedi: quòd si iterum mihi sit danda, actum siet. Idem, Acta hæc res est, perij: prouerbialiter his verbis desperationem significamus: quæ res secundùm ius Ciuile dicitur. Quo cauetur, ne quis rem actam repetat, siámque damnationem rescindat. ¶ Actum agere, id est, nihil agere, τὰ πεπραγμένα πράττειν. Idem *in Phorm.* Actum, aiunt, ne agas, τὸ πεπραγμένον μὴ πρᾶττε. Forma Adagij est à iudiciorum consuetudine sumpta, quæ admonet fas non esse iterum agere causam, de qua iam sit pronuntiatum. Sic Plaut. Actum agis, idest, incassum laboras. Quod enim iure semel iudicatum fuerit, rescindi, & iterum agi non potest. ¶ Aliud agere, vel Alias res agere, est non esse intentum iis quæ aguntur. Cic. *pro Sext. Rosc.* Vsque adeò animaduerti, iudices, eum iocari, atque alias res agere. ¶ Pro vertere. Virg. Ipsi ter adducta circum caput egit habena. ¶ Pro vrgere, persequi. Idem, Pastor agens telis. Pro contorquere, vt Agere tela in aliquem. Senec. *cap.* 26. *de Consol. ad Mart.* ¶ Pro habere. Virg. 1. *Æneid.*

Tros, Tyriúsue mihi nullo discrimine agetur,

id est, habebitur. Pro ante nos pellere. Idem 1. *Eclog.*

——en ipse capellas Protinus æger ago.

Suet. *in Cæs. cap.* 68. Agere obuios, id est, repellere. Item, pro præbere. Idem *in Tib. cap.* 26. Egit se ciuilem, id est, præbuit. Idem *in Claud. c.* 25. Egit se non principem, sed ministrum. Pro gerere idem *in Claud. cap.* 24. Agere pro se equite. Item pro exhibere, vt Agere Comœdiam. Plaut. *Mil. sc.* 2. *a.* 1. *Iouer vne comedie, ou representer.* vnde Actus Tragicus. Suet. *in Ner. cap.* 24. Et, Actus rerum pro rebus agendis. Suet. *in Claud. cap.* 23. Pro vehere, ducere. Varro, Non hoc Pactolus aureas vndas agens, eriperet vnquam è miserijs. ¶ Pro foras pellere, fugare: vt, Membris agit atra venena. ¶ Agere in crucem, id est, tollere Cic. & Liu. ¶ Pro celebrare: vt, Agere diem festum. ¶ Pro conuocare, vt, Agere concilium. ¶ Pro emittere & exhalare: vt, agere animam. ¶ Agere etiam ad lites pertinet: significat aliquando nomen deferre, & legibus obligare reum, Lab. Quint. *in Declam.* Item, Nolo hic meam rem agere (i. meo commodo consulere.) Plaut. *Curc. sc.* 2. *a.* 5. Hodie peregrinos absoluam, cras agam cum ciuibus. Idem *Pseud. sc.* 7. *a.* 4. Sed ego, quod ago id me agere oportet, Idem *Stil. sc.* 2. *a.* 1. Item, Nihil ago tecum. Vbi est ipsus tecum mihi rem esse nolo, sunt verba sumpta è iure. Sic rem actam egit. Vide *Actum*. Vnde emerserunt innumeræ penè loquendi formulæ: vt, Furti agere, hoc est, actionem furti intendere. Agere causas. Agere ex syngrapha. Lege agere, vide *Lex*. Lege agere ex sponso, de quo infrà in dictione *Sponsio*. Plaut. *Pseud. sc.* 4. *a.* 2. Quid illo homine es acturus? (i. quam ad rem vsurus.) *Ibid. sc.* 4. *a.* 2. & *sc.* 7. *a.* 4. Quid nunc fiet? quid agimus? Velleius. Nihil egisti Marce Antoni occidendo Cicerone. (i. nihil promouisti, nihil tibi id profuit. Plaut. *Pseud. sc.* 4. *a.* 2. Quid actum est? (i. quid egisti, quid promouisti?) Porrò innumeræ sunt aliæ huius verbi significationes quæ passim legentibus occurrunt, vt Agere pacem. Senec. *cap.* 5 *de Cons. ad Elber.*

Otia mundus agat,

Ouid. 4. *Fast.* Opus est agendo (i. pugnando.) Idem 13. *Met.* & 4. *Fast.* Agit palmes gemmas. Agere silentium. Quintil. &c. Item, Hoc age, Hoc agite, Hoc agamus, Plaut. Vide *Hoc*. ¶ Agere reum, αἰτιᾶσθαι ἐνεχυρ..., hoc est, accusare. ¶ Peragere reum, αἱρεῖν τὴν δίκην, hoc est, agendo perficere vt reus condemnetur. ¶ Agere gratias, hoc est, verbis ostendere, nobis aliquid fuisse gratum. Nam gratias habere, χάριν εἰδέναι, pertinet ad animum, quum memorem accepti beneficij mentem animúmque habeo, & inuicem gratificandi voluntatem. Referre verò gratiam, ἀνταποδιδόναι χάριν, est facto acceptum beneficium remetiri, vt si à me subleuatus aliquo beneficio, vt vicissim aliquo modo me subleuaueris, gratias retulisti, reddidistique. Et licèt Seneca nolit malas gratias referri posse, sed reddi: Cicero tamen *in Salustium* ait, Quòd ista inusitata rabie in vxorem & filiam meam inuasisti, qua se facilius mulieres abstinuerunt à viris, quàm tu vir à viris, satis doctè ac peritè fecisti. Non enim sperasti me mutuam tibi gratiam relaturum, vt vicissim tuos compellarem. Terent. *in Eunuch.* Illis crucibus quæ nos nostrámque adolescentiam habent despicatus. Nunc referam gratiam, atque eas itidem fallam, vt ab illis fallimur. Referre igitur gratiam, tam in malum, quàm in bonum dicitur, quum sit facto beneficium, aut iniuriam acceptam compensare. Rectiúsque huic verbo singularem accusatiuum Gratiam iungunus, quàm pluralem Gratias. Et contrà, melius dicimus, teste Valla, Habere gratias, quàm gratiam: nunquam autem, vel rarissimè, Agere gratiam, sed ferè semper, Agere gratias. Liuius, Satiatus tandem complexu filij, Renuntiate, inquit, gratias Regi me agere: referre gratiam aliam nunc non posse, quàm vt suadeam non ante in aciem descendat, quàm in castra me rediisse audierit. Cic. Cui pro me Senatus, gratias agendas putauit, ego à me gratiam referendam non putem? Pro eodem etiam dicimus, Respondere officiis, Planc. *Cic.* Immortales tibi ago gratias, agámque dum viuam: nam relaturum me affirmare non possum: tantis enim tuis officiis non videor mihi respondere posse. ¶ Agere cum populo, est populum rogare, vt suis suffragiis quid iubeat, aut vetet, ὡς τῷ δήμῳ χρηματίζειν. Agere cum populo dixit quoque Gell. *cap.* 15. *lib.* 4. de eo quod prouocatur ad populum. & *cap.* 15. *lib.* 13. docet quid sit cum populo agere, & Agi cum populo bifariam non posse. ¶ Cuniculos agere, est specus subterraneos effodere, per quos occultus in locum aliquem fiat aditus. Cicer. 3. *Offic.* Quòd si fana pater expilet, cuniculos agat ad ærarium. ¶ Agere viam, est viam tibi aperire per loca inuia. Virg. 3. *Æneid.*

——Alpheum fama est huc Elidis amnem

Occultas egisse vias subter mare.

¶ Item pro tenere viam. Senec. *cap.* 18. *de Consol. ad Mart.* Agunt vias diuersas sidera. & Tib. *lib.* 4.

Curua nec assuetos egerunt flumina cursus.

Item agere principatum, id est, tenere, siue gerere, bis Suet. *in Tib. c.* 24. ¶ Denique Agere, pertinet ad omnes actus humanos. πράττειν. Nam qui sedet, qui stat, qui cogitat, qui iacet, qui moritur, aliquid agere dicitur: ita vt nullus qui modò viuat, esse vnquam possit sine actione. ¶ Hinc fit, vt & agere dicamus pro viuere, pro quo etiam dicimus, Vitam agere, βιοῦν. Terent. *in Andr.* Primùm hæc publicè vitam, parcè ac duriter agebat. ¶ Item Annum vigesimum, vel trigesimum agere, Æuum agere, Senectutem agere, & similia. Annus, vel mensis vigesimus agitur, hoc est, currit, vel in cursu est, Terent. *in Hecyr.* Tum postquam ad te venit, mensis iam hic agitur septimus. ¶ Agere animam, est mori, vel morti proximum esse. Cic. *Epist. lib.* 4. Q. Hortensius quum hæc scripsit, animam agebat. ¶ Componitur Ago cum Ad, vt Adigo: cum Ab, vt Abigo: cum Am, vt Ambigo: Con, vt Cogo: Circum, vt Circumago, quod est Circumduco: De, vt Dego: Ex, vt Exigo: Per, vt Perago. Prò, vt Prodigo: Re, vt Redigo: Sub, vt Subigo, à quo fit Prosubigo: Trans, vt Transigo. ¶ Sunt etiam qui putent Castigo, Instigo, Mitigo, Læuigo, Litigo, & Nego composita esse verbi Ago: vt sit Castigo, Caste ago: Mitigo, Mitem ago: Læuigo, Læuem ago, id est, planum: Fustigo, Fuste ego: Litigo, Lite ago: sed quum sint primæ coniugationis, habeántque quædam i, productam, non videntur ab Ago composita. Agon, victimarij verbum, pro agóne. Ouid. *lib.* 1. *Fast.*

Qui calido strictos tincturus sanguine cultros

Semper agátne rogat: nec nisi iussus agit.

Et Senec. *lib.* 5. *Controu.* Carnifex manum tollet: deinde respiciat ad patrem, & dicat, Agon? quod fieri solet in victimis. Vnde prouerbialiter Agones dicti cunctatores, qui semper deliberant, neque quicquam aggrediuntur.

AGITO, as, Crebrò facio, factito. {נוע henidh. ... henidh. ὠθίζω, ἀναστρέφω, ß. GALL. *Agiter, demener fort & souuent.* ITAL. *Agitare, far spesso.* GERM. *Bewegen hin und wider. Fleissig thun, offt handlen.* HISP. *Hazer muchas vezes.* ANGL. *To tosse and stirre to do of ten, to trouble.*} Ouid. *Eleg.* 4. *lib.* 3. *Trist.*

Quid fuit vt tutas agitaret Dædalus alas.

Idem 2. *Fast.*

Vota feris similis nullos agitata per vsus.

Idem *Eleg.* 4. *lib.* 1. *Trist.*

Ille (Vlysses) erat assiduè sæuis agitatus in armis.

Salust. *in Iugurtha*, Ita variè per omnem exercitum lætitia, mœror, luctus atque gaudia agitabantur. ¶ Item Stimulare, compellere, ... Plaut. *Asin. sc.* 1. *a.* 3. Nam iam agitabo quadrupedem calcari. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

——Agitante cupidine currus.

¶ Item

¶ Item Obseruare. Virg. *lib.* 3. *Georg.*

Ipse dies agitat festos.

¶ Item perturbare, molestare, cruciare, vexare. Cic. *de Legib.* Furiæ agitant insectanturque improbos. Plaut. *in Cure. sc.* 1. *a.* 1. Tum te igitur morbus agitat hepatarius. Idem *Capt. sc.* 4. *a.* 3. Atra bilis agitat hominem. At te atra pix agitet. & *Amph.* pro claris factis diris aguntur malis. Idem *Cas. sc.* 1. *a.* 1. Profundis vinum, quæ te res agitant, Lauræ & intemperiæ agitant senem. Idem *Aul. sc.* 3. *a.* 4. & *ibid.* Quæ te mala crux agitat? & *Mil. sc.* 2. *a.* 2. Age si quid agis, nisi mauis agitari virgis. ¶ Item venari & insectari feras. Cicer. *lib.* 3. *Offic.* Suntne igitur insidiæ, tendere plagas, etiamsi excitaturus non sis, nec agitaturus? Ipsæ enim feræ nullo insequente sæpe incidunt. ¶ Item Exercitare. Lactant. Nisi virtus agitetur, proficimus parum. ¶ Liu. *lib.* 5. *d.* 4. Agitare animum, id est, exercere. ¶ Agitare vitam, idem quod agere, vel ducere. Salust. *in proœm. bell. Catil.* Etiam tum vita hominum agitabatur sine cupiditate. Sic Gell. *cap.* 7. *lib.* 10. Agitare vindemiam, tolare. Plaut. *Asin. sc.* 1. *a.* 5. Agitemus hoc conuiuium vino & sermone suaui. ¶ Pro Mouere & omnia miscere, Liu. *lib.* 9. *d.* 4. Agitare, posuit. ¶ Item, Eum bene agitare, pro bene valere, dixit Gell. *cap.* 19. *lib.* 16. Item Plaut. *Capt. sc.* 3. *a.* 2. Quid rerum agitem patri perferat, id est, vt valeam. ¶ Item Cruciare, vt apud eundem, Agitabatur magis magisque in dies ferox animus inopia rei familiaris, & conscientia scelerum. ¶ Item sæpe administrare. Idem, In pace verò beneficiis magis quàm metu imperium agitabant. ¶ Item, Sæpe considerare, cogitare, recogitare. Idem, Sed ea quæ mente agitaui, omnes iam antea audistis. Agitare animo. Liu. *lib.* 5. *d.* 4. Agitare cogitationes cum aliquo. Idem *lib.* 10. *d.* 4. Agitare consilia. Terent. *in Phorm.* Ego quoque id quidem agitans mecum sedulo, inueni (vt opinor) remedium huic rei. ¶ Aliquando Tractare, disputare, excutere. Cic. *pro Dom.* Sententia quæ erat tractata in Senatu. ¶ Agitare ferociter, est sese ferociter gerere. Salust. *in Catil.* Minari interdum ferro, nisi obnoxia foret: postremo ferocius agitare, quàm solebat. ¶ Agitare lætitiam, est lætitiam præ se ferre, & reipsa gaudium ostendere. *Ibidem*, Ciceronem ad Cœlum tollere, & veluti seruitute erepta, gaudium & lætitiam agitabat.

Ăgĭtātio, verbale, ipse agitandi actus. {נגוד *manôdh.* ἡ δίωξις, κίνησις. GALL. *Esmouuement, emotion, agitation.* ITAL. *Smouimento, commotione, agitatione.* GERM. *Bewegung.* HISP. *Obra de acossar y aguijadura.* ANGL. *Stirring or troubling.*} Cic. 2. *de nat. deor.* Nec enim ille externus, & aduentitius habendus est lepor, sed ex intimis maris partibus agitatione excitatus.

Ăgĭtātŭs, us, *διωγμὸς & κλόνος*, motus, agitatio. Macrob. *Comment. lib.* 1. *cap.* 14. Imò per diuersa, si spontaneo terrentur agitatu.

Ăgĭtātŏr, qui est equorum, curruumve rector. {מנהיג *manhigh.* ἡνίοχος, ἐλατήρ, ἐλάτης. GALL. *Qui conduit & chasse cheual, asne, ou autre chose.* ITAL. *Chi spinge & mena caualli & asini.* GERM. *Ein roßtreiber / Karrenfurman.* HISP. *Aguijador ò acossador de animales.* ANGL. *A driuer of a cart or of beastes.*} Cic. *Attic. lib.* 13. Nec est melius quicquam, quàm vt Lucullus sustineat currum, equósque, vt bonus sæpe agitator.

¶Actius, amplius, melius. Fap.¶

Ăctus, a, um, Completus. {נעשה *naghasch.* πεπραγμένος. GALL. *Fait, parfait.* ITAL. *Fatto, perfetto.* GERM. *Das schon vbethan vnd volbracht ist.* HISP. *Hecho.* ANGL. *Done, ended.*} Virg. *lib.* 6. His actis properè exequitur præcepta Sibyllæ. Vnde actum agere, prouerbio dicitur, pro nihil agere. Quod enim (inquit Donatus,) in iure semel iudicatum fuerit, rescindi & iterum agi non potest. ¶ Ponitur etiam Actus pro Adpulsus. Idem *lib.* 7. Siue errore viæ, seu tempestatibus acti. Ouid. *Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.*

——— *mihi longis erroribus acto.*

¶ Pro Admotus. Idem *lib.* 9. Accelerant acta pariter testudine Volsci. ¶ Pro Coactus, territus. Idem *lib.* 6. Prodigiis acti cœlestibus ossa piabant. Alia significata quære in dictione *Ago.*

Actum est, vide in *Ago.* & semper in malam partem accipitur, vt, Actum est de Republica: id est, extincta, desperata, perdita est, *οἴχεται*, *διεφθαρται*. Terent. *in Andr.* Quid ego audio? actum est, siquidem hæc vera prædicat.

Ăctă, orum. {דברי הימים *dibré hayamim.* πράξεις. GALL. *Faicts & actes publics, les registres publics.* ITAL. *Atti publici, registrati.* GERM. *Handlungen, geschichten.* HISP. *Los hechos publicos de cada dia.* ANGL. *Gestes or actes.*} Generaliter dicuntur quæcunque aguntur, siue publicè, siue priuatim, siue in iudicio, siue extra iudicium. Cic. *de Orat.* Consilia primùm, deinde acta, postea euentus.

——— *in omnibus actis,*

Vltima si demas, vita tuenda mea est.

Ouid. *Eleg.* 4. *lib.* 4. *Trist.*

Ille licèt patrijs sine fine superbiat actis.

idem *in Epist.*

At sua Tydides mecum communicat acta. (id est, res.)

idem 13. *Metam.*

Et tua lethæis acta dabuntur aquis.

idem *Eleg.* 9. *lib.* 4. *Trist.*

——— *quæ vitæ quæritis acta meis.*

idem *Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.*

Diuitis ingenij est immania Cæsaris acta
Condere.

idem *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* pro rebus gestis. ¶ Acta propriè dicuntur quæ gesta sunt ab eo qui togatus in Republ. cum potestate imperióque versatus est. Nam Imperatorum res gestæ dicuntur. Cic. *Philipp.* 1. An in commentariolis & chirographis & libellis acta Cæsaris firma erunt, quæ ille in æs incidit, in quo populi iussa perpetuásque leges esse voluit, pro nihilo habebuntur? Et paulo post, Ecquid est quod tam propriè dici possit actum eius qui togatus in Rep. cum potestate imperióque versatus est, quàm lex? quære acta Gracchi leges Semproniæ proferentur. Postea autem consuetudo hac sermonis factum est, vt literæ omnes de quorumlibet iudicio apud se receptis perscriptæ, actorum nomine conferentur. Idem, quidquid apud eos dicentem ad causam siue publicam, siue priuatam pertinens, gestum eiusque autoritate mandatú literis esset. Ex lexico Hotomanni. ¶ Acta circumducere, est antiquare, & delere. Paul. *l. acta, ff. de re iud.* acta apud se habita, si partes consentiant, & iudex hoc permiserit, potest iubere eadem die circumduci. ¶ Acta diurna, quæ in singulos dies conficiuntur. Græci ἐφημερίδας vocant, Latini Diaria. Ad acta maiorum reuerti, (id est, ad annales) Sen. *cap.* 1. *de Cons. ad Mart.* ¶ Referre in acta, est inter acta perscribere. Iuuen. *Satyr.* 2.

———*liceat modò viuere, fient,*

Fient ista palàm, cupient & in acta referri.

Suet. *in Calig. cap.* 3. In acta refert repudia. Item, in fastos actaque publica referre. *in Tib. cap.* 5. vt Senatus actis continetur. Idem *in Aug. cap.* 5. Intrare in acta principis. Suet. *in Tib. cap.* 26. Referre de actis superioribus ad Senatum, idem *in Cæs. cap.* 23.

¶Actualia, quæ ab actu descendunt nomina, actiua. Isid.

Actualis, actiua, Idem.¶

Ăctŭs, us, generali vocabulo, dicitur omne quod agitur, aut dicitur, πρᾶξις. Cic. *in Sal.* Si de mea vita atque actibus huic conuitiatori respondero. Idem 1. *de Legib.* Non solùm in rectis, sed etiam in prauis actibus insignis est humani generis similitudo. Quinctil. in cæteris actibus vitæ. Idem, In actu, non in effectu posita est Rhetorica. Senec. *epist.* 38. Ex minimo in maximos actus diffunditur semen. Suet. *in Aug. c.* 78. Actus diurnus. (an ephemeridis?) ¶ Item, Actus rerum, (pro rebus gerendis, siue agendis.) Idem *in Aug. cap.* 32. & Actus rerum, pro iudiciis. Idem *in Claud. cap.* 23. & *cap.* 15. & *in Nerone cap.* 17. ¶ Actus, Gallicè, *contenance.* Quinctil. Amictus habet actum quendam præliantem. ¶ Dicuntur præterea Actus, partes fabularum, inter quas modi fieri solent. Hos in omni fabula quinque exigit. Horatius *in arte poëtica.*

Neve (inquit) minor quinto, neu sit productior actu
Fabula, quæ posci vult, & spectata reponi.

Suet. *in Nero. cap.* 24. Actus tragicus. ¶ Vnde prouerbiali figura dicimus, supremum fabulæ actum addere, pro eo quod est, extremum finem imponere. Cic. *in Catone* transfert ad vitam peractam, Hi mihi videntur fabulam ætatis peregisse: nec tanquam inexercitati histriones in extremo actu corruisse. ¶ Per translationem Actus dicuntur diuersæ vitæ humanæ partes, in quibus non secus atque histriones in Comœdia, alias atque alias quodammodo induimus personas. *Ibidem.* Naturam optimam ducem sequimur, à qua non verisimile est, quum cæteræ partes ætatis bene descriptæ sint, extremum actum, tanquam ab inerti poëta esse neglectum. ¶ Item, Actus dicitur spatium in agro centum viginti pedum, quòd in eo boues agerentur, quum araretur vno impetu iusto, vt inquit Plin. *lib.* 18. *cap.* 3. Triplices autem reperiuntur Actus, minimus, quadratus, & quadratus duplicatus. Minimus quatuor pedes habet latitudinis, longitudinis pedes centum viginti: quod spatium in agris erat inter vicinos. Quadratus vndique centum viginti pedibus præfinitur. Quadratus duplicatus Iugerum præstat. ¶ Rursus actus, (vt Modestinus *de seruitute prædiorum rusticorum*, scribit) est vbi armenta trahere, & vehiculum ducere licet, ἄμαξα, hoc est, via qua quis pedes, vel eques commeare potest. Vide Institutiones Iustin. *lib.* 2. *tit.* 3. Item actus dispensationem & administrationem pecuniæ significat apud Iurisconsultos. Scæuola *l.* 40. *D. de statu lib.* Stichus seruus meus actor, si rationem omnem actus sui hæredi meo reddiderit, liber esto.

Ăctīuus, ἐνεργητικός, δραστικός, δραστήριος, qui agit, fictum à Grammaticis, vt Actiua significatio, & verbum actiuum, quod (teste Prisciano *lib.* 8.) semper actum significat, & facit ex se passiuum. Actiua ars. Quintil.

Ăctiuitas, & passiuitas, vocabula sunt Census Grammatici, vt apud Probum in Catholicis: secunda persona actiuitatis, & passiuitatis.

Ăctŭōsus, laboriosus, laboris plenus. {עמל *hamél* יגע *jaghéah.* ἐμπρακτικός, πραγματικός. GALL. *Qui represente bien les mines & contenances.* ITAL. *Attuoso, pronto ne gesti del corpo.* GERM. *Der vil gebärden vnd seltzame weise treibt.* HISP. *El que haze gestos y visages.* ANGL. *Full of labour.*} Actuosi homines, qui motu corporis maximè exercentur: vt histriones & saltatores. Et actuosus ignis apud Senecam. Actuosa vita, quæ in actione & labore versatur, non in studio & contemplatione. Et hæc actiuè: passiuè autem quum accipitur, significat rem in qua multum sit laborandum, vt actuosa comœdia. Donat, *in Terent.* Hæc scena actuosa est, magis in gestu, quàm in oratione constituta.

Ăctŭōsè, aduerb. Magno labore, πραγματικῶς, δραστικῶς. Cic. 1. *de Orat.* Quid petam præsidij? quàm leniter? quàm remissè? quàm non actuosè?

Ăctio, verb. Actus, vel operatio, administratio. {פעל *pehál* פעלה *pehulláh* מפעל *mipheal.* πρᾶξις. GALL. *Action.* ITAL. *Attione.* GERM. *Handlung.* HISP. *Obra hechura.* ANGL. *Doing action.*} Cic. 1. *Offic.* Virtutis enim laus omnis in actione consistit. Apud Rhetores autem significat eam artis partem, quæ in pronuntiando & gestum agendo consistit, ὑπόκρισις. Cic. *in Orat.* Est enim actio, quasi corporis quædam eloquentia, quum constet è voce atque motu. Quid autem sit pronuntiatio, *lib.* 1. *ad Heren.* explicatur: pronuntiatio, est vocis, vultus, gestus moderatio cum venustate. ¶ Quandoque Actio pro Accusatione, siue petitione accipitur, κατηγορία, quemadmodum Actor pro accusatore κατήγορος: vt Ciceronis actiones in Verrem. Quint. *lib.* 7. Cuius actionem equidem solam in hoc tempus emiseram. Idem, Actiones pupillares habuit puer Demosthenes. ¶ Quandoque dicitur defensio, siue oratio, pro causæ defensione, aut alicuius rei, de qua agitur, ἀπολογία. Cic. Quint. *Valerio.* Actionem meam C. Cæsar primo suo Consulatu lege Agraria comprobauit. Item, Actio Ciceronis pro Sextio, dixit de defensione Quint. ¶ Est etiam actio, Ius agendi & iudicium intentandi. δίκη. Autor ad Heren. *lib.* 1. Et à causa cadit is qui agit, nisi habeat actionem. Gell. *cap.* 15. *lib.* 5. Is apud quem est legis actio. Quintil. Ius actionis non habes: & mox, non licet agere. ¶ Actiones item certæ formulæ sunt apud Iureconsultos, quibus iudicium datur. vide Hotom. *in Lexic.* ¶ Dicimus etiam Gratiarum actionem, pro beneficij accepti confessione, & grata verborum redditione. Cic. *Planco*, Quanquam gratiarum actionem à te non desiderabam. ¶ Actio vitæ pro viuendi ratione, seu modo. Cic. 5. *Tusc.* Si vitæ modum actionémque quærimus, alterius mens rationibus agitandis exquirendisque alebatur, cum oblectatione solertiæ, qui vnus suauissimus pastus animorum: alterius in cæde & iniuriis, cum & diurno & nocturno metu. (de Archimede mathematico, & Dionysio tyranno loquitur.) Si quærimus actionem vitæ,

id est, qualem vterque vitam egerit. Idem 3. *Offic.* Ad eas res parandas tuendasque quibus actio vitæ continetur.

[Actionarij, qui res nostras agunt. Gloss. vet. Cod. Il. ant.]

Actiuncula, æ, diminutiuum ab actio. Plin. *Epist. lib. 8. Falconi.* Retracto enim actiunculas quasdam.

Actito, as, frequentatiuum, oriundum, non ortum ab Ago, sed ab Acto, sicut Scriptito à Scripto, Lectito à Lecto: & propriè Actitare dicitur in causis, ἀγωνίζομαι. Plin. iunior *ad Marcum.* Magis miraberis, si scieris illum aliquandiu causas actitasse. Cic. *de claris Orat.* Etiam M. Pontidius municeps noster multas priuatas causas actitauit. Vide & Gell. *lib. 9. cap. 6.* [Actitor, aris, sæpe ago. Pap.]

Actor, dicitur omnis qui aliquid agit. { פועל *pohel.* ὁ πράκτωρ. GALL. *Exploiteur.* ITAL. *Operatore.* GERM. Ein thäter, ein verhandler. HISP. *El que haze.* ANGL. *An worker, doer.* } Cic. *pro Sest.* Cato & dux, & autor, & actor illarum rerum fuit. ¶ Item is qui in iudicio causam agit, συνήγορος. Idem *de clar. Orat.* Eodem anno Miloni Rhodio Romæ dedimus operam & actori summo causarum & magistro. ¶ Apud Iurisconsultos Actoris vocabulum ferè semper accipitur pro accusatore, seu petitore, hoc est, pro eo qui actionem in iudicio intendit aduersùs reum, κατήγορος. Vlpianus *l. quæ omnia. ff. de procurat. & defensoribus.* Quæ omnia non solum ex parte rei, sed etiam in persona actoris obiectabantur. Item Tacit. *lib. 2.* Actori publico mancipare. ¶ Actor etiam dicitur histrio qui fabulam agit, ὑποκριτής. Cic. *ad Q. Fratrem.* Poetæ boni & actores industrij in extremo actu solent esse diligentissimi. ¶ Item actor seruus, dicitur idem qui dispensator, nimirum qui pecuniæ dominicæ tum exigendæ tum dispensandæ præest. *l. 5. de doli except. l. Sticho, de statulib.* Vulgò iam factorem appellare solemus. Col. *lib. 1. cap. 7.* Ita fit vt & actor, & familia peccent, & ager sæpius infametur.

Actuarius, qui acta describit veloci stylo, eaque descripta deinde recitat, Notarius. { ספר *sophér* מזכיר *mazchir.* γραφεύς. GALL. *Notaire.* ITAL. *Notario.* GERM. Ein Notarius so die händel schnell vnd in eyl schreibt. HISP. *Aquel que escriue lo que otro dize.* ANGL. *Whiche writeth gestis.* } Suet. *in Cæsare.* Quam non immeritò Augustus æstimabat magis ab actuariis exceptam, malè subsequentibus verba dicentis, quàm ab illo æditam. Actuarij vice fungi, Senec. *epist. 33.*

Actuarius, a, um, εὐκίνητος, Agilis, velox, & facilis ad circumagendum, vnde Naues actuariæ, ἄκατοι, dicuntur, quæ leniores sunt, agiliores, quæque huc illuc quàm minimo negotio flecti possunt. Liu. 4. *decad. lib. 8.* Tradito & naues, armentaque earum, neve plures quàm decem naues actuarias, nulla quarum plus quàm triginta remis agatur, habeto. Vide Gellium *cap. 25. lib. 10.* ¶ In eadem etiam significatione actuarium legimus neutro genere. Cic. *Attic. lib. 10.* Recordor enim æstate cum illo Rhodiorum ἀφράκτῳ nauigans quàm fuerim solicitus. Quid duro anni tempore actuaria fore censes.

Actuariolum, diminutiuum, τὸ ἀκάτιον. Cic. *Attic. lib. 16.* Hæc ego conscendens è Pompeiano tribus actuariolis decem scalmis. id est, remigibus, earum nauicularum, quæ vocantur actuaria, vel actuariola.

[Actura, actio. Tertull.]

Actutum, aduerbium temporis: ab Actu, id est, celeritate deriuatum, significat enim confestim, sine dilatione. { פתאם *pit-ôm* פתע *péthah.* αὐτίκα. GALL. *Tost, incontinent, soudain.* ITAL. *Di subito, di fatto, incontinente.* GERM. Geschwind, flux eins wegs. HISP. *Presto, luego.* ANGL. *Incontinent.* } Cic. 2. *Philipp.* Ego mortem actutum ferendam puto. Terent. *in Phorm.* Aggredere actutum. Credo istuc nomen tibi actutum fore. Plaut. *Most. sc. 1. a. 2.* Cedo arculam actutum. *Ibid. sc. 3. a. 1.* In pistrinum te scis actutum tradier. *Ibid. sc. 1. a. 1.* Exemplo actutum tibi excundum. Idem *Mil. sc. 4. a. 2.* nisi actutum hinc abis. Idem *Amph. sc. 1. a. 1.* Redibo actutum. Illud actutum diu est. *Ibid.* Actutum eloquere. Idem *Asin. sc. 1. a. 1.* Abducito istum actutum. Idem *Capt. sc. 5. a. 3.* Age recipe actutum. T. licet. Idem *Curc. sc. 3. a. 5.* Propera atque actutum. Idem *Mil. sc. 3. a. 1. bis.* Abduce istos in tabernam actutum diuersoriam, *ibid. sc. 3. a. 2.*

[Agenda, vespertina, & matutina lectio. Cod. Il. ant.

Agens, auriga. Rutgers.]

Agoce, es, nomen vrbis Æthiopiæ, quæ est sub Ægypto. Plin. *lib. 6. c. 29.*

Agogæ, ἀγωγαί, ὁ ἀγωγὴ, fossæ sunt in metallis aurariis, per quas aqua aurum trahens ducitur, vide Plin. *lib. 3. cap. 4.* Hermolaus Inlices vocari tradit.

Agolum, Pastorale baculum, quo pecudes aguntur: vnde bacillum oblongum Gallis vocatur *Gaule.* { מקל *makél* שבט *schébet.* ἀγκύλιον. GALL. *Baston de pasteur.* ITAL. *Bastone de pastore.* GERM. Ein hirten stäcke. HISP. *Cayado, ò bordon de pastor.* ANGL. *Agoade to prik forward, cattell.* } Festus.

Agon. { נפתול *naphtul.* ἀγών. GALL. *Tout exercice du combat, comme luictes, ioustes & autres.* ITAL. *Agone.* GERM. Kampff, vebung zum streit. HISP. *Contencion, porfia.* ANGL. *Exercise of combat.* } Græcis idem est quod certamen, studium, contentio, labor cum difficultate coniunctus. Accipitur & pro loco ipsius certaminis. Vnde locus Romæ iuxta Tyberim, qui Circus Flaminius dicitur, etiam Agon appellatus fuit, quòd in eo curule certamen soleat exhiberi. ¶ Fuit quoque proprium viri nomen ex Teo, de quo Plin. *lib. 33. cap. 3.* Summæ apud exteros licentiæ fuerat, Agonem Teium Alexandri Magni perfectum aureis clauis suffigere crepidas. ¶ Agones, Musica. Suet. in Nero *cap. 20.* Vide eundem *ibid. cap. 45.*

Agonalia, ium, vel iorum, ἀγώνια, festa erant apud Romanos, quotannis celebrari solita in honorem Iani (vt est apud Ouid. 1. *Fast.*) aut certe in honorem Agonij Dei, vt Festus tradit, qui rebus agendis præesse putabatur. Hoc die Rex sacrorum arietem immolabat, vt tradit Varro *lib. 5. de ling. Lat.* Nominis rationes multæ afferuntur. Nam Varro *loco iam citato,* ex ritu sacrorum ductum existimat, in quibus minister strictum ad arietem iugulandum tenens cultrum, identidem rogare solet, Agon'? Quam opinionem Ouidius quoque attingit his versibus,

Nomine esse potest succinctus causa minister,
Hostia cælitibus quo feriente cadit.
Qui calido strictos tincturus sanguine cultros,
Semper agatne rogat, nec, nisi iussus, agit.

Festus (vt diximus) ad Agonium rerum agendarum deum, dictionis huius etymon refert. Alij ad Agonem montem, in quo die illa sacra fieri solebant, qui postea Quirinalis dictus est, ex quo in eo consederunt Sabini, in vrbis portionem recepti. Alij à certamine cuius dictum putant, quod hisce ferijs antiquitus solet celebrari. Nam Græci certamina & ludos ἀγῶνας appellant. In quam opinionem Ouidius quoque descendit, cum scribit, Fas etiam fieri solitis ætate priorum Nomina de ludis Græca tulisse diem: Et priùs antiquus dicebat Agonia sermo, Veraque iudicio est vltima causa meo.

Agonia, ἀγώνια, feriæ erant Romæ mense Ianuario celebrari solitæ, postea Agonalia appellata. Ouid. 1. *Faster. & 5. sub finem.*

Et prius antiquus dicebat Agonia sermo.

Vide paulò antè in dictione *Agonalia.* ¶ Agonias quoque antiqui hostias appellabant, teste Festo, nomine ab agendo deducto. Sterilitatem quoque & impotentiam generandi, Agoniam, Græco vocabulo ἀγονίαν, vocamus. ¶ Agonia ἀγωνία, extrema est conturbationis species, quam Latini Trepidationem vocant. Quam vocem etiam interpres seruauit, *cap. 22.* Et factus (inquit) in agonia, prolixius orabat.

Agonisma, atis, ἀγώνισμα, Græcis est palma, siue præmium certaminis.

Agonium, dies appellabatur, quo Rex sacrorum agonias, hoc est, hostias immolabat. Autor Festus.

Agonista, ἀγωνιστής, qui in agone contendit, certator, pugil.

Agonius, ἀγώνιος, dicebatur Deus, qui præsidebat rebus gerendis: in cuius honorem Agonalia instituta fuisse existimauit Festus.

Agonizo, ἀγωνίζομαι, neutrum, Agonizor deponens, significat dimico, contendo. Hieronymus *in Eccles.* Agonizare pro anima tua, pro iustitia. Cypr. *ad Mosen.* Omnis qui agonizatur, in omnibus continens est.

Agonizatio, pro agone, in vitis sanctorum Patrum *cap. 4.*

Agonotheta. { ἀγωνοθέτης. GALL. *Le maistre ou capitaine, ou president aux ieux de combat.* ITAL. *Soprastante ò giudici di lotta.* GERM. Ein hauptman vnd furgesetzter der sechtschulen, der ihnen die belohnung austheilt. HISP. *Maestre de aquellos juegos.* ANGL. *He which ouerseeth the combat.* } ab ἀγών, & τίθημι. Munerarius, quasi agonis dispositor, seu præfectus, qui præmium certantibus, in quolibet ludorum genere proponit, qualis Achilles apud Hom. in funere Patrocli, & Æneas apud Virg. 5. *Æneid.* Spartianus *in Adriano,* Pro agonotheta resedit. Suidas inter Agonothetam & athlothetam ita distinguit, vt hic sit in gymnicis, ille in scenicis ludis, ἀγωνοθέτης, inquit, ὁ ἐν τοῖς σκηνικοῖς: ἀθλοθέτης δὲ ἐν τοῖς γυμνικοῖς.

Agonothetæ, dicebantur qui sacris certaminibus præerant, erántque decemuiri, vt scribit Iul. Poll. Prædia quæ his iam emeritis distribuebantur, Agonethetica dicentur, sicut ea quæ ipsi Agonothetæ athletis adiudicant.

Agonax, Zoroastris fuit præceptor in arte Magica. Apud Plin. tamen *lib. 30. cap. 1.* Azonacem hunc, non Agonacem appellatum inuenimus.

Agonensis porta, Romæ fuit in monte Quirinali, quæ & Collina porta dicebatur.

Agonis, idis, Liberta Veneris Erycinæ, apud Cic. 1. *Verr.*

Agoracritus, ἀγοράκριτος, insignis statuarius fuit Phidiæ discipulus, cuius opus esse creditur Veneris Ramnusiæ signum, quam Nemesim appellauit. { GERM. Ein außbündiger bildhawer. } Nam cùm de facienda Venere cum Alcamene condiscipulo suo contenderet, suffragio imperiti populi non arte superatus, vsque adeò rei indignitate commotus est, vt signum illud Nemesim appellauerit, eáque lege vendiderit, ne Athenis esset. Autor Plin. *lib. 36. cap. 5.*

[Agorada, emptio. Gloss.]

Agoræus, ἀγοραῖος, nundinarius, vilia emens, ab ἀγοράζω, emo: ἀγορὰ enim forum rerum venalium dicitur: quamuis etiam pro Concione, pro Pretio rei, pro Re vendita, & pro Foro iudiciali quandoque ponatur.

Agoræus panis, ἀγοραῖος ἄρτος, dicitur qui in foro rerum venalium venundatur, de quo vide Ruell. *lib. 2. cap. 14.*

Agoranomus, ἀγορανόμος, prorsus eiusdem significationis est, cuius est Ædilis: de quo in superioribus satis. Dictus Agoranomus, à foro rerum venalium, cui regulam præscribit. Plaut. *in Capt.* Mirúmque adeò est, nisi hunc fecerunt sibi Agoranomum Ætoli. Idem *Curc. sc. 3. a. 2.* Nec Tyrannus, nec Agoronomus. Idem *Capt. sc. 1. a. 4.* fecerunt sibi Ætoli Agoranomum.

[Agostus, cauitas manus. Onom. m.]

Agra, ἄγρα, regio Læanitarum, Arabiæ populorum. Plin. *lib. 6. cap. 26.*

Agradatus, ἀγραδάτης, Rex Persarum, postea Cyrus dictus, à Cyro Persidis fluuio. Strab. *lib. 15.*

[Agræ, glandulæ. Isid. Gloss.]

Agræ, arum, ἄγραι, oppidum est mediterraneum Arcadiæ, apud Plin. *lib. 4. cap. 6.* Item Atticæ regiuncula, Dianæ ἀγροτέρας templo insignis. Vide Cæl. Rhod. *lib. 20. cap. 7.*

Agræi, ἀγραῖοι Stephano, populi sunt Arabiæ in sinu Læanitico, quorum oppidum est Agra, ἄγρα, Læanitarum regia: cuius meminit & Plin. *lib. 6. cap. 28.*

Agragas, qui & Acragas, ἀκράγας, Siciliæ mons est, & in eo oppidum eiusdem nominis, quod hodie Agrigentum vocant, vulgò *Gergento.* Virg. 3. *Æneid.*

Arduus inde Agragas ostentat maxima longè
Mœnia.

Agragantinus, idem Agrigentinus. Lucr. *lib. 1.* Quorum Agragantinus cum primis Empedocles est. Vide *Agragas.*

Agraphus, ἄγραφος, { ANGL. *Not written.* } Latinè non scriptus dicitur, vel non pictus. Sic Agraphum ius dicitur, quod non scriptum, sed consuetudine receptum, & à maiore populi parte approbatum.]

[Agraphij crimen, cùm quis ex tabulis publicis ante solutionem suum nomen expungit. Rhod.

Agraphum ius non scriptum, non pictum. Agrare, peragrare. Salmas.]

Agrarius, Agrestis, vide *Ager.*

Agre, ἄγρα, ciuitas est Lydiæ, apud Stephanum.

[Agredula, parua rana ab agro in quo inuenitur. Isid.

Agrenon,

Agrenon, vestitus priuatus in tragœdia. Scal.]

Agria, ἀγρία, scabies quædam est statis anni temporibus reuertens, curata adeo difficilis, vt nulla pene arte sanari possit: vnde & nomen habet: ἄγριος enim idem est quod immitis, vel ferox. Celsus etiam scabiem appellat.

Agriacantha, ἀγριάκανθα ἢ ἄκανθα ἀγρία, spina est syluestris carduo similis, densis horrens spinis. Autor Dioscorides.

Agricola, vide *Ager*.

Agrielæa, ἀγριελαία, olea syluestris, quam Latini vocant Oleastrum.

Agrigentum, ἀκράγας, vrbs Siciliæ, quæ & Acragas, siue Agragas dicitur, et qua Empedocles philosophus, & Phalaris tyrannorum sæuissimus originem duxerunt.

Agrigentinus, a, um, ἀκραγαντῖνος, possessiuum, vt Tyrannus Agrigentinus, & Sal Agrigentinus, qui in igni fusus, & in aqua, vel liquore alio crepitat, quasi torreatur. Plin. *lib.* 31. *cap.* 7. Agrigentinus sal ignium patiens, ex aqua exilit.

Agrimonia quam vulgò vocant) verum est eupatorium Græcorum. Ruell. *lib.* 3. *cap.* 95. Græce ἀργεμώνη.

Agriocardamum, ἀγριοκάρδαμον, herba eadem esse creditur cum ea, quæ alio nomine Iberis dicitur, & Lepidium Galeno. Vide Ruell. *lib.* 1.

Agriodus, Numeratur ab Ouidio inter canes Actæonis, 3. *Metam.*

Agrion nardon, { ἀγρία ναρδος. GALL. *Valeriane.* ITAL. *Valeriana.* GERM. Baldrian. HISP. *Hierua benedicta.* ANGL. *Valerian.* } Herba est folio oleris atri, quam Dioscorides Phu, Φοῦ: nonnulli etiam Nardum Creticum appellarunt. Recentiores vocant Valerianam maiorem.

Agrionia, festa erant apud Bœotios, quæ in honorem Bacchi quotannis celebrabantur.

Agriophagi, ἀγριοφάγοι, Æthiopum populi sunt, solis ferarum carnibus vescentes, Solinus in Plin. *lib.* 6. *cap.* 30.

Agriophagitæ, Cyclopes dicuntur, vel monoculi, quia vnum habent oculum in media fronte ad modum cycli. Hos India gignit.

Agriophyllum, { ἀγριόφυλλον. GALL. *Fenoüil de porc.* ITAL. *Peucedano.* GERM. Harstrang oder seroffenchel. HISP. *Hervatum.* } Herba est, alio nomine Peucedanum dicta. Vide Diosc.

Agrioselinon, ἀγριοσέλινον, herba eadem cum hipposelino. Diosc.

Agripeta, vide *Ager*.

Agrippa, ἀγρίππας, Syluius Tyberini Latinorum regis filius, qui submerso patri successit in regnum, & quum quadraginta annis regnasset, moriens Romulum filium regni reliquit hæredem. Vide Liuium 1. *ab Vrb.*

Agrippæ, quasi Ægripparæ, ab ægro partu (vt docet Gellius *c.* 16. *lib.* 16.) dicuntur, quorum nascendo non caput, sed pedes primi exierunt, qui partus difficillimus, & ægerrimus habetur: ab ægritudine & pedibus appellati. Conuersos autem pueros esse in vtero Varro scribit, capite infimo nixos sursum pedibus elatis, non vt hominis natura est, sed vt arboris. Nam pedes, crurăque arboris appellant ramos, caput, stirpem atque radicem. Quando, inquit, contra naturam forte conuersi in pedes, brachiisque plerunque diductis retineri solent, ægrius tunc mulieres enituntur. ¶ Fuerunt autem multi sic appellati, quorum vnus fuit Menenius Romanus cognomento Lanatus, qui de Sabinis triumphauit, & populum qui à patribus secesserat, in gratiam reuocauit, narrato apologo de membris aduersus ventrem conspirantibus. Hic tam pauper decessit, vt collatis in singula capita sextantibus publico sumptu elatus sit. ¶ Alter Syluius Agrippa duodecimus Latinorum rex, cuius meminimus paulò ante. ¶ Item M. Agrippa, Augusti gener, nauali victoria contra Sext. Pompeium insignis, de quo Virg. *lib.* 8.

Parte alia ventis & Dijs Agrippa secundis.

¶ Item Herodes Agrippa, secundus Galilæorum Tetrarcha, Herodis primi Iudæorum Regis filius qui Christum illusum remisit ad Pilatum. ¶ Fuit præterea alius hoc nomine Aristobuli filius, quem à Tiberio in vincula coniectum Caligula soluit, regémque Iudæorum constituit. Vide Iosephum, & ea quæ infrà annotauimus in dictione *Herodes*. Agrippa nepos Tiberij. Ouid. 4. *Fast.*

Agrippias, Agrippiadis, vrbs quæ priùs Anthedon dicebatur, ab Herode postea dicta Agrippias.

Agrippina, ἀγριππῖνα, M. Agrippæ filia, & neptis Augusti, & vxor Germanici, quem etiam in Syriam comitata est: vbi quum ille misso à Cn. Pisone veneno interisset, cineres eius in Italiam reportauit, & Iuliæ familiæ monumento intulit, Pisonémque iudicio persequuta ad spontaneam necem adegit. Postremo apud Tiberium Cæsarem nullo suo merito in inuidiam adducta, media ibi mortem consciuit. ¶ Iulia Agrippina, Germanici & superioris Agrippinæ filia fuit, quæ primum C. Domitio Ahenobarbo nupsit, cui Neronem peperit, mortuóque Domitio, nouo quodam exemplo cum Claudio Cæsare patruo secundas nuptias contraxit: quem, vt Neroni filio suo expeditam ad imperium viam sterneret, venenato boleto sustulit. Tandem infinitis nobilissimorum virorum cædibus grassata, immissis Neronis percussoribus multis vulneribus confossa est, illud identidem clamitans, Ferri ventrem, qui monstrum tam ferum tulit. Vtriusque vitam vide latius apud Tacitum.

Agrippina, siue Agrippinensis colonia, vrbs est celeberrima ad Rhenum flumen, Vbiorum metropolis, nomen habens ab Agrippina Neronis matre, quæ vt patriam (ibi enim nata erat) splendidiorem redderet, sociisque etiam nationibus potentiam suam ostentaret, Veteranorum coloniam eò deduci impetrauit. { GERM. Die stat Cöln am Rhein. } Vide Tacitum *Annal. lib.* 12.

Agrippum, Lacones oleam syluestrem vocant. Vnde Adagium, Sterilior Agrippo, ἀκαρπότερος ἀγριππου: de iis qui extremæ sunt paupertatis, neque quicquam facultatum possident. Quadrat & in ignauos nulliúsque industriæ homines. Autores Zenodotus & Suidas.

Agrius, herba tum præcipuæ dulcedinis, tum hominibus ac iumentis vtilis in primus visa, ea potissimum Ægyptij vescebantur. Diodor. Sicul. *lib.* 1. *cap.* 1

Agrius, ἄγριος. Martis ex Parthaone filio nepos, & Thersitæ pater, teste Homero, cuius nihil præter nudum nomen ad nos peruenit. ¶ Fuit & Agrius Vlyssis ex Circe filius, vt autor est Hesiod. *in Theog.*

Agron, ἄγρων, primus qui ex Heraclidis Sardibus regnauit. Herod. *lib.* 1. ¶ Agron Illyriorum Rex, qui quum Ætolos superbulatos populos bello domuisset, tanta sese præ gaudio vini copia obruit, vt pleuritide correptus, subitò fuerit extinctus. Autor Polybius. ¶ Agron præterea apud Cæl. Rhod. *lib.* 4. *c.* 22. medicus summè laudatus, quod Athenas magna pestilentiæ vi sæuiùs infestante, affectorum plerisque salutarem tulisset opem, accensis in proximo ignibus. ¶ Agron Nini filius à Græcis dictus, quòd in agris natus esset, apud eundem Cæl. *lib.* 3. *cap.* 5.

Agriopi, ἀγριωποι, populi Arabiæ, apud Plin. *lib.* 6. *cap.* 30.

Agrostes, ἀγρώσται, Phalangij species, apud Nicandrum.

Agrostis, { ἄγρωστις. GALL. *Dent du chien.* ITAL. *Gramigna.* HISP. *Grama.* } Herba est genicularis per terram ramulis serpens, folia habens oblonga acuminata, in modum paruæ arundinis, qua boues iumentaque pascuntur. Latini Gramen appellant. Vide Diosc. *lib.* 4. *cap.* 26.

Agrosus, mons est, vbi nunc Roma, quem Faunus rex, Euandro ex Arcadia pulso concessit, quem ille postmodum Platinum appellauit.

[Agux, spinæ. Fest.

Agumentum, quod ex immolata hostia desectum in iecore imponendo augendi causa. Varr.

Aguntum, ἄγουντον Ptolemæo, oppidum est Norici, quod & à Plinio recensetur *lib.* 3. *cap.* 24.

Agyia, ἀγυιὰ Stephano, vide *Agyieus*.

Agyieus, ἀγυιεύς, per tres syllabas, proprium est Apollinis epitheton, dictum à viis vrbanis, quas Græci ἀγυιὰς vocant, quibus Apollo præesse creditur: vnde & ἀλεξίκακος, hoc est, malorum depulsor vocatus est. Ex Stephano.

Agylla, ἄγυλλα, vrbs Thusciæ, aliàs Cære vocata, & Agyllina, à nomine conditoris, quem Virg. *lib.* 8. ex Lydia venisse ostendit, quum ait,

Haud procul hinc saxo colitur fundata vetusto
Vrbis Agyllinæ sedes, vbi Lydia quondam
Gens bello præclara iugis insedit Hetruscis.

Vide Stephan.

Agylleus, luctator Cleonæus, staturæ prægrandis, nec minor Herculo, palæstra tamen à Tydeo victus, Stat. 6. *Thebaid.*

Agyrium, siue Agyrena, ἀγύριον Dionysio, ἀγύριον Stephano, oppidum Siciliæ. Vnde Agyrini populi, quos recenset Plin. in descriptione Siciliæ *lib.* 3. *cap.* 8. Stephanus Agyrenæos vocat ἀγυριναῖοι. Vulgò, *Los de S. Philippo, de Agirone.*

Agyrtæ, ἀγύρται, præstigiatores sunt, & circulatores circunforanei. Nam ἀγυρτεύω inter cætera significat, Præstigium exerceo.

A H

Ah, siue Aha, אהה *hah.* ἆ ἆ. Aha integrum est, Ah remansit detrita vocali. Prisc. *lib.* 1. *& lib.* 2. Est autem interiectio multorum affectuum significatiua. Nam modò dolentis est, siue commiserantis. Virg. 1. *Eclog.*

Spem gregis ah, silice in nuda connixa reliquit.

¶ Modò admirantis: vt apud Plautum, Ah, quid ais? ¶ Aliquando dehortantis, in qua significatione crebrò occurrit apud Ieremiam & Ezechielem Prophetas. ¶ Ah indignantis, siue increpantis seipsum. Terent. *Andr.* Ah, vix tandem sensi stolidus. Virg. *Ecl.* 2.

Ah Corydon, Corydon, quæ te dementia cepit?

Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 5. Ah sæuiendum est mihi. ¶ Ah, desiderantis. Idem *in Asin.* Ah, quanto amplius valeres, si hic maneres. ¶ Ah, factum alterius reprehendentis. Terent. *in Andr.* Nam quid ego dicam de patre? Ah, tantámne rem tam negligenter agere? ¶ Ah, obiurgantis. *Ibidem.* Ah, quanto satius est te id operam dare, qui istum amorem ex animo amoueas tuo. ¶ Ah, Abnegantis. *ibid.* Ah, ne me obsecra. ¶ Ah, reclamantis, aut contradicentis. Plaut. *Amphit.* Ah, propitius sit potiùs. Idem *Aul. sc.* 1. *a.* 5. Redde aurum. St. Ah, vnde. Terent. *in Hecyr.* Meum receptas filium ad te Pamphilum. Bacchis, Ah, Laches, Sine dicam. Vbi Donatus, Ah, quod falsum est, reclamauit meretrix statim & voluit contradicere, si permitteret senex. ¶ Ah, ah, suspirantis. Plaut. *in Milite,* Habe bonum animum. *Pamph.* Ah, ah, Quum venit in mentem, mores mihi mutandi vt siene. ¶ Item gaudentis, vt apud eundem *Curc. sc.* 2. *a.* 1. Ah! P. Quid est? Ecquid lubet? vbi Ah videtur esse gaudentis. ¶ Dolentis. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Ah ferus & nobis nimium crudeliter hostis.

¶ Ah ah, irridentis est. Diomed. *lib.* 1. Ah age laudantis. Idem *ibid.*

Aharna, oppidum Hetruriæ, apud Liuium *decad.* 1. *lib.* 10.

Ahēnum, vas est, in quo aqua ad lauandum calefit. סיר *sir* פרור *parur.* χαλκεῖον. GALL. *Chauderon, ou coquemar.* ITAL. *Caldaio.* GERM. Ein kessel. HISP. *Caldera de cobre.* ANGL. *A cauldron, or any brassen vessell wherin water is made heat for to wash with.* } Paul. *in l. quum de lanionis. de instruct. & instrum. leg. lib.* 33. *Pand.* Nec multum refert inter cacabos, & ahenum quod supra focum pendet. Hic aqua ad potandum calefit: in illis pulmentarium coquitur. Virg. 1. *Georg.*

Et foliis vndam tepidi despumat aheni.

Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 2. Vasa ahenea rapere. ¶ Ahenum dicimus per h interpositam inter a & e, non ænum, vt sonus sit gratior, iucundiórque, teste Gell. *lib.* 2. *cap.* 3. ¶ Ahenum sæpenumero capitur pro amplissimo vase in quo tingitur purpura. Ouid. 3. *Fast.*

Hanc cole velleribus quisquis aliena paras.

id est, infector. Vnde multa habent epitheta ex iis locis, in quibus claruit vsus purpuræ: vt Agenoreum ahenum, id est, Tyrium, vel Sidonium. Agenor quippe rex fuit Phœniciæ, in qua fuerunt Tyrus & Sidon vrbes purpura nobiles. Mart. *lib.* 10. *in Cainum.* Amyclæum ahenum. Ouid. *lib.* 2. *de rem. am.* & alia id genus.

Ăhĕnus, a, um, Æreus, { נחשת *necho-seth.* χάλκεος. GALL. *Chose de cuiure.* ITAL. *Cosa di bronzo.* GERM. Ehrin/kupferin das von erz oder kupfer gemacht ist. HISP. *Cosa de materia de cobre.* ANGL. *Made of brasse.* } Virg.

——— *& luce coruscus aheno.*

Ăhĕnĕus, a, um, idem. Horat. 1. *Epist.*

——— *hic murus aheneus esto.*

Aherræ, vocantur duæ venæ, quæ ab vmbilico & matrice per pectinem transeunt infra renes.

Ahori, ἄωροι, qui immatura morte præueniuntur.

Ahu, Interiectio animi perturbati significatiua, *vt.* Ter. Ahu, tace obsecro.

A I

Ai, diphthongus antiquis, pro æ, posita, quam, teste Martiano *lib.* 3. sexcentis in locis vsurpauit Lucretius, distractam.

Aiax, αἴας, duorum fortissimorum Græcorum nomen fuit: quorum alter à patre Telamone, Telamonius cognominatus, proximam ab Achille fortitudinis laudem obtinuit in Græcorum exercitu. Hic cum Hectore singulari certamine congressus est, & victor euasisset, nisi noctis aduentu pugna fuisset dirempta. Qua necessitate adactus, re infecta ad suos rediit, gladio ab Hectore donatus, quem ipsi vicissim baltheo donauit: quæ dona (vt exitus declarauit,) vtrique fuerunt exitialia. Nam Hectoris corpus hoc ipso baltheo circa Patrocli tumulum tractum est ab Achille. Aiax verò Achille interempto, quum de armis illius cum Vlysse iudicium instituisset, aduersariique eloquentia superatus, inferior discessisset, rei indignitate in furorem versus, in muta pecora sæuit, Atridas sese & Vlyssem credens interimere. Verùm vbi ad mentis sanitatem rediit, séque delusum cognouit, acri dolore compulsus, gladio, quem ab Hectore dono acceperat, in loco deserto se confodit, cruórque eius in Hyacinthum florem est permutatus. ¶ Aiax alter fuit, qui ab Oilei patris sui nomine Oileus, dictus est. Ouid. 13. *Metam.* eius meminit, Peteret arma moderator Aiax (Olei filius sup.) *ibid.*

Atque Aiax armis, non Aiaci arma petuntur.

Hic Locrensium rex fuit, velox pedibus, & peritus hastæ vibrandæ, multaque fortitudinis exempla in obsidione Troiana edidit. Capto autem Ilio, Cassandram virginem in Mineruæ templo (cuius illa sacerdos erat) violauit. Quam ob causam indignata Minerua tempestatem Græcis redeuntibus circa Caphareum promontorium immisit, in qua quum alij plerique, tum ipse etiam Aiax periit. Virg. 1. *Æneid.*

——Palláśne exurere classem
Argiuûm, atque ipsos potuit demergere ponto,
Vnius ob noxam & furias Aiacis Oilei?

Aïdōneūs, αἰδωνεὺς, Rex inferorum, quem nos Ditem & Plutonem appellamus. Fuit præterea eodem nomine rex Molossorum, cuius filiam nomine Persephonem Theseus conatus fuit rapere non procul ab Acheronte fluuio. Vnde factus est locus fabulæ, Theseum ad inferos descendisse, & Persephonem Ditis vxorem rapere voluisse. Vide Plutarch. *in vita Thesei*, & quæ suprà annotauimus in dictione *Ades*.

Aigleucēs, αἰγλευκὴς, vini genus est, quod musti dulcedinem non amittit: ita dictum, quod semper mustum videatur, quale est vinum, quod in lacu nunquam deferbuit. Plin. *lib.* 14. *cap.* 9.

Aïo, ais, ait, aiunt, præteritum imperfectum habet integrum, perfecti solùm secundas personas. In imperatiuo Ai. In futuro optatiui, Aias, aiat, aiamus, aiant. Participium habet vnum Aiens. Reliqua omnia tempora desiderantur. Assero, Affirmo, dico: { אמר *amár* הקים *hekim* φημί. GALL. *Dire, affirmer.* ITAL. *Dicere, affirmare.* GERM. Sagen/oder redẽn. HISP. *Dezir o affirmar.* ANGL. *To say, to alledge.* } Cic. 2. *de Orat.* Et docebo sus (vt aiunt) Oratorem, &c. Quid ais bone vir? Plaut. *Curc. sc.* 2. *a.* 5. (Minantis.) Quid ais propudium? (conuitiantis.) *Ibid. sc.* 3. *a.* 1. peregrinum aiebas esse te. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 4. Ain verò? Aio enimuero. Idem *Amph. sc.* 1. *a.* 1. Quid ais tu (increpantis.) Idem *sc.* 2. *a.* 3. Vxor tua geminos peperit filios. A. Ain tu geminos? *Ibid.* Me tuæ hospitæ fecisse aio iniuriam, id est, fateor. Idem *Mil. sc.* 6. *a.* 2. Insanire me aiunt, vltro cùm ipsi insaniant. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 5. Ain tu hæc omnia, (Lætantis & admirantis.) Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 2. Pater iam aderit. Ain tu pater. Idem *Most. sc.* 1. *a.* 2. Eccum affinem, quid ais Euclio? (Salutantis.) Idem *Aul. sc.* 5. *a.* 2. Ain tu apud amicas? (irascentis & neminem alloquentis.) Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 4. ¶ Aio aliquando accipitur pro affirmo, & ei opponitur Nego: Enim quod tu vis, id aio, atque id nego. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 1. Nego enimuero & me aduenisse nunc primùm aio. Et, Ain verò? Aio enimuero. Idem *Amph. sc.* 1. *a.* 1. Tunc ais? M. si negas, nego. Idem *Aul. sc.* 3. *a.* 1. Ain tandem ita esse vt dicis? *Ibid. sc.* 1. *a.* 2. ¶ Sumitur & pro fateor: Me tuæ hospitæ fecisse aio iniuriam. (i. fateor.) Idem *Mil. sc.* 6. *a.* 2. Idem *in Asinar.* Me vnicè vnum ex omnibus, atque illam amare aiebat. Næuius, An nata est sponso prægnans? vel ai, vel nega. Cic. *de Finib. bon.* Quasi ego id curem, quid ille aiat, aut neget. Gell. *lib.* 6. Siue aias, siue neges, hærebis in captione. Priscianus Aiamus dixit *lib.* 1. *de construct.* ¶ In actionum formulis hoc verbo antiqui vtebantur, Aio te mihi dare facere oportere. Hunc hominem ex iure Quiritium meum esse aio. id est, affirmo, contendo, defendo. Vnde Aientia, Cicero appellat, quæ Græci forensi & litigioso verbo κατηγορικά. Ex Lexico Hotomanni.

Aiuga, herba quæ Græcè Chamæpitys. { χαμαίπιτυς. GALL. *Yue muscate.* ITAL. *Iua, Camepitio.* GERM. Feldcypressen. HISP. *Tinilla.* } cuius tres sunt species, quas vide apud Plin. *lib.* 24. *cap.* 6. Alij legunt Abiga, adductis verbis Plinij, qui eam ab abortu nomen habere affirmat.

Aiūs, Deus à Romanis dictus est, ab eo quod aiebat, id est, loquebatur. Nam olim Romæ audita vox est silentio noctis, clarior humana voce, quæ iubebat magistratibus nunciari, Gallos aduentare, & vt prouiderent ne Roma ab iis caperetur. Propter quod beneficium templum ædificatum est Deo illi ibi moneuti: quem cum nomen eius ignorarent, Aium appellarunt. Cic. *lib.* 2. *de Diu.* Quid ergo? Aius iste loquens, quando eum nemo norat, aiebat, & loquebatur: vnde & nomen inuenit. Lege ad Gell. *cap.* 17. *lib.* 16. Liuius hunc eadem ratione vocat Locutium. Plutarch. *in Camil.*

Aiutamini, pro adiutate. Pacuu. *Chryse.* Marcell.

Āïzōon. { ἀείζωον. GALL. *Iombarbe.* ITAL. *Sempre viua.* GERM. Hauswurtz/ Katzen treubel. HISP. *Terua puntera, siempre viua.* ANGL. *A hearbe called Eyegreene, Senegrene, or Semegrene.* } Herba est folio carnoso, læui, oblongo, & semper virenti: vnde & ἀείζωον à Græcis, & à Latinis quibusdam Semperuiuum appellatur. Plin. *lib.* 25. *c.* 13. duo eius constituit genera: maius in fictilibus vasculis seritur, quod aliqui Buphthalmum, id est, bouis oculum à similitudine vocant. Alij Zoophthalmum, id est, animalis oculum: ambitu enim effigiem oculi imitatur. Alij, quòd amatoriis conueniat, Erigeronton: ἔρως enim gigno, ἔρως amor. Alij Hypogeson, quoniam ferè in subgrundiis nascitur. Græci enim partem tecti prominentes γεῖσα vocant. A Latinis etiam Sedum maius, aut digitellus appellatur. ¶ Aizoon minus, quod & Sedum minus à Latinis, à Græcis etiam τρίφυλλον appellatur, quòd ter quotannis floreat. Vulgò Vermicularis à similitudine foliorum, quæ figura oblonga & propemodum ouali, vermiculorum speciem referunt. Nascitur in petris, & parietibus vetustis. ¶ His & à Dioscoride tertium additur Aizoi genus, foliola habens pinguiora, ad portulacæ figuram nonnihil accedentia, sed hirsuta, breuiorique cacumine. Herbarij Vermicularem minorem vocant.

A L.

[Al, est articulus Arabicus, quo appellatiua & adiectiua nomina latè patentia & vaga restringunt.]

Ālă, qua aues volant. { כנף *chanáph.* πτέρυξ. GALL. *Aile.* ITAL. *Ala.* GERM. Flugel/oder fittich. HISP. *El ala del aue ò cosa que buela.* ANGL. *A winge.* } Virg. 1. *Æneid.* Vt reduces illudunt stridentibus alis. Alas addere alicui dicuntur prouerbiali figura, qui verbis alicui addunt animum, & in spem bonam erigunt. Græci ἀναπτεροῦν aiunt. Aristoph. *in Auibus.* Ouid. *Eleg.* 4. *lib.* 3.

Agitare alas.

¶ Cicadam ala corripuisti, τέττιγα πτεροῦ συνείληφας, prouerbialiter dicitur in eos, qui quempiam prouocant minime ex vsu: nam si cicadam natura garrulam ala prehendas, clariùs obstrepit. ¶ Intersectionis ala, θανάτου πτερόν, de subito interitu dici solitum. Sumpta metaphora ab alatis iaculis, quæ repentè mortem afferunt. Vel ὠκύπτερος θάνατος, quòd ipsa mors sit alata. Zenodotus. ¶ A cuius similitudine Ala etiam dicitur locus ille concauus subter brachium in homine, quia in eo pili quasi pennæ nascuntur. { ἡ μασχάλη. GALL. *Aisselle, qui est sous le bras.* ITAL. *Ascelle.* GERM. Die achsel. HISP. *Sobaco.* ANGL. *The hollow place vnder the arme wher heare groweth.* } Plaut. *Pseud. sc.* 4. *a.* 2. Quid sapit? Hircum ab alis. Plin. *lib.* 11. *cap.* 40. Elephas tantùm sub armis, duas (scilicet mammas) nec in pectore, sed citrà in alis occultat. Hinc hircinus ille odor concipitur. Horat. *Epod.* 12.

——grauis hirsutis cubat hircus in alis.

¶ Pro eodem etiam Axillam dicimus, eóque vocabulo antiqui solùm vtebantur. Nam Alæ appellatio recentior est, fuga vastioris literæ ex Axilla effícta: vt satis docet Cic. *in Oratore*, his verbis. Quinetiam verba sæpe contrahuntur, non vsus causa, sed aurium. Quemodo autem vester Axilla Ala factus est, nisi fuga literæ vastioris: quam literam etiam è maxillis, è taxillis & vexillo & paxillo consuetudo elegans Latini sermonis euellit. Præterea Ala dicta est equitum turma, quòd pedites tegant alarum vice. Nam in equitum ordinibus circum legiones dextra sinistráque tanquam alæ in auium corporibus locantur. { τὰ πτερὰ, αἱ ἴλαι. GALL. *Les ailes d'vne armée.* ITAL. *Ale de vna squadra.* GERM. Ein squader reuter/oder reisiger. HISP. *Ala de la gente de canallo tendida.* ANGL. *The winges of an armie.* } Cic. 1. *Offic.* Quo in bello te Pompeius alæ alteri præfecit. Hinc Alarum præfectura apud Suet. *in August. cap.* 38. Et alis præponere, *ibid.* Alæ autem in re militari vnde dictæ, Gell. docet *cap.* 4. *lib.* 16. & vide de iis *cap.* 9. *lib.* 10. Ala, pro exercitu magno & immenso apud Ezech. *cap.* 17. vbi posuit ænigma de Aquila grandi magnarum alarum, id est, potenti rege Babylonis. ¶ Alæ etiam nauium dicuntur: vt, Velorum pandimus alas. Et Ouid. *Eleg.* 10. *lib.* 3. *Trist.*

Et quanquam Boreæ iactatis insonet alis.

¶ Ala in herbis dicitur cauus inter caulem & ramulos anfractus, vnde sinuatim noua proles egreditur, facta ab humanis alis translatione. Plin. *lib.* 27. *cap.* 4. Caulem quadrangulum, scabrum, multis concauum alis. ¶ Alæ pro velocitate, figuratè ab effectu, quia alæ auibus velocitatem faciunt. Virg. 3. *Æneid.*

——& ventis & fulminis ocyor alis.

Ālāris, alare, denominatiuum ab Ala: & Alarius adiectiuum, pro eodem: vt, Equites alarij, & Cohortes alariæ. { πτερυγικός. GALL. *Qui est des ailes.* ITAL. *Chi è dell' ala d'vn exercito.* GERM. Der auff einem flugel einer kriegs ordnung ist. HISP. *Hombre de aquella ala de gente de canallo tendida.* ANGL. *That which perteneth to winges, of a winge.* } Liu. *lib.* 10. *ab Vrbe.* Cum cohortibus alaribus. Idem, Qui præerat alariis equitibus. Cæs. 2. *bell. ciu.* Cohortes circiter triginta alariorum addidit.

Ālātus, a, um, ab ala auium, Ala munitus & ornatus. { πτερωτός. GALL. *Qui a ailes.* ITAL. *Che ha ale, alato.* GERM. Geflügelt/was flügel/oder fittich hatt. HISP. *Cosa que tiene alas para volar.* ANGL. *VVinged.* } Mercurius alatus. Ouid. 5. *Fasto.*

——alato qui pede carpis iter.

& *ibidem*. Alipedem Deum, ipsum vocat. Virg. 4. *Æneid.*

Vt primùm alatis tetigit magalia plantis.

Alati equi Solis. Ouid. 3. *Fast.* Verba alata prouerbialiter dicuntur, quòd facilè euolent: at reuolare nesciant.

Alifer, Alatus, πτερωτός. Ouid. 4. *Fast.*

——& alifero tollitur axe Ceres.

Āligĕr, Alatus. { πτερωτός. GALL. *Qui a ailes.* ITAL. *Alato.* GERM. Der flügel hatt. HISP. *Que tiene alas para volar.* ANGL. *VVhich beareth winges.* } Vnde Cupidinem alatum & aligerum Poetæ vocant. Virg. 1. *Æneid.*

Ergo his aligerum dictis affatur Amorem.

Ālipēs, Velox, quasi alas in pedibus habens. { πτερόπους. ANGL. *Swift.* } Virg. 2. *Æneid.*

Alipedúmque fugam cursu tentauit equorum.

Sil. Ital. *lib.* 7. Alipedem planta cursu premit. Ouid. 5. *Fast.* Alipedem Deum vocat Mercurium.

Ālipilūs, li, Alarum pilos in balneis vellens. Seneca *lib.* 8. *Epist. ad Lucilium*, Alipilum cogita, tenuem & stridulam vocem, quò sit notabilior, subinde exprimentem nec vnquam tacentem, nisi quum alas vellit, & alium pro se clamare cogit. Cæl. *lib.* 30. *cap.* 19.

Alaba, Ἀλάβα Ptolemæo, oppidum est Celtiberorum.

Ălăbăndă, Ἀλάβανδα Stephan. Cariæ ciuitas est, non procul à Mæandro fluuio, scorpionum copia affluens, duobus montibus ita subiecta, vt cistæ inuersæ aspectum exhibeat. Ex hac originem traxerunt tres clarissimi oratores, Menecles, & Hierocles fratres, & Apollonius Molo. Nomen accepit ab Alabando Eurippi filio, vt Stephano placet. Apud Latinos frequentiùs legimus Alabandæ, arum plurali numero. Iuuenalis *Satyr.* 3. Hic Andro, ille Samo, hic Trallibus, aut Alabandis. Plin. *lib.* 37. *cap.* 7. Adiiciunt Æthiopicos, & Alabandicos in Orthosia caute nascentes, sed qui perficiantur Alabandis. Stephanus quoque admonet olim Alabandam inter Cariæ ciuitates opulentissimam ac florentissimam fuisse,

fuisse, vt huic prouerbio locum fecerit, Alabanda Carum fortunatissima. Ἀλάβανδα καρῶν εὐτυχεστάτη: intellige fortunam amplam,& vitæ genus voluptuarium, a literis & virtutis studio alienum. Veluti si dicat aulicus, aut negotiator quispiam, Alij se in literis macerent, alij cum paupertate philosophentur. Alabanda Carum fortunatissima. Poterit & per irrisionem vsurpari, veluti si loceris in quempiam patrum egregium, qui tamen in gente vehementer barbara & crassa præcellere videatur.

Alabandus, ἀλαβανδεύς, gentile. Cic. 2. *de nat. deor.* Alabandi Alabandum consecrarunt.

Alabandicus, & Alabandiacus, ἀλαβανδικός, καὶ ἀλαβανδιακός possessiua. vt, Rosa Alabandica, apud Plin. *lib.* 21. *c.* 4. Quæ folia habent albicantia,& inter vitiosa rosarum genera connumeratur.

Alabarcnes, vide *Halabarches.*

Alabastrites, {ἀλαβαστρίτης. GALL. *Albastre.* ITAL. & HISP. *Alabastro.* GERM. Ein Marmel stein.} Lapis huiusmodi vnguis candorem referens: vnde & Onyx appellatur: dictus Alabastrites, quod alabastra ex eo fieri soleant. Vide in dictione *Alabastrum.* ¶ Est etiam Alabastrites, gemma quadam, candorem habens variis coloribus intermixtum, quæ cremata cum folijs lapidis ac terra, grauitatem oris, & dentium extenuat, Plin. *lib.* 37. *c.* 10.

Alabastrus, ἀλάβαστρος, fluuius est in Æolide minoris Asiæ regione. Plin. *lib.* 5. *cap.* 30.

Alabastrum, {ἀλάβαστρος, καὶ ἀλάβαστρον. GALL. *Vaisseau d'albastre.* ITAL. & HISP. *Vaso d'Alabastro.* GERM. Glatt Marmel geschirrlein. ANGL. *A vessell to keep oyntment in.*} Vasis genus erat ex Alabastrite lapide torno excauatum, ad conseruanda vnguenta maxime idoneum. Martialis.

Quod Cosmi redolent alabastra, focique Deorum.

¶ Dicitur etiam in masculino genere Alabaster. Cic. *lib.* 2. *Acad.* Quibus etiam Alabaster plenus vnguenti putere videatur. Prouerbiali figura hæc Cicero dixit, pro, optima pro pessimis despicienti. ¶ Alabastrites autem, ex quo vascula huiusmodi fieri consueuerunt, autore Plin. *lib.* 36. *c.* 7. Lapidis genus est colore candido, quem Onychem a colore humani vnguis nominabant. Alabastrum dictum videtur ab α priuatiua particula, & λαμβάνω. Erant enim vascula sine ansis, quæ propter fumum in lenitatem vix comprehendi, tenerive poterant. ¶ Est etiam Alabastrum Ægypti oppidum Plin. *lib.* 5. *cap.* 9.

Alabes, ἀλάβης, piscis est Nilo peculiaris: vnde dictus, quod ob lubricitatem manibus comprehendi non posset. Meminit eius Strab. *lib.* 17. Plin. *lib.* 5. *c.* 9. Alabetem vocat.

Alabrum, dicitur instrumentum quo fila vertuntur. Filum enim à colo dicitur infusum, de fuso in alabrum, hinc in girgillum, deinde in glomicellum, hinc in pannum, postea in telam.

Alaburion, ἀλαβούριον, Syriæ oppidum, Steph.

Alabus ἄλαβος, fluuius in orientali parte Siciliæ, Ptolemæo.

Alacatia, ἀλακατία, machinamenta sunt, seu potius currus, qui vtrinque vertuntur. Meminit Leo *in Constitut.*

ALACER, alacris, & hoc alacre: vel hic & hæc Alacris, & hoc alacre. Qui viget sensibus vniuersis (vt inquit Asconius) erectus & sublimis animus. {חובלב *zehilah* מגזיל *megzil.* ἀκμαῖος, πρόθυμος. GALL. *Gay & deliberé, prompt, alaigre.* ITAL. *Vigoroso de spirito, allegro.* GERM. Mutig, frisch dapfer. HISP. *Ligero, con alegria.* ANGL. *Lustie, of courage, glade.*} Nam è contrario Lacer dicitur, amputatis in corpore membris, hoc est, auribus, oculis &c. Quod ad animum sæpe transfertur, quod plerunque afflicto animo, sensibus non vtamur erectis. Sic alacer dicitur is, qui omat sensu & mente bene est constitutus. Qua re cognita illud quoque intelligitur, aliud esse alacrem, aliud lætum. Sunt qui alacrem festinantem & properum dici putant, quasi alis acrem. Hæc Ascon. *Ped.* Donatus *in illud Terent.* Quid tu es tristis? quidve alacris? scribit alacrem pro ἄλυπον, id est, non tristem, lateral prod positã, dici. Plaut. *Amphitr.* Impetu alacri fœdant & proterunt hostium copias.

Alacritas, vigor, & animi erectio, necnon lætitia gestiens: quæ, secundùm Donatum, propriè est mutatio quædam vultus gestientis in rem aliquam, & media est inter lætitiam atque tristitiam. Hinc Cic. 2. *de diuinatione:* Galli victores alacritate & quasi lætitia ad canendum excitantur. {גילה *gilah* גילת *gilah.* προθυμία. GALL. *Gayeté de cœur, courage deliberé.* ITAL. *Allegrezza, prontezza, cuor deliberato.* GERM. Freudigkeit, lechtsinnigkeit. HISP. *Ligereza con alegria.* ANGL. *Quicknesse of spirite, liuelinesse and courage of the hart gladenesse.*} ¶ Interdum dicitur voluntaria celeritas, seu promptitudo, ardorve, προθυμία. Liu. 3. Postquam ingenti alacritate clamor est sublatus (quod bene vertat) gesturum se illis morem: posteróque die in aciem educturum affirmat. *lib.* 1. *Tusc. quæst.* Pro lætitia gestiente, quæ in malis habenda sit, accepit. Vir igitur (inquit) temperatus, constans, sine metu, sine ægritudine, sine alacritate, nulla libidine vexatus. Idem 4. *Tusc.* Alacritatem, gestientem lætitiam interpretatur. Itaque hominis lætitia propria, quippe quæ opinione constet. Alacritas autem communis omnium animantium.

Alacriter, {בגילה *begilah.* προθύμως, θυμηδῶς. GALL. *Gayement, alaigrement, de cœur deliberé.* ITAL. *Allegramente, prontamente.* GERM. Hurtigklich, dapferlich hässtiglich freudig. HISP. *Alegre y ligeramente.* ANGL. *Gladlie, willinlie.*} Plin. *lib.* 20. *c.* 11. Secuta ætas alacriter defendit. ¶ Et alacré, pro alacriter. Plaut. *in Amph.* Verum quidem è loco compellemus alacré.

Alachroæ, populi Africæ iuxta Aras Philenorum, qui etiam Lotophagi appellantur. Plin. *lib.* 5. *c.* 4.

[Alagabal, Sol. Salmas.

Alala, acclamatio militaris ante pugnam. Item vociferatio rusticorum. ¶ Est etiam infantia, cum quis fari non potest. Alalus, fari nescius.

Alalagma, clamor lætus militum. Item victorialis hymnus. Suid.]

Alalcomenæ, vide *Alalcomenion.* ἀλαλκομεναί Straboni, ἀλαλκομένιον Steph. Oppidum Bœotiæ, ab Alalcomeneo conditore appellatum, qui & Mineruæ simulachrum ibidem consecrauit, quam a suo nomine ἀλαλκομενηίδα appellauit: cuius meminit & Homer. *Iliad.* 4.

Alalia, ἀλαλία, vrbs insulæ Cyrini, Phocensium colonia. Herod. *lib.* 1.

Alana, vrbs Æthiopiæ Plin. *lib.* 6. *c.* 29.

Alania, regio est Scythiæ Europææ, quæ ad Mæotidas paludes pertingit: eius incolæ Alani, de quibus Plin. *lib.* 9. *c.* 12.

Alaniticus, sinus maris rubri, qui & Ænalitius: & Læaniticus dicitur: Hermol. in Plin. *lib.* 5. *c.* 11. Meminit & Plin. *lib.* 6. *c.* 28.

Alanus, Scythiæ fluuius, à quo Alani populi dicti sunt iuxta Roxalanos: de quibus Plin. *lib.* 4. *c.* 12. Ammianus scribit Alanos dici, quos prisci Massagetas dixerunt. Hi carnibus vescuntur, & panem non manducant. Mart. *lib.* 7.

Nec te Sarmatico transit Alanus equo.

Iulius Capitol. Alanos in parte Daciæ collocat: Ptolemæus verò in ea Scythiæ parte, quæ est intra Imaum.

Alanorsi, populi Scythici ad Septentrionem vltimi. Ptolemæo.

Alapa, æ, Colaphus. {מכות לחי *macheboth lechi.* κόλαφος. GALL. *Une buffe, vn soufflet, vn coup de poing.* ITAL. *Guanciata, mostaccione, punzone.* GERM. Ein backenstreich, ein schlappen. HISP. *Bofetada.* ANGL. *A blowe or stroke on the cheek.*} Sed alapa Latinum est, Colaphus Græcum. Autor Valla *in Raudensem.*

Alapathus, ἀλάπαθος. GALL. *Dogue, parrille ou patience.* ITAL. *Rombice.* HISP. *Labaça.*} Herba est Theocrito, quam Lapathon Dioscorides, & Latini Rumicem appellant, deiiciendæ alui vim habens: vnde & nomen inuenit, Græci enim λάπαξιν purgationes vocant.

Alapeni, ἀλαπηνοί, populi in Arabia felici, Ptolemæo.

Alaricus, ἀλάριχος. Nomen Regis Gothorum, qui Romam aliquandiu obsessam tandem expugnauit, & solo æquauit. ¶ Fuit & Alter Alaricus, quartus Gothorum rex, qui & ipse Romam cepit anno nostræ salutis octingentesimo quinquagesimo quarto: qua tamen non diu est potitus. Nam in ipso Paschæ festo insidiis circumuentus, vnà cum suis omnibus est trucidatus. Vide Paulum Diaconum.

Alaris & Alarius, vide *Ala.*

Alarodij, ἀλαρόδιοι Stephano, populi sunt circa Pontum, de quibus Herodotus *lib.* 3.

Alastor, ἀλάστωρ, à Græcis, dicitur animus sibi malè conscius, siue (vt ita dicam) conscientiæ remorsus, vel etiam malus genius hominem cruciãs, ἀλάστω enim apud Græcos crucior significat, vel graue aliquid patior. ¶ Numeratur etiam Alastor inter equos Plutonis, quorum nomina Claudianus recensuit his versibus, Orphnæus crudele micans, Æthónque sagitta Ocyor, & Stygij crudelis gloria Nysteus Armenti, Dirísque nota signatus Alastor.

Alata, ἄλατα, ciuitas in Arabia felici, apud Ptolem. *lib.* 6. *c.* 7. Item altera eiusdem nominis in Arabia deserta, apud eundem *lib.* 5. *c.* 10.

Alata castra, πτερωτὸν στρατόπεδον Ptolemæo. Oppidum Britanniæ insulæ, quod alij Castra puellarum vocant. Credunt eruditi nostri creduli vrbem esse Scotiæ, quæ illorum lingua *Edinburg* vocatur.

Alaternus, (ἀλάτερνος Cretensium, & Φιλύκη Theophrasti quorundam opinione) Arbor est, siue frutex, cuius folia inter ilicem, & oliuam media quadam sunt similitudine, viridis coloris, obscuri. Plin. *lib.* 16. *c.* 26. inter infrugiferas reposuit: fert tamen fructus racematim Lentisco similes. Vide Colum. *lib.* 7. *c.* 6.

Alaternus, Arbor, siue frutex, nullum semen, aut fructum ferens, cui folia sunt media quadam similitudine inter ilicem & oliuam. Plin. *lib.* 16. *c.* 26. & Colum. *lib.* 7. *c.* 6.

Alatrium, vrbs Hernicorum. Hernici autem populi fuerunt saxosa Campaniæ loca incolentes. Volaterranus. Vulgo *Alatro.* Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 4. ἐκ τῆς ἀλατρίας.

Alatrinates, Hernicorum populi, Liuio 2. *decad. lib.* 9.

Alatus, vide *Ala.*

Alauda, auis, quæ olim Galerita vocabatur, quia apicem habet, hoc est, plumam elatam in capite ad similitudinem galeri, siue galeæ. {κορυδαλός. GALL. *Alouette.* ITAL. *Allodola, allodeta.* GERM. Ein lerch. HISP. *Cogujada.*} Varro appellat Galericum. ¶ Alauda legionis nomen, quam Cæsar dictator in Gallia conscripsit. Plin. *lib.* 11. *c.* 37. Atque ab illo Galerita appellata quondam, postea Gallico vocabulo etiam legioni dederat Alauda. Cic. *ad Attic.* Antonius cum legione Alaudarum ad vrbem pergit.

Alaudium, teste Budæo, à laudando, hoc est, à nominando dictum, quòd qui prædia eo iure habent, laudare, hoc est, nominare autorem suum nemini teneantur. Vox est recentioribus duntaxat Iurisconsultis cognita. Rectius dicitur Alodium, quod vide.

Alauna, ἀλαῦνα, oppidum est Britanniæ insulæ, apud Ptolemæum.

Alaudi, populi sunt Scythæ regionis, Ptolemæo teste.

Alaunus, ἀλαῦνος, duorum fluuiorum nomen est in Britannia, quorum alter est in Orientali eius insulæ plaga, alter in Meridionali. Ptolemæus.

Alausa, æ, vel Alosa, Ausonio, qui viles Alausas dixit ob abundantiam. Vide *Clupea.*

Alazon, ἀλαζών, fluuius ex Caucaseis montibus in Cyrum amnem defluens, Albanósque ab Iberibus diuidens. Plin. *lib.* 6. *c.* 10. Ἀλαζών. Hinc nomen comœdiæ: id nos Latinè Gloriosum dicimus.

Alazonia, {גאון *ghaôn* גאוה *ghaua.* ἀλαζονεία. GALL. *Orgueil, fierté.* ITAL. *Superbia, arroganza.* GERM. Hoffart, stoltzheit. HISP. *Soberuia ò altiueza.* ANGL. *Arrogantie, prouidence.*} Superbia est vel arrogantia, quum quis plura pollicetur, quàm potis est præstare. Ἀλαζονεύεσθαι enim superbire est vel mentiri, vel sibi plus æquo arrogare. Vlpian.

Alba, ἄλβα, nomen est duarum vrbium, quarum vna est in Latio, à qua Albani populi, ἀλβανοί, & Albanus mons, sub quo Ascanius ciuitatem hanc Albam condidit, quæ (vt Liuius scribit *lib.* 1. *ab Vrbe.*) à situ porrectæ in dorso vrbis, Alba longa vocata est. Vulgatior fama est ab omine porcæ albæ ibidem inuentæ, Albam esse dictam. ¶ Altera est ad lacum Fucinum, à qua Albenses dicuntur, ἀλβησιοί: quamuis etiam Albani quandoque vocentur. Hoc addere placuit, esse & aliam Albam in Pannonia, olim Taurunum, & Belgradum appellatam: nunc Albam Græcam. {GERM. Griechisch weissenburg.} ¶ Item aliam, quæ Alba regalis dicitur, quòd Pannorum reges in ea inaugurari soleant, & inungi. {GERM. Stulweissenburg.} ¶ Item tertiam in Transyl-

uania, quæ Alba Iulia dicitur, principum Transyluaniæ sedes, & habitatio perpetua. ¶ Item Alba filius Latini pater Epyti. Ouid. 4. *lib. Fast.*

Albā, ἄλβας, flumen est Hispaniæ citerioris, ad radices Pyrenæi. Plin. *lib. 3. cap. 3.*

Albā spina, ἄκανθα λευκὴ, herba est aculeata, folia habens Chamæleontis albi similia, quam officinæ Bedegar appellant. Vide supra *Acanthaleuca.*

Albana, ἀλβάνα Ptolemæo, vrbs felicis Arabiæ.

‖Albanæ, nuces pistinæ. Isid. Gloss.‖

Albānĭā, ἀλβανία, regio in Oriente a colore populi vocata, eò quòd albo crine nascantur. Hæc ab Oriente sub mare Caspium surgens, per oram Oceani septentrionalis, vsque ad Mæotidas paludes per deserta extenditur. In ea Albana ciuitas, & Albanus fluuius. Apud hanc habentur canes ferocissimi, qui tauros & leones occidunt. Hæc Nomadico generi proxima est, inter Hiberiam & mare Caspium, ab Ortu Solis mari coniuncta, ab Occasu Hiberiæ finitima, a qua Alazone amne dirimitur. Boreale latus munitur caucaseis montibus, Australe Armeniam contingit. Strabo sex & viginti linguas Albanorum fuisse tradit, & totidem aliquando reges. Fuère & sub imperio Persarum postea Macedonum, deinde Romanorum. Sed Traianus Imperator his Regem dedit. Nunc sub magno Came degere creduntur. Ab his Albani orti sunt, quorum pars hodie in Peloponneso, pars in Macedonia sedet, iuxta Dyrrachium, & in Epiro, quæ hodie vulgò *Albania* dicitur. Gell. *cap. 4. lib. 9.* de Albania mira refert, Gigni homines qui in pueritia canescunt, & plus cernunt oculis per noctem, quàm inter diem, *&c.*

Albānŭs, ἀλβανὸν ὄρος, nomen est montis, & lacus non procul ab vrbe: vnde vaticinium fuit, nunquam Romanos Veios capturos, ni primò ex Albano lacu emitteretur aqua. ¶ Item Albanus nomen est duarum vrbium, quarum vna est in Macedonia mediterranea, altera in maiore Armenia, vbi diuus Bartholomæus fuit decoriatus. Hoc etiam nomine dictus est fluuius Albaniæ. De Albani lacus miraculo Plut. *in Cam.*

Albānŭs, a, um, ἀλβανὸς, possessiuum ab Alba, Latij vrbe: vt, Albani patres, apud Virgil. 1. *Æneid.* Albanæ Columnæ, Sueton. *in August. cap. 72.*

Albarium, vide *Albus.*

Albatenius, Medici nomen, qui Galeni libros primus in Arabicum conuertit idioma, teste Ioanne Serapione. Idem scripsit commentarios in Aristotelem.

Albātŭs, & Albedo, vide *Albus.*

Albĕgmĭnă, partes extorum, quæ diis immolabantur, à colore eorum dicta. Festus.

Albĕŏlŭs, pro Alueolus. Cic. *de Finibus*: aut Albeolum poscere, aut quærere quempiam ludum.

Albergariæ, census sunt, seu pactiones, quæ debentur pro comestionibus, de hoc gl. *in c. præterea. de iure patron.*

‖Alberis, bona quibus alimur. Scal.‖

Albesia, scuta dicebantur, quibus Albenses, qui sunt Marsi generis, vsi sunt. ¶ Hæc eadem Decumana vocabantur, quòd essent amplissima: vt Decumani fluctus, qui cæteris longè maiores & periculosiores creduntur. Festus.

Albeus, ἀλβεὸς, per diminutiuum Albeolus, tabula lusoria. Cic. *de Finibus bonorum.* aut Albeolum poscere, aut quærere quempiam ludum. Plin. M. Messala consul, pridie Calend. Octobris diem natalis sui egit. Transtulit albeum cum tesseris lusorium, è gemmis duabus latum pedes treis.

Albia, ἀλβία, regiuncula est montana, Carnis finitima. Strab. *lib. 7.*

Albiceratæ ficus, pediculo minimo latissima. Plin. *lib. 15. c. 18.* Androtion λευκοκέρατον appellat.

Albĭco, Albicus, vide *Albus.*

Albici populi iuxta Massiliam, Cæsar *lib. 1. de bell. ciu.*

Albĭī, ἄλβεια. Olim dicti fuerunt montes, quos nunc alpes dicimus. Athenæus. {GERM. Das Alpgebirg.} Alij etiam dicti fuerunt liberi Galliæ populi, in quorum agro conditum est Lugdunum. Plin. *cap. 4. lib. 18.*

Albimilium, Ptolemæo, Liguriæ vrbs, quam alio nomine Vintimilium, siue corrupta voce, Vintimiam vocant. Vulgo *Vintimiglia.*

Albinga, oppidum, Ligurum colonia ad mare deducta, cuius incolæ Ligures Ingauni vocantur. Ex hoc loco ad Monœci portum stadia sunt septuaginta. ¶ Dicitur & Albingaunum. Vide in dictione sequenti.

Albigaunum, ἀλβίγαυνον Ptolem. & Albium Intemelium, ἄλβιον ἰντεμέλιον, Liguriæ oppida quædam. Nam quum Ligures partim Ingauni, ἴγγαυνοι, partim Intemelij dicerentur, eorum coloniæ ad mare deductæ, altera Albium Intemelium, quasi Alpium Intemeliûm: altera Albingaunum vocitatæ sunt. Vtriusque oppidi meminit Plin. *lib. 3. c. 4.* Vulgo *Albenga.*

Albigerius. Magus fuit Carthaginensis, qui quid quisque egisset, aut omnino cogitauisset, suggerentibus dæmonibus, respondebat: cuius vaticinijs se sæpius interfuisse tradidit Augustinus.

Albinouanus cognomen Celsi cuiusdam ex familiaribus Horatij, ad quem extat epistola, cuius initium est, Celso gaudere, & bene rem gerere Albinouano Musa rogata refert.

Albinus, ἀλβῖνος, nomen Imperatoris Romani ita dicti quòd exceptus sit vtero candidissimus, contra consuetudinem puerorum, qui nascendo solent rubere, quàm maxime: secundis et impente menstruo, perluisse soleant profluuio sanguinis pariter egredientis. Hinc illud Satyrici poetæ,

——— modò primos incipientem
Edere vagitus, & adhuc a matre rubentem.

Vide Cælium Rhoding. *lib. 15. c. 13.* ¶ Fuerunt & ante hunc plerique apud Romanos eodem nomine appellati. ex quibus commemorantur à Salustio Spurius, & Aulus, Albani fratres, qui rem infeliciter gesserunt aduersus Iugurtham.

Albion, ἀλβίων Stephano, insula est, hodie Britannia à doctis, à vulgo Anglia dicta, ab albis rupibus, quas mare abluit. {GERM. Engelland.} Vide *Anglia.*

Albion, & Bergion, ἀλβίων, καὶ βεργίων, Gigantes fuerunt, & filij Neptuni, in Herculis gratiam a Ioue interfecti. Hercules enim quum Rhodanum esset transiturus, et obuiam facti hi duo fratres transitum eius impedirent, quapropter Hercules cum eis pugnauit. & quum sibi tela deficerent, Iouem patrem in auxilium vocauit, qui lapidum imbrem demittens, inimicos eius interfecit. Autores Pomponius Mela, & Diodorus Siculus.

Albis, ἄλβις, fluuius est nobilissimus, quem Romani olim voluerunt esse terminum sui imperij. Oritur ex montibus qui Morauiam à Boemia diuidunt. Suscepto deinde Molta fluuio, Pragam Boemorum metropolim præterlabitur. Influit in mare vastissimo ostio iuxta Hamburgum. Vulgus Germanorum hodie Elbam vocat. De hoc Lucan. *lib. 2.*

Fundat ab extremo flauos Aquilone Suæuos
Albis, & indomitum Rheni caput.

Vulgo *Elb.*

Albium intemelium, oppidum Ligusticum, Plin *lib. 3. cap. 5.* Vide supra in dictione, *Albingaunum.*

Albius, proprium nomen viri. Horat. *Serm. sat. 4.*

——— stupet Albius ære.

¶ Albius Tibullus poeta elegiographus, Horatio & Ouidio familiaris. Horat. *lib. 1. Epist.*

Albi nostrorum sermonum candide iudex.

Hic Messalam Coruinum in Prouinciam sequens, in Corcyra insula morbo correptus, extremum vitæ diem clausit. Vide Crinitum *de poetis Latinis.*

Albo, as, Album facio, λευκόω, λευκαίνω. {ANGL. To mak whyte.} cuius passiuum Albor, aris, Albus fio. Vnde & Dealbo eiusdem significationis. Curtius Ciceroni, Nec solere duos parietes de eadem fidelia dealbare.

Albŏgălērŭs, pileum capitis, quo flamines Diales vtebantur. Fiebat enim ex hostia alba, Ioui cæsa. Festus.

Albonenses, Liburniæ populi in conuentu Scardonitano. Plinius *lib. 3. cap. 22.*

Albor, alboris, vide *Albus.*

Albucilla, apud Tacitum mulieris nobilis nomen est, sed admodum impudicæ, & multis adulteriis infamis.

Albucum, {ἀσφόδελος. GALL. *Aphrodille.* ITAL. *Asphodelle.* GERM. Weiß aphrodillen/goldwurtz. HISP. *Gamones.*} Herba est scapum habens cubitalem, radicem similem multis napis simul coaceruatis. Alio nomine Asphodelon, siue Hastulam regiam vocant.

Albuelis, vuæ genus. Plin. *lib. 14. c. 2.* Albuelis summis arboribus est fertilior.

Albūgo. Macula in oculo. {חבלול *tablul.* τὸ λεύκωμα τῶν ὀφθαλμῶν, λεύκωμα, λεύκωσις.} Plin. *lib. 21.* Qua alligata oculo albugines tolli dicuntur. Idem Albuginem vocat album in ouo.

Albula, θύμβρις, fluuius ab albo colore aquæ, qui postea Tyberis à Tiberino Syluio Albanorum rege ibi extincto dictus est. Liuius, Pax ita conuenerat, vt Hetruscis Latinisque fluuius Albula, quem nunc Tiberim vocant, finis esset. Ouid. 4. *Fast.*

——— & tanto est Albula pota Deo.

& 5. *Fast.*

Albula, si memini, tunc mihi nomen erat.

Albulæ (interprete Galeno *lib. 9. Methodi*) dicuntur aquæ aluminosæ, cutem lauantium mirum in modum adstringentes, & vulneribus medentes: cuiusmodi Strabo non paucas esse tradit in agro Tiburtino. Martialis *lib. 4.*

Quod siccæ redolet palus lacunæ,
Crudarum nebula quod Albularum,

Plin. *lib. 31. c. 2.* Albulæ aquæ iuxta Romam vulneribus medentur, egelidæ hæ: sed Cutiliæ in agro Sabino gelidissimæ. Suet. *in Aug. c. 82. & in Nero. cap. 31.*

Albulates, fluuius est in quinta regione Italiæ, Plin. *lib. 3. c. 15.*

Album, promontorium Africæ, v. M. pass. freto à Mellaria Hispaniæ vico diremptum. Plin. *in proœmio lib. 3.* ¶ Est & alterum eiusdem nominis promontorium, in Phœnice, non procul à Tyro: de quo Plin. *lib. 5. c. 19.* Vide *infrà.*

Albūmĕn, quod est in ouo album. {חלבון *chelbon.* λεύκωμα. GALL. *Aubin d'œuf, le blanc d'œuf, la glaire.* ITAL. *Chiaro de l'oue.* GERM. Das weiß in dem eyer/eyerklahr. HISP. *Lo blanco, ò claro del hueuo.* ANGL. *The whyt of an egge.*} Vitellius verò quod croceum. Plin. *lib. 26. c. 28.*

Albuna, Deæ nomen, quæ in nemore quodam agri Tiburtini colebatur. A Græcis dicitur λευκοθέα, putatúrque fuisse Ino Athamantis vxor, quæ viri furorem metuens, vnà cum Melicerta filio se in mare præcipitauit. Alij Sibyllam Tiburtinam fuisse existimant, quæ ob admirabilem sapientiam, humanáque maiorem, à vicinis populis dea credita est.

Albunea, fons, & nemus iuxta Anienem, siue ab albore aquæ sulphureæ, siue quòd Albuna Latinè sit, quæ Græcè λευκοθέα dicitur. Virg. *Æneid. 6.*

——— lucósque sub alta
Consulit Albunea, nemorum quæ maxima sacro Fonte sonat.

Alburnum, adeps arboris. {חלב העץ *cheleb haëts* צלחת לבנה *pe-slah lebanah.* στέαρ δένδρου. GALL. *L'aubene, l'aubier d'vn arbre.* ITAL. *Raja ò grasso dell' arbore.* GERM. Das hartz oder gummi so auß dem baum fleußt. HISP. *Albura ò blanco de la madera.* ANGL. *The sap or fat part of a tree.*} Plin. *lib. 16. cap. 38.* Humor & cortici arborum est, qui sanguis eorum intelligi debet. Est enim in toto corpore arborum, vt reliquorum animalium, cutis, sanguis, caro, neruus, venæ, ossa, medullæ. Pro cute, cortex, humor, sanguis, proximum plerique adipes. Hi vocantur a colore alburnum. Hinc exalburno, as, quod est Alburnum detraho. Idem *lib. 16. c. 40.* Et reliquis arboribus siccissima lotos, deinde robur exalburnatum, cui nigricans color. Solent autem robora exalburnari, hoc est, alburno suo spoliari, eo quod ea pars materiæ sit inutilis, propterea quòd facillime cariem sentiat: eo autem detracto

quod

quod reliquum est, aduersus omnem corruptionis iniuriam se præbet inuictum. Id nonnulli esse existimant, quod à Theophrasto μιλανδρυον appellatur; quanquam ille hoc nomine potius quandam roboris speciem videtur designasse.

Albŭrnus, Lucaniæ mons à candore verticis dictus, & potius eiusdem nominis. Virg. 3. *Georg.*

Est lucos Silari circum, ilicibúsque virentem
Plurimus Alburnum volitans, cui nomen Asilo
Romanum est.

Alburnus, piscis apud Ausonium. GALL. *Albe ou Albette.* fluuialis est, digitali magnitudine, aphyis albis similis, oculis magnis, rubescentibus, dorso subuiridi, ventre candido: lineísque duabus distinguitur.

Albulus, adiect. diminut. ab Albus. Catull. *Epigr.* 27. *in Iulium Cæsarem.*

Vt albulus columbulus Dianæus.

ĂLBVS, a, um, nomen coloris notissimi; quod à candido ita differt, vt Album pallori coniunctum sit, quale est plumbum: candidum verò splendori, qualis est in niue. Itemque vt dicatur Album, quod natura sit: candidum, quòd cura. Corn. Front. *de different. vocabul.* {לבן *labán* חור *chiuuár.* λευκός, ἡ, όν. GALL. *Blanc.* ITAL. *Bianco.* GERM. Weiß. HISP. *Blanco.* ANGL. *whyte.*} Albus ✳ ater, candidus, ✳ niger. Hæc antithesis non semper seruatur. Plaut. *Men. sc.* 5. *a.* 5. Dic mihi album, an atrum vinum potas? Idem *Capt. sc.* 4. *a.* 3. Corpore albo, oculis nigris. Et Ouid. *Eleg.* 5. *lib.* 3. *Trist.*

Hoc vtinam nitidi Solis prænuntius ortus
Afferat admisso Lucifer albus equo.

Item, Albis quadrigis. Vide *Quadriga.* Festus vultalbum à Græco ἀλφὸν esse appellatum. Alij ab eo, quod Sabini alpum dicunt. Vnde credi potest Alpium nomen à candore niuium esse deriuatum. Albus, an ater sis nescio, solet dici de homine vehementer ignoto. Cic. *in Philipp.* Et quidem vide quàm te amarit is, qui albus aterve fueris ignorans, fratris filium præterit. Vide Quint. *lib.* 11. Catul. & Apul. ¶ Nouit quid album, quid nigrum. εἰδὼς τὸ λευκὸν, ἢ τὸ μέλαν. Duplicem in sententiam accipi potest: aut. Nouit discrimen rectique prauique aut. Nouit id quod nemo vel indoctus ignorat. Nam euidentius est albi nigrique discrimen, quàm vt quisquam non videat. Aristoph. *in Equit.* ¶ Interdum per metaphoram Albus ponitur pro bono, aut felici, sicut è contrario niger pro malo, aut infelici. Cic. *pro Cæcin. de teste Sex. Clodio Phormione.* Nec minus niger, inquit, nec minus confidens quàm ille Terentianus Phormio. Persius, Per me equidem sint omnia protinus alba. Horat. Hic niger est, hunc tu Romane caueto.

Album, substantiuum. Tabula alba, tabula gypso obducta, tabula gypsata. {לוח *luach.* λεύκωμα, πινάκιον, ἡ γεγυψωμένον. GALL. *Tablettes enduictes de blanc, pour y escrire ce qu'on veut, rolle.* ITAL. *Tauola ingessata.* GERM. Ein geweisste tafel. HISP. *Tabla blanca en que se escriuen las cosas publicas.* ANGL. *A table ouersmered worth and whyte colour to wryt on.*} In albo Prætores edictum, ex quo anno suo ius dicturi erant, scribebant, & in loco publico proponebant. vt omnibus cognoscendi esset potestas. Si quis verò album corrupisset, puniebatur, quia Prætoris maiestas contempta videbatur. Paulus. Si familia alicuius album corruperit, non similiter hic edicitur vt in furto. Iudex (inquit Seneca *lib.* 3. *de benefic.*) ex turba selectorum, quem census in album & equestris hæreditas misit. Hinc locus factus prouerbio, Non eras in hoc numero. Plin. *in præfation. Histor. mund.* Quum hanc operam condiderem, non eras in hoc albo hoc est, non eras ex eorum numero, quos hæc lecturos credebam. Hoc & Pyctatium dicitur: vt in Alexandro Cæsare Lampridius, vulgò Matrix appellata. Similiter ea tabula dicitur Album, in qua singulorum annorum acta literis mandabantur à Pontifice maximo, proponebatúrque domi eius, vt potestas esset populo cognoscendi. Hique nunc Annales maximi nominantur, vt autor est Cicero *lib. de Oratore.* ¶ Est & Album decurionum & citharœdorum. Nam in Digestis titulus est, de Albo: vbi docet Vlpianus quo ordine decuriones in albo scriptos esse oporteat. Albo adscribi, de Decurionibus, Suet. *in Tiber. c.* 51. Albo iudicum erasit, Suet. *in Claud. c.* 16. Album profitentium citharœdorum. Suet. *in Nero. c.* 21. Item Album describere dicitur accusator ante reiectionem iudicum. Fab. *decl.* 249. Potentius est quod in Albo lego. (i. Lex quàm Testamentum. Fab. *decl.* 174. Ad album sententiam ferre. Idem Quintil. *declar.* 64. Item ad Album sedere (de I. C. opinor.) Senec. *epist.* 49. Si ad nostrum Album verba dirigamus. Idem *epist.* 60. Vide *Pyttatium.* ¶ Ponitur etiam Album absoluté pro arbore. Virg. *in Bucolicis.*

—— Sparsis etiam nunc pellibus albo.

Idem 3. *Georg.*

Nec mihi displiceat maculis insignis & albo.

¶ Item pro placido, tranquillo. Varro *Sesquiulysse*: Aduersi venti conciderunt, album est mare.

Albārium, dicitur quod illinitur tectorio, quum paries pingendus non est, quod fit ex calce. {טיח *tiach.* κονίαμα. GALL. *Blancissure ou crepissure de chaux* ITAL. *Il bianco da imbiancare le case.* GERM. Weisse mit dem man die wend weiß macht. HISP. *La blanqueadura de la pared.* ANGL. *whyte merter, or such thing to sparge walles with.*} Plin. *lib.* 35. *cap.* 16. Eadémque lacte diluta, & tectoriorum albaria interpolantur. ¶ Albarium opus. Plin. *lib.* 36. *c.* 23. Contra in albario operevt macerata calx, ceu glutinum hæreat.

Albātus, a, um, Albedine obductus, albis vestibus inductus. ✳ Atratus. {לבוש לבן *labusch laban* לבושחור *labúschchur.* λευχειμονῶν. GALL. *Vestu de blanc.* ITAL. *Vestito di bianco.* GERM. Weiß gekleidet in weiß angethon. HISP. *Vestido de vestidura blanca.* ANGL. *Cladde in whyte.*} Cic. *in Vatinium.* Quum ipse epuli dominus albatus esset, tu in templum Castoris te cum C. Fidulo atrato, cæterisque tuis furiis funestum intulisti. Moris autem apud veteres vt diebus festis albati essent, & cum conuiuia publica inirent: itaque eam ob causam Cicero Vatinium reprehendit, quòd solus atratus esset in supplicationibus publicis, & diebus festis.

Albatus Iupiter. Gell. *c.* 15. *lib.* 10. Ioui immolata hostia albato.

Albaneræ, sunt gemmæ candidissimæ, quæ clauiæ erant bullis, seu ornamentis orbiculatis.

Albēdo, Albitudo, pro candore accipiuntur. {לבן *labán* חור *chur.* λευκότης. GALL. *Blancheur.* ITAL. *Bianchezza.* GERM. Weisse farb. HISP. *Blancura.* ANGL. *Whytnesse, whyte colour.*} Plaut. *in Trin.* Et item alterum ad isthanc capitis albitudinem, Calliclem aiebat vocari.

Albĕo, es, Albus sum. {לבן *lib.* in חלבין *hitlabbén.* λευκὸς εἶμι, λευκαίνομαι. GALL. *Estre blanc.* ITAL. *Esser bianco.* GERM. Weiß sein. HISP. *Ser blanco.* ANGL. *To be whyte.*} Virg. 12. *Æneid.*

—— campique ingentes ossibus albent.

Cæs. *lib.* 1. *de bell. ciu.* Albente cœlo, i. prima luce.

Albēsco, Albus fio. {הלבין *hilbin.* λευκαίνομαι. GALL. *Deuenir blanc.* ITAL. *Imbianchare, diuenir biance.* GERM. Weiß werden. HISP. *Emblanquecer.* ANGL. *To waxe whyte.*} Virg. *lib.* 1. *Georg.*

Flammarum longos à tergo albescere tractus.

Ouid. 5. *Fast.*

An quia maturis albescit messis aristis.

Huius compositum est Exalbesco.

Albĭco, as, Albesco, aliquantulum albus sum. {חור *chauár.* ὑπολευκαίνω εἰμι. GALL. *Estre aucunement blanc, deuenir blanc & chenu.* ITAL. *Biancheggiare.* GERM. Weißlechtig sein. HISP. *Blanquearse.* ANGL. *To be or waxe somewhat whyte.*} Plin. *lib.* 22. Solidum semen conijcit in oculum, nec turbat, sed se in caliginem contrahit: mutat colorem, & ex nigra albicare incipit & tumescit. Horatius,

Nec prata canis albicant pruinis.

Idem censendum de verbis similiter terminatis: qualia sunt Vellico, Fodico, Candico, Nigrico, Nutrico, & pleraque alia, quæ omnia diminutionem important actionis suorum primitiuorum. Nonius ex Varrone citat Albicatur, passiuè, pro Albescit: Vbi riuus præcipitatus deorsum rapitur, atque offensus aquo à scopulo lapiduto albicatur.

Albicasco. Albicascit Phœbus, Gell. *c.* 25. *lib.* 15.

Albĭdus, a, um, quod est aliquantulum album. {חור *chauúr.* ὑπόλευκος. GALL. *Blanchastre, tirant sur le blanc.* ITAL. *Alquanto bianco.* GERM. Weißlechtig. HISP. *Blanquezino, o blanco vn poco.* ANGL. *Somewhat whyte.*} Ouid. *lib.* 3. *Metam.*

Spuma, ut testiferos circumfluit albida rictus.

Col. *lib.* 1. *c.* 9 Quod extrinsecus albidum, intus etiam conspicitur candidum, feue, &c. August. *lib. de Ciuit.* pro albo posuit, lapides igne candente percocti, & ipsi fiunt candidi. Et quamuis ille magis rubeat, illi a bido colore nitescant: congruit tamen illi luci, quod album est, sicut nigrum tenebris.

Albŏr, oris, Albedo. {לבן *labán.* λευκότης. GALL. *Blancheur.* ITAL. *Albore, bianchezza.* GERM. Weisse. HISP. *Blancura.* ANGL. *Whytnesse, whyte colour.*} Varro, Qui vident alborem eius admirantur. ¶ Alborem etiam Apitius vocat, quod est album oui, quod Plinius Albuginem appellat, medici Albumen.

Albĭ calculi, λευκαὶ ψῆφοι, dicebantur, quibus Cretenses, dies lætos, quos vita agerent, numerare solebant: nam candidos lapillos ad hoc officium adhibebant: quemadmodum è contrario infelices, atque infaustos dies nigris lapillis signabant, & ex candidorum numero vitæ tempus metiebantur: malos enim dies in annorum numeros non redigebant. Huc alludit Horat. *in Epist.*

Hunc Macrine diem signa meliore lapillo.

Albus spinus, à vulgo Gallorum appellatur frutex, siue arbuscula spinosa, pruni magnitudine: acinis quum pubescunt, viridibus, quum maturuerunt, rubris. Vide Rue l. *lib.* 3. *c.* 12.

Albutius Silus, Nouariensis orator, Romam venit, receptus in Planci oratoris contubernium. Iam verò senior ob vitium vomicæ Nouariam rediit, conuocatáque plebe, causis propter quas mori destinasset, in concione redditis, abstinuit cibo, ibique inedia necem consciuit. Ex Tranquillo. ¶ T. Albutius, cuius M. Varro meminit, dicitque scripsisse Satyras Luciano stylo. Nam & Lucillus eum vt Græca miscentem verba, notat his verbis, Græcum te Albuti, quàm Romanum atque Sabinum, &c. Vide reliqua apud Ciceronem *in princip. de Finib.*

Alcē Leo dicitur, ἀπὸ τῆς ἀλκῆς, hoc est, à fortitudine, quod caudæ incitamento ad fortitudinem excitetur. Cælius *lib.* 7. *c.* 29.

Alcæus, ἀλκαῖος, cum diphthongo, nomen poëtæ Lyrici Mitylenæi. Hic magnificus, breuis, diligens & plurimum Homero similis. ¶ Alcæus item vocatus est Alcmenæ filius: cui post Herculis cognomen est inditum non quòd propter Iunonem sit gloriam adeptus, sed quia virtutem prisci illius Herculis Ægyptij imitatus. Diod. Sic. *lib.* 1. *c.* 1. ¶ Alcæus item fuit Amphitryonis pater, auus Herculis: vnde Alcydes dictus est. Sed alij scribunt Alceus, Græcè ἀλκεύς.

Alcaicum metrum, ἀλκαϊκὸν μέτρον, quod post duos dactylos trochaicam habet syzygiam: quale est illud apud Horatium, Hesperiæ mala luctuosæ. Nomen autem accepit ab Alcæo inuentore.

Alcamenes, ἀλκαμένης. Nobilis statuarius fuit, Phidiæ discipulus, qui Agoracritum Parium condiscipulum in facienda Venere, populi Atheniensis suffragiis superauit. Plin. *lib.* 36. *c.* 5.

Alcander, dri, ἄλκανδρος, vnus à comitibus Sarpedonis Lyciæ regis, ab Vlysse ad Troiam occisus. Ouid. 3. *Metam.*

Alcānor, ἀλκάνωρ, viri proprium, cuius mentionem facit Virgil. *lib.* *Æneid.* 10.

Huic frater subit Alcanor, &c.

Alcarmes, siue Carmes Punica lingua, dicitur coccus, seu vermiculus, ex quo fit occineus ille color, quem inde Carmesinum vocant. Ruell. *lib.* 2. *c.* 136.

Alcathoe, ἀλκαθόη, vrbs eadem esse putatur, quam alio nomine Megaram vocant. Ouid. 9. *Metam.*

Alcathoe quam Nisus habet.

Alcathous, ἀλκάθοος, Pelopis filius, qui cædis Chrysippi fratris suspectus, Megaram venit, occisóque leone, qui Cithæronius à loco dicebatur, adscitus à Megareo genet, in regnum illi successit & vrbem Megaram Alcathoen appellauit. ¶ Alcathous alius fuit Troianus, qui Hippodamiam Anchisæ filiam in vxorem habuit, & in pugna apud Troiam ab Idomeneo Cretensi occisus est.

Alce, ἄλκη, canis nomen, apud Xenoph. *de Venatione.*

Alce

Alce, nomen meretricis. Vide Gell. *lib.4.c.11.*

Alce, iumento fere similis bestia, in Asia & Africa, ni proceritas aurium & ceruicis distinguat. Plin. *lib.8.c.15.*

Alcea, ἀλκέα. GALL. *Guimauue sauuage ou rustique.* ITAL. *Malua saluatica, buon vischio.* GERM. Sigmars wurtzel. HISP. *Malua de Vngria, malua montesina.* ANGL. *Vvylde malowe.* Herba est syluestrium maluarum generi assignata, folia habens verbenacæ. Plin. *lib.7. cap.4.* Alcea folia habet similia verbenacæ, quæ & Peristereon cognominantur.

Alcēdinēs, sunt quædam aues, dictæ quasi algedines, quod frigidis temporibus in mari pariant, ἀλκυόνες. Plautus, Nam Hercule tu peristi, nisi illam tam tranquillam facis, quàm mare est olim, quum alcedo pullos educat suos. Dicta est à Græcis, ἀλκυὼν, vel ἀλκυὼν, ὄνος, παρὰ τὸ ἐν ἁλὶ κύειν: ab eo quòd in mari fœtus excludat. Ambros. *lib. Hexaëm.* Halcyone est auis maritima, quæ in littoribus fœtus suos edere solet: ita vt arenis oua deponat medio ferè hyemis tempore, nam id temporis fouendis habet deputatum partubus, quando maximè insurgit mare, littoribúsque vehementior fluctus illiditur, quo magis repentinæ placiditatis solennitate auis huius elucerat gratia. Namque vbi vndosum fuerit mare, postea quam oua subitò mitescit, & omnes cadunt ventorum procellæ, flatúsque aurarum quiescunt, ac placidum ventis stat mare, donec oua fouet halcyone sua. Septem dies fœtus sunt, quibus decursis educit pullos illico, alios septem adiungit dies, quibus enutriat partus suos, donec incipiant adolescere. Tantum autem beneficium auicula hæc diuinitus sibi datum habet, vt hos quatuordecim dies nautici præsumptæ serenitatis obseruent, quos & Halcyonidas vocant, quibus nullos motus procellosæ tempestatis horrescant. Hinc poetæ ansam fabulandi arripuerunt, Halcyonem filiam Æoli fuisse, qui in gratiam filiæ, dum illa in littore oua parit, & fœtus educat, ventos inclusos seruat. Ferunt hanc autem paulò maiorem esse passere, pennis purpureis, candidis admistis, collo gracili & procero, rostro subuiridi, longo & tenui, rarò visam. Aristot. *lib.8. de Animal.* Halcyonum duplex genus esse scribit: alterum vocale, arundinibus insidens: alterum mutum, ampliori corpore. ¶ Ab Halcyone fit Halcyonius, a, um: vt Halcyonij dies, ἀλκυονίδες ἡμέραι, fitque à Græco ἅλς, quod mare significat: vnde etiam per aspirationem scribendum videtur Halcyon (quum Alcedo Latinis sine aspiratione notetur.) Eustathius tamen contra etymi rationem ἀλκυὼν tenui spiritu notandum tradidit, adiecto etiam generali canone, quo negat vocabulum vllum esse aspirandum, quod initium sumat ab αλ subsequente κ.

Alcedōnia, ἀλκυονίδες, ἢ ἀλκυονίδες ἡμέραι. Dies sunt hyberni ferè quatuordecim, quibus alcedo oua parit in mari & excludit, quo tempore summa ventorum est tranquillitas. ¶ Dicti sunt autem Alcedonia ab alcedine, quemadmodum & à Græcis Halcyonides ab Halcyone appellantur. Plaut. Tranquillum est, alcedonia sunt circa forum.

Alcēnōr, ἀλκήνωρ, vir Argiuus fuit, qui in ea pugna, qua trecenti Argiui cum totidem Lacedæmoniis de finibus certarunt, solus cum Chromio ex suis superfuit, hostibus quoque omnibus, vno Othryade excepto, ad internecionem deletis. Herod. *lib.1.*

Alces, is, seu Alces, æ, siue Alce, es, ἄλκη Pausaniæ, Animal Galliæ transalpinæ, figura, colore & magnitudine mulæ similitudinem prætendens: sed labrum superius adeò protensum habet, vt nisi retrograde incedens, ex terra carpere non possit. Est inuentu rarum, olfactúque longinquo venatorem sentiens, statimque in specus & latibula se condens, media inter camelum & ceruum similitudine. Sed mares ex his in superciliis habent cornua. ¶ De his animalibus Cæs. *lib. 6.* & Iulius Capitol. mentionem faciunt. Plinius *lib.8. cap. 15.* Septentrio fert & equorum greges ferorum, sicut & asinorum Asia & Africa: præterea Alcem, ni proceritas aurium & ceruicis distinguat, iumento similem.

Alces, Bithyniæ fluuius. Plin. *lib.5.c.vlt.*

Alcestē, es, siue Alcestis, idis, ἄλκηστις, fuit Peliæ filia, Admeti Pheræorum regis coniux, quæ maritum tanto amore dilexit, vt pro eo perire non recusarit. Nam quum Apollo ab Admeto humaniter exceptus, hoc illi à Parcis impetrasset, vt fatalem diem proferre posset, si quis aut cognationis, aut amicitiæ vinculo adductus, spontaneam pro eo mortem obire vellet, cæteris id abnuentibus, sola Alcestis inuenta est, quæ mariti vitam sua morte redimere non recusaret. Iuuenalis,

——spectant subeuntem fata mariti Alcestem.

Plura apud Euripidem *in Alceste.*

Alceta, ἀλκέτας, Molossorum rex fuit, longa generationum serie, genus suum ad Pyrrhum Achillis filium referens. ¶ Fuit & alter hoc nomine, vnus eorum qui sub Alexandro Macedone ordines duxerunt, cuius quoque meminit Suidas.

Alcetes, Arymbæ filius, Æacida fratre natu maior, Epirotarum Rex, sed impotentis iracundiæ vir, atque idcirco à patre expulsus, quum in Epirotas quoque sæuire, ac furere inciperet, mortuo conspiratione facta, vna cum liberis de medio sublatus est. Cui interfecto Epirotæ Pyrrhum Æacidæ filium substituerunt. Pausanias *in Attica.*

Alcæus, dictus ob diuitias, ἀλκαῖος, pater Amphitryonis, & auus Herculis, à quo & Alcides, ἀλκείδης, appellatur.

Alchech, Arabicè, est animal quod multi Arabici Lyncem vocant. Nascitur ex leone & pardo, & nimium fetorem est.

Alchymia, est ars docens facere aurum, vel argentum ex pulueribus metallicis, aurum quoque à cupro separare. ¶ Ab al articulo & Chymus [illegible]

Alchymista, qui hanc artem callet, seu profitetur.

Alcibias, ἀλκιβίας, Rhodius Cupidinem nudum Praxitelis manu factum adamauit, atque in amoris vestigium reliquit. Plin. *lib.36.c.5.*

Alcidone, ἀλκιδόνη, fatum Macedoniæ, Plin. *lib.4.c.10.*

Alcihippē, Marsorum oppidum est, lacu Fucino absumptum, extructum à Marsia Lydorum duce. Plin. *lib.3. cap.12.* Alij tamen Archippe scribunt.

Alcibiădēs, ἀλκιβιάδης, Nomen Atheniensis Imperatoris summi, qui genere & forma præcipuus, omnibus rebus apud Atticos duces præterea, affabilis, patiens, denique summis naturæ, ingeniíque dotibus egregiè exornatus: cæterum tanto rursus vitiorum agmine deformatus, vt si vitia virtutibus penses, meritò addubites, laudene, an vituperio dignior videatur. Hic quum esset procliuis ad luxum & ad cæteras voluptates, ad bonam disciplinam traductus est à Socrate. Nam discendi studio, & sapientiæ amore pellectus, extemplò cunctis amatoribus, adulatoribúsque repulsis ad Socraticam disciplinam animum vertit nunquam recedens à latere Philosophi sapientissimi. Reliqua vide in vita eius apud Plutarch.

Alcibiadion, ἀλκιβιάδειον Dioscoridi, herba sic dicta, quòd vti ea ad formam conciliandam solitus sit Alcibiades, magnis foliis & asperis, radice rufa, oblonga, nascens præcipuè in aridis & arenosis locis. Notiore nomine vocatur Anchusa. {GALL. *Orchanette.* ITAL. *Anchusa.* GERM. Ein gattung der rhoten Ochsenzungen. HISP. *Songen.*}

Alcibion, ἀλκίβιον, herba aduersus serpentum morsus remedium habens. Plin. *lib.27.c.25.*

Alcidа, æ, (vt Diodor. fabulatur,) fera fuit immensæ magnitudinis, ignem ore vomens, quo regiones omnes per quas faciebat iter exussit, donec Pallas humani generis miserta, partim viribus, partim ingenio feram interfecit.

Alcidămās, ἀλκιδάμας, luctator insignis. Stat. 10. *Theb.*

——tuque ô spectate palæstris

Omnibus & nuper Nemæo in puluere felix Alcidama.

¶ Alcidamas Eleates, Philosophus scripsit de musica, discipulus Gorgiæ Leontini. Suidas hunc inter scriptores Rhetoricæ annumerat. Quint. *lib.3.c.1.* meminit eius, & Laertius *in Protagora.*

Alcidamus, Rhetor antiquus in primis nobilis, qui mortis laudationem scripsit. Cic. *lib.1. Tusc.*

Alcides, ἀλκείδης, Hercules Græca significatione à virtute appellatur: nam ἀλκὴ virtus, robur, fortitudo dicitur. Vel veriùs Alcides (vt Herod. ait) nomen est patronymicum ab Alceo, auo paterno, hoc est, Amphitryonis patre.

Alcimachus, ἀλκίμαχος, pictor nobilis. Plin. *lib.35.c.11.*

Alcimĕdē, ἀλκιμέδη. Vxor Æsonis fuit, mater Iasonis. Valer. Flacc. *Argonaut.1.*

——hunc grauis Æson,

Et pariter vigil Alcimede spectántque tenéntque.

Alcimedon, ontis, ἀλκιμέδων, Sculptor nobilis, apud Virg. 3. *Eclog.*

Alcimenes, ἀλκιμένης, Poeta tragicus, Megarensis. Suidas.

Alcimus, ἄλκιμος, Orator omnium, qui in Græcia tum florebant, eminentissimus. Diog. Laert. *lib.2. in vita Stilponis.* Fuit præterea Alcimus Lydorum rex præcipua pietate insignis, ingenióque mitissimo. Cælius *lect. antiq. lib.19.c.2.*

Alcinŏūs, ἀλκίνοος, Nausithoi filius, teste Homero *Od.7.* Rex Phæacum in Corcyra insula iustissimus, dicente Orpheo *in Argonaut.* κρείων ἀλκίνοος βασιλεύς. Fuitque diligens hortorum cultor. Quamobrem dixit Virg. *lib.2. Georg.* Pomáque & Alcinoi syluæ, id est, arbores pomiferæ. Huius meminit Ouid. *lib.2. Metam.* Ferunt horum pomariorum tantam fuisse fertilitatem, vt maturis fructibus noui succederent. ¶ Alcinoi Apologus. De longis & inanibus fabulamentis. Refertur à Diogene, & Iulio Polluce *lib.6.* Sumptum ex Homer. *Odyss.* vbi Vlysses in conuiuio Alcinoi Phæacum regis prodigiosas ac deridiculas fabulas & portentosa miracula commemorat, de Lotophagis, Læstrygonibus, Cyclopibus, atque id genus aliis plurimis miraculis, fretus videlicet Phæacum inscitia: vt sit Alcinoi Apologus ficta narratio apud Alcinoum habita. Hoc prouerbio vsus est Plato *de Republ. lib.10.* Haud tibi sum narraturus Alcinoi apologum. ¶ Fuit etiam Alcinous philosophus Platonicus, qui Epitomen composuit decretorum Platonis.

Alcion, Medicus de quo Ioseph. *antiq. Iud. lib.19.c.1.*

Alciphron, ἀλκίφρων, Magnesius, Alexandri temporibus philosophus. Suidas.

Alcippē, ἀλκίππη, vna ex Halcyonei gigantis filiabus, quæ Halcyonides, ἀλκυονίδες, dictæ sunt. Suidas. Est præterea Alcippe, nomen rusticæ mulieris proprium, cuius sæpe meminit Theocritus, & Virg. *Eclog.7.*

Quid facerem? neque ego Alcippen, nec Phyllida habebam.

Alcĭppus, ἄλκιππος, Lacedæmonius ciuis fuit, inter suos maximæ autoritatis, patriǽque studiosissimus, qui ab inimicis contrarias in repub. partes fouentibus, in exilium actus fuit. Huic vxor fuit nomine Damocrita: quæ quum virum in exilium euntem prosequi prohiberetur, filiǽque iam viro maturæ publico edicto matrimonio arcerentur, ne quis ex illis iniuriæ suo illatæ vltor nasceretur, concepit animo facinus supra omnem muliebrem audaciam. Nam quum ex amore fœminæ viris primariæ ad nocturnum sacrum in Andronem quendam conuenissent, Damocrita à filiabus adiuta, magnam vim lignorum, quæ ad sacrificia parata erant, ad fores congessit, ignémque iniecit, vt omnes intus exureret. Accurrentibus deinde auxilio viris, illa filias primùm, deinde seipsam interfecit. Ex Plutarchi narrationibus amatoriis.

Alcisthene, ἀλκισθένη. Nobilis pictricis nomen apud Plinium *lib. 35. cap. 11.*

Alcithoe, ἀλκιθόη, Thebana mulier fuit, quæ quum Bacchum eiúsque Orgia contemneret, cæterisque mulieribus, sacra celebrantibus cum sororibus & ancillis lanificio operam daret, ab irato Baccho in vespertilionem mutata est: telæ autem in vitem & hederam. Vide Ouid. 4. *Metamorph.*

Alcmæōn, ἀλκμαίων, Amphiarai vatis, Eriphyles filius fuit, qui matrem suam in vltionem patris, quem illa dolo occiderat, interemit. Plaut. *Capt. sc.4.a.4.* Alcmæon, Orestes, Lycurgus. (Infans sup.) ¶ Idem Alcmæon, Philosophus Crotoniates, Pythagoræ auditor, qui, teste Laertio, de naturæ ratione scripsit lingua Dorica.

Alcman, ἀλκμάν, è Lydia, Messenius, poeta Lyricus, filius Damantis, Claruit XXVII. Olympiade, quum apud Lydios regnaret Ardis, pater Aliattæ. Hic quum nimio amore puellam quandam deperiret, amatorios cantus primus inuenit. Fertur phthiriasi morbo interiisse. Suidas.

Alcmenia.

Alcmania, ἀλκμανία, ciuitas Cariæ mediterranea: aliàs Heraclia dicta. Stephan.

Alcmena ἀλκμήνη. Nomen proprium fuit matris Herculis: Electrionis filia, Amphitryonis Thebani vxor, quæ Ioui Herculem peperit. Alcmena Electri filia Plauto dicitur *in Amphit. prologo*. Dicitur ἀπὸ τῆς ἀλκῆς, id est, à robore, quoniam hæc mulier præ se tulerit animi constantiam, ad viros proximè accedens. Aliquando post c, ponitur u, Alcumena, prout versus exigit. Vide Hesiod. *in Aspid.*

Alcomenæ, ἀλκομεναί, Ithacæ insulæ ciuitas est, à qua Vlysses Alcomeneus, ἀλκομενεύς, à poëtis appellatur. Steph.

Alcōn, ἄλκων, nomen proprium Cretensis sagittarij, cuius filium quum draco inuasisset, tanta arte direxit sagittam, vt ea in serpentis deficeret vulnere, nec transiret in filium. Fuit hic Alcon Erichthei Atheniensium regis filius, qui ex Attica in Eubœam fugit. Virg. 5. *Eclog.*

——— si quos aut Phyllidis ignes,
Aut Alconis habes laudes, aut iurgia Codri.

¶Alcoranum, lex Mahumedis impostoris.¶

Alcothus, lege *Alcathous*.

Alcyon, & Alcedo, vide *Halcyon. Halcedo.*

Alcyonē, ἀλκυόνη, Æoli regis ventorum filia fuisse creditur, & vxor Ceycis: quæ desiderio mariti, qui naufragio perierat, in mare se deiecit, versaque est, vt poetæ fabulantur, in auem sui nominis. Vide Ouid. 11. *Metamorph.* Gell. *c.* 10. *lib.* 3. Alcyones septem diebus hieme in aqua nidulantur. ¶ Altera fuit Alcyone Eueni fluminis filia, vxor Idæ, ante Marpessa appellata: quam Apollo quum rapuisset, non dubitauit maritus arcu & sagittis vxorem vt ab eo repetere. Quod quum frustra conatus esset, parentes filiæ casum lugentes, commutato nomine Alcyonem eam appellarunt, quod fatum superiori Alcyone non dissimile sortita videretur. Hæc Hom. 9. *Iliad.* Alij scribunt Halcyone, prima vocali aspirata: qua de re vide ea, quæ suprà annotauimus in dictione *Alcedo*.

Alcyoneus, ἀλκυονεύς, Gigas fuisse traditur, Porphyrionis frater, ab Hercule telis confossus: cuius & filiæ, quas septem numerant, ob patris mortem in mare præcipitantes se, ab Amphitrite in Alcyones, vt quorundam opinio est, sunt mutatæ. Harum nomina sunt, Phthonia, Anthe, Methone, Alcippe, Pallene, Drymo, & Asterie. Ex Suida. Alij scribunt, Halcyoneus. Vide *Alcedo*.

Ălĕă, ἀλέα Stephano, nomen oppidi in Arcadia, dictum ab Aleo conditore. ¶ Item Mineruæ cognomen, quæ circa hanc vrbem colebatur, vt est videre apud Herod. *lib.* 1. Verùm in duabus hisce postremis significationibus primam corripit, quam alioqui producit. Papianus *in Syluis*, Aut Aleæ lucis vidit Tegæa sacerdos.

Ālĕă, Tessera, ludus tesserarum, {κυβεία, κύβος. GALL. *Tout ieu d'hazard.* ITAL. *Gioco di sorte, come dadi & carte.* GERM. Bretspyl/alle würffelspyl so man wagt. HISP. *Qualquier juego de fortuna, como dados.* ANGL. *A dice, playing at the dice or any such pley.*} Horat. *in Epist.* Quem damnosa Venus quem præceps alea nudat. Talos poscit, prouocat me in aleam, Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 2. Et, Elusi militem in alea (de talorum lusu.) *Ibid. sc.* 2. *a.* 5. Idem Redemptus ex alea, nudus in neruo. Quint.

Sunt alij scripta quibus alea luditur artes,
Hoc est ad nostros non leue crimen auos,

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* ¶ Accipitur etiam pro quouis ludo, qui casu potius, quàm arte gubernatur. Mart. *in Distichis*,

Alea parua nuces, & non damnosa videtur:
Sæpe tamen pueris abstulit illa nates.

¶ Per translationem ponitur pro quauis fortuna, siue periculo, siue etiam periculi dubitatione, diciturque, Aleam omnem iacere, πάντα κίνδυνον κινεῖν, qui se periculo fortunæque committit. Cic. *de Diuinat.* Non perspicitis aleam quandam inesse hostijs deligendis? C. Cæsar ad Rubiconem (qui fluuius Italiam à Gallia determinat) paulisper secum hæsitans, animóque reputans quàm arduam rem moliretur, postea quàm ostento animus est additus, Eamus, inquit, quò deorum ostenta, quò inimicorum iniquitas vocat, iacta esto alea. Plutar. *in Apoph.* ad hunc modum dixisse refert, πᾶς ἀνερρίφθω κύβος, Omnis iacta sit alea. Ad quod alludens Lucanus,

——— cadat alea fati
Alterutrum mersura caput.

¶ Contrà, Extra omnem aleam esse aliquid dicimus, de quo dubium non est, quod est extra omne periculum, omnémque controuersiam. ¶ In alea atque vino, genus loquendi antiquum, quemadmodum in vino, in ioco atque vino: de quo vide infra in præpositione *In*. Aleæ emptio dicitur à Iurisconsultis, cùm incertus euentus, & quasi spes emitur, veluti cùm captus piscium, vel auium, vel missilium emitur. *l.* 8. *de heredit. vel action. vendit.* Hotom. *in Lexico.*

Ālĕātor, qui alea ludit. {κυβευτής. GALL. *Ioueur ordinaire.* ITAL. *Giocatore.* GERM. Ein bretterspieler. HISP. *Iugador, ò tahur de aquel juego.* ANGL. *A dicer.*} Cic. *in Cat.* In his gregibus omnes aleatores, omnes adulteri, omnes impuri, impudicique versantur. Idem 2. *Philipp.* Domus erat aleatoribus referta, plena ebriorum.

Ālĕo, aleonis, idem quod aleator, teste Festo. Næuius, Pessimorum pessime, audax ganeo, lurco, aleo.

Ālĕātōrium, apud Sidonium, pro ludo aleæ. {κυβευτήριον. GALL. *Berland.* ITAL. *Luogo di gioco.* GERM. Ein würffelspyl. HISP. *Lugar de juego.* ANGL. *Dicing, playing at the dice.*} Ait enim; Atque illic aleatorium lassis consumpto sphæristerio faciat. Suet. vocat Aleatorium forum. Idem *in Augusto. cap.* 71. Lusimus per omnes dies forúmque aleatorium calfecimus. Verba sunt Augusti.

Alebas, ἀλεύας, Larissæorum in Thessalia crudelissimus tyrannus fuit, ab ipsis tandem satellitibus, quos ad corporis custodiam adhibebat, interfectus.

Alebæcerij, Galliæ Narbonensis populi. Plin. *lib.* 3. *c.* 4.

Ālĕbrĭă, *Calo*, veteres dixerunt pro bene olentibus. Festus.

Ālēc, & Alecula. Vide *Halec*.

Ālēctō, ἀληκτώ, vna ex furiis infernalibus, & Latinè incessans interpretatur, ab α priuatiua, & λήγω, desino: quia cupiditas nunquam satiatur.

Alector, ἀλέκτωρ, filius Anaxagoræ, Iphim genuit & Capaneum, qui fuit vnus è septem ducibus Argiuorum apud Thebas. Volaterran.

Ālēctrĭa, Ālēctoria, ἀλεκτορίας, gemma quæ in ventriculo Galli inuenitur; Gallus enim Græcè ἀλέκτωρ dicitur: de qua Plin. *lib.* 37. *c.* 10. Alectorias, inquit, vocant in ventriculis gallinaceorum inuentas, crystallina specie, magnitudine fabæ, quibus Milonem Crotoniensem vsum in certaminibus inuictum fuisse videri volunt.

Alectorolophos, ἀλεκτορόλοφος, herba est tussientibus vtilis, foliis galli gallinacei cristæ similibus, caulem tenuem, seménque nigrum in siliquis habens. Latinis Crista dicitur, teste Plin. *lib.* 27. *c.* 5.

Alectryon, ἀλεκτρυών, adolescens fuit (vt fabulatur Lucianus) Marti adeo familiaris, vt adulterij, quo Veneri ille commiscebatur, conscius adhiberetur, foribúsque custos apponeretur, ne Solis interuentu deprehenderetur adulter. Verùm quum ille somno oppressus negligentiùs excubias ageret, amantes eius fiducia in vtramque aurem dormientes, à Sole deprehensi sunt, & apud Vulcanum delati, adamantinis catenis multò antè eum in vsum paratis, sunt impliciti. Qua de causa indignatus Mars, Alectryonem in auem sui nominis transformauit, quem Gallum Latini appellant: qui etiam hodie veteris negligentiæ memor, Solis aduentum cantu suo prænunciat.

Algenor, vnus fuit filiorum Boëthi: quatuor enim fuerunt, Hippodamus, Electrion, Archilycus, Alegenor, teste Diod. *lib.* 5.

¶Alegmina, partes extorum, Prosegmina dicta. Isid. Gloss.¶

Ălēĭi campi, ἀλήϊα πεδία, locus est Lyciæ, in quem cecidit Bellerophontes, quum à Pegaso ab œstro agitato excuteretur: sic dictus, quod in eo cæcus errarit Bellerophontes, donec periret.

Alele, Phazaniorum vrbs in Africa. Plin. *lib.* 5. *c.* 5.

Alemanni, {ἀλαμανοί Stephano. GERM. Die Teutschen. ANGL. *Germanes, Almannes.*} populi Septentrionales, qui & Germani dicuntur: Rheno fluuio à Gallis, Alpibus ab Italis discreti: ita dicti patrio vocabulo, quasi proritus viri. Quum enim Germani illi Septentrionales, præsertim Transalbiani mutare sedes cogitarent, imitati priores Germanos, qui traiecto Rheno, quo se totos viros ostenderent, sibi hoc nominis, quasi Gahr ein man, imposuissent: & ipsi se, quòd fortissimi bellatores & viri omnes esse vellent, & deberent, Alemannos, quasi als männer appellauêre. Hæc Beatus Rhenanus *in Tacitum*.

Alemannus, Spartianus *in Caracalla*, cùm Alemanni nomen ascriberet.

Alemanus, fluuius apud Rysios originem à rubro castro Rotemburg trahens, hic ad Reihem oppidum iungitur Danubio. Vulgo *Almola*, vel *Alimul* appellatur. Vide Althamerum *in Tacitum*.

¶Alembicum, foramen, per quod aquæ ex balneo effluunt: vel etiam fistula, per quam aqua influit in balneum.¶

Alemusij, Atticæ populi, apud quos est Cereris legiferæ, & Proserpinæ templum, Pausanias *in Attic.*

Alenticus, sinus. Plin. *lib.* 9. *c.* 87.

Aleo, onis, vide *Alea*.

Aleopetra, insula in Mæotide.

Aleria, Corsicæ colonia à Sylla dictatore deducta. Plin. *lib.* 3. *c.* 6.

Ālēs, itis, dicitur quælibet volucris, ab alis gerendis. Vel ab alis & eundo, vt comites. Quidam tamen Alites propriè volunt dici maiores aues: vt sunt gallinæ, anseres, cornices, corui, grues. Et tam masculino, quàm fœminino genere profertur. {עוף *Soph* ברי *Bagt.* οἰωνός, ὄρνις. GALL. *Oiseau grand, comme geline, oye, grue, & autres.* ITAL. *Vcello, augello.* GERM. Ein grosser vogel. HISP. *Aue, ò otra cosa que buela, como saeta.* ANGL. *Any great or winged foule.*} Virg.

Namque volans fuluus Iouis ales in æthra.

Martialis,

Alitis eximiæ cauda superba fuit.

id est, pauonis. Caystrius ales (id est, cignus.) Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 5. *Trist.* & *Eleg.* 8. *lib.* 3.

Protinus ales eris.

Secunda alite aliquid facere, id est, prospero auspicio, vt interpretatur Porphyrio, in Horat. *Epod.* 16. Secundis alitibus procedere. id est, felici & prospero auspicio. Clau. *Panegyr.* 6. Lugubris ales, pro malo & infelici auspicio, vt interpretatur Acron. Horat. 3. *Carm.* In genitiuo plurali Alitum, & Alituum, per epenthesin, secundùm Priscianum. Virg. *lib.* 11.

Alituum, pecudúmque genus sopor altus habebat.

¶ Auis est quæ parit oua, & pennis prædita, ὄρνις. ¶ Volucris autem significatio latiùs patet. Nàm de omni eo dicitur quod volat, siue pennas habeat, siue non. Vnde vespertilio volucris est, non tamen auis.

Ales, adiectiuum omnis generis, velox, celer, {מהיר *mahir.* ταχύς, ὠκύς. GALL. *Leger, viste.* ITAL. *Veloce, alato.* GERM. Schnell geschwind. HISP. *Ligero.* ANGL. *Swift, spedie.*} Gell. *c.* 11. *lib.* 9. auxilium propugnatiónemque corui alitis. Catul. *de com. Beren.*

Se obtulit Arsinoæ Chloridos ales equus.

Aliàs ales eques. Silius, Alite victus equo. Virg. 8. *Æneid.*

——— Ignis & alitu Austri.

Plumbum ales, pro glande plumbea, quæ funda emittitur in hostem, Sil. Ital. *lib.* 13. ¶ Ponitur & pro Alato, hoc est, Alas habente. Cic. 1. *de Inuen.* Angues ingentes, alites, iuncti iugo.

Alesa, ciuitas est Siciliæ, Ptolemæo. ¶ Hinc Alesius, a, um. Cic. *in Epist. famil.* In Alesina ciuitate, &c.

Alesius, ἀλήσιον, oppidum Elidis. Stephano. ¶ Item mons Arcadiæ, non procul à Mantinæa, sic dictus ab errore Rheæ. Autore Pausania.

Alesium, ἀλήσιον, oppidum Peloponnesi, apud Strab. *lib.* 8.

Ălēsco, scis, antiquum verbum, ab Alo, is: idem quod cresco. {גדל *ghadál.* αὐξάνω. GALL. *Croistre.* ITAL. *Crescere.* GERM. Wachsen/zunemmen. HISP. *Crescer ò mantenerse.* ANGL. *To increase, to waxe more, to growe.*} Varro *de re rust. lib.* 1. *c.* 44. Quæ nata sunt, in fundo alescunt, adulta concipiunt. Idem *c.* 3. Quemadmodum quicquam seri, aut alescere, aut meti possit. ¶ Inde Coalesco, pro Concresco.

Ălēthēs, ἀλήθης, nomen proprium viri Troiani, de quo Virgil. *lib. Æneid.* 1.

——— Et quo grandæuus Alethes.

Latinè

Latinè sonat veracem.

[Alethina, germana, vera. Alethina vestis, vera purpurea. Salmas.]

Aletium, ἀλήτιον, oppidum Salentinorum in Italia, autor Ptolem. & Plin. *lib.* 3. *c.* 11. ¶ Hinc Aletini populi, apud Plin. *lib.* 3. *c.* 11. Vulgò *Leze in terra di Otranto.*

Aletrinates, Italiæ populi, in tractu Campaniæ, Plin. *lib.* 3. *cap.* 5. Aletrini, apud eundem *lib.* 3. *c.* 11.

Ălĕtūdō, apud Festum, verbale ab alendo, corporis pinguedinem significat. Obsoletum est.

Aleuron, ri, neutr. ἄλευρον. Farina propriè tritici, Alphiton verò hordei: hinc apud Ruellium *lib.* 6. *c.* 14. panis aleurites.

Aleus, fluuius Siciliæ & tribus quædam, siue locus in Chronico. Ita dictus ab Alentio quodam rege. Interpres Theocriti *in septimum Idyllium.*

Ălēx, alicis, vide *Halec.*

Alex, Alecis, fluuius Rheginum agrum à Locrensi disterminans. Strab. *lib.* 6. apud Theocritum verò scribitur Ales, alitis. Hic fluuius Plinio Carcinas appellatur, Pausaniæ & Æliano Cecinus. Volaterranus.

Alexamenus, Ætolus, Nabidis tyranni Lacedæmonij interfector mox ab Lacedæmoniis ipsis in regia obtruncatus. Liu. *decad.* 4. *lib.* 5.

Ălĕxander, ἀλέξανδρος, nomen proprium regis Macedonici, cuius clarissima gesta & ab historicis & in sacris literis traduntur. Hic longè omnium excellentissimus fuit, cui ex rebus actis & auctis, Magni inditum est nomen, ne vir vnicam gloriam adeptus, sine laude vnquam nominaretur. Nam solus, à condito æuo, quantum hominum memoria est, inexuperabili imperio orbis auctus, fortuna sua maior fuit, successibusque eis amplissimos & prouocauit vt strenuus, & æquiparauit vt meritus, & superauit vt melior, solúsque sine æmulo clarus, adeò vt nemo audeat virtutem eius sperare, vel optare fortunam. Hæc Apul. ¶ Fuêre & alij Alexandri: quorum vnus Aphrodisæus, interpres Aristotelis, sed tali ingenio, vt Aristotelem identidem carpat. de hoc Suidas & Stephanus meminerunt. ¶ Alius fuit Alexander Grammaticus, ex oppido quod Goricon dicitur, qui de varia historia, siue materia xxiv. volumina scripsit, peritissimus ætatis suæ vir. ¶ Alius Alexander Asiæ rex, & Syriæ dictus Balam. ¶ Alius Iudæorum rex, qui Anneus dictus fuit, & regnauit annis vigintiseptem. ¶ Alius Alexander Epirota, qui quum Italiæ bellum inferret, à Lucano milite interemptus est. Diomedes *lib. Alexander Dardan.* Paris prænomen, nomen, cognomen.

Ălĕxandră, quæ & Cassandra, Priami filia, ac vates. Hoc etiam nomine Lycophronis inscribitur poëma de Alexandro Paride. Volaterranus. ¶ Est & Alexandra, Alexandri Iudæorum regis vxor, Egesippo *lib.* 1. *cap.* 12.

Ălexandrĭă, ἀλεξάνδρεια. Vulgo à Turcis Scanderia dicitur. Vrbs Ægypti, non longè à Nili ostio: ab Alexandro Macedono condita: vrbs fertilissima, quam Dinocrates architectus metatus est mirabili ingenio, quindecim millium passuum laxitate, ad effigiem Macedonicæ chlamydis orbe gyrato laciniosam, anguloso dextra læuáque procursu. Mareotis lacus ad meridianam vrbis partem Euripo Canopico ostio immittitur. Habuit olim scholas omnium disciplinarum liberalium: fuitque ob incommoditatem maximum totius orbis emporium. Constructum autem fuit ante Saluatoris aduentum, anno vigesimo supra trecentesimum, intra spatium septemdecim dierum, vt testatur Iustinus *lib.* 11. cum sex millibus murorum passibus.

Alexandrinum. Senec. *epist.* 87. Alexandrinum marmor. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Alexandrina belluata tapetia, & Quint. Alexandrinæ deliciæ.

Ălĕxandrīum, ἀλεξάνδρειον, Iudææ oppidum Iosepho, & Strab. *lib.* 16.

Alexandropolis, ἀλεξανδρόπολις, Parthorum ciuitas, sic ab Alexandro Magno conditore nuncupata. Plin. *lib.* 6. *c.* 25.

Alexia, Sequanorum vrbs est, quam Ptol. Regiacum vocat. Diodorus autor est, hanc vrbem ab Hercule conditam esse, sempérque liberam mansisse, donec à Cæsare longa obsidione capta, Romano accessit imperio. Creditur eadem esse, quam Gal. hodie *Aussois* vocant.

Ălĕxĭcăcŏn, ἀλεξίκακον, remedium quod fit ad depellenda mala, hoc & Amuletum dicitur.

Ălĕxĭcăcus, ἀλεξίκακος, in malis adiutor, malorum depulsor. Herculis & Apollinis epitheton. Pausanias *in Attic.* Alexicaci Apollinis simulacrum effinxit Calamis. Id Appollini nomen inditum aiunt, quòd quum pestilentia bello Peloponnesiaco in Attica grassaretur, oraculo Delphis reddito tanta calamitate populum liberauit. ¶ Alexicaci dæmones dicebantur, qui nocumenta & diras amoliri existimabantur, qui & Apopompæi, & Apotropæi, Lysij quoque, & Phyxij appellabantur. Bud. & Cæl. *lib.* 1. *cap.* 32.

Ălĕxĭphārmăcă, ἀλεξιφάρμακα, sunt (vt Suidas ait) medicamenta auxiliatoria, quæ scilicet, venena, incantationes & execrationes pellunt, prohibentque ne iis nobis noceri possit. Plin. *lib.* 21. *cap.* 10. Nec magis alia herba conuenit medicamento, quod Alexipharmacon vocant.

Ălēxĭs, ἄλεξις, Asinij Pollionis puer fuit, quem Virgilius eius amore captus ab illo dono accepit. In eius gratiam, (vt Seruius putat) Virgilius scripsit secundam Eclogam.

Ălēxĭs Thurius, ἄλεξις θούριος, qui priùs Sybaris dicebatur, poëta comicus ante Menandrum, reliquit plures fabulas. Habuit filium Stephanum, poëtam & ipsum comicum. Suidas.

Ălĕxitēriă, ἀλεξιτήρια. eadem quæ Alexipharmaca.

Ălgă, herba, quæ nascitur in aquis marinis: dicta ab algore aquæ, siue quòd pedes alliget, quia crassa est, foliis ex parte supernatantibus. {סוף *suph.* φῦκος θαλάσσιον. GALL. *Herbe croissant en la mer, Algue.* ITAL. *Alga.* GERM. Kraut oder grasz das in dem meer wachst. HISP. *Las ouas o yeruas del mar.* ANGL. *wreck, a herbe which groweth in the sea.*} Virg. *lib.* 6. —latet que illisa refunditur alga. ¶ Algenses Pelagiæ Purpuræ, genus vilissimum, nomen habens ab alga, qua nutritur. Plin. *lib.* 9. *cap.* 37.

Algōsus, a, um, Alga abundans. Φυκώδης. Plin. *lib.* 32. *c.* 9. Accrescunt muricum modo, viuúntque in algosis.

Ălgĭdus, Mons ab vrbe duodecim passuum millibus distans, ab assiduo frigore sic dictus. Horatius, Quæque Auentinum tenet, Algidumque. Ab hoc quoque sylua Algida dicta est, huic monti subiacens, in cuius ingressu Regillus lacus est.

Ălgidum, ἄλγιδον Stephano, Italiæ oppidum, non procul à Tusculo in alto monte situm, ex aëris algore propterea dictum, nunc *Roca di Pape*, ex veteris situs descriptione existimatur, syluaque proxima adhuc Algidi sylua cognominatur. Volaterr.

Ălgidensis, adiect. vt Raphanus Algidensis, qui circa Algidum nascetur longus & translucidus. Plin. *lib.* 19. *c.* 4.

ĂLGĔO, es, alsi, vel alxi, alsum, à Græco ἀλγέω, frigeo. {קר צנן *kar and tsanan.* ψύχομαι. GALL. *Auoir grand froid, geler de froid.* ITAL. *Patir freddo.* GERM. Grosz frost oder kelte erleyden. HISP. *En friarse.* ANGL. *To be very cold.*} ¶ ✠ Æstuo. Cic. *Tusc.* 2. Itémque Lycurgi laboribus erudiunt iuuentutem venando, currendo, esuriendo, sitiendo, algendo, æstuando.

Ălgĭdus, a, um, adiect. Frigidus. {קר *kar.* κρυμώδης, κρυερός. GALL. *Fort froid.* ITAL. *Freddo.* GERM. Kalt. HISP. *Cosa fria, fresca, con frialdad.* ANGL. *Very cold.*} Catul. Ego viridis algida Idæ niue amicta loca colam. Algida niue, hoc est, frigida. Ouid. 6. *Fast.*

Videras in campis algida terra tuis.

Ălgĭfĭcus, quasi Algefaciens. {ψυχοποιός. GALL. *Qui fait qu'on tremble de froid.* ITAL. *Infreddante.* GERM. Der kelte oder frost macht. HISP. *Cosa que haze frio ò frescura.* ANGL. *which maketh, or bringeth much coldnesse.*} Gell. *lib.* 19. *c.* 4. Quòd timor sit omnibus algificus: id est, frigus inducens.

Algo, pro algore: vt Guberna, pro gubernacula: Do, pro domo.

Ălgŏr, oris, ab algeo. Idem quod frigus, & propriè frigus vehementius. {קור *kor* צנה *tsinah.* ψῦχος, κρύος. GALL. *Froidure grande, grand froid.* ITAL. *Freddo.* GERM. Keltefrost. HISP. *Frio ò fresor grande.* ANGL. *Great coldnesse.*} Plinius *lib.* 14. *cap.* 2. Æstu magis quàm algore vexantur. Salust. *in Catil.* Corpus patiens inediæ, vigiliæ, algoris.

[Algorithmus, supputandi peritia: ab *al* articulo Arabico, & ἀριθμὸς numerus.

Algorista peritus supputandi tanquam à verbo ἀλγορίζω.]

Ălgŭs, i, idem quod algor. {ANGL. *Exceeding coldnesse*} Lucretius *lib.* 3. Soliciteè euolitant morbis, algóque, faméque. Nonius, algus facit ordinis quarti: Algu, inquit, pro algore. Accius *in Andromeda*, Misera obuallis saxo, senio, pædore, algúque & fame. Varro περὶ τροφῶν, Leges ruina ne iacentem subdealbet algu danti frigore. Ex Nonio.

Ălgŭs, us, ui, Plaut. *in Rud.* Vel suda, vel peri algu, vel etiam ægrota. ¶ Per translationem ponitur pro dolore & tristitia. Idem *Most. sc.* 3. *a.* 1. Nisi illam interfecero siti, faméque & algu.

Ălsĭus, κρυωδέστερον, comparatiuum ab Alsus: vnde & Alsiosus. Cic. *Attic. lib.* 4. Nihil quietius, nihil alsius, nihil amœnius. Idem *ad Q. Frat. lib.* 3. Iam apodyterio nihil alsius, nihil muscosius.

Ălsĭōsus, adiectiuum. {צנן *tsenan.* κρυώδης. GALL. *Frilleux, subjet à froid.* ITAL. *Freddoloso, agghiacciato.* GERM. Frostsam. Das bald erfroren ist. HISP. *Cosa fria ò fresca.* ANGL. *Subject to coldnesse.*} Quod naturæ est frigescentis, & facile à frigore læditur. Plin. *lib.* 20. *c.* 13. Alsiosisque crudam dederunt in cibo. Idem *lib.* 27. *c.* 10. Abrotonum & adonium alsiola admodum sunt. Varr. *de re rust. c.* 3. Stabulatur pecus melius ad hybernos exortus, si spectat quod est alsiosum.

Ălĭās, est ἄλλοτε, alio tempore. Vide *Alius.*

Alibantes, ἀλίβαντες, mortui dicuntur, παρὰ τὸ ἔχειν λιβάδα, hoc est, eò quòd humido illo naturali destituti sint. Cæl. *lib.* 3. *c.* 12.

[Alibi, ab aliud & ibi, alicunde aliquo vnde, alienus ab alius, vt ἀλλότριος ab ἄλλος.

Alibre, alimentum. Goss. Isid.]

Ălĭcă, Ex tritici generibus est (vt inquit Galenus *lib.* 1. *de facult. aliment.*) aut certè farris genus tritico simile, succum tamen lentiorem habens quàm triticum, siue in aqua cocta cum mulso, aut vino, siue cum oleo saleque frixa sumatur. χόνδρος. Plin. *lib.* 18. *c.* 7. Tunicæ frumento plures. Hordeum maximè nudum, & alica, sed præcipuè auena. Nomen autem Alicæ ab alendo Festus deducit, quòd vehementer nutriat. ¶ Est præterea Alica, confectio quædam ex frugum quarundam farina, aliis in locis aliter præparata: ita dicta (vt ex Æginetа colligi potest) quòd primùm ex frumento, siue farre, cui Alica nomen est, fuerit confecta. Postea tamen magis receptum fuit, vt ex zea conficeretur: plures autem fuerunt apud veteres alicæ conficiendæ rationes, quas omnes exequitur Plin. *lib.* 18. *c.* 11. Palladius quoque *lib.* 6. docet quo pacto ex hordeo confici possit.

[Aliacalon, bonum nuncium. Onom. M.]

Ălĭcārĭæ, meretrices, quæ ante pistrina alicariorum sedebant quæstus gratia: sicut ante stabula versantes Prostibulæ, & Prosidæ dicebantur. Plaut. *Pœnulo.* Sic Alicarius. Lucil. *Satyris.* Charis. *lib.* 1.

[Alicarius, qui alicam conficit, aut rei salariæ præfectus. Lex. gr. b.]

Ălĭcāstrum, genus farris est, ea forma ab Alica detractum, qua [illegible] Alicastrum à Siliqua. Col. *lib.* 2. *c.* 6. Semen trimestre quod dicitur alicastrum, idque pondere, & bonitate præcipuum est.

[Alices facere, i. e. extensiones omnium membrorum, more eorum, qui à somno expergefiunt.

Alicruda, alimenta cruda. Suid.]

Alicula, recensentur ab Vlpiano inter puériles vestes *D. de auro & argento.* Hotomannus, vir Iurisconsultorum doctissimus, Aliculæ [illegible] conijcit, vt manicatæ tunicæ intelligantur, quæ pueris decoræ, grandioribus autem minus honestæ apud Romanos erant, vt patet ex Gellij *lib.* 7. *c.* 12. ἀπὸ τῆς ἄλλικος. quod vocabulum, vt autor est Hesychius, tunicam chiridotam, id est, manicatam significat, ἄλλιξ, inquit, χιτὼν χειριδωτός. Ex lexico Hotomanni.

[Alid, alis, alius, pro aliud. Lucret.]

Ălĭēnĭgĕnus, a, um, Nomen compositum à nomine Genus, vel à verbo Gigno, & significat quod est externum, vel alieni generis, vel inter alios genitum, ἀλλογενής, ἀλλόφυλος. ANGL. *Stranger.*} Valer. *lib.* 1. Adijci nostris duo eiusdem generis alienigena exempla non absurdè possunt.

Ălĭēnĭgĕnă,

Alienigena, communis generis, vel secundùm Probum, omnis generis, [illegible] Alienigenam. {[illegible]} GALL. *Estranger*. ITAL. *Forestiero*. GERM. [illegible]. HISP. *Estrangero*. ANGL. *A straunger*. } Gell. lib. [illegible] [illegible] alienigena, sed patrio [illegible]. Sic & alia composita e [illegible]. Trojugena Cicero [illegible]. Quint.

Aliger, Aliger, vide *Ala*.

Alienius, proprium nomen. Cicer. *Tironi*, lib. 16. epist. 18. *ad finem*. Aliginus Cæsaris familiaris mortuus est, bonus homo, & nobis amicus.

Alima, ἄλιμα, medicamenta dicuntur, quæ famem aut sedant, aut prohibent obrepere, quemadmodum *Adipsa* dicuntur, quæ sitim sedant. Vtrorumque meminit Plutarch. *in* [illegible] *septem Sapientum*.

Alimala, [illegible] Stephano, locus est in Lycia.

Alimentum, Alimentarius, Alimonia, Alimonium, vide *Alo*.

Alinda, [illegible], vrbs Cariæ, [illegible] regnante Ada, [illegible] Hecatomni regis Cariæ [illegible] Alexandri Magni. Strab. lib. 14.

Alindoia, [illegible], [illegible] Macedoniæ. Steph.

Alipasma, [illegible], quæ ex medicamentis non pinguibus conficiuntur, [illegible]. Nam [illegible] idem est quod [illegible]. [illegible] lib. [illegible].

[Alipasma, pulueculus, qui oleo commixtus inungitur ad cohibendos sudores.]

Alipes, vide *Ala*.

Aliphe, [illegible], olim oppidum erat in Samnio. Hinc Aliphani populi, & Aliphana pocula apud Horat. lib. 2. *Serm*.

Aliphira, [illegible], Arcadiæ populi [illegible]. lib. 4. cap. 6. ab oppido Aliphera. Cic. *ad Attic.* lib. 6. *epist.* 1[illegible]. [illegible] Lepreon quoddam maritimum, Tene autem, & Aliphira, & [illegible], [illegible] [illegible].

Alipius, vide *Ala*.

Alipterium, ἀλειπτήριον, locus erat in balneis, in quo loti vngebantur. Cæl. lib. 16. cap. 47.

Alipta & Aliptes, ἀλείπτης, dicebatur magister athletarum, qui eos certaturos inungebat, eisque conferebat [illegible] [illegible]. Dictus ἀπὸ τοῦ ἀλείφειν, quod est inungere. [illegible] est Cic. *epist. ad Lentulum*. Qui homines quod me saluum voluerunt, est gratissimum. Sed velim non solum salutis meæ, quemadmodum medici, sed etiam vt aliptæ, virium & coloris rationem habere voluissent. ¶ Dicuntur præterea Aliptæ, chirurgi, qui & ipsi oleis, pinguibúsque malagmatibus [illegible], vulneribus morbisque externis medentur. Celsus lib. 1. cap. 1. Sanus homo, & qui bene valet, nullis obligare se legibus debet, ac neque medico, neque alipta egere. Vbi tamen nonnulli legunt Iatrolipta. ¶ Est etiam Aliptes, fontis nomen apud Ephesum.

Aliquando, {[illegible] *pehamim*, [illegible]. GALL. *Quelquesfois, aucunesfois, vne fois, entre autres*. ITAL. *Alcuna volta, tal' hora*. GERM. Etwan ein mahl/ vnderweylen. HISP. *Alguna vez, en algun tiempo*. ANGL. *Some tyme*. } Secundùm Priscianum, cum accentu in antepenultima quamuis in carminis ratione [illegible] semper producitur. Aliud enim est syllabæ quantitas, aliud accentus. Habet autem tria tempora, præsens, præteritum & futurum, & significat idem quod Nonnunquam: interdum quondam, vel aliquo tempore, vel tandem, vel etiam longo ordine. Ouid. 5. *Fast*. Venimus ad felix aliquando nomen Iulî, [illegible] longo ordine [illegible]. Cic. *Valerio*, Aliquando nos recusas.

ALIQVANTO, Plaut. *Asin*. sc. 3. a. 4. Aliquanto amplius valere.

Aliquantus, adiectiuum, ex Alius & quantus, {[illegible]. GALL. *Aucunement grand, de quelque grandeur ou quantité*. ITAL. *Aliquanto grande*. GERM. Etwan groß. HISP. *Cosa algun tanto tal, y tamaña*. ANGL. *Of some quantitie and greatnesse*. } Idem pene quod mediocris significat. Salust. *in Iugur*. Timor aliquantus, sed spes amplior.

Aliquantum, {[illegible] *chimé* [illegible]. GALL. *Vn peu, quelque peu*. ITAL. *Aliquanto*. GERM. Etwan ein wenig. HISP. *Algun tanto tal*. ANGL. *Somwhat, a litle*. } Modò nomen est, vt apud Cic. *pro Cluentio*, Aliquantum agri in medio relictum est. Plaut. *Most*. sc. 1. a. 2. Aliquantum argenti [illegible], & *Curc*. sc. 3. a. 3. Subrufus aliquantum. Modò aduerbium significans Paulum, Nonnihil, Leuiter, Nescio quid, Aliqua ex parte. Plin. lib. 3. c. 3. Aliquantum veteris forma mutata est. ¶ Propriè positiue iungitur: interdum tamen comparatiuo: vt apud Terent. *in Eunuch*. Eius frater aliquantum ad rem est auidior. ¶ Aliquanto, aliud aduerb. idem quod aliquantum: sed comparatiuis propriè iungitur. Plin. lib. 21. c. 6. Folio aliquanto latiore.

Aliquantulum, diminutiuum ab Aliquantum, idem significans quod Paululum. {[illegible] *kheer* [illegible]. GALL. *Vn bien peu, vn tantinet*. ITAL. *Pochetto, pochino*. GERM. Ein klein wenig. HISP. *Poquito*. ANGL. *Somewhat, or a litle*. } Cic. lib. 1. *de Inuent*. [illegible] aliquantulum [illegible] suspicionis. Idem *pro Quint*. Quum [illegible] aliquantulum [illegible] esset.

Aliquantillum, diminutiuum, ab aliquantulum. {[illegible] שם ועד שם *sehér* [illegible]. GALL. *Tant soit peu, le moins du monde*. ITAL. *Pochissimo, poco*. GERM. Gar ein klein wenig. HISP. *Muy poquito*. ANGL. *A litle, verie litle*. } Plaut. *in Capt*. Iotis aliquantillum [illegible].

Aliquandiu, aduerbium [illegible] aliquo tempore, non autem longo admodum, {[illegible]. GALL. *Quelque temps, par l'espace de quelque temps*. ITAL. *Alquanto tempo*. GERM. Etwan ein zeitlang. HISP. *Algun tiempo*. ANGL. *A litle while, or space*. } Cic. *Acad*. Antium Athenis audiuit [illegible].

Aliquammulti, pro aliquot. Cic. 6. *Verr*. Sunt vestrûm aliquammulti qui [illegible].

Aliquantisper, aduerbium, ad temporis breuitatem refertur, vt ait Valla: idem pene significat quod aliquandiu. {[illegible] *chimhat*, [illegible]. GALL. *Pour quelque peu de temps*. ITAL. *Alquanto tempo*. GERM. Ein weil ein kleine zeitlang. HISP. *Por algun tiempo*. ANGL. *A litle while, or space*. } Terent. *in Heauton*. At [illegible] aliquantisper. Plaut. *Pseud*. sc. 5. a. 1. Concedere [illegible] aliquantisper [illegible].

Aliquis, aliqua, aliquod, quasi Alius quis, & habet vim pluralem, quamuis singulariter dicatur: non enim est aliquis, nisi de multis. Vnde & apud Veteres vario genere numeróque proferebantur. {[illegible] *echad*. [illegible]. GALL. *Aucun, quelqu'vn*. ITAL. *Alcuno, qualch'vno*. GERM. Etwan einer/jemandts. HISP. *Alguno*. ANGL. *Some, some one*. } Terent. Aperite aliquis actutum ostium. Idem est dicendum de Quisquam, Quispiam, & Vllus. Plaut. *Most*. sc. 1. a. 2. Adminiculum eis [illegible] aliquem cognatum suum. Idem *Aul. prol*. Aut thure, aut vino, aut aliqui semper mihi supplicat. (aliàs aliquo, id est, te aliqua.) [illegible] (prouerbium.) Id [illegible] *Curc*. sc. 2. a. 1. Ouid. *Eleg*. 11. *lib*. 3. *Trist*.

Et tamen est aliquis qui vulnera cruda retractet.

Idem 13. *Metam*.

———*Aliquem nobis quoque redder honorem.*

Capenates aliqui, pro quidam, vel aliquot. Liu. 5. *bell. Pun*. Et in aliqua, pro certa quadam. Idem lib. 6. *bell. Pun*. Et in aliqua insula, pro certa quadam. Idem lib. 34. ¶ Aliquis etiam, vt Græcis τις, capitur pro homine non obscuro, & nomini [illegible]. Cicer. *Attic*. Itaque fac, vt me velis esse aliquem: quoniam qui fui, & qui esse potui, iam esse non possum, id est, Velis esse me non [illegible] & abiectum. Iuuen. *Sat*. 3. Aude aliquid breuibus Gyaris & carcere dignum, Si vis esse aliquis. ¶ Aliquis ex. Plin. lib. 13. cap. 3. Aliquem ex priuatis audiuimus [illegible]. ¶ Aliquis cum genitiuo. Cic. *ad Attic*. Expectabam aliquem meorum.

Aliquid, substantiuum est, vt, Aliquid vtile. {[illegible] *meumáh*. [illegible]. GALL. *Quelque chose*. GERM. Etwas. ANGL. *Some thing*. } Cic. *Attic*. Ego tibi aliquid de meis scriptis mittam. Plaut. *Capt*. sc. 4. a. 3. Iam aliquid pugnæ edidit. Idem *Curc*. sc. 3. a. 2. Iam edes aliquid. C. Nolo hercle aliquid certum, quàm aliquid mauolo. *Ibid*. Aliquid prius obtrudamus, pernam, &c. Idem *Pseud*. sc. 3. a. 1. Dabit, pariet aliquid. Idem *Most*. sc. 3. a. 1. Dabo aliquid tibi peculi. Ouid. *Eleg*. 3. *lib*. 3. *Trist*.

Non aliquid dixi, violentaque lingua locuta est.

Idem *Eleg*. 1. *lib*. 1. *Trist*.

Cur aliquid vidi, &c.

Idem *Eleg*. 1. *lib*. 5. *Trist*.

Est aliquid fatale malum per verba leuare.

Idem lib. 13. *Metamorph*.

Si Troia fatis aliquid restare putatis.

Idem 6. *Fast*.

Est aliquid nupsisse Ioui.

Iouis esse sororem. Quintil. Paulum aliquid sedere in scholis.

Aliquispiam, idem prorsus est quod Quispiam. Cic. *pro Sextio*. Aliquapiam vi pelleretur. ¶ Alia exemplaria habent, alia quapiam vi expelleretur ex hac vrbe, facilè pateretur. Et ita omnino legendum est. Alicuiquam. Liu. lib. 1. d. 5.

Aliqua, aduerbium, per aliquem locum. {[illegible]. GALL. *Par quelque part, par quelque lieu, par quelque voye*. ITAL. *Per qualche luogo*. GERM. Etwan durch ein ort oder weg. HISP. *Por algun lugar*. ANGL. *By some place, or waye*. } Cic. 3. *Verr*. Cupere aliqua euolare, si posset. ¶ Item Aliqua pro Aliquo pacto. Virg. 3. *Eclog*. 1.

Et si non aliqua nocuisses, mortuus esses.

Vbi Seruius, Aliqua, id est, Aliquatenus, Aliqua ratione.

[Aliquammulti, pro aliquot. Cic.]

Aliquatenus, significat Vsque ad aliquam partem. Et aliqua parte, Aliqua ratione. {[illegible]. GALL. *Iusques à quelque quantité, iusques icy ou là*. ITAL. *Ad alcuna parte*. GERM. Biß auff ein theil etlicher massen. HISP. *En alguna manera*. ANGL. *To some part, by some waye*. } Quint. Verùm hoc aliquatenus temporum mutatum est conditione. Plin. lib. 17. cap. 12. Caulibus pluribus ab vna radice aliquatenus rubentibus.

Aliquò, Ad aliquem locum, {[illegible]. GALL. *En quelque lieu*. ITAL. *A qualche luogo*. GERM. Etwan hin. HISP. *En algun lugar*. ANGL. *To some place*. } Terent. *Heaut*. Aliquo profugere militatum. Plaut. *Milit*. sc. 6. a. 1. Aliquò aufugiam, & me occultabo aliquot dies. Idem *Men*. sc. 2. a. 1. Aliquò condicam cœnam. ¶ Interdum additur ei accusatiuus cum præpositione *in*. Terent. *in Adelph*. In angulum aliquò abeam, pro, in aliquem angulum. Plaut. *Men*. sc. 1. a. 5. Immersit aliquò sese in ganeum. Aliquo multum: Apuleius *in Apolog*. Sed hæc defensio, vt dixi, aliquo multum à me remota est.

Aliquorsum, versus aliquem locum, [illegible].

[Aliquo secius, [illegible], Gloss. vet.]

Aliquot. {[illegible] *mikzath*. [illegible]. GALL. *Quelques vns, quelque nombre, je ne sçay combien*. ITAL. *Alquanti*. GERM. Etlich/etwan vil. HISP. *Algunos en numero*. ANGL. *Some*. } Numero tantùm plurali, teste Donato, significat idem quod Nec multi, nec pauci, nonnulli. Terent. *Andr*. Aliquot me adiêre. Cic. *de Vniuersit*. Disciplina Pythagoreorum aliquot secula in Italia, Siciliáve viguit. Plaut. *Men*. sc. 5. a. 5. [illegible] aliquot dies. (alii, Aliquos.) Idem *Curc*. sc. 1. a. 2. Aliquot dies perdurare, &c. Vide *Aliquis*, supra.

Aliquotfariam, [illegible]. Varr. *de re rust*. lib. 1. c. 2. In eo agro aliquotfariam in singula iugera dena culea vini fiunt.

Aliquoties, seu Aliquoties, sine n, significat aliquot vicibus. {[illegible] [illegible]. GALL. *Quelquesfois, je ne sçay quantes fois*. ITAL. *Alcune volte, alquante volte*. GERM. Etlich mahl/ [illegible]. HISP. *Algunas vezes*. ANGL. *Sometimes*. } Cic. 4. *Verr*. Aliquoties ad socios literas de rebus [illegible]. Idem *pro Quint*. M. Iunius, qui hanc causam aliquoties apud te egit.

Alisarna, [illegible], oppidum est Troadis, apud Stephanum: à quo fit gentile Alisarnæus, [illegible].

Alisma, siue Damasonium, ἄλισμα Dioscoridi, herbæ est nomen quam [illegible] describit Dioscor. lib. [illegible]. Adhuc planta ignota est. Nec enim [illegible] nonnulli [illegible] plantago aquatica, nec [illegible], [illegible] Matthiolus, cui caulis simplex, nec [illegible] in acumine [illegible], & tamen [illegible] Alisma Dioscoridis habere [illegible], cuius testimonio fidem derogat vel ipsa [illegible] varietas, cum experiendi difficultate.

Alisum, [illegible] Ptolemæo, oppidum Germaniæ in tractu maritimo Saxoniæ.

Alisum,

Alisum, ἄλισον Ptolemæo, oppidum in Septentrionali plaga Germaniæ, non procul à Sicambris.

Alisma, atis, ἄλισμα Dioscoridi, herbæ est nomen, quam nonnulli fistulæ pastoris, alij Plantagini aquaticæ eandem faciunt.

Alista, ἄλιστα, insulæ Corsicæ vrbs in latere Meridionali, Ptolem.

Alitta ab Arabibus Venus vocatur, ab Assyriis Melitta, à Græcis Pitho, ab Eleis Vrania, à Scythis Argimpasa, à Cypris Barbara, Calua, Armata, Pandemis, Apostropha, Callipygos: à Thebanis Præpotens, à Persis Mitra appellata est. Dicitur eadem & Cypris, Adonis, Verticorda, Aphrodite, &c.

Alitura, vide *Alo*.

Aliter. Infra suo loco.

Alius, a, ud, genitiuo alius, quamuis in carmine sit indifferens, idem est quod diuersus. [Veteribus Alis, vnde neutrum alid.] Olim faciebat genitiuum & datiuum sicut cætera adiectiua primæ & secundæ declinationis. {אחר *acher.* ἄλλος. GALL. *Autre, vn autre qui que ce soit.* ITAL. *Altro.* GERM. Ein anderer. HISP. *Otro, alguno otro.* ANGL. *Another.*} Cic. *de nat. Deor.* Quibus bestiis erat is cibus, vt alij generis bestiis vescerentur. Alij generis, inquit, pro Alius. ¶ Accedit quandoque ad vim comparationis. Quint. At quanto alius fuit ille intelectissimi iuuenis affectus? Quomodo autem differat ab Alter, illic videas. ¶ Alias res agis, id est, non intendis ad id quod dicitur, aut nugatorias res agis. παρὰ ἀλλα λέγεις. Veteres in nominatiuo etiam Alis dixerunt. Alis alibi stantes, omnes tamen aduersis vulneribus conciderunt. Catull. *in Epigram.* Coniugium quod non fortior ausit alis. Catul. *de com. Beren.* & Sosipater *lib.* 1. Item Alio, pro alij. Neque alium alio odio esse. (id est, alij.) Plaut. *Ps. sc.* 1. *a.* 5. Et aliæ, pro alius, Gell. *c.* 9. *lib.* 7. & pro Alij, tertio casu, *c.* 4. *lib.* 9. Alius Lysippo, pro a Lysippo, siue quàm Lysippus. Horat. *lib.* 1. *epist.* 1. Edicto vetuit nequis se præter Apellem Pingeret, aut alius Lysippo duceret æra Foris Alexandri vultum simulantia. Vbi Acron: Alius Lysippo, id est, alius quàm. Cic. 4. *Acad.* Aliud agnoscit atque sentit. Idem *Lentulo lib.* 1. Non alius essem atque nunc sum. Aliud sequente particula, Nisi vel quàm. Cic. *de Senect.* Quid est aliud gigantum more bellare cum diis, nisi naturæ repugnare? Ipsus est haud alius est. Plaut. *Aul. sc.* 1. *a.* 5. vide sis, vt alias res agunt? Hoc agite. Idem *Ps. sc.* 2. *a.* 1. Cùm in aliis tanta gratia est. (id est, rebus.) Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 2. Ego ad alios, item ad alios, deinde ad alios. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 3. Disciplinæ aliis eram (id est, exemplo.) Idem *Most. sc.* 2. *a.* 1. Laudari malo, quàm alios speciem meam irridere. *Ibid. sc.* 3. *a.* 1. Saluus saluos alios video. *Men. sc.* 5. *a.* 5. Aliam posthac inuenito quàm frustratum. *Ibid. sc.* 3. *a.* 4. Neque alium alio odio esse (pro alij.) Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 5. Aliam (pallam) ei redimam meliorem. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 4. Intromittat alium meliorem in locum. *Ibid.* Et istud & aliud me curaturum dicito, si quid volet. Idem *Men. sc.* 3. *a.* 3. Non iidem tibi sunt, aliísque triumphi, Tibul. *lib.* 7. Vnde alios aliósque memor componere versus, idem *lib.* 4. Cur conducebas me? Inopia alius non erat. Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 5. ¶ Alius, pro contrarius. *Ibid. sc.* 7. *a.* 4. Illi sunt alio ingenio, atque tu (id est, contrariis moribus.) Idem *Most. sc.* 1. *a.* 2. In aliam partem palmam possidet (i. contrariam.) Aliam, pro alienam, siue aliorum videtur vsurpasse Liu. *lib.* 6. *ab Vrb.* Sortem aliam ferre. Item Gell. *c.* 27. *lib.* 13. Aliarum homo rerum iudicij elegantissimi, dixit pro in aliis rebus. [¶ Ali rei, pro alij rei, aliæ, pro alius generis. Plaut.]

Aliàs, aduerbium, significat Alio in loco, Aliter, Alio tempore. {ἄλλοτε. GALL. *Vne autre fois.* ITAL. *Altra volta, in altro luogo.* GERM. Ein ander mal/sonst etwan. HISP. *En otro tiempo, ò en otro lugar, otra vez.* ANGL. *At another tyme, in another place.*} Terent. *in Andr.* Quid aliàs malint, quàm hodie has fieri nuptias? Cic. Sed de hoc aliàs. Idem *Trebatio lib.* 7. Sed plura scribemus aliàs. ¶ Ponitur & pro Aliquando, vel interdum: & tunc ferè geminatur. Cic. 3. *de Oratore*, Aliàs ita loquor, vt necessum est, aliàs vt necesse est. Idem *Verr.* Aliàs renocabat, aliàs decernebat. Non geminatum apud Cæsa *lib.* 1. *bell. ciu.* Gell. *cap.* 22. *lib.* 1. partim Græcè, aliàs Latinè. Et Tib. *lib.* 4. Non aliàs conuersus terga.

Alibi, Alio loco. {במקום אחר *bemakôm achér.* ἀλλαχοῦ. GALL. *Ailleurs, autre part.* ITAL. *Altroue.* GERM. Anderswo. HISP. *En otro lugar.* ANGL. *In another place.*} Virg. *Georg.* 1.

Hic segetes, illic veniunt felicius vuæ:
Arborei fœtus alibi.

Terent. *in Hecyr.* Habebam alibi animum amori debitum. Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 3. Alibi melius est te hospitium quærere. Siue illic, siue alibi libebit putare. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 5.

Alicubi, In aliquo loco, vspiam, vsquam. {ἐκεῖ που. GALL. *En quelque lieu, en quelque part.* ITAL. *In qualche luogo, in alcun luogo.* GERM. Etwan an einem ort. HISP. *En algun lugar.* ANGL. *In some place.*} Cic. *Attic. lib.* 6. Ita vt si saluus sit Pompeius, & constiterit alicubi.

Alicunde, Ex aliquo loco. {ποθεν. GALL. *De quelque lieu, de quelque part.* ITAL. *De qualche luogo.* GERM. Etwan har. HISP. *De algun otro lugar.* ANGL. *From any place.*} Terent. *in Andr.* Venit meditatum alicunde. ¶ Non semper locum significat, sed sæpe ad rem, aut hominem refertur. Plaut. *Persa*, Alicunde exora mutuum. id est, ab aliquo homine. Aliò, aduerbium. Ad alium locum, vel, Ad aliud. Terent. Plin. &c.

Alienus, a, um, Quod est alterius, siue quod ad alium pertinet. {זר *zar* נכרי *necheri.* ἀλλότριος, ἀλλογενής. GALL. *Aliené, qui est à autruy.* ITAL. *Alieno.* GERM. Frembd. HISP. *Ageno, enagenado.* ANGL. *Which belongeth to an other.*} Cic. 1. *Offic.* Difficilis est cura rerum alienarum. ¶ Alienum quoque aliquando dicimus, qui nullo nobis necessitudinis vinculo est deuinctus. Idem *epist. lib.* 1. Tantum cauto, vt neque amici, neque alieni tui, opera, consilio, labore desint. ¶ Interdum idem quod aduersus, vel abhorrens. Cic. 3. *Verr.* Lentulum homo non alienus a literis. ¶ Nonnunquam idem quod alienatus, hoc est, immutatus, & ex amico inimicus factus. Idem *lib.* 1. *epist.* Sin ille à me est alienior, nihil tibi literæ meæ proderunt. Idem *pro Deiotaro.* Quum is in te animo esset alieno. Idem *de Diuin.* Neque hoc dij alienum ducunt maiestate sua. Sic Senec. *de remed. Mort.* Alienus voluptatibus. Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 1. Alienum ingenio suo. Item, Quibus sui nihil est alienos mancupatis alienos manumittitis, alienisque imperatis. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 4. Ecquid aliena tabulor? *Ibid.* Suum repetunt, alienum reddunt nemini. Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Ab alienis cautiores sunt, ne credant alteri. *Ibid.* Ne alienam promittat, néve accipiat alienum. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 5. Qui pascunt alienas oues. Idem *Asin.* hominem alienum intromittat neminem. *Ibid. sc.* 4. *a.* 1. Aliena nihil moror. Idem *Capt. prol.* Alieno nato exhibere molestiam. *Ibid. sc.* 1. *a.* 4. Et Ouid. 13. *Met.*

——— *Aliena nomina gentis.*

Idem *El.* 3. *lib.* 3. *Trist.*

——— *Sic me dicunt aliena locutum.* (in febri.)

Alienis se negotiis offerunt. Senec. *c.* 12. *de tranquill.* Alienis malis torqueri, æterna miseria. Et, Alienis malis delectari voluptas inhumana, *ibid. cap.* 15. Alieno beneficio viuere, Velleius. Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 4. *Trist.*

Nec Semele Cadmo facta est aliena parenti.

¶ Alienum fortunæ suæ vultum gerere, id est, non conuenientem. Seneca.

Aliéno, as. Alienum facio, vel ex nostro dominio in alienum transfero, vendo. {נכר *nichchár* הזיר *hezir.* ἀπαλλοτριόω, ἐξίστημι. GALL. *Aliener, estranger.* ITAL. *Alienare, vendere.* GERM. Entfrembden/eussern. HISP. *Agenar, enagenar.* ANGL. *To sell, to alienat.*} Plaut. *Amphitr.* Non me alienabis vnquam quin noster siem. Senec. *epist.* 83. Ea res nos alienat morti (i. a morte.) Cic. *de lege Agraria*, Venire res nostras proprias, & in perpetuum alienari. Idem 5. *Verr.* Nam turpitudinem summam esse arbitrantur referri in literas publicas pretio paruo ea, quæ accepissent à maioribus vendidisse, atque alienasse. Est autem hoc verbum, quemadmodum & abalienare, ciuium Romanorum proprium, quo perfecta rei alicuius alienatio significabatur. Vnde Cic. scribit *in Topicis*, alienationem esse eius rei, quæ mancipi est, aut traditionem, aut in iure cessionem. ¶ Paulus tamen Iurisconsultus, Alienationis verbo vsucapionem contineri putat, Vix est enim, inquit, vt non videatur alienare, qui patitur vsucapi. Eum quoque alienare dicimus, qui non vtendo amittit seruitutes. ¶ Accipitur & Alienare, pro immutare, disiungere. Cic. *epist. lib.* 1. Hominem adolescentulum non tam allicere volui, quàm alienare nolui. *Ibid.* Qui & te nonnunquam a me alienarunt, & me immutarunt tibi. ¶ Alienari sumitur etiam pro corrumpi, quod vulgo dicitur Alterari. Celsus *lib.* 7. *c.* 16. Si verò adhuc ea sui coloris sunt, cùm magna festinatione succurrendum est. Momento enim alienantur, externo & insueto spiritu circundata. Loquitur de intestinorum curationibus.

Alienatus particip. {מוזר *muzár.* ἀπαλλοτριωθείς. GALL. *Aliené.* ITAL. *Alienato.* GERM. Entfrembdet/geeussert. HISP. *Agenado.* ANGL. *Alienated.*} Cicer. *in Lal.* Propter dissensionem autem, quæ erat in Republ. alienatus est à collega nostro Metello. Plaut. *Pseud. sc.* 4. *a.* 2. Symbolum qui à milite alienatus est. (i. interceptus.) Alienati à familia. (i. abdicati.) Quintil. Alienatus sensu animus, id est, sic immutatus, sic dimotus ac deiectus à ratione, vt nihil rectum sentiat, Liu. 1. *ab Vrb.* Sic alienatus sensibus, idem 5. *bell. Pun.* Item, Alienatus mente. Plin. *lib.* 28. *cap.* 8. Alienatus animus & offensus. Cic. *ad Attic. lib.* 1. Festus *lib.* 1. inter alienatus & abalienatus distinguit. Abalienatus, inquit, dicitur, quem quis à se remouit: alienatus qui alienus est factus. Fest.

Alienatus, nomen ex participio, ἀπηλλοτριωμένος. Vt alienata mens. Liu. 4. *belli punici.*

Alienatio, verbale. {נכר *nécher.* נכר *nécher.* ἀπαλλοτρίωσις. GALL. *Alienation, estrangement.* ITAL. *Alienatione, separatione.* GERM. Entfrembdung/eusserung. HISP. *Agenamiento.* ANGL. *Alienation.*} Cic. *in orat.* An quibus verbis sacrorum alienatio fiat, docere honestum est: quippe ipsa sacra retineri defendique possint, non honestum est? ¶ In alia significatione dicitur. Alienatio quasi separatio atque disiunctio cuiuspiam ab alio, hoc est, quum aliò quis alienat animum, studium, amorem, aut voluntatem, Cæs. 2. *bell. Ciuili.* Castrorum autem mutatio quid habet nisi turpem fugam, & desperationem omnium, alienationem exercitus? Cic. *in Lal.* Vt non statim alienatio disiunctióque facienda sit. ¶ Alienatio mentis, est tanta commotio, perturbatióque rationis, vt homo non sit compos sui. Plin. *lib.* 21. *c.* 21. Cor. Cels. *lib.* 4. *c.* 2.

[Alimodi, pro aliusmodi. Fest.]

Alióquin, & alioqui (vtroque enim modo dicitur) habent penultimam productam: accentus tamen est in antepenultima, ne videantur duæ actiones, significántque Aliter, seu alio modo, vel Quòd si nòn, vel Præter hoc. {ἄλλως, εἰ δὲ μή. GALL. *Autrement, sans ce, finon.* ITAL. *Altrimente.* GERM. Sonst/anderst. HISP. *En otra manera.* ANGL. *Otherwayes.*} Cic. 3. *de legib.* Minima olim fuit istius rei cupiditas, alioquin multa extarent exempla maiorum. Idem 3. *de Oratore*, Quorum ab Oratoris iudicio delectus magnus adhibetur: alioqui quomodo ille in suis hærebit bonis?

Aliórsum, versùs alium locum. {ἄλλοσε. GALL. *Vers autre lieu, coste, part.* ITAL. *Verso altroue.* GERM. Anderswohin. HISP. *Hazia otro lugar.* ANGL. *To another place.*} vt, Aliorsum ire, apud Plaut. Gell. *c.* 1. *lib.* 12. Vbi infantis aliorsum dari. (i. alij nutrici, quàm matri.) ¶ Item in alium partem. Terent. *in Eunuch.* Vereor ne illud grauius Phædria tulerit, neve aliorsum, atque ego feci, acceperit.

Aliouérsum, idem Plaut. *Aulul. sc.* 1. *a.* 2. Atqui istuc Amtrax aliouersum dixeram: Non istud quod tu insimulas.

[Alipes, velox, alas in pedibus habens. Item equus. Gloss. Mercurius cum talaribus.

Alipilus, alarum pilos in balneis vellens. Sen.]

Aliptes, qui in gymnasio palæstritas vngebat. Iuuenal. *Sat.* 3. & Cic. *epist. ad Lentulum.*

Aliter, aduerbium, fit ab Alis, huius alis, pro alius, sicut declinabant antiqui, & significat, alio modo. {ἄλλως. GALL. *Autrement.* ITAL. *Altrimente.* GERM. Anderst. HISP. *En otra manera.* ANGL. *Other wayes.*} Virg.

Dis aliter visum.

Cic. 4. *Verr.* Aliter decernere in eadem causa non potuisti. Ponitur etiam pro aliàs. Seneca *lib.* 1. Sanctus aliter & ingenio validus. Plaut. *Mostell. sc.* 1. *a.* 1. Cum mea dicta audietis, haud aliter dicetis. Senec.

cap. 4. de consol. ad Marc. Quod minus alitérve factum velis. Plaut. *Men. sc. 1. a. 2.* Aliter non deliftam,(i. nisi illud fecero.)

Aliubi, compositum ex Alius, & vbi, idem significans quod alibi. {ἄλλῃ πῃ, ἀλλαχοῦ, ἀλλαχῇ. GALL. Ailleurs en autre part, & lieu. ITAL. In altro luogo. GERM. An einem anderen ort/anderswo. HISP. En otro lugar. ANGL. In an other place or parte.} Plin. Nec vsquam aliubi candidæ nascuntur.

Aliunde, ex alio loco. {ἀλλαχόθεν. GALL. D'autre part. ITAL. D'altro luogo. GERM. Anderst woher/ von einem anderen ort her. HISP. De algun otro lugar. ANGL. From an other place or parte.} Plin. *lib. 15. cap. 19.* Inde repertum vt allatæ aliunde, & inter se colligatæ inuicem inserentur ficu. Nec tantum de loco, sed interdum de hominibus dicitur, Inquirite aliunde, vide quid fiet. Plaut. *Ampe. & Pseud. sc. 4. a. 2.* Dabo (quinque minas) ne quære aliunde. (i. ab alio homine.)

Aliusmodi, quasi alterius modi. Cæsar, Vno enim excepto, quem aliusmodi, atque omneis, natura finxit, suos quisque habebat charos.

Aliuta, veteres pro aliter scripsisse manifestum est, ex Græco ἄλλως, vel ἄλλως transferentes. Hinc est illud in legibus Numæ Pompilij, Si quis aliuta faxit, ipsus Ioui sacer esto. Festus.

Alizones, ἀλιζῶνες, Aliæ minoris populi, inter Mysios, Caras & Lydos siti. Autor Steph.

Allābor, iuxta labor. {נפתל naphtál. προσολισθαίνω. GALL. Couler fort en auprès. ITAL. Scorrere vicino. GERM. Herzu fallen/herzu rinnen/herbey fliessen. HISP. Deslizarse hazia otra cosa. ANGL. To steale or slyd to or nigh.} Claudianus,

———Siculis allabitur oris.

Cic. 1. *de Diuin.* Et humor allapsus extrinsecus, vt in tectoriis videmus, austrum imitari solet.

Allăbōrare, est alicui rei per laborem aliquid adijcere. {חרש charásch יגע iaghah עמל bamal. ἐπιπονεῖν. GALL. Labourer fort, s'efforcer, mettre grande peine. ITAL. Affaticarsi grandamente. GERM. Etwan darzu mit arbeit beifugen/arbeiten ob einem ding. HISP. Trabajarse con anzia. ANGL. To laboure with force.} Horat. 1. *Carm.* Simplici myrto nihil allabores. Significat etiam idem quod adnitor.

Allæuo, idem est quod læuo, hoc est, Planum facio. {מרק marák מרט marát. ἐπιλεαίνω. GALL. Polir, applanir. ITAL. Pianare, polire. GERM. Glatt oder eben machen. HISP. Alisar, allanar. ANGL. To mak plane or euen.} Col. *lib. 4. c. 25.* Nam ea plaga, quæ sic fit, vno vestigio allæuatur.

‖Allagium, cursus publicus: Protallagator, huius magister. Lex. gr. b.‖

Allalia, Ἀλαλία, Corsicæ insulæ oppidum, Phocensium opus, teste Herod. Gentile est Allalilæus, Ἀλαλιαῖος. Steph.

Allambo, is, ere, Lambo, attingo. {לחך lachách לקק lakák. ἐπιλείχω. GALL. Lecher, attoucher legerement & doucement. ITAL. Lingere, leccare. GERM. Lecken/sanfft anrühren. HISP. Lamer, ò lamber. ANGL. To lik, to touche softelie.} Quintil. Scitis ipsi quo exequiarum die labore extracta sit, quandiu filium tenuerit allambentibus flammis.

Allante, es, Ἀλλάντη Stephano, duorum oppidorum nomen est, quorum alterum in Arcadia, in Macedonia alterum collocatur. Inde Allantij Ἀλλάντιοι, qui & Allantenses dicuntur à Plin. *lib. 4. c. 10.*

‖Allassontes, calices.‖

Allatro, as, are, id est, Contra aliquem latro, & ad canes propriè pertinet. {נבח nabách. ἐπιλακτέω. GALL. Abbayer à quelqu'un. ITAL. Latrare, abbaiare ad alcuno. GERM. Anbellen. HISP. Ladrar contra alguna cosa. ANGL. To barke against any.} Allatrauerunt eum canes &, Allatratus est à canibus. ¶ Allatrare aliquem, per metaphoram, est per inuidiam criminari. Liu. 8. *bell. Maced.* Qui vino quoque eo allatrare eius magnitudinem solitus erat. Columella *in præfat. lib. 1.* Sed ne caninum (sicut dixêre veteres) studium præstandum locupletissimum quemque allatrandi.

Allātus, vide *Affero.*

Allāudo, as, are, Poeticum verbum pro Laudo, αἰνέω. Plaut. *in Merc.* Agit gratias mihi, atque ingenium allaudat meum.

‖Allaxomarium, vestiarium. Lex. gr. b.‖

Allecto, as, & Allector. Vide *Allicio.*

Allectus, vide *Allego, is.*

Allĕgo, as, Aliquò mitto, vel ad aliquem locum mitto. {שלח schilláh. παραπέμπω, προσπέμπω ἐπιτρέπω. GALL. Enuoyer en quelque lieu. ITAL. Allegare, mandare ad alcun luogo. GERM. Etwan hin mit befelch senden/oder schicken. HISP. Embiar persona à algun lugar. ANGL. To send vnto any place.} Plaut. *Amph. sc. 1. a. 1.* Aliquem hominem allegent, qui mihi aduenienti os occillet. Alium huic rei allegabo, si eam dabo prouinciam. Plaut. *Amph.* Pseudolum hunc allegauit qui mulierem abduceret. Id. in *Pseud. sc. a. 4.* Allegare autem dicitur de priuatis, legare de publicis. Item, Allegare dicitur de iis, quæ afferuntur ad impetrandam veniam Suet. *in August. c. 5.* Plaut. *in Casin.* Quin ei ipsi me allegauit, qui istam accersserem. Propterea autem eumque venustissimum verbum hoc locum obtinet, quem rei alicuius impetrandæ gratia ad aliquem mittimus eos, quos aut gratiam, aut autoritatem apud illum valere existimamus: quique veluti legatorum officio fungentes, nostram apud illum causam agant. Cic. *pro Sex. Roscio.* Homines nobiles allegat iis, qui peterent, ne Syllam adirent. Idem 3. *Verr.* Petit à me Rabirius, & amicos allegat: facilè impetrat. Idem 4. *lib. Epist. famil.* Extremum illud est, vt Philosophiam ad te allegem. Vsurpatur etiam pro Citare, siue Adducere, ἀπάγω, προφέρω, παράγω. Plin. Tum multa allegauit, quæ ad rem propositam pertinere minime videbantur. Allegare rem aliquam, aut hominem. Latiale proferre Fab. Quintill. Budæus, ἀναφέρειν, Latiura allegare, & in iure deferre apud Canhficari Pliu dixit. Cic. etiam & Canfum & proferre. Quint. & Iurisconsulti Allegare appellant. ¶ Allegare item pro afferere dicitur apud Iurisconsultos, vt Allegare se ex seruitute. Vlpianus *in l. 28. §. 1. D. de liberal. causs.* Allegare preces, precari. Apuleius *in Apologia.* Tacitas preces in templo deis allegasti.

Allegatus, us, m. g. Idem quod allegatio: Allegatu meo, pro Allegatione. Gell. *cap. 19. lib. 13.*

Allĕgātio, priuata legatio. {שליחות schillúach שליחות mischláhath. πρεσβεία, ἐπιτροπή. GALL. Enuoy, briegue par amis. ITAL. Imbasciata. GERM. Botschafft an ein ander orth. HISP. Aquella obra de embiar. ANGL. A message, a sending to a place.} Cic. 3. *Verr.* O dij immortales, quanta illa cupiditate, quibus allegationibus, illam sibi legationem expugnauit: id est, amicorum intercessionibus, & velut legationibus. ¶ Allegatio pro excusatione quæsita quippiam citando, atque allegando. Marcianus *D. lib. 13. tit. 1. l. 63.* Falsis allegationibus se à tutela excusare. ¶ Allegatio pro ipsa re quæ allegatur & citatur, defensionis causa. Iulius Firmicus *Mathesios lib. 1.* Sed iam huic nostræ allegationi, & ipsi qui contradicebant, ex parte consentiunt. ¶ Allegatio pro citatione ἀναφορά. *D. de minoribus. l. 17.* In integrum vero restitutio erroris proprij veniæ petitionem, vel aduersarij circumuentionis allegationem continet.

Allĕgo, is, Ascribo, deligo, deligendo addo, coopto. {חבר bachér חבר chibbér. ἐπιλέγομαι, συγκαλέω. GALL. Adiointer de nouueau à une compagnie. ITAL. Aggiungere alcuno ad vna compagnia. GERM. Herzu nemmen/in ein gesellschafft auffnemmen. HISP. Elegir para su compañia. ANGL. To ioyne to of newe to a companie.} Vnde apud Iulium Capitolinum scribitur, Marcum Antoninum philosophum multos ex amicis in Senatum allegisse cum Ædilitiis ac Prætoriis dignitatibus. Liu. *lib. 10.* Cæterùm quia de plebe allegebantur, eandem ægre passi Patres. Suet. *in Cæs. cap. 4.* Senatum suppleuit, patres allegit. & *in August. cap. 3.* Allegit iudices. & *cap. 35.* Senatores allegit. & *in Aug. c. 49.* Allegit quosdam (milites) in suam custodiam. Idem *in Tib. cap. 50.* Alleget in decuriam.

Allecti, dicebantur qui ad augendum numerum Senatorum ex equestri ordine assumebantur: qui etiam Conscripti vocabantur, προσγεγραμμένοι, συγκαλεσθέντες. Nam patres dicebantur qui erant Patricij generis. Suet. *in Ner. c. 1.* Allecti inter Patricios. Idem *in Otho. cap. 1. & in Cæs. cap. 80.* Allecti in Senatum peregrini.

‖Allectio, actus eligendi in senatum.‖

Allēgŏria, {משל maschal. ἀλληγορία.} cum accentu in penultima, figura est, quæ à Quintiliano dicitur inuersio, quum aliud verbis, aliud sensu ostenditur. Nascitur autem hæc figura ex continuata perpetuáque metaphora. Eiusmodi est illa apud Virg. 3. *Eclog.*

Claudite iam riuos pueri, sat prata biberunt.

id est, Desinite iam plura canere, quia satis audiuimus.

Allelengum, seu Allelengyum, genus tributi. Niceph. *in const. Imp.*

Allelu-jah, הללו-יה haleluiáh. Duæ dictiones sunt, quibus significatur, Laudate Dominum: HALLELV enim (vt Augustinus ait) imperatiui modi est, & significat Laudate: IAH verò vniuersalem, vel vniuersaliter, scilicet Deum. Hieronymus, Iah apud Hebræos vnum est de decem Dei nominibus. Et in illo Psalmo vbi legimus, Laudate Dominum, quoniam bonus est psalmus: in Hebræo est Hallelu-jáh. sunt autem duæ partes Hebraice iunctæ per maccaph.

Alleuio, as, are, Leuem facio, & imminuo. {GERM. Leychter/oder geringer machen. ANGL. To mak light or diminish.} Cic. *de Inuent.* Reprehensio est per quam argumentando aduersariorum confirmatio diluitur, infirmatur, aut alleuiatur.

Allĕuo, as, In altum tollo, erigo, leuiorem facio. {נשא nasá הרים herim ἐπαίρω. GALL. Eleuer, alleger. ITAL. Leuare in alto. GERM. Auffheben/in die höhe lupffen. HISP. Aliuiar ò soliuiar. ANGL. To lift on highe, to mak lighter.} Suet. *in Calig. c. 36.* Alleuare faciem. Senec. *c. 1. de consol. ad Elber.* Alleuare caput ex ipso rogo. Idem *cap. 9. de Consol. ad Polyb.* Alleuant nos fluctus. Quintil. Demittere, aut alleuare supercilia. Senec. *c. 1. de consol. ad Marc.* Non modò ex lucta consurgere, sed alleuari recusas. Quintilian. Vidi multos quorum supercilia ad singulos vocis conatus alleuarentur. ¶ Accipitur item Alleuo, pro leuius reddo. κουφίζω. Cic. *pro Sex. Roscio,* Hoc onus si vos aliqua ex parte alleuabitis, feram, vt potero. Transfertur etiam ad animum, pro eo quod est recreare, vel dolores mitigare. ἐπικουφίζω. Cic. *de Clar. Orator.* Quod aliqua ex parte sollicitudines alleuaret meas. Sic dicimus, Alleuare afflictum, hoc est, subleuare, A calamitate eximere. Quintil. Non petit, vt afflictum alleuaris, nisi probauerit & infeliciorem. ‖¶ Alleuare aliquem, i. occidere. Nouat.‖

Alleuātio, Alleuamentum, doloris mitigatio, siue diminutio. {מרפא marpé. ἀνακούφισις. GALL. Allegeance, allegement. ITAL. Allegiamento. GERM. Leychterung. HISP. Aquella obra de aliuiar ò soliuiar. ANGL. Asswaging or easing of pane.} Cic. *Familiar. 6.* Etsi tot tantisque rebus vrgemur, vt nullam alleuationem quispiam non stultissimus sperare debeat.

Alleuamentum, idem Cic. *pro Sylla,* Et in aduersis sine vllo remedio & alleuamento permanere.

‖Allex Gloss. Isid. polles in pede.‖

Allĭa, Ἀλλία. Plutar. *in Camil.* Nomen est fluuij, qui à Crustuminiis montibus præalto defluens alueo, Tiberino amni miscetur, quadragesimo ab Vrbe lapide, vbi magna strage Romani à Gallis profligati sunt. Hinc Alliensis dies dictus est, tanquam infaustus. Sunt qui arbitrentur hoc nomen esse fœmininum, decepti autoritate Lucani, Et damnata diu Romanis Allia fastis: quod tamen ita non est. Nam id licenter à Lucano factum est, per subauditionem nominis generalioris Aqua. Huius nominis prima semper producitur. Silius, Maior & horrificis sese extulit Allia ripis. Hæc erat in fastis cui dat grauis Allia nomen. Virg. *lib. 7.*

Quósque secans infaustum interluit Allia nomen.

Vbi Seruius malè putauit alterum l. metri causa esse interpositum. Nam quod Lucanus *lib. 7.* dicit, Non istas habuit pugnæ Pharsalia partes, Quas aliæ clades. Aliæ, non fluminis nomen, sed diuersitatis relatiuum est, ab Alius, alia, aliud.

Alliātum, vide *Allium.*

Allicco, Diomedi *lib. 1.* idem quod Allicio.

Allĭcio, is, allexi, allectum, ex Ad & lacio, Capio, capto, excito, inuito, blanditiis attraho, induco. {פתה pittah. δελεάζω, ἐπισπάω, ἐπάγομαι, ἐπιλέγομαι. GALL. Attraire, allecher, affriander, attirer par beau. ITAL. Lusingare, indurre & tirare con lusinghe. GERM. Zu im raitzen/ zu im locken. HISP. Atraer con algo. ANGL. To allure, inuite to draw with faire wordes.} Cic. *pro Plan.* Allicere voluntates alienas, retinere

pararat. Idem *pro Muræna*, Cato negat verum esse, beneuolentia cibum allicere. ¶ Inuenitur & præteritum Allexit, sicut ab Illicio, illexit. Liuio *lib.1. Hist.* Aulus vnus præmio multorum allexit animos. Id tamen admodum rarum est. Ouid. *6. Fast.*

Allexit somnus tempus noctisque marisque.

Allecti, qui propter inopiam ex equestri ordine in Senatus sunt numerum assumpti. Budæus *in Annotat.* Vide etiam supra post *Allego, as.*

Allectio, verbale, actus deligendi in ordinem Senatorium. Iulius Capitolinus *in M. Antonio*, Hispanis exhaustis Italica allectione contra Traiani præcepta verecunde consuluit.

Allector, oris, verbale, qui allicit. {מפתה *mephatteh*, ἐπαγωγεύς. GALL. *Attrayeur, allecheur, amadoüeur.* ITAL. *Attratore.* GERM. Zuhin raitzer/anraitzer. HISP. *Atraedor con halagos.* ANGL. *An allurer or intyser.*} Columella *lib.8.c.10.* Quasi allectores sint captiuorum.

Allecto, as, frequentatiuum ab Allicio, inuito, blande attraho. {פתה *pittah*, ἐπάγω. GALL. *Attraire par le menu, amadoüer, allecher par plusieurs fois.* ITAL. *Allettare con lusinghe.* GERM. Zuhin locken mit schmeichleren vnd süssen worten. HISP. *Atraer con halagos.* ANGL. *To intyse often.*} Colum. *lib.2.* Ad aquam duci oportet, sibiloque allectari, quò libentius bibant. Cic. *de Senect.* Agrum fruendum non modò non retardat, verumetiam allectat atque inuitat sectus.

Allicefacio, is, idem est quod allecto. {פתה *pittah*, ἐπάγω. GALL. *Allecher, attirer par quelque moyen.* ITAL. *Allettare, adescare.* GERM. Zuhin raitzen, mit locken zuhin bringen. HISP. *Atraer con halagos.* ANGL. *To allure, or intyse by any meanes.*} à quo Allicefio. Suet. *in Vitel.* Pronus verò ad cuiusque & quacunque de causa necem atque supplicium: nobiles viros, condiscipulos & æquales suos, omnibus blanditiis tantum non societatem imperij allicefactos, vario genere fraudis occidit.

Allido, is, Impingo, lædo, contra aliquid iacio, vel ad saxum, durúmve aliud corpus comminuo. {רטש *ratasch*, ἐγκρούω, προσκρούω, προσθραύω. GALL. *Abruter contre, froisser en heurtant.* ITAL. *Percuotere insieme.* GERM. Anstössen. HISP. *Herir vna cosa à otra.* ANGL. *To dash or beat to or against any hard thing.*} Lact. *lib.4.* Et in conspectu suo vexari acerbissime coniuges suas cernerent, violari ac prostitui virgines, decipi pueros, allidi paruulos. Cæs. *3. bell. Ciuil.* Et ex magno remigum propugnatorúmque numero pars ad scopulos allisa interficeretur. ¶ Allidi aliquis per metaphoram dicitur, pro damno affici. Col. *lib.1. cap.3.* Quoniam quum sit colluctandum cum eo, si fundus præualeat, allidi dominum. Cic. *ad Quint. Frat.* Sed hoc incommodum consolantur quotidianæ damnationes inimicorum, in quibus me perlubente Seruius allisus est: cæteri conciduntur.

Allisio, actus allidendi. Spartianus *in Mario Septimo*, Multa duorum digitorum allisione contriuit.

Allienus, i, proprium viri, qui fuit Prætor Siciliæ sub Cæsare. Hirtius *in Comment. de bello Afric. in princ.*

[Alliger, Gallus Gloss. Isid. quasi ad Ligerim habitans, vt Vulcan. in notis declarat.]

Alligo, propriè ad aliquid ligo. {צרר *tsarar* אסר *asar*. ἀναρτάω, ἐξαρτάω, προσδέω. GALL. *Allier, lier à quelque chose.* ITAL. *Allegare, legare à qualche cosa.* GERM. Anbinden, antnüpffen. HISP. *Atar alguna cosa à otra.* ANGL. *To bind to any thing.*} vt, Allegare vitem palis, vel ad palos. Col. *lib.2.* Arbustiuam vitem antequam putes, alligare diligenter oportet. Alligare canem fugitiuum agninis lactibus. Plaut. *Ps. sc.3.a.1.* Alium ego huic rei alligabo, ne time. (aliàs allegabo.) Idem *Amphit.* Item, Alligari negotio. Gell. *cap.7. lib.3.* Iura quibus licentiam fœminarum alligarunt. Liu. *lib.34.* Ouid. *El.8. lib.4. Trist.*

——— Adamas licèt alliget illud.

Alij alligati, alij astricti, alij districti. Sen. *de vita beata c.16.* ¶ Per translationem Alligare, est obstringere, obnoxium facere. Terent. *in Eun.* hic furti se alligat, ἐνέχεται κλοπῇ. Cicer. *pro Rabirio Posthumo*, Lex vbi omnes mortales alligat, sic loquitur. ¶ Accipitur & pro suo simplici. Idem *de Diuinat.* Alligandi essent omnes, qui cubitum irent. Idem *3. de Orat.* Neque verba alligata sint, quasi certa aliqua lege versus. ¶ Alligari quoque rei quis dicitur, cui ita est addictus, vt diutiùs ab ea abesse non possit. Sic adulescentulos scortis alligatos dicimus, qui meretriciis amoribus ita sunt irretiti, vt nonnulli ægrè ab iis possint diuelli. Senec. *cap. 17. de Consol. ad Elb.* Alliga te illius amplexibus. ¶ Cum Ad. vt Alligare se ad præcepta catholica. Quint. *lib.10. cap.13.*

Alligatio, ipse actus alligandi. {מסרות *maseroth* אסר *isur* אסר *esar* צרור *tsaror*. προσδέσις. GALL. *Liaison lien.* ITAL. *Legamento.* GERM. Anbindung. HISP. *Atadura.* ANGL. *Binding or knitting to.*}

Alligator, qui alligat. {אסר *oser*. προσδέτης. GALL. *Lieur, relieur.* ITAL. *Legatore.* GERM. Anbinder. HISP. *Atador.* ANGL. *A binder, that bindeth to.*} Colum. *lib.4.c.13.* Deinde sequitur alligator, cuius officium est, vt rectam vitem producat in iugum.

Alligatura, ἐπίδεσις, προσάμμα. Idem Colum. *de arboribus c.8.* Infra insitionem, & alligaturam falce acuta leuiter vitem vulnerato.

Allino, is, ex Ad & lino, Inungo, & linendo rei alicui induco. {סוך *suach* משח *maschach*. ἐπαλείφω. GALL. *Oindre, frotter en oignant.* ITAL. *Vngere.* GERM. Anstreichen, ansalben. HISP. *Vntar vna cosa à otra.* ANGL. *To anoynt, to ouersmere any thing.*} Plin. Sunt qui leporino coagulo mel addant, eóque dentem allinant. ¶ Allinere vitia sua alteri, pro Linere seu aspergere aliquem suis vitiis, dixit Seneca *Epist.7.*

Allium, herbæ genus satis notum, non dissimile porro, grauissimi odoris, quod tamen lassitudini mederi creditur, & serpentes fugare. {שום *schum*. σκόροδον. GALL. *Ail.* ITAL. *Aglio.* GERM. Knoblauch. HISP. *Ajo.* ANGL. *Garlick.*} Vnde etiam messoribus solet esse in deliciis. Virg. *in Bucolicis*,

Thestylis & rapido fessis messoribus æstu,
Allia serpyllúmque herbas contundit olentes.

Horatius eius odorem insectatur festiuo carmine,

Parentis (inquit) olim si quis impia manu
Senile guttur fregerit,
Edat cicutis allium nocentius.

¶ Ne allia comedas & fabas, μὴ τὰ σκόροδα μηδὲ κυάμους. Prouerbialiter videtur zeugmate dictum, pro eo quod est, Ne bellis, neve iudiciis adsis. Nam in bellum inferebantur allia commeatus militaris: in Iudiciis fabas esitabant ne obdormiscerent. Suidas. Erasm. putat referendum ad calculos fabarios, quibus antiquitus ferebantur suffragia. ¶ Ego tibi de alliis loquor, tu respondes de cepis: Ἐγὼ σκόροδά σοι λέγω, σὺ δὲ κρόμμυα ἀποκρίνῃ. Quum aliud respondetur quàm rogatus: vel contrà, quum inepte respondetur inepte sciscitanti. Consimia enim sunt inter se, cepe & allia. ¶ Ne allii quidem caput: subaudi dedit, vel apposuit, vel aliquid simile. Prouerbialis est hyperbole, qua vtus est Aristophanes *in Vespis*. Conuenit in sordidum & impendiò parcum. ¶ Allium in retibus, σκόροδον ἐν δικτύοις, de sordido commeatu dicebatur. Hinc natum, quòd Attici nauigationem, aut expeditionem adornantes, pro cibo allia in retibus imposita secum ferebant. Locus erit adagio, si quem admoneas, vt Philosophiæ studium aggressurus paret se ad frugalem vitam, ad vigilias & labores, sine quibus non paratur eruditio. Plaut. *Most. sc.1. a.1.* At te Iuppiter diique omnes perdant, oboluisti allium.

Alliatus, a, um, {σκοροδώδης. GALL. *Qui est aillé, qui sent les aulx.* ITAL. *Cosa con aglio, agliato.* GERM. Was knoblauch hat, oder dauon stinckt. HISP. *Ajado, con ajo.* ANGL. *whic hismelleth of garlick.*} Sine me alliato fungi, fortunas meas, hoc est, Permitte me quem allium olere & foetere dicis. Plaut. *Mostel. sc.1. a.1.*

Allium Vlpicum, siue Cyprium, siue ἀμπελόπρασον, atque, vt opinor, σκοροδόπρασον Dioscoridis. Plin. *lib.2?. cap.6.*

Allo, lapis est rotundus, quo fabri instrumenta sua acuunt.

Allobroges, Ἀλλόβρογες, καὶ Ἀλλόβρυγες, Stephano. GERM. Die Sauoyer. Populus Galliæ iuxta Lemanum Rhodanum, nunc Sabaudienses, & Delphinates, victoria Fabij, & Catilinæ coniuratione noti, ad tractum Lugdunensem siti, Ptolemæo. Horatius *Epod.16.*

Nouisque rebus infidelis Allobrox.

Allobrogicus, a, um, adiect. ἀλλοβρογικὸς, vt apud Cels. *lib.4. cap.3.* Vinum Allobrogicum.

Alloces, [illegible], digiti pedum. Althelm. *cap.19.*

Allodium, res libera, & propria alicuius, ex quo præstatur tributum. *Lex si quis. § interdum. ff. de relig. & sum. fun.* dicitur etiam hæreditas, quam vendere, vel donare possum. Deductum putat Alciatus à laudo, & allaudium fundum dictum, qui pleno iure ad possessionem pertinet, pro quo nullum alicui laudatiuum præstandum est. ¶ Allodium, barbarum vocabulum est feudo contrarium, à Gothis, quemadmodum & hoc, introductum, quo significatur possessio, vel res ita libera & soluta ab omni clientela, vt possessor ob eam rem nemini fidem & clientelam debeat. Ex Hotomanno.

Allophylus, a, um, dici potest alienigena, alterius tribus. Nam ἄλλος significat aliud, & φῦλον genus, gentem, nationem. Ambros. *lib. Offic.* Aduersarios suos Hebræi Allophylos, id est, alienigenas Latino appellant vocabulo. Hoc nomine dicti sunt Palæstini, qui & Philistæi φ in π mutato, vt testatur D. Hieronymus.

Alloeotheta, ἀλλοιόθετον, figura est syntaxin concernens, quum scilicet contra vulgatos constructionis canones aliquid variamus. Vnde & Variatio à Prisciano interpretatur. Confundit autem numerum: vt, Pars in frusta secant: vel casum: vt, Tu mihi quodcunque hoc regni, pro, hoc regnum: vel genus: vt, Dulce satis humor, depulsis arbutus hœdis, Lenta salix fœto pecori, mihi solus Amyntas. Ad Dulce enim quod est neutrum, tam masculina, quàm fœminina reddidit.

Alloquor, Compello. {דבר *dibber*. προσαγορεύω, προσλαλέω. GALL. *Parler à quelqu'vn.* ITAL. *Parlare.* GERM. Anreden, ansprechen. HISP. *Hablar à alguno.* ANGL. *To speak any man.*} Saluus sum, noui homines, alloquor. Plaut. *Men. sc.5. a.5.* Heus tibi dico, te alloquor, Vigila. Idem *Milit. sc.2. a.2. & ibid. sc.5. act.2.* Tecum loquor: mox, Te alloquor, pro, (Tibi dico.) Adito, atque alloquar vltrò, Animule mi. Idem *Menæch. sc.4. a.2. & ibid. sc.2. a.3. & sc.2. a.5.* Item, pro Precor, voueo, Diis aduenientem pro meritis gratias agere atque alloqui. (id est, precari, vouere.) Idem *Amphit.* Arma induit Æneas, alloquitúrque Iouem, id est, vouet & precatur. Autor ad Her. Te nunc alloquor, Africane. Plaut. *Amphit.* Alloqui perparcè liceat obsecro. Varr. *5. de Ling. Lat.* Alloquutum mulieres ire aiunt, quum eunt ad aliquem consolandi causa. Senec. *cap.24. de consol. ad Polyb.* Alloquendi partes (i. consolandi.) ¶ Alloqui familiariter cum aliquo. Curt. *lib.6.* Sed etiam familiariter alloqui cum eo, &c.

Alloquium, ij, {דברה *dabberah*. προσφώνημα. GALL. *Parole auec vn autre.* ITAL. *Parlamento con vn' altro.* GERM. Das anreden, oder ansprechen. HISP. *Habla à alguno.* ANGL. *Speaking or talking with another.*} Liu. *2. ab Vrbe.* Et ipse quoque fortunam benigno alloquio, comitate inuocandi, beneficiis quos poterat sibi conciliando adiuuabat. Ouid. *El.4. lib.1. Trist.*

Ausus es (Attonitum) alloquio sustinuisse tuo.

& *Eleg.7. lib.1. Trist.*

——— alloquij parte leuare tui.

Idem *Eleg.5. lib.4.*

Cuius ab alloquijs anima hæc moribunda reuixit.

Plin. *lib.26. c.22.* Hospitali regis clementia sex mensium tempore imbutus alloquio. ¶ Durus alloquiis, [illegible], prouerbiali figura dicitur is, qui est inexorabilis.

Allocutio, verbale, ipse actus alloquendi. Venustius est & vsitatius Alloquium. Plin. *Epist. vlt.* Mutat personam, vertit allocutionem, id est, sermonem Allocutione solari aliquem. Catul. *ad Cornific.* Fatigatæ alloquutiones. Senec. *c.1. de consol. ad Mar. & c.3. de consol. ad Elber.*

Alloria, Ἀλλωρία, vrbs Cretæ, vt ex Polyhistore refert Steph. Gentile est Alloriates, ἀλλωριάτης.

Alloscorodon, {ἀλλοσκόροδον. GALL. *Cappres.* ITAL. *Cappare.* HISP. *Alcaparra.*} Herba est Dioscoridi, quæ notiore nomine Capparis appellatur.

Allotriges, ἀλλότριγες, populi in tractu Septentrionali Hispaniæ. Strab. *lib.3.*

Allubesco, scis, siue Adlubesco, lubens facio, obedio, faueo, consentio. {יאות *iaoth*. συναρέσκω. GALL. *Estre agreable.* ITAL. *Far volontieri.* GERM. Etwan anfahen lieben, gutwillig thun. HISP. *Hazer de gana.* ANGL. *To do willinglie, to consent.*} Plaut. Hercle vero iam mihi adlubescit pittaculum.

Alluceo, es, ere, alluxi, compositum ex Ad & luceo, ἐπιλάμπω. Plaut. Tibi fortuna faculam lucrificam allucere vult. Suetonius *in Vitellio*, Flagrante triclinio ex concepto camini, tum quidem consternatis, & quasi omine aduerso anxiis omnibus, inquit, Bono animo estote, nobis alluxit.

Allucinor, Propriè oculorum est, quum illi circa obiectum falluntur, alterumque pro altero conspicere nobis videmur. {פתה *pathah* הזה *hazáh*. ἀμβλυώττω. Gall. *S'abuser & se tromper, errer.* Ital. *Abbagliare, vacillare.* Germ. Fählen/Irren mit dem gesicht. Hisp. *Ver como por entre luz y tinieblas, errar enganarse.* Angl. *To deceaue him self, to erre.*} Col. *lib.* 8. Custodis officium, sublimem celsissimamque oculorum veluti speculam desiderat: vt neque tardiores grauidas, dum cunctantur, neque agiles & foetas, dum procurrunt, separari à caeteris sinat: ne fur, aut bestia allucinantem pastorem decipiat. ¶ Ponitur etiam pro Errare, decipi, falli. Cic. *ad Attic.* Ego tamen suspicor hunc, vt solet, allucinari. Gell. *lib.* 16. *c.* 12. Verbum hoc iubet aspirari, etiamsi ἀπὸ τοῦ ἀλύειν, quod tenui spiritu scribitur, velit deduci.

Allucinatio, Aberratio. {הבתול *batthúl* פתי *pethi* פתיות *pethájuth*. ἀμβλυωπία. Gall. *Faute, fourvoyement, deception.* Ital. *Abbarbaglio.* Germ. Fählung oder irrung. Hisp. *Aquella obra de ver assi, error y engaño.* Angl. *Erring.*} Nonius, Et assiduò oscitantem vidit, atque illius quidem, delicatissimas mentis & corporis allucinationes.

Allucitae dicuntur, quos κώνωπας Graecè dicimus, vnde Allucinari, id est, vana somniare. Fulgent.

Alludo. Ludendo alicui blandior. {צחק *tsachák* תפף *tapháph*. προσπαίζω. Gall. *Se iouer à quelqu'un.* Ital. *Alludere, far festa.* Germ. Schmaichlen mit einem kurtzweyl treiben. Hisp. *Aludir, y burlar mirando à otra cosa.* Angl. *To scoffe priuelie, to smyle vpon.*} Et propriè est puerorum cùm ludentes nutrici, vel parentibus blandiuntur: aut etiam canum cùm motu caudae suis heris adulantur. Lactan. *lib.* 3. Aut homini alludunt animalia. Est item Alludere (vt scribit Valla *lib.* 4.) quum aliud dicimus, & ad aliud sententiam latenter referimus, quum aliò quod dicitur refertur. Virg. 7. *Aeneid.*

Nec plura alludens, ea vox audita laborum
Prima tulit finem.

Cic. *de Orat.* Galba autem alludens, variè & copiosè multas similitudines afferre. ¶ Alludere historiam, est ad rei fidem verba componere: quod proprium est Poëtarum, qui in fabulosis suis narrationibus historiae veritatem vno atque altero verbo nonnunquam attingunt. ¶ Alludere Philosophiae, pro Quasi per lusum & non seriò tractare philosophiam. Senec. *ep.* 73. Item pro Fauere. Idem Senec. Quum tibi alludit huius vitae prosperitas.

Alludio, as, are, blandior. Plaut. *Poen.* Etiámne meae latrant canes. AG. At tu Hercle alludiato: dato mihi pro offa suauium, pro esse linguam obicito.

Alludentia spei nostrae sequamur. Senec. *cap.* 10. *de Tranq.*

Allusio, ad vocis quoque similitudinem refertur, vt possessio quasi positio: magistri, quòd monstrent: furtum, quasi futurum: testamentum, testatio mentis: sacellum, sacra cella: interdictum, inter duos dictum.

Alluo, is, iuxta fluo, abluo, allabor. {נזל *nazál* נשך *naschách* שטף *schatáph*. ἐπικλύζω. Gall. *Couler aupres, arrouser.* Ital. *Bagnare, scorrere vicino.* Germ. Anfliessen/an etwas rinnen. Hisp. *Lauar con auenida.* Angl. *To watter and wash away by wattering.*} Est autem compositum ex Ad, & antiquo verbo luo, quod est eiusdem significationis cum verbo Lauo: à quo fiunt & Abluo, Colluo, Diluo, Eluo, & similia. Fluuij dicuntur vrbes alluere, qui eas praeterlabuntur: sic & maria terras alluunt. Cicer. 2. *de legibus.* Diuisus aequaliter in duas partes, latera haec alluit. Idem *de orat.* Ita iactantur fluctibus, vt nunquam alluantur. Plin. *lib.* 6. *c.* 4. Flumen Sidenum quo alluitur oppidum Polemonium. Cic. 5. *Verr.* Non alluuntur à mari moenia extrema: sed influit in vrbis sinum portus. Curtius: Montem leniter alluit praeteriens amnis. Catul. *ad Ortal.*

Namque mei nuper Lethaeo gurgite fratris
Pallidulum manans alluit vnda pedem.

[Allutes, allutium, allutia, loca coenosa, vbi fluuius alluendo coenum dimittit. Isid.]

Alluuio, nis, inundatio. {שטף *schéteph.* ἐπίκλυσις. Gall. *Rauine d'eau, desgorgement d'eau.* Ital. *Inundatione.* Germ. Anrinn/anstoß des wassers/wasserguß. Hisp. *Auenida de agua.* Angl. *A deludge, inundatione or surrounding of watters.*} Immoderata aquarum violentia vel plunialium, vel fluuialium, similiúmque, quae non tantùm agros confundit, sed quandoque eripit, & nonnunquam funditus destruit. Sed quum pars alicuius agri impetu fluminis aggeritur in alium agrum, tunc cedit in possessionem eius, cuius est ager. Vnde Lucanus, Illos terra fugit dominos, his iura colonis Accedunt donante Pado. Cic. *de Orat.* Alluuionum, circumluuionum iura. Circumluuio autem, περίκλυσις, est quum partem alicuius agri rapidus amnis in alueum suum impulerit, & in modum insulae circumuoluerit, quae ipso iure viciniotis erit. Alluuies, pro eodem. (Valla tamen exponit sordidam aquam quae alluit, vbi lutum cum aqua non multa. Liu. *lib.* 2. In proxima alluuie, vbi nunc ficus Ruminalis est, quam Romularem vocatam ferunt, pueros exponunt.) Col. *lib.* 3. *c.* 11. Vel etiam valles quae fluminum alluuie & inundationibus concreuerint. Proluuies propriè sordis profusio. Virg. *lib.* 3.

———*foedissima ventris Proluuies.*

Illuuies, ἀλουσία, est etiam immunditia in homine, aut veste, aut re quauis alia insita, seu iniecta. Terent. *in Heaut.* Pannis obsita, neglecta immunda illuuie. Virg. *lib.* 2.

———*dira illuuies, immissaque barba.*

Eluuies propriè dicitur quod expurgatur, praesertim aquarum fluxu: quamuis & alterius humoris dici possit. Plin. Quod in tutis notatur oppidis, quae minus quatiuntur crebris ad eluuiem cuniculis cauata. Lactant. *lib.* 7. Eluuiem posuit pro aquarum inundatione, quum ait: Eluuie aquarum euertentur ciuitates. Flumen per translationem a Cic. *in oratione pro domo sua*, ponitur pro exitio, & interitu: sed certo inquit, Tu ad labem atque eluuiem ciuitatis sine summa vi peruenire potuisti. Colluuies, Sordes coeno, aut cumulis collecta. Col. *lib.* 1. Tum etiam natantium, serpentium pestes hyberna destitutas virgine, coeno &

fermentata colluuie venenatas emittit. Colluuio idem est quod Colluuies. Cic. *de Senect.* O praeclarum illum diem quum in illud diuinum animorum concilium coetúmque proficiscar, quumque ex hac turba & colluuione discedam. Hier. *ad Heliod.* Neget & sacrilegum esse, qui in libidinem se dedit, qui membra Christi, & hostiam viuam, placentem Deo, cum publicarum libidinum victimis nefaria colluuie violauit. Diluuium κατακλυσμὸς, terrarum inundatio: qualem Noe aetate contigisse ex sacris literis constat, aut (vt poetae fabulantur) Deucalionis temporibus.

[Alluuium, ruina riparum ex aqua. Gloss. Isid. ab alluendo.]

Alluuius ager, à veteribus dicebatur quem paulatim fluuius in agrum reddit.

Allus. Pollex, proximum digitum scandens, à Graeco ἄλλος. Festus.

[Almageste Ptolemaei μεγίστη συντάξις, ex art. Arab. & dicta Graeca voce.

Almanacum, *Almanach*, i.e. Calendarium, ex *al* articulo Arabico, & μὴν dictione Graeca, mensem denotante conflatum.]

Almedessos, ἀλμυδησσός, oppidum in ora Thraciae, non procul à Bosphoro. Recensetur à Plin. *lib.* 4. *c.* 11. Ptolemaeus vocat ἀλμυδησσὸν, Halmidassum. Aut potiùs ἀλμύδησσος sine aspiratione.

Almene, ἀλμήνη, oppidum est ad Pontum Euxinum: à quo fiunt gentilia, Alminius, ἀλμήνιος, & Almenites, ἀλμηνίτης. Stephanus.

Almities, Almarum rerum habitus. Festus.

Almo, onis, riuulus est ante portam Capenam, in quo sacerdotes Cybeles deae simulacrum, & cultros sanguinolentos, & sua vulnera solent abluere. Ouid. 4. *Fast.*

Est locus, in Tyberim quà lubricus influit Almo.

Almon, ἄλμων, oppidum Thessaliae, quod à nonnullis Elmon appellatur, teste Plin. *lib.* 4. *c.* 8. ¶ Est etiam Almon apud Virg. 7. *Aeneid.* Pastoris nomen, filij Tyrrhaei, regij pecoris magistri.

Almopia, ἀλμωπία, Macedoniae pars est, quae ab Almope gigante, Helles ex Neptuno filio, nomen accepit: à qua etiam incolae Almopes dicti sunt & Almopij. Steph.

Almos, ἄλμος, Sisyphi filius, vt inquit Apollonius, frater Porphyrionis, ex cuius filia Chrysogone, & Neptuno, natus est Minyas rex Orchomeni. Idem tamen Minyae matrem Hermippen Boeoti filiam appellat.

Almus, a, um, ab alendo (vt docet Festus) idem quod alens, vel alimoniam suppeditans. {אדון *adhon* אמן *omén* חי *chai.* τροφιμός, ζείδωρος. Gall. *Qui nourrit copieusement.* Ital. *Nutritore.* Germ. Ein ernehrer. Hisp. *Lo que mantiene.* Angl. *That nurisheth.*} Vnde alma tellus peculiari dicitur epitheto, quòd fruges suggerat, quibus alimur. Col. *lib.* 3. *cap.* 21. Quibus alma tellus annua vice, velut aeterno quodam puerperio laeta, mortalibus distenta musto demittit vbera. Simili etiam ratione ζείδωρος ἄρουρα quidam Homero dictam putant, quasi ζωόδωρος, quòd aruorum feracitati vitam debeamus. Plin. tamen *lib.* 18. *cap.* 8. ζείδωρος ἄρουρα dictam mauult, quòd zeam suppeditet: quod frugis genus olim summo habitum est in honore. Cereri quoque hoc epitheton assignauit Virg. *lib.* 1. *Georg.*

———*vos ò clarissima mundi*
Lumina, labentem caelo quae ducitis annum,
Liber, & alma Ceres.

Apud Plaut. quoque *in Curc. sc.* 1. *a.* 2. Parasitus Heram, hoc est, Fortunam (quam nutricem suam appellat) Almam nominat. Inuoco (inquit) almam meam nutricem Heram. (Cererem sup.) ¶ Accipitur & pro sancto, siue pulchro: vnde & Venerem Almam appellat Virg. *in Epigr. de Venere & vino,*

——— *proli Venus alma creandae Seruiat.*

Alma fides. Cic. 5. *Offic.* ex Ennio. ¶ Item pro tranquillo, siue sereno. Virg. 5. *Aeneid.*

Praeterea si nona diem mortalibus almum
Aurora extulerit.

Almitas, idem quod sanctitas.

Almyrodes, Martialis, Inter Spondophorum Telesphorúmque Siden stare putabis Almyroden: Quum tu simpliciùs senem fateris. Quod carmen Alciat. *lib.* 11. *Parergôn*, ita exponit, Ridet, inquit, poeta caluum quendam, cuius tempora erant crinita, adeò vt tria capita viderentur, duo similia Spondophori & Telesphori puerorum comas nitidas alentium: medium caluitie deforme simillimum Sidae almyrodi, id est, pomo, seu meloni salis. Est autem Almyrodes Graecis ἁλμυρώδης, quod salsum significat.

Alnus, arbor est aquosis locis gaudens, ex qua primùm factae sunt lyntres: ita dicta, quòd amne alatur. {κλήθρα. Angl. *An alder tree.*} Nascitur enim iuxta fluuios, aquísque obruta (vt inquit Vitruuius) non facilè corrumpitur: vnde & lignum eius ad naualem materiam in primis commendatur. Lucan.

———*& fluctibus aptior alnus.*

Hinc fit vt & pro naui quandoque poni soleat. Virg. 1. *Georg.*

Tunc alnos primùm fluuij sensere cauatas.

Claudian.

Qui dubijs ausus committere fluctibus alnum.

Scribit Aristoteles Alnos in sola Creta steriles non esse. In alnos sorores Phaëtontis mutatas ait Virgilius. Non est infrugifera, sed floret ac fructum fert. Flos paruulus rubescit. Semen exiguum in compactili calo, qui mori magnitudine, nec forma dissimilis.

Alo, is, alui, alitum, vel altum, significat nutrio, alimentis sustento, educo. {אמן *amán* [illegible] *chijjáh* גדל *ghiddél.* τρέφω. Gall. *Nourrir.* Ital. *Nutrire.* Germ. Ernehren/erhalten. Hisp. *Criar, mantener.* Angl. *To nurishe, to feed.*} Quid dotis dabis? C. vt semper dum viuat, me alat. Plaut. *Curc. sc.* 2. *a.* 2. Misereat, si familiam alere possim misericordia. Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Illic homo homines non alit. Idem *Men. sc.* 1. *a.* 1. Doceo quo simus alendi modo. Ouid. 13. *Met.* Viri boni me pauperant, improbi alunt. Cic. *de natura Deor. lib.* 2. Omnia quae aluntur, & crescunt, continét in se vim caloris. Idem *pro Sexto Roscio.* Anseribus cibaria publicè locantur, & canes aluntur in Capitolio. ¶ Transfertur & ad res incorporeas. Cic. *in Catil.* Qui spem Catilinae mollibus sententiis aluerunt. Quint. Sed alere facundiam, vires augere eloquentiae. Virg.

Hos successus alit, id est, augere facit.

Sic etiam dicimus, Honor alit artes, hoc est, Auget artes, & ad eas capessendas nos incitat. Speciem prouerbij habet, quo admonemur, honorem esse praemium virtutis. ¶ Duo sunt huius verbi participia praeteriti temporis, Alitus & Altus, quemadmodum & duo supina Alitum & Altum. Diomedes tamen Alitum rectius dici putauit, quam Altum, idque ambiguitatis vitandae gratia. Apud Ciceronem tamen contrà, Altum saepius legimus, quàm Alitum. vt *in Bruto*. Vidésne igitur, vt eâ ipsa vrbe, in qua & nata, & alta sit eloquentia, quàm ea sero prodierit in lucem?

Alodis, vel Alodium, est haereditas omnis, quae à parentibus possidetur, & accipitur.

Altor, oris, verbale, qui alit, siue educat. {אמן *omén*. τροφεὺς, θρεπτήρ. GALL. *Nourrissier*. ITAL. *Balio*. GERM. Ein erneerer. HISP. *Criador ò mantenedor*. ANGL. *He which nourisheth, or feedeth*.} Cic. *lib. 2. de nat. Deor.* Omnium autem rerum, quae natura administrantur, seminator & sator & parens, vt ita dicam, atque educator & altor est mundus.

Altrix, icis, quae alit. {אמנת *omeneth*. θρέπτειρα, ἡ τροφός. GALL. *Nourrisse*. ITAL. *Balia, nutrice*. GERM. Ein erneererin auferzieherin-seugamm. HISP. *Criadera ò mantenedera*. ANGL. *She that nourisheth*.} Plin. *lib. 10. c. 64.* Altricemque habere per se vitam illam, quae satis arboribúsque contingat.

Alebra, bona quibus alimur.

Alibilis, e, quod facultatem habet alendi. {אמן *émen*. θρεπτικός. GALL. *Nourrissant*. ITAL. *Cosa da nodrire*. GERM. Das wol neert. HISP. *Cosa que cria*. ANGL. *which nourisheth, nurishing*.} Varro *de re rustic. lib. 2. cap. 11.* Est enim lac omnium rerum, quas cibi causa capimus liquentium maximè alibile.

Altura, pro nutricatione. {מחיה *michjah*. ἡ θρέψις, ἡ τροφεία. GALL. *Nourriture*. ITAL. *Nutritura*. GERM. Erziehung. HISP. *Criança*. ANGL. *Nurishment*.} Gell. *lib. 12. cap. 1.* Altricem feram, & saeuam criminatus est.

Alimentarius, a, um, quod ad alimentum pertinet. {σιτικός. GALL. *Appartenant à la nourriture*. ITAL. *Pertinente al nutrimento*. GERM. Das zu der erneherung/oder erziehung gehört. HISP. *Cosa perteneciente à mantenemiento*. ANGL. *Which perteineth to nurishment*.} vt, Lex alimentaria, qua filij parentes alere tenebantur. ¶ Alimentarius, cui alimenta legata sunt: saepe legitur in iure ciuili, & praecipue *in l. prum ¶. de transact. lib. 2 Pandect.*

Alimentum, quod datur ad vitae sustentationem. {מזון *mazón* מחיה *michjah*. τροφή. GALL. *Nourriture, aliment*. ITAL. *Nutrimento*. GERM. Nerung. HISP. *El mantenemiento*. ANGL. *Meate, nurishment*.} Scribunt Iurisconsulti, Alimentis legatis, cibaria, & vestitum, & habitationem deberi: quia sine his ali corpus non potest. Plin. *lib. 11. c. 13.* Hoc quidam attingi vetant, vt largo alimento valida exeat soboles. Cicer. *de Vniuer.* Nec verò desiderabat mundus alimenta corporis. Inter alimenta igitur & cibaria hoc interest apud Iurisconsultos, quòd illorum nomine ea omnia continent, sine quibus ali corpus non potest. Horum verò tantùm quae ad cibum pertinent. Senec. *cap. 11. de consol. ad Mart.* Alimenta meruit sua homo, quorum modum inopia rumpit. Gell. *c. 4. lib. 9.* Eius victus alimento vesci. Et Liu. *lib. 5. d. 4.* Alimenta rumoribus addere.

Alimonia, idem quod alimentum, nutrimentum. Macrobius. Et Gell. *lib. 17. c. 15.* Amissóque omni naturalis alimoniae fundamento, homo exhaustus interêat.

Almonium, ij, idem. Var. *lib. 3. c. 16.* Haec omnia vocant è mellis alimonio, aluos.

Alsium, algidum, frigidum. Lucr. *lib. 5.*

Altilis, & in plurali Altilia. {אבוס *abús*. σιτευτά. GALL. *Qu'on engraisse, nourry pour engraisser*. ITAL. *Tutte le cose che s'ingrassa*. GERM. Gemeste thier/man mestet. HISP. *Cosa par engordar*. ANGL. *which is made fat by nurishing*.} quicquid domi, vel in villis, vel in viuariis saginatur, siue sit auis, siue quadrupes, siue piscis: ab alendo, quasi Alitilis: vt, Altilis gallina, quae alita est. Gell. *c. 8. lib. 15.* superiorem partem auium atque altilium qui edunt, eos palatum non habere. Apuleius *Apologia pr.* Nón magis arbitror quàm si quaererem lepores, vel apros, vel altilia. Macrobius, Altilem sanguinem dixit, non qui alitur, sed qui alit, τρόφιμον, quasi Alentem. Plaut. *in Cist.* Dotem altilem, opulentiam dixit.

Altus, us, ui, alendi actio, θρέψις, Macrob. *Satur. lib. 1. c. 20.* Vel terrae, vel rerum naturae altu nutritur vniuersitas.

Alumnari, Alere & enutrire, {אמן *amán* גדל *ghiddél*. τρέφειν. GALL. *Nourrir*. ITAL. *Nodrire*. GERM. Erziehen. HISP. *Criar*. ANGL. *To nurishe, to feed*.} Apul. *lib. 8. de Asin.* Quos ad tutelae praedia curiose fuerant alumnati. Vox non satis recepta Latinis.

Alumnus, dicitur filius, vel discipulus, qui ab aliquo, velut à patre, alitur, siue victu, siue moribus, siue doctrina. {אמון *amón*. τρόφιμος. GALL. *Nourrissant, celuy qu'on nourrit*. ITAL. *Allieuo, chi è nodrito*. GERM. Ein erzogner oder jüngling. HISP. *Criado*. ANGL. *An foster, he which is nurished, or brought vp either in meate, maners or learning*.} Cicer. *Dolabellae*. mihi verò gloriosum, te iam nunc Consulem florere laudibus, quasi alumnum disciplinae meae. Curt. *lib. 7.* Oro quaesoque, ne humanarum rerum terminos adeuntem alumnum, commilitonem vestrum ne dicam regem, deseratis. Virg. *6. Aeneid.*

Nec non & Tityon, terrae omnipotentis alumnum
Cernere erat.

Plaut. *Mil. sc. 4. a. 2.* Oh ocellus es meus, tuus sum alumnus. (quid etiam meam mam adeo.) ¶ August. *lib. 7. de ciu. Dei*. Alumnus Iupiter dictus quòd omnia aleret. Nonius putauit tam actiuè, quàm passiuè accipi posse, hoc est, tam pro eo qui alit, quàm qui alitur, quo nomine reprehenditur immeritò à Valla. Nam & Cic. & Plin. & Corn. Tacit. in hac significatione posuerunt. Plin. *lib. 3. c. 5.* Terra omnium terrarum alumna, eadem & parens numine Deûm electa, de Italia dictum. Sic Corn. Tacit. *in Dialog. de Clar. Orat.* Est, in quit, magna illa & notabilis eloquentia, alumna licentiae, quam stulti libertatem vocant.

Alumni Christianiae, pro Christianis. Pruden.

Aloe, {אהלות *ahaloth*. ἀλόη. GALL. *Herbe tres amere, de laquelle le suc s'appelle aloe*. ITAL. *Herba di aloe*. GERM. Aloeskraut so bitter safft hat. HISP. *Hierua babosa*. *Acibar*. ANGL. *An very bitter herbe the iuice whereof is called Aloe*.} Herba est amarissimi succi, quae à quibusdam Semperuiuum marinum appellatur. Resistit vernabus & putredini, ac vitiis vtilis est. Gignitur in India & in Arabia, herba odoris grauissimi, foliis pinguibus, & crassis, & in modicam latitudinem se fundentibus, atque latis, & in spinulas retusas desinentibus. ¶ Plus aloes quam mellis habere, prouerbialis metaphora, perinde declarans, ac si dicas, plus molestiae, quam voluptatis. Apud Plautum alicubi legitur, vitam hominis plus aloes, quam mellis habere. Et Iuuenal. *de vxore*.

Plus aloes quàm mellis habet.

Aloeus, ἀλωεύς. Nomen Gigantis, Titanis & Terrae filij: cuius vxor Iphimedia, à Neptuno violata, duos peperit filios, Otum, & Ephialtem, quos Aloeus pro suis educauit: vnde & Aloidae, ἀλωεῖδαι, appellati sunt. Hi quum Gigantibus superis bellum inferentibus, operam ferrent, Apollinis & Dianae telis confixi sunt. Virg. *6. Aeneid.*

Hic & Aloidas geminos, immania vidi
Corpora, qui manibus magnum rescindere caelum Aggressi.

Aloga, ἄλογα, pro equis passim sumuntur apud Leonem, Mauritium & alios.

Alogia, ἀλογία. {ANGL. *Lacke of reazone*.} Latinè irrationalitas (vt ita dicam) interpretari potest, quum scilicet quauis in re à rectae rationis dictamine recedimus. August. *ad Casulanum* pro immodico conuiuiorum luxu accepit: Attendite, (inquit) quemadmodum Romanicae dicit non paruo prandio reficiatur, sed alogia delectetur. Sicut enim animalia ratione carentia ἄλογα dicuntur, quibus similes sunt ventri dediti: ita immoderatum conuiuium, quo mens, (in qua ratio dominatur) ingurgitatione vescendi ac bibendi quodammodo obruitur, Alogia nuncupatur. ¶ Dicitur etiam Alogia, quum principis liberalitate, gratiáque necessitas reddendarum rationum cuipiam remittitur.

Alogiani, ἀλογιανοί, Haeretici fuerunt, sic vocati tanquam sine verbo: propterea quod ἐν τῷ λόγῳ, hoc est, Dei filio, qui Patris verbum appellatur, diuinitatem non agnoscerent, Ioannis Euangelium respuentes.

[Alogista, qui reddere rationem non tenetur.

Alogistia, alogiâ, liberatio.

Alogium, actio in eum, qui non reddit rationem. Isid.

Alogostablos, equile. Lex g.b.]

Alogum, vox est deficientis seculi, & est equus, sic dictus, vt qui careat ratione.

Alois, iuxta Plinium, dicitur esse animal mulae, propemodum carens flexura poplitum in anterioribus cruribus. Ideo inter dormientes non cubat, sed innititur arbori. Tu vide locum.

Aloite, es, {דודאים *dudáim*. ἀλοίτη. GALL. *Mandragore*. ITAL. *Mandragora*. GERM. Alraun. HISP. *Mandragola*. ANGL. *A mandrager*.} Herba est vim habens soporificam, quae alio nomine Mandragora dicitur.

Alone, es, (vt apud Melam legitur, siue Alona, ae, ἀλώνα Ptolemaeo, fluuius est Hispaniae in sinu Illicitano. Est & Alone, ἀλώνη, insula inter Lebedum & Theon repentè enata. Plin. *lib. 12. c. 89.*

Aloni, populi Mesopotamiae Gordyaeis iuncti, per quos Zerbis fluuius in Tigrim cadit. Plin. *lib. 6. cap. 26.*

Alontigiceij, Hispaniae populi in conuentu Hispalensi. Plin. *lib. 3. c. 1.*

Alontium, vide *Aluntium*.

Alope, es, ἀλόπη, Thessaliae ciuitas est apud Plin. *lib. 4. c. 7.* dicta ab Alope Cercionis, siue (vt aliis placet) Actoris filia. Enumerantur & aliae quinque eiusdem nominis ciuitates: quas vide apud Stephanum.

Alopece, ἀλωπεκή, insula est Bosphori Cimmerij apud Plin. *lib. 4. cap. 12.* ¶ Est altera eiusdem nominis insula, è regione Smyrnae sita, in mari Aegaeo, quae recensetur à Plin. *lib. 5. cap. 31.*

Alopecia, ἀλωπεκία, morbus in capite humano & barba, ex vitio humorum, qui fit cum profluuio capillorum. Dicta à vulpe, quam Graeci vocant ἀλώπεκα: quòd ea crebrò id genus morbi patiatur. Plinius, Lingua herba est, quae circa fontes nascitur, cuius radix combusta & trita, alopecias emendat. ¶ Est & Alopecia Strabo. *lib. 11.* insula Maeotidis paludis ante ostia Tanaidis, Mygdorum domicilium.

Alopecis, qui Alopecia laborat.

Alopecias, piscis marini genus, apud Plin. *lib. 31. c. 11.*

Alopecides, ἀλωπεκίδες, canum genus, ex cane & vulpe prognatum, Pollux.

Alopeconnesus, ἀλωπεκόννησος, oppidum est, teste Stephano, in Hellespontiaca Chersoneso, ex oraculo nomen adeptum, quo iubebantur Athenienses ibi vrbem condere, vbi vulpinos catulos reperissent. Circa hanc vrbem praestantissima tubera nasci, autor est Plin. *lib. 19. c. 3.* Est praeterea eiusdem nominis insula, ante Thraciam Chersonesum, non procul à Caela, eiusdem Chersonesi portu, de qua Plin. *lib. 4. c. 12.*

Alopecurus, ἀλωπέκουρος, Theophrasto *Hist. lib. 7. cap. 10.* gramen tomentosum Herbariorum. Herba est quae spicam habet mollem, & lanuginem densam, albam, ac splendentem, non dissimilem vulpium caudis, vnde & nomen habet. Plin. *lib. 21. cap. 17.* inter spicatum genera recensuit. Aliud rursus spicatum genus, ex quo est cynops, alopecuros, stelephuros, &c. Rursus: Ex iis Alopecuros spicam habet mollem, & lanuginem densam, non dissimilem vulpium caudis: vnde ei nomen.

[Alopus in Gloss. Isid. est, qui propter mercedem alapas patitur. Vet. Lex. monast. habet, Alapus, qui alapas patiendo acquirit victum: vt est Gnatho, vel Gnathonicus parasitus.]

Aloros, ἄλωρος Ptolemaeo, Macedoniae vrbs, authore Pomponio *lib. 2.*

Alosa, θρίσσα, pisces sunt, sic dicti à Gallis & Campanis: quos {HISP. *Sauales*. GALL. *Alloses*. ITAL. *Chieppe*. GERM. Allosen ein fisch den man in dem meer fangt.} Hetrusci autem & Veneti, vetere seruato nomine *Cheppias* appellant. Apud Aristotelem vero, Strabonem, Aelianum, Oppianum, & Athenaeum Trissas legere est, quam vocem Alosam interpretatur Gaza. Ausonius *in Mosella*, Stridentesque focis obsonia plebis alosas.

Alostigi, Hispaniae populi in conuentu Hispalensi. Plin. *lib. 3. c. 1.*

Alpes, ἄλπεις, τὰ ἄλπεια ὄρη. {ITAL. *Alpi*. GERM. Alpen so Italiam von Frankreich vnd dem Schweitzerland abscheiden.} A candore niuium dictae

dictæ sunt, quia perpetuis ferè niuibus albescunt. Sabini enim Alpum dixere, quod postea Latini album: vnde Alpium nomen. Silius,

———clausas niuibus rupes, suppositaque celo,
Saxa vocat.

Sunt autem montes altissimi, qui Galliam Transalpinam à Cisalpina diuidebant, nunc vero promotis finibus termini sunt Italiæ. In longitudine centum millia passuum patent, a supero mari ad inferum, vt Celius tradit: Latitus verò tria millia stadiorum. ¶ Dicitur etiam singulari numero Alpes, Alpis. Claudian.

———exemplo frondosa feruntur ab Alpe.

Hinc fit Alpinus, a, um, ἀλπινός, Plin. Gentes Alpinæ, & venti Alpini, qui ab Alpibus flant. Vnde & Cisalpinus, a, um, & transalpinus, composita.

Alpesa, oppidum est Celticæ regionis in Hispania vlteriori, apud Plin. *lib. 3. cap. 1.*

Alphă, ἄλφα, nomen primæ Græcorum literæ. Vnde pro principe, capite, & antesignano accipitur. Martial. *lib. 2.* Non ipse Codrus alpha penulatorum. *& lib. 5.* Quid alpha dixi Codre penulatorum. Vbi videtur prouerbiali quadam figura significare, Codrum fuisse primum postulatorum, hoc est, inter plebeios & pauperes primum tenuisse locum. Alpha enim pro principio, sicut omega pro fine sumitur, vt in Apocal. scriptum reperitur, ἐγώ εἰμι Α καὶ Ω, Ego sum rerum omnium summa.

Alpheias, ἀλφειάς, dicitur Arethusa, apud Ouid. *lib. 5. Metam.*

Tum caput Eleis Alpheias extulit vndis.

Vbi alludit ad fabulam, quæ fertur Arethusam Alphei amatoris vim fugientem, in fontem sui nominis esse conuersam.

Alphēnus, nomen est sutoris apud Horat. *lib. 1. Serm.*

——— vt Alfenus vafer in omni
Abiecto instrumento artis, clausáque taberna
Sutor erat, &c.

Alphēsiboea, ἀλφεσίβοια, Phlegei fluminis filia, quam Alemæon donato illo monili, quod Eryphilæ matri detraxerat, in vxorem duxit.

Alphēsiboeus, ἀλφεσίβοιος, nomen pastoris, apud Virg. *Eclog. 5.* παρὰ τὸ ἀλφεῖν τοὺς βοῦς, quasi inueniens boues.

Alpheus, per tres syllabas, & ἀλφειός, vulgò *Rofea.* Fluuius est in Elide Peloponnesi regione, quem Pausanias *lib. 5.* tradit occultis meatibus subter mare labi, & in Arethusam Siciliæ fontem desinere. Qua in re secutus est Poetarum fabulas, qui Arethusam venatricem fuisse tradunt, ab Alpheo adamatam: cui quum illi vim adhibere pararet, Dianæ miseratione in fontem sui nominis esse conuersam, occultisque meatibus, ne amatoris vndis pollueretur, in Siciliam vsque fugisse, tandémque in ea parte Syracusanæ vrbis, quæ Ortygia dicitur, magna aquarum vi erupisse, Alpheúmque amatæ Nymphæ desiderio eódem esse insecutum. Virg. 8. *Æneid.*

——— Alpheum fama est huc Elydis amnem
Occultas egisse vias subter mare, qui nunc
Ore Arethusa tuo Siculis confunditur vndis.

Verùm hæc fabulosa esse constat: quum Alphæi aquæ nusquam absorbeantur, vt docet Strab. *lib. 6.* eiúsque ostium manifestè videatur inter Ichthyn promontorium, & Haliarcum oppidum.

Alpheonìæ Dianæ templum, locus est ad Alphei fluminis ostium ab Olympia stadiis octoginta distans. Strab. *lib. 8.*

Alphon, ἀλφῶν, ficus in Pyrthea, vitiligines tollens. Plin. *lib. 31. c. 2.*

Alphius, fœneratoris nomen, à quo primùm profecta esse dicitur celebris illa sententia, vel optima nomina, non appellando, mala fieri. Huius meminit Horat. *in Epod. ode 2.*

Alphŏs, ἀλφός, species est vitiliginis, corporis superficiem maculis albis, iisque subasperis, & non continuis, quasi guttis quibusdam aspergens: differtque ab ea specie, quam μέλανα, hoc est, nigram vitiliginem vocat Celsus, solo colore. A Leuce verò distinguitur, quòd plus habeat albedinis, altiúsque descendat, adeò vt & carnem contingat, ac pilos coloret. Alphi autem minus albescunt, solámque contingunt cutem. Vide Celsum *ad finem lib. 5.*

Alpinus, malus quidam Poëta fuit, qui Memnonis Auroræ filij bella descripsit, sed tam malè, vt ab Horatio dicatur, Memnona suis carminibus iugulare. Turgidus Alpinus iugulat dum Memnona, &c. Vide & suprà *Alpes.*

Alsă, fluuius est Venetiæ, Aquileiam præterfluens. Plin. *lib. 3. c. 18.*

Alsfeldia, vrbs Hassiæ.

Alsĭă, villæ nomen est, ditionis Mediolanensis, in Varisiensi præfectura. Vide annotationes Alciati *in Cornelium Tacitum.*

Alsinē, nes, ἀλσίνη, herba est, quam Muris auriculam vocant Itali, Galli *Morgeline*, quòd hortorum muris peculiariter delectetur. Vide Plin. *lib. 26. cap. 4.*

Alsĭus is, vide *Algeo.*

Alsium, ἄλσιον Ptolemæo, vrbs est Tusciæ litoralis, quam hodie *Sanctam Seuerinam* vocant. Plin. *lib. 3. cap. 5.*

Alsus, nomen est pastoris apud Virg. *lib. 12. Æneid.* Podalirius Alsum Pastorem, primáque acie per tela ruentem Ense sequens nudo superemiinet.

Altānus, Genus venti, siue flatus, è terra consurgentis. {Gall. *Vent qui souffle de la terre en la mer.* Ital. *Vento da terra.* Germ. Ein wind auß dem erdtrich her. Hisp. *Viento que corre de la tierra à la mar.* Angl. *Wynd rysing frome the earth which bloweth in the sea.*} Plin. *lib. 2. c. 43.* Namque & è fluminibus, & è niuibus, & è mari etiam tranquillo videmus & alios ventos, quos vocant Altanos, è terra consurgere: qui quidem quum è mari redeunt, Tropæi vocantur: si pergunt, Apogæi.

Altārĕ, ab altitudine dictum est. Nam antiqui in ædificiis à terra eleuatis sacra faciebant diis superis: in terra, diis terrestribus: in effossa diis infernalibus. {מזבח *mizbeách.* βωμός. Gall. *Autel.* Ital. *Altare.* Germ. Ein altar. Hisp. *Altar.* Angl. *An altar.*} Plin. *lib. 15. c. 30.* Vt ne propitiandis quidem numinibus accendi ex his altaria, atque debeant. ¶ Altare superis tantùm consecratum erat: Ara tam superis, quàm inferis.

Alte, vide *Altus.*

Altellus, Romulus dictus est, siue quòd in tellure altus fuerit à lupa: siue quòd rebus gestis excelsus ac gloriosus esset: seu quòd à Tatio Sabinorum rege in colloquium postulatus, alterna vicibus audierit ac loquutus fuerit. Nam sicut à Marco Marcellus, à Vafro Vafellus: ita ab Altero Altellus fit. Hæc Festus.

Altĕr, a, um, genit. alterius, {אחר *achér.* ἕτερος, ὁ ἄλλος. Gall. *L'autre, le second.* Ital. *Altro, l'vno de due.* Germ. Der ander/auß zweyen einer. Hisp. *Otro vno de dos, ò segundo en orden.* Angl. *An other.*} & de vno ex duobus dicitur: vt, Annibal in transitu Alpium amisit alterum oculum. Siue de duarum partium. Cic. Duplices similitudines esse debent, vnæ rerum, alteræ verborum. Virg. 3. *Eclog.*

Aurea mala decem misi, cras altera mittam.

Ouid. 5. *Fast.*

En ego, dimidium voti pársque altera vestri.

Idem *Eleg. 4. lib. 4. Trist.*

Alter ab alterius funere mæstus erat.

Nec mihi detractas possidet alter opes,

ibid. In alteram partem errare. Quint. Nihil fecit altero superuacuum. Idem, Non soles te respicere cum dicis iniustè alteri? Plaut. *Pseud. sc. 2. a. 1.* Pro Alius: vt, Qui alteri de nihilo dicunt contumeliam. Idem *Curc. sc. 1. a. 4.* (id est, alij.) Item, Hominem homini similiorem nunquam vidi alterum. Idem *Men. sc. vlt. a. 5. & in Asin.* Tu contumeliam alteri facias, tibi non dicatur? Et, Qui me Thebis alter viuit miserior. Idem *Amph.* Qui me alter est audacior hominum? *Aul. sc. 1. a. 1.* Est te alter audacior? Idem *Mil. sc. 3. a. 2.* Non videor vidisse lenam callidiorem vllam alteram. Idem *Most. sc. 3. a. 1.* Non est alter Athenis cui credi rectè æquè putet. Idem *Asin. sc. 4. a. 1.* Neque illo quisquam est alter parcior. Idem *Aul. sc. 4. a. 1.* Aspicio illam cum altero nescio quo osculantem. Idem *Aul. sc. 3. a. 2.* Ab alienis cautiores sint ne credant alteri. Idem *Ps. sc. 3. a. 1.* Sic, Alterum altera reprehendit eos manu perniciter. Idem *Amph.* Item, Altera manu fert lapidem, altera panem ostentat. Idem *Aul. sc. 1. a. 1.* Item,

Possidet alter aquas, alter inane chaos,

Ouid. 4. *Fast.*

Infelix (Narcisse) *quòd non alter & alter eras,*

idem 5. *Fast.*

Alter dicat opus magni mirabile mundi,

Tibul. *lib. 4.* Alius verò ἄλλος, de pluribus dicitur: vt alij virtutem præponunt, alij voluptatem, alij indolentiam. ¶ Interdum tamen Alius de duobus dicitur, & tunc idem ferè significat quod diuersus. Alia est facies mea, alia tua. ¶ Item Alter ponitur pro secundo è duobus, pluribúsve: vt, altero mense repudiaui vxorem. &, Hic est alter annus belli Punici: id est, secundus à belli Punici origine. Plaut. *Pseud. sc. 7. a. 4.* Altero ad meridiem die (huc perueni sup.) Cicer. *de Senect.* Nec nunc quidem adolescentis vires desidero. Is enim erat alter locus de vitiis senectutis. Plin. *lib. 35.* Tabulas pluteis pinxit, è quibus vnam in foro, alteram in comitiis, duas in Pompeij porticibus videmus. ¶ Alter, iunctum numeralibus iis quæ ordinalia dicuntur, quo Primus accipitur. Liu. 5. *ab Vrb.* Anno tricesimo altero quàm condita Roma erat. id est, tricesimoprimo. ¶ Alter ab illo, Virg. *Ecloga 10.*

Tu nunc eris alter ab illo. id est, post illum primus.

¶ Aliquando pro aduerso (autore Festo) & non bono, vt in Auguriis Altera appellatus Auis, quæ vtrique prospera non est. ¶ Vnus aut alter, idem valet, quod vnus, aut duo. Cic. *pro Cluent.* Quum is vnum iam & alterum diem desideraretur. Idem *Attic.* Vt factum Dolabellæ laudarem, adductus sum tuis vnis & alteris literis. Terent. *in Andr.* Postquam amans accessit vnus, & item alter pretium pollicens: Quem tamen in locum Donatus annotauit, Alterum de tribus dici, quod totidem essent Chrysidis amatores. Ouid. *El. 1. lib. 2. Trist.*

Hic ille, alter lumum monstrat. (de pluribus dicitur.)

Alter ego elegans locutio, pro homine mihi charissimo arctissimáque necessitudine deuincto. Cic. *Attic. lib. 2.* Meipsum accuso, deinde te, quasi alterum me. Idem *lib. 2. Epist. fam.* Quam si reliquissem, dicerent iniqui, non me planè post annum ex prouincia decessisse, quoniam alterum me reliquissem. Ouid. 5. *Fast.*

En ego, dimidium voti, pársque altera vestri.

¶ Alterum tantum, id est, tantundem ampliùs, Iulianus *de lib. & posth.* Ita enim secundùm voluntatem testatoris altero tanto ampliùs habebit quàm vxor: item vxor altero tanto amplius quàm filia. Cic. *in Orat.* Pes qui adhibetur ad numeros, partitur in tria: vt necesse sit partem pedis, aut æqualem esse parti, aut altero tanto: aut sequi maiorem esse. Altero tanto. Plaut. apud Charis. *in Plure.* Item, Quem vt non excruciem alterum tantum auri non meream. Idem *Bacch. sc. vlt.* Olim per primam & secundam nominum inflexionem declinabatur, sicut, Niger, a, um. Vnde Terent. *in Heaut.* legitur datiuus Alteræ. Hoc ipsum (inquit) alteræ dum narrat, forte audiui.

Altēr, tēris, ἁλτήρ, & genere masculino. Significat massam plumbeam, qua ad exercenda corpora in gymnasiis vtebantur. Mart. *lib. 14.*

Quid peruunt stulto fortes altère lacerti?

Exercet meliùs vinea fossa viros. Dictus est ab ἅλλεσθαι, quod est salio. Nam massulis huiusmodi plumbeis vtraque manu se librabant, qui saltu se exercebant. Videtur plerisque aspirari oportere Halter. Vide Budæum.

Altĕrās, antiqui dicebant, pro Alias. Festus.

Alteratus, id est, mutatus altero latere. ¶ Idem quod alter. Cellens. *lib. 5. epist. 19.*

Altĕrcŏr, aris, Concerto, contendo, iurgium cum aliquo habeo, & contra aliquem clamo. {הִשְׁתִּיחַ *hisftiah* רב *rab.* διαλεκτίζομαι, ἀντιλογοῦμαι, ἐρίζω. Gall. *Debattre l'vn contre l'autre, noiser, tancer l'vn à l'autre.* Ital. *Contendere, Contrastare.* Germ. Haderen/zancken balgen. Hisp. *Contender y purgar con disputacion.* Angl. *To chyd, to debate.*} Cæsar. *bell. ciu. 3.* Qua ex frequentia T. Labienus prodiit, summissa oratione loqui de pace, atque altercari cum Vatinio incipit. Liu. 1. *bell. Pun.* populi vniuersi inter se altercabantur. Item pro Colloqui. Senec. *c. 14. de tranquil.* Altercatus cum Caio, Caligula. ¶ Dicitur & alterco. Terent. *in Andr.* Scio, cum patre tuo altercasti dudum.

Altĕrcatĭo, Concertatio, contentio, qualis erat inter actorem, & reum, quando non perpetua oratione, sed intercisis iurgiis sese mutuò impetebant.

cebant. {ריב מצה *matstsâh*. ἀμφιλογία. Gall. *Debat, controuerse, crierie d'Aduocats l'vn contre l'autre.* Ital. *Altercatione, contesa de parole.* Germ. Haderspanet. Hisp. *Disputa contenciosa.* Angl. *Chyding, debate.*} Cic. *de Orat.* Nulla est altercatio clamoribus vnquam habita maioribus. Idem *de nat. Deor.* Oritur mihi de te altercatio cum Velleio. Liuius, Altercatio inde, non sermo fuit. Plaut. *Aul. sc.* 5. *a.* 3. In pauciores auidè altercatio est. Suet. *in Aug. c.* 54. Altercationes disceptantur. Liu. *lib.* 5. *dec.* 4. Ex disceptatione altercationem fecerunt.

Altercātōr, oris, qui altercatur. {רב *rab*. ἐριστής, ἀμφισβητητής. Gall. *Noisif, debateur contre son autre.* Ital. *Chi contende de parole.* Germ. Zancker, haderer, Kampfer. Hisp. *Contendedor con porfia.* Angl. *Chyder.*} Quint. *lib.* 6. *c.* 4. Bonus altercator vitio iracundiæ careat. Idem, Nec turbidus, & clamosus sit altercator.

Altercum, siue Altercangenum, apud Arabes herba est; quæ à Græcis ὑοσκύαμος, id est, Faba porcina: à Latinis Apollinaris appellatur. Plin. *lib.* 25. *cap.* 4. ‖ Altercum qui biberint, capitis grauitate & venarum distentione laborant, menteque alienantur, cum quadam verborum altercatione: vnde & nomen apud Latinos. Ideo in Anania vocatur vulgari sermone disturbario, vt quod maximè mentem turbet: vt notat Matthiolus ad Dioscor. *lib.* 4. *cap.* 64. Gloss. habet *altercu̅lum* ὑοσκύαμον. ‖

Alteres genus exercitij. Mart. *Epig.* 49. *lib.* 14.

‖ Alteria, pharmaca composita. L. M.

Alteritas, vicissitudo. Cath. ‖

Altērnātim, aduerb. per vices. {חליפות *chalipóth*. ἀμοιβαδίως. Gall. *L'vn apres l'autre, par fois.* Ital. *A vicenda, scambiamolmente.* Germ. Eins vmb ander, Abgewechsslet weyss nach. Hisp. *A las vezes vno, a las vezes otro.* Angl. *Course about.*} Quadrig. *Annal. lib.* 3. Item gaudium, atque ægritudinem alternatim sequi. Nonius.

Altērnē, aduerbium à nomine Alternus. Alternatim, alternis vicibus, ἐναλλάξ. Plin. *lib.* 11. *cap.* 37. Supercilia homini & pariter, & alternè mobilia.

Altērnŭs, adiectiuum, à nomine Alter: quod fit alternatim, seu Alternis vicibus. {חליף *chaléph*. ἀμοιβαῖος, ἐναλλακτός. Gall. *L'vn apres l'autre.* Ital. *L'vno doppo l'altro.* Germ. Einer vmb den andern. Hisp. *A las vezes.* Angl. *which is done by course about.*} Cic. *de Orat.* Pedes, aut Heroos, aut Choreos, aut alternos esse oportet. Virg. *Ecl.* 7.

Alternis igitur contendere versibus ambo Cœpêre.

Alternis diebus, ἡμέραν παρ' ἡμέραν. Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 5. Alternas noctes cum aliqua sui amica. Alterni cursus & recursus maris. Senec. *cap.* 17. *de Consol. ad Elb.*

—— Alterno subsidant carmina versu,

Ouid. *El.* 1. *lib.* 3. *Trist.*

Aspicit alternos intremuisse pedes,

Idem *ibidem.*

Aptaque in alternos cogere verba pedes,

Idem *Eleg.* 7. *lib.* 3. *Trist.*

Si qua peregrinis vbi sunt alterna columnis Belides.

Idem *ibid.*

—— alterno depressior orbe,

Tibul. *lib.* 4.

Altērnis, aduerbium, significat vicissim, nunc vnum, nunc aliud. {חליפות *chalipóth*. ἐναλλάξ, ἐν μέρει. Gall. *L'vn apres l'autre.* Ital. *L'vno doppo l'altro.* Germ. Jetz eins vmb das ander obgewechselt. Hisp. *A las vezes vno, y alas vezes otro.* Angl. *Course about one after an other.*}

Alternis dicetis, amant alterna Camœnæ,

Ouid. 4. *Fast.*

Altērno, as, are, vicissim alterum duorum ponere. {החליף *hecheliph*. ἀμείβειν, ἐναλλάττειν, παραλλάττειν ἐπαμφοτερίζειν. Gall. *Faire maintenant l'vn, maintenant l'autre, changer par fois.* Ital. *Alternare, scambiare.* Germ. Eins vmb das ander machen, Abwechsslen. Hisp. *Dezir ò hazer à vezes,* Angl. *To charge one after an other.*} Col. *lib.* 5. Dabimus operam in ordinibus disponendis, vt pari ordine vernaculas & Aminias alternemus. Senec. *cap.* 15. *de tranq.* Alternanda sunt solitudo & frequentia.

Alternatio, ἀμοιβή, vicissitudo. Apul. *Hermetis Asclepio, & lib.* 2. *de Asino.*

Altĕro, as, are, Vario, & quasi alterum facio. {חליף *chilléph* שנה *schanâh*. ἑτεροιοῦν. Gall. *Varier, faire autre.* Ital. *Alterare.* Germ. Enderen, anderst machen. Hisp. *Mudar.* Angl. *To alter to change.*} Ouid. *in Fast.*

Ille suam faciem transformat, & alterat arte.

vel, transformis adulterat arte.

Altĕrātio, ἀλλοίωσις, quam Philosophi definiunt esse progressionem ab vna qualitate in alteram.

Altērplex, à veteribus pro duplici positum inuenitur. Festus.

Altĕrtăm, pro Alterutra veteres posuerunt. Festus.

Altĕrŭtĕr, alter ex duobus. {זה או זה *zeh ò zeh*. ἑκάτερος. Gall. *L'vn de vous qui qu'il soit.* Ital. *O l'vno o l'altro de due.* Germ. Eintweder, einer auss den zweyen. Hisp. *El vno ò el otro de dos.* Angl. *The one of the twoe.*} Cic. *in Verr.* Video necesse esse alterutrum. Cæl. Cicer. Pompeius dicitur valde pro Appio laborare, vt etiam putent alterutrum de filiis ad te missurum.

Altĕrutrinquē, aduerb. Videtur significare ab alterutra parte. {מפה או מפה *mippóh ò mippóh*. ἀμφοτέρωθεν. Gall. *De deux costez.* Ital. *Di ambedue parti.* Germ. Von eintwederem theil oder seitten. Hisp. *De vna y otra parte.* Angl. *Ferme both the partes.*} Plin. *lib.* 2. *c.* 7. Eadem in causa alterutrinque modus est.

Althæă, {ἀλθαία. Suidæ. Gall. *Guimauue.* Ital. & Hisp. *Malua Ebisco.* Germ. Eibisch. Angl. *Awylde malowe.*} Alterutrum è maluarum generibus est syluestre scilicet: cui grande folium, & radices candidæ. Virg. Hibiscum, vulgus autem Seplasiorum, Bismaluam vocat. ¶ Dicitur autem ἀλθαία, ab ἀλθαίνειν, id est, mederi quasi medicam dixeris. ¶ Est & Althæa proprium Meleagri matris nomen: quæ vt fratrum suorum cædem vlcisceretur à Meleagro filio suo perpetratam, fatalem illius stipitem igni imposuit, filiumque vnà cum illo extinxit. Vide infrà in dictione *Meleager.*

Altĭmĕtĕr, à Geometris vocatur instrumentum quo metiuntur alta.

Altinum, Ἄλτινον. Vulgò *Altino.* Vrbs olim in littore Venetiæ potentissima fuit: à qua Altinates populi dicti sunt. Plin. *lib.* 3. *epist.* Arrianus Maturius Altinatium est princeps.

Altĭsonŭs, a, um. {רם גבורה *bonéh ghebhuráh*. ὑψηχής. Gall. *Qui sonne haut & clair, ou d'enhaut.* Ital. *Chi fa gran suono.* Germ. Das laut, hoch, oder hell thönet. Hisp. *Que suena alto.* Angl. *which soundeth cleare or shrill.*} Quod ex alto sonat, poeticum est. Cic. 3. *Tusc.* Septum altisono carmine templum. Idem 1. *de Diuin.* Hic Iouis altisoni subitò priuata satelles, &c.

Altitonans, {רעם ממרום *rohém mimmaróm*. ὑψιβρεμέτης. Gall. *Qui tonne d'enhaut.* Ital. *Altitonante.* Germ. Der auss der hohe tonet oder dondert. Hisp. *Lo que truena de alto.* Angl. *That thundereth frome aboue.*} Qui ex alto tonat. Cicer. *de Diu.*

Nam pater altitonans stellanti nixus Olympo.

Altiuolans, qui altum volat. {ὑψιπέτης. Gall. *Volant en haut.* Ital. *Altiuolante.* Germ. Der hoch fliegt. Hisp. *Cosa que buela alto.* Angl. *which fleeth highe.*} Cicer. 2. *de Diu.* —at Romulus pulcher in alto Quærit Auentino, seruat genus altiuolantum.

Altĭuŏlŭs, a, um. Pl. *lib.* 10. *c.* 19. Sũt ferè omnes altiuolæ, præter nocturnas.

Altor, oris, & Altrix, vide *Alo.*

Altrinsĕcŭs, {מפה או מפה *mippóh o mippóh*. ἑτέρωθεν. Gall. *De l'autre costé.* Ital. *Altronde.* Germ. Von der andern seiten. Hisp. *De la vna ò de la otra parte.* Angl. *Frome the other part.*} Aduerbium ab Alter formatum, significat ab altera, vel ab vtrauis parte. Lactant *lib. de Opificio*, aureis duas, quarum duplicitas incredibile est quantam pulchritudinem præ se ferat, quòd tum pars vtraque similitudine ornata est, tum vt venientes altrinsecus voces faciliùs colligantur. ¶ Item significat iuxta alteram partem. Plaut. *in Pseud.* Assiste altrinsecus, atque onera hunc maledictis. Idem *in Mil. sc.* 5. *a.* 2. Quid malum astas? *& Ps. sc.* 2. *a.* 3. Si nostrum sumet, tu teneto altrinsecus. Idem *in Rud.* In ensiculo mei nomen patris post altrinsecus est securicula, item aurea literata. ¶ Quandoque in altiore parte. Apul. *lib.* 3. Tectum scandulare conscendit, quod altrinsecus ædium parte perflabili nudatum, ad omnes Orientales exterósque aspectus peruium. *& lib.* 5. Altrinsecus ædium horrea sublimi fabrica perfectè magis congesta gazis conspicit.

Altrŏuersum, aduerbium antiquum ex Alter, & versùs, in, vel versùs alteram partem. {ἑτέρωσε. Gall. *Vers l'autre part, vers l'autre costé.* Ital. *Verso altroue.* Germ. Gegen der andern seyten. Hisp. *De la otra parte.* Angl. *Towardes the other part.*} Plaut. *in Casin.* Verùm autem altrouersum quum eam mecum rationem puto, eius esset mecum postulatio.

Altŭs, a, um, quum est nomen, significat idem quod sublimis, aut editus. {גבוה *gâbóh* רם *ram* עליון *helión*. ὑψηλός. Gall. *Haut.* Ital. *Alto, profundo.* Germ. Hoch, oder tieff. Hisp. *Alto, ò hondo, como el cielo ò el mar.* Angl. *Highe.*}

Nam mihi cùm magnis opibus domus alta niteret,

Tibul. *lib.* 4.

——Cúmque alto sidera cœlo,

Ouid. 13. *Metam.*

Altaque posse capi faciendo,

Ibid.

Visaque & intrata est alta mihi curia Troia,

Ibidem.

Interdum etiam idem quod profundus, βαθύς: vt quum puteum altum, aut mare altum dicimus.

In medio gelida fons erat altus aqua.

Ouid. 2. *Fast.* Quinetiam Altum ponitur pro ipso cœlo. Virg. 4. *Æneid.*

Hæc ait, & Maia genitum demittit ab Alto.

¶ Et pro ipso mari profundiore, & à terris remoto. Idem 1. *Æneid.*

Vix è conspectu Siculæ telluris in altum

Vela dabant læti.

Salust. Et piscatoria Scapha in altum nauigat. Cùm ex alto procul nautæ terram conspiciunt. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 5. Quo magis te in altum capessis, tam te æstus in portum refert. Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 1. Vbi sumus prouecti in altum. Idem *Milis. sc.* 1. *a.* 2. ¶ Per translationem quoque ponitur pro excellenti, glorioso. Virg. 3. *Æneid.*

Te sine nil altum mens inchoat.

¶ Et pro magno. Idem 10. *Æneid.*

Sic pater ille Deûm faciat, sic altus Apollo.

Senec. *c.* 1. *de tranquill.* Altius incedo. In altum reuocare vulnus. Idem *c.* 1. *de Consol. ad Mart.* ¶ Transfertur & ad incorporea, pro recondito, seu profundo. Virg. 9. *Æneid.*

——quid me alta silentia cogis Rumpere?

Idem 1. *Æneid.*

——manet alta mente repostum Iudicium Paridis.

Altior, & altius, Ouid. *Eleg.* 4. *lib.* 4.

Altior humano spiritus ille malo est.

Fab. Altior cælatura rumpit tenuem laminam. Senec. *c.* 1. *de tranquill.* Ne altius in me figat vitium. Idem *c.* 13. *de Consol. ad Mart.* Altius concipiunt terrena animi. Senec. *c.* 15. *de Consol. ad Polyb.* Carthaginem & si quid altius cecidit lamentetur. Idem *c.* 16. *de Cons. ad Elb.* Altius descendunt præcepta quæ teneris imprimuntur ætatibus. Altiora meditari. Suet. *in Cæsar. cap.* 16. &c. Vide *Altè* infrà.

Altē, aduerbium qualitatis, Excelsè, sublimè, profundè. {ὑψοῦ, βαθέως. Gall. *Hautement, en haut.* Ital. *Altamente, profundamente.* Germ. Hochlich, tieff. Hisp. *Alto ò hondamente.* Angl. *Highlie, deeplie.*} Virg. 6. *Æneid.*

Ergo altè vestiga oculis.

Liu. 1. *ab Vrb.* Ferrum haud altè in corpus descendit. Senec. *c.* 15. *de consol. ad Polyb.* Altè deiicere aliquem. Idem, Altè cincti. Idem *epist.* 33. Altissimè, Superlatiuus, Suet. *in Aug.* Cùm altissimè euolasset. Altius, comparatiuum. Cic. 2. *de Diuin.* Quum terra araretur, & sulcus altiùs esset impressus.

‖ Altigradia, altè gradiens bestia. Tertul. ‖

Altiusculus, paulo altior. Suet. *in Aug.* Calceamentis altiusculis vsus est, vt procerior quàm erat, videretur. Vide paulò antè.

Altĭtūdo,

Altitūdo, Excelſitas, profunditas. {גבה gobah: מרום marom. ὕψος, βάθος. GALL. *Hauteſſe, hauteur.* ITAL. *Altitudine, altezza, profundità.* GERM. Höhe, tieffe. HISP. *Alteza dignidad, hondura.* ANGL. *Highneſſe, deepneſſe.*} Cic. *de Off.* Demoliri ædes, quarum altitudo officeret auſpiciis. Plin. *lib.* 10. *c.* 33. Merops nidificat in ſpecu, ſex pedum defoſſa altitudine. Cic. 7. *Verr.* Totum opus eſt ex tanto in mutandam altitudinem depreſſo. ¶ Altitudo animi, penè idem ſignificat quod magnitudo animi. Cic. 2. *Off.* In liberis verò populis, in iuris æquabilitate, exercenda eſt etiam facilitas & altitudo animi: quæ dicitur. Idem *in Partit.* Altitudo animi in capiendis incommodis.

Altatus, ſublimatus. Sidon. Apoll. *lib.* 1. *epiſt.* 2.

‖Aluciæ tabernales, culices cauponarum. Petron. Salmaſ.‖

ĂLVĔUS, {נחל nachal שבלת ſchibbóleth. αὐλών. GALL. *Canal, auge.* ITAL. *Canale ò letto del fiume.* GERM. Der ſurt eines waſſers. Der graben in dem das waſſer herein fleuſt. HISP. *La madre ò valle por donde corre el rio.* ANGL. *The channel of a riuer.*} Propriè dicitur foſſa, per quam fluuius defluit. Virg.

Aſſueta ripis volucres, & fluminis alueo.

Ouid. 2. *Faſt.*

Sustinet impoſitos ſumma cauus alueus vnda.
Heu quantum fati parua tabella tulit?

¶ Ad eius ſimilitudinem etiam vas quoddam amplum in balneis hoc nomine appellatur. Cicer. *pro Cal.* Ex quibus requiram, quemodo latuerint, alueóne illo, an equo Troiano fuerint. ¶ Item tabula luſoria ad aleam & latrunculorum ludum accommodata, Alueus dicitur. {Græce ἄβαξ. GALL. *Tablier à iouër aux dames, damier.* ITAL. *Il tauogliere da giuocare à ſcacchi, ò tauole.* GERM. Brettſpilrafel. HISP. *Tablero para iugar.* ANGL. *An table to playe at thee dames.*} Plin. M. Meſſalla Conſul pridie Calend. Octob. diem natalis ſui egit: tranſtulit alueum cum teſſeris luſorium, è gemmis duabus latum pedes tres. ¶ Sed & receptaculum, in quo apes mellificant, Alueus dicitur, à mellis alimonia, vt Varro exiſtimat. Plin. *lib.* 11. Aluecs ex cornu ſpectatos eſſe, id eſt, apum aluearia. ¶ Alueus item pro ipſis apibus. *Ibid. lib.* 11. *c.* 16. Feruntque ſocietate fraudata alueos mori. ¶ In hac ſignificatione etiam Aluus dicitur. Varro *de re ruſt.* Si ex aluo minus frequenter exeunt. ¶ Aliquandò pro naui, ſiue pro ipſius nauigii receptaculo, vt apud Propertium, Aut quidnam fracta gaudes Neptune carina? Portabat ſanctos alueus ille viros. Liu. *lib.* 41. Alueos informes raptim faciebant, id eſt, nauiculas. ¶ Declinatur & hoc alueum. Feſtus, Nauſtibulum alueum eſt, ad nauis ſimilitudinem factum.

Alueŏlus, & Alueolum, diminutiua ſunt: tabula luſoria, quæ alio nomine dicitur Latrunculoria & Aleatoria, à latrunculis & aleis, κύβιον, ἄβαξ, ἀβάκιον. Cic. *de Finib.* Aut alueolum poſcere, aut quærere quempiam ludum. ¶ Eſt etiam Alueolus, vas ligneum concauum. Liu. 8. *bell. Pun.* Secures falces, alueolos, molas. Col. *lib.* 8. *c.* 5. Totum ouorum numerum in alueolum ligneum conferat.

Aluĕārium, ij, quod & alueare, & per apocopen Aluear, locus vel copia ipſa alueorum. {σμῆνος, κυψέλη. GALL. *Les ruſches à mouches à miel, ou le lieu ou ils ſont.* ITAL. *Vaſo ò coſa doue le api nidificano, & molte ſimili coſe.* GERM. Ein Immenkorb. HISP. *Colmena.* ANGL. *An place wherbees do make hōnie, an beehiue.*} Varr. *lib.* 3. *de re ruſt.* Quæ maceriæ ad villam venationis cauſa clauduntur, & propter alucaria. Col. *lib.* 9. *c.* 11. Quum vetus aluceare numero apum deſtituitur. Idem *lib.* 3. *c.* 8. Earum frequentiam apertis aluearibus conſideremus.

Aluĕātus, a, um, adiectiuum, in aluei modum factus, cauatus. {κοιλώδης, ἀυλακώδης. GALL. *Cané en façon d'vn canal ou auge.* ITAL. *Luogo cauato in modo di albio ò canale.* GERM. Das auſgehölt iſt wie ein multer oder kānel. HISP. *Canado en manera de canal, acanalado.* ANGL. *Made in faſhion of an channell.*} Cato *cap.* 43. Sulcos, ſi locus aquoſus erit, alueatos eſſe oportet.

Alueŏlātus, a, um, κοιλωτός. Vitr. *lib.* 5. Si enim ad libellam dirigetur, alueolato oculo videbitur.

‖Alui, aluearia. Varro.‖

Aluini, vide *Aluus*.

Alum, autore Plin. *lib.* 18. *cap.* 6. herbæ ſpecies eſt, σύμφυτον πετραῖον, quæ in petris præcipuè naſcitur, ſimilis cunilæ bubulæ, foliis paruis, ramis tribus, aut quatuor à radice cacuminibus thymi, ſucculoſum, odoratum, guſtu dulce, radice longa & rutila. Ruel. *Buglum* vulgò credit vocari.

Alūmĕn, Salſugo terræ, ad cryſtalli colorem accedens, quam Græci ἀπὸ τοῦ στύφειν, hoc eſt, ab adſtringendo, στυπτηρίαν vocaverunt. {נתר néther. GALL. *Alun.* ITAL. *Alume.* GERM. Alaun/alat. HISP. *Alumbre.* ANGL. *Alme.*} Gell. *c.* 1. *lib.* 15. Alumine obita non ardere. Tria huius enumerantur genera, liquidum, rotundum, ſciſſile. Liquidum natura primum eſt: nam ex eo duæ reliquæ ſpecies conceſcunt. Verum hoc rariſſimum eſt, quemadmodum & ſciſſile. ¶ Inuenitur tamen in Ægypto, lacti perſimile. ¶ Alumen rotundum & globoſum eſt, non tamen abſolutè ſphæricum (habet enim plurimos angulos) ſed ad rotundam figuram nonnihil accedens. Huius hodie maxima ad nos adducitur copia. Tertium genus aluminis eſt, quòd Græci σχιστὸν, hoc eſt, ſciſſile vocant, eo quòd molle ſit, & friabile in minimas partes. Hoc quoque rariſſimum eſt. Nam quòd ſeplaſiarij pro eo ſupponunt, quódque hodie Galli ſua lingua vocant *Alun de plume*, Amiantus lapis eſt: vide Plin. *lib.* 35. *c.* 15. & ea, quæ infra annotauimus in dictione *Amiantus*. Dictum putatur à Lumine quòd lumen coloribus tingendis præſtet.

Alūmĭnātus, a, um. {στυπτηριώδης. GALL. *Mixtionné d'alun.* ITAL. *Meſcolato d'alume.* GERM. Das von alaun iſt/oder mit alaun vermiſcht. HISP. *Lo que tiene alumbre.* ANGL. *Mixed with alme.*} vt, Aqua aluminata, quæ tranſit per venas aluminis, apud Plin. *lib.* 31. *cap.* 6. ¶ Aluminoſus, idem Plin. *lib.* 31. *cap.* 3.

Alumnus, Alumnari, vide *Alo*.

Aluntium, ſiue Alontium, Ἀλόντιον Ptolemæo, oppidum Siciliæ non procul à Lilybæo promontorio. ¶ Inde Aluntini, ſiue Alontini, quorum meminit Plin. *lib.* 3. *cap.* 8.

Aluona, Ἄλουον Ptolemæo, quæ & Albona: vulgò S. *Angelo*, oppidum Liburniæ. Inde Aluonenſes, ſiue Albonenſes populi, quorum meminit Plin. *in deſcriptione Liburniæ*.

Alus, ſymphytum petræum. Dioſcorides.

‖Aluſia, abſtinentia à balneo. Onom. M.‖

Aluſix, ſpecus facet in Thalamo Thuciæ monte, ab Alluſio proximo amne cognominatus, vt ſcribit Lucius Ianus Parrhaſius *in Claudianum*.

ĂLŪTĂ, Pellis mollior, & ad calceos, & ad cætera opera facienda concinnata. {ὑπόδημα. GALL. *Peau deliée & molle, dequoy on fait gans, & bourſes, eſguillettes & telles choſes.* ITAL. *Pelle mollicina & delicata.* GERM. Linde vnd weiche ſchlegans leder. HISP. *Pellejo ò cuero bien adobado y curtido.* ANGL. *Tawed leather.*} Cæſar *bell. Gall.* 3. Pelles pro velis, alutæque tenuiter confectæ. ¶ Sumitur etiam quandoque pro ſacco, ſeu marſupio. Iuuenal. Appoſitam nigræ Lunam ſubtexit alutæ.

Ălūtāmĕn, & Alutamentum, à veteribus dicebatur opus ex concinnatis pellibus factum.

Ălūtārĭus, Coriarius, hoc eſt, pellium & coriorum concinnator. {Βυρσοδέψης. GALL. *Megiſſier, qui accouſtre & appareille telles peaux.* ITAL. *Quel che acconcia tal pelle.* GERM. Ein weiſsgärber/ein ſämiſchgerber. HISP. *Çapatero de obra prima y pelida.* ANGL. *A tawer of le ather.*} Plaut. Hic alutarius cerdo. Proprie tamen Alutarij tenuiorum pellium dicuntur. Coriarij craſſiorum.

Ălūtātĭo quid ſit, docet his verbis Plin. *lib.* 33. *cap.* 4. Aurum qui quærunt ante omnia ſegullum tollunt, ita vocatur indicium. Alius, vbi id eſt, arenæque lauantur: atque ex eo quod reſedit, coniectura capitur, vt inueniatur aliquando in ſumma tellure protinus, ſumma felicitate. Alutationem vocant, ſi & auro ea tellus ſubeſt. Vide in hunc locum Hermolaum Barbarum.

Alutæ, populi Illyrici, in conuentu Scardonitano. Plin. *lib.* 4. *c.* 21.

Alutrenſes, Iſtriæ populi. Plin. *lib.* 3. *cap.* 19.

Ăluus, {בטן betén. κοιλία. GALL. *Le ventre.* ITAL. *Ventre.* GALL. Der bauch. HISP. *Vientre.* ANGL. *The bellie.*} Ab eluendo, propriè dicitur, qua ſordes effluunt, ſiue eluuntur. Aluus inferior, & venter ſuperior. Gell. *cap* 15. *lib.* 17. Aluum ſubducit & leuigat faba. Idem *cap.* 11. *lib.* 4. Alto citæ fiunt timidi. Idem *cap.* 4. *lib.* 19. Aluo prona & præcipiti. Idem *cap.* 10. *lib.* 18. Plin. *lib.* 20. Pepones qui vocantur, refrigerant maximè in cibo, & emolliunt aluum. ¶ Quandoque ponitur pro ventre qui apparet. Colum. *libr.* 8. Niſi obeſam ingluuie atque diſtentam in pabulis aluum demerſerit. ¶ Item pro incrementis alui. Celſ. *lib.* 2. *cap.* 6. *de indicijs mortis*, Aluus quoque varia, peſtifera eſt. Plin. *lib.* 21. *cap.* 18. Lilij radices è mulſo potæ, inutilem ſanguinem cum aluo trahunt. ¶ Item Aluus, vbi apes mellificant, qui & alueus. Varro, Si ex aluo minus frequentes exeunt. ¶ Interdum vas cauatum, vbi quid reponitur. Olim erat tam maſculinum, quàm fœmininum, hodie tantùm fœminini generis. Virg. In latus, inque ferit curuam compagibus aluum. Accius *in Annalibus*, teſte Nonio, in maſculino genere poſuit, Aluus quàm frigidiſſimus. Item Plaut. *ſc.* 2. *a.* 3. Cùm has herbas in ſuum aluum congerunt. ¶ Sic multi alij, teſte Priſciano *lib.* 5. Sed id nunc obſoletum eſt.

Ăluīnus, qui & lyentericus, κοιλιακὸς à Græcis dictus, quòd aluo langueſcat. {GALL. *Maladif de ventre, qui a le flux de ventre ordinairement.* ITAL. *Infermo di ventre.* GERM. Bauchſiech/oder der weetag vnd kranckeit deß bauchs hatt. HISP. *El que tiene camaras.* ANGL. *which is ſicke of the flixe.*} Plin. *lib.* 21. *cap.* 27. Vincaperuinca, aluinis impoſita, multum prodeſſe dicitur.

Ălyăcmōn, fluuius Macedoniæ. Claudianus, Et fruſtra rapidum damnant Alyacmona Beſſi. ¶ Legitur & Haliacmon pro eodem.

Alyatta, Ἀλυάττα, Regiuncula Bithyniæ, ita appellata ab Alyatte rege. Stephanus.

Alyattes, Ἀλυάττης Lydorum rex fuit, Crœſi pater, cuius memoriæ extractum eſt monumentum apud Sardos, maxima impenſæ parte ab ancillis, quæ omnes apud Lydos corpore quæſtum faciunt, in hoc opus collata.

Alyba, Ἀλύβη, regio non longè à Myſia: vbi argentifodinæ eſſe ab Homero traduntur.

Alybes, Ἄλυβες, Græcorum nonnulli eos putant eſſe, qui & Chalybes. Strab. *lib.* 12.

Alycus, ciuitas Peloponneſi. Steph.

Alypon, ἄλυπον Dioſcoridi, vulgò, *Turbit di Leuante*: eſt herba ſubrubra, latis feſtucis, foliis minutis, flore nigro, radice betæ non abſimili.

Alyſius, Ἀλύσιος, Bacchus dicitur, ἀπὸ τοῦ λύω, id eſt, ſoluo. Cæl. *lib.* 7. *c.* 15.

Alyſonij, Ἀλυσώνιοι, populi ſunt Scythiæ Aſiaticæ, vt docet Herod. *lib.* 4.

Alyſſon, ἄλυσσον Dioſcoridi, frutex ex caule tantùm & foliis minoribus à rubia diſtans, vt tradit Plin. *lib.* 24. *c.* 11. Nomen habet ab eo, quòd ſolo conſpectu rabiem curare credatur. Quidam eandem putant eſſe cum ea, quam hodie Rubiam minorem vocamus, alij eam eſſe malunt, quæ Cannabis agreſtis dicitur.

Alyſſos, Arcadiæ fons eſt, cuius aqua canis rabidi morſui medetur.

Ălyxŏthŏē, Ἀλυξοθόη, Nymphæ nomen, ex qua Priamus Æſacum ſuſcepit. Ouid. *lib.* 11. *Metamorph.* Æſacon vmbroſa furtim peperiſſe ſub Ida Fertur Alyxothoë.

Alyzia, Ἀλυζία Stephano, Acarnaniæ ciuitas eſt, non procul à littore. Strab. *lib.* 10. Cic. *Tironi*, Tertio die ab te ad Alyziam acceſſeramus: is locus eſt citra Leucadam ſtadia cxx.

A M

Am, Præpoſitio Græca, quæ niſi apud vetuſtiſſimos, extra compoſitionem non reperitur, ſignificátque circum. Cato ſeparauit, quum dixit, Am terminum. Verum quando componitur cum dictione incipiente ab a, e, i, u, interponitur b, euphoniæ cauſa: vt, Ambages, Ambio, Ambeſus, Ambigo, Amburbium, Ambaruualis, Ambuſtus. Si verò cum c, h, f, q, mutatur m, in n, vt, Anciſus, Anhelo, Anfractus, Anquiro. Cùm p, remanet integra: vt Amputo. ¶ Am, idem quod eam: vt, Am cohibeſſit, pro eam cohibuerit. Lucr. *lib.* 6. Corpore qui noſtro rarus magis am cohibeſſit.

Ama, auis nocturna, quæ & ſtrix, eadem fortè, quæ veſpertilio. ¶ Ama etiam dicitur vas, ad fundendum vinum accommodum. ¶ In Eccleſia ſunt Amæ, vrceoli, & gutturnia vino & aqua plena ad ſacrificium altaris. ¶ Erant inſuper Amæ donaria ad ornatum templorum

plorum. Aliqui scribunt Hama, inde Hamala diminutiuum, quo vsus Columella.

Amabilis, Amabilitas, Amabiliter, Amabo, vide *Amo*.

Amadoca, orum, ἀμαδόκα, τά, siue Amadoci, montes sunt in Sarmatia Europæa: à quibus & accolæ, Amadoci dicuntur Ptolemæo.

Amadryades, vide *Hamadryades*.

Amæa, æ, apud Trœzenios Ceres dicta: Proserpina verò Azesia, autore Didymo. Vnde prouerbium Amæa Azesiam reperit. Dici consueuit de diu multúmque quæsita desideratáque. Nota est fabula de Cerere quærente Proserpinam: refertur à Plutarcho.

Amalchium, à Scythis appellatur Oceani Septentrionalis portio, quam nos Mare congelatum dicimus. Plin. *lib.4.c.13.*

Amalecitæ, ἀμαληκῖται. Gens Hebræorum. Steph.

Amalthea, ἀμάλθεια, Fuit nutrix Iouis infantis. Nam Melissus rex Cretæ duas filias habuit, Amaltheam & Melissam, quæ Iouem caprino lacte & melle nutrierunt, teste Lact. *lib.1. Institut.* Vide Ouid. 5. *Fast.* Alij dicunt capram illam appellatam esse Amaltheam, vt Parmenius poëta Græcus: quæ propterea in cælum sublata, inter sydera cum geminis hædis fuit collocata. In cuius autem ortu & occasu maximæ fiunt pluuiæ. Hinc & illud Ouid. 5. *Fast.*

Nascitur Olenia signum pluuiale capellæ.

Porrò Olenia dicitur, quia in Oleno vrbe Bœotiæ, vel Achaiæ, vt alij volunt, nutrita est. Sunt qui tradant ex altero Amaltheæ cornu fluere ambrosiam, altero nectar, cibum & potum deorum. ¶ Est & nomen Sibyllæ apud Tibullum.

Amaltheæ cornu, Ἀμαλθείας κέρας, idem quod copiæ cornu. Vtimur quoties affatim superesse significamus. Translatum à fabula quæ variè narratur apud Autores. Quidam ad hunc modum narrant. Rhea Iouem extra metu Saturni patris liberos recens natos deuorare soliti, infantem in Creta occuluit, nutriendum à duabus Nymphis Adrastea & Ida Melissei filiabus. Hæ nutricauerunt illum lacte cuiusdam capræ, cui nomen erat Amalthea, quam Iupiter iam adultus ob acceptum beneficium in sydera retulit. Huius alterum cornu nymphis nutricibus dedit, videlicet officij præmium, hanc adiiciens facultatem, vt quicquid optassent, id illis ex eo cornu largiter suppullaretur. Ouid. *lib.5. Fast.* paulo diuersius fabulam narrat:

Nais Amalthea Cretæa nobilis Ida, &c.

Aliter narrat Diod. Sicul. *lib.4.c.*[illegible] Rursum aliter *lib.6.c.2.* Vide Strab. *lib.10.* Philostratus Dionem sophistam appellat Amaltheæ cornu velut omni genere virtutum expositum. Plutarch. irridens paradoxa Stoicorum, qui suo sapienti tribuunt vniuersa, diuitias, libertatem, sanitatem, & regnum, Qui Stoicam, inquit, acceperit Amaltheam.

Amalthea & Amaltheum, Cicero vocat Attici Bibliothecam, propter variam & magnam bonorum librorum copiam, quasi dicas Copiæ cornu. Cic. *ad Att. lib.1. 8. & ibidem epist.* 1. *ad finem.* Velim ad me scribas cuiusmodi sit Ἀμαλθεῖον tuum, quo ornatu, qua τοποθεσίᾳ: & quæ poëmata, quásque historias de Ἀμαλθείᾳ habes, ad me mittas, *& lib.2. epist.16.*

Amana, ἄμανα, ciuitas Mediæ, Ptolemæo.

Amando, as, alio mando, ablego, aliquò mitto, remoueo. {שלח *schillach.* ἀποπέμπω, ἀπωθέω, ἀποδιοπομπέομαι. Gall. *Enuoyer hors de chez soy, enuoyer en quelque part.* Ital. *Mandare altroue.* Germ. Anderstwohin senden/hinweg schicken. Hisp. *Embiar de si.* Angl. *To send away.*} Cic. *pro Rosc.* Amandaueras hunc sic, vt esset in agro, ac tantummodo aleretur ad villam, vt commodis omnibus careret. Idem *pro domo sua ad Pont.* Me expulso, Catonem amandato. Liu. *lib.9.d.4.*

Amandatio, onis, relegatio, reiectio. {שלוח *schilluach.* ἀποπομπή. Gall. *Enuoyer hors de chez soy, esloignement de soy.* Ital. *Il mandare lontano.* Germ. Ein hinwegschickung. Hisp. *Embiada de si.* Angl. *Sending away.*} Cic. *pro Rosc.* Taménne hæc attenta vita & rusticana, & relegatio atque amandatio appellabitur?

Amandra, regio ad Indum fluuium, in quatuor diuisa populos, Peucolaitas, Arsagalitas, Geretas, & Asoos. Autor Plin. *lib.6.c.20.*

[Amanco. Gloss. Amansit ἀπεκδέχεται.]

Amanides portæ, ἀμανίδες πύλαι, dicuntur angustiæ Amani montis in quas ille desinit à Tauro discedens. Vide Strab. *lib.4.*

Amanoides, ἀμανώδης, Ciciliæ promontorium Pomponio sic dictum, quòd formam effigiémque Amani circumnauigantibus exhibeat. Hermolaus.

Amans, Amanter, vide *Amo*.

[Amansit, expectauit. Isid. Gloss.]

Amanthes, populi sunt in Africa, Troglodytis proximi, apud quos tum salis, tum carbunculorum, gemmarúmque copia est, adeò vt ex sale domos sibi extruere dicantur. Autor Solinus.

[Amantia, amoritur, Repentia, à repo. Habentia, ab habeo. Plaut.]

Amantia, ἀμαντία, ciuitas Macedoniæ, Ptolemæo. Cic. 11. *Phil.* C. Antonius qui tenet Apolloniam magnam vrbem, & grauem: tenet opinor Bullidem, tenet Amantiam, &c.

Amantini, ἀμαντῖνοι, Ptolemæo, Amantes Plinio, populi sunt Pannoniæ inferioris, quæ hodie Vngaria dicitur.

Amanuenses, dicti sunt serui, quorum opera & manu in scribendo perinde ac scribarum vtimur. Hi & A manu dicuntur. {סופר *sopher.* ὑπογραφεῖς. Gall. *Clercs qui seruent à escrire. Secretaires.* Ital. *Serui che s'adoperano à scriuere.* Germ. Diener so man zum schreyben braucht/ Schreiber. Hisp. *Los que escriuen lo que otro dize.* Angl. *Clerkes which serueth in writting secretari.*} Suet. *in Ner. c.44.* Ne dispensatoribus quidem, aut amanuensibus exceptis. Vide in A. ¶ Alius est seruus qui dicitur Ad manum.

Amanus, ἀμανός Stephano, Pars Tauri montis, qua Syria à Cicilia diuiditur. Strabo *lib.11.*

Amaracus, Cyniræ regis Cypri puer, qui casu lapsus, dum ferret vnguenta, fregit alabastrum. Deinde, quum nimio colore contabuisset, versus est in sampsuchum, quæ ex eius nomine Amaracus cœpta est appellari, ἀμάρακος, σάμψυχον. Virg. 1. *Æneid.*

—— *vbi mollis amaracus illum*

Floribus & dulci aspirans complectitur vmbra.

Plin. *lib.21. cap.22.* Sampsuchum, siue amaracum in Cypro laudatissimum, & odoratissimum, scorpionibus aduersatur ex aceto & sale illitum. Herbam hanc vulgo *Maioranam* vocamus.

Amaracinum, ἀμαράκινον, siue sampsuchinum, σαμψύχινον. Oleum, seu vnguentum, quod fit ex amaraco, ad calefaciendos emolliendósque neruos, vt Plin. scribit *lib.21.* Lucretius,

—— *postesque superbos*

Vngit amaracino, & foribus miser oscula figit.

Et iterum,

Sicut amaracini blandum stactæque liquorem.

Huius vnguenti nobilissimus odor locum fecit prouerbio, Nihil cum amaracino sui: quod Aulus Gellius, extremo lucubrationum suarum capite, eleganter torquet in quosdam ingenio pinguiore homines, & à Musarum sacris alienos, qui elegantiores literas, quas non assequuntur, miro supercilio contemnunt.

[Amaræ, meatus in auribus, per quos sordes è capite deferuntur. Item sulci irrigandis hortis. Onom. M.]

Amaramis, vt refert Iosephus, fuit nomen patris Mosis.

Amarantus, ἀμάραντος, herba est spicam verius habens, quàm florem, eámque purpuream, ab immortalitate nomen trahens: vnde, Immortales amaranthi, nunquam enim marcessit. Fitque ab α priuatiua particula, & μαραίνομαι, siccor, tabesco. Plin. *lib.21.c.8.* Amarantho non dubiè vincimur. ¶ Est autem non φλὸξ siue φλόγινον Theophrasti (vt quidam censent,) sed πορφυροῦν potius, quam purpuream transtulit idem Plin. *lib.21.c.11.* cui φλὸξ flammea est. Gall. *Passeueleurs* vocant.

Amaranthi, ἀμάρανθοι, populi inter Colchos, apud quos Phasis fluuius oritur: vnde & Amaranthus à quibusdam appellatur. Steph.

Amarbi, populi Scythiæ, Hircanis proximi, quorum meminit Plin. *lib.6. c.13.* Strab. *lib.11.* Amardos vocat.

Amardus, Mediæ fluuius, Ptolemæo.

Amārŭs, a, um, {מר *mar* מרירי *meriri.* πικρός. Gall. *Amer.* Ital. *Amaro.* Germ. Bitter. Hisp. *Amargo.* Angl. *Bitter.*} Quod contrarium est dulci. Virg. 1. *Eclog.*

—— *& salices carpetis amaras.*

Plin. Esse debet gustu amarum. Ouid. *El. 11. lib.3. Trist.*

Quid simulacra ferox dictis incessis amaris.

& ibid. *El.2. lib.5.*

Vtque viæ casus & amara pericli.

Os amarum habeo. Plaut. *Curc. sc.3. a.2.* Dulce amarúmque vnà nunc misces mihi. de amore. Idem *Pseud. sc.3. a.1.* Dulcia atque amara sum eloquutus omnia, scis amorem, scis laborem; *ibid. sc.4.* ¶ Translatè pro aspero. Virg. 1. *Æneid.* Hostis amare quid increpitas. Cic. *Attic.* Amariorem me fecit senectus. Plaut. *in Pseud.* non sine prouerbij specie ait dulce & amarum pro lætis & tristibus. Amans adolescens de epistola amicæ. Dulce amarúmque vnà nunc misces mihi. Idem *in eadem fabula*. Dulcia atque amara apud te sum eloquutus omnia. ¶ Amarum agrum vocant sterilem, & incertum. Siculus.

Amārescĕrĕ, amarum fieri. {מר *mar.* πικραίνεσθαι. Gall. *Deuenir amer.* Ital. *Diuenir amaro.* Germ. Bitter werden. Hisp. *Amargár.* Angl. *To waxe bitter.*} Palladius, Amygdalus, si rodatur, amarescit.

Amārissĭmē, Suet. *in Tiberio c.54.* Accusauit per litteras amarissimè congestis etiam probris. Idem *in Aug. c.70.*

Amaritudo, & Amaror pro eodem accipiuntur: nam significat insuauitatem & asperitatem illam, quam Græci {πικρίαν. ממר *memer.* Gall. *Amertume.* Ital. *Amaritudine.* Germ. Bitterkeit. Hisp. *Amargura.* Angl. *Bitternesse.*} vocant, quum scilicet lingua adeò detergitur, vt etiam exasperetur. Huiusmodi enim sapores amaros vocari, docet Plato *in Timæo*, & post eum Gal. *lib.1. de facultat. sim. med.* Virg. 2. *Georg.*

At sapor indicium faciet manifestus, & ora

Tristia tentantum sensu torquebit amaror.

Plin. *lib.11.c.37.* Ideò tantam habent amaritudinem, vt à canibus non attingantur. ¶ De voce *Amaror* vide Gellium.

Amarities, ei, idem quod amaror: & per translationem accipitur pro solitudine & dolore. Catul.

Multa satis lusi, non est dea nescia nostri,

Quæ dulcem curis miscet amaritiem.

[Amaritum, vnguentum. Pap.]

Amārulentŭs, valde amarus. {מרירי *meriri.* πικρός. Gall. *Fort amer, plein d'amertume.* Ital. *Pieno di amaritudine.* Germ. Heftig bitter. Hisp. *Muy amargo.* Angl. *Very bitter.*} vt, Succus amarulentus. Per metaphoram ponitur pro animi dolore in inuidiam, aut maleuolentiam exacerbato. Timon, Amarulentus librum maledicentissimum conscripsit. Gell. *lib.6. cap.17.*

Amarusia, ἀμαρυσία, Dianæ cognomen est, tractum (vt Pausaniæ videtur) ab Amarinthæo Eubœæ vico, vbi summa cum veneratione colebatur Diana.

Amaryllis, huius Amaryllidis, nomen rusticæ, de qua Virg. *Eclog.2.*

Mirabar quid mœsta deos Amarylli vocares.

Amarylli, vocatiuus Græcus est, qui breuis est, quotiescunque in Is terminatur nominatiuus, vt Pieris, apud Horatium, Dulcemque strepitum Pieri temperas.

Amarynthus, ἀμάρυνθος, vicus est Eubœæ insulæ iuxta Eretriam, in quo Diana colebatur, quæ inde Amarusia dicta est. Strab. *lib.10.* & Amarynthis. Liu. *lib.5. d.4.*

Amasenus, fluuius Volscorum. ¶ Est & alius in Sicilia eodem nomine, de quo Ouid. *lib.15. Metam.*

Necnon Sicanias voluens Amasenus arenas.

Amasia, ἀμάσεια, Oppidum Cappadociæ, quod Iris fluuius præterfluit, Strabonis Geographi patria, vt idem Strabo testatur *lib.12.*

Amasias, ἀμασίας Straboni, fluuius est Germaniæ inter Rhenum & Albim, iuxta Emdam Phrysiæ orientalis metropolim, in Oceanum illabens Germani sua lingua Die Ems vocant. Plin. & Pom. Melæ Amisius dicitur.

Amasis, ἄμασις, Nomen proprium regis Ægypti, cuius tumulus fuit vna pyramidum, dicente Lucan. *lib.19.*

Nec mihi pyramidum tumulis euulsus Amasis.

Hic legem condidit, vt quisque quotannis apud præsidem rationem

vitæ

vitæ redderet, demonstraretque vnde viueret, aut quo quæstu sustentaretur: qui hoc non faceret, morte afficeretur. Hanc legem Solon ab Ægyptiis transtulit ad Athenienses. Floruit eodem tempore in Ægypto, quo septem sapientes in Græcia floruerunt. Multa de hoc Plutarchus *in Symposio septem sapientum*.

Amasius, [illegible], vel Amasia, [illegible], qui vel quæ amat, vel amatur. {[illegible] *Boginh*. GALL. *Amoureux*. ITAL. *Innamorato*. GERM. Ein bůhler oder bůhlerin. HISP. *Enamorado*. ANGL. *A paramour, he or she that loueth, or is loued*.} Gell. *lib*. 19. *cap*. 9. Audire ac discere, nostros quoque antiquiores poetas amasios ac venerios fuisse. Idem *cap*. 8. *lib*. [illegible]. Venerij & Amasij sunt Delphum. *Ibid*. Amatores. Amasius, item Germaniæ fluuius, Ptolemæo, qui Plinio Amisius dicitur, & Pomponio Melæ: &, Amatia, siue Amasias, Straboni.

[Amasco, vide infra.]

Amasso, pro Amauero, scripsit Laberius, & Plautus *in Mil*.

Amascus, & Amasio, amator. Diomedes, Plaut. Apuleius, & alij.

Amasi, Plin. *lib*. 6. *cap*. 7. populi circa Meroen.

Amastris, [illegible], Metropolis Paphlagoniæ, quæ antea Cromna dicebatur, postea Amastris appellata ab Amastri muliere Persica, filia Oxyathræ, fratris Darij, aut (vt aliis placet) ab Amastri quadam Amazone. ¶ Est & vrbs Bithyniæ, Ptolemæo.

Amath, nomen filij Chanaan, qui (autore Iosepho) Amathrones instituit, qui & Amathei dicuntur.

Amata, à Pontifice appellabatur Virgo Vestalis, quum ad ministerium Vestæ capiebatur: quòd prima, quæ hoc ritu capta fuit, hoc fuerit nomine. Capi autem idcirco dicebatur, quod veluti bello capta à parente, vel ab eo, in cuius potestate erat, manu à Pontifice maximo apprehensa abducebatur. Vide Gellium *lib*. 1. *cap*. 12.

Amatæ, populi Indiæ, Plin. *lib*. 6. *cap*. 20.

Amatha, orum, [illegible], regio Arabiæ. Vnde Amathæi, [illegible], Arabiæ populi. Plin. *lib*. 6. *cap*. 28. Horum meminit Ioseph. *lib*. 1. *antiq*. *cap*. 12. & Steph.

Amathe, es, [illegible] Stephano, oppidum est Phœnices, & alterum Siciliæ ab vtroque deducitur gentile Amathæus, [illegible].

Amăthūs, untis, [illegible], Cypri ciuitas est Veneri sacra, in qua & Adonis colebatur. Virg. *lib*. 10.

Est Amathus, est celsa mihi Paphos, atque Cythera.

Ouid.

Piscosámque Gnidon, grauidámque Amathunta metallis.

Amāthūntēus, a, um, Idem *lib*. 10. Lactentes vitulos, Amathuntæásque bibentes.

Amāthuntiās, a, um. Virg. *in Ciri*.

Quod si animo quæras alio iactaris amore:
Nam te iactari, non est Amathuntia nostri.
Tam rudis, vt nullo possim cognoscere signo.

Vbi tamen in castigatioribus exemplaribus non Amathuntia legitur, sed Amathusia.

Amāthusii, [illegible], Cyprij sunt ab Amathunte vrbe. Strabo *lib*. 8.

Amāthus, amathi, [illegible], fluuius Pylon vrbem, Nestoris patriam præterlabens: à cuius nomine Pylos ipsa Amathoessa videtur appellata. Hic etiam Pamisus vocatur, & Mamaus, & Arcadicus. Autor Strabo *lib*. 8.

Amāthūsĭā, [illegible], insula in mari Cilicio, ab Amathunte vetustissima vrbe sic appellata. Nunc Cyprus dicitur. Plin. *lib*. 5. *cap*. 31.

Amāthūsĭăcus, a, um, adiectiuum Ouid. *Met*. 10.

Lactentes vitulos Amathusiacasque bibentes.

Āmītio, Amator, Amatorius, vide *Amo*.

Amaurosis, [illegible], Latinè dicitur oculorum obscuritas, quum sine vllo euidenti vitio, & citra dolorem, visus obscuratur: quod solet contingere ex obstructione nerui visiui.

Amaxa, [illegible] Stephano, Bithyniæ locus: à quo gentilia Amaxæus, [illegible], & Amaxites, [illegible].

Amaxia, [illegible], Ciliciæ vrbs est, materia ad fabricandas naues maximè abundans, quam Cleopatra ab Antonio dono accepit. Strab. *lib*. 14.

Amaxobij, populi inter Sarmatas. Vide *Hamaxobij*.

Amaxitus, [illegible] Stephano, Troiadis locus, ara duodecim deorum insignis, quam Agamemnon construxit. ¶ Hinc Amaxitani dicuntur, Amaxiti incolæ, quos Apollodorus Amaxitenos, [illegible] appellat. Meminit huius loci Plin. *lib*. 5. *cap*. 30. & Strabo *lib*. 30. ¶ Est præterea Amaxitus, oppidum in sinu Doridis, apud Plin. *lib*. 5. *cap*. 9.

Amazones, [illegible], Fœminæ bellicosissimæ, Scythiam iuxta Tanaim primum, deinde ad Thermodoonta incolentes, quæ magnam Asiæ partem occupauere. {GERM. Streitbare weiber in Scythien.} Dictæ Amazones, eo quod mammis careerent: ab α sine, & μαζὸς mamma. Mos enim fuit Amazonibus interfectis maribus, quos genuissent, seruare fœminas, earumque infantium mammas dextras inurere, ne impedimento essent ad pugnam conferendam, & ne sagittarum iactus impediretur. Vel Amazones ab α, & μάζα, id est, pulte, seu pane, quasi sine pane, eo quòd non pane vescerentur, sed carnibus. Alij ab ἅμα & ζῶ, cum aspiratione in principio, tanquam in communione viuentes, dictas putant. Stephanus dictas putat à nympha Amazonide, filia Samornæ. Fuère & in Libya Amazones, vnde Silius Ital. *lib*. 2. Hasbiten Harbæ filiam Amazonica pelta insignem facit. Alij ab Amazone puella, Dianæ sacerdote, & regina Ephesi, Amazones volunt appellatas. Amazonia, [illegible], illarum regio dicitur. ¶ Amazonum cantilena, [illegible], in delicatos & parum viros Philostrat. *in Apollon. vita lib*. 4. ¶ Amazones pro pauperioribus, & tenuiori promiscuóque victu vtentibus apud Græc. scientissimos reperiuntur, veluti qui mazam, id est, panem, non habebant. Vide Cæl. *lib*. 5. *cap*. 32. & Hermolaum in Plin. *lib*. 6. *cap*. 7.

Amazonicus, idem quod Amazonius: apud Suet. *in Nerone cap*. 44. Peltæ Amazonicæ. *Ibid*. Amazonicæ secures.

Amazonius, mons Cappadociæ, præter cuius radices labitur Thermodoon fluuius. Plin. *lib*. 6. *cap*. 3.

Amazonides, plur. num. id est, Amazones. Virg. 1. *Æneid*.

Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis
Penthesilea furens.

Vbi Seruius, Amazonides deriuatio est pro principalitate: sicut Scipiadas duros bello, pro Scipionibus.

Ambactus, ambacti, apud Ennium, inquit Festus, lingua Gallica significat seruum. Cæs. *lib*. 6. *bell. Gall*. Eorum vt quisque est genere copiisque amplissimus, ita plurimos circum se ambactos, clientésque habet.

Ambages, vel Ambagio, ab am, & ago. Significat verborum circuitus. {[illegible] *Kalalkalloth*. [illegible]. GALL. *Propos amb'igu, ambageoit, ab Ambigo forcasse*. ITAL. *Giro de parole, ciancie*. GERM. Vmbschweiffende red. HISP. *Los rodeos de palabras*. ANGL. *A circuit wordes, deceatfull speach*.} Virg. *lib*. 2. *Georg*.

——non hic te carmine ficto,
Atque per Ambages & longa exorsa tenebo.

Plaut. *Pseud. sc*. 1. *a*. 3. Quid opus est nunc multas agere ambages. Ouid. 4. *Fast*.

Obscura sortis patres ambagibus errant.

Veteres quoque Ambagio dixerunt: de quo nomine Varr. *lib*. 2. *de ling. Lat*. Ambagio, inquit, dicta ab eo quod ambit orationem.

Ambāgiosus, a, um, quod abundat ambagibus. {[illegible] *Kalalkalloth* [illegible]. GALL. *Plein d'obscurité & ambiguité*. ITAL. *Pieno di giri*. GERM. Das vil vmbschweiffig ist. HISP. *Lleno de rodeos*. ANGL. *Full of deceatfull wordes*.} Gell. Neque præcepta dicunt, sed lubrica atque ambagiosa coniectatione nitentes inter falsa & vera.

Ambarri à Cæsare inter Galliæ Lugdunensis populos numerantur.

Ambarualis hostia, ab ambiendis aruis dicta, victimæ genus erat quotannis pro frugibus sacrificari solitum. Solebant enim huiusmodi hostiis, antequam cæderentur, arua lustrari. Virg.

Terque nouas circum felix eat hostia fruges.

Festus tamen ab ambo videtur compositionem deducere, dicens: Ambaruales hostiæ appellabantur, quæ pro aruis à duobus fratribus sacrificabantur. Huic autem sacrificio præfecti erant sacerdotes numero XII. à Romulo primùm instituti, quos Fratres Aruales vocabant, de quibus latiùs suo loco.

Ambatum, odoramenti genus est, quod ab Aëtio, recentioribúsque Græcis [illegible] appellatur, quod, teste Ruell. *lib*. 1. *cap*. 27. vulgo *Ambragrysea* vocatur.

Ambasiator, Ambassator, Ambasciator, nuncius, seu legatus, Latinis etiam haud inusitatum.

Ambastæ, populi sunt Asiæ, & Ambastum, fluminis nomen in Asia, autore Ptolemæo.

[Ambaxioqui, circumeuntes cateruatim. Fest. Ibi Scaliger legit Ambaxi, ab am, & axes, id est, glomerati.]

Ambe, [illegible], ciuitas est Arabiæ Felicis. Ptol.

Ambĕdo, is, edi, ambedere, ex Am, & edo, id est, circumedere. {[illegible] *achál*. [illegible]. GALL. *Manger & ronger tout autour*. ITAL. *Roder à mangiar tut' interno*. GERM. Vmbessen, zu ring vmbnagen. HISP. *Comer en derredor*. ANGL. *To eat about, to gnawe about*.} Plaut. *in Merc*. suæ vxoris dotem ambedisse: oppido mihi illud videri mirum, vt vna illæc capra Vxoris simiæ dotem ambederit.

Ambens, ambedens, consumens. Luc. *lib*. 5.

Ambēsus, a, um, Circunquaque esus. {[illegible] *neechál*. [illegible]. GALL. *Rongé tout à l'entour*. ITAL. *Roduto d'intorno*. GERM. Vmbgessen, vmbnagt. HISP. *Comido en derredor*. ANGL. *Eaten on all partes*.} Virg. 3. *Æneid*. Quàm vos dira fames, nostræque iniuria cædis Ambesas subigat malis absumere mensas. ¶ Legitur & Ambest, tertia persona ab Ambedo, quemadmodum Est ab edo. Reliqua tempora & personæ regulariter per tertiam verborum declinationem inflectuntur.

Ambegni, à veteribus bos & veruex appellabantur, quum ad eorum vtraque latera agni in Sacrificium ducebantur. Festus. Apud Varronem ambiegni est: Ambiegna bos, inquit, est, circum quam aliæ hostiæ constituuntur.

Ambiani, siue Ambianenses, [illegible], populi sunt Galliæ Belgicæ, quos Plin. *lib*. 4. Bellouacis coniungit. GALL. *Amiens*.

Ambitinus vicus, Suet. *in Calig*. *cap*. 8.

Ambĭdentes, oues dictæ à veteribus inueniuntur, quæ in vtraque mandibula habeant dentes. Hæ & bidentes dicuntur. Autor Festus.

Ambĭdexter, qui ita læua manu vtitur vt dextra. {אישר יד ימינו *isckatteér iadh iеminó*. [illegible]. GALL. *Gaucher & dextrier*. ITAL. *Dritto & mancino*. GERM. Der die lincke hand als die rechte braucht. HISP. *Diestro de entrambas manos*. ANGL. *He which is alyk able of the left hand as of the ryght*.}

Ambigatus, Celtarum rex fuit, qui vbi maiorem vidit suorum multitudinem, quàm vt commodè ab ea regione ali possent, Bellouesum & Sigouesum sororis suæ filios cum magna Senonum parte ad quærendas nouas sedes, alterum in Italiam, alterum ad saltus Hercinios misit. Vide Liu. *ab Vrb. cond. lib*. 5.

Ambĭfariam, bifariam. Apuleius *in Apologia*. Item Zenonem illum antiquum, Velia Oriundum, qui primus omnium dictionem solertissimo artificio ambifariam dissolueret.

Ambiegna, bos augurum, quam circum aliæ bestiæ constituebantur. Varr. *de L. L*.

Ambigena, hermaphroditi & androgyni. Blesens. *epist*. 90. Ambigena non generant, teste Hippocrate.

[Ambigenes, loca flexuosa. Pap.]

Ambĭgo, is, ex Am & ago. propriè significat circumago, circundo. {[illegible] *sabáb*. [illegible].} August. Quibus muris ambigere. Vnde & Ambactus, & Ambages. ¶ Item Ambigere, est dubitare. {[illegible] *talah*. [illegible]. GALL. *Estre en doute, estre en different*. ITAL. *Dubitare, stare in dubio*. GERM. Zweiflen, in einem zweifel stehn. HISP. *Dudar*. ANGL. *To bring about, to doubt*.} Interdum ponitur pro litigare & controuersiam mouere. [illegible]. Terent. *in Heaut*. Simo & Crito, vicini nostri, hic ambigunt de finibus: me cepère arbitrum. Ambigendi naturam habere. Cic. 3. *de Orat*. Omnis igitur res eandem habet naturam ambigendi, de qua quæri, & disceptari potest. Hic Ambigendi videtur accipi passiuè. Non enim res ambigit, sed ambigitur & controuertitur.

Ambĭgitur, impersonale, disceptatur. Cic. 3. *Verr*. Si de hæreditate ambigitur.

Ambĭgŭŭs, a, um, dubium, quod in ambas agi partes potest. {תלוי talui נבוך nabuch. ἀμφίβολος. GALL. Ambigu, douteux. ITAL. Ambiguo, dubio. GERM. Zweiffelhafftig. HISP. Cosa dudosa a dos partes. ANGL. Ambiguouse, doubtesome.} Liu. 6. ab Vrb. Nunquam ambigua fide in amicitia populi Rom. fuerunt. Idem lib. 7. bell. Pun. Ambiguo inter marem & fœminam sexu Androgyni. Ouid. Eleg. 3. lib. 4. Trist.

Cur labat ambiguo spes mea mixta metu.

Gell. cap. 30. lib. 15. per ambiguam ætatem non est receptus in Athletas. Idem cap. 16. lib. 3. Non ambigua pudicitia mulier. Ambiguum nullum esse verbum, & contrà Gell. cap. 12. lib. 11. Item, Quicquid incerti & ambiguum in animo fuit, nunc liquet. Plaut. sc. 4. a. 2. in Pseudolo. Ambigui iuris loca. Suet. in August. cap. 32. Ouid. 13. Metamorph.

Non foret ambiguus tanti certaminis hæres.

Lib. 1. ad Heren. Ex ambiguo controuersia nascitur, quum scriptum duas sententias, aut plureis significat hoc modo: Tullius meus hæres Terentiæ vxori xxx. pondo vasorum argenteorum dato quæ volet. Post mortem eius pretiosa vasa, & cælata magnificè petit mulier. Filius se, quæ ipse vellet, in triginta pondo ei debere dicit. Constitutio est legitima ex ambiguo. ¶ Habet etiam Ambiguus nonnunquam genitiuum, quemadmodum & dubius. Cor. Tacit. lib. 2. Tiberium anceps cura distrahere, vine militum seruum suum coërceret, an inanem crudelitatem tempore vanescere fineret, ambiguus pudoris, ac metus reputabat.

Ambĭguĭtās, dubia, anceps & incerta verborum potestas. {מבוכה mebuchah מחלקת machalaketh. ἀμφιβολία. GALL. Ambiguité, doute. ITAL. Ambiguita, dubiosità. GERM. Zweifflung. HISP. Aquella duda de amba parte. ANGL. Ambiguitie, doubtfulnesse.} Cic. de Inuent. 1. Sed nobis ambiguitate nominis videntur errare. Ambiguitas nominis est quod Æquiuocationem vocamus.

Ambĭgŭē, aduerbium, dubiè. {ἀμφιβόλως. GALL. Ambiguëusement, doutensement. ITAL. Dubiosamente. GERM. Zweifelich. HISP. Dudosamente. ANGL. Doubtfullie.} Cic. 3. Academ. Si quid ambiguè dictum sit.

[Ambimanus. περιδέξιος. Gloss. qui ambabus manibus vtitur.]

Ambĭo, is, iui, vel ij, tum, ex Am, & eo, is, permutatione e in i, & b interposita, Vndique cingo, circumeo, concludo. {סבב sabab הקיף hikkiph. κυκλόω, περιέρχομαι. GALL. Enuironner. ITAL. Girare. GERM. Umbgehn, umbgeben. HISP. Rodear y cercar. ANGL. To compasse, to go about, to enuironne.} Siue etiam qui ambirent palmam histrionibus. Plaut. prolog. Amph. Ambire magistratum sibi, alterive. Ibid. Virtute ambite oportet, non fautoribus. Ibid. Ambienti vt soluerentur legibus, (id est, petenti.) Suet. in Cæs. cap. 18. Virg. 6. Æneid.

Quæ rapidus flammis ambit torrentibus amnis.

Iulius Firmicus, Pompeij post tot triumphos ad Nili fluminis ripam ceruices inuictas, & regias, & quas toties purpura triumphalis ambierat. ¶ Per translationem verò ambire ponitur pro blandiri, interpellare, προσέρχομαι, μετιέναι. Virg. lib. 4.

——— quo nunc reginam ambire ferentem
Audeat affatu.

¶ Quoniam verò Romani, dum honores & magistratus quærerent, circumire singulos solebant, pensare dextras, rogareque vt se suffragiis adiuuarent: factum est, vt Ambire capiatur pro honores quærere, σπουδαρχεῖν, φιλοτιμεῖσθαι. Cic. 11. Phil. Quòd si comitia placet in senatu habere, petamus, ambiamus, tabula modò noua detur nobis, sicut populo data est. ¶ Interdum etiam significat simpliciter desiderare, Hier. ad Damasum: Nihil aliud ambiunt, quàm vt autoritate communionis nostræ fulti, treis hypostaseis cum antiquo sensu prædicent. August. lib. 8. Confess. Quæso te, omnibus istis laboribus nostris quò ambimus peruenire, quid quærimus.

Ambĭtĭo, Circuitio, {מסב mesab. περίοδος. GALL. Enuironnement, ambition, appetit d'honneur. ITAL. Aggirata, ambitione. GERM. Ehrgeitzigkeit. HISP. Rodeo, Codicia de honras. ANGL. Going about, desire of honour, ambitione.} Ambros. Sinus in quo Christus requiescit, non corporis gremio præparatur, nec vestimentorum ambitione componitur, sed virtutum operatione colligitur. ¶ Sumitur & pro rerum magnarum, honorum, & imperiorum scilicet immoderata cupiditate. {גאון ghaon גאוה ghaauah גבהות ghabhuth.} Cic. 2. Tusc. Quid de nostris ambitionibus, quid de cupiditate honorum loquar? Idem 1. Offic. Miserrima est omnino ambitio, honorúmque contentio, φιλοτιμίαν Græci appellant. Ouid. Eleg. vlt. lib. 4. Trist.

Sollicitæ fugax ambitionis eram.

Liu. 3. ab Vrb. Querente petitore quod ius sibi per ambitionem dictum non esset. Item, Magna ambitio fuit (id est, magna petitio, contentio.) Liu. lib. 5. d. 4. Item, Ambitio pro gratia. Liu. lib. 3. d. 4. Per ambitionem. i. gratiam: nam dicitur paulò pòst gratiosa missio. Per ambitionem data ciuitas. Sueton. in Cæs. cap. 19. Item Suet. in Oth. cap. 4. Nullum officij, aut ambitionis genus in quemquam omittere. Ambitio etiam studium conciliandæ gratiæ significat. Cicer. Verr. 4. Si abs te pater tuus istam rem alicuius amici rogatu, benignitate, aut ambitione inductus petiisset, &c. Idem ad Quint. Frat. præsertim quum mores ad nimiam lenitatem atque ambitionem incubuerint. Et hinc ambitiosa decreta dicuntur, quæ sunt in alicuius gratiam concessa, ab Vlpiano l. 3. D. de minoribus. [¶ Ambitio, ipsa actio ambiendi. Fest.]

Ambĭtĭosus, qui immoderatè appetit honores. {גאות gheeh לב גבה gebah leb. φιλότιμος. GALL. Ambitieux, qui brigue ou pourchasse honneur. ITAL. Ambitioso. GERM. Ehrgeitzig der nach ehren stellt. HISP. Codicioso de honras. ANGL. which desireth honoures greatlie, ambitious.} Cic. in Salust. Si fortè fui in honoribus petendis nimis ambitiosus. Item pro Flacco. Qui ita ambitiosus est, vt nos omnes quotidie persalutet. Ambitiosus dicitur, & qui ambit, & qui ambitur. Gell. cap. 12. lib. 9.

Turbaque cælestis ambitiosa sumus,

Ouid. 5. Fast. Vt ambitiosa paupertas capellæ Fab. Quintil. cap. 14 lib. 2. Ambitiosus in diem. Senec. cap. 1. de Tranq. vitæ. Quod precibus petiit ambitiosa suis. (Semele) Ouid. Eleg. 3. lib. 4. Trist.

——— pro nate Carula mater
Ambitiosa suo.

Idem 13. Met. ¶ Dicitur etiam ambitiosus, qui habitu, sermone, vultu, denique modis omnibus misericordiam captat. Quint. lib. 1. Non sum ambitiosus in malis, nec lachrymarum causas augere volo: vtinam esset ratio minuendi. Ouid. lib. 3. de Ponto.

Sed tamen hoc factu adiungere prioribus vnum,
Pro nostris vt sis ambitiosa malis.

¶ In propria sua significatione significat quod magni ambitus est, siue multa ambiens. Plin. lib. 5. cap. 15. Amnis amœnus, & quantum locorum situs patitur, ambitiosus.

Ambĭtĭosè. Cicer. ad Attic. Petiuit à me vt eius orationem ne ambitiosè corrigerem. ¶ Ambitiosius. Idem in Epist. fam. Quum in isto genere multo etiam ambitiosius facere soleam, quam honos meus & dignitas postulat.

Ambĭtor, is, Lampridius in Alex. Seuero, Ita & patronis authoribus damnatus ambitor est. De quodam loquitur, qui per ambitionem ad militiam aspirasset.

Ambĭtūdo, ambitus, περίοδος. Apuleius in Hermetis Asclepio, Tempus autem quod definitur, potest vel numero, vel alternatione, vel per alterius ambitudinem rediens æternum esse.

Ambĭtus, a, um, partic. Circumdatus, κυκλωθείς. Ouid. 1. Metam.

Iussit & ambitæ circundare littora terræ.

Ambĭtus, us, nomen, propriè circuitus. {סבב mesab. περίοδος, περίοδος. GALL. Un cercle, circuit ou tour. ITAL. Giro. GERM. Umbgang, umbkreiß. HISP. Rodeo. ANGL. Compassing.} Cic. de Vniu. Quum se octo ambitus, confectis suis cursibus, ad idem caput retulerint. ¶ Ambitus ædium dicebatur locus inter ædificia relictus, pedum duorum & dimidiati: ab ambiendo dictus, quòd domum ambiret, vel quòd per eum domus posset circunquaque ambiri. Cicer. in Top. Qu. Scæuola id esse solùm ambitus ædium dixit, quantum communis parietis tegendi causa tectum proiiceretur. ¶ Et quoniam qui honores petebant, si virtuti, aut meritis diffiderent, tribus circumire solebant, easque aut largitionibus, aut pollicitis corrumpere, factum est, vt Ambitus ponatur pro crimine honoris malis artibus affectati: quod seuerissimis apud Romanos legibus coercebatur. Cic. 2. de Orat. Rarò illud datur, vt possis liberalitatem ac benignitatem ab ambitu atque largitione seiungere. Idem ad Quint. Fratr. Senatusconsultum factum est de ambitu, in Afranij sententiam. In ambitu stare. i. ante ostium, vel ante domum. P. Valerius de nece M. Antonij oratoris. ¶ Item, Ambitus, pro ambitione, de eo, qui famæ studet, & videri bonus. Fabius. proprio quodam ambitu eligendi. i. iudicio ambitioso. Idem Fab. Quintil. ¶ Capitur interdum pro captatione misericordiæ, quum habitu, vultu, gestu, & oratione, præsentium commiserationem aucupamur. Quint. Si iuuenis innocentissimus, Iudices, vti vellet ambitu tristissimæ calamitatis, poterat allegare vobis amissam in oculis omnium cogitationum temeritatem, id est, misericordiam captare ex commemoratione malorum. ¶ Est item Ambitus prolixior verborum circuitus, ex colis, hoc est, membris & commatibus constans. Græci περίοδον vocant. Cic. de Clar. Orator. Comprehensio, & ambitus ille verborum, si sic Periodon appellari placet. Idem in Orator. Arguti, certique, & circunscripti verborum ambitus. Suet. in Tib. cap. 71. pro periphrasi.

[Ambix. Hes. ἄμβιξ, χύτρα, κώθων. est nomen vasis, quo ita ferme vtebantur, vt nos hodie eo, quod sermo vernaculus alambicem vocat.]

Amblothridion, ἀμβλωθρίδιον, Pharmacum abortum faciens.

[Amblyopia, ἀμβλυωπία, oculorum hebetatio. ab ἀμβλύς obtusus, & ὤψ visus.]

Ambo. Ex Græco ἄμφω videtur deductum, & non dicitur nisi de duobus, quæ præcesserint. {שניהם schenehem. GALL. Tout deux ensemble. ITAL. Ambidue, l'vno & l'altro. GERM. Beidsambdt. HISP. Dos juntamente en numero. ANGL. Both the two.} Plato & Aristoteles ambo Philosophi. Ter. in prol. Andr. Qui vtranuis rectè norit, ambas nouerit. Idem Mostell. sc. 4. a. 1. Iacentes tollet nos ambos aliquis. Vter erat is maior natu? æquè ambo pares. (suprà duo.) Idem Men. sc. vlt. a. 1. Gemini ambo eramus. Ibid. in patriam redeamus ambo. Ibid. Si simulauimus voces, tamen simulauimus ambo, Ouid. 13. Metamorph. Ostende manum. Ambas profero. Plaut. Aul. sc. 3. a. 4. Quæ me ambæ obsecrauerint. Idem Mil. sc. 1. a. 1. ¶ Vel cum hac dictione Duo: vt, Vidi duos homines ambos mihi amicos. ¶ Vel quum de his loquimur, quæ tantummodo sunt duo: vt, Perdidi ambos oculos, & ambas manus. Cicer. de Diuin. Quorum amborum generum vna ratio est. Ambabus manibus haurire, ἀντλεῖν ἀμφοτέραις, subaudi, χερσί. De iis dici consueuit, qui summo conatu quippiam agunt. Itidem Aristoph. in Equitib. ¶ Accusatiuum facit communiter ambos, sed tamen reperitur etiam ambo in accusatiuo, imitatione Græcorum: illi enim ἄμφω dicunt. Faciam vos ambo, Plaut. Curc. sc. 4. a. 5. (hic Ambo est in 4. casu.) Sic & in Amph. Erroris ego ambo illos & dementiæ complebo (pro Ambos.) Puer ambo angues enecat (pro ambos.) Ibid. sc. 2. a. 5. Afranius in Pantaleo. Reuocas nos ambo ad prælium. Terent. in Andr. Heus Charine, ambo opportunè vos volo. Maro Georg. 4. Verùm vbi ductores acie reuocaueris ambo. Idem in Bucol. Nam sæpe senex spe carminis ambo Luserat. Sosipater lib. 1.

Ambo, nis, pulpitum, apud authores Ecclesiasticos.

Ambōnēs, ἄμβωνες, siue ἄμβωνες, calicis genus. Vlpian. D. lib. 33. tit. 7. l. 13. Ambones, calices, trullæ, vbi tamen mendosè legitur ancones.

Ambrăcĭa, ἀμβρακία, vulgò Arta, vrbs in Epiro, Pyrrhi regia, ab Ambrace rege, Thesproti filio, à quo proximus sinus Ambracius dictus est. Gell. cap. 16. lib. 7. Ex Ambracia hœdi optimi.

Ambrăcĭensis, & Ambraciotes, siue Ambraciota, ἀμβρακιώτης. Ex hac vrbe originem traxit Theombrotus, Ambraciota dictus, qui quum Platonis librum de æternitate animarum perlegisset, præcipitem se dedit in mare.

Ambrices, Sunt regulæ, quæ transuersæ asseribus & regulis interponuntur, vt inquit Festus. Vbi per asseres, cantherios etiam intelligimus. Imbrices verò tegulæ, quibus tectum domus tegitur.

Ambrones, Gentes quædam Gallicæ, quæ subita inundatione maris quum sedes suas amisissent, rapinis se alere cœperunt. Hos cum Cimbris, Teutonicisque Marius deleuit. Hinc tractum est, vt turpis vitæ homines, Ambrones dicantur. Vide de hoc latiùs in Epitom. lib. 68. & Plut. in vita Marij.

Ambrosia.

Ambrosia, ἀμβροσία, Latinè immortalitas dicitur, ab α priuatiua, & βροτὸς mortalis: vel quia mortales eam non comedunt, vel quia qui comederent, efficerentur immortales: sed μ interponitur ob euphoniam. Fabulæ ferunt esse deorum cibum, nectar que potionem. Ex quo illud Martialis,

Iuppiter ambrosia satur est, & nectare viuit.

Cic. *lib. 1. Tusc. Quæst.* Non enim Ambrosia deos, aut nectare, aut iuuentute pocula ministrante, lætari arbitror. ¶ Diosc. Ambrosiam scribit Romanis vocari Capitum syluaticum, aliis Botrvn, aliis Apium rusticum. Plin. herbam esse scribit odore non iniucundo, vagi nominis, & circa varias herbas fluctuantem. ¶ Ambrosia alendus, prouerbiali figura dicitur, qui est egregius & velut diis æquandus, quum ambrosia deorum cibo mereatur ali. Vsus est Cic. *lib. 2. de Orat.*

Ambrosius, a, um, Pro immortali, diuino, odorifero, fragranti. Virgil. *1. Æneid.*

Ambrosiæque comæ diuinum vertice odorem Spirauere.

Ambrosius, ἀμβρόσιος, proprium nomen, diuinus, seu immortalis dicitur.

‖Ambrium, gemma nigri coloris. Turn.‖

Ambrysus, ἄμβρυσος, nomen est duarum vrbium, quarum vnam Strabo locat in Phocide, alteram in Bœotia. ¶ Est & hoc nomine fluuius Magnesiæ, iuxta quem Apollinem Admeti regis pecus pauisse Poetæ fabulantur. Alij scribunt Amphrysus. Vide *infra.*

Ambubaiæ, sunt (porphyrione autore) mulieres vagæ, ac viles, quibus nomen ab ebrietate balbutientium verborum videtur esse inditum. Nonnulli Ambubaias, tibicinas Syriaca lingua putant dici. Horat. Ambubaiarum collegia, &c.

Ambubeia, herba est quam alij Ambugiam, alij Intubum agrestem, & notiori nomine Cichorium appellant, κιχώριον.

Ambulacrum, vide *Ambulo.*

Ambuiatri, à Plin. *lib. 4. cap. 19.* referuntur inter populos Galliæ Aquitaniæ.

Ambŭlo, as, Eo, incedo, iter facio, inambulo, deambulo. {הלך *halách.* βαδίζω, περιπατῶ. Gall. *Aller, cheminer, se pourmener.* Ital. *Andare, caminare, passeggiare.* Germ. Wandern, gehn, spacieren. Hisp. *Andar passearse.* Angl. *To go, to walk.*} Cicer. *Attic.* Si enim rectè ambulauit is, qui hanc epistolam tulit, in ipsum tuum diem incidit. Plin. *lib. 10. cap. 66.* Mures Ægyptij bipedes ambulant, ceu Alpini. Item, Ambula in ius. Non eo. Plaut. *Curc. sc. 2. a. 5.* In medio foro boni & dites ambulant. *Ibid. sc. 1. a. 4.* Demiror vbi nunc ambulet Messenio. Idem *Men. sc. 1. a. 5.* Sinito ambulare si foris, si intùs volet (captiuos.) *Capt. sc. 2. a. 1.* Si non vbi sedeas locus est, est vbi ambules. *Ibid. Prolog.* Qui hoc noctis solus ambulem. Idem *Amph. sc. 1. a. 1.* Bene ambula & redambula. Idem *Capt.* Eo ad forum: nisi quid vis. D. Etiamne ambulas? Idem *Asin. sc. 1. a. 1.* Bene ambulato (alloquitur discedentem.) P. Bene vale. Idem *Capt. sc. 2. a. 2.* Insanine estis? Qui dum? Sic quia foris ambulatis. Idem *Most. sc. 2. a. 1.* Nisi ambulaui dormiens in tegulis. Idem *Mil. sc. 3. a. 2.* Prius coniux ambulant ante ostium, quàm obsonatu redeo. Idem *Men. sc. 2. a. 1.* Non domi est: abiit ambulatum (animi causa.) Idem *Milit. sc. 2. a. 2.* ¶ Transfertur etiam ad alia: vt quum dicimus, Ambulare maria, Cic. *2. de Fin.* Ambulant naues, Cato *de re rustic.* Gell. *cap. 26. lib. 10.* Amnis & mare, qua naues ambulant. Ambulant aues, Plin. *lib. 10. cap. 18.* Ambulat hoc caput per omnes leges. Plin. *lib. 18. cap. 50.* Hoc primum antiquis cœnarum interdictis exceptum inuenio iam lege C. Fannij. Et paulò pòst, Quod deinde caput translatum per omnes leges ambulauit. Quasi dicat, peruagatum est, vtpote in legibus passim repetitum. Ambulari, passiuum in 3. personis. Plin. *lib. 23. cap. 14.* Si statim bina stadia ambulentur. ¶ Huius composita sunt, Anteambulo, ante alios ambulo, à quo Anteambulones, ἐμπροσθοπορευταί, dicti sunt stipatores & satellites, qui honoris gratia comitando principem solent præcedere. Suet. *in Vesp.* Dum eum iidem per contumeliam anteambulonem fratres appellant. Martial. *lib. 3.*

Sum comes ipse tuus, tumidique anteambulo regis.

Deambulo, vide alibi. Inambulo, spatior. Redambulo, i. ex ambulatione redeo, vel simpliciter redeo, Plaut. *Capt. sc. 1. a. 4.* Benè ambula & redambula. Et propriè inambulare est Peripateticorum, qui deambulantes disputare consueuerunt. Obambulo, aduersus alios ambulo, & quasi ambulanti oppono, ascendo. Perambulo, per aliquid, siue ad finem vsque ambulo.

Ambulatio. {הליכה *halicháh.* βάδισις, περίπατος. Gall. *Allée, pourmenement.* Ital. *Passeggiamento.* Germ. Spacierung. Hisp. *Aquella obra de andar passeandose, passeo.* Angl. *Walking, going, pourmening.*} Ipse actus est ambulandi. Cic. *5. de Finib.* Constituimus inter nos, vt ambulationem pomeridianam conficeremus in Academia. ¶ Est & locus ad ambulandum, & idem quod ambulacrum. Vitru. *lib. 5. cap. 9.* Circa theatra sunt porticus & ambulationes. Cic. *ad Quint. Fratr. epist. 17.* Sed tamen ei nihil restabat, præter balnearia, & deambulationem, & auiarium. Suet. *in Aug. cap. 1.* Ambulationes in vrbe.

Ambŭlātiuncŭla, diminutiuum. {μικρὸς ὁ βάδισμος, περίπατος. Gall. *Petit pourmenoir.* Ital. *Passeggiamento picciolo.* Germ. Ein gängle. Hisp. *Pequeño lugar para passear se.* Angl. *A litle walking or, pourmening place.*} Cic. *ad Cal.* Cum vna mehercule ambulatiuncula, cúmque vno sermone nostro omneis fructus prouinciæ non confero.

Ambulātor, qui huc, & illuc ambulat. {הלך *heleck.* περιπατητικός. Gall. *Qui aime à se pourmener.* Ital. *Caminatore.* Germ. Wandler, spacierer. Hisp. *El que anda como passeandose.* Angl. *That walketh hither and thither, a runner.*} Colum. *lib. 3. cap. 8.* Villicus (vt ait Cato) ambulator esse non debet.

Ambulātrix, ἡ περιπατήτρια. Cato *cap. 134* Ad cœnam ne quò eat, néve ambulatrix siet.

Ambulātōrĭus, a, um, quod ambulat, quódque moueri potest. {περιπατητικός, μετακινητός. Gall. *Qu'on fait marcher, & aller çà & là.* Ital. *Passeggiante, che passeggia.* Germ. Das geth, spaziert oder bewegt wirt. Hisp. *Cosa para andar.* Angl. *which walketh or is moued hither an thither.*} Turris ambulatoria, quæ rotis & machinis admouebatur muris, ad vrbes oppugnandas, vt scribit Vegetius. Hirt. *de bell. Alex.* Quæque partes vrbis inferiores erant, has altissimis turribus denorum tabulatorum munichant: præterea ambulatorias totidem tabulatorum confecerant. Plinius *lib. 11. cap. 14.* Operculum à tergo esse ambulatorium. ¶ Ambulatorius interdum ponitur pro Mutabilis apud Iurisconsultos: vt quum voluntatem testatoris dicunt esse ambulatoriam vsque ad mortem: vt Vlpian. *D. lib. 34. tit. 4. l. 4.* Ambulatoria enim est voluntas defuncti vsque ad vitæ extremum exitum. ¶ Ambulatoria legis potestas, i. sub alternatione concepta. Paulus *D. lib. 23. tit. 4. l. 10.* Erit ergo potestas legis ambulatoria, quia dotalis fuit obligatio.

Ambŭlăcrum, Est locus ad ambulandum, vbi commodè ambulari potest animi causa. {רהיט *rahit* אולם *ulám* אתיק *attik.* περίπατος. Gall. *Pourmenoir, galerie, lieu à se pourmener.* Ital. *Loggia, cortile.* Germ. Ein ort da man spaziert, Spazierplatz. Hisp. *El lugar para se passear.* Angl. *A walking place, a galerie.*} Festus, Ambulacra, ambulationes. Plinius, Tam fora atque gymnasia, & pro suis extenta porticibus ambulacra miremur.

Ambulatilis, Adiect. περιπατητός. Hinc ambulatiles funduli Vitruuio *lib. 10. cap. 13.*

Ambūrbiāle, vel Amburbium, sacrificij genus erat, quo ciuitas lustrabatur: ita dictum, quòd victima, antequam immolaretur, vrbem ambibat: vnde & ipsæ victimæ Amburbiales dictæ sunt, eadem forma quæ hostiæ ambaruales, quæ circum arua ducebantur, antequam cæderentur, vt fruges faciliùs prouenirent.

Ambūro, Circumuro. {חרך *charách.* περιφλέγω. Gall. *Brusler autour, demi brusler.* Ital. *Brusciare d'ogni parte.* Germ. Zuring vmb anbrennen. Hisp. *Quemar en derredor.* Angl. *To burne about.*} Plaut. *in Epid.* Nam ille quidem Vulcani irati est filius: quaquà tangit omne amburit.

‖Amburuo, ab am & vruo.‖

Ambūstus, a, um, circumustus, adustus, non planè combustus. {חרוך *charúch.* περικεκαυμένος. Gall. *Bruslé autour, ou à demi.* Ital. *Abbrusciato d'intorno, scottato.* Germ. Vmbgebrent. Hisp. *Quemado al derredor.* Angl. *Half burnt, burnt about.*} Cic. *pro domo sua,* Qui denique ambustas fortunarum mearum reliquias suas domos comportari iuberent. Plin. *lib. 10. cap. 33.* Hirundinum pulli ad cinerem ambusti multis morbis medentur.

Ambūstio, nis, verbale. {יקוד *jekúdh.* ἐπίκαυσις. Gall. *Brusleure, eschauduré.* Ital. *Scottatura, arsura.* Germ. Ein brand. Hisp. *Quemadura al derredor.* Angl. *Burning.*} Plin. *lib. 23. cap. 4.* Myrteum oleum medetur eruptionibus & ambustionibus.

Amĕcum, & Amecam, pro amico & amica antiqui dicebant. Laberius, In lacu Auerno mulierem fuisse amecabundam scripsit, hoc est, Amantem.

‖Ameia semen vlmi Plin. gamaria Ruell. legit samaria.‖

Amelas, Lyciæ oppidum. Plin. *lib. 5. cap. 27.*

Ameles angulus, ἀμελὴς γωνία, id est, neglectus angulus, de eo dicebatur, qui supinus & oscitabundus desideret, nihil bonarum rerum tentans. Aiunt in Libya locum esse, qui ἀμελὴς γωνία, hoc est, securus angulus vulgo dictus sit: ob id fortasse, quòd neglectus & incultus iaceret, scriptum reperitur & ἀμελοῦς γωνία, id est, negligentis angulus. Recensent Zenodotus & Hesychius.

Amelius, Philosophus Apamiensis, discipulus Plotini, Porphyrij magister, Ammonij & Origenis coætaneus. Suidas.

Amĕlla, herba quæ nascitur iuxta Mellam Galliæ fluuium, à quo nomen accepit. Amellus flos eius. Vide Seru. in illud Virg. *4. Georg.*

Est etiam flos in pratis, cui nomen Amello Fecere agricolæ.

Amen. {אמן ἀμήν.} Dictio Hebræa, verè, aut veritas: particula ad confirmandum aliquid. *Deuteron. 27. 16.* Respondebitque vniuersus populus אמן Amen, id est, verè, vel veritas erit hoc. Aquila interpretatus est, Fideliter: Septuaginta, Fiat: quòd ea quæ suprà dicta sunt, vera sint.

Āmēns, qui à mente sua discessit, mente motus, de statu mentis deiectus. {משגע *meschughghá.* ἄνους. Gall. *Insensé, hors du sens, forcené.* Ital. *Furioso, pazzo.* Germ. Vnsinnig, taub. Hisp. *Sin seso, loco.* Angl. *Mad mood.*} Cic. *1. de Fin.* An me tam amentem putas, vt apud imperitos isto modo loquar? Senec. *cap. 7. de Consol. ad Mart.* Vagus & amens discursus equarum. Quintil. Velut amentis neruisque intenti. Ouid. *Eleg. 1. Trist.*

Illa dolore amens.

Ibid. Eleg. 3. lib. 3.

Vt foret amentis nomen in ore tuum.

Quidam Dementem ab Amente ita distinguunt, quòd Demens sit, qui non cogitat quid agat, aut loquatur: Amens, qui prorsus insanit.

Āmĕntātus, a, um, vide *Amentum.*

Āmĕntĭa, {שגעון *schigghahón.* ἄνοια. Gall. *Forcenement.* Ital. *Pazzia.* Germ. Vnsinnigkeit. Hisp. *La perdida del seso, è la locura.* Angl. *Madnesse, moodnesse.*} Ter. *in And.* Cur meam senectutem solicito huius amentia? Cic. *3. Tusc.* Nec minùs illud acutè, quòd animi affectionem lumine mentis carentem nominauerunt amentiam, eandemque dementiam. Senec. *cap. 3. de Cons. ad Mart.* Quæ malum est amentia.

Amentum, omne ligamen, veluti lorum, quo media hasta religatur, vt iaci longiùs possit. {מיתר *methár* עבות *habóth.* ἀγκύλη, ὄχανον, ἅμμα. Gall. *Lien, courroye, comme dequoy on lie un soulier, ou un dard pour le letter plus roide.* Ital. *Ogni sorte di legame.* Germ. Ein jedes band, ein riem. Hisp. *Amiento para tirar, como dardo.* Angl. *A loope, à thong.*} Silius *lib. 4.* Hasta iuuatur amento. ¶ Hinc Amentatæ soleæ, & Amentata iacula dicuntur. Cic. *de Orator.* Amentatas hastas ab alio accipere, easque Oratoris viribus lacertisque torquere, metaphoricè dixit pro argumentis, aliunde petitis quasi telis, quibus vtatur orator. ¶ Et Amentare apud Lucanum pro Iacere, aut circundare, aut amento munire, Iaculum amentauit habena. Videtur autem Amentum propriè ea ligamina significare, quæ infra mentum pertinent & pileum retinent, quæ dicuntur etiam offendices, quòd se mutuò offenderent, & conuenirent: ita vt metaphora quadam, vel potiùs Synecdoche ac cætera ligaminum genera translatum sit. ¶ Amentum, etiam cachryn roboris significat. Ruell. *lib. 1. cap. 86.* Hermol. in Plin. *lib. 16. cap. 8.*

Amĕrĭa, ἀμερία Stephano, vulgò *Amelia,* ciuitas in Vmbria, ante Persicum bellum annis noningentis septuaginta quatuor condita: vnde Salix Amerina apud Plin. *lib. 4. cap. 29.* ¶ Et, Amerina retinacula, pro viminibus. Virg. *1. Georg.* Atque Amerina parant lentæ retinacula viti. Vbi Seruius, Amerina retinacula, virgas de quibus vites religantur: quæ

virgæ abundant circa Ameriam oppidum Italiæ, cuius crebram in Rosciana fecit Cicero mentionem.

Ameri mnon, { ἀμέριμνον. GALL. *Ioubarbe.* ITAL. *Sempre viua.* GERM. *Hauswurtz.* HISP. *Yerua puntera.* } Herba est quæ alio nomine Aizoon maius appellatur, autor est Plin. *lib.* 25. *cap.* 13. Nomen habet ab eo quod curam & solicitudinem leuare putetur, ἀμέριμνος enim idem est quod solicitudinis expers.

Amerina, species est salicis arboris, quæ & Sabina appellatur. Plin. *lib.* 14. *cap.* 9. Amerinæ nigræ semen cum spuma argenti pari, pondere psilothrum est.

Ameriola, oppidum in Latio. Plin. *lib.* 3. *cap.* 5.

Ames, itis, masc. gen. { ANGL. *A perche for an halk.* } Pertica aucupalis. Horat. *in Epodo*. Aut amite leui rara tendit retia. Pallud. *lib.* 9. *cap.* 12. Nunc in amitibus apparet aucupium noctuæ.

Amestratus, ἀμήστρατος, Siciliæ oppidum: cuius incolæ dicuntur Amestratini, ἀμηστρατῖνοι. Autor Stephanus. Horum meminit Cic. 5. *actione in Verrem.* Quid Amestrini miseri, impositis ita magnis decumis?

Amestris, ἄμηστρις, Regina fuit Persarum, vxor Xerxis, de qua multa Herodotus.

Amethystus, { אַחְלָמָה *achlámeh.* ἀμέθυστος. } Gemma est diluto violæ colore, fuluore purpuræ, non prorsus igneo, sed in vini colorem desinente: ita dicta ab α priuatiuo, & verbo μεθύειν, quod est inebriori: siue quòd ebrietati credatur resistere, vt Aristoteli cum Magis conuenit: siue (vt Plinio placet) quod vsque ad vini colorem accedens, priùs quàm eum deguster, in violam desinat. Plin. *lib.* 37. *cap.* 9. quinque enumerat amethysti species, ex quibus palmam tribuit Indico. ¶ Amethystus quoque à nonnullis vocatur vuæ quædam species, virium tam infirmarum, vt nullo modo inebriet: vnde Plin. *lib.* 14. *cap.* 2. eam sua ætate Inerticulam appellatam fuisse testatur. ¶ Ab Amethystus fit adiectiuum Amethystinus, a, um, quod ex Amethysto constat, aut quod amethysti colorem refert. Suet. *in Ner. cap.* 32. Amethystino Tyrij coloris interdictus. Et Amethystinæ lanæ, de quibus Martial. *Epigram.* 154. *lib.* 14. ¶ Item Amethystinatus, amethystino colore ornatus: sicut purpuratum dicimus veste purpurea exornatum. Mart. *lib.* 2.

His quem videtis grossibus vagis lentum,
Amethystinatus media qui secat septa.

Amethystizontes, carbunculi, ἀμεθυστίζοντες ἀσπαλτοι, optimum carbunculi genus, cuius extremus igniculus in Amethysti violam exit. Plin. *lib.* 37. *cap.* 7.

[Amfariam, per amborum partes. Gloss. Isid.]

Amfractus, & Amfractum, flexus: ab ambitu, & frangendo. Varr. *de L. L.*

[Ami, vigiliæ, custodiæ, { GALL. *Sentinelle.* } Pap.]

Amia, piscis est Pelamidi similis, cuius incrementum singulis diebus intelligitur. Plin. *lib.* 9. *cap.* 15.

Amiantus, ἀμίαντος, lapis est friabilis in modum lanæ, alumini scissili adeò similis, vt pro eo à Seplasiariis supponatur. Vulgus Gallorum vocat *Alumen plumbeum,* falsò existimans speciem esse aluminis. Ex hoc lapide tenuiores conficiunt ellychnia, propterea quòd ab igne non consumatur. Texitur quoque in vestes & mappas, quæ sordidatæ, igni purgantur. Discernitur ab alumine scissili, quòd hoc aquæ annatet: amiantus autem mergatur. Gustu quoque dignoscitur: nam alumen scissile substantiæ tenuitate linguam mordicat, & tandem exulcerat, amiantus verò acrimoniæ omnis, mordacitatisque expers est. Ad hæc, Amiantus in ignem coniectus, perpetuò durat: alumen autem liquescit, bullásque excitat.

Amicimen, amictus, vestis. Apul.

Amicinus, Vtris pediculus, ex quo vinum diffunditur. Festus.

Amicio, is, Præteritum amicui & amixi, amictum, vestio, operio, &c. Vide Diom. *lib.* 1. Brutus *in laudatione Appij Claudij.* Quæ te toga prætexta amicuit. Varro aliter, Sceleris magister amixit. Horatius, Et piper & quicquid chartis amicitur ineptis. Suet. *in Vespas.* Dum salutabatur, & calciabat ipse sese, & amiciebat. Veteres amicibor dixerunt, pro amiciar. Plautus, Subnixus aliis me inferam, atque amicibor gloriosè.

Amictorium, vestimentum puellare, candidum & subtilissimum, ex lino. מעטפה *mahatapháh* כתנת בד *chetóneth badh* צעיף *tsahiph.* ἀμπεχόνιον. GALL. *Vn habit de fin lin seruant aux filles.* ITAL. *Boccassino.* GERM. Ein rein weyß vberkleid vor die mägdlein. HISP. *Vestidura de lino.* ANGL. *A rayle for a voman.* } de quo Martial. *in distichis Epig.* 149. *lib.* 14. Mammosas metuo, teneræ me trade puellæ, vt possint niueo pectore lina frui.

Amictus, a, um, partic. Idem quod vestitus. { עטה *hoteh.* ἀμφιεσμένος. GALL. *Vestu, couuert.* ITAL. *Vestito.* GERM. Bekleidet, angethon. HISP. *Vestido.* ANGL. *Cladde, clothed.* } Cic. 2. *Philip.* Sedebat in rostris collega tuus amictus toga purpurea in sella aurea coronatus.

Amictus, us. { מעטה *mahateh.* ἐφεστρίς, ἀναβολή, ἐπίβλημα, ἀμπεχόνη. GALL. *Vestement, habit.* ITAL. *Sopraueste.* GERM. Kleidung, vberkleid. HISP. *Vestidura.* ANGL. *An cholthing.* } Vestis quæ supponitur aliis vestibus, quasi pallium. Cic. 1. *Tusc.* Mihi amictui est Scythicum tegmen. Tibull.

Frustrà iam vestes, frustrà mutantur amictus.

¶ Prouerbiali figura dixit Catullus, Contra nos tela ista tua euitamus amictu, id est, facilè depellimus non secus quàm muscarum insultus.

Amiculum, genus vestimenti autore Festo, à circumiectu dictum. { תכריך *tachrich.* ἀμπέχονον. GALL. *Manteau.* ITAL. *Manto.* GERM. Ein kleid das man vber andere anlegt. HISP. *Cierta vestidura, capa.* ANGL. *A clocke.* } Velleius, Amiculo pallo velatus. Amiculum purpureum muliebre. Liu. *lib.* 34. Decet hoc amiculum, Plaut. *Most. sc.* 3. *a.* 1. Cic. 1. *de Diuin.* Visus est in somnis amicæ esse amictus amiculo. Valer. Maxim. Detracto etiam Ioui Olympio magni ponderis aureo amiculo, iniectóque ei laneo pallio. ¶ Inde Amiculatus, amiculo indutus. Solinus *cap.* 65. Pars nudi, pars obscœna tantùm amiculati.

Amica, æ, quam quis amat inhonestè. { רעיה *rahiáh.* ἑταίρα. GALL. *Amie, amoureuse.* ITAL. *Amica, amorosa.* GERM. Ein bul oder liebhaberin. HISP. *Amiga.* ANGL. *A lemmand.* } Horat. *epist.* 1. Vt nox longa quibus mentitur amica, diesque. Terent. *in Andr.* Siue ista vxor, siue amica est, grauida è Pamphilo est.

Amicula, diminutiuum ab amica. { τὸ ἑταιρίδιον. GALL. *Amiette, petite amie.* ITAL. *Amichetta.* GERM. Ein bul, liebhaberin. HISP. *Pequeña amiga.* ANGL. *A litle lemmande.* } Plin. Miserat etiam epistolas Romam ad amiculam quandam. Suet. *in Calig.* Quoties vxoris, vel amiculæ collum exoscularetur.

Amicus, substantiuum, Beneuolus, necessarius, qui honesto amore aliquem complectitur, & indissolubili familiaritatis iure est ei coniunctus. Contrarium est Inimicus. { אוהב *ohebh* רעה *rehah.* φίλος. GALL. *Amy.* ITAL. *Amico.* GERM. Ein freund. HISP. *Amigo.* ANGL. *An freind.* } Paul. Iurisc. Amicos appellare debemus, non leui notitia coniunctos, sed quibus fuerint iura cum patrefamilias, honestis familiaritatis quæsita rationibus. Interest autem inter amicum & amatorem, quòd amator venereè amat ad tempus: amicus verò honestè in perpetuum. Imò & pro Amatore. Plaut. *sc.* 4. *a.* 2. Osculari visa amicum suum (cum suprà amatorem.) Item, Stulta es, qui æternum illum tibi amicum fore putas. Idem *Mostell. sc.* 3. *a.* 1. Nisi ex fundis amicorum vestrorum penus affertur (i. amatorum.) Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Bis tantò sunt amici inter se, quàm priùs. Idem *Amph.* (de amantibus dicitur.) fore amicum tibi sempiternum atque amatorem proprium in vita. Denique, vt Donatus tradit: Amicus, animi est: Amator, corporis. Cicer. 5. *Verr.* Poteritne Alba tuus antiquissimus non solùm amicus, verumetiam amator absoluere? ¶ Mores amici noueris, non oderis, φίλου τρόπους γίνωσκε, μισήσῃς δὲ μή. Porphyrion *in Horat.* hunc versum prouerbialem fuisse ait: quo admonemur in amicorum moribus quædam vitia dissimulanda sic, vt intelligantur quidem, sed tamen tolerentur, ne seuerior & oculatior in obseruandis amici malis subuertas amicitiam. Nisi quis meliorem, quæ mihi atque amicis placeat conditio magis. Plaut. *sc.* 2. *a.* 1. Ibo & consulam hanc rem amicos, quid faciundum censeant. Idem *Menaech. sc.* 3. *a.* 2. Narraui amicis consilium. Idem *in Aulul. sc.* 1. Narraui. Amici compulerunt (illum reddere debitum.) Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 5. Serua tibi perpetuum amicum me. Idem *Capt. sc.* 3. *a.* 2. Noluit frustrarier vt decet velle hominem amicum amico, atque opitularier. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 2. Pauci è multis amicis, qui certi sient. Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Amici autem & Amantis differentia quæ sit, docet Senec. *Epist.* 34.

Quid facis ingenio semper amice meo,

Ouid. *Eleg. vlt. lib.* 3. *Trist. Ibid. Eleg.* 2. *lib.* 4.

Dona que amicorum templis promissa Deorum.

& 13. *Metamorph.*

——— *trepidóque fugam exprobrauit amico.*

Velleius. Amicum habere malles Brutum, Inimicum Cassium. Gell. *cap.* 14. *lib.* 16. Is cùm amicum amatúmque habuit. ¶ Amicorum communia omnia, κοινὰ τὰ τῶν φίλων. Ex hoc prouerbio Socrates colligebat omnia bonorum esse virorum non secùs quàm deorum. Deorum, inquit, sunt omnia. Boni viri deorum sunt amici: & amicorum inter se communia sunt omnia. Bonorum igitur virorum sunt omnia. Refertur apud Eurip. *in Oreste, in Phœnic. & in Andromacha*: apud Terent. *in Adelph.* apud Cic. 1. *Offic. & 1. de Leg.* Citatur ab Aristot. *lib. Moral.* 8. & à Plat. *de Leg.* 5. ¶ Amicus certus in re incerta cernitur. M. Tul. *in Lal.* Senarium hunc ex Ennio citat prouerbij specie. Quo significatum est amici fidem in rebus aduersis explorari. ¶ Nihil homini amico opportuno amicius. Gratissimum officium quod præstatur in tempore: contrà intempestiuum officium plerumque molestum esse solet. ¶ Viri infortunati procul amici, Ἀνδρὸς κακῶς πράσσοντος ἐκποδὼν φίλοι. Parœmia notat mores amicorum vulgarium, qui hirundinum ritu, pro ratione temporum aduolant ac deuolant. Aduolant, vbi res secundæ: deuolant ingruente rerum tempestate. ¶ Felicitas multos habet amicos, εὐτυχία πολύφιλος. Notior est sententia, quàm vt requirat interpretem. ¶ Amicus magis necessarius quàm ignis & aqua, Ἀναγκαιότερος πυρὸς καὶ ὕδατος ὁ φίλος. Hyperbole prouerbialis, admonens neminem esse tam diuitem, aut potentem, quin opus habeat amicorum officiis. Ob id ipsum Latini amicos necessarios vocant, vt amicitiam necessitudinem. Cic. ad hoc alludens ait *in Lal.* Hodiéque vulgus indoctum habet in ore, quod est verissimum, Tolerabilius viui sine pecunia, quàm sine amicis. Nouos parans amicos, ne obliuiscere veterum, Νέους φίλους κτῶν, λῆθε τῶν παλαιῶν μὴ ἐπιλανθάνου. Torqueri potest & ad mutua studia, ad quæ conuenit nonnunquam respicere, etiam posteaquam diuersæ te addixeris disciplinæ. Hermol. Barbar. *in epist. quadam ad Picum Mirand.* ¶ Mendico ne parentes quidem amici, Πτωχῷ φίλοι οὐδ' οἱ γεννήτορες. Diuitiæ conciliant amicos: paupertas nec illos habet amicos quos natura coniunxit. ¶ Vnus Deus, & plures amici. Εἷς θεός, καὶ πολλοὶ φίλοι. Hesiodo tamen non probatur πολυφιλία, neque rursum ἀξενία. ¶ Amicos tragœdos æmulatur, τοὺς ἰσχίους, τραγῳδοὺς ἀμιμοῦνται, Suidas è Didymo citat, addens dici solitum de iis, qui sese accommodarent, & morum seueritatem sumerent, ad æmulationem aliorum. Sumptum ab histrionibus. ¶ Lingua amicus, ἀπὸ γλώττης φίλος, qui verbis ostendit, non re præstat beneficium. Aut qui non amat ex animo, sed beneuolentiam oratione præ se fert. ¶ Cum amico non certandum æmulatione, Cum amico non certandum inuidia, Cum amico & bene merito non est suscipiendum certamen, nequid obscuretur amicitia propter æmulationem huiusmodi comitem contentionum. Id innuit Homer. *in Odyss.* θ.

——— τίς ἂν φιλέοντι μάχοιτο, id est,

quis namque benigno cum hospite pugnet? ¶ Pereant amici, dum vnà inimici intereant. Versiculus refertur à Cic. *in Orat. pro Deiotar.* vt prouerbio iactatus. Congruet in illos, qui nec inimicis parcunt, nec amicis, modò quod impensè capiunt, assequantur. Versus autem est inhumanus: quum humanitatis sit & inimicos multos sinere, ne lædas amicos. ¶ Neque nullis sis amicus, neque multis. Carmen illud Hesiodi, sicut & alia pleraque, cessit in prouerbium:

Μηδὲ πολύξεινον, μηδ' ἄξεινον καλέεσθαι, id est,

Nec multis, aut nec nulli dicaris amicus. Arist. *lib.* 9. *Moral.* 9. tanquam prouerbio iactatum citat, quòd prorsum citra vllius amici consuetudinem viuere, ferinum atque iniucundum esse videatur: rursum nec vehementer amare possumus simul multos, nec pluribus morem gerere. Diuersa tamen sentit Cicer. *in Lalio*, & Plutarch. *in Comment.* περὶ πολυφιλίας. ¶ Vbi amici, ibi opes. Plaut. *in Truculento*: Verum est verbum, quod memoratur: Vbi amici, ibidem opes. Citatur & à

Fabio prouerbij vice, *lib. Orator. Institut.* 5. Sensus est, potiores esse amicos, quam pecuniam, & ad vitæ præsidium plus habere momenti amicos citra pecuniam, quàm absque amicis opes. Valeat amicus cum inimico,

———ἐχθρῶν φίλος σὺν ἐχθρῷ.

Quadrat in eos qui toti ad se spectant, nec amici magis, quàm inimici rationem habent, cuiusmodi fertur Timon ille Misanthropus. ¶ Vsque ad aras amicus, μέχρι τοῦ βωμοῦ φίλος εἰμί. Hoc respondit Pericles amico cuipiam, qui eum rogauerat, vt in causa quadam falsum deieraret. Admonet Adagium nonnunquam, quo consulamus amicorum commodis, eorúmque voluntati morem geramus, fas videri paululum à recto deflectere: verum eatenus, ne propter hominem amicum numinis voluntatem violemus. Gell. *Noct. Attic. lib.* 1. *cap.* 3. & Plut. *in libello,* περὶ δυσωπίας. ¶ Verbo tenus amicus. In eum qui simulat oratione beneuolentiam, cæterum longe diuersa parans in animo, quadrabit illud ex Homer. Odyss. 6.

———ἔργα δ' ἔφαινε

Μειλιχίοις ἐπέεσσι, νόος δέ οἱ ἄλλα μενοίνα, id est,

—Animum præmollibus isti Leniebat dictis, at mens diuersa parabat.

Item adiectiuè ponitur. Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 3. *Trist.*

Nec labentes oculos condet amica manus.

Idem *Eleg.* 4. *lib.* 1.

Si tamen hac nauis vento ferretur amico.

Idem 5. *Fast.*

Verbis solabar amicis.

Amicus, si cum re inanimata iungatur, significat vtile, vel gratum: vt, Amicus pratis humor, Amica frugibus æstas. Virg. 2. *Æneid.*

———*Tacita per amica silentia Lunæ.*

Vbi Seruius: Sibi grata, Amica quies, hoc est, Grata, iucunda, placida, Ouid. Amicior, comparat. Amicissimus, superlat. Plaut. *Most. sc.* 7. *a.* 1. Salue amicissime mihi hominum omnium. Item, Amicissimam amicitiam propinantes. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 5.

Amiculus, diminutiuum ab Amicus. {GALL. *Petit ami.* ITAL. *Amichette.* GERM. Ein freundlin. HISP. *Pequeño amigo.* ANGL. *A litle freind.*} Cic. 5. *Verr.* Decimus amiculus meus. Hor. *in epist.* Disce docendus adhuc, quæ censet Amiculus. Amiculus dulcis, Catullus.

Amicè, aduerbium. Beneuolè, cum amore & beneuolentia. {באהבה *beahabah.* φιλοφρόνως, φιλικῶς. GALL. *En ami, amiablement.* ITAL. *Amicheuolmente.* GERM. Freundtlich. HISP. *Amigablemente.* ANGL. *Freindlie, amiablie.*} Benè atque amicè dicis: verba domini ad seruum. Plaut. *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Cic. *in Lælio,* Qui mihi tantum tribui dicis, quantum ego nec agnosco, nec postulo, facis amicè. Idem *de Finib.* 1. Quos tu paulò antè, cùm memoriter, tum etiam erga nos amicè, & beneuolè collegisti. ¶ Amiciter, aduerb. pro Amicè. Plaut. *Pers.* Quia meo amico amiciter hanc commoditatis copiam danunt, &c.

Amicabilis, e, {φίλιος. GALL. *D'ami, amiablement fait.* ITAL. *Conueniente de amico.* GERM. Das zur freundtschafft gehört. HISP. *Cosa digna de amigo.* ANGL. *Pertening to a freind.*} Plaut. *Mil.* Vos modò porrò vt occepistis, operam date amicabilem, hoc est, quam dare debet amicus. ¶ Dictio abhorrens à Latio.

‖Amicalia, celebritas amicorum conuiuantium. Cerd.‖

Amicarius, ab amica. Amicarius qui amicam præbet: Amicosus, qui multas amicas habet: vt à charta, chartarius, chartosus, à lactuca, lactuarius, lactuosus, à culcitra, culcitrarius, culcitrosus. Diomedes Gramm. *lib.* 1.

Amico, as, are, Concilio, propitium reddo. {חבר *hathár.* φιλοποιέω, συνάγω. GALL. *Faire ami.* ITAL. *Fare amico.* GERM. Freundt machen. HISP. *Hazer amigo.* ANGL. *To make freind fuller amiable.*} Stat. 3. *Theb.*

Ac prior Æolides solita prece numen amicat.

Amicitia, familiaris necessitudo, beneuolentiæ coniunctio. {אהבה *ahabáh,* ידידות *iedidhúth.* φιλία. GALL. *Amitié.* ITAL. *Amicitia, amistà.* GERM. Freundtschafft. HISP. *Amistad.* ANGL. *Freindshipe, amitie.*} ab Amicus, est studiorum omnium voluntatúmque consensus. Cic. *in Lal.* Est autem amicitia nihil aliud, nisi omnium diuinarum, humanarúmque rerum cum beneuolentia & charitate summa consensio. Ouid. *Eleg.* 7. *lib.* 1. *Trist.*

Illud amicitiæ sanctum & venerabile nomen.

Ibid. Eleg. 5. *lib.* 4.

———*téque præsta constanter ad omne*

Indeclinatæ munus amicitiæ.

Gell. *cap.* 6. *lib.* 8. Amor amicitiæ. Contrarium est Inimicitia. Ennius, Amicitiam atque inimicitiam in fronte promptam gero. Sed in frequentiore vsu amicitiæ dicuntur plurali tantùm numero. ¶ Ollæ amicitia, χύτρας φιλία: Feruet olla, viuit amicitia, ζῇ χύτρα, ζῇ φιλία, in amicos istos vulgares quadrabit, quos patina, non beneuolentia conciliat. ¶ Amicities, pro Amicitia Lucr. Amicitiæ personam detrahere, τὸ προσωπεῖον ἀφελεῖν τῇ φιλίᾳ dicitur, quum aperte quæ sentimus animo, tum facimus, tum loquimur apud amicos, & quicquid in pectore clausum est, id præ nobis ferimus. Vultus enim ab animo discrepans, persona verius est quàm vultus. ¶ Amicitia stabilium, felicitas temperantium. Aristot. Martial. I. idem. ἡ φιλία, λέγεται ... ἡ φιλία τῶν βεβαίων, ἡ δ' εὐδαιμονία τῶν σωφρόνων. Quo admonemur, Amicitiam quidem virtute (quæ sola est stabilis, fortunæque ludibriis non obnoxia) conciliari oportere: felicitatem verò hominis non in facultatibus sitam esse (quæ cupiditatem animi non explent, sed irritant) verùm in hoc vt suam quisque fortunam boni consulat. ¶ Amicitias immortales, inimicitias mortales esse oportet. Tit. Liuius vice prouerbii sumum refert *lib.* 10. *de bell. Maced. & Asiatico.* ¶ Multas Amicitias silentium diremit, πολλὰς φιλίας ἀπροσηγορία διέλυσεν. Admonet adagium assiduo conuictu ac frequentibus alloquiis necessitudines ali, intermissione & absentia dissolui. Meminit huius adagii Aristot. *lib. Moral.* 8. Amicitia etiam cum malis esse dicitur. Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Amicitia est antiqua mihi cum lenone isto.

Amilcar, is, ἀμίλκας. Punicum nomen est, quo dicti sunt aliquot illustres Carthaginensium duces, quorum præcipuus fuit Annibalis pater, qui filium irreconciliabili illo erga Romanos odio pr(a)e omnibus imbuit. ¶ Fuit & alter Alexandri magni tempore, qui quum ciues sui crescentes Alexandri vires extimescerent, exulem se fingens, ad eius castra transfugit. Receptus itaque ab Alexandro in militiam, & consiliis adhibitus, suis omnia ciuibus in tabellis ligneis, cera superinducta perscribebat.

Amilus, vrbs Arcadiæ Steph. & fluuii nomen. Vide *Anulus.*

Aminæum, genus vini: vnde Aminæa vua, & Aminææ vites. Virg.

Sunt & aminææ vites, firmissima vina.

A regione autem ita vocabantur: & Aminæi fuerunt, vbi nunc Falernum est, vt Macrobius testatur. Quod facit vt miter Seruium tantum Grammaticum scripsisse Aminæum dictum quasi sine minio, hoc est, sine rubore, quoniam natura album est. Alij Amminæum scribunt, geminato m. Vnde & versum Virgilij supra citatum sic restituerunt. Sunt etiam Ammineæ vites, &c. Et ita est. Nam sine diphthongo esse scribendam penul. etiam Simoaldus ex Ausonij versu in Columellam demonstrat: Solus qui Chium miscet Oceanum instuit. Germani hunc fluuium sua lingua vocant, quasi Emysium & Ammineum.

Amipsias, ἀμειψίας, Poeta comicus Atheniensis, Suidæ. Huius meminit Laertius in Vezate.

‖Amiræus, Præfectus nauis, Protosymbolus, Princeps Senatus Saracenorum præfectus. Buleng.

Amiralius non erat maris præfectus, vt nunc, sed subiectus magno duci, & magno Drungario classis, supra Protocomitem. Cod. Leg. p. l. b.‖

Amisius, fluuius est Germaniæ, quem Amasiam à Strabone vocari suprà diximus. Hic in Frisia Orientali iuxta Emdam ciuitatem in Oceanum influit. Germani hunc fluuium sua lingua Die Embs vocant, quasi Emysium dicas. Meminit eius Plin. *lib.* 4. *cap* 14.

Amistides, lapis est, quem qui secum gestauerit, inebriari non poterit.

Amis, itis, est lignum bifurcatum, per quod venatores expandunt retia, ad capiendas feras.

Amisum, ἄμισον, siue Amisus, ἄμισος, Stephano, oppidum est insigne in confinio Paphlagoniæ & Cappadociæ, distans à Sinope CXXX. M. passus. de hoc Plin. *lib.* 6. *cap.* 2.

Amita, Theoph. Patris mei soror, quasi à me tertia sit, atque aita videri possit, vel quia à patre meo amata est. {πατραδέλφη, ἡ τοῦ πατρὸς θεία. GALL. *Tante du costé du pere.* ITAL. *Zia.* GERM. Des vatters schwester. HISP. *La tia, hermana de mi padre.* ANGL. *The fatheris sister.*} Nam plures sorores à fratribus, quàm fratres diligi solent, propter dissimilitudinem personarum, quæ ideo minus dissensionis habent, quo minus æmulationis. Maior amita dicebatur, aui & auiæ amita: sicut & Maior auunculus, aui & auiæ auunculus. Liu. Adolescens inde se ab Ebutiam amitam contulit. ¶ Amita item Pediculorum oppidum est. Ager autem Pediculorum est Brundusio conterminus.

Amiternum, ἀμίτερνον, vrbs Campaniæ, ex qua Crispus Salustius natus perhibetur. Hodie Aquila dicitur. Plin. *lib.* 3. *cap.* 5.

Amiternus, adiectiuum: vt, Amiterna cohors apud Sil. Ital. *lib.* 8. Item, Amiternus ager. Mart. *lib.* 13. Nos Amiternus ager felicibus educat hortis.

Amithaon, ἀμυθάων, pater Melampi vatis. Stat. *Theb.* 3.

———*solers tibi cura futuri*

Amphiaraë datur, iuxtáque Amithaone cretus

Iam senior, sed mente virens, Phœbóque Melampus.

¶ Amithaonia domus. Propertius,

Mox Amithaonia nupta futura domo.

Tib. 4.

Quis Amithaonius nequeat certare Melampus.

Amithoscuta, regio Arabiæ. Plin. *lib.* 6. *cap.* 28.

Amithinenses, Italiæ populi in tractu Hetruriæ. Plin. *lib.* 3. *cap.* 5.

Amitini, autore Nonio dicuntur ij, quorum alter ex fratre, alter ex sorore est genitus. {οἱ ἐκ τοῦ ἀδελφοῦ, καὶ τῆς ἀδελφῆς ἀνεψιοί. GALL. *Cousins germains, le fils du frere & de la sœur.* ITAL. *Figlioli di fratelli & sorelle, cugini germani.* GERM. Geschwisterige kinder. HISP. *Primos hyos de hermanos.* ANGL. *Brother and sytter sones.*} Duorum autem fratrum filij patrueles, sororum verò liberi consobrini appellantur.

Amitto, Dimitto, Abire permitto. ἀφίημι. Terent. *Heaut.* Nam si semel tuum animum intellexit, Prius proditurum te tuam vitam, & prius pecuniam omnem, quàm abs te amitti filium. Hui, &c. Sic Plaut. *in Capt.* Et te, & hunc amittam: hinc alio pacto abire non potes. Et *Men. sc.* 2. *a.* 5. Perditum amittunt domum. Item, Vt nos te hinc amittamus, (supra, saluum si te mittimus hinc.) Idem *Mil. sc.* 5. *a.* 2. Amittere captiuum. (i. sinere abire) Idem *Capt. prolog. & sc.* 2. *a.* 2. *ter.* Parasitum ne amiseris. (i. ne abire sciueris.) Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 5. Me amisisti liberum: Liberum te ego iussi abire: Ne quid animæ amittat dormiens. Idem *Aul. sc.* 1. *a.* 2. Animam amittunt, priusquam loco demigrant. Idem *Amph.* Manibus amisisti prædam. Idem *Mil. sc.* 5. *a.* 2. Quæ occasionem amisisti tam bonam. Idem *Most. sc.* 2. *a.* 2. Certum est istam rem inquisitam non amittere (i. relinquere illam.) Idem *Amph. sc.* 3. *a.* 2. & *sc.* 2. *a.* 4. Nucleum amisi, reliqui putamina. Idem *Capt. sc.* 4. *a.* 3. Item, Ad patrem hunc amisi Tyndarum. (i. curaui vt ad eum mitteretur.) Idem *Capt. sc.* 4. *a.* 3. ¶ Item amittere, significat perdere, & iacturam facere, *Ibid. sc.* 2. *a.* 1. Tum nostra bona intelligimus, cùm amisimus. Item, Nihil nobis magis placet, quàm quod amissum est. Senec. *cap.* 16. *de Consol. ad Mart.* Amissa coniuge mœstus erat Orphæus. Ouid. *Eleg.* 1. *Lib.* 4. *Trist.*

Non es vt amisso coniuge digna fleas.

Idem *Eleg.* 3. *lib.* 4. *Trist.* Amittere agros, mox perdere dicit. Velleius.

Amissámque meam virentem voce retexo,

Ouid. 13. *Metam.* {אבד *ibbádh,* ἀποβάλλω. GALL. *Perdre.* ITAL. *Perdere.* GERM. Verlieren. HISP. *Perder.* ANGL. *To letgo, to lose.*} Salust. Iampridem equidem nos vera rerum vocabula amisimus, quia bona aliena largiri liberalitas: malorum rerum audacia fortitudo vocatur. ¶ Item ignoscere. Terent. *in Eunucho,* Vnam hanc noxam amitto, si aliam admisero vnquam, occidito. ¶ Item admittere. Plaut. *in Asin.* Cur ergo minatus te tibi vitam esse amissurum.

Amissio, verbale, ἀποβολή, rei alicuius peritio, & iactura Cic. 3. *de Finib.* Amissio sensuum. & *in Pisonem,* Amissio dignitatis. *Ibidem,* Oppidorum turpis amissio.

Amma, mater spiritualis, apud Pelagium, Palladium & alios.

Ammi, ios, ἄμμι. Dioscoridi, herba est caule rotundo, surculis multis & exiguis, folio oblongo, angusto, per ambitum incisuris diuiso, flore paruo & candido, vmbella anethi, semine multo, exiliore quam cuminum, gustu origanum præ se ferente, acri nimirum & subamaro, radice candida & capillosa, a nonnullis piperacula dicitur. Apud Plin. *lib.* 20. *c. vlt.* Legitur genitiuus Ammii, tanquam a nominatiuo Ammium. Anethi, iu *iunt*. & fœniculi seminis, & ammij. Officinis vocatur Ameos.

[Ammunicula, vitis capreoli. Cod. II. antiq.]

Ammon, onis, ἄμμων, Suidæ, siue (vt alij malunt) Hammon, Iupiter appellatus fuit, qui in desertis Libyæ sub arietis forma colebatur. Cuius appellationis ratio hæc fuisse traditur: Quum Liber pater per desertum Libyæ exercitum duceret, vniuersa iam Asia deuicta, & siti admodum laboraret, implorasse à patre auxilium dicitur. Quo facto, apparuisse ei extemplò arietem: quem dum fugientem persequitur, peruenisse illo duce ad fontem amœnissimum. Quapropter desiderio potitum, existimasse arietem illum fuisse Iouem, eique templum miræ magnitudinis in arena constituisse, & Deum vocasse Ammonem, hoc est, Iouem arenarium. Sunt qui dicant lingua Ægyptia Ammon Iouem dici: hinc corrupto nomine Ammonem vocitatum. Alij tradunt Ammonem dictum ab Ammone quodam pastore, qui primus illic templum ædificauit. Huius meminere Suidas, & Aristophanes *ἐν ὄρνισι.*

Ammochrysus, gemmæ nomen, ἀμμόχρυσος. Plin. *lib.* 37. *cap.* 11. Arenarum similitudine est in ammochryso, velut auro arenis misto.

Ammodites, ἀμμοδύτης, serpens est viperæ similis, arenosi coloris, vnde nomen accepisse videtur. A nonnullis Cenchrias dicitur, quod caudam habeat duram instar milij. Aet. *lib.* 13. *cap.* 25. ¶ Alij Ammoditem piscem esse volunt, fusi forma, ac longitudine maxima parte album, suauem & elixum, & frixum. Arenis sese occultat, eruiturque à piscatoribus pala: aut in æstuariis calcando exertus excipitur sagenæ, vel verriculi genere.

Ammonethus, insula Arabiæ. Plin. *lib.* 6. *cap.* 8.

Ammonia, ἀμμωνία, regio mediterranea Libyæ, in qua Iupiter Ammon colebatur, ita dicta ab arenæ copia, quæ ἄμμος Græcis dicitur.

Ammoniacum, ἀμμωνιακόν, est gutta siue lachryma ferulæ in Libya nascentis, quæ à Dioscoride Agasyllis, à Plinio Metopion appellatur. Nomen habet ab arenis, quas Græci ἄμμους appellant, propterea quod ab arbore sua distillans, in subiectas arenas decidat atque in iis in grumos quosdam thuris more concrescat. Aut certè ab Ammone Ioue, qui in desertis Libyæ in locis arenosis templum habebat, circa quod hoc ferulæ genus præcipuè nascebatur. Plin. Ammoniaci lachrymam vocat, eo (opinor) consilio, ne quis homonymia deceptus, Ammoniacum salem intelligeret, qui ab Ammoniaci gutta omnino est diuersus. Vide Diosc. *lib.* 3. Plin. *lib.* 12. *cap.* 23.

Ammoniacus sal, ἀμμωνιακὸς Dioscoridi, terræ salsugo est in Libyæ arenis, crescente luna efferuescens, alumini scissili non dissimilis, glebis oblongis, venisque in longitudinem rectis. Inuenitur potissimum in tractu Cyrenaico, & iuxta Iouis Ammonis templum, vbi ab accolis effoditur, terræ tumorem, veluti certissimum indicium, sequentibus. ¶ Ammoniaci igitur nomen sortitur est, aut ab arenis, sub quibus inuenitur, ab Ammonia regione Libyæ, in qua Iupiter Ammon colebatur, circa quam præstantissimus erui perhibetur. Vide Plin. *lib.* 31. *cap.* 7. & Diosc. *lib.* 5. Hodie natiuo, veròque Ammoniaco sale caremus: nam qui à Seplasiariis nobis ostenditur, factitius est.

Ammonis cornu, ἄμμωνος κέρας, gemma est aureo colore, arietini cornu effigiem repræsentans, quæ somnia vera afferre perhibetur. Autor Plin. *lib. vlt. cap.* 10.

Ammonitrum, ἀμμόνιτρον, massa est constans ex arena molli trita, & tertia parte nitri: ex qua recocta fit nitrum purum & candidum. Plin. *lib.* 36. *cap.* 26.

Ammonius, ἀμμώνιος, Alexandrinus philosophus fuit, Origenis & Porphyrij coætaneus: de quo vide Euseb. *in hist. Eccl.*

Ammothea, ἀμμοθέα, Nymphæ nomen est, ita dictum ἀπὸ τοῦ ἄμμου καὶ θεῖν: quasi per arenam currens.

Amnenses, amnium accolæ. {ποταμῖται. GALL. *Ceux qui demeurent pres des riuieres.* ITAL. *Quelli ch' habitano appresso li fiumi.* GERM. *Die bey bächen wohnen.* HISP. *Moradores cerca del rio.* ANGL. *which duelleth by riuers.*}

Amnestia, {נשיה *nesch̄ijáh.* ἀμνηστία. GALL. *Oubliance,* ITAL. *Dimenticanza, oblio.* GERM. *Vergässung.* HISP. *Oluidança.* ANGL. *Forgetting, obliuion.*} Cum accentu in penultima, Latinè præteritorum in perpetuum obliuio dicitur, quasi lex obliuionis: ab ἀμνηστεῖν, id est, immemor fio, obliuiscor. Cic. 1. *Phil.* Ieci fundamenta pacis, Atheniensiumque renouaui vetus exemplum, Græcum etiam verbum *usurpaui,* quod tum in sedandis discordiis vsurpauerat ciuitas illa, atque omnem memoriam discordiarum perpetua obliuione delendam censui.

Amnis, {נהר *nahár* יאור *jeór.* ποταμός. GALL. *Fleuue, riuiere.* ITAL. *Fiume.* GERM. *Ein flussz, ein bach.* HISP. *El rio.* ANGL. *A flude, a riuer.*} Fluuius: ab Am, circum, & no, fluo, quoniam flexuoso meatu labitur: vel ab ambio. Omnia enim flumina circumeunt, ideòque cornuta pinguntur. Nec desunt, qui à Græco ἀμνὸς deduci malint, quod etiam Suidas fluuium interpretatur. Hinc etiam ἀμνισίδας νύμφας à Callimacho dici putant, pro amicis. Sic enim habet ille in Hymno Dianæ,

Δὸς δέ μοι ἑξήκοντα ἀμνισίδας εἴκοσι νύμφας. hoc est,

Da mihi fabulas Amnisidas viginti Nymphas. Verùm hoc potiùs deductum videtur ἀπὸ τοῦ ἀμνισοῦ, quod proprium nomen est fluuij in Creta, à Suida quoque commemoratum: quod etiam Callimachi interpres annotauit his verbis, ἀμνισὸς ποταμὸς Κρήτης, ἀφ' οὗ ἀμνισίδας, Κρητικάς, id est, Amnisus fluuius Cretæ, à quo Amnisidas, hoc est, Creticas. Virg. 1. *Georg.*

Atque alius latum funda iam verberat amnem.

Plin. *lib.* 29. *cap.* 32. Halciones subeunt & in amnes. ¶ Ponitur & pro torrente. Virg. 4. *Æneid.* Ruunt de montibus amnes. Ouid. *Eleg.* 2. *lib.* 4. *Trist.* Amnes, lacus, montes in triumpho. *Ibid. Eleg.* 1.

Aduerso tardam qui vehit amne ratem.

¶ Amnis in fœminino dixerunt antiqui. Varr.]¶ Amnigenus, in amni genitus: Amnensis ad amnem situs: Interamnus, inter amnem, Antemnus, ante amnem positus, vel habens ante se amnem.]

Amnicola, æ, {ποταμίτης. GALL. *qui habite pres de riuiere.* ITAL. *Quello chi habita appresso il fiume.* GERM. *Der bey einem fluss wohnet.* HISP. *El morador, que mora cerca del rio.* ANGL. *which duelleth by a riuer.*} Amnis accola. Ouid. 10. *Metam.*

Amnicolæque simul salices, & aquatica lotos.

Amnicus, a, um, significat fluuiale. {ποτάμιος. GALL. *De riuiere.* ITAL. *Di fiume.* GERM. *Das den fluss oder bache ist.* HISP. *Cosa perteneciente al rio.* ANGL. *which belongeth to a riuer.*} vt, Stirps Amnica, apud Apuleium. Plin. *lib.* 3. *cap.* 35. Insula in Sao Matubatrhis, amnicarum maxima.

[Amnium, fœtus inuolucrum tenue, quod eius velut sudores recipit: ἀμνίον.]

Amnus, insulæ Doliceæ in Arabia fluuius. Plin. *lib.* 6. *cap.* 28.

Amo, as, are, Diligo, charum habeo, studio prosequor, beneuolentia complector, magno amore in aliquem sum. {אהב *ahab* חבב *chabab.* φιλεῖν. GALL. *Aimer.* ITAL. *Amare.* GERM. *Liebhaben, lieben.* HISP. *Amar con affixion.* ANGL. *To loue hartelie.*} Ita tu me ames, ita te Philolaches amet vt venusta es! Plaut. *Most. sc.* 3. *a.* 1. Neque amatorem inuenire queo qui amet me. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 3. Quamobrem vitam amet. *Ibid. sc.* 1. *a.* 5. Næ si te dij amant (aliàs amabunt) linguam comprimes. Idem *Mil. sc.* 6. *a.* 2. Amant te omnes mulieres. *Ibid. sc.* 1. *a.* 1. Dij me seruant atque amant. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 2. Pariter pereunt amando atque insaniunt. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 1. Quum est pauxillum amare sanè, Insanè, non bonum. *Ibidem.* Dij me omnes adiuuant, augent, amant, idem *Menæch. sc.* 3. *a.* 3. Qui amat si eget misera afficitur ærumna. Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 1. Id quod amo, careo. Et quod amas, adducam. *Ibidem.* Qui quod amat videt, nec potitur. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 1. Ita me amabit sancta saturitas. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Ita te amabit Iupiter, vt tu nescis. Idem *Aul. sc.* 6. *a.* 4. Ita me dij amabunt. *Ibid. sc.* 5. *a.* 3. Amo quia non adest. *Ibidem.* Scibo vtrum me mage amet, an marsupium. Idem *Menæch. sc.* 4. *a.* 2. Amando me exorarier te vis, an osculando. (i. blandiendo.) Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 2. Hic homo te amat. *Ibid. sc.* 5. *a.* 4. Amat, sapit, rectè facit, animo quandoque obsequitur suo. *Amph.* Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 3. Vt miser est qui amat? *Ibid. sc.* 3. *a.* 3. Salue, Dij te ament. Idem *Mostel. sc.* 4. *a.* 1. Decet me amare. Idem *Menæch. sc.* 1. *a.* 1. Dij te ament Megadore. Idem *Aul. sc.* 4. *a.* 1. Ita me bene amet Lauerna. *Ibid. sc.* 2. *a.* 3. Libet amare potare. Idem *Mostel. sc.* 1. *a.* 1. Quid agitur? Amatur atque egetur. Idem *sc.* 3. *a.* 1. Ita me Venus amet. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 4. Dij te, Deæque ament, & neque ament neque faciant bene. Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Ita me dij ament vt sapit multum. Idem *Most. sc.* 3. *a.* 1. Te amo, & metuo. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 4. Quod te amo, operam nusquam potui meliùs ponere: tu me amas ego te, meritò sit. Idem *Most. sc.* 3. *a.* 1. Catull. Nunquam te aspiciam posthac, at certè semper amabo. Verum amo, vide *Verum.* Amo medullitùs, vide *Medullitus.* Corde amare, vide *Cor.* Amare à lenone, vide *Leno.* Cic. *Dolab.* Quis erat, qui putaret ad eum amorem, quem erga te habebam, posse aliquid accedere? tantum tamen accessit, vt mihi denique nunc amare videar, antè dilexisse. In eodem sensu idem Cic. *ad filium,* Sed tamen vt scires eum non à me diligi solùm, verumetiam amari. Terentius tamen contrarium posuisse videtur, quum inquit, Non Pol, quò plus quenquam amem, aut plus diligam, eò feci. Quòd si *amo* absolutè ponatur, capitur pro Amore captus sum: hoc est, esse in amore. Plaut. Amat filius? certum est. Amare pro Orare: Amare te multùm ait, vt hoc ad Aurificem deferas. Plaut. *Men. sc.* 3. *a.* 3. Scin quid te amabo vt facias? *Ibidem sc.* 4. *a.* 2. Amat item pro Solet. Quintil. Amat fieri. Tacit. *lib.* 4. Memoriæ Drusi eadem quæ in Germanicum decernuntur, plerisque additis, vt fermè amat posterior adulatio. Tractum à Græcis, apud quos φιλεῖ, Solet interdum significat. ¶ Amo, de rebus inanimatis. Horat.

——— *amátque ianua limen.*

Composita huius verbi sunt Adamo, Deamo, Redamo, & Peramo.

Amabo, {נא *na.* ἀντιβολῶ. GALL. *Pour Dieu mon amy, s'il vous plaist.* ITAL. *Di gratia.* GERM. *Ey lieber.* HISP. *Por mi amor.* ANGL. *I pray yowe, I beseik yowe.*} Interiectio blandientis, Comicis. Plaut. Noli, amabo, verberare lapidem, ne des manum. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 1. Noli amabo verberare. Item, Amabo aduorte animum. Idem *Men. sc.* 4. *a.* 2. Quin amabò is intrò, *ibid.* Iam amabò, desine ludos facere. *Ibidem.* Amabo te palam redde. Cedo amabò decumbe. Idem *Mostell. sc.* 3. *a.* 1. Duce me amabò. *Ibid. sc.* 4. *a.* 1. Quin amabò accubas, *ibid.* ¶ Quidam exponunt Gratum erit. Gell. *lib.* 11. Amabò mi fili quiescas. ¶ Sæpe etiam habet adiunctum accusatiuum. Cicer. *ad Attic.* Cura, amabo te, Ciceronem nostrum.

Amans, particip. significat eum, vel eam, qui, vel quæ amat, pudicè, vel impudicè. {אהב *ohéb* חבב *chobéb.* ἐρῶν, ὁ ἐρῶσα. GALL. *Amant, amoureux.* ITAL. *Amante, in amoreto.* GERM. *Ein liebhaber, oder ein liebhaberin.* HISP. *El que ama, amador.* ANGL. *Louing, which loueth.*} Cicer. Nihil difficile amanti puto. Amo autem, & semper amaui nimium studia & mores tuos. Accubantes, potantes, amantes. Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 5. Tui amans abeuntis egeo. Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 5. Amantem vxoris, mox osorem. *Ibid. sc.* 2. *a.* 5. Vbi amans adolescens scortum liberet. Idem *Capt. sc.* 5. *a.* 5. Amantes propinantes vinum dabant Veneri. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 1. Misero amanti ebibit sanguinem Amica. *Ibid. sc.* 3. *a.* 1. Impressiones arctæ amantum corporum. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Non iucundum est, nisi amans facit stultè. *Ibid. sc.* 3. *a.* 1. Vbi amans adolescens scortum liberet. Idem *Capt. sc.* 5. *a.* 5. Amantum animo illecebra munditia. Et amanti amœnitas malo. Idem *Men. sc.* 3. *a.* 2. Sensit amans sua damna, ferè tamen hæret in illis. Ouid. *Eleg.* 2. *lib.* 2. *Trist.*

——— *An quod amantes*

Non longè à caro corpore abesse volunt,

Catul. *de com. Beren.* Cum genitiuo constructum, transit in nomen: vt, Amans quietis, φιλάσυχος. ¶ Interdum substantiuè accipitur in eadem significatione qua amator, ἐραστής. Ouid. 1. *de Arte.*

Palleat omnis amans: color est hic aptus amanti.

Amicum & amatam eum habuit, Gell. *cap.* 19. *lib.* 16.

Amanter, aduerbium. Significat beneuolè, vel cum amore. {באהבה *beahabáh.* φιλικῶς. GALL. *Amoureusement. en amy.* ITAL. *Amoreuolmente.* GERM.

GERM. Freundtlich / mit lieb. HISP. Amorosamente, y amigablamente. ANGL. Louingly. } Cic. Attico. Valde hoc velim amanter diligenterque conficias. Plin. in Epist. Nos, vt amicos paternos, & amanter & modeste complectebatur.

Amasco, veteres inchoatiuo modo dixerunt ab amo. Diomed. Gram. lib. 1. Item ab amo veteres inchoatiuo dixerunt amasco, vnde & Amascos amatores dicebant.

Amasius, id est, amator, ἐραστής, Diomed. Gram. lib. 4. & Plaut. in Truculento. Iucundulos amasios.

¶Amassere, amaturum esse. Amasso, amauero. Fest.¶

Amatio, amor venereus, ἔρως. Plaut. in Pœnul. Acerba amatio est. Idem in Merc. Cum tua amica, cumque amationibus. Idem in Capt. ad fin. Nulla hic amatio est.

Amator. {מאהב meahéb. ἐραστής. GALL. Amoureux. ITAL. Amatore. GERM. Ein liebhaber. HISP. Amador. ANGL. A louer. } & in bonam & in malam partem accipitur. In bonam. Cic. de Vniu. Qui sapientiæ amatorem se profitetur. Idem ad Attic. Bibliothecam tuam caue cuiquam despondeas, quamuis acrem amatorem inueneris. ¶ In malam: vt, Amator mulierum Amator meretricis. Plaut. Mostell. sc. 3. a. 1. Tu magnus amator mulierum es. Idem Men. sc. 1. a. 2. Callidoro amatori tuo. Idem Pseud. sc. 1. a. 1. Non est iustus amator nisi qui perpetuat danda. Ibidem sc. 3. a. 1. Amatorem non inuenire. Ibid. Amatoribus fiat. Ibid. sc. 4. a. 1. Age tunge amator, i domum. Idem Asin. (ter.) Quantusque amator. Idem prol. Amph. Amator quasi piscis est. Idem Asin. sc. 3. a. 1. Vbi sunt amatores mariti. Idem Men. sc. 2. a. 1. Amatores aues sunt. Ibid. Auro contra cedo modestum amatorem. Idem Curc. sc. 3. a. 1. Amatores sic decet animatos esse, vt ad mendacitatem se properent detrudere. Ibid. sc. 1. a. 1. Non vestem amatores mulieris amant, sed fartum (i. corpus.) Idem Most. sc. 3. a. 1. fore amicum sempiternum & amatorem proprium in vita. Ibid. Terent. in Eunuch. Amatores audieram esse mulierum eos maximos. Cic. 3. Tuscul. Aliud est esse amatorem, aliud amantem. ¶ Sunt qui ita distinguant, inter Amatorem, & Amantem, vt Amator dicatur, qui multis se amoribus implicat, naturáque ad amandum est procliuis: Amans qui ex causa amat, etiamsi alioqui natura sua in amorem admodum sit propensus. Amator item fingere potest: in amante nihil simulati.

Amatorculus, diminutiuum, ἐρωτύλος. Nam quæ sedulò munditer nos habemus, vix ægre amatorculos inuenimus.

Amatrix. Plaut. Asin. sc. 1. a. 3. Satis dicacula es amatrix.

Amatoriè, aduerb. quod est ad similitudinem amantis. {ἐρωτικῶς. GALL. Amoureusement, en amoureux. ITAL. Amantemente. GERM. Liebhabender weyß nach. HISP. Amorosamente y amigablamente. ANGL. Louingly, after the manner of louers. } Cic. 2. Phil. Erat enim amatoriè scripta epistola. ¶ Amatoriè quoque nonnulli vnam ex Musis esse voluerunt, quæ Græcis Erato dicitur, decepti nimirum corrupto Ouidij versiculo ex Epist. Sapphûs ad Phaonem, quem sic legunt:

Vilis Amatoriè, vilis mihi candida Clio.

Quem Ouidij locum si quis propius expendat, facilè deprehendet, non de Erato & Clio esse intelligendum: sed de Amythone & Cydno Lesbiis mulierculis, quibus illa ad portentosam libidinem abutebatur. Subdit enim, Quas non sine crimine amaui: Quod, quàm rectè conueniat Musis virginibus, quiuis facilè intelligat.

Amatorium, quod ad amoris insaniam impellit, φίλτρον: vt amatorium poculum. Sic amatorium virus, apud Plin. lib. 8. c. 22. & lib. 13. cap. 25. Quint. lib. 7. An amatorium venenum sit, ademe.

Amatorius, a, um, quod ad amorem pertinet, ἐρωτικός. Cic. 3. Tusc. Anacreontis tota poesis est amatoria.

Amabilis, e, dignus amari, dulcis, suauis. {ידיד jedhîdh. ἐράσμιος. GALL. Digne d'estre aymé, amiable. ITAL. Amabile, degno d'esser amato. GERM. Lieblich. Das wirdig ist lieb zuhaben. HISP. Digno de ser amado. ANGL. worthie to be loued. } Plaut. Asin. sc. 3. a. 3. Nimis bella es atque amabilis. Cic. ad Attic. Filiolam tuam tibi iam Romæ iucundam esse gaudeo: eámque quam nunquam vidi, tamen & amo, & amabilem esse certò scio. Cuius contrarium est Inamabile. Mart. Inamabilis sciurus & frequens phœnix. Amabilissimus Gorgonius Rhetor.

Amabilitas. {ידידות jedidhûth. φιλότης, φιλοφροσύνη. GALL. Amiableté. ITAL. Amorevolezza. GERM. Holdsäligkeit. HISP. Amistad. ANGL. Amiablenesse, louesomnesse. } Morum comitas, formæ ve venustas, ad amorem alliciens. Plaut. in Stich. Si amabilitas tibi nostra placet, si tibi ambo accepti sumus. Idem in Pœn. Qui amabilitati animum adderet.

Amabiliter, aduerb. {ἐρασμίως, ἐρωτικῶς. GALL. Amiablement. ITAL. Amoreuolmente. GERM. Holdsäligklich. HISP. Amigablamente. ANGL. Amiablie. } Ant. ad Cicer. in Epist. ad Attic. Sed mehercule si humaniter & sapienter, & amabiliter in me cogitare vis, facilem te profectò præbebis.

Amata, omnis virgo quæ à Pontifice Max. capitur ad sacerdotium Vestæ appellatur: quoniam quæ prima capta est, hoc fuisse nomine traditur. Gell. lib. 1. cap. 12.

¶Amodò, von nuhn ἀπάρτι. Gloss. amodo ἀπὸ τοῦ νῦν.¶

Amœbæum, ἀμοιβαῖον, in pen. cum æ, & in antepenult. cum œ diphthongo. Genus carminis, in quo qui canunt, vtuntur æquali numero versuum, & ita se habet ipsa responsio, vt aut maius, aut contrarium aliquid dicat, vt est apud Virg. in Buc.

Ab Ioue principium Musæ, Iouis omnia plena:
Ille colit terras, &c.

Nomen deductum ἀπὸ τοῦ ἀμείβεσθαι, quod inter cætera significat alternis respondere.

Amœno, as, delectatione afficio. {שמח simmách. הטיב hetîb. ἡδύνω. GALL. Delecter, recreer. ITAL. Delettare, aggradire. GERM. Belustigen. HISP. Deleytar. ANGL. To delyte, to recreate with pleasure. } Cyprian. ad Don. Et dum in arbores & vites, quas videntur delectante prospectu, oculos amœnamus, animam simul & auditu nutrimur, & pascitur obtutus.

Amœnus, a, um, cum œ diphthongo, iucundus aspectu. {נעים naím. ἐπήρατος, ἀτερπής. GALL. Plaisant, recreatif. ITAL. Ameno. GERM. Lustig, lieblich vnd holdsäligflich anzusehen. HISP. Naturalmente deleytable. ANGL. Plesant, delytesome. } Componitur ab A, id est, sine, & munus, quòd sit res grata, vel sine fructu. Vel (vt inquit Seruius) à Mœnio, muro vel fructum capio: vnde qui nihil præstant, Immunes vocantur. Festus ab amo deriuat, quum ait, Amœna loca dicuntur, quæ ad se amanda alliciunt. Virg. 6. Æneid.

——— & amœna vireta
Fortunatorum nemorum.

Cic. de Orat. Nec amœnum nec salubrem locum censeo. Idem Att. Prædiola nostra belle ædificata & satis amœna. Amœno ingenio. Gell. c. 2. lib. 19. Puer Delphino amœnus ei ab eo amatus.) Idem cap. 8. lib. 17. Item, Amœnior cultus. Liu. 4. ab Vrb.

Amœnitas, iucunditas illa, quæ ex rebus amœnis percipitur. {נעם nóham. τερπνότης, ψυχαγωγία. GALL. Plaisance, recreation. ITAL. Giocondità, piaceuolezza. GERM. Lustbarkeit. HISP. Deleyte. ANGL. Plesantnesse, delitesomnesse. } Cic. 2. de Legib. Præsertim hoc tempore anni & amœnitatem & salubritatem hanc sequor. Plin. lib. 12. cap. 1. Glidi fontis amœnitate. Amœnitates ingenij. Gell. cap. 7. lib. 7.

Amœnè, aduerb. pro Amœne. ἡδέως, τερπνῶς. Gell. lib. 20. cap. 7. Amianus Poeta in fundo suo, quem in agro Falisco possidebat, agitare erat solitus vindemiam hilare atque amœniter.

Amœnissimè, aduerb. superl. Plin. Epist. lib. 4. Pomponio: habitare amœnissime.

Amôlior, is, ex A, & mollor, Amoueo, & propriè de iis dicitur, quæ cum magna difficultate submouentur. {בער biher הסיר hesîr ἀποσκευάζω, ἀπωθέομαι. GALL. Chasser & oster de quelque lieu auec grande peine. ITAL. Rimouere. GERM. Von dannen thun mit arbeit. HISP. Apartar, arredrar. ANGL. To put or tak away with payne or difficultie. } Plin. lib. 11. cap. 10. Amoliuntur omnia è medio. Plaut. Most. sc. 1. a. 2. Iube hæc hinc omnia amolirier. Item, Hæc illuc amolimini. Ibid. Item, Nostra properes amoliri hinc omnia. Idem Pseud. sc. 2. a. 3. Amoliri & diruere. Liu. lib. 9. d. 4. ¶ Interdum ponitur pro Recedo, Terent. in Andr. Proinde hinc vos amolimini: nam mihi impedimento estis. ¶ Accipitur & pro refellere, Quint. lib. 5. cap. 13. Videndum etiam an simul nobis plura aggredienda, an amolienda singula.

Amolitio, nis, verbale. Gell. lib. 12. cap. 1. Nam vbi infantis aliorsum dati facta ex oculis amolitio est, vigor ille materni flagrantiæ sensim ac paulatim restinguitur.

Amometus, ἀμώμητος, de Scribus priuatim condidit volumen, sicut Hecatæus de Hyperboreis. Plin. lib. 10. cap. 17.

Amomis, ἀμωμίς. Herba est, teste Plinio, amomo similis, minus tamen venenosa, & durior, minúsque odorata.

Amomum, ἄμωμον, Frutex est ex ligno se conuoluens in racemi modum, flore, ceu candidæ violæ, foliis vitis albæ similibus. ¶ Est autem triplex, Armeniacum, Medicum, & Ponticum. Ætius scribit, amomum viribus esse acoro simile, sed siccius (ξηρότερον) acorum, digestiuum verò magis (πεπτικώτερον) amomum. Ouid. Eleg. 3. lib. 3. Trist.

Atque ea cum folijs & amomi puluere misce.

Amor. {אהב óhéb. ἔρως. GALL. Amour. ITAL. Amore. GERM. Liebe. HISP. Amor. ANGL. Loue. } Plus est quàm beneuolentia, licet plerumque pro eodem accipiantur. Ex amore enim nascitur beneuolentia sicut ostendit Cicer. Amor enim (ex quo amicitia nominata est) princeps est ad beneuolentiam coniungendam. Differt autem Amor à Charitate, quòd Amor sit Charitatis species. Ille ad omnes pertinet animantes: hæc ad homines tantùm. Amor amicitiæ, Gell. cap. 6. lib. 8. Amoris verò simulacrum dicatum in Academia. Plutar. in Solon. Amoris & amicitiæ differentia. Senec. Epist. 34. ¶ Est autem Amor (vt inquit August. libr. de Amicitia.) animæ rationalis affectus, per quem ipsa aliquid cum desiderio quærit, & appetit, ad fruendum, per quem & fruitur eo, & cum quadam suauitate interiori amplectitur, & conseruat adeptum: vt, Amor quietis, φιλησυχία. ¶ Amor singulari numero plerumque honestus est, vt Amor fraternus, Amor patris in filium. Cicero, Incensus sum amore incredibili virtutum tuarum. Potest tamen & in veneream partem accipi, & tunc (secundùm Augustinum) cupiditas, aut libido vocatur. Virg.

Omne adeò genus in terris hominúmque ferarúmque,
Et genus æquoreum, pecudes, pictæque volucres,

In furias ignémque ruunt: amor omnibus idem. Eius (vi) Amor me cupidam pellicit. Plaut. Curc. sc. 2. a. 1. Vini vitio & amoris feci, & amoris causa. Idem Aul. sc. 6. a. 4. Nimis vile vinum & amor, si ebrio & amanti quiduis impunè licet Idem ibid. sc. 6. a. 4. Quibus (lenonibus) vt seruiant, suus amor cogit, idem Pseud. sc. 2. a. 1. Amor & Cupido in pectus perpluit meum, idem Mostell. sc. 3. a. 1. Si amor superat amantem, retinendus homo, non impellendus. Idem Aul. sc. 1. a. 4. Quo Venus Cupidóque imperant suadétque Amor. Idem Curc. sc. 1. a. 1. Fateor me ex amore eius corruptum. Idem Asin. sc. 1. a. 5. Ex amore tantùm est homini incendium. Ibid. Amoris causa peritum id fecisse. Ibid. sc. 3. a. 4. Salus interioris corporis, Amorísque Imperator. Item, Donum decúsque amoris. Ibid. sc. 3. a. 3. Ex amore & inopia argentaria pereo. Idem Pseud. sc. 3. a. 1.

Addit at veri multa fauentis amor.

Ouid. Eleg. 3. lib. 4. Trist.

Tantus amor, &c.

Idem Eleg. 1. lib. 3. Trist.

Et comes exemplum veri Phoceus amoris.

Ibid. Eleg. 4. lib. 4. Amor (inquit Plautus) melle & felle fœcundissimus est, gustu dulce dat, amarum ad satietatem vsque aggerit. Amor formæ (ait Seneca) rationis obliuio est, & insaniæ proximus, fœdum minimeque conueniens animæ sospiti vitium turbat consilia, altos & generosos spiritus frangit, à magnis cogitationibus ad humillimas detrahit. ¶ Amores verò plerumque latentur sunt. Cic. pro Cælio. Mulier amorum turpissimorum quotidie fœdera feriens. Idem 4. Tusc. Atque horum omnium libidinosos amores esse videmus. Amores iungere, Tibul. Eleg. 1. lib. 1. Denique composui teneros non solus amores: Compositos pœnas solus amore dedi, Ouid. Eleg. 1. lib. 2. Trist. Inuocat Planesium Pl. Meóque amores: Plaut. Curc. sc. 3. a. 1. Nunc nostri amores, mores, consuetudines. Idem Pseud. sc. 1. a. 1. ¶ Nonnunquam tamen etiam honestos amores dicimus. Cicer. Lib. 1. Offic. Formam quidem

ipsam, Marce fili,& tanquam faciem honesti vides, quæ si oculis cerneretur,admirabiles amores sui excitaret. ¶ Amor item pro cupidine (quem veteres Deum amoris esse putauerunt) accipi solet. Propert. Quicunque ille fuit puerum qui pinxit amorem.

Amorabundus. Gell. *lib.* 11. *cap.* 6. Laberius mulierem amantem verbo inusitatius ficto amorabundam dixit.

Amorges, ἀμόργης. Fuit ex Darij ducibus vnus, qui à Caribus insidiis circumuentus,vnà cum Dauriſe,& Siſamace,& Myrſe Gygis filio fuit obtruncatus. Herodot. *lib.* 5.

Amorginum, lini, aut byſſi genus fuit. Suidas. Fortaſſis ſunt veſtes,quas Paullinus deſcribit Natali 6. Felicis.

Amorgine, {ἀμοργίνη. GALL. *Parietaire.* ITAL. & HISP. *Parietaria, vitreola.*} Herba eſt quæ notiore nomine Helxine dicitur. Dioſcor. *lib.* 4.

Amorgos, ἀμοργός, inſula vna ex Sporadibus. Strab. *lib.* 10. & Plin. *lib.* 4. *cap.* 12.

Amorrhæi, ἀμοῤῥαῖοι, populi dicti ſunt ab Amos patre Sichen, vel ab Amorrhæo filio Canaan.

¶Amoſio, annuo. Feſt.¶

Amoueo, es, Abigo, remoueo. {הסיר *hesir.* ἀπομακρύνω. GALL. *Oster.* ITAL. *Rimouere.* GERM. *Hinweg thun, von dannen treiben.* HISP. *Quitar alguna coſa de otra.* ANGL. *To put away, to tak away.*} Plaut. *in Amph.* per tranſlationem dixit, Amoui è foribus maximam moleſtiam, id eſt, abegi, ſiue abire compuli: quia priùs dixerat, Abigam ego iam hunc venientem ab ædibus. Quo item modo Terent. *in Adelph.* vſus eſt. Ego hunc amouebo. Cicer. *ad Attic.* Et nebulonem, ſi quo pacto potes, ex iſtis locis amoue. Moleſtus ne ſis, hinc te amoue. Plaut. *Moſt. ſc.* 1. *a.* 1. Abs te ſocordiam omnem reiice, atque ſegnitiem amoue. Idem *Aſin. ſc.* 1. *a.* 1. Etiam tu iſtum abs te amoues? *Ibid. ſc.* 3. *a.* 3. Hinc amouemini intrò vos. Idem *Pſeud. ſc.* 5. *a.* 1. Inde huc exij crapulam amouentem. *Ibid.* Item, Seſe è medio amouere. Suet. *in Tib. cap.* 10. Amoueri in inſulam, id eſt, deportari, vel relegari. Tacit. *lib.* 4. *Annal.* At P. Suillium amouendum in inſulam cenſuit. ¶ Amouere, pro Auferre, Interuertere. Vlpian. *in l. rei. pro ſocio. lib.* 17. *Pandect. & alibi.* Fraude amotæ claues vrbis, vbi dolus ineſt. Liu. 7. *bell. Pun.*

Amotio, Cic. *lib.* 2. *de Finib.* Augendæ voluptatis finis eſt doloris omnis amotio.

Ampe, ἄμπη, oppidum Arabiæ non procul à mari rubro: cuius meminit Herod. *lib.* 6. Gentile eſt Ampæus, ἀμπαῖος. Steph.

Ampedices, appendices. Feſtus.

Ampela, ciuitas eſt Cretæ inſulæ, apud Plin. 4. *cap.* 12.

Ampelinus color, interpres. Iuuenal. *Satyr.* 16.

Ampeloprasum, ἀμπελόπρασον. Herba eſt foliis porri, ſed anguſtioribus, flore candido, radice bulboſa. Naſcitur in vinetis, vnde & nomen accepit. Vide Plin. *lib.* 24. *cap.* 15. Vulgus Porrum vineatum vocat.

Ampelitis, dis, ἀμπελῖτις, terra eſt bitumini ſimilis, circa Seleuciam Syriæ naſcens, qua ruſtici vites illinere ſolent, ad necandos vermiculos, oculos illarum depaſcentes, quos Ipas, ſiue Sciniipas vinitores appellant. ¶ Eadem & Pharmacitis, φαρμακῖτις, dicitur, quòd vitium morbo medeatur. De hac Dioſcor. *lib.* 5. & Gal. 9. *facult. ſimpl. med.*

Ampelodeſmos, ἀμπελόδεσμος. Plin. *lib.* 37. *cap.* 13. Herba eſt, qua vites religari ſolent apud Siculos: qui quamuis ſalicibus abundent, quia tamen earum vincula duriuſcula ſunt, malunt eam ad rem ampelodeſmo vti.

Ampelos melæna, ἄμπελος μέλαινα, vitis nigra, herba eſt foliis ſmilacis, ſed maioribus, claniculis quibuſdam obuia quæque complectens. Semen habet racemoſum, initio herbaceum, ſed vbi maturuerit, nigrum. Radicem foris nigram, intus buxei coloris. Vitis nomen inde nacta videtur, quòd ſerpat in modum vitis, quódque arbores, fruticéſque claniculis ſuis, velut pedamenta apprehendat. Nigræ autem cognomentum à radicis, ſeminíſque nigredine videtur eſſe ſortita.

Ampelos, ἄμπελος à Græcis dicitur, quam nos vitem appellamus. ¶ Eſt & nomen ciuitatis Macedoniæ, apud Plin. *lib.* 4. *cap.* 10. ¶ Ptolemæus quoque Ampelon vrbem in Creta collocat. Stephanus aliam in Cyrenaica regione. ¶ Eſt præterea Ampelos, promontorium Sami inſulæ, è regione Drepani Icariæ inſulæ. Autor Strab. *lib.* 14.

Ampelos, iuuenis amatus à Baccho, Ouid. 3. *Faſt.*

Ampelos leuce, ἄμπελος λευκή. Herba eſt, quæ aliis nominibus Bryonia, Pſilothrum, & à Latinis Vitis alba dicitur. Vitis quidem, non quòd re vera ſit vitis, ſed quòd ad eius ſimilitudinem accedat: nam & farmenta habet & folia, & capreolos, ſatiuæ viti ſimilia, omnia tamen hirſutiora. Alba verò à radicis colore dicta putatur.

Ampeloeſſa, ἀμπελόεσσα, oppidum eſt in Decapolitana regione, quæ Syriæ proxima eſt. Autor Plin. *lib.* 5. *cap.* 18.

Ampelos agria, ἄμπελος ἀγρία, Labruſca, id eſt, vitis agreſtis. Plin. *lib.* 23. *cap.* 31.

Ampeluſia, ἀμπελουσία. Nomen eſt promontorij in ea Africæ parte, qua Atlantem alluit Oceanus, à vitium copia impoſitum. Plin. *lib.* 5. *cap.* 1.

Amphapalia, locus eſt Cretæ, apud Strabonem, in ipſius inſulæ deſcriptione.

Amphe, ἄμφη. Vna Cycladum. Vide *Caſos.*

Amphea, ἄμφεια, vrbs Meſſenæ, Steph.

Amphemerinos, ἀμφημερινός, febris ſpecies eſt, quam quartanam exquiſitam vocant medici. Fit ex pituita extra vaſa putreſcente.

¶Amphi, ἀμφί, eſt circum, cum qua præpoſitione quædam voces componuntur, etiam in Latina oratione vſitatæ, vt ſignificetur *circa, vtrinque.*¶

Amphiala, oppidum eſt Atticæ. Strab. *lib.* 9.

Amphiaraus, ἀμφιάραος. Argiuus Oiclei, aut vt alij malunt Ilei & Hypermneſtræ filius, vates & Augur fuit, futurorum peritiſſimus: qui quum præuideret fore, vt in bello Thebano interiret, domi latitauit. Tandem tamen ab vxore proditus, inuitus à Polynice ad bellum eſt pertractus: vbi quum fortiter pugnaret, vnà cum curru terræ hiatu abſorptus eſt. Vide hac latius apud Statium.

Amphiarias, ἀμφίας. Latius fuit, qui ex infima ſorte ad ſummas opes euectus, quum à vicinis tanquam degenerem, multis probris afficeret, tandem, velut reſipiſcens, ſubiecit: ſed & nos ex iiſdem temnibus ſumus. Quæ vox ab aſtantibus ſumma lætitia excepta eſt.

Amphibalus, appellatur quod inducitur alteri, & toto quidem corpori. ¶ Item, vtrinque villoſus. ¶ Indumenti genus, ab ἀμφιβάλλω. Remigius.

Amphibia, {ἀμφίβια, ANGL. *beaſtis that liueth in two elementis.*} Animalia tam in terris, quàm in aquis viuentia. Amphibion Græci dicunt, quod eſt duplicis vitæ. Colum. *lib.* 9. Venio nunc ad aues, quas Græci vocant ἀμφίβια, quia non tantum terreſtria, ſed aquatilia quoque deſiderant, ab ἀμφὶ καὶ βίος, quod in ambobus elementis degant. Varr. 4. *de ling. Lat.* Græci ea quæ in aqua, & in terra poſſunt viuere, vocant amphibia. Hæc Cic. Ancipites beſtias vocat *lib. de nat. Deor.* 1. Beſtiarum autem terrenæ ſunt aliæ partim aquatiles, aliæ quaſi ancipites, in vtraque ſede viuentes.

Amphibolia, ἀμφιβολία, ambiguitas.

Amphibologia, ἀμφιβολογία, dubium dictum, ſermo dubiam ſententiam indicans. Figura quæ fit vitio compoſitionis, quum in ambiguo poſita eſt ſententia. Et modò fit per duos accuſatiuos à verbo infinito rectos: vt, Aio te Aeacida Romanos vincere poſſe. ¶ Modò per verbum commune: vt quum dicimus, Cato inſiſte criminatur: incertum eſt enim, an ipſe ab alio criminetur, an ipſe alium. ¶ Modò per participium: vt, Vide ſtatuam auream haſtam tenentem. ¶ Modò per homonyma: vt ſi quis dicat aciem, nec exprimat oculi, vel gladij vel exercitus. Poteſt etiam fieri aliis modis.

Amphibolon, ἀμφίβολον, ambiguum dicitur, quaſi vtrinque percutiens, ἀπὸ τοῦ ἀμφὶ, καὶ βάλλω.

Amphibrachis, ἀμφίβραχυς, Pes eſt ex prima & vltima breuibus, media producta: ſic dictus, quòd in vtraque parte breuem habeat, vt Timere. Ab ἀμφὶ, vtrinque, & βραχὺς, breuis. ¶ Huic opponitur Amphimacrus, qui breuem habet ſyllabam inter duas longas.

Amphicauſtis, ἀμφικαυστίς, hordeum montanum, quod & ὀρίνην Græci vocant. Vide Ruell.

Amphictyones, ἀμφικτύονες. Publicum Græciæ concilium, vt ſcribit Cic. *de Inuention. lib.* 2. Vnde decreta Amphictyonum citat Demoſthenes in oratione pro Cteſiphonte. Conſtabat autem Amphictyonum conuentus ex ſeptem Græciæ ciuitatibus, vt docet Strab. *lib.* 9. Vnde autem Amphictyonum nomen deducatur, docet Dion. *lib.* 14. Amphictyonem Heleni filium commentum eſſe Amphictyonicum concilium, cui ab ipſius nomine nomen indiderunt. ¶ Hinc Amphictyonicus, a, um: vt, Leges Amphictyonicæ, quibus ad concordiam colendam inuitabantur. {GERM. *Rathsherren oder Landsrath, so bey der gantzen versamlung Griechenlands waren.*} ¶ Amphictyonum conſenſus, Ἀμφικτυόνων συνέδριον. de frequenti grauium virorum conuentu. Vel venuſtius fuerit adagium, ſi per ironiam torqueatur ad indoctorum conuentum, qui ſibi tamen Solones eſſe videntur. Plutar. *in Cat. Cenſo.*

Amphicyrtos, ἀμφίκυρτος, à Græcis appellatur, quod eſt vtrinque decliue & gibboſum. Hinc fit vt Lunam ἀμφίκυρτον vocemus peculiari epitheto, quum nondum ſemiplena eſt, circa decimum ſcilicet, aut duodecimum à coniunctione diem: tunc enim cornua & conuexitatem quandam oculis noſtris exhibet. ¶ Eſt & Amphicyrton, lignum quoddam incuruum, quo onera geſtari ſolent, non diſſimile illi, quo mulieres quibuſdam locis aquam geſtant, æqualibus vtrinque ſitulis propendentibus.

Amphidamas, ἀμφιδάμας, Buſiridis fuit filius, quem Hercules vnà cum patre hoſpites immolante, interfecit.

¶Amphidromius, quintus dies à partu, vbi curſim circum focum geſtabatur puer. Amphitronia erat dies luſtricus, quo die nomina imponi natis ſolita ſunt. Vide Sueton. in Nerone. ἀμφιτρέχω circumcurro.¶

Amphigenia, ἀμφιγένεια, oppidum Peloponneſi, in tractu Meſſeniaco, cuius meminit Statius 4. *Theb.*

Hunc parere dati, quos fertilis amphigenia,
Planaque Meſſene, montanaque nutrit Ithome.

Meminit eiuſdem & Homerus.

Amphilochi, ἀμφίλοχοι, Acarnaniæ populi, Argo Amphilochium incolentes.

Amphilochus, ἀμφίλοχος, Athenienſis philoſophus, & agriculturæ ſcriptor, vt teſtis eſt M. Varro *lib.* 1. *de re ruſtica.* ¶ Fuit & Amphilochus filius Amphiarai vatis ex Eriphyle ſuſceptus, vt *in Odyſſ.* teſtatur Homer.

Amphilytus, ἀμφίλυτος, Auriolus ex Acarnania, qui Piſiſtrato tertiò Athenarum tyrannidem repetenti autor fuit, vt noctu Athenienſes inuaderet. Herod. *lib.* 1. Hic diuina pompa fungens Amphilytus Acarnan, vir ariolus, Piſiſtratum cui aſſiſtebat, adiit, atque hæc hexametro carmine vaticinatus eſt, inquiens, Eſt nummus proiectus, item ſunt retia tenta, Nocte meant thynni claro ſub ſydere lunæ.

Amphimachus, ἀμφίμαχος, Cteati filius, vnus ex quatuor ducibus Epeorum: de quo Homer. *in Catalogo.*

Amphimalis, ἀμφιμαλλίς, ſinus eſt Cretæ inſulæ, vt teſtis eſt Ptol. Hodie S. Nicolaus vocatur. Stephano Amphimallum, vel Amphimallia ciuitas eſt Cretæ. Meminit etiam Plin. *lib.* 3. *cap.* 12.

Amphimacrus, & Amphimacer, ἀμφίμακρος, pes ex tribus ſyllabis conſtans, prima & vltima longis, media correpta: vt, Pallidi. Sic dictus, quòd vtraque parte longam habeat ſyllabam. ἀμφὶ enim vtrinque ſonat, & μακρὸς, longum. Eſt autem contrarius Amphibracho.

Amphimalla, {שער אדרת *addereth ſehar.* ἀμφίμαλλα. GALL. *Habit velu de deux costez.* ITAL. *Veſte peloſa di ammendue parti.* GERM. *Ein bareckig oder ſonſtkeg kleid zu beyden ſeiten.* HISP. *Veſtidura velloſa dentro y fuera.* ANGL. *A cloting rhoug on both the ſydes.*} Erant tunicæ gauſapinæ, ex vtraque parte pilos habentes, quæ & Gauſapia dicebantur. Plin. *lib.* 8. *cap.* 48. Patris mei memoria cœpere amphimalla noſtra, ſicut villoſa etiam ventralia. Quæ verò ex altero tantùm latere villos habebant, Heteromalla dicebantur.

Amphimaſchala, ἀμφιμάσχαλα, veſtes erant liberorum, duas habentes manicas: Heteromaſchala autem, quæ ſeruorum veſtes erant, vnam tantum habebant manicam. Vtraque nomen acceperunt ab axillis, quas à Græcis vocantur μασχάλας.

Amphimedon, nomen Libyci cuiuſdam, qui in Aula Cephei regis aduerſus Perſeum pugnans, occiſus eſt. Ouid. 5. *Metam.*

Ecce Syenites genitum Metion Phorbas,
Et Libys Amphimedon, auidi committere pugnam.

Amphinome,

Amphinŏme, ἀμφινόμη, Nympha, à circumpascendo, quod proprium est aquarum, quæ ripas & littora circumquaque depascuntur.

Amphion, ἀμφίων, Iouis & Antiopes, vel, secundum aliquos, Mercurij filius, à quo accepta lyra adeò suauiter canebat, vt saxa ad struendos muros Thebanos traxisse dicatur. Horatius,

Dictus & Amphion Thebanæ conditor vrbis,
Saxa mouere sono testudinis.

Quod ideò fictum, quia eloquij suauitate homines rudes, & incultis moribus ad obsequia ciuilis pellexit disciplinam. Quod idem Horatius exposuit: nam quum dixisset, Sono testudinis, addidit, Et prece blanda. Ferunt hunc inuenisse Musicam. De Amphione *lib.* 1. Apollonius Rhodius *in Argonauticis.* ¶ Hinc Amphionius, a, um.

Amphipolis, ἀμφίπολις, ciuitas in ea parte, qua Thraciam Macedonia contingit: dicta quòd eam Strymon amnis circumfluat.

Amphippi, ἄμφιπποι. Milites qui duobus equis in bello vtuntur, & ex fesso in recentem transiliunt. Liu. 2. *bell. Pun.* Desultores vocat: & equi ipsi Desultorij appellantur.

[Amphiprostylos πρόστυλος, ædes, quæ στύλους, i. e. columnas vtrinque in anteriore & posteriore parte habet. Vitruu. *lib.* 3. *cap.* 1.]

Amphirrhoe, ἀμφιῤῥόη, Nympha ab vndecunque fluendo.

Amphisbæna, iuxta (vt & aliis placet) Amphisibæna, ἀμφίσβαινα, ὁ ἀμφισβαίνα, serpens est in Libyæ desertis, duo habens capita: vnde & circulatis tractibus creditur incedere, Lucan. *lib.* 9. Et grauis in geminum surgens caput amphisibæna.

Amphiscij, ἀμφίσκιοι. Appellantur ij, qui sub æquinoctiali habitant circulo, eò quòd quadruplici verberentur vmbra. Nam sole existente in alterutro punctorum æquinoctalium, hoc est, in principio Arietis, aut Libræ, vmbra eorum matutina iacitur versùs Occidentem, vespertina versùs Orientem. Sole autem Cancrum, aliquódve ex cæteris signis Septentrionalibus præambulante, vmbram habent Australem: contrà verò Septentrionalem, Sole sub Capricorno aliove alio Australium signorum iter faciente. Vide Cleomedem *lib.* 1.

Amphissă, ἄμφισσα, vrbs Locrorum, qui Ozolæ dicuntur: ita appellata, teste Stephano, quòd vndique montibus cingatur. Lucan. 3. Phocaicas Amphissa manus, scopulosaque Cyrrha. ¶ Hinc Amphissæi, ἀμφισσεῖς, qui Delphicum templum diripuerunt, apud Demosth. *in Orat. pro Ctesiphonte.*

Amphistrătus, ἀμφίστρατος, Statuarij nomen, apud Plin. *lib.* 36. *cap.* 5.

Amphitane, ἀμφιτάνη, gemma quæ alio nomine dicitur Chrysocolla. Inuenitur in ea Indiæ parte, in qua formicæ eruunt aurum, colore auri, figura quadrata, traditúrque natura eius eadem, quæ magnetis, nisi quòd aurum quoque trahere dicatur. Hæc Plin. *lib.* 37. *cap.* 10.

Amphitapă, { אדרת שער *addéreth sehár.* ἀμφίταπος. GALL. *Habillement velu de deux costez.* ITAL. *Veste pelosa di amendue parti.* GERM. Ein fotzechtig lockechtig kleid oder decke zu beiden seiten. HISP. *Vestidura vellosa dentro y fuera.* ANGL. *A cloting, or garment rough on both the sydes.* } Athenæo, vestis genus vtrinque villos habens. Varro, Alterum bene acceptum dormire sub amphitapa bene molli. Lucilius, Pluma, atque amphitape, & si quid aliud deliciarum. ¶ Vtitur hoc vocabulo Vlpianus *in l. vestis. D. de auro & arg. leg.* Pro eodem etiam legimus Amphimallon.

Amphithălămus, cubiculi genus est, quasi duplex thalamus. Vitruu. *lib.* 6. *cap.* 9. Dextra & sinistra cubicula sunt collocata, quorum vnum thalamus, alterum Amphithalamus dicitur.

Amphitheātrum, { ἀμφιθέατρον. GALL. *Amphitheatre.* ITAL. & HISP. *Amphitheatro.* GERM. Ein rund hauß der schawspielen. ANGL. *A sort of round building.* } Ædificium erat rotundum, veluti ex duobus theatris (quæ hemicycli figura erant) compositum, circumquaque spectandi visum præbens. Mart. *lib.* 1. Omnis Cæsareo cedat labor amphitheatro. Amphitheatrum Tauri Romæ: Suet. *in Calig. cap.* 18. Vide Cassiodor.

Amphitheātrālis, e, adiect. ad amphitheatrum pertinens: vt, Ludi amphitheatrales: Amphitheatrale spectaculum. Plin. *lib.* 11. *cap.* 24.

Amphitheātrică charta, ita dicta à loco confecturæ, cui quartus locus tribuitur à Plin. *lib.* 13. *cap.* 12.

Amphithetum, ἀμφίθετον. Poculi genus est, quod vtrauis ex parte stare potest. Erasmus *in Prouerbijs,* ex Hesychij sententia, credit esse poculum, quod ob magnitudinem ambabus tollitur & reponitur, quod genus Hollandi *Busam* vocant. Neque absurdum fortassis fuerit dicere, esse poculi genus circa medium, quum clausum est, ventricosum, vtrinque basim habens: cui insistat: quod si aperias, diuiditur in duo æqualia pocula, in sese, si claudas, coeuntia. Qua etiam forma salina fieri consueuerunt, & hac tempestate etiam pocula ex auro & argento fiunt. Quicquid id est, constat certè magnum fuisse poculum, quo vti solebant, quum strenuè potare volebant: vnde mansit prouerbium, Ex amphitheto bibisti: quum aliquem ad ebrietatem vsque bibisse volumus indicare.

Amphithoe, ἀμφιθόη, Nymphæ nomen est, circumcursitando dictum: ab ἀμφὶ circum, vndequaque, & θέω, curro.

Amphitrĭtē, es, ἀμφιτρίτη, Oceani & Doridos filia quæ fingitur à Poëtis esse vxor Neptuni: & per metonymiam ponitur pro mari. Nomen deductum est ab ἀμφιτρίβειν, hoc est, à circumterendo, quod mare terram vndique terat, & lancinet. Ouid. *Metam.* 1.

——— *nec brachia longo*
Margine terrarum porrexerat Amphitrite.

Amphitus, ἄμφιτος, alter ex Castoris & Pollucis aurigis. Plin. *lib.* 6 *cap.* 3.

Amphitryo, ἀμφιτρύων, Princeps Thebanus Alcei filius, & Alcmenæ Herculis matris coniux, à τρύζω gemo, vel τρύχω vexo. Plaut. tamen Amphitruo scribit, aut quòd vetustissimi Romani peregrinas literas non admittebant, aut quòd υ Græcum idem sonat ac u exile Latinum: vnde & Phruges dicebant, quod nos Phryges: & Sullam, quem nos Syllam. Amphitruo autem natus est Argis ex Argiuo patre. Plaut. *in Amphit.* ¶ Hinc deducitur Amphitryoniades patronymicum, & per epenthesim Amphitryoniades, quo Poetæ vtuntur pro Hercule, Amphitryonis tamen vera filio, quamuis ob rerum gestarum magnitudinem nonnulli originem eius ad Iouem retulerint. Virg. 8. *Æneid.*

Interea quum iam stabulis saturata moueret
Amphitryoniades armenta.

AMPHŎRĂ, { כד *cuadh.* ἀμφορεύς. GALL. *Vaisseau à vin tenant la huictiesme partie d'vn muy.* ITAL. *Anfora.* GERM. Ein krug oder kanten mit zweien oren / ein weinglasch. HISP. *Cantaro, ò arroua de vino.* ANGL. *A tankerd of nyne gallons.* } Vasis fictilis genus, duas habens ansas: vnde & nomen accepit, quòd scilicet ansis vtrinque apprehensis ferretur: ab ἀμφὶ καὶ φέρω. Horat. *in Arte.*

———*amphora cœpit*
Institui, currente rota cur vrceus exit?

Erat autem hoc vasis genus vino asseruando in primis accommodatum. Idem 3. *Carm.* Nec Læstrygonia Bacchus in amphora Languescit mihi. ¶ Erat prætereà Amphora mensuræ genus, capiens congios octo, hoc est, quadraginta octo sextarios. Alio nomine Quadrantal dicebatur, à mensuræ eius figura, quæ omni ex parte pedem habebat quadratum. Cicer. *pro Fonteio,* Itaque Titurium Tolosæ quaternos denarios in singulas vini amphoras portorij nomine exegisse. Idem *in Verrem,* Iam non quæro, vnde quadringentas amphoras mellis habueris.

Amphorālis, e, quod est vnius amphoræ capax ἀμφορεαῖος. Plin. *lib.* 37. *cap.* 2. Idem Xenocrates autor est, vas amphorale visum, & aliquid ex India crystallum sextariorum quatuor.

Amphoteroplon, fœnus nauticum est, quum fœnerator & commeatus & remeatus periculum suscipit. Heteroplon, quum commeatus tantùm, notat Budæus *in l. nihil interest. de naut. fœn.* Vide Pollucem ad Curacium *tit. de verb. oblig.*

Amphorarius, ἀμφοραφόρος. Qui mercedis gratia amphoram portat. Et amphorarium vinum dicitur à Proculo, *l. vlt. §. 1. D. de trit. vin. & oleo,* quod è dolio in amphoras est diffusum.

Amphrysūs, ἄμβρυσος, καὶ ἄμφρυσος Stephano, fluuius Thessaliæ: iuxta quem armenta regis Admeti Apollo pauisse traditur. Lucan. *lib.* 6. Irrigat Amphrysus famulantis pascua Phœbi.

Amphrysĭŭs, a, um, ἀμφρύσιος. Virg. 6. *Æneid.*

Qua contrà breuiter fata est Amphrysia vates.

¶ Item, Amphrysiacus, a, um. Papinius, Aut Amphrysiaco pastor de carmine carpsi. ¶ Est & nomen duarum vrbium. vide suprà *Ambrysus.*

[Ampiruo, motus edo, gyrum aut saltum do, vt faciebat Præsul Saliorum, q. sit ab ἀμπὶ Æolico. circa, pro ἀμφὶ & ruo. versus est,

Præsul vt ampiruat, sic vulgus redamptruat ipsum,

Sed Scaliger docet legendum esse amburuat, ἀνάσια.

Amplant, amplificant. Pap. antiq.]

Amplecto, pro Amplector, vetustè dictum. Plaut. Exemplo amplectitote crura fustibus.

AMPLĔCTOR, eris, amplexus, Amplexu circumplico, complector. { חבק *chabák.* περιπλέκομαι, ἀσπάζομαι. GALL. *Embrasser.* ITAL. *Abbracciare.* GERM. Vmbfahen / embfassen / vmbgreyffen. HISP. *Abraçar.* ANGL. *To embrace.* } Plaut. *in Cistellaria,* Anus ei amplexa est genua. Vis ego te, ac tute me amplectari. Idem *Pseud. sc.* 4. *a.* 1. Tene me, amplectere verba Amicæ. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 1. Compedes quid cessas amplecti crura. Idem *Capt sc.* 4. *a.* 3. Inspectauisti amplexam amicam cum osculatus sum. Idem *Mil. sc.* 6. *a.* 2. Durum amplectere ferrum (ò rubigo.) Ouid. 4. *Fast.*

———*Tenere & amplecti dolorem.*

Senec. *cap.* 1. *de Consol. ad Marc.* Quod istud est imperium Decemuiri quod amplexi tenetis. ¶ Ponitur & pro diligere & amare. Eos enim amplecti solemus, quos vehementer amamus. Cic. *Epist. fam. lib.* 5. Libenter amplector talem animum. ¶ Amplecti ius ciuile. Idem 1. *de Orat.* Nec quod ius ciuile Crasse tam vehementer es amplexus, hoc est, Quòd tanto studio animum ad eam rem appulisti. ¶ Amplecti pro Complecti, siue comprehendere. Virg. 2. *Georg.*

Non ego cuncta meis amplecti versibus opto.

Vbi Seruius, Id est, Non sum vniuersa dicturus. ¶ Amplecti aliquid pro Cognoscere & intelligere. Cicer. 4. *Verr.* Verùm vt totum genus amplectamini iudiciorum, priùs iura Siculorum, deinde istius instituta cognoscite.

Amplĕxŭs, us, ui, nomen, ipse amplectendi actus. { חבוק *chibbúk.* περίπλοκος. GALL. *Embrassement.* ITAL. *Abbracciamento.* GERM. Vmbfahung. HISP. *Abraçamento.* ANGL. *Embracing.* } Cic. 1. *de Diuin.* Puerum dormientem circumplicatum serpentis amplexu. Illius te arctissimis amplexibus alliga, Senec. *cap.* 17. *de Cons. ad Elb.*

Huius in amplexus, Iuppiter (inquit) eras,

Ouid. 2. *Fast.*

———*Sub amplexus coniugis ire tui,*

idem 6. *Fast.*

Amplĕxor, aris, περιπλέκομαι, amplexari frequens amplector, vehementer diligo. Cic. 2. *Acad.* Quas mirificè Plato amplexatus erat. Idem *Epist.* Inimicum meum sic amplexabantur, sic in manibus habebant, sic fouebant, sic me præsente osculabantur: vt, &c. ¶ *Amplexo* vetustè pro Amplexor. Accius *Alcmæone,* Postremò amplexa: fructum, quem dij dant, cape. Ex Nonio. Illam vidisse cum suo amatore amplexantem & osculantem, Plaut. *Mil. sc.* 2. *a.* 2. Patri vt liceret suo illam amplexarier. (i. futuere.) Idem *Amphit.* Quid modi amplexandi facies! Idem *in Asin. sc.* 2. *a.* 5. *& sc.* 3. *a.* 3. Vt me præsente hoc amplexetur. *Ibid.* Hodie liberam amicam amplexaberis. Idem *Pseud. sc.* 4. *a.* 2. *& sc.* 4. *a.* 4. *& sc.* 3. *a.* 2.

AMPLŬS, a, um, Magnus, spatiosus, latè patens. { רחב *rachab.* רחוב *rachób.* μακρὸς, εὐρύς. GALL. *Ample, spatieux.* ITAL. *Ampio, spatioso.* GERM. Weit / breit / groß. HISP. *Ancho.* ANGL. *VVid, ample.* } Ad Herennium. Loci præter modum ampliuagas imagines reddunt. Virg. 1. *Æneid.*

———*excemque per ampla volutant Atria.*

¶ Est item amplus, idem quod Græcis ἄξιος, hoc est, dignitate multa, & autoritate præditus. Cic. *pro Sext. Roscio,* Is mihi videtur amplissimus, qui sua virtute in altiorem locum peruenit. Idem *de Amicitia,* Suósque omnes sese esse ampliores volebat. Amplus, ab An & pleo, quasi vndique plenus & abundans. Bono, atque amplo auctare perpetuo lucro. Plaut. *prol. Amph.* Siue hac, siue illac grandis venit impetus hastæ Amplior, id est, maior, vehementior. Tibul. *lib.* 4.

Amplè, aduerbium, Copiosè, magnificè. {ברוב berôb. ἀφθόνως, ἀφθονῶς. Gall. *Amplement.* Ital. *Ampiamente.* Germ. Herrlich/großlich. Hisp. *Anchamente.* Angl. *Amplie.*} Cic. 2. *de Finib.* Si ne hæc quidem satis amplè, satis honestè dici putas. Idem 6. *in Verrem,* Exornat amplè, magnificè que triclinium. ¶ Amplius, vide *infrà.* ¶ Amplissimè: vt, Amplissimè gerere honores, hoc est, cum summa amplitudine & dignitate. Cic. 4. *in Verr.*

Ampliter, aduerbium, pro amplè: vt, Ampliter acceptus: hoc est, cum magno apparatu, & copia. Ampliter sumptum facere.

Amplius, aduerbium, significat Plus. {יותר jother עוד ôdh. πλέον. Gall. *Plus largement. d'auantage.* Ital. *Più.* Germ. Mehr/weyter. Hisp. *Mas.* Angl. *Moreouer.*} Amplius duo millia, Liu. *ab Vrb.* Amplius ducenti, Cæs. *lib.* 1. *de bell. ciu.* Amplius ducenti, sexcenti, &c. Vbique apud Liu. & Cæs. Adhuc amplius? (pro, pergis mihi malè loqui?) Plaut. *Amph. sc.* 2. *a.* 4. Etiam amplius? (pro magis adhuc, magisque.) Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 1. Nemo est, cui de industria amplius malè plus lubens faxim. Idem *Aul. sc.* 2. *a.* 3. Satin tribus vobis opsonatum est? An opsono amplius? Idem *Men. sc.* 2. *a.* 1. Scis cuius non dico amplius (i. apertius.) Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 1. Quid aliud exoptem amplius? *ibid. sc.* 3. *a.* 3. Aliquantò amplius valerem si hic maneres, *ibid.* Puta ereptum tibi amplius, quam vlla mater amiserit. Senec. *cap.* 6. *de Consol. ad Mart.* Ob istam industriam amabit amplius (i. magis & acriùs.) Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 3. Multò illum accusabo, quam te accusaui amplius, *ibid.* Domi hunc deuinciam, ne quid turbarum faciat amplius, idem *ibidem.* Et in hac significatione, nominatiuo, accusatiuo, & ablatiuo, coniungitur. Cic. *in Verrem.* Cum eum Syracusis amplius centum ciues Romani cognoscerent. Cæsar *Comment. lib.* 5. Amplius octingentæ quæ vno erant tempore, à litore discesserant. Accusatiuo, Cic. *in Verr.* Qui cùm amplius centum ciues Rom. haberet ex conuentu Syracusarum. Virg. 1. *Æneid.*

—— Noctem non amplius vnam,

Ablatiuo. Cic. *pro Roscio Comœd.* Hoc nomen triennio amplius in aduersariis relinquas. Cæsar, Milibus amplius quingentis in latitudinem patet. Genitiuo coniunxit Hirtius *in Comment.* Amplius duorum milium terga vertebant. ¶ Ponitur etiam pro Præterea, sine casu. Cicero *de Arusp. respons.* Quid enim si illi inimicissimus esset, amplius ad eius laudem minuendam facere potuisset? Item aliquando pro deinceps, aut posthac, vt annotauit Sosipater Lucilius *Satyr.* 1.

Quo pacto populum atque vrbem seruare potuisset
Amplius Romanam.

Atque inde verbum est *Ampliare*, in sequentes dies differre: de quo paulo pòst.

Ampliusculus, paulò amplior. Apuleius *in Apologia.* Quid enim faciat homo miser, ampliuscula fortuna deuolutus.

Amplitudo, vt Cic. *lib.* 2. *de Inuent.* scribit, est potentiæ, aut maiestatis, aut aliquarum copiarum magna abundantia. {גדולה gedulláh. μέγεθος, ἀξίωμα, ἀξιοπρέπεια. Gall. *Longeur. largeur. maiesté & dignité.* Ital. *Amplitudine, ampiezza.* Germ. Größe/herrligkeit/grossmächtigkeit. Hisp. *Anchura, honra.* Angl. *Wydnesse, dignitie, largnesse.*} Idem *ad Lentulum.* Tuæ sapientiæ magnitudinisque animi est, omnem amplitudinem, & dignitatem tuam in virtute, atque in rebus gestis tuis, atque in tua grauitate positam existimare. ¶ Amplitudo corporis. Plin. *in Epist.* Nam meatus animæ, qui illi propter amplitudinem corporis grauior & sonantior erat.

Amplĭuăgus, a, um, πλατυπλανής, πολύπλαγκτος, quod in amplum vagatur. Autor ad Heren. *lib.* 4. Ampliuagas imagines reddunt.

Amplĭo, as, Augeo, protraho, dilato, {הרחיב hirchib הרבה hirbáh. πλατύνω, αὐξάνω. Gall. *Amplier, accroistre, augmenter.* Ital. *Ampiare, amplificare.* Germ. Weitern/Groß machen. Hisp. *Ensanchar, ò estender.* Angl. *To amplifie to augment, to mak wyde.*} Vt ampliare ætatis spatium. Mart. *lib.* 10. Ampliare vires. Plin. *lib.* 13. *cap.* 2. Ampliare plagam. Celsus *lib.* 7. *cap.* 5. Ampliare numerum (i. augere.) Suet. *in Cæs. cap.* 41. & *in Ner. cap.* 32. Item Ampliato templo, Suet. *in Aug. cap.* 18. ¶ Pertinet etiam hæc vox ad iudicia, vt cùm reus ampliari dicitur, quod tum fiebat, quum iudicibus causa non satis erat probata. Ad Heren. *lib.* 4. Nam quid fuit, iudices, quare in sententiis ferendis dubitaueritis? aut iustum hominem nefarium ampliaueritis? Liu. *lib.* 4. *ab Vrb. cond.* scribit, Posthumiam virginem Vestalem ampliatam, deinde absolutam pro collegij Pontificum fuisse sententia, hoc est, per ampliationem in secundam actionem interposita dilatione protractam, vt scilicet, bis causam dicere posset. Romani enim iudicia hoc modo peragebant. Nam aut statim sententia ferebatur à iudicibus, si absoluendus esset reus, aut amplius pronuntiabatur, si causa obscurior esset: & tunc duabus hisce literis N. L. iudices significabant sibi non liquere quid esset statuendum, causamque denuo esse dicendam. ¶ Hinc Ampliatio nascebatur, ἀναβολή, ὑπέρθεσις, quæ appellata videbatur, quasi amplius dicendi pronuntiatio: quia qui ampliabatur, interposita dilatione rursus ad agendam causam redibat. De hac ampliatione intelligit Cic. 3. *in Verrem actione,* quum ait, Etsi lex ampliandi faciat potestatem, tamen isti sibi turpe existiment non primo iudicare. Differt autem Ampliatio à Comperendinatione, quòd Ampliatio certum numerum actionum non habebat: Comperendinatio, iteratam actionem in tertium diem. Cic. *in Verr.* 2. Glaucia primus tulit, vt comperendinaretur reus: antea vel iudicari primo poterat, vel amplius pronuntiari. Deinde quod comperendinatio in diem perendinum duntaxat alteram actionem differebat: Ampliatio verò in tempus quod iudicibus placebat. Tertiò, quod comperendinatio necessaria fuit & lege constituta: Ampliatio verò in iudicum potestate posita. ¶ *Ampliare,* pro amplificare. Pacuu.

Ampliatio, vide in proximè præcedenti voce *Amplio.*

Amplĭfĭco, as, Augeo, amplum facio, dilato, multiplico. {הרחיב hirchib הגדיל higdil. αὔξω. Gall. *Amplifier, agrandir.* Ital. *Amplificare.* Germ. Groß machen/erweitern. Hisp. *Hazer à hombre en ancho.* Angl. *To dilate, to make wyde.*} Cic. 1. *de nat. deor.* Eamque facultatem amplificauit Academia. Idem 3. *Tusc.* Nam attrectatu sæpe amplificatur dolorem. Idem *pro domo sua.* A populo semper sum defensus, amplificatus atque ornatus.

Amplĭfĭcator, verbale. {מרחיב marchib מגדיל magdil. ἐπαυξητής. Gall. *Eslargisseur, agrandisseur.* Ital. *Chi aumenta.* Germ. Ein mehrer/zuwachser oder ein ding gross mache. Hisp. *Ensanchador.* Angl. *An enlarger.*} Qui rem aliquam, aut personam maiorem, aut ampliorem reddit. Idem 5. *Tusc.* Pythagoras non solum nominis inuentor, sed etiam rerum ipsarum amplificator fuit.

Amplĭfĭcatio, onis, augmentatio. {מרחב marchab. αὔξησις. Gall. *Accroissement, amplification.* Ital. *Aumento, accrescimento.* Germ. Mehrung/Grossmachung. Hisp. *Ensanchamiento.* Angl. *Amplifying, enlarging.*} Cic. 1. *Offic.* Nec vero amplificatio rei familiaris, nemini nocens vituperanda est. ¶ Apud Rhetores autem Amplificatio (definiente Cicerone *in partitione*) est grauior quædam affirmatio, quæ motu animorum conciliet indicendo fidem.

Amplustre, vide *Aplustre.*

Ampsaga, Ἀμψάγα Ptolemæo, fluuius est Mauritaniæ Cæsariensis: cuius meminit & Plin. *lib.* 5. *cap.* 2.

Ampsalis, Ἀμψαλίς, ciuitas Sarmatiæ in Asia, Ptolemæo.

Amptruo, motus edo, circumuoluor; quod proprie præsulis est: Redamptruare verò Saliorum. Lucil. *lib.* 9.

Ampulla, gemino ll, vasis genus ex vitro, aut alia materia, ad seruandum oleum in balneis, item in mensa ad aquam, vel potionem, aliósque vsus accommodatum. {צלוחית tzelôchîth. λήκυθος. Gall. *Fiole, bouteille.* Ital. *Ampolla.* Germ. Ein Oelgutter von glas/Ein krug/Ein geschirr das ein weyten bauch hatt. Hisp. *Ampolla ò redoma de vidrio.* Angl. *A litle bottle or viole.*} Apul. *in Floridis,* Hippias prædicauit ampullam quoque oleariam, quam gestabat semet sibi fabricatam. Cic. *lib.* 4. *de Finibus.* Si ad illam vitam quæ cum virtute degatur, ampulla, aut strigilis accedat, sumpturum sapientem eam vitam potiùs cui hæc adiecta. Erat autem hoc vasis genus turgidum, veluti ventre inflato: vnde per translationem dixit Horat. Proiicit ampullas & sesquipedalia verba: pro eo quod est, verba turgentia & sufflata abiicit. Vtebantur etiam Romani ampullas ad hauriendas potiones. Suet. *in Domit.* Prandebatque ad satietatem, vt non temere super cœnam præter Marcianum malum & modicam in ampulla potiunculam daret. Ampulla potoria, Martial. *Epigr.* 110. *lib.* 14. ¶ Est etiam Ampulla, tumor inflatus, quem & Bullam vocamus, Græci modò πομφόλυγα, modò φύσημα appellant. ¶ Ampullæ, sunt vasa illa, in quibus Chrysma seruatur.

Ampullārĭus, ij, substantiuum, Artifex ampullarum. {ληκυθοποιός. Gall. *Faiseur de telles fioles.* Ital. *Artefice di ampolle.* Germ. Der die gläser mache mit weyten beüchen. Hisp. *El que haze ampollas.* Angl. *A bottlemaker.*} Plaut. *Rud.* Ni erit tam syncerum, vt quiuis dicat ampullarius, Optimum esset opere faciundo corium & syncerissimum.

Ampullārĭus, a, um, adiectiuum, vt, Ampullariæ vnctiones. Plaut. *Stich.* Vel vnctiones Græcas sudatorias, Vel alias malis malacas ampullarias.

Ampullācĕus, a, um, quod ex ampulla est, {גבעי gbeêh. ληκυθώδης. Gall. *Enflé comme vne bouteille.* Ital. *A fogia di ampolla.* Germ. Das aufgeblasen ist wie ein gutter. Hisp. *Cosa inchada como ampolla.* Angl. *Made lyke a bottle.*} Vt, Frustum ampullaceum, Col. *lib.* 1. *cap.* 2. Plaut *in Menæch.* videtur vocare mulierem magnificè cultam, ampullaceam.

Ampullācea pyra, quæ ab ampullæ forma nomen habent. Plin. *lib.* 15. *cap.* 15.

Ampullor, aris, ab Ampulla, pro superbio, turgeo. {גאה ghaáh. Gall. *Deuenir gros & enflé, empouler.* Ital. *Insoperbire, gonfiare.* Germ. Aufblasen/oder stoltz sein. Hisp. *Ampollarse ò hincharse.* Angl. *To waxe proude.*} Quo verbo vsus est Suet. *in Domitiano,* & Horat. 1. *Epist.*

An tragica desæuit & ampullatur in arte.

Ampŭto, as, Circuncido, reseco. {זמר zamár. ἀποτέμνω, περιαιρέω, ἀποκόπτω. Gall. *Rongner, couper à l'entour.* Ital. *Potare, mozzare via.* Germ. Abhawen beschneiden. Hisp. *Cortar en derredor.* Angl. *To cutt of, to guard away.*} Cic. 3. *de Finib.* Quæ sit scientia atque ars agricolarum quæ circuncidat, amputet, erigat, extollat, adminiculetur. Idem 8. *Philipp.* In Reip. corpore vt totum saluum sit, quicquid est pestiferum amputetur.

Amputātio, verbale, ipse amputandi actus. Cicer. *de Senect.* Propagatio vitium sarmentorúmque, ea quam dixi, aliorum amputatio & aliorum immissio.

Ampycus, Ἄμπυκος, Titanoris filius, qui ex Chloride (vt ait Apollonij Commentator) Mopsum augurem suscepit, à quo Ampycides appellatur, Ouid. 12. *Metam.* Nec tu credideris tantùm cecinisse futura Ampyciden Mopsum, &c.

Amsanctus, locus est in medio Italiæ apud Hirpinos, sulphureas habens aquas, quæ quod vndique syluis angustiisque clausæ sint, tam pestilentem emittunt odorem, vt propius accedentes eò, enecentur. ¶ Hinc factus est locus fabulæ, in Amsancti vallibus, inferorum spiraculum esse. Cic. 1. *de Diuin.* Quid enim non videmus, quam sint varia terrarum genera? ex quibus & mortifera quædam pars est, vt & Amsancti in Hirpinis, & in Asia Plutonia quæ videmus. Virg. 7. *Æneid.*

Est locus Italiæ in medio sub montibus altis
Nobilis & fama multis memoratus in oris
Amsancti valles: densis hunc frondibus atrum.

Seruius ex omni parte sanctus interpretatur, sed malè, cùm non sit nomen adiectiuum, sed proprium.

Amsegetes, dicuntur quorum ager viam tangit. Festus.

‖Amterminus, ἀμφιτέρμων circa terminum manens.‖

Amsterodama, Holandiæ vrbs.

Amula, genus vasculi ad aquam gestandam, quod religionis & expiandorum malorum gratia gestabatur, ἀποτρόπαιον, dictam quasi amola, ab amoliendis periculis. Huius diminutiuum, Amulula.

Amuletum, Omne genus remedij aduersus cuncta mala medicamenta, & præsertim contra veneficia, ἀλεξιφάρμακον, φυλακτήριον. Plin. Infantibus alligatur succinum amuleti ratione, formam vasculi habens. Græci etiam περίαπτα hæc vocant, ἀπὸ τοῦ ἀπαμύνειν, quod est amoliri, summouere, depellere. Dictio hæc frequens est apud Plin.

Amulius, Ἀμούλιος, Procæ filius, & Numitoris frater, qui regnum fratri abstulit, atque omnem eius stirpem virilem necauit. Fratris quoque filiæ, Rheæ Syluiæ, per speciem honoris, quum Vestalem eam legisset, perpetua virginitate spem partus ademit. Liu. 1. *ab Vrbe.*

‖Amurachenus,

[Amurachonus, minister aulæ Turcicæ. Gloss. gr. b.]

Amurca, {שולית pesoleth. ἀμόργη. Gall. *La lie d'huile*. Ital. *Fece d'oglio*. Germ. Ölmusen oder hefen. Hisp. *Alpechin de azeyte*. Angl. *The dregges of oyle, or lies.*} Sordes olei, quæ præcedunt. Nam quæ sequuntur, Fæces vocantur. Virg. *Georg.* 1.

———& nigra perfundere amurca.

Hoc nomen per c, scribitur, sed profertur per g, vt fit in Caius, & Cneus. Amurca contra culices & limaces vim habet maximam. Hinc Examurcatus, sordibus purgatus.

Amurcaria dolia, in quæ amurca infunditur. Cato *de re rust. cap.* 10. Dolia queis vinacia condat, decem, amurcaria decem, πίθοι ἀμοργηροί.

Amusium, ventis discernendis excogitatum organum, vt ait Cælius. Vitruuius *lib.* 1. *cap.* 6. Collocetur ad libellam marmoream amusium medijs mænibus: aut locus ita expolietur ad regulam & libellam, vt amusium non desideretur.

Amussis, is. {אנך anach פלס pelés. στάθμη. Gall. *Le cordeau ou la ligne des charpentiers, esquierre*. Ital. *Archipendolo, squadra*. Germ. Ein richtschnur ein senckelschnur ein richtschnur welche die zimmerleut brauchen. Hisp. *Hilo de almagre que vsan los carpinteros*. Angl. *A carpenters rule or line.*} Filum est, quod fabri materiarij rubrica oblinunt, aut alio colore. Sic Budæus. Festus autem regulam vocat, ad quam aliquid adæquatur. Ex quo videtur innuere & Amussim & Normam idem esse. Latè tamen pro omni ordine ponitur.

Amussim, aduerbium, & ab eo compositum, Adamussim. {במשפט bemischpat. κατὰ στάθμην. Gall. *Auec toute diligence, à plomb, à esquierre*. Ital. *A punto*. Germ. Eben fleyssig. Hisp. *Derechamente, ò ygualmente*. Angl. *VVith diligence, made after rule or line.*} Vt Iudicium adamussim factum, apud Gellium *cap.* 4. *lib.* 1. Legitur & Examussim, aduerbium, pro rectè & examinatè. Plaut. *in Amph.* Si vera hæc loquitur examussim, est optima. Examussim rem enarrat, *ibid. sc.* 4. *a.* 4. vbi Sisenna & Sosipater pro examinare, interpretantur. Amussis enim est regula rubricata, quæ dimittitur, examinandi operis causa.

Amussi alba, λευκῇ στάθμῃ, hoc est, nullo delectu ac citra discrimen. Gell. *in Noct. Attic.* Namque illi omnes & eorum maximè Græci, multa & varia lectitantes in qua res cunque inciderant, alba, vt dicitur, linea, sine cura discriminis solam copiam sectari conuertebant. Plut. *in Commentario περὶ τῆς ἀδολεσχίας*, Nonnulli sic efferunt Adagium, In albo lapide amussis alba. Vtitur Plato *in Charmide*, vbi Socrates ait se erga formosos adolescentes perinde esse, vt albam amussim in albo lapide, propterea quòd neque discerneret satis inter formas, & omnes ex æquo amaret. Diciturque vel in eos, qui nullo sunt iudicio, vel in stupidos, vel in eos, qui in certis probant, vel significant incerta.

Adamussim, Examussim, & Amussatim, frequens est apud autores, pro eo quod est exquisita diligentia atque exactissima cura. Gell. *lib.* 1. *cap.* 9.

Amussitata opera dicuntur, quæ ad amussim facta sunt. σταθμηθέντα ἔργα. Plaut. *in Milit.* In hoc amussitata sua sibi ingenua indoles. Nonius.

Amusus, {בער bábar. ἄμουσος. Gall. *Qui est sans lettres, ignorant*. Ital. *Indotto*. Germ. Vngelehrt, vngeschickt. Hisp. *No enseñado, no elegante*. Angl. *Vnlearned, vnskilfull.*} Inelegans, & indoctus: hoc est, à Musis alienus. Antiquitus enim nihil eruditum habebatur sine musica: vnde apud Comicos, qui literas se didicisse negant, aiunt se non didicisse musicam. Vitruu. *lib.* 1. *cap.* 1. Nec musicus, vt Aristoxenus: sed non amusus.

Amycla, ἀμύκλα, vna è filiabus Niobes, quam tradit Pausanias cum Melibœa sorore seruatam, implorata Latonæ venia. Homerus tamen omnes interiisse tradit. Hermol. in Plin. *lib.* 36. *cap.* 5.

Amyclæ, ἀμύκλαι, pluraliter, nomen est vrbis Laconiæ, Tyndari regia, in qua nati sunt Castor & Pollux. Alia est in Italia inter Tarracinam & Fundos in paludibus, à Laconibus condita iuxta Seruium: cuius ciues, quum Pythagoricam sectam sequerentur, & abstinerent cæde animalium, nec vicinæ paludis serpentes interimerent, ab illis deleti sunt. Alij non à serpentibus, sed hostium repentino aduentu hanc vrbem deletam prodiderunt. Nam quum aliquoties falsò nuntiatus esset aduentus hostium, postea cautum est, ne quis amplius nuntiaret. Inde ex improuiso captæ sunt Amyclæ. Hinc prouerbium, Loqui volo: nam scio Amyclas tacendo periisse. Hinc Virg. tacitæ Amyclæ, dictæ sunt.

Amyclæus, a, um, adiect. ἀμυκλαῖος.

Amyclas, ἀμύκλας, Lacedæmonis filius, vt est autor Dictys Cretensis, in libro quem de expeditione Græcorum in Troianos composuit.

Amycus, ἄμυκος, Neptuni & Melies Nymphæ filius, Bebryciorum rex, qui eam consuetudinem habuit, vt aduenas in Bebrycium nemus ad cæstuum certamen prouocaret, & insidijs circumuentos ibidem interficeret. Quum itaque Argonautæ in Bebrycium venissent, Pollux ab eodem ad certamen prouocatus, cognitis insidiis, socios conuocauit, ab iis adiutus Amycum interfecit. Virg. 5. *Æneid.*

——— qui se Bebrycia veniens Amyci de gente ferebat.

¶ Amycus item vnus è Centauris fuit, Ixionis & Nubis filius. ¶ Alius fuit Æneæ comes. Virg. 6.

———inde ferarum

Vastatorem Amycum, &c.

Amydon, ἀμυδών, Ciuitas Pæoniæ, quæ auxilia misit Troianis. Iuuen. *Satyr.* 3. Hic alta Sicyone, ast hic Amydone relicta.

Amygdalus, {שקד schaked. ἀμυγδαλῆ. Gall. *Amandier*. Ital. *Mandorlo*. Germ. Ein mandelbaum. Hisp. *Almendro*. Angl. *An almond tree.*} Arbor amygdala, hoc est, nuces Græcas proferens. Colum. *lib.* 5. *cap.* 14. Amygdala, si parum feras erit, forata arbore lapidem adiicito. ¶ Hinc Amygdalinus, a, um, Serenus, Fertur amygdalinæ succus nucis esse bibendus. Amygdalinum oleum, Plin. *lib.* 23. *cap.* 4.

Amygdaliceum, folium, Plin. *lib.* 26. *cap.* 11.

Amygdala, æ, {שקדים schkedim. ἀμυγδάλη. Gall. *Amande*. Ital. *Mandorla*. Germ. Mandelnuß, mandelkern. Hisp. *Almendra*. Angl. *An almond.*} Nux Græca, quæ & Thasia dicitur. Plin. Item nucleus amygdalæ est. ¶ Amygdalum, ἀμύγδαλον, etiam neutro genere dicitur pro fructu. Palladius, Græci asserunt nasci amygdala scripta, si aperta testa nucleum sanum tollas, & in eo quolibet scribas, & iterum luto, & porcino stercore inuolutum reponas.

Amygdalites, ἀμυγδαλοειδὴς Dioscoridi, herba est ex genere tithymali, à similitudine foliorum amygdali, quæ & Corymbites dicitur, & Platyphyllos, à latitudine foliorum. Plin. *lib.* 26. *cap.* 8.

Amygdalinus, adiect. ἀμυγδάλινος. Id quod est vel fit ex amygdalis: vt Amygdalinum oleum. Plin. *lib.* 23. *cap.* 4.

Amylum, {ἄμυλον. Gall. *Amidon*. Ital. *Amido*. Germ. Amelmel. Hisp. *Amidon*. Angl. *A kynde of wafer made of fine wheat.*} Placentæ genus, quod ex tritico fiebat, aut silígine sæpius elota: ita dictum, quod ἄνευ τῆς μύλης, hoc est, sine mola fieret. Macerabatur enim sæpius quotidie triticum, aut siligo, donec ita mollesceret, vt cremor exprimi posset, qui deinde in sole siccabatur. A vulgo Seplasiorum vnica litera immutata Amydon vocatur. Rationem conficiendi amyli, vide apud Plin. *lib.* 18. *cap.* 7. & apud Catonem *de re rust. cap.* 87.

Amymone, ἀμυμώνη, vna ex quinquaginta filiabus Danai regis, quæ dum se in syluis iaculando exerceret, Satyrum percussit imprudens, qui impetu in eam facto vim ei voluit inferre. Quapropter implorato Neptuni auxilio, id ab eo passa est, quod à Satyro formidarat. Itaque prægnans facta, Nauplium peperit. Vide Strabonem *lib.* 8. ¶ Est & Amymone apud eundem, fons iuxta Lernam, cuius meminit & Plin. *lib.* 4. *cap.* 5.

Amyntas, ἀμύντας. Pater fuit Philippi Macedonis. ¶ Est item pastoris nomen apud Theocritum, Virg. 3. *Eclog.*

At mihi sese offert vltrò meus ignis Amyntas.

Amyntor, ἀμύντωρ, Dolopum rector. Ouid. 12. *Met.* Quem Dolopum rector bello superatus Amyntor. Hic, Homero teste *Iliad.* 2. pater fuit Phœnicis. Ouid. 8. *Metam.* Amyntore cretus Phœnix.

[Amyris, arbor. ἄμυροι dicuntur Etym. loci humidi, ἀμύρω, i. fluo. Apud Hesych. est ἀμυδρὸς quasi λίαν μυδαρὸς valde madidus.]

Amystis, ἄμυστις, strenuæ potationis genus erat apud Thracas, quum potus ingurgitabatur, vt vinum in dolium infunditur, neque spiritu reciprocato, neque ore contracto. Vnde ἀμυστίζειν Græci dicunt, pro ingurgitare, & sine respiratione affatim bibere. Horat. *lib.* 1. *Carm.* Bassum Threicia vincat amystide. ¶ Alij Amystidem poculi speciem interpretantur, quo Thraces vtebantur, quoties ἀμυστὶ, id est, ἀμύσαντι, hoc est, citra labrorum contractionem, & spiritus reciprocationem potare volebant. Vt Germani potatores aiunt, Ohn schnauffen vnd bart gewischt.

Amythaonia, ἀμυθαονία, Elidis pars est, teste Stephano, ita dicta ab Amythaone Crethei filio.

Amythaon, ἀμυθάων. Melampodis insignis auguris & medici pater fuit, quem ab illa Amythaonium vocat. Virg. 3. *Georg.* Phillyrides Chiron, Amythaoniúsque Melampus. Tib. *lib.* 4.

Queis Amythaonius nequeat certare Melampus.

Amyson, ἀμύζων Ptolemæo, Catiæ oppidum est, cuius meminit Plin. *lib.* 5. *cap.* 29.

A N

An, aduerbium interrogandi, & pro Nunquid ponitur, ἢ μή. Cicero, An verò Romulus ille, aut pastores, aut conuenas congregasse videtur? Statim, an non. Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 5. Licétne obsecro bitere, an non licet? *Ibid. sc.* 3. *a.* 1. Es ne tu, an non es ab illo? *Ibid. sc.* 3. *a.* 2. Album, an atrum vinum potas? Idem *Men.* An quia latrocinamini, arbitramini quiduis vobis licere? Idem *Milit. sc.* 6. *a.* 2. Estne herilis concubina, an non est ea? *Ibid. sc.* 5. *a.* 2. Dic mihi an vnquam tibi intestina crepant? Idem *Men. sc.* 3. *a.* 5. Quid faciam, maneam, an abeam? Idem *Curc. sc.* 4. *a.* 4. Redin, an non virginem? *Ibidem*, An non iusta caussa, vt, &c. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 2. Abin, an non? Idem *Aul. sc.* 3. *a.* 4. Facis mihi iniuriam, an non? *Ibid.* Estne inuocatum, an non? Est planissimè. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 1. Iubes, an non? *Ibid. a.* 4. Mittis me, an non mittis? Idem *Milit. sc.* 5. *a.* 2. Perij, an non? Idem *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. An sis abitura à viro? Idem *Men. sc.* 1. *a.* 5. An ne bonum oblita es facinus? Catul. *de com. Ber.*

Anne parentum frustrantur falsis gaudia lacrimulis.

Ibidem,

——— An quod amantes

Non longè à caro corpore abesse volunt?

Ibidem,

——— An & hunc sibi poscit Vlysses?

Ouid. 13. *Metam.* Fallor, an, vide *Fallor*. Finem vitæ, sponte an fato. Tacit. *lib.* 2. Verone, an falso iactabantur? Suet. *in Gal. cap.* 12. An atua colentem. Ouid. 4. *Fast.* Sed legendum forte est (aut atua.) Sed aliquando transit in vim coniunctionis si, εἰ, quum sermo dubitatiuus est, & tunc ferè subiunctiuo iungitur: vt, Nescio an pater viuat. ¶ An, diuersis in locis collocatur. Primo loco, Cic. 2. *Philipp.* An tu, Narbonæ in mensas hospitum quum vomeres, Dolabella pro te in Hispania dimicaret? Secundo loco. Idem 5. *Verr.* Errauit, an potiùs insaniuit Apronius? Et hic & in similibus subaudis An, vel vtrum. ¶ An, ter repetitum. Idem *in Orat.* In quo quæsitum est, in totóne circuitu illo orationis, an in principiis solum, ac in extremis, an in vtraque parte numerus tenendus sit. ¶ An, quater repetitum. Idem *de Orat.* Refert etiam qui audiant: Senatus, an populus, an iudices frequentes, an pauci, an singuli. ¶ An & Ne, coniungi solent pro An. Terent. *in And.* Anne est intus Pamphilus? Cic. *in Pisonem*. Anne gesto? An & Ne interpositis aliquot dictionibus. Idem 1. *de Finibus*, An partus ancillæ siue in fructu habendus. ¶ An si coniunguntur Ouid. *in Epist.* An si quis rapiat stabulis armenta reclusis, Arma feras, rapta coniuge lentus eris?

[Ana, ἀνά, Græca præpositio, variè vsurpatur: ferè vt re Latinorum. iterationem & motum retro & sursum notat. occurrit in vocibus, quas etiam Latinus sermo admisit. Interdum autem videtur ἀνὰ esse, sed est α priuans, inserto ν, & significat *sine*, ἄνευ. Medicis vsitata est etiam, quum Latinè scribunt, declaratque æqualem distributionem, vt *Misce cinnami, Cardamomi & nardi, ana vnc.* i. e. vniuscuiusque vnciam, &c. Martin.]

Ana, siue (vt apud Melam legitur) Anas, ἀνάς Ptolemæo, fluuij nomen est apud Hispanos, Bæticam, hoc est, Granatam, à Lusitania, quam hodie vocant Portugalliam, diuidit. Vide Plin. *lib.* 3. *cap.* 1. & 22. Vulgò *Guadiana*. ¶ Est quoque nomen animalis cuiusdam Orientis.

Anăbăsis, ἀνάβασις Dioscoridi, herba quæ Equisetum Latinè dicitur, à Græcis Hippuris. {סוס זנב zennáb hassús. GALL. Queuë de cheual, apresle en presle. ITAL. Coda di cauallo, asprella. GERM. Schaffthew. HISP. Cola de mula, rabo de mula. ANGL. An herbe called the horse tayle.} Plin. lib. 26. cap. 13. Recentiores Caudam equinam vocant.

Anăbătus, ἀναβάτης. Qui emittitur in exteras regiones, rumorem aliquem disseminaturus, qualem Triptolemum fuisse in fabulis legimus, quem semina per orbem sparsurum, Cererisque beneficia annunciaturum, à dea rapidissimo curru emissum fabulantur. Nomen deductum est ἀπὸ τοῦ ἀναβαίνειν, hoc est, ab ascensu, curruum scilicet, vel equorum. Hieronym. contra Ruff. Idcircóne cereales, & anabasij tui per diuersas prouincias cucurrerunt, vt laudes meas legerent?

Anăbăthra, ἀνάβαθρα, scalæ, pulpita, gradus superiores scansiles, aut instrumenta scabellorum, aut subsellia: ab ἀναβαίνω, id est, sursum ascendo. Iuuen. Satyr. 7.

Et quæ conducto pendent anabathra tigillo.

‖Anabathini, gradus imi, vnde in theatris exilibant. Furiæ. Scal.
Anabibazon, ascendens planeta. Tertull.‖

Anabis, ἄναβις, oppidum Hispaniæ, in tractu Tarraconensi, Ptolem.

Anăbŏlăgĭum, ἀναβολάγιον, vel Anaboladium, ἀναβολάδιον. Sidonis genus est, quo humeri operiuntur: dictum ἀπὸ τοῦ ἀναβάλλεσθαι, quod interdum Induo significat, interdum reiicio. Solebant enim mulieres in negligentiori cultu hoc ornamento pectus & humeros protegere, & quum visum esset, reiicere.

Anabula, æ, vt scribit Plinius, animal Æthiopicum, capite cameli, collo equi, cruribus bouis prætendens similitudinem, per totum corpus nitentem habens rubedinem, albis maculis immistam. Est & miri decoris, longo collo, & altis anterioribus & posterioribus cruribus.

Anabura, ἀνάβουρα, Pisidiæ oppidum apud Strab. lib. 12.

Anacacabea, ἀνακακαβέα, λωτός. A vulgo Græcorum arbuscula quædam appellatur, teste Aetio, quæ Homer. Lotos dicitur. Galli Alysum & Alisarum nominant. Fructus quoque, eodem Aetio teste, à recentioribus Græcis Anacacabon appellatur: Latini vocant Fabam Græcam. vide Ruell. lib. 1. cap. 95.

‖Anacalypteria, dona quæ maritus detectionis causa sponsæ dabat. ἀνακαλύπτω detego.‖

Anacampseros, otis, ἀνακαμψέρως, herba est, cui à Magis reuocandi amoris vis tribuitur: ita dicta ab ἀνακάμπτειν, reflexo, & ἔρως amor. Plin. lib. 24. cap. 17. Anacampserotem celeber arte Grammatica paulò ante, cuius omnino tactu redirent amores, vel cum odio depositi.

Anacalypteria, Romanis dona fuere, quæ domestici conferebant & amici, cum primùm noua nupta reuelatâ facie se videndum præbebat. ἀνακαλύπτεσθαι enim est reuelari. Alex. ab Alexand. Genial. dier. lib. 2. cap. 5.

Anacara, tympana sunt rotunda inferiore parte. Hodie scribitur Macarus, perperam, correxit Meursius.

Anacardium, ἀνακάρδιον, arbor Indis familiaris, fructu auiculæ corculo non dissimili: vnde nomen putant inditum, rubente intus cruore, quo velut sanguine scatet. Ruell. lib. 1. cap. 37.

Anaace, ἀνάκη, oppidum Achaiæ, apud Steph.

Ănăcĕphălæōsis, {ἀνακεφαλαίωσις. ANGL. A short repetition of things said.} Breuis capitulatio, in qua repetitio rerum summatim fit. Quintilianus lib. 6. cap. 1. Rerum repetitio, & congregatio, quæ Græcè dicitur ἀνακεφαλαίωσις, à quibusdam Latinorum enumeratio, & memoriam iudicis reficit, & totam simul causam ponit ante oculos iudicis. Græcè κεφάλαιον, caput dicitur in ea significatione, qua nonnulli capituli appellatione vtuntur.

Anacharsis, ἀνάχαρσις, Philosophus ex Scytharum genere, sapientiæ admirandæ, vt scribit Cic. lib. 5. Tusc. qui studio cognoscendi ritus & mores Græcorum in Græciam se contulit, eodem tempore, quo septem Sapientes florebant. Huius imaginibus inscriptum erat, Lingua, ventre, pudendis abstinendum esse. Plin. tradit Anacharsim inuenisse rotam figuli, cuius circuitu vasa formantur. Sed si (vt inquit Seneca) apud Homerum longe antiquior inueniatur figuli rota, non video quomodo Anacharsis esse autor huius rei potuit. Ibat nudis pedibus, dormiebat in terra, & famem pro pulmento habebat. Hic leges aranearum telis quàm simillimas esse dicebat, quòd muscas quidem & cætera eius generis infirmiora animacula irretirent, à fortioribus autem perrumperentur. Interrogatus autem quo pacto abstemius fieret, respondit, si ebriosorum motus sibi ante oculos ponat. De genere mortis eius tradit Laërtius, quòd quum in patriam se recepisset, Græcoque ritu sacrificaret, à fratre suo Scytharum rege, fuerit interemptus.

Anachites, ἀναχίτης, gemma est omnium pretiosissima, quam notiore nomine Adamantem vocamus: ita dicta quòd vanos motus, animique lymphationes credatur abigere, & aduersùs venena habere vim antidoti. Plin. lib. vlt. cap. 4.

Ănăchōrēsis, ἀναχώρησις, Eremus, successus: vnde monachi eremum incolentes & quicunque procul ab hominibus secesserint, ἀναχωρηταὶ vocantur. Cassianus in Col. Cuius sectatores anachoretæ, id est, secessores merito nuncupantur, eò quod nequaquam contenti hac victoria, qua inter homines occultas insidias diaboli calcauerunt, aperto certamine ac manifesto conflictu dæmonibus congredi cupientes vastos eremi recessus penetrare non timeant.

‖Anachoreta, ἀναχωρητής, quasi dicas secessor, qui secessus & solitudines petit, qui in solitudine degit, eremita: ab ἀναχωρεῖν secedo. GERM. Einsidler / ein (eins) & sitzen sedere.‖

Ănăclintērium, {משכב mischcáb. ἀνακλιντήριον. GALL. Lict de marlas pour se repaser sur iour. ITAL. Lettisiclo, mattarazzo. GERM. Ein gutschen oder ruhbettlin / tagbett. HISP. Lugar para dormir de dia. ANGL. A flockbedes, or matres.} Lectulus, super quo quiescimus interdiu, qualia celebrantur Florentiæ Tuscanica. & apud Lampridium Heliogabalo. Accubita: à quibusdam quoque Scabadia dicuntur. Spart. in Ceiono Commodo. Nam lectum eminentibus quatuor anaclinteriis fecerat, minuto reticulo vndique inclusum. ¶ Vocantur huiusmodi lecti etiam grabati, & Græci. κράβατος. ¶ Vocatur & Pluteus cui incumbit Imperator. Græci vocant ἀνακλιντήριον, προσκεφάλαιον, ἀνάκλιμα, puluillus, quibus caput dormientis incumbit. Erant lecti quibus essent quatuor plutei, & puluilli, vtrinque duo, in quibus cubantes aduersis vestigiis iacerent: alij erant ἀμφικεφάλοι, in quibus duo plutei, siue mauis, duo reclinatoria, vt vestigiis oppositis, & obuersis somnum caperent, & hinc inde pluteis capita incumberent.

Anacollia, vocantur quorum lacryma incommodantes pilos corrigit. Aëtius.

Anacoluthŏs, ἀνακόλουθος, Latinè inconsequens: vnde Anacoluthon figura est, quum non redditur quod superioribus respondeat, vt si in oratione ponatur μὲν, & non sequatur δέ. Aut e contrario, quum particula quæ non nisi posteriori loco poni consueuit, sola ponitur sine ea quæ solet præcedere: vt si, verbi gratia, relatiuum ponatur sine antecedente. Virg. 1. Æneid.

Millia quot magnis nunquam venêre Mycenis.

Vbi Seruius, Anacoluthon est: nam dicit Quot, quum non præmiserit Tot.

Ănăcrĕōn, ἀνακρέων. Nomen proprium poëtæ lyrici, à quo metra Anacreontica dicta sunt. Ortus fuit ex Teo Ioniæ ciuitate: ex qua etiam Hecatæus historicus. Amauit puerum nomine Batyllum visenda pulchritudine spectabilem. Horatius, Non aliter Samio dicunt arsisse Batyllo Anacreonta Teium. Periit acino vuæ passæ strangulatus, vt tradit Plin. lib. 7. cap. 7. ¶ Anacreontius, adiect. Quint. lib. 9. cap. 4. Anacreontium protinus colon efficias. Anacreontius versus, Miles mundi viuimus recentes. Recipit Pyrrhichium, Chorium, Spondæum, Brachysyllabum, Anapæstum. Primus semper est Pyrrhichius. Censorinus de die natal. cap. vlt.

Anacrisis, {בחן béchan. ἀνάκρισις. GALL. Examen, information, question. ITAL. Essamine. GERM. Befragung eines vbelthäters es sey mit marter oder ohn marter. HISP. Examen, ò question, ò informacion. ANGL. Examination, question of the gilrie.} Quæstio de reo habita, siue ea per tormenta fieret, siue sine tormentis. ¶ Inde interrogatio testium, quam vulgus Informationem vocat. Vide Bud. in Comment.

Anactorion, ἀνακτόριον. Herba est, quæ notioribus nominibus ξιφίον Græcis, & Latinis Gladiolus appellatur. Dioscor. lib. 2.

Anactoria, ἀνακτορία Stephano, oppidum est Acarnaniæ, colonæ olim Corinthiorum ad sinum Ambracium, Plin. lib. 4. cap. 1. ¶ Est item hoc nomine Ioniæ vrbs in minore Asia, postea Miletus appellata, vt testatur idem Plin. lib. 5. cap. 29.

Anadema, ἀνάδημα, Corona, sertum, aut simile capitis ornamentum. A verbo ἀναδέω, corono, vel circumligo. Luc. lib. 4.

Et benè parta patrum fiunt anademata, mitra.

Paulus inter ornamenta capitis muliebra recenset, in l. 26. de auro & argent. leg. Item & Hesychius, qui scribit esse κόσμον κεφαλῆς γυναικείας. Itaque à Polluce lib. 5. in mundo muliebri ἀναδήματα numerantur.

Anadendrădes, ἀναδενδράδες, vocantur à Græcis vites arbustiuæ, quæ scilicet arboribus fulciuntur.

Anadendromalache, ἀναδενδρομαλάχη. Malua arborescens, quam Galenus 4. Therapeuticæ eandem facit cum Althæa.

Ănădĭplōsis, ἀναδίπλωσις, Dici potest reduplicatio. Est enim dictionis in vltima parte præcedentis versus sitæ, in prima sequentis repetitio. Virg. Eclog. 8. Certent & cygnis vlulæ, sit Tityrus Orpheus, Orpheus in syluis, inter Delphinas Arion.

Anadyomene, ἀναδυομένη, Participium est fœmininum verbi ἀναδύομαι. Latinè reddi potest Emergens. Hoc nomine Apellis opus dictum est, quod Venerem habebat è mari emergentem. Vide Plin. lib. 35. cap. 10.

Anæa, ἄναια Stephano, vrbs Cariæ contra Samum: à qua fiunt gentilia, Anæus, ἀναῖος, & Anaites, ἀναίτης. Hinc ortus fuit Menelaus Anæus, Peripateticæ familiæ Philosophus, & historiarum scriptor egregius.

Anætia, ἀναιτία. Oppidum maioris Armeniæ, quod ab Euphrate alluitur. Plin. lib. 5. cap. 24.

Anagallis, {ἀναγαλλίς. GALL. Mouron ou morgeline. ITAL. Anagalle. GERM. Gauchheil. HISP. Murages.} Herba est quam Morgelinam, vel Gallinæ morsum vulgò vocant, si Ruellio credimus. Duæ eius à Plinio traduntur species floris colore distinctæ. Mas enim florem habet Phœniceum, fœmina cæruleum.

‖Anagiotrta, nutrix. Lex. gr. b.‖

Ănăglyphă, {פתוח pittuách. ἀνάγλυφα. GALL. Choses taillées en bosse ou releuées. ITAL. Cose di releuo. GERM. Ein außgegraben werck / was gegraben / trieben / oder außgestochen ist / das es bilder hatt. HISP. Vasos labrados, de buril ò sinzel. ANGL. A sord of carued work.} Dicuntur vasa, aliáve opera, sculpturis aspera, quæ scilicet ita exsculpta sunt, vt in eis imagines emineant: ita dicta ab ἀνὰ, quod sursum significat, vel suprà, & γλύφω sculpo: eò quòd sculpturæ in superiori parte emineant. Vnde & à Gallis Releuata dicuntur. Eadem & Anaglypta inuenimus appellata. Plin. lib. 33. cap. 11. Nunc anaglypta in asperitatémque incisa circa linearum picturas quærimus. Martial. lib. 1.

Nec desunt tibi vera Glaniana,
Nec mensis anaglypta de paternis.

Ănaglyptēs, {מפתח mephatteach. ἀναγλύπτης. GALL. Tailleur, insculpteur. ITAL. Scultore. GERM. Ein meister der getribne arbeit mit bildwerck macht / bildhawer. HISP. Platero que labra por sinzel. ANGL. A caruer, a grauer.} Sculptor qui ita quippiam exculpit, vt in eo imagines promineant.

Ănăglyptĭcē, siue Anaglyphice, {ἀναγλυφική, ἢ ἀναγλυπτική. GALL. L'art de tailler. ITAL. L'arte da sculpir di releuo. GERM. Die kunst des bildtwercks durch getribne oder getrückte arbeit. HISP. El arte de labrar de buril ò sinzel. ANGL. The art of caruing or grauing.} Ars & ratio ita sculpendi, vt in opere imagines emineant. Huic opponitur Diaglyphice, διαγλυφική, quum imagines superficie operis sunt depressiores, & ita excauatæ, vt eminentes imagines ceræ aliæúe corpori molli possint imprimere: cuiusmodi sunt annuli & sigilla tam publica, quam priuata, quibus literæ, & diplomata obsignantur.

Anagnia, ἀναγνία Ptolemæo, ciuitas Hernicorum in Latio, vbi Antonius sorore Augusti contempta, & Cleopatra in vxorem ducta, monetam cudi iussit. Virg. lib. 7.

Quei

... *Anagnia pascit*, &c.

Anagnostes, ἀναγνώστης. ANGL. *A reader*.} Latinè lector dicitur. Nam ... lego ἀνάγνωσις recognitio, lectio. Cic. *Attic*. Nam puer festiuus anagnostes noster Sositheus decesserat.

Anagoge, ἀναγωγή, sublatio, ad mysticum Scripturæ sacræ sensum de ... vita æterna, ἀνάγω est subduco, sursum duco.]

Anagyris, ἀνάγυρις, herba est grauissimi odoris, quæ ob id à rusticis ... vocatur. Huius folia, virgasque si quis decerpserit, ... manus imbuit, quo non nisi frequenti lotione potest ... Hinc tactus est locus prouerbio, vt qui sibi offusura commoueat, ἀνάγυριν κινεῖν, hoc est, Anagyrin mouere dicatur. ¶ Anagyrus, ἀνάγυρος, populus Atheniensis, tribus Erechtheidis. Vide Stephanum.

Anaitis, idis, Deæ cuiusdam nomen, quæ in Sacasena Armeniæ regione præcipuè colebatur. Huius deæ ministerio moris erat optimatum filias forma præstantissimas dedicare: quæ vbi aliquandiu omnibus corporis sui copiam fecissent, tanquam nobiliores redditæ, deinceps viris tradebantur. Dies festus huic numini dicatus, Sacta vocabatur, quo se viri mulieribus permisti ad stuporem vino ingurgitabant. Sunt qui tradant, hæc festa in memoriam victoriæ, quam Cyrus de Saccarum gente retulit, esse instituta. Ferunt enim Saccas Cyri castra ingressos, quæ ille simulata fuga, epulis vinóque differta reliquerat, ita se vino obruisse, vt à Cyro omnes ad internecionem penè deleti fuerint prius quàm possent expergisci. Strab. *lib*. 11.

Analecta, {שהתבבת scherrácheat *fenletán* פתב *path*. ἀνάλεκτα. GALL. *Ce qui tombe sous table, miette*. ITAL. *Immunditie della tauola*. GERM. *Tischlatten / schütte / oder was ab dem tisch fellt als brosamen* &c. HISP. *Los relieues del manjar que sobra*. ANGL. *Crommes, that falleth from the table*.} Purgamenta cœnarum, & quisquiliæ ciborum sub mensam cadentes, quæ manu colligi solent, & extra triclinium efferri. Mart. *lib*. 7. Colligere longa ne turpe putat dextra Analecta, quicquid & canes reliquerunt. Dicta Analecta, ἀπὸ τοῦ ἀναλέγειν, hoc est, colligendo, propterea quòd manu colligerentur, non scopis euerterentur. Inuentis enim lithostrotis, exterisque id genus pretiosioribus pauimentis, cessauit vsus scoparum. Illa enim, quòd ex minoribus testulis constabant, scopas non admittebant, vnde etiam Asarota dicebantur, quòd non verterentur, sed quòd manu purgamenta colligi soleant, & pauimenta ipsa spongiis lauari. Idem *lib*. 14. In pretio scopas testatur palma fuisse, Otia sed scopis nunc analecta dabunt.

Analectes, æ, {ἀναλέκτης. GALL. *Qui recueille les miettes & autres reliquats*. ITAL. *Chi raccoglie le auanzature di tauola*. GERM. *Ein sammler der tischbrosamen*. HISP. *El que barre los relieues*. ANGL. *A gatherer of the crommes of the table*.} Qui colligit, aut verrit analecta. Dicitur etiam per translationem, teste Cælio Rhod. *lib*. 31. *cap*. 31. qui multa lectione exercitatus memoria est firmissima, ita vt quicquid vnquam legerit, vel audierit, habeat ad manum. Nomen deductum est à verbo ἀναλέγειν, quod inter cætera significat, ἀπομνημονεύειν ἔχειν, καὶ κατέχειν, hoc est, memoria concipere, & firmiter tenere. Seneca: Suasit illi Satellius Quadratus, vt Grammaticos haberet analectas.

Analectides, ἀναλεκτίδες, dicuntur, quibus è xylino lino, vel quauis materia, puellæ tanquam puluillis constipant scapulas prominentes, vt videri habiliores possint. Ouid. 3. *de Arte aman*.

Conueniunt tenues scapulis analectides altis,

Angustum circa fascia pectus erat.

Cæl. *lib*. 13. *cap*. 31.

Analemma, ἀνάλημμα, est ratio conquisita Solis cursus & vmbræ crescentis à bruma obseruatione inuenta, è qua per rationes architectonicas circinique descriptiones est inuentus effectus in mundo. Vitru. *lib*. 9. *cap*. 4.

Analesia, dicta est eo quòd sinas partes capitis sensu priuet. Fit, vel nascitur ex negligentia, aut ex nimio cibo, aut ex luxuria, aut potu frigido bibendo, vel nimium cogitando, vel ex indigestione ciborum.

Analitæ, ἀναλῖται, populi Arabiæ apud Plin. *lib*. 6. *cap*. 28.

Analogia, {משקל *mischkál*. ἀναλογία. GALL. *Analogie, proportion, conuenance*. ITAL. *Proprietà, conuenienza*. GERM. *Gleichförmigkeit*. HISP. *Propriedad, conueniencia*. ANGL. *Proportion likenesse*.} Cicero, Quod analogiam Stoici, nos appellamus conuenientiam, si placet. Quint. *lib*. 1. Analogia præcipuè, quam proximè ex Græco transferentes in Latinum, Proportionem vocauerunt. Analogia quid sit, docet Gell. *cap*. 25. *lib*. 2. dicitur ratio proportionis ab eodem *cap*. 9. *lib*. 15. Hæc est eius vis, vt id quod dubium est, ad aliquid simile, de quo non quæritur, referat, vt incerta certis probet. vt si quæras, funis masculini, an fœminini generis sit, ex eius diminutiuo cognoscitur, quia funiculus generis masculini est. ¶ Analogia apud Mathematicos, est quum numeri duo, aut plures, quum item magnitudines inter se comparantur, ad similitudinem secundæ comparationis, iuxta æqualitatem, vel inæqualitatem: vt si dicas, Vt se habent quatuor ad duo, sic octo ad quatuor: &, quanto est longior pes Herculanus alterius alicuius pede, tanto item stadium Herculano pede sexcentis commensum, longius est eo stadio quod alterius pede toties transmissum est.

Analogismus, ἀναλογισμός, à dialecticis vocatur firmissimum illud argumenti genus, quod à causa propinqua ducitur. Cui opponitur Epilogismus, qui solet sumi ab effectu, aut certè à causa remota. Dicitur autem Analogismus à verbo Græco ἀναλογίζομαι, quod inter cætera significat ratiocinari, & firmiorem argumentis aliquid colligere.

Analogistæ, tutores qui non tenentur rationem reddere tutelæ.

Analogus, ἀνάλογος, proportione respondens.

Analphabeti, ἀναλφάβητοι, à Græcis dicuntur, qui ne elementarias quidem literas nouerunt, quos Fulgentius Abecedarios appellat, *in* 3. *Mythologicôn*. Bud. *in Pandect*.

[ANALYSIS, ἀνάλυσις, resolutio, ἀναλύω resoluo.

Analyticus, a, um, resolutorius.]

Analytica, orum, ἀναλυτικά, nomen est duorum librorum Aristotelis, quibus ille iudicandi, siue (vt alii loquuntur) argumenta resoluendi, partem exequitur. Nomen deductum est à verbo ἀναλύειν, quod resol-

uere significat, nonnunquam etiam diiudicare. Budæus *in Comment. linguæ Græcæ*.

Anamnesis, ἀνάμνησις, Latinè commemoratio dicitur.

Anancæon, ἀναγκαῖον. Necessarium Latinè dicitur. Figura quum volumus ostendere necessitudinem aut naturæ, aut temporis, aut alicuius personæ: quale est illud Demochatis, Nihil valebat assidua pro natte ac misericors deprecatio, quum indicaret tyrannus, cuius crudelitas omnem naturæ necessitudinem extinguebat. Rutilius Lupus *lib*. 1.

[Anance, ἀνάγκη, necessitas. Hes. iudicialis clepsydra. Apud Plaut. *in Rud*. 2. 3. Credo Hercle Anancæo datum, quod biberet. de quo variè disputant. vide Taubman. *Comm*. vbi plurium opiniones collegit. ἀναγκαῖον est necessarium. Meursius legit, Ancæi poculum.]

Ananchitis, ananchitidis, ἀναγχῖτις, gemma, de qua sic Plin. *lib*. 3. *cap*. 11. Anachitide in hydromantia dicunt euocari imagines deorum. Vide suprà *Anachites*.

Anantapodoton, ἀνανταπόδοτον, schema est, quo Græci frequentiùs vtuntur quàm Latini, quum scilicet oratio aliquo membro destituitur.

Anapæstus, ἀνάπαιστος, pes ex duabus syllabis breuibus, & ex tertia longa. Componitur ex ἀνὰ, re, & παίω, ferio, eo quòd repercutiat dactylum sono reciproco. A Græcis, ἀντιδάκτυλος dicitur, quasi dactylo contrarius. Cic. *lib*. 3. *Tuscul*. Non adhibetur vlla sine anapestis pedibus exhortatio.

Anapauomenos, ἀναπαυόμενος, fons est in Dodone, Ioui sacer, ita dictus, παρὰ τὸ ἀναπαύεσθαι, eo quòd sub meridiem, quotidie desinat fluere. De hoc sic scribit Plin. *lib*. 2. *cap*. 103. In Dodone, Iouis fons quum sit gelidus, & immersas faces extinguat, si extinctæ admoueantur, accendit. Idem meridie semper deficit: qua de causa Anapauomenon vocant: mox increscens ad medium noctis exhuberat: ab eo rursus sensim deficit.

[Anapale, saltatio. Scal.]

Anaphalis, ἀναφαλίς, herba est, quæ notiore nomine Gnaphalium, & à quibusdam Centunculus appellatur.

Anaphe, ἀνάφη, insula est vna Sporadum, inter Therasiam & Astypalæam, quam Plin. *lib*. 2. *c*. 87. enumerat inter eas, quæ diu aquis tectæ, tandem emerserunt. Nominis ratio Stephano hæc traditur, quòd Argonautis intermestri luna tempestate iactatis opportunè apparuerit.

Anaphora, ἀναφορά, seu Epanaphora, ἐπαναφορά. Figura quam nos relationem, seu repetitionem dicere possumus, quæ fit quoties in principio singulorum membrorum, aut versuum eadem pars orationis repetitur, hoc modo, Verres calumniatores apponebat, Verres de causa cognoscebat, Verres pronuntiabat. Virg. 1. *Æneid*.

Nate meæ vires mea magna potentia, solus

Nate patris summi.

¶ Anaphoræ etiam scansiones signorum vocabantur ab Oriente circumactu mundi quotidiano factæ, ex inclinatione cæli varia, nunc maiores. Firmicus, Sed istis tandiu vitiis laborabit, quoad signi eius fuerit anaphora completa.

Anapis, ἄναπις, Siciliæ fluuius leniter decurrens, decem stadiis procul à Syracusis in mare defluens. Ouid. 5. *Met*.

Præterit & Cyanen, & fontes lenis Anapis.

Anapologetus, ἀναπολόγητος, Latinè inexcusabilis.

[Anaporica horologia. Vitru. *de archit. lib*. 9. *cap*. 9. Fiunt etiam alio genere horologia hiberna, quæ Anaporica dicuntur. In bulla ingrediens per puncta, contra centri tympani versationem, quotidie transfertur. vnde anaporica dici puto, q. regradantia. ἀναπορεύομαι est regrador: vt Solino *cap*. 3. menses regradari dicuntur. Martin.

Anapselaphesis, supplicatio Principi oblata à sententia Præfecti Prætorii. Lex. IC.]

Anarchus, ἄναρχος, sine principe, vel principio. Ambr. *lib*. *Hexaëm*. Dedit ergo principium mundo, dedit etiam creaturæ infirmitatem, ne anarchon, id est, principio carentem crederemus.

Anariacæ Straboni, Anariaci Plinio, ἀναριάκαι Stephano, populi sunt ad mare Caspium ad Ortum incolens: quorum oppidum Anariace ἀναριάκη, commemoratur.

Anarrinon, ἀνάῤῥινον, quod & Antirrhinum, herba est Anagallidi similis, radice nulla, aut perexigua, semine vitulinas nares imitante: vnde & nomen habet. Galenus Bucranion appellat. Gal. *Oculum catt*. Vide Plin. *lib*. 25. *cap*. 10. Ruel. *lib*. 3. *cap*. 131.

Anas, atis, Auis notissima ex genere amphibiorum, ita dicta ab assiduitate natandi. {νῆττα. GALL. *Cane ou canart*. ITAL. *Anitra*. GERM. *Ein änt*. HISP. *Anade*. ANGL. *A ducke, a drake*.} Martial. *lib*. 13.

Tota tibi ponatur anas, sed pectore tantum,

Et ceruice sapit, cætera redde coquo.

Patriciis pueris dantur anates, coturnices. Plaut. *Capt. sc*. 4. *a*. 5. Anatem ponticæ veneno victitant. Gell. *cap*. 16. *lib*. 17. ¶ Anatem morbum anuum dicebant, id est, vetularum: sicut senium morbum senum. Festus.

[Anasarca, ἀνασάρκα, toto corpore diffusus hydrops. aliter ... ab ἀνὰ & σὰρξ caro. Meliùs est analogia, diuisis vocibus, ἀνὰ σάρκα per carnem. Martin.]

Anastasis, resurrectio: vt Anastasis Dominica, &c.

Anaticula, diminutiuum est, {νηττάριον. GALL. *Petite cane ou petit canart*. ITAL. *Picciola anitra*. GERM. *Ein äntle / ein vögelin*. HISP. *El anadino, à anadina*. ANGL. *A litle dock or drake*.} Cicer. *de Finibus*, Serpere anguiculos, euolare merulas, nare anaticulas, cornibus vti videmus boues. Dic me tibi Anaticulam, Columbam, vel Catellum. Plaut. *Asin. sc*. 3. *act*. 3.

Anatinus, a, um, {νήττειος. GALL. *De cane ou canart*. ITAL. *Cosa di anitra*. GERM. *Das zu der änten gehört*. HISP. *Cosa pertenecience a las anades*. ANGL. *VVith pertenteth to aduck or drake*.} Plaut. *in Rud*. Vtinam fortuna anatina nunc vteret: vt quum exissem ex aqua, arêrem tamen.

[Anataria, aquila, νηττοφόνος, ab anatibus occidendis nomen sortita.]

Anatarius, qui anates custodit, pascitve, νηττοβοσκός. ¶ Anataria aquila, quæ anates circa lacus venatur. Ex Sipontino. De anataria aquila, Plin. *lib*. 10. *cap*. 3.

Anătārĭŭs, a, um, quod ex anate est: vt, Anatariæ plumæ, siue quod ad anates pertinet: vt, Anataria aquila. νηττοφόνος ἀετὸς, quæ anates venatur. Plin. *lib.* 10. *cap.* 3.

Anasa, ἄνασα, oppidum Germaniæ, apud Plin. *lib.* 6. *cap.* 8.

Anas, ἄνας, fluuius vlterioris Hispaniæ, Bæticam diuidens à Lusitania: de quo Pomp. Mela *lib.* 2. ¶ Antiqui præterea Anatem vocabant anuum morbum, scilicet vetularum. Festus.

Anasphoros, ἀνάσφορος, à quibusdam vocatur herba, quam Græci πλέκαον, Latini Linum appellant. Legitur hoc nomen in quibusdam Dioscoridis exemplaribus. Quidam verò hoc vt plerasque alias herbarum nomenclaturas apud eundem inter notha referre malunt.

‖Anastasion, troparion, seu canticum diei Dominicæ proprium. Lex. gr. b.‖

Anastomosis, ἀναστόμωσις. A medicis appellatur apertio venarum, quando scilicet venarum orificia amplius æquo aperiuntur: quod fit aut propter vasorum imbecillitatem, aut propter sanguinis ad orificia affluentis copiam. Gal. *lib.* 4. & 5. *Method.* Est autem nomen hoc deductum à verbo Græco ἀναστομόω, quod Latinè sonat Aperio.

Ănăstrŏphē, ἀναστροφή, inuersio, vel peruersio dicitur. est enim (vt docet Diomedes) duorum verborum ordo præposterus: vt, Italiam contra, pro contra Italiam.

Ănăthĕmă, detestatio, execratio. {חרם chérem. ἀνάθεμα. GALL. *Excommunication, execration.* ITAL. *Scommunica.* GERM. Ein fluch, ein verbanter. HISP. *Descommunion.* ANGL. *Excommunication, execration.*} Ponitur interdum pro donario, quod diis suspenditur in columna, vel pariete templi, ἀπὸ τοῦ ἀνατιθέναι, hoc est, seponendo, vel suspendendo: aut certè ab eo, quòd nefas esset ex loco mouere. ‖¶ Anathema verò, ἀνάθημα, donarium, quod dicatum diis, in parietibus, vel columnis templi, vel ex lacunaribus suspendebatur. ab ἀνατίθημι repono, vel sursum pono.‖

Ănăthĕmătizo, as, Deuoueo, detestor, ἀναθεματίζω.

Ănătocismus, {ἀνατοκισμός. GALL. *Renouuellement d'vsure, quand les arrerages se baillent encores à vsure, & sortissent nature de sort & principal.* ITAL. *Rinouamento d'vsure, quando l'vsura ac[illegible] entra nel principale & fa vsura.* GERM. Der wucher da man zinß anlegt/dass die selbigen wider zinß tragen/zinß von zinsen. HISP. *Renouamiento de vsura, vsura sobre vsura.* ANGL. *Yearlie vsurie, and vsurie of vsurie.*} Est vsuræ anniuersaria reuolutio, & quas vsuras vsurarum vocant. Cic. *ad Attic.* Interim quum in edicto translatitio centesimas me obseruaturum haberem cum anatocismo anniuersario. Latinè autem Cicero ipse hoc verbum interpretatur in Epist. Confeceram, inquit, vt soluerent centesimis sexennij ductis cum renouatione singulorum annorum.

Ănătŏmē, ἀνατομή, dissectio, vel consectio, quum scilicet humanum corpus dissecatur, vt venæ, & nerui à medicis conspici possint. ¶ Inde Anatomice, ἀνατομική, scilicet τέχνη, ars dissecandi & aperiendi corpora.

Anaua, ἄναυα, vrbs Phrygiæ. Steph.

Ănauros, ἄναυρος, fluuius Thessaliæ, ex Pelio monte fluens, quasi absque aura dictus. Lucan. *lib.* 6. Quique nec humenteis nebulas, nec rore madentem Aëra, nec tenues ventos aspirat Anauros. De hoc fluuio, vel potiùs torrente, vide plura apud Apollon. *Argo. lib.* 6.

Anausis, apud Flaccum *in Argon.* Procus est Medeæ, Alanorum & Heniochorum rex, postea à stilo riuali interfectus.

Anax, ἄναξ, proprium viri nomen, qui fuit Cæli & Terræ filius, à quo Miletus olim dicta fuit Anactoria. Cæl. Rhod. *lib.* 5. *cap.* 1.

Ănaxăgŏrās, ἀναξαγόρας, Clazomenius philosophus fuit, in physicis præcellens, qui non modò generis gloria & diuitiis, verùm animi quoque magnitudine clarissimus fuit, quippe qui totum patrimonium suis sponte reliquit. Et quum ab eis negligentiæ insimularetur, Quid ergo, inquit, nónne vos ista curatis? Mox abscedens, ad speculandum rerum naturam se contulit, studio doctrinarum flagrans, rei priuatæ & publicæ omnino negligens, & incuriosus, adeò vt cuidam ipsum ita compellanti, Nullàne tibi patriæ cura est? dixerit, Mihi verò patriæ cura, & quidem summa est: digitum in cælum intendens. Hic cùm post diutinam peregrinationem in patriam rediisset, possessionésque desertas vidisset: Non essem, inquit, ego saluus, nisi istæ periissent. Digna profectò vox philosopho, qui pluris faceret culturam ingenij, quàm prædiorum. Anaxagoræ opinio de astris, & de lapide cælitus ruituro. Plutarch. *in Lys.* Vide plura de hoc apud Laertium.

Anaxandrides, ἀναξανδρίδης. Poëta Græcus, Comœdiarum scriptor, patria Rhodius, qui tempore Philippi Macedonis floruit. Docuit fabulas 65. vicit vna, vt scribit Suidas.

‖Anaxant, ἀναξάντ. Gloss. v. quasi ad axim. i. asserem, tabulam, referunt: vbi publicè solet aliquid intimari.‖

Anaxantini, populi Italiæ, Plin. *lib.* 3. *cap.* 12.

Anazarbani, populi Ciliciæ, ab eadem vrbe sic dicti, apud Plinium.

Ănaxarchus, ἀνάξαρχος, nomen proprium philosophi Abderitæ, dictatorisque Democriti. Hic habuit inimicum Nicocreontem Cypri tyrannum, à quo comprehensus, coniectúsque in pilam saxeam, quam Græci ὅλμον vocant, itáque ferreis malleis contusus, adeò toleranter pertulit asperrimos illos cruciatus, vt verbum illud memorabile conduplicauerit, Tunde, tunde Anaxarchi follem. Anaxarchum enim non tundis. Ad vltimum amputationem linguæ minitante tyranno, protinus dentibus abscissam, & commanducatam linguam in os eius ita patulum dicitur expuisse. Vide Laert. Valer. Cic. Floruit Anaxarchus Olymp. cx. vt scribit Suidas.

Ănăxărĕtē, ἀναξαρέτη, puella fuit Cypria, ex Salamine oppido, forma insignis, & regia stirpe superba, quam quum Iphis infimæ sortis iuuenis perdidissimè amaret, & ab ea ludibrio haberetur, doloris impatientia sese ad fores eius suspendit: cuius funus quum Anaxarete liceis, immotísque oculis intueretur, in saxum est conuersa, vt fabulatur Ouid. 14. *Metam.*

Anazarbus, ciuitas mediterranea Ciliciæ, vt scribit Plin.

Anaxenor, ἀναξήνωρ, Citharœdus fuit, quem Magnesia ciuitas valde extulit, sed magis M. Antonius, qui quatuor ciuitatum ei tributa legenda tribuit, vt scribit Strabo *lib.* 14.

Anaxeton, ἀνάξητον, apud Dioscoridem *lib.* 3. legitur inter nomenclaturas Gnaphalij herbæ. Quanquam non desunt, qui & hoc malint inter notha referre.

Anaxilas, ἀναξίλας, Poëtæ comici nomen, cuius meminit Suidas.

Anaxilaus, ἀναξίλαος, Rheginorum in agro Brutio tyrannus fuit, & Messanæ in Sicilia conditor, qui ex testamento liberos suos Micytho seruo sui tutelæ commendauit. Micythus autem prouinciam sibi impositam tanta fide, moderationeque administrauit, vt Rhegini ferre imperium non detractarent. Pueris deinde ad legitimam ætatem prouectis, bona fide & imperium, & paternam hæreditatem restituit, ibíque exiguo seruato viatico, reliquum vitæ priuatus peregit. ¶ Fuit præterea Anaxilaus quidam ex Lacedæmoniorum principibus, qui vna cum Lycurgo in vincula coniectus fuit, & paulo post cum eodem absolutus. Vide Plutarchum *in Alcibiade.*

Anaxylides, ἀναξυλίδης, nomen Philosophi, de quo Hieronymus *contra Iouin.* scribit, quòd *in lib.* 2. *Philosophiæ* asserat Potonam matrem Platonis phantasmate Apollinis fuisse oppressam, quódque sapientiæ principem non aliter arbitretur, nisi de partu virginis editum.

Ănaximander, ἀναξίμανδρος, Milesius Philosophus, Thaletis auditor, primus terræ marisque circuitus descripsit, & sphæram insuper construxit, vt inquit Laertius. Hic dixit infinitum, rerum omnium generationis atque corruptionis causam esse, & partes quidem vniuersi corrumpi, totum autem esse immutabile. ¶ Præterea cylindri formæ esse terram asseruit, tantæ profunditatis, vt ad latitudinem profunditas tertia inueniatur.

Ănaxĭmĕnēs, ἀναξιμένης, Philosophus fuit Milesius, Eurystrati filius, Anaximandri discipulus successórque, qui eo die obiit, quo Sardeis à Cyro captæ fuerunt. Hic principium rerum aëra opinatus est, quem genere infinitum, qualitatibus finitum aiebat, cuius condensatione ac rarefactione cuncta gigni putauit. Motum verò ab æterno esse dixit: Terram ex aëre constipato, primum omnium factam, latam, magnam: idcirco non absque ratione super aërem contineri: Solem, Lunam, cæterásque stellas à terra ortum habere.

Anaxini, populi in quarta regione Italiæ. Plin. *lib.* 3. *cap.* 12.

Anaxius, fluuius qui fuit per Feltrensem agrum.

Anaxo, ἀναξὼ, Ancæi cuiusdam filia fuit, quam quidam Alcmenes matrem faciunt, non Lysidicen sororem Pithei ex Pelope & Hippodamia, vt habet Plutarchus.

Anaxyris, ἀναξυρίς. Herba est notissima, quam & Oxaliden Græci, & Latini Rumicem appellant. Ita dicta, quòd folia eius calceorum soleas imitentur, quæ & anaxyrides quandoque à Græcis appellantur.

Anazarba, ἀνάζαρβα Stephano, oppidum est Ciliciæ, Dioscoridis illustrissimi medici patria.

Ăncæsă, dicta sunt ab antiquis vasa quæ cælata vocamus, quòd circuncidendo tasia fiant. Ipsum quoque *Cælare* verbum ab eadem causa dictum est, d cum l permutata. Festus.

Ăncæŭs, ἀγκαῖος, Samiorum rex, qui strenuissimus agricola habitus fuit. Huic, quum seruos nimio labore premeret, prædictum fuit à seruo, nullum illum eius vineæ, quam tum plantabat, vinum bibiturum. Paucis pòst annis, coacta eius vineæ vindemia, iussit sibi ex lacu vinum hauriri, increpans eum, qui futurum prædixerat, vt nunquam eius vineę vinum biberet. Iámque calicem ori admouenti nunciat quidam, aprum miræ magnitudinis vineam vastare. Abiecto itaque poculo, quum aprum vellet interficere, ab illo dente ictus interiit. Huc alludit Horat. quum ait,

——— *inter calicem supremaque labra*
Multa cadunt.

Vide Erasmi Adagia. ¶ Fuit & alter hoc nomine filius Lycurgi.

Ăncēps, itis, quod vtrimque acutum est. {פיפיות piphijóth. ἀμφίκομος.} Anceps (inquit Festus) significare videtur, quod ex vtraque parte caput habet, vt securis, bipennis. Sed magis à capiendo, quòd ex vtraque parte æquè capiatur, appellatum est. Lucil. Vecte, atque ancipiti ferro effringam cardines. ¶ Accipitur pro dubio, siue ambiguo, {תלוי talúi. ἀμφίβολος, ἐπαμφοτερίζων. GALL. *Douteux, incertain.* ITAL. *Dubio.* GERM. Zweifelhafftig. HISP. *Dudoso.* ANGL. *Double, or twoed, doubtsome.*} Cic *pro Marcel.* Incertus est exitus, & anceps fortuna. Idem 2. *de nat. deor.* Bestiæ quasi ancipites, in vtraque sede viuentes. Ex ancipiti morbo, Sueton. *in August. cap.* 59. Ancipitia monumenta. Liu. 5. *ab Vrb.* Anceps Deorum ira quæ vtrumque vrget. Idem *lib.* 10. *ab Vrb.* Anceps genus Elephantorum, quod tam nocere solet quàm prodesse. Idem 7. *bell. ciu.* Anceps prælium vtrinque vrgemur, Cæsar *de bell. ciu.* Anceps terror intra & extra munitiones. Idem 3. *de bell. ciu.* Ancipitibus telis hostem summouere. Liu. *lib.* 7. *d.* 4. Securum capiam ancipitem. Plaut. *Men. sc.* 1. *a.* 5. Quod quoniam est anceps (incertum an velitis nominari.) Ouid. *Eleg.* 4. *lib.* 3. *Trist.* Quos fors iniqua in ancipiti posuit. Senec. *cap.* 10. *de Tranq.* Ancipitia verba & media. Gell. *cap.* 9. *lib.* 11. Dubia & interdum ancipiti fortuna gestum bellum. Velleius. Ancipitis fortuna temporis, de tempestate. Idem. Veteres ancipites in nominatiuo dixerunt non sine ratione, ne in genitiuo ancipitis duabus syllabis videretur crescere. Sosipater *lib.* 1. Plaut. *in Rud.* Post altrinsecus est securicula anceps. Vide Priscianum *lib.* 6. ¶ Vocabula ancipitia, quæ & in bonam & in malam partem accipi possunt: vt, tempestas, valetudo, facinus, &c. Vide Gell. *lib.* 12. *cap.* 9.

Ănchăcēs, nomen ducis in exercitu Persæ contra Æeten Colchorum regem, fratrem Persæ. Valerius 6. *Argonaut.* Doctus & Anchaces, patulo vaga vincula gyro Spargere, & extrema laqueis adducere turmas.

Ănchĕmŏlŭs, ἀγχέμολος, Rhœti regis Marrubiorum filius fuit, qui quum Casperiæ nouercæ stuprum intulisset, à patre ad supplicium petitus, ad Turnum in militiam profugit. Hæc Seruius in illud Virg. 10. *Æneid.*

Hinc Sthenelum petit, & Rhœti de gente vetusta
Anchemolum, thalamos ausum incestare nouercæ.

Anchiale, ἀγχιάλη, ciuitas Ciliciæ, de qua Strabo. Post Zephyrium, inquit, Anchiale supra mare, Sardanapali opus. Ex hac vrbe fuit Athenodorus, qui non à Sardanapalo, sed ab Anchiale Iapeti filia conditam vult Cydno matre, à quo nomen vicino flumini. ex Steph.

Anchialos,

Anchialos, ἀγχίαλος, vrbs Thraciæ sita in intimo sinu, atque vbi Pontus alterum sui flexum angulo finit, non procul à magna Apollonia. Hæc Pomponius. ¶ Est & Anchialo, Astrologi nomen, cuius meminit Cic. *lib. de Diuinatione.*

‖Anchiromachus, nauigium aptum ferendis nauibus, cæteris nauticis instrumentis. C. Steph.‖

Anchises, ἀγχίσης, Capyos filius, ante bellum Troianum, nemorum latebras & solitudines coluisse fertur, gregibus & armentis intentus: quibus cum vacaret, à Venere adamari cœpit, & cum ea concubuit, vnde natus est Æneas apud Simoenta Troianorum, vt scribit Seruius. Porrò quum se Veneris concubitu vsum fuisse iactasset, à Ioue fulmine est afflatus. Propterea dicunt eum Troianorum consiliis non interfuisse. Ardente Troia, quum nulla salutis spes appareret, senio confectum Æneas humeris imposuit, secúmque Drepanum vsque Siciliæ vrbem vexit, vbi fatis concessit. Virg. 1. *Æneid.*

Tune ille Æneas, quem Dardanio Anchisæ
Alma Venus Phrygij genuit Simoentis ad vndam?

Anchisiades, Patronymicum. Virg. 8. *Æneid.*

Æneas Anchisiades & fidus Achates.

Anchisiade vocatiuus. Idem 6. *Æneid.*

Dux Anchisiade nec me Deus æquore mersit.

Anchora, ferreum instrumentum quo naues retinentur, quod & à Græcis ἄγκυρα vocatur: vnde & Latini vocem hanc procul dubio mutuarunt, κ tenue in suam aspiratam, & υ in ο commutantes. {GALL. *Ancre, ou croc de fer, dequoy on retient les nauires.* ITAL. *Anchora.* GERM. Ein ancher / Der groß eysen hack an dem man in dem meer die schiff behdlt. HISP. *Ancla, ò ancora de la naue.* ANGL. *An anker.*} Cic. 7. *Verr.* Vela fieri, præcidi anchoras imperauit. Anchoris sublatis. Cæs. *lib. 1 de bell. ciuil.* Ad anchoram stare. *lib. 3. de bell. ciuil.* Idem, Ad anchoras collocatæ naues. Suet. *in Calig. cap. 19.* Anchoræ sublatæ sunt, prouecti sumus. Quintil.

Dum sequitur celeres anchora tracta manus,

Ouid. *Eleg. 9. lib. 3. Trist.*

Anchora iam nostram non tenet vlla ratem.

Idem 13. *Metamorph.* ¶ Et quia nautæ tempestate iactati, quando feliciter nauigandi nulla spes superest, ad anchoram confugiunt, quæ eiectanauim eodem in loco retinent, donec feliciùs nauigandi se offerat occasio: factum est vt sacram anchoram prouerbialiter dicamus pro extremo perfugio. Vnde etiam prouerbiali figura apud Euripidem Hecuba Polydorum familiæ generisque suæ anchoram nominat, Ὃς μόνος οἴκων ἄγκυρ' ἔτ' ἐμῶν. Qui iam solus generis superest anchora nostri. Dicemus itaque Anchoram domus pro refugio & columen domus. ¶ Præuertit anchoræ iactum Deus. Ἀλλ' ἀνανεύει τὴν ἄγκυραν θεός, dicimus quum res præter spem euenit. Traductum à nautis, quibus accidit sæpenumero, vt quum nituntur anchoram iacere, in portum appulsuri, repellantur à ventis, & in mediam tempestatem reuocentur. ¶ Duabus anchoris fultus, ἐπὶ δυοῖν ὁρμεῖ, Duabus nixus in portu, subaud. anchoris. De firmis & immotis, & qui rem suam probè constabilierunt, meminit Aristot. *in Panath.* Huic simile est, Bonum est duabus niti anchoris. ¶ His contrarium est, Rupta anchora, de his qui repentè tanquam magnum quiddam facturi produssent: deinde in falsa omnium expectatione turpiter & indecorè se gessissent in negotio. ¶ Sacram anchoram soluere, ἱερὰν ἄγκυραν χαλᾶν, prouerbialiter dicitur, quoties ad extrema refugia confugitur. Translatum à nautis qui maximam ac validissimam anchoram sacram vocant: eamque tum demum mittunt, quum extremo laborant discrimine. Vide Lucian. *in Ioue, & in Drapetis,* & Euripidem *in Hecuba.* ¶ Anchoras tollere dicitur à Varrone non sine prouerbiali specie pro moliri discessum.

Anchorarius, ἀγκυρεύς, qui curam anchoræ habet, vt eam vel demittat, vel eleuet. Cæs. *lib. 2. de bell. ciu.*

Anchorarius, a, um, quod ad anchoram pertinet. ἀγκυραῖος: vt, Funes anchorarij. Hirtius, Storias autem ex funibus anchorariis tres fecerunt.

Anchorarij, lapides sunt cœmentarij, & qui in imo iaciuntur, instar anchoræ in mari.

Anchoralis, e, adiectiuum, ἀγκυρωτικός. Plin. *lib. 16. cap. 9.* Vsus eius anchoralibus maximè nauium piscantiúmque tragulis. Anchoralis tractus. Liu. *7. belli Maced. & lib. 7. d. 4.*

Anchorago, piscis est, qui & Salmo à rostri aduncitate (vt in Anchora) Anchorago vocatus, Cassiodor. *variarum lib. 12. cap. 4.* Destinet carpam Danubius, à Rheno veniat Anchorago. Vide *Tonsicula.*

Anchore, ἀγκόρη, vrbs Bithyniæ, Antigonia postea dicta.

Anchurus, ἄγχουρος, Midæ regis filius fuit, de quo hæc tradit Plutarchus *in Parallel.* Circa Celænas Phrygiæ oppidum terra ingenti hiatu diuisa, quum Midæ responsum esset, futurum vt terra coiret, si res in hiatum pretiosissimas deiecisset. Anchurus regis filius nihil hominis anima pretiosius existimans, conscenso equo, se in specum præcipitauit. Nec ita multo post terra in pristinam coiit figuram.

Anchusa, ἄγχουσα, herba est lactucæ foliis radicem habens digitali crassitudine, colore sanguineo, æstate manus inficiens, qua mulieres colorem purpureum malis inducunt, Galli vocant *Orchanettam.*

Ancile, per l simplex, {מגן *tsinnah.* מגן *magen.* ἀγκύλιον. GALL. *Vn escusson court, ou bouclier.* ITAL. *Scudetto, brocchiere.* GERM. Ein runder schilt den man im krieg braucht ein rondellen. HISP. *Escudo ò broquel redondo.*} Scutum breue erat, autore Festo, ita ex vtroque latere recisum, vt nullus angulus videri posset, & summum infimumque eius latus medio pateret. Dictum ab Am & cæsum, quasi Ancisum, vel ab ἀγκών, quod est cubitus, vel ab ἄκος remedium, quoniam pestilentiæ remedium fuit. Fertur Numæ Pompilii tempestate de cœlo decidisse, vnaque editam vocem, omnium potentissimam fore ciuitatem, quandiu in ea mansisset. Itaque facta sunt eiusdem generis plura, quibus id misceretur, ne internosci cœleste posset. De hoc Ouid. *lib. 3. Fast.*

Ecce leui scutum versatum leniter aura
Decidit, à populo clamor ad astra venit.

Fernandus ... aliquid ancile vocat quod ab omni parte recisum est, Quemque notes oculis angulus omnis abest. Liuius *lib. 1.* Salios item duodecim Marti ... legit, tunicæ pictæ insigne dedit, & tunicam, aeneum pectori tegmen: cælestiáque arma, quæ ancilia appellantur, ferre, ac per vrbem ire canentes carmina cum tripudiis, solemnique saltatu iussit. Hor. *lib. 3. Carm.* hoc ancilium, declinauit, quum ait, Anciliorum nominis & togæ. Iuuenalis verò adiectiuum posuit, quum dixit, clypeis ancilibus. Motis nec dum ancilibus quod infaustum antiquitus Suet. *in Othon. cap. 8.* De Ancili delapso è cœlo & vndecim aliis fabricatis, Plut. *in Num.*

‖Ancilla, primùm ancula ab anclo, vel anculo antiquo, i. e. ministro. Fest. qui etiam habet, ancillas dictas esse ab Anco Marcio, quòd is bello magnum numerum fœminarum ceperit. ‖Item,

Ancilla, {שפחה *scipchah* אמה *amah.* δμωή. GALL. *Chambriere, seruante.* ITAL. *Fante, serua.* GERM. Ein dienstmagt. HISP. *Sierua, esclaua, ò moça de seruicio.* ANGL. *A maidseruand.*} Mulier serua. Nomen deductum putauit Festus ab Anco Martio, quòd is in bello magnum fœminarum numerum cœperit. Siue quòd Antiqui Anculare dicebant ministrare: Ex quo dij quoque ac deæ feruntur coli, quibus nomina sunt Anculi, & Anculæ. Plin. *lib. 2. cap. 63.* Terra mortalium semper ancilla. ¶ Quæ semel ancilla, nunquam hera: vt vulgò iactatum refertur in Græcis Epigram.

Μήποτε δουλεύουσα γυνὴ δέσποινα γένοιτο,
Ἐν παροιμίαις, id est,

Siqua ancilla semel fuit, haud vnquam dominetur, vt prouerbium habet. Videtur ideo dictum quòd qui ex humili fortuna subuehuntur ad res amplas, soleant esse in cæteris insolentiores, minúsque tolerabiles quàm qui felices nascuntur. Meáne ancilla libera vt sit quam ego nunquam emisi manu. Plaut. *Curc. sc. 2. a. 5.* Non pluris facio, quam ancillam quæ latrinam lauat. Idem *Curc. sc. 4. a. 4.* Ancillas, mulos, muliones, pedissequas. Idem *Aul. sc. 5. a. 3.* Vult placere amicæ, vult mihi, vult pedissequæ, vult ancillis. Idem *Asin. sc. 3. a. 1.* Ego tibi præbeo ancillas, lanam, penum. Idem *Men. sc. 2. a. 1. & sc. 2. a. 5.* Ancillæ responsant, aut seruæ, *ibidem a. 4.* Lanam carpere. Inter ancillas sedere, lanam carpere, *ibidem a. 5.* Labor Ancillæ. Ouid. *Eleg. 2. lib. 4. Trist.*

Ancillula, {θεραπαινίδιον. ANGL. *A litle maid seruand.*} Diminutiuum ab ancilla. Terent. *in Eun.* Nonne vbi mihi dixti cupere te ex Æthiopia ancillulam, &c. Cic. *de Orat.* Iuris scientiam eloquentiæ, tanquam ancillulam pedissequámque adiunxisti. Ei Lenoni ancillula est. Plaut. *Curc. sc. 1. a. 1.* Ad portum mittunt seruulos, ancillulas, idem *Menach. sc. 3. a. 2.*

Ancillaris, adiectiuum quod ad ancillam pertinet, δουλικός, θεραπαινικός. Salust. *in Ciceronem.* Cui insidias in ciuitate fecisti ancillares. Cic. *in Tuscul. quæst.* Ancillari sordidóque artificio regiæ virgines vt tonstriculæ tondebant herbam.

Ancillariolus, ancillæ addictus, qui ancillam amat, δουλεραστής. Martial. *lib. 12.*

Ancillariolum tua te vocat vxor & ipsa
Lecticariola est: estis Alauda pares.

Seneca *lib. 1. de benef.* Si quis nulla se amica fecit insignem, nec alienæ vxori annulum præstat: hunc matronæ humilem, & sordidæ libidinis, ancillariolum appellant.

Ancillor, aris. {עבד *habad.* δουλεύω. GALL. *Seruir, s'assuiettir à quelqu'vn comme son seruant.* ITAL. *Ministrare, seruire.* GERM. Ein dienstmagt sein / Dienen. HISP. *Seruir como esclauo ò moço.* ANGL. *To serue to subiect him sel seas a seruand.*} Ministro, vel dedico me ad ministrandum, ac seruiendum, more ancillarum, quæ suis ministrant ac seruiunt heris. Cic. *in Sal.* Non enim vni priuatim ancillatus sum.

Ancisa, circumcisa. Lucr.

‖Anclabeo, vel Auricabeo, in Lex. Longobardorum. Ita Gloss. Isid. puto dici ab ancleben / i. e. affigere.‖

Anclabra, vasa sunt quibus sacerdotes vtebantur. Anclabris (inquit Festus) est mensa ministeriis apta diuinis. Vasa quoque in ea, quibus Sacerdotes vtuntur, anclabra appellantur. Sunt qui legant Antlabra, ἀπὸ τοῦ ἀντλεῖν, hoc est, ab hauriendo.

‖Anclo, haurio. ex ἀντλεῖν: vel contractum ex *anculo,* verbo, i. e. ministro. Gloss. *anclat,* (ibi est anclebat) ἀρύεται. *anclater,* ...

Anco, ἀγκών, id est, cubitus, flexus brachij, vitruuio flexus, qui rectum angulum describit. Gloss. Isid.‖

Ancon, onis, siue Ancona, æ, ἀγκών. Vulgò *Ancona.* Vrbs est totius Piceni celeberrima, portum habens insigni opere à Traiano Cæsare extructum. Nomen habet à situ qui cubiti flexuram refert. Græci enim cubitum, & locum cubiti modo sinuosum, ἀγκῶνα appellant. Plin. *lib. 3. c. 13.* Ab iisdem colonia Ancon: appolita promontorio Cumero in ipso flectentis se oræ cubito. ¶ Fuit item Acon, apud Carthaginenses obscurum domicilium, in quo detrudebantur, quibus iratior erat tyrannus. ¶ Ancones item vasa sunt cubitalia, vt origo vocabuli declarat, quorum meminit Paul. *in L. 13. D. de instruct. vel instr. leg.* ‖¶ Præterea, incantatores, vel vicini. Gloss. Isid.‖

Anconisci, ἀγκωνίσκοι, instrumenta tortoria. ¶ Item ferramenta oneribus sustinendis idonea, quæ à Gallis corruptè *Angenes* vocantur, cuiusmodi in cellarum vinariarum columnis videmus, quibus incumbunt ligna, quæ dolia ferunt. Dicta à similitudine cubiti, quem ἀγκῶνα Græci appellant. Nam vt plerique dormientium cubitis, ita hisce ferramentis onera innituntur.

‖Ancora, ἄγκυρα: ab ἀγκύλος curuus: est enim curuum ferrum.‖

Ancoræ, vincula, quibus antennæ tenentur. Lucil.

‖Anculare, ministrare. Antiq. Rosin. Fest.‖

Ancus, ἄγκος, cognomento Martius, quartus fuit Romanorum rex, Numæ Pompilij ex filia nepos, qui & Latinos bello domuit, & Ianiculum ponte sublicio vrbi coniunxit, Romanorúmque limites ad mare vsque promouit, vbi & Ostiam condidit. Reliqua vide apud Liuium *lib. 1 ab Vrbe condita.* Dictum autem volunt Ancum ἀπὸ τοῦ ἀγκῶνος, hoc est, à cubito, quem incuruum habebat, nec poterat exporrigere. Vide Seruium in illud Virg. 6. *Æneid.*

——quem iuxta sequitur iactantior Ancus.

Ancteres, ἀγκτῆρες, vincula sunt, quibus vulnerum labra constringuntur, ne latior fiat cicatrix. Cal. 3. *Terapeut.* Item pars colli, suffocationi maximè obnoxia. ἀπὸ τοῦ ἄγχειν. Vide Cal. Rhod. *lib. 4. cap. 1.*

Anculi, & Anculæ, dij deæque ancillarum putabantur. Festus.

[Anculo, as, ministro, ἀπὸ τῆς ἀγκύλης, ministratorio vase. Ita Scalig. in Varr.]

Anculentæ, dicuntur fœminæ tempore menstrui. Fest. Gloss. Anculenta, ἀφεδρεύουσα.

Ancyloglossum, ἀγκυλόγλωσσον. Vinculum neruosum sub lingua, in pueris præsertim, quod *filum* vulgò appellatur. Eximitur autem instrumento, quod ἀγκυλοτόμον appellant. Vide Paulum Æginetam *lib.6. cap.29.*

Ancyra, Ἄγκυρα, nomen duarum vrbium, quarum altera est Phrygiæ, altera Galatiæ, à qua Synodus Ancyritana, in iure Pontificio sæpe nominatur. Dicta Ancyra ab anchoris nauium captarum à Mithridate, quas Ptolemæus Ægypti rex suppetias Gallogræcis miserat. Vide Steph & Plin. *lib.5. cap.vlt.*

Ancyranus, adiectiuum ab Ancyra, quæ secundùm Ptolemæum & alios, Metropolis est Tectosagum Bithyniæ populorum. Claudian. *in Eutrop.* Cum duce mutatæ vires. Byzantia robur Fregit luxuries, Ancyranique triumphi.

Acyromagus, ἀγκυρόμαγος, genus nauigij, ita dictum, quòd anchoris, & reliquis nauigij instrumentis vehendis sit aptum.

Andabatæ, { ἀνδαβάται. ITAL. *Combatenti à la cieca.* } Gladiatores erant, qui oculis clausis digladiabantur. Cic. *Trebatio.* Quem antea ne Andabatam quidem defraudare poteramus. De Andabatis sic scribit Erasmus, Andabatæ fuerintne populi clausis oculis soliti pugnare, an gladiatorum genus, qui clausis oculis tenderent in aduersarium, an potiùs lusus genus, vt propemodum ex Seneca licet conijcere, nondum (vt ingenuè fatear) satis compertum habeo. ¶ Quidam legunt Antibadiastæ. Vide Leunclauium *in Eclogam Bas.*

Andania, Ἀνδανία Stephano, oppidum est Peloponnesi in tractu Messeniaco, cuius meminit Strabo *lib.8.*

Andanis, Ἄνδανις, fluuius est Carmaniæ regionis, cuius meminit Plin. *lib.6. cap.23.*

Andanum, vrbs Cariæ. Vide Stephanum *in Bargylia.*

Andegaui, Galliæ Lugdunensis populi, qui & Andes. Cornel. Tacitus *lib.3.* Erupere primi Andegaui ac Turonij, quorum Andegauos Acibius Auiola legatus, excita cohorte, quæ Lugduni præsidium agitabat, coercuit. Horum meminit & Plin. *lib.4. cap.18.* Vulgò *Angeuins.*

Andelium maius. GALL. *Le grand Andely:* Normaniæ superioris oppidum est peramœnum: cuius ager fertilis ac fructuosus vino, frumento, ac fructibus omnis generis abundat. In eo natus est magnus ille Adrianus Turnebus Criticorum ac eruditorum parens. Est & Andelium minus, vulgò *le petit Andely*, oppidulum à superiori distans iv. vel v. millia passuum, cuius latus alluit Sequana nobilis Galliæ fluuius.

Andelus, Ἄνδηλος, ciuitas est Hispaniæ in Vasconia, non procul à Pompeiopoli, quæ vulgò *Pampilona* appellatur: metropolis regni Nauarræ.

Andes, ium, populi inter Celtas, Carnutibus & Turonibus finitimi, ac ducatui Bituricensi, Oceanóque proximi, quos Ligeris flumen alluit. Plin. Andegauos appellat, Cæsar Andes. Vulgò *Angiers.*

Andes, vicus non procul à Mantua, Virgilij patria.

[Andigare, iudicare res proprias se viuente. Cod. ll. antiq.]

Andinus, adiectiuum: vt, Andinus vates: cantus Andinus Sil. *lib.8.*

Mantua musarum domus, atque ad sydera cantu
Euecta Andino,

id est, Virgiliano.

Andocides, Ἀνδοκίδης, vnus ex decem præcipuis Atheniensium Rhetoribus, Leogari filius, qui fuit ex Telemachi & Nausicaæ posteris, vt ex Helanici sententia tradit Suidas.

Andrăchnē, ἀνδράχνη, herba est, quæ à Latinis Portulaca dicitur.

Andrachne agria, ἀνδράχνη ἀγρία. Herba est maiori semperuiuo similis, sed foliis minoribus, quæ à Latinis Illecebra appellatur, & Portulaca syluestris. Vide Ruell. *lib.2. cap.140.*

Andrăgo, ἀνδρεϊκή, Mulier animum virilem habens, ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς καὶ ἄγειν, Latini Viraginem vocant.

Andremones, Ouid. 13. *Metam.*

Claróque Andremone satus.

Andria, Ἄνδρεια, Phrygiæ oppidum, apud Plinium *lib.5. cap.vlt.* Stephanus præterea Andriam in Elide collocat, & alteram in Macedonia.

Andriaca, Ἀνδριακὴ Ptolemæo, oppidum est in Media: & alterum in Lycia, Ptolemæo. Rursum aliud in Thracia, Straboni.

Andricus, Ἀνδρικός, Ciciliæ mons, vt inquit Strabo *lib.14.* Quo etiam nomine dictum est flumen quoddam eiusdem regionis, non procul ab Amani portis, Plin. *lib.5.*

Androbius, Ἀνδρόβιος, nobilis pictoris nomen, qui Scyllin pinxit, anchoras classis Persicæ incidentem. Plin. *lib.35. cap.11.*

Androcleus, Ἀνδροκλεῖος, fuit Philosophus, Porphyrii discipulus, cuius ipse Porphyrius mentionem facit, vt refert Volaterranus.

Androdamas, ἀνδροδάμας, lapis est ex genere hæmatitarum, colore nigricante, pondere ac duritia insignis, qui attritus coti succum reddit sanguineum. Vide Plin. *lib.36. cap.10.* ¶ Est præterea Androdamas, gemmæ nomen, quæ argenteum nitorem habet: vt adamas, quadrata, & semper tessellis similis: cui Magi putant nomen impositum ab eo, quòd impetus hominum & iracundias domet, ἀπὸ τοῦ δαμάζειν τοὺς ἄνδρας: hoc est, à domandis viris. De hac Plin. *lib.37. cap.10.*

Androdamus, Ἀνδρόδαμος, Rheginus, qui leges condidit Chalcidensibus, qui sunt in Thracia, vt scribit Aristoteles.

Androdus, nomen proprium filij Codri Atheniensium regis, qui Ephesum condidit, & locum regiam ibi constituit. ¶ Fuit & alter Androdus seruus, hospes, & medicus Leonis, de quo vide historiam cognitu dignissimam apud Aulum Gellium.

Androgeos, Ἀνδρόγεως, præclaræ indolis adolescens, Minois Cretensium regis filius fuit, qui ab Atheniensibus & Megarensibus per inuidiam occisus est, quòd palæstra cæteros superaret. Quapropter suscepto à Minoe aduersus hos populos bello, primo Megarenses subegit: deinde Athenienses sibi tributarios fecit, & in Androgei memoriam pueros Athenienses Minotauro cœpit obijcere. Vide Plutarch. *in Theseo.* Genitiuus, Androgei, & Atticè Androgeo. Virg. 6. *Æneid.*

In foribus lethum Androgeo, &c.

Androgeona Accusatiuus à nominatiuo Androgeon. Propert. 2. *Eleg.*

Et Deus extinctum Cressis Epidaurius herbis
Restituit patriis Androgeona focis.

¶ Androgeonæus, Adiectiuum. Cat. *in Argon.* Androgeoneæ pœnas exoluere.

Androgyni, ἀνδρόγυνοι. Sunt populi in Africa supra Nasamonas, vt *lib.7. cap.2.* Plin. scribit, vtriusque naturæ inter se vicibus coeuntes. Dextera mammas his virilis, læua muliebris.

Andrŏgynos, ἀνδρόγυνος, qui vtrunque habet sexum, & maris & fœminæ: cuiusmodi Hermaphroditum fuisse Poetæ fabulantur, & Mercurij & Veneris filium, ἀνὴρ & γυνή. Cic. *de Diuinat.* Quid ortus Androgyni? nónne fatale quoddam monstrum fuit?

[Androlepsia, ἀνδροληψία, corporum pigneratio. ab ἄνδρας i. e. homines, λαμβάνειν accipere.]

Androlitia, oppidum Plin. *lib.19. cap.41.*

Andrŏmăchē, Ἀνδρομάχη, Ætionis regis Thebarum, quæ in Cilicia sunt, filia, & Hectoris Troiani vxor, & mater Astyanactis, quæ à virili pugna nomen sortita est. Fuit enim virili animo septa, & quædam veluti virago. Hanc mortuo Hectore Pyrrhus in Græciam adduxit, & ex ea Molossum filium suscepit: posteàque Heleno vati Priami filio eam vxorem tradidit, regnique portionem eidem assignauit.

Andromachus, Ἀνδρόμαχος, adulator Crassi, à quo tamen Crassus ipse Parthis proditus est. Autor Plutarch. ¶ Fuit & Andromachus sophista è Neapoli Syriæ, filius Zonæ, qui Grammaticam docuit Nicodemiæ, Diocletiani principis tempore, vt autor est Suidas.

Andromatunum, Lingonum ciuitas in Gallia. Ptolem.

Andrŏmĕdē, Ἀνδρομέδη, Cephei & Cassiopes filia, quæ ob matris superbiam, quæ se Nereidas forma antecellere gloriabatur, à Nymphis scopulo fuit alligata, & ceto deuoranda exposita, sed Persei virtute liberata, qui illac opportunè iter faciens, & cetum interemit, & Andromedem vxorem duxit. Postremò Mineruæ beneficio inter astra collocata dicitur. Oritur in parte piscium duodecima.

Andromon, nomen eius, qui Colophonem ædificauit.

Andrōn, ἀνδρών, à quibusdam putatur esse locus in ædibus, parietibus vndique septus, sed ferè sine tecto. Plin. *lib. Epist.* Tam alti abditique secreti illa ratio est, quòd interiacens andron parietem cubiculi hortique distinguit, atque ita omnem sonum medij inanitate distinguit. Festus locum esse in ædibus longitudine angustiorem, in quo viri plurimùm versantur, vt, γυναικωνῖτις, in quo mulieres. Solebant enim viri publico scito in conuiuiis maximè à mulieribus seiungi, ne illorum moribus accumberent. Suidas quoque Andronem interpretatur locum in ædibus, in quem viri solent conuenire. Dicebatur huiusmodi locus etiam Andronitis, quòd in eo viri sine interpellationibus mulierum versarentur, vt scribit Vitru. *lib.6.* ¶ Est etiam Andron (sicut scribit Ptol.) oppidum inferioris Nili.

Andronicus, Rhodius, Philosophus Peripateticus, cuius meminit Strabo. ¶ Fuit & alius Andronicus Grammaticus desidiosior in professione Græca, ex quo minus idoneus ad tuendam scholam, vt refert Tranquillus. ¶ Andronicus item alius fuit historicus, qui res Alexandri scripsit, vt scribit Volaterranus. ¶ Fuit item Andronicus Liuij cognomen, poetarum Latinorum vetustissimi: cuius vitam vide apud Crinitum.

Andronium, medicamentum est vuæ, quæ in fine faucium nasci solet, curandæ vtile. Eius confectionem vide apud Celsum *lib.6. cap.14.*

Andros, siue Andrus, Ἄνδρος, insula est vna Cycladum, Eubœæ adiacens, de qua Plin. *lib.4. cap.12.* ¶ Est item Andrus insula Oceani Septentrionalis, inter Hyberniam & Britanniam. Plin. *lib.6. cap.16.*

Androsæmon, ἀνδρόσαιμον, herba est similis Hyperico, cauliculis tamen maioribus, ac magis rubentibus. Florem habet lutei coloris, qui digitis attritus, succum emittit sanguini similem: vnde & nomen habet: αἷμα enim apud nos sanguinem significat. De hac herba vide Plinium *lib.26. cap.5.*

Androsaces, ἀνδρόσακες, herba est in maritimis Syriæ locis copiosissimè prouenıens, alba, carens foliis, folliculos in cirris habens, & in folliculis semen. Vide Plin. *lib.27. cap.4.*

Andruare, ἀναδραμεῖν, recurrere. Lucil. *lib.9.*

Præsul vt amptruat inde, vti vulgus redamptruat inde.

Non. Vide *Antruare* infrà.

Aneclogistus, ἀνεκλόγιστος, rationibus reddendis liber & solutus. Vlpian. *de admin. tut.* Quidam decedens filiis suis dederat tutores, adiecerat, Eósque aneclogistos esse volo. Et ait Iulianus, tutores nisi bonam fidem in administratione præstiterint, damnari debere: quamuis testamento comprehensum sit, vt aneclogisti essent. Idem est anexetastus, ἀνεξέταστος. Hotomannus *in Lexico.*

Anĕllŭs, vide infrà *Annulus.*

Anemo, fluuius est in octaua Italiæ regione. Plin. *lib.3. cap.15.*

Anĕmŏnē, { ἀνεμώνη. GALL. *Coquelourdes ou passefleur.* ITAL. *Anemone.* GERM. Klein oder groß Klapperrosen. HISP. *Amapollas de flor chiquita.* } Herba est florem habens eiusdem nominis, caduca leuitate statim euanescentem, quem poetæ fabulantur ortum esse ex sanguine Adonidis ab apro interempti. Galli vocant Herbam venti, quod flante vento floribus suis spolietur, quos illi *Coquelourdes* appellant. Meminit huius herbæ Nicander *in Theriacis*, & Theocritus *in Bucol.* Flos est purpureus, aspectu satis amœnus, sed nulla odoris gratia commendatus. Vnde ortum est prouerbium, ῥόδον ἀνεμώνῃ συγκρίνεις, hoc est, Rosam cum Anemone confers. Conuenit in eum, qui vehementer imparia inter se componit. Dicta putatur Anemone, quòd nisi vento flante (quem ἄνεμον vocant Græci) non aperiatur.

[Anemopolemus, velitatio. Lex. gr. lat.]

Anemorea, Ἀνεμώρεια Homero oppidum Phocidis, quod postea Anemoleam appellarunt.

Anemurium, oppidum in Cilicia. Plin. *lib.5. c.31.* Anemurij *lib.2. cap.27.*

Aneria, oppidum. Plin. *lib.5. cap.5.*

Aneticus, Asiæ locus est, arundinibus abundans.

Anetussa, Ἀνέτουσσα, vrbs est Libyæ. Steph.

Anemosphoros, ἀνεμοσφόρος, herba est ex naporum generibus, quæ receptiore nomine *Bunion* appellatur.

Anethum,

Anethum, {ἄνηθον. Gall. *Anet.* Ital. *Anetho.* Germ. Dill. Hisp. *Eneldo.* Angl. *Dill, anet.*} Genus herbæ boni odoris, etiam hodie in officinis nomen retinens, ructus mouens, tormina sedans, & singultus cohibens. Plin. *lib.20.cap.18.*

Anfractus, dicuntur obliqui viarum flexus, in sese recurrentes, ab Am & frango, quod recta via crebris meandris vtrinque sit interrupta. {הקלקלות *bakalkalloth.* ἀγκύλαι. Gall. *Vn destour en rond, vn destour de rue.* Ital. *Rottura & ruolta de via.* Germ. Krumb vnd vmbgang der wegen, vmbwendung oder ranck wie in den schnecken sind. Hisp. *Rodeo de camino aspero.* Angl. *Oneeth wart winding or turning streates.*} Cæsar, Oppidi murus ab planitie, atque initio ascensus, recta regione, si nullus anfractus intercederet, MCC. passuum aberat. Anfractus, diuerticula, suffugia. Quint. Anfractus iuris adire. Idem Quint. ¶ Transfertur & ad alia, accipiturque simpliciter pro quouis circuitu. Cic. *de partit. Orat.* Oratio circumscripta longo anfractu. Idem *de Diuin.* Iam verò quid opus circuitu & anfractu? ¶ Legitur & Anfractum neutro genere apud vetustissimos, Accio, *Eurysace*, citante Nonio, Super Oceani stagna alta patris terrarum anfracta reuisam.

Angari, ἄγγαροι, teste Suida, Nuntij erant regij apud Persas, qui & ἀστάνδαι vocabantur. Quod tamen nomen postea latius vsurpari cœpit, pro quibusuis, qui seruorum, aut iumentorum onera baiularent. Horum diuersoria, in quæ peracto diei penso diuertebant, Angara, ἄγγαρα, vocabantur. Quod etiam annotauit Calius Rhodig. *lib.18.cap.8.*

Angaria, {עבודות *habdóth* לחץ *láchats.* ἀγγαρεία. Gall. *Charge, contrainte.* Ital. *Angaria, grauezza.* Germ. Ein genötigter dienstzwang. Hisp. *Duana: seruidumbre.* Angl. *Compelled seruice, the charges of postes.*} Munus angari. In iure autem Romano, angaria sæpe legitur, & signif. Munus præstandi equos ad cursuram publicam. Differunt autem, angaria & parangaria, vt docent Iurisconsulti *ad tit. Cod. de cursu publico, angariis & parang.* Angariari verbum, quo vtitur Vlp. *l.pen. D. de vet.* vbi naues dicuntur angariari, quæ onerum vehendorum necessitate astringuntur. Sic ferè apud Matth. *cap.27.* ἀγγαρεύειν vsurpatur. ¶ Budæus sic habet: Apud Persas erat ἀγγαρήιον δρόμημα, cursus pernicissimus equitum, vt scribit Herod. *in 8.* vnde nomen Angariæ, & Parangariæ in libris iuris lectitatum manauit: est enim nomen Persicum. Nostrates *Postas*, quasi positos collocatósque in certis locis, & semper in procinctu excubantes, appellant.

Angaris, mons est Idumææ, apud Plin. *lib.5.cap.13.*

Angelus, {ἄγγελος. Angl. *An Angel.*} Latinè nuntius: nam officij nomen est, non naturæ: semper enim spiritus sunt, sed quum mittuntur, vocantur Angeli. Angelicum metrum Diomedi, celeritate nuntiis aptum. ¶ Angelica, radix vulgò, herbariis nota, Laserpitium est Gallicum, Ruell. *lib.3.cap.51.*

Anger, genus serpentis, qui cruciator & expatharius dicitur. Est & nomen fluuij in Illyrico.

Angerona, ἀγγερώνα, vocitata est voluptatis dea, quæ & Volupia dicebatur, cui sacra à Romanis instituta sunt, quum angina ciuitas vexaretur, ab angore tollendo sic dicta. {Germ. Die Göttin des wollusts.} Eius festa Angeronalia sunt vocitata. Putabant enim ab hac dea populum eo morbo promisso voto fuisse liberatum. Hinc Pontifices in sacello Volupiæ sacrum faciebant. ‖Angenora Scaligero in Varr. *lib.5. de L.L.*‖

Angina, vide *Ango.*

Angiportus, quarti ordinis, & angiportum. Via est exitum non habens: vel vicus angustus & flexuosus in modum anguis: quasi angustus ad portam aditus: ab angendo & porta. {הקלקלות *hakalkaloth.* στενωπός. Gall. *Vne ruelle, ou qui est sans issue.* Ital. *Via senza capo, angiporto.* Germ. Ein eng gäßlin das nit durchgängig ist. Hisp. *Calle angosta è sin salida.* Angl. *A narrow streate with many windinges.*} Vlpian. Angiportum à portu dictum est. Portus verò, conclusus & munitus locus est, quemadmodum & statio: ab importandis, exportandísque mercibus nomen habens. Terent. *in Adelph.* Id quidem angiportum non est peruium. Cic. 4. *in Verr.* Vt omnibus in angiportis præstonis improbissimi statuæ ponantur. Idem 1. *de Diuin.* Ex horreis direptum effusúmque frumentum vias omnes angiportúsque constrauerat. Hac quidem non venit angiporto, illac per hortum circuit. Plaut. *Asin. sc.4.a.3.* Hoc est sextum à porta angiportum, in id me diuorti iusseras, mox separat ab ædibus. Idem *Pseud. sc.2.a.4.* ¶ Alij à Græco ἄγχι, quod significat propè, deductum volunt, quia non longius extenditur.

Angitia, Æetæ filia, & soror Medeæ, quæ prima Marsis remedia contra venena fertur ostendisse. Silius *lib. 8.* Æetæ proles Angitiam mala gramina primam monstrauisse ferunt, tactúque domare venena.

Anglia, {Ἀγγλία. Gall. *Angleterre.* Ital. *Inghilterra.* Germ. Engelland. Hisp. *Inglaterra.* Angl. *England.*} quæ Britannia à veteribus dicta. Insula ingens in Oceano, quæ vndique à circumfuso mari complexa est, nusquam iuncta continenti, sed ab omni orbe nostro diuisa: quæ quondam à albis rupibus, quas mare vndique abluit, Albion dicebatur. Hanc primum Troes incoluerunt: qui Troia diruta fugerunt excisam patriam, Palladísque oraculo classe in hanc insulam migrauerunt: atque gigantes, tunc insulam tenentes, multis victos prælijs expugnauerunt. Hanc postmodum longo temporum tractu Saxones, qui sunt illustres Alemanniæ populi, oppressere, agrosque & opes inter legatos Saxonum regina Angela diuisit. Atque vt linguæ pariter & gentis memoria inducta insula sempiterna foret, ab Angela, cuius ductu victa est, Angliam tellurem illam vocauit. Quanquam plerique Angliam veluti nostri orbis angulum prædicent dictam. Sita est (vt inquit Plinius *lib.4.c.16.*) ex aduerso Galliæ, Germaniæ, atque etiam Hispaniæ, licet longiore interuallo. Agrippa longitudinem eius prodidit esse DCCC.M. passuum: latitudinem verò CCC.M.

Ango, is, anxi, sine supino vsitato, pro Ancho. Prisc. *lib.1.* Constringo, premo, crucio. {באשון *kilkeleh* לחץ *láchats.* ἄγχω. Gall. *Estrangler, tourmenter, angoisser.* Ital. *Affannare, ansiare, angere.* Germ. Trangen, trucken, engstigen. Hisp. *Angustiar o congoxar.* Angl. *To [illegible] anguish, to torment.*} Et modò ad animum, modò ad corpus, modò ad vtrumque promiscuè pertinet. ¶ Ad animum. Cic. *Epist. famil. lib.16.* Audio te animo angi. Gellius, Chilo præstabilis homo sapientiæ, quonam vi-
que debuerit contra legem contráque ius pro amico progredi, dubitauit: eaque res in fine quoque vitæ ipso animum anxit. ¶ Ad corpus. Colum. *lib.7.* Cauendum est vt tenerior separetur à validioribus, quia robustus angit imbecillum. ¶ Ad vtrunque promiscuè. Gell. Dum Pyrrhus rex intra Italiam esset, & vnam atque alteram pugnam prosperè pugnauisset, satisque angerentur Romani, & pleraque Italia ad regem descíuisset. Plaut. pro Absumo posuit *in Aulular.* Tum anxisse aquam, si quis peteret. Deducitur ἀπὸ τοῦ ἄγχω, quod est suffoco, strangulo: à quo Synanche morbus faucium acutus, vt dictum est in dictione Angina. Dicimus autem, Angor animi, vel animo, διαθρύπτομαι, ἐνοχλοῦμαι ἔχω.

Anctus, particip. ab angor, teste Diomed. Grammat. *lib.1.*

Angor, oris, corporis, vel animi cruciatus. דאגה *deakáh.* ἀγωνία. Gall. *Angoisse.* Ital. *Affanno, doglia.* Germ. Angst, bekümmernuß. Hisp. *Angustia, ansia, congoxa.* Angl. *Greife, anguishe.* Cic. 4. *Tusc.* Angor, est ægritudo premens. Idem 1. *de Finib.* Sic robustus animus & excelsus, omni est liber cura & angore, quum & mortem contemnit. Angor animi, Suet. *in Tib. c.7.*

Angina, {συνάγχη, κυνάγχη. Gall. *Squinancie.* Ital. *La schinancia.* Germ. Geschwulst im hals oder der kelen, so die lufftrör verhindert, zäpflinweë. Hisp. *Esquinancia.* Angl. *The quinsey, a sore disease.*} Genus morbi acutissimi, quo fauces anguntur ac strangulantur. Imperitum vulgus medicorum Squinantiam vocat. Dicta angina, quòd angat guttur, viamque spiritui præcludat. Plaut. *Most. sc.3.a.1.* Vellem me in anginam verti, & huic aniculæ fauceis præoccuparem. ¶ Anguina apud Lucil. *lib.3. Sat.*

Insperatò abijt, quam vnà anguina abstulit horà.

¶ Festus Pompeius iudicat ioco iactatum in eos, qui vino præfocantur, laborare vinaria angina, quam οἰνάγχην possis dicere.

Angolus, Ptolemæo Angula, Plinio Vestinorum vrbs in Italia, vulgò Angelus.

‖Augones, tela sunt gentium plerisque peculiaria.

Anguco, vel Anquco, coerceo ex ἄγχω ango, stringo.‖

Angrus, ἄγγρος. Fluuius est ex Illyricis, versùs boream fluens, Herod. *lib.4.* Quin ex Illyricis in Aquilonem tendens Angrus, planitie Triballiam interfluens, Brongum intrat, Brongus item Istrum.

Anguillæ, piscium solæ exanimes non fluitant: quas non ouo, non coitu procreari scribit Aristoteles, {ἐγχέλυες. Gall. *Anguilles.* Ital. *Anguille.* Germ. Aal. Hisp. *Anguillas.* Angl. *Eles.*} Dictæ anguillæ quòd specie anguem repræsentent. Plin. *lib.9.c.51.* Anguillæ atterunt se scopulis, ea strigmenta viuiscunt, nec alia est earum procreatio. Plaut. *Pseud. sc.4. a.2.* Anguilla est, elabitur cùm manifestè tenetur. ¶ Cauda tenes anguillam, ἀπ' οὐρᾶς τὴν ἔγχελυν ἔχεις. Prouerbium est, in eos aptè dici solitum, quibus res est cum hominibus lubrica fide perfidisque, aut qui rem incertam aliquam habent, quam tueri diu non possint. ¶ Θρίῳ τὴν ἔγχελυν, Folio ficulno angillam, subaudiendum, tenes. Vbi quis alioqui fugax & lubricus, arctiore nodo tenetur, quàm vt possit elabi. ¶ Anguillas captare, ἐγχέλεις θηρᾶσθαι. Quadrabit in eos, quibus tranquillo Reip. statu nihil est emolumenti: proinde seditiones gaudent exoriri, quo ciuitatis publicum malum in suum priuatum vertant commodum. Inde ducta similitudine, quòd quum aqua stat immota, nihil capiunt qui captant anguillas: quum verò sursum ac deorsum miscent ac perturbant aquam, ita demum capiunt. Prouerbium extat apud Aristoph. *in Equitibus.*

‖Anguina, aliter anquina: Isidorus *lib.19.cap.4.* Anquina, qua ad malum antenna constringitur: de qua Cinna:

Atque anquina regit stabilem fortissima cursum.

Sed est ancora Gloss. Anguina, ἄγκυρα. Confundit tamen cum *Angina*, quia addit, συνάγχη, κυνάγχη, quæ alioquin est κυνάγχη.‖

Anguis, tam fœminini, quàm masculini generis, serpentis genus est satis notum, & propriè illud (si Seruio credimus) quod in aquis degit. {נחש *nachásch* תנין *tannin.* ὄφις. Gall. *Serpent, couleuure.* Ital. *Serpente.* Germ. Ein schlang. Hisp. *Culebra ò serpiente.* Angl. *A serpent, an edder.*} Frequentissimè tamen etiam de terrestribus dictum inuenitur. Virg. 3. *Eclog.*

Frigidus, o pueri, fugite hinc, latet anguis in herba.

Valer. *lib.1.* Sylla Consul, sociali bello, quum in agro Nolano ante prætorium immolaret, subitò ab vna parte aræ prolapsam anguem prospexit. Cor. Tacit. Vnam omnino anguem in cubiculo visam narrare solitus est. Vulnus ab angue datum tumulo: id est, Hydra. Ouid. *Eleg.2. lib.5. Trist.* Deuolant angues iubati in impluuium duo. Plaut. *Amphit.* Anguis LX. cubitorum. Suet. *in Aug. c.43.* Frequentiùs tamen masculino genere profertur.

Anguiculus, diminutiuum ab anguis. {ὀφίδιον. Gall. *Serpenteau, petite couleuure.* Ital. *Serpentello.* Germ. Ein schlängle, ein kleine schlang. Hisp. *Pequeño serpiente.* Angl. *A litle snake or adder.*} Cic. 5. *de Finib.* Serpere anguiculos, nare anaticulas.

Anguifer, Signum cæleste, quod à Græcis dicitur ὀφιοῦχος. Col. Anguifer quum manè occidit, tempestatem significat.

Anguineus, a, um, adiectiuum, quod anguium est, aut quod ex anguibus constat. {ὀφιώδης. Gall. *De serpent.* Ital. *Cosa de serpente.* Germ. Das von der schlangen ist, oder zu der schlangen gehört. Hisp. *Cosa de serpiente.* Angl. *Of a serpent.*} Anguineo repente hostes peperit feminio. Plaut. *Amph.*

Ora Medusa Gorgonis anguineis aucta fuisse comis,

Ouid. *Eleg.7. lib.4. Trist.* vt, Anguineæ comæ Medusæ, apud eundem 4. *Trist.* & Anguineos capillos Eumenidum, apud Catullum. ¶ Item quod ad anguis similitudinem accedit: vt, Anguineus cucumis. Col. *lib.2. cap.9.* Hoc est, oblongus, & ad anguis similitudinem contortus. Plin. dicitur Erraticus, *lib.19. cap.1.*

Anguinus, a, um, idem: vt, Anguina vernatio, γῆρας ὄφεων, pro pelle quam verno tempore angues exuunt, Plin. *lib.30. cap.3.* Anguinum ouum, idem *lib.29. cap.3.* Præterea est ouorum genus in magna Galliarum fama, omissum Græcis. Angues innumeri æstate conuoluti, saliuis faucium corporúmque spumis artifici complexu glomerantur: Anguinum appellatur.

Angulmanus, i, Elephantorum epitheton est, propterea quòd proboscis eorum, quæ manus vocatur, in omnem partem, anguium more, facilè flectitur, & vertitur. Lucret. *lib.* 5. Angulmanos belli docuerunt vulnera Pœnis Sufferre, & magnas Martis turbare catervas.

Anguipedes, à poetis dicti sunt Gigantes, quasi torpedes, quòd pedes tortuosos habuisse finguntur, sicut angues se tortuosos faciunt, ὀφιόποδες. Ouid. 1. *Metam.*

——— *qua centum quisque parabat*
Iniicere anguipedum captiuo brachia cœlo.

Anguitenens, anguitenentis, ὀφιοῦχος, sydus cœleste, quod & Anguifer dicitur. Cic. 2. *de nat. deor.* Atque hæc quidem à tergo, propter caput autem anguitenens, quem claro perhibent ὀφιοῦχον nomine Graij: Hic pressu duplici palmarum continet anguem.

Angulus, A geometris dicitur id, quod constat ex duabus lineis in idem punctum desinentibus. {פאה *peáh* מקצוע *miktsoá*. γωνία. Gall. *Angle, coing.* Ital. *Angolo, ò cantone, canto.* Germ. Ein eck/winckel. Hisp. *Rincon.* Angl. *A corner.*} In ædificiis item anguli dicuntur, vbi duo parietes coeunt. ¶ Item in agris & regionibus, vbi duo latera conueniunt, atque in acutum desinunt, anguli appellantur. Cæsar 5. *belli Gall.* Huius lateris alter angulus, qui est ad Cantium, &c. In angulo defixus (Seneca exul. Idem *cap.* 13. *de Consol. ad Polyb.* Humillimi & in angulo iacentes. Idem *ibidem cap.* 7. Angulos omnes meatum ædium peruios facitis. Plaut. *Aulul. sc.* 2. *a.* 3. Angulos omnes furum impleuistis. *Ibidem sc.* 5. *a.* 3. Non sum vni angulo terræ natus. Senec. *Epist.* 28. in angulo barbariæ esse. *Ibidem.*

———*procurrit in illo Angulus.*

Ouid. 6. *Fast.* In angulos se retrahens animus, Senec. *cap.* 2. *de Tranquill.*

Inde domo lachrymas angulus omnis habet,

Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 1. *Trist.* Angulus Normalis, vide *Normalis.* ¶ Et quoniam anguli in ædificiis, reliquis partibus ferè sunt obscuriores, & secretiores, factum est, vt angulus accipiatur pro loco quouis secreto & abdito. Terent. *in Adelph.* Interea in angulum aliquò abeam. Cic. *in Catil.* Nemo non modò Romæ, sed ne vllo quidem in angulo totius Italiæ fuit, &c.

Angellus, li, γωνίδιον, paruus angulus. Lucr. *lib.* 2. Sed magis angellis paulum prostantibus.

Angulatus, a, um, ad modum & formam anguli factus. {מקצע *mechuktsáh*. γωνιωμένος. Gall. *Fait à angles.* Ital. *Fatto à canteni.* Germ. Geeckt. Hisp. *Hecho à rincones.* Angl. *Made after the fashion of a corner.*} Cic. *de nat deor.* Esse corpuscula quædam leuia, alia aspera, rotunda alia, partim autem angulata.

Angulosus, habens plures angulos. {מקצוע מקצוע *miktsoá miktsoá*. γωνιώδης. Gall. *Qui a plusieurs coins.* Ital. *Di piu cantoni.* Germ. Das viel eck hatt/eckächtig. Hisp. *Lleno de rincones.* Angl. *Ful of corners.*} Plin. *lib.* 37. *cap.* 12. Figura oblonga maximè probatur, deinde quæ vocatur lenticula, postea clypeodes & rotunda: angulosis minima gratia.

Angularis, re, quod habet angulos, {γωνιαῖος. Angl. *Which hath many corners.*} Cato *de re rustica cap.* 15. Pilas ex lapide angulari.

Angularius, idem quod angularis, siue quadratus. Procul. *in l.* 69. *D. de contrah. empt.* Rutilia Polla emit lacum Sabbatenem angularium, & circa eum lacum pedes decem. Ex Hotomanno.

Angulatilis, angulos habens. Auctor *de limitibus*, & Vitruu. *lib.* 10. *cap.* 13.

Angulatim, κατὰ γωνίας. Aduerbium significans per Angulos: Diomedes Grammaticus *lib.* 1. *Grammatices.* Apul. *lib.* 3. *de Asin.* Sidon. *lib.* 7. *epist.* 9.

Angustus, a, um, ab angulus. {צר *tsar* צר *ats.* στενός. Gall. *Estroit, serré.* Ital. *Secretto.* Germ. Eng. Hisp. *Angosto, y estrecho, apretado.* Angl. *Narrow, streict.*} Arctus eò quòd anguli semper coarctentur: vt Angusta domus. Cic. 1. *de Finib.* Angustissimæ fauces. Cæsar 3. *de bell. ciu.* Angustioribus foliis, Plin. *lib.* 13. *cap.* 11. Non fuerit angustæ mors tua crimen aquæ, Ouid. *Eleg.* 10. *lib.* 3. *Trist.* Quo non angustior amne Ister. *Ibid.* Angustior ex Italia erat fides, Cæs. 3. *de bell. ciu.* Angustiùs pabulari. Idem *lib.* 1. *de bell. ciu.* Angustus clauus, vide *Clauus.*

Angusto, as, id est, stringo, coarcto, contraho {הצר *hetsár* הביק *hebik.* στενοχωρέω. Gall. *Estrecir.* Ital. *Stringere.* Germ. Eng machen. Hisp. *Angostar, estrechar.* Angl. *To mak narrow, or streict.*} Lucr. *lib.* 5. Qua maris angustat fauces saxosa Carystos.

Angustans, Angustatus, Angustandus, participia. Catul. Cuius iter cæsis angustans corporum aceruis. Cic. [illegible] Omnis enim terra quæ colitur à vobis, angustata verticibus, lateribus latior. Senec. *de Tranquill. vitæ.* Angustanda certè patrimonia sunt, vt minus ad iniurias fortunæ simus expositi.

Angustè, aduerbium, Arctè, strictè, exiguè, exiliter, tenuiter, pressè. {στενῶς. Gall. *Estroittement, serrement.* Ital. *Strettamente.* Germ. Eng. Hisp. *Estrecha y apretadamente.* Angl. *Narrowlie, streictlie.*} Cæsar 3. *bell. ciu.* Ad rem frumentariam expediendam, qua angustè vtebantur. Tantum numerum [illegible], vt angustè cantores transportaret.

Angustiæ, arum, loca arcta, & montium angustiæ, cuiusmodi sunt montium fauces. {מצר *metsár* מקום [illegible] στενοχωρία. Gall. *Destroit, destresse.* Ital. *Angustia, strettezza.* Germ. Engigkeit/enge. Hisp. *Angostura, estrechura.* Angl. *Narrownesse, distresse.*} Cæsar 5. *bell. Gal.* Tamen angustiis viarum quàm maximè poterit, contra te. Idem Quæ præter has angustias occupauerit ab hoste, [illegible] esse negotij. ¶ Transfertur & ad alia etiam: vt, Angustia orationis, Angustiæ etiam corporis & animi. Cæsar, Neminem, qui et in hoc rerum angustiis, sustineret, habebat. ¶ Angustiæ temporum, vbi difficilia & quasi maligna sunt tempora, aut [illegible] tamen & [illegible] [illegible] incommodo [illegible]. Cic. *de Orat.* Sed tamen in his vel asperitatibus rerum, vel angustiis temporis [illegible] nostris. ¶ Angustiæ etiam dicuntur, quum quis [illegible] [illegible] [illegible]. Cic. *de Fat.* Angustias [illegible]. Cæs. *de bell. ciu.* Angustiæ rei frumentariæ.

Angusticlauius, Sueton. *in Othone cap.* 10. vbi legitur malè Augusticlauius.

Angustitas, atis, vetus nomen, pro Angustia. Actius, Sed angustitatem inclusam, ac latis [illegible] Nonius.

Anhelo, as, ex Am, & halo, as, id est, mutata, significat ægrè halo: quem videlicet ex cursu, aut alio quouis labore vehementi, crebris quasi singultibus spiratur, ac respiratur. {נשם *naphách* רוח *ruách.* ἀσθμαίνω. Gall. *Halener, haleiner, souffler.* Ital. *Spirare, fiatare, ansare.* Germ. Keichen/mit arbeit athmen. Hisp. *Acezar ò sospirar desseando.* Angl. *To breath and blowe.*} Col. *lib.* 1. *cap.* 3. Sed ante ad præsepia boues religari non expedit, quàm sudare atque anhelare desierint.

Saxum anhelanti mœnia lustrat equo,

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist.*

Nullus anhelabat sub adunco vomere Taurus, idem 2. *Fast.*

¶ Translatè posuit Cic. *in Cat.* Tandem aliquando, Quirites, Catilinam furentem audacia, scelus anhelantem, pestem patriæ nefariè molientem, &c.

Anhelator, qui est suspiriosus & pneumaticus, quod vitium consistit in spirandi difficultate. {נפח *nephéach.* ἀσθματικός. Gall. *Qui a son vent ou haleine à grand peine.* Ital. *Chi ansa & spande grosso fiato.* Germ. Keichig/der mit arbeit auß engbrüstigkeit oder sunst athmet. Hisp. *El que mucho acesa.* Angl. *Which breatheth with difficultie, or pursey.*} Plin. *lib.* 22. Anhelatoribus, & in tussi vetusta cum porro ex aceto datur.

Anhelatus, participium, ἀσθμάσας. Ouid. *in Epist.*

———*Maie & ad fauces,*
Isset anhelatos non præmeditatus ad ignes.
Ætna, cuius anhelatis ignibus ardes [illegible].

Idem 4. *Fast.*

Anhelatio, onis, spirandi difficultas. {מפח *mappách.* ἀσθμαίνουσις. Gall. *Difficulté d'auoir son haleine.* Ital. *Ansio, difficulta de respirare.* Germ. Das Keichen/das schwär athmen. Hisp. *Acezo ò sospiro, difficultad de respirar.* Angl. *Difficultie or peine of breathing.*} Plin. *lib.* 11. *cap.* 22. Prodest & orthopnoicis, & anhelationi.

Anhelitus, spiritus, respiratio. {רוח *revachah* מפח *mappách.* ἆσθμα. Gall. *Haleine, ou difficulté d'halener, comme quand quelqu'un a couru.* Ital. *Fiato.* Germ. Der athem. Hisp. *Acezo ò sospiro.* Angl. *The breath.*} Plaut. *in Epid.* Animo malè est, accipiam anhelitum. Ex spiritu & anhelitu Nebula constat. Idem *in Amph.* Non vides me ex cursura anhelitum ducere.

Anhelus, a, um, anhelans, spiritum ægrè ducens. {נפח *nephéach.* ἀσθμαίνων, πνευματώδης. Gall. *Qui à peine peut auoir son haleine.* Ital. *Che spira con difficultà.* Germ. Der schwärlich athmet/keichet. Hisp. *El que mucho sospira ò aceza.* Angl. *Which breatheth painfullie.*} Virg. 1. *Georg.* Nósque vbi primus equis Oriens afflauit anhelis. Idem 2. *Georg.* —senibus medicantur anhelis, idest, suspiriosis.

Ania, Romana mulier, quam quum propinquus moneret, vt alteri viro nuberet, esse enim ei & ætatem integram, & faciem bonam: Nequaquam hoc faciam, inquit. Si enim virum bonum inuenero, vt antè habui, volo timere ne perdam: si malum, quid necesse est post bonum pessimum sustinere?

Anicetum, {ἀνίκητον. Gall. *Anis.* Ital. *Aniso.* Germ. Enis. Hisp. *Anis.* Angl. *Anise.*} A quibusdam appellari semen, quod notiore nomine Anisum vocamus, autor est Plin. *lib.* 20. *c.* 17. propterea quod appetentiam excitet. A Græcis quæcunque orexim adiuuant, ἀνίκητα dicuntur, quasi inuicta. Non aliam etiam ob causam Dioscorides eandem appellationem anetho tribuit, *lib.* 3. *cap.* 60. Vide ea quæ ibi annotauit Marcellus Virg.

Aniciana, inter pyrorum genera reponuntur. Vide Col. *lib.* 5. *cap.* 10. & Catonem *cap.* 7.

Anicularis, vide *Anus.*

Anigrus, Ἄνιγρος, fluuius est Thessaliæ, in quo Centauri ab Hercule vulnerati abluerunt sua vulnera. Vnde quum antea haberet aquas purissimas, Centaurorum [illegible] sordidæ redditæ sunt & impuræ. Autor est Ouidius *Metam. lib.* 15.

Ante videbatur, nunc quas contingere nolis,
Fundit Anigrus aquas, &c.

Anilis, Aniliter, Anilitas, vide *Anus.*

Anima, {נשמה *neschamáh* נפש *néphesch.* ψυχή. Gall. *L'ame, la vie, l'air que nous respirons.* Ital. *Alma anima, fiato, aria.* Germ. Die seel. Hisp. *Anima, ayre.* Angl. *The saull, the lyfe.*} Corporum viuentium, hoc est, stirpium & animalium tam rationalium, quàm ratione carentium, pars nobilior, qua vnumquodque illorum viuit, alitur, sentit. Ea in stirpibus simplex est, quam Altricem appellant, qua scilicet illæ alimentum attrahunt, retinent, & in vniuersas sui partes distribuunt, illísque assimilant, & quod in alimoniam verti non potest, excernunt. Brutis verò animantibus anima duplex est, quæ à nobiliori sua actione Sentiens appellatur, sub se comprehendens Altricem, non secus atque in tetragono trigonus comprehenditur. ¶ Animam expirauit equus. Gell. *cap.* 2. *lib.* 5. Longè autem nobilissima hominis est anima, quæ à ratione, qua solus homo vtitur, Rationalis appellatur. Hæc & quidem vna est, ex triplici autem actione tres sortitur notiones, modò Altrix, siue Vegetatrix: modò Sentiens, modò Ratiocinatrix appellatur. ¶ Accipitur item Anima, pro animo, pro vita, pro spiritu: quibus vide testimonia in dictione *Animus.* ¶ Item accipitur pro iracundia. Plaut. *in Amphitr.* Animam compe[r]ce. ¶ Interdum est sanguis, vt in *Genes.* 9. dicitur, Carnem cum sanguine, non comedetis. Ibi Hebræa habent carnem cum anima, sanguine eius non comedetis. Sanguine hic, per appositionem, id est, cum anima, quæ est sanguis eius. ¶ Anima pro homine, —animásque [illegible] recentes. Abrysque [illegible] [illegible], nec [illegible] [illegible] exempla in sacris Scripturis. ¶ Ponitur pro perditibus Animæ dicitur: Hic [illegible] [illegible] Val. Flaccus. Hucine nos [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ¶ Item pro [illegible] [illegible], verò [illegible] &c. Nep. Interea fœtida anima natum oppugnat. Varro [illegible], &c.

Nostiluca

Noctilucam tollo, ad focum fero, inflo, anima reuiuiscit. Idem *Cosmotorine*, ... : Detis habenas animæ leui, dum ventus nos flamine fudo suauem ad patriam perducit. Accius *Myrmidonibus*. Classes trahere in salum, & vela ventorum animæ immittere. Non. Cæcilius *Plocio*. Extemplò suauium dat teruna animâ. Gell. *lib. 2. c. 23.* Virg. *lib. 2. Georg.*

——— animas & olentia Medi
Ora fouent illo.

Plaut. *Asinar.* An fœtet anima tuæ vxori. Idem *Aul.* An etiam obturat inferiorem gutturem, ne quid forte emittat animæ dormiens. Virg. *lib. 8.*

Quantum ignes animæque valent.

Lucret.

Aurarúmque leues animæ calidíque vapores.
Surgit amans animam;que tenent.

Ouid. 1. *Fast.*

O animam suauiorem, quàm vxorem vxoris meæ.

P. Fœtetne anima vxoris? Plaut. *Asin. sc. 2. a. 5.* Obstringit gulam (folli) ne quid animæ amittat dormiens. Idem *Aul. sc. 2. a. 2.* Anima & vita, ζωὴ καὶ ψυχὴ, de re supra modum chara. Prouerbium natum in cubilibus, atque inde deductum in communem sermonem: quo vtuntur Iuuenalis & Martialis. Perpetuúsque animæ debitor huius ero, (id est, vitæ.) Ouid. *Eleg. 4. lib. 1. Trist.* Animā priuabo virum, (id est, vita.) Plaut. *Men. sc. 5. a. 5.* Seruátque animam mortem, Ouid. 13. *Metam.* ¶ Animam debet, τὴν ψυχὴν ὀφείλει: Donatus *in eo loco Phormionis* Terent. Quid si animum debet? admonet prouerbium esse de eo, qui de immodico ære alieno teneatur, vt plus quam omnes facultates debeat, ac denique seipsum debeat. ¶ Simili figura, Omnia præter animam tradita, de illis qui nihil non dederunt, aut debent præter animam, quo vsus est Cic. *pro Rosc. Amer.* De ea parte hominis, quæ rationalis est. Ouid. *Eleg. 3. lib. 3. Trist.*

Atque vtinam pereant anima cum corpore nostro.

Idem *Eleg. 5. lib. 4. Trist.*

Cuius ob auxilium Anima hæc moritura reuixit.

¶ Anima putei, pro aqua. Plaut. *Aul.* Ni ego illi puteo, si occepso, animam omnem intertraxero. Fortasse pro halitu & vapore prodeunte ex puteo. Nam si pro Aqua, Plautinum certe & nimis durè figuratum est. Vide *Animus.*

Ănĭmŭlă, parua anima, diminutiuum ab anima. {ψυχάριον. GALL. *Petite ame, vie tendrette.* ITAL. *Animetta.* GERM. Ein kleinsüge seel. HISP. *Pequeña anima.* ANGL. *A poore soull.*} Seruius Sulpit. ad Ciceronem *lib. 4.* In vnius mulierculæ animula si iactura facta est, tantopere commoueris?

Ănĭmal, ab anima, est substantia animata sentiens. {חיה *chajjáh.* ζῶον ἔμψυχον. GALL. *Vn animant, ce qui a vie auec sens, comme les hommes & les bestes.* ITAL. *Animale.* GERM. Ein thier, so das leben hat vnd empfindt. HISP. *Animal, que tiene anima.* ANGL. *A liuing creature.*} Plin. *lib. 10. cap. 63.* Bipedum solus homo animal gignit. Cic. 1. *de Legib.* Animal prouidum & sagax homo. Senec. *cap. 11. de tranquill.* Quò te reseruem malum atque trepidum animal? (de homine.) Tibul. *lib. 4.*

Nulla nec exultas habitant animalia partes.

Liu. *lib. 34.* Date frenos indomito animali, id est, mulieri.

Ănĭmālis, & hoc animale, quod est ex animali, siue quod habet in se animam. {ἔμψυχος. GALL. *Viuant & sentant, ayant ame.* ITAL. *Vitale.* HISP. *Cosa de vida.* ANGL. *That which hath lyfe.*} Vnde veteres, Animales deos dixerunt, qui de animis essent facti, vt Penates. ¶ Animalis aliquando ponitur pro spirabilis & aërius. Cic. *lib. 3. Tusc.* Siue illi animi, sint animales)(Exanimalis, qui non est animal, vel qui sine anima est. Plaut. *in Bacch.* Nam neque Bellona mihi vnquam, neque Mars creduat, Ni illum exanimalem faxo, si conuenero, Niue exhæredem fecero vitæ suæ. ¶ Animalis spiritus. Plin. *lib. 8. c. 42.* Equas Fauonio flante obuersas, animalem concipere spiritum: idque partum fieri, id est, viuificum.

Ănĭmālis hostia dicebatur, quæ ob eam solùm causam mactabatur, vt eius anima Deo alicui offerretur, θυσία ψυχική. Duo enim (vt inquit Macrobius) erant hostiarum genera: vnum, in quo voluntas Dei per exta disquiritur: alterum, in quo sola anima Deo sacratur: quas Aruspices Animales hostias idcirco appellant.

Animale, animatum. Lucr. *lib. 3.* item *lib. 1. & 2.*

Ănĭmābĭlis, le, adiectiuum, quod animum & spiritum habet, spirabilis. {πνεύσιμος, πνευματικός.} Cic. 2. *de nat. deor.* Principio enim terra sita in media parte mundi circumfusa vndique est hac animabili spirabilique natura, cui nomen est aër.

Ănĭmālĭtas, pro ipsa animalis essentia, τὸ ψυχικόν.

ĂNĬMĀDVĔRTO, animum aliquò verto, sensum in illud quod fit, intendo, cogito, intueor, considero, deprehendo, sentio, intelligo. {ראה *raah* השגיח *hiśgiáh* הבין *hebín.* ... GALL. *Aduiser, prendre garde, apperceuoir.* ITAL. *Considerare.* GERM. Warnemmen, fleissig mercken. HISP. *Mirar y echar atencio hazia alguno.* ANGL. *To consider, to perceiue, to apply the mind to any thing.*} Gel. *cap. 18. lib. 2.* In animaduertendis Diis immortalibus castis. Vide *Animum aduerto*, in *Aduerto*. Plaut. Animaduerte hominem subalbidum. Cic. 1. *de Diuinat.* Experrectus nutrix animaduertit dormientem circumplicatum serpentis amplexu. ¶ Interdum ponitur pro punio & castigo, iunctum accusatiuo mediante præpositione. {פקד *pakad,* κολάζω. GALL. *Punir, chastier.* ITAL. *Punire.* GERM. Straffen. HISP. *Punir y castigar alguno.* ANGL. *To punishe, to chastice.*} Cic. *in Verr.* 4. Tu qui statueras animaduertere in eos, qui perperam iudicassent. Interdum sine præpositione. Idem *in Verr.* 2. Atque ea sunt grauiter animaduertenda peccata, quæ difficillime præcauentur. ¶ Inuenitur etiam ablatiuo iunctum, in eadem significatione, mediante præpositione A, vel ab. Terent. *in Andr.* Tamen a me ab illo est animaduertenda iniuria, id est, castiganda & vindicanda. Animaduertere, id est, punio, quia cæteri animum aduertunt cum aliquis punitur, & exemplo sibi cauent. Animaduertere & punire differunt. Nam punire est quorumcunque, siue iure, siue iniuria: animaduertere est eius, qui in alterum habet potestatem ordine ac ritè, id est, cùm animaduersione puniendi.

Ănĭmăduersĭo, obseruatio. {[illegible] *binah,* ἐπίστασις, ἐπιλήψις. GALL. *Consideration.* ITAL. *Consideratione.* GERM. Warnemmung, Aufmerckung. HISP. *Aquella obra de mirar hazia alguno.* ANGL. *Perceauing or marking of a thing, consideration.*} Cic. 1. *de Fin.* Interesse enim inter argumentum, conclusionemque rationis, & inter mediocrem animaduersionem. ¶ Sæpe etiam pœnam & castigationem significat, quam κόλασιν Græci vocant. {מוסר *mušár.* GALL. *Chastiment, punition.* ITAL. *Punitione.* GERM. Straff. HISP. *Punicion, castigo.* ANGL. *Chastisement, punishement.*} Idem 1. *Offic.* Omnis autem & animaduersio & castigatio contumelia vacare debet. Gell. *cap. 8. lib. 10.* fuit hæc quoque militaris animaduersio, iubere ignominiæ causa, militi venam solui & sanguinem dimitti. Cæterùm est Animaduersio dictatoria, cui opponitur censoria nota apud Velleium. Item, animaduersione crudelissima aliquem afficere (i. supplicio.) Senec. *cap. 17. de Consol. ad Polyb.*

Ănĭmăduersor, punitor. {פקד *pokéd,* κολαστής. GALL. *Qui punit, chastieur.* ITAL. *Chi punisse.* GERM. Ein ein(?) straffer. HISP. *Castigador.* ANGL. *A punisher, which chastiseth.*} Cic. 1. *Offic.* Si acres ac diligentes esse volumus animaduersores vitiorum, magna sæpe intelligimus ex paruis. Apuleius, Exponam breuiter, quid animaduersor meus fecit.

Ănĭmăduersus, perfectus, cognitus. {מובן *muḃán.* ... GALL. *Cogneu.* ITAL. *Conosciuto.* GERM. Verstanden, gemerckt. HISP. *Conoscido.* ANGL. *Knowen perceaued.*} Cæsar, Hac re animaduersa Cæsar iubet signa conuerti. ¶ Item animaduersus, qui supplicio affectus est. {פקוד *pakúdh* מיסר *meiussár.* κολασθείς. GALL. *Chastié.* ITAL. *Punito.* GERM. Gestrafft. HISP. *Castigado.* ANGL. *Chastised, punished.*} Paulus Iurecons. Corpora animaduersorum, quibuslibet petentibus, ad sepulturam danda.

ĂNĬMŬS, & Anima in hoc differunt, quòd anima sit vitæ, animus consilij. Nam anima in homine est, qua viuimus & sentimus, & mouemur: ita vt contineat vim vegetandi, mouendi, & sentiendi, quæ omnia communia sunt nobis cum cæteris animantibus. Nam ipsa aluntur, crescunt & gignunt, mouentur præterea, & sentiunt. ¶ Animus verò est, quo homines sumus, quo sapimus & intelligimus. {רוח *ruach* לב *léb* דעת *dáhath.* ... GALL. *Ame, esprit, courage.* ITAL. *Il spirito humano.* GERM. Das gemüt. HISP. *Anima racional con que entendemos.* ANGL. *The mynde, courage or spirit in doing any thing.*} Quæ vis non est educta de potentia materiæ, sed a Deo immortali de nihilo creatur eodem tempore, quo & infunditur in corpus nostrum. Cic. *lib. 1. Tusc.* sic disserit, Animum autem alij, animam etiam ferè nostri declarant nominari. Nam & Agere animam, & Efflare animam dicimus, & Animosos, & Bene animatos, & Ex animi sententia: ipse autem animus ab anima est dictus. Sciendum tamen est, animum pro anima plerunque sumi, vt apud eundem *in Catone.* Qui si in hoc erro, quòd animos immortales credam, libenter erro. Et iterum, Sic mihi persuasi, sic sentio, quum tanta celeritate animorum, &c. ¶ Plaut. *in Mostel.* prouerbialiter dixit, Nihil est miserius, quàm animus conscius. Conscientia enim mille testes. ¶ Aliquando accipitur pro voluntate, siue affectu & delectione. ψυχὴ, γνώμη. Plaut. *in Epid.* Captiuam adulescentulam de præda mercatus est. Quid ergo ex te audio? T. Hoc quod fabulor. E. Cur eam emit? T. Animi causa. E. Quot ille animos habet? Hinc fit Vnanimus, ὁμόψυχος, qui vnius est animi, id est, voluntatis. ¶ Animi, pro cogitationibus. Plaut. *Epid.* Quot illic homo animos habet. ¶ Munerum animus optimus, —ξείνων δέ τοι θυμὸς ἄριστος: Græcis hemistichium Heroicum prouerbiale, quo significatur, in amicorum muneribus non esse spectandum rei missæ pretium, sed mittentis potiùs animum. ¶ Volens nolente animo —ἑκὼν ἀέκοντί γε θυμῷ. Hemistichium Homeri *Iliad. lib. Δ*, dicendum vbi quis fingit se nolle quod cupit: vel contra. Nonnunquam de ambigente, animique incerto dicitur, vt apud Euripid. *in Hecuba.* ¶ Animus habitat in auribus, ἐν τοῖσιν ὦσι τῶν ἀνθρώπων οἰκέει ὁ θυμός. Herod. *in Polym.* Cuius adagij is est sensus, quòd ex iis, quæ audiuimus, maximè placatur, aut irritatur animus. ¶ Quandoque pro spiritu, siue flatu, ac vento: vnde anima, vel animus nomen accepit. Nam ἄνεμον Græci dicunt, quem nos Ventum. Cic. 1. *Tusc.* Si anima animus est, fortasse dissipabitur. Terent. *in Adelph.* Animum recipe, id est, respira. Pro eodem etiam legitur Anima: & (vt opinor) frequentius quàm animus. Cic. *de Vniuersit.* Inter ignem & terram aquam Deus, animámque posuit. Virg. 8. *Æneid.*

Quantum ignes, animæque valent.

¶ Ponitur etiam animus pro Animositate, siue fortitudine & animi alacritate. Cic. *Attic. lib. 2.* Nostris animus accessit: timor hostibus iniectus est. Idem *lib. 3.* Labieni aduentu noster Cneus multò animi plus habet. ¶ Quandoque etiam pro memoria. Cic. Illa quæ sæpe audistis & teneris animis prætermitto. Idem *in Catil.* Percipite quæso ea quæ dicam, & ea penitus animis vestris mandate. Virg. 9. *Eclog.*

Omnia fert ætas animum quoque, &c.

vbi Seruius animum, pro memoria dici annotauit. Animus heptaboeus, θυμὸς ἑπταβόειος, de forti dictum. Epithetum sumptum à clypeo Aiacis, quem Homerus ἑπταβόειον appellat quòd septem boum tergoribus esset obductus, atque ob id impenetrabilis. Ouid.

- - - dominus clypei septemplicis Aiax.

Sumptum est Adagium ex Ranis Aristoph. ¶ Aut minus animi, aut plus potentiæ: ἢ φρόνει ἔλαττον, ἢ δύναμιν ἔχε μείζω. Conuenit in feroces, quorum arrogantiæ non suppetunt vires: aut, qui non timent irritare quem vincere non possint. Vtitur Plutarch. *in Lacon.* ¶ Mulieris animus γυναικὸς φρένες. Diogenianus ostendit dici solitum in stultos. Videtur autem magis quadrare in imbelles & inconstantes. ¶ Non abiecit animum. De eo qui ne afflictissimis quidem rebus spem, aut consilium abiicit. ¶ Recipere animum conuenict, quum quis re subitaria consternatur, postea recipit sese. ¶ Animos quoque plurali numero eleganter dicimus, pro temeritate, quæ scilicet habeat arrogantiæ nonnihil coniunctum. Cic. *pro Flacco.* Remittant spiritus, comprimant animos, sedent arrogantiam. Idem *pro Cluentio*, Nota-

tis animos eius & spiritus Tribunitios. ¶ Frequenter etiam Anima pro vita accipitur. Salust. At nobis est domi inopia, foris æs alienum, mala res, spes multo asperior: denique quid reliqui habemus præter miseram animam? Iuuenalis, I nunc, & ventis animam committe, dolato Confisus ligno, digitis à morte remotus Quatuor, aut septem, si sit latissima tæda. ¶ Animam quoque pro animo positam legimus, hoc est, pro mente. Macrobius, Tunc enim anima libera est, & nulla corporis cogitatione impedita. ¶ Item pro vento, vt suprà ostendimus. ¶ Sæpe etiam pro habitu oris, siue spiritu. Plaut. *in Asin.* Dic, amabo an fœtet anima vxoris suæ? Virg. 5. *Georg.* —animas & olentia Medi Ora fouent illo. Terent. Hoc vbi audiui, ad fores suspenso gradu, placide ire perrexi, accessi, astiti, animam compressi, aurem admoui. Plaut. Ne quid emittat animæ dormiens. ¶ Pro eodem etiam Græci ψυχὴν dicunt, à verbo ψύχω, quod est refrigero: nam quæ plus æquo calent, anima, hoc est, spiritu refrigeramus. ¶ Anima item accipitur pro ira. Idem, Animam comprime. ¶ Hinc Animosus, & Animatus, pro iracundo: de quibus infrà. ¶ Varro posuit animam pro sono. Et Phrygias audire animas. Virg. pro ipso homine, Ite, ait, egregias animas quæ sanguine nobis Hanc patriam peperère suo, &c. In homine autem quatuor animas esse constat: Vitalem, scilicet, vt quæ in vermibus, quæ tantùm mouentur. Sensualem, vt in brutis animalibus, in quibus est sensus timoris & gaudij: Intellectualem, quæ est in hominibus tantùm, qui & cogitare & iudicare possunt: & quæ infra omnes est. Physicam, hoc est naturalem, vt ea quæ est in arboribus & herbis, quæ etsi non mouentur, vitam tamen habent, quum nascantur, crescant & pereant. ¶ Animum suum consulere. Quintil. Animus est circa campos. Horat. *Ode* 5. *lib.* 2. *Carm.* Titubante animo, corde, & pectore. Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. In animo esse, Cæsar *lib.* 1. *de bell. ciuil.* (id est, certum & fixum.) Bonus animus in re mala dimidium est mali. Plaut. *Pseud. sc.* 5. *act.* 2. Vincam animum meum (id est, iram.) Ignoscam tibi. Idem *Milit. sc.* 6. *a.* 2. Teneo quid animi vestri super hac re fiet. id est, consilij, siue quæ sit vestra sententia.) Idem *in prol. Amphitr.* Animum ostendere, vide *Ostendo*: suo animo morem gerit, *ibidem*, Ibi nostris animus additus est, id est, animi. Idem *Amphitr.* Nequeo cum animo inuestigare. Idem *Aul. sc.* 6. *a.* 4. Id petam persequárque corde, animo atque viribus. Idem *Capt. sc.* 3. *a.* 2. Istic animus meus est, non in pectore. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Habe animum bonum, Qui possim animum habere (in metu.) *Ibidem sc.* 2. *a.* 3. *& sc.* 1. *a.* 4. Tu tantum corpore prodes, non animo. Ouid. 15. *Metam.*

——— sunt mihi vires:
Est animus certè vidons, sensusque bonores,

idem 13. *Metam.* Facetè aduertis Animum tuum ad animum meum. Plaut. *Milit. sc.* 1. *a.* 1. Mi animule: Lena vitum alloquitur. Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 1. Tuus animus apud nos est fixus clauo Cupidinis.) Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 1. Nisi me animus fallit, si sunt gemini germani. Idem *Men. sc. vlt. a.* 5. Vbicunque libitum fuerit animo meo. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 1. Animum meum isti dedi (de amica.) *Ibid. sc.* 2. *a.* 1. num non vis anime mi, idem *Mostel. sc.* 4. *a.* 1. Da mi anime, da mea rosa, da meus ocellus. *Ibid. sc.* 3. 5. Sequere hac me mi anime. *Ibid. sc.* 2. *a.* 5. Impos animi, vide *Impos.* Satis dolui ex animo. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 5. Anime mi, Menæchme, salue. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 1. Animus æquus, vide *Æquus*. Animo amantum munditia est illecebra, *ibidem sc.* 3. *a.* 2. Ama, animo obsequens. Idem *Amph. sc.* 1. *a.* 1. Periclitamini quid animi habeam. id est, quomodo sim affecta. *Ibidem sc.* 2. *a.* 2. Dic me illó aduenisse, animi caussa. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 2. Sine me amare Ægyrippum animi caussa. (id est, non lucri.) Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 3. Lingua poscit, corpus quærit, animus orat, (de meretrice.) *Ibidem*, Animo si malè esse occeperit (id est, furere, vel ægrotare.) Animo malè est, aquam velim. Item, Hiscunt: animo malè est, vomunt. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 3. Si fecerit animo suo volupe. Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 5. Me fraudaui, animúmque meum, geniúmque meum. Idem *Aul. sc.* 6. *a.* 4. Bono animo es. Idem *Amph. sc.* 2. *a.* 5. Bonum animum habe modò. Idem *Mostel. sc.* 1. *a.* 2. & passim. Homo iracundus atque animi perciti, (aliàs perditi.) Idem *Men. sc.* 1. *a.* 2. Mihi animus etiam tunc abest. (de metu.) Idem *Amphit.* Hoc animo decet animatos esse amatores, vt ad mendicitatem se detrudant. Idem *Men. sc.* 5. *a.* 1. Animus ad meam sententiam. Idem *Aul. sc.* 5. *a.* 2. *& sc.* 1. *a.* 2. Eundem animum gratum mihi oportet atque olim. Idem *Mostel. sc.* 3. *a.* 1. Animo meo, id est, mea sententia. Idem *Men. sc.* 3. *a.* 1. Tua oratione, omnem animum ostendisti tuum. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 1. Egomet hic sum, animus domi est. *Ibidem sc.* 4. *a.* 1. Volui animum confirmare, vt bene me haberem filiæ in nuptiis. *Ibid. sc.* 5. *a.* 2. Animum inducere, vide *Induco*. Meo animo si idem faciant cæteri, fiat ciuitas concordior. Et meo animo facias rectiùs (id est, mea sententia.) Idem *Aul. sc.* 5. *a.* 3. Et eodem sensu *Curc. sc.* 2. *a.* 4. Animum oblectat spes reliquiarum. Idem *Men. sc.* 4. *a.* 2. In re mala animo si bono vtare adiuuat. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 2. Mel meum, anime mi. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 1. Nisi mors meum animum à te abalienauerit. *Ibidem*, Quo pacto possim animum vincere. Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. (id est, iracundiam.) Ne in re aduersa animo auscultes. *Ibid.* (i. ne aurem præbeas.)

Iuro hunc animum fauisse tibi, & fauisse tuum.

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* Quem mihi tunc animum esse putas? *Ibid. El.* 3. *lib.* 3. Timidi commenta retexit Naupliades animi. Idem 13. *Met.* Iactat animus coniuratis (i. destinauerant. Suet. *in Cæs. c.* 81.

Arma animumo mouera virilem.

Ouid. 13. *Metam.* Animo occupa vnumquemque (i. considera.) Senec. *cap.* 14. *de consol. ad Marc.* Dura anime, hodie dura. Quint. Eloquio & animo (i. ingenio.) Velleius. Animos faciebat cunctatio hostium. Liu. *lib.* 4. *d.* 4. Ad animum respondere (id est, placere.) Sueton. *in Cæs. c.* 46. Animum faciebat (id est, metum.) Ouid. 6. *Fast.*

Ex animo, vel à fato miser.

Quintil. *cap.* 1. *lib.* 14. Amplectens animo proxima quæque meo (i. mihi carissima.) Ouid. *El.* 3. *lib.* 1. *Trist.*

———Vt qua contingere non est
Corpore sint animo cuncta videnda meo.

Idem *El.* 4. *lib.* 3. *Trist.*

Vos animo semper adesse meo, quamuis absim.

Ibid.

Inueniet animus quò currus spectet eburnos, (id est, mens.)

Idem *El.* 2. *lib.* 4. *Trist.*

Ănĭmŭlŭs, diminut. ψυχίδιον. Plaut. *in Cas.* Mi animule, mi Olympio, mea vita. & *Men. sc.* 3. *a.* 2.

Ănĭmo, as, Animum do, incito, incendo. {חזק *chizzek* החזיק *hechezik* אמץ *immets.* ψυχαγωγῶ, θαρσύνω ἐμβάλλω. Gall. *Donner courage, enhardir.* Ital. *Incorare, inanimare.* Germ. Mutig vnd beherzt machen. Hisp. *Esforçar, dar coraçon.* Angl. *To encourage, to stirre vp.*} Claudius *lib.* 3. Qualis pestiferas animare ad prælia taxos Torua Megæra ruit. Macrobius, Animati sunt ergo veteres ad faciendam discretionem. ¶ Aliquando animare est animam inducere, animum inspirare, viuificare. {חיה *chijah* החיה *hecheiah.* ψυχόω. Gall. *Bailler vie en ame viuante sentant.* Ital. *Mettere l'anima.* Germ. Das leben geben. Hisp. *Dar anima y vida.* Angl. *To giue life or saull.*} Colum. *lib.* 9. Diebus quibus animantur oua, & in speciem volucrum conformantur. Cicer. *de Diuin.* Quicquid est hoc omnia animat, format, alit, auget.

Ănĭmans, substantiuum, fœm. vel neut. generis, ferè pro animali accipitur. {חיה *chaiiah.* ζῷον. Gall. *Vn animant, qui a vie & sent.* Ital. *Animale, animante.* Germ. Ein thier, oder was ein leben hat. Hisp. *Animal.* Angl. *A leuing creature.*} Cic. *de nat. deorum*, Animantium aliæ coriis tectæ, aliæ villis vestitæ. Idem 1. *de legibus*, Nam quum cæteras animantes abiecisset ad pastum, solum hominem erexit. Inuenitur & genere masculino. Horat. 2. *Sermon.*

——— sed hoc stylus haud petet vltrò
Quenquam animantem.

Cic. *de Vniuers.* A quo enim animante omnes reliquos contineri vellet animantes, hunc ea forma figurauit, qua omnes reliquæ formæ concluduntur. ¶ Nonnunquam latius extenditur Animantis appellatio, præsertim in neutro genere, ad omnia scilicet, quæ habent animam: vt sunt arbores, frutices, & herbæ, quibus animam alentem inesse constat, quam Philosophi recentiores Vegetatiuam appellant. Itaque viuere & mori illa dicimus: nec animalia tamen, sed animantia nuncupantur, vt docet Senec. *lib.* 8. *Epist. moral.* ¶ Animans verò adiect. ἔμψυχος, idem est quod animam habens. Autor ad Herennium *lib.* 4. Sed inuentio similium facilis erit, si quis sibi res omnes animantes, & inanimantes frequenter ob oculos poterit ponere.

Ănĭmātus, ab animo fit, sicut à tunica Tunicatus, à galea Galeatus: & significat idem quod Animo, aut voluntate aliqua affectus. {מחזק *mechuzzak.* διανοούμενος. Gall. *Qui a cœur, ou courage.* Ital. *Disposto nell' animo ad vna impresa.* Germ. Beherzt, gesinnet. Hisp. *De animo y voluntad.* Angl. *That hath courage or life.*} Cic. *D. Bruto.* Ita paratus, seu animatus esse debes, vt nihil facias nisi iussus, id est, eam voluntatem habere debes. Plaut. *Amphit.* Neque dedi, neque dixi, ita animatus fui (i. volui dare.) An tu ita es animata, vt quæ expers matris Imperij sies. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 3. Cum sciet, vt fueris animatus erga gnatum (id est, beneuolus.) Idem *Capt. sc.* 3. *a.* 1. Item, Hoc animo decet animatos esse amatores. Vide suprà in *Animus.* Sin aliter sient animati. (i. aliter sentiant.) Idem *Amphitr.* Animati vos vincere hoc (flagrum) duritia tergi. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 1.

Ănĭmātus, participium, qui habet animam. ἔμψυχος. Cic. *Tusc.* 1. Animatum quod est, id motu cietur interiore & suo. ✠ Inanimis, Exanimis, siue exanimus. ¶ Interdum ponitur pro affectus. Cic. *in Verr.* Ciuitatem vt abs te affecta sit, ita te animatam videmus. ¶ Interdum pro fortis & magnanimus & animosus. Cicer. *in epist.* Pompeius animatus melius, quàm paratus.

Ănĭmātio, verbale ab animando, {מחיה *michjah.* ἐμψύχωσις. Gall. *Don d'ame, don de vie.* Ital. *Riempimento di vita.* Germ. Lebendmachung. Hisp. *Obra de dar anima.* Angl. *The gift of the life or of the saull.*} Cic. *de vniuersit.* Erant autem animantium genera quatuor, quorum vnum diuinum, atque cœleste, alterum pennigerum, & aërium: tertium terrestre: quartum diuinæ animationis.

Ănĭmātus, us, verbale nomen, idem quod animatio. {ἀναπνοή.} Plin. *lib.* 11. *c.* 3. Volare quidem aliqua, & animatu carere in ipso spiritu viuentia docuimus.

[Animæcum, ἰσόψυχος, Gloss. Isid. Animæquus, patiens animo, æquus. Onom. Animæquior, ἀνεξικακώτερος. lege ἀνεξικακώτερος.]

Ănĭmōsus, habens in se vehementiam animi, siue qui est clari spiritus, quique ad iracundiam est procliuior. {אמיץ בלבב *ammits bilbab* אמיץ *ammits.* θυμώδης, θυμικός. Gall. *Courageux, hardi, de grand cœur.* Ital. *Animoso, coraggioso.* Germ. Beherzt, mutig, vnerschrocken, hertzhafft. Hisp. *De grande animo y esfuerço.* Angl. *Couragerous, of great spirite and hart manlie.*} Ouidius.

Pyrrhus Achilleides animosus imagine patris.

Cic. *in Cat.* Ex quo fit, vt animosior etiam senectus sit, quàm adolescentia. Virg.

Quos animosi Euri assiduè franguntque feruntque.

Ea quoque animæ potentia, qua ad iram incitamur, Animosa, θυμικὴ, appellatur. ¶ Inuenitur etiam Animosus, pro nodoso, per translationem positum. Idem 3. *Georg.*

Luxuriatque toris animosum pectus.

Vbi Seruius, Animosum interpretatur nodosum, non malè tamen Animosum pectus intellige. Ouid. *de Equo. Eleg.* 6. *lib.* 4. *Trist.*

Tempore paret equus lentis animosus habenis.

Ibid. *Eleg.* 2. *lib.* 4. Collaque Romanæ præbens animosa securi.

Ănĭmōsē, aduerbium, fortiter, strenuè. {θυμωδῶς, ἐμψύχως. Gall. *Courageusement, de grand cœur.* Ital. *Animosamente, con gran core.* Germ. Mannlich, dapferlich. Hisp. *De animo y de coraçon.* Angl. *Couragiouslie, stoutlie.*} Cic. 4. *Philipp.* Nec solum id animosè & fortiter, sed considerate etiam, sapienterque fecerunt.

Ănĭmōsĭtās, est vehementia, & impetus animi, sedem habens in corde, quem Speusippus definit esse impetum violentum partis animæ irrationalis, absque ratione & ordine mentis. {גבורה *geburah.* θυμός. Gall. *Courage, grand cœur.* Ital. *Animosita, coraggio.* Germ. Hertzhafftigkeit, mannlicher dapferkeit. Hisp. *Grandeza de animo y esfuerço.* Angl. *Courage, manlinesse.*} Iulius Firmicus *Matheseos lib.* 2. Secura

mentis

mentis animositate perdisce. Macrobius *comment. lib.* 1 *c.* 6. Animositas, quam θυμὸν vocauit, &c.

Aniō, nis, *Anio*. Nomen fluuij in agro Tiburtino, qui è sublimi in vallem subiectam præceps fertur. Horatius,

Et præceps Anio, & Tiburni lucus.

Vulgò *Teuerone*.

Aniēnus, a, um, Propertius, Siue Aniena tuos tinxerit vnda pedes. Anieni nomen indidit Anius rex Hetruscorum, qui insequens Cethegum filiæ raptorem, quum eum assequi non posset, in flumen insiluit, ibique extinctus, vt Anio vocaretur effecit.

Anienicola, æ, qui incolit Anienem. Sil. *lib.* 4.

Anisocycla, ἀνισόκυκλα, apud Vitruuium organa ex multis & inæqualibus orbibus, ἄνισος inæqualis, & κύκλος, orbis, circulus.

Anisum, ἄνισον. Gall. *Anis*. Ital. *Aniso*. Germ. Enis. Hisp. *Matalahuga*. Angl. *Anise*. Herba est, caulem, folia, & flores habens fœniculo similia: vnde etiam à quibusdam fœniculum Romanum appellatur. Semen fert in vmbellicis, cibis condiendis in primis vtile, herbæ suo nomine Græcis, Latinis, Germanis, & Gallis cognitum. Plin. *lib.* 20. *c.* 17. Anisum à Pythagora inter pauca laudatur, siue crudum, siue decoctum. Item, Viride aridúmve omnibus quæ condiuntur, quæque intinguntur, desideratum: fœtorem tollit manducatum. mox vino collutum vultum iuniorem præstat: appetentiam ciborum facit.

Anitius, viri Prænestini nomen, qui vnà cum Cn. Flauio, Appij Cæci scriba, Ædilis curulis fuit eo anno, quo vsus annulorum etiam plebi permissus est, quum antea soli Senatores, & Equites annulos gestarent. Vide Plin. *lib.* 33. *cap.* 1.

Anius, Apollinis fuit filius, & rex in Delo, qui habuit Andrum filium. Virg. *lib.* 3. *Æneid.* Rex Anius, rex idem hominum, Phœbique sacerdos.

Anna, ἄννα, per duplex nn, Beli filia, soror Didonis, quæ postquam mortuam sororem vidit, & Carthaginem ab Iarba Getulorum regi occupatam, relicta sede patria, ad Battum regem, qui Melitæ insulæ imperabat, cursum arripuit. A quo iure veteris hospitij benignè suscepta, duos & vltra annos ibi mansit. Sed quum Pygmalionem fratrem iam cum armis aduentare didicisset, Battus veritus potentiam illius, Annam vt inde abiret hortatus est. Mox igitur mare ingressa dum Cameram nauigare contenderet, vt tempestatis acta, in Laurentem oram peruenit, vbi iam Æneas pacatis rebus, & ducta vxore Lauinia, imperabat. Hic cum forte solo Achate comitatus, in littore nudis pedibus ambulabat. Qui quum errantem Annam aspexisset, & vix sibi persuadere posset eam esse, tandem agnitam compellat. Timuit illa principio, sororis casum ante oculos ponens, postea verò ab illo benignè inuitata, in regiam cum eo profecta est. Cui mox Lauinia amoris coniugis suspectum habens, tendere insidias cœpit. Sed Anna in somnis à Didone monita, vt infaustam domum relinqueret, statim per fenestram exiliit. Quamque citato cursu ad Numicium amnem peruenisset, in eum se præcipitem dedit. Orta deinde luce, magno clamore eam quæritantes per Laurentem agrum proficiscuntur. Apparet vestigia pedum vsque ad Numicium amnem, vltrà nihil videtur. Quod dum admirantes secum animis voluntant, ipsa loqui visa est, Placidi sum Nympha Numici, Amne perenne latens, Anna perenna vocor. Quapropter læti conuiuia celebrarunt, eam pro dea venerantes, quem ritum postea longissimo tempore seruarunt.

Anna, ciuitas Iudææ supra Hierichuntem, Steph.

Annales, Annalis, Annalis, vide *Annus*.

Annascor, iuxta nascor, παραφύομαι. Angl. *To be borne nigh a nother.* Gellius, Denteis quoque in septem primis mensibus, & septenos ex vtraque parte gigni, & cadere annis septenis, & genuinos annasci annis ferè bis septenis. Hinc Agnatus, Agnatio, in quibus subtrahitur n, quæ pro d, ponebatur, & mutatur in g.

Annauigo, as, Ad locum aliquem nauigo. προσπλέω. Gall. *Nauiger iusques à quelque lieu.* Ital. *Nauigare fino à qualche luogo.* Germ. Zu einem schiffen anlenden. Hisp. *Nauegar hazia algo.* Angl. *To sayle to any place.* Plin. *lib.* 36. *cap.* 12. Sanè conspicuè vndique annauigantibus litæ sunt in parte Africæ.

Anne, pro An. Ouid. 6. *Fast.*

Magna iudicis gloria? anne viro.

Annecto, is, annexui, annexum, Agglutino, alligo, ad aliquid necto. חבר *asar* פרח *hibir* ... Gall. *Attacher ou lier a quelque chose.* Ital. *Attaccare o ligare à qualche cosa.* Germ. Anbinden, ankuüpfen. Hisp. *Trauar vna cosa à otra.* Angl. *To ioine to, or bind to any thing.* Plin. *lib.* 13. *c.* 37. Epistolas annectas eorum pedibus. Cels. *lib.* 4. *c.* 5. Morbus qui modò caput scapulis, modò mentum pectori annectit. Cicer. 2. *de nat. deor.* Paulo supra quam ad linguam stomachus annectitur. Plin *lib.* 18. *c.* 8. Cor annexum in lana ouis nigræ.

Annexus, us, ἐπιπλοκή. Igitur numero colonorum opportunitate fluminum vber agri annexu conubiisque gentium adoleuit floruitque.

Annibal, ἀννίβας. Germ. Ein Hauptman der Carthaginenser. Amilcaris filius fuit, quem adhuc impuberem iurciurando ante aras pater altinxisse fertur, vt quum primum per ætatem liceret, arma contra Romanos sumeret. Quapropter iam adultus in Hispaniam traiecit, ibique quibusdam ciuitatibus subactis per Galliam in Italiam traiecit, Alpibus, quo expeditius iter faceret, igne & aceto patefactis. Ibi occurrentem sibi Titum Sempronium Consulem apud Trebiam profligauit. Flaminium fudit ad Trasimenum lacum, cæsis 15000. Romanorum. Postea tamen vires eius à Fabio Maximo multum sunt imminutæ. Sed rursus collectis viribus, tertiò Paulum Æmilium & Terentium Varronem nouos Consules creatos apud Cannas vicit: in quo prælio ad quadraginta millia peditum, & duo millia, supra septingentos equites, cæsa dicuntur, adeo vt tres modios & dimidium annulorum Carthaginem miserit. Quum vrbem capere facillimè posset, in Campaniam reuertitur, & Capuæ voluptate detentus, omnem animi vigorem remisit, ita vt apud Casilinum à Sempronio Graccho magna suorum cæde repulsus, oblidionem reliquerit. Post etiam apud Nolam non mediocre damnum à Marcello accepit. Deinde à Carthaginensibus, qui à P. Scipione acerrimo bello premebantur, ex Italia reuocatus, cum eodem apud Zamam Africæ oppidum congressus est: in quo conflictu viginti millia Pœnorum cæsa sunt, & totidem capta. Dux ad Antiochum profugit, cuius auxilio bellum redintegraturus: sed Antiocho quoque debellato, Romani Annibalem sibi captiuum dedi petierunt: quod Pœnus sentiens, ad Prusiam Bithyniæ regem confugit: a quo quum iterum deposceretur, Pœnus Prusiæ leuitatem suspectam habens, hausto veneno, quod sub gemma in annulo gesserat, voluntaria morte obiuit. ¶ De Annibale latius scripsere Liuius & Plutarchus. ¶ Annibales multi fuêre: primus Senior appellatus, Asdrubalis filius, quem Orosius *lib.* 4. dicit ob rem malè gestam à Carthaginensibus lapidibus obrutum. Liuius autem cruci adfixum tradit. ¶ Fuit item Annibal huius filius, qui missus est ab Amilcone duce in Lilybæum, quod à Romanis oppugnabatur, ad Siculos in officio continendos, vt autor est Polybius. ¶ Fuit præterea Annibal alius Rhodius, dux item Carthaginiensis in eodem bello, qui tandem à Romanis interceptus est, vt scribit Polybius. ¶ Fuit postremò Hannibal Amilcaris filius, qui omnes hos fama virtuteque superauit. Is sæpiùs Romanos vicit, fuditque. Vide Liuium, Plutarchum, & Polybium.

Annītor, eris, ad aliquid applico, siue applicor, innitor. Cicer. *de Amic.* Sic natura solitarium nihil amat, sempérque ad aliud tanquam adminiculum annititur, quod in amicissimo quoque dulcissimum est. ¶ Ponitur etiam aliquando pro valde conor, & incumbo ad aliquid agendum. עמל *hamal* יגע *iagah*. φιλοπονέω. Gall. *S'efforcer à faire quelque chose.* Ital. *Sforzarsi, fare sforzo.* Germ. Darüber etwas zuthun vnderstehn. Hisp. *Estribar.* Angl. *To do any thing with the force and strend by all meanes.* Salust. Postea Piso in citeriorem Hispaniam Quæstor pro Prætore missus est, annitente Crasso, qui eum infestum inimicum Cn. Pompeio nouerat. Hæc vt me vultis approbare adnitier iuctum vt perenne semper vobis suppetat. Plaut. *in prol. Amphitr.*

Annisus, & Annixus. ἐπιχείρησις, ... Liuius 5. *ab Vrb.* Et patres intercedere interceffores legis annixi sunt.

Annisurus, & Annixurus. Liuius 2. *ab Vrbe.* Annisurum, vt appareat exilio sibi iratos, non fractos animos esse. Idem *lib.* 1. Quod annisurus pro se quisque sit.

Annominatio, Est (inquit autor ad Herenn. *lib.* 4.) quum ad idem verbum & nomen acceditur commutatione vocum, vel additione vnius literæ, aut literarum: aut syllabæ, aut syllabarum, aut quum ad res dissimiles similia verba accommodantur. A Græcis vocatur παρονομασία.

Annŏto, as, Iuxta, siue ad aliquid noto: & significat aliquando inscribo. כתב *chathab* רשם *rascam* סמן *saman*. ὑποσημειόω, ἐπισημαίνω. Gall. *Noter, marquer.* Ital. *Annotare.* Germ. Darzu zeichnen auff zeichnen auffschreiben. Hisp. *Notar o señalar sobre otra cosa.* Angl. *To note, to marke.* Lactant. *lib.* 6. Is ausus est libros suos nefarios, ac Dei hosteis annotare. ¶ Interdum annotare, significat memoriæ causa in commentarium referre. Col. *lib.* 11. *c.* 3. Sciret vnde daret, & meminisset, atque annotaret, quid, & quando, & cui dedisset. ¶ Annotare laniandos, id est, designare. Suet. *in Calig. c.* 27. Quum ad saginam ferarum muneri præparatarum carius pecudes compararentur, ex noxiis laniandos annotauit. Budæus. ¶ Annotari etiam dicitur, qui absens in reos refertur. Nam in grauioribus criminibus Magistratus qui absentem in reos recipiebat, edicta proponebat, quibus illi denuntiabat fore, vt nisi intra annum adesset, eius bona confiscarentur, vt Marcianus & Macer docent de requirendis reis. Hinc annotatio apud Macrum *ibidem*, illa in reos relatio. Ex Hotomanno.

Annotamentū, plur. Annotationes, ὑπομνήματα. Gell. *lib.* 3. *cap.* 7. Apud veteres scriptores, locutionum talium copiam offendimus, atque his vulgò annotamentis inspersimus. Idem *cap.* 2. *lib.* 17. *& cap. vlt. lib.* 20.

Annŏtātor, oris, παρατηρητής. qui aliquid annotat. Plin. *in Paneg.* Num enim ante medium diem distentus solitaria cœna spectator, annotatórque conuiuiis tuis immineres? Hoc est, obseruator, vt videlicet notes, & obserues quantum quisque aut edat, aut bibat.

Annotatio, Fab. Quint. Breuis annotatio, & libelli.

Annuātim, quotannis, seu singulis annis. שנה בשנה *schanah beschanah* ... κατ' ἔτος. Gall. *Par chacun an.* Ital. *Ogn' anno.* Germ. Jährlich. Hisp. *Cada vn año.* Angl. *Yearlie.* Qua voce vsus est Hieronymus, referens Plinium prodidisse, singula millia talentûm thuris annuatim pensitasse Arabas regibus Persarum. Locus Plin. quem citat Hier. est *lib.* 12. *c.* 17. vbi tamen Annua legitur, non Annuatim.

Annŭlus, i, vide *Anulus*.

Annŭmĕro, as, In aliquorum numero pono, in eundem numerum refero. ספר *saphar* מנה *manah*, συγκαταλέγω. Gall. *Annombrer, adiouster au nombre, compter & payer.* Ital. *Aggiungere ad vn numero, annumerare.* Germ. Da zu zehlen. zu der zahl thun. Hisp. *Contar vna cosa sobre otra.* Angl. *To counte and cast to, to others.* Plaut. *Asin. sc.* 4. *a.* 2. Argenti talentum solus soli annumerauit. Item,

——— *audet*

Non fallidiu annumerare viris,

Ouid. *El.* 1. *lib.* 1. *Trist.* Omnes velut annumerare litteras. Quintil. Cicer. 2. *de Diuin.* Atque his libris annumerandi sunt sex de Republ. ¶ Interdum idem est quod simplex numero, Cic. 1. *de nat. deor.* Vt eorum molestiam sit annumerare sententias. Idem *de opt. gen. Orat.* numerare verba lectori.

Annuntio, as, are, nuntio, denuntio. בשר *bisser* הגיד *higgid*. ἀπαγγέλλω. Gall. *Annoncer, porter nouuelles.* Ital. *Annuntiare.* Germ. Verkünden. Hisp. *Anunciar, o traer nueuas.* Angl. *To bring newes to tell tydinges.* Plin. *lib.* 7. *c.* 52. Animam relicto corpore errare solitam, vagamque è longinquo multa annuntiare. Cic. *Attic.* Eique interea, vt scribis, salutem annuntiabis. & Suet. *in August. c.* 49.

Annuo, is, ere, proprie est nutu, id est, capitis signo assentior. ... *laadh* ... ἐπινεύω. Gall. *Faire signe de la teste, qu'on est content, s'accorder & consentir à quelque chose.* Ital. *Agentire, acconnar de si col capo.* Germ. Mit dem haupt wincken oder zeichen geben Verwilligen. Hisp. *Otorgar inclinando la cabeça.* Angl. *To nod with the head*

head in signe of aggreing, to consent or grant.} Cic. 2. *Verr.* Id mihi significasse & annuisse visus est. Idem *de Orat.* Id quoque toto capite annuit. Virg. 1. *Æneid.*

Annuit & totum nutu tremefecit Olympum.

Annuere, pro affirmare. Plaut. *Bacchid.* Ego autem ventum annuo. Annuo me visitasse. Idem *Curc. sc.3. a.2.* Annuens Centurioni vt testis esset. Senec. *cap.14. de Tranquill.* Annuimus, vel abnuimus motu capitis, vel oculorum. Gell. *cap.4. lib.10.* Annuere nutum & numen alicui. Liu. *lib.7. ab Vrb.* ¶ Annuere item pro nutu sciscitari. Tacit. *lib.15.* Idem Subrio Flauio assistenti annuentique an inter ipsam cognitionem distringeret gladium, cædémque patraret, retinuit, fregitque impetum. ¶ Item pro fauere. Plin. *epist.22.* Superest vt promissis Deus annuat. ¶ Et pro Concedere: cuius contr. Abnuere. Virg. *lib.12. Æneid.* Annuere nutum. Liu. 7. *ab Vrbe,* Annuite Patres Conscripti, nutum numénque vestrum inuictum Campanis, & iubete sperare incolumem Capuam futuram. Hoc eadem figura dictum est, qua Viuere vitam, & Seruire seruitutem.

ĀNNŬS, tempus est 365. dierum, & horarum circiter sex, quo Sol cursum suum conficit. {שנה *schanáh.* ἐνιαυτὸς, ἔτος. GALL. *An, année.* ITAL. *Anno.* GERM. Ein Jahr. HISP. *Año.* ANGL. *A yeare.*} Nominis ratio varia traditur. Quidam enim dictum existimant ab Am, circum, & no, fluo. Seruius ab anulo deducit, quòd in se redeat, quasi annulus. Ad quam originem etiam Virgilius alludere videtur, quum ait, Atque in sua per vestigia labitur annus. Nam mensibus in se currentibus voluitur. Sol enim per duodecim Zodiaci signa excurrens, annum conficit. Vnde apud Ægyptios, ante inuentas literas dracone picto suam mordente caudam indicabatur. Alij à verbo Græco ἀνανεόω deriuant, quod significat renouo, quia semper renouatur. Alij à Græco ἔτος, vnde & τριετὲς dicunt quod nos Trimum.

Prǽque tot annorum cursu quos anxius egi,

Ouid. 13. *Metam.* Quandiu id factum? hic annus incipit vicesimus. Plaut. *Capt. sc.3. a.5.* Istane emi anno (*depuis vn an, l'an passé.*) Idem *Men. sc.3. a.1.* Canities pulsis melioribus venerat annis, Ouid. *Eleg. vlt. lib.2. Trist.* Primus mihi cultus ab annis. Idem *El.4. lib.4. Trist.* Anno nouo hilarè se accipiebat. Senec. *epist.83* Namque senex vitæ peragit dum sæcula vitæ. Iam subeunt anni fragiles & inertior ætas. Idem *Eleg.8. lib.4.* Frumentum quod in hunc annum satis sit. Plaut. *Pseud. sc.2. a.1.* Vel ducentos annos poterunt viuere. *Ibid. sc.1. a.3.*

——*Tacito passu, labentibus annis,*

Ouid. *Eleg. vlt. lib.4. Trist.* Hic annus sextus est postquam huic rei operam damus, Plaut. *Men. sc.1. a.2.* Plus triginta annis natus sum. *Ibid.* Quot eras annos natus. *Ibid. sc. vlt. a.5.* Quem multis annis pòst conspicor, *Ibid.*

At mihi impendit per tot Telamonius annos & Sanguinis,

Ouid. 13. *Metam.* Annos ferent hæc multa. Fab.4. *lib.2.*

——*Oriente duce fertilis anni,*

Tibul. *lib.4.*

Hinc placidus nobis per tempora labitur annus,

Ibidem.

Cùm memor acceptos semper dolor admonet annos, ibid.

Multos annos est hanc domum possideo. Plaut. *Aulul. prolog.* Item,

——*Denuò demum pugnauimus anno,*

Ouid. 13. *Metam.* Æstu anni. Gell. *cap.10. lib.17.* Æstate anni noui. id est, vere. Idem *cap.1. lib.18.* Anno nouo delibabant opera sua. Senec. *Epist. 84.* De anni mensibus & vario numero, ac compositione, Plutarch. *in Numa.* Triplex autem olim fuit annus. Lunaris, triginta dies habens: Solaris, qui duodecim continet menseis, qui dicitur Solis anfractus, quum peractis trecentis sexaginta quinque diebus & quadrante, ad eadem syderum loca redit: qui etiam Annus vertens dicitur. Item Magnus annus, quem esse voluerunt omnibus planetis in eundem locum recurrentibus. Et hoc fit secundùm Ciceronis Hortensium, post annos duodecies mille, noningentos, quinquaginta quatuor solares. Anni verò quatuor sunt tempora, diuisa in ternos menseis. Ipsorum quoque temporum faciunt talem discretionem, vt primo mense, Ver nouum dicatur, secundo Adultum, tertio Præceps, vel extremum. vnde est, Extremæ sub casum hyemis. Idem quoque de æstate, autumno, & hyeme dicendum est. Annum primo Eudoxus, pòst Hipparchus, deinde Ptolemæus, ad vltimum Cæsar deprehendit. ¶ Annus Saturni (κρόνου ἐνιαυτὸς) à quibusdam dicitur, qui est quadraginta annorum. ¶ Annus mundanus, siue vertens, est magnus annus Platoni, qui conuersione mundi, id est, cæli (nempe octauæ sphæræ quod ἀπλανὴς) & plenæ vniuersitatis, efficitur, nempe post quindecim millia annorum peracta, quo temporis spatio octaua sphæra proprio motu circumuoluitur. Macrob. *commen. lib.2. c.11.* ¶ Annus Arcadum trimestris fuit. Ægyptij Lunæ senio annum terminabant, apud quos etiam singula millia annorum quidam vixisse produntur. ¶ Prouerbiali schemate dictum à Iuuenale in vetulam iam ἐξωρον quidem, & ad Veneris lusus prorsum intempestiuam, sed quæ verborum nequitiis puellam etiamdum ageret, Facies tua computat annos. Hoc est, frontis rugæ numerum annorum tuorum præferunt: quanquam libido nondum in te consenuit. ¶ Magnum os anni, μέγα στόμα τοῦ ἐνιαυτοῦ, dicebatur quoties vberior rerum prouentus, aut vilior annona animos & loquendi libertatem adderet, alioqui timidioribus. Solent enim rustici magnificentiùs loqui, largiúsque polliceri spe prouentus vberioris. ¶ Anno senior fio. Quoties aliquid nobis magnopere molestum significamus, senescere nos etiam vulgò dicimus. Arist. *in Ranis.* ¶ Semper superioris anni prouentus melior, Ἀεὶ τὸ πέρυσι βέλτιον, quum præsentia displicent, & anteferuntur acta. Diogenianus. Sumpta metaphora ab agricolis qui semper de præsentis anni fructibus queruntur apud dominos. ¶ Annum gerere, pro agere annum, apud Suet. *in Vespasiano.* Extinctus est annum gerens ætatis sexagesimum. Annos exuere, ponere exuuias, de serpentibus, cum leberidem, annuámque vernationem, deponunt. Tib. *lib.1. Eleg.4.*

——*Serpens nouus exuit annos.*

Ānnāles, dicuntur res gestæ, quæ de anno in annum in historias rediguntur, memoria publica. {דברי הימים *dirre haijamim.* χρονογράφια, χρονικά. GALL. *Annales, Chroniques.* ITAL. *Annale.* GERM. Jarbücher/ Chronicken in welche man verlauffne ding verzeichnet. HISP. *Cronica de tiempos.* ANGL. *Cronicles of thinges done frome yeare to yeare.*} Vnde Virg. 1. *Æneid.*

Et vacet annales nostrorum audire laborum.

Historia res gestas narrat, & ab ætatis nostræ memoria remotas. Cic. *lib.2. de Orat.* Erat enim historia nil aliud nisi annalium confectio. Libri annales. Gellius *cap.18. lib.5. & cap.11. lib.9.* Item Annales de viro priuato, Annalibus suis vir consularis inseruit. Suet. *in Tiber. c.61.* Senec, *cap.14. de Consol. ad Pol.* Ad fastos te & annales perducam publicos. Ouid. *Eleg.1. lib.2. Trist.*

Sumpserit annales, nihil est hirsutius illis.

Gellius sic habet *cap.10. lib.5.* Rectè annaleis historias appellaueris, sed non continuò quicquid historia fuerit, annales appellare possis, sunt enim vtræque rerum gestarum narratio. Earum propriè rerum sit historia, quibus gerendis interfuit is qui narrat: Annales verò, quum res gestæ plurium annorum seruato cuiusque anni ordine, memoriæ traduntur. Quum autem non per annos, sed per dies singulos res gestæ scribuntur, Diarium, ἐφημερὶς vocatur. Præterea historia non solùm res gestas longo ordine explicat, sed & consilia quibus gestæ sunt exponit, & conciones facit, & acies instruit, & situs locorum describit. Annales singulorum annorum gesta breuissimè notant. Vnde Annales Pisonis, & Salustij historias dicimus.

Ānnālis, & hoc Annale, quod ad annos pertinet. {ἐνιαύσιος. GALL. *Annuel.* ITAL. *Annale, annuale.* GERM. Das zu dem Jahr gehört. HISP. *Añal.* ANGL. *VVich perteyneth to the yeare yearlie.*} Vnde Legem annalem dixerunt, quæ præscribebat legitimam ad petendum magistratum ætatem. Cic. *de Legibus,* Ciuitatem annali lege seruanto. ¶ Dicitur & tempus annale, quod est vnius anni. Varro, Et quoniam tempora duorum generum sunt: vnum annale, quod sol circuitu suo finit: alterum menstruum, quod luna circumiens comprehendit. ¶ Annalis, in singulari pro Annalibus. Cicer. *Attic. lib.12.* Et vt scias me ita dolere, vt non taceam quibus coss. Carneades & ea legatio venerit Romam, scriptum est in tuo Annali. pro, in tuis annalibus. Sic Plinius *lib.7. cap.28.*

Ānnārĭŭs, a, um, idem quod annalis. Vt, Lex annaria ab antiquis dicebatur, qua præscribuntur annui magistratus capiendi, vt inquit Festus.

Ānnāre, Macrob. *Satur. lib.1. c.12.* Eodem quoque mense & publicè & priuatim ad Annam perennam sacrificatum itur, vt annare perennareque commodè liceat.

Ānnĕllĭs, Cic. 5. *de Finib.* Epicurei imaginem non modò in tabulis nostri familiares, sed etiam in poculis & in annellis habent.

Annicerij, Cic. 3. *Offic.* Annicerij philosophi ab Aristippo.

Ānnĭcŭlŭs, quod est vnius anni: vt, Anniculus puer, Annicula puella, Anniculum iumentum. {בן שנה *ben schanáh.* ἔτειος, ἐνιαύσιος, GALL. *D'vn an.* ITAL. *D'vn' anno.* GERM. Jährig/das eins Jahrs alt ist. HISP. *Cosa pequeña de vn año.* ANGL. *Of one yeare.*} Nec de animalibus tantùm, sed etiam de inanimatis: vt, Anniculæ vites. Plinius *lib. 13.* Ergo plantaria instituunt, anniculásque transferunt, & iterum bimas. De pueris tamen magis dicitur per diminutionem, & iis omnibus quæ adhuc incrementum accipere possunt. Vide Vallam *Eleg. lib.1. cap.5.*

Ānnĭfer, adiectiuum, ἐνιαυσιοφόρος. Plin. *lib.19. c.7.* Quædam & radice & semine, vt cæpa, allium, bulbi, & siquorum radicem anniferorum relinquunt.

Annilis, hoc annile, dicitur quasi senilis & ætate grandi, πολυετής. Col. *lib.2.* Parentem omnium terram sicut muliebrem sexum ætate annili confectam, progenerandis esse fœtibus inhabilem. Quanquam in castigatioribus exemplaribus non *annili* legitur, sed *anili*: quod etiam comparationi illi, quam ibi Columella ab ætate mulieris senio effœtæ, ad terræ sterilitatem transfert, multò est accommodatius. Satius itaque erit, nisi aliud testimonium afferatur, ab hac voce abstinere. Nam apud Colum proculdubio anilis legendum est vnico n. Est autem anilis, denominatiuum ab anus, idem significans quod ad anum pertinet, vt anilis fabula. anilis ætas, γραώδης.

Ānnĭuersārius, a, um, quod singulis annis statuto tempore reuertitur. {שנה בשנה *schanah beschanáh.* ἐτήσιος. GALL. *Qui se fait tous les ans, d'an en an.* ITAL. *Quelche si fa vna volta à l'anno.* GERM. Das vff bestimpte zeit Jährlich wider kompt/Jahrzeit. HISP. *Cosa de cada vn año.* ANGL. *That cometh euerie yeare, or yearelie.*} Cic. *in Verr.6.* Mercurius sacris anniuersariis colebatur. Scribit Valerius Maximus, quòd Antipater Sidonius poëta, omnibus annis, vno die natali tantùm corripiebatur febre, quæ idcirco anniuersaria dici poterat. Suet. *cap.8. de August.* Quasdam & anniuersarias, ac certo tempore recurrentes experiebatur.

Anniuersaria Æquorum arma vocat Liu. *lib.4. ab Vrb.* Sacrum anniuersarium. Idem *lib.5. d.4.* Item, Anniuersario peruigilio colere fortunam. Suet. *in Galba c.4.* Anniuersarium sacrificium excusat militem. Gell. *cap.4. lib.16.*

Ānnōnă, æ, Res frumentaria, res omnes quæ ad annuum victum reponuntur. {שבר *schéber.* σῖτος. GALL. *Prouision de viures pour vn an, viures ou autres choses de prouision pour vn an.* ITAL. *La viuanda ò vittuaglia di vn anno di ogni cosa.* GERM. Jährliche frücht. HISP. *Pan, trigo, ceuada y cada cosa para viuir vn año, vitualla.* ANGL. *The prouision of victailles for a yeare.*} Annona grauis vrebat populum. Velleius. Annona creuit (i. caritas Annonæ.) Cæs. *lib.1. de bell. ciu.* Annonæ arctioris. Suet. *in Tiber. c.8.* Certas decem mihi dant cum cara annona sit. Plaut. *Capt. sc.1. a.3.* Hoc enim nomine non solùm fruges comprehenduntur, verùm etiam omnia quæ annus suppeditat ad alimoniam nostram. Col. *lib.9.* Vel lactis annona permittit. Cic. *lib.2. de Diuin.* Putarem annonam in macello cariorem fore. Iuuen. *Sat.9.*

Hic optime nunquam cara est annona veneni.

¶ Annona etiam pro certa delimitáque annuorum cibariorum ratione vsurpatur à Lampridio. Alexander, inquit, medicis annonas binas & ternas dedit. Vnde etiam in Iurisconsultorum libris annonæ ciuiles appellatæ sunt, quæ & panes ciuiles alibi nominantur. Ex Lexico Hotomanni. ¶ Abusiuè pro ipso victu capitur. ¶ Annonam etiam veteres mensuram,

mensuram, vel annuam mercedem ac stipendium nominauerunt. Veget. *de re milit.* Torques aureus solidæ virtutis præmium fuit, quem qui meruisset, pro laudem duplas consequebatur annonas. ¶ Annona etiam pro pane capitur, sicut panis quoque pro annona: præsertim apud Iustinianum in *Authent. de non alien.* aut §. *hac rege.* Idem *l. vlt. C. de iur. dot. l. hac edictali §. hoc illud. C. de secund. nupt.* vbi fit mentio de annona ciuili, & de pane ciuili. Hinc

Annōtinus, a, um, adiectiuum ab annona, quod ad annonam pertinet: vt Naues annotinæ, quibus annona comportatur. σιτηγοί, ὁ σιτηγὸς ναῦς. Cæs. 5. *bell. Gall.* Multitudine nauium perterritæ, quæ cum annotinis priuatisque, quas sui quisque commodi caussa fecerat, amplius octingentæ vno erant visæ tempore. Quidam legunt Annonatinæ, sed mendosè.

Annōnārius, a, um, quod ad annonam pertinet. {σιτηρέσιος. GALL. *De viures.* ITAL. *Cosa pertinente al viuere di vn' anno.* HISP. *Cosa perteneciente à vitualla.* ANGL. *Perteining to vittailles.*} Vt, Lex annonaria, σιτωνικὸς νόμος, quam Clodius tulit, & summè popularis fuit. Vegetius Annonarias expensas vocat, eas frugum pabulique species, quas prouinciales militibus expendunt.

Annōsus, a, um, quod est vetustum, quasi multorum annorum. {נושן *noschan.* παλαιός. GALL. *Vieil, fort vieil.* ITAL. *Annoso, carico d'anno.* GERM. Alt wolbetagt. HISP. *Viejo de muchos años.* ANGL. *Olde. of many yeares.*} Vt, Annosa mater, Colum. *lib. 6. cap. 28.* Annosum Falernum, Mart. *lib. 6.* Annosa ornus, Virg. 2. *Æneid.* Annoso degit æuo, Plin. *lib. 4. cap. 12.*

Ecce anus in medijs residens annosa puellis,

Ouid. 2. *Fast.* Vsibus annosæ facta caduca moræ, idem 5. *Fast.* Item, Scilicet exiguis prodest annosa vetustas, idem *eleg. 2. lib. 5.*

Annositas. Cellensis *lib. 9. epist. 5.* Calamus quoque noster annositate & desuetudine quassatus, &c. raucè sonat, &c.

Annōtinus, {בן שנה *ben schanah.* ἐπέτειος, ἐνιαύσιος. GALL. *D'vn an.* ITAL. *D'vn' anno.* GERM. Jährig. HISP. *Cosa de vn año.*} quod est vnius anni. Colum. *lib. 4. c. 24.* Vngues custodum annotinos resecato.

Annŭus, a, um, quod vnius anni spatio continetur. {ἐτήσιος, ἐνιαύσιος. GALL. *Qui dure vn an, annuel.* ITAL. *Cosa d'vn' anno.* GERM. Das ein Jahrlang wereth. HISP. *Cosa de vn año.* ANGL. *That dureth one yeare.*} Sicut diurnum, quod diei. Cic. *Cassio lib. 5.* Ad hanc prouinciam, quam & senatus, & populus annuam esse voluit. ¶ Annuum quoque dicimus quod fit singulis annis. Virg. 1. *Georg.* — atque annua magnæ Sacra refert Cereri. ¶ Annua absolutè, dicuntur alimenta in singulos annos. Iuuen. Sunt quæ corporibus annua præstent. Suet. *in Tiber.* Peculio concesso à patre, prædictisque annuis fraudauit per speciem publici iuris. ¶ Annua, bima, trima die, vetus est locutio Iurisconsultis vsitata, pro anno, biennio, triennio. vide Hotom. Lexicon. Nisi petitus annuus conuenerit, mox in annum hunc quod sit satis. Plaut. *Pseud. 5. 2. a. 1.*

— *Tenderetque seges maturos annua partus,*

Tibul. *lib. 4.*

Ănōdynă, ἀνώδυνα, à medicis appellantur Pharmaca dolorem sedantia, quæ cruciatus quidem minuunt, partem autem affectam non sanant, sed sensum eius obstupefaciunt. Ab α priuatiuo, & ὀδύνη, dolor: littera euphoniæ gratia interiecta.

Ănōmălĭă, {שוה בלתי *bilti scheueh* ... ἀνωμαλία. GALL. *Inesgalité.* ITAL. *Di ugualità.* GERM. Vngleichheit. HISP. *Irregularidad, desigualdad.* ANGL. *Inequalitie, irregularitie.*} Inæqualitas, ἀναλογία. Gell. *lib. 2. cap. 25.* In Latino sermone, sicuti in Græco, alij Analogiam sequendam putauerunt, alij Anomaliam. ¶ Ἀναλογία est similium similis declinatio, quam quidam Latinè Proportionem vocant. ἀνωμαλία, est inæqualitas, declinationum consuetudinem non sequens. Hæc Gellius.

Ănōmălum, Inæquale, {ἀνώμαλον. GALL. *Inesgal.* ITAL. *Disuguale.* GERM. Das vngleich ist. HISP. *Desigual.* ANGL. *Vnequal, vnlike.*} Ab α sine, & ὁμαλός, æqualis. Anomalum etiam dicitur asperum, varium.

Anonis, quæ & Ononis. {ἄνωνις, ὀνωνίς. GALL. *Bugranes & bugrindes.* ITAL. *Bonagrà.* GERM. Ochsenbrech/harchechel/Stallkraut. HISP. *Gatilles, gatinos.*} Herba ex genere aculeatarum, quam recentiores herbarij *Restam bouis* appellant. Vide Dioscorid. *lib. 3.*

Ănōnymum, ἀνώνυμον, sine nomine & obscurum. ¶ Legimus autem populos esse in Africa Atlantes dictos, qui sunt anonymi, hoc est, sine proprijs nominibus, qui in vniuersum Atlantes tantum vocitantur. Hotom. memini. Plin. *lib. 5. cap. 8.*

Anormis, e, sine norma, qui aliorum normam non sequitur. {שלא במשפט *schelo bemischpat.* ἀνώμαλος. GALL. *Desreglé, desmesuré.* ITAL. *Senza regola.* GERM. On ordnung/on alle maß. HISP. *Irregular.* ANGL. *Without order or rule.*} Horat. 2. *Serm.*

— *Rusticus anormis, Sapiens, crassaque Minerua.*

Vide *Abnormis.*

Ănquīnă, Funis nauis, quo ad malum antenna constringitur, de qua Cinna, Atque anquina regit stabilem fortissima cursum. Vide *Anquina.*

Ănquīrĕrĕ, antiquum est verbum. {חקר *chakar* דרש *darásch.* ἀναζητεῖν. GALL. *Faire information ou enqueste, s'informer.* ITAL. *Informarsi, far inquisitioni.* GERM. Nachfrag haben/nach forschen/erforschen. HISP. *Buscar por informacion.* ANGL. *To make information or inquisition.*} Liu. 4. *bell. Pun.* Seu legibus, seu moribus mallet, anquireret: id est, vt vulgo loquimur, *faceret inquisitionem*, siue *informationem*: quod Cicero tum Quærere, tum Inquirere in aliquem dicit. Hæc Bud. Sed constat ex antiquorum monumentis hoc verbum idem esse quod accusare. Liu. *lib. 8.* Capite anquisitum ob rem bello malè gestam. Idem *lib. 26.* Quum Tribunus plebis bis pecunia anquisisset, & tertiò capitis se anquirere diceret. id est, Quum accusasset ad populum vt multa irrogaretur pecuniaria, tandem capitis accusare voluit, vt eum capite plecteretur. ¶ Item aliquando positum pro iudicare & quærere. Liu. *lib. 6.* Sunt qui Duumuiros, qui de perduellione anquirerent, creatos autores sunt. Vide Hotomani Lexicon in *Anquire.*

Ănsă, vasis auris, vt ... prominens, quæ sine manibus teneri solet. {אזן *ozen bacheueli.* λαβή. GALL. *Anse, ou courroye, par laquelle on tient quelque vaisseau, ou autre chose.* ITAL. *Manico d'ogni vaso.* GERM. Ein handthaben/ohr an einem geschirr. HISP. *Asidero ò corchete, macho y hembra.* ANGL. *The handle of a cuppe or pot.*} Virg. *in Sileno,*

Et grauis attrita pendebat cantharus ansa.

¶ Ansa quoque manubrium, vel quicquid omnino à toto corpore exit. Vnde ponitur quandoque pro fibula, seu fixula, quæ calceis insuitur. ἀγκύλη. Tibullus,

Ansaque compressos colligat arcta pedes.

¶ In catenis quoque ansæ vocantur annuli, ex quorum connexione tota constat catena. Prouerbiali figura dicitur, Ipse idem ansas venalis, ἐπὶ τὰς ἀγκύλας λαβὰς ἐλθεῖν, in eum qui ita irretitus est, vt quocunque se vertat, teneatur, nec explicare se possit. Plato *in Phæd.* & Lucian. *in Hermotimo.* ¶ Per translationem Ansa ponitur pro occasione. Cic. *de Amic.* Quinetiam necesse erit cupere, vt quam sæpissimè peccet amicus, quo plures det sibi tanquam ansas ad reprehendendum. Idem *pro Planc.* Si locus habet reprehensionis ansam aliquam. ¶ Hinc prouerbialiter dicitur, Ansam quærere, λαβὴν ζητεῖν, pro captare occasionem. Plautus *Persa,* Annon vides hunc ansam quærere. Sic Ansam præbere, λαβὴν παρέχειν. Aristoph. *in Lysistrat.* & Plat. *lib. de leg. 3.*

Ănsulă diminutiuum ab ansa. {לולאת *luláoth.* λαβίδιον. GALL. *Ansette, ou petite courroye pour tenir quelque chose.* ITAL. *Anella della catena.* GERM. Ein kleine handthaben. HISP. *Eslabon de cadena.* ANGL. *A litle handle of a cuppe.*} quo vtitur August. *lib. 8. Confess.* pro annulo quo fiunt catenæ, licet per translationem. Ex voluntate (inquit) peruersa facta est libido: & dum seruitur libidini, facta est consuetudo: & dum consuetudini non resistitur, facta est necessitas: quibus quasi ansulis quibusdam sibimet innexis (vnde catenam appellaui) tenebat me obstrictum dura seruitute. ¶ In calceamentis quoque ansulæ vocantur fibulæ, quibus ligantur. Valer. *lib. 8. cap. 13.* Mirificè & ille artifex, qui in opere suo moneri se à sutore suo de crepida & ansulis passus, de crure eum disputare incipientem supra plantam ascendere vetuit.

‖Ansarium, tributum promercalium. Buleng.‖

Ansātŭs, adiect. quod ansam habet. {ὁ λαβωτός. GALL. *Qui a anse par où on le puisse prendre.* ITAL. *Cosa di vn manico.* GERM. Das ein die oder ein handthaben hatt. HISP. *Cosa con ansas, ò asideres, ò corchetes.* ANGL. *That has an handle.*} vt, Vas ansatum. Columell. *lib. 9. cap. 15.* Ansatus homo. Plautus *Persa,* Subnixis alis me inferam atque amicibor gloriosè. r. Sed quis hic ansatus ambulat? Ansatum hominem ioco dixit, qui incedit vtroque brachio ansarum in modum ad latera applicato: hoc, vt ipse loquitur, qui subnixis alis sese infert. ¶ Ansatæ, iaculamenta cum ansis. Ennius *lib. 3.* & *5. annal.* Macrob. *lib. 6. Saturn. cap. 1.*

Ănsĕr, auis est nota. {כלב *GALL. Oye ou iars.* ITAL. *Oca, papero.* GERM. Ein ganß. HISP. *Ansar, ò pato, ò ganso.* ANGL. *A goose, a gader.*} Hæc nocturnas excubias celebrat: vigilias enim suas clangore testatur. Anseres olim publicè in Capitolio alebantur, quòd custodibus omnibus sopitis, Romanos ad defensionem arcis excitauissent, & arcem suis veluti excubiis, à Gallorum vi seruassent. Legen. Plutarch. *in Camil.* Æcius Cassius *ad Tiberium* apud Diomed. *lib. 1.* in *Adoleo*, maximum sacrificium vbi integrum anserem adoleuerunt. Anserum autem alij domestici, alij agrestes, de quibus Plin. *lib. 10. cap. 22.* ¶ Anser item nomen poetæ, quem Ouidius procacem vocat, *lib. 2. Trist.* Cinna quoque hic comes est, Cinnaque procacior Anser.

Ānsĕrīnus, a, um, quod ad anseris. {χηνεῖος. GALL. *De oye.* ITAL. *Cosa di oca.* GERM. Das zu der ganß gehört. HISP. *Cosa de ansar.* ANGL. *Of a goose or gander.*} Plin. Tubera & quæcunque emolliri opus sit, efficacissimo anserino adipe curantur.

Ānsĕrcŭlŭs, li, diminutiuum. {χηνάριον. GALL. *Oyson, petite oye.* ITAL. *Vn papero, pollo di oca.* GERM. Ein gänßle. HISP. *Pequeño ansar.* ANGL. *A goosling a litle goose.*} Colum. *lib. 8. c. 14.* Nec noceri possit exclusis ansérculis quos enecant vrticæ.

Antacæi, ἀντακαῖοι. Pisces sunt Delphinos magnitudine æquantes, quos ad Mæotin & Borysthenis ostia, in glacie effodi autor est Strabo *lib. 7.* Horum naturam vide apud Ælian. *lib. 13. c. 7.*

Antăchătes, ἀνταχάτης, gemma ex Achatæ generibus, myrrham redolens quum vritur, & ob id mulieribus grata. Plin. *lib. 37. cap. 10.*

‖Anta, ἄντα coram: & anti, ἀντὶ pro, vice, propter, contra. Voces quidem merè Græcæ: Latinis tamen sciendæ: quia ab anti sunt nonnullæ voces, familiariter Latinis acceptæ.‖

Āntæ, arum, tantùm pluraliter, ostiorum latera dicuntur. παραστάδες. à quibus Antepagmenta dicuntur ornamenta valuarum, quæ antis appinguntur, hoc est, affiguntur. Festus. ¶ Antes sunt extremi ordines vinearum, vnde etiam nomen trahunt Antæ, quæ sunt latera ostiorum. Idem. Antes sunt quadraturæ, vnde & Antæ dictæ, sunt quadræ columnæ. ¶ Anta in singulari legitur apud Vitruuium, & Antarius apud eundem *lib. 14. cap. 3.* His explicatis antarij fines ante laxi collocentur.

Āntæŏpŏlis, ἀνταιόπολις, Ægypti oppidum, cuius incolæ dicuntur Antæopolitæ. Steph.

Āntæŭs, cum diphthongo, & sine h, ἀνταῖος, Gigantis Libyci nomen, Neptuni ex terra filij, magno ac procero corpore: quippe qui in quadraginta cubitos excreuerit. Hic cum Hercule congressus, quoties membra labore defessa essent, tactu terræ recreabatur. Quare animaduersa Hercules, altè sublatum, terræ tactum prohibuit, pectoríque suo arctius astrictum, enecauit. Scribit Plutarchus, Sertorium Romanorum ducem, apud Tyngenam oppidum in sepulchro Anthæi cadauer inuenisse. Eusebius *in Chronicis* scribit, Antæum palæstricæ artis fuisse doctissimum, & quorumcunque certaminum, & ob id se arbitrari fictum quod fuerit filius Terræ, & quòd viribus testaretur ab ea. Antæi cadaueris prodigiosa magnitudo. Plut. *in Sert.*

Antalcides, fuit nomen proprium viri Lacedæmonij, qui præ cæteris visus est honore præstitisse. Plutarchus *in vita Pelopida.*

Āntănăclăsis, ἀντανάκλασις, ad verbum transferri potest, ex aduerso refractio. Figura, cùm id quod ab altero dictum est, non ea mente quæ dictum

dictum est, intelligitur: sed in aliam, aut contrariam accipitur. Vide Quint. *lib.8.cap.3.*

[Antanagoge, ἀνταναγωγή, retributio, compensatio. ἀνταγωγή est, ex aduerso productio.]

Antandrus, Ἄντανδρος, Phrygiæ vrbs ad meridiem posita, quam habitauere Leleges, finitimi Cilicibus. Virg. 3. *Æneid.*

——classemque sub ipsa
Antandro, & Phrygiæ molimur montibus Idæ.

[Antapocha, ἀντὶ ἀποχή, chirographum, quo creditor fatetur debitum creditori, aut quo quis se obligat, ex ἀντὶ & ἀποχή.]

Antapodosis, ἀνταπόδοσις, figura est, quum media primis & vltimis respondent: vt, Vestrum hoc factum reprehendo: p. c. Non meum, ac pulcherrimum quidem factum, verum, vt dixi, non meum, sed vestrum.

Antarcticus circulus, ἀνταρκτικὸς κύκλος, qui arctico ex diametro opponitur, terræque obiectu à nobis cerni non potest. Huius circuli centrum polus Antarcticus appellatur, qui Arctico polo oppositus est, & alio nomine Australis appellatur.

[Antarium bellum quod ante vrbem geritur. Fest.

Antarius, a, um, ad antes pertinens. Antarij funes, Vitruu. *lib.* 10. *cap.* 3. alites *antani* legunt. Philander forte, inquit, legendum ductarij.]

Antè, modò aduerbium, modò præpositio est. {קדם *kedhém.* GALL. *Parauant, auparauant.* ITAL. *Prima, innanzi.* GERM. Vorhin/zuvor. HISP. *Antes, delante.* ANGL. *Before, in times bygone.*} Aduerbium, quando nulli deseruit casui, & significat Antea, πρότερον. Virg. *Eclog.* 1.

Ante leues ergo pascentur in æthere cerui.

Hoc enim accidit multis præpositionibus. Nec mirum, quando aduerbiis etiam quibusdam liceat vim præpositionis assumere: vt, Pridie Calendas, pridie Nonas. ¶ Itaque Apud, Circum, Ante, Post, & reliquæ, tunc præpositiones iure appellantur, quando casibus adiunctæ transitionem facere ostenduntur, quod est proprium ipsarum: quando verò sine casibus ponuntur, sunt aduerbia. ¶ Sciendum quod Ante & Post, quum casibus præponuntur, accusatiuum exigunt: vt, Ante, Post annum, diem: quum verò casibus subiiciuntur, ablatiuum. Plaut. *in Asin.* Vix anno pòst exegi. Cic. *de natura deorum,* Ille multo ante lucem surrexit. Nisi malis dicere, ibi esse aduerbia. ¶ Ante præpositio, πρό, extra compositionem, quandoque personam, quandoque locum, quandoque tempus denotat: vt, Ante ora parentum, Ante templum, Ante duos annos. Abiunctæ paulò antè comæ. Catul. *de Coma Beren.* Vide quæ sim, & quæ fui ante. Plaut. *Mostel. sc.3.a.1.* Quid tibi hic ante ædes clamatio est? *Ibid. sc.1. a.1.* Euocate Erotium ante ostium. Idem *Men.sc.2.a.4.* Ante me ito inanis. Idem *Aul.sc.3.a.3.* Ludificasti eam ante ædes (i. in via.) Idem *Mil. sc.6.a.2.* Ante hunc diem non vidi. Idem *Men.sc.2.a.3.* Scito illum ante omnes minimi mortales pretij madidum nihili. Idem *Asin.sc.2.a.5.* Neque Athenas aduenit ante hesternum diem. Idem *Pseud.sc.4.a.2.* Ante diem quartum Kalendas tanquam inominalem diem plerique vitant. Gell. *cap.17.lib.5.* Certum est mihi ante tenebras persequi tenebras. Plaut. *Pseud.sc.1.a.1.* Heri ante dixeram omnibus, i. prædixeram, denunciaueram, *ibidem.* Ouid. *Eleg. vlt. lib.2. Trist.*

Qui, frater tribus antè quater mensibus ortus erat.

Suet. *in August. cap.96.* Ante præsenit. ¶ Composita plerunque significat sicut sonat, & componitur cum dictione incipiente ab A: vt, Anteambulo: à c, vt Antecapio: e, vt, Anteeo: f, vt, Antefero: g, vt, Antegradior: l, vt, Antelucanus: p, vt, Antepono: s, vt, Antesto. ¶ Ab Ante sunt deriuatiua, Antica, Anticum, Antes, Antenna, & huiusmodi. ¶ *Ante,* id tempus notat quod actum præcedit, post quod subsequitur communis Doctorum opinio, quæ sententia in actu momentaneo expeditum intellectum habet, sed in actu tractum habente, idem est: vt quum dicimus rem ante bellum tactam, intelligitur cœptam. Legatur Alc. *in l.2. ff. si cert. pet.*

Antea, Antehac, ante hoc tempus, superioribus diebus. {קדם *kédhem.* πρὸ τοῦ. GALL. *Par ci deuant, deuant ce temps là.* ITAL. *Innanzi, prima.* GERM. Voranhin/vor der zeyt. HISP. *Antes, ò delante.* ANGL. *In tymes bygone.*} Horat. *Epist.* 11.

——Pelli, nihil me, sicut antea, iuuat
Scribere versiculos amore percussum graui.

Antè alios, præ aliis in comparationibus locum habet, quum in vno aliquo, vel nonnullis aliquid inesse ostendere volumus, quàm in aliis omnibus. πρὸ τῶν ἄλλων. Virg. 11. *Æneid.*

Ille mihi ante alios fortunatusque laborum
Egregiusque animi.

Idem 5. *Æneid.*

O felix vna ante alias Priameia virgo.

Antèactus, participium ex Ante, & actus, Præteritus, superior, elapsus. {קדמוני *kadmoni.* GALL. *Fait deuant.* ITAL. *Cosa fatta innanzi.* GERM. Zuvor vollbracht/vergangen. HISP. *Cosa hecha delante.* ANGL. *Done before, bygone, past.*} Cic. *pro M. Marcello.* Ille quidem fructum omnis anteactæ vitæ hodierno die maximum cepit. Idem 5. *in Verr.* Nihil putas valere in iudiciis coniecturam, nihil suspicionem, nihil anteactæ vitæ existimationem.

Anteambulo, anteambulonis. {הולך לפני *holéc liphné.* προπομπός. GALL. *Escuyer allant deuant son seigneur.* ITAL. *Scudiero che camina auanti suo signore.* GERM. Ein knecht der vor seinem herrn hin trytet oder gehe. HISP. *Escudero que anda adelante.* ANGL. *An usher or treader that goeth before his maister or maistresse.*} ab Ante & ambulare, qui aliquem superiorem honoris causa præcedens comitatur. Matt. *lib.* 10. Anteambulones & togatulos inter. Centum merebis plumbeos die toto. Suet. *in Vespas.* Dum eum identidem per contumeliam anteambulonem fratris appellat.

Antecanis, à Cic. *de natura deorum,* dicitur sidus illud, quod à Græcis προκύων: inde nomen habens quod ante maiorem Canem exoritur. Hic, teste Higino, in lacteo circulo est defixus, pedibus æquinoctialem circulum tangens. Spectat ad Occasum, et post qui inter Geminos & Cancrum sit constitutus. Tres tantum habet stellas. Ab aliquibus Anticanis appellatur, sed illorum error ex Græcæ dictionis compositione facile deprehenditur.

Antecapio, præuenio, anticipo. {קדם *kiddém.* προλαμβάνω. GALL. *Preuenir, anticiper, preoccuper.* ITAL. *Preuenire, anticipare.* GERM. Voranhin nemmen/fürkommen. HISP. *Venir delante, preuenir.* ANGL. *To preuent, to preoccupie.*} Salust. Consul optimum factu ratus, noctem quæ instabat, antecapere, ne quid eo spatio nouaretur. Tacitus *lib.* 10. Qui pontem Mosæ fluminis anteceperat.

Anteceptus, participium, προληφθείς. Liu. *lib.5. ab Vrb.* Non loco castris antecapto, non præmunito vallo. ¶ Anteceptus etiam legitur, si locus mendo vacat. Cic. 1. *de nat. deor.* quam appellat πρόληψιν Epicurus, id est, anteceptam animo rei quandam informationem.

Antecapio, nis, Cic. *de nat. deor.* dixit, pro antecapta animo rei quadam informatione. Græci πρόληψιν vocant.

ANTECEDO, Præcedo, anteeo, præeo, & aliquando supero, excello. {קדם *kiddém* הותיר *hothir.* προηγέομαι. GALL. *Aller deuant, preceder.* ITAL. *Precedere, andare innanzi.* GERM. Voranhin gehn. HISP. *Ir ò estar delante.* ANGL. *To go before.*} D. Brutus *Ciceroni,* Biduo me Antonius antecessit, itinere multo maiore fugiens, quàm ego sequens. Cic. *pro Archia,* Celeriter antecedere omnibus ingenij gloria contigit. Virtute Agathocli regi antecessleris. Plaut. *Pseud. sc.5.a.1.* Nemo antecedat filio meo (i. anteponatur,) *ibidem.* Et cum accusatiuo rei. *Ibidem,* Virtutem regis Agathocli antecessleris.

Antecedens, participium, προηγούμενος. Plin. Antecedens annus. Cic. Antecedens dignitate. ¶ Antecedentis gradus homines qui lationis sunt dignitatis, quibus opponuntur inferioris gradus homines, à Marcello Iurisconsulto. D. *lib.23. tit.2. l.49.*

Antecessor, is, qui antecedit. {נגיד *naghidh.* πρόδρομος, πρόγονος. GALL. *Auantcoureur.* ITAL. *Quel che corre ò camina innanzi.* GERM. Vorgänger/vorlauffer/vorbott. HISP. *Antecessor, ò que esta delante.* ANGL. *That goeth before.*} Suet. *in Vitel.* Irruperant iam agminis antecessores, & singula rimabantur. ¶ Antecessor, priorem magistratum quoque significat, cui alter succedit. ¶ Item Antecessorum nomine, Iuris Doctores & Magistri à Iustiniano appellantur. Antecessores equites, Hircio *de bello Africo,* antecursores Cæsari πρόδρομοι.

Antecessio, nis, Præcursio, prægressio, προήγησις, πρόοδος. Cic. 1. *Offic.* Consequentia cernit, causas rerum videt, earumque progressus, & quasi antecessiones non ignorat.

Antecessum, siue Antecessum dicitur id quod prius datur, vt post aliquid recipiatur, πρόδομα. Senec. *lib.* 4. *de Benefic.* Vide apud me vt expensorum acceptorumque rationes distinguuntur. Ego quod cui debeam scio, aliis post longam diem repono, aliis in antecessum. Et *alibi,* Sed non ero difficilis, bene credi tibi scio: itaque in antecessum dabo.

ANTECELLO, præcello, antecedo, supero. An à κέλλω, vnde Celsus? an Cello pro cedo, siue Ceddo? {נצח *nitsſách.* ὑπερέχω. GALL. *Exceller, estre plus auancé.* ITAL. *Auanzare, vincere.* GERM. Fürtreffen/obertreffen. HISP. *Sobrepujar à otro, adelantarse.* ANGL. *To excell, to surmount aboue the an other.*} Cic. *pro Cornel.* Qui eloquentia cæteros antecellis. Idem *Offic.* 1. Omnes participes sumus rationis præstantiæque eius, qua antecellimus bestiis. ¶ Antecellor, pass. Author ad Herennium *lib.* 2. An ad pares, id est, in eisdem partibus animi, corporis, fortunarum positos: an ad inferiores, qui omnibus his rebus antecelluntur.

Antecellens, particip. ὑπερέχων. Cic. *pro Muræn.* Q. Catulum humanitate, sapientia, integritate antecellentem.

Antecœnium, cibus, qui ante cœnam sumitur: vulgò *Merenda.* {τὸ πρὸ δείπνου. GALL. *Le recinet ou goustier.* ITAL. *Merenda.* GERM. Das abende essen/abendbrot. HISP. *Merienda ò comida ante de la cena.* ANGL. *Meat before supper.*} Apul. *lib.2.* Prorsus gladiatoriæ Veneris antecœnia.

Antecursor, qui præcurrit, ab Ante, & cursor. {נגיד *naghidh.* πρόδρομος. GALL. *Auantcoureur.* ITAL. *Chi corre innanzi staffiere.* GERM. Vorlauffer. HISP. *Corredor, ò atajador del campo.* ANGL. *That runneth before.*} Cæsar 1. *bell. ciuil.* Ibi cum antecursoribus Cæsaris prælio commisso Idem 5. *belli Gallici,* Hora circiter tertia ab antecursoribus de Crassi aduentu certior factus, & 3. *de bel. ciu.*

Antedico, is, ere, Prædico, {προλέγω. GALL. *Predire, dire deuant.* ITAL. *Indouinare.* GERM. Vorsagen/weyssagen. HISP. *Dezir delante, adeuinar.* ANGL. *To say or speak before.*} Cic. 2. *de Diuin.* Hæc qui antedicuntur, quam rationem sequantur, vides.

Anteeo, Præcedo, præeo, præcello, antecedo, supero, tam datiuo, quàm accusatiuo iungitur. {קדם *kiddém* נצח *nitsſách.* προάγω, ὑπερέχω. GALL. *Aller deuant, preceder.* ITAL. *Andare innanzi.* GERM. Vorgehn/voranhingehn. HISP. *Ir delante.* ANGL. *To go before.*} Cicer. 2. *Offic.* Barbarum districto gladio iubebat anteire. Plaut. *in Amphitr.* Virtus omnibus rebus anteit. Cicer. *Offic. lib.1.* Cæteros virtute anteeunt. Sal. *in Iug.* Et quum omneis gloria anteiret, omnibus tamen charus erat.

Ante expectatum, siue Anteexpectatum, vna dictione (vt Seruio placet in illud Virg. Anteexpectatum positis dat in agmine castris) ponitur pro aduerbio temporis, & idem est quod Ante vel citius, quàm expectabatur. πρὸ τοῦ προσδοκηθῆναι.

ANTEFERO, Antepono. {קדם *kiddém.* προτιμάω. GALL. *Preferer, priser plus.* ITAL. *Anteporre.* GERM. Höher halten/vberschetzen. HISP. *Preferir.* ANGL. *To esteme better, to preferre.*} Cic. *Cæcin.* Quum iniquissimam pacem iustissimo bello anteferrem. ¶ Item pro eleuo. Paul. in vita Martini *lib.2.*

Antelatus, part. Prælatus. {קדם *mukdám.* προτιμηθείς, προκριθείς. GALL. *Preferé, esleué sur les autres.* ITAL. *Preferito, più stimato.* GERM. Höher gehalten/höher geschetzt für andere leut. HISP. *Antepuesto, puesto delante.* ANGL. *Preferred.*} Cic. *de petition. Consul.* Quum ipse cæteris omnibus esset honore antelatus.

Antefixa, dicuntur quæ ex opere figulino sua tectis affiguntur sub stillicidio, Festus.

Antegenitus, priore loco genitus, προγενής. Hinc

Antegenitalis, adiectiuum. προγονικός. Plin. *lib.7. cap* 55. At quantò facilius certiúsque, sibi quemque credere, ac specimen securitatis antea genitali sumere experimento.

[Antegerio, vide *Antigerio*.]

Antegredior, Præfero, præeo, {קדם *kiddém*. προηγέομαι, προέρχομαι. GALL. *Marcher deuant, preceder.* ITAL. *Andare innanzi.* GERM. Vorgehn, voranhingehen. HISP. *Andar delante.* ANGL. *To go before.*} Cic. 1 *Offic.* Quicquid est quod deceat, id tum apparet, quum antegressa est honestas. Idem *de nat. deor.* Lucifer Latinè dicitur, quum antegreditur solem.

Antehabeo, Præfero. {הקדים *hikdim*. προτιμάω. GALL. *Preferer, estimer plus.* ITAL. *Anteporre.* GERM. Höher halten. HISP. *Poner delante, antepo-ner.* ANGL. *To estime more, to preferre.*})(Posthabeo, postpono, Tacit. *lib*. 4. Ne diuulgata, atque incredibilia auidè acceptaueris, neque in miraculum corruptis, antehabeas.

Antehac, Ante hoc tempus, ante illud tempus. {קדם *kédhem*. πρότερον. GALL. *Par ci-deuant, auparauant.* ITAL. *Per adietro, nel passado.* GERM. Vor der zeyt, vormahlen. HISP. *Adelante.* ANGL. *Before this tyme, in tymes bygone.*} Terent. *in Andr.* Nam quod antehac fecit, nihil ad me attinet, id est, Ante hoc tempus, siue hactenus, vel vsque modò. Salustius. Sic erat accensa libidine, vt sæpiùs peteret viros, quàm peteretur: sed ea sæpe antehac fidem prodiderat, id est, Ante illud tempus: quemadmodum Posthac, non tantùm post hoc, sed etiam post illud tempus significat. Nemo antehac magis parcus habitus. Plaut. *Most. sc.* 1. *a.* 1.

Antelena, est anterior sellæ crepido.

[Antella, quasi ante sella, sicut postella, quasi post sella. Isid. *lib.* 20. *Orig. cap.* 16.]

Anteloquium, προλογία. Primus in loquendo locus, seu principatus loquendi. Macr. Huic assensi omnes. Prætextato anteloquium detulerunt, id est, primas loquendi vices, ait Budæus. ¶ Idem *Saturn. lib.* 1. *cap. vlt.* Philosophia quod vnicum est munus Deorum, & disciplina disciplinarum, honoranda est anteloquio.

ANTELVCANVS, a, um, quod est ante lucem. {ἀμφιλύκαιος, ἀωρόλογος. GALL. *Qui est, ou est fait deuant le iour.* ITAL. *Nanzi giorno.* GERM. Das früh vor tag ist. HISP. *Ante de la luz del dia.* ANGL. *That is done before day light.*} Cic. *M. Catoni*, Ex antelucano tempore vsque ad horam diei decimam, magna multitudine hostium occisa. Sic & Antelucanæ cœnæ. ¶ Antelucani flatus, ἀμφιλυκοι ἄνεμοι, venti sunt diluculò flantes, verno præsertim tempore, sole autem inualescente cadentes. Oriuntur ex vicinis fluminibus, aut conuallibus, aut ex sinu aliquo, neque vltra terræ conspectum feruntur.

Antelùculò, aduerb. quasi ante lucem. {לפני השחר *liphne hasch schàchar.* λυκαυγῶς. GALL. *Deuant iour.* ITAL. *Nanti giorno.* GERM. Vor taggeyt. HISP. *Antes del dia.* ANGL. *Before day ligth.*} Apul. 1. Optimum itaque factu visum est, anteluculò furtim euadere. ¶ Antelucio, pro antiluculò, apud eundem *lib.* 1. *Metam.*

[Antelunares, Arcades dicti. Proseleni, quasi ante lunam nati. Delrio.]

Antemalorum, hyphen est, id est, subunio, quia sub vno accentu duæ dictiones proferuntur. Est enim Vnitas quasi compositio. nam significat prætermissorum malorum. Sic apud Terent. Semper lenitas, pro perpetua lenitas. Virg. 1. *Æneid.*

Neque enim ignari sumus antemalorum.

Antemeridianus, quod est, vel fit ante meridiem. {προμεσημβρινός. GALL. *De deuant midy.* ITAL. *Nanzi mezzo di.* GERM. Vor mittag. HISP. *Cosa antes del medio dia.* ANGL. *That is before midday.*} Plin. *lib.* 36. *cap.* 15. Antemeridiano ludorum spectaculo edito. Cic. *Attic. lib.* 3. Antemeridianis tuis literis heri statim rescripsi. Hoc est, quæ mihi ante meridiem redditæ fuerant.

Antemissæ, arbores in re agraria appellantur, quas nonnulli ante possessionum suarum fines dimittere solent intactas, ex quibus neque lignum, neque frondem, neque cremium cædant, vt magnitudine cæteris antistent, & sic obseruationem finium præstent. Siculus Flacc. *cond. agror.* Frontin. *rei agrar.* Aggenus Vrb. *de limit.*

Antemnæ, ἄντεμναι, cum m, ante n, vrbs Sabinorum, quasi ante amnem dicta, quòd eam amnis præterfluat, de qua Virg. *lib.* 7.

Antemnæ Tegmina tuta cauant capitum.

Antemus, untis, ἀντεμοῦς, fluuius est Colchidis, Cotaros vrbem præterfluens. Plin. *lib.* 6. *cap.* 5.

Antenna, lignum transuersum in naui ad malum, cui velum alligatur: à circuntenendo dictum. {κεραία. GALL. *Le bois qui trauerse le mast du nauire, à quoy est liè le voile.* ITAL. *Antenna.* GERM. Die segelstang in einem schiff. HISP. *Antena de la nao.* ANGL. *The sayle yard.*} Plin. *lib.* 1. Non antennas solùm, verum ipsa nauigia contorta frangens. Virg. 3. *Æneid.* Cornua velatarum obuertimus antennarum. Ouid. *Eleg.* 4. *lib.* 5. *Trist.*

Effugit hybernas demissa Antenna procellas.

Antenor, ἀντήνωρ, Troianus fuit patriam prodidisse existimatus: quia & legatos, qui ad repetendam Helenam venerant, suscepit hospitio, & Vlyssem intra mœnia dissimulato habitu cognitum non indicauit. Capta Troia, adiunctis sibi Henetis & Paphlagonibus, in intimum maris Adriatici sinum sese contulit, ibique vrbem condidit non procul à mari, quam de nomine suo Antenoriam appellauit. Postea Patauium dictum est, & hodie Padua. De hoc Virg. 1. *Æneid.*

Antenor potuit mediis elapsus Achiuis,

Illyricos penetrare sinus.

Et paulo post:

Hic tamen ille vrbem Pataui, sedésque locauit Teucrorum.

& Liu. meminit *in principio lib.* 1. Ouid. 13. *Metam.*

Et mecum Priamum, Priamóque Antenora iunctum.

¶ Antenoreus, Adiectiuum: vt, Antenoreus lar, apud Mart. *lib.* 1. *ad Flacc.*

Anteoculos, πρὸ ὀφθαλμῶν. Minus est, quàm Coràm. Nam Coràm proximitatem significat. Ante oculos potest etiam de remotiore loco intelligi, modò extra conspectum non sit. Terent. *in Eun.* Quæ mihi hic ante oculos amatorem coràm adducit tuum.

ANTEOCCVPO, as, Præoccupo. {קדם *kiddém*. προκαταλαμβάνω. GALL. *Preuenir, anticiper.* ITAL. *Preuenire, preoccupare.* GERM. Zuvor einnemmen, fürkommen. HISP. *Tomar de primero, preuenir.* ANGL. *To preuente, to preoccupie.*} Cic. *in Orat.* Vt anteoccupet quod putat opponi.

Anteoccupatio, nis, Cic. *in Orat.* Erroris inductio, in hilaritatem impulsio, anteoccupatio.

Antepagmenta, sunt valuarum ornamenta, quod ante valuas appingantur, id est, alligantur: vel quod appingantur antis, seu valuis, παραστάδες. Cato *cap.* 14. Fullonicam vnam antepagmenta, vasa, torcula duo. Sunt qui legant *Antipagmenta.*

Antepilani, in Romana militia secundæ aciei milites erant scutati omnes, robustioris que ætatis, qui, quòd ferè ex optimatibus essent, & armis maximè insignes, etiam principes sunt appellati. Dicti autem sunt Antepilani, quòd ante Pilanos, hoc est, ante Triarios, qui pilis pugnabant, prælium capesserent. Ita enim apud Romanos, teste multis in locis Liuio, acies instruebatur, vt primo loco hostes aggrederentur manipuli hastatorum ex flore iuuenum pubescentium collecti: qui si hostem propulsare non possent, sensim retrocedentes à principibus scutatis, quos Antepilanos vocari diximus, in interualla ordinum recipiebantur, principesque in eorum locum succedebant: hastati autem post eos subsequebantur. Si à principibus quoque non satis feliciter esset pugnatum, à prima acie ad Triarios paulatim referebantur, vnóque facto agmine, iam nulla spe post se relicta, vnà omnes in hostem procedebant. Ex his itaque Triarij, qui nouissimi prælium inibant, Pilani dicti sunt, quòd pilis præcipue in bello vterentur. Erat autem Pilum teli genus longum pedes quinque & semis, Romanis familiare: quemadmodum Sarissæ Macedonibus, & Gæsa Gallis. Principes verò scutati, qui ante hos in acie consistebant, Antepilani dicti sunt. Hæc ferè Liu. *lib.* 8. *ab Vrbe condita.*

[Antepirrhema, quod opponitur epirrhemati. id vide.]

Antepono, is, Ante aliquid pono. {הקדים *hickdim.* προτίθημι. GALL. *Mettre deuant.* ITAL. *Anteporre.* GERM. Voranhin setzen. HISP. *Poner delante.* ANGL. *To put before, to preferre.*} Plaut. *in Curc. sc.* 1. *a.* 3. Quid antepones Veneri à ientaculo? Idem *Men. sc.* 2. *a.* 2. Bonum anteponam prandium pransoribus. ¶ Sæpe ponitur pro præfero, antefero & priorem duco, προτιμάω. Cic. *in Lælio*, Vt amicitiam omnibus rebus anteponatis.

Antequam, Aduerbium, Priusquam. {קדמת *kadhmàth* בטרם *betérem.* πρὶν ἤ, πρὸ ἤ. GALL. *Deuant que, auant que.* ITAL. *Auanti che, prima che.* GERM. Ehe dann. HISP. *Antes que.* ANGL. *Before that.*} Hoc modò iunctum legitur, modò disiunctum, aliquo scilicet interiecto. Iunctum construitur cum subiunctiuis. Cic. 1. *Philipp.* Antequam de Repub. P.C. dicam. Disiunctum cum indicatiuis. Virg. 4. *Æneid.*

Ante pudor quàm te violo, &c.

Autor est Diomedes. Illa tamen differentia (nisi forte corrupta sunt autorum loca) non semper obseruatur. Cic. *pro Muræna.* Antequam pro Muræna dicere instituo. Idem *Attico.* Antequam discedimus. Virg. 1. *Georg.* Ante nouis rubeant quàm prata coloribus. Cic. *pro Rab.* Quæ causa ante mortua est, quàm tu natus esses.

[Anterides, ab ἀντερείδω innitor. Vide *Erismata.*]

Anterius, Antehac, vel prius, ἔμπροσθεν. Fit enim ab ante: sicut à post Posterius, & à sub, Subterius. quo vsus est Boëthius. Sidon. *ad Domitium*, Quænam potissimum anterius caulibus nostris culina fumaret.

Antetermini, qui circum terminos prouinciæ habitant, Festus πρόσοροι.

Anteros, ôtis, ἀντέρως. Veneris est & Martis filius: cuius meminit Cic. *lib.* 3. *de nat. Deor.*

Anterotes, ἀντέρωτες, gemmæ sunt ex generibus amethysti: de quibus Plin. *lib.* 37. *cap.* 9.

Antes, ἄντες, mons est Achaiæ, non procul ab Argis. Plin. *lib.* 4. *c.* 5.

Antes, nomen ab ante deductum, quo significantur eminentes lapides, siue vltimæ columnæ quadratæ, quibus sustinetur fabrica, παραστάδες. Nonius tamen simpliciter antes quadratas esse scribit: antas verò columnas quadratas. Hinc dicti videntur Antiani magistratus in vrbibus, qui semestrem magistratum exercent: qui, velut antes columnæ, totius vrbis onera sibi incumbentia sustinent. ¶ Antes etiam dicuntur primi ordines vitium: sic dicti, quòd antè stent, & se primos offerant. Virg. *lib.* 2. *Georg.*

Iam canit extremos effœtus vinitor antes.

Antesignanus, miles qui ante signum in acie collocatus, signorum, hoc est, vexillorum propugnator, siue defensor. {דגול *dagbul.* προμαχος. GALL. *Qui marche en bataille deuant le port' enseigne ou le guidon.* ITAL. *Capitano di bandiera, Gonfaloniere.* GERM. Der vor dem fänlin oder panier stehe vnd streyt. HISP. *Alferez.* ANGL. *One nixt the standerd to defendit, that goeth before the standerd.*} Nam signum pro vexillo militari ponitur. Liu. 4. Signa nunc resistentia deseruntur ab antesignanis, nunc inter suos manipulos recipiuntur. Signifer est, qui vexillum fert. Liuius *ibidem*, Itaprimo statim prælio, quum Dictator equitatu immisso antesignanos hostium turbasset, legionum inde signa inferri properè iussit, signiferúmque ex suis vnum cunctantem occidit.

Antesto, as, Præsto, antecello. {יתיר *ethir.* προΐσταμαι. GALL. *Estre deuant, estre plus auancé.* ITAL. *Stare innanzi.* GERM. Den vorgang haben, fürtreffen. HISP. *Estar delante.* ANGL. *To be in greater honour or valour.*} Cic. *de Inu.* Omnibus corporum viribus antesteterunt. Gell. *cap.* 9. *lib.* 12. Qua in re quanto vniuersi me vnum antestatis. Idem *ibidem*, Qui & viribus & magnitudine, & adolescentia, similque virtute cæteris antestabat, id est, antecellebat: sed hoc per translationem: nam propriè significat sicut sonat. Vnde Antistes & Antistita, de quibus infrà.

Antestor, aris, teste Budæo, vetus est Iurisconsultorum verbum, significans accipere in testem. Apud veteres enim qui aduersarium, qui vades dare nollet, in ius pertrahere volebat, priùs aliquem de præsentibus antestabatur, hoc est, attestabatur, vel testem capiebat, eius attingens auriculam, & sic interrogans, Licétne antestari? illo autem respondente, Licet: tum iniecta manu aduersarium in iudicium rapiebat. Solos autem liberos antestari fas erat: serui autem testes esse non poterant. Ad hoc alludit Horat. *lib.* 1. *Serm. Sat.* 9. quum ait, — quò tu turpissime? magna Exclamat voce, & licet antestari? ego verò

Oppono auriculam: rapit in ius. Hanc etiam iuris solennitatem elegantissimè depinxit Plautus *in Persa*, Age (inquit ibi Saturio) ambula in ius leno. DORP. Quid me in ius vocas? SAT. Illic dicam apud Prætorem: sed ego in ius voco. DORP. Nonne antestaris? SAT. Tuan' ego causa carnifex cuiquam mortali libero aureis atteram. Idem *Curc. sc. 2. a. 5.* P. Ambula in ius. T. Non eo. P. Licet antestari? T. Non licet. P. Intestatus viuito. Mox, Seruum antestari? Sequitur, At ego, quem licet, te antestor. *Ibidem*, Seruum antestari? (sub. æquúmne est?) Quare autem antestantes testium aures apprehendamus, docet Plin. *lib. 11. cap. 45.* Est (inquit) in aure ima memoriæ locus, quam tangentes antestamur.

Antĕuĕnĭo, Præuenio. {קדם *kiddém*. προφθάνω. GALL. *Anticiper, venir deuant vn autre.* ITAL. *Venire innanzi.* GERM. Fürkommen. HISP. *Venir delante.* ANGL. *To preuent, to come before.*} Salust. *in Iugurth.* Ac per tramites occultos exercitum Metelli anteuenit. Plaut. *in Trinummo*, datiuo iunxit, pro Coràm, siue obuiam venio: Tempori huic hodie anteueni. ¶ Anteuenire est etiam alicui malo nobis imminenti occurrere. Plaut. *Mil. sc. 2. a. 2.* Viden' hostes tibi adesse? Et paulò pòst, Anteuenito aliquà alios. Anteuenire per metaphoram pro antecellere, præstare. Plaut. *Casin.* Omnibus rebus ego amorem credo & nitoribus nitidis Anteuenire. Salust. *in Catil.* Etiam homines noui, qui antea per virtutem soliti erant nobilitatem anteuenire, furtim & per latrocinia potius quàm bonis artibus ad imperia & honores nituntur.

Anteuentuli, vide *Antia*.

Antĕuertŏ, Præuenio, præuerto, anteuenio. {קדם *kiddém*. φθάνω. GALL. *Deuancer, anticiper.* ITAL. *Anticipare, trapassare chi camina.* GERM. Fürlauffen, fürkommen. HISP. *Preuenir, ò anticipar.* ANGL. *To preuent.*} Cic. *in Lal.* Id ipsum quum tecum agere conarer, Fannius anteuertit, id est, præuenit. ¶ Anteuertere, præferre, præponere. Plaut. *Bacch.* Rebus aliis anteuortam Bacchis quæ mandas mihi. Quasi dicat, Cætera omnia posthabeo tuis mandatis. mihi mœrores anteuertunt gaudiis. Plaut. *Capt. sc. 1. a. 4.*

Antĕuŏlo, as. {προϊπταμαι. GALL. *Voler deuant.* ITAL. *Volare auanti.* GERM. Vorauhin fliegen. HISP. *Volar delante.* ANGL. *To flee before.*} Virg. 9. *Æneid.*

——— *antevolans tardum præcesserat agmen.*

Antĕuŏrta, Dea est Romanorum quòd futura prospiceret. Vide *Postuerta*.

Antĕurbānus, a, um, quod est vrbi propinquum. προάστειος. Vnde Anteurbana prædia dicuntur, vrbi propinqua. Festus.

Antexpectātum, vide *Ante expectatum*.

Anthalium, ἀνθάλιον, malum est rotundum, magnitudine mespili, in locis Ægypti arenosis nascens, non procul à Nilo, quod bellariorum vicem in secundis mensis apud Ægyptios obtinet. Vide Plin. *lib. 20. c. 15.* Theophrastus, Anthali malum vocat, ab Anthalo planta, in qua nascitur, quam Plin. cyperi folia habere tradit.

Anthana, ἄνθανα Stephano, vrbs est Laconica quæ ita dicta ab Anthe Neptuni filio: vt ex Philostephani sententia tradit Stephanus.

Antharis, Rex Longobardorum, Theolindæ maritus, quum sex regnasset annos, insidiis domesticorum apud Ticinum extinctus est venenato poculo. Autor Paulus Diaconus *de rebus gestis Longobardorum.*

Anthēdōn, ἀνθηδών, mespili arboris genus, pomum ferens minus cæteris, sed odore præstantius, & quod diutius seruetur. Flos amygdalæ similis, folium magna ex parte fissum, quod antequam decidat, valde rubescit. Non fuit in Italia hæc arbor Catonis tempore. Vide Plin. *lib. 15. cap. 20.*

Anthedon, ἀνθηδών, vrbs est Bœotiæ, habitata quondam Thracibus, de qua Pomp. & Strab. *lib. 9.* Nomen habet (vt Stephanus existimat) ab Anthedone Neptuni pronepote, aut certè ἀπὸ τοῦ πασῶν ἀνθηροτάτην εἶναι, hoc est, quod omnium floridissima sit. Sita est in extremo littore Bœotiæ, è regione Eubœæ insulæ. Vnde Homerus ἀνθηδόνα ἐσχατόωσαν, hoc est, vltimam, vel extremam Anthedonem appellat.

Anthemion, ἀνθεμίων, vir Troianus, Simoisij pater. Autor Hom. *lib. Ilia. 4.* De Simoisio, vide suo loco.

Anthĕmĭs, ἀνθεμίς, insula est Thraciæ adiacens, quæ & Imbrasus aliquando vocata fuit, & Parthenia à Parthenio fluuio: notiore nomine Samothrace appellatur. Strab. *lib. 10.* ¶ Itèmque herba fœniculi folio, ab ἄνθος flos. quam nonnulli Leucanthemida, alij Leucanthemum, nonnulli Melanthemon vocant. Hanc medici recentiores barbare *Camomillam* vocant. Ruellius *lib. 3. c. 60.* & Plin. *lib. 22. c. 21.*

Anthemusia, ἀνθεμουσία, oppidum est Mesopotamiæ, ad Aborram flumen situm. Strabo *lib. 16.*

Anthericeum, ἀνθερίκειον. Balsami genus tenui & capillacea coma. Antherices enim Aristæ dicuntur.

Anthericus, ἀνθέρικος, scapus est, siue caulis Asphodeli herbæ: quam Hastulam regiam quidam hodie appellant. Vide Plin. *lib. 22. cap. 22.* ¶ Huius herbæ caules Herodotus antherices vocat, teste Suida: quos & tenaciores ait esse, quàm vt frangi queant. Hinc locus factus Prouerbio, Anthericum metere, ἀνθέρικον θερίζειν. Quadrat in eum, qui laborem inanem ac sterilem caperet.

Anthĕus, ἀνθεύς, cum h, Antenoris filius fuit, quem Paris amauit & imprudens interfecit. Quo nomine etiam dictus est vnus ex Æneæ ducibus, de quo Virg. Anthea Sergesthúmque vocat.

Anthēă, ἄνθεια, vrbs fuit propinqua Pylo, sub ditione Agamemnonis, vna earum, quas ille Achilli obtulit, vt secum in gratiam rediret, vt scribit Hom. *lib. Iliad. 9.*

Anthias, ἀνθίας, piscis nomen est, qui circa Chelidonias Asiæ insulas capitur: cuius naturam vide apud Plin. *lib. 9. cap. 59.*

Anthĭnum mel, ἄνθινον μέλι vocatur, quod vere factum est. quoniam ex floribus faui construuntur, quos Græci ἄνθη appellant. Mel verò æstiuum vocatur ὡραῖον, quod Græci omneis fructus æstiuos nominant ὡραῖα, quoniam id tempus per excellentiam Horam vocant.

Anthium, ἄνθιον, oppidum Thraciæ, de quo sic Plinius *in Thracia descriptione.* Astice regio, inquit, oppidum habuit Anthium, nunc est Apollonia.

Anthō, ἀνθώ, fuit Amulij Albanorum regis filia.

Anthŏres, nomen est proprium viri, de quo Virg. *lib. 10. Æneid.*

Egregium Anthorem latus inter & ilia figit,
Herculis Anthorem comitem.

Anthŏs, ἄνθος, vnus ex filiis Neltoris est, & Latinè Flos interpretatur. Hinc carduelis Anthus dicitur quod flore pascatur. Vide *Anthus.*

Anthrax, nomen est coqui. Plaut. *in Aulul.*

Anthrax, {גחל *ghechal*. ἄνθραξ. GALL. *Charbon, ou anthrax.* ITAL. *Carbone, carboncino.* GERM. Ein kohlen. HISP. *Carvon ó carbuncio.* ANGL. *A coale.*} Latinè carbo. ¶ Est & anthrax, gemmæ nomen pretiosissimæ rubræ & translucidæ, ita dicta ab ignitis carbonis similitudine: vnde & à Latinis Carbunculus dicitur. ¶ Hoc præterea nomine medici vocant vlceris genus (teste Galen. *lib. 6. de composit. medic. secundum genera*) celeriter crustam faciens, cum vehementi totius circumstantis particulæ inflammatione.

Anthrăcites, ἀνθρακίτης, gemma est, in qua veluti scintillæ ignis discurrere videntur. Plin. *lib. 37. cap. 7.*

Anthrăcĭnus, ἀνθράκινος, color niger, à carbone, quòd carboni similis sit: siue quòd huiusmodi color fiat ex tritis in mortario carbonibus. Varr. *de vit. pat.* propinquæ adolescentulæ, etiam anthracinis proximo amiculo nigello, capillo demisso sequuntur luctum.

Anthriscus, siue Anthriscum, ἄνθρισκον, herba est Scandici adeò similis, vt eadem videri posset, nisi tenuioribus & odoratioribus foliis ab ea distingueretur. Peculiaris eius laus est, quòd fatigato Venere corpori succurrat, iàmque senio marcescentes coitus excitet, & alba fœminarum sistat profluuia. de hac Plin. *lib. 20. cap. 15.*

Anthrōpŏgraphus, ἀνθρωπογράφος, dictus & Dionysius, quòd nihil aliud quàm homines pinxerit. Plin. *lib. 35. cap. 10.*

Anthrōpŏmorphŏn, ἀνθρωπόμορφον, à Pythagora dicta est herba quædam somnifera, quam alio nomine Mandragoram appellamus: ab humana nimirum forma imposito nomine, quam radix eius vtcunque videtur imitari.

Anthrōpŏphagi, ἀνθρωποφάγοι, populi Scythiæ, qui humana carne vescuntur. Hi populi sunt ad Orientem ac Septentrionem Massagetis vicini, circa quos tristissima solitudo, & mare, quod Thabin vocant. Vide Plin. *lib. 4. c. 12.* & *lib. 6. c. 30.* & Geil. *cap. 4. lib. 9.*

Anthus, ἄνθος, Arist. *Hist. lib. 8. c. 3.* Florus Gazæ, φλέως Suidæ, auis est pulchri coloris, magnitudine fringillæ, circa amnes ac paludes degit. Hæc aduentu equorum herbæ pabulo pulsa vt iniuriam vlciscatur, hinnitum irridendo imitatur. Plin. *lib. 10. c. 42.* ex Aristotele sic describit, Est quæ equorum quoque hinnitus, Anthus nomine, herbæ pabulo aduentu eorum pulsa imitatur, ad hunc modum se vlciscens. Rursus *c. 74.* Ægithum verò Anthus in tantum odit, vt sanguinem eorum credant non coire, multisque ob id infament veneficiis.

Anthrōpŏmorphitæ, ἀνθρωπομορφῖται, dicti sunt, qui simplicitate rustica Deum, ἀνθρωπόμορφον esse, hoc est, humanam formam, & membra habere arbitrabantur. Vnde & Anthropomorphitica hæresis.

Anthyllă, ἄνθυλλα, Ægypti vrbs est, autore Herod. *lib. 2.* quæ reginæ in calceamenta dabatur.

Anthypophŏră, ἀνθυποφορά, figura est apud Rhetores, quam Quintilianus subiectionem vocat, quum tacitè aduersariorum obiectioni occurrimus, eorúmque nobis dicta, sententiásque proponimus in hoc tantùm, vt illis respondeamus. de hac Iul. Rufian. *lib. 2.*

Anthyllĭŏn, ἀνθύλλιον, herba est lenti simillima, quæ in vino pota, vesicam vitiis liberat, & sanguinem sistit, Plin. *lib. 26. cap. 8.*

Anthyllis, ἀνθυλλίς, herba est chamæpityos similitudine, flore purpureo, graui odore, radice intubi. Plin. *lib. 26. cap. 8.*

Antĭă, ἀντία, vxor fuit Prœti Argiuorum regis, Abantis filij.

Antĭă lex, dicebatur quam Antius Restio tulit: quæ licet optima esset, luxuriæ tamen obstinatione nullo abrogante oblitterata est, propter quod Restionem ipsum tradunt, quandiu postea vixit, foris non cœnasse, ne legem à se latam contemnere videretur. Vide Macrob. *lib. 3. cap. 17.*

Antĭæ, siue Anthiæ, arum, & Anteuentuli, Apuleius *Floridorum lib. 1. de Apolline*: Iam primum, inquit, crines eius præmulsis anthiis, pronissis capronis anteuentuli & propenduli. Sunt muliebres capilli, in fronte demissi, quòd ante faciem siti sint. {צמה *tsammáh*. ἀντίαι. GALL. *Cheueux des femmes.* ITAL. *Capelli de donne.* GERM. Der weybern haar so vornen an der stirnen. HISP. *Copete de los cabellos de muxeres.* ANGL. *Heare in wemens forehead.*}

Antiades, ἀντιάδες, à Paulo Ægineta dicuntur tonsillæ, quum in tumorem obdurauerunt, cibi, potúsque & spiritus viam præcludentes.

Antiatæ, ἀντιᾶται, dicti sunt populi Italiæ, qui Antium vrbem Latij maritimam incolebant. Apud hos fuit insigne Fortunæ templum, quam Antiatem Fortunam vocauere. Horat. *lib. 1. Carm.*

O diua, gratum quæ regis Antium.

¶ Antiates plurimùm classe valebant. Vide Tit. Liu. 1. *dec. lib. 6.*

Antĭbacchĭŭs, ἀντιβάκχειος, pes Bacchio contrarius. Constat ex duobus longis & vltima breui: vt, Natura.

Antibacchæ, insulæ sunt in sinu Æthiopico, Bacchis oppositæ, quarum meminit Plin. *lib. 6. cap. 29.*

¶Antibasis, vide *Basis*.

Antibibliam pignus librorum, codex pro Codice. Gloss. Isid. ἀντὶ βιβλίον. ¶

Antĭcă, vide in dictione *Postica*.

Antĭcanthărŭs, ἀντικάνθαρος, à quibusdam appellatur flos, quem Romani Lilium agreste vocant.

Anticanus, vide *Antecanis*.

Antĭcătēgorĭă, ἀντικατηγορία, Latinè dici potest Recriminatio, siue mutua accusatio: & est genus controuersiæ iudicialis. Quint. *lib. 3. cap. 11.* Adiecerunt quidam numero mutuam accusationem, quæ ἀντικατηγορία vocatur.

Antĭcătōnēs, ἀντικάτωνες, dicti sunt duo libri, quos Cæsar contra Catonem scripsit. Suetonius, Reliquit & de Analogia duos libros, & Anticatones totidem. Iuuen. *Sat. 6.*

——— *quæ psaltaria penem*
Maiorem quàm sint duo Cæsaris Anticatones, Intulerit.

Nomen est compositum ex Græco & Latino. Nam (vt Quintilianus inquit) ex peregrino & nostro componuntur dictiones, vt, Epitogium, & Anticato.

Anticellum, herba est lenti simillima, quæ & Anthyllion dicitur. Plin. *lib.22.cap.19.*

Antichresis, ἀντίχρησις, mutuus vsus, vt verbi notatio declarat. Sic enim is contractus dicitur, quo pignus ita datur, vt quoad debitor satisfaciat, eo creditor vsuræ nomine vtatur, fruatur. Hotom.

Antichristus, i, ἀντίχριστος, vox Theologicis scriptoribus notissima, significans Christi aduersarium, Pseudochristus. Licet differant Antichristus & Pseudochristus. Vox enim Antichristi latius patet quàm nomen Pseudochristi, quia Christo aduersari potest, qui tamen sese pro Christo non venditet: hunc Apostolus nomine celeratissimi hominis designauit.

Antichthones, ἀντίχθονες, populi qui habitant in Zona hyemali. {GERM. Die leut auff dem Erdtrich so vnß entgegen stehn vnd wohnen.} Hos Martianus seiungit ab Antœcis & Antipodibus, qui Zonam nobis aduersam & contra pedes nostros habitant. Pomponius tamen videtur Antichthones pro Antipodibus accipere.

Anticipo, as, Ante capio, ante occupo, præuenio. {קדם kiddém. προλαμβάνω, προκαταλαμβάνω. GALL. *Anticiper, s'auancer de prendre, occuper deuant.* ITAL. *Anticipare.* GERM. Vorkommen. Zuvorkommen. HISP. *Anticipar venir delante.* ANGL. *To preuent.*} Vit. in Rosis.

Strictior Eoos præcesserat aura iugales,
Æstiuum suadens anticipare diem.

Cic. *Attic.* Quid igitur proficis, qui anticipas eius rei molestiam, quam triduo sciturus sis? Suet. *in Tib.c.61.* Anticipare mortem.

Anticipatio, nis, verbale. {קדמה kadmáh. πρόληψις. GALL. *Anticipation.* ITAL. *Anticipatione.* GERM. Zuvorkommung. HISP. *Anticipacion obra de venir delante.* ANGL. *Anticipation, preuenting.*} Cic. 1. *de natura Deorum,* Quæ est enim gens, aut quod genus hominum, quod non habeat sine doctrina anticipationem quandam deorum, quam appellat πρόληψιν Epicurus, id est, anteceptam animo rei quandam informationem: sine qua nec intelligi quicquam, nec quæri, nec disputari potest. Anticipatio à Seruio dicitur figura, quæ Græcè πρόληψις. Vide *Prolepsis.* Alij præsumptionem vocant.

Anticites, Ἀντικείτης, Amnis Sarmatiæ Asiaticæ, non procul à Rhombite minore in Mæotim influens. Strabo *lib.11.*

Anticlea, Ἀντίκλεια. Fuit mater Vlyssis, quæ quum duceretur ad Laërtæ nuptias, ab Sisypho latrone, Æoli filio, capitur & adulteratur. Alij dicunt quum Laërtæ iam nupsisset, & ad oraculum pergeret consultura, captam à Sisypho latrone, & vt multi putant, ex eo Vlyssem concepisse. Quod Aiax apud Ouid. 13. *Metam.*

——— *vitio vertit Vlyssi,*
——— *& sanguine cretus Sisyphio.*

Anticragus, Ἀντίκραγος, mons Lyciæ, Crago oppositus, teste Strabone *lib.14.*

Anticus, a, um, adiectiuum, vt posticus. Hinc veteres anticas vocabant fores templorum, vel ædium anteriores, vt posticas posteriores, autor est Cornutus *in Pers. Sat.1.*

Anticyra, Ἀντίκυρα, Insula ad sinum adiacens Maleacum, & OEtam montem, cuius meminit Strabo *lib.9.* vbi, autore Plinio, helleborum tutissimè sumitur. Ouid. *lib.4. de Pont.*

I, bibe, dixissem, purgantes pectora succos,
Quicquid & in tota nascitur Anticyra.

Vnde quoties insanum hominem significare volumus, Anticyra eget: aut, Nauiget Anticyras, πλεύσειεν εἰς Ἀντικύρας, prouerbialiter dicimus. Horatius eleganter nouauit adagij quasi faciem, quum ait *in Serm.* Nauiget Anticyras. Quibus verbis Stoicum insanum significat. Idem, Si tribus Anticyris caput insanabile, nunquam tonsori Licino commiserit. Suet. *in Calig.c.29.* ¶ Est & Anticyra ciuitas iuxta Cyrrham in Phocide regione, in Corinthium conuersa sinum, ab Anticyreo quodam, Herculis ætate, Cyparissus ab Homero dicta. Hanc alij Anticyrrham appellant, duplicato r. Videtur enim inde nomen accepisse, quòd sita in promontorio in mare excurrente, è regione Cyrrhæ.

Anticyricon, ἀντικυρικόν, Sesamoidis herbæ species, similis Erigeronti, quæ in Anticyra insula crescit.

Antidea, pro antea. Liu. *lib.32.* Sic, Interidea, pro interea. Glossæ, Indoteridia, ἐν τῷ μεταξύ.

Antideo, pro ante eo. Plaut. *Casinâ, Cistellariâ, & Persâ.*

Antidhac, i. antea. Plaut. *Amphitr.* Salutare aduenientem me solebas antidhac. Idem *Aulul. sc.5.a.2.* Cui in re tali subuenisti antidhac. Item, Nam tu me antidhac summum habuisti comitem consiliis tuis. Idem *Pseud. sc.2.a.1. & sc.1.a.1.*

Antidora, Remunerationes quæ à nobis pro acceptis pecuniis redduntur. {שלום shillum. ἀντίδωρα. GALL. *Recompense d'vn don, la pareille.* ITAL. *Remuneratione, guiderdone.* GERM. Widergeltung, ein Gegenschenck. HISP. *Galardon.* ANGL. *The recompensation of an gift.*} Vlpianus *tit. de petition. hæreditatis,* Plane si antidora acceperunt, dicendum est eatenus locupletiores factos, quatenus acceperunt, velut genus quoddam quod esset permutationis.

Antidosis, ἀντίδοσις, Latinè Retributio: significat enim quicquid ex aduerso datur, ab ἀντιδίδωμι, retribuo.

Antidotum, Remedium quod contra venena, aut morbos quos timemus datur, vulgo præseruatiuum vocant. {תרופה terupháh. ἀντίδοτον. GALL. *Contrepoison, dragme, breuuage contre vn autre.* ITAL. *Rimedio contra veneno.* GERM. Artzney wider gifft. HISP. *Medicina contra ponçona.* ANGL. *A remedie or drink against venume.*} ex ἀντὶ καὶ δίδωμι, id est, Contra, & do: nam contraria contrariis curantur. Quintil. *lib.7.* Tyrannus suspicatus à medico suo datum sibi venenum, torsit eum. Et quum is dedisse se negaret, accersit alterum medicum. Ille datum ei venenum dixit, sed se antidotum daturum. Antidotum aduersus Cæsarem. Suet. *in Calig. c.29.* Antidotum obijcere. Idem *in Ner. c.13.* ¶ Dicitur & Antidotus, genere fœminino. Gell. *lib.17.c.16.* Huius regis antidotus celebratissima, quæ Mithridatios vocatur.

Antifactum, pro lucro dotali.

‖Antigena, ὁ προγενής, ante genitus. Gloss. vetus.‖

Antigenes, Ἀντιγένης. Nomen pastoris rustici, apud Virgilium in *Daphnide,*

At tu sume pedum, quod, me quum sæpe rogaret,
Non tulit Antigenes.

Antigenidas, Ἀντιγενίδης, autore Suida, Thebanus musicus, tibicen, Philoxeni discipulus, qui primus calceamentis Milesiis lasciuioribus vsus fuisse dicitur. Huius meminit Plin. *lib.16.c.36.* Hic etiam, vt autor est Cic. *in Bruto,* discipulo frigenti ad populum ait, Mihi cane & Musis. de eo vide Gellium *lib.15.c.17.* & Valer. *lib.3.c.7.*

Antegerio, seu Antegerio, veteres pro Valde, & pro statim vtebantur, quasi antequam res gereretur. Festus. Item pro oppido, Fab. *lib.8.*

Antigone, Ἀντιγόνη, OEdipodis Thebanorum regis filia, quæ patri cæco à Creonte in exilium acto, se viæ ducem præbuit: fratribúsque suis Polynici & Eteocli mutua cæde interemptis, contra Creontis edictum, funebre officium præstitit: ob quam pietatem postea vnà cum Argia Polynicis coniuge iussu tyranni est interfecta. Hæmon quoque nobilis adolescens, qui mutuo eius amore tenebatur, sua sese manu ad tumulum eius iugulauit. ¶ Fuit etiam hoc nomine vna filiarum Laomedontis, quam quum formæ suæ fiducia nimis arrogantem reddidisset, à Iunone in ciconiam mutata est. Vide Ouid. *lib.6. Metam.*

Antigonia, Ἀντιγόνεια, oppidum Troadis, Romanorum colonia, quæ & Troas, & Alexandria dicta est, Plin. *lib.5.cap.33.* & Strabo *lib.13.* Est præterea eiusdem nominis oppidum in Arcadia, non procul à Tegea. Plin. *lib.4.cap.6.*

Antigonus, Ἀντίγονος, nomen proprium regis Macedonum, qui ob multa sua in Græcos beneficia Euergetes est dictus. Nam quum Cleomenem Lacedæmoniorum regem prælio vicisset, Spartámque cepisset, militem victorem ab omni iniuria continuit, pristinámque ciuitati libertatem restituit.

‖ΑΝΤΙΚΑΤΗΓΟΡΙΑ, rescriptio. Contraria accusatio. Item rescriptum. Scriban.‖

Antigraphus, {ἀντιγραφεύς. GALL. *Contrerolleur.* ITAL. *Contrascrittore.* GERM. Zinsschreiber, Rentschreiber. HISP. *El que debuxa sacando de otra cosa.* ANGL. *A contreroller.*} Dicitur, cui id muneris iniunctum, vt obseruet pecuniam, quam in vsum principis, vel ciuitatis collegerunt exactores. Hos Cicero Custodes appellat *in oration. pro lege Agraria contra Rullum, & de reditu suo.* & Vlpian. *lib.3. de administr. tutor.* Budæus *in Annotationibus.*

Antigraphum, ἀντίγραφον, dicebatur Antigrapheorum nota, siue diuersum exemplar.

‖Antilegomena, ἀντιλεγόμενα, contradicentia.‖

Antilena, {חזה chazeh. προστηθίδιον. GALL. *Poitral de cheual.* ITAL. *Pettorale.* GERM. Ein brustriemen. HISP. *Petral de bestias.* ANGL. *A peitrell for an horse.*} Qua pectus iumenti cingitur: sicut Postilena, quæ sub cauda ponitur.

Antilepsis, ἀντίληψις, Græcè dicitur, quam Latini intercessionem, vel interiectionem nominant.

Antilibanus, Ἀντιλίβανος, mons est Libano oppositus, non procul à Sidonio mari incipiens, & ad montes Arabiæ desinens, qui sunt supra Damascum. Vide Strab. *lib.16.*

Antilochus, Ἀντίλοχος, Nestoris filius maior natu, quem in bello Troiano Memnon Auroræ filius interemit. Vnde patris prece motus Achilles Memnona occidit. Ouidius autem vult ab Hectore fuisse occisum Antilochum. Ita enim ait in Epistola Penelopes: Siue quis Antilochum narrabat ab Hectore cæsum, Antilochus nostri causa timoris erat.

Antilogia, ἀντιλογία, dici potest contradictio, refragatio, vel quasi contraria oratio.

Antimachus, Ἀντίμαχος, Colophonius poëta Græcus. Is quum poëma quoddam obscurum in auditorio recitaret, atque omnes, præter Platonem, quòd minimè illud intelligerent, discessissent: Plato, Mihi, inquit, pro omnibus. Hæc Cicero. De eodem Plutarchus *in Lysandro.* Hic aggressus belli Thebani materiam vigesimumquartum volumen impleuit antequam duces Thebas vsque produceret. ¶ Antimachos quoque alios duos Suidas ponit, alterum Ægyptium, patria Hieropolitanum, qui Cosmopœiam heroico carmine conscripsit, alterum poëtam Melicum cognomento Psecam. ¶ Fuit item præter hos etiam alius Antimachus Troianus, qui donis Alexandri, auróque corruptus, impedimento fuit, quò minus Helena redderetur: quin pro concione Troianos hortatus est, ne Menelaum, dum legatus ad eos in vrbem venisset cum Vlysse, redire ad suos sinerent: sed in vrbe asseruarent, trucidaréntque. Hom. autore *lib. Iliad. 11.* Plaut. *Aul. sc.6.a.5.* Antimachus pater Lyconidis.

‖Antimathon, contra mortem, ab ἀντὶ contra, & מות moth mors Hebr.‖

Antimelon, {דודאים dudhaim. ἀντίμηλον. GALL. *Mandragore.* ITAL. *Mandragora.* HISP. *Mandragola.* ANGL. *A mandragore.*} Herba est Dioscoridi, quam alio nomine Mandragoram appellamus.

Antimensia sunt, quæ hodie nobis dicuntur Aræ, id est, quadræ marmoreæ, quæ seruiunt loco sacrarum mensarum.

‖Antimeria, ἀντιμερία, partis vnius pro alia positio, ab ἀντὶ pro, & μέρος pars. Nomen figuræ apud Grammaticos.‖

Antimetabole, ἀντιμεταβολή, Latinè dici potest, Ex aduerso mutatio: figura qua verba declinata repetuntur: vt, Non vt edam viuo, sed vt viuam edo.

‖Antimonium, aliter stibium, quod vide.

Antinaulum, census nauis impositus ab Alexio Comneno. Nicetas. Buleng.‖

Antinomia, ἀντινομία, duarum legum contrarietas, pugna. Quint. *lib.7. cap.8.* Proximum est de legibus contrariis dicere: quia inter omnes artium scriptores constat, in antinomia duos esse scripti & voluntatis status, &c.

Antinoea, Ἀντινόεια Stephano, vrbs Ægypti, ita dicta ab Antinoo Adriani amasio, vt scribit Hieronymus *in Iouinianum.*

Antinous, Ἀντίνοος, nomen vnius ex procis Penelopes, apud Ouid. *in Epist. Penelopes.* ¶ Fuit præterea Antinous, puer quidam Bithynicus, tanta formæ elegantia, vt Adrianus Cæsar, qui illum adamabat, templum ei apud Mantineam constitueret, & vrbem quandam Ægypti Antinoeam à nomine eius appellauerit. Hæc Pausanias.

Antiochia, {חמת chamath. Ἀντιόχεια.} Syriæ vrbs est, ad Orontem fluuium sita, totius regionis caput, à Seleuco Nicanore condita, & à patris sui nomine Antiochia appellata, vt tradit Strabo *lib.15.* Stephanus

Byzantius duodecim alias enumerat eiusdem nominis vrbes, quarum vnam collocat in Lydia, & ab Antiocho Epiphane ita nominatam existimat. ¶ Alteram in Mesopotamia, quæ & Mygdonia, & Asibe appellatur: in qua Apollophanes Stoicus, & Pharnuchus Persicæ historiæ scriptor nati dicuntur, vulgò, *Aleppa*. ¶ Tertiam in Pisidia constituit, cuius meminit & Strabo *lib.* 12. ¶ Quartam inter cauam Syriam & Arabiam, Semiramidis opus. ¶ Quintam in Cilicia, ad Pyramum fluuium. ¶ Sextam in Pieria, quæ & Arados à Syris appellatur. ¶ Septimam ad Callirhoem lacum. ¶ Octauam ad Taurum montem, in Comagena regione. ¶ Nonam in Scythia. ¶ Decimam in Caria, quæ & Pythopolis fuit appellata. ¶ Vndecimam in Margiana, ab Antiocho Sotere conditam. ¶ Duodecimam eandem facit cum Tarso Ciliciæ oppido. Hinc Antiochenus, & Antiochensis, ἀντιοχεὺς, ϰαὶ ἀντιόχειος.

Antĭŏchūs, ἀντίοχος. Nomen secundi regis Syriæ, Seleuci filij huius nominis primi, qui Soter cognominatus est, & regnauit annis XX. ¶ Secundus Antiochus, huius filius dictus Achios, regnauit annis XX. veneno ab vxore Laodicea extinctus. ¶ Tertius Antiochus Galericus. ¶ Antiochus quartus, Rex, cognomento Magnus, regnauit annis XXXVI. Dictus est etiam Hierax, quòd accipitris more in rapiendis alienis vitam duceret. Hic Ptolemæum Philometorem prælio superauit. ¶ Quintus Antiochus Syriæ rex, dictus nobilis, siue illustris, qui regnauit annis XI. Hic Hierosolymam destruxit, & multa mala intulit Iudæis. ¶ Sextus Antiochus Syriæ & Asiæ rex, dictus est Eupator. ¶ Fuit & alius Antiochus Ascalonita, Philosophus, Ciceronis Brutique præceptor.

Ăntĭŏpă, ἀντιόπη, Nyctæi filia fuit, & vxor Lyci Thebanorum regis. Hinc quum Iupiter in Satyrum mutatus compressisset, Lycus repudiauit, vxoremque Dircem superinduxit, quæ Antiopam in carcerem coniecit. Verum instante partus tempore, illa ruptis vinculis in Cithæronem montem se recepit, vbi & Amphionem & Zetum peperit: qui à pastoribus inuenti & educati, maternæ iniuriæ vltores extiterunt, Lyco cum Dirce vxore interfecto. Vnde locus factus Prouerbio, Antiopæ luctus, Ἀντιόπης ϑρῆνος. Dici consueuit vbi quis immerens calamitatibus affligitur, deinde malis eximitur. Alij paulò aliter tradunt hanc fabulam, Lycum non maritum Antiopæ, sed fratrem Nyctæi.

[Antior, i. e. excruciator. Fest.

Antiosa, ὀρχήστρια, id est saltatrix. Gloss. Item Antium πῖϑων, ὀρχήσεως: qui genit. ab antes. Ergo ab ordine vitium positarum saltatio.]

Antipagmenta, vide *Antepagmenta*.

Antiparastasis, ἀντιπαράστασις, figura est frequens Demostheni & Ciceroni, habens confessionem quandam coniunctam cum maiore infitiatione. Sic Demosthenes aduersus Leptinem, vbi docuit etiam apud maiores in vsu fuisse, vt viris fortibus præmia persoluerentur, postea ostendit, se sine causæ detrimento, eius contrarium posse confiteri, neque ex eo sequi, immunitates illa ætate viris de republica bene meritis concessas, sine manifesta aliqua culpa esse eripiendas, nisi ostenderet aduersarius, idem quoque à maioribus esse factitatum. Sic etiam Cic. *in Orat. pro Rabirio Perduellionis*, vbi ostendit falsum esse, Rabirij manu occisum esse Saturninum, subdit, Si integrum sibi esset, libentissimè se hoc confessurum, & meritum eo nomine præmium petiturum, quòd ciuem seditiosum è medio sustulisset.

[Antipascha, septimana secunda post Pascha Pentecostaria. Lex. gr. b.]

Antipater, ἀντίπατρος, nomen proprium poëtæ Sidonij, seu ex Tyro Phœnicæ, Stoicæ sectæ, qui post Panætium de officiis scripsit. Hic quo die natus fuit, eodem quotannis febre laborauit. Et quum diu vixisset, postquam ætatis suæ tempus destinatum appropinquasset, eo die & eodem morbi genere consumptus est. Hic Antipater nobili epigrammate in Sappho, decimam inter Musas eam cooptat. Ex tempore innumerabiles penè versus faciebat, vt testantur Cicero & Quintilianus. ¶ Antipater alius, Iolai filius fuit, è Paliura ciuitate Macedoniæ, miles Philippi, deinde inter Alexandri duces, & regni successores, discipulus & ipse Aristotelis, vir præter scientiam rei militaris litteratissimus, vt tradit Suidas. De hoc Antipatro sic scribit Plutarchus: Antipater successor Alexandri in regno Macedoniæ, post bellum Atheniensibus illatum, legatis ad eum de pace venientibus, quorum princeps erat Xenocrates, respondit se in amicitia permansurum, si sibi Demosthenes, & Hyperides dederentur: si eius præsidium in Munichiam, id est, Athenarum arcem recepissent: si denique absumptam in eo bello pecuniam, acceptaque damna resarcirent. Quibus illi conditionibus consenserunt. ¶ Item Antipater Tyrius, Philosophus Stoicus, & Catonis Vticensis præceptor, vt author est Plutarch. *in Cat.* ¶ Alius item Tarsensis philosophus, vt idem autor est. ¶ Fuit præterea Antipater Herodis regis pater, Ascalonita, vir maximus & potentia præditus, de quo Volaterranus *in historia Hierosolymitana*. ¶ Fuit & Antipater Hieropolitanus, Sophista nobilis, præceptor liberorum Seueri principis, cuius etiam res gestas scripsit, ac eidem magister epistolarum fuit, vt est autor Philostratus. ¶ Fuere & alij eius nominis, inter quos fuit Cassandri Macedonum regis filius.

Ăntĭpătēs, ἀντιπάτης, gemmæ nigræ species, non translucentis, quæ in lacte decocta, id myrrhæ simile facit. Plin. *lib.* 37. *c.* 10.

Ăntĭpăthīă, ἀντιπάϑεια, naturalis rerum differentia, siue repugnantia: ad verbum sonat contrapassionem, cui opponitur Sympathia, συμπάϑεια, quæ mutuam quandam rerum inter se cognationem significat. Plin. *lib.* 32. *c.* 1. Quod ad repugnantiam rerum attinet, quam Græci antipathiam vocant, nihil est venenatius vnquam, quàm in mari pastinaca. Idem *lib.* 34. *c.* 15. A rubigine vindicatur cerussa & gypso, & liquida pice. Hæc est temperatura à Græcis antipathia dicta. Est igitur antipathia, inter ea, quæ veluti naturali quodam odio inter se dissident: vt brassica antipathiam quandam habet cum vite. Contra ostrea & conchæ sympathiam habent, quod plenilunio plenæ sunt, & decrescente luna decrescant.

Ăntĭpĕlārgĕsis, & Antipelargosis, siue Antipelargia, Remuneratio, mutua beneficiorum compensatio. {[illegible] ἀντιπελάργησις, & ἀντιπελαργωσις. GALL. *Recompense du pareille.* ITAL. *Retributione de beneficij.* GERM. Widergältung der empfangnen gutthaten. HISP. *Retribucion del bien hecho.* ANGL. *The lyk recompensation.* } Græci enim ἀντιπελαργεῖν vocant, de nobis bene meritis officiorum vicissitudine respondere. Sumpta est metaphora à ciconiis, quas illi πελάργους vocant. Illis enim naturalis quædam pietas insita est, qua parentes senio defectos alunt, & quum sub hyemem mutanda sedes est, eos inter se medios recipiunt, & deficientes alis sustinent. Quod etiam Latini quidam ad imitationem Græcorum Ciconia vocauerunt.

[Antipelargia, ἀντιπελαργία, beneficij relatio.]

Ăntĭpĕrĭstăsis, ἀντιπερίστασις, Latinè circumobsistentia, reciprocatio compressio vndique circumfusa, per quam vbi calidum est, inde frigus expellitur: vbi frigidum est, inde calor expellitur. Hinc putei per hybernum tempus calent, quia illò se calor contulit, cedens frigori superiora possidenti.

[Antiphasis figura, ἀντίφασις, vt antiphrasis. ἀντίφημι contradico.]

Ăntĭphătēs, ἀντιφάτης, Rex fuit Læstrygonum, Melampodis, seu, vt alij volunt, Lami filius, qui Formiarum oppidum condidit. Hic cum cæteris Læstrygonibus humana carne vescebatur. Politianus, Et Lamium Antiphaten, & virgam, & pocula Circes. Dicitur & Antiphateus, alius filius nothus Sarpedonis, vt est apud Virg. *lib.* 9.

Et primum Antiphatem, is enim se primus agebat
Thebana de gente nothum Sarpedonis alti.

Hic Æneam in Italiam sequutus à Turno Rutulorum rege occisus est.

Antiphellus, ἀντίφελλος, oppidum Lyciæ apud Plin. *lib.* 5. *c.* 27.

Antipherna, ἀντίφερνα, iuncto ex ἀντὶ, & φερνὴ, nomine: dicuntur apud Iurisconsultos ea, quæ maritus constante matrimonio vxori suæ quasi remunerandæ dotis causa largitur. Hotom.

Antiphon, ἀντιφῶν, Rhamnusius orator antiquus, Athenis præcepta dicendi tradidit, teste Quintiliano: quo neminem melius orauisse causam capitis, quum se ipse defenderet, locuples est author Thuc. *lib.* 8. huius meminit Cicero *in Bruto*.

Antiphus, ἄντιφος, Priami filius ex Hecuba, quem Agamemnon vnà cùm Iso fratre, sed illegitimo thoro nato, in bello Troiano interfecit. ¶ Antiphus, filius Thessali, & nepos Herculis, qui cum fratre Philippo dux triginta nauium cum aliis Græcis ad Troiam nauigauit, vt est apud Hom. *lib. Iliad.* 2.

Ăntĭphōnă, ἀντιφωνή. Vox reciproca duobus choris alternatim psallentibus. Antiphonas Græci primi composuerunt, & apud Latinos sanctus Ambrosius instituit. Ex hinc in cunctis regionibus Occiduis vsus increbuit.

Ăntĭphrăsĭs, ἀντίφρασις, Sermo per contrarium intelligendus, vt Parcæ, quia nemini parcant. Sic Manes, quòd non sint boni: Manum enim antiqui bonum dicebant.

Antipodes, ἀντίποδες, dicuntur terræ incolæ, qui contra nos positi sunt contrariis vestigiis, vel qui aduersa nobis, vt Cicero loquitur, vrgent vestigia. Cic. 4. *Acad.* Nonne etiam dicitis esse è regione nobis, è contraria parte terræ, qui aduersis vestigiis stent contra nostra vestigia, quos Antipodas vocatis? ¶ Declinatur Antipus, tipodis, vel antipodos. De his copiosè Ioachimus Vadianus *in Melam*.

Antipolis, ἀντίπολις, apud Ptol. vrbis nomen est in Gallia Narbonensi, Galli pauculis literis immutatis, etiam hodie *Antiblam* vocant.

Ăntĭpŏphŏră, vide *Antypophora*.

Ăntĭptōsĭs, ἀντίπτωσις, figura est quando casus pro casu ponitur: vt, Vrbem quam statuo vestra est. Componitur enim ex ἀντὶ pro, & πτῶσις casus, à πίπτω, cado.

Antipyrgus, ἀντίπυργος, vrbs Libyæ est Marmaricæ, quæ eadem esse creditur, quam vulgò *Lucho* vocant.

ĂNTĪQUŪS, vetus, priscus, ab Ante & xuum, vt Varroni placet. {קדמון *kadmon* עתיק *hattik* ישיש *jaschisch*. ἀρχαῖος, παλαιός. GALL. *Ancien, antique, vieux ou vieil.* ITAL. *Antico.* GERM. Alt. HISP. *Antiguo e viejo.* ANGL. *Ancient, olde.*} Virg. 2. *Georg.*

——— *antiquásque domos auium.*

Vir antiquus & grauis. Velleius. Plaut. *Mostell. sc.* 2. *a.* 2. Scelus iamdiu factum antiquum & vetus. Antiquum adeò id nunc factum inuenimus. Item. Alcmenam Iupiter redigit antiquam coniugis in concordiam. Idem *Amph. sc.* 2. *a.* 1. Cum vxore antiqua in gratiam redi. *Ibid. sc.* 1. *a.* 5. Antiquis adolescens moribus. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 1. Antiquum poëtam audiui scripsisse. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 5. Amicitia est antiqua (mihi cum illo.) Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Fricari se ex antiquo volunt. Idem *Pseud. sc.* 7. *a.* 4. (i. de more veteri.)

——— *Antiquas miscuerátque comas* Canities,

Ouid. *Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.*

Rugaque in antiqua fronte senilis erit.

Idem *Eleg.* 7. *lib.* 3. *Trist.*

Neque prima neque antiquius habuit.

Velleius. ¶ Quoniam verò quæ antiquiora sunt ferè meliora esse consueuerunt, vt mores, vinum, & similia factum est, vt antiquum pro probo, bono, & simplici dicamus. Terent. *in Andr.* Pol Crito hospes, antiquum obtines. Cicer. *pro Sext. Rosc.* In qua maliciæ vestigia antiqui officij remanent. Sic & antiquius dicimus, pro meliore, chariore, potiore, πρεσβύτερον, προτιμότερον. Cicer. *ad Attic. lib.* 1. Nihil mihi antiquius nostra amicitia est. Idem 2. *de Inuen.* Qui pauperes sunt, iis antiquior officio pecunia est. ¶ Antiqui homines, pro optimis & probatissimis. Idem *pro Rosc. Amerino*, Vsque adeò autem ille pertimuerat, vt mori mallet quàm de his rebus Syllam doceri. Homines antiqui, qui ex sua natura cæteros fingerent. ¶ Antiquus etiam dicitur, qui nobis ex longo & diuturno tempore coniunctus est, vt Antiquus amicus, antiquus hospes. Plaut. *Bacchid.* ¶ Antiquum pro Pristino. Terent. *Adelph.* Eandem illam rationem antiquam obtine. ¶ Antiquos pro Iudæis accipit Chrysol. serm. 38. ¶ Prouerbialiter dicimus per antiquum diem, Διὰ παλαιᾶς ἡμέρας: de re admodum obsoleta, priscáque. Refertur à Diogeniano. Prouerbium illi, quod hodie non indecte iactatur in scholis Philosophorum, Magno Platonis anno. ¶ Antiquus tamen & Vetus, ita à Corn. Frontone distinguuntur *in differen. vocab.* vt Antiquum dicatur id, quod memoriam etiam Patrum excessit: Vetus verò id, quod multorum annorum est, aut meminimus.

Ăntĭquārĭŭs, a, um, qui verba ab vsu remota, & commentarios Pontificum & vetustissima fœdera, & exoletos scrutatur autores, vt ex his contrahat,

contrahat, quæ non intelligantur, vtque quædam solus scire videatur. {φιλάρχαιος. GALL. *Curieux de l'antiquité.* ITAL. *Amatore del l'antiquità.* GERM. Der mit fleiß alte wort braucht, die niemanden versteht. HISP. *Amador de las antiguedades.* ANGL. *A fauorer of antiquitie.*} Iuuenal. *Satyr.6.*

Ignotosque mihi tenet antiquaria versus.

Suet. *in August.* Cacozelos & antiquarios pari studio spreuit.

Antiquitās, vetustas. {קדם kedem. ἀρχαιότης. GALL. *Antiquité, ancienneté.* ITAL. *Antiquità, vecchiezza.* GERM. Die alte. HISP. *Antiguedad ò vejez.* ANGL. *Antiquitie, ancietie.*} Cic. 1. *de Finib.* Quod quam magnum sit, fictæ veterum fabulæ declarant, in quibus tam tabulis multis, tanquam variis ab vltima antiquitate repetitis, tria vix amicorum paria reperiuntur. Antiquitates Rom. Gell. *c.12. lib.13.* Multæ antiquitatis homo, Virg. Senec. *cap.17. de Consol. ad Alb.* Si illi simplex Antiquitas contigisset. ¶ Antiquitas, pro ipsis antiquis. Plin. *lib.12. c.19.* Cinnamomum & casias fabulosa narrauit antiquitas. ¶ Item in alio significatu accipitur apud Salustium, Seruio teste, Tantum antiquitatis, curæque maioribus pro Italica gente fuit. id est, antiqui & præcipui amoris, siue charitatis, ab eo quod est antiquum pro charo.

Antiquitūs, {מקדם mikkédhem. ἀρχαίως, πάλαι. GALL. *Anciennement, d'ancienneté.* ITAL. *Per il passato & anticamente.* GERM. Von alter her, Von alten zeyten her. HISP. *Antigua y viejamente.* ANGL. *In olde tymes.*} Idem quod olim, vel temporum antiquorum. Cæs. *lib.6. bell. Gall.* Quod summa autoritas antiquitus erat in Heduis. ¶ Antiquitus, i. ex omni antiquitate. Cæsar *lib.2. de bell. ciu.*

ANTĪQUO, as, Aboleo, abrogo, irritum facio. {בלה billáh הביר hebir בער biher. ἀναρχαΐζω, παλαιόω. GALL. *Abolir, mettre hors d'vsage, deserier.* ITAL. *Vetare, scancellare, indebilire, far vano.* GERM. Abthun, hinweg thun, Vnkrefftig machen. HISP. *Quitar de vso lo antiguo.* ANGL. *To abolishe, to put out of vse.*} Vnde legem antiquatam dicimus, quam populus suffragiis suis improbauit, nec perferri passus est. Abrogatam autem dicimus legem, quæ quum accepta fuerit, & perlata, postea contraria lege fuerit sublata. Liuius, Omnium rerum causa vobis antiquandas censeo istas rogationes. Cic. 3. *de leg.* Vos item, vt video, legem antiquastis sine tabella.

Antiquatio, onis, verbale, Abolitio, abrogatio. {בלי beli. ἀναρχαΐωσις, παλαίωσις. GALL. *Desteriement, abolition.* ITAL. *Scancellamento.* GERM. Abstellung, cassierung. HISP. *Quitamiento del antiguo.* ANGL. *Abolishing putting out of vse.*} Gell. Facta mox est antiquatio legis.

Antiquē, aduerb. Hoc est, ad morem antiquorum: vt, Antiquè dictum. {כקדם chekédhem. παλαιῶς. GALL. *Antiquement, à la maniere antique.* ITAL. *Anticamente.* GERM. Auff alte gattung, Altfrenckisch. HISP. *Antigua y viejamente.* ANGL. *Ancientlie, efter the maner of the ancienes.*} Horatius 2. *epist.*

Si quædam nimis antiquè, si pleraque durè
Dicere credat eos.

Antirrhium, ἀντίῤῥιον, Promontorium est Ætoliæ, situm ad ipsum sinus Corinthiaci ostium, e regione Rhii, quod est Achaiæ promontorium, ab Antirrho septem tantùm stadiorum freto diuisum. Thucydides vtrumque Rhium appellat, cognominibus tantùm ea distinguens. Nam quod in Peloponneso est, Achaicum cognominat: alterum Molycricum, a vicina vrbe Molycria.

Antirrhinum, ἀντίῤῥινον, herba est eadem cum illa, quam suprà Anarrhinon appellauimus, de quo vide Plinium *lib.25. cap.10.* & ea quæ suprà annotauimus dictione *Anarrhinon.*

Antisagittator, ἀντιτοξάρχης, dux sagittariorum, siue leuis armaturæ, Leo *cap.3.* vocat etiam ἀρχιτοξότην, & ἀρχιψιλόν.

Antiscorodon, ἀντισκόροδον. Herba est ex generibus allij, quæ & Vlpicum & Allium Cyprium appellatur. Vide Plin. *lib.19. c.6.*

Antisophistes, æ, ἀντισοφιστής. Quintil. Vrbanéque Virginius interrogauit de quodam suo antisophiste, quod millia passuum declamasset.

[Antispastus, ἀντίσπαστος in contrarium abstractus. In poëtica est pes constans prima breui, secunda & tertia longis & quarta breui: vt Ἀλέξανδρος. ἀντισπάω est in contrariam partem traho.]

Antispoda, siue Antispodia, ἀντίσποδα Dioscoridi, ἀντισπόδια Galeno, vocantur à medicis omnia ea, quæ eandem cum spodio habent facultatem, quæque in spodij inopia pro eo possunt supponi. Quid autem sit Spodus, siue Spodium, vide suo loco.

Antissmos, quod hic corruptè legebatur, vide *Aileismos.*

Antissa, Ἄντισσα Stephano, Lesbi insulæ oppidum est, ex quo Terpander nobilis Citharœdus originem traxit. Gentile est Antissæus, ἀντισσαῖος.

[Antimetathesis, figura, cùm idem repetitur contrario sensu. ¶ Idem reluctatio, renitentia, Antistatus, us, eminentia. Tertull.]

ANTISTĒS, itis, ex Ante & sto, tam fœminini, quàm masculini generis, à verbo antiquo Antisto, pro antesto, quod cæteris antestet, id est, excellat. Primarius vnius templi sacerdos. {פקיד בית המקדש כהן הראש chohen harósch. pakidh נגיד naghidh. ἀρχιερεύς ἢ ἀρχιερεύς. GALL. *Premier entre les autres, prelat, president.* ITAL. *Antiste, presidente.* GERM. Ein vorstender, ein Prelat. HISP. *Prelado, presidente.* ANGL. *A bishoper prelat, a president.*} Ouid. 4. *de Pont.*

Non si tu illa sui vanas antistitem vnquam Esse preces.

Idem *Eleg. vlt. lib.3. Trist.*

Cultor & antistes doctorum sancte virorum.

Gell. *cap.4. lib.14.* Iustitiæ antistes iudex est. Liuius 1. *ab Vrbe.* Potitij ab Euandro edocti, antistites sacri eius per multas ætates fuerunt. Valer. *lib.1.* Ne deæ vetustis ritibus perita deesset antistes. ¶ Per translationem verò Antistes dicitur, qui in re aliqua excellit, atque principatum tenet. Vnde Seruius Sulpitius, Quint. teste *lib.12. c.1.* Iuris antistes appellatus est. Item Plato sapientiæ antistes.

Antistita, æ, {ἀρχιέρεια. GALL. *Abesse qui a charge des choses sainctes.* ITAL. *Abadessa, sacerdotessa.* GERM. Ein vorstenderin als ein Priorin oder Abtissin. HISP. *Mayor prelada, abadesa.* ANGL. *An abbesse.*} Gell. *lib.13. c.19.* Sacerdotes quoque fœminas M. Cic. Antistitas dicit: Sacerdotes, inquit, Cereris atque illius fani antistitæ. Sic enim locus in Verrem, quem hic citat Gell. legendus est præter Gellium etiam Prisciano autore.

Antistitium, Excellentia, antistitis dignitas. {פקודה pekuddáh. ἀρχιερωσύνη. GALL. *Eminence, excellence.* ITAL. *Eccellenza.* GERM. Fürtreffenheit. HISP. *Prelacia.* ANGL. *The prelatie dignitie.*} Martianus Capella, Antistitio præminebat Athanasius.

Antistitor, Præses, præfectus, quasi antestator. {שוטר schotér נשיא nasi. ἐπιστάτης. GALL. *Le maistre de l'œuure.* ITAL. *Presidente, prefetto.* GERM. Ein fürgesetzer, vorstender. HISP. *Prelado, presidente.* ANGL. *A president, or maister of any worke.*} Colum. *lib.4.* Neque enim singulis totidem antistitores possis dare, qui obseruent, quique præcipiant, ne acerbæ vuæ demetantur. Nonnulli tamen hic legunt Antistites.

Antisthenēs, Ἀντισθένης, Socraticus philosophus, acutus magis, quàm eruditus, præceptor Diogenis. Hic quum magno auditorum concursu docuisset Rhetoricam, audito Socrate, dixisse fertur ad discipulos, Abite, & magistrum quærite: ego enim iam reperi: statimque quæ habebat, publicè distributis, nihil sibi præter palliolum reseruauit. Patientiam, & duritiam in Socratico sermone adamauit, vt scribit Cicer. *lib.3. de Orat. ad Q. frat.* ¶ Fuere item alij tres eodem nomine: vnus è schola Heracliti, alius Ephesius, tertius Rhodius historicus, vt tradit Diogenes Laertius.

Antisto, as, are, antiquum verbum pro antesto, id est, antecello. {יתר iathár יתיר hethir. ἀντιστατεῖν. GALL. *Presider.* ITAL. *Essere presidente.* GERM. Ein fürgesetzter oder vorstender sein. HISP. *Ser presidente en alguna dignidad.* ANGL. *To haue preheminence.*} Cato *cap.156.* Brassica est, quæ omnibus oleribus antistat. Lucret. *lib.5.*

Herculis antistare autem si facta putabis,
Longius à vera multò ratione ferere.

[¶ Item Antistitem agere. Tertull.]

Antistœchōn, ἀντίστοιχον, literarum permutatio, quum scilicet litera pro litera collocatur: ab ἀντὶ, pro, & στοιχεῖον, elementum: vt Sella, pro sedda, & Magalia pro magaria, l pro r. nam Magal pro Magar dicitur, qui Pœnorum lingua villam designat.

Antistrophē, ἀντιστροφή, dicitur quum inter coniuncta duo quæ à sese mutuò pendeant, fit alterna conuersio: vt Seruus domini, & Dominus serui. ¶ Lyricis autem poëtis Antistrophe est saltationis genus, quo modò in dextram, modò in sinistram choros agerent, ac reuocarent.

[Antithalamus, cubiculum minus, thalamo vicinum, vbi famulitium dormit: ab ἀντὶ & θάλαμος. aliàs procœtium.]

Antitaurus, Ἀντίταυρος. Tauri mõtis pars est, reliquis Tauri partibus opposita: insignis olim Comana ciuitate, & Bellone fano. Strab. *lib.11. & 12.*

Antithēsis, Color rhetoricus, quum contraria contrariis opponuntur. Quint. Contentionem vocat.

Antithetōn, ἀντίθετον. Figura est, quum contrariis opponuntur contraria, vt apud Ouid. 1. *Metam.*

Frigida pugnabant calidis, humentia siccis,
Mollia cum duris, sine pondere habentia pondus.

Persius,

——— crimina rasis
Librat in antithetis, doctas posuisse figuras Laudatur.

Cicer. *ad Brutum*, Semper hæc quæ Græci antithera nominant, quum contrariis opponuntur contraria, numerum oratorum necessitate efficiunt.

Antistrephon. Gell. *cap. vlt. lib.9.*

Antitypum, ἀντίτυπον, Latinè exemplar, similis formæ, vel contrarium.

Antiuestæum, Promontorium Britanniæ, quod etiam dicitur Bolerium, apud Ptolemæum. Diodoro Bellenium, vulgo S. Burien: in Cornuba, seu Cornaualia.

Antium, Ἄντιον, vulgò, *Nettuno.* Vrbs Latij, Volscorum caput, Romanorum colonia: dictum, quòd ante alias vrbes in ipso littore sita sit ad otium rerúmque vrbanarum variationem accommodata. Habebat hæc vrbs celeberrimum Fortunæ templum. Horat. 1. *Carm.* O diua gratum quæ regis Antium. Sueton. *in Calig. cap.57.* Antiatinæ sortes. ¶ Hinc Antiates dicti sunt vrbis huius incolæ: de quibus vide suprà suo loco.

Antlāre, ἀντλεῖν, vetustissimi dicebant pro haurire, verbo à Græcis mutuato. Liuius Andronicus, Florem anclabant liberi ex carchesiis. ¶ Hinc Exantlare, exhaurire, de quo *infrà.*

Antliā, æ, machina ad hauriendam aquam. {משאבה mascheabh. ἀντλία. GALL. *Vn engin à tirer de l'eau.* ITAL. *Instrumento con che si caua aqua.* GERM. Ein instrument damit man wasser schöpfft. HISP. *Anoria para sacar agua.* ANGL. *An ingyne to drawe water.*} Nam ἀντλεῖν, Latinis haurire est. Martial. *lib.6.*

Curua laboratas antlia tollit aquas.

Et Fest. Antlare, haurire à Græco ἀντλεῖν, id est, haurio. Liu. Florem antlabant liberi ex carchesiis.

Antœci, ἄντοικοι, populi trans æquinoctialem habitantes circulum, tótque graduum latitudine ab eodem Austrum versùs distantes, quot nos versùs Septentrionem. Ita dicti, quòd zonam nobis non contrariam, vt Antipodes, sed diuersam incolant. {GERM. Die gegenwohner des Erdtrichs, doch nit also das sie füß gentzlich gegen vnsern gewendet sein.}

Anton Herculis filius. Vnde Antonij. Plutar. *in Antonio.*

Antōnīnus, cognomento Pius, Romanorum Imperator, qui Ælio Adriano successit. Hic quum filium non haberet, M. Antoninum Philosophum adoptauit, eumque moriens imperij successorem reliquit. ¶ Fuit & Antoninus cognomine Caracalla, qui post Seuerum, Romanum tenuit Imperium. ¶ Alius præterea cognomento Heliogabalus, qui Opilio Macrino successit.

Antōnius, Ἀντώνιος, nomen viri proprium. Antoniorum familia Romæ nobilissima, vetustissimaque fuit, vtpote quæ ab Antone Herculis filio & nominata & oriunda proditur.

Antōnius gnypho, ingenuus in Gallia natus, sed expositus, & à nutritore suo manumissus Romæ docuit Rhetoricam & poemata, in domo Iulij Cæsaris pueri adhuc. Cuius etiam scholam Cicero & alij nonnulli clari adolescentuli frequentasse dicuntur. Fuit alioqui mitis facilisque natura, nec vnquam aliquid de mercedibus pactus, eóque plura ex discentium liberalitate consequutus est. Vixit annos quinquaginta. Ex Tranquillo.

Antōnius musa, Medicus fuit Augusti temporibus, qui Cæsarem periculosissimè

culosissimè ægrotantem, potu balneisque frigidis sanitati restituit. De hoc Plin. *lib.* 29. *cap.* 1. & Horat. *lib.* 1. *epist.*

M. Antonius orator, Triumuiri auus, de quo scribit Cicero *in Bruto.* Nunc ad Antonium Crassumque peruenimus. Nam ego sic existimo, hos oratores fuisse maximos, & in his primum cum Græcorum gloria Latinè dicendi copiam æquatam. Omnia veniebant Antonio in mentem eaque suo quæque loco, vbi plurimum proficere & valere possent, vt ab Imperatore equites, pedites, leuis armatura, sic ab illo in maximè opportunis orationis partibus collocabantur. Erat memoria summa, nulla meditationis suspicio, imparatus semper aggredi ad dicendum videbatur: sed ita erat paratus, vt iudices illo dicente nonnunquam viderentur non satis parati ad cauendum fuisse. Verba ipsa non illa quidem elegantissimo fuerunt sermone, itaque diligenter loquendi laude caruit, neque tamen est admodum inquinatè locutus, interfectus est à Mariana factione, vnà cum plurimis aliis clarissimis ciuibus, quorum capita in rostris pependere. De huius M. Antonij oratoris vita, legend. Plutar. *in Mario.* Antonij autem ab Antone Herculis filio Plutarch. *in Antonio.* ¶ Huius filij M. & C. Antonij fuêre: quorum M. Antonius gratia Cottæ Consulis, Cethegi factione in Senatu curationem rei frumentariæ & totius oræ maritimæ nactus, Siciliam & prouincias omnes depopulatus est. Et ad postremum inferens Cretensibus bellum, ibi morbo interiit. Hunc Salustius ait perdendæ pecuniæ genitum, & vacuum à curis, nisi instantibus. Autor Pæd. ¶ C. Antonius, alter Oratoris filius multos in Achaia spoliauit, nactus de exercitu Syllano equitum turmas: quo nomine à Græcis tractus est in ius ad M. Lucullum prætorem, qui ius inter peregrinos dicebat. Egit pro Græcis Cæsar etiam tum adolescentulus, & quum Lucullus id quod Græci postulabant decreuisset, appellauit Tribunos: iurauitque se ideo eiurare, quòd æquo iure vti non posset. Hunc Antonium Gellius & Lentulus Censores, sexennio post petitionem Consulatus, senatu mouerunt: causasque subscripserunt, quòd socios diripuisset, quòd iudicium recusasset, quòd propter æris alieni magnitudinem prædia mancipasset, bonaque sua in potestate non haberet. Pædianus. Hunc item Cicero *in Verr.* vocat in exercitu Syllano prædonem, in introitu gladiatorem, in victoria quadrigarium. Nam inter eos fuit qui iussu Syllæ in Circensibus, quos ipse post victoriam fecit, quadrigas agitauerunt. Hic cum Cicerone Consul fuit, eique maximè est aduersarius: vt qui Catilinæ coniurationi faueret. Placatus ab eo demum pactione prouinciæ, rectéque de Republica sentire persuasus est. ¶ M. Antonio, Oratoris filio, tres filij fuerunt, M. L. & C. quorum M. Antonius postea Triumuir, causa & fax totius belli ciuilis extitit. Nam quum esset Tribunus plebis, Cæsarisque partibus in ciuitate tuendis sese imparem videret, vnà cum C. Curione (qui & ipse Tribunus plebis erat) conducto vehiculo, habitúque maximè miserabili in Galliam ad Cæsarem profugit, eúmque adhuc hærentem, ad bellum sine mora suscipiendum inflammauit. Cæsarem quoque occisum laudauit pro rostris: vestémque eius sanguinolentam ostendens, & testamentum recitans, quo ille pop. Rom. drach. 75. viritim legauerat, perfecit vt percussores ob metum ab vrbe profugerent. Deinde quum D. Brutum Mutinæ obsideret, hortante Cicerone a Senatu hostis iudicatus est: & ab Hircio & Pansa Consulibus, & Octauio adhuc adolescentulo, ingenti prælio superatus. Post hæc Triumuiratus fœdere inter eum & Lepidum ac Cæsarem inito, Brutum & Cassium in Macedonia apud Philippos superauit. Quo bello confecto, Octauius valetudinis causa Romam rediit: Antonius in Græciam Asiámque profectus, honore, quaquauersus proficisceretur, ingenti est exceptus. Quum illi Oriens, Augusto Occidens, Lepido Africa obtigisset, multos per Orientem reges & tetrarchas debellauit. Inter quos Antigonum Iudæorum regem securi percussit: quod antea Regum nulli contigit. Captus amore Cleopatræ, multa ipsius gratia nefanda admisit, eique regna multa concessit in Syria, Fuluiam vxorem statim inito Triumuiratu repudiauit, ac Octauiam Augusti sororem duxit: quam & ipsam deinde ob Cleopatram contempsit. Ad bellum Parthicum Ventidium legatum misit, qui interfecto Pacoro, regis filio, ab Antonio missus Romam triumphauit. Inde Cleopatra in Ægyptum remissa, per Armeniam Arabiámque profectus, copias vndique contraxit: cum Phraate Medorum rege prælio congressus, ac victor eum ad Araxam fluuium persequutus est. Dein in Armeniam reuersus, eius regem in triumphum Alexandriam duxit. Repudiata igitur Octauia, causa fuit inter eum & Octauium dissensionis. Quo quum postremò ad Actium naualí prælio congrediens, superatus est: Alexandriamque confugiens, atque ibidem ab eodem obsessus gladio sponte occubuit, anno ætatis ... Huius viri illud in primis admirabile dicitur, quòd in otio luxuriosissimus, in negotio laboriosissimus fuit. Nec ob res malè gestas, quicquam de solita voluptate remisit. Hæc ex Plutarcho. ¶ L. Antonius Triumuiri frater, apud Perusiam ab Octauio obsessus, fameque adactus, venit in deditionem cum ccc. aliis: quibus, vt ait Florus *in Epit. Liuy*, Octauius pepercit: at vero Tranquillus omnes ad aram Cæsaris necari crudeliter refert. ¶ C. Antonius, Lucij & Marci frater in Macedonia à Bruto captus, Ciceronis & Hortensij Manibus inferias missus est. Autor Plutarchus *in Antonio & Bruto.* ¶ Antonius Iulianus rhetor Romæ, perquam fuit honesti atque humani ingenij: doctrina quoque ista vtiliore ac delectabili, veterumque elegantiarum cura & memoria multa fuit. Adhæc scripta omnia antiquiora tam curiosè spectabat, aut virtutes pensitabat, aut vitia rimabatur, vt iudicium ab eo factum examussim diceres.

Antonianæ, sunt Philippicæ Ciceronis contra Antonium. Gell. *c.* 2. *lib.* 13. *& cap.* 11. *lib.* 7.

Antonomasia, ἀντονομασία, dici potest, pro nomine, id est, vice nominis positio. Diomed. Antonomasia est vocabulum quod sine nomine positum, loco eius fungitur: vt est,

Arma virumque cano:

ibi intelligitur Æneas. Fit autem tribus modis: Ab animo, vt, Magnanimus Anchisiades, id est, Æneas. A corpore, vt, Ipse arduus, id est, Polyphemus. Extrinsecus, vt, Infelix puer, atque impar congressus Achilli, hoc est, Troilus. ¶ Inde Antonomasticè, hoc est, per Antonomasiam.

Antræ, arum, autore Festo, dicuntur conualles, vel arborum interualla.

Antronia, Pomponio Melæ ciuitas est Magnesiæ, regionis Thessaliæ, quæ Stephano & Straboni Antron, ἄντρων, dicitur: ab antris nimirum quoque nomine deducto, quorum magnam circa hanc vrbem copiam fecerant, molarum lapidum fodinæ. Circa hanc vrbem procerrimi gignebantur asini: vnde factum est, vt Antronius asinus prouerbio dicatur de homine corpulento & robusto, in quo tamen ingenium & animi vigor desiderentur.

[Antruare. Fest. Antroare, gratias referre. Vide *Andruare* supra.]

Antrum, Specus, cauerna. {מערה *meharah.* ἄντρον, σπήλαιον. GALL. *Fosse faite terre, cauerne, creux.* ITAL. *Antro, spelunca.* GERM. Ein höle. HISP. *La cueua.* ANGL. *A caue or denne.*} Dictum putant Antrum ἀπὸ τοῦ ἀντᾶν, quod est supplico, quia in iis Deos, quos incole putabant, venerabantur. Ouid. *lib.* 13. *Metam.*

Syluestribus abditus antris Philoctetes.

Virg. 6. *Æneid.*

Excisum Euboicæ latus ingens rupis in antrum.

Mart. *lib.* 13.

Gaudet in effossis habitare cuniculus antris.

Item pro cauo. Virg. 4. *Georg.*

Pumicibusque cauis, exesæque arboris antro.

Antuerpia, vrbs est Brabantiæ & Belgicæ totius emporium celeberrimum. {Vulgus Germanorum *Antorff* appellat. GALL. *Anuers.* ITAL. *Anuersa.*}

Anubias, adis, ἀνουβιάς, à quibusdam dicitur herba, quæ notiore nomine *Conyza* appellatur, & vulgò *Cimicaria*, seu *Publicaria*. Legitur hæc vox in quibusdam Dioscoridis exemplaribus: quam tamen à peritioribus inter nomenclaturas nothas, falsòque Dioscoridi attributas video.

Anubis, genitiuum facit Anubis, vel bidis, ἄνουβις, Lingua Ægyptiaca dicitur canis, sub cuius forma colebatur Mercurius, vt inquit Seruius. Virg. 8. *Æneid.*

Omnigenúmque deûm monstra, & latrator Anubis.

Ouid. *in Elegiis,*

Per tua sacra precor, per Anubidis ora verendi.

Diodorus scribit, Anubim filium fuisse Osiridis, qui canem gestabat, tanquam armorum insignia. Ex quo Ægyptij canem venerantur, & Anubim deum canino capite effingunt.

Anuis, pro anus. Varro.

ANULUS, pro digitorum ornamento à circuitu vocatus est, siue à rotunditate, quasi annus. Græci à digitis δακτυλίους appellauerunt. {טבעת *tabbahath.* GALL. *Anneau, vne verge à mettre au doigt.* ITAL. *Anello.* GERM. Ein fingerring. HISP. *Anillo.* ANGL. *A ring.*} Pater moriens anulum mihi dedit, tanquam suo, vt æquum erat, filio. Plaut. *Curc. sc.* 2. *a.* 5. Pater ipsum anulum gestauit. *Ibid.* Spectandum, ne cui anulum det, neque roget. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 4. Qui anulo meo obsignatas tabulas adferet, ei det virginem. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 2. Expressam in cera tex anulo suam imaginem. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Pono pallium (pignori) ille suum anulum opposuit. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 2. Et ei subduco anulum. *Ibid.* Perdidisti tu anulum miles pulchrè, &c. *Ibid. sc.* 4. *a.* 4. Anulus in digitis auctus in sectis. Ouid. 4. *Fast.* In anulo gestabant imagines amicorum. Idem *Eleg.* 6. *lib.* 1. *Trist.* In gradus ac anulos comptum corpus. Quintil. Anulos aureos ponere & ferreos sumere. Suet. *in Aug. c.* 100. Anulis aureis donare. Idem *in Galba cap.* 16. De anulorum munere, Martial. *Epig.* 122. *lib.* 14. Cic. 5. *Verr.* Sæpe enim nostri Imperatores superatis hostibus, optimè Republica gesta, scribas suos anulis aureis in concione donarunt. ¶ Fuerunt homines tam inepti, qui anulos etiam digitos à Latinis vocari crederet, adducti autoritate Plauti *in Pœnulo,* Atque, vt opinor, digitos in manibus non habent. AN. Quid iam? MIL. quia incedunt anulatis auribus. Sed hi profectò nimis pueriliter desipiunt, neque Poetæ iocum assequuntur. Irridet enim ibi poeta Pœnorum morem, qui ac si digitos in manibus non haberent, anulos à manibus ad aures transferebant. Apud nos prisci Vngulum & Vnguinum vocabant: postea & nostri & Græci, Symbolon dixêre. Nam Symbolum, nota est & signum. Anuli autem equestris ordinis notæ erant. ¶ Condulum quoque & Condalium veteres anulum nuncupauêre, teste Festo. Plaut. *in Trin.* Inthermodolio condalium es oblitus. ¶ Mos fuit veterum gerere anulum in digito sinistræ manus, qui est minimo proximus. Gell. *cap.* 10. *lib.* 10. Eius rei duplex redditur ratio à Macrobio. Prior, quia in eo digito gemma anuli ab omni læsione esset tutissima: altera, quia dissectis humanis corporibus repertum est, neruum quendam tenuissimum, vt credi vult, ab eo digito ad cor hominis peruenire. Et ideo visum est veteribus, vt ille digitus anulo tanquam corona, circundaretur. Primus Prometheus fertur circulum ferreum, incluso lapide, digito circundedisse, qua consuetudine homines vti anulos habere cœperunt. Anuli autem per diminutionem dicti à circulis & anis, qui sunt circa brachium & circum crura. Apud Romanos anuli de publico dabantur, & non sine discrimine, nam dignitate præcipuis viris gemmati dabantur, cæteris solidi. Anulum aureum neque seruus, neque libertinus gestabat in publico: sed anulo aureo liberi vtebantur, libertini argenteo, serui ferreo. Apud veteres vltra vnum anulum vti infame habitum viro. Gracchus in Maximum, Considerate Quirites sinistram eius, cuius autoritaté sequimini, qui propter muliebrem cupiditatem vt mulier est ornatus. Crassus qui apud Parthos periit, in senectute duos habuit anulos, causam præferens, quòd pecunia ei immensa creuisset. Fœminæ non vsæ sunt anulis, nisi quos sponsus miserat: neque amplius quàm binos anulos aureos in digitis habere solebant. Inter genera annulorum sunt Vngulus, Samothracius, Tynius. Vngulus est gemmatus, vocatúsque hoc nomine: quia sicut vngula carni, ita gemma annuli auro accingitur. Samothracius, aureus est quidem: sed capitulo ferreo, à loco ita vocatus. Tynius putatus est, primum in Bithynia fabricatus, qui olim Tyniam vocabant. Flaccus, Lugente mea vita nec smaragdus berillusque mihi Flacce nec nitentes per candidam margaritam quæro, nec quos Tynica lima perlucit anellos nec iaspios lapillos. Isidor. *de Etymologiis.* ¶ Anuli cura. Cancellarij (vt loquuntur) dignitas. Iustinus *Hist. lib.* Trogus dicit patrem suum sub Caio Cæsare militasse, epistolarúmque, & legationum simul & anuli curam habuisse. ¶ Arctum anulum ne gestato, μὴ φορεῖν στενὸν δακτύλιον, hoc est, interprete D. Hieronymo, Ne viuens arctè: & ne temere in seruitutem conijceas, aut in eiusmodi vitæ institutum, vnde te non queas extricare.

Siquidem

Siquidem quisquis anulum angustum gestat, is, sibi quodammodo vincula inuenit. ¶ In anulo Dei figuram ne gestato, [illegible]. Foitasse admonet non passim admittendam Dei mentionem. ¶ Per medium anulum trahaeris oportet, [illegible]. In eum quadrabit, qui sit vehementer extenuato graciliique corpore, seu morbo, seu cura, seu studio, seu qua alia re. Aristoph. *in Pluto.* [illegible]: id est. Itaque profectò per annulum me traxeris. Verba sunt anus volentis se videri vsque adeò maceratam atque exhaustam dolore, vt per anulum trahi posset. Equidem opinor adagium esse sumptum à lusu, quo ouum aceto maceratum per anulum trahitur. Cuius rei meminit Plin. *lib.* 10. *c.* 16. ¶ Anulus item fluuius est Mauritaniæ, in quo elephantes luna noua apparente se abluunt. Plin. *lib.* 8. *c.* 1. Autores sunt, in Mauritaniæ saltibus, ad quendam amnem, cui nomen est Anulo, nitescente luna noua, greges elephantum descendere, ibique se purificantes solenniter aqua circumspergi, atque ita salutato sydere in syluas reuerti. ¶ Anulos aureos ferre solis ingenuis licuisse scribit Isidor. *lib.* 20. *Etymolog.* Proinde liberti ius anulorum aureorum impetrabant à Principe, vt ingenuitatis munia consequerentur. *l. sed si.* 10. §. *patronum. ff. de in ius voc. l. cùm ex oratione.* 44. *de excusat. l.* 1. *ff. de iur. aur. anul. l.* 1. *&* 2. *C. eod.* Hoc ius Modestinus *l.* 14. *de excus.* [illegible], [illegible] appellauit. Vide Bud. *l. fin. de senat.* ¶ Anulus pronubus, qui dabatur sponsæ. Tertull.

Anellus, idem quod anulus. Cicer. *de finib. bonor. & mal. lib.* 5. Nec tamen Epicurum licet obliuisci si cupiam, cuius imaginem non solùm in tabulis nostri familiares, sed etiam in poculis & anellis habebant. Ex Nonio. Horat. *in Serm.*

——— Sæpe notatus
Cum tribus anellis modo læua priscus inani.

Anularius, artifex qui anulos facit, {צורף הטבעות *tsoréph hattabbaoth.* [illegible]. GALL. *Orfeure qui fait anneaux.* ITAL. *Orefice, che fa anelli.* GERM. Der die ring macht. HISP. *Platero que haze los anillos.* ANGL. *A goldsmyth, that maketh ringes.*} Cicer. 4. *Acad.* An tibi erit quærendus anularius, quoniam gallinarium inuenisti, Delicatum illum, qui oua cognosceret? Annulariæ scalæ. Suet. *in Aug. cap.* 72.

Anularis, quod anuli est. Digitus anularis dicitur, qui proximus est auriculari. [illegible]. Quare autem veteres in hoc potissimùm digito anulos gestauerint, vide Macr. *lib.* 7. *Satur. cap.* 13.

Anulatus, [illegible], Anulis ornatus. Plaut. *in Pœnulo.* Quid iam? quia incedunt cum anulatis auribus.

Anus, us, gen. fœm. & prima correpta, vetula dicitur, ab annorum multitudine ita vocata, quum antiqui consonantem non geminarent. {זקנה *zekenáh.* γραῦς. GALL. *Vieille.* ITAL. *Vecchia.* GERM. Ein alt weib/ eine vettel. HISP. *Vieja.* ANGL. *An old woyfe.*} Vel ab *a*, & νοῦς sensus, intellectus: quòd iam deliret, & quodammodo mente careat. Cic. 1. *Tusc.* Quæ est anus tam delira, quæ timeat ista quæ vos videlicet, si physica non didicissetis, timeretis? Quibus anus domi vxores sunt, &c. Plaut. *Mil. sc.* 3. *a.* 1. Deuortor apud anum illam crassam. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Viden' vt anus tremula medicinam facit. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 1. Gallus, qui erat anui peculiaris. Idem *Aul. sc.* 4. *a.* 3. Anum foras extrudit, id est, ancillam. Idem *Aul. prolog.* Scelestiorem hac anu arte, scientia, vidisse nunquam. *Ibid. sc.* 1. *a.* 1. Equitam ex gnatæ pedisequa nutrice anu. *Ibid. sc.* 6. *a.* 4. Anus hic solet cubitare: Mox nomen lena multibiba. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 1. *& sc.* 2. *a.* 1. Censeo hanc appellandam esse anum, &c. Anus audi, *ibid.*

Quare vilis anus populo ad sua liba vocet.

Ouid. 3. *Fast.* ¶ Anus bacchatur, γραῦς βακχεύει, in eos dici solitum, qui præter ætatem indecorè lasciuiunt. ¶ Anus hircissans, γραῦς [illegible], de anu intempestiua libidine prurienti, &, vt ait Plaut. catullienti. Aristophanes *in Pluto.* ¶ Anus cothonissat, γραῦς [illegible], de vetulis indecorè lasciuientibus. Κώθων enim temulentum significat: inde fictum verbum, [illegible]. ¶ Anus hircum olet, γραῦς [illegible], de vetula libidinante: propterea quòd alarum ac reliquarum partium odor excitatur ad libidinem incensis. ¶ Anus saltat, γραῦς [illegible]. In eum conuenit, qui indecorè quippiam facit: velut si senex ludat nucibus: aut si theologus rhetoricis flosculis lasciuiat: aut princeps exemplo Neronis muliecetur. ¶ Expectat anus meum filium te suauiaturum, [illegible]. Nam priusquam adolescat puer, illa decesserit. Vtimur, quum sera spes ostenditur. ¶ Anus velut equus profundam habebis fossam, γραῦς ὥς [illegible], [illegible]. De iis qui penitus abiiciuntur, tanquam prorsus inutiles. Præstat canem irritare quàm anum, [illegible]. Refertur ex Menandro. ¶ Anus ficus. Plin. *lib.* 15. *cap.* 19. Senescunt in arbore, anúsque distillant gummi modo lachrymarum, siccantúrque.

Anicula, vel Anicella, diminutiua. parua anus, vetula. {γραΐδιον. GALL. *Vieillotte, vieille radotée.* ITAL. *Vecchiarella.* GERM. Ein altweiblin. HISP. *Viejezuela, à pequeña vieja.* ANGL. *An litle old wyfe.*} Cic. *pro Flac.* Aniculæ minimè suspiciosæ purgat se. ¶ Anicularum deliramenta, γραῶν ὕθλος. De nugis inanibus, cuiusmodi solent effutire vetulæ, quum iam sexus vitio vitium ætatis accedens nugacitatis morbum conduplicat. Extat prouerbium apud Platonem *in Theæteto.* Terent. *Phorm.* Neque illi beneuolus, neque notus, neque cognatus, extra vnam aniculam, quisquam aderat, qui adiutaret funus.

Anilis, & hoc anile. Quod est anus, vel quod ad anum pertinet. γραϊκός. Virg. 4. *Æneid.*

——— illa gradum studio celerabat anili.

Anicularis, & hoc aniculare, idem est quod Anilis. [illegible]. Aug. Delirare tibi videor, auare, quum hæc loquor: anicularia tibi videntur hæc verba.

Anilitas, atis, senectus. {זקנה *zikenáh.* τὸ γραῶν γῆρας. GALL. *Vieillesse des femmes.* ITAL. *Vecchiezza di vecchia.* GERM. Das grawe oder weiß alter der weiberen. HISP. *Vejez de la vieja.* ANGL. *Old age of women.*} Catul.

Vsquam dum tremulum mouens
Cana tempus anilitas,
Omnia omnibus annuit.

Aniliter, aduerbium, γραϊκῶς. Cic. 3. *de nat. deor.* Neque id dicitis superstitiosè atque aniliter, sed physica constantique ratione.

Anœxia, id est, apertio tempii.

Anus, i, generis masculini, & prima producta, pars posterior, podex. {חור *iechór.* [illegible]. GALL. *Le trou par où se purge le ventre.* ITAL. *Il buco, donde esce il purgamento del ventre.* GERM. Der arß. HISP. *El culo.* ANGL. *The arse, the hole wherby the bellie is purged.*} Cic. *Peto.* Anum appellas alieno nomine, cur non suo potiùs? si turpe est, ne alieno quidem: si non est, suo potiùs.

Anxius, a, um, sollicitus, mœstus, ab ἄγχω. {דואג *doég* חרד *charéd.* [illegible]. GALL. *Chagrin, qui est en grande fascherie & souci.* ITAL. *Pieno d'affanno, ansio, sollecito.* GERM. Angsthaffig/ sorgfeltig. HISP. *Congoxoso, ò diligente.* ANGL. *Carefull, pensife.*} Cic. 5. *Tuscul.* Itaque dicimus grauedinosos quosdam, quosdam terminosos, non quia semper sint, sed quia sæpe sint alij ad metum, alij ad aliam perturbationem procliues. Ex quo in aliis anxietas, vnde anxij, in aliis iracundia dicitur, quæ ab ira differt: éstque aliud iracundum esse, aliud iratum: vt differt anxietas ab angore. Neque enim omnes anxij, qui anguntur aliquando, neque anxij semper anguntur. Suam vicem anxius. Liu. *lib.* 8. *ab Vrb.*

Próque tot annorum curis, quas anxius egi,

Ouid. 13. *Metamorph.*

Anxiè, aduerbium, solicitè, curiosè. {בחרדה *bacharadháh.* [illegible]. GALL. *Auec soing, fascherie & chagrin.* ITAL. *Ansiamente con affanno di cuore.* GERM. Angsthaffiglich/ Sorgfältiglich. HISP. *Congoxosamente.* ANGL. *Carefullie, curiouslie.*} Salust. *in Iugurth.* Nobis satis compertum est, illum magis honore Marij, quàm iniuria sua excruciatum: neque tam anxie laturum fuisse, si adempta prouincia alij quàm Mario traderetur. Plin. *lib.* 11. *cap.* 52. Ne in se quisque & anguria anxiè quærat.

Anxietas, & Anxietudo, procliuitas ad angorem. {חרדה *charadáh* דאבה *daabah.* ἀδημονία. GALL. *Chagrin & soucy.* ITAL. *Ansietà, affanno di cuore.* GERM. Anhäffigkeit/ Sorgfältigkeit. HISP. *Congoxa.* ANGL. *Pensifenesse, carefulnesse.*} Cicer. *de Republ.* vt citat Nonius, Quartaque anxietudo prona ad luctum, & mœrens semper. Plinius *lib.* 2. *cap.* 53. Quem euenti anxietate diximus mortuum. Iuuenalis *Satyra* 13.

Perpetua anxietas, nec mensæ tempore cessat.

Anxifer, Quasi angorem anxietatémque ferens. ἀλγεινός. Cic. *lib.* 2. *Tusc.* Nunc nunc lorum anxiferi torquent vertices. *Ibid.* 1. *de Diu.* Tu tamen anxiferas curas requiete relaxas.

Anxius, fluuius ex Armenio monte oriens, per Caucasum in Mesopotamiam defluit, & Pactolo flumini ex Caucaso cadenti occurrit, vnúmque facti, in Euphratem demerguntur.

Anxur, tam masculini, quàm neutri generis, vrbs est Italiæ, quam nunc *Tarracinam* dicunt. Mart.

Siue salutiferis candidus Anxur aquis.

Horat. 1. *Ser. Sat.* 5.

Millia tum pransi tria repsimus, atque subimus
Impositum saxis latè candentibus Anxur.

¶ Dicitur autem Anxur (vt Seruius docet) quia illic colebatur Iupiter Imberbis, quem idcirco Anxurum, quasi ἄνευ ξυροῦ, vocabant, quasi ἄνευ ξυροῦ, hoc est, sine nouacula, Virg. *Æneid.* 7.

Circæúmque iugum, queis Iuppiter Anxurus aruis Præsidet.

Anyger, siue *Anygrus*, vide suprà *Anigros.*

Anysis, Ægypti rex est, autor Herod. *lib.* 2. Steph. vrbs est ἄνυσις Ægypti.

Anytus, ἄνυτος, Rhetor Atheniensis fuit acerrimus Socratis inimicus, à quo & reus peractus est. Horat. 1. *Serm. Sat.* 5. qualia vincunt Pythagoran, Anytique reum doctúmque Platona. De hoc vide Plutarch. *in Vita Socratis.*

A O

Aon, ἄων, Neptuni filius, vt dicit Lactantius, qui factionem suorum ex Apulia pulsus, nauigio ad Euboëam venit, & inde se in Bœotiam contulit, vbi populis montes habitantibus imperauit, eósque Aones, ex suo nomine appellauit: à quibus Neptuni filius est habitus, quum Onchesti ditissimi cuiusdam Appuli filius fuerit, ex Parichia coniuge: filium Dyamantem reliquit, qui ei in regno successit. Perottus.

Aonia, ἀονία, regio Bœotiæ, ab Aone rege Neptuni filio dicta, quem factione ex Apulia pulsum, in Bœotiam tradunt venisse, ac de suo nomine montanam regionem Bœotiæ vocitasse Aoniam, & incolas ipsos Aonas.

Aonius, ἀόνιος, adiectiuum. Ouid. 1. *Metam.*

Separat Aonios Actæis Phocis ab aruis.

Aoniæ sorores. Idem *Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.*

Aonis, dis, ἀονίς, patronymicum fœmininum: quo poëtæ frequentissimè vtuntur pro ipsis Musis. Iuuen. *Sat.* 7.

——— aptúsque bibendis
Fontibus Aonidum.

Aoris, ἄορις, Aratis filius, venator & bellicosus, &c. Stephanus.

Aornos, ἄορνος, [illegible]. Fuit petra apud Indos, præceps & inuia, monumentis historicorum celebrata, ita dicta ob admirandam altitudinem, quasi ipsis etiam auibus inaccessa. Scribit Plutarchus, Alexandrum quum intellexisset hanc petram teneri ab homine meticuloso, dixisse, Nunc locus ille facillimus est captu. ¶ Est & Aornos locus in Epiro, ita dictus à pestifera auibus exhalatione, teste Plinio *in Proœmio lib.* 4. ¶ Hoc etiam nomine dictus fuit lacus inter Puteolas & Baias, qui postea Auernus est appellatus. Vide *infrà.*

Aoros, ἄωρος, Cretæ ciuitas, ab Aora Nympha ita appellata: quæ alio nomine Eleuthera dicitur, ab Eleuthere, vno ex Curetibus. Ex Steph.

Aorsi, ἄορσοι, populi Scythiæ intra Imaum, quos Ptolemæus collocat non procul ab Iaxarte fluuio, qui in mare Hyrcanum defluit. Strabo *lib.* 11. duplices facit Aorsos, quorum alteros maris Caspij oram maxima ex parte tradit tenuisse, alteros iuxta Tanaim habitasse, quos superiorum exules esse opinatur. Plin. vero *lib.* 4. *c.* 12. Aorsos quosdam in Europa collocat iuxta Hamaxobios.

Aorta, ἀορτή, Arteria est omnium maxima, ex sinistro cordis ventriculo exoriens, spiritum vitalem in totum animantis corpus deferens: na-

tiuúmque calorem per diastolem & systolem temperans. Hæc vbi primùm à corde emersit, imparibus sectionibus bifariam diuiditur: quarum altera, quæ minor est, sursum fertur, omnibus quæ sunt supra cor partibus, vasorum propagines præbitura. Altera, quæ maior est, fertur seorsum, partibus omnibus inferioribus arterias immittens. Ex Galeno *de dissectione arteriarum, & lib. 16. de vsu partium.*

Aöti, ἄωτοι, populi sunt in finibus Thraciæ, Getis finitimi, non procul ab Istro. Meminit horum Plin. *lib. 4. cap. 11.*

Aöus, ἄωος, fluuius est in ea parte Macedoniæ, quæ mari Adriatico adiacet: non procul ab Apollonia in mare illabens. Sunt qui Æantem appellent, teste Plin. *lib. 3. cap. 3.*

A P

[Apacia, musculi dorsuales. Lex. gr. b.]

Apæi, ἀπαῖοι, populi in Æthiopia sub Ægypto, Memnonibus ad Austrum proximi: de quibus Ptol. *lib. 4. cap. 8.*

Ăpăgĕ, & apagete, Abigentis vox & fastidientis aliquid. {לך *lech* אץ *tse.* ἄπαγε. GALL. *Ostez, ostez, arriere de là, retire toy.* ITAL. *Leua via, leuate via.* GERM. Hinweg mit. HISP. *Quita day.* ANGL. *Hence away, away out of this.*} Comicis præcipuè poetis vsitata dictio, à verbo Græco ἀπάγω, quod significat abduco, abigo, remoueo. Plaut. *in Curc.* Apage hanc caniculam. Apage istanc caniculam, *ibidem sc. 1. a. 5.* Apage, Apage te à me (Neptune.) Idem *Most. sc. 2. a. 2.* Apage, non placet illa ædificatio. Idem *Milit. sc. 2. a. 2.* Apage, non placet me hoc noctis esse. Idem *Amph.* Apage te à me, pestis te tenet. *Ibid.* Apage te Harpax, non places. Idem *Pseud. sc. 2. a. 2.* fugam fingitis. Apage, non decet nos fugitiuos imitari. Idem *Capt. sc. 1. a. 2.* Apuleius, Apagete factorem extremæ latrinæ. Vatin. *ad Cic.* Apagete cum nostro Sext. Seruilio, nam mehercule ego illum quoque amo.

Ăpăgĕsis, (quod & ipsum frequens est apud comicos.) Familiariter corripientis est, & significat Aufer, vel remoue si vis. ἀπαγέσθω. Apul. Apagesis iam cruentos deos. Vel etiam absolutè, pro Abi si vis. Plaut. *in Pæn.* Apagesis negotij in muliere quantum vna est.

[Apagoreusis, prohibitio, figura, ἀπαγορεύω prohibeo.]

Ăpălæstri, ἀπαλαιστροι. Græci vocant ignaros palæstræ, hoc est, qui sese in lucta non exercuerunt.

Apalareus, idem est quod argentea patina.

Apamia, siue Apamea, ἀπάμεια, vrbs celeberrima in Tetrapoli Syriæ à Seleuco Nicanore condita, & à nomine vxoris eius ita appellata, vt testatur Strabo *lib. 15.* ¶ Est & Apamia, Parthorum ciuitas, Heracleæ, & Rhagis finitima: de qua apud eundem *lib. 11.* ¶ Tertia est in ora maritima Bithyniæ, inter Rhyndaci & Ascanij ostia, Antiochi Epiphanis opus, cuius meminit Stephanus, & Ptolem. *lib. 5. c. 1.* ¶ Quartam collocat Plin. *lib. 5. c. 29.* in eo ipso Marsyæ fluminis ostio, vbi scilicet Marsyas in Mæandrum influit, quam antea Celænas, deinde & Ciboton ait appellatam. Hanc Strabo ab Antiocho Sotere conditam scribit: & à nomine Apamiæ matris eius (quæ Artabazi filia fuit, & vxor Seleuci Nicanoris) Apamiam fuisse appellatam. Fuit hæc vrbs olim clarissima, totiúsque Asiæ emporium post Ephesum celeberrimum.

Apameste, oppidum in ea Italiæ parte, quæ olim Magna Græcia dicta est. Huius incolæ dicuntur Apamestini: quorum meminit Plin. *lib. 3. cap. 11.*

[Apanarium, superior molæ pars. Lex. gr. b.

Apannos, sospes. L. g. b.]

Aparctias, ἀπαρκτίας, ventus ab arcto flans, hoc est, à Septentrione.

Ăpărīnē, ἀπαρίνη, Lappæ genus, quod alio nomine Philanthropos appellatur, quòd vestibus hominum adhærens, eos amare videatur.

Ăpăte, ἀπάτη, genus intybi, apud Theoph. quam Theodorus Fraudem conuertit, eò quòd gustantes amaritudine decipiat.

Ăpăthēs, {ἀπαθής. GALL. *Sans passion.* ITAL. *Senza passione, & perturbatione.* GERM. Ohn anfechtung vnd betrübnuß, Vnbeweglich am gemüt. HISP. *Sossegado, sin turbacion.* ANGL. *without passion.*} Latinè dicitur sine vlla animi perturbatione, quasi impassibilis, qualem Stoici volebant esse sapientem. Negabant enim sapientis esse aut dolore, aut voluptate, aut metu, aut odio, aut misericordia commoueri. Plin. *lib. 7. cap. 20.* scribit quosdam sapientiæ sectatores toruitate quadam naturæ dura & inflexibili præditos, humanis affectibus caruisse, qui & ipsi Apathes nominantur. ¶ Vnde Apathia, ἀπάθεια, animi tranquillitas, nullis affectuum motibus obnoxia.

Apauortene, ἀπαυορτηνή, regio est Scythiæ, in qua est Hyrcania prouincia.

[Ape, apud antiquos dicebatur pro prohibe, compesce. Fest. Sic Gloss. Ape κώλυσον. Ducamus ab ἀπὸ, vt sit facere aliquid ἄπεσ, i. remotum, vt res aliqua sit ἀποθεν. Gloss. apet ἀποσοβεῖ. ¶ Ape etiam Gloss. vetus vertit παρὰ, id est apud.

Apedēma, saltus. L. gr. b.

Apelaticium, omne teli genus. Nicet. L. gr. b.]

Apeliotes, æ, ἀπηλιώτης. Ventus est ab Oriente æquinoctiali flans, quem Latini Subsolanum vocant. Meminit Gell. *cap. 22, lib. 2.*

Ăpellă, dici potest sine pelle. {מול *mul.* ἀπερίτμητος. GALL. *Circoncis.* ITAL. *Circoncise.* GERM. Beschnitten. HISP. *Circoncidado.* ANGL. *Circoncised.*} Quo nomine vocati sunt Iudæi circuncisi. Horat. *Lib. 1. Serm. Sat. 5.*

—— *credat Iudæus apella,*
Non ego.

Masculini generis, aut potiùs com. generis. Nomen fictum ab A. priuatiua particula, & nomine pellis.

Ăpellēs, Apellis, ἀπελλῆς, nomen pictoris eximij, patria Coi, qui omnes priùs genitos, futurósque postea artificio superauit, & picturæ plura solus propè contulit, quàm cæteri omnes. Fertur Alexandrum Macedonem à nullo pingi voluisse, quàm ab Apelle. De hoc Ouid.

Si nunquam Venerem Cous pinxisset Apelles,
Mersa sub æquoreis illa lateret aquis.

De hoc vide multa apud Plin. *lib. 36. cap. 10.* Apelles Tragœdus. Suet. *in Calig. cap. 33.*

Ăpellēus, a, um, adiectiuum. Stat. *lib. 5. Syl.*

Vt vel Apelleo vultus signata colore.

Ăpello, is, apuli, apulsum, ex a, & pello, significat Amoueo, ἀπωθέω, vt Apulsus ab vrbe, id est, amotus. Sunt tamen qui putant Aspello, non Apello scribi debere, & componi ex abs, seu ab, b, in s, mutata, ne ex Ad compositum videatur. Nam ita *in Capt.* Plaut. legitur, Hic est ille dies, quum nulla vitæ salus sperabilis est mecum, Neque exilium exitio est, neque adeò spes, quæ mihi hunc aspellat. Cic. 1. *Tusc.* Sed longe à læto numine aspellor, Iouis. ¶ Apello, priscis pro Apollo: cuius genitiuus antiquo declinata Apellineris: vt boueris, sueris, Ioueris, regerum, Iaperum, nucerum, à rectis bos, sus, Iouis, rex, lapis, nux. Varro *de L. L.*

[Apenarius, auriga, carrucarius.]

Apeneste, lege *Apameste.*

Ăpenninus, {ἀπέννινον ὄρος. Vulgò *Il monte Apennino.* GERM. Das gebirg so sich mitten durch Italiam wie ein tuch gerade streckt.} per duplex nn, vel Apœninus cum œ, diphthongo, vt scribit Seruius, quasi Alpes Pœni, quod eas Annibal primus superauit. Mons est, qui Italiam mediam diuidit, incipitque à Genua, & supra Carnos incumbit. Eius descriptionem vide apud Lucanum.

Ăpennīnigĕnă, qui Apenninum inhabitat, aut in Apennino versatur: vt Apenninigenæ pastores. Claudianus, Apenninigenis cultas pastoribus aras.

Ăpennīnicŏlă, idem Virg. 11. *Æneid.*

Apenninicola bellator filius Auni.

Apepsia, ἀπεψία. Ventriculi vitium est, quod Latini Cruditatem appellant: quum scilicet cibi in ventriculo non immutantur, sed tales ferè egeruntur, quales sunt ingesti. Quo modo autem differat à dyspepsia, & à tertia specie, quam Græci βραδυπεψίαν vocant, vide in dictione *Dispepsia.*

[Apenuis, relatum. Cod. ll. antiq.]

Ăper, porcus syluester, à Græco κάπρος, remota prima litera. {חזיר *chazir.* GALL. *Sanglier, porc sanglier.* ITAL. *Porco seluatico, cinghiale.* GERM. Ein eber, ein wild schwein. HISP. *El jauali, puerco montes.* ANGL. *A wylde bore.*} Iuuenalis,

—— *quanta est gula, quæ sibi totos*
Ponis apros animal propter conuiuia natum.

Varr. *de ling. Lat. lib. 4.* Apri ab eo, quòd in locis asperis versantur: nisi à Græcis deductum malis, qui hos κάπρους vocant. Aper ferus. Suet. *in August. cap. 67.*

Aprārius, adiectiuum ab Aper. Paul. *D. lib. 33. tit. 7. l. 22.* Fundo legato, vt optimus maximúsque est, retia apraria, & cætera venationis instrumenta continebuntur.

Aprinus, {κάπρειος. GALL. *De porc sanglier.* ITAL. *Cinghiarino, cosa di cinghiale.* GERM. Das zu dem wildenschwein gehört oder daruon kompt. HISP. *Cosa de puerco jauali.* ANGL. *Of an wylde bore.*} ab Apro deducitur: vt, Aprina caro. Sic scribi quidem debet secundùm analogiam. Antiqui tamen scribebant Aprugnus. Plin. *lib. 8. c. 51.* Catonis censoris orationes aprugnum exprobrant callum. In tres tamen partes diuiso apro, media ponebatur, lumbus aprugnus appellata.

Aperantia, ἀπεραντία, vrbs Thessaliæ, Steph.

Apere, prohibere, compescere, comprehendere vinculo. Fest.

Ăpĕrĭo, ex Ad & pario (vt inquit Priscianus) abiecta d, quia d, sequente p, nonnunquam abiicitur, Patefacio, palam facio, illustro, expono, nudo, detego. {פתח *patach.* ἀνοίγω. GALL. *Ouurir.* ITAL. *Aprire.* GERM. Auffthun, öffnen. HISP. *Abrir lo serrado.* ANGL. *To open.*} Cic. *de Diuinat.* In templo Herculis valuæ clausæ repagulis subitò seipsæ aperuerunt. Idem *pro Cluent.* Quæ in diuturna obscuritate latuerunt, sic aperiam, vt ea cernere oculis videamini. Idem *de Finib.* Aperiendum est quid sit voluptas. Idem *in Anton.* Quum mulier vberiùs fleret, caput aperuit, & in eius collum inuasit. ¶ Interdum ponitur pro communicare: vt, Aperire rem familiarem, id est, de ea impartire & communicare aliis. Cic. *in Offic.* ¶ Interdum pro instituere. Idem *in Epist.* Dionysius Corinthi ludum aperuit. ¶ Interdum ponitur pro, se ad solutionem esse paratum ostendere. Idem *ad Atticum.* De Oppio factum est, vt volui, & maximè quod DCCC. aperuisti. Id quod alio loco ad eundem, De Oppio, inquit, bene curasti, quod ei DCCC. exposuisti. ¶ Aperire fenestram, ianuam, prouerbialiter dicuntur, pro occasionem & velut ansam præbere. ✕ Cuius contrarium Claudere. ¶ Huius verbi composita sunt Adaperio. ¶ Aperiri cælum dicitur à poetis matutino tempore, quum fit dies: claudi verò noctu, quum finitur. Ex Seruio in illud *Æneid. 10.*

Panditur interea domus omnipotentis olympi.

Aperuit diem dispulsa nebula. Liu. 2. *belli Punici*, Quum calescente sole dispulsa nebula aperuisset diem. Sic *ibidem lib. 6.* Heus ecquis est is, Aperit mihi fores. Plaut. *Mostell. sc. 2. a. 2.* Æditumum audio aperire fanum. Idem *Curc. sc. 3. a. 1.* Aperite aperite heus. Idem *Pseud. sc. 1. a. 5.* Sed aperite ostium. Idem *Men. sc. 1. a. 1.* Atque aperiuntur ædes. Idem *Amph. sc. 2. a. 3.* Aperite hoc heus, ecquis hic est, ecquis hoc aperit ostium? *Ibid.* Ego iam aperiam istæc tua flagitia. Idem *Menæch. sc. 1. a. 5.* Tam aperto capite ad lenones ire, &c. Aperto capite condemnant reos. Idem *Capt. sc. 1. a. 3.* Operta quæ fuere aperta sunt. *Ibid. sc. 3. a. 3.* Apertis, vt aiunt, tibiis. Quintil. Apertis inambulationibus vagandum. Senec. *cap. vlt. de Tranquil.* Interdum pro vulnerare, Iuuenal. fuste aperire caput candelam apponere valuis. Item,

Qui veritus non est portus aperire fideles Rati (meæ.)

Ouid. *Eleg. 5. lib. 4.* ¶ Aperibo, pro aperiam. Pomponius *Vernione.* Nonius.

Ăpertē, aduerbium, Clarè, manifestè. {בגלוי *begbaluj.* φανερῶς. GALL. *Apertement, clairement.* ITAL. *Apertamente.* GERM. Offentlich, heiter. HISP. *Claramente.* ANGL. *Planelie, openlie.*} Cic. *Attico.* Quæ verba apertè indicant, posse rationem haberi etiam absentis. Hinc apertiùs, & apertissimè. Idem *pro Q. Roscio.* Planiùs, & apertiùs dicam. Idem *Attico*, Lætitiam apertissimè tulimus omnes.

Aperto, as, Plaut. *Men. sc. 5. a. 5.* Cur apertas brachium.

Ăpertio, nis, verbale, {פתחון *pitchon.* ἄνοιξις. GALL. *Ouuerture.* ITAL. *Apertura.* HISP. *Abertura, obra de abrir.* ANGL. *Opening.*} Varr. 1. *de re rust. cap. 56.* sub terra, qui habent frumentum in iis, quos vocant syros, quò cum periculo introitur recenti apertione, ita vt quibusdam interclusa sit anima.

Apertum sius, clarum & indubium. Annot. Cic. & Quint. Sicut varium, quod vagatur in opinionibus Iurecons. controuersum autem, id est, contrarietate opinionum.

Apertus, a, um, Patens, manifestus, planus, ante oculos positus. ¶ Hinc per translationem Apertum pectus dicimus, id est, liberum, simplex, & non simulatum, vt in amicitia pectus apertum esse debet, quod Cic. & Plin. *Epist. lib.* Fab. Epistolam quam mihi, vt ais, aperto pectore scripsisti, oblitusci me iubes. ¶ Apertum cælum, id est, purum & serenum, inquit Seruius Virg. 1. *Æneid.*

Cœloque inuehitur aperto.

——— *nec aperti copia Martis Vlla fuit.*

Ouid. 13. *Metam.* Item, Apertioribus locis. 1. patentioribus campis. Cæs. 3. *de bell. ciuil.* Apertus campus, planissimus & latissimè patens. Virg. 2. *Georg.* Liu. *belli Maced.* Sic apertum mare, apud eundem 5. *belli Pun.* ¶ Apertum item quod fraude, vel insidiis caret. Virg. 11. *Æneid.* Saltus ingressus apertos. id est, vacantes insidiis, ait Seruius. Aperti & supplices homines, qui nihil habent simulatum, qui sunt minimè fraudulenti. Cic. 1. *Offic.* ¶ Apertum, absolute. Liu. 1. *ab Vrb.* Et castris in apertis positis, id est, in loco vndique patenti. Cicer. *in Paradoxis.* Hoc tamen opus in apertum vt proferas nihil postulo. ¶ Aperti honores, aut beneficia, aut dignitates, sunt honores qui vacant omnino.

Apertæ, Apollo vocabatur, quia patens e cortina respondebat. Fest.

Apertæ suræ, pro nudis & non opertis pedibus. Nonius.

Aperculatius, & Aperculatius, & effractor, & cui nihil est occlusum, vel obsignatum. Ind. in Gloss. M.S.

Apertura, æ, idem. ἄνοιξις. Vitruu. *lib.* 5. *cap.* 5. Contráque eas cellas relinquentur aperturæ inferiorum graduum cubilibus, &c. Idem *lib.* 10. *c.* 9. Circa frontem eius figuntur tabulæ, relictis semipedalibus aperturis, ad aquam intrò concipiendam. ¶ Apertum tabularum apud Iurisconsultos. Vlpianus *D. lib.* 28 *tit.* 5. *l.* 3. Apertura tabularum dilatio necessarij hæredis ius non mutat.

Apis, vel Apis, in nominatiuo singulari. {דבורה debórah. μέλιττα. Gall. *Mousche à miel.* Ital. *Ape.* Germ. Ein Ymb oder Byn. Hisp. *Abeja.* Angl. *Abee.* } Colum. *lib.* 10. Nam quanto grandior apis atque rotundior, tanto peior. Ouid. *lib.* 12. *Metam.*

Non apis inde tulit collectos sedula flores.

¶ Hoc nomen compositum existimant plerique ab *a* sine, & pes, quòd sine pedibus nasci videamur, dicente Virgilio, Trunca pedum primò. Sed quum non seruet analogiam, sicut cætera composita, Bipes, edis, Tripes, edis, Compes, edis, magis simplex iudicandum est. Creantur apes ex boum fimo, sicut crabones ex equorum, fuci ex mulorum, vespæ ex asinorum excrementis. ¶ Neque mel, neque apes, μήτε μέλι, μήτε μελίσσας. In eos dici solitum, qui recusant commodum ferre, quòd sit cum incommodo quopiam coniunctum. Veluti, si quis apes, quòd sint aculeatæ, nolit perpeti, is nec melle quidem, quod optat, fruetur. Tryphon ex Sappho poetria Lesbia. ¶ In apes irruisti, εἰς μελίττας ἐνήλλησας. Vbi quis præter opinionem in ingens agmen, velut examen malorum immergitur: quemadmodum euenire solet iis, qui imprudentes in apum nidos incidunt. ¶ Apium & Apum, in genitiuo plurali. Iuuenalis *Satyr.* 13.

Examénque apium longa consederit vua.

Sic bis, aut sæpius. Columella modò vno, modò altero vtitur genitiuo: sed Apum frequentiùs vsurpat, sine i.

Apecula, siue Apicula, diminutiuum, parua apes. {μελισσίον. Angl. *A litle bee.* } Plin. *lib.* 7. Quadrigam ex eadem materia, quam musca integeret alis, fabricatam, & nauem, quam apicula pennis absconderet. Apiculatum opera congestum (cereum.) Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 1.

Apethamenus, mortuus. Cor. pret. Lex. gr. b.

Apeuctieus, vide *Prosenicticus.*

Apheletra, ἀφίλεθρα, equorum monumenta.

Aphoplystæ, qui priuatis hominibus arma habere non concedunt, ne rapinas, aut cædes faciant. Iulianus Antecessor *const.* 15.

Apianus, vide *infra.*

Apiarium, locus vbi apes considunt, hoc est, vbi aluei apium tenentur, quod Mellarium, siue aluearium nominatur. {μελισσῶν. Gall. *La ruche, lieu où se nourrissent les mousches à miel.* Ital. *Luogo doue stanno l'api.* Germ. Ein ymen heusslin, ein ymenbanck. Hisp. *El colmenar.* Angl. *A place where bees make their hony.* } Colum. *lib.* 10. Non est dubitandum, qui in ædificio iunctum apiarium maceria circundemus, sed in ea parte, quæ tectis latrinæ sterquiliniique & balnei odoribus libera est. Idem *lib.* 8. *cap.* 14.

Apiarius, qui curat, siue qui possidet apes. {μελισσουργός. Gall. *Celuy qui à la charge & gouuernement des mousches à miel.* Ital. *Gouernatore o possessore dell' api.* Germ. Der ymen hat mit den ymen umgehet zu den ymen sieht tregt. Hisp. *Colmenero.* Angl. *That hath the charge of bees.* } Plin. *lib.* 31. Prouentum enim sperant apiarij largè florescente thymo.

Apiastrum, μελισσόφυλλον, herba est, qua apes delectabantur: vnde & Melyssophyllon, & per syncopen Meliphyllon appellatur. Vulgo *Melissa.* Vide latiùs in dictione *Melissophyllon.*

Apiastra, æ, aliàs Merops, μέροψ. Aristot. *lib.* 9. in Creta à comedendis apibus, {μελισσοφάγος. Gall. *Guespier.* Ital. *Gaulo.* } Seru. *in* 4. *Georg. Virg.* Meropes aues vocantur apiastræ, qui apes comedunt. Vide *Merops.*

Apiatus, a, um, ab apibus: sicut à vermibus Vermiculatus. Dicitur quòd apium impressam habet similitudinem: vt, Apiata mensa, apud Plin. *lib.* 13. *cap.* 15. vbi de mensis cedrinis loquitur.

Apesus, untis, Ἀπέσας. Montis nomen est qui Nemeæ superiacet, vbi Theseus Ioui primum operatus creditur. Dictus ab heroë, cui Apesas nomen erat. Papinius, Mons erat audaci seductus in æthera dorso. Nomine Lernæi dicunt Apesunta coloni, Gentib. Argolicis olim sacer. In castigatioribus tamen exemplaribus hoc loco apud Statium *Aphesanta* legitur: i nominatiuo Aphesas. Apud Plin. autem *lib.* 4. *cap.* 5. *Apesus* absque aspiratione.

Apex, icis, fastigium in summo Flaminis pileo, in cuius extremo modica lana est, quod primum constat ad Albam Ascanium instituisse. Ponitur tamen pro ipso pileo Flaminis acuminato. κορυφὴ ἀκροφορής. Hodie Pontificum infula hoc nomine appellari potest. Valer. *lib.* 1. Ac Sulpitio inter sacrificandum à capite apex prolapsus, eidem sacerdotium abstulit. ¶ Sumitur aliquando pro summa verticis parte, quod longè sit à pedibus, & pro cuiuscunque rei summitate acuminata. {ראש *rosh.* 22 *gal.* Gall. *La pointe ou sommet de quelque chose.* Ital. *La sommità di qualche cosa.* Germ. Ein spitz das eusserst oder oberst theil iedes dings. Hisp. *La altura o cumbre de qualquier cosa.* Angl. *The point or toppe of any thing.* } Col. *lib.* 5. Eiusque velut apex pronus imminens voc tur. Cicero transtulit ad summam rei alicuius dignitatem: Apex, κορυφή, inquit, senectutis est authoritas, quanta fuit in M. Cæcilio Metello. ¶ Apices iuris etiam dicuntur in libris Iurisconsultorum, pro iure summo & subtili, spinosáque disputatione. Vlpianus *l.* 29. *D. mandat.* De bona enim fide agitur, cui non congruit de apicibus iuris non disputare. ¶ Apices literarum dicuntur accentuum notæ, Gell. *lib.* 13. *c.* 29. Apex auium, crista vt in pauone, galerita, vpupa, & gallinaceo genere. Plin. *lib.* 11. *cap.* 17. In capite paucis animalium, nec nisi volucribus, apices diuersi quidem generis.

Apexabo, onis, farcimen intestinum sanguine fartum, admista aruina.

Apicatus, a, apicem gestans, Ouid. 3. *Fast.* His etiam coniux Apicati sancta Dialis.

Apiculus, diminutiuum, paruus apex, κορυφή, quod & apiculum dicitur. Festus, Apiculum, filum est quo Flamines velatum apicem gerunt.

Apexabo, onis, Intestinum sanguine plenum, admisto pingui: sic dictum quòd in summitate quiddam, quasi in capite apicem habet. Varr. *lib.* 3. *de lingua Latina.*

Aphaca, æ, siue Aphace, ces, ἀφάκη, herba est in aruis nascens, paulò altior lente, foliis admodum tenuibus, terna, aut quaterna semina nigra in siliquis ferens. Hæc Plin. *lib.* 27. *cap.* 5. Ruellius eandem esse putat cum ea, quam vulgus Viciam agrestem appellat.

Aphace, ἀφάκη, vrbs Libyæ. Steph.

Aphæresis, ἀφαίρεσις, dici potest abscissio, figura quæ à principio dictionis literam, vel syllabam aufert: vt, Pone metum, pro Depone. Ex ἀπὸ τῆς αἱρέσεως.

Aphannæ, regio Siciliæ ignobilis: vnde prouerbium, Ad Aphannas, de obscuris & relegatis, Steph. ἀφάνναι.

Aphareus, per tres syllabas, ἀφαρεύς, patris Lyncei nomen est, à quo Ouid. Lynceum prolem Apharei iam vocat *lib.* 8. *Metam.*

Apharus, locus in Euxino, Absyrtus antea dictus.

Aphedas, nomen regis Atheniensium, vel, vt Stephanus, Molossorum, ἀφείδας.

Aphesas, antos, montis nomen est supra Nemeam. Vide *Apesus.*

Aphetæ, ἀφεταί, vrbs Magnesiæ in Pegasetico sinu. causam nominis lege apud Steph.

Apheteria, {ἀφετήριον. Gall. *La barriere ou le lieu duquel partoyent les cheuaux pour courir.* Ital. *Mosse.* Germ. Schrancken in welche man die roß lest sich mit lauffen zuüben. Hisp. *La cuerda que empareja los cauallos.* Angl. *An place out of the which horse beginneth to runne.* } Latini dicunt carceres, vnde equi emittuntur ad cursum. ¶ Sunt & Apheteria, vt inquit Suidas, organa ad expugnandas vrbes accommodata.

Aphidantes, ἀφείδαντες, populi sunt ex Molossis (vt inquit Stephanus) ita dicti ab Aphidante rege.

Aphidnæ, arum, ἄφιδνα Stephano, locus celebris in Attica. Senec. *in Hip.*

——— *parua altus Calces Aphidnas.*

Est etiam ciuitas Laconiæ.

Aphneum, ἄφνειον, ciuitas Phrygiæ, & alia Lydiæ, Steph.

Aphnites, palus circa Cyzicum, Artynia prius, ἀφνίτης Steph.

Aphormium, ἀφόρμιον, locus Thespiensium, Steph.

Aphractus, ἄφρακτος. Sunt aperta, intectáque nauigia. Cicer. *ad Attic.* Nos Rhodiorum aphractis tranquillitates aucupaturi eramus. Item *ad Terentiam,* Nostri aphracta Rhodiorum, nihil est quod minùs fluctum ferre possit. ¶ Legitur & Aphractus masculini generis. Cicer. *ad Attic. lib.* 6. Nos Etesiæ vehementissimè tardarunt: detraxit viginti ipsos dies etiam aphractus Rhodiorum.

Aphrica, λιβύη, tertia orbis pars, ab Asia Nilo fluuio, ab Europa mari mediterraneo discreta: ita dicta quasi Aprica, quòd Solis æstibus maximè sit exposita. Alij à Græcis sumptum putant nominis huius etymon, vt Africa dicta sit, quasi ἄνευ φρίκης, hoc est, sine horrore, aut frigore. Est enim hæc regio calidissima, & quæ magna sui parte inter Tropicos sita sit. Vide plura suprà in dictione *Africa.*

Aphrodisia, ἀφροδίσια, dicuntur Veneris festa, vel venereæ voluptates.

Aphrodisias, ἀφροδισιάς, insula est in mari Persico, vbi Persis à Carmania separatur: sic dicta, quòd in ea Venus quàm religiosissimè coleretur: alio nomine ...... dicta. Insulæ huius meminit Plin. *lib.* 6. *cap.* 25. ¶ Est præterea Aphrodisias Ciciliæ oppidum, teste Stephano. ¶ Est item insula in Oceano Hispanico, non procul à Gadibus: de qua Plin. *lib.* 4. *cap.* 22.

Aphrodisium, ἀφροδίσιον, oppidum fuit in Latio maritimum, quod postea mutato nomine Antium dictum est. de hoc Plin. *lib.* 3. *cap.* 5. ¶ Apud Græcos hoc nomine significatur statua Veneris, atque adeò res ipsa venerea. Vnde & ἀφροδισιάζειν dicunt, pro eo quod est rem veneream exercere.

Aphrodisium, ἀφροδίσιον, Cariæ promontorium est Pomponio, quod Aphrodisias Plinio appellatur. ¶ Est & Aphrodisium Ptolemæo vrbs Africæ. ¶ Est præterea Aphrodisium Hispaniæ Tarraconensis promontorium, eodem autore.

Aphrodisius, ἀφροδίσιος, Præsul Bituricensis, Petri discipulus, genere Ægyptius, qui diem suum obiit apud Bituriges, teste Volaterr.

Aphrodite, ἀφροδίτη. Veneris cognomen est, dictum ἀπὸ τοῦ ἀφροῦ, hoc est, à spuma. Venerem enim ex spuma maris ortam esse Poëtæ fabulantur.

Aphrogala, ἀφρόγαλα, lac spumosum, i. e. tantopere agitatum, vt totum in spumam versum sit: remedium aduersus calidam ventriculi intemperiem præstantissimum. ab ἀφρὸς spuma & γάλα lac.

Aphronitrum, {ἀφρόνιτρον. Gall. *Escume d'vne sorte de Salpetre.* Ital. *Schiuma di salnitro.* Germ. Schaum des salpeters. Hisp. *Alatrón.* Angl. *Salpeter.* } Spuma nitri: de qua Plin. *lib.* 31. *cap.* 10. & Martial. *lib.* 14.

Rusticus es? nescis quid Græco nomine dicar? Spuma vocor nitri, Græcus es: Amphitruitrum.

Aphron, Plinio herba est ex generibus papaueris, foliis (si propiùs intueris) passerum speciem repræsentantibus, radicem habens in summa terræ cute, semine spumeo. A Dioscoride μήκων ἀφρώδης, hoc est, spumeum papauer appellatur. de hoc Plin. *lib.* 20. *cap.* 19.

Aphroscorodon, ἀφροσκόροδον, genus est allij, maioris incrementi, quod à Plinio Vlpicum vocatur. Nominis ratio diuersa traditur. Nam Col. ab Aphris nomen sumpsisse existimat. Vlpicum (inquit) quod quidam allium Punicum vocant, Græci Aphroscorodon. Plin. à spuma dictum existimat, quam gignit in pulmentariis, quibus adhibetur: ita enim habet *lib.* 19. *cap.* 6. Vlpicum quoque in genere Græci appellauerunt allium Cyprium, præcipuè Aphricæ celebratum inter pulmentaria ruris, grandius allio. Tritum in oleo & aceto mirum quantum increscat spuma.

Aphroselenus, ἀφροσέληνος, lapis alio nomine Selebites dictus, διὰ *τὸ ἀφρώδης καὶ ...* Nascitur in Arabia, colore candido, pellucidus & minimè ponderosus. A Latinis etiam Lunaris appellatur. Vide Dioscor. *lib.* 5.

Aphthæ, ἄφθαι. Exulcerationes sunt in summo ore, infantibus peculiares, prouenientes vitio lactis quo nutriuntur, calido humore corrupti. Oriuntur & in ætate prouectioribus, quum ora illis intumescunt, rubescúntque, calidis humoribus eò commeantibus. Vide plura apud Cæl. Rhod. *lib.* 9. *cap.* 20.

Aphthides, pars Ægypti, Steph.

Aphthonius, ἀφθόνιος, Sophistæ cuiusdam nomen, qui in Rhetorica Hermogenis προγυμνάσματα, hoc est, præexercitationes conscripsit, quæ etiam hodie extant.

Aphya, ἀφύη, piscis genus, candidum, molle ac tenerum quod admotum igni protinus decoquitur. Vnde prouerbium, Aphya ad ignem: in ea quæ celeriter intereunt, aut consumuntur. Piscis huius meminit Aristot. *lib.* 6. *Animal.* Theodorus Apuam vertit. Athenienses πτωχικὸν ὄψον, hoc est, mendicorum opsonium vocare solent ob nimiam rei vilitatem. Cicer. *Attic. lib.* 4. Aphyam populi vocat sentinam, & sordes populi. Quare (inquit) vt homini curioso, ita perscribere ad me quid primus dies, quid secundus, quid Censores, quid Appius, quid illa populi aphya, denique etiam quid de te fiat, ad me velim scribas. Vide Cæl *lib.* 5. *cap.* 19.

Aphytagoras, Ctesias (referente Plinio) arbores quasdam esse voluit iuxta Hypobarum Indiæ fluuium, electrum ferentes: vocéque hac prædulcem suauitatem significari tradidit. Vide Plin. *lib.* 37. *cap.* 2.

Aphytæ, es, ἀφύτη, siue Aphytis, ἀφυτις, oppidum est Thraciæ, non procul à Pallene, Apollinis oraculo insigne: ab Aphyo quodam indigena ita appellatum. Huius incolæ dicuntur Aphytæi, ἀφυταῖοι Stephano.

Apianus, a, um, quod apes auidæ sumunt: μελισσοτρόφος. Vnde Apianæ vuæ dictæ sunt, quas muscæ insectantur: nunc vulgò à muscis, *Muscatelle* dicuntur. Plin. *lib.* 14. *cap.* 2. Apianæ, apes dedere cognomen, præcipuè earum auidæ. Col. *lib.* 12. *cap.* 24. Passum si ex vua apiana facere volueris vuam apianam integram legito. Idem *lib.* 3. *cap.* 2. Magnis etiam dotibus tres apianæ commendantur, omnes feraces, iugóque & arboribus satis idoneæ: generosior tamen vna, quæ nudis foliis est. Nam duæ lanatæ quamuis frondibus, & palmitum facie fluxuræ, qualitate sunt dispariles, quum tardius altera recipiat cariem vetustatis. Pingui solo feracissimæ, mediocri quoque fœcundæ, præcoqui fructus. Ideóque frigidis locis aptissimæ, vini dulcis, sed capiti, neruis, venisque non aptæ, nisi maturè lectæ. Pluuiis, ventisque, & apibus afferunt prædam, quarum vocabulo propter hanc expopulationem cognominantur.

Apiă, ἄπιος, à Græcis arbor dicitur, quam Latini Pyrum vocant.

Apiastrum, {μελισσόφυλλον. Hisp. *Torongil.*} à tauro deductum quasi dicas, herba filiarum tauri, id est, apum.

Apicæ oues, dictæ sunt, quæ non amplo corpore sunt, nec multum lanam habent circa corpus totum, {ψιλαὶ τὴν γαστέρα. Gall. *Brebis pelees soubs le ventre.* Ital. *Pecore che non hanno molta lana.* Germ. Schaaff die nicht wol bey leib sind/vnd wenig wollen haben/Dürre vnd blutte schaff. Hisp. *Las ouejas que tienen el vientre lampiño.* Angl. *A kind of sheep with an litle belie, an litle woll.*} Plin. *lib.* 8. *cap.* 48. In ipsa oue satis generositatis ostenditur breuitate crurum, ventris vestitu: quibus nudus esset, Apicas vocabant, damnabántque. Idem scribit Varr. *lib.* 2. *cap.* 2.

¶Apicire, ligare. Gloss. Isid. Hoc esset quasi ab apice.¶

Apiculă, vide *Apes.*

Apiculus, vide *Apex.*

Apidănŭs, Ἀπιδανός, fluuius est Thessaliæ, Cui Enipeus, Melas, & Phœnix miscentur, quos ipse secum in Peneon defert, vt habet Lucan. *lib.* 1.

——it gurgite vasto

Apidanus, nunquamque celer, nisi mixtus Enipeus.

Apilascus, udis. Plin. *lib.* 33. *cap.* 4. Nam aurum quod ad pilas cudunt, Apilascudem vocant.

Apină, & Trică, duo oppida Apuliæ fuerunt, quæ Diomedes euertit tanta ignominia, vt in prouerbij ludibrium transierunt. Quoties enim rem nullius pretij ostendere volumus, Apinas & Tricas nominamus. Martial. *lib.* 13.

Sunt Apinæ, Tricæque, & si quid vilius istis.

Apinæ, Nuces vocantur (inquit Perotius) quæ cutem verius, quàm putamen, adeò mollem habent, vt simul mandatur. Apud Plin. tamen *lib.* 15. *cap.* 10. vnde Perottus hæc ad verbum descripsit, Sapineam hoc nucis genus, non Apinam nominatum inuenimus.

¶Apio, ligo. Gloss. Arabicol. Sed videtur legendum *apo*: quod *infrà*.¶

Apiriă, ἀπειρία, inexperientia. Cic. *de Finib.* vertit Infinitionem. Quarum, inquit, incursionem non solùm videamus, sed etiam cogitemus infinitionem ipsam quam Apitiam vocant.

Apis, ἆπις, bouis nomen apud Ægyptios, quem pro Deo colebant: alio nomine Serapis dictus. Corpore erat nigro, candida fronte, in tergo alba nota insignis, duplicibus pilis in cauda, & lingua canthuro notatus, quem certos vitæ annos excedere non licebat. Hunc in lacum demersum Ægyptij, indicto iustitio, veste scissa, & laceratis crinibus defunctum plangebant: inuento verò alio mirificè lætabantur. Responsa autem dare non vt reliqua oracula solitus, sed si manu oblatum pabulum sumpsisset è consulentibus, secundos euentus, atque omnia prospera decernebat: si verò abnueret, omnia sinistra portendebat. Ideo quum à Germanico Cæsare pabulum oblatum renuisset, funestum omen & indubiam necem, quæ paulo pòst sequuta est, prænuntiauit, Hæc Alexander ab Alexandro *lib.* 6. *cap.* 2. & eadem ferè Marcellinus *lib.* 22.

Apiscor, eris, cuius præteritum volunt esse Aptus sum, Acquiro. {קנה *kánah.* τυγχάνω. Gall. *Recouurer, iouïr.* Ital. *Acquistare.* Germ. Vberkommen/erlangen. Hisp. *Alcançar lo desseado.* Angl. *To gett, to obteine, to receuer.*} Verbum est penè obsoletum, quod nonnisi apud antiquissimos legitur. Hæreditatem sum aptus. Plaut. *Capt. sc.* 3. *a.* 4. Lucr. *lib.* 1. Nec ratione animi, quam quiuis possit apisci. Idem *lib.* 6. Quippe etenim nullo cessabant tempore apisci, Ex aliis alios auidi contagia morbi. In Iurisconsultorum libris adhuc frequenter legitur apisci possessionem, pro adipisci. Huius composita sunt Adipiscor & indipiscor: de quibus suis locis.

¶Apis mergis, loca calentia apum. Isid. Gloss.¶

Apistŏs, (quod hactenus hic perperam pro gemmæ nomine lectum est) lege Apsyctos ἄψυκτος.

Apicius, ἀπίκιος, omnium nepotum fuit princeps, cui parum visum est & principum congiaria, & Capitolij vectigal comessationibus deuorasse, nisi suæ etiam gulæ monimentum posteris reliquisset, conscriptis de gulæ irritamentis aliquot libris. Hunc vixisse suo seculo testatur Seneca *in lib. de consol. ad Albinam.*

Apium, herba est hortensis. {σέλινον. Gall. *Persil.* Ital. *Petrosemolo.* Hisp. *Perexil.* Angl. *Persley.*} Ex hac fiebant apud antiquos coronæ victoribus in Nemæorum sacris certaminibus. Iuuenalis, Gaudentes fœdo peregrina ad pulpita saltu Prostitui, Graiæque apium meruisse coronæ. Quidam hoc nomen ab apice deducunt: quia antiqui apicem capitis apio coronabant: vnde est illud dictum, Quod apex hoc ferre solebat Victoris, veterum fieret dum more triumphus, Ipse sibi talem prior imposuisse coronam Dicitur Alcides. Alij hoc nomen ab apibus deductum putant, quæ illo præcipuè delectari putantur. ¶ Ne inter Apia quidem sunt: Οὐδ' ἐν σελίνοις εἰσί: pro eo quod est, ne ingressum quidem, aut initium rei attigerunt. Sumpta metaphora ab iis qui hortos ingrediuntur. Nam antiquitas extremus illic hortum ambitus apio conserebatur, quem qui nondum præteriissent, velut in horti limina adhuc esse videbantur. Aristoph. *in Vespis.* ¶ Apio est, τοῦ σελίνου δεῖται. Ita loquebantur quoties morbum capitalem innuebant, & vitæ periculum imminere. Nam olim monumenta defunctorum apio coronabantur. Plutarch. *in Symposiacis.*

Apium montanum, herba est cicutæ foliis, quæ apium agreste vocatur, in montibus ferè, locisque petrosis nascens: vnde & nomen habet. {ὀρεοσέλινον. Gall. *Persil de montagne.* Ital. *Petrosemolo agreste.* Germ. Ein wilder eppich. Hisp. *Perexil montesino.*}

Apium palustre, herba est apio satiuo maior: sic dicta quòd in paludibus, & aquosis locis proueniat. {ἑλεοσέλινον. Gall. *Persil de marets.* Ital. *Petrosemolo dell' aqua.* Germ. Pfützeneppich. Hisp. *Perexil de agua.* Angl. *A kind persley that groweth in marasses.*}

Apium saxatile, herba est semen proferens ammeos semini non dissimile, sed odoratius: quæ quoniam in Macedonia optima nascitur, vulgò Petroselinum Macedonicum vocari cœpit, πετροσέλινον. Nascitur in petris: vnde & nomen accepit. Pro hoc officinæ hipposelinum perperam substituunt, quæ est herba à petroselino omnino diuersa, quam Latini Olusatrum appellant. Vide suo loco.

Aplănēs, Inerrans, minimè vagus. ἀπλανής. Macrob. *lib.* 1. *de Som.* Prima illa stellifera sphæra, quæ proprio nomine dicitur cælum, Aplanes apud Græcos vocatur, continens & arcens cæteras.

Aplectum, ἄπλεκτον, fossatum. Leo *const.* 11.

¶Aplomistos, implumis. Lex. gr. b.¶

Apluda, id est, furfureus panis. Gell. *cap.* 7. *lib.* 11. vide *Appluda.*

Apulæ, arum, antiquorum rusticorum vocabulum, de quo ita Nonius. Apludas, inquit, frumenti furfures dicunt rustici veteres. Hoc in antiquis inuenitur, quorum in dubio est autoritas. itaque exemplis supersedebimus: quanquam & Plaut. *in Astraba* vsus sit. Hæc Nonius.

Aplustrĕ, & in numero plurali Aplustra, vel Aplustria. Nauis est ornamentum in summitate mali, interpres Iuuenalis *Satyr.* 10. & omnino scribendum est absque m, quia apud Poetas inuenitur prima correpta: quæ si per m, scriberetur, ratione positionis necessariò produceretur. Cic. *in Arato.* Nauibus absumptis fluitantia quærere aplustra. Festus vtroque modo scribi posse existimauit. Aplustra, inquit, nauium ornamenta: quæ quia erant amplius, quàm essent necessaria vsui etiam Amplustria dicebantur. Hæc ille. Nos contrà putamus, non ab aduerbio Amplius hoc nomen deduci, sed ab α, priuatiua, & verbo πλέω, quòd ad nauigationem non sit necessarium.

Aplysiæ, ἀπλυσίαι, Illotarias vertit Theodorus, spongiarum genus vilissimum, maximas habens fistulas, & reliquam partem admodum spissam, ita dictum, quòd elui non possit. Vide Plin. *lib.* 9. *cap.* 45.

¶Apo antiquis comprehendo, vinculo: ab ἅπτω necto, alligo.

Apo ἀπὸ, præpositio Græca, i. e. ab a, in multis vocibus vsitata est, quas Latina lingua recepit. Sequente vocali tenui, fit contractio, & est *ap.* sequente aspera, est *aph.*¶

Apobroti, ἀποβρῶται, populi Ætoliæ, Steph.

¶Apobaterium, ἀποβατήριον, carmen, quo discedentes vtuntur: ab ἀποβαίνω abeo. Scal.

Apocalypsis, ἀποκάλυψις, reuelatio, ab ἀποκαλύπτω.¶

Apocatastasis, reintegratio. Apocatasticus, reintegratus. Firmicus *lib.* 3. *cap.* 1.

Apochă, æ, Schedula est, qua fatemur nobis de pecunia esse satisfactum. {ἀποχή. Gall. *Quitance.* Ital. *Quitanza.* Germ. Ein quittanz. Hisp. *Aluala de paga y fin y quito, carta de pago.* Angl. *An acquitance or discharge.*} Vulgò *Quittantiam* vocant. ¶ Antapocha verò est, quam debitor dat creditori. ¶ Acceptilationis autem nomen generalius est, quam Apochæ. Illa enim quamuis liberationem continet, etiamsi nulla præcesserit numeratio. Apocha autem solum dicitur, quum pecunia soluta est. Vlpian. *de accept. l. si acceptilatum.*

Apocinus, ἀπόκινος, genus saltationis fuit inter Gentiles, & satis impudicum.

[Apocolocyntosis, incucurbitatio. Ludicra cæsaris apotheosis. Senec.]

Apocope, ἀποκοπή, Amputatio ex ἀπὸ quæ Re vel Ab significat, κόπτω, scindo, amputo. Figura, quando vltima litera, vel syllaba tollitur, vt peculi pro peculij.

Apocopi, {ἀπόκοποι. GALL. Chastrez. ITAL. Castrati. GERM. Verschnitten. HISP. Hombres castrados. ANGL. Gelded.} Dicti sunt à Iulio Materno castrati quasi excisi & spoliati.

Apocotus, idem quod durus, asper, rigidus, ἀπόκοτος. Firmicus lib. 7. Nascentur serui, miseri, apocoti, oligochronij, & infelices.

Apocrisis, ἀπόκρισις, responsum.

Apocrisiarij, non Apocrisarij, necnon Ipocrisiarij, quamuis perinde barbarum, vt hæc, esse videatur: attamen illud rectiùs ab ἀποκρίνομαι, quod respondeo significat, dicitur. Est autem apocrisiarius, vt quidam putant, Responsalis, & legatus episcopi: inde dictus, quòd aliquando pro Episcopo respondere cogatur. Vsi sunt hac voce Pontifices. Meliùs tamen alij qui aiunt, Apocrisiarios dictos, velut locum tenentes Episcoporum, vt res Ecclesiæ gubernarent, negotia singulorum audirent, referréntque ad Episcopos.

Apocryphus, a, um, {מוחב satum נחתר nistar. ἀπόκρυφος. GALL. Apocryphe, caché, sans autheur. ITAL. Ascoso, secreto, non prouato, non autentico. GERM. Verborgen/heimlich. HISP. Escondido, cosa que no tiene autoridad. ANGL. Hid, but an authour.} Latinè absconditus, secretus, ex ἀπὸ, quæ exaggerat rem, & κρύπτω, abscondo. Illa verò scriptura dicitur Apocrypha, cuius occulta origo est, & in qua, licèt inueniatur aliqua veritas, tamen propter multa falsa non habet scripturæ canonicæ pondus. Apocryphanon ἀδήλου & incerti authoris, sed occulta quòd illis publicè in templis non licebat vti: nam in docenda religione nolebant admisceri humana scripta, itaque commentarios hominum non recipiebant in templa, nec authoritatem illorum valere voluerunt, & inserunt ἀπόκρυφα esse, hoc est, latentia. Hæc Melanchthon. Qui verò sint apocryphi libri, vide in Decr. dist. 15. c. sancta Rom. ecclesia.

Apocynon, ἀπόκυνον, officulum in ranæ sinistro latere, quod si in aquam deiectum fuerit, statim feruere ferunt: arcerem eo & iurgia si in potionem addatur concitari: multaque præterea alia de hoc tradit magicæ vanitas. Sic dictum, quoniam canum impetus eo cohibentur. Vide Plin. lib. 32. cap. 5.

Apodectæ, Athenis dicebantur, qui collationibus & vectigalibus præerant, quorum iudicio quicquid controuersiæ erat in publicis collationibus decernebatur.

Apodes, ἄποδες, aues quædam, ex genere hirundinum, ita dictæ quòd careant vsu pedum. Alio nomine Cypselli dicuntur, volant plurimum, nidificant in scopulis atque in editioribus domibus. Quies eis nisi in nido: aut pendent, aut iacent. Plin. lib. 10. Plurimum volant, quæ Apodes vocantur, quia carent vsu pedum.

[Apodidrascinda, ἀποδιδρασκίνδα, ab ἀποδιδράσκω fugio. Ludus est pueritiæ, quo obstructis ei, qui in medio sedet, oculis cæteri in latebras sese abdunt: mox dato signo, dum ille latentes vestigat, hi ad sedem eius tanquam ad metum recipientes se, præuertere eum satagunt. Ita Hadr. Iun. in Nomencl.]

Apodixis, euidens probatio, demonstratio, documentum. {הוכחה hochachah. ἀπόδειξις. GALL. Preuue euidente, demonstration claire. ITAL. Proua euidente, demonstratione chiara. GERM. Ein gewisse anzeigung und beweisung eines handels. HISP. Fuerte demonstracion, prueua euidente. ANGL. A plaine probation.} Vnde Apodixes grammaticas Quint. vocat potentissimas Geometrarum demonstrationes.

Apodos, scribitur enim per ω ἄπωδος. Est vox galli intempestiua, siue immatura, & vox quæ neque choro, neque fidibus concordat.

Apodosis, Schema iucundissimum, quum præcedentium membrorum singulis singulæ particulæ respondent. ἀπόδοσις. Exemplum eius est apud Terentium in Andria. Adeon' me ignauum putas? Adeon' porro ingratum, aut inhumanum, aut ferum, vt neque me consuetudo, neque amor, neque pudor commoueat, vt seruem fidem? Ibi enim consuetudo feritati, amor inhumanitati, pudor ingratitudini respondet. Latinè enim redditionem sonat.

Apodyterium, spoliatorium. Locus in quo loturi, aut sudaturi, vestes deponebant, quas capsarij seruabant. {ἀποδυτήριον. GALL. Le lieu où on laisse les habillements quand en veut entrer dans les estuues. ITAL. Luogo da lasciare idrapi quando si va in stufa, spogliatoio. GERM. Ein abgesechsunder ort im dem bad da die kleider abgezogen vnd bewart werden. HISP. Lugar donde se ponen los vestidos quando se entra en los baños. ANGL. An place where they put their clothes which entereth in the stewes.} nam ἀποδύειν exuere dicitur. Plin. ad Apollinarem, Inde apodyterium balnei laxum & hilare excipit cella frigidaria, in qua baptisterium amplum atque opacum.

Apoeninus, vide Apenninus.

Apœninigena, & Apœninicola, qui Apœninum inhabitat, aut in Apennino versatur. 4. Paneg. Apœninigenis cultas pastoribus aras. Virgil. 11. Æneid.

Apœninicola bellator filius Auni.

Apogæum, ἀπόγειον, ab Astrologis vocatur pars media cæli, quæ & μεσουράνημα dicitur: sicut contra Hypogæum, pars ima cæli appellatur. Vide Cælium Rhod. lib. 2. cap. 21.

Apogæi, venti sunt à terra flantes. {ἀπόγειοι. GALL. Vents de terre. ITAL. Venti da terra. GERM. Die wind so von dem erdtrich ausgehn. HISP. Vientos de la tierra.} Plin. lib. 2. cap. 43.

Apographum, Exemplum, descriptio libri, quasi dicetes descriptum, aut exscriptum. {פתשגן pathshêghen. ἀπόγραφον. GALL. Copie en double, transcripte ou extrait. ITAL. Essemplare. GERM. Ein abschrifft / ein copey ein außzug. HISP. Coppia o traslado sacado de escrittura. ANGL. A copie, which is writ out of another, a paterne.} Vnde Cicero, libros suos philosophos Apographa vocat, quasi scriptorum Græcorum imagines & exempla. Plin. lib. 5. cap. 11. Huius tabulæ exemplar, quod Apographum vocant, L. Lucullus duobus talentis emit.

Apolactizo, as, ἀπολακτίζω. Calcibus inuado, per translationem paruifacio, contemno. Plaut. in Epid. Auxilia mihi, & suppetiæ domi sunt, apolactizo inimicos omnes.

Apolecti, ἀπόλεκτοι, Senatores erant, sanctiúsque concilium, quod ex delectis viris constabat: ita dicti παρὰ τὸ ἀπολέγεσθαι, eo quòd ex multis soleant deligi. Liuius lib. 6. belli Maced. Vbi quum in concilio delectorum, quos apolectos vocant, Phaneas & quæ imperarentur, & quæ ipsis prope accidulent, exposuisset. Ibidem, Concilium quidem vniuersæ gentis Ætoli post dimissos Romanos non habuerunt: per apolectos autem (ita vocant sanctius concilium, quod ex delectis constat viris) id agitabant, quomodo res in Græcia nouarentur. ¶ Est & genus piscis, ex pelamidum genere. Plin. lib. 9. cap. 15. Pelamides apolectos, particulatimque confectæ in genera cybiorum dispartiuntur. Idem lib. 32. cap. 1. Pelamis earum generis maxima apolectus vocatur, durior tritone.

Apoliopolitis, Præfectura. Plin. lib. 5. cap. 11. 70.

Apolis, {בלא מדינה beleph. ἄπολις. GALL. Banni, estranger. ITAL. Bandito. GERM. Ein bandit / der auß seiner statt vnd heymet vertriben ist. HISP. Desterrado, o fuera de su tierra. ANGL. That hath, not a citie, a stranger, banished.} Latinè extorris dicitur, qui caret ciuitate, quales sunt exules, aut deportati, aut in metallum damnati, quibus ciuitatis ius ademptum est, Martian. l. quidam, de pœnis. ¶ Item quidam apolides sunt, vt sunt opus publicum perpetuò dati, & in insulam deportati.

Apollo, inis, ἀπόλλων. Creditus fuit Deus: quem etiam Græci φοῖβον, hoc est, Solem appellant. Cui, vt Macrobius inquit, variæ fuerunt potestates. Nam fuit autor carminis, præses vaticinij, sagittandi peritiam habuit, artem medicinæ percalluit, & citharam adinuenit. Vnde Adagium, Quid tibi Apollo cecinit? hoc est, quid tibi responditur? Allusum est autem ad Apollinis citharam, quam illi tribuunt poëtæ. Vsus est Æschyl. in Aiace Locrensi. Refertur à Zenodoto. Conueniet, vbi quis à principe redeuntem percunctabitur quid responsi tulerit, ἀπόλλων σοι τί ἀνεῖπε. Idem, Arte Medicinæ clarus, vnde Plaut. Men. sc. 3. a. 5. Ait se obligasse crus fractum Æsculapio: Apollini autem brachium. Idem μὰ τὸν ἀπόλλω. Capt. Apollo confige sagittis fures Thesaurarios. Idem Aul. sc. 5. a. 2. Apollo me iubes equos capere. Idem Men. sc. 2. a. 5. Ecce Apollo mihi ex oraculo imperat vt illi oculos exuram lapidibus ardentibus. perij. Ibidem. Apollo me iubes equos capere. ibidem.

——— Chrysen & Cillan Apollinis vrbes,

Ouid. 13. Metam. Cæterùm Apollinis recto casu in numo æreo. Heraclij imperatoris. & Plaut. Capt. sc. 2. a. 5. Imperium tuum demutat atque edictum Apollinis. (An denutat: an ratum esse non patitur?) ¶ Idem dicitur Liber, quod liberè vagetur per aerem. ¶ Nomius etiam, i. pastor, dictus est ab eo, quod Admeti regis pauerit armenta. Apollinis tripodem vas aureum fuisse constat trium pedum, à Vulcano fabrefactum, ac pro munere Pelopi datum, quum vxorem duceret. Porphyrius ait eundem esse Solem apud superos, Liberum patrem in terris, Apollinem apud inferos. Vnde etiam tria insignia circa eius simulachrum videmus: Lyram, quæ nobis cælestis harmoniæ imaginem monstrat: Gryphum, quod terrenum numen ostendit: Sagittas, quibus infernus deus indicatur & noxius. Vnde & Apollo dictus est, vt quidam existimant, ἀπὸ τοῦ ἀπολλύειν, quod perdere significat, siue destruere, quòd non paucos nimio æstu crederetur extinguere. Vnde etiam spicula ei assignauit vetustas: quæ tamen non dextera gestat, sed sinistra, quòd ad iuuandum promptior sit, quàm ad nocendum. Vnde etiam nonnulli παρὰ τὸ ἀπελαύνειν τὰς νόσους, hoc est, ab abigendis morbis, Apollinem dictum existimant.

Apollineus, a, um, adiectiuum, φοίβειος, vt, Apollinea ars, pro arte medica. Ouid. Eleg. 3. lib. 3. Trist.

Nullus, Apollinea quì leuet arte malum, est.

Et ars Apollinea, pro arte vaticinandi. Idem in Ibin, Apollinea clarus in arte senex, Tiresiam intelligit.

Apollinares ludi, qui in honorem Apollinis fiebant: de quorum institutione vide Liu. lib. 25. & Macrob. Sat. 1. ἀπολλώνια. Cic. ad Att. Ludis Apollinaribus Diphilus tragœdus in nostrum Pompeium petulanter inuectus est.

Apollodorus, ἀπολλόδωρος, nomen pictoris excellentis, & nomen oratoris Pergameni. Apollodori sex memorantur. Primus Atheniensis Comicus. Secundus Celeus, cuius comœdiæ fuerunt Philadelphi, & Syssiphus. Tertius Tarsensis Tragicus. Quartus item Atheniensis grammaticus, Aristarchi discipulus. Quintus Pergamenus rhetor, præceptor Calidij, qui docuit Augustum. Suet. in August. cap. 88. Sextus Alexandrinus Comicus, Menandri æmulus.

Apollonia, ἀπολλωνία, oppidum in ea parte Macedoniæ, quæ Adriatico mari adiacet, Corinthiorum colonia, optimis olim instituta legibus. Vulgò his temporibus Valona nominatur. De hac Strabo. Condidêre Apolloniam Corinthij Corcyræique ab Æante fluuio stadiis decem, à mari sexaginta. ¶ Est & Apollonia inter insulas Thraciæ, cis Istrum amnem locata. ¶ Est & Apollonia ciuitas in Creta, & alia in Syria. Vide Stephanum.

Apolloniatæ, ἀπολλωνιᾶται, populi Apolloniæ. Valer. Max. lib. 2. Apolloniatæ quidam pœnitentiam egerunt.

Apolloniatis, ἀπολλωνιάς. Vrbs in Parnasso iuxta Delphos, aliàs Cyparissus dicta. Steph. Vide in Cyparisso. Trœzen etiam Peloponnesi olim Apolloniatis dicebatur. Stephanus.

Apollonius, ἀπολλώνιος, nomen philosophi Alexandrini, qui Rhodi vixit, vnde & Rhodius appellatus est. ¶ Fuit etiam hoc nomine Alabandensis Philosophus, dictus à Suetonio clarissimus dicendi magister, sub quo (vt Plutarchus scribit) Cicer. & Cæsar condiscipuli fuêre. Præter hos fuit & Apollonius Tyaneus, Pythagoricus Philosophus, & magus, cuius vitam scripsit Philostratus, Græcorum omnium mendacissimus. Fertur hic dum Ephesi vitam ageret, & fortè in multitudine disputaret, per eam horam, qua Domitianus interficiebatur, defixus & elinguis stetisse, atque vbi primùm loqui potuit, exclamasse, Euge Stephane, pulchrè, Stephane percute sceleratum: pulsasti, vulnerasti, & interfecisti.

Apologia, defensio, excusatio, responsio & satisfactio. {התנצלות hithnatsêluth,

nassfeluth. ἀπολογία. GALL. *Apologie, defense.* ITAL. *Apologia, difesa.* GERM. Ein verantwortung beschirmung gegenantwort. HISP. *Respuesta, excusacion.* ANGL. *An excusation, a defence.* } Dicitur & Apologeticum, & Apologema, ἀπολόγημα. vnde Apologeticus liber, quo nos expurgamus, aut aduersario satisfacimus.

Ăpŏlŏgŭs, Fabula in qua bruta animalia introducuntur loquentia. { משל maschal נביעה sibenitah. ἀπόλογος. GALL. *Fable.* ITAL. *Fauola.* GERM. Ein fabel ein gedicht fabelred. HISP. *Ficion, ò nouela fingida.* ANGL. *A fable where brute beastes ar fained to speak.* } Nam est quædam ex humilibus rebus composita forma ac species accommodata ad ridendum, quæ & Apologia dicitur. Cic. 2. *Orat.* Et ad hoc genus adscribamus etiam narrationes apologorum. Vide Quint. *lib.* 5. *cap.* 11. & Gell. *cap.* 29. *lib.* 2.

Ăpŏlŏgo, as, Postulo. { שבן schinnhu. ἀπολογοῦμαι. } Senec. *epist.* 47. Et sæpe illum inuicem apologauit. Gallicè dicitur *Brocarder.*

Ăpŏlŏgātĭo, onis, ἡ μυθολογία. Quint. *lib.* 5. *cap.* 11. Nostrorum quidam, non sanè recepto in vsum nomine, Apologationem vocant: de fabulis loquitur.

‖Apolysis, liberatio, absolutio, discessus. Item vltimus dies cuiusque festi, quasi tunc soluatur. Lex. gr. b.

Apolyticæ, epistolæ nunc dimissoriæ. Balsam. Lex. gr. b.

Apolyticum, formula, qua populus dimittebatur per liturgiam. Lex. gr. b. ‖

Apomeli, itis, ἀπόμελι. Potus confectus ex maceratis aqua fauis, medium inter mulsum & oxymeli locum obtinens: cuius plurimus est vsus circa Peloponnesum: vt scribit Galen. *lib.* 8. *Method.*

Ăpŏnŭs, ἄπονος, fluuius, seu fons calidis aquis, haud longè à Patauio, vel vicus ipse, in quo Balneæ sunt. Lucan. *lib.* 6. Colle sedens Aponus terris vbi fumifer exit, Atque Antenorei dispergitur vnda Timaui. Aponus autem dicitur non tam quòd morbis medeatur, quàm quòd sine dolore remedium afferat. ¶ Aponus fons. Suet. *in Tib. cap.* 34.

‖Apopemptici hymni, quum quis ex iis locis abiret, in quæ venisset. Scal. ἀποπέμπειν est ablegare. ‖

Ăpŏphăsĭs, ἀπόφασις, Negatio, abnuentia, depulsio, ab ἀπόφημι. Vide de hac figura Quint. *lib.* 9. *cap.* 2. ¶ Apophasis etiam dicitur catalogus & index bonorum: qualis ferè fieri solet à morte alicuius. Iurisperiti suo quodam more vocant Inuentarium. Dicitur autem Apophasis in hac significatione ab ἀποφαίνω, quod est, in rationes tutelæ refero.

Apophlegmatismi, ἀποφλεγματισμοί, vocantur remedia, quæ in ore retenta, vel manducata, aut linguæ subdita, noxios quosque humores ex capite detrahunt. Fit à verbo Græco ἀποφλεγματίζω, quod est, capitis pituitas expurgo.

Apophyădes, ἀποφυάδες, Latinè Appendices vocari possunt, quæ scilicet rei alicui agnascuntur. Vnde & Aristoteles ἀποφυάδας vocat intestinorum appendices, quæ & ἐκφυάδες dicuntur.

‖Apophóra, anaphóra, pecunia à seruis persoluta dominis. Rhod. ‖

Ăpŏphŏrēta, Munera quæ dari solent Saturnalibus: quem morem hodie quoque seruant mense Decembri in natali Saluatoris, & initio anni. { משאת masseét. ἀποφόρητα. GALL. *Estrenes.* ITAL. *Mancia.* GERM. Geschenck zum guten jahr. HISP. *Cosas que se dan como presente.* ANGL. *Giftes geuein on certane dayes, as new yeare gifte.* } Munuscula quoque quæ à cœna conuiuis dabantur domum auferenda, etiam Apophoreta dicebantur: ita dicta à verbo Græco ἀποφέρω, quod auferre significat. Suetonius *in Calig. cap.* 55. *in Domit.* Dabat sicut Saturnalibus viris apophoreta. ita per Calendas Martias fœmininis. Vide Turnebum & interpr. vet. Martialis.

Ăpŏphthĕgma, atis, { משל maschál ἀπόφθεγμα. ANGL. *A brieffe or short maner of speaking full of sentence.* } Breuis & acuta sententia, siue argutum dictum, non cuiuslibet, sed illustrium tantùm virorum. Vnde Plutarchi Apophthegmata. Cic. 1. *Officiorum.* Multaque multorum facetè dicta, vt ea quæ à sene Catone collecta sunt, quæ vocant. { ἀποφθέγματα. GALL. *Apophtegme, breue parole sententieuse.* ITAL. *Sententia, cuero, detto breue.* GERM. Ein kurtz gedoch weyser spruch vnd sentenz. HISP. *Dicho gratioso y sententioso.* }

Ăpŏplēctĭci, ἀποπληκτικοί. Sunt quorum videlicet & corpus, & mens stupet ictu fulminis, aut morbo. Cel. *lib.* 3. *cap.* 26. vocat Attonitos.

Ăpŏplexĭa, siue Apoplexis, { ἀποπληξία. GALL. *Apoplexie, quand on est entrepris de tous les membres.* ITAL. *Goccicla.* GERM. Der schlag der tropff ob welchem alle glider erstarren. HISP. *Apoplexia, enfermedad.* ANGL. *The palsey, a depriuing of feeling or mouing in the bodie.* } Est stupefactio neruorum totius corporis cum priuatione sensus & motus. Ita dicta à verbo Græco ἀποπλήσσω, quod est percutio, allido, attonitum reddo. Cel. *lib.* 6. *c.* 28. Attonitos quoque rarò videmus, quorum & corpus & mens stupet. Fit interdum ictu fulminis, interdum morbo, ἀποπληξίαν hunc Græci appellant. Idem *cap. proximè sequenti.* At resolutio neruorum frequens vbique morbus est: sed interdum corpora, interdum partes infestat. Veteres autores illud Apoplexiam, hoc Paralysin nominauerunt, vtcunque Paralysin appellari video.

Apor, pro apud antiquis. Fest.

Aporia, æ, ἀπορία, Indigentia, vel dubitatio, & consilij inopia.

Aporior, aris, verbum ex Græco ἀπορία tractum quo vetus interpres testamenti noui vsus est 2. *ad Cor. cap.* 4. Significat autem modò hæreo, & concilij inops & perplexus sum: modo ad summam angustiam redigor: modò indigeo.

Ăpŏrŏn, ἄπορον, controuersiæ genus inexplicabile, cuius exemplum proponitur à Gell. *lib.* 9. *cap.* 15.

Ăpŏrrhŏĕās, ἀπόρρωγας. Græci vocant defluxus quosdam aërios qui ad terram labentes, stellarum casus imitantur.

Ăpŏsĭōpēsĭs, ἀποσιώπησις, à Cicer. dicitur Reticentia, à Celso Obticentia, alij interruptionem appellant. Nam est quasi interceptum silentium. Frequens indignantibus familiaris, in qua verbum extrinsecus subintelligitur. Virgil. 1. *Æneid.* Quos ego: deest enim *Puniam*, vel quid simile. Quintil. *lib.* 9. Omne in quo aliquid deest, Aposiopesis poterit appellari.

Apostasmata, desquammationes.

Apolytaa ἀπολύτρα, Id omne quod detractum est, & ἀποσπάσματα, i. auulsiones. Apostematis quoque species est, sed cuius nomen nunc non succurrit, vbi phlegmoni harena innascitur, lipomata, carbones, ambustæ, fæces, feræ potentiæ, calculi, quisquiliæ, & id genus alia quædam quæ malis medicamentis fieri insana vulgi arbitratur crudelitas, fit autem, vt inquit Galenus, inueteratis abscessibus ob varias humorum qualitates, materiam in huiusmodi quisquilias, & alius modi formam conuertentes.

Aposphragisma, ἀποσφράγισμα, sigilli celatura forma expressa. Plin. *Traiano*, Signata est anulo meo, cuius est Aposphragisma quadriga. Sic Ectypa dicuntur.

Apostasion, repudii libellus.

Ăpŏstătă, defector, & desertor sui ducis, siue religionis & instituti. { נבל nophel סרר forér. ἀποστάτης. GALL. *Apostat, reuolte.* ITAL. *Frataso, ribello.* GERM. Ein abtrinniger ein abgefallner. HISP. *Cosa rebelde è que rebela.* ANGL. *An apostat, reuell which reuolteth.* } Huiusmodi autem defectio, Apostasia, ἀποστασία, appellatur.

Ăpŏstăto, as, Deficio, desero, oppugno quod antea defendebam. { נפל naphal פשע pasahe. ἀποστατέω. GALL. *Rebeller, se reuolter.* ITAL. *Ribellare.* GERM. Abfallen abtrinnig werden sich widersetzen. HISP. *Rebelar.* ANGL. *To mak defection, to reuolte.* } Cyprianus *ad Cornelium*. Eos qui velut apostauerunt & ad seculum, cui renuntiauerunt, reuersi, gentiliter viuunt, vel ad hæreticos transfugæ facti, contra Ecclesiam pernicialis arma suscipiunt.

Ăpŏstēmă, atis, { מזור mazór. ἀπόστημα. GALL. *Apostume.* ITAL. *Posta, postema.* GERM. Ein geschwer ein böse beul. HISP. *Postema.* ANGL. *An impostume, an vnnatur all swellinig of any matter in the bodie.* } Est tumor præter naturam, quum pus est phlegmone resolutum in quendam quasi sinum colligitur: vel etiam nulla præcedente phlegmone, quum humor quidam acris statim ab initio in parte aliqua colligitur, spatiumque sibi moliens vel inter duas tunicas, vel sub certis membranis, nimia distensione eam excogitat. Tria autem præcipua horum genera, quorum singula propriam appellationem sunt sortita à rebus in ipsis contentis. Nam si quiddam melli simile contineant, Meliceides, μελικηρίδες appellantur. Si pingue quippiam in morem seui, Steatomata, στεατώματα. Quod si pultis similitudinem referat quod in iis continetur, Atheromata, ἀθερώματα dicuntur. Dicitur autem Apostema à verbo Græco ἀφίστημι, quod est abscedo: vnde & Latini verbum ex verbo exprimentes, Abscessum appellarunt, Cel. *lib.* 2. *cap.* 1. Abscessus corporis, quæ Apostemata Græci nominant. Plin. *lib.* 20. *cap.* 33. supputationem interpretatur: Cato (inquit) eius interior clauis pedum & supputationibus medetur, quæ Græci vocant Apostemata.

‖Apostole, tributum, quod ad Imperatorem mittebant Iudæi: Apostoli verò dicti exactores eorum. Buleng. ‖

Ăpŏstŏlus, { ἀπόστολος. ANGL. *A messinger, ambassadeur.* } Latinè missus, siue nuntius dicitur, ab ἀποστέλλω, mitto. Apostolorum autem quatuor sunt genera. A Deo missi, non per hominem, vt Moses: à Deo, sed per hominem, vt Iesus Naue: per hominem tantùm, sicuti nostris temporibus multi fauore vulgi in sacerdotium subrogati sunt: ex se autem, sunt ipsi pseudoapostoli & pseudoprophetæ. ¶ Apostoli etiam dicebantur literæ dimissoriæ, quæ ab eo, à quo appellatum erat, ad eum qui de appellatione cogniturus erat, testandæ appellationis causa dabantur, de quibus Alciat. *de verum & verborum signific.* & Hotomannus *in Lexico suo.* ¶ Athenis quoque Apostoli, magistratus quidam erant, quorum officium erat rectè atque ordine curare atque instruere classem.

Apostolicus. Petr. Damianus in vita S. Odilonis *cap.* 19. Benedictum summum Pontificem appellat Apostolicum simpliciter, cùm ait: Apostolicus igitur iste, quem diximus, dum adiuueret beatum virum affectuosè dilexit, reuerenter excoluit, & Apostolorum limina frequentanti, necessarij sumptus opima sæpe subsidia frequentauit.

Ăpŏstrŏphē, ἀποστροφή, dici potest conuersio: figura quum sermonem à iudice, vel auditore ad absentem aliquem conuertimus. Te nunc alloquor Africane, cuius nomen splendori ac decori est ciuitati. ἀποστρέφω enim euerto.

Ăpŏstrŏphŭs, ἀπόστροφος, Collisionis nota in fine alicuius dictionis, denotans vocalem præcedentis dictionis elisam propter hiatum: vt ἀφ' οὗ, pro ἀπὸ οὗ.

‖Apostrophi oculi retrò versi, *Diastrophi*, peruersi, vt in furentibus. Rh.

Apotapsi, qui sepulchro suorum maiorum sunt priuati. Rh. ‖

Ăpŏtĕlĕsma, ἀποτέλεσμα, effectus horoscopi, hoc est, quicquid cælum ex astrorum compositione & aspectu mutuo affectum, in natali hora cuiusque efficit. ¶ Hinc Apotelesmatici, ἀποτελεσματικοί, post Homeri ætatem dicti sunt, qui nunc Mathematici & Chaldæi vocantur: quorum curiositas nihil reliquit, quod planetarum non subiiceret potestati: vt in 1. *lib. Iliados* annotauit Eustathius.

Ăpŏthēcă, { אוצר otsár משכנות mischchenáth. ἀποθήκη. GALL. *Boutique, lieu ou on serre quelque chose pour la garder.* ITAL. *Canena, bottega.* GERM. Ein vorratkeller ein leder orth darinn man etwas behalt. HISP. *Bodega è tauerna, o tienda.* ANGL. *A place where any thing is layde to be keept, as shope, storehou'e.* } Quælibet cella dicitur in qua aliquid reponitur, taberna, vbi vinum & conseruatur & venditur, vt cella vinaria. Plinius, Tantum pecuniarum detinent vina apothecæ: nec alia res maius incrementum sentit. Idem, Vina in apothecis Canis ortu mutantur. Quum omnium domos, apothecas, nauesque refertissimè restituerere. Cicer. Idem *in Antonium*, Apothecæ totæ hominibus nequissimis condonabantur.

Ăpŏthĕōsis, ἀποθέωσις. { GALL. *Deification, consecration.* ITAL. *Consecratione, deificatione.* GERM. Ein vergottung da man ein menschen zu einem gott setzt vnd auffwurfft. HISP. *Consagracion.* ANGL. *Consecration, deification.* } Consecratio, seu deificatio, relatio in numerum deorum: quæ quibus ceremoniis apud Romanos fieri soleat, eleganter scribit Herodianus *lib.* 4.

‖Apothesis, repositio. Pap.

Apothetæ, locus in agro Laconico præruptus, in quo exponebant partus informes, monstrosos & degeneres. Plut. ‖

Apothetos lex tibiæ, quæ remittere. Scal. ‖

Ăpŏtŏmē, ἀποτομή, maior pars semitonii, quæ à Latinis discissio dici potest : à verbo Græco ἀποτέμνω, quod est abscindo.

Apotropæa, ἀποτρόπαια, carmina, quæ ad auertendam auerruncandamque infestiorum numinum iram comparantur. Scal. ἀποτρέπειν est auertere.

Ăpŏxyŏmĕnŏs, ἀποξυόμενος, signum æreum Lysippi, quod à M. Agrippa ante thermas suas dedicatum Tiberius Cæsar detraxit, & in cubiculum suum transtulit : quod tamen, populi clamoribus adactus postea reposuit. Erat autem imago distringentis se : ita dicta à verbo Græco ἀποξύειν.

Ăpŏzĕma, ἀπόζεμα. {GALL. *Apozeme decoction.* ITAL. *Aqua cotta con varij condimenti.* GERM. Ein tranck von wasser das man mit speceryen kraut vnd gwürtz. HISP. *Cozimiento de muchas cosas.* ANGL. *water sodden with diuerse sortes of spices and herbes.*} Aqua cocta cum variis condimentis, decoctum ex herbis. A verbo Græco ἀποζεῖν, quod est deferuesco.

Appanagium, Francicum vocabulum. Sumi solet pro ea bonorum parte, quæ Regis Franciæ liberis natu minoribus solet concedi, postquam natu maximus mortuo patre regnum adeptus est. Dictum autem est quasi Abbanagium, B. in P. mutato, quasi quis partem exclusoriam dicat : non à pane quotidiano, vt volunt pragmatici.

Apparatus & Apparatio, Senec. *cap.* 10. *de consol. ad Mart.* Apparatus alieni & commodati sunt opes, &c. Vide *Apparo.*

ĂPPĀRĔO, es, Video, compareo, adsum, exto, existo, in conspectum venio. {נראה *nireáh.* φαίνομαι. GALL. *Apparoistre, estre veu.* ITAL. *Apparire.* GERM. Erscheinen. HISP. *Aparecer.* ANGL. *To appeare, to to be in sight.*} Virg. 1. *Georg.* Apparet liquido sublimis in aëre Nisus. Cicero, Quum equites Antonij apparuissent. Virg. *lib.* 11.

Nec Iouis ad solium, saxique ad limina Regis
Apparent.

Ter. *in Eunuch.* Ille autem bonus vir nusquam apparet. Plin. *in Epist.* Interceptúsne sit à suis, an cum suis dubium : certè non ipse, non quisquam ex seruis eius apparuit.

Quis nunquam candenti dies apparuit ortu,

Tibul. *lib.* 4. face vt Oculi locus in capite appareat. Plaut. *Menæch.* *sc.* 1. *a.* 2.

——tua te bona cognita produnt:
Si quod es appares,

Ouid. *Eleg.* 4. *lib.* 4. *Trist.* pro pretio facio, vt opera appareat, Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 3. Patera nulla in cistula est. Idem *Amph.* At cum cruciatu apparet tuo. So. Hæc quidem apparet. *Ibidem.* Nec pes nec caput sermonis apparet. Idem *Asin. sc.* 4. *a.* 3. Ego mox apparebo domi. Idem *Capt. sc.* 3. *a.* 2.

Appares virtus, arguitúrque malis,

Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 4. *Trist.* Significat etiam idem quod Audiri, vt, Equi facile sonitus vngularum appareant. (i. planè audiantur.) Plaut. *Men.* *sc.* 2. *a.* 5. Item pro apparitorem, siue ministrum esse à scribendo, Gell. *cap.* 9. *lib.* 8. Scriptum faciebat & Ædili Curuli apparebat, &c.

Ăppārĭtio. Ostensio dicitur, & officium apparitoris, qui magistratui præsto est. {מראה *marcáh*, vel, *mareéh.* ὑπηρεσία. GALL. *Apparition, assistence.* ITAL. *Apparitione.* GERM. Ein erscheinung. HISP. *Aparescimiento.* ANGL. *Appearing or standing before, the office of a sergeant.*} Cic. *ad Lentulum.* Ego quum ante studiose commendabam Marcilium, tum multo nunc studiosiùs, quòd in longa apparitione singularem, & propè incredibilem patris Marcilij fidem, abstinentiam, modestiamque cognoui.

Ăppārĭtōrēs, Satellites, stipatores & ministri magistratuum. Dicti sunt quòd appareant, & præstò sint ad obsequium. {שוטר *schôter.* ὑπηρέται, δορυφόροι, οἱ παρεδρεύοντες. GALL. *Appariteurs, comme sergeans, huissiers & bedeaux.* ITAL. *Apparitori, birri.* GERM. Ein diener der da warten vnd aufsehen soll wo man ihm etwas befehle. HISP. *Que estan en pie para seruir à otro.* ANGL. *sergeantes, officers, porters.*} Hi & Statores dicuntur, quòd magistratibus circunstent parati ad obsequendum. Item, Accensi vide suprà. Intelliguntur autem apparitorum nomine omnes qui magistratui apparere solent, vt scribæ, accensi, interpretes, lictores, viatores, præcones. Cic. *pro Cluen.* Quid sibi autem illi scribæ, quid lictores, quid cæteri quos apparere huic quæstioni video?

Apparitorium, vbi apparitores, seu speculatores commorabantur. Glossar. vet.

Ăppārĭtūră, Ministerium apparendi, apparitio {ὑπηρεσία. ANGL. *Sommoning, or attaching.*} Scribit Sueton. *lib. de Grammat.* Orbilium apparitorem ministrumque magistratuum : quod à Græcis appellatur ὑπηρεσίαν.

ĂPPĀRO, as, Paro, comparo, præparo, cum magnificentia quadam & splendore adorno. {זמן *zimmén* הכין *hecin* תקן *ticcén.* παρασκευάζω, ἑτοιμάζω. GALL. *Appareiller, apprester, faire apprest.* ITAL. *Apparare, apparecchiare.* GERM. Zubereiten, rüsten. HISP. *Aparejar con mucho aparato.* ANGL. *To make readie, to prepare.*} Cic. 3. *Phil.* Facilius apparabitis ea quæ necessitas postulat. Idem *pro lege Manilia*, Pompeius extrema hyeme bellum apparauit, ineunte vere suscepit, media æstate confecit. Idem *ad Q. Fratrem*, Ludos apparat magnificentissimos, sic inquam, vt nemo sumptuosiores. Item pro cupere, velle. Vah delitui apparas, Plaut. *Asin. sc.* 4. *a.* 2. (i. vis, cupis.) iam vt eriperes apparebas (alias eripere apparabas.) Idem *Aul. sc.* 1. *a.* 5. Iube vasa pura apparari. Idem *Capt.* *sc.* 1. *a.* 4. Tibi & mihi iubebo apparari prandium. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 1. *& sc.* 2. *a.* 4. *& sc. vlt. a.* 5. Ego istic mihi apparari iussi prandium. idem *Men. sc.* 2. *a.* 1.

Apparatus, a, um, Participium, siue nomen ex participio, Instructus. Cic. 1. *de legib.* 17 Atque ad illam causarum operam, ad quam ego nunquam nisi apparatus & meditatus accedo.

Ăppārātŭs, Apparatio, præparatio, magnificentia. {מעשה *màasèh* [illegible] παρασκευή. GALL. *Appareil, apprest.* ITAL. *Apparecchio.* GERM. Ein zubereitung, ein rüstung. HISP. *Aparejo.* ANGL. *Preparation, making readie.*} Cic. 3. *Philipp.* Quid prandiorum apparatus proferam! Idem *in som. Scipio.* Post autem regio apparatu excepti. Apparatus belli apud Cic. 4. *Acad.* De hoc autem Valla *lib.* 5. Apparatus, inquit, videtur interdum significare & apparatum ipsum & præparationem : vt, Apparatus belli, quasi præparatio. Sed, vt dicimus, naues non modò instructas, sed etiam ornatas, quòd quo res instructiores ad bellum, eò pulchriores res sunt : ita Apparatum belli vocamus vbi instrumenta bellica etiam adornata sunt.

Ăppărātĭo, idem quod apparatus. παρασκευή. Cicer. 2. *Offic.* Est enim multus in laudanda magnificentia, & apparatione popularium munerum. Idem 1. *de Inuent.* Propterea ex his suspicio quædam apparitionis, atque artificiosæ diligentiæ nascetur.

Ăppărātē, aduerb. cum apparatu. {παρασκευαστικῶς, ἁδρῶς. GALL. *Auec grand appareil.* ITAL. *Con gran apparecchio.* GERM. Mit grosser rüstung/ prächtig. HISP. *Con mucho aparejo.* ANGL. *with great preparation.*} Cic. *Attic.* Itaque & edit, & bibit ἁδρῶς, & iucundè, opiparè, sanè, & apparatè. Liu. 1. *bell. Maced.* Ludi magnificè, apparatéque facti.

ĂPPĔLLO, as, nomino. {קרא *kara.* ὀνομάζω, προσαγορεύω. GALL. *Nommer, appeller.* ITAL. *Nominare, appellare.* GERM. Nennen mit dem namen anreden. HISP. *Llamar, ò apellidar con vozes.* ANGL. *To call, to name.*} Cic. 3. *Offic.* Publ. Scipione, qui primus Africanus appellatus sit. Pro sano loqueris quum me meo appelles nomine, Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 2. Appellat & rectè me meo nomine, *ibid. sc.* 4. *a.* 2. Censeo, esse appellandam anum, idem *Curc. sc.* 2. *a.* 1. ¶ Appellare aliquem contumeliose (scripto) Gell. *cap.* 17. *lib.* 3. Volo te de communi te appellare, Mea & Tua. Plaut. *Aul. sc.* 4. *a.* 1. Habeo quod appellem. (i. mortem.) Senec. *cap.* 20. *de Cons. ad Mart.* (Si) appellauerit Natura, quæ tibi credidit, vitam. Idem *cap.* 11. *de Tranq.* ¶ Item, Appellare est alloqui, apud Liu. *lib.* 4. *d.* 5. ¶ Item, appellare, est comiter seu familiariter compellare, alloqui, vocare, προσφωνεῖν, προσαγορεύειν. Cicer. *pro Cluentio.* Appellat hilari vultu hominem Balbus, vt blandissimè potest. Cur me derediculi gratia sic salutas atque appellas, quasi dudum non videris. (i. blandè alloqueris.) Plaut. *Amphitr.* Appellare quid sit ibidem ostenditur. *Amphitr.* Salutare aduenientem me solebas ad antidhac appellare itidem, vt pudicæ suos viros, quæ sunt, solent. *Alcm.* Salutaui & valuisse, vsque exquisiui simul mi vir, & manum prehendi. Item, *Alcm.* Quid causa amabo? *Amphitr.* ne me appella. Ea est, Adeamus, appellemus. Idem *Mil. sc.* 5. *a.* 2. Non temerarium, vbi diues blandè appellat pauperem. Sequitur, Salutat blandius. Idem *Aul. sc.* 4. *a.* 1. & Sueton. *in Tib. cap.* 10. Appellare singulos & venerari. ¶ Hinc etiam appellare, teste Vlpiano *de iniurijs*, est blanda oratione alicuius pudicitiam attentare, [illegible]. ¶ Pro accusare. Liu. Blaccius Dasium de proditione appellat. ¶ Quintil. Appellata de stupro Nouerca. ¶ Item auxilij, vel testimonij gratia quempiam implorare. Ouid. 2. *Fast.* Iámque potens misso genitorem appellat amico : Perdendi Gabios qui sibi monstret iter. Item, Viri iurantes non appellabant Castorem. Gell. *cap.* 6. *lib.* 11. Cic. *pro Roscio*, Te nunc Publ. Scipio appello. ¶ Appellare debitorem, est rem nobis debitam à debitore exigere. Quint. Appellabatur à creditoribus vt solueret debitum. Senec. *cap.* 10. *de consol. ad Mart.* Appellatos reddere oportet data in certum diem. & Quintil. Vt obligatum promisso tacitus appellat. Vide eundem Quintil. 173. *& lib.* 5. Suet. *in Cæs. cap.* 34. *& in Neron. cap.* 11. ¶ Interdum etiam est post sententiam tanquam iniquam, ad superiorem iudicem prouocare, {ἐκκαλεῖσθαι τὴν δίκην, ἐφιέναι, ἐπικαλεῖσθαι. GALL. *Se porter pour appellant, appeller deuant le iuge.* ITAL. *Appellare de vn giudice ad vn'altro.* GERM. Appellieren/einen andern Richter nach gefallner Sentenz vnd Vrtheil begehren. HISP. *Apelar de vn juez para otro.* ANGL. *To appeal, to bring any cause before another iudge.*} Vlpian. Qui appellat, maiorem iudicem debet appellare. Dicimúsque, Appello principem, & ad principem. ¶ Appellare ex aduerso, est nomina per antistrophen imponere, καλεῖν κατ' ἀντιστροφήν. Vt qui herbam illam omni duritia carentem ὁλόστεον, vocauit, quasi totam osseam.

Ăppĕllātŏr, oris, verbale, qui appellauit, hoc est, qui ab alio iudice ad alium prouocauit. Cicer. 6. *Verr.* Quo quidem die nihil ægriùs factum est multo labore meo, quàm vt manus ab illo appellatore abstineretur.

Ăppĕllātōrĭŭs, ἐκκλητικός, vt libelli appellatorij. *D. lib.* 49. *tit.* 1. *l.* 1. *&* 5. *& tit.* 5. *l.* 5. Inter appellatoria tempora.

Ăppĕllĭto, as, are, frequentatiuum. Gell. *cap.* 7. 9. *lib.* 18. *& cap.* 10. *lib.* 17. Vnde Festus, Appellitauisse, pro appellauisse. Macrob. *Satur. lib.* 1. *cap.* 7.

Ăppĕllātĭo, Compellatio, allocutio. Cæs. 1. *de bell. ciu.* προσηγορία, προσφώνησις. Interdum idem quod nominatio. Cic. *pro domo sua.* Regum appellationes venales erant. ¶ Apud Iurisconsultos Appellatio est prouocatio, quum ob sententiam iniquam, maioris iudicis auxilium imploramus. Vide suprà in verbo *Appello.* Suet. *in Calig. cap.* 16. Iurisdictio libera sine appellatione. & *in Cæs. cap.* 77. Appellatio nomen sine corpore. Item, Appellationes ab omnibus iudicibus ad Senatum. Sueton. *in Ner. cap.* 17. & Liu. 3. *ab Vrb.* Ne Tribunitium quidem auxilium cedentibus inuicem appellatione decemuiris quærebat. (i. prouocatione.) Sed tamen *eod. lib.* quid intersit ostendit. ¶ Appellatio litterarum pro ipsa prolatione Quint. *lib.* 11. *cap.* 3. Idcóque laudatur in Catullo suauis appellatio litterarum.

Appellatiuus, προσηγορικός, Adiectiuum est fictum à Grammaticis, vt quum dicunt Appellatiuum nomen. Priscianus *lib.* 2. Appellatiuum nomen naturaliter commune est multorum quos eadem substantia, siue qualitas, vel quantitas generalis, aut specialis iungit. Generalis, vt Animal : specialis, vt Homo.

ĂPPĔLLO, is, appuli, appulsum, Applico, admoueo. {נגש *nighghásch* קרב *karáb* בא *bá.* προσορμίζω, προσάγω. GALL. *Aborder, arriuer, mener à bord.* ITAL. *Arriuare, giungere, accostarsi.* GERM. Zufügen/ an machen/ herzu treiben/ ankommen/ lenden. HISP. *Empuxar hazia otra cosa, venir, arriuar.* ANGL. *To arriue, to come nigh, to bringe to see or coast shoare.*} Cic. 2. *Verr.* Quum Persæ mille numero nauium classe Delum appulissent. Idem *Attico*, Quum ad villam nostram nauis appelleretur. Virg. 3. *Æneid.*

Hinc me digressum vestris deus appulit oris.

¶ Legitur etiam appellere absolutè & sine casu pro accedere. Cicer. *de diuin.* Visus est in somnis pastor ad me appellere. Hinc Appulsus, us, pro accessu pecoris ad aquam, [illegible]. Iureconsultus, Totum corrumpat pecoris ad aquam appulsum. ¶ Appellere cuires ad

opera.

opera ad iungere. Cæs. lib. 1. *de bell. ciu.* Idem, Appulsas scaphas habeat, 2. *de bel. ciu.* ¶ Appellere animum, significat ad aliquid agendum intendere, [illegible]. Terent. *in Prol. Andr.* Poeta quum primum animum ad scribendum appulit. ¶ Interdum idem quod adduco, compello, cogo. Plaut. *in Asin.* Argenti viginti minæ me ad mortem appulerunt, id est, adduxerunt. Ouid. 6. *Fast.*

——— *Huc captas appulit ille boues.*

Appulsus, us, verbale. ipse appellendi actus: hoc est, accessus qui fit nauigio. Liu. 7. *bell. Pun.* Appulsus Solis per metaph. pro Solis accessu. Item, apud Iurisconsf. Ius appellendi. Vlpianus *D. lib. 8. tit. 3. l. 5.* Neratius ca Plautio ait, nec haustum pecoris, nec appulsum, nec cretæ eximendæ calcisque coquendæ ius, posse in alieno esse, nisi fundum vicinum habeat.

Appendo, is, di, sum, Suspendo, quasi ad aliquid pendo. { תלה *talâh.* [illegible]. Gall. *Pendre à quelque chose.* Ital. *Sospendere, attacare.* Germ. Anhencken/oder etwan anders hencken. Hisp. *Colgar vna cosa à otra.* Angl. *To hang to any thing or nigh.* } vt, Appendi vuam ad tigna. Plin. Atque vuas iam maturas ad solem appendere. ¶ Interdum ponitur Appendere, pro Ponderare, vel Pondere alicui tradere. { שקל *schakal.* [illegible]. Gall. *Peser, bailler à poids.* Ital. *Pesare.* Hisp. *Pesar.* Ang. *To weighe, to giue by weight, to pay.* } Cic. *in Ant.* Vt iam appendatur pecunia, non numeretur. Cic. *pro Sext. Rosc.* Omnia sua tibi concessit, adnumerauit, appendit.

Appensus, participium. suspensus [illegible]. Cic. 3. *Tusc.* In hoc medio apparatu fulgentem gladium è lacunari seta equina appensum demitti iussit. ¶ Appensum aurum, Liu. 5. *ab Vrbe*, id est, ponderatum.

Appendix, dicitur quod alij adiunctum est & adpensum, additamentum, corollarium. { [illegible]. Gall. *Depence accessoire.* Ital. *Pendice, giunta.* Germ. Ein anhang. Hisp. *Lo que cuelga à otra cosa.* Angl. *That dependeth on another.* } Cic. *in Hort.* Vidit, quod videndum fuit, appendicem animi esse corpus. ¶ Appendices pro Auxiliis, Liu. *lib. 1. d. 3.* Appendices personarum & temporum. Gell. *cap. 3. lib. 1.* ¶ Est & Appendix genus spinæ, ita dictum quod bacchas puniceas habeat de se pendentes, quæ & ipsæ Appendices nominantur. de hac Plin. *lib. 24. cap. 13.*

Appendicium, pro appendix vsitatissimum.

Appendicula, [illegible]. Cic. *pro Rabir.* Est enim hæc causa, quo ea pecunia peruenerit, quasi quædam appendicula causæ iudicatæ atque damnatæ.

Appeto, is, Valdè cupio. { [illegible] *ieuah* חמד *chamádh.* [illegible]. Gall. *Conuoiter, desirer ardemment.* Ital. *Appetire, desiderare.* Germ. Begehren. Hisp. *Dessear.* Angl. *To desire much, to couet greatlie.* } & tam in bonum, quàm in malum, sicut Expeto capitur, nisi quòd in expeto maior vis est propter Ex, quæ maximam in se vim continet. Curtius, Hærebat inter cupiditatem [illegible]emque, & quò modestius quod expectabat appeteret, eò pertinaciùs oblaturos esse credebat. Falluntur itaque qui differentiam hanc assignant inter Appetere, & Expetere: hoc cum ratione esse, illud qualitercumque: &, Expeti bona, planéque honesta. Appeti verò inhonesta & mala, ex quo Appetitus, pro immoderata cupiditate, quod constat falsum esse. Nam Appeto ad bona atque honesta autores vsi sunt, & Expeto ad inhonesta atque mala. Cic. *Cat.* Tu puer me appetisti, ego autem semper ornamento te mihi fore duxi. Idem *lib. 4. Tusc.* Quoniam vt bona naturâ appetimus, sic & à malis naturâ declinamus. Quòd autem Expeto etiam ad voluptates, & quandoque ad maximum malum pertineat, Cic. ostendit *lib. 1. Offic.* Expetuntur diuitiæ cùm ad vsus vitæ necessarios, tum ad perfruendas voluptates. Ad maximum malum. Cic. *in Pis.* A me quidem etiam pœnas expetistis, quibus contrarium Manes mortuorum expiaretis, id est, requisistis, siue flagitastis. ¶ Construitur frequenter cum ablatiuo intercedente præpositione, sicut apud Quintil. *lib. 9.* Ex cognitione rerum exemplorumque, quibus in primis instructus debet esse Orator, ne omnia testimonia expetat à litigatore. ¶ Aliquando tamen pro requiro, siue desidero, solo accusatiuo contentum est. Plaut. *in Casina prologo.* Nos postquam populi rumore intelleximus studiosè appetere vos Plautinas fabulas. ¶ Interdum Appetere significat instare, appropinquare, [illegible]: vnde, Appetit nox, vespera, &c. Appetit finis, vbi incrementa consumpta sunt. Senec. *cap. 13. de Consol. ad Marc.* Appetit messis. Gell. *cap. 29. lib. 2.* Item, propinqua partitudo cui appetit. i. instat, Plaut. *Aul. sc. 1. a. 1* ¶ Interdum pro Aggredi, [illegible] vnde dicimus appetere vitam alicuius, pro eo quod est, Mortem alicui moliri, Cic. *pro Sext. Rosc.* Filij vita infesta, ferro atque insidiis appetita. Caua manu, summis digitis pectus appetere (l. ferire.) Quint. ¶ Item Appetere oculos, pro inuadere. Liu. *lib. 7.* Leuans se alis, os, oculósque hostis rostro & vnguibus appetit. ¶ Hieronymus ad Vital. pro amare posuit, quum inquit, Impendiò precor, vt in amore quo nos appetere cœpisti, ad finem vsque perduret. ¶ Hinc appetitus, [illegible], Appetitio, & Appetentia, Appetitio, pro desiderio, [illegible]. Plin. *lib. 19.* A stomacho fastidium auferunt, alijque appetentiam faciunt lactucæ.

Appetens, nomen ex participio, Auidus, cupidus. { חמד *chemed* [illegible] [illegible]. Gall. *Appetant, [illegible].* Ital. *Desideroso.* Germ. Begierig. Hisp. *Desseoso.* Angl. *Couetous, greedie.* } Sal. *in Catil.* Alieni appetens, sui profusus. Cic. *de Amic.* Nihil est appetentius similium sui. Mulier appetens alterius, i. libidinosa. Suet. *in Tib. cap. 7.* Cibi appetentissimus. Idem *in Claud. cap. 33.*

Appetisso, pro appeto, sicut Lacesso. Accius *Armorum iudicio.* Cui veteratrix alto appetissis industria Agamemnon:

Appetitor, [illegible] Lamprid. *in Alex. Seuero.* Boni lineamentis appetitor fuit, & quidem [illegible]

Appetitio, onis, motus & impetus animi, quo ad aliquid agendum impellimur. { [illegible] *taauah* חמדה *chemdah* תשוקה *teschukah.* [illegible]. Gall. *Appetit, desir d'auoir quelque chose.* Ital. *Appetito, desiderio.* Germ. Ein gemütliche begirde [illegible]. Hisp. *Desseo.* Angl. *Appetit, desire to any thing.* } Cic. *de Finib.* Appetitio animi quæ Græcè [illegible] dicitur. ¶ Accipitur & pro appetentia cibi, quam Græci [illegible] vocant. Gell. *lib. [illegible] cap. [illegible]* Quod quum antehac semper edendi fuerit appetens, nunc post imperata [illegible], omnis ei appetitio pristina languerat. ¶ Item pro conatu aliquid apprehendendi. Cicer. 1. *de Diu.* Nam quum dormienti ei Sol ad pedes visus esset, ter eum scribit frustra appetiuisse manibus, quum se conuoluens Sol [illegible], & abiret: eique magos dixisse, ex triplici appetitione Solis, triginta annos Cyrum regnaturum portendi.

Appetentia, Appetitio, seu cupiditas, motúsve animi, quo ad aliquid agendum impellimur. { תאוה *taauah* תשוקה *teschukah.* [illegible]. Gall. *Appetit, desir.* Ital. *Appetito.* Germ. Begird, begerung. Hisp. *Desseo.* Angl. *Appetit, desire of any thing.* } Cic. 4. *Tusc.* Vt ægritudo quasi morsum aliquem doloris efficiat, metus recessum quendam animi & fugam, Lætitia profusam hilaritatem, libido effrænatam appetentiam. ¶ Appetentia cibi [illegible]. Plin. Cibi appetentiam faciunt lactucæ ¶ Appetentia gloriæ, id est, appetitio. *in Epit.* Sex. Aur. Victoris in Antonino Pio: Appetentia gloriæ carens, & ostentatione.

Appetibilis, [illegible]. Apuleius *lib. de Philosoph.* Solitudinem & laborem si naturales essent, & ab ipsa virtute descenderent, & essent pro aliqua præclara administratione suscepta, appetibiles dicebant esse. Vide Macrob. *Satur. lib. 1. cap. 1.* Appetibiles venustate.

Appetitus, us, Concupiscentia, impetus animi, quo ad rem aliquam impellimur: cuius sedem Philosophi constituerunt in iecore. [illegible]. Cic. 3. *Offic.* Duplex est animorum vis atque natura. Vna pars in appetitu posita est, quæ est [illegible] Græcè, quæ hominem huc atque illuc rapit. Altera in ratione, quæ docet & explanat quid faciendum fugiendúmve.

Appetones, inquit Nonius, qui appetunt. Laberius *in Virgine.* Alienum appetonibus vix perditæ, diuerticula sequi.

¶ Appia, [illegible], i. e. species vasis. Gloss. veteres, ex Pacuuio legendum *appla.* Formemus ab *ad*, & *pleo*, [illegible]: vt sit vas, quod subinde impletur & depletur. ¶

Appianum, i, coloris viridi genus, apud Plin. *lib. 35. cap. 6.*

Appianus, [illegible], Alexandrinus nobilis historicus, qui Adriani Imperatoris temporibus claruit. Scripsit Romanæ historiæ libros XXII. quorum nouem tantùm ad nos peruenêre.

Appingo, egi, actum, compositum est à Pango: Addo, vel adiungo. { יסף *iosiph.* [illegible]. Gall. *Adiouster.* Ital. *Aggiungere.* Germ. Zu etwas thun/ zu ihm setzen. Hisp. *Añadir à otra cosa.* Angl. *To ioyne to, to bind any thing with another.* } Cic. *ad Attic. lib. 2.* Epistolam superiorem restitue nobis, & appinge aliquid noui. ¶ Alterum est Appingo, xi, ctum, compositum à Pingo, quod significat iuxtà pingo. { Angl. *To peint or write more to.* } Horat. *in Art. Poët.*

Delphinum syluis appingit, fluctibus aprum.

Appion, [illegible]. Nomen fuit Grammatici Ægyptij Plistonici filij, qui à laboris magnitudine cognominatus est Mochthus. Hunc Tiberius Cæsar per contemptum Cymbalum mundi appellabat, quem publicæ famæ tympanum potiùs videri posset. Author Plinius in præfatione. Immortalitate à se donari scripsit, ad quos aliqua componebat. De hoc etiam Iosephus scripsit, quod esset malus & indoctus, totiusque vitæ temporibus importunus calumniator omnium, cor asini habens. Tu vide Iosephum. Floruit temporibus Dionysij Halicarnassei & Iosephi.

Appius Claudius, qui postea Cæcus cognominatus fuit, inter oratores numeratur à Cicerone in Bruto. Hic cum Caio Fabio Censor creatus, viam ex lapide quadrato strauit, quæ à Porta Capena Brundusium vsque duceret. Aquam quoque, quæ ab illo Appia dicta est, in vrbem duxit. Idem postea cæcus factus, quum audisset Romanos de Pyrrhi pace consultare, in Curiam sese deferri iussit, grauissimáque oratione obtinuit, ne cum Pyrrho, nisi priùs Italia decessisset, pax iniretur. Alius Appius est apud Suet. *in Tib. cap. 2.* Item Appij forum, *ibid.* Idem, Appius Clausus & eius historia. Plut. *in Publ.*

Appias, adis, Patronymicum fœmin. Vnde Appiades Deæ, quæ sunt (vt Grammatici putant) Pallas, Pax, Concordia, Venus, Vesta, quarum templa propè forum Cæsaris erecta sunt. Sic appellatæ sunt ab aqua Appia, quæ in idem forum deducta erat. Huc alludit Cic. *in ep. ad Appium Pulchrum*, cùm dixit, Non solùm Pallada, sed etiam Appiada nominabo.

Appia via, [illegible], via erat Romæ saxo quadrato strata per portam Capenam, Capuam, vel, vt alij volunt, Brundusium vsque ducens, ab Appio Claudio Cæco strata. Cic. *pro Cælio.* Appius Claudius Cæcus pacem Pyrrhi diremit, aquam adduxit, viam muniuit.

Appiana poma, [illegible], ab Appio ex Claudia gente cognominata: odor his maximus est, ferè cotoneorum magnitudo, non multo inferior. Plin. *lib. 15. cap. 14.*

Appiosis, morbus in pecudibus vocatur, quum noxius sanguis membranam cerebri, & ex vna parte perfoderit, & eandem colore nimio corperit [illegible], cuius & mens & visus hebetatur.

¶ Appla, vide *Appia.*

Applare, cochlear. Gloss. Isid. Turneb. *aduers. lib. 27. 10. & lib. 28. cap. 5.* ¶

Applaudo, Allido, pedibus terram concutio, [illegible]. Apuleius *lib. 9.* Incussis in eam posteriorum pedum calcibus, pronum applaudo terræ. ¶ Aliquando Applaudere, est manuum, vel pedum plausu fauorem ostendere. { ספק *saphak* מחא *machah.* Gall. *Frapper les mains l'une contre l'autre en signe de faueur.* Ital. *Applaudere.* Germ. Frolocken/die händ vor freuden zusammen schlagen. Hisp. *Dar fauor.* Angl. *To floppe the earth with the feet, to clappe handes in token of fauour.* } Plaut. *Pseud.* — si vidits applaudere, atque approbare hunc gregem & fabulam, in crastinum vos vocabo. Cic. *pro Sest.* Quid ego tunc dicam, quibus viris, aut cui generi ciuium maximè applauderetur. Nobis clarè applaudite. Plaut. *Men. sc. vlt.* alias, Plaudite. Vultis applaudere & approbare hunc gregem. Idem *Pseud. [illegible]*

Applausor, oris, verbale, qui applaudit. { ספק *saphak.* [illegible]. Gall. *Frappant ses mains en signe de faueur.* Ital. *Chi applaude co'l batter delle mani.* Germ. Frolocker/der vor freuden die händ zusammen schlecht. Hisp. *El que da fauor.* Angl. *He that clappeth his handes in token of fauour.* } Plin. *in Panegyr.* Idem ergo populus ille aliquando scenici Imperatoris spectator & applausor, nunc in Pantomimis quoque auersatur

Applausus, a, um, particip. [illegible]. Ouid. 4. *Metam.*

[illegible] applausis [illegible] palmis
Despicit in [illegible].

Applausus,

Applausus,us,nomen. {פרק *sephek.* κρότος, ἐπικρότησις. GALL. *Applaudissement.* ITAL. *Applauso, col batter delle mani.* GERM. Frolocking/die hand zusamen schlagen. HISP. *Obra de dar favor à otra.* ANGL. *Claping of the handes.*} Cic. 5. *de Diuin.* Ennius qui magno applausu loquitur, assentante populo, &c.

APPLICO, as, aui, atum, & applicui, applicitum, Appello. {הקריב *hikrib* חבר *chibbér* הרביק *vidbîk* ספר *saphal.* προσάγω, ἀποσπάζω, προσμίζω, Adiungo, annecto, ἰσάγω, προσαρμόζω, προσάπτω, προσβάλλω, & construitur cum datiuo, vel accusatiuo, mediante Ab. GALL. *Faire arriuer, accommoder, appliquer.* ITAL. *Applicare, accostare, aggiungere.* GERM. Zu hin fügen/hertzu legen. HISP. *Arrimar vna cosa à otra.* ANGL. *To applye, to mak any thing meete with another.*} Virg. 1. *Æneid.*

Quæ vi immanibus applicat oris.

Cic. *Appio Pul.* Omnes vires ciuitatis se ad Pompeij dictum applicauerunt, id est, adiunxerunt. *Lib.* 2. *ad Her.* Qui in itinere se tam familiariter applicuerit, id est, se sociauerit. Terent. *in Andr.* Tum ille egens forte applicat primum ad Chrysidis patrem se, id est, confert, vel recipit. ¶ Applicare, item ad aliquem vsum quippiam accommodare. Col. *lib.* 11. *cap.* 2. Sarmenta quoque, atque arbustorum ramos è segetibus, aut rubos nunc egerere, & ad sepem applicare oportet. Cic. 2. *de Finibus.* Vt ad honestatem applicetur, id est, accommodetur. Applicare se ad conuiuia, Gell. *cap.* 2. *lib.* 11. Ingenuis se applicare, id est, ad doctos.) Senec. 2. *de consol. ad Polyb.* Applicare se ad exemplum alicuius. Idem *cap.* 3. *de consol. ad Mart.* Applicant se & agglutinant meretrices hospitibus. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 3. de voluptate loquitur. ¶ Applicare annum, Martial. *lib.* 6.

Bissenis modo mensibus peractis
Vix vnum puer applicabat annum.

Id est, vix ad vnum annum accedebat.

Applicatio, verbale, Adiunctio animi. {דבק *debek.* ἐφαρμογή, προσκόλλησις. GALL. *Application.* ITAL. *Applicatione.* GERM. Zufügung. HISP. *Arrimadura à otra cosa.* ANGL. *Application, making any thing meete with another.*} Cic. *in Lælio.* Quapropter à natura videtur mihi potius, quàm ab indigentia orta amicitia: applicatione magis animi cum quodam sensu amandi, quàm cogitatione, quantum illa res vtilitatis esset habitura. ¶ Applicationis ius ortum est ab Atheniensibus, apud quos peregrini se alicui opulento ciui in clientelam dabant, dicebantque, quod in palliata comœdia imitatus est Terentius, cùm in Eunucho scripsit, — vna est domus, Thais patri se commendauit in clientelam & fidem: Nobis dedit se. Id Græci vocant εἰρων προστάτην. Qui autem ad patronum se non applicaret, in iudicium vocabatur, quod dicebatur ἀπροστασίου δίκη. Cic. 1. *de Oratore.* Quid quòd in centumuirali iudicio certatum esse accepimus? qui Romam in exilium venisset, cui Romæ exulare ius esset, si se ad aliquem quasi patronum applicuisset, intestatóque esset mortuus, nónne in ea causa ius applicationis obscurum sanè, & ignotum patefactum in iudicio atque illustratum est à patrono?

Applicatus, & Applicitus, Participium. προσκεκολλημένος, ἐφαρμοσθείς. Cæs. 3. *de bell. ciu.* Applicatisque nostris ad terram nauibus. Plin. *in Epist.* Applicitum est in cubiculo hypocaustum perexiguum. Non tam insertum & locum communem quàm applicitum. Quint. *cap.* 4. *lib.* 2.

Applicior, applicatior. Apul. *lib.* 10. *de asin.* Accedens toties nisu rabido, & spinam prehendens meam, applicitore nexu inhærebat.

Applodo, is, Applaudo, ἐπικροτέω. Veteres enim Plodo dicebant, quod nos Plaudo. ¶ Applodere fulgetris, apud Plin. est fauere, testarique honorem illo motu.

Apploro, as, are, apud aliquem ploro, vel vnà cum aliquo ploro. {προσκλαίω. GALL. *Plorer aupres.* ITAL. *Piangere appresso alcuno.* GERM. Bey einem weinen. HISP. *Llorar cerca.* ANGL. *To weepe nigh another.*} Horat. *lib.* 3. *Carm.*

Contráque lucrum nil valere candidum
Pauperis ingenium, querebar applorans tibi.

Appluda, {ANGL. *Branne.*} Antiquis idem significabat quod furfur, vt docet Gell. *lib.* 11. *cap.* 7. πίτυρον. Plin. *lib.* 18. *cap.* 10. docet appludam vocari purgamenta milij, & panici, & zizaniæ, quum in frumento palea dicatur. Dicta Appluda ab applodendo, quòd propter tenuitatem, quia minutissima est, spiritu deijciatur. Næuius, Ne hercle appluda est hodie, quàm tu, nequior.

Appluere, {προσεπιβρέχειν. GALL. *Plouuoir aupres.* ITAL. *Piouere vicino.* GERM. Nach bey einem ding regnen/zu ihm regnen. HISP. *Llouer cerca.* ANGL. *To raine nigh.*} Ex Ad & pluere: idem quod pluere, vel iuxtà pluere. Plin. *lib.* 4. *c.* 16. Quippe & arundines quamuis palude prægnatæ: non tamen sine imbre adolescunt, & alias vbicunque pisces in eadem aqua assidui, nisi appluat, exanimantur.

APPLUMBO, as, Plumbo, metallo quæ disiuncta erant coniungo. {חרביק *hidbîk.* προσμολυβδόω. GALL. *Plomber.* ITAL. *Impiombare.* GERM. Verbleyen mit Bley verzihen. HISP. *Soldar con plomo.* ANGL. *To conioyne or foulde with lead.*} Vlpian. *in l.* 2. *de sepulc. violat.* Idem quærit, si statua neque applumbata fuerit, neque affixa, an pars monumenti affixa sit, &c.

Applumbatura, idem quod plumbatura. {μολύβδωσις. ANGL. *Conioyning or folding with leade.*} Conglutinatio quæ fit plumbo. Paul. *de rei vindic.* inter applumbaturam & ferruminationem distinguit in eo, quod hæc per eandem materiam facit confusionem, illa non idem efficit, sed coniungit & connectit tantum.

APPONO, is, apposui, appositum, Appingo, ad aliquid pono, admoueo {הסיף *hosiph* הקריב *hikrib* תכן *ticchen.* προστίθημι, παρατίθημι, προσπάσσω, παρακλίνω, παραβάλλω. GALL. *Mettre aupres, apposer.* ITAL. *Mettere appresso.* GERM. Zuhin thun/hertzuthun. HISP. *Añadir vna cosa à otra.* ANGL. *To putte or laye any thing nigh another.*} Cicer. 2. *Philipp.* Aristarchus qui notam apponebat ad malum verbum. Idem 1. *Verrem.* Reticulumque ad nares sibi apponebat plenum rosæ. Ouid. 1. *Amor. Eleg.* 5.

Apposui medio membra leuanda toro.

¶ Apponere accusatorem alicui, id est, ex composito adhibere. {GALL. *Attirer.*} Cicer. 7. *Verrem.* Puero appone mensulam. Plaut. *Menæch. sc.* 3. *a.* 5. Dum hæc appono ad Vulcani violentiam, id est, coquenda curo. Indunt coriandrum, apponunt rumicem & brassicam. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 3. Apponere sellam in lumine. Gell. *cap.* 9. *lib.* 6. pueri mensam apponite. Plaut. *Asinar. sc.* 1. *a.* 5. Apponere de notis. Gell. 2. *lib.* 4.

Hoc quoque nescio quid nostris appone libellis.

Ouid. *Eleg. vlt. lib.* 3. *Trist.*

Cur tamen apposita velatur ianua lauro.

Idem *Eleg.* 3. *lib.* 3. *Trist.*

Appositus, a, um, quod est iuxtà, vel ad aliquid positum. {מוסף *musaph* מתוקן *metucchan.* προσκείμενος. GALL. *Mis aupres, apposé, adioint.* ITAL. *Posto appresso, atto, accommodato.* GERM. Hertzugethon/hinzugelegt. HISP. *Añadido à otra cosa, idoneo y attauiado.* ANGL. *Which is layed or put nigh another, apte, meete.*} Cic. *de Inuent.* Gladium propè appositum è vagina eduxit, & illum alterum occidit. ¶ Aliquando sumitur pro conueniens, aptus, accommodatus, ἐπιτήδειος. Idem *ibidem.* Eam ipsam scripturam, in qua inerit illud ambiguum, de quo quæritur, totam omnibus partibus pertentare, si quid aut ad id appositum sit, quod nos interpretamur: aut ei quod aduersarius intelligat aduersetur. Hinc comparatiuus, Appositior. Idem *in Verr.* Operatius appositior ad deferenda quàm ad auferenda signa. ¶ Appositum, absolutè pro reposito. Sen. *de benefic.* 4. Si quis intelligit adeò per hoc nihil se consecuturum, vt multa etiam ex apposito & acquisito perdenda sint, non libens in detrimenta descendet. At Appositus, us, nomen est verbale. Plin *lib.* 24. *cap.* 5. Abortus non exeuntes trahit apposito, vel suffitu, id est, si apponitur, & admoueatur, adhibeatur. Quod alibi dicit, admoto. Apposita statio est. Liuius.

Appositè, Conuenienter, aptè, accommodatè. {ἐπιτηδείως. GALL. *Bien & proprement, conuenablement.* ITAL. *Acconciamente, propriamente.* GERM. Ziemlich füglich/fein vnd wol. HISP. *Conuenientemente.* ANGL. *Properlie, aptlie, comelie.*} Cic. *Attic. lib.* 8. Cætera apposité tibi mandabo. Idem *de Inuent.* Officium eius facultatis videtur dicere appositè ad persuasionem. Appositè, i. verè & aptè ad verisimilitudinem. Plaut. *Amph. sc.* 4. *a.* 4. *sub finem.*

Appositio, nis, figura constructionis apud recentiores Gramm. quam veteres epexegesim (id est, expositionem siue interpretationem) vocabant: vt, Vrbs Roma: quasi dicas, Vrbs quæ est Roma.

Apporrigo, is, exi, apporrectum, iuxtà porrigo. {שרבט *scharbît* נטה *natâh.* παρατείνω. GALL. *Estendre aupres.* ITAL. *Porgere appresso.* GERM. Zuhin strecken/zuhin bieten. HISP. *Estender cerca.* ANGL. *To reach out nigh another.*} Ouid. 2. *Metam.*

Infantémque vident apporrectúmque draconem.

Apporto, affero, & asporto. {נשא *nasá* הוביל *hobil.* προσφέρω. GALL. *Apporter, amener.* ITAL. *Portare, condurre.* GERM. Hertzu tragen/zuhin bringen. HISP. *Traer algo.* ANGL. *To bring or beare to another.*} Sæpiùs tamen pro aduehere accipitur. Plaut. *Stich.* Magnásque apportauisse diuitias domum. Cicer. 3. *Verr.* Lapis aliquis cædendus, & apportandus fuit machina sua. ¶ Apportare, Nuntiare. Terent. *Andr.* Quidnam apportas? hoc est, quidnam nuntias: quid affers noui? Plaut. Aduentum apporto meum (pro porto meum.) *Amph. sc.* 1. *a.* 3. Quam subitò rem mihi apportas nouam. Idem *Most. sc.* 2. *a.* 2.

Apposco, is, apposposci, ex Ad & posco. {προσαπαιτέω. GALL. *Demander d'auantage, ou par dessus.* ITAL. *Dimandare oltra quello che ci viene.* GERM. Darzu fordern/noch mehr darzu begehren. HISP. *Demandar sobre lo demandado.* ANGL. *To require or aske moreouer.*} Terent. *Heaut.* Porrò hæc talenta dotis apposcent duo.

Appotus, valde potus, qui multum potauit. {שכול *schachûl.* οἰνωμένος. GALL. *Qui a bien beu, yure.* ITAL. *Chi a ben beuuto.* GERM. Der wol truncken ist/wol besoffen. HISP. *El que beuio demasiadamente.* ANGL. *which hath drunken drunkenmuch, drunken.*} Vide Gell. *cap.* 7. *lib.* 7. Plaut. *in Curc. sc.* 3. *a.* 2. Postquam cœnati, atque appoti, talos poscit in manu. Idem *in Amph.* Credo quidem dormire Solem, atque appotum probè.

APPREHENDO, & in carmine Apprendo: & Attrecto, capio, vel ad me traho, arripio. {החזיק *hechezîk* אחז *achaz.* λαμβάνω. GALL. *Prendre auec la main, empoigner.* ITAL. *Apprendere.* GERM. Ergreiffen/erwüschen. HISP. *Tomar ò prender.* ANGL. *To attache and pulcke come, to senze.*} Cicer. 2. *de nat. Deor.* Vites clauiculis adminicula, quasi manibus apprehendunt. Virg. 2. *Æneid.*

Quo res summa loco Panthu? quam prendimus arcem?

¶ Interdum ponitur pro discere & percipere. Cic. *de Orat.* Ex Socratis disputationibus variis, alius aliud apprehendit. Idem *ad Attic.* Necesse est illum apprehendere historias. ¶ Interdum pro comprehendere. Callistratus *D. lib.* 23 *tit.* 2. *l.* 64. puto hæredem quoque tutoris extraneum sententia apprehendi, i. comprehendi sententia. Si te apprehendero hodie, ad id redigam miseriarum, vt semper sis miser. Plaut. *Amphit.* Si datur hodie illum apprehendere, *ibid.* Alterum altera apprehendit eos manu, *ibidem.*

Apprehensio. {ANGL. *Seizing of a thing.*} assimilatur traditioni, *l. penult. de vsucap.*

Apprima, crebra, pro apprimè, crebriter, adu. Græcorum more. Turn.

Apprimè, aduerb. In primis, egregiè, valdè. {מאד מאד *meôdh meôdh.* μάλιστα. GALL. *Grandement, excellemment.* ITAL. *Sopra tutto, in prima, grandemente, molto.* GERM. Zuffirst vber auß. HISP. *Mayormente, primera y principalmente, o señaladamente.* ANGL. *Verl mu(c)h, veri weell.*} Terent. *in Andr.* Nam id arbitror apprimè in vita esse vtile. ¶ Fit ab antiquo nomine Apprimus, quo veteres vsi sunt pro longè primo, vt docet Gell. *lib.* 7. *cap.* 7. citans illud ex Liu. *Odyss.* Ibi denique vir summus apprimus, Patroclus.

Apprimo, is, ere, ex Ad, & premo: Ad aliquid premo, premendo adigo. {הצר *hetzár* דחק *dechak.* προσπιέζω, προσθλίβω. GALL. *Presser du serrer.* ITAL. *Premere.* GERM. Antrucken/zuhin trucken. HISP. *Apretar.* ANGL. *To presse or thrust any thing to another.*} Plin. *lib.* 24. *cap.* 9. Sedare ventris dolores asseuerauit impositam, ita vt tunica cinctúque corpori apprimeretur.

Approbus, valde probus. {טוב *tob* מאוד *meôd.* εὐδόκιμος. GALL.

Bon & honeste. ITAL. *Molto buono.* GERM. Gar fromm. HISP. *Mucho bueno.* ANGL. *Very goode ande honeste.* } Gell. Et in versu est Cæcilij poetæ comici, Hierocles hospes est mihi adulescens approbus.

Apprŏbo, as, are, Probo, comprobo, laudo, auctoritatem & fidem alicui rei tribuo. { שבח *schibbách* הלל *hillél* קים *kijjám.* δοκιμάζω. GALL. *Approuuer, trouuer bon.* ITAL. *Laudare grandamente, approbare.* GERM. Vest fleissig loben, ausgeben, beweisen. HISP. *Aprouar alguna cosa por buena.* ANGL. *To approue, to alowe, to commend.* } Cic. 4. *Acad.* Nec tamen ego is sum, qui nihil vnquam falsi approbem. Idem *App.* Quicquid feceris approbabo. ¶ Approbare, item efficere vt quid probum rectúmque iudicetur. Cic. *in Verr.* Non vereor ne hoc meum officium P. Seruilio iudici non approbem. Plaut. *in Prolog. Amphit.* Hoc me vultis approbare. (id est, annuere.) Si vultis applaudere & approbare hunc gregem & fabulam. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 5. Potest Eloquentia tua quæ parua sunt, approbare pro magnis. Senec. *cap.* 18. *de consol. ad Polyb.* Suet. *in August. cap.* 96. Iis qui sibi filios approbarent. Quint. Non sensissem modò, sed etiam approbassem. ¶ Approbare opus, siue probare, est (vt vulgus loquitur) rectè & probè consummatum præbere. Id autem redemptoris est, non locatoris. Vitruuius, Redemptor ad tempus opus manu factum subtiliter regi approbauit. ¶ Approbare, est etiam dicta nostra rationibus, aut alio modo confirmare: vt fieri solet in argumentatione, quod & probare dicitur. Cic. 1. *de Inuent.* Hoc quia perspicuè verum est, nihil attinet approbari.

Apprŏbātĭo, verbale, δοκιμασία. ANGL. *Approuing, alowing.* } Cicer. 2. *Tuscul.* Effectus eloquentiæ, est audientium approbatio. ¶ Approbatio apud oratores, est pars argumentationis, qua aut propositio confirmatur, aut assumptio, aut vtraque, si opus videtur. Cic. 1. *de Inuent.* ¶ Approbatio, aliter item acceptum. Cic. 4. *Acad.* Ne vinolenti quidem quæ faciunt, eadem approbatione faciunt qua sobrij. Dubitant, hæsitant, reuocant se interdum, id est, non tali mentis firmitate, certitudine, constantia.

Apprŏbātŏr, oris, verb. Autor, comprobator. { δοκιμαστής. ANGL. *One that aloweth approueth.* } Cic. *Attic.* Quamuis non fueris suasor & impulsor perfectionis meæ: approbator certè fuisti. Subscriptor & approbator. Gell. *cap. vlt. lib.* 5.

Apprŏmitto, is, pro altero promitto, quod alter promisit, idem promitto. { ערב *baráb.* ἐγγυάομαι. GALL. *S'obliger pour vn autre, promettre pour luy.* ITAL. *Promettere per vn altro.* GERM. Für ein andern versprechen, so er verheissen hatt. HISP. *Prometer per otro, hazer fiança.* ANGL. *To promise for another, to oblish him selfe for another man, to come suertie.* } Cicer. *Attic.* De Oppio factum est vt volui: & maximè quod DCCC. appromisisti: quæ quidem ego vtique vel versura facta solui volo.

Apprŏmissŏr, oris, verbale. { ἐγγυητής. ANGL. *Suertie, that confirmeth another mannes promise.* } Vlpianus, Appromissorem vocat fideiussorem, *l. in omnibus ff. de solutionibus.*

Apprōnārĕ, in genua se prosternere. { ברך *baráeh.* γονυκλιτῶ. GALL. *S'agenouiller.* ITAL. *Ingenocchiarsi.* GERM. Sich nieder bucken. HISP. *Arrodillar, hincar las rodillas.* ANGL. *To kneele, to fall on the knees.* } Apul. *lib.* 1. Planiore in ripæ margine implicitus, in genua appronat se, auidiùs affectans potionem. Videtur esse compositum ex Ad præpositione, & nomine pronus: vnde gemino p, scribendum est.

Apprŏpĕro, as, are, Propero, accelero. { מהר *mihér.* σπεύδω. GALL. *Se haster, s'auancer.* ITAL. *Affrettare.* GERM. Fertig eylen. HISP. *Apresurarse en venir.* ANGL. *To haiste, to speed.* } Ter. *in Andr.* —postquam ante ostium Me audiuit stare, appropeat. Cicer. *Attic.* Quare appropera, & vale. ¶ Appropèratum opus, id est, acceleratum. Liu. 4. *ab Vrb.* Cœptúmque opus adeò approperatum est, vt Sole orto, &c. Idem *lib.* 3. *bell. Pun.* Approperata de industria res erat, ne impediri posset. Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 2. Approperabo ne post tempus prædæ præsidium parem.

Appropio, pro appropinquo.

Appropinquo, as, are, Propiùs accedo, aduento, propè sum: & simul de loco & tempore dicitur. { קרב *karáb.* ἐγγίζω. GALL. *Approcher, venir pres.* ITAL. *Accostarsi.* GERM. Sich näheren. HISP. *Acercarse, ò allegarse.* ANGL. *To come nigh, to approche.* } Cæsar 1. *bell. Gal.* Heduos finibus Bellouacorum appropinquare cognouerant. Cic. *ad Quint. fratr.* Sed ejus rei maturitas neque dum venit, & tamen iam appropinquat. Liu. *lib.* 5. *d.* 4. Appropinquare Euripo dicebatur, cum eodem casu, *lib.* 6. *d.* 4. Et Cæsar *lib.* 1. & 2. *de bell. ciu.* imò vbique.

Appropinquātĭo, verbale. Cicer. *de Senect.* { קרבה *kerabah.* προσπέλασις. GALL. *Approchement.* ITAL. *Auicinamento.* GERM. Die näbung. HISP. *Acercamiento, allegamiento.* ANGL. *Comming nigh, approching.* } Quarta restat causa, quæ maximè angere, atque sollicitam habere nostram ætatem videtur, appropinquatio mortis.

Aprarius, vide *Aper.*

Aprīcŭs, a, um, Soli expositus, Soli apertus. { ἀπήλιος, εὐήλιος. GALL. *Tourné vers le Soleil, où le Soleil bat, abri.* ITAL. *Esposto al Sole, aprico.* GERM. Ein Sonnechtig ort, ein ort das vil Sonnen hat. HISP. *Cosa abrigada, que esta al abrigo.* ANGL. *which lieth to the sunne, heated with the sunne.* } Dicitur autem quasi ἄνευ φρίκης, hoc est, sine frigore, φ, aspirata in π, suam tenuem conuersa. Virg. *Georg.*

Mitis in apricis coquitur vindemia saxis.

¶ Apricus homo, vel Aprica auis, quæ Sole gaudet. Idem 5. *Æneid.* Apricis statio gratissima mergis.

Aprīcĭor, apricissimus. Colum. *lib.* 11. *cap.* 3. Nonnulli hanc eandem locis apricioribus a Calendis Martiis deponunt. Idem *lib.* 9. *cap.* 14. Eum adhuc autumni reliquiæ sunt, apricissimo die purgatis domicilijs.

Aprīcāri, est in aprico loco esse, hoc est, in loco Soli exposito versari. { ἡλιάζεσθαι, εἱλεῖσθαι. GALL. *Estre à l'abri, se tenir au Soleil.* ITAL. *Essere in luoco aprico, stare al Sole.* GERM. In der Sonnen sein sich an einem Sonnechtigen ort halten. HISP. *Abrigarse en lugar abrigado.* ANGL. *To sit in a sunne place.* } Varro in *minist.* [illegible], Licet videre multos quotidie in hyeme in Sole apricari. Plin. *lib.* 16. *de columbis.* Apricantur aliæ [illegible] Sole. Cic. *in Catone*, vbi enim potest illi ætas aut calescere, vel apricatione melius, vel igni, aut vicissim vmbris aquisve refrigerari salubrius.

Aprīcātĭo, nis, verbale. εἵλησις. GALL. *Abri.* ITAL. *Aprico.* GERM. Wohnung oder haltung in der Sonnen. HISP. *Abrigo.* ANGL. *A sitting in a sunnie place.* } Cic. *Attic.* Sibi habeat suam fortunam, unam mehercule tecum apricationem in illo Lucretino tuo sole malim, quàm omnia istius modi regna.

Aprīcĭtās, atis, est hybernus ille tepor in locis apricis. { εἰλημία. ANGL. *warmesse of the sunne.* } Col. *lib.* 8. *cap.* 15. Cum apricitate diei gestiunt aues. Idem *lib.* 7. *cap.* 7. Si dies permittit apricitas. Plin. *lib.* 6. *cap.* 26. Apricitatis inclytæ regio.

Aprīcŭlus, piscis est qui κάπρισκος dicitur, cuius dentes acutissimi, ac validissimi, teste Oppiano, diuersúsque ab eo qui Aper dicitur, Græcè κάπρος. Apuleius *in Apologia*: Tam ridiculum argumentum, quàm si dicas venandis apris piscem apriculum. Ennius: Apriculum piscem scito primum esse Tarenti.

Apries, ἀπρίης. Psammis Ægypti regis filius, cui in regno successit. Hic, vt testatur Herodotus *lib.* 2. ab Ægyptiis, qui à se ad Amasim defecerant, strangulatus, & sepultus in paternis monumentis.

Aprilis, mensis dictus est, quasi aperilis, quòd terram aperiat. Plutarch. *in Numa,* & Ouid. 4. *Fast.* { איר *ijjár.* ἀπρίλλιος, μουνυχιών. GALL. *Le mois d'Auril.* ITAL. *Aprile.* GERM. April. HISP. *El mes de Abril.* ANGL. *The moneth called Aprile.* } Nam verna tempestate plantarum germina aperiuntur. Vel dicitur Aprilis, quasi Aphrilis, ab ἀφρὸς spuma, quòd Venus, cui hic mensis sacer est, ex spuma maris fingitur nata. Horatius 4. *Carm.* Idus tibi sunt agendæ, Qui dies mensem Veneris marinæ Findit Aprilem ¶ Accipitur præterea adiectiuè: vt Nonis Aprilibus. Cic. *ad Lec.* Quinetiam Marcellino, & Philippo Consulibus, Nonis Aprilibus mihi est senatus assensus. ¶ Olim anni initium.

‖Aprillios, idem quod Aprilis. Lex. græ. b.‖

Aptonia, herba est, quam alij vitem nigram, alij Bryoniam, alij Chironiam, alij Gynecanthen vocant, ἄμπελος μέλαινα. Plin. *lib.* 23. *cap.* 1.

Aprugnus, a, um, Aprugna (caro) *chair de sanglier.* Plaut. Et Aprugnum callum callet. Idem *in Persa.* & Plin. *cap.* 51. *lib.* 8.

Apsus, Ἄψος, ἡ, vrbs Thraciæ. Steph.

Aprustini, populi, Plin. *lib.* 3. 11. 15.

Aprutium, Italiæ regio inter Apuleium & Picenum. Hæc etiam Samnium dicebatur, vbi multi populi erant. In ea ciuitates, Aquila, Adria, Sulmo, Ortona, Arpium, Aquinum, & multæ aliæ.

Apsis, vide *Absis.*

Apsilæ, Ἀψίλαι, gens Scythica, Lazis vicina, Steph.

Apsorus, Ἄψορος, insula in mari Adriatico, adiacens Liburniæ, in qua ciuitas eodem nomine, vt Ptol. *lib.* 2. scribit.

‖Apsus, vide *Hapsus.* Gloss. Isid. *apsum vellus lanæ.*‖

Apsus, Ἄψος, fluuius est in parte Macedoniæ, quæ mari Adriatico incumbit, non procul à Dyrrachio: de quo Strabo *lib.* 7. Lucan. *lib.* 5.

Tellus quam volucer Genusus, quam mollior Apsus
Circumeunt ripis.

Apsychŏn, ἄψυχον, inanimatum, quod est sine anima, & spirare non potest.

Apsyctos, ἄψυκτος. Gemma est nigra & ponderosa, rubentibus venis distincta, ita dicta quasi irrefrigerabilis. Nam semel igni excalefacta, septem diebus calorem seruat. Autor Plin. *lib.* 36. *cap.* 10.

Aptera, Ἄπτερα, neutri generis, vrbs in Lycia, & altera in Creta à Sirenibus vocatur, quòd victæ ibi cantu à Musis, pro mœrore, exutæ pennis in mare desilissent. Autor Steph.

Aptōtum, aptoti, Interpretatur, sine casu. Sunt enim aptota nomina, quæ neque per casus, neque per numeros declinantur: vt, Frugi, Nihil, Nequam, Fas, Nefas. Autor Donatus *in* 2. *editione.* Hæc alio nomine dicuntur indeclinabilia.

Aptŭs, a, um, Accommodatus, appositus, conueniens, congruens. { נכון *nachón* נאה *naé.* ἐπιτήδειος, ἁρμόδιος. GALL. *Bien sortable, conuenable, propre.* ITAL. *Atto, accommodato, acconcio.* GERM. Geschickt, bequem, formlich. HISP. *Cosa idonea y ataniada.* ANGL. *Apte, proper and meete for.* } Petr. *Satyr.* 1. Si forte quid aptum erit. Tib. *lib.* 4.

——— *Apta vel tetrici.*
Aptaque vel cantu veteres mutare figuras.

Ouid. *Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.*

Sponte sua carmen numeros veniebat ad aptos.

Idem *ibid.*

Nec tamen fuit apta laberi.

Tib. *lib.* 4.

Nam te non alius belli tenet aptius artes.

Cæs. *lib.* 1. *de bell. ciu.* Omnia ad bellum apta ac parata. Ouid. 5. *Fast.*

Inuentur curua furibus aptè fidis, &c.

¶ Interdum elegans, vt apud Cic. *lib.* 2. *de Orat.* Ita porrò verbis est aptus & pressus, vt nescias vtrùm sententiæ oratione, an verba sententiis illustrentur. Idem 1. *Offic.* Vt enim pulchritudo corporis apta compositione membrorum mouet oculos. ¶ Interdum connexus. Virgil. *lib.* 2. *Georg.* —ipsos è torquibus aptos, Iunge pares. Cic. *de nat. deor.* Balbus multa dixit, etiam si minus vera, tamen apta inter se & cohærentia. ¶ Interdum ponitur pro compositus, creatus, siue factus. Idem *lib.* 3. *de Finib.* Itaque natura fames apti ad totius consilia ciuitatis. ¶ Fit etiam Aptus participium ab Apiscor, idem significans quod Adeptus. Varro, Ex omnibus ostendat, quæ bello est aptus.

Aptē, { ἁρμοζόντως, ἐπιτηδείως. GALL. *Conuenablement, proprement.* ITAL. *Propriamente, acconciamente.* GERM. Geschicklich, bequemlich, füglich. HISP. *Conuenientemente.* ANGL. *Aptlie, properlie.* } Aduerbium qualitatis, aptius, aptissime, conuenienter & accommodatè. Cicer. 1. *de Finib.* Quum inciderent, vt id aptè fieri posset. Plin. *lib.* 16. *cap.* 25. Ratio aptius redderetur ab hoc tertio volumine. Idem *lib.* 19. *cap.* 5. Parilibus tamen aptissime. ¶ Aptè dicere. Cic. 1. *Offic.* Quod est oratoris proprium aptè, distinctè, ornatè dicere. Idem 1. *de Orat.*

Apto, as, Conuenienter aliquid rei alicui iungo, seu accommodo. { תקן *tikkén* הכין *hechin.* ἁρμόζω. GALL. *Approprier, accommoder, ajuster.* ITAL. *Adattare, accommodare.* GERM. Zusammen fügen oder ordnen. HISP. *Ataniar o aiuntar vno con otro.* ANGL. *To make apte and proper, to meete with any thing.* } Construitur cum datiuo, vel accusatiuo mediante Ad. Cic. *in Philip.* Cuius denique fortunæ studia tantæ laudi & gratulationi tuæ

quæ non aptarint? Idem 3. *de Orat.* Hoc verbum est ad id aptatum, quod ante dixerat. ¶ Aptare vela, & aptare armamenta. Quintil. Aptare sarcinas. Sueton. *in Tib. cap.* 37. Aptare naues. Idem *ibid. cap.* 65. ¶ Huius composita sunt Adapto, & Coapto.

Apua, æ, pisciculus est minutus & vilissimus, quem Græci, quod ex pluuia nasci vt ait, ἀφύην vocant. Vide Plin. *lib.* 31. *cap.* 8. & ea quæ supra annotauimus in dictione *Aphya*. ¶ Est etiam ex Apuarum genere, quæ vulgo Anchoia, Aristoteli ἐγκρασίχολος, Æliano λυκόστομος. Ex qua liquamentum atque elixogarum optimum ad excitandum appetentiam conficitur. Addito oleo, vino, & aceto, totus piscis subiectis prunis liquatur: nec spinæ vestigium restabit. ¶ Est & alia Apua quæ Aristoteli ἀφύη κωβίτις (vel, vt alij, κωβίτης) vulgò *Iochio*. Foetus est gobij. ¶ Est & Apua phalerica, ἀφύη φαληρικὴ, vulgo *Nadelle*, vel *Melete*. Rothomagi Crudo, Piscis mollissimus atque pinguis, sardinis similis, nisi quòd minor & lætior. ¶ Denique est in censu apuarum pisciculus, qui Aristoteli ἐπιτίνης dicitur, Natica Plauto apud Festum, & Apua membras, Megegis, vulgò *Celerin*.

Apuani, vulgò *Genuensi*. Ligures sunt, teste Liu. *lib.* 10. Sempronius (inquit,) è Pisis in Apuanos Ligures vastando aperuit saltus, &c.

Apud, Præpositio est, quæ nunquam composita reperitur: apposita verò casibus, quandoque locum denotat. אצל *Etsel*. παρὰ, πρὸς. Gall. *Auprès, chez, deuant*. Ital. *Appo, appresso, presso*. Germ. *Bey*. Hisp. *Cerca*. Angl. *By or nigh*.) vt, Nec edes nec bibes quicquam apud me. Plaut. *Most. sc.* 3. Apud me coenabis hodie. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 5. Apud te habitabo. Idem *Men. sc.* 7. *a.* 5. Metui ne apud prætorem soluerer. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 5. Haud diu apud hanc seruitutem seruio. Idem *Mil. sc.* 3. *a.* 2. Hic apud me nunquam delinges salem. Idem *Curc. sc.* 4. *a.* 4. Apud hasce ædes, (i. in, vel ad, vel propè.) Idem *Men. sc.* 2. *a.* 1. Haud diu apud hanc seruitutem seruio, idem *Mil. sc.* 1. *a.* 2. Etiam decem minæ apud te sunt (i. pro te impensæ) & eas mihi debes. Idem *Most. sc.* 3. *a.* 1. Quid apud hasce ædes tibi est negotij? Idem *Amphitr.* Apud hostes dum sedemus. Idem *ibid.* Quæ apud legionem vota voui. Idem *ibid.* In medicinis, in constrinis, apud omnes ædes sacras; *ibid.* Seruire apud te. Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 2. Quid audio? Vix apud me sum. Idem *Men. sc.* 4. *a.* 4. Neque apud amicam, neque domi, &c. *Ibid. sc.* 3. *a.* 4. Tuus animus apud nos est sixus clauo. Idem *Asin. sc.* 7. *a.* 1. Apud ortum te videbo, *ibidem sc.* 1. *a.* 3. Ego mihi apparari iussi istic apud te. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 1. Conduxit coquos apud forum. Idem *Aul. sc.* 2. *a.* 1. Herus maior, apud forum est, idem *Asin.* Apud vos id proloquar. Idem *Capt. Prolog.* Apud mensam loquebatur. Gell. *cap.* 22. *lib.* 2. bis. *&* *cap.* 9. *lib.* 9. Apud coenam cùm discubitum erat legebatur, idem *cap. vlt. lib.* 3. Vbi illæ est locus? Apud Fabricium infulas. Plaut. *Asin. sc.* 1. *a.* 1. Petrus, quam hoc pacto apud te seruirat, idem *Aulul. sc.* 1. *a.* 1. (i. tibi.) Credo Deos voluisse vt apud te me in arcto enecem. *Ibid. sc.* 1. *a.* 4. Apud hunc contessus est diuitias meas, idem *Capt. sc.* 4. *a.* 3. Essetne apud te acceptissimus (i. tibi.) *Ibidem sc.* 5. *a.* 3. Apud Nouercam querere, idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Res agitur apud iudicem. *Ibid. sc.* 3. *a.* 2. Apud mensam plenam homini rostrum deliges. Idem *Menech. sc.* 3. *a.* 2. Demorior apud anum illam. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 2. Apud te feruire tibi posthulas viros? Idem *Men. sc.* 2. *a.* 1. Oratores, qui apud Conciones Atheniensium floruerant. Gell. *cap.* 3. *lib.* 18. Apud lecti fulcrum capsula. Idem *cap.* 15. *lib.* 10. Apud se esse (i. sui compos, suppl.) Senec. *cap. vlt. de Tranq. vitæ.* Apud aram supplicare. Suet. *in Calig. cap.* 33. Apud amicos quid statuere. Liu. 1. *ab vrb.* Apud milites concionatur. Cæs. *lib.* 1. *de bel. ciu.* Apud Senatum, pro in. Suet. *in Tib. cap.* 42. Accipias apud te alienum (i. domi.) Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 5. Lupos apud oues linquere (i. cum, vel inter.) Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Apud Mantuam hæc scripsi. ¶ Quandoque personam: vt, Apud regem. Quandoque loci & personæ coniunctionem, vt, Coenaui apud Pompeium. Sed quum ad personam refertur, plerunque familiaritatem significat, non dominium: vt, Fui apud te, id est, tecum, vel domi tuæ. Penes verò & potestatem, & personam, & dominium (τινὶ cum datiuo.) Ouid. *lib.* 1. *Fast.* Me penes est vnum fasti custodia mundi. Quamquam etiam sine dominij significatione aliquando inueniatur, vt latiùs docebimus suo loco. Apud, aliquando accipitur pro In: vt apud Terent. *in Andr.* De Dauo modò apud forum audiui. ¶ Apud se dicitur esse qui omissis negotiis se in recessum recipit. Cic. *lib.* 1. *de Orat.* Marcus verò Scaurus, quem non longè ruri apud se esse audio. Magis tamen videtur Apud se, *in hoc* Cic. *loco.* accipi pro Domi suæ: quemadmodum frequenter apud Terent. Apud nos, pro, Domi nostræ. ¶ Apud, etiam iuxta significat. Cic. *de Offic.* Cuius focum mirari solitus Cato, apud quem ille sedens, Samnitum quondam hostium iam clientium suorum munera repudiabat. Idem *de Orat.* 2. Quum etiam tum in lecto Sulpitius esset, apud eum Crassus sederet. ¶ Apud aliquem obligari, pro alicui, Iulianus *de fideiussoribus.* Fideiussor obligari non potest ei, apud quem reus promittendi obligatus non est. ¶ Apud, exponitur etiam per Inter. Cic. *pro Fonteio.* Studiis militaribus apud iuuentutem obsoletis. hoc est, inter iuuenes. Tale est quum dicimus, Mos fuit apud Romanos. pro eo quod est inter Romanos. ¶ Apud maiores, vel patres nostros, pro temporibus maiorum, vel patrum nostrorum. ¶ Apud Platonem, id est, in Platonis libris, Cicer. 1. *de Diuin.* ¶ Apud, aliquando postponitur suo casui. Tacit. *lib.* 5. Ripam apud Euphratis. & *lib.* 4. Mutinam apud & Rauennam.

Apus, odis, vel cypsellus, ἄπους κύψελος. Angl. *A martinet birde.*) Auis est de genere hirundinum, cuius pedes curti, & nenè, utrinque mittiles. Plin. *lib.* 10. *cap.* 39. Plurimum volant quæ Apodes, quia carent vsu pedum, ab aliis Cypselli appellantur, hirundinum specie. ¶ Et & aquilæ species apud Auicennam Aslachine. ¶ Apud Pausaniam verò aquilæ cygneæ fit mentio *in Arcad.* Et quæ variis pedibus *inginas* recentium.

Apulia, extra portus, si de terrâ; extra columnas, si de mari. Tertull.

Apulia, *Puglia*, Italiæ regio mari Adriatico contermina, inter Daunum & Calabriam, quæ & Iapygia, ab Iapyge Dædali filio, qui eam regionem tenuit, dicta est ἰαπυγία. Corripit autem hoc nomen primam syllabam, & vnicum p. scribendum est: illamitt tamen interdum alterum p. vt eandem producat secundam syllabam semper producit. Contra Apulus tempore primam producit, & corripit in diuiti. Horat. *lib.* 3. *Carm.* Nutricis extra limen Apuliæ. Iuuenal. Vendit agros, sed maiores Apulia vendit: vbi & prima producitur. ¶ Hinc Apulus, a, um,

siue Appulus, adiect. Luc. *lib.* 5.

Appulus Adriacas exit Garganus in vndas.

Apyrin *in*, ἀπύρηνον, genus est mali Punici, dulcissimi, ita dictum, quasi ἄνευ πυρῆνος, hoc est, sine nucleo: non quòd prorsus nucleis careat, sed quòd eos habeat minùs lignosos. Quò et, vt & acinos habeat blandiores & minus amaros. Plin. *lib.* 13. *cap.* 19. Mart. *lib.* 13.

Lenta subrubens mittuntur apyrina ramus,

Et vernā tuberes, quid tibi? cum Libycus?

Senec. *Epist.* 86. ¶ Legitur & adiectiuum Apyrinus, a, um: vt, Apyrinus fructus, hoc est, dulcis, nucleisque minus lignosis, quales habent apyrina. Colum. *lib. de Arboribus cap.* 23. Ea res & fertilem arborem reddet, & primitiis annis fructum vinosum, postea verò etiam dulcem, & apyrinum facit.

Apyron sulphur, ἄπυρον θεῖον, Plin. *lib.* 33. *cap.* 15. vocat sulphur viuum, quodque ignem non est expertum: ἄπυρον enim Græci vocant incoctum, & quod igni non est admotum. Vide & Apyri tripodes, ἄπυροι τρίποδες dicebantur: qui ignibus intacti erant, vt qui non culinario vsui, sed domorum templorumque ornatui dicati erant.

Apyrotus, ἀπύρωτος, gemma igniti carbonis similitudinem referens, quam Ouid. 2. *Metam.* Pyropum vocat, Latini carbunculum: inde Apyrotus dicta, quòd ignem non sentiat. Plin. *lib.* 7. *cap.* 7. Principatum habent Carbunculi, à similitudine ignium appellati, quum ipsi non sentiant ignes: ob id à quibusdam Apyroti vocati.

A Q

Aqua, componi videtur ex A, & qua, quasi à qua viuamus. (מים *máym*. ὕδωρ. Gall. *Eau*. Ital. *Acqua*. Germ. *Wasser*. Hisp. *Agua*. Angl. *Water*.) Vnde aqua & igni interdici solebat damnatis. Aqua & igni interdicere, Velleius. Aqua deficit (i. clepsydra.) Quintil. Aquam perdere (de clepsydra.) Idem Quint. Panis & aqua ei defuit, & fame ac siti periit. Senec. *cap.* 11. *de Tranq.* Aquæ metalla (i. vrinæ,) Plaut. *Amph.* apud Nonium in Metalla. Respiratio sub aqua, Quint. Diem, aquam, salem, argento non emo. Plaut. *Asin. sc.* 3. *a.* 1. Cedo aquam manibus puer. Idem *Most. sc.* 3. *a.* 1. aquam hausisse dicito si quis petet. Idem *Aul. sc.* 1. *a.* 1. Aquam hercle ploras, &c. *Ibid.* Neque aqua aquæ, neque lac lacti similius. Idem *Men. sc. vlt. a.* 5. Ex vno puteo similior nunquam potest aqua aquæ sumi. Idem *Mil. sc.* 6. *a.* 1. Quasi aquam frigidam fouentem esse ita putatis. Ita putatis leges, idem *Curc. sc.* 2. *a.* 4. pernam, callum, sumen, sacito in aqua iaceant, i. macerentur. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Nec coelum patior, nec aquis fruimur, Ouid. *Eleg.* 8. *lib.* 3. *Trist.*

Nec coelum, nec aquis fruimur,

Idem *Eleg.* 5. *lib.* 3. *Trist.*

Icariis numerum dicere coner aquis,

Idem *Eleg.* 2 *lib.* 5. *Trist.* Aquam & ignem sumebant nuptæ, & qui funus persecuti fuerant, redeuntes ignem supergrediebantur aqua aspersi, quod purgationis genus vocabant Suffitionem. Hoc elementum cæteris omnibus videtur imperare. Terras enim deuorant aquæ, flammas necant, scandunt in sublime, & ipsum quoque sibi vendicant coelum. Quid esse mirabilius potest, quàm stare in coelo aquas? At ille non modò in tantam altitudinem, sed secum quoque piscium examina, & lapides rapiunt. Eædem cadentes omnium in terra nascentium causa fiunt. Fruges, arbores, frutices iuuant, migrant in coelum, vt vitalem animam deferant herbis. Præterea alibi calidæ sunt, alibi frigidæ, alibi tepidæ, & penè omnibus morborum generibus auxiliantur. Aliæ sulphuris, aliæ ferri, aliæ aluminis, aliæ salis, aliæ nitri, aliæ bituminis, aliæ æris. Aliæ acidæ sunt, aliæ salsæ, & cunctæ hominum tantùm causâ videntur erupisse. Generatim neruis prosunt omnes, aliæ pedibus, aliæ coxendicibus, aliæ luxatis, aliæ fractis, aliæ exinaniunt aluos, aliæ sanant vulnera, aliæ capiti auribùsque & oculis priuatim medentur, aliæ sterilitatem mulierum, & virorum infamiam abolere produntur, nonnullæ iuuant calculosos, aliquæ prohibent abortum. Sunt quæ tollunt vitiligines, aliæ podagris prosunt, aliæ tertianas febres discutiunt, aliæ dentes sistunt, aliæ vngulas etiam iumentorum indurant, aliæ subtiliores faciunt sensus, aliæ memoriam auferunt, aliæ obliuionem inducunt, aliæ canoras voces faciunt. Hæc Perottus ex Plin. quibus illud prætereà addit, se deduxisse aquas in agro Viterbiensi, quæ lethargicos, & hydropicos & colicos curant, luxatos statim sanant, dentes ea collutos sistunt, scabiem, lichenas, vitiligines mira celeritate tollunt, famem omnino sublato fastidio inducunt, foecunditatem mulieribus afferunt, venerem debilitatam excitant, calculorum vitia discutiunt. Hæc ille.

¶ Aqua, priore productâ aut disiunctâ vltimâ. Lucret. *lib.* 6.

Fit quoque vbi in magnas aquæ vastásque lacunas

Gleba vetustate è terra procul ruitur ingens.

Idem *ibid.*

Quæ calidam faciunt aquæ tactum atque saporem.

¶ Alij aquam, quasi æquam, hoc est, æqualem dictam volunt, ablato e, quòd aqua, nisi ventis agitetur, nihil sit æqualius. ¶ Aspersisse aquam prouerbialiter quis dicitur, qui dicto quopiam reddiderit animum, ac metum ademerit, Plaut. *in Bacch.* Etiam aspersisti aquam. Idem *Trucul.* Aspersisti aquam, iam redijt animus. Idem *Amph. sc.* 1. *a.* 5. Animo malè est, aquam velim. Idem *sc.* 3. *a.* 5. *ibid. sc.* 3. *a.* 2. Datin aqualem cum aqua. *Cur.* Animo malè est. *Ph.* vin aquam? *Cur.* Si frustulenta est, translatum ab iis qui in deliquio, quem Græci λειποψυχίαν appellant, aspersa in faciem aqua ad sui sensum reuocantur. ¶ Aqua caduca, ex lacubus abundans. Lex. IC. Aqua pedum, est vrina. Isid. 36. Et bibant vrinam pedum suorum, Hebr. est, & bibant aquam pedum. ¶ Aquam bibens nihil boni pariat. ὕδωρ δὲ πίνων, χρηστὸν οὐδὲν ἂν τέκοις: cuius prouerbij sensus est, à poëtis nihil præclarum, aut venustum proficisci, si biberent aquam, hoc est, si pauperes fuerint & tenui victu. Demetrius Halicarnasseus. ¶ Inaniter aquam consumis, ἀπαντλεῖς ἄλλως ὕδωρ. In eos quadrabit qui frustrà suadent. A prisco more iudiciorum sumptum, in quibus ad clepsydræ modum dicebatur. ¶ In aqua hæret. In eos competit, qui sic implicantur negotio quopiam, vt se nequeant extricare. Cic. 3. *Offic. de Epicuro.* Dicit ille quidem multa multis in locis, sed aqua hæret, vt aiunt. Translatum apparet vel à fluitantibus: vel certè ab Oratorum clepsydra. ¶ Aquam cribro haurit, κοσκίνῳ ὕδωρ ἀντλεῖς, ὁ ἐπιφέρεις. In aqua scribis, εἰς ὕδωρ γράφεις. In aqua sementem iacis, εἰς ὕδωρ σπείρεις. Aquam in mortario tundere, ὕδωρ ἐν ὅλμῳ κόπτειν,

& similes parœmiæ, in eos quadrant, qui laborant inaniter. ¶ Ad aquam malus, ἐφ' ὕδωρ κακός. In infimæ sortis homines olim dicebatur, ac sordidissimis quæstibus addictos: propterea quòd antiquitus infames habebantur, multóque omnium contemptissimi, qui litigantibus aquam subministrare consueuerunt. ¶ Aquam igni miscere. πῦρ ὕδατι μιγνύειν, inter prouerbia, quibus ἀδύνατον significamus referendum est. Pugnat enim aqua cum igne. Plutarch. *in lib.* περὶ πρώτου ψυχροῦ. ¶ Mitte in aquam, βάλλε εἰς ὕδωρ, hoc est, aufer è medio. Dicitur vel in hominem, vel in rem exitio dictam. Tractum à supplicio quorundam, qui in profluentem, aut mare mittebantur. ¶ Aquam è pumice postulas, pro eo quod est frustrà ab alio petere, cuius ipse à quo petas maximè sit indigus. ¶ Cœno puram aquam turbans, nunquam inuenies potum, βορβόρῳ ὕδωρ λαμπρὸν μιαίνων, οὔποτ' εὑρήσεις ποτόν. Dici solitum, vbi quis ea quæ sunt per se pulcherrima, contaminata, admistis iis quæ sunt turpissima.

Aquula, diminutiuum ab aqua. {ὑδάτιον. ANGL. *A litle brooke.*} Manè suffundam aquulam (ne crepent cardines.) Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 1. Cic. *lib. de Orat.* Quæ mihi videtur non tam ipsa aquula, quæ describitur, quàm Platonis oratione creuisse. *& lib.* 2. Vbi non seclusa aquula teneatur, sed vnde vniuersum flumen erumpat. ¶ Est & aquula Ptolemæo oppidum Hetruriæ: vnde Aquulenses, quos Aquenses vocat Plin. *lib.* 3. *cap.* 5.

Aquæburgum, vrbs Bauariæ, vulgò Wasserburg.

Aquæductus, us, tui, ab aqua ducenda. {תעלה *tehalah.* ὑδραγωγία. GALL. *Conduite d'eau.* ITAL. *Acquedotto.* GERM. Wasserleitung/ wassergraben/ wasserfurt. HISP. *Aguaduco para traer agua.* ANGL. *A conueyance or cundite of water.*} Est enim aquarum deductio, hoc est, quum aliunde aqua deriuatur, vt per cuniculos impositis canalibus aliò inducatur, siue ad bibendum, siue ad irrigandum, vt est videre apud Iulium Frontinum *in lib.* 1. *de Aquæductibus Romanorum.* Erat autem apud veteres duplex ratio ducendæ aquæ. Nam aut per subterraneos cuniculos ducebatur, aut opere arcuato. Vtriusque generis etiam hodie Romæ non pauca extant vestigia. Vlpian. *de seruit. rust. præd.* Seruitutes rusticorum prædiorum hæ, Iter, actus, via, aquæductus.

Aquælicium, dicitur quum aqua pluuialis remediis quibusdam elicitur: quod in magnis siccitatibus aliquando factum creditur.

Aquæniuales, mensæ adhibebantur antiquitus, quæ decoquebantur vt essent salubriores, ὕδατα χιόνος. Postea colomuarlo & sacco attenuabantur, deinde refrigerabantur.

Aquagium, quasi aquæ agium, inquit Festus. Idem quod aquæductus. ὑδραγωγία, ὑδροχόη, ἀγωγός. {ANGL. *A conueyance or cundite or water.*} Pomp. *l. hoc iure. de aq. quotid.* Dum ne fundum domino, aut aquagium riualibus deterius faciat.

Aquaintercus, morbus est, quem Græci Hydropem appellant. {ANGL. *The dropsie.*} quum inter cutem aqua colligitur, qua corpus turgescit, ὕδερος, ὕδρωψ. Nonius, Aqua intercus, hydrops morbus, quasi aqua inter cutem. Cic. 3. *Offic.* Si quis medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem. A Celso Aqua inter cutem appellatur: ita enim habet ille *lib.* 3. *cap.* 1. Longiùs verò fieri potest morbus eorum, quos aqua inter cutem malè habet. Plinius vocat aquam subter cutem fusam.

Aqualicus, Aluus, quo sordes defluunt. Item genus quoddam lati intestini, ex quo farcimina fieri solent. Apicius, Reple aqualicum, sic vt laxamentum habeat, nec dissiliat in coctura.

Aqualiculus, diminutiuum est ab Aqualicus, vas est in quo porci sorbent. {γάστρα. GALL. *Auge où mangent les porceaux.* ITAL. *Albio, Albuelo da porci.* GERM. Ein seutrog. HISP. *Baxo ò barriga. Dornajo donde comen los puercos.* ANGL. *A troughe for swyne.*} Per translationem pro ventre, siue aluo sumitur, tam occulta, quàm apparente, in quam sordes fluunt. Persius *Satyr.* 1.

——nugaris quum tibi calue
Pingue aqualiculus propenso sesquipede extet.

in quo Cornutus scribit aqualiculum propriè ventrem esse porci, & per translationem de humano ventre dici.

Aqualis, generis masculini, genus vasis ad aquam tenendam, quo aqua manibus datur, quod & Matellio dicitur, teste Varrone. {כיור *ces* ספל *sephel* גביע *gbihiah* מחבת *machabh.* ὑδρία. GALL. *Eguiere, pot à eau.* ITAL. *Vrna.* GERM. Ein wassergeschirr/ ein gießfaß. HISP. *Jarro de agua para beuer.* ANGL. *A lauer, or ewer to wash the handes.*} Plaut. *in Curc.* Date isti sellam vt sedeat, & aqualim cum aqua.

¶Aquana, aquea: vt, Terrena, terrea. Tertull.¶

Aquariola. {ANGL. *Places where water is voyded.*} Dicuntur latrinæ, in quas lotura proiicitur: nec in culina tantùm, sed & in tricliniis, & cubiculis, & cœnationibus cum dignitate & elegantia fiunt.

Aquarioli, dicuntur mulierum impudicarum sordidissimi asseclæ. Festus. {προαγωγός, μαστροπός. GALL. *Maquereaux.* ITAL. *Roffianelli.* GERM. Hurenführer/ Hurenwürtel. HISP. *Alcahuete.* ANGL. *Baudes, merchaunntes of hoores.*}

Aquariolum, siue aquarium, ὑδροδοχεῖον, locus in quem sordida aqua demittitur, qui & Lauatrina dicitur à lauando, & per syncopen, Latrina.

Aquarium, ij, locus in flumine, aut alia quauis aqua, ad quem animalia potum aguntur. {שקתות *schkoth.* ὑδρεῖον, ποτίστρα. GALL. *Euier, abreuoir.* ITAL. *Luogo da abeuerare.* GERM. Ein ort da sich das wasser ersamlet/ und das vieh darab trenckt/ Brunntrog. HISP. *Abreuadero donde beuen bestias.* ANGL. *A place where beastes may drink at in riuers or any waters.*} Cato *cap.* 1. Si poteris, sub radice montis siet, in meridiem spectet, loco salubri, operariorum copia siet, boúmque ibi aquarium. ¶ In Glossario sic legitur, aquarium, ὑδραγωγεῖον.

Aquarius, a, um, quod ad aquam pertinet, ὑδραγωγικός: vt, Cos aquaria. {ANGL. *A grindstone going in troughes of water.*} Gell. Re aquaria defectos. Aquarius vrceus. Gell. *cap.* 29. *lib.* 10. Plin. *lib.* 34. Quippe quum in exacuendo oleares cotes, & aquariæ differant, oleo delicatior ei fiat acies. Aquarij, seruí dicuntur aquarum custodes & hydrophylaces.

Aquarius, rij, vndecimum signum Zodiaci, est proximum Capricorno, quod oritur xv. Kalend. Febr. ὑδροχόος. GALL. *l'vn des douze signes du Ciel.* ITAL. *Acquario.* GERM. Wassermann. HISP. *Aguador.* ANGL. *One of the twelue signes of heauen.*} Iuuenal. *Satyr.* 6. Veniet conductus Aquarius. Fabulantur Poëtæ hunc fuisse Ganymedem, quem Iupiter eius pulchritudine captus, ab aquila in cælum raptum, ministrum suum fecisse existimatur.

Aquarius sulcus, qui aquam educit, αὖλαξ ὑδραγωγός. Col. *lib.* 2. Crebrósque sulcos aquarios, quos & nonnulli Elices vocant.

Aquaticus, a, um, qui in aqua degit. {ἔνυδρος. ANGL. *That liueth in the water.*} sicut Terrestris, qui in terra viuit. Plin. Terrestres & aquatici pisces. ¶ Aquaticum dicitur etiam quod in aquis, aut propè aquas nascitur. Plin. *lib.* 16. *cap.* 36. Inter ea quæ frigidis gaudent, & aquaticos frutices dixisse conueniat. ¶ Aquaticus etiam dicitur Auster, quod pluuiam inducat. Ouid. 5. *Met.*

Aquatilis, aquaticus, ἔνυδρος. {ANGL. *whatsoeuer liueth in the water.*} Plin. *lib.* 9. *cap.* 12. Aquatilium tegmenta plura sunt. Cic. 1. *de nat. Deor.* Bestiarum autem terrenæ sunt aliæ, partim aquatiles, aliæ quasi ancipites, in vtraque sede viuentes.

¶Aquigena, aquâ geniti pisces. Terrigena, terrâ. Tertull.¶

Aquilex, qui aquam allicit & ducit. {ὑδρολόγος. GALL. *Maistre fontenier.* ITAL. *Colui che raccoglie l'acqua.* GERM. Der die Brunnen erfindt/ Brunnenmeister. HISP. *El que coje agua derramada, ò el que conoçe donde ay agua.* ANGL. *A welmaister that gathered waters together.*} Varro in *Quinquatrib.* An hoc præstat Herofilus Diogeni (vt legit Scaliger) quòd ille è ventre aquam mittit? an hoc te iactas? at hoc pacto vtilior te Tuscus aquilex. Ex Nonio.

¶Aquimantile, χέρνιβον, Gloss. i. e. χερνιβόξεστον pollubrum, habens aquam manibus abluendis.¶

Aquiminale, vas Aquarium dicitur à Paulo *in l.* 3. *de supel. leg.* Nam & pelues argenteas, & aquiminalia argentea.

Aquiminarium, vas quoddam escarium fuit. Pomp. *in l.* 21. §. 1. *D. de aur. & arg. leg.* Sed de aquiminario Cassius ait, quum alteri argentum potorium, alteri escarium legatum esset, escario cedere. Item Vlpian. Si cui escarium legatum sit, argentum aquiminarium continetur. Nam & hoc propter escam paratum est.

¶Aquinarius, vas aquis ferendis.¶

Aquor, aris, verbum castrense est, Aquam haurio, siue aquam fero, ad vsum exercitus, vel alterius rei. {שאב *schaab.* ὑδρεύω, ὑδροφορέω. GALL. *Prendre eau, se fournir d'eau.* ITAL. *Cauar aqua, andar per acqua.* GERM. Wasser schöpffen/ sich mitt wasser versehen. HISP. *Ir por agua para el real.* ANGL. *To furnish water, to drawe and beare water to and hoste.*} Cæs. 1. *de bell. ciuil.* Aquabatur ægrè. Curtius, Quum miles aquatum profectus esset. Virgil. Sub mœnibus vrbis aquantur. Vide in dictione *Adaque.*

Aquatio, onis, verbale, Actus aquandi, hoc est, aquam ad castra afferendi. {ὑδρεία. GALL. *Puisement d'eau ou appors, abreuement.* ITAL. *L'anacquare, l'andare à pigliar aqua.* GERM. Wasserschöpffung/ ein wasserholung. HISP. *El traer agua para el real.* ANGL. *Drawing or bearing of water to an armie.*} Cæs. *de bell. Gall.* Tamen sese non longiùs millibus passuum quatuor aquationis causa processurum eo die dixit. ¶ Aquatio item Aquarum pluuialium abundantia. Plin. *lib.* 32. *cap.* 7. Et hoc vtebatur in multis variisque per aquationem Autumni nascentibus.

Aquator, oris, qui aquandi ministerium, præsertim in exercitu facit. {שואב מים *schoeb maijm.* ὑδροφόρος. GALL. *Porteur d'eau, celuy qui fournist d'eau au champ.* ITAL. *Chi va per acqua per fornire vno exercito.* GERM. Der ein läger mit wasser versihet/ wasserschöpffer. HISP. *Aguador del real.* ANGL. *Which draweth and furnisheth water a bearer of water to an armie.*} Cæs. 1. *bell. Ciu.* Hæc consultantibus eis nuntiabatur aquatores ab equitatu premi nostro.

Aquatus, a, um, Aqua mixtus, aqua dilutus. {מזוג *mazugh.* ὑδαρής. GALL. *Mistionné d'eau, où on a mis de l'eau.* ITAL. *Adacquato, aquoso.* GERM. Wässerechtig/ mit wasser vermischt. HISP. *Aguado.* ANGL. *Mingeld or mixed with water.*} vt, Aquatum vinum. Interdum idem quod aquosus, vt, Lac aquatum. Plin. 18. *cap.* 9. Omne autem vernum aquatius æstiuo.

Aqueus, a, um, quod ex aqua est, ὑδατώδης: vt, Color aqueus.

Aquosus, a, um, quod copiam aquæ habet. {ὑδατώδης. GALL. *Plein d'eau, aqueux, fort humide.* ITAL. *Acquoso, abondante d'acqua.* GERM. Wässerig/ das vil wasser hat. HISP. *Lleno de agua, humedo.* ANGL. *Full of water, waterish, very wet.*} vt, Hyems aquosa. Colum. *lib.* 4. *de re rust.* Locis, inquit, frigidis, & autumni temporibus aquosis præcoces serito. ¶ Huius compositum, & contrarium est inaquosus, ἄνυδρος.

Aquosissimus, Superlatiuus, Senec. *Quæst. nat.* 3. *cap.* 11. Quia ferè aquosissima sunt, quæcunque vmbrosissima. ¶ Piscis aquosus. Virg. 4. *Georg.* Id est, Australis piscis, qui Aquarij vndam suscepit, nam oritur quo tempore pleiades occidunt.

Aquæ Augustæ, ὕδατα αὐγούστα, vrbs in Gallia Aquitanica Ptolemæo. Hanc vulgò *Baionam* vocant.

Aquæ Calidæ, ὕδατα θερμά, vrbs Britanniæ insulæ, Ptol.

¶Aquæmolus. In Lex. vet. Græcol. ὑδρομύλης *aquæmolus.* fortè *aquæmola* legeturnisi placuit genus masculinum, quod in Græca voce est, retinere. Ibidem, *Aquæmulina*, ὑδρομύλη. vbi Vulcanius in notis: fortè *aquæmolina.*¶

Aquæmortuæ, hodie vocatur oppidum Narbonensis prouinciæ, ad alterum ex Rhodani ostiis situm. Ptolemæus Marianas fossas appellat, à propinqua fossa, quam Marius ex Rhodano duxit in vicinum lacum, ostreis (vt scribit Strabo) abundantem. De hac fossa vide Plin. *lib.* 3. *cap.* 4. & Melam *lib.* 2. & Strab. *lib.* 4. Vulgò *Aigues mortes.*

Aquæ Sextiæ, ὕδατα σέξτια Ptolem. Vrbs Galliæ Narbonensis, iuxta quam sunt aquæ calidæ, quæ agros curare solent: ita appellatæ Sexto quodam Romanorum duce, qui perdomitis Salybus oppidum extruxit. Autor est Strab. *lib.* 4.

Aquifolia species est ilicis, mespilum foliis referens, ἀγρία πρῖνος, ἢ ἀγρία Theophrasto: vnde & Mespilus syluestris, μέσπιλος ἀγρία à nonnullis appellatur. Vide Plin. *lib.* 24. *cap.* 13. *& lib.* 27. *cap.* 8. ¶ Aquifolia etiam diuersa arbor est, semper viridis, cuius folia per ambitum oculeata, ac spinosa, fructus rotundus ac rubeus. Ex cuius corticibus in fimo putrefactis fit viscum capiendis auibus. Olim vocata est aquus pro acus. Theophrasto ἀγρία, non verò, vt putauit Plin. ὀξυάκανθος.

Aquila, vrbis nomen est in Brutiis, ex ruinis Furconiis antiquissimi oppidi à Longobardis ædificatæ. Volater.

Aquila,

AQVILA. {נשר nésher. ἀετὸς. GALL. *Aigle.* ITAL. *Aquila.* GERM. Ein Adler. HISP. *Aguila.* ANGL. *An egle.*} Regina auium, quam poetæ Iouis altricem, eandémque armigeram appellant, & fulmina ei subministrare fabulantur. Cui fabulæ occasionem dedit aquilæ natura, quia sola auium & fulminis icta non læditur, & solis fulgorem oculis inconniuentibus potest aspicere. De Aquilæ pullis & quot, Plaut. *in Mario.* Vbi Aquila Catamitum rapit. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 1. Sex autem Aquilarum genera enumerantur à Plin. *lib.* 10. *cap.* 3. Primum est Valeria, μελαναίετος, apud Eustathium, minima magnitudine, viribus præcipua, colore nigricans: sola aquilarum fœtus suos alit, sola sine clangore, sine murmuratione conuersatur in montibus. Secundi generis est Pygargus, πύγαργος, eo quòd πυγὴν ἀργὴν, id est, caudam albam habeat, & albicante sit cauda, cognomine νεβροφόνος, id est, hinnularia. In oppidis & campis versatur. Tertij generis est Anataria dicta νηττοφόνος μορφνὸς, φλάγγος, melius quàm πλάγγος apud Aristot. Hanc Homerus περκνὸν, percnum, & Latini planctum vocant, secunda magnitudine & vi: huicque vita circa lacus, vt plurimum. ¶ Sex autem aquilarum genera enumerantur à Plinio, Melanaetos, quæ & valeria: Pygargus: Morphnos, quam & Percnon Homerus, Latini Plancum & anatariam vocant: Percnopterus: Onchos & Haliæetus. ¶ Aquila non capit muscas, ἀετὸς οὐ θηρεύει τὰς μυίας. quo significatur summos viros negligere minutula quæpiam. Animus enim excelsus res humiles despicit. Aut egregie docti nonnunquam in minimis quibusdam labuntur. Ex maximis occupati negotiis ad pusilla quædam conniuent. Effertur & citra negationem adagium, ἀετὸς μυίας θηρεύει, Aquila venatur muscas, quoties magnis minima sunt curæ. ¶ Aquila nubibus, ἀετὸς ἐν νεφέλαις: plerique interpretantur de re magna quidem illa, sed quam non facile adequatis: alij de iis qui longe reliquis præcellunt. Aristoph. *in Equit.* ¶ Iupiter aquilam delegit, Ζεὺς ἀετὸν αἱρεῖ, vbi quis asciscit sibi præclaros, suísque rebus accommodos. ¶ Aquilam cornix prouocat, ἀετὸν κορώνη ἐρεθίζει. Locus fuerit adagio si quando leuiusculus quispiam homuncio, qui neque prodesse queat, neque lædere, maximis viris allatrat. ¶ Aquilæ senecta, ἀετοῦ γῆρας. In senes dicebantur bibaces magis, quàm edaces. Aquila thripas aspiciens, ἀετὸς θρῖπας ὁρῶν. De magnis qui pusilla negligunt. Est enim θρὶψ auicula minutissima, aut vermiculi genus. ¶ Aquilam testudo vincit, accipi potest per ironiam, aut simpliciter, vbi quis potentiorem arte vincit: & quod viribus non potest, assiduitate conficit. ¶ Aquilam volare doces, ἀετὸν ἵπτασθαι διδάσκεις. In eos competit qui monere quempiam conantur in ea re, in qua quum sit ipse exercitatissimus nihil eget doctore. ¶ Aquila præterea, sydus cæleste est, cuius ala dextra circulum æquinoctialem attingit, sinistra autem non longè à capite Ophiuchi videtur figurata. Rostrum eius à reliquo corpore diuidit, circulus à Cancro ad Capricornum perueniens. Exoriente Leone occidit: exoritur tamen cum Capricorno. Habet in capite stellam vnam, in vtraque ala vnam, & vnam in cauda. ¶ Est etiam aquila, piscis nomen ex genere planorum, quem & Græci ἀετὸν appellant, teste Plin. *lib.* 9. *cap.* 24.

Aquilaria loci nomen. Cæs. 2. *de bell. ciu.*

Aquilinus, a, um, quod est aquilæ, vel quod ad aquilam pertinet. {ἀέτειος. GALL. *D'aigle.* ITAL. *Aquilino.* GERM. Das zu dem Adler gehört. HISP. *Aquileno, cosa de aquila.* ANGL. *Of an egle, belonging to an egle.*} vt, Aquilinæ vngulæ, Plautus *in Pseud. scena* 2. *a.* 3. An tu inuenire postulas quenquam coquum, Nisi hic miluinis, & aquilinis vngulis? Vbi Aquilinas vngulas dixit pro manibus rapacibus, quales sunt vngues aquilarum.

Aquiliferi, dicti sunt signiferi in Romana militia, ἀετοφόροι, ab aquila, quam Romanis legionibus Marius in secundo Consulatu suo proprie dicauit: fuitque tanquam princeps totius legionis signum. Cæs. 1. *de bel. Ciu.* In eo prælio quum graui vulnere esset affectus aquilifer. Vide Suet. *in Cæs. cap.* 62. Habuerunt & Romani alia quatuor signa, videlicet lupos, minotauros, equos, apros, quæ singulos ordines antecibant. Item & Dracones: vnde Draconarij. Postea tamen repulsis cæteris, vnam seruauerunt aquilam.

Aquilegium, Aquæ collectio, & aquæ ductus. {ὑδρεῖον. ANGL. *A conduite or conueyance of water.*} Plaut. Si pluet, aquilegio iuuabo.

Aquileia, Ἀκυληία, vulgò *Aquilia*, Carnorum metropolis, iuxta quam defluit Timauus: à legendis aquis dicta. Martialis,

Et tu Ledæo felix Aquileia Timauo.

Plin. Aquileiam collocat decima regione Italiæ. Fuit autem Romanorum colonia duodecies mille passibus à mari sita. Ad eam flumine aduerso oneratis nauigatur nauibus per Natisonem fluuium. Ex qua orti sunt Chromatius, ad quem Hieronymus sæpe scripsit & Rufinus Græcè Latinéque eruditus, qui Iosephum conuertit in Latinum, cuius archetypum est Mediolani in sancti Ambrosij fano, Longobardis characteribus exaratum.

Aquilius, Ἀκύλιος. Cognomen Iurisconsulti, factum à colore subnigro. Item Historicus. Suet. *August. cap.* 11. de quo Gell. *cap.* 21. *lib.* 2. Item, Aquiliorum coniuratio. Plut. *in Public.*

AQVILO, Ventus Septentrionalis, frigidus & siccus: ita dictus à vehementissimo volatu instar Aquilæ. {צפון tsophon. βορέας. GALL. *Le vent de Bise, le vent de Septentrion.* ITAL. *Aquilone, borea.* GERM. Nortwind, der Byset/der Windt so gegen mitnacht. HISP. *Regañon, viento entre Norte y Solano.* ANGL. *The northe wind.*} Ouid. *Eleg.* 10. *lib.* 3. *Trist.*

——— *Æquato siccus Aquilonibus Istro.*

Ibidem,

Tantaque commotis vis est Aquilonis, vt altas
Æquet turres. &c

& *Eleg.* 10. *lib.* 1.

— *stridentis Aquilone rudentes.*

De hoc scribit idem *lib.* 6. *Metam.*

Apta mihi vis est, qua tristia nubila pello,
Et freta concutio, nodosáque robora verto,
Induróque niues, & terras grandine pulso.
Idem ego quum fratres cælo sum nactus aperto,
(Nam mihi campus is est) tanto molimine luctor
Vt medius nostris concursibus insonet æther,
Exiliántque cauis elisi nubibus ignes.
Idem ego quum subij conuexa foramina terræ,
Supposuique ferox imis mea terga cauernis,
Sollicito manes, totúmque tremoribus orbem.

Flat autem hic ventus, teste Plin. *lib.* 2. *cap.* 47. inter Septentrionem & ortum solstitialem, è regione Cauri.

Aquilonaris, e, adiectiuum. {צפוני tsephoni. βόρειος. ANGL. *Toward the north.*} Cicer. *de nat. deor.* Sed etiam regio, quæ tum est Aquilonaris, tum Australis.

Aquilonius, a, um, vt loca Aquilonia, in quibus flat Aquilo. Plin. *lib.* 17. *cap.* 13. Omnes verò herbæ vehementiores effectu viribúsque sunt in frigidis locis, vt in Aquiloniis.

Aquilus, a, um, color fuscus & subniger, ab Aqua. {שחור schachor. ὑπομέλας, ζόφερος. GALL. *brun, tirant sur le blanc & sur le noir.* ITAL. *Fosco, alquanto negro.* GERM. Braun dunckelfarb. HISP. *Vn poco negro.* ANGL. *Dunne colour, the colour of water, half white half blake.*} Nam quum antiqui duos omnino naturales colores nossent, album scilicet & nigrum, interuenit is quoque, qui ita neutri similis est, vt tamen ab vtroque proprietatem trahat: quem potissimum ab aqua nominauerunt, cuius incertus est color. Plaut. *in Poen.* Statura haud magna, colore aquilo. Suet. *in August.* Nasum à summo eminentiorem, & ab imo deductiorem, colorem inter aquilum candidúmque.

Aquinum, Ἀκύινον Ptolemæo, vulgò *Aquino*, oppidum est Latij, aut (vt aliis placet) Campaniæ. Cicer. 2. *Phil.* Quum Romam proficiscens ad Aquinum accederet, obuiam processit magna sane multitudo.

Aquipenser, genus piscis, pro acipenser.

Aquisgranum, Germaniæ nobilissima ciuitas, priùs Vegeta dicta, Caroli Magni sepulchro nobilitata. Vulgò *Aquisgrane.* {GERM. Aach.}

Aquitania, Ἀκυιτανία, Regio & tertia Galliæ pars, ab obliquis aquis Ligeris. Vulgò *Guienne.* Hæc à Circio Oceanum habet, qui Aquitanicus dicitur: à Meridie Hispaniam, à Septentrione Lugdunensem prouinciam: ab Ortu Narbonensem: in ea Tholosa, & Burdigala ciuitates. ¶ Hinc Aquitanus, a, um: vnde Aquitani populi, Ἀκυιτανοί.

Aquites, Sacerdotis nomen apud Phasidem. Val. Flac. *lib.* 6.

——— *magnique sacerdos*
Phasidis arsteris Aquites errabat in agris.

Aquinergia, aquarum diuergia & diuerticula. Innoc.

Aquula, oppidum Hetruriæ, vnde Aquulenses & Aquenses, Plinio & Ptolemæo dicti.

A R

Ar veteribus, pro ad: vt Arduitur, pro adduitur, h. e. additur: Arlabitur, pro adlabitur. Prisc. Sic Arferiam aquam dicebant, & Arferium vinum, pro, quæ inferis adferebantur, ac libabantur, vino atque aqua.

ARA, quasi ansa, vt Var. placet, dicta est à tripodibus, quòd sacrificantes ansas tenebant: vel potiùs, quia precantes manibus aras apprehenderent. {מזבח mizbéach. βωμὸς. GALL. *Autel.* ITAL. *Altare.* GERM. Ein Altar. HISP. *Ara, ò altar.* ANGL. *An altar.*} Hinc Virg. *Æneid.*

Talibus orantem dictis, arásque tenentem.

Primò ergo ansæ dictæ, deinde commutatione literarum asæ. Asæ apud Antiquos Asæ dicebantur. Terent. Scaur. *de Orthogr.* deinde Aræ, mutata litterula. Sunt qui aras ab ardendo deriuent, quòd in iis victimæ adolerentur. Alij ab ἀρᾶσθαι, quod est oro (vnde & ἀρὰ oratio dicitur) quòd in sacrificando oretur. Iurantes etiam olim aras tangebant. Vnde celebratur nobilis illa Periclis sententia, Ad aras vsque me amicum esse oportet: qua significatur, neminem amici causa aut peierare, aut quidpiam inhonestum facere oportere. ¶ Quibus nec ara neque fides. Aristoph. ἐν Ἀχαρνεῦσιν, οἷσιν οὔτε βωμὸς οὔτε πίστις, οὔθ' ὅρκος μένει, i. Queis nec ara nec fides nec vlla durant fœdera. de vehementer perfidis. Dictum est in Spartanos, quorum perfidiam taxauit Euripides. ¶ Tanquam ad aram confugere prouerbiali figura dicimus, quum extremum refugium intelligi volumus. Inde sumptum, quòd olim qui extrema necessitate vrgebantur, ad aras deorum solerent confugere, vnde nefas erat quenquam extrahere. Cicer. vsus est hoc prouerbio, *in Orat. pro Rosc. lib.* 3. *de nat. deor.* & 4. *act. in Verr.* & Plaut. *Mostellaria.* Aræ, pro Penatibus, numeri plur. sunt Diomed. *lib.* 1. ferè in principio. Ara quam sepulcrum Scipionis arbitrabar. Senec. *epist.* 85. Est & Ara signum cœleste. Aræ etiam locus in mari, de quo Virgil. *Æneid.*

Fumida cingatur florentibus ara coronis.

Ouid. *Eleg.* 13. *lib.* 3. *Trist.* Ara (Tauricæ Dianæ) cruenta ante fores. Idem *Eleg.* 4. *lib.* 4. *Trist.*

Vnica fortunæ ara reperta meæ.

Ibidem,

——— *sacram quamuis intrasses ad aram*
Confugiam, nullas submouet ara manus.

Idem *Eleg.* 2. *lib.* 5. *Trist.*

——— *ad latis aris*
Lætior eluxit structos super ignis aceruos.

Tibul. *lib.* 4.

Ara Veneris ante (alias iuxta) *Lenonis fores.*

Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 1. Siquidem mihi statuam & aram statuis, & vt Deo mihi immolas bouem. Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 3. & *Aul. sc.* 1. *a.* 4. ¶ Pro aris focisque dimicare dicimus, quum nobis de re chara seriàque certamen est incundum, fortique animo pugnandum. ¶ Est etiam Ara ciuitas, Arabiæ regia, necnon & insula Arabiæ regiæ adiacens, vt scribit Ptolemæus. Habet autem hoc nomen priorem syllabam productam. Hara autem cum h, eandem corripit, & significat porcorum, seu auium stabulum, συφεὸν, συφεός. Ouid. *in Epist. Penelopes ad Vlyssem.*

Tertius immundæ cura fidelis haræ.

De hoc plura suo loco. Ara sydus cæleste. Cic. *de nat. deor.* deinde Nepæ cernes propter fulgentis acumen Aram, quam flatu permulcet spiritus Austri. Aræ dicuntur etiam saxa quæ inter Africam & Sardiniam medio mari eminent. Aræ dictæ propterea quòd ibi Afri & Romani fœdus inierunt, & fines imperij sui illic esse voluerunt. Hæc ferè Seruius in illud Virg. 1. *Æneid.*

Tres notus abreptas in saxa latentia torquet,
Saxa vocant Itali mediis quæ in fluctibus, aras.

Arula, idem quod foculus Tertulliano *in Apolog.*

Arabarches, ἀραβάρχης, (vt pulchrè ostendit Alc. *lib.* 1. *Prætermissorum*) dicebatur publicanus, qui præerat exigendo vectigali de pecoribus, quæ ex Arabia in Ægyptum adducebantur. Horum autem officium Arabarchia, ἀραβαρχία vocatur. Super hac re extat Constitutio Val. Grat. Theod. Imp. in hæc verba, Vsurpationem totius licentiæ submouemus circa vectigal arabarchiæ, per Ægyptum atque Augustaneam constitutum, nihilque super transductione animalium vendicari permittimus. Hinc facilè intelligi potest sententia horum versuum apud Iuuenalem, Atque triumphales inter quos ausus habere Nescio quis titulos Ægyptius, aut Arabarches. Inuenitur enim in T. Alexandrum natione Ægyptium, quem Arabarchem vocat, hoc est, Ægyptium publicanum.

Arabia, ἀραβία, regio inter Iudæam & Ægyptum, ab Arabo Apollinis ex Babylone filio. Solinus Arabiam interpretatur sacram. ¶ Est autem triplex Arabia, secundùm Plin. *lib.* 2. Vna Felix, ἀρωματοφόρος, εὐδαίμων, λιβανοφόρος: altera Petræa, πετρώδης: tertia deserta, ἔρημος, de quibus plura in dictione sequenti. In Arabia est mons Sina, qui & Oreb, in quo Moses legem accepit. In eadem & Phœnix auis nascitur & Sardonix gemma. ¶ Arabia Petræa, ἀραβία πετρώδης. Sic dicta à Petra vetustissimo oppido, pars illa Arabiæ, quæ est Ægypto Iudææque confinis. Autor Ptolem. Straboni ac Plin. alio nomine Nabathæa dicitur. ¶ Post Petræam sequitur alia Arabiæ pars, Arabia deserta Ptolem. vocata, Straboni autem Scenitis, ἀπὸ τῶν σκηνῶν, quòd gens vaga, & sine ædificiis in tentoriis habitet. Hæc à meridie montibus Arabiæ Felicis cincta est, à Septentrione Mesopotamiam habet, ab Occidente Petræam. ¶ Cauam Arabiam serere, τὴν κοίλην Ἀραβίαν σπείρειν, pro frustrà sudare, aut in re perdifficili, nec admodum frugifera operam sumere. Luc. *in Apologia.* ¶ Arabia Felix Meridiem versùs, inter duos sinus Arabicum & Persicum, veluti peninsula excurrit, fluminibus scatens: quæ, vt Strabo scripsit, bis quotannis, vt India, seritur, ob fœcunditatem. Vide Plin. *lib.* 6. *cap.* 28.

Arabs, is, ἄραψ, Gentile nomen est, quo is significatur, qui ex Arabia ortum traxit. Virg. 4. *Æneid*

———omnis eo terrore Ægyptus, & Indi,
Omnis Arabs, omnes vertebant terga Sabæi.

Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 3. Arabs Syros subegit, *ibidem a.* 1.

Arabius, & Arabicus, ἀραβικὸς, a, um, vt Arabicus odor. Plaut. *Mer. sc.* 5. *a.* 2. Vt arabico ei (Dianæ) fumificem odore. Virg. *lib.* 7.

Hircanisue Arabisue parant.

Propert.

Nec si qua Arrabio lucet bombyce puella.

vbi metri causa legendum est Arrabio. ¶ Arabicus tibicen, Ἀράβιος αὐλητής: aut, Arabius nuntius, Ἀράβιος ἄγγελος. In eos dici solitum, qui à semel cœptis nunquam desistunt. Adagium hinc natum existimant, quòd olim sola mancipia musicam exercerent, quæ plerumque ex Arabia producebantur. Citatur ex Menandro, illúsque meminit Iul. Pollux.

Arabicè, aduerb. vt Arabicè olere, id est, bene olere, & odoribus Arabicis, ἀραβικῶς ὄζειν.

Arabilis, vide *Aro.*

Arabus, ἄραβος, Apollinis fuit filius ex Babylone, vt inquit Plin. *lib.* 7. *cap.* 56. quem medicinæ artis quidam voluerunt extitisse repertorem. ¶ Est & Arabus lapis, teste Plin. *lib.* 36. *cap.* 21. eburnei candoris, qui in puluerem redactus, aptissimus est dentifriciis.

Arachne, ἀράχνη, nomen puellæ Lydiæ, quæ quum de lanificio ausa fuisset cum Pallade certare, victrice dea percussa radio, in araneam est commutata. Verùm hoc à poëtis fictum est. Constat enim, autore Plin. Arachnem linum & retia inuenisse: Closterem autem filium eius fusos in lanificio. Suidas scribit ἀράχνιον filum esse & licium tenuissimum: ἀράχνην, fœminini generis, telam, seu texturam: masculino genere, ἀράχνην, pusillum animal ita dictum, quòd rara molliaque habeat vestigia.

Arachosia, ἀραχωσία, regio est Scythiæ Asiaticæ, Drangianis, & Gedrosiis finitima: cuius præcipuæ ciuitates sunt Alexandria, & Arachotus, ἀραχωτὸς, quæ regioni nomen dedit. Vide Strab. *lib.* 11. & Ptol. *lib.* 6. *cap.* 20.

Arachthus, ἄραχθος, fluuius est Epiri, non procul à Nicopoli, in sinum Ambracium influens. Meminit huius fluuij Plin. *lib.* 4. *cap.* 1. & Ptolem. *lib.* 3. *cap.* 14.

Araciæ ficus, dicuntur albæ, pediculo minimo, latissimæ, de quibus Plin. *lib.* 13. *cap.* 18.

Aracus, ἄρακος, siue ἀρακὶς, Theophrasto: (syluestris verò Arachus, ἄραχος Galeno. Vide *Clymenum*) leguminis genus: Gallis *Vesceron*. Italis *Mocho*.

Aracynthus, ἀράκυνθος, mons est Acarnaniæ, teste Plin. *lib.* 4. *cap.* 2. ¶ Est & alter in Attica mons eiusdem nominis: de quo Virg. 2. *Ecleg.* Amphion Dircæus in Actæo Aracyntho. Sunt tamen qui putent ibi Virgilium personæ pastoritiæ rationem habuisse: ideóque in Attica montem collocasse, qui re vera est in Acarnania: cuius generis pleraque etiam apud Theocritum animaduertimus. Stephanus præterea Aracynthum in Bœotia collocat: à quo Mineruam Aracynthiam dictam scribit.

Araduca, ἀραδούκα, vrbs Lusitaniæ, quæ vulgò ab Hispanis *Arzua* dicitur. de hac Ptol. *lib.* 2. *cap.* 5.

Aradus, ἄραδος. Insula est, siue potiùs vrbs in petra sita, habens in ambitu septem circiter stadia, distans à Phœnice, cui adiacet, viginti stadiis. Estque, vt tradit Strab. *lib.* 16. vna ex Phœniciæ vrbibus, quæ Tripolim efficiunt: reliquæ duæ sunt Tyrus ac Sidon. Huius etiam meminit Plin. *lib.* 5. *cap.* 31. In Phœniceo, inquit, mari est ante Ioppen Paria, tota oppidum, in qua obiectam Andromedam belluæ ferunt, iam dicta Arados: inter quam & continentem quinquaginta cubita alto mari (vt autor est Mutianus) è fonte dulcis aqua tubo coriis facto vsque à vado trahitur. E regione eius insulæ, ad Meridiem, vrbs est huic opposita, quæ olim Antaradus, hodie *Tortosa* vocatur.

Aræflaniæ, vrbs Germaniæ, non procul à Danubio fluuio, quam Germani sua lingua Nördlingen vocant, alij putant Heydenheim.

Aræosyncritus, ἀραιοσύγκριτος, cui corpus raræ texturæ est & transpirabile: ab ἀραιὸς rarus, & συγκρίνω contraho.

Aræthyrea, ἀραιθυρέα, regiuncula est Achaiæ propriè dictæ, postea Asophis dicta, vrbem habens eiusdem nominis, quam Homerus in Catalogo ab amœnitate commendat, ἀραιθυρέην ἐρατεινὴν eam appellans: de hac Plin. *lib.* 4. *cap.* 5. & Strabo *lib.* 8.

Aragus, ἄραγος, fluuius Massagetarum agrum irrigans, cuius meminit Strab. *lib.* 11.

Arameı, teste Plin. *lib.* 5. *cap.* 17. Antiquis dicti sunt Scythæ, alio nomine Sacæ à Persis appellati.

ARANEA, æ, idem quod araneus. {ἀράχνη. GALL. *Araigne.* ITAL. *Ragno, aragna.* GERM. Ein Spinnwepp. HISP. *Araña.* ANGL. *A spide.*} Ouid. 4. *Met.*

———non illud opus tenuissima vincant
Stamina, nec summo quæ pendet aranea tigno.

Virg. 4. *Georg.*

Laxos in foribus suspendit aranea casses.

Ouid. 6. *Metamorph.*

Si tamen & antiquas exercet aranea telas.

Salicis fructus ante maturitatem in araneam abit. Plin. *lib.* 24. *cap.* 9. id est, in lanuginem araneæ similem. Aranearum telis similes leges. Plut. *in Solon.*

Araneus, i, animalculum ex genere insectorum, quod Græci ἀράχνην appellant. {עכביש *hachchabish* שממית *semmamith.* GALL. *Araigne.* ITAL. *Ragno, aragna.* GERM. Ein Spinn. HISP. *Araña.* ANGL. *A spider or cobbeb.*} Huius multa sunt genera: vnum tamen præcipuum, nullique incognitum, quod miro quodam artificio telas orditur, quibus muscæ irretiuntur. Plaut. *in Asin. sc.* 4. *a.* 2. Iussin' columnis deiici opera araneorum? Idem *in Sticho*, Vt operam omnem araneorum tergam, & texturam improbem, deiiciámque eorum omnes telas. Idem *Aul. sc.* 1. *a.* 1. Inanis oppletæ sunt atque araneis. Item, Araneas ego illas mihi seruari volo. ¶ Sunt & ex araneorum genere Phalangia Italiæ ignota (vt scribit Plin. *lib.* 29. *cap.* 4.) quorum noxij morsus, corpus exiguum, varium & acuminatum. Hæc rursus in multas secantur species, quas vide apud eundem *loco iam citato*. Sunt & alia araneorum genera, quæ latius explicat idem Plin. *lib.* 11. *cap.* 54. ¶ Araneorum telas texere, τὰ ἀράχνια ὑφαίνειν, id est, in re friuola, nulliusque frugis infinitum atque anxium capere laborem. Refertur à D. Basilio *initio enarrat. Hexaëmer.* ¶ Est præterea Araneus, vitium peculiare vitibus & oliuis, quum veluti telæ inuoluunt fructum & absumunt. de hoc Plin. *lib.* 17. *cap.* 24. ¶ Est etiam piscis quidam hoc nomine, mari peculiaris, noxiam in dorso spinam ferens: de quo Plin. *lib.* 9. *cap.* 48. & *lib.* 32. *cap.* 11. ¶ Araneus mus, Animal est ex genere mustelarum, morsu venenato, quod si orbitam transierit, statim emoritur, μυγαλῆ. de hoc Plin. *lib.* 8. *cap.* 58. & Ælianus *lib.* 8. *cap.* 39.

Araneolus, ἀραχνίδιον, paruus araneus, Virg. *in Catal.*

Atque vt araneoli tenuem formauimus orsum.

Araneola, æ, idem quod Araneolus. { ANGL. *A litle spide or cobweb be.*} Cic. *de nat. deor.* Vt in araneolis aliæ quasi retexunt, aliæ ex improuiso obseruant.

Araneosus, a, um, araneorum faciem habens. {ἀραχνιώδης. GALL. *Araigneux, plein d'araignes, semblables aux toiles d'araignes.* ITAL. *Pleno de ragni, simile à tele di ragno.* GERM. Das der Spinnwepp gleich ist/ oder von Spinnweppen ist. HISP. *Lleno de Arañas ò telarañas.* ANGL. *Full of spiders vebbes.*} vt, Araneosus caulis. Plin. *lib.* 21. *cap.* 15. Huic similis est spina illa, quam Græci Acanthion vocant, minoribus multò foliis aculeatis per extremitates, & araneosa lanugine obductis. *lib.* 24. *cap.* 12. Araneum est quod textum est ab araneis, tela siue rete araneorum. Neque in hac significatione Aranea, dicendum est, quòd vsque adhuc falsò hic notatum fuit. Repudiat enim hoc primùm Latinè loquentium vsus, deinde etiam autoritas Cor. Front. qui apertè scribit, Araneam esse quæ texit: Araneum quod textum est. ¶ Araneosus vomitus. Plin. *lib.* 29. *c.* 4. Peior vtroque est cæruleus, lanugine nigra caliginem concitans, & vomitus araneosus, hoc est, in quibus telæ araneæ conspiciuntur, vt ait Sipontinus.

Araris, per apocopen Arar, ἄραρ, fluuius Galliæ Lugdunensis, à monte Vogeso per fines Heduorum & Sequanorum in Rhodanum fluens. Lucan. *lib.* 6.

———Rhodanúmque fluentem
Præcipitauit Arar.

Hodie *Sarna* dicitur. ¶ Alius est ab eo qui per Heluetios lapsus, hodie Arola, vulgò *Ar* dicitur.

Ararus, ἄραρος, fluuius Scythiæ Europeæ, in Istrum influens, cuius meminit Herod. *lib.* 4.

Aratio, Aratiuncula, Arator, Aratro, Aratrum, vide *Aro.*

Arator, Poëta Christianus, Romanus subdiaconus fuit, qui Apostolorum acta hexametro versu conscripsit, vt notat Volaterranus.

Aratus, ἄρατος, Poëta Cilix, Astronomiæ peritissimus, cuius Phænomena extant Græcè, & Latinè à Cicerone adhuc adolescente versa. ¶ Fuit & alter Aratus dux Sicyonius, vir optimus, qui patriam suam à tyrannide liberauit: de quo Cic. 3. *Offic.*

Arauris, ἀραύρις Ptolemæo, vel (vt Straboni placet) Rauraris, fluuius est Galliæ Narbonensis, non procul à Massilia.

Arausio, ciuitas est Galliæ Narbonensis, prope Auenionem, principatu nobilissimo insignis, vulgò *Aurange*. Huius oppidi meminit Plin. *lib.* 3. *cap.* 4. Strab. *lib.* 4.

Araxes, ἀράξης, fluuius est Armeniæ eodem in monte, ex quo Euphrates nascitur, ortum habens, Armeniámque ab Atropatia diuidens. De hoc scribit Pomp. *lib.* 3. Araxes Tauri latere demissus, quoad campos Armeniæ secat, labitur placidus, neque in vtram partem eat, quanquam intuearis, manifestum. Quum in asperiora deuenit, hinc atque illinc rupibus pressus: & quanto angustior, tanto magis pernix. Frangit se subinde ad apposita cautium; atque ob id ingenti cum murmure, sonánsque deuoluitur, adeò citus, vt quà ex præcipiti casurus est, in subiectam non declinet statim vndam, sed vltrà quàm canalem habet, euehat plus iugeris spatio, sublimis, & aquis pendentibus semetipsum sine alueo ferens. Deinde vbi incuruo, arcuatóque amne descendit, fit tranquillus, iterum per campos tacitus & vix fluens, in littus elabatur. Hæc ille. Meminit huius fluuij & Plin. *lib.* 6. *cap.* 9.

Araxum Plinio, ἄραξ Ptolemæo, Promontorium in occidua parte Peloponnesi, non procul à Patris. Vide Plin. *lib.4.cap.5.* & Ptol. *lib.3.c.5.*

Arba, ἄρβα, Plin. *lib.3.cap.21.* Insula est ante Illyricum, Ptol. verò *lib.2.c.vlt.* Arbam ciuitatem esse tradit Scardonæ, quæ est in insula, Illyrico adiacens.

Arbilla aruina, id est, pinguedo corporis. Festus. ‖Est aruilla ex aruina, quod vide.‖

Arbis, ἀρβῖται, καὶ ἀρβῖτοι, Stephano populi sunt Indis finitimi, non procul ab Arianis, & Gedrosis: ita dicti ab Arbi vicino fluuio. Recentientur à Plin. *lib.6. cap.23.*

‖Arbipendium, χεῖρος γεωμέτρης. Gloss. vet. aliter idem, & melius *aruipendium* à pendendis seu examinandis aruis. idem Gloss. *arpendia* ἄπλεθρα, id est, iugera. Colum. *lib.5. cap.1.* Galli semiiugerum arapennem vocant. Galli hodie quoque habent *arpent, demi arpent*, iugerum.‖

Arbis, ἄρβις, fluuius est in finibus Germaniæ, non procul ab Ariani, & Gedrosiis: à quo vicini populi Arbij, ἀρβῖται, dicuntur. Vide Plin. *lib.3. cap.2.*

ARBITER, tri, Iudex honorarius non à lege datus, sed ab iis, qui litigant, lectus, qui totius rei habet potestatem: dictus ab arbitrando, id est, existimando. {פלילי *pelili*. διαιτητής. GALL. *Arbitre*. ITAL. *Giudice arbitro*. GERM. Ein Schiedmann. HISP. *Iuez arbitro*. ANGL. *An arbiter, an vmpyre.*} Eius enim officium est iudicare, non ex lege & stricto iure, sed prout ipse æquum esse existimet. Iudex verò ex officio dictus est. Terent. *in Heauton.* Simo & Crito vicini hic ambigunt de finibus, Me cepere arbitrum. Cæs. 3. *bell.ciu.* De his rebus quum ageretur apud Cæsarem, isque maximè vellet pro communi amico atque arbitro controuersias regum componere. ¶ Arbitrorum duo ponit genera Proculus D. *lib. 17. pro socio. l. 76.* Arbitrorum, inquit, duo sunt genera, vnum eiusmodi, vt siue æquum sit, siue iniquum, parêre debeamus, quod obseruatur, cùm ex compromisso ad arbitrum itum est. Alterum eiusmodi vt ad viri boni arbitratum redigi debeat: etsi nominatum persona sit comprehensa cuius arbitratu fiat. Ouid. 5. *Fast.*

——Superis, imisque Deorum
Arbiter (Mercuri,) Arbiter Imperij

(Augustus.) Idem *Eleg.5. lib.5. Trist.*

Arbiter armorum, de cuius sanguine creder Natus.

Idem 3. *Fast.*

Te arbitrum adduximus an adigimus?

Sen. *Epist.66.* Ad arbitrum tecum veniam. i. agam mitiùs. Idem *cap.4. de Consol. ad Marc.* Mihi arbitri vicini sunt meæ quid fiat domi (mox, Introspectant.) Plaut. *Merc. sc.2. a.2.* Ne arbitri nostra dicta arbitrari queant. Idem *Capt. sc.1. a.2.* Æqui & iusti sic eritis omnes arbitri (de spectatoribus.) Idem *prolog. Amph.* Arbiter muneris sui (Deus, fortuna, &c.) Senec. 10. *de Consol. ad Marc.* Immunis ab omnibus arbitris domus. (i. in quam nemo despiceret.) ¶ Legitur & fœmininum Arbitra. Ambros. *lib. 1. Offic.* Conscientia vera atque incorrupta pœnarum, præmiorúmque arbitra. ¶ Sine arbitris aliquid facere, id est, nemine vel vidente, vel audiente. Plaut. *Cistell.* in latebras abscondas pectore penitissimo Tuam stultitiam: sola facito vt scias, sine arbitris. Liuius *lib.1.* Lucus erat, quem medium ex opaco specu fons perenni rigabat aqua: quo quia se persæpe Numa sine arbitris, velut ad congressum Deæ inferebat, camœnis eum lucum sacrauit. id est, clam, solus, nemine comitante. Sic Cic. 3. *Offic.* & 7. *in Verr.* Amœno sanè & ab arbitris remoto loco. id est, Interpellatoribus crebris carente.

Arbitrarium, dicitur quod alicuius arbitrio est relictum: ita dictum ab arbitrorum more, qui totius controuersiæ suo arbitrio finiendæ potestatem habent. {פלילי *pelili*. τὸ ἐφ' ἡμῖν. GALL. *Arbitraire*. ITAL. & HISP. *Arbitrario*. GERM. Willkürlich/das einem guten willen heimgestelt ist. ANGL. *That is committed to any mannes arbitrie opinion.*} Illi enim non ad summum iuris rigorem, sed quod ipsis æquissimum videtur, solent decidere. Vnde arbitraria pœna dicitur, quæ non lege statuta est, sed iudicis arbitrio relicta. Martianus, Quam celebrem cuperent, fictor arbitrarius variabat. Plaut. *in Amph.* Hoc quidem profectò certum est, non arbitrarium.

Arbitrarius, pro voluntarius, qui est nostri arbitrij. Gell. *lib.18. c.10.* Σφυγμὸς autem est intentio, motus, & remissio in corde, & in arteria naturalis, non arbitrarij. Arbitraria esse verba, idem *cap.4. lib.10.*

Arbitratus, us, Arbitrium, voluntas, opinio. {רצון *ratson* חפץ *chephets*. θέλημα. GALL. *Arbitrage*. ITAL. *Parere, volontà*. GERM. Ein will/gutdünckon. HISP. *Parecer, voluntad*. ANGL. *VVhil, opinion, arbitrement.*} Plaut. *in Amph.* Mane, arbitratu tuo iusiurandum dabo. Idem *Men. sc.5. a.5.* Deferatur ad me, ibi meo arbitratu potero curare hominem. Item, Tuo arbitratu maximè. Idem *Pseud. sc.2. a.2.* Si meo arbitratu liceat, omnes pendeant. Idem *Pseud. sc.5. a.1.* Dij te ament, vel huius arbitratu, vel meo. *Ibidem sc.3. a.1.* L. Concede (id est, recede.) C. tuo arbitratu. Idem *Curc. sc.1. a.3. & sc.1. a.1.* Dedunt se in deditionem & arbitratum Thebano populo. Idem *Amphit.* Mansero tuo arbitratu (i. quandiu voles.) Idem *Asin. sc.2. a.2.* Perscrutatus es me tuo arbitratu. Idem *Aul. sc.2. a.4.* (bis.) Esurio, non tibi. Tuo arbitratu. Idem *Capt. sc.1. a.4.* Cic. *in Lal.* Cuius disputationis sententias memoriæ mandaui, quas in hoc libro exposui meo arbitratu.

Arbitrario, siue Arbitrariè, aduerbium, ἐξ ἀνάγκης, idem quod pro arbitrio, hoc est, pro voluntate. Plaut. *Pœn.* Nunc pol ego perij certò, haud arbitrario.

Arbitrium, ij, Sententia est quæ ab arbitrio statuitur. {פליליה *pelilijáh*. διαιτα. GALL. *Sentence d'arbitre, arbitrage*. ITAL. *Sentenza arbitraria*. GERM. Willkömlicher vnd gütiger entscheid/ein will. HISP. *Sententia de iuez, arbitrario*. ANGL. *The sentence that the vmpyres or arbiter giueth, the vmpyres decrete.*} Interdum dicitur potestas arbitrio data. Vnde Arbitrarium suscepisse dicitur, qui partes iudicis suscepit. Cic. *in Proœmio Offic.* Iudicio, arbitrioque nostro, quantum quoque modo videbitur, hauriemus. Arbitrium classici certaminis commissum Agrippæ. Velleius.

Non fuit arbitrij littera nostra tui.

Ouid. *Eleg.4. lib.4. Trist.* Arbitria captans armorum. Velleius. ¶ Interdum, id est, quod opinio, siue voluntas, γνώμη, τὸ ἀρέσκον: vt, Omnia pro meo arbitrio facio, id est, vt mihi videtur, & vt opinor faciendum.

Cic. 1. *de Finib.* ad arbitrium suum scribere. Arbitrij alieni esse, Suet. *in Claud. cap.2.* Homo sui arbitrij, idem *in Tib. cap.17.*

Statur, & arbitrium Romulus vrbis habet,

Ouid. 4. *lib.3. Fast.*

Arbitrium est in sua tecta Ioui.

Sui arbitrij homo. Suet. *in Tib. cap.17.* Iuris & arbitrij sui. Senec. *cap.8. consol. ad Polyb.* Ius arbitriúmque. Suet. *in Calig.4.* Arbitrium tu Dea floris habe. Ouid. 5. *Fast.* ¶ Arbitrium, item Potestas. Liu. 4. *bell. Maced.* Scilicet si legem Oppiam abrogaueritis, non vestri arbitrij erit, siquid eius vetare volueritis, quod nunc lex vetat. Horat.

Quem penes arbitrium est, & vis & norma loquendi.

¶ Item Arbitrium, pro præmio, Cic. *in Pisonem.* Eodem in templo, eodem & loci vestigio & temporis, arbitria non mei solum, sed patriæ funeris abstulisti.

Arbitror, aris, Existimo, censeo. {חשב *chaschab* פלל *pillél*. ἡγοῦμαι. GALL. *Arbitrer, donner la sentence par arbitrage, peser, cuider, estimer.* ITAL. *Giudicare, pensare, estimare.* GERM. Entscheiden/achten/schetzen/meinen. HISP. *Iuzgar como arbitro, pensar.* ANGL. *To think, to suppose, to iudge, to giue a decrette as vmpyre.*} Cic. 6. *Verr.* Si hoc, quod abs te postulo, minus ad officium tuum pertinere arbitrabere, succedam ego vicarius tuo muneri, suscipiam partes, quas alienas esse arbitrabar. Terent. *Hecyr.* Neque enim quemquam esse arbitrabor. Velim te arbitrari id me facere tuæ rei caussa, Plaut. *Aul. sc.1. a.1.* Quem me hominem arbitrare nescio. Idem *Men. sc.1. a.5.* Dabo iusiurandum arbitratu meo, tu me meam vxorem pudicam esse arbitrarer. Idem *Amph.* Nouarum ædium similem arbitror esse hominem. Idem *Most. sc.2. a.1.* Arbitrari è tenebris quid alter agat. Te si arbitrarem dignum (salute) misissem tibi. Idem *Pseud. sc.2. a.4.* Nota Arbitrarem pro arbitrarer dictum. ¶ Interdum accipitur pro speculari, ἐπισκοπεῖν, & inquirere, seu auscultare. Idem *in Aul. sc.1. a.4.* Hinc ego huc & illuc potero, quid agam, arbitraries. ¶ Apud Iurisconsult. Arbitrari, pro iudicare ponitur, & litem arbitrio finire: quod & διαιτᾶν à Græcis dicitur. Vlpian. *de recept. arbitr.* Si quis litigatorum defuerit, quia per eum factum est, quò minus arbitretur, pœna committetur. Sic Arbitrata quæstio. i. diiudicata. Gell. *cap.13. lib.2.* ¶ Arbitrari in patiendi significatione Vlpian. posuit *in dicto loco. & in l.12. de religiosis.* Sumptus funeris, inquit, arbitrantur pro facultatibus, vel dignitate defuncti. ¶ Arbitrabunt. Plaut. *Sticho*: Probiores credo arbitrabunt, si probis narraueris. Sic Cælius *animalib.* Ex scriptis eorum qui veri arbitrantur, passiuè dixit.

Arbor, piscis est in Oceano Gaditano, tam vastis dispansus ramis, vt fretum nunquam ingressus credatur. Autor Plin. *lib.9. cap.4.*

ARBOR, is, notæ significationis nomen: cuius appellatione continentur plantæ maiores, & dissolutu contumaces, quæ simplici caudice, ramisque brachiorum more porrectis assurgunt: cuiusmodi sunt olea, vitis, quercus, & similes. {עץ *hets*. δένδρον, καὶ δένδρος τό. GALL. *Arbre*. ITAL. *Albero, arbore*. GERM. Ein baum. HISP. *Arbol*. ANGL. *A tree.*} Plin. *in Proœm. lib.12.* Summúmque munus homini datum arbores, syluæque intelligebantur.

Cingit & angustas arbor opaca comas

(i. laurus.) Ouid. *Eleg.1. lib.3. Trist.* Generosioris arboris planta statim cum fructu est. Quint. Folia nunc cadunt, cadunt arbores. Plaut. *Men. sc.4. a.2.* Inscendam in aliquam arborem, inde obseruabo. Idem *Aul. sc.3. a.4.* ¶ Dicitur & arbos in nominatiuo. Virg. 4. *Georg.*

Obuiaque hospitijs teneat frondentibus arbos.

Hinc Festus, Arbosem, pro arbore antiqui dicebant, & Robosem pro robore. ¶ Arborem fici, sicut arborem ficum dici posse, ostendit Colum. *lib.6.* quum ait, In scrobem fici arbusculam deponito. *Ibidem*, Tum arborem fici detrunca. Cic. *pro Flacco.* Homini enim Phrygi, qui arborem nunquam vidisset, fiscinam ficorum obiecisti. Quod est contra Laurentium Vallam. ¶ Annosam arborem transplantare, γεράνδρυον μεταφυτεύειν. In eos dicitur, qui serò atque exacta iam ætate conantur dediscere, quibus diu iuuenes assueuerint. Aut simpliciter de iis quæ frustrà molimur. ¶ Post folia cadent in te arbores. Quoties admonebimus leuiores iniurias si quis ferat, sequi atrociores: veluti arborum decidua folia negliguntur: verùm aliquando fit vt ipsæ arbores putres in caput subuecti decidant. Plaut. *Menæch.* ¶ Arbore deiecta quiuis ligna colligit, Δρυὸς πεσούσης, πᾶς ἀνὴρ ξυλεύεται. Si quem fortuna præcipitem dederit, in hunc passim omnes incurrunt, quisque quod potest diripit: iam enim sibi putant impunè fore. Quo id innui videtur, egregia benéque nata ingenia, statim maturescere & ad frugem peruenire. ¶ Arbor item pro malo nauis ponitur. Iuuenal. *Satyr.12.* Pro remo posuit Virg. *lib.10. Æneid.* Arbores, resinam sudantes, sunt sex: pinus, pinaster, pinea, abies, larix, teda: quibus addi potest & septima, pinaster in Hispania. Quarum singularem descriptionem lege suis in locis.

Arboridens ramus dicitur qui alitur vt arborescat, hoc est, vt arbor fiat, & arborea magnitudine adolescat. Colum. *lib.5. cap.4.*

Arborarius, a, um, adiectiuum. {δενδρικός. ANGL. *VVhich breedeth in trees.*} vt, Arborarius picus. δρυοκολάπτης, qui in arboribus nidificat. Plin. *lib.30. cap.16.* Eo vsque qui arborarij pici rostrum habeant. Arboria falx, apud Catonem *cap.11.*

Arborator, nomen verbale, ac Arboro, as, quod significat eum, qui arbores putat: qui & frondator dicitur. {δενδροτόμος. GALL. *Celuy qui plante, esmonde & cultiue les arbres, iardinier.* ITAL. *Potatore d'alberi.* GERM. Ein baumseuberer/der die beum schneidet. HISP. *El que corta los arboles.* ANGL. *A woodman, he that loppeth trees.*} Plin. *lib.18.* Frondem medio die arborator ne cædito, Colum. *lib.11. cap.3.* Nam & arator reperitur aliquis bonus, optimus fossor, aut fœnisector, nec minus arborator & vinitor.

Arborescere, Arborem fieri, vel in arborem crescere. {δενδροῦσθαι. GALL. *Deuenir arbre, croistre en arbre.* ITAL. *Farsi arbore, arboreggiare.* GERM. Zu einem baum werden. HISP. *Hazerse poco à poco arbol, arbolecer.* ANGL. *To growe a tree, to waxe and become a tree.*} Plin. *lib.9.* Tradunt autores, in Arabia maluas, septimo mense arborescere.

Arboretum, δενδρών. Arboreta. Gell. *cap.2. lib.17.* Vide paulò post in dictione *Arbusta*.

Ărbŏrĕŭs,a,um,quod est arboris. {δένδρεος. GALL. *D'arbre.* ITAL. *D'arbore.* GERM. Das des baums ist. HISP. *Cosa de materia de arbol.* ANGL. *Of a tree.*} Virg. *lib.* 1. *Georg.* Arborei fœtus alibi.

Ărbūscŭlă,diminutiuum ab Arbor. {שיח *siach.* δενδρύφιον. GALL. *Arbrisseau,petit arbre.* ITAL. *Arbuscello.* GERM. Ein beumle. HISP. *Pequeño arbol.* ANGL. *A litle tree,a shrubbe.*} Varr. *lib.* 1. *de re rust.* in eo arbusculas esse oportet,quæ ferant glandem.¶ Significat etiam machinulam,quæ Græce ἁμάξιον dicitur,in qua versantur rotarum axes conclusi laminis ferreis : de qua Vitruu. *lib.* 10. *cap.* 17. ¶ Arbuscula præterea nomen est mulieris cuiusdam mimæ. Horat. 1. *Serm. Satyr. vlt.*

Nam satis est equitem mihi plaudere, vt audax,
Contemptis alijs explosa Arbuscula dixit.

Ărbūstă , loca consita arboribus. {אשל *éschel* חרש *chóresch* שיחים *sichim* יער *iahar.* ἄλσος, δενδρῶνες. GALL. *Bocage,ou bois,lieu planté d'arbres.* ITAL. *Luoghi doue sono molti arbori,arborate,bruoli.* GERM. Ein ort da beum stehn/ ein ort mit beumen an welchen die räben auffzogen sein. HISP. *Arboledas de arboles.* ANGL. *A grance,a places plantea with trees.*} Col. *lib.* 3. *cap.* 5. Qui vineam vel arbustum constituere volet,seminaria priùs facere debebit. Docet etiam Plinius quomodo arbustum sit faciendum. Cic. *in Arat.* Arbusta ornata tegmine foliorum. Sen. *epist.* 87. De arbusto annoso transferendo & vite annosa differit. ¶ Hoc & Arboretum aliqui vocant. Gell. *lib.* 17. *cap.* 2. Conualles, inquit,& arboreta magna erant.

‖ Arbustiores, ferociores. Tertull. ‖

Ărbūstiuŭs,a,um,adiectiuum : vt,Arbustiuæ vites,quæ in arbustis plantatæ sunt, & arboribus applicatæ, ἀναδενδράδες ἄμπελοι. Pallad. Locum quem arbustiuis vitibus destinabis implere. Columel. *de arboribus , cap.* 16. Arbustiuam vitem, quàm putare , tam alligare diligenter oportet.

Ărbūsto, as,Agrum arboribus consero ad maritandas vites. {נטע אשל *natah éschel* נטע עץ *natáh hées.* δενδροφυτέω. GALL. *Complanter d'arbres , garnir d'arbres pour soustenir la vigne.* ITAL. *Piantar' arbori per sostegno delle viti.* GERM. Beum zweigen/pflantzen/ die räben daran auffzuziehen. HISP. *Plantar arboles para venas.* ANGL. *To plante trees for the holding vp of veine trees.*} Plin. *lib.* 17. *cap.* 23. Transpadana Italia præter supradicta , corno, populo, tilia , acere , orno , carpino, arbustat agros.

Ărbūtŭs, Arbor folio citro similis,sed raris frondibus,cuius fructus Arbutum,sed vnedo vocatur. {κόμαρος. GALL. *Arbosier.* ITAL. *Corbezzolo, albatro.* GERM. Ein baum der frucht bringt wie rote kirsen. HISP. *Madroño , arbol conocido.* ANGL. *A crabbe tree.*} Hæc arbor in Arabia excrescit in altitudinem 50. cubitorum. Virg. *Ecl.* 7.

Et quæ vos rara viridis tegit arbutus vmbra.

Ărbūtum, pomum rubrum syluarum , quod Plin. vnedonem vocat, quod asperitate sua plura edi non possint. {κόμαρον. GALL. *Arbouse , fruict d'arbosier.* ITAL. *Corbezzolo.* GERM. Die frucht von disem baum. HISP. *Madroño.* ANGL. *The fruite of a crabbe tree.*} Virg. *lib.* 2. *Georg.* Dant arbuta syluæ. Duo eius traduntur esse genera, Comaron,& Memecylon. De quo vide plura apud Plin. *lib.* 24. *cap.* 15.

Ărbūtĕus,a,um, ex arbuto factum. {κομάρινος. GALL. *Qui est d'arbosier.* ITAL. *Cosa fatta di corbezzolo.* GERM. Das auß solchem baum/ ein vorgemelt/gemacht wirt. HISP. *Cosa de madroño.* ANGL. *Made of a crabbe tree.*} vt, Arbuteæ crates,& Arbuteæ virgæ, Virg. 1. *Georg.*

Arbuteæ crates & mystica vannus Iacchi.

Idem 1. *Æneid.*

——— & molle pheretrum
Arbutei texunt virgis.

Ărcă,æ,Scrinium, capsa. {ארון *arón.* κιβωτός. GALL. *Coffre, huche, arche.* ITAL. *Arca, cassa.* GERM. Ein kist/ ein trog/kast/ein sarch. HISP. *Arca,ò caxa de guarda.* ANGL. *An chelle , à coffer.*} ab Arcendo dicta (vt inquit Varr. *lib.* 4. *de lingua Latina*) quòd ab ea clausa arceantur fures. Arca alicuius vti, vel de domo numerare. Suet. *in Epist.* 26. Quantum ferrata distet ab Arca sacculus. Iuuen. *Satyr.* 11. Vbi id aurum in arca apud me. Plaut. *Aul. sc.* 1. *a.* 5. Suppillat aurum & pallam in arcis. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 5. (i. ex armario.) Ex arcula prolata vestis. Senec. *cap.* 1. *de tranquil.* Veluti ad arculas sedent , & tela agentibus subministrant. Fab. Cedo mihi speculum & cum ornamentis arculam. Plaut. *Mostell. sc.* 3. *a.* 1. Cic. *in Parad.* Animus hominis diues, non arca, appellari solet. ¶ Arca pro monumento, vel loculo , in quo mortui conduntur in terra. Plin. *lib.* 13. *cap.* 13. ¶ Arcas appellat Vitruuius tabulationes intra aquam circundatas, ab arcendis aquis ab opere. Alij aquaria septa vocant. ¶ Arcam habere dicitur , qui bene numatus. Catullus de paupere , Cui neque seruulus , neque arca. Cic. *in epist.* Confidito arcæ nostræ.

Arca camerata , arcuata & confornicata. Vlpian. *in l. si inquilinus. locati.* Vide in hunc locum Bud.

Arcalia, pro fisci quodam iure particulari. Reliqua (inquit Theodosius) tam arcaliam , quàm vtriusque ærarij vsque ad incipientem primam indictionem , iubemus ad indulgentiam pertinere , id est, remitti.

Ărcŭlă,& Arcellula , diminutiua , parua arca. {κιβώτιον. GALL. *Coffretin, petit coffre ou bahu.* ITAL. *Cassetta.* GERM. Ein kistlin/ trögle/kästlin. HISP. *Arquilla,pequeña caxa.* ANGL. *A litle coffer or chelle.*} Cic. 2. *Offic.* Præmittebatque de stipatoribus suis qui perscrutarentur , arculas muliebres, & ne quid in vestimentis telum occultaretur , exquirerent. ¶ In auspiciis quoque Arcula dicebatur , teste Festo , auis quæ aliquid fieri vetabat : ab arcendo nomen habens, quòd consulentem à re aliqua aggredienda arceret, hoc est, prohiberet. ¶ Est & Arca vrbs Cœlesyriæ, antiquum adhuc nomen inter Barbaros retinens : cuius meminit Ioseph. *lib.* 3. *Antiq.*

Arcularij, Plaut. *Aul. sc.* 5. *a.* 3. Textores,limbolarij, arcularij.

Ărcārĭus , quod ad arcam pertinet. {ANGL. *A treasurer , chamberlaine.*} Hic arcarius seruus, cui arcæ in qua domini pecunia condita est , procuratio commissa est. Idem qui actor,aut dispensator. Scæu. *de fid. liber.* Stichus arcarius probante domino nomina fecit,&c. Hot.

Ărcădĭă, Ἀρκαδία Peloponnesi regio intima, e mari vndique remota : ab Arcade Iouis filio ex Calisto Lycaonis Arcadiæ regis filia, sic appellata. Hæc , vt Eustathius docet , aliquando dicta est Pelasgia à Pelasgo rege magno, sapiente viro, qui vitæ cultioris autor eis fuit, victum ex stirpibus herbarum arborúmque frondibus transtulit ad glandem, maximéque ad fagineam. ¶ Aliquando etiam Lycaonia , aliquando Gigantes , & Parrhasia dicta est, teste Stephano. Arcas autem quum Pelasgos in deditionem redegisset, eorum regionem Arcadiam nominauit. Scribit Plin. hanc vniuersam,veluti pensante equorum incursus natura, in montes 76. attolli. Habet hæc regio asinos procerissimos, qui ob corporis magnitudinem in prouerbium abierunt. Habet & lapidem asbeston,hoc est, inextinguibilem. Oppida eius præcipua sunt Mantinea, Tegea & Stymphalus, Montes Pholoë, Cyllene, Lycæus, Menalus, & Nonacris. Fluuij Ladon & Erymanthus. ¶ Arcadiam postulas, Ἀρκαδίαν μ' αἰτεῖς. Diogenianus Prouerbij duplicem ostendit vsum:conuenit enim, vel in magna, vel in vtilia petentem, Herodot. *lib.* 1. innuere videtur natum ex Oraculo : Mutatos Atticos in Arcadia homines. Plaut. *Amph.*

Ărcădĭcŭs,a, um, ἀρκαδικός, quod est ex Arcadia : vt Arcadici mores, Arcadicum pecus, Arcadicum germen. Ἀρκαδικοὶ βλάστημα. De grandibus & ignauis dici solitum. Arcades enim olim malè audierunt ob stuporem ingenij, Arcadici Asini, *sc.* 2. *a.* 2.

Ărcăs, adis, ἀρκάς. Nomen Iouis filij ex Calisto, à quo Arcades originem ducunt. ¶ Est & gentile ab Arcadia. Ouid. 5. *Fast.*

Arcadis Euandri nomen tibi sæpe refertur.

¶ Arcadas imitantes, Ἀρκάδας μιμούμενοι. Zenodotus indicat dictum in eos, qui aliis, non sibi laborant. Plato Pisandro scribit illum Arcadas imitari, quòd comœdias à se conscriptas aliis edendas traderet ob inopiam. Adagium hinc ductum, quòd Arcades olim inter Græcos bellicosissimi, suis auspiciis, suóque titulo nunquam hostem vllum superarunt : verùm aliis suppetias ferentes persæpe. Vnde illud illis fatale videbatur, aliis vincere, non sibi.

Ărcădĭŭs, a, um, Arcadius deus, pro Pane , apud Propertium. Arcadium sydus, Vrsa, vel Arctos. Senec. *in OEdipo.*

Ărcădĭŭs, Ἀρκάδιος. Theod. filius Romanorum Imperator fuit cum Honorio fratre , quo tempore Gothi Romam ceperunt. ¶ Fuit præterea hoc nomine Gramm. Antiochenus, qui librum de Orthograph. & alterum de Syntaxi conscripsit. Suid.

ĂRCĀNVM, secretum, absconditum, occultum : ab arca , in qua quæ clausa sunt, secreta manent. {סוד *sodh.* ἀπόρρητον. GALL. *Vn secret, chose secrete.* ITAL. *Secreto.* GERM. Das heimblich vnd verborgen/ ein verholen ding. HISP. *Secreto y guardado.* ANGL. *A secret, any secret thing or hidde frome many.*} Potest & ab arce dici , quæ tutissima pars vrbis est. Virgil. 1. *Æneid.*

Longiùs & voluens, fatorum arcana mouebo.

¶ Qui continet arcanum : Conueniet in eum , qui celat arcanum sibi commissum, neque cuiquam effutit. Sumptum ex Homeri versu *Odyss.* φ.

τῇ δ' ἄπτερος ἔπλετο μῦθος,

i. huic pennis dicta carebant. ¶ Arcanè,& Arcanò, aduerbia, ἀπορρήτως, κρυφίως. Col. *lib.* 3. *c.* 2. Sed de hac sententia, quanquam & ipse paulò antè id censuerim, quid tamen arcaniùs iudicem, suo loco mox dicam. Cæsar 1. *bell. ciu.* Ipse arcanò cum paucis familiaribus suis colloquitur. Ibi legitur, *arcanè*, non arcano.

Ărcānŭs,a,um,adiectiuum,occultus,tectus,minimè loquax. {מחריש *macharisch.* ἀπόρρητος, κρύφιος. GALL. *Secret, caché.* ITAL. *Secreto.* GERM. Heimlich/ verborgen/ secret. HISP. *Cosa secreta y guardada.* ANGL. *Priuie, secret, hidde.*} vt, Arcanus homo, qui quæ audit, tacet,& continet optimè. Plaut. Caue sic dixeris me dixisse hoc. P. Dixisti arcanò satis. Arcanus sensus. Virg. 4. *Æneid.*

——— solam nam perfidus ille
Te colere, arcanos etiam tibi credere sensus.

Ărcārius, est qui pecuniam publicam adseruat. Scæuola *l. Thais. in fin. de fideic. lib.* Stichum (inquit) rationibus redditis, manumitti volo. Stichus arcarius, probante domino, nomina fecit. Et *in C. Iust.* est, de Susceptoribus,& præpositis,& arcariis.

Ărcārij , & Atriarij à Iureconsultis inter seruorum species numerantur. Ea refert Alex. Neapolit. *cap.* 15. *tertij Gen. dier.* & Pyrrhus *lib.* 2. *quæst. magist.*

Ărcātŭs, vide *Arquatus.*

Arcedo, pro accedo, ‖ antiquum. *ar.* pro ad. ‖ Turpil. *Boëthuntib.* Sic Aruenire , Arcessere. Plaut. Eodem modo Arferre dicebant : vnde Arferia aqua, quæ adferebatur ad sepulcra, vt mortuis libaretur.

Ărcellă, videri potest diminutiuum, ab Arcera, de qua infrà. Vnde Arcella vitis quæ in formam arceræ deposita est. Colum. *lib.* 3. *cap.* 22. de distinctis generibus vitium loquens. Hinc partes his heluolæ respondét, illinc arcellæ, rursus illinc spioniæ basilicæve conueniunt. Fortassis *arcellata* legendum , vt *cap.* 2. Vnam etiam præcocem vitem , nobis ante hoc tempus incognitam, Græca consuetudine Dracontion vocari comperimus, quæ fœcunditate iucunditatéve arcellatæ, basilicæque & Biturícæ comparari possit, generositate vini Amineæ. Et paulò antè omnium quas cognouimus, copiosissima arcellata.

Arcellula, cellulæ diminutiuum ab arcella, id est, arcula ab arca. Diomedes Grammat. *lib.* 1.

ĂRCĔO, es, ui, sine supino vsitato. (Nam arcitum non dicimus : licèt in compositis Exercitum dicamus,& Coercitum.) Propulso, abigo, prohibeo, pello, {מנע *manáh* כלא *chalá.* ἀμύνω, ἀπείργω, εἴργω. GALL. *Garder d'approcher , chasser , empescher.* ITAL. *Scacciare , rimouere , impedire.* GERM. Hinweg treyben/ wehren/ hinderhalten. HISP. *Constreñir, arredrar, apartar de lugar.* ANGL. *To steppe frome comming to , to hinder , to put bake.*} Cic. *in Catil.* Tum tu Iupiter hunc à mœnibus vrbis arcebis. Idem 4. *Philipp.* Brutus illum non vt consulem recepit , sed vt hostem arcuit. mala frigora pellibus arcere. Ouid. *Eleg.* 10. *lib.* 3. *Trist.* Arcuit eos rapinis data facultate sine rapto viuendi. Velleius. ¶ Aliquando legitur pro stringo, siue coërceo. Virgil. 2. *Æneid.*

——— teneras arcebant vincula palmas.

¶ Interdum ponitur pro contineo. Cic. *de nat. deor.* Aluus arcet & continet illud quod recipit. Idem *in som. Scip.* Orbis extimus arcens & continens cæteros. ¶ Arcere vim hostium, est vim vt propulsare, & operam dare ne noceant. Liu. 1. *ab Vrbe* , Ad arcendam vim aduenarum,

armati

amati ex vrbe atque agris concurrunt. ¶ Arcere aquam pluuiam. Idem *pro Murena*. Ille facit vt hostium copiæ, tu vt aquæ pluuiæ arceantur. Ab arceo fiunt Arx, arcis, Arctus, a, um, & Artus pro membris: de quibus infra suo loco.

Arcera vocabatur plaustrum tectum vndique & munitum, quasi arca quædam magna, vestimentis instrata, quâ ægri aut senes portari cubantes solebant Varro. Hinc Arcelia vitis dicitur forma arceræ paruæ disposita. Colum.

Arcesso, is, ab Arceo nascitur, Accuso, postulo. Diomedes *lib.* 1. { [illegible] *rigughel.* [illegible] GALL. *Accuser.* ITAL. *Accusare.* GERM. Einen verklagen. HISP. *Acusar.* ANGL. *To accuse.* } *Lib.* 1. *ad Heren.* Accessiuit Cæpio maiestatis. Cic. *lib.* 2. *Offic.* Atque etiam hoc præceptum officij diligenter tenendum est, ne quem vnquam innocentem iudicio capitis arcessas. ¶ Est & Arcesso, aduoco. [illegible] GALL. *Hucher, appeller.* ITAL. *Chiamare.* GERM. Berüffen ein boten oder reuffen. HISP. *Llamar.* ANGL. *To call for, to send on.* } ab Adcio, d, in r, mutata. Antiqui enim (teste Prisciano *lib.* 1.) d. literam mutabant in r, nos in c. Plaut. *Amph.* Blepharonem arcessat, qui nobiscum prandeat. Arcesse hostias, victimas, lanios, idem *Pseud. sc.* 7. *a.* 1. Qui tuam amicam arcessebat (i. missus erat ad abducendam.) *Ibid. sc.* 5. *a.* 2. Herus si me quæret, hic ero, hinc me arcessito. Idem *Mil. sc.* 6. *a.* 2. Malam rem sibi arcessit iumento suo. Idem *Amph.* Cic. *pro Rosc. Amer.* Quum ab aratro arcessebantur, qui consules fierent. ¶ Arcessere à capite. Cic. *in Top.* Quum autem à genere ducitur argumentum, non erit necesse id vsque à capite arcessere. A capite arcessere argumentum, est à capite & origine rei argumentum eruere, Budæus. ¶ Arcessitus particip. Cic. 2. *de Orat.* Cauendum est ne arcessitum malum putetur.

Arcto, as, frequentatiuum est, formatum ab Arctum inusitato supino verbi arceo, Constringo, vehementer arcto. { צרר *tsar* הקיף [illegible] [illegible] GALL. *Serrer pres, estreindre, estrecir.* ITAL. *Stringere.* GERM. Einmachen zusammen zwingen. HISP. *Estrechar, estrenir, apretar.* ANGL. *To mak narrowe or streit.* } Colum. *lib.* 12. *cap.* 34. Nonnulli adiecto defruto, contenti sunt transuersas perticas arctare. Plin. *lib.* 17. *cap.* 23. Quando contineri debet vinum, non arctari. In transcursu tam arctati operis. Velleius. Omnia arctata in hostibus. Liuius *lib.* 5. *d.* 5. ¶ Est item Arctare, angustius facere. Plin. *lib.* 3. *cap.* 6. Etiamnum angustias eas arctantibus insulis paruis, quæ Cuniculariæ appellantur. Mart. Atriaque immodicis arctat imaginibus.

Arctus, a, um. Angustus, strictus, ab arcendo, id est, constringendo. { צר *tsar* [illegible] GALL. *Serré, estroit.* ITAL. *Stretto.* GERM. Eng zusammen gezogen. HISP. *Estrechido, estrecho.* ANGL. *Narrow, streict.* } In arctum retraxit virtute mulierum natura. Sen. *cap.* 15. *de consol. ad Mart.* In arctum contracta, &c. Velleius. Arcto freno equum compescere. Tibul. *lib.* 4.

Inuida me spatio natura coercuit arcto.

(Ingenij.) Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* Compressiones arctæ. Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 2. Cic. 3. *Verr.* Mihi credite arctioribus apud populum Romanum laqueis tenebitur. Arctior annona, Suet. *in Tib. cap.* 8. Quo magis intendas hæc vincla, tantò astringunt arctiùs. Item, Arctissimo somno quiescit. Suet. *in Othon. cap.* 11. Arctissimæ tenebræ. Idem *in Neron. cap.* 44. Arctè aduerbium, [illegible]. Colum. *lib.* 3. In tributum fictile, vel cornu arctè inserito. Mater illum arctè & contentè habet. Plaut. *Asin. sc.* 1. *a.* 1.

Arcera, ab arca deducitur, & significat plaustrum tectum vndique ex tabulis, quasi arca quædam magna, vestimentis instrata, vt inquit Asconius, quo vehiculi genere senes & ægrotis cubantes vectabantur. { צב *tsab* [illegible] GALL. *Chariot couuert de tous costez, comme vne littiere ou chariot branslant.* ITAL. *Lettiga.* GERM. Ein hangender wagen ein senffte ein rosbare. HISP. *Andas.* ANGL. *A litter, a chariot couered on all partes.* } Gell. *lib.* 20. *cap.* 1.

Arcesilas, siue (vt apud Laertium legitur) Arcesilaus, [illegible], Philosophus fuit, ex Pitane Æolica ciuitate ortus, qui relicto natali solo, Sardis se primum, deinde & Athenas contulit: vbi initio Crantorem, deinde & Polemonem audiuit. Post hæc eximius & ipse Philosophus effectus, mediam primus Academiam inuexit. Fuisse autem traditur miro ingenij acumine, sed nimia in disputando pertinacia. Fuit enim assertor [illegible]: vnde & Ignorantiæ magister à Lactantio appellatur. Hic est ille, quem Cic. *lib.* 5. *de Finib.* ait euertisse omnem philosophiam, quemadmodum Gracchi euerterunt Remp. Induxit enim philosophiæ quoddam genus [illegible], hoc est, quod subsistere non potest, asserens nihil omnino sciri posse: quod certè absque repugnantia intelligi non potest. Si enim sciamus nihil sciri posse, falsum est nihil sciri posse, quoniam aliquid scimus.

Arcesilaus, Vnus è quinque ducibus Beotorum qui ad Troiam cum quinquaginta nauibus aduenerunt. Homer. *lib. Iliad.* 2.

Arcesius, [illegible], Iouis fuit filius, pater Laertis, vt testatur Vlysses apud Ouid. 13. *Met.* Nam mihi Laertes pater est, Arcesius illi, Iupiter huic, &c. scilicet Arcesio.

Archadius, Grammaticus, lege *Arcadius*.

Archagathos, [illegible], Medicus in Peloponneso, Lysaniæ filius, qui primus e medicis Romam venit. L. Æmilio, & Liuio Coss. anno vrbis DXXV. cui & ius Quiritium datum est, & taberna in compito Acilio. Hic primo Vulnerarius cognominatus est, miréque gratus aduentus eius initio fuit, mox à sæuitia secandi vrendique Carnifex appellatus, Hæc Plin. *lib.* 29. *cap.* 1.

Archaismus, [illegible]. Latinè Antiquitas dicitur. Figura est, vetustè aliquid dictum significans. Terent. *Andr.* Quod plerique omnes faciunt adolescentuli. Vbi Donatus, Plerique omnes pro vna parte orationis dixere veteres. *Ibid.* Ille instat factum. Vbi Donatus, Instat factum [illegible], vetustè, id est, instat dicere factum esse.

Archiander, [illegible], Phthij Achæi filius, & Danai gener, de quo Herod. *lib.* 2.

[Archangelus, [illegible], princeps Angelorum.]

Archarius, Præfectus & moderator dicitur. { [illegible] *scholit.* [illegible]. GALL. *Recteur, gouuerneur.* ITAL. *Soprastante.* GERM. Ein oberster ein regent. HISP. *Regidor, mayordomo.* ANGL. *A ruler, gouernour, a ruler or ouerseer, he which hath charge of any thing.* } Paulus *ad Romanos.* Salutat vos Erastus archarius ciuitatis. [illegible], à nostris participium: à quo [illegible], impero, præsum.

[Archebuleum carmen, à Thebano cognominis poeta, cuius postremus pes esset Bacchius, [illegible] Scal. *lib.* 2. *poet. c.* 25.]

Archedicus, [illegible], Poeta comicus, scripsit contra Demochatem Demosthenis propinquum. Fabulæ ipsius, Thesaurus & Diamartanon. Autor Athenæus, *Dipnosophistis*.

[Archegetes, princeps. Lex. IC.]

Archelaus, [illegible], Philosophus Atheniensis, seu Milesius, qui patrem habuit Apollodorum, & fuit auditor successorque Anaxagoræ, à quo Socrates Philosophiam audiuit. Hic physicam philosophiam ex Ionia Athenas intulit, estque Physicus appellatus, quod in eo defecerit philosophia naturalis, Socrate Ethicen introducente. Quanquam ne hic quidem Ethicæ rudis fuit, qui de legibus, de honesto & de æquo philosophatus est. ¶ Fuit & alter Archelaus, Antenoris Troiani filius, quem Homerus scribit rei militaris peritissimum fuisse. ¶ Alius fuit Geographus, qui terram omnem ab Alexandro peragratam descripsit. ¶ Alius de rerum naturis carmina scripsit. Alius Oratoriam docuit. Autor Diogenes Laertius.

Archemolus, vide *Archemolus*.

Archemorus, [illegible], Lycurgi Thracum regis filius, & Hypsipyles Thoantis filiæ alumnus: quæ quum sitientibus, qui ad Thebarum expeditionem proficiscebantur, Langiam fontem ostenderet, Archemorum puerum super viridi herba deposuit, qui à serpente vulneratus periit. Vnde fons ille Archemorus vocatus est, & annuus agon in pueri illius memoriam celebrari cœptus, quem Nemæos ludos appellarunt. Vide Statium *lib.* 6. *Theb.* ¶ Alius fuit Archemorus, Amphionis ex Niobe filius, quem Ouid. Antegoram nominat.

Archeptolemus, [illegible], filius Iphyti, auriga Hectoris, Enipeo interfecto à Diomede suffectus.

Archestrata mihi nutrix fuit, Plaut. *Curc. sc.* 2. *a.* 5.

Archetypus, [illegible], adiectiuum. Est quodcunque ita primùm fabricatum est, vt exemplar reliquis sit. Mart. *lib.* 8.

Archetypum Myos argentum se dicit habere.

Idem *lib.* 3.

Sic tanquam tabulas, scyphósque Paule,
Omnes archetypos habes amicos.

¶ Est & Archetypum substantiuum, quo significatur primum exemplar, quod quis sibi imitandum proponit. { תבנית *tabnith.* GALL. *Le patron, l'exemplaire premier.* ITAL. *Modello.* GERM. Ein vorbild, ein exemplar das einer für sich nimpt, vnd nach dem ein anders macht. HISP. *El original de donde se saca el exemplo.* ANGL. *The first example, or paterne.* } Plin. *iunior ad Antonium.* Vt pictores pulchram absolutámque faciem, raro nisi in peius effingunt: ita ego ab hoc archetypo labor & decedo. ¶ Dicuntur etiam Archetypa, signa, statuæ, vasa, & tabulæ, non ad aliorum similitudinem efficta, sed à nobili quopiam artifice primùm confecta. Martial. *lib.* 2.

Archetypis veluti nihil est odiosius Aulli.

Archezostis, [illegible] Dioscoridi, herba quam Latini vitem albam vocant, Græci etiam [illegible], satiuæ viti foliis, sarmentis, & pampinis simillima. Vide Plin. *lib.* 25. *cap.* 5. & Ruell. *lib.* 3. *cap.* 151.

Archias, [illegible], Poëta Antiochenus, Romæ fuit in amicitia multorum clarorum Oratorum, præsertim Lucullorum, & à nonnullis Græcis populis honoratus, & totidem ciuitatibus donatus, Ciceroni in primis familiaris. Hic cùm discederet à Sicilia, cum L. Lucullo Heracleam venit, & adscribi in eandem voluit: quod & sua virtute, & Luculli amicitia facile impetrauit. Postea verò mota ei de ciuitate controuersia, quum eo nomine in iudicium vocatus esset, defensus est à Cicerone, breui quidem, sed tamen ornatissima illa oratione, quæ etiam nunc extat, in qua multa de poëticæ, atque ipsius Archiæ laudibus obiter admiscentur. ¶ Fuit item Archias, qui condidit Syracusas, vt scribit Volaterranus. Rursum alius Hyblæus quidam præco, celeberrimus, qui ter vicit Olympia & Pythia, vbi icon ipsius & epigramma Græcum. Pollux. ¶ Alius item fuit Mitylenæus, musicus.

Archiater, & Archiatrus, { [illegible]. ANGL. *Cheeffe maister of medicine.* } Medicorum princeps, [illegible] enim medicus, [illegible], princeps dicitur. Hic vulgò Protomedicus appellatur. Archiater dictus est Æsculapius, tanquam præses deúsque medicorum. ¶ In codice Imperatorio legimus, Priuilegiis Imperatoriis archiatros decorari

Archibius, [illegible], Alexandrinus Grammaticus, qui docuit Romæ sub Traiano principe. ¶ Fuit etiam alter eiusdem nominis Grammaticus, qui Commentarios conscripsit in Callimachi Epigrammata. Vtriusque meminit Suidas.

Archibulus argentarius. Plaut. *Asin. sc.* 1. *a.* 1.

Archidamus, [illegible], princeps Lacedæmoniorum, vir bello clarus, Telidis filius, Methonem ad Athenienses deficientem recepit: in bello contra Pylum primus è naui prosiliens, nec vulneratus est, nec scutum amisit. Denique aduersus Amphipolim strenuè decertauit. Insimulatus postremò, quod Agonis Thraciæ regis amicitiæ studeret, damnatus est, vt scribit Suidas. ¶ Archidamicum bellum, [illegible], de bello sæuo crudelique dicebatur.

[Archidiaconus, [illegible], princeps diaconorum, qui inter Diaconos diutissimè fuerat. Penes eum erat hæc dignitas, vt non tam eligeretur, quàm à tempore constitueretur. Meursius in Gloss.

Archiepiscopus, [illegible], Episcoporum princeps seu præfectus, vide *Episcopus*.]

Archigallus, Iulius Firmicus *Mathes. lib.* 3. Archigallos faciunt, & qui virilia propriis sibi imputant manibus. Alibi abscisci archigalli.

Archidemus, nomen viri. Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 5.

Archigenes, [illegible]. Medicus fuit ex Apamia Syriæ ciuitate, Agathini discipulus qui rem medicam Romæ exercuit Traiani temporibus. Hæc Suidas. In hunc Archigenem, tanquam in hominem imperitum, sæpissimè inuehitur Galenus. Meminit eiusdem & Iuuen. *Satyr.* 7.

——— tunc corpore sano
Aduocat Archigenem.

Archigerontes, [illegible], Latinè Principes seniorum, seu summi senes. Alciatus *C. de episc. & cler.*

Archigrammătĕi, Scribarum principes. { ראשי הספרים *roschhassepherim.* ἀρχιγραμματεῖς. GALL. *Chancelliers.* ITAL. *Gran Cancellieri.* GERM. Die oberſten vnd fürnemſten ſchreyber/ die Cantzler/ die Statſchreiber. HISP. *Chancilleres.* ANGL. *Chancelores.* } Plut. Eumenem Cardianum fuiſſe archigrammatea Alexandri Magni.

Archigubernus, ex ἀρχὴ & κυβερνήτης, iuncto nomine, Princeps gubernator, omnium gubernatorum primus, ſiue claſſis præfectus. { ANGL. *Chieffe gouernour.* } Iauolenus *ad SC. Trebel.* Seius Saturninus archigubernus teſtamento reliquit hæredem Valerium Max.

Ărchĭlochus, Ἀρχίλοχος, nomen poetæ Lacedæmonij. Hic fuit inuentor carminis Iambici, quod ab eo Archiloquium vocatur: quo Lycambem quendam, quòd filiam ſibi pactam alteri locauiſſet, ad ſuſpendium creditur adegiſſe. Horat. *in Arte poet.* Archilochum proprio rabies armauit Iambo. ¶ Archilochia edicta Ciceroni ſunt contumelioſa & virulenta. *ad Attic. lib.* 2. Itaque Archilochia in illum edicta Bibuli populo ita ſunt iucunda, vt eum locum in quo proponuntur, præ multitudine eorum qui legunt, tranſire nequeamus: ipſi ita acerba, vt tabeſcat dolore. Sic ad finem epiſt. præcedentis. ¶ Archilochi patriam, Ἀρχιλόχου πατρίδα, Diogenianus teſtatur dici ſolere de mordacibus ac maledicis Archilochi poetæ mordacitas vulgò celebratiſſima fuit. ¶ Alius fuit Archilochus Neſtoris filius, qui patrem in expeditione Troiana ſecutus, à Memnone interfectus eſt. ¶ Alius fuit Siculus qui Africam vrbem condidit. Archilochum honorarunt Dij poſt mortem. Plutarch. *in Num.*

Ărchĭmăgīrūs, Princeps & magiſter coquorum, ſummus coquus. { רב הטבחים *rab battabbachim.* ἀρχιμάγειρος. GALL. *Maiſtre cuiſinier, maiſtre queux.* ITAL. *Maeſtro de cucina.* GERM. Kuchenmeiſter. HISP. *Maeſtro cozinero.* ANGL. *Chieffe cooke, or maiſter cooke.* } μάγειρος enim Latinè coquus. Iuuen. Finxerunt pariter librarius, archimagiri.

Archimandritæ, { ἀρχιμανδρῖται. GALL. *Abbez, Prieurs, Prouinciaux.* ITAL. *Abbati, priori, gardiani, generali.* GERM. Ein Abt/ ein Prelat. HISP. *Prelados de monges y ſemejante dignidad.* ANGL. *Abbotes, priors, prelats.* } Dicuntur præpoſiti conſectaneæ turbæ, haud longè diſſimiles ab epiſcopali dignitate: ita dicti quòd principes mandræ & agminis ſint. Mandræ quoque ſignificant ſpeluncas, in quibus greges ſolent ſtabulari. Hinc Epiſcopi archimandritæ à Græcis dicti poſſunt videri, non diſſimili ratione, ab ea, qua à nobis dicuntur paſtores. Alciatus ſcribit, Archimandritam id ſignificare, quod dicimus Abbatem. Priſci enim eremos colentes ἐν ταῖς μάνδραις, id eſt, in ſpeluncis & cauis montium habitabant.

Ărchĭmēdēs, Ἀρχιμήδης, nomen proprium viri Siracuſij, qui Geometricæ, ac machinalis, ſyderaliſque ſcientiæ conſultiſſimus fuit, & celeberrimus, teſtimonio Liuij, Plinij, Plutarchi. Vnde quum rem mira arte factam, atque ita ſummo ſtudio elaboratam, perfectámque ſignificare volumus, prouerbij ſpecie nobis vulgare eſt dicere, Archimedes non poſſet meliùs deſcribere. Vſus eſt Cic. *in Orat. pro A. Cluentio.* Hic velut deus terrenus mechanico artificio ſphæram vitream fecit, in qua mira arte diſſimiles motus circulorum viſebantur. De qua ſic ſcribit Claudianus,

> ——— *iura poli regnúmque deorum,*
> *Ecce Syracuſius tranſtulit arte ſenex.*
> *Percurrit proprium mentitus ſignifer annum,*
> *Et ſimulata nouo Cynthia menſe redit.*

Marcellus in expugnatione Syracuſarum interdixit, ne Archimedes vnus violaretur: verùm quum Syracuſæ caperentur, & ipſe animo ac oculis in terra defixis formas geometricas deſcriberet, à milite ignaro quis eſſet, interfectus eſt.

Ărchĭmĭmŭs, i, princeps mimorum, & ſummus. { ἀρχίμιμος. GALL. *Le maiſtre des ioueurs de farces.* ITAL. *Principe de buffoni.* GERM. Der oberiſt boſſenreiber. HISP. *Maeſtro de memos.* ANGL. *Chieffe aman the players of enterludes, maiſter ſcoffer.* } Sunt autem Mimi, qui in ſcena geſtus eorum quos volunt irridere, exprimunt & imitantur, ἀπὸ τοῦ μιμεῖσθαι, quod eſt imitari. Tranquillus *in Veſpaſiano.* Fauo archimimus perſonam eius ferens, ſuſtinénſque (vt eſt mos) facta & dicta viri, &c. Vtitur etiam hac voce Iulianus *de operis libertorum. l. patronus.* Nam ſi quis (inquit) archimimum, vel pantomimum, &c.

Archiotæ, vide *Archiuum.*

[Archipherecita, ἀρχιφερεκίτης, interpres titulorum Talmudi, cui ad vnguem noti Talmudici tituli.]

Archipirata, æ, prædonum dux. { ἀρχιπειρατής. GALL. *Le Capitaine des courſaires & eſcumeurs de mer.* ITAL. *Capitano de Corſali.* GERM. Ein oberſter der Meerrauber. HISP. *Cappitane de Corſarios.* ANGL. *Maiſter pyrat.* } Cicer. 7. *in Verrem,* Archipiratam ipſum vidit nemo de quo ſupplicium ſumi oportuit. Idem 2. *de Offic.* Ille qui archipirata dicitur, niſi æquabiliter prædam diſpertiat, aut occiditur à ſociis, aut relinquitur.

Archippocŏmos, ἀρχιπποκόμος, dicitur hippocomorum præfectus. { ANGL. *Maiſter of the horſes.* } Hippocomi autem dicuntur equorum curatores, ab ἱπποκομεῖν, verbo neutro, quod ſignificat equos curo. ¶ Eſt itaque Archippocomus, quem Galli *Magnum ſcutarium* vocant.

Archippus, Ἄρχιππος, nomen Philoſophi qui Thebis ſcholas habuit, (vt ſcribit Hieronymus, & Pythagoræ auditor fuit.

[Archiſmăton, ſaltatio. Gloſſ. g. b.]

Archiſterium, vox eſt quæ ſignificat principem ſtellarum, ita enim appellauit Berengoſius Abb. *cap.* 3. *lib.* 3. *de Cruce,* loquens de illa, quæ Conſtantino M. apparuit. ¶ Item monaſterium. Gloſſarium Struchij M S. Archiſterium, Monaſterium.

[Archiſtratēgus, ἀρχιστράτηγος, imperator exercitus: ἀρχὸς στρατηγῶν princeps ducum militiæ.]

ĂRCHĬTĔCTŬS, { רב הבונים *rab babbonim* חרש *charáſch.* ἀρχιτέκτων. GALL. *Maiſtre ouurier, maiſtre charpentier ou maſſon.* ITAL. *Architetto, Sopraſtante alle fabriche.* GERM. Ein werckmeiſter/ ein Bawmeiſter. HISP. *El maeſtro de obra para edificar.* ANGL. *Maiſter [illegible].* } Nomen compoſitum ex ἀρχὸς princeps, & τέκτων, faber, principalis faber, fabricandi artem habens, vel qui ſtructuris ædificiorum præeſt, & qui fabricanda præſcribit. Architectus (vt inquit Plato *lib. de regno*) manu miniſterio non vtitur, ſed vtentibus præſidet. Fabri autem, qui aliquid manu faciunt in ædificiis, alij funguntur ingenio, alij opera valent. Queis bene factis meus pater Deum regnator Architectus omnibus. (i. autor & effector eorum bene factorum.) Plaut. *in Amphit.* Cic. *Varr.* Si quis adhibere volet non modò vt architectos, verum etiam vt fabros ad ædificandam Rempublicam, poterimus & nos libenter accurrere. Mart. *lib.* 5.

> *Si duri puer ingenij videtur,*
> *Præconem facias, vel architectum.*

¶ Architectus item pro authore & principe inuentore. Cic. 1. *de Finib.* Eaque ipſa quæ ab ipſo inuentore veritatis, & quaſi architecto beatæ vitæ dicta ſint, explicabo.

Ărchĭtĕcton, is, idem quod Architectus. { ANGL. *A diuiſer of building.* } Plaut. *Pœn.* Me dolis iam ſuperat architectonem. Idem *Moſtell.* Nam ſibi laudaſſe ædeis ait architectonem Neſcio quem, eſſe ædificatas ſanè bene.

Ărchĭtectŏnĭcŭs, a, um, adiect. ἀρχιτεκτονικός, ad architectonem pertinens. Vitr. *lib.* 9. *cap.* 4. Et qua per rationes architectonicas, circiniſque deſcriptiones eſt inuentus effectus in mundo.

Ărchĭtectŏr, aris, Conſtruo, fabricor. { בנה *banáh.* ἀρχιτεκτονεῖν. GALL. *Deuiſer & bailler l'ordonnance de quelque baſtiment, baſtir, edifier.* ITAL. *Fabricare.* GERM. Bawen/ ein werck machen. HISP. *Obrar por artificio.* ANGL. *To build to deuiſe ſundrie ſortes of building to preſcribe rules in building.* } Vitr. *lib.* 9. *cap.* 4. Namque in his locis naturalis poteſtas ita architectata eſt, collocauitque cardines, tanquam centra. ¶ Tranſlatè ponitur à Cic. 2. *de Finib.* Cur tandem ſapientia tantopere laudatur: an quòd ita callida eſt, vt optimè poſſit architectari voluptates: id eſt, formam & rationem fruendarum voluptatum comminiſci & præſcribere: quemadmodum architecti opera maioris ſumptus & magnifica ingenij ratiocinatione architectari ſolent. Bud.

Ărchĭtectŏnĭce, es, fœm. gen. { ἀρχιτεκτονική. GALL. *Architecture.* ITAL. *Architettura.* GERM. Die kunſt des bawens. HISP. *Arte de edificar.* ANGL. *An art in deuyſing, buildings, ſkille of building.* } Ars ipſa architectandi. Quint. *lib.* 2. Aliæ quoque artes minores habent multiplicem materiam, velut architectonice: namque in omnibus quæ ſunt in ædificio vtilia verſatur.

Ărchĭtectūră, ædificandi ſcientia, Græcè ἀρχιτεκτονική, Architectonice dicitur. Hoc nomine Vitruuius opus ſuum inſcripſit, quod de ædificandi ratione conſcripſit. Cic. *lib.* 1. *Offic.* Quibus autem artibus, aut prudentia maior ineſt, aut non mediocris vtilitas quæritur, vt medicina, vt architectura, vt doctrinæ rerum honeſtarum.

Architectio, nis. Plin. *lib.* 10. *cap.* 71. In quo vel præcipua naturæ architectio.

[Archithalaſſus, ἀρχιθάλασσος, princeps maris: præfectus mari. θάλασσα mare.]

Ărchĭtrĭclīnŭs, qui præeſt triclinio. { מלצר *melſár.* ἀρχιτρίκλινος. GALL. *Sommelier.* ITAL. *Scalco.* GERM. Ein Truckſeß/ ein Hoffmeiſter. HISP. *Reſtolero.* ANGL. *A marſhall of the hall.* } Erat autem Triclinium cœnaculum tribus ad accumbendum lectis ſtratum. Iuuenalis,

> *Tertia ne vacuo ceſſaret culcitra lecto.*

Architriclini erat curare, vt eduliorum variorum fercula ſeriatim, & in tempore conuiuiis exhiberentur, vtque rectè omnia diſpoſita eſſent.

Ărchĭuum, { בית הספרים *bethſepharim.* ἀρχεῖον. GALL. *Le lieu où ſont ſerrez les vieux regiſtres, papiers ou chartres.* ITAL. *Cancelaria.* GERM. Ein Cantzley/ ein ort da ein Statt ire Brieff/ Bücher behalt/ &c. HISP. *Libreria de los originales.* ANGL. *A place where charters or euidents or ſuch writings concerning the commone welth are keepe.* } Armarium librorum, ſeu locus publicus, in quo acta vrbis & ciuium recondi conſueuerunt. Romani *Tabularium* dicunt: Græci *Chartophylacium.* Bud.

Archiotæ, ἀρχειῶται, dicebantur qui publico archio præerant. In ſcholiis Græcis traditum eſt, aulam locum eſſe in quem ſontes ducerentur, eúmque à iunioribus ἀρχεῖον appellari. Alciat.

ĂRCHŌN, ontis, ἄρχων, ſummus principatus Athenis, ſicut Suffes apud Carthaginenſes, Romæ dictator. Fuerunt enim, teſte Suida, Archontes nouem, quorum ſex Theſmothetæ, hoc eſt, legiſlatores dicebantur, vnus Rex, vnus Polemarchus, & præter hos vnus qui per excellentiam Archon dicebatur. De hoc magiſtratu ſic ſcribit Budæus, Archontes qui fuerint, non planè conſtat. Suidas nouem fuiſſe autor eſt: & inter eos numerat Theſmothetas: rectè, vt opinor, quum idem ſentire videatur enarrator Demoſthenis, quippe qui Archontas etiam Theſmothetas appellet. Sed ex his vnus erat princeps collegij & præfectus, qui & Hegemon & Prytanis vocabatur. Prytanes autem erant numero quinquaginta, decimam partem concilij & curiæ quinquagenariæ efficientes, in orbem πρυτανεύοντες, hoc eſt, magiſtratum eum gerentes, & in ſingulos menſes vices mutantur. Verùm is, qui inter Archontas peculiarem appellationem retinuit, ſimili etiam ratione Prytanis dictus eſt. Quemadmodum autem Romæ Prætor iudicibus præerat, atque ideo quæſtionis iudex dictus eſt, & quæſitor, ita hic Archon Athenis iudicibus præſidebat, Cic. *de Fato,* Moritur Epicurus, quum duos & ſeptuaginta annos vixerit, archonte Pytharato.

Archontici, ἀρχοντικοί, Hæretici quidam à principe appellati, qui vniuerſitatem quam Deus condidit, opera eſſe principum dicebant, & negabant reſurrectionem carnis.

Ărchytas, Ἀρχύτας, Heſtiæi, ſiue (vt alij malunt) Mneſarchi filius, Philoſophus fuit Pythagoricus, patria Tarentinus, qui Platonem aduerſùs Dionyſij inſidias præſtitit incolumem. Hic in Mathematicis maiorem humano captu progreſſum feciſſe traditur, adeò vt & cubum primus inuenerit, & columbam ligneam tam affabrè effixerit, librauerit, & inflauerit, vt viuæ volatum imitaretur. Primus etiam platagen, hoc eſt, crepitaculum puerorum traditur inueniſſe, quo pueros nunquam interquieſcentes, & à periculoſioribus ludis auocaret. Hinc factus eſt locus prouerbio, Archytæ crepitaculum, Ἀρχύτου πλαταγή, quo garrulos, deſipientes, & puerilia tractantes, ad Archytæ platagen dicimus rediiſſe.

Arcibum, eſt Archiuum, & archiuum, *el archiuo.*

Arcifinius ager, dictus eſt, qui certis arearum menſuris non continetur, ſed arcentur fines eius obiectu fluminum, montium, arborum vnde

&

& in his agris nihil subsecivorum interuenit. Sic *in lib. var. aut. de limitibus*. Siculus autem Flaccus, Occupatorij, inquit, agri, quos quidam arcifinales vocant: ij autem arcifinales dici debent, quibus agris victor populus occupando nomen dedit. bellis enim gestis victores populi terras omnes, ex quibus victos eiecerunt, publicè, atque vniuersaliter territorium dixerunt, intra quos fines ius dicendi esset: deinde vt quisque virtute colendi occupauit, arcendo vicinum, arcifinalem dixit. Hæc apud Florentinum leguntur. Ager arcifinius, sicut ait Varo, ab arcendis hostibus est appellatus: qui postea, interuentu litium, per ea loca, quibus finit, terminos accipere cœpit. in his agris nullum ius subsecivorum interuenit. Arcifinales agri, & Arcifinij dicuntur, quorum fines deprehendi non possunt.

Arcilalis, Ἀρκιλαλις, oppidum est Hispaniæ in tractu Bætico. Ptol.

Ārcinna, Ἄρκιννα, oppidum est Daciæ, Ptolemæo.

Ārcio, is, arciui, arcitum, pro ludere, & adigere accepisse videtur Cato *de re rust. c.* 40. Antiquum est verbum.

Arciroessa, Ἀρκιρόεσσα, ciuitas in Ponto Heracleæ subdita. Steph.

Arcititio apud Rutilium *lib.* 2. *epist.* 4. pro morte. Descendit enim ab Arcesso itaque Arcessere aliquem, vel arcescere est vocare.

Ārcitenens, adiectiuum, Apollinis epitheton, ab arcu tenendo quòd semper cum arcu & pharetra pingeretur Apollo. {τοξοφόρος. Angl. *Which beareth or shooteth with a bowe.*} Virg. 3. *Æneid.*

Quam pius arcitenens oras & littora circum
Errantem Mycone celsa, Gyaroque reuinxit.

Ouid. 1. *Metam.*

Huic Deus arcitenens & nunquam talibus armis
Antè, nisi in damis, capreisque fugacibus vsus ; *Perdidit, &c.*

Arquitenens, Priscian. *lib.* 2.

Arcophtalmon, ἀρκόφθαλμον, à quibusdam appellatur herba, quæ Chrysogonon Diosc. dicitur. Est autem hæc nomenclatura ex iis, quæ inter notha Dioscoridis à Doctoribus numerantur.

Ārcŏphyton, ἀρκόφυτον, ex iis nomenclaturis, quæ Bechio, seu Tussilagini herbæ in quibusdam Dioscor. exemplaribus tribuuntur.

Arctanes, Ἀρκτᾶνες, gens Epirotica. Steph.

Ārctatio, συστολή, στενωσις, Diomedes Gramm. *lib.* 2. Cum quadam arctatione sermonis, quæ ἐν συντομίᾳ à poëtis congeruntur.

Arctax, mons est Propontidis, apud Strab.

Ārctomys, ἀρκτόμυς, animal habens similitudinem muris & vrsi.

Ārctŏnnēsŭs, Ἀρκτόννησος, oppidum est Milesiorum, ad Propontidem situm, quod alio nomine Cyzicum appellatur. Plinius *lib.* 5. *cap. vlt.*

Ārcton, ἄρκτον, mons, qui imminet Cyzico, ita dictus à Iouis nutricibus, quas illic in ἄρκτους, id est, in vrsas migrasse tradunt.

Ārctŏphylăx, Ἀρκτοφύλαξ, sydus iuxta maiorem Vrsam, alio nomine Bootes. Cicer. *in Phænom. Arati*, Arctophylax vulgò qui dicitur esse Bootes. Latinè Vrsæ custodem interpretari possumus: nam veluti custos quidam vrsæ adhibitus, à tergo eam subsequitur: simili etiam ratione Bootes appellatur, quòd in modum bubulci plaustrum sequatur: rustici enim Septentriones Plaustra vocant. Fabulantur autem Poetæ, hunc esse Calistûs ex Ioue filium, cui nomen Arcadi fuit. Ouid. 3. *Fast.*

Ārctŏs, ἄρκτος, apud Græcos vrsum, vel vrsam significat. Quo fit, vt pro duobus signis Septentrionalibus accipiatur, quæ & à Latinis Vrsæ appellantur. Sunt autem Arcti duæ Septentrionali polo, velut axe quodam, nixæ Arctico circulo clausæ, & ita collocatæ, vt vtraque resupinata, alterius contegat caput: sed caput eius quæ superior est, ad caudam inferioris contendat. Alteram maiorem Vrsam, siue Elicen: alteram minorem Vrsam, siue Græcorum lingua, Cynosuram, id est, Canis caudam nominant. Illam Græciæ populi notare soliti, hanc Sidonij obseruant inter nauigandum. Ouid. Esse duas Arctos, quarum Cynosura vocatur Sidoniis, Elicen Graia carina notat. Elicen, scribit Hesiodus Calisto, Lycaonis Arcadiæ regis filiam fuisse. Hanc studio venationis inductam, relicto patre, sese in syluas contulisse, factámque vnam ex comitibus Dianæ: à qua quum mirificè amaretur, quodam die solam in syluis inuentam, à Ioue compressam fuisse. Quod facinus quum aliquandiu celasset, tandem iussam cum cæteris virginibus lauari, tumore vteri crimen detexisse. Quamobrem indignatam deam, in Vrsæ effigiem eam commutasse, quæ Græcis ἄρκτος appellatur, in ea specie non multo pòst filium peperisse, quem Arcada nominauit: à quo postea dicta est Arcadia Peloponnesi regio. ¶ Arctos item Claudianus dixit pro illis qui Septentrionalem regionem inhabitant sub Arctis positam, 4. *Paneg.* Atque indignantes in iura redegerit Arctos.

Versaque ab axe suo Arctos erat.

Ouid. *Eleg.* 10. *lib.* 1. *Trist.*

——— *sub arcto axe tremente,*

idem *Eleg.* 10. *lib.* 3. *Trist.* ¶ Ab Arcto oritur Arctous, Arcticus, Antarcticus.

Ārcticus, a, um, adiect. {ἀρκτικός. Angl. *Northward or northen.*} vt, Polus arcticus, hoc est, Septentrionalis, cui oppositus est Antarcticus polus, hoc est, Meridionalis.

Ārctōus, adiect. ab Arcto, {ἀρκτῷος. Angl. *Northward or northen.*} Idem quod Septentrionalis. Mart. *lib.* 10.

Felices quibus vrna dedit spectare coruscum
Solibus arctois, sydereùmque ducem.

¶ Arctous orbis. Lucan. *lib.* 1. Arctoa sedes, & arctous polus, Seneca *in Hercule Oetæo.*

Ārctūrus, Ἀρκτοῦρος, Stella in signo Bootæ post caudam maioris Vrsæ, cuius ortus & occasus tempestates facit. dictus Arcturus παρὰ τὴν τῆς ἄρκτου οὐράν, hoc est, ab Vrsinæ caudæ similitudine. Virg. 1. *Georg.*

Et si non fuerit tellus fœcunda sub ipsum
Arcturum, tenui sat erit suspendere sulco.

[Arcuatus morbus, id est, regius à colore æmulo arcus cœlestis. Vide *Arquatus.*]

Arcubij, qui excubabant in arce. Fest.

Ārcŭlă, vide *Arca.*

Ārcŭlătă, circuli qui è farina in sacrificiis fiebant. Festus.

Arcularius. Vide *Arca, Arcula*, suprà.

Ārcŭs, huius arcus, quartæ tantum declinationis, instrumentum est notum, è quo sagittæ emittuntur. {קֶשֶׁת késcheth. τόξον. Gall. *Arc.* Ital. & Hisp. *Arco.* Germ. Ein Bogen. Angl. *A bowe.*} Ouid. 1. *Met.* —figat tuus omnia, Phœbe, Te meus arcus, ait Cic. *de Senect.* Appius animum intentum, tanquam arcum habebat. Dictus est autem arcus ab arcendo, quòd eminus arceat hostem, non cominus propulset, quemadmodum ensis, aut hasta.

——— *Nunc porrigit arcus*
(Parthus) equus.

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* Arcus marmoreus ei decretus. Suet. *in Claud. cap.* 11. ¶ Est præterea arcus, curuatura in ædificiis, quæ alio nomine Fornix appellatur. Ita dictus ab arcendo, hoc est, continendo, vel constringendo ædificio. {ψαλίς, καμάρα. Angl. *A vault in a building.*} Cic. Iam enim atriolum, & arcus duos absoluerat, atque in hac significatione in secundo ordine vsus est Varro *de vita pop. Rom.* Ebque, inquit, pecuniam magnam consumpsisset, quos arci, quod summopere fecerat, tesli pondere diu facti, celeriter corruissent. Ex Nonio. ¶ Arcus item, siue (vt Nonio placet.) Arquus, ἶρις. {Angl. *The raynbowe.*} accipitur pro arcu cælesti, quem pluuio tempore variis coloribus expressum in nubibus conspicimus. Horat. *in Arte.*

Quum flumen Rhenum, aut pluuius describitur arcus.

Bibit arcus, pluet hodie. (de Lena curua senio.) Plaut. *Curc. sc.* 2. *a.* 1. In hac autem significatione, etiam per secundam declinationem inflexum legitur. Cic. *de nat. deor.* Cur autem arci species in deorum numerum non reponitur? Ennius genere fœminino protulit. Formatur autem arcus cœlestis hoc modo: dum enim Sol in nubibus rarescentibus ex aduerso refulserit, radiósque suos directa linea humori nubilo transfundens impresserit, fit repercussio splendoris eius in nubibus, ex quibus fulgor emicans, arcus speciem format. Sicut enim impressa cera anuli imaginem exprimit, sic nubes ex aduerso ex rotunditate Solis figuram sumentes, orbem efficiunt, & arcus effigiem fingunt. Apparet autem hoc non semper, sed quum rarescunt nubila cæli. Nam rursus quum coëunt in se nubes atque densantur, confestim arcus forma dissoluitur. In nubium enim densitate, arcus imperfecto gyro complectitur. Denique sine Sole & nubibus nunquam apparet arcus. Quadricolor autem est, quia ex omnibus elementis in se rapit species. De cælo enim trahit igneum colorem, de aquis purpureum, de aere album, de terris colligit nigrum. Nonius hoc discrimen statuit in Arcum, & Arquum, vt Arcus dicatur fornix suspensus: Arquus autem nonnisi qui in cælo apparet, quem Irim poetæ dixerunt. Vnde etiam Arquatos dictos vult, quibus color & oculi virent, quasi in arqui similitudinem. Verùm eam differentiam non vsquequaque obseruari, abundè magno illud est argumento quòd & arquatum dicimus pro camerato, & Arquites pro sagittariis. ¶ Arcus apud Hebræos, quibus maximè in vsu fuit, sumitur pro omni instrumento bellico. ¶ Arcus, arci, pro arcus. Varro. ¶ Arcus in fœm. gen. Priscianus *lib.* 6. ¶ Arcum tendere, in obscœno significatu, apud Apul. Ouid. & Horat.

Ārcŭlŭs, diminutiuum ab arcus, {τοξάριον. Angl. *A litle bowe.*} à quo aliud diminutiuum Arcellus. ¶ Arculus præterea, teste Festo, dictus est Deus, qui tutelam gereret arcarum. ¶ Item Arculus, vt idem Festus testatur, dicebatur circulus, qui capiti imponebatur ad sustinenda commodius vasa, quæ ad sacra publica capite portabantur. Erat enim ritus apud Athenienses, postea ad alias quoque nationes translatus, vt virgines nubiles Dianæ sacra capite gererent in canistris (vnde Canephoræ, κανηφόροι, dictæ sunt) circulis quibusdam suppositis, vt firmiùs inhærerent: hoc ipso Dianæ fidem sapientes, se virginitatis pertæsas cupere exautorari.

Arcuma, genus modici plaustri, quod Chiromaxium Petronius appellat.

Ārcŭo, as, are, in modum arcus curuare. {כפף chaphaph אכף achaph. κάμπτειν, καμαρώνειν, κυρτόω. Gall. *Faire en voute, courber en forme d'arc.* Ital. *Piegar in modo d'arco, inarcare.* Germ. Biegen, als ein Bogen krümmen. Hisp. *Encorvar.* Angl. *To bowe or crooke like a bowe, to mak lik a vaulte.*} Plin. *lib.* 19. *c.* 6. Illam autem, quæ non arcuatur, Sepa Græci vocant, alij Scolopendram.

Arcuatilis, & Arcuatus, curuatus. Sidon.

Ārcŭātŭs, a, um, particip. Curuatus in modum arcus. {כפוף chaphuph. κυρτωμένος. Gall. *Vouté, courbé en forme d'arc.* Ital. *Inarcato.* Germ. Gebogen, gewölbt. Hisp. *Encoruado.* Angl. *Crooked lyk a bowe, vaulted.*} Liu. 1. *ab Vrbe*, Ad id sacrarium Flamines bigis curru arcuato vehi iussit. Plin. *in Epist.* Sicut initio tentatum erat arcuato opere. ¶ Est vero arcuatum opus, quod arcus & fornices habet, non solidam substructionem. ¶ Dicitur etiam arcuatus, correptus ictero, hoc est, morbo regio: de quo vide infrà *Arquatus.*

Arcatus, pro Arcuatus, apud Ouid. legitur 11. *Metam.*

Iris & arcato cœlum curuamine signans.

Ārcŭātim, aduerb. in modum arcus. {ἐν κυκλοειδεῖ, καμπυλωμένως. Gall. *En façon d'arc.* Ital. *A foggia di arco.* Germ. Wie ein Bogen. Hisp. *A guisa de arco.* Angl. *After the maner of a bowe, or vaulte.*} Plin. *lib.* 29. *cap.* 6. Millepeda, ab aliis centipeda, aut multipeda dicta, animal est è vermibus terræ, pilosum, multis pedibus arcuatim repens, tractúque contrahens sese.

Ardalides, vel Ardăbotides, Musæ coluntur in Trœzene, ab Ardalo quodam conditore, aut à loco dictæ. Stephanus.

Ardĕă, Ἀρδέα, nomen vrbis in Latio, Turni & Rutulorum regia, à Danaë Persei matre: vel, vt alij malunt, à Dauno Pilumni filio condita, & à feruore temporis sic dicta, quæ decem & octo milliaria ab vrbe est posita. Martialis, Ardea solstitio, Pæstanaque rura petantur, Quique Cleonæo sidere feruet ager. Seruius, Ardeam dictam ait, quasi arduam, id est, magnam & nobilem. Higinus verò ab augurio auis Ardeam dictam vult. Hanc vrbem post Turni mortem igni consumptam, & in auem sui nominis commutatam esse fabulatur Ouid. 14. *Metam.*

Ārdĕātes, Ἀρδεᾶται, populi sunt Ardeæ incolæ.

Ārdĕās, atis, adiect. Cic. 3. *de nat. deor.* Cui in agro Ardeati rem diuinam facere solemus. Legitur & Ardeatino.

Ardeā, auis quædam, quasi ardua, quoniam volando alta petit. {שלך *schalách.* ἐρωδιός. GALL. *Heron.* ITAL. *Hierone.* GERM. Ein reiger. HISP. *Garça.* ANGL. *An hearn.*} Virg. 1. *Georg.*

Atque altam supra volat ardea nubem.

Cuius diminutiuum est Ardeola. Ardearum tria genera ponuntur ab Aristotele, Leucon ab albedine dictum: Asterias à fulgore astrorum: & Pelios ab aduerb. πέλας, quod propè significat, quoniam hoc tertium non ita alte volat.

Ardelio, [id est Polypragmon, ab ardeæ imitatione.] homo inquietus, & huc atque illuc semper volitans, saliens, & omnibus negotiis sese immiscens. {דלק *delek.* πολυπράγμων. GALL. *Qui de tout se mesle.* ITAL. *Inquieto, che vorrebbe far ogni cosa.* GERM. Ein vnrühiger mensch der sich aller sachen vnderzeucht. HISP. *Hombre ligero, sin verguença, è perdido por glotonias.* ANGL. *A medler with many things, à smatterer.*} Mart. *ad Atta.* Vis dicam quid sis, magnus es ardelio.

Ardĕo, es, arsi in præterito, arsum in supino, ardere, Flagro, deflagro, conflagro. {בער *babár* דלק *dalák.* φλέγω, καίομαι. GALL. *Ardre, brusler.* ITAL. *Ardere.* GERM. Brinnen. HISP. *Arder.* ANGL. *To burne.*} Virg. 2. *Æneid.*

Namque volans liquidis in nubibus arsit arundo.

Ardent iam omnia de acerrima parte orationis & affectibus. Quint.

Scena viget studiisque fauos delectantibus ardet,

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 3. *Trist.* Ardent oculi, &c. Plaut. *Capt. sc.* 4. *act.* 3. Ardere censui ædes, ita tum confulgebant. Idem *Amphitr.* ¶ Per translationem Ardere ponitur pro ardenter, seu impatienter amare, siue alterius cupiditate, vel studio teneri: & sic modò cum accusatiuo, modò cum ablatiuo construitur. Virg. 2. *Eclog.* —Corydon ardebat Alexin. Sic ardere pueros pro incensè amare. Gell. *cap.* 8. *lib.* 7. Horat. *in Epod.*

Non aliter Samio dicunt arsisse Batillo
Anacreonta Teium.

Cicer. Quoniam nimio videndi te desiderio ardebam. Et cum infinitiuo. Virg. —patriæque mori pro mœnibus ardent. Plin. Ardeo te videre. ¶ Interdum pro festinare, σπεύδειν: vnde ardens pro festinante, ingenioso, acutóque ponitur, quòd instar ignis omnia penetret: sicut è contrario Segnis dicitur tardus, quasi sine igne. Virg. 1. *Æneid.*

Instant ardentes Tyrij.

¶ Interdum pro fulgorem emitto, αἴθω, idem 4. *Æneid.*

———*Tyrióque ardebat murice læna,*

vnde & ardens, αἴθων, pro fulgido, seu flammeo. ¶ Interdum furere, vel irasci, vt apud eundem *lib.* 10. Proxima quæque metit gladio, latúmque per agmen Ardens limitem agit ferro, te Turne superbum Cæde noua quærens. Huc pertinent illa, ardere bello, auaritia, cupiditate, cura, dolore, flagitio, iracundia, inuidia, &c. ¶ Ardere, actiua significatione, pro adurere. Idem 4. *Æneid.*

——— *ardebat Sirius Indos.*

¶ Huius composita sunt Exardeo, ἐκφλέγομαι, Inardeo, & Perardeo, in quibus præp. auget vim significationis.

Ardēsco, is, ardens fio, iterum atque iterum ardeo, ardorem concipio. {יקד *jakádh* בער *babár.* φλέγομαι, ἐκκαίομαι. GALL. *S'allumer, s'embrasser.* ITAL. *Deuenir ardente.* GERM. Brinnend werden/ entbrünstig werden. HISP. *Hazerse ardente.* ANGL. *To be or waxe very heat or fierie.*} Virg. 1. *Æneid.*

Expleri mentem nequit, ardescitque tuendo.

Inde Exardesco & Redardesco.

Ardēns, nomen ex participio. {בער *bobér.* φλεγυρός. GALL. *Ardent.* ITAL. & HISP. *Ardente.* GERM. Brinnend. ANGL. *Burning, very hoate.*} vt, Ardentissimæ diei horæ. Plin. *lib.* 31. *c.* 3. Ardentissimus color. Idem *lib.* 21. *c.* 4. Addidere alij Milesiam, cuius sit ardentissimus color, id est, fulgentissimus color.

Ille ferox, & adhuc oculis hostilibus ardens,

Ouid. *Eleg.* 2. *lib.* 4. *Trist.* Vt oculos exuram lampadibus ardentibus. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 5.

Cretais ardens campis,

Tibul. *lib.* 4. Ardente bello in Africa. Sueton. *in Cæsar. cap.* 70.

Ardēntĕr, aduerbium. {φλεγυρῶς. ANGL. *Earnestlie, feruentlie.*} Plin. *lib.* 32. *cap.* 19. Austros ibi tam ardenter flare, vt æstatibus syluas accendant.

Arsūrus, participium futurum. Ouid. 14. *Metam.*

Luridáque arsuro portabat membra sepulchro.
Portat & arsuris arida ligna focis,

Idem 4. *Fast.*

In arsuris carmina nostra rogis.

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist.* Ab arsuris carinis. Idem 13. *Metam.* Arsura bello Græcia. Liu. *lib.* 3. *d.* 4.

Ardōr, is, vehemens calor & incendium. {דלקת *dalleketh.* φλόγωσις. GALL. *Ardeur, vehemence, chaleur.* ITAL. *Ardore.* GERM. Brunst/ grosse hitz. HISP. *Ardor, calor estraño.* ANGL. *Great heat.*} Cic. 4. *Academ.* Fore tamen aliquando, vt omnis hic mundus ardore deflagret. Plin. *lib.* 14. *c.* 16. Singulare remedium habent ad refrigerandum in morbis corporum ardores. Tanto ardore oris in eos inuectus est, Velleius. ¶ Ardor, & feruor, pro æthere, quæ ab αἴθειν, i. ardere, feruere, sumpta est verbi expositio. Cic. 2. *de nat. deor.* Ardor mundi per se ipse, ac sua sponte mouetur. Rursus *ibid.* Feruor ille mundi purior, aptior est ad sensus commouendos, quam hic vester calor.

Ardia, ciuitas Illyriæ. Steph. Ciues Ardiæi dicti sunt.

Ardiscos, Ἄρδισκος, teste Aristarcho, fluuius Scythiæ, de quo Herodot. *lib.* 1.

Arduenna, sylua est miræ magnitudinis, quæ olim à ripis Rheni & Treuirorum finibus ad Neruios vsque pertingit, & in longitudinem, teste Cæsare, millibus amplius quingentis patuit. Vulgo *Ardene.*

Ardum veteres pro Aridum dicebant, inquit Nonius, citans illud Lucilij ex *lib.* 17. Ardum, miserrimum atque infelix lignum sambucum vocat.

[Arduo, adduo, addo. Antiq. Rosin.]

Ardŭŭs, a, um, Ascensu difficilis. {קשה *kaschéh* נשגב *nisgab.* ἄναντες, ἀνάβατος. GALL. *Haut & mal-aisé à ascendre.* ITAL. *Arduo, alto, difficile, malegeuole.* GERM. Hoch/ stotzig. HISP. *Alto, y arriscado, difficultoso d'alcançar.* ANGL. *High, which may not be easilie climmed or passed vp.*} Ouid. 2. *Metam.*

Ardua prima via est.
Ardua per præceps gloria vadit iter,

idem *Eleg.* 3. *lib.* 7. *Trist.* Arduum an ab arida & aspera via, an vero ab arduo, is, pro addo, quia quæ adduntur ad magnitudinem rei alicuius, eam altiorem faciunt. Propert.

Romanus montes & montibus addita Roma.

Sic Arruenio, Arcedo, Arbiter, Arcio. Tibul. *lib.* 4.

Vt facilisque tuis aditus sit & arduus hosti.

Idem *lib.* 4. Arduus supercilijs homo Gell. c. 1. *lib.* 4. ¶ Per metaphoram accipitur pro difficili, laboriosè & molesto Salust. *in Catilin.* Ac mihi quidem tametsi haudquaquam par gloria sequatur scriptorem & autorem rerum, tamen in primis arduum videtur res gestas scribere. Quod verbum exponens Gell. *lib.* 4. *c.* 15. inquit, Sed arduum Salustius non pro difficili tantum, sed pro eo quoque ponit, quod Græci δύσχερες, aut χαλεπὸν appellant, quod est cum difficile, tum molestum quoque & incommodum & intractabile. Plin. *lib.* 2. *c.* 46. tam ardua inuentu perquirere, inter bella præsertim & infida hospitia. ¶ Hinc nascitur prouerbium, In arduis constanter agendum: quo admonemur, in arduis ac periculosis negotiis non esse præcipitandum consilium. ¶ Arduior, pro magis arduus. Cato.

Ardūĭtās, is, Altitudo. {משגב *misgbáb* קשי *keschi.* ὑψηλότης. GALL. *Hauteur, difficile à monter.* ITAL. *Altezza.* GERM. Höhe. HISP. *Altura arriscada.* ANGL. *Highnesse vneasinesse in climming.*} vt montium arduitas atque asperitas. Varro 1. *de re rust. cap.* 10.

Ardum, aridum. Lucil. *lib.* 17. Ardum, miserrimum atque infelix lignum vocant sambucum.

Ardys, Ἄρδυς, filius Gygis Lydorum regis, cui etiam in regno successit. Herod. *lib.* 1.

Ārēă, propriè locus est vbi frumenta secta teruntur & arescunt, indéque area dicta est. Ad huius similitudinem locus in vrbe purus sine ædificio area dicitur. Varro *lib.* 4. *de lingua Lat.* quem Græci ψιλὸν τόπον dicunt. {גרן *ghoren.* ἅλως ἢ ἅλων. GALL. *Aire, place sans bastiment.* ITAL. *Aia, piazza.* GERM. Ein ort/ oder platz on ein gebew/ ein hofstatt. HISP. *Era.* ANGL. *The floore of an house, a plane or euen place.*} Valla, Campus, est planities ampla & grandis, ideóque spatiosæ plateæ areæve, campi nomen accipiunt. Vnde Romæ campus Martius: nam locus huiusmodi vocatur area. Cic. *in Parad.* Etenim si calidi isti rerum æstimatores, prata & areas quasdam magni æstimant, quod ei generi quasi nocere nihil potest. Suet. tamen *in Cæsare*, posuit Aream pro loco puro, accommodato foro extruendo, quum inquit, Forum de manibus inchoauit, cuius area super sestertiûm millies constitit. Virg. *lib.* 1. *Georg.*

Area cum primùm ingenti æquanda cylindro.

Colum. *lib.* 1. Area quoque si terrena erit, vt sit ad trituram satis habilis, primùm radatur.

His frugibus area trita est,

Ouid. *Eleg.* 6. *lib.* 4. *Trist.* Area Vulcani. Gell. *cap.* 5. *lib.* 4. Areæ exiguæ describendi arte patent in multos vsus. Senec. *cap.* 10. *de Tranq.*

En patet in laudes area lata tuas,

Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 4. *Trist.* Item Plaut. *Asin. sc.* 3. *a.* 1. Anceps quando concinnauit aream, offundit cibum. ¶ Prouerbiali figura dicimus, In area latitas, ἐν ἅλῳ δραπετεύεις. De eo qui in eo versatur negotio, vt non possit non esse conspicuus, aut qui sic latitat, vt à nemine tamen non conspiciatur: nam in area nullæ latebræ. ¶ Item Area, & per diminutionem Areola, est terra probè subacta, atque sata, seu serenda: quales sunt in hortis quadrata quædam & bene subacta, & coæquata spatia, in quæ mox semina iaciuntur. Colum. Areæ sic informandæ sunt vt facilè runcantium manus ad dimidiam partem latitudinis perueniant. ¶ Apud Geometras area sumitur pro spatio vacuo in aliqua figura, vt in triangulo, vel quadrangulo. ¶ Item area morbus est capitis cum profluuio capillorum, ita dictus quòd areas quasdam, hoc est, loca capillis nuda in capite efficiat. Area de caluitie, Mart. *Epigr.* 50. *lib.* 5. Celsus *lib.* 6. *c.* 4. Arearum genera duo: commune vtrique, quòd emortua summa pellicula, pili primùm extenuantur, deinde decidunt. Ea quæ ἀλωπεκία appellatur, sub qualibet figura dilatatur: sic & in capillo & in barba. Id verò quod à serpentis similitudine, ὀφίασις appellatur, incipit ab occipitio, & duorum digitorum latitudinem non excedit. Hæc ille. ¶ Area præterea à quibusdam nominantur species, vel imago sydereæ claritatis, illustrata vndique, quæ & ἅλως à Græcis dicitur, differens ab iride, quòd hæc aduerso sole appareat: area verò totum sydus ambitu suo cingat. Vide commentarium *de Mundo*, qui Arist. adscribitur.

Area, Ἄρεια, siue Aria, media prod. Insula est in Ponto versùs Colchos, Marti consecrata. ¶ Item Area, Ἄρεια, fons & lacus in Thebis, incolæ Arij dicuntur. Stephanus.

Areātor, qui aream purgat, & in ea frumentum triturat. {ἁλωεύς. ANGL. *That sweepeth the floore.*} Colum. *lib.* 2. *cap.* 21. Atque hoc supremum areatoris emolumentum percipiendorum seminum, quæ terræ crediderat. Hæc Calepinus. Mea tamen sententia Aratoris, non Areatoris legendum est.

Āreola, diminutiuum ab area, {ἁλώνιον. ANGL. *A litle floore.*} Col. *lib.* 6. Quum terram bene subegeris, areolas facito. ¶ Aliter accipitur à Geometris pro spatio, scilicet in figuris vacuo inter lineas.

Arecomici, orum, populi sunt Galliæ Narbonensis, trans Rhodanum, in Occasum versi, quorum Metropolis est Nemausum, vulgò *Nismes.* De his Plin. *lib.* 1. *cap.* 4. & Pomp. *lib.* 2. Strabo Aricomiscos vocat, Ptolemæus Arecomios.

Arelate, Ἀρελάτη, ciuitas est in mediterraneo Narbonensis Galliæ, à Plinio dicta colonia Sextanorum, quoniam ex sexta legione coloni eò deducti sunt. Suet. *in Tib. cap.* 4. Vulgò *Arle.* ¶ Est & Germaniæ ciuitas in Norico, Tolentæ, quæ vulgo *Lintz* appellatur.

Aremorica, Galliæ comatæ pars tertia, à Celtis Garumna fluuio diuisa:

uisa: alio nomine Aquitania dicta, teste Plinio *lib.4. cap.* 17. vulgò *Guienne.*

Arena. ἀρήνη, Peloponnesi ciuitas est iuxta Pylum, quæ flumine Mynеio abluitur. Vrbis huius meminit Homerus *lib.* 2. *Iliad.* & Strabo *lib.* 8.

Ărēnă, tenuissimus puluis & aridus, ideoque ab ariditate deductum nomen quidam existimant. {חול *chol.* ἄμμος. GALL. *Sable, arene, sablon grave.* ITAL. *Arena.* GERM. Sand. HISP. *Arena.* ANGL. *Sand, gravel.*} Caret enim omni humore, & succo, vnde & plurimum aquæ ebibit: & ita sine aspiratione scribi debet. Nec quenquam mouere debet, quod Arena habeat primam breuem, Areo verò productam, quum deriuatiua non semper primitiuorum naturam seruent. Alij per aspirationem scribunt, voluntque dici ab hærendo, quod sibi inuicem propter tenuitatem cohæreat: vel quod cum calce parietibus inhæreat, sicut in fabricis videmus. Eius verò tres sunt species: scilicet Fossilis, fluuiatilis, & marina, inter quas crassior, sabulum, ψάμμος, nuncupatur. Arena sine calce, Suet. *in Calig. cap.* 53. *Metaph.* Arenæ scenæque deuoti. *It idem c.* 10. Arenæ, vel scenæ operam edere. Idem *in Tib. c.* 35. Arenarum remedio confirmate claudicationem. Idem *in August. c.* 88. Morbum intercutem curare. Gell. autor est *cap.* 8. *lib.* 19. vbi disputat Arenas numero multitudinis non dici. ¶ Littoris arenas furari prouerbialiter dicitur, qui rem ab omnibus neglectam & incustoditam tollit. Ouid. *de arte amandi.*

Ille potest vacuo furari littore arenas,
Vxorem stulti quisquis amare potest.

¶ Ex arena funiculum nectis, Ἐξ ἄμμου σχοινίον πλέκεις. In stultè frustráque conantem dicebatur: aut vbi quis ea connectere laboret, quæ nequaquam cohæreant. In summa quadrabit in quouis ἀδύνατα, ἢ ἄτοπα. ¶ Arena interdum terram aridam significat, quæ est sicut arena, authore Seruio. Virg. 1. *Georg.*

Exiguus sterilem ne deseras humor arenam.

¶ Quandoque Arena ponitur pro loco, in quo pugnabant gladiatores. quod locus ille arena & puluere solet esse conspersus.

Scilicet vt victus repetit gladiator arenam.

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Fortior in fulua nouus est luctator arena.

Idem *Eleg.* 6. *lib.* 4. *Trist.*

Integer est melior nitidis gladiator arenis, ibid.

Quod flauas Tibris arenas habet, Idem *Eleg.* 1. *lib.* 5. *Trist.* Quot littus Arenas, quótque fretum pisces, idem *El.* 1. *lib.* 4. *Trist.*

—— *Sparget tamen acer arenam*
Taurus, & infesto iam pede pulsat humum,

idem *Eleg.* 9. *lib.* 4. *Trist.* Ne in arenam quidem, aut littus explodet. Senec. *cap.* 10. *de consol. ad Mart.*

—— *innitens limosa pronus arena*
—— *qui vehit amne ratem,*

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist.* Sueton. *in August.* Quodam autem muneris die Parthorum obsides tunc primum missos, per arenam mediam ad spectaculum induxit. ¶ Hinc arenarij dicti sunt gladiatores qui in arena depugnabant. ¶ Per translationem arenam dicimus, pro foro, quia illic sic depugnabant actores causarum, vt in arena gladiatores digladiabantur. Senec. Hoc ita habitum est, scholam quasi ludum esse, forum arenam. Hinc Plin. Arenam suam appellat Centumuiros: quoniam in iudico centumuirali certabant frequenter talis oratoris. Hoc nomen licèt rarò pluralem numerum habeat, Virg. tamen dixit,

—— *Quàm multa Zephyro turbantur arena.*

¶ Ab hac significatione oritur adagium, In sua ipsius arena, hoc est, in sua arte: neque enim parùm gladiatorum referebat nota, an ignota dimicarent arena.

Ărēnācĕus, a, um, quod ex arena est. {ἀμμώδης. GALL. *De sablon.* ITAL. *Di arena.* GERM. Das von sand ist, sandechtig. HISP. *Cosa de la materia de arena.* ANGL. *Of sand.*} Plin. *lib.* 17. *c.* 7. Est enim alba, rufa, columbina, argillacea, tophacea, arenacea. Idem *lib.* 13. *c.* 15. Inueniuntur in corniculis cochlearum arenaceæ duritiæ.

Ărēnārĭus, a, um, quod ad arenam pertinet. {ἀμμώδης. GALL. *Appartenant à sablon.* ITAL. *Pertinente all' arena.* GERM. Das zu dem sand gehöret. HISP. *Cosa perteneciente à la arena.* ANGL. *That belongeth to sande.*} vt, Iupiter arenarius quem Græci Ammonem dicunt.

Arenarius, substantiuum, θηριομάχος, bestiarius qui in arena atque amphitheatro cum bestiis depugnat: qui infamis iurisconsultis ac satyris: Iulius Capitol. *in Antonino.* Tum sancti principis filius his moribus fuit, quibus nullus lanista, nullus scenicus, nullus arenarius, &c. Item qui arenam vendit, Diomed. *lib.* 1.

Ărēnārĭæ, arum, Arenæ fodinæ. {ψαμμωρυχεῖα. GALL. *Sablonieres.* ITAL. *Doue se caua l'arena.* GERM. Sandgrub. HISP. *El lugar de donde se saca la arena.* ANGL. *Sandpittes.*} Cic. *pro Cluentio,* In arenarias quasdam extra portam Esquilinam productus occiditur. Varro, Neque lapidicinæ, neque arenariæ ad agriculturam pertinent.

Ărēnātŭs, a, um, quod arena mixtum est. {ψαμμώδης. ANGL. *Mingled with sand.*} vt, Calx arenatus. Cato *de re rust. c.* 10. Postea cæmentis minutis & calce arenato, semipedem vnumquodque corium struito.

Ărēnātum, substantiuè, pro eo quod ex arena factum est: sicut marmoratum, quod ex marmore. {ἀμμοκονία, ψαμμοκονία. ANGL. *Morter made of lyme & sand.*} Vitr. Quæ autem tectorio fundata arenatis & marmoratis soliditate sunt. Varro *de re rustica,* Vbi librauerit de glarea & calce, arenatum primo corio facito. Plinius, In Græcia tectoriis etiam arenatum quod ducturi sunt, priùs in mortario ligneis vectibus subigunt. Arenatum alio nomine Intritam vocamus: Barbari etiam *Mortarium,* nonnulli & cæmentum, sed perperam. Nam cæmenti appellatione lapides significantur impoliti, vel potiùs lapidum frusta, quæ arenato coniunguntur: vt latius docebimus suo loco.

Ărēnōsus, a, um, quod arena abundat. {ψαφαρός, ψαμμώδης. GALL. *Sablonneux, plein de sable.* ITAL. *Arenoso, pieno d'arena.* GERM. Vol sand, sandechtig. HISP. *Cosa llena de arena.* ANGL. *Full of sand or gravell.*} Plin. Litus non arenosum, sed alga & fluuiorum sordibus plenum. Virg. 4. *Æneid.*

Litus arenosum Libyæ.

Ărēnŭlă diminutiuum ab arena. {ψαμμίδιον. GALL. *Menu sablon.* ITAL. *Minuta sabbia.* GERM. Klein sand. HISP. *Arena delgada.* ANGL. *Smal sand.*} Arena tenuissima. Plin. *lib.* 30. *cap.* 3. Arenulæ quæ inueniuntur in cornibus cochlearum, cauis dentium inditæ, statim liberant dolore.

Āreo, es, ui, Aridus sum. {יבש *jabesch* חרב *charáb.* αὐαίνω. GALL. *Se secher.* ITAL. *Essere secco.* GERM. Dürr sein. HISP. *Secarse.* ANGL. *To be drie.*} Plaut. *in Aul.* Vtinam fortuna nunc anatina vterer, vt cùm exissem ex aqua, arerem tamen. Plin. *lib.* 13. *c.* 4. In totum arentes Thebaides. Quidam hoc verbum ab ara deducunt, in qua quæ Diis immolabantur, torreri solebant. Alij verò per contrarium sensum ἀπὸ τοῦ ἄρδειν, quod significat Irrigare, quod aridum minime sit irrigatum. ¶ Arere pro Sitire dixisse videtur Ouid. *lib.* 2. *de remedio amoris.*

Tantalus in media garrulus aret aqua.

Huius composita sunt, Adareo, Exareo, Inareo, Obareo, Perareo & Subareo: de quibus suis locis.

Ārĕfacio, aridum facio. {החריב *hecherib.* ξηραίνω, αὐαίνω, καταξηραίνω. GALL. *Secher ou dessecher quelque chose.* ITAL. *Seccare.* GERM. Dürr machen, dörren. HISP. *Secar otra cosa.* ANGL. *To mak drie.*} Cato *de re rustica, cap.* 69. Postea amurcam eximito, & arefacito. Plin. *lib.* 13. *cap.* 22. Quidam caulem incidunt per messes, & in ipsa excauant radice, quo succus confluat, arefactúmque tollunt. ¶ Huius passiuum est Arefio, ξηραίνομαι, pro exiccor.

Ares, pro aries. Varro.

Āresco, is, Aridus fio, viriditatem amitto. {יבש *jabésch* חרב *charáb.* ξηραίνομαι, κατξηραίνομαι, αὐαίνομαι, ἐξικμάζομαι, ἀποσκελετεύομαι. GALL. *Deuenir sec, se secher.* ITAL. *Seccarsi.* GERM. Dürr vnd Trucken werden. HISP. *Hazerse seco.* ANGL. *To waxe drie.*} Autor *ad Heren. lib.* 2. Nihil lachryma citiùs arescit. Idem *in part.* Citò arescit lacryma, præsertim in alienis malis. ¶ Arescit in gemmas. id est, concrescit. Plin. *lib.* 8. *cap.* 38. Lyncum humor ita redditus glaciatur, arescitve in gemmas carbunculis similes. ¶ Huius composita sunt Adaresco, Inaresco, Obaresco, Peraresco, Exareo, siue Exaresco, quorum significata vide suis locis.

Āridus, a, um, Siccus, exiccatus, tenuis. {יבש *jabésch.* αὖος, ξηρός, σκελετός, ἀπεσκληκώς. GALL. *Sec, aride.* ITAL. *Secco.* GERM. Das dürr ist/verdorret/ außgemerglet. HISP. *Seco, enxuto de toda humidad.* ANGL. *Drie.*} vt, Fons aridus. Catul. At qui corpora sicciora cornu, Aut si quid magis aridum est. ¶ Interdum ponitur pro puro & lucido. Plaut. *in Rudent.* Argento arido. Interdum pro horrifico, acuto, quum de sono loquimur: quin ea quæ arida sunt, quum frangi cœperint, nimium atque horrificum sonum edunt. Virg. *lib.* 1. *Georg.*

—— *& Aridus altis*
Montibus audiri fragor.

Plin. *lib.* 2. *c.* 12. distinguit inter aridum & siccum, quum ait, Arida sint potius quàm sicca folia. Catullus non distinguit: nam *ad Furium* 20. Atqui (inquit) corpora sicciora cornu, Aut si quid magis aridum est, habetis. Arida vita. Cic. *pro Quint.* Pumex non æquè aridus (i. parcus) atque hic est senex. Plaut. *Aul. sc.* 1. *a.* 2.

Et longo periit arida facta situ,

Ouid. *Eleg.* ... *lib.* 3.

Āriditas, quæ & aritudo, Siccitas. {ציה *tsijjáh.* αὐότης, ξηρότης, ξηρασία. GALL. *Secheresse.* ITAL. *Aridità, siccità.* GERM. Dürre/Truckne. HISP. *Sequia.* ANGL. *Drynesse.*} Plin. *lib.* 11. *c.* 35. Sitit enim araneus, & omnem humorem absorbens, ariditatem ampliat. Varro *de re rust. lib.* 1. *c.* 12. Quòd & bestiolæ si quæ propè nascuntur, & inferuntur, aut afflantur, aut aritudine citò pereunt.

Āritūdo, pro parsimonia, apud Plaut. *in Rud.* Qui semper seruas gloriam aritudinis.

Areopagus, ἄρειος πάγος. Stephano. Senec. *cap.* 3. *de tranq.* Vicus erat Athenis à templo Martis sic cognominatus, vbi primum iudicium capitis actum fuisse scribit Plin. *lib.* 7. Nam quum Mars Halirrhothium, Neptuni filium, qui vim Alcippæ filiæ suæ intulerat, occidisset, à Neptuno homicidij reus factus est, causáque à duodecim diis in Areopago cognita, sex sententiis est absolutus. Meminit huius iudicij Hellanicus 1. *Hist.* Libanius quoque pereleganti declamatione Martis causam tuetur.

Areopagitæ, ἀρεοπαγῖται. Illi dicebantur, qui in templo Martis iudicabant: quod iudicium exquisitissimum habebatur. Nam quum Mars, qui Græcè dicitur ἄρης, homicidij crimine reus factus esset à Neptuno, iudicantibus duodecim diis in eo pago sex sententiis absolutus est, vt Stephanus Byzantius docet, & multi alij Græci. De his vide copiosiùs apud Alexandrum ab Alexandro *lib.* 3. *c.* 5. & *lib.* 4. *c.* 11. & *lib.* 6. *c.* 31. Apud Cælium Rhod. *Antiq. lect. lib.* 7. *c.* 19. Budæum in Pandectis, & Erasm. *in Chiliad,* qui duas ab hac voce ortas parœmias recenset. Vna est, Areopagita, Ἀρεοπαγίτης. De tristi seueróque dicebatur, aut etiam de iudice vehementer incorrupto. Inuenitur & Σκυθρωπότερος Ἀρεοπαγίτου, id est, Tristior Areopagita. Allusit ad hoc prouerbium Cic. *ad Attic. lib.* 1. & 4. Altera est, Areopagita taciturnior, Ἀρεοπαγίτου σιωπηλότερος. Dicebatur de eo qui commissum arcanum optimè contineret. De iis Plutarch. *in Solon.*

Areopolitæ, ἀρεοπολῖται, qui habitant Areopolim. Areopolis autem ciuitas est Arabiæ, quæ alio nomine dicitur Moab. de qua in dictione *Moab.*

Arepennis, apud Gallos mensura est dimidij iugeri, qua illi agros suos metiuntur. Colum. *lib.* 5. *cap.* 1. Galli Canderum appellant in areis vrbanis spacium centum pedum: in agrestibus autem pedum cl. quod aratores Gantedum nominant, semiiugerum quoque Arepennam vocant.

Ares, Aretis, ἄρης, regio Eubœæ, Stephano: hinc Aresius gentile.

Arestor, ἀρέστωρ, pater Pelasgi. Vide in *Pelasgia.*

Arestum, {ἀρεστόν. ANGL. *An ordinance or law agreed vpon.*} Vnico r, Latinè sonat placitum, ab ἀρέσκω, placeo. Hinc factum est, vt sententiæ Præfecti prætorio, quæ appellatione rescindi non possunt, Aresta dicantur Budæus. ‖ In aresto aliquem detinere, est sub placito, & sententia, vt principis, &c. ‖

Areta, ἀρήτη, fuit Aristippi philosophi filia: quæ ei successit in schola,

summum

summum bonum in voluptate, quæ maximè sensum moueret, posuit. Huius filius fuit Aristippus, qui quòd a matre Philosophiam hauserat, μητροδίδακτος cognominatus est. Fuit præterea hoc nomine Alcinoi Phæacum regis vxor, de qua Hom. *in Od.*

Aretalogus, {ὁ *kadb.* ἀρεταλόγος. GALL. *Iouëur de moralitez, farceur, plaisanteur.* ITAL. *Garrulo, loquace, ciarlatore, cianciatore, auantatore.* GERM. Ein schwetzman der sich seiner Tugenden vil berümpt. HISP. *Componedor de menclas fingidas, el que habla vanamente.* ANGL. *He which speakeht many vaine wordes, which vaunteth much.*} Porphyrione teste, garrulus & loquax dicitur in ostentationem virtutis: vnde nomen deducitur: ἀρετὴ enim virtus est, & λόγος sermo. Suet. *in Aug. & ibidem cap.74.* Frequentius aretalogos & festos & solenneis, nonnunquam tantùm iocularitatem celebrabat. Iuu. *Sat.15.* risum fortasse quibusdam Moueret, vt mendax Aretalogus. ¶ Aretalogus etiam dicitur, qui in fingendis mendaciis auditores mouet arte verborum. Sed nunc contra Porphyrionem ab ἀρέσκω, placeo, fieret, vt sit Aretalogus, facetus, vrbanus, quique sermonis lepore oblectat auditores.

Arethous, ἀρέθοος. Rex fuit in Arna Bœotiæ.

Ārĕthūsă, ἀρέθουσα, Virgo venatrix, Dianæ comes, ab Alpheo amata, cuius vim quum effugere non posset, Dianæ miseratione in fontem sui nominis dicitur commutata: qui ne amatoris aquis pollueretur, per subterraneos cuniculos in Siciliam aufugit, & iuxta Syracusas vberrimo aquarum gurgite emergit. Vnde & Syracusæ Arethusides dictæ sunt, forma patronymici fœminini. Ouid. *lib.4. Fast.*

Vtque Syracusas Arethusidas abstulit armis   *Claudius.*

¶ Fuit & Arethusius fons Smyrnæ: tertius in Chalcide: quartus in Ithaca: quintus in Eubœa: sextus in Bœotia prope Thebas. Didymus octo eius nominis fontes commemorat: adeò vt epitheton esse patetur cuiuscumque fontis, ab irrigando. ¶ Est præterea Arethusa, lacus Armeniæ maioris, pondera omnia sustinens, & nitrum nebulis exhalans: per quem Tigris fluuius tanto fertur impetu, vt aquæ non commisceantur. Vnum ei piscium genus est, & hoc transcurrentis fluuij alueo non miscetur, sicut nec e Tigri pisces in lacum transnatant. Autor Plin. *lib.6. cap.27.* ¶ Est & Arethusa locus Syriæ munitus iuxta Emesam sexdecim millibus passuum: à qua Arethusij, vt inquit Strabo. ¶ Est item Arethusa vrbs vna Eubœæ, altera Syriæ, autore Volaterrano.

Ărētium, ἀρήτιον, *Arezzo*, ciuitas Tusciæ, à Græcis condita eo tempore quo populus Israel sub Iudicibus regebatur: à qua incolæ dicti sunt Aretini. ¶ Vasa quoque fictilia quæ in ea fiebant, Arĕtina appellabantur. Mart. *lib.4.*

Aretina nimis spernas ne vasa monemus:
Lautus erat Tusci Persena fictilibus.

Ārfĕrĭă, æ, aqua quæ inferis libabatur, seu vas vini, quod adhibebatur sacris, & à Fero deducitur. Festus.

‖Arferius, a, um, pro *adferius.*

Arfero, pro adfero, vetus verbum.‖

Argabia, ἀργαβία, vnde flascia, aut flascones, aut vasa aquaria militum ab ephippio pendebant.

Ărgēŭs, ἀργαῖος, Pelopis fuit filius, & Alectoris pater. ¶ Alius fuit Licymnij, qui ab Hercule abductus, vi morbi peregre periit, cuius crematos cineres Hercules retulit, vt iusiurandum, quod dederat, se illum reducturum, seruaret. Hunc dicunt primum fuisse qui crematus sit, & ab eo deinde morem seruatum. ¶ Est item Argæus, Cappadociæ mons arduus & perpetuis pruinis rigens, cui Mazaca ciuitas Cappadocum metropolis subiacet, ἀργαῖος. Autor Strabo *lib. 12.*

Argante, ἀργάντη, ciuitas Indiæ, Steph.

Ărganthōnĭūs, ἀργανθώνιος, Rex fuit, vt testatur Herod. *lib.1.* in Arna ciuitate Bœotiæ. ¶ Fuit item Arganthonius, Tartessiorum rex in Hispania, quem Plin. 5. ait vixisse cxx. annos: Silius autem ccc. qui eius meminit *lib. 3.* Arganthoniacos armat Carteia nepotes. Rex prosauis fuit humani ditissimus æui, Terdenos decies emensus belliger annos.

‖Arganthus, mons arganthonius. Turn.

Argates, agricola, o. t. igates. Gloss. gr. b.‖

Argathon, ἀργαθών, mons in Mysia, vbi raptus Hylas. Dictus ab Argathone Rhesi coniuge, cui & Argathon, vt monti quoque nomen fuit.

Ārgeă, Loca quædam Romæ appellantur, quòd in iis sepulti essent quidam Argiuorum illustres viri. Hæc Fest. Liu. Argeos vocat masc. gen. Sic enim scribit *lib. 1. ab Vrbe,* Multa alia sacrificia locaque sacris faciendis, quæ Argeos Pontifices vocant, dedicauit. A Varr. *lib. 4. de L. L.* Argeorum sacraria appellantur. Reliqua (inquit) vrbis loca olim discreta, quum Argeorum sacraria in septem & viginti partes vrbis sint disposita.

Ārgĕmă, atis, ἄργεμα, morbus est oculorum, quum scilicet albidum quoddam vlcus oculi infestat cuculum, quem Irim Græci dicunt, quod mali genus affine est illi, quod Latinis Albugo vocatur, Græcis etiam λεύκωμα. Plin. *lib.29. cap.6.* Eadem vis est in Gallinacei felle alligato ad argema & albugines. Apud eundem (nisi fortè vitiata sit lectio) legitur & Argema, æ, per primam nominum declinationem: vt *lib.20. cap.5.* Succo & cicatrices oculorum, & albugines, & argemas inunxère. Item *cap.9. lib. eiusdem.* Folia trita cum oleo argema iumentorum sanant. Quibus tamen in locis nonnulli legunt *Argemos.* A Græcis certè ἄργεμος, ὁ, & ἀργεμόν, τό, indifferenter effertur.

Argemon, herba est apud Plin. *lib.24. c.19.* quæ lappa canaria dicitur.

Argemōnē, es, ἀργεμώνη, herba est syluestri papaueri omnino similis: ita dicta ab effectu, quòd oculorum albugines, quæ argemata appellantur, sanet. Vide Diosc. *lib.2. cap.169.* Plinius Argemoniam appellat *lib.25. cap.9.*

‖Argennon, argenteum percandidum. Fest. ἀργεννὸν est album.

Argentoratum, ἀργεντόρατον Ptolemæo aliisque veteribus notum, in inferiori Alsatiæ tractu, Germanis hodie *Strasburgum,* Italis & Hispanis *Argentina,* vulgò *Strasburg.* V. F. sub A. Moguntino, in clarissimis Germaniæ ciuitatibus tertia, quæ est ad Cathedralem Ecclesiam, mirificâ & magnificâ structura, item armamentario instructissima, maximè insignis est.‖

Argenusa, ἀργεννοῦσα Stephano, insula est Lesbo adiacens, iuxta Argemon promontorium: in qua Alcibiades extinctus est. Plin. *lib.5. c.31.* Arginusam vocat.

ĀRGENTVM, metallum est post aurum pretiosissimum, quod gignitur (si chymistis credimus) ex argento viuo, & sulphure albo, {כסף *chesepk* ἀργύριον, ὁ ἄργυρος. GALL. *Argent.* ITAL. *Argento.* GERM. Sylber. HISP. *La plata.* ANGL. *Syluer.*} Petito argentum a me præsentarium. Plaut. *Mostell. sc.1. a.2.* Metuo ne oleant argentum manus. *Ibid. sc.3. a.1.* Ne argentum te accepisse suspicetur. *Ibid.* pro capite argentum dare. *Ibidem.* Namque si me argento emeris, liber seruibo tibi. Idem *Men. sc. vlt. a.5.* Resolui argentum cui debeo, *ibid. sc.5. a.5.* Vasa & argentum tibi referam (i. vasa argentea.) Idem *Menach. prologo.* Tu argentum eluito, & idem exteruito. i. vasa. Idem *Pseud. sc.2. a.1.* Quod vis tibi argentum accipias. *Pseud.* Si non feres argentum, pedem intrò non feres. Idem *Men. sc.3. a.4.* pro capite argentum numera. Idem *Pseud. sc.2. a.1.* promisisti argentum redditum iri, xxx. minas. Idem *Curc. sc.2. a.1.* Cui nec paratus nummus argenti siet. Idem *Ps. sc.1. a.1. & sc.3. a.1.* Respondit tibi esse argenti inopiam. Idem *Curc. sc.3. a.2.* Vt argenti faceret copiam. *Ibidem.* Sportulam cape & argentum, Eccos tres nummos. Idem *Menach. sc.4. a.1.* Misi petitum argentum mutuum. Idem *Curcul. sc.1. act. 1.* Quid id tua refert peierare dum argentum accipias. Idem *Amphitr. sc.1. a.3.* Non sinam nisi argentum mihi redditur, viginti minæ. Idem *Pseud. sc.7. a.4.* Argentum accepi, nihil curaui cæterum. Idem *Capt. sc.3. a.5.* Argentum accepi dote, imperium vendidi. Idem *Asin. sc.1. a.1.* Hæc argento non emo. Idem *ibid. sc.7. a.1.* Diuidere argenti nummos in viros. Idem *Aul. sc.1. a.1.* Quantillum argenti mihi apud Trapezitam. Idem *Capt. sc.1. a.1.* Solutos sinat quos argento emerit. *Ibidem,* præsenti pecunia. Quod lamentare non esse argentum tibi. *Ibidem sc.3. a.1.* Nemo prohibet, quin quod palam venale est, si argentum est, emas. Idem *Curc. sc.1. a.2.* Allatum est cum argento marsupium: suprà, cum viatico. Idem *Men. sc.7. a.5.* Quis est qui cupiat argenti facere aliquid lucri. Idem *Most. sc.1. a.2.* Eius spuma vulnera sanat, neque sinit superfluas carneis excrescere, & sordes cordis mundificat. Argentum factum dicitur, quod elaboratum est, & in vasa, aliámve supellectilem fabricatum. Græci ἀργυρώματα appellant. Pomp. *ff. de auro & argent. legato.* Argento facto Q. Mutius ait, vasa argentea contineri, veluti trullas, paropsides, pelues, & his similia. ✠ Argentum infectum, hoc est, rude & nondum laboratum. ¶ Argentum signatum, ab eo dicitur pecunia argentea, quòd signum principis, vel magistratus habeat impressum. ἀργύριον. Seneca *1. de benef.* Libentius donabo argentum factum, quàm signatum. ¶ Interdum etiam Argentum absolutè positum legimus pro argento facto, siue supellectili argentea. Plaut. Tu esto lectisternator, tu argentum eluito. Cicero. Quum essent triclinia strata, argentúmque expositum in ædibus. ¶ Item pro argento signato, hoc est, pecunia argentea. Terent. *in Phorm.* Emunxi argento senes. Idem *in Heaut.* Argentum cudo. ¶ Argentum primò signatum est anno Vrbis 585. Quinto Fabio consule, quinque annis ante bellum Punicum primum. Nota argenti bigæ & quadrigæ fuerunt, inde Bigati, & Quadrigati nummi appellati sunt. Aureus verò nummus 60. anno post argenteum percussus est, in quo primò Consulum, deinde Imperatorum capita imprimi cœperunt, & ab iis sæpe nomina accepere. Argenti venæ, ἀργυρίτιδες φλέβες. ¶ Argentum pustulatum, vide infrà statim post dictionem *pustula.* ¶ Argentum accepi, imperium vendidi. Plaut. prouerbij quadam specie *in Asinaria* dixit. Nihil hac sententia decantatius, qui accepit beneficium, perdit libertatem. ¶ Argenti fontes loquuntur, Ἀργύρου κρῆναι λαλοῦσι. Hoc adagio notabantur ij, qui stolidè quidem atque indoctè, sed arroganter tamen & confidenter loquerentur, opibus videlicet suis freti. ¶ Argentum sublimatum nusquam apud antiquos reperiri traditum est. Planè venenum est, quod semihora & minori spatio excedendo interficit. Nam omnia intrinseca, & præsertim præcordia velut ignis vrit. ¶ Argentum rasile. Velleius Paterculus *histor. 2. de Cæsare,* Quinque egit triumphos. Gallici apparatus ex Citro, Pontici ex Acantho, Alexandrini testudine, Africi ebore Hispaniensis argento rasili constitit. Argentum viatorium, & argentum balneare: de quibus *D. lib. 34. tit.2. l.39. & 40.* Aquam argento non emo. Plaut. *Asin. 3. act. 1.* ¶ Argentum muliebre. *l. 12. §. vlt. ff. de instruct. & instr. leg.*

Ārgentārĭum, argenteæ supellectilis instrumentum, ἀργυροθήκη. Vlp. *D. lib.24. tit.2. l.19.* Vt in iunctura argentea scio me dixisse, quod non in argentario paterfamilias reponebat.

Ārgentārĭŭs, rij, substantiuè, qui argentum exercet, hoc est, apud quem pecuniam deponimus, quam tempore locóve alio nobis reddat. {τραπεζίτης, ἀργυραμοιβός. GALL. *Banquier, changeur.* ITAL. *Cassiere, banchiere.* GERM. Wechsler. HISP. *Cambiador ò banquiero publico.* ANGL. *A bankerer which lendeth money.*} Plaut. *Asin. sc.1. a.1.* Apud Archibulum ero Argentarium. Et *paulò pòst,* Ibo ad forum, ibi manebo apud argentarium. Miles æs petit, itur, putatur ratio cum argentario. Idem *Aul. sc.5. a.3.* Item *Curc. sc.2. a.5.* Argentariis malè credi, & bene credi ridiculum est. & *Pseud. sc.3. a.1.* periphrasticῶs. Postquam à mensa illi surgunt, Romæ cum pecunia alicui aut assignabatur, aut soluebatur, ea ab Argentariis curari consueuit. Idem *in Curcul.* Habent hunc morem plerique argentarij, vt alius alium poscant, reddant nemini. Eundem etiam Trapezitam & Mensarium appellamus. Idem *ibid.* Ibi me interrogat. Ecquem in Epidauro trapezitam Lyconem nouerim. Cicer. *pro Flacco.* Ciuitas, in qua nummus nullus moueri potest, sine quinque Prætoribus, tribus Quæstoribus, quatuor Mensariis. ¶ Propriè autem argentarij dicuntur (vt docet Iurecons. *ff. de eden.*) maiores mensarij, qui multorum pecunias acceptas custodiunt, quum opus fuerit, reddituri, & quorum officium atque ministerium publicam habet causam, hique rationes conficiunt. Autor est Seneca, argentarios præesse publicis actionibus. Vide Budæi annotationes *in Pandectas.*

Ārgentārĭus, a, um, adiect. quod est argenti, quod ad argentum pertinet. {ἀργυρικός, ἀργυρικός. GALL. *D'argent, appartenant à argent.* ITAL. *Cosa d'argento, quello che appartiene all argento.* GERM. Das zum Sylber gehört. HISP. *Cosa pertenesciente à la plata.* ANGL. *Belonging to syluer, of syluer.*} Plin. *lib. 33. cap.5.* Laudationem eandem in ærariis metallis & proximam in argentariis fieri compertum est. Ratio argentaria, id est, pecuniaria. Cato *de re rust. cap.2.* Rationem putare

argentariam

argentariam & frumentariam. ¶ Auxilium argentarium. Plaut. in *Pseud.sc.1.a.1.* Spero alicunde hodie me bona opera, aut mala: tibi inuenturum esse auxilium argentarium. Ita miser & amore pereo, & inopia argentaria. *ibid.sc.3.a.1.* Illecebræ argentariæ meretrices. Idem *Men.sc.4.a.2.*

Argentaria, æ, mensa, tabernave argentarij, vel etiam officina, in qua argentum cuditur, aut præparatur, {ἀργυρεῖον, ἀργυροκοπεῖον. GALL. *Boutique ou forge, où on bat ou forge l'argent.* ITAL. *Banco, zecca, ò bottega doue si batte l'argento.* GERM. Wechselbanck / oder ein Sylberschmitten. HISP. *Plateria, ò la casa de la moneda.* ANGL. *A bankers table or shoppe.*} Plaut. *in Epid.* Per myropolia & lanienas, circúmque argentarias. ¶ Significat & Argentaria officium, seu functionem argentarij. Vlpianus *tit. de edend.* Sed & quod solui constituit argentarius, edere debet: nam & hoc ex argentaria venit. ¶ Argentariam facere, vel exercere. ἀργυραμοιβικὴν ἐργάζεσθαι. Idem *eod.tit.* Is etiam qui desiit argentariam facere, ad editionem compellitur, vbi argentariam exercuit.

Argentatus,a,um, Argento tectus. {ἠργυρωμένος. GALL. *Argenté, couuert ou vestu d'argent.* ITAL. *Coperto d'argento.* GERM. Übersylbert. HISP. *Cosa plateada por defuera.* ANGL. *Couered with syluer, ouerlayde with syluer.*} Liuius 9. *ab Vrb.* Tunicæ auratis militibus versicolores, argenteis linteæ candidæ. Ad me cum argentata accedito querimonia, Plaut. *Pseud.sc.3.a.1.* Drachmæ liuc lacrumæ argenteæ. *ibid. sc.1.a.1.*

Argenteus,a,um, quod est ex argento. {ἀργύρεος. GALL. *D'argent.* ITAL. *Fatto d'argento.* GERM. Sylbern. HISP. *Cosa echa de materia de plata.* ANGL. *Made of syluer.*} vt, Argentarius denarius, & argenteæ sphæræ, apud Plin. Argenteum folium, argenti splendorem referens, apud eundem *lib.16.cap.18.* Argentea amica, quæ argento vendita est. Plaut. *in Pseud. sc.3.a.1.* Quid ego ex te audio? amicam tuam esse factam argenteam. *ibid. sc.1.a.1.* pro lignea salute, argenteam vis remittere. ¶ Argenteis hastis pugnare, ἀργυρέαις λόγχαις μάχεσθαι, qui quum negotium alio pacto conficere nequit, muneribus & largitione perficiunt. Nihil autem tam arduum, quod pecunia non expugnetur. Ortam aiunt parœmiam ab oraculo quodam Apollinis, qui Philippo regi consulenti, quo pacto posset victoria potiri, respondit ad hunc modum, Ἀργυρέαις λόγχαις μάχου, καὶ πάντα κρατήσεις, i. Argenteis pugna telis, atque omnia vinces. ¶ Bos in quadra argentea, βοῦς ἐπὶ πινακίῳ ἀργυρῷ. In eos qui personam sustinent, officium aliquod egregium pollicentem, nec vlli tamen sunt vsui, nisi ad voluptatem, aut fastum.

Argentosus, cui immistum est argentum. {ἀργυρομιγής. GALL. *Plein d'argent, argenteux.* ITAL. *Che tiene d'argento.* GERM. Das mit Sylber vermischt ist. HISP. *Cosa que esta mezclada con plata.* ANGL. *Full of syluer wherewith syluer is mingled.*} vt, Aurum argentosum. Plin. *lib.33.c.5.* Ita ferruminatur aurum quod argentosum vocant.

Argentifodina, æ, vbi foditur argentum, quam Argenti minam vocamus. {ἀργυρεῖον, ἀργυρωρυχεῖον. GALL. *Mine d'argent.* ITAL. *Minera d'argento.* GERM. Ein Sylbergrub. HISP. *Minero de donde sacan plata.* ANGL. *A syluer mine.*} Plin. *lib.33.c.6.* Odor ex argentifodinis inimicus est omnibus animalibus, sed maximè canibus.

Argentum viuum, genus est metalli liquidi, argentum colore, fluida verò consistentia aquam referens: vnde & nomen accepit ὑδράργυρος. Aristoteles ἄργυρον χυτὸν, hoc est, fusile, seu liquidum argentum vocat. {GALL. *Vif argent.* ITAL. *Argento viuo.* GERM. Quecksilber. HISP. *Azogue.* ANGL. *Quicke syluer.*} Huius duæ sunt species, Natiuum, seu Fossitium, & Factitium, quod ex minio excoquitur. Vtrumque Hydrargyros Dioscoridi dicitur. Plinius Hydrargyron ab argento viuo distinguit, quod fossile est & natiuum. Argentum viuum, quod ex minio purgatur, Hydrargyron appellans. Sic enim habet *lib.3.cap.3.* Æs inaurari argento viuo, aut certè hydrargyro legitimum erat. Vtraque species pestilentem exhalat odorem, aut que planè exitialem.

Argentangina, vocabulum est Latinum, ex Græco ἀργυράγχη effictum: quo significatur angina ex argenti, hoc est, pecuniæ cupiditate proficiscens. Vnde Argentangina laborare dicuntur, qui pecunia corrupti reticent ea, quæ ad Reipublicæ commoda iudicant pertinere. Vide infra in dictione *Argyranche.*

Argestes, {ἀργέστης. ITAL. *Vento di maestro.* GERM. Der westwind. HISP. *The North westwind.*} Ventus flans ab occasu æstiuo, qui à Latinis Corus & Caurus dicitur. Plin. *lib.2.c.47.* Ab occasu æquinoctiali Fauonius, ab occasu solstitiali Corus: Zephyron & Argesten vocant. Frigidus Argestes summas mulcebit aristas, Ouid. 5. *Fast.*

Argeus, a, um, ἀργεῖος, denominatiuum deductum ab Argis Peloponnesi vrbe, idem significans, quod Argiuus. Horat. *lib.4. Carm.* Tybur Argeo positum colono. ¶ Argei quoque, teste Varrone, dicebantur scirpeæ effigies, quæ per Virgines Vestales iaciebantur singulis annis in Tyberim per pontem Sublicium. Ire ad Argeos dicitur Flaminica. Gell. *cap.15. lib.10.*

Argia, Ἀργεία, Adrasti regis Argiuorum filia, & vxor Polynicis: de cuius in defunctum maritum pietate, vide Statium *lib.11. Theb.*

Argiæ, Ἀργεῖαι, insulæ sunt numero viginti, Cariæ adiacentes: vt scribit Plin. *lib.5. cap.31.*

Argila, ἄργιλα, vrbs Cariæ. Steph.

Argiletum, locus erat Romæ iuxta Palatium, ita dictus (vt quidam volunt) ab Argo Argiuorum duce, qui ab Euandro hospitio exceptus, quum in affectati regni suspicionem venisset, ab Arcadibus, inscio (vt volunt) Euandro, est occisus. Cui postea Euander tumulum erexit, quem de nomine eius Argiletum appellauit. Huc alludit Virg. 8. *Æneid.*

——— *& letum docet hospitis Argi.*

Alij Argiletum dictum putant, quasi argilletum, ab argilla, hoc est, creta, cuius eo in loco erat magna copia. Vtramque opinionem refert Varro *lib.4. de L.L.*

Argilla, æ, terra tenax, qua figuli vtuntur ad facienda vasa. {חמר *chemer.* ἄργιλος. GALL. *Argille.* ITAL. *Creta, terra.* GERM. Thon / Erdtrich / wahrer leim oder laim. HISP. *Barro, o arzilla.* ANGL. *Potters claye.*} Cic. in *Pisonem.* Quid cessat hic homulus ex argilla & luto factus Epicureus? Horat. 2. *Epist.*

——— *idoneus arti*
Cuilibet, argilla quiduis imitaberis vda.

Sunt qui vnico l. scribant, quod etiam conuenire videtur cum Græca origine: contrà tamen vsus obtinuit.

Argillaceus, a, um, quod ex argilla est, aut quod tenax est in modum argillæ. {ἀργιλλώδης. GALL. *Chose d'argille, ou gluante & prenante comme argille.* ITAL. *Cosa fatta di creta.* GERM. Das auss leim ist / lettechtig / schlipferechtig. HISP. *Cosa de materia de barro.* ANGL. *Of potters claye.*} Plin. *lib.17.cap.7.* Est enim alba terra, rufa, columbina, argillacea.

Argillosus, a, um, abundans argilla. {ἀργιλλώδης. GALL. *Argilleux, plein d'argille.* ITAL. *Abundante di creta.* GERM. Das lettechtig oder laimechtig ist. HISP. *Lleno de barro.* ANGL. *Full of potters claye.*} Plin. *lib.21.c.4.* Seri nec pinguibus vult nec argillosis locis. Colles argillosi. Colum. Olea maximè collibus siccis & argillosis gaudet.

Argilus, ἄργιλος, Herod. *lib.7. hist.* teste, vrbs fuit Æmathiæ, non procul ab ostiis Strymonis fluuij versus Occidentem.

Arginusa, ἀργινοῦσα, insula est exigua, Lesbo adiacens inter Methymnam, & Mitylenem, iuxta Argenum promontorium: vnde & nomen habet. Meminit huius insulæ Plin. *lib.5. cap.31.* Stephanus ἀργινοῦσαι vocat. Strabo autem *lib.13.* tres facit insulas Arginusas modico interuallo discretas.

Argiphontes, ἀργειφόντης, cognomen est Mercurij, tractum ab Argo centoculo, Ius custode, quem Iouis iussu interfecit. Mythologici interpretantur Argum sphæram esse stellatam, quod illi insit species quædam cœlestium oculorum. Io autem terram esse volunt, quam Ægyptij in hieroglyphicis literis bouis imagine exprimunt. Hanc Argus, hoc est, cælum stellatum nocturno tempore desuper videtur obseruare. Mercurium autem Solem interpretantur, qui Argum tunc dicitur occidere, quum luminis sui magnitudine stellas omnes obscurat, earúmque conspectum mortalibus eripit. Vide Macrob. *Saturn. lib.1. cap.19.*

Argippæi, orum, ἀργιππαῖοι, populi sunt Scythiæ, iuxta Sarmatas & Thussagetas, ab ipsa natiuitate calui, simis naribus, & ingenti mento, proprio quodam oris sono, ex arboribus victitantes. Hi quum arma nulla habeant, à nemine tamen afficiuntur iniuria, propterea quòd sacri putentur. Iidem finitimorum controuersias dirimunt, & ad se confugientes tuentur ab iniuria. Plura de his Herod. *lib.4.*

Argis, ἐν ἄργει, aduerbialiter in loco. Plin. *lib.26.* Argis etiam olea durare dicitur.

Argissa, ἄργισσα, Thessaliæ ciuitas est prope Peneum, condita à filiis Larissæ, deinde Argussa vocata, vt scribit Strabo *lib.9.*

Argo, gener. fœmin. ἀργώ. Prima nauis fuisse creditur, qua Iason, vnà cum flore iuuentutis Græciæ, Colchida nauigauit, vellúsque aureum, è Medea adiutus, in Græciam reportauit. Ouid. *Eleg.1. lib.1. Trist.*

Is quoque Phasiacam Argon qui duxit in vndas.

Volunt autem hanc nauem Argo appellatam ab Argo architecto, de quo Flaccus,

——— *ad charum Tritonia deuolat Argum,*
Moliri hunc puppim iubet, & dimittere ferro Robora.

Diodorus à velocitate dictam putat: nam ἀργὸς inter cætera significat velocem. Alij ab Argiuis, qui in ea vecti fuerunt, malunt appellatam. Quod sentire videtur Cicer. *lib.1. Tuscul. quæst.* quum ait, Et eas angustias, per quas penetrauit ea, quæ est nominata Argo, quia Argiui in ea delecti viri vecti petebant pellem inauratam arietis. ¶ Est & Argo, signum cæleste, quod & nauis appellatur. Oritur pridie Idus Martij.

Argonautæ, ἀργοναῦται, dicti sunt heroës illi, qui cum Iasone in Colchos profecti sunt, numero amplius quinquaginta: ex quibus præcipui fuere Castor & Pollux, Telamon, Orpheus, Hercules, & Hylas puer. Sic cognominati à naui qua nauigauerunt. De his Orpheus *lib.1.* & Apollonius *in Catal. heroum.* & Flacc. *in Argon.* Dicti sunt à tarditate. Martial. *epigr.26. lib.3.*

Argopelasgos, Homerus vocat *Thessalos.*

Argos, eos, & in plurali numero Argi, orum, ἄργος, τὸ, clarissima ciuitas Peloponnesi, non procul à Mycenis, quæ ad discrimen aliarum eiusdem nominis vrbium Argos Hippium dicebatur, quòd agrum haberet pascendis equis in primis idoneum. Dicitur & Dipsion, ab aquæ penuria: quo fit vt plures eodem vtantur puteo: quod genus est apud illos arctissimæ societatis. Aliquando & Phoronicum dictum est, teste Stephano, à Phoroneo primo rege. Est autem hoc nomen in singulari numero neut. gen. quod apud Græcos declinatur, τὸ ἄργος, τοῦ ἄργους: apud Latinos autem tantùm in vsu habet nominatiuum, accusatiuum & vocatiuum; in plurali verò masculinum est secundæ nominum inflexionis. Horatius, Aptum dicit equis Argos ditésque Mycenas. Virg. 7. *Æneid.*

——— *Ecce autem Inachiis sese referebat ab Argis.*

¶ Est item Argo oppidum Thessaliæ quod & Pelasgicon dicunt, à Pelasgis. Lucanus,

——— *vbi nobile quondam*
Nunc super Argos arat.

¶ Aliud in Acarnania, Amphilochicum cognominatum, quod Alcmæon eiúsque liberi condidere, vt inquit Strabo *lib.7.* ¶ Fuit & Argos Apuliæ oppidum, à Diomede conditum, & primum à nomine relictæ patriæ Argos Hippium appellatum, quod deinde Argyrippam, & postremò Arpos vocitarunt. ¶ Thessaliam quoque aliquando Argos Pelasgicum appellatam fuisse, autor est Plin. *lib.4. cap.7.* ¶ Ipsam prætereà Peloponnesum antiqui Argos, & Argos Achaicum appellauêre: vt scribit Strabo *lib.8.* ¶ Est item Argos, siue Argus, canis nomen apud Hom. *lib.17. Odyss.* qui solus Vlyss. in vigesimo demum anno in patriam redeuntem agnouit.

Argiuus, adiectiuum, ἀργεῖος, id est, Græcus. Virg. 2. *Æneid.* Argiua phalanx. Cic. 1. *de Orat.* Argiuus orator ¶ Argiua calumnia, Ἀργεῖοι φῶρες. De calumniosis & delatoribus dici solitum. Nam Argiuos olim nota-

uit antiquitas, tanquam sycophantas & litium auidos. Eustathius ex Pausania, & Diogenianus in collectaneis. ¶ Argiui fures, Ἀργεῖοι φῶρες, de palàm improbis. Nam Argiui furacitatis infamia laborabant antiquitus. Extat & hoc apud Suidam. ¶ Argiuos vides, Ἀργείους ὁρᾷς, id est, stupentibus & attonitis oculis.

Ārgŏlĭcŭs, a, um, ἀργολικός, idem quod Argiuus. Virg. 1. *Æneid.*

——— Argolicis excindi Pergama telis.

Cic. *in Arat.* Argolica nauis.

Ārgŏlĭs, is, fœm. gen. ἀργολίς, id est, Argiua, Ouid. 9. *Metam.*

——— at longis anxia curis

Argolis Alcmene.

Ārgōŭs, a, um, Ἀργῷος, idem quod Argolicus, Horat. *in Epod.*

Non hunc Argoo contigit remige pinus.

Argulus, filius fuit Amyclatis, quem primum apud Achæos quadrigam iunxisse dicunt, quum alij Arogilo illud ascribant.

Argura, ciuitas Thessaliæ, quæ prius Argissa dicebatur. Vide *Argissa*. Est & locus Eubœæ. Vide Steph. qui loci illius incolas etiam Arguros, & Leontinos vocari scribit.

ĀRGŬO, is, ui, utum, accuso, reprehendo. {הוכיח *hochiach* וכח הוכח *hith vaccheach*. ἐλέγχω. GALL. *Reprendre, conuaincre.* ITAL. *Imputare. reprendere, accusare.* GERM. Schelten/straffen/anklagen. HISP. *Redarguir, y reprender.* ANGL. *To accuse, to rebuke.*} Arguere pro obiicere & accusare. Suet. *in Calig. c.* 38. & ibi *cap.* 8.

Quid quod me duri fugientem munia belli

Arguit incepto serum accepisse labori,

Ouid. 13. *Met.* Egomet te vidi facere: Egomet ecce arguo. Plaut. *Men. sc.* 5. *a.* 5. Qui arguit (furti sup.) Ego. *Ibid. sc.* 2. *a.* 4.

Apparet virtus arguitúrque magis.

Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 4. *Trist.* Arguor obscœni doctor adulterij. Idem *El.* 1. *lib.* 2. *Trist.* Qui Arguet se, cum contra vincat iureiurando suo. Plaut. *Mil. sc.* 2. *a.* 2. concriminatus sit eum, contrà arguat. Idem *ibid.* Non vt arguerem, id dixi, sed ne arguerer. Velleius. Quæ me arguit hanc surripuisse. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 5. Et genitiuo sæpius quàm ablatiuo iungitur. Curtius, Orsinem modò auaritiæ, interdum & defectionis arguebat. Plaut. *in Amph.* Et eccum video, qui me miseram arguit stupri dedecoris. Si verò id quo quis arguitur non exprimitur, accusatiuum tantùm habet. Lact. *lib.* 3. Tui ergo te liberi arguunt. Interdum idem significat quod ostendere. Virg. 4. *Æneid.* Degeneres animos timor arguit. ¶ Arguere reum, est, Demonstrare & argumentis probare ab eo commissum crimen. Vlpian. *de verb. signif.* Indicasse reum est detulisse: Arguisse, accusasse & conuicisse. ¶ Argui de crimine. Cic. 1. *de inuent.* Negare oportebit de vita eius & moribus quæri, sed de eo crimine quo de arguatur. ¶ Arguere pro vetare & prohibere dictum videtur ab Ouid. *lib.* 1. *de Ponto, Eleg.* 7.

Me quoque conantem gladio finire dolorem

Arguit, iniecta continuitque manu.

¶ Aliquando in discrimen vocare. Festus, Argutum iri, id est, in discrimen vocari. Huius composita sunt, Coarguo & Redarguo. ¶ Sciendum est quòd licèt Arguo, Argutum supinum faciat, ex quo Argutus, participium tamen futuri temporis est Arguiturus. Salust. *lib.* 2. *hist.* Quos aduersum multi ex Bithynia volentes occurrere, falsum filium arguituri. Nam, vt docet Priscianus, quædam sunt verba in utum supinum formantia, quorum participia futuri terminant in iturus, & verbalia in itio, vt argutum, arguiturus: Tutum, tuiturus: Sputum, spuiturus: Plutum, pluiturus, pluitio.

Ārgūtŭs, a, um, participium passiuum ab Arguo, Accusatus, reprehensus, ἐλεγχθείς. Plaut. *in Pseud.* Argutus malorum facinorum. ¶ Quandoque est nomen, idem significans quod subtilis & acutus. {חכם *hacham*. ὀξύς, ἀγχίνους. GALL. *Subtil, ingenieux.* ITAL. *Arguto, sottile.* GERM. Bescheiden/Spitzfündig/ oder listig. HISP. *Agudo, ò ingenioso.* ANGL. *Subtill, wittie, ingenious.*} Plin. *in Epist.* Vitassem iam dudum, ne viderer argutior, nisi proposuissem omnes angulos tecum epistola circuire. ¶ Interdum significat canorus, resonans, εὔηχος: vt, Arguta hirundo, & arguti homines, qui multum & celeriter loquuntur. Virg. *Eclog.* 9.

——— Argutos interstrepere anser olores.

¶ Interdum exilis, breuis, acutus. Idem *lib.* 3. *Georg.* Argutúmque caput breuis aluus, obesaque terga. ¶ Arguta exta, quæ maximè declarant & ostendunt quid futurum sit. Cic. 2. *de Diuin.* Ita ne probri & stupri dedecoris à viro arguta meo? & *Pseud. sc.* 4. *a.* 2. Ecquid argutus est? &c. Arguti ocelli, Ouid. *Eleg.* 3. *Amor.* & *Eleg.* 2. 3.

Ārgūtē, aduerbium. Subtiliter, acutè. Cic. *pro Cæcin.* Si mihi acutè argutéque responderis. Idem *de Orat.* De rebus difficillimis argutissimè disputare.

Ārgūtissimē. Gell. *lib.* 11. *c.* 5. Super qua re Phauorinus subtilissimè, argutissiméque decem libros composuit.

Ārgūtŭlŭs. {[illegible]. GERM. Naswitzig. ANGL. *Somewhat subtill, [illegible].*} Diminutiuum ad contemptum, & non blandiendi causa, vt Homunculus & Homulus.

Ārgūtĭæ, arum, dicuntur acutè & malitiosè dicta, vel facta. {חכמה *hochmah*. [illegible]. GALL. *Subtilitez & finesses, [illegible].* ITAL. *Argutie, sottigliezze.* GERM. Kluge/bescheidene/spitzfündige wort oder werck. HISP. *Gracias, subtilezas, ò malicias.* ANGL. *Subtill and sweete sainges or dangerous slie chatting.*} Plaut. *in Mostell.* Exi à culina, sis foras mastigia, Qui mihi inter patinas exhibes argutias, *sc.* 1. *a.* 1. Cic. Sed nihil est quod illi non assequantur suis argutijs. Argutias omnes in gestu persequi. Quint. veterum, & argutiarum fuligo. Gell. *cap.* 2. *lib.* 1. Argutiæ quæstionum. Idem *cap.* 15. *lib.* 6. Argutiæ pueri. i. blanditiæ. Senec. *cap.* 16. *ad Helu.*

Ārgūtĭŏlă, æ, diminutiuum. Gell. *lib.* 1. *cap.* 7. & *lib.* 18. *cap.* 1. Argutiola quippe hæc friuola atque inanis est, [illegible]. & *cap.* 14. *lib.* 9.

Ārgūtor, aris, depon. ab Argutus fit, & significat procaciter loqui, teste Nonio. {[illegible] *hith vacchebah*. [illegible]. GALL. *Iaser, ou parler subtil ment argues.* ITAL. *Parlare arguamente.* GERM. List vnd spitzfündigkeit der red brauchen schwetzen. HISP. *Hablar argudamente.* ANGL. *To chat prettilie.*} Næuius, Quandoque ad ludos venit, alij quum taceant, totum diem argutatur, quasi cicada. Pergin argutarier? Plaut. *Amphitr. sc.* 1. *a.* 1. ¶ Est & argutari, subsilire. Titinnius *in Fullonia*, vt citat idem Nonius, Terra hæc est non aqua, quasi vbi tu solitus argutari, pedibus cretam dum compescis, vestimentaque lauas.

Ārgūto, as, ἐλέγχω, Propertius,

Illa mihi totis argutat noctibus ignes,

id est, argutè obiicit, aut (vt ait Budæus) imputat.

Ārgūtātĭo, Strepitus. {קול *kol* המולה *hamulah*. [illegible]. GALL. *Iaserie, caquet.* ITAL. *Parlamento importuno.* GERM. Geschwetz. HISP. *Obra de mucho y demasiado hablar.* ANGL. *A quarelling, or chatting.*} Catul. Pulumusque pernique, & hic & illic attritus, tremulique quassa lecti Argutatio, inambulatioque. ¶ Cum verò dicit Catull. Tremulique quassa lecti argutatio, intelligitur crepitantis lecti quasi garrulitas, de qua Ouid. *in* 3. *Amor.*

Spondaque lasciua mobilitate premat.

Ārgūtātor, oris, verbale. {מוכיח *mocheach*. [illegible], σοφιστής. GALL. *Iaseur, sophiste.* ITAL. *Sophista.* GERM. Ein geschwinder Sophist. HISP. *Hablador el que mucho, ò demasiadamente habla.* ANGL. *A quereller, a chatter, that chattere peartlie.*} Gellius *lib.* 17. *c.* 5. Processisset autem argutatori isti fortasse reprehensio. Argutatorem pro sophista argutulo, vel argumentatore accipit.

ĀRGŬMĔNTUM. {תוכחת *tochachath* קצמה *katsmah*. ἐπιχείρημα, [illegible]. GALL. *Argument.* ITAL. *Argumento.* GERM. Ein anzeigung/ ein bewährung eines zweyfelhafftigen dings. HISP. *Argumento.* ANGL. *An argument.*} Argumentum huius eloquar tragœdiæ. Plaut. *Amphitr. prolog.* Argumentis vincit, aliud nomen quærendum est mihi. Idem *Amphit. sc.* 1. *a.* 1. Sine modò argumenta dicat. Idem *ibidem sc.* 3. *a.* 2. Auscultate argumenta dum dico ad hanc rem. Idem *Most. sc.* 2. *a.* 1. Quod ad argumentum attinet breue est. (de summa fabulæ.) Idem *prolog. Asinariæ, & in Milit. sc.* 1. *a.* 1. Quo argumento istuc? &c. Idem *Most. sc.* 1. *a.* 1. & *sc.* 2. *a.* 2. Filius est tuus. Vt hic argumenta loquitur. Idem *Capt. sc.* 3. *a.* 5.

Suntque argumenti conditor ipse mei,

(suppl. materiam dixit,) Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 5. *Trist.* Item, Argumentum & Titulus libri. Suet. *August. c.* 8. Item, Argumenta explicare, idem *in Calig. c.* 57. Quintil. Est ratio probationem præstans, qua colligitur aliud per aliud, & quæ quod est dubium, per id quod dubium non est, confirmat. Sumitur interdùm etiam pro materia, quæ aliquo in opere tractatur, quam Græci ὑπόθεσιν vocant. Cic. Quoniam nullum scribendi argumentum mihi relictum. Sic dicimus argumentum Comœdiæ, quod Græci periocham vocant, id est, summam totius Comœdiæ, paucis versibus expressam, vt suprà videre est. ¶ Interdum pro coniectura. Idem *in Catil.* Certissima argumenta atque indicia sceleris. Idem 2. *Verrine,* Quæ res pertenui nobis argumento indicióque patefacta est. Et ad argumentum conditæ rursus vrbis, i. ad indicium. Suet. *in Calig. cap.* 16. ¶ Item pro sententia ab Arguo, pro demonstro. Cic. *lib.* 2. *Offic.* Tabulæ verò nouæ quid habent argumenti, nisi vt emas mea pecunia fundum? Argumentum præterea pro ingenioso artificio ponitur. Idem 6. *Verr.* Ex ebore diligentissimè perfecta erant ædificia in valuis. Sic alibi legimus Argumenta rotarum, & Argumentosa opera, pro ingeniosis. Li. Centum pondo es. Le. Quo argumento istuc. L. hæc argumenta ædificiis dixi. Plaut. *Most. sc.* 2. *a.* 1. Item Argumentum pro eo quod pictum in Tabula est. Suet. *in Tib. cap.* 44. Argumentum est ficta res, quæ tamen fieri potuit. Cic. *de Inuent.* 1. Argumentum est probabile inuentum ad faciendum fidem. Idem *de Part.* Argumentum est ratio quæ rei dubiæ facit fidem. Idem *in Top.* Ad probandum duplex est subiecta Oratori materies: vna rerum earum quas non excogitat Orator, sed in re propòsita ratione tractantur, vt tabulæ, testimonia, pacta, conuenta, quæstiones, leges, senatusconsulta, res iudicatæ, decreta, responsa, & reliquiæ si quæ sunt, quæ non ab Oratore pariuntur, sed ad Oratorem à causa atque à reis deferuntur. Altera est quæ in tota disputatione & argumentatione Oratoris collocata est. Cic. *in Orat.* 1. Propriæ notæ argumentum, quòd nunquam aliter fit, certúmque declarat, vt fumus ignem. Idem *in Part.* Argumentum esse erroris alicui: id est, causam, seu occasionem. Ouid. 4. *de Ponto, eleg.* 15. Erroris nam tu vix est discernere nostri Sis argumentum maius, an auxilium. Numerorum argumenta. Cic. *pro Rab. & Posth.* Alexandriam nunc cognoscimus: illinc omnes præstigiæ, illinc omnes fallaciæ, omnia denique ab his numerorum argumenta nata sunt.

Argumentalis, adiectiuum, ἐπιχειρηματικός, Ascon. Pædian. *in Diuin.* Narrationem in exordio multi admirantur hac reprehensione, sed non rectè. Est enim argumentalis narratio ad priorem diuisionem.

Ārgŭmentŏr, aris, argumentis ostendo, vel probo, argumentis persequor. {הוכיח *hochiach* וכח הוכח *hith vaccheach*. ἐπιχειρέω, [illegible]. GALL. *Argumenter, amener raisons pour prouuer quelque chose.* ITAL. *Argumentare.* GERM. Etwas mit guten anzeigungen vnd gründen bewähren. HISP. *Argumentar.* ANGL. *To proue be argument, or proue any thing by reasons.*} Cic. 1. *Verr.* Nonne argumentantur, quò illa pecunia peruenerit? Idem *de Fin.* 1. Sed & argumentandum & accuratè disserendum, & rationibus conquisitis de voluptate & dolore disputandum putant. Sed quid ego hæc ita argumentor? Liu. *lib.* 8. *d.* 4.

Argumentandi duo sunt genera: quorum alterum ad finem directè spectat, alterum se infecit ad motum. Dirigitur, quum proposuit aliquid quod probaret, sumpsitque ea, quibus niteretur, atque his confirmatis, ad propositum sese retulit, atque conclusit. Illa autem altera argumentatio, quasi retro & contra prius sumit quæ vult, eaque confirmat. Deinde id quod proponendum fuit permotis animis iacet ad extremum.

Ārgumentātĭo, est rei propositæ, per argumenta, probatio. {תוכחת *tochachath* [illegible]. ἐπιχείρημα. GALL. *Probation ou preuue par raisonnement.* ITAL. *Argumentatione.* GERM. Bewährung beweysung. HISP. *Argumentacion.* ANGL. *Prouing be argument or reasons.*} Autor ad Heren. *lib.* 1. Argumentationes, quas Græci ἐπιχειρήματα appellant. Cicer. 2. *de Orat.* Altera est, quæ tota in disputatione & argumentatione oratoris collocata est. Idem *lib. de Inuent.* [illegible] modo, Argumentatio, est inuentum ex aliquo genere, rem aliquam, aut probabiliter

probabiliter ostendens, aut necessariò demonstrans. Vide plura *in eodem libro*.

Argumentosus, a, um, quod est factum magno argumento, hoc est, artificio. {ἐντέχνως. GALL. *Artificiel, ingenieusement fait*. ITAL. *Argomentoso, ingegnoso*. GERM. Das vil berichtung hat/ Kunstreich. HISP. *Lleno de argumentos, sutil*. ANGL. *That is made craftelie, with ingine and skill*.} Quint. *lib*.5.*c*.9. Vulgóque paulo numerosium opus, dicitur argumentosum, id est, nimia argumentorum mole refertum. In picturis quoque Argumentosa opera vocamus, id est, ingeniosa.

Argus, Ἄργος, nomen proprium regis Argiuorum, filij Apis, à cuius nomine Argiui appellati sunt. Hoc regnante cœpit vti frugibus Græcia, & habere segetes in agricultura, delatis aliunde seminibus. Et post obitum Deus haberi cœpit templo & sacrificiis honoratus. Argus adiectiuum, id est, Argiuus, inquit Nonius. Plaut. *prolog. Amph*. Amphitruo natus Argus ex Argo patre. ¶ Fuit præterea Argus filius Phryxi, qui aurato ariete in Colchidem transuectus est. ¶ Fuit & alius Argus, πανόπτης à Græcis cognominatus, quòd totus oculis scateret, quem Poetæ fabulantur à Iunone constitutum fuisse custodem Iûs Inachi filiæ, quam Iupiter in iuuencæ formam commutauerat. Quos si Argus seruet, qui oculeus est totus. Plaut. *Aul. sc*.5.*a*.3. Hunc postea Mercurius Iouis iussu interfecit: vnde & ἀργειφόντης cognominatus est. Iuno autem oculos eius, auis suæ, hoc est, pauonis caudæ inseruit. ¶ Hinc, Argum fallere prouerbialiter dicimus de vehementer astuto. Hanc fabulam latissime describit Ouid. *lib*. 1. *Metam*. Mythologici Argum interpretantur sphæram esse stellifetam, innumeris oculis, hoc est, stellis refulgentem: Mercurium autem Solem esse volunt, qui tunc Argum dicitur occidere, quum diurno suo lumine stellatum lucem obscurat. Vide Macrob. 1. *Saturn.c*.19. vnde & ἀργειφόντης, cognominatus est, quòd Argum peremerit. Mysticè autem Argus est cælum stellatum, luce distinctum, quibus inesse quædam species cælestium videtur oculorum. ¶ Argus quoque vocatus fuit nauis illius architectus, quæ ab illo Argo dicta est, qua Iason, vnà cum Minyis in Cholchidem vectus est.

Argyra, Ἄργυρα ciuitas Siciliæ: vnde se Diodorus Siculus oriundum facit: a qua Argyrini. ¶ Est & Argyra, Taprobanæ insulæ metropolis, cuius incolæ dicuntur Argyritæ, Ἀργυρῖται. Steph.

Argyranche, es, ἀργυράγχη, à Græcis dicitur, quam Latinorum quidam verbum ex verbo exprimentes, Argentanginam appellauere, cuius vocabuli hæc traditur fuisse origo. Milesiorum legati Athenas missi, quum Demosthenem postulatis suis magnopere aduersari viderent, pecunia eum corrumpunt, ne quid in posterum commodis ipsorum obsisteret. Postridie itaque, quum res denuo apud populum ageretur, Demosthens collum fasci obuoluit, anginaque sese laborare simulauit. Qua re audita, quidam ex populo, cui sucus suboleбat, non synanchen illam, sed argyranchen esse exclamauit. ¶ Hinc prouerbio locus factus est, vt argyranche laborare dicantur, qui pecunia muti redditi sunt, eáque supprimunt, quæ ex Reipublicæ vsu esse nouerunt.

Argyraspides, Ἀργυράσπιδες, dicuntur qui argentea scuta ferunt. Sic Chrysaspides an aureis clypeis nominati. Lampr.

Argyrippa, Ἀργυρίππα Steph. Apuliæ ciuitas est, à Diomede condita: qui primum à nomine relictæ patriæ Argos Hippium appellauit. Postea corrupto vocabulo Argyrippa dicta est & Arpi. Virg. *lib*. 11. alterum p, abiecit metri causa. Ille (inquit) vrbem Argyripam patriæ cognomine gentis. Victor Gargani condebat Iapygis agris.

Argyrini, Ἀργυρῖνοι, populi Epirotici, Steph.

Argyrippus, nomen Adolescentis *in Asin*. Plaut.

Argyritæ, arum, ἀργυρῖται, Agones quidam dicebantur, ab argento, pecuniarióve præmio. Budæus.

Argyritis, spuma argenti. {סיג *sigh*. ἀργυρῖτις. GALL. *Escume d'argent*. ITAL. *Schiuma d'argento*. GERM. Sylberschaum. HISP. *Espuma de plata*. ANGL. *The dresse of syluer*.} Plin. *lib*.33. *c*.6. Fit in iisdem metallis & quæ vocatur spuma argenti. Genera eius tria: optima, quam chrysitin vocant: secunda, quam argyritin: tertia, quam molybditin.

Argyrocopus, {ἀργυροκόπος. GALL. *Changeur, ou qui œuure en argent*. ITAL. *Banchiere, ò colui che intaglia l'argento*. GERM. Ein wechsler/ oder der daß Sylber außstichet oder stempfft. HISP. *Cambiador ò esculpidor y entallador de plata*. ANGL. *That work eith in syluer, à syluer smith*.} à Græcis appellatur numularius campsor, vel ipse etiam argenti sculptor. παρὰ τὸ κόπτειν τὸν ἄργυρον, hoc est, ab incidendo argento.

Argyrologus, {גזבר *ghizbar*. ἀργυρολόγος. GALL. *Thresorier*. ITAL. *Camerlengo, Thesoriere*. GERM. Ein Seckelmeister/ dem der Gemein Seckel befolhen ist. HISP. *Tesorero ò contador mayor*. ANGL. *Threasurer in syluermaister*.} à Græcis vocatur, quem Latini Quæstorem appellant, cuius officium est, vt argentum, hoc est, pecuniam colligat, & in ærarium, siue fiscum redigat.

Argyrodamas, ἀργυροδάμας. Lapillus argenti nitorem habens, vt adámas, de quo Plin. *lib*.37. *cap*.10. addubitat, sitne idem cum eo quem Adiomanta vocant, quoniam impetus hominum & iracundias domat.

Argyrognomones, ἀργυρογνώμονες. GALL. *Banquiers*. ITAL. *Banchieri*. GERM. Wechßler. HISP. *Los cambiadores*. ANGL. *Banquers, changer of money*.} Vocantur à Græcis pecuniæ permutatores, quos Campsores vulgo vocamus, quasi pecuniæ spectatores dicas. Budæus.

Argyroindas, ἀργυρίνδας, Ætoliæ fluuius, ita dictus ab argenteo aquæ candore.

[Argyrotheca, ἀργυροθήκη, vasarium, vbi reponebatur supellex argentea, qua magistratus in prouinciam abiturus instruebatur ex publico: ἀργυροθήκη.]

Argyrotoxos, ἀργυρότοξος, Apollinis epitheton, quasi argenteum arcum gerens.

Argyrus, Ἄργυρος, ciuitas quædam apud Philistium. Steph.

Argyrus, Ἀργυροῦς, mons, vide *Tartessus*.

Aria, Ἀρία, regio est inter Indos & Parthos sita, iuxta Gedrosos, & Drangianos: quam recentiores Geographi *Turquestam* vocant. ¶ Est etiam Aria, insula in Ponto, versùs Colchos, Marti sacra, aliàs Chalceritis dicta. Plin. *lib*.6. *cap*.12.

Aria, ἀρία, arbor est apud Theophrastum, hyemis initio fructificans, materie tam dura, vt necesse sit, prius quàm terebretur, aqua eam macerari.

Ariabignes, Ἀριαβίγνης, fuit Darij filius ex filia Gobryæ, qui vnà cum Prexaspe & Megabazo præpositus fuit classi Xerxis. Herod. *lib*.7.

Ariadna, Ἀριάδνη, filia Minois regis Cretæ ex Pasiphaë vxore, cuius industria Theseus ab Atheniensibus Cretam missus à Minotauro deuorandus, labyrinthum filo duce, quod Ariadne dederat, euasit, occiso priùs Minotauro. Theseus autem eius amore captus, quum in patriam reuerteretur eam abduxit: sed prioris beneficij immemor, abductam in Insula Chio, seu Naxo perfidus deseruit, quam Bacchus postea in vxorem duxit, cuiúsque coronam nouam stellis ornatam, quam à Venere acceperat, astris intulit, vocatúsque corona Gnosia. Postremò à Diana sagitta dicitur occisa, eò quòd virginitatem non seruasset. Catul. *de com. Beren*. Ne sola in limine cæli ex Ariadnæis aurea temporibus fixa corona foret.

Ariamnes, fuit nobilissima Armeniæ ciuitas. Tortellius.

Arianthe, ciuitas Œnothrorum, Ἀριάνθη. Steph. Vide *in Ariuthe*.

Arianus, Poëta, cuius carminibus Tiberium principem delectatum fuisse Tranquillus scribit. Eius autem opera Suidas commemorat Metaphrasim Georgicorum Virgilij, Alexandriada, Poema videlicet de rebus gestis Alexandri Magni.

Arianis, ἀριανίς, herba ignei coloris, cuius tactu Magi tradunt ligna oleo peruncta accendi. Nascitur apud Arianos: quæ est Scythica gens. Gedrosis finitima, à quibus & nomen accepit: de hac Plinius *lib*.24. *cap*.18.

Ariarathes, Ἀριαράθης, Cappadociæ rex fuit, à populo Romano in societatem acceptus. Fuit hic Antiochi gener, qui Ariaratheam ciuitatem condidit in finibus Capadociæ, de qua Steph.

Aricandus, fluuius est Niliadis (quæ est minoris Asiæ regiuncula, in confinio Pamphiliæ, Cariæ, & Lycaoniæ sita) qui in Lymirum amnem influit. ¶ A fluuij huius nomine vicinum oppidum Aricanda appellatur. Vtriusque meminit Plin. *lib*.5. *cap*.27.

Aricia, Ἀρικία, vrbs est in Italia, quam ædificauit Hippolytus Thesei filius, & à nomine coniugis Ariciam appellauit. Abest ab Vrbe ad decimum lapidem. Martial.

Mittit præcipuos nemoralis Aricia porros.

Lucanus,

Dictat ab excelsa nemoralis Aricia Roma.

Aricinum nemus, erat iuxta Ariciam vrbem, in quo Ægeria Nympha erat, cum qua loqui solitum ferunt Numam Romanorum regem.

Aricinus lacus, erat iuxta Ariciam vrbem, qui Speculum Dianæ vocabatur: in quo nunc quoque insulæ proceris arboribus nobiles conspiciuntur.

Aricomisci, populi in tractu Narbonensis Galliæ trans Rhodanum, inter Volcas numerati, quorum metropolis est Nemausum. Plin. *lib*.3. *c*.4. & Pomponius *lib*.2. Arecomicos vocant. Ptolemæus Arecomios. De his sic scribit Strabo *lib*.4. Vlteriores fluuij (Rhodanum intelligit) partes Volcæ, quos Aricomiscos appellant, maximum incolunt spatium, quorum portus & nauium receptaculum Narbo dicitur.

Aricto, pro minas intendere alicui ob perfidiam, vel scelus aliud.

Arida, {ἔχιον. GALL. *Buglosse sauuage, ou herbe à bere*. ITAL. *Buglossa saluatica*. HISP. *Hierua de la biuora*.} Herba est, quæ & Echium, & Alcibiadion dicitur, de qua Diosc. *lib*.4.

Ariel, {אריאל *ariel*. Ἀριήλ.} Quidam putant esse Acropolim acidolum Martis, quod illic situm est: interpretatur autem Leo Dei, Hierusalem figuraliter significans.

Aries, tis. Mas ouium, & dux gregis, qui integer est: & tenetur ad generandam sobolem. {איל *ayl*. κριός. GALL. *Mouton, belier, belin*. ITAL. *Montone*. GERM. Ein Wider. HISP. *Carnero*. ANGL. *A ramme*.} Veruex verò, cui interti, vel adempti sunt testiculi. Ab ara dictus est aries, quòd aris imponi ad sacrificia soleret. Virg. 3. *Eclog*.

Ipse aries etiam nunc vellera siccat.

¶ Arietem emittit, Κριὸν ἀφίησι. In rixæ pugnæque cupidum dicebatur. Antiquitus enim bellum suscepturi, fecialem mittebant, qui arietem adductum, in hostium fines immitteret: hoc significans pacto, ciuitatem & agros illorum hostibus compascuos fore. Autor Diogenianus. Vide Plaut. *Capt. sc*.1. *a*.4. ¶ Aries cornibus lasciuiens, κριὸς ἀσελγαίνων. Diogenianus ostendit conuenire in magnos ac lasciuos. Pruriunt cornua arietibus bene pactis. ¶ Arietis ministerium, κριοῦ διακονία. Suidas & Zenodotus sic referunt, quasi dici solitum de officio in ingratos collocato. Si quidem aries cornibus ferit pascentem. Hesychius ita refert, quasi congruat in eos, qui spe cuiusuis præmioli inseruiunt indignis. Quum pueros inuitamus ad ministerium, pollicemur aliquid, puta talos, aut nuces. ¶ A cuius similitudine bellica machina Aries appellatur. Veget. *lib*.4. *c*.14. Materia ac tabularis testudo contexitur, quæ ne flammis exuri possit, corio, siue cilicio vestitur. Intrinsecus recipit trabem, quæ si adunco præfigitur ferro, falx vocatur: ab eo quod incuruata est, vt ex muris lapides extrahat. Si verò caput ipsius ferro regitur, aries appellatur, quod instar arietini capitis heri soleret: vel quòd habet durissimam frontem, qua subruit muros: vel quòd more arietum retrocedit, vt vehementiùs feriat. Cæsar *lib*.2. *bell. Gal*. Quod ab incendio lapis, & ab ariete materia defendit. Cic. 1. *Offic*. Quamuis murum aries percusserit. Liu. 1. *ab Vrb*. Quum effractis portis, stratisve ariete muris. Plin. *lib*.7. *c*.56. Equum qui nunc Aries appellatur in muralibus machinis, Epeum ad Troiam ferunt inuenisse. Eadem & Testudo dicitur à similitudine naturæ testudinis: quia sicut illa modò reducit caput, modò profert, ita eiusmodi machina interdum reducit caput, interdum effert, vt vehementiùs feriat. ¶ Est & Aries cæleste signum, primum in Zodiaco. ¶ Aries etiam marinus piscis, siue marina bellua est: candore tantùm cornibus assimilaris. de hoc Plin. *Lib*.9. *c*.44. Grassatur (inquit) aries, vt latro: & nunc grandium nauium in salo stantium occultatus vmbra, si quem nandi voluptas inuitet, expectat: nunc elato extra aquam capite, piscantium cymbas speculatur, occultúsque adnatans mergit.

Arietarius, a, um, quod ad arietem pertinet, seu quod arietis habet similitudinem, κριώδης. Vitruuius, Constituitur autem in ea arietaria machina.

Arietinus,

Arietinus, a, um, quod est ex ariete. {ὁ ἐκ κριοῦ. GALL. De belier. ITAL. Di montone. GERM. Das von dem widder ist. HISP. De carnero. ANGL. Of or like a ramme.} Plin. Arietinum iecur ad id vtile est. Arietinum oraculum, Gell. cap. 3. lib. 3.

Arieto, as, Percutio, deiicio. {נגח nagháh מחץ machăts הפיל hippil. κερατίζω. GALL. Heurter des cornes, ietter par terre. ITAL. Percotere, cozzare. GERM. Zu boden stossen wie ein widder mit den hörnern. HISP. Dar en vayuen, ò topetar. ANGL. To sacke and cast to the ground, to strike with the hornes.} Tractum ab arietum similitudine, cuius firmissimum caput & solidissima cornua faciunt, vt magno impetu quicquid obtecerit percutiant & deiiciant. Plaut. in Truc. Quis proterue nostras ædeis arietat? Id est, vehementer pulsat, quasi in modum arietis bellici. Iocus Plautinus. Curtius lib. 9. Macedo gladium coeperat stringere, quem occupatum complexu, pedibus repentè subductis Dioxippus arietauit in terram. id est, præcipitauit. Arietat in portam, id est, ruit more arietis, bellici machinamenti. Seruius apud Virg. lib. 12. Æneid. ¶ Arietare, neutrum, pro labescere. Senec. de prouid. Quæ casus incitat, sæpe turbari & citò arietare. Idem de vita beata, Nihil praui, nihil fuorti superest, nihil in quo arietet (i. incurset) aut labet. Et Senec. cap. 11. de consol. ad Mart. & c. 1. de Tranquill.

Arij, ἄρειοι, populi sunt iuxta Indiam, Gedrosiis & Drangianis finitimi. Herod. lib. 4. Histor.

‖Arilator, melius (vt ait Scaliger ad Festum) arrilator. non enim ab ara, sed ab arra dictus. Est enim qui cunturiens data arra, postulat sibi credi. Gloss. arrilator ἐψήτης, ἀρραβὼν, προξενητής. Gloss. Isid. ariolator, cocio, μεταβολεύς.‖

Arima. ἄριμα. Locus Ciliciæ, vel Syriæ, vel in Pithecusis iuxta Tyrrhenos: vbi Typhoeum terra obrutum in fabulis est. Stephanus. Vide Inarime.

Arimanius, ἀρειμάνιος, Plutonis cognomen apud Persas. Arimanius Maximus Deus Persarum. Plaut. in Themist.

Arimaspi, ἀριμασποὶ, populi Scythiæ Europææ, versùs Aquilonis exortum, vt lib. 7. Plin. refert, qui vnicum in media fronte habent oculum, & cum gryphis auri custodibus continuè præliantur.

Arimaspus, fluuius est Scythiæ in Asia, aureis arenis abundans. Vnde Luc. lib. 3.

——— auróque libatas.
Substringens Arimaspe comas.

Ariminum, ἀρίμινον, Vulgò Arimino, ciuitas Italiæ, à flumine propinquo eiusdem nominis sic dicta. Hæc quondam Vmbrorum colonia fuit, sicut & Rauenna: verùm vtraque accepit Romanos inquilinos. Habet autem hæc ciuitas portum non ignobilem, non procul à Rubicone amne, qui olim Italiam à Gallia discernebat. Ædificata est autem anno Christi exortum ducentesimo septuagesimo, Ptolemæo Lagi filio Ægyptiis imperante, P. Sempronio & Appio Claudio Consulibus. Ad quam visendam, compositis Siciliæ rebus, Sempronius nauigauit. Eam Octauius ampliauit, & à Liburnis dirutam Diocletianus reposuit, fusisque Liburnis arcum triumphalem in ea extruxit. ¶ Est etiam ariminum vrbs Galliæ Aquitaniæ prouinciæ, quæ, teste Plinio, Armoriaca dicta fuit, vnde adhuc hodie eius pars Arminiac vulgo appellatur. Eutropius lib. 2. de bello Tarentino: Conditæ sunt à Romanis ciuitates Ariminum in Gallia, & Beneuentum in Samnio.

Arimphæi, ἀριμφαῖοι, sunt populi Asiæ Septentrionalis propè Riphæos montes. Habent pro domibus nemora, pro alimentis baccas, & tam feminæ, quàm mares comam tondent. De his Ammianus sic habet, Vbi montes Riphæi deficiunt, Arimphæi inhabitant, iusti homines, & morum placiditate cogniti.

Arimus, Rex Mysiæ, seu Mæoniæ. Autor Varro, Xanthum citans antiquum rerum scriptorem.

Arinca, Gallicum est vocabulum, quo, teste Plinio, significatur frumenti genus, quod Græci Olyram, Latini Siliginem vocant, ὄλυρα. Vide Ruellium lib. 2. cap. 21.

Arindela, ἀρίνδηλα, pars quædam, aut vicus Palæstinæ, Steph.

Arinthe, vide Arianthe.

Ariobarzanes, ἀριοβαρζάνης, Cappadocum rex fuit, populi Romani amicus, qui Pompeij partes aduersùs Cæsarem fouit.

Ariodunum, vrbs Bauariæ, vulgò Erding.

Ariolus, & Ariolor, vide Hariolus.

Ariolatio, pro diuinatione, ac vaticinio. Gell. lib. 12. c. 18. At Cornelij Sacerdotis ariolatio leuis tum quidem visa est, & vecors, sed magnæ mox admirationi fuit.

Ariomachus, fuit, teste Herod. Darij filius.

Arion, ἀρίων. Citharœdus nobilis fuit, & Poëta lyricus, ex Methymna Lesbi ciuitate ortus, qui primus dithyrambos creditur inuenisse. Hic quum ex Italia, vbi ingentem pecuniæ vim arte sua meruerat, Corinthum traiiceret, videretque à nautis, qui opibus suis inhiabant, sibi insidias strui, nonnihil spatij ab altis sibi concedi postulauit, quo veluti cygnus moriturus, suas sibi exequias caneret. Quod quum impetrasset, stans celsa in puppi, carmen orthium diis marinis cecinit, quo peracto, se in mare præcipitem dedit: statimque à delphino exceptus, ad Tænarum [illegible] promontorium est peruectus: vnde sese ad Periandrum Corinthiorum tyrannum contulit: qui quum nautis nauigium mittit, nautas comprehendit: qui quum rem vt gesta erat, confessi, grauissimo supplicio eius iussu sunt affecti. Refert historiam hanc, siue potius fabulam, Herodot. lib. 1. & Plutarch. in Symposio septem sapientum. Vide Gell. cap. 19. lib. 16. ¶ Fuit & Arion equi nomen. Propertius,

Qualis & Adrasti fuerit vocalis, Arion,
Tristis ad Archemori funera victor equus.

Ariopagus, vide Areopagus.

Arisarum, ἀρίσαρον, herba est exigua, radicem habens oliuæ magnitudine, maiore aris notis, quam Aron. A Plinio Aris appellatur.

Arisbe, ἀρίσβη, in agro Troiano ciuitas fuit, ab Achille euersa. ¶ Item alia in Lesbo insula. Vide Strab. lib. 13.

Arisbus, fluuius Thraciæ. ἄρισβος. Steph.

Arista, extremæ spicæ partes, quæ vt acus tenues è grani gluma eminent, & frumentum ab auium minorum morsu tuentur. {שבלת shibbolet. ἀθήρ, ἀνθέριξ, ἄσταχυς. GALL. La barbe de l'espi de blé, ou l'espi. ITAL. Spiga. GERM. Das spitzlin an den ähren. HIS. Raspa. ANGL. The beard of corne, the eare of corne.} Dicitur autem arista ab ariditate, quòd sit omnino arida. Cicer. in Catone, Fundit frugem spicæ ordine structam, & contra auium minorum morsus munitur vallo aristarum. Nihil est acutius arista, Seneca Epist. 85.

Vere prius flores, æstu numerabis aristas,

Ouid. Eleg. 1. lib. 4. Trist. ibidem Eleg. 6. lib. 4. ¶ Apud Poëtas quandoque accipitur pro ipso frumento. Virg. 1. Georg.

Chaoniam pingui glandem mutauit arista.

¶ Nonnunquam etiam pro ipsa æstate. Idem 1. Eclog.

Post aliquot mea regna videns, mirabor aristas.

hoc est, post aliquot æstates, siue aliquot annos. ¶ Persius pro pilis posuit, Satyr. 3.

Algor quum excussit membris timor albus aristas.

¶ Aristas odoratas, nardi spicas intelligit Stat. 5. Sylu.

——— odoratas nec Arabs decerpsit aristas.

Nam (vt inquit Plin. lib. 12. cap. 11.) nardi cacumina in aristas se spargunt.

Aristadium, Thuringiæ vrbs, vulgò Arnstatt.

Aristæus, ἀρισταῖος, filius fuit Apollinis ex Cyrene filia Penei fluuij Arcadiæ, qui deinde in Arcadia regnauit, & primus apum, olei, & mellis vsum, lactisque coagulum demonstrauit, & alia quamplurima adinuenit: vt refert Iustinus lib. 14. Primus quoque apum bubulis visceribus reparandarum rationem traditur inuenisse. Nam quum Eurydicæ Orphei vxori amore eius captus, vim inferre conaretur, illa per auia fugiens, morsu serpentis est occisa: in cuius vltionem Nymphæ omnes apes perdiderunt. Quapropter matris auxilium implorauit, quæ illum ad Protea consulendum perduxit: à quo infortunij causam edoctus, Eurydicem sacrificiis placare iussus est: quod quum faceret, taurósque quattuor & totidem iuuencas immolaret, ingens apum multitudo è bobus erupit, atque hoc pacto apes suas recuperauit, vt satis copiosè tradit Virgilius ferè in fine lib. 4. Georg. ibi,

Pastor Aristæus fugiens Peneia Tempe, &c.

Aristagoras, ἀρισταγόρας, fuit præfectus exercitus Darij contra Græcos, teste Herod. lib. 5.

Aristarchus, ἀρίσταρχος, nomen Grammatici, qui tantum sibi in Homeri poëmate permisit, vt versus quos vellet velut suppositicios partus, ab Homeri familia submoueret. Vnde etiam hodie Aristarchos vocamus alienorum scriptorum censores. Alius fuit Tegeates, poëta Tragicus, cuius meminit Horat. Fiet Aristarchus. ¶ Fuit item alius Mathematicus.

Aristeas, ἀριστέας, patria Proconnesius, nobilis poëta fuit, qui Crœsi & Cyri temporibus claruit. Scripsit Theogoniam, & tres libros eorum carminum, quæ Arimaspea dicuntur. Suidas.

‖Arister, placentæ genus. Stuch.

Aristeri, sinistri, ita dicti Sabbatiani, quòd sinistram abhorrerent, eáque nihil caperent. Lex. gr. b.‖

Aristides, ἀριστείδης, cognomento δίκαιος, id est, iustus, Athenis à Themistocle in administranda Republ. dissensit, quum esset diuersis moribus: Catoni alter, Cæsari Themistocles comparandus. Autor Plutarchus. Hic tanta fuit rei familiaris tenuitate, vt quoties Imperator designaretur, necesse esset aliquid ei pecuniæ in crepidas, & pallium decernere. In senatum quandoque vocatus, ea excusatione vsus est, quòd pallium lauisset, nec aliud haberet, quo indueretur. Eo mortuo, in ædibus eius nihil præter veru ferreum inuentum est. Ciuitas tamen beneficiorum eius non immemor, filias eius ex publico egregiè dotauit. ¶ Fuit etiam hoc nomine Sophista quidam, ex Adrianis Mysiæ, siue Bithyniæ vrbe ortus, qui quum Smyrnæ profiteretur, aduenienti forte M. Antonio principi vnus omnium non processit obuiam, eóque modo in cognitionem & amicitiam venit Imperatoris. ¶ Aristides item Thebanus pictor fuit, Apellis tempore. Is omnium primus animum pinxit, & sensus expressit omnes, quos Græci vocant ἤθη, durior aliquantulum in coloribus. Huius pictura illa præcipuè laudatur: infans adrepens ad mammam matris ex vulnere morientis, ac manu prohibentis. Sentire mater & timere videtur, ne è mortuo lacte sanguinem infans lambat, quam tabulam Alexander transtulit Pellam. Ex Plin. lib. 35. cap. 10.

Aristippus, ἀρίστιππος, nomen Philosophi Cyrenaici. Hic dicere solebat, quòd lautior victus nulli erat impedimento ad bene viuendum. Socratis etiam auditor fuit, primúsque Socraticorum mercede philosophatus est. Habuit ingenium ad omnia pro tempore, loco & persona simulanda omninò promptum, & ob hoc Dionysio præter omnes erat charus. Et vt præsentibus voluptatibus libenter fruebatur, ita & absentes facilè contemnebat. Hic quum è patria in Græciam philosophandi causa proficisceretur, iussit seruos aurum proiicere, vt expeditiores ad iter capessendum essent. Voluptatem, bonorum, dolorem, malorum finem constituit: cæteras serenitas excludit, illud solùm vtile putans, vt quæras, si quid domi mali, aut boni tibi contigit. Summum bonum posuit in leui motu ad sensum emanante, id est, in voluptate corporis sensus titillante. Qui ab eo fluxerunt, & in dogmate permanserunt, ab hominis patria Cyrenaici sunt appellati. Tradunt Platonem dixisse, soli Aristippo & chlamydem & pannum ferre datum est. Horat. Omnis Aristippum decuit status & color & res. ¶ Fuit & alter Aristippus, huius nepos ex filia, Metrodidactus dictus, quasi à matre doctus. Hic in nauigio à tempestate deprehensus timuit, & expalluit. Et interrogatus à quodam, quare philosophus timeret, quum ipse contrà nihil metueret: festiuiter respondit, Non eandem sibi & illi causam esse: quoniam is non esset magnopere solicitus pro anima nequissimi nebulonis, sese autem pro Aristippi anima timere.

Aristo, ἀρίστων, Philosophus cognomento Scepticus, quod Latinè quæstor & considerator dicitur. Semper enim in quærendo considerandóque fuit. Hic natione Chius, & Zenonis fuit auditor. Apud hunc omnia indifferentia, vt etiam inter optimè valere, & grauissimè ægrotare, nihil interesse diceret: quare etiam tanquam naturam ipsam excludens, ab omnibus fuit reiectus.

Aristobulus, ἀριστόβουλος, Iudæus ex Paneade, Agathobuli Hebræi discipulus,

pulos, vnus fuit ex illis LXXII. interpretibus, qui missi fuere ad Ptolemæum, tunc Iudææ dominum, vti sacros libros in Græcum sermonem converterent. Qui multa ex præceptis Moseos proponenti regi, percontantique, sapienter respondit. Hic commentarios etiam in legem Hebræorum edidit. Autor Eusebius. ¶ Aristobulus alter historicus item Iudæus, qui res gestas Alexandri Magni conscripsit, comesque peregrinationis fuit. Volaterranus.

Aristocles, ἀριστοκλῆς, Philosophus fuit Messanensis, Peripateticus, scripsit de philosophia libros decem: Vter esset studio & doctrina prior, Homerusne an Plato? in quibus Philosophorum omnium catalogum contexit, opinionesque recenset. ¶ Fuit item Aristocles Lampsacenus philosophus. ¶ Item alius Magatensis sophista, sub Traiano & Adriano, scripsit de Rhetorica epistolas, & declamationes ad Imperatorem. Suidas. ¶ Nomen item fuit avi paterni Platonis, qui & ipse Aristocles vocabatur: postea Plato ab humerorum latitudine dictus. Vide Laertium.

Aristoclides, ἀριστοκλείδης, Orchomeni tyrannus, qui Stymphaliden virginem adamauit. Vide in dictione *Stymphalus*.

Aristocrates, ἀριστοκράτης, cuius quidam Rhodius fuit, qui quòd plurimum dignitatis, strenuitatisque præ se ferret, ciuium omnium consensu belli dux delectus est: in quo spem suorum egregie fefellit: vtpote qui in rebus gerendis, tanquam adulterinus nummus in igne, degener plane apparuerit, & omnino alius, quam prima fronte promiserat. Ex Suida.

Aristocratia, ἀριστοκρατία. Optimatum principatus, vbi optimates Remp. tractant: quasi ἡ τῶν ἀρίστων κράτησις, qualis etiam hodie est apud Venetos.

Aristodemus, ἀριστόδημος, Nobilis Grammaticus fuit Pompeij liberorum præceptor: manè Rhetoricam, meridie Grammaticam docebat. Strabo.

Aristogenes, ἀριστογένης, Medici Thesei nomen, qui varios de re medica libros conscripsit ad Antigonum Macedoniæ regem. ¶ Aristogenes alter Gnidius, item medicus, seruus Chrysippi, famam adeptus est ex curatione Antigoni Gonatæ. Autor vtriusque Suidas.

Aristogiton, ἀριστογείτων, nomen ciuis cuiusdam Atheniensis, qui adiutus ab Harmodio Pisistratum tyrannum interemit: vnde vtrique ab Atheniensibus in foro positæ sunt statuæ. Vide Herod. ¶ Fuit etiam hoc nomine Orator Atheniensis, qui canis dictus est, quòd optimo cuique allatraret. Scripsit enim inuectiuas aduersus Timotheum, Timarchum, aliosque complures. Vide Suidam.

Aristolaus, ἀριστόλαος, pictor Pausiæ discipulus, è seuerissimis pictoribus fuit. Eius opera nonnulla commemorat Plin. *lib.* 35. *c.* 11.

Aristolochia, ἀριστολοχία. GALL. *Aristolochie ou sarrasine*. ITAL. & HISP. *Aristologia*. GERM. Rondt osterlucen oder holtzwurtz. Herba est etiam hodie nomen seruans: cuius duæ sunt species, alia longa, alia rotunda. Aurium sordes emundat, & cum melle mista, si in aures instillata fuerit, auditum iuuat.

Aristolochia cretica, tertium eius genus, radice longissima, flore purpureo, colore buxeo, bacculas ferens vt capparis.

Aristomache, ἀριστομάχη, nomen sororis Dionysij tyranni, & vxoris Dionis. Vide Plutarchum *in vita Dionis*.

Aristomachus, ἀριστόμαχος, Solensis quidam fuit, qui tanto apum amore flagrauit, vt annis duodeseptuaginta nihil aliud egerit. Qui etiam librum de earum cura, & ratione mellificij edidit. ¶ Fuit & alter Aristomachus, qui de arte vini apparandi volumen conscripsit. Vtriusque meminit Plin. illius quidem *lib.* 11. *c.* 9. huius verò *lib.* 14. *c.* 19.

Aristomenes, ἀριστομένης, nomen Messenij viri, qui iustissimus fuit, vt scribit Hieron. Hic Lacedæmoniis quodam tempore nocturna sacra celebrantibus, quæ vocabantur Hyacinthia, rapuit de choris ludentium virgines duodecim, & tota nocte gradu concitato fugiens, excessit de finibus Spartanorum: quumque eas comites eius vellent violare, monuit quantum potuit, ne hoc facerent: & ad extremum quosdam non parentes interfecit, cæteris metu coërcitis. Redemptæ postea à cognatis puellæ, quum Aristomenem viderent cædis reum fieri, tamdiu ad patriam non sunt reuersæ, quandiu iudicum adolutæ genibus, defensorem pudicitiæ suæ cernerent absolutum. Hic dux tanta calliditate fuisse fertur, vt sæpe etiam Lacedæmonios deciperet: quorum sæpe vrbem ingressus est, & aliquando captus, atque in vincula coniectus calliditate sua aufugit: quòd quum semel atque iterum & tertiò fecisset, tandem occisus est à Lacedæmoniis, & exsecto corpore inuentum est cor eius pilosum fuisse. De Aristomenis virtute incredibilia Plutarch. *in Rom*.

Ariston, is, ἀρίστων, sculptor, cuius meminit Plin. *lib.* 34. *c.* 8. ¶ Et Iurisconsultus quidam doctissimus apud Gell. *lib.* 11. *cap.* 18.

Aristonicus, ἀριστόνικος, Eunuchus fuit, summus alioqui belli dux, cuius fidelis opera Ptolemæo plurimum in bello profuit. ¶ Fuit etiam hoc nomine Grammaticus, qui in Hesiodi Theogoniam commentarios conscripsit. Vtriusque meminit Suidas.

Aristonides, ἀριστονίδης, statuarij insignis nomen, qui quum Athamantis furorem, Learcho filio præcipitato residentem, eiusque pœnitentiam vellet exprimere, ferrum, & æs miscuit, vt ferri rubigine per nitorem æris relucente, exprimeretur verecundiæ rubor. Plinius *lib.* 34. *cap.* 14.

Aristonymus, ἀριστώνυμος, insignis comœdiarum scriptor fuit, qui Ptolemæi Philadelphi temporibus floruit, cuius etiam bibliothecæ fuit præfectus. Suid.

Aristopatra, ἀριστοπάτρα, mater Crateri cuiusdam, qui sub Alexandro militauit, vt autor est Strabo.

Aristophanes, ἀριστοφάνης, Poeta comicus ex Lindo Rhodi oppido: lege verò Atheniensis, patre Philippo, maledicus, & in carpendis hominum vitiis liberrimus ac mordacissimus: inuentor tetrametri & octometri versus. Filios habuit Araroța, Philippum, Philetrum, Comicos omnes. Docuit fabulas LIV. Suidas. Hic Atticæ linguæ nobilitate adeò præpollet, vt Dionysio roganti aliquem eius sermonis eruditum, autorè hunc miserint. Socratis æmulus fuit, quem exagitat, & insectatur in Nubibus. ¶ Aristophanes alter, Byzantinus Grammaticus, Apellis filius, dux etiam exercitus, discipulus Callimachi, Zenotis & Dionysij. Autor Suidas. Aristophanis Grammatici Quint. *lib.* 1. mentionem facit.

Aristophon, ἀριστοφῶν, pictoris nomen apud Plin. *lib.* 35. *c.* 11.

Aristophontes, is, ἀριστοφόντης, quasi optimatum occisor.

Aristophorum, ἀριστοφόρον, vas quo prandium defertur: Latinè discus, ἄριστον enim prandium dicitur, φέρω, porto.

Aristor, is, pen. genitiui correpta, ἀρίστωρ, Crotopi filius fuit, & pater Argi centoculi, qui ab eo Aristorides vocatur. Ouid. *lib.* 1. *Metam.*

Donec Aristoridæ seruandam tradidit Argo.

Aristoteles, ἀριστοτέλης, nomen Stagiritæ philosophi, Peripateticorum principis. Hic habuit patrem Nicomachum medicum, matrem verò Phæstiaden. Fuit paruus, gibbosus, & deformis, balbutiens, sed diues, vt qui socius, præceptor, & secretarius Alexandri esset. Septendecim annos natus, Athenas profectus est, vbi viginti annis Platonis se auditorem præbuit. Deinde à Philippo in Macedoniam euocatus, decem annis Alexandrum instituit: cui quàm fuerit charus, vel illud vnum abundè magno est argumento, quòd Stagiram patriam eius, quam diruerat, in gratiam eius instaurauerit. Alexandro deinde in Asiam profecto, Athenas rediit, & in Lycæo tredecim annis philosophiam professus est. Postea accusatus, quòd de diis non rectè sentiret, cedens inuidiæ, abiit in Chalcidem, ibique reliquum vitæ transegit. Excessit ætatis anno LXIII. sub idem fere tempus, quo & Demosthenes extremum vitæ diem clausit. De hoc Quint. Quid Aristotelem? quem dubito scientia rerum, an scriptorum copia, an eloquendi suauitate, an inuentionum acumine, an varietate operum clariorem putem. ¶ Hinc hunc adiectiua, Aristoteleus, & Aristotelicus.

Aristoxenus, ἀριστόξενος, Tarentinus, Mantineæ tamen agens, philosophus & medicus nobilissimus, audiuit patrem & Lamprum philosophum Erythræum, dein Zenophilum Pythagoreum, postremo Aristotelem, cui morienti conuitium dixit, quòd Theophrastum sibi in scholæ successione præponeret. Scripsit omnis generis libros, musicos præsertim. Suidas. Hic animam dixit harmoniam esse, vt tradit Cic. *Tusc.* ¶ Aristoxenus alter Cyrenæus, qui adeò delicatus fuisse dicitur in hortorum cura, vt vesperi lactucas mulso irrigaret, vt luxuriosiùs succrescerent, & saporis essent præstantioris. Autor Suidas.

Arithmetica, ἀριθμητική, numerorum scientia, quæ tractat de numeris & supputandi ratione. Hæc inter disciplinas Mathematicas prima esse dicitur, quoniam ipsa nulla alia indiget disciplina: Musica autem, & Geometria & Astronomia istius auxilio egent. Plin. *lib.* 35. *cap.* 10. Sed primus in pictura omnibus literis eruditus, præcipuè Arithmetice & Geometrice. Dicta Arithmetica, ἀπὸ τοῦ ἀριθμεῖν, hoc est, à numerando.

[Arithmus, numerus, arithmorum liber, Numerorum in V. T. Tertull.]

Aritudo, vide *Areo*.

Arius, ἄρειος, fluuius qui Ariam regionem irrigat, quæ est inter Parthos & Indos: à quo Arij populi, de hoc Plin. *lib.* 6. *cap.* 23.

ARMA, ab armis dicuntur, id est, humeris, à quibus dependent, vt inquit Festus: vt scutum, gladius, tela, & ea quibus præliamur. כלים *chelim*. ὅπλα. GALL. *Armes, armures, harnois*. ITAL. *Arme & armi*. GERM. Waffen, Gewere vnd harnisch. HISP. *Las armas para armar*. ANGL. *Armour, harnes, weapons, all maner of instrumentes and tooles*. Seruius docet Arma esse, quæ armos tegunt. Varro ab arcendo Arma dicta existimat, quòd his arceamus hosteis: vt fustes, lapides, & huiusmodi. Quidam à verbo Græco deriuant, ἁρμόζειν, id est, conuenire. Inutilia sunt enim arma, nisi ita quadrent corpori, vt neque ampliora sint, neque angustiora: vt neque corpus lædatur angustia, neque amplitudine impediatur. Sed re vera non solùm hoc nomine bellica, sed etiam omnium ferè artium instrumenta intelliguntur. Vnde rusticorum arma vocamus, rastra, ligones, & huiusmodi. Virg. 1. *Georg.* 1.

Dicendum & quæ sint duris agrestibus arma.

Pauper natus in armis,

Tibul. *lib.* 4.

Nulla tibi aduersis regio sese offeret armis,

Ibidem.

Corpus Achillis & simul arma ferre labore,

Ouid. 3. *Metam.*

Cur non arma capis,

ibid.

——*eadem nobis ruratus in arma*, ibid.

Se arma tulisse, &c. *ibid.* Arma neganda mihi. *ibid.* Hastis, pila, disco, cursu, armis, equo (exerceo.) Plaut. *Most. sc.* 2. *a.* 1. Summissis armis cessere victoriam Vell.

Induet infelix arma coacta dolor,

Ouid. *Eleg.* 9. *lib.* 4. *Trist.*

Miles ut emeritis non est satis vtilis armis (i. stipendiis.)

Ponit ad antiquos, quæ tulit arma lares,

Ouid. *Eleg.* 8. *lib.* 4. *Trist.*

Lusus equis nunc est, leuibus nunc luditur armis,

idem *Eleg.* 12. *lib.* 4. *Trist.* Arma submittunt victi gladiatores. Senec. *Epist.* 37.

Aduersúsque minas frigoris arma parat,

Ouid. 4. *Fast.* Arma rhetoricarum disciplinarum. Gell. *cap.* *lib.* 7.

Venerat hæc iuuenis tua cum pia sustulit arma.

Ouid. 5. *Fast.* Non contraria dicor arma secutus, idem *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* Cum armis aureis. Plaut. *Merc. sc.* 1. *a.* 1.

Si hic nunc patitur nunc timet arma locus,

Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 3. *Trist.* Arma aduocate. Quintil.

Contulit in Tyrios arma virúmque toros,

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Nec nisi lusurâ mouimus arma manu,

idem *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist.*

Aiax armis, non Aiaci arma petuntur.

Idem 13. *Metam.* Proposita arma petunt. *ibid.*

Arma peto, vino dederam, post fata reposco,

ibidem.

Fortisque viri tulit arma disertus,

ibidem.

Conclamatur ad arma.

Cæsar *lib.* 1. *bell. ciuil.* ¶ Arma coquinaria sunt, lebes, patella, tripos, olla. Plautus, Quàm eleganter instructum coquinariis armis. ¶ Arma scholastica, stylus, pugillares, libri. Plinius, Cuius arma erant, non venabulum, & lancea, sed stylus, & pugillares. ¶ Nautarum quoque & pistorum instrumenta arma dicuntur. Virg. *lib.* 5. *Æneid.*

Colligere arma iubet validisque incumbere remis.

& *lib.* 1.

——— *cerealiáque arma Expediunt.*

¶ Quandoque arma capiuntur pro bello, sicut toga pro pace: vt, Cedant arma togæ. ¶ Fraudes quoque & consilia, Arma dicuntur. Virg. 2. *Æneid.*

——— *& quærere conscius arma.*

¶ Omnibus armis præsidiisque destitutus prouerbialiter dicitur, qui prorsus omni caret auxilio, quod & indicabimus hoc versu, qui est Iliad. φ,

Γυμνὸν ἄτερ κόρυθός τε καὶ ἀσπίδος, οὐδ' ἔχεν ἔγχος,

Id est, Et clypeo simul si galea nudatus & hasta. ¶ Bis interimitur qui suis armis perit. Mimus est prouerbialis, incertum cuius, Senecæ titulo celebratur, sed falsò, hoc est, magis dolent incommoda quibus ipsi dedimus occasionem.

[Armadon, vehiculum. Cyrill.

Armamaza, vehiculi genus. Tertull.

Armasia, coniungium. Gl. gr. b.]

Armātūra, armandi genus & forma. {נשק *néschék.* ὁπλισμὸς, ὅπλα, πανοπλία, ὁπλίσις. GALL. *Armure.* ITAL. *Armatura.* GERM. Rüstung/ waffen. HISP. *Armadura.* ANGL. *Armour, or arming weaponing.*} Cic. *Attic. lib.* 6. Habet autem cohortes quadragentarias, nostra armatura, id est, similibus, quibus non armati, armis. Veget. *lib.* 3. *cap.* 14. Tertius ordo disponitur de armaturis velocissimis, de sagittariis iuuenibus. Leuis armatura. Cic. γυμνῆτες. Thuc.

[Armentum, id genus pecoris, quod est idoneum ad genus armorum. ita Fest.]

Armĭfer, a, um, adiectiuum, Arma ferens, ὁπλοφόρος. Silius *lib.* 6. Queis cedat toga, & armiferi gens sacra Quirini. ¶ Armifera dea, periphrasis Mineruæ, Ouid. *ad Liuiam.* ¶ Armiferum aurum. Senec. *in Medea.*

Armĭgĕr, Substantiuum, qui lanceam, scutum, galeámque ferens, armatum equitem in prælio sequitur. {נשא כלים *nosé chelim.* ὁπλοφόρος, ὀπλίτης. GALL. *Celuy qui porte les armes apres son maistre.* ITAL. *Seruitore di lancia, scudiero.* GERM. Ein waffenträger/ ein troßbub. HISP. *Seruidor que trae armas, ò escudo.* ANGL. *That beareth armour, or weapons, an esquier for the bodie of his maister.*} Et planè apud antiquos Armigeri fuerunt summi viri, vt Patroclus fuit armiger Achillis, & Achates Æneæ. Plin. *lib.* 35. Pinxit Apelles Clytum equo in bellum festinantem, & ei galeam poscenti armigerum porrigentem. Armigeri principis, Suet. *in Aug. c.* 48. Armigeræ Mineruæ. Ouid. *El. vlt. lib.* 4. ¶ Item Armiger, Adiectiuum, pro armifero: vt, Armigera cohors quæ fert arma. Silius *lib.* 10. Armiger Deus, id est, Mars, apud eundem *lib.* 7. Armiger equus, id est, indutus armis, Propert. *lib.* 5. *Eleg.* 4. Iras armigeras dixit Statius, quòd facilè nobis arma suppeditent.

———*nam*(vt inquit Virg. *lib.* 1. *Æneid.*)*furor arma ministrat.*

Armigera, æ, quæ arma gerit dominæ. Ouid. 13. *Metam.*

[Armilaus, scapulare monachorum.]

Armĭpŏtens, armis valens. {κρατερὸς αἰχμητὴς. GALL. *Puissant en armes.* ITAL. *Potente nell' armi.* GERM. Mächtig vom waffen. HISP. *Poderoso en armas.* ANGL. *Valiant or mightie in armour, or weapons.*} Vnde Pallas, siue Bellona, armipotens dicitur. Cicero, antequam iret in exilium. Nam ego te Iupiter optime maxime, cuius nutu ac ditione sola terrarum gubernantur, téque particeps connubii, socia regni, regia Iuno, téque Tritonia armipotens, Gorgonia Pallas, Minerua. Virg. 2. *Æneid.*

Peneleï dextra diuæ armipotentis ad aram Procumbit.

Armĭsŏnus, notæ significationis, vt Pallas armisona. Virg. 3. *Æneid.*

——— *tum numina sancta precamur*

Palladis armisonæ.

[Armistatio, armorum statio, obsidio. Lex. gr. b.]

ARMO, as, Armis induo, seu munio. {נשק *naschak.* ὁπλίζω. GALL. *Armer, equiper.* ITAL. *Armare.* GERM. Bewaffen/ wapnen/ waffen anthun. HISP. *Armar.* ANGL. *To harnesse, to put vpon an armour.*} Virg. 8. *Æneid.*

Tunc quoque fas nobis Teucros armare fuisset.

Plan. *ad Cic.* Qui quidem quum in fraudem se deductum videret, manus quas istiùs in Lepidi perniciem armasset, sibi afferre conatus est. Liu. *lib.* 2. *bell. Pun.* Itaque & muri reficiebantur, & propugnaculis armabantur. Armare naues, Cæsar sæpiùs *lib.* 1. *de bell. ciu.*

——— *Doceo quo simus alendi*

Armandique modo,

Ouid. 13. *Met.* Armare ferrum veneno, pro eo quod est veneno ferrum tingere, vt præsentiùs vulneret. Virg. 6. *Æneid.* Composita sunt, Dearmo, Exarmo, Obarmo, Perarmo, quorum significata vide suis locis.

Armāti, dicuntur non solùm, qui scutis telisque parati sunt, sed etiam qui glebis, aut saxis, aut fustibus instructi. {נשק *naschék.* ὡπλισμένοι. GALL. *Armez.* ITAL. *Armati.* GERM. Bewaffnete/ die waffen antragen. HISP. *Armades.* ANGL. *Furnished with armour or weapons, weaponed armed.*} Cic. *pro Cecin.* Armatos, si Latinè loqui volumus, quos appellare verè possumus? opinor eos qui scutis telisque parati ornatique sunt. Idem *pro domo sua,* Incredibili armatus audacia. Idem 1. *Philipp.* Quid legati egerint nondum scimus: at verò erecti, citati, armati animis esse debemus. ¶ Armatos Virgilius substantiuè dixisse videtur pro Militibus, Arduus armatos mediis in mœnibus adstans Fundit equus.

Armatissĭmus, Superlatiuus. Senec. *lib.* 5. *de benef. c.* 5. Tamen tam par tibi sum, quàm multis armatissimis nudi, aut leuiter armati.

Armātor, ὁπλιστὴς, & Armatrix, verbalia sunt ab Armo, as.

Armātus, huius armatus, idem quod armatura. ὅπλισις. ANGL. *Armour, harnesse.*} Liu. 7. *bell. Maced.* Inde Neocretes mille, & eodem armatu Cares & Cilices mille & quingenti. hoc est, paribus & similibus armis induti.

Armāmenta, omnis generis instrumenta, vt nauis, plaustri, belli. {זמורת *zemóth* אזנים *azenim.* ἐξαρτία, σκεύη. GALL. *Vtensiles & instrumens seruans à quelque chose que ce soit.* ITAL. *Munitione d'armi & cose simili.* GERM. Allerlei rüstzeug/ oder werckzeug. HISP. *Ayuntamiento de armas.* ANGL. *All kind of instrumentes.*} Col. *lib.* 4. Nonnulli strenuè fabricant nauigia, nec consummata perinde instruunt armamentis, ministrisque. Dicuntur etiam de aliis rebus. Nam Plin. etiam vinitorum instrumenta, armamenta vocat. Armamentis fusis. Suet. *Aug. cap.* 17. Aptare armamenta & vela. Quintil.

Armāmentarium, Naualia, loci vbi armamenta, armaque seruantur. {ὁπλοθήκη, σκευοθήκη. GALL. *Lieux où on serre toutes sortes d'vtensiles.* ITAL. *Luogo da riporre le arme, luogo da munitione, arcenale.* GERM. Ein zeughauß/ ein orth da man allerley rüstung zu dem krieg behalt/ harnischkammer. HISP. *Almazen para guardar armas, caza de armas.* ANGL. *Armouries or storehouses for ordinance, or ships.*} Armamentum insigne Athenis Philon fabricauit, mille (teste Plin.) capax nauium, in iis artifices inclusos solitos fabricari ostendit. Liu. *lib.* 9. *bel. Pun.* Idem *de bel. Maced.* Conflagrarunt & horrea regia, armamentarium cum ingenti apparatu machinarum & tormentorum. Cic. *pro Rab.* Ex ædificiis armamentariisque publicis arma populo Rom. distributa sunt. Visitur etiam hodiè amplissimum armamentarium Venetiis, quod illi sua lingua *Arcenale* vocant.

Armārium, ij, ab armis. Locus vbi cibaria, libri, vestes, & similia reconduntur. {אוצר *otsár.* ἄρμαξ. GALL. *Armoirie.* ITAL. *Armario.* GERM. Ein ort da man allerley ding hin behalt/ ein kensterlin. HISP. *Armario para guardar cosas.* ANGL. *A store house, or where any thing is layed vp to be kepped.*} Plaut. *in Capt. sc.* 3. *a.* 4. Cellas refert omneis intus, reclusítque armarium. Vxori ex armario surripuisse spinter. Plaut. *sc.* 1. *a.* 3. Et ab iis in armario muricibus præfixo destitutos necari. Gell. *cap.* 4. *lib.* 6. ¶ Armarium, item machina ferro munita. Gel. *lib.* 6. *c.* 4. Idque vbi Romæ cognitum est, nobilissimos Pœnorum captiuos liberis Reguli à Senatu deditos, & ab iis in armario muricibus præfixo destitutos, eadémque insomnia cruciatos interiisse. ¶ Huius diminutiuum est Armariolum, ἀρμάριον, paruum armarium. Plaut. *in Truculent.* Aut lectus dapsilis, aut armariola Græca.

Armenia, Regio Asiæ inter Taurum & Caucasum montes sita, & à Cappadocia ad Caspium vsque mare protensa: ab Armeno quodam Rhodio, (vt ex Antipatri sententia tradit Stephanus) ita appellata. {אררט *ararat.* Ἀρμενία. GERM. Armenier landt.} Et, vt Plin. *lib.* 6. autor est, duplex est: maior scilicet, & minor. Maior post Mediam ad Occidentem occurrit. Ea (vt ait Ptolemæus) à Septentrione Colchidem habet, Iberiam, & Albaniam: ab Occasu magnum Euphratis cursum, qui Cappadociam minorem, Armeniam, & Syriam Comagenem relinquit à dextris: ab Oriente partem Hyrcani maris ac Mediam, qua montes Caspij assurgunt: à Meridie Mesopotamiam atque Assyriam. Montes in Armenia sunt Moschici, qui supra partem Ponti ad Cappadociam se efferunt: Pariedrus, in quo fontes habent Euphrates, & Araxes fluuij: Antitaurus, qui ab Euphrate scissus & Mediam percurrens, postremò Abus appellatur: Gordiæus, ex quo Tigris oritur: Taurus, ac Niphates, qui Mesopotamiam atque Assyriam ab Armeniis disterminant: Caspij, qui vergunt ad Medos: & Caucasij, qui Septentrionalia, Iberiam versus, Albaniámque concludunt. Flumina sex, Cyrus, qui monte ortus Caucaso, à sinistris Iberiam, Albaniámque demittens, Armeniam à dextris, in Hyrcanum defertur pelagus: Araxes, Phasis, Lycus, Tigris, Euphratésque. In Armenia pretiosum inter reliqua aromata nascitur amomum. ¶ Armeniam Hebræi Ararath vocant. In ea ciuitas insignis Artaxata.

Armĕnĭus, a, um, adiectiuum, quod est ex Armenia. Hor. 1. *Epod.*

Cantaber Agrippæ, Claudi virtute Neronis

Armenius cecidit.

Virg. 5. *Eclog.*

——— *Armenias curru subiungere tigres.*

Armĕnĭăcus, a, um: vt, Mala Armeniaca, {μῆλα ἀρμενιακὰ. GALL. *Abricots.*} Poma sunt medium quendam locum obtinentia inter persica & pruna. Sunt enim minora persicis, sed citiùs maturescunt. Ossibus ad prunum, carne ad persicum quàm proximè accedunt. Dioscorides alio nomine Præcocia vocari testatur. Galen. verò *lib. de alim. facul.* & *lib.* 7. *simpl. medic.* Armeniaca discernit à præcocibus: hæcque illis multò præstantiora esse testatur. Illud tamen fatetur, vetus Armeniacorum nomen sua etiam ætate in vsu esse desiisse, & vtranque speciem nullo discrimine præcocium nomine appellari cœpisse.

ARMENTVM, inquit Festus, id genus pecoris dicitur, quod est idoneum ad opus armorum: vt sunt equi & boues. {בקר *bakár.* ἀγέλη. GALL. *Haras, troupeau de gros bestail.* ITAL. *Armento.* GERM. Ein herd groß viehs/ als ochsen vnd roß. HISP. *Ganado mayor, como buey, ò cauallo.* ANGL. *A heard of bigge cattel, as of horses, oxen, &c.*} Nam equis in bellum curritur, clypei verò boum coriis armantur. Varro autem boues, Armenta vocari voluit, quasi Aramenta, tertia litera sublata, quòd eorum præcipuè opera in arandis agris vtamur. Vnde Col. *lib.* 7. Iumenta & armenta nomen à re traxère, quod nostrum laborem, vel onera subuectando, vel arando, iuuarent. Propriè itaque armenta boues dicuntur & equi: quanuis etiam alia maiora animalia eo nomine dici possint: quamuis sint ad arandum, aut ad gestanda arma inutilia. Nam cerui, qui ad hoc non sunt idonei, inter armenta computantur à Virg. *lib.* 1. quum ait,

———*Hos tota armenta sequuntur.*

De hoc vide plura in dictione Grex. ¶ Dixerunt etiam antiqui, armenta, æ, in fœminino, vt annotauit Nonius ex Ennio & Pacuuio. Ennius,

——— *ad armentas ipsius eusdem.*

Pacuuius, Tu cuiui frontes pascere armenta soles. Ita enim scitè correxit hanc Nonij locum Scaliger.

Armentālis, e, quod est ex armento, ἀγελαῖος. Virg. 11. *Æneid.*

Hic natam in dumis intérque horrentia lustra,

Armentalis equæ mammis, & lacte ferino

Nutribat teneris immulgens vbera labris.

Armentārius, ij, Armenti custos. {בקר *bokér.* ἀγελάρχης. GALL. *Gardeur de gros bestail, comme vacher, bouuier.* ITAL. *Custode de l'armento.* GERM. Ein viehhirt/ ein ochsenhirt/ roßhirt. HISP. *Guardadero de ganado mayor.* ANGL. *A heardman.*} Virg. *lib.* 3. *Georg.*

Omnia secum Armentarius Afer agit, tectúmque laremque.

Lucret. *lib.* 6.

Præterea iam pastor, & armentarius omnis.

Armentosus, Armentis abundans. {מקנה *mikne rab*} GERM. *Pleia vo abondance en gros bestail.* ITAL. *Ricco, ò abondante di bestiami.* GALL. Viehreych. HISP. *Lleno de ganado mayor.* ANGL. *Richer or abunding with bigge cattel.* } Gell. *lib.* 11. *c.* 1. Quòd Italia tunc esset armentosissima.

Armentinus, a, um, quod est ex armento. {ἀγελαῖος.} GALL. *Du troupeau de gros bestail.* ITAL. *Cosa di armento.* GERM. *Das von dem grossen vich ist.* HISP. *Cosa de apriz ganado.* ANGL. *Of a heard of bigge cattel.* } Plin. *lib.* 28. *c.* 17. Fimi ceruum, maximè fabulosis, sed & bubuli: de armentinis loquor, &c.

Armentitius, a, um, Armentinus. Varro *lib.* 1 *de re rust. c.* 10. In alimoniis armentitium pecus sic continendum.

Armillæ, arum {צמידים *tsamidim* אצעדה *etsadah.* GALL. *Brasselets.* ITAL. *Maniglie ornamenti militari, come bracci aletti d'oro & simili.* GERM. *Armband.* HISP. *Manillas à manyas del escudo ò braço.* ANGL. *Bracelettes.*} Sunt ornamenta in circulorum modum, quæ viri militares ab Imperatoribus donata, in sinistris brachiis gerere consueuerunt. Hæc Priscianus brachialia vocat: quemadmodum Græci βραχιονιστῆρας. Dicuntur autem Armillæ ab armis, quòd antiqui humeros cum brachiis armos vocabant: vnde arma ab his dependentia armillæ sunt vocata. Liu. *lib.* 1. Additur fabulæ, quòd Sabini aureas armillas magni ponderis brachio læuo gemmatósque magna specie annulos habuerunt. Armillæ brachio gestabantur. Suetonius *in Ner. cap.* 6. Armillis donari. Gell. *c.* 11. *lib.* 1. Vbi sunt armillæ, quas vna dedi cum spintere. Plaut. *Men. sc.* 3. *a.* 3. Quod Galli vulgò *Bisson*, Budæus Armillam vocat: vnde Armillari custores, quas postea dicimus, videlicet quia id insigne gerunt, quod potest armilla, aut spinter dici.

Armillatus, dicitur qui armillas habet. {ψελιοφόρος. ANGL. *Which weareth braceletes.*} Propert. Atque armillatos colla Molossa canes. Armillatus. Suet. *in Calig. c.* 52. *&* *Nero. c.* 30. ¶ Fuit & Armillatus nomen viri, qui sub Nerone & Domitiano vixit.

Armill., neutri generis, instrumentum, & apparatus versutiarum ab armis, pro dolis & fraudibus. Apuleius *lib.* 6. Ad armille redit.

Armillum, vas vinarium in sacris, ita dictum, quòd ab armo, id est, humero deportaretur, Varro *de vita pop. Rom. lib.* 1. Etiam nunc pocula, quæ vocant Capulas, & Capides, quod est poculi genus: item armillum, quod est vrceoli genus vinarij.

[Armilustrium, festum erat apud Romanos, quo res diuinas armati faciebant, & dum sacrificarent, tubis canebant. Fest. Gloss. v. armilustrium ὁπλοκαθάρσιον.

Armitia, ὦμος. Gloss. v. an armus pecudis oblatus?]

Armon, Plin. *lib.* 19. *cap.* 5. Raphani syluestris genus Pontica lingua dici ostendit, quod Latini *Armoraciam* vocant.

Armoricæ ciuitates, à Cæsare appellantur ciuitates Galliæ ad Oceanum occidentalem sitæ: quas incolebant Rhedones, Curiosolites, Osismi, Cadetes, & Vnelli. ¶ Ea esse creditur, quæ hodie, *la Duché de Bretaigne.*

Armoracea, æ, ἀρμορακία, teste Pallad. agrestis raphanus est. {ANGL. *A wilde radish.*} Plin. Armoracium vocat, sic scribens *lib.* 19. *cap.* 5. Etiamnum vnum syluestre: Græci ἄγριον vocant, Pontici Armon, alij Leucen, nostri Armoracion, fronde copiosius, quàm corpore. ¶ Est & hoc nomine fluuius, qui de montibus Arabiæ descendentes in stagnum Asphaltitem erumpit, diuidens Moabitidem & Ammonitidem, Joseph. *lib.* 4.

Armostatinna, pro πολιορκία, id est obsidione ciuitatis, dixit Mauricius *lib.* 2. *stratag. cap.* 6. *&* 10.

[Armum, raphani syluestris genus armoracia, vel armoracium idem. Plin. *lib.* 19. *cap.* 5.]

Armus, humerus. {שכם *schek.* ὦμος. GALL. *L'espaule, ou l'extremité d'icelle.* ITAL. *Homero, spalla.* GERM. *Ein schulterende des fralen.* HISP. *Espalda.* ANGL. *The soulder of a beaste of a bird, the soulder of a man.*} Virg. *lib.* 3. *Georg.*

Densa iuba & dextro iactata recumbit in armo.

Differt tamen Armus ab humero. Nam humeri propriè eorum sunt, qui recti in cælum spectant: vnde homini soli humeros esse dicimus. Virg. 4. *Æneid.*

Os humerósque deo similis.

Armi verò sunt brutorum (quamuis & de hominibus quandoque dicantur.) Horat. *Satyr.* 4.

Fœcundi leporis sapiens sectabitur armos.

[Arna, μήτηρ οἰός, ouis mater. Gloss. Arma μήτηρ secundùm Varronem. Sed suppletur ὅτι ἀρνὸς est agnus, qui annum excessit.]

Arna, ἄρνα, ciuitas Lyciæ, Xanthus postea dicta. Steph.

[Arnacides, id est, agninæ pelles: præmia ludorum quorundam Græciæ. Vide Scal. *lib.* 1. *Poetic. cap.* 27. Ἀρνακὶς est agnina pellis, vna cum lana ab ἀρνὸς agnus.

Arnyron. falsum. Gl. gr. lb.]

Arneas, vide *Ireas.*

Arnates, apud Plin. *lib.* 3. *cap.* 14. Populi sunt in sexta regione Italiæ, ab Arna Vmbrorum ciuitate dicti.

Arne, ἄρνη, ciuitas est iuxta sinum Maliacum, primùm à Bœotis inhabitata, deinde à Thessalis occupata: vt est author Thucyd. *lib.* 1. *bell. Pelopon.* ¶ Sunt & aliæ eiusdem nominis ciuitates, quæ recensentur à Stephano.

Arnoba, vt habet Plin. Abnoba, vt Ptolemæus, Arnoba, vt Cornel. Tacit. mons est ex aduerso Raurici Galliæ oppidi, ex quo Danubium oriri ferunt. Vide Plin. *lib.* 4. *cap.* 11.

Arnoglossum, {ἀρνόγλωσσον. GALL. *Plantein.* ITAL. *Plantagine.* GERM. *Schafzung, wegerich.* HISP. *Llantén.* ANGL. *An plantayne, or weybrede.*} Latinè, lingua agni, vulgò Plantago dicitur, ἀρνὸς enim Græci agnum dicunt, γλῶσσαν, linguam. Hæc alio nomine dicitur Heptapleuron, id est, habens septem costas, nam in folio eius sunt septem costæ, seu neruus instar costarum animalium. Vide Ruell. *lib.* 1. *cap.* ... *&* *lib.* 3. *cap.* 58.

Arnus, ἄρνος, vulgò *Arno.* Fluuius est Hetruriæ, Florentiam alluens, etiam hodie nomen seruans.

Aro, as, Aratio profundo. {חרש *charasch.* ἀρόω. GALL. *Arer, labourer la terre.* ITAL. *Arare.* GERM. *Das feld bawen, zu acker gehn.* HISP. *Arar y labrar la tierra.* ANGL. *To tille, to plough, to husband the ground.*} Plinius, in arando magnopere seruandum est Catonis oraculum. Quid est primum? Agrum bene colere. Quid secundum? Bene arare. Quid tertium? Stercorare. Alienum arare fundum, ἀλλοτρίαν ἀρῶν ἄρουραν, prouerbiali metaphora dictum est pro Alienum agere negotium, aut eam alienis vxoribus habere rem. Plaut. Fundum alienum arat, incultum familiarem deserit, i. alienas mulieres subagitat, vxorem suam deserit. Arare æquor, Nauigare significat apud Poetas.

Non ego latum mutandus mercibus æquor Aro.

Ouid. *Eleg.* 2. *lib.* 1. *Trist.* Virg. 4. *Æneid.* Arare littora, pro inanem operam sumere. Ouid. 5. *Epist.* 23.

Non profecturis littora bubus aras.

¶ Composita huius verbi sunt, Dearo, Exaro, Peraro, Inaro, & Subaro.

Aratio, nis, ipse arandi actus. {חרישה *charisch.* ἄροσις. GALL. *Labourage, labeur.* ITAL. *Aratione.* GERM. *Das eeren, zu acker farung.* HISP. *Aquella obra de labrar la tierra.* ANGL. *Tilling, ploughing.*} Plin. *lib.* 18. *c.* 20. Aratione per transuersum iterata, occatio sequitur. ¶ Citra arationem citraque sementem, quæ citra operam nostram casu nobis eueniunt. ἄσπαρτα καὶ ἀνήροτα contingere dicunt Græci. ¶ Nonnunquam sumitur pro ipso aruo, seu agro culto. Nam (vt rectè inquit Valla) nomina quæ positionem habent in io, latius significare solent: nec actionem modò, sed rem etiam & corpus significant. Cic. 5. *Ver.* Quum dederint Apronio quod poposcerit, relinquent arationes, relinquent larem familiarem suum. Plin. *lib.* 27. *c.* 8. Nascitur in arationibus.

Aratiuncula, æ, diminutiuum. {ἀρούριον. GALL. *Petite terre labourable, petit labourage.* ITAL. *Picciola terra da arare.* GERM. *Ein ackerbeetle.* HISP. *Pequeña terra para arar.* ANGL. *A small laboring or tilling.*} Plautus *in Truc.* Malè vortit res pecuaria mihi apud vos: nunc vicissim volo habere aratiunculam pro copia apud vos. A. Non aruus hic, qui arari soleat, sed pascuus est ager.

Arator, qui arat. {חורש *chorésch.* ἀροτήρ. GALL. *Laboureur de terre.* ITAL. *Aratore.* GERM. *Ein Ackerman.* HISP. *Gañan que ara la tierra.* ANGL. *A tiller, or plougher.*} Et sumitur tam pro boue, quàm pro homine bouem ducente. Plin. *lib.* 18. *cap.* 19. Arator nisi incuruus, præuaricatur. Quod prouerbij speciem habet, præcipit enim Plinius vt arator aruum primùm rectis sulcis proscindat, mox & obliquis subigat. Id fieri non potest, nisi toto corpore incumbat labori, vnde & Virgilio dictus est curuus arator. Cæterùm præuaricari est à recto sulco diuertere. Conueniet igitur in negotium, quod absque magnis sudoribus peragi non potest. Aratores & negotiantes opponuntur apud Suet. *in August. cap.* 42.

Arabilis, e, verbale, quod arari potest. ἀρώσιμος. Plin. *lib.* 17. *c.* 5. Contrà in Byzantio Africæ illum centena & quinquagesima fruge fertilem campus, nullis, quum siccus est, arabilem tauris.

Arastro, as, siue Artro, litera vna per syncopen ablata, quasi arando itero. {ἀναλέγω. GALL. *Labourer la terre pour la seconde fois.* ITAL. *Scuesciare.* GERM. *Widerumb eren.* HISP. *Arroyar ò tornar à arar lo sembrado.* ANGL. *To tille or plough ouer the seconnd tyme.*} Significat autem segetes iam natas rursus arando proscindere, quod impinguandi causa fit. Plin. *lib.* 18. *c.* 20. At illæ messes duplicatæ docuerunt quod nunc vocant artrare, i. aratrare, vt credo tunc dictum. Hoc fit vel incipiente calamo, quum iam his bina, vel terna emiserit folia.

Aratrum, i, instrumentum quo aratur. {כלי חבקר *cheliabbakar.* ἄροτρον. GALL. *Vne Charruë, vne araire.* ITAL. *Aratro.* GERM. *Ein pflug.* HISP. *Arado para arar.* ANGL. *A plough.*} dictum ab Aro verbo, sicut à Lauo lauacrum, & à Simulo simulacrum. Virg. 7. *Æneid.*

——*Et terram centum vertebat aratris.*

Non ergo presso tellus consurgit aratro,

Tibul. *lib.* 4. Aratrum inducere, moris fuit Romanis quum vrbem aliquam euertissent, vt eam funditus delerent. Hinc Horat. *lib.* 1.

Ira altis vrbibus vltima stetêre causa.

Cur perirent funditus, imprimerétque muris

Hostile aratrum.

Modest. *l.* 21 *quib. mod. vsusfruct. amitt.* Si vsusfructus ciuitati legetur, & aratrum in eam inducatur, ciuitas esse desinit. Ex Lexico Hotomanni.

Armalchar, alio nomine Euphrates fluuius. Plin. autor.

Aroe, ἀρόη, ciuitas Achaiæ, à cultu terræ sic dicta, aliàs Patræ. Steph.

Aroerni, ἀρόερνοι, gens bellicosa Gallorum, Steph. nimirum Auerni.

Arogylus, is fuit qui primus quadrigam in Græcia iunxit, regnante Argis Phorbante. Vide *Argilus.*

ARŌMA, ἄρωμα. Lydiæ, siue Mæoniæ oppidum est, cuius meminit Strabo *lib.* 14. & Æthiopum vrbs. Steph. & Cappadociæ, cuius meminit Capella post Plin.

Aromata, {ἀρώματα. GERM. *Gewürtz.* ANGL. *Spices, as ginger, peper, nutmegges.*} Sunt quæ vulgò *species* dicuntur, vel alia etiam odoramenta. Colum. *lib.* 12. *c.* 20. Deinde quum videbitur mediocriter calere defrutum, reliqua aromata contrita, & vibrata paulatim insperges.

Aromaticus, a, um, adiect. {ἀρωματικός. ANGL. *Which smelleth or hath the smell of spices.*} Odorem habens aromatum.

Aromatopola, {ἀρωματοπώλης. GALL. *Espicier, vendeur de drogues.* ITAL. *Aromatario, speciale.* GERM. *Ein wurtzkrämer, der gewürtz vnd specereyen verkaufft, ein pulverkrämer.* HISP. *Especiero.* ANGL. *A seller of spices, a grocier, a spicer.*} Qui aromata vendit, quem nos Aromatarium dicimus.

Aromatites, ἀρωματίτης, gemma, quæ in Arabia gignitur: ita dicta, quòd myrrhæ odorem habeat. Plin *lib.* 37. *cap.* 10. Aromatites & ipsa in Arabia traditur gigni: sed & in Ægypto circa Pisas, vbique lapidosa, & myrrhæ coloris & odoris, ob hoc reginis frequentata. ¶ Est item Aromatites, vinum aromatibus conditum. {GERM. & GALL. *Hippocras.* ANGL. *Hipperas wine.*} Plin. *lib.* 14. *cap.* 13. Lautissima erant apud priscos vina myrrhæ odore condita. Ideo quidam aromatite delectatos maximè credunt. Hoc vini genus quo pacto confici soleat, docet Dioscor. *lib.* 5.

Aron, ἄρον, herba est è bulborum genere, teste Plin. *lib.* 19. *c.* 5. scillæ proximum amplitudine, foliis lapathi, caule recto duorum cubitorum, baculi crassitudine, radice mollioris naturæ, quæ & cruda editur. Folia quoque

quoque eius in aceto decocta manduntur. Officinæ corrupto, vt solent, nomine *Iarum* appellant. Quidam ex vulg. *Pedem vituli*, alij *Serpentariam minorem* vocant.

Ἀρπαξις, vide *Magasa*.

Arpandes, fuit Ægypti pro Cambyse præfectus, qui postea à Dario interfectus est. Autor Herod. *lib*.3.

¶Arpendia, ἀπλεθρα, Gloss. id est, iugera. Arpennium quasi arripennium.¶

Arpi, vrbs Apuliæ, vt annotat Ser. *in* 7. *Æneid*. primò Argi, pòst Argyrippa, deinde Arpi dicta est. Vide *Argyrippa*.

Arpi, vrbs est Apuliæ, à Diomede condita, quam priùs Argyroliphum, vel, vt alij volunt, Argos Hippium vocauit, deinde Argyrippa dicta est. Virg. alterum p, elidit, quum inquit *lib*.11.

Ille vrbem Argyripam patriæ cognomine gentis, &c.

Arpina, ἀρπινα, ciuitas Elidis, ab Arpina Asopi filia. Steph. Vide *Olympia*.

Arpina, Asopi filia ex Marte OEnomaum peperit, Steph.

Arpīnum, ἀρπινον, Ciuitas inter Foram & Aquinum, porrecta in monte, ex qua orti fuêre M. Cicero, Plautus Comicus, & C. Marius, qui septies Consul fuit. Vnde Arpinas, atis, quod modò substantiuum est, significans eum qui Arpini natus est. Modò adiectiuum, ea denotans, quæ ad id oppidum aliquo modo pertineant. Cic. *pro Lege Agraria*, Meus paternus auitúsque fundus Arpinas. Idem ad Attic. *lib*.16. In quo flexus est ad iter Arpinas.

Arquātus, a, um, siue Arcuatus, adiectiuum ab Arcus, dicitur quicquid arcus figuram vllo modo imitatur. {ἀψιδωτός. Gall. *Courbé en forme d'arc, vouté*. Ital. *Inarcato*. Germ. Gebogen/ gekrümmet. Hisp. *Arcado, corcobado*. Angl. *Crooked or bowed lyke a bowe, vaulted, made archwise*.} Ouid. 11. *Metam*.

Dixit, & arquato cælum curuamine signans.

¶ Vnde opera illa quibus aqua duci solet, Arquata dicuntur, quod multis arcubus æqualiter distantibus fulciantur. ¶ Arquatus morbus est, quem regium nominant, sic dictus à colore cælestis arcus, quem Poëtæ Irim vocant. Nam antiqui per q, Arquus scribebant, quod nos per c, arcus. Celsus *lib*.3.*c*.24. Æquè notus est morbus quem interdum aquatum, interdum regium nominant. Plin. *lib*.2.*cap*.24. Varro regium cognominatum morbum arquatum tradit, quoniam curetur mulso. Regius autem dicitur, vt ait Ouid.

Molliter excelsa quoniam curetur in aula.

¶ Dicuntur etiam Arquati, quos Græci ἰκτερικοὺς vocant, quòd virentibus oculis arqui cælestis colorem imitentur. Et dicimus Arquatum pecus, quod morbo icterico, id est, regio laborat. Colum. *lib*.7. Bilis æstiuo tempore non minima pernicies, potione depellitur humanæ veteris vrinæ, quæ ipsa remedio est etiam pecori arquato. ¶ Arquata sellula, quæ sunt in modum arcus formata.

Arquitenens. Prisc. *lib*.1.

Ārquites, dicebant antiqui arcu præliantes, quos nunc sagittarios vocant. {קשת *kaschschâth*. τοξόται. Gall. *Archiers*. Ital. *Sagittari, arcieri*. Germ. Bogenschützen. Hisp. *Archeros, ò flecheros*. Angl. *Archers, shooters*.} Vide suprà in dictione *Arcus*.

¶Arquus. Non. *c*.1. Arquatus morbus dictus, qui regius, quòd arquus sit concolor de virore, vel quòd ita stringat corpora, vt in arcum ducat. Et *cap*.5. Arcus & arquus hoc distant. Arcus enim suspensus fornix appellatur: arquus non [illegible]si, qui in cœlo apparet, quem Irim poëtæ dixerunt: vnde & arquati dicuntur, quibus color & oculi virent, quasi in arqui similitudinem. Gloss. arquatus ἰκτερικός.¶

Arras, Regiacum, Ptolemæo Galliæ Belgicæ vrbs, vnde *Artois*, quasi Arcatois, Atrebatas. Vide *Alexia*.

Ārreptĭtĭus, qui à dæmone rapitur, qui etiam Abreptitius dicitur, δαιμονόληπτος. Veteres Arreptitium dicebant laruatum, quasi à laruis arreptum. Perottus.

Arrepto, as, are, frequentatiuum ab arrepo, pro quo frequentiùs Adrepo vsurpatur, Plin. *lib*.33.*cap*.10. Et item nobiles Bacchas arreptantibus Satyris.

Arrha, oppidum Arabiæ felicis apud Ptol. Stephano ἄῤῥα, ciuitas Illyriæ est.

Ārrhă, æ, & Arrhabo, nis, Id quod dari solet ad confirmationem contractus. Vide Gell. *cap*.2.*lib*.17. {ἀῤῥαβών. Gall. *Arres, denier à Dieu*. Ital. *Arra, caparra*. Germ. Ein haftgelt/ ein Gotspfennung. Hisp. *Señal de la compra*. Angl. *Earnest money at a bargayne making*.} Plin. *lib*.33. *cap*.1. Argumento est consuetudo vulgi, ad sponsiones etiamnum annulo exiliente, tracta ab eo tempore quo nondum erat arrha velocior. ¶ Arrhabo, inquit Varr. Pecunia est sic data vt reliquum reddatur. ¶ Arrhabo pro Obsidibus, Gell. *lib*.17.*cap*.2. M. Cato in L. Veturium, Quum tantus (inquit) arrhabo penes Samnites Populi Romani esset: Arrhabonem dixit, DC. obsides: & id maluit quàm pignus dicere: quoniam vis huius vocabuli in ea sententia grauior, acriórque est. Sed nunc arrhabo in sordidis verbis haberi cœptus: ac multò rectiùs videtur arrha: quanquam arrham quoque sæpe veteres dixerint. Hæc Gellius. Aliquando idem quod pignus. Terent. *in Heaut*. Reliquit filiam adolescentulam. Ea relicta huic arrhaboni est, pro illo argento. Hinc Arrho, as, à quo Subarrho, quod est arrham facio. Ambrosius: Annulo suo subarrhauit me dominus meus. Est præterea oppidum Arabiæ. Sunt & qui scribunt sine aspiratione.

Ārrhă, id est, quod datur in emptione & venditione, in testimonium, vel signum venditionis. Sunt & arrhæ sponsalitiæ, quas vtrinque sponsus & sponsa mutuò dant in signum contrahendi matrimonij.

Arrhēchi, ἄῤῥηχοι, gens Mæotorum, Steph.

Arrhentia, ἀῤῥεντία, ciuitas Italiæ, Steph.

Arrhetium, ἀῤῥήτιον, ciuitas Tusciæ. Steph. Vide *Aretium*.

¶Arrheturgia, nefandum facinus. Tertull.¶

Arrĭă, Romana fuit mulier (licèt alij Patauinam faciant) quæ damnato Pæto marito suo, corpus gladio fodit, quem vulnere educens, ipsi Pæto quærenti dedit, vt idem faceret. Mart. Casta suo gladium quum traderet Arria Pæto, Quem de visceribus traxerat ipsa suis. Vide Tacitum & Dionem.

Arrĭānŭs, ἀῤῥιανός, Philosophus fuit Nicomediensis, qui Romæ Adriani temporibus floruit: à quo etiam summis honoribus eruditionis nomine est affectus. Scripsit Epicteti Philosophi vitam, & Alexandri Magni historiam, quæ opera etiam hodie in bibliotheca Vaticana asseruantur. Fuit etiam Poëta quidam hoc nomine, cuius versibus Tiberium Cæsarem vnicè delectatum ferunt. Suet. *in Tib*.*cap*.70.

Ārrīdĕo, es, ridendo applaudo, vel risu lætitiam ostendo. {שחק *sachak* צחק *tsachak*. προσγελάω. Gall. *Rire à quelqu'un, sousrire*. Ital. *Ridere verso alcuno*. Germ. Anlachen/ frölichkeit mit dem lachen erzeigen. Hisp. *Reir à la risa de otro que se rie*. Angl. *To laugh, or smyle vpon*.} Cic. *de somn. Scipio*. Hic leniter arridens Scipio. ¶ Accipitur & pro placeo. Idem *Attico*, Inhibere illud tuum, quod valde mihi arriserat, vehementer displicet. Ædes quoque mihi arridebant tuæ. Plaut. *Asin*.*sc*.1. *a*.1. Si non arriderent, saltem dentes restringerent. (i. ringerentur.) Idem *Capt*.*sc*.1.*a*.3. Id Flauius arrisit. Gell. *c*.9.*lib*.9. Arridere & Deridere contraria. Cic. *de opt. gen. orat*. Quoniam nonnullorum sermo iam increbuit, partim seipsos Atticè dicere, partim neminem nostrûm dicere: alteros negligamus. Satis enim his res ipsa respondet, quum aut non adhibeantur ad causas, aut adhibiti derideantur: nam si arriderentur, esset idipsum Atticorum.

Arrisio, nis, Risus, applausus. Autor ad Heren.

Ārrīsor, is, Seneca *Epist*.27. *lib*.3. Suasit illi Satellius Quadratus, stultorum diuitum arrosor, & quod sequitur arrisor, & quod duobus his adiunctum est, derisor, vt Grammaticos haberet analectas.

Ārrĭgo, is, arrexi, arrectum, arrigere. Ex Ad & rego compositum, Erigo. Anne refert vbi, aut in quam arrigas? Suet. *in August*.*c*.69. {הקים *hekim* זקף *zakáph*. ἐγείρω, ὀρθόω. Gall. *Dresser en haut*. Ital. *Arrizzare, rizzarsi*. Germ. Aufrichten/ aufrecken. Hisp. *Enhestar lo caido*. Angl. *To lift vp, to applie the mynd to any thing*.} Virg. 10. *Æneid*. Comásque arrexit. ¶ Arrigere aliquem, siue alicuius animum, per metaphoram, Sallust. Eos non pauló Marius oratione sua arrexerat. ¶ Arrigere aures. Terent. *in Andr*. Arrige aures Pamphile. Virg. *Æneid*.1. arrectísque auribus adstant. Plautus *Rud*. Suo mihi hic sermone arrexit aures. Vnde prouerbij loco à Diogeniano refertur, Auribus arrectis, ὀρθίοις ὠσίν. Quadrat in illos, qui patienter atque auidè auscultant quæ dicuntur, aut expectant, quid dicendum sit.

Ārrēctŭs, Participium. Virg. 1. *Æneid*.

Arrectæque horrore comæ.

{מוקם *mukàm* זקוף *zakúph*. ὀρθὸς, ὄρθιος. Gall. *Dressé, droit, esleué*. Ital. *Dirizzato*. Germ. Aufgericht/ aufrecht. Hisp. *Enhestado*. Angl. *Lifted vp, which standeth euen lifted vp*.}

Ārrēctārĭŭs, adiectiuum à participio Arrectus. {ὄρθιος. Angl. *Lifted vp, which standeth euen vp*.} Quod est arrectum. Vt asser arrectarius in craticio pariete, qui arrectus est: sicut Transuersarius, qui in Transuersum ponitur. Vitruu. *lib*.2.*c*.8. Etiam qui sunt in tectoriis operibus, rimas in iis faciunt arrectariorum & transuersariorum dispositione. ¶ Arrectaria tigna, στῦλοι Athenæo.

Ārrĭpĭo, is, Ad me rapio, attraho, apprehendo, per vim adduco. {חטף *chatáph* טרף *taráph*. συναρπάζω. Gall. *Empoigner violemment, rauir & prendre soudain*. Ital. *Torre per forza*. Germ. Ergreiffen/ erwüschen. Hisp. *Arrebatar*. Angl. *To grippe and pluke or drawe to me struggli, force*.} Arripuit gladium. Plaut. *Capt*.*sc*.3.*a*.3. Talos arripio. Idem *Curc*.*sc*.3.*a*.2. Manum arripuit mordicus. *Ibid*.*sc*.5.*a*.1. Hoccine pacto me indemnatum arripi? (pro abripi.) *Ibidem*. Te obstricto vallo hac arripiam: pro abripiam, traham. Idem *Amph*.*sc*.4.*a*.4. Arripui ensem. Ouid. 13. *Metam*. Cic. *in Cato*. Non cani, non rugæ repente autoritatem arripere possunt, sed honestè acta superior ætas fructus capit autoritatis extremos. Idem *pro Sext*. Qui cognomen sibi ex aliorum imaginibus arripuit. Idem 2. *de nat. deor*. Quærit apud Xenophontem Socrates, vnde animam arripuerimus. Liu. *lib*.1. Tum Tarquinius, necessitate iam cogente, vltima audere: ipse multò & ætate & viribus validior, medium arripit, elatúmque è Curia, in inferiorem partem per gradus deiicit. ¶ Interdum ponitur pro subitò euado. Plautus *in Curculione*, Vix me foras arripui. ¶ Aliquando pro celeriter inuado. Virg. 2. *Æneid*.

Hanc arripe velis.

¶Arreptitius, qui & Abreptitius, qui à dæmone arreptus est, vel subitò in furorem captus. ab arripio, subitò rapio, Gloss. Isid. Arreptitius, ariolus, furiosus. Onom. Latino-Gr. arreptitius ἐνεργούμενος.¶

Ārrĭŭs, ἄῤῥιος, Philosophus Alexandrinus fuit, tanto in honore apud Augustum habitus, vt ex aliqua parte Alexandrinorum salutem illi deberi fateretur. Tribus enim ex causis se Alexandrinis pepercisse aiebat: primùm ne vnà cum vrbe Alexandri Magni memoriam videretur delere: secundò propter vrbis ipsius pulchritudinem, tertiò propter Arrium Philosophum. Autor Plutarch. *in Antonio*. ¶ Fuit etiam hoc nomine Hæresiarcha quidam, à quo Arriana secta originem cepit.

Ārrōdō, is, arrosi, Rodo, circumrodo. {אכל סביב *achál sabib*. περιτρώγω, ἐκτρώγω. Gall. *Ronger à l'entour*. Ital. *Rodere alcunte*. Germ. Benagen/ umbnagen. Hisp. *Mucho roer ò enderredor*. Angl. *To gnawe on*.} Plin. *lib*.11.*c*.39. Semina arrosa condunt formicæ ne rursus in fruges exeant è terra. ¶ Arrodere Rempublicam per translationem. Cicer. *pro Sestio*, Quoniam id etiam fatum ciuitatis fuit, vt illa ex vespreculis extracta nitedula Remp. niteretur arrodere.

Ārrŏgo, as, Assumo, vendico, plus satis mihi tribuo. {נשא *nasa* לקח *lakach*. λαμβάνω ἐμαυτῷ, ἀλαζονεύομαι, προσποιοῦμαι. Gall. *S'attribuer trop*. Ital. *Attribuirsi troppo*. Germ. Im selbs zumessen/ im selbs zuschreiben. Hisp. *Atribuyrse, ò atribuyr à si lo que no tiene*. Angl. *To attribut much, to hem self, to clayme*.} Huic opponitur Derogo. Cic. *pro Sexto Roscio*, Non enim tantum mihi derogo (tametsi nihil arrogo) vt te copiosius putem, quàm me, posse dicere. Hieronymus *in prologo Esdra*, Interrogent Hebræos, & ipsis autoribus translationi meæ vel arrogent, vel derogent fidem. Cic. 7. *Philip*. Ego itaque pacis (vt ita dicam) alumnus, qui quantuscunque sum (nihil enim mihi arrogo) sine pace ciuili certè non fuissem. ¶ Ponitur aliquando pro adopto & filium facio. {לקח לבן *lakach lebén*. εἰσποιέομαι. Gall. *Adopter & prendre à fils*. Ital. *Adottare vno per figliuolo*. Germ. Einen an kindts statt annemmen. Hisp. *Adoptar el emancipado*. Angl. *To adopte or take for his sone*.} Hinc fit arrogatio, quæ est quum quis voluntate & iussu populi asciscit sibi in locum filij eum, qui sui iuris erat. Dicitur autem arrogatio,

gatio, quod & populus rogabatur, velletne eum, qui arrogandus erat, [illegible] atque is ex eo & eius matrefamilias natus esset, & praeterea [illegible] qui arrogabatur, &c. Vide Gell. *lib. 3. cap. 19.* ¶ Arrogare Dictatorem [illegible] est, praeficere, Liu. *ab vrb.* Inter [illegible] alter Ap. Claudius in ipso belli apparatu moritur, [illegible] ad Camillum: cui vnico cos. vel ob [illegible] dignitatem [illegible] Dictaturae, vel ob omina [illegible] ad [illegible] communiam, Dictatorem arrogari haud [illegible] decorum visum est Patribus Dictatorem creari cum ipse esset Consul.

Arrogans, qui [illegible] temere atque insolenter tribuit quae in se non sunt, insolens. [illegible] GALL. *Arrogant, presomptueux, outrecuide.* ITAL. *Arrogante, presumptuoso.* GERM. [illegible] HISP. *Soberuio. El que se attribuye lo que ni tiene ni merece.* ANGL. *Arrogant, presumptuous, proudefull.* Caesar 3. *bell. Ciu.* Statuerat enim hos [illegible] iudicio populi debere restitui, quàm suo beneficio videri receptos: ne aut ingratus in referenda gratia, aut arrogans in praeripiendo populi beneficio videretur. Arist. *in Ethicis*, Arrogans praeclara, & ea quae non insunt, & maiora quàm insint, sibi fingit: Dissimulator verò aut facile sibi negat, aut imminuit. ¶ Arrogans [illegible] est, erga inferiores. Tacit. *lib. 11.* Aduersus superiores tristi adulatione arrogans minoribus, inter pares difficilis.

Arrogantia, vitium est, quum sibi aliquis in fortunae, aut animi bonis plus tribuit, quàm oportebat. Superbia, insolentia. {[illegible]} GALL. *Arrogance, presomption, outrecuidance.* ITAL. *Arrogantia, presumptione.* GERM. [illegible] HISP. *Presumpcion y soberuia.* ANGL. *Arrogancie, presumption, pride, clayming much to him self.* } Caesar 3. *bell. ciuil.* Accidisse igitur his, quod plerunque hominibus nimia pertinacia atque arrogantia accidere solet, vt eò recurrant, & id cupidissimè petant, quod paulo antè contempserint. ¶ Arrogantia pro temeritate violatae legis apud Zenonem Imp. *in l. vnic. C. de priu. carc.* Est autem arrogantia ferè idem quod superbia: hoc tamen interest, quòd superbia ex diuitiis oritur, arrogantia autem in paupertate esse potest. Vide infrà vocem *Superbia.*

Arroganter. Aduerbium, superbè. {[illegible]} GALL. *Arrogamment, presomptueusement.* ITAL. *Arrogantemente, presumtuosamente.* GERM. [illegible] HISP. *Presumptuosamente y soberuiamente.* ANGL. *Proudlie, presumptuouslie.* } Cic. 2. *de Orat.* Si asperè, si arroganter, si turpiter, si sordidè, si quoquo animi vitio dictum esse aliquid videatur.

Arrhostema, tis, vel Arrhostia, ae, {[illegible] *choli*, [illegible]} GALL. *Maladie.* ITAL. *Malatia.* GERM. Kranckheit. HISP. *Enfermedad.* ANGL. *Sicknesse.* } Latinè aegrotatio, ab [illegible], aegroto. ¶ Arrhostos, [illegible], aegrotus. Cic. 4. *Tusc.* Deinde aegrotationes, quae appellantur à Stoicis [illegible], hisque item oppositae contrariae offensiones.

Arruns, vide *Aruns.*

Arrugia, Cuniculus subterraneus, ex quo effoditur aurum. {[illegible]} GALL. *Mine d'or, lieu sous terre d'où on tire l'or.* ITAL. *Fossa donde si caua l'oro.* GERM. [illegible] HISP. *Mina de donde se saca el oro.* ANGL. *A gold-mine.* } Vide Plin. *lib. 33. cap. 4.*

Arrhyba, [illegible], & gentile Arrhybas. Stephanus nec aliud addit.

Ars, {[illegible] *melachah*, [illegible] *dabath.* [illegible]} GALL. *Art, science, mestier, industrie.* ITAL. & HISP. *Arte.* GERM. Ein kunst. ANGL. *Craft, or art, occupation, a trade of liuing.* } Multipliciter dicitur. Nam quaedam est ars, quae in speculatione tantùm consistit, vt Astrologia: & haec Theorice, id est, speculatiua, dicitur, nullum exigens actum, sed ipso rei, cuius studium habet, intellectu contenta. Quaedam in agendo, quae actu perficitur, & Practice, id est, actiua dicitur, vt saltatio. Quaedam in effectu, quae operis, quod oculis subiicitur, consummationem, id est, finem accipit. qualis est pictura: & sic definitur, Ars est recta ratio rerum faciendarum. Dicta ars [illegible], id est, à virtute, quam Graeci vniuscuiusque scientiam vocant. Ars apud veteres pro virtute. Diomed. *lib. 1.* Imus ad insignes vrbis ab arte viros (i. doctrina.) Ouid. *Eleg. vlt. lib. 4. Trist.*

Siue per ingenuas aliquis caput extulit artes.

Idem *Eleg. 8. lib. 1. Trist.*

Nonhaec ingenio, non haec componimus arte.

Idem *Eleg. 1. lib. 5. Trist.*

Inque bonas artes, & tua sacra redi (id est, ad poësin.)

Idem *Eleg. 7. lib. 1. Trist.*

Hic artem nandi praecipit, ille Trochi.

Idem *Eleg. 1. lib. 1. Trist.*

Arte opus tanta Vulcani. [illegible]

Idem 15. *Metam.* Coepit artem lustricam facere, Plaut. *Aul. sc. 3. a. 4.* ¶ Est etiam Ars, quae constat ex praeceptorum collectione, ab Arcto, as, quod [illegible] praecepta, id est, angustis & breuibus concludatur, vt est Ars [illegible], Ars [illegible], Ars Poëtica. ¶ Ars etiam astutia, siue sit in virtute, siue in vitio, dicitur, qua quis non facile fallit, sed magis alios fallere potest, quae Graecè quoque dicitur [illegible]. Virg. 2. *Aeneid.*

——— *dolis instructus & arte Pelasga.*

Aliqua perducet callidus arte.

Ouid. 13. *Metam.*

Nam te non aliis belli renouptius artes.

Tibul. *lib. 4.*

——— *Exceptis, &c. solis*

Artibus (amandi scil.) *artifici quas nocturre sui,*

Ouid. *Eleg. vlt. lib. 3. Trist.* Cui tria gaudia demi artibus tribui (i. dolis) Plaut. *Pseud. sc. 4. a. 2.* Patet artem & disciplinam (meretriciam) obtinere [illegible] (in pernegando.) Idem *Mil. sc. 2. a. 2.* Iuecet parasiticae [illegible] malam crucem. Idem *Capt. sc. 1. a. 3.* His artibus vitam [illegible] quibus ab ignauis vita quaeri solet. Velleius [illegible] artibus [illegible] Liuius *lib. 1. ab Vrbe.* Ab Ars fiunt composita Iners, Sollers, Artifex, & diminutiuum, Articula, [illegible]. ¶ Caput artis est decere quod facias, quo vtitur Quintil. *lib. Institut. Orat. 11.* [illegible] [illegible] quam [illegible] quibuslibet quandam esse decorum. ¶ Duodecim artium, [illegible] appellabant callidum, versutum, versipellem,

vafrum ac variis instructum dolis. ¶ In dolio figularem artem discere, [illegible]. De iis qui protinus maximis in rebus artificii, [illegible] capiunt experimentum, quum paulatim à minoris ad summa [illegible] conueniat. Neque enim figulus statim à dolio, id est, vase maximo artem auspicatur, sed à pusillis quibusdam vasculis, in quibus non sit grande dispendium, si quid secus accidat. ¶ Quam quisque norit artem, in hac se exerceat. Locus est Cic. *Tusc. Quaest. lib. 1* quo admonemur, vt quarum rerum sumus periti, in his duntaxat disputandis tractandisque versemur: quarum vero sumus rudes, eas doctioribus concedamus: neque professionem alienam nobis vindicemus, neque in messem alienam mittamus falcem, neve sutores vltra crepidam iudicemus. ¶ Ars ipsa inopiae portus est mortalibus, [illegible], hoc est, Vt [illegible] contingunt in egestate est ars. ¶ Simile hoc est, Artem quaeuis alit terra, [illegible]. Quo significatum est, certissimum viaticum esse eruditionem, aut artificium aliquod. ¶ Ars est similium comprehensionum congeries, quae ad finem quendam vitae commodum referri possunt. Vel sic: Ars est comprehensionum similium adiectio, quae ad finem vnum referuntur. Gal. *de defin.* Ars earum rerum est, quae sciuntur. Cic. 2. *de Orat.* ¶ Ars medica, ab Hippocr. *in lib. de Arte*, sic definitur, medicinam hoc nomine appellante, vt sit quae à morbis & aegritudinibus liberat affectos, & laborantes grauiter, & vehementiores morborum impetus sedat, & ne macilentis admoliantur, monet: sentientes, haec omnia medicinam praestare posse. ¶ Sunt & alij non pauci, qui sic definierunt: Medicina est ars non minus sanitati tuendae, atque morbis sanandis accommoda. Galen. *de defin.*

[Arsenale, nauale, armamentarium. Lex. gr. lb.]

Artifex, qui artem aliquam exercet, aut nouit: dictus quòd arte quippiam faciat. {[illegible] *oman.* [illegible], [illegible]. GALL. *Ouurier.* ITAL. *Artefice.* GERM. Ein künstler/ein handwercksman. HISP. *Hazedor de algun arte ò obra.* ANGL. *A craftisman, or workman.* } Cic. 4. *Acad.* Quem si subtraxeris, qui distingues artificem ab inscio? Imperator artifex omnium quae pugna poscit. Quint. Solis artibus (amandi) exceptis, artifici quae nocuere suo. Ouid. *Eleg. vlt. lib. 3. Trist.* Item Artifex decollandi. Suet. *in Calig. c. 32.* Quint. *lib. 2. c. 14.* Artifex est, qui praecipit artem. Festus, Artifices dicti, quòd scientiam suam per artus exercent, siue quòd aptè opera inter se arctent, qua ex causa etiam artes appellatae sunt. ¶ Dicendi artifices & Doctores Graeci, Cicer. 1. *de Orat.* Artifex statuarum, Quintil. *lib. 5. cap. 12.*

Artificium, Ars & scientia. {[illegible] *melachah* [illegible] *dabath.* [illegible]} GALL. *Artifice, finesse, ruse.* ITAL. *Artificio.* GERM. Ein kunst/ein handtwerck. HISP. *Arte para hazer alguna cosa.* ANGL. *Trade or occupation, deceat, guile.* } Caes. 7. *bell. Gall.* Neque acie vicisse Romanos, sed artificio quodam, & scientia oppugnationis. Cic. *pro Cluent.* Nisi fortè hic causa est, quòd medici nihil praeter artificium, oratores etiam autoritatem praestare debent. ¶ Artificium pro fraude, dolo. *l. 15. §. vlt. ff. de excus. l. vlt. §. vlt. ff. de suspect. tutor.* Cic. *Attic.* Quorum artificiis effectum est, vt Respublica in hunc statum perueniret. Idem 4. *Verr.* Audit haec etiam Verres, & primo illo suo leuiore artificio, Heraclitum aggredi conatur.

Artificiosus, a, um, plenus artificio. {[illegible]} GALL. *Artificieux, ingenieux, fait de main de maistre.* ITAL. *Artificioso.* GERM. Kunstreich. HISP. *Artificiosa, cosa mucho hecha por arte.* ANGL. *Ingeniouse, craftie, cunning made.* } Cic. *de finib.* Epicurus autem, vt opinor, necnon vult, si possit, planè & apertè loqui, nec de re obscura, vt Physici: aut artificiosa, vt Mathematici, &c. Sic artificiosa eloquentia, apud eundem *de Inuentione.* ¶ Dicitur & Artificiosus, qui aliquid arte facit. Cicer. 2. *de nat. Deor.* Zeno igitur naturam ita definit, vt eam dicat esse ignem artificiosum ad gignendum.

Artificiosè, aduerbium. {[illegible]. GALL. *Artificieusement, auec art.* ITAL. *Artificiosamente, ingeniosamente.* GERM. Kunstlich, meisterlich. HISP. *Artificialmente.* ANGL. *Skilfullie, cunninglie made ingeniouslie, workmanlie.* } Cic. *de Orat.* Nulli fuerunt, qui illa artificiosè digesta, generatim componerent.

Artificialis, e, quod arte factum est, {[illegible]. GALL. *Fait d'art, artificiel.* ITAL. *Artificiale.* GERM. Das von kunst gemacht ist. HISP. *Cosa que se haze ò que se puede hazer por arte.* ANGL. *Artificiall, made by art and skill.* } Huius compositum, & antitheton est Inartificialis, qui arte caret, [illegible]. Quintil. *lib. 5. cap. 5.* Aliis probationibus aequè inartificialibus soluitur.

Artificialiter, aduerbium, Artificiosè, [illegible], cui opponitur Inartificialiter, [illegible], hoc est, sine arte. Idem *lib. 2. c. 8.* Sed nec illa omittenda sunt, qua in re alius se inartificialiter, alius artificialiter gerat.

Artitus, dicitur bonis artibus instructus. Fest.

Arsaces, [illegible], Nomen proprium Parthorum regis, cuius memoriae hunc honorem Parthi tribuerunt propter quaesitum, conditumque ab eo regnum, vt omnes deinde reges suos Arsaces appellauerint, quemadmodum Aegyptij reges suos vocauerunt Ptolemaeos. Quin & Parthi ipsi ab eo dicti sunt Arsacidae.

Arsacia, [illegible], priùs vocata Europus, vrbs est in Media, sic à Parthis appellata. Strab. *lib. 11.*

Arsanica, vrbs Germaniae, Ptolemaeo.

Arsanias, [illegible], fluuius est Armeniae: qui cùm Tigri circiter quatuor passuum millia fluit: deinde diuisus, in Euphratem illabitur. Meminit huius fluuij Plin. *lib. 4. cap. 24.*

[Arse verse, ignem auerte significat, Tuscorum linguâ vt ait Festus.]

Arsenicum, i, {[illegible]. GALL. *Orpin, arsenic.* ITAL. *Arsenico, orpimento.* GERM. Arsenick. HISP. *Oropimiento.* ANGL. *Arsenike, colour called orpin.* } Genus est coloris lutei, quod à Plinio Auripigmentum vocatur, eo quòd in picturis auri colorem referat. Duo eius sunt genera, natiuum, & factitium. Natiuum rursus est duplex, alterum crustosum & in squamas scissile, aureo colore micans, nullique materiae permistum. Hoc à nonnullis vocatur foliatum. Huius generis magnam vim Caius princeps auri auidissimus, excoqui iussit, & fecit planè aurum excellens, sed tam exiguum vt detrimentum sentiret. Alterum genus glandis effigie, pallidius, & colore sandaracham referens. Hoc ignobilius est, nullùmque ex eo excoquitur aurum. Saepe in eadem inuenitur gleba cum sandaracha: à qua solo colore differt & coctione, vtm alioqui

candem habens. Ex hac specie fit Arsenicum factitium: quod quo pacto fiat, vide apud Diosc. *lib.* 5.

Arsenogonon, ἀρσενόγονον, herba ferens semen testibus simile: ita dicta quod vino in quo macerata est epoto, mares generari credantur. quemadmodum Thelygono fœminæ. Autor Plin. *lib.* 26. *c. vlt.*

Arsenotheleas, ἀρσενοθηλέας, Deos antiqui dixerunt, vtriusque sexus participatione, quasi masculo fœmineos. Quo nomine quædam animalia ab Aristotele nominantur semetipsa ineuntia.

Arsenaria, ἀρσεναρία Ptolemæo, Mauritaniæ Cæsariensis colonia, tribus passuum millibus à mari sita. Recensetur à Plin. *lib.* 5. *c.* 2. & à Ptolem. *lib.* 4. *cap.* 2.

Arsenium, ἀρσένιον, Germaniæ oppidum apud Ptolemæum *lib.* 2. *c.* 11.

‖Arsineum, ornamentum capitis muliebris. Ita Fest. Gloss. Græcol. habet *arsinum* πλόκαμος.‖

Arsia, Hetruscorum sylua fuit, Rom. cum Veientibus & Hetruscis pugna celebris.

Arsicina, vrbs Germaniæ. Ptol. hodie Brunna.

Arsicoras, Sardorum rex tempore Annibalis, vt scribit Liu.

Arsinium, ornamentum capitis muliebris. Glossis πλόκαμος. Fest.

Arsinoe, ἀρσινόη, fuit filia Ptolemæi, Lagi filij, qui Ægyptum post Alexandrum tenuit, & vxor Lysimachi regis Macedoniæ, forma præstantissima: à cuius nomine Ptolemæus Philadelphus eius frater vrbem condidit in Cyrenaica regione.

Ārsĭs, ἄρσις, Latinè vocis eleuatio: sicut & θέσις, positio vocis: vt, Arma: ar, eleuatio est: ma, positio. In his duobus per diuisionem pedes legitimi colliguntur.

Arsonium, vrbs Germaniæ. Ptol.

Arsius lucus, siue Nemus. Plaut. *in Valer.*

Arsysia, ἀρσυσία, regio Psyrorum, & Chij. Steph.

Arseuerse, Auerte ignem significat. Tuscorum enim lingua Arse, auerte, Verse ignem constat appellari. Vnde Afranius ait, Inscribat alius in ostio, arse verse. Festus.

Artabānus, ἀρταβάνος, vltimus Arsacidarum fuit Parthorum rex, quem Artaxerxes miles Persa interemit, suisque regnum restituit, quod post Darium regem ab Alexandro victum semper penes Parthos fuerat. ¶ Fuit & alter Artabanus Histaspis filius, & patruus Xerxis, quem expeditionem in Græciam parantem frustrà conatus est ab instituto reuocare. In ipsa quoque expeditione quum Regis consilia identidem improbare videretur, veluti militiæ inutilis, ad regni administrationem in Persidem remissus est: vbi postea Xerxem obtruncauit. Vide Herod. *lib.* 7. & Iustinum *lib.* 3.

Artaba, æ, siue Artabe, es, ἀρτάβη, mensura frumentaria apud Persas capiens Atticum medimnum, & chœnicas tres. Author Herodot. *lib.* 1.

Artabazus, ἀρτάβαζος, Armeniæ rex fuit, filius Mithridatis, vir in tam remota barbaria omnium tamen literarum peritissimus. Hic quod exercitum Antonij Parthis prodidisset, ab eo Alexandriæ ad ludibrium per vrbem circunductus, tandem in carcere necatus est. ¶ Fuit & alter hoc nomine ducibus Xerxis, qui re infeliciter aduersùs Græcos gesta, cum paucis suorum effugit: de hoc Herod. *lib.* 9.

Artabicia, inter insulas Propontidis Stephano numeratur.

Artabri, orum, ἀρτάβροι, Hispaniæ populi in extremis finibus Lusitaniæ, ad Septétrionem & Occasum, auro, argento, & stanno abundantes: ita dicti ab Artabo vicino promontorio. Meminit horum Strabo *lib.* 3.

Artaca, siue Artace, ἀρτάκη, in Cyzicenorum insula, mons est arboribus plenus, in fronte habens quandam paruam insulam eodem nomine: prope est promontorium, quod Nigri appellatur, in prætemauigatione est è Cyzico Priapum delatis. Hæc Strabo *lib.* 12. & 13. ¶ Est etiam Artace Stephano Phrygiæ oppidum, Milesiorum colonia: quod tamen Ptol. *lib.* 5. *c.* 2. villam appellat, Plin. portum.

Artacena, ἀρτακηνή, regio est Syriæ, Lyco & Capro fluuiis irrigata, in qua Darium ab Alexandro victum fuisse tradit Strabo *in princ. lib.* 16.

Artachæes, ἀρταχαίης, vnus fuit ex ducibus Xerxianis, totius exercitus, vno Rege excepto, procerissimus, quippe cui ad staturam quinque cubitorum quatuor tantùm digitorum deerat latitudo. Hunc apud Acanthum (vbi fossæ ducendæ præerat) fato functum Xerxes eximio sepulturæ honore est prosequutus.

Artacia, fontis nomen Homero *lib.* 10. *Odyss.*

Nobilis Artacia irrigat vnda. Tibul. *lib.* 4.

Ārtăxătă, orum, ἀρτάξατα, clarissima Armeniæ vrbs, ad Araxem amnem sita, quam Annibal Artaxiæ regi condidit, à quo & nomen accepit. Alio nomine Artaxiasota, ἀρταξιάσατα appellata, teste Strabone *lib.* 11.

Artaphernes, ἀρταφέρνης, Hystaspis filius fuit, & frater Darij, & primus Sardium præfectus, qui apud Marathona debellatus fuit: vt scribit Herod. *lib. hist.* 7.

Ārtăxērxēs, ἀρταξέρξης, nomen proprium Xerxis filij, qui Longimanus dictus fuit, quoniam manum alteram haberet longiorem. Hic ex concubinis, cxv. filios suscepisse traditur, & ex legitimo matrimonio tres, Darium, Ochum, Arsathen: quorum Darius à patre Rex declaratus leuem ob causam cum quinquaginta ex fratribus aduersùs eum rebellauit: qui postea separati, ad vnum omnes cum vxoribus & liberis iussu regis sunt interfecti. Ab hoc profecta est celebris illa sententia, Beneficium addere longè magis regale esse, quàm auferre. Fuit & alius Artaxerxes, Cyri iunioris frater cognomento Memor. Huic quum pauper quidam malum ingentis magnitudinis obtulisset, iucunde suscepit. Per Solem, inquiens, hic is mihi videtur, quem vrbem quoque ex parua magnam reddere posse existimem.

Artayctes, ἀρταΰκτης, Persa fuit, Sesti præfectus sub Xerxe, qui quum multa nefariè perpetrasset, tandem à Xantippo Atheniensium duce captus viuus palo suffixus est. Herod. *lib.* 7.

Arteatæ, ἀρτεᾶται, Gens fuit persica, ita dicta ab Artea Persidis regione: de qua Steph. *lib.* 1.

Artembares, ἀρτεμβάρης, vir in primis clarus inter Medos, cuius filius quum à Cyro adhuc puero, & incognito iniuria affectus esset, Artembares eum apud Astyagem accusans, occasionem præbuit, vt regius puer, & Astyagis nepos agnosceretur. Herod. *lib.* 1.

Ārtemidorus, ἀρτεμίδωρος, Cnidius Philosophus fuit, Bruto familiaris: qui quum coniurationis in Cæsarem factus esset particeps, oblato Cæsari libello, rem ordine exposuit: sed ita iam vrgente facto cecidit, vt Cæsar libellum, tanquam alio tempore lecturus, in sinum reiiceret, qui postea ipso interfecto inuentus est. ¶ Fuit & alter Artemidorus, Philosophus Daldianus (est autem Daldis Lydiæ ciuitas) qui de somniis, auspitiis, & chiromantia libros quatuor conscripsit. ¶ Suidas præterea alium quendam Artemidorum commemorat, cognomento Pseudaristophanem, qui rei culinariæ voces congessit.

Ārtemĭs, ἄρτεμις, Diana, siue Luna, quasi ἀεροτέμις, id est, aërem secans, vt quidam volunt: vel quòd integros faciat partus. Strabo *lib.* 14.

Artemisia, ἀρτεμισία, Mausoli Cariæ regis vxor, quæ insignis pudicitiæ fuisse perhibetur, & virum vltra humanæ affectionis fidem amasse creditur. Nam & mortui cineres vino commisto ebibit: & memoria eius tam splendidum erexit sepulchrum, vt magnifica omnia monumenta, Mausolea deinceps ab illius nomine fuerint appellata. Vide Gell. *cap.* 18. *lib.* 10.

Artemisia, herba insignis, absinthij modo fruticosa, maioribus foliis pinguioribúsque: cuius duo sunt genera. alterum latioribus foliis, alterum minoribus & tenerioribus non nisi in locis maritimis nascens. {Gall. *Armoise.* Ital. *Artemisia.* Germ. Beyfuß. Bucken. Hisp. *Artemisa.*} Artemisiam autem vocatam existimant ab Artemisia Mausoli regis vxore, quę eam adoptando sibi cognomen fecit. {Angl. *Mugwort.*} Nomen accepisse putatur ab Artemisia regina, quum antea Parthenis diceretur. Alij ab Artemide cognominatam putant, hoc est, à Diana quæ ἄρτεμις dicitur, quòd ea huius herbæ vires prima ostenderit: & quemadmodum Dea illa inuocata, parturientibus adesse solebat, sic herba hæc Deæ huius beneficio, malis mulierum medetur, menses secundos fœtúsque trahendo, & matris conclusiones, & inflammationes sanando. Vide Plin. *lib.* 25. *cap.* 7.

Artemisium, ἀρτεμίσιον, vt Demosthenes pro Ctesiphonte docet, promontorium Eubœæ est. Artemisium item lucus est propè Ariciam, Dianæ sacer, quasi Dianium dictum: Latini nemus. & agrum vicinum Nemorensem dixerunt, vnde & Nemorensis rex dictus est sacerdos illius regionis. Vide Plutarch. *in Themist.*

Artemisius, ἀρτεμίσιος, apud Macedonas mensis Maius dicitur: quo nomine etiam vocatur mons Arcadiæ. Plin. *lib.* 4. *cap.* 6.

Artemita, ἀρτεμίτα, τὰ ἀρτεμίτας, insula Tusciæ, iuxta Thaliam insulam: Straboni ciuitas est iuxta Parthyæorum. Artemidorus Cherronesum circa ostia Acheloi sic vocari scribit. ¶ Est etiam insula prope Oxeas insulas. Steph.

Artemite, ἀρτεμίτη, insignis est ciuitas quingentis stadiis à Seleucia distans. Autor est Strabo *lib.* 15. Alij dicunt insulam Ortygiæ proximam, quam vocant Celadusam.

Artemius, ἀρτέμιος, Romæ fuit præfectus carceris, qui vnà cum vxore Candida, & Paulina filia iacent in via Aurelia, martyres sub Adriano principe. Autor Volaterr.

Ārtĕmōn, onis. {ἀρτέμων. Germ. Ein gattung eines Ségels. Angl. *A trube or pullie in wherein ropes do runne, also an instrument which hat truckles as a crayne also the sayle of a shipe.*} Quid sit inter eruditos non satis cõuenit. ‖Basyus credit esse velum maximum in naui, eo argumento fretus, quod etiam hodie Veneti maximum nauis velum hoc nomine vocant. Alciatus verò credit esse velum additirium, quod scilicet maiori velo additur & assuitur dirigẽdæ nauis causa. Nam Græci ἀρτᾶν dicunt assuere, vel appendere: ἄρτημα, appendicem. Alij verò volunt esse nauis antennam, ex qua velum suspenditur. Vitruu. *lib.* 10. docet Artemonem esse, quam nostri Tracleam, Græci ἐπάγωγον vocant. Hac autem in nauibus funes ductarij trahuntur, & armamenta explicantur, vt meritò additamentum magis, quàm pars nauis esse videatur. Ait idem scriptor, machinas id genus tractatorias [illegible] onerandas naues esse accommodatas, fierique his trochleis nauium subductiones.

Artemon, Medicus, quem Plin. *lib.* 28. *c.* 1. ex hominis cremati calua aquam propinasse scribit aduersùs morbum comitialem. ¶ Alius item pictor nobilis fuit, cuius opera enumerat Plin. *lib.* 35. *c.* 11. ¶ Artemon præterea Syrus quidam fuit ex infima plebe, Antiocho rege adeò similis, vt Laodice, necato Antiocho, regni successionem per eum fuerit adepta, vt tradit idem Plin. *lib.* 27. *c.* 12. ¶ Alius fuit Artemon adolescens certatim adamatus à mulieribus ob insignem formam. Vnde locus factus prouerbio, Versatilis Artemon; ὁ περιφόρητος ἀρτέμων. de iis dici solitum, quorum gratia vehementer decertatur.

Ārtĕmōnē, ἀρτεμώνη, apud Plautum dicta est mulier quædam: ab ἀρτίζω, perficio, quòd perficeret quæ vellet, quòd esset egregiè dotata.

‖Arteres, ἀρτῆρες (apud Artemidorum *lib.* 1. *c.* 27.) dici videntur pondera, quæ ad iaculationem in altum elata, priùs euibrantur: παρὰ τὸ αἴρειν, à tollendo. Est exercitij genus, ad manuum agilitatem. Hadr. Iun. *in Nomencl.*‖

Ārtērĭă, vena vitalis, seu semita, in qua est vitalis spiritus. {בירת בלעׁ *beth belâ.* ἀρτηρία. Gall. *Artere.* Ital. *Arteri, la canne de la gola, strozza.* Germ. Ein pulsader. Hisp. *Donde passa el ayre.* Angl. *An arteirie or vayne wherein vitale spirite mixed with blonde doth runne in the bodie.*} Plin. *lib.* 11. *c.* 37. Inter hos latent arteriæ, id est, spiritus semitæ. Gell. *lib.* 3. *c.* 10. & *lib.* 17. *c.* 11. & *lib.* 18. *c.* 10. Arteria est, inquit, conceptaculum spiritus naturalis misti confusique cum sanguine, in quo plus spiritus est, & minus sanguinis, quæ motu atque pulsu habitum & modum febrium demonstrat. Antiqui arterias vocant. Super arterias locantur venæ, præterquam in dorso. in quo magna arteria est posita super venam. Læduntur arteriæ si antequam vox bene permulsa est, acri clamore compleantur. Ergo interuallis longioribus vti conuenit, recreatur enim spiritu vox, & arteriæ reticendo acquiescunt. ¶ Ponitur quandoque vena pro arteria. Persius,

Tange miser venas, & pone in pectore dextram,
Nil calet hic.

Neque enim venas ægrotorum, sed arterias pertentamus. Celsus *lib.* 3. Si protinus venæ conciderint, & sæpius eodem die . . inter plures accessiones vis perinde corporis decit. Dicta est autem Arteria ab eo, quòd aer, hoc est, spiritus in ea seruetur, quasi τὸ ἀέρα τηρεῖν. ¶ Aspera arteria, τραχεῖα ἀρτηρία, est fistula exterior colli ab ore protenta ad pulmonem, per quam spiritus attrahitur & emittitur. Genere neutro Lucretius *lib.* 4. vsus est, vbi an vox corporea sit, latius perquirit:

Corpoream quoque enim vocem constare fatendum est,
Et sonitum, quoniam possunt impellere sensus.
Praeterea radit vox fauces sæpe, facitque
Asperiora foras gradiens arteria clamor.

Arterius (pro arteriæ) parcere. Sueton. *in Neron. cap.* 25. Arteriace, arteriaces, ἀρτηριακὴ, medicamentum quod & Diacodion vocatur. Plin. 20.*cap.* 19.

Arterium, pro Arteria. Luci. Sic Concordium antiqui, pro concordia dicebant.

Artesis, dicitur artuum morbus. Prudent. Nodosa quos podagra distorquet, & artesis.

Arteticus, qui illo modo laborat.

ARTHRITIS, idis, {ἀρθρῖτις. GALL. *Goutte.* ITAL. *Infirmità ò dolor di gionture.* GERM. Die kranckheit vnd schmertzen in gliedern / das Zipperle. HISP. *Enfermedad de los artejos ò articulos, podagra.* ANGL. *The gowth.*} Morbus articularis, ita dictus, quod τὰ ἄρθρα, hoc est, articulos & iuncturas infestet.

Arthriticus, {ἀρθριτικός, ὁ ἀρθριτικός. GALL. *Goutteux.* ITAL. *Gottoso.* GERM. Der das zipperle / oder podagram hat. HISP. *Enfermo de los artejos, podagre.* ANGL. *Sicke of the gowth.*} Qui laborat arthritide, hoc est, morbo articulari. ἄρθρον enim apud Græcos articulum significat. Cic. *ad Paetum.* Non enim arbitror cocum etiam te arthriticum habere.

Artigis, Ἄρτιγις Ptolemæo, Hispaniæ ciuitas, in tractu Bætico, alio nomine Alhama dicta.

‖Artio, iui, itum, apud Catonem immitto, insero, adigo. Affine est Arteo ἀρτύω, apparo, paro, vel ἀρτίζω compono. Sed *artere* pro artare, vel arctare dicebant veteres.

Artitus Gl. v. πολύτεχνος, δαίδαλος. Fest. Artitus, bonis artibus instructus. Ergo ab arte.‖

Artissa, vide *Aretissa.*

Arto, as, vide suprà *Arcto.*

Artōchmēs, Ἀρτόχμης, vnus fuit è Xerxis ducibus, qui Darij filiam vxorem duxit, vt testis est Herod. *lib. hist.* 7.

Artŏcŏpŭs, Pistor, {אופה *ophéh.* ἀρτοκόπος. GALL. *Boulenger, fournier.* ITAL. *Pistore, panattiere, fornaio.* GERM. Ein brotbeck. HISP. *Panadero, hornero que cueze en horno el pan.* ANGL. *A baker of bread.*} Interdum & pro dispensatore accipitur, cui panis distribuendi officium incumbit. Iuuen. *Satyr.* 5.

Salua sit artocopi reuerentia.

Artocrĕās, atis, neut. gen. sicut simplex κρέας, ατος, {ἀρτόκρεας. GALL. *Pasté de chair.* ITAL. *Viuanda di pane & di carne.* GERM. Ein pastet / ein speyss von brot vnd fleisch. HISP. *El pastel de carne.* ANGL. *A pie or pastie of fleshe.*} Cibi genus est ex pane & carne minutim concisa confectum. Quod quo pacto fieri consueuerit, vide in eo libello qui *Apicij* nomine circunfertur. Sunt qui inflectant per primam inflexionem: an rectè, ipsi viderint: certè apud Apicium legitur nominatiuus Artocreas. Ita etiam videtur exigere ratio analogiæ, quam habet cum simplici. Neque obstat Persij autoritas, *Sat.* 6.

—— oleum artocreásque popello
Largior: an prohibes?

Non doctorum omnium iudicio Artocreas ibi est accusatiuus singularis neutri generis.

Artolagănus, i, {ἀρτολάγανος. ANGL. *Fine cake breade, afflewne, custarde.*} Panis genus delicatissimi, quòd cum pusillo vino, lacte, & pipere coquebatur, vt placet Ruell. *lib.* 2. *c.* 14. Plin. 18. *cap.* 11. Panis ipsius varia genera persequi superuacuum videtur: aliàs ab obsoniis appellati, vt ostrearij: aliàs à deliciis, vt artolagani. Cic. *Paeo. lib.* 9. *epist.* Dediscendæ sunt tibi sportellæ, & artolagani tui.

ARTŎPTĂ, {אופה *ophah.* ἀρτόπτης. GALL. *Boulengere ou fourniere, qui cuit rostit le pain.* ITAL. *Femina que cuoce il pane, ouero instrumento da cuocerlo.* GERM. Ein brotbeckin / ein pfisterin. HISP. *Panadora, hornera que cueze en horno el pan.* ANGL. *A kneading trough.*} A quibusdam dicitur mulier, quæ coquit panem in clibano, vel in furno: ab ὀπτάω, coquo. Erat enim id officium mulierum: neque ante bellum Persicum, (teste Plin. *lib.* 18. *c.* 11.) Romani pistores suos habuerunt. Hunc morem hodie Pannonij obseruare dicuntur, qui virilia & muliebria munia sedulò distinguunt. Plaut. *in Aulul. sc.* 6. *a.* 2. Ego hinc artoptam ex proximo vtendam peto. At Pollux dicit esse instrumentum artocopi, in quo panes torrebantur. {ANGL. *A rundell or rolling pinne that they vse to knead with all.*} Alij accipiunt pro vase in quo farina subigitur.

Artoptitius panis, qui ex fermento duriore conficitur, torretúrque in artopta. Plin. *lib.* 18. *c.* 9. Siligineæ farinæ modius Gallicæ, viginti duas libras panis reddit: Italicæ duabus tribúsve amplius in artoptitio pane. nam furnaceis binas adiiciunt libras. Vide Ruell. *lib.* 2. *c.* 14.

Artredines, vocantur, quæ ab apibus sunt minores: harum meminit Aristot. qui inter crabrones collocat, etiamsi in veteribus exemplaribus *teuthedron* corruptè legatur, pro *artredon.*

Artotrogus nomen Parasiti, apud Plaut. *in Menaech.*

Artotyritæ, ἀρτοτυρῖται, populi, quibus oblatio eorum nomen dedit. Offerebant enim panem & caseum, dicentes à primis hominibus oblationes de fructibus terræ & ouium fuisse celebratas.

ARTŪS, artuum, artubus, pluralis tantùm numeri. {ἄρθρα, μέλη. GALL. *Membres.* ITAL. *Nodi.* GERM. Glyder. HISP. *Nudos, ò membros del cuerpo.* ANGL. *Membres, of the bodie, or limmes.*} Propriè dicuntur nodi in corpore animalis, ex duorum ossium coëuntibus extremitatibus resultantes: ita dicti ab arctandis, hoc est, continendis, & colligandis ossibus. Virg. *lib.* 5.

——— & magni membrorum artus.

Quidam sic distinguunt Artus à membris, quòd Artus ossa cum neruis & venis: membra autem propriè vocamus carnem artus tegentem. Vnde membrana, superior membri pars, hoc est, pellis. Sed hæc sæpenumero confunduntur. Artus argumentorum nudi. Fab.

Seu vitiant artus ægrè contagia mentis,

Ouid. *Eleg.* 8. *lib.* 5. *Trist.* ¶ Apud Plaut. *in Men.* Artua dicuntur, à nominatiuo Artua. Ita mihi imperas, vt ego huius membra, atque ossa, atque artua Comminuam illo scipione, quem ipse habet.

Artŭo, as, ab Artus fit, διαρθρόω, à quo Deartuo, quod est per artus diuido. Maternus *lib.* 5. Vt sic artuatis viscerum partibus, membra omnia crudelis artificij præsidi proferantur.

Artitus, validis artubus, robustus. Plautus *Asinaria.*

Artiuit, pro artauit. Non. ex Nouio.

Artuatus, laceratus, & quasi per artus conscissus. Artuatè, aduerb.

Artĭcŭlāre, διαρθροῦν, Apuleius *Florid. lib.* 2. Eò faciliùs verba hominis articulantur, patentiore plectro, & palato.

Artĭcŭlŭs, diminutiuum ab Artus, & ponitur pro iunctura, siue nodo, vel parte membri. {ἄρθρον. GALL. *Peincture, noeud.* ITAL. *Nodo, giuntura.* GERM. Glied. HISP. *nudo, artejo, articulo.* ANGL. *A ioynte, a knote.*} Articulis membra distinxit. ¶ Sed & in vite dicuntur articuli, nodi ex quibus gemma erumpit. Cic. *in Catone,* Itaque ineunte vere, in iis quæ relicta sunt, existit tanquam ad articulos sarmentorum, ea quæ gemma dicitur. Articulo molli tractare, Quint. Membra & articuli caussæ, & orationis. Idem, Commoditatis omnes articulos scio. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 1. Mollis articulus Aduersarij excipit cum ruentem. Quint. *cap.* 12. *lib.* 2. Necesse est deteratur fulgor & durescat articulus. Idem, Manus, pars digiti, digitorum articuli: idem, Articulorum & digitorum vsus in gestu. Idem, Articulos infringendi gestus. Idem, Articulos nosse, Seneca *Epist.* 90. per eosdem articulos & gradus perducendus est, i. instituendus. Suet. *in Claud. c.* 24. ¶ Articuli etiam in montibus dicuntur. Plin. *in calce operis.* Etenim contingit recurrentis Italiæ positio in partem vtilissimam, & inter ortus occasúsque mediam, aquarum copia, nemorum salubritate, montium articulis, ferorum animalium innocentia, soli fertilitate, pabuli vbertate. Vbi montium articulos videtur accepisse pro colliculis, & cliuis molliter surgentibus: qui editioribus montibus veluti corpori membra, sunt annexi. ¶ Sic articulos fidei, tanquam membra religioni nostræ dixerunt. ¶ Interdum ponitur pro digito, vt apud Ouid. *lib.* 2. *de Ponto,*

At reditus iam quisque suos amat, & sibi quid sit
Vtile sollicitis supputat articulis.

Eo sensu Sueton. *in Tib. c.* 68. Interdum pro momento, καιρὸς, & tempestiua rerum faciendarum hora, siue puncto, ἀκμῆ, seu alicuius rei, aut temporis particula. Terent. *in Adelph.* Vide vt in ipso articulo (ἐν αὐτῷ τῷ καιρῷ) oppressit eam. ¶ Pro themate factique specie proposita) casum vulgò appellant) *in l. non possunt,* 12. *ff. de legib.* ¶ Item Articulus membrum est periodi, quod etiam à Græcis κῶλον appellatur: de quo Autor ad Heren. *lib.* 4. Articulus habetur quum singula verba interuallis distinguuntur cæsa oratione. ¶ Similiter Articulus, ἄρθρον, à Grammaticis dicitur particula: quæ in declinandis nominibus discernendi generis causa præponitur: cuiusmodi sunt apud Latinos, Hic, hæc, hoc, apud Græcos, ὁ, ἡ, τὸ. Quanquam est & aliud genus articulorum apud Græcos, quos illi subiunctiuos vocant, eundem vsum præstantes, quem relatiua apud Latinos, ὅς, ἥ, ὅ.

Artĭcŭlāris, & hoc are, quod ad articulos pertinet. {ἀρθριτικός. GALL. *Appartenant aux ioinctures.* ITAL. *Pertinente à gionture.* GERM. Das zu den gliedern gehört. HISP. *Pertenesciente à artejos ò articulos.* ANGL. *That belongeth to the ioyntes.*} vt, Articularis morbus, ἀρθρῖτις, ita dictus, quòd per omnes artus vagetur. Hoc morbo Ennius laborasse fertur. Serenus, Si verò articulos, tabes inimica per omnes. Hæserit, ex ficu betas cum melle iugabis. Vel pelagi lances, simul & Bacchea dona Sumere curabis, nimio sed parcito vino. Ennius ipse pater dum pocula siccat iniqua, Hoc vitio tales fertur meruisse dolores.

Artĭcŭlārĭŭs, a, um, idem. Plin. *lib.* 21. *c.* 20. Articularios morbos sedat, canísque morsus. Idem *lib.* 20. *c.* 9. Podagræ autem, morbísque articulariis illini cum rutæ, coriandri, & salis mica, hordei farina.

Artĭcularĭŭs, rij, substantiuum, qui articulari morbo laborat. {ἀρθριτικός. GALL. *Goutteux.* ITAL. *Gottoso.* GERM. Der einen gleichen schmertzen hat / als Lähme / Kräpff / Podagran. HISP. *Gottoso.* ANGL. *Seik of the gouts.*} Plaut. *Merc.* Nec podagricus, nec articularius est, quem tu ducunt pedes.

Artĭcŭlātim, significat per articulos, separatim, seorsim. {διαρθρωτῶς. GALL. *Par les ioinctures, de poinct en poinct, distinctement.* ITAL. *Per le gionture, à pezzo à pezzo, di punto in punto, distintamente.* GERM. Von glaich zu glaich / stuckechtig. HISP. *De articulo en articulo, distinta y partidamente.* ANGL. *Frome ioynte to ioynte, distinctlie, frome poynte to poynte.*} Plaut. *in Epist.* Hem istic homo te articulatim occidit senex. Cic. *de leg.* Quæ fusè disputabantur ac liberè, ea nunc articulatim distinctè dicuntur.

Artĭcŭlātè, distinctè. Inde dicimus Articulatè pronunciare, id est, distinctè & quibusdam veluti articulis. Articulatè loqui, Gell. *c.* 9. *lib.* 5. Interdum ponitur pro clarè, apertè. Cic. *Att.* Valebis igitur, & puellæ salutem dices. Articulæ, ita legit Passer.

Artĭcŭlātĭo, nis, ἄρθρωσις, Plin. *lib.* 16. *c.* 25. Claréque & tunc cernitur excrescentium cacuminum articulatio. de germinatione & partu arborum loquens. Item morbus vitium: apud eundem Plin. *lib.* 17. *c.* 24. Vitibus præter vermiculationem & syderationem morbus peculiaris articulatio. tribus de causis. Vna, vi tempestatum germinibus ablatis: altera, vt notauit Theophrast. in supinum excisis: tertia, culturæ imperitia læsis. Omnes enim earum iniuriæ in articulis sentiuntur.

Artĭcŭlōsŭs, a, plenus articulis. {ἀρθρώδης. GALL. *Plein de ioinctures & de noeuds.* ITAL. *Articuloso.* GERM. Voll glaich / oder Knöpff. HISP. *Lleno de nudos.* ANGL. *Full of ioyntes, that hath many knottes or ioyntes.*} Plin. *lib.* 24. *c.* 16. Alij radice longa, veluti signata, articulosáque monstrauêre, tribus omnino cauliculis. Quint. *lib.* 4. *c.* 5. Euitanda vtique maximè concisa nimium, & velut articulosa partitio.

Artynia, stagnum est minoris Asiæ, Olympo Mysiæ monti propinquum, & iuxta Mileropolim ciuitatem, ex quo Rhyndacus fluuius, antea Lycus denominatus, effluit, Asiam & Bithyniam disterminans. Plin. *lib.* 5. *cap.* 32.

Artymnessus, Ἀρτυμνησσός, ciuitas Lyciæ, Xanthiorum colonia. Steph.

Arualēs fratres, dicti sacerdotes, quos Romulus primus instituit, séque inter illos duodecim, fratrem appellauit: quorum officium erat Cereri & Baccho pro frugum & vini vbertate ambaruales hostias mactare: quæ idcirco *Ambaruales* dicebantur, quòd antequam mactarentur, ter circum arua ducebantur. Virg. 1. *Georg.*

Térque nouas circum felix eat hostia fruges.

Ei sacerdotio Acca Laurentia, quæ postea populum Romanum hæredem instituit, Romuli nutrix, tribuit infulas albas, & spiceam coronam

pro religiosissimo insigni, quæ prima apud Romanos corona fuit. Et hic honos nonnisi vita finitur, exulesque & captos comitatur. Ex Gell. *cap.7.lib.6.*

[Arucho, aducho, antiq. Turneb.]

Aruerni, ἀρουερνοὶ Stephano. Galliæ populi ad Ligerim siti, qui multis hominum millibus duce Vercingentorige contra Cæsarem profecti sunt, quum prius aduersus Maximum Æmilianum & Domitium Ænobarbum etiam ducentis hominum millibus conflixissent. Strab. *lib.*4. Vulgò *Auuergne & Auuergnats.*

Aruiga, aries. Varro *de L.L.* hinc Aruignus.

Aruina, Durum pingue inter cutem, vt autor est Seruius. {חלב *cheleb.* λίπος, τό. GALL. *Graisse, sain doux.* ITAL. *Grasso, lardo.* GERM. Schmär/feiste. HISP. *Grassa que esta puesta sobre la carne.* ANGL. *Suet, or tallow.*} Virg. *lib.*7.

Pars leueis clypeos, & lucida spicula tergens
Aruina pingui.

Aruisium, Chij insulæ promontorium. Inde Aruisia vina. Virg. *in Daph.*

Vina nouum fundam calathis Aruisia nectar.

Nunc adiecta vna litera, *Maruisia* dicitur.

Arunca, vrbs fuit antiquissima in Italia, ab Ausone condita.

Aruncus, a, um. Virg. 7. *Æneid.*

Atque equidem memini (fama est obscurior annis)
Auruncos ita ferre senes.

Idem *lib.*10.

——— occurrit Halæsus
Auruncæque manus.

Rectiùs scribitur Aurunca & Auruncus.

Aruncus, villus est à caprarum mento dependens. {ἄρυγγος. GALL. *Barbe de chieure.* ITAL. *Barbetta della capra.* GERM. Geißbart. HISP. *La barba de las cabras ò cabrones.* ANGL. *A goates barde.*} Plin. *lib.*8. *c.*50. Dependet omnium mento villus, quem aruncum vocant.

ARVNDO, Aquaticus frutex. {קנה *kaneh.* κάλαμος. GALL. *Canne, roseau.* ITAL. *Canna.* GERM. Ein Ror. HISP. *Caña.* ANGL. *A reede, or cane.*} Liu. 7. *bell. Pun.* Erant autem pleraque ex cratibus, aut tabulis facta, alia arundine texta, stramento intecta. ¶ Et quoniam ex arundinibus fiebant sagittæ, quandoque Arundo ponitur pro sagitta. Virg. *lib.*7. *Æneid.*

——— actaque multo
Pérque vterum sonitu, pérque ilia venit arundo.

Arundineus, a, um, quod est ex arundine. {καλάμινος. GALL. *De cane ou roseau.* ITAL. *Di canna.* GERM. Das vom dem Ror ist. HISP. *Cosa toda de caña.* ANGL. *Of a reede, made of a cane.*} Plin. *lib.*10. *c.*29. Addita in transuersas labias, fronde arundinea. Ouid. *El.*1. *lib.*4. *Trist.*

——— Pastor
Fessus arundineo carmine mulcet oues.

¶ Scipioni arundineo inniti, apud Hebræos in prouerbio fuisse videtur, 4. *Reg.c.*18. *Esai.c.*36. *Ezechiel.c.*29. De eo qui spes suas figit in iis, qui non solùm non possunt esse præsidio, verùm etiam noceant destituto. Siquidem arundineus scipio non modò non sustinet innitentem, verùm etiam manum penetrat ac vulnerat.

Arundinaceus, a, um, similis arundini. {καλαμώδης. GALL. *Semblable à vne cane ou roseau.* ITAL. *Cose che ha forma di canna.* GERM. Einem Ror gleich. HISP. *Cosa semejante à la caña.* ANGL. *Lyke a reede, lyke a cane.*} vt, Folium arundinaceum. Plin. *lib.*18. *c.*7. Frumentis folium arundinaceum, fabæ rotundum & magnæ leguminum parti.

Arundinetum, Locus arundinibus abundans. {καλαμών. GALL. *Le lieu où croissent cannes ou roseaux.* ITAL. *Luogo doue sono molte canne, canneto.* GERM. Ein ort da vil Ror wachsen. HISP. *El canaueral, lugar donde nascen cañas.* ANGL. *A place where reedes growe or canes.*} Sicut Salictum & Oliuetum dicimus, pro locis in quibus magna est copia salicum, & olearum. Plin. *lib.*10. *cap.*32. Minores halcyones in arundinetis canunt.

Arundinosus, a, um, adiect. Abundans arundinibus. {καλαμώδης. GALL. *Plein de roseaux ou de cannes.* ITAL. *Pieno di canne.* GERM. Rorecht/das vil Ror hat. HISP. *Lleno de cañas.* ANGL. *Ful of reedes or canes.*} Catul.

Quaque Ancona, Cnidúmque arundinosam colis.

Arundifer, adiect. Ferens arundines. {καλαμοφόρος. ANGL. *That beareth or bringeth reedes or canes.*} Ouid. 5. *Fast.*

Tibris arundiferum medio caput extulit alueo.

Aruns, Vates Tuscus fuit diuinandi scientia insignis. Lucan. *lib.*1.

Acciri vates, quorum qui maximus æuo,
Aruns incoluit deserta mœnia Lunæ, &c.

Est item nomen viri, qui Camillam occidit, de quo Virg. *lib.*11. *Æneid.* ¶ Fuit etiam hoc nomine Tarquinij Superbi filius natu maximus, qui in ea pugna, quæ ad Regillum lacum facta est, Iunium Brutum interemit, & ab illo vicissim (dum vterque hostis potius feriendi, quàm corporis sui tegendi rationem habet) hasta traiectus est. Vide historiam apud Liuium *lib.*2. *ab Vrbe.* Aruns filius Porsenæ. Plaut. *in Public.*

Arupenum, Iapodum oppidum in confinio Istriæ, & Illyrici: cuius meminit Strabo *lib.*4. & 7.

Arupinus, est Pannoniæ vrbs, cuius meminit Strabo *lib.*7.

Arus fluuius, vide *Drys.*

Aruspex, {ANGL. *A diuinour, à coniectour of thinges to come.*} Vide infrà in dictione *Haruspex*, οἰωνοσκόπος.

Arutena, siue Artena, vas ab hauriendo ita dictum.

Aruum, i, ab Arando dictum, Ager aratus, necdum satus, qui tamen sementi datur. {שדה *sadeh,* ἄρουρα. GALL. *Champ labouré, terre labourée, semer ou à semer.* ITAL. *Campo.* GERM. Ein Feld das schon zu dem säyen gerüst ist. HISP. *Campo que se labra, y siembra.* ANGL. *A tilled feild, falloed feeld, land eared to be sowen.*} Varro 1. *de re rustic.c.*39. Aruum, quod aratum, nec satum est. Salust. Quia Numidæ pabulo pecoris magis, quàm aruo student. Non illic colit arua Deus Bacchúsve, Ceréсve. Tibul. *lib.*4.

Vicinus Phœbo tenet arua Pedanus.

Pro eodem etiam dicitur Ager aruus. Plaut. *Truc.* Non aruus hic qui arari soleat. Sed pascuus est ager. Aruo aliquem pascere, id est, frumento & iis quæ in aruo nascuntur. Horatius *in* 1. *Epist.*17.

Ne perconteris fundus meus, optime Quinti
Aruo pascat herum, an baccis opulentet oliuæ.

¶ Aruum genitale, pro muliebribus locis.

Arua, æ, pro aruum. Nonius, ex Pacuuio, & Næuio.

Arx, ab Arceo, quia arcet, id est, prohibet hostes accedere castellum. {משגב *misgab.* ἀκρόπολις, ἄκρα. GALL. *Forteresse, chasteau de deffense, haute tour.* ITAL. *Fortezza, castello, difesa.* GERM. Schloß/ein Festes ein Burg. HISP. *Fortaleza, roquera, o alcaçar de cuidado.* ANGL. *A castell, à forteresse, à high tower.*} Est enim locus vrbis in monte situs natura munitus. Inde etiam summitates montium & cuiuscunque altitudinis, ex quibus facilè possunt depelli hostes, Arces dicuntur. Vel, vt Solinus inquit) ab Arcadibus dicta est Arx, qui munitissimos quosque colles sub Euandro tenuerunt. Virg. 2. *Æneid.*

Quo res summa loco Pantheu? quam prendimus arcem?

Cic. *in Paradox.* Hoc opus in apertum vt proferas, nihil postulo: non enim est tale, vt in arce poni possit, quasi illa Minerua Phidiæ: sed tantum vt ex eadem officina exisse appareat. Non mœnia Troiæ, verum etiam summas arces intrare. Ouid. 13. *Metaph.*

Nec comes hic Phrygias vnquam venisset ad arces.

Arcem musicæ possidere. Prisc. Inter arcem & Capitolium. Gell. *c.*12. *lib.*5. An meus Vlysses habeat signum ex arce. Plaut. *Pseud. sc.*6. *a.*4.

Sæuum prælustris fulmen ab arce venit.

Ouid. *El.*4. *lib.*3. *Trist.* Ex arce cœlesti (i. Cœlo.) Sen. *c.*26. *de cons. ad Mar.*

Ipse quoque æthereas meritis inuectus in arces.

Ouid. *Eleg.*4. *lib.*5. *Trist.* Cicerone arcem eloquentiæ tenente, Quint. Inde petes arcem (i. capitolium.) Ouid. *Eleg.*2. *lib.*4. *Trist.*

Ætheriam cinges amplexibus arcem.

Idem *Eleg.*3. *lib.*4. *Trist.* ¶ Translatè hac voce vtimur quum tutissimum ac validissimum præsidium significamus. Cic. *in Verr. a.*6. Idem ad vos priuatim iudices, confugit, vtitur hac lege qua iudicium est communi arce sociorum. Rursus *in eadem*, Hic locus est igitur vnus quò perfugiant, hic portus, hæc arx, hæc ara sociorum. Idem *pro Rosc. Com.* Idem *pro Sylla.* Idem *in Epist. fam. ad Lentul.* quod erat in causa præcipuum, arcem vocat. Non potuit, inquit, magis in arcem causæ illius inuadere. ¶ Arcem ex cloaca facere, prouerbialiter dicuntur, qui rem hominémve nihili laudibus magnificis attollunt. Cicer. *pro Cn. Plancio*, Nunc venio ad illud extremum quod dixisti, dum Plancij in me meritum verbis extollerem, me arcem ex cloaca facere, lapidem è sepulchro venerari pro Deo, neque enim insidiarum periculum vllum, neque mortis fuisse. In cuius verbis & illud prouerbij figuram habet, lapidem è sepulchro venerari pro Deo, quod tum locum habet, quum aliquem laudamus & extollimus, qui laude dignus non est. ¶ Arx, pro Roma, vulgare est. Prudent. & Cicero.

Arxata, vrbs Armeniæ, de qua Strabo *lib.*11.

Aryandes, ἀρυάνδης, Ægypti prætor fuit à Cambyse constitutus, qui aliquanto pòst tempore, quum æmulari Darium vellet, ab eo est interfectus. Autor Herod. *lib.*4.

Arycanda, ἀρύκανδα, ciuitas Lyciæ, Steph.

Arype ἀρύπη, ciuitas Ægypti, cuius ciues Arypes, Steph.

A S

As, terminatio Genitiui antiquorum, præcipuè apud poëtas.

As, assis, libra. {מנה *maneh.* à Græcis μνᾶ, mna. ANGL. *A pound weigt.*} Mina à nostris, interpositione i, literæ, quæ ex nonaginta sex drachmis conficitur, siue duodecim vnciis, ἀσσάριον. Asses decem denarium faciunt. Plaut. *in Camil.* Vncia verò ab vno dicitur οὐγκία. ¶ Sextans, vnciæ duæ, quasi sexta pars assis, ἑξαμόριον. ¶ Quadrans vnciæ tres, quarta pars assis, qui & Triuncium dicitur, τεταρτημόριον. ¶ Triens, quatuor vnciæ, tertia pars, τριτημόριον. ¶ Quincunx, vnciæ quinque. ¶ Semis, vnciæ sex, dimidium assis, siue selibra. id est, media pars libræ, quasi semias, ἡμιλίτριον. ¶ Septunx, vnciæ septem. ¶ Bes, vnciæ octo, dempto triente ab asse, quasi Des, διμοιρία. ¶ Dodrans, vnciæ nouem, ab asse dempto quadrante, quem & Nouuncium dicimus, τριμοιρία. ¶ Dextans, vnciæ decem, dictus, quòd assi desit sextans, hoc est, vnciæ duæ. ¶ Deunx, vnciæ vndecim, quasi vnica dempta ex asse vncia. Asses olim librarij fuerunt. Gell. *cap.*1. *lib.*10. Et viginti quinque æris, & viginti quinque asses. Idem Gell. *c.*1. *lib.*20. Asses porrigentibus manum præbere paulò ante stipem, Sueton. *in August. c.*91. ¶ Æris autem minima pars Sextula dicitur, quòd sit sexta pars vnciæ. ¶ Semuncia, dimidia pars vnciæ. ¶ Sicilicum, semunciæ dimidium, ita dictum quòd semunciam secet. Sicilire enim antiqui dicebant, quod nos Diuidere: vnde etiam Siciliæ nomen mansit. Et sciendum quòd veteres volentes aliquid diuidere in partes æquales, vt hæreditatem & quiduis simile, id assem appellauerunt, & partes vncias. Vnde illud Plinij *de Luna lib.*2. *c.*14. Haud dubium est lucere dodranteis semuncias horarum ab secunda adiicientem vsque ad plenum orbem. ¶ Vnde etiam habemus, Ex asse hæredem fecit, ἐξ ὅλου κλήρου, i. totius hæreditatis. Suet. *in Cæsare*, Nouissimo testamento tres instituit hæredes sororum nepotes, Octauium ex dodrante, Pinarium & Pedium ex quadrante. ¶ Interdum etiam As dicitur numus æreus libralis, quòd esset vnius libræ, ita dictus ab ære. Horat.

Quem si diminuas, vilem redigatur ad assem.

Valebat autem as (inquit Budæus) quaternos denariolos nostros paulò pluris. Inde dupondius, ex duabus libris. Et Sestertius, duarum librarum & semissis. Interdum Triens, Quadrans, Quincunx, & similes partes assis apud Poëtas accipiuntur pro calicibus, aut mensura poculorum. Propertius,

Quum fuerit multis exacta trientibus hora.

Martial.

Te conuiua leges mixto quincunce.

¶ Componitur autem as cum eo quod est Tres, & fit Tressis. Persius,

Hic Dama est, non tressis agaso.

¶ Ex Octo & As, fit Octussis. Horat. Quanti empta? Parui. Quanti ergo? Octussibus. Et sic per omnes numeros vsque ad centum, vt Centussis. Pers.

Et centum Græcos curto centusse licetur.

Assarius, rij, ἀσσάριον, numus, hoc genus ponderis. Ioseph. Quatuor drachmis venderetur assarius.

Asæ apud antiquos dicuntur, quæ nobis Aræ. Terent. Scaur. *de Orthogr.*

Asæ, ἄσαι, vicus est Peloponnesi in agro Corinthio, non procul à Genea ciuitate, vt autor est Stephanus.

Asachæi, populi sunt in montibus Æthiopiæ, qui abesse à mari dicuntur dierum quinque itinere, viuentes elephantorum venatu. de his Plin. *lib.* 8. Asachæi vocantur Æthiopes, apud quos maximi nascuntur dracones.

Asacus, fluuius est Heracleam alluens ciuitatem, sitam ad radices montis OEtæ, teste Liuio *lib.* 5. *de bell. Maced.* Plin. *lib.* 4. *cap.* 10. Apylam vocat.

Asæa, ἀσαία, nomen proprium montis. Autor Suidas.

Asæus, ἀσαῖος. Vnus ex principibus Græcorum, interfectus ab Hercule. Autor Hom. *lib.* 11. *Iliad.*

Asander, dri, ἄσανδρος. Viri proprium, apud Strab. *lib.* 7. qui Tauricam Chersonesum à continente separauit, ducto per eius Isthmum muro à sinu Carcinitico vsque a Mæotim paludem.

Absaris. Fluuius est Heracleam OEtam alluens.

Asarōtum, {ἀσάρωτον. ANGL. *Pauing tile of diuers coulours, finelie set with figures of birdes or other thinges, or hauing like pictures carued vpon them.*} Pauimentum picturæ arte elaboratum, à Græcis inuentum: sic dictum, quòd verri non debeat. Nam deducitur ab α pr. particula, & σαίρω, verro, purgo scopis. Scopæ quoque à Græcis σάρα dicuntur. Solebant quippe purgamenta cœnarum, quæ ἀσάρωτα vocantur, è pauimento euerri, dum subtegulanea pauimenta in vsu erant. Postea asarotis inuentis, cessauit vsus scoparum, manibúsque colligi purgamenta cœperunt, pauimenta verò spongiis mundari. Xenodorus primus claruit in faciendis asarotis, quæ miro artificio paruulis testulis in varios colores tinctis, & imagines pictis strauit. Nam Pergami in asaroto columbam efficit] bibentem, quæ aquam capitis vmbra offuscabat, alia sibi escam eripiente. Papinius *lib. Syluarum*—varias vbi picta per arteis Gaudet humus, superántque nouis asarota figuris. de hoc vide plura apud Plin.

Asărum, {ἄσαρον. GALL. *Cabaret.* ITAL. *Asaro.* GERM. Haselwurtz. HISP. *Asarabacara.*} Macer Asarum Latinè vulgaginem dici scribit, teste Plinio *lib.* 12. *cap.* 13. Herba est folia habens similia hederæ, rotundiora tamen & molliora, florem purpureum, radicem Gallici nardi, semen acinosum, saporis calidi, & vinosi. Hæc herba etiam hodie (vt Ruellio credimus) Gallorum lingua *Asarum* appellatur, *Baccara & Cabara.* Id certum est vel Dioscoridis testimonio eandem herbam esse cum ea, quæ alio nomine Baccar, siue Baccaris sine aspiratione dicitur; at Baccharis aspiratè alia herba est, quam describit Diosc. *lib.* 13. *cap.* 51. quæ in coronis expetebatur.

Asasobas, ἀσασόβας, fluuius Æthiopiæ, iuxtà Meroën. Heliodorus *Æthiopia historia lib.* 16.

Asasus, fluuius est Thessaliæ iuxta Heracleam vrbem, quæ est in radicibus OEtæ-montis, effluens. Hunc Plin. Apylam vocat.

Asbestæ, Libyæ populi, vbi Ammonis oraculum fuit, autore Volaterrano.

Asbitæ, vide *Hasbyta.*

Asbestinum, {ἀσβέστινον. GALL. *Vne sorte de lin qui ne brusle point.* ITAL. *Lino che non si abbrugia.* GERM. Ein gattung deß flachs/der von dem feür nicht mag verzehrt werden. HISP. *Cierto lino que no se quema.* ANGL. *A sort of line or flaxe that burneth not.*} Genus est lini, quod ignibus non absumitur. Viuum id vocant, ardentésque in focis conuiuiorum ex eo vidimus mappas, sordibus exustis splendescentes igni magis, quam possent aquis. Vocatur autem à Græcis Asbestinum ex argumento naturæ. Hæc Plinius *lib.* 29. *cap.* 1.

Asbĕstŭs, inextinguibilis. {ἄσβεστος. GALL. *Chose qu'on ne peut esteindre.* ITAL. *Cosa che non se può stegnere.* GERM. Vnerlöschlich. HISP. *Cosa que no se puede apagar.* ANGL. *That can no be quenched.*} Nomen lapidis est, ferrei coloris, in montibus Arcadiæ nascentis, qui quum ignem non habeat proprium, tamen sic ardet, vt non possit extingui. de hoc Plin. *lib.* 37. *cap.* 10.

Asbolus, numeratur ab Ouid. 3. *Metam.* inter canes Actæonis. Nomen est fictitium, dictum à colore pilorum fuliginem referente, ἄσβολος enim apud nos fuliginem sonat.

Asbōtus, ἄσβωτος, vrbs Thessaliæ. Steph.

Asbylus, Crotoniata, cuius meminit Pausanias, & Plato *in libris de Republ.*

Asca, oppidum est Arabiæ, apud Strab. *lib. vlt.*

Ascalabotes, ἀσκαλαβώτης, animal venenatum, ex genere stellionum, lentigine plenum, acerbi stridoris, diuersum ab eo, quod Itali sua lingua *Tarantulam* vocant. Vide Plin. *lib.* 29. *cap.* 4. Dictus autem putatur Ascalabotes, παρὰ τὸ ἀσκαλαβεῖν, τὸ ἀσκεῖν, καὶ τὸ βῶ, καὶ τὸ ...

Ascalaphus, ἀσκάλαφος, Acherontis & Orphnes Auernalis nymphæ filius fuit, postea à Proserpina in bubonem mutatus. Nam post raptam à Plutone Proserpinam, quum Ceres filiæ suæ reditum à Ioue ea lege impetrasset, si nihil apud inferos gustasset cibi, Ascalaphus eam prodidit, quòd decerptum ab arbore malum comedisset. Indignata itaque Proserpina, sibi Ascalaphi indicio negatum esse reditum, conuertit eum in bubonem auem funestam, & tristium semper rerum nuntiam. Ouid. 5. *Metam.*

Ascalingium, Ptol. vrbs Germaniæ, hodie Hildesheim.

Ascălon, ἀσκάλων, ciuitas Palæstinæ, ab Ascalo Hymenæi filio condita: à qua Ascalonitæ, ἀσκαλωνῖται, homines in ea nati. Vulgò *Escalona.*

Ascalonia, siue Ascalonium, {ἀσκαλώνιον κρόμμυον. GALL. *Eschallottes, vne sorte d'oignon, appetis.* ITAL. *Scalogna.* GERM. Ein gattung der zwybelen. HISP. *La ascalonia, sebolla para semiente.* ANGL. *A sort of oinyon called ascalion.*} Cæpe genus, quod in Ascalone plurimum nascitur. Plin. *lib.* 19. *cap.* 6.

Ascalus, Tantali frater fuit, Hymenæi filius, vt scribit Xant. Steph. *in Ascalon.*

Ascănĭă, æ, ἀσκανία, insula est vna Sporadum, non procul ab Anaphe, & Astypalæa, de qua Plin. *lib.* 4. *cap.* 11. ¶ Est & Ascania, Phrygiæ locus, de quo Plin. *lib.* 5. *c. vlt.* ¶ Item alius in superiori Mysia, siue Bithynia, iuxta Ascanium lacum; quam Mysiacam vocat Strabo ad differentiam superioris, quam Phrygiam appellat. Vide ipsum *lib.* 12. & 14.

Ascănĭŭs, ἀσκάνιος, Æneæ filius, teste Virg. ex Creusa regis Priami filia, fugæ, laborumque in quærendis sedibus patris socius. Liu. *lib.* 1. *ab vrbe condita,* dubitat Creusæne, an Lauiniæ filius fuerit, sed poëtæ omnes & cæteri historici cum Virgilio Creusæ filium fuisse affirmant. Dictus est autem primum Ascanius ab Ascanio Troiæ fluuio, deinde Ilus ab Ilo Troianorum rege, postea Iulus a prima barbæ lanugine. Vnde Virg. 1. *Æneid.*

At puer Ascanius, cui nunc cognomen Iulo
Additur. Ilus erat dum res stetit Ilia regno, &c.

Huic quum auus & pater iam diruta Troia, de fuga disceptarent, flammula quædam in capitis vertice apparuit, quæ tamen nihil læsionis intulit, neque etiam manibus extingui potuit: vnde illi futuri imperij omen sumpserunt. Post hæc cum patre post multos errores in Italiam venit, vbi Turno occiso, & patre etiam mortuo, quum apud Lauinium 30. annis regnasset, Albam longam condidit, restituta tamen priùs in regnum nouerca, quæ antea ob timorem in syluas aufugerat. Tandem quum vniuersis 38. annis imperij gubernacula tenuisset, iam moriens, quum videret filium Iulum Syluium regno non satis aptum, Syluium Posthumum fratrem, sed ex diuersa matre, pietate & iustitia præstantem, regni heredem reliquit. ¶ Est præterea Ascanius Mysiæ superioris, siue Bithyniæ lacus, fluuium emittens eiusdem nominis, qui circa Eriboeam in Proponetidem illabitur. Virg. 3. *Georg.*

——— trans Gargara, transque sonantem
Ascanium.

Vide Strab. *lib.* 12. & 14.

Ascarides, ἀσκαρίδες, vermes sunt exigui ex genere lumbricorum: de quibus Galenus *lib. vlt. Methodices.*

|Ascaulus, ἀσκαύλης, tibia vtre abdita, ab ἀσκὸς vter, & αὐλὸς tibia. Aliter ἀσκαύλης ascaula, vtricularius, qui instigans ventum conceptum, exanimat vtrem, ac velut exprimit cubito.|

Ascella, idem quod axilla.

Ascendo, is, ex Ad & scando, sed d, abiicitur: significat sursum, siue ad aliquid scando. {עלה *halah.* ἀναβαίνω. GALL. *Monter.* ITAL. *Ascendere, salire, montare.* GERM. Aufsteigen/hinauf gehen. HISP. *Subir arriba.* ANGL. *To go vp, to ascende.*} Terent. *in Adelph.* Nauem ascendit. Ascendere in concionem, hoc est, in eum locum vnde oratio solet haberi ad populum. Cic. *ad Attic.* Tum subitò ille in concionem ascendit, quam Appius ei dedit. ¶ Ascendere in rostra, pro eodem: apud Liuium *bell. Pun.* Publius Ælius Prætor, senatu misso, & concione inde aduocata, cum L. Lælio in rostra ascendit. Ascendere puluinum. Senec. *cap.* 15. *de cons. ad Marc.* In id euectus Pompeius suprà quod ascendi non potest. Velleius. ¶ Item Ascendere in currum, & inscendere currum. Plaut. *Men. sc.* 24 *a.* 5. Ascendere equum, & in equum. Liu. Ascendere gradum dignitatis, Cic. 2. *Offic.* Ascendere ad honores, & in honorem. Idem, Vox etiam ascendere dicitur, apud eundem 3. *de Orat.*

Ascensorium, scala breuis, non laboriosa. Blesens.

Ascēnsŭs, pro ascendendi actu. {ἀνάβασις. ANGL. *Going or climming vp.*} Cic. *pro domo sua.* Homines audaces ab eius templi aditu atque ascensu prohibuisti.

Ascētērĭă, {ἀσκητήρια. ANGL. *Monasteries, minsters.*} Vocantur monasteria *in Cod. Iustiniani,* à verbo ἀσκῶ, quod est mentem exerceo in contemplatione rerum diuinarum. ¶ Ascetria, monialis.

Ascetes, pugil est, & athleta, verè exercitator.

|Ascetrix, mulier Deo psallens, & funera curans. Lex. gr. b.|

Aschalitæ, ἀσχαλῖται, populi iuxta Indicum sinum. Stephanus in *Ἀσχαλῖται.*

Aschium, ἄσχιον, ciuitas Achaiæ. Steph.

Ascĭă, fabri lignarij instrumentum est, quo fabricæ materiæ dolantur. {כשיל *chaschschil* מקצר *makatsedh.* ἀξίνη. GALL. *Vne coignée ou hache, doloire.* ITAL. *Ascia.* GERM. Ein bethel/hobel. HISP. *El segureon ò açuela para dolar.* ANGL. *A chippe axe.*} Plin. *lib.* 16. *cap.* 40. Mollissima tilia, eadem videtur & calidissima: instrumentum afferunt, quòd citissimè ascias retundat. Huius diminutiuum est Asciola.

Asciburgium, vrbs est inter Germanos, quam illi sua lingua Emerich vocant.

Ascio, Ascia cædo. {πελεκίζω. GALL. *Doler, hacher auec vne coignée.* ITAL. *Asciare, polire.* GERM. Behawen/zimmeren. HISP. *Dolar.* ANGL. *To hew or chippe.*} Vitruu. *lib.* 7. *cap.* 2. Sumatur ascia, & quemadmodum materia dolatur, sic calx in lacu macerata ascietur. Sic Exascio, as: vnde Exasciatum opus dicitur à Plauto pro polito, perfectóque, ἀπεξεσμένον.

Ascisco, is, iui, itum: vel etiam (vt quibusdam placet) Ascio, is, Adsumo, aliunde sumo, accerso, expeto, adscribo, adiungo | q. sit ab ad & cio. Sed malo à scisco, i. e. sancio, ordino, vt sit Zuordnen / προστίθημι. |
{לקח *lakach* הבר *hibbir* חבר *chibbir.* ἐπισπάω, προσποιέω, ἀποσπάω, προσλαμβάνω. GALL. *Prendre, ou appliquer à soy, s'attribuer, vsurper & prendre pour soy.* ITAL. *Attribuire, chiamar'a si.* GERM. Aufnemmen/an sich nemmen/zu sich beruffen. HISP. *Attribuyr, llamar e traher de lexos.* ANGL. *To vsurpe, to tak to him as his awin, to clayme to him.*} Accusatiuum post datiuum semper fermè postulat. Quint. *lib.* 8. Quo in genere idem præcipuè custodiendum, ne id quod similitudinis gratia asciuimus, aut obscurum sit, aut ignotum. Cic. *pro domo sua.* Istam sapientiam mihi non ascisco. Lactant. *lib.* 4. Et illos qui temere sapientium sibi nomen asciuerunt, erroris, stultitiæque damnarunt. Cic. *pro Arch.* Quod si mihi à vobis tribui, concedique sentiam, perficiam profectò, vt Aulum Licinium non modò non segregandum (quum sit ciuis) à numero ciuium, verumetiam, si non esset, putetis asciscendum fuisse, id est, donandum ciuitate. ¶ Dicitur & Asciscí in ciuitatem, pro Donari ciuitate. Liu. 6. *ab Vrbe.* ¶ Asciscere, pro appetere. Cic. 3. *de finib.* Eas ipsas cognitiones per se asciscendas arbitramur, quòd habeant quiddam complexum & continens veritatem. Budæus. Ascitus, Participium)(Natiuus, Corn. Nepos *in vita Attici,* Atticus Græcè loquebatur, vt Athenis natus videretur. Tanta autem erat suauitas sermonis Latini, vt appareret in eo natiuum quendam leporem esse, non ascitum. Item pro longè accersito. Ouid. 6. *Fast.*

Prisca Dea est, aliturque cibis quibus antè solebat,
Nec petit ascitas luxuriosa dapes.

Ascitæ, ἀσκῖται, Arabes dicti sunt ab vtribus, quos Græci ἀσκοὺς vocant, quoniam

quoniam bubulos (vt Plin. *lib.* 5. *cap.* 29. inquit) veteres bonos ſtementes Piratticam exercent.

Aſcites, ἀσκίτης, ſpecies eſt aquæ ſubter cutem fuſæ, in qua plus ſeſe humori: promit, ſpiritus autem minus. Cui opponitur Tympanites, in quo plus ſpiritus eſt, quàm aquæ. Vide Celſ. *lib.* 3. *cap.* 21.

‖Aſclabotos, liber contra Sclabos. Lex gr. b.‖

Aſclēpiădēs, ἀσκληπιάδης, nomen hiſtorici Cyprij, qui floruit eodem tempore quo Pygmalion regnabat in Oriente: quo etiam tempore ſcribit eſum carnium in vſu non fuiſſe. ¶ Alius fuit Philoſophus cæcus, quem ferunt (vt Cic. *lib.* 5. *Tuſc. quæſt.* ait) quum quidam quæreret, quid ei cæcitas attuliſſet, reſpondiſſe, vt puero vno eſſet comitatior. ¶ Fuit & alius Aſclepiades Pruſienſis medicus, qui lapſu ſcalarum interiit. ¶ Fuit & alius Aſclepiades poëta, à quo carmen Aſclepiadeum dictum eſt.

Aſclepias, adis, ἀσκληπιάς, herba eſt, ramos oblongos, & hederæ folia habens, & radices numeroſas: ita dicta ab Aſclepio inuentore. de hac Dioſc. *lib.* 3. & Plin. *lib.* 26. *cap.* 5.

Aſclepiodōrus, ἀσκληπιόδωρος, nobilis pictor fuit, quo nemo felicius ſymmetriam membrorum obſeruauit. Autor Plin. *lib.* 35. *cap.* 10. ¶ Fuit & Aſclepiodorus Alexandinus, ſingulari ingenio ad omniaſmathematica, ad inquiſitionem cognitionémque herbarum & lapidum, inquit Suidas.

Aſclētāriōn, ἀσκλητάριων, Mathematicus fuit temporibus Domitiani, qui aliquando dixerat ſe diſcerptum iri à canibus: ea propter à Domitiano iuſſus eſt interfici, & accuratiſſimè ſepeliri, vt vanitas eius artis redargueretur. Sed repentina tempeſtate diſiecto funere ſemiuſtum canes diſcerpſere.

Aſcodabla, ἀσκοδάβλα, flaſcium.

‖Aſcoliaſmus, ἀσκωλιασμός, Empuſæ ludus, ἀσκωλιάζω, per veteres, ἄσκει, vno pede ſalto.‖

Aſconius Pædianus, Grammaticus fuit & Hiſtoricus, ſub Nerone clariſſimus, qui in Ciceronis orationes reliquit commentarios, quorum nonnulla extant fragmenta. Hic LXXIII. ætatis anno captus luminibus, XII. poſtea ſummo cum honore, & hominum gratia vixit annos, autore Euſebio.

‖Aſcopa, legitur Iudithæ 10. 5. Hugo Card. dicit eſſe nomen menſuræ. In Græco eſt ἀσκοπυτίνη, quæ eſt vter, vt lagena, vas vinarium.‖

Aſcopērā, {כיס chis צרור tſeror. ἀσκοπήρα. GALL. *Vne pouchette ou ſachet de cuir.* ITAL. *Sachetto, borſa di cuero.* GERM. Ein lederſäcklein lederin ſeckel. HISP. *Saco pequeño, ò coſtal de cuero.* ANGL. *A bagge of leather, purſe, pouche.*} Sacculus pelliceus, marſupium: dictum ab ἀσκός, & πήρα, Suet. *in Ner.* Alterius collo aſcopera deligata. Ex quo datur intelligi, cullei ſymbolum fuiſſe deligatum Neronianæ ſtatuæ: quoniam matricida fuit.

Aſcrā, ἄσκρα. Vicus Bœotiæ in aſpero & ſterili loco, in dextra parte Heliconis, Heſiodi patria. de quo Gell. *lib.* 2. Aſcram rus miſerum penes hic Helicona colebat, Hyberno dirum, triſte æſtu, optabile nunquam.

Aſcræus, a, um, adiect. ἀσκραῖος. Virg. 2. *Georg.*

Aſcræúmque cano Romana per oppida carmen.

& Ouid. 9. *Faſt.*

Aſcrææ oues.

Aſcrībo, pſi, ptum, ex Ad & ſcribo, Subſcribo, hoc eſt, ad ſcriptum aliquod nomen, vel ſententiam meam ſubiungo. {כתב על chathab hal. προσγράφω, προστίθημι. GALL. *Adiouſter à ce qui eſt eſcript, attribuer.* ITAL. *Sottoſcriuere, attribuire.* GERM. Herzuſchreiben/ zumeſſen. HISP. *Eſcriuir matriculando, attribuyr y eſcriuir perſona para alguna coſa.* ANGL. *To ſubſcribe, to write to more to that which is written, to nomber and put to the rankes of others.*} Cicer. *de Leg.* 1. Aſcribo me fratris ſententiæ. & *de opt. genere Orat.* Qui Thucydidem laudauit, aſcribet ſuæ noſtram ſententiam. Idem *Attico.* Nam quòd me non eſſe aſcriptum vides, id eſt, nomen meum. Sic *ad Qu. fratr.* In qua primum erat quod antiquior in tuis fuiſſet adſcripta literis, quàm in Cæſaris. Idem *ad Attic.* Igitur tuſquoque ſalutem vtrique adſcribo. ¶ Significat quoque aſciſco. Cic. *pro Archia.* Venit Heracleam, quæ quum eſſet ciuitas antiquiſſimo iure ac fœdere, aſcribi ſe in eam ciuitatem voluit, id eſt, cuius fieri voluit, & aliis ciuibus adiungi: dicimus autem aſcribere ciuitati, in ciuitatem, vel in ciuitate. ¶ Interdum Aſcribere, eſt attribuere, adiungere, aſſignare, & vel datiuo, vel accuſatiuo cum præpoſitione in, vel ad, iungitur. Cicero, Quòd vulgò hominum opinio ſocium me aſcribat tuis laudibus. Vbi cum datiuo poni vides. ¶ Idem *Offic. lib.* 3. Admiratus eorum fidem tyrannus, petiuit, vt ſe in amicitiam tertium adſcriberent. Et *ad Q. fratr.* Hunc ad tuum numerum libenter aſcribito. Senec. *cap.* 16. *de conſol. ad Elber.* Nouatillam mihi adſcripſeram. i. pro meo habebam. Interdum imputare, προσγράφω, ἀνατίθημι. Cic. Neque mihi negligentiam velim aſcribas. ¶ Ab Aſcribo Aſcripti dicebantur, qui in colonias nomina dediſſent, vt cæteris coloni adderentur. ¶ Item Adſcripti milites, qui ſupplendis legionibus aſcribebantur: quod etiam Accenſos dicebant, quod ad legionum cenſum eſſent aſcripti. Et velatos, quia veſtiti inermes ſequebantur exercitum. Et Ferentarios, quia fundis præliaturi, ea modò ferrent, quæ in hoſtes iacerent. Et Rorarios, quòd id hominum genus antequam acies coirent, in modum rorantis tempeſtatis dimicarent.

Aſcrīptĭtĭus, Allectus, qui ad aliquam rem aſcriptus eſt. {כתוב chathub. παρέγγραπτος, προσγεγραμμένος. GALL. *Enregiſtré, eſcrit, comme vn officier nouuellement creé, & adiouſté au nombre ancien.* ITAL. *Colui che è ordinato à qualche coſa.* GERM. Eingeſchriben/ angenommen. HISP. *Perſona eſcrita para alguna coſa.* ANGL. *That is written and choſen to any office amongſt the reſt, regiſtred or enrolled.*} vt, qui vulgò in collegiis magiſtratuum Extraordinarij vocantur. ¶ Et Dij adſcriptitij, qui diis maiorum gentium opponuntur, de quibus Budæus *in Pandectis.* ¶ Item ciues adſcriptitij, qui è natis ciuibus adiuncti, ſe iam in alterius imperium dediderunt. ¶ Aſcriptitij dicuntur illi, quos villanos vocamus, quòd villæ (vnde villici dicti) aſcripti, & colonariæ conditioni addicti aut ipſi ſunt, aut eorum maiores fuerunt. Budæus. Idem *alio loco.* Aſcriptitius non multum à ſeruo differebat, qui ſcilicet cum terra & poſſeſſionibus vendi poterat, vt ſeruus cum peculio. *l. vt dimitius de agricolis & cenſitis, lib.* 10. C.

Aſcrīptor, oris, qui rei alicui nomen ſuum adſcribit, alteriúſve acta approbat. {προσγραφεύς. ANGL. *which ſubſcribeth to any thing, a regiſtrer or enroller.*} Cic. *pro domo ſua.* Denique ille nouitius Ligur venalis aſcriptor, ſubſcriptor tuus quem M. Papirij ſui fratris eſſe teſtamento & iudicio improbatum, mortem eius te velle perſequi dicit. Idem *ad Quir. poſt red.* Itaque is fuit non modò ſalutis defenſor, verum etiam aſcriptor dignitatis meæ. id eſt, fautor.

Aſcriptiuus, idem eſt, quod Aſcriptitius. {ANGL. *Regiſtred, enrolled with others.*} apud Plautum *in Menæch.* Idem iſtuc aliis aſcriptiuis ad legionem ſolet. Dicebantur inermes aſcripti, qui ſuccederent armatis militibus, id eſt, ſi quis eorum deperiiſſet. Varr. *lib.* 6. *de Ling. Lat.*

Aſculum, ἄσκυλον, oppidum eſt Piſeni memorandum clade illata Pyrrho à Curio & Fabritio Romanis conſulibus: vt latè oſtendit Plutarchus *in vita Pyrrhi.*

‖Aſcura. Lex. Græol. v. habet, ἀσκουρούνα aſcura. Sonat, quaſi vtris caudam habens.‖

Aſcurium, ἀσκούριον, vrbs Liburniæ Ptolemæo. Plin *lib.* 3. *c.* 22. Aſcriuium appellat.

Aſcus, ἀσκός, Gigas, quem quomodo Dionyſius vinctum cum Lycurgo in fluuium coniecerit, vide apud Stephanum *in Damaſio.*

Aſcyron, ἄσκυρον, {ANGL. *Great S. Iohnes wort.*} Herba eſt hyperico ſimilis, comas habens, quæ manibus tritæ, ſucco ſanguineo manant: vnde & Androſæmon appellatur. Fab. ἀνδρὸς αἷμα, id eſt, hominis ſanguis. Vide Plin. *lib.* 27. *cap.* 4.

Aſdrŭbăl, ἀσδρούβας. Gener Amilcaris patris Annibalis fuit, qui poſt eius mortem ſeptem annos imperium tenuit, fauente factione Barchinæ: demum à ſeruo barbaro, cuius dominum occiderat, interfectus eſt in medio ſuorum. Comprehenſus deinde à circunſtantibus ſeruus, haud facti pœnitens, inter cruciatus & tormenta, ſpeciem ſemper ridentis præbuit. Autor Liu. *lib.* 21. ¶ Aſdrubal item alius fuit Annibalis frater, qui quum in Italia traiecilſet cum magnis copiis vt fratri ſuppetias ferret, iuxta Traſimenum lacum à Cl. Nerone, & M. Liuio Salinatore Conſulibus victus, & occiſus, capútque eius præcſium in Annibalis caſtra proiectum eſt. Hiſtoriam hanc vide latius apud Liu. *in* 2. *bell. Pun.* & Plutarchum *in Annibale.* & Sueton. *in Tiber. cap.* 2. ¶ Fuit præterea Aſdrubal, cui Caluo cognomen erat, qui in Sardiniam dux claſſis miſſus, tempeſtate reiectúſq; eſt ad inſulas Baleares, vbi tantiſper, quoad quaſſas reficeret naues, reſedit. de quo plura apud Liuium. ¶ Aſdrubal præter hos alius fuit dux bello tertio Punico à Scipione Æmiliano tanto clade ſuperatus, vt mox ciuitatis ſequuta ſit deditio. Huius vxor, quum paucis antè diebus à viro impetrare non potuiſſet, vt ad victorem transfugeret, in medias vrbis flammas ſeſe cum filiis iecit. Autor Liuius *lib.* 35. ¶ Aſdrubal item, Giſconis filius, cuius meminit Plutarchus *in vita Scipionis.*

Aſea, vel Aſeates, ἄσεα καὶ ἀσεάτης, vicus Arcadiæ, ex quo Alpheus profluit. Stephanus.

‖Aſecreta, vna voce, qui à ſecretis vel ſecretarius dicitur. Carolus M. *de cultu imagin. lib.* 4. 9. Mox, vt Leontius aſecreta conſpexit, magnum ſe ſui erroris emolumentum inueniſſe putauit. Sic Græci poſſeſſores ἀσηκρῆτις. Meurſ. *in Gloſ. ibid.* ait: Hallucinantur viri docti, qui τὸ ἀσηκρῆτις & τὸ ἐπὶ σεκρέτου eundem fuiſſe exiſtimant: quum hic eccleſiaſticus fuerit, ille politicus.‖

Aſellĭus Sempronius, hiſtoricus, & Tribunus militauit ſub Scipione Æmiliano apud Numantiam, qui illud bellum literis mandauit. Citatur ſæpè teſtis à Gellio. ¶ Aſellius autem Claudius, eques Romanus, Tribunus militum ſub Claudio Nerone, qui apud Lucanos memoranda fortitudinis exempla edidit. huius meminit Volaterr.

Aſembobiti. populi dicti quaſi poſt Simbobitim inſulam, de quo Plinius.

Ăsĭă, ἀσία, Nomen tertiæ partis orbis, quoad numerum: nam quoad magnitudinem, dimidia reperitur. ¶ Eſt autem duplex Aſia: maior ſcilicet, & minor. Aſia minor in quatuor partes diuiditur, in Phrygiam, Lydiam, Myſiam, & Cariam. Maior autem Aſia diſtinguitur ab Europa Tanaide fluuio: ab Africa autem Nilo. Dicta eſt autem Aſia ab Aſia nympha, Oceani & Tethyos filia, Iapethi coniuge, ex qua Prometheum ortum ferunt: ſiue, vt quidam volunt, ab Aſio, Manei Lydi filio, Catul. *de com. Beren.*

Et captam Aſiam Ægypti finibus adijceret.

¶ Ab Aſia fit Aſius, a, um, Aſiacus, Aſiaticus, Aſianus, & Aſis: de quibus infrà. Eſt & Aſia, ἀσία λίμνη, nomen paludis in Myſia, prope Cayſtrum fluuium, à quo vicinos campos Aſia prata vocauit Virgil. 1. *Georg.*

Iam varias pelagi volucres, & quæ Aſia circum

Dulcibus in ſtagnis rimantur prata Cayſtri.

In hac autem ſignificatione Aſia primam ſyllabam producit: aliter eandem corripit, Europa atque Aſia pulſus.

Aſiacus, a, um, ἀσιακός, poſſeſſiuum ab Aſia formatum. Ouid. 13. *Met.*

Ecquid, vbi Aſiacas caſuras aſpicis arces, Ingemis?

Ăſĭātĭcus, a, um, ἀσιατικός, idem quod Aſianus, vel Aſiacus. Cic. *de clar. Orat.* Genera Aſiaticæ orationis duo ſunt. Sic Aſiaticæ pecuniæ, apud eundem *pro lege Manilia.* Aſiaticorum oratorum inanes ſententiæ. Sueton. *in Auguſt. cap.* 86.

Ăſĭānus, a, um, ἀσιανός, denominatiuum ab Aſia formatum: vnde Aſiani oratores dicti ſunt, qui inflatò & redundanti orationis genere vtebantur, cuiuſmodi ferè fuit oratio eorum, qui in Aſia nati erant, aut inſtituti. Aſianè dicere & Aſianum genus dicendi. Quint.

Ăſĭs, idis, poſſeſſiuum fœmininum, patronymica forma ab Aſia deductum, ἀσίς, ἀσιάδος. Ouid. 9. *Metam.*

——celerique carina

Ægeas metitis aquas, & in Aſide terra

Mœnia conſtituis.

Aſiarchæ, ἀσιάρχαι, viri erant communi Aſiaticarum ciuitatum conſenſu delecti, qui communia negotia curarent: de quibus Strabo *lib.* 14.

Aſibe, ἄσιβη, aliàs νισίβη καὶ νέσιβις, ciuitas Meſopotamiæ ab incolis vocatur, quæ alio nomine Antiochia nominatur. Steph.

Aſida, æ, oppidum mediterraneum in Bætica, Hiſpaniæ regione: cuius meminit Plin. *lib.* 3. *cap.* 1.

Ăſilŭs,

Asilas, Ἀσίλας, Auguris nomen, qui Æneæ in auxilium venit contra Turnum. Virg. *lib.* 10.

Tertius ille hominum diuûmque interpres Asilas, &c.

Asilus, {οἶστρος. GALL. *Taon, vne mousche fort piquante qui moleste fort les boeufs & les vaches.* ITAL. *Tafano, ò tauano.* GERM. Ein brem / ein roßmuck / fliegen. HISP. *Moscarda que ahuyenta las vacas.* ANGL. *A great flie byting beastes, also à worme found in fishes.*} Muscæ genus gregibus maximè infestum: vnde etiam Græcis Οἶστρος appellatur. Hoc infecto Iuno pellicem Io mutatam in iuuencam elegit ad insaniam: de hoc Virg. 1. *Georg.*

Est lucos Silari circa, ilicibúsque virentem
Pluribus Alburnum volitans; cui nomen Asilo
Romanum est: œstron Graij vertêre vocantes,
Asper, acerba sonans, qua tota exterrita syluis.

Diffugiunt armenta. Nascitur è latiusculis quibusdam bestiolis quæ in fluuiis supernatant. Vnde circa aquas magna asilorum copia, vbi id genus bestiolarum est. ¶ Asinus marinus, οἶστρος θαλάσσιος, animal ita vocatur ab Asilis terrestris tantum natura, quod Thynnos gladiósque pisces, & interdum delphinos vigente canicula exagitet. De quo Arist. *Hist. anim. lib.* 5. *cap.* 31. Plin. *lib.* 9. *cap.* 15. Animal est paruum scorpionis effigie, aranei magnitudine. Hoc se & Tynno, & ei qui gladius vocatur, crebrò delphini magnitudinem excedenti sub pinna affigit aculeo, tantóque infestat dolore, vt in naues sæpenumero exiliant. Pro ore tubulum siue fistulam habet, vtrinque quippiam manus vice, lentisque pedibus nititur.

Asina, Asella, vide *Asinus.*

Asine, es, Ἀσίνη. Vulgo *Farenomeni.* Oppidum Peloponnesi in sinu Messenio. Lucan. *lib.* 8.

Quas Asinê cautes, & quas Chios asperat vndas.

¶ Hinc Sinus Asineus, Strab. *lib.* 8. & Pomp. Mel. *lib.* 2. ¶ Asine item insula est, vna ex Sporadibus, quas Electridas nonnulli vocant, in mari Adriatico, cuius meminit Pomp. *lib.* 2. & eius interpres Vadianus.

Asinius, Ἀσίνιος, viri nomen. Asiniorum Romæ illustris familia fuit, ab asinis dicta: sicut Porciorum à porcis. Ex hac familia erat Asinius Pollio, Augusti familiaris, cui Quintilianus multam tribuit inuentionem, summámque diligentiam: tam longè tamen à Ciceronis iucunditate & nitore dicit abesse, vt seculo prior videatur. Huius filius Asinius Gallus librum conscripsit de Comparatione patris sui & Ciceronis: quem idcirco Aulus Gellius monstrum vocat verius, quàm hominem. Vide Aulum Gellium *lib.* 7. *cap.* 1. & Suet. *in Claud. cap.* 41.

Asinus, animal notum. {חמור *chamór.* ὄνος, ὁ. GALL. *Asne.* ITAL. *Asino.* GERM. Ein esel. HISP. *Asno, animal domestico.* ANGL. *An Asse.*} M. Varr. *de re rust. lib.* 2. *cap.* 8. Ex equa enim & asino fit mulus: contrà ex equo & asina hinnus. Asini in Achaia optimi sunt Arcadici, in Italia Reatini: vt tradit Plin. *lib.* 8. *cap.* 43. Asini Arcadici. Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 2. Neque homines magis asinos vnquam vidi, ita costæ plagis callent. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Idem *sc.* 4. *a.* 2. plura de asinis. (i. pauperibus & contemptis hominibus.) ¶ Ab equis ad Asinos, Ἀφ' ἵππων ἐπ' ὄνους, prouerbiali figura dicimus, vbi quis à studiis honestioribus ad parum honesta deflectit: aut vbi quis à conditione lautiore ad abiectiora deuenerit. Procopius Sophista *in epistola quapiam*, τὸ δὴ λεγόμενον, ἀφ' ἵππων ἐπ' ὄνους μεταβεβήκαμεν, i. iuxta prouerbium, Ab equis ad asinos transiuimus. ¶ Huic aduersum est illud Plaut. *in Aulular. sc.* 4. *a.* 1. Ab Asinis ad boues transcendere, pro eo quod est, ex humiliore conditione ad ditiorum partes transire. Ab asino delapsus, ἀπ' ὄνου καταπεσών, in eos dicitur qui inconsultè quippiam agunt & imperitè: aut in eos qui à præsentibus commodis, quibus ob inscitiam vti nesciunt, excidunt. Vtuntur hoc adagio Plato *lib. de leg.* 3. Plut. *in Gryllo*, & Aristoph. *in Nub.* ¶ Asinus ad lyram, Ὄνος λύρας, subaudi ἀκροατής, auscultator. In eos, qui propter imperitiam nullo sunt iudicio, crassísque auribus. Rectè etiam torquebitur in eos, qui indecorè tentant artificium cuius sunt imperiti, & à quo natura abhorrent. ¶ Germanum huic est, Asinus ad tibiam, Ὄνος αὐλοῦ ἀκούει. Dicendum vbi quis ea quæ scitè dicuntur, nec animaduertit, nec intelligit, nec laudat. Asinus asino & sus sui pulcher, Ὄνος ὄνῳ κάλλιστος, ὗς δὲ ὑΐ. id est, simile simili placet. Conueniet vbi inter inhonestos similitudo morum & instituti conciliat beneuolentiam: veluti quum miles placet militi, aleator aleatori, potator potatori, sophista sophistæ. ¶ Asinus balneatoris, Ὥσπερ ὄνος βαλανέως. Dictum est in eos, qui ex suis laboribus ipsi nihil fructus capiunt. Plut. *in libel.* περὶ τῆς φιλοπλουτίας, Οὐδὲν δὲ διαφέρει, ὥσπερ ὄνος βαλανέως ξύλα καὶ φρύγανα κομίζων, ἀεὶ καπνοῦ καὶ τέφρας ἀναπιμπλάμενος, λουτροῦ δὲ μὴ μετέχων, μηδὲ ἀλέας, μηδὲ καθαριότητος. i. Nihil inde capiens commodi, velut asinus balneatoris, qui ligna & sarmenta defert, semper fumo ac fauillis oppletus, nunquam autem particeps balnei, neque teporis, neque munditiei. Loquitur de diuite parco & sordido, qui quum sit onustus diuitiis, non vtitur tamen. ¶ Asini caput ne laues nitro, Ὄνου κεφαλὴν μὴ πλύνειν λίτρῳ. Ne multum sumptus operæve impendas in rem vilem ac sordidam. ¶ Asini mandibula, Ὄνου γνάθος. Conuenit in edaces, alioqui stolidos & ignauos. Asini mortes. Ὄνου θανάτους, subaudiendum, narras. Dicebatur in eos qui narrarent absurda, ridiculaque dictu. Suidas. ¶ Asinus compluitur, Ὄνος ὕεται. Dicitur in eos qui maledictis nihil omnino commouerentur. Quemadmodum asinus ob cutis duritiem adeò pluuia nihil offenditur, vt vix etiam fustem sentiat. ¶ Asinus esuriens fustem negligit, Ὄνος πεινῶν οὐ φροντίζει ῥοπάλου. In eos conuenit qui ventris compendiive gratia quamuis contumeliam perferunt. Refert Aristot. *lib.* 3 *Moral.* ¶ Asinus in paleas, Ὄνος εἰς ἄχυρα, subaudiendum, incidit. Dici solitum vbi cuipiam fortuna lautior præter spem obtigerit, aut nactus fortè fuerit aliquid quo vel præcipuè gaudeat. Conueniet & in hunc vsum, vbi quis inscitia rem contaminat, veluti si barbarus & illiteratus bonum authorem malis commentariis inquinet. Adagium ab euentu natum nemo non videt. ¶ Asinus inter simias, Ὄνος ἐν πιθήκοις. Vbi quis incidit in homines nasutos & contumeliosos, ipse stolidus, a quibus impunè rideatur. Gell. *lib.* . *c.* 23. ¶ Consimilem habet cum proximo sensum, Asinus inter apes, Ὄνος ἐν μελίτταις. Dici solitum vbi quis infeliciter incidit in homines improbos atque importunos. ¶ Asinus in vnguento, Ὄνος ἐν μύρῳ. Quum deliciæ adhibentur iis quos haudquaquam decent, neque qui vel vti norunt illis, vel delectantur. Asinus stramenta mauult quàm aurum, Aristot. *Mora. Nicomach.* 10. disputans, non eandem omnibus esse voluptatem, quum aliis rebus delectetur canis, aliis equus, aliis homo, citat Heraclitum qui dixerit ὄνους σύρματ' ἂν ἑλέσθαι μᾶλλον ἢ χρυσόν, ἥδιον γὰρ χρυσοῦ τροφὴ ὄνοις, id est, Asinos stramenta malle quàm aurum: quòd asinis pabulum auro sit iucundius. ¶ Asinus portans mysteria, Ὄνος ἄγει μυστήρια. In eum dicebatur, qui præter dignitatem in munere quopiam versabatur. Aristophan. *in Ranis.* ¶ Rex, aut asinus, Βασιλεύς, ἢ ὄνος, hoc est, aut victor, aut victus. Eustath. *Odyss.* 9. enarrans librum, ostendit metaphoram ductam ab iis qui ludunt sphæra, ex quibus qui vicisset rex appellabatur: qui victus fuisset, huic asino nomen erat. Vtitur Plato *in Theæteto.* ¶ Asinum sub frænum currere doces, hoc est, doces indocilem. Horat. Infelix operam perdas, vt si quis asellum In campum doceat parentem currere freno. ¶ Et tardigradis asinis equus prodiit, ἐκ βραδυπόδων ὄνων ἵππος ἐξέβη. Quum clarus euadit quispiam obscuro genere natus: aut quoties ab indocto præceptore proficiscitur discipulus eruditus. ¶ Ab asino lanam, ὄνου πόκας ζητεῖς. De iis qui stultè quærunt ea quæ nusquam sunt, Aristoph. *in Ranis.* ¶ Eundem sensum habet τὸ ὄνον κείρεις, Asinum tondes. De iis qui rem absurdam atque inutilem ingrediuntur, propterea quòd asinum neque pectere possis, propter villos: neque tondere, quum lanam non habeat. Aristoph. *in Ranis.* ¶ De asini vmbra, Περὶ ὄνου σκιᾶς: pro eo quod est, de re nihil. Sophocles, Aristophanes & Plutarch. *in vita Demosth.* ‖ ¶ Asinus albus, stultus, ridiculus. Turn. ‖

Asellus, diminutiuum ab Asinus. {ὀνάριον. GALL. *Asnon, asnichon, petit asne.* ITAL. *Asinello.* GERM. Ein eselin. HISP. *Asnillo, pequeño asno.* ANGL. *A litle asse, an asse colte.*} Martial. *lib.* 6.

Hunc verò acuto capite, & auribus longis.

Quæ sic mouentur, vt solent asellorum. Asellus pro paupere. Te bouem esse, & me asellum. i. pauperem. Plaut. *Aul. sc.* 4. *a.* 2. ¶ Asellus etiam est nomen piscis, sic dicti quòd sit colore cinericio, sicut asinus, quem vulgò *Merlusium* vocamus de quo vide Plin. *lib.* 9. *cap.* 17. ¶ Est & nomen duarum stellarum in signo Cancri. Plin. *lib.* 8. *cap.* 35. Sunt in signo Cancri duæ stellæ paruæ Aselli appellatæ.

Asella, diminutiuum ab Asina, sicut Asellus, ab Asinus. {אתון *athón.* ὀνίσκη. GALL. *Petite asnesse.* ITAL. *Asinella.* GERM. Ein eselin. HISP. *Asnilla, pequeña Asina.* ANGL. *A litle she asse.*} Ouid. 3. *de arte*, Vt tractæ à scabra turpis Asella mola.

Asinarius, adiectiuum, quod ad asinos pertinet. {ὀνικός. GALL. *D'asne, appartenant à vn asne.* ITAL. *Cosa pertenente ad asino.* GERM. Das zu dem esel gehört. HISP. *Cosa que pertenece à asno, de asno.* ANGL. *Off asses, belonging to an asse.*} vt, Mola asinaria, quam circumagit asinus. Et Asinaria Plauti comœdia, ita dicta, quòd de Asinorum venditione tractet.

Asinarius, ij, qui asinos pascit, vel custodit. {ὀνηλάτης. GALL. *Asnier.* ITAL. *Asinaro.* GERM. Ein eselhirt / ein eseltryber. HISP. *Asnero.* ANGL. *The kepour of asses.*} Cato *de re rust. cap.* 10. Operarios quinque, bubulcos tres, subulcum vnum, asinarium vnum. Suet. *in Aug.* Apud Actium descendenti in aciem, asellus cum asinario occurrit.

‖ Asiniga, asinum agens. Turneb. ‖

Asininus, a, um, adiect. quod est asini. {ὄνειος. GALL. *D'asne.* ITAL. *Di Asino.* GERM. Das dem esels ist. HISP. *Cosa de asno.* ANGL. *Of an asse.*} vt, Pullus asininus, Varro 2. *de re rust. cap.* 8. ¶ Lac asininum. Plin. *lib.* 28. *cap.* 10. Asinino lacte poto venena restinguuntur. Asinalis, apud Apuleium.

Asio, nis. {ὦτος. ANGL. *A bustarde, or bittarde, a bird so called.*} Auis est ex genere noctuarum, minor bubone, plumas rectas habens aurium modo. Plin. *lib.* 10. *cap.* 23. Otis bubone minor est, noctua maior, auribus plumeis eminentibus: vnde & nomen illi: quidam Latinè Asionem vocant.

Asis, idis, suprà post *Asiaticus.*

Asisium, vide *Æsisium.*

Asius, Ἄσιος, filius fuit Dymantis, & frater Hecubæ, sed ex diuersis patribus, & Hectoris auunculus. Hic etiam Priamo aduersùs Græcos auxilium tulit, vt Hom. 2. *Iliad.* tradit. Fuerunt & alij huius nominis, quorum passim meminit Homerus. ¶ Est & Asius Ptolemæo, Senonum fluuius, iuxta Senogalliam in mare Adriaticum influens, idem (vt opinor) cum eo, quem Plinius Æsim appellat.

Asius, campus, siue Asium pratum, Ἄσιος λειμών, Campus est vliginosus, iuxta Caystrum Mysiæ fluuium, de quo suprà in dictione *Asia.*

‖ Asizia, sessiones iudicum in municipiis. Lex. gr. b. ‖

Asmatographi, ἀσματογράφοι, dicti sunt Poetæ, qui ad barbiton, citharam, aliúdve musicum instrumentum cantica conscribebant: cuiusmodi fuêre, Automedes, Demodocus, & Lares Corcyrei, & Ithagensis Phemius: vt post Demetrium Phalereum refert Cæl. Rhod. *lib.* 7. *cap.* 4.

Asomatus, {ἀσώματος. GALL. *Sans corps.* ITAL. *Senza corpo.* GERM. Ohn ein leib. HISP. *Lo que no tiene cuerpo.* ANGL. *without a bodie, bodielesse.*} Id est, sine corpore, & impalpabilis. Cic. 1. *de nat. deor.* Quòd verò sine corpore vllo deum vult esse, vt Græci dicunt, ἀσώματον, id quale esse possit, intelligi non potest: sic è conuerso Origenes, σωματικόν appellat id, quod solidum, & palpabile est.

Asopiades, patronymicum masculinum, Ἀσωπιάδης, quod apud Poëtas accipitur pro Æaco, Asopi nepoti, qui pater fuit Æginæ matris Æaci, Ouid. *lib.* 7. *Metam.*

Huic Asopiades, Petis irrita, dixit, &c.

Asopis, idis, Ἀσωπίς, Regiuncula est Peloponnesi, in tractu Achaiæ propriè dictæ circa Phliuntem: ita dicta ab Asopo fluuio, cui adiacet. Ab Homero Aræthyrea dicitur, teste Plin. *lib.* 4. *cap.* 5. Strab. *lib.* 8. etiam Asopiam appellat.

Asopus, Ἀσωπός, fluuius Peloponnesi, è Chronio monte mediam præterfluens Corinthi regionem in sinum labitur Corinthiacum. Est alius eiusdem nominis fluuius in Bœotia, qui Thebas, Plateas, & Tanagram præterfluit. ¶ Interdum alius in Asia propriè dicta, qui vnà cum Capro fluuio Laodiceam vrbem celeberrimam alluit, Lyco flumini impositam. ¶ Est & quartus in Paro insula. Horum omnium meminit Strab. *in lib.* 6

lib. 6. ¶ Hinc Asopis, idis, ἀσωπίς, patronymicum fœmininum, quo Poetæ vtuntur pro Ægina Asopi filia.

Asopus, fluuius est, teste Liuio *lib. 6. dec. 4.* alluens Heracleam ciuitatem, sitam in radicibus montis Oetæ. Hunc esse coniici potest, de quo Plin. *lib. 4. cap. 10.* In ora Heraclea flumen Apylas. Hic à Boccatio Atalus, ab aliis Atarus vocatur.

Asotia, luxus, luxuria, nequitia, ab ἄσωτος, {ἀσωτία. GALL. *Intemperance, luxure.* ITAL. *Incontinenza, lussuria.* GERM. Vnmässigkeit, vnmässig verschwendung. HISP. *Luxuria.* ANGL. *Riotousnesse, prodigalitie.*} Gellius, Cedere equidem vobis debui, vt in tali asotia, id est, luxu, prodigalitate, atque nequitia, artium nos vinceretis, ex α, & σώζω, seruo.

Asōtus, Prodigus, luxuriosus, helluo. {פוזר *zarua* זולל *zolel*, ἄσωτος. GALL. *Lasche, prodigue.* ITAL. *Lascivo, prodigo.* GERM. Ein vnmässiger verschwender. verschwender. HISP. *Prodigo, gastador, y luxurioso.* ANGL. *An riotous and prodigall person, a reueller, spendgood.*} Cic. *de nat. deor.* Volle Asotos ex Aristippi, acerbos ex Zenonis schola exire. ¶ Inde aduerbium Asōtē, ἀσώτως, idem significans quod incontinenter & nequiter. Martialis, Viuis asotus, idest, lasciuè, incontinenter.

Aspalathus, ἀσπάλαθος. GALL. *Bois d'aloë de Rhodes.* ITAL. *Legno aloës de Rhodes.* GERM. Rhodiß holz. HISP. *Alarguez.*} Spina est candida, teste Plin. *lib. 12. cap. 24.* magnitudine arboris modicæ, flore rosæ, cuius radix vnguentis expetitur. Putatur idem esse cum eo, quod hodie officinæ Lignum Rhodium appellant. Vide Ruell. *lib. 1. cap. 28.*

Asphaltion, ἀσφάλτιον, species est trifolij apud Dioscorid. *lib. 3.*

[Asphaltites, ἀσφαλτίτης, locus salsuginosus ille, qui nunc implet eam vallem, quæ olim amœnissima, & fertilissima erat, in qua Sodoma & aliæ quædam vrbes erant sitæ.]

Aspărăgus, i, {ἀσπάραγος. GALL. *Asperges.* ITAL. *Sparagi.* GERM. Spargen. HISP. *Esparages, ò esparraguera.*} Herba est fœniculi folio, bacciferæ, quum maturuerint, rubris: eam hodie in seplasiorum officinis, quàm vsu vulgi, indubitata veteris nomenclaturæ vestigia retinens. Duo eius sunt genera, alterum satiuum, siue altile, quod propriam sibi asparagi appellationem vendicauit. ¶ Alterum syluestre, quod peculiari vocabulo Corrudam vocauerunt. Plin. *lib. 19. cap. 4.* Syluestres fecerat natura corrudas, vt quisque demeteret passim: ecce altiles spectantur asparagi. ¶ Dicitur autem asparagus, quòd qui sunt in his præcipui non seruntur, vt Athenæus dixit. ¶ Huius herbæ summa priusquam durescant, leuiter coquuntur, tantùm vt cruditas absit. Hinc locus factus prouerbio, Citiùs quàm asparagi coquuntur. de re vehementer properata, Sueton. *in Tranq.* ¶ Asparagus etiam planta spinosa absque foliis est, de qua ex Theophrast. *histor. lib. cap. 6.* Plin. *lib. 21. cap. 15.* in hunc modum scribit. In totum spina est Asparagus, Scorpio, nullum enim folium habet.

Aspārgo, inis, ῥαντισμός, vitium ex pluuia vndâve contractum. Callistrat. *in l. 4. ff. ad leg. Rhodiam de iact.* Si vicenûm merces duorum fuerunt, & alterius aspargine decem esse cœperunt. Alij libri legunt *Aspergine*. In vetustis autem plerisque Conspargo, & Aspargo legitur.

Aspasia, ἀσπασία, mulier Milesia fuit, acutissima sophistria, & (quod in eo sexu rarissimum est) Rhetorices peritissima. Hanc ab Atheniensibus captam Pericles duxit vxorem, infausto patriæ matrimonio, vtpote quod duorum maximorum bellorum Peloponnesiaci, & Samii originem præbuit.

Aspasius, ἀσπάσιος, Sophista fuit Rauennas, Demetriani filius, auditor Pausaniæ & Hippodromi: qui Romæ docuit sub Alexandro Seuero. Scripsit contra Aristonem & maledicos diuersas orationes, de hoc multa Philostratus. ¶ Fuit item Aspasius cognomento Byblius, qui de Byblo patria sua librum condidit, ac artem rhetoricam scripsit, & Panegyricum in Adrianum principem, cuius temporibus floruit. Autor Suidas. ¶ Præterea Aspasius quidam fuit Tyrius historicus, qui de Epiro variam historiam scripsit: vt idem autor Suidas.

Aspathines, ἀσπαθίνης, ex Persis vnus, qui cum Dario in Smerdim Magum coniurarunt. Herod. *lib. hist. 3.*

Aspello, is, Amoueo, abigo, arceo, ex abs & pello. {הדיח *nadhach* דחה *nadaph.* ἀπωθέω. GALL. *Repousser, chasser arriere de soy.* ITAL. *Rimouere.* GERM. Von dannen treiben, hinderſich stossen. HISP. *Echar de algun lugar.* ANGL. *To driue or chasse away.*} Plaut. *Capt. sc. 1. a. 3.* Neque exilium exitio est: neque adeò spes, quæ mihi hunc aspellat. Cicer. 3. *Tuscul.* Sed longè à lato nomine aspellor Iouis: id est, expellor, arceor.

Aspella, vnum ex Cypri insulæ nominibus, apud Plin. *lib. 5. cap. 31.*

Aspĕndĭus, citharœdus, ἀσπένδιος, κιθαρῳδός, prouerbio dici solet in eos, qui rei nullius, quàm priuati sui compendij rationem habent. GERM. Eigennutzige leuth, die in allen dingen iren nutz vnd vortheil suchen. Tractum ab artifice quodam Aspendio, qui tam leuiter summa manu citharæ suæ chordas mouebat, vt sonus ad ipsum tantùm citharœdum, aut certè ad proximè astantes perueniret. Cicer. 3. *Verr.* Atque etiam illum Aspendium citharistam, de quo sæpe audistis id, quod est Græcis hominibus in prouerbio, quem omnia intus canere dicebant, sustulit, & in intimis suis ædibus posuit, vt etiam illum ipsum artificio suo superasse videatur. In quo Ciceronis exemplo, Intus canere prouerbialiter dictum est, pro eo quod est, omnia priuato metiri emolumento.

Aspendus, ἄσπενδος, Stephano, Pamphyliæ vrbs, Argiuorum ædificium, teste Pomp. *lib. 1.* Hic Veneri suibus sacrificabant: eo quod autor eius generis Mopsus ex Argis huc proficiscens, primum obuium sacrificare voluerat: occurrit autem sus.

Asper, a, um, quod visu, vel gustu, vel tactu, aliòve sensu insuaue est, vt in quo Sipontinus, Scaber, durus)(lenis, leuis. {קשה *kaseh* שעיר *sehahir.* τραχύς. GALL. *Aspre & rude à voir, ouïr, gouster & toucher, raboteux.* ITAL. *Aspero, inequale.* GERM. Rauch, herb, vnlieblich. HISP. *Aspero.* ANGL. *Rough, or vnpleasant to the sight or the other senses.*} Vide Stephanum in τραχύς. Hinc asperam arteriam vocat Plinius, quam Græci τραχεῖαν, propter multorum in ea circulorum asperitatem. Cic. 2. *de Finib.* Sensus in licet dulce an asperum, leue asperum, prope longè, &c. Cic. *in Orat.* In locis autem & aliis naturalia, lenes asperi, salubres an pestilentes, &c. ¶ Aspera signis pocula. Virg. 2. *Æneid.*

Cymbiaque argento perfecta, atque aspera signis Pocula

ἀνάγλυφα. ¶ Transfertur & ad alia quæ dura sunt, σκληρός. Terent. Asperum pater hoc est, aliud fodes para. Vnde & pro nocente quandoque capitur. Virg. 3. *Georg.*

Asper, acerba sonans.

Sed licet asperitera cadant spoliérque relictis,

Tibul. *lib. 4.*

Nec quadrupes densas depascitur aspera syluas.

ibidem. Asperi & montani homines, Cic. *lib. 1. de bell. ciu.* fortitan & nobis nimis asper. id est, iratus, Ouid. *Eleg. 1. lib. 3. Trist.*

Aspera militia iuuenis certamina fugi,

idem *Eleg. 1. lib. 4. Trist.* Asper meus est victus, Plaut. *Capt. sc. 2. a. 1.* Redibo huc ad senem ad cœnam asperam. *ibid. sc. 1. a. 3.* Aspera leniuntur ferendo placidè, Senec. *cap. 12. de consol. ad Mart.* Asperiorem frontem habet. Asperæ sunt ex vrbes vt tuus victus. Plaut. *Capt. sc. 1. a. 4.* Aspergere infamia, Suet. *in Ner. cap. 3.* Aspergere suspicione, Liu. 5. *bell. Pun.* Aspersus audituncula, Gell. *cap. 17. lib. 13.* Et pro iniquo. Virg. 1. *Æneid.* quin aspera Iuno. Cic. *pro Cn. Planc.* Eodemque adiungas, quod natura potes asperos, atque omnibus iniquos. ¶ Pro fastidioso, & ingrato. Virg. 8. *Æneid.*

——— Rebusque veni non asper egenis.

¶ Aspera & horrida oratio. Cic. *in Orat.* Quod ipsum alij aspera, tristi, horrida oratione, neque perfecta, neque conclusa, &c. ¶ Aspris, pro Asperis, synæresis vsitata Poëtis. Virg. 2. *Æneid.*

Improuisum aspris veluti qui sentibus anguem Pressit.

Aspĕr nummus dici putatur, qui recenter cusus signatusque est, quòd plusculum habeat asperitatis, quàm ille, qui iam manibus tritus est. Pers.

——— quid asper Vtile nummus habet.

Sueton. *in Neron.* Exigitque ingenti fastidio & acerbitate nummum asperum.

Aspĕrĭtās)(lenitas, {קשי *keschi.* τραχύτης. GALL. *Aspreté, rudesse, austerité.* ITAL. *Asperezza.* GERM. Herbe, rauhe vnmiltigkeit. HISP. *Asperezza.* ANGL. *Roughnesse, vnpleasantnesse to the senses, rudenesse.*} Cic. 4. *de Fin.* Quam illorum tristitiam atque asperitatem fugiens Panætius, nec acerbitatem sententiarum, nec disserendi spinas probauit. ¶ Asperitas animi, sine animæ, pro difficultate spirandi. Plin. *lib. 11. cap. 24.* Ergo & hæc animi asperitas, seu potiùs animæ, dulciore succo mitigatur.

Aspĕrē, aduerb. Duriter, & violenter. {τραχέως, χαλεπῶς. GALL. *Asprement.* ITAL. *Asperamente.* GERM. Rauhlich, vnlieblich. HISP. *Asperamente.* ANGL. *Roughlie, churlishlie.*} Cic. *de amic.* Vt igitur & monere, & moueri proprium est veræ amicitiæ, & alterum liberè facere, non aspere: alterum patienter accipere, non repugnanter: ita, &c. Idem 1. *de Orat.* M. Cato Galbæ grauis atque acer inimicus, asperè apud pop. Rom. & vehementer est locutus.

Aspĕrĭtĕr. {ANGL. *Rudelie, churlishlie.*} pro eodem apud Næuium *in Pullis*. Vbi tu nequaquam cubares asperiter. Nonius.

Aspĕro, as, Asperum facio. {הקשה *hikschah* המר *hemar.* τραχύνω. GALL. *Faire aspre & rude.* ITAL. *Inasprire.* GERM. Rauch vnd grob machen. HISP. *Asperar, azer aspero.* ANGL. *To make rough, or rude or churlishe.*} Columel. *lib. 9.* Iunctis parieti modicis asserculis, qui paulum formatis gradibus asperantur, ne sint volantibus lubrici. Virg. pro Coagulo, siue durum facio, posuit, *Æneid. 3.*

Et glacialis hyems Aquilonibus asperat vndas.

Aspratura, æ, in vetusto Lexico exponitur τραχύτης, quòd qui pecuniam permutabant, pro trita & læsa, asperam habere vellent.

Aspredo, Asperitas, τραχύτης. Cels. *lib. 5. cap. 27.* Interdum simile his quæ vocant Græci ἀνθηρά, aspredine quadam & magnitudine sua.

Aspretudo, inis. τραχύτης. Cels. *lib. 6. cap. 6.* Atque alia quoque vtilia sunt, quæ ad extenuandam aspretudinem fiunt, de qua protinus dicam.

Aspretum, i, Locus asper & abruptus. {τραχών. GALL. *Lieu aspre & mal vni.* ITAL. *Luogo aspro.* GERM. Ein rauch ort. HISP. *Lugar aspero y sin al.* ANGL. *A rough place broken like rockes and slipperie.*} Liu. 9. *ab Vrb.* Ad hæc saxa erant, & temerè iacentia (vt fit) in asperis locis, 5. *bell. Maced.* Tabernacula statuere in aspretis, & inæquali solo difficile erat.

Aspĕrgo, is, si, sum, ex Ad & spargo, quasi ad aliquid spargo, respergo. {הזה *hazah*, ῥαντίζω, ῥαίνω, δεύω, διαχέω. GALL. *Arrouser, asperger.* ITAL. *Spargere, spruzzare.* GERM. Anspritzen, besprengen. HISP. *Derramar, ò rociar.* ANGL. *To sprinkle vpon, to water.*} Regit autem vel accusatiuum solùm. Plautus, Aspersisti aquam, iam rediit animus. Metaphora sumpta ab iis, qui in deliquio, quam Græci λειποθυμίαν vocant, aspersa in faciem aqua, ad sui sensum reuocantur. ¶ Aspergere aliquid in epistolis dicimus, quum pauca de re aliqua scribimus. Cicer. *ad Cælium lib. 2. Epist.* Hæc aspersi vt scires me tamen in stomacho solere ridere. ¶ Vel accusatiuum cum datiuo. Virgil. *lib. 3. Georg.*

Aut tecto assuetus coluber succedere, & vmbræ,

Pestis acerba boum, pecorique aspergere virus.

¶ Vel accusatiuum cum ablatiuo. Plaut. *in Epid.* Aliquantula pectus mihi ardens aspersisti. ¶ Vel ablatiuum cum præpositione Ex. Cic. *fam. 6.* Quæ est igitur suspicio spes ab fato, eodem fonte se hausturum intelligit laudes suas, è quo sit leuiter aspersus.

Aspersio, onis, Respersio. {זריקה *zerika* הזאה *hazaah.* ῥάντισμα. GALL. *Aspersion, arrousement.* ITAL. *Spruzzo.* GERM. Besprengung. HISP. *Aquella obra de derramar ò rociar.* ANGL. *Sprinkling, watering, casting of licour.*} Cicer. 2. *de Legib.* Nam illud vel aspersione aquæ, vel dierum numero tollitur.

Aspergo, inis, significat actum ipsum aspergendi, vel madefactionem, {ῥανίς. ANGL. *Sprinkling, watering.*} Virg. *Æneid. lib. 3.*

——— salsa spumant aspergine cautes.

Plin. *lib. 36. cap. 22.* Aspergine & gelu pruinisque rumpuntur in testas.

Aspersus, huius aspersus, nomen ῥάνσις. Plin. *lib. 11. cap. 53.* Quæ insecta appellauimus, omnia olei aspersu necantur.

Aspergillum, {ῥαντιστήριον. GALL. *Asperge ou goupillon.* ITAL. *Aspergolo.* GERM. Ein sprengwädel. HISP. *Reciadero.* ANGL. *A sprinkling instrument a holie water sticke.*} Nouum quidem, sed non inelegans vocabulum videtur.

videtur : significat instrumentum, quo aqua nos aspergere solemus. Sipontinus.

Aspersores aquæ qui sint *in l. athletas ff. de ys qui not. infam.* nonnihil dubitationis habet. Et diuinaci quadam coniectura, vera tamen Accursius eos esse interpretatur, qui in stadio depositi, quo celeriùs & veriùs in equestri certamine refocillati equi currerent, velociúsque metam attingerent, equis frigidam aquam suffundebant & aspergebant.

Aspernor, aris, compositum à Sperno, Recuso, auersor, non agnosco, fastidio. {בזה bizah. ἀποστρέφομαι. Gall. *Mespriser, reietter, contemner.* Ital. *Sprezzare.* Germ. *Verachten verwerffen.* Hisp. *Menospreciar.* Angl. *To refuse, to reiect, to contemne.*} Terent. *in Phorm.* Quam is aspernatur nunc tam liberaliter. Eius complexum nihil moror, meum autem complexum aspernatur. Plaut. *Asin. sc.* 3. *a.* 3. Quid pro ignoto me aspernaris. Idem *Capt. sc.* 4. *a.* 3. Quidnis expectes alios omnes aspernetis. Idem *Most. sc.* 3. *a.* 1.

Aspernabilis, qui est dignus vt aspernetur. {εὐκαταφρόνητος, ἀποβλητέος. Gall. *Desprisable, refusable.* Ital. *Degno d'essere sprezzato.* Germ. *Das verachtens wrdt ist.* Hisp. *Digno de ser menospreciado.* Angl. *worthie to be reiected and contemned, which ought not to be regarded, refuseable.*} Gellius, Nonnunquam apud meipsum soleo res eiusmodi paruas quidem minutásque & hominibus non bene eruditis aspernabiles, &c. Terra & aspernabilis Dialectica. Gell. *cap.* 8. *lib.* 16.

Aspernanter habere. *l.* 6. §. 3. *C. de postuland.*

Aspernatio, contemptus. {בזיון bezaion. ἀποστροφή. Gall. *Mespris, & reiettement.* Ital. *Dispregiamento.* Germ. *Verachtung.* Hisp. *Menosprecio.* Angl. *Contempt, despite, despiting.*} Cicer. 4. *Tuscul.* Quorum omnes morbi & perturbationes ex aspernatione rationis eueniunt.

Asphaltites, ἀσφαλτίτης, lacus est Iudææ, bitumen gignens: vnde & nomen habet. ἄσφαλτος enim bitumen significat. Nullum corpus viuum in eo submergitur: vnde & mare mortuum dicitur. {Germ. *Das todte Meer.*} Author est Plin. *lib.* 5. *cap.* 15. *&* 16. *& Iustin. lib.* 36.

Asphodelus, i, {ἀσφόδελος. Gall. *Aphrodille.* Ital. *Asfodello.* Germ. *Goldwurtz.* Hisp. *Gamonito.*} Videtur autem lilium cynorrhodon dictum Plinio *lib.* 21. *cap.* 1. *&* 25. *cap.* 2. Herba est quam alio nomine Anthericon vocant, qua Lucianus fingit Manes vesci apud inferos. Eius duæ sunt species sexu discretæ. Marem albucum nominant, fœminam hastulam regiam: quòd, dum floret, regij sceptri effigiem referat. Vide Plin. *lib.* 20. *cap.* 17. & Ruell. *lib.* 2. *cap.* 99. Gell. *cap.* 2. *lib.* 18. Asphodelum in neutr. gener.

Aspicio, is, ex Ad, & specio, antiquo verbo (teste Varrone) e in i mutata, Intueri, oculos in rem aliquam intendere. {ראה raah שור schabah הביט hibbit שקף schakaph. ὁράω, ἐμβλέπω. Gall. *Regarder, auiser.* Ital. *Vedere guardare.* Germ. *Ansehen anschawen.* Hisp. *Mirar.* Angl. *To beold, to looke, on, to see.*} Plaut. *in Asin.* Si quem alium aspexerit, cæca continuò fiet. Terent. *in Andr.* interea inter mulieres quæ ibi aderant, fortè vnam aspicio adolescentulam. Ex quibus locis apertè quoque intelligitur id quod traditur à Cornel. Frotone *in diff. vocab.* Aspicere esse de rebus improuisis: de qua re infrà in verbo *Cerno.* ¶ Aspicere ad, Cic. *de Arusp. resp.* Et simul ad Cn. Lentulum cos. aspexit. ¶ Aspicere aliquem, item pro iuuare. Virg. 1. *Æneid.*

Iuppiter omnipotens, precibus si flecteris vllis, Aspice nos.

Vbi Seruius, Aspice nos, quia intuentes dij adiuuant.

Aspectus, us, visus & intuitus cuiuscunque animalis. {מראה mareh. ὄψις. Gall. *Regard, veuë.* Ital. *Aspetto, veduta.* Germ. *Angesicht, anschawung.* Hisp. *Aspecto ò vista.* Angl. *The sig't.*} Virg. 1. *Æneid.*

——seque aspectu ne subtrahere nostro.

Neque ego te vita frater amabilior aspiciam posthac.

Catull. *ad Ortalum.*

Aspicinus oculis superi mortalia iustis.

Ouid. 13. *Metam.*

——sunt & mihi vulnera, ciues, Aspicite.

Idem 13. *Metam.* Vbi sutam aspicias, dicas gerere posse crassas compedes. Plaut. *Pseud. sc.* 7. *a.* 4. Quid ego oculis aspicio meis? Idem *Men. sc.* 6. *a.* 5. At faciem eorum cùm aspicias, haud videntur mali. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Video illam, vbi me contrà aspexit. Idem *Milit. sc.* 1. *a.* 2.

Quorum hic aspicitur, creditur ille Deus,

Ouid. *Eleg.* 4. *lib.* 4. *Trist.* Aspicere ad aliquem, Gell. *cap.* 1. *lib.* 4.

Aspicere nudos sine fronde, sine arbore campos,

Ouid. *Eleg.* 10. *lib.* 3. *Trist.*

Quocunque aspiceres planctus gemitúsque sonabant,

idem *Eleg.* 3. *lib.* 1. *Trist.* Item,

Aspicis vt veniant, &c.

ibid. Eleg. 8. *lib.* 1.

Aspicis vt summa cortex leuis innatat vnda,

ibid. Eleg. 4. *lib.* 3 Aspicis lætitia gestientes, Plaut. *Aul. sc.* 1. *a.* 5. Omnia mala ingerebat, quemque aspexerat, idem *Men. sc.* 1. *a.* 5. Si quem alium aspexit, &c. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 4. Herúmne ego aspicio meum? Agedum aspice ad me. Idem *Capt. sc.* 4. *a.* 7. Vbi te aspexerit, narrabit vltrò, quid sese velis. *Ibid. sc.* 4. *a.* 2. Age me aspice ((sup. indutum palla.) Idem *Men. sc.* 2. *a.* 1. Aspicere res sociorum, pro inspicere. Liu. *lib.* 9. *d.* 4. Cic. 1. *Tusc.* Quod iis sæpe vsu venit, qui quàm acriter oculis deficientem solem intuerentur, vt aspectum omninò amitterent: sic mentis acies seipsam intuens nonnunquam hebescit. Idem *de vniuers.* Qua ex coniunctione cælum ita actum est, vt sub aspectum & tactum cadat. ¶ Atticus aspectus, Ἀττικὸν βλέμμα, perinde est quasi dicas os impudens. In eos dicebatur, qui vultu ipso præ se ferebant impudentiam, dicendíque confidentiam. Nam hoc vitio notati sunt Atticorum mores. Aristoph. *in Nub.* ¶ Titanicus aspectus, Τιτανῶδες βλέμμα, id est, Titanicum tueri, hoc est, vultu Titanico obtueri. Titanicum autem torucum vocant, ac cuiusmodi fuisse feruntur veteres illi Titanes. Lucian. *in Timone.*

Aspecto, as, Fixis oculis aliquem intueor. {הביט hibbit שקף schakaph. ἀποβλέπω. Gall. *Regarder souuent.* Ital. *Guardare fisso.* Germ. *Eben vnd mit fleiß sehen.* Hisp. *Mirar à menudo.* Angl. *To beol: much, to gaze vpon, to stare.*} Plaut. *in Amph.* Cælum aspectat, obseruabo quam rem agat. Quid me aspectas stolide? Virg. 1. *Æneid.*

——aduersásque aspectat desuper arces.

ibid. Item aspecta. Rideo. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 5.

Aspectabilis, e, dignum quod aspiciatur. {שקף schakaph. ἀξιοθέατος, ὁρατός. Gall. *Digne d'estre veu & regardé.* Ital. *Cosa degna di esser mirata.* Germ. *Beschawens wrdt.* Hisp. *Digno de ser mirado.* Angl. *worthie, to be looked on.*} Cicer. *de Vniuersit.* Deus animal vnum aspectabile, in quo omnia animalia continentur, efficit. ¶ Interdum id quod videri potest, quod sub visum cadit. Idem *ibidem.* Corporeum, atque aspectabile, itémque tractabile omne necesse esse quod natum est.

Aspectabilior, compar. Spectatione dignior, θεατώτερος. Apuleius *in Apologia*: An tu ignoras nihil esse aspectabilius homini nato, quàm formam suam.

‖Asphodelus, ἀσφόδελος planta: hastula regia. ‖ Dicitur & σφόδελος, Etymol. teste. ‖

Aspidisci, ἀσπιδίσκαι, breuia sunt scuta, & in scuti modum orbiculata ornamenta. Cæl. *lib.* 13. *cap.* 16.

Aspilates, ἀσπιλάτης, gemma est ignei coloris, quam Democritus tradit in Arabia gigni, & in auium quarundam nido inueniri: traditque eam ex cameli pilo spleneticis alligatam, malo illorum mederi. ¶ Est & altera eodem nomine argentei coloris, lymphatis vtilis. Vtriusque meminit Plin. *lib.* 37. *cap.* 10.

Aspiro, as, idem quod affluo, ex Ad, & spiro, sed d, abiicitur: idem aliquando quod simplex spiro. {נפח puach נשף seaph נשב nashab. ἐμπνέω. Gall. *Souffler, aspirer.* Ital. *Spirare, fauorire.* Germ. *Anblasen, anhauchen, anwehen.* Hisp. *Dar aliento y fauor à otro.* Angl. *To blowe vpon, to aspire, to conseto, to haue accesse, to attaine.*} Virg.

——Aspirant auræ in noctem.

Cic. *de Natur.* Pulmones tum se contrahunt aspirantes, tum spiritu dilatant. ¶ Ponitur interdum pro auxilium præbere, fauere, {ἐπιτρέπω, ἐπαρήγω. Angl. *To helpe, to aide.*} Virg. 2. *Æneid.*

——Aspiras primo fortuna labori.

Tractum à nauigantibus, quibus spirantes auræ fauent. ¶ Interdum pro Incumbere, & quasi toto spiritu intentum esse, ἐφίεμαι: vt, Scipio aspirat ad Consulatum. ¶ Interdum accedere, ἐφικνέομαι. Gell. *lib.* 1. Ad horum autem synceritatem veritatemque verborum an aspirauerit Cæcilius, consideremus. Cic. *Treiatio*, Vltrò etiam accersitum ab eo, ad quem cæteri non propter eius superbiam, sed propter occupationem aspirare non possunt. Accedere (inquit Asconius) est proximum fieri: Aspirare, in eam partem qua quid quæsitum est, vultum & oculos, & spiritum oris aduertere. Aspirare tamen (inquit Seruius) *Æneid. lib.* 12. Accedere significat, vt 4. *Verr.* Quando aspirabat in curiam. Gell. *cap.* 3. *lib.* 19. Aspirat ad eos contagium. Ad eius vim nec aspirabit Gracchus. Idem *cap.* 3. *lib.* 10.

Aspiratio, nis, verbale, Afflatus, halitus, exhalatio. {נשמה neschamah. ἐμπνοία. Gall. *Aspiration, souffement.* Ital. *Aspiratione, soffio.* Germ. *Anblasung, anwehung.* Hisp. *Obra de dar aliento ò fauor.* Angl. *Blowing or weening on.*} Cic. 2. *de nat. deor.* Animantes autem aspiratione aëris sustinentur. Idem *de Diuinat.* Nam si obscurior, quasique caliginosa stella extiterit, pingue & concretum esse cælum, vt eius aspiratio grauis & pestilens futura sit. Est item aspiratio, spiritus asper, quo literas quasdam vegetiore sono efferimus. δασύτης. Cicer. 3. *de Orator.* Maiores nusquam nisi in vocali aspiratione vtebantur.

Aspis, idis, {פתן pethen. ἀσπίς. Gall. *Serpent nommé Aspic.* Ital. *Aspe, aspide.* Germ. *Ein schlang Aspis genant.* Hisp. *Biuora.* Angl. *A kind of most venemous serpent.*} Serpens paruus, tardi visus, tam præsens habens venenum, vt nullum sit morsis remedium, nisi vt vix vnquam sine compare vagetur. Itaque si quis alteram interemerit, tanta est alteri vltionis cura, vt interfectorem persequatur: vnúmque eum in quantouis hominum agmine agnitum infestat: perrumpit omnes difficultates, permeat spatia, nec nisi amnibus arcetur, aut præceleri fuga. Hæc Plin. *lib.* 8. *c.* 23. Aspis, si Lucano credimus, in sola Africa nascitur, quanuis & in nostrum orbem auaritia inuexerit. Ita enim de ea ait *lib.* 9. Ipsa caloris egens gelidum non transit in orbem Sponte sua, Nilóque tenus metitur arenas. Sed quis erit nobis lucri pudor? inde petuntur. Huc Libycæ mortes, & fecimus aspida merces. Sunt autem plures aspidum species, disparésque effectus ad nocendum: de quibus vide Ælian. *lib.* 9. *à cap.* 16. *vsque ad cap.* 19. Est & Aspis, insula in mari Lycio, de qua Plin. *lib.* 5. *cap.* 31. ¶ Est item Aspis promontorium in litore Africæ à forma clypei dictum, vrbem habens eiusdem nominis, quæ a Latinis Clypea dicitur. Silius, In clypei speciem curuatis turribus Aspis. Strab. *lib.* 6. Cosura insula est ante Aspidem sita, Carthaginensem vrbem, quam Clypeam vocant.

Aspledon, ἀσπληδών, Phocensium vrbs, vt tradit Pausanias. Hanc Eustathius vocatam Apricam dicit, tum quòd hybernationi locus amœnus sit, tum ad differentiam alterius, cuius meminit Homerus *in catalogo lib.* 2. *Iliad.*

Asplenum, i, {ἄσπληνον. Gall. *Ceterach.* Ital. *Scolopendria.* Germ. *Hirtzzungen.* Hisp. *Deradilla.* Angl. *An hearbe which diminisheth the milte.*} Herba ita dicta, quòd lienem imminuat: de qua Plin. *lib.* 27. *cap.* 5. Hanc alij Scolopendrion, vel Scolopendram vocant: Arabes Ceterach, quod nomen vulgus pharmacopolarum adhuc retinet. Quam autem pharmacopolæ falsò Scolopendram vocant, est ea quam Dioscorides Phyllitim appellat.

Asporenus, ἀσπορηνός, mons est prope Pergamum Asiæ vrbem ab asperitate & sterilitate dictus. Habet celebre Cybeles templum, quod ab eo etiam Asporenum, & dea ipsa Asporena dicitur.

Asporto, as, Auferre, quasi hinc aliò portare. {צעד tsahah צען tsaan נשא nasa טלטל tiltel. ἀποφέρω. Gall. *Transporter d'vn lieu à vn autre.* Ital. *Leuar da vn luogo, & portar à vn altro.* Germ. *Hinweg tragen an ein ander orth tragen.* Hisp. *Leuar de algun lugar.* Angl. *To transferre or carie frome one place to another.*} Terent. *in Phorm.* Quoquò hinc asportabitur terrarum, certum est persequi. Cic. *in Parad.* Multa de suis rebus secum asportarent. Virg. 2. *Æneid.*

——nec coniugem te hinc asportare Creusam.

¶ Importare, afferre, Asportare aliquid vt inferat, deportare vt mutet locũ. Asconius. Si quæ asportassent, redderent. Plaut. *Amp. sc.* 2. *a.* 1.

Asportatio,nis, verb. Asportandi actus. {משאת *massedth* טלטול *tal telah.* ἀνακομιδή, ἐξαγωγή. GALL. *Transport d'vn lieu en vn autre.* ITAL. *Il portare vna cosa da vn luogo da vn' altro.* GERM. Hinweg tragen. HISP. *Obra de lleuar de lugar.* ANGL. *Transporting or caryng or frome one place to another.*} Cicer. *in Verr.* His pulchritudo periculo, amplitudo saluti fuit,quòd eorum demolitio atque asportatio difficilis videbatur.

Aspratilis,genus lapidis finalis.

‖Aspratura, τραχύτης, Gloss. v. Græcis posterioribus est ἄσπρον albus ἄσπρον. ¶ Est quoque nummi genus, vt album τοῦ ἀσπρίσματος. Gloss. Græcol. ἀνάγλυφον asprum. Hinc aspratura nomen habet. Vide Meurs. Gl. gr. b. nempe pecunia plurimum est argentea, h. e. alba.‖

Asprenas nomen patrium. Suet. *in August. cap.* 43.

‖Aspretum, Liuio, i. e. salebra asper & inæqualis locus quem sine saltu non possis transmittere.

Asprodontæ, albos dentes habentes. Gl. gr. b.‖

Aspurgiani, Ἀσπουργιανοί, circa Mæotim paludem. Steph.

Assa, ciuitas iuxta Athon: item vicus Scythiæ. Steph.

Assa, vox, vt Nonius scribit, ore tantùm prolata, nullis tibiarum, aut aliorum organorum vocibus admistis. Cato *de lib. educand.* Melos alterum in cantibus bipartitum: vnum, quod est in assa voce: alterum, quod vocant organicum. Bud. *in Pand.*

Assa in neutro genere, vel assæ carnes eadem ratione dictæ sunt, qua vox assa, ὀπτά, ἐν ὀπτῷ. Assum enim apud veteres solum significat, vel merum: vel quòd solo igne aliquo liquore coctæ essent, vel quòd sine condimento aliquo, aut adiumento alterius saporis solent edi. Eadem etiam figura Merum dicimus vinum solum & purum, quod nihil aquæ habeat admistum. Sic etiam Vox assa dicitur, vox sola, quæ nulla organorum symphonia adiuuatur. ¶ Assa item locus in balneis vbi tantum sudant, non etiam lauant. Seneca Sudatoria vocat. Cicer. *Quint.* In balneariis assa in alterum apodyterij angulum promoui.

Assæ, assarum, nutrices dicuntur, ob id quòd adsint iis quos nutriant, nec vel exiguo diuellantur. Ex Nonio.

Assacani, Indiæ regio est, in qua est Magosa ciuitas regionis totius caput. Strabo *lib.* 15.

Assamenta, orum, neutrum plurale. {לוח *luách* קרש *kéresch.* σανίδες πρισταί. GALL. *Au de bois de fente, membrures.* ITAL. *Tauola da segare.* GERM. Dilen/laden/bretter. HISP. *Entabladura.* ANGL. *Sawed boardes.*} Tabulæ sunt sectiles, quæ asses, siue potiùs asseres aliàs dicuntur, non absimiles scandulis, quibus tecta tegularum vice aliquando tegi solent. Plin. *lib.* 7. *cap.* 4. Ob id carnibus, assamentisque portarum vtilissima.

Assaracus, Ἀσσάρακος, Trois filius fuit, auus Anchisæ, & pater Capyos. Virg. 3. *Georg.* Assaraci proles. Ouid. 4. *Fast.*

Assaradon, vltimus Assyriorum rex & Sennacherib filius.

‖Asscisco, vide *Ascisco.*‖

Assedones, vide *Essedones.*

Assaratum, autore Festo, potionis genus erat ex vino & sanguine temperatum, quod Latini prisci Sanguinem Assir vocabant.

Assecla, assectator. {הולך אחר *holéch achar* מרביק *madbikh.* ἀκόλουθος. GALL. *Page, ou seruiteur allant apres son seigneur, suiuant.* ITAL. *Seguitatore.* GERM. Der auff einen wart vnd im nachtritt. HISP. *Aquel que acompaña siguiendo.* ANGL. *A page, a seruand which followeth and waiteth on his maister.*} Liuius *lib.* 5. Et eò deuolui rem, vt aut Patricij, aut Patriciorum assectæ habendi. Tribunis plebis sint. Cicer. *in Salust.* Sed tu omnium mensarum assecla, omnium cubiculorum in ætate pellex, & idem postea adulter. ¶ Assecla autem distinguitur à sodali & comite quòd Sodalis dicitur adolescentiæ: Comes is, qui vnà iter facit: Assecla verò qui sequitur potentiorem. Ita vt comes comiti securitatem, sodalis amico amicitiæ, assecla verò officij ius præstet superiori. Cornelius Fronto.

Assentio, is, si, sum, & Assentior, iris. {אות *jaáth* רצה *ratsáh* הודה *hodáh.* συναινῶ, συγκατατίθεμαι, ὁμογνωμονῶ. GALL. *Consentir, s'accorder.* ITAL. *Consentire.* GERM. Verwilligen/mitstimmen/einer meinung sein. HISP. *Consentir con otro.* ANGL. *To consent, to aggree.*} Idem quod consentio, siue in eadem sum sententia, Cicer. *Lentulo lib.* 1. *Epist.* Nam aduertebatur, Pompeij familiares Volcatio assentire. Idem 2. *de Orat.* Tibi Senatus breuiter impolitéque dicenti maximis est de rebus assensus. ¶ Assensum, est impersonale. Cic. *ad Lentul. lib.* 1. Quatenus de religione dicebat, cique rei iam obsisti non poterat, Bibulo assensum est. ¶ Assensus, a, um, Particip. pass. Cic. 4. *Acad.* Etenim is quoque, qui à vobis sapiens inducitur, multa sequitur probabilia, nec comprehensa, nec percepta, neque assensa, sed similia veri: quæ nisi probet, omnis vita tollatur. Mihi quoque adsunt testes, qui id quod dico assentiant. Plaut. *Amph. sc.* 3. *a.* 2. Assentierant. Liu. *lib.* 1. *d.* 5. ¶ Assentio pro Assentior, Sisenna vnus in Senatu dicebat, inquit Gell. *cap.* 25. *lib.* 2. Et assentiendum quicquid hic, &c. Plaut. *Mil. sc.* 1. *a.* 1.

Assensus, us, verbale, Approbatio, consensus. {רצון *ratsón.* συγκατάθεσις. GALL. *Consentement, accord.* ITAL. *Consentimento.* GERM. Verwilligung/mitstimmung. HISP. *Consentimiento con otro.* ANGL. *Consent, accord.*} Cic. 4. *Acad.* Quare qui aut visum, aut assensum tollit, is omnem actionem tollit è vita.

Assensio, nis, aliud verbale eiusdem significationis. Cic. 4. *Acad.* Neque peccare quenquam, nisi assensione. Idem *lib.* 1. *Acad.* Sed ad hæc quæ visa sunt, & quasi accepta sensibus, assensionem adiungit animorum, quam esse vult in nobis positam, & voluntariam.

Assensor, qui alicui assentit. {מרצה *rotséh* σύμψηφος. GALL. *Qui consent.* ITAL. *Chi consente.* GERM. Ein verwilliger/Der etwar zu sein willen vnd stimm gibt. HISP. *El que consiente.* ANGL. *That consenteth to any thing.*} Cic. *Triano.* Quotidie commemorabam te in tanto exercitu fuisse assensorem, & me tibi.

Assentior, tes, Adulor, blandior. {החליק *hechelik* ...ׂ *herbelik.* κολακεύω. GALL. *Flater.* ITAL. *Adulare.* GERM. Schmeichlen/flatieren. HISP. *Halagar y lisongear.* ANGL. *To flatter.*} Significat (vt scribit Valla *lib.* 5. *cap.* 38.) indistinctè, & concinnandæ alicuius voluntatis gratia, effusè, & plerunque falsò quempiam laudare ex assentiendi consuetudine parasitica. Et propriè assentari est voce, adulari verò gestu blandiendi tactu. ¶ Ponitur autem aliquando absolutè. Cic. Ne assentari viderere. ¶ Aliquando cum datiuo. Idem *in Bruto.* Cur ita sentiam, non dicam, ne me tibi assentari putes. ¶ Aliquando cum accusatiuo. Ter. *in Eun.* Postremò imperaui egomet mihi, Omnia assentiri. Vera volo loqui, te nolo assentari mihi. Plaut. *in Amph.* & *Most. sc.* 3. *a.* 1. Assentabor quicquid dicet mulieri, idem *Men. sc.* 4. *a.* 2. Cœpi assentari quicquid dixerat, idem ego dicebam, *ibid. sc.* 2. *a.* 3. Ne vapulem, tibi assentabor, pro assentiar. Idem *Most. sc.* 3. *a.* 1.

Assentatio, nis, verb. Adulatio, blanditiæ. {חלקלקה *chalaklakkáh.* κολακεία, θωπεία. GALL. *Adulation, flaterie.* ITAL. *Adulatione, lusingha.* GERM. Schmeichlung. HISP. *Halago, lisonja.* ANGL. *Flattering.*} Liu. 1. *bell. Maced.* Assentatione immodica pudorem onerantis. Cic. *de Amic.* Semper auget assentatio id quod is, cuius ad voluntatem dicitur, vult esse magnum.

Assentatiuncula, diminutiuum, θωπευμάτιον. Cic. *ad Lucceium.* Vereor ne assentatiuncula quadam aucupari tuam gloriam videar.

Assentator, is, qui assentatur, ad voluntatem loquens. {מחליק *mechalik.* κόλαξ. GALL. *Flateur, amadoueur.* ITAL. *Adulatore.* GERM. Ein schmeichler/flatierer/Bellerschlecker. HISP. *Lisonjero.* ANGL. *A flatterer.*} Cic. 1. *Offic.* Non benefici, neque liberales, sed perniciosi assentatores iudicandi sunt. Assentatrix scelesta est. Plaut. *Most. sc.* 3. *a.* 1.

Assentatoriè, aduerbium. {κολακευτικῶς. GALL. *Par flaterie, flateusement.* ITAL. *Con adulatione & lusinghe.* GERM. Schmeichlerisch/mit liebkosen vnd flatieren. HISP. *Con alagos y lisonja.* ANGL. *By flattering.*} Cicer. *ad Quint. fratr.* Dubitare te non assentatoriè, sed fraternè verò.

Assequor, eris, Consequor, nanciscor. {השיג *hissigh* הרביק *hidhbik.* καταλαμβάνω. GALL. *Suiure & atteindre, paruenir iusques à quelque chose.* ITAL. *Giungere, arriuare, acquistare.* GERM. Einem nachfolgen/einen erlauffen/ereylen/erlangen. HISP. *Consequir y alcançar.* ANGL. *To folowe and attene or come to by following.*} Cic. *Att. lib.* 1. Ad te quid scribam, nescio. Si enim es Romæ, iam me assequi non potes: sin es in via, quum me fueris assecutus, coram agemus. ¶ Per translationem accipitur pro æquare. Cic. 1. *de Legib.* Quem imitaris, nunquam assequere. Idem *Lentulo*, Nullam partem tuorum erga me meritorum videar assequutus. ¶ Quandoque pro acquiro. ἐπιτυγχάνω. Seneca *cap.* 1. *de consol. ad Mart.* Assequi dolorem per obsequium. Quod assequi non potest, sequi desiit ingenium. Vell. Reprehende hominem, assequere. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 2. Idem post reditum ab exilio, Vestros denique honores, quos eramus gradatim singulos assequuti.

Assector, aris, Alteri honoris gratia assiduè me comitem præsto. {הרביק *hidhbik* הלך אחר *halách achar.* ἀκολουθῶ. GALL. *Suiure souuent aucun, le conuoyer.* ITAL. *Seguire, seguitare.* GERM. Einen beleiten/Einem nach folgen. HISP. *Accompañar siguiendo.* ANGL. *To keep companie with any for honours cause.*} Cicer. *de Orat.* Quum ædilitatem Crassus peteret, cúmque maior natu & consularis Sergius Galba assectaretur, quòd Crassi filiam Cn. filio suo despondisset. Assectari lecticam. Sen. *cap.* 12. *de tranquil.* Assectari prætextatum, aut prætextatam, à Iustin. *lib.* 4. *Instit.* dictum est pro Pudorem pueri ingenui, aut pullæ sugillare, & notam infamiæ, tanquam scorto masculo fœmineóque inurere. Budæus.

Assectatio, nis, {שיג *sigh.* παρακολούθησις. GALL. *Suite ordinaire, accompaguement, conuoy.* ITAL. *L'accompagnare, il seguire.* GERM. Nachfolgung/beleitung. HISP. *Obra de assi accompañar.* ANGL. *Accompaning and conueighing of another, following or waiting on.*} Cic. *pro Muren.* Hanc in nostris petitionibus operam atque assectationem, &c. Assectatio cœli. Plin. *lib.* 2. *cap.* 20. latet plerosque, magna cœli assectatione compertum à principibus doctrinæ viris, supernorum trium syderum ignes esse. id est, obseruatione.

Assectator, ris, qui assectatur, qui comitem se præstat. {מרביק *madhbik.* ἀκόλουθος. GALL. *Qui fait compagnie à vn autre par le chemin ou en la ville, Suiuant.* ITAL. *Chi accompagna vno per camino ò per la città.* GERM. Ein nachfolger/Der von gesellschafft wegen mit einem gehet. HISP. *Aquel que assi accompaña à otro.* ANGL. *A conueyer.*} Cic. 7. *Verr.* Quum ab eo vetus quidam assectator ex numero amicorum non impetraret, vt, &c. Auditor & assectator. Gell.

Asseta, Ἄσσητα, vrbs Chalcidensium, Steph.

Asseres, tabulæ sectiles, dicti ab assidendo, quod admoueantur, hæreántque parietibus, trabibusque. {קרשים *kerasckim* לוחות *luchoth.* σανίδες. GALL. *Ais, membrures de bois fendu ou scié.* ITAL. *Tauoletta segata.* GERM. Dilen/tafelen/bretter. HISP. *Tablas cortadas.* ANGL. *Boardes, plankes, cyfers.*} Huius nominatiuus singularis est assis, asseris, sicut pulnis, siue etiam Asser. Plin. Verùmque asseribus contabulare pauimenta oportet. Hinc asso, as, de quo infra, Palladius asseres quernas dixit. ¶ Asserum structuram Coassationem vocamus, vt à tabulis Tabulationem. ¶ Interdum Asseres accipiuntur pro lignis, quibus vtebantur lecticarij. Suet. *in Calig. cap.* 58. Ad primum tumulum lecticarij cum asseribus accurrerunt. Ligna apud nos nulla sunt: Sunt asseres: sunt igitur ligna, Plaut. *Aul. sc.* 5. *a.* 2. ¶ Dicitur & assis, is, pro eodem: vnde & diminutiuum Assiculus. Colum. *lib.* 6. *cap.* 18. Assibus roboreis compingitur solum. Et paulò pòst, Nec exire alia parte prohibentibus aduersis assiculis. ¶ Hinc fit Assula diminutiuum. ¶ Pulsando pedibus penè confregi assulas. Plaut. *Mostell. sc.* 2. *a.* 2. ¶ Asserculus autem diminutiuum est ab Acer, is, σανίδιον. Colum. *lib.* 12. *cap.* 50. Itaque quum lacus extruxeris, asserculos inter se distantes, semipedalibus spatiis supra solum ponito.

Assulatim, aduerbium ab Assula, vide *Asseres.* Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Assulatim foribus exitium afferam.

Assero, is, asseui, assitum, iuxta femino, vel iuxta planto. {זרע *zaráh* נטע *natah* ...ׂ. GALL. *Semer, planter en coster autres.* ITAL. *Seminare appresso.* GERM. Etwar zu sayen/etwar bey pflantzen. HISP. *Sembrar cerca alguu lugar.* ANGL. *To sowe or plant nigh by others.*} Cato *de re rust.* Arbores facito, vti bene maturatæ sint, vitésque vti satis mutæ asserantur.

Assero, is, ui, tum, significat affirmo, ab ad, & sero, i. ordino. {קים *kijám* הקים *hekim* הבין *hechin* אמר *amár* ועד *jakádh.* διαβεβαιοῦμαι, διισχυρίζομαι. GALL. *Asseurer, affermer, acertener.* ITAL. *Affermare, appensare.* GERM. Bestetigen/für gewiß sagen. HISP. *Afirmar, certificar.* ANGL. *To affirme, to affirme.*} Cic. *Offic.* 3. Quod si qui proscribunt villam bonam, vt ipsi asserunt)

asserunt) benéque ædificatam. ¶ Asserere item iuris verbum est, idem significans quod vindicare, suúmque esse dicere. ἀφαιρεῖσθαι, ἀντιλαμβάνεσθαι. ANGL. To clayme or chalenge to him self. } Vnde asserere in libertatem, est affirmare aliquem qui seruus creditur, esse liberum, ἐξαιρεῖσθαι τὴν ἐλευθερίαν. Contra Asserere in seruitutem, Suet. in Tib. cap. 1. Est aliquem qui pro libero se gessit, tanquam seruum suum vindicare. Liu. lib. 3. ab Vrbe condit. M. Clodio clienti negotium dedit, vt virginem in seruitutem assereret, hoc est, vindiciarum iudicio pro sua vindicaret. ¶ Asserere sibi diuinam maiestatem. Suet. in Calig. c. 22. Asserere dignitatem. Idem in Cæs. cap. 16. Asserere libertatem. Suet. in Claud. cap. 10. ¶ Sic etiam dicimus, Asserere se ab iniuria mortalitatis, aut obliuionis, pro eo quod est, rerum gestarum, aut scriptorum monumentis à quodam obliuionis, aut mortalitatis seruitute, cui alioqui futuri sumus obnoxij, se vindicare. ¶ Frequens etiam locutio est apud veteres, Asserere manu, pro eo quod est, in libertatem vindicare. Terent. in Adelph. Nam ego illam liberali causa manu assero. Vbi Donatus, Verba, inquit, sunt iuris. Nam & Assertores dicuntur, vindices alienæ libertatis: & ipsa causa libertatis dicitur, quæ actionem in se continet libertatis. Item apud Plaut. in Curc. sc. 2. a. 4. Memento promisisse te, si quisquam hanc liberali causa manu assereret, mihi omne argentum redditum iri. Si quisquam eam liberali, causa) asseruisset manu, ibid. sc. 1. a. 5. ¶ Legimus etiam Asserere se absolutè dictum pro vindicare se in libertatem. Ouid. lib. 3. Amor.

Scilicet asserui iam me, fugique catenas.

Illum gens sua cœlo asserat. Senec. cap. 12. de consol. ad Polyb. Item Asserebant fata conditorem Romani nominis (i. ad Reip. gubernacula vocabant) Velleius.

ĀSSERTOR, { ἀφαιρέτης. ANGL. He which clayme th or chalengeth any thing. } Dicitur is qui aliquem in seruitutem, aut etiam in libertatem vindicat. Prioris exemplum est apud Liu. lib. 3. ab Vrb. cond. Assertor nihil opus multitudine concitata ait, se iure grassari. Vbi Assertorem intelligit M. Clodium, qui ab Appio Claudio submissus virginem in seruitutem petebat. Posterioris exempla passim occurrunt. Assertores populo flagitante ac detrectante dominationem. Suet. in Cæs. cap. 80. Assertores dignitatis, Suet. in Tib. cap. 1. Mart. lib. 1. Assertor venias, satísque præstes. Item alibi, Qui Curios loquitur, assertorésque Camillos. Vocat autem Camillum assertorem, hoc est, publicæ libertatis vindicem, quòd populum Romanum à Gallorum seruitute in libertatem vindicauerit. Contrarium eius est Desertor, qui patriam, principem, aut clientem in periculo deserit.

ĀSSERTIO, ἀφαίρεσις. Cic. 1. Acad. Quibus de causis nihil oportere neque profiteri neque affirmare quemquam, neque assertione approbare. ¶ Inuenitur nonnunquam positum pro ipsis vinculis, siue liberali iudicio. Fabius lib. 5. cap. 8. Sic ne liber, qui in assertione est. Vnde assertio prima, secunda, tertia. Assertio prima erat, quum quis aliquem liberum esse asserebat: qui si prima assertione liber non fieret, secundò asserebatur, ac item tertiò si secundò victus esset, & hæc dicebatur secunda & tertia assertio. Nam assertiones bis térque apud priscos fiebant.

ĀSSĔRVIO, is, ire, Inseruio, obsequor. { עבד Hahádh. ὑπηρετεῖν. GALL. Seruir à quelque chose, s'y addonner. ITAL. Seruire. GERM. Dienen. Mit dienen. HISP. Seruir en fauor de otro. ANGL. To serue, to obey, to employe him self in seruing another. } Cic. 4. Tuscul. Qui volunt exclamare magis, toto corpore contentioni vocis asseruiunt.

ĀSSĔRVO, as, Seruo, custodio. { שמר schamár. φυλάττω. GALL. Contregarder, garder. ITAL. Conseruare, custodire. GERM. Behalten, bewaren. HISP. Guardar. ANGL. To keepe, to warrant. } Cic. 3. Ver. Tum iste imperat, dum res iudicaretur, hominem vt asseruarent. Idem pro Archia. Quum Appij tabulæ negligentiùs asseruatæ esse dicerentur. ¶ Asseruare pro obseruare. Plaut. Mercat. Asseruabo hinc quid rerum gerat. nihil mihi cum eo negotij est, tamen asseruabo. (i. obseruabo hominem.) Idem Curc. sc. 1. a. 4. & Men. sc. 1. a. 5. Asseruentur magna diligentia captiui. Idem Capt. sc. 2. a. 1. Quem tu asseruare rectè, ne aufugiat, voles. Idem Men. sc. 1. a. 1. Asseruate istum serui. Ibid. sc. 3. a. 4. Asseruate hoc sultis. Ibid. sc. 2. a. 2. Facile asseruabis, ibid. sc. 1. a. 1.

Assesus, ἄσσησος. Vrbs est Milesiæ, Steph.

Assecula, nuga est apud Fulbert. epist. 79.

ĀSSĔVĔRO, as, Constanter & seuerè affirmo, confirmo. { קים kijám הקים hekim הכין hechin אמר amár. διϊσχυρίζομαι, ἀξιοπιστεύω. GALL. Affirmer, asseurer, acertener. ITAL. Affirmare, approuare. GERM. Bestätigen. etwas gewiß vnd bestendiglich sagen. HISP. Affirmar porfiando. ANGL. To auowe, to affirme boldlie, to vouche. } Cic. 1. Acad. Nemo vlla de re potest concedere, neque asseuerare, sine certa aliqua eius rei & propria nota. Idem de claris Orat. Magni interest coram videre quemadmodum aduersarius de quaque re asseueret.

ĀSSĔVĔRÖR, passiuum. Cic. 4. in Verrem. Quæ est ista defensio? vtrum asseueratur in hoc, aut tentatur?

ĀSSĔVĔRANTER, & Asseueratè, aduerbia. { βεβαίως. GALL. Asseurement, en affirmant. ITAL. Affirmatamente. GERM. Beständiglich gewißlich. HISP. Con affirmacion porfiando. ANGL. By affirming and alledging boldlie. } Cic. ad Attic. Statius scripsit ad me, loquutum secum esse Qu. Ciceronem valde asseueranter, se hæc ferre non posse. Idem 4. Acad. Multò etiam asseuerantiùs, in Syria, quum esset mecum, & paulò ante quàm esset mortuus. Gell. lib. 17. cap. 5. Tragœdias Poëtarum nobilium scitè atque asseueratè actitauit.

ĀSSĔVĔRĀTIO, verbale, Affirmatio. { βεβαίωσις. GALL. Affirmation, asseurance. ITAL. Affirmatione. GERM. Ein beteürung. HISP. Obra de afirmar. ANGL. Auowinge, auching. } Quint. lib. 4. cap. 2. Quum præsertim quorundam probatio sola fit in asseueratione & perseuerantia, &c. Plin. lib. 9. cap. 4. Tanta autorum asseueratione commendatur, Asseueratione dicentis adiuuari, i. pronunciatione. Quint.

ĀSSICCO, as, Sicco. { הוביש hobhisch. ξηραίνω. GALL. Faire seicher diligemment. ITAL. Seccare. GERM. Fleissig trucknen. HISP. Secar. ANGL. To mak drie. } Col. lib. 12. cap. 15. Tum rursum in sole assiccauit. Assiccandæ tibi tuæ lacrymæ, Senec. de consol. ad Polyb.

ĀSSICCESCO, is, Siccus fio. { חרב charab יבש jabésch. ἀναξηραίνομαι, ἀποξηραίνομαι. GALL. Deuenir sec, se secher. ITAL. Seccarsi. GERM. Trucken werden. HISP. Secarse. ANGL. To waxe drie. } Colum. lib. 12. cap. 6. Expressos in cratibus pandere dum assiccescant.

ĀSSIDELÆ, mensæ ad quas sedentes Flamines sacra faciebant. Festus.

ĀSSĬDĔO, es, compositum est à Sedeo, iuxta sedeo. { ישב עם jaschab hal. παρακάθημαι. GALL. Estre assis aupres, ou iuignant. ITAL. Sedere, assidere. GERM. Beysitzen. HISP. Assentarse cerca de otro, como por dar consejo. ANGL. To sitt by or nigh another, tobe continuallie assisting in doing any thing. } Verbum est neutrum, sicut suum simplex. Cic. pro Plancio, Huic assident, pro hoc laborant. ¶ Habet etiam interdum accusatiuum virtute præpositionis, ex qua componitur. Salust. in Iugurth. Adherbalem dextra assedit. Quanquam hoc aliqui velint esse ab Assido. ¶ Salustius, teste Prisciano, passiuè protulit, Oppidum amitium assideri, eodem modo, sicut dicimus, Obsideri & Circunsideri: quod certè rarissimum est, Assidere oppidum, & obsidere. Gell. cap. 1. lib. 7. ¶ Assideo etiam accipitur pro Similis sum. Horat. Parcus ob hæredis curam, nimiúmque tenetus, Assidet insano, id est, similis est insano.

ĀSSĔSSIO, nis, verb. { שכרו schéberu. παρέδρευσις. GALL. Assistence. ITAL. Assistenza. GERM. Beysin. HISP. Obra de estar assentado cerca de otros. ANGL. Sitting by and giuing counsell, or counseling. } Cic. Mario, Quæ tua fuerit assessio, oratio, confirmatio animi mei, &c.

ĀSSĔSSŎR, nomen verbale ab Assideo, cuius officium est assidere Præsidi, atque consulere in causis, cognitionibus, postulationibus, libellis, edictis, decretis, epistolis. { πάρεδρος. GALL. Assesseur ou conseiller. ITAL. Assessore. GERM. Ein beysitzer in den rathschlegen. HISP. Assessor, que cerca de otro se assienta como por dar consejo. ANGL. which sitteth by another and helpeth in counsell. } Cic. 1. de Diuin. Lacedæmonis regibus suis Augurem assessórem dederunt. Assessores prætoris. Senec. cap. 3. de tranq. Ex assessore præfectus factus es. Suet. in Galb. cap. 14.

ĀSSĔSSŪRA, æ, { ANGL. Sitting, or being continuallie at a thing. } Vlp. l. 3. de proxenetic. Facilius quod Græci ἐρμηνευτικὸν appellant, peti apud eos poterit, si quis fortè conditionis vel amicitiæ, vel assessuræ, vel alicuius alterius huiusmodi proxeneta fuerit.

ĀSSĔSTRIX, fœm. verb. quæ iuxta sedet. παρέδρος, ἡ. { ANGL. She that sitteth nig another. } Afranius, Dimittit iam assestricem, me ad sese vocat. Nam verbalia fœminina si formentur à supinis in sum desinentibus, assumunt literam t, vt, Expultrix, Tostrix, Assestrix: & non temerè aliud inuenias verbale in Trix, præter hæc tria, cuius masculinum terminetur in sor.

ĀSSIDO, is, quemadmodum & suum simplex Sido. Idem penè significat quod Assideo, sed cum motu quodam: vt sit, quasi ad assidendum me demitto. { ישב עם jaschab hal. παρίζομαι. GALL. S'asseoir, se mettre aupres. ITAL. Porsi à sedere. GERM. Hertzusitzen. HISP. Poner sitio ò cerco à lugar, y assentarse iuntamente. ANGL. To sitt downe, or nige by another where before did stand or go. } Caret proprio præterito & supino. Capit autem præteritum à verbo Assideo, propter significationis affinitatem, & temporum similitudinem: quæ vix alia ratione, quàm accentu dignoscas. Vnde in illo Salustiano, Adherbalem dextra assedit. Priscianus vult esse præteritum ab Assido: non proprium tamen, sed mutuatum à verbo Assideo. In ara hic assidam sacra. Plaut. Aul. sc. 1. a. 4. Dat in sellam vbi assidat. Idem Curc. sc. 3. a. 2. Nescio quid hic somniarint, qui hoc verbum Assido & simplex Sido actiuum esse voluerunt: quibus significationis natura refragatur. Nihil enim aliud significant, quàm ad sedendum, vel assidendum, descendo. Neque statim sequitur, si Assido accusatiuum habere inueniatur, esse verbum actiuum, quum etiam accedo eadem ratione esset verbum actiuum. Hoc enim fit ex natura duntaxat præpositionis. Neque etiam leuiùs peccauerunt qui penultimam huius verbi corripi voluerunt: quod certè falsum est, quum simplex & reliqua composita eandem producant. Virgil. 6. Æneid.

Sedibus optatis gemina super arbore sidunt.

Ouid. lib. 1. Metam.

Iussit & extendi campos, subsidere valles.

Multa alia hoc in loco congesta erant, quæ quòd partim falsa essent, partim inutilia, omnia resecuimus.

ĀSSĬDŬUS, quasi ab assidendo: quod tamen Sosipater reprehendit: cuius verba quoniam nominis huius vim planè explicant, subscribam. Quum à Seruio Tullo populus in classes esset distributus, vt tributum prout quisque possideret, inferret: ditiores qui asses dabant, assidui dicti sunt: & quoniam soli negotiis publicis frequentes aderant, eos qui frequentes adsunt, assiduos ab assibus dixerunt. Hæc Sosipater. quæ etiam confirmat Gell. lib. 16. cap. 10. Atque hinc factum est vt assiduus diceretur, Iugis, continuus & diligens. { תדיר terédh תמיד tamidh. ἐνδελεχής, συνεχής. GALL. Assidu, continuel. ITAL. Assiduo, continuo, frequente. GERM. Fleissig, embsig, on vnderlaß. HISP. Cosa continua, y acostumbrada. ANGL. Continuell, often, and euer without ceasing. } Liu. lib. 3. bell. Maced. Accedebat, quòd alter decimum iam propè annum assiduus in oculis hominum fuerat. Assiduam operam dedi foro. Plaut. Asin. sc. 4. a. 2. Isthoc me assiduo victu delecto domi. Idem Capt. sc. 2. a. 1. Etsi me assiduo confectum cura, dolore, &c. Catul. ad Ortal. Item assiduus scriptor, non proletarius. Gell. cap. 8. lib. 19. Assiduus circa scholas. Suet. in Tib. cap. 11. Assiduus quis in XII. Tab. Gell. cap. 10. lib. 16.

ĀSSĬDŬISSĬMUS, superlat. Suet. in Aug. cap. 71. Et mox vasa aurea Assiduissimi vsu conflauerit omnia.

ĀSSĬDŬĬTAS, Diligentia. { תמיד tamidh התמדה hathmadhah. τὸ συνεχές. GALL. Assiduité, diligence. ITAL. Assiduità, Diligenza. GERM. Fleiss, embsigkeit. HISP. Continuacion y diligentia. ANGL. Diligence without ceasing. } Cic. 1. Acad. Quam partim exercitationis assiduitate, partim ratione formabant. Cic. 2. de nat. deor. Assiduitate quotidiana, & consuetudine oculorum assuescunt animi neque admirantur, neque requirunt rationes earum rerum, quas semper vident. Assiduitas dicebatur eorum, qui honoris & officij caussa aliquem obseruabant & assectantur. Quæ quidem obseruatio magistratum petentibus testimonio erat amicorum copiæ & multitudinis, vt Qu. frater semel atque iterum in lib. de petit. Consolatus vsurpat. Assiduitatis fastidium. Suet. in Tiber. cap. 10. ¶ ✕ Desides, segnes & otiosi.

ĀSSĬDŬE, Frequenter. { תמיד tamidh. ἐνδελεχῶς, συνεχῶς. GALL. Continuellement, ordinairement. ITAL. Assiduamente, diligentamente. GERM. Embsiglich

ẞgilich/ onnderlässlich/ Fleissiglich. HISP. *Continuamente.* ANGL. *Often, euer, without ceasing.* } Virg. 2. *Ecl.*

Tantum inter densas, vmbrosa cacumina, fagos
Assiduè veniebat.

Terent. *in Heaut.* Quid te futurum censes, quem assiduè excedent. Cic. *de clar. Orat.* Assiduissime autem fuit Dionysius.

Assiduō, idem quod assiduè. { ANGL. *Often, euer.* } Plaut. *Mil.* Dum tales facies, quales assiduò edes, Communicabo te semper mensa mea.

Assignificare, i. significare, Gell. *cap.* 81. *lib.* 10.

ASSĪGNO, as, Attribuo, constituo. { נתן *nathán* חלק *chalák.* ἀφορίζομαι. GALL. *Assigner, bailler par assignation.* ITAL. *Assegnare.* GERM. *Zugäben/ zuordnen.* HISP. *Assignar ò constituyr.* ANGL. *To assigne, to giue by assignation, to deput, to lay the fault on another.* } Cic. *pro Domo sua;* Inferiorem ædium partem assignauit genti suæ Clodiæ. Idem 3. *Verr.* Hoc quoque attendite, apparitores à Prætore assignatos habuisse decumanum. ¶ Interdum idem quod imputo, tribuo. Autor ad Heren. *lib.* 1. Sed si tardius hæc, quàm studes, absoluetur, tum rerum magnitudini, tum occupationibus assignare debebit. Persius vsus est pro Obsigno: Marcus dixit, ita est: assigna Marce tabellas, nisi fortassis ibi meliùs *obsigna* legendum videretur.

Assignatio, verb. idem significans quod attributio. { מחלקות *machaló-keth.* ἀπόδοσις, διάδοσις. GALL. *Distribution, assignation.* ITAL. *Distributione, assegnatione.* GERM. *Zugebung/ verordnung.* HISP. *Obra para assignar.* ANGL. *Assignation, appoynting.* } Cic. Quum Cęsar Syllanas venditiones & assignationes agrorum esse velit, quo firmiores existimentur suæ. Sic assignationes agrorum, apud eundem 4. *Philipp. & de lege Agraria.*

ASSĬLIO, is, assilui & assiliui, assultum, ex Ad & salio, Aggredior. { דלג *da-légh* רקד *rakadu.* ἐπιπηδάω. GALL. *Saillir contre quelque chose.* ITAL. *Assalire, assaltare.* GERM. *Herzu springen.* HISP. *Saltar hazia alguna cosa, acometer con impetu.* ANGL. *To leap vpon, to inuade, to assault, to leape fort or against some thing.* } Cicer. 3. *de Orat.* Nec assiliendum est statim ad illud genus.

Et metuit tactus assilientis aquæ,

Ouid. 5. *Fast.*

———Férque assilientia longè Æquora.

Idem *Eleg.* 9. *lib.* 1. *Trist.* ¶ Accipitur pro Oppugno, inuado, aggredior. Idem *lib.* 11. *Met.*

Quum sæpe assiluit defensæ mœnibus vrbis.

Assilientes hostes. Senec. *cap.* 1. *de Tranq.* ¶ Etiam Assilire dicitur de animalibus maribus quum fœminas ineunt. Col. *lib.* 7. Nam nisi priùs ea marem conciuit assilientem admissarium calcibus proturbat.

Assūltus, us, ui, verbale. Actus assiliendi. { קפיצה *kefitsáh.* ἐπιπήδησις. GALL. *Assault.* ITAL. *Assalto.* GERM. *Ein herzuspringung/ Anspring.* HISP. *Obra de saltar assi, ò acometer con impetu.* ANGL. *Assaulting, leaping vpon, an assault.* } Virg. 5. *Æneid.*

Nunc hos, nunc illos aditus, omnémque pererrat
Arte locum, & varijs assultibus irritus vrget.

Assūlto, as, are, frequentatiuum. { ἐπιπηδάω. GERM. *Anspringen.* ANGL. *To assault often.* } Plin. *lib.* 9. *cap.* 42. assultant illi protinus. Idem *lib.* 4. *c.* 40. Mox ingruit assultans, contràque belluam exurgens. Cum datiuo, Silius *lib.* 7. Iam carnes Libycum huic vallo assultare leonem. Cum accusatiuo. Statius 11. *Thebaid.*

Portarúmque moras frenis assultat & hastis.

Assūltim, aduerb. Per saltus, vel more salientium, { κατ' ἐπιπήδησιν, ἐπιπηδητικῶς. ANGL. *By leaping and jumping.* } Plin. *lib.* 11. *cap.* 24. Phalangia ex his appellantur, quorum noxij morsus, corpus exiguum, varium, acuminatum, assultim ingredientium.

ASSĬMĬLIS, e, ex Ad & similis, Similis. { דומה *doméh.* ὅμοιος. GALL. *Fort semblable, moult ressemblant.* ITAL. *Simile, assimegliante.* GERM. *Sehr gleich.* HISP. *Semejante.* ANGL. *Very lyke to another.* } Cic. 2. *de nat. deor.* In pulmonibus autem inest raritas quædam, & assimilis spongiis mollitudo, ad hauriendum spatium aptissima. Plaut. *Merc.* Quasi tu nunquam quicquam assimile huic facto feceris.

Assimĭliter, aduerb. Similiter. { כן *chen* כמוכן *chemóchen.* ὁμοίως. GALL. *Semblablement.* ITAL. *Similmente.* GERM. *Gleichsförmiglich.* HISP. *Semejantemente.* ANGL. *In lyke maner lykewyse.* } Plaut. *Bacchid.* Assimiliter hodie mihi obtigit.

Assĭmĭlo, as Similem facio, comparo. { דמות *dimmáh.* ὁμοιόω. GALL. *Comparer, paragonner, rendre semblable.* ITAL. *Assomegliare.* GERM. *Vergleichen.* HISP. *Semejar.* ANGL. *To compare, to resemble.* } Cic. 4. *Verr.* Literæ, literæque omnes assimilatæ & expressæ, de tabulis in libros transferuntur. Ouid *Eleg.* 5. *lib.* 1. *Trist.*

Assimilémque sui longa assuetudine fecit.
Grandia si paruis assimilare velis.

Assimilare naturam. i. simili quodam exprimere. Suet. *in Tib. cap.* 57. Ita assimilauit se quasi Amphitrio fiet. Plaut. *prolog. Amph.* Amphitruonem me, vt occœpi, semel esse assimilabo. Idem *Amph. sc.* 1. *a.* 3.

ASSĬMŬLO, as, Fingo aliquid esse, quod re vera non est, Simulo. { חנף *chhanéph.* ὑποκρίνομαι, προσποιοῦμαι. GALL. *Simuler, feindre ce qui n'est point, contrefaire.* ITAL. *Simulare, fingere.* GERM. *Gleissnen/ Der gleichen thun als ob etwas were das nit ist.* HISP. *Fingir lo que no es.* ANGL. *To faine that is not, to counterfaite.* } Terent. *in Andr.* Nunc tuum est officium, has bene vt assimules nuptias. Cic. 3. *Offic.* Vlysses furorem assimulauit, ne quò iret. Me esse seruum tuum assimulo. Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 2. Hic seruum se assimulabat, *ibid. sc.* 5. *a.* 3. Vt assimulem me insanire. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 5. Et assimulabat me esse Sauream. Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 3. Scio cur me patrem assimules. Idem *Capt. sc.* 4. *a.* 5. Assimulari passiuè. Ter. *Eunuch.* Tum pol ego is essem verè, qui assimulabat. Alia esse assimulabatur. Plaut. *Mil. sc.* 1. *a.* 2. ¶ Assimulare pro adumbrare & repræsentare. Quint. *lib.* 7. *cap.* 11. Pictor accepta semel imitandi ratione, facilè assimulabit quicquid acceperit. Assimulare literas pro adulterare & confingere, apud Tacitum. Ecquid assimulo similiter. Plaut. *Men. sc.* 1. *a.* 1. pro similis videor.

Assĭmŭlātio, verbale. { προσποίησις, ὑπόκρισις. ANGL. *Fayning of that which is not counterfayting.* } Plin. *lib.* 11. *cap.* 49. Contrà mulierum paucis prodigiosa assimulatio.

Assipōndium, Pondus vnius assis, siue libræ. { λίτρα. GALL. *Le pois d'vne liure.* ITAL. *Il peso d'vna libra.* GERM. *Ein gewicht eines pfunds.* HISP. *Libra entera de doze onças.* ANGL. *One pound weight.* } Varro *de L. Lat.* Quod vnum pondo, Assipondium dicebatur, id ideo, quod as erat libræ pondus.

Assir, sanguis: vnde Assiratum, potus sanguine temperatus. de quo Virg. *lib.* 3. *Georg.*

ĀSSIS, is, tabula sectilis. { לוח *lúach* קרש *kerésch.* σανίς. GALL. *Vn ais.* ITAL. *Tauola, asse.* GERM. *Ein dilen/ tafel/ bret.* HISP. *Tabla ò ripia ò cabrio.* ANGL. *A planke, à boorde.* } Plin. Quernisque assibus contabulare pauimenta oportet. Vide suprà in dictione *Asseres.*

Āssŭla, diminut. ab assis, Tabella, σανίδιον. Plaut. *in Merc.* At etiam cesso foribus facere his assulas.

ASSVLA, Plin. Vitruu. & aliis honesta vox est, qua primùm significant, quæ matrimonij in cedendo marmore fragmenta dissecant, & quæ in frangendis aliis rebus in longitudinem magisque in latitudinem fragmenta dissiciuntur. Item Dioscoridis interpretes, significaturi radicum concisionem, vtuntur ea voce σχιδακηδόν, quod eius scilicet radices interdum assulosé, siue assulatim iubeant concidi.

Āssŭlātim, id est, minutatim. { σχιδακηδόν. GALL. *Par esclats, en menues pieces.* ITAL. *Minutamente.* GERM. *Stucklechtig oder wie dilen.* HISP. *Astilla, à astilla.* ANGL. *Litle and litle, by litle peeces.* } Plaut. *in Men.* Faciam quod iubes, securim capiam ancipitem, atque hunc senem exossem reddam: dedolabo assulatim viscera.

Āssŭlōsē, aduerb. idem quod assulatim. Plin. Calamus melior qui assulosè potius quàm raphani more frangitur.

Assitia, apud Milesios Pallas vocatur.

Assisij, beneficiatij, qui tamen canonici non sunt, seruiúntque Ecclesiæ. *c. pen. de cler. non resid.* sic autem dicuntur quasi assidui. Iidem & Mansionarij dicti.

Assisium, Vmbriæ vrbs est, quam Ptolemæus Æsisium vocat, *Asciesci.*

Āssisto, is, Adsto. { עמד *hamádh* נצב *nitsfáb* יצב הית *hith jasséb.* παρίσταμαι, παρεστηκώς. GALL. *Assister, estre aupres.* ITAL. *Stare, essere presente.* GERM. *Beystehn/ zugegen stehn.* HISP. *Assistir, estar cerca de alguna cosa.* ANGL. *To assist, to stand by.* } Ter. *in Adelph.* Hic propter hunc assiste. Assistere malo, pro assistere dolori, vel adesse & consolari. Sen. *de cons. ad Polyb. cap.* 12.

Vmbra cruenta Remi visa est assistere lecto,

Ouid. 5. *Fast.* Assiste altrinsecus, & onera hunc maledictis. Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Assistere tribunali. Gell. *cap.* 22. *lib.* 1. Assistere de eo, qui iuuat accusationem. Apul. *Apolog.* 1. Assistentes (de corona populi, & iis qui adsunt & audiunt) Quint. ¶ Aliquando significat patrocinari, quod prisci adesse dicebant. Sic enim eleganter dicimus, Tibi adsum, & Tibi assisto: pro eo quod est, Aduocatus sum, causámque tuam defendo.

Āssiūs, vide *Assus.*

Ăsso, as, Tabulis sterno, vel operio. { קרה *karáh.* σανιδόω. GALL. *Plancher ou pauer d'ais.* ITAL. *Intauolare.* GERM. *Täfelen/ mit dilen vberschiessen oder bedecken: item Brätern.* HISP. *Entablar, assar.* ANGL. *To couer with plankes, or bordes.* } A quo Coasso, pro contabulo. Vitruu. Quum assatum fuerit, super altera coassatio struatur, clauisque fixa, duplicem præbeat contignationi loricationem. ¶ Item Assare etiam vtimur pro cibum ad ignem torrere. Vnde inassare. Plin. *lib.* 30. *cap.* 10. Alij in cibo, in ligneis verubus inassatum.

Āssārius, a, um, Assus, assatus. { צלוי *tsalúi* צלי *tsali.* ὀπτός, ὀπτηθείς. GALL. *Rosti.* ITAL. *Arrostito.* GERM. *Gebraten.* HISP. *Assado.* ANGL. *Rosted.* } Cato *de re rust. c.* 132. Daps Ioui assaria pecunia, vrna vini Iunoni castæ.

Āssātūrā, carnes assæ. { ὄπτημα. ANGL. *A rost.* } Flauius Vopiscus scribit Aurelianum Imperatorem conuiuium de assaturis maximè dedisse.

Āssŏcio, as, are, Socium me adiungo. { חבר *chibbér.* συνάπτω, συνοικειόω. GALL. *Associer, coupler, ioindre pour compagnon.* ITAL. *Accompagnare.* GERM. *Zugesellen.* HISP. *Associarse, accompañar al ygual.* ANGL. *To make him self a companion with others.* } Strab. 1. *Theb.*

———solers tibi cura futura
Amphiaraë datur: iuxtàque Amythaone cretus
Associat passus.

¶ Significat & adaptare & coniungere. Claudianus,

———cornua summis Associant malis.

Āssŏlēt, Solet. { חק חוק *chok hu* מנהג הוא *minhágh hu.* εἴωθε, φιλεῖ. GALL. *La coustume est, on a de coustume.* ITAL. *Suole.* GERM. *Man ist also gewont/ es ist breüchig.* HISP. *Es de costumbre, se suele.* ANGL. *It vseth, it is customable.* } Legitur autem in tertiis tantùm personis, & ferè impersonaliter. Cic. *de Amic.* Quum in hortos D. Bruti commentandi causa (vt assolet) venissemus. Liu. 1. *ab Vrbe*, Vbi illuxit, paratis omnibus, vt assolet, vocari ad concionem vtrunque exercitum iubet. Cic. 2. *de nat. deor.* Gracchus ad senatum retulit, Senatus ad quos assoleret, referendum censuit. Nonnunquam etiam personaliter. Terent. *in Andr.* Adhuc Archillis, quæ assolent, quæque oportet Signa ad salutem esse omnia, huic esse video.

Āssŏno, as, Sonitum reflecto, vel sono respondeo. { המה *hamáh.* ἐπηχέω. GALL. *Resonner, retentir, sonner auec.* ITAL. *Ribombare.* GERM. *Zustimmen/ zuthönen.* HISP. *Hazer retumbar y resurtir la voz.* ANGL. *To sound with an other, to sound agane.* } Persius *Satyr.* 1.

Euyon ingeminat, reparabilis assonat Echo.

Ouid. 3. *Metam.*

Planxerunt Dryades, plangentibus assonat Echo,

id est, velut respondet.

Assorum, Ἄσσωρον, mons Sami, à quo fluit Amphilysus. Steph.

Assorium, vel assorum, Ἀσσώριον, ἢ Ἄσσωρον, ciuitas Siciliæ. Steph.

Asserus, sicut testatur Iosephus, fuit Cyrus, Xerxis filius, qui post Darium patruum Persidis rexit imperium. Hunc Cyrum idem dicit Artaxerxem apud Græcos vocatum fuisse, cognomento Longimanum, qui regnauit quadraginta annis.

ASSVESCO, is, ex Ad, & suesco compositum, Consuetudinem capio, in consuetudinem venio. { למד *lummad.* ἐθίζομαι, συνεθίζομαι. GALL. *S'accoustumer, s'duire, auoir de coustume.* ITAL. *Auezzarsi assuefarsi* GERM. *Gewonen mit langem brauch.* HISP. *Accostumbrarse.* ANGL. *To come in vse or accustome, to pratise by long custome to do a thing.* } Assuescere reipub. Suet. *August. cap.* 38.

Assuescunt.

Assuescunt oculi multa pudenda pati.

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 1. *Trist.* Assuescat tuis sermonibus. Sen. *cap.* 6. *de cons. ad Elber.* Si nunquam (studiis) assuesces, idem *ibidem cap.* 16. Auceps offundit cibum, aues assuescunt. Plaut. *Asin. sc.* 3. *a.* 1.

——— *Nec aquis assueuimus istis,*

Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 3. *Trist.* Cicer. 5. *de Fin.* Quo in loco ad fluctum, aiunt, declamare solitum Demosthenem, vt fremitum assuesceret voce vincere. Virg. 8. *Æneid.*

——— *tua cernere facta Assuescat.*

Cum datiuo. Celsus *lib.* 8. *cap.* 10. Atque ita deligando, assuescere iterum vetustæ sedi cogit. Loquitur de osse reposito in sedem suam. Assuescitur, Impersonale. Liu. 1. *ab Vrbe.* Charitásque ipsius soli, cui longo tempore assuescitur, animos eorum consociasset.

Assuetus, Vsitatus. {למוד *limmúdh.* συνήθης, εἰωθώς, ἐθάς. GALL. *Accoustumé, vsité & duit.* ITAL. *Assuefatto, auezzo.* GERM. Gewont / oder gewehnt. HISP. *Acostumbrado.* ANGL. *Vsed, accustomed, broght in vse, woonted.*} Plin. Assuetis eò dona mittere iam & regibus Romanis. Cic. *pro Plancio.* Vicinitas non assueta mendaciis. Assuetus labore assiduo. Idem *de Orat.* Non assuetas ad sceptra manus Post terga dabit. Senec. *in Troa.* Assuetus in iura. Liu. 4. *bell. Pun.* Et iam inde à puero in omnia familiaria iura assuetum. Et apud eundem 8. *bell. Mac.* cum genitiuo: Romanis Gallici tumultus assuetis, etiam vanitates notæ sunt. Assuetior, comparat. Liu. 2. *bell. Pun.* Ea assuetior montibus, & ad concursandum inter saxa, rupésque aptior ac leuior.

Assuetūdo, Consuetudo. {מנהג *minhágh*, דרך *déreh.* συνήθεια. GALL. *Accoustumance, vsage,* ITAL. *Vsanza, consuetudine.* GERM. Gewonheit. HISP. *Costumbre.* ANGL. *Vse, accustome.*} Ouid. 2. *de arte,*

——— *Nihil assuetudine maius.*

Idem 1. *de Tristibus,*

Assimilémque sui longa assuetudine fecit.

Tacit. *lib.* 18. Degenerabat à labore ac virtute miles assuetudine voluptatum, & contemptu ducis.

ASSVĒFACIO, is, ex Ad præpositione, & duobus verbis, nempe Sueo, sues, & facio compositum: Vsu doceo, in consuetudinem induco. {הרגיל *hirghil* למד *limmédh.* ἐθίζω. GALL. *Accoustumer, duire.* ITAL. *Assuefare, auezzare.* GERM. Gewohnen. HISP. *Acostumbrar à otro.* ANGL. *To teach or accustome by vse, to woont him self with any thing.*} Cic. *de prouinc. Cons.* Imperio populi Romani parēre assuefecit. ¶ Huius passiuum est Assuefio. Cic. 3. *de Orat.* Quorum sermoni assuefacti qui erunt, non poterunt non lautè loqui. Liu. 2. *bel. Pun.* Ea secretis viri alieni assuefacta sermonibus. Et lanificio, Suet. *in Aug. cap.* 64.

Assum. Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 4. Vt ille palam ibidem assiet, qui adest à milite. *Ibid. sc.* 7. *a.* 4. Ne eum assiet (herus) metuam. ¶ Assum, solum & merum: vnde Assare veteres poëtæ dicebantur, cum in solum hominem Poëmata condebant, quæ & Assamenta dicta: vt est maxima pars syluarum Statii, & Saliorum carmina fuerunt olim.

ASSVMO, is, Suscipio. {נשא *nasá.* προσλαμβάνω. GALL. *Prendre vers soy, retirer vers soy, s'attribuer.* ITAL. *Assumere, prendere.* GERM. Herzu nemmen / annemmen. HISP. *Tomar à su cargo.* ANGL. *To attribut to him self, to také to him.*} Cic. Neque id onus inuitus assumpsit. ¶ Interdum ponitur pro attribuo, arrogo, προσποιοῦμαι, προσποιέω. Idem 1. *Offic.* Si id mihi assumo, videor id meo iure quodammodo vendicare. ¶ Assumere aliquem. Plin. iunior, Assumo te in consilium rei familiaris, vt soleo. ¶ Assumere pro esitare & cibum sumere. Celsus, Iuuenum minus interest, quæ assumant, & quo modo curentur.

Assūmptĭo, nis, verb. Acceptio. {מקח *mikkách.* πρόσληψις. GALL. *Prinse.* ITAL. *Presa.* GERM. Ein annemmung / annehmung. HISP. *Tomamiento.* ANGL. *Attributing, or thaking to him self.*} Cic. 3. *de Fin.* Artes etiam ipsas propter se assumendas putamus, tum quia sit in his aliquid dignum assumptione, tum, &c.

Assumptīuus, verb. quod assumit, Cic. 1. *de Inuen.* Ac iuridicialis quidem ipsa in duas distribuitur partes, absolutam, & assumptiuam. Et paulò pòst: Assumpta est, quæ ex se nihil firmi dat ad recusationem, &c.

Assumptus, a, um. Assumpta verba. Quint.

Assum, vide *Adsum.*

ASSVO, is, ui, utum, Suendo annecto. {תפר *taphár.* προσράπτω. GALL. *Coudre à ou sus vn autre, rapetasser, empiecer.* ITAL. *Cuccire vna cosa all' altra.* GERM. Herzu sticken / ansetzen. HISP. *Coser vna cosa à otra, remendar.* ANGL. *To sew to, tor agether.*} Horat. *in Art. poët.* Purpureus latè qui splendeat vnus & alter, Assuitur pannus.

Assura, assiduitas est & diligentia in nutriendo, curando, habendo. Nam Assæ, nutrices dicuntur, quòd ferè semper assunt iis, quos nutriunt. ex Turneb. *aduersar. lib.* 24. *cap.* 12.

ASSVRGO, is, exi, est & honoris vel beneuolentiæ caussa surgo. {קום *kam.* ὑπανίσταμαι, ἐξανίσταμαι. GALL. *Se leuer, se dresser contre, se leuer deuant quelqu'vn.* ITAL. *Leuarsi.* GERM. Auffstehen / einem ehr erbieten mit auffstehn. HISP. *Leuantarse à otro por honrarle, ò leuantarse,* simpliciter. ANGL. *To rise for to honour to another.*} Virg. 5. *Eclog.*

Vtque viro Phœbi chorus assurrexerit omnis.

¶ Ausonius,

Assurgit Musa nostra Camœna tua.

Virg. 2. *Georg.*

Tmolus & assurgit quibus & rex ipse Phanæus.

¶ Accipitur pro excresco, & altus fio. Idem 3. *Georg.*

Sed iacet aggeribus niueis informis, & alto
Terra gelu latè, septémque assurgit in vlnas.

¶ Hinc & plantas dicimus assurgere, quum crescunt, & in altitudinem accipiunt incrementum. ¶ Colles quoque assurgere dicuntur, qui non ardui sunt, sed accliues, quique paulatim in altitudinem tendunt. Col. 2. Collem molliter assurgentem, montem sublimem, & asperum, sed nemorosum & herbidum maximè probauerunt. ¶ Assurgere ex morbo, id est, conualescere. Liu. & Tacit. ¶ Assurgere dicitur Orator, qui sublimiter loquitur. Quint. Rarò assurgit Hesiodus.

[Assurrectio, cum assurgitur honoris gratiâ. Cerd.]

Assus, i, geminato ss, Ἄσσος, vrbs est Troadis, teste Strab. *lib.* 13. & natura, & arte munita, ab ea parte qua mare spectat, arduum & erectum ascensum habens. Vnde factus est locus vulgatissimus illi Stratonici sententiæ, Qui celeri passu Assum it, magnum vitæ periculum adit. Circa hanc vrbem sarcophagus effodiebatur, à quo cadauera omnia in eo condita intra quadragesimum diem solis dentibus exceptis, absumebantur. Autor Plin. *lib.* 38. *c.* 17. Ex hac vrbe ortum traxit Cleantes Stoicus philosophus, qui Zenoni in schola successit, quam ipse Chrysippo tradidit. ¶ Asus autem vnico s, siue (vt apud Plin. legitur) Asum, Cretæ oppidum est: de quo infrà suo loco.

Assĭus, a, um, Ἄσσιος, adiectiuum est ab ea vrbe deductum: vnde assius lapis, quondam sarcophagi genus, in quo condita cadauera, intra dies quadraginta, vna cum ossibus, solis dentibus exceptis, consumuntur, vt iam dictum est. Vide Plin. *lib.* 36. *cap.* 17.

Assus, a, um, Torrefactus, aridus, eò quod igni assuescit, (vt Varroni placet *lib.* 4. *de L. L.*) Sudando enim assum distillat ob colorem. {צלי *tsali.* ὀπτός. GALL. *Rosti.* ITAL. *Arrosto, arrostito.* GERM. Das gebraten ist. HISP. *Cosa assada.* ANGL. *Rosted.*} Plaut. *Asin. sc.* 3. *a.* 1. Panis & assa bubula. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 2. (Piscem) quouis pacto condias, vel patinarium, vel assum. ¶ Vel dicitur assum (vt Nonius manult) quasi solum, quemadmodum merum, solum dicimus; quoniam in optoniis, siue pigmento saporis alieni assæ carnes inferebantur. Vide *Assa.*

Assyrĭa, {אשור *aschschúr.* Ἀσσυρία.} Regio est maioris Asiæ, quam Ptolemæus ab ortu Mediæ parte terminat, ab Occasu Mesopotamiæ, à Septentrione parte minoris Armeniæ, iuxta Niphatem montem, à Meridie Susania. Plin. *lib.* 5. *cap.* 11. Assyriam docet Syriæ partem esse, quæ postea vocata est Adiabene. Strabo autem longè latiores Assyriæ fines assignat, eo nomine comprehendens Babyloniam, & maximam circumiacentium regionum partem. Eadem & Syria à Græcis vocata est, teste Iustin. *lib.* 1. & Herod. *lib.* 7. quamquam multò latiores Syriæ fines fuerunt, quàm Assyriæ. ¶ Dicta est autem Assyria, teste August. *lib.* 15. *de Ciuit. Dei,* ab Assur filio Sem. ¶ Assyrius, Adiectiuum, qui est ex Assyria: vt ammomum Assyrium, Virg. 4. *Eclog.*

Vastatum fines iuerat Assyrios Rex Ptolemæus,

Catull. *de com. Beren.* ¶ Assurius sermo, pro Assyrius, *l.* 1. *§. vlt. de verb. oblig.*

Ast, Coniunctio est, qua Poëtæ Carminis gratia vtuntur, pro At, siue Sed. {כי אם *chym* אבל *abál.* ἀλλά. GALL. *Mais.* ITAL. *Ma.* GERM. Aber. HISP. *Però.* ANGL. *Bot.*} Virg. 1. *Æneid.* Ast ego, quæ diuûm incedo regina. Vtuntur & Oratores. Cicer. *Attico lib.* 1. *Epist.* 11. Tu si vno in loco es futurus, crebras à nobis litteras expecta: ast plures etiam mittito. Item Comici. Plaut. *Capt. sc.* 5. *a.* 3. Si ego hic peribo, Ast ille huc non redit. Vide quis sit vsus huius particulæ in eo genere loquendi, Bellona si nobis victoriam duis, Ast ego templum tibi voueo. Liuius *lib.* 10. *ab Vrb.*

Asta, Ἄστα, ciuitas est Bæticæ, inter sacrum promontorium, & Herculeas columnas, de qua Plin. *lib.* 2. *cap.* 1. ¶ Est & Asta, Insubriæ vrbs, non longè à Nouaria distans. De hac Claudianus,

——— *nec plus Pollentia rebus*
Contulit Ausoniis, aut mœnia vindicis Astæ.

Meminit Plin. *lib.* 35. *cap.* 12.

Astaboras, vel Astabores, teste Plin. *lib.* 5. *cap.* 9. Alter est ex alueis Nili, qui Meroen insulam à sinistra alluit: ille verò, qui à dextera parte est, Astusapes appellatur. Strab. verò Astaborem fluuium esse docet diuersum à Nilo, circa Meroen insulam in Nilum influentem.

Astaces, Ἀστάκης, fluuius est in Ponto, Atiæ regione, cuius aquis irrigati campi oues pascunt, nigro lacte accolas alentes. Autor Plin. *lib.* 2. *cap.* 103.

Astaci, ἀστακοί, è genere sunt cancrorum. apud Plin. *lib.* 9. *cap.* 31.

Astacum Plinio, siue Astacus, Ἀστακός, Stephano & Straboni, Bithyniæ oppidum fuit, ita dictum ab Astaco quodam Neptuni, & Olbiæ Nymphæ filio. A quo vicinus sinus Astacenus appellatus est, testibus Plin. *lib.* 5. *cap. vlt.* & Strab. *lib.* 12. ¶ Fuit & altera eiusdem nominis vrbs in Acarnania, quæ & ipsa propinquo sinui Astaceno nomen fecit, teste Strab. *lib.* 10.

Astalium, ab astu, idem quod felonia. Hinc Astalium facere, id est, frustrari & decipere, *in l.* 6. *Lang. de malef. & publ. crim.* Prat.

Astanda, Regum in Perside nuntios Angaros nuncupatos à doctis obseruatum est, atque illarum gentium esse vocabulum Herodoto videtur. Sicut Astandæ ferè notionis eiusdem, h. e. Grammatophori, siue tabellarij, qui certis itinerum spatiis permutarentur. Plutarchus *in lib.* 1. *de Alexandri fortuna,* scribit, Darium Persarum Regem fuisse quandoque regis astandam.

Astaothia, quod hic hactenus corruptè lectum est. Vide *Astyochia.*

Astapæi, Libyæ populi, Steph. ἀσταπαῖοι.

Astaphylinos, Pastinaca syluestris, quæ & Staphylinos dicitur. Vide Ruell. *lib.* 3. *cap.* 41.

Astapus, Straboni fluuius est circa Meroën, in Nilum influens, qua in re à Plinio nonnihil videtur dissentire. Plinius enim Nilum ipsum suprà Meroën Astapum asserit vocari, quod sæpe terra receptus velut è tenebris in lucem erumpat (sic enim vocant Ægyptij aquas è tenebris emergentes.) Nili autem nomen antè non assumere, quàm se concordibus aquis iunxerit. Vide Strab. *lib.* 17. & Plinium *lib.* 4. *cap.* 9.

Astăphĭs, dis, {צמוקים *tsimmukim.* ἀσταφίς. GALL. *Raisin confit, passes, passerilles.* ITAL. *Vua passa.* GERM. Meer trauben. HISP. *Vua passa.* ANGL. *A confite or raisin confected.*} A nobis vua passa vocatur. Plin. *lib.* 23. *cap.* 1. Vua passa, quam Astaphida vocant stomachum, ventrem, interanea tentaret, nisi pro remedio in ipsis acinis nuclei essent. ¶ Viri senis astaphis caluarie, ἀνδρὸς γέροντος ἀσταφὶς τὸ κρανίον, id est, viri senis velut vua passa cranium. Admonet adagium, inualidum & flaccidum esse senile corpus exhausto succo carnibúsque adesis.

Astaphis agria, {ἀσταφὶς ἀγρία. GALL. *Staphisagria.* ITAL. *Staphusaria, semenza de frutti.* GERM. Staphisagria / Leußsamen. HISP. *El hauarraz.* ANGL. *Stauis agre.*} Herba est cauliculis nigris, rectis, foliis labruscæ: fert folliculos verius, quàm acinos, virides, similes ciceri. Hæc à Romanis, teste Dioscoride, Pedicularis herba dicebatur, eò quòd nucleos haberet phthiriasi curandæ vtiles. Vocatur & Staphis agria, prima vocali à capite sublata. Nam quam ἀσταφίδα Attici, reliqui Græci σταφίδα appellant. Quinetiam hodie ab Officinis Staphis agria dicitur.

Astaroth, עשתרות Baschtaroth, antiqua ciuitas Og regis Basan, in qua habitauerunt gigantes, & postea cecidit in sortem tribus Manasses, regionis Bethaniæ. Sunt autem castella in Bethania hoc vocabulo nouem inter se millibus separata, inter Adetam & Abellam vrbeis.

Astarte, {עשתרות Baschtoreth, ἀστάρτη.} Syriorum Dea erat, quam alio nomine Atergatim aut Derceto nominatam volunt. Cic. 3. *de nat. deor.* vult fuisse Venerem, quæ Adonidi nupsit. Hanc sacræ literæ Astartem Sidoniorum deam vocant, cui Salomon rex vni pallacarum suarum obsequi volens, altaria condidit.

Asteismus, Vrbanitas. {שפר schéphar. ἀστεϊσμός. GALL. *Gentilesse, ciuilité, courtoisie.* ITAL. *Gentilezza, vrbanità, ciuilità.* GERM. Hoflichkeit/ sittlig keit. HISP. *Nobleza hidalguia, ciuilidad.* ANGL. *Ciuilitie, courtesie, good maner, gentlenesse in speach and behauiour, plesant iesting.*} Est tropus multiplex, numerosæque virtutis. Nam Asteismus putatur quicquid rustica simplicitate caret, & faceta satis vrbanitate exponitur, vt apud Virg. 3. *Ecl.*

Qui Bauium non odit, amet tua carmina Maui.

Id est, pro pœna ei contingat & diligat Mæuium peiorem Poëtam. Atque idem iungat vulpes, & mulgeat hircos. Id est, faciat ea quæ contra naturam sunt. Nam ἀστεῖος, Vrbanus, ἀστεΐζομαι. Vrbanus sum.

‖Astelæ, vel Astillæ. φορμία, q. corbulæ ex iuniis plexæ. Hes. vide Gloss. Græcol. Meurs.‖

Aster, & Astrum, {כוכב chocháb. ἀστὴρ, τὸ ἄστρον. GALL. *Estoille.* ITAL. *Stella.* GERM. Ein stern. HISP. *Estrella o planeta.* ANGL. *A starre.*} Hoc modo inter se differunt, quòd hoc congregationem significat stellarum, vel signum ex stellis coactum, vt est Leo, Libra, &c. Illud verò vnam tantùm stellam. Apud Græcos etiam eadem obseruatur differentia: ἀστὴρ enim apud illos vnicam tantum stellam, ἄστρον sydus totum significat. Suidas, Cicer. Quum autem ver esse cœperat, cuius initium iste non à Fauonio, neque aliquo astro notabat, &c. Idem *de Vniuers.* Has igitur ob causas nota sunt astra.

Asteriscus, ἀστερίσκος, diminutiuum, Signum est ad paruæ stellæ similitudinem, quo vtimur quum aliquid in scribendo omissum est, vel quum variant exemplaria. Hieronym. Qui editioni antiquæ Theodotionis miscuit asteriscos & obelos.

Astricus, a, um, Adiect. Varro *Marcipore* (apud Nonium,) Cùm pictus aër feruidis lacte ignibus cœlis choreas astricus ostenderet.

Astrifer, a, ferens astrum. {ἀστροφόρος. GALL. *Qui porte astres, ou estoiles.* ITAL. *Chi porta le stelle.* GERM. Sternträger. HISP. *Cosa que tiene en si estrellas.* ANGL. *Which beareth or hath starres.*} Mart. *lib.* 8. Antua multifidum numerauit lana Timauum, Quem prius astrifero Cyllarus ore bibit?

Aster Samius, ἀστὴρ σάμιος, species est terræ cuiusdam ad multos medicinæ vsus conducentis, quæ in Samo insula effoditur: ita dicta à stellæ imagine, quæ illi imprimi sigillo consueuit. Huius terræ meminit Galen. *lib.* 9. *simpl.*

Aster Atticus, vel acticus potiùs, q. d. littoralis, non inuenitur nisi in littoribus. Astragalus, cicer rusticum, vel montanum. Cicer. sic dicta est herba quòd radicem crassam & astragalo ossi similem habeat. ἀστὴρ ἀττικός. Herba est Plinio, quæ quòd præsens est inguinum remedium, à Romanis Bubonium dicitur, & vulgò Inguinalis. Vide Plin. *lib.* 25. *cap.* 5.

Asteria, æ, vel Asterie, es, ἀστερία, nomen Latonæ sororis proprium. ¶ Est & Asteria Deli, & Rhodi insularum nomen, teste Plin. *lib.* 4. *cap.* 12. & *lib.* 5. *cap.* 31. ¶ Significat & gemmam, inclusam quandam lucem pupillæ modo continentem, quæ opposita Soli, radios regerit candicanteis. Plin. *lib.* 37. *cap.* 9.

Asteria, filia fuit Cei, Titanis filij, vt Theodosio placet. Hæc autem, vt ait Fulgentius, post vitiatam Latonam à Ioue dilecta est, à quo in aquilam versa oppressa fuit: eique ex eo concubitu Herculem peperit. Quæ tandem, vt quibusdam placet, aduersùs Iouem sentiens, & eius fugiens iras, deorum miseratione in coturnicem versa est, quæ Græcè vocatur ὄρτυξ: noménque dedit insulæ, in quam aufugerat, vbi à Ioue in lapidem mutata est, vndique demersa, & ab eisdem huc illuc agitata, quæ tandem ob susceptam Latonam firmata est. Ex Bocatio. Hæc insula ob susceptam Latonam supernatauit: & primò Neptuno ac Doridi consecrata est: postea Delos dicta, in qua insula Latona Apollinem & Dianam peperit.

Asterias, ἀστερίας. Auis ex genere ardeolarum, à fulgore astrorum. Plin. *lib.* 10. *cap.* 60.

Astericum, ἀστερικόν, vulgò volubilis minor, & campanula. Herba est ocymi folio, quæ & Helxine dicitur, ἀπὸ τοῦ ἕλκειν, eo quod asperitate sua tenaci nexu vestes quibus hæserit ad se trahat, & Vrceolaris herba, eò quòd vitreis vrceolis detergendis in primis sit idonea. Nascitur in tegulis parietibúsque: vnde & Parietaria, & Muralis herba vulgo dicitur. de hac Plin. *lib.* 22. *cap.* 17.

Asterion, ἀστέριον, ciuitas Thessaliæ, sic dicta, quòd in alto sita monte velut astrum quoddam procul aspicientibus fulgere videatur, vt tradit Stephanus, qui eam sua ætate Pyresiam vocatam asserit. ¶ Est & altera vrbs eius nominis in Syria. ¶ Est & fluuius Achaiæ, in Nemeæa sylua leniter fluens, fructuum iuxta ripam abundantissimus, vt testis est Lactant. ¶ Item mons Peloponnesi, ad sinum Argolicum, de quo Plin. *lib.* 4. *cap.* 5. ¶ Est & herba quædam hoc nomine apud Pausaniam, in agro Argiuo nascens, ad ripam fluuij eiusdem nominis, cuius folia Iunoni sacra accolæ in coronas nectunt. {GERM. Schattenblum / oder Sternkraut.} ¶ Asterion item, ἀστερίων, Cometæ filius, qui Iasonem Colchos nauigantem secutus est: vt habet Apollonius, Valer. *lib.* 1. *Argonaut.*

———*celer Asterion, quem matre carentem*
Clymenus gemino fouit pater amne Cometes.

Asterion, ij, ἀστέριον. {ANGL. *A sort of spider.*} Species est aranei, cuius morsu genua labefactantur, vt tradit Plin. *lib.* 29. *c.* 4. ¶ Est & Asterion herba quæ & Spondylium dicitur, quòd tenien habeat Asterij animalculi figura. Vide Dioscor. *l.* 3. in descriptione Spondilij.

Asteris, ἀστερίς, insula in medio Sami, & Ithacæ sita, Strabo *lib.* 1.

Asterno, is, re, astraui, astratum, iuxta sterno. {רפד raphedh הרכין hirbits השכיב hischchib הציע hitsijah. ἀνεστρώννυμι. GALL. *Coucher &* *estendre aupres.* HISP. *Dilatare.* GERM. Hinzustrecken/ Neben etwas legen. HISP. *Derribar algo hazia otra cosa.* ANGL. *To lie and spread one nigh another.*} Ouid. vtitur eius passiuo 2. *Metam.*

Noctésque diéque vocant, asternuntúrque sepulchro.

Asterusia, ἀστερουσία, mons Cretæ ad meridiem, mare aspiciens: à quo & Asterusia Indiæ vrbs nomen habet, quòd illic Cretenses coloniam collocarint. Huius incolæ Asterusiani vocantur, & Asterusij, ἀστερουσιαῖοι Stephano.

‖ASTHMA, ἆσθμα, flatus, anhelitus ab ἄω spiro, ἄζω, i. e. afflo calidum oti. ¶ Est etiam Asthma anhelatio, suspirium, difficultas spirandi vehementior. Vnde‖

Asthmaticus, a, um, {ἀσθματικός. GALL. *Poussif, qui a son aleine à grande difficulté.* ITAL. *Chi spira con difficultà, chi ha l'asmo.* GERM. Ein keichigers, der schwerlich vnd mit keichen athemet, ein engbrüstiger. HISP. *Cosa que tiene dificile respiracion.* ANGL. *Which breathed panefullie, pursey.*} Anhelus & spiritosus dicitur: quum scilicet spirare sine sono & difficultate quispiam non potest.

Astice, ἀστική, regio est Thraciæ, suprà Bosphorum, Ponto Euxinio imminens, cuius vrbes sunt Apollonia, Thynnias, Almedessus, Develton & Phinopolis. {GERM. Ein landtschafft in Thracien so an das Euxinisch Meer stosset.} de hac Plin. *lib.* 4. *cap.* 11.

Astigi, ciuitas Bæticæ, à qua Astigitanus ager. Plin. *lib.* 3. *cap.* 1.

Astiuchia, vide *Astyochia.*

Astipulor, Assentior. {יאות jaoth רצה ratsáh. συνεπιψηφίζω, συνεπινεύω. GALL. *Consentir à quelque chose.* ITAL. *Consentire.* GERM. Verwilligen, vbereein kommen. HISP. *Consentir con otro, y otorgar.* ANGL. *To consent, to any thing, to aggree.*} Liu. 9. *bell. Maced.* Non pendere ex alterius vultu ac nutu, nec alienis monumentis animi circumagi, astipularique irato Consuli Tribuni plebis.

Astipulatio, Assensus. {רצון ratsôn. συγκατάθεσις, συνεπινεύσις. GALL. *Consentement & accord.* ITAL. *Consentimento, accordo.* GERM. Verwilligung/ mitstimmung. HISP. *Consentimiento.* ANGL. *Consenting, according with another.*} Plin. *lib.* 29. *cap.* 1. Qua de re extat etiam Annei Senecæ astipulatio.

Astipulatus, us, Attestatio, vel assensus. Plin. *lib.* 7. *cap.* 7. Consecratus est viuus, sentiénsque oraculi eiusdem iussu, & Iouis deorum summi astipulatu.

Astipulator, oris, qui assentitur. {רוצה rotséh. συνεπιψηφιστής. GALL. *Qui s'accorde à aucun & est de son opinion.* ITAL. *Chi si accorda, ò concorre in opinione con alcuno.* GERM. Ein verwilliger/ mitstimmer. HISP. *El que assi consiente con otro.* ANGL. *He that consentheth with another.*} Cicer. 4. *Acad.* Sed illud falsum esse, & Stoici dicunt, & eorum astipulator Antiochus.

Astituo, is, ui, utum, compositum ex Ad & statuo, iuxtà statuo, præsentem exhibeo. {העמיד heĕmidh. παρίστημι. GALL. *Ranger, agencer.* ITAL. *Collocare.* GERM. Neben sezen/ neben etwas stellen. HISP. *Establecer.* ANGL. *To sett or place nigh by.*} Autor ad Heren. *lib.* 1. Ægrotum in lecto cubantem faciemus, & reum ad lectum eius astituemus. ¶ Est item Astituo ad ignem colloco. Plaut. *in Capt. sc.* 1. *a.* 4. Iuben' an non iubes astitui aulas, patinas elui?

Asto, as, iti, itum, Præsens, aut firmus, seu erectus sto. {עמד hamádh. παρίστημι. GALL. *Estre pres, assister, estre debout pres quelque chose.* ITAL. *Essere presente, stare fermo in piede.* GERM. Beystehn/ zugegen stehn/ neben etwas stehn. HISP. *Estar en pie cerca de otro.* ANGL. *To stand by, to be present.*} Ponitur interdum absolutè. Plaut. *in Capt.* Ego miser vix asto præ formidine. Idem *in Cistell.* Adolescens asta, atque audi. Idem *in Cas.* Stultus contrui diem, dum asto aduocatus cuidam cognato meo. Idem, Continuò in genua astanti. Idem *Mostell. sc.* 4. *a.* 1. Caue me cadas, asta. Item, Astans somniat. Plaut. *Men. sc.* 4. *a.* 1. Vidi te astare ante ædes cum corona. *Ibid. sc.* 2. *a.* 4. Dicam te hic astare foris. *Ibidem a.* 2. bis. & astare foris. Quid, malum, astas? quin retines (i. ociosus es?) Idem *Merc. sc.* 5. *a.* 2. Egóne istuc dixi? Alc. Atque astante hoc Sosia. Idem *Amph.* Solearij astant, astant molochinarij (creditores.) Idem *Aul. sc.* 5. *a.* 3. Vide vt astitit seuera fronte, curas, cogitans. Idem *Merc. sc.* 2. *a.* 2. Siccine astet. i. stans expectet. Idem *Asin. sc.* 4. *a.* 1. Vix asto præ formidine. Idem *Capt. sc.* 4. *a.* 3. Vt confidenter mihi contrà astitit. *Ibid. sc.* 2. *a.* 3. Postquam ille hinc abiit, tu astas solus, Pseudole. Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Cic. *pro Archia.* Quum in Sigeo ad Achillis tumulum astitisset. ¶ Aliquando significat simpliciter sto. *Virg.*

———*arrectisque auribus astant.*

¶ Interdum Sum, quum de rebus loquimur, quæ cadere non possunt: vt quum dicimus terram astare.

Astites, pro astantes, vel præsidentes alicui rei.

Astomi, ἄστομοι, Indiæ populi sine ore, anhelitu tantùm viuentes, & odore. ab α priuatiua, & στόμα, quod Latinè os significat, Plin. *lib.* 7. *cap.* 2.

Astræa, ἀστραία, Astræi & Auroræ, siue (vt alij malunt) Iouis & Themidos filia, Iustitiæ antistita, quam Poëtæ fabulantur aureo illo seculo è cœlo in terram migrasse, & tandem, mortalium sceleribus offensam, cœlum repetiuisse. Ouid. 1. *Metam.*

Vltima cœlestum terras Astræa reliquit.

Astræus, ἀστραῖος, vnus fuit ex Titanibus, qui contra deos arma sumpserunt. Hic cum Aurora fertur concubuisse, & ex ea ventos generasse, qui ab eo Astræi fratres dicti sunt. Ouid. 14. *Metam.*

Astraque, & tumidum subitis concursibus æquor
Astræi turbant, & eunt in prælia fratres.

‖Astraba, tabella, vbi pedes requiescant. ἀστράβη.‖

ASTRAGALUS, Os est pedis in animalibus quibusdam supra calcaneum, à Latinis Talus dicitur. {ἀστράγαλος. GALL. *Vn osselet qui est au talon, au bout d'vne eschanche de mouton, duquel on iouë au lieu de dez, garignon.* ITAL. *Talone.* GERM. Knoden/ knöchlin (so) mit würflen. HISP. *Carnicol.* ANGL. *The huckle bone.*} ¶ Astragalus item ludi genus erat, in quo astragalis, hoc est, talis vtebantur, iisque aut naturalibus, aut ad earum similitudinem ex ebore, aliáve materia effictis: de quo ludi genere vide plura in dictione *Talus.* {ANGL. *The play at the dice, the play at the huckle bones.*} ¶ Astragali quoque dicuntur septem spinæ vertebræ, quibus collum incumbit, quos σπονδύλους τοῦ τραχήλου Suidas appellat. Vnde Hom. *lib.* 10. *Odyss.* Elpenorem tradit in Circes ædibus de scalis delapsum,

delapsum, astragalos fregisse. ¶ Est item Astragalus (vt ex Dioscoride colligit Ruellius) herba quam Montanum, vel rusticum cicer appellamus. ¶ In ædificiorum quoque columnis Astragalus erat cælaturæ quoddam genus, ab herbæ fortasse huius similitudine dictum, cuius meminit Vitruuius, quum ait, Astragali faciendi sunt octauæ partis.

‖Astragalismus, talorum iactus, ludus puerilis qui quaternis fiebat talis: à verb. ἀστραγαλίζω, talis ludo, quod vide.‖

Astrăgălizo, Talis ludo. {ἀστραγαλίζω. Gall. *Iouër au garignon ou aux dez.* Ital. *Giocare à dadi.* Germ. Mit würfflen spilen. Hisp. *Iugar al carnecol.* Angl. *To play at the dice, or at the huckle bones.*} Vnde Astragalizontes, ἀστραγαλίζοντες, talis ludentes, quo nomine dictum fuit opus nobilissimum Polycleti ex ære, quod duos habebat pueros talis ludentes: de quo Plin. *lib.* 34. *cap.* 8.

Astrapias, ἀστραπίας, gemma est colore partim albo, partim cyaneo, fulminis radio in medio habens discurrentes: vnde & nomen accepit. de hac Plin. *lib. vlt. cap.* 11.

Astrapæus, ἀστραπαῖος, dictus est Iupiter, ab Astrape, quæ est coruscatio. ¶ Item Astrapæus ventus, qui fulgetras excitat.

‖A stratura, ἀπὸ τῆς ἀναβάσεως: sic enim diuisum est legendum; est autem idem quod strator, ἀναβολεύς. B. Vulcan. in Gloss.‖

Astrepo, is, ui, tum, ere, vt Plin. *in Paneg.* 42. Ac plerique irritis precibus surdas principis aures astrepebant. Tacitus, Astrepebat huic alacre vulgus, id est, applaudebat. Budæus.

Astrĕus, i, dictio dissyllaba, ἀστρεύς, nomen vnius ex iis, qui à Perseo in aula Cephei regis sunt occisi. Ouid. 5. *Met.*

Occidit & Celadon Mendesius, occidit Astreus.

Astrĭngo, Coniungo, contraho, coarcto. {צרר *tsar* צר *ats* דחק *dachák* קפא *kaphá* חסם *chasám* בלם *balám*. σφίγγω. Gall. *Serrer, estreindre, lier, contraindre.* Ital. *Stringere, ligare.* Germ. Zusammen ziehen/zueinander zwingen. Hisp. *Apretar mucho.* Angl. *To draw togither, to make streict.*} Plaut. *Capt. sc.* 5. *a.* 3. Astringite isti vehementer manus. Idem *Men. sc.* 1. *a.* 1. Quum magis astringas (hæc vincula) tantò astringunt arctiùs. Col. *lib.* 3. Quum omnes surculos, quos arbor patietur, dimiseris, libro vlmi, vel vimine arborem astringito. Virg. 1. *Georg.*

Seu durat magis, & venas astringit hiantes.

¶ Astringere frontem, pro Corrugare, Senec. *epist.* 10. Astringere supercilij vultum, Quintil. ¶ Astringere se furti, subaudi, scelere, Plaut. *Pœnulo.* ¶ Per translationem Astringere ponitur, pro obligare, ἐνέχω: & sic genitiuo iungitur, sicut Gellius notauit Sabinum scripsisse. Qui alienum tacens lucrifaciendi causa sustulit, furti astringitur, siue scit, siue non scit. ἐνέχεται κλοπῆς. ¶ Quandoque pro promittere: quia promissa, vincula fidei dicuntur. Terent. *in Eunuch.* Meam astringo fidem. Astringere milites ad stipendiorum certam formulam. Suet. *in Aug. cap.* 49. Astringere milites parsimonia, (de regione inopi.) Liu. *lib.* 9. *d.* 4. Alij alligati, alij adstricti. Senec. *cap.* 16. *de vita beat.* Est item Astringere, στύφειν, medicorum verbum, quod significat Densare, & poros, siue meatus contrahere)(Dissoluere.

Astrictus, a, um, particip.)(Relaxatus. Cic. *in Parad.* Voluptatibus astricti, i. alligati. Astricta frons, pro contracta, Mart. *lib.* 11.

——— *Astricta terra perulta gelu.*

Ouid. *Eleg.* 4. *lib.* 3. *Trist.*

Astrictio, verbale, Astringendi actus. {קפדון *kippáon*. σύμψις στυφότης. Gall. *Restriction, aspreté.* Ital. *Stringezza.* Germ. Zusammen ziehung oder bindung. Hisp. *Apretamiento, aspereza.* Angl. *Making streight.*} Plin. Gustus amari cum astrictione.

Astrictōriŭs, a, um, quod astringit. {στυπτικός. Gall. *Qui restreint ou peut restreindre.* Ital. *Cosa che vale perstringere.* Germ. Das eng machet/zusamenen zeucht. Hisp. *Cosa para mucho apretar.* Angl. *That bindeth.*} Plin. *lib.* 24. *cap.* 13. Paliuri folia astrictoriam vim habent.

Astrictē, aduerb. Arctè, [illegible], στενῶς. Gall. *Estroitement, serrement.* Ital. *Strettamente.* Germ. Eng/ nahzusammen. Hisp. *Apretadamente, estrechamente.* Angl. *Narrowlie, streictlie.*} Cic. 3. *de Orat.* Qui putat orationem, quæ quidem sit polita, atque facta quodammodo non astrictè, sed remissiùs, numerosam esse oportere.

Astrĭŏs, otis, gemma crystallo propinqua, quæ si astris opponitur, fulgorem eorum rapit & regerit. Plin. *lib.* 37. *cap.* 9.

Astrŏbŏlĭsmŭs, ἀστροβολισμός, arborum vitium est, quum Caniculæ æstu (quam Theophrastus peculiariter ἄστρον appellat) humore absumpto arescunt. Latinorum nonnulli Siderationem interpretantur. ¶ Transfertur & ad animalia, quum pars aliqua corporis cum ipsis etiam ossibus exarescit: quod mali genus σφακελισμός à Galeno appellatur.

Astroites, ἀστροΐτης, gemma quæ oculis piscium similis esse perhibetur. Autor Plin. *lib.* 37. *cap.* 9.

Astrŏlăbium, ἀστρολάβιον, instrumentum ex quo astrorum motus colliguntur.

Astrŏlŏgĭă, ἀστρολογία, scientia tractans de cognitione & motu astrorum, quæ & Astronomia dicitur: quanquam non desunt, qui hæc ita distinguant, vt Astronomia sit quæ de motu astrorum disserit: Astrologia autem, quæ de iudiciis agit ad vitam fortunamque pertinentibus. Verùm hæc differentia non obseruatur. Cic. *de Senect.* In astrologia C. Sulpitium audimus. Idem 3. *de Diuin.* Eudoxus in Astrologia facilè princeps.

Astrŏlŏgus, siue Astronomus, {ἀστρολόγος, ἢ ἀστρονόμος. Angl. *which hath skill and knowledge of the starres.*} Qui astrologiæ, siue astronomiæ gnarus est. Cic. 2. *de Diuin.* Quid astrologus: cui stella Iouis, aut Veneris coniuncta cum Luna ad ortum puerorum salutaris sit, Saturni, Martisve contraria? Astrologorum prædictiones, apud eundem, *ibidem.*

‖Astronomus, ἀστρονόμος, astrorum scientiæ peritus, qui motuum cœlestium doctrinam νέμει, i. e. recenset, distribuit.

Astronomia, astronomi scientia veteribus astronomia & astrologia voces fuerunt synonymæ: recentiores distinxerunt: vt videre est in vocibus *astrologus*, & *astronomus.*

Astropelece, fulmen. Lex. gr. b.‖

Astrophe. (quod hic pro vna ex Pleiadibus corruptè legebatur.) Vide *Asterope.*

Astrum, ἄστρον, vide *Aster.*

Astruo, is, Iuxta struo & ædificium ædificio iungo. {בנה *banáh* הרבים *bidbbik* חבר *chibbér*. ἐποικοδομέω, [illegible]ίζω. Gall. *Bastir & edifier ioignant autruy.* Ital. *Fabricare appresso, fortificare, confirmare.* Germ. Darzu bawen. Hisp. *Fabricar, afirmar, o confirmar.* Angl. *To build by or ny any thing.*} Col. *lib.* 1. Nam quum veteri astruitur recens ædificium, quasi surgenti reluctans oneri cedit. ¶ Translate, pro affirmare sumitur. Plin. *lib.* 18. *cap.* 12. Petiti rerum astruxerunt, non ferre tantum annuo fœtu, quantum, &c. Astruere auditis, pro augere audita, & plura affingere. Sil. *lib.* 4.

Astŭ, generis neutri, vt cornu pro ciuitate Atheniensi, quam ἄστυ vocabant, sed à Latinis mutatur v, in u, & fit Astu, vt inquit Priscianus. Ter. *in Eun.* An in astu venit? Prob. Æmil. *in Alcibiad.* Postquam in astu venit, concione aduocata verba sic fecit. ¶ Apud Latinos verò Astu, siue Astus, idem quod calliditas, πανουργία, quæ & Astutia dicitur. Festus Pompeius, apud eius Poetas astutiam significat: cuius origo à Græco ἄστυ, hoc est, ab oppido deducitur, in quo qui versari assidue sint, cauti & acuti esse videntur. Ouid. 13. *Metam.* Astu decipienda fuit. Vide infrà in dictione *Astus.*

Astu, aduerbialiter pro astutè ponitur, πανούργως. Terent. *in Eunucho,* Quòd si astu rem tractauit, dij vostram fidem, Quantam & quàm veram laudem capiet Parmeno? Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 2. Doli non doli sunt, nisi astu colas.

Astus, adiect. videtur finxisse Plaut. *Trucul.* —si venerit Neistum ecastor hodie astis confertum fallaciis.

‖Astutus, astu valens. Fest.‖

Astŭpĕo, es, ui, ēre, est ad rem vel auditam, vel visam obstupescere. Stat. *Thebaid. lib.* 5. Astupet oranti.

Astura, Ἄστυρα, flumen Latij, & insula in fluuij ostio. Plin. *lib.* 3. *cap.* 5. Antium colonia, flumen Astura, & insula. & *lib.* 3. Tenuit & nostra memoria nauem Caij principis ab Astura Antium nauigantis. Ab aliquibus etiam Stura dicitur. Vnde Festus, Stura, flumen in agro Laurenti est, quod quidam Asturam vocant.

Astūrĭă, æ, Ἀστυρία, regio Hispaniæ in tractu Tarraconensi, Artabris, Gallæcis, Cantabris, & Vardulis finitima: equis tolutariis nobilitata, qui ab ea Asturcones vocati sunt.

Astŭr, is, Ἀστυρεὺς, Gentile nomen est, eum significans, qui ortus est ex Asturia Tarraconensis Hispaniæ regione. Martialis pro possessiuo vsurpauit, Asturem equum dicens, pro Asturico, siue Asturicensi. Ita enim habet in Distichis, Hic breuis ad numerum rapidos, qui colligit vngues, Venit ab armiferis gentibus Astur equus. ¶ Est item Astur, Hetrusci cuiusdam proprium nomen, qui Æneæ suppetias tulit aduersùs Turnum: de quo Virg. *lib.* 10. *Æneid.* ¶ Astur item, Aristoteli ἱέραξ, ἀστερίας. Gall. *Austour.* auis est. Asturum & Falconum meminit Iulius Firmicus *lib.* 5. *Matheseos.* Vide *Triorches.*

Astūrēs, Ἄστυρες, sunt Hispaniæ populi memoratissimi, Gallæcis, Artabris, Vardulis, & Cantabris proximi, aurifodinis & equis quondam tolutariis nobilitati, quibus non vulgaris in cursu gradus, sed mollis alterno crurum explicatu glomeratio est. Plin. *lib.* 8. meminit Asturum multis locis *libri* 3. Silius. Eorum tractus, Asturiæ nomen habet.

Asturia, Germaniæ vrbs Ptolem. vulgo Bodenhausen.

Asturica Augusta, Hisp. Tarraconensis vrbs in finibus Asturiæ. Ptolemæus.

Astūrcōnēs, equi ab Asturia regione Hispaniæ ita appellati, quibus non vulgaris in cursu gradus, sed mollis alterno crurum explicatu glomeratio est. {Germ. Zeltnerroß. Angl. *Ambling geldings, or hackneys, as a gener of Spaine.*} vt tradit Plin. *lib.* 8. *cap.* 42. Silius *lib.* 3.

His paruus sonipes neque matri notus: at idem
Aut intonensu glomerat vestigia dorso,
Aut molli pacata celer trahit essedа collo.

Talem gressum Græci Ἀδοξον vocant, à bonitate cursus Latini dicunt tolutarios equos, à tollendis pedibus, & tollutim glomerandis. Suet. *in Ner. cap.* 46. & Senec. *Epist.* 88. & Mart. *Epigr.* 199. *lib.* 14.

Astŭs, us, masc. gen. πανουργία, Astu, asturia, à Græco ἄστυ, quod Latinis oppidum sonat. Nam qui in vrbibus frequentes sunt, solent esse callidiores. Silius *lib.* 16.

Non ars, aut astus belli, vel dextera deerat.

Callidi astus. Sen. *in Troade.* Acri astus. Valerius 2. *Argonaut.*

Astūtus, a, um, adiect. Versutus, cautus. {ערום *harúm*. πανοῦργος. Gall. *Fin, caut, rusé, malitieux.* Ital. *Astuto, malitioso.* Germ. Listig/ gescheid. Hisp. *Astuto y cauteloso.* Angl. *Craftie, subtil, wylie.*} Seruius, Propriè astutos malitiosos vocamus. Cic. 2. *Verr.* ita fiet, vt tua ista ratio existimetur astuta, meum hoc consilium necessarium. Idem 3. *Off.* Certe non aperti, non simplicis, non ingenui, non iusti, non viri boni: sed versuti potiùs, obscuri, astuti, fallacis, malitiosi, callidi, veteratoris, vafri. Plaut. *Casin.* Nec fallaciam astutiorem vllus fecit Poëta. Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 3. Astutos, audaces, valentes, &c. & *in Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Opus est hominem astutum, doctum, scitum & callidum.

Astūtĭă, æ, Calliditas, malitia. {ערמה *hormáh*. πανουργία. Gall. *Ruze, finesse, astuce, cautele.* Ital. *Astutia, calidita, malitia.* Germ. listigkeit/ gescheydigkeit. Hisp. *Astutia, cautela.* Angl. *Craftinesse, malice, wylinesse.*} Cic. 5. *de Fin.* Quibus abest ad præcauendum intelligendi astutia. Terent. *Eunuch.* —nunc opus est tua Mihi ad hanc rem exprompta memoria atque astutia. Ita hanc institutam astutiam. Plaut. *Mil. sc.* 2. *a.* 2. Dum te in regionem astutiarum mearum induco. Idem *Merc. sc.* 2. *a.* 2. Nostris sycophantiis, dolis, astutiis. Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 3. Inest spes nobis in astutia, siue dolo. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 2.

Astūtē, aduerb. Callidè, versutè. {בערמה *behormáh*. πανούργως. Gall. *Finement, cauteleusement.* Ital. *Astutamente.* Germ. Listiglich. Hisp. *Con astutia.* Angl. *Craftelie, with wylinesse, subtillie.*} Cic. *ad Q. Frat.* Nihil tamen nec temerè dicere, nec astutè reiicere debeo. Vt lepidè, vt astutè venit in mentem malam. Plaut. *Most. sc.* 3. *a.* 1. Quid istuc quod voluis astutè tecum in corde, idem *Merc. sc.* 2. *a.* 1.

Astyăgēs, Ἀστυάγης, Cyaxaris filius, Persarum & Medorum rex, & pater Mandanæ, quæ Cambysi mediocris dignitatis Persæ nupta, Cyrum peperit: quem auus, in somniis quibusdam exterritus, Harpago cuidam ex intimis familiaribus necandum tradidit. Qui quum tam crudele ministerium per seipsum nollet exequi, Mitradati regio bubulco onus

illud iniunxit. Erat Mitradati vxor nomine Spaco, quod Medorum lingua canem sonat. Hæc tum fortè mortuum ediderat partum, quem pro Cyro magnificè curat sepeliri: Cyrum autem ipsum, tanquam filium suum, domi educat. Qui postea ab auo agnitus, & in Persidem ad parentes remissus, simulátque adoleuit, Harpagi instinctu auo bellum intulit, eúmque in prælio captum, quoad vixit, penes se habuit. Ex Herod. *lib*. 1.

Astyalus, vide *Astylus*.

Astyanassa, ἀστυάνασσα, Helenæ Menelai vxoris ancilla lasciuissima, dominámque prorsus se digna nacta, quæ prima de variis concubitus modis librum conscripsit: cuius exemplum postea imitatæ Philenis, & Elephantine, idem argumentum tractarunt. Autor Suidas.

Ăstyănāx, ἀστυάναξ. Vnicus fuit filius Hectoris ex Andromache, natus post inchoatum bellum inter Troianos & Græcos, quem Vlysses, antequam naues e Sigeo soluerent, è turri mira inhumanitate dedit in præceps, ne quid reliquarum superesset, quod excidium Troiæ, & populi ruinam vlcisceretur. Hector vplurimum vocabat Scamandrium. Virg. *lib*. 2. *Æneid*. Paruúmque manu Astyanacta trahebat. Latinè principem ciuitatis sonat, quasi ἄναξ τοῦ ἄστεος.

Astycratia, filia Aeoli, teste Hom. *Odyss. lib*. 10.

Astydamas, ἀστυδάμας, Atheniensis, & filius eiusdem nominis, ambo Tragici poetæ fuerunt: pater etiam summus philosophus, & Socratis auditor. Suidas.

Astydamia, ἀστυδάμεια, Ormeni filia, quam Hercules, patre priùs occiso, rapuit. Ouid. Nec referam partus Ormeni Nympha tuos.

Ăstўlĭs, idis, ἀστυλίς. Lactucæ latioris genus, sine caule, quæ ob insignem frigiditatem Veneri maxime creditur resistere: vnde & Eunuchion, & Spadonion à nonnullis est appellatum. Vide Ruell. *lib*. 1. *cap*. 10.

Ăstylŭs, ἄστυλος, vnus fuit ex Centauris: & quoniam augurio valebat, futura prænoscens, fratres monuerat, ne bellum aduersus Lapithas assumerent: sed exorto in nuptiis bello, ipse sibi timens, vna cum Nesso Centauro fugam arripuit. De hoc ita Ouid. 12. *Metam*.

Astylus ille etiam metuenti vulnera Nesso,
Ne fuge, ad Herculeos, inquit, seruaberis arcus.

Astylus, ἄστυλος, Crotoniata cursor tribus Olympicis continuis vicit, stadio, diaulo & dolicho. Quòd autem in vltimo se Hieronis magistrum ac Syracusanum à præcone declarari fecerit, Crotoniatæ irati, statuam eius fregerunt, bona insuper publicauerunt. Autor Pausanias. Meminit eius Plato *in Legibus*, qui eum non tam cursu, quàm perpetua virginitate clarum prædicat. ¶ Fuit præterea Astylus quidam Troianus, à Meneptolemo occisus, teste Homero *in princ. 6. Iliad*.

Astymedusa, ἀστυμέδουσα, OEdipi fuit vxor (hanc enim repudiata matre, quam prius matrimonio sibi coniunxerat, sed incognitam, in vxorem duxit) quæ vt liberis prioris coniugis infensum parentem faceret (vt fere omnium nouercarum mos est) apud patrem eos accusauit, tanquam qui se de stupro appellassent, quapropter OEdipus iratus regnum cruentum reliquit.

Astynome, ἀστυνόμη, Chrysæ Apollinis sacerdotis filia (vnde & Chryseis dicta est) quæ, Chrysa oppido à Græcis expugnato, in prædæ diuisione Agamemnoni cessit. Quam tamen postea pestilentia ab Apolline immissa adactus, patri restituit. Autor Homerus 1. *Iliad*.

[Astynomus, ἀστυνόμος, qui vrbem regit, curator reipubl. ab ἄστυ verbo, & νέμω rego, administro.]

Astynous, ἀστύνοος, Princeps quidam Troianus, quem Diomedes in bello Troiano interfecit, vt scribit Hom. *lib*. 5. *Iliad*.

Astyochia, ἀστυόχεια, Actoris filia fuit: quæ quum sola in summum paternæ domus cœnaculum ascendisset, à patre compressa creditur. ¶ Fuit & altera eiusdem nominis, quam Hercules rapuit, & ex ea Tlepolemum genuit: de qua Homer. *in Catal. nauium*.

Astypalæa, ἀστυπάλαια, insula est in mari Carpathio, aut certè Icario, è regione Cnidi, oppidum habens eiusdem nominis: de hac Plin. *lib*. 4. *cap*. 12. ¶ Est item Astypalæa oppidum in Cò insula, cuius meminit Strabo *lib*. 4.

Astyra, ἄστυρα, ων, vel Astyrum in singulari, ciuitas Mysiæ, iuxta Troadem. Est & vicus prope Adramyttium, item ciuitas Phœnicæ, vbi Minerua colebatur, & Bœotiæ iuxta Potnias: item Italiæ regio. Stephanus.

Asula, per simplex s, oppidum in agro Brixiano.

Asurus, vide *Asorus*.

Asus, siue ἄσος Stephano, siue (vt apud Plin. legitur) Asium, oppidum est Cretæ insulæ mediterraneum: de quo Plin. *lib. 4. cap*. 12.

Asychis, ἄσυχις, Ægyptiorum rex, post Mycerinum, cuius opus fuit lateritia pyramis apud Memphim, vt testatur Herod. *lib*. 2.

Asyla, herba est, qua sibi pecora medentur, si quando anagallidem fœminam imprudenter gustauerint. Latini Ferum oculum appellant, teste Plin. *lib*. 26. *cap*. 15.

ĂSYLVM, {מקלט miklát. ἄσυλον. GALL. *Temple où il y a franchise, lieu de franchise*. ITAL. *Luogo priuilegiato & inuiolabile*. GERM. Ein Freyheit an der einer frey ist. HISP. *Lugar priuilegiado para los mal hechores*. ANGL. *Sanctuarie, a place of refuge*.} Templum aliúsve quiuis locus inuiolabilis, consecrationis lege tutus à direptione, ad quem confugientes sine summo piaculo auelli non poterant. Dictum Asylum ab α priuatiuo, & à verbo συλάω, quod est, rapio, prædor, & sacrilegio polluo. Seru. tamen Asylum dictum mauult, quasi ἄσυρον, à verbo σύρω, quod est traho: propterea quòd inde auelli quempiam nefas esset. ¶ Asylum autem primùm Athenis sibi constituerunt Herculis posteri, veriti vim eorum, qui ab illo fuerant vexati. Statius 12. *Thebaid*.

Fama est, defessos acie post busta paterni
Numinis Herculeos sedem fundasse nepotes.

¶ Hos deinde imitatus Romulus, & ipse Romæ asylum constituit inter Capitolium & Palatium in sacro luco, quod Quercetum dicitur. Asylæi Dei templum structum à Romulo. Plutarch. *in Rom*. Vnde Pædian. *in Verrinam* 3. à principio tres fuerunt tribus: Tatienses vna, à Tatio rege: Ramnes altera, à Romulo: Luceres tertia, à Lucomone, siue à luco, quem lucum Asylum vocauerat Romulus. De hoc Virg. *lib*. 8.

——hinc lucum quem Romulus acer Asylum retulit.

Scribit Liu. *lib. 5. bell. Maced*. Templum Apollinis Delij fuisse Asylum, atque sacra templa à Græcis vocari Asyla. Idem ostendit initio *lib*. 1. *ab Vrb*. Ad asylum confugere, prouerbialiter dicimus, quum extremum refugium intelligere volumus. Cic. *actione in Verrem* 3. Se quæstorem prohibitum esse dicebat quominus è phano Dianæ seruum suum, qui in illud asylum confugisset, abduceret. Asylum, item statua ad quam confugientibus ius erat asyliæ. Bud. Asylorum ius & morem aboleuit Tiberius Imp. Suet. *in Tib. cap*. 37.

Ăsўlĭă, ἀσυλία. Ius libertatis, immunitatis & veniæ, quod is consequebatur, qui ad asylum confugiebat: quod immunitatis genus etiam hodie obseruari videmus in iis, qui ad diuorum templa confugiunt. Budæus *in Annotationibus in Pand*.

Ăsymbŏlŭs, {ἀσύμβολος. GALL. *Franc d'escot*. ITAL. *Franco de pagare lo scotto*. GERM. Der kein ürten gibt/Zechfrey. HISP. *El que come y no escota*. ANGL. *Scotfree, that ayed nothing*.} Qui symbolum non dedit, & sine collatione accessit ad comessationem. Terent. *in Phorm*. Téne asymbolum venire vnctum, atque lautum è balneis, &c. Gell. *cap*. 13. *lib*. 6.

Ăsymphōnĭă, ἀσυμφωνία, Latinè inconsonantia, ἀσύμφωνος, discors.

Ăsyndĕtŏn, ἀσύνδετον, siue Asyntheton, ἀσύνθετον, dici potest, incompositum, vel disiunctum. Est enim figura, quum plura sine coniunctionis vinculo proferuntur, vt, Veni, vidi, vici. Plaut. *Curc. sc. 3. a*. 1. Strepitum claustrorum audio, Æditumm aperire fanum, &c.

Ăsynthĕtă, ἀσύνθετα. Plin. appellat crystalla, quæ pura sunt, & sine vitio.

Ăsystătŏn, ἀσύστατον, idem quod instabile, aut adeo repugnans, vt sustinere non queat. Vnde genus quoddam philosophiæ quod Arcesilas introduxit ignorantiæ magister, à Gellio Asystaton appellatur. Affirmabat enim Arcesilas, sese hoc vnum scire, quod nihil sciri posset. Cuius assertionis veritas subsistere non potest. Nam si hoc scias, nihil sciri posse: sequitur aliquid esse quod sciatur. Sic inducitur dogma sibiipsi repugnans, seséque dissoluens.

Ăsystătus, id est, non consistens status, Africanus hac voce vsus est *in l. qui quadraginta, ad leg. Falcid*. vt vulgati habent codices: tametsi in Nor. text. τὸ ψευδὲς ἀσύστατον legatur: iuxta Alciat. veraque lectio videtur posse defendi, nisi quòd altera ad Rhetores, altera ad Dialecticos pertinet. Vide eum *cap. 8. libri parerg*.

A T

Ăt, particula principiis apta, præsertim quum aut indignationem, aut dolorem exprimere volumus, vt iræ æstum, aut querelas significantiùs ostendere valeamus. {כי *chi* אך *ach* אבל *abal*. ἀλλά. GALL. *Mais*. ITAL. *Ma*. GERM. Aber. HISP. *Mas, empero, pero mas*. ANGL. *But*.} Virgil. 2. *Æneid*.

At tibi pro scelere, exclamat, pro talibus ausis
Dij (si qua est cœlo pietas, quæ talia curet.)
Persoluant grates dignas.

Terent. At tibi dij dignum factis exitium duint. Quandoque superiorum dictorum discretiuum est: vt apud eundem *in Andria*, At mihi scrupulus vnus restat. Quandoque rerum differentiam denotat: vt, Scipio est bellator, at Cato Orator. ¶ At, pro d, antiquis. Cic. *lib. 2. epist. ad Salustium*: At quem intelligebat eius belli periculum spectare. ¶ Quandoque ponitur pro Saltem, γε. Ouid. Crudeles somni quid me tenuistis inertem? At semel æterna nocte premenda fui. Et apud Virg. 1. *Æneid*.

Si genus humanum, & mortalia temnitis arma,
At sperate deos memores fandi atque nefandi.

Nunquam te aspiciam postha c: at certè semper amabo.

Catull. Quandoque aduersatiuum. Virg. 4. *Æneid*.

At regina graui iamdudum saucia cura.

Nam quum Æneas quiesceret, Regina turbabatur, quod est contrarium.

——nec Romulus illam
Condidit, at nostri Roma nepotis erat.

(pro Atqui, vel tamen.) Ouid. 6. *Fast*. At ego te sacram coronam surripuisse Ioui scio. Plaut. *Men. sc. 5. a*. 5. Si me derides, At patrem meum non potes. *Ibid. sc. 1. a*. 5.

At non per dubias errant mea carmina laudes,

(i. neque verò) Tibul. *lib*. 4. Non dedit, at dabit. Plaut. *Pseud. sc. 3. a*. 1. Iupiter te perdat. P. Te volo. B. At ego vos ambos. Mox, Non licèt colloqui? At mihi non lubet. *Ibid*. Elleborum potabis xx. dies: at ego te fodiam xxx. Idem *Men. sc. 5. a*. 5. At mehercule id dixisti cum cruciatu tuo. Irascentis. Idem *Curc. sc. 3. a*. 1. Non habeo aurum. E. At tu quando habebis tum dato. *Pseud. sc. 3. a*. 3. At tu scelesta sola secum murmurat? Idem *Aul. sc. 1. a*. 1. At scelesta, Viden' vt ne me quidem dignum existimat, quem adeat. Idem *sc. 2. a*. 1. Domum ire cupio. At vxor non sinit. *Men. sc. 5. a*. 5. Feci insipienter, At non malitiosè tamen. Idem *Mer. sc. 6. a*. 2. At tu ne clam me comesses prandium? Idem *Menach. sc. 2. a*. 4. Bellator vale. L. At tu ægrota. Idem *Curc. sc. 3. a*. 4. At faciem eorum cùm videas, haud videntur mali. Idem *Pseud. sc. 2. a*. 1. At ita me machæra & clypeus iuuent, nisi virgo mihi, &c. (i. Minantis & irascentis.) Idem *Curc. sc. 4. a*. 4. At Iupiter te perdat diique omnes. Idem *Most. sc. 2. a*. 1. At Iupiter bene te amet. Idem *Mer. sc. 2. a*. 2. Potin' aliam rem vt cures. C. At. P. Bat. Idem *Pseud. sc. 3. a*. 1. ¶ Componitur cum enim, vt, Atenim, ἀλλὰ γὰρ ἢ ἀλλά. Est autem hæc particula anthypophoris in primis accommodata. Cic. 1. *de nat. deor*. Atenim minuta dij negligunt: sic enim dicitis. Idem *in Diuin. in Verrem*. Atenim illum soli Siculi persequuntur, ciues Romani, qui in Sicilia negotiantur, defendunt, diligunt. Atenim ille amat meretricem. {GALL. *Voire-mais*.} Plaut. *Men. sc. 2. a*. 2. Atenim scin' quid est? Idem *Pseud. sc. 2. a*. 2. Nolo faciat. C. Atenim ne quicquam me vis. *Ibid. sc. 3. a*. 1. Atenim, Senec. *cap. 7. de consol. ad Mart*.

Ătābŭlŭs, ἀτάβυλος. Ventus Apuliæ peculiaris: vnde etiam Apulus peculiari epitheto appellatur. Horat 1. *Satyr*. 5.

Incipit ex illo montes Apulia notos
Ostentare mihi, quos torret Atabulus.

Quem locum explicans Porphyrion, Atabulum dictum ait, παρὰ τὸ τὴν ἄτην βάλλειν, hoc est, à noxa, detrimentoque inferendo. Est enim frigidissimus, teste Plin. *lib. 17. cap*. 24. & si flauerit circa brumam, omnia exurit, frigore arefaciens, vt nullis postea possint solibus recreari. Gell. *cap. 22. lib*. 2.

Atabyria, æ, ἀταβυρία, vnum est ex vetustis Rhodi insulæ nominibus.

dictum

ductum ab Atabyro rege, vt Plinio placet *lib.5. cap.13.* siue (vt alij malunt) ab Atabyri, editissimo totius insulæ monte.

Atabyris, ἀταβύριος, mons est celsissimus totius Rhodi insulæ, Ioui Atabyrio sacer, cuius meminit Strab. *lib.14.*

Atacini, orum, ἀτακινοί, populi Narbonensis prouinciæ, Atacis amnis accolæ, qui circa Narbonensem Martium fluit: à quo & nomen acceperunt. Meminit horum Pompon. *lib.2.* & Hermolaus *in Plinium.* qui etiam Atacinorum familiam Romæ illustrem, nomen hinc traxisse existimant.

Atălantă, ἀταλάντη, Schœnei, vel, vt alij malunt, Iasij Argiuorum regis filia, virago, & forma, & viribus corporis præstans, quæ prima aprum Calydonium sagitta vulnerauit. Hæc quum mira corporis velocitate præstaret, & à nuptiis omnino abhorreret, syluis tantùm & venatu sese oblectabat, procisque suis cursus certamen proposuit, in quo victum, mortis pœna, victorem, coniugij sui præmium sequeretur. Multis itaque superatis, tandem ab Hippomene, Veneris consilio victa, nupsit victori: quumque in æde Magnæ matris, nulla numinis habita reuerentia, cum illo concubuisset, in leænam conuersa est, & Hippomenes in leonem. Vide fabulam apud Ouid. *lib.10. Metam.* Vide Muretum *ad Catull.* ¶ Fuit & Atalanta, vxor Acasti, regis Iolci, quæ Pelei amore capta quam ab eo repulsam tulisset, amore in odium commutato, Peleum apud virum detulit, quòd vim sibi inferre conatus esset. Quamobrem Acastus vxoris delationi temere fidem habens, Peleo bellum intulit: qui Tyndaridis (quorum in Colchica nauigatione socius fuerat) in auxilium vocatis, Acastum prælio superauit, captóque Iolco, Atalantam supplicio affecit. Ex Suida. Imò duæ Atalantæ apud poetas reperiuntur: Arcadica vna, Argiua, seu (vt alij aiunt) Bœotica altera: illam Iasij, aut Iasonis, aut Iasionis: hanc Schœnei filiam fuisse ferunt: illam Milonioni, hanc verò Hippomeni nupsisse: vnde Schœneida Atalantam vocant Poetæ. Atalantæ etiam meminit Sueton. *in Tiber. cap.44.* ¶ Est & Atalanta, fons in portu Cyphantarum: dictus quòd ibi venatrix fœmina siti & æstu languida consederit, & petra venabulo eius percussa, laticem præbuerit, sic scribit Pausanias. Hinc Atalantæus, Adiect. Stat.4. *Thebaid.*

Iámque Atalantæas impleras nuntius aures.

Atălantē, es, ἀταλάντη, exigua est insula Eubœæ adiacens, è regione Opuntiorum: cuius meminit Thucyd. *lib.2.*

‖Atanuuium, est poculi fictilis genus, quo in sacrificiis Romani vtebantur sacerdotes. Fest.‖

Atarbecis, ἀταρβηχις, ciuitas in Propontide insula, Stephan.

Atargata, apud Strab. *lib.16.* deæ cuiusdam nomen est, quæ apud Assyrios colebatur, ab aliis Atergatis dicitur. Vide infrà.

Atarnax, ἀταρνεύς Stephano, vrbs fuit in ora Mysiæ, è regione Lesbi.

Atarnes, ἀτάρνης, Darij Persarum regis frater, filius Hystaspis, cuius filiam vnicam nomine Phratagunam Darius vxorem duxit: vt testatur Herod. *lib.7.*

Atarphyni, ἀταρφυνοί, gens magna Arabiæ, Steph.

Ătăt, interiectio est paulatim percepti atque intellecti mali, ἆ ἆ, αἶ αἶ. Terent. *in Eunuch.* Atat, data hercule verba mihi sunt. Seruius *in Arte.* Atat, est aliquid de improuiso deprehendentis. Quandoque est interiectio timoris, Terent. *in Eunuch.* Atat mihi homo formidolosus est. Atat illic homo huc iturus est, ibo ego illi obuiam, Plaut. *Ampo.* Atat modò in mentem venit. Idem *Asin. sc.2. a.3.* Atat perij, aperitur bacchanal, adest. Idem *Aul. sc.3. a.4.* Atat senem, Eccum ipsum, *ibid. sc.5. a.4.* Atat autem Timentis est ex improuiso, Diomedes *lib.1.*

Ătăuus, est abaui, vel abauiæ pater. {אב *ab.* ἐπιπάππος. GALL. *L'ayeul, ou pere grand du bisayeul.* ITAL. *Terzo auolo.* GERM. Vrãne des großvatters: oder der Großmutter. HISP. *Tercero abuelo.* ANGL. *My great grandfathers father.*} Terent. *in Phorm.* —memoriter Progeniem vestram vsque ab auo atque atauo proferens. Cicer. *pro Cal.* Non patrem tuum videras non patruum, non auum: proauum: atauum audieras Consules fuisse?

Ătăx, ἄταξ, fluuius est Galliæ Narbonensis, ortum habens ex Pyrenæo monte, qui infunditur in mare Tyrrhenum. Luc. *lib.1.*

Mitis Atax gaudet Latias non ferre carinas.

Ătē, ἄτη, Latinis Noxa dicitur. Ab Homero dea fingitur, quæ homines malis implicat, mentésque seducit, & perturbat: cui repellendæ & placandæ, Litæ Iouis filiæ oppositæ sunt, quæ tanto sunt tardiores, quanto noxa est grauior. Vide Erasmum *in Adagio*, Ira omnium tardissimè senescit.

Ătĕchnia, {ἀτεχνία. ANGL. *Vnskilfulnesse, lack of knowledge.*} Ruditas, imperitia. Quint. *lib.2. cap.21.*

Ategia, tenta, casæ.

Ătĕr, a, um, Obscurus, niger, ab atterendo dictum: quòd quæ atteruntur, liuorem contrahant. {שחור *schachor.* μέλας. GALL. *Noir, obscur.* ITAL. *Nero, oscuro.* GERM. Schwartz/ finster. HISP. *Negro, obscuro y no limpio.* ANGL. *Blacke as a cole, browne, stinking.*} Cic. 5. *Tusc.* Alba & atra discernere non poterat Democritus luminibus amissis. Ter. *in Adelph.* Tam excoctam reddam atque atram quàm carbo est. Plaut. *Men. sc.5. a.5.* Dic mihi album, an atrum vinum petas? Atram vestem laureatis foribus inducere. Senec. *cap.16. de consol. ad Polyb.* Atrabilis, succus est frigidus & siccus, qui ex multa adustione atrum colorem contraxit: Græci μελαγχολίαν vocant. Cic. 3. *Tusc.* Hanc enim insaniam, quæ iuncta stultitiæ patet latius, à furore disiungimus. Græci volunt illi quidem, sed parum valent verbo, quem nos furorem, μελαγχολίαν ipsi vocant. Quasi verò atra bili solum mens, ac non sæpe vel iracundia grauiore, vel timore, vel dolore moueatur. Atra bilis agitat hominem. At te atra pix agitet. Plaut. *Capt. sc.4. a.5.* ¶ Interdum Atrum capitur pro funesto: vnde Atri dies, aduersi, & infelices vocabantur, quibus Romani insignem aliquam cladem acceperant: vt dies ante quartum Calen. Nonas, vel Idus ater habebatur: quod ante quartum Calen. Sextiles clades ad Cannas creditur accepta. Gell. *lib.5. cap.17.* De atris diebus Plaut. *in Lucullo.* Atrum agmen, Pulueris nube coopertum. Virg. 12. *Æneid.*

—campóque atrum caput agmen aperto.

Seruius. Cupressus atra, Virg. 1. *Æneid.* id est, nigra & funesta: nam inferis consecrata est, quæ cæsa nonquam reuirescit. Et paulò pòst, Atra autem, quod atratos lares significet. Hæc Seruius.

Ătrātŭs, a, um, Ater factus. {קודר *kodhêr.* μελανωμένος. GALL. *Noirci, portant le dueil.* ITAL. *Fatto nero.* GERM. Geschwertzt/ schwartz gemacht. HISP. *Hecho negro, ò vestido de color negro.* ANGL. *Blacked, made blacke.*} Vt, atratus fluuius atro colore tinctus. Cicer. 2. *de Diuin.* Quid, quòd fluuius atratus sanguine fluxit? ¶ Atratus item, veste lugubri indutum significat. {ANGL. *Cladde in mourning apparell.*} ✠ Albatus. Cic. *in Vatin.* Cedò, quis vnquam cœnauit atratus? ita enim illud epulum est funebre, vt munus sit funeris, epulæ quidem ipsæ dignitatis.

Ătrĭtās, atis, Nigredo. {קדרות *kadruth.* μελανότης. GALL. *Noirceur.* ITAL. *Nerezza, Negrezza.* GERM. Schwertze. HISP. *Negror, negrura.* ANGL. *Blacknesse.*} Plaut. *in Pœn.* Ita replebo atritate, vt atrior multò fiet Quàm Ægyptij. ¶ Aliquando pro immunitate capitur.

Atror, is, pro Atritate. Gell. *lib.2. cap.26.* Rubidus autem est, rufus atrore, nigroréque multò mistus.

Ătrāmentum, ab atro colore dicitur. {דיו *deió.* μέλαν. GALL. *Encre, peinture noire.* ITAL. *Inchiostro.* GERM. Schwartze farb/ Dinten. HISP. *Tinta para escriuir, ò tinta de los pintores, ò tinta de los çapateros.* ANGL. *Inke.*} Cuius duo sunt genera, scilicet Scriptorium, μέλαν γραφικόν. Herm. quod & Librarium dicitur, quòd librarij in transcribendis libris eo vterentur: & Tectorium, à tectoriis quo pictores vtebantur. {ANGL. *Pinters inke.*} Cicer. *ad Quint. Fratr.* Calamo & atramento temperato, charta etiam dentata res agitur. ¶ Ebur atramento candefacere, dixit Plaut. *sc.3. a.1.* pro, genuinæ formæ cultum atque ornatum externum inducere, quo decus illud natiuum obscuretur magis quàm illustretur. Proinde lena puellæ naturali forma præditæ, tamen cerussam ad oblinendas malas postulanti, vna, inquit, opera ebur atramento condocefacere postules. ¶ Est & Sutorium atramentum quod in inficiendis pellibus sutores coriarij vsurpant, χάλκανθον. Vulgò hoc à vitri similitudine Vitriolum nominant. Plin. *lib.34. c.12.* Græci cognationem æris fecerunt nomine & atramento Sutorio: appellant enim Calchantum. {ANGL. *Copperas or vitrio.*} Cic. *lib. Epist.9. ad Pæt.* Iam pater eius accusatus est à M. Antonio: Sutorio atramento absolutus putatur. Subesse videtur prouerbium, Sentit, opinor, hominem absolutum fuisse iudicum corruptela, non citra infamiam. ¶ Atramentum pro sanguine est sepiis. Plin. *lib.9. cap.29.* Vbi sensère se apprehendi, effuso atramento, quod pro sanguine his est, infuscata aqua absconduntur.

Ătrāmentārium, vasculum, quo atramentum continetur. {קסת *keseth.* μελανοδοχεῖον. GALL. *Cornet à encre.* ITAL. *Calamaro doue se tien l'inchiostro.* GERM. Dintenfaß/ dintenhorn. HISP. *El tintero de tinta para escriuir.* ANGL. *An inkehorne.*}

Ătĕrāmnă, ἀτέραμνα. A Theophrasto appellantur legumina coctu contumacia: cuiusmodi Plato ea esse tradidit, quæ per boum cornua ferendo in terram ceciderunt. Græcis enim ἀτέραμνος, idem quod incoctilis, & indomitus. Vide Ruell. *lib.2. cap.38.*

Aterium, ἀτέριον, ciuitas Siciliæ. Steph.

Athacus, i, genus volucris gradiens super quatuor pedes, longioraque retro crura habens, de quo fit mentio in Leuitico.

Athamania, regio Illyriæ, secundùm alios Thessaliæ. Steph.

Athana, oppidum. Plin. *lib.6. cap.28.*

Athanes, fluuius est Scythiæ Thraciæ in Istrum defluens.

‖Athara, ἀθάρα, pultis seu polentæ quoddam genus: ab ἀθὴρ, arista.‖

Atharabis, vrbs Ægypti. Steph.

‖Athera, ἀθήρα, sorbitiuncula, pulticulæ liquidæ similis, ex zeæ tenuissimo polline.

Athĕŭs, a, um, ἄθεος, ον, quasi sine Deo, impius, godlos. ab α priuato & θεὸς.

Atheroma, ἀθήρωμα & ἀθέρωμα, tuberculum in capite nasci solitum, cui subest aliquid pulticulæ simile.‖

Atiscoti populi Britannici.

Atergatis, ἀταργάτις, quam & Atergatam & Derceto Strab. *lib.16.* appellat, Deæ cuiusdam nomen, quæ apud Ascalonem Syriæ ciuitatem colebatur. Hanc Plinius prodigiosam Atergatim vocat, quòd simulachrum eius monstro simile effingeretur superiori parte mulierem, reliqua piscem referens. Hanc ferunt fuisse matrem Semiramidis, quæ ob amissam pudicitiam tantum animo dolorem concepit, vt sese in lacum præcipitem dederit: quúmque cadauer eius ab vrinatoribus inueniri non posset, creditum est eam in piscem fuisse transformatam. Quo factum est, vt deinceps à piscium esu vicini populi religiosissimè abstinerent. Vnde & Atergatim dictam volunt, quasi ἄτερ γαθίδος, quod Syris sine piscibus sonat. Macrob. 1. *Saturn.* duo fuisse Assyriorum numina tradit, Adad, & Atergatim, ex quibus omnia gigni arbitrantur: per Adad nimirum Solem, per Atergatim terram intelligentes. Vide Cæl. Rhod. *lib.23. cap.5.*

Aternus, fluuius est Italiæ, in ora Ferentanorum, per agrum Adrianum in mare Adriaticum illabens. Plin. *lib.3. cap.12.* & 13.

Ateste, ciuitas regionis Venetæ, vt tradit Plin. *lib.3. cap.19.*

Ăthămās, ἀθάμας Suidæ, Æoli fuit filius & Thebarum rex, qui Nephelem in vxorem duxit, & ex ea Hellen & Phryxum genuit. Sed quum Nephele, furore Liberi patris concitata, in syluas abiisset, Athamas liberis suis Ino Cadmi filiam superinduxit nouercam: quæ priuignos identidem apud patrem accusans, eò illos compulit, vt conscenso aureo ariete (quem quidam è Neptuno & Theophane genitum tradunt, & eius vellus à Phryxo mari consecratum, postremò inter sydera relatum) fuga sibi consulerent. Quapropter Iuno irata furias in Athamantem immisit, quæ in tantam rabiem eum duxerunt, vt quum Ino ad se euntem videret, hanc leænam & filios suos eiusdem catulos arbitratus, raptum Learchum ex filiis alterum saxo illiserit. Quod Ino videns cum Melicerta altera prole fugiens, se ex rupe in mare præcipitem dedit & deorum miseratione in deam marinam mutata est: quam Græci quidem Leucotheam, Latini autem Matutam appellant. Vide infrà in dictione *Ino.* ¶ Hinc Athamantis, id est, Helle eiusdem filia.

Ăthămantĭădēs, id est, Phryxus, Melicertes, vel Learchus Athamantis filius. ¶ Athamas etiam est Thessaliæ mons, vt habet Plin. *lib.4. cap.8.* Est etiam fluuij nomen, qui decrescente luna ligna sibi admota incendit, vt autor est Ouid. 15. *Metam.*

Admotis Athamantis aquis incendere lignum
Narratur, minimos quum Luna recessit orbes.

pro religiosissimo insigni, quæ prima apud Romanos corona fuit. Et hic honos nonnisi vita finitur, exulésque & captos comitatur. Ex Gell. *cap.7.lib.6.*

Arucho, adueho, antiq. Turneb.

Aruerni, ἀρουέρνοι Stephano. Galliæ populi ad Ligerim siti, qui multis hominum millibus duce Vercingentorige contra Cæsarem profecti sunt, quum prius aduersus Maximum Æmilianum & Domitium Ænobarbum etiam ducentis hominum millibus conflixissent. Strab. *lib.4.* Vulgò *Auuergne & Auuergnats.*

Aruiga, aries. Varro *de L.L.* hinc Aruignus.

Aruina, Durum pingue inter cutem, vt autor est Seruius. {חלב *chéleb.* λίπος, τό. GALL. *Graisse, saingdoux.* ITAL. *Grasso, lardo.* GERM. Schmeer/feiste. HISP. *Grassa que esta puesta sobre la carne.* ANGL. *Suet, or tallow.*} Virg. *lib.7.*

Pars leues clypeos, & lucida spicula tergent
Aruina pingui.

Aruisium, Chij insulæ promontorium. Inde Aruisia vina. Virg. *in Daph.*

Vina nouum fundam calathis Aruisia nectar.

Nunc adiecta vna litera, *Maruisia* dicitur.

Arunca, vrbs fuit antiquissima in Italia, ab Ausone condita.

Aruncus, a, um. Virg. 7. *Æneid.*

Atque equidem memini (fama est obscurior annis)
Aruncos ita ferre senes.

Idem *lib.10.*

——— occurrit Halæsus
Aruncaque manus.

Rectius scribitur Auruncа & Auruncus.

Aruncus, villus est à caprarum mento dependens. {ἠρύγγος. GALL. *Barbe de chieure.* ITAL. *Barbetta della capra.* GERM. Geißbart. HISP. *La barba de las cabras ò cabrones.* ANGL. *A goates barde.*} Plin. *lib.8.c.50.* Dependet omnium mento villus, quem aruncum vocant.

ARVNDO, Aquaticus frutex. {קנה *kanéh.* κάλαμος. GALL. *Canne, roseau.* ITAL. *Canna.* GERM. Ein Ror. HISP. *Caña.* ANGL. *A reede, or cane.*} Liu. 7. *bell. Pun.* Erant autem pleraque ex cratibus, aut tabulis facta, alia arundine texta, stramento intecta. ¶ Et quoniam ex arundinibus fiebant sagittæ, quandoque Arundo ponitur pro sagitta. Virg. *lib.7. Æneid.*

——— altaque multo
Pérque vterum sonitu, pérque illa venit arundo.

Arundineus, a, um, quod est ex arundine. {καλάμινος. GALL. *De cane ou roseau.* ITAL. *Di canna.* GERM. Das vom dem Ror ist. HISP. *Cosa toda de caña.* ANGL. *Of a reede, made of a cane.*} Plin. *lib.10.c.29.* Addita in transuersas labias, fronde arundinea. Ouid. *El.1.lib.4.Trist.*

——— Pastor
Fessus arundineo carmine mulcet oues.

¶ Scipioni arundineo inniti, apud Hebræos in prouerbio fuisse videtur, 4. *Reg.c.18. Esai.c.36. Ezechiel.c.29.* De eo qui spes suas figit in iis, qui non solum non possunt esse præsidio, verùm etiam noceant destituto. Siquidem arundineus scipio non modò non sustinet innitentem, verum etiam manum penetrat ac vulnerat.

Arundinaceus, a, um, similis arundini. {καλαμώδης. GALL. *Semblable à une cane ou roseau.* ITAL. *Cose che ha forma di canna.* GERM. Einem Ror gleich. HISP. *Cosa semejante à la caña.* ANGL. *Lyke a reede, lyke a cane.*} vt, Folium arundinaceum. Plin. *lib.18.c.7.* Frumentis folium arundinaceum, fabæ rotundum & magnæ leguminum parti.

Arundinetum, Locus arundinibus abundans. {καλαμών. GALL. *Le lieu où croissent cannes ou roseaux.* ITAL. *Luogo doue sono molte canne, canneto.* GERM. Ein ort da vil Ror wachsen. HISP. *El canaueral, lugar donde nacen cañas.* ANGL. *A place where reedes growe or canes.*} Sicut Salictum & Oliuetum dicimus, pro locis in quibus magna est copia salicum, & olearum. Plin. *lib.10.cap.32.* Minores halcyones in arundinetis canunt.

Arundinosus, a, um, adiect. Abundans arundinibus. {καλαμώδης. GALL. *Plein de roseaux ou de cannes.* ITAL. *Pieno di canne.* GERM. Rorechte/das vil Ror hat. HISP. *Lleno de cañas.* ANGL. *Ful of reedes or canes.*} Catul.

Quæque Ancona, Cnidúmque arundinosam colis.

Arundifer, adiect. Ferens arundines. {καλαμοφόρος. ANGL. *That beareth or bringeth reedes or canes.*} Ouid. 5. *Fast.*

Tibris arundiferum medio caput extulit alueo.

Aruns, Vates Tuscus fuit diuinandi scientia insignis. Lucan. *lib.1.*

Acciti vates, quorum qui maximus æuo,
Aruns incoluit deserta mœnia Lunæ, &c.

Est item nomen viri, qui Camillam occidit, de quo Virg. *lib.11. Æneid.* ¶ Fuit etiam hoc nomine Tarquinij Superbi filius natu maximus, qui in ea pugna, quæ ad Regillum lacum facta est, Iunium Brutum interemit, & ab illo vicissim (dum vterque hostis potius feriendi, quàm corporis sui tegendi rationem habet) hasta traiectus est. Vide historiam apud Liuium *lib.2. ab Vrbe.* Aruns filius Porsenæ. Plaut. *in Public.*

Arupenum, Iapodum oppidum in confinio Istriæ, & Illyrici: cuius meminit Strabo *lib.4. & 7.*

Arupinus, est Pannoniæ vrbs, cuius meminit Strabo *lib.7.*

Arus fluuius, vide *Drys.*

Aruspex, {ANGL. *A diuinour, a coniectour of thinges to come.*} Vide infrà in dictione *Haruspex,* οἰωνοσκόπος.

Arutena, siue Artena, vas ab hauriendo ita dictum.

Aruum, i, ab Arando dictum, Ager aratus, necdum satus, qui tamen sementi datur. {שדה *sadéh,* ἄρουρα. GALL. *Champ labouré, terre labourée, semer ou à semer.* ITAL. *Campo.* GERM. Ein Feld das schon zu dem sayen gerüst ist. HISP. *Campo que se labra, y siembra.* ANGL. *A tilled feild, falowed feild, land eared to be sowen.*} Varro 1. *de re rustic.c.29.* Aruum, quod aratum, nec satum est. Salust. Quia Numidæ pabulo pecoris magis, quam aruo student. Non illic colit arua Deus Bacchúsve, Cerésve. Tibul. *lib.4.*

Vicinus Phœbo tenet arua Pedanus.

Pro eodem etiam dicitur Ager aruus. Plaut. *Truc.* Non aruus hic qui arari soleat. Sed pascuus est ager. Aruo aliquem pascere, id est, frumento & iis quæ in aruo nascuntur. Horatius *in 1. Epist.17.*

Ne perconteris fundus meus, optime Quinti
Aruo pascat herum, an baccis opulentet oliuæ.

¶ Aruum genitale, pro muliebribus locis.

Arua, æ, pro aruum. Nonius, ex Pacuuio, & Næuio.

Arx, ab Arceo, quia arcet, id est, prohibet hostes accedere castellum. {מצבה *misgháb.* ἀκρόπολις, ἄκρα. GALL. *Forteresse, chasteau de defense, haute tour.* ITAL. *Fortezza, castello, difesa.* GERM. Schloß/ ein Vestee ein Burg. HISP. *Fortaleza, roquera, ò alcaçar de cuidado.* ANGL. *A castell, a forteresse, a high tower.*} Est enim locus vrbis in monte situs natura munitus. Inde etiam summitates montium & cuiuscunque altitudinis, ex quibus facilè possunt depelli hostes, Arces dicuntur. Vel (vt Solinus inquit) ab Arcadibus dicta est Arx, qui munitissimos quosque colles sub Euandro tenuerunt. Virg. 2. *Æneid.*

Quo res summa loco Panthen? quam prendimus arcem?

Cic. *in Paradox.* Hoc opus in apertum vt proferas, nihil postulo: non enim est tale, vt in arce poni possit, quasi illa Minerua Phidiæ: sed tantùm vt ex eadem officina exisse appareat. Non mœnia Troiæ, verùm etiam summas arces intrare. Ouid. 13. *Metaph.*

Nec comes hic Phrygias vnquam venisset ad arces.

Arcem musicæ possidere. Prisc. Inter arcem & Capitolium. Gell. *c.12. lib.5.* An meus Vlysses habeat signum ex arce. Plaut. *Pseud. sc.6. a.4.*

Saxum prælustri fulmen ab arce venit.

Ouid. *El.4.lib.3.Trist.* Ex arce cœlesti (i. Cœlo.) Sen. *c.26. de consol. ad Mar.*

Ipse quoque æthereas meritis inuectus in arces.

Ouid. *Eleg.4.lib.5.Trist.* Cicerone arcem eloquentiæ tenente, Quint. Inde petes arcem (i. capitolium.) Ouid. *Eleg.1.lib.4.Trist.*

Ætheriam cinges amplexibus arcem.

Idem *Eleg.3. lib.4. Trist.* ¶ Translatè hac voce vtimur quum tutissimum ac validissimum præsidium significamus. Cic. *in Verr.a.6.* Idem ad vos priuatim iudices, confugit, vtitur hac lege qua iudicium est communi arce sociorum. Rursus *in eadem.* Hic locus est igitur vnus quò perfugiant, hic portus, hæc arx, hæc ara sociorum. Idem *pro Resc. Com.* Idem *pro Sylla.* Idem *in Epist. fam. ad Lentul.* quod erat in causa præcipuum, arcem vocat. Non potuit, inquit, magis in arcem causæ illius inuadere. ¶ Arcem ex cloaca facere, prouerbialiter dicuntur, qui rem hominémve nihili laudibus magnificis attollunt. Cicer. *pro Cn. Plancio,* Nunc venio ad illud extremum quod dixisti, dum Plancij in me meritum verbis extollerem, me arcem ex cloaca facere, lapidem è sepulchro venerari pro Deo, neque enim insidiarum periculum vllum, neque mortis fuisse. In cuius verbis & illud prouerbij figuram habet, lapidem è sepulchro venerari pro Deo, quod tum locum habet, quum aliquem laudamus & extollimus, qui laude dignus non est. ¶ Arx, pro Roma, vulgare est. Prudent. & Cicero.

Arxata, vrbs Armeniæ, de qua Strabo *lib.11.*

Aryandes, ἀρυάνδης, Ægypti prætor fuit à Cambyse constitutus, qui aliquanto pòst tempore, quum æmulari Darium vellet, ab eo est interfectus. Autor Herod. *lib.4.*

Arycanda, ἀρύκανδα, ciuitas Lyciæ, Steph.

Arype ἀρύπη, ciuitas Ægypti, cuius ciues Arypes, Steph.

A S

As, terminatio Genitiui antiquorum, præcipuè apud poëtas.

As, assis, libra. {מנה *manéh.* à Græcis μνᾶ, mna. ANGL. *A pound weigt.*} Mina à nostris, interpositione i, literæ, quæ ex nonaginta sex drachmis conficitur, siue duodecim vnciis, δωδέκατον. Asses decem denarium faciunt. Plaut. *in Camil.* Vncia verò ab vno dicitur οὐγγία. ¶ Sextans, vnciæ duæ, quasi sexta pars assis, ἑξαμοιριαῖον. ¶ Quadrans vnciæ tres, quarta pars assis, qui & Triuncium dicitur, τεταρτημόριον. ¶ Triens, quatuor vnciæ, tertia pars, τριτημόριον. ¶ Quincunx, vnciæ quinque. ¶ Semis, vnciæ sex, dimidium assis, siue selibra. id est, media pars libræ, quasi semias, ἡμιλίτριον. ¶ Septunx, vnciæ septem. ¶ Bes, vnciæ octo, dempto triente ab asse, quasi Des. διμοιρία. ¶ Dodrans, vnciæ nouem, ab asse dempto quadrante, quem & Nouuncium dicimus, τετράμοιρον. ¶ Dextans, vnciæ decem, dictus, quòd assi desit sextans, hoc est, vnciæ duæ. ¶ Deunx, vnciæ vndecim, quasi vnica dempta ex asse vncia. Asses olim librarij fuerunt. Gell. *cap.1. lib.20.* Et viginti quinque æris, & viginti quinque asses. Idem Gell. *c.1. lib.20.* Asses porrigentibus manum præbere paulò ante stipem, Sueton. *in August. c.91.* ¶ Æris autem minima pars Sextula dicitur, quòd sit sexta pars vnciæ. ¶ Semuncia, dimidia pars vnciæ. ¶ Sicilicum, semunciæ dimidium, ita dictum quòd semunciam secet. Sicilire enim antiqui dicebant, quod nos Diuidere: vnde etiam Siciliæ nomen mansit. Et sciendum quòd veteres volentes aliquid diuidere in partes æquales, vt hæreditatem & quiduis simile, id assem appellauerunt, & partes vncias. Vnde illud Plinij *de Luna lib.2. c.14.* Haud dubium est lucere dodranteis semuncias horarum ab secunda adiicientem vsque ad plenum orbem. ¶ Vnde etiam habemus, Ex asse hæredem fecit, ἐξ ὅλου κλήρου, i. totius hæreditatis. Suet. *in Cæsare.* Nouissimo testamento tres instituit hæredes sororum nepotes, Octauium ex dodrante, Pinarium & Pedium ex quadrante. ¶ Interdum etiam As dicitur numus æreus libralis, quòd esset vnius libræ, ita dictus ab ære. Horat.

Quem si diminuas, vilem redigatur ad assem.

Valebat autem as (inquit Budæus) quaternos denariolos nostros paulò pluris. Inde dupondius, ex duabus libris. Et Sestertius, duarum librarum & semissis. Interdum Triens, Quadrans, Quincunx, & similes partes assis apud Poëtas accipiuntur pro calcibus, aut mensura poculorum. Propertius,

Quum fuerit multis exacta trientibus hora.

Martial.

Te conuiua leget mixto quincunce.

¶ Componitur autem as cum eo quod est Tres, & fit Tressis. Persius,

Hic Dama est, non tressis agaso.

¶ Ex Octo & As, fit Octussis. Horat. Quanti emptæ? Parui. Quanti ergo? Octussibus. Et sic per omnes numeros vsque ad centum, vt Centussis. Pers.

Et centum Græcos curto centusse licetur.

Assarius, rij, ἀσσάριον, numus, siue genus ponderis. Ioseph. Quatuor drachmis venderetur assarius.

Asæ apud antiquos dicuntur, quæ nobis Aræ. Terent. Scaur. *de Orthogr.*

Asæ, ἆσαι, vicus est Peloponnesi in agro Corinthio, non procul à Genea ciuitate, vt autor est Stephanus.

Asachæi, populi sunt in montibus Æthiopiæ, qui abesse à mari dicuntur dierum quinque itinere, viuentes elephantorum venatu. de his Plin. *lib.* 8. Asachæi vocantur Æthiopes, apud quos maximi nascuntur dracones.

Asacus, fluuius est Heracleam alluens ciuitatem, sitam ad radices montis OEtæ, teste Liuio *lib.* 5. *de bell. Maced.* Plin. *lib.* 4. *cap.* 10. Apylam vocat.

Asæa, ἀσαία, nomen proprium montis. Autor Suidas.

Asæus, ἀσαῖος. Vnus ex principibus Græcorum, interfectus ab Hercule. Autor Hom. *lib.* 11. *Iliad.*

Asander, dri, ἄσανδρος. Viri proprium, apud Strab. *lib.* 7. qui Tauricam Chersonesum à continente separauit, ducto per eius Isthmum muro à sinu Carcinitico vsque à Mæotim paludem.

Absaris. Fluuius est Heracleam OEtam alluens.

Asarōtum, {ἀσάρωτον. ANGL. *Pauing tile of diuers coulours, finelie set with figures of birdes or other thinges, or hauing liue pictures carued vpon them.*} Pauimentum picturæ arte elaboratum, à Græcis inuentum: sic dictum, quod verri non debeat. Nam deducitur ab α pr. particula, & σαρόω, verro, purgo scopis. Scopæ quoque à Græcis σάροι dicuntur. Solebant quippe purgamenta cœnarum, quæ ἀσάρωτα vocantur, è pauimento euerri, dum subregulanea pauimenta in vsu erant. Postea asarotis inuentis, cessauit vsus scoparum, manibúsque colligi purgamenta cœperunt, pauimenta verò spongiis mundari. Xenodorus primus claruit in faciendis asarotis, quæ miro artificio paruulis testulis in varios colores tinctis, & imagines pictis strauit. Nam Pergami in asaroto columbam efficit bibentem, quæ aquam capitis vmbra offuscabat, alia sibi escam eripiente. Papinius *lib. Syluarum*—varias vbi picta per artes Gaudet humus, superántque nouis asarota figuris. de hoc vide plura apud Plin.

Asărum, {ἄσαρον. GALL. *Cabaret.* ITAL. *Asaro.* GERM. Haselwurtz. HISP. *Asarabacara.*} Macer Asarum Latinè vulnaginem dici scribit, teste Plinio *lib.* 12. *cap.* 13. Herba est folia habens similia hederæ, rotundiora tamen & molliora, florem purpureum, radicem Gallici nardi, semen acinosum, saporis calidi, & vinosi. Hæc herba etiam hodie (vt Ruellio credimus) Gallorum lingua *Asarum* appellatur, *Baccara & Cabara.* Id certum est vel Dioscoridis testimonio eandem herbam esse cum ea, quæ alio nomine Baccar, siue Baccaris sine aspiratione dicitur, at Baccharis aspiratè alia herba est, quam describit Diosc. *lib.* 13. *cap.* 51. quæ in coronis expetebatur.

Asasobas, ἀσασόβας, fluuius Æthiopiæ, iuxtà Meroën. Heliodorus *Æthiopica historia lib.* 16.

Asasus, fluuius est Thessaliæ iuxta Heracleam vrbem, quæ est in radicibus OEtæ montis, effluens. Hunc Plin. Apylam vocat.

Asbestæ, Libyæ populi, vbi Ammonis oraculum fuit, autore Volaterrano.

Asbitæ, vide *Hasbytæ.*

Asbestinum, {ἀσβέστινον. GALL. *Vne sorte de lin qui ne brusle point.* ITAL. *Lino che non si abbrugia.* GERM. Ein gattung deß flachs, der von dem feür nicht mag verzehrt werden. HISP. *Cierto lino que no se quema.* ANGL. *A sort of line or flaxe that burneth not.*} Genus est lini, quod ignibus non absumitur. Viuum id vocant, ardentésque in focis conuiuiorum ex eo vidimus mappas, sordibus exustis splendescentes igni magis, quàm possent aquis. Vocatur autem à Græcis Asbestinum ex argumento naturæ. Hæc Plinius *lib.* 19. *cap.* 1.

Asbĕstŭs, inextinguibilis. {ἄσβεστος. GALL. *Chose qu'on ne peut esteindre.* ITAL. *Cosa che non se può stegnere.* GERM. Vnerlöschlich. HISP. *Cosa que no se puede apagar.* ANGL. *That can not be quenched.*} Nomen lapidis est, ferrei coloris, in montibus Arcadiæ nascentis, qui quum ignem non habeat proprium, tamen sic ardet, vt non possit extingui. de hoc Plin. *lib.* 37. *cap.* 10.

Asbŏlŭs, numeratur ab Ouid. 3. *Metam.* inter canes Actæonis. Nomen est fictitium, dictum à colore pilorum fuliginem referente, ἄσβολος enim apud nos fuliginem sonat.

Asbōtus, ἄσβωτος, vrbs Thessaliæ. Steph.

Asbylus, Crotoniata, cuius meminit Pausanias, & Plato *in libris de Republ.*

Asca, oppidum est Arabiæ, apud Strab. *lib. vlt.*

Ascalabotes, ἀσκαλαβώτης, animal venenatum, ex genere stellionum, lentigine plenum, acerbi stridoris, diuersum ab eo, quod Itali sua lingua *Tarantulum* vocant. Vide Plin. *lib.* 29. *cap.* 4. Dictus autem putatur Ascalabotes, παρὰ τὸ ἀσκαλαβοῦν, τὸ ἀσκεῖν, ἢ τὸ βῶ, ἢ πλειοναζειν τοῦ σ.

Ascalaphus, ἀσκάλαφος, Acherontis & Orphnes Auernalis nymphæ filius fuit, postea à Proserpina in bubonem mutatus. Nam post raptam à Plutone Proserpinam, quum Ceres filiæ suæ reditum à Ioue ea lege impetrasset, si nihil apud inferos gustasset cibi, Ascalaphus eam prodidit, quòd decerptum ab arbore malum comedisset. Indignata itaque Proserpina, sibi Ascalaphi indicio negatum esse reditum, conuertit eum in bubonem auem funestam, & tristium semper rerum nuntiam. Ouid. 5. *Metam.*

Ascalingium, Ptol. vrbs Germaniæ, hodie Hildesheim.

Ascălon, ἀσκάλων, ciuitas Palæstinæ, ab Ascalo Hymenæi filio condita: à qua Ascalonitæ, ἀσκαλωνῖται, homines in ea nati. Vulgò *Escalona.*

Ascalonia, siue Ascalonium, {ἀσκαλώνιον κρόμμυον. GALL. *Eschalottes, vne sorte d'oignon, appetit.* ITAL. *Scalogna.* GERM. Ein gattung der zwybelen. HISP. *La ascalonia, cebolla para semiente.* ANGL. *A sort of ony⟨n⟩ con called ascalion.*} Cæpe genus, quod in Ascalone plurimum nascitur. Plin. *lib.* 19. *cap.* 6.

Ascalus, Tantali frater fuit, Hymenæi filius, vt scribit Xant. Steph. *in Ascalon.*

Ascănĭă, æ, ἀσκανία, insula est vna Sporadum, non procul ab Anaphe, & Astypalæa, de qua Plin. *lib.* 4. *cap.* 11. ¶ Est & Ascania, Phrygiæ locus, de quo Plin. *lib.* 5. *c. vlt.* ¶ Item alius in superiori Mysia, siue Bithynia, iuxta Ascanium lacum, quam Mysiacam vocat Strabo ad differentiam superioris, quam Phrygiam appellat. Vide ipsum *lib.* 12. & 14.

Ascănĭŭs, ἀσκάνιος, Æneæ filius, teste Virg. ex Creusa regis Priami filia, fugæ, laborúmque in quærendis sedibus patris socius. Liu. *lib.* 1. *ab vrbe condita*, dubitat Creusæne, an Lauiniæ filius fuerit, sed poetæ omnes & cæteri historici cum Virgilio Creusæ filium fuisse affirmant. Dictus est autem primum Ascanius ab Ascanio Troiæ fluuio, deinde Ilus ab Ilo Troianorum rege, postea Iulus à prima barbæ lanugine. Vnde Virg. 1. *Æneid.*

At puer Ascanius, cui nunc cognomen Iulo
Additur, Ilus erat dum res stetit Ilia regno, &c.

Huic quum auus & pater iam diruta Troia, de fuga disceptarent, flammula quædam in capitis vertice apparuit, quæ tamen nihil læsionis intulit, neque etiam manibus extingui potuit: vnde illi futuri imperij omen sumpserunt. Post hæc cum patre post multos errores in Italiam venit, vbi Turno occiso, & patre etiam mortuo, quum apud Lauinium 30. annis regnasset, Albam longam condidit, restituta tamen prius in regnum nouerca, quæ antea ob timorem in syluas aufugerat. Tandem quum vniuersis 38. annis imperij gubernacula tenuisset, iam moriens, quum videret filium Iulum Syluium regno non satis aptum, Syluium Posthumum fratrem, sed ex diuersa matre, pietate & iustitia præstantem, regni heredem reliquit. ¶ Est præterea Ascanius Mysiæ superioris, siue Bithyniæ lacus, fluuium emittens eiusdem nominis, qui circa Eriboeam in Propontidem illabitur. Virg. 3. *Georg.*

—— trans Gargara, transque sonantem
Ascanium.

Vide Strab. *lib.* 12. & 14.

Ascarides, ἀσκαρίδες, vermes sunt exigui ex genere lumbricorum: de quibus Galenus *lib. vlt. Methodices.*

[Ascaulus, ἀσκαύλος, tibia vtre abdita, ab ἀσκὸς vter, & αὐλὸς tibia. Aliter ἀσκαύλης ascaula, vtricularius, qui instigans ventum conceptum, exanimat vtrem, ac velut exprimit cubito.]

Ascella, idem quod axilla.

Ascēndo, is, ex Ad & scando, sed d, abiicitur: significat sursum, siue ad aliquid scando. {עלה *halah.* ἀναβαίνω. GALL. *Monter.* ITAL. *Ascendere, salire, montare.* GERM. Auffsteigen/hinauff gehen. HISP. *Subir arriba.* ANGL. *To go vp, to ascende.*} Terent. *in Adelph.* Nauem ascendit. Ascendere in concionem, hoc est, in eum locum vnde oratio solet haberi ad populum. Cic. *ad Attic.* Tum subitò ille in concionem ascendit, quam Appius ei dedit. ¶ Ascendere in rostra, pro eodem: apud Liuium *bell. Pun.* Publius Ælius Prætor, senatu misso, & concione inde aduocata, cum L. Lælio in rostra ascendit. Ascendere puluinum. Senec. *cap.* 15. *de consol. ad Marc.* In id euectus Pompeius suprà quod ascendi non potest. Velleius. ¶ Item Ascendere in currum, & inscendere currum. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 5. Ascendere equum, & in equum. Liu. Ascendere gradum dignitatis, Cic. 2. *Offic.* Ascendere ad honores, & in honorem. Idem, Vox etiam ascendere dicitur, apud eundem 3. *de Orat.*

Ascensorium, scala breuis, non laboriosa. Blesens.

Ascēnsŭs, pro ascendendi actu. {ἀνάβασις. ANGL. *Going or climming vp.*} Cic. *pro domo sua*, Homines audaces ab eius templi aditu atque ascensu prohibuisti.

Ascētĕrĭă, {ἀσκητήρια. ANGL. *Monasteries, minsters.*} Vocantur monasteria *in Cod. Iustiniani*, à verbo ἀσκῶ, quod est mentem exerceo in contemplatione rerum diuinarum. ¶ Ascetria, monialis.

Ascetes, pugil est, & athleta, verè exercitator.

[Ascetrix, mulier Deo psallens, & funera curans. Lex. gr. b.]

Aschalitæ, ἀσχαλῖται, populi iuxta Indicum sinum. Stephanus in Ἀσχαλῖται.

Aschium, ἄσχιον, ciuitas Achaiæ. Steph.

Ascĭă, fabri lignarij instrumentum est, quo fabricæ materiæ dolantur. {כשיל *chaschschil* מקצד *makatsådu.* σκέπαρνον. GALL. *Vne coignée ou hache, doloire.* ITAL. *Ascia.* GERM. Ein beihel/hobel. HISP. *El segurón ò azuela para dolar.* ANGL. *A chippe axe.*} Plin. *lib.* 16. *cap.* 40. Mollissima tilia, eadem videtur & calidissima: instrumentum afferunt, quòd citissimè ascias retundat. Huius diminutiuum est Asciola.

Asciburgium, vrbs est inter Germanos, quam illi sua lingua Emerich vocant.

Ascĭo, Ascia cædo. {πελεκίζω. GALL. *Doler, hacher auec vne coignée.* ITAL. *Asciare, polire.* GERM. Behauwen/zimmeren. HISP. *Dolar.* ANGL. *To hew or chippe.*} Vitruu. *lib.* 7. *cap.* 2. Sumatur ascia, & quemadmodum materia dolatur, sic calx in lacu macerata ascietur. Sic Exascio, as: vnde Exasciatum opus dicitur à Plauto pro polito, perfectóque, ἀπεξεσμένος.

Ascisco, is, iui, itum: vel etiam (vt quibusdam placet) Ascio, is, Adiungo, aliunde sumo, accerso, expeto, adscribo, adiungo [q. sit ab ad & cio. Sed malo à scisco, i. e. sancio, ordino, vt sit Zuordnen / προστάττειν.] {לקח *lakách* הרביב *hidbbik* הבר *ehisbár.* ἐπισπάομαι, προσποιέομαι, προσαγομαι, ἀποκαλοῦμαι. GALL. *Prendre, ou appliquer à soy, s'attribuer, vsurper & prendre pour soy.* ITAL. *Attribuire, chiamar'a si.* GERM. Aufnemmen/an sich nemmen/zu sich beruffen. HISP. *Attribuyr, llamar ò traher de lexos.* ANGL. *To vsurpe, to tak to him as his owin, to clayme to him.*} Accusatiuum post datiuum semper fermè postulat. Quint. *lib.* 8. Quo in genere idem præcipuè custodiendum, ne id quod similitudinis gratia asciuimus, aut obscurum sit, aut ignotum. Cic. *pro domo sua*, Istam sapientiam mihi non ascisco. Lactant. *lib.* 4. Et illos qui temere sapientium sibi nomen asciuerunt, erroris, stultitiæque damnarunt. Cic. *pro Arch.* Quod si mihi à vobis tribui, concedique sentiam, perficiam profectò, vt Aulum Licinium non modò non segregandum (quum sit ciuis) à numero ciuium, verumetiam, si non esset, putetis asciscendum fuisse, id est, donandum ciuitate. ¶ Dicitur & Asciscí in ciuitatem, pro Donari ciuitate. Liu. 6. *ab Vrbe.* ¶ Asciscere, pro appetere. Cic. 3. *de finib.* Eas ipsas cognitiones per se asciscendas arbitramur, quòd habeant quiddam complexum & continens veritatem. Budæus. Ascitus, Participium)(Natiuus, Corn. Nepos *in vita Attici*. Atticus Græcè loquebatur, vt Athenis natus videretur. Tanta autem erat suauitas sermonis Latini, vt appareret in eo natiuum quendam leporem esse, non ascitum. Item pro longè accersito. Ouid. 6. *Fast.*

Prisca Dea est, aliturque cibis quibus antè solebat,
Nec petit ascitas luxuriosa dapes.

Ascitæ, ἀσκῖται, Arabes dicti sunt ab vtribus, quos Græci ἀσκοὺς vocant, quoniam

quoniam bubulos (vt Plin. *lib.* 5. *cap.* 29. inquit) vtres bonos flementes Piraticam exercent.

Ascites, ἀσκίτης, species est aquæ subter cutem fusæ, in qua plus sese humoris promit, spiritus autem minus. Cui opponitur Tympanites, in quo plus spiritus est, quàm aquæ. Vide Cels. *lib.* 3. *cap.* 21.

¶Asclabotos, liber contra Sclabos. Lex gr.b.¶

Asclepiădēs, ἀσκληπιάδης, nomen historici Cyprij, qui floruit eodem tempore quo Pygmalion regnabat in Oriente: quo etiam tempore scribit esum carnium in vsu non fuisse. ¶ Alius fuit Philosophus cæcus, quem ferunt (vt Cic. *lib.* 5. *Tusc. quæst.* ait) quum quidam quæreret, quid ei cæcitas attulisset, respondisse, vt puero vno esset comitatior. ¶ Fuit & alius Asclepiades Prusiensis medicus, qui lapsu scalarum interiit. ¶ Fuit & alius Asclepiades poëta, à quo carmen Asclepiadeum dictum est.

Asclepias, adis, ἀσκληπιάς, herba est, ramos oblongos, & hederæ folia habens, & radices numerosas: ita dicta ab Asclepio inuentore. de hac Diosc. *lib.* 3. & Plin. *lib.* 26. *cap.* 5.

Asclepiodōrus, ἀσκληπιόδωρος, nobilis pictor fuit, quo nemo felicius symmetriam membrorum obseruauit. Autor Plin. *lib.* 35. *cap.* 10. ¶ Fuit & Asclepiodorus Alexandinus, singulari ingenio ad omnia mathematica, ad inquisitionem cognitionémque herbarum & lapidum, inquit Suidas.

Ascletārĭōn, ἀσκλητάριων, Mathematicus fuit temporibus Domitiani, qui aliquando dixerat se discerptum iri à canibus: ea propter à Domitiano iussus est interfici, & accuratissimè sepeliri, vt vanitas eius artis redargueretur. Sed repentina tempestate disiecto funere semiustum canes discerpsere.

Ascodabla, ἀσκοδάβλα, flascium.

¶Ascoliasmus, ἀσκωλιασμός, Empusæ ludus, ἀσκωλιάζω, per vtres, ἀσκούς, vno pede salto.¶

Asconius Pædianus, Grammaticus fuit & Historicus, sub Nerone clarissimus, qui in Ciceronis orationes reliquit commentarios, quorum nonnulla extant fragmenta. Hic LXXIII. ætatis anno captus luminibus, XII. postea summo cum honore, & hominum gratia vixit annos, autore Eusebio.

¶Ascopa, legitur Iudithæ 10.5. Hugo Card. dicit esse nomen mensuræ. In Græco est ἀσκοπυτίνη, quæ est vter, vt lagena, vas vinarium.¶

Ascŏpēră, {כיס chis צרור tseror. ἀσκοπήρα. GALL. *Vne pouchette ou sachet de cuir.* ITAL. *Sachetto, borsa di cuoro.* GERM. Ein lädersäckle, ein läderin seckel. HISP. *Sacco pequeño, ò costal de cuero.* ANGL. *A bagge of leather, purse, pouche.*} Sacculus pelliceus, marsupium: dictum ab ἀσκός, & πήρα, Suet. *in Ner.* Alterius collo ascopera deligata. Ex quo datur intelligi, cullei symbolum fuisse deligatum Neronianæ statuæ: quoniam matricida fuit.

Ascră, ἄσκρα. Vicus Bœotiæ in aspero & sterili loco, in dextra parte Heliconis, Hesiodi patria. de quo Gell. *lib.* 2. Ascram rus miserum penes hic Helicona colebat, Hyberno dirum, triste æstu, optabile nunquam.

Ascræŭs, a, um, adiect. ἀσκραῖος. Virg. 2. *Georg.*

Ascræumque cano Romana per oppida carmen.

& Ouid. 9. *Fast.*

Ascræa oues.

Ascrībo, psi, ptum, ex Ad & scribo, Subscribo, hoc est, ad scriptum aliquod nomen, vel sententiam meam subiungo. {כתב על chathab hal. προσγράφω, προστάττω. GALL. *Adiouster à ce qui est escript, attribuer.* ITAL. *Sottoscriuere, attribuire.* GERM. Herzuschreiben/ zumessen. HISP. *Escriuir matriculando, attribuyr y escriuir persona para alguna cosa.* ANGL. *To subscriue, to write to more to that which is written, to nomber and put to the rankes of others.*} Cicer. *de Leg.* 1. Ascribo me fratris sententiæ. *& de opt. genere Orat.* Qui Thucydidem laudauit, ascribet suæ nostram sententiam. Idem *Attico*, Nam quòd me non esse ascriptum vides, id est, nomen meum. Sic *ad Qu. fratr.* In qua primum, erat quod antiquior in tuis fuisset adscripta literis, quàm in Cæsaris. Idem *ad Attic.* Igitur tu quoque salutem vtrique adscribo. ¶ Significat quoque ascisco. Cic. *pro Archia*, Venit Heracleam, quæ quum esset ciuitas antiquissimo iure ac fœdere, ascribi se in eam ciuitatem voluit, id est, cuius fieri voluit, & aliis ciuibus adiungi: dicimus autem ascribere ciuitati, in ciuitatem, vel in ciuitate. ¶ Interdum Ascribere, est attribuere, adiungere, assignare, & vel datiuo, vel accusatiuo cum præpositione in, vel ad, iungitur. Cicero, Quòd vulgò hominum opinio socium me ascribat tuis laudibus. Vbi cum datiuo poni vides. ¶ Idem *Offic. lib.* 3. Admiratus eorum fidem tyrannus, petiuit, vt se in amicitiam tertium adscriberent. Et *ad Q. fratr.* Hunc ad tuum numerum libenter ascribito. Senec. *cap.* 16. *de consol. ad Elber.* Nouatillam mihi adscripseram. i. pro meo habebam. Interdum imputare, προσθεῖναι, ἀναθεῖναι. Cic. Neque mihi negligentiam velim ascribas. ¶ Ab Ascribo Ascripti dicebantur, qui in colonias nomina dedissent, vt cæteris coloni adderentur. ¶ Item Adscripti milites, qui supplendis legionibus ascribebantur: quod etiam Accensos dicebant, quod ad legionum censum essent ascripti. Et velatos, quia vestiti inermes sequebantur exercitum. Et Ferentarios, quia fundis præliaturi, ea modò ferrent, quæ in hostes iacerent. Et Rotarios, quòd id hominum genus antequam acies coirent, in modum rotantis tempestatis dimicarent.

Ascriptĭtĭŭs, Allectus, qui ad aliquam rem ascriptus est. {כתוב chathub. προσγεγραμμένος, προσκαταλεγόμενος. GALL. *Enregistré, escrit, comme vn officier nouuellement creé, & adiousté au nombre ancien.* ITAL. *Colui che è ordinato à qualche cosa.* GERM. Eingeschriben/ angenommen. HISP. *Persona escrita para alguna cosa.* ANGL. *That is written and chosen to any office amongst the rest, registred or enrolled.*} vt, qui vulgò in collegiis magistratuum Extraordinarij vocantur. ¶ Et Dij adscriptitij, qui diis maiorum gentium opponuntur: de quibus Budæus *in Pandectis.* ¶ Item ciues adscriptitij, quòd natis ciuibus adiuncti, se iam in alterius imperium dediderunt. ¶ Ascriptitij dicuntur illi, quos villanos vocamus, quòd villæ (vnde villici dicti) ascripti, & colonariæ conditioni addicti aut ipsi sunt, aut eorum maiores fuerunt. Budæus. Idem *alio loco*, Ascriptitius non multum à seruo differebat, qui scilicet cum terra & possessionibus vendi poterat, vt seruus cum peculio. *l. ne diuitius de agricolis & censitis. lib.* 10. C.

Ascrīptor, oris, qui rei alicui nomen suum adscribit, alteriúsve acta approbat. {προσγραφεύς. ANGL. *which subscribeth to any thing, a registrer or enroller.*} Cic. *pro domo sua*, Denique ille nouitius Ligur venalis ascriptor, subscriptor tuus quem M. Papirij sui fratris esse testamento & iudicio improbatus, mortem eius se velle persequi dicit. Idem *ad Quir. post red.* Itaque is fuit non modò salutis defensor, verùm etiam ascriptor dignitatis meæ. id est, fautor.

Ascriptiuus, idem est, quod Ascriptitius. {ANGL. *Registred, enrolled with others.*} apud Plautum *in Menæch.* Idem istuc aliis ascriptiuis ad legionem solet. Dicebantur inermes ascripti, qui succederent armatis militibus, id est, si quis eorum deperisset. Varr. *lib.* 6. *de Ling. Lat.*

Ascŭlum, ἄσκουλον, oppidum est Piseni memorandum clade illata Pyrrho à Curio & Fabritio Romanis consulibus: vt latè ostendit Plutarchus *in vita Pyrrhi.*

¶Ascura. Lex. Græcol. v. habet, ἀσκουροῦν ascura. Sonat, quasi vtris caudam habens.¶

Ascurium, ἀσκούριον, vrbs Liburniæ Ptolemæo. Plin. *lib.* 3. *c.* 22. Ascriuium appellat.

Ascus, ἀσκός, Gigas, quem quomodo Dionysius vinctum cum Lycurgo in fluuium coniecerit, vide apud Stephanum *in Damasco.*

Ascyron, ἄσκυρον, {ANGL. *Great S. Iohnes woort.*} Herba est hyperico similis, comas habens, quæ manibus tritæ, succo sanguineo manant: vnde & Androsæmon appellatur. Fab. ἀνδρὸς αἷμα, id est, hominis sanguis. Vide Plin. *lib.* 27. *cap.* 4.

Asdrūbāl, ἀσδρούβας. Gener Amilcaris pătris Annibalis fuit, qui post eius mortem septem annos imperium tenuit, fauente factione Barchina: demum à seruo barbaro, cuius dominum occiderat, interfectus est in medio suorum. Comprehensus deinde à circunstantibus seruus, haud facti pœnitens, inter cruciatus & tormenta, speciem semper ridentis præbuit. Autor Liu. *lib.* 21. ¶ Asdrubal item alius fuit Annibalis frater, qui quum in Italia traiecisset cum magnis copiis vt fratri suppetias ferret, iuxta Trasimenum lacum à Cl. Nerone, & M. Liuio Salinatore Consulibus victus, & occisus, capútque eius præcisum in Annibalis castra proiectum est. Historiam hanc vide latius apud Liu. *in* 2. *bell. Pun.* & Plutarchum *in Annibale.* & Sueton. *in Tiber. cap.* 2. ¶ Fuit præterea Asdrubal, cui Caluo cognomen erat, qui in Sardiniam dux classis missus, tempestate reiectus est ad insulas Baleares, vbi tantisper, quoad quassas reficeret naues, resedit. de quo plura apud Liuium. ¶ Asdrubal præter hos alius fuit dux bello tertio Punico à Scipione Æmiliano tanto clade superatus, vt mox ciuitatis sequuta sit deditio. Huius vxor, quum paucis antè diebus à viro impetrare non potuisset, vt ad victorem transfugeret, in medias vrbis flammas sese cum filiis iecit. Autor Liuius *lib.* 35. ¶ Asdrubal item, Gisconis filius, cuius meminit Plutarchus *in vita Scipionis.*

Asea, vel Aseates, ἀσέα καὶ ἀσεάτης, vicus Arcadiæ, ex quo Alpheus profluit. Stephanus.

¶Asecreta, vna voce, qui à secretis vel secretarius dicitur. Carolus M. *de cultu imagin. lib.* 4.9. Mox, vt Leontius asecreta conspexit, magnum se sui erroris emolumentum inuenisse putauit. Sic Græci posteriores ἀσηκρῆτις. Meurs. *in Gloss. ibid.* ait: Hallucinantur viri docti, qui τὸν ἀσηκρῆτις & τὸν ἐπὶ σεκρέτου eundem fuisse existimant, quum hic ecclesiasticus fuerit, ille politicus.¶

Asĕllĭŭs Sempronius, historicus, & Tribunus militauit sub Scipione Æmiliano apud Numantiam, qui illud bellum literis mandauit. Citatur sæpè testis à Gellio. ¶ Asellius autem Claudius, eques Romanus, Tribunus militum sub Claudio Nerone, qui apud Lucanos memoranda fortitudinis exempla edidit. huius meminit Volaterr.

Asembobiti, populi dicti quasi post Simbobitim insulam, de quo Plinius.

Asĭă, ἀσία, Nomen tertiæ partis orbis, quoad numerum: nam quoad magnitudinem, dimidia reperitur. ¶ Est autem duplex Asia: maior scilicet, & minor. Asia minor in quatuor partes diuiditur, in Phrygiam, Lydiam, Mysiam, & Cariam. Maior autem Asia distinguitur ab Europa Tanaide fluuio: ab Africa autem Nilo. Dicta est autem Asia ab Asia nympha, Oceani & Tethyos filia, Iapethi coniuge, ex qua Prometheum ortum ferunt: siue, vt quidam volunt, ab Asio, Manei Lydi filio. Catul. *de com. Beren.*

Et captam Asiam Ægypti finibus adijceret.

¶ Ab Asia fit Asius, a, um, Asiacus, Asiaticus, Asianus, & Asis: de quibus infrà. Est & Asia, ἀσία λίμνη, nomen paludis in Mysia, prope Caystrum fluuium, à quo vicinos campos Asia prata vocauit Virgil. 1. *Georg.*

Iam varias pelagi volucres, & quæ Asia circum
Dulcibus in stagnis rimantur prata Caystri.

In hac autem significatione Asia primam syllabam producit: aliter eandem corripit, Europa atque Asia pulsus.

Asiacus, a, um, ἀσιακός, possessiuum ab Asia formatum. Ouid. 13. *Met.*

Ecquid, vbi Asiacas casuras aspicis arces, Ingemis?

Asĭātĭcŭs, a, um, ἀσιατικός, idem quod Asianus, vel Asiacus. Cic. *de clar. Orat.* Genera Asiaticæ orationis duo sunt. Sic Asiaticæ pecuniæ, apud eundem *pro lege Manilia.* Asiaticorum oratorum inanes sententiæ. Sueton. *in August. cap.* 86.

Asĭānŭs, a, um, ἀσιανός, denominatiuum ab Asia formatum: vnde Asiani oratores dicti sunt, qui inflato & redundanti orationis genere vtebantur, cuiusmodi ferè fuit oratio eorum, qui in Asia nati erant, aut instituti. Asianè dicere & Asianum genus dicendi. Quint.

Asĭs, idis, possessiuum fœmininum, patronymica forma ab Asia deductum, ἀσίς, ἀσιάδος. Ouid. 9. *Metam.*

——celerique carina
Ægeas metitur aquas, & in Aside terra
Mœnia constituit.

Asiarchæ, ἀσιάρχαι, viri erant communi Asiaticarum ciuitatum consensu delecti, qui communia negotia curarent: de quibus Strabo *lib.* 14.

Asibe, ἀσίβη, aliàs νισίβη καὶ νέσιβις, ciuitas Mesopotamiæ ab incolis vocatur, quæ alio nomine Antiochia nominatur. Steph.

Asida, æ, oppidum mediterraneum in Bætica, Hispaniæ regione: cuius meminit Plin. *lib.* 3. *cap.* 1.

Asĭlŭs,

Asilas, Ἀσίλας, Auguris nomen, qui Æneæ in auxilium venit contra Turnum. Virg. *lib.* 10.

Tertius ille hominum divûmque interpres Asilas, &c.

Asilus, οἶστρος. GALL. *Taon, vne mouche fort piquante qui moleste fort les beufs & les vaches.* ITAL. *Tafano, ò tauano.* GERM. Ein brem / ein roßmuck / fliegen. HISP. *Moscarda que ahuyenta las vacas.* ANGL. *A great flie byting beasts, also a worme found in fishes.* } Muscæ genus gregibus maxime infestum: vnde etiam Græcis Œstrus appellatur. Hoc infecto Iuno pellicem Io mutatam in iuuencam adegit ad insaniam: de hoc Virg. 1. *Georg.*

Est lucos Silari circa, ilicibúsque virentem
Pluribus Alburnum volitans: cui nomen Asilo
Romanum est: œstron Graij vertêre vocantes,
Asper, acerba sonans, qua tota exterrita sylvis

Diffugiunt armenta. Nascitur è latiusculis quibusdam bestiolis quæ in fluuiis supernatant. Vnde circa aquas magna asilorum copia, vbi id genus bestiolarum est. ¶ Asinus marinus, οἶστρος θαλάσσιος, animal ita vocatur ab Asilis terrestris tantum natura, quòd Thynnos gladiósque pisces, & interdum delphinos vigente canicula exagitet. De quo Arist. *Hist. anim. lib.* 5. *cap.* 31. Plin. *lib.* 9. *cap.* 15. Animal est paruum scorpionis effigie, aranei magnitudine. Hoc se & Tynno, & ei qui gladius vocatur, crebrò delphini magnitudinem excedenti sub pinna affigit aculeo, tantóque infestat dolore, vt in naues sæpenumero exiliant. Pro ore tubulum siue fistulam habet, vtrinque quippiam manus vice, senísque pedibus nititur.

Asina, Asella, vide *Asinus.*

Asine, es, Ἀσίνη. Vulgo *Farcomeni.* Oppidum Peloponnesi in sinu Messenio. Lucan. *lib.* 8.

Quas Asinæ cautes, & quas Chios asperat vndas.

¶ Hinc Sinus Asineus, Strab. *lib.* 8. & Pomp. Mel. *lib.* 2. ¶ Asine item insula est, vna ex Sporadibus, quas Electridas nonnulli vocant, in mari Adriatico, cuius meminit Pomp. *lib.* 2. & eius interpres Vadianus.

Asinius, Ἀσίνιος, viri nomen. Asiniorum Romæ illustris familia fuit, ab asinis dicta: sicut Porciorum à porcis. Ex hac familia erat Asinius Pollio, Augusti familiaris, cui Quintilianus multam tribuit inuentionem, summamque diligentiam: tam longè tamen à Ciceronis iucunditate & nitore dicit abesse, vt seculo prior videatur. Huius filius Asinius Gallus librum conscripsit de Comparatione patris sui & Ciceronis: quem idcirco Aulus Gellius monstrum vocat verius, quàm hominem. Vide Aulum Gellium *lib.* 7. *cap.* 1. & Suet. *in Claud. cap.* 41.

Asinus, animal notum. { חמור *chamór.* ὄνος, ὁ. GALL. *Asne.* ITAL. *Asino.* GERM. Ein esel. HISP. *Asno, animal domestico.* ANGL. *An Asse.* } M. Varr. *de re rust. lib.* 2. *cap.* 8. Ex equa enim & asino fit mulus: contrà ex equo & asina hinnus. Asini in Achaia optimi sunt Arcadici, in Italia Reatini: vt tradit Plin. *lib.* 8. *cap.* 43. Asini Arcadici. Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 2. Neque homines magis asinos vnquam vidi, ita costæ plagis callent. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Idem *sc.* 4. *a.* 1. plura de asinis. (i. pauperibus & contemptis hominibus.) ¶ Ab equis ad Asinos, ἀφ' ἵππων ἐπ' ὄνους, prouerbiali figura dicimus, vbi quis à studiis honestioribus ad parum honesta deflectit: aut vbi quis à conditione lautiore ad abiectiora deuenerit. Procopius Sophista *in epistola quapiam,* τὸ δὴ λεγόμενον, ἀφ' ἵππων ἐπ' ὄνους μεταβεβηκώς, i. iuxta prouerbium, Ab equis ad asinos transiuimus. ¶ Huic aduersum est illud Plaut. *in Aulular. sc.* 4. *a.* 1. Ab Asinis ad boues transcendere, pro eo quod est, ex humiliore conditione ad ditiorum partes transire. Ab asino delapsus, ἀπ' ὄνου καταπεσών, in eos dicitur qui inconsultè quippiam agunt & imperitè: aut in eos qui à præsentibus commodis, quibus ob inscitiam vti nesciunt, excidunt. Vtuntur hoc adagio Plato *lib. de leg.* 3. Plut. *in Gryllo,* & Aristoph. *in Nub.* ¶ Asinus ad lyram, ὄνος λύρας, subaudi ἀκούων, auscultator. In eos, qui propter imperitiam nullo sunt iudicio, crassísque auribus. Rectè etiam torquebitur in eos, qui indecorè tentant artificium cuius sunt imperiti, & à quo natura abhorrent. ¶ Germanum huic est, Asinus ad tibiam, ὄνος ἐν αὐλῷ. Dicendum vbi quis ea quæ scitè dicuntur, nec animaduertit, nec intelligit, nec laudat. Asinus asino & sus sui pulcher, ὄνος ὄνῳ κάλλιστος, σῦς δὲ συΐ, id est, simile simili placet. Conueniet vbi inter inhonestos similitudo morum & instituti conciliat beneuolentiam: veluti quum miles placet militi, aleator aleatori, potator potatori, sophista sophistæ. ¶ Asinus balneatoris, ὄνος ἐκ βαλανείου. Dictum est in eos, qui ex suis laboribus ipsi nihil fructus caperent. Plut. *in libel.* περὶ τοῦ φιλοπλουτίας, Οὐδὲν δὲ ἔχων, ὥσπερ ὄνος βαλανέως ξύλα καὶ φρύγανα φορτιζόμενος, ἀεὶ καπνοῦ καὶ τέφρας ἀναπιμπλάμενος, λουτροῦ δὲ καὶ ἀλέας, καθαρότητος ἄμοιρος. i. Nihil inde capiens commodi, velut asinus balneatoris, qui ligna & sarmenta defert, semper fumo ac fauillis oppletus, nunquam autem particeps balnei, neque teporis, neque munditiei. Loquitur de homine parco & sordido, qui quum sit onustus diuitiis, non vtitur tamen. ¶ Asini caput ne laues nitro, ὄνου κεφαλὴν μὴ πλύνειν νίτρῳ. Ne multum sumptus operæve impendas in rem vilem ac fordidam. ¶ Asini mandibula, ὄνου γνάθος. Conuenit in edaces, alióqui stolidos & ignauos. Asini mortes, ὄνου θάνατοι, subaudiendum, narrat. Dicebatur in eos qui narrarent absurda, ridiculaque dictu. Suidas. ¶ Asinus compluitur, ὄνος ὕεται. Dicitur in eos qui maledictis nihil omnino commouerentur. Quemadmodum asinus ob cutis duritiem adeò pluuia nihil offenditur, vt vix etiam fustem sentiat. ¶ Asinus esuriens fustem negligit, ὄνος πεινῶν ῥοπάλου ἀμελεῖ. In eos conuenit qui ventris compendiíve gratia quamuis contumeliam perferunt. Refert Aristot. *lib.* 3. *Moral.* ¶ Asinus in paleas, ὄνος εἰς ἄχυρα, subaudiendum, incidit. Dici solitum vbi cuipiam fortuna lautior præter spem obtigerit, aut nactus fortè fuerit aliquis quo vel præcipue gaudeat. Conueniet & in hunc vsum, vbi quis inscitia rem contaminat, veluti si barbarus & illiteratus bonum authorem malis commentariis inquinet. Adagium ab euentu natum nemo non videt. ¶ Asinus inter simias, ὄνος ἐν πιθήκοις. Vbi quis incidit in homines nasutos & contumeliosos, ipse stolidus, à quibus impunè rideatur. Gell. *Pr.* *c.* 23. ¶ Consimilem habet cum proximo sensum, Asinus inter apes, ὄνος ἐν μελίτταις. Dici solitum vbi quis infeliciter incidit in homines improbos atque importunos. ¶ Asinus in vnguento, ὄνος ἐν μύρῳ. Quum deliciæ adhibentur iis quos haudquaquam decent, neque qui vel vti norunt illis, vel delectantur. Asinus stramenta mauult quàm aurum, Aristot. *Mora. Nicomach.* 10. disputans, non eandem omnibus esse voluptatem, quum aliis rebus delectetur canis, aliis equus, aliis homo; citat Heraclitum qui dixerit ὄνους σύρματ' ἂν ἑλέσθαι μᾶλλον ἢ χρυσόν, ἥδιον γὰρ χρυσοῦ τροφὴ ὄνοις, id est, Asinos stramenta malle quàm aurum: quòd asinis pabulum auro sit iucundius. ¶ Asinus portans mysteria, ὄνος ἄγων μυστήρια. In eum dicebatur, qui præter dignitatem in munere quopiam versabatur. Aristoph. *in Ranis.* ¶ Rex, aut asinus, βασιλεύς, ἢ ὄνος, hoc est, aut victor, aut victus. Eustath. *lib.* 9. enarrans librum, ostendit metaphoram ductam ab iis qui ludunt sphæra, ex quibus qui vicisset rex appellabatur: qui victus fuisset, huic asino nomen erat. Vtitur Plato *in Theæteto.* ¶ Asinum sub frænum currere doces, hoc est, doces indocilem. Horat. Infelix operam perdas, vt si quis asellum In campum doceat parentem currere freno. ¶ Et tardigradis asinis equus prodiit, ἐκ βραδυσκελῶν ὄνων ὠκὺς ἵππος. Quum clarus euadit quispiam obscuro genere natus, aut quoties ab indocto præceptore proficiscitur discipulus eruditus. ¶ Ab asino lanam, ἀπ' ὄνου πόκας ζητεῖς. De iis qui stultè quærunt ea quæ nusquam sunt. Aristoph. *in Ranis.* ¶ Eundem sensum habet τὸ ὄνον κείρεις, Asinum tondes. De iis qui rem absurdam atque inutilem ingrediuntur, propterea quòd asinum neque pectere possis, propter villos neque tondere, quum lanam non habeat. Aristoph. *in Ranis.* ¶ De asini vmbra, περὶ ὄνου σκιᾶς: pro eo quod est, de re nihil. Sophocles, Aristophanes & Plutarch. *in vita Demosth.* ‖ ¶ Asinus albus, stultus, ridiculus. Tum. ‖

Asellus, diminutiuum ab Asinus. { ὀνάριον. GALL. *Asnon, asnichon, petit asne.* ITAL. *Asinello.* GERM. Ein eselin. HISP. *Asnillo, pequeño asno.* ANGL. *A litle asse, an asse colte.* } Martial. *lib.* 6.

Hunc verò acuto capite, & auribus longis.

Quæ sic mouentur, vt solent asellorum. Asellus pro paupere. Te bonum esse, & me asellum. i. pauperem. Plaut. *Aul. sc.* 4. *a.* 1. ¶ Asellus etiam est nomen piscis, sic dicti quòd sit colore cinericio, sicut asinus, quem vulgò *Merlusium* vocamus de quo vide Plin. *lib.* 9. *cap.* 17. ¶ Est & nomen duarum stellarum in signo Cancri. Plin. *lib.* 8. *cap.* 35. Sunt in signo Cancri duæ stellæ paruæ Aselli appellatæ.

Asella, diminutiuum ab Asina, sicut Asellus, ab Asinus. { אתון *athón.* ὀνίς. GALL. *Petite asnesse.* ITAL. *Asinella.* GERM. Ein eselin. HISP. *Asnilla pequeña Asina.* ANGL. *A litle she asse.* } Ouid. 3. *de arte,* Vt rudit à scabra turpis Asella mola.

Asinarius, adiectiuum, quod ad asinos pertinet, { ὀνικός. GALL. *D'asne, appartenant à vn asne.* ITAL. *Cosa pertenente ad asino.* GERM. Das zu dem esel gehört. HISP. *Cosa que perteneçe à asno, de asno.* ANGL. *Off asses, belonging to an asse.* } vt, Mola asinaria, quam circumagit asinus. Et Asinaria Plauti comœdia, ita dicta, quòd de Asinorum venditione tractet.

Asinarius, ij, qui asinos pascit, vel custodit. { ὀνηλάτης. GALL. *Asnier.* ITAL. *Asinaio.* GERM. Ein eseltreiber. HISP. *Asnero.* ANGL. *The pasteur of asses.* } Cato *de re rust. cap.* 10. Operarios quinque, bubulcos tres, subulcum vnum, asinarium vnum. Suet. *in Aug.* Apud Actium descendenti in aciem, asellus cum asinario occurrit.

‖ Asiniga, asinum agens. Tumeb. ‖

Asininus, a, um, adiect. quod est asini. { ὄνειος. GALL. *D'asne.* ITAL. *Di Asino.* GERM. Das den esels ist. HISP. *Cosa de asno.* ANGL. *Of an asse.* } vt, Pullus asininus, Varro 2. *de re rust. cap.* 8. ¶ Lac asininum. Plin. *lib.* 28. *cap.* 10. Asinino lacte poto venena restinguuntur. Asinalis, apud Apuleium.

Asio, nis. { ὦτος. ANGL. *A bustarde, or bistarde, a bird so called.* } Auis est ex genere nocturnum, minor bubone, plumas rectas habens aurium modo. Plin. *lib.* 10 *cap.* 23. Otis bubone minor est, noctua maior, auribus plumeis eminentibus: vnde & nomen illi: quidam Latinè Asionem vocant.

Asis, idis, suprà post *Asiaticus.*

Asisium, vide *Æsisium.*

Asius, Ἄσιος, filius fuit Dymantis, & frater Hecubæ, sed ex diuersis patribus, & Hectoris auunculus. Hic etiam Priamo aduersus Græcos auxilium tulit, vt Hom. 2. *Iliad.* tradit. Fuerunt & alij huius nominis, quorum passim meminit Homerus. ¶ Est & Asius Ptolemæo, Senonum fluuius, iuxta Senogalliam in mare Adriaticum influens, idem (vt opinor) cum eo, quem Plinius Æsim appellat.

Asius, campus, siue Asium pratum, Ἄσιος λειμών, Campus est vliginosus, iuxta Caystrum Mysiæ fluuium, de quo suprà in dictione *Asia.*

‖ Asiza, sessiones iudicum in municipiis. Lex. gr. b. ‖

Asmatographi, ᾀσματογράφοι, dicti sunt Poëtæ, qui ad barbiton, citharam, aliúdve musicum instrumentum cantica conscribebant: cuiusmodi fuêre, Automedes, Demodocus, & Lares Corcyræi, & Ithacensis Phemius: vt post Demetrium Phalereum refert Cæl. Rhod. *lib.* 7. *cap.* 4.

Asomatus, { ἀσώματος. GALL. *Sans corps.* ITAL. *Senza corpo.* GERM. Ohn ein leib. HISP. *Lo que no tiene cuerpo.* ANGL. *without a bodie, bodilesse.* } Id est, sine corpore, & impalpabilis. Cic. 1. *de nat. deor.* Quòd verò sine corpore vllo deum vult esse, vt Græci dicunt, ἀσώματον, id quale esse possit, intelligi non potest. sic è conuerso Origenes, σωματικὸν appellat id, quod solidum, & palpabile est.

Asopiades, patronymicum masculinum, Ἀσωπιάδης, quod apud Poëtas accipitur pro Æaco, Asopi nepoti, qui pater fuit Æginæ matris Æaci, Ouid. *lib.* 7. *Metam.*

Huic Asopiades, Petis irrita, dixit, &c.

Asopis, idis, Ἀσωπίς, Regiuncula est Peloponnesi, in tractu Achaiæ propriè dictæ circa Phliuntem: ita dicta ab Asopo fluuio, cui adiacet. Ab Homero Aræthyrea dicitur, teste Plin. *lib.* 4. *cap.* 5. Strab. *lib.* 8. etiam Asopiam appellat.

Asopus, Ἀσωπός, fluuius Peloponnesi, è Chronio monte mediam præterfluens Corinthi regionem in sinum labitur Corinthiacum. Est alius eiusdem nominis fluuius in Bœotia, qui Thebas, Plateas, & Tanagram præterfluit. ¶ Interdum alius in Asia propriè dicta, qui vnà cum Capro fluuio Laodiceam vrbem celeberrimam alluit, Lyco eumtni impositam. ¶ Est & quartus in Paro insula. Horum omnium meminit Strab. *in lib.* 6

videtur: significat instrumentum, quo aqua nos aspergere solemus. Sipontinus.

Aspersores aquæ qui sint *in l. athletas ff. de ijs qui not. infam.* nonnihil dubitationis habet. Et diuinaci quadam coniectura, vera tamen Accursicos esse interpretatur, qui in stadio depositi, quo celerius & verius in equestri certamine resocillati equi currerent, velociúsque metam attingerent, equis frigidam aquam suffundebant & aspergebant.

Aspernor, aris, compositum à Sperno, Recuso, auersor, non agnosco, fastidio. {בזה *bizah.* ἀπωθέομαι. Gall. *Mespriser, reietter, contemner.* Ital. *Sprezzare.* Germ. *Verachten, verwerffen.* Hisp. *Menospreciar.* Angl. *To refuse, to reiect, to contemne.*} Terent. *in Phorm.* Quam is aspernatur nunc tam liberaliter. Eius complexum nihil moror, meum autem complexum aspernatur. Plaut. *Asin. sc. 3. a. 3.* Quid pro ignoto me aspernaris. Idem *Capt. sc. 4. a. 3.* Quiduis expectes alios omnes aspernens. Idem *Most. sc. 3. a. 1.*

Aspernabilis, qui est dignus vt aspernetur. {ἀπόβλητος, καταφρονητέος. Gall. *Desprisable, reiettable.* Ital. *Degno d'essere sprezzato.* Germ. *Das verachtens wehrt ist.* Hisp. *Digno de ser menospreciado.* Angl. *worthie to be reiected and contemned, which ought not to be regarded, refuseable.*} Gellius, Nonnunquam apud meipsum soleo res eiusmodi paruas quidem minutásque & hominibus non bene eruditis aspernabiles, &c. Tetra & aspernabilis Dialectica. Gell. *cap. 8. lib. 16.*

Aspernanter habere. *l. 6. §. 3. C. de postliminio.*

Aspernatio, contemptus. {בזול *bezul.* ἀποδοκιμασία. Gall. *Mespris, & reiettement.* Ital. *Dispregiamento.* Germ. *Verachtung.* Hisp. *Menosprecio.* Angl. *Contempt, despite, despizing.*} Cicer. 4. *Tuscul.* Quorum omnes morbi & perturbationes ex aspernatione rationis eueniunt.

Asphaltites, ἀσφαλτίτης, lacus est Iudææ, bitumen gignens: vnde & nomen habet. ἄσφαλτος enim bitumen significat. Nullum corpus viuum in eo submergitur: vnde & mare mortuum dicitur. {Germ. *Das todte Meer.*} Author est Plin. *lib. 5. cap. 15. & 16. & Iustin. lib. 36.*

Asphodelus, i, {ἀσφόδελος. Gall. *Aphrodille.* Ital. *Assodello.* Germ. *Goldwurtz.* Hisp. *Gamonito.*} Videtur autem lilium cynorrhodon dictum Plinio *lib. 21. cap. 1. & 25. cap. 2.* Herba est quam alio nomine Anthericon vocant, qua Lucianus fingit Manes vesci apud inferos. Eius duæ sunt species sexu differentes. Marem albucum nominant, fœminam hastulam regiam: quòd, dum floret, regij sceptri effigiem referat. Vide Plin. *lib. 20. cap. 17.* & Ruell. *lib. 2. cap. 99.* Gell. *cap. 2. lib. 18.* Asphodelum in neutr. gener.

Aspicio, is, ex Ad, & specio, antiquo verbo (teste Varrone) e in i mutata, Intueri, oculos in rem aliquam intendere. {ראה *raáh* שעה *schaháh* הביט *hibbit* שקף *schakaph.* ἐφοράω, ἀποβλέπω. Gall. *Regarder, auiser.* Ital. *Vedere, guardare.* Germ. *Ansehen, anschawen.* Hisp. *Virar.* Angl. *To beeld, to looke, on, to see.*} Plaut. *in Asin.* Si quem alium aspexerit, cæca continuò fiet. Terent. *in Andr.* interea inter mulieres quæ ibi aderant, fortè vnam aspicio adolescentulam. Ex quibus locis apertè quoque intelligitur id quod traditur à Cornel. Frotone *in diff. vocab.* Aspicere esse de rebus improuisis: de qua re infrà in verbo *Cerno.* ¶ Aspicere ad, Cic. *de Arusp. resp.* Et simul ad Cn. Lentulum cos. aspexit. ¶ Aspicere aliquem, item pro iuuare. Virg. 1. *Æneid.*

Iuppiter omnipotens, precibus si flecteris vllis, Aspice nos.

Vbi Seruius, Aspice nos, quia intuentes dij adiuuant.

Aspectus, us, visus & intuitus cuiuscunque animalis. {מראה *mareéh.* ὄψις. Gall. *Regard, veuë.* Ital. *Aspetto, veduta.* Germ. *Angesicht, anschowung.* Hisp. *Aspecto ò vista.* Angl. *The sight.*} Virg. 1. *Æneid.*

——téque aspectu ne subtrahe nostro.

Neque ego te vita frater amabilior aspiciam posthac.

Catull. *ad Ortalum.*

Aspiciunt oculis superi mortalia iustis.

Ouid. 13. *Metam.*

——sunt & mihi vulnera ciues, Aspicite.

Idem 13. *Metam.* Vbi furam aspicias, dicas gerere posse crassas compedes. Plaut. *Pseud. sc. 7. a. 4.* Quid ego oculis aspicio meis? Idem *Men. sc. 6. a. 5.* At faciem eorum cùm aspicias, haud videntur mali. Idem *Pseud. sc. 2. a. 1.* Video illam, vbi me contrà aspexit. Idem *Milit. sc. 1. a. 2.*

Quorum hic aspicitur, creditur ille Deus,

Ouid. *Eleg. 4. lib. 4. Trist.* Aspicere ad aliquem, Gell. *cap. 1. lib. 4.*

Aspicere nudos sine fronde, sine arbore campos,

Ouid. *Eleg. 10. lib. 3. Trist.*

Quocunque aspiceres planctus gemitúsque sonabant,

idem *Eleg. 3. lib. 1. Trist.* Item,

Aspicis vt veniant, &c.

ibid. Eleg. 8. lib. 1.

Aspicis vt summa cortex leuis innatat vnda,

ibid. Eleg. 4. lib. 3. Aspicis lætitia gestientes, Plaut. *Aul. sc. 1. a. 5.* Omnia mala ingerebat, quemque aspexerat, idem *Men. sc. 1. a. 5.* Si quem alium aspexit, &c. Idem *Asin. sc. 1. a. 4.* Hecúmne ego aspicio meum? Agedum aspice ad me. Idem *Capt. sc. 4. a. 7.* Vbi te aspexerit, narrabit vltro, quid sese velis. *Ibid. sc. 4. a. 2.* Age me aspice, (sup. indutum palla.) Idem *Men. sc. 2. a. 1.* Aspicere res sociorum, pro inspicere. Liu. *lib. 9. d. 4.* Cic. 1. *Tusc.* Quod iis sæpe vsu venit, qui quùm acriter oculis deficientem solem intuerentur, vt aspectum omnino amitterent: sic mentis acies seipsam intuens nonnunquam hebescit. Idem *de vniuers.* Qua ex coniunctione cælum ita effictum est, vt sub aspectum & tactum cadat. ¶ Atticus aspectus, Ἀττικὸν βλέμμα, perinde est quasi dicas os impudens. In eos dicebatur, qui vultu ipso præ sese ferebant impudentiam, dicendíque confidentiam. Nam hoc vitio notati sunt Atticorum mores. Aristoph. *in Nub.* ¶ Titanicus aspectus, Τιτανῶδες βλέμμα, id est, Titanicum tueri, hoc est, vultu Titanico obtueri. Titanicum autem toruum vocant, ac cuiusmodi fuisse feruntur veteres illi Titanes. Lucian. *in Timone.*

Aspecto, as, Fixis oculis aliquem intueor. {הביט *hibbit* שקף *schakaph.* ἀτενίζω. Gall. *Regarder souuent.* Ital. *Guardare fiso.* Germ. *Ebenvnd mit fleiß sehen.* Hisp. *Mirar à menudo.* Angl. *To beeld much, to gaze vpon, to stare.*} Plaut. *in Amph.* Cælum aspectat, obseruabo quam rem agat. Quid me aspectas stolide? Virg. 1. *Æneid.*

——aduersásque aspectat desuper arces.

ibid. Item aspecta. Rideo. Idem *Asin. sc. 1. a. 5.*

Aspectabilis, e, dignum quod aspiciatur. {שקוף *schakúph.* θεατός, ἐπίβλεπτος. Gall. *Digne d'estre veu & regardé.* Ital. *Cosa degna di essere mirata.* Germ. *Beschawens wehrt.* Hisp. *Digno de ser mirado.* Angl. *worthie, to be looked on.*} Cicer. *de Vniuersit.* Deus animal vnum aspectabile, in quo omnia animalia continentur, efficit. ¶ Interdum id quod videri potest, quod sub visum cadit. Idem *ibidem.* Corporeum, atque aspectabile, iténque tractabile omne necesse esse quod natum est.

Aspectabilior, compar. Spectatione dignior, θεατώτερος. Apuleius *in Apologia*: An tu ignoras nihil esse aspectabilius homini nato, quàm formam suam.

‖Asphodelus, ἀσφόδελος, planta: hastula regia. Dicitur & σφόδελος, Etymol. teste.‖

Aspidisci, ἀσπιδίσκοι, breuia sunt scuta, & in scuti modum orbiculata ornamenta. Cæl. *lib. 13. cap. 16.*

Aspilates, ἀσπιλάτης, gemma est ignei coloris, quam Democritus tradit in Arabia gigni, & in auium quarundam nido inueniri: tradítque eam ex cameli pilo spleneticis alligatam, malo illorum mederi. ¶ Est & altera eodem nomine argentei coloris, lymphatis vtilis. Vtriusque meminit Plin. *lib. 37. cap. 10.*

Aspiro, as, idem quod afflo, ex Ad, & spiro, sed d, abijcitur: idem aliquando quod simplex spiro. {פוח *puach* שאף *schaáph* נפח *naphách.* ἐπιπνέω. Gall. *Souffler, aspirer.* Ital. *Spirare, fauorire.* Germ. *Anblasen, anhauchen, anwayen.* Hisp. *Dar aliento y fauor à otro.* Angl. *To blowe vpon, to aspire, to comeeto, to haue accesse, to attaine.*} Virg.

——Aspirant auræ in noctem.

Cic. *de Natur.* Pulmones tum se contrahunt aspirantes, tum spiritu dilatant. ¶ Ponitur interdum pro auxilium præbere, fauere, {ἐπικουρέω, ἐπαρήγω. Angl. *To helpe, to aide.*} Virg. 2. *Æneid.*

——Aspirat primo fortuna labori.

Tractum à nauigantibus, quibus spirantes auræ fauent. ¶ Interdum pro Incumbere, & quasi toto spiritu intentum esse, ἐφίεμαι: vt, Scipio aspirat ad Consulatum. ¶ Interdum accedere, ἐφικνέομαι. Gell *lib. 1.* Ad horum autem syncerítatem veritatémque verborum an aspirauerit Cæcilius, consideremus. Cic. *Trebatio.* Vltró etiam accersitum ab eo, ad quem cæteri non propter eius superbiam, sed propter occupationem aspirare non possunt. Accedere (inquit Asconius) est proximum fieri: Aspirare, in eam partem qua quid quæsitum est, vultum & oculos, & spiritum oris aduertere. Aspirare tamen (inquit Seruius) *Æneid. lib. 12.* Accedere significat, vt 4. *Verr.* Quando aspirabat in curiam. Gell. *cap. 3. lib. 19.* Aspirat ad eos contagium. Ad eius vim nec aspirabit Gracchus. Idem *cap. 3. lib. 10.*

Aspiratio, nis, verbale, Afflatus, halitus, exhalatio. {נשמה *neschamáh.* ἐπίπνοια. Gall. *Aspiration, soufflement.* Ital. *Aspiratione, soffio.* Germ. *Anblasung, anwehung.* Hisp. *Obra de dar aliento ò fauor.* Angl. *Blowing or wenting on.*} Cic. 2. *de nat. deor.* Animantes autem aspiratione aeris sustinentur. Idem *de Diuinat.* Nam si obscurior, quasique caliginosa stella extiterit, pingue & concretum esse cælum, vt eius aspiratio grauis & pestilens futura sit. Est item aspiratio, spiritus asper, quo literas quasdam vegetiore sono efferimus. δασύτης. Cicer. 3. *de Orator.* Maiores nusquam nisi in vocali aspiratione vtebantur.

Aspis, idis, {פתן *péthen.* ἀσπίς. Gall. *Serpent nommé Aspic.* Ital. *Aspe, aspide.* Germ. *Ein schlang Aspis genant.* Hisp. *Biuora.* Angl. *A kind of most venemous serpent.*} Serpens paruus, tardi visus, tam præsens habens venenum, vt nullum sit morsis remedium, nisi vt vix vnquam sine compare vagetur. Itaque si quis alteram interemerit, tanta est alteri vltionis cura, vt interfectorem persequatur: vnúmque eum in quantouis hominum agmine agnitum insectatur: perrumpit omnes difficultates, permeat spatia, nec nisi amnibus arcetur, aut præceleri fuga. Hæc Plin. *lib. 8. c. 23.* Aspis, si Lucano credimus, in sola Africa nascitur, quamuis & in nostrum orbem auaritia inuexerit. Ita enim de ea ait *lib. 9.* Ipsa caloris egens gelidum non transit in orbem Sponte sua, Nilóque tenus metitur arenas. Sed quis erit nobis lucri pudor? inde petuntur. Huc Libycæ mortes, & fecimus aspida merces. Sunt autem plures aspidum species, disparésque effectus ad nocendum: de quibus vide Ælian. *lib. 9. à cap. 16. vsque ad cap. 29.* Est & Aspis, insula in mari Lycio, de qua Plin. *lib. 5. cap. 31.* ¶ Est item Aspis promontorium in litore Africæ à forma clypei dictum, vrbem habens eiusdem nominis, quæ à Latinis Clypea dicitur. Silius, In clypei speciem curuatis turribus Aspis. Strab. *lib. 6.* Cosura insula est ante Aspidem sita, Carthaginensem vrbem, quam Clypeam vocant.

Aspledon, ἀσπληδών, Phocensium vrbs, vt tradit Pausanias. Hanc Eustathius vocatam Apricam dicit, tum quòd hybernationi locus amœnus sit, tum ad differentiam alterius, cuius meminit Homerus *in catalogo lib. 2. Iliad.*

Asplenum, i, {ἄσπληνον. Gall. *Ceterach.* Ital. *Scolopendria.* Germ. *Hirtzzungen.* Hisp. *Doradilla.* Angl. *An hearbe which diminisheth the milte.*} Herba ita dicta, quòd lienem imminuat: de qua Plin. *lib. 27. cap. 5.* Hanc alij Scolopendrion, vel Scolopendram vocant: Arabes Ceterach, quod nomen vulgus pharmacopolarum adhuc retinet. Quam autem pharmacopolæ falsò Scolopendram vocant, est ea quam Dioscorides Phyllitim appellat.

Asporenus, ἀσπορηνός, mons est prope Pergamum Asiæ vrbem ab asperitate & sterilitate dictus. Habet celebre Cybeles templum, quod ab eo etiam Asporenum, & dea ipsa Asporena dicitur.

Asporto, as, Auferre, quasi hinc aliò portare. {צעד *tsaáh* צען *tsahan* נשא *nasá* טלטל *tiltel.* ἀποφέρω. Gall. *Transporter d'vn lieu à vn autre.* Ital. *Leuar da vn luogo, e portar à vn altro.* Germ. *Hinweg tragen, an ein ander orth tragen.* Hisp. *Lleuar de algun lugar.* Angl. *To transferre or carie from one place to another.*} Terent. *in Phorm.* Quoquò hinc asportabitur terrarum, certum est persequi. Cic. *in Parad.* Multa de suis rebus secum asportarent. Virg. 2. *Æneid.*

——nec comitem te hinc asportare Creusam.

¶ Importare, afferre. Asportare aliquid vt intereat, deportare vt mutet locū. Asconius. Si quæ asportassent, redderent. Plaut. *Am. p. ... a. 1.*

Asportatio

Asportatio, nis, verb. Asportandi actus. {משארת *masseéth* טרל טלטול *taltelah*. ἀνακομιδή, ἐξαγωγή. GALL. *Transport d'vn lieu en vn autre.* ITAL. *Il portare vna cosa da vn luogo da vn' altro.* GERM. Hinweg tragen. HISP. *Obra de lleuar de lugar.* ANGL. *Transporting or carying or from one place to another.*} Cicer. *in Verr.* His pulchritudo periculo, amplitudo saluti fuit, quòd eorum demolitio atque asportatio difficilis videbatur.

Aspratilis, genus lapidis finalis.

Aspratura, τραχύτης, Gloss. v. Græcis posterioribus est ἄσπρον albon λευκόν. ¶ Est quoque nummi genus, vt album weispfennig. Gloss. Græcol. δηνάρια λευκά asprum. Hinc aspratura nomen habet. Vide Meurs. Gl. gr. b. nempe pecunia plurimum est argentea, h. e. alba.

Asprenas nomen patrium. Suet. *in August. cap.* 43.

Aspretum. Liuio, i. e. salebra asper & inæqualis locus quem sine saltu non possis transmittere.

Asprodontæ, albos dentes habentes. Gl. gr. b.

Aspurgiani, Ἀσπουργιανοί, circa Mæotim paludem. Steph.

Assa, ciuitas iuxta Athon: item vicus Scythiæ. Steph.

Assa, vox, vt Nonius scribit, orè tantùm prolata, nullis tibiarum, aut aliorum organorum vocibus admistis. Cato *de lib. educand.* Melos alterum in cantibus bipartitum: vnum, quod est in assa voce: alterum, quod vocant organicum. Bud. *in Pand.*

Assa in neutro genere, vel assæ carnes eadem ratione dictæ sunt, qua vox assa, ὀπτά, ὀπτάλια. Assum enim apud veteres solum significat, vel merum: vel quòd solo igne aliquo liquore coctæ essent, vel quòd sine condimento aliquo, aut adiumento alieni saporis solent edi. Eadem etiam figura Merum dicimus vinum solum & purum, quod nihil aquæ habeat admistum. Sic etiam Vox assa dicitur, vox sola, quæ nulla organorum symphonia adiuuatur. ¶ Assa item locus in balneis vbi tantùm sudant, non etiam lauant. Seneca Sudatoria vocat. Cicer. *Quint.* In balneariis assa in alterum apodyterij angulum promoui.

Assæ, assarum, nutrices dicuntur, ob id quòd adsint iis quos nutriant, nec vel exiguo diuellantur. Ex Nonio.

Assacani, Indiæ regio est, in qua est Magosa ciuitas regionis totius caput. Strabo *lib.* 15.

Assamenta, orum, neutrum plurale. {לוח *luách* קרש *kéresch.* τὰ σανιδώματα. GALL. *Ais de bois de fente, membrures.* ITAL. *Tauola da segare.* GERM. Dilen / laden / bretter. HISP. *Entabladura.* ANGL. *Sawed boardes.*} Tabulæ sunt sectiles, quæ asses, siue potiùs asseres aliàs dicuntur, non absimiles scandulis, quibus tecta tegularum vice aliquando tegi solent. Plin. *lib.* 7. *cap.* 4. Ob id carnibus, assamentisque portarum vtilissima.

Assaracus, Ἀσσάρακος, Trois filius fuit, auus Anchisæ, & pater Capyos. Virg. 3. *Georg.* Assaraci proles. Ouid. 4. *Fast.*

Assaradon, vltimus Assyriorum rex & Sennacherib filius.

Asscisco, vide *Ascisco.*

Assedones, vide *Essedones.*

Assiratum, autore Festo, potionis genus erat ex vino & sanguine temperatum, quod Latini prisci Sanguinem Assir vocabant.

Assecla, assectator. {הולך אחר *holéch achar* מדביק *madbbik.* ἀκόλουθος. GALL. *Page, ou seruiteur allant apres son seigneur, suiuant.* ITAL. *Seguitatore.* GERM. Der auff einen wart vnd im nachgeht. HISP. *Aquel que acompaña siguiendo.* ANGL. *A page, a seruand which followeth and waiteth on his maister.*} Liuius *lib.* 3. Et eò deuolui rem, vt aut Patricij, aut Patriciorum asseclæ habendi. Tribunis plebis sint. Cicer. *in Salust.* Sed tu omnium mensarum assecla, omnium cubiculorum in ætate pellex, & idem postea adulter. ¶ Assecla autem distinguitur à sodali & comite quòd Sodalis dicitur adolescentiæ: Comes is, qui vnà iter facit: Assecla verò qui sequitur potentiorem. Ita vt comes comiti securitatem, sodalis amico amicitiæ, assecla verò officij ius præstet superiori. Cornelius *Fronto.*

ASSENTIO, is, si, sum, & Assentior, iris. {יאות *iaáth* רצה *ratsáh* הודה *hodáh* ... συναινέω, συγκατατίθημι, συναινῶ, ὁμογνωμονέω. GALL. *Consentir, s'accorder.* ITAL. *Consentire.* GERM. Verwilligen / mitstimmen / einer meinung sein. HISP. *Consentir con otro.* ANGL. *To consent, to aggree.*} Idem quod consentio, siue in eadem sum sententia. Cicer. *Lentulo lib.* 1. *Epist.* Nam aduertebatur, Pompeij familiares Volcatio assentire. Idem 2. *de Orat.* Tibi Senatus breuiter impolitéque dicenti maximis est de rebus assensus. ¶ Assensum, est impersonale. Cic. *ad Lentul. lib.* 1. Quatenus de religione dicebat, cuique rei iam obsisti non poterat, Bibulo assensum est. ¶ Assensus, a, um, Particip. pass. Cic. 4. *Acad.* Etenim is quoque, qui à vobis sapiens inducitur, multa sequitur probabilia, nec comprehensa, nec percepta, neque assensa, sed similia veri: quæ nisi probet, omnis vita tollatur. Mihi quoque adsunt testes, qui id quod dico assentiant. Plaut. *Amph. sc.* 3. *a.* 2. Assentierant. Liu. *lib.* 1. *d.* 5. ¶ Assentio pro Assentior, Sisenna vnus in Senatu dicebat, inquit Gell. *cap.* 25. *lib.* 2. Et assentiendum quicquid hic, &c. Plaut. *Mil. sc.* 1. *a.* 1.

Assensus, us, verbale, Approbatio, consensus. {רצון *ratsón.* συγκατάθεσις. GALL. *Consentement, accord.* ITAL. *Consentimento.* GERM. Verwilligung / mitstimmung. HISP. *Consentimiento con otro.* ANGL. *Consent, accord.*} Cic. 4. *Acad.* Quare qui aut visum, aut assensum tollit, is omnem actionem tollit é vita.

Assensio, nis, aliud verbale eiusdem significationis. Cic. 4. *Acad.* Neque peccare quenquam, nisi assensione. Idem *lib.* 1. *Acad.* Sed ad hæc quæ visa sunt, & quasi accepta sensibus, assensionem adiungit animorum, quam esse vult in nobis politam, & voluntariam.

Assensor, qui alicui assentit. {רוצה *rotséh.* συγκαταθέτης. GALL. *Qui consent.* ITAL. *Chi consente.* GERM. Ein verwilliger / Der etwas zu sein willen vnd stimm gibt. HISP. *El que consiente.* ANGL. *That consenteth to any thing.*} Cic. *Triario.* Quotidie commemorabam te in tanto exercitu fuisse assensorem, & me tibi.

ASSENTOR, aris, Adulor, blandior. {החליק *hechelík.* κολακεύω. GALL. *Flatter.* ITAL. *Adulare.* GERM. Schmeichlen / flattieren. HISP. *Halagar y lisonjear.* ANGL. *To flatter.*} Significat (vt scribit Valla *lib.* 5. *cap.* 38.) insidiose, & conciliandæ alicuius vtilitatis gratia, effusius, & plerunque falso quempiam laudare & assentiendi consuetudine parasitica. Et proprie assentamur voce, adulamur gestu, blandimur tactu. ¶ Ponitur autem aliquando absolute. Cic. Ne assentari videtere. ¶ Aliquando cum datiuo. Idem *in Bruto.* Cur ita sentiam, non dicam, ne me tibi assentari putes. ¶ Aliquando cum accusatiuo. Ter. *in Eun.* Postremò imperaui egomet mihi, Omnia assentari. Vera volo loqui, te nolo assentari mihi. Plaut. *in Amph. & Most. sc.* 3. *a.* 1. Assentabor quicquid dicet, mulieri, idem *Men. sc.* 4. *a.* 2. Cœpi assentari quicquid dixerat, idem ego dicebam, *ibid. sc.* 2. *a.* 3. Ne vapulem, tibi assentabor, pro assentiar. Idem *Most. sc.* 3. *a.* 1.

Assentatio, nis, verb. Adulatio, blanditiæ. {חלקלקות *chalaklakkáh.* κολακεία, θωπεία. GALL. *Adulation, flaterie.* ITAL. *Adulatione, lusingha.* GERM. Schmeichlung. HISP. *Halago, lisonja.* ANGL. *Flattering.*} Liu. 1. *bell. Maced.* Assentatione immodica pudorem onerantis. Cic. *de Amic.* Semper auget assentatio id quod is, cuius ad voluntatem dicitur, vult esse magnum.

Assentatiuncula, diminutiuum, θωπευμάτιον. Cic. *ad Lucceium.* Vereor ne assentatiuncula quadam aucupari tuam gloriam videar.

Assentator, is, qui assentatur, ad voluntatem loquens. {מחליק *mechalik.* κόλαξ. GALL. *Flateur, amadoueur.* ITAL. *Adulatore.* GERM. Ein schmeichler / flattierer / Bellerschlecker. HISP. *Lisonjero.* ANGL. *A flatterer.*} Cic. 1. *Offic.* Non benefici, neque liberales, sed perniciosi assentatores iudicandi sunt. Assentatrix scelesta est. Plaut. *Most. sc.* 3. *a.* 1.

Assentatoriè, aduerbium. {κολακευτικῶς. GALL. *Par flaterie, flateusement.* ITAL. *Con adulatione & lusinghe.* GERM. Schmeichlerisch / mit lieblosen vnd flattieren. HISP. *Con alagos y lisonja.* ANGL. *By flattering.*} Cicer. *ad Quint. fratr.* Dubitare te non assentatoriè, sed fraternè vero.

ASSEQVOR, eris, Consequor, nanciscor. {השיג *hissíg* הדביק *hidbbik.* καταλαμβάνω. GALL. *Suiure & atteindre, paruenir iusques à quelque chose.* ITAL. *Giungere, arriuare, acquistare.* GERM. Einem nachfolgen / einen erlauffen / ereylen / erlangen. HISP. *Conseguir y alcançar.* ANGL. *To followe and attene or come to by following.*} Cic. *Att. lib.* 1. Ad te quid scribam, nescio. Si enim es Romæ, iam me assequi non potes: sin es in via, quum me fueris assecutus, coram agemus. ¶ Per translationem accipitur pro æquare. Cic. 1. *de Legib.* Quem imitaris, nunquam assequere. Idem *Lentulo*, Nullam partem tuorum erga me meritorum videat assequutus. ¶ Quandoque pro acquiro. ἐπιτυγχάνω. Seneca *cap.* 1. *de consol. ad Mart.* Assequi dolorem per obsequium. Quod assequi non potest, sequi desiit ingenium. Vell. Reprehende hominem, assequere. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 2. Idem post reditum ab exilio, Vestros denique honores, quos eramus gradatim singulos assequuti.

Assector, aris, Alteri honoris gratia assiduè me comitem præsto. {הדביק *hidbbik* הלך אחר *halách achar.* παρακολουθῶ. GALL. *Suiure souuent aucun, le conuoyer.* ITAL. *Seguir, seguitare.* GERM. Einen beleiten / Einem nachfolgen. HISP. *Acompañar siguiendo.* ANGL. *To keep companie with any for honours cause.*} Cicer. *de Orat.* Quum ædilitatem Crassus peteret, eúmque maior natu & consularis Sergius Galba assectaretur, quòd Crassi filiam Cn. filio suo despondisset. Assectari lecticam. Sen. *cap.* 12. *de tranquil.* Assectari prætextatum, aut prætextatam, à Iustin. *lib.* 4. *Instit.* dictum est pro Pudorem pueri ingenui, aut pullæ sugillare, & notam infamiæ, tanquam scorto masculo fœminineóque inurere. Budæus.

Assectatio, nis, {שירות *sicúth.* παρακολούθησις. GALL. *Suite ordinaire, accompaguement, conuoy.* ITAL. *L'accompagnare, il seguire.* GERM. Nachfolgung / beleitung. HISP. *Obra de assi accompañar.* ANGL. *Accompaning and conueighing of another, following or waitting on.*} Cic. *pro Muren.* Hanc in nostris petitionibus operam atque assectationem, &c. Assectatio cœli. Plin. *lib.* 2. *cap.* 20. Inter plerosque, magna cœli assectatione compertum à principibus doctrinæ viris, supernorum trium syderum ignes esse. id est, obseruatione.

Assectator, ris, qui assectatur, qui comitem se præstat. {מדביק *madbbik.* ἀκόλουθος. GALL. *Qui fait compagnie à vn autre par le chemin ou en la ville, Suiuant.* ITAL. *Chi accompagna vno per camino ò per la città.* GERM. Ein nachfolger / Der von gesellschafft wegen mit einem gehet. HISP. *Aquel que assi acompaña à otro.* ANGL. *A conueyer.*} Cic. 7. *Verr.* Quum ab eo vetus quidam assectator ex numero amicorum non impetraret, vt, &c. Auditor & assectator. Gell.

Asseta, Ἄσσητα, m. vrbs Chalcidensium, Steph.

Asseres, tabulæ sectiles, dicti ab assidendo, quod admoueantur, hæreántque parietibus, trabibusque. {קרשים *kerashim* לוחות *luchoth.* σανίδες. GALL. *Ais, membrures de bois fendu ou scié.* ITAL. *Tauoletta segata.* GERM. Dilen / lasten / bretter. HISP. *Tablas cortadas.* ANGL. *Boardes plankes, assies.*} Huius nominatiuus singularis est assis, asseris, sicut puluis, siue etiam Asser. Plin. Vernisque asseribus contabulare pauimenta oportet. Hinc asso, as, de quo infrà. Palladius asseres quernas dixit. ¶ Asserum structuram Coassationem vocamus, vt à tabulis Tabulationem. ¶ Interdum Asseres accipiuntur pro lignis, quibus vehebantur lecticarij. Suet. *in Calig. cap.* 58. Ad primum tumultum lecticarij cum asseribus accurrerunt. Ligna apud nos nulla sunt: Sunt asseres: sunt igitur ligna. Plaut. *Aul. sc.* 5. *a.* 2. ¶ Dicitur & assis, is, pro eodem: vnde & diminutiuum Assiculus. Colum. *lib.* 6. *cap.* 18. Assibus roboreis compingitur solum. Et paulò pòst, Nec extre alia parte prohibentibus aduersis assiculis. ¶ Hinc fit Assula diminutiuum. ¶ Fultando pedibus penè confregi assulas. Plaut. *Mostell. sc.* 2. *a.* 2. ¶ Asserculus autem diminutiuum est ab Acer, is, σανίδιον. Colum. *lib.* 12. *cap.* 50. Itaque quum lacus extruxeris, asserculos inter se distantes, semipedalibus spatiis supra solum ponito.

Assulatim, aduerb. ab Assula, vide *Asseres.* Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Assulatim foribus exitium afferam.

Assero, is, asseui, assitum, Iuxta semino, vel iuxta planto. {זרע *zaráh* נטע *natah* προσσπείρω. GALL. *Semer, planter ou enter aupres.* ITAL. *Seminare appresso.* GERM. Etwas zu (dyen) etwas bey pflantzen. HISP. *Sembrar cerca alguna lugar.* ANGL. *To sowe or plant nigh to others.*} Cato *de re rust.* Arbores facito, vti bene maturatæ sint, vitesque vti satis mutæ asserantur.

Assero, is, ui, tum, significat affirmo. ab ad, & sero, i. ordino. {קיים *kijém* הקים *hekím* הכין *hecín* אמר *amar* ידע *iadáh.* διαβεβαιόω, ἰσχυρίζομαι. GALL. *Asseurer, affermer, acertener.* ITAL. *Affermare, approuare.* GERM. Bezeugen, für gewiß sagen. HISP. *Afirmar porfiando.* ANGL. *To alledge, to affirme.*} Cic. *Offic.* 3. Quod si qui proscribunt villam bonam, vt ipsi asserunt)

asserunt) benéque ædificatam. ¶ Asserere item iuris verbum est, idem significans quod vindicare, suúmque esse dicere. { ἀντιποιεῖσθαι, ἀντιλαμβάνεσθαι. Angl. *To clayme or chalenge to hem self.* } Vnde asserere in libertatem, est affirmare aliquem qui seruus creditur, esse liberum, ἐξαιρεῖσθαι εἰς ἐλευθερίαν. Contra Asserere in seruitutem, Suet. *in Tib. cap.* 1. Est aliquem qui pro libero se gessit, tanquam seruum suum vindicare. Liu. *lib.* 3. *ab Vrbe condit.* M. Clodio clienti negotium dedit, vt virginem in seruitutem assereret, hoc est, vindiciarum iudicio pro serua vindicaret. ¶ Asserere sibi diuinam maiestatem. Suet. *in Calig. c.* 22. Asserere dignitatem. Idem *in Cæs. cap.* 16. Asserere libertatem. Suet. *in Claud. cap.* 10. ¶ Sic etiam dicimus, Asserere se ab iniuria mortalitatis, aut obliuionis, pro eo quod est, rerum gestarum, aut scriptorum monumentis à quodam obliuionis, aut mortalitatis seruitute, cui alioqui sumus obnoxij, se vindicare. ¶ Frequens etiam locutio est apud veteres, Asserere manu, pro eo quod est, in libertatem vindicare. Terent. *in Adelph.* Nam ego illam liberali causa manu assero. Vbi Donatus, Verba, inquit, sunt iuris. Nam & Assertores dicuntur, vindices alienæ libertatis: & ipsa causa libertatis dicitur, quæ actionem in se continet libertatis. Item apud Plaut. *in Curc. sc.* 2. *a.* 4. Memento promisisse te, si quisquam hanc liberali causa manu assereret, mihi omne argentum redditum iri. Si quisquam eam liberali (causa) asseruisset manu, *ibid. sc.* 2. *a.* 5. ¶ Legimus etiam Asserere se absolutè dictum pro vindicare se in libertatem. Ouid. *lib.* 3. *Amor.*

Scilicet asserui iam me, fugique catenas.

Illum gens sua cœlo asserat. Senec. *cap.* 12. *de consl. ad Polyb.* Item Asserebant fata conditorem Romani nominis (i. ad Reip. gubernacula vocabant) Velleius.

Āssertor, { ἀφαιρέτης. Angl. *He which claymeth or chalengeth any thing.* } Dicitur is qui aliquem in seruitutem, aut etiam in libertatem vindicat. Prioris exemplum est apud Liu. *lib.* 3. *ab Vrb. cond.* Assertor nihil opus multitudine concitata ait, se iure grassari. Vbi Assertorem intelligit M. Clodium, qui ab Appio Claudio submissus virginem in seruitutem petebat. Posterioris exempla passim occurrunt. Assertores populo flagitante ac detrectante dominationem. Suet. *in Cæs. cap.* 80. Assertores dignitatis, Suet. *in Tib. cap.* 2. Mart. *lib.* 1. Assertor venias, satísque præstes. Item alibi, Qui Curios loquitur, assertoré sque Camillos. Vocat autem Camillum assertorem, hoc est, publicæ libertatis vindicem, quòd populum Romanum à Gallorum seruitute in libertatem vindicauerit. Contrarium eius est Desertor, qui patriam, principem, aut clientem in periculo deserit.

Āssertĭo, ἀφαίρεσις. Cic. 1. *Acad.* Quibus de causis nihil oportere neque profiteri neque affirmare quenquam, neque assertione approbare. ¶ Inuenitur nonnunquam positum pro ipsis vinculis, siue liberali iudicio. Fabius *lib.* 1. *cap.* 8. Sitne liber, qui in assertione est. Vnde assertio prima, secunda, tertia. Assertio prima erat, quum quis aliquem liberum esse asserebat: qui si prima assertione liber non fieret, secundò asserebatur, ac item tertiò si secundò victus esset, & hæc dicebatur secunda & tertia assertio. Nam assertiones bis térque apud priscos fiebant.

Āssērvĭo, is, ire, Inseruio, obsequor. { עבד *habádh.* ὑπηρετέω. Gall. *Seruir à quelque chose, s'y addonner.* Ital. *Seruire.* Germ. Dienen/ Zu dienen. Hisp. *Seruir en fauor de otro.* Angl. *To serue, to obey, to employe hum self in seruing another.* } Cic. 4. *Tuscul.* Qui volunt exclamare magis, toto corpore contentioni vocis asseruiunt.

Āssērvo, as, Seruo, custodio. { שמר *schamár.* φυλάττω. Gall. *Contregarder, garder.* Ital. *Conseruare, custodire.* Germ. Behalten/ bewaren. Hisp. *Guardar.* Angl. *To keep, to warrant.* } Cic. 3. *Ver.* Tum iste imperat, dum res iudicaretur, hominem vt asseruarent. Idem *pro Archia.* Quum Appij tabulæ negligentiùs asseruatæ esse dicerentur. ¶ Asseruare pro obseruare. Plaut. *Mercat.* Asseruabo hinc quid rerum gerat. nihil mihi cum eo negotij est, tamen asseruabo. (i. obseruabo hominem.) Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 4. *& Men. sc.* 1. *a.* 5. Asseruentur magna diligentia captiui. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 1. Quem tu asseruare rectè, ne aufugiat, voles. Idem *Men. sc.* 1. *a.* 1. Asseruate istum serui. *Ibid. sc.* 3. *a.* 4. Asseruate hoc sultis. *Ibid. sc.* 2. *a.* 2. Facile asseruabis, *ibid. sc.* 1. *a.* 1.

Assesus, Ἄσσησος. Vrbs est Milesiæ, Steph.

Asscula, nuga est apud Fulbert. *epist.* 79.

Āssēvēro, as, Constanter & seuerè affirmo, confirmo. { הקים קים *hijám kekim* הכין *hechin* אמר *amár.* διισχυρίζομαι, ἀφαιρέομαι. Gall. *Affirmer, asseurer, acertener.* Ital. *Affirmare, approuare.* Germ. Bestätigen/ etwas gewiß vnd bestendigtlich sagen. Hisp. *Affirmar porfiando.* Angl. *To auowe, to affirme boldie to vouche.* } Cic. 1. *Acad.* Nemo vlla de re potest concedere, neque asseuerare, sine certa aliqua eius rei & propria nota. Idem *de claris Orat.* Magni interest coram videre quemadmodum aduersarius de quaque re asseueret.

Āssĕuērŏr, passiuum. Cic. 4. *in Verrem.* Quæ est ista defensio? vtrum asseueratur in hoc, aut tentatur?

Āssĕuērānter, & Asseueratè, aduerbia. { ἀφαιρέτως. Gall. *Asseurement, en affirmant.* Ital. *Affirmatamente.* Germ. Beständiglich/ gewißlich. Hisp. *Con afirmation porfiando.* Angl. *By affirming and alleging boldelie.* } Cic. *ad Attic.* Statius scripsit ad me, loquutum secum esse Qu. Ciceronem valde asseueranter, se hæc ferre non posse. Idem 4. *Acad.* Multò etiam asseuerantiùs, in Syria, quum esset mecum, & paulò ante quàm esset mortuus. Gell. *lib.* 17. *cap.* 5. Tragœdias Poëtarum nobilium scitè atque asseueratè actitauit.

Āssĕuērātĭo, verbale, Affirmatio. { ἀφαίρεσις. Gall. *Affirmation, asseurance.* Ital. *Affirmatione.* Germ. Ein bestätigung. Hisp. *Obra de afirmar.* Angl. *Auowinge, vouching.* } Quint. *lib.* 4. *cap.* 2. Quum præsertim quorundam probatio sola sit in asseueratione & perseuerantia, &c. Plin. *lib.* 9. *cap.* 4. Tanta autorum asseueratione commendatur, Asseueratione dicentis adiuuari, i. pronunciatione. Quint.

Āssicco, as, Sicco. { חרב *hecherb* הוביש *hobisch.* ξηραίνω. Gall. *Faire secher diligemment.* Ital. *Seccare.* Germ. Fleyssig trucknen. Hisp. *Secar.* Angl. *To mak drie.* } Col. *lib.* 12. *cap.* 15. Tum rursum in sole assiccauit. Assiccandæ tibi tuæ lacrymæ, Senec. *de consl. ad Polyb.*

Āsciccesco, is, Siccus fio. { חרב *charab* יבש *jabésch.* ἀναξηραίνομαι, ἀποξηραίνομαι. Gall. *Deuenir sec, se secher.* Ital. *Seccarsi.* Germ. Trucken werden. Hisp. *Secarse.* Angl. *To waxe drie.* } Colum. *lib.* 12. *cap.* 6. Expressos in cratibus pandere dum assiccescant.

Āssĭdelæ, mensæ ad quas sedentes Flamines sacra faciebant. Festus.

Āssĭdeo, es, compositum est à Sedeo, iuxtà sedeo. { ישב על *jaschab hal.* παρακάθημαι. Gall. *Estre assis aupres, en ioignant.* Ital. *Sedere, assidere.* Germ. Beysitzen. Hisp. *Assentarse cerca de otro, como por dar consejo.* Angl. *To sitt by or nigh another, to be continuallie a sitting in doing any thing.* } Verbum est neutrum, sicut suum simplex. Cic. *pro Planco,* Huic assident, pro hoc laborant. ¶ Habet etiam interdum accusatiuum virtute præpositionis, ex qua componitur. Salust. *in Iugurth.* Adherbalem dextra assedit. Quamquam hoc aliqui velint esse ab Assido. ¶ Salustius, teste Prisciano, passiuè protulit, Oppidum amissum assideri, eodem modo, sicut dicimus, Obsideri & Circumsideri: quod certè rarissimum est, Assidere oppidum, & obsidere. Gell. *cap.* 1. *lib.* 7. ¶ Assideo etiam accipitur pro Similis sum. Horat. Parcus ob hæredis curam, nimiúmque seuerus, Assidet insano, id est, similis est insano.

Āssēssĭo, nis, verb. { ישיבה *schebeto.* παρέδρευσις. Gall. *Assistence.* Ital. *Assistenza.* Germ. Beysitz. Hisp. *Obra de estar assentado cerca de otros.* Angl. *Sitting by and giuing counsell, or counseling.* } Cic. *Mario,* Quæ tua fuerit assessio, oratio, confirmatio animi mei, &c.

Āssēssŏr, nomen verbale ab Assideo, cuius officium est assidere Præsidi, atque consulere in causis, cognitionibus, postulationibus, libellis, edictis, decretis, epistolis. { πάρεδρος. Gall. *Assesseur ou conseiller.* Ital. *Assessore.* Germ. Ein beysitzer in den rathschlegen. Hisp. *Assessor, que cerca de otro se assienta como por dar consejo.* Angl. *which sitteth by another and helpeth in counsell.* } Cic. 1. *de Diuin.* Lacedæmonis regibus suis Augurem assessorem dederunt. Assessores prætoris. Senec. *cap.* 3. *de tranq.* Ex assessore præfectus factus es. Suet. *in Galb. cap.* 14.

Āssēssura, æ, { Angl. *Sitting, or being continuallie at a thing.* } Vlp. *l.* 3. *de proxeneti.* Facilius quod Græci ἑρμηνευτικόν appellant, peti apud eos poterit, si quis fortè conditionis vel amicitiæ, vel assessuræ, vel alicuius alterius huiusmodi proxeneta fuerit.

Āssēstrix, fœm. verb. quæ iuxtà sedet. παρεδρεύτρια, ἡ. { Angl. *She that sitteth nigh another.* } Afranius, Dimittit iam assestricem, me ad sese vocat. Nam verbalia fœminina si formentur à supinis in sum desinentibus, assumunt literam t, vt, Expultrix, Tostrix, Assestrix: & non temere aliud inuenias verbale in Trix, præter hæc tria, cuius masculinum terminetur in sor.

Āssido, is, quemadmodum & suum simplex Sido. Idem penè significat quod Assideo, [illegible] cum motu quodam: vt sit, quasi [illegible] assidendum me demitto. { ישב על *jaschab hal.* παρίζομαι. Gall. *S'asseoir, se mettre aupres.* Ital. *Porsi à sedere.* Germ. Herzusitzen. Hisp. *Poner sitio ò cerco à lugar, y assentarse juntamente.* Angl. *To sitt downe, or nigh by another when before did stand or go.* } Caret proprio præterito & supino. Capit autem præteritum à verbo Assideo, propter significationis affinitatem, & temporum similitudinem: quæ vix alia ratione, quàm accentu dignoscas. Vnde in illo Salustiano, Adherbalem dextra assedit. Priscianus vult esse præteritum ab Assido: non proprium tamen, sed mutuatum à verbo Assideo. In ara hic assidam sacra. Plaut. *Aul. sc.* 1 *a.* 4. Datin' sellam vbi assidat. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 2. Nescio quid hic somniarint, qui hoc verbum Assido & simplex Sido actiuum esse voluerunt: quibus significationis natura refragatur. Nihil enim aliud significant, quàm ad sedendum, vel assidendum, descendo. Neque statim sequitur, si Assido accusatiuum habere inueniatur, esse verbum actiuum, quum etiam accedo eadem ratione esset verbum actiuum. Hoc enim fit ex natura duntaxat præpositionis. Neque etiam leuiùs peccauerunt qui penultimam huius verbi corripi voluerunt: quod certè falsum est, quum simplex & reliqua composita eandem producant. Virgil. 6. *Æneid.*

Sedibus optatis gemina super arbore sidunt.

Ouid. *lib.* 1. *Metam.*

Iussit & extendi campos, subsidere valles.

Multa alia hoc in loco congesta erant, quæ quòd partim falsa essent, partim inutilia, omnia resecuimus.

Āssĭdŭŭs, quasi ab assidendo: quod tamen Sosipater reprehendit: cuius verba quoniam nominis huius vim plane explicant, subscribam. Quum à Seruio Tullo populus in classes esset distributus, vt tributum prout quisque possideret, inferret: ditiores qui asses dabant, assidui dicti sunt: & quoniam soli negotiis publicis frequentes aderant, eos qui frequentes adsunt, assiduos ab assibus dixerunt. Hæc Sosipater. quæ etiam confirmat Gell. *lib.* 16. *cap.* 10. Atque hinc factum est vt assiduus diceretur, Iugis, continuus & diligens. { טרד *terédh* תמיד *tamidh.* ἐνδελεχής, συνεχής. Gall. *Assidu, continuel.* Ital. *Assiduo, continuo, frequente.* Germ. Fleyssig/ embsig/ on vnderlaß. Hisp. *Cosa continua, y accostumbrada.* Angl. *Continuell, often, and euer without ceasing.* } Liu. *lib.* 3. *bell. Maced.* Accedebat, quòd alter decimum iam propè annum assiduus in oculis hominum fuerat. Assiduam operam dedi foro. Plaut. *Asin. sc.* 4. *a.* 2. Istoc me assiduo victu delecto domi. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 1. Etsi me assiduo confectum cura, dolore, &c. Catul. *ad Ortal.* Item assiduus scriptor, non proletarius. Gell. *cap.* 8. *lib.* 19. Assiduus circa scholas. Suet. *in Tib. cap.* 11. Assiduus quis in XII. Tab. Gell. *cap.* 10. *lib.* 16.

Āssĭdŭĭssĭmus, superlat. Suet. *in Aug. cap.* 71. Et mox vasa aurea Assiduissimi vsu conflauerit omnia.

Āssĭdŭĭtās, Diligentia. { תמיד *tamidh* התמדה *hathmadhâh.* τὸ συνεχές. Gall. *Assiduité, diligence.* Ital. *Assiduità, diligenza.* Germ. Fleiß/ embsigkeit. Hisp. *Continuacion y diligencia.* Angl. *Diligence without ceasing.* } Cic 1. *Acad.* Quam partim exercitationis assiduitate, partim ratione formabant. Cic. 2. *de nat. deor.* Assiduitate quotidiana, & consuetudine oculorum assuescunt animi: neque admirantur, neque requirunt rationes earum rerum, quas semper vident. Assiduitas dicebatur eorum, qui honoris & officij caussa aliquem obseruabant & assectantur. Quæ quidem obseruatio magistratum petentibus testimonio erat amicorum copiæ & multitudinis, vt Qu. frater semel atque iterum *in lib. de petit. Consolatus* vsurpat. Assiduitatis fastidium. Suet. *in Tiber. cap.* 10. ¶)(Desides, segnes & otiosi.

Āssĭdŭē, Frequenter. { תמיד *tamidh.* ἐνδελεχῶς, συνεχῶς. Gall. *Continuellement, ordinairement.* Ital. *Assiduamente, diligentemente.* Germ. Embsigl. che

Assuescunt oculi mulsa pudenda pati.

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* Assuescat tuis sermonibus. Sen. *cap.* 6. *de cons. ad Eluer.* Si nunquam (studiis) assuesces, idem *ibidem cap.* 16. Auceps ostendit cibum, aues assuescunt. Plaut. *Asin. sc.* 3. *a.* 1.

——Nec aquis assueuimus illis

Ouid. *Eleg.* 5. *lib.* 3. *Trist.* Cicer. 5. *de Fin.* Quo in loco ad fluctum, aiunt, declamare solitum Demosthenem, vt fremitum assuesceret voce vincere. Virg. 8. *Æneid.*

——tua cernere facta Assuescat.

Cum datiuo. Celsus *lib.* 8. *cap.* 10. Atque ita deligando, assuescere iterum vetustæ sedi cogit. Loquitur de osse reposito in sedem suam. Assuescitur, Impersonale. Liu. 2. *ab Vrbe.* Charitatique ipsius soli, cui longo tempore assuescitur, animos eorum consociasset.

Assuetus, Vsitatus. {לימוד limmúdh. συνήθης, εἰωθώς, ἰθάς. GALL. *Accoustumé, vsité & duit.* ITAL. *Assuefatto, auezzo.* GERM. Gewont / oder gewehnt. HISP. *Acostumbrado.* ANGL. *Vsed, accustomed, broght in vse, wonted.*} Plin. Assuetis eò dona mittere iam & regibus Romanis. Cic. *pro Plancio.* Vicinitas non assueta mendaciis. Assuetus labore assiduo. Idem *de Orat.* Non assuetas ad sceptra manus Post terga dabit. Senec. *in Troa.* Assuetus in iura. Liu. 4. *bell. Pun.* Et iam inde à puero in omnia familiaria iura assuetum. Et apud eundem 8. *bell. Mac.* cum genitiuo: Romanis Gallici tumultus assuetis, etiam vanitates notæ sunt. Assuetior, comparat. Liu. 2. *bell. Pun.* Ea assuetior montibus, & ad concursandum inter saxa, rupésque aptior ac lenior.

Assuetudo, Consuetudo. {מנהג minhágh דרך dérech. συνήθεια. GALL. *Accoustumance, vsage.* ITAL. *Vsanza, consuetudine.* GERM. Gewonheit. HISP. *Costumbre.* ANGL. *Vse, accustome.*} Ouid. 2. *de arte,*

——Nihil assuetudine maius.

Idem 1. *de Tristibus,*

Assimilémque sui longa assuetudine fecit.

Tacit. *lib.* 18. Degenerabat à labore ac virtute miles assuetudine voluptatum, & contemptu ducis.

ASSVEFACIO, is, ex Ad præpositione, & duobus verbis, nempe Sueo, sues, & facio compositum: Vsu doceo, in consuetudinem induco. {הרגיל hirghil לימד limmádh. ἐθίζω. GALL. *Accoustumer, duire.* ITAL. *Assuefare, auezzare.* GERM. Gewohnen. HISP. *Acostumbrar à otro.* ANGL. *To teach or accustome by vse, to wont him self with any thing.*} Cic. *de prouinc. Cons.* Imperio populi Romani parére assuescit. ¶ Huius passiuum est Assuefio. Cic. 3. *de Orat.* Quorum sermoni assuefacti qui erunt, non poterunt non lautè loqui. Liu. 2. *bel. Pun.* Ea secretis viri alieni assuefacta sermonibus. Et lanificio, Suet. *in Aug. cap.* 64.

Assum. Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 4. Vt ille palam ibidem assiet, qui adest à milite. *Ibid. sc.* 7. *a.* 4. Ne cum assiet (herus) metuam. ¶ Assum, solum & merum: vnde Assare veteres poetæ dicebantur, cùm in solum hominem Poëmata condebant, quæ & Assamenta dicta: vt est maxima pars syluarum Statij, & Saliorum carmina fuerunt olim.

ASSVMO, is, Suscipio. {נשא nasá. προσλαμβάνω. GALL. *Prendre vers soy, retirer vers soy, s'attribuer.* ITAL. *Assumere, prendere.* GERM. Hinzu nemmen / annemmen. HISP. *Tomar à su cargo.* ANGL. *To attribut to him self, to tak to him.*} Cic. Neque id onus inuitus assumpsit. ¶ Interdum ponitur pro attribuo, arrogo, ἀναλαμβάνω, προσποιοῦμαι. Idem 1. *Offic.* Si id mihi assumo, videor id meo iure quodammodo vendicare. ¶ Assumere aliquem. Plin. iunior, Assumo te in consilium rei familiaris, vt soleo. ¶ Assumere pro esitare & cibum sumere. Celsus, Iuuenum minus interest, quæ assumant, & quo modo curentur.

Assumptio, nis, verb. Acceptio. {מקח mikkách. πρόσληψις. GALL. *Prinse.* ITAL. *Presa.* GERM. Ein annemmung / aufnehmung. HISP. *Tomamiento.* ANGL. *Attributing, or thaking to him self.*} Cic. 3. *de Fin.* Artes etiam ipsas propter se assumendas putamus, tum quia sit in his aliquid dignum assumptione, tum, &c.

Assumptiuus, verb. quod assumit, Cic. 1. *de Inuen.* Ac iuridicialis quidem ipsa in duas distribuitur partes, absolutam, & assumptiuam. Et paulò pòst: Assumpta est, quæ ex se nihil firmi dat ad recusationem, &c.

Assumptus, a, um. Assumpta verba. Quint.

Assum, vide *Adsum.*

ASSVO, is, ui, utum, Suendo annecto. {תפר taphár. προσράπτω. GALL. *Coudre à ou sus vn autre, rapetasser, empiecer.* ITAL. *Cucire vna cosa all' altra.* GERM. Hinzu füegen / anseyen. HISP. *Coser vna cosa à otra, remendar.* ANGL. *To sow to, tor ogether.*} Horat. *in Art. poët.* Purpureus latè qui splendeat vnus & alter, Assuitur pannus.

Assura, assiduitas est & diligentia in nutriendo, curando, habendo. Nam Assæ, nutrices dicuntur, quòd ferè semper assunt iis, quos nutriunt. ex Turneb. *aduersar. lib.* 24. *cap.* 22.

ASSVRGO, is, exi, est & honoris vel beneuolentiæ caussa surgo. {קם kam. ὑπανίσταμαι, ἐξανίσταμαι. GALL. *Se leuer, se dresser contre, se leuer deuant quelqu'vn.* ITAL. *Leuarsi.* GERM. Aufstehen / einem ehr erbieten mit auffstehn. HISP. *Leuantarse à otro por honrarlo, leuantarse,* simpliciter. ANGL. *To rise for to honour to another.*} Virg. 5. *Eclog.*

Vtque viro Phœbi chorus assurrexerit omnis.

¶ Ausonius,

Assurgit Musa nostra Camœna tuæ.

Virg. 2. *Georg.*

Tmolus & assurgit quibus & rex ipse Phanæus.

¶ Accipitur pro exeresco, & altus fio. Idem 3. *Georg.*

Sed iacet aggeribus niueis informis, & alto
Terra gelu latè, septémque assurgit in vlnas.

¶ Hinc & plantas dicimus assurgere, quum crescunt, & in altitudinem accipiunt incrementum. ¶ Colles quoque assurgere dicuntur, qui non ardui sunt, sed accliues, quique paulatim in altitudinem tendunt. Col. 2. Collem molliter assurgentem, montem sublimem, & asperum, sed nemorosum & herbidum maxime probauerunt. ¶ Assurgere ex morbo, id est, conualescere. Liu. & Tacit. ¶ Assurgere dicitur Orator, qui sublimiter loquitur. Quint. Raro assurgit Hesiodus.

‖Assurrectio, cum assurgitur honoris gratiâ. Cerd.‖

Assus, 1, geminato s, Ἄσσος, vrbs est Troadis, teste Strab. *lib.* 13. & natura, & arte munita, ab ea parte qua mare spectat, arduum & erectum ascensum habens. Vnde factus est locus vulgatissimus illi Stratonici sententiæ, Qui celeri passu Assum it, magnum vitæ periculum adit. ¶ Circa hanc vrbem sarcophagus effodiebatur, à quo cadauera omnia in eo condita intra quadragesimum diem solis dentibus exceptis, absumebantur. Autor Plin. *lib.* 38. *c.* 17. Ex hac vrbe ortum traxit Cleantes Stoicus philosophus, qui Zenoni in schola successit, quam ipse Chrysippo tradidit. ¶ Asus autem vnico s, siue (vt apud Plin. legitur) Asum, Cretæ oppidum est: de quo infrà suo loco.

Assius, a, um, ἄσσιος, adiectiuum est ab ea vrbe deductum: vnde assius lapis, quondam sarcophagi genus, in quo condita cadauera, intra dies quadraginta, vnà cum ossibus, solis dentibus exceptis, consumuntur, vt iam dictum est. Vide Plin. *lib.* 36. *cap.* 17.

Assus, a, um, Torrefactus, aridus, eò quòd igni assuescit, (vt Varroni placet *lib.* 4. *de L. L.*) Sudando enim assum distillat ob colorem. {צלי tsali. ὀπτός. GALL. *Rosti.* ITAL. *Arrosto, arrostido.* GERM. Das gebraten ist. HISP. *Cosa assada.* ANGL. *Rosted.*} Plaut. *Asin. sc.* 3. *a.* 1. Panis & assa bubula. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 2. (Piscem) quouis pacto condias, vel patinatium, vel assum. ¶ Vel dicitur assum (vt Nonius mauult) quasi solum, quemadmodum merum, solum dicimus; quoniam in optoniis, siue pigmento saporis alieni assæ carnes inferebantur. Vide *Assa.*

Assyria, {אשור aschschur. ἀσσυρία.} Regio est maioris Asiæ, quam Ptolemæus ab ortu Mediæ parte terminat, ab Occasu Mesopotamiæ, à Septentrione parte minoris Armeniæ, iuxta Niphatem montem, à Meridie Susania. Plin. *lib.* 5. *cap.* 11. Assyriam docet Syriæ partem esse, quæ postea vocata est Adiabene. Strabo autem longè latiores Assyriæ fines assignat, eo nomine comprehendens Babyloniam, & maximam circumiacentium regionum partem. Eadem & Syria à Græcis vocata est, teste Iustin. *lib.* 1. & Herod. *lib.* 7. quamquam multò latiores Syriæ fines fuerunt, quàm Assyriæ. ¶ Dicta est autem Assyria, teste August. *lib.* 15. *de Ciuit. Dei,* ab Assur filio Sem. ¶ Assyrius, Adiectiuum, qui est ex Assyria; vt ammomum Assyrium, Virg. 4. *Eclog.*

Vastatum fines iuerat Assyrios Rex Ptolemaeus.

Catull. *de com. Beren.* ¶ Assutius sermo, pro Assyrius, *l.* 1. *§. vlt. de verb. oblig.*

Ast, Coniunctio est, qua Poëtæ Carminis gratia vtuntur, pro At, siue Sed. {כי אם chym אבל abál. αὐτὰρ. GALL. *Mais.* ITAL. *Ma.* GERM. Aber. HISP. *Però.* ANGL. *Bot.*} Virg. 1. *Æneid.* Ast ego, quæ diuûm incedo regina. Vtuntur & Oratores. Cicer. *Attico lib.* 1. *Epist.* 11. Tu si vno in loco es futurus, crebras à nobis litteras expecta: ast plures etiam mittito. Item Comici. Plaut. *Capt. sc.* 5. *a.* 3. Si ego hic peribo, Ast ille huc non redit. Vide quis sit vsus huius particulæ in eo genere loquendi, Bellona si nobis victoriam duis, Ast ego templum tibi voueo. Liuius *lib.* 10. *ab Vrb.*

Asta, ἄστα, ciuitas est Bæticæ, inter sacrum promontorium, & Herculeas columnas, de qua Plin. *lib.* 2. *cap.* 1. ¶ Est & Asta, Insubriæ vrbs, non longè à Nouaria distans. De hac Claudianus,

——nec plus Pollentia rebus
Consulit Ausonijs, aut mœnia vindicis Astæ.

Meminit Plin. *lib.* 35. *cap.* 12.

Astabotas, vel Astabores, teste Plin. *lib.* 5. *cap.* 9. Alter est ex alueis Nili, qui Meroën insulam à sinistra alluit: ille vero, qui à dextera parte est, Astusapes appellatur. Strab. verò Astaborem fluuium esse docet diuersum à Nilo, circa Meroën insulam in Nilum influentem.

Astaces, ἀστάκης, fluuius est in Ponto, Asiæ regione, cuius aquis irrigati campi oues pascunt, nigro lacte accolas alentes. Autor Plin. *lib.* 2. *cap.* 103.

Astaci, ἀστακοί, è genere sunt cancrorum. apud Plin. *lib.* 9. *cap.* 31.

Astacum Plinio, siue Astacus, ἀστακός, Stephano & Straboni, Bithyniæ oppidum fuit, ita dictum ab Astaco quodam Neptuni, & Olbiæ Nymphæ filio. A quo vicinus sinus Astacenus appellatus est, testibus Plin. *lib.* 5. *cap. vlt.* & Strab. *lib.* 12. ¶ Fuit & altera eiusdem nominis vrbs in Acarnania, quæ & ipsa propinquo sinui Astaceno nomen fecit, teste Strab. *lib.* 10.

Astalium, ab astu, idem quod felonia. Hinc Astalium facere, id est, frustrari & decipere, *in l.* 6. *Lang. de malef. & publ. crim.* Prat.

Astanda, Regum in Perside nuntios Angaros nuncupatos à doctis obseruatum est, atque illarum gentium esse vocabulum Herodoto videtur. Sicut Astandæ ferè notionis eiusdem, h. e. Grammatophori, siue tabellarij, qui certis itinerum spatiis permutarentur. Plutarchus *in lib.* 2. *de Alexandri fortuna,* scribit, Darium Persarum Regem fuisse quandoque regis astandam.

Astaochia, (quod hic hactenus corruptè lectum est. Vide *Astyochia.*

Astapæi, Libyæ populi, Steph. ἀσταπαῖοι.

Astaphylinos, Pastinaca syluestris, quæ & Staphylinos dicitur. Vide Ruell. *lib.* 3. *cap.* 41.

Astapus, Straboni fluuius est circa Meroën, in Nilum influens, qua in re à Plinio nonnihil videtur dissentire. Plinius enim Nilum ipsum suprà Meroën Astapum asserit vocari, quod sæpe terra receptus velut è tenebris in lucem erumpat (sic enim vocant Ægyptij aquas è tenebris emergentes.) Nili autem nomen ante non assumere, quàm se concordibus aquis iunxerit. Vide Strab. *lib.* 17. & Plinium *lib.* 4. *cap.* 9.

Astaphis, dis, {צמוקים tsimmukim. ἀσταφίς. GALL. *Raisin confit, passes, passerilles.* ITAL. *Vua passa.* GERM. Meer trauben. HISP. *Vua passa.* ANGL. *A confite or raisin confected.*} A nobis vua passa vocatur. Plin. *lib.* 23. *cap.* 2. Vua passa, quam Astaphida vocant stomachum, ventrem, interanea tentaret, nisi pro remedio in ipsis acinis nuclei essent. ¶ Viri senis astaphis caluarie, ἀνδρὸς γέροντος ἀσταφὶς τὸ κρανίον, id est, viri senis velut vua passa cranium. Admonet adagium, inualidum & flaccidum esse senile corpus exhausto succo carnibúsque adesis.

Astaphis agria, {ἀσταφὶς ἀγρία. GALL. *Staphisagria.* ITAL. *Staphusaria, semenza de frutti.* GERM. Staphisagria / Leussamen. HISP. *El hauaraz.* ANGL. *Staues agre.*} Herba est cauliculis nigris, rectis, foliis labruscæ: fert folliculos verius, quàm acinos, virides, similes ciceri. Hæc à Romanis, teste Dioscoride, Pedicularis herba dicebatur, eò quòd nucleos haberet phthiriasi curandæ vtiles. Vocatur & Staphis agria, prima vocali à capite sublata. Nam quam ἀσταφίδα Attici, reliqui Græci σταφίδα appellant. Quinetiam hodie ab Officinis Staphis agria dicitur.

Astaroth, עשתרות *Baschtaroth*, antiqua ciuitas Og regis Basan, in qua habitauerunt gigantes, & postea cecidit in sortem tribus Manasses, regionis Bethaniæ. Sunt autem castella in Bethania hoc vocabulo nouem inter se millibus separata, inter Aderam & Abellam vrbeis.

Astărtē, {עשתרות *Baschtoreth.* ἀστάρτη.} Syriorum Dea erat, quam alio nomine Atergatim aut Derceto nominatam volunt. Cic. 3. *de nat. deor.* vult fuisse Venerem, quæ Adonidi nupsit. Hanc sacræ literæ Astartem Sidoniorum deam vocant, cui Salomon rex vni pallacarum suarum obsequi volens, altaria condidit.

Asteismŭs, Vrbanitas. {שפר *schéphar.* ἀστεϊσμός. GALL. *Gentilesse, ciuilité, courtoisie,* ITAL. *Gentilezza, vrbanità, ciuilità.* GERM. Höfligkeit/ sittligkeit. HISP. *Nobleza, hidalguia, ciuilidad.* ANGL. *Ciuilitie, courtesie, good maner, gentlenesse in speach and behauiour, plesant iesting.*} Est tropus multiplex, numerosæque virtutis. Nam Asteismus putatur quicquid rustica simplicitate caret, & faceta satis vrbanitate exponitur, vt apud Virg. 3. *Ecl.*

Qui Bauium non odit, amet tua carmina Maui.

Id est, pro pœna ei contingat & diligat Mæuium peiorem Poëtam. Atque idem iungat vulpes, & mulgeat hircos. Id est, faciat ea quæ contra naturam sunt. Nam ἀστεῖος, Vrbanus, ἀστεΐζομαι. Vrbanus sum.

‖Astelæ, vel Astiliæ. φορμία, q. corbulæ ex iunciis plexæ. Hes. vide Gloss. Græcol. Meurs.‖

Ăstēr, & Astrum, {כוכב *chochâb.* ἀστὴρ καὶ ἄστρον. GALL. *Estoille.* ITAL. *Stella.* GERM. Ein stern. HISP. *Estrella ò planeta.* ANGL. *A starre.*} Hoc modo inter se differunt, quòd hoc congregationem significat stellarum, vel signum ex stellis coactum, vt est Leo, Libra, &c. Illud verò vnam tantùm stellam. Apud Græcos etiam eadem obseruatur differentia: ἀστὴρ enim apud illos vnicam tantum stellam, ἄστρον sydus totum significat. Suidas, Cicer. Quum autem ver esse cœperat, cuius initium iste non à Fauonio, neque aliquo astro notabat, &c. Idem *de Vniuers.* Has igitur ob causas nota sunt astra.

Astĕrĭscŭs, ἀστερίσκος, diminutiuum, Signum est ad paruæ stellæ similitudinem, quo vtimur quum aliquid in scribendo omissum est, vel quum variant exemplaria. Hieronym. Qui editioni antiquæ Theodotionis miscuit asteriscos & obelos.

Astricus, a, um, Adiect. Varro *Marcipore* (apud Nonium,) Cùm pictus aër feruidis lacte ignibus cœlis choreas astricus ostenderet.

Āstrĭfer, ri, ferens astrum. {ἀστροφόρος. GALL. *Qui porte astres, ou estoilles.* ITAL. *Chi porta le stelle.* GERM. Sternträger. HISP. *Cosa que tiene en si estrellas.* ANGL. *VVhich beareth or hath starres.*} Mart. *lib.* 8. Antiqua multifidum numerauit lana Timauum, Quem prius astrifero Cyllarus ore bibit?

Āster Samius, ἀστὴρ σάμιος, species est terræ cuiusdam ad multos medicinæ vsus conducentis, quæ in Samo insula effoditur: ita dicta à stellæ imagine, quæ illi imprimi sigillo consueuit. Huius terræ meminit Galen. *lib.* 9. *simpl.*

Āstĕr Atticus, vel acticus potiùs, q. d. littoralis, non inuenitur nisi in littoribus. Astragalus, cicer rusticum, vel montanum. Cicer. sic dicta est herba quòd radicem crassam & astragalo ossi similem habeat. ἀστὴρ ἀττικός. Herba est Plinio, quæ quòd præsens est inguinum remedium, à Romanis Bubonium dicitur, & vulgò Inguinalis. Vide Plin. *lib.* 25. *cap.* 5.

Āstĕrĭă, æ, vel Asterie, es, ἀστερία, nomen Latonæ sororis proprium. ¶ Est & Asteria Deli, & Rhodi insularum nomen, teste Plin. *lib.* 4. *cap.* 12. & *lib.* 5. *cap.* 31. ¶ Significat & gemmam, inclusam quandam lucem pupillæ modo continentem, quæ opposita Soli, radios regerit candicanteis. Plin. *lib.* 37. *cap.* 9.

Asteria, filia fuit Cei, Titanis filij, vt Theodosio placet. Hæc autem, vt ait Fulgentius, post viciatam Latonam à Ioue dilecta est, à quo in aquilam versa oppressa fuit: eique ex eo concubitu Herculem peperit. Quæ tandem, vt quibusdam placet, aduersùs Iouem sentiens, & eius fugiens iras, deorum miseratione in coturnicem versa est, quæ Græcè vocatur ὄρτυξ: noménque dedit insulæ, in quam aufugerat, vbi à Ioue in lapidem mutata est, vndisque demersa, & ab eisdem huc illuc agitata, quæ tandem ob susceptam Latonam firmata est. Ex Bocatio. Hæc insula ob susceptam Latonam supernatauit: & primò Neptuno ac Doridi consecrata est: postea Delos dicta, in qua insula Latona Apollinem & Dianam peperit.

Āstĕrĭās, ἀστερίας. Auis ex genere ardeolarum, à fulgore astrorum. Plin. *lib.* 10. *cap.* 60.

Āstĕrĭcum, ἀστερικὸν, vulgò volubilis minor, & campanula. Herba est ocymi folio, quæ & Helxine dicitur, ἀπὸ τοῦ ἕλκειν, eo quod asperitate sua tenaci nexu vestes quibus hæserit ad se trahat, & Vrceolaris herba, eò quòd vitreis vrceolis detergendis in primis sit idonea. Nascitur in tegulis parietinisque: vnde & Parietaria, & Muralis herba vulgo dicitur. de hac Plin. *lib.* 22. *cap.* 17.

Asterion, ἀστέριον, ciuitas Thessaliæ, sic dicta, quòd in alto sita monte velut astrum quoddam procul aspicientibus fulgere videatur, vt tradit Stephanus, qui eam sua ætate Pyresiam vocatam asserit. ¶ Est & altera vrbs eius nominis in Syria. ¶ Est & fluuius Achaiæ, in Nemeæa sylua leniter fluens, fructuum iuxta ripam abundantissimus, vt testis est Lactant. ¶ Item mons Peloponnesi, ad sinum Argolicum, de quo Plin. *lib.* 4. *cap.* 5. ¶ Est & herba quædam hoc nomine apud Pausaniam, in agro Argiuo nascens, ad ripam fluuij eiusdem nominis, cuius folia Iunoni sacra accolæ in coronas nectunt. {GERM. Scharteblum/ oder Sternkraut.} ¶ Asterion item, ἀστερίων, Cometæ filius, qui Iasonem Colchos nauigantem secutus est: vt habet Apollonius, Valer. *lib.* 1. *Argonaut.*

——tolor Asterion, quem matre carentem
Clenaus gemino fouit pater amne Cometes.

Asterion, rij, ἀστέριον. {ANGL. *A sort of spider.*} Species est aranei, cuius morsu genua labefactantur, vt tradit Plin. *lib.* 29. *c.* 4. ¶ Est & Asterion herba quæ & Spondylium dicitur, quòd semen habeat Asterij animalculi figura. Vide Diosc. *lib.* 4. in descriptione Spondilij.

Āstĕris, ἀστερίς, insula in medio Sami, & Ithacæ sita, Strabo *lib.* 1.

Āstĕrno, is, re, astraui, astratum, iuxtà sterno. {רפד *raphâdh* הרביץ *hirbits* השכיב *hischcîb* הציע *hitsîa*. παραστρώννυμι. GALL. *Coucher & estendre aupres.* HISP. *Distendere.* GERM. Herzu strecken/ Neben etwas legen. HISP. *Derribar algo hazia otra cosa.* ANGL. *To lie and spread one nigh another.*} Ouid. vtitur eius passiuo 2. *Metam.*

Nocte diéque vocant, asternunt úrque sepulchro.

Asterusia, ἀστερουσία, mons Cretæ ad meridiem, mare aspiciens: à quo & Asterusia Indiæ vrbs nomen habet, quòd illic Cretenses coloniam collocarint. Huius incolæ Asterusiani vocantur, & Asterusij, ἀστερουσιανοὶ Stephano.

‖ASTHMA, ἆσθμα, flatus, anhelitus ab ἄω spiro, ἄζω, i. e. afflo calidum ori. ¶ Est etiam Asthma anhelatio, suspirium, difficultas spirandi vehementior. Vnde‖

Āsthmătĭcŭs, a, um, {ἀσθματικός. GALL. *Poussif, qui a son aleine à grande difficulté.* ITAL. *Chi spira con difficultà, chi ha l'asma.* GERM. Ein keuchiger/ der schwerlich vnd mit keuchen athmet/ ein engbrüstiger. HISP. *Cosa que tiene dificile respiracion.* ANGL. *VVich breathed paynefullie, pursey.*} Anhelus & spiriosus dicitur: quum scilicet spirare sine sono & difficultate quispiam non potest.

Astice, ἀστική, regio est Thraciæ, suprà Bosphorum, Ponto Euxinio imminens, cuius vrbes sunt Apollonia, Thynnias, Almedessus, Deuelton & Phinopolis. {GERM. Ein landtschafft in Thracien so an das Euxinisch Meer stosset.} de hac Plin. *lib.* 4. *cap.* 11.

Astigi, ciuitas Bæticæ, à qua Astigitanus ager. Plin. *lib.* 3. *cap.* 1.

A stiochia, vide *Astyochia.*

ĀSTĬPŬLŎR, Assentior. {יאות *jaâth* רצה *ratsáh.* συνεπαινῶ, ἐπιψηφίζω, συγκατατίθεμαι. GALL. *Consentir à quelque chose.* ITAL. *Consentire.* GERM. Verwilligen/ überein kommen. HISP. *Consentir con otro, y otorgar.* ANGL. *To consent, to any thing, to aggree.*} Liu. 9. *bell. Maced.* Non pendere ex alterius vultu ac nutu, nec alienis monumentis animi circumagi; astipularique irato Consuli Tribuni plebis.

Āstĭpŭlātĭo, Assensus. {רצון *ratsôn.* συγκατάθεσις, συγκατάθεσις. GALL. *Consentement & accord.* ITAL. *Consentimento, accordo.* GERM. Verwilligung/ mitstimmung. HISP. *Consentimiento.* ANGL. *Consenting, according with another.*} Plin. *lib.* 29. *cap.* 1. Qua de re extat etiam Annei Senecæ astipulatio.

Āstĭpŭlātŭs, us, Attestatio, vel assensus. Plin. *lib.* 7. *cap.* 7. Consecratus est viuus, sentiénsque oraculi eiusdem iussu, & Iouis deorum summi astipulatu.

Āstĭpŭlātŏr, oris, qui assentitur, {רצה *rotséh.* συνθέτης. GALL. *Qui s'accorde à aucun & est de son opinion.* ITAL. *Chi si accorda, ò concorre in opinione con alcuno.* GERM. Ein verwilliger/ mitstimmer. HISP. *El que assi consiente con otro.* ANGL. *He that consentheth with another.*} Cicer. 4. *Acad.* Sed illud falsum esse, & Stoici dicunt, & eorum astipulator Antiochus.

Āstĭtŭo, is, ui, utum, compositum ex Ad & statuo, iuxtà statuo, præsentem exhibeo. {העמיד *hehemidh.* παρίστημι. GALL. *Ranger, agencer.* ITAL. *Collocare.* GERM. Neben setzen/ neben etwas stellen. HISP. *Establecer.* ANGL. *To sett or place nigh by.*} Autor ad Heren. *lib.* 1. Ægrotum in lecto cubantem faciemus, & reum ad lectum eius astituemus. ¶ Est item Astituo ad ignem colloco. Plaut. *in Capt. sc.* 1. *a.* 4. Iuben' an non iubes astitui aulas, patinas elui?

Ăsto, as, iti, itum, Præsens, aut firmus, seu erectus sto. {עמד *hamádh.* παρίσταμαι. GALL. *Estre pres, assister, estre debout pres quelque chose.* ITAL. *Essere presente, stare fermo in piede.* GERM. Beystehn/ Zugegen stehn/ neben etwas stehn. HISP. *Estar en pie cerca de otro.* ANGL. *To stand by, to be present.*} Ponitur interdum absolutè. Plaut. *in Capt.* Ego miser vix asto præ formidine. Idem *in Cistell.* Adolescens asta, atque audi. Idem *in Cas.* Stultus contriui diem, dum asto aduocatus cuidam cognato meo. Idem, Continuò in genua astanti. Idem *Mostell. sc.* 4. *a.* 1. Caue ne cadas, asta. Item, Astans somniat. Plaut. *Men. sc.* 4. *a.* 2. Vidi te astare ante ædes cum corona. *Ibid. sc.* 2. *a.* 4. Dicam te hic astare foris. *Ibidem a.* 2. bis. & astare foris. Quid, malum, astas? quin retines (i. otiosus es?) Idem *Merc. sc.* 5. *a.* 2. Egóne istuc dixi? Alc. Atque astante hoc Sosia. Idem *Amph.* Solearij astant, astant molochinarij (creditores.) Idem *Aul. sc.* 5. *a.* 3. Vide vt astitit seuera fronte, curas, cogitas, Idem *Merc. sc.* 2. *a.* 1. Siccine astet. i. stans expectet. Idem *Asin. sc.* 4. *a.* 2. Vix asto præ formidine. Idem *Capt. sc.* 4. *a.* 3. Vt confidenter mihi contrà astitit. *Ibid. sc.* 3. *a.* 3. Postquam iste hinc abiit, tu astas solus, Pseudole. Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Cic. *pro Archia*, Quum in Sigeo ad Achillis tumulum astitisset. ¶ Aliquando significat simpliciter sto. *Virg.*

——arrectisque auribus astant.

¶ Interdum Sum, quum de rebus loquimur, quæ cadere non possunt: vt quum dicimus terram astare.

Astites, pro astantes, vel præsidentes alicui rei.

Āstŏmi, ἄστομοι, Indiæ populi sine ore, anhelitu tantùm viuentes, & odore. ab α priuatiua, & στόμα, quod Latinè os significat, Plin. *lib.* 7. *cap.* 2.

Āstræă, ἀστραία, Astræi & Auroræ, siue (vt alij malunt) Iouis & Themidos filia, Iustitiæ antistita, quam Poetæ fabulantur aureo illo seculo è cœlo in terram migrasse, & tandem, mortalium sceleribus offensam, cœlum repetiuisse. Ouid. 1. *Metam.*

Vltima cœlestum terras Astræa reliquit.

Āstræus, ἀστραῖος, vnus fuit ex Titanibus, qui contra deos arma sumpserunt. Hic cum Aurora fertur concubuisse, & ex ea ventos generasse, qui ab eo Astræi fratres dicti sunt. Ouid. 14. *Metam.*

Aeraque, & tumidum subitis concursibus æquor
Astræi turbant, & eunt in prælia fratres.

‖Astraba, tabella, vbi pedes requiescant. ἀστράβη.‖

ASTRĂGĂLŬS, Os est pedis in animalibus quibusdam supra calcaneum, à Latinis Talus dicitur. {ἀστράγαλος. GALL. *Vn osselet qui est au talon, ou au bout d'vne esclanche de mouton, duquel on iouë au lieu de dez, garignon.* ITAL. *Tallone.* GERM. Knoden/ item/ ein spil mit wörfflen. HISP. *Carnicol.* ANGL. *The bukle bone.*} ¶ Astragalus item ludi genus erat, in quo astragalis, hoc est, talis vtebantur, iisque aut naturalibus, aut ad eorum similitudinem ex ebore, aliáve materia effictis: de quo ludi genere vide plura in dictione *Talus.* {ANGL. *The play at the dice, the play at the bukle bones.*} ¶ Astragali quoque dicuntur septem spinæ vertebræ, quibus collum incumbit, quos σπονδύλους τοῦ τραχήλου Suidas appellat. Vnde Hom. *lib.* 10. *Odyss.* Elpenorem tradit in Circes ædibus de scalis delapsum,

delassum, astragalos fregisse. ¶ Est item Astragalus (vt ex Dioscoride colligit Ruellius) herba quam Montanum, vel rusticum cicer appellamus. ¶ In ædificiorum quoque columnis Astragalus erat cauatura quoddam genus ab herba fortasse huius similitudine dictum, cuius meminit Vitruuius, quum ait, Astragali faciendi sunt octauæ partis.

‖Astragalismus, talorum lusus, ludus puerilis qui quaternis fiebat talis: à verb. ἀστραγαλίζω, talis ludo. quod vide.‖

Astragalizo, Talis ludo. {ἀστραγαλίζω. GALL. Iouer aux garignons ou aux dez. ITAL. Giocare à dadi. GERM. Mit wuͤrfflen spilen. HISP. Iugar al carnicol. ANGL. To play at the dice, or at the bukle bones.} Vnde Astragalizontes, ἀστραγαλίζοντες, talis ludentes, quo nomine dictum fuit opus nobilissimum Polycleti ex ære, quod duos habebat pueros talis ludentes: de quo Plin. *lib.* 34. *cap.* 8.

Astrapias, ἀστραπίας, gemma est colore partim albo, partim cyaneo, fulminis radio in medio habens discurrentes: vnde & nomen accepit. de hac Plin. *lib. vlt. cap.* 11.

Astrapæus, ἀστραπαῖος, dictus est Iupiter, ab Astrape, quæ est coruscatio. ¶ Item Astrapæus ventus, qui fulgetras excitat.

‖Astratura, ἀπὸ τῆς ἀστρώσεως: sic enim diuisum est legendum: est autem idem quod strator, ἀστρώτης. B. Vulcan. in Gloss.‖

Astrepo, is, ui, tum, ere, vt Plin. *in Paneg.* 42. Ac plerique irritis precibus surdas principis aures astrepebant. Tacitus, Astrepebat huic alacre vulgus, id est, applaudebat. Budæus.

Astræus, i, dictio dissyllaba, ἀστραῖος, nomen vnius ex iis, qui à Perseo in aula Cephei regis sunt occisi. Ouid. 5. *Met.*

Occidit & Celadon Mendesius, occidit Astreus.

ASTRINGO, Coniungo, contraho, coarcto. {צר *tsar* אץ *ats* דחק *dachák* קפץ *kaphá* בלם *balam.* סתם *chasam* σφίγγω. GALL. Serrer, estreindre, lier, contraindre. ITAL. Stringere, ligare. GERM. Zusammen ziehen, zusamen binden, zwingen. HISP. Apretar mucho. ANGL. To drawe together, to mak streict.} Plaut. *Capt. sc.* 5. *a.* 3. Astringite isti vehementer manus. Idem *Men. sc.* 1. *a.* 1. Quam magis astringas, hæc vincula, tantò astringunt arctiùs. Col. *lib.* 5. Quum omnes surculos, quos arbor patietur, dimiseris, libro vlmi, vel vimine arborem astringito. Virg. 1. *Georg.*

Seu durat magis, & venas astringit hiantes.

¶ Astringere frontem, pro Corrugare, Senec. *epist.* 10. Astringere supercilij vultum, Quintil. ¶ Astringere se furti, subaudi, scelere, Plaut. *Pœnulo.* ¶ Per translationem Astringere ponitur, pro obligare, ἐνέχειν: & sic genitiuo iungitur, sicut Gellius notauit Sabinum scripsisse. Qui alienum tacens lucrifaciendi causa sustulit, furti astringitur, siue scit, siue non scit. ἐνέχεται κλοπῆς. ¶ Quandoque pro promittere: quia promissa, vincula fidei dicuntur. Terent. *in Eunuch.* Meam astringo fidem. Astringere milites ad stipendiorum certam formulam. Suet. *in Aug. cap.* 49. Astringere milites parsimonia, (de regione inopi.) Liu. *lib.* 9. *d.* 4. Alij alligati, alij adstricti. Senec. *cap.* 16. *de vita beat.* Est item Astringere, στύφειν, medicorum verbum, quod significat Densare, & poros, siue meatus contrahere.)(Dissoluere.

Astrictus, a, um, particip.)(Relaxatus. Cic. *in Parad.* Voluptatibus astricti, i. alligati. Astricta frons, pro contracta, Mart. *lib.* 11.

——— Astricto terra perusta gelu,

Ouid. *Eleg.* 4. *lib.* 3. *Trist.*

Astrictio, verbale, Astringendi actus. {קפדון *kippáon.* σῦψις στυπτικός. GALL. Restriction, astreté. ITAL. Stringezza. GERM. Zusammen ziehung, oder bindung. HISP. Apretamiento, aspereza. ANGL. Making streight.} Plin. Gustus amari cum astrictione.

Astrictorius, a, um, quod astringit. {στυπτικός. GALL. Qui restreint ou peut restreindre. ITAL. Cosa che vale perstringere. GERM. Das eng macht, zusammen zeucht. HISP. Cosa para mucho apretar. ANGL. That bindeth.} Plin. *lib.* 24. *cap.* 13. Paliuri folia astrictoriam vim habent.

Astrictè, aduerb. Arctè, συνεσφιγμένως, στενῶς. GALL. Estroitement, serrement. ITAL. Strettamente. GERM. Eng, nach zusammen. HISP. Apretadamente, estrechamente. ANGL. Narrowlie, streictlie.} Cic. 3. *de Orat.* Qui putat orationem, quæ quidem sit polita, atque facta quodammodo non astrictè, sed remissiùs, numerosam esse oportere.

Astrios, otis, gemma crystallo propinqua, quæ si astris opponitur, fulgorem eorum rapit & regerit. Plin. *lib.* 37. *cap.* 9.

Astrobolismus, ἀστροβολισμός, arborum vitium est, quum Caniculæ æstu (quam Theophrastus peculiariter ἄστρον appellat) humore absumpto arescunt. Latinorum nonnulli Siderationem interpretantur. ¶ Transfertur & ad animalia, quum pars aliqua corporis cum ipsis etiam ossibus exarescit: quod mali genus σφακελισμός à Galeno appellatur.

Astrobites, ἀστροβίτης, gemma quæ oculis piscium similis esse perhibetur. Autor Plin. *lib.* 37. *cap.* 9.

Astrolabium, ἀστρολάβιον, instrumentum ex quo astrorum motus colliguntur.

ASTROLOGIA, ἀστρολογία, scientia tractans de cognitione & motu astrorum, quæ & Astronomia dicitur: quanquam non desunt, qui hæc ita distinguant, vt Astronomia sit quæ de motu astrorum disserit: Astrologia autem, quæ de iudiciis agit ad vitam fortunamque pertinentibus. Verùm hæc differentia non obseruatur. Cic. *de Senect.* In astrologia C. Sulpitium audimus. Idem 3. *de Diuin.* Eudoxus in Astrologia facilè princeps.

Astrologus, siue Astronomus, {ἀστρολόγος, ἀστρονόμος. ANGL. which hath skill and knowledge of the starres.} Qui astrologiæ, siue astronomiæ gnarus est. Cic. 2. *de Diuin.* Quid astrologus: cùm stella Iouis, aut Veneris coniuncta cum Luna ad ortum puerorum salutaris sit, Saturni, Martisve contraria? Astrologorum prædictiones, apud eundem, *ibidem.*

‖ASTRONOMVS, ἀστρονόμος, astrorum scientiæ peritus, qui motuum cœlestium doctrinam νέμει, i. e. recenset, distribuit.

Astronomia, astronomi scientia veteribus astronomia & astrologia voces fuerunt synonymæ recentiores distinxerunt: vt videre est in vocibus *astrologus,* & *astronomus.*

Astropelece, fulmen. Lex. gr. b.‖

Astrophe. (quod hic pro vna ex Pleiadibus corruptè legebatur.) Vide *Asterope.*

Astrum, ἄστρον, vide *Aster.*

Astruo, is, Iuxta struo & ædificium ædificio iungo. {בנה *banáh* חבירב

hidhbik בנה *chibbér.* προσοικοδομέω. GALL. Bastir & edifier ioignant autruy. ITAL. Fabricare appresso, fortificare, confirmare. GERM. Hinzu bawen. HISP. Fabricar, afirmar, i confirmar. ANGL. To build by or ny any thing.} Col. *lib.* 1. Nam quum veteri astruitur recens ædificium, quasi surgenti reluctans oneri cedit. ¶ Translate, pro affirmare sumitur. Plin. *lib.* 18. *cap.* 22. Periti rerum astruxerunt, non ferre tantum annuo fœtu, quantum, &c. Astruere auditis, pro augere audita, & plura affingere. Sil. *lib.* 4.

Astu, generis neutri, vt cornu pro ciuitate Athenensi, quam ἄστυ vocabant, sed à Latinis mutatur y, in u, & fit Astu, vt inquit Priscianus. Ter. *in Eun.* An in astu venit? Prob. Æmil. *in Alcib.* Postquam in astu venit, concione aduocata verba sic fecit. ¶ Apud Latinos vero Astu, siue Astus, idem quod calliditas, πανουργία, quæ & Astutia dicitur. Festus Pompeius, apud eius Poëtas astutiam significat: cuius origo à Græco ἄστυ, hoc est, ab oppido deducitur, in quo qui versati assiduè sint, cauti & acuti esse videntur. Ouid. 13. *Metam.* Astu decipienda fuit. Vide infrà in dictione *Astus.*

Astū, aduerbialiter pro astutè ponitur, πανούργως. Terent. *in Eunucho,* Quod si astu rem tractauit, dij vostram fidem, Quantam & quam veram laudem capiet Parmeno! Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 2. Doli non doli sunt, nisi astu colas.

Astus, adiect. videtur finxisse Plaut. *Trucul.* — si venerit Neistum ecastor hodie astis confertum fallaciis.

‖Astutus, astu valens. Fest.‖

Astupeo, es, ui, ere. est ad rem vel auditam, vel visam obstupescere. Stat. *Thebaid. lib.* 3. Astupet oranti.

Astura, ἄστυρα, flumen Latij, & insula in fluuij ostio. Plin. *lib.* 3. *cap.* 5. Antium colonia, flumen Astura, & insula. & *lib.* 5. Tenuit & nostra memoria nauem Caij principis ab Astura Antium nauigantis. Ab aliquibus etiam Stura dicitur. Vnde Festus, Stura, flumen in agro Laurenti est, quod quidam Asturam vocant.

Asturia, æ, ἀστυρία, regio Hispaniæ in tractu Tarraconensi, Artabris, Gallæcis, Cantabris, & Vardulis finitima: equis tolutariis nobilitata, qui ab ea Asturcones vocati sunt.

Astur, is, ἄστυρος, Gentile nomen est, eum significans, qui ortus est ex Asturia Tarraconensis Hispaniæ regione. Martialis pro possessiuo vsurpauit, Asturem equum dicens, pro Asturico, siue Asturicensi. Ita enim habet in Distichis, Hic breuis ad numerum rapidos, qui colligit vngues, Venit ab armiferis gentibus Astur equus. ¶ Fuit item Astur, Hetrusci cuiusdam proprium nomen, qui Æneæ suppetias tulit aduersus Turnum: de quo Virg. *lib.* 10. *Æneid.* ¶ Astur item, Aristoteli ἱέραξ, ἀστερίας. GALL. Austeur, auis est. Asturum & Falconum meminit Iulius Firmicus *lib.* 5. *Mathesees.* Vide *Triorches.*

Astures, ἄστυρες, sunt Hispaniæ populi memoratissimi, Gallæcis, Artabris, Vardulis, & Cantabris proximi, aurifodinis & equis quondam tolutariis nobilitati, quibus non vulgaris in cursu gradus, sed mollis alterno crurum explicatu glomeratio est. Plin. *lib.* 8. meminit Asturum multis locis *libri* 3. Silius. Eorum tractus, Asturiæ nomen habet.

Asturia, Germaniæ vrbs Ptolem. vulgo Bodenhausen.

Asturica Augusta, Hisp. Tarraconensis vrbs in finibus Asturiæ. Ptolemæus.

Asturcones, equi ab Asturia regione Hispaniæ ita appellati, quibus non vulgaris in cursu gradus, sed mollis alterno crurum explicatu glomeratio est. {GERM. Zeltnerß. ANGL. Ambling geldings, or hackneys, as a gener of Spaine.} vt tradit Plin. *lib.* 8. *cap.* 42. Silius *lib.* 3.

His paruus sonipes neque marti notus: at idem
Aut intonsusu glomerat vestigia dorso,
Aut molli pacata celer trahit esseda collo.

Talem gressum Græci ἄγωγον vocant, à bonitate cursus Latini dicunt tolutarios equos, à tollendis pedibus, & tollutim glomerandis. Suet. *in Ner. cap.* 46. & Senec. *Epist.* 88. & Mart. *Epigr.* 199. *lib.* 14.

ASTVS, us, masc. gen. πανουργία, Astu, astutia, à Græco ἄστυ, quod Latinis oppidum sonat. Nam qui in vrbibus frequentes sunt, solent esse callidiores. Silius *lib.* 16.

Non ars, aut astus belli, vel dextera deerat.

Callidi astus. Sen. *in Troade.* Acri astus. Valerius 1. *Argonaut.*

Astutus, a, um, adiect. Versutus, cautus. {ערום *barúm.* πανοῦργος. GALL. Fin, caut, rusé, malitieux. ITAL. Astuto, malitioso. GERM. Listig, geschwind. HISP. Astuto y cauteloso. ANGL. Craftie, subtil, wylie.} Seruius, Propriè astutos malitiosos vocamus. Cic. 2. *Verr.* ita fiet, vt tua ista ratio existimetur astuta, meum hoc consilium necessarium. Idem 3. *Off.* Certe non aperti, non simplicis, non ingenui, non iusti, non viri boni: sed versuti potiùs, obscuri, astuti, fallacis, malitiosi, callidi, veteratoris, vafri. Plaut. *Casin.* Nec fallaciam astutiorem vllus fecit Poëta. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 3. Astutos, audaces, valentes, &c. & *in Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Opus est hominem astutum, doctum, scitum & callidum.

Astutia, æ, Calliditas, malitia. {ערמה *bormáh.* πανουργία. GALL. Ruze, finesse, astuce, cautele. ITAL. Astutia, calliditá, malitia. GERM. Listigkeit, geschwindigkeit. HISP. Astutia, cautela. ANGL. Craftinesse, malice, wylinesse.} Cic. 5. *de Fin.* Quibus abest ad præcauendum intelligendi astutia. Terent. *Eunuch.* — nunc opus est tua Mihi ad hanc rem exprompta memoria atque astutia. Ita hanc instruam astutiam. Plaut. *Mil. sc.* 2. *a.* 2. Dum te in regionem astutiarum mearum induco. Idem *Merc. sc.* 2. *a.* 2. Noitris sycophantiis, dolis, astutiis. Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 3. Inest spes nobis in astutia, siue dolo. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 2.

Astutè, aduerb. Callidè, versutè. {בערמה *beharmáh.* πανούργως. GALL. Finement, cauteleusement. ITAL. Astutamente. GERM. Listiglich. HISP. Con astutia. ANGL. Craftelie, with wylinesse, subtillie.} Cic. *ad Q. Frat.* Nihil tamen nec temere dicere, nec astute reticere debeo. Vt lepidè, vt astutè venit in mentem malam. Plaut. *Most. sc.* 3. *a.* 1. Quid istuc quod voluis astutè tecum in corde, idem *Merc. sc.* 2. *a.* 2.

Astyages, ἀστυάγης, Cyaxaris filius, Persarum & Medorum rex, & pater Mandanæ, quæ Cambysi mediocris dignitatis Persæ nupta, Cyrum peperit: quem auus, in somniis quibusdam exterritus, Harpago cuidam ex intimis familiaribus necandum tradidit. Qui quum tam crudele ministerium per seipsum nollet exequi, Mitradati regio bubulco onus

ductum ab Atabyro rege, vt Plinio placet *lib.5.cap.13.* siue (vt alij malunt) ab Atabyri, editissimo totius insulæ monte.

Atabyris, ἀταβύριος, mons est editissimus totius Rhodi insulæ, Ioui Atabyrio sacer, cuius meminit Strab. *lib.14.*

Atacini, orum, ἀτακῖνοι, populi Narbonensis prouinciæ, Atacis amnis accolæ, qui circa Narbonensem Martium fuit: à quo & nomen acceperunt. Meminit horum Pompon. *lib.2.* & Hermolaus *in Plinium*, qui etiam Atacinorum familiam Romæ illustrem, nomen hinc traxisse existimant.

Ătălanta, ἀταλάντη, Schœnei, vel, vt alij malunt, Iasij Argiuorum regis filia, virago, & forma, & viribus corporis præstans, quæ prima aprum Calydonium sagitta vulnerauit. Hæc quum mira corporis velocitate præstaret, & à nuptiis omnino abhorreret, syluis tantùm & venatu sese oblectabat, procisque suis cursus certamen proposuit, in quo victum, mortis pœna, victorem, coniugij sui præmium sequeretur. Multis itaque superatis, tandem ab Hippomene, Veneris consilio victa, nupsit victori: quumque in æde Magnæ matris, nulla numinis habita reuerentia, cum illo concubuisset, in leænam conuersa est, & Hippomenes in leonem. Vide fabulam apud Ouid. *lib.10. Metam.* Vide Muretum *ad Catull.* ¶ Fuit & Atalanta, vxor Acasti, regis Iolci, quæ Pelei amore capta quum ab eo repulsam tulisset, amore in odium commutato, Peleum apud virum detulit, quòd vim sibi inferre conatus esset. Quamobrem Acastus vxoris delationi temerè fidem habens, Peleo bellum intulit: qui Tyndaridis (quorum in Colchica nauigatione socius fuerat) in auxilium vocatis, Acastum prælio superauit, captóque Iolco, Atalantam supplicio affecit. Et Suida. Imò duæ Atalantæ apud poetas reperiuntur: Arcadica vna, Argiua, seu (vt alij aiunt) Bœotica altera: illam Iasij, aut Iasonis, aut Iasionis: hanc Schœnei filiam fuisse ferunt: illam Milonioni, hanc verò Hippomeni nupsisse: vnde Schœneida Atalantam vocant Poëtæ. Atalantæ etiam meminit Sueton. *in Tiber.cap.44.* ¶ Est & Atalanta, fons in portu Cyphantarum; dictus quòd ibi venatrix fœmina siti & æstu languida consederit, & petra venabulo eius percussa, laticem præbuerit, sic scribit Pausanias. Hinc Atalantæus, Adiect. Stat.4. *Thebaid.*

Iámque Atalantæas implerat nuntius aures.

Ătălantē, es, ἀταλάντη, exigua est insula Eubœæ adiacens, è regione Opuntiorum: cuius meminit Thucyd. *lib.2.*

‖Atanuuium, est poculi fictilis genus, quo in sacrificiis Romani vtebantur sacerdotes. Fest.‖

Atarbicis, ἀταρβικις, ciuitas in Propontide insula, Stephan.

Atargata, apud Strab. *lib.16.* deæ cuiusdam nomen est, quæ apud Assyrios colebatur; ab aliis Atergatis dicitur. Vide infrà.

Atarnea, ἀταρνεύς Stephano, vrbs fuit in ora Mysiæ, è regione Lesbi.

Atarnes, ἀτάρνης, Darij Persarum regis frater, filius Hystaspis, cuius filiam vnicam nomine Phratagunam Darius vxorem duxit: vt testatur Herod. *lib.7.*

Atarphyni, ἀταρφυνοί, gens magna Arabiæ, Steph.

Ătăt, interiectio est paulatim percepti atque intellecti mali, ἆ ἆ, οἴ οἴ. Terent. *in Eunuch.* Atat, data hercule verba mihi sunt. Seruius *in Arte.* Atat, est aliquid de improuiso deprehendentis. Quandoque est interiectio timoris, Terent. *in Eunuch.* Atat mihi homo formidolosus es! Atat illic homo huc iturus est, ibo ego illi obuiam, Plaut. *Ampb.* Atat modò in mentem venit. Idem *Asin.sc.2. a.3.* Atat petij, aperitur bacchanal, adest. Idem *Aul.sc.3.a.4.* Atat senem, Eccum ipsum, *ibid.sc.5.a.4.* Atat autem Timentis est ex improuiso, Diomedes *lib.1.*

Ătăuus, est abaui, vel abauiæ pater. {אב *ab.* Προπάππος. GALL. *L'ayeul, ou pere grand du bisayeul.* ITAL. *Terzo auolo.* GERM. Anhne des großvatters/ oder der Großmuter. HISP. *Tercero abuelo.* ANGL. *My great grandfathers father.*} Terent. *in Phorm.* —memoriter Progeniem vestram vsque ab auo atque atauo proferens. Cicer. *pro Cal.* Non patrem tuum videras, non patruum, non auum: proauum: atauum audieràs Consules fuisse?

Ătăx, ἄταξ, fluuius est Galliæ Narbonensis, ortum habens ex Pyrenæo monte, qui infunditur in mare Tyrrhenum. Luc. *lib.1.*

Mitis Atax gaudet Latias non ferre carinas.

Ătē, ἄτη, Latinis Noxa dicitur. Ab Homero dea fingitur, quæ homines malis implicat, mentesque seducit, & perturbat: cui repellendæ & placandæ Litæ Iouis filiæ oppositæ sunt, quæ tanto sunt tardiores, quanto noxa est grauior. Vide Erasmum *in Adagio*, Ira omnium tardissimè senescit.

Ătĕchnia, {ἀτεχνία. ANGL. *Vnskilfulnesse, lack of knowledge.*} Ruditas, imperitia. Quint. *lib.2. cap.21.*

Ategia, tenta, casæ.

Ăter, a, um, Obscurus, niger, ab atterendo dictum: quod quæ atteruntur, liuorem contrahant. {שחור *schachor.* μέλας. GALL. *Noir, obscur.* ITAL. *Nero, oscuro.* GERM. Schwarz/ finster. HISP. *Negro, obscuro y no limpio.* ANGL. *Blacke as a cole, browne, stincking.*} Cic. 5. *Tusc.* Alba & atra discernere non poterat Democritus luminibus amissis. Ter. *in Adelph.* Tam excoctam reddam atque atram quàm carbo est. Plaut. *Men. sc.5. a.5.* Dic mihi album, an atrum vinum potas? Atram vestem laureatis foribus inducere. Senec. *cap.16. de consol. ad Polyb.* Atrabilis, succus est frigidus & siccus, qui ex multa adustione atrum colorem contraxit: Græci μελαγχολίαν vocant. Cic. 3. *Tusc.* Hanc enim insaniam, quæ iuncta stultitiæ patet latiùs, à furore distinguimus. Græci volunt illi quidem, sed parum valent verbo, quem nos furorem, μελαγχολίαν ipsi vocant. Quasi verò atra bili solum mens, ac non sæpe vel iracundia grauiore, vel timore, vel dolore moueatur. Atra bilis agitat hominem. At te atra pix agitet. Plaut. *Capt. sc.4. a.5.* ¶ Interdum Atrum capitur pro funesto: vnde Atri dies, aduersi, & infelices vocabantur, quibus Romani insignem aliquam cladem acceperant: vt dies ante quartum Calen. Nonas, vel Idus ater habebatur: quod ante quartum Calen. Sextiles clades ad Cannas credatur accepta. Gell. *lib.5. cap.17.* De atris diebus Plaut. *in Lucullo.* Atrum agmen, Pulueris nube coopertum. Virg. 12. *Æneid.*

——*camp*ó*que atrum rapit agmen aperto.*

Seruius. Cupressus atra, Virg. 4. *Æneid.* id est, nigra & funesta: nam inferis consecrata est, quæ cæsa nunquam renascitur. Et paulò post, Atra autem, quòd atratos lares significet. Hæc Seruius.

Calepini Pars I.

Ātrātus, a, um, Ater factus. {קודר *kodher.* μελανωμένος. GALL. *Noirci, portant le dueil.* ITAL. *Fatto nero.* GERM. Geschwerzt/ schwarz gemacht. HISP. *Hecho negro, ò vestido de color negro.* ANGL. *Blacked, made blacke.*} Vt, atratus fluuius atro colore tinctus. Cicer. 1. *de Diuin.* Quid, quòd fluuius atratus sanguine fluxit? ¶ Atratus item, veste lugubri indutum significat. {ANGL. *Cladde in mourning apparell.*})(Albatus. Cic. *in Vatin.* Cedò, quis vnquam cœnauit atratus? ita enim illud epulum est funebre, vt munus sit funeris, epulæ quidem ipsæ dignitatis.

Ātrĭtās, atis, Nigredo. {קדרות *kadruth.* μελανότης. GALL. *Noirceur.* ITAL. *Nerezza, Negrezza.* GERM. Schwerze. HISP. *Negror, negrura.* ANGL. *Blacknesse.*} Plaut. *in Pœn.* Ita replebo atritate, vt atrior multò siet Quàm Ægyptij. ¶ Aliquando pro immunitate capitur.

Atror, is, pro Atritate. Gell. *lib.2. cap.26.* Rubidus autem est, rufus atrore, nigroréque multò mistus.

Ātrāmentum, ab atro colore dicitur. {דיו *dejo.* μέλαν, τό. GALL. *Encre, peinture noire.* ITAL. *Inchiostro.* GERM. Schwarze farb/ Dinten. HISP. *Tinta para escriuir, ò tinta de los pintores, ò tinta de los çapateros.* ANGL. *Inke.*} Cuius duo sunt genera, scilicet Scriptorium, μέλαν γραφικόν. Herm. quod & Librarium dicitur, quòd librarij in transcribendis libris eo vterentur: & Tectorium, à tectoriis quo pictores vtebantur. {ANGL. *Pinters inke.*} Cicer. *ad Quint. Fratr.* Calamo & atramento temperato, charta etiam dentata res agitur. ¶ Ebur atramento candefacere, dixit Plaut. *sc.3. a.1.* pro, genuinæ formæ cultum atque ornatum externum inducere, quo decus illud natiuum obscuretur magis quàm illustretur. Proinde lena puellæ naturali forma præditæ, tamen cerussam ad oblinendas malas postulanti, vna, inquit, opera ebur atramento condocefacere postules. ¶ Est & Sutorium atramentum quod in inficiendis pellibus sutores coriarij vsurpant. χάλκανθον. Vulgò hoc à vitri similitudine Vitriolum nominant. Plin. *lib.34.c.12.* Græci cognationem æris fecerunt nomine & atramento Sutorio: appellant enim Calchantum. {ANGL. *Copperas or vitriol.*} Cic. *lib. Epist.9. ad Pæt.* Iam pater eius accusatus est à M. Antonio: Sutorio atramento absolutus putatur. Subesse videtur prouerbium, Sentit, opinor, hominem absolutum fuisse iudicum corruptela, non citra infamiam. ¶ Atramentum pro sanguine est sepiis. Plin. *lib.9. cap.29.* Vbi sensère se apprehendi, effuso atramento, quod pro sanguine his est, infuscata aqua absconduntur.

Ātrāmentārium, vasculum, quo atramentum continetur. {קסת *keseth.* μελανοδοχεῖον. GALL. *Cornet à encre.* ITAL. *Calamaro doue se tien l'inchiostro.* GERM. Dintenfaß/ dintenhorn. HISP. *El tintero de tinta para escriuir.* ANGL. *An inkehorne.*}

Ătĕrāmnă, ἀτέραμνα. A Theophrasto appellantur legumina coctu contumacia: eiusmodi Plato ea esse tradidit, quæ per boum cornua ferendo in terram ceciderunt. Græcis enim ἀτέραμνος, idem quod incoctilis, & indomitus. Vide Ruell. *lib.2. cap.38.*

Aterium, ἀτέριον, ciuitas Siciliæ. Steph.

Athacus, i, genus volucris gradiens super quattor pedes, longioraque retro crura habens, de quo fit mentio in Leuitico.

Athamania, regio Illyriæ, secundùm alios Thessaliæ. Steph.

Athana, oppidum. Plin. *lib.6. cap.28.*

Athanes, fluuius est Scythiæ Thraciæ in Istrum defluens.

‖Athara, ἀθάρα, pulteis seu polentæ quoddam genus: ab ἀθὴρ, arista.‖

Atharabis, vrbs Ægypti. Steph.

‖Athera, ἀθήρα, sorbitiuncula, pulticulæ liquidæ similis, ex zeæ tenuissimo polline.

Athĕūs, a, um, ἄθεος, ον, quasi sine Deo, impius, gottlos. ab α priuato & θεός.

Atheroma, ἀθέρωμα & ἀθήρωμα, tuberculum in capite nasci solitum, cui subest aliquid pulticulæ simile.‖

Atiscoti populi Britannici.

Atergatis, ἀτεργάτις, quam & Atergatam & Derceto Strab. *lib.16.* appellat, Deæ cuiusdam nomen, quæ apud Ascalonem Syriæ ciuitatem colebatur. Hanc Plinius prodigiosam Atergatim vocat, quòd simulachrum eius monstro simile effingeretur superiori parte mulierem, reliqua piscem referens. Hanc ferunt fuisse matrem Semiramidis, quæ ob amissam pudicitiam tantum animo dolorem concepit, vt sese in lacum præcipitem dederit: quúmque cadauer eius ab vrinatoribus inueniri non posset, creditum est eam in piscem fuisse transformatam. Quo factum est, vt deinceps à piscium esu vicini populi religiosissimè abstinerent. Vnde & Atergatim dictam volunt, quasi ἄτερ γαδδὸς, quod Syris sine piscibus sonat. Macrob. 1. *Satur.* duo fuisse Assyriorum numina tradit, Adad, & Atergatim, ex quibus omnia gigni arbitrantur: per Adad nimirum Solem, per Atergatim terram intelligentes. Vide Cæl. Rhod. *lib.23. cap.5.*

Aternus, fluuius est Italiæ, in ora Ferentanorum, per agrum Adrianum in mare Adriaticum illabens. Plin. *lib.3. cap.12. & 13.*

Ateste, ciuitas regionis Venetæ, vt tradit Plin. *lib.3. cap.19.*

Ăthămās, ἀθάμας Suidæ, Æoli fuit filius & Thebarum rex, qui Nephelem in vxorem duxit, & ex ea Hellen & Phryxum genuit. Sed quum Nephele furore Liberi patris concitata, in syluas abiisset, Athamas liberis suis Ino Cadmi filiam superinduxit nouercam: quæ priuignos identidem apud patrem accusans, eò illos compulit, vt conscenso aureo ariete (quem quidam é Neptuno & Theophane genitum tradunt, & eius vellus à Phryxo mari consecratum, postremò inter sydera relatum) fuga sibi consulerent. Quapropter Iuno irata furias in Athamantem immisit, quæ in tantam rabiem eum duxerunt, vt quum Ino ad se euntem videret, hanc leænam & filios suos eiusdem catulos arbitratus, raptum Learchum ex filiis alterum saxo illiserit. Quod Ino videns cum Melicerta altera prole fugiens, se ex rupe in mare præcipitem dedit & deorum miseratione in deam marinam mutata est: quam Græci quidem Leucotheam, Latini autem Matutam appellant. Vide infrà in dictione *Ino.* ¶ Hinc Athamantis, id est, Helle eiusdem filia.

Ăthămantĭădēs, id est, Phryxus, Melicertes, vel Learchus Athamantis filius. ¶ Athamas etiam est Thessaliæ mons, vt habet Plin. *lib.4. cap.8.* Est etiam fluuij nomen, qui decrescente luna ligna sibi admota incendit, vt autor est Ouid. 15. *Metam.*

Admotis Athamantis aquis incendere lignum
Narratur, minimos quum Luna recessit orbes.

Athamanes, Ἀθαμᾶνες, populi sunt Ætoliæ: de quibus Plin. *lib.* 4. *cap.* 2.

Athanasius, Ἀθανάσιος. Præsul Alexandrinus, educatus ab Alexandro eius ciuitatis Præsule, olim Diaconus in Concilio Niceno fuit. Arrianorum deinde maximas perpessus insidias, ad Constantem Galliarum principem aufugit: de quo plura Volaterranus.

Athanatos, {Hebr. ἀθάνατος. Gall. *Immortel.* Ital. *Immortale.* Germ. Vnsterblich. Hisp. *Immortal, cosa que no puede morir.* Angl. *Immortall, no subiect to death.*} Dicitur immortalis, quod nomen Deo Opt. Max. conuenit. ¶ Fuit autem Athanatus vir incredibili corporis robore, quippe quem thorace plumbeo quingentorum pondo, & cothurnis totidem pondo indutum, per scenam ambulantem, Plinius se vidisse testatu *lib.* 7. *cap.* 20.

Athenæ, arum, Ἀθῆναι, ciuitas Græciæ totius celeberrima, disciplinarum omnium altrix & amplissimarum coloniarum fœcundissima genitrix, in ea Achaiæ parte sita, quæ quòd magna sui parte litoralis est, olim Acte, & deinde Attica vocata fuit, quasi Actica. Hanc Cecrops primus condidit, vnde & Cecropia dicta: postea à Mopso Mopsopia, & ab Ione Xuthi filio Ionia, & à Minerua Athenæ. Græci enim Mineruam, Ἀθηνᾶν dicunt. Horat. 2. *Epist.*

Adiecere bonæ paulò plus artis Athenæ.

Amabat meretricem Athenis, Plaut. *Mil. sc.* 1. *a.* 2. *& Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Serue Athenis pessime. *Ibid. sc.* 3. *a.* 1. Athenis nemo nequior. *Ibid.* Cic. 1. *de Orat.* Vt omittam Græciam, quæ semper eloquentiæ princeps esse voluit, atque illas omnium doctrinarum inuentrices Athenas, in quibus summa dicendi vis & inuenta est, & perfecta. Tres autem (vt quidam asserunt) fuere Athenæ, ab vnis Athenæi: ab alteris Athenienses: ab aliis Athenipolitæ dicti sunt.

Atheniensis, adiectiuum, Ἀθηναῖος. Cic. *pro Flac.* Adsunt Athenienses, vnde humanitas, doctrina, religio, fruges, iura, leges ortæ, atque in omnes terras distributæ putantur. ¶ Atheniensium inconsulta temeritas, ἡ τῶν Ἀθηναίων δυσβουλία. Quadrat in eos, quibus malè consulta vertunt bene. Nam id olim vulgò tributum est Atheniensibus, quod ipsi quidem socorditer consultarent, parúmque prospicerent: verum Minerua ciuitatis præses illorum malè instituta bene vertere consueuit.

Athenæum, Ἀθήναιον, locus erat Mineruæ dicatus, ad quem Poetæ aliique scriptores Græci scripta sua deferebant, quemadmodum Poetæ Latini ad Apollinis templum. Accipitur item pro auditorio publico, ad quod conueniebant studiosi, vt aut Poetas recitantes, aut Rhetores declamantes, aut Philosophos aliarúmve disciplinarum possessores audirent. Dictum est autem Athenæum, ἀπὸ τῆς Ἀθηνᾶς, hoc est, à Minerua, studiorum antistita. Iul. Capit. Postea verò vbi adoleuit in Athenæo controuersias declamauit, audientibus etiam Imperatoribus suis. Lamprid. Ad Athenæum audiendorum & Græcorum, & Latinorum Rhetorum, vel Poëtarum causa frequenter processit. ¶ Est & Athenæum promontorium Campaniæ non procul à Pompeiis in extrema sui parte Mineruæ sacellum habens, ab Vlysse conditum. Autor Strabo *lib.* 5.

Athenæus, Ἀθήναιος, Cilix Peripateticæ sectæ Philosophus fuit tempore Augusti. ¶ Fuit etiam hoc nomine Grammat. Naucratites, qui sub M. Antonio claruit, qui libros Dipnosophistarum varia eruditione refertos conscripsit: quos Hermolaus Byzantius in Epitomen contraxit. Plura de hoc vide apud Suidam.

Athenion, Ἀθηνίων, pictor insignis fuit, Glaucionis Corinthij discipulus, cuius opera numerantur à Plin. *lib.* 35. *cap.* 11.

Athenodorus, Ἀθηνόδωρος, Philosophus fuit, Augusti familiaris, quem quum natura ad iram procliuiorem videret, hoc illum præcepto instruxit: Quum ita, Cæsar, te ceperit, nihil prius neque dixeris, neque feceris, quàm ipsa quatuor & viginti elementa literarum Græcarum tecum ipse percurreris, & memoria recensueris: vt ita concitatio illa quæ momentosa est, mente aliò traducta, paruo temporis interiectu languescat. Hic fuit discipulus Dionysij Areopagitæ. Composuit opus varium, quòd Περιπάτους inscripsit. ¶ Fuit & Athenodorus sculptor eximius. Plin. *lib.* 34. *cap.* 5.

Athenopolis, Ἀθηνόπολις, oppidum Massiliensium. Plin. *lib.* 3. *cap.* 4.

Atheos, ἄθεος. Impius qui negat Deum esse, qui est sine Deo.

Atheromata, ἀθηρώματα, tubercula sunt ex genere apostematum, ita dicta, quòd humorem pulli similem in se contineant. Nam ἀθήρα, Græcis pultis genus ex olyra siue siligine confectum. Vide Galen. *lib.* 14. *Method.*

Ather, eris, ἀθήρ. In hordeo dicitur summa spicæ cuspis: vt ex Galeni autoritate docet Ruellius *lib.* 1. *cap.* 2.

Athesinus, Ἀθεσῖνος. Fluuius effluens è lacu, qui in Apennino est, supra Carnos incumbente, & labitur in Istrum. Autor Strabo *lib.* 4.

Athesis, Ἄθεσις, Fluuius qui ex Tridentinis alpibus Tridentinum alluit, & Veronam diuidit: deinde per latas Padi paludes gradiens, non longè à Brundulo portu in Adriaticum mare influit. Plin. *lib.* 3. *cap.* 16.

Athleta, Pugil, luctator ad luctationem & certamen institutus. {Hebr. ... Gall. *Lutteur.* Ital. *Maestro di lotta.* Germ. Ein fechter, ein ringer, kempffer. Hisp. *Luchador.* Angl. *A great wrastler or runner at games, a champion.*} Ab ἀθλέω, quod est certo. Pollux hoc nomine Gymnicos omnes intelligit, παλαιστὰς, δρομεῖς, πύκτας, δισκοβόλους, ἁλτῆρας, hoc est, luctatores, cursores, pugiles, item disco & saltu certantes. Cic. 2. *Tusc.* Faciunt idem, quum exercentur, athletæ. Ex libro Varronis 2. & 3. probat Victorius, Athletas etiam vocatos, qui in aliquibus rebus cæteris antecellerent, *cap.* 9. *lib.* 24. Athletarum spectaculum (& mox sequitur) pugilum. Suet. *in Aug. cap.* 44.

Athletica. Absolute dicitur ars certandi, ἀθλητική. Subaudita voce τέχνη, vt cum dicimus Dialectica, Rhetorica, Grammatica, & cætera artium nomina, quæ feminina sunt Græca. {Angl. *The art or skill of wrastling.*} Vnde apud Iurisconsultum legitur, ignominiosos non esse, qui athleticam virtutis gratia exerceant.

Athleticus, a, um, ἀθλητικός. {Angl. *Belonging to wrastlers or champions.*} Quod athletarum est. Athletica certamina. Athleticus victus, id est, plenissimus. Cels. *lib.* 4. *cap.* 6. Athletico victu corpus firmandum est.

Athleticè, id est, optime & strenuè. {Angl. *Strongly, mightily, like a champion.*} Plaut. *in Bacch.* Benéque vsque valuit. C. Pancratice, atque athleticè.

Athlibis, vrbs Ægypti, & alia Arabiæ. Steph.

Athlothetes, ἀθλοθέτης, certaminum iudex. {Angl. *Iudge of wrastlers or champions.*} Quo verbo vtitur Suetonius. Athlothetæ in gymnicis ludis erant, hoc est, curatores, constitutorésque certaminum, iidem qui Βραβευταί, & Agonothetæ. Horum erant lictores mastigophori, id est, flagriferi, ad summouendam turbam, & cohibendas seditiones. Bud.

‖Athlum, ἄθλον, certaminis præmium, quod victori datur: item labor.‖

Athmodum, pars Cecropidis tribus. Steph.

Athncani, populi sunt Scythici in Asia. Herod.

Athos, Ἄθως Stephano, vulgò *Monte santo.* Mons inter Macedoniam & Thraciam tantæ altitudinis, vt vsque ad insulam Lemnon vmbram porrigere dicatur. ¶ Vnde locus factus prouerbio, Athos celat latera Lemniæ bouis, Ἄθως καλύπτει πλευρὰ Λημνίας βοός. Vbi quis officit, aut molestus est, aut gloriam cuiuspiam obscurat, aut alioqui obsistit. Tradunt in Lemno bouis fuisse simulachrum ingens, candido factum lapide. Id Athos mons tametsi longo distitus interuallo, tamen ad summam celsitudinem obscurat vmbra sua. Ita dictus à Gigante eiusdem nominis. Situs est hic mons in Chersoneso, quæ Chalcidicæ regioni angusto Isthmo annectitur: quem Xerxes bellum Græciæ inferens, perforauit, montemque ipsum à continente abscidit. Huc alludit Iuuen. *Satyr.* 10.

———creditur olim

Velificatus Athos.

Seruius in illud Virg. 2. *Æneid.*

Quantus Athos, aut quantus Eryx:

Athon metri necessitate, non Athos legendum præcipit: existimans nimirum posteriorem syllabam corripi. Qua tamen in re fallitur, quum apud Græcos Ἄθως, scribatur per ω magnum. Meminit Catull. *de com. Beren.*

Athribis, præfectura Ægypti. Vide Stephan. *in Psenaco,* & in *Athlibis.*

Athrys, huius Athrys, fluuius est Thraciæ in Istrum fluens.

Athymbra, vrbs Cariæ iuxta Menandrum, ab Athymbro condita, & Nissa postea dicta. Steph.

Atgyras, portus & fluuius iuxta Byzantium, & sinus quidam, & fluuius Scythiæ, Steph.

Atimetus, Ἀτίμητος. Libertus Cæsaris fuit, vt deprehenditur ex inscriptione sarcophagi, quem Homonææ vxori suæ defunctæ posuit cum elegantissimo Epitaphio: cuius exemplum videto infrà in dictione *Homonæa.*

Atina, Ἄτινα ciuitas iuxta Pontinas paludes: dicta à morbis, qui Græcè ἄται dicuntur, quos paludis vicinitas creat. Mart. *lib.* 10.

Quo ciue prisca gloriatur Atina.

¶ Inde Atinates populi, quorum meminit Plin. *lib.* 3. *cap.* 5.

Atinia, æ, genus vlmi, rarissimam ferens sameram (ita enim vlmi semen vocant) eámque inter frondes, quas prima geminatione edit, latentem. Colum. *lib.* 5. *cap.* 15.

Atintania, Ἀτιντανία, pars Macedoniæ, ab Atintane Macedonis filio dicta.

Atizoes, ἀτιζόης, gemmæ species argenteo nitore fulgens, magnitudine trium digitorum, ad lenticulæ figuram, odoris iucundi. Vide Plin. *lib.* 37. *cap.* 10.

Atlanticæ Insulæ, Ἀτλαντίδες νῆσοι. Vulgò *Isole beate*, quas Beatas vocant: septem quidem hæ sunt, paruo inter se diuisæ mari, decem millibus stadiorum ab Atlante distantes. Imbres illic rari mediocrésque, venti autem plurimum suaues ac roriferi. Solum verò pingue, nec arari vllo modo, plantarive desiderat, sed etiam ex se absque vllo humano studio fructum producit, dulcem quidem & otiosam multitudinem nutrire sufficientem. Aer syncerus, ac temperatus & mediocri mutatione per tempora contentus. Nam qui à terra perflant venti, vt Boreas & Aquilo, propter longinquitatem per vasta & inania incedentes spatia fatigantur, & deficiunt priusquam ad eas insulas perueniant. Qui verò à mari perflant Argestæ & Zephyri, raros quidem & temperatos imbres ex pelago afferunt. Plurima verò per humiditatem aeris cum summa facilitate nutriunt, vt etiam apud Barbaros increbuerit fides, ibi Elysios campos esse, & beatorum domicilia ab Homero decantata.

Atlas, antis, Ἄτλας, Mauritaniæ rex fuit, qui humeris cœlum sustinuisse dicitur, quod primus cursum Solis & Lunæ, syderúmque omnium versationum rationes, vigore animi, solertiáque deprehenderit. Hic fuit Promethei frater, qui quum monitus esset oraculo, vt caueret à Iouis filio, nullum hospitio suscipiebat: quod Perseus Iouis ex Danaë filius indignè ferens ostendit ei caput Gorgonis, quo conspecto Atlas in montem conuersus est tam excelsum, vt eius cacumen cerni nequeat. Hinc factus est locus fabulæ, vt Atlas rex Mauritaniæ cœlum humeris suis fulcire dicatur. Ferè è medio monte nubes incipiunt: hyeme & æstate niuem habet. Columnam cœli indigenæ appellant. ¶ Atlas cœlum, Ἄτλας τὸν οὐρανόν, subaudiendum ὑπέδεξατο, i. sustinuit. Dici solitum de iis qui sese magnis & molestis inuoluunt negotiis, ipsique sibi malum accersunt. Nam hic Cœlum hospitio excepit: deprehensus autem quòd illi struxisset insidias, præceps datus est in mare Atlanticum. ¶ Ab eo monte populi incolentes Atlantes dicuntur, qui soli sunt anonymi, hoc est, sine nominibus: nam in vniuersum Atlantes nominantur: singulis nullum proprium nomen imponitur. Solem orientem, occidentemque dira imprecatione contuentur, vt exitialem ipsis agrisque. Neque insomnia visunt qualia reliqui mortales. Plinius, Solinus, Herodot. autores. Ex Atlante ingentia flumina oriuntur, inter quæ Nilus. August. *lib.* 18. *de ciuit.* Frater Promethei Atlas, magnus fuisse astrologus dicitur: vnde occasionem fabula inuenit, vt cum cœlum portare confingeretur: quamuis mons eius nomine nuncupetur, cuius altitudine potius cœli portatio in opinionem vulgi venisse videatur. Diodorus *lib.* 4. fertur Atlantem Astrologiæ fuisse peritissimum, deque sphæra primum inter homines disputasse: qua ex re visus est cœlum suis humeris sustinere, locum præbente fabulis sphæræ inuentione. Scribunt quidam duos esse montes in Mauritania Atlantes dictos, alterum columnæ Herculis imminentem, alterum in interiore Libya. Remouor ab Atlante rege in eum conuerso dictus est, quem cœli colum-

nam

nam nominant. Tres autem Atlantes fuisse memorantur. Vnus rex Italiæ, & pater Electræ vxoris Coryti. ¶ Alter rex Arcadiæ & pater Maiæ, ex qua natus est Mercurius. ¶ Tertius Maurus, qui dictus est Maximus. Hic primum navem construxit, navigauitque. ¶ Sumitur nonnunquam à Poetis Atlas pro homine fulciente, fulciente columnas ædium, aut ipsum ædificium, ad quod tuendum Atlantis exemplo humero torquentis, qui etiam Græco vocabulo Telamones appellantur. Fiebant autem fere gibbosa figura, more eorum, qui onera dorso gestant: erantque omnino duo, interdum auersi, interdum se inuicem spectantes. Martial. Non aliter rideetur Atlas cum compare gibbo. ¶ Est & Atlas, teste Herod. *lib.* 4. fluuius ex Hæmo monte nascens: & Aquilonem versus in Istrum defluens.

Atlanticus, a, um, ἀτλαντικός: vt Atlanticum mare, id est, ea pars Oceani, qui Mauritaniam ab Occidente alluit: ita dictum ab Atlante monte, qui eam Oceani partem respicit. Cic. *de somnio Scipionis*. Omnis terra quæ colitur à vobis, parua quædam insula, circumfusa illo mari, quod Atlanticum, quod magnum, quod Oceanum appellatis in terris. Mar. *Oceano*.

Atlantæus, a, um, Horat. 1. *Carm.* Atlanteúsque finis Concutitur. Pleiades Atlanteæ, apud Ouid. 3. *Fast.*

Atlantiades, æ, & per epenthesin Atlantiades, ἀτλαντίδης, ἢ ἀτλαντιάδης. Patronymicum masculinum: quo Poetæ vtuntur pro Mercurio Maiæ filio & nepote Atlantis. Ouid. 8. *Metam.*

Venit Atlantiades positis caducifer alis.

Atlantides, Insulæ fortunatæ, Plutarch. Atlantidos arua Calypsus. Tibul. *lib.* 4.

Atlantis, idis, siue Atlantias, adis, ἀτλαντίς, ἢ ἀτλαντιάς, Patronymicum fœmininum, significans filiam, vel neptem Atlantis. Virg. 8. *Æneid.* Electra Atlantide cretus. Silius *lib.* 16. Vixque Atlantiadum rubefecerat ora sororum. Vbi Atlantiades sorores vocat Pleiades, de quibus suprà. ¶ Atlantides, ἀτλαντίδες, Vergiliæ dictæ sunt. Atlas enim ex Pleione Oceani filia, vt ait Higinus (alij, Deucalionis) habuit quindecim filias, quæ vno vocabulo Atlantides dicuntur. Verùm quinque ex his Hyades sunt nominatæ, à fratre Hyante à sororibus plurimùm dilecto: reliquæ Pleiades à matre dictæ. ¶ Vergiliæ dicuntur, quia cum Vere exoriuntur. Et sunt septem, quarum sex clarissimè apparent: septima verò, quia Sisypho nupsit, non videtur. Cicero ait, Hyadas à pluendo dictas. Nostri Siculas vocant à suibus, quoniam sues luto gaudent. Indicant enim pluuias.

Atlantius nodus, primus spinæ articulus vocatur à Plin. *lib.* 18. *cap.* 9.

Atnepos, otis, filius abnepotis, vel abneptis, {ἀπόγονος. GALL. *Le neueu de mon neueu en droite ligne.* ITAL. *Nipote di mio nipote per dritta linea.* GERM. Der enckel meines enckels. HISP. *El tercero nieto, ò nieto del nieto.* ANGL. *My nepuewes nepuewe.*}

Atneptis, filia abnepotis, vel abneptis. *Inst. lib.* 3. {ἀπόγονη. GALL. *La niepce de ma niepce en droite ligne.* ITAL. *Figliuola della nipote in terza generatione.* GERM. Die tochter meines kinds tochter. HISP. *La tercera nieta, nieta de la nieta.* ANGL. *My neese neese.*}

Atocion, ἀτόκιον, dicitur omnis medicina quæ conceptum abigit, hoc est, spem partus intercipit. Plin. *lib.* 29. *cap.* 4. Tertium genus est eodem phalangij nomine araneus, lanuginosus, grandissimo capite: quo dissecto inueniri dicuntur intus vermiculi duo, adalligatique mulieribus ceruina pelle, ante Solis ortum, præstant, ne concipiant. Vis ea annua est, quam solam ex omni atocio dixisse fas sit: quoniam aliquarum fœcunditas plena liberis tali venia indiget.

Atomus, gen. fœm. indiuiduum corpusculum, quod τομὴν, id est, sectionem non recipit. {ἄτομος. GALL. *Chose si petite qu'on ne la sçauroit partir.* ITAL. *Atomo, indiuisibile.* GERM. Ein ding das man nit theilen kan. HISP. *Cosa no partible en partes, que no se puede partir.* ANGL. *A mote in the sunne.*} Res quæ τομὴν, id est, sectionem non recipit. Nam atomos insecabilis dici potest, ab α, & τέμνω, diuido, seco. Vnde & Atomi dictæ sunt quas Lucretius minutiores dixit esse illis corpusculis, quæ infusis per fenestram radiis Solis, videmus. Vnde Epicurus ex suis atomis mundum struit, & vniuersa conformat, & earundem dissolutione dissoluit. Cic. 1. *Acad.* Quid est enim magnum, quum causas rerum efficientium sustuleris, de corpusculorum (ita enim appellat atomos) concursione fortuita loqui? Vide Gifanium *in Lucretium*. ¶ Sunt etiam atomi in corpore, vt lapis quum diuiditur vsque ad minutiam, quæ diuidi & secari non possit. ¶ Dicitur etiam eadem ratione Atomus, minimum, & insecabile temporis momentum. ¶ Similiter in numeris vnitas.

Atossa, ἄτοσσα, filia fuit Cyri, quæ primum Cambysi, & post eius mortem Dario nupsit, Herod. *lib.* 3.

Atque, Coniunctio copulandi vim habens. [ab ad & que, At pro ad veteri scriptura.] {[illegible] *gham. καὶ.* GALL. *Et mesmes, ensemblement.* ITAL. *Insiememente.* GERM. Vnd auch. HISP. *Semejantemente.* ANGL. *And also.*} Plaut. *Capt. sc.* 3. *a.* 1. Corde & animo, atque viribus Clauum cedo, atque abi intrò, atque occlude ostium. Idem *Most. sc.* 1. *a.* 3. Qui stellarum ortus comperit atque obitus Catul. *de com. Beren.* Virg.

———*genus vnde Latinum,*

Albanique patres, atque altæ mœnia Romæ.

¶ Quandoque pro Atqui, vt, Atque here ante dixeram. (i. Atqui.) Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Atque ego (i. atqui.) Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Atque ædepol non illi probe (i. atqui.) Idem *Men. sc.* 4. *a.* 1. Atque ille minus, minúsque curare (pro atqui, vel tamen.) Idem *prolog. Aul.* Ad cœnam atque condicam foras (pro atqui.) Idem *Men. sc.* 2. *a.* 1. Atque hoc haud verisimile videtur vobis (pro atqui.) Idem *Most. sc.* 2. *a.* 1. ¶ Quandoque aduerbium, quod pro Quam poni solet, ἢ ὡς: vt Persius,

———*qui tu impunitior exis,*

Atque hic?

Suet. *in Cæs.* Velut grauius atque ipse sensisset. Cicer. *in Cat.* Simulachrum Iouis contra, atque fuerat, ad Orientem conuersum. Idem *de somnio Scipionis*. Stellæ errantes versantur retrò, contrario modo, atque cælum. Idem *Attic.* Hoc ad officium meum æquè, atque vllam rem pertinet. Eundem animum mihi gratum esse oportet, atque olim (i. quam.) Plaut. *Most. sc.* 3. *a.* 1. Longe aliam atque olim orationem prædicas. Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 1. Tam consimilis est atque ego. Idem *Amph.* Nullus est adæquè Acherons atque ego, vbi fui in lapidicinis (i. quàm.) Idem *Capt. sc.* 4. *a.* 3. Me verberare alio modo, atque ego te soleo, vis. Idem *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Quandoque pro celeriter & statim, εὐθὺς. Virg.

Atque illum in præceps prono rapit alueus amni.

Vbi cœnauimus (inquit) atque illi tacent. (i. statim.) Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 3. Audio. B. atque in pauca confer. (i. confestim.) Idem *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Vide Gell. *cap.* 19. *lib.* 10. & Catull. *ad Ortalum.*

Atque illud prætereà agitur de cursu.

Item pro Sed. Cic. ad Terent. *lib.* 14. *epist.* 4. Sed si hoc fuit liberis nostris gratius, nos viuere: cætera, quamquam ferenda non sunt, feramus. Atque ego qui te confirmo, ipse non possum. ¶ Quandoque pro Ecce. Atque id mihi prodest. Plaut. *Men. sc.* 6. *a.* 5. Atque hic quidem Euclio est. Idem *Aul. sc.* 6. *a.* 1. ¶ Quandoque pro festinè, & intrepide geminatum inuenitur. Ennius, Atque atque ascendit super muros Troiana iuuentus. ¶ Quandoque pro Postquam. Plaut. *in Amph.* Neque se Luna mutat quoquam, atque exorta est semel. ¶ Atque adeò particula est augmentatiua: qua vtimur, quum significantius grauiúsque verbum leuiori subiungimus. Cic. *pro Sext. Rosc.* Hoc consilio, atque adeò hac amentia impulsi. Idem *Attic. lib.* 1. Ego princeps in adiutoribus, atque adeò secundus fui. Tu me vidisti? Atque his oculis quidem. Plaut. *Mil. sc.* 4. *a.* 2. Respondit his verbis, atque adeò fideliter. Idem *Curc. sc.* 5. *a.* 1. Vide *Adeò*. Vidisse osculantem, atque id cum alieno. Idem *Men. sc.* 4. *a.* 2. Atque arguo eam me vidisse osculantem: (i. præterea, insuper.) *Ibid. sc.* 3. *a.* 2. Ecquid habet aceti in pectore? Atque acidissimi. Idem *Pseud. sc.* 4. *a.* 2. Magnificus atque etiam malchicus. *Ibid. sc.* 2. *a.* 1. Atque ita, vide *Ita*. Atque vtinam, vide *Vtinam*.

Atqui, Sed, sed enim, at enim. [ab *at*, aduersatiua coniunctione, & *qui*; vt alioqui.] {אך *ach* אבל *abál.* ἀμέλει, ἀλλάμην, ἀτάρ. GALL. *Mais toutesfois.* ITAL. *Ma certamente, percioche.* GERM. Aber. HISP. *Mas empero, mas.* ANGL. *But, but, neuertheless.*}

Atqui ego certè cognoram à parua virgine magnanimam,

Catull. *de com. Ber.* At pol quin dixi rectius, Plaut. *Asin. sc.* 3. *a.* 4. Atqui pol non feres. *Ibidem sc.* 3. *a.* 3. Ter. *in Adelph.* Atque ex me hic non est natus, sed ex fratre. Cic. *pro Milo.* Atqui excelso loco superiorem se fore putabat Milo.

Atractylis, {ἀτρακτυλίς. GALL. *Espece de chardon, qu'on appelle saffran bastard.* ITAL. *Specie di cardo.* GERM. Ein gattung einer distel mit roten. HISP. *El cardo vuso.* ANGL. *An kinde of thistelle.*} Spina est, ex qua mulieres fusus faciebant, vnde & nomen habet. Ἀτρακτυλὶς enim dicitur διὰ τὸ τὰς ἀγροίκους γυναῖκας ἀτράκτους ποιεῖν ἐξ αὐτοῦ. i. ex eo quòd rusticæ mulieres hinc fusos compararent. Eius duæ sunt species, quarum vnam Cartamum agrestem, alteram Carduum benedictum vocant officinæ. Vide Plin. *lib.* 21. *cap.* 17. & Ruellium *lib.* 3. *cap.* 55.

Atramitæ, populi Arabiæ felicis. Plin. *lib.* 9. *cap.* 28.

Atrani, populi Hirpinorum in Italia, apud Plin. *lib.* 3. *cap.* 11.

Atratinus, Oratoris nomen est, qui Cælium accusauit, defendente Cicerone.

Atrax, ἄτραξ, fluuius Ætoliæ: à quo Atraces quidam populi cognominati sunt, vt scribit Plin. *lib.* 4. *cap.* 2. ¶ Est item Atrax, Thessaliæ oppidum à quo Hippodamia Pirithoi vxor Atracis Ouidio dicta est: & Atracia ars, Statio pro Magia, quæ apud Thessalos plurimum viguit.

Atraces, ἄτρακες, populi sunt Ætoliæ, quibus nomen dedit Atrax fluuius per agrum eorum in mare Ionium illabens, teste Plin. *lib.* 4. *cap.* 2.

Atracis, idis, ἀτρακίς, gentile fœmininum ab Atracibus deductum Ætoliæ populis: aut etiam ab Atrace Thessaliæ ciuitate. Vnde Ouidius Hippodamiam Pirithoi vxorem Atraciden vocauit. Atracis (inquit) ambiguos traxit in arma viros.

Atracius, a, um, ἀτράκιος, possessiuum deductum ab Atracia Ætoliæ regione: siue ab Atrace Thessaliæ oppido. Vnde Atraciam artem Statius appellauit Magiam, quæ apud Thessalos plurimum viguit. Sic enim habet ille *lib.* 1. *Thebaid.*

———*qualis per nubila Phœbus*

Atracia rubet arte color.

Atræ, ἄτραι, ciuitas inter Euphratem & Tigrim, Steph.

Atrebates, appellantur à Cæsare populi inter Belgas, quos hodie Artesienses vocamus. Vulgò *Arras*, vel, *Artois*.

Atrebaticæ vestes, χιτῶνες ἀτρεβατικοί, vestes erant coloris xerampelini, hoc est, siccatis vitium frondibus similes, quæ apud Atrebates optimæ fiebant. Suidas Atrabaticas vocat, alij Atrabapticas, à coloris scilicet nigredine. Vide Cæl. Rhod. *lib.* 16. *cap.* 10.

Atreus, dissyllabum, ἀτρεύς, Pelopis & Hippodamiæ filius fuit pater Agamemnonis & Menelai: qui ab ipso Atridæ dicti sunt. Fratrem habuit Thyestem, qui fratris vxori stuprum intulit. Atreus verò fratri filium epulandum apposuit. Ob quæ facinora, Sol, ne pollueretur, cursum retrorsum dicitur conuertisse. ¶ Hinc prouerbiali figura dicimus, Atrei oculi, Ἀτρέως ὄμματα, de toruo truculentóque aspectu, his enim oculis in Tragœdiis inducebatur Atreus.

Atreus, a, um, ἀτρεῖος, Adiectiuum, est trium syllabarum. Statius 8. *Theb.*

I precor, Atrei si quid tibi sanguinis vnquam.

Atrides, æ, ἀτρείδης, pluraliter Atridæ, arum, Atrei filij, Agamemnon & Menelaus Virg. 1. *Æneid.*

Atridas, Priamúmque, & sæuum ambobus Achillem.

Atrides minor, & maior. Ouid. 12. *Metam.*

Nec minor Atrides, non bello maior, & æuo.

Fallóque ignoscat Atrides. Idem 13. *Metam.*

———*peteret maioris frater Atridæ.*

Ibidem,

——— *pugnandi tempore mecum Eligit Atrides.*

Ibidem. ¶ Non soli Atridæ amant vxores. Dici solitum, quoties significabimus suam cuique dolore iniuriam, contumeliam, aut damnum: nec oportere quemquam impunè lædi. Hom. *Iliad.* 1.

Η μοῦνοι φιλέουσ' ἀλόχους, μερόπων ἀνθρώπων

Ἀτρεῖδαι, id est,

Num solis hominum Atridis affectus amórque Vxorum est?

Atria, oppidum fuit insigne Tuscorum, portum habens insignem non procul à Padi ostiis: à quo vicinum mare Atriaticum vocatum est, & postea Adriaticum. Autor Plin. *lib.* 3. *cap.* 16.

Atri dies. Vide suprà in dictione *Ater*.

Atrĭcăpillă, μελαγκόρυφος, auis est ex ficedularum genere. Festus, Melancoryphi, genus auium, quæ Latinè vocantur Atricapillæ, eo quòd summa earum capita nigra sint.

Atrilicium, eam partem significat, in qua olim licia etiam texebantur, teste Ascon. Pædian.

ĀTRĬVM, ij, primus intra ædes aditus, { חצר *chatsér* עזרה *hazaráh.* αὐλή. in vetusto Lexico, μεσαύλιον, αἴθριον. GALL. *Premiere sale d'vne maison, l'entrée de la grand sale.* ITAL. *Cortile, corte della casa.* GERM. Ein Vorhof eines hauss. HISP. *El portal dentro de casa, primera parte de la casa.* ANGL. *A porche or portall before an house, alse a hall, an inner court.* } Trecenti in atriis. Plaut. *Aul. sc.* 5. *a.* 3. Atria libertatis, 4. *Fast.* Atria ampla & vestibula referta clientium turba. Senec. *cap.* 2. *de cons. ad Mart.* Atria Tiberina. Ouid. 4. *Fast.* Atrium impleuere imagines. Senec. *cap.* 14. *de cons. ad Polyb.* Prima pars domus, quæ continet mediam aream, in quam collecta ex omni tecto pluuia descendit, & in qua prisci (vt ait Cato) aperto ostio epulabantur, vbi etiam pecunias & cætera pretiosiora seruabant: seruosque quibus tanquam honoratioribus earum rerum custodiam committebant, Atrienses appellabant. Vitruu. *lib.* 6. In vrbe atria proxima ianuis esse debent. Gell. *lib.* 6. *cap.* 5. Animaduerti enim quosdam haudquaquam indoctos viros, opinari vestibulum esse partem domus priorem, quam vulgus Atrium vocat. Dictum Atrium ab Atriatibus Hetruriæ populis, vt inquit Varro *lib.* 1. *de ling. Lat.* quia id genus ædificij Atriæ primum in Hetruria sit institutum: vel quòd à terra oriatur, quasi Aterrium, vel quod atrum esset ex fumo culinæ. In atrio enim tria erant habitacula: vestibulum, locus sportularum, qui & ipse Sportula dicebatur, vbi proponebantur eo die quæ dono danda erant: & culina: quamquam vestibulum propriè locus sit ante ædes. Vide suo loco.

Atrĭŏlum, { αὐλίδιον. ANGL. *A litle porche or litle inner court.* } Paruum atrium. Cic. *ad Quæst.* Quo in loco te in porticu scribere aiunt, vt atriolum fiat: mihi, vt est, magis placebat, neque enim satis loci esse videbatur atriolo.

Ātrĭci, { שערי הסף *schoaré hassáph* שמרי הסף *schemeré hassáph.* αὐλωρός. GALL. *Portiers, huissiers de sale.* ITAL. *Portinari, portieri.* GERM. Pfortner Thurschliesser. HISP. *Los porteros de casa.* ANGL. *Porters, hushers.* } & Iurisconsultis dicuntur, qui excubant ad atrium, qui & ad limina vocantur, & Atrienses.

Ātrĭensĭs. { שמר הסף *schomér hassáph* שער הסף *schoh̄ér hassáph* שער החצר *schoher hechatser.* αὐλωρός. GALL. *Maistre de sale, portier.* ITAL. *Maestro, ò portinaro di sala.* GERM. Hoffmeister/der zu dem vorhoff sorg tregt. HISP. *Portero de la casa.* ANGL. *A porter agate or porter magister.* } Is erat, cui credebatur cura atrij: est autem seruus præcipuus in familia. Cic. *in Pis.* Serui sordidati ministrant, nonnulli etiam senes: idem coquus, idem atriensis. Col. *lib.* 12. *c.* 3. Tum sistere atriensibus, vt supellectilem exponant. facio me facetum ac magnificum virum, dico me esse Atriensem. Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 2. Ego sum promus condus procurator peni: quasi te dicas esse atriensem. Imò Atriensi ego impero. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Colla platina Atriensis. Suet. *in Calig. cap.* 57.

Ātrĭplēx, ἀτράφαξις Dioscoridi, herba est syluestris & hortensis, frigidæ & humidæ substantiæ. { GALL. *Arroches bonnes dames.* ITAL. *Armola, trapese, reppese.* GERM. Milten/oder moltenkraut. HISP. *Los armuelles yerua.* } Aluum mollit, & ictericis prodest ab atro colore, vt aiunt, quòd homines liuidos & decolores faciat. Macer, Atriplicem tritam cum nitro, melle & aceto. Dicunt appositam calidam sedare podagram. Accusatur hæc herba à Pythagora, quòd hydropicos homines faciat, & regium morbum inducat. Atreplexum veteres dixêre, teste Festo.

Atropatia, ἀτροπατία Stephano, altera est ex partibus Mediæ: ita dicta ab Atropato duce, qui eam à Macedonum vi tutatus est. Media enim in duas distributa est partes, quarum altera Media maior appellatur: cuius metropolis sunt Ecbatana. Altera minor, quæ Atropia dicitur. Vide Strab. *lib.* 11.

Atropatus, i, ἀτρόπατος, vide *Atropatia.*

Ātrŏphĭă, { ἀτροφία. ANGL. *Leanneße of the bodie.* } Macies vel totius corporis, vel alicuius tantùm partis, proueniens ex vna, vel pluribus naturalis facultatis partibus vitiatis: vt si contingat, exempli causa, partis alicuius facultatem attractricem adeò esse imbecillam, vt alimentum suum attrahere non possit: necesse erit eam partem nutrimento suo destitutam, macie extenuari, & veluti exarescere. Idem censendum est, si alia quæuis ex facultatibus naturalibus munus suum exequi non queat. Qui autem hoc morbi genere laborant, Atrophi, ἄτροφοι, appellantur. Vide Galenum *in tract. de Symptom. different.* & Celsum *lib.* 3. *cap.* 12.

Atrum olus, vide *Olus atrum.*

Ātrŏpŏs, ἄτροπος, vna ex tribus Parcis, ita dicta quasi immutabilis, quòd ad nullius preces conuertatur. Copiosius in dictione *Parca.*

ATRŌX, Asper, crudelis, atro horrendóque aspectu. { אכזרי *achzari.* ἀτηνής. GALL. *Cruel, felon, outrageux, sans pitié.* ITAL. *Atroce, crudele, aspro.* GERM. Grausam/grimm/erschrockenlich. HISP. *Inhumano, terrible, y cruel.* ANGL. *Outrageous, pitielesse, cruell.* } Terent. *in Hecyra.* Incredibili re, atque atroci percitus. Atrocibus oculis aspicere. Gell. *cap.* 8. *lib.* 17.

Accius esset atrox, conuiua Terentius esset,

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* Nisi reperio atrocem aliquam astutiam. Plaut. *Capt. sc.* 4. *a.* 3. Atrocius nullum prælium initum. Velleius. Virgil. 1. *Georg.*

Ecce inimicus atrox magno stridore per auras
Insequitur Nisus.

Festus à Græco nomen hoc deriuat, quod illi ἄτρωτα appellant, quæ cruda sunt: siue ab eo quòd atroces nihil de se timeant. τρεῖν enim significat timere. Vnde & pro constanti quandoque ponitur. Horatius *lib.* 2. *Carm Ode* 1.

Et cuncta terrarum subacta,
Præter atrocem animum Catonis.

Atrox, cum genitiuo. Tacitus *lib.* 11. Iisdem Consulibus atrox odij Agrippinæ ac Lolliæ infensa, quod secum &c. id est, atroce odio percita. ¶ Atrocius consilium, *l.* 5. *C. de male ... maticem.* ¶ Atrociores fures, quòd noctu furtum committunt vi priuata adiunctum, metu enim relicto pallio diffugiunt viatores.

Ātrōcĭtas, is, Crudelitas. { אכזריות *achzerijuth.* ὠμότης, ἀτηνία. GALL. *Felonnie, cruauté, outrage.* ITAL. *Atrocità, crudelità.* GERM. Grausamkeit/grimme. HISP. *Inhumanidad y crueldad.* ANGL. *Outrageousnesse, crueltie, fiercenesse.* } Cic. 6. *Verrem.* Donec populus, atque vniuersa multitudo atrocitate rei misericordiáque commota, senatum clamore coegit, &c. Atrocitatem temporum mitigare (de annona,) Sueton. *in Tib. cap.* 48.

Ātrōcĭtĕr, aduerb. Crudeliter. { ὠμῶς. GALL. *Cruellement, felonnement.* ITAL. *Crudelmente, atrocemente.* GERM. Grausamlich/grimmiglich. HISP. *Inhumana y cruelmente.* ANGL. *Cruellie.* } Cicer. *pro Rosc. Amer.* Nam quum omnibus horis aliquid atrociter fieri videmus, aut audimus, etiam natura mitissimi sumus, assiduitate molestiarum sensum omnem humanitatis ex animis amittimus.

Ātrōcissĭmē, aduerb. Vlp. *D. lib.* 1. *tit* 6. *l.* 2. Diuus etiam Hadrianus Vmbricam quandam matronam, in quinquennium relegauit, quòd ex leuissimis causis ancillas atrocissime tractasset.

Attacum, ἄτακον, Hispaniæ oppidum in tractu Celtiberorum. Ptolem. *lib.* 2. *cap.* 6.

[Atta, ἄττα, vox qua iuniores appellant prouectiores. Fest. vide *Aba.*]

Atta, ἄττα, ciuitas Arabiæ felicis, autore Ptol. *lib.* 6. *cap.* 8.

Attabes, & Numenius latrones fuerunt famosissimi, adeò vt prouerbio locum fecerint: Conuenerunt Attabes & Numenius.

Attăcĕo, es, ere, ex Ad & taceo, simul taceo. Cicer. *pro Flac.* Liceat hæc nobis si obliuisci non possumus, attacere: liceat mihi potiùs de leuitate Græcorum queri.

Āttæ, teste Festo, dicti sunt, qui per vitium crurum, aut pedum plantas à terra non subleuant, & atterunt magis terram, quàm ambulent: quod cognomen fuit Quintio Poetæ. Horat. *lib.* 2. *Epist. ad Augustum.*

Recte, necne crocum floresque perambulet Attæ
Fabula, si dubitem clament periisse pudorem
Cuncti pene patres, ea quum reprehendere coner,
Quæ grauis Æsopus, quæ doctus Roscius egit.

Attam senem honoris causa appellamus, cum aui nomine dignantes: vt & Græci ἄττα πάππε vsurpant.

Āttăgĕn, gener. mascul. & Attagena, æ, ἀτταγᾶς Suidæ & Aristophani, Auis Asiatica inter nobilissimas habita, maximè verò quæ in Ionia nascitur, & inter esculentiores aues præcipuo sapore censebatur. { GALL. *Oiseau nommé Francolin.* ITAL. *Vccello detto Francolino.* GERM. Ein Haselhun. HISP. *El francolin aue pretioso.* } Plin. *lib.* 10. *cap.* 46. Attagen maximè Ionius celebratur, vocalis aliàs, captus verò obmutescens, quondam existimatus inter raras aues. Martialis, Inter sapores fertur alitum primus Ionicarum gustus attagenarum. Attagena Phrygia præstantissima, Gell. *cap.* 16. *lib.* 7. ¶ Attagen, ἀτταγᾶς. Suidas indicat hoc cognominis prouerb. loco dici solere in seruos stigmaticos: quòd hæc auis plumas habeat variis colorum notis distinctas. Arist. *in Auibus.* ¶ Depingitur ab Alexandro Myndio apud Athen. *lib.* 9. *Dipnosophist.* ¶ Est (inquit) perdice paulo maior, cuius dorsum versicoloribus maculis distinctum est, testæque figulinæ coloribus speciem gerit, nisi quòd magis rufum est. Poloni nihil hac aue frequentius habent.

Āttălŭs, ἄτταλος, Nomen Pergami regis, pecunia ditissimi, & splendida, abundantique supellectile: à quo omnia magnifica, Attalica dicta sunt: vt inquit Plinius *lib.* 8. *cap.* 48. Propertius, Nec sit in Attalico mors mea nixa toro. Hic quum liberis careret, populum Romanum testamento suo hæredem instituit. Fuit & Attalus nomen medici, cuius meminit Plin. *lib.* 32. *cap.* 8.

Attalia, æ, ἀττάλεια Stephano oppidum est Æolidis, apud Plin. *lib.* 5. *cap.* 30. ¶ Item alterum in Pamphylia: cuius meminerunt Ptol. *lib.* 5. *cap.* 5. & Strab. *lib.* 14. Vulgò *Satalia.*

Āttămĕn, Coniunctio est composita ex Ad & tamen, Verumtamen. { אבל אך *abal ach.* ἀλλ' ὅμως. GALL. *Neantmoins, mais toutesfois.* ITAL. *Nondimeno.* GERM. Aberdoch/jedoch. HISP. *Empero.* ANGL. *But neuerthelesse.* } Cic. *in Epist.* Attamen ne mirere vnde hoc acciderit. ¶ Aliquando etiam legitur diuisa. Idem 3. *de Orat.* Atque ei nequaquam parem eius ingenio, at pro nostro tamen studio meritam gratia referre debemus.

Āttămĭno, Contamino, μολύνω. Iustinus Historicus *lib.* 11. Omnibus anteiuratis viris, ne quis vllam attaminet. Vide *Contamino.*

Āttĕgiæ, arum, id est, mapalia, & tuguria. { כוכות *chóroth.* καλυβάρια, ἀττέγιαι. GALL. *Maisonnette, loge, cabanne.* ITAL. *Capane.* GERM. Hütten/Hüttenhäuslin. HISP. *Chosas, cabañas ò casas pobres.* ANGL. *Tentes that occupyers makes in faires.* } Iuuen. Dirue Maurorum attegias castella Arigantum.

Attegrare, veteres dixerunt pro Integrare, siue augere: vt notat Festus.

Āttĕius philologus. Libertinus Athenis natus, quem Capito Atteius Iurisconsultus eius patronus, inter Grammaticos, rhetorem, & inter rhetores Grammaticum fuisse ait. Eum iuuisse scripta Salustij in componendo, autor est Pollio. Coluit familiarissimè Salustium, eóque mortuo, Pollionem. Autor Tranquillus.

Attelabus, ἀττέλαβος, Paruæ locustæ species est quæ alis caret. Vide Plin. *lib.* 29. *cap.* 4.

Āttĕllă, ἄτελλα, oppidum Campaniæ, inter Capuam, & Neapolim, quam nunc *Auersam* dicimus.

Āttĕllānŭs, a, um, adiectiuum. Cic. *Cluent.* Loquutus sum de agro vectigali municipij Attellani. ¶ Attellani histriones, ab Attella oppido dicti. Cic. *in Epist. fam.* Quando tu secundum OEnomaum Accij, non vt solebas Atellanum, sed vt nunc fit, mimum introduxisti.

Āttĕllānĭŭs, a, um, aliud adiectiuum. Cic. 2. *de Diu.* Totum omnino fatum etiam Attellanio versu iure mihi esse irritum videtur.

Āttĕllānæ, ἀτελλανὰ δράματα, Latinæ sunt fabulæ, quæ ab Atella Oscorum ciuitate sumtæ fuerunt, in quibus ridiculæ personæ inducebantur, & argumentis dictisque iocularibus respondebant Satyricis fabulis Græcis. Propriè autem Attellanicum dicebatur exordium. Liu. *lib.* 7. Iuuentus histrionibus fabellarum actu relicto, ipsa inter se more antiquo ridicula intexta versibus iactitare cœpit, quæ exordia postea appellata consertaque fabellis potissimùm Attelanis sunt: quod genus ludorum ab Oscis acceptum tenuit iuuentus. Vide Adrianum

Turnebum

Turnebum c.17.lib.3.*Aduerf.*Suet.*in Calig.c.*2. Attellanæ poëtarum. Idem *in Galba cap.*13. Attellanus canticum exorsus.

Attempero, as, Adapto. {התקין *tikken.* ἁρμόζω. Gall. *Addresser vers quelque part.* Ital. *Accommodare.* Germ. Etwas zu im fügen. Hisp. *Ataniar.* Angl. *To mak meete orfitte.*} Senec. *epist.*30. Sic gladiator, tota pugna timidissimus, iugulum aduersario præstat, & errantem gladium sibi attemperat.

Attemperatè, aduerbium, Tempestiuè, in tempore. {Εὐκαίρως. Gall. *En temps & lieu, tout à poinct.* Ital. *Temperamente, con modestia.* Germ. Eben recht, zu rechter zeit. Hisp. *A buen tiempo.* Angl. *In season, in tyme and place conuenient.*} Terent. *in Andr.* Itàne attemperatè venit hodie in ipsis nuptiis?

Attendo, Aduerto, cogito, considero, & quasi animum intendo. {הקשיב *hikschib.* προσέχω, ἐφίσταμαι. Gall. *Estre attentif, estendre ses yeux ou son esprit vers quelque chose.* Ital. *Attendere, considerare.* Germ. Wahr nemmen, aufmercken. Hisp. *Considerar, estar atento.* Angl. *To tak head, to consider, to haue thee eyes and mynd fixed on any thing.*} Ponitur autem interdum absolutè. Cic. 2. *de inuent.* Si diligenter attendimus hæc apta esse inter se intelligemus. ¶ Nonnunquam cum accusatiuo: *Ibid.* Hoc autem in hotum locorum expositione oportebit attendere. Idem *pro Archia,* Quoniam me in hoc nouo genere dicendi tam diligenter attenditis. ¶ Aliquando accusatiuus mutatur in ablatiuum. Terent. Nunc quid petam ea causa, æquo animo attendite. Suetonius *in Galba c.*5. *in Calig. c.*55. *& in Neron. c.*56. iunxit datiuo. Inter liberales disciplinas attendit & iuri, id est, operam dedit. ¶ Ponitur quoque cum præpositione Ad. Terent. *in Adelph.* Nimium ad rem in senecta attenti sumus. Dicimus etiam animum attendere, pro intendere, & mentem in re aliqua fixam habere. Cic. 3. *Offic.* Et quum animum attenderis, turpitudinem videas adiunctam. προσέχειν τὸν νοῦν. ¶ Hinc attentos, φιλοπόνους, dicimus auditores, qui ad ea quæ dicuntur intendunt animum. Cic. 1. *de nat. deor.* Præbebo igitur me tibi vicissim attentum contra Stoicos auditorem. ¶ Et attentum patrem familias, id est, considératum, prudentem, sui negotij bene gerentem. Cicer. *pro Quintio,* Quintius fuit P. Quintij huius frater, sanè cæterarum rerum paterfamilias & prudens & attentus: vna in re minus consideratus, qui, &c. ¶ Et attentam vitam pro diligente & curiosa. Cicer. *pro Roscio Amer.* Tamenne hæc attenta vita & rusticana relegatio, atque amandatio appellabitur?

Attentio, vt Speusippus inquit, est intentio animi ad dicendum. {קשב *késcheb.* προσοχή. Gall. *Attention, soing d'ouir ou faire quelque chose.* Ital. *Attentione.* Germ. Auffmerckung, wahrnemmung. Hisp. *Atencion.* Angl. *Attention, or earnesse in hearing.*} Cic. 3. *de Orat.* Reliqua quæ sunt in cura, attentione animi, cogitatione, vigilantia, &c.

Attentè, aduerbium, Animo intento, diligenter, {φιλοπόνως. Gall. *Attentiuement, soigneusement.* Ital. *Attentamente.* Germ. Fleyssiglich versuchen. Hisp. *Con atencion.* Angl. *Heede fullie, attentiuelie.*} Cicer. *ad Catonem,* Scis enim, quàm attentè te audire soleam, parum attente dictum (i. oscitanter, non exactè.) Gall. *Sans y penser.* Gell. *cap.*15. *lib.*4.

Attento, as, ex Ad & tento, Tento, pertento, periculum alicuius rei facio. {בחן *bachan* נסה *nissáh.* πειράω. Gall. *Attenter, essayer, esprouuer.* Ital. *Tentare.* Germ. Vnderstehn. Hisp. *Tentar, prouar, ensayar.* Angl. *To essay, to proue, to assaile, to sett vpon deceite.*} Plin. *in præf. lib.*6. Nemo apud nos quidem, qui attentauerit. ¶ Aliquando videtur idem esse quod inchoare. Cicer. *in Orat.* Melius est præterire, quàm attentatum deserere. Item manu inuadere, vel insidiis adoriri. Cicer. *pro Sestio,* Captum propter plurimas belli importunitates, ab illa impia & scelerata manu attentari suspicabatur. Attentari sententia dicitur, quum per appellationem an iusta fuerit discutitur. Vlpian. *in l. eleganter, §. tunc enim ff. de cond. ind.* Tunc enim rescriptis locum esse credendum est, quum de sententia indubitata, quæ nullo remedio attentari potest, transigitur. Attentare locos singulos in agendo. Quint. Attentari pudicitia dicitur, quum id agitur vt ex pudico impudicus fiat. Paul. I.C. Et Senec. *lib.*2. *de Ira,* Serui pudicitiam attentari non vult, qui non pepercit suæ. Lachrymis attentare aliquem. Valer. 4. *Argon.*

Tum precibus, tum me lachrymis, & supplice dextra
Attentare veto.

Attenuo, as, significat subtilem facio, minuo, imminuo, {החד *hedhád.* λεπτύνω. Gall. *Amenuiser, attenuer, appetisser, amoindrir.* Ital. *Attenuare, assottigliare.* Germ. Kleinern, ringer, kleiner vnd subtiler machen. Hisp. *Adelgazar lo gruesso.* Angl. *To diminish, to make thin ne or lesse, to appayre, to make woorse.*} Ouid. *El.*6 *lib* 4. *Trist.*

Cuncta potest igitur tacito pede lapsa vetustas,
Præterquam curas attenuare meas.

& Eleg. 1. *lib.*4. curas attenuasse lyra. Attenuare magna eloquentia sua. Senec. *cap.*18. *de consol. ad Polyb.*

Attenuatè, aduerbium. {λεπτομερῶς, ψιλῶς. Gall. *Petitement, sobrement, chichement.* Ital. *Attenuatamente, sottilmente.* Germ. Geringer weiß. Hisp. *Adelgazamiente.* Angl. *Slenderlie, sparfelie.*} Cic. *de clar. Orat.* Oratorum bonorum duo sunt genera, vnum attenuatè, pressèque: alterum sublatè, amplèque dicentium.

Attenuatio, as, verbale. {λέπτυνσις. Gall. *Amoindrissement, diminution.* Ital. *Attenuatione, diminutione.* Germ. Minderung, Kleinerung. Hisp. *Adelgazamiento.* Angl. *Diminishing, or making thinne and woorse.*} Autor ad Her. *lib.*4. Defensoris narratio simplicem & dilucidam expositionem debet habere cum attenuatione suspicionis.

Attenuatus, a, um, Imminutus, depressus: vt, Attenuata oratio, id est, humilis & depressa. Cic. *ad Heren.* Attenuata oratio est, quæ demissa est, vsque ad vsitatissimam puri sermonis consuetudinem. Suet. *in Tib. c.*21. Attenuatus continuatione laborum.

Attero, ui, um: facit atterui præteritum apud Tib. *lib.*1. *El.*4.

Aut operi insuetas atteruisse manus.

Rem aliquam ad aliam tero, & quodam modo confrico. {שחק *schacháh* שחק *chatháh* פרך *hedhád.* τρίβω, ψήχω. Gall. *Frotter l'vn à l'autre, frayer à quelque chose.* Ital. *Fregare.* Germ. Anreiben, zerreiben. Hisp. *Gastar vsando la cosa, fregar.* Angl. *To weare by rubbing.*} Atteruntur eo ingenia. Quint. Plin. *lib.*9. *cap.*5. Anguillæ atterunt se scopulis. ¶ Significat & comminuo. Colum. *lib.*5. *cap.*6. Nam demissum ex eo palmitem germinantem inferior atteret, & fructum decutiet. Virg. 4. *Georg.*

——— *aut errans bacula campo*
Decutiat rorem: & surgentes atterat herbas.

Attritus, ior, issimus, Imminutus, detritus. {מרכה *meduchchá* כתות *chatútch* מרוח *muduáh.* κατατετριμμένος, παρατετριμμένος. Gall. *Vsé, consumé, frotté, frayé.* Ital. *Vsato, consumato, frusto, frollo.* Germ. Zerrieben, zerschleissen. Hisp. *Gastado, vsado.* Angl. *Vverne, bruysed muche vsed.*} Cicer. 6. *in Verr.* Vt rictus eius, ac mentum paulò sit attritius: quod in precibus & gratulationibus non solùm id venerari, verumetiam osculari solent. Attritæ opes, apud Liuium pro imminutæ.

Attritus, us, verbale. {דכי *dochi* מכתח *michthath* מכרת *machchetéh.* τρῖψις, παρατριβή. Gall. *Frottement, vsure.* Ital. *Friamento, consumamento.* Germ. Anreibung, zerschleissung. Hisp. *Gasto, por vso.* Angl. *Vvearing, bruysing, muck vsing.*} Plin. *lib.*9. *cap.*45. Contactos pisces, attritúque petræ scalpentes pruritum, inuadit. Attritæ facultates. Sueton. *in Galba cap.*4. Et attritum patrimonium; idem *in Aug. cap.*40.

Attestor, seu antestor, aris, Testor, testem facio, siue aduoco. {העיד *heghid.* μαρτύρομαι. Gall. *Prendre ou appeller à tesmoin, attester, tesmoigner.* Ital. *Accettare per testimonio, affirmare.* Germ. Bezeugen. Hisp. *Tomar por testigo, ò desir testimonio.* Angl. *To call or tak in witnesse.*} Cic. *pro Mil.* Is qui ita natus est, & ita consueuit, te Magne tamen attestaretur. Plin. *lib.*11. *cap.*45. Est in aure ima memoriæ locus, quem tangentes attestamur. Pro eodem veteres dicebant Antestor. Vide suo loco. ¶ Ponitur etiam pro testimonium dico, affirmo, comprobo. Plin. *in præfat. lib.*4. Hoc attestabatur vel inimico iudici se approbari posse. Cic. *pro Syll.* De his tantùm dicam quod satis est, attestante memoria omnium. Attestatus est Cato, pro testatus. Gell. *cap.*14. *lib.*4. Attestata fulgura dicebantur, quæ iterato fiebant, videlicet significationem priorum attestantia. Festus. ¶ Attestari, propriè est, absenti denuntiare.

Attestatio, διαμαρτύρησις. Macrobius *comment. lib.*2. *cap.*9. Sed describi hoc nostra attestatione non debuit, cuius situs nobis incognitus perseuerat. ¶ Attestationes dicta testium sunt, vel testimonia, ordine iuris scripto deducta.

Attexo, is, ere, attexui, attextum, Addo, adiungo, applico. {חבר *hibbir* הקריב *hikrib.* συνυφαίνω. Gall. *Tistre auec, adiouster auec.* Ital. *Tessere appresso, aggiungere.* Germ. Anwoben, zu im fügen. Hisp. *Texer sobre otra cosa, añadir.* Angl. *To weaue or adde to another.*} Cic. *de vniuers.* Vos autem ad id, quod erit immortale, partem attexitote mortalem. Varro *lib.*9. *c.*5. Nos interea secundum actum de maioribus attexamus. Cæsar, Pinnæ, loricæque ex cratibus attexuntur.

Atthis, idis, Ἀτθίς, Cranai filia, à qua regio Attica (vt quidam existimant) dicta est, quum priùs Actica ab Actæone diceretur, siue ab Actæo rege, vt Fauorino & Lycophroni placet: siue ab ἀκτή, quod litus significat, propterea quòd ea regio, sicut scribit Strabo, magna ex parte littoralis sit. Qua voce etiam vtuntur Latini. Virg. 5. *Æneid.*

At procul in sola secreta Troades acta
Amissum Anchisen flebant.

Præcipuæ regionis huius ciuitates fuerunt Athenæ, Eleusis, Marathon, & aliæ nonnullæ. Atthidem præterea Poetæ Lusciniam appellant, ad fabulam nimirum respicientes, qua Philomela Pandionis Atheniensium regis filia in hanc auem dicitur esse transformata. Martial. Sic vbi multisona feruet acer Atthide lucus.

Attica, Ἀττική, regio est Achaiæ, ab agro Megarensi vsque ad Sunium promontorium extensa: olim Acte appellata, & Actica, quòd maxima ex parte littoralis sit, teste Strab. *lib.*9. Vrbes præcipuas habet Athenas, Eleusinem, Marathonem, & alias nonnullas.

Atticus, a, um, Ἀττικός, quod ex Athenis est, vel quod ad Athenas pertinet: vt, Regio Attica, ἀττική. ¶ Atticus aduena, Ἀττικὸς πάροικος. Ita violentos & feroces vicinos dicebatur. Duris apud Zenodotum ait ex Atticorum moribus natum, quòd olim finitimos e sedibus suis exigere consueuerint. Craterus inde manasse putat quòd Athenienses, qui Samum missi fuerant, indigenas expulerint. Arist. *lib. Rhetor.*3. Proinde propriè quadrabit in eos, qui ita nuper in munus aliquod asciti sunt, vt superiores eiiciant. Athenæ atticæ, vide *Athenæ.* Atticum Talentum, vide *Talentum.* ¶ Attica bellaria, Τράγημα Ἀττικά: de cupediis. Transferri potest ad rem quamcunque maiorem in modum suauem ac iucundam. Plat. *Polit. lib.*3. ¶ Lepos Atticus, Attica eloquentia, pro summa. Ter. *Eunuch.* Dixin' in hoc Atticam esse eloquentiam? ¶ Huic finitimum est, Attica musa, Ἀττικὴ μοῦσα: pro venusta lepidáque oratione. Nam inter dicendi genera laudatur in primis Atticum. Neque vlla lingua loqui scitat, Attica. Plaut. *Asin sc.*1. *a.*4. Hunc hominem colere pati iuuentutem Atticam? Idem *Pseud. sc.*2. *a.*1. Nemo adæquè parcus iuuenture ex omni Attica? Idem *Mostel. sc.*1. *a.*1. ¶ Atticus testis, Ἀττικὸς μάρτυς, legitur in Collectaneis Diogeniani pro probatissimo atque incorruptissimo teste, quod, si quis per ironiam torqueat in testem vanum, non inconcinnè dixerit. ¶ Attica fides, Ἀττικὴ πίστις, legitur apud eundem de minimè vanis, minimeque periuris: inde natum, quòd apud Atticos templum esset Fidei deæ constructum, cuius etiam meminit Plautus *in Aulularia.* ¶ Velleius Patereulus *hist.*2. Adeò enim certa Atheniensium in Romanos fides fuit, vt semper & in omni re, quicquid syncera fide gereretur, id Romani fide Attica fieri prædicarent. ¶ Atticus in portum, Ἀττικὸς εἰς λιμένα. In eos dicebatur, qui illic virtutem ostentare solent, vbi tutum est, vbi nihil opus. A nautis Atticis sumptum, qui portum ingressuri, ostentandi sui gratia magnificè sese gerebant, in ipsa re, hoc est, in prælio nauali, non perinde strenui.

Atticè, aduerb. Ἀττικῶς: vt, Atticè loqui, hoc est, lingua Attica. Cic. *de clar. Orat.* Nam si quis eos, qui nec ineptè dicunt, nec odiosè, nec putidè, Atticè putat dicere, is rectè nisi Atticum probat neminem.

Atticismus, ἀττικισμός, est quædam peculiaris Attici sermonis elegantia. Cicer. *de clar. Orat.* Et ille Latinus Atticismus ex interuallo regustandus.

Atticisso, as, Atticè loquor, ἀττικίζω. Plautus, Non Atticissat, sed Sicilicissat. Nam quemadmodum Attici inter Græcos omnes ornatissimè loquebantur, ita Siculi omnium pessimè. Vnde etiam Cicer. Q. Cæcilium irridet, quòd linguam Græcorum non Athenis, sed in Sicilia didicisset.

Attigo, sine n, idem quod Attingo. {Angl. *To touche softelie.*} Nam sicut Tango, ita & Tago dicimus. Plaut. *in Mostell.* Abscedite, telis ne attigant. *Ibid. sc. 1. a. 2.* ædes ne attigatis.

Attiguus, Proximus. {Angl. *That is nigh or toucheth another.*} Ab Attingendo, sicut Contiguus à Contingendo, [illegible]. Apul. *lib. 4.* Contra procliue montis attigui fuga me liberauit.

Attilius regulus, Consul Romanus qui primo bello Punico quum Carthaginenses sæpè vicisset, tandem per insidias captus, & postea Romam missus est à Carthaginensibus pro permutandis captiuis: sed quum Romam venisset, ipsemet permutationem dissuasit, & Carthaginem rediens, crudelissimè est necatus. De hoc multa Cicer. *lib. 3. Offic.*

Attilus, Piscis satis grandis, qui in Pado inertia pinguescens, ad mille aliquando libras captus est, catenato hamo, nec nisi boum iugis extractus. Plin. *lib. 9. cap. 15.*

Attinæ, lapides sese mutuò attinentes, in specie maceriarum congesti.

Attineo, es, ui, ex Ad & teneo, idem quod teneo. {אחז *achaz.* חזק *chazák.* κατέχω. Gall. *Retenir.* Ital. *Ritenere.* Germ. Behalten. Hisp. *Retener.* Angl. *To hold, to reteine.*} Plaut. *Capt. sc. 2. a. 2.* Nunc iam cultros attinet. Tacit. *lib. 1.* Ni proximi prehensam dexteram vi attinuissent. Tu pallam ante oculos attines. (i. tenet.) Plaut. *Men. sc. 1. a. 5.* Attinere, pertinere, decere, conuenire. {[illegible]. Gall. *Il appartient, il conuient, il est besoing.* Ital. *Pertenere, conuenire.* Germ. Gehören/ antreffen/ gezimmen/ zustehn. Hisp. *Conuenir, atener ò perteneçer algo.* Angl. *It belongeth, it perteneth.*} Terent. *in Adelph.* Iamne me vis dicere, quod ad te attinet? Quid ea messis attinet ad meam lauationem? nihilo plus quàm lauatio ad messem. Plaut. *Mostell. sc. 3. a. 1.* Nam quod attinet ad argumentum, breue est, idem *prolog. Asin.* Quid istæ picturæ ad me attinent? Idem *Men. sc. 2. a. 1.* Te de alia re retinuisse censui. Quod ad me attinet. Idem *Aul. sc. 6. a. 5.* Quid istuc ad vos attinet? Idem *Curc. sc. 2. a. 5.* Nihil hoc Iouis ad iudicium attinet. Idem *Pseud. sc. 1. a. 1.* Aliquando significat Retinere. Idem *ibid.* Ita me attinuit, ita me detinuit cliens. Tacit. *lib. 14.* Seneca rarus per vrbem, quasi valetudine infensa, aut sapientiæ studiis domi attineretur. Attineri publica custodia, idem *lib. 3.*

Attingo, is, igi, actum, Leuiter tango: minus est enim quàm tango, vt inquit Donatus. {נגע *nagháa.* משש *maschásch.* ἅπτομαι, [illegible]. Gall. *Attaindre, toucher tant soit peu.* Ital. *Toccare leggirmente.* Germ. Anrüren. Hisp. *Alcançar tocando alguna cosa ligeramente.* Angl. *To touche softelie, to mention or hande brieflie.*} Terent. *in Adelph.* Tetigin' tui aliquid? AE. Si attigisses, ferres infortunium. Non oportet ætatem istanc pigmentum attingere. Plaut. *Most. sc. 3. a. 1.* Me quidem si attigeris. Idem *Men. sc. 1. a. 5.* Ne me attingas si sapis. Idem *Asin. sc. 3. a. 2.* ¶ Aliquando pro retinere vi. Idem *Merc. sc. 5. a. 2.* Ausus es mulierem attingere. (i. retinere vi) Nihil attingit ad rem. *Ibidem* —hoc ideo fit, quia quæ nihil attingunt ad rem, &c. Id est quæ nihil ad rem attinent, siue pertinent. Attingit me sanguine, cognatione. Plin. *Epist. 144.* Nec iis tantum, quos sanguine attingit, &c. Cic. 4. *Verr.* Quo quisque te maximè cognatione, affinitate, necessitudine aliqua attingebat. Attingere rem aliquam pro Tractare. Idem 4. *de Finib.* ¶ Attingem, pro attingam, ab Attingeo, vt Claudeo, viueo. Sic & Claudebo, Viuebo, Attingebo, antiqui dicebant.

Attactus, verbale. {ἁφή. Gall. *Attouchement.* Ital. *Toccamento.* Germ. Anrürung. Hisp. *Tocamiento.* Angl. *Touching softelie, brieff mention.*} Virg. *Æneid.*

Ille inter vestes, & lania pectora lapsus
Voluitur attactu nullo.

Attollo, is, Eleuo, erigo. {נשא *nasá* הרים *herím.* ἐπαίρω. Gall. *Leuer haut, esleuer.* Ital. *Eleuare, inalzare, togliere.* Germ. Erheben/ auffheben. Hisp. *Alçar ò quitar.* Angl. *To lift up, to exalte.*} Liu. Quùmque se quisque attollere, ac leuare vellet. Attollebantur Ciceronis studio Brutus & Cassius. Velleius. ¶ Aliquando ponitur pro Aufero. Pacuuius, Custodite istum vos, ne eum quis attollat, néve quis attingat. ¶ Aliquando pro Affero. Plaut. *in Casina,* Quid si propius attollamus, flambíque obuiam? Hoc verbum facit præteritum Attuli. Diomedes, Affero, attuli, quoniam & à fero Tuli dicimus: quanquam & id perfectum quod est attuli, ex alio proficisci reperimus apud veteres, ex eo quod est Attollo. Attollere pro Educare. Plin. *lib. 11. cap. 39.* Ne fœminæ quidem in pectore mammas habent, nisi quæ partus suos attollere possunt.

Attondeo, es, attondi, attonsum. Tondeo. {גזז *ghazáz* גלח *ghilláck.* ἀποκείρω. Gall. *Tondre tout autour, raire.* Ital. *Radere, tondere à fatto.* Germ. Gar beschären. Hisp. *Mucho trasquilar.* Angl. *To sheare, to shaue.*} ¶ Attondere aliquem auro, per metaphoram. Plaut. *Bacch.* —is me scelus Auro vsque attondit doctis indoctum dolis.

Attondens, particip. {[illegible]. Angl. *Which sheareth or shaueth.*} Virg. 2. *Georg.*

——— *curuo Saturni dente relictam*
Persequitur vitem attondens.

Attonsus, part. {[illegible]. Angl. *Shorne, shaued, sherd.*} Cels. *lib. 4. cap. 3.* Neque inutile erit caput attonsum habere. Cic. 5. *Tusc.* vt Epaminondas, Consiliis nostris laus est attonsa Laconum. Item Attonsurus. Plaut. *Capt. sc. 1. a. 3.* Strictim attonsurum dicam? id est, emuncturum.

Attono, as, attonui, [illegible]. Verbum rarissimè lectum: quod stupefacere videtur significare, Ouid. *Epist. 4.*

Aut quas Mænades Dryades Faunique bicornes
Numine contactas attonuere suo.

Attonitus, Consternatus, perturbatus, propriè propter casum fulminis stupefactus. {נדהם *nidhe am* נבהל *nibhal.* [illegible], [illegible]. Gall. *Estonné, esbahy, esperdu.* Ital. *Stupefatto, attonito.* Germ. Erschrocken/ entsetzt. Hisp. *Attenado, espantado.* Angl. *Astonied greatlie, affrayed, abashed.*} Seruius, Attonitus dicitur, cui casus vicini fulminis, & sonitus tonitruum dant stuporem. Virg. 3. *Æneid.*

Talibus attonitus visis ac voce deorum.
Pallor in attonita virginis ore fuit.

Ouid. *Eleg. 9. lib. 3. Trist.* Periphrasis, Non aliter stupui, quàm qui Iouis ignibus ictus. Item, Attonitus. i. stupefactus. Sueton. *in Cæs. cap. 28.* Attoniti sacerdotes Bacchi vino, sono, &c. Liu. *lib. 9. d. 4.* Virg. 6. *Æneid.*

——— *nec enim antè dehiscent*
Attonitæ magna ora domus.

Vbi Seruius, Attonitæ domus, stupendæ, non stupentis. Attonito non tacere sono, bacchantium. Ouid. *Eleg. 4. lib. 5. Trist.* Sic attonitus Aiax, truculentus Hercules. Quint. Ergo attonitæ facientis attonitos: vt, Mors pallida, Tristis senectus.

Attonitè, aduerb. [illegible], [illegible]. Plin. *lib. 30. cap. 1.* Britannia, hodieque eam attonitè celebrat tantis cæremoniis, vt dedisse Persis videri possit.

Attraho, is, ad me traho, allicio. {משך *maschách.* ἐπισπάω, [illegible]. Gall. *Attirer, attraire, tirer à soy.* Ital. *Allettare.* Germ. Zu im ziehen/ an sich ziehen. Hisp. *Traer à si.* Angl. *To drawe to me, to entise, to pull to me.*} Cic. *Attico,* Quum id malum, quod vitare poteras, vltrò accersas, atque attrahas.

Attractio, verbale, ἑλκυσμός. Attractionem apud Quintilianum legimus pro eo positam, quod Donatus aduerbia congregandi vocat: qualia sunt Summatim, Viritim, Ostiatim, & id genus similia. Eius verba sunt *lib. 4. cap. 1.*

Attractus, particip. ἑλκυσθείς, vt, Attractus spiritus. Virg. 3. *Georg.*

Tum verò ardentes oculi atque attractus ab alto
Spiritus, interdum gemitu grauis.

Intelligit difficilem respirationem.

Attrecto, significat manibus tracto, palpo. {גשש *gaschásch* משש *maschásch.* טפש *taphás.* [illegible], ψηλαφάω. Gall. *Manier, taster, toucher doucement.* Ital. *Maneggiare.* Germ. Berüren/ betasten/ angreiffen. Hisp. *Tratar sobajando la cosa, manosear.* Angl. *To handle often, to touche softelie.*} Plaut. *in Persa,* Ne me attrecta subiugatrix. Liu. 5. *ab Vrbe.* Quod id signum more Hetrusco, nisi certæ gentis sacerdos, attrectare non esset solitus. Sic Cic. *de Arusp. resp.* Attrectare contaminatis manibus. Et Virg. 2. *Æneid.* Attractare sacra. Regias etiam attrectamus gazas. Liu. *lib. 34.* Cic. *pro Cælio.* Est enim dictum ab illis, fore qui dicerent vxores suas à cœna redeuntes attrectatas esse à Cælio. Suet. *in Nero. c. 26.* Attrectare vxorem alienam.

Attrectatio, ψηλάφησις, attrectatus. Lamprid. *in Heliogabalo,* In conuiuiis exoletos maximè iuxta se ponebat, eorúmque attrectatione, & tactu præcipuè gaudebat.

Attrectatus, us, verbale, Tactus. {ψηλάφησις. Gall. *Maniment, attouchement par plusieurs fois.* Ital. *Maneggiamento.* Germ. Betastung/ oder angreiffung. Hisp. *Sonajamiento.* Angl. *Often handling or touching.*} Cicer. 2. *Tuscul.* Nam attrectatu, & quassu sæuum amplificatis dolorem.

Attremo, is, ere, Ad vocem alicuius contremiscere, ἐντρέμω. Statius 8. *Theb.*

Dixerat, atque illi iamdudum regia tristis
Attremit orans.

Attribuo, is, Impono, committo, assigno, ascribo, destino, tribuo. {נתן *nathán.* [illegible], ἀνατίθημι, [illegible]. Gall. *Attribuer, bailler, assigner.* Ital. *Assegnare, attribuire.* Germ. Zugeben/ zumessen. Hisp. *Attribuir à alguno ò dar.* Angl. *To gyue, to impute, to assigne.*} Liu. 5. *bel. Pun.* Cæterorum curam benignè tuendorum C. Flaminio Quæstori attribuit. Cæs. *lib. vlt.* Nostri sicut superioribus diebus, vt cuique erat locus attributus, ad munitionem accedunt. ¶ Vnde Attributæ pecuniæ, quas nunc *Assignationes* dicimus, [illegible]. Varro *de lingua Latina* Tributum, inquit, dictum à tribubus, quod ea pecunia, quæ à populo imperata erat, tributim à singulis pro portione census exigebatur. Ab hoc ea quæ assignata erat, attributum dictum. Ab eo quoque, quibus attributa erat pecunia vt militi reddant, Tribuni ærarij dicti. Id quod attributum erat, Æs militare dictum.

Attropatia, vide *Atropatia.*

Attulo, pro aufero. Vide *Tulo.*

Atuacutum, [illegible] Ptolemæo, vrbs est inter Tungros, post Tabullam flumen sita. Sunt qui Antuerpiam esse credant: sed hoc Ptolemæi descriptioni non conuenit. Antuerpia enim sita est ad Scaldem fluuium, qui etiam à Cæsare eodem nomine dicitur, Oceanique sinu alluitur: Tungri verò in Mediterraneo sunt, multum à Scalde dissiti. Vide Becani Origines.

Atura, oppidum est Galliæ Aquitanicæ.

Aturia, ἀτουρία, pars Assyriæ, in qua Ninus ciuitas est. Strabo *ab initio lib. 9.*

Aturius, Galliæ fluuius, teste Ptolem. vulgò *Le Deu.*

Aturnus, vide *Atyrus.*

Attyla, Ἀττίλας, Hunnorum rex fuit ex Scytharum genere, qui subacta Pannonia, Italiam ingressus, Aquileiam subuertit: & in Germaniam transiens, plurimas vastitates edidit: indéque domum reuersus, dum nouis nuptiis operam dat, vino plenus, effuso è naribus multo sanguine suffocatus est. Hic tot cladibus rem Christianam afflixit, vt apud omnes Dei flagellum fuerit appellatus.

Atypus, i, ἄτυπος, dicitur, qui non satis expedito plectro linguæ vtitur: quasi aërem non feriens, vel quasi non satis verba exprimens, conformansve. Gell. *lib. 4. c. 2.* Balbus autem, inquit, & atypus vitiosi magis, quàm morbosi sunt. Huius vitij meminit & Vlpianus *l. idem Ofilius 10. §. quæsitum, ff. de ædil. edict.* ibi, Quæsitum est an balbus, & blæsus, & atypus, isque qui tardius loquitur, & varus, & vatius sanus sit.

Atyrus, fluuius Aquitaniæ, è Pyrenæis montibus descendens, hodie penè nomen retinens, de quo Ptolemæus. Et ita legendum apud Lucanum *lib. 1.*

——— *tunc rura Nauetis*
Qui tenet, & ripa Atyri, qua littore curuo.

Aturnus vocatus ab Ausonio in Mosella,

Tarbellicum

—— Tarbellicus ibit Aturrus.

Atys, ă, apud Poetas pueri formosissimi nomen est, quem Cybele casto amore adamauit, cùmque sacris præfecit ea lege, vt perpetuam castitatem conseruaret. Sed quum postea voti sui parum memor, Sangaritidem nympham compressisset, ab irata dea in furorem actus, testes sibi execuit: quumque etiam manus sibi afferre conaretur, miseratione Cybeles in pinum arborem mutatus est. Vide Ouid. 10. *lib. Metam.* ¶ Atys alius, fuit Crœsi, Lydiæ regis filius, qui quum antea semper mutus fuisset, in eo tandem prælio, quod Lydiæ seruitutem attulit, quum Cyri militem videret, sublato ense patri suo cædem illaturum, nimia loquendi cupiditate linguæ vinculum abrupit, claráque voce patris sui interitum deprecatus est. Autor Herod. *lib.* 1. & Gell. *cap.* 9. *lib.* 5. vbi tamen non nominat. ¶ Atys alius fuit ex Hercule & Omphale prognatus, qui filios habuit Lydum, à quo Lydia dicta est: & Tyrrhenum, à quo Tyrrheni appellati sunt, de quibus Strab. *lib.* 5. ¶ Atys alius fuit ex India, ex Limniace Gangis filia progenitus, in Andromedes nuptiis occisus est à Perseo. corripit autem primam Ouid. *lib.* 5. *Metam.*

——erat Indus Atys, quem flumine Gange
Edita Limniace vitreis peperisse sub vndis　Creditur.

Atys Syluĭus, Albæ Syluij filius, quem Eusebius Ægyptum Syluium vocat. Hic quum viginti nouem annis regnasset, Capy filio relicto diem clausit.

A V

Au, Interiectio est conturbatæ mentis. Terent. *in Andr.* Dicturáne quod rogo? M. Au. D. Concede ad dextram. Au, interiectionem esse silentium iniungentis, docet Linacer *ex Terentij Eunucho.* —au, Ne comparandus hic quidem ad illum est. Quod tamen rectiùs Hau, per aspirationem legitur. Est quoque hæc particula apud Afranium in Emancipato. Au mi homo, immo ædepol vos supremum meum concelebretis diem. Item in eodem, Au quid me censes, obsecro non audiuisti. Sosipater *lib.* 2. Atque his in locis videtur exclamandi particula potius, quàm silentium imponendi. ¶ Est etiam præpositio, vnde Aufero, & aufugio, de qua vide Gell. *cap.* 3. *lib.* 15.

Aualites sinus, *αὐαλίτης κόλπος*, in dextra parte rubri maris. Vide *Aualites.* Stephanus.

Aualla, vide *Abella.*

Auantici, *αὐαντικοὶ* Ptolemæo, populi Heluetiis finitimi, quos Ptol. *lib.* 2. *cap.* 9. inter Sequanos collocat. {GERM. Mislaburg.}

Auaricum, oppidum fuit Biturigum, flumine & paludibus cinctum: de quo multa apud Cæs. *de bell. Gall.* Sunt qui credant hoc oppidum esse, quod Galli vocant *Vierron en Berry.*

Ăvārvs, quasi auidus æris, tenax, parcus, restrictus. {כילי *chiliái.* *φιλάργυρος, φιλοχρήματος.* GALL. *Auaritieux, chiche, conuoiteux de biens.* ITAL. *Auaro, auido, ingordo.* GERM. Geytzig/ Karg. HISP. *Auariento, ò codicioso.* ANGL. *Niggarde, greedie, couetous of goodes.*} Dictio composita est (vt Nigidius voluit, referente Gellio, siue (quod Gell. *cap.* 5. *lib.* 10. magis placet) simplex nomen est, ab auendo dictum: & semper in reprehensione est. Auidus verò ab auendo, etiam in laude ponitur. Salustius, Laudis auidi, pecuniæ liberales erant. Horat. 1. *Epist.*

Semper auarus eget.

Terent. *in Eunuch.* Ab meretrice auara. Auara terra dicitur, quum id quod in se recipit, ampliore fœnore non reddit. Adulationes auaræ, pro auarorum. Plin. *in Panegyr.* 67. Ouid. *Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.*

—— Nec auara Tibullo
Tempus amicitiæ fata dedere meæ.

Auarior, comparat. Plaut. *Capt.* Ne tuum animum auariorem faxint diuitiæ meæ.

Auārĭă, vox ab Alc. obseruata *in Codice Theodosiano*, functionis nomen, etiam quæ collocatione lustrali exigebatur de rebus promercalibus & venalitiariis: eam sustulit Iustinian. *lib.* 11. *Codic.*

Ăvārĭtĭă, Cupiditas, auiditas, tenacitas. {בצע *betsáh.* *φιλαργυρία.* GALL. *Auarice, chicheté, conuoitise de biens.* ITAL. *Auaritia.* GERM. Geytz/ geytzigkeit. HISP. *Auaricia ò codicia.* ANGL. *Niggarnesse, hardenesse in spearing expences.*} Cic. 4. *Tusc.* Auaritia est opinatio vehemens de pecunia, quasi valde expetenda sit, inhærens & penitus insita. Terent. *in Phorm.* Quia egens relicta est misera, ignoratur parens, Negligitur ipsa: vide Auaritia quid facit. Hominum auaritia factus sum improbior coquus. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 3. Auaritia gloriæ, pro cupiditate. Curtius *lib.* 9. Rursum auaritia gloriæ, & insatiabilis cupido famæ nihil inuium, nihil remotum videri sinebat. Profundâ auaritiâ homo. Salust. *Iugurth.* 11.

Ăuārĭtĭes, ei, idem. {ANGL. *Niggardnesse.*} Lucret. *lib.* 3.

Denique auarities, & honorum cæca cupido,
Quæ miseros homines cogunt transcendere fines　Iuris.

Ăuārē, aduerb. Tenaciter, parcè. {*φιλαργύρως*. GALL. *Chichement, auaricieusement, escharsement.* ITAL. *Auaramente.* GERM. Geytziglich. HISP. *Auarienta y codiciosamente.* ANGL. *Niggardlie, greedelie.*} Cic. 3. *Offic.* Nihil tamen auarè, nihil iniustè, nihil libidinosè, nihil incontinenter esse faciendum.

Ăuārĭter, Auide. Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 1. Hoc vide, vt ingurgitat impura in se merum auariter.

Auasis, *αὔασις*, vrbs Ægypti, quæ & Oasis vocatur: causam nominis vide apud Steph.

Auatha, vel Auara, *αὔαθα*, ἢ *αὔαρα*, *ας*, oppidum. *πετραία* est Arabum, Stephan.

Auc. apud Valer. Probum, notam esse auctoris, auctoritatisve, scribit A. Alciat. *lib.* 2. *cap.* 9. *Parerg.* Lex. l.

¶ Aucea, sæpe aucta. Fest. ¶

Ăvceps, aucupis, qui, vel quæ aues capit. {יקוש *iakúsch.* *ὀρνιθοθήρας.* GALL. *Oiseleur, preneur d'oiseaux.* ITAL. *Vccellatore.* GERM. Ein vogler/ oder ein voglerin. HISP. *Caçador de las aues.* ANGL. *A birder, a taker of birdes, a hauker.*} Colum. *lib.* 8. *c.* 10. Qui ab aucupibus in hunc vsum nutriti, quasi allectores sint captiuorum. Plaut. *Asin. sc.* 4. *a.* 1. Auceps quando concinnauit aream, offundit cibum, aues assuescunt. Auceps syllabarum per translationem dictum à Cic. *de Orat.* & Plaut. *in Milite*, Circumspicito dum, ne quis nostro auceps sermoni siet.

Aŭcŭpĭŭm, & Aucupatio, Auium captio. {מוקש *mokésch.* *ὀρνιθοθηρία.* GALL. *Oisellerie, chasse aux oiseaux, prinse d'oiseaux à la glu, ou autrement.* ITAL. *Vccellatione.* GERM. Vogelfahung. HISP. *Caça de aues.* ANGL. *Hauking, taking of birdes.*} Plaut. *in Asin. sc.* 3. *a.* 2. Hic noster quæstus aucupij simillimus est de quæstu lenonio. ¶ Per translationem accipitur pro illecebris. Cic. *de Orat.* Sic minimè animaduerteretur delectationis aucupium. ¶ Aucupia pro captis auibus. Senec. *de Prouidentia*, Quid ergo? felicior esset, si in ventrem suum longinqui littoris pisces & peregrina aucupia congereret.

Aŭcŭpor, deponens, Aues capio. {יקש *iakásch.* *ὀρνιθοθηρεῶ, ἰξεύω.* GALL. *Chasser aux oiseaux, tendre aux oiseaux, tendre à quelque chose.* ITAL. *Vccellare, cercare.* GERM. Voglen/ vögel fahen. HISP. *Caçar aues, buscar con maña.* ANGL. *To hauke, to take or chase birdes or foules.*} ¶ Per translationem verò significat, artificio quodam & solertia quæro, capto, magna diligentia conlector, *θηρῶμαι*: vt, Aucupari gratiam alicuius. Cicer. *ad Luc. lib.* 5. Non vereor, ne assentatiuncula quadam aucupari tuam gratiam videar. ¶ Aucupari rumusculos imperitorum hominum, Cic. *lib.* 3. *de leg.* ¶ Repetitur etiam Aucupo, as, voce actiua. Plaut. *Mest. sc.* 1. *a.* 2. Circumspiciendum, numquis est sermonem nostrum qui aucupet. Idem *in Asin. sc.* 2. *a.* 5. paulisper mane, Aucupemus ex insidiis clanculum quam rem gerant. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 4. Huc concedamus ex insidiis aucupa.

Aŭcŭpātōrĭŭs, a, um, quod ad aucupium pertinet. {*ἰξευτικός*. GALL. *Appartenant à prendre oiseaux.* ITAL. *Cosa che appartiene à pigliare vccelli.* GERM. Das zu dem voglen gehört. HISP. *Cosa perteneciente à caçar aues.* ANGL. *That belongeth to hauking.*} Vnde aucupatorij calami viscati, quibus vtimur ad capiendas aues. Plin. *lib.* 16. *cap.* 36. Quum igitur anno permanserit inundatio, proficiunt in aucupatoriam quoque amplitudinem.

Auctonus, filius Apollinis & Cyrenes Penei filiæ.

Aucula, vrbs Tusculorum Ptolemæo, alij Aquula.

Ăvdĕo, es, ausus sum. Non dubito, fidens sum. {דלק *dalák* בטח *batách.* *τολμῶ.* GALL. *Oser.* ITAL. *Ardire, essere audace.* GERM. Dörffen. HISP. *Osar.* ANGL. *To be bold or hardie.*} Plaut. Vix domo egredi audet. Ecquis audet mihi suppetias ferre. Idem *Men. sc.* 6. *a.* 5. Ita me obstinatè aggressus, vt non audeam quin promam omnia. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 1. Etiamne mentiri audes? Idem *Men. sc.* 2. *a.* 5. Pol si te, audeam, meum patrem nominem. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 2. Nihil me adiuuare audes? pro potes, conaris. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Non audes mihi, scelestè, subuenire? (vis.) Idem *Asin. sc.* 4. *a.* 2. Ecquid audes de tuo addere? Idem *Men. sc.* 2. *a.* 1. Quis vnquam de egestate cogitare ausus est. Senec. *cap.* 9. *de consol. ad Mart.* Etiam audes reuorti, mea gratia. Plaut. *Men. sc.* 3. *a.* 4. pro vis, dignaris. Sic Sodes, i. si vis.

Et ausus erat reges incessere dictis　Thersites,

Ouid. 13. *Metam.* Cur ausus es facere? Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Iungitur aliquando cum accusatiuo. Ouid. *lib.* 6. *Metam.*

Et nihil est, quod non effreno captus amore
Ausit: nec capiunt inclusas pectora flammas.
Et quandocunque mea poterunt audere camœnæ,

Tib. *lib.* 4. Aliquando sine accusatiuo, & ferè semper infinitiuus cum adiungitur. Virg. 12. *Æneid.*

—— hæc præmia, qui me
Ferro ausi tentare ferunt.

Vide suprà.

Aŭdēns, participium, Non timidus, *τολμῶν, ῶσ*. Virg. 10. *Æneid.*

Audentes fortuna iuuat.

Suet. *in Cæs. c.* 58. Dubium cautiórne, an audentior. & Quint. Audentior & excelsior Æschines.

Aŭdēns, nomen ex participio, Confidens. {*θρασυδειλός*. ANGL. *Borde, hardie.*} Quint. *lib.* 9. Illa adhuc audentiora, & maiorum (vt Cic. existimat) laterum, quæ prosopopœiæ dicuntur. Virg. 6. *Æneid.*

Tu ne cede malis, sed contra audentior ito.

Aŭdendum, {*τολμητέον*. ANGL. *VVorthie or meete to be aduentured.*} Tib. 1. *Eleg.* Audendum est, fortes adiuuat ipsa Venus. Audendis omnibus paratissimus Antonius. Velleius.

Aŭdēntĕr, aduerb. Audacter. {בטח *betách.* *θαῤῥῶν, τολμηρῶς.* GALL. *Hardiment.* ITAL. *Audacemente.* GERM. Freuenlich dapfferlich. HISP. *Osadamente.* ANGL. *Boldelie, hardelie.*} Tacit. *lib.* 4. Quidam audentiùs apertis in collibus visebantur.

Aŭsŭs, a, um, particip. *τολμήσας*. Liuius, Exules, obærati, ausi capitalia plerique. Quint. Hoc genus iniuriæ (stupri) verecundius inest passis, quam ausis. Ouid. 3. *Trist.*

Conscia percussit meritorum pectora Colchis
Ausa, atque ausura multa nefanda manu.

Ausum, ausi, nomen substantiuum, Cœptum, cogitatum. {*τόλμημα*. ANGL. *An aduenturouse act, an interprise.*} Silius *lib.* 5.

Funditur vnanimo visu & concordibus ausis
Pilorum in Pœnos nimbus.

Virg. 6. *Æneid.*

Ausi omnes immane nefas, ausoque potiti.

Ăvdax, modò fidens dicitur. {דלק *dalák* בטח *batách* ברוח *barúch.* *τολμηρός*, vel quod *ἀπονενοημένος* est, *τολμητής*. GALL. *Hardi, temeraire, audacieux, auantureux.* ITAL. *Audace, ardito, temerario.* GERM. Freuel/ Dapffer, kun, keck. HISP. *Atreuido, osado, sin prudençia.* ANGL. *Bolde rashe hardie.*} Virg. 5. *Æneid.*

Quique pedum cursu valet, & qui viribus audax.
—— audacem fecerat ipse timor,

Ouid. 3. *Fast.* Audaces cogimur esse metu. Idem *Eleg.* 3. *lib.* 1. *Trist.* Incedit ornatus audax suis virtutibus. Plaut. *Capt. sc.* 3. *a.* 5.

Ille per ignotas audax errauerit vrbes,

de Vlysse Tibul. *lib.* 4.

Iam simul audacis veniunt certamina Martis,

Ibid.

Si quid adhuc audax ex præcipitique petendum est.

Idem 13. *Metam.* Audax audes id dicere? Plaut. *Men. sc.* 8. *a.* 5. Quid peius muliere atque audacius? Idem *Merc. sc.* 3. *a.* 2. & *Amph. sc.* 3. *a.* 1. Surriperet hic patri audacissimè, atque improbissimè. Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 1.

Ego

Ego vnam vidi mulierem audacissimam. idem *Asin. sc.1. a.3. Ibidem sc.2.* Astutos, audaces viros.

——— latis audax Hispania terris,

Tibul. *lib.4.* Item facinus audax incipit, (i. periculosum.) Plaut. *Aulul. sc.4. a.3.* Modò temerarius. Idem Pergin' audax hoc facinus persequi? ¶ Interest tamen inter temerarium & audacem: quòd Temerarius est is, qui sine respectu salutis obiicit se periculis nihil timens. Audax verò qui sine ratione impetum facit nihil prouidens. Atque hoc modo Cor. Fronto *de vocab. diff.* distinguit.

Audaculus, diminutiuum. {Angl. *A pretie hardie felow.*} Gell. Aderat reprehensor audaculus verborum.

Audacia, & Audacitas Flodoardo, Nimia confidentia. {מבטח *mibtách.* θράσος. Gall. *Audace, presomption, temerité.* Ital. *Audacia, ardire, temerità.* Germ. Frächheit/ vermessenheit. Hisp. *Osadia, atreuimiento.* Angl. *Boldnesse, rashnesse, hardinesse.*} Speusippus, esse securitatem, inquit, qua quis malum neque futurum expectat, neque præsens horrescit. Et accipitur in malam partem pro nimia confidentia, quum quis sine vllo aut periculi metu, aut pudoris respectu rem aliquam temerè aggreditur. Cic. Nec vires eis, nec audacia, nec tela defuère. Salust. Audacia pro muro habetur. Homini cui nulla in pectore est audacia. Plaut. *Most. sc.1. a.2.* Quæ isthæc audacia est? Idem *Pseud. sc.2. a.5.* O hominis impudentem audaciam. Idem *Men. sc.1. a.5.*

Audaciter, & Audacter per syncopen, audenter, confidenter. {בטח *betach.* θαρσαλέως. Gall. *Hardiment, audacieusement.* Ital. *Audacemente.* Germ. Frächlich. Hisp. *Osadamente.* Angl. *Boldlie, rashlie.*} Cic. *pro Rosc.* Multa sceleratè, multa audaciter, multa improbè fecisti. Idem *de clar. Orat.* Magis audacter quàm paratè veniebat ad dicendum. Mulier es, audacter iuras. Plaut. *Amphitr.* porrige audaciter ad salutem brachium. Idem *Pseud. sc.4. a.2.* Loquere audacter, idem *Capt. sc.2. a.2.* Gaude audacter. *Ibidem sc.1. a.4.* Prorogare vitam? audacter dicito, idem *Pseud. sc.2. a.3.* Audaciter dicunt contumeliam. Idem *Curc. sc.1. a.4.*

Audio, is, iui, itum, propriè significat, sonum auribus accipio, ἀπὸ τῆς αὐδῆς, id est, à voce, cuius proprium est vt audiatur. {שמע *schamáh.* ἀκούω. Gall. *Ouir, escouter.* Ital. *Vdire.* Germ. Hören/ losen. Hisp. *Oyr.* Angl. *To heare.*} ¶ Virg. audiendi vocabulum etiam ad ea transtulit quæ auribus & sensu carent, quum ait *lib.1. Georg.*

——— & frustrà retinacula tendens
Fertur equis auriga, neque audit currus habenas.

¶ Aliquando Audire est intelligere. Idem *1. Æneid.*

Progeniem sed enim Troiano à sanguine duci Audierat.

¶ Interdum est postulata petenti concedere. Idem *9. Æneid.*

Audijt, & genitor cæli de parte sinistra
Intonuit lænum.

¶ Interdum credere, accedere. Cic. *in Tusc.* Nec Homerum audio, qui Ganymedem à dijs raptum ait. ¶ Interdum præcipienti parère, ὑπακούειν, ἀκούειν: & hoc tam cum accusatiuo, quàm cum datiuo. Cic. *de nat. deor.* Tu Cotta si me audias, eandem causam agas. Si me audias, obserues. Plaut. *Amph. sc.3. a.4.* Et cum datiuo: Ego sum Ioui dicto audiens. Idem *Amphitr.* Audientem dicto filium. Idem *Asin. sc.1. a.3.* Audientem dicto haud Imperatorem tibi me herus emit. Idem *Men. sc.4. a.2.* Quint. Audientem dicto non esse. Cic. Et audiens esset huic ordini, id est, obediens. ¶ Inuenitur & Audio cum aduerbio bene, vel malè, & ponitur pro laudor & vituperor: κακῶς ἀκούω, Aristoph. Terent. Bene dictis si certasset, audisset bene. Cic. *in Verrem.* Ne gratia in prouincia malè audiret. Audire Socratem, aut Platonem: pro, discipulum esse Socratis. Cic. *1. Acad.* Iam Polemonem audiuerant assiduè Zeno & Archesilas. Audio à, è, ex, & de. Vt, audiui à, vel ex, vel de patre meo, idem significant, inquit Valla. Quid ego ex te audio? Plaut. *Most. sc.1. a.2. & Mil. sc.3. a.2. & Men. sc.9. a.5.* Est Deus qui omnia audit, & videt. Idem *Capt. sc.2. a.2.* Audin' quæ loquitur? Idem *Men. sc.5. a.5. & sc.1. & 2. a.2. & Pseud. sc.3. a.1.* Me vocem loquentis audire visus sum. Idem *Aul. sc.6. a.4.* Ex me audibis vera. Idem *Capt. sc.4. a.3.* Audin' vt deliramenta loquitur? Idem *Men. sc.5. a.5.* Quid ais bone vir, Audio. Idem *Curc. sc.2. a.5.* Vigila. i. expergiscere. P. Audio. Idem *Men. sc.2. a.2.* Pietas prohibet. B. Audio. (ἀκούω.) Pietatem igitur noctu amplexator pro Phœnicio. Idem *Pseud. sc.2. a.1.* Quasi aslioerim simulabo, atque audita eloquar. Idem *Amphitr.* Verum est, quod olim est auditum fabularier. Idem *Pseud. sc.2. a.1.* Neque vidi neque audiui peiorem, nec dici fingive potest. Idem *Curc. sc.1. a.5.* Ex me audibis vera. Idem *Capt. sc.4. a.3.* Audire quasi per nebulam. Vide *Nebula.* ¶ Audire iudex, Præfectus vrbi, Prætor, dicitur qui cognoscit. Sic, Audire causam, id est, noscere. *l.1.* vbi Gothofr. *de lit. contest. l.6. §.3. C. de appell. l.2.6. ff. eod.* Audire causam ex integro, *l.2. C. si ex falsi instrum.* ¶ Audire de, aliter acceptum. Terent. *in Adelph.* De Phaletria hac audiuit, id illi nunc dolet. Audire de capite, pro Cognoscere. Senec. *lib.1. de benef.* Parum fide furiosèque impetibus erat, qui de capite viri Consularis forcatus audiebat. Sic & Cic. *pro Flac.* Audibo, pro Audiam, more antiquo, Plaut. *Capt.* ‖ Audientes, Catechumeni. Tertull. ‖ ¶ Huius verbi composita sunt, Exaudio, Inaudio, Obaudio, Subaudio, de quibus omnibus suo loco.

Auditio, ipse audiendi actus, auditus. {שמע *schemáh* שמועה *schemuhah* משמע *mischmah.* ἀκρόασις. Gall. *L'ouïe.* Ital. *L'udire.* Germ. Hörung. Hisp. *Obra de oyr.* Angl. *Hearing.*} Cic. *de Fin.* Dantque se ad Iudendum, fabellarùmque auditione ducuntur. Easdem auditiones & doctores colere. Gell. *cap.1. lib.18.* Egressos ex auditione. *Ibid. cap.1. lib.14.* ¶ Audientia, audiendi attentio, est enim aliud paulò quàm auditio. Plaut. Exurge præco, fac populo audientiam, hoc est, fac vt populus audiat. Cicer. *1. Verr.* Quantam denique audientiam orationi meæ improbitas illius factura sit. Illud verbum etsi est Latinum: Canonistæ tamen, vt pleraque alia, ineptè loquuntur, Audientia causarum, audientia literarum. ¶ Auditiuncula diminutiuum. Gell. *lib.13. cap.18.* Auditiuncula quædam de Catonis familia aspersus est.

Auditorium, locus vbi audiantur præceptores, aut Oratores, {ἀκροατήριον. Gall. *Auditoire, parquet d'audiance.* Ital. *Auditorio.* Germ. Ein ort da man einem redend zuhört. Hisp. *Lugar para oyr.* Angl. *An auditorie, a place where oratours or maisters teacheth.*} Quint. *lib.2. cap.11.* Sed cuius rei gratia plenum sit auditorium. Circa scholas & auditoria assiduus. Sueton. *in Tib. cap.11.* Idem Quintil. Auditoriis se, non iudiciis comparat. Per metonymiam accipitur pro ipsa auditorum turba. Plin. *in Epist.* Nam proximè frequenti auditorio inter se coràm multi ordinis nostri clarè iocabantur. ¶ Auditorium etiam pro foro & Tribunali ponitur. Paul. *in l. contra, de re iud.* Is qui ad maius auditorium vocatus est, si litem inchoatam deseruerit, contumax non videatur. Quintilianus tamen forum & auditorium opponit *lib.10. cap.1.* Sed alia ratio est litium & disputationum fori & auditorij, præceptorum & periculorum.

Auditor, is, verbale, Discipulus, is qui audit, is apud quem agitur. {שמע *schoméah.* ἀκροατής. Gall. *Auditeur.* Ital. *Auditore.* Germ. Ein Zuhörer. Hisp. *Oydor.* Angl. *That heareth, an auditour.*} Cic. *Attic. lib.16.* Sed notentur Eclogarij, quos Saluius bonos auditores nactus, in conuiuio duntaxat legat. Iuuen. *Satyr.1.* Semper ego auditor tantùm.

Auditus, Sensus audiendi, vis illa, qua soni percipiuntur. {משמע *mischmah.* ἀκοή. Gall. *Ouye.* Ital. *Vdito.* Germ. Gehör. Hisp. *El sentido de oyr.* Angl. *Haring.*} Plin. *lib.10. cap.69.* Auditus cui hominum primò negatus est, huic & sermonis vsus ablatus. Cic. *pro Marc.* Vereor vt hoc quod dicam, non perinde intelligi auditu possit, atque ego ipse cogitans sentio.

Aue, siue Haue, vel Habe (b pro u, vt sæpe in P. Flor.) verbum est defectiuum: in secunda persona singulari Aue, & plurali Auete, infinitiuo Auere, teste Diomede *lib.1.* {שלום *schalom.* χαῖρε.} Mart. *lib.5.*

Exprimere, Ruffe, fidicula licèt cogant
Aue Latinum, χαῖρε, non potest Græcum.

Aueho, is, Abduco, siue aliò veho. {ἀπάγω. Gall. *Charier ou porter de lieu en autre.* Ital. *Condurre, altroue.* Germ. Dannen füren/ hinweg füren. Hisp. *Traer à algun lugar.* Angl. *To carye frome, or away.*} Sueton. *in Cæs.* Stipendiarium quoque pronuntiatum, & abstrahentibus statim eripuit, occultauitque apud se diu, & mox ex præfectura proficiscens in Hispaniam, inter officia prosequentium fascèsque lictorum lectica sua auexit. Terent. *in Adelph.* Is venit vt secum auehat. Quot eras annis natus cum te pater à patria auehit? Plaut. *Men. sc. vlt. a.5.* Illam inuitam in Ephesum auehit (aliàs *aduehit*) vbi Athenis aductam scio. *Ibid.* Memini me deerrare à patre (in tuba) atque inde auchi. (de surreptione.) *Ibid.*

Auelburgum, oppidum Marchiæ Brandenburgensis.

Auella, oppidum Campaniæ: à quo Auellanæ nuces. Silius *lib.8.*

Auellana, æ, {לוז *luz.* λεπτοκάρυον. Gall. *Noisette, aveline, noix de haye.* Ital. *Nocciuola, nosella, nocchia.* Germ. Ein Haselnuß. Hisp. *El auellana.* Angl. *A filbert or hasill nute.*} Nux est coryli arboris, quæ alio nomine dicitur nux Pontica, quòd in Asiam Græciàmque primò è Ponto venerit: eadem & Prænestina dicitur, quòd Prænestini his abundent, siue (vt Macrobio placet) quòd Prænestini ab Annibale obsidione cincti, his nucibus famem tolerauerint. Primum autem dictæ sunt Abellinæ ab Abellino Campaniæ oppido, quòd à Virg. appellatur Abella, à Silio Auella. Plin. *lib.15. cap.21.* Cæteris quicquid est, solidum est vt in auellanis, & ipso nucum genere, quas antea Abellinas patrio nomine vocabant.

Auello, is, auelli, & auulsi, auulsum, A loco vello, abstraho, aufero. {נתק *natak* חטב *hatbak.* ἀποσπάω. Gall. *Arracher, retirer à force, oster bon gré malgré.* Ital. *Sbarbicare, stirpare à forza.* Germ. Abreissen/ dannen reissen. Hisp. *Arrancar de lugar.* Angl. *To drawe or pluche away through force.*} Cic. *de Senect.* Et quasi poma ex arboribus, si cruda sunt, vi auelluntur. Virg. *2. Æneid.*

Fatale aggressi sacrato auellere templo Palladium.

Terent. *in Andr.* Ita magnæ, vt sperem posse auelli. id est, abduci, disiungi.

Auulsor, ἀποσπαστής, & Auulsio, ἀπόσπασμα, verbalia Plin. *lib.17. cap.10.* Aut enim semine prouenuint, aut plantis radicis, aut propagine, aut auulsione. Idem *lib.9. c.45.* Vbi auulsorem sensère, contractæ multò difficilius abstrahuntur.

Auena, æ, Herba est nota ex frumentaceo genere, equorum præcipuè pabulis nascens, tritico foliis & culmo similis, semen habens eiusdem nominis, è summo pendens culmo, locustarum quandam similitudinem referens, duplici crure diuaricatarum. ‖ Ita fortè dicta, quòd eam aueant edere pecudes, in primis equi. ‖ {βρῶμος. Gall. *Aueine.* Ital. & Hisp. *Auena.* Germ. Haber. Angl. *Oates.*} Nomen accepisse putatur ab eo, quòd ad fructum non veniat. Numeratur enim inter vitia segetis, veluti quidam frumenti abortus. Solis enim cælique vitio interdum accidit, vt triticum, hordeùmve in auenam degeneret. Nonnunquam etiam idem euenit vitio seminis, si illud aut imbecillum fuerit, aut cariosum. Vide Plin. *lib.17.* Et lenis obsesso stabat auena solo, Ouid. *4. Fast.* ¶ Est & alterum auenæ genus, quæ Auena Græca à Plin. vocatur, & à Græcis αἰγίλωψ, quòd morbum curet eiusdem nominis. Hæc in hordeo nasci gaudet, vt lolium in tritico, multiplicique radice solum emacians, illi præcipit alimentum. ¶ Ponitur interdum Auena pro calamo, siue culmo segetis, ex quo pastores sibi fistulas conficere solent: quo fit, vt pro stylo, siue charactere bucolico accipiatur. Virg. *1. Eclog.*

Syluestrem tenui musam meditaris auena.

Auenaceus, a, um, quod ex auena confectum est. {ὁ ἐκ τῶν βρώμων. Gall. *D'auoine.* Ital. *Di auena.* Germ. Das von Haber ist. Hisp. *Cosa de auena.* Angl. *Of oates.*} Plin. *lib.30.* Vel cum farina hordeacea, vel auenacea.

Auenaria, Cicadæ species est, quam nonnulli *Frumentariam* vocant, quoniam simul cum frumentis arescentibus apparet. Autor Plin. *lib.11. cap.27.*

Auenio, nis, {Αὐενιὼν Stephano. Vulgò *Auignon.*} Oppidum est Narbonensis Galliæ, ad Rhodanum, Cauarum metropolis: de quo Plin. *lib.3. c.4.* Hodie Pontificiæ ditionis est. Clementi enim sexto eius nominis Pontifici, vrbem hanc cum vicino agro vendidit Iohanna Siciliæ regina: vt est videre apud Volaterranum.

AVENTINVS, i. ἀβεντῖνος. Vnus ex septem vrbis Romæ montibus, cuius radicem Tybris præterlabitur. ita dictus ab auibus, vt ex sententia Næuij refert Varro; quarum ob situs opportunitatem, amnisque vicinitatem maxima ibi copia erat. Vel ab Auentino Albanorum rege, qui in eo extinctus est, & sepultus. Cur autem Auentinus mons extra pomerium esset, docet Gell. *cap.* 14. *lib.* 13. ¶ Vel ab aduentu hominum, qui ad Dianæ templum, quod eo in monte à communi Latio conditum fuit, commeabant. ¶ Vel ab aduectu: quod Varroni magis probatur. Erat enim hic mons reliquis paludibus discretus. Vnde ratibus ad eum aduehebantur, quadrantem pro naulo persoluentes. ¶ Fuit item Auentinus, cognomento Syluius, Albanorum rex, Romuli Syluij filius, & pater Procæ, à quo nonnulli Auentino monti (in quo sepultus est) nomen factum existimant. ¶ Est præterea Auentinus apud Virg. 7. *Æneid.* nomen filij Herculis ex Rhea, qui Turno aduersùs Æneam suppetias tulit.

Auentinus, a, um, adiectiuum: vt, Arx Auentina, apud Ouid. 6. *Fast.* Et Auentinum iugum, apud eundem *lib.* 3.

AVEO, es verbum defectiuum sine præterito & supino. Significat concupisco. {אוה auáh תאב atáb. γλίχομαι. GALL. *Souhaiter, desirer, convoiter.* ITAL. *Desiderare, appetere.* GERM. Begären/wünschen. HISP. *Codiciar, dessear.* ANGL. *To couet, to desire greatlie.*} Cic. *lib.* 1. *Offic.* Itaque quum sumus negotiis curisque vacui, tum auemus aliquid audire & discere. Idem *ad Attic. lib.* 1. Valde aueo scire quid agas. ¶ Auere etiam à nimia cupiditate pro gaudere ponitur, vnde salutantes quoque Aue, χαῖρε, dicimus, id est, gaude & lætare.

Auens, partic. Horat. 2. *Serm.* non est mihi tempus auenti Ponere signa nouis præceptis. Auens, pro libens. Gellius *cap.* 7. *lib.* 19.

AVERNVS, ἄορνος, gen. mascul. in plurali Auerna, orum, Lacus Campaniæ prope Baias, quem locum Plutoni dicatum, & inferorum limen esse rudis vetustas credidit. Vulgò *Lago de Tripergola.* Vnde & pro inferorum sede à poetis vsurpatur. ¶ Dictus Auernus quasi ἄορνος, hoc est, auibus carens, siue quòd aues superuolantes graui eius odore enecentur, siue quòd sulphureæ exhalationes aërem vsque adeò extenuent, vt aues sustinere non possit. Lucret. *lib.* 6.

Principio quod Auerna vocant, non nomen id ab re
Impositum est, quia sunt auibus contraria cunctis.

Strabo *lib.* 6. Contiguus Baiis Lucrinus adest sinus, intra quem Auernus est.

Auernus, a, um, adiect. Ouid. 10. *Metam.*

Ne flectat retro sua lumina donec Auernas
Exierit valles.

Virg. 2. *Georg.*

Tyrrhenusque fretis immittitur æstus Auernis.

Auernalis, e, adiect. vt, Aquæ auernales, Horat. 5. *Epod.* Auernales nymphæ. Ouid. 5. *Metam.*

Auerruncare, auerto, depello, à runcando deductum. {בער הסיר *besir* *biher.* ἀποτρέπειν, ἀποσκευάζειν. GALL. *Oster & deschasser, pousser & chasser ce qui nuit.* ITAL. *Discaciare, rimouere.* GERM. Außreuten/hinweg thun. HISP. *Roçar ò arancar rayzes.* ANGL. *To put or ta away that which hurteth to weed.*} Est autem runcare, herbas vel frutices noxios ex agro euellere. Liu. 8. *ab Vrbe,* Placuit ad auerruncandam Deûm iram, victimas cædi. ¶ Inde Auerruncasso pro eodem, Lucilius *lib.* 26. Dij maluerint meliora atque amentiam auerruncassint tuam.

Auerruncus, i, Dei nomen erat apud Romanos, qui mala auerruncare, hoc est, depellere atque auertere putabatur, ἀποτρόπαιος. Cuiusmodi apud Græcos habebantur Hercules & Apollo, quos idcirco ἀλεξικάκους, ἀποτροπαίους, καὶ ἐπικουρίους appellabant. Pacuuius apud Varro. *lib.* 6 *de ling. Latin.* Deus qui meis rebus præest Auerruncus.

Auertæ, arum, sunt lora (vt Budæus scribit *in Annotat. post.*) latiora, quæ per terga equi iugalis excurrunt, sub alis eius succincta. Accursius, Auertam, equorum pectorale vult esse, ita dictum, quòd auersum collocetur: sicut Postilena. Plauto incurium illud corium dicitur, quod à sella in caudam desinit, ab eo quòd Post sellam fit. Alciato placet hoc vocabulo ornamentum capitis intelligi quo habenæ figuntur: & id quoque ab auertendo, quòd equi per eam vertantur, prout sessori visum est.

AVERTO, aliò verto, amoueo. {הסיג *hesigh.* ἀποτρέπω. GALL. *Destourner, tourner d'autre costé.* ITAL. *Rimouere, volgere altroue.* GERM. Abwenden. Dannen kehren. HISP. *Rebiluer, empuxar de algun lugar.* ANGL. *To turne away, to turne bakeward.*} Virg. *Æneid.*

Nec posse Italiâ Teucrorum auertere regem.

Plaut. *in Amphitryone*—te volo vxor colloqui. Quò te auertisti nunc? Ecce autem auortit se. Idem *Mil. sc.* 2. *a.* 2. Cùm diceris exulis vxor, Auertis vultus. Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 4. Auerte prædam. Liu. *lib.* 7. *d.* 4. Auerti prædam ab hostibus nostrûm salute sociûm. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 1. Non potuit cœptos auertere cursus. Tibul. *lib.* 4. Auertere & alienare animum. Liu. *lib.* 10. *bell. Punic.* Hoc etiam verbo dolus quidam sæpe indicatur. Virg. *Æneid.* 4.

Quo regnum Italia Libycas auerteret oras.

Prædam domo auertebant. Cæs. *lib.* 3. *de bell. ciu.* Auertere & alienare animum. Liu. *lib.* 10. *bell. Punic.* Auertere iter. Idem *lib.* 1. *dec.* 3. (de militibus alios relinquentibus.) Cicer. *de Amicit.* Tu velim animum parumper à me auertas, Lælium loqui ipsum putes. ¶ ✕ Aduerto: vnde auertere oculos, vel mentem dicimus, pro eo quod est, ad rem aliquam aciem oculorum, vel mentis intendere. ¶ Ponitur aliquando pro Interuerto, intercipio & efficio ne res ad eum perueniat cuius est. Cic. 3. *in Verr.* Is auersa pecunia publica aufugit. At *paulò antè*. Hic in quæstura pecuniam publicam Cn. Carboni Cos. datam auertit. Idem *in Frumentaria.* Frumentum auersum à Rep. abreptum ab aratoribus. ¶ Auertentes dij, ἀποτρόπαιοι, depellentes & auerrunci, qui auertunt prodigia & portenta. Tarquinius Priscus *in ostentario arborario* apud Macrob. Arbores quæ inferûm deorum auertentiúmque sunt in tutela, eas infelices nominant, Alaternum sanguinem infelicem.

Auersus, a, um, qui faciem à nobis auertit, tergúmque ostendit {נסוג *nasigh.* ἀπεστραμμένος. GALL. *Qui a le dos tourné, destourné, tourné d'autre costé.* ITAL. *Quello che volge le spalle verso noi.* GERM. Das abgewendt ist. HISP. *El que buelue las espaldas.* ANGL. *Which hath his face turned away, turned on the other side.*} ✕ Aduersus, ἐναντίος, qui faciem anteriorémque corporis partem nobis obiectam habet. Cic. 3. *de Orat.* Aduersus & auersus impudicus es, hoc est, ab anteriore parte & à posteriore.

Auersos Solis non legeremus equos.

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* per auersa castrorum, vel auersam portam, Velleius. Auersos profuga de classe reduxi. (i. terga dantes.) Ouid. 13. *Metam.* Auersis auribus. (i. non benignè.) Liuius.

——— *Et nigras accipit ore fabas,*
Auersúsque iacit.

Ouid. 5. *Fast.* ¶ Sic hostes aduersos aggredi dicimur, quum eos à fronte inuadimus: auersos autem, quum fugientes à tergo adorimur. ¶ Per metaphoram Auersum vocamus iratum, iniquum, contrarium & malè cupientem. Cicer. *ad Attic. lib.* 8. Deos auersos esse à salute populi Romani. Idem *eidem lib.* 7. Ille auersissimo est à me animo. Virg. 4. *Æneid.* Talia dicentem iamdudum auersa tuetur. Vbi Seru. Auersa, inquit, hoc est, irata. Nam si intueretur, quomodo auersa nisi irata? ¶ Auersa Venus, dicitur præposterus, infandus & execrandus coitus. παιδεραστία. Iul. Capitol. *de Clodio Albino*, Mulierarius fuit inter primos amatores, auersæ Veneris semper ignarus, & talium persecutor. Auersa charta, id est, opisthographo. *l. charta. ff. de bon. possess. secund. tab.* Est enim ὀπισθόγραφος à tergo scriptus. Plin. *lib.* 3. *epist.* 5. Cum datiuo, vt, Auersus mercaturis, Qui mercaturam odit. Horat. 2. *Serm. satyr.* 3.

Auersaria sunt scripturæ sine ordine confectæ, tametsi eа Aduersaria adpellet Alciatus *l.* 1. *C. de edend. num.* 14. *in fin.* Vide suprà *Aduersaria.*

Auersior comparatiuus, cuius superlatiuus est Auersissimus, apud Cicero. Senec. *lib.* 2. *de ira*, Illius vultus auersior visus est. Auersior defensioni, Quintil.

Auersor, is, ἀποστερητής. Cic. 7. *in Verrem,* Verres ille vetus proditor Consulis, translator quæsturæ, auersor pecuniæ publicæ.

Auersio, nis, verbale, vt, In auersione emere, In auersione venire, Per auersionem vendere, Per auersionem conducere. Auersione locare. est quum res multæ simul vno pretio emuntur, venduntur, & locantur. Fortassis non ab euertendo dictum, sed ab auertendo: quasi quum omnia simul vno tempore tanquam per euerriculum auertuntur. Hotom. *in suo Lexico.* Modest. *l. qui officij. de contrahenda emptione & vendit.* Res in auersione empta, si non dolo venditoris factum sit, ad periculum emptoris pertinebit, etiam si res assignata non sit. Vlpian. *in l. si quis vina. de pericul. & comm. rei vend.* Si in auersione vinum venit, custodia tantum præstanda est.

AVERSOR, aris, Detestor, abominor, refugio, recuso. {מאס *maás* געל *ghaál* מאן *meén.* ἀποστρέφομαι, ἀποτροπιάζομαι. GALL. *Tourner le dos, destourner sa face, ne daigner regarder, reietter.* ITAL. *Abominare, volgere il volto in altra parte.* GERM. Die augen abwenden/ein grewel vnd vnwillen haben. HISP. *Aborrecer, y appartar el rostro de alguna cosa.* ANGL. *To turne bake, to abhorre, to turne away the face frome beholding.*} Ouid. *in Fast.*

Officióque leuem non auersatus honorem.

Columell. Nam nec rubos auersatur capra. Auersari libros suos. Senec. *cap.* 3. *de consol. ad Marc.* Auersari adulationes. Sueton. *in Tiber. cap.* 2.

Auersatio, verb. {ἀποστροφὴ, ἀπέχθεια. ANGL. *Turning away, disdaine, refusing.*} Quint. *lib.* 8. *cap.* 3. Ego certè mihi cernere videor eorum qui aderant tantam auersationem, ac timidam verecundiam. Auersatio alienorum processuum (de inuidia.) Senec. *c.* 2. *de tranquil.*

Auersatus, passiue, pro auersus. Sex. Aurelius Victor *in Philippo*: Adeò seueri & tristis animi, vt iam cùm à quinquenni nullo prorsus cuiusquam commento ad ridendum solui potuerit, patrémque ludis secularibus petulantiùs cachinnantem, quanquam adhuc tener vultu notauerit auersato.

Auertor, is, dep. Auersor, contemno, vel sperno. {ἀποστρέφομαι. ANGL. *To abhorre, to disdaine.*} à moribus & consuetudine hominum ducta significatione. Ab iis enim quæ nobis sunt contemptui, faciem nostram auertimus. Boetius, Heu heu quàm surda miseros auertitur aure, id est, spernit, dedignatur. ¶ Aliud est, auertor passiuum ab Auerto: à quo fit Auersus, de quo suprà.

Aufeia aqua, olim dicta fuit quæ postea Martia dici cœpit, omnium aquarum toto orbe, Plinio teste, clarissima, frigoris salubritatisque laude cæteris prælata. Oritur in vltimis montibus Pelignorum: transit Marsos & Fucinum lacum, Romam non dubiè petens, mox specu mersa, in Tiburtina se aperit, nouem millium passuum fornicibus perducta. Primus eam in vrbem ducere auspicatus est Ancus Martius, vnus è regibus: postea Q. Martius rex in Prætura, à quibus Martiæ aquæ nomen accepit, quum antea Aufeia diceretur. Hæc ferè Plin. *lib.* 31. *cap.* 5.

AVFERO, aufers, abstuli, ablatum, ex Ab & fero compositum, teste Cic. *in Orat.* Adimo, abripio. {הסיר *hesir* בער *bihér.* ἀφαιρέω, ἀπάγω. GALL. *Oster, emporter.* ITAL. *Togliere, rapere.* GERM. Hinweg nemmen. HISP. *Quitar alguna cosa de lugar.* ANGL. *To take away.*} Terent. *in Andr.* Vos isthæc intrò auferte. Cic. 3. *de Finib.* Commentarios quosdam, inquam, Aristotelicos, quos hic sciebam esse, veni vt auferrem, quos legerem dum essem otiosus. Abi tu intrò, & hæc ornamenta aufer. Plaut. *Most. sc.* 3. *a.* 1. Nihilo magis facieris vt abstulerim pallam Idem *Men. sc.* 9. *a.* 5. Hanc arguit domo surripuisse atque abstulisse deierat. *Ibidem sc.* 1. *a.* 5. Tibi habe, aufer, vtere. *Ibidem sc.* 5. *a.* 4. Quis surripuit. Scit qui illam abstulit. *Ibidem sc.* 2. *a.* 4. Aufer hinc palpationes. (Mox) aufer manum. *Ibidem.* Ne transuersos nos auferat ista vis. Senec. *c.* 6. *de consol. ad Marc.* Mors tenet quicquid abstulit. *Ibidem.* Aufer cauillum. Plautus *Aul. sc.* 3. *a.* 4. Te solitudine atque egestate abstulit. Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 1. Non poteris auferre à me, si quis emptor venerit. *Ibidem.* Circumduce, aufer. (i. surripe.) *Ibidem.* Meo malo à mala abstuli pallam (i. surripui.) Idem *Men. sc.* 2. *a.* 1. Te dormitare aiebas. Mensa ablata est. Idem *Amph.* Me denuum ad se auferent. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 5. Aufert vim præsentibus malis qui futura prospexit. Senec *cap.* 9. *de consol. ad Marc.* Abstulit eos fortuna.

fortuna. Abstulit dies vna ei omnes virtutes. Velleius. Non si petat auferat illa? (i. accipiat.) Ouid. 13. *Metam.* Nec qui me abstulerit scio. Plaut. *Curc. sc. 2. a. 5.* Dum auferam abs te id quod peto (i. impetrem.) *Ibidem sc. 1. a. 3.* Hic fur tuus est qui abstulit. Idem *Capt. sc. 4. a. 5.* Vitinam mea auferam, quæ attuli, salua. Idem *Aul. sc. 2. a. 3.* Quid intus seruem? anne quis ædes auferat? *Ibidem sc. 2. a. 1.* Vide vt saluam aulam auferam. *Ibidem sc. 2. a. 4.* Suspendas potius me, quàm tacita hæc auferas. *Ibidem.* Quod oras, impetratum est, ab eo auferam. *Ibidem sc. 5. a. 4.* Tandem ista aufer. (i. mitte ista.) *Capt. sc. 2. a. 5.* Aufer istæc quæso. (i. mitte.) Idem *Curc. sc. 1. a. 2.* Aufer te hinc à me si pergis mihi malè loqui. *Ibidem sc. 4. a. 4.* Iussi hoc stercus ab ianua auferri. Idem *Asin. sc. 4. a. 2.* Auferetur id à me, quod promisi per iocum, de improbis auferri decet. Idem *Pseud. sc. 7. a. 4.* Non potest à me argentum auferri, *ibidem sc. 5. a. 1.* Auferendus auditor ab ea re (i. abducendus.) Quintil. Auferri admiratione (i. rapi.) Hinc fit ablatiuus casus. Gell. *c. 16. lib. 1.* Auferre pro furari & rapere. Plaut. *Aulul.* Nihil equidem tibi abstuli. Cic. *ad Attic. lib. 7.* Auferre pecuniam de ærario. ¶ Item pro impetrare, Cic. *ad Attic. lib. 16.* Adiimus ad Cæsarem, verba fecimus pro Butrotiis: liberalissimum decretum abstulimus. ¶ Aufer pro desine. Horatius 2. *Serm. satyr. 7.*

——— *Aufer me vultu terrere.*

Abstulit, ab Aufero, præteritum est, significátque asportauit, ademit, eripuit.

Ablatus, part. ἀφῃρημένος. Val. 6. *Argon.*

——— *nec ablatam sequitur, quæritve sororem.*

Ablatus sublimis. Plaut. *Men. sc. 6. a. 5.*

Aufidena, æ, Αὐφιδῆνα, oppidum est in quarta regione Italiæ sub Ferentanis situm, teste Ptol. *lib. 3. cap. 1.*

Aufidenates, Αὐφιδηνάται, populi, quorum Plin. inter Samnites meminit *lib. 3. cap. 12.*

Aufidius, cognomento Lurco, qui primus pauones saginare aggressus est, ex eo quæstu reditum sexagenorum millium sestertiorum percipiens, autor Plin. *lib. 10. cap. 20.* ¶ Aufidius Bassus, nobilis historicus fuit Quintiliani ætate, qui de rebus Germanicis historiam conscripsit.

Aufidus, di, Αὔφιδος Strabo, Fluuius est in Hirpinorum montibus nascens, & præter Canusium in mare Hadriaticum influens, quem ex clade Cannensi Romanorum sanguine aliquandiu rubuisse, tradit Liuius 3. *bel. Pun.* Vulgo *Fanto in terra de barri.*

Aufugio, is, Aliò fugio. {נדד נוּס nadhádh. ἀποφεύγω. GALL. *S'enfuyr, eschapper.* ITAL. *Fugire altroue.* GERM. Hin weg fliehen. HISP. *Huyr à lugar, ò de lugar.* ANGL. *To eschape, to flee away.*} Nunc aliquò aufugiam, & occultabo aliquot dies. Plaut. *Milit. sc. 6. a. 2.* Tum aquam aufugisse dicito, si quis petet. Idem *Aulul. sc. 2. a. 1.* Cur expectat vt exulatum aufugiat ex pectore. Idem *Pseud. sc. 3. a. 4.* Ne me indicetis qua platea aufugerim. Idem *Men. sc. 3. a. 3.* Terent. *in Hecyra*, denique hercle aufugerim Potius, quàm redeam, si eò redeundum siet. ¶ Inuenitur aliquando accusatiuo iunctum, quemadmodum simplex Fugio. Cicer. 1. *de nat. deor.* Andromeda aufugiens aspectum mœsta parentis. ¶ Sæpe etiam absolutè, & sine casu. Idem *in Epistol. ad Vatinium*, Dionysius quum multos libros surripuisset, ne se impunè laturum putaret, aufugit. Interdum cum ablatiuo mediante præpositione A, Ab, vel Ex, Liu. Iam aliquantum spatij ex eo loco, vbi pugnatum est, aufugerat.

Augă, æ, vel Auge, es, vel Augea, æ, Αὔγη, ἢ Αὔγεια, mater fuit Telephi, quam Euripides dicit ab Alæo patre (quum ab Hercule corrupta deprehenderetur) in vrna quadam cum Telepho filio impositam, & in mari demersum esse: sed Palladis prouidentia vrnam ad Cayci ostia transmissam euasisse, & Augem à Theutrante exceptam, eidem nupsisse, illúmque Telephum pro filio educasse, & regni successorem instituisse. Verba sunt Strab. *lib. 13.* Aliter Diodorus *lib. 5.* Auge (inquit) mater Telephi fuit ex Hercule, quæ à patre deprehensa grauida esse, nauclero cuidam tradita est submergenda. Sed antequam ad mare perueniret, vrgente tempore partus, Telephum peperit, quem inter virgulta abdidit, qui postea inuentus est à pastoribus: Corintho regi datus est, & Telephi nomine appellatus, quòd à pastoribus inuentus esset pendens ab vberibus ceruæ. Auge verò à mercatoribus, qui illam à Nauclero dono acceperant, in Cariam ad Teuthrantem regem delata est, vbi postea à Telepho fuit agnita.

Augasij, Αὐγάσιοι, populi sunt inter Massagetas, apud Steph.

Augeas, Αὐγέας Suidæ, Atheniensis Comicus fuit, vt author est Athen. ¶ Fuit & Augeas Eleorum rex, quem Hercules sustulit. Vnde infrà *Augias.*

Augĕo, es, xi, auctum, Magis facio, amplio, addo, accessionem facio, cumulo, multiplico, [ab α particula augendi, & ἔχω habeo.] {הרבה hirbáh. αὔξω, αὐξάνω. GALL. *Croistre, augmenter, multiplier.* ITAL. *Accrescere, far maggiore.* GERM. Mehren grösser machen. HISP. *Acrecentar.* ANGL. *To augment, to amplifie, to make more.*} & tum ad res, tum ad personas refertur. ¶ Ad personas. Cic. *ad Attic.* Auctus Antonij beneficio sum. ¶ Ad res. Idem *in Verr.* Nam locupletissimi cuiusque census extenuerant, tenuissimi auxerant. & *ad Qu. Frat.* Cæsaris in nos amorem, quibuscunque poterimus augebimus. Augebis ruri numerum genus ferritile. Plaut. *Most. sc. 1. a. 1.* Augent rem meam mali. Idem *Pseud. sc. 7. a. 4.* Immo omnes adiuuant, augent, idem *Men. sc. 3. a. 3.* Iupiter seruas me, meásque auges opes, idem *Capt. sc. 1. a. 4.*

——— quodcunque sua Iupiter auget ope,

Ouid. 1. *Fast.* Item, Auctus nato filio, Gell. *cap. 1. lib. 12.* Delubris aucta nouis, Ouid. 2. *Fast.*

——— *Templisque frequentibus aucta,* (Venus)

idem 4. *Fast.*

Iam pius Æneas regno natâque Latini
Auctus erat,

idem 3. *Fast.*

Qua rex tempestate nouis auctus Hymenæis,

Catull. *de com. Beren.* Ægritudo tanto mihi auctior est in animo, Plaut. *Capt. sc. 1. a. 4.* Hinc componitur Adaugeo & Exaugeo. ¶ Ab augeo fiunt Aucto, as, Auctus, a, um, αὐξηθεὶς, Auctus, us, Auctor, & Augesco, scis. ¶ Augifico nonnulli ex antiquis dixerunt. Ennius, Et tabes numeros augificabit suos.

Augesco, is, Cresco, incrementum accipio. {רבה rabáh. αὐξάνομαι. GALL. *Croistre, prendre accroissement, ou croissance, deuenir plus grand, & plus gros.* ITAL. *Accrescere, aumentarse.* GERM. Grösser werden, zunemmen. HISP. *Crescer, acrecentarse.* ANGL. *To growe or waxe more.*} Plin. *lib. 11.* Augescunt corpora dulcibus, atque pinguibus, & potu minuuntur siccis & aridis, & siti. Cicer. *in Cat.* Quæ & succo terræ, & calore Solis augescens, primo est peracerba gustatu, deinde maturata dulcescit.

Auctus, us, verbale, Incrementum, accessio. {מרבה marbéh מרבית marbith. αὔξησις. GALL. *Accroissement, multiplication.* ITAL. *Accrescimento.* GERM. Zunemmung. HISP. *Acrecentamiento.* ANGL. *Growing or waxing, more, increasing.*} Liu. 4. *ab Vrbe,* Cuius rei præmium sit in ciuitate, eam maximis semper auctibus crescere. Plin. *epist. 95.* Fontis mira natura: ter in die statis auctibus & deminutionibus crescit, decrescitque. Idem *lib. 4. c. 12.* Auctu immenso aquarum. Tantis auctibus fortuna eius viri fastigium extulit. Velleius.

Aucta in plurali, Incrementa, αὐξήσεις, auctus. Gell. *lib. 20. c. 7.* Quia cæpe solum ostrum omnium contra Lunæ aucta, atque damna vices minuendi atque augendi habeat contrarias.

Auctum, vocabatur spatium circi, quod super definitum modum victoriæ adiungebatur. Festus.

Auctio, nis, nomen ab augeo: Augendi actus, augmentum, αὔξησις. Vnde etiam ponitur pro venditione quæ fit per augmentum pretij. {πρᾶσις. GALL. *Vente de biens au plus offrant & dernier encherisseur, criee au plus offrant, encant.* ITAL. *Vendita all' incanto.* GERM. Ein verkauffung an einer gandt da einer mehr gibt dan der ander. HISP. *Almoneda, o venta a quien da mas.* ANGL. *Open sale, or port sale of priuate mennes goodes.*} quum fit publica rerum venditio, & res traditur plus offerenti. Iuuenalis,

——— *Si coniugis auctio fiat.*

Plaut. *in Stich.* de actione parasitica loquens, Nunc auctionem, inquit, facere decretum est mihi, δημοπρατεῖν. ¶ Auctionem vendere, apud Cicer. *in Orat. pro Quintio,* id est, auctionari, res in auctione vendere: dictum ea dicendi forma, qua à Cæsare, vendere sectionem. Auctione dimissa testibus argentariorum tabulis vtebantur. Quintil. Vis contaminari auctionem? Plaut. *Men. sc. vlt. a. 5.* Auctionem hic faciam & vendam quicquid est. Item, Vix auctione tota capiet quinquagesies. *Ibi item,* Auctionem proponere. Quintil. Auctionum ducentesima olim soluebatur. Sueton. *in Calig. cap. 16.* Erat autem duplex auctio rerum priuatarum quæ fiebat sine hasta: & publicarum quæ fiebat hasta in foro fixa. Nam hastæ subiiciebant ea quæ publicè venundabant, sicut in bello capta. Inde hastam Cæsaris rexisse scribit Cicero, qui alibi ait, Bis iam vidimus hastam in foro ponere, & bona ciuium voci subiacere præconis.

Auctĭōnŏr, Per auctionem vendo, auctionem facio. {δημοπρατέω, δημοπρατίζω καὶ κηρύττω, ἀναβεβάλλω. GALL. *Vendre publiquement au plus offrant, vendre à l'encant.* ITAL. *Vendere all' incanto.* GERM. Verganten. HISP. *Almonedear, vender in almoneda.* ANGL. *To sell openlie, priuate goodes.*} Cic. *pro Quintio,* Næuius hominem multis verbis deterret, ne auctionetur.

Auctĭōnālĭă, Tabulæ auctionis, instrumenta auctionis. *l. 1. D. de tutela rationibus.*

Auctĭōnārĭŭs, adiect. vt, Auctionaria atria, {τὰ πρατήρια. GERM. Ein gantmeister. ANGL. *Courtes where such open sale is made.*} in quibus auctio fiebat, ὁ τῆς δημοσίας πράσεως. Cicer. *de legib. Agrar. 4.* Vt in atriis auctionariis, potius quàm in triuiis, aut in compitis auctionentur.

Aucto, as, frequentatiuum est verbi Augeo, αὐξάνω. Plaut. *in Amph.* Et vti res rationésque vestrorum omnium Bene expedire volt, peregréque & domi Bono atque amplo auctare perpetuo lucro. ¶ Huius compositum est Adaucto. Accius, Quibus rem suam & patriam nostram quondam adauctauit pater.

Auctito, as, freq. ab aucto: vt Auctitare pecunias fœnore, apud Tacit. ἐπαυξάνω.

Auctarium, ij, quod super mensuram, vel pondus iustum adiicitur, Accessio. {תרבית tarbith. ἐπίμετρον, προσθήκη, ἐπίδοσις, προσθήκη. GALL. *Surcroist, le par dessus qu'on donne outre le poids, nombre, ou mesure.* ITAL. *Accrescimento, buon pese, buona misura.* GERM. Ein zugab ein zumass so man einem in dem kauff darzu gibt. HISP. *Cólmo de medida, ò sobernal.* ANGL. *Surplusage, that is ouer number, measure or weight.*} Item quod ad iustum pretium adiicitur. Plautus, Auctarium adiicio, vel mille nummûm plus quàm poscet.

Auctŏr, nomen verbale ab Augeo, qui auget: cuius fœmininum est Auctrix. {בעל babál מגדל mechabber. αὐξητής. GALL. *Qui donne accroissement.* ITAL. *Accrescitore.* GERM. Ein Mehrer. HISP. *Crescedor.* ANGL. *That augmenteth or increaseth.*} ¶ Autor verò quem Græci αὐθέντης & αὐτουργὸς dicunt, sine c scribendum nonnulli putant, quòd fit à Græco αὐθέντης, qui falluntur. Nam & Pierius probat esse ab Augeo, & apud Festum Caritium, item in antiquis lapidibus scribitur cum c. {GALL. *Autheur, inuenteur, ouurier.* ITAL. *Autore.* HISP. *Autor, que da authoridad à alguna cosa.*} Cic. 2. *Offic.* Apud Homerum optimum autorem nulla talis est de Vlysse suspicio. Legitur & in fœminino genere. Ouid. *lib. 4. Fast.*

Optima tu proprij nominis autor eris.

Figuratéque per obliquos, sicut alia verbalia in or desinentia, neutris adiungitur. Virg. *lib. 10.*

Italiam petijt fatis autoribus esto.

Est autem Autor, quasi operis factor. Vnde Poëta, cæterique operum conditores dicuntur autores. Valla *lib. 4. c. 12. & lib. 4. c. 30.* Neque solum quis opus aliquod facit, sed quis princeps est, & primus iubet vt aliquid fiat, aut monitor, persuasórve, Autor vocatur: vt si quis populum ad bella concitauit, vel cui concordia non pertinuit, belli, vel concordiæ autor fuit. Cic. *lib. 1. Offic.* At ne hunc diceremus ipse Pellamus qui debebetur, suasor, & autor fuit quasi dicendi scilicet & persuasor. Auctor tamen differt à Suasore. Sueton. *in Tib. c. 27.* Item in lex

Auctorem

Auctorem gentis, (de Cadmo Thebarum conditore.) Plaut. *Amph. sc.3.a.4.* Impetro, auctórque sum, vt me castrandum loces. Idem *Aul. sc.4.a.1.* Quid mihi es auctor huic vt mittam. Idem *Pseud. sc.3.a.1.* Quid mihi modo auctor es? Idem *Pseud. sc.7.a.4.*

Inuidiam si qua est, auctor (eius rei) *habere potest,*

Ouid. *Eleg.4.lib.4.Trist.*

——— felix Æneidos auctor,

idem *Eleg.1.lib.1.Trist.* Auctores maximi (de pictoribus.) Quintil. Auctor & admirator omnis doctrinæ Scipio. i. auxit & prouexit artes & studia. Velleius.

——— nostri quoque sanguinis auctor

Iuppiter est,

Ouid. 13. *Met.* Autor & suasor, Liuius. Vt auctor fieret sumendi supplicij Proconsul. Velleius. Auctor iuris celeberrimus Qu. Mutius. Velleius. Illo auctore atque agente. Cæs. *lib.1. de bell. ciuil.* Auctores vtriusque linguæ. Sueton. *in August. cap.88.* Sunt quidam auctores *in Calig. cap.12. & in August. cap.94. & in Claud. cap.37.* Autor orbitatis (i. qui occidit alterius liberos. Senec. *cap.14. de consol. ad Mart.* Auctor, pro genitore.

Auctori data verba suo. (i. patri.)

Ouid. *Eleg.3.lib.3.Trist.* In bona te nunquam me pudeat mali Auctoris. Senec. *c.11. de Tranq.* (i. Publij Mimographi. ¶ Dicitur autem, author faciendi, author ad faciendum, & autor facere. Virg. *in Æneid.* Author ego audendi. Author ad aliquid faciendum. Cic. *in Anton.* Idem *ad Atticum lib.9.* Ego quidem tibi non sim author si Pompeius Italiam reliquit, te quoque profugere. Cels. *lib.7. cap.7.* Heraclides Tarentinus author est, aduerso scalpello subsecare magna cum moderatione. At verò apud Plin. *lib.10. c.26.* Auctores sunt omnibus annis aduolare Ilium ex Æthiopia aues. id est, sunt qui dicant, aut scribant, vt apud Liu. *lib.4.* Sunt qui malè pugnatum ab his Consl. in Algido authores sint. Autor etiam significat promissorem, vt apud Liu. *lib.2.* Autores sumus tutam ibi maiestatem Romani nominis fore. ¶ Item propugnatorem, siue defensorem, aut vindicem. Item, sed vt inuentor legis Volero, sic Lectorius collega eius autor cùm recentior, tum acrior erat. Item eum, cui quis fidem habet. Item, Agitatus deinde consiliis ex omni parte assentiendo multis autoribus trepidauerat. ¶ Item primum denuntiatorem. Item, Iisdem autoribus cognitum est Æquos, Volscósque summa vi bellum apparare. ¶ Similiter approbatorem, idem *lib.3.* Multique erant, qui mollius consulem dicerent, quòd legum ab eis latarum patres autores fuissent. ¶ Is etiam in quo est ius, potestas, dignitas, nec ab alio pendet, potest dici Autor, a quo Autoritas, αὐθεντία, est appellata. Vnde illud apud Liuium, Decreuerunt, vt quum populus regem iussisset, id sic ratum esset, si patres autores fierent, hoc est, si autoritatem suam interponerent, & ratum haberent. ¶ Autores sententiæ sunt, quorum sententiam sequimur. Autores pupilli, in quorum administratione res eius sunt. Paulus Iureconsultus, Etiam si non interrogatus tutor, autor fuit, valet autoritas, eius: quum se probare dicit, id est, autorem fieri. Cùm Auctor is propriè diceretur, cui propter summam auctionem & licitationem res addicta esset, & Auctoritas, Ius ex auctione quæsitum. Translatum postea hoc vocabulum Auctor est ad eos, qui rem quoquo modo abalienarent, vt cùm quæreretur ex eo, qui rem acceperat, vnde sibi ius in eam comparasset, suum illum quasi Auctorem nominaret, qui sibi suam auctoritatem tradidisset. Atque hinc actum, vt Auctor dicatur is, à quo quis auctoritatem, i. ius dominij in rem quampiam accepit. Auctorem Galli vocant *Guarant.* Liu. 4. *d.* 4. Mulieres sine auctore nihil agere possunt. Cic. *Verr.7.* Illi intellexerunt, sed id quod à malo autore emissent, diutiùs obtinere non posse, id est, ab eo qui vendendi autoritatem nullam habebat. Idem *pro Cæcin.* P. Cesennius autor fundi. ¶ Inde autor secundus dicitur fideiussor qui à venditore datur ob euictionem. Hotom. Inde etiam Auctor fit is qui arrogatur. Gell. *cap.19. lib.5.* Arrogantur ij, qui cùm sui iuris sint, in alienam sese potestatem tradunt, eiúsque rei ipsi Auctores fiunt. ¶ Auctor rerum, id est, rerum administrator gestórque: vt Imperator qui bella gerit. Salust. *in Catilin.* Ac mihi quidem, tametsi haudquaquam par gloria sequatur scriptorem & auctorem rerum. ¶ Auctor rerum, pro historiæ scriptore. Tacit. Marcum Antonianum, non apud auctores rerum, non diurna actorum scriptura reperio vllo insigni officio functam.

¶ Auctoro, est obligo, auctoritate vsus.

Auctorati, dicebantur qui suam ad gladium operam mercede locabant, seque interposito solemni iuramento in seruitutis vinculum vendebant, & flammis vri, virgis cædi, ferro necari, cautiones faciebant. Hinc verbum Auctorare, pari notione.

Auctoramentum, pretium gladiatoris, & merces auctorati.

Aūctōrĭtās, Auctoramentum. Vide *Autoritas.*

Aūctĭfĭcŭs, adiectiuum, quod auget, quódve momentum aliquod affert ad incrementum. {מרבית *marbeth.* αὐξητικὸς, αὐξιφυής. Gall. *Qui fait croistre, qui donne croissance.* Ital. *Quello ch' accresce.* Germ. Das zu der mehrung hilfft/das grösser macht. Hisp. *El que haze acrescentamiento.* Angl. *That augmenteth, that giueth increase.*} Lucr. *lib.2.*

Nec porrò rerum genitales auctificique
Motus perpetuò possunt seruare creata.

Augifico, dixit Ennius, pro Augeo, Et tabes numeros augificabit suos. Obsoletum.

Aūgmĕn, inis, Augmentum, moles, ὄγκος. {מרבית *marbith.* αὔξησις. Gall. *Augmentation, accroissement.* Ital. *Accrescimento.* Germ. Ein meerung/zunemmung. Hisp. *Acrescentamiento.* Angl. *Increase, increasing.*} Lucr. *lib.3.*

Omnibus est vnum perfectum corporis augmen.

¶ Augmine donare, pro augere. Idem *lib.1.*

Vnde abeunt, minuunt, quæ venêre augmine donant.

Aūgmĕntum, obsonij genus quod ex immolata hostia desectum in iecore imponendo agendi causa. Varro *lib.4. de L.L.* Meminit & Arnob. *lib.7.*

Aūgmĕnto, συναυξάνω, idem quod augeo. Cicer. *in Læl.* Sed viuendi est finis optimus, quum integra mente cæterisque sensibus, opus ipsa suum quæ augmentauit natura dissoluit. Coagmentor, vide infrà in *Coagmento.*

Aūgĭă, siue Augea, Αὐγεία Stephano, nomen est duarum vrbium, quarum altera in Locride est, cuius in Catalogo nauium meminit Homerus: altera in Laconia.

Augias, siue Augeas, Αὐγείας, nomen regis Eleorum ab Hercule interfecti. Huic bubile erat capiens tria boum millia, nunquam repurgatum ante Herculis aduentum, vnde etiam inter Herculis labores enumeratur huius stabuli repurgatio. ¶ Augiæ stabulum repurgare, prouerbialis allegoria in hominem, aut in rem maiorem in modum inquinatam. Græci sic efferunt, Αὐγείου βούστασιν. Lucian. *in Pseudomante.*

Augila, Αὔγιλα, vrbs Libyæ, Steph.

Aūgŭr, auguris, interpres augiorum, qui ex volatu, pastu, cantu auium futura diuinat. {מנחש *menaschêsch.* οἰωνοσκόπος, οἰωνιστής, ὁ ἐπ' οἰωνοῖς μάντις ὀρνιθόσκοπος. Gall. *Deuin ou deuiné par le chant, vel, ou autre geste des oiseaux, augure.* Ital. *Augure, indeuinatore.* Germ. Ein weyssager ausz den geberden oder gesang der vögel. Hisp. *El que adeuina por agueros.* Angl. *A coniecturer of thinges to come.*} Dictus, teste Festo, ab auium garritu, siue à gestu earum, quem augures solent obseruare. Cic. *in Catone.* Augúrque quum esset, dicere ausus est, optimis auspiciis ea geri, quæ pro Reipub. salute gererentur.

Aūgŭrālis, e, ad augurem pertinens. {οἰωνοσκοπικός. Angl. *Belonging to them which gesseth thinges to come.*} vt, Auguralis cœna, quæ & Adiicialis dicitur. Varr. 3. *de re rust. c.6.* Primus hos Q. Hortensius augurali cœna posuisse dicitur. Cic. *ad Gallum.* in eas quum incidissem in cœna augurali, apud Lentulum. Augurales libri, Auguralia insignia, Porta auguralis. Tacit. *lib.2.* Nocte porta egressus augurali, per occulta, & vigilibus ignota, vno comite, &c.

Aūgŭrālĕ, Insigne augurum. Senec. *de Tranquill. vitæ, c.11.* Quæ dignitas, cuius non prætextam, & augurale, &c. Vir Auguralis. Cic. *de clar. Orat.* Auguralis virga, οἰωνοσκοπικὴ ῥάβδος. Baculus erat breuis, qui & Lituus appellatus est, in ea parte, quæ robustior erat, incuruus. Vide quod apud Senec. *cap.11. de Tranquill.*

Aūgŭrĭum, quasi Auigerum dictum, vel Auigarium: pro quo antiquissimi etiam Augurum dixerunt per tres syllabas, vt Accij testimonio confirmat Nonius. Auspicium, autoritas rei bene gerendæ. {נחש *nachasch.* οἰωνοσκοπία. Gall. *Augure, deuination, ou deuinement par les oiseaux.* Ital. *Indouinamento, diuinatione.* Germ. Weissagung von den vögeln genommen. Hisp. *Deuinacion por agueros.* Angl. *Diuination, sooth saying by birdes.*} Augurium salutis Rom. Suet. *in Aug. cap.31.* De Auguriis Gell. *cap.6. lib.6. & ibid. lib.1.* Augurij priuati. Erant autem tria diuinationis genera in auibus, nam aliæ volatu, aliæ cantu futura prædicebant: & illæ quidem Præpetes, istæ Oscines dicebantur. Erat & tertium genus ex illarum passu, quum pullis gallinaceis è cauea depromptis esca porrigebatur. Si enim ita auidè edebant, vt cibus ore excidens terram pauiret, hoc est, feriret, tum auspicanti tripudium solistimum nuntiabatur. & feliciter cessurum quicquid ille animo concepisset: contrà omnia infausta portendebantur, si escam non caperent. Quapropter infelicem conflictum à Numantinis in Mancinum illatum prædixerunt pulli, qui escam non ceperunt, sed ex cauea euolarunt. De auguribus auguriisque vide Alexandrum ab Alexandro, & Budæum *in Pandectas.* ¶ Auguria auium & auium auspicia distinguuntur, apud Plin. *lib.7. cap.56.* Augurium species est ab auium garritu, oscinisque nomen est. At auspicium ab auium inspectione, generis rationem videtur obtinere, ac de volatu, cantu, pastu, ac tripudio totam obseruationem complecti.

Augurium ratio est, & coniectura futuri,

Ouid. *Eleg.8. lib.1. Trist.* Ex augurio auspicij intelligo. Plaut. *Asin. sc.1. a.1.* Illam esse Iouis domum.

Augurium menti querna corona dabat,

Ouid. *Eleg.1. lib.3. Trist.* ¶ Sumitur etiam latiùs Augurij nomen pro quauis diuinatione, siue coniectura. Cicer. 4. *Philipp.* O mea semper frustrà verissima auguria rerum futurarum. Pro oraculo. Virg. 3. *Æneid.*

Da pater augurium, atque animis illabere nostris. Seruius.

Aūgŭrācŭlum, li, οἰωνοσκοπεῖον, veteres dicebant, quam nos arcem vocamus, quod ibi Augures publicè auspicarentur. Fuit autem auguraculum in vico Mustellario & colle Latiari, ad sacram viam qua in auguraculum ibatur, vt ex Varr. *de L.L.4.* intelligitur: apud quem malè *Turaculum*, pro Auguraculo legitur, vt doctè animaduertit Scaliger.

Aūgŭrĭus, a, um, idem quod auguralis, οἰωνοσκοπικός. Cic. *ep. lib.2.* Quum ipsam cognitionem iuris augurij consequi cupio.

Aūgŭrŏr, propriè est ex auium cantu, gestu, vel pastu futura diuino. {נחש *nichêsch* קסם *kasam.* προλέγειν, οἰωνίζομαι. Gall. *Deuiner par les oiseaux.* Ital. *Augurare, indouinare.* Germ. Weissagen ausz den geberden oder gesang der vögel. Hisp. *A deuinar por agueros.* Angl. *To tell by diuination what shal happen, to gesse.*} Quanquam etiam latiùs accipitur, pro quouis modo coniicio. ¶ Regit autem vel accusatiuum. Cic. *de Diuin.1.* Calchas ex passerum numero belli Troiani annos auguratus est.

Non igitur nostris vllum gaudere Quiritem
Auguror, ac multos indoluisse malis,

Ouid. *Eleg.1. lib.2. Trist.* Sed

Veneris mensem Graio sermone auguror,

idem 4. *Fast.* Quantum auguror. Idem *Eleg.6. lib.4. Trist.* ¶ Vel ablatiuum. Idem *ad Atticum*, Etenim quantum coniectura auguramur. ¶ Item cum præpositione De. Idem *in Bruto*, Sed quid de illo augurer, lubet dicere. ¶ Et cum Ex. Idem *Cecinna*, Non igitur ex alitis volatu, nec ex cantu sinistro oscinis, nec è tripudiis solistimis, aut somniis tibi auguror.

Aūgŭro, as, Auguror, οἰωνίζομαι. Virg *lib.9.* Et si quid veri mens augurat opto. ¶ Hinc Inauguro, & exauguro, composita contrariæ significationis. Nam inaugurare est per augurium consecrare. ¶ Exaugurare autem, quod inauguratum erat, contrario augurio profanare. Cic. *de Antonio Cæsaris Flamine*, Quid igitur cessas? cur non inauguraris? sume diem: vide, qui te inauguret. Liu. 1. *ab Vrbe.* Et vt libera a cæteris religionibus

gionibus area esset, tota Iouis templique eius, quod inædificaretur, exaugurare fana, sacellaque statuit.

Augurātò, aduerbium, *οἰωνιστικῶς*, per augurium: sicut Auspicatò per auspicium. Liu. 1. *dec. lib.* 1. Atticus Numa, sicut Romulus augurato in vrbe condenda regnum adeptus est, de se quoque deos consuli iussit.

Augurātus, us, scientia, vel dignitas auguris, *οἰωνοσκοπική*. Cic. *de Diuin.* Cuius quum tentaret scientiam auguratus, dixi ei cogitare se quicquam. *Ibidem*, Quid lituus iste vester, quod clarissimum est insigne auguratus, vnde vobis traditus est?

Augurātio, nis, ipse augurandi actus, diuinatio, *οἰωνομαντεία*. Cic. 3. *de Diuin.* Quæ tandem ista auguratio est ex passeribus, &c.

Augustā Cæsarea, vrbs est Hispaniæ citerioris.

Augusta Cæsarea, *αὐγούστα*, vrbs supra Iberum sita. Distat à Numantia ad cxxx. stadia.

Augusta Emerita, hodie *Merida*, ciuitas Lusitaniæ, quæ à militibus emeritis conditoribus. & Augusto nomen sortita est. Nam, vt Diomedes refert, quo tempore Cæsar Augustus Cantabris & Asturibus deuictis in Italiam rediret, reliquit milites qui supra ætatem forent, atque concessit ipsis, vt in Lusitania Augustam Emeritam conderent. Vulgò *Medina di Rio seco*.

Augusta Vindelicorum, quæ & *Rhetorum*. Germaniæ vrbs est celeberrima ad Lycum amnem sita, quam Germani sua lingua Augsburg vocant.

Augusta Treuirorum, est metropolis Treuirorum ad Mosellam flumen sita. Vulgò *Trier* à Germanis dicitur, à Gallis *Treueri*.

Augusta Rauricorum, siue Rauracorum, olim Galliæ Vrbs potens, hodie non nisi vicus, seu pagus, haud procul à Basilea, vulgò *Augst* dictus.

Augusta Dia Vocontiorum, vulgò *Die*, vrbs Galliæ. Aliis dicitur *Dea*, non *Dia*, & ciuitas Deensium: vt notat Ios. Scalig. *in Notitiâ Galliæ*.

Augusta Auscorum, vel Ausciorum, vulgò *Auch*, vrbs Galliæ.

Augusta Prætoria, Ptolemæo nota, Germanis Augst. Ital. *Osta*, siue Aosta, in Principatu Pedemontano.

Augusta Tiberij, hodie Regensburg, vt Auentinus scribit, vrbs Germaniæ ad Danubium fluuium, vulgò *Ratisbona*.

Augusta Veromanduorum, hodie *Vermand Abbay*, nam eo ipso loco, quo vrbs olim stetit, hodie visitur insigne monasterium, Abbatiali titulo condecoratum, inter Quintinopolim, & Peronam. Ita nonnulli: sed Ios. Scalig. est ipsa Quintinopolis, *la ville de S. Quentin en Vermandois*.

Augustonemetum, *Clairmont*, Ptolemæo & Isidoro, Aruernorum metropolis, aliàs Clarus mons, dictus.

Augustopolis, sub III sede Metrop. Rabensi, seu Petracensi, P. Hierosolymitano, apud Tyrium.

Augustodunum, Heduorum Metropolis, in Ducatu Burgundiæ sita, quam Galli sua lingua *Autun* vocant.

Augustoritum, *αὐγουστόριτον* Ptolemæo, vrbs est Pictonum, quam Gallicè *Poictiers*, vocamus.

Augustæ, coniuges dicebantur Imperatorum. Germ. Die Römischen Keyserin. Diuæ autem post mortem tantum. Augustarum nomina hæc sunt. Liuia Augusti, Agrippina Agrippæ filia, vxor Germanici, Lepida Galbæ, Pompeia Sabina Othonis, Petronia Vitellij, & reliquæ quas enumerat Volaterr. *lib.* 14.

Augustæ, *αὔγουσται*, vrbs in Cicilia, & in Italia, Stephan.

Augustus, a, um, dicitur sanctus, & dignus, quem religiosa quadam veneratione obseruationéque colamus. {מכבד *bamechbád*. *σεβαστός*, *σεμνός*, *ἱερός*. Gall. *Consacré ou sainct, venerable, reuerend, magnifique*. Ital. *Augusto, venerando per religione, degno di reuerenza*. Germ. Heylig/ herrlich/ groß/ ansichtig. Hisp. *Sancto, religioso, venerado que deue ser honrado*. Angl. *Worthie of reuerence and honour, magnifick, worshipfull*.} Vnde Augusta templa, & simulacra Augusta forma, & Augusta dignitas, &c. Ouid. 1. *Fast.*

Sancta vocant augusta patres: augusta vocantur
Templa sacerdotum, ritè dicata manu.

Cic. 5. *Tusc.* Ex hoc igitur Platonis quasi quodam sancto, augustóque fonte, nostra omnis manabit oratio. Sed & Octauius Cæsar primùm, indéque reliqui ab illo Cæsares Augusti, *σεβαστοί*, cognominati sunt, cùm ob singularem eorum virtutem meritaque in Rempublicam maxima, tum vt cæteri tam Augusto, splendidoque nomine sibi adepto, ad easdem egregias virtutes inuitarentur. ¶ Item quia mense Sextili Octauius Cæsar primum Consulatum iniit, triumphos in vrbem intulit: Ægyptus quoque hoc mense in potestatem populi Romani redacta, & finis ciuilibus bellis impositus est, placuit Senatui, vt qui antè Sextilis, deinde Augustus appellaretur, vt qui imperio felicissimus fuerit. {אלול *elul*. *αὔγουστος*. Gall. *Le mois d'Aoust*. Ital. *Mese di Agosto*. Germ. Der Augstmonat. Hisp. *El mes de Agosto*.}

Augustè, aduerb. Sanctè, piè, religiosè, & cum quadam veneratione, *σεβασμίως*. Cicer. 2. *de nat. deor.* Hunc dico Liberum Semele natum: non eum quem nostri maiores augustè sanctéque liberum cum Cerere & Libera consecrauerunt. ¶ Dicere de religione augustiùs. Cicer. *de clar. Orat.*

Augustatus, augustus factus, consecratus. Macrob. In templo Iunonis Populoniæ augustata mensa est. ‖ ¶ Est autem Augustata mensa, quæ consecrata. Turn. ‖

Augustālē, is. {Angl. *A kinges pauilion or tent, a princeps palace*.} Domus principis, vel magistratus à recentioribus appellata fuit, quæ à veteribus dicebatur Prætorium, *στρατήγιον*. In castris quoque Imperatoris tabernaculum, Augustale dictum legimus. Augustale quid, Fab. *cap.* 2. *lib.* 8.

Augustāles, teste Vegetio *lib.* 2. *rei militaris*, appellabantur qui primos in bello ordines ducebant ita dicti, quòd ab Augusto ad id munus essent delecti. ¶ De Augustalibus vide Tacitum & Lipsium. Augustalia dicebantur ludi in honorem Augusti, quibus tribuni mortuo Augusto præfecti sunt quasi sacri. Meminit & Tacit. *in pr.* vbi Lips. Sodales Augustales, Suet. *in August. cap.* 6.

Augustēi, termini dicebantur in locis montanis positi, rotundi: quòd Augustus eos recensuit, & vbi fuerunt, lapides aliquot constituit, omnemque terram suis temporibus remensurari voluit, ac veteranis militibus assignari.

Auia, vel potiùs Liuia, vrbs Hispaniæ, Ptol. vulgò *Villalco*.

Auĭdus, Cupidus, ab auendo, hoc est, à cupiendo. {מאוה *meáuveh*. *πλεονέκτης*. Gall. *Conuoiteux, desireux, cupide*. Ital. *Auido, ingordo, desideroso*. Germ. Begirig. Hisp. *Codicioso, y auariento*. Angl. *Couetous, desirous, greedie*.} Terent. *in Heaut.* Sed habet patrem quendam auidum, miserum, atque aridum.

Quantaque vix auido gaudia corde feram,

Ouid. *Eleg.* 11. *lib.* 3. *Trist.*

Vt pue fugax auidis ceruus deprehensus ab vrsis, ibid.

Me dices auidam esse Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 5. Plin. *lib.* 12. *c.* 1. Vt est natura hominum nouitatis auida. ¶ Auidus, pro magno, quòd auidi sit plus appetere, nec paruo contentum esse. Lucret.

Principio quantum cœli tegit impetus ingens
Inde auidam partem montes syluæque ferarum Possedere.

Auĭdĭtas, tis, Cupiditas, desiderium. {תאוה *taavah*. *πλεονεξία*. Gall. *Conuoitise, desir aspre & ardent, auidité*. Ital. *Ardente appetito & desiderio*. Germ. Begirde. Hisp. *Codicia y auaricia*. Angl. *Couetousnesse, greedinesse*.} Cicer. *de Senect.* Habeoque senectuti magnam gratiam, quæ mihi sermonis auiditatem auxit, potionis & cibi sustulit. Idem 3. *de Finib.* Erat enim, vt scis, in eo inexhausta auiditas legendi, nec satiari poterat.

Auĭdè, & auenter, aduerb. Cupidè, {*ἐπιθυμητικῶς*, *πλεονεκτικῶς*. Gall. *Ardemment, aspremment, de grande affection*. Ital. *Auidamente, fieramente*. Germ. Inbrünstiglich/ begirlich. Hisp. *Codiciosamente*. Angl. *Couetouslie, greedelie*.} Cic. *de Senect.* Græcas literas senex didici, quas quidem sic auidè arripui, quasi diuturnam sitim explere cupiens. De hoc etiam in dictione *Auarus*.

Auillă, quasi ouilla, Agnus recentis partus. Festus.

Auis, volucris omnis, quæ oua parit, & pennis decorata est. {עוף *hoph*. *ὄρνις*. Gall. *Oiseau*. Ital. *Vccello, augello*. Germ. Ein vogel. Hisp. *Aue que pone y saca hueuos*. Angl. *A foule, a birde, al great birdes, as hennes, geese*.} Ita dicta (vt quibusdam videtur) ab auiis, hoc est, locis secretioribus, quibus aues maximè delectantur. Autor ad Heren. *lib.* 1. Auium dulcedo ducit ad auium. Volucres autem, *πτηνά* dicuntur, quæcunque volare possunt. Vnde apes, vespæ, muscæ, & papiliones, volucres quidem sunt, non tamen aues. Vespertilio quoque à quibusdam inter aues non numeratur, eò quòd pennatus non sit, sed pennarum loco alas habeat membranaceas, & quatuor pedes contra auium naturam: quo fit vt media quædam species inter auem, & murem esse videatur: tametsi Valla ab auium genere eum non excludat. ¶ Alba auis, *λευκὸς ὄρνις*, prouerbialiter à M. Tullio *in epist. fam. lib.* 7. dicitur pro re noua atque auspicata, quòd quasi auem albam (inquit) videntur bene sentientem ciuem videre. Nam veteres pro felicissimo auspicio & omine aues albas ducebant, ac pro miraculo faustissimo habebant. Nigras verò contrà. Ouid.

Omnia non alba concinuistis aues.

Et Iuuenal. Sic ob nigritiem Æthiopem inauspicatum fuisse docet,

Et cui per mediam nolis occurrere noctem.

Quadrabit & in rem admodum raram & inusitatam, quòd aues perpaucæ sint hoc colore. ¶ Bonis, aut malis auibus dicimus, quum rem feliciter, aut secus cedere significamus. Ab augurum obseruatione sumptum. ¶ Auis ex auibus, *ὄρνις ἐξ ὀρνίθων*, prouerbij forma dictus est Aristophani per ironiam vir nobilis, quasi bonus ex bonis prognatus. ¶ Musarum aues, *μουσῶν ὄρνιθας*, non absque prouerbij specie Theocritus in Thalysia appellat Poëtas, quòd Lusciniarum in morem assiduè canat sua poëmata. ¶ Meliores nancisci aues, *ἀμείνονας οἰωνῶν τυχεῖν*, dicuntur, quibus post res aduersas succedunt prosperiora. ¶ Auibus secundis, Liu. *lib.* 6. *ab vrb.* Aues comparantur cum amantibus. Plaut. *Asin. sc.* 3. *a.* 1. Auis fere est consimilis. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 1. Aui sinistra Auspicio liquido. Idem *Pseud. sc.* 4. *a.* 2. (nota sinistra aui, pro fausta.) Auicus obscenus ominosus locus Gell. *cap.* 14. *lib.* 13. Aues inferæ quæ. Idem *cap.* 6. *lib.* 6. ¶ Nisi si qua vidit auis, *πλὴν εἴ τις ἄρ' ὄρνις*. Hyperbole prouerbialis, de re vehementer occulta. Aristoph. *in Auib.* Οὐδεὶς οἶδε θησαυρὸν τὸν ἐμὸν πλὴν εἴ τις ἄρ' ὄρνις, id est, Nemo meum vidit Thesaurum, nisi forsan si qua auis vsquam. Vide Suidam. ¶ Aues crate capere. Plaut. *in Asinaria*, Hoc vno excepto, quòd non crate, sed retibus aues capiuntur. Vide Bud. *Miscellaneorum lib.* 2. *cap.* 18. Nostrates, inquit, rustici cùm niue tecta est humus, ab ea vacuas areolas quasdam concinnant, in quibus superiecta crate, ordeum effundunt, variaque semina ad inescandas aues spargunt. Eæ verò sub ea desuper incumbente pascentes, fune qui machinam suspendit, clam laxato, omnes facilè opprimuntur.

Auĭcŭlă, diminutiuum, parua auis. {*ὀρνίθιον*. Gall. *Oiselet, petit oiseau, poussin*. Ital. *Vccellino, augellino*. Germ. Ein vögelin. Hisp. *Auezilla, ò pequeña aue*. Angl. *A litle birde*.} Gell. *lib.* 2. Auicula est parua, nomen est Cassita, nidulatúrque in segetibus.

Auĭārium, ij, locus vbi aues domi nutriuntur, vel quo aues includuntur. {*ὀρνιθών*. Gall. *Voliere, lieu où on nourrit oiseaux, cage, mué*. Ital. *Luogo da tenere vccelli & volatili*. Germ. Ein vögelhertze/ oder kötze/ ein ort/ da man vögel zeucht oder nehrt. Hisp. *Lugar donde se crian y tienen aues*. Angl. *A cage*.} Cic. *Q. fratr. lib.* 3. Nihil ei restabat, præter balnearia, & ambulationem, & auiarium. Col. *lib.* 8. *c.* 1. Quæ nos similiter appellamus apum cubilia apiaria, vel nantium volucrum, quæ stagnis piscinisque lætantur, auiaria vel etiam pecudum syluestrium, quæ nemoribus clausis custodiuntur, viuaria. ¶ Auiaria quoque à Virgilio dicuntur loca nemorosa, & secreta, quæ auibus abundant. Sic enim habet 2. *Georg.*

Sanguineisque inculta rubent auiaria baccis.

Vbi Seruius, Auiaria secreta nemorum quæ aues frequentant.

Auĭārius, qui curam auium gerit. {*ὀρνιθοτρόφος*. Gall. *Oiselier, qui pense les oiseaux en volieres ou cages*. Ital. *Colui che tiene cura d'vccelli*. Germ. Ein vögelwärter/ oder pfleger. Hisp. *El que cria, ò guarda aquellas aues*. Angl. *He that hath the cure of birdes, a poulter*.} Col. *lib.* 8. *de Gallinis*, Sic tamen, vt illustria sint loca, quo commodius habitet auiarius. Dicitur & Auicularius.

Auitium,

Auitium, auium genus. {GERM. Ein gevögel.} Apul. *Florid.* Iam pulcra auis quæ ex omni auitio longe præcellit.

Auius, a, um, quod longius distat à via, aut quod est sine via. {ἄβατος. GALL. *Sans chemin ne voye, esgaré.* ITAL. *Senza via, isuiato, disuiato.* GERM. Unwegsam vnbetret weg die von der rechten strass abziehen. HISP. *Descaminado.* ANGL. *Without a way.*} Locus auius, Plaut. *Aul. sc. 3. a. 4.* Virg. *lib. 2. Georg.*

Auia tum resonant auibus virgulta canoris.

Salust. *in Iugurth.* Ipse nocturnis, auiis itineribus ignoratus, repentè Romanos palantes aggreditur. Lucr.

Auia Pieridum peragro loca, nullius ante Trita solo.

Idem,

Auius à vera longè ratione vagaris.

¶ Auia, substantiuè, Tac. *lib. 4.* Postquam saltuosos locos attigerat, dimisso equo per dirupta & auia, sequentes frustratus est. Valer. 5. *Argonaut.* Hoc tibi tot casus, horrenda tot auia mensi Cernimur. Per auia itinerum fugiens. Velleius.

AVLA, Atrium, regia. Propriè est principum domus ventis perflatilis, vt annotauit Athenæus. {אולם *vlam* ביתן *bithan.* αὐλή. GALL. *Vne sale, la cour du Prince, maison royale.* ITAL. *Corte del palazzo, corte de Principe.* GERM. Ein Saal, Fürstenhauss oder Königs hoff. HISP. *Palacio de los Reyes y grandes.* ANGL. *An haule, a Princes house or palace, a courte.*} Vnde apud Homerum loca subdialia hoc nomine intelliguntur. Verùm quoniam principum ædes habere solent amplissima hypæthra, factum est vt aula pro regia ponatur. Seneca, Notissima vox est eius, qui in cultu regum consenuerat, quum quidam illum interrogaret, quomodo rarissimam rem in aula consequutus esset senectutem, Iniuriam, (inquit) accipiendo, & gratias sæpè agendo. ¶ Aulai genitiuus apud Virgil. 3. *Æneid.*

Aulai in medio libabant pocula Bacchi.

Aula pro domo Minotauri. Senec. *Hippolyt.* ¶ Antiqui Aullas dicebant, quas nos Ollas, id est, casa figulina, quibus cibaria coquuntur. Plaut. *in Amph.* Optimo iure infringatur aula cineris in caput. ¶ Huius diminutiuum est Aulula, à qua Plauti comœdia Aulularia vocata est. hoc est, Parua olla. ¶ A quo rursus fit aliud diminutiuum Auxilla, vt est author Festus. Vide *Olla.* ¶ Aula virginis, pro virginali secreto apud Chrysolog.

Aular, vel Ollar, operculum ollæ, seu aulæ: vt puteal, putei tegmen. ponitur pro quouis velamine. Varro *de R. R.*

‖ Aularius, aulicus, palatinus, id est, minister palatij. Gloss. Isid. ‖

Aulicus, a, um, denominatiuum, quod ad Aulam pertinet. {αὐλικός, αὐλαῖος. GALL. *De cour, de sale.* ITAL. *De corte.* GERM. Höfisch, was zu dem hoff gehört. HISP. *Cosa de palacio de grandes.* ANGL. *Courtly, à courtiour.*} vt, Aulicus apparatus. Et Aulicus, substantiuè. Qui aulæ sectator est assiduus. Suet. *in Neron. & in Calig. cap. 19.* Nam fortè accidit, vt in publica fame Alexandrina nauis nuntiaretur, puluerem luctatoribus aulicus adduxisse.

Aulæ, αὐλαί. Nauale Cilicum inter Tarsum, & Anchialem. Steph. ‖ ¶ Sunt & fistulæ cannulæ. Pap. ‖

Aulæum, aulæi, vel (quod magis in vsu est.) Aulæa, orum, pluraliter, αὐλαία, τὰ αὐλαῖα. Sunt vela picturata, & versicolori textura spectabilia, quæ à Græcis παραπετάσματα, & περιστρώματα nominantur, quibus in splendido aliquo apparatu parietes obtenduntur. {GALL. *Tapis, tapisseries.* ITAL. *Panno di razza, razzi.* GERM. Ein gewürckt oder Heydnisch Tuch, decke oder sergen, Teppich. HISP. *Manta de pared con figuras, colgadura.* ANGL. *Tapistrie, arras, hanginges of houses.*} ¶ Dicta Aulæa, ab aula Attali Asiæ regis, in qua primùm inuenta sunt. Vnde etiam Attalica aulæa vocantur. Propertius, Nobilis aulæis porticus Attalicis. ¶ Belluata tapetia, ζωωτά, dixit Plautus, à textura belluarum, quæ in aulæis intexuntur. Singularis numerus legitur apud Cic. *pro Cælio*, Deinde scabella concrepant, aulæum tollitur. Quia in ludis scenicis aulæum tendi solebat. Apuleius, Aulæum tragicum remoueto. Virg. *in Georg.*

Purpurea intexti tollant aulea Britanni.

¶ Legitur & Aulæa fœminino genere apud Q. Curtium, Nec quicquam (inquit) eorum quæ inuicem iactata erat, Rex ignorabat, quum post aulæam, quæ lectos obduxerat, staret.

‖ Aulanæum, tributum, è quo soluebatur stipendium militibus aulam Principis seruantibus. Buleng. ‖

Aulerci, apud Cæsarem, Galliæ Celticæ populi sunt, ad Oceanum siti, inter ciuitates Armoricas. Orontius credit eos esse, quos hodie vocamus Rhotomagenses, vulgò *Roan.*

AVLETES, Tibicen, Aulœdus. {חלל *chalél*, αὐλητής. GALL. *Chantre ou ioueür de fleute, menestrier.* ITAL. *Sonatore di pifaro, cantore.* GERM. Ein Pfeyffer, ein schwegler. HISP. *Tañedor de flautas.* ANGL. *A flutter, a piper, a ministrel.*} Cic. *pro Muræna*, Postquam id assequi non potuissent, isthuc potissimum sunt delapsi, vt aiunt in Græcis artificibus eos auletas esse, qui citharœdi fieri non potuerint: sic nonnullos videmus, qui oratores euadere non potuerunt, eos ad iuris studium deuenire. Hinc locus factus prouerbio, Aulœdus sit, qui citharœdus esse non possit. ¶ Fuit & Auletes cognomen Ptolem. patris Cleopatræ, qui præter reliquam vitæ mollitiem etiam choraulam exercuit, vnde & nomen nactus est. Hic ab Alexandrinis regno exactus, ad Pompeium confugit: à quo Senatui commendatus est, & à Gabinio in regnum redactus. Autor Strab. *lib. 17.*

Auleticus, a, um, αὐλητικός. hoc est, tibiis idoneus: vt Auleticus calamus. Plin. *lib. 16. c. 36.* Orchomenius est continuo foramine peruius, quem Auleticon vocant.

Aulêtris, {αὐλητρίς. GERM. Ein Pfeifferin, oder schweglerin. ANGL. *A woman mistrell.*} Mulier tibicina est. nam αὐλός tibia est.

Aulicoqua antiqui dicebant, quæ in aulis, hoc est, ollis coquebantur. Vnde Aulicoqua exta dicuntur, in ollis elixa. Autor Festus.

‖ Aulio, nis, Gloss. auliones, αὐληταί, ab αὐλός tibia. ‖

Aulis, idis, αὐλίς, regiuncula est saxosa Bœotiæ, è regione Chalcidis oppidi Eubœæ, vna cum oppido eiusdem nominis, quòd portum habet exiguum, quinquaginta non amplius nauium capacem. Huc Græcorum classem conuenisse ferunt, Troianis bellum illaturam: ibidémque maris tempestate retentum Agamemnonem filiam suam Iphigeniam Dianæ sacrificasse. Strab. tamen *lib. 9.* placet, non in hunc portum tam angustum, Græcorum classem coactam fuisse, sed in alterum maiorem & profundiorem, qui Tanagræorum vico proximior est. Meminit etiam Virg. *lib. 4.* inquiens,

Non ego cum Danais Troianam exscindere gentem
Aulide iuraui, &c.

Lucanus genitiuum nominatiuo similem facit, dicens:

Euripusque trahit cursum mutantibus vndis
Chalcidicas puppes ad iniquam classibus Aulim.

Cuius meminit etiam Homerus *Iliad. 2.*

Aulius, fuit conditor Sinopis, & comes Iasonis apud Strabonem: tertius athleta nobilis pancratiastes, cuius statuam in foro fuisse autor est Pausanias. Meminit & Plin. huius artificis *lib. 34. cap. 8.*

Aulœdus, {αὐλῳδός. GERM. Ein Fleuter, Pfeiffer. ANGL. *A minstreel or piper.*} Qui tibiis canit, quas Græci αὐλούς vocant. Cicer. *pro Muræna*, In Græcis artificibus eos aulœdos esse aiunt, qui citharœdi fieri non possent. Emendati codices habent *Auletas*, non aulœdos.

Aulocrene, es, regiuncula minoris Asiæ, in conuentu Apameno, per quam ab Apamia in Phrygiam itur. Ibi Platanus ostenditur, ex qua pependit Marsia victus ab Apolline. Plin. *lib. 16. cap. 14. & lib. 15. cap. 29.*

¶ Auloi, vide *Vngues.*

Aulon, apud Steph. αὐλών, vrbs est Laconica, vna ex centum, & alia Arcadiæ, & alia ciuitas, vel locus Cretæ: item Arabiæ locus, & alia à Crotoniatis condita, Caulonia etiam dicta. Hæc nimirum est quam in monte Calabriæ esse diximus. Vide infrà *Caulum & Caulon.* ¶ Est & mons Calabriæ contra Tarentinam regionem, ferax boni vini. Mart. *lib. 13.* Nobilis & lanis & Baccho fertilis Aulon. In eo est & oppidum eiusdem nominis. ¶ Est & nomen duarum vrbium, quarum vna est in Macedonia, alia in Cilicia.

Aumatium, latrina publica.

Auo Pomponio, Auus Ptolemæo, fluuius est Hispaniæ citerioris, qui Celerinorum populorum supra Bracaras & Grouios agrum alluit. Vide Melam *lib. 3.* & Ptol. *lib. 2. cap. 6.*

AVOCO, as, Aliò voco, abstraho, auerto. {השיב *heschib.* ἀποκαλέω, ἀπάγω. GALL. *S'appeller, retirer.* ITAL. *Chiamare altroue.* GERM. Hinweg berüffen, anders wohin berüffen. HISP. *Llamar à lugar.* ANGL. *To call away, to withdrawe.*} Lact. *lib. 1.* & ad studia pacis à rebus bellicis auocauit. Cicer. *pro Rosc. Amer.* Non necesse est omnes commemorare Curios, Marios, denique Mamercos, quos iam ætas à præliis auocabat. ¶ Auocare concionem, Impedire ne habeatur concio. Gell. *lib. 13. cap. 14.* Consul ab omnibus magistratibus & comitiatum & concionem auocare potest. Auocari à dolore, spectaculis. Senec. *cap. 16. de consol. ad Elber.*

Auocari alicui, pro ab aliquo. Vlpianus *de noxiali actione*, Nec oberit ei quòd Seruiana ei potest homo auocari.

Auocatio, verbale, ἀπαγωγή, ἀνάκλησις. Ipse auocandi actus. Cic. 3. *Tusc.* Leuationem autem ægritudinis in duabus rebus ponit: auocatione à cogitanda molestia, & reuocatione ad contemplandas voluptates.

Auocamenta, αἱ διαγωγαὶ ἀπὸ τῶν λυπῶν ἀγουσῶν. {ANGL. *Pastime, any thinges that withdraweth the minde frome heauinesse.*} Sunt negotia iucundiora, siue solatia, animum à mœrore auocantia, id est, reuocantia. Plin. *in Epist.* Ego ergo suspensus pro homine amicissimo, dum admittere auocamenta, & cicatricem pati possit. Bud.

Auolo, Aliò volo, seu aliò subitò discedo. {נדד *nadhádh* עף *háph.* ἀφίπταμαι. GALL. *S'en voler, se partir vitte.* ITAL. *Volare altroue.* GERM. Hinweg fliegen. HISP. *Volar de lugar.* ANGL. *To flee or go quicke lie to another place.*} Cic. *ad Attic.* Experiar certè vt hinc auolem.

AVRA, lenior ventorum flatus. {רוח *ruách.* αὔρα. GALL. *Vn petit vent doux, l'air.* ITAL. *Aura, vento piaceuole.* GERM. Ein sanffter lufft. HISP. *Ayre, viento sotil y apacible ò resplandor.* ANGL. *A soft coole of wind the aire.*} Virg. *lib. 4. Æneid.*

——— *at illi*
Dulcis compositis spirabat crinibus aura.
Ipse genu nixus flammas excussit ab aura. i. à flatu.

Ouid. 5. *Fast.*

Vlla nec aërias volucris perlabitur auras,

Tibul. *lib. 4.*

Ipse per ætherias me tollens aduolat auras, (aliàs vmbras.)

Cat. *de com. Beren.*

Difficile est tamen hic remis vtaris, an aura Dicere (Metaph.)

Ouid. *Eleg. 1. lib. 1. Trist.*

Dum tecum vixi, dum me leuis aura ferebat,

Idem *Eleg. 4. lib. 3. Trist.* ¶ Interdum ponitur pro splendore. Idem 6. Discolor vnde auri per ramos aura refulsit. ¶ Interdum ponitur pro afflatu, & fauore: quia quum fiat aura æstate, videtur æstuantibus fauere. Idem *ibid.* Iam quoque nunc nimium gaudens popularibus auris. Aura popularis. Quint. Luctare dum veniet mollior aura Deo. ¶ Horatius per translationem posuit pro venustate, & illecebris mulierum, & quodam quasi philtro, quo illæ amantes ad se alliciunt. Sic enim habet 2. *Carm. Ode 9.*

Te suis matres metuunt iuuencis,
Te senes parci, miseræque nuper
Virgines nuptæ, tua ne retardet
Aura maritos.

¶ Metaphora sumpta est à nauigantibus, quorum cursum aduersi ventorum flatus sæpe remorantur. Hinc Cicero prouerbij specie dixit, *in Verr. Actio. 6.* Video quid egerim: erigit se, sperat sibi auram aliquam posse afflare in hoc crimine: id est, ostendi spem. Fit autem (vt quidam volunt) Aura ab aëre, quòd motus aër & splendorem faciat & ventum: & proculdubio Græcum est. Suidas. αὔρα τὸ πνεῦμα. Aura, inquit, id est, spiritus, vel, si mauis, flatus. ¶ Auras Græcus genitiuus, pro Auræ. Virg. 11. *Æneid.*

——— *nihil ipsa nec auras,*
Nec sonitus memor.

Item Aurai pro Auræ. Idem *Æneid.* 6.

Æthereum sensum atque aurai simplicis ignem.

[Aurula, parua aura. Tertull.]

Auras, αὔρας, fluuius ab Hæmo in Istrum defluens. Herod. *lib.* 4.

Aurātă, χρυσόφρυς. GALL. *Dorée.* ITAL. *Orata.* GERM. Ein rohte forell. HISP. *Dorada.* ANGL. *A giltbead.*} Piscis qui ab auri colore nomen accepit, cuius amator Sergius, *Orata* cognominatus est, vt refert Macrob. quasi Auratus, sicut Plostrum, pro Plaustrum. Mart. *lib.* 13.

Non omnis pretium, laudémque aurata meretur.

Aurēæ, sunt freni, qui circa aures equorum religantur, imò pars habenæ, quæ circa aures ponitur. {παρωτίς. GALL. *Chanfrain.* ITAL. *Testiere.* GERM. Das theil an dem zaum das vmb die ohren ist. HISP. *Frenos.* ANGL. *The leadstalles of bridles that cometh ouer the foreheade.*} Fest.

Aurēliă, æ, Αὐρηλία, nomen matris Cæsaris Dictatoris: vt est videre apud Suet. *in Cæs.* ¶ Aurelia familia Romæ in primis celebris fuit, à Sabinis (vt Festo credimus) oriunda, cui locus publicè designatus erat, in quo Soli sacra faceret. ¶ Ex hac Aurelij plerique illustres Romani originem traxerunt, primum Auselij dicti, sicut Papysij, qui postea Papyrij.

Aurichalcum, vide *Orichalcum.*

Auriflamma, vexillum est Gallorum. Extant Roberti Regis tabulæ in armario Abbatiæ Dionysianæ datæ anno 996. mense Ianuario regni sui primo, quibus narrat se erga id monasterium liberalitate vsum spe obtinendæ de hostibus victoriæ, referendæque in templum D. Dionysij *Auriflamma*, vexilli illius martyris & sociorum Dei beneficio inuicti.

Aurīga, gen. communis, secundùm Priscianum, quasi aureiga, qui, vel quæ aureum agit equum, aureæ. {רכב rachchab. ἡνίοχος. GALL. *Chartier, ou roulier.* ITAL. *Carrettiero.* GERM. Ein kärcher, ein fuhrman. HISP. *Carretero, o el que rige el carro.* ANGL. *A carter, a wayne man.*} Quæ vox ab aureis agendis, siue regendis dicta videtur: sunt autem aureæ (vt suprà ex Festo docuimus) lora quædam, quæ circa equi iugalis aures religantur. Virg. 12. *Æneid.*

Circumstant properi auriga, manibúsque lacessunt
Pectora plausa canis.
Aurigam video vela dedisse rati (i. gubernatorem.)

Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 1. *Trist.*

[Aurigo, morbus, ab auri colore, quem bilis toto corpore diffusa mentitur.]

Aurīgo, as, Currum rego. {ἡνιοχῶ. GALL. *Charrier, mener & gouuerner vne charrette.* ITAL. *Menare, ò guidare la carreta.* GERM. Den karren oder wagen füren. HISP. *Regir el carro.* ANGL. *To driue a cart.*} Suet. *in Calig.* Nec vllis nisi ex Senatorio ordine aurigantibus. Idem *in Nero.* Mox & ipse aurigare, atque etiam spectari sæpius voluit. Aurigare. Suet. *in Calig. c.* 54. *& c.* 8. paucis aurigantibus. & *in Nero, c.* 22. Et Gell. *c.* 1. *lib.* 14. Ducentibus stellis & aurigantibus.

Aurigor, aris, Moderor, rego. ἡνιοχέω. Varro *Modio,* Natura aurigatur, non necessitudo. Ex Nonio.

Aurīgātio, nis, verbale. {ἡνιοχεία, ἡνιόχησις. GALL. *Conduite de charrette.* ITAL. *L'vfficio di menar carro.* GERM. Das fahren auff eim karren, oder schlitten. HISP. *Obra de regir ò gouernar carro.* ANGL. *Driuing of a cart.*} Gel. *lib.* 7. *c.* 8. Quibus verbis delphini amantis & pueri non abhorrentis, consuetudines, lusus, gestationes, aurigationes refert.

Aurigārius, {רכב rachchab. ἁρματηλάτης. GALL. *Chartier.* ITAL. *Carrettiero.* GERM. Ein karcher, oder wagenmann. HISP. *Carretero.* ANGL. *A carter, a wayne man.*} Videtur vsurpari à Suet. *in Nero, c.* 5. pro eo qui curam habet instituendi aurigas in spectaculis. Perfidiæ verò, inquit, tantæ, vt non modò argentarios pretiis rerum coëmptarum, sed & in Prætura mercede palmarum aurigarios fraudauerit.

Aurīpigmentum, i, {ἀρσενικόν. GALL. *Orpin, arsenic.* ITAL. *Orpimento.* GERM. Rüschgeel. HISP. *Oropimiento.* ANGL. *Arsenike, colour called Orpin.*} Genus est coloris quod in Syria inuenitur in summa tellure, auri splendore, sed fragile, lapidum specularium similitudine. Vide Plin. *lib.* 33. *cap.* 4. Duo autem sunt auripigmenti genera, quæ vide suprà in dictione *Arsenicum.*

Auriplices, vide *Ipsulices.*

Aurĭs, is, fœm. gen. Pars capitis, qua vocem accipimus & haurimus. {אזן ozen. οὖς, ὠτός. GALL. *Oreille.* ITAL. *Orecchia.* GERM. Ein ohr. HISP. *Oreja.* ANGL. *The eare.*} Ab hauriendo dicitur, aspiratione detracta, quòd vocem accipiat, & quasi haurire videatur. Hinc Virg. 3. *Æneid.*

——— *vocémque his auribus hausi*, hoc est, intellexi.

Terent. *Phorm.* Astiti, animum compressi, aurem admoui. Aures suas clausit aduersus solatium. Senec. *c.* 2. *de consol. ad Marc.*

——— *nemo est cuius referatur ad aures,*

Ouid. *Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.* Pendeant Auditores auribus. Plaut. *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Huc adhibete aures quæ loquar.

At mihi auribus hic fructus percipiendus erit,

Ouid. *Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.* Aure explorata non surda, nec iacenti. Et ad aurem iucundius sonat. Gell. *cap.* 7. *lib.* 1. Ne id quod fabulantur in aures immittas tuas. Plaut. *Curc. sc.* 4. *a.* 3. Aure agresti esse. Habeo aures, loquere quid vis. Idem *Milit. sc.* 4. *a.* 2. In vtrumuis oculum conquiescito. C. Oculum vtrum, an in aurem? Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. fac vacuas ædes aurium vt migrare dicta possint quò volo. *Ibidem sc.* 3. *a.* 1.

Intentáque tuis precibus se præbuit aure,

Tibul. *lib.* 4. Auribus hæc peraudienda sunt. Idem *Mil. sc.* 1. *a.* 1. Aurium ligamenta sunt ægrotorum. Item, Aurium tenus percipere. Quint.

——— *præbebam versibus aures,*

Ouid. *Eleg.* 7. *lib.* 3. *Trist.*

Nullus hic aurem intellecturis auribus vtar, adest.

Idem *Eleg. vlt. lib.* 3. *Trist.*

——— *Nec qui*
Auribus accipiat verba Latina suis.

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist.* Ad aurem inuocare. Quint. Aures superbas habere. Liu. *lib.* 34. Ne hoc aures delicatas redderet. Quint. Secundis & auribus aduersis aliquid accipere, Liu. *lib.* 6. *ab vrb.* Auersis auribus *lib.* 8. *d.* 4. Et secundis, *lib.* 2. *d.* 5. Alij à Græco αὐδὴ deduci malunt, quod vocem significat, quæ solo aurium instrumento percipitur: aut certè à verbo Audio: vt Aures dictæ sint, quasi Audes. Intelliguntur autem hoc nomine tam cartilagines foris prominentes, quam ipsa foramina. Lucret. *lib.* 6.

Solicita porrò, plenaque sonoribus aures.

¶ Aures autem dicuntur in rebus inanimatis, quibus rem aliquam apprehendimus, quas alio nomine Ansas vocamus. Virg. 1. *Georg.*

Binæ aures, duplici aptantur dentalia dorso.

¶ Hinc Inauris, ἐνώτιον, & Auritus, ὠτώεις, de quibus infrà. ¶ Auribus proueht, ὤτοις ὀχεῖσθαι, dicitur quando audientes aliquid delectabile, laborem pedum non sentimus, tanquam aures nos veharit. Apuleius, Me vsque ad istam ciuitatis portam meis auribus prouecto. ¶ Aures regiæ ὠτακουσταί, ministri regij renunciationibus, delationibúsque præpositi. Idem *lib.* 1 *de Mundo,* Erant diuisa officia in comitatu regio: Sed & inter eos aures regiæ & Imperatoris oculi quidam homines vocabantur, &c. Vbi & Otacustarum vocabulo talis casus inclinamento vtitur. ¶ Ad ambas vsque aures, μέχρι τῶν ἀμφωτίδων, impleri dicuntur qui supra modum ingurgitant se. Sumpta metaphora à vasculis ad ansas vsque impletis. Extat apud Suidam. ¶ Cæcus auribus & mente, τυφλὸς τά τ' ὦτα τόν τε νοῦν, τά τ' ὄμματ' εἶ, id est, Tu simul & aure, & mente & oculis cæcus es. Quadrat in hominem planè stupidum. est autem Sophoclis versus. ¶ Auris dextra tinniit. Quo significabitur alicubi sermonem de se absentibus factum cum laude. Idemque Plinius testatur, vulgò quandoque creditum fuisse, vt qui laudaretur absens, ei dextra tinniret auris, qui vituperaretur, sinistra. Lucianus *in Dialogo meretricio.* ¶ Ad deorum aures peruenit, Εἰς θεῶν ὦτα ἦλθεν. Vbi facinus aliquod clanculum patratum, rescifcitur ab iis, qui possunt vel remunerari rectè factum, vel punire secus admissum. Simile est, Iouis auribus seruare. ¶ Procul auribus nuncius veniat, ἀπ' οὔατος ἀγγελίη ἔλθοι, id est, procul absit nuntius aure. Sermo deprecantis male auspicatum. Suidas ex Callimacho citat Homer. Item *Iliad.* 6. ¶ Purgatis auribus, pro attentis & vacuis prouerbium resipit. Plaut. *in Milite,* Purgatis ambo damus tibi operam auribus. ¶ Ne ad aures quidem scalpendas otium est. Prouerbialis est hyperbole, quum ne minimum quidem otij superesse significamus. Lucian. *in bis accusato,* Οὐδ' ὅσον κνήσασθαι τὸ οὖς, φασί, σχολὴν ἄγων, id est, ac ne tantisper otiosus, vt aurem, sicut aiunt, scalpere vacet. ¶ Aurem vellere, veteres dicebant pro admonere, à prisco ritu sumpta figura, quo in ius vocantes quempiam aurem vellicabant, attestantes eum, quem quasi testem meminisse volebant. In vtramuis dormire aurem, est animo otioso, securo, vacuóque esse. Terent. *Heaut.* Vtitur eo, & Basilius *in epistola quadam,* sed malam in partem, ita vt supinam securitatem intelligi velit. Menander *in Plotio,* apud Gell. Ἐπ' ἀμφότερον ἡ ἐπίκληρος ἡ μέλλουσα καθευδήσει, id est, In aurem vtranque, si dotata fuerit, est cubatura. Eodem sensu dixit Plin. In dexteram aurem.

Aurĭcŭlă, quamuis diminutiui formam habeat, non tamen paruam aurem significat, sed exteriorem auris partem, aut certè mollem illam particulam, quæ etiam infima, vel ima auris appellatur. {λοβός, ὠτίον. GERM. Ein ohrläplin. ANGL. *The lug.*} Cic. *ad Quintum Fratrem,* Ad inimicitias res venisset, si quum Efernino Samnite Facideianus comparatus videretur, auriculam fortasse mordicus abstulisset: cum Clodio quidem certè rediisset in gratiam. Adagium est quod conuenit in eum qui quantumuis indignetur, magis cupiat quàm possit lædere. Martialis tamen pro tota aure posuisse videtur, quum ait *lib.* 5. Auriculam Mario grauiter miraris olere: Tu facis hoc, garris Nestor in auriculam. Auriculis rubentibus mulier. Suet. *in Aug. c.* 69. ¶ Demittere auriculas vulgò dicuntur, qui sua spe frustrantur: & qui deiecto sunt animo. Auriculas super humeros habere, ait Plato *lib.* 3. *de Rep.* 10. τὰ ὦτα ἐπὶ τῶν ὤμων ἔχοντες. id est, Auriculas super humeros habentes, hoc est, animis deiectis & ægris. Flaccus, Demitto auriculas vt iniquæ mentis asellus, Quum grauius dorso subijt onus. ¶ Auricula infima mollior, hyperbole prouerbialis in homines minimè iracundos, lenique ingenio præditos: nihil est enim in humano corpore mollius, aut flexibilius lenitiúsque, quàm ea auriculæ pars, quæ nec osse rigeat, neque cartilagine durescat, neque neruis intendatur. Cic. *ad Quint. Fratrem lib.* 2. Tu quemadmodum me censes oportere esse in rep. & in nostris inimicitiis, ita & esse & fore auricula infima scio molliorem. Vide Ammian. *lib.* 19.

Aurĭcŭlārius, a, um, quod ad aures pertinet. {ὠτικός. GALL. *Des oreilles, ou des appartenances des oreilles.* ITAL. *Cosa pertinente all' orecchia.* GERM. Das zu den ohren gehört. HISP. *Cosa perteneciente à la oreja.* ANGL. *That belongeth to the eares.*} Vnde auricularium specillum chirurgorum instrumentum, quod curandis purgandísve auribus adhibetur. Auricularius clyster, ὠτεγχύτης, instrumentum quo liquida collyria in aurem præcipuè infunduntur. apud Cels. *lib.* 5. *cap. de fistulis* scripto, Per oricularium clysterem fistulam eluere. ¶ Pro Auricularius dicitur etiam Auricularis & hoc auriculare: vt verminatio auricularis, quum putridæ aures vermibus scatent. Et auricularis digitus, paruus, quo aures mundantur.

Aurĭscalpium, instrumentum quo aures purgantur. {ὠτογλυφίς. GALL. *Vn cure oreille.* ITAL. *Il cura orecchie.* GERM. Ohrengrüble. HISP. *Instrumento para limpiar las orejas.* ANGL. *An eare pike.*}

Aurītus, a, um, Magnas aures habens. {ὠτώεις. GALL. *Qui a grandes oreilles, bonne ouye, & attentif à ouyr.* ITAL. *Chi ha grand' orecchie, buona vdita, & attento ad vdire.* GERM. Der groß ohren hatt. HISP. *Cosa de grandes orejas, ò que las inhiesta, ò que oye mucho.* ANGL. *That hat great eares, that heareth weel.*} Virg. 3. *Æneid.*

Auritósque sequi lepores.

¶ Auritus item dicitur qui bene audit. Horat. *lib.* 1. *Carm.*

Doctus auritas fidibus canoris
Ducere quercus.

¶ Auritus populus, id est, aures intentas habens. Plaut. *Asin.* Face omnem auritum populum.

Aurōra, æ. Prima diei lux, qua sub Solis aduentum aër illustratur. {שחר schachar. ἠώς. GALL. *L'aube du iour, le poinct du iour.* ITAL. *L'aurora.* GERM. Die morgenröte, oder anfang deß tags. HISP. *El alua que antecede*

antecede el dia. Angl. *Daybrek, the morning.*} Item tempus ipsum, hoc est, prima pars diei, qua lux quædam dubia in Oriente cernitur adueniente Sole. Varr. 6. *de ling. Lat.* Aurora dicitur ante Solis ortum ab eo quòd ab igne Solis aureo aër aurescit. ¶ Poetæ fingunt auroram deam esse Tithoni coniugem & matrem Memnonis, quæ quòd maritum habeat senem, relicto eius cubili, ortum Solis anteuertit.

Aurum, i, {זהב zahab, χρυσὸς. Gall. Or. Ital. & Hisp. Oro. Germ. Gold. Angl. *Gold.*} Pretiosissimum omnium metallorum, ab aura, hoc est, à splendore ita appellatum: aut certè à Græco ἁβρὸς, quod diuitem & potentem significat. Plin. *lib.* 33. *c.* 2. Vtinam posset è vita in totum abdicari aurum, sacra fames, vt celeberrimi autores prodidere, pro scissum conuitiis ab optimis quibusque, & ad perniciem vitæ repertum. ¶ Falluntur autem qui deducunt hanc vocem à Græco ἁβρὸς, quod diuitem significat, quum Græcis ea vox sit incognita, sed eius loco est ἁβρὸς, qua voce mollis & delicatus homo significatur. ¶ Aurum factum, χρυσὸς εἰργασμένος dicitur, quod artificis manu aliquem in vsum est laboratum. Vlpian. *l. Quin. Mutius. ff. de auro & argent. leg.* Cui aurum, vel argentum factum legatum est, si fractum, vel collisum fuerit, non continetur. Seruius enim existimat, aurum, vel argentum factum id videri, quo commodè vti possumus. ¶ Huic opponitur aurum infectum, hoc est, rude & non laboratum. Virg. 10. *Æneid.*

——— *sunt auri pondera facti,*
Infectique mihi.

¶ Aurum signatum, est pecunia ex auro cusa. Vlpian. Si autem aurum, vel argentum signatum legatum est, id paterfamilias videtur testamento legasse, quod aliqua forma est expressum. ¶ In eadem etiam significatione legimus aurum absolutè, & sine vlla adiectione positum. Plaut. *in Aul.* Effodio aulam auri plenam. ¶ Aurum Tolosanum, prouerbium Gellio *lib.* 3. *cap.* 6. de hominibus calamitosis. Hinc dictum, quòd cùm Qu. Cepio Cos. oppidum Tholosanum diripuisset, multúmque auri in eius oppidi templis fuisset, quisquis ex ea direptione aurum adtigit, misero execrabilique exitu periit. ¶ Ponitur item aurum pro ornamentis muliebribus, ex auro confectis. Terent. *in Eunuch.* Interea aurum sibi clàm mulier demit, dat mihi vt auferam. Aurum coronarium quid sit, docet Gel. *c.* 6. *lib.* 5. Est autem aurum coronarium, quod Imperatori triumphaturo in coronam decernebatur. Triumphalis enim corona, quæ antiquitus incorruptis adhuc Romanorum moribus ex lauro fiebat, postea ex auro fieri cœpit. ¶ Aurum igni probatum, ὁ χρυσὸς τῷ πυρὶ δοκιμαζόμενος, dicitur is cuius fides rebus aduersis explorata spectataque est. Vtitur hac similitudine M. Tull. *in epist. famil.* Pindarus item *in Nemeis hymno* 4. pluresque alij probatissimi authores. Vetus dictum vt Aurum igne, sic innocentiam iudicio spectari. Calpur. Flacc. *declam.* 31. Hinc Ouid. *Eleg.* 4. *lib.* 1. *Trist.*

Vt fuluum spectatur in ignibus aurum, Sic, &c.

¶ Auro habet suppactum solum, prouerb. figura dixit Plaut. *in Bacch.* de prædiuite, cui tanta suppetat auri vis, pedibus calcet. Necauit (hospitem) aurúmque huic ademit hospiti. Idem *Most. sc.* 2. *a.* 2.

Ipse nitor galeæ claro radiantis ab auro
Insidias prodet.

Ouid. 13. *Metam.*

Ostendit quod iam præfoderas aurum,

Ibid.

Effigiémque meam fuluo complexus in auro (annuli.)

Idem *Eleg.* 6. *lib.* 1. *Trist.* Statuam auream, ex auro Philippæo, Plaut. *Curc. sc.* 1. *act.* 3. Auro & purpura sibi amator emit meretricis mores. Idem *Mostell. sc.* 3. *act.* 1. Auro contra cedo mihi modestum. P. Cedo contrà Aurichalco. Emi virginem, vestem, aurum, idem *Curc. sc.* 3. *a.* 1. Dij immortales! Aurum quid valet! Idem *Aul. sc.* 4. *a.* 1. Contempta aurum & pallam, satin' me deceat. Idem *Most. sc.* 3. *a.* 1. Æquum est mihi purpuram, atque aurum dari (inquit dotata.) Idem *Aul. sc.* 5. *a.* 3. (Huic Spinteri.) Addas auri pondo vnciam. Idem *Men. sc.* 3. *a.* 3. Neque rectè, quæ in nos dicis aurum atque argentum merum est. Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 1. An tu verba blanda esse aurum rere? *Ibid. sc.* 1. *a.* 3. Pallam & aurum domo suppilas (i. aureum spinter.) Idem *Men. sc.* 1. *a.* 5. *& sc. vlt. a.* 5. Pallam & aurum hoc mihi dedit. Odi aurum, multa multis suasit perperam. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 2.

Auratores, qui inaurant. In vetusto Lexico exponitur χρυσωταί.

Auratura, æ, Quintil.

Aurātus, a, um, quod in superficie habet aurum. {διάχρυσος, χρυσοφαής. Gall. *Doré.* Ital. *Dorato, indorato.* Germ. Vergüldt, vbergüldt. Hisp. *Dorado por parte de fuera.* Angl. *Gilde with gold.*} Cic. post reditum in Senat. Lentuli beneficio excellenti atque diuino non solùm reducti sumus in patriam, sicut nonnulli clarissimi viri, sed equis insignibus, & signo aurato reportati. Suet. *in Neron.* Piscatus est reti aurato, purpura coccoque funibus nexis. Quando te auratam & vestitam bene habet. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 5. Abutitur tamen aureum domum & auream portam dicimus pro aurata. Milites aurati. Liu. 9. Tunicæ auratis militibus versicolores. Et contra aurata tecta dicit Fab. Quin. pro Aureis.

Aurāmentum, videtur instrumentum esse effodiendo, aut purgando auro accommodatum, χρύσωμα, Plin. *lib.* 33. *cap.* 3. Hispania strigiles vocat auri parulas massas, quod super omnia solùm in massa auramento capitur, quum cætera in metallis reperta igni perficiantur.

Aurātūrā, Quint. *lib.* 8. *cap.* 6. De hypallage, Sed nomen immuto, vt quum aurata tecta, aurea: pusillum à vero discedo, quia non est nisi pars, auratura.

Aurārĭus, a, um, adiectiuum, {ὁ τοῦ χρυσοῦ, ἐπίχρυσος. Gall. *D'or.* Ital. *Di oro.* Germ. Von gold oder was zum gold gehört. Hisp. *Cosa pertenesciente à oro.* Angl. *Of gold.*} vt, Auraria metalla. Plin. *lib.* 37. *cap.* 12. Aurarium negotium. Idem *in Bacch.* Auraria fodina, vbi foditur aurum: quæ & Aurifodina dicitur. {χρυσωρυχεῖα. Gall. *Miniere ou mine d'or.* Ital. *Minera da cauare oro.* Germ. Ein goltgruben. Hisp. *El minero de donde se saca el oro.* Angl. *A golde mine.*} Plin. *lib.* 34. *cap.* 4. Vide *Aurifodina.*

Aurāni, Aurifices, qui aliquid ex auro conficiunt, aut inaurant. {צורף tsoreph. χρυσοχόοι. Gall. *Orfeures.* Ital. *Orefici.* Germ. Goldtschmid, vergülder. Hisp. *Plateros que labran en oro.* Angl. *Goldesmythes, gilders.*} Au-

rarij etiam fautores dicuntur, teste Ser. à nomine Aura, quod nonnunquam pro fauore accipitur.

Aurĕus, substantiuum, Nummus est ex auro cusus. {χρυσοῦς, χρυσίον. Angl. *A noble, in golde.*} Plin. *lib.* 35. *cap.* 10. Immane tabulæ pretium accipit, aureos mensura, non numero. Aureus autem valet vigintiquinque denarios, siue centum sestertios nummos, quum denarius quatuor esset sestertium. Vide Hotomannum *in sua lex.* & Antonium August. *lib.* 2. *cap.* 9.

Aurĕus, a, um, quod ex auro est confectum. {χρυσοῦς, χρύσεος. Gall. *D'or, fait d'or.* Ital. *Cosa fatta d'oro.* Germ. Guldin, was von gold gemacht. Hisp. *Cosa de oro toda maciça.* Angl. *Golden, made of golde.*} Cic. 4. *Philipp.* Sedebat in rostris Cæsar, in sella aurea coronatus. Ædes tuæ totæ consulgebant quasi essent aureæ. Plaut. *Amph.* Scin' quid hoc sit spinter, nescio nisi aureum pici aureos montes colunt. Idem *Aul. sc.* 5. *a.* 4. Statuam auream ex auro Philippæo. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 3. Illum dicis cum armis aureis. Idem *Merc. sc.* 1. *a.* 1.

Ex Ariadneis aurea temporibus fixa corona foret.

Catul. *de com. Beren.* ¶ Item quod auri colorem habet. Virg. 3. *Ecl.*

Aurea mala decem misi, cras altera mittam.

¶ Interdum idem quod pulchrum. Idem 10. *Æneid.*

——— *at non Veneri aurea contrà*
Pauca refert.

¶ Aureo piscari hamo dicuntur, qui mediocris commodi cupiditate periculum adeunt vt maximarum rerum faciant iacturam. Fit enim nonnunquam vt piscis hamum etiam ipsum secum auferat. Commemoratur inter facetè dicta Octauij Cæsaris à Suetonio. ¶ Aureos montes polliceri, χρυσᾶ ὄρη ὑπισχνεῖσθαι, prouerbialis hyperbole, de iis qui immensa promittunt, spésque amplissimas ostentant: à Persarum arrogantia ducta, qui propter auri venas montes aureos iactabant. Plaut. & Terent. ¶ Aureæ compedes, χρυσαῖ πέδαι, prouerbiali metaphora dicitur Seruitus splendida & amabilis: qualis est ferè aulicorum vita. Diogenes in epistola quadam scriptum reliquit, Aristippum in aula regia, aureis teneri compedibus, ne posset auolare. Horat. *de amica formosa,* —tenétque grata Compede vinctum. [¶ Aureus numerus dicitur cyclus paschalis decem nouennalis, vel propter præstantiam eius, quod sine vllo labore lectoris terminum paschalem & nouilunia in calendario ostenderet tempore Diocletiani & Constantini Magni, siue (quod verisimilius) quia auro notaretur in fastis. Scal. *lib.* 3. *Canon. Isagog.* ¶ Aurea barba, Iouis & Neptuni insignia ornamenta. Turn.]

Aurĕŏlus, a, um, diminutiuum ab adiectiuo Aureus, Aureolum collum, auri colorem referens. Varro 3. *de re rust. c.* 9. Aureolus libellus. Cic. 4. *Acad.* Malum aureolum, Catullo.

Aurĕŏlus, substantiuum diminutiuum ab aureo nummo. Martial. *lib.* 5.

Qui crepat aureolos, forsitan vnus erit.

Idem *lib.* 10.

Aureolos vltrò quatuor ipse petit.

Aurōsus, adiect. vt Aurosa arena. Lamprid. *in Heliogab.* Scopæ auri porticum strauit & argenti, dolens quod non posset & electri. Idque frequenter quacunque fecit iter pedibus vsque ad equum, vel carpentum, vt fit hodie in aurosa arena.

Aurēsco, is, χρυσίζομαι, χρυσαυγεῖν. Varro *de ling. Lat.* Auroram splendorem Solis existimant, seu matutinum splendorem, eò quòd ab igne Solis, aut auro aër aurescit.

Aurĭchalcum, compos. ex ære & auro, siue quòd colorem habeat aureum, inquit Festus. Vide *Orichalcum.* ¶ Sed aurichalcum nunquam fuisse in rerum natura, & Aristotelis & Hesychij authoritate probatur: huius verba sunt hæc, Ὀρείχαλκος, τὸ μὲν διαλελοιπὸς τοὔνομα, οἱ δὲ καὶ πάντως ἀπάρχαι αὐτῷ. Vide Scal. *in Fest.*

Aurĭcŏmus, qui aureos crines, seu auream comam habet. {χρυσοκόμος. Gall. *Qui a les cheueux iaunes comme fin or, qui a le chef doré.* Ital. *Biondo.* Germ. Das gulden har hat, oder goldgäl. Hisp. *El que tiene cabelladura de oro.* Angl. *VVhich hath heare of the coulour of gold.*} Vnde Phœbus vocatus est auricomus. Batauus auricomus. Sil. *lib.* 3.

Aurĭfer, a, um, quod fert aurum. {χρυσοφόρος. Gall. *Portant or.* Ital. *Chè produce oro.* Germ. Das gold tregt. Hisp. *Cosa que tiene ò lleua oro.* Angl. *VVhich bringeth or beareth gold.*} Vnde aurifera flumina dicuntur, Tagus in Hispania, Padus in Italia, Hebrus in Thracia, Pactolus in Asia, Ganges in India. Aurifera arbor. Cic. 2. *Tusc.* Auriferum nemus, Plin. *lib.* 5. *c.* 1. Aurifera terra, Mart. *lib.* 10.

Aurĭfex, ficis, faber aurarius, qui auri laborandi artifex est. {צורף tsoreph. χρυσοχόος. Gall. *Orfeure, affineur d'or.* Ital. *Orefice.* Germ. Goldschmid. Hisp. *Platero que labra oro.* Angl. *A goldsmyth.*} Cicer. 1. *Orat.* Ad ea probanda, quæ non aurificis statera, sed quadam populari trutina examinantur. Plin. Velut aurificum arte alternis inter folia candicantibus margaritis. Fullo, Phrygio, Aurifex, lanarius. Plaut. *Aulul. sc.* 5. *a.* 3. Hoc spinter ad orificem deferas, iubeásque reconcinnarier. Idem *Men. sc.* 3. *a.* 3. (vt) Pallam ad Phrygionem, & spinter ad aurificem feres. *Ibid. sc.* 3. *a.* 4.

Aurĭficina, {Angl. *A goldsmythes shoppe.*} pro aurificis officina.

Aurifodina, locus vnde effoditur aurum. Plin. *lib.* 33. *c.* 4.

Aurifodina, & Auraria, in antiquo Lexico χρυσωρυχεῖον. Vide *Aurarius.*

[Aurifrigium. Lecti aurifrigiis strati, apud Helmoldum, i. e. Stragulis sericis Phrygio opere factis, & auro intertextis. Est ergò quasi auri Phrygium. Ioh. de VVorveren *in not. ad epist.* 13. *Sidonij lib.* 9.]

Aurĭfur, qui furatur aurum. {χρυσοκλέπτης. Angl. *VVhich stealeth gold.*} Plaut. Et mihi hic aurifur est.

Aurĭgĕr, a, um, adiect. χρυσοφόρος, vt auriger taurus. Cic. 2. *de Diuin.* Aurigeris diuûm placantes numina tauris. Arbor aurigera, Valerius 8. *Argonaut.*

Aurīgo, {Angl. *The iaundis.*} Scribonio Largo, à fellis siue bilis suffusione coloris aurei, ἴκτερος. Hippoc. ἰκτερώδης νόσος: morbus regius Horatio, & arquatus. Cels. *lib.* 3. *c.* 24. {Gall. *Iaunisse.* Ital. *Trabocco di fielo.* Germ. Die Geelsucht. Hisp. *La ytericia.*} Eo morbo qui laborant, ἰκτερικοί, Icterici, Horat. Auriginosi: morbus ipse etiam bilis suffusio à Plin. vocatur.

Aurĭlĕgus, qui aurum legit, id est, furatur. χρυσολόγος, χρυσοκλέπτης.

Aurilegulí, in antiquo Lexico, χρυσοσυλλέκται. Auriplices, vide *Ipsulices.*

Auro,as, {χρυσόω. Germ. Vergülden. Angl. To gilde.} Aurum superpono, à quo Deauro,& Inauro:inde auratum, inauratum, deauratum.

¶ Auriuitta,auis,ab aurea vitta. Goldfinck.

Aurugia, quasi auri rugia, id est, sculptura, vbi aurum scalpitur, Pancirol.¶

Aurunca. Latij ciuitas, ab Ausone Vlyssis & Calypsûs filio condita: à qua Aurunci dicti fuerunt vetustissimi Latij populi, quorum meminit Plin. *lib.3.cap.5.*

Ausa, ciuitas est Hispaniæ, Ptolem.

Auscarpedam dixerunt veteres pro vermiculo piloso, qui solet in fronde nasci cum multis pedibus, teste Varro *lib.6.de L.L.* Sed vide ibi Scalig.

Ausci, populi sunt Aquitaniæ in Gallia. Plin.*lib.4.c.16.* vulgò *Aux.*

Ausculari, veteres pro osculari dicebant. Et ab osculo, hoc est, paruo ore deducitur, quod ausculum dicebant. Festus.

Ausculto, cum accusatiuo significat, Audio & diligenter attendo. {שמע *schamah* בשכבות *bischibh*. ἀκροάομαι. Gall. *Ouyr, escouter.* Ital. *Ascoltare, vdire, star' attento.* Germ. Zulosen/ zuhören/ aufmercken. Hisp. *Oyr escuchando, escuchar.* Angl. *To hearken, to giue goode eare vnto.*} Hinc illud Catonianum, Auditis enim, non auscultatis, tanquam pharmacopolam. Vestra ad auscultandum benignitas (sæpe de argumento Comœdiæ.) Plaut. *Mil.sc.1.a.1.* Libenter te ausculto loqui. Idem *Pseud. sc.5.a.1.* Auscultate, atque operam date. Idem *Asin.sc.3.a.3.* Hunc ausculto lubens. Idem *Aul.sc.5.a.3.* Qui gestant, quique auscultant crimina. Idem *Pseud.sc.5.a.1.* Ego dicam, ausculta. Idem *Most.sc.1.a.1.* Hinc auscultemus quid agat (i.spectemus.) Idem *Curc.sc.1.a.2.* ¶ Ausculta & perpende, ex Homer. Conueniet quoties significabimus nos aliquid dicturos quod ad rem pertineat, quódque ratum ac certum futurum sit. ¶ Aliquando obedio, sed cum datiuo. πείθομαι, ὑπακούω. Terent. *in Andr.* Pamphilumne adiutem, an auscultem seni. Si recte facias, auscultes mihi. Plaut. *Curc.sc.1.a.1.* Vicine, ausculta queso, Egon' auscultem tibi? Idem *Merc.sc.6.a.1.* In te aduersa ne animo auscultes (i.credas.) Idem *Pseud.sc.3.a.1.* Omnes qui mihi auscultabunt (i.volent credere.) Idem *Asin.sc.1.a.1.* ¶ Item Aspicio, cerno. Afran. *Priuigno* (vt citat Nonius) Ludos hunc auscultaui procul. ¶ Auscultabitur, Impersonale. Plaut. *Merc.* —excusato me fecisse sedulò ad portum ne ires, dico iam tibi. C. auscultabitur. ¶ Hinc auscultatio, ἀκρόασις, & Auscultator, ἀκροατής, verbalia.

Auser, vel Auseris, fluuius est Hetruriæ, non procul à Luca. Strab. *lib.5.* Æsarem vocat. Vulgò *Serchio.*

Ausigda, αὐσίγδα, vrbs Libyæ (Hecateus insulam esse scribit) Steph.

Ausim, ausis, ausit, ponitur pro Audeam, audeas, audeat, τολμήσω, Liu. *in Præfat.lib.1.ab Vrbe,* Nec si sciam, dicere ausim. Virg.2.*Georg.*

Ausim vel tenui vitem committere sulco.

Ausim, vel rapidas ausim maria ire per vndas,

Tibul. *lib.4.* Qui me hodie præsentem ausit indignè prævortier, pro Ausus sit. Plaut. *Amph.sc.3.a.4.* Hunc non ausim præterire. Idem *Aul. sc.4.a.3.* Ma. haud ausit dicere. Idem *Men.sc.1.a.1.*

Ausio, Ausus, & Ausum, [illegible], τόλμημα, pro temerè præsumpto accipiuntur. Maro: Hoc vbi pro meritis & talibus imprecor ausis.

Ausitis, idis, αὐσῖτις, regio quæ Hebraicè dicitur עוץ *huts*, seu Hus, in qua natus est Iob. Ab Aus vno ex filiis Esau dictum tradunt, quam alij in Idumæa, alij in finibus Arabiæ & Idumeæ collocant.

Ausonia, αὐσονία, olim pars Italiæ dicebatur, in qua sunt Beneuentum, & Cales: ita dicta, teste Festo, ab Ausone quodam Vlyssis & Calypsus filio, qui & Auruncam traditur condidisse. ¶ Huius regionis incolæ propriè Ausones, αὔσονες, dicti sunt, & Ausonij, quanquam id nomen postea toti Italiæ fuerit communicatum. Ausonis, idis. Ouid. 2.*Fast.*

Captaque erat lyricis Ausonis ora sonis.

Ausonius, αὐσόνιος, Sophista, scripsit epistolas & alia quædam ad Nonnum, vt ait Suidas. ¶ Fuit & Ausonius poëta Gallus, patria Burdegalensis, cuius extant epigrammata & opuscula quædam. Ausonius, a, um,

Ausonia matres nurusque.

Ouid. *Eleg.1.lib.2.Trist.*

Ausonia Lyra dum feris carmina,

Idem *Eleg.vlt.lib.4.Trist.*

Ausonium mare, αὐσόνιον πέλαγος, ἢ αὐσόνιος πόντος, Ionij maris pars est, quæ ab Orientali Siciliæ parte vsque ad Salentinos extenditur, in tres diuisa sinus, vt ex eo Polybij sententia Plin. *lib.3.cap.5.& 10.* Strab. *lib.5.* alio nomine Siculum mare vocari testatur. {Germ. Das meer so von auffgang an Sicilien stosset.} Ausonium autem dictum putatur, ab Ausonibus populis, qui eo in tractu primùm habitarunt, autore Plin. *lib.3.cap.10.* quod tamen loco iam citato negat Strabo. Festus ab Ausone quodam Vlyssis & Calypsûs filio mari huic nomen factum existimat.

Auspex, icis, propriè dicitur qui ex auium volatu, cantu, aut pastu futura diuinat: quem & Augurem appellari, suprà ostendimus. {οἰωνοσκόπος. Gall. *Pronosticateur, Augure.* Ital. *Pronosticatore.* Germ. Ein weissager. Hisp. *Adeuinador por agueros de aues.* Angl. *A southsayer, a gesser.*} Cic. *ad Attic. lib.1.* Latores & auspices legis curiatæ. Auspices autem in omnibus fere rebus publicis & priuatis scil. negotiis adhibebantur. Nam & in nuptiis adhibebantur contrahendis, vt de nuptiarum successu auspicia facerent. Vnde apud Suetonium *in Claud. cap.26.* legimus Sporum puerum Neronis nuptisse, dote inter auspices consignata. Cic. *pro Cluen.* Nubit genero socrus nullis auspicibus. Liu. *lib.2 d.5.* Nuptiæ velut auspicibus nobilissimis populis deductæ. Qua de causa falsum est, quod hic antea scriptum erat, Auspices etiam vocati pronubos qui à patre mariti in nuptiis adhibentur, quemadmodum pronubæ ex parte sponsæ. ¶ Auspicem præterea vocamus, cuius ductu, & autoritate rem aliquid gerimus. {Angl. *A fore man, a guide.*} Horat. *lib 1.Carm.Ode 7.*

Nil desperandum est Teucro duce, & auspice Teucro.

Auspicialis, e, quod ad auspicium pertinet, οἰωνοσκοπικός: vt, Auspicialis pisciculus, qui aliquid portendit, aut significat futurum. Plin. *lib.32. cap.1.* Alij legant *Auspicalis.*

Auspicium, Augurium, diuinatio sumpta ex gestu, vel cantu auium, cuius inuentionem Tiresiæ Thebano assignat Plin. *lib.5.cap.56.* {οἰωνοσκοπία, οἰωνισμός. Gall. *Consideration des choses à venir pour contempler & obseruer le vol ou cri d'oiseaux, ou telles choses.* Ital. *Auspicio.* Germ. Ein vogel schawung/ weissagung. Hisp. *El aguero, tomado de las aues.* Angl. *Gessing, a signe or token shewed by birdes of thinges to come.*} Dictum Auspicium quasi Auispecium, ab auibus spectandis: quemadmodum Augurium, quasi auigarrium, ab auium scilicet garritu, quem auspicantes obseruabant. Partim ductu, partim auspiciis suis. Suet. *in Aug. c.21.* Auspicium excusat militem. Gell. *c.4.lib.16.* Auspicia maiora quæ dicantur, idem *cap.14.lib.13.* Auspicium excusat militem. Idem *c.14. lib.16.* Opus est meliore auspicio. Veni huc auspicio malo. Plaut. *Aul. sc.2.a.3.* Ne malo cum auspicio nomen commutaueris. (*à la mal'heure.*) Idem *Asin.sc.3.a.2.* Quantum ex augurio auspicij intelligo. *Ibidem sc.2.a.2.* Imperio atque auspicio heri Amphitruonis expugnatum oppidum. Item, ductu, imperio, auspicio suo. Idem *Amph.* Auspicia turbare, aut retinere, vel vitiare. Gell. *c.14.lib.13.* Aue sinistra, auspicio liquido. Plaut. *Ps.sc.4.a.2.* Cic.2 *de Diuin.* Nihil publicè sine auspiciis, neque domi, neque militiæ gerebatur. Auspiciorum duo fuisse genera Dion narrat: vnum sine obnunciatione: alterum cum obnunciatione. Vtroque genere potestas agendi cum populo tollebatur: primò, vel si nulla omnino signa de cælo monstrarentur, nec obnuntiaretur quidquam: altero quum cælesti aliquo signo viso, quod publicam calamitatem portendere videretur, obnuntiaret is, qui auspicabatur, ei, qui agere cum populo vellet. Vtrumque genus, lege lata, sustulit P. Clodius Trib.Pleb. Ciceronis inimicus: de quo sic in oratione pro Sextio, Iisdem Consulibus sedentibus atque inspectantibus, lata lex est, ne auspicia valerent, ne quis obnuntiaret, ne quis legi intercederet. Ex Commentariis Alai *in oratione pro Sextio.* ¶ Sumitur etiam latius, vt ad alia diuinandi genera extendatur. Cic. 1.*de Diuin.* Fulmen optimum auspicium habetur, si sinistrum fuerit. ¶ Ponitur & pro ductu, fortuna & autoritate. {Angl. *Conducte or dispositiõ of a captaine, auctoritee.*} Virg. 5.*Æneid.*

En huius, nate, auspicijs illa inclyta Roma

Imperium terris, animos æquabit Olympo.

¶ Nonnunquam etiam pro imperio & potestate. Idem 4.*Æneid.*

Communem hunc ergo populum, paribusque regamus

Auspicijs.

¶ Dicimus &, Meis auspiciis, pro meo arbitrio, meo Marte, meisque præsidiis. Virg. 4. *Æneid.*

Me si fata meis paterentur ducere vitam

Auspicijs, & sponte mea componere curas.

Auspicor, aris, Auspicia sumo, de cælo seruo, ex auium cantu gestúque futura diuino, de rei euentu aues consulo. {οἰωνοσκοπῶ. Gall. *Considerer par les oiseaux, deuiner, encommencer.* Ital. *Augurare, comminciare.* Germ. Auff die vögel achtung geben/ vnd etwas weyssagen. Hisp. *Adeuinar por agueros, començar.* Angl. *To diuine, by birdes.*} Cic. 2.*de nat. deor.* Gracchus quum pomerium transiret, auspicari est oblitus. ¶ Et quoniam veteres nihil nisi auspicatò gerebant, fit vt auspicari dicamus pro incipere, & negotium aliquod aggredi. {Angl. *To beginne, or interprise a businesse.*} Suet. *in Aug.* Militiam auspicantibus non tribunatum modò legionum, sed etiam præfecturas alarum dedit, i. militiam incipientibus, & felici auspicio inchoantibus. Auspicari iurisdictionem præfecti. Suet. *in Neron.c.5.* Auspicatus Reip. omnibus Liuiam duxit vxorem. Velleius. Col. *lib.11.* Possit ab Idibus Ianuariis auspicari culturarum officia.

Auspicatus, nomen ex participio, αἴσιος, felix. Quint. *lib.10.c.1.* Itaque vt apud illos Homerus, sic apud nos Virgilius auspicatissimum dederit exordium, id est, felicissimum. Catul.42.

Quis vllos homines beatiores vidit? quis

Venerem auspicatiorem?

Auspico, as, antiqui dixerunt, pro Auspicor. Plaut. *in Persa,* Ego auspicaui in hunc diem. Idem *in Rud.* Non hodie isti auspicaui rei. Nonius. M. Cato *de consulatu suo,* Postquam auspicaui atque exercitum adduxi ponè castra hostium, &c. Sosipat. *Instit.Gram.lib.11.* Item Gell. *cap.2. lib.3.* vbi de ratione auspicandi.

Auspicatò, & Auspicabiliter, aduerb. Auspicio sumpto, auguratò. {αἰσίως. Gall. *A la bonne heure, de bonne fortune.* Ital. *In buona hora.* Germ. Glücklich. Hisp. *Con buena dicha y aguero.* Angl. *Fortunatlie, luckelie.*} Cic. 2. *de Diuin.* Romulus vrbem auspicatò condidit. Idem *pro Deiotaro,* Nihil Deiotarus, nisi auspicatò gerit. ¶ Sumitur nonnunquam pro Feliciter. Terent. *in Andr.* Haud auspicatò me huc appuli. Huius compositum est inauspicatò, hoc est, infeliciter, vel nullo auspicio præuio.

Auster, ventus meridionalis: ab hauriendis aquis dictus, licèt non aspiretur in principio. {תימן *teman.* Gall. *Vent de midi.* Ital. *Vento ostro.* Germ. Der Sudwind von Mittag. Hisp. *Viento de medio dia.* Angl. *The southwind.*} Nam nebulosus atque humectus est: vnde etiam Græcè eadem ratione νότος appellatus: quoniam νοτὶς Latinè humor dicitur. Virg. 4. *Georg.*

Frigidus vt quondam syluis immurmurat Auster,

Anthyadas sæuis lauerat Auster aquis,

Ouid. *Eleg.10. lib.1. Trist.* ¶ Pro tempestate apud Iob *cap.9.* Qui facit Arcturum, & Oriona, & Hyadas, & interiora Austri. siue, vt Septuag. reddidere, promtuaria. quia inde venti prorumpunt cum impetu, & procedunt. ¶ Ventus hic ob violentiam floribus est inimicissimus, hinc locus factus prouerbio, apud Maronem in carmine Bucolico, Floribus austrum, fontibus apros immisi, vbi quis optat nocitura. ¶ Austrum perculit, ineptissimè hic ex Plauto legebatur. Nam in loco Plauti Plaustrum legendum est, non Austrum. Vide *Percello.* ¶ Ab Auster fiunt duo adiectiua, Australis, & Austrinus, νότιος. Cicer. *de somn. Scip.* Duo sunt habitabiles, quorum Australis ille, in quo insistunt, aduersa vobis vrgent vestigia. Plin. *lib.18. cap.26.* Pyrus & amygdala, etiam si non pluat, sed fiat austrinum cælum, atque nubilum, florem amittunt.

Austrinis tempestatibus tentari. (i. austro. Suet. *in August. c.81.*)

Austro, as, Humecto, νοτίζω. Plaut. Austrari ad ignem sedent.

Austerus, a, um, {קשה *kascheh.* αὐστηρός. Germ. Sawer/ rauch. Angl.

Angl. *Seuere, cruell, rude, fewer.*} Immitis, subacerb, qualis est sapor fructuum qui nondum plenam maturitatem sunt consequuti. Differt autem ab Acerbo, (vt docet Plato *in Timae.* & Gal *lib.* 3. *de fac. simpl.*) tanquam minus à maiore: vtraque enim gustata astringunt & contrahunt linguam: minus tamen eam exasperant, quæ austera sunt. Hinc Austerum vinum dicimus, quod vulgus *viride* appellat. ¶ Per translationem accipitur pro duro, aspero, graui. Horat. *in Serm.*

Molliter austerum studio fallente laborem.

Propert. *lib.* 3. *Eleg.*

Qui voles austeras arte ferire viros.

Austĕrĭtas, atis, ✕ Suauitas. {קשי keschi פרך pérech. σκληρότης, αὐστηρότης. Gall. *Austerité, aspreté, rudesse.* Ital. *Austerità, asprezza, seuerità.* Germ. Rauche, herbe, strenge. Hisp. *Aquella aspreza tocante al gusto.* Angl. *Rudnesse, seueritie.*} Quint. *lib.* 2. *c.* 2. Non austeritas eius tristis, non dissoluta sit comitas.

Austērē, aduerb. Duriter, seuerè. {αὐστηρῶς. Gall. *Austerement, asprement, rudement.* Ital. *Austeramente, aspremente, duramente.* Germ. Ernsthafftiglich. Hisp. *Asperamente.* Angl. *Sowerlie, rudelie.*} Cic. *pro Murena.* Attamen agit mecum austerè & Stoicè Cato.

Austrana, insula est in Oceano Septentrionali, aliàs Glessaria dicta. Plin. *lib.* 4. *cap.* 33.

Austriā, regio est Germaniæ ad Danubium, olim Pannonia superior dicta. Metropolim habens Viennam, frequentibus Turcarum oppugnationibus nobilitatam. {Germ. Osterreich.}

Austrum, vide *Haustrum.*

Ausugani, populi sunt inter Feltriam & Tridentum, ab Ausugo oppido dicti, nunc vallis Sugana vulgò appellari solet, vbi lanæ copia fit.

Aut, Coniunctio separatiua. ‖ à Græco αὖ αὖ, rursus, item, autem. ‖ {או o. ἢ. Gall. *Ou.* Ital. *Ouero, ouueramente.* Germ. Oder. Hisp. *O.* Angl. *Ather.*} Virg. 1. *Æneid.*

Aut onera accipiunt venientum, aut agmine facto
Ignauum fucos pecus à præsepibus arcent.

Quid tibi est mecum, aut tecum? Aut, ἰδιωτισμός. Plin. *sc.* 3. *a.* 5. Non ancillæ tibi, aut seruæ respondant, pro Et, Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 4. Sibique aut materiæ, pro &. Idem *Mostel. sc.* 2. *a.* 1. ¶ Aliquando dubitatiua: vt, Aut librum volo, aut pretium. ¶ Si semel subiiciatur, diminutiua est: vt apud Virg. 1. *Æneid.*

——— aut age diuersas

(quod enim grauissimum erat, Iuno primùm optabat, vt scilicet submersas puppes obrueret) aut si id grauius videretur, vt saltem in partes diuersas eas disiiceret. ¶ Aliquando coniunctiua: vt apud eundem 9. *Æneid.*

——— me primam absumite ferro,
Aut tu magne pater diuûm miserere.

Autander, Αὔτανδρος, filiam habuit Tagitam, Steph. *in Tauchira.*

Autariatæ, Αὐταριάται Stephano, populi in Illyrico bellicosissimi: qui quum Triballos, & Ardixos vicinos suos debellassent, postea à Scordiscis attriti, & tandem à Romanis penitus deleti sunt. Autor Strab. *lib.* 7.

Autem, pro sed, siue verùm, Coniunctio est tantùm subiunctiua. {ו v אבל abal. δέ, δὲ, αὖ. Gall. *Mais, or, ains.* Ital. *Ma.* Germ. Aber. Hisp. *Mas, però.* Angl. *But.*} Valla, Verò & autem, idem significant, & eodem in loco poni possunt, antecedente vtique aliqua dictione, nunquam enim ab his sententia incipit. Collocantur autem frequenter, vt nusquam referantur, sed tantùm distinguant sententiam à sententia. Hactenus Valla *lib.* 2. Terent. *in Adelph.* Æschinus odiosè cessat, prandium corrumpitur: Ctesipho autem in amore est totus. Autem inter multas copulatiuas ponitur, quasi respirationis causa. Cic. 2. *de nat. deor.* Tum autem cursus aperiuntur, tum recedunt, tum antecedunt, tum autem subsequuntur, tum celeriùs mouentur, tum tardiùs. Illa illum nescit neque comperisse autem pater. Plaut. *Aul. prolog.* Quid tristis es? Quid autem ille abs te natus destitit? pro, Item. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 5. Ille me obseruat canis, pòst autem ille hircus, *ibid. sc.* 2. *a.* 5. Ecce autem, vide *Ecce.* Tum autem, vide *Tum.* Autem vtimur, quum verbum iam dictum repetimus cum interrogatione, corrigentes quod minus nobis dictum videbatur. Cic. *Attico*, Sed ferendus tibi in hoc meus error, ferendus autem? imò verò etiam adiuuandus. Bud.

Authē, Alcionei gigantis filia fuisse perhibetur, quæ ob dolorem paternæ necis cum reliquis sororibus se in mare præcipitauit. Sex autem Alcionei filiæ fuisse creduntur, Pausania, Authe, Asterie, Alcippe, Methone, & Drimo, quæ ob desiderium patris ab Hercule occisi, quum in mare se deiicere vellent, in Alcyones aues sunt mutatæ. Apud Suidam tamen, vnde hæc videntur esse descripta, Ἄνθη legitur, non Αὔθη.

[Authenta, αὐθέντης, qui seipsum interimit.]

Authenticum, {αὐθεντικόν. Gall. *Autentique & approuué par gens d'authorité.* Ital. *Autentico, approbato.* Germ. Verpflicht, angenommen. Hisp. *Cosa que tiene authoridad.* Angl. *Authentik, approued.*} dicimus, Græcos sequuti, quòd Latinè Authoratum diceremus. Hinc lex authentica, & decretum authenticum, quod multorum authoritate comprobatum est.

Authepsā, {αὐθέψης. Germ. Ein kleiner hafen. Angl. *A brasen potte wherein meate is sodden with litle fire.*} Ollæ æneæ fuit genus, ita dictum, quasi per seipsum coquens, quod tam artificiosè factum esset, vt minimo supposito igne facilè bulliret. ¶ Meminit huiusmodi ollæ Cic. *pro Sext. Rosc. Amer.* cuius tantum precium fuisse dicit, vt prætereuntes audito, totum fundum vænire arbitrarentur.

Author, lege in nomine *Auctor*, in *Augeo.*

Authōrĭtās, est pondus & eminentia quædam vitæ probitate, scientia, ætate, meritis, potentia, vel honoribus parta, cuius gratia dictis factisque cuiuspiam plurimum deferimus. {יקולות ieecholéth. τὸ ἀξίωμα, τὸ ἀξιωματικόν, αὐθεντία. Gall. *Authorité, dignité, credit, pouuoir.* Ital. *Auctorità, potestà, credito, forza, credito.* Germ. Ansehen, gewalt, würdigkeit. Hisp. *Autoridad.* Angl. *Authoritie, preheminence.*} Cic. 2. *de Diuin.* Hunc ergo antepones Platoni? qui vt rationem non redderet, authoritate tamen hos minutos philosophos vinceret. Idem *lib.* 1. *Ep. famil.* Nos eò minorem in causa authoritatem habemus, quòd tibi debemus. Authoritatem Deorum non expleuit Polycletus (i. decus augustum formæ. Quintil. Item Auctoritas pro sententia, Liu. *lib.* 2. *d.* 4. Idem *lib.* 2. *ab Vrbe.* Nec ante mouerunt de sententia Consulem, quàm Tribuni se in authoritate Patrum futuros esse polliciti sunt. Cic. *Phil. lib.* 1. A vobis peto, vt si sequi minus audebit is orationem atque authoritatem meam, benignè me tamen vt fecistis, adhuc audiatis. ¶ Auctoritas quoque titulus est, siue ius quo quid possidemus, apud iurisconsultos. Legis veteris Atiniæ verba sunt: Quod subreptum erit, eius rei æterna auctoritas esto. Gell. *c.* 7. *lib.* 17. Idem euictio, siue periculi præstatio. Paulus *lib.* 2. *Sentent. c.* 17. Venditor si eius rei quam vendiderit, dominus non sit, pretio accepto authoritatis manet obnoxius. id est, euictionis. Melius fortasse scriberetur sine aspiratione, à Græco pronomine αὐτὸς. Vide supra in *Auctor.*

Authōrārĕ, est aliquem sacramento & stipendio astringere, & propriè de militibus dicitur. {δουλοῦν, αὐθεντίζειν. Gall. *Obliger pour quelque bien faict, ou par serment faict & gages receus, comme gendarmes.* Ital. *Obligar alcuno col sacramento.* Germ. Verpflichten, mit eid oder belohnung. Hisp. *Obligar alguno entreponiendo juramento.* Angl. *To bind one by couenant.*} Suetonius, De legendo, vel authorando milite, ac legionum, & auxiliorum discretione. Cic. *in epist. famil.* Quia quum depressus in ludum, bis gratis depugnasset, authorari sese nolebat, & apud populum confugerat. ¶ Auctorare se gula dicitur gladiator cùm pugnat vt saginetur. Et de ea re plura vide apud Quintil. *declam.* 103. Populo Rom. victoriam, partibus suis excidium, sibi mortem pessimo authorauit exemplo. Velleius. ‖ ✕ Exauthorare, liberare. ‖

Authōrāmentŭm, sumitur pro obligatione, nexúque ac veluti stipendio, pretióque eius qui fit authoratus, id est, obligatus. {ἀθλον. Gall. *Guerdon ou bien fait, par lequel on est esmeu & quasi obligé à faire quelque chose.* Ital. *Premio, guiderdone, obligo, per loquale alcuno si mette à fare qualche impresa.* Germ. Sold, belohnung. Hisp. *Obligacion de alguno, entrepuesto juramento, ò otra cosa.* Angl. *Obligacion wherby one is bound to serue, an indenture.*} Cic. *lib.* 1. *Offic.* Mercedem ait esse authoramentum seruitutis. Vbi authoramentum capitur pro illa obligatione, qua mercenarius accepta mercede cogitur seruire. Seneca *ad finem operis*, Magno authoramento labor peruenit. Idem *epist.* 70. Nullum sine auctoramento malum: (mox, mercede.) Velleius: Iugulati ciuis publicè auctoramentum constituere (i. præmium cædis.) Et, Auctoramentum funeris. (i. merces cædis, Ciceronis.) Idem Vell. Auctoramento centum reuocari rudiarii, Suet. *in Tib. cap.* 7. Auctoramenta impudentiæ. Apul. *Apol.* 1. Auctoramenti verba, Vri, vinciri, ferro necari. Senec. *epist.* 37.

Authōrātus, Authoramento obligatus, mercede conductus: quod nomen ad gladiatores refertur, qui vitam suam venalem habent, vilíque mercede ad apertissima pericula sese addicunt. ἀκαμπτός. ¶ Huic opponitur Exauthoratus, hoc est, authoramento solutus. Plin. *lib.* 14. Vindemiatorem authoratum dixit, hoc est, à mercede conductum, & sublimitate vitis periclitantem. Idem *lib.* 36. populum Romanum Authoratum appellat, in spectaculis periclitantem, instar gladiatorum. Authoratus proditor dictus, quasi obligatus. Liu. *lib.* 7. *d.* 4. Authoratum sibi proditorem ratus. Manil. *lib.* 5. *Astronomicôn*, ministros perpetuo quasi epitheto Authoratos vocat, tanquam perpetuos mercenarios obligatósque dominis, à quibus mercede comparantur: sic enim ait, Atque authoratos in tertia iura ministros. Sic Seruius dixit solos parentes habere potestatem authorandi.

Autini, Αὔτινοι, Hiberniæ populi sunt Ptolemæo.

Autocanes, mons ponitur ab Homero *in Hymnis.*

Autochthŏnes, αὐτόχθονες. Epitheton est Atheniensium, & aliorum nonnullorum populorum: quasi indigenæ, & in eodem nati solo quod incolant, eiúsque terræ primi cultores, vt quæ illi sedes eadem sit & origo. Cic. *Attic. lib.* 7. Curius autem ipse sensit quantum vellet à me diligi, & eo sum admodum delectatus, & mehercule est, quàm facilè diligas, αὐτόχθων in homine vrbanitas: id est, ingenita, natiua.

Autŏdidactus, αὐτοδίδακτος, qui seipsum magistrum habet, qualis fuit diuus Augustinus Ecclesiæ Doctor eximius.

Autŏgrăphum, propria manu scriptum. {αὐτόγραφον. Gall. *Escrit de la main de celuy qui en est autheur.* Ital. *Scritto di propria mano.* Germ. Eigne handgeschrifft. Hisp. *Escritura de su propria mano.* Angl. *The authours awin write.*} Vnde Autographa epist. αὐτογράφῳ ἐπιστολῇ, apud Suet. *in Augusto c.* 7. & 87. ipsius manu scripta significatur. ¶ Antigrapha verò rescripta.

Autŏlecythus, {αὐτολήκυθος. Angl. *A begger.*} Mendicus, scurra. Nam λήκυθος, est vrceolus olei, αὐτὸς ipse: quoniam non aliud possidet, ait Suid. Vide Erasmi Adagia.

Autŏlycus, Αὐτόλυκος, fur maximus perhibetur: auus paternus Sinonis, & maternus auus Vlyssis. Mart. *lib.* 8.

Non fuit Autolyci tam piceata manus.

Autolycus quis, Plut. *in Lucull.* Alter fuit Parnassi incola, de quo Strab. *lib.* 9. scribit, quòd furto vicinorum bona surripuerit.

Autololes, Αὐτόλολες, populi sunt Africæ ad Atlantem montem. Vide Plin. *lib.* 5. *c.* 1. & Silium *lib.* 3. Necnon Autololes leuibus gens ignea plantis, Cui sonipes cursu concesserit incitus amnis Tanta fuga est.

Automalax, Ptol. *Automala* Strab. Castellum est in intimo Cyrenaici sinus recessu situm. Sunt, qui hodie *Estam* vocari credant.

Autŏmătă, αὐτόματα. Sunt instrumenta arte mechanica ita subtiliter fabricata, vt sua sponte, nullàque apparente causa moueantur: qualia sunt horologia machinæque versatiles, αὐτόματον enim interpretatur vltroneum, & suæ sponte, Meminit Sueton. *in Claud. cap.* 34. Scribit Vitruu. hydraulicas machinas & aquarum expressiones Automatas à Ctesibio primo repertas fuisse. ¶ Mors naturalis & fatalis dicitur à Demosthene αὐτόματος, quasi suæ sponte, & nulla extrinsecus vi coacta.

[Automatus, a, um, αὐτόματος, ὁ, ἡ; αὐτόματον τό: vltroneum, ab αὐτὸς, & vt videtur, μάτην temere.]

Autŏmĕdon, Nomen aurigæ Achillis. Virg. 2. *Æneid.*

——— & equorum agitator Achillis
Armiger Automedon.

Autŏmŏlæ, siue Automoli, αὐτόμολοι, à Græcis dicuntur profugi. {Angl. *They which fleeth away.*} Pompon. scribit, Æthiopum alios vocari à

viræ spatio Macrobios: alios, quia ex Ægypto aduenêre, Automolas: ita enim Græci profugos appellant.

Autonoe, es, αὐτονόη, Cadmi Thebarum conditoris, & Hermiones filia fuit, & Actæonis ex Aristæo mater, qui & ipse à nomine matris Autonoeius vocatur ab Ouid. *lib.* 3. *Metam.*

AVTŎNŎMĬĂ, αὐτονομία, libertas viuendi suis legibus.

Autonomus, αὐτόνομος, qui viuit suis legibus.

Autophōrus, αὐτόφωρος. A Iureconsultis vocatur fur manifestus, qui scilicet in ipso furto, aut cum re furtiua antè quàm quò destinauerat, pertulisset, est deprehensus. Vetustissimi enim Græci φῶρα vocauerunt, quem recentiores κλέπτην vocant.

Aŭtŏpўrŏs, αὐτόπυρος, Epitheton panis, ex quo furfures non sunt sublati, quasi totum in se triticum non imminutum habens. Cels. *lib.* 2. *c.* 17. Firmius est triticum, quàm milium: idipsum, quàm hordeum: & ex tritico firmissima siligo, deinde simila: deinde cui nihil ademptum est, quam Autopyron Græci vocant, infirmior est ex polline: infirmissimus cibarius panis. Ex quibus Celsi verbis satis constat, non eundem esse panem autopyron cum eo, quem Cicero Cibarium vocat. Autopyros enim (qui & à Galeno appellatur) is est, ex quo nihil neque pollinis, neque furfuris excretum est. Cibarius verò dicitur, cui bona pars pollinis adempta est, quique magna ex parte furfuraceus est, quem Paulus Ægyneta ῥυπαρὸν videtur appellare.

[Autor, vide *Auctor.*

Autosche diasma, αὐτοσχεδίασμα, opus ex tempore & tumultuariè. σχεδὸν est mox.]

Autricum, Αὔτρικον, apud Ptolem. *lib.* 2. *c.* 8. Galliarum vrbs esse creditur, quæ vernacula lingua *Chartres* appellatur, à Cæsare Carnutum.

AŬTVMNŬS, {קיץ *kájits.* ὀπώρα, φθινόπωρον. GALL. *L'Automne.* ITAL. *Autunno.* GERM. Der Herbst. HISP. *Otoño.* ANGL. *The aruest, or haruest time.*} Vna ex quatuor anni partibus, inter æstatem & hyemem media, qua vindemia fit, & arborum fructus colliguntur. Vnde etiam ab augendo quidam autumnum dictum putant, quòd eo tempore coactis fructibus, agricolarum opes maximè augeantur. Virg. 1. *Georg.*

Quid tempestates Autumni, & sydera dicam?

Idem 6. *Æneid.*

Quàm multa in syluis Autumni & frigore primo
Lapsa cadunt folia.

¶ Pulchrorum etiam autumnus pulcher est, τῶν καλῶν καὶ τὸ μετόπωρον καλόν. Metaphora prouerbiis nata ex Archelai apophthegmate, quod ab eo dictum Plutarchus refert in Euripidem qui iam pubescentem atque exoletum Agathonem in conuiuio suauiabatur. Quadrat igitur in ea, quæ quum natura sint egregia, ne tum quidem fastidienda videntur quum maturuerint. ¶ Autumnum, in neutro genere, pro autumnus. Varro *Ephemeride nauali.* Et Autumnal pro eodem, apud eundem.

Aŭtŭmnĭtās, Autumni tempestiuitas: sicut Oliuitas, quando olea legitur, ὀπωρισμός. Cato *de re rust. c.* 5. Circum oleas autumnitate ablaqueato. Idem *cap.* 156. Prima autumnitate, quum pluuia est, tum maximè ab aqua periculum est.

Aŭtŭmnus, a, um, vt Æquinoctium autumnum. Plin. *lib.* 19. *c.* 6. Autumna tempestas, i. autumnalis, Gell. *cap.* 7. *lib.* 19.

Aŭtŭmnālĕ, adiectiuum, ὀπωρινὸς: vt, Tempus autumnale. Varr. *lib.* 1. *cap.* 39. Nónne videmus alia florere verno tempore, alia æstiuo: neque eadem autumnali, quæ hyberno? Autumnal dixit Varro linguæ Latinæ magister eximius: vt, Æquinoctium Autumnal. Autor est Sosipater *lib.* 1.

Autumo, as, Existimo, censeo, affirmo. {אמר *amár* חקם *hékem.* ὑπολαμβάνω. GALL. *Estimer, iuger, penser, croire & affermer.* ITAL. *Stimare, pensare, credere & affermare.* GERM. Achten, Schetzen, meinen. HISP. *Iuzgar, ò pensar, creer, estimar.* ANGL. *To iudge, think beleue.*} Cic. *in Topic.* Bene quam meritam esse autumas, dicis malè mereri. (Perinde vt autumo, haud aliter dicens. Plaut. *Most. sc.* 2. *a.* 5. Quem tu misisse eam Epistolam autumas? Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 4. Faxo vt neget se esse qui sit, & me esse autumet. *Ibidem sc.* 1. *a.* 4. Quatuor viros sopori se dedisse autumat. Idem *Amph.* (i. narrat.) *Ibid.* Egomet mihi non credo cum illæc illum autumare audio. Hic quidem quæ illic res sunt gestæ, memorat memoriter. *Ibidem sc.* 1. Audistin' me illic dicere ea, quæ illa autumat? Vt te volo esse mihi autumo, (i. duco.) Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 2. Si vera autumas *Ibid. bis, sc.* 1. *a.* 4. Et falsa autumas, *sc.* 2. *a.* 5. Idem, Nisi hoc ita factum est, perinde vt factum esse autumo, non causam dico, cum quin simules probri. Vide Gell. *lib.* 15. *c.* 3.

[Auturgos, rusticus: auturgicon, multitudo rusticorum. L. gr. b.

Auturgia, manus operatio. Auturgus, per se ipsum manu operans. ¶ Item prædia rusticorum.]

Ăuŭs, patris, vel matris pater. {πάππος. GALL. *Ayeul, pere grand.* ITAL. *Auolo.* GERM. Großvatter. HISP. *Abuelo.* ANGL. *A grandfather.*} Ab æuo nominatus, quòd patre antiquior sit: vel à Græco αὖος, quod siccum significat & aridum. Aut certe à verbo αὔω, quod inter cætera significat clamo, strepo. Est enim ætas illa clamosa, & impendio loquacior. ¶ Hinc proauus, πρόπαππος, Aui paterni, vel materni pater, quòd sit propè auum. Abauus, ἐπίπαππος, Proaui paterni, vel materni pater. Tritauus, quasi Tetartauus, quòd quartus sit ab auo. Post tritauum, maiores, πρόγονοι, προπάτορες dicuntur. Ibi maiores mei sunt, tati pater, auus, proauus, abauus. Plaut. *Merc. sc.* 4. *a.* 2. Nego potuisse patrem meum. Idem dicam si auum vis adducere. Idem *Men. sc.* 1. *a.* 5.

Auus, Αὖος, fluuius Thesprotiæ ad quem Parauei populi habitant. Steph.

Ăuuncŭlus, nomen diminutiuum, quod non seruat significationem integri, sed est matris meæ frater. {θεῖος, μήτρως, μητράδελφος. GALL. *L'oncle du costé de la mere, le frere de la mere.* ITAL. *Zio da lato di madre.* GERM. Meiner mutter bruder. HISP. *Hermano de la madre, Tio.* ANGL. *The uncle by the mothers side, a mother brother.*} sic dictus, quòd æquè tertius à me, vt auus est, sed non eiusdem iuris: ideóque vocabuli facta diminutio est, perinde ac minor auus. Vel dicitur Auunculus, quòd aui locum teneat, & proximitate tueatur sororis filios: quemadmodum frater patris, à patre Patruus, πατράδελφος, θεῖος ἀπὸ πατρὸς appellatur, quod sit quasi alter pater. Vnde & ipsi fratrum ac sororum filij nepotes ex fratre & nepotes ex sorore dicuntur. Cicer. 3. *de Fin.* Eámque controuersiam diiudicabis, quæ mihi fuit cum auunculo tuo, diuino ac singulari viro. Auunculus maior, θεῖος ὁ μέγας Theophilo, est auiæ maternæ frater. Persius, Maior auunculus exit. C. Cæsar auunculus maior Augusti. Velleius. Mox Auunculus tantùm. Item Suet. *in Aug. cap.* 7. Auunculum maiorem Augusti vocat C. Cæsarem. Erat enim Auiæ maternæ frater, vt constat ex *cap.* 4. Is adolescentis illius est Auunculus. Plaut. *prolog. Aul.*

Ăuĭă, patris, vel matris mater. {τήθη. GALL. *La mere grand, soit du costé du pere, ou de la mere.* ITAL. *Auola, o paterna, ò materna.* GERM. Große mutter. HISP. *Abuela de padre, ò de madre.* ANGL. *A grandame, a grandmother.*} Cic. *de Aurusp. respon.* Te te Cn. Lentule, cuius ab aua Mater Deûm manibus esset accepta, spectatorem esse voluit.

Ăuītŭs, a, um, quod ab auo, aut auia ad nos peruenit, {παππῷος, προγονικὸς. ANGL. *Thatis lefte by ancetours, ancient.*} Cic. *in Verrem.* Nulla res cuiusquam tam patria, atque auita fuit, quæ non ab eo imperio istius adiudicaretur.

Et cinis in tumulo positus iacuisset auito.

Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 4. *Trist.*

[Aux, augis, variè vsurpatur apud Astronomos, præcipuè tamen significat punctum circumferentiæ eccentrici, longissimè distans à terra. Ad quod terminatur linea ex centro mundi per centrum eccentrici ad circumferentiam cuiusdem ducta, cui directè contrarium punctum dicitur *oppositum augis.*]

Auxaria, secreta nemoris dicta sunt eo, quòd ibi frequentant aues, secundùm Isidorum 17. *etymol. c.* 6. Inde venit impensatio auxaria. C. *de fund. patr. l.* 9. *lib.* 11.

AVXĬLĬVM, lij, Subsidium, adiumentum, quam & opem Latinè dicimus. {עזר *ézer.* βοήθεια. GALL. *Aide, secours.* ITAL. *Aiuto, aito.* GERM. Hülff, beystand. HISP. *Ayuda.* ANGL. *Aide, helph, succour.*} Cicer. antequam iret in exilium, In meis miseriis diuinum aliquod auxilium, & numen ostendite. Idem *pro Rabir.* Dij quorum ope & auxilio hæc resp. gubernatur. En eget auxilio, qui non tulit, Ouid. 13. *Metam.* Spero me inuenturum tibi auxilium argentarium. Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Auxilium vt feras obiecero mihi qui abripiet. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 5. Arripe opem auxiliúmque properè. Idem *Merc. sc.* 2. *a.* 2. Adest auxilium, ne time (laboranti puerperæ.) Idem *Amph. sc.* 1. *a.* 5. Assum auxilio tibi & tuis. *Ibid.* Obtestor mihi auxilio sitis. Idem *Aulul. sc.* 6. *a.* 4. Spes, opes, auxilia segregant. Idem *Capt. sc.* 3. *a.* 3. Tibi auxilium in iureiurando tulit Iupiter. Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 2. propè adest exitium mihi, nisi quid tute mihi est auxilij. ¶ Accipitur & pro ipsis militibus, qui alicui auxilio mittebantur. Cicer. 6. *Philipp.* Non vt ex ea acie auxilium haberemus, sed vt ipsa acies subsidium haberet etiam transmarinum. ¶ In qua tamen significatione frequentiùs vtimur plurali numero, idem *in Parad.* Magna equitum & peditum auxilia. Idem *pro Deiotaro*, Et imperatoribus nostris auxilia mitteret. Cæsar 1. *de bell. ciuil.* Magnos equitatus, magna auxilia. Vbi Auxilia, sunt peditum copiæ. Dictum autem putatur Auxilium ab augendo, quod vires eius augeat, cui accedit. ¶ Post bellum auxilium, μετὰ τὸν πόλεμον ἡ συμμαχία. Quoties seriùs adhibetur remedium. Refertur à Suida. ¶ Auxilio venire, pro venire auxiliatum. Salust. *Iugurth.* 98. Ratus id quod negotium poscebat, Iugurthum laborantibus suis auxilio venturum. ¶ Differunt autem aliquo modo auxilium, præsidium, & subsidium. Nam auxilium repentinum est, & ex insperato venit: Præsidium est quod imponitur & ad custodiam collocatur: Subsidium, quod subest deficientibus, in quorum locum succedit. Corn. Fronto *de diff. vocab.* ¶ Antiqui etiam Auxiliatum pro auxilio dixerunt. Lucret. *lib.* 5.

Alituum porrò genus alis omne videmus
Findere, & à pennis tremulum petere auxiliatum. Ex Nonio.

Auxilio, as, are, Diomedes *lib.* 1.

Aŭxĭlĭor, aris. Adiuuo, auxilio sum: & datiuo construitur. {עזר *azár.* βοηθῶ. GALL. *Aider, secourir, donner aide, conforter & secours.* ITAL. *Aiutare, aitare.* GERM. Helffen, handreichung thun. HISP. *Ayudar, ò traer gente para ayuda.* ANGL. *To help, to succour.*} Terent. *in Adelph.* Vt si omnes cuperent, nihil tibi possent auxiliari. Auxiliari contra aliquid. Plin. *lib.* 24. *c.* 12. Spinæ albæ semen contra scorpiones auxiliatur. ¶ Reperitur & in terminatione actiua pro significatione passiua, auxilio pro auxilior: vt, Granius aduersus Furium: Quibus ego primùm cùm auxilio. Refert Diomedes Gram. *lib.* 1.

Aŭxĭlĭāris, & Auxiliarius, Opifer, medicinalis, suppetias ferens. {עזר *ozér.* βοηθὸς, ἐπίκουρος, συμμαχικός. GALL. *Secourable, qui aide.* ITAL. *Aiutatore d'altri.* GERM. Behülfflich, der da hülff beweißt. HISP. *Ayudador.* ANGL. *That helpeth.*} Plin. *lib.* 23. *cap.* 1. Viniúmque & acetum ex his factum, auxiliarem contra eandem vim habent. Asinius Pol. *Ciceroni*, Militem non modò legionarium, sed ne auxiliarium quidem vllum quoquam misi. ¶ Auxiliaria cohors, apud Cicer. *de prouinciis consularibus.*

Auxiliator, Verbale pro patrono. Qui auxiliatur. Quint. *lib.* 12. *cap.* 3. Et ipse litigantium auxiliator egebit auxilio.

Auxiliatus, vt suppetiatus, pro auxilium, Lucr. *lib.* 5.

Aŭxĭllam, Ollam paruulam Antiqui dicebant, vt inquit Festus.

Aŭximum, Αὔξιμον, Piceni vrbs: à qua Auximates populi dicti sunt, quorum meminit Plin. *lib.* 3. Vulgò *Osimum* dicitur.

[Auxinium, Romanum, Latinium. Isid. Gloss.]

A X

Ăxămentă, vel assamenta carmina quæ à Saliis in vniuersos homines componebantur. Festus.

Axantos, insula est in Oceano Septentrionali post Hyberniam. Plin. *lib.* 4. *cap.* 16.

[Axapedes, pedites Turcici. Lex. gr. b.]

Ăxāre, antiqui pro nominare posuerunt. Festus.

Axenum mare, ἄξενος πόντος, Εὔξεινος, olim dicebatur, quod hodie Ponticum, & Euxinum dicitur. {GERM. Das vngeheur Pontisch meer von wegen der grausamkeit der vmbligenden völckern.} sic à truci accolarum barbarie appellatum. ἄξενος enim inhospitalis est. Nam, vt Strab. *lib.* 7. tradit, solebant Scythæ, maris huius accolæ, hospites immolare, eorumque carnibus vesci, caluisque vti loco poculorum, Ouid. *de Ponto.*

Frigida

Frigida me cohibent Euxini littora Ponti:
Dictus ab Antiquis Axenus ille fuit.

Axia, ἀξία, vrbs Locrorum Ozolorum, ab Axia filia Clymeni. Est & alia Italiæ. Steph.

Axiacæ, ἀξιάκαι, populi sunt Sarmatiæ Europææ, inter Tyran & Borysthenem amnes. Peucinis & Carpianis proximi. Ita dicti ab Axiace fluuio ex Peucinis iugis nascente, qui Carpatho monte adhærent. Hos autem populos iustissimos fuisse tradit Pomp. *lib.* 2. vt qui furti omnis ignari, nec sua custodirent, nec aliena contingerent. Meminit & Plin. *lib.* 4. *c.* 12. & Ptol. *lib.* 3. *cap.* 5.

Axiaces, ἀξιάκης, fluuius est Sarmatię Europææ, in Peucinis iugis nascens, qui Carpatho monti cohæret: à quo vicini populi Axiacæ nominati sunt: vt docent Mela *lib.* 2. Ptol. *lib.* 3. *c.* 5. & Plin. *lib.* 4. *c.* 12.

‖Axicia, forfex, quo secantur capilli, quasi exicia, ab exico pro exseco. Turneb. *lib.* 29. *c.* 27. Plaut. *in Curcul.* 4. 4. Lamb. legit *excutia*, & interpretatur paruus scopus, quibus excutitur puluis è vestibus. Germanis Kehrbürste/ quas dicamus scopulas vestiarias.‖

Axiculus, diminutiuum, σανίδιον, paruus assis, siue asser. Col. *lib.* 6. *cap.* 19. Ita vt à posteriore parte, quæ latior est, velut in caueam quadrupes possit induci, nec exire alia parte prohibentibus aduersis axiculis. Vitruu. *lib.* 10. *cap.* 2.

Ăxĭēs, mulieres dicebantur, siue dij vnà agentes. Festus.

Ăxĭllă, {אַצִּילָה atsîláh μασχάλη. Angl. *The arme hole.*} Locus concauus subter brachium, vbi nascuntur pili. Quidam putauerunt diminutiuum esse ab Ala. Cic. tamen *in Orat.* autor est, Alam potiùs ex Axilla contrahi, sublata asperitate literæ x, vt ex Maxilla Malam, & ex Paxillo Palum.

‖Axillatio, obtruncatio per ignominiam extremitatum, & earum suspensio axillis obtruncantium. Cerda.‖

Ăxĭm, pro egerim, Pacuuius *Peribœa*. Vt quæ egi, ago, vel axim verruncent bene. Nonius.

Ăxĭnŏmantĭa, ἀξινομαντεία, genus magicæ diuinationis per dolabellas securésque, quas Græci ἀξίνας vocant. Plin. *lib.* 36. *c.* 19. *de gagate lapide.* Hoc dicuntur vti Magi in ea quam vocant Axinomantiam.

Axiochus, ἀξίοχος, nomen Atheniensis cuiusdam clari, quem Plato *in lib. de morte contemnenda*, vnà cum Socrate disputantem introducit: fortè quòd Socrates illi fuerit familiaris.

Ăxĭōmă, {כְּלָלָה chelâl. ἀξίωμα. Gall. *Authorité, dignité, une maxime.* Ital. *Dignita, sentenza, parlar perfetto & intero.* Germ. Ein vollkommener spruch. Hisp. *Dignidad, sentencia.* Angl. *A principle or generall of any art.*} Dignitas, & amplitudo propter homines gestos, aut magistratum, vel etiam authoritas, quam δύναμιν Græci vocant. Dictum Axioma, à verbo Græco ἀξιόω, quod inter cætera significat dignum iudico. ¶ Axiomata item à dialecticis dicuntur disciplinarum principia, & propositiones quædam demonstrabiles, quæ in communi sensu conceptúque versantur, neque vlla egent probatione, sed per seipsas fidem faciunt: cuiusmodi est illud, Quæ sunt æqualia eidem, inter se quoque æqualia esse necesse est. ¶ Accipitur item Axioma, pro oratione perfecta, veri aut falsi significatiua, quam Cicero nunc Pronuntiatum, nunc effatum, Varro Profatum & Proloquium appellat: nonnulli ex recentioribus Propositionem nominant: cuiusmodi sunt, Annibal Pœnus fuit: Scipio Carthaginem deleuit. Gell. *lib.* 16. *cap.* 8. Et omnino quicquid ita dicitur plena, atque perfecta verborum sententia, vt id necesse sit aut verum, aut falsum esse, id à Dialecticis ἀξίωμα appellatum est. ¶ Quidam in hac signific. vertunt Dignitas, quod & apud Priscianum legas. ¶ Est prætęrea Axioma quod alij Adiunctum, alij Connexum dixêre, συνημμένον ἀξίωμα, nonnulli ex recentioribus Propositionem hypotheticam appellauêre. Cuius generis sunt hæc, Si Plato ambulat, Plato mouetur. Si dies est, sol est super terram.

Axiomatici sunt, qui publica functione & dignitate in Ecclesia vtuntur.

Axion, ἀξίων, frater fuit Alphesibœæ, quæ Alcmæoni nupsit, à quo Alcmæon ipse interfectus esse creditur, vel vt sentire videtur Ouid. à filiis Callirhoes.

Ăxis, lignum illud teres, circa quod rota currus vertitur. {אֶבֶן בְּרִיחַ beriach ebhán. ἄξων. Gall. *Le bois rond autour duquel les roues tournent.* Ital. *Asse, cardine, polo.* Germ. Ein achs an einem karren/ oder wagen. Hisp. *Exe de carro ò de carreta, abla, ripio, cabrio.* Angl. *Around tree vpon the which the cart wheele turneth.*} Dictum ab agendo, quòd rota circa illud agatur, hoc est, moueatur. Virg. 3. *Georg.*

Post valido nitens sub pondere faginus axis.

Cum Hectora Thessalico vidit ab axe rapi. Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 4.

Omnia cum summo posita videatis in axe (Vrsæ.)

Idem *Eleg.* 2. *lib.* 4. *Trist.*

Tum patet has gentes axe tremente premi.

Idem *Eleg.* 10. *lib.* 3. *Trist.*

Parrhasiæ gelido virginis axe premor.

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 1. *Trist.*

Versaque ab axe suo, &c.

Idem *Eleg.* 3 *lib.* 1. *Trist.*

Quæque Lycaonio terra sub axe iacet.

Idem *Eleg.* 2. *lib.* 3. *Trist.*

Vita procul patria peragenda sub axe boreo est.

Idem *Eleg.* 8. *lib.* 4. Nonnunquam pro toto curru ponitur: vt apud Iuuenalem, Dignus Aricinos qui mendicaret ad axes. ¶ In cœlo item, Axem vocant mundi diametron, hoc est, lineam quandam imaginariam quæ ab vno mundi cardine in alterum tendit, quòd tota mundi machina circa eam versari existimetur. Circum Axis longitudinem septem circulos esse, è queis duos minimos, qui Axem extimum tangunt, πόλους appellari dicit P. Nigidius apud Gell. *cap.* 10. *lib.* 3. ¶ Alio modo pro ipsis polis accipitur, qui & Cardines dicuntur, quòd circa eos rotari orbis videatur. Vnus Australis, siue Antarcticus ἀνταρκτικὸς appellatur, Arctico oppositus, qui terræ obiectu à nobis cerni non potest: alter Septentrionalis, siue arcticus, siue Arctous, aut Boreus, ἀρκτικὸς βόρειος, qui nunquam occidens, semper conspicitur. Virg. 1. *Georg.* Hic vertex nobis semper sublimis: at illum Sub pedibus Styx atra videt, manesque profundi. Cic. 1. *Tuscul.* Tum globum terræ eminentem è mari, fixum in medio mundi vniuersi loco, duabus oris distantibus habitabilem & cultum. Quarum altera, quam nos incolimus, sub axe posita, ad stellas septem, vnde horrifer Aquilonis stridor gelidas molitur niues. Altera australis ignota nobis, quam vocant Græci ἀντίχθονα. Item Axis dicitur totum cælum. Virg. 4. *Æneid.*

——— vbi maximus Atlas

Axem humero torquet, id est, cælum sustinet.

¶ Item Axes, tabulæ sectiles sunt, inquit Festus, quæ & à Græcis Axones appellantur, cuiusmodi erant Athenis, quæ leges Solonis habebant insculptas. Gell. *lib.* 2. *c.* 12. In legibus Solonis illis antiquissimis, quæ Athenis axibus ligneis incisæ sunt. ¶ Axis quoque fera est in India, hinnuli pelle, pluribus candidioribúsque maculis, sacra Libero patri, vt est author Plin. *lib.* 8. *cap.* 21.

Axitia, Plaut. *Curc. sc.* 4. *a.* 4. Pecten & axitia.

Axium, ἀξιόπολις, vrbs in Mysia inferiori, Ptolemæo, vulgò *Chilia.*

Ăxĭūs, ἄξιος, vulgò *Vandari*, fluuius Macedoniæ, in sinum Thermaicum influens, de quo Plin. *lib.* 4. *c.* 10. Europus, inquit, ad Axium fluuium. & paulò pòst, Mox in ora Ichnæ fluuius Axius.

‖Axo, vel asso: quod est assibus, seu axibus vel asseribus sterno. Deinde est in axe scribo & nomino. Fest. axare est nominare, scil. in axe, ohne brett sulagen.

Axitiosus. Fest. Axitiosi factiosi dicebantur, quum plures vnà quid agerent, facerentque. *Axit* autem antiquos dixisse pro *egerit*, manifestum est: vnde axies mulieres siue dij dicebantur vnà agentes.‖

Axon, ἄξων, Ionum fluuius in minore Asia, Plin. *lib.* 15. *c.* 17.

Ăxŏnă, ἄξονα, fluuius est in extremis finibus Rhemorum. Ausonius *in Mosella*,

Non tibi se Liger anteferet, non Axona præceps.

Axos, vrbs Chersonesi Thraciæ.

Ăxungĭă, interior pinguedo porci inueterata. {στέαρ ὕειον. Dioscoridi, ἀξούγγιον Æginetæ. Gall. *Oing, ou vieil oing.* Ital. *Sogna, songia.* Germ. Karren salb/ schweinin schmaltz/ oder schmär. Hisp. *Vnto aniejo, como para vntar exes.* Angl. *Swoynes grease.*} Hæc ab axe plaustrorum vngendo dicta, vt faciliùs circa eum rota vertatur. Hæc quanto vetustior, tanto vtilior est, & multas vireis habere creditur, quoniam id animal herbarum radicibus vescitur. Vide Plin. *lib.* 28. *cap.* 6.

Ăxŭlŭs, ἄξυλος, Phrygis cuiusdam nomen est, singulari beneuolentia, & humanitate erga hospites, quem Diomedes apud Troiam interemit, vt tradit Homer. *Iliad.* 6.

A Z

Aza, ἀζά, oppidum est Armeniæ minoris, cuius meminit Plin. *lib.* 6. *cap.* 9.

Azan, is, ἀζὰν, mons est Arcadiæ, Cybelæ Deorum matri sacer, à quo nonnulli vicinam regionem Azaniam vocatam volunt: quam tamen Stephanus ab Arcadia quadam muliere nominatam mauult, cui Azano nomen erat. Statius.

Venit & Idem vlulatibus æmulus Azan.

Azania, æ, ἀζανία Stephano, regio est Arcadiæ: ita dicta à monte editissimo, cui Azan nomen est: siue (vt Stephano placet) ab Arcadica quadam muliere, quæ Azano dicebatur, vt dictum est. ¶ Azanea mala, Ἀζάνια κακά, dici solitum, vbi in re perdifficili & infrugifera plurimum sumeret laboris, aut vbi res esset cuipiam cum homine difficili, moroso, intractabili, tenaci. ¶ Huius regionis incolæ Azanes dicti sunt, ἀζᾶνες. Arcades enim, eodem Stephano teste, olim in tres præcipuos diuisi erant populos: Parrhasios, Azanes, & hisce recentiores Trapezuntios. ¶ In hac regione fons fuit, cuius aquam gustantibus tanquam deinceps aquarum oboriebatur fastidium, vt ne odorem quidem earum ferre possent. Non me latet, plerosque in ea fuisse sententia, Azanij fontis aquas, vini, non aquæ fastidium generare: quorum iudicio quò minus subscriberem, fecit Eudoxi ipsius authoritas, cuius verba ex sexto de terræ circuitu libro refert Stephanus hunc in modum, Ἐν κρήνη τῆς ἀζανίας, ἣ τοὺς γευσαμένους τοῦ ὕδατος ποιεῖ μὴ δὲ τὴν ὀσμὴν τοῦ ὕδατος ἀνέχεσθαι. Huic fonti contrariam vim obtinet, qui in agro Clitorio est, cuius aqua qui gustauerit, abstemius redditur, vt tradit Plin. *lib.* 31. *c.* 2. & Ouid. 15. *Metam.*

Azani, orum, ἄζανοι Stephano, oppidum est ea parte Phrygiæ, quæ Epictetica cognominatur, de quo Strab. *lib.* 12.

‖Azaria, tesseræ, taxilli. Lex. gr. b.

Azazel, caper emissarius, de quo *Leuit.* 16.‖

Azenia, pars tribus Hippotcontidis in Attica, Steph.

Azilis, Aziris, Azinis, locus, vel vrbs, vel fluuius Libyæ. Steph.

Aziris, ἄζιρις Ptolemæo, ciuitas est Armeniæ minoris.

Azon, vide *Aza.*

Azorus, vrbs Paphlagoniæ Tripolitidis. Steph.

Ăzōtŭs, ἄζωτος, Vrbs Syriæ inter Ascalonem & Ioppen, quam, vt ait Stephanus, condidit quidam è mari rubro profugus, nominis vxoris suæ Azæ. Hæc est vna è quinque Philistinorum vrbibus, quondam clarissima. ¶ Est & Azotus vrbs Achaiæ, cuius meminit idem Steph.

Ăzōtĭŭs, a, um, adiectiuum, ἀζώτιος: vt, Viri Azotij, ἀζώτιοι, qui Azotum habitant.

Azymŭs, a, um, {מַצָּה matstsáh. ἄζυμος. Gall. *Sans leuain.* Ital. *Senza leuato, ò fermento.* Germ. Vngeheffelt/ vngesaurt. Hisp. *Cenceño ò sin leuadura.* Angl. *VVithout leuuen, unleauened.*} ‖Fermenti expers: ab α & ζύμη fermentum, id est, farina subacta quæ acorem contraxit, ζύμη à ζέω ferueo. vt fermentum à ferueo. vide plura *in Zyme.*‖ ¶ Per translationem accipitur pro sincero, & non elato, nam infermentata conspersio non attollitur. ‖ ¶ Est etiam Festum apud Iudæos, cum vescuntur pane sine fermento.‖

NOTÆ ANTIQVORVM.

A. Augustus, vel, auius, assoles, aut, aliquando, ager, agrum, aiunt, annus, absoluo. AA. Augustus, Augusta, Augustalis. A. A. apud agrum, aurum, argentum. A. A. C. ante auditam causam A. A. A. Augusti. A. A. A. F. F. Ære, argento, auro, flato, feriendo, vel flando, ferendo. A. A. A. F. F. QV. TY. Auri, argenti, æris, flator, fabricæ

Quirinalis Tyberini A. A.S. L. M. Apud agrum sibi locum monumenti. A.AT. ante audita.

A.B. alia bona. ABN. abnepos. ABS. absolutus. A.B.V. à bono viro. AB. V.C. ab vrbe conditâ.

A.C. alius ciuis. AC. actio. ACC. acceperat, acceptat. ACIN. actionem. ACON. actionum A.C.V. à claro viro. A.CVB.AVGG. à cubiculis Augustorum. A. CSL. à consulibus. A.C.S.L.E.C. à consiliis suæ legationis, & ciuitatis. AC.MR. Ancus Martius. AC.D.Q.T.P. Actione dotis, quæ tibi petitur. AC.D.N. actione Domini nostri. A COSS. CL. à consulibus, vel consiliariis ciuitatis. AC. L. AQ. actione Legis Aquiliæ. A.C.P.VI. ad caput pedes sex. A.C.S.L.E.C à consiliariis suæ legionis & ciuitatis. ACT.M. actionem mandati.

A D. auditor. AD.E. ad exactorem, effectorem. AD.F. ad finem. AD. L ad locum. ADIAB. Adiabenicus. ADI. adiutor. ADI.P. adiutor prouinciæ, patriæ, pop. ADN. adnepos. ADP. vel ADOPT. adoptiuus. A. QSR ad Quæstorem. A.D.P. ad diem pridie. AD.D. ad Dioscoridem, ad discordiam. AD. adest. AD.F. ad frontem. ADI.R. adulterauit. AD.P.XII. ad pedes duodecim.

ÆDIL. Ædilis. ÆDILL.C. Ædiles Curules. ÆDIL.PL. Ædilis pleb. ÆG. æger. ÆQ.P. æqualis persona. ÆR. ærarium. ÆR.C. ære collato. ÆR.P. ære publico. Æ.D. ædem dicauit. ÆD.S. ędem sacrauit, ædibus sacris. ÆD.IN.M. ædis inscripsit meridie ÆR.ST. Ærario Saturni.

A.F. alio facto. A.F.P.R. ante factum post relatum. actum fide Pub. Rutilij. Æmilius fecit. plectitur Rutilius.

AG. agit, agil, agrippa, agro. AGT. agitur. AGO. agor. A. G. Aulus Gellius.

A.H. alius homo.

A.I. à iudice.

A. L. alia lege. A.L.Æ. arbitrium litis æstimandæ.

A M. amicus. AM.N. amicus noster. AM.P. amabilis persona. AMS. amicus. AVR. aurum, aureum. AMN. amantissimus. AM.NT. AM AN. amicus noster amantissimus. AMPHITR. amphitheatrum.

A N. Annius. AN. N. ante noctem. AN. M. actionem mandati. ANN. annis. ANT. antea. ANT.T.C. ante terminum constitutum. ANG.P. Angelus percussit. ANM. anima. ANN.SEN. Anneus Seneca.

A.O. alij omnes. AO. P. auro puro, polito.

AP. apud AP.IVD. apud iudicem. APP. Appius, appellat. A.P.Q. Aulus Publius Quintius. A. P. R. C. anno post Romam conditam. AP. N. apud nos. APP N. appellantur. APPS. CLV. Appius Claudius. A. P. CLN. ad pedes columnæ.

ARM.P. arma publica. ARM.E. arma eius. ARC. arca. ARG. argentum. ARR. Arrius. A.S.TT. a supra testis. A.S. à suis. A.S. L. F. à sua lege fecit.

AT. autem. A.TE. à tergo. A.T.M.D.O. aio te mihi dare oportere. ATQ. atque. ATR. autoritas, autor. A.TR. aulus Trebatius. ATP. annuo tempore. A.TT. ante titulum. A.TR. TP. ad turrem Tarpeiam. A.T. AB. adolescentis testiculos abscidit. A.TT. ante titulum.

AV G. Augustus. AVG. N. augustus noster. AVR. Aurelius. AVT. vel AVTS. vel AVC. auctoritas, auctoratus, auctor. AVT. P. R. auctor prouinciæ Romanorum. AVGG. Augusti. A. V. C. ab Vrbe conditâ.

A.X. annis decem.

B

B LITERA muta est, quæ non in sonum suum, sed in sonum e literæ finitur. Hanc Græci βῆτα nominant. Non modò impeditus & obscurus eius sonus, sed nullus apparet: dúmque sibi exitum parat, irrito laborat conatu, & omnino incassum niteretur, si vocalis destitueretur adminiculo: hæc enim, velut cæteri, mancipatum & vinctum eripit, ac soluit: quo morbi vitio laborant & cæteræ mutæ. Dum profertur incipit à labiorum compressione, & E vocalem sibi sociam assumens, diducuntur labra, & exit. B cum P consentit, vt quem Græci Pyrrhiam, nostri Byrrhiam: Pyrrhum, Byrrhum: Palatium, Balatium: Poplicolam, Boblicolam. Terent. Scaur. *de Orthogr.* Gerit virtutem, & potestatem mediam inter p & ph. Quare nos ob literarum affinitatem dictiones Græcas traducentes, nonnunquam p & ph in illam conuertimus, vt cum apud Græcos πύξος scribatur, apud nos buxus: & quod illi ἄμφω, nos ambo transcribimus. ¶ At econtrario, quod illi per β scribunt, nos in ph commutamus: vt θρίαμβος, triumphus. ¶ Conuertitur quandoque b in u, euphoniæ, vel differentiæ causa, idque in duobus tantùm verbis, teste Cicerone. Aufero pro Abfero, Aufugio pro Abfugio. Transit etiam in f, vt, Sufficio: in c, vt, Occurro: in g, vt, Suggero: in m, vt, Summitto: in p, vt Nubo, psi. ¶ Sonum eius & auget & minuit ratione loci, qualitate antecedentium, aut subsequentium vocalium, aut consonantium simplicium geminatarum, aut diuersarum coeuntium inter se: hac sola ratione, b amat m ante se quod m terminat in labiorum compressu in quo b incipit. In fine cuiuscunque dictionis syllabam corripit. ‖¶ B & V. sæpe inter se commutantur, vt, *atabus, probincia, serbus*, pro, atauus, prouincia, seruus.‖

Baal, { בַּעַל *bahál.* Βάαλ Suidæ,} ait August. est nomen apud Tyrios, quod datur Ioui. Nam Baal Punici videntur dicere dominum, vnde Balsamen, quasi dominum cæli dicunt: Samen quippe apud eos cælum appellatur. Vide in *Bahal.*

‖Baba, notæ fatuitatis homo Senecæ æuo.‖

Babactes, Βαβάκτης, vnum ex nominibus Bacchi, ἀπὸ τοῦ βαβάζειν, quod est vociferari. Bacchæ enim in Liberi patris Orgiis inconditos quosdam vlulatus edebant.

Băbæ, βαβαί, aduerbium Græcum, pro quo nos interiectione admirantis Papæ vtimur. Plaut. *Pseud. sc.* 5. *a.* 4. Exultantis, initio scenæ. Babæ nunc demum mihi animus in tuto est loco. & ibidem *sc.* 3. *a.* 1. P. Fur. B. Babæ.

‖Babare, garrire, βαβάζειν, quod & vagire vertit Gaza.‖

Băbbă Plinio, Βαββα Stephano, Africæ oppidum est, ad Adlantem montem. Huc ab Augusto colonia translata est, & à nomine auunculi Iulia campestris appellata. Plin. *lib.* 5. *cap.* 1.

Babilius, Animal volatile, quod vulgò Barbellus dicitur, de quo Ambr. *lib.* 9. *Hex.* Fertur hic corniger vermis conuerti primùm in speciem caulis, atque in eam mutari naturam, inde processu quodam fieri bambilius, nec tamen formam figuramque custodit, sed laxis & latioribus foliis pinnas videtur assumere. Ex his foliis mollia illa Seres depectunt vellera, quæ ad vsus sibi proprios diuites vendicarent.

‖Babit, γαυριᾷ. Gloss. i. e. superbit.

Babiger. Stultus. Gloss. sed à Baba, vel βαβάζω.

Babrantium, Βαβράντιον, locus circa Chium, Steph. videtur autem etiam Babras dici apud eundem. Babras enim, inquit, oppidum est Æolidis prope Chium, à quo Gentile Babr ntius.

Baburrus Isid. *lib.* 10. *Etymol.* Baburrus, stultus, ineptus. Gloss. Baburra, ἄφρων, ἀνόητος, μωρός.

Băbylōn, { בָּבֶל *babél.* Βαβυλών.} Vrbs nobilissima ad Euphratem fluuium sita, olim Chaldææ totius caput, à qua magna Mesopotamiæ, Assyriæque pars Babylonia appelllata est: vt scribit Plin. *lib.* 6. *c.* 26. Hanc Strabo *lib.* 16. à Semiramide conditam tradit. Hebræorum verò literæ originem eius ad Nimrod gigantem referunt, & à linguarum confusione ita nominatam volunt. Hæc postea à Nino, vel Semiramide instaurata, mœnibus ab hortis pensilibus, templóque ac arce maximè fuit admirabilis: campi planitie vndiquè conspicua, natura loci lætissima, castrorum facie, mœnibus per quadrum disposita. Murorum eius vix credibilis relatu firmitas, & magnitudo, vtpote qui in latitudinem cubitos quinquaginta habuerint, in altitudinem ducentos. Ambitus eius quadringentorum octoginta stadiorum fuisse traditur, Euphrate fluuio mediam eam interfluente. Murus coctili latere atque interfuso bitumine compactus. Quem tam latum fuisse quidam scribunt, vt quadrigæ sibi inuicem incurrentes, facilè pertransire possent. Vnde & inter septem spectacula orbis numeratur. Fossa extrinsecus late patens, vice amnis circumfluit. A fronte murorum centum portæ æreæ. Hæc vrbs cum aliquando defecisset, & Semiramis circa cultum corporis occupata esset, soluta adhuc altera crinium parte, ad eam recuperandam cucurrit: nec prius decorem capillorum redegit in ordinem, quàm vrbem in suam potestatem restitutam vidit. ¶ Est & Babylon Ægypti castellum, vt ait Strabo *lib.* 17. natura munitum, à Babyloniis quibusdam conditum, qui relicta patria, sedem ibi permittente rege, sibi delegerant. Hic postea collocata fuit vna ex tribus legionibus, quæ Ægypto præsidij gratia impositæ erant. A Ptolemæo Babulis, Βαβυλὶς, appellatur. Non procul distat à Delta Nili insula, eam partem spectans, in qua sita est Memphis amplissima Ægypti vrbs, quæ hodie Cayrum appellatur.

Băbylōnĭă, Βαβυλωνία, regio est maioris Asiæ, à Septentrione Mesopotamiæ partem spectans, ab ortu Susianam, à meridie sinus Persici partem, & ab occasu Arabiam desertam: ita dicta à Babylone vrbe splendidissima, quæ olim Assyriorum regia fuit, & Chaldææ totius caput.

Băbylōnĭcus, a, um, Βαβυλωνικός, possessiuum à Babylone fortunatum: vnde Babylonicæ vestes, & Babylonica stragula dicta sunt, quæ diuersos colores habebant intextos, quod genus Babylone maximè celebratum fuit teste Plin. *lib.* 8. *cap.* 48. & Plut. *in Caton. Censore.* Eadem Babylonica substantiuè dicuntur, Plin *loco iam citato*, Metellus Scipio Babylonica triclinaria sestertiûm octingentis millibus venisse, in criminibus Capitonis posuit.

Băbylōnius, Βαβυλώνιος, Gentile nomen à Babylone formatum. Cicer. 2. *Diu.* Nam quod aiunt, quadringenta septuaginta millia annorum in periclitandis experiundisque pueris, quicunque essent nati, Babylonios posuisse, falluntur. Babylonius adiectiuum. Lucan. *lib.* 6.

Mœnia mirentur refugi Babylonia Parthi.

Babyrsa, castellum munitissimum Atropatiæ regionis Mediæ propè Artaxata vrbem Strab. *lib.* 11.

Babytace, Βαβυτάκη, vrbs Persica Stephanus.

‖Bacantes, æ. Suid. Βακχάνες, χαλαραί. nempe illud est ex *vacans* factum otiosus.

Bacar, vas vinarium, simile bacrioni. Fest.

Bacauda, Bagauda. Vide *Baguatei.*‖

Bacularii, teste Rhenano, à Bacillo nominati sunt, quia primi studij authoritatem, quæ per exhibitionem baculi concedebatur, iam consecuti fuissent: vt fuerit velut quoddam mancipationis signum in huiusmodi aliquod studium, baculi traditio. Vulgus *baccularios*, eruditi *Baccalaureos* vocant, quod vide.

Baccales, (quod huc ex Herod. corruptè translatum erat.) Vide *Canatales.*

Baccæum, Βακκαῖον, Hispaniæ gens. Steph.

BĂCCA, geminato cc, & sine aspiratione, continent intra sui nominis ambitum

ambitum fructus diuersorum generum, lauri, oliuæ, corni, myrti & aliorum huiusmodi. {τὰ ἀκρόδρυα. GALL. *Graine qui croit aux arbres, ou menu fruict, comme de laurier, d'olivier.* ITAL. *Frutti menuti d'alberi, come le ciriecciole.* GERM. Ein beer/ oder korn/ als der ölbaum/lorbaum. HISP. *El fruto menudo, como azeytuna.* ANGL. *Small frutte notpressed thegether, as bayebeares, oliues.*} Differunt ab acinis, quòd acini densiùs nascantur, vt in vuis baccæ dispersiùs & rariùs. Vide Plin. *lib.15.cap.14.* & Vallam *lib.6.cap.14.* Cic. 1. *Tusc.* Ergo arbores seret diligens agricola, quarum aspiciet baccam ipse nunquam. Idem 1. *de diuinatione.* Vt agricola quum florem oleæ videt, baccam quoque se visurum putat. ¶ Baccæ egent oleo, αἱ στέμφυλα δέονται ἐλαίου. de re absurda. Nam incredibile est, illi opus esse oleo vnde nascitur oleum. E baccis autem oliuarum exprimitur oleum. ¶ Est & Bacca gemma candida & baccæ more rotunda, quam vnionem dicimus, {μαργαρίτης. ANGL. *Apearle.*} Virg. *in Culice,*

———nec Indi Conchea bacca maris pretio est.

Baccĭfĕr, ferens baccas. {GERM. Das beer oder körner tregt. ANGL. *That beareth bearies as sloen, of goosebearies.*} Plin. *lib.16.cap.10.* Ex omnibus sola baccifera, Sen. *in OEdip.* Hedera baccifera.

Baccŭlă, diminutiuum, parua bacca. {GERM. Ein klein beer. ANGL. *Litle small fruite, as barobearies.*} Plin. *lib.25.* Omnes colore buxeo, caulibus paruis, flore purpureo, ferunt bacculas paruas, vt cappares.

Baccātŭs, a, um, Gemmatus vnionibus, seu margaritis ornatus, λιθόκολλος. Virg. 1. *Æneid.*

———colloque monile Baccatum.

‖Baccalaureus. Hoc nomine vocatur, qui in Academicis studiis primum gradum & publicum doctrinæ testimonium est consequutus.‖

Baccălĭă, lauri species est, à baccarum fertilitate dicta, de qua vide Plin. *lib.15.cap.13.*

Bacchar, is, vel Bacchăris, βάκχαρις Dioscoridi, herba est radice odorata, folio aspero, magnitudine inter violam & verbascum, anguloso caule, quæ coronis admisceri solet. Rustici in Gallia, *Dina Maria chirothecas* appellant, vt tradit Ruell. *lib.5.cap.37.* ¶ Virgilius hac herba fascinum depelli scribit. Plin. scribit hanc alio nomine à Græcis Melamprason dici: officinæ vocant Marrubium nigrum.

Non illic colit arua Deus Bacchusue, Ceresue.

Tibul. *lib.4.* Bacchus vt coleretur Liberalibus. Ouid. *Eleg.4.lib.5.Trist.* Tu bacchus es, haud Amphitruo i. insanus.)

Bacchemon, teste Lactantio, Persei fuit filius & Andromedæ, &, vt idem dicit, apud quosdam populos Orientales imperauit (ex Bocatio) quæ postea ab Achæmenide Baccho montis filio Achæmenides appellati sunt: hi Apollinis ritus se inuenisse asserunt.

Bacchides, βακχίδες, Nomen proprium viri, quod apud nos luctus fortis, vel vetustas in vomitu dici potest.

Bacchides, Ducis proprium, qui Sinopem vrbem Luculo prodidit. Strabo *lib.12.*

Bacchilio, fluuius qui de Vicentinis montibus defluit.

Bacchius, gladiatoris nomen, de quo Horat. *in Serm. sat.7.* —Bruto prætore tenente Ditem Asiam, Rupili & Persi par pugnat: vti non Compositus melius cum Bitho Bacchius: in ius Acres concurrunt. Vbi Acron, Bithus & Bacchius gladiatorum nomina celebrata apud Suetonium Tranquillum sub Augusto. ‖ ¶ Est & Bacchius, βακχεῖος, pes metricus ex breui & duabus longis, vt *petentes, virentes* ita dictus, quòd hymnis in Bacchum in dithyrambis esset vsitatissimus. Est dactylo contrarius.‖

BACCHVS, {Βάκχος. GERM. Der Gott des weins.} Iouis ex Semele filius, putatus est deus vini, & pro ipso vino poni consueuit. Hic multi nominis fuit: nam primùm Dionysius, deinde Liber pater dictus est, & postremò Bacchus, vt Diodoro placet, à Bacchis mulieribus, quas βάκχας dicunt, hoc est, insanientes, & immodestè se gerentes, in Indiam expeditionem parans, multas secum habuisse fertur. Idem & Osiris dicitur, & Bromius, & Lenæus. A Græcis etiam διμήτωρ, quòd bis natus fuisse, & duas quasi matres habuisse fingatur. Ferunt enim Semelen ex Ioue grauidam, quum ab eo amatore deo (qui se illi datum quicquid petiisset, per Stygiam paludem iurauerat) Iunonis dolo hoc sibi munus rogasset, vt talis secum, qualis cum Iunone, solebat, noctè vnà concumberet, fulmine fuisse exustam, puerúmque vtero exemptum, Iouis femori fuisse insertum, quem ille postea maturo partus tempore, more grauidæ mulieris est enixus. Hic orbem ferè terrarum peragrauit: multas nationes domuit: Indos debellauit, & primus omnium triumphauit, vectus Indico elephanto, vt scribit Diodorus. Primus emere ac vendere instituit, & diadema regum ac triumphum inuenit. Dictus etiam Bacchus fertur, ἀπὸ τοῦ βακχεῖν, hoc est, à vociferando, & vlulando, adiecta litera *s*, quo vastior ille Mænadum sonus in ipso dei nomine redderetur. ¶ Cicereus Bacchus, ἐρεβίνθινος Διόνυσος. De re vehementer contempta: sumptum adagium à potu ex leguminibus confecto, qui vinum imitatur. ¶ Crudelis Bacchus, ὠμηστὴς Διόνυσος. Baccho quondam viuos homines sacrificare mos erat: vnde in crudeles conuenit: siue quòd temulentia feroces reddat & immites. ¶ Nihil ad Bacchum, οὐδὲν πρὸς Διόνυσον: vbi quis ea nugatur, quæ ad rem præsentem nihil attinent: quæ eleganter dicimus ἀπροσδιόνυσα. ¶ Multi thyrsigeri, pauci Bacchi, πολλοὶ μὲν ναρθηκοφόροι, παῦροι δέ τε βάκχοι: id est, plures thyrsigeros, paucos est cernere Bacchos. Carmen hexametrum prouerbio Græcis celebratum, quo significatum est compluribus mortalium adesse virtutis insignia, aut etiam famam, qui tamen vera virtute vacent.

Bacchă, bacchæ, & Bacche, es, {Βάκχη, ἡ. GERM. Ein Nonne oder Priesterin Bacchi.} Ouid. *Eleg.1.lib.4.Trist.*

Vsque suum Bacche non sentit saucia vulnus.

Bacchis initiari. Liu. *lib.9.d.4.* Bacchæ bacchanti si velis aduersarier, ex insanis insaniorem facies. Plaut. *Amph.* Ad bacchas veni in bacchanal coquinatum. Idem *Aul. sc.1.A.3.* θύσχη, ἱερεία. Bacchi sacrificula, quæ & Mænas, & Thyas, & Bassaris appellatur. Mulieres etiam tertio quoque anno ad Cithæronem montem cateruatim cum Thyrsis conuenientes, vt ibi Bacchi Orgia magno cum vlulatu celebrarent, Bacchæ dicebantur. Ouid. 9. *Metaph.*

Vtque tuo mote, proles Semeleia Thyrso

Ismariæ celebrant repetita triennia Baccha.

Cic. *Fab. lib.7.* Bacchis verò vbi est apud me locus? At pulchellæ sunt: noui optimè, & sæpe vidi. ¶ Bacchæ more, βάκχης τρόπον. De tetricis ac taciturnis dictitari solitum, quòd essent huiusmodi Mænades illæ, Bacchico afflatæ furore. Autor Diogenianus. At Iuuenalis retulit ad vitam intemperantem, Qui Curios simulant, & Bacchanalia viuunt. ‖¶ Est etiam Bacche villa quædam circa Mæotidem.‖

Bacchānăl, vel Bacchanale, {διονύσιον, βακχεῖον. GERM. Der orth da man daß fest Bacchi helt. ANGL. *Dayes whereon thay solemnised Bacchus feastes in riote and drunkennesse.*} Locus in quo Bacchi festa celebrantur. Plaut. *Aul. sc.1.a.3.* Ad Bacchas veni in Baccanal coquinatum. Item, Apertus Bacchanal, adesse. Idem *sc.1.a.3.* Bacchanal te exercuisse oportet. Idem *in Amph.* Bacchanalia, quæ & Dionysia, διονύσια, Bacchi festa, in quibus viri per noctem fœminis & teneræ ætati turpiter miscebantur per dolum. Vnde est illud apud Iuuen. *Satyr.2.* Qui Curios simulant, & Bacchanalia viuunt. Hæc à multis Græciæ vrbibus triennio quoque celebrabantur. ¶ Est autem hoc nomen pluralis numeri tantum: facitque genitiuum Bacchanalium, vel Bacchanaliorum: quod & in cæteris festorum nominibus obseruatur. ‖Vocant Germani Fastnacht, q. noctem ieiunii, quando incepturi Quadragesimam, ab hac præparatione inchoant meditationem passionum Christi.‖

Băcchari, Furor, insanio, {שגע *bisctagi gheah*, βακχεύειν. GALL. *Turongner, estre fol & enragé, viure dissoluement.* ITAL. *Impazzire, furiare.* GERM. Wüten/toben/schreyen/als die truncknen/halb vnsinnig sein. HISP. *Enloquecerse, embriagarse.* ANGL. *To rage, to raye like a dronken man, to be woode angrie.*} Propriè est Baccharum, quæ furore quodam correptæ, magnis clamoribus Liberi patris Orgia celebrabant: quamquam & latius sumitur pro furere, insanire, & clamoribus, tumultúque omnia implere. Virg. 4. *Æneid.*

Sæuit inops animi, totámque incensa per vrbem
Bacchatur: qualis commotis excita sacris
Thyas, vbi audito stimulant trieterica Baccho
Orgia, nocturnúsque vocat clamore Cithæron.

Cic. *de clar. Orat.* Quòd eos quorum altior oratio actióque esset ardentior furere & bacchari arbitraretur. Bacchari dicuntur venti, dum flant impetuosiùs. Horat. 1. *Carm.*

Thracio bacchante magis sub interlunia vento.

Ouid. 1. *Trist. eleg.2.*

——— Boreas bacchatur ab Arcto.

Genus dicendi quod inanibus locis bacchatur. Quint.

Bācchātŭs, partic. 2. *Æneid.*

—— medias Italûm bacchata per vrbes.

¶ Legitur Bacchatus in passiua significatione, pro eo quod est à bacchantibus frequentatus, aut peragratus. Virg. 1. *Georg.*

———virginibus bacchata Lacænis Taygeta.

Vbi Taygeta bacchata, dixit ea forma, qua alibi, Terra acri regnata Lycurgo. Sed hoc rariùs.

Bācchāns, antis, aliud participium. Cicer. 4. *in Catil.* Versatur mihi ante oculos aspectus Cethegi, & furor in vestra cæde bacchantis. Bacchæ bacchanti aduersarier. Plaut. *Amph.*

Bācchātio, nis, verbale, βάκχευσις. {GERM. Die übung der festen Bacchi/ weinsung. ANGL. *Drunkennesse, surfetting.*} Cic. 3. *Verr.* Sileatur de nocturnis eius bacchationibus ac vigiliis. Huius verbi compositum est Debacchor.

Bācchātim, aduerbium, significat More bacchantium, βακχικῶς. Apul. Quin igitur soror hunc primum bacchatim discerpimus?

Bācchēĭs, dos, βακχηΐς, denominatiuum fœmininum à Baccho formatum. Stat. 2. *Syl.* Qualis si subeas Ephyres Baccheidos altum Culmen ab Inoo fert semita tecta Lechæo.

Bācchēŭs, a, um, per tres syllabas, quarum βακχῆος, possessiuum à Baccho deductum. Colum. *lib.10.* per omissa silentia Musis Pieriis nemoris Bacchea voce frementem. Virg. *e* diphthongum diuidens, per quatuor syllabas extulit, *lib.1. Georg.*

Quid memorandum æquè Baccheia dona tulerunt.

Bācchĭcŭs, a, um, βακχικός, possessiuum à nomine Bacchus deductum. Ouid. *Eleg.6.lib.1.Trist.*

Deme meis hederas Bacchica serta comis.

Bācchĭdēs, βακχίδης, patronymicum masculinum à Baccho formatum, quo significatur Bacchi filius, vel nepos. ¶ Fuit & Bacchides nomen vnius ex satrapis Assyriorum, qui à Demetrio Seleuci filio aduersùs Machabæos missus, ab illis est interfectus.

Bācchĭum, siue Baccheum, βακχεῖον, genus vasis vinarii, quo in sacrificiis Bacchi vtebantur. Quin ipsum etiam Bacchi templum à Græcis hoc nomine appellatur.

Bācchĭădæ, βακχιάδαι, dicti fuerunt, qui è Corintho exules in Siciliam deuenerunt, & vrbem inter Pachynum & Pelorum ædificantes Siculi facti sunt. ¶ Hi à Bacchia Dionysii filia originem duxerunt. Strab. *lib.8.* de Corintho loquens, Bacchiadæ, inquit, annis fermè cc. vrbem dominatione tenuerant, & tyranni locupletissimi, & numero plurimi & genere clari euadentes, emporium ipsum ademptO metu fructuosum possidero, &c. Ouid. 2. *Met.*

Et quia Bacchiadæ bimari gens orta Corintho
Inter inæquales posuerunt mœnia portus.

Baceli, βάκηλοι, ab Augusto dicti sunt stulti, teste Sueton. *cap.87.* à Bacelo, quodam eunucho (vt Alciatus credit) qui corpore quidem procero fuit, sed adeò stolidus, vt cesserit in prouerbium, Γελοῖος βακήλῳ, ἢ βακηλὸς ὤν, id est, Bacelo similis, & Bacelus es. In cinædos ac parum viros dictum, sed animo stupidos. Græci βάκηλοι vocant stupidum & ridiculum..

Bacis, Vates quidam Bœotius, cuius meminit Cic. *in lib. de Diuinat.*

Bacrionem, dicebant genus vasis longioris manubrii, quod alii trullam appellant. Festus. De vsu autem huius vasis, vide infra in dictione *Trulla.*

Bactes, βάκτης, Bacchi nomen, quemadmodum & Badactes, ἀπὸ τοῦ βάζω, id est, clamo, vociferor. Solent enim Baccho, hoc est, vino madidi, & mulieres Liberi patris Orgia celebrantes, omnia tumultuario quodam & incondito clamore replere.

Bāctrī, orum, Βάκτρα, Scythiæ prouincia, vltra Assyriam, à flumine Bactro cognominata. Virg. 2. *Georg.*

——— neque Bactra, neque Indi

Laudibus Italiæ certent.

Eius prouinciæ populi Bactri, Bactrij, & Bactriani, Βάκτριοι, Βακτρηνοί, καὶ Βακτριανοὶ vocati sunt, quorum rex fuit Zoroastres, magicæ artis inuentor. Bactrianum regnum olim mille vrbibus fuisse inclytum feruntur. ¶ Bactra item, siue Bactrum (vt apud Plinium *lib. 6. cap. 16.*) oppidum est eiusdem regionis Bactrianorum regum regia, & totius regni caput, ita dictum à Bactro fluuio, quum antea Ariaspe appellaretur. De bactrianorum moribus memoriæ proditum est ab Onesicrito, canes apud illos ali, quos Sepulchrales vocant, quibus parentes morbo, ætatéve confectos obiiciunt dilacerandos. Mulieres autem earum splendido cultu & vnguentis vti, à seruis & ancillis multò magis quàm viros coli, nec nisi equo insidentes, magnóque & auri & gemmarum apparatu excultas, in publicum prodire: matrimonij autem castitatem non seruare, sed tam seruis, quàm aduenis promiscuè sese commiscere: nec à viris eo nomine accusari, quibus ipsæ dominari videntur.

Bāctrōs, fluuius est in finibus Scythiæ Asiaticæ, à quo Bactra regio & Bactrum vrbs nomen sumpsit. Lucan. *lib. 3.*

Errantes Scythiæ populi, quos gurgite Bactros

Includit gelido, &c.

Băcŭlŭs, i, masculini gener. Fustis, stipes, scipio, pro quo legitur & baculum neutri. gen. {שבט *schébet* מקל *makkél* משען *mischhán*. Βάκτρον, Βακτηρία. GALL. *Baston.* ITAL. *Bastone.* GERM. Ein stäck. HISP. *Cayado ò bordon, palo.* ANGL. *A staffe, a end gell.*} Ouid. *lib. 15. Metam.*

——— Baculúmque tenens agreste sinistra.

¶ Absque baculo ne ingreditor, ἄνευ ξύλου μὴ βάδιζε: Inermis ne sis: verum semper ad manum sit quo depellas, si quis fortè quærat lædere. ¶ Viro seni maxillæ baculus, ἀνδρὸς γέροντος αἱ γνάθοι βακτηρία. Dici solitum de iis qui ob defectas ætate vires, lautiore pariter & copiosiore victu coguntur vti, quò quod senecta deterit, vtcunque sarciatur cibo.

Băcillum, neutri generis, diminutiuum. {τὸ βακτήριον. GALL. *Bastonnet, petit baston.* ITAL. *Bastoncello.* GERM. Ein steckelin. HISP. *Pequeño cayado ò bordon, palico.* ANGL. *A litle staffe.*} Cic. *de finib. bon.* Bacillum aliud inflexum & incuruatum, aliud ita natum. ¶ Bacillus in masculino genere in vsu non est: à quo tamen videtur manasse compositum, Imbecillus, a, um, & Imbecillis, imbecille. Vnde Imbecillitas pro infirmitate.

Badas, Syriæ fluuius est, Memnonis sepulchro nobilitatus. Strab. *lib. 15.*

Badacum, Βάδακον, ciuitas est Norici apud Ptol. *lib. 2. cap. 14.* quam nonnulli putant eandem esse eam, ea, quam hodie à *Saliza* vicino fluuio *Salisburgum* vocant.

Badena, vrbs alia in Heluetia, alia in Marchia: à Thermis apud Germanos nomen suum habens.

Badeos, Βαδεῶς, vrbs Felicis Arabiæ, iuxta rubrum mare. Steph.

Badius color, is est, quem & Phœniceum vocamus à colore dactylorum, quas φοίνικας vocant Græci. {φοινίκεος χρῶμα. GERM. Braunrohe/Kesten braun. ANGL. *Browne as a chestene.*} Idem & Spadiceus dicitur, & Baius: ab eo quòd termitem vnà cum fructu à palma reuulsum, Græci Σπάδικα καὶ Βαΐον appellant. Vide Thylesij libellum *de coloribus.*

Bădīzārĕ, significat ire. {βαδίζειν. ANGL. *To go, to walke.*} Plaut. *in Asin.* Demam hercle iam de hordeo, tollutim ni badizas.

Badiza, Βάδιζα, vrbs Britanniæ. Steph.

Bæa, Βαία, mons Cephaliniæ à Bæo Vlyssis gubernatore. Steph.

Bæaca, Βαιάκα, ciuitas Chaoniæ. Steph.

Bæbæ, Βαιβαί, oppidum Cariæ. Steph.

Bæcyla, Βαίκυλα, vrbs Iberiæ iuxta Herculis columnas. Steph.

[Baēn. Gloss. Isid. Baen est lamina auri ab aure ad aurem, qua familiares regum vtebantur: ornamentum colli ex auro & gemmis, quod alio nomine torques dici potest.]

Bænacus, vide *Benacus.*

Bænna, vide *Benna.*

Bænis, Βαῖνις, apud Strab. *lib. 3.* fluuius est Lusitaniæ omnium eius regionis fluuiorum longè maximus, cuius fons est apud Cantabros. Alio nomine vocatur Minius.

Bæsampsa, Βαισαμψα, ciuitas in Arabico sinu circa rubrum mare, quæ domus est Solis.

Bæsi, Βαῖσι, vide *Scythopolis.*

Bætharrhus, Βαιθάρρους, magnus vicus in Palæstina. Steph.

Bætharra, Βαιθαρρα, vrbs Celticæ. Steph.

Bætiræ, Βαίτιραι, vrbs Galliæ Narbonensis. Ptolem. *lib. 2. cap. 10.* fortè *Besiers.*

Bætĭcā, Βαιτική, {ITAL. *Il regno di Granata.* GERM. Das Königreich Granaten in Hispanien.} Hispaniæ regio Australis, à Lusitana Ana fluuio discreta: ita dicta à Bæti amne, qui eam mediam perfluit. De hac Plin. *lib. 3. cap. 1. & 2.* Hodie bona huius regionis pars *Granata* dicitur, à grani tinctorij copia, quod Græco nomine Coccum appellamus.

Bætis, Βαῖτις, {GERM. Ein fluß in Hispanien des Königreichs Granaten.} fluuius est vlterioris Hispaniæ, qui ex Tarraconensis agri finibus labens, Australémque regionem, quæ ab eo Bætica appellatur, mediam percurrens: tamen non procul à Gadibus in Oceanum Occidentalem illabitur. Huius fluuij aquis lanas optimè tingi, autor est Martialis, quum ait, Bætis oliuifera crinem redimite corona, Aurea qui nitidis vellera tingis aquis. De eo Plutarch. *in Sertor.*

Bætĭcolă, æ, Accola Bætis fluuij. Sil. *lib. 1.*

——— & vulgus Iberum,

Bæticolásque viros furijs agitabat iniquis.

Bætĭcus, a, um, adiectiuum, {Βαιτικός. ANGL. *Puke colour, betweene russet and blake.*} vt Bæticus color, obscurus, qui & pullus dicitur, & Hispanus, & Natiuus. Nam in Bætica Hispaniæ regione vellera natura pulla sunt, ex quibus tenuiores sibi vestes conficiunt, quæ fidelissimè colorem suum seruant, neque facilè maculis inficiuntur.

Bæticātus, a, um, aliud adiectiuum. Pullatus. {ANGL. *Clad in mourning apparell.*} Mart. *lib. 1.* & bæticatus, atque leucophæatus.

Bætium, Βαίτιον. Vrbs Cappadociæ. Steph.

Bætulon, Βαίτυλον, Hispaniæ fluuius est in Tarraconensi tractu, circa montem Iouis, non procul à Barcione in mare influens. Hispani hodie sua lingua *Besonem* vocant: meminit huius fluuij Pomponius Mela *lib. 2.* ¶ Est item Bætulon oppidi nomen in eodem tractu: quod recensent Plin. *lib. 3.* & Ptol. *2. cap. 9.*

Bætylus, Βαίτυλος, dicitur saxum illud fasciis obuinctum, quod pro Ioue deuorauit Saturnus, vt testatur Hesychius. Vnde locus factus prouerbio, Etiam bætylum deuorares, καὶ βαίτυλον ἂν καταπίνοις. In voracem & omnia concoquentem. ¶ Vide Priscianum qui docet eum Addir & Abaddir dici à Latinis.

Bæus, Gubernator Vlyssis. Vide *Baa.*

Bacadonia, pars Macedoniæ maximè australis. Ptolem.

Bacanum, autore Ptolemæo, Neruiorum ciuitas, alio nomine Tornacum.

Bagaudæ Rittershusio sunt latrones, factiosi, rebelles.

[Bagia, nutrix. Gloss. gr. b.

Bagitzes, pueri honorarij. Lex. gr. b.]

Bagoas, Βαγώας, teste Curtio, Eunuchus fuit, ab Alexandro Magno turpiter adamatus. Hunc Orsines Satrapes inter Persas nobilissimus, quum Regis amicos omnes muneribus affecisset, solum præterit, admonitúsque à quodam, cum regi esse charissimum, respondit, se amicos Regis, non scorta colere.

Baguntinus, Pannoniæ fluuius est, in Sauum influens, autor Plin. *lib. 3. cap. 25.*

Bahal, {בעל *bahal.* Βαάλ.} numero singulari, inquit Hieronymus, Tyriorum Deus habebatur, Bahalim pluraliter, deos siue idola significat, & est masculini generis. Vbicunque enim in fine Hebraicæ dictionis *im* syllabam legimus, in numero plurali est generis masculini. Vbi autem *oth*, numero plurali, generis fœminini.

[Baia, Βαΐα, dona, quæ ab Imperatore & Patriarcha quotannis distribuebantur septimana, quæ ante diem palmarum; vnde & nomen. Nam βαΐον est palma. Imperator autem palatinis suis Patriarcha clericis dabat. Gloss. Græcob. Meursij.]

Baiæ, arum, Βαΐαι, ciuitas Campaniæ, secus Campanum mare sita, situs amœnitate, & aquarum salubritate celeberrima: ita dicta à *Baio* Vlyssis socio illic sepulto. In huius agro aquæ calidæ sunt, & ad voluptatem, & ad varios morbos commodæ. Silius,

——— docet ille repentes

Vnde ferant nomen Baiæ, comitémque dedisse

Dulichia puppis stagno sua nomina monstrat.

Horat. *lib. 1. Epist.*

Nullus in orbe sinus Baijs prælucet amœnis.

De Baiarum luxuria Senec. *Epist. 51.* ¶ Hinc fit Baianus, a, um, vt sinus Baianus, qui hinc Miseno monte, illinc Puteolis clauditur. Baiana litora, & Oræ Baianæ, apud Statium.

Bairon, Historicus scripsit breuiarium rerum ab Alexandro gestarum. Autor Suid.

Bāiŭlō, as, Porto. {נשא *nasá* סבל *sabál* נטל *natál.* βαστάζω. GALL. *Porter sur ses espaules.* ITAL. *Portare.* GERM. Tragen. HISP. *Lleuar ò traer carga a cuestas.* ANGL. *To beare vpon the shoulders.*} Plaut. *in Asin. sc. 3. a. 3.* Ego baiulabo, tu, vt decet dominum, ante me ito inanis. Quintil. *lib. 6. cap. 1.* Ego te baiulare non possum.

Bāiŭlŭs, Operarius, & propriè qui onera corpore suo, victus quærendi gratia portat, ex Gell. *cap. 3. lib. 5.* {נושא *nosé* סבל *sabbál.* φορτοφόρος, φόρτηξ, ὁ βαστάζων. GALL. *Portefaix, crocheteur, gaigne-denier.* ITAL. *Fachino, baiulo.* GERM. Ein träger/Sackträger. HISP. *Bastajo ò ganapan.* ANGL. *A bearer of burdens, or porter.*} Cic. *in Parad.* Verum potius in bonis est quærendum quid baiuli atque operarij, an quid homines doctissimi senserint? Idem 2. *de Orat.* Remigem aliquem, aut baiulum nobis oratorem descripserat.

Baius, Seruio Βαῖος, vel Baias Straboni, Βαΐας, vnus ex sociis Vlyssis fuit, à cuius nomine Baiæ appellatæ creduntur. Vide *Baiæ.*

Baius color, idem est cum spadiceo, siue badio, in equis inprimis laudatus. {φοινίκεον χρῶμα. GALL. *Baye, bayard.* ITAL. *Baio.* GERM. Kestenbraune farb. HISP. *Vayo.* ANGL. *Browne as a chesten.*} ita dictus est παρὰ τὸ βαΐον, quo nomine Græci appellant palmæ termitem vnà cum fructu auulsum qui huius est coloris.

Bala, Βάλα, ciuitas Galilææ. Steph.

Bālæna, æ, vastissima maris bellua, ex genere cetorum, quam Plin. tradit in Oceano Indico ad quaternum iugerum magnitudinem increscere. {תנין *tannin.* Græcis φάλαινα dicitur, παρὰ τὸ εἰς φῶς ἄγειν.} Vnde & Latini Balænam appellarunt, φ aspirata in β mediam suam conuersa. Vide Plin. *lib. 9. cap. 3. 4. & 6.* GALL. *Baleine.* ITAL. *Balena pesce.* GERM. Ein wallfisch. HISP. *Ballena.* ANGL. *A great fishe named a whirlepole.*}

Balænata virga, id est, virga è balænarum cartilaginosa duritie. Petronius Arbiter, Donec Quartilla balænatam tenens virgam, altéque succincta iussit infelicibus dari missionem.

Balanea Plinio, Βαλάνεια Stephano, oppidum in confinio Syriæ & Phœnices, cuius meminit Plin. *lib. 5. cap. 23.*

Balani Sardiani, Βάλανοι σαρδιανοὶ, à Græcis olim appellabantur, quæ nos Castaneas dicimus. Primùm enim Sardibus creduntur prouenisse, vt tradit Plin. *lib. 15. cap. 26.*

Bălănŭs, i, gen. fœm. {Βάλανος. GERM. Ein Eychel. ANGL. *All kinde of acornes or mast.*} Generale nomen est, omnia continens, quæ apud nos Glandis vocabulo comprehenduntur. Præcipuè tamen hoc nomine dactyli appellantur, & oliuæ, & si quæ sint alia, quæ nucleos intus habent. ¶ Balanus myrepsice, βάλανος μυρεψική Dioscoridi, fructus est arbusculæ myricæ similis, magnitudine nucis auellanæ, ex cuius cortice opotiferus liquor exprimitur, quem vocant Oleum balaninum. Sunt qui credant esse glandem eam, quam vulgò nucem muscatam vocant: quibus tamen non arbitror adhibendam fidem, quum descriptio ei non conueniat. Constat enim glandem myrepsicam lignoso intus esse osse, quod nux odorata non habet. Potius itaque Ruellio crediderim nucem odoratam, quam nos muscatam vocamus, veteribus fuisse incognitam. Glandem autem myrepsicam Plin. vno nomine vocat Myrobalanum, quasi dicas glandem vnguentariam. Ita enim de eo scribit *lib. 12. cap. 21.*

*cap.*11. Myrobalanum, Troglodytis & Thebaidi, & Arabiæ, quæ Iudæam ab Ægypto disterminat, commune est, nascens vnguento, vt ipso nomine apparet. Quo item indicatur, glandem esse arboris, heliotropio, quam dicemus inter herbas simili folio, fructu, magnitudine auellanæ nucis. Hactenus ille. Myrobalanum Celsus videtur accepisse pro vnguento ipso, quod ex glandis myrepsicæ commisto liquore conficitur. Ita namque ait *lib.*4. *cap.* 9. Fit ex vnguento & palmulis, quod Myrobalanon vocant. Ad hanc etiam significationem allusisse videtur Mart. *lib.*14.

Quod nec Virgilius nec carmine dixit Homerus,
Hoc ex vnguento constat, & ex balano.

Nam si de glande ipsa intelligas, non video quo modo dicat Myrobalanum constare ex balano & vnguento. ¶ Balanus etiam à Græcis vocatur extrema membri virilis pars, quam etiam Latinè Glandem vocamus. ¶ Hoc etiam nomine dicuntur quæ à pharmacopolis vocatur *Suppositoria*, quæ ad subducendam aluum prodici inseruntur: ita dicta, quod figura glandis similitudinem referant. ¶ Balanus item est nomen vrbis in Epiro. ¶ Balanus, item piscis marinus, Plin. *lib.* 31. *cap.* 11. Plaut. *Rud.* Ostreas, balanos captamus, conchas, marinam vrticam. ¶ Balani, Castanearum genus excellens. Plin. *lib. cap.* 25. Sardibus ex prouenere primum. Ideo apud Græcos Sardianos balanos appellant: nam diuus Tiberius postea balanum nomen imposuit excellentioribus satu factis. Hic autem Balanus aut est etiam masculinum, aut Sardianas legendum est.

Bălănītēs, huius balanitæ, βαλανίτης, gemma subuiridis, & Corinthio similis æri, secante mediam flammea vena. Autor Plin. *lib.* 37. *cap.* 10.

Bălănītis, idis, βαλανῖτις. Genus castaneæ rotundius & maximè purgabile, & sponte prosiliens, à rotunda glandis effigie ita appellatum. Plin. *lib.* 15. *cap.* 23.

Bălănātŭs, a, um, adiect. Hoc est balanino oleo perfusus. Persius *Sat.* 4. Tu quum maxillis balanatum gausape pectas.

Bălăninus, a, um, aliud adiect. ex balano factum: vt, Balaninum oleum. Plin. *lib.* 13. Balaninum oleum repurgat varos. Idem *lib.* 13. *cap.* 1. Increuit deinde Mendesium, balanino resina mista.

Bālārĕ, proprium est vocis ouis, aut hœdi. {βληχᾶσθαι. GALL. *Beeller.* ITAL. *Belare.* GERM. Blären, schreyen wie ein schaaff oder geyß. HISP. *Belar las ouejas ò corderos.* ANGL. *To bleate.*} Quint. *lib.* 1. *c.* 5. Iam ne balare quidem, aut hinnire fortiter diceremus, nisi iudicio vetustatis niterentur. Ouid. 4. *Fast.*

Tactaque fumanti sulphure balet ouis.

Sil. *lib.* 15.

———cui mille sub altis Lanigera balant stabulis.

¶ Balare, ad hominem translatum. Varr. 2. *de re rustic. cap.* 3. Cui Cossinius, Quoniam satis balasti, inquit, ô Faustule noster, accipe à me cum Homerico Melanthio Cordo de capellis. Id est, tractasti & docuisti de ouibus, quarum proprium est balare.

Balatium dicebant antiqui, quod nos Palatium. Vide suprà in litera B. statim initio.

Balito, as, frequentatiuum. Plaut. *in Bacch.* pastor harum dormit, quum eæ eunt. Sic à pecu balitantes.

Bālītŭs, us, nomen. {βληχή, βλήχημα. GALL. *Beellement, cri de brebis.* ITAL. *Voce di pecora ò di agnello.* GERM. Das blären eines schaffs. HISP. *El balido de ouejas ò corderos.* ANGL. *Bleating.*} Plin. Gustatum à pecore, caprisque balatum concitat.

Bălătrōnēs, inquit Festus, & Blateas, antiqui appellabant, bullas luti ex itineribus, aut quod de calceamentorum soleis raditur. Balatrones pro nihili hominibus, & nullius pretij videtur accepisse Varro *de re rustic. lib.* 2. *cap.* 5. quum inquit, Videbo iam vos balatrones, & huc afferam meum corium, & flagra. ¶ Dicti autem putantur Balatrones à balatu & vaniloquentia, vt annotauit Porphyrion in illud Horatij 1. *Ser. satyr.* 2.

Mendici, mimæ, balatrones, hoc genus omne
Mœstum, ac sollicitum est cantoris morte Tigelli.

BĂLAVSTIVM, {βαλαύστιον. GALL. *La fleur d'vn grenadier.* ITAL. *Fiorell di melagrana.* GERM. Granatapfelblüt. HISP. *Flor del granado.* ANGL. *The floure of an pomegarnette.*} Flos mali punici, vtilis non modo medicinis, sed etiam tingendis vestibus, quas sibi concolores facit. Propriè autem hoc nomine appellatur syluestris puniceæ flos: nam satiuæ Cytinus dicitur.

Balaustinus, a, um, vt Balaustinus color, à floris huius similitudine dictus.

Balbina, Virgo Romana & martyr Quirini, liberata à strumæ vitio per Alexandrum Pontificem, sepulta in via Appia iuxta patrem: qui ambo sub Traiano sunt passi. Autor Volater.

Balbura, Βάλβουρα, ω. Vrbs Lyciæ. Steph. Vide *Bude* apud eundem.

Balbus Cornelius. Vide *Cornelius*.

BĂLBVS, qui vitio linguæ non bene potest exprimere verba & obscurè loquitur, hæsitans. ¶ Hoc vitio laborauit Aristoteles & Alcibiades, qui R in L detorquebat. Scal. *lib.* 1. *de causis L. L. cap.* 14. {עלג *illégh.* ψελλός. GALL. *Begue.* ITAL. *Balbo.* GERM. Stammler/statzer. HISP. *Tartamudo.* ANGL. *A staffler, a stammerer or stutterer.*} Persius *Satyr.* 1.

Rancidulum quiddam balba de nare loquutus.

Cic. 3. *de Orat.* Quumque ita balbus esset, vt eius ipsius artis, cui studeret, primam literam non posset dicere, &c.

Bālbē, aduerbium, Obscurè, imperfectè, blæsè. Nonius *ex Varrone.*

Bălbūtio, is, Imperfectè loquor, quadam linguæ hæsitatione & confusione trepido. {נלעג *nilhágh.* ψελλίζω, ψελλόω, ψελλισμός. GALL. *Begayer, parler mal & indistinctement.* ITAL. *Balbetare.* GERM. Stammlen/sich bestig an der red stossen. HISP. *Tartamudear.* ANGL. *To stafle, stammer or stutter in speaking.*} Horat. *in Serm.*

Balbutit Scaurum prauus faltum malè talis.

Id est, balbutiendo appellat Scaurum. Solent enim parentes filiorum puellorum adhuc infantiam imitari, blandiq. cum illis colloquturi. Cic. 3. *Tusc.* Me quidem autore etiam Peripatetici, veteresque Academici balbutire desinant aliquando.

Bălbūtĭnārī, significat, lingua balba loqui, sicut senes. {ψελλίζω, ψελλίζειν. GERM. Stamlen/oder statzgen. ANGL. *To staffle or stutter in speaking.*}

Balcea, vrbs citra Propontidem. Steph.

Baldraca, Puella generis obscuri, peregrinæque conditionis, quæ quamuis multarum rerum ob paupertatem esset indiga, noluit tamen corporis sui facere copiam Othoni Imperatori, quamuis multas promittenti, vt scribit Volater.

BĂLEĀRĒS, {βαλεαρίδες. Vide *Maiorica & Minorica.*} Duæ insulæ ante Hispaniam, 30000. passuum interuallo à se inuicem distantes, quarum maior, quæ Orientem spectat, 100000. passuum longitudinem habet, circuitum autem passuum 480000. cuius præcipua oppida olim fuerunt Palma, & Pollentia. Alterius in 60000. tantum passuum longitudo extenditur: circuitus autem in passuum 150000. ¶ Dictæ Baleares, (vt quidam volunt) à Baleo quodam Herculis comite ibi relicto. Aut certè ἀπὸ τοῦ βάλλειν, hoc est, à iaculando, propterea quod fundæ iaculatione Baleares peritissimi habiti sunt. Tradit enim Lycophron, & post eum Florus *lib.* 3. *c.* 8. eam hisce in insulis obseruatam fuisse consuetudinem, vt esurientibus filiis à matribus ientaculum in sublimi trabe proponeretur, quod illi contingere non poterant, nisi prius funda deiecissent. A Græcis dicti sunt γυμνήσιοι, eo quòd nudi aliquandiu vitam egisse dicantur, nec vestibus vtentes, nec calceis. In hisce insulis tantus olim cuniculorum prouentus fuit, teste Plin. *lib.* 18. *cap.* 52. vt in eos præsidium militare ab Augusto petere sint coacti. Hodie ab Hispanis, quorum imperio parent, Maiorica, & Minorica appellantur. {GERM. Zwo Insulen bey Hispanien/welche jetzt Maiorica vnd Minorica geheissen werden.} ¶ Baleares etiam dicuntur incolæ harum insularum. ¶ Inde fit possessiuum Balearis, & are. Virg. *lib.* 1. *Georg.*

Stupea torquentem Balearis verbera fundæ.

Bălĕārĭcŭs, a, um: vt, Balearica funda. Ouid. 2. *Met.*

Non secus exarsit, quàm quum Balearica plumbum
Funda iacit: volat illud, & incandescit eundo.

¶ Balearica vina. Plin. *lib.* 12. *cap.* 7. Balearica vina ex insulis, conferuntur Italiæ primis. Balearicæ cochleæ quæ herbis non viuunt, sed vuæ modo inter se cohærent, à terræ cauis non prorepentes: vnde & cauaticæ à Balearibus appellantur. Autor Plin. *lib.* 8. *cap.* 39.

Balesium, autore Plinio, Apuliæ oppidum est maritimum, non procul à Brundusio. Plin. *Lib.* 3. *cap.* 11.

Baliardus, Philosophus quidam Græcus ac Peripateticus, Parisiis prodiit vir doctissimus, ab orthodoxis tamen in quibusdam aberrans, ex quibus nec per synodum iussu regis Ludouici huius gratia coactam auelli potuit, sed in quodam loco deserto, cum sociis nonnullis omne æuum abstinendo exegit. Volaterranus *lib.* 22.

Balias, siue Balius. (nam & in Græcis quibusdam codicibus βαλίας legitur, in aliis βαλιός, vnus fuit ex equis Achillis, à Baleo colore ita dictus. Commemorat autem Hom. *lib.* 6. *Iliad.* tres Achillis equos, quorum duos Baliam & Xanthum immortales fingit, ex Zephyro vento, & Podarge Harpyia prognatores: tertium autem mortalem, nomine Pedasum.

Balienus, Auunculus Catilinæ, Lucretium Asellam, consulatum contra voluntatem Syllæ ad perturbandum ciuitatis statum petentem occidit iussu Syllæ tunc Dictatoris, accusatus postea, ac damnatus. Pædianus.

Balimenses, populi in Latio, qui aliàs Trebulani dicuntur. Plin. *lib.* 3. *cap.* 5.

Bălĭneum, & Balineæ, arum, idem quod Balneum, & Balneæ, arum. {מרחצת *marchetseth.* βαλανεῖον. GALL. *Bain ou estuues.* ITAL. *Bagno.* GERM. Bad. HISP. *Baño.* ANGL. *Stewes or bayne.*} Cic. *Attic. lib.* 2. Balineum calefieri iubeo. Plaut. *Pœnul.* Numnam ita balineis circunductus pallio? Plinius *Epistol.* 3. Quid balineum illud, quod pluribus sol implet, & circumit? Dictum autem putatur Balineum, ἀπὸ τῶν βαλάνων, hoc est, à glandibus quæ in balneis succendi solent. Scribit enim Suidas glandes hominibus apud antiquissimos, cortices verò earum igni alimenta præbuisse.

[Baliotos vult Alciatus dici Afros à balio colore tritici. Vide Plaut. *in Pœn.* 5. 5.]

Balis, vrbs iuxta Libyæ Cyrenem, Βάλις, dicta quòd Balis Deus in ea coleretur. Steph.

[Balista, vide *Ballista.*]

Bălĭŭs color, {βαλιὸν χρῶμα. GALL. *Bay, bayard.* ITAL. *Baio.* GERM. Kesten braune farb. HISP. *Vayo.* ANGL. *Browne like a chesten.*} In equis laudatissimus est, à quo Homerus vnum ex equis Achillis Balium, siue Baliam appellauit. Nonnulli varium interpretantur, maculisque multis distinctum. Tylesius autem in libello de coloribus, eundem esse existimat cum eo, qui & Spadiceus, & Baius, & Phœniceus appellatur.

[Balinus, nomen officij est, quod in sermonem transiit ex Gallico. Est prætor, qui ruri causas audit: diœcetus, nomarcha.]

Balla, vrbs Macedoniæ. Steph.

Băllārĭă, æ, à Romanis appellata est herba, quæ à Dioscoride λυχνὶς στεφανωματική, hoc est, Lychnis coronaria, & à Gallorum vulgo *Candelaria* dicitur. Vide Ruell. *lib.* 3. *cap.* 57.

[Ballerus, piscis lacustris. Rondel.]

BĂLLĬSTA, gemino ll, à βάλλω, iacio. Machina est qua saxa torquentur, vel sagittæ. De saxa iaciente (quæ & maior ballista appellari potest) Valer. Maxim. *lib.* 1. Quum telorum iactu perforari nequiret (intelligit serpentem ab Attilio Regulo interemptam) ad vltimam ballistarum tormentis vndique petitam, silicum crebris & ponderosis verberibus procubuisse, &c. Et siue trabs, quæ versilis appellatur, fuerit, siue alterius generis, modò saxa maiora & grauiora iaciat, hoc nomine intelligitur.

Quàm graue Ballista mœnia pulsat onus,

Ouid. *Eleg.* 2. *lib.* 1. *Trist.* Meus est ballista pugnus, Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Vide *Exballistare.* ¶ De sagittas iaciente (quæ & minor) Lucan. *lib.* 2.

Tortaque per tenebras validis ballista lacertis
Multifidas iaculata faces.

Et D. Hieronymus *contra Iouin.* Ballista quanto plus retrahitur, tantò fortiùs emittitur. {Hanc Heb. מכי *mechi.* Græci βάλλισμα. GALL. *Arbaleste, instrument de guerre à ietter pierres ou autre choses.* ITAL. *Balestra.*

listra. GERM. Ein groeß/ein instrument mit dem man schleßt/ein schlinge. HISP. *Trabuco ò ingenio, ballestra.* ANGL. *An engin of warre to cast darles or stones, a sling,* dicunt.} quam & Phœnicas inuenisse Plin. tradit *lib.8.cap.56.* & aliis Saturnum à Ioue pulsum & in Græciam profugum ballistarum vsum docuisse scribentibus.

Ballistārium, locus vbi sita est ballista. Plautus, Intenta est ballista probè, quam ego haud multò pòst emittam è ballistario. Vbi etiam Ballistam accipere videtur pro telo.

Ballistārius, ij, qui facit ballistas, ballistarum artifex. {ANGL. *A maker of slinges.*} Paternus *in l. vlt. D. de iur. immunitatu.*

[Balliui, vide *Baiiuus.*

Ballo. Gloss. Græcol. βαλλίζω ballare, saltare. nempe iactare corpus. Hinc Ballistea (quasi βαλλιστεία) & saltatiunculas coniungit Vopiscus *in Aurel.* vide Gloss. Græcol. Meursij.]

Ballōtē, {βαλλωτή. GALL. *Marrubin noir.* ITAL. *Marrobio nero.* GERM. Stinckender andorn. HISP. *Marrubios negros.*} Herba est marrubio similis, quæ & Melamprasion à Græcis appellatur. Officinæ Marrubiastrum vocant, aut Marrubium nigrum. Vide Dioscor. *lib.3.* Plin. *lib.27.cap.8.* & Ruell. *lib.3.cap.58.*

Ballucā, æ, vide *Balux.*

BALNEVM, & in plurali numero Balneæ, arum, vel Balnea, orum, {מרחצת *marchêtseth.* βαλανεῖον. GALL. *Bain ou estuues.* ITAL. *Bagno.* GERM. Bad/badstuben. HISP. *Baño.* ANGL. *A bayne or stewe, a washing place.*} Loca sunt publica, vel priuata, in quibus aut sanitatis, aut abstergendarum sordium causa lauamur. Cic. *Terentiæ vxori*, Labrum si in balneo non est, fac vt sit. Idem *Attico*, Balneum calefieri iubebo. Idem *pro Sext. Roscio*, Occiditur ad balneas Palatinas rediens à cœna Roscius. Illud autem ferè obseruatur à scriptoribus: Ille (hospes) in balneas iturus est. Huc veniet postea. Plaut. *Asin. sc.2. a.2.* De vsu & ratione lauandi in balneis ac religione legen. Plutar. *in Cato Cens.* Balnea in plurali numero de publicis tantum dicantur: Balneum in singulari, locus in domo nostra, vbi priuatim lauamur. Ratio huius diuersitatis videtur, quòd in publicis balneis plura ad lauandum fuerint loca. Habebant enim mulieres lauationes suas à viris separatas. Erant præterea in balneis tria veluti cœnacula (nisi regiones malis appellare) quorum summum plenum erat aeris calidi, qualia hodie sunt Germanorum hypocausta: hæc balneorum pars Laconicum vocabatur. In medio cœnaculo erant aquæ calidæ: in imo, frigidæ. Ex his facile ostendi potest quid sit discriminis inter balneas, & thermas. Balnea enim tantum dicuntur in quibus lauamur. Vnde summa illa balneorum pars, quam Laconicum vocari diximus, & cryptæ quædam siccæ in littore Baiano calidi aeris plenæ, balneorum appellatione non veniunt, quæ tamen Thermæ aptè dici possunt. Thermæ enim dicuntur quæcunque loca calida, siue illa sicca sint, siue calidis lotionibus accommodata. Frigidum itaque balneum sub thermarum appellationem non venit. Nam θέρμη calorem significat. Valla *in Raudensem* huiusmodi ponit differentiam, vt Thermæ dicantur quæ natura calida sunt. Balnea etiam quę calefiunt igni. Quod non omnino verum esse constat multis tum Martialis, tum aliorum testimoniis, qui Neronis & Titi balnea Thermas vocant, quæ certè igni calefiebant. [¶ Balneum est etiam potus genus non delicati. Luitprand. *in Leg.* Non proderit tibi balneum, quo te assiduò potas in amore beati Ioannis præcursoris. Gloss. Meurs. [Vnde autem dicatur Balneum, vide supra in dictione *Balineum.* ¶ Teneri calidis balneis, ἁπαλοὶ θερμολουσίαις, in molles & luxu diffluentes dicebatur. nam antiquitus calida balnea deliciarum nomine taxata fuisse vel Homerus testis est *Od. θ.* inter voluptariæ vitæ delicias ea commemorans. ¶ Herculana balnea, Ἡράκλεια λουτρά. De impendio feruentibus balneis dicebatur, quales legimus & thermas Neronianas. Aristoph. *in Nebulis.* ¶ Quid cani & Balneo? τί κυνὶ καὶ βαλανείῳ. Quadrabit in eos qui ad rem quampiam prorsus sunt inutiles: ita vt in balneo nullus est omnium canum vsus. Hoc Adagio vtitur Lucianus aduersus indoctum, & in Parasito.

Balneŏlum, diminutiuum est. Iuuenal. *Satyr.7.*

——quum iam noti celebrésque poëtæ
Balneolum Gabijs, Romæ conducere furnos Tentarent.

Balnĕāria, orum, Ea pars villæ, siue ædium, in qua balnea sunt, & nonnunquam etiam ipsum balneum. } τὰ λουτρὰ, τὰ βαλανεῖα. GALL. *Le lieu ou la maison ou sont les bains & estuues.* ITAL. *Luogo da bagni ò stuffe.* GERM. Das orth im hauß/da die badstub oder das bad ist. HISP. *El lugar donde ay baños.* ANGL. *Places where baynes, or stewes ar.*} Cic. *ad Quint. Frat. lib.3.* Sed tamen nihil ei restat præter balnearia, & ambulationem, & aluearium. *Ibidem.* In balneariis, assa in alterum apodyterij angulum promoui. Col. *lib.1.c.6.* Balnearia, Occidenti æstiuo obuertantur, vt sint post meridiem, & vsque in vesperum illustria.

Balnĕāris, e, quod ad balneum pertinet: vt, Balneare argentum, quo qui in balneo lauabant vtebantur. Scæuola *in l. vlt. de auro & argento legat.* Semproniæ dominæ meæ hoc amplius argentum balneare: quæsitum est an etiam id argentum quo diebus festis in balneo vti consueuit, legato cedat. Spartianus *in Adria.* Ex quo ille locus balnearis innotuit.

Balnĕārius, a, um, Balnearis, quod ad balneum pertinet. { βαλανευτικός. GALL. *Estant du bain, ou estuues.* ITAL. *Cosa pertinente à bagni ò stuffe.* GERM. Das zu dem bad gehört. HISP. *Cosa del baño.* ANGL. *Belonging to a bayne or stewe.* } vt, Vestis balnearia, Seruus balnearius. Item Balnearia instrumenta, cuiusmodi sunt olearia, lintea. Pro quibus etiam Balnearia absolutè, Apul. *lib. 3.* Milonem iussit cum balnearibus assequi.

Balneātor, qui curam habet balnearum. { βαλανεύς. GALL. *Maistre des bains ou estuues.* ITAL. *Maestro de bagno, stuffaro.* GERM. Ein bader. HISP. *El bañador.* ANGL. *Maister of the baynes or stewes.*} Cic. *pro Cal.* Familiaris facta erat balneatori. Plaut. *Pœn.* Omnes amatores balneatores fiunt. ¶ Huius fœmininum est balneatrix, βαλανεύτρια. Mulier cui balnei curandi cura incumbit.

Balneātōrius, a, um. ¶ Balneator. { βαλανευτικός. ANGL. *Maister of the baynes or stewes.* } Id nomine vulgato conuitio dicebatur in hominem alienarum rerum plus satis curiosum. Propterea quòd huiusmodi genus hominum, quoniam in otio viuit, neque suis negotiis destinetur, aliena curare consueuit. Quod ad balneum pertinet, βαλανευτικός. Mart. Iurecons. Instrumento balneatorio legato balneatores continentur, quoniam sine his balneæ vsum suum præbere non possunt.

Balæum, Βάλαιον, vrbs Macedoniæ. Steph.

Balsa, Βάλσα. A Plin. *lib.5. cap.2.* numeratur inter Cyrenaicæ regionis oppida. ¶ Est etiam hoc nomine vrbs Lusitaniæ, non procul e Sacro promontorio, & Anæ fluuij ostiis, quæ vulgo nunc *Tauila* dici credunt. Commemoratur à Plin. *lib.4. cap.22.* & Ptolem. *lib.2. cap.5.*

Balsămita, vt inquit Dioscorid. albæ violæ, lilij autem pyracanthæ magnitudine conspicitur, folium rutæ proximum, atque longe candidius, perpetuò virens. In Iudæa solum quadam valle, & Ægypto nascens, his differens modis: scabritia, proceritate, gracilitateque: cui igitur tenui & capillacea coma est, Theristum vocant, quasi demessile. Fortasse quoniam ob gracilitatem facilè demetatur. Plura Plin. *lib.12. cap.25.* Theoph. *lib.9. cap.6.*

Balsămum, neutri generis. {בשם *bassám* צרי *tsori.* βάλσαμον. GALL. *Baume.* ITAL. & HISP. *Balsamo.* GERM. Balsam. ANGL. *Balme hearbe.*} Arbuscula vini terrarum Iudææ quondam concessa, viti similior quam myrto. Virg. 2. *Georg.* Quid tibi odorato referam sudantia ligno Balsamaque, & baccas semper frondentis acanthi? Seritur malleolis, vt vitis, & colles implet vinearum modo, sustinens sese sine adminiculis. Intra tertium annum est fructifera: proceritas intra bina cubita subsistit. Præfertur omnibus odoribus. Inciditur vitro, lapide, osseisve cultellis, & succum emittit eximiæ suauitatis, quem Opobalsamum dicunt. Nam ὀπὸς Græcis succus est. Summa Opobalsami probatio est vt lac coaguletur, & in veste maculas non faciat. Lignum quoque eius in pretio est, Xylobalsamum appellatum, quod officinæ vnguentorum pro succo substituebant. Carpobalsamum, fructus balsami: καρπὸς enim Latinè fructus. Vide Plin. *lib.12. cap.25.*

Balsamelæon. { βαλσαμέλαιον. ANGL. *Iuice of balme hearbe.*} Succus est oleo persimilis, qui ineunte autumno, ex imis balsami fruticis partibus scarificatis profluit: vt post Aëtium refert Ruell. *lib.15. cap.35.*

Balsaminus, a, um, adiectiuum, vt Balsaminum oleum, βαλσάμινον. Plin. *lib.23. cap.4.* Balsaminum longè pretiosissimum omnium, vt in vnguentis diximus, contra omnes serpentes efficax.

Balteús, & Balteum in singulari, in plurali neutrum tantùm. {אבנט *abnét* אזור *ezór.* ζωστήρ. GALL. *Baudrier.* ITAL. *Correggia, cinta da spada.* GERM. Ein rütter gürtel/mit spangen oder bullen geziert/ein waffen riemen. HISP. *Vanda de cauallero, tiros d'espada.* ANGL. *Armord girdle.*} Militare cingulum, vel zona bullis ornata. Virg. 12. *Æneid.*

——infelix humero quæ apparuit alto Balteus.

Balteum, inquit Varro, est cingulum è corio bullis ornatum. Idem, vt autor est Sosipater, Tuscum ait esse vocabulum, *in lib.18. rerum humanarum.* Plinius vult masculino genere funiculum significare: neutro autem lora ad alligandum apta. Balteus gladij. Senec. *Epist.77.* Sinus togæ, velut Balteus. Quint.

Batia, Insula est in mari Germanico, quæ mari baltico nomen dedit. Meminit huius insulæ Plin. *lib.4. cap.13.*

Balux, ucis, Minutior auri particula ab Hispanis dicitur, cuiusmodi in arrugiis, aut puteis penè puræ inueniuntur, nullàque opus habentes coctione. A Græcis χρυσάμμος, quasi aurea arena dicitur. { HISP. *Oro de tibar no apurado* vocant. ANGL. *A peece or wedge of gold.*} Plin. *lib.33. cap.4.* Aurum arrugia quæsitum non coquitur, sed statim suum est. Inueniuntur ita massæ, nec non in puteis etiam denas excedentes libras. Palacras Hispani, alij Palacranas, iidem quod minutum est Balucem vocant.

Bămbăcīon, βαμβάκιον, βάμβαξ, καὶ βαμβακίς Suidæ. {ANGL. *Cotton.*} Lanæ genus candidissimum, in exiguo nascens frutice, quem nonnulli Gossipion, plures Xylon appellant, teste Plin. *lib.19. c.1.* Fert hic frutex fructum barbatæ nuci non dissimilem, quæ dehiscens velut inculcatum lanæ glomum detegit, ex qua deinde vestes fiunt, quæ à nonnullis bambacinæ appellantur, à peritioribus Xylinæ, vel Gossipinæ. Vulgus *Cotonium* vocat, à similitudine fortasse illius lanuginis, quæ foris in malo cotoneo gignitur. Vide Ruell. *lib.2. cap.150.*

Bambalio, socer M. Antonij, quod Cic. à balbutiendo deducit *Phil.2.*

[Bambata, æ. Scilla quæ aliquo intinctu condita est, à βάμμα, quod, vt Hesychius docet, est Syracusis pro ἔμβαμμα intinctus. à βάπτω.]

Bamberga, vrbs Episcopalis Franconiæ.

Bamborum, flumen Mauritaniæ crocodilis & hippotamis refertum, vt scribit Plin. *lib.5. cap.1.*

Bambyce, Βαμβύκη Straboni. Mesopotamiæ ciuitas est, siue (vt Plinio placet) Syriæ Cœles, in qua Atergatis dea colebatur. Hæc alio nomine Hieropolis, hoc est, sacra ciuitas, appellatur, & Edessa. Vide latiùs in dictione *Edessa.*

[Bammon, vasculum aceti, appositum ad intingendum in mensâ. Lex. gr. b.]

Banas, apud Plin. *lib.5. cap.1.* Romanorum colonia est in Mauritania Tingitana, Valentia cognominata.

Banaurides, Βαναυρίδες, insulæ Thusciæ, à Banauro filio Aiacis, Steph.

Bănausus, { חרש *charásch.* βάναυσος. GALL. *Mecanique, artisan.* ITAL. *Mecanico, artigiano, artiere.* GERM. Ein handtwercksman/der ob dem feur vnd in dem ofen sein arbeit macht. HISP. *Suzio, hazedor de alguna arte ò obra.* ANGL. *A handie craftisman, a man of occupation.* } Propriè dicitur artifex, qui circa caminos & fornaces exercetur, quique opera sua igni conficit. βαῦνος enim Peloponnesis caminus est, & αὔειν, incendere. Per translationem tamen latius sumitur ad viliores omnes operas, quæ manuum opificio victum quæritant. Id quod & Hieronymus annotauit *lib.1. aduersus Pelagium.* Arist. *in Polit.* inter seruum & banausum hoc vnum interesse ait, quòd ille natura seruit, banausus mercede.

Bānchus, βάγχος, piscis marini genus, quem & Myxona vocari autor est Plin. *lib.32. cap.7.* ¶ Est & Banchus inter mugiles minimus, quem Aristoteles Chelonem vocat.

Bandum, βάνδον, signum & vexillum.

Banitæ, al. Balsanitæ, populi Thraciæ. Steph.

Bantia, Βαντία, vrbs Italiæ. Steph.

Banti, populi Thraciæ, Βάντιοι, Steph.

Bannum, Exilij species, quæ antiquis dicebatur Proscriptio. { ANGL. *A maner of condemnation that who soeuer findeth a man may kill him.* } Hinc Banniti dicebantur qui carebant iure togæ, quibus aqua & igne interdictum erat. *C. de exili. & cler. in no.*

Banurri, Getuli sunt, incolæ Tingitanæ prouinciæ, vt scribit Plin. *lib.* 5. *cap.* 1.

[Bapheus, tinctor. Baphiorum procurator. Buleng.]

Báphia, { βαφεῖα. GALL. *Tinturerie, le lieu où on teind.* ITAL. *Tintureria.* GERM. Die färberein oder da man färbt. HISP. *Tintoreria, lugar de tintores.* ANGL. *The place where they die, a dieing house.* } Dicuntur loca tincturæ in quibus tinguntur panni, nos Tinctoria dicimus. Lampridius *in Alexand.* scribit Probum fuisse baphiis præpositum. Βαφὴ enim tinctura dicitur, vnde Dibapha, bis tincta. Hinc adiectiuum Baphicus, id est, tinctorius, vt Coccus baphicus, granum tinctorium. Vide Dioscoridem & Galenum.

Bāptæ, βάπται, Athenis erant sacerdotes Cotyttûs, impudicitiæ deæ, cui nocturna sacra peragebant saltationibus, & omni voluptatum generi indulgentes. Dicti autem sunt Baptæ, ἀπὸ τοῦ βάπτειν, quòd qui sacris illis initiabantur, aqua calida tingerentur. Iuuenal. 2. *Satyr.*

Cecropiam soliti Baptæ lassare Cotytto.

In hos Eupolis Comœdiam conscripsit, quam ab illorum nomine Baptas appellauit, in qua mollitiem & eorum libidinem depinxit. Quam ob causam ab illis in mare præcipitatus est, & submersus. Vide plura de his apud Suidam, & Politianum *Miscellaneorum cap.* 10.

Bāptēs, βάπτης. Gemma est mollis, sed præstantissimi odoris. Plin. *lib.* 37. *cap.* 10.

BĀPTĪSMŬS, & Baptismum, βαπτισμός, & Baptisma, atis, βάπτισμα, Latinè immersio, vel intinctio dicitur, à βάπτω, immergo. { טבילה *tebilah.* GALL. *Baptesme.* ITAL. *Batesimo.* GERM. Tauff. HISP. *Baptismo.* ANGL. *Baptisme, dipping.* } Gregorius, βάπτισμα Græco eloquio dicitur, quod Latinè Tinctio: quia ibi homo Spiritu gratiæ in melius immutatur, & longè aliud quàm erat, efficitur. Primum enim fœdi eramus deformitate peccatorum, in ipsa tinctione reddimur pulchri dealbatione virtutum.

Bāptistērium, est locus, vel vas ex ligno, aut lapide ita ædificatum, vt in illud aqua infundi possit, in quam lauandi causa aliquis se possit immergere. { βαπτιστήριον. GALL. *Cuue, ou autre grand vaisseau dans lequel on se laue, lauoir.* ITAL. *Lauatorio.* GERM. Tauffstein/ badstein/ badzuber. HISP. *Lauador lugar do se lauan.* ANGL. *A fonte or veshell, to washin.* } Hoc in cellis, id est, in locis secretioribus solet constitui: quarum aliæ Caldariæ sunt, in quibus calida lauamur: aliæ Frigidariæ, in quibus lauamur frigida: aliæ Tepidariæ, in quibus tepida aqua abluimur. Plin. iun. *ad Apollinarem*, Cella frigidaria, in qua baptisterium amplum, atque opacum.

[Baptizo, as, βαπτίζω, est mergo, tingo, lauo. à βάπτω intingo. religiosam & ecclesiasticam actionem significat in Christianismo. Quum eius vim Latini exprimunt, dicunt *tingere.*

Baquetes, qui vsitatius *bacauda*, vel *Bagaudæ* dicuntur, pro rebellibus.]

Barabbas, per duplex bb, est Syra dictio, sicut & sequentes duæ, quæ apud nos significatur filius patris. { בר-אבא *bar-abbá.* Βαραββᾶς, GERM. Ein vatterson. } Componitur enim ex בר *bar*, quod apud illos filius dicitur, & אבא *abbá* pater. Sedulius,

Tum coluère Baal, tunc elegere Barabbam.

Barace, insulæ Gedrusiæ. Steph.

Barach, ברק *barák.* Nomen viri proprium, & apud nos significat fulmen.

Baracum, Βάρακον. Oppidum Africæ in tractu Cyrenaico; cuius meminit Plin. *lib.* 5. *cap.* 5.

Baracura, Βαράκουρα. Emporium Indiæ extra Gandem, autore Ptol. *lib.* 7. *cap.* 2. hodie *Bangella* ciuitas fœcundissima, & regnum latissimum.

Baragala, Æthiopiæ oppidum, de quo Plin. *lib.* 6. *cap.* 29. Aliqui vnum Æthiopiæ oppidum vltrà ponunt in littore Baragala.

Baramalacum, Nabathæorum oppidum non spernendum in ea parte Arabiæ, quæ est contermina Syriæ, vt autor est Plin. *lib.* 6. *cap.* 28.

Barangi, hi claues seruabant vrbium, in quamcunque ciuitatem Imperator venisset.

BĂRĂTHRVM, { תהום *tehom.* βάραθρον. GALL. *Abisme, gouffre, lieu profond & dangereux.* ITAL. *Abysso, profundità.* GERM. Ein grausame tieffe grub/ oder loch/ein solchen war vor zeiten zu Athen vnden voll maur vnd kaat/ in welches sie die vbelthäter versanckten. HISP. *Lugar sin hondo, abismo.* ANGL. *A deep and dangerous gulffe or pitte.* } Locus Athenis fuit immensæ profunditatis, in imo mollis & cœnosus, in quem noxios & damnatos deturbabant. Hinc factum est, vt loca omnia profunda, vnde quis emergere non possit, ab illius similitudine Barathra dicantur: cuiusmodi apud inferos Tartarum fingunt poëtæ, qui Bis patet in præceps tantùm, tenditque sub vmbras Quantus ad æthereum cœli suspectus Olympum. ¶ Hoc etiam nomine appellantur terræ cauitates, quæ fluuios hauriunt, aliis in locis rursus emersuros. Transfertur quoque ad alia. Martialis Barathrum fœmineum, pro locis mulieribus dixit. Idem stomachi imum hiatum Barathrum appellauit, quum ait, Extremo ructus si venit à barathro. Horat. de lurcone quodam loquens *lib.* 1. *epist.* 16. vsurpat pro ingluuie & voragine. Apud Demosthen. ponitur pro pernicie, vt annotauit Harpocration.

Barathrus, βάραθρος, barathro dignus: vt ὄλεθρος Græcis pro aduectione vsurpatur.

BARBA, vtroque numero, non solùm hominum, sed & brutorum quadrupedam est, { זקן *Zakan.* πώγων. GALL. *Barbe.* ITAL. & HISP. *Barba.* GERM. Ein bart. ANGL. *A beard.* } Plaut. *Bacchid.* Cano capite, atque alba barba. Virg. 2. *Æneid.*

Squallentem barbam & concretos sanguine crines.

Horat. *lib.* 1. *Sermon.*

Vtque lupi barbam varia cum dente colubræ.

Plin. *lib.* 28. *cap.* 13. Afferunt & magni fica commenta: primum omnium, rabiem hircorum, si mulceatur barba, mitigari. Silius numero plurali etiam de homine dici posse ostendit *lib.* 13.

Indeciles nunc propexis in pectora barbis
Verrere humum.

Huius nominis composita possunt declinari secundùm tertiam & secundam declinationem: vt Imberbis, & hoc Imberbe: imberbus, a, um, quod est sine barba.

Et nitet inducta candida barba gelu.

Ouid. *Eleg.* 14. *lib.* 3. *Trist.*

(Tum) *Barba resecta mihi bisve, semélve fuit,*

idem *Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.* Barbam radere & rasitare desinebant rei. Gell. *cap.* 4. *lib.* 3. Veteres quando barbam radebant, *ibidem. & lib.* 13. *cap.* 8. Homines desides operti barba & pallio, *idem lib.* 2. *cap.* 9. Heus tu qui cum hircina astas barba. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 4. Barba aurea Diis tribuebatur, vt Ioui, Neptuno, & Æsculapio apud Valer. *lib.* 1. Ob id dixit Persius, Præcipui sunto, sitque illis aurea barba. Sueton. *in Caligula*, Plerunque verò aurea barba fulmen tenens, ac fuscinam, aut caduceum Deorum insignia. ¶ Ante barbam doces senes, πρὸ τῆς πώγωνος διδάσκεις τοὺς γέροντας. Quum imberbis maiorem natu docet. Est autem figura prouerbialis, quod ait Persius, Ante pilos. ¶ Barba non facit Philosophum, οὐ τὸ φιλοσόφους πωγωνοτροφίας ποιεῖν. Plutarch. Conuenit in eo, qui barba pallióque philosophos se profitentur, quum cætera cultui non respondeant. Hæc non conueniunt barbæ illi atque togæ Philosophorum. Quintil. Barba autem ponebatur in luctu. Sueton. *in Calig. cap.* 5. *&* 10. & Suet. *in Neron. cap.* 12. ¶ Πρεσβύτην πώγων. de prolonga barba dicebatur Aristoph. *in Concionantibus.* ¶ Barba tenus sapientes, Ἐκ πώγωνος σοφοί, καὶ, ἀπὸ πώγωνος σοφισταί, καὶ, ἀπὸ πώγωνος φιλόσοφοι. id est: Barba tenus sapientes, & sophistæ & philosophi. Vsurpatur apud Plutarch. Huc allusit Horatius quum ait, iussit sapientem pascere barbam. ¶ Barbam vellere, τὸν πώγωνα τίλλειν. Sumptum à gestu, quo summum contemptum ac ludibrium significamus.

Bărbŭlă, æ, diminutiuum. { πωγωνάριον. GALL. *Barbette, petite barbe.* ITAL. *Picciola barba.* GERM. Ein bärtlin. HISP. *Pequeña barba.* ANGL. *A litle beard.* } Cic. *pro Calio*. Aliquis mihi ab inferis excitandus est ex barbatis illis: non hac barbula, qua ista delectatur, sed, &c.

Bărbātus, dicitur qui barbam habet, { ἐυπώγων. GALL. *Barbu.* ITAL. *Barbuto.* GERM. Gebartet/ der ein bart hatt. HISP. *Barbado con barba.* ANGL. *That hath a beard, bearded.* } Vnde illud, Si promissa facit prudentem barba, quid obstat Barbatus possit quin caper esse Plato: Cic. 1. *de natur. Deorum.* Isto enim modo dicere licebit, Iouem semper barbatum. Barbati prouerbiali ioco apud Romanos dici consueuerunt, homines prifcis ac simplicibus moribus, rusticanæque veritatis: quòd illic serò receptum sit barbam radere, aut tonderi. Plin. *lib.* 8. *cap.* 59. Cic. *de Finib.* Barbatus, pro forti, vel magnæ auctoritatis. Persius *de Socrate,*

——— *Barbatum hunc crede magistrum*
Dicere sorbitio tollit quem dura cicuta.

Iuuenal. *Sat.* 16.

Bărbātŭlus, diminutiuum. { ANGL. *That hath a yong beard.* } vt, Barbatuli iuuenes, & Mulli barbatuli. ὑποπώγωνες. Cicer. *in Paradox.* Barbatulos mullos exceptare de piscinis. Idem *ad Att. lib.* 1. Concursabant barbatuli iuuenes: totus ille grex Catilinæ.

Bărbĭgĕr, a, um, adiectiuum, qui barbam gerit. { πωγωνοφόρος. GALL. *Qui porte barbe.* ITAL. *Chi porta barba.* GERM. Der ein bart tregt. HISP. *Cosa que tiene ò trae barbas.* ANGL. *That beareth a beard, bearded.* } vt, Barbigeræ pecudes. Lucr. *lib.* 5.

Quippe videre licet pinguescere sæpe cicuta
Barbigeras pecudes: homini quæ'st acre venenum.

Bărbĭtium, ponitur pro barba, { ANGL. *A beard.* } Apuleius, Hircino barbitio Philosophorum mentiebatur.

Barbalissus, Βαρβάλισσος, castellum in Oriente muris cinctum. Steph.

Barbara, Virgo Nicomediensis Dioscori nobilis viri filia, à quo in turrim est coniecta, quòd se Christianam profiteretur: ac pòst omnibus probris nudatum, conuerberatúmque corpus, ab eodem ad præsidem ducta, iugulatáque in eadem vrbe sub Maximiliano. Demum Venetiis (quò translata est) condita. Autor Volaterranus.

Barbarium, Βαρβάριον, apud Strab. *lib.* 3. Promontorium est Lusitaniæ, inter Tagi & Calybis ostia.

Bărbărŏlexis, βαρβαρόλεξις, figura, qua dictionem barbaram & peregrinam Latinæ, aut Græcæ admiscemus orationi: vt Gaza & Magalia, apud Virgilium.

BĂRBĂRĪ, { לעז *lobez.* βάρβαροι. GALL. *Barbares, qui ne sont point de nostre langue, estrangers, inciuils, mausades.* ITAL. *Rozzi nel parlare, mal costumati in lingua & prouincia esterna.* GERM. Die ein rauhe vnd grobe sprach haben/ Außlender mit frömbden sprachen. HISP. *Peregrinos en lengua y costumbres, barbaros.* ANGL. *Barbarous, that ar not of our language, that hath no ciuilitie.* } Factitio nomine, inquit Strab. *lib.* 14. dicti sunt ab initio, qui difficulter, asperè, atque duriter loquebantur, quasi duriloqui, & crassilingues: quemadmodum blæsi atque balbi dicuntur, qui lingua impediti sunt. Dicti Barbari à βάρβαρ, absona voce, in quam peregrini homines Athenas aduentantes, quum primùm Græcè loqui conarentur, identidem incidebant. Omnes igitur qui crassè loquuntur, Barbari dicuntur: quales olim habiti sunt omnes gentes, præter Græcos. Vnde Plautus Næuium Poëtam Latinum, Barbarum dixit, *in Menechm.* Nam os columnatum poetæ inesse audiui barbaro, cui bini custodes semper totis horis accubant. In eodem Lex barbarica, id est, Romana: & Marcus vertit barbarè, i. Romanè atque Latinè. Nunc etiam ab hoc nomine exempti sunt Latini, quòd hi mitiorem linguam habeant ac magis cultam. Quin etiam inter hos, si quis non rectè proferat, barbarè loqui dicitur. In summa, Barbari dicuntur illiterati, malis moribus, feri, crudeles. Cic. *pro Fonteio*, Immanis ac barbara consuetudo hominum immolandorum. ¶ Barbarus ex triuio, βάρβαρος ἐκ τριόδου. In hominem dicebatur extremæ humilitatis ac prorsum nullius pretij: perinde quasi dicas, extremum ac vilem seruulum alicunde è triuiis emptum, non dono datum, aut domi natum. Lucianus. Barbarus aliquando pro Latinus ponitur. Fit è causa mea Lydij barbari (id est, Italici.) Plaut. *Curc. sc.* 2. *a.* 1. Os columnatum inesse poetæ audiui barbaro, (i. Latino, Næuio sc.) Plaut. *Mil. sc.* 2. *a.* 2. Et Barbarè vertit, id est, Latinè. apud Plaut. *in prolog. Asin.* Et barbarica lex, i. Romana. de qua te infrà. Contrà etiam Barbarus Latino: item barbarè scribere, & latinè, opponuntur, sicut Barbara, & Latina terra. Ouid *Eleg.* 1. *lib.* 3. *Trist.*

Si qua videbuntur casu non dicta Latinè:
In qua scribebat, barbara terra fuit.
Idem *Eleg. 1. lib. 5. Trist.*
Non sunt ipsa (scripta) suo barbariora loco.
& Velleius, Sermone barbarus, rudis studiis, &c.

Bārbărē, aduerbium, {βαρβαρικῶς, βαρβαρικῶς. ANGL. *Barbarouslie, rudelie.*} vt, Barbarè loqui, Cicer. 2. *Tusc.* vt enim si Grammaticum se professus quispiam, barbare loquatur. Barbarè vertit. i. latinè. Vide paulò antè. Quod nunc barbare loqui, olim rusticè dicebant. Gell. *cap. 16. lib. 13.*

Bărbărĭcus, a, um, {βάρβαρος. ANGL. *Barbarous, that speaketh rudelie.*} Eiusdem significationis est cum Barbarus, hoc est, ferus, & malis moribus. Apul. Feris ac barbaricis moribus. Virg. Barbaricum aurum dixit, pro multo, aut ex barbaria aduecto. *Æneid. 2.*
Barbarico postes auro, spolijsque superbi Procubuêre.
¶ Barbarica pauimenta, quæ & Subtegulanea dicebantur, ea testis tusis, rudere & calce constantia, & sistucis pauita: de quibus Plin. *lib. 36. c. 25.*
¶ Cœnum barbaricum, βάρβαρος βορβορικός, pro vehementi stupore mentis, apud Plaut. *de Repub. lib. 5.* Barbarica lege ius meum persequar. (i. Romana.) Plaut. *Capt. sc. 1. a. 3.* Quid tu vibes barbaricas iuras? (i. Italas.) *Ibid. sc. 1. a. 4.*

Bărbărĭcum, neut. gen. Clamor exercitus dicitur: quòd eo vociferandi genere Barbari vtantur. Festus.

Bărbărĭcarii, {ANGL. *weauers of cloth of baudkin, embroderers.*} Textores artificésque barbaricæ vestis, quæ ex auro & coloratis filis effigies hominum & animalium exprimuntur. Aliter Phrygiones dicuntur. Alciatus.

Bărbărĭă, βαρβαρία, Barbarorum regio, & gens fera. Cic. 3. *in Catil.* Quale bellum nulla vnquam barbaria cum sua gente cessit.
Inter inhumana nomina barbaria vrbes Graia.
Ouid. *Eleg. 9. lib. 3. Trist.*
Me sciat in media viuere barbaria.
Barbara quædam mentis exilium, tempus barbarúmque locum scriptorum, idem *Eleg. vlt. lib. 3. Trist.*
Barbariam, rigidos effugiámque Getas,
idem *Eleg. 1. lib. 6. Trist.* Barbaria, item Rusticitas, duritia, sæuitia, Cic. 1. *de Orat.* Neque enim si multitudo litium, si varietas causarum, si hæc turba, & barbaria forensis dat locum, vel vitiosissimis oratoribus, &c. Hic Cicero videtur barbariam pro barbariem posuisse, per communem oratorum phrasin. Ouid. 3. *Amorum Eleg. 7.*
Ingenium quondam fuerat pretiosius auro:
At nunc barbaria est grandis, habere nihil.
Id est, hic agrestis & rudis habetur, qui pauper est.
¶ Barbaricarium, vt Festus habet, appellatur clamor exercitus: videlicet, quòd eo genere barbari vtantur.¶

Bărbărĭēs, {βαρβαρότης. GALL. *Barbarie, inciuilité, ignorance, maussadeté.* ITAL. *Barbaria, inciuilità, crudeltà.* GERM. *Grobheit, vngeschicklichkeit.* HISP. *Barbaridad, fiereza, crueldad.* ANGL. *Barbaritie, inciuilitie, lack of knowledge, & good maners.*} Ad imitationem pertinet, & significat inciuilitatem feritatémque. Cic. *pro Corn. Balbo.* Inueteratam quandam barbariem ex Gaditanorum moribus disciplináque deleuit. ¶ Accipitur etiam pro ipsis barbaris. Idem 1. *de nat. deorum.* Ægyptij, & Syri, & ferè cuncta barbaries. ¶ Item pro vitioso, & inquinato sermone. Idem *de clar. Orat.* Sed omnes tum ferè, qui nec extra vrbem hanc vixerant, nec eos aliqua barbaries domestica infuscauerat, rectè loquebantur.

Bărbărĭsmŭs, βαρβαρισμός. Ea voce non vtebantur ante Augusti ætatem. Gell. *cap. 6. lib. 13. & cap. 20. lib. 5.* Vide Mart. *Epigr. 17. lib. 6.* Est contra Romani sermonis legem, aut scripta, aut pronunciata vitiosè dictio. Fitque duobus modis, scripto & pronunciatione: & hoc quadrifariam, adiectione, detractione, mutatione, transpositione literæ, syllabæ, temporis. Adiectione literæ, vt Reliquias Danaûm, pro reliquias: syllabæ, vt Mauors pro Mars: temporis, vt Italiam fato profugus, vbi prima syllaba quum corripi debeat, producitur. Detractione literæ, vt Argyripa, pro Argyrippa, apud Virg. 11. *Æneid.* syllabæ, vt Salmentum, pro Salsamentum: temporis, vt Feruere Leucaten, auroque effulgere fluctus. Mutatione literæ, fit barbarismus, vt Olli pro Illi: syllabæ, vt Pernices, pro Pernicies: temporis, vt Vnius ob noxam. Transportatione literæ, vt Tymbre, pro Tymber: temporis, vt dominus penultima producta.
¶ Barbarizo quidem est barbaris faueo, barbaros imitator moribus & sermone. Sed barbarismum à postremo hoc dicimus.¶

Barbesula, Hispaniæ Bæticæ oppidum est, in conuentu Gaditano: & fluuius, qui vrbi nomen fecit. Vide Plin. *lib. 3. cap. 1.*

Bărbĭtos, βάρβιτος, Instrumentum musicum quod pulsatur plectro, vel calamo. Hor. *lib. 1. Carm. ode 32.*
———age dic Latinum barbite carmen,
Lesbio primùm modulate ciui.
Fœminino autem genere vsus est Ouid. *in Epist. Sapphus ad Phaonem,*
Nec facit ad lachrymas barbitos vlla meas.
¶ Dicimus etiam Barbitum in neutro genere. Ausonius *in Philomusum,*
Hoc genere & chordas & plectra & barbita condo.

Barbus, siue Barbo, {ANGL. *A barbill fishe.*} Piscis mugilis specie, etiam barbatus, cuius rostrum longius, caudæ pinna rubescit: ouis vis purgatrix ad γαστρὸς ἐρεθισμὸν vsque. Ausonius,
Laberius lacus exercet barbe natatus.
Vide *Millus.*
¶ Barca, est nauigij genus, scapha, quæ onerariis subseruit. Gallis est *barque.* Italis & Hispanis *barca,* Belgis *barcke,* vel *bercke.*¶

Barce, Βάρκη, vrbs est quinque Lybiæ Cyrenaicæ vrbibus, quæ Pentapolim efficiunt, it a primum dicta à Barce regina: postea Ptolemais appellata: vt testantur Strab. *lib. vlt* & Plin. *lib. 5. cap. 5.*

Barcæi, Βαρκαῖοι, eiusdem huius incolæ. Virg. 4. *Æneid.*
Hinc deserta siti regio, latéque furentes Barcæi.
¶ Est item Barce promontorium in occidua Africæ parte, Oceano immanens: cuius meminit Plin. *lib. 5. cap. 1.*

Bărcēnĭs, sylua est Germaniæ, Sueuos à Cheruscis diuidens. Volaterranus credit eam esse, quæ hodie sylua nigra vocatur, non procul ab agro Badensi. {GERM. *Der Schwartzwald.*}

Barcha, cognomen fuit nobilissimæ apud Carthaginenses familiæ, ex qua fuerunt Annibal & pater eius Amilcar. ¶ Inde Barchina factio est, quæ Barcharum potentiæ fauebat, & eorum in gerendo bello authoritatem sequebatur. Frequens eorum mentio est apud Liuium *lib. 2. bell. Pun.*

Bărcĭno, Βαρκινών Ptolemæo, vrbs est apud Hispanos, totius tractus Tarraconensis celeberrima, quæ vulgò *Barcelona* dicitur. Ausonius *ad Paulinum,*
Tarraco, & ostrifero superaddita Barcino ponto.

Bardaicus Iudex. Iuuenal. 16. ¶ Item Gallus militaris.

Bardariōtæ, milites stationarij cum baculis ante ianuam custodientes, præeuntes Imperatorem equitantem, turbam submouentes, quibus præerat Primicerius, Primiurgeus vestibus russis indutus. Lex. gr. b.¶

Bardecrate, vrbs est Galliæ Togatæ ad Apenninum. Autor Plin. *lib. 3. cap. 5.*

Bārdēsānēs, Βαρδησάνης, nomen proprium historici Babylonij, qui in duo dogmata Indos gymnosophistas diuidit, quorum alterum appellat Brachmanas, alterum Samaneos: qui tantæ continentiæ sunt, vt vel pomis arborum iuxta Gangem fluuium, vel publico oryzæ & farinæ alantur cibo: & quum Rex ad eos venerit, adorare illos solitus sit. Hic doctrina rerum cælestium, omnium Chaldæorum excellentissimus fuit, cuius mentionem facit Euseb. *lib. 6. Præparat. Euang.*

Bardesene, Mesopotamiæ præsul, Syrorum lingua doctissimus, & vehemens dialecticus, aduersus Marcionem patria lingua scripsit: sed & Græcè ad Antoninum, sub quo fuit, librum de Fato, aliaque complura, vt ait Euseb. *lib. 4.*

Bardines, Βαρδίνης, fluuius iuxta Damascum. Steph.

Bārdŏcŭcŭllŭs, genus vestis omni tempore commodæ, cum qua etiam cubare soliti erant imbrium tempore in castris milites, & in agris rustici. Martial. *Epigr. 128. lib. 14.*
Gallia Santonico vestit te bardocucullo,
Cercopithecorum penula nuper erat.
¶ Sunt qui dicant Bardocucullum esse tegmen capitis villosum, cuius vsus translatus sit à populis Galliæ, qui dicuntur Bardi. Bardiacus autem genus vestis quod cucullum non habet. Martial. *lib. 4.* Lassi bardiaci os quod euocati. Versus est Phaleucius.

Barduli, sunt Cantabrorum in Hispania populi, qui & Turguli & Turpari dicuntur, Plin. *lib. 4. cap. 22.*

Bārdŭs, Stultus, stupidus, hebes, tardus. {נבל nabál בער bâbar. βραδύς. GALL. *Morne, lourdaut, estourdi.* ITAL. *Stolto, pazzo, grosso.* GERM. *Ein narr, ein dölpel, vnuerstendiger.* HISP. *Grossero, bouo, que poco sabe.* ANGL. *Foolish sluttish, dull and slaw.*} Cic. *pro Cecin.* Nimis audacem, nimisque bardum. Idem *de Fato.* Stupidum esse Socratem dixit, & barbarum, quod iugula concaua non haberet. Bardi etiam apud Gallos vates erant, aut philosophi, qui virorum fortium laudes decantabant: de quibus Lucanus, Plurimi securi fudistis carmina Bardi.
¶ Bardiacus, ad bardos pertinens. Mart. *lib. 4. epigr. 4.*
Lassi bardiaci os quod euocati.
& Iuuenal. *Sat. 9.*
Bardiacus Iudex datur hæc punire volenti.

Barducium, hastile, iaculum, securicula leuis. Cerd. Rigalt.¶

Barea, oppidum est Hispaniæ citerioris, Bæticæ tamen adscriptum, vt scribit Plin. *lib. 3. cap. 3.*

Barene, Βαρήνη, vrbs Mediæ, vicina Ecbatanis. Steph.

Baretium, Βαρήτιον, regio ad mare Adriaticum. Idem.

Bargasa, vrbs Cariæ, à Bargaso filio Barges & Herculis, quem Lamus Omphales & Herculis filius persequutus est, Steph. Vide *Cyarda.*

Bārgeni, populi sunt Africæ, ex Troglodytis, vt scribit Plin. *lib. 6. cap. 29.* in descriptione sinus Maris rubri, Troglodytici, & Æthiopici.

Bārgŭs, Thraciæ fluuius est in Hebrum cadens, Plin. *lib. 4. cap. 1.* Flumina in Hebrum cadentia, Bargus, Suemus: vnde Bargusij.

Bargylia, orum, Βαργύλια, ων, Steph. Oppidum est Cariæ, ita appellatum à Bargyllo Bellerophontis comite, qui ex Pegasi ictu interiit. ¶ Vnde Bargylitici campi, quorum meminit Plin. *lib. 5. cap. 29.*

Bārgylus, mons Syriæ, in confinio Phœnices, cuius meminit Plin. *lib. 5. cap. 29.*

Bariades, Βαριάδης, Indorum rex, bellum aduersùs Dionysium gessit: meminit Steph. *in ciuitate* ——.

Bāris, Βάρις, apud Ægyptios dicebatur cymba, qua cadauera vectabant ad sepulturam. Propert. *lib. 3.*
Baridos & contis rostra Liburna sequi.
¶ Est item Baris Pamphyliæ oppidum, in præfectura Pisidica: cuius meminit Ptol. *lib. 5. cap. 5.* ¶ Est & fluuius Indiæ.
¶ Baritus, vide *Barritus.*¶

Barium, Βάριον Ptolemæo, Apuliæ oppidum est, teste Plinio *lib. 3. cap. 11.* quod seruato antiqui nominis aliquo vestigio, vulgò Barri vocatur. Horat. 5. *Satyr. 4.* Bari mœnia piscosi. Vbi Bari dixit, pro Barij.

Barnichius, Βαρνίχιος, fluuius est Peloponnesi, in Alpheum influens, qui & Enipeus appellatur à Strab. *lib. 8.*

Barnus, Barnutius, oppidum est Macedoniæ, prope Heracleam. Autor est Strabo *lib. 7.*

Bărōnēs, pro viris fortibus, quidam putant esse Latinum, citántque locum Cic. *ad Attic. lib. 5.* Apud Patronem & reliquos Barones te in maxima gratia posui. Verùm quum de Epicureis, à quibus tantopere in philosophia dissentiebat, in hac epistola loquatur, accipiatur sanè hic eadem in significatione, qua Cicero tribus aliis in locis vsus est, nimirum pro Bardo & stolido. Cic. *Epist. lib. 9.* Ille Baro te putabat quæsiturum, Vnum cœlum esset, an innumerabilia? Idem *de Diuinat. lib. 2.* Ad interpretem detulit, aquilam se in somnis visum esse factum. At ille, vicisti. Ista enim aue volat nulla vehementior. Huic equidem Antipho. Baro (inquit) victum te esse non vides? Ista enim auis insectans alias aues & agitans, semper ipsa postrema est. Idem 2. *de Finib.* Semper tibi in ore sunt, recta, honesta, digna imperio, omnia pericula pro Repub. mori pro

pro patria. Hæc quum loqueris, nos Barones stupemus. Atque in eadem significatione Persius dixit Varro *sat.* 5. sic enim rectè ibi legitur, & propter cognationem literarum B & V. facilè ex Baro Varo fieri potuit. Nam & in antiquis libris Libius, Fauius, &c. pro Liuius & Fabius reperitur.

Baroptenus, Plin. *lib.* 37. *cap.* 10. gemma est nigri coloris, sanguineis & albis notis distincta.

Băroŭiă, æ, prouincia est Vngariæ, siue Pannoniæ inferioris, soli fertilitate, panis, & præsertim vini abundantia & præstantia reliquas omnes ferè Vngariæ prouincias vincens: vnde etiam Pannonum lingua nomen traxit Baranya, quasi Bor annya, mater vini. Hæc prouincia duplex est, superior, cuius caput est Tholna, & inferior, cuius metropolis Lasco, vtraque Danubio celebris.

Barra, oppidum Orobiorum in Italia Transpadana, regione vndecima: Autor Plin. *lib.* 3. *cap.* 17.

Barthgadoth, βαρθγαδώθ, filius Tristitiæ: vt Timor Martis.

Barutus, vel Barutum, vide dictione *Berytos*.

Barigasa, insigne emporium Gedrosiæ. Steph.

Bărrŭs, {פיל *pil.* ἐλέφας. Gall. & Germ. *Elephant.* Ital. & Hisp. *Elephante, animal conocido.* Angl. *An elephant.*} Maximum animalium terrestrium, quod Elephantem vocant Græci pariter & Latini. Hor. *in Epod.*

Quid tibi vis mulier nigris dignissima barris?

¶ Hinc Ebur dictum putant elephanti dentes, quòd sit è barro.

Barrĭtŭs, us, Vox elephantis, {נהמת הפיל βρύχημα. Gall. *Le cry d'vn Elephant.* Ital. *La voce dell' Elephante.* Germ. Das geschrey der elephanten. Hisp. *Bramido de los Elephantes.* Angl. *The crying of an elephant.*}

¶ Barritus etiam dicitur Romanorum clamor militum, qui fit quum vtræque acies se iunxerint. Autor Vegetius *lib.* 3. *cap.* 18.

Basabocates, Galliæ populi sunt, teste Plin. *lib.* 4. *cap.* 19. Pictonibus vicini.

Basaltes, æ, βασάλτης, genus est marmoris ferrei coloris & duritiæ, ab Ægyptiis in vicina Æthiopia inuentum, cuius generis longè maximum Vespasianus Cæsar in templo pacis dedicauit. Autor Plin. *lib.* 36. *cap.* 7.

Basan, בשן *baschán.* Βασάν, regio trans Iordanem est, quam dux & dimidia tribus possederunt, quæ interpretatur vberrima & pinguis.

Basanisæ, vel (vt aliis placet) *Banisæ*, per tres syllabas, Βασανίσαι, ἢ Βανίσαι. Populi sunt Thraciæ. Steph.

Basanites, is, βασανίτης, lapis ex quo fiunt cotes. Plin. *lib.* 36. *cap.* 20. Experimentum eius esse in cote ex lapide basanite. Dictus basanites ἀπὸ τοῦ βασανίζειν, quod est explorare & examinare: vnde & βάσανον dicunt Græci pro iudice, cuius attritu exploratur aurum.

Băscaŭdă, vas Britannicum, postea in Romanorum vsum receptum. Iuuenal. *Sat.* 12.

Adde & Bascaudas, & mille escaria.

Mart. *lib.* 14.

Barbara de pictis venit bascauda Britannis:

Sed me iam mauult dicere Roma suam.

Basera, Βάσηρα, oppidum Phœnices, Steph.

Băsĭlea, æ, Βασιλεία, Rauracorum vrbs celeberrima, ad Rhenum fluuium in agro Gallico sita, à Germanis tamen (vt pleraque cis Rhenum loca) habitata, eadem, aut certè proxima ei, quæ Augusta Rauracorum Ptolemæo appellatur. Vulgò *Basle.* {Germ. Basel.}

Băsĭlēi, orum, Βασιλεῖοι Straboni populi sunt Sarmatiæ Europææ ad vtranque Istri ripam incolentes, Iazygibus, & Vrgis finitimi, maxima ex parte è Nomadibus, hoc est, pastoribus constantes: iidem (opinor) cum iis, quos Pomponius à regiis moribus Basilidas vocari tradit.

Băsĭlĭă, Βασιλεία. Insula in Oceano septentrionali, immensæ magnitudinis distans à Scytharum littore tridui nauigatione, quæ alio nomine Baltia dicitur, teste Plin. *lib.* 4. *cap.* 13.

[Basiliarium, liber Regum. Tertull.]

Băsĭlĭcă, æ, {בירן *birán* היכל *hechál.* Βασιλική. Gall. *Maison royale, maison magnifique, maison de Prince, Hostel de ville.* Ital. *Luogo publico doue se fanno le facende d'importanza, Palazzo.* Germ. Ein pallast/ein schön herlich vnnd weit hauß/ das gemeinen händlen bestimpt ist/ als ein Rathhauß. Hisp. *Casa real, palacio.* Angl. *A kinges or princes house or hall, a palace.*} Principio dicta fuit domus ampla & spatiosa, causarum cognitioni destinata: dicta ab eo, quòd principes eò ad ius dicendum conuenirent: aut rectè, quòd Græci τῷ βασιλεῖς appellatione etiam iudicem intelligerent, astipulante etiam Hesiodo, qui δωροφάγους appellat βασιλεῖς, hoc est, donivoros iudices, interprete Budæo Plin. *in Epist.* Descenderam in Basilicam Iuliam, auditurus quibus proxima comperendinatione respondere debebam. Basilica Porcia vbi & à quo, Plut. *in Cato. Censo.* In Basilicam transferre subsellia, Quint. *cap.* 37. Subbasilica locus Romæ. Vide *Subbasilicanus.* Erat autem Basilica templo persimilis, ambulationibus amplissimis instructo, ad quam multi tota ex vrbe, alij causas agendi, alij aliud agendi gratia confluebant. Vnde venustum in primis est illud Cic. *ad Attic. lib.* 2. Basilicam habeo, non villam, frequentia Formianorum. Postea etiam basilicæ ædificatæ fuerunt in vsum negotiatorum, eæque in locis calidissimis, foro vtique proximis: vt haberent mercatores, quò se hybernis mensibus subitò ingruente tempestate possent recipere. Vide Vitr. *lib.* 5.

Băsĭlĭcŭs, a, um, Regius, regalis. {βασιλικός. Gall. *Royal, magnifique, somptueux, grand.* Ital. *Regale, da re.* Germ. Königklich. Hisp. *Real, o pertenesciente al rei.* Angl. *Kinglie magnifico.*} Plaut. *in Capt.* Basilicas editiones, atque imperiosas habet. *Et in Pseud.* Basilicus status, & Basilicus victus, id est, regalis & excellens, & Basilica facinora, hoc est, regia. ¶ Basilicanux, siue Basilicon absolutè, βασιλικὸν κάρυον. Iuglandis genus optimum, quod & Persicum dicitur, quòd ex Perside primùm fuerit aduectum. Dictum autem videtur Basilicon, siue à præstantia, quòd inter nuces principatum obtinere videatur: siue à regibus, qui eas primi à Perside in Græciam transtulerunt, vt non obscurè innuit Plin. *lib.* 15. *cap.* 22.

Băsĭlĭcē, aduerbium {βασιλικῶς. Angl. *Richelie, magnificklie.*} Regiè, magnificè, splendidè, egregiè. Plaut. *in Pan.* Basilicè ornatus incedit, & affabre ad fallaciam.

Băsĭlĭcŭs sinus, βασιλικὸς κόλπος, qui Ioniam, Asiæ minoris regionem, alluit. Plin. *lib.* 5. *cap.* 29.

Băsĭlĭdæ, Βασιλίδαι, populi sunt Sarmatiæ Europææ, Gerrho amne à Nomadibus discreti, ab Hercule & Echidna generis originem trahentes: ita dicti à regiis moribus, vt tradit Pomp. *lib.* 2. Meminit horum & Plin. *lib.* 4. *cap.* 12.

Băsĭlĭdēs, Βασιλείδης, nomen proprium cuiusdam hæretici, qui trecentos sexagintaquinque cælos esse credebat, quo dierum numero annus includitur: cuius sectatores dicti Basilidiani.

Băsĭlĭndă, βασιλίνδα, ludi genus est, quo Rex sorte creatus, negotij aliquid ministro similiter sorte creatot imperat.

Băsĭlis, Βασιλίς, ciuitas Arcadiæ. Steph.

Băsĭlĭscŭs, βασιλίσκος. {Gall. *Vn serpent nommé Basilic.* Ital. & Hisp. *Basilisco.* Germ. Ein Basilisc. Angl. *A cockatrice.*} Genus serpentis, quod (teste Plin. *lib.* 8. *cap.* 21.) in solitudinibus Africæ habitat, candida in capite macula, velut quodam diademate, adornatum. Acutissimum habet caput, rubros oculos, & colorem ad nigredinem vergentem. Reliquos serpentes sibilo fugat, vt solus regnare videatur. Lucanus *lib.* 9.

Sibilaque effundens cunctas terrentia pestes,

Ante venena nocens, latè sibi submouet omnes

Vulgus, & in vacua regnat Basiliscus arena.

Latinorum nonnulli Regulum vocant. Basiliscus nomine notius animal, quàm visu, Cyrenaicæ potissimum prouinciæ, 12. non amplius digitorum magnitudine, candida in corpore macula, vt quodam diademate insigni: sibilo reliquos omnes fugat serpentes, nec vt reliqui serpentes corpus impellit: sed celsus & in medio erectus incedens, frutices & herbas necat, & non contactu solùm, sed & afflatu: huic tamen tali monstro mustelarum virus exitio est. Plin. *lib.* 8. *cap.* 21.

Băsĭlĭŭs, Cæsariensis, Gregorij Nazianzeni, & Ioannis Chrysostomi temporibus floruit. Is Cæsareæ Cappadocum præsul factus, iussus à Valente, qui Arianis fauebat, deserere officium, atque in exilium abire. Quúmque ille minimè obtemperaret, atque vti contumax tribunali præfecti adhiberetur, ac minis parere principi diu frustrà tentaretur, nox ei spatium ad deliberandum datur. Basilius, Nequaquam ego, ait, tu potius in hoc spatio ab incœpto desistes. Itaque in ea nocte vxore Valentis maximis correpta doloribus, & filia insuper paruula extincta, Valens rogatum misit ad Basilium, vt precibus ad Deum fusis, ipse saltem seruaretur. Sic itaque accidit vt Basilius seruaretur. Hæc ex historia Ruffini. ¶ Basilius Ancyranus præsul, arte medicus, scripsit contra Marcellum de virginitate librum, & nonnulla alia. Hic etiam imperante Constantino in parte Macedoniæ cum Eustathio & Sebastiano princeps fuit. Autor Hieronym. ¶ Alium quoque eius nominis Suidas commemorat præsidem Ciliciæ sub Anastasio principe floruisse: haud absimilem primo & abstinentia, & vitæ institutis, scripsisseque contra Achelaum quendam presbyterum Coloniensem. ¶ Basilius item Asiæ fluuius. Strab. *lib.* 16. Inter Euphratem atque Tigrin fluit aliud flumen quod *Basilius* appellatur.

Băsĭlŭs, vnus ex interfectoribus Cæsaris ponitur ab Appiano. Item alius fuit pirata infamis. Lucanus,

Et Basilum videre ducem, noua furta per æquor.

Basinni, Βασιννοί, populi Arabiæ. Steph.

Băsĭo, vide *Basium.*

Băsis, {מכונה *mechonáh.* Βάσις. Gall. *Vn soubassement de colonne ou d'autres choses, soustenement.* Ital. *Basi, sostegno.* Germ. Ein vndersatz/ fuß oder fuß darauff etwan stehet/ das es nicht falle. Hisp. *El pie de la columna y otra cosa.* Angl. *The fondation ground of any thing.*} A nostris dici potest Sustentamentum. Sunt enim bases, fulcimenta, & quidam veluti pedes columnarum, statuarum, seu fabricarum quæ à fundamento consurgunt, & superpositæ fabricæ, sustinent pondus. Cic. 5. *Tusc.* Animaduerti columellam non multum è dumis eminentem, in qua inerat sphæræ figura & cylindri. Et paulò pòst, Quò quum patefactus esset aditus, ad aduersam basim accessimus: apparebat epigrammata exesis posterioribus partibus versiculorum. A qua similitudine orbiculi illi, quibus vasa in mensis collocantur, ne toralia polluantur, vocari solent bases. Trebatius Iureconsult. *de legat.* 3. Cui Corinthia vasa legata essent, & bases huic quoque horum vasorum collocandorum causa paratas, deberi respondet. ¶ Est & basis, figura in narrationibus, quum omnia pedetentim insinuandi gratia proferuntur, vt apud Terent. *in Eunuch.* Ibi tum matri paruulam Puellam dono quidam mercator dedit, Ex Attica hinc abreptam. Et paulò pòst, Mater vbi accepit, &c.

Băsĭŭm, ij, Osculum, suauium. {נשיקה *neschikáh.* φίλημα. Gall. *Vn baiser.* Ital. *Bacio.* Germ. Ein kuß. Hisp. *El beso, como de enamorado.* Angl. *A kisse.*} Martial. *lib.* 2.

Basia dimidio quòd das mihi Postume labro,

Laudo, licèt demas hinc quoque dimidium.

Donatus tria ponit osculandi genera: Osculum, Basium, & Suauium: quæ sic distinguit, vt oscula sint officiorum, basia pudicorum affectuum, suauia libidinum, vel amorum. Quæ differentia aut nulla est, aut certè non obseruatur: vt latiùs infrà ostendimus in dictione *Osculum.* Hîc satis fuerit hoc ostendere, basia sæpenumero impudicorum affectuum esse. Catullus *ad Lesbiam.*

Da mi basia mille, deinde centum.

Idem *paulò pòst.*

Ne tantum sciat esse basiorum.

Et mox,

——tam te basia multa basiare,

Vesano satis, & super Catullo,

Quæ nec pernumerare curiosi

Possint, nec mala fascinare lingua.

Idem *ad Iuuentium,*

Nunquam iam posthac basia surripiam.

Băsĭo, as, Osculor, osculum do. {נשק *naschák.* φιλεῖν. Gall. *Baiser.* Ital. *Basciare.* Germ. Küssen. Hisp. *Besar como enamorado.* Angl. *To kisse.*} Mart. *lib.* 7.

Băttĭădēs, dictus est Callimachus Poeta Elegiographus, à Batto patre. Ouid. *in Ibin*, Nunc quo Battiades inimicum deuouet Ibin, Hoc ego deuoueo téque tuósque modo. Idem *Eleg.1.lib.2.Trist.*

Nec tibi Battiade nocuit quod sæpe legenti
Delitias versu fassus es ipse tuas.

Catull. *ad Ortalum*,

Mitto hæc expressa tibi carmina Battiadæ.

Băttĭs, Βαττίς, puella: ait formosissima, quam Philetas Poëta Elegiographus adamauit, suísque carminibus celebrauit. Ouid. *lib.1.Eleg.5.Trist.*

Nec tantum Coo Battis amata suo.

Băttŏlŏgĭă, βαττολογία. Verborum redundantia, eiusdem rei vitiosa repetitio. Nomen deductum est à Batto quodam inepto Poeta, qui in carmine suo eadem sæpiùs repetebat, eandemque iterum atque iterum occinebat cantilenam. Huic opponitur Laconismus, quum Lacedæmoniorum more sermonis studemus compendio.

Băttōn, is, Βάττων, Poëta Comicus fuit, cuius tres fabulæ enumerantur à Suida.

Băttus, pastor quidam fuit equarum, de quo talem fabulam recitat Ouid. *lib.2. Metam.* Quum Apollo Admeti regis armenta pasceret, Mercurius boues quasdam, quæ longiùs processerant, furto abactas in sylua occultauit, Battóque cuipiam equarum custodi, à quo vno visus fuerat, mandauit, ne cuiquam illud furtum indicaret: quod vt libentiùs faceret, vaccam pulcherrimam ei dono dedit. Mercurius verò abiens, vt hominis experiretur fidem, sumpta alia figura, paulò pòst ad eum redit, rogans, an vaccas quasdam illac transeuntes vidisset, pollicénsque si indicaret, vaccam cum tauro daturum. Battus itaque spe muneris corruptus sub quo monte pascerentur, indicauit, ob quam perfidiam Mercurius eum in lapidem, qui Index dicitur, commutauit. Ouidius,

Senserat hoc furtum nemo, nisi notus in illo
Rure senex, Battum vicinia tota vocabat.

¶ Alius fuit rex Melitæ insulæ, de quo suprà in dictione *Anna*. Vide *Battiades*. ¶ Fuit item Rex quidam nomine Battus, qui Cyrenem in Africa condidit: quem linguæ adeò impeditæ fuisse ferunt, vt verbum βατταρίζειν ab eo originem traxisse putetur. ¶ Batti silphium βάττου σίλφιον, Græci nouum & rarum quempiam honorem prouerbio vocant. Aristoph. *in Pluto*. Battus item inepti cuiusdam Poëtæ nomen est, de quo paulò antè in dictione *Battologia*.

Bătŭlum, castellum est Campaniæ, cuius incolæ Turno in auxilium venerunt aduersum Æneam. Virg. *lib.7. Æneid.*

Quíque Rufas, Batulúmque tenet, &c.

Bătŭo, is, verbero. {חבט nagiahh. ἀλοάω. GALL. *Battre, meurtrir.* ITAL. *Battere.* GERM. *Schlagen.* HISP. *Batir ò sobajar.* ANGL. *Tobeat. to kille.*} Plaut. *in Casina*. Quid quæso potius, quàm scuipondas, Quibus batuatur tibi os, senex nequissime! Suet. *de Calig. cap.32. & 54.* Translatum à Gladiatoribus quos Batuatores vocabant. Victor. *cap.8. lit.11.* Mirmilonem, è ludo rudibus secum batuentem, & sponte prostratum confodit ferrea sica. Cic. *ad Pætum*, transtulit ad rem obscœnam, quum inquit, Equidem iam etiam non obscœna verba pro obscœnis sunt. Batuit enim, impudenter depsit, multo impudentius atque neutrum est obscœnum. Βάλλειν enim Syracusis dicebatur quum mas init fœminam. Theocrit. ἐν ἱερῷ τὺ μακρῷ, ἐν βαλαντίῳ. Hinc Cicero batuere sumpsit. ¶ Item pro Pugnare. Suet. *in Calig. cap.54.* Thrax & auriga, idem cantator atque Saltator batuebat pugnatoris armis. *& cap.32.* Mirmilonem è ludo rudibus secum batuentem, & sponte prostratum confodit ferrea sica, ac more victorum cum palma discurrit.

Batus, i, Βάτος, Hebraicæ mensuræ genus fuit, teste Iosepho *antiq. lib.1.* quæ continebat sextarios 72. vt docet Budæus *in commentario de Asse.*

[Batzeli, peluis. Lex. gr. b.]

Baubāri, deponens. {נבח nabach. βαΰζειν. GALL. *Abayer.* ITAL. *Abbaiare.* GERM. *Bellen.* HISP. *Ladrar, specialmente à los cacherros ò perros.* ANGL. *To barke likea dogge.*} Factitium verbum à voce canum quum latrant. Lucr. *lib.5.*

Et quum deserti baubantur in ædibus omnes.

Bacyri, vel Bacyriani, Βάκυροι ἢ Βακυριανοί, Gens Parthis & Medis vicina. Steph.

[Baucale. Pontificale Romanum: Et bacile cum baucali pro manibus abluendis, quas singuli ad suas mappulas extergunt.]

Baucis, Βαυκίς, Anus paupercula est apud Ouid. *lib.8. Metamorph.* quæ cum Philemone marito Iouem & Mercurium suscepit hospitio. Cornutus *in Persi Sat.4.* scribit anum fuisse pannosam, quæ quum ocymum venderet, non sine modulatione & adulatione ementes incitabat. Sic enim de illa Persius, Dum ne deterius sapiat pannucea Baucis, Quum bene discincto cantauerit ocyma Vernæ.

Bauius, & Mæuius ineptissimi Poetæ fuerunt & maleuoli, Augusti temporibus, qui Virgilio suam gloriam inuiderunt. de quibus Virgilius ipse *in Bucol.*

Qui Bauium non odit, amet tua carmina Mæui.

Bauli, villæ nomen est, quæ inter promontorium Misenum Baiarúmque lacum flexo mari alluitur. Seruius causam nominis inde factam memorat, quod olim Hercules iuxta Baias fecit caulam bobus, & eam septit, qui locus primò Baulia dictus, mox dici cœpit Bauli.

Băxĕæ, {sandalia, ὑποδήματα. GALL. *Vne maniere de pantoufles ou souliers, desquels vsoyent les Philosophes.* ITAL. *Pianelle, zoccoli.* GERM. *Ein gattung der schuch oder pantoffeln wie sie die gelehrten tragen.* HISP. *Chinelas ò alcorques.* ANGL. *Pattens or wooden shoors.*} Sunt crepidæ & calceamenta: & propriè calcei Philosophorum, vt ostendit Apuleius *in lib. de Asino aureo*, qui ait, Nec quid pallio, baculóque, & baxeis, & hircino barbitio Philosophum fingeret. Plaut. *in Menæch.* Quibus is est peniculus? qui extergentur baxeæ?

[Bazana, sacculus. Gloss. gr. b.]

B D

Bdĕllĭum. {בדלח bedholach. βδέλλιον.} Arbor nigra, magnitudine oleæ, folio roboris, fructu caprifici, gummi genus eiusdem, quod & ipsum Bdellium vocatur. Maximè commendatur quod in Bactriana nascitur: quamquam & in Arabia, & in India, & Media, & Babylonia proueniat.

Galen. *lib.6. simpl.* duo bdellij constituit genera, Scythicum & Arabicum: quorum Scythicum nigrius est, magisque resinosum: Arabicum translucidius & siccius. Vide plura de hoc apud Plin. *lib.12. cap.9.* & Dioscor. *lib.1. cap.69.* Tu Crocum, tu Casia, tu bdellium. Plaut. *Curc. sc.2.a.1.* Apud Priscian. *lib.1.* Bdellium, βδέλλιον genus lapidis.

B E

Beatrix, virgo Romana & Martyr sub Diocletiano Faustinum & Simplicium item martyres fratres, quos priùs tumulauit, paulò pòst codem supplicio secuta, quòd prædium cuidam potenti vendere noluerat. Hæc enim diues erat, ac vnà cum beata Lucina occisorum corpora in agro suo condebat. Autor Volaterr.

Bĕātus, a, um, Felix, fortunatus, cui bene est. {מאשר meuschchar אשר aschre. μακάριος. GALL. *Heureux, bien heureux, bien fortuné.* ITAL. *Beato.* GERM. *Selig, glückhafftig.* HISP. *Bienauenturado, dichoso, y perfecto.* ANGL. *Blissed, happie, fortunat.*} Qui sint dicendi beati, Senec. *lib.6. epist.* declarat his verbis, Hoc nos docet beatum non eum esse, quem vulgus appellat, ad quem pecunia magna confluit: sed illum cui bonum omne in animo est, erectum & mirabilia calcantem: qui neminem videt, cum quo se commutatum velit: qui hominem ea sola parte existimat, qua homo est: qui natura magistra vtitur, ad illius leges componitur: sic viuit quomodo illa præscripsit: cui bona illa nulla vis excutit: qui mala in bonum conuertit: certus iudicij, inconcussus, intrepidus: quem si aliqua vis mouet, nulla perturbat, quem fortuna quum in eum quod habuit telum nocentissimum vi maxima intorsit, pungit, non vulnerat. Sed talem hactenus videre haud licuit. Nemini enim summa illa beatitudo, nisi exuto corporis impedimento potest contingere: adeo vt verissima videatur Solonis illa apud poëtam sententia, scilicet vltima semper Expectanda dies homini est, dicique beatus Ante obitum nemo supremaque funera debet. Cic. *lib.5. Tuscul.* Hos existimo beatos, qui sint in bonis nullo adiuncto malo. ¶ Accipitur & pro diuite: quæ significatio ex vulgi opinione tracta est, quòd solos diuites felices existimat. Iuuen. *Sat.1.*

——optima summi
Nunc via processus vetulæ vesica beatæ.

Hor. *lib.2. Carm. Ode 4.*

Nescias, an te generum beati
Phyllidis flauæ decorent parentes.

Plaut. *Curc. sc.3.a.3.* Beatus videor, subduxi ratiunculam (i. diues.) Idem *Curc. sc.71. a.3.* sequitur enim statim (Diues sum.) Transfertur & ad alia. Vnde beatam vocem dixit Quintilianus pro sonora, & rara, cuique ad perfectionem nihil desit. Beata vox, inquit, & pronuntiatio. Item, Iube, te sis operiri, beatus si consudaueris. Plaut. *Pseud. sc.2. a.2.* ¶ In beato omnia beata, ἐν ὀλβίῳ ὄλβια πάντα, Theocrit. Vsus erit si dicas, ab homine docto omnia doctè fieri, à pio piè, à rege regaliter. ¶ Non est beatus, esse qui se nesciat, Senec. *lib. Epist. famil. 16.* Sensus est, haud esse satis vt adsit felicitas, ni felicitatem tuam intellexeris. Huc alludens. Virg.

O fortunatos nimium, bona si sua norint,
Agricolas.

Nihil est ab omni parte beatum. Horat. *in Odis.* Prouerbialem habes sententiam, quam Græci sic efferunt, Οὐκ ἔστιν ὅς τις πάντ' ἀνὴρ εὐδαιμονεῖ, id est, Felix per omnia nullus est mortalium. Hunc senarium citat Arist. *lib. Rhetor. 2.*

Beatŭlus, diminut. μακάριος, εὐτυχής. Persius *Sat.3.*

——tandémque beatulus alto
Compositus lecto.

Beatè, aduerbium, Feliciter. {μακαρίως, εὐδαιμόνως. GALL. *Heureusement, bien heureusement.* ITAL. *Beatamente.* GERM. *Seligklich.* HISP. *Bienauenturadamente, y perfectamente.* ANGL. *Blisfedlie, happelie.*} Cic. *1. de finib.* Quoniam igitur omnis summa philosophiæ ad beatè viuendum refertur. Idem *in Paradox.* Profectò nihil est aliud bene beatéque viuere, nisi honestè & rectè viuere.

Beatificus, ὀλβιοεργός, ὀλβιοδότης. Apuleius *lib. de dogmate Platonis.* Deus beatus, & beatificus, optimus.

Beatitas, & Beatitudo. {אשר ôscher אשרי aschrê. μακαριότης. GALL. *Beatitude, felicité.* ITAL. *Beatitudine.* GERM. *Seligkeit.* HISP. *Bienauenturança.* ANGL. *Blessednesse.*} Ciceronis seculo vocabula fuerunt dura, quæ tamen ille putauit vsu fieri posse molliora. Sic enim scribit *lib.1. de nat. deor.* At ista siue beatitas, siue beatitudo dicenda sit, (vtrunque enim durum, sed vsu mollienda verba sunt) verùm ea quæcumque est, cur aut in Solem illum, aut in hunc mundum, aut in aliquam mentem æternam figura membrísque corporis vacuam, cadere non potest?

Beo, as, Beatum facio, felicem reddo. {אשר ischschêr. μακαρίζω. GALL. *Faire heureux, donner felicité.* ITAL. *Beatificare, i. arr.* GERM. *Selig machen, erfrewen.* HISP. *Hazer bienauenturado, ò beatificar.* ANGL. *To blesse.*} Plaut. *in Amph.* Hoc me beat saltem, quòd perduelles vicit, & domum compos laudis reuertit. Terent. *in And.* O factum bene! Beasti, metui à Chryside. ¶ Cœlo aliquem beare, id est, donare cœlo, cœli participem facere, & in cœlum efferre. Hor. *4. Carm. Ode 8.*

Dignum laude virum Musa vetat mori,
Cœlo Musa beat.

¶ Semet beare, est indulgere animo: phrasi quadam Epicurea, qui summum bonum voluptatem arcbant esse. Horat. *2. Carm. Ode 3.*

Seu te in remoto gramine per dies
Festos reclinatum beâris
Interiore nota Falerni.

Animum aduerte. L. Taceo. Le. Beas. Plaut. *Asin. sc.2. a.2.* Non suuat quod edo domi, quod foris gusto id beat. Idem *Capt. sc.2. a.1.* Nimis beat quod commeatus est trans parietem. *Ibidem sc.2. a.3.* ¶ Beare, Vlpian. ait, est prodesse. *l. beneficij appellatio. §. naturaliter. de V.S.* ¶ Hinc beatus, beatior, beatissimus: de quibus paulò antè.

Bebius, cui cognomen fuit Massa. Delator insignis fuit Vespasiani temporibus, cuius meminit Iuuenalis *Sat.1.*

——quem Massa timet, quem munere palpat Carus.

¶ Fuit & Bebius Pamphilus Consul Romanus, cum P. Cornelio, eo anno, quo Numæ Pompilij libri in agro C. Petilij effossi sunt. Vide Valer. Maxim. *lib.1. cap.1.*

Bebriacum,i, Vicus est inter Cremonam, & Veronam, apud quem Vitellius Othonem superauit. Iuuenal. *Sat.* 2.

Bebriaci in campo spolium affectare Palati.

Cornel. Tacit. *Annal. lib.* 18. Eo die, quo Bebriaci certabatur, auem inuisitata facie apud Regium Lepidi celebri luco consedisse in colle memorant, nec inde coetu hominum, aut volantium alitum territam, pulsámve, donec Otho se ipse interficeret. Hunc vicum Itali hodie *Labinam* vocant.

Bēbrĭăcēnsis,e, adiectiuum: vt, Aues Bebriacenses, ita dictæ, quòd eius pugnæ tempore, quæ apud Bebriacum inter Othonem, & Vitellium commissa est, primùm in Italia apparuerunt. Plin. *lib.* 10. *cap.* 49. Venêre in Italiam Bebriacenses bellis ciuilibus trans Padum, externæ & nouæ aues, (ita enim adhuc vocantur) turdorum specie paulùm infra columbas magnitudine, sapore gratæ.

Bebrina, pellis Castorina, quia Castorem, seu fibrum, alio nomine vocari *Bebrum*, docet nos vetus Scholiastes Iuuenalis ad illud Satyr.

——— *imitatus Castora, qui se*
Eunuchum ipse facit.

Castorem, inquit, Bebrum dicit, qui cùm viderit se obsideri, & non posse euadere, testiculos suos morsu auulsos proiicit.

Bebryces, Βέβρυκες Stephano, vel Bebritij, populi à Thracibus oriundi, qui eam partem Asiæ incoluerunt, quæ postea Bithynia, & aliquando Mygdonia dicta est: vt est videre apud Strab. *lib.* 7. *cap.* 12. Hos Arrianus originem à Bebryce trahere vna filiarum Danai scribit, quæ vnà cum Hypermnestra præter iussa patris viro pepercit, quare fugiens parentem, vnà cum viro in hæc loca peruenit, incolásque ritus docuit Ægyptios: pro quibus meritis regionem ab eius nomine Bebryciam ferunt appellatam. Tenebant olim totum tractum vsque ad Ephesum & Magnesiam Ioniæ oppidum, vt scribit enarrator Apollonij, Charontem adducens autorem, qui dicit Lampsacenorum regionem olim Bebryciam appellatam. Ex Volaterrano.

Bebrycĭă, Βεβρυκία, regio est minoris Asiæ ad Propontidem, postea Mygdonia à Mygdonibus Thraciæ populis, & Bithynia à Bithyno rege appellata. ¶ Bebryces populi eiusdem regionis, quos Strab. *lib.* 7. & 12. Thraces fuisse putat. ¶ Bebrycium nemus: de quo suprà in dictione *Amycus*.

Bēbrycĭus,a, um, Βεβρύκιος, possessiuum à Bebrycia, Asiæ regione. Virg. 5. *Æneid.*

——— *qui se Bebrycia veniens Amyci de gente ferebat.*

Bēbryx,ycis, Βέβρυξ. Rex fuit in montibus Pyrenæis, teste Silio, quod etiam à Pyrene illius filia nomen traxisse, idem autor est. ¶ Est autem Bebryx, nomen gentile, eum significans, qui ex Bebrycia ortus est: de quo vide paulò ante in dictione *Bebryces*. Huius autem nominis obliqui indifferenter efferuntur à poëtis, secundam syllabam modò producentibus, modò corripientibus. Valer. Flaccus *Argonaut.*

Bebrycis, & Scythici procul inclementia saxi.

Silius *lib.* 5.

Possessus Baccho saua Bebrycis in aula.

§Becarius, vicanus. Gl g b.§

Bechĭon, βήχιον. Herba est, Latinè Tussilago dicta, quia tussim sedat. Vnde etiam Bechion à Græcis dicitur, παρὰ τὸ τὴν βῆχα θεραπεύειν, hoc est, tussi sananda. Plin. *lib.* 16. *cap.* 6. Officinæ Vngulam caballinam vocant.

Bechica medicamenta, βηχικὰ φάρμακα, à medicis appellantur, quæ tussi medentur, βῆχα enim Græci tussim appellant.

Bechires Plinio, Βέχειρες Stephano, populi Themiscyræ, Asiæ regioni, Cappadociæ contermini: de quibus Plin. *lib.* 6. *cap.* 4. Hi quum Attilæ ducti in Italiam venissent, vinúmque antea ipsis incognitum gustassent, breui mortalium omnium bibacissimi euaserunt.

Beda, natione Angelus, ob vitæ modestiam Venerabilis cognomentum adeptus, clatuit sub Iohanne sexto Pontifice, quum Saraceni ex Africa soluentes, Hispaniam inuaserunt: ex quo Beda literis Principes ad eam recuperandam sollicitauit. Græcè Latinéque eruditus fuisse traditur. Scripsit in Acta Apostolorum & in Lucam. Autor Volaterr.

Beduini, ex Arabum, ac Saracenorum secta, aliis addicti opinionibus sunt, quapropter Hæretici sunt appellati. Ij nulla ratione, inermésque vnà cum Saracenis in bellum ruunt, dicentes mortem vitari non posse, fatóque omnia referunt. Hircinis amiciuntur pellibus. Solem orientem adorant. Volaterr.

Begis, Βῆγις, vrbs Trallianorum, sic verto quod apud Stephan. scribitur πόλις τραλλιανῶν.

Bĕēlphegor, {בעל פעור *bahal pehor*. Βεελφεγώρ.} Idolum fuit Moabitarum, nomen Behel siue Baal, quod in monte Phegor colebatur. Idem creditur cum Saturno: vt annotauit Cæl. Rhod. *Ant. lib.* 13. *c.* 5. ¶ Beelphegoris itaque, pro Priapo capias prouerbialiter.

Bĕēl zĕbūb. {בעל זבוב *bahal zebub*, Βεελζεβούλ.} Idolum fuit Accaronitarum: quo nomine idolum muscæ significatur. Bel, inquit Hieronymus, & Beel, & Baal idem Hebræis est: nam iis vocibus indicatur idolum. Zebub autem muscam signat: vnde Beelzebub (etiamsi Beelzebul Græci pronuncient) tanquam muscæ dicatur idolum. Sed & pro dæmoniarcha ponitur, hoc est, dæmoniorum principe.

Beergios, (quod hic pro Neptuni filio corruptè legebatur) lege *Bergion*.

Bela, Pannoniæ rex regno per fratris cædem potitus, bonus alioqui princeps habitus, populos à multis vectigalibus immunes fecit. Primus Byzantios nummos, argenteamque monetam percussit. Decessit post annos septimos, membris equi lapsu fractis. Fuêre quatuor huius nominis Pannoniæ reges, vt autor est Volaterr. *lib.* 8.

Belbina, Βέλβινα, Strab. *lib.* 9. Insula è regione Anaphystiorum, apud quos Panos templum est, & aliud Veneris Coliadis.

Belbus, quæ & hyæna, ὕαινα. Ferarum omnium astutissima, quæ imitatur sub noctem humanos gemitus, vt homines pietate motos, & ad succurrendum egredientes deuoret.

Belea, Βελέα, Velia, vide *Elea*.

Beledonii, Βελεδόνιοι, populi iuxta Oceanum. Steph.

Belenium, βελένιον, Aristoteli, (si modò Aristotelis opus sit, quod de plantis nomine eius circunfertur) olim delibutorium in Perside venenum erat: translatum autem in Ægyptum & Palæstinam, sine periculo mandi cœpit. Putatur idem esse quod Crateias medicus Helenium Ægyptium vocat. Vide Ruell. *lib.* 2. *cap.* 12.

§Belial, peruersus, absque iugo.§

Belitra, Βελίτρα, ciuitas Italiæ non procul à Roma. Steph.

Bĕlgæ, arum, Βέλγαι, populi Galliæ Comatæ, inter Sequanam & Scaldem fluuios siti, in quindecim olim populos diuisi. {GERM. Die Niderlendischen völcker vom Rhein biß an daß Britannisch meer.} Plin. *lib.* 4. *cap.* 17. Gallia omnis Comata vno nomine appellata, in tria populorum genera diuiditur: à Scalde ad Sequanam, Belgica: ab eo ad Garumnam, Celtica, eademque Lugdunensis: inde ad Pyrenæi montis excursum, Aquitania.

Bĕlgĭcus,a,um, adiect. vt, Essedum Belgicum, currus quoddam genus, apud Belgas primum inuentum. Virg. 3. *Georg.*

Belgica vel molli melius feret esseda collo.

Belgium,ij, apud Cæs. 5. *bell. Gall.* Oppidum est inter Belgas, aut certè ipsa Belgarum regio.

Belites, Pannoniæ populi, apud Plin. *lib.* 3. *cap.* 25.

Belion, Βέλιον, herba quæ à Diosc. πόλιον ὄρειον, hoc est, Polium montanum appellatur. Est autem hæc nomenclatura ex iis, quæ inter nota Dioscoridis à doctioribus numerantur.

Belippo, oppidum Hispaniæ Bæticæ in conuentu Gaditano, apud Plin. *lib.* 3. *cap.* 1.

Belisarius, Βελισάριος Suid. Felicissimus pro Iustiniano principe belli dux fuit, qui Persas in Oriente, Gothos in Italia, VVandalos in Africa prælio superauit, eorum rege Gilismere in triumphum ducto. Hic tamen strenuus belli dux, & in hostibus perdomandis felicissimus inuidiam vincere non potuit. Nimia eius potentia cum apud Iustinianum in suspicionem affectati imperij adduxit, qui vtrumque ei eruit oculum. Quare quum principis ingratitudinem aliter vlcisci non posset, exiguum extra vrbem tuguriolum extruxit, vbi per omnem vitam à prætereuntibus stipem emendicauit: illud identidem repetens, Da obolum Belisario, viator, quem inuidia, non culpa cæcauit. Vide Crinitum, & Volaterr.

Bella, vide *Abella*.

Bĕllārĭa, orum, plural. num. Fructus & cibi sacchato, aut melle conditi, aut alia id genus gulæ irritamenta, quæ & Secundæ mensæ appellantur. {τραγήματα, ἐπιδορπίσματα, ἐπιφορήματα, τρωγάλια. GALL. *Le dernier mets, la deserte de table.* ITAL. *Frutti & confettioni doppo pasto.* GERM. Allerley speiß die man zu letst mit dem käß fürstellt/schleckspeiß/nachspeiß. HISP. *La mesa de la frutta, el postre.* ANGL. *Banketting dishes, as tartes, marci paines, fruites with sugar and such like thinges.*} Macrob. *in Sat.* Adhuc dicente Furio, secundæ mensæ illata bellaria nouo sermoni principium dedêre. ¶ Vina quoque dulciora est inuenire in comœdiis antiquioribus hoc vocabulo appellata, dictaque esse ea Liberi bellaria. Gell. *lib.* 13. *cap.* 11. Vbi quæ Bellaria dicantur, docet. Bellarium & bellaria, res bellis aptas appellant. Festus.

Bĕllātŏr, Bellatrix, Bellax. Vide *Bello*.

Bĕllĕrŏphōntēs, æ, seu Bellerophon, tis, Βελλεροφόντης. Fuit Glauci regis Ephyræ filius, inclyto decore conspicuus, & virtutis maximæ. Hic quum à Stenobœa vxore Prœti de coitu interpellatus esset, veritus hospitalis Iouis iram, lasciuam fœminam repulit. Vnde exardens repulsa mulier, apud virum innocentem hospitem accusauit: qui hospitij iure motus, illum domi interficere non sustinuit, sed datis codicillis, ad Iobatem socerum in Lyciam misit. Lectis ergo codicillis, Iobates in vltionem criminis ad Solymos domandos Bellerophontem misit, vt sub prætextu memorabilis pugnæ interiret. Verùm quum & Solymos facilè vicisset Bellerophontes, & aliis plerisque periculis obiectus semper victor rediisset, postremò ad interimendam Chimæram missus est: quem etiam laborem, nactus Neptuni beneficio Pegasum equum, summa cum laude superauit. Quapropter Iobates virtutem iuuenis admiratus, alteram illi ex filiabus cum regni parte vxorem dedit: ex qua Isandrum, Hippolochum, & Laodamiam suscepit, vt *lib.* 6. *Iliad.* refert Homer. Quod quum audisset Stenobœa, sibi ipsi mortem consciuit. Bellerophontes autem felici rerum successu elatus, quum in cœlum euolare cum Pegaso conaretur, immisso à Ioue œstro, equo excussus est, deciditque in eum campum, qui postea Aleius appellatus est. Pegasus autem à Ioue inter sydera est relatus. Hic primum Hipponous dictus est, Bellerophontes postea appellatus, à Bellero quodam Corinthiorum primate, quem de medio sustulit. ¶ Bellerophontis literas, Βελλεροφόντου γράμματα, subaudiendum verbum aliquod accommodum sententiæ, affert, aut aliud aliquod. Locus erit huic prouerbio quum quis literas velut commendatitias perfert, quæ contra ipsum sint descriptæ. Vulgò literas Vriæ vocant. neque dissimilis est historia apud Hebræos.

Bĕllĕrus, Βέλλερος, Corinthiorum primas quidam, à quo interfecto Bellerophontes dictus est, quum antea Hipponous diceretur. Vide Cælium Rhod. *lib.* 13. *cap.* 9.

Bĕllĭcă, æ, dicebatur columella illa ante templum Bellonæ, super quam iaciebant hastam quum bellum indicerent. Fest.

Bĕllĭcum, i, substantiuum, Cantus ad arma vocans, signum prælij ineundi tuba datum. {תרועה *teruhah*. τὸ πολεμικόν. GALL. *Le son de la trompette quand on sonne à l'arme.* ITAL. *Suono della trombetta quando suona à l'arme.* GERM. Das auffblasen zum streyt im krieg/ein lermen. HISP. *Sonido de bozina para acometer pelea.* ANGL. *An alarme the sound of trompets when thay blowe to the bataille.*} Vnde bellicum canere propriè est milites tubæ cantu ad prælium animare. Per metaphoram accipitur pro instigare, seu inflammare ad dissidium. Cicer. 6. *Phil.* Atque iidem bellicum me cecinisse dicunt. Idem 3. *de Orat.* Thucydides incitatior fertur, & de bellicis rebus canit quodammodo bellicum. Idem *pro Murana*, Simulatque motus aliquis nouus bellicum canere cœpit.

Bellis, vel Bellius, herba est, Gallis *Marguerite*. Italis *Primo fiore*. Plin. *lib.* 26. *cap.* 5. Bellis in pratis nascitur, flore albo aliquatenus rubente. & *lib.* 21. *cap.* 8. Luteus (nempe calyx) & Bellio pastillicantibus quinquagenis quibus barbulis coronatur. Pratenses hi flores, &c.

Bellitani, populi Edetaniæ, quæ est regio citerioris Hispaniæ ad Iberum fluuium. Plin. *lib.* 3. *cap.* 3.

Bĕllōnă,

Bellōnă, æ, ἐνυὼ. Bellorum dea, & Martis soror. Virg. 9. *Æneid.*

Quam cum sanguineo sequitur Bellona flagello.

De ea & quæ sit, Plutarch. *in Sylla.* Bellona inducebatur in Tragœdiis. Plaut. *Amph. prolog.* Huic proprio sanguine litare solebant sacrificabant. Ante Bellonæ templum columna erat, quæ bellica dicebatur, super quam hastam iaciebat Fecialis bellum indicens: vt post Fulium annotauit Alexander ab Alex. *lib.* 3. *cap.* 11. Hæc ab antiquis Duellona à duello, quod illi ipsi bellum appellabant.

Bellōnāri, sacerdotes Bellonæ, qui lacertos humerósque concidebant, sanguine suo Bellonæ sacrificantes. Acron.

Bellouaci, Βελλόακοι, populi Galliæ, qui belli gloria Belgas omnes superarunt, quos Cæsar duce eorum interfecto, in potestatem redegit.

Bellouacum, Oppidum Bellouacorum, apud Cæsarem *comment. lib.* 8. Vulgò *Beauuais.*

Bellua, vide in *Belua,* infrà.

Bellum, Belli contentio, certamen belli, tempus belli, arma: ✠ pax. {מלחמה *milchamah.* πόλεμος. Gall. *Guerre, bataille.* Ital. & Hisp. *Guerra.* Germ. Krieg. Angl. *Warre, a bataille.*} Prælium autem est conflictus ipse, & hostium congressio, quæ & pugna dicitur & certamen: quamuis hoc etiam nudis verbis peragi possit. Hæc differentia non obscurè colligitur ex Liuio, quum ait, Populum Romanum nullo bello, multis verò præliis fuisse superatum. Item ex loco Virgil. 11. *Æneid.*

Infantem fugiens media inter prælia belli

Sustulit exilio comitem.

Bellum sumere, pro suscipere. Salust. *Iugurth.* 68. ¶ Bellum trahere, id est, producere, præferre. Idem *ibid.* 70. &, Bellum intactum trahitur, *in Iugurth.* 118. ¶ Bellum pluere super aliquem est abundanter impugnare sine intermissione. *Iob* 20. Pluat super illum bellum suum. ¶ Bellum sanctificare contra hostes, est diuina quadam ceremonia bellum contra hostes indicere, cum fiducia cœlestis auxilij. ¶ Aliquando tamen bellum capitur pro prælio. Salust. In eo bello trecenti milites desiderati. ¶ Belli vocabulo, bellatores, milites, & ea quæ ad bellum pertinent, omnia complexus est Ouid. 11. *Metam.*

Permanet Aonijs Nereus violentus in vndis,

Bellaque non transfert.

id est, maris tempestas traiicere Græcos in Asiam non patitur. Sic Silius *lib.* 7. Sed victæ fera bella Deæ, vexere per æquor, Atque excisa suo pariter cum iudice Troia est. ¶ Bellum sine hoste, Ciuile bellum vocauit Lucanus *lib.* 1.

——tela manúsque

Romana miscens acies, bellúmque sine hoste est.

Dictum bellum (vt Priscianus sentit) per antiphrasim, quod minimè bellum sit. Alij à bono deducunt: non tamen per contrarium, sed quòd boni gratia bella olim susciperentur, nec ad inferendam, sed ad propulsandam iniuriam pacémque parandam. Alij à duello deriuant, abiecto d, & digamma in b conuerso. Festus à belluis, quòd belluarum sit mutuo se laniatu conficere. ¶ Dulce bellum inexpertis, γλυκὺς ἀπείρῳ πόλεμος. Elegans quamprimis & multorum literis celebratum adagium, citatur ex Pindaro. Sunt quædam in rebus mortalium, quæ quantum habeant discriminis ac malorum, non intelligas nisi facto periculo. ¶ Multa in bellis inania, πολλὰ κενὰ τοῦ πολέμου. De inani suspicione, aut pauore sine causa oborto, quem Græci πανικὸν vocant. ¶ Non licet bis in bello peccare, ἁμαρτεῖν οὐκ ἔστι δὶς ἐν πολέμῳ. In rebus periculosis non totum est labi. Nam si semel erretur, actum est de capite: nec est secundo errori locus. Vel quòd in bello (qui cuncta tumultu peragantur) non detur spatium reuocandi restituendique si quid perperam sit institutum. ¶ Initium belli, ἀρχὴ πολέμου. vbi quis prior lacessit iniuria, seu conuitio. ¶ Talia gignit bellum, τοιαῦτα ὁ τλήμων πόλεμος ἐξεργάζεται, id est, Similia calamitosum bellum perficit. Senarius Cic. *epist. ad Qu. Frat. lib.* 1. quo sentit, è dissidiis eorum qui Remp. administrant, multa gigni absurda. Id translatum ad priuatam discordiam plusculum habebit gratiæ. ¶ Bello parta, τὰ πολέμια. Vbi quis immodicè insumeret. Solemus enim celeriùs ac temerè profundere, si quid hostibus sit ereptum. Bellum facere. Liu. *lib.* 3. *d.* 4.

Nam te non alius Belli tenet aptius artes.

Tibul. *lib.* 4. Vt in bello fit, capitur alter filius. Plaut. *Capt. prol.*

——Spatiosi tempore belli,

Ouid. 13. *Metam.*

Nam bellis experta cano.

Tib. *lib.* 4.

——Duri fugientem munera belli.

Ouid. 13. *Metam.*

——Tibi dextera bello vtilis.

Idem *ibid.*

Iunctus ludis &c. Colunt verbosi garrula bella fori,

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 3. *Trist.* ¶ Bellum recuperatorium, quod scilicet ob recuperationem rerum ablatarum infertur: defensorium verò, quod videlicet necessariæ defensionis gratia non interuallo, sed ex continenti suscipitur. Verùm hoc ne propriè belli nomen meretur, sed potius defensionis censetur facultas, cuilibet omni iure ipsoque rationis ductu permissa, quandoquidem vim atque iniuriam propulsare ius gentium permittit. *l. vt vim. ff. de iust. & iur.* Bellum offensiuum, Bellum defensiuum, vt vulgò loquuntur, in barbarorum schola nota sunt vocabula.

Belli, aduerb. in bello. Plaut. *Amph.* Id modò si mercedis datur mihi, vt meus victor vir belli clueat.

Bellĭcŭs, a, um, adiectiuum, quod ad bellum pertinet: vt Bellica disciplina. {πολεμικός. Gall. *Bellique, seruant à la guerre.* Ital. *Di guerra.* Germ. Das zu dem krieg gehört. Hisp. *Cosa pertenesciente à la guerra.* Angl. *Pertening to warre warelike.*} Cic. 2. *de nat. deor.* Bellica corona, quæ bellatoribus victoribus dabatur. Plin. *lib.* 16. *cap.* 4. Ouid. 3. *Fast.*

Dea bellica Pallas.

Summa Regem virtute bellica illis præfeci Cephalum. Plaut. *Amph.* ¶ Bellicum, substantiuum, vide suprà post *Bellica.*

Bellĭcōsus, a, um, Fortis, ferox, & ad bella gerenda aptus. {איש מלחמה *isch milchamáh.* πολεμικός. Gall. *Belliqueux, vaillant en guerre.* Ital. *Feroce.* Germ. Kriegisch/streitbar. Hisp. *Mucho guerreador, bellicoso.* Angl. *Valiant in armes, fierce, warrelike.*} Salustius *in Iugurtha.* Libyes quàm Getuli minus bellicosi erant. Liu. 9. *ab Vrbe.* Cepisse enim eos non Romam, sed quod multo bellicosius fuerit, Romanam virtutem, ferociámque.

Bellĭcōsè, aduerbium, Fortiter, ferociter, vt virum bellicosum decet. {πολεμικῶς. Gall. *Vaillamment, belliqueusement.* Ital. *Ferocemente, gagliardamente, bellicosamente.* Germ. Dapfferlich/ritterlich/kriegisch. Hisp. *Braua o bellicosamente.* Angl. *Valiantlie, warlike.*}

Bellĭcrepă, genus veteris saltationis à Romulo institutæ, in qua cum armis saltabant.

Bellĭfer, a, um, bellicosus, ad bellum gerendum idoneus. πολεμικὸς, πολεμοφόρος. Claudianus *in Rufinum,*

——qui belliferam communibus vrunt

Italiam maculis.

Bellĭgĕr, a, um, Ad bellum gerendum idoneus. {איש מלחמה *isch milchamáh.* πολεμικὸς, πολεμιστής. Gall. *Qui fait la guerre.* Ital. *Chi guerreggia.* Germ. Der geschickt ist ein krieg zuführen. Hisp. *Cosa que haze ò trahe guerra.* Angl. *That maketh warre.*} Mart. *lib.* 15.

Hermes belligera superbus hasta.

Bellĭgĕro, as, Bello, bellum gero. {נלחם *nilchám.* πολεμῶ. Gall. *Guerroyer, faire ou mener guerre.* Ital. *Guerreggiare.* Germ. Ein krieg füren/kriegen. Hisp. *Guerrear.* Angl. *To make warre.*} Cic. *pro Fonteio.* C. Marius, qui Induciomaro isti minaci atque arroganti par in belligerando esse possit. Ennius apud eundem *lib.* 1. *Offic.* Non cauponantes bellum, sed belligerantes. Liu. 1. *lib.* 3. *belli Punici.* Et cum gallis tumultuatum magis, quàm belligeratum. Postquam belligerant Ætoli, cum, &c. Plaut. *Capt. prolog.* Item Suet. *in Aug. cap.* 94.

Bellĭpŏtens, qui bello pollet. {ἐγχέσπαλος, ἀλκήεις. Germ. Gewaltig vnd mächtig im krieg. Angl. *Mightie in warre.*} Statius *Theb.* 1.

Bellipotens cui torua genis horrore decoro

Cassis, & asperso crudelis sanguine Gorgon.

Cic. 3. *de Diu.* Æacidæ bellipotentes magis sunt, quàm sapientia potentes.

Bello, as, Bellum gero, confligo. {נלחם *nilchám.* πολεμῶ. Gall. *Guerroyer, mener ou faire guerre.* Ital. *Combattere, guerreggiare.* Germ. Kriegen. Hisp. *Guerrear, hazer guerra.* Angl. *To warre, or to mak warre.*} Plin. *lib.* 5. *c.* 1. Romana arma primùm Claudio principe in Mauritania bellauere, Ptolemæum regem à C. Cæsare interemptum vlciscente liberto Ædemone. Cic. *pro leg. Man.* Fuit proprium popul. Rom. longè à domo bellare. Idem *de senect.* Quid enim est aliud gigantum more bellare cum diis, nisi naturæ repugnare? Bellare alicui, id est, contra aliquem. Stat. *lib.* 8. *Thebaid.*

Et magna bellare parenti.

¶ Est & bellor, aris, deponens. Virg. *Æneid.*

——& pictis bellantur Amazones armis.

¶ Composita sunt Debello & Rebello: de quibus infrà suis locis.

Bellātor, is, Bellicosus, vel qui bellum gerit. {איש מלחמה *isch milchamáh.* πολεμιστής. Gall. *Guerroyeur, homme de guerre.* Ital. *Combattitore, guerriere.* Germ. Ein krieger/kriegsman/kriegsfürer. Hisp. *Mucho guerreador.* Angl. *A warreur, a man of warre.*} Cic. 4. *Tusc.* An accusatori maiores nostri maiora præmia, quàm bellatori esse voluerunt. ¶ Dicitur etiam de brutis animalibus. Vide Virg. *lib.* 10. equum animosum & in prælium incitatum Bellatorem vocat, quum inquit,

——& inter

Bellatoris equi caua tempora coniicit hastam.

Bellātrix, cis, Mulier quæ bellum gerit, seu bellicosa. {אשת מלחמה *ésheth milchamách.* πολεμίστρια. Gall. *Guerriere, femme vaillante en guerre.* Ital. *Guerriera.* Germ. Ein kriegerin/ein kriegs weib. Hisp. *Guerreadora.* Angl. *She that warreth, a woman that fighteth in the warre.*} Virg. 1. *Æneid.*

Aurea subnectens exertæ cingula mammæ Bellatrix.

Bellatrix diua (i. Minerua.) Ouid. *Eleg.* 4. *lib.* 1. *Trist.*

Bellax, acis, adiect. Bellicosus, vel belli appetens. πολεμικὸς, φιλοπόλεμος.

Bellatulus, bellè, bellissimè, bellitudo, bellulus, vide *Bonus.*

Bellus, vide *Bonus.*

Bellogradum, Vngariæ vrbs, ad confluentum Sai, & Danubij sita, vulgò Griechisch Weissenburg.

Bellōsus, a, um, vetustum est nomen, idem significans, quod bellicosus. {πολεμικός. Angl. *Warlike.*} Cæl. apud Nonium, Tantum bellum suscitare conati aduersarios contra bellosum genus.

Bēlon, Βέλων, per simplex l. Nomen vrbis & fluuij in Hispania Bætica. Strabo *lib.* 3.

Bĕlŏnē, Βελόνη, per simplex l. Piscis est qui alio nomine dicitur Acus: vtroque nomine à tenui, recta, & oblonga figura deducto, qualem ferè in acu sartoris cernimus. De hoc Plin. *lib.* 9. *cap.* 51. Acus, inquit, siue belone, vnus piscium dehiscente propter multitudinem vtero parit, à partu coalescit vulnus: quod & in cæcilis serpentibus tradunt. Vulgò *Anguicula.* Germ. Ein Hornfisch dicitur.

Bĕlos, eos, Sagitta, telum, ἀπὸ τοῦ βάλλειν, quod significat iacere. {חץ *chets.* βέλος. Gall. *Sagette, flesche.* Ital. *Saetta.* Germ. Ein pfeyl. Hisp. *Saeta, ò vira, ò flecha.* Angl. *An arrowe or dart.*} Caius *de verb. sign.* Quod nos telum appellamus, illi βέλος appellant: eóque nomine vulgo quidem id significatur, quod ab arcu mittitur.

Bēlŭă, siue (vt alij malunt) Bellua geminato ll, Immanis fera. {חיה רעה *chayah ráhah.* θήρ, θηρίον. Gall. *Beste cruelle & sauuage.* Ital. *Bestia.* Germ. Ein grausam thier. Hisp. *Bestia comun à tierra ò à mar.* Angl. *A great and terrible wilde beast.*} A bello, hoc est, bono, vel pulchro, per ἀντίφρασιν, (vt quidam existimant) dictam: aut (vt aliis placet) à substantiuo Bellum, quòd Bestiarum sit bellum sibi mutuò inferre, quibus natura ad hoc ipsum arma videtur concessisse. Ter. *in Eunuch.* Hone es ferox, qui habes imperium in beluas? Martigenam illeag gressus bellum, i. draconem. Plaut. *Amph. sc.* 3. *a.* 4. In belluæ marinæ alicuius immensæ ventrem eos detrudit. Sen. *cap.* 10. *de consol. ad Mart.* Bellua Inda sui magistri iussus obtemperat. Ouid. *Eleg.* 6. *lib.* 4. *Trist.* Quanta bellua imperium. Suet. *in Tib. cap.* 24. ¶ Belua etiam de homine tetro, stupido & hebeti dicitur. Ter. *in Phorm.* Sed quid pertimui autem belua? Idem *in Eunucho,* Ain' nunc belua, credis huic quid dicat.

Belluata tapetia, dicta sunt à Plaut. *in Pseud.* beluarum figuris picta intextaque, [illegible].

Belualis, vel Bellualis, beluinus. Macrob. *Satur. lib. 5. cap. 1.* Educationem quoque nutricationis, tanquam bellualem & asperam criminatur.

Beluinus, a, um, quod est beluæ, vt, Beluina rabies, {[illegible]. GALL. *De beste, bestial, cruel.* ITAL. *Bestiale.* GERM. Viehisch das zum vich gehört. HISP. *Bestia, cosa de bestia.* ANGL. *Of a bestlie, cruell.* } Ambr. Tum ipsa habitudo corporis suauis & grata, vt neque beluina vastitas horrori sit, nec gracilitas infirmitati.

Beluosus, a, um, siue Belluosus, quod abundat beluis. [illegible]. Vnde Oceanus dictus est beluosus, [illegible], à belluarum multitudine & magnitudine quæ ibi sunt. nam inter beluas marinas numerantur balenæ, pristis, physeter, & orca. Horat. 4. *Carm.*

Te beluosus qui remotis
Obstrepit Oceanus Britannis.

Belunium, *Monte Belunio*, Venetiarum oppidum in Italia, vt Patauium, Opitergium, Altinum, Concordia, Colonia. Plin. *lib. 3. cap. 19.*

Bellutus, bestiæ similis. Fest.

Belus, [illegible], per simplex l. nomen proprium primi regis Assyriorum & patris Nini, à Sole deductum, qui Assyriorum lingua Bel dicitur. Huic vita functo templum erexerunt Babylonij, diuinisque cum honoribus sunt prosequuti. ¶ Fuit item Belus, cognomento Priscus, Epaphi, vel (vt alij malunt) Neptuni, & Libyes filius, cui Isis post Apidis mortem nupsit, regnante Athenis Cecrope. Huius filij fuerunt Danaus, & Ægyptus, quem alij Ægisthum vocant: à cuius etiam nomine quinquaginta Danai filiæ Belides appellatæ sunt: vt pauló ante ostendimus suo loco. ¶ Hoc etiam nomine dictus fluuius Syriæ, vbi primò repertum fuisse vitrum Plinius scribit *lib. 5. cap. 19.* Ioseph. *lib. 2. belli Iudaici.* Stadiis, ait, duobus à Ptolemaide Belum amnem distare, iuxta quem sepulchrum Memnonis sit, & vitrea in rotunda valle arena, quam venti ex circundatis iugis conuehant, inexhausta seculis vi, sed ante omnia mirabili natura mutandi alia quoque in vitrum, quæ attigerit, metalla. ¶ Belus alius fuit Phœnices rex, & pater Didûs, vir militaris scientiæ peritissimus, qui Cyprios Phœnicum littus infestantes piratica subegit, vt est apud Virg. *lib. 1. Æneid.*

——genitor tum Belus opimam
Vastabat Cyprum. &c.

Alio nomine dicebatur Metres, vt ait Seruius. ¶ Belus Stephano, oppidum est Hispaniæ, non procul ab Herculis columnis, idem fortassis cum eo, quod à Plinio Belon appellatur. ¶ Belus, gemma est vitrea specie, magnitudine nucis iuglandis in Arbelis nascens, vt ex Democriti sententia refert Plin. *lib. 37 cap. 10.*

[Belum, telum, vnde, Monotélum. Item pars obscœna virilis. Casaub.]

Belides, [illegible], patron. mascul. quo significatur filius, seu aliquis de genere Beli. Virg. 2. *Æneid.*

Fando aliquid si fortè tuas peruenit ad aures
Belidæ nomen Palamedis. &c.

Signa peregrinis vbi sunt alterna columnis
Belides, & stricto stat ferus ense Pater.

Ouid. *Eleg. 1. lib. 3. Trist.*

Belis, idis, [illegible], patronym. fœm. quo significatur filia, vel neptis Beli. Vnde Belides dictæ sunt quinquaginta filiæ Danai, Beli filij: quas cum Ægysthus Danai frater (quem alij Ægyptum vocant) totidem filiis suis peteret vxores, Danaus despondere noluit: didicerat enim ex oraculo, se à genero interfectum iri. Sed postea coactus à fratre promisit se Ægysthi petitioni satisfacturum. In nuptiarum autem nocte filias subornauit, vt clàm se cultris armarent, & viros iam vino luxuriáque sopitos iugularent. Virgines itaque patri obedientes captato tempore necarunt viros, vnaquæque suum, excepta sola Hypermnestra, quæ Lynceo, seu Lino viro suo pepercit, qui postea occiso Danao, regnum apud Argos inuasit. ¶ Hæ & Danaides appellantur, à patre Danao. Vnde Danaidum dolium, prouerbio celebratur pro barathro quodam inexplebili, & insatiabilis cupiditatis homine. Finguntur enim à poëtis, Danai filiæ apud inferos eo supplicij genere perpetuo damnatæ esse, vt dolium quoddam pertusum aqua conentur implere, vnde tantum effluat, quantum illæ possint infundere. Ouid. 4. *Metam.*

Moliríque suis lethum patruelibus ausæ,
Assiduè repetunt, quas perdant, Belides vndas.

Vide *Belus.*

Beloculus, gemma est albicans, Belo Assyriorum deo dicata, pupillam pingens nigram è medio aureo fulgore lucentem. Vide Plin. *lib. 37. cap. 10.*

Bemarchius, [illegible], ex Cæsarea Cappadociæ sophista, qui scripsit res gestas Constantini Magni principis libris decem: præterea declamationes quasdam & orationes. Autor Suidas.

Bembina, [illegible] Stephano, Nemeæ vicus est, quem Hellanicus Bembinon, [illegible] appellat, vnde Nemæus leo à Poëtis Bembinatis bellua dicitur. Plaut. *Mil.* Bembinatidis belluæ instar, hoc est, Nemæi leonis instar.

Bembinadia, regio Arcadiæ inter Clitorium & Cleonem oppida. Plin. *lib. 4. cap. 6.* Clitorium, Cleone, inter quæ duo oppida regio Nemeæa, Bembinadia vocitata. Sic enim legit Hermolaus: cuius verba hæc sunt, Legendum est Bembinadia. fuit enim vicus Bembina, vnde Nemæus leo à Poëtis Bembinates dictus. Sed & in Plautino milite: vbi dicitur, Bombamacides cluunt instar: cogitent legentes, an emendandum sit, Bembinatidis belluæ instar, hoc est, Nemæi instar. Vide *Bembina.*

Benacus, [illegible]. Vulgò *Lago di garda.* GERM. Der Gardsee in Italia.} Lacus Cisalpinæ Galliæ, non procul à Brixia Venetorum oppido, quem aiunt aureas arenas euoluere, & ex eis nutrire pisces, quos indigenæ Carpiones vocant, nusquam alibi repertos. Ex hoc Mincius fluuius excurrit in padum. De hoc lacu Virg. *lib. 2. Georg.*

Fluctibus & fremitu assurgens Benace marino.

Bendidia, [illegible]. Sacra fuisse apud Thraces narrat Strabo, ex quibus Orphica originem sumpsêre. Vide Cæl. Rhod. *lect. antiq. lib. 18. c. 25.*

Bene, [illegible] Stephano oppidum Cretæ sub Gortyne sita: cuius incolæ dicuntur Benæi, [illegible].

Bene, Benedico, Benefacio, Beneficiarius, Beneficium, vide *Bend* in *Bonus.*

Benedictus patria Nursinus, primò Sublacum se cessit, vbi ordinem monachorum instituit, in Italia primùm, quem antea Basilius in Oriente constituerat. Deinde quum à frequentibus adiretur vitandæ gloriæ gratia, Casinum venit, vbi templum Apollinis Ioanni Baptistæ dedicauit. Ad quem Totilas rex Gothorum experiundi vaticinij gratia dicitur incognitus venisse, seruo præmisso cultu regio, ab eóque patefactus fuisse. Decessit Casinij Benedictus, vbi & sepultus cum Scholastica sorore, imperante Iustino seniore. Fuit & alter eiusdem nominis, eodem feré tempore quo superior Benedictus, qui à Gregor. tertio memoratur *in dial.* Viuebat monachus in Latio, xl. ab Vrbe lapide.

[Benelinguatus, eloquens, linguax. Gloss. gr. b.]

Beneuentum, [illegible] Ptolemæo, [illegible] Suidæ, & Stephano, Hirpinorum vrbs, quæ quum eò colonia duceretur, boni ominis causa ita vocari cœpit: nam antea Maleuentum vocabatur, vulgò *Beneuento.* Hæc vrbs à Diomede condita fertur: apud quam xxx. millia Samnitum cæsa fuerunt Sulpitio & Petilio consulibus. De hac Plinius *lib. 3. cap. 11.*

Benis, vide *Nebis.*

Benna, æ, teste Festo, Lingua Gallica genus est vehiculi. {ANGL. *A wagen.*} Vnde Combennones in eadem benna sedentes. Cato *de re rustic. cap. 25.* Bennæ emantur: oleæ caducæ saliantur.

Benna, vel per diphthongum Bæna cum simplici n, vrbs Thraciæ, vnde Benneus sinus, Steph. apud eundem, Benna vnus ex senatoriis ordinibus Ephesi, cuius Senatores Bennij.

[Benus. Sic veteres dixisse, quod nunc est bonus, arguit *bene, benignus.*]

Berbetomagus, vrbs, hodie Opeye dicta.

Berbena, alias Verbena.

Berberion, vel Berberi, conchæ genus, ex qua vniones & margaritæ velluntur, autor Barbat. *in Borel. Chamarion. lib. 2.*

[Berberis, planta.]

Berecyntia, [illegible], (inquit Seruius) Mater Deûm dicta à monte Phrygiæ Berecynto: cuius vltima syllaba caret aspiratione, quam addimus, quoties montem Deli Cynthum dicimus. ¶ Est autem tenuis ista discretio, quibus nominibus subtrahi debeat aspiratio. Nam Riphæi montes Arcadiæ, non scribuntur cum aspiratione: quam addimus, quum Riphæos montes Scythiæ significamus. Hæc Seruius in illud Virg. *lib. Æneid. 9.*

Ipsa Deûm fertur genitrix Berecyntia, &c.

Berecyntus, [illegible] Steph. nomen montis est Phrygiæ, & nomen oppidi, in quo Cybele mater Deûm priscorum ritu colebatur: vnde Berecyntia dicta est Plinio *lib. 16.*

Berecyntius, a, um, adiect. [illegible]: vt, Cornu Berecyntium, apud Horat. 1. *Carm.* hoc est, quo excitantur ad furorem Cybeles Berecyntiæ sacerdotes. ¶ Tibia Berecyntia, idem 3. *Carm.*

Berenice, es, [illegible], Ptolemæi Lagi vxor, & regina Ægypti à cuius nomine Ptolemæus Philadelphus eius filius insignem vrbem, quam in sinu Arabico condidit, Berenicem appellauit. Autor Plin. *lib. 6. cap. 29.* ¶ Fuit & alia eiusmodi nominis Ægypti regina, Ptolemæi Philadelphi & Arsinoës filia, quæ Ptolemæo Euergetæ fratri suo nupsit: qui quum paucis à nuptiis diebus, in Asiam expeditiones suscepisset, Berenice crinem se detonsuram vouit, si ille saluus reuerteretur, cuius voti damnata, abscissam comam in templo Veneris consecrauit, quæ quum postridie non apparuisset, ægrè id ferenti Regi, Conon Mathematicus Regis gratiam per adulationem captans, inter sydera collocatam affirmauit, septem ei figura vacuas ad caudam Leonis ostendens stellas: in quas Berenices crinem mutatum asserebat. ¶ Fuit item Berenice, Herodis Antipatri filij ex Salome sorore neptis, cuius meminit Strab. *lib. 16.* ¶ Berenice præterea à Valer. Max. appellatur *lib. 8. cap. 6.* quam Plin. *lib. 7. cap. 41.* Pherenicem vocat, cui soli ex mulieribus, quòd filia, mater, & soror esset Olympionicarum, concessum est, vt gymnicos ludos posset spectare, fœminis omnibus interdictos.

Bereniceus, adiectiuum. Catull. *Epigr. 61.*

Bereniceo vertice Cæsariem.

Vide totum hoc Catulli carmen.

Berenice, es, [illegible], multarum vrbium nomen est, quarum prima in Libya Cyrenaica est, in extimo maioris Syrtis cornu sita, vna ex iis quæ Pentapolin efficiunt: de qua Plin. *lib. 5. c. 5.* ¶ Secunda, ad sinum Arabicum, à Ptolemæo Philadelpho condita, & à nomine matris ita appellata: in qua ipso Solstitij die hora sexta vmbras penitus absumi tradit Plin. *lib. 6. cap. 29.* ¶ Tertiam cognomento Panchryson, & quartam Epidiren dictam enumerat idem Plin. loco iam citato. ¶ Duæ præterea eiusdem nominis vrbes recensentur à Steph. quarum alteram in Cilicia collocat, alteram Chium olim vocatam asserit.

Berenices coma, [illegible], Sydus ad caudam leonis situm, ex septem constans stellis, trigoni figura collocatis: ita dictum à capillis Berenices, Ptolemæi Philadelphi filiæ, & Euergetæ fratris sui vxoris, quos quum illa voti soluendi gratia detondisset, & postridie nusquam apparerent, in hasce stellas creditum est esse commutatos. Vide latiùs pauló antè in dictione *Berenice.*

Berenicidæ, [illegible], Ptolemaica tribus populi apud Athenienses Stephano.

Berenicis, idis, [illegible], tractus Africæ Cyrenaicæ, qui est circa Berenicen vrbem. Luc. *lib. 9.*

——nam quicquid puluere sicco
Separat ardentem tepida Berenicida Lepti,
Ignorat frondes.

Beres, [illegible], vrbs Thraciæ, à Berete filio Macedone, Steph. vide *Mieza* apud Steph.

Berex, [illegible], gens inter Indiam & Æthiopiam, Steph.

Berge, [illegible], vrbs, aut vicus Thraciæ, ex qua natus est Antiphanes Bergæus Comicus, qui incredibilia conscripsit, vnde prouerbium, [illegible], pro nihil veri dicere. Vsurpatur & Bergium diminutiuè. Steph.

Bergepolis, [illegible], vrbs Abderitarum, idem

Bergia, [illegible], erant virgæ & ferulæ, quibus milites in exercitationibus, & incruenta pugna vtebantur. Leo, Mauritius, Cedrenus.

Bergidium, [illegible], oppidum Ilergetum, in eo tractu Tarraconensis Hispaniæ, qui Vasconibus proximus est.

Bergion

Bergion & Albion, Gigantes, filij fuere Neptuni, ab Hercule interfecti, vt scribit Pomp. Mel. *lib.* 2. vide supra *Albion*.

Bergomum, oppidum est Italiæ, trans Padum, à Plinio in nona Italiæ regione collocatum, etiam hodie nomen retinens. ¶ Hinc Bergomates eius oppidi incolæ dicti sunt.

Berillus, vide *Beryllus*.

Berethias, Βερεθύα, vrbs Troiana, Steph.

Bernimium, vrbs Marchiæ Brandeburgicæ.

Bernardus, Abbas inter Burgundos nobili ortus genere, anno ferè XII. ætatis sub abbate Stephano, qui tertius fuerat in Cœnobio Cisterciensi paulò ante instituto, vna cum XXX sociis monachum professus, doctrinæ vitæque laudatæ fama adeo profecit, vt Claræuallensi cœnobio tunc primum Roberti viri illustris impensa constructo, præpositus sit: cui annos XXXVI. præfuit. {GERM. S. Bernhard der frommer Abbt.} Plura reliquit scripta: Comment. in Cantica. Considerationes diuinæ contemplationis ad Eugenium Pontificem. Vnde Pontificij muneris ratio dicatur. Varias insuper epistolas, sermones etiam in diebus solemnibus habitos. Volaterr.

Bernaua, apud Ptolem. *lib.* 2. *cap.* 6. Oppidum est Hispaniæ Tarraconensis, non procul à Cæsarea Augusta, Celtiberis & Beffetanis ad Orientem proximum. Vulgò *Benauar*.

Bero, Saccus, quasi pero, à pera dictus. {ANGL. *A bagge, a satchell.*} Vide priores Budæi annotationes.

Beroe, Βερόη, Epidauria fuit anus, & nutrix Semeles, in quam se mutauit Iuno, Semele persuasura, vt à Ioue veram illius formam peteret: qua cum Iunone congredi solere: vt superiùs de Baccho dictum est. Ouid. *Metam.* 3.

Ipsaque erat Beroë Semeles Epidauria nutrix.

¶ Beroës quoque cuiusdam Dorycli Ismarij coniugis meminit Virgil. *lib.* 5.

Fit Beroë Ismarij coniunx longæua Dorycli, &c.

¶ Est item Beroë Stephano, vrbis nomen in Macedonia non procul à Pella, Alexandri Magni patria: quæ aliàs Boroëa, siue (vt quidam malunt) Berrhoe vocatur, vide infra suo loco.

Beroa, siue Berrhoa, Βέῤῥοια Stephano, Βέῤῥοια Suidæ. Vrbs Macedoniæ ad Haliacmonem fluuium sita, non procul à Pella, Alexandri Magni patria. Meminit vrbis huius Plin. *lib.* 4. *c.* 10. Vulgò *Veria*. ¶ Est etiam in Caua Syria huius nominis oppidum: in quo Basilianus Rhetor natus traditur, à quo dicti sunt Beroenses, Βεροιεῖς, quorum meminit Plin. *lib.* 5. *cap.* 13.

Beronice, vide *Berenice*.

Berosus, collis est Taurorum, tres habens fontes sine remedio, & sine dolore mortiferos. Plin. *lib.* 2. *cap.* 103.

Berosus, Chaldæus fuit, Astrologiæ peritissimus, cui propter admirandam prædicendi futura scientiam, Athenienses in Gymnasio posuerunt statuam lingua inaurata. Autor Plin. *lib.* 7. *cap.* 37.

Bersabe, באר-שבע *beér-schébah*, vrbs Iudææ, quæ puteus iuramenti interpretatur, quia quum ibi habitaret Abraham cum Abimelech, mactatis septem ouibus in fœdus mutuò iurauerunt. Hæc terminus fuit terræ promissionis possessæ à populo Iudæorum, postquam reuersus est ex Ægypto, & tenditur vsque ad Dan, spatio in longum CLX. millium, sicut scribit Hieron. ad Dardanum.

Bersane, vidua fuit Damascena, ab Alexandro Magno adamata. Autor est Diod.

Berula, vide *Sisymbrium*.

Beruanus, Βερούανος, Steph. Italiæ ciuitas, nimirum Verona.

Berus, est pretiosa vestis.

Beryllus, Βήρυλλος, Bostrenæ vrbis Arabicæ Præsul fuit, qui quum plura rectè pro religione scripsisset, postremò omnia corrupit, peregrina quædam adducens, & procul à veritate abhorrentia. Quam ob rem conuocata Præsulum non paucorum synodo, maximè annitente Origene, ad sanitatem reductus est. Vide Volaterranum *lib.* 6.

Beryllus, Βήρυλλος. Gemma est subuiridis, & transparens, vix alibi vnquam quàm in India reperta: cuius nouem enumerantur species apud Plin. *lib.* 37. *cap.* 5. Probatissimi tamen sunt ex iis, qui viriditatem puri maris imitantur. Poliuntur omnes sexangula figura artificum ingeniis: quoniam hebescunt, ni color surdus repercussu angulorum excitetur. Propert. *lib.* 4.

Et solitum digito beryllon adederat ignis.

Berytis, Βηρυτίς, Troica, vrbs videtur addendum. Steph.

Berytos, Βηρυτός, vrbs est Phœnices in ora, Libano monti subiecta, Iustiniani temporibus legum studiis celeberrima. Vulgò *Barutum* vocant. Hinc Berytia vina, hodie quoque nominatissima: de qua Plin. *lib.* 15. *cap.* 17.

Berytus, alia est vrbs Arabiæ, Diospolis priùs dicta. Steph.

Bes, bessis, masculini generis, compositum est ab Asse, octo significans vncias, ὀκτώγκιον. Festus, Bes appellatus est, quod bis triens fit: quamuis dura compositio fiat bessis ex triente. Cic. *ad Att. lib.* 4. Fœnus ex triente factum erat bessibus. Plin. *lib.* 18. *c.* 11. Græci in binos semodios farinæ satis esse besses fermenti constituere. ¶ Legitur & nominatiuus *Bessis* apud Festum, modò emendata sit lectio, Bessis, inquit, vnciæ octo, triens quatuor. ¶ Bes etiam est Geometrarum mensura, continens octo partes iugeri in duodecim partes diuisi. Vide Colum. *lib.* 5. *cap.* 1.

[Bes pretij, est octaua eius pars.]

Bescia, Βησκία, vrbs Ausonum. Steph.

Besa, simplici s, Βῆσα. Fons est Thessaliæ, inter Ossam & Olympum iuxta Cycesium oppidum: de quo Strab. *lib.* 8. ¶ Est & Besa tribus nomen in agro Attico: cuius meminit idem Strabo *lib.* 9.

Bessa, geminata s, Βῆσσα, campus est Locridis, densis arbustis refertus: vnde & nomen accepit, βῆσσαι enim saltus à Græcis nominantur. Vide Strab. *lib.* 9. ¶ Est & Βῆσσα, Bessa, eiusdem regionis oppidum, apud Stephan.

[Bessales, laterculi, qui octo pollicum longitudinem habent. Bud. *lib.* 1. *de asse.*]

Besbicus, Βέσβικος. Steph. Insula est exigua Propontidis, 18. M. passuum circuitu, e regione Ostij Rhyndaci fluuij. Vide Plin *lib.* 6. *cap.* 32.

Besippo, Βεσίππω Ptol. Hispaniæ Bæticæ portus, & oppidum non procul

à Mellaria vrbe, patria Pomponij Melæ, vt ipse testatur *Geographiæ suæ lib.* 2.

Bessara, Βησσάρα, ciuitas est Assyriæ, apud Ptol. *lib.* 16. *cap.* 1.

Bessi, Βησσοί, populi Thracum, teste Plin *lib.* 4. *cap.* 11. magna ex parte Hæmum montem incolentes, raptu & latrociniis victitantes, de quibus Ouid. *lib.* 6. *Trist.*

Viuere quàm miserum est inter Bessosque, Getásque.

Bessicus, Βησσικός, Adiect. vt Bessica gens. Cic. *in Pisonem.* Idemque tu Rabocentum Bessicæ gentis principem, quum te trecentis talentis Regi Cotto vendidisses, percussisti.

Bessyga, Βήσσυγα, ας, Emporium in India, vbi amnis Bessygas: vnde Bessygitæ populi, qui humana carne vescuntur. Steph.

Bestia, Appia legitur apud Volaterr. *lib.* 14. ex Liuij *lib.* 2. *bell. Pun.* apud quem nunc legimus Vestia Oppia.

Bestia, Bellua. {בעיר *beħir* בהמה *behemáh* θηρίον. GALL. *Beste.* ITAL. *Bestia.* GERM. *Ein thier.* HISP. *Bestia animal brauo y fero.* ANGL. *A beast.*} Nomen est generale, omnia animalia rationis expertia complectens: nam & de piscibus & volucribus dicitur Cic. 5. *Tusc.* Namque alias bestias nantes, aquarum incolas esse voluit: alias volucres cælo frui libero, serpentes quasdam esse gradientes. Idem *de Amic.* Quod si hæc apparent in bestiis volucribus, agrestibus, natantibus, &c. Fera bestia luxuria Liu. *lib.* 34. Sus terrestris bestia est. Plaut. *Capt. sc.* 2. *a.* 1. Cui percundum est propter nihili bestiam (i. simiam.) Idem *Merc. sc.* 1. *a.* 2. Bestias autem pecudum in numero habet Caius Iurisconsultus nega *lib.* 9. *Digest. ad L. Aquil.* eásque ferociores scribit, vt vrsos, Leones, &c. Bestia pro serpente & venenato animali, quod Græce θηρίον. Cicer. 1. *de Diuinat.* Mirari licet quæ sint animaduersa à Medicis herbarum genera, quæ radicum ad morsus bestiarum. ¶ Bestia quoque prænomine Lucij commemoratur à Salustio inter eos, qui cum Catilina aduersùs Rempublic. coniurarunt. ¶ Bestia bestiam nouit, γνωρίζει δὲ θὴρ θῆρα, Nouit profectò fera feram. Aristot. *lib. Rhetor.* 1. Congruet vbi conuenit inter duos pariter improbos. ¶ Ne bestiæ quidem ferre possent. Prouerbialis hyperbole est apud M. Tullium actione *in Verrem* 5. Postremò vt odor Apronij teterrimus oris & corporis, quem, vt aiunt, ne bestiæ quidem ferre possent, vni isti suauis & iucundus videretur.

Bestiola, æ, diminutiuum, θηρίδιον. {ANGL. *An litle beaste.*} Plin. *lib.* 11. *cap.* 6. Apes alueum illinunt amarioribus succis contra aliarum bestiolarum auiditates.

Bestiarij, dicebantur qui ad depugnandum cum bestiis damnati erant. Θηριομάχοι. Hinc à Seneca *Epist.* 71. ludus bestiariorum nuncupatur, quo bestiarij depugnabant. Cic. *pro Sestio.* Præclara ædilitas, vnus leo, ducenti bestiarij. Idem *in Vatinium*, Milonem dicas gladiatoribus & bestiariis obsedisse rempublicam. Suet. *in Claud. cap.* 34.

Beta, æ, herba est notissima, etiam hodie nomen retinens, quæ quòd insipida sit, fatua peculiari quodam epitheto appellatur. {σεῦτλον, siue τεῦτλον. GALL. *Poirée, iotte, blette.* ITAL. *Beta, bietola.* GERM. *Mangolt oder Bieß.* HISP. *Acelga.* ANGL. *A beete.*} Martial. *lib.* 13.

Vt sapiant fatuæ fabrorum prandia betæ,
O quàm sæpe petet vina, piperque coquus.

Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 3. Apponunt brassicam, betam, blitum. ¶ Betæ quoque à Diogene appellabantur homines molles & cinædi. Vnde & betazare dixit Augustus, pro languere, & effœminari. Suet. *in Aug. cap.* 87. Vide Cælium *lib.* 15. *cap.* 11.

Betharmones, Βεθαρμονες, ab Homero Corybantes vocamus, *Odyss.* 8.

Betacharum, vicus inter Hierosolymam & Thecuam in monte situs. Compositum nomen ex lingua Syriaca & Hebræa. Immò, vt videtur esse בית הכרם *beth-hacchebérem*, merè Hebraicum est.

Bethania, בית-עניא *beth-ħaniâ*, Βηθανία. Villa secundo milliario ab Hierusalem, in latere montis Oliueti, Marthæ, ac Mariæ memoria insignis. ¶ Est & altera Betania trans Iordanem, vbi Ioannes quondam baptizabat. Volaterr.

Bethel, בית-אל *beth-el*. Vrbs Samariæ, quam Iesubæi condiderunt, quæ priùs vocabatur Luza.

Bethlema, vide *Bethlehem*.

Bethlehem, בית-לחם *bethléhem*, Βηθλεέμ. nomen ciuitatis Dauid, quæ alio vocabulo dicitur *Ephrata*, Christi seruatoris nostri natalibus insignis. Nunc viculus esse dicitur, qui ab Ioppe quadraginta millibus distat. Ex hac ciuitate ortus, atque ibidem in regem vnctus est Dauid. Ibi Rachel occubuit: & sepulchrum Iesse patris Dauid ostenditur. Est autem hic locus in tribu Iuda, sexto ab Hierusalem milliario positus, contra Meridiem in itinere, quo itur Hebron. Quando autem Iacob ibi pecora sua pauit, loco Bethlehem nomen imposuit, quod domus panis interpretatur: propter eum panem qui ibi de cœlo descendit. A Stephano Βηθλεέμ appellatur neutro genere & plurali numero. ¶ Hinc Bethlehemitæ dicti sunt eius incolæ.

[Bethotrophium, domus religiosa, vbi pauperes infirmi pascuntur & curantur.]

Bethphage, בית-פאגי *beth-phagé*, Βηθφαγή. Vici nomen est in Iudæa, non procul ab Hierosolymis, quod Syris domum oris, vel maxillæ sonat.

Bethsaida, בית-צידא *beth-saidá*, Βηθσαϊδά. Galilææ ciuitas, Petri, Andreæ & Philippi patria, ad Lacum Tyberiadis sita.

Bethsames, בית-שמש *beth-schémesch*. Nomen vrbis Galilææ, vbi Dominus perhibetur multa signa fecisse: à qua Bethsamitæ populi.

Bethsura & Bethsuræ, tantum plurale, בית-צור *béth-tsúr*. Munitum fuit Iudæorum præsidium, de quo multa *lib.* 1. *Machab.*

Betis, fluuius Hispaniæ vlterioris. Vide *Bætis*.

[Betizare, lacanizare, betissare languere. Casaub.]

Beto, is, Vado, quasi bene ito. Varro, Mulierem quòd parere ea non poterat, foras betere iussit. Pacuuius, Vos hine defensum patriam in pugnam betite, ex Nonio. Plaut. *Curc. sc.* 2. *a.* 1. Si illa ad me betet. Licétne betere obsecro, an non licet? Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 1.

Betonica, κεστρὸν Dioscoridi. {GALL. *Betoine ou vettoine.* ITAL. & HISP. *Betonica.* GERM. *Betonien.*} Herba Gallis dicitur, quæ ab Italia *Serratula*, teste Plin. *lib.* 25. *cap.* 8. ¶ Est & altera Betonicæ species, teste Ægineta, herba vnicaulis, ramulos habens pulegii, sed tenuiores & gustu fatuos, quæ à superiore specie differt, non effectu. ¶ Est & alia species Betonicæ,

betonicæ, seu vetonica coronaria: seu vetonicum altile, vulgò flores tunici, aut garyophylli, teste Ruellio. {ANGL. *Vetonie*.}

Betula, per simplex l, melius quàm betulla per duplex ll. σημύδα, Theophrasto σημύδα. Plin. histor. *lib. 3. c. 14.* Arbor est satis vulgaris cortice candidissimo, quam Romani ex Gallia in Italiam transtulerunt: & ex ea fasces conficiebant qui magistratibus solebant præferri. Indeque nomen sortita est à Batuendo (batuere enim cædere) batula, leuisque mutatione betula. Quo error insignis corrigitur Matthæoli (viri alioqui meo iudicio maximi) in Dioscoridem *de populo*: qui betulam à bitumine deduci existimauit.

Betulo, Hispaniæ fluuius est in tractu Tarraconensi, Barcinocensem agrum irrigans. Rectius scribitur *Baetulo* per diphthongum. Vide supra suo loco. Vulgò *Besen*.

Beua, Βεύα, vrbs Macedoniæ. Steph.

Beuos, Βεῦος, fluuius. Idem

‖Bezirdes, Vezires, Consiliarij Imperatoris Turcici, dicti *Vesiri*. Lex. gr. b. ‖

BI

Biæum, Βιαῖον, vini factitij genus erat, valetudinis causa excogitatum. Fiebat ex vuis ad solem siccatis, & aqua marina: dictum est à cura, quia multum in eo condendo laboris adhibetur: siue quia violentum esset, & efficax contra morbos: siue à festinatione atque impetu. Plin. *lib. 14. cap. 8.* Apud Græcos iure clarissimum nomen accepit, quod appellauerunt Biæon, ad plurimos valetudinum vsus excogitatum. Fit autem hoc modo: Vuæ paulum ante maturitatem decerptæ, siccantur acri sole, ter die versatæ per triduum, quarto exprimuntur, dein cadis sole inueterantur.

Biarchi, Βίαρχοι, qui præsunt commeatibus, vitæque necessariis comparandis, βίος enim Græcis non modò vitam, verumetiam victum significat.

Bianor, Βιάνωρ, nomen viri qui & Ocnus dictus est, filius Mantus fatidicæ, & Thusci fluminis, qui Mantuam vrbem à nomine matris appellauit. Virg. *Eclog. 9.*

——*námque sepulchrum*
Incipit apparere Bianoris, hic vbi densas, &c.

Fuit item vnus ex Troianis principibus, qui cum Oileo auriga, ab Agamemnone interemptum est, teste Homero *Iliad. 11.*

Bias, Biantis, Βίας. Nomen philosophi Prienensis, qui fuit vnus ex septem Græciæ sapientibus. Hic (Laërtio teste) vir fuit totus regius, & ciuium suorum princeps, quos diu aduersus pericula tutatus est. Sed tandem capta patria, quum vniuersi fugerent rerum pretiosissimarum sarcinulis onusti, ipseque interrogaretur, cur ex bonis suis solus nihil secum ferret, respondit, Omnia bona mea mecum porto: fortuita enim inter bona sua non numerabat.

Biatia Ptolemæo, oppidum est Hispaniæ Tarraconensis, fortasse idem cum eo, quod hodie *Baeza* nominatur.

Bibaculus, patria Cremonensis, vt scribit Eusebius, qui simul & Catullus inter poetas Iamborum Latinorum ponuntur. Quint. Est & Bibaculus alter, cuius meminit Cæsar *in commentarijs*.

Bibaga, Insula est Indiæ, ostreis & conchyliis referta, vt scribit Plin. *lib. 6. cap. 21.*

Bibastus, Βίβαστος, vrbs Thraciæ. Steph.

Biberius, Tiberij agnomen per derisum, propter nimiam vini auiditatem.

‖Bibesia. Fest. Perediam & bibesiam finxit sua consuetudine, cùm intelligi voluit cupiditatem edendi & bibendi. Locus est in Curcul. *act. 3.*‖

Bibiana, virgo Romana & martyr sub Iuliano, quæ vna cum parentibus martyrum corpora sepeliebat, sepulta est apud palatium Licinianum. Autor est Volaterr. *lib. 5.*

Bibilia, siue (vt alij vocant) Billia. Vxor Duellij Romani qui primus Romæ ex nauali certamine triumphauit: quæ tantæ pudicitiæ fuit, vt illo seculo pro exemplo fuerit, quo impudicitia monstrum erat, non vitium. De hac memoriæ proditum est, quòd quum Duellio in iurgio quidam, oris grauëolentia obiecta esset, eóque nomine à viro accusaretur, quod vitij eius ipsum nunquam monuisset, Bibliam respondisse, id quidem se facturam fuisse, nisi viros omnes credidisset ita olere.

Biblia, orum, plur. numer. βιβλία, libri, quo nomine Libri sacri per excellentiam appellantur. Sunt namque, teste Chrysost. hom. 9. *in epist. ad Coloss.* salubris animæ pharmaca, quæ (vt Basilius ait *in comment. super Psalm. 1.*) similia sunt medici officinæ, è qua quisque petere possit aptum suo morbo remedium. Quare & Irenæus *lib. 1. contra Valent.* comparauit Biblia arboribus ligni Paradisi. De omni, inquit, ligno Paradisi manducate, id est, ab omni Scriptura diuina manducate.

Bibliographus, βιβλιογράφος, Librarius, ὁ γράφων τὰ βιβλία, ὁ γραφεύς.

Bibliolathas à Demetrio Trœzenio dictus est Didymus Grammaticus: quoniam supra ter mille quingentos libros conscripsit. Vide Cæl. *lib. 19. cap. 7.*

‖Bibliopegus, βιβλιοπηγός, qui libros compingit, Ciceroni glutinator. ‖

Bibliopola, librorum venditor. {βιβλιοπώλης. GALL. *Libraire, vendeur de liures*. ITAL. *Librario, venditore de libri*. GERM. *Ein büchfürer, ein buchhändler, der da bücher verkaufft*. HISP. *Librero*. ANGL. *A bookeseller, a stationer*.} Mart. Non habeo: sed habet bibliopola Tryphon. Plin. iunior. Bibliopolas Lugduni esse non putabam: ac tantò libentius ex literis tuis cognoui venditari libellos meos. Componitur autem ex βιβλίον, quod est liber, & πωλῶ, vendo, per *a* inprimis.

Bibliotaphi, βιβλιοτάφοι, ab eruditis appellantur, qui vt soli sapere videantur, librorum aliquid insignium nacti, nemini eorum copiam faciunt, sed in arca, velut in sepulchro quodam inclusos asseruant.

Bibliotheca, {בית־ספרים beth-sepharim. βιβλιοθήκη. GALL. *Librairie, estude, chambre aux liures*. ITAL. *Libraria*. GERM. *Ein liberey, ein ort da man die bücher hin einander behelt*. HISP. *Libreria*. ANGL. *A librarie, a studie, a great nomber of bookes*.} Tam librorum per se magnus numerus, quam locus vbi libri sunt, appellatur, vt *lib. 32. Digest.* scribit Vlpian. Cic. *ad Attic.* Dionysius seruus meus, qui meam bibliothecam multorum nummorum tractauit, quam multos libros surripuisset, &c. Latinis Libraria dicitur. Cel. Forte in libraria ego, & L. Paulus poeta, vir memoria nostra doctissimus, consederamus. ¶ Est & bibliotheca titulus, siue inscriptio, qua Diodorus historiam suam nominauit. Lib. *in Proœmio operis*. Apud Græcos deint nugari Diodorus, & Bibliothecas historiam suam inscripsit. Bibliothecas (vt scribit Vitruuius) ad Orientem spectare debent. Vsus enim librorum matutinum expostulat lumen.

Bibliothecalis, e, quod est Bibliothecæ: vt apud Mart. Bibliothecalis copia.

‖Bibliothecarius, qui bibliothecæ præfectus est. ‖

Biblina, æ, Βιβλίνη, Thraciæ regio, vino generoso insignis quod Biblinum ab ea appellatur: tametsi alij à biblia vite appellatum malint. Demus autem Delius Biblinum vinum, Naxium interpretatur, eò quòd Biblus Naxi insulæ fluuius sit. Vide Steph.

‖Biblio, vide *Bilbio*.‖

Biblus, βίβλος, fœmin. gener. iuncum significat, item Ægypti arborem, quæ & Papyrus, cuius cortice ad chartas, ligno autem ad nauigia vtebantur. Lucan. *lib. 3.* Nondum flumineas Memphis contexere biblos Nouerat. ¶ Est etiam Naxi insulæ fluuius, à quo nonnulli, Biblinum vnum nominatum putant. Vide supra in dictione *Biblina*.

Bibo, is, ibi, ibitum, Potum haurio, humorem attraho. {שתה *schathah*. πίνω. GALL. *Boire*. ITAL. *Bere*. GERM. *Trincken*. HISP. *Beuer*. ANGL. *To drink*.} Plaut. *in Stich.* Vide quot cyathos nos bibimus. Cedò vt bibam. Plaut. *Most. sc. 1. a. 2.* Bibite, pergræcamini. Este. Idem *Most. sc. 1. a. 1.* Date illi quod bibat. *Ibid. sc. 4. a. 1.* Monstra quod bibam, tuam qui possim perpeti petulantiam. Idem *Men. sc. 1. a. 5.* An istic vbi bibisti (de ebrio.) Idem *Amph. sc. 1. a. 2.* Mihi decretum est bibere aquam. Idem *Aul. sc. 1. a. 3.* Metuo malum maiorem ne mixtum bibam. Idem *sc. 4. a. 1.* Agite, bibite fores, potate. *Ibid. Curc. sc. 1. a. 1.* Et foribus dat aquam quam bibant. *Ibid. sc. 3. a. 1.* Bibit arcus, pluet hodie (de lena) Idem *sc. 2. a. 1.* Calidum bibunt. *Ibid. sc. 3. a. 2.* rape, clepe, bibe, & fuge. Idem *Pseud. sc. 2. a. 1.* Bibenda fuligo lucubrationum. Quint. Hinc ille iustitiæ haustus bibat. Idem. Da nunc bibat ordine dixit Iupiter. Ouid. 5. *Fast.* Bibat solem cuticula. Iuuen. *Sat. 11.* Item, transfertur ad alia, Bibunt suceum ingenij nudæ arces. Virg. *lib. 11.* etiam his iunxit, quæ vim attrahendi humoris nullam habent, Hasta sub exertam donec perlata papillam Hæsit, virgineúmque altè bibit acta cruorem. Bibere liberaliter, i. largiter, Celsus *lib. 4. cap. 10.* ¶ Bibere etiam accipitur pro auscultare, seu studiosè audire. Horat. *lib. Car. 2.*

Pugnas & exactos tyrannos
Densum humeris bibit aure vulgus.

¶ Inuenitur etiam passiuum huius verbi *bibo* in tertia persona, Iuuen.

——— *sed nulla aconita bibuntur* *Fictilibus*.

Plaut. *Most. sc. 3. a. 1.* Estur, bibitur dies noctésque. Aut bibat, aut abeat. Cic. 5. *Tusc.* Mihi quidem in vita seruanda videtur illa lex, quæ in Græcorum conuiuiis obtinetur, Aut bibat, inquit, aut abeat. Et rectè. Aut enim fruatur aliquis pariter cum aliis voluptate potandi, ne sobrius in violentia vinolentorum incidat, aut discedat. Hactenus Cicero. Hoc Adagio (inquit Erasmus) monemur vt aut tempori, locóque nos accommodemus: aut ab hominum consuetudine nos subducamus.

Bibax, & Bibosus, qui est bibendi auidus, vel nimius potator. {שתוי *schethi* סובא *sobe*. ποτικός, φιλοπότης. GALL. *Grand beueur, qui boit beaucoup*. ITAL. *Beuitore, cinciglione*. GERM. *Ein grosser trincker, ein saufer, der vil trinckt*. HISP. *Grande beuedor*. ANGL. *A great drinker*.} Gell. *lib. 3. c. 12.* Bibendi auidum, P. Nigidius in Commentariis Grammaticis bibacem, & bibosum dicit. Laberius *in Mimo lib. 1.* Non mammosa, non annosa, non bibosa, non procax. Bibosus tamen (si Gell. credimus) vocabulum est nouum, & à Liberio vocum innouatore confictum. Nomina enim in *osus* potius fiunt à nominibus, quàm à verbis.

Bibaculus, diminutiuum à nomine Bibax, qui largiùs & frequentiùs bibit, φιλοπότης. ¶ Idem nomen fuit Poëtæ, quem Hieronym. *in Chronicis* Cremonæ natum esse scribit, paulò minorem Cicerone.

Bibacitas, atis, propensio ad largiùs bibendum. {φιλοποσία. GALL. *Beuerie excessiue*. ITAL. *Eccessiuo beuere*. GERM. *Weinsucht*. HISP. *El habito y obra de mucho beuer*. ANGL. *Great drinking*.}

Biber, nomen antiquum neutro genere vsurpatum. τὸ πίνειν. C. Fannius *annalium* 8. Domina eius vbi ad villam venerat, iubebat biber dari. Cato quoque *in Originum libris* vsus est, & Tintinnius *in prol.* Date illi biber, iracundia est. Sosipater *lib. 1.*

Bibesia, æ, vocabulum est à Plauto confictum, pro nimia bibendi auiditate, φιλοποσία, quemadmodum & Perediam idem dixit pro fame, & voracitate. Festus.

Bibones, musca sunt.

Bibitor, potor. Sidon.

Bibosus, vide *Bibax*.

Bibulus, a, um, quod facilè sorbet. {שותה *schotheh* סובא *sobe*. πινών, πότικος. GALL. *Qui boit volentiers*. ITAL. *Che beue volentieri*. GERM. *Das gern trinckt, oder aufsaufft*. HISP. *Que se passa como papel*. ANGL. *That sucketh vp quickelie, desirous to drink (ful.)*} Virg. *ad Messalam*.

Inuersa bibulam restringens lumen oliue.

Lumen enim bibit oleum, id est, ardendo consumit. ¶ Vnde & bibulorum cognomen ductum est, & Bibula papyrus, quæ sorbet attramentum. Lucanus,

Conficitur bibula Memphytis charta papyro.

¶ Hinc fit Meribibulus, de quo alibi. ¶ Horat. passiuè dixit, Bibulum Falernum.

Pocula bibuli media de nocte Falerni,
Oderunt porrecta negantem pocula.

Bibracte, Heduorum oppidum est apud Gallos, autore Cæsare. Hodie Sequanis, hoc est, Burgundis annumeratur, vulgò *Beaulne*.

Bibracum, vrbs Sueuiæ, Biberach vulgò.

Bibrenis pes, pyrrhichius, Diomedes Grammat. *lib. 3.*

Bibrucum, Daniæ vrbs. Vulgò *Biberg*.

Bibulus, Collega Cæsaris fuit in consulatu, nomine potius quàm re. Cæsar enim solus quicquid visum erat, inconsulto collega, pro suo arbitrio gerebat. Vnde quicquid illo anno factum erat, homines vrbani Caio & Cæsare Coss. gestum dicebant. Vide Erasmum *in Apoph.* Extat etiam apud Tranquillum in vita Cæsaris ea de re distichon huiusmodi.

iusmodi, Non bibulo quicquam nuper, sed Cæsare factum est. Nam Bibulo fieri Consule nil memini. ¶ Bibulus homo scelestissimus. Gell. *cap.7. lib.2.*

Biceps, Biclinium, Bicolor, Bicornis, Bicorpor, Bicubitalis. Vide *Bis.*

[Bicerres, διμαλλοι, διάχροσσοι. Gloss. v. διμαλλος est vtrinque villosus: διάχροσσος est vtrinque fimbriatus. Ex bis & cirrus. Bicerres sunt, qui sectos habent pilos.

Bicoxum, δίμηρον. Gloss. à bis & coxa.]

Bicurgium, Βικούργιον Ptolemæo Germaniæ vrbs est, quam *Erfordiam* vocant.

[Bidellus, gymnasij custos. Alciat.]

Bidini, populi sunt Siciliæ, Citariis, & Cacirinis vicini: vt autor est Plin. *lib.3. cap.8.*

Bidios, Βίδιος, castellum in agro Tauromitano. Steph.

Biemus, vrbs Cretæ. Vide historiam apud Stephan. vbi ait de Vienna Galliæ.

Biendium, citerioris Hispaniæ portus est, apud Plin. *lib.4.* in descriptione citerioris Hispaniæ.

Bigargitani, populi sunt Hispaniæ in tractu Tarraconensi. Vide Plin. *lib.3. cap.3.*

Bigerones, Aquitaniæ populi sunt, apud Cæsarem, Tarbellis & Sontiatibus vicini.

Bigerra, Βίγερρα Ptolem. Hispaniæ ciuitas est, Setabis contermina, quæ hodie *Beiar* ab incolis vocatur.

Bigerrica, vestis rufa, & vilis hispida.

Bigerriga, vestis est Gallica.

[Biglator, vigilator. Lex.gr.b.

Biglaticum æs, quod vigiles accipiebant. Idem]

Bilæus, Βιλαῖος, fluuius est Ponti, in finibus Paphlagoniæ, non procul ab Heraclea. Vide Plin. *lib.6. cap.1.*

Bilbilis, Βίλβιλις, oppidum Celtiberorum in Hispania Tarraconensi ad Salonem fluuium, optima ferri temperatura nobilem. Ex hoc oppido Martialis poëta originem traxit, vt ipse multis in locis testatur. Vulgo *Calatayut.*

Bilbina, vrbs Persica. Steph.

Bilis, {חמה *chemáh* מררה *meroráh* ממר *mémer*, χολή. GALL. *Colere, fiel.* ITAL. *Colera.* GERM. Die gal. HISP. *Colera, hyel.* ANGL. *Choler, anger, the gall.*} Nomen est commune duobus præcipuè humani corporis humoribus: quorum alter, qui calidus est & siccus, ab aureo colore Flaua bilis appellatur. Alter, qui frigidus est & siccus, quoniam nigræ fauillæ colorem imitatur, Atra bilis dicitur. Vtrumque genus rursus in duas primarias species finditur: in naturalem scilicet, & non naturalem. ¶ Bilis flaua naturalis (quæ bilis appellationem sibi peculiariter vendicauit) rursus duplex est. Quædam enim apta est nutritioni, quæ vnà cum sanguine miscetur in venis: partim vt ille hoc veluti vehiculo commodiùs penetret in venas exiliores, partim vt alat partes naturæ suæ affines, hoc est, calidas & siccas. Deinde munere suo functa, quod reliquum est, vnà cum sudoribus foras effluit per poros. Hæc tenuis humoris permistione mutatur in bilam pallidam, quæ & ipsa à naturali quàm minimum recedit. ¶ Altera excrementitia est, & inepta nutritioni, quæ à sanguine expurgata recipitur in vesiculam bilis, quam χοληδόχον Græci appellant, & inde proprio meatu in intestina dealbens, deiectionem stimulat, & tingit excrementa. ¶ Non naturalis iterum in quatuor distinguitur species, in vitellinam, λεκιθώδη, quæ fit ex bile pallida, acrimonia caloris non naturalis vsta: in porraceam, πρασοειδῆ: in æruginosam, ἰώδη: & in eam quæ cæruleo colore glastum imitatur, vnde ἰσατώδης à Græcis appellatur. Tres hæ posteriores species potissimùm fiunt in ventriculo, in alimentis acribus, vt porro, sinapi, & similibus: ex quibus primùm fit porracea bilis, deinde æruginosa, & postremò cærulea. Nonnunquam etiam in iecinore ex vitellina vehementiùs vsta, vt accidere solet in morbis ardentissimis. ¶ Atra bilis & ipsa in Naturalem diuiditur, quam propriè μέλαιναν χυμὸν, id est, atrum succum, siue succum melancholicum medici appellant, & Non naturalem: & Naturalis rursus, in Aptam nutritioni, quæ miscetur sanguini in venis, aliæque partes frigidas & siccas, ossa scilicet, & cartilagines: & in Excrementitiam, quæ nihil aliud est, quàm excrementum sanguinis, quod à iecore lien ad se allicit, ciúsque tenuissima parte alitur: reliquam per proprium meatum (quem & stomachum vocant) in ventriculum regurgitans, vt illum astringat & roboret: vbi munere suo functa, vnà cum excrementis per intestina deiicitur. ¶ Non naturalis autem (quæ propriè Atra bilis dicitur,) in triplici est differentia. Alia enim fit ex succo melancholico, putredinis, aut caloris vi in cinerem quodammodo conuerso. Alia ex bile vitellina, primùm in porraceam, deinde in æruginosam, & postremò in cæruleam mutata. Alia ex pituita in venis putrescente, & vehementiùs vsta. Vide *Fel.* ¶ Accipitur item Bilis pro ira, quæ à bile excitatur. Horat. 2. *Sermon. Satyr.*2. tantùm maledicit vtrique, vocando hanc furiam, hunc aliud, iussit quod splendida bilis. Delirat vxor, atria bili percita est, nulla res tam delirantes homines concinnat citò. Plaut. *Amph.* ¶ Mascula bilis, id est, ora concitata & vehemens. Persius *Satyr.5.*

——Calido sub pectore mascula bilis
Intumuit, quam non extinxerit vrna cicuta.

¶ Inest & formicæ & serpho bilis Ἔνεστι καὶ μύρμηκι κἀν σέρφῳ χολή. Admonet adagium non esse contemnendum inimicum quempiam, nec vllum temere lacessendum: quandoquidem nullum animal tam minutum, aut imbecillum, quod irritatum non excandescat ira. Quadrabit & in homunculos nullis præditos viribus, tamen vindictam molientes, ita vt solet animo suppeditante.

Bilis, apud Afros appellatur semen humanum, humi profusum. Festus.

Biliosus, a, um, in quo bilis abundat. {χολώδης. GALL. *Bilieux, colere, facile à courroucer.* ITAL. *Colerico, che facilmente corruccia.* GERM. In dem vil gallen oder bitterkeit ist/gallsüchtig/ zornmütig. HISP. *Melancolico, ò colerico.* ANGL. *Colerike, angrie.*} vt, sanguis biliosus, sputum biliosum, apud Cornelium Celsum.

Bion, Βίων, Borysthenites philosophus fuit, & sophista callidus, qui philosophiam vario orationis flore vestiuit. Hic primum Cratetis Cynici philosophi auditor fuit, à quo sese ad Theodorum contulit. Fertur hic

dixisse ad eum qui fundos suos ingluuie vorauerat, terra Amphiaraum absorbuit, sed terram tu. Fuerunt & alij eiusdem nominis philosophi, quos vide apud Laertium.

Bionei sermones prouerbiali figura dicuntur ab Horatio: vt in suis Chiliadibus annotauit Erasmus, vt prouerbium explicat, Dente Theonino rodi. Ait enim ex Acrone, Bionem philosophum fuisse, qui mordacissimis dialogis lacerauerit poetas, sic vt nec Homero parceret. Porphyrion autumat Aristophanis comici patrem fuisse. Versus apud Horatium *lib.2. Epist.2.* sunt isti,

Carmine tu gaudes, hic delectatur Iambis,
Ille Bioneis sermonibus, & sale nigro.

Biothanatos, violenter mortuus. {חלל *chalál.* GALL. *Occis violentement.* ITAL. *Veciso violentemente.* GERM. Einer der mit gwalt getödt wirt. HISP. *Matado fuerçosamente.* ANGL. *Thatis killed violentlie.*} βιοθάνατος, ex βία violenta, & θάνατος mors: vt quum quis ferro, vel alia vi interficitur, & non sua, i. naturali morte moritur, quæ naturaliter contingit: & mors ipsa Biothanata dicitur, quæ per vim infertur. De qua intellexit Virg. *lib.4. Æneid.* quum dixit,

Nam quia nec fato, merita nec morte peribat,
Sed misera ante diem.

Scribit Lampridius prædictum fuisse Heliogabalo, ipsum biothanatum futurum. Iul. Firm. Si luna, inquit, applicuerit se Saturno deficiens lumine, facite matres biothanatas interire. Seruius ait Biothanatorum animas non recipi in originem suam.

Bipedimui, Galliæ in Aquitania populi, de quibus vide Plin. *lib.4. c.39.*

Biracelum, Thusciæ oppidum est Ptolemæo: hodie *Vitarellum.*

Bis, aduerb. Duabus vicibus, iterum. {פעמים *pahamaym.* δὶς. GALL. *Deux fois.* ITAL. *Due fiate.* GERM. Zwey mal. HISP. *Dos vezes.* ANGL. *Two tymes.*} Cic. *de Amic.* Bis vnà consules. Plin. Vt aliquæ bis die pariant. Multa habet composita de quibus mox dicemus.

Filia me mea bis, &c. fecit auum.

Ouid. *Eleg. vlt. lib.4. Trist.*

Barba resecta mihi est bisve, semelve fuit,

Ibidem.

Bis tantò pluris redimam tibi aliam pallam,

Plaut. *Men. sc.3. a.4.* Affigantur (cruci) bis pedes, bis brachia.

——Bis nudo pede dissiluit,

Ouid. *Eleg.6. lib.4.* Bis tanto sunt amici, quàm priùs. Plaut. *Amph.*

Biceps, itis, qui habet duo capita. {δικέφαλος. GALL. *Ayant deux testes ou deux sommitez.* ITAL. *Cosa que ha due capi.* GERM. Zweyköpffig/das zwey häupter hatt. HISP. *Cosa que tiene dos cabeças.* ANGL. *That hath two heades.*} Plin. *lib.10. cap.62.* Serpentes coëunt complexu, adeò circumuolutæ sibi, vt vna existimari biceps possit. Cic. *1. de Diu.* Et si pulla nata biceps esset.

Biclinium, locus vbi duo lecti sunt, sicut Triclinium, vbi tres. {δικλίνιον. GALL. *Chambre où il y a deux licts dressez.* ITAL. *Luogo doue stanno due letti.* GERM. Ein ort da zwey bet stehn. HISP. *Lugar donde ay dos camas ò mesas.* ANGL. *A chambe with two beddes.*} Est autem hæc dictio ex Latino & Græco composita: nam Bis Latinum est, & κλίνη Græcum, quod lectum significat. Plaut. *in Bacch.* In Biclinio cum amica sua vterque cubitum eatis.

Bicolor, adiect. Duorum colorum. {δίχροος. GALL. *De deux couleurs.* ITAL. *Di due colori.* GERM. Das zweierley farben hatt. HISP. *Cosa que tiene dos colores.* ANGL. *Of two coloures.*} Plin. *lib.10. cap.52.* Intus omne ouum volucrum bicolor. Ouid. *12. Met.*

Myrtea sylua subest bicoloribus obsita baccis.

Bicornis, e, quod habet duo cornua. {δίκερως. GALL. *Ayant deux cornes ou deux fourchons.* ITAL. *Di due corne.* GERM. Das zwey hörner hatt. HISP. *Cosa que tiene dos cuernos.* ANGL. *That hath two hornes.*} vt, Bicorne ferramentum. Col. *lib.10. cap.5.* Bicornes furcæ. Virg. *1. Georg.*

Exacuunt alij vallos, furcásque bicornes.

Bicorpor, omnis gen. {δισώματος. GALL. *Ayant double corps.* ITAL. *Di due corpi.* GERM. Das zwen leib hatt. HISP. *Cosa que tiene dos cuerpos.* ANGL. *That hath two bodies.*} Duorum corporum. Cic. *2. Tusc.* Hæc bicorporem afflixit manum.

Bicubitalis, e, quod duorum est cubitorum. {δίπηχυς. GALL. *Qui a deux coudees de long.* ITAL. *Di due cubiti.* GERM. Das zwo elenbogen lang ist. HISP. *Cosa que tiene dos codos de largo.* ANGL. *Two cubites long.*} vt, Bicubitalis caulis. Plin. *lib.20. cap.23.*

Bidental, locus erat, aut ædificium fulmine tactum: ita dictum ab oue bidente, quæ ad prodigij procurationem à sacerdote immolata, ibi sepeliebatur. Horat.

Minxerit in patrios cineres, an triste bidental
Mouerit incestus. certè furit, ac velut vrsus

Nonius Marc. Bidental dici vult, quòd binæ pecudes mactarentur. Corn. *in Pers. Sat.2.* ipsum fulmen bidental appellari scribit, aut quia duos dentes habeat, aut quia vbi ceciderit, bidentes mactentur.

Bidentes. Quidam intelligunt oues, aut alia pecora, quæ per ætatem duos dentes altiores habent. Nam Higinus dicit, Quæ bidens hostia, oportet dentes habeat octo, sed ex his duos cæteris altiores, per quos appareat ex minore ætate in maiorem transcendisse. Alij Hostias bimas, id est, duos annos habentes, hoc nomine intelligunt, quòd in commentariis ad ius Pontificum pertinentibus legatur Bidentes primò dictas, d, litera ex superfluo interiecta (sicut in Redeo) ad hiatum duarum vocalium præcauendum. Ergo Bidennes primò dictæ sunt quasi Biennes: postea autem vocabulo longo vsu loquendi corrupto, quæ priùs Bidennes dicebantur, postea bidentes sunt dictæ. Vide Gell. *lib.10. cap.4. & lib.16.* Virg. *6. Æneid.*

——Totidem lectas de more bidentes.

¶ Item bidens, σμινύη. Pollux, vbi agit τῶν γεωργικῶν ἐργαλείων, instrumentum rusticum fossorium, quod duos dentes habeat. Iuuen.

Vinee bidentis amans, & culti villicus horti.

[& Tibull. 1. *eleg.*

Pace bidens vomerque vigent.]

Vet. Lex. Latinogr. Bidens δίκελλα. Gloss. Isid. bidens anchora tanquam sit adiectiuum, substantiuè vsurpatum.]

Biduum, Spatium duorum dierum: à quo biduanus, a, um: vt Biduanæ inducia,

ducit, {שמים jamáym. δύο ἡμέραι. Gall. L'espace de deux iours, deux iours, deux iours entiers. Ital. Il spatio di due giorni. Germ. Zween tag. Hisp. El espacio de dos dias. Angl. The space of two dayes.} Terent. in Eunuch. Ego impetrare nequeo hoc abs te biduum Saltem vt concedas solùm. ¶ Biduo continenti significat duobus diebus continentibus. Sueton. in Calig. Per hunc pontem vltro citrò commeauit biduo continenti.

Biendium, Citerioris Hispaniæ portus. Plin. lib. 4.

Biennis, qui est duorum annorum. {διετής. Gall. De deux ans. Ital. Di due anni. Germ. Zwey iar alt/von zweyen iaren. Hisp. Cosa de dos años. Angl. Of two yeares.} Plin. lib. 2. cap. 82. Vtpote quum quidam annuo & bienni spatio durauerunt.

Biennium, spatium duorum annorum. {שנתים schenathaáym. διετία. Gall. Deux ans entiers, l'espace de deux ans. Ital. Di due anni. Germ. Zwey iar. Hisp. Cosa de dos años. Angl. The space of two yeares.} Cic. de Amicit. Primò Gabinia lege: biennio autem pòst Cassia.

[Bifarius, a, um, quod duobus modis fari possis, duplex. Inde]

Bifariam, {διχῶς. Gall. En deux parties, en deux sortes, en deux manieres. Ital. In due parti. Germ. Auff zween weg/auff zwo weyß. Hisp. En dos partes. Angl. Two fold or two maner of wise.} vt, Trifariam, τριχῶς, aduerbia sunt, quibus significatur quod duobus vel tribus modis, vel quod in duas, vel tres partes fieri potest. Cic. 3. Tusc. Bifariam quatuor perturbationes æqualiter distributæ sunt, nam duæ, &c. Bifariam agi cum populo non potest. Gell. cap. 15. lib. 13. Dispartite opsonium bifariam. Plaut. Aul. sc. 1. a. 2. ¶ Sic Multifariam, Omnifariam, Plurifariam significat multorum generum, omnis generis, plurium generum: siue in multas, in omnes, & in plures partes: siue quod multis, omnibus, & pluribus modis fari potest. Dicimus etiam Bifariè, Trifariè, Multifariè, &c.

[Bifax. Gloss. Isid. Bifax, duos habens obtutus, à duplice facie: vt Græcis διπρόσωπος.]

Biferus, a, um, quod bis quotannis fructum fert. {δίφορος, δίκαρπος. Gall. Portant deux fois l'an. Ital. Che fa frutto due volte all' anno. Germ. Das jährlich zwey maal frucht tregt. Hisp. Cosa que trae fructo dos vezes en el año. Angl. That beareth fruite twise in one yeare.} Virg. 4. Georg.

--- biferique rosaria Pæsti.

¶ Biferæ ficus. Suet. in Aug. cap. 76. Colum. lib. 5. cap. 10. Fabulantur poetæ Alcinoi Phæacum regis pomaria fuisse bifera, hoc est, bis quotannis fructum protulisse.

Bifidus, a, um, quod in duas partes fissum est, {δίχηλος. Gall. Qui est fendu ou se fend en deux. Ital. Fesso in due parti. Germ. Zu zwey theil zerspalten. Hisp. Cosa hendida en dos partes. Angl. Clouen in two.} Plaut. lib. 11. cap. 37. Lacertis bifida & pilosa lingua. Ouid. 4. Met.

——— bifidósque relinquit
Rima pedes.

Bifidatus, a, um, adiect. idem quod Bifidus. Plin. lib. 13. cap. 4. Folia cultrato mucrone lateribus, in se bifidatis, bellas primùm demonstrauère gemmas.

Biforis, e, quod habet duas ianuas. {δίθυρος. Gall. Ayant deux huis qu'on ouure çà & là. Ital. Che ha due porte. Germ. Das zwo thüren hatt. Hisp. Cosa que tiene dos agujeros, ò horados, ò puertas. Angl. That hath two gates or leafes.} Ouid. 3 de Ponto. Eleg. 3.

Nox erat, & bifores intrabat Luna fenestras.

Biforis cantus. Virg. 9. Æneid.

Vbi assuetis biforem dat tibia cantum.

vbi Seru. Biforem, bisonum, imparem.

Biformis, is, & hoc biforme, duas habens formas. {δίμορφος. Gall. Double de forme, ayant deux formes. Ital. Di due forme. Germ. Zweygestältig/ das zwo gestalt hatt. Hisp. Cosa que tiene dos formas ò figuras. Angl. That hath two shapes.} Virg. 6. Æneid.

——— mistúmque genus prolésque biformis.

Colum. lib. 10. Inter lasciuos Satyros, Panásque biformes.

Biformatus, a, um, adiect. Idem quod biformis, δίμορφος. Cic. 2. Tusc. Non biformatus impetu Centaurus ictus corpori inflixit meo.

Bifrons, tis, qui duas frontes habet. {διπρόσωπος. Gall. Qui a deux faces, ou deux visages. Ital. Di due fronti. Germ. Der zwo stirnen hatt. Hisp. Cosa que tiene dos frentes. Angl. That hath two visages or faces.} Est autem hoc Iani epitheton, quem ideo dicimus bifrontem, quòd præterita sciuerit, & futura præuiderit: vel quia superùm, & inferùm ianitor est. Virg. 12. Æneid.

Latonǽque genus duplex, Ianúmque bifrontem.

Bifurcus, geminas furcas habens. {ἀμφίκρανος. Gall. Qui a deux fourchons, fourchu. Ital. Bifurcato. Germ. Das zween spitzen oder zincken hatt. Hisp. Cosa de dos horcas. Angl. Two forked.} vt, Bifurcum ferramentum. Col. lib. 5. cap. 18. Bifurci ramusculi. Idem lib. 5. cap. 11.

Bigæ, Currus duobus equis vecti: ita dicta, quasi Biiugi, quòd duorum equorum iugo agantur. {συνωρίς, ζεῦγος. Gall. Chariot ou charrette de deux cheuaux, deux cheuaux attelez l'un auec l'autre. Ital. Carretta di due caualli, Biga. Germ. Ein karch so von zweyen rossen gezogen wirt. Hisp. La yunta de dos cauallos. Angl. Chariots or carts drawn with two horses.} Equi verò ipsi Biiugi, Biiuges ve dicuntur. Biga singulari numero. Suet. in Tib. cap. 26. ¶ Sic Quadrigæ, quæ à quatuor equorum iugo trahi solent: & equi ipsi Quadriiugi. Virg. 5. Æneid.

Et nox atra polum bigis subuecta tenebat.

¶ Apud veteres tamen Bigam, & Trigam, & Quadrigam inuenimus. Suet. in Tib. Vir vnius bigæ adiectione honorari passus est. Pap. in Theb. Rotiferum gelida tenuauerat aera biga. Plin. In summo Mausoleo est quadriga marmorea. Bigas primùm iunxerunt Phrygij, quadrigas Erichthonius, teste Plin. lib. 7. cap. 56.

[Bigarius, qui bigas regit: idem cisiarius, & carracarius.]

Bigati, nummi bigas impressas habentes. Plin. lib. 33. cap. 3. Nota argenti fuère bigæ atque quadrigæ: & inde bigati, quadrigatique dicti. Tacit. de Germ. Pecuniam probant veterem, & diu notam serratos, bigatósque.

Bigamus, {δίγαμος. Gall. Remarié. Ital. Rimaritato. Germ. Der zwey maal geweybet hatt. Hisp. Casado dos vezes. Angl. Which hath had two wifes.} Qui duas vxores duxit, à quo Bigamia, γάμος enim nuptiæ dicuntur. Sipontinus.

Bigemmis, e, quod habet duas gemmas. Colum. lib. 9. Pro materiis longioribus pollices quaternùm, aut quinùm gemmarum relinquuntur, pro custodibus autem bigemmes resectes efficiunt in ea.

Bigenera, Animalia ex diuerso genere nata, vt Leopardus ex leæna & pardo, non (vt aliqui putant) ex leone & panthera, διγενῆ. Varr. lib. 2. de re rust. Nam muli & hinni bigeneri, atque insititij, non suopte genere ab radicibus. Ex equa enim & asino fit mulus: contrà, ex equo & asina hinnus.

Bignæ, geminæ dicuntur, quia bis vna die natæ sunt. Festus.

[Bihernij vocantur, quibus in vtrisque scroti partibus signa herniæ apparent.]

Biiugi, e, qui dicuntur, bini ad vnum iugum nexi. {δίζυγοι. Gall. Accouplé à costé d'vn autre. Ital. Due caualli ad vn giogo. Germ. Zwey roß neben einander gespant. Hisp. Dos cauallos de vna yunta. Angl. Two horses in one yoke.} Martialis, Gestatus biiugis Regulus esset equis. Virgil. 10. Æneid.

Interea biiugis infert se Lucagus albis.

Biiugi curriculo. Suet. in Calig. cap. 19.

[Bilagium, medicamenti genus, χαλκηδών.]

Bilanx, cis, statera, quæ duas habet lances. {מאזנים moznáyim. ζυγός. Gall. Balance. Ital. Balancia. Germ. Ein waag mit zweyen schüsslen. Hisp. Peso de dos balanças. Angl. Balaunces.} Alio nomine Libra dicitur. Perottus.

[Bilbio. Fest. Bilbit factum est à similitudine sonitûs, qui fit in vase. Næuius, Bilbit amphora, inquit.

Bilbinus εἶδος ᾠδῆς. Gloss. v. videtur esse idem quod Bombylius, à bilbio.]

Bilibris, e, duarum librarum. {δίλιτρος. Gall. Pesant deux liures. Ital. Di due libre. Germ. Zweypfündig. Hisp. Cosa que pesa dos libras. Angl. Of two pound weight.} Mart. lib. 11. Nunc vt emam grandémve lupum, mulúmve bilibrem. Plin. lib. 18. c. 11. Ex aqua hordeóque bilibres offæ. Bilibra, bilibræ, δίλιτρον, duarum librarum pondus. Liu. 4. ab Vrbe, Sp. Melium, cui tribunatus plebis magis est optandus, quàm sperandus fuerit, frumentarium diuitem, bilibra farris sperasse libertatem se ciuium suorum emisse.

Bilinguis, qui duas habet linguas, hoc est, qui modò vnum, modò aliud loquitur. {δίγλωττος. Gall. Qui parle deux langues, Trompeur, qui tantost dit d'vn, tantost d'autre. Ital. Di due lingue, bilingue, fallace. Germ. Zweyzungig/ vnbeständig. Hisp. El que tiene dos lenguas, engañoso. Angl. That hath two tounges, deceitfull.} Vnde etiam pro fallaci posuit Virg. 1. Æneid.

Quippe domum timet ambiguam, Tyriósque bilingues.

Vbi alter alterum bilingues manifestò prehendunt (osculantes sup.) Plaut. Pseud. sc. 1. a. 5. ¶ Item, qui callet duas linguas. Horat. lib. 1 Serm. Satyr. 10.

——— Canusini more bilinguis.

Canusinum idem bilinguem vocat, quia & Græci & Latini apud Canusium vrbem Italiæ, non procul à mari, sitam à Diomede conditam habitant, vtroque sermone vtentes, Latino & Græco. Ex Acrone. Curt. lib. 7. de Branchidis, Mores patrij nondum exoleuerant: sed iam bilingues erant, paulatim à domestico externóque sermone degeneres.

[Bilis est humor quidam humani corporis, aliàs vtilis, aliàs superuacaneus. Bilis alia flaua, alia atra crebrò dicitur.]

Bilix, adiectiuum à Licium, {δίμιτος. Gall. Renforcé à double fil, tissu en double. Ital. Maglia à due lici. Germ. Ein doppel pantzer/oder prägedin. Hisp. Cosa que se texe con dos lizos. Angl. Double wouen.} vt, Bilix lorica à Virgilio dicta, quæ duo licia & fila in summitate habetet ad ornatum. lib. 12. Æneid.

——— rumpitque infixa bilicem Loricam.

[Billis, apud Afros appellatur semen humanum, humi profusum. Fest.]

Bilustris, e, quod est duorum lustrorum, id est, decem annorum: vt Bellum bilustre, quod duo lustra, hoc est, decem annos durauit. {δεκαετής. Gall. De dix ans, qui a duré deux fois cinq ans. Ital. Di due lustri. Germ. Zehen iärig. Hisp. Cosa de espacio de dos lustros. Angl. Which lasteth ten yares, of ten yeares.} Ouid. 2. Amor.

Pergama quum caderent bello superata bilustri.

Bimaris, e, adiectiuum, quod inter duo maria situm est. {διθάλασσος. Gall. Qui est entre deux mers. Ital. Cosa posta tra due mari. Germ. Das zwischen zweyen meeren ist. Hisp. Cosa que participa de dos mares. Angl. That is betwene two seas.} vt, Bimaris Corinthus. Horat. lib. 1. Carm.

——— Aut Ephesum bimarisve Corinthi Mœnia.

Adriacúmque patens latè bimarémque Corinthum,

Ouid. 4. Fast.

At postquam bimarem cursu superauimus Isthmon.

Idem Eleg. 10. lib. 1. Trist.

Bimaritus, qui duas vxores habuit.

Bimater, Agnomen Bacchi, quòd duas matres habuerit, Semelem & Iouem, matris fungentem officio. διμήτωρ. Vide suprà in nomine Bacchus.

Bimembris, duarum partium, quasi membrorum. {διμελής. Gall. Ayant doubles membres, ou deux membres. Ital. Di due parti. Germ. Das zwey theil oder glider hatt. Hisp. Cosa que tiene dos miembros. Angl. That hath two partes or partes or members.} Ouid.

Est male confusum pedibus, formáque bimembri.

¶ Et bimembres substantiuè, pro Centauris. Idem 2. Met.

Ecce ruunt vasto trepidi clamore bimembres.

Virg. 8. Æneid.

——— tu nubigenas inuicte bimembres, &c.

Bimensis, is, tempus duorum mensium. {τὸ δίμηνον. Gall. L'espace de deux mois, deux mois entiers. Ital. Spatio di due mesi. Germ. Zween monat. Hisp. Espacio de dos meses. Angl. The space of two moneths.} Liuius lib. 5. dec. 5. Et ad opera quæ locassent probanda, anni & bimensis tempus prorogaret.

Bimestris, e, duos menses habens, aut duos annos à luna computatos. {δίμηνος. Gall. De deux mois. Ital. Che ha due mesi. Germ. Das zween monat

monat hatt. Hisp. *Cosa de espacio de dos meses.* Angl. *Of two monethes.*} Horat. *lib.* 3. *Carm.*

——— & porco bimestri
Cum famulis operum solutus.

Sic Trimestris, Quadrimestris, Quinquemestris. Plin. Castrari agnos, nisi quinquemestres, præmaturum existimant.

Bimulus, qui in bimatu est, hoc est, qui duos annos ætatis habet. {διετής. Gall. *De deux ans.* Ital. *Di due anni.* Germ. Von zweyen jaren/zweyjärig. Hisp. *Cosa de espacio de dos años.* Angl. *Of two yeares.*} Et propriè de iis dicitur, teste Valla, quæ post eam ætatem adhuc incrementum possunt accipere, vt puerum propriè bimulum dicas, bouem, aut canem non ita. Suet. *in Calig. cap.* 9.

Bimus, διετὴς, Trimus, Quadrimus, Quimus (vnde Bimatus, Trimatus, Quadrimatus, Quimatus) pro eo quod ætatem habet duorum, trium, quatuor, aut quinque annorum. Cato *de re rust. cap.* 17. Dum sint nuces bimæ, inde semen excidet. Varr. *de re rust. cap.* 5. Vnum anniculum, alterum bimum.

Et soles in multis bima (nix sup.) *iacere locis,*

Ouid. *Eleg.* 10. *lib.* 3. *Trist.* Bima sententia. Cic. *ad App.* De hac quoque sententia bima decedat, id est, qua censuit vt per duos annos remanerem in prouincia. Plin. Vita fœminis quindecim annis longissima, maribus viginti robur in quimatu. Sueton. *in August.* Quadrimus patrem amisit. Plin. *lib.* 11. *cap.* 21. Vita vesparum bimatum non transit. ¶ Bima dies, pro biennio. Pomponius *D. lib.* 13. *tit.* 7. *l.* 8. Si annua, bima, trima de triginta stipulatus acceperim pignus, id est, anno, biennio, triennio.

Bini, æ, a, propriè distributi numeri vox est, significans duo non separatim, sed coniunctim intellecta. {שנים שנים *schenáym schenáym.* δυάδες. Gall. *Deux ensemble, doubles, gemeaux.* Ital. *Duerni, à due à due.* Germ. Je zween vnd zween. Hisp. *Cada dos è de dos en dos.* Angl. *A Two, and two, by couples.*} Cic. 4. *Verr.* Describebat censores binos per singulas ciuitates Timarchides. i. duos in singulis ciuitatibus. Idem *Attic.* Pompeius distribuit binos, singulis partibus familiarum, hoc est, vnicuique duos. Sic binos, ternos, quaternos, aut quinos dicimus milites incedere, hoc est, duos, tres, quatuor, aut quinque in singulis lineis, aut ordinibus. Cui bini custodes accubant. Plaut. *Mil. sc.* 3. *a.* 2.

Binaque damna fero (quia æger & corpore & animo.)

Ouid. *Eleg.* 8. *lib.* 3. *Trist.* Item binos codicillos exarauit. Suet. *in Oth. c.* 10. Nonnunquam etiam simpliciter accipitur pro duobus: & sic frequentiùs iis iungitur, quæ singulari numero destituuntur. ¶ Sic binas literas dicimus, & bina castra, non duas literas, aut duo castra. Cic. 6. *in Verr.* Cn. Pompeius cum P. Vectio intra bina castra colloquutus est. Idem 2. *in Verr.* Vt dies 45. inter binos ludos tollerentur. Nam castra pro militum tentoriis, & ludi pro magnificis & splendidis spectaculis singularem numerum non agnoscunt. ¶ Aliquando tamen etiam in hac significatione iis coniungitur, quæ vtrumque habent numerum, sed hoc frequentiùs apud poëtas. Virg. 1. *Æneid.*

Bina manu lato crispans hastilia ferro.

Idem 8. *Æneid.*

Frenaque bina meus quæ nunc habet aurea Pallas.

¶ Interdum etiam in oratione soluta. Plin. *lib.* 9. *c.* 30. In nostro mari loligines capiuntur quinûm cubitorum, sæpè binûm. Cic. 3. *de Orat.* Demosthenes vna contentione verborum binas contentiones vocis & remissiones continebat.

Binoctium (dicitur vt Trinoctium,) διώνυχον. Corn. Tacit. *lib.* 3. Quotiens valetudo aduersa Flaminem incessisset, vt Pontificis Maxim. arbitrio plusquam binoctium abesset.

Binominis, dicitur qui geminum habet nomen: vt Ister, & Danubius, Iulius & Ascanius. {διώνυμος. Gall. *Qui a deux noms.* Ital. *Di due nomi.* Germ. Der zween namen hatt. Hisp. *Cosa que tiene dos nombres.* Angl. *That hath two names.*}

Binominis, e, idem. Ouid. 14. *Metam.*

Inde sub Ascanij ditione binominis Alba
Résque Latina fuit.

Bipalium, Instrumentum rusticum quo terra foditur. {δίκελλα. Gall. *Vne houe en besche, houyau à faire fosses ou fossez.* Ital. *Vanga.* Germ. Ein karst/ein hawen. Hisp. *Cierto instrumento para cauar.* Angl. *A mat tok, pickaxe or spedde.*} Varro, Si locus humectus sit, ibi cacumina populorum seruanda, & arundinetum: id prius bipalio vortito, &c. Liu. 5. *ab Vrb.* Ibi ab Legatis salute data, &c. seu fossam fodiens bipalio innixus, sed quum araret, &c.

Biocolytæ, qui alios à vi prohibent.

Bipalmis, e, duorum palmorum. {διπάλαιστος. Gall. *De deux palmes de long, large ou profond.* Ital. *Di due palmi.* Germ. Zwo hand breit. Hisp. *Cosa que tiene dos palmos en luengo.* Angl. *Of two spannes.*} Varr. 3. *de re rust. c.* 7. Intus ternorum palmorum ex omnibus partibus suis ordines singulos tabulæ fixæ sint bipalmes, quo vtantur vestibulo, ac prodeant. Bipalme spiculum. Liuius *lib.* 2. *d.* 5.

Biparius, a, um, qui, vel quæ bis peperit. διτόκος.

Bipatens, quod ex vtraque parte aperitur. {δίθυρος. Gall. *Ayant deux ouuertures.* Ital. *Che s'apre da due parti.* Germ. An zweyen orten offen. Hisp. *Cosa abierta en dos partes.* Angl. *Open on both the partes.*} vt, Bipatentes portæ, pro geminis. Virg. 2. *Æneid.*

——— Portis alij bipatentibus adsunt.

Idem *lib.* 10.

Considunt tectis bipatentibus.

hoc est, vtrinque apertis.

Bipedalis, e, quod habet longitudinem duorum pedum. {διπόδαλος, δίπους. Gall. *De de deux pieds de long, large ou profond.* Ital. *Di due piedi.* Germ. Zween schuch lang. Hisp. *Cosa que tiene dos pies de medida.* Angl. *Two foote long.*} vt, Trabs, bipedalis. Cæs. *bell. Gall. lib.* 4. Insuper bipedalibus trabibus immissis. Bipedali minor adolescentulus. Sueton. *in Aug. cap.* 43.

Bipedaneus, a, um, siue Pipedaneus, idem quod bipedalis. Col. *lib.* 2. *c.* 2. Frumentis autem sat erit, si æquè bona suberit bipedana humus: arboribus altitudo quatuor pedum abundè est. Idem *lib.* 4. *c.* 1. Quippe seminibus vineaticis nimium me profundos censuisse fieri scrobes, adiecto dodrante super altitudinem bipedaneam.

Bipennis, e, quod duas habet pennas, δίπτερος. Plin. *lib.* 11. *cap.* 18. de insectorum pennis, Nullis eorum pennæ reuiuiscunt auulsæ: nullum cui aculeus in aluo est, bipenne est. ¶ Bipenne item dicitur, teste Nonio, quod vtrinque est acutum. Virg. *lib.* 11.

——— ferro sonat acta bipenni Fraxinus.

Bipennis à pinna, quod acutum notat. Fab. Quint. *cap.* 6. *lib.* 1. ¶ Hinc bipennis substantiuum significat securim vtraque ex parte aciem habens. {כשיל *caschchil.* πέλεκυς. Gall. *Besague.* Ital. *Bipenne, scure da due tagli.* Germ. Ein axt das zwo schneiden hatt/hellenbart. Hisp. *Hacha de ambas partes aguda.* Angl. *An halbard, a twibil.*} Virg. 2. *Æneid.*

Ipse inter primos correpta dura bipenni
Limina perrumpit.

Idem 4. *Georg.*

Vre faces: & validam in vites molire bipennem.

Bipennifer, a, um, ferens bipennem. {πελεκοφόρος. Gall. *Qui porte vne besague.* Ital. *Portatore di tal scure.* Germ. Der ein hellenbart oder mordaxt tregt. Hisp. *El que trae aquella hacha.* Angl. *That beareth an halbard or twibill wherwith carpenters mak mortasses.*} Ouid. 2. *Metam.*

Ecce furens contra sua fata bipennifer Arcas.

Idem 5. *Trist.*

Ossa bipenniferi sic sint malè pressa Lycurgi.

]Bipennula, herba hortensis, dicta quòd in duas pinnas folia per totum cauliculum diducta habeat. hanc corrupto vocabulo, quidam *pimpinellam* vocant. Sic For. Rom. Sed est & siluestris copiosa. Gesnerus *peponellam* dici maluit, à peponum odore. Alij *pampinulam*, plerique *selbastrellam* nominant. Belgis *pimpinelle*, Anglis *burnet*. Ita Rembert. Dodon. *in stirp. histor.*]

Bipertio, is, & Bipertior, iris, vel bipartior, in duas partes diuido. {διχάζω. Gall. *Partir en deux.* Ital. *Diuidere in due parti.* Germ. In zwey theyl schneiden oder theylen. Hisp. *Partir en dos partes.* Angl. *To deuide and part in two.*} Col. *lib.* 11. *cap.* 3. Vndecimo Calendas Maias ver bipertitur, pluuia, & nonnunquam grando. Cicer. *in Cat.* Atque ibi proximis villis ita bipertiti fuerunt, vt Tyberis inter eos & pons interesset.

Bipertitò, Bifariam, dupliciter. {δίχα, διχῶ. Gall. *En deux parts ou parties.* Ital. *In due parti.* Germ. Auff zween weg oder theil. Hisp. *En dos partes.* Angl. *In two partes.*} Cic. *de Inuent.* Nam id fit bipertitò: nam tum causa, cum res ipsa remouetur. Cæs. *bell. Gall.* Romani conuersa signa bipertitò intulerunt. hoc est, duobus locis.

Bipes, bipedis, adiect. quod habet duos pedes. {δίπους. Gall. *Ayant deux pieds.* Ital. *Chi ha due piedi.* Germ. Zweyfüssig. Hisp. *Cosa que tiene dos pies.* Angl. *That twoo feete.*} Iuuenal.

——— itaque alium bipedem sibi quærat asellum.

¶ Ponitur etiam substantiuè, quòd facilè intelligatur substantiuum. Cicer. *pro domo sua*, Hoc ministro omnium non modò bipedum, sed etiam quadrupedum impurissimo. ¶ Bipedum nequissimus. de homine vehementer improbo, quique vel pecudes nequitia superet. Vsus est Cic. *pro domo sua*, & Plin. *in Epist.*

Biremis, nauis, quæ ex duobus remorum ordinibus agitur: ab Erythræis (vt creditur) primùm inuenta. {δίκροτος. Gall. *Nauire à double rang d'auirons ou de rames.* Ital. *Fusta.* Germ. Ein schiff das auff beyden seyten ruder hatt. Hisp. *Naue de dos ordenes de remos.* Angl. *A galey with twoo oares on the seat.*} Plin. *lib.* 7. *cap.* 57. Biremem Damasthenes autor est Erythræos fecisse: triremem Thucidides Amoclem Corinthium: quadriremem Aristoteles, Carthaginenses. Virg. *lib.* 8. *Æneid.*

——— geminásque legit classe biremes.

[Birotum, δίτροχον, Onomast. i. duabus rotis, vehiculum.

Birrus, βίρρος, vestis, genus. Suidas docet, quòd ἐφεστρὶς vocetur etiam ..., & βίρρος. Erat vestis, seruis quoque permissa, *l. sine exceptione* 1. *Cod. Theod.* Dicebant etiam birrelum ...: ait Meurs. in Gloss. nempe more Gallorum, quibus *&*, item *&c.* sunt diminutiuorum terminationes crebræ. *Birrus* exponitur chlamys, læterna, vsurpant & Græci βιῤῥία. Erant autem βίρροι etiam pretiosi, sericâ texturâ. Zonar. Germ. Barret & birret vsurpant pro pileo. Italicè *beretta*, Gall. *bonnet*. Videtur dici à burrus, i. e. ruber. Martin.]

Bisellium, ij, Subsellium duorum capax. {δίεδρον. Gall. *Vne selle ou siege pour deux.* Ital. *Sedia capace di dui.* Germ. Ein stul auff welchem zween sitzen mögen. Hisp. *Silla de dos assientos.* Angl. *A seat or bencke for two.*} Autor Varro *lib.* 4. *de Lingua Latina.*

Biseta, Porca dicitur, à cuius ceruice setæ bifariam diuiduntur, quum iam esse incipit maior ætate sex mensium. Festus.

Bisextus, siue Bissextus, Dies intercalaris qui quarto quoque anno interseritur, vt anni ratio cum cursu Solis conueniat. {ἡμέρα ἐμβόλιμος ... Gall. *Bissexte.* Ital. *Bissesto.* Grm. Schaldtag. Hisp. *Bissiesto.* Angl. *A day that is put to euerie fourt yeare.*} Inuenta est autem hæc intercalandi ratio à Cæsare Dictatore. Is enim quum animaduertisset, Solem cursum suum conficere diebus 365. & horis circiter sex, quarto quoque anno diem vnum curauit adiiciendum. ¶ Dictus est autem bissextus, quòd bis, hoc est, duobus diebus continuis numerarent, sexto Calendas Martias, duos videlicet dies pro vno computantes. Vnde qui est natus bisexto Calendas, nihil refert (vt inquit Celsus *de verborum significat. l. quum bissextus.*) vtrùm priore, an posteriore die natus sit, quum illud biduum pro vno tantùm die habeatur. Erat autem huic intercalationi constitutus dies certus, qui est post xxiii. Februarij diem inter Terminalia iam peracta. & Regifugium. Februarius verò duabus de causis huic rei aptissimus visus est. tum quòd paucissimos haberet dies, tum etiam quod inter menses vltimum haberet locum. Nam quum antea decem tantum essent menses, quorum primus erat Martius, duo postea in fine sunt adiecti, Ianuarius & Februarius.

[Bison, is, vel tis, species bouis siluestris, cuius meminit Plin. *lib.* 8. *cap.* 15.

Bispello, vide *Vespillo*.

Bitla, vas.

Bissum, ἀκρισμα. Vide *Dissum*.

Bittiosa, trulla. Lex. g. b.]

Bisulcus, qui vngulas non solidas habet, sed scissas. {δίχηλος. GALL. *Fourchu, fourché*. ITAL. *Che a l'vngue fesse*. GERM. *De zerspaltene Klawen hatt*. HISP. *Lo que tiene las vñas hendidas*. ANGL. *Clouen footed*.} Plin. *lib*. 11. c. 37. Cornigera vna parte dentata, & quæ in pedibus talos habent, seuo pinguescunt: bisulca, scissaue in digitos pedibus, & non cornigera adipe. Ouid. 3. *Metam*.

Puluereumque solum pede pulsauere bisulco.

Accipitur & latius pro omni eo quod in duas cuspides diuisum est. Vnde bisulcam caudam dixit Plin. *lib*. 9. c. 29. & bisulcos arborum surculos, Colum. *de arboribus c*. 6.

Bisultor, Martis cognomen, à bis vlciscendo impositum. Augustus enim quum Brutum & Cassium vicisset, & signa à Parthis recepisset, Marti templum dedicauit, quem bisultorem cognominauit, quod primum C. Cæsaris, deinde & Crassorum necem vltus esset. Ouid. 5. *Fast*.

Ritè deo templúmque datum, noménque Bisultor.

Biuium, quod duas vias habet, sicut Triuium, Quadriuium, quod tres, aut quatuor habeat anfractus. {ἄμφοδος. GALL. *Deux chemins, vne fourchee, carrefour de deux voyes ou sentiers*. ITAL. *Di due vie*. GERM. *Ein ort da zween weg sich von einander scheyden*. HISP. *El lugar donde se vienen entran dos caminos*. ANGL. *VVhere twoo wayes or streates do meete*.} Virg. 9. *Æneid*.

——— locum insidijs conspeximus ipsi,

Qui patet in biuio portæ, quæ proxima ponto.

Biuius, adiectiuum, ἄμφοδος. Virg. 11. *Æneid*.

Vt biuias armato obsidam milite fauces.

id est, quæ ad duo loca ducunt. ¶ Biuius agrorum cultus, per Metaphoram. Varro 1. *de re rust. cap*. 18.

Biumbres, ἀμφίσκιοι, populi sunt quicunque inter Tropicos cancri habitant ad Meridiem: quandoque enim incedentes habent vmbras quum à Meridie sol ad gnomonem accedit rectum, ad subiacens planum: quandoque autem in aduersum, quum sol in aduersum consistit. Verba sunt interpretis Strab. *lib*. 2.

Bisaltes, vide *Bisaltia*.

Bisaltia, Βισαλτία Stephan. Regio Macedoniæ libera, ad Strymonem amnem: ita dicta à Bisalte Solis & terræ filio, aut à Bisalte vicino fluuio.

Bisaltæ, Βισάλται Steph. populi liberi Macedoniæ ad Strymonem amnem: teste Plin. *lib*. 4. c. 11. qui famem in bello lacte concreto, & sanguine equino tolerant. Virg. 3. *Georg*.

Bisaltæ quo more solent, acérque Gelonus,

Quum fugit in Rhodopen, aut in deserta Getarum,

Et lac concretum cum sanguine potat equino.

Bisaltis, idis, Βισαλτίς, Gentile fœmininum à Bisaltia Macedoniæ regione formatum. Ouid. 6. *Metam*.

——— tu visus Enipeus

Gignis & Aloidas, aries Bisaltida fallis.

Scribitur *Bisalpis* apud Bocatium *lib*. 11. c. 11. Vbi de Iarba rege loquens, natum illum ait, teste Paulo Perusino, è filia Bisalpis regis, quam Iupiter in forma arietis vitiauerit.

Bisanthe, Βισάνθη Steph. Oppidum est Macedoniæ, non procul à Melane fluuio, eóque oppido, cui μακρὸν τεῖχος, hoc est, longus murus nomen est. Vide Plin. *lib*. 4. *cap*. 1.

Bisargis, Βισαργίς. Oppidum Hispaniæ in tractu Tarraconensi, ad Iberum fluuium: cuius meminit Ptol. *lib*. 2. *cap*. 6.

Bison, Βίσων Pausaniæ. Animal ferum & deforme prolixitate iubarum, & reliquo corpore, cerui figura, media fronte inter aures vnum cornu habet. Martial. *in Amph*.

Illi cessit atrox bubalus, atque bison.

Bistonia, æ, Βιστονία. Regio Thraciæ, inter Nessum & Hebrum fluuios: ita dicta à vicino lacu, quem Bistonidem appellant: siue (vt quibusdam placet) à Bistone rege. ¶ Bistonia præterea Stephano, oppidum est eiusdem regionis non procul ab Abderis.

Bistones, Βίστονες. Populi Thraciæ inter Nessum, & Hebrum fluuios, ita dicti à Bistonide lacu, siue (vt Stephan. placet) à Bistone rege. ¶ Inde *Bistonis*, patronymicum fœminini generis, quod sæpiusculè tamen accipitur adiectiuè & possessiuè. Ouid. *in Epist. Paridis ad Helenam*.

Tracia tamen bello Bistonis ora fuit.

Bistonius, a, um, Βιστόνιος, possessiuum: quod Poëtæ suo more accipiunt pro Thracio. Ouid. Brachia Bistonia candidiora niue. Idem, Letaque Bistonia membra lauabis aqua. Bistinios campos. Ouid. *Eleg*. 9. *lib*. 1. *Trist*. Et bistoniæ aquæ. *Ibidem*.

Bistonis, Βιστονίς, siue Bistonius lacus, in Bistonia Thraciæ regione est, non procul ab Abderis: in quo natantia omnia demerguntur: vnde & nomen accepit, à verbo scilicet Græco, Βυθίζω, quod est demergo. Vnde & Bystonis per y Græcum scribendum videtur. Stephanus tamen & Suidas Βιστὼν, Βιστονία, & Βιστονὶς scribunt, per quartam Græcorum vocalem.

Bisurgis Straboni *lib*. 7. Germaniæ est fluuius, sexcentis à Rheno stadiis distans. Pompon. *Visurgim* appellat *lib*. 3. {GERM. *Der Weser*.}

Bitalassus, à bis descendit, estque cum animus tam in hanc, tam in illam partem propendet, vtque in ancipiti constitutus.

[Bitalta victualia. Lex. gr. b.

Bitaxides, milites Turcici. Idem.]

Bithiabe, Βιθιάβη. Vide Hellenopolim apud Steph.

Bithia, Pharaonis filia, quæ Mosen adoptauit.

Bithus & Bacchius, nobile par gladiatorum fuit, quorum mentionem quoque Suetonius facit, pari audacia. Proinde quoties duo æqualiter improbi contendunt inter sese, ita vt neuter alteri velit concedere, non intempestiuiter dicemus Bacchium cum Bitho commissum. Horat. *in Serm*.

Bithyæ, Βιθυαὶ. Populi sunt Traciæ, apud Stephanum, quorum autor fuit Bithys Martis, & Seræ Sithonis Rhesi filius. ¶ Bithyæ quoque mulieres fuerunt in Scythia, in singulis oculis binas habentes pupillas, ideóque visu effascinantes: vt ex sententia Apollonidæ tradit Plin. *lib*. 7. *cap*. 2.

Bithynum mel, vide infrà in dictione *Thymum*.

Bithynia, Βιθυνία. Regio minoris Asiæ, aduersa Thraciæ, & proxima Troiadi, quæ (vt Solinus scribit & Seruius) primum Bebrycia, postea Mygdonia, deinde à Bithyno Bithynia dicta fuit. In Bithynia Libyssa est, vbi Annibal sepultus est. Sunt qui scribant Thynos populos transisse ex Tracia, qui deinde Bithyni dicti sunt, & regio ipsa Bithynia. Claud. Thyni Thraces erant, quæ nunc Bithynia fertur. ¶ Ex Bithynia fuerunt viri in disciplinis memorabiles, Xenocrates philosophus, & Dionysius dialecticus, & Hipparchus, & Theodosius, & filij eius mathematici, & Cleophanes orator ex Myrlea, & Asclepiades medicus Prusiensis.

Bithynicus, a, um, Βιθυνικὸς, quod Romanorum quibusdam in cognomen cessit, à deuicta nimirum Bithynia. Mart. Iam te rem factam Bithynice credis habere. De regione Bithynorum vide latiùs apud Strab. *lib*. 12. Herodot. *lib*. 7. & Dionysium Afrum *de situ orbis*.

Bithynus, a, um, aliud adiectiuum, Βιθυνὸς Steph. Iuuen. Quanquam & Cappadoces faciant, equitésque Bithyni. Vbi illud animaduertendum est, à Iuuenale corripi primam nominis huius syllabam, quæ à cæteris omnibus producitur.

Bithynium, Βιθύνιον Steph. Ciuitas in Bithynia, à qua Bithyniatæ & Bithynienses populi dicti sunt.

Bithynopolis, vrbs à Bithye dicta. Steph.

Bithynus, Iouis & Thraces filius, Steph. Βιθυνὸς, fratrem habuit Doloncum, à quo Dolonci Thraciæ populi dicti sunt.

Bithys, Βίθυς, nomen viri, de quo Steph. in Bithyæ & Bithyniæ, & Bithynopolis.

Bitias, fuit vnus ex Carthaginiensium principibus. Seru. in illud Virg. 1. *Æneid*. Tum Bitiæ dedit increpitans, &c. ait Bitiam fuisse præfectum classis Punicæ. Meminit etiam Bitiæ cuiusdam Virg. *lib*. 9. qui frater Pandari fuit ex Alcanore Troiano, & Hiera. Hi cum Ænea post Troiæ excidium in Italiam venerunt, & quum apertis etiam portis ausi essent Rutulos, absente Ænea, lacessere, ab iisdem sunt trucidati.

Bito, vide *Beto, is*.

Biton, Βίτων, alter fuit ex filiis Argiæ sacerdotis, & frater Cleobis: de quibus sic scribit Cic. 3. *Tusc*. primum Argiæ sacerdotis Cleobis & Biton filij prædicantur. Vide Plaut. *in Solon*. Nota fabula est. Quum enim illam ad solenne & statutum sacrificium curru vehi ius esset, satis longè ab oppido ad fanum, morarentúrque iumenta, tunc iuuenes ij, quos modò nominaui, veste posita, corpora oleo perunxerunt, ad iugum accesserunt. Ita sacerdos aduecta in fanum, precata à Dea dicitur, vt illis præmium daret pro pietate, quod maximum homini dari posset à Deo. Post epulatos cum matre adolescentes somno se dedisse, manè inuentos esse mortuos. Hæc ille.

Bituitus, Aruernorum rex in Gallia, specie colloquij comiter hospitio inuitatus à Cn. Domitio, & vinctus est, & Romam deportatus.

Bitumen, inis. Limus quidam est tenax, & sulphurei odoris, in Iudææ lacu emergens, qui inde Asphaltites dicitur. {חֵמָר chémer כֹּפֶר chopher. ἄσφαλτος. GALL. *Terre limonneuse ou limon glueux, comme poix, brustant comme soulphre*. ITAL. *Bitume*. GERM. *Ein zäher leim/ bäch*. HISP. *El betun generalmente*. ANGL. *A kind of glewish claye and tough which burneth lik brimstonne*.} Inuenitur & durum in Syria, non procul à Sidone, terreæ glebæ, vel eorum carbonum similitudine, qui in vsum ferrariarum fabricarum è terra effodiuntur. ¶ Est præterea & liquidum bitumen, in Zacyntho insula & circa Babylonem nascens, & in agro Apolliniatarum, quod Græci πισσάσφαλτον appellant, argumento picis & bituminis. ¶ Gignitur & pingue, liquoris oleacei, in Sicilia, Agragantino fonte inficiens riuum: quo incolæ vtuntur ad lucernarum lumina, olei vice. Huius generis Bitumen apud Prutenos ex saxis effluit, ex quo maris frigiditate, in quo destuit, succinum, siue electrum coalescit. Apud Babylonios bitumen calcis vsum præbet, ita ferruminatis Babylonis muris. Vide plura apud Plin. *lib*. 35. *cap*. 15.

Bituminëus, a, um. {ἀσφάλτινος. GALL. *De bitume*. ITAL. *Di bitume*. GERM. *Was von dem zähen leim ist*. HISP. *Cosa de betun*. ANGL. *Of such earth or glewish claye*.} vt, Bitumeæ vires. Ouid. 15. *Met*.

Siue bitumineæ rapiunt incendia vires.

Bitumino, as, Bitumine limo. {כָּפַר caphár. ANGL. *To couer, smere with glewish claye*.} Aqua bituminata, apud Plin. *lib*. 31. *cap*. 6. cui admistum est bitumen, vel quæ per venas terræ bituminosas transit, ὕδωρ ἀσφαλτῶδες.

Biturgia, Βιτουργία. Oppidum fuit Thusciæ, teste Ptol. *lib*. 3. c. 1. non procul à Manliana, hodie Pontificum villa.

Bituriges. Populi sunt Galliæ Aquitanicæ, teste Plin. *lib*. 4. c. 10. quorum frequens est mentio apud Cæsarem. Hi vno die viginti oppida incenderunt, vt Cæsarem pabulatione & commeatu prohiberent. Horum metropolis Auaricum erat, hodie *Bourges en Berry*. Singularis nominatiuus est Biturix, quo vsus est Lucan. *lib*. 1.

Et Biturix, longisque leues Axones in armis.

Biuira, æ, antiqui dicebant pro vidua, teste Nonio. Varro, Ad biuiram venio, quum vellem ostendere quid vellem, Metamelos inconstantiæ filius me reprehendit.

Bizen, ciuitas Thraciæ Steph. Βιζύη, τινὲς Βιζώνη, τὸ δὲ ἐθνικὸν Βιζυηνός. Plin. *lib*. 4. c. 11. Bizyam vocant: Bizya, inquit, arx regum Thraciæ Terei nefasto crimine, inuisa hirundinibus.

Bizya, arx est regum Thraciæ, teste Plin. *lib*. 4. c. 11. ad quam hirundines non aduolant. Fuit tet causa ad Terei incestum, & Prones flagitium referturi à Græcis scriptoribus. Vide *Bizen*.

[Bizzera, buccula. Lex. gr. b.]

Bizon, Thraciæ oppidum fuit, inter Apolloniam & Calatidem situm, magna ex parte terræ motibus haustum. Plin. *lib*. 4. *cap*. 11. & Strabo *lib*. 7.

B L

Blaberura, Βλαβέρουρα. Oppidum est Tarraconensis Hispaniæ non procul à Pyrenæis montibus, cuius meminit Steph. in voce Ἰνδικὴ.

Blactero, as, vide *Blatero*

Blaena, trisyllabum, Ponti regio satis ferax, per quam Amnias flumen labitur.

labitur. Hoc in loco Mithridates cognomento Eupator, Nicomedis Bithyni copias funditus deleuit, haud quidem præsens, sed per legatos: vnde ille cum paucis domum fugiens leuatus est, & inde in Italiam nauigauit. Verba sunt interpretis Strabonis *lib.12.*

Blæsus, qui linguam habet impeditam: aut qui inter pronuntiandum aliquam literam aut excludit, aut male profert. {בלג *bilégo.* βλαισός, τραυλός. Gall. *Begue.* Ital. *Balbo, tardo à parlar.* Germ. Ein lispler/ ein stamler. Hisp. *Tartamudo.* Angl. *That stammare tor stutteth in speaking.*} quo vitij genere Demosthenem laborasse accepimus, qui aliquandiu primum artis suæ literam enuntiare non potuit. Iuuen. Blæsus atque mero titubantibus. Mart. *lib.5.*

Et nomen blæsogarrias ore meum.

Idem *lib.10.*

Os blæsum tibi, debilisque lingua est.

¶ Græci etiam hoc nomen ad alia membra transferunt. Blæsósque appellant quibus membrum aliquod solutum est, quos & paralyticos appellamus: & generaliter omnes eos, quibus aliquod est membrum, quod actiones suas commode obire non possit, quódve situ, aut figura sit deforme: quales sunt qui crura habent in diuersum acta, quos Latini Valgios, & Varios appellant. Vide Cæl. Rhod. *lib.8. cap.1.* & Bud. *in annot. Pand.*

Blanda, Italiæ oppidum in agro Brutio, non procul à Bato flumine & Parthenio portu. Plin. *lib.3. cap.5.* ¶ Est & Blanda, siue Blande, oppidum Hispaniæ Tarraconensis, in agro Barcinonensi, iuxta Larnum flumen, vulgò *Blanes.*

Blandē, fluuius est Hispaniæ Tarraconensis in agro Barcinonensi iuxta oppidum sui nominis. Autor Plin. *lib.3. cap.3.*

Blandè, & Blanditer, vide *Blandus.*

Blandĭŏr, is, assentor, adulor, blanditias dico. {החליק *hechelik.* σαίνω, θωπεύω, κολακεύω. Gall. *Flatter, amignarder, amignoter, amadouer.* Ital. *Lusingare, piacere.* Germ. Schmeichlen/ liebkosen. Hisp. *Halagar o lisongear.* Angl. *To flatter, to speak faire, for to allure, by faire speaking.*} Cic. *de Amic.* Qui aduersario assentatur, & litigare se simulans, blanditur. Idem *pro Flacco*, Cur matri blanditur? cur epistolis & matris & sororis imbecillitatem aucupatur? Ne inepta spe tibi blandiaris. Senec. *cap.14. de tranquill.* Meretrix tantisper blanditur, dum id quod rapiat, videt. Plaut. *Men. sc.3. a.1.* ¶ Refertur & ad sensus interiores, pro eo quod est placeo, arrideo, animum vel affectum titillo. Cic. 1. *Acad.* Vide quàm suauiter voluptas sensibus blandiatur. Blandior calamitatibus meis, dixit Quint. pro eo quod est mitigo, lenio calamitates, vel æquo in calamitatibus me animo gero.

Blandītŭs, us, ui. Ipse blandiendi actus, siue blanditiæ, & quædam quasi illecebræ sensum titillantes. {חלקות *chelkah.* χαριλογία, θωπεία. Gall. *Blandissement flaterie.* Ital. *Il lusingare.* Germ. Das schmeichlen/ liebkosen. Hisp. *Lisonja, ò halago.* Angl. *Flattering, faire speaking.*} Lucret. *lib.2.*

Vt res per Veneris blanditum secla propagent.

Blanditus, a, um, particip. à verbo Blandior. Plin. *lib.10. cap.23.* Hanc principio blandita peregrinatione auidè profectam, pœnitentia in volatu cum labore scilicet subit. Vbi blanditam peregrinationem dixit, pro grata, iucunda, quæque principio adblandiebatur & arridebat.

Blandŭs, adiectiuum. Placidus & comis in sermone, & hilaris. {חלק *chalák.* χαριλόγος, ἀπατηλός. Gall. *Plaisant, attrayant, courtois, gracieux, doux en parler.* Ital. *Piaceuole.* Germ. Lieblich mit reden/ schmeychelich/ freundlich. Hisp. *Agradable, cosa blanda ò halagueña.* Angl. *Faire speaking and plesant.*} Cicer. *ad Attic.* Scis me minime esse blandum. An tu blanda verba esse aurum rere? Plaut. *Asin. sc.1. a.3.* Nemini credo qui largè blandus est diues pauperi. Idem *Aul. sc.4. a.1.* Adire blandis verbis. Idem *Pseud. sc.5. a.1.* Non temerarium est vbi diues blandè appellat pauperem. Idem *Aul. sc.4. a.1.* Salutat me blandius. *Ibid.*

Et pro delictis hostia blanda fuit. (i. exorauit.)

Ouid. 5. *Fast.* Nusquam meretrices blandiores gentium. Plaut. *Men. sc.1. a.2.* Isthæc blanda dicta, quò eueniant, madeo metu. Idem *Most. sc.1. a.1.*

Inueniet eadem blandi præcepta Properti,

Ouid. *El.1. lib.2. Trist.* Terent. *in Hec.* At tu ecastor morem antiquum obtines, Vt vnus hominum homo te viuat nunquam quisquam blandior. Blandissimus puer, Senec. *lib.6. de consol. ad Elber.* Blandus amicus, cui opponitur Verus. Cic. *de Amic.* Secerni autem blandus amicus à vero, & internosci tam potest adhibita diligentia, quam omnia fucata & simulata à synceris atque veris.

Blandulus, a, um, diminut.

Blandè, aduerbium, {θωπευτικῶς, μειλιχίως. Gall. *Doucement, gratieusement, courtoisement.* Ital. *Piaceuolmente.* Germ. lieblich/ freundlicher weise. Hisp. *Lisonjera, ò halagueñamente, agradablemente.* Angl. *Plesantlie, with faire wordes.*} Cic. *ad Attic.* Sed amabo te mi Attice: videtne quam blandè? Idem *pro Cluent.* Tum appellat hilari vultu hominem Bulbus, vt blandissimè potest.

Blandĭtĕr, idem quod blandè. Plaut. *Pseud. sc.1. a.5.* Magis cogito, sæuiter, blanditérne alloquar. Compellando blanditer. Idem *Asin. sc.3. a.1.*

Blanditim, idem quod blanditer. Lucr. *lib.2.*

Ipsaque deducit dux vitæ dia voluptas,

Vt res per Veneris blanditim secla propagent.

Blandĭcŭlŭs, & Blandicellus. {Angl. *That speaketh somewhat plesantlie.*} Diminutiua sunt à Blandus: sicut ab eo quod est Mollis, fit Molliculus & Mollicellus. Nam blandicus & Mollicus (à quibus nonnulli hæc trahi voluerunt) Latinæ linguæ periti non agnoscunt. Inde Blandicella verba, apud Festum.

Blandĭdĭcus, qui blandè loquitur. {חלק *chalák.* χαριλόγος. Gall. *Parlant doucement.* Ital. *Chi da belle parole.* Germ. Der lieblich vnd glatte wort gibt. Hisp. *El que habla con lisonja.* Angl. *That speaketh sweetlie.*} Plaut. *Pœnul.* Nunc mihi blandidicus est: heri in tergo meo tres facile corios contriuisti bubulos.

Blandĭfĭco, blandum facio. θωπεύω. Perottus.

Blandiloquus, Blanda verba loquens, ad voluptatem dicens. {חלק *chalák.* χαριλόγος. Gall. *Beau parleur, parlant doucement.* Ital. *Lusinghiere.* Germ. Ein liebkoser/ der feyne süsse vnd liebliche wort braucht. Hisp. *El que habla lisonjas, ò halagos.* Angl. *A faire and plesant speaker.*} vt, Vox blandiloqua. Sen. *in Agam.* Quid voce blandiloqua mala consilia dictas?

Blandiloquens, idem. Macrob. 2. *Saturn.* Submissa placide blandiloquens oratio.

Blandĭlŏquentŭlŭs, diminutiuum, Plaut. *Trinum.*

Blandiloquentia, æ. {חלקות *chelkot.* χαριλογία. Gall. *Doux langage, beau parler, papelardise.* Ital. *Parlar, piaceuole & gratioso.* Germ. Ein liebliche/ süsse oder angeneme red. Hisp. *Hablar de lisonjas.* Angl. *Flattering, faire speaking.*} Cic. *de nat. deor.* Nam & ego illi supplicatem tanta blandiloquentia.

Blandīmentum, i, idem quod blanditia, Oblectamentum, illecebræ. χαριλογία, θωπεία. Cic. *pro Cælio.* Multa enim blandimenta nobis natura ipsa genuit.

Blanditia, æ, & Blanditiæ, arum, Adulatio, illecebræ. {חלקות *chalakót* חלקלקות *chalaklakót.* χαριλογία, θωπεία. Gall. *Flaterie, blandissement.* Ital. *Carezze, lusinghe.* Germ. Liebkosung. Hisp. *Lisonjas, ò halagos.* Angl. *Flatterie, intisement.*} Plautus *in Bacch.* Vitium meum vestra est blanditia. Per blanditias quid dicere. Sueton. *in Neron. cap.14.* Blanditiæ de blandis appellationibus, idem *in August. cap.53.* Blanditiæ dulces & pueriles. Senec. *c.5. de consol. ad Marc.* Cic. *pro Planc.* Facilis est illa occursatio, & blanditia popularis: aspicitur, non attrectatur. Idem 1. *de Finibus.* Blanditiis præsentium voluptatum deliniti atque corrupti.

Blandŭsĭă, in agro Sabino regio est, in qua Horatius habuit villam, & in ea fontem, quem celebrat eleganti carmine, cuius principium est,

O fons Blandusiæ splendidior vitro, &c.

Blăpsĭgŏnĭă, βλαψιγονία, quasi prolis detrimentum. Quum apes morbo, ignauia, aut infœcunditate naturali fœtum non peragunt. Plin. *lib.11. c.19.* A βλάπτω noceo, & γόνος fœtus, siue proles.

Blăscon, Βλάσκων, Insula in Rhodani ostio, prope Metinam. Plin. *lib.3. cap.5.* & Strabo *lib.4.*

Blăsphēmĭă, Execratio, maledictio, vituperatio, conuitium, & quasi nocens dictum, sacrilega infamatio, vel obtrectatio nefaria. Budæus. {נאצה *neatsáh* גדוף *giddúph.* βλασφημία. Gall. *blaspheme.* Ital. *Bestemmia.* Germ. Ein lesterung. Hisp. *Maldicion, maldezimiento.* Angl. *Blaspheme.*}

Blasphemo, as. Significat execror, maledico, & verbis calumniam infero, ac dignitati honorique alterius derogo. {נאץ *niets* גדף *giddéph.* βλασφημῶ. Gall. *Blaspkemer.* Ital. *Bestemmiare.* Germ. Lestern. Hisp. *Maldezir, mal agorar, blasphemar.* Angl. *To blaspheme.*}

[Blasphemus, a, um, βλάσφημος, ον, famam lædens. Hinc est *blasphemè,* i.e. cum blasphemia.]

Blătĕro, as, Blatio, is. {פטפט *tsiphtséph.* φλυαρέω, ψιθυρίζω. Gall. *Babiller, parler mal, begueyer.* Ital. *Parlare goffamente, cinguettare.* Germ. Pladeren/ schwedtzen/ vnnutze vnd vnstetige reden treyben. Hisp. *Hablar torpemente y vaziamente.* Angl. *To blable, to stammer in speach.*} Veteres dicebant pro inconditè, inaniter & stultè loqui: vt sunt, qui extra propositum loquuntur, vel verba immoderata emittunt, & quorum lingua (vt ait Gell. *lib.1. cap.15.*) tam prodiga, infrænisque fit, vt fluat semper & æstuet colluuionem verborum teterrimam. Hoc hominum genus Locutuleios, & Blaterones, & linguaces Latini dixerunt. Plaut. *in Amph.* Qui malum, intelligere quisquam potis est, ita nugas blatis? Idem *in Aul.* Vbi tu es, quæ blaterauisti iam vicinis omnibus, me meæ filiæ daturum dotem? Sunt autem factitia verba, à camelorum voce tracta, qui quum vocem edunt, blaterare dicuntur. Quidam tamen à Græco deducunt, apud quos βλὰξ dicitur, qui se inaniter iactat: quapropter c, literam addentes, blacteronem & blacterare existimant scribendum. Ouid. *de Philomela* (si tamen credamus hoc carmen esse Ouidij) produxit,

Blacterat hinc aries, & pia balat ouis.

Horatius *in sermo.* sine c. & prima corr.

Audit, quum magno blateras clamore, furisque.

Blătĕro, nis, homo immoderatæ loquacitatis, & iactantiæ: à blaterando dictus. {מפטפט *méetsaphtséph.* βλάξ. Gall. *Babillart, bauard, languart.* Ital. *Cicalone, ciarlone.* Germ. Ein pladerer/ ein kleppermann. Hisp. *Hablador, parlero y mentiroso.* Angl. *A babler.*} Gell. *lib.3. c.15.* Nec minus insigniter veteres quoque nostri, hoc genus homines in verba proiectos, loquutuleios, & blaterones, & linguaces dixerunt.

Blătĕrātŭs, inaniter effutitus. Apul. *in Apol.* Quæ & si possent ab his vtiliter blaterata ob mercedem, & auctoramenta impudentiæ deprehensa haberi.

Blattă, vermis qui alucaria lædit: à βλάπτω, noceo. {סס *sas* עש *hasch.* σίλφη. Gall. *Vermine, comme cloportes & semblables, qui rongent les liures & habillemens.* Ital. *Tarma.* Germ. Ein schaben/ oder ein kleyn wurmlin/ oder möglin. Hisp. *Polilla.* Angl. *A mothe, a worme that eateth clothes or bookes.*} Col. *lib.10.* appellat Lucifugas blattas. Matt. tamen posuit pro verme libros & vestes rodente.

Constrictos (inquit) *nisi das mihi libellos,*

Admittam tineas, trucesque blattas.

Horat. *in Serm.*

——— cui stragula vestis

Blattarum ac tinearum epula putrescit in arca.

¶ Blatta etiam ponitur pro purpura. Sidon. *in Paneg.* Pontus castoria, blattam Tyrus, æra Corinthus. ¶ Blattam recentiores scriptores vermiculum Bombycem intellexerunt, cuius textu vestes sericæ conficerentur: vnde Blattea vestis, & Blatteum paludamentum apud Lampridium, Capitolinúmque, pro serico & pretioso: vel (vt Paulus Ægineta) pro purpura: quoniam Indicum conchylium vulgò Blatta dicitur. Sic Cassiodorus in Epistolis Blatteum pro purpureo cepit, Chamæleon (inquiens) modo prasina, modò cyanea, modò blattea varietate se commutat. ¶ Eutropius scribit Neronem solitum piscari reti aureo blatteis funibus annexo: quum ab Orosio dicatur purpureis. ¶ A quo colore Blatta etiam frumentum dicitur, quòd rubidum sit, sementi accommodatiùs in purpuream declinans. ¶ Blattæ lucifugæ Virgilij, nigra

nigra animalia sunt scarabeis, vel gryllis simillima, velocia, quæ interdiu delitescunt. Græci σιλφαι vocant.

Blattarius, adiect. Seneca *epist.* 57. At nunc blattaria vocant balnea, si qua non ita aptata sunt, vt totius diei solem fenestris amplissimis recipiant.

Blattaria, herba est verbasco similis, foliis minus candidis, cauliculis pluribus, flore luteo. hæc abiecta blattas in se contrahit: vnde & nomen accepit. Plin. *lib.* 25. *cap.* 9.

Blatteus, a, um, purpureus. {πορφύρεος. GALL. *Rouge, vermeil.* ITAL. *Rosso.* GERM. Purpurfarb. HISP. *Roxo, o colorado.* ANGL. *Purple, coloured, redde.*} Eutropius *in Neron.* Nero incitata luxuria fuit, vt qui exemplo Caligulæ frigidis & calidis lauaretur vnguentis, hamis aureis argenteisque piscaretur, quæ blatteis funibus extrahebantur. Suet. vocat purpureos. Piscatus est (inquit) reti aurato, purpura, coccóque funibus nexis. Orosius, Luxuriæ, inquit, tam effrænatæ fuit Nero, vt retibus aureis piscaretur, quæ purpureis funibus extrahebantur. Cassiodorus *in Epist.* Chamæleon modò prasina, modò cyanea, modò blattea varietate se commutat.

Blax, Stolidus, mollis, delicatus, lasciuus, qui nescit res discernere, & qui se inaniter iactat. Festus. {פתו *farnach.* βλάξ. GALL. *Luxurieux, delicat.* ITAL. *Troppo delicato, pazzo.* GERM. Ein thor, dölpel, vnflat. HISP. *Luxurioso, delicado, bovo.* ANGL. *Foolish, luxurious, delicat.*}

Blechnon, βλῆχνον Dioscor. Herba est notissima, {quam Græci πτερίδα, Latini Filicem appellant. ANGL. *A brake or ferne.*} Vide Plin. *lib.* 27. *cap.* 9.

Blechon, {βλήχων. ANGL. *VVilde penirial.*} Plin. Syluestre est pulegium, simile origano, minoribus foliis quàm satiuum, quod à pecore gustatum balatum excitat: vnde etiam literæ vnius commutatione γλήχων appellatum est, ἀπὸ τοῦ γλήχω. sic enim Græci pulegium vocant. Vide Plin. *lib.* 20. *cap.* 14.

Blemmyes, Plin. *lib.* 5. *c.* 8. siue Blemyes vnico m. Βλέμυες Steph. Populi sunt in Æthiopia versùs Austrum, capitibus carentes, ore & oculis pectori affixis: ita dicti, (Steph. teste) à Blemye quodam, vno ex tribus ducibus, qui sub Dionysio in iis regionibus militarunt. Hi alio nomine Bleptæ vocantur, quod vide.

Blenæ, arum. Populi sunt Africæ, faciem in pectore habentes. Claudianus.

——— *errat*

Per Meroen, Blenasque feros, atramque Syenem.

Quo tamen loco *Blemyas* legendum credidersim. Vide in præcedenti dictione.

Blennos, stultos esse Plaut. *in Bacchid.* indicat, qui ait, Stulti, stolidi, fatui, fungi, bardi, blenni, buccones. Festus.

Blepharo, {βλεφαρώνι. ANGL. *That hath great eye liddes.*} Dicitur superciliosus homo, qui habet supercilia magna. Plaut. *in Amph.* Rapiant pro mœchis: Blepharo captus arbiter.

Bleptæ, βλέπται. Populi Africæ, sine capitibus, habentes oculos in pectore. Eosdem & Blemyas vocat Pomp. *lib.* 1.

Blerani, Italiæ populi in tractu Hetruriæ Cortonensibus, & Capenatibus vicini. Autor Plin. *lib.* 3. *cap.* 5.

Blesi, quibus extrorsum sunt crura, sicut vœdi, quibus introrsum sunt, Autor Ptol.

Blæsus, seu Blæsus est, qui literam aliquam exprimere non potest, eámque non quamlibet, sed certam.

Bletes, species calceamenti dicta, quòd pedes offendat.

Bletra, βλέτρα, appellare solent Græci, offendentia præsertim pedes.

[Bletrum, βλῆτρον, clauus ferreus: dictus à βάλλω iacto, mitto, quòd aliquid impingendo immittatur. *Bletra* offendentia, præsertim pedes, quæ scilicet βάλλονται, obiiciuntur.]

Bletrus, herba. Vide *Blechnon.*

Bliteræ, oppidum prouinciæ Narbonensis, de quo Plin. *lib.* 3. *c.* 5. Mediterranea (inquit) colonia Arelate Sextanorum, Bliteræ Septumanorum, Arausio Secundanorum.

Bliteus, inutilis, à blito, herba nullius in medicina vsus.

Blitum, vel Blitus, vel Blitum, differenter dicitur Græcè & Latinè, erumpit ocyssimè bliti semen, vt bletæ corticeum, copiosum racemosúmque atriplici, radice non vna crassa in rectum tendente, vt herba & lapathon, & maxima pars olerum, sed continua, multiplici, ac prolixa insipidum & sine acrimonia, duorum generum habetur, rubrum & candidum. Nullum in morbis, aut sanitate vsum habet, in aliquibus tamen locis vulgari plebeculæ edendo est.

Blitum, {βλίτον Dioscoridi, βλίτον Suidæ. GALL. *Blete.* ITAL. *Bledoni, blito.* GERM. Ein gattung kól oder mangolt. HISP. *Bledo.* ANGL. *The hearbe spinach.*} Olus est betæ foliis, teste Hermolao, iners nullíusque saporis, aut acrimoniæ. Apponunt brassicam, betam, blitum. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 3. ¶ Inde Blitum dicitur, quod vile est & nullius pretij. Vnde apud Menandrum (teste Plin. *lib.* 20. *cap.* 21.) vxores per conuitium bliteæ vocantur à maritis, & apud Plaut. *in Truc.* Meretrix blitea.

B O

Boa, æ, serpentis genus est, quod in miram magnitudinem excrescit: ita dictum, quòd lactis bubuli succo primùm alatur. De hac scribit Plin. *lib.* 8. *cap.* 14. Faciunt his fidem in Italia appellatæ boæ, in tantam magnitudinem exeuntes, vt diuo Claudio principe, occisæ in Vaticano solidus in aluo spectatus sit infans. Aluntur primò bubuli lactis succo: vnde & nomen traxere. Hæc ille. ¶ Est etiam Boa morbi genus, quum corpora populatur multitudine rubentium, simo bubulo, cuius finis maximè tollitur: ita dictum Plin. *lib.* 28. *cap.* 18. Boas simus bubulus aboletur: vnde & nomen traxere. Idem *lib.* 24. *cap.* 11. Ebuli folia contrita, & e vetere vino impolita, boam sanant, id est, rubentes pabulas, creditur hic morbus esse, qui pueros præcipuè infestat, quem *Rubellam* vocant.

Boagrius, Βοάγριος, Locrensium amnis, siue potius torrens, qui Thronion vrbem præterfluit: interdum tam exiguus, vt ne pedes quidem transmeantis tingat: interdum tam latus, vt ad bina diffluit latus iugera Strabo *lib.* 9.

Boalia, Boatius, vide *Bos.*

Boaria lappa, herba nota, cuius radix è vino pota, articulis mirificè prodest.

Boaulia, Βωαυλία, vrbs Scythiæ. Stephan.

Boblicola. Poplicolam, siue Publicolam antiqui Boblicolam vocabant. Terent. Scaur. *de Orthogr.*

[Boebodes, dignitatis nomen Constantinop. Lex. gr. b.]

Bouium, oppidum est ad Apennini iuga situm, vbi cœnobium dicitur à Theolinda regina Longobardorum extructum: huo in loco nuper huiusmodi libri reperti sunt: Rutilius Numatianus, Hectorum Sulpitij carmen, LXX. epigrammata, Terentianus Maurus de litteris, syllabis, & metris omnis generis, Cælius Balbus, Velius Longus de Orthographia, Adamantius Martyrius de litera muta B, & V, vocali. Probi Catholica, Cornelij Frontonis Elegantiæ Latinæ, Seruius grammaticus de litera, Liber persimilis Iulio Polluci de vocabulis rerum, Paraphrasis super sex Virgilij libris, Trium Eclogarum Virgilij enarrationes: & alia præterea multa, quæ Volaterranus enumerat.

Bonconia, Βονωνία, vrbs Italiæ, Steph.

Bocalium, Arcadiæ oppidum est, iuxta Megalopolim & Catinam, teste Plin. *lib.* 4. *cap.* 6.

Boœas, inquit Festus, genus piscis: à boando, id est, clamando appellatum. Hæc ille. Βῶκες (vt ex Speusippo annotauit Hermolaus) sunt leucomænides, hoc est, mænæ candidiores, quas nos *Girres*, siue *Girrules* vocamus.

Bocatius, scriptor Italus fuit, sua lingua quàm Latina tersior. Scripsit Latinè Genealogiam deorum, de illustribus mulieribus, item de fluminibus & montibus, & pleraque alia sua lingua.

Bocchus, Rex Mauritaniæ fuit & Getuliæ, qui Iugurtham Syllæ tradidit. Vide Salustium *in Iugurth.* Plutarch. *in Mario, & Sylla.*

Bocchyris, Βόκχυρις, Rex quidam fuit Ægyptiorum, qui iustè sincereque iudicasse fertur, adeò vt eius nomen in prouerbium venerit iustissimè iudicantium.

Boccori, qui & Concordienses, populi Lusitaniæ, teste Plinio *lib.* 4. *cap.* 22.

Boccenes, Sardiniæ populi, teste Plin. *lib.* 3. *cap.* 7.

Bocchiana, oppidi nomen Troglodytarum apud Plin. *lib.* 6. *cap.* 29. in descriptione sinus Maris rubri, Troglodytici & Æthiopici.

Boderia, Ptolemæo, Æstuarium maris Britannici, Tacito Bodotria dictum *in vita Agricolæ.*

Bodincomagum, oppidum est ad Padum, alio nomine Industria: ita dictum à Pado, qui Ligurum lingua Bodincus fuit appellatus: quasi fundo carens. Plin. *lib.* 3. *cap.* 16.

Bodincus, Ligurum lingua dictus fuit Padus fluuius, propter immensam altitudinem, quasi fundo carens. Vide in præcedenti dictione.

Bodonæus, vide *Dodone* in Steph.

Bodona, Βωδώνη, vrbs Perrhebiæ, vel potiùs Thessaliæ. Steph.

Bodotria, vide *Boderia.*

Boea, oppidum est Peloponnesi in sinu Argolico, non procul ab Epidauro, vt scribit Plin. *lib.* 4. *c.* 5. in descriptione Achaiæ.

Boebe, Βοίβη. Oppidum est Cretæ, non procul à Gortyne. Steph. ¶ Est & Bœbe Thessaliæ oppidum, lacui adiacens, qui ab eo Bœbeis appellatur. Strab. *lib.* 9.

Boebis, idis, siue Bœbias, adis, siue Bœbeis, idis, Βοιβὶς, ἢ Βοιβιὰς, ἢ Βοιβηὶς λίμνη, Stephano. Lacus in Thessalia sub radices Ossæ. Lucan. *lib.* 7. Ire per Ossæam rapidus Bœbeida sanguis. Valer. Flac.

Perderet & pingui miseros in Bœbide crineis.

Boemia, Regio Germaniæ, trium ferè dierum longitudine, & totidem latitudine, Hercynia sylua vndique cincta, & Albi fluuio irrigata: ab Oriente spectans Morauos, ab Arcto Saxones, ab Occidente Noricum, à Meridie superiorem Pannoniam, quæ Augustria hodie dicitur. {GALL. *Boheme.* ITAL. & HISP. *Boemia.* GERM. Böhmen. ANGL. *Beame, the name of a countree.*} ¶ Huius incolæ Boëmi appellantur, lingua & moribus à Germanis omnibus distincti. Vide plura de his apud Æneam Syluium, qui Boëmorum historiam conscripsit.

Boeotia, Βοιωτία. Regio est in finibus Græciæ, Eubœæ insulæ obiecta, ab Attica autem Cithærone monte discreta. ita dicta (vt nonnulli putant) à boue, cuius ductu Cadmus peruenit ad eum locum, vbi postea Thebas Bœotias condidit. Ad quam nominis rationem alludit Ouid. 13. *Metam.* quum ait, Bos tibi, Phœbus ait, solis occurret in aruis Nullum passa iugum, curuique immunis aratri: Hac duce carpe vias, & qua requieuerit herba, Mœnia fac condas, Bœotiáque illa vocato. ¶ Alij alias afferunt nominis huius rationes: quas vide apud Stephanum. ¶ Olim etiam Aonia dicta est, & Ogygia, & Hyantis, & Messapia, & Cadmeis Thucydidi. ¶ Hinc Bœoti, Βοιωτοὶ, dicti sunt regionis huius incolæ, qui stupiditatis, & crassi ingenij nomine malè audierunt. Hinc est illud Horat. *lib.* 2. *Epist.*

Bœotûm in crasso iurares aëre natum.

Boeotius, a, um, adiect. Cicer. 1. *de Diuinat.* Quod & somniantibus sæpe contingit, & nonnunquam vaticinantibus per furorem, vt Bacis Bœotius, & Epimenides Cres. ¶ Bœotia auris, Βοιωτιον οὖς. In pingui iudicio hominem quadrat: Bœotorum stoliditas complurib. prouerbiis locum fecit. Simillimum illi, Auris Bataua, Diogenianus meminit Adagij. Bœoticum ingenium, Βοιωτικόν, pro stupido & stolido. Quicquid enim insulsum esset ac stolidum, id Bœoticum dicebatur. Lucian *in Ioue Tragœd.* ἀ χρὴ τ᾽ οὖν ... Βοιωτικόν, id est, illud quod dixisti, prorsus agreste est, & vehementer Bœoticum. Horat. *in Epist.*

Bœotûm in crasso iurares aëre natum.

¶ Eundem sensum habet, Bœotica sus, ἡ Βοιωτία ὗς. Vetustissimum adagium. Qui enim priscis temporibus Bœotiam regionem incolebant, ἄονες appellabantur, gens barbara & agrestis: proinde quidam deprauata voce pro ἄονες, ὕες, id est, sues appellabant. Idque scomma cessit in prouerbium. ¶ Bœotica cantilena, Βοιωτιον νόμον, dicebatur si quibus rerum initia tranquilla ac prospera fuissent, posteriora turbulenta ac tristia. Natum est hinc, quod nam Bœotij primùm libertam ac pacatam agebant vitam, deinde mortuo Læo in varias calamitates inciderunt, vt illorum cantilena à læto initio in luctum desinere videatur. Citatur à Zenodoto. ¶ Bœotica ænigmata Βοιωτια αἰνίγματα,

ambiguum, dicebantur obliquè atque obscurè dicta, quæque perdifficile percipi possent.
Bœotius, a, um, aliud adiectiuum. Ouid. 12. *Metam.*
—— *Bœotaque tellus*
Aulide piscosa puppes tenuisset ituras.
Boëthi, Adiutatores. {עזרים *Bezerim.* βοηθοί. Gall. *Qui donnent ayde, secourables.* Ital. *Coadiutori.* Germ. Ein mithelffer. Hisp. *Los que ayudan, ayudatores.* Angl. *That which aideth or helpeth.*} ἀπὸ τοῦ βοηθεῖν, hoc est, ab adiuuando. Vnde scribarum adiutores Boëthi vocantur ab Imperatore *in l. vnicuique. C. de prox. sacr. scrin.* Hinc etiam Seuerinus Boethius dictus est, non Boëtius, vt vulgò scribitur.
Boethius, Zenone imperante ob affectatæ libertatis suspicionem à Theodorico rege exilio damnatus, deinde custodiæ traditus, plura conscripsit. Tandem simul cum Symmacho Senatore, socero suo, aliisque præstantibus viris interficitur, vt ait Eusebius.
Boethus, ineptus quidam poëta fuit Tarsensis, qui Philippensem Antonij victoriam carmine conscripsit: quo nomine præter alios summos honores, quibus ab illo est affectus, gymnasij etiam Tarsensis præfecturam est assequutus. Vide Strab. *lib.* 14.
Boetus, vt inquit Strabo, Hispaniæ fluuius, ex eisdem nascens locis, ex quibus Anas, & Tagus.
Bogadium, Ptolemæo oppidum est Germaniæ, quod hodie Soestich vocatur.
Boges, fortissimi cuiusdam Persæ nomen est, qui ab Atheniensibus obsessus, quum nihil commeatus superesset, maluit vxorem primùm & liberos, deinde seipsum interficere, quàm viuus in hostium manus peruenire, Herod. *lib.* 7.
Bogud, is, Rex fuit Mauritaniæ Tingitanæ, quæ ab eo Bogudiana vocata est, teste Plin. *lib.* 5. *c.* 2. ¶ Fuerunt autem plures eiusdem nominis, ex quibus postremus fuit, qui in Actiaco bello Antonij partes sequutus, ab Agrippa supplicio affectus est. A Strabone Bogus dicitur *lib.* 8. barbara voce in suauiorem sonum, & terminationem declinationi aptiorem transmutata.
Boiæ, arum, κλοιός. Genus vinculorum tam ligneorum, quàm ferreorum, teste Festo, seu torquis damnatorum, quod quasi iugum in boue sit. Plaut. *in Asin. sc.* 2. *a.* 3. Carceres, numellas, pedicas, boias, tortorésque acerrimos. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Et boius boiam terit.
Boianum, hodie Bouinum. Oppidi nomen est inter Samnites, Ptolemæo.
Boii, Βόιοι, Strab. Populi fuerunt Galliæ Lugdunensis, teste Plin. *lib.* 4. *cap.* 18. qui putantur agri Borbonensis tractum incoluisse. Hi postea Alpes transgressi, iuxta Padum consederunt, vbi & Laudam Pompeiam vrbem condiderunt, teste eodem *lib.* 3. *cap.* 17. Iidem postea à Romanis expulsi, in Germaniam se contulerunt, teste Strab. *lib.* 7 vbi Hercyniæ syluæ partem incoluerunt, quæ Pannoniis proxima est: quæ regio ab eis primùm Boiohemia, & postea abiectis aliquot literis Boemia appellata est, quod sonat nihil aliud quàm Boiorum patriam.
Boin, oppidum Africæ, in tractu Cyrenaico. Plin. *lib.* 5. *cap.* 5.
Boion, Βοιόν Steph. Doridis oppidum in Græcia, teste Plin. *lib.* 4. *c.* 7. Doris (inquit) in qua Sperchios, Erineon, Boion, Pindus, Cytinum.
Bola, Βῶλα Stephano, oppidum agri Campani in Italia: cuius meminit T. Liuius. Vnde Bolani, Coriolanis & Fidenatibus vicini, apud Plin. *lib.* 3. *cap.* 5. Virg. 6. *Æneid.*
Pometios, castrúmque Inui, Bolámque Coràmque.
Bolbitina, Βολβίτινα, vrbs Ægypti.
[Bolbophaga, edulij genus. Casaub.]
Bolbulæ, insulæ nomen in mari Ægeo, non procul à Teo: vt refert Plin. *in descriptione insularum ante Asiam, lib.* 5. *cap.* 31.
Bolbitinum, à Plin. *lib.* 5. *cap.* 10. numeratur inter ostia Nili.
Bolbitum, i, {פרש *péresch* βόλβιτον. Gall. *Fiens de bœuf.* Ital. *Letame di boue.* Germ. Rinder mist/ kuh mist. Hisp. *Estiercol de buey.* Angl. *Oxen dung.*} Græcis fimum significat, & propriè bubulum: vnde Imbulbitare dictum putat Festus, pro eo quod est, puerili stercore inquinare. Plin. *lib.* 28. *cap.* 17. Fimi ceruini, maximè subulonis, sed & bubuli, de armentinis loquor (quidam Bolbiton vocant) cinis, cochleariorum trium in multi hemina bouis fœminæ in mulieribus efficax, & ex altero sexu in viris.
Bolentium, Pannoniæ superioris oppidum est, apud Ptolem. quod illi sua lingua Rachelsburg vocant.
Bolenia, gemma quæ nimbo inuenitur glebæ similitudine. Plin. *lib.* 37. *cap.* 10.
Boletaria, genus vasis. Martialis *Epigramm.* 101. *lib.* 14. & interpr. Iuuen. *sat.* 11.
Boletus, βωλίτης, Æginetæ genus fungi, inter omnes optimi: de quo abundè Plin. *lib.* 22. *cap.* 22. Iuuen.
Vilibus ancipites fungi ponentur amicis
Boletus domino, sed qualem Claudius edit.
De eo Suet. *in Claud. cap.* 44. Boleti & ficedulæ certamen. Sueton. *in Tiber. cap.* 43.
[Bolias, machina bellica. Lex. gr. b.]
Boline, Βολίνη. Vrbs Achaiæ. Steph.
Bolingæ, populi sunt Indiæ. Plin. *lib.* 6. *cap.* 19.
Bolis, idis, hasta missilis, iaculum. {βολίς. Gall. *Vn flambeau comme vn dard apparissant en l'air.* Ital. *Dardo.* Germ. Ein schösslein/ ein pfeyl. Hisp. *El tiro, que se lança ò embia.* Angl. *A flamme like a dart appering in the aire.*} παρὰ τὸ βάλλω, iacio. Ad cuius similitudinem faces quædam igneæ bolides vocantur, quæ in suprema aëris regione gignuntur. Plin. *lib.* 2. *cap.* 26. Duo genera earum: lampades vocant, plane faces: alterum bolidas, quales Mutinensibus malis visum est. Distant, quòd faces vestigia longa faciunt priore ardente parte: bolis verò perpetua ardens, longiorem trahit limitem. ¶ Bolis, βολίς. {Gall. *Vn poids attaché à vne corde, qu'on iette en la mer pour sçauoir si on est pres ou loin de la terre, vne sonde.* Ital. *Vn piombo ò peso legato ad vna corda per tentare & tessare il fondo dell' aqua.* Germ. Ein bleyklotz an ein schnur gebunden/ mit dem man die tieffe des meers ergründet. Hisp. *La sonda ò sonda para medir el agua.* Angl. *The sounding lead, or plommet which is lett downe into the water to trie the ground.*} Etiam est perpendiculum nauticum, hoc est, funis cum plumbeo, aut ferreo pondere annexo, quo nautæ maris altitudinem explorant. Eius meminit Lucas *in Act. Apost.*
Bolissus, Βολισσός, vrbs Æolica in edito sita, prope Chium, Steph.
Bologesia, Βολογησία, vrbs iuxta Euphratem, a Bologesio rege condita. Stephan.
Bologesiphora, Βολογησιφόρα, vrbs Persica. Steph.
Bolonæ, sunt cetarij, qui diuersa genera piscium emunt.
Bolurus, Βόλουρος, vrbs Tralleorum in Illyria, & aliæ Thesphrotiæ. Stephan.
Bolus, cuiusque rei frustum. {פת *path.* βῶλος. Gall. *Vn morceau, vne bouchee.* Ital. *Boccone.* Germ. Ein stuck von einem jeden ding. Hisp. *Pedaço ò parte de lo entero, bocado.* Angl. *A morsell, gobbet, or lumpe.*} Cuiusque rei frustum: vnde Bolum terræ, glebam dicimus: Bolum argenti, massam argenteam. Terent. *in Heaut.* Crucior bolum tantum mihi ereptum tam subitò è faucibus. Quod dici solet, inquit Erasmus *in Chiliad.* quoties commoditas, quæ iam propemodum tenebatur, inopinatò præripitur: translatione (vt ait Donatus) ab animalibus sumpta, quibus aufertur præda. ¶ Ne bolus quidem relictus, Οὐδὲ ψωμὸς λέλειπται, hoc est, ne vel pauxillum. Tribus bolis. Plaut. *in Curc.* Si tu vis tribus bolis, velim chlamydem. Tribus bolis dixit, pro compendio, quasi tribus verbis. Nam bolum Terentius accipere videtur pro eo quod Græci vocant βλωμὸν. Quod autem continuò deuoratur, tribus bolis edi dicitur. ¶ Bolus autem penult. breui, iactum significat, vel rete ipsum piscatorium quod Fundam vocamus. Plaut. *in Rud.* — ô Neptune lepide, salue. Nec te aleator vllus est sapientior: profectò Nimis lepidè iecisti bolum, periurum perdidisti. Verba sunt Trachalionis serui ad Neptunum existimantis lenonem naufragio periisse. Perdere autem, perimere & euertere interdum significat: vnde iocus resultat. Aleatores enim & piscatores bolum iaciunt. Perdidisti igitur Neptune hominem perditissimum, id est, lenonem maximè perdendum, propterea Neptune aleam pulchrè iecisti, pulcherrimum iactum fecisti. Hæc ex Budæo *in Pand.*
Bolus Armenia, βῶλος ἀρμενία. Gleba est terræ, quæ inuenitur in ea Armeniæ parte, quæ Cappadociæ contermina est, colore ochræ, miram ad desiccandum vim habens. Hæc hodie apud nos admodum rara est inuentu. Nam quam Seplasiarij hodie pro bolo Armenia vendunt, aut ex Hispania, aut ex Normannia aduehitur, penè ad rubricam accedens.
Bomarei, Asiæ populi sunt à Caspiis montibus Orientem versùs incolentes, vt autor est Plin. *lib.* 6.
[Bombarda, tormentum ferreum, fistula ænea, machina igniuoma, Germanis Buchsen. Vide *Lumbarda.*]
Bombax, à veteribus vsurpatum est pro aduerbio contemnentis, vel negligentis. Plaut. *in Pseud.* Fur. B. babæ. P. fugitiue. B. bombax. c. fraus populi. B. planissimè.
Bombina, lege *bembina.*
Bombos, Ciliciæ fluuius. Plin. *lib.* 5. *c.* 27. Præterea incus flumina Liparis Bombos, Paradisus.
Bombus, sonus tubarum raucus. {המיה *hemiáh* המן *hamen.* βόμβος. Gall. *Son de trompette, qui n'est clair, ou bourdonnement de mousches à miel.* Ital. *Ribumba.* Germ. Der bomb/ oder das brommeln einer trommeten. Hisp. *Zumbido, ò sonido ronco.* Angl. *The so rone of a trompet, humming of bees.*} Vox tracta ab ipso sonitu, sicut mugitus boum. Persius, Torna Mimalloneis implerunt cornua bombis. ¶ Est etiam bombus sonus apum.
Bombilo, as, Bombum emitto. {המה *hamáh.* βομβέω. Gall. *Bourdonner ou bruire, comme font les mousches à miel.* Ital. *Ribumbare.* Germ. Rauschen/ oder brumen wie immen. Hisp. *Zumbar como las abejas.* Angl. *To humme like a bee.*} Autor carminis *de Philomela.* Bombila ore legens munera mellis apis.
Bombilitio, sonus apum. {Angl. *Humming of bees.*}
Bombylius. {βομβύλιος. Angl. *A drone or humming kinde, of bee.*} Apis quoddam genus obstreperum, à Bumbo, quem edit, appellatum: ingens, sed ad mellificium inutile: fauos sibi nectit è luto. Hinc prouerbialis figura, Homo bombylius, βομβύλιος ἄνθρωπος, dicitur verbosus, multique strepitus, cæterùm inutilis.
Bombilis, vermis genus est, ex quo necydalus, & deinde bombyx procreatur. Plin. *lib.* 11. *c.* 22. Est & alia bombycum origo è grandiori vermiculo, gemina protendens sui generis cornua. Hi erucæ sunt. Fit deinde, quod vocatur Bombylis, ex ea necydalus, ex hoc in sex mensibus Bombyces.
Bombyx, {βόμβυξ. Gall. *Ver à soye.* Ital. *Vermo da far la seta, bigatto.* Germ. Ein seydenwurm. Hisp. *Gusano de la seda ya perfecto.* Angl. *The sylke worme.*} per y, Vermis genus est similis erucæ, qui apud Indiam, Æthiopiam, & Seres in araneatum morem tenuissima fila ducit ad vestem faciendam. Primùm bombylis, deinde necydalus, demum bombyx appellatus. De hoc Aristoteles & Plinius ferè idem tradunt. ¶ In sex mensibus bombyces telas araneorum mundè texunt, ad vestem luxúmque fœminarum, quæ bombycina appellantur. Primò eas in filum torquere, & rursus texere inuenit mulier Pamphila Latoi filia.
Bombycina, orum, βομβύκινα, vestes sunt tenuissimæ, ex bombyce confectæ. Mart. Fœmineum lucet sic per bombycina corpus.
Bombycinus, a, um, βομβύκινος. Gall. *Faict de soye de vers.* Ital. *Fatto di seta.* Germ. Seydenwar/ seydenwerck/ was auß der wurm seyden gemacht ist. Hisp. *Cosa de seda ò de sirgo.* Angl. *Made of silke.*} Quod ex bombyce est confectum: vt, Panniculus bombycinus, apud Iuuen. *Sat.* 6. quarum Delicias & panniculus bombycinus vrit.
Bomi, Βῶμοι, Ætoliæ colles sunt, quorum incolæ Bomij, Βωμιεῖς, commemorantur à Thucydide *lib.* 3.
Bomilcar, Carthaginensis fuit, Amilcaris filius, qui quum apud suos in suspicionem venisset, quòd cum Agathocle sentiret, in crucem sublatus est. Vide Iustinum Trogi abbreuiatorem *lib.* 22.
Bomitæ, oppidi nomen est in Amano monte, qui Syriam à Cilicia dirimit. Plin. *lib.* 5. *cap.* 22.
Bomolochus, {βωμολόχος. Angl. *A sawcie scoffer, a flatering iestar.*}

Dictus

Dictus est apud Græcos qui facilis, atque idem humilis omnia lucri gratia profert iocando, cauillandóque, quales apud nos Scurræ appellantur, qui vt sumptuosioribus cœnis intersint, à nullo scurrilitatis genere se continent. ¶ Sed propriè qui alteri insidiantur vt surentur oblata, quasi περὶ τὰς βώμους λοχῶντες. Vide Cæl. Rhodig. *Antiq.lect. lib.19.cap.6.*

[Bomūgi, sonus auditi in paludibus instar mugitus boum. ex Aristot. Delrius.]

Bona caduca, Bona dea, Bonæ fidei possessor, Bonæ frugi hominem, Bona hereditaria, Bona venia, Boni consulere. Vide *Bonus.*

Bonasus, βόνασος, Fera est, quæ, vt scribit Aristoteles, in monte Mesapo, qui Pœoniæ ac Mœsiæ limes est, inuenitur, cuius meminit & Plin. *lib.8. c.15.* Habet caput taurinum, corpus verò & iubas equi: latiore tamen corpore est quàm bos, sed pilo molliore quàm iuba equina, & compositiore, color pili totius corporis flauus, iuba prolixa & ad oculos vsque demissa. Cornua adunca, multo flexu in se recuruata, & pugnæ inutilia gerit, magnitudine palmari: vocem similem boui emittit: caret superiore dentium ordine, crura hirsuta habet, & pedes bisulcos. Ab Æliano Monops appellatur. Meminit eius & Solinus, qui circa Lydiam & Phrygiam bonasum nasci tradit.

Bonauentura, Franciscanus Theologus, ex oppido Bagico regio, ob virtutem & commentarios editos, in Cardinalium numerum ex generali (quo nomine, vt peculiari vtuntur Franciscani) à Gregorio X. relatus est. Habitum quo nunc vtuntur Franciscani Cardinalis instituit, quum prius aliorum Cardinalium modò incederent. Dum priuatus esset, ne gratis victitaret, sacros aliquot libros scriptitare solebat, & custodi tradere mercedis loco vendendos. Postremò à Xysto IX. in catalogum relatus est. Huius postea libros in Epitomen redegit Gulielmus Fulginas eiusdem ordinis. Autor Volaterranus. ¶ Fuit item Bonauentura alter eiusdem ordinis Patauinus Cardinalis S. Ciciliæ factus, sub Ioanne XXII. doctrinæ sanctitatem adiecit, vt qui pro martyre fere colatur, à Carranensi principe sagitta peremptus, dum Ecclesiæ libertatem contra tyrannos tueretur. Vtriusque autor Volaterranus.

Bónchæ, Βόγχαι. Populi Carchenis vicini, inter Euphratem & Cyrum fluuium. Steph.

Bonchis, Βόγχις, ciuitas Æthiopiæ iuxta tertium cataractem. Steph.

Bonicius, Præsul Auernensis, vir sanctitate clarus, cuius tunica etiam hodie monstratur, qua à diuina genitrice fuit donatus in excessu mentis, eodémque primum sacrificauit. Autor Volaterranus.

Bonifacius, Romanus apud Tarsum Aglaës diuitis viduæ res procurabat, cumqua rem habebat, ebrietate, cæterisque moribus infamis. Factus repentè alius, martyrium sub Diocletiano subiit, relatúsque deinde à seruis Romam, eique templum in Auentino dicatum, quod & Alexio postea commune fuit. ¶ Alius fuit Britannicus natione, præsul Moguntinus, apud Phrysios & ipse martyr, quòd iussu Stephani II. Pontificis, Pipinum Caroli patrem regem oleo sacro perunxerit. ¶ Alius eius nominis præsul Carthaginensis Zenone imperante. ¶ Alius item præsul Ferentinas. Ambo confessores. Quintus præterea martyr Bosuensis, Othonis tertij consanguineus. Autor Eusebius. His additur à Volaterr. Bonifacius Africæ comes, sub Honorio Ælij ducis æmulus, Augustino amicissimus.

Bononia, Βονωνία. Princeps Hetruriæ colonia, Felsina olim vocitata, in octaua Italiæ regione: vt tradit Plin. *lib.3.c.15.* Vulgò *Bologna.*

Bonosus, Romanorum tyrannus miræ bibacitatis: de quo Aureliani illud celebratur, non vt viueret illum esse natum, sed vt biberet. Hic quantumlibet bibisset, semper securus erat & sobrius, & nunquam non vino prudentior: & quantum bibisset, tantundem reddebat vesica ad æquilibrium. Hunc ad laqueum quum coëgisset Probus Imperator, iactatum est militari ioco, Amphoram pendêre, non hominem.

Bonus, Presbyter Romanus, simul cum Fausto & Mauro diaconis, Romæ sub Valerio principe passus, sepulti omnes in via Latina. Autor Volaterranus.

BŎNŬS, a, um,)(malus. {טוב *tob.* ἀγαθός. GALL. *Bon.* ITAL. *Buono.* GERM. *Gut.* HISP. *Bueno, cosa buena generalmente.* ANGL. *Good.*} Cic. 2. *Offic.* Vir bonus innumerabilibus officiis & laudibus continetur. ¶ Bonum absolutè à Philosophis appellatur, quod sui causa expetitur. Vnde Arist. τ' ἀγαθόν, hoc est, bonum appetitus sensitiui obiectum facit. Idque duplex est, Verum, & Apparens. Voluptas enim corporis tanquam bonum expetitur, non quòd re vera bonum sit, sed quòd eiusmodi appareat. Summum autem bonum appellabant, quod esset rerum omnium expetendarum extremum: quod Stoici in vita naturæ conueniente, Epicurei in animi voluptate, siue indolentia, Cyrenaici in voluptate corporis, alsis in rebus collocabant. Peripatetici triplicia constituunt bona, animi, corporis, & fortunæ. Quo fit, vt opes & facultates à nostris etiam Bona, ὄντα, χρήματα appellentur. Cic. *pro Cecin.* Ad incertum reuocari bona, fortunas possessionésque omnium. Idem *in Topicis*, Mulier, cui vir bonorum suorum vsumfructum legauit. Bonum pro gaudio, lætitia. Ouid. Immunes oculos tanti nec sinit esse boni. Item pro voluptate, cui plus vnquam dedistis boni, qui minus sperauerit? Prandi, potaui, scortum accubui. Plaut. *Men.sc.2.a.3.* Venus mihi hæc bona dat, idem *Pseud.sc.7.a.4.* Nec haud pœnitet bona dimidium diuidere cum Ioue (de liberis Iphiclo, & Hercule. Idem *Amph.* Bona progenies Drusus, Ouid. *Eleg.2.lib.4.Trist.*

Tua te bona cognita produnt. (candor & facundia.)

Idem *Eleg.4.lib.4. Trist.* Grandi pecunia, & re bona multa copiosus. Gell. *cap.16.lib.19.& c.18. lib.10.* Homo non bonæ rei, & vita turpi, idem *cap.2. lib.14.* Bonis malisque bellare didici (id est, commodo & damno meo.) Liu. *lib.6.d.4.* Bonum est pauxillum amare sane, insanè, non bonum est. Plaut. *Curc.sc.4.a.1.* In re mala si bono animo vtare adiuuat. Idem *Capt.sc.1.a.5.* Idem *Curc.sc.1.a.4.* Te esse bonum è vultu cognosco. (id est, non mendacem.) Idem *Aul.sc.6.a.4.* Meum bonum me, te tuum maneat malum. Idem *Most.sc.1.a.1.* Bona facere alicui. Commemorare quæ vobis bona fecissent. Idem *prolog. Amph.* Boni homines atque dies. Idem *Curc.sc.1.a.4.* Quid ais bone vir? *Ibidem sc.2. a.5.* Et tam bone magister, (irridentis.) Gell. *cap.1.lib.4.* Bonæ frugi, vide *Frugi.* Bono modo, vide *Modus.* Ius bonum, vide *Ius.* Bonum facinus, vide *Facinus.* Bona fortuna, vide *Fortuna.* Bona res, vide *Res.* Ecastor auibus. Æquum bonum, vide *Æquum.* Bona scæna, vide *scæna.* Bonus mos, vide *Mos.* Bona fides, vide *Fides.* Bona lux, vide *Lux.* Bona verba, vide *Verba.* Bonæ partes, vide *Partes.* Bona quæ propriè appellanda, ex I.C. Quintil. *declam.273.* Bonam opinionem eripere alicui. Senec. *c.2. de consol.ad Polyb.* Si bonam famam seruasso, sat ero diues. Plaut. *Most. sc.4.a.5.* Bonum esse certum est, quia metuo malum. Idem *Men.sc.6. a.5.* Idem *Most.sc.1.a.1.* Bono vsui estis nulli, (lenones.) Idem *Curc.sc. 2.a.4.* Benè merenti mala es, male merenti bona. Idem *Asin.sc.1.a.1.* Bono & amplo lucro auctare. Idem *in prolog. Amph.* Bonum item dicitur, quod exequitur officium suum, quódque actiones suas probè obit. Hinc si virum bonum dicimus, intelligemus probum: si bonum militem, fortem: si bonum Imperatorem, prudentem: si bonum Grammaticum, litteratum: si bonum Oratorem, facundum: si bonum iudicem, iustum. Sic è contrariò. Malum generale est nomen, & turpia simul, & detrimentosa complectens. Vnde malum virum dicimus, flagitiosum: malum militem, imbellem: & sic de reliquis. ¶ Aliquando bonum sumitur pro bonitate, & humanitate: vt quum dicimus, Ex æquo & bono iudicare. ¶ Aliquando pro magno. Bona pars montis. Ouid. 5. *Fast.* Salustius, Bona pars militum inde discesserat. ¶ Aliquando pro non vili, quia (vt Donatus ait) boni non sunt viles. Terent. *in Phormion.* Illam ciuem esse Atticam bonam bonis prognatam. ¶ Aliquando pro vtili: vt, Bonum est pecuniæ parcere. Bono id futurum est tibi. Senec. *cap.2.de consol.ad Polyb.* Bono publico aliquid facere. Liuius *lib.34.* Gaudeo si quid propter me tibi euenit boni. Plaut. *Men.sc.vlt.a.5.* Benè rem gerere bono publico. Idem *Capt.sc.2.a.3.* Quid mihi sit boni, si mentiar. Idem *Most. sc.1.a.2.* ¶ Item pro otio & quiete: sicut malum pro labore. Seneca, Delicatus & bono semper assuetus. ¶ Item pro miti, & fauente. Statius,

——— *tu corda parumper*

Huc aduerte libens, atque has bonus accipe voces.

¶ Item pro pulchro. Vnde forma bona, apud Terent. *in Andr.* Tam bona ceruix (id est, formosa. Suet. *in Calig. cap.33.* Bonus dies in bruma (id est, pulcher.) Senec. de vita beata. ¶ Item pro apto & idoneo. Virg. *2.Georg.*

——— *& bona bello Cornus.*

¶ Item pro docto. Horatius,

Quandoque bonus dormitat Homerus.

Gell. *cap.5. lib.13.* Erant tunc in eius ludo boni multi. id est, docti. ¶ Bona caduca, In iure ciuili dicuntur ea, quæ deficiente eo, cui iure ciuili debebantur, in alium ceciderunt: veluti quum lex Papia Poppæa iubet, vt quæ ad orbos ex testamentis perueniunt, eorum pars decima fisco attribueretur. Bona dea, quam veteres Faunam, siue Fatuam, siue Sentam dixêre, ἀγαθὴ θεός. Hanc Varr. scripsit tantæ pudicitiæ fuisse, vt nemo illam dum vixit, præter virum, mas viderit, nec nomen eius audierit, propter quod illi in operto mulieres sacrificabant, & Bonam deam appellabant. Vide Alexandr. ab Alexandr. *lib.6. cap.8.* ¶ Bonæ fidei possessor esse videtur, qui rem possidet non suam, quam tamen suam esse putat, & cum qui vendidit, ius vendendi habuisse, putà procuratorem, aut tutorem fuisse, κατοχεὺς ἐπιεικῶς. Contra verò Malæ fidei possessorem dicimus, qui nec rem suam possidet, & eam scit suam non esse. ¶ Bona fides, ἐπιείκεια, χρηστότης: & bona fide, ἀπροφασίστως. ¶ Bonæ frugi hominem dicimus, cum laude, hoc est, vtilem & bonum, χρηστόν. Apul. *lib.4.* Statui iam dolis abiectis asinum me bonæ frugi dominis exhibere. Hæc loquendi formula vetus admodum videtur, & penè obsoleta: frequentiùs tamen apud Plautum & veteres Iurisconsultos occurrit, quàm librariorum culpæ debeat ascribi. Illud tamen dubium non est, vsitatiùs dici Bonæ frugis hominem, quàm Bonæ frugi. Ad bonam frugem redire, hoc est, ad bonos mores, probitatémque. Reliqua vide infrà in dictione *frugi.* ¶ Bona hæreditaria, quæ hæreditate veniunt. κλῆρος. ¶ Bona venia, dicimus, quod est sine ira, sine indignatione. ἐπιεικῶς. Terent. *in Phorm.* Adolescens, primum abs te bona venia peto. ¶ Boni consulere, hoc est, bene statuere, in bonam partem, vt aiunt, accipere. {ἀγαπητῶς. GALL. *Prendre en bonne part.* ITAL. *Pigliare in buona parte.* GERM. *Für gut auffnemmen.* HISP. *Tomar en buena parte.* ANGL. *To tak in good part.*} ¶ Boni ad bonorum conuiuia vltro accedunt, Αὐτόματοι δ' ἀγαθοὶ ἀγαθῶν ἐπὶ δαῖτας ἴασι, id est, Sponte bonis mos est conuiuia adire bonorum. Hexameter prouerbialis, tunc vsurpandus, vbi vir bonus fiducia virtutis & amicitiæ, quæ generalis inter omneis probos intercedit, ad sui similem accedit, non expectatis vulgaribus istis inuitatiunculis. ¶ Bona Cilicum, Ἀγαθὰ Κιλίκων, subaudiendum, facit, aut habet. Conuenit vbi quis malefactis ac fœdis artibus sibi parauit opes. Huic adagio locum fecit Cilicon quidam, natione Milesius: qui prodita Prienensibus Mileto patria, ampliter quidem, sed fœdè ditatus est. Is quum proditionem moliens rogaretur quidnam esset facturus, respondit, πάντ' ἀγαθά, id est, omnia bona. ¶ Ego ex bono in bonum traductus sum. Ἐγὼ μὲν ἐκ τοῦ καλοῦ εἰς καλὸν μετῆλθον. Suidas indicat dici solitum de iis, qui bonum institutum bono commutant. Innuit autem natum à quodam, qui ex bono citharœdo factus sit poëta tragicus. Bonum malum fit tempore haud datum suo, κακὸν τὸ καλὸν ἐστὶ μὴ καιρῷ τυχόν. Nihil gratum quod intempestiuum. Pharmacum in tempore datum salutiferum est: secus datum, mortem affert. ¶ Bonorum myrmecia, ἀγαθῶν μυρμηκιά, de immensis opibus. Nam myrmecia Græcè significat cauernam, aut agmen formicarum. ¶ Eodem sensu dicimus, Bona terræ, τὰ τῆς γῆς ἀγαθά, de bonis & immensis & omnigenis: quasi dicas, quidquid terra progignit omnium rerum parens. ¶ Melior, & hoc melius, Comparatiuum à Bonus. {ὁ καὶ ἡ ἀμείνων, κρείττων, βελτίων, & τὸ ἄμεινον, κρεῖττον, βέλτιον. GALL. *Meilleur.* ITAL. *Migliore.* HISP. *Mejor.* ANGL. *Better.*} Cicer. *Attic.* Hircium per me meliorem fieri volunt. Idem *pro Flacc.* Phrygem plagis fieri meliorem. Idem *de Arusp.* Meliore loco esse, Deteriore statu esse, contraria. Meliorem suppono tibi (i. doctiorem. Plaut. *Curc. sc.2.a.1.* Vter melior bellator & auctor. idem *Men.sc.3.a.1.* Sed vter vestrorum est celerior, Ego vt multò melior, idem *Aul.sc.2.a.2.* Melior æger esse dicitur, qui melius se habet. Celsus *lib.3. cap.6.* Non est expeditissimum scire quando æger febricitet, quomodo melior sit, quando deficiat, sine quibus dispensari illa non possunt. ¶ Meliusculus, diminuinutum.

tiuum. Colum. *lib. 9. cap. 3.* Alias magis exiguas, nec tam rotundas, sed obesas tamen & latas coloris melioris, nisi de opibus. Plaut. *Capt.* Rem tuam facies ex malis meliusculam. Meliuscule, aduerbium. Cic. *ad Tyronem lib. 16.* 1. quem quum meliuscule tibi esset, ad me mitteres. Idem *Attic. lib. 4.* Casu enim trinas ante legeram, quibus meliuscule Lemulo esse scriptum erat. ¶ Melioro, are. Meliorem reddere. {ANGL. *To make better.*} vt, Meliorare agrum, id est, quemadmodum Cic. loquitur, stercorare: & meliorare proprietatem. Vlp. *l. 13. D. de vsufruct.* Si quidem vsufructuario permittitur meliorare proprietatem. ¶ Melioresco, is, Melior fio. {βελτιοῦμαι. GALL. *Deuenir meilleur.* ITAL. *Diuenire migliore.* GERM. Besser werden: sich besseren. HISP. *Mejorarse.* ANGL. *To waxe better.*} Colum. *lib. 2. cap. 10.* Napus deuexam amat & siccum, tenuique propiorem terram, atque sabulosis, glareosisque arius meliorescit. ¶ Optimus, superlatiuum est a bonus. {טוב מאד *tob meód.* ἄριστος, κράτιστος, βέλτιστος. GALL. *Tres-bon.* ITAL. *Ottimo, perfetto.* GERM. Der aller best. HISP. *Muy, mucho bueno, perfetto.* ANGL. *Best of all.*} Optimo iure prædia esse dicuntur, quæ immunia prorsus sunt, id est, vt nunc loquuntur, alaudialia. Cic. *de leg. Agr.* Optimo enim iure ea sunt profectò prædia, quæ optima conditione sunt. Quintil. *in Proœm. lib. 1.* Optima facere quàm promittere maluerunt. Optimum & æquissimum oras: optimus & æquissimus hominum es homo. Plaut. *Capt. sc. 2. a. 2.* Quod in rem tuam optimam esse arbitror, i. ex vsu & vtilitate. Idem *Aul. sc. 3. a. 1.* Quàm proximè te ad probos adiunxeris, tam optimum est. *Ibidem sc. 4. a. 1. & Capt.* Iam hoc tenetis? Optimum est, *cela va bien.* Vt quique optimi maximi sunt, hunc morem habent. *Ibidem*, Optimo optimam operam das. Idem *Amph.* Optimus Maximus, Iouis titulus, Cic. 2. *de nat. deor.* Sed ipse Iupiter, id est, iuuans pater, quem conuersis casibus appellamus à iuuando Iouem, à poëtis pater diuûmque hominúmq. dicitur: à maioribus autem nostris optimus maximus. & quide ante optimus, id est, beneficentissimus, quàm maximus: quia maius est, certeque gratius prodesse omnibus, quàm opes magnas habere. ¶ Optime, aduerbium. {היטיב *heteb.* ἄριστα, κάλλιστα, κράτιστα, ἄριστα. GALL. *Tres-bien.* ITAL. *Ottimamente.* GERM. Gar wol: zu dem aller besten. HISP. *Muy bien.* ANGL. *Best, very weel.*} Cic. *ad Quint. Fratr.* Si perficiunt optimé, si minus, &c. Idem *Epist. famil.* Sed hæc tu melius, vel optimè omnium. ¶ Ponitur aliquando pro opportunè. Terent. *in Eunuch.* Adest optimè frater. Optimè aduenis. Plaut. *Amph.* Eccum incedit ad me. Optumè (*cela va bien.*) *Ibid.* Facta pax est. Optumè est. *Ibid. sc. 1. a. 3.* imò optumè, idem *Aul. sc. 4. a. 1.* Optumè imò. Idem *Capt. sc. 1. a. 2.* factum optumè. Idem *Most. sc. 2. a. 2.* ¶ Optimitas, atis, Vtilitas, commodum. {מיטב *metáb.* ὀφέλεια. GALL. *Vtilité, commodité.* ITAL. *Vtilità, commodo.* GERM. Nutzbarkeit, tömligkeit. HISP. *Prouecho.* ANGL. *Profite, vtilite.*} Plaut. Maximas optimitates, gaudióque offertissimas Suis heris ille vnà mecum pariet. ¶ Optimas, huius optimatis, comm. gen. princeps in ciuitate, vir primarius,)(popularis. {נשיא *nasi.* οἱ ἄριστοι, οἱ ἐν τῷ ἀξιώματι. GALL. *Les principaux d'une communauté, les plus nobles personnages.* ITAL. *Primai, nobili.* GERM. Der frömbst, fürnembst, oberst. HISP. *Hombres buenos y nobles.* ANGL. *Cheefe and principalmen of a citie.*} Optimates dicuntur, vt ait Perottus, qui primum in ciuitate locum tenent: vel quòd opulentiores sunt, & in maiori censu, vel quòd in primis opem ferre possunt oppressis. Cic. *pro Sest.* Duo genera semper in hac ciuitate fuerunt eorum qui versari in Repub. atque in ea se excellentiùs gerere studuerunt: quibus ex generibus alteri se populares, alteri optimates & haberi & esse voluerunt. Qui ea qui faciebant, quæque dicebant, multitudini iucunda volebant esse, populares. Qui autem ita se gerebant, vt sua consilia optimo cuique probarentur, optimates habebantur. *Ibidem*, Omnes optimates sunt, qui neque nocentes sunt, nec natura improbi, nec furiosi, nec malis domesticis impediti. Priscian. *lib. 5.* Optimates sunt, qui defendunt Senatores: populares, qui defendunt populum. Cic. *Attic. lib. 16.* Vide ne dum pudet te parum optimatem esse, parum diligenter quod optimum sit eligas. ¶ Optimates matronæ. Cic. *ad Trebat. lib. 7.*

Bonè, aduerb. vide *Benè.*

Bellus, a, um, per duplex ll, diminutiuum est à bonus. {יפה *japheh.* κομψός. GALL. *Bon, beau, gentil, honneste.* ITAL. *Bello, buono.* GERM. Gut: fein: lieblich. HISP. *Bello y bueno.* ANGL. *Good, faire, beautifull, honest.*} Varro, Ita cum eis bellum geras, vt bella omnia domum auferas, id est, bona omnia. ¶ Bellior, compar. melior. Idem, Venio nunc ad vltimum testamentum, quod dicitur physicum, in quo Græci belliores quàm Romani nostri. Bellus blanditur tibi. Plaut. *Men. sc. 2. a. 4.* Bella es, & amabilis. Idem *Asin. sc. 3. a. 3.* Bella bellè. *Ibid.* Illuc nec bellum est, nec memorabile. (*N'est ny beau ny honneste à raconter.*) Idem *Curc. sc. 1. a. 1.* Bellissimum ostium. *Ibid.* Et festiuæ fores, quia morigeræ. ¶ Et quoniam bonum quandoque pulchrum significat (vt apud Terentium, Forma bona fortasse,) Bellum quoque pro pulchro accipitur, vt bellus puer: Bella puella: Bellum corpus. Martial.

Bella es, nouimus, & puella: verum est.

Hinc Belli homines aliquando boni & prudentes, aliquando formosi atque elegantes, & festiui dicuntur.

Bellior, comparatiuum, de quo paulò antè citauimus ex Varrone testimonium. {κομψότερος. ANGL. *More gallant, or gaye.*}

Bellissimus, superlatiuum idem significans quod optimus, vel pulcherrimus. {κομψότατος. ANGL. *Most gallant.*} Terent. *Adelph.* Ego iam prospiciam mihi atque vnumquodque, quod erit bellissimum, carpam.

Bellatulus, a, um, vocabulum blandientis eiusdem significantiæ cum Bellulus. Plaut. Cur ergo non imus cubitum bella bellatula?

Bellulus, a, um, diminutiuum formatum à Bellus, Pulchellus. {κομψός, κομψότατος. GALL. *Iolier, tout gentil.* ITAL. *Bellino.* GERM. Ein wenig hüpsch: holdselig. HISP. *Lindo bello vn poco.* ANGL. *Gallant or gaye.*} Plaut. *in Milit.* Ædepol equidem bellula es. A quo aduerbium Bellulè. Plaut. Nam nurus bellulè se habet.

Bellatus, a, um, adiect. Bellulus. Plaut. *in Rud.* Hem tibi aquam mea tu bellata. Sunt tamen qui hoc in loco bellatula legere malint, quam Bellata.

Bellè, aduerb. Pulchrè, egregiè, festiuè. {καλῶς. GALL. *Gentiment, iolimens, bien.* ITAL. & HISP. *Bellamente.* GERM. Wol, fein. ANGL. *Very wel.*} Plaut. *Truc.* Qui istas buccas tam bellè purpurissatas habent. Dolabella *Ciceroni*, Terentia minus bellè habuit: sed certum scio iam conualuisse eam. Cicer. *Terentiæ*, Bellissimè vel mecum, vel in nostris prædiis esse poteris.

Bellitudo, inis, Ornatus, pulchritudo. Festus. κόσμος, ἡ, ον.

Bonitas, capitur pro virtute, & honestate, atque iustitia. {טובה *tobáh* מיטב *metáb.* טוב *tub* ἀγαθότης. GALL. *Bonté.* ITAL. *Bontà.* GERM. Gütigkeit, güte. HISP. *Bondad.* ANGL. *Goodnesse.*} Cic. 3. *Offic.* Quùm enim fidem alicuius bonitatémque laudant, dignum esse dicunt, qui cum in tenebris mices.)(malitia. ¶ Frequentius tamen Bonitas pro benignitate, & quadam ingenij simplicitate ponitur. Plin. Bonitas & simplicitas vxoris. Malitia econtrario pro versutia: vnde Malitiosum, callidum ac versutum dicimus. Cicero, Virtutis contraria est vitiositas. sic enim malo, quàm malitiam, appellare, quam Græci κακίαν appellant. Nam Malitia certi cuiusdam vitij nomen est, vitiositas omnium. ¶ Est & alia Bonitas, non ex industria, sed ex natura proueniens. Idem 3. *Offic.* Quæ & bonitate ingenij multi assequuntur, id est, excellentia ingenij)(Malitia. Plinius, Quod modò cæli, modò terræ malitia facit.

Benè, aduerbium à Bonus. {היטיב *heteb.* εὖ. GALL. *Bien.* ITAL. *Bene.* GERM. Wol. HISP. *Bien è buenamente.* ANGL. *Weel.*} Terent. *in Andr.* O factum bene! ¶ Bene, pro iustè vsus est Ionas *cap. 4.* Putásne bene irasceris tu super hederam? Sensus est. Nunquid tu irasceris iustè & meritò super hedera. ¶ Bene agitare. i. pulchrè valere. Gell. *cap. 19. lib. 16.* Argentariis & benè & malè credi. Ambiguè (mali) quia nunquam reddunt. Et benè, quia diu debent: Ergò benè, multum ac diu. Plaut. *Curc. sc. 2. a. 5.* Sic, cùm benè circumiuisses (i. diu multùmque.) Senec. *cap. 2. de consol. ad Polyb.* Benè doctus. Gell. *Quint.* Benè literati homines. Idem *cap. 3. lib. 5.* Benè actum est, Inuides quia mihi benè est. Plaut. *Most. sc. 2. a. 1. & Truc. sc.* lepidè. Benè acciderit consilium. Idem *Pseud. sc. 3. a. 2.* Benè ego illum tetigi. *Ibid. sc. 8. a. 4.* Benè confidentérque astitisse te intelligo, *ibid. sc. 5. a. 2.* Benè vendite. i. magno. Idem *Curc. sc. 2. a. 4.* Benè emere, vide *Emo.* Benè morigerus, vide *Morigerus.* Benè monstrare, vide *Monstro.* Quando te auratam & vestitam benè habet. Idem *Men. sc. 2. a. 5.* Benè habere, vide *Habere.* Bene pudicéque educatus. Idem *Capt. sc. 3. a. 5.* Benè salutando consuescunt, i. benignè. Idem *sc. 7. a. 1.*

Fert benè procellas nauis modò facta,

Ouid. *Eleg. 6. lib. 4. Trist.* Benè dicere, bene loqui. Plaut. *Most. sc. 3. a. 1.* Eamus, vt prandeamus: benè vocas. Idem *Men. sc. 4. a. 2.* ¶ Aliquando ponitur pro commodè: vt, Benè habito. Cic. 2. *in Offic.* Domus bene & ratione ædificata. ¶ Interdum feliciter, siue prosperè. Cic. 3. *Diuin.* Quæ autem deorum inconstantia est, vt primis minentur extis, benè promittant secundis? ¶ Nonnunquam pro valdè. Idem *de Lege Agraria contra Rullum*, Adolescens non minus bene nummatus, quàm bene capillatus. Idem 3. *de Orat.* Habetis sermonem bene longum. ¶ Bene sit, & Bonum sit, erant bene precandi atque optandi formulæ. Pers.

——— tunicatum cum sale mandent
Cæpe, & farratam pueri plaudentibus offam,
Ingemit hoc, bene sit.

Virg. *in Bucol.*

Aspice, corripuit tremulis altaria flammis
Sponte sua, dum ferre moror cinis ipse, bonum sit.

¶ Bene cogitare, εὐφρονεῖν, vel male cogitare, κακοφρονεῖν, referuntur ad alterum, significántque beneficium, aut perniciem. Plinius, Hoc tuo studio bene de te cogitantem & liberaliorem reddes. Cicer. *de Senect.* Carthaginem diu malè cogitantem non prius timere desinam, quàm excisam cognouero. ¶ Bene de te mereor. εὐποιῶ, id est, bona in te confero, aut benè tracto. ¶ Bene vertere, καλῶς φέρειν, est in vtilitatem vertere: sicut Malè vertere, est in perniciem. ¶ Benè alicui, vel alicuius caussa velle, cupere, id est, alicui fauere. *Bonè*, pro benè. Charis. ex Lucret. Bonuscula, bona parua. Sidon. Hinc Beneuolus. εὔνοος, & beneuolentia, quæ est inclinatio animi cum desiderio bene faciendi. Melius comparatiuum. Optimè superlatiuum.

Benedico. {ברך *beréch.* εὐλογεῖν, εὐφημῶ. GALL. *Bien dire d'aucun, le louër, ou parler en bien.* ITAL. *Lodare, benedire.* GERM. Gutt reden, loben, segnen. HISP. *Dezir bien de alguno.* ANGL. *To blisse.*} Bene loquor, duæ sunt separatæ dictiones: & construitur cum datiuo. Cicer. *pro Sestio*, Cui benè dixit vnquam bono? benedixit? imò quem, &c. Nonnunquam vna est dictio, quæ in sacra Scriptura accipitur pro laudo, quod non temerè inuenias apud veteres, teste Valla *lib. 1. cap. 12.* ¶ Benedicere, interdùm diuisum legitur, interposita vna, aut altera dictione, interdum pluribus. Plaut. *in Milite*, Bene quæso inter vos dicite, & mi absenti tamen. ¶ Benedico, ponitur aliquando, pro scienter, peritè & ornatè dico. Cic. *de Opt.* Benè dicere, inquit, est Atticè dicere. Sed ineptum est ibi vna voce legere benedicere, cùm bene dicere sit εὐλέγειν, non εὐλογεῖν, & hic & alibi apud Ciceron. Indignis si malè dicitur, maledictum est, si dignis, benedictum. Plaut. *Curc. sc. 2. a. 4.*

Benedictio, εὐλογία. Apuleius *in Hermetis Asclepio*: Tanti operis effector, & restitutor Deus ab omnibus qui tunc erunt, frequentibus laudum præconiis, benedictionibúsque celebretur. ¶ Benedictio, pro eleemosyna apud auctores Ecclesiasticos.

Benedictum, εὐφημία. Bona verba, placida, & beneuolentiæ plena: quibus opponuntur Maledicta. Ter. *in Phorm.* Benedictis si certasset, audisset bene. ¶ Bene dicta etiam diuisis dictionibus dicimus pro iis, quæ commodè, prudenter, & appositè dicta. Cic. *de nat. deor. lib. 2.* Bene dicta, malè interpretari. Idem *de clar. Orat.* Philosophia mater omnium bene dictorum benéque factorum.

Benedicè, aduerb. εὐφήμως. Plaut. *in Asin.* Aliam, atque olim, quum illiciebas blandè ad te, & benedicè.

Benefacio, Rectè, & quod me decet, facio. {היטיב *heteb.* καλῶς ποιεῖν. GALL. *Faire bien, faire du bien.* ITAL. *Ben fare.* GERM. Recht, vnd wol thun. HISP. *Bien hazer.* ANGL. *To do good or weell.*} Ter. *in Eunuch.* Bene-

facio

facis?meritò te amo. Vbi Donatus, Benefacis, non iudicantis, sed gratias agentis est. ¶ Benefacio cum datiuo, est beneficium in aliquem confero, de aliquo bene mereor. Cic. 2. *de Inuent.* Ab iis qui benefecerimus, male tractari.

Benĕfactum, substantiuum, Beneficium. {חסד *chésedh.* εὐεργέτημα. GALL. *Bien fait, benefice.* ITAL. *Ben fatto, beneficio.* GERM. Ein guthat. HISP. *El bien hecho, ò beneficio.* ANGL. *Pleasure or seruice doone.*} Liu. 5. *bell. Pun.* Respondit non plura per annos quinquaginta benefacta Hieronis, quam paucis his annis maleficia eorum, &c. Cic. 2. *Offic.* Benefacta male collocata, malefacta arbitror. Bene facta item diuisis dictionibus dicuntur, quæ rectè atque ordine gesta sunt, quæ vulgo dicunt Bona opera. Idem 4. *Tusc.* Omnia enim bene facta in luce se collocari volunt. Idem *de senect.* Multorum bene factorum recordatio iucundissima est. Neque enim benefacta detrectare meum est. Ouid. 15. *Metam.* Queis benefactis meus pater Deûm regnator. Plaut. *in prolog. Amphit.* Vtinam pro benefactis Dij, &c. *Ibid. sc. 2. a. 4.* Bene facta, pro præclarè gestis, Propert.

Benĕfĭcus, Liberalis, qui beneficium præstat. {חסיד *chasîdh* נדיב *nadhîbh.* εὐεργετικός. GALL. *Liberal, qui faict volontiers plaisir & seruice.* ITAL. *Benefico, chi fa beneficio.* GERM. Gutthätig, der geneigt gůts zůbeweisen. HISP. *Bien hechor y franco.* ANGL. *Liberall, that doeth pleasure or benefitte.*} Cic. *de nat. deor.* Vt enim omittam vim & naturam deorum, ne homines quidem censetis, nisi imbecilli essent, futuros beneficos, & benignos fuisse. ¶ Comparatiuum habet, Beneficentior, & superlatiuum Beneficentissimus. Cic. *ibidem*, Iupiter optimus, id est, beneficentissimus. ¶ Legitur tamen & Beneficentissimus apud antiquos: vt apud M. Catonem, De Ptolemæo rege optimo & beneficentissimo. Vide Gell. *cap. 5. lib. 17.*

Bĕnĕfĭciārius, qui beneficium accepit. {חסיד *chasîd.* εὐεργετηθείς. GALL. *Qui a receu plaisir ou bien fait d'autruy.* ITAL. *Quello che ha riceuuto il beneficio.* GERM. Der gutthaten empfangen hatt. HISP. *El à quien se da el beneficio.* ANGL. *That hath receiueth a benefitte or pleasure.*} Vnde à veteribus beneficiarij dicti sunt illi, quos Imperator suo beneficio promouisset in militia. Beneficiaria res non est sapientia (i. aliis non debetur.) Senec. *Epist. 91.* Cæsar *lib. 1. belli Hispanici.* Petreius verò non deserit sese, armat familiam: cum hac, & Prætoria cohorte certamen init, barbarisque equitibus paucis beneficiariis suis, &c. ¶ Beneficiarij etiam dicebantur milites, qui vacabant à militia beneficio Imperatoris, & è contra munifices qui non vacabant, sed munus Reipub. faciebant.

Bĕnĕfĭcium, Meritum. {חסד *chésedh.* εὐεργέτημα. GALL. *Benefice.* ITAL. & HISP. *Beneficio.* GERM. Ein gutthat. ANGL. *Benefitte, pleasure or seruice doone.*} Cic. *Plancio. lib. 10.* Quod si erit factum, & Rempub. diuino beneficio affeceris, & ipse æternam gloriam consequère. Ter. *in Eunuch.* Vt solidum parerem hoc mihi beneficium Chærea. *Ibidem*, Cupio aliquos parare amicos beneficio meo. Quod bonis benè fit beneficium, ea gratia grauida est bonis. Beneficium petitum non facere. Gel. *c. 20. lib. 7. & c. 3. lib. 5.* ¶ Beneficium in iure Ciuili, pro iure quodam præcipuo alicui concesso, quod & priuilegium dicitur. ¶ Idem quod feudum est. Sic *lib. 2. Feudorum tit. 1.* Sciendum est feudum, siue beneficium nonnisi in rebus soli consistere. Inde Beneficiare, pro infeudare, vel feudum alicui tribuere.

Bĕnĕfĭcentĭă, æ, beneficiorum collatio. {נדבה *nedhabháh.* εὐεργεσία. GALL. *Largesse, liberalité, vouloir de bien faire à quelqu'vn.* ITAL. *Beneficenza.* GERM. Gutthätigkeit. HISP. *Aquella obra de bien hazer, liberalidad.* ANGL. *Beneficence, liberalitie, doing pleasure.*} Cic. 1. *de nat. deor.* Quid est melius, aut præstantius bonitate, aut beneficentia. ¶ Beneualetudo, vnica dictio est. In actis Cypriani martyris. Ibidem Galerius Maximus Proconsul bene valetudinis recuperandæ gratia secesserat. Sic Maleualetudo vsurpatur. Sic Maletractio. Arnobius: tolerari forsitan hæc maletractio posset. &, in omnes tamen à deorum maletractione.

Bĕnĕuŏlens, idem est quod beneuolus. {ANGL. *Fauerable bearin good will.*} Plaut. *in Capt.* Ecquem alium beneuolentem videris. Idem *in Mercatore*, Non sum molesta, sed beneuolens. Amicam & beneuolentem. Plaut. *Pseud. sc. 4. a. 2.* Quæ speres amicum & beneuolentem. Idem *Mostell. sc. 3. a. 1.* Herus mihi est, imò beneuolens. Idem *Capt. sc. 1. a. 4.*

Bĕnĕuŏlŭs, a, um, adiectiuum, Benè cupiens alicui. {חפץ *chaphéts.* εὔφρων. GALL. *Bien veulant, portant bonne affection à quelqu'vn.* ITAL. *Beneuolo.* GERM. Gutwillig. HISP. *Amigable y bien quisto.* ANGL. *Fauerable, that be areth good will.*} Ter. *in Hecyr.* Facilem, beneuolúmque, lingua tua iam tibi me reddidit. Cic. 2. *in Ver.* Beneuolo animo me, vt magnopere cauerem, præmonebat. ¶ Beneuolus trucidator, εὔνους σφάκτης, prouerbiali figura dicitur, qui quum summam adferat perniciem, tamen beneuolentiæ spem admiscet.

Bĕnĕuŏlè, aduerb. benignè, amicè. {ברצון *beratsôn.* εὐφρόνως. GALL. *D'vn bon vouloir.* ITAL. *Benignamente.* GERM. Gutwilligklich, freundtlich. HISP. *Bien quisto y amigablemente.* ANGL. *Fauerabillie, with bearing good will.*} Cicer. *de Amic.* Et hæc accipienda amicè, quum beneuolè fiunt.

Bĕnĕuŏlentus, pro beneuolus. Plaut. *Trucul.* Si ecastor hic homo sinapi victitet, non censeam tam esse tristem posse: at pol hero beneuolentus vt is est suo.

Bĕnĕuŏlentĭŏr, oris, comparatiuum à Beneuolus, siue ab antiquo Beneuolens: quo Plautus identidem vtitur, vt paulò antè ostendimus suo loco. {ANGL. *More fauorable.*} Cic. *lib. 1. Epist.* Beneuolentior tibi quàm fueram, nihilo sum factus. Idem *alibi*, Nam beneuolentior quàm semper fui, esse non possum.

Beneuolentissimus superlat. Scribonius Largus *in Epist.* Tu porrò candidissimo animo & erga me beneuolentissimo.

Bĕnĕuŏlentĭa, æ. Studium, fauor, amor. {חפץ *chéphes* רצון *ratsôn.* εὐφροσύνη. GALL. *Beneuolence, amour & bon vouloir enuers quelqu'vn.* ITAL. *Beneuolenza.* GERM. Guter will, gunst, gutwilligkeit. HISP. *Amistad y bien querencia.* ANGL. *Fauour, loue, good will.*} Cicer. 1. *Offic.* Beneuolentia beneficiis capitur maximè. Idem 3. *de Orat.* Hæc omnia beneuolentiam maximè conciliant. ¶ Intempestiua beneuolentia nihil à simultate differt. Ἄκαιρος εὔνοι᾽ οὐδὲν ἔχθρας διαφέρει, id est, par odio importuna beneuolentia. Senarius est Græcis prouerbij vice celebratus. Quadrabit in eos, qui dum officiosi student esse, non habita temporis ratione, nocent, aut molesti sunt sedulitate. ¶ Reperitur & in plurali Beneuolentiæ, arum. Spartianus *in Caracalla*, Non in beneuolentiis regnis.

Bĕnignus, Liberalis, munificus, à bene gignendo, vt quibusdam videtur. {חסיד *chasidh* נדיב *nadhîb* טוב *tôb.* εὐεργετικός, γενναῖος. GALL. *Courtois, benin, liberal, gracieux.* ITAL. *Benigno, liberale.* GERM. Gütig, treuw. HISP. *Franco y liberal.* ANGL. *Liberal, gentill, courteous.*} Vnde benignam terram dicimus, fructus, abunde reddentem. Plin. *de Ægypto*, Nulla est benignior tellus, nullus ager feracior. Cic. 2. *de nat. deor.* Ne homines quidem censetis, nisi imbecilli essent, futuros benignos, & beneficos fuisse. Plaut. *Rud.* Quando ergo tibi benignus fui.

Bĕnignē, aduerbium, Liberaliter, amicè, beneuolè. {ἐλευθερίως, εὐφρόνως. GALL. *Courtoisement, liberalement, genereusement, benignement.* ITAL. *Benignamente.* GERM. Freundtlich, freygäbigklich. HISP. *Liberalmente, benignamente.* ANGL. *Liberalie, with good wil.*} Cic. 1. *Offic.* Nam vt opera benignè fit indigentibus, aut pecunia. Idem *pro Flacco*, Ista ciuitas neque seuerè Flaccum oppugnarit, neque benignè defenderit. Idem *in Verrem act. 4.* Frumentum (inquit) me abs te emere oportet. Optimè. Modium denario, Benignè, ac liberaliter, Benignè interpretari aduersa. Senec. *cap. 14. de Tranq.* Benignè etiam blande recusantis est: vt apud Horat.—benignè respondet. Rursus, Actu quantumuis tolle: benignè. Perinde est ac si diceret, excusatum me habeas. Vt apud Terentium, Rectè, renuentis est. Apud Aristoph. κάλλιστ᾽ ἐπαινῶ; sic apud Virg. —laudato ingentia rura, Exiguum colito.

Bĕnigniter, idem quod Benigne. {ANGL. *Gentile, liberalie, courteouslie.*} apud Titinium *in Geminis*, vt citat Nonius, Nimium te patrocinari censeo benigniter.

Bĕnignĭtās, tis, Liberalitas, munificentia. {חסד *chésed* נדבה *nedhabháh.* εὐεργεσία, ἐλευθεριότης. GALL. *Courtoisie, liberalité, benignité.* ITAL. *Benignità, beneficenza.* GERM. Gütigkeit, treuw, freundtligkeit. HISP. *Largueza, liberalidad.* ANGL. *Liberalitie, gentlenesse, courtessie.*} Terent. *in Eunuch.* Nuncubi meam benignitatem sensisti in te claudier? Vbi Donatus, Benignitas est in quantitate rerum, aut in facilitate præstantis. Nam plerunque ingrata dona sunt in quibus facilitas non apparet. Cic. 1. *Offic.* Ne maior benignitas sit quàm facultas.

B O

Bŏos coětē, Βοὸς κοίτη, Hellesponti vrbs est, quæ Helgas & Germanicopolis postea dicta est. Plin. *lib. 5. cap. vlt.*

Bŏŭs ŭrā, Βοὸς οὐρά, quasi Latinè Bubulam caudam dicas, vrbs est Cypri insulæ, cui vicina est Treta & Palæpaphus, quæ antiquum Veneris templum habet. Autor est Strabo *lib. 14.*

Boōtēs, is, vel Bootes, æ, Βοώτης, à boue deductum nomen, Latinè Bubulcus, cæleste sydus, quod Arctophylax vocatur, & more bubulci plaustrum sequi videtur. ¶ Fuit autem Bootes (vt refert Higinus,) Iouis ex Calisto filius nepos Lycaonis regis Arcadiæ, qui vna cum matre in cælum est translatus, & illi veluti custos appositus. Cic. 2. *de nat. deor.* Septentriones autem sequitur Arctophylax, vulgò qui dicitur esse Bootes. Quòd quasi temone adiunctam per se quatit Arcton. Ouid. Arctophylax formam terga sequentis habet. Iuuen. Frigida circumagunt pigri sarraca Bootæ. Habet quatuor stellas in dextra manu, quæ non occidunt. Gell. *lib. 2. cap. 21.*

Borago, herba quæ alio nomine Buglossum. Vide in dictione *Buglossum.*

Botama, Phœnices oppidum est, non procul à Beryto & Byblo. Autor Strab. *lib. 16.*

Boteani, populi Hirpinorum in Italia, non procul à Collatinis, vt autor est Plin. *lib. 3. cap. 11.*

Borcobe, Thraciæ oppidum, Eumeniæ & Parthenopoli vicinum, vt autor est Plin. *lib. 4. cap. 11.*

[Bordacas, rana. Lex. gr. b.]

Bordonia, iumenta sunt, muli, burdones. Βορδῶνες.

Bŏrĕas, æ, Aquilo. {צפון *tsaphôn.* Βορέας. GALL. *Vent de bise.* ITAL. *Borea.* GERM. Nortwind von Mitternacht, der schneiden hengst. HISP. *Regaron, viento entre Norte y Solano.* ANGL. *The northeast wind.*} Ventus frigidus, & siccus, spirans inter Septentrionem, & exortum solstitialem, teste Plin. *lib. 2. c. 47.* à quo Hyperborei montes nomen traxerunt. ¶ De hoc in dictione *Aquilo.* ¶ Dictus Boreas, ἀπὸ τῆς βοῆς, καὶ ῥοῆς: quoniam vt violenti flatus est, ita etiam sonori. Virg. 1. *Georg.*

——— aut Boreæ penetrabile frigus adurat,

Alij ἀπὸ τῆς βορᾶς. i. à nutrimento, quod alat, nutriat, & sana corpora reddat. Vide Gell. *cap. 22. lib. 2.* ¶ Fuit item hoc nomine Thrax quidam Strymonis filius, raptor Orythyiæ, Erichthonij Athenarum regis filiæ: vnde poetis fabulandi occasio subministrata est, Orithyiam à Borea vento fuisse raptam, eique Zethem & Calaim peperisse.

Bŏrēŭs, a, um, Septentrionalis. {Βόρειος. GALL. *Septentrional.* ITAL. *Settentrionale.* GERM. Mitnächtig. HISP. *Cosa de aquel viento.* ANGL. *Northward, or toward the north.*} vt, Axis Boreus, qui & Polus arcticus dicitur. Ouid. 4. *Trist.*

Vita procul patria peragenda sub axe Boreo est.

Bŏrĕæ, gemmæ sunt ex Iaspidum generibus, cælo autumnali matutino similes: vnde & Aetizusæ appellantur. Vide Plin. *lib. 37. cap. 8.*

Bŏrĕostŏmă, Βορεόστομα. Vnum ex ostiis Danubij fluminis. Plin. *lib. 4. cap. 12.* de Danubij ostiis: Primum ostium Peuces: mox ipsa Peuce insula: à qua proximus alueus appellatus, XIX. M. passuum magna palude sorbetur. Ex eodem alueo & super Istropolin lacus gignitur LXIII. M. passuum ambitu: Halmirim vocant. Secundum ostium, Naracostoma appellatur. Tertium, calostoma iuxta insulam Sarmaticam. Quartum, Pseudostoma & insula Conopon diabasis. Postea Boreostoma & Spireostoma. Singula autem ora & ostia tanta sunt, vt prodatur in XL. M. passuum longitudinis vinci mare, dulcémque intelligi haustum.

Borgodi, Asiæ populi, in insula Aigilia, teste Plin. *lib. 6. c. 28. in descriptione Arabiæ.*

Borion, siue Boreon. Βόρειον Ptolemæo, Africæ promontorium est, quod maiorem Syrtim includit, dicente Plin. *lib. 5. cap. 4.* Promontorium quod

quod maiorem includit (Syrtim intelligit.) Borion appellatur. Huius etiam meminit Strab. *lib.17.* Vltra Berenicen est paruum quoddam promontorium nomine Borion, quod est Syrtis ostium.

Bormiscus, *Βορμίσκος*. Regio Macedoniæ, vbi canes Euripidem lacerarunt. Stephanus.

Boron, est Troglodytarum oppidum, vt tradit Plin. *lib.6.cap.29.*

Borsycites, Plin. *lib.37.cap.11.* Gemma est, in nigro ramosa, candidis, aut sanguineis frondibus.

Borsyptes, gemma nigra, sanguineis & albis nodis. Plin. *lib.37.c.10.*

Borsippa, *Βόρσιππα*, ciuitas est Mesopotamiæ, Dianæ & Apollini sacra: in qua præcipuè viguit lanificium. Circa hoc oppidum maxima est vespertilionum copia, qui ad esum condiuntur. Strab. *lib.16.*

Borysthenes, *Βορυσθένης*. { GERM. Der Nieper / fleust durch Rüssenlandt. } Fluuius Scythiæ secundum Istrum omnium maximus, cuius aquæ ad potandum sunt suauissimæ, & magnos pisces alunt, nulla habentes ossa. ¶ Est item Borysthenes oppidum, quod Borysthene amne abluitur: vnde & nomen accepit. ¶ Alio nomine Olbia dicitur, teste Strab. *lib.7.* & Ptol. *lib.3.cap.5.* Pomponius Mela Borysthenidem appellat *lib.2.* ¶ Est & insula eiusdem nominis ante fluuij huius ostia sita: cuius etiam meminit Ptol. *loco iam citato.* ¶ Lacus quoque est eiusdem nominis, qui & ipse Borysthenes appellatur, teste Plin. *lib.4.cap.12.*

Borysthenidæ, *Βορυσθενῖται* Steph. Populi Borysthenem amnem, Olbiam vrbem incolentes, quæ & ipsa Borysthenes, siue Borysthenis appellatur. Propert. Gloria ad hybernos lata Borysthenidas.

Borysthenius, a, um, adiect. Ouid. 4. *de Pont. Eleg.* 10. Cúmque Borysthenio liquidissimus amne Dyaspes.

Boryza, *Βορύζα*, vrbs Pontica. Steph.

Bōs, bouis. ‖ ipsum Græcum dorum, qui dicunt *βῶς* pro *βοῦς*. ‖ {שור *schor.* *Βοῦς.* GALL. Bœuf. ITAL. Boue. GERM. Ein ochs oder rind. HISP. *Buey.* ANGL. *An oxe or cowe.* } Generis communis, datiuum & ablatiuum plurales Bobus per syncopen facit, & more veterum Bubus. Col. *lib.2.* Nihil dubium quin equis melius quàm bubus res conficiatur. Cic. 2 *de nat. deor.* Quid de bubus loquar? Idem *de senect.* Olympiæ per stadium ingressus esse Milo dicitur, quum humeris sustineret bouem viuum. Hinc sunt adiectiua, Bouinus, a, um, cuius diminutiuum est Bouillum, Bubulus, Bucerus, a, um, vnde Forum Boarium, vbi vendebantur boues. ¶ Dictus bos, *ἀπὸ τοῦ βόσκω*, quod est pasco, quòd homines pascat laboribus suis. ¶ Inuenci autem in bubulo genere dicuntur iuniores, qui iam vituli esse desinunt, secundo scilicet ætatis anno: ita dicti à iuuentute, teste Varr. *lib.2.de re rust.c.5.* vbi quatuor ponit ætates in genere bubulo: vt prima sit vitulorum, secunda iuuencorum, tertia boum nouellorum, quarta vetulorum. Bos piscis etiam est, *βοῦς* & *βῶς*. Est vastissimum raiarum genus, ac latissimum; de quo Arist. *lib.5.Animal.* Strab. *lib.17.* Oppianus *lib.Halieut.2.* Plíniúsque meminit, inter planos pisces reponens *lib.9.cap.24.* An non sunt furi, quæso, quos cetes boues. Plaut. *Mostel. sc.1.a.1.* Vbi viuos homines mortui incursant boues. i. lora bubula. ¶ Bos ad præsepe, *βοῦς ἐπὶ φάτνῃ*. In emeritos dici consueuit, quíque iam ob ætatem otio vitæque molliori indulgent. Effertur ad hunc modum, *βοῦς ἐν αὐλίῳ*, bos in stabulo. Congruit & in eos, qui nullis negotijs exercentur, sed turpi otio atque abdomini seruiunt. ¶ Bos apud seipsum puluerem mouet, *βοῦς ἐφ' ἑαυτῷ κονίεται*. Vbi quis ad suum ipsius malum volens lubénsque ducitur. Nam boues vt sunt mansueti, facilè se præbent vinciendos, neque grauatim obtemperant iugo. ¶ Si bouem non possis, asinum agas, *εἰ μὴ δύναιο βοῦν, ἔλαυνε ὄνον.* id est, si non potes vt vis, vtcunque potes facito, autore Suida. ¶ Volentem bouem ducito, *τὸν ἑκόντα βοῦν ἄγε*. Vtere illorum opera, qui ex animo faciunt. Refertur ab interprete Theocriti. ¶ Ex ipso boue lora sumere, *ἐκ τοῦ βοὸς τοὺς ἱμάντας λαμβάνειν* dicuntur, qui quo lædant quempiam, id ab ipso quem lædunt accipiunt. ¶ Expecta bos aliquando herbam: *μένε βοῦς ποτὲ βοτάνην.* Dicendum vbi quid serò contingit. Laborat enim bos in agricolando, sed aliquando gustatura herbam enatam. ¶ Boues messis tempus expectantes, *βόες ἀμητὸν ἐπιτηροῦντες.* Dici solitum vbi quis ingentium emolumentorum spe laborem sumeret. ¶ Immolare boues. Plaut. *sc.2.a.3.* *βουθυτεῖν*, tanquam prouerbialiter dicebantur, qui amplos magnificósque sumptus facerent. ¶ Bos in ciuitate, *βοῦς ἐν πόλει*. Dicitur vbi quis ad nouos honores euehitur. Lysias bouis imaginem æream in arce collocauit. Athenis in vulgi iocum cessit: nam in agris boum vsus est, non in vrbibus. Bouem in faucibus portat, *βοῦν ἐπὶ γνάθοις φέρει*. In edacem olim dicebatur, vt indicant Zenodotus & Suidas. Bos nummum aliquando significat, quod antiqua pecunia quædam boues signatos haberet, quædam etiam pecudes, vnde nomen pecuniæ tractum. Plin. *lib.18.cap.3.* Seruius rex, ouium boúmque effigie primus æs signauit. Plaut. *Persa*, Boues bini hic sunt in crumena. Vnde tractum prouerbium, Bos in lingua, *βοῦς ἐπὶ γλώττῃ*. In eos qui non audent quod sentiunt dicere. Translatum vel à robore animantis, quasi linguam opprimens non sinat eam eloqui: vel hinc quod Atheniensium numisma quondam bouis obtinuit figuram. ¶ Bos alienus subinde foras prospectat, *βοῦς ἀλλότριος τὰ πολλὰ ἔξω βλέπει*. De his qui apud alienos non satis ex animi sententia transigunt, eóque sæpius desiderant.

Boues Lucæ, Elephantes. Lucas.

Boalia, *Βοαλία*, apud antiquos Atticos, quæ & Bupetiæ, siue Bupetij dicuntur, Ludi boum gratia instituti. In eo enim festo solennis boum & taurorum venatio fieri solebat, quemadmodum tunc quoque Venetijs, & ferè per totam Italiam fieri solet eo die, qui Quadragesimæ proximus est.

Boarius, a, um, adiect. quod ad bouem pertinet. { ANGL. *Belonging to an oxe or cowe.* } vt, Boarium forum Romæ dicebatur locus, in quo vendebantur boues, *βοῶν ἀγορά*. Huius meminit Plin. *lib.28.c.2.* & *lib.34. cap.2.*

Boo, as, & Bouo, as, Mugio, clamo, à *βοάω*, vel à boum mugitibus. { געה *ghaháh*. *μυκάομαι*. GALL. *Beugler, ou meugler, crier en bœuf ou taureau.* ITAL. *Mugitare, rimbombare.* GERM. Lüwen schreien. HISP. *Retomar, bramar el buey o vaca.* ANGL. *To crie like a cowe or oxe, to lowe, to bellowe.* } Plaut. *in Amph.* Tela frangunt, boat in cælum fremitu virûm. ¶ Et Boo, is, ire, eandem significationem, verbum antiquum. Varr. *Parmenone*, vt citat Nonius, Exeunt citi, strepunt, bouant. Pacuuius *Medela apud eundem*, Clamore & sonitu resonantes bouant. ¶ Boare dicuntur boues, quum vocem emittunt, teste Varr. *lib.6. de ling. Lat.* verum boare magis est in vsu. ¶ Hinc Reboo, as.

Bostar, locus vbi boues stare consueuerunt, ‖ Gloss. Isid. vel vbi corpora boum comburantur. Cathol. ‖ { *Βουστάσιον*. ANGL. *A place wherin ox en standeth.* }

Boatim, & Bouatim, Ad similitudinem bouis. { ANGL. *Like an oxe or cowe.* } Nigidius Figulus apud Nonium, Sunt etiam assimulanter dicta hæc, Canatim, Suatim, Boatim, quæ ab animalibus sumuntur.

Bouilia, dicuntur loca, in quibus boues morantur. { רפתים *rephatim.* *Βουστάσια*. GALL. *Estable à bœuf.* ITAL. *Stalli di buoui.* GERM. Ein ochsen ställe / rinderstal. HISP. *Terillos, para ganado vacuno.* ANGL. *Stalles for oxen.* } sicut Ouilia in quibus oues. Colum. *lib.1.* Domitis armentis duplicia bouilia sunt, hyberna atque æstiua. Eadem etiam Bubilia dicuntur. Plaut. *Persa.* — enim metuo, ne possim in bubile reijcere, ne vagentur. Cato *c.4.* Bubilia bona, benéque ædificata, &c.

Bouillæ, arum, *Βοΐλλαι*, Stephano. Oppidum fuit in Latio, haud procul ab vrbe Roma, via quæ Ariciam ducebat, vt inquit Asconius. Nam ad Bouillas interfectus est Clodius, Aricia rediens. Dictæ Bouillæ, quasi bouis ilia, quòd eò vulnerata bos sua trahens intestina deuenerit. Vnde populus Bouillanus dictus est.

Bouillus, a, um, Bouinus. { *βόειος*. GALL. *De bœuf.* ITAL. *Di boue.* GERM. Das zu rindern gehört. HISP. *Cosa de buey.* ANGL. *Of an oxe or cowe.* } Plin. Bouillæ carnis iure facilè curatur. In eadem significatione dicimus & Bubulus.

Bouinor, aris, Conuitior, & quasi in aliquem mugio. { *λοιδορέομαι*. ANGL. *To rayle, to checke to speake despite fullie.* } Vnde bouinatores dicti sunt, *λοίδοροι*, quos delusores dicimus: & bouinatio, *λοιδορία*, conuitium. Hæ tamen dictiones ab Aulo Gell. *lib.11.c.7.* numerantur inter obsoletas, & delitas seásque (iuxta sententiam Cæsaris) non minus quàm scopulum præcipit esse fugiendas.

Bosequa, Bubulcus, qui boues sequitur. { בוקר *bokér.* *Βουκόλος*. GALL. *Bouuier, vachier.* ITAL. *Guardiano de buoi, vaccaro.* GERM. Ein ochsen oder rindertreiber. HISP. *Vaquero ò boyero.* ANGL. *That feedeth and followeth oxen, an heerman.* } Sidonius *ad Eutropium*, Si relinquatte inter bubsequas rusticanos subulcosque runcantes, tunc est tibi summa votorum beatitudo.

Bubile, *Βουστάσιον, Βουστασία*, locus vbi boues morantur. Col. *lib.1.cap.6.* Domitis armentis duplicia bubilia sint, hyberna atque æstiua. Nomen Romanum. Plutarch. *in Publ.*

Bubulcus, qui bobus arat, siue qui boues fundi aratorios pascit, { בוקר *bokér.* *Βουκόλος*. GALL. *Bouuier.* ITAL. *Bifolco, Boaro.* GERM. Ein rinderhirt. HISP. *Boyero, o vaquero.* ANGL. *An feeder of oxen, an heardman.* } Cic. 1. *de nat. deor.* Hoc verò eum somnio commotum, manè bubulco præstò ad portam fuisse: quæsisse ex eo qui esset in plaustro.

Stridula Sauromates plaustra Bubulcus agit,

Ouid. Eleg. 12. *lib.3.*

Bubulcitor, aris, Bubulci officium facio. { בקר *bakár.* *Βουκολέω*. GALL. *Traitter les bœufs, faire office de bouuier.* ITAL. *Fare officio de biolco.* GERM. Ein rinderhirt oder ein kühirt sein. HISP. *Hazer officio de boyero.* ANGL. *To handle or take caire of oxen, to do the office an heardman.* } Plaut. *in Mostel.* Decet me amare, & te bubulcitarier.

Bubulcitare, Bubulcorum more clamare est. { ANGL. *To crie like an heardman.* } Varr. Vicinus meus quod apud Platium rhetorem bubulcitaret, alteri in dolore non defuit. ex Nonio.

Bubulus, a, um, adiectiuum à boue formatum. Bouinus. { GALL. *De bœuf ou vache.* HISP. *Beuino.* GERM. Rinderin. HISP. *Cosa de vuyes ò vacas.* ANGL. *Of an oxe or cowe.* } Plin. *lib.28.cap.15.* Stomachum exulceratum lactis agnini ac bubuli potus reficit. Col. *lib.7.* Defricari bubula vrina conuenit. pro eodem dicimus & Bouillus, Agninam, coram bubulam. Panis & assa bubula. Plaut. *Curc. sc.3.a.3.* Faxo vt bubulis coriis onustus sis Saturni hostia. Idem *Amph.*

Bucæda, vel Bucida, qui cæditur loris e boum corio factis. Plaut. *Mostell.* Illi bucædæ erunt multo potius, quàm ego sim restio.

Bucetia, æ, Boum armentarij, siue bubuli generis grex. { ANGL. *A troupe of oxen or of any such cattaill.* } Lucretius *lib.2.*

Lanigeræ pecudes, & equorum duellica proles

Buceriæque greges.

Bucerius { *βούκερως*. ANGL. *Horned like an oxe or cowe.* } Bubuli generis epitheton, idem significans quod bubula habens cornua, *ἀπὸ τοῦ βοὸς, καὶ τοῦ κέρως*. Quid. *in Metamorph.*

—— armentaque bucera pauit.

Buceta, siue, vt alij legunt, Buceta. Gell. *c.1.lib.11.* Bucetáque in ea terra gigni. Pascua sunt, in quæ boues pastum aguntur. Varro.

Bucolica, orum, *Βουκολικά*. Pastorale carmen, ita dictum *ἀπὸ τοῦ βουκόλου*, hoc est, à bubulcis: quod pastorum genus apud rusticos maximo habetur in pretio.

Bucolicon, *Βουκολικόν*. Genus est Panacis, quod ex Macedonia affertur: ita dictum, quòd armentarij succum eius sponte profluentem excipiant. Vide Plin. *lib.25.cap.4.*

Bucula, per simplex c, diminutiuum est à boue, vaccam iuuenem, & adhuc teneram significans. { פרה *paráh.* GALL. *Bouueau ou bouuillon, genisse ou genissen.* ITAL. *Vacketta.* GERM. Ein kälblin / ein iunge kuh. HISP. *Pequeña vaca.* ANGL. *A yonge cowe, a halfer.* } Plin. Eidem morbo baculæ iecur contritum prodest. Virg. *lib.3.Georg.*

—— aut bucula cœlum

Suspiciens patulis captauit naribus auras.

¶ Item Buculus masculinum: paruus bos. { ANGL. *A stier, a bullocke.* } Colum. *lib.6.c.2.* Quum deinde buculos comprehenderis, perducito extra stabulum, & ad stipites religato.

Boscas, non Boscis, idis, *Βοσκάς*, Auis est palmipes, similis anati, minor tamen: quæ lacus amnésque incolit. Apud Colum. *lib.8.c.15.* legendum Boscades, non boscides, & separa à querquedulis. Boscadum alterum genus posuit Athen. *lib.9.cap.16.* maius anate, minus Chenalopse.

Boscis, idis, *Βοσκίς*, volucris est (teste Col. *lib.8.c.15.*) quæ clausa pascitur, quemadmodum anates, & coturnices.

Bosgædaizia, locus est in confinibus maioris Armeniæ situs. Autor Strab. *lib.*12.

Bosmorus, teste Strab.*lib.*15. frumenti religiosi genus est, tritico minus, apud Indos inter amnes prouenions, quod excussum protinus torretur: iuramentóque adiguntur messores, non asportaturos prius quàm torrerint, ne semel in alias terras transferri possit. Apud Diodorum Bosphoron vocatum legimus, corruptis (vt videtur) exemplaribus.

Bŏsphorus, *Βόσπορος* Græce, sine aspiratione: & ita ratio vera postulat. Angustias maris fauces significat, à meabili bouis transitu imposito nomine, vt testatur Plin.*lib.*6.*c.*1. quasi τὸ βοὸς πορεία. Sunt autem duo Bosphori, Thracius & Cimmerius, tanta vterque angustia, vt & alitum cantus, & canum latratus ab vlteriore littore inuicem audiantur: manente etiam humanæ vocis inter duos orbes commercio, nisi quum id auferunt venti. ¶ Thracius Bosphorus iuxta Byzantium est, quingentorum non amplius passuum freto, Asiam dirimens ab Europa: quà Darius pater Xerxis copias ponte transuexit. Valerius Flaccus fabulatur Io puellam in vaccam commutatam, per hasce angustias in Asiam transnauisse: indeque fretum illud Bosphori nomen traxisse: sic enim scribit *lib.*4.*Argonaut.*

Iámque dies, atque aura vocant, rursúsque capessunt
Æquora, quà rigidos eructat Bosphorus amnes.
Illos, Nile, tuis nondum dea gentibus Io
Transierat fluctus: vnde hæc data nomina Ponto.

{Vulgò *Estreche de Constantinople.* GERM. Der enge schlund deß meers bey Constantinopel, welchen ein mal ein rind durch geschwummen hatt.} ¶ Alter in introitu est Mæotidos paludis, iuxta Tauricam Cherronesum, duorum millium passuum latitudine, per quem palus Mæotica in Pontum defluit. Hic Cimmerius Bosphorus dicitur à Cimmeriis populis, qui partem eius frigidissimam incoluit. Vnde qui terras frigoribus occupatas habitant, Cimmerij appellantur. ¶ Inter Bosphorum Thracium & Cimmerium, vt ex Polybij sententia scribit Plin. *lib.*4. *cap.*12. interiacent millia quingenta. ¶ Est & Bosphorus vrbs Francorum in Germania, vulgò Ochsenfurt. ¶ Est item Bosphorus Steph. duorum vrbium nomen, quarum alteram ad sinum Cimmerium, & fretum eiusdem nominis collocat, quæ & Bosphoropolis dicitur: alteram in India constituit.

Bŏsphoranus, & Bosphorius. Cic. *pro Lege Man.* Bosphoranus finitimis suis bellum inferre simulasset. Ouid. 2. *Trist.*

Egerit Iobio, Bosphoriòque mari.

Bŏsrā, בצרה *bosrâh.* Non est altera ciuitas, vt multi putant, sed Idumæa, iuxta illud. Quis est iste qui venit ex Edom tinctis vestibus de Bosra? *Esa.*63.

Bŏstra, *Βόστρα*, Phœnices ciuitas est, ad mare sita. Strab. *lib.*16.

Bostrata, vrbs Ægypti. Steph.

Bŏstrychītēs, *Βοστρυχίτης*, gemma crinibus mulierum similis. Plin.*lib.*37. *cap.*10.

Bŏstrychus, {*Βόστρυχος*. ANGL. *A bushe of heare.*} Dicitur capillus plexus, & cæsaries, in modum muliebris comæ ornata. Firmicus *lib.*3. Venus crispos crinium facit, & bostrychis comatos, id est, capillis muliebribus cæsariatos.

Botachidæ, locus Arcadiæ in Tegea. Stephan.

Botiæi, siue bottiæi duplicato t, *Βοττιαῖοι*. Populi sunt Thraciæ, quorum meminit Plin.*lib.*4.*c.*11.

Botiæum, *Βοτιαῖον* Steph. Oppidum Phrygiæ, Attæam habens paludem sale fœcundam.

Botanomantia, *Βοτανομαντεία*, Magiæ species est, quæ fit per herbas, qua Circem & Medeam excelluisse Poetæ prodiderunt.

Bottodius, vicus non longè à Segobria: quondam oppidum, sed à Tiberio Graccho dirutum, vt refert Polybius.

Bŏtrўs, i, Vua, racemus: à Græco *βότρυς*, quod παρὰ τὸ βῶ, τὸ ταυτῶ, Moschopolus deduci arbitratur. {אשכול *eschcôl.* ענב *henab.* GALL. *Grappe de raisin.* ITAL. *Grappolo, racemo.* GERM. Ein weintraub. HISP. *Gaio en que se iuntan las vuas.* ANGL. *A grappe, à cluster of grapes.*}

Botryo, nis, *Βοτρύων*, Bottus, vel vua, præsertim condititia. Mart. *lib.*11.

Nec toto dignam se Botryone putat.

Botrypes. (quod hic pro nomine gemmæ corruptè legebatur.) Vide *Borypes.*

Botrytis, Cadmiæ species, quæ testitudini ærariarum fabricarum vuæ modò adhæreret: vnde & nomen habet. Vide Galen.*lib.*9 *simpl.*

Botrys, *Βότρυς*. Herbam Hierusalem appellant. ANGL. *Mugwort.* Dioscoridi herbæ genus, quod alio nomine Ambrosia, & à quibusdam Artemisia vocatur: ita dictum, quod circa imum caulem semen habeat in ramulis, vuarum modo dependens, odore vinoso: *βότρυν* enim Græci racemum vocant. Vide Plin.*lib.*27.*c.*4.

Botrys, *Βότρυς* Steph. Oppidum est Phœnices, cuius mentionem facit Plin.*lib.*5.*c.*20. in descriptione montis Libani.

Botrytēs, *Βοτρύτης*, gemma quæ incipienti vuæ similis est, alia nigra, alia pampinea. Vide Plin. *lib.*37.*c.*10.

Botŭlarius & Crustularius. Senec.*e.*57.

Botulus, siue Botellus. {GALL. *Saucisse, boudin, andouille.* ITAL. *Salciccia.* GERM. Ein wurst. HISP. *Morcilla ó longaniza.* ANGL. *A pudding called a sausage.*} Farciminis genus, ex carne suilla, à bolis, id est, frustulis carnis, vt quidam putant, appellatus. Mart. *lib.*5.

Et pultem niueam premens botellus.

Idem *lib.*14 *epigram.*72.

Qui venit botulus medio tibi tempore brumæ,
Saturni septem venerat ante dies.

Vide Gell. ex Laberio *cap.*7. *lib.*16.

Bouianum, Samnitium colonia vetus, dicente Plin. *lib.*3.*c.*12. Samnitium quos Sabellos, & Græci Samnitas dixére, colonia Bouianum vetus, &c.

Bŏs, cis, *dict.* genus piscis marini, à boando, vt putatur, dictum, cuius meminit Plin.*lib.*4.*c.*vlt. Vide supra Bocas, & Boces.

B R

Brabastenes, mons quem Liu.*lib.*4. *de bel. Maced.* decem millibus passuum à Lacedæmone distare dicit.

Brabeutæ, {*Βραβευταί*. ANGL. *Iudges of player which rewardeth the victours.*} à Græcis dicuntur Iudices speculatorum, qui victoribus in certamine exhibent præmium & coronas: qui verò præfectus est certaminis, ἀγωνοθέτης dicitur. Græci (autore Philostrato) ludis Olympicis iudices præficere solebant. Suet. *de Ner.* Nec aliter certamina gymnica Græcia tota spectaverat, quàm Brabeutarum more in stadio humi assidens, Suidas, *βραβευταί, διαιτηταί, κριταί, & βραβεῖον ἐπινίκιον ἆθλον.* Sunt & Brabeutæ, funebrium pomparum curatores, quos etiam Latinè Designatores vocamus: qui scilicet cuique incedendi ordinem præscribunt. Vide annot. Bud.

Brābium, {*Βραβεῖον*. ANGL. *A fee, the reward of victorie.*} [corruptè brauium. victoriæ præmium quod dabatur ei, qui legitimè certauerat.

Brabyla, *Βράβυλα*, pruna damascena interpretatur Suidas. scribit autem etiam *Βράβυλα*.]

Bracari, siue Bracares. Populi Hispaniæ Tarraconensis, ad Minium fluuium, qui vnum constituunt ex septem Hispaniæ citerioris conuentibus, quem Bracarum conuentum vocat Plin. *lib.*3. *cap.*3. Nunc, inquit, vniuersa prouincia diuiditur in conuentus septem, Carthaginensem, Tarraconensem, Cæsaraugustanum, Cluniensem, Asturum, Lucensem, Bracarum. Ptol.*lib.*2. *cap.*6. Bracatos appellat, eósque inter Callecos annumerat: eorumque metropolim Bracaram Augustam vocat.

[Bracarij, vide *Braccarij.*]

BRACCÆ. {מכנסים *michnesáym.* *ἀναξυρίδες*, *ἀναξυρίδες*. GALL. *Brayes.* ITAL. *Braghe.* GERM. Ungeschorne kleider, die vilerley farb haben. HISP. *Las bragas.* ANGL. *Breeches or menes ouer stockes.*} A quibusdam accipiuntur vestes fluxæ, intonsæque ac varij coloris, quibus vtebantur frigidioris plagæ gentes, vt inquit Diodor.*lib.*6. à quibus braccata Gallia vocata est Narbonensis prouincia, quòd vestes ferret intonsas, & varij coloris. Braccis vsos fuisse Scythas, docet Ouid. *Eleg.*10. *lib.*3. *Trist.* scribens,

Pellibus & sutis arcent mala frigora braccis.

Vide Alexandrum ab Alexandro *lib.*5. *cap.*18. & Gell. *lib.*10. *cap.*11. Pomp. Mela, Braccati sunt, inquit, totum corpus Sarmatæ, & Mysi, qua vident etiam ora vestiti. Suet. *in Cæs.* Iidem in curia Galli braccas deposuerunt, latum clauum sumpserunt. Corn. Tacit. *lib.*8. sic ait. Ornatum Cecinnæ municipia, & coloniæ in superbiam trahebant, quòd versicolori sagulo braccas, barbarum tegmen indutus, togatos alloqueretur. Alij scribunt braccæ, per h, sed sine ratione: fit enim à Græco *ῥάκος*, vnde braccæ quasi *ῥάκεα*. Braccataque turba Getarum, Ouid. *Eleg.*6 *lib.*4. *Trist.*

[Braccale, GERM. Bruchgürtel, ligula, qua braccas claudimus.]

Braccārij, qui braccas vestes faciunt. {ANGL. *Which maketh breeches, taylours of ouerstockes.*} Lamprid. Ob quod Alexander Imperator, vectigal instituit braccariorum linteonum & pellionum.

Brāccātus, Braccis indutus. {ANGL. *That weareth breeches.*} Cicer. *pro Font.* Sic existimatis eos hic sagatos, braccatósque versari animo demisso, atque humili, vt solent ij, qui affecti iniuriis ad opem iudicum supplices, inferioresque confugiunt. ¶ Braccatam Galliam, ex Plinio, Pomponio Mela & aliis, constat dictam esse Galliam Narbonensem, Romanorum prouinciam, à braccis, genere vestis, quo eius regionis homines præcipuè vtebantur. Hæc Alpibus ab Italia discernitur, & Varo amne. Reliqua autem Gallia à studio nutriendæ comæ Comata dicta est.

[Brachionarium, ψέλιον ἀνδρός, Lex. græcol. quia eo *βραχίονες* ornantur, id est, brachia. Alioqui Græci vocant *βραχιόνιον*, *περιβραχιόνιον*. Poll. *lib.*5. 16.]

BRĀCHĬVM, {זרוע *zeroah.* *Βραχίων*, *ονος*. GALL. *Bras.* ITAL. *Braccio.* GERM. Ein arm. HISP. *Braço.* ANGL. *The arme*} Dicitur frater, aut cognatus alicuius. Vnde cùm Isaiæ *cap.*9. dicitur, Vniusquisque carnem brachij sui vorabit: per Brachium intelligit cognatum, eleganti metaphora. Quia sicut ex vno stipite multi sese explicant rami: sic ex vno parente multi generantur filij. Sic Virg. *lib.*12. *Æneid.* ramos arboris appellat Brachia. Aliquando totum membrum cum manu comprehendit. Virg. *lib.*5.

——— & crinitis attollit brachia palmis.

Aliquando ab humero ad cubitum, id est, pars superior quæ Armus dicitur. Nam armos humeros cum brachiis, sed non econtrario dicimus: à cubito verò vsque ad vertebram manus, Lacertus nuncupatur. Ouid. *lib.*1. *Metam.*

——— laudat digitósque manúsque
Brachiaque, & nudos media plus parte lacertos.

¶ Molli brachio & leni brachio, aliquid fieri dicimus, quum indiligentem operam significamus. Cic. *lib. Epist. ad Attic.* 2. & 4.

In numerum pulsa brachia versat aqua. (Remex.)

Ouid. *Eleg.*1. *lib.* 4. *Trist.* Porrige audacter ad salutem brachium. Plaut. *Pseud. sc.*3. *a.*4. Circumdato me brachiis. Idem *Asin. sc.*3. *a.*3. Elephanto perfregisti brachium. Idem *Merc. sc.*1. *a.*1. Et per corium & viscera Elephanto brachium transmitteres. *Ibid.* Ait obligasse crus fractum Æsculapio: Appollini autem brachium. Idem *Men. sc.*3. *a.*5. Alligantur (cruci) bis pedes, bis brachia. Idem *Most. sc.*3. *a.*2.

Brachiaque excepi presso pendentia collo.

Ouid. *Eleg.*3. *lib.*5. *Trist.* Læuo brachio contorta togæ lacinia (ad pugnam Velleius.) ¶ Transfertur interdum ad maris & montium sinuosos flexus Ouid. 1. *Metam.*

——— nec brachia longo
Margine terrarum porrexerat Amphitrite.

¶ Brachia, pro ceruis vallorum: vide *Cerui.* Brachia, de piscibus. Plin. *lib.*9. *c.*29. *de nautilo*, Postea prima brachia retorquens membranam inter illa miræ tenuitatis extendit. Qua velificante in aura cæteris subremigans brachiis, media cauda vt gubernaculo se regit. De equo, vel potius Centauro. Ouid. 13. *Metam.*

Edidit hinnitum, & brachia mouit in hostis.

Brachia in vitibus sunt, vt flagella, palmites, duramenta. Colum. *lib.*6. Brachia sunt quæ duramenta Græci vocant. De arboribus Virg. 6. *Æneid.*

In medio ramos annosaque brachia pandit
Vlmus opaca ingens.

Brāchiolum

Brăchiŏlum,i, diminut. {Βραχιόνιον. ANGL. *A litle or tender arme.*} Catul. Matte brachiolum teres, Prætextate, puellulæ.

Brăchiale. {περιβραχιόνιον, ψαρμα, Theodoro. GALL. *Brasselet, ou manchetton, ornement de bras.* ITAL. *Giontura della mano & manile.* GERM. Das glaich / oder der knopff / an welchem der arm und hand zusammen kommen: oder armgür. HISP. *Manilla de la mano, braçalete, manilla.* ANGL. *A bracer or bracelet.*} Dicitur nodus, quo manus cum brachio iungitur coarctaturque. Brachialia, {περιβραχιόνια, צמידים ετζλαδοθ.} Brachiorum ornamenta & tegumenta, sicut Ventralia ventris, Frontalia frontis, Tibialia tibiarum. Plin. lib. 28. Lais & Salpe canum rabiosorum morsus, & tertias quartanasque febres aiunt, leniri menstruo in lana arietis nigri & argenteo brachiali incluso.

Brăchiatus, a, um, quod est ad brachiorum modum factum, & ad vites præcipuè pertinet. Βραχιωτός. Colum. *lib. 6.* Alij capitatas vineas, alij brachiatas magis probant, quibus cordi est in brachia vitem componere.

Brachmanes, vel brachmanæ, Βραχμᾶνες Stephan. Indiæ sapientes diligentissimi syderum obseruatores. Horum vitam descripsit Bardesanes Babylonius (vt suprà admonuimus) qui Gymnosophistarum duo tradit genera: quorum illi qui ex generis successione veluti hæreditariam sapientiæ possessionem amplectebantur, Brachmanes dicti sunt: qui verò electione ad Philosophiæ professionem assumebantur, Samanei. Ad hos profectus Apollonius Thyaneus vt Iarcham in solio aureo sedentem de syderum motu audiret disserentem, vt testatur Hieron. *in præfatione Bibliorum.* Vide Strab. *lib. 15.* Plin. *lib. 6. c. 7.*

Brachodes, Βραχώδης. Promontorium est Africæ propriè dictæ, in extimo Syrtis paruæ cornu. Autor Ptol. *lib. 4. cap. 3.*

Brachybij, à Dionysio vocantur Æthiopes, à vitæ breuitate. Siquidem quadragesimum annum non excedunt.

Brăchycatalectŏn, βραχυκατάληκτον, breuis terminatio versus, cui desunt in fine syllabæ. Nam in eo vt perfectus sit, deest integer pes: vnde & metrum Brachycatalecticon dicimus.

Brachyle, Βραχύλη, vrbs Cerretum, qui Iberis vicini sunt. Steph.

Brachylogia, βραχυλογία, Breuiloquium, Laconismus. Vide Quint. *lib. 9. cap. 3.*

‖Bracile, vide *Redimiculum.*‖

BRACTĔĂ, & Lamina, (vt scribit Valla *lib. 4. c. 57.*) sic differunt, quòd lamina crassior, ex qua armatura conficitur, & qua incensa olim homines torquebantur. Potest autem esse ferrea, ærea, & argentea, electrea, aurichalcea, plumbea, aurea, lignea, cornea, siue ex alia materia. Bractea tenuis magis est, & sua sponte plicabilis, quæ crepitat. {פרורים? πέταλον, τὸ πέταλον, λεπὶς ἢ ἔλασμα χρυσοῦ ἢ ἀργύρου ἢ ἄλλου μετάλλου. GALL. *Fueille d'or, ou d'argent, ou d'autre metail.* ITAL. *Foglietta d'oro d'argento, ò di altro metallo ben sottil.* GERM. Ein blech/ oder ein blat von einem metal. HISP. *Ocapa & hoja de oro, platta, o metal.*} Virg. *lib. 6.*

——Sic leni crepitabat bractea vento.

Bracteis inaurari simulachra solebant, sed Vnguibus plerumque auferebatur. Mart.

An magis astuti derasa est vngue ministri Bractea.

Et seruus qui bracteas detraxerat, apud. Suet. damnatus est. ¶ Dicta Bractea παρὰ τὸ βραχεῖν, hoc est, à resonando.

Brăctĕŏlă, diminut. {τὸ πεταλίδιον. ANGL. *A litle raye or a thinne leaue of gold, or any metall.*} Folium auri, alteriúsve metalli. Iuuenal. Qui bracteolam de Castore ducat.

Brăctĕārĭŭs, qui bracteas facit: cuius ars Bractearia. {GERM. Ein goltschläger oder blechmacher. ANGL. *A gold beater.*} & bracteatum quod bracteis tegitur. Bud. *in Pand.* πεταλωτός.

Brăctĕātŏr, idem quod Bractearius. {ὁ τῶν πετάλων ποιητής. GALL. *Bateur d'or & d'argent.* ITAL. *Battitore di tal fogli.* GERM. Ein blechmacher/ oder der die dünnen bletter von denn metallen schneydt. HISP. *El batihoja.* ANGL. *A golde aeter, a gold laier.*} Firm. Quicunque habuerit horoscopum in XVII. parte Scorpij erit aurifex, inaurator, & bracteator.

‖Bracteatus est bractea obductus. Apud Senecam ep. 41. *Les bracteatus* dicitur ornatus bracteâ.‖

Bractia, insula, vide *Brattia.*

Bracara Augusta, oppidum Tarraconensis Hispaniæ, non procul à Minio fluuio. Vide Ptolem. *lib. 2. cap. 6.* & quæ suprà annotauimus in dictione *Bracari.*

Bræsi, Βραῖσοι, populi Macedoniæ, Steph.

Bragada, Βαγράδας, fluuius qui iuxta Vticam labitur, apud quem ab Attilio Regulo, & à toto exercitu cum ballistis & catapultis serpens, centum & viginti pedes longus occisus est. In castigatis tamen codicibus Bagrada nominatur hic fluuius, non Bragadâ. Meminit Cæsar 2. *de bell. ciuil.*

Bragæ, insulæ quædam sunt desertæ, vt tradit Plin. *lib. 6. c. 28.*

Brana, Turdulorum oppidum est in Hispania, in conuentu Cordubensi, Plin. *lib. 13. cap. 1.*

‖Branca vrsina, herba acanthus. Ita vocata Italis *branqua*, vel *branca vrsina*, Gallis *branche* vel *branque vrsine*, quia folia eius similia sunt anterioribus vrsorum pedibus. Branca illis est brachium in arbore, ramus, & vnguis, vngula, à Latina voce *brachium*. Martin.‖

Branchidæ, Βραγχίδαι, Apollinis Didymæi sacerdotes sunt apud Possideum oppidum & promontorium Ioniæ, qui locus, teste Plin. *lib. 5. c. 29.* prius Branchidarum oraculum dicebatur, deinde Didymæi Apollinis, à litore distans stadijs 20. Vide Strab. *lib. 14.*

Brānchĭæ, arum. {Βράγχια. GALL. *L'ouye ou l'oreille des poissons.* ITAL. *Branche, barbole di pesce.* GERM. Fischohren. HISP. *Las agallas del pece propriamente.* ANGL. *The gilles of fishe.*} Dicuntur in piscibus secundùm ceruicem foliorum more hiantes partes, quibus anhelitum reddere ac per vices recipere existimantur. Plin. *lib. 9. c. 7.* Branchiæ non sunt balænis, nec delphinis. Hæc duo genera fistulis spirant, quæ ad pulmonem pertinent, balænis à fronte, delphinis à dorso.

Brānchus, {Βράγχος. ANGL. *Hoarsenesse of voice by falling downe of humours in the throate.*} Raucedo & asperæ arteriæ passio, quum humor ad guttur descendit, ita vt madente interiore pellicula vox raucescat. Vnde & Arteriacum hoc vitium appellant, quod asperam arteriam peculiariter infestet. Contingit etiam interdum circa humoris defluxum, nimia vociferatione, vel frigidi aëris inspiratione, vt & Ægineta asserit, & experientia ipsa confirmat. ¶ Fuitque Branchus, vt scribit Lactantius, filius Apollinis, ex filia Iaucis & Suceronis coniuge susceptus, qui quum Apollinis malas deosculatus esset, ab eo captus, coronam & virgam accepit, cœpitque vaticinari, & subito nusquam apparuit: post hoc ingens templum est ei ædificatum, quod *Branchiadon* nominatum. Idem autor alibi dicit Branchum, quendam Thessalum fuisse, ab Apolline dilectum, cui post mortem in suo templo sacra fieri idem iussit. Hinc Apollo Branchiades dictus est, & Branchiadæ communes Apollinis & Branchi sacerdotes, qui Apollinis Didymæi oraculo præfuerunt. ¶ Branchi meminit Stat. *lib. 3. Theb.* & Strab. *lib. 14.* & alibi.

Brancosi, populi sunt Indiæ, quorum meminit Plin. *lib. 6. c. 20.*

Branda, à Poëtis breuitatis causa appellatur Apuliæ vrbs Brundusium. Vide suo loco.

‖Brandeburgum, *Brandeburg*, Germaniæ V.E. sub A. Magdeburgensi, ad Hauelu fl. Marchionatus & S.R.I. Electoratus dignitate celeberrima.‖

Brandeum, zonarum genus. Item velum, quo corpus defuncti tegitur.

Brasidas, Βρασίδας, Lacedæmoniorum dux fuit, qui circa Amphipolim cum paucissimis, cinctus ab Atheniensibus, qua hostium copiæ rarissimæ erant, sibi ferro iter aperuit. Vide Suidam.

Brassĭcă, {κράμβη. GALL. *Chou.* ITAL. *Caoli.* GERM. Köllkraut/ Köle. HISP. *Berça generalmente.* ANGL. *Colewortes.*} Herba est vulgò caulis nomine nota: ita dicta quasi præseca, teste Varr. quia ex eius scapo, quem maximum habet, folia annuatim præsecantur. Apponunt rumicem, brassicam, betam, blitum. Plaut. *Ps. sc. 2. a. 3.* Cato *de re rust. c. 156. & 157.* brassicarum tria facit genera, vnum extensis foliis, caule magno: alterum crispo folio, quam Apianam vocant & Selinada: tertium: minutis caulibus. Huic herbæ tantum traditur esse cum vite dissidij, vt vitis, si prope ipsam sata sit brassica, in diuersam refugiat partem. Cic. *de nat. deor.* Iam verò vites sic claiculis adminicula, tanquam manibus apprehendunt atque ita se erigunt vt animantes: quinetiam à caulibus, brassicisque si propè sata sint, vt à pestiferis & nocentibus refugere dicuntur, nec eos vlla ex parte contingere.

Bratiæ, Βρατίαι, vrbs Laconica. Steph.

Brattia, insula est vna ex iis quæ Illyrico adiacent. Scribit enim Plin. *lib. 3. c. vlt.* Illyrici oram quòd vadosum ibi sit mare, mille amplius insulis frequentatam esse, inter quas enumerat Brattiam, bobus & capris laudatam.

Brauron, Βραυρὼν, Atticæ oppidum, vbi Dianæ Brauroniæ sacellum est, autor Strab. *lib. 9.* & Plin. *4. cap. 7.*

Braum, Βραῦον, vrbs Hispaniæ Tarraconensis, sub Cantabris sita, autore Ptolem. quæ eadem esse creditur cum ea, quam illi sua lingua *Burgos* vocant.

Braunium, vide *Brabium.*

‖Braxea. Isid. *lib. 19. 34.* Braxea calceamentum comœdorum erat, sicut tragœdorum cothurni.

Braxo, vox barbara, pro, coquo ceruisiam.‖

Brea, Βρέα, ciuitas in quam Athenienses coloniam miserunt. Steph.

‖Brebiatores, breuiatores, qui breuia conficiebant. Lex. gr. b.

Brebion, oratrix. Idem.

Brecarius. Doroth. *doct. 18.* ὁ ἀγαθὸς βρέκαριος, ἰσθεῖν ὡσαὶ βερβέκαρος. Meurs. *in Gloss. Græcol.* censet βερβέκαριον idem esse atque προβατικὸς opilio, *berger*, tanquam sit vox Gallica.‖

Bregi, & Breges, & Phryges iidem sunt. Strab. *lib. 11.*

Bregmentani, Asiæ populi in Troade, autor Plin. *lib. 5. c. 30.*

Brema, vrbs Saxoniæ, vulgò *Bremen.*

Bremen, vide *Phabiranum.*

Bregmă, βρέγμα, à medicis propriè appellatur anterior pars capitis supra frontem capillis tecta, quæ & Sinciput à Latinis dicitur: quanquam etiam frequenter apud Græcos pro toto capite positum inuenitur. {ANGL. *The fore parte of the head.*}

Brēnnus, vel (vt aliis placet) Brenno, Βρέννος, Dux Gallorum, qui Brenonam Venetiæ vrbem ædificauit, quæ postea literarum mutatione Verona dicta est. {GERM. Ein Frantzösischer hauptman/ so Italiam verhergt/ vnd Dietrichs Bern gebawet hatt.} Hic cum trecentis armatorum millibus in Italiam irrumpens primùm Romanos apud Alliam fluuium profligauit: deinde ad vrbem pergens, eandem cepit, totámque exussit, præter Capitolium: in quod nobilior iuuentus confugerat: sed quum & illud aggrederetur, Romani cum illo conuenerunt vt acceptis aliquot auri talentis, obsidionem relinqueret. Quum igitur aurum penderetur, ipse dux gladium suum vagina educens, & hunc pensari imperauit: sed quum hoc Romani, vt rem iniustam, recusarent, atque ita inuicem contenderent, Camillus exul, qui absens Dictator creatus erat, collectis iis qui Romá profugerant, Gallos ex improuiso adortus est: qui relicto auro, cum maximo suorum detrimento fugâ sibi consulere coacti sunt. Camillus verò eos continuò persequens, ex Italia expulit. Postremò Brennus Apollinis Delphici templum prædæ causa ingressus, itâ amminis se interfecit. Propertius, Torrida sacrilegum testantur limina Brennum. Vide quoque prouerbium, Quid victis, nisi dolor? De eo Plutarch. *in Camil.*

Brentha, Βρένθη, vrbs Arcadiæ, & fluuius Brenthiates. Stephan.

Brentus, Βρέντος, Herculis filius, à quo Brundusium, Βρεντέσιον dictum. Steph. Et & Brenthus Herculis filius.

Brĕphŏtrŏphīŭ, {βρεφοτροφεῖον. GERM. Ein waisen hauß oder Kinderspital.} Latinè paruulorum hospitalia: quibus infantes expositi alimentur, βρέφος enim infans nominatur, τροφὴ educatio: de quibus *in decretis* 23. 7. 8.

Brepium, promontorium est Achaiæ, teste Plin. *lib. 4.*

Breerna, vrbs Italiæ sub Venetia, Ptol. *Brintum* hodie.

Bretolæum, Ptolem. Lusitaniæ oppidum est, quod hodie *Britium* dicitur.

‖Bresilium ligni genus, quodque ex Brasilia affertur.‖

Brettanis, insula, Βρεττανὶς, vide *Brettatia.*

Brettius, vide *Brettatia.*

Brettatia, Βρεττατία, insula in Adriatico mari.

Breuci, teste Plin. *lib. 4. cap. 25.* sunt Pannoniæ populi ad Saum fluuium. Breucorum meminit Suet. *in Tib. cap. 9.*

Breuni, Plin. inter Alpinas gentes numerantur: sic enim scribit *lib.* 3. *cap.* 20. Gentes Alpinæ deuictæ, atque sub imperium populi Romani redactæ, Triumpilini, Camuni, Vennotes, Venonetes, Hisarci, Breuni, &c.

Brĕvĭs, e, Curtus, paruus, pusillus, contractus, concisus. ⟩⟨ Longus, productus. {קצר *katser* קטן *katán*. βραχύς. GALL. *Bref ou brief, court.* ITAL. *Breue, corto, picciolo.* GERM. Kurtz. HISP. *Cosa breue ò corta.* ANGL. *Short.*} Cicer. *pro Archia.* Quid est quòd in hoc tam exiguo vitæ curriculo, & tam breui, tantis nos laboribus exerceamus. Horat. 4. *Carm.*

——— sed Cynaræ breues Annos fata dederunt.

Et differt breuis & pusillus, quod breuis est in natura, vt breuis dies, annus, &c. Pusillus in corpore. Sosipater *lib.* 1. ¶ breui manu, per compendium, à vitiato circuitu. Vlp. *D. lib.* 13. *tit.* 3. *l.* 43. Nisi forte si acceptò tulit, vt velit mulieri in totum donatum, tunc enim credendum est breui manu acceptum à muliere, & marito datum.

Breuiculum, diminutiuum à Breui, quasi paruum breue. Pro libello accipitur *l. vlt. de conuen. fisci debit. lib.* 10.

Breui, aduerbium, breuiter, paucis verbis, propediem, breui tempore. {ἐν βραχεῖ. GALL. *En brief, en peu de temps, incontinent.* ITAL. *Breuemente.* GERM. In einer kurtze/ oder kurtzen zeyt. HISP. *Breue y certamente.* ANGL. *Sortlie, in fewe wordes, quickelie.*} Cic. *Curioni*, Breui tamen sic habeto, in eum statum temporum tuum reditum incidere. Potest esse A ablatiuus: vt subintelligatur Tempore. Cicer. *in Verr.* Breui postea mortuus est. Idem ad Terentiam suam scribens cum tempore coniunxit. Etiam illud verendum est, ne breui tempore fames in vrbe sit. Et ad Octauium posuit cum præpositione In. O miseram, & in breuitatem celebrem, & tam vanam reipub. commutationem. Aliter Gell. *lib.* 13. *cap.* 17. Fuit autem, inquit, Æschylus non breui antiquior Euripide hoc est, non multo tempore ante Euripidem. Breui pro mox. Suet. *in August. cap.* 66.

Brĕuio, as, are. {קצר *kitsțiár*. βραχύνω. GALL. *Abreger, accourcir.* ITAL. *Abbreuiare, accortare.* GERM. Kurtzen/ kurtzer machen. HISP. *Abreuiar, acortar.* ANGL. *To mak short, or abbridge.*} Quintil. *lib.* 1. *cap.* 15. Qua & breuiare quædam, & exornare, saluo modò Poëtæ sensu, permittitur. Item *lib.* 5. *&* 11.

[Breuiatores, sunt breuium scriptores, qui breuia conficiebant aut dedescribebant. (*Nouell.* 105. βρεβιάτορες) nempe *συντόμως γράφοντες*: vt Zonarus exponit in Concil. Carthag.]

Brĕuĭă, {βράχεα. ANGL. *Foordes, shallowe places where men may go ouer.*} Thucidid. Vadosa loca sunt mari, nauibus insidiosa. Virg. *Æneid.*

In breuia & Syrtes vrget.

Brĕuĭārĭum, Compendium, summarium, opus concisum. Oratio ordinaria quod Breuiarium nunc vocant. Latinè olim summarium. Senec. *ep.* 39. {ἐπιτομή. GALL. *Abregé, sommaire.* ITAL. *Sommario.* GERM. Ein summary/ ein kurtzer begriff. HISP. *Libro abreuiado.* ANGL. *A bore compindious draught, an abbridgement.*} Plin. *lib.* 18. Verùm vt pariter omnis culturæ breuiarium peragatur. Suet. *in August.* Fecit & breuiarium totius Imperij, quantum militum sub signis vbique esset, quantum pecuniæ in ærario, & fiscis, & vectigaliorum residuis. ¶ Breuiariæ rationes, quæ in breue contractæ sunt. Suet. *in Caligula cap.* 12. Ordinario quidem dispensatori breuiarium rationem offerenti, paropsidem leguminis porrexisse. Scæuola *de pecul. legat.* An peculio prælegato & centum aurei & vsuræ eorum debentur, cum rationibus breuiariis.

[Breuigerulus, qui breue gerit. Gloss. Isid. Brief trager.]

Brĕuĭloquēns, tis. {βραχυλόγος. GALL. *Qui dit en peu de paroles ce qu'il veut.* ITAL. *Chi parla breuemente.* GERM. Kurtzredend. HISP. *El que habla breuemente.* ANGL. *A speaker in few wordes.*} Cic. *ad Attic. lib.* 7. Breuiloquentem iam me tempus ipsum facit.

Brĕuĭloquĕntĭă, siue breuiloquium. {βραχυλογία. GALL. *Bref & court parler.* ITAL. *Il parlar breue & corto.* GERM. Ein kurtze red. HISP. *El hablar abreuiado.* ANGL. *Short speaking, breffnesse wordes.*} Cic. *de Repub.* ex Gell. *lib.* 12. *c.* 2. Breuiloquentiam in dicendo colat.

Brĕuĭlŏquŭs, qui aliquid paucis scribit, aut dicit. {ANGL. *Hat speaketh quitkelie and briefelie.*}

Brĕuĭtas, tis, Angustia, contractio. {קצר *kórser*. βραχύτης. GERM. *Briefueté.* ITAL. *Breuità.* GERM. Kurtze. HISP. *Breuedad ò cortedad.* ANGL. *Shortnesse, riefenesse.*} Cic. *Offic. lib.* 1. Breuitatis causa vno exemplò contenti erimus.

Brĕuĭs, item & Breue, masculini & neutri generis, à quibusdam dicuntur in eo significato, quo vulgus vsurpat Breue Apostolicum, {ἐπιτομαί.} Lampridius, Milites suos sic vbique sciuit, vt in cubiculo haberet breues, & numerum, & tempora militantium. Flauius Vopisc. *in Aurel.* Breue nominum conscripsit. Ad breue videbat, & Suet. *in Tib. c.* 68. Est breue præterea, de quo mihi quærere restat.

Bria, vasis genus.

Briareus, Βριάρεως, Gigas cæli & terræ filius, quem Poëtæ finxerunt centum habuisse brachia, & quinquaginta ventres. Hunc fingit Homerus, quum Pallas, Iuno, Neptunus, aliique ex Diis nonnulli, aduersus Iouem coniurassent, persuasum à Thetide in cælum ascendisse, vt Ioui suppetias ferret, deoque comuratos illius aduentu territos à cœptis destitisse, & cum Ioue in gratiam rediisse. Hæc Homer. 1. *Iliad.* vbi etiam hoc addit, à superis quidem Briareum dictum fuisse, ab hominibus autem Ægæonem. Alij Briareum inter eos numerant gigantes, qui aduersus Iouem conspirarunt: vnde à Virg. *lib.* 6. cum aliis monstris in vestibulo inferorum collocatur. Dictus Briareus à corporis robore. Nam βριαρὸν, Græci pro forti dicunt & robusto.

Brias, adis, Βρίας, vrbs est Pisidiæ regionis in Asia. Autor Strab. *lib.* 12. Artemidorum antiquum scriptorem citans.

[Briccola, vide *Trabucbus.*]

Bricinnia. Βρικιννία. Vrbs Ciciliæ, Steph. Vide *Bucina.*

[Briga vetere Hispanica lingua vocatur oppidum. Gothofr. ad Fest. ¶ Item, rixa, ein scheltwort. Brigare, rixari. Est autem vox ab Italis sumta, quibus *briga* est rixa, Hisp. *brega.* Gallis *brigue* prensatio, *briguer* prensare, ambire. Ducamus à Latino *fraga*, vt his à *Ruo.*]

Brigantes, Βρίγαντες, Heluetiæ populi sunt, teste Ptol. *lib.* 2. *c.* 2. Horum ciuitas hodie *Genafurda* vocatur.

Brigantium, oppidum est Rhætiæ ad lacum Acronium, siue Podamicum, qui & Brigantius ab oppidi huius nomine appellatur. Vulgò Bregantz am bodensee.

Briciani, populi inter Alpinas gentes, Plin. *lib.* 3. *cap.* 12.

Brigida, mulier vitæ sanctitate insignis. Romam venit à Suetia, Vrbano V. Pontifici maximo quatuor liberos mares, totidem fœminas omnes sanctos habuit, inter quos Catharinam, quæ eam viduam Romam comitata est, cuius etiam cura atque opera in patriam relata est. Autor Volaterranus.

Brilessus, Atticæ mons est. Plin. *lib.* 4. *cap.* 7.

Briletus, Atticæ mons, in quo bina leporibus sunt iecinora, ceruis renes quaterni: pennatis autem & squamosis nulli, vt scribit Plin. *lib.* 11. *cap.* 37. Suspicor eundem esse cum eo, quem idem *lib.* 4. *cap.* 7. Brilessum vocat: vnde & Brilettus scribendum videtur Atticorum more, qui dictiones eas, quæ κοινῶς per duplex σσ scribi solent, geminato ττ efferunt.

Brimo, Βριμὼ, vnum est ex Hecates, siue Proserpinæ nominibus: ἀπὸ τοῦ βρέμειν, hoc est, à terendo impositum: eò quòd nocturna terriculamenta ab ea immitti credebantur: vt ex Apollonij interpretibus annotauit Cælius Rhodig. *lib.* 13. *c.* 8. Brinthus Βρίνθος. Arist. *hist. lib.* 9. *c.* 11. Auis canora, quæ in montibus syluisque versatur.

Bris, Iucundum dicitur, inquit Cornutus, vnde etiam quidam Briseida dictam, quòd ea iucunda fuerit Achilli.

Brisa, Βρίσα, promontorium Lesbi, in quo Dionysius colitur, qui ab eo Brisæus appellatur, vt autor est Stephan. Cornutus autem *in Persij sat.* 1. Brisæum appellatum esse scribit, vel à mellis vsu, quod ipse primùm mel inuenisse dicatur, & ex fauis exprimere, vel ab vua quod vuam inuenerit & expresserit, quum Brisare sit exprimere: vel à nympha quæ eum nutriisse dicitur. Brysæus etiam poëtarum epithetum est, quòd ij in Liberi patris tutela esse credantur. Pers. *sat.* 1.

Est nunc, Brisæi, quem venosus liber Acci.

Brisa, æ, vinaceorum massa, ex qua vini, vel aquæ effusione fit vinum secundarium. Col. *lib.* 12. *c.* 39. Postea vinaceos calcare, adiecto recentissimo musto, quod ex aliis vuis factum fuerit, quas per triduum insolaueris: tum permiscere, & subactam brisam prælo subiicere, passumque secundarium statim vasis oblinitis includere, ne fiat austerius.

Brisabritæ, Indiæ populi trans Indum fluuium, quorum mentionem facit Plin. *lib.* 6. *cap.* 20. in descriptione fluminis.

Brīsēĭs, Βρισηΐς, Lyrnesia puella fuit, à patre Brise ita appellata, quum vero nomine Hippodamia vocaretur. Hæc, capta Lyrnesso vrbe, Achilli victori in sortem cessit, & postea ab Agamemnone erepta, implacabilis dissidij causa fuit inter Agamemnonem & Achillem. Detrectabat enim Achilles Agamemnonis imperium, neque vnquam adduci potuit vt arma sumeret, donec Patroeli mors nuntiata eum ad vindictam extimulauit. Extat huius Briseidos ad Achillem epistola apud Ouidium *in Epistolis Heroidum.*

Briso, as, re. {ANGL. *To presse or wing out.*} Exprimere est, inquit Cornutus *in Persium*: vnde Brisæum Liberum patrem dictum putat, de quo suprà. ¶ Puto quoque Brisare idem antiquis fuisse quod comedere & consumere. Itaque apud Nonium pro *Brasire*, existimo legendum esse *Brisare*, transpositis literis quibusdam. Afranius *diuortio*, Qui conex noctu conclusum brisare dotem.

Brĭtānnĭă. {Βρεττανία Straboni. GALL. *Angleterre.* ITAL. *Inghilterra.* GERM. Engelland. HISP. *Inglaterra.* ANGL. *England and Scotland.*} Per duplex nn, insula in Oceano Septentrionali, omnium, quæ Europæ adiacent, maxima: vnde & orbem alterum quidam ex poëtis appellauêre; à Britone rege Britannia dicta, quum prius Albion diceretur, ab albis montibus, qui ad eam nauigantibus primò apparent. Hodie in duas diuisa est partes: quarum alteram, quæ in Septentrionem vergit, Scoti incolunt, Caledoniæ syluæ nomine cognitam: alteram, quæ cultior est, & Belgis vicinior, Angli tenent, Saxoniæ populi, prioribus incolis, qui Britones dicebantur, inde expulsis. Hæc ab Ortu Germanico, ab Occasu Hybernico, à Septentrione Caledonio Oceano abluitur: ad Meridiem verò angusto freto à Belgis dirimitur. Porrigitur in longum octingentis millibus passuum. In ea Gagates lapis inuenitur, qui ardet in aqua, & oleo restinguitur. Vrbem habet Londinum, nunc *Londran*, copia negotiatorum celebrem. Inter Septentrionem & Occidentem (vt celebres Geographi tradunt) duæ sitæ sunt insulæ, Britannia, & Hybernia paulò minor Britannia, vltra quas sunt quadraginta insulæ Orcades appellatæ, modicis spatiis inter se distinctæ. Apud Britannos longissimus dies septendecim horarum deprehenditur, & æstate lucidæ sunt noctes, autore Plin. ¶ Britanniæ, arum, vt Galliæ etiam dicuntur multitudinis numero. Cat. *in Cæs.* Hunc Galliæ timent, timent Britanniæ. Plin. *lib.* 33. Galliæ Britanniæque inde modico dicuntur vsæ.

Te manet inuictus Romano marte Britannus, Tibul. *lib.* 4.

Brĭtānnĭcŭs, a, um, quod ad Britanniam pertinet, quod ex Britannia est. {Βρεττανικός. ITAL. *D'Inghilterra, Inglese.* GERM. Engelendisch. ANGL. *Belonging to ingland or Scotland.*} Iuuen. *Sat.* 7.

Quantum delphinus balena Britannica maior.

Cic. 2. *de nat. deor.* Qui æstus maritimi, vel Hispanienses, vel Britannici, eorúmque certis temporibus vel accessus, vel recessus, sine Deo fieri nonne possunt?

Brĭtannŭs, i, Βρεττανός, Gentile à Britannia insula deductum. Virg. *Ecl.* 1.

Et penitus toto diuisos orbe Britannos.

Lucretius verò primam producit, *lib.* 6.

Nam quid Britannum cælum differre putamus?

Brĭtānnĭcă, Plin. *lib.* 25. *c.* 3. herba est foliis oblongis & nigris, radice item nigra, neruis & dentibus salutaris, & contra anguinas & serpentum morsus efficax remedium habens. Huius flores Vibones vocantur, quibus ante tonitrua degustatis, milites aduersus fulminum ictus prorsus securi reddebantur. Scribit Plinius *loco iam citato*, promotis à Germanico trans Rhenum castris, in maritimo tractu fontem fuisse inuentum aquæ dulcis, qua pota intra biennium dentes deciderent, compagesque in genibus soluerentur. Et autem ma... Britannicam herbam auxilio fuisse, à Frisiis Romano militi commonstratam.

Britannicus, nomen fuit filij Claudij Cæsaris, ex Messalina, quem primò Germanicum, & mox Britannicum appellauit: qui quamuis adhuc infans

infans à patre in castris late circumlatus fuisset, & militibus commendatus, Neronis tamen opera veneno sublatus est: vt est videre apud Tacit. *lib.* 13.

Britium, Lusitaniæ oppidum apud Plin. *lib.* 4. *cap.* 21.

Britomartis, puella fuit ex Gortyne Cretæ ciuitate, Iouis & Charmes filia, Dianæ in primis chara, alio nomine Dictynna appellata, ἀπὸ τῶν δικτύων, hoc est, à retibus, quorum vsum in venatione traditur inuenisse. Hanc Minos Cretæ rex fertur adamasse, cuius vim quum alioqui effugere non posset, ex altera sese rupe in mare præcipitauit. Vide Virgilium *in Ciri*, & Diodorum *lib.* 5.

Britona, puella Cretensis fuit insigni forma, & Dianæ in primis dilecta, quæ quum Minois vim alioqui declinare non posset, in fluuium se præcipitauit: leuius rata vitæ, quàm pudicitiæ iacturam facere. Hæc à Diodoro *lib.* 5. & Virg. *in Ciri*, Britomartis dicitur.

Britŏnēs, vulgò *Bretons*. Populi sunt minoris Britanniæ, quæ est Galliæ Celticæ regio ad mare Oceanum sita, Northmannis ac Pictauis contermina. Hi olim Britanniam insulam dicuntur incoluisse, indéque ab Anglis Saxoniæ populis expulsi, in aduerso littore sedes fixisse. Iuuenal. *sat.* 15.

Quæ nec terribiles Cimbri, nec Britones vnquam.

Britonis secunda producta & prima, Mart. *epigr.* 22. *lib.* 11.

Briuates, Lugdunensis Galliæ portus, Ptol. *lib.* 2. *cap.* 8.

Brixellum, oppidum inter Mantuam & Cremonam. Volaterr. Brixillum videtur dici. Suet. *in Oth. cap.* 9.

Brixēntēs, populi Alpini, Lepontiis finitimi, quorum meminit Plin. *lib.* 3. *cap.* 20.

Brixĭă, vulgò *Brescia*, vrbs est Transpadanæ regionis, opus Cenomanorum, qui post Insubres in Italiam venerunt, Liuio & Polybio testibus. {GERM. Brixien/ein statt in Italia.} Est item Brixia fluuius Elymaidis: quæ est regio Persidi finitima.

Brixillum, vulgo *Bersello*, oppidum Hetruriæ apud Mutinam. Plin. *lib.* 3. *cap.* 15. descriptione octauæ regionis Italiæ.

Brizo, Βριζὼ, apud Delios vaticiniorum, quæ ex somniis sumuntur, Dea habita est: eique scaphas omni genere bonorum plenas, solis piscibus exceptis, offerebant. Dicta autem putatur Brizo, ab eo quòd βρίζειν prisci Græci pro dormire dicebant. Vide Cæl. Rhod. *lib.* 22. *c.* 10.

Brocardicum, vocabulum est barbarum, relinquendum igitur barbaris. ¶ Brocardica materia dicitur, quæ est contrariarum opinionum rationibus inuoluta. Alciat. *l. quicquid. de V.O.*

Brŏchŭs, adiectiuum est, idem significans, quòd Bronchus. Vide suo loco.

Brochon, arbor est nigra, magnitudine oleæ, folio roboris, fructu caprifici, ex qua Bdellium manat. Hanc aliqui Malachram, alij Maladocon appellant. Autor Plin. *lib.* 12. *cap.* 9.

Broilus, nemus est, aut saltus Regum Galliæ.

Bromia nomen Ancillæ *in Amphit. & Men. sc.* 2. *a.* 5. apud Plaut.

Brŏmĭŭs, Βρόμιος, Bacchi cognomen, ἀπὸ τοῦ βρέμειν, id est, à fremendo: vel ἀπὸ τῆς βροντῆς, hoc est, à tonitru, eò quòd natus sit cum tonitru, eius genitrice fulmine perempta.

Brŏmus. Βρόμος. Herba est folio & culmis tritico similis, in summo semen habens simile locustis duplici crure diuaricatis, iumentorum potius, quàm hominum nascens pabulo. Latini Auenam appellant. Vide Plin. *lib.* 22. *cap. vlt.*

Brŏnchŭs, {βρόγχος. ANGL. *Any thing of gristle, the winde pipe.*} Corpus quoddam est cartilagineum, Galeno, secundùm asperam arteriam, quod & βρόγχιον appellatur, ita dictum παρὰ τὸ βρέχεσθαι ἐν τῷ πίνειν καὶ πιεῖν. ¶ Accipitur & pro gutture: vnde βρογχοκήλην dixerunt pro gutturis tumore.

Brŏnci, (vt Nonius scribit,) dicuntur, qui producto ore, & dentibus prominentibus sunt. {ANGL. *Great lipped.*} Plin. *lib.* 11. *c.* 37. Labra, à quibus bronci Labeones dicti. Lucian. *in satyr.* Bronchus (sic n. scribunt doctiores) Bouillanus dente aduerso eminulo, hic est Rhinoceros. Est verò ὁ τὸ ἄνω χεῖλος ὑψηλὸς, qui superiore labro est tumidiore. Varro *de re rust. lib.* 1. non Broncos, sed Brochos canum vocat. Ex eo, inquit, enatis duobus dentibus dextra & sinistra paulò eminulis superioribus, directis potius quàm brochis, & acutis. ¶ Hinc Brochitas. Plin. *lib.* 11. *c.* 37. Senectus in equis & cæteris veterinis intelligitur dentium brochitate, superciliorum canitie.

Brŏnchocele, βρογχοκήλη, tumor magnus & rotundus in ceruice inter cutem & asperam arteriam, qua modò humor aliquis includitur: interdum etiam minutis ossibus pili immixti. Celsus *lib.* 7. *cap.* 13. dicitur vulgo *le goitteron*, vel *le gros gosier*: vnde eo vitio laborantes Gutturosi dicuntur. Hunc morbum significat Plin. *lib.* 11. *cap. vlt.* cùm ait de sente, Exposca coquitur ad guttura. Et eiusdem libri *cap.* 17. Sanat tumores, collectionésque & guttura incipientia turgescere, i. ἀποφάσκει βρογχοκήλην. Creditur gigni hoc vitium assiduo potu aquæ, quæ ex niuibus resoluitur: vnde iis præcipuè peculiare est, qui Alpibus sunt vicini: Sabaudis scilicet, & Pedemontanis. Qui hoc vitio laborant, Gutturosi dicuntur.

Brŏngŭs, i, Βρόγγος, fluuius est ex Illyrico Boream versùs fluens, & excepto Angro, in Istrum influens. Herod. *lib.* 4.

Brŏntes, Βρόντης, vnus ex ministris Vulcani; qui Ioui cudunt fulmina, παρὰ τὴν βροντὴν, hoc est, à tonitru dictus. Tres autem præcipuè à Virgilio numerantur Vulcani ministri, Brontes, Steropes & Pyracmon, quem Ouid. 4. *Fastor.* Acmonidem appellat. Hos Hesiodus *in Theogonia* Cœli & Terræ filios facit: quanquam alij ex Neptuno & Amphitrita natos malint. Virg. 4. *Æneid.*

Ferrum exercebant vasto Cyclopes in antro,
Brontésque, Steropésque, & nudus membra Pyracmon.

Brŏntēum, βροντεῖον. Machina erat sub scena, æneum habens vas, in quod decidentes calculi & in eo circumacti, tonitrui sonum imitabantur: quod genus Claudiana tonitrua Festus appellauit, à Claudio Pulchro inuentore.

Bronteus, dictus est Iupiter, à βροντῆ, quod est tonitru.

Brŏntĭă, æ, βροντία, gemmæ nomen, quæ cum tonitruis cadere creditur, testudinis capiti similis. {ANGL. *A thunder stone.*} Vide Plin. *lib.* 37. *c.* 10.

Brontologia, βροντολόγια, libri, in quibus de alieni temporis tonitribus eorumque præsignificationibus superstitiosè tractabatur. Vide Meurs. in Gloss. gr. b.

Brŏtĕās, & Ammon. Gemini fratres fuerunt, cæstibus clari, qui ab Ibinco occisi sunt in aula regis Cephenorum. Ouid. *lib.* 5. *Metam.*

Hinc gemini fratres Broteásque & cæstibus Ammon
Inuicti, vinci si possent cæstibus enses,
Phinicea cecidere manu.

Brŏtheus, per duas syllabas, Vulcani filius fuit, qui irrisus propter oris deformitatem, coniecit se in ignem, & vitam incendio finire maluit quàm omnium ludibrio esse expositus. Ouid. *in Ibin.*

Quódque ferunt Brotheum fecisse cupidine mortis,
Des tua succensa membra cremanda pyra.

Bruchion, pars Alexandrinæ vrbis: de qua Ammian. *lib.* 22. βρουχεῖον. Apud Eusebium *hist. eccl. lib.* 7. *cap.* 32. Græcæ edit. πυρουχεῖον quasi forum frumentarium. à πυρουχος curator frumenti. Vide Scalig. anim. in Euseb. *num.* 2281.

Brūchŭs, {ילק jélek. βροῦχος. GALL. *Chenille, vne vermine qui mange les herbes.* ITAL. *Ruga che mangia le herbe.* GERM. Ein raup/krautwurm/thier. HISP. *El pulgon que roe las viñas.* ANGL. *A worme that eateth herbas.*} Genus vermis è locustarum genere, sine alis tamen, herbas & arborum frondes erodens: vnde & nomen accepit, παρὰ τὸ βρύκειν τὸ ἐσθίειν. Huius meminit Hieron. *in Malach.*

Brullitæ, populi Asiæ, quos Ephesiorum conuentui attribuit Plin. *lib.* 5. *c.* 29. Ephesum (inquit) alterum lumen Asiæ remotiores conueniunt Cæsarienses, Metropolitæ, Cylbiani, inferiores & superiores, Mysomacedonientes, Masturentes, Brullitæ, Hypæpeni, Dioshieritæ.

Brūmă, dicitur dies solstitij hyemalis: qui est ad XVIII. Kal. Ian. quo die fit in capricorno hyemale solstitium. {תוס sethán. χειμερινὴ τροπή. GALL. *Les plus courts iours de l'an, le milieu de l'hyuer.* ITAL. *I minori dì tutto l'anno.* GERM. Der tag der sonnenwende im Christmonat/der winter. HISP. *Los menores dias de todo el año.* ANGL. *VVinter.*} Cic. 2. *de Diuin.* Nam & musculorum iecuscula bruma dicuntur augeri, & puleium aridum florescere brumali ipso die. ¶ Et ponitur quandoque pro hyeme, aut certè pro frigidissima illa hyemis parte, qua dies breuissimi sunt. Virg. *Æneid.* 2.

Frigida sub terra tumidum quem bruma tegebat.

Mart. *lib.* 1.

At quum December canus, & bruma impotens
Aquilone rauco mugiet.

¶ Inde Brumalis adiectiuum: vt, Brumale tempus, & Brumalis dies, apud Cic. *de Diuin.*

Iactor & indomito Brumali luce profundo,

Ouid. *Eleg.* 10. *lib.* 1. *Trist.* Dicta Bruma, quasi βραχυήμερον, id est, breuis dies. {ANGL. *VVinterlik, belonging to winter.*}

Brūmālĭă, à Romanis dicebantur Bacchi sacra, quæ & Liberalia dicebantur: quæ bis quotannis celebrabantur, semel 11. Cal. Martij, atque iterum XVII. Cal. Septemb. ἀσκώλια. Plin. Priora & posteriora Vinalia appellat. Brumalia autem à Brumo dicebantur: quo nomine Romani Bacchum appellabant. Vide Cæl. Rhodig. *lib.* 28. *c.* 25.

Brumus, vide *Brumalia.*

Brunda, caput cerui dicitur, vnde & Brundusiana ciuitas dicta est, quòd in ea caput cerui videatur, & cornua.

Brundulum, Portus, quem Athesis amnis ex Tridentinis Alpibus fluens facit. Autor Plin. *lib.* 3. *cap.* 16. Vulgò *Brondolo.*

Brundunum, vrbs Bauariæ, vulgò Braunaw.

Brŭndŭsĭum, {Βρεντέσιον. GERM. Ein stat in Calabrien am Adriatischen meer gelägen/Brandizzo/Brandisio genant.} Vrbs Calabriæ, ad mare Adriaticum sita, via Appia eousque perducta, & portu insigni nobilis, ex quo Romanis tristissimus olim fuit in Græciam transitus: ita dicta à ceruini capitis similitudine, quod Brundusium Messapij sua lingua appellabant, Græci Brentesium appellant, à Brento quodam (si Stephano credimus) Herculis filio. Ex hac vrbe Pacuuius poëta ortum traxit.

Brunia, thorax, militare munimentum.

Brusa, lege *Prusa.*

Brūscum. {ANGL. *A knage, bunshe, or knot in woode.*} Tuber est aceris arboris intortius crispum: nam quod simplicius sparsum est, Molluscum dicitur. Autor Plin. *lib.* 19. *cap.* 19.

Brusis, pars Macedoniæ, Βροῦσις, à Briso Emathij filio, Steph.

Bruta, arbor est soli Orienti cognita, cupresso fusæ similis, albicantibus ramis, odore cedri, circa Pasitigrin nascens, in finibus oppidi Sitacæ, monte Zagro, vide Plin. *lib.* 12. *c.* 17. ¶ Sunt qui hanc arborem hodie in Europa passim nasci existiment, eandémque esse cum secundo sabinæ genere. Vide Ruell. *lib.* 1.

Brutidius, nomen est cuiusdam viri, qui tempore Iuuenalis poetæ, tractus est ad iudicium tanquam fautor & amicus Seiani apud Imperatorem accusati. de quo idem Iuuenalis *Satyra* 10. sic ait,

——— *pallidulus mi*
Brutidius meus ad Martis fuit obuius aram.

Brūtĭi, Βρέττιοι, Italiæ populi in eo tractu, qui hodie Calabria dicitur, post Laum fluuium incipientes, & in fretum Siculum in modum peninsulæ procurrentes: dicti quasi bruti & obscœni. Fuerunt enim Brutij serui & pastores Lucanorum, qui inde aufugere, & furtim in regione consederunt, vbi Consentia est, quæ fuit eorum metropolis, quam regionem prius Ausones habitauerunt. Hi multo post tempore & ab Annibale & à Romanis propter eorum perfidiam plene deleti fuere, sine dignitate, sine honore, ad seruilia opera semper coacti. Hæc regio (vt autor est Strabo *lib.* 6.) Oenotria quondam dicta fuit. Supra Consentiam est Pandosia, vbi Molossorum rex Alexander trucidatus est. ¶ Est & Rhegium ciuitas olim potentissima, in extrema agri Brutij parte sita, vbi Siciliam ab Italia tradunt fuisse abscissam.

Brūtĭānæ parmæ, dicta sunt scuta quibus Brutij vtebantur.

Brūtĭāni à Romanis dicebantur, qui officia seruilia magistratibus præstabant, nomine tracto à Brutiis: qui quòd primi Annibali adhæsissent, & cum eo perseuerassent, donec ex Italia discederet, hac ignominia à Romanis notati sunt, vt vilissima quæque munia per illos obirent. Vide Alex. *Genial. dier. lib.* 1 & Gellium *cap.* 3 *lib.* 10.

Brutina, vrbs Hispaniæ, Ptol. Vide *Brutobria.*

Brūtĭŭs,a,um, aliud adiect. à Brutiis Italiæ populis, vnde Brutia pix, secundus liquor qui ex tæda excoquitur,& aceto coagulatur, doliis,aliisque vasis illinendis vtilis,ab alia pice lentore differens. Primus autem tædæ liquor Cedrium appellatur, quo Ægyptij defunctorum corpora incorrupta conseruabant. Vide Plin. *lib*.16.*c*.11. Huiusmodi pix optima in agro Brutio excoquebatur: vnde & nomen accepit.

Brūtĭum, promontorium Italiæ extimum: vbi Sicilia olim agro Brutio adhæsit. Plin.*lib*.3.*c*.1. Primus Europæ sinus à Calpe extimo Hispaniæ monte Locros Brutium vsque promontorium immenso ambitu flectitur. Ptolemæus Scyllæum appellat. Vulgo *Barsano in Calabria.*

Brūtŏbrĭă, Βρουτοβρία Stephano, oppidum est Hispaniæ in tractu Bætico, quod & Brutina appellatur. Dicta Brutobria quasi Brutia ciuitas: ea forma, qua Selymbria & Boltyobria: in quibus Bria ciuitatem significat.

Brutus, cognomen familiæ Iuniæ, quod primus tulit L. Iunius Brutus, propter stultitiam, quam Tarquinij metu simulabat. Plutarch. *in Public*. Hic exactis regibus, ciuitatéque in libertatem vindicata, primus Romæ cum L. Tarquinio factus est Consul: rebúsque multis præclarè gestis, tandem eo in prælio, quod ad Regillum lacum commissum est, occubuit: cúmque matronæ, vt fortissimum muliebris pudicitiæ vindicem, annum integrum luxerunt. ¶ M. Brutus vnus fuit ex Cæsaris Dictatoris percussoribus, qui in campis Philippicis ab Octauio & Antonio victus, necem sibi consciuit. ¶ D. Brutus, acerrimus publicæ libertatis propugnator fuit, qui Mutinæ aliquandiu ab Antonio obsessus, eáque obsidione Hircij & Pansæ opera liberatus, tandem à militibus suis desertus est, & ab hostibus occisus. Bruti puer, de quo Martial. *Epigr*.171.*lib*.14. & alibi.

Brūtŭs,a,um, adiectiuum. Stupidus, grauis, tardus, hebes)(Prudens, acutus. {בער *bâ'ar.* ἀναίσθητος. GALL. *Insensé, sans raison, bestial.* ITAL. *Graue, tardo, insensato.* GERM. Vnuernünfftig/ toll/ vngeschickt. HISP. *Bruto, bestial y sin seso.* ANGL. *Brutish, dull, without reason, beastlie.*} Cyprianus *ad Demet*. Nullus effectus offert lumen cæco, sermonem surdo, sapientiam bruto: quum nec sentire brutus possit, nec cæcus lumen admittere, nec surdus audire. Hor. *lib. Carm*. Brutam tellurem dixit, pro graui & tarda, quod terræ perpetuum est. ¶ Inde bruta animalia, pro tardis & irrationalibus. Plin. *lib*.11. *cap*.37. Bruta existimantur animalia, quibus cor durum riget, vbi bruta animalia accipit pro hebetioris, tardiorisque intellectus. Inde Iunij Bruti cognomen, qui se stolidum simulauit.

Bruxella, Brabantiæ vrbs celebris. GERM. Brüssel.

Bryă, æ, Pumilus quidam frutex in Achaia appellatur, quem Diosc. μυρίκην, Romani Tamaricen appellant. Vulgò *Tamarice*. {ערער *har'har.* GALL. *Briere, dequoy on fait les verges à nettoyer les habillemens.* ITAL. *Tamarisco.* GERM. Tamarisce. HISP. *Tamariz ò atarfe.* ANGL. *A birche tree.*} Eius duo sunt genera, satiuum, fructum ferens gallæ similem: & syluestre, nihil ferens præter muscosum florem. Vide Plin. *lib*.13.*cap*.21.

Bryanion, Βρυάνιον, Thesprotiæ ciuitas. Steph.

Bryaxis, insignis statuarius fuit, qui cum Leochare, & Timotheo, Mausoleum in Caria ex marmore excidit. Plin.*lib*.36.*cap*.5.

Bryazon, amnis Asiæ in Bithynia. Plin. *lib*.5.*cap*.32.

Bryges, Βρύγες, populi Thraciæ fuerunt: qui postea Phryges dicti sunt, à quibus Phryges Asiæ populi originem traxerunt. Autor Strab. *lib*.7. Steph. Brygas in Macedonia collocat.

Brygion, inter vrbes Macedoniæ à Plin. ponitur *lib*.4.*cap*.10.

Bryllion, Βρύλλιον, Propontidis oppidum. Steph.

Bryon, βρύον. {ANGL. *Mosse, or mossenesse of trees.*} Villosum quiddam est, in quercu præcipuè, in cedro, & in populo nascens, quod Latini Muscum arborum appellarunt. Vide Diosc. *lib*.1.*cap*.20. ¶ Est & Bryon herba quædam quam Plinius Lupum salictarium, officinæ Lupulum appellant. {ANGL. *Hoppes hearbe.*} Cuius flore Galliæ aliquot & Germaniæ populi ceruisiæ suæ saporem commendant. Vide Ruell. *lib*.12. *cap*.141.

Bryon marinum, βρύον θαλάσσιον. Herba est marina, lactucæ foliis, rugosa & veluti contracta, sine caule, exeuntibus è radice foliis. Nascitur in scopulis maximè, testisque terra comprehensis. Vide Plin. *lib*.27.*cap*.8.

Bryonia, βρυωνία. Herba est, sarmenta, capreolos, & folia habens satiuæ viti non dissimilia, omnia tamen hirsutiora. Alio nomine Vitis alba à nostris, & à Græcis ἄμπελος λευκὴ appellatur: à nonnullis etiam Psilothrum, quòd acinos ferat rubentes, quibus coriarij ad tergora depilanda vtuntur. Vide Plin.*lib*.23.*c*.1. & Diosc.*lib*.4.*cap*.163.

Brysacion, vrbs Partynæ Steph.

Brysæ, Thraciæ populi, apud Plin.*lib*.4.*c*.11. In descriptione Thraciæ.

Brysani, Cyconum vicini inter Scythicas gentes Plinio referuntur, *lib*.9. *cap*.17.

Brysea, vrbs Laconiæ, à qua Bacchus Bryseus cognominatus est, quòd ibi coleretur. Quidam tamen Bacchum Bryseum dici putant ab antiquo verbo βρύω, quod est scaturio: quoniam ex aluearibus mella, vel ex vuis musta exprimere primus docuit. Alij Bryseum potius quàm Byrseum volunt cognominatum, à byrsa, hoc est, pelle quam in bello induebat. Nam, teste Diod. *lib*.5. Bacchum in præliis pardalium pellibus vsum constat. Byrsa autem corium ac tergus significat.

Bryseus, Βρυσεύς, vnum ex agnominibus Bacchi, ἀπὸ τοῦ βρύειν, quod significat manare & madefacere: vel (vt alij malunt) à Brysea Laconiæ ciuitate. Vide dictionem præsentem, & supra *brisa*.

Brytiæ, Βρυτίαι, vrb. Elidis Steph.

Brythacis, Βρυθακίς, vrbs Œnonotorum. Steph.

Bryton, βρύτον. Potionis genus ex hordeo, cuius meminerunt Sophocles *in Triptolemo*, & Æschylus *in Lycurgo*. Arist. οἶνον vocat.

Bryx, & Brygæ, gens Macedoniæ Illyriis finitima, Steph.

Bryxellum, vide *bruxellam* supra.

B V

Bu, βοῦ, quamuis per se nihil significat, magnis tamen & amplis rebus præponi solebat, à magnitudine scilicet bouis, etiam Varrone teste. Hinc Bupædas magnos pueros: Bupodas, magnos pedes. Bulimiam, magnam famem dicere.

Bua, puerorum infantium potio est. βρῦ Aristophani. Varro. Quum cibum ac potionem Pappas & Buas vocent, & matrem mammam, & patrem Tatam. Lucil. *lib*.8. Quum vinolentas diceret, vini buas designauit.

Būbălŭs, {יחמור *iachmur* מריא *meri.* βούβαλις, βούβαλος. GALL. *Buffle, beuf sauuage.* ITAL. *Bufalo.* GERM. Ein buffel. HISP. *Bufalo, animal conocido.* ANGL. *A buffle, bugle or wilde oxe.*} Animal est simile boui, vel syluestris bos colore niger, fortissimis cruribus, & breuibus, respectu sui corporis: cornua habet longa & inflexa, nigraque paruuli pili, & paruæ caudæ, præterea est magnæ velocitatis. Plinij ætate bubali Romæ erant solo nomine noti, vnde non mirum videri debet, si ceruos, aut vituli figura esse dixerit. Primum autem bubali creduntur ex Africa esse aduecti: nunc autem tanta eorum in Italia copia est, vt vix alio animali ad agriculturam vtantur.

Būbălīnus, a, um, vt Thorax Bubalinus. {βουβάλινος. GALL. *Vn colet de buffle.* ITAL. *Corazzo, ò corazzina di bufalo.* GERM. Das zu dem büffel gehört/ oder von dem buffel gemacht ist. HISP. *Iubon o coletto de bufalo.* ANGL. *A breast plat or couering of the bodie of buffe.*} Bubalina stragula à Iureconsulto dicta sunt, quæ equis insterni solebant: ex pellibus enim bubalinis fiebant antiquitus stragula ad equos. Baysius.

Búbalus, pro pictoris nomine, vide *Bupalus*.

Būbăstĭs, Βούβαστις Herodoto, siue Bubastus Βούβαστος Stephano, Ægypti vrbs, in qua quotannis conuentus celebrabatur, in honorem Dianæ, quæ & ipsa Bubastis ab vrbis huius nomine fuit appellata. Ouid. 9. *Metam*.

——— cum qua latrator Anubis,
Sanctaque Bubastis.

Hinc Bubastites nomos appellabatur quædam ex Ægypti præfecturis, vrbi huic proxima, cuius meminit Plin.*lib*.5.*cap*.9.

Būbăsĭs, Cariæ regio est, cuius mulieres ab Ouidio vocantur Bubasides, quum inquit *lib*.4. *Metam*. Bubasides videre nurus.

Bubeium, natio est, vel oppidum Cyrenes, teste Plin *lib*.5.*c*.5.

Bubetani, Campaniæ populi, Coriolanis vicini. Autor Plinius *lib*.3.*c*.5.

Būbĕtĭă. vide *bupetia*.

Būbile, vide *Bos*.

Bubindi, fluuius est in orientali latere Hyberniæ, apud Ptol.*lib*.2.*c*.2.

Būbĭno, as, Menstruo mulierum sanguine inquino, cuius compositum est Imbubino. Lucil. *apud Nonium*, Hæc te imbubinat, at hic contrà te imbulbitat. Nam imbulbitare, βολβιτίζειν, est pueri stercore fœdare, tractum à fimo, quod βόλβιτον Græci vocant.

Bublinum, genus vini Festo.

‖**Bubo**, βουβὼν est inguen. aliis, iunctura femoris cum ischio: aliis locus ad latera pubis: aliis glandulæ in inguinibus vtrinque sitæ Gorch. Pollux *lib*.12.*cap*.4.39. ¶ Est etiam tumor circa bubonas cum inflammatione. Poll.*lib*.4.24.‖

Būbo, nis, alia vox. {בוס *cbos.* βύας. GALL. *Chat-huant, hibou.* ITAL. *Allocco.* GERM. Ein eul/ ein huw. HISP. *Bubo.* ANGL. *An owle.*} Generis masculini & fœminini, secundùm Priscianum. Auis feralis, debilis ad volandum, in cauernis commorans: à bouis mugitu quem imitari videtur, ita appellata. Ouid.*lib*.8.*Metam*.

Ignauus bubo dirum mortalibus omen.

Virg.*lib*.4.

Solaque culminibus ferali carmine bubo.

¶ Bubones, βουβῶνες tumores quidam sunt, præter naturam, in quacunque corporis parte prouenientes, sed maximè circa inguina, vnde & nomen acceperunt: nam & inguina ipsa Græci βουβῶνας appellant. ¶ Bubo canit lusciniæ. Κὴξ ὀρέων τοὶ σκῶπες ἀηδόσι γαρύσαιντο, id est, Bubóque montanus philomeli occinat ipsis. Quum infans suadere conatur eloquenti, aut ineruditus docere doctissimum.

Bubo, is, ere, verbum est significans actum canendi, quem reddit butio auis palustris. Ouidius, aut quiuis alius, *in libello de Philomela*,

Inque paludiferis butio bubit aquis.

Bubon, Βουβῶν, ciuitas est Cabaliæ, quæ Lyciæ est regiuncula, tribus oppidis habitata, Onoanda, Balbura, & Bubone, autor Plin.*lib*.5.*c*.27. Steph. Bubonem à Bubone latrone appellatam tradit: quemadmodum & Balburam ab alio latrone nomine Balburo.

Bubona, boum dea habita est, quemadmodum Pomona pomorum.

Būbōnĭum, βουβώνιον, herba est quæ alio nomine Aster Atticus dicitur, à capitulis quibusdam quæ in cacumine habet, stellæ in modum radiata. Latinis etiam Inguinalis appellatur, eadem ratione, quæ à Græcis Bubonium, quòd scilicet præsentaneum sit affectorum inguinum remedium. Vide Plin. *lib*.27.*cap*.5.

Bubonocele, βουβωνοκήλη, teste Manardo, herniæ species est, quum intestinum, aut omentum non intra scrotum descendit, sed in inguine retentum ipsum tumefacit. Latini inguinis ramicem appellant.

‖**Bubsequa**, qui boues sequitur, q. bubus sequax. Apul. flor. Virgilianus opilio seu bubsequa, Onom. Bubsequa βουκόλος.

Bubulcio, est bubulcum ago. Onom. Bubulcio βουκολῶ.

Bubulcito, as, bubulci more clamo.

Bubulcitor, aris, est bubulcum ago.‖

Bubula. (quod hic pro Libyæ Cyrenaicæ oppido malè legebatur) vide *Bulula*.

Bululo, as, are, βυάζειν, Author carminis de Philomela apud Ouid.

Bubulat horrendum ferali carmine bubo.

Bubulcus. Vide in *Bos* suprà.

Buca. oppidum est Frentanorum in quarta Italiæ regione, autor Plin. *lib*.3.*cap*.12.

‖**Buca craton**. buccea panis vino intincta. Lex. gr. b.

Bucæda passiuè dicitur *in Mostell. Plauti* 4.2. Illi bucædæ erunt multo potius, quam ego sim restio, id est, bubulis loris cæsi. analogia postularet, bucida, vt tyrannicida.‖

Bucale, videtur esse vas abluendis manibus.

‖**Bucamison**. indusium. L. gr. b.‖

Bucardiă, βουκαρδία, lapillus bubulco cordi similis in Babylone tantùm nascens. Plin.*lib*.37.*cap*.10.

Būccă, æ, oris concauitas intra malas à mento ad oculos, quæ spiritu à pulmone reuocato, & oppressis labiis retento inflatur. {לחי *lehi.* γνάθος, γναθός.

γνάθος. Gall. *Bouche.* Ital. *Bocca.* Germ. *Die höle deß munds die man auffblasen kan.* Hisp. *Boca.* Angl. *The cheeke.* } Horat. *lib.* 1. *Serm.*

Quid causæ meritò quin illis Iuppiter ambas
Iratus buccas inflet?

Plaut. *in Truc.* pro maxillis exterioribus posuit, Quæ istas buccas tam bellè purpurissatas habes: id est, ipsas malas. ¶ Et sonus ille qui ex inflatione buccarum erumpit, fictitio nomine Scloppus dicitur. Persius, Nec scloppo tumidas intendis rumpere buccas. ¶ Buccas inflare est, τὰς γνάθους φυσᾶν, & apud Lucian. ἀναφυσᾶν. Quicquid in buccam venerit ex tempore & impræmeditatè, αὐτοσχεδίως. Cic. *ad Attic.* Si rem nullam habebis, quod in buccam venerit, scribito. ¶ Item bucca turba dicitur. Iuuenal. *Sat.* 6.

Et Phrygia vestitur bucca tiara. Hinc Buccina.

Buccones, qui timidioribus sunt buccis, & pro stultis accipiuntur. { Angl. *Which hath great cheekes.* } Plaut. *Bacch.* Stulti, stolidi, fatui, fungi, bardi, blenni, buccones, solus ego omnes anteeo stultitia. Hi à physignomis habentur leues & futiles.

Bucculentus, a, um, qui magnam habet buccam. Plaut. *in Merc.* Ego dicam tibi canum, vanum, ventosum, bucculentum.

Bŭccŭlă, per duplex cc, diminutiuum à bucca, oris parte: id est, pusilla bucca. { τὸ γνάθιον. Gall. *Petite bouche, bouchette.* Ital. *Bocchina.* Germ. *Ein kleine höle des munds, ein meülle.* Hisp. *Pequeña boca.* Angl. *A litle cheeke.* } Apuleius *lib.* 8. *de Asino,* Tunc Iupiter perpressa Cupidinis buccula, manúque ad os suum relata combasiauit. Buccula apprehensa. Suet. *in Galba c.* 4. de osculo pueri. Quandoque ponitur pro parte cassidis, per quam mittitur spiritus, ita dicta quòd buccam tegat: vnde & buccarum tegmen à Cæsare appellatur. Cassis enim caput, buccula autem barbaras partes armat. Aut certè pro summo galeæ conio, in quo desiguntur cristæ, quod buccæ paruæ habeat similitudinem. Iuuen. *Satyr.* 10.

Lorica & fracta de casside buccula pendent.

Bŭccĕllă, aliud diminutiuum à bucca. { ψωμίον. Angl. *A bitte or morsell.* }

Bŭccĕă, æ, A bucca fit pro ore, significat frustulum alicuius rei esui aptæ, quantum scilicet bucca commodè capit: quod & bolus dicitur. { פת *path.* ψωμὸς, βλωμός. Gall. *Bouchee, morceau.* Ital. *Boccone.* Germ. *Ein mundt vol, ein stuck.* Hisp. *Bocado que cabe en la boca.* Angl. *A morsell of any meate, or a cheeke full of meate.* } Augustus Cæsar *ad Tiberium,* Ne Iudæus quidem, mi Tiberi, tam diligenter sabbathis id ieiunium seruat, quàm ego hodie seruaui, qui in balneo demum post horam primam noctis, duas buccas manducaui priusquam vngi inciperem. Idem *in August. cap.* 76. Martialis *lib.* 7. Buccas, dixit pro Bucceas, vel Buccellas:

Buccis (inquit) placenta sordidas linit mappas.

Bŭccĕllarij, Gallogræci vocabantur: & Buccellariorum regio Gallogræcia, vt est apud Suidam, citante Alciato. Sunt & Buccellarij equites cataphracti per Orientem, qui suberant magistro militum.

Bŭccĕllātum, panis castrensis & frumentacei genus. { ψωμοκοιτος... Gall. *Biscuit, pain biscuit.* Ital. *Pan biscotto, pan biscottato, biscotto.* Germ. *Brot das zwey mahl gebachen ist, als man es etwan in krieg braucht.* Hisp. *Biscocho.* Angl. *Bisketse twise baket & made in cakes.* } De quo Spartianus scripsit, Pescennium Imperatorem prohibuisse pistores exercitum sequi, ac iussisse milites omnes buccellato in locis pacatis accepto esse contentos. Ammianus verò sic scribit, Viginti dierum frumentum ex eo quod erat in sedibus consumendum, ad vsus diuturnitatem excoctum, buccellatum, vt vulgò appellant, humeris imposuit libentium militum. Vbi buccellatum accipere videtur pro pane nautico, quem vulgus *bis coctum* appellat. Dictum est ex eo, quòd in buccellas & quasi tessellata frusta confectum sit. In Codicis volumine legimus, milites expeditionis tempore buccellatum primis diebus, mox lardum, carnem veruecinam accipere debere.

Bŭccĕllārĭus, Suidas, Buccellarios Gallogræcos fuisse scribit: & Buccellariorum regionem, Gallogræciam. Copiosiùs Alciatus *lib.* 6. *dispunct.*

Bvccĭnă, æ, Propriè est cornu recurnum, quod tubæ modo inflatur. ita dictum à Bucca: quum tubam significat. { שופר *scophar.* σάλπιγξ, βυκάνη... Gall. *Vn cornet.* Ital. *Corno, tromba.* Germ. *Ein zinckhorn, ein horn mit welchem man aufblaset als mit einer trommeten.* Hisp. *Bozina para tañer.* Angl. *A bewing horne, a trumpete.* } Hieron. *ad Dar.* Bucca vocatur tuba apud Hebræos: deinde per diminutionem buccina dicitur. Varro, Orphea vocari iussit: qui cùm eò venisset, cithara cantare iussus, buccinam inflauit. Ouid.

——— caua buccina sumitur illi
Tortilis in latum.

Buccinis adhibere purpuram. Quint. ¶ Est quoque buccina pastoralis, qua oues & porci appellantur. Col. *lib.* 7. *c.* 13. Ad quem saturæ pabulo libenter recurrunt, quum pastorali signo quasi receptui canitur. nam id quoque semper crepusculo fieri debet, vt ad sonum buccinæ, pecus, si quod in syluis substiterit, septa repetere consuescat. ¶ Buccinas à tubis nonnulli sic distinguunt, quòd illæ ex recuruis animalium cornibus, tubæ ex ære, argentóve confici soleant, ad animos militum & equorum inflammandos. Apul. certè *lib.* 3. *Florid.* buccinam manifestè à tuba secernit, quum ait, Siquidem vox hominis & tuba rudiore toruior, & lyræ concentu variatior, & tibiæ questu delectabilior, & fistulæ susurro iucundior, & buccinæ significatu longinquior. Sæpe tamen buccinam pro tuba positam inuenimus, aut certè pro instrumento tubæ simili, eundem in bello vsum habente. Cic. *pro Mur.* Te Gallorum, illum buccinarum cantus exuscitat, tu actionem instituis, ille aciem instruit. ¶ Buccina etiam nomen oppidi in Sicilia: cuius meminit Dionys. quo nomine etiam dicta est insula, Pontiani pontificis exilio, & morte clara.

Bŭccĭno, Buccina cano. { הריע *heriah.* σαλπίζω. Gall. *Corner.* Ital. *Sonare di cornetto.* Germ. *Mit dem horn oder zincken blasen.* Hisp. *Tañer con aquella bozina.* Angl. *To sound the trumpett, to blow an horne.* } Varro *de re rust.* Primùm quum incluserunt, quum buccinatum est, aperiunt, vt exire possint, &c.

Bŭccĭnātŏr, qui buccina canit ad incitandos ad prælium militum animos. { מריע *meriah* מחצצר *machtsir.* σαλπιστής, βυκανητής. Gall. *Corneur, trompeteur, ou trompette.* Ital. *Sonatore di cornetto.* Germ. *Ein horn blaser, zinckenblaser.* Hisp. *Tañedor de bozina.* Angl. *He that soundeth a trumpet or bloweth an horne.* } Cæsar 2. *bell. ciu.* Qua re animaduersa Varus & terrore exercitus cognito, buccinatore in castris, & paucis ad speciem castrorum in tabernaculis relictis, de tertia vigilia silentio exercitum in oppidum reducit. ¶ Per translationem Buccinatorem pro laudatore ponimus. Cic. *Tironi,* Quòd polliceris te buccinatorem fore existimationis meæ, firmo id, constantique animo facias.

Bŭccĭnum, i, Buccina, cornu recurnum: quod tubæ modo inflatur. { σάλπιγξ, βυκάνισμα. Angl. *A horne which sound lik a trumpett.* } ¶ Buccinum item conchæ genus, purpura minus, quod petris adhærescit, & circa scopulos legitur. Plin. *lib.* 9. *c.* 36. vno in loco vtranque significationem expressit. Buccinum, inquit, est minor concha, ad similitudinem eius buccini, quò sonus editur. vnde & causa nominis, rotunditate oris in margine incisa.

[Buccismus, ientatio. L. gr. b.]

Bŭcĕă, per simplex c, Folliculus grani fabæ interior, qui albus est. { Angl. *The white inwarde huske or hull of a beane.* }

Bŭcĕntaurŭs, βουκένταυρος. *Bucentaure.* Composita dictio à βοῦ, quod magnum quiddam signat, & Centaurus, id est, magna nauis Centauro insignita. Veteres enim solebant magnis rebus βου syllabam præponere, à magnitudine scilicet bouis.

Bŭcĕntēs, Tabanus. { βουκέντης. Gall. *Taon.* Ital. *Tafano.* Germ. *Bremen, hornaussen.* Hisp. *Moscarda que abuyenta las vacas à reses.* Angl. *A flie suckind te blood of beastes, called a horse flie or dogge flie.* } A pungendis bobus: κεντεῖν enim pungere significat. Latini hoc insecti genus Asilum vocant. Græci alio nomine οἶστρον. Non dissimile est apibus, quamuis hoc maiore corpore, armentis præcipuè infestum. de quo ita Virg. *in Georg.*

Est lucos Silari circa, ilicibúsque virentem
Pluribus Alburnum volitans, cui nomen Asilo
Romanum est, œstrum Graij vertêre vocantes:
Asper acerba sonans, qua tota exterrita syluis
Diffugiunt armenta. Vide *Asilus.*

[Buccentouergium, boum stimulus. L. gr. b.]

Bŭcĕntrum, { βούκεντρον. Angl. *A goade to pricke forward cattell.* } Stimulus quo boues agitantur.

Bucephalus, Βουκέφαλος, Quasi bouis caput: quo nomine dictus est equus Alexandri, ab aspectu toruo, seu ab insigni taurini capitis, armo impressi. In cuius demortui memoriam, Bucephalam Indiæ vrbem condidit. Vide Gell. *c.* 2. *lib.* 5. ¶ Est etiam Bucephalus herba eadem cum tribulo: ita dicta, quòd bubuli capitis imaginem referat, duobus cornibus & rictu. Vide Marcell. Virg. *in Diosc.*

Bucephala, Βουκεφάλεια Stephano, Indiæ oppidum est ad Hydaspem fluuium, ab Alexandro Magno conditum, & à nomine Bucephali equi ita appellatum, qui ibi interfectus fuit, eo in prælio, quo Alexander Porum vicit. Vide Plin. *lib.* 6. *cap.* 10. Nunc caualla, *la Canalla,* secundo lapide à Philippis ad mare sita.

Bucephalas, Βουκεφάλας, portus est in sinu Saronico, non procul ab Isthmo Peloponnesi: cuius meminit Plin. *lib.* 4. *cap.* 5.

[Bucerus, a, um, βούκερως, ως, est propriè bubulis cornibus præditus; nisi malis magnis. id quod & forum Romanum probat. Apud Ouidium *bucera armenta,* i. e. boues cornuti. Lucretio *bucera secula* sunt boues. Fest. *Bucerum pecus,* de bubus dicitur. Est etiam]

Bŭcĕrās, βούκερας, herba Theophrasto, quæ notiore nomine Fœnumgræcum appellatur: ita dicta (figura seminis) quod corniculorum similitudinem quandam præ se fert. Vide Plin. *lib.* 24. *c. vlt.*

[Buceria. Nonius *cap.* 2. Bucerias boum greges exponit apud Lucret.]

Bucha, Misniæ, *Buech* vulgò.

Buchia, (quod hic pro Ioniæ loco perperam legebatur.) Vide *Bucia.*

Bucina, insula est exigua, Siciliæ adiacens, à Lilybæo promontorio in Africam vergens. Vide Plin. *lib.* 3. *cap.* 8.

[Bucita. Gloss. Isid. Bucita pascua, vbi cientur boues. Germ. *Kuhtrifft.*]

Bucolion, Βουκολίων, Laomedontis filius natu maximus, qui ex Abarbarea nympha Pædasum & Æsepum suscepit. Autor Homer. 6. *Iliad.*

[Bucolus, est qui boues alit, seu pascit, βουκόλος, ex βοῦς bos & κόλον pabulum.]

Bucolicus, a, um, [βουκολικός, ή, όν, pastoritius, a, um, pastoralis, e, ad bucolos pertinens.]

Phyllidis hic idem teneræque Amaryllidis ignes,
Bucolicis iuuenis luserat ante modis.

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

[Bucolica βουκολικά, ῶν, sc. carmina, in quibus bubulcorum colloquia.]

Bŭcrānĭum, βουκράνιον, herba est Galeno alio nomine Antirrhinon appellata. Vide Ruell. *lib.* 3. *cap.* 131.

[Buculus, paruus bos, apud Columellam, in fœm. *bucula* parua bos, vacca, iuuenis, & tenera Virg. & Plinio.

Bucula pascua, Gloss. Isid. à Græco βουκόλιον armentum.]

Buda, Vngariæ, siue Pannoniæ metropolis est. Buda non ita procul à Danubij ripa dissita: olim munitissimum totius Germaniæ propugnaculum, nunc Turcarum ditioni patet, vt penè tota Pannonia. Germani vocant *Ofen.* ¶ Fuit sedes & inhabitatio Regum Vngariæ longè pulcherrima & munitissima, vnde dicterio locus, in tota Europa tres omnium pulcherrimas esse vrbes, Venetias in aquis, Budam in monte, Florentiam in planitie.

Buda, Gymnosophistarum apud Indos princeps extitit, quem illi ex virginis latere natum fuisse credi voluerunt. Rhodig. *lib.* 14. *c.* 1.

Budea, Βούδεια, Stephano Magnesiæ ciuitas, à Budeo quodam conditore dicta, à qua etiam Minerua, quæ in ea ciuitate colebatur, Budea dicta est. Homerus Βούδειον appellat. ¶ Est & Budæa Phrygiæ oppidum. Steph.

Budei, Βουδεῖοι. Mediæ populi. Steph.

Budini, Βουδῖνοι, Scythiæ Europææ populi non procul à Borysthene amne, Gelonis, Thussagetis, & Basilidis finitimi, quorum meminit Plin. *lib.* 4. *cap.* 12.

Budoræ, insulæ duæ prope Cretam insulam, vt scribit Plin. *lib.* 4. *cap.* 12.

Budorgis, è Ptol. dicta creditur Germaniæ ciuitas in Silesiæ tractu: quæ hodie Vratislauia dicitur, vulgò *Breslaw in der Schlesien.*

Budoris, Germaniæ vrbs est sub ditione Comitis Palatini: vulgò *Heydelberg.*

Budorum, *Βούδορον*, promontorium est apud Salaminem. Steph.

Buso. {*φρῦνος*. GALL. *Crapaut.* ITAL. *Botta, rospo.* GERM. Ein krott. HISP. *Sapo, ò escuerço.* ANGL. *A toade.*} Rana terrestris venenata. Virg. 1. *Georg.*

Inuentúsque cauis buso, & quæ plurima terræ
Monstra ferunt.

¶ In bufonis capite inuenitur lapis, qui batrachius dicitur. Hunc & hac arte euomit: Apponuntur panni plurimi diuersi coloris, buso omnes contemplatur, atque in placiti coloris pannum lapillum egerit, quem tamen auidè rursus vorat, nisi mox buso interceptus insidiantis hominis spiculo transfigatur.

Buges, amnis est Scythiæ Europææ, qui flexum Mæotidis secat, vt autor est Pomp. Mela. Supra Bugen verò, amnes sunt Agarus (quem Sagarim Ouidius nominat) & Lycus, clarissimi. Plin. autore *lib. 4. c. 12.* Burges lacus est, non fluuius, à Coreto Mæot. sinu petroso disclusus dorso, & fossa in mare emissus.

Būglōssum, siue buglossos. {*βούγλωσσον*. GALL. *Bourrache ou buglosse.* ITAL. *Borana, borragine.* GERM. Borretsch oder ochsenzung. HISP. *Borraja, yerua nota.* ANGL. *Buglosse, borage.*} Herba est Officinis & herbariis boraginis nomine nota: diuersa ab ea quam vulgus hodie *Buglossam* vocat: nam ea Circion est, siue Buglossum maius. Dictum autem est Buglossum à linguæ bubulæ similitudine. ¶ Alio nomine Euphrosynum dicitur, propterea quòd in vinum deiecta animi hilaritatem gignere credatur. Vide Plin. *lib. 25. cap. 8.*

Būgŏnĕs, *Βουγόνες*, à Græcis dictæ sunt apes, quoniam ex boue putrefacto nasci perhibeantur. Varro *de re rust. lib. 2. cap. 5.*

[Bugonia, boum generatio.]

Būlăpăthum, *βουλάπαθον*. Herba est ex Lapathi generibus, ab oxylapatho sola radicis altitudine differens. Vide Plin. *lib. 20. c. 21.* & Ruell. *lib. 1. cap. 49.*

Būlbine, es, teste Plin. *lib. 19. c. 9.* Herba est, porraceis foliis, rubicundo bulbo, quæ vulneribus mirum in modum vtilis est. Officinæ Maurorum vocabulo *Bubigerim* appellant, teste Ruell. *lib. cap. 100.*

Būlbĭto, as, *βολβιτόω*. Puerili stercore fœdo, vide in dictione *Bulbitum.*

[Bulbitum, *βόλβιτον* & *ὁ βόλβιτος*, est fimus.]

Būlbus, {*βολβός*. GALL. *Eschalotte.* ITAL. *Cipolla maligia.* GERM. Eschlauch. HISP. *Vn cierto genero de cebolla.* ANGL. *A litle onyon called ascalion, or wild garlicke.*} Latinè Allium agreste, siue Allium marinum, caulem & folia habens lilio similia: cæpæque genus est, non absimile Ascaloniæ, quod Venerem impendio excitat. Mart. *lib. 12.* Quum sit anus coniux, quum sint tibi mortua membra. Nil aliud bulbis quam satur esse potes. Colum. *lib. 10.*

——— *quæque viros acuunt, armántque puellas,*
Iam Megaris veniant genitalia semina bulbi.

¶ Generaliter verò apud idoneos autores bulbi sunt radices rotundæ, membranis suis tunicatæ, siue pluribus capitulis coagmententur, vno folliculo omnes ambiente, siue quadantenus distinctæ separentur: cuiusmodi sunt croci, narcissi, colocasiæ, scillæ, & arundinum. {GALL. *Toute racine ronde ayant plusieurs rayes & pelures l'vne sur l'autre, comme lis, saffran, oignon.* ITAL. *Scalogni che nascono con più cipollete attocate insieme.* GERM. Allerley runde wurtzeln die vil schelffen vber einander haben. HISP. *Qualquiera raiz, como cebollas.* ANGL. *All round kind of roots where many roots groweth togither in one, as in garlicke.*} Pallad. Nunc & liliorum bulbos ponemus, vel lilia antè habita sarriemus summa diligentia, ne oculos circa radices nascentes, & minores bulbos sauciemus, qui à matre subtracti, atque in alios digesti noua lilieta formabunt. Idem, Violarum plantæ, & croci bulbi serendi sunt. Varro & Apicius ita scribunt. Aqua dequoquant bulbos, qui Veneris vsum quærunt. ¶ Ex bulborum genere Cato maximè celebrauit Megaricos: ita dictos, quòd è Megaride Attici agri regiuncula mittebantur. Alij Scillam nobilissimam faciunt, medicamentis, & aceto exacuando natam. Vide Plin. *lib. 19. cap. 5.* ¶ Bulbos quærit, *βολβοὺς ζητεῖ*. locus prouerbialis in eos, qui iuxta Persium, Obstipo capite desigunt lumina terræ.

Būlbōsus, adiect. {*βολβώδης*. GALL. *Ayant plusieurs petites testes, comme oignons en la racine.* ITAL. *Pieno di picciole coperte nella radice.* GERM. Rondlecht wie ein runde knopfechtige wurtzel. HISP. *Cosa que tiene mucho de tal rayz.* ANGL. *That hath many litle heades, in y rootes as garlicke.*} vt, Radix Bulbosa, in qua bulbi conspiciuntur, quales in radicibus arundinum. Plin. *lib. 21. c. 17.* Semipedali radice, bulbosa, molli, tribus, aut quatuor agnatis.

[BVLE, *βουλὴ* est consilium.]

Būleūtă, æ, Consiliarius, senator, decurio. {זקן *zakén*. *βουλευτής*. GALL. *Conseiller de ville, Escheuin.* ITAL. *Consigliere, Senatore.* GERM. Ein Rathsherr, rathgeb. HISP. *Consejero, Senador.* ANGL. *A Counsailour, à Senatour.*} à *βουλὴ*, Senatus, Consilium. Plin. *in Epist.* Claudiopolitani quoque in depresso loco, imminente etiam monte, ingens balineum defodiunt magis quàm ædificant, & quidem ex ea pecunia, quam Buleutæ addunt beneficio tuo. Buleutarum ius Alexandrinis dedit Spartianus *in Seuero.*

Būleūtērium, locus cõsiliis publicis destinatus, Senaculum, Curia. {בית דין *beth din.* *βουλευτήριον*. GALL. *Senat, Cour.* ITAL. *Luogo doue si fanno i consigli, corte.* GERM. Rahthauß, richthauß. HISP. *Senado, lugar donde està el consejo.* ANGL. *A place appointed for to hold counsell in a senate.*} Cic. 4. *Verr.* Deinde vt in curia Syracusis, quem locum illi Buleuterion vocant. Plin. *lib. 36. c. 15.* Insigne buleuterion Cyzici fuisse tradit, sine ferreo clauo, ita disposita contignatione, vt eximerentur trabes sine fulturis, ac reponerentur. quod item Romæ in ponte Sublicio religiosum fuit, posteaquam Coclite Horatio defendente ægrè reuulsus est.

BVLGA, æ, autore Fest. Sacculus erat ex corio, aut alia materia confectus, quo circunferebant peregrinantes pecuniam, aut alia vitæ necessaria: à Græcis ab equis quibus ferebatur, *ἱπποπήρα* appellabatur. {ילקוט *jalkut.* *δερμάτινον πήρα*. GALL. *Bougette de cuir.* ITAL. *Bolgia, bolgetta.* GERM. Ein bulgen, wetscher. HISP. *Bolsa al forjas de cuero.* ANGL. *A bouget of leather.*} Lucil. *Satyr. lib. 6.*

Cui neque iumentum est, nec seruus, nec comes vllus,
Bulgam, & quicquid habet nummorum, secum habet ipse:
Cum bulga cœnat, dormit, lauit: omnis in vna
Spes hominis bulga: hac deuincta est cætera vita.

Varro, In quo nobilius est Philippeum quod accipimus, quàm quod bibimus: cùm alterum addamus in bulgam, alterum in vesicam.

Bulgaria, à recentioribus appellatur Europæ regio supra Thraciam inter Danubium & Pontum Euxinum sita, Daciæ & Mœsiæ contermina. ¶ Hinc Bulgari dicti, qui eam incolunt.

Būlīmĭa, {*βουλιμία*, *ὁ βούλιμος*. GALL. *Grand faim.* ITAL. *Gran fame.* GERM. Grosser hunger, vnmässige begird zuessen. HISP. *Grande hambre.* ANGL. *Exceading great famine or hunger.*} Immodica appetentia interpretari potest, quum scilicet cibo quantolibet sumpto fames non extinguitur. ¶ Componitur ex *βοῦ* particula, quæ magnum quid indicat in compositione, & *λιμός*, fames. ¶ Est & Bulimia, siue bulimos, Galeno 2. *Aphor.* orificij ventriculi morbus, & casus appetentiæ, ex frigiditate exteriore, qui à fame quidem inchoauit, sed non habet eam amplius adiunctam. Et in hoc differt ab appetentia canina, quæ perpetuo cibum appetit, sumptúmque statim euomit.

Bulini, *Βουλινοί*, gens circa Illyriam, Artemidorus non gentem, sed *Βουλίνην*, Bulinem ciuitatem esse dicit. Stephan.

Būlĭs, *Βοῦλις*, Phocidis oppidum, inter Parnassum & Heliconem situm: ita dictum à Bulone conditore. Hinc Bulij & Bulienses. Cic. *in Pisonem*, Parthenij & Bulienses illusi.

BVLLA, *βοῦλλα*. Insigne erat triumphantium, quam in triumpho præ se gerebant inclusis intra eam remediis, quæ crederent aduersus inuidiam valentissima. Hinc deductus mos, vt prætexta, *περιπόρφυρος*, quæ magistratuum erat, etiam in vsu puerorum ingenuorum vsurparetur ad omen & vota conciliandæ virtutis, ei similis, cui primis in annis munera ista cesserunt. Erat hæc bulla rotunda (vt Macrobius scribit) in cordis figuram formata, quam ante pectus annectebant in collo, vt bullam inspicientes, ita demum se homines esse cogitarent, si corde præstarent. Romani deposita adolescentia eam exuebant. ¶ Dicta est autem Bulla, teste Macrobio, *παρὰ τὴν βουλήν*, hoc est, à consilio: quod effrænis illius ætatis impetus, consilio præcipuè esset regendus. Primus autem Tarquinij Prisci filius, quòd se in bello viriliter gessisset, bulla aurea donatus est, & toga prætexta. Deinde omnibus pueris ingenuis facta est communis. Libertinorum verò filij, lorum in collo pro bullæ decore gestabant. Bulla puerorum vnde dicta. Plut. *in Rom.* pendebat è collo. Idem *in Serto.* Ascon. Bulla suspendi in collo infantibus ingenuis solet aurea, libertinis scortea quasi communiens pectus puerile. A cuius rei specie (Plut. autore *in Prob.*) dicta bulla. {אבעבעה *abahbuáh.* *πομφόλυξ*. GALL. *Bouteille, ou bouillon, s'esleuant sur l'eau quand il pleut, ou autrement.* ITAL. *Ampolla, sonaglino d'acqua.* GERM. Ein blater deß wassers. HISP. *Burbuja ò ampolla.* ANGL. *A buble rising in water when it rayneth.*} Tumor quidam excrescens tam in aqua quum bullit, quàm in vrina quum spumam facit, & repentè euanescit. Ex quo etiam prouerbialiter apud Varronem dicitur, Homo bulla, quòd scilicet similis bullæ vita hominis sit fluxa, & momento caduca. Plaut. *Curc. sc. 2. a. 5.* I in malam crucem cum bullis. Idem *in Asin. sc. 4. a. 2.* Accepit bullam pro capite clauorum, lusisti in splendorem dari bullas has foribus nostris. nam clauorum capita more bullæ quasi turgentia formata sunt, & splendent ad fores decorandas. Sic Cic. tradit. Verrem bullas aureas, ex valuis templi manificentissimis abstulisse. ¶ Bullæ etiam dicuntur ornamenta quibus cingula decorantur. Calphur. *in Bucol.* Alternat vitreas lateralis cingula bullas. {ANGL. *A stude on a girdle, the bosse of a bridle.*} Apud Apuleium *lib. 6.* accipitur pro ornamentis illis orbiculatis exuberantibúsque, quibus tanquam oculis ephippia equorum, & pectoralia, & habenæ exornari solent. ait enim, Bullis multis aureis inoculatum, veluti stellis relucentem.

Būllūla, dim. Parua bulla, {*φυσαλλίς*. ANGL. *A litle stud on a girdle, or bosse of a bridle.*} Cels. *lib. 2. de Vrina*, Aut si quasdam, inquit, maculas repræsentet, vt si bullas excitet.

[Bullatorium, forma bullarum, sigillum, parua bulla. L. gr. b.]

Būllātus, a, um, Bulla insignitus. {*ὁ πομφόλυξι κατεσκευασμένος*. GALL. *Ressemblant aux bouillons ou bouteilles d'eau, orné de bagues.* ITAL. *Ornato di bolle.* GERM. Wolgeziert mit bullen, als mit bisemknöpfen, &c. HISP. *Cosa llena de bollones ò chatones.* ANGL. *Garnished with studes or like blabes of water or bubbles.*} Vestis bullata in qua erat bulla. ¶ Accipitur pro inani, humido, & inflato. *πομφολυγώδης*, *πομφολυγίζων*. Persius Non equidem hoc studeo, bullatis vt mihi nugis Pagina turgescat. Bullatas nugas prouerbij specie appellans inanem perstrepentium vocum congeriem, in quibus nihil subsit solidioris sententiæ.

BVLLIO, is, iui, itum. Ferueo, bullas emitto. {רתח *rathach.* *ἀναβράζω*, *ζέω*. GALL. *Bouillir.* ITAL. *Bollire.* GERM. Sieden, wallen, strudeln. HISP. *Bullir como lo que hierue.* ANGL. *To bubble as water doeth in seething.*} Dictum à bullis, quas in aqua feruida videmus. Cels. *lib. 5. cap. 19.* Aut spumæ argenti selibra, ex olei hemina, & aquæ marinæ altera, cocta donec bullire desierit, cui paulum ceræ sit adiectum. ¶ Huius compositum est Ebullire, *ἐκφρεῖν*, efferuescere, & inter bulliendum effundi, sicut aqua in aheno calefacta ebulliens. non seipsam capit, sed intumescit & effunditur. Per metaphoram accipitur pro iactare, vel ostentare. Cicer. 3. *de Finibus*, Dixerit quidem hoc Epicurus, semper beatum esse sapientem, quod quidem solet ebullire nonnunquam. Idem 3. *Tusc. Quæst.* Qui si virtutes ebullire volent & sapientias, nihil aliud dicent.

Būllo, as, bullio, Bullas excito. {*ἀναφυσάω*. ANGL. *To bubble as water doeth in seething.*} Cato *de re rust.* Vinum Græcum sic facito: Musti quadrantalia viginti in ahenum, aut plumbum infundito, ignem subdito, vbi bullabit vinum, ignem subducito. Plin. *lib. 8. c. 6.* Magna signa sunt vrinæ bullantis & crassæ. Celsus *lib. 7. c. 4.* Cum humore quasi bullante prorumpit. ¶ Bullare litteras. Bern. *ep. 130.* Extant literæ integræ & bullatæ. Inde Bullarum nomen, quod nemo ambigat, dictæ sunt litteræ Pontificum. ¶ Sic Ebullio, i. erumpo, crepo. Persius,

O si ebullet patrui præclarum funus.

Bulliregia, liberum est Numidiæ oppidum, teste Plin. *lib. 5. cap. 3.*

Bullenses, oppidum & populi Locrorum, apud Plin. *lib. 4. cap. 5.*

Bulleon, Βόλλεον, Britanniæ insulæ oppidum, apud Ptol. *lib.4.cap.3.*

Bulliones, Barbari incolæ Macedoniæ, dicente Plin. *lib.14.cap.23.* Apollonia quondam Corinthiorum colonia, VII.M. passuum à mari recedens. Cuius in finibus celebre Nymphæum accolunt Barbari, Amantes, & Bulliones. Hæc Plin.

Būllis, idis, Βυλλίς, oppidum in ea parte Macedoniæ, quæ mari Adriatico adiacet, non procul ab Apollonia, teste Ptol. *lib.3.cap.13.* Plin. Bullidensam coloniam vocat *lib.4.cap.10.* & populos ipsos Bulliones.

[Bulium, baculum pastoris.]

Būlūă, Βύλουα. Vulgò *Bodena.* Oppidum Liburniæ, non procul à Drilone fluuio, Ptol. *lib.2.cap.17.*

Baluba, Libyæ Cyrenaicæ oppidum, apud Plin. *lib.5.cap.5.*

Bumamma, siue (vt apud Macr. *lib.3.Satur.cap.5.* legitur) Bumammia, vua est eadem quæ & Bumastos dicitur. Vide in sequenti dictione.

Būmăstus, βούμαστος. fœm. gen. Vuæ genus, crassioris mammæ cuiusdam modo intumescentis: à βοῦ augmentatiua particula, & μαστὸς, mamma: quasi magnam mammam dixeris. Plin. *lib.14.cap.1.* Tument verò mammarum modò bumasti.

Būmĕlĭă, βουμελία, fraxini species in Macedonia amplissima & lentissima, cuius folia contra serpentes succo expresso ad potum, & imposita vlceribus maximè prosunt. Plin. *lib.16.cap.13.*

Bunæ, nomen loci. Plutarch. *in libello, Vtra plus sapiant*: καὶ γὰρ ἡμῶν αἱ ἀνάγκαι ... , ... Forte eadem quæ Bunnus.

Bunartis, Βουνάρτις, vrbs Libyæ. Steph.

Bunerna, Βουνέρνα, ..., vrbs Epiri ab Vlysse condita, Idem.

[Bunerpon, flagellum à neruis bubalis. Lex. gr.lat.]

Būnĭās, Βουνιάς. Napi species est, diuersa à Bunio. Plin. *lib.20.c.4.* duas napi species facit, quarum altera Bunion, altera Bunias vocatur. Bunion autem angulosis foliorum caulibus esse tradit, eiúsque decoctum purgationibus fœminarum, & vesicæ, & vrinæ vtile esse: idque Dioscorides à Romanis Scopam regiam vocari asserit. ¶ Buniada autem idem Plinius raphano & rapo similem facit, cuius semen antidotis, quæ contra venena fiunt, admisceri tradit. Hodie Bunias napi nomine nulli non cognita est. ¶ Bunium autem id esse, quod vulgus Gallorum *Carpentariam* herbam vocat, plerique suspicantur. Vtriusque autem generis appellatio à tumente radicis figura tractum videtur. Nam colles, terræque tumores βουνοὺς Græci appellant. Napum autem Buniadis nomine ne Columella quidem ignorauit, qui sic scribit *lib.10.*

Atque Amiterninis defertur bunias aruis.

Bunion, vide *Bunias.*

Bunitium, Βουνίτιον, vrbs Germaniæ in climate magis Septentrionali: de qua Ptol. *lib.2.cap.11.* GERM. Gmund, vt quibusdam videtur.

Bunomus, Βούνομος, ἢ Βούνομον, Macedoniæ ciuitas, Pellea postea dicta. Stephan.

Bunnus, Βουνὸς, Illyridis oppidum est: cuius gentile est Bunnius, Βούνιος. Idem.

[Buo est impleo, planè à Græcis sumtum, quibus βύω est obstruo, impleo, infercio. Hinc est participium in Gloss. Isid. Butum, imbutum, imbuendum.]

Būpædās, βούπαιδας. Magnos pueros dicunt Græci, qui fecerunt finem excrescendi. Latini vocant Exoletos.

Bupalus, i, Βούπαλος, pictoris insignis nomen, qui quum Hipponactem Poëtam deformi figura pictum omnium risui exposuisset, tam mordaci ab eo carmine fuit perstrictus, vt laqueo vitam finierit. Horat. *in Epod.*

Qualis Lycambæ spretus infido gener,
Aut acer hostis Bupalo.

Bupali huius meminit & Plin. *lib.36.cap.5.*

Buphia, Βουφία, Sicyone vicus apud Steph.

Būphŏnum, βούφονον, genus herbæ, quæ à bobus deuorata anginam procreat, eósque necat. Græcè quippe φόνος, dicitur mors. Hanc herbam quidam Camæleontam vocant: alij Cynozolon, quòd fœtore eius vicini è canum auribus decidant, κύων enim canis, ὄζειν fœtere. Vide Plin. *lib.22.cap.18.* vbi tamen Vlophonum legitur, non Buphonum.

Būphthălmŭs, βούφθαλμος. Herba est quam Romani Boariam appellauere, cauliculis teneris & subtenuibus, foliis fœniculi, floribus luteis, maioribus quàm anthemidis, & bubulorum oculorum similitudinem referentibus: vnde & nomen accepit. Vide Plin. *lib.25.cap.8.* ¶ Buphthalmos etiam apud Dioscoridem recensetur inter appellationes Sedi, siue Sempervivi maioris.

Būpleūron, βούπλευρον, herbæ nomen, quam sic describit Plin. *lib.22.c.22.* Bupleuron in sponte nascentium olerum numero Græci habent, caule cubitali, foliis multis, longísque capite anethi, laudatum in cibis ab Hippocrate in Medicina, à Glaucone & Nicandro.

Buprasium, Βουπράσιον, Epæorum oppidum, Elidi finitimum: cuius meminit Hom. *in Catalogo nauium.* Plin. *lib.4.cap.5.* Achaiæ propriè dictæ annumerat.

Būprĕstĭs, βούπρηστις, vt scribit Plin. *lib. 30. cap. 4.* Animal est ex genere cantharidum, scarabeo longipedi simile, venenatum, rarum in Italia: fallit inter herbas bouem maximè, vnde & nomen inuenit. Apud Iurisconsult. titulo Ad legem Corneliam, scribitur, Si cui temerè pigmentarij dederint pyriocampas, aut buprestes, quæ ambo venenata sunt, teneri pœna legis Corneliæ de sicariis & veneficis. ¶ Est & buprestis herbæ genus, quam in laudibus ciborum habuere. Vide Ruell. *lib.2.cap.127.*

Būră, siue Buris, pars aratri posterior, in qua affixa est stiua, βοῦρα, quasi βοὸς οὐρὰ (vulgo *la haye*) quòd ad similitudinem bouis caudæ incuruata sit. Varro *lib. 1. de re rust.* Et sæpe fracta bura relinquunt vomeres in aruo. Virg. *lib.1.Georg.*

Continuò in syluis magna vi flexa domatur
In Burim.

Būră, Βοῦρα, Achaiæ propriæ dicta vrbs, ad sinum Corinthium sita, olim florentissima: nunc vnà cum Elice vicina vrbe, maris impetu hausta: de quo Ouid. *lib.15. Metam.*

Si quæras Helicen, & Burin, Achaidas vrbes,
Inuenies sub aquis: & adhuc ostendere nautæ
Inclinata solent cum mœnibus oppida mersis.

Plin. *lib. 2. cap. 92.* Pyrrham & Antissam circa Mæotim Pontus abstulit: Elicen & Buran in sinu Corinthio, quarum in alto vestigia apparent.

[Burda, est genus vestimenti.]

Burdatio, est rustica pensio, pensio (inquam) quam debent rustici persoluere.

Burchana, insula (vt *lib.5. cap.13.* Plin. docet) in Oceano Germanico: à Romanis Fabaria, à frugis similitudine sponte prouenientis appellata.

Burchanis, Βούρχανις, insula in Celtica. Steph. ex Strabone.

Burdegala, siue (vt apud Suidam legitur) Burdigala, Βουρδίγαλα, Galliæ Aquitanicæ vrbs clarissima. Ausonij Poëtæ patria. Strabo Burdigalliam appellat. Vulgo *Bordeaux.*

Būrdo, dicitur qui ex equo & asina natus est. {פרדה *péredh.* ἡμίονος. GALL. *Mulet né d'vn cheual & d'vne asnesse.* ITAL. *Mulo nato di cauallo & asina.* GERM. Ein maulesel/der von einem roß vnd einer eselin geboren wirt. HISP. *Mulo, burdegano, hijo de cauallo y asna.* ANGL. *A mule engendred of an hor se and the asse.*} Vtitur hac voce Vlpianus Iurecons. *de legat. 3. Litem legato.*

Burgi, quorum mentio *in tit. C. de fund. rei priuatæ.* Qui collegio, vel curiæ, vel burgis cæterísque corporibus seruierit. Andr. Altham. vir eruditus præcipuúsque Germaniæ illustrator, Rhenani nostri sententias firmans, à Græco pyrgo deductum putat, colligitque aut absurdè ab hac voce eos qui castellis, munitionibus, & turritis mœnibus habitant Burger/ quod ciues significat, quasi dicat pyrgios, & Burggraf/ appellatum præfectum atque Comitem & arcis & castri. Constans autem est opinio à Burgis Burgundiones Germaniæ populos esse.

Burea, vrbs Italiæ à Bureo condita. Steph.

Burea, Burris, vel Burrhina, Βύρινα, Βυῤῥὶς, ἢ Βυῤῥίνα. Fons est in loco quodam insulæ Co, sic dictus, quòd bouis naribus similem habeat meatum vnde scaturit, interpres Theocriti. Meminit enim eius Theocritus *Idyllio 7.*

Būrgūndĭă, Galliæ Celticæ prouincia, ducatus titulo insignis: quum antea sub Regibus fuerit: à quo Burgundi, & Burgundiones. Eam olim Sequani ac Hedui tenuerunt. Burgundiones Plin. *lib.4.c.14.* inter genera Germanorum ponit: sic enim scribit, Genera Germanorum quinque, Vindelici, quorum pars Burgundiones, Varrini, Carini, Guttones. Vulgò *Bourgongne.* {GERM. Das Hertzogthumb Burgund.}

[Buricus, equus. Ita Glos. Latinogr. *mannus* βουρῖχος. Isid. *mannus buricus.* Sic corrigit Meursius pro *manicus burcus.* In iisdem, *mannus, caballus, buricus.*]

Burnistæ, Plin. *lib.3. cap.21.* Populi Illyrici, Scultinis & Albonensibus finitimi.

Burnus, qui libidini præest.

[Burra. Auson. in phalæcio ad Drepan. Pacatum,
Burras, quisquilias, ineptiásque.]

Būrrhānĭcum, genus vasis, Festo.

Būrrhānīnă, genus potionis, lac sapia mistum, à rufo colore nomen ductum. Festus.

Būrrhūs, {אדמדם *adhamdhám.* GALL. *Rouge, vermeil.* ITAL. *Rosso.* GERM. Rhotfarb. HISP. *Roxo ò bermejo.* ANGL. *Hauing à swart redde.*} Color à veteribus dicebatur, qui hodie Rufus dicitur. Græci enim πυῤῥὸς rubrum, seu rufum vocant. Hinc burrhus, vel burrha sine vel, cum aspiratione, vestis genus aliquantum villoris & pilis hirsutæ: quæ indutus Cyprianus fuisse scribitur quum ad supplicium duceretur. ¶ Hinc Burrhæ per translationem pro rebus ineptis & nugis. Ausonius, At non illepidum rudem libellum, Burrhas, quisquilias, ineptiásque. ¶ Burrhus Neronis Rector. Ex Tacit. Corn. *Annal. lib.13.* Eiusdem mors, *lib.14.* his verbis: Concessitque vita Burrhus, incertum, valetudine, an veneno.

[Bursa Germanis quidem est crumena. sicut & {GALL. *Bourse.* ITAL. *Borsa.* HISP. *Bolsa.* ANGL. *Purse.*} à βύρσα, id est, corium.

Bursa pastoris, herba est, dicta à marsupiolis, siue theculis compressis, cordis aut crumenæ effigiem referentibus, vt ait Lobelius *in aduersar. nou. stirp.* ideo & *capsella* dicitur.]

Bursaonenses, Hispaniæ citerioris populi sunt, Calaguritanis, & Complutensibus vicini. Vide Plin. *lib.3.cap.3.*

Burtina, apud Ptol. *lib.2. cap.6.* Ilergetum ciuitas in Hispania Tarraconensi. Vulgò *Barbastro.*

Būsæ, Βοῦσαι, Herodot. *lib.1.* Populi sunt Medorum, quos subegit Dioces.

Buscum, Ducis Brabantiæ, vrbs vulgò Hertogenbusch.

Buselinum, Βουσέλινον, herba est satiuo apio similis, soláque caulis breuitate, & rufa radice ab eo differens. Autor Plin. *lib.20.cap.12.*

Būsīcōn, βούσυκον. Ficus erat præcipuæ magnitudinis, sed fatuo sapore, quæ alio nomine Marisca dicitur. Ex Festo.

Būsīrĭs, Βούσιρις, Neptuni & Libyces filiæ Epaphi filius; crudelissimus Ægyptiorum tyrannus fuit, quo tempore Danaus Argiuis imperauit. Hic quum hospites omnes Ioui immolaret, ab Hercule in Ægyptum delato, quum easdem illi insidias pararet, vnà cum Amphidamante filio, & præcone Chalbe & ministris aræ interfectus est. ¶ Huius dictionis media syllaba producitur. Virg. 3. *Georg.*

——*quis aut Eurysthea durum,*
Aut illaudati nescit Busiridis aras?

Ouid. *in Epist. Heroid.*

Si te vidisset cultu Busiris in isto.

Statius tamen *lib.12. Thebaid.* (si modò emendata sit lectio) corripuit: sic enim ibi legitur,

Non trucibus monstris Busirim, infandúmque dedisti
Geryona.

¶ Est & Busiris nomen vrbis in Ægypto ad Nilum fluuium, à Busiride condita, in qua fuit templum magnum Isidis. Hinc, Busiritica præfectura, apud Strab. *lib.17.*

Būstŭārĭi, gladiatores dicti sunt, qui ante sepulchra in honorem defuncti digladiabantur. {ἐπιτύμβιοι. GALL. *Spadacins, ioueurs d'escrime deuant le sepulchre à l'honneur des morts.* ITAL. *Spadacini.* GERM. Fechter die vor zeyten mit schwerttern vor den grebern focþten/zu ehren den abgestorbenen.

Hisp. *Esgremidores de espada.* Angl. *Shirmishers at the graue in honour of the dead.*} Cic. *in Pison.* Si mihi cum illo bustuario gladiatore, & tecum, & cum collega tuo decertandum fuisset.

Bŭstum, propriè dicitur locus, in quo mortui cadauer combustum est, & sepultum, {שרפה *serephah.* τύμβος. Gall. *Sepulchre, tombeau le lieu où l'on bruslott les morts.* Ital. *Tombe, sepolcro, sepoltura.* Germ. Ein grab. Hisp. *La sepultura, sepulchro.* Angl. *A graue or tombe.*} Diciturque Bustum, quasi bene vstum. Hæc Festus. Seruius verò *in 12. Æneid.* Pyra, (inquit) est lignorum congeries: Rogus, quum ardere cœperit, dicitur: Bustum verò, iam exustum vocatur. Quem ordinem seruat Poëta dicens, Constituêre pyras. Item, subiectisque ignibus atris, Ter circum accensos cincti fulgentibus armis Decurrêre rogos. Item postea, semiustaque seruant Busta. Bustirape conuicium est apud Plaut. *Pseud. sc. 3. a. 1.* Liu. quoque *lib. 5.* scribit locum fuisse iuxta Æquimelium, nomine Busta Gallica, quoniam illic aceruatos cumulos suorum defunctorum ex pestilentia vsserant Galli. Cic. verò *lib. 3. de Legibus*, Bustum appellauit turbam, aut monumentum, Pœna (inquit) fuit Solonis lege constituta, si quis bustum aut violasset, aut deiecisset. Suet. *in Cæs.* Iudæi, qui etiam noctibus continuis bustum frequentarunt. Cic. *ad Attic.* Vnas video à te non esse redditas, quas L. Quintius familiaris meus quum ferret, ad bustum Basilij vulneratus, & despoliatus est. Apud Sosipatrum *lib. 1.* legitur Bustar, quod ille locum vbi mortuorum corpora cremantur, interpretatur. [¶ Busticeta, sepulcra in agro. Goss. Isid.]

Butadæ, Βουτάδαι, populi Attici ex Ægeide tribu, apud Steph.

Busteus, penè mortuus, nauci. Plaut. *Trucul.* Quid ergo nunc huic odioses, confossus, busteus.

Bustirapus, bustorum spoliator. Plaut. *Pseud.* Impudice, scelestè, verbero, bustirape, &c.

Bŭtĕo, ex accipitrum genere auis est, quam Græci à numero testium τριόρχην vocant: ὄρχις enim testiculus dicitur. Huic aui Phœmonoe Apollinis filia in auguriis principatum dedit. {Gall. *Busard.* Ital. *Sorte di vccello di rapina.* Germ. Ein busshart von der Habichen geschlecht. Hisp. *Vn genero de aue arrebatadora.* Angl. *A bustard or bistarde, a birde so called.*} Buteonum item nobilis Romæ familia fuit, ita dicta à buteone aue, quæ prospero auspicio in Fabij ducis naue consedit, referente Plin. *lib. 10. cap. 8.*

Būtēs, Βούτης, filius fuit Amyci Bebryciorum regis, qui ob sæuitatem patris ab Argonautis cæsi, regno pulsus, paruo nauigio Drepanum in Siciliam confugit, vbi à Lycaste nobili meretrice hospitio susceptus est: à qua quum ob formæ, morúmque & ætatis elegantiam diligeretur, eius concubitu vsus, Erycem filium ex ea suscepit: & quoniam Lycaste ob eximiam pulchritudinem Venus vocabatur, datus est locus fabulæ, Buten ex Venere filium Erycem suscepisse. Contrà Virg. *lib. 5. Æneid.* Buten à Darete iuxta tumulum Hectoris occisum tradit, inquiens, Idémque ad tumulum, quo maximus occupabat Hector, Victorem Buten immani corpore, qui se Bebrycia veniens Amyci de gente ferebat, Perculit, & fulua moribundum extendit arena. ¶ Alius fuit Butes Troianus, à Camilla occisus, vt est idem autor *lib. 11.* ¶ Commentarius Apollonij, alterius quoque Butæ meminit, filij Cecropis cuiusdam. ¶ Est & Butes, Scytharum fluuius, cui propinqui sunt Agatyrsi & Sarmatæ.

Būthĭă, Βοῦθια, Ioniæ oppidum, teste Steph. aut certè regiuncula, vt idem refert ex sententia Theopompi.

[Buthilia, bos, vacca. Gl. gr. b.]

Buthoe, vel Βουθόη si rectè scribitur apud Steph. vrbs Illyridis, &c. Qui Βουθόην putant legendum, falluntur in analogia.

Būthrōtum, siue Butrotos Romanorum colonia est, teste Plin. *lib. 4. cap. 1.* in finibus Epiri, ad sinum Ambracium: apud Græcos nominatiuus est Βουθρωτός. Stephan. *de vrbibus*, Βουθρωτὸς πόλις ἐν Ἠπείρῳ ... Sic etiam Ouid. *lib. 13. Metam.*

——Epiros ab his, regnataque vati Buthrotos
Phrygio.

Cicer. *ad Tironem.* Septimum iam diem Corcyræ tenebamus: Quintus autem Frater & filius Buthroti. Seru. explicans illud Virgil. *3. Æneid.*

——portúque subimus
Chaonio & celsam Buthroti ascendimus arcem:

Arcem, inquit, Buthroti, id est, Buthrotium. Ex quo loco (si emendata esset lectio) videretur Buthroti, genitiuum esse concisum per synæresim à nominatiuo Buthrotium: quem tamen nusquam arbitror reperiri. Quo fit, vt apud Seruium Buthrotum legendum putem: & ita in vetustissimis quibusdam exemplaribus scriptum inuenimus.

Būthysiam, Βουθυσίαν, magnum sacrificium appellauêre, qualis est Hecatombe, & immolatio magnarum hostiarum. Suet. *in Ner.* Inter Buthysiæ apparatum barbam primam posuit. Deducitur à βου augmentatiua particula, & θυσία, quod hostiam, vel sacrificium significat. Plautus Buthytas appellat sacerdotes.

[Buthyta, Βουθύτης, qui boues mactat: sacerdos.]

Buthos, vide *Butis*.

[Butina, lagena, ex Gallico manauit in Latinum sermonem. Gallis est *bouteille*.]

Butis, Βοῦτις, Syriæ ciuitas, Pella postea dicta. Steph.

Butio, vide *Buteo*.

Butos, Βοῦτος, oppidum est Ægypti, apud Ptolem. *lib. 4. cap. 5.* & Plin. *lib. 5. cap. 10.* Stephanus alterum eiusdem nominis oppidum in Gedrosia collocat.

Būtŏmum, βούτομον. Frutex est in paludibus nascens: folia ferens iridis proxima, ex vna radice non singulos scapos, sed plures veluti virgas emittens, ad vitilium nexus vtiles. Frondibus autem boues maximè oblectantur: vnde & nomen accepit. Vulgus hodie *Iuncum cabacinum* appellat, quòd ex foliis eius sportulæ texantur, quibus ficus & vuæ passæ ad nos afferuntur. Vide Ruell. *lib. 2. cap. 117.*

Butra, insula est maris Mediterranei prope Cretam insulam. Autor Plin. *lib. 4. cap. 5.*

Butrium, ij. Βούτριον, oppidum Italiæ, non procul à Rauenna, cuius meminit Strab. *lib. 5.*

[Butta, capa, Germ. Bütte.]

Butua, Plinio inter oppida Liburniæ recensetur, *lib. 4. cap. 21.*

Butuntinenses, populi sunt Calabriæ in Italia, quorum meminit Plin. *lib. 3. cap. 11.*

Būttŭbātă, veteres vsurpauerunt pro eo quod nugatorium est, & nullius valoris. Festus ex Næuio. Vide ibi Scalig.

Butus, Βοῦτος, Pandionis filius, vnde Butandæ pars tribus Ægeidis. Steph. Est & Ægypti ciuitas. Vide suprà *Buthos*. Herodianus vicum esse scribit Buto, Βουτὼ dictum, vbi oraculum fuerit, vnde & Latona Buto. Est & alia Gedrosiæ. Steph.

Būtyrum, {חמאה *chemeah.* βούτυρον. Gall. *Beurre.* Ital. *Buttiro.* Venetiis *Onto sottile*, alibi *Smalto.* Germ. Ancken / butter. Hisp. *Manteca.* Angl. *Butter.*} Portio lactis pinguior, quæ frequenti agitatione, à sero separatur. dictum Butyrum, quasi βοὸς τυρός: hoc est, bubulus caseus. Fit enim (teste Plin. *lib. 28. cap. 9.*) ex lacte bubulo vt plurimum. habet autem penultimam syllabam indifferentem, quamuis apud veteres poetas non temerè inuenias. Macer & Serenus corripuerunt: Sidonius verò, aliique nonnulli produxerunt.

Buxentum, Πυξοῦς, oppidum Lucaniæ, quod Græci Pyxunta vocant, à buxo arbore, quæ copiosa illic prouenit. Plin. *lib. 3. cap. 55.* Vulgò, *Beluedere.*

Būxŭs, πύξος. {Gall. *Bouys.* Ital. *Bosso.* Germ. Buchsbaum. Hisp. *Box.* Angl. *Boxe or the boxe tree.*} Arbor exigua semper virens & tonsilis. Producit ex se viscum, & semen, seu granum, quod Cartegon dicunt, omnibus animalibus inuisum. Lignum habet adeò durum, vt cariem non sentiat, & tam ponderosum, vt in aqua subsidat. Hoc Buxum appellatur. Nam in plerisque nominibus arbores sunt fœminini generis: fructus verò & ligna neutri. Virg.

——dant arbuta syluæ.
Cruentaque myrta: & Cerea pruna, Volubile buxum.
Nec mihi detonso crines depectere buxo,

Ouid. *6. Fast.*

Quandoque tamen Buxus dicitur pro ligno.

Virg. *lib. 9.*

Buxésque vocat Berecynthia mater.

Ex buxo fiunt tibiæ multiforatiles, & pectines ad capillos explicandos, & pyxides ad vsus plurimos. Vnde buxus pro tuba, vel tibia buxea sæpe legitur apud poëtas, iuxta eam figuram (metonymiam videlicet) qua materia ponitur pro re ex ea confecta. Statius 2. *Thebaid.*

Fœda Celænæa committere prælia buxo.

Claud. *de raptu Proserp.*

Si buxos inflare velim, &c.

Id est, Si tibias inspirem. ¶ Buxum quidam non aliud esse, quàm guaiacum lignum volunt, quòd pluries compertum sit, eius decocto etiam felicius eos sanatos esse, qui Gallica lue affecti erant.

Būxĕŭs, a, um, quod ex buxo est, vel quod buxi colorem imitatur. {πύξινος. Gall. *De bouys.* Ital. *Di bosso.* Germ. Buchsbeume. Hisp. *Cosa de madera ò de color de box.* Angl. *Of boxe or lik boxe.*} Mart.

Et tres sunt tibi Maximina dentes,
Sed planè piceique, buxeique.

Būxētum, locus buxis consitus. {πυξεών. Gall. *Boscage de bouys.* Ital. *Luogo doue sono molti bossi.* Germ. Ein ort da buchsbeum wachsen. Hisp. *Boxedal lugar de aquellos arbores.* Angl. *A place sett with boxe tres.*} Martial.

Non otiosis ordinata myrtetis,
Viduáque platano tonsilique buxeto
Ingrata lati spatia detinet campi.

Būxōsus, a, um, quod buxo simile est. {πυξώδης. Gall. *Plein de bouys, ou fort ressemblant à bouys.* Ital. *Pieno di bosso, simile al bosso.* Germ. Das dem buchs gleych ist. Hisp. *Lleno de box, ò semejante al box.* Angl. *Full of boxe trees or lik boxe trees.*} vt, Lignum balsami buxosum, Plin. *lib. 12. cap. 25.* Ex hoc Buxosum est optimum, quod est odoratissimum.

Būxĭfĕr, ferens buxum. {πυξοφόρος. Angl. *which beareth boxe trees.*} vt, Buxifer Cytorus, Catullo.

[Buza, sacculus. Arab. est Bazana sacculus. Meursius corrigit & scribit *buzana*.]

Būzæ, Plinio inter Indicas gentes ponuntur, *lib. 6. cap. 20.*

Buzeri, gens Themiscyræ regionis in Asia. Plin. *lib. 6. cap. 4.* Vide *Byzeres.*

Buzygeus, mons est Thessaliæ. Plin. *lib. 4. cap. 8.*

B Y

[Byas, æ, Βύας bubo.]

Bybassus, Βύβασσος, Cariæ oppidum Stephano, ita appellatum à Bybasso pastore, qui Æsculapium maris tempestate in Cariam delatum seruauit.

Bybe, Βύβη, Thraciæ oppidum apud Steph. cuius incolæ Bybi, Βύβιοι, appellantur à Steph.

Byblesia, Cariæ regio, ab Isthmo Cnidiorum initium sumens: de qua sic scribit Herod. *lib. 1.* Nam quum initium Byblesiæ ex peninsula auspicetur, sintque Cnidij propemodum circumflui, eam partem, qua Boream spectat, Ceraunius claudit sinus, Australem verò Symanum, Rhodiúmque mare: reliquam frontem, hoc est, Isthmum, qui perexiguus est, nempe quinque stadiorum, Cnidij tentauerunt perfodere.

Byblis, Βυβλίς, Suidæ, filia Mileti fuisse fertur ex Cyanee nympha à fratre Cauno, cuius amore deperibat, repulsa, impatientia amoris in fontem sui nominis est mutata. Vide latius totam fabulam apud Ouid. *9. Metam.*

Byblis, Βυβλίς, Milo, Parua maris mediterranei insula est cum oppido, alio nomine Mulos dicta. Arist. Zephyriam, Callimachus Mimallida, Heraclides Siphnum & Acyton vocant. Hæc insularum rotundissima est. Verba sunt Plin. *lib. 4. cap. 12.*

Byblus, est Phœnices vrbs, Beryto vicina, in qua Adonidis olim insigne fuit templum. Eam tyranno oppressam Pompeius liberauit, illo securi percusso. Sita est in excelso quodam loco, non procul à mari. Hæc est Strab. *lib. 16.* hodie Gaeta.

Bycus,

Bycus, Sarmatiæ Europææ fluuius est apud Ptolemæum, qui Pomponio Buges dicitur.
Byle, βύλη, vrbs. Vide *Elea*.
Byllis, Βυλλίς, apud Steph. Illyriæ oppidum est, quod à Ptol. Βύλλις appellatur: & in ea parte collocatur Macedoniæ, quæ Adriatico mari imminet, in Illyrici confinio: vbi & Plin. Bullidentium meminit.
Bymarus, Βύμαζος, vrbs Pæoniæ Steph.
Byne, ex coniectata Cornarij qui in commentariis *in 2. lib.* Galeni *de compos. medic.* secundum locos hæc scribit: Byne velut nos ex Aetio vertimus, est hordeum madefactum quod germen emisit, & deinde vni cum enatis ligulis tostum est. His verbis Aetius planè describit hordei præparationem, quomodo per omnem Poloniam & Germaniam ad zythum, siue ceruisiam, vt vocant, coquendam parare solent. Neque scio alium qui bynem, hunc parandi modum appellet, vulgò Polonis *Slod* appellatur digno literis nomine, vtpote cuius beneficio fit vt Bacchi indignationem ac numen à nostra Polonia auersum minus feramus. Alludit autem ad bynem appellatio Germanica ipsius ceruisiæ, vna enim litera mutata Byre dicunt.
Byrrhia, quem Græci Pyrrhiam, nostri Byrrhiam vocant. Terent. *Scaur. de Orthogr.* & Pyrrhum, Byrrhum.
Byrsă, { עור *hor.* βύρσα. GALL. *Cuir.* ITAL. *Cuoio.* GERM. *Leder.* HISP. *Cuero.* ANGL. *The hide or skinne of a beast.* } Corium ac tergus Græcis dicitur: vnde & βυρσεῖς coriarium appellarunt. Hinc arx in media Carthaginensium vrbe Byrsa appellata. Dido enim quum fratrem fugiens in Africam peruenisset, emit ab Iarba rege tantum soli, quantum taurino tergore posset circundare. Dissecto deinde tergore in minutissimas laminas, tantum loci eo circundedit, quantum arci extruendæ sat esset. Ad hanc fabulam illudit Virg. quum ait,

Mercatique solum facti de nomine Byrsam,
Taurino quantum possent circundare tergo.

Bysnæi, genus Bebrycum, Steph.
Byssŭs, { בוץ *buts.* βύσσος. GALL. *Crespe, fin lin.* ITAL. *Bisso.* GERM. Köstliche vnnd reine leinwat. HISP. *Cierto genero de lino muy delicado.* ANGL. *Silk fine flexe.* } Tenuissimi lini genus, proximam ab asbeto dignitatem obtinens, ex quo subtilissimæ fiunt vestes, quæ mulieribus olim præcipuè in deliciis erant. Plin. circa Elim Achaiæ nasci credidit: Pollux verò ex India & Ægypto gigni prodidit. Philostratus autor est, byssum ex quadam arbore nasci, quæ altitudine populos æquat, foliis autem salicibus æquiparatur. Quam quum vidisset Apollonius, gauisus est, quòd fusco amictui, quem gestabat, non dissimilis admodum esset.
Byssĭnŭs, a, um, quod ex bysso est. { βύσσινος. GALL. *De crespe ou de fin lin.* ITAL. *Che è di tal lino.* GERM. Das auß köstlicher vnnd reiner leinwat gemacht ist. HISP. *Cosa de materia de aquel lino.* ANGL. *Of silke or fine flexe.* } vt, Byssinæ vestes, quæ lutei coloris erant, & fulgore aurum imitabantur: quanquam postea inuenta est ratio byssum quouis colore inficiendi.
Bysatas, Βυσσάτας, regio iuxta Syrtes. Vide *Byzantes* in Steph.
‖Bysastria, nutrix, lactens. L. gr. b.‖
Bysus, vel Byssus, gens quædam, Steph.
Bysacium, Africæ regio, Plin. *lib. 4. cap. 5.* in descriptione Africæ. Vide *Byzantium*.
‖Bythos, profundum. Tertull.
Bytta, culex. Lex. gr. b.‖
Byzantes, populi Africæ. Vide *Byzantium*. De Byzante & Strabone eius fratre, vide Steph. *in Bynacopolis*.
Byzantium, { Βυζάντιον. vulgò *Constantinopoli.* GERM. Constantinopel. Turcis *Cezorandum.* } Vrbs Thraciæ ad ipsum sita Bosphorum: primum à Pausania Spartanorum rege condita: postea à Constantino in maius aucta, & sacri imperij sede eò translata, ab illius nomine Constantinopolis dicta est. Hodie non sine grauissima orbis Christiani ignominia crudelissimi Turcarum tyranni paret imperio. ¶ Est item Byzantium, Libyphœnicum regio in Africa, quam sic describit Plin. *lib. 4. cap. 5.* Libyphœnices appellantur qui Byzantium incolunt. Ita appellatur regio ducentorum quinquaginta millium passuum per circuitum, fertilitatis eximiæ, cum centesima fruge agricolis fœnus reddente terra. Hic oppida libera Leptis, Adrumetum, Rupina, Tapsus. Hæc ille.
Byzantius, a, um, vt, Littora Byzantia. Ouid. 1. *Trist.* Byzantij exules. Cic. *pro domo sua.*
Byzeres, Βύζηρες Steph. Populi in Ponto, qui Straboni Byzares vocantur, olim Chalybes, & deinde Chaldæi dicti. Valer. Flacc. 5. *Argon.* Byzerésque vagi. Phylirœque à nomine dicta Littora. Plin. *lib. 6. cap. 4.* Buzeros vocat. ¶ Ab his portus quidam Ponti Buzericus, Βυζηρικὸς λιμὴν appellatur: cuius meminit & Steph.
‖Byzion, mamma. Lex. gr. b.
Byzomacheron, ensis genus. Idem.‖

NOTÆ ANTIQVORVM.

B. Bonus, Brutus, benè, Balbus.
B. A. bonam actionem, bonis auibus, bonis auguriis, bonus, amabilis.
B. ARA. bona aurea.
B B. bona.
B C. bonorum consessum.
B.D. bonum datum.
B.E.E. bona ex edicto.
B. F. bona fide, bona fortuna, bona fœmina, filia. beneficium, bonum factum, benè fecit. BFC. beneficium, bene fecit. B.F.C. B.FI.C. bona fide contractum, bonæ fidei contracti. B.FL. bonorum filius. B.F.P. bonæ fidei possessor. B.FR. bona fortuna.
B.GR. bona gratia.
B.H. bonus homo, bona hæreditaria, bonorum hæreditas. B.H.S.I. bona hic sita iuuenis.
B.I. bonum iudicium. B.I.I. boni iudicis iudicium.
B.L. bona lex. B.LB. bonorum liberi.
B.M. bonæ memoriæ, bonæ materiæ, benè merentis. B.M.P. benè merenti posuit. B.MR.C. benè mereat cibum. B. MR. SE. H. benè merentibus serua hoc. B. M. F. benè meritæ fœminæ. B. M. H. E. bona memoria hic est.
B N. bona nostra. BN. EM. bonorum emptores. BN.H.I. bona hic inuenies. BN.M.FEC. benè merenti fecit.
B.O. benè, optimè.
B.P. bonorum possessor, bona possessio, bona paterna, bona publica, bonorum possessio, potestas. B.PC. bona pecunia.
B.Q. bona quæstio, bona quæsita.
BR. bonorum. BR. SI. bonorum serui. B. R. bonorum rector. BRITAN. Britannicus. B.RP.N. bono Resp. natus. BRI. Britannicus.
B.S. bona sua, benè satisfecit.
B.T. bonorum tutor.
B. V. benè vixit. B. V. A. boni viri arbitratu. B. V. V. balnea, vina, Venus.

C

C LITERA ‖ est inuersum כ Hebræorum, eiusdem ferè potestatis. Meritò autem fecerunt Latini, quòd ex semicirculo dextro sinistrum fecerunt, quia à læua initium scribendi ducunt dextrorsum, contrà quàm Hebræi. ‖ Cæterum muta est, quæ ante n, sequente vocali in eadem syllaba ponitur, sed profertur sub voce g, ob cognationem literarum, vt Cnidius, Cnęus. transit etiam per compositiones & deriuationes in g, vt Quadringenti, pro quadricenti. In t, vt Farceo, farsi. In x, Duco, duxi. Noceo, noxa. Litera tristis appellatur, quòd nota condemnandi esset, quam Prætor in publicis iudiciis dare iudicibus solebat, in tabella cerata scriptam, vt si reus damnandus videretur, eam in vrnam coniicerent. C, tertio loco ponitur à Latinis, variato à Græcis & Hebræis ordine. Medium est inter G. & CH. Vnius horum cognita natura, facile noris reliquarum duarum. Dum profertur extremæ linguæ pars, anteriores dentes percutit, fitque ex eo repercussu obtusior sonus. Diuersæ regiones diuersimodè pronunciant, aliæ ita proferunt, vt magis ad sonum S videatur accedere: aliæ verò nonnihil de sono C admixtum habent. Sed nil mirum, quando nulla apud nos est rectà elementorum pronunciatio, vt facile percipi potest. Sed diffusius vbi de elemento H, verba fecerimus. Auget hæc litera sonum, & minuit eadem ratione qua & B. In fine dictionis producit syllabam, præterquam in donec, nec & lac, quæ corripiuntur. ¶ ‖ Est item littera condemnationis in iudiciis. Lunata serum. Portata in calceis nobilium Romanorum. Adiuncta in dictionibus intendendis, *eccuncc,* cuiusa *Hunce,* hunc. C autem & M antiqui nunquam coniungebant, vnde *Alcumena, Tecumessa,* pro Alcmena, Tecmessa.

C A

Cabala, cabalia, occultissima scientia, quam diuinitus traditam Moysi cum lege asserunt Rabini.
Cabalistæ, tales professores.‖
Cabalaca, Albaniæ in Asia oppidum. Plin. *lib. 6. cap. 10.* Præualent oppida Albaniæ Cabalaca: Iberiæ, Harmastis iuxta flumen, &c.
Cabales Καβαλεῖς, populi sunt Lyciæ regionis, quarum Regio Cabalia appellatur: in qua sunt vrbes OEnoanda (quam Strabo Oenoandrum vocat) Balbura & Bubon. Vide Plin. *lib. 5. cap. 27.* & Herod. *lib. 4.*
Cabalio marinus, vide *Hippocampus*.
Cabalis, Καβαλίς, oppidum est Cabaliæ regionis Asiæ, cuius meminit Stephan. ¶ Est autem Cabalia Lyciæ pars.
Caballitio, siue Caballatio, nis, in constitutionibus munus alendi equos publicos, à caballis dicta. Festum autorem habet Alciatus: vndè apparet exemplaria in hoc variare.
Căbāllŭs, Equus. { סוס *sus.* ἵππος. GALL. *Cheual.* ITAL. & HISP. *Cauallo.* GERM. Ein roß/ein gaul/ein hengst. ANGL. *An horse.* } Lucil. *lib. 2.* Succussator tetri tardique caballi. Varr. *in Parm.* Alius Caballum arboris ramo in humili alligatum reliquit. Senec. *Epist. 87.* O quantum erat dies eius seculi Imperatorium, triumphalem, Censoriumque super omnia, hoc est, Catonem vno caballo esse contentum. Suprà dixerat *Chanterium*.
Caballus ab equo differt, quòd caballus ferè nunquam sine derisione dicitur: equus verò semper de apto & probato. Pomponius *de fund. instr. l. si ita.* Caballus, ait, qui in pistrinis esset, tanquam dicat malus.
Caballarius, pro equite. Inde Caballarius, a, um, adiect. vt, Caballaticus exercitus, Caballaricus ordo, Caballarica acies, Caballarica gens, apud Mauritium. Ab eadem forma dicimus, Caballicare, pro equitare. hodie apud Hispanos *Caualgar*.
‖Caballeron, fulcrum lecti. Lex. gr. b.
Caballico, equito: à caballo. vox barbara. dicitur autem absolutè: & simul

simul *caballicare equum*. Leg. Salica *tit*. 22. sicut GERM. Reitten. Italicum est *canalcare*.

Caballinum, substantiuè est stercus.]

Căbāllinus, a, um, {ἱππικὸς. GALL. *De cheual, appertenant à cheual*. ITAL. *Di cauallo*. GERM. Das zu dem roß gehört. HISP. *Cosa de cauallo*. ANGL. *Of an horse, or belonging to an horse*.} vt Caballina caro, Plin. *lib*. 28. *cap*. 20. ¶ Caballinus fons, est in monte Helicone Bœotiæ, quem Pegasus in eo loco saxum feriens, aperuit. ἱπποκρήνη. Vnde & Pegaseus vocatur. Autor Strabo. Vide infrà in dictione *Helicon*.

Cabassus, Καβασσός, vel Cabessus, Καβησσός, Homero: oppidum Cappadociæ: quod tamen alij trans Hemum montem collocant. ¶ Appion verò vicum esse ait inter Tarsum & Mezacam. Vide Steph.

[Cabastion, propugnaculum. Lex. gr. b.

Cabbades καββάδης, καβάδης, καβάδιον, καββαδίκιον, est vestis seu chlamys militaris.

Cabbala קבלה significat acceptionem, seu doctrinam aliunde acceptam, seu auditam. est enim Hebræis קבל accipere. Hine Cabalista dicitur cabalæ peritus, tanquam à verbo καβαλίζω.]

Cabellio, Narbonensis prouinciæ oppidum est prope Druentiam fluuium, & Carpentoracte. A Strab. Cabalio vocatur, vulgò *Canaillon*.

Cabera, Protei filia fuisse fertur, quæ ex Vulcano tres Caberos genuit, totidémque nymphas Caberides: quibus omnibus dicata fuisse templa autor est Strab. *lib*. 10.

Caberon, Asiæ fluuius est, vt tradit Plin. *lib*. 6. *cap*. 23. in descriptione Carmaniæ.

[Cabidarius, lapidarius. Gloss. gr. b.]

Cabiria, Καβειρία, oppidum citerioris Asiæ, quod inhabitabant. Sunt & Cabirij Bœotiæ populi. Vtriusque autor Steph.

Cabullinum, Καβύλλινον Ptolom. Sequanorum oppidum est, ad Ararim quod alio nomine Catalaunum, GALL. *Chalons sur Saune*, dicitur.

Cabura, æ, fons Mesopotamiæ, præter aquarum omnium naturam egregie odoratus: cuius fabulosam rationem reddunt, quòd Iuno eò aliquando fuerit perfusa. Vide Plin. *lib*. 31. *cap*. 3.

[Cabus vox Hebr. קב est mensura frumentaria sexta pars sati. nempe 24. oua.]

Cabyle, Καβύλη, vrbs in Thracia, vt inquit Polybius.

Caca, Iauiculæ genus à malitia dictum. Item soror fuit Caci, quam quidam volunt fratris furtum Herculi indicasse, & ob id meruisse ibidem diu arâ sacrisque venerari. Sed longè aliter Virg. *lib*. 8. *Æneid*. & Ouid. *lib*. 1. *Fast*. sentiunt.

Căcăbo, Propriè est vocis perdicum. {κακκαβίζειν, τιτυβίζειν. GALL. *Chanter la perdrix*. ITAL. *Cantar le starne*. GERM. Schreyen wie ein rebhun. HISP. *Cantar la perdiz*. ANGL. *To sing lik à partrich*.} Ouid. *de Philomela* (si modò id carmen Ouidij dicendum sit)

Cacabat hinc perdix, hinc gratitat improbus anser.

[Cacabulum, est locus stercoris.]

Căcabŭs, Vas æneum, in quo pulmentarium coquimus. {דוד *dudh*. λέβης, κάκκαβος. GALL. *Chaudiere ou chauderon, marmitte*. ITAL. *Laueggio, calderone*. GERM. Ein kessel. HISP. *Caldera para coser al fuego*. ANGL. *A great pan or pottage pot*.} Plin. *lib*. 23. *cap*. 6. Succus in cacabo nouo coquitur mellis crassitudine. Paul. Iureconf. Inter ahenum quod supra focum pendet, & cacabum non multum interest. Nam hoc pulmentarium coquitur, in illo aqua ad potandum calescit. Antiqui enim calidam & frigidam cœnis adhibebant. Apicius, Capita porrorum simul elixabis in cacabo nouo, vt aqua ad tertiam deferueat.

[Cacabaceus, panis cacabi odorem referens. Casaub.

Cacabacij, homines garruli, leues, D. Ambr. Tertull.]

Cacalia, κακαλία. Herba est quæ & Leontice vocatur, in montibus ferè nascens, folia ferens candida & magna, inter quæ semen dependet eiusdem nominis, minutis margaritis simile. Autores Plin. *lib*. 25. *c*. 11. & Diosc. *lib*. 4. *cap*. 108. Officinis *Carui* agreste vocatur, teste Ruell. *lib*. 3. *cap*. 128.

Cacabe, Κακκάβη. Olim appellata fuit vrbs totius Africæ celeberrima, quæ notiore nomine Carthago dicitur. Vide Stephanum in dictione Καρχηδών.

Căcemphătŏn, κακέμφατον, vel cacophaton, κακόφατον. Durior in oratione sonus, ex mala vtplurimum compositione nascens: quale est illud,

——*Numerum cum nauibus æquat*.

Item illud,

O fortunatam natam me consule Romam.

¶ Huic contraria est Euphonia, εὐφωνία.

Căchexĭă, καχεξία, A medicis appellatur malus corporis totius habitus, quo alimenta corrumpuntur, quod fit quum longo morbo viciata corpora, etiamsi illo vacant, alimentum tamen in sui substantiam non conuertunt. Qui hoc vitio laborant, Cachectici, καχεκτικοὶ appellantur.

Cachinno, nis, Persius *Satyr*. 1.

CĂCHĬNNŬS, Solutus risus, à sono risus fictum vocabulum. {צחק *tsechok*. καγχασμός. GALL. *Ris desmesuré, moquerie, risee à pleine gorge*. ITAL. *Riso immoderato*. GERM. Das vnzimlich lachen/lutteren oder gafflen. HISP. *Risa con carcajada*. ANGL. *A low de laughter*.} Iuuenalis,

Sed facilis cuius rigidi censura cachinni.

Persius,

Ingeminat tremulos naso crispante cachinnos.

Hinc Seneca præcipit vt risus sit sine cachinno, vox sine clamore. Apud antiquos non de risu tantum dicitur, sed & de quouis alio sono vehementiore. Catullus,

Procedunt leniterque sonant clamore cachinni.

Cachinnum tollere. Sueton. *in August*. *cap*. 98. In cachinnos effusus. Idem *in Calig*. *cap*. 32. & cachinnos reuocare. Idem *in Claud*. *cap*. 41.

Căchinnor, aris, deponens: & cachinno, as, neutrum, Immoderatè rideo. {צחק *tsacak*. καγχάζω. GALL. *Rire à pleine gorge ou desmesurément*. ITAL. *Ridere immoderatamente*. GERM. Vnzimlich vber die maß lachen. HISP. *Reir demasiadamente, ò dar carcajadas de risa*. ANGL. *To laugh a lowde or vnmeasurablie*.} Cic. 5. *Verrina*, Ridere conuiuæ, cachinnari ipse Apronius: nisi fortè existimatis eum in vino ac lusu non risisse, qui nunc in periculo ac exitio suo risum tenere non potest. Lucr. *lib*. 4.

Quàm famula longè fugiunt, furtímque cachinnant.

¶ Dicitur & de alio quouis sono vehementiore. Accius, Sæua sonando crepitu clangentes cachinnant. ¶ Cachinnare exitium, irridere: verbo absoluto tanquam agente, sumpto, quod satis est familiare.

Căchinnatio, dissolutior risus. {καγχασμός. GALL. *Grand ris, risee*. ITAL. *Riso dissoluto*. GERM. Das gafflen/das vnmässig vnflätig lachen. HISP. *Reir demasiado*. ANGL. *Vnmesurable laughing*.} Cic. 4. *Tusc*. Vt ridere concessum sit, vituperetur tamen cachinnatio.

Cachla, Plin. *lib*. 5. *cap*. 8. Herba est quæ alio nomine Buphthalmus appellatur, quod vide.

Cachryes, κάχρυες. Sunt oblonga paniculatum modo nucamenta, quæ squamatim compacta propendent è ramis. Crescunt hyeme, vere dehiscunt in flauentes squamulas, & folio prodeunte decidunt: qualia multa in abiete, picea, cæterisque id genus arboribus conspiciuntur. Vide Plin. *lib*. 16. *cap*. 7.

Cacia, {מרמה *mirmah*. κακία. GALL. *Astuce, malice*. ITAL. *Astutia, Vitiosita*. GERM. Bosheit/bößwilligkeit. HISP. *Malicia, astucia*. ANGL. *Malice*.} Græca dictio in Latinorum vsum non recepta, quam Cicero vitiositatem interpretari mauult, quàm malitiam: quum vitiositas nomen sit generalius ad omnia vitia pertinens, malitia specialius. Apud veteres malitia inter adiaphora, hoc est, indifferentia, connumerabatur, quasi sit & bona & mala: vt Dolus bonus & malus. Vnde apud Plautum dicitur cum laude, Te ciuem summa omni malitia.

Cacidira, inter celeberrimas Scytharum gentes Plinio ponuntur *lib*. 6. *cap*. 17.

Cacidum, Siciliæ populi Latinæ conditionis, vt scribit Plin. *lib*. 3. *cap*. 8.

CĂCO, Aluum exonero, ventris onus depono, excerno. {הסיך רגליו *hesich raghlàv*. χέζω. GALL. *Chier, aller à la selle*. ITAL. *Cacar*. GERM. Scheyssen/seine notturfft thun. HISP. *Cagar*. ANGL. *To shyte*.} Mart.

Ventris onus misero (nec te pudet) excipis auro:

Basse bibis vitro, cariùs ergo cacas.

Căcātus, a, um, Excrementis fœdatus, κατακεχεσμένος. {GERM. Beschissen/besudelt.} Catullus,

Annales Volusi cacata charta.

Cacaturio, is, desideratiuum à caco. {χεζητιάω, χεσείω. GALL. *Auoir faim de chier, vouloir aller à selle*. ITAL. *Hauer voglia di andar del corpo*. GERM. Scheyssern/einem zu scheyssen not thun. HISP. *Auer gana de cagar*. ANGL. *To haue a desire to shyte*.} Mart. *lib*. 11. *in Vacer*. Cœnaturit Vacerra, non cacaturit.

Căcŏchylă, siue cacochyma, κακόχυλα, ἢ κακόχυμα. Dicuntur illa quæ malum succum habent: quibus contraria sunt Euchyla, εὔχυλα, & Euchyma, εὔχυμα.

[Cacocustdimus, malè moratus. Gloss. gr. b.]

Căcŏdæmŏn, malus genius. {שד *schedh*. κακοδαίμων. GALL. *Esprit malin, foullet, phantosme*. ITAL. *Spirito noturno, spirito maligno*. GERM. Ein böser geist/ein böß gespenst. HISP. *Fantasma que parece de noche, Angel malo*. ANGL. *An euill spirit*.}

Căcoēthēs, dictio tetrasyllaba, neutrius generis, {κακόηθες. GALL. *Mauuaise nourriture, mauuaise coustume*. ITAL. *Cattiua creanza, mala consuetudine*. GERM. Ein böse gewonheit/böse sitten. HISP. *Mala costumbre*. ANGL. *Euill custome and maners*.} Mala & præpostera consuetudo. Nam κακὸν malum, & ἦθος morem, vel consuetudinem sonat. Iuuenalis pro ambitione sumpsisse videtur per translationem, quæ quum semel animo insederit, non facilè amoueri potest:

——*tenet* (inquit) *insanabile multos*

Scribendi cacoëthes.

Hermolaus *in Castig*. Bud. *in Pandect*. Politianus *Miscel*. *cap*. 49. ¶ Cacoethe præterea à medicis appellatur vlcera maligna, quæ quum omnia rectè atque ordine feceris, non tamen curantur: quia in ipso vlceris loco, Galeno teste, inest malignitas, sanari ea prohibens, quum in aliis vlceribus malorum humorum influxu aliunde recipiatur.

Cacogenius, diabolus.

[Cacopathecia, infirmitas. Gloss. gr. b.]

Căcŏstŏmăchŭs. {κακοστόμαχος. GALL. *Qui a mauuais estomach*. ITAL. *Quello che ha debole stomacho*. GERM. Der ein blöden vnd bösen magen hatt. HISP. *El que tiene estomacho enfermo*. ANGL. *That hath an euill stomack or disceaded*.} Qui malum ac debilitatum stomachum habet, hoc est, ventriculum. Os enim ventriculi, qui stomachus dicitur, pro ipso ventriculo sumi solet. Cic. *ad Tironem*, De medico & tu bene existimari scribis, & ego sic audio: sed planè curationes eius non probo: tus enim dandum tibi non fuit, quum κακοστόμαχος esses.

Căcŏsynthĕtŏn, κακοσύνθετον. Mala, seu deformis compositio: vt apud Virg. *lib*. 9. *Æneid*.

Terga fatigamus hasta.

Căcŏtechnĭa, κακοτεχνία, Ars mala interpretatur, & ad perniciem inuenta. Quint. *lib*. 2. *cap*. 20. Cacotechniam quidam nominauerunt artis prauitatem.

Căcozēlĭa, κακοζηλία. Dicitur mala & indecora affectatio, quoties inscitè virtutem aliquam imitantes, in vitium labimur. Veluti si quis, Atticismum affectans, ieiunus fiat & aridus: aut contrà copiæ studens, in ineptam incidat loquacitatem. Cacozeliæ genere peccare. Quint. *lib*. 2. *cap*. 3.

Căcozēlŭs, κακόζηλος. Ineptus imitator, Suet *in August*. *cap*. 86.

Căctus, κάκτος. {ANGL. *Artechokes, an hearbe so called*.} Herba est, teste Plin *lib*. 21. *cap*. 16. in sola Sicilia nascens, quæ caules habet à radice emissos, & in terra serpentes, quos etiam cactos vocant. Athenæus eam esse credit, quæ Latinis carduus, Græcis cinara vocatur.

Cacubalum, herba acinos ferens nigros, quæ à Græcorum nonnullis Strychnos, à Latinis verò, quòd strumis medeatur, ab effectu Strumum appellatur. Vide Plin. *lib*. 27. *cap*. 8.

Căcŭlă, Militis seruus, fustibus clauibusque ligneis armatus ad tutelam dominorum. {נשא כלים *nosé chelim*. ὁ φέρων ὅπλα, ὑπασπιστής. GALL. *Vn goujat d'homme de guerre*. ITAL. *Ragazzo, seruitore, massimamente in guerra*. GERM. Ein gwardeknecht ein troßbub. HISP. *Moço, o rapaz del escudero*. ANGL. *A man of warres slaue*.} Dictus ἀπὸ τῶν κάλων, hoc est, à lignis

lignis quæ ferebat. Plaut. Video caculam militatem me futurum. Harpax Cacula. Plaut. *Pseud. sc. 2. a. 1.* ¶ Vnde & Calones dicti.

[Caculatum seruitium. Fest. vt ædilatum, quod notat Scalig.]

CACVMEN, Summitas cuiusque rei, { ראש *rosch.* κορυφή. GALL. *Sommet ou coupeau de quelque chose.* ITAL. *Cima, sommità.* GERM. Ein gipfel/ Das oberste theil eines jeden dings. HISP. *Cumbre ò altura.* ANGL. *The toppe or higt of any thing, the ridge of an house.* } vt, cacumina montium, cacumina arborum. Cæsar 7. *bell. Gall.* Itaque truncis arborum, aut admodum firmis ramis abscissis, atque horum delibratis atque præacutis cacuminibus, perpetuæ fossæ quinos pedes altæ ducebantur.

Nunc epulæ è tenera fronde cacumen erant.

Ouid. 4. *Fast.*

Erexit è tepida mole cacumen (Herba,)

Idem *Eleg. 12. lib. 3. Trist.* Virg. 6. *Æneid.*

———dehinc summa cacumina linquunt.

Lucret. *lib. 5.*

———ad summum postquam venere cacumen.

id est, Ad summam absolutionem & consummationem. De artium inuentione loquitur, quæ ex paruis initiis paulatim ad summum perfectionis fastigium peruenerunt.

Căcūmĭnārĕ, Acutum reddere, { ἀποξύνω. GALL. *Faire poinctu ou aigu.* ITAL. *Far acuto, apuntato.* GERM. Spitzig machen. HISP. *Encumbrar, ò alçar, ò empinar.* ANGL. *To make pointed and sharpe.* } Ouid. 3. *Met.*

Dat spacium collo, summásque cacuminat aures.

De Actæone loquitur in ceruum mutato.

Căcūmĭnātŭs, a, um, adiectiuum. { ἀποξυνθείς. GALL. *Aigu, pointu.* ITAL. *Acuto, ponteuto.* GERM. Gespitzt. HISP. *Agudo, empinado.* ANGL. *Pointed, sharped, that hath a sharpe toppe.* } Plin. *lib. 10. cap. 52.* Auium oua ex calore fragilia, serpentium ex frigore lenta, piscium ex liquore mollia, aquatilium rotunda, reliqua ferè fastigio cacuminata.

[Cacuo. Gloss. cacuere, παρακαλῶ, videtur dici pro *coacuere*, vt acuere est exhortari: vel simpliciter c, præposito. Vulcan. ait, nisi malis calare. An autem fortè coacuere παροξύνειν.]

Cācŭs, Κάκος, filius fuit Vulcani, qui Latium vndique latrociniis & incendiis infestabat: demum Herculis quoque ex Hispania, occiso Geryone, redeuntis, & apud Euandrum hospitantis, boues noctu cauda traxit in antrum suum: quas quum manè diminutas cerneret Hercules, nec quorsum errassent, scire posset, fortè fortuna ad hoc antrum peruenit: sed quum vestigia omnia foras versa videret, cum reliquis abiit. Abeuntibus autem cæteris, occlusæ boues aliarum desyderio mugierunt. Hercules igitur audito mugitu, Caci fraudem cognouit, raptáque claua iratus recurrit, sed Cacus spelunca fretus, in eadem se abscondit, clausis foribus ingenti saxo. Quod Hercules videns, ad cacumen tendit, & ad extremum deiecto silice, qui in antri ori summo incumbebat, intrepidè desiliens, Cacum strangulauit, bouésque suas recepit, vt copiosè describit Virg. *lib. 8. Æneid.* < GERM. Ein sohn Vulcani der dem Herculi seine rinder gestolen. > Sunt qui affirment hunc Cacum Euandri fuisse seruum, qui in eo loco Italiæ omnia latrocinio & incendio vastauerit, & ob id Vulcani filium appellatum. Ouidius fabulatur illum tricipitem fuisse, quum inquit, Mænalio iacuit fusus tria tempora ramo Cacus, &c. Veritas tamen secundùm philologos historicos hoc habet, hunc fuisse Euandri nequissimum seruum, ac furem. Nouimus autem malum à Græcis κακὸν dici, quem ita illo tempore Arcades appellabant, postea translato accentu Cacus dictus est, vt Helene Helena. Ignem autem dictus est vomere, quòd agros igne populabatur. Hunc soror sua eiusdem nominis prodidit. Vnde etiam sacrum meruit, in quo ei per virgines Vestæ sacrificabatur. Hæc Seruius, enarrans eum Virgilij locum *lib. Æneid. 8.*

Hic spelunca fuit vasto submota recessu,

Semihominis Caci, &c.

[Cada, aruina Gl. A. L.]

Cadamitas, pro calamitas.

[Cadara, instituta, negotiatio pinguiaria. Axungiaria. Gl. A. L.]

CĂDĀVĔR, Corpus mortuum, à cadendo (vt inquit Hieronymus) ab eo quòd post mortem ceciderit. { Sic Hebræi נבלה *nebeláh* à radice נבל *nabál*, cecidit: & Græci πτῶμα παρὰ τὸ πίπτω, cadere deducunt. τὸ νεκρὸν ἢ ὁ νεκρὸς, τὸ πτῶμα. GALL. *Vn corps mort, charongne.* ITAL. *Corpo morto.* GERM. Ein todter cörper. HISP. *Cuerpo de animal muerto.* ANGL. *A carcage, dead bodie or coarse.* } Cæsar 7. *bell. Gall.* Quid hominum millibus octoginta vno loco interfectis, propinquis, consanguineísque nostri animi fore existimatis, si penè in ipsis cadaueribus prælio decertare cogerentur? Transfertur & ad alia, vt etiam de oppidis solo æquatis quandoque dicatur. Ser. Sulp. *Ciceroni.* Tot oppidorum cadauera proiecta iacent. Seruius etiam à Carendo deducit. Cadauerum & ruderum egestio, de ruinis ædificij. Sueton. *in Neron. cap. 38.* ¶ Viuum cadauer, ἔμψυχος νεκρός. Prouerbiali figura dixit Sophocles *in Antigone,*

οὐ τίθημ' ἐγὼ ζῆν τοῦτον, ἀλλ' ἔμψυχον ἡγοῦμαι νεκρόν. id est,

——— hunc ego viuere

Haud arbitror, viuum at cadauer iudico.

In eos dicetur, qui sic viuunt, vt nihil dignum vitâ agant.

Cădāuĕrōsŭs, a, um, { νεκρώδης. GALL. *Pourri comme charongne, hideux.* ITAL. *Pieno di carogne.* GERM. Das einem cörper gleich ist. HISP. *Cosa semejante à cuerpo muerto.* ANGL. *Deadlie face or contenance, a cruell looke.* } Quod cadaueris similitudinem habet: vt, Cadauerosa facies, apud Terent. *in Hecyr.*

Cadusij, Strabo *lib. 11.* populi sunt mediæ, prope Albanos & Caspios.

Cadena regia fuit, in vrbis modum instructa in montibus Licaoniæ, vt autor est Strab. *lib. 12.*

[Cadesa. Vocabul. vet. habet: Gadesa, scortum. Vide Martin. *Lex. philolog.*]

Cadi, orum, apud Strab. *lib. 12.* Phrygiæ vrbs est: quam tamen nonnulli ad Mysiam pertinere dicunt.

Cădĭscŭs, vasculum quo suffragia colliguntur. Græcè καδίσκος, diminutiuum à cadus. ¶ Fuerunt autem duo apud veteres cadisci, in quos calculos mittebant iudices, alterum νεκρὸς, in quem condemnationis, alterum ἄνεκρος, in quem absolutionis calculos proiiciebant. Hic σώζων ἔλεος, id est, misericordiæ, vocabatur, in quem οἱ σώζοντες mittebantur, alter θανάτου, hoc est, mortis erat, propiùs loco posita. Bud. *Com.* ¶ Est etiam Cadiscus mons Cretæ, Plin. *lib. 4. cap. 12.*

[Cadiuus, a, um, qui sponte cadit. Onom. exponit, αὐτομάτως πίπτων. ita *folia cadiua* dicuntur.]

Cădmītĭs, καδμῖτις, gemma, quam cæruleæ interdum bullæ cingunt.

Cădmēă, καδμεία, autore Plutarcho *in vita Pelopida*, Arx fuit Thebana: licet nonnunquam pro ipsa sumatur vrbe.

Cădmēŭs, a, um, per tres syllabas, καδμεῖος. idem est quod Thebanus. Statius 8. *Thebaid.*

———pudeat Cadmea iuuentus.

¶ Cadmea victoria, καδμεία νίκη, hoc est, Thebanorum victoria: quod prouerbij vim habet, quoties significare volumus, tam magno constitisse victoriam, vt non ita multum intersit inter victoris sortem, & victi. Tractum est adagium à bello Thebano inter duos fratres gesto. Vide Erasmum *in Adagijs.* Stephanus autor est ipsam etiam Carthaginem, olim Cadmeam fuisse appellatam.

Cădmēĭs, καδμηΐς, regio est Achaiæ, è regione Eubœæ sita, quæ postea dicta est Bœotia. Autor Thucyd. *bell. Pelopon. lib. 1.*

Cădmīă, καδμεία, corpus est metallicum: cuius duo sunt genera. Alterum, quod in riuis & montibus reperitur earum regionum, in quibus æris sunt metalla, idque Cadmiam lapidosam vocat Galen. *lib. 9. simpl.* Nam re vera nihil aliud est quàm pyrites ærosus, ex quo excoquitur æs. Atque hoc quidem cadmiæ genus etiam Plinio cognitum fuit: qui eius sic meminit *lib. 34. cap. 1.* Fit & æs è lapide ærolo, quem vocant Cadmiam. Item *cap. 10. eiusdem libri.* Namque ipse lapis, ex quo fit æs, Cadmia vocatur. ¶ Alterum est genus cadmiæ quod in ærariis officinis inuenitur: idque rursus duplex. Nam quod ex fuligine, siue fauilla, quæ ex fornace perpetuò egeritur, sensim colligitur, altioribúsque ædium partibus, in quibus æs excoquitur, adhærescit, Botryitis appellatur, quòd vuæ quandam imaginem repræsentet. Alterum in fornacibus ipsis inuenitur supra diphryges, crustæ similitudine: vnde & Placitin appellauere. Vide Gal. *lib. 1. simpl.* & Agricolam *de metallica.*

Cădmŭs, κάδμος, Agenoris Phœnicum regis filius fuit, qui à patre missus ad quærendam Europam sororem, iussúsque sine ea non reuerti, desperato reditu, Thebas in Bœotia condidit. Ab huius nomine ipsæ etiam Thebæ Cadmeæ dicuntur à Cadmo conditore. Propertius,

Quum tibi Cadmea dicuntur Pontice Theba.

Postea autem à Zetho, & Amphione regno pulsus, ad Illyricos sese contulit: vbi deorum miseratione & ipse, & vxor in serpentes mutati sunt. Filias habuit Semelen, Agauen, Ino, & Autonoen. ¶ Ferunt Cadmum decem & sex literas è Phœnicia in Græciam detulisse, α β γ δ ε ι κ λ μ ν ο π ρ σ τ υ. His Palamedem Troiano bello quatuor adiecisse, ξ θ φ χ. & totidem post eum Simonidem Melicum, ζ η ψ ω. Aiunt quoque Cadmum historiam inuenisse, & primum prosaicam orationem instituisse. Paulo iunior fuit Orpho. Hæc Suidas. Apuleius verò hoc adscripsit Pherecydi. Fertur item inuenisse auri metalla, atque conflaturam. Est & Cadmus mons qui Laodiceæ imminet, ex quo Lycus fluuius fluit. Autor Strab. *lib. 12.* & Plin. *lib. 5. cap. 26.*

Cadmus, fluuius Cestrinus, vide in *Cammania.*

Cădmēĭŭs, a, um, per quatuor syllabas, καδμήϊος. vt, Æmon Cadmeius. Stat. *Thebaid. 8.*

———leuius Cadmeius Æmon Tela rotat.

Cădmēĭs, idis, fœm. gen. patronymicum à Cadmo. καδμηΐς. Ouid. 4. *Metamorph.*

Æquora distingunt summis Cadmeides alis.

Cădmŭs, item Milesius fuit, teste Suida, Orpheo aliquantò recentior, qui de Meliti origine, & rebus Ionicis libb. 4. conscripsit. Hic primus fuisse creditur, teste Plin. *lib. 5. cap. 26.* qui prosam orationem scribere aggressus sit: vt iam fusiùs dictum est.

CĂDO, is, cecidi, casum, Concido, labor, corruo, præcipitor. { נפל *naphál.* πίπτω. GALL. *Cheoir, tomber.* ITAL. *Cadere, morire, cascare.* GERM. Fallen. HISP. *Caër, morir, y acontecer.* ANGL. *To fall.* } Cic. *in Orat.* Si semel constiterit, nunquam cadet. Ponitur autem cum datiuo. Plaut. *in Menæch.* Quid clamas? quin taces? Quot eras annos natus quum te pater à patria auehit? MEN. Septennis: nam tum dentes mihi cadebant primulum. Plin. *lib. 16. cap. 12.* Cadunt plurimis autumno, de foliis loquitur, quæ maximè illo tempore arbores amittunt.

Spes mihi respicio, cum mea facta cadit,

Ouid. *Eleg. 1. lib. 2. Trist.* Cadendo descendere è fastigio. Senec. *cap. 10. de Tranquil.*

Ne cadat, & palmas inhonestet equus,

Ouid. *Eleg. 8. lib. 4. Trist.*

Per spes nunc socias, casuraque mœnia Troum,

Idem 13. *Metam.* Nihil ex illo impetu (doloris) cecidit. Senec. *cap. 1. de consol. ad Mart.*

Sed licèt asperiora cadant spoliérque relictis,

Tibul. *lib. 4.*

——— nec illis

Semper inaurato Taurus cadit hostia cornu,

Ibid. Thebæ cecidere. Ouid. 13. *Met.* Caue ne cadas, (de ebrio,) Plaut. *Most. sc. 4. a. 1.* Cadit Sol, (id est, occidit) Gell. *cap. 22. lib. 2.* Cadere, item mori. Cæsar 3. *belli ciuilis,* Ad duorum millium numerum ex Pompeianis cecidisse reperiebamus, Virg. 1. *Æneid.*

Multa tibi ante aras nostra cadet hostia dextra,

id est, occidetur, mactabitur, immolabitur. Oriri & cadere (de stellis) contraria. Ouid. 1. *Fast.*

Quis vetat & stellas, vt quaque oriturque caditque, Dicere?

¶ Cum præpositione Ab. Plin. *lib. 16. cap. 18. de auibus,* Impingi putes aliquas, aut rursus ab alto cadere has, illas salire. Cicero per aduerbium dixit, Magnum tamen periculum non adibit: altè enim cadere non potest. ¶ Cum præpositione De. Idem *de Fato,* Si Daphitæ fatum fuit de equo cadere atque ita perire. ¶ Cum præpositione Ex. Plin. *lib. 7. cap. 20.* Perstringi solùm debet supra ex Nouembr. mense in Februarium: quo solutæ, sponte cadunt ex arbore atque subnascuntur. Habet hoc verbum multas egregias & venustas translationes, locutionésque. Terent. *in Adelph.* Laudarier te audit libenter: facio te apud illum

illum deum: Virtutes narro. [illegible] tuas homini illico lachrymæ cadunt. Quasi prae gaudio. Virg. *Ecl.* 1.

Et iam summa procul villarum culmina fumant,
Maioresque cadunt altis de montibus umbræ.

Idem, Cadit & Ripheus iustissimus, pro Occidit, moritur. ¶ Cadere in suspicionem, in cogitationem, in deliberationem, in offensionem, pro incidere, venire. Cadere victoria. Quint. Cadere causa, vel à causa: pro Amittere litem. ¶ Cadere formula. Quint. *cap.* 6. *lib.* 3. & Sen. *Epist.* 79. pro rem ipsam per formulas non rectè explicare. ¶ Cadere animum, cadere oculos, vultus, verba, &c. pro Frangi, debilitari, opprimi, perire. Et Cic. *in Orat.* Quod verba meliùs in syllabas longiores cadunt, pro terminant, desinunt. Idem *ad Atticum*, Accedit illud, si maneo, & illum comitatum optimorum & clarissimorum ciuium desero, cadendum in vnius potestatem: pro Venire, redigi, poni. Tracta est metaphora à ludo talorum. Tunc enim talus feliciter cadere dicebatur, quum in summitate Venerem, hoc est, numerum septenarium ostenderet, aut etiam seniorem: contrà sinistrà, vel infeliciter cadere dicebatur, quum vnionem, quem illi Caniculam vocabant, in summo latere ostenderet. ¶ Hinc etiam res nobis feliciter cadere dicuntur, quoties aliquid nobis pro voto obtingit. Cic. *ad Attic.* Nihil mihi feliciùs cadere potuit. ¶ Cadere in cursu. Idem *lib. de clar. Orat.* dixit pro eo quod est, expetita laude frustrari. Metaphora sumpta est à publicis certaminibus pedibus, aut equis currentium. ¶ Non cadit in alium tam absolutum opus. id est, non potest ab alio tam absolutum opus perfici. Plin. *lib.* 35. *cap.* 10. Cadunt in malos omnia scelera. Quintil. Plin. *lib.* 7. *cap.* 3. Si cadit in sapientem animi dolor qui profectò cadit. Cic. *de Amic.* id est, si sapientis est dolere. Idem *in Orat.* Iambus enim & dactylus in versum cadunt maxime. id est, conueniunt. ¶ Huius composita sunt, Accido, Decido, Excido, Incido, Intercido, Occido, Concido, Procido, Recido, & Succido, quæ habent penultimam correptam. ¶ Deriuatiua sunt, Casa, Caso, as, & Casito, de quibus infrà.

Cāsus, us, propriè idem quod ruina, à cadendo. {מפלת mappeleth קרי keri [illegible]. GALL. *Cheute, ruine, cas fortune.* ITAL. *Caso, fortuna, ruina.* GERM. Ein fal/ oder glücksfal. HISP. *Caso, fortuna, è cayda.* ANGL. *A fall, chance or fortune.*} Curtius, Inopinato tedæ casu oppressus. In eius dici casu. Cæs. 1. *de bell. ciu.* Nimium fortunæ casibus permittere. Suet. *in Tib. cap.* 19.

Illa meos casus aggrauat, illa leuat.

Ouid. *Eleg.* 4 *lib.* 3. *Trist.* ¶ Interdum idem quod fortuna, vel inopinatus euentus. [illegible], τύχη. Cic. *de Amic.* Vt si in eiusmodi amicitias ignari casu aliquo inciderent. In eiusmodi casu, vt vulgò dicimus, *en ce cas la.* Celsus sæpissimè vtitur, vt *lib.* 6. *cap.* 6. In eiusmodi casu prima omnium sunt, quies, & abstinentia. ¶ Modo calamitas & infortunium, [illegible]. Virg. 2. *Æneid.*

Sed si tantus amor casus cognoscere nostros.

¶ Casus temerarius à Græcis [illegible] dicitur à Cicerone Temeritas. ¶ Item casus dicuntur vocabulorum formæ, quibus in aliam cadunt effigiem. Casus nominandi & rectus casus. Gell. *cap.* 5. *lib.* 2. Casus interrogandi, quem Genitiuum Grammatici vocant. *Ibidem cap.* 25. *lib.* 13. Casus rectus & vocatiuus. Idem *cap.* 5. *lib.* 14. Casus interrogandi & genitiuus. Idem *cap.* 25. *lib.* 13. Inclinare in casus. Vide *Inclino.* ¶ Hinc etiam veteres Caseum, antiquum dicebant, quasi iam cadentem. ¶ Casus victoriæ, Salust. *Iugurth.* 72. maximè sperans, diducta manu hostium, aut vi, aut dolis sese casum victoriæ inuenturum. Casus item Latinus dicitur sextus Ablatiuus, quo Græci carent, cuius vis apud Græcos per genitiuum explicatur. Sic appellatur à Varrone, authore Diomede *Gram. lib.* 1.

Cāsuālis, πτωτικός. vt, Casuales declinationes apud Probum: & Casualis forma apud Diomedem *Grammatices lib.* 1. In singulari numero nominum formæ Casuales sunt sex.

Cadrema, [illegible], vrbs Lyciæ, Olbiorum colonia, [illegible] Stephanus.

Căso, as, are, frequenter cado: à quo fit aliud frequentatiuum Casito, as, {[illegible]. GALL. *Cheoir souuent, cheoir par le menu.* ITAL. *Cadere spesso.* GERM. [illegible] fallen/ Offt fallen. HISP. *Caer muchas vezes.* ANGL. *To fall often.*} Paul. Iurecons. *de seruit. vrb. prædior. l. seruientes.* Si antea ex tegula casitauerit stillicidium, postea vel ex tabulato, vel ex alia materia casitare non potest.

Cāsūra, æ, {πτῶσις. ANGL. *Falling.*} Casus, seu cadendi actus. Hieron. Totum amisit in casura, quod erat ædificatum in sabulo.

Casurus, Particip. à cado. Cic. *ad Senatum lib.* 15. Quid casurum sit, incertum est. id est, euenturum. Apud Ouidium 1. *Amor eleg.* 15. nomen nullo tempore casurum, pro perpetuo nomine.

Cădūcus, a, um, Fragilis, mobilis, mortalis, à cadendo. {[illegible]. GALL. *Caduque, corruptible, ruineux, allant en decadence.* ITAL. *Caduco, mortale, fragile.* GERM. Hinfellig, zerbrüchlich, zergenglich. HISP. *Debil, que ligeramente puede caer.* ANGL. *Falling into decaie, which falleth which do not last.*} ¶ Item Caducus dicitur is, qui morbo eo laborat, qui hominem cadere facit. Firmicus *lib.* 7. Si luna in horoscopo fuerit inuenta, stultos, lentos, fatuos, & caducos efficiet. Plin. *lib.* 17. In duracinis quoque, quæ maturescentes tunc sunt præcipuè caducæ, id frigoris magis euenit, etiam si non ceciderunt, fastidiendis. Caduca & decocta poma (i. nimium matura.) Gell. *cap.* 21. *lib.* 13.

——Zephyri verba caduca ferunt.

Ouid. *Epist. Saph.* Nec fronde caduca carpitur laurus. ¶ Quandoque caducus mortuus dicitur. Virg. *lib.* 6.

Hinc multum fleti ad superos, belloque caduci Dardanidæ.

¶ Caduca hæreditas dicitur, & caduca bona, quæ ab eo cui iure debebantur, in [illegible] ceciderunt. ¶ Caduca auspicia veteres dicebant, quum aliquid in templo cecidit, veluti de manu virga. ¶ Caducæ literæ, [illegible], quæ obsolueuerunt, & visum propemodum fugiunt. Plin. *lib.* 11. *cap.* 11. Scabritia leuigatur dente, conchilio, sed literæ caducæ fiunt. ¶ Caduca aqua [illegible] dicitur, [illegible] quæ [illegible] abundat. Sic Varro, Caduca aqua, quæ de canalibus defluit, hoc est, quæ superfluit, & non continetur, i. abundat. Ouid. vero 4. *de Ponto. eleg.* 7.

——vtque caducis

Per cursu crebro saxa cauantur aquis.

id est, cadentibus.

Cădūciter, aduerbium antiquum, teste Nonio, idem significans quod præcipitanter, {[illegible]. ANGL. *Rashelie.*} Varro, Frigidò numbos [illegible] ista caduciter ruentes pertimuerunt: aquatiles querquedulæ natantes.

Cădīuus, quod per se cecidit. {[illegible]. GALL. *Qui cheoit aisement & de luy mesme.* ITAL. *Caduto da per se.* GERM. Das von im selbs hinfelt. HISP. *Cosa que de per se se cae como fruta.* ANGL. *That falles bytime, [illegible] transitorie.*} vnde Cadiua poma dicuntur, quæ non manu collecta, sed sua sponte in terram cecidere: & Cadiua folia, quæ per se ex arboribus cadunt. Plinius, Colligi mala post æquinoctium autumnale, cadiua separari, stramentis floriis paleisque sterni.

[Caducarius, ad quem pertinent, quæ cadunt, defuncto aliquo, cui non est, qui succedat. Gloss. Isid. Est is, qui fit hæres in bona eius, qui hæredem non habet. Gloss. Turneb. *lib.* 28. *cap.* 5.

Caduceator, legatus pacem petens.]

Caduceus, & Caduceum, Mercurij virga fuisse fertur, qua ille ad dissidia & discordias tollendas vtebatur: à cadendo dicta, quod contentiones & bella cadere faciat. {κηρύκειον. GALL. *Vne verge blanche que portoyent ceux qui alloyent en ambassade pour la paix.* ITAL. *Vna verga [illegible] che portauano gli ambasciatori & mediatori di pace.* GERM. Ein [illegible] stab. HISP. *Vara del Embaxador.* ANGL. *Arodde ward which messengers or ambassadours that goeth for peace do beare.*} Nam quemadmodum per Feciales bella indicebantur, ita per Caduceatores finiebantur. Non immeritò itaque Mercurio qui orationis deus, & deorum nuntius habebatur, assignatum est caduceum, quod dissidentium animi oratione præcipuè sedentur. Caduceum Ægyptij in speciem duorum draconum, maris & fœminæ figurauerunt, qui parte media sui voluminis, nodo, quem Herculeum vocant, sibi alligantur, primisque partibus reflexi, in modum circuli oscula iungunt. Hanc virgam Apollo dicitur inuenisse, & Mercurio donauisse lyra vicissim ab illo accepta. De draconibus autem caduceo additis hanc afferunt rationem: Mercurium, quum hanc virgam manutenens in Arcadiam proficisceretur, duos serpentes pugnantes inuenisse, virgáque interposita dicto citius prælium diremisse. Ad cuius rei memoriam posteri caduceum duorum draconum similitudine fecerunt, qua etiam in palæstra reliquisque certaminibus tollendis vsi sunt. ¶ Hasta caduceum, δόρυ κηρύκειον. Dici solitum quoties aliquis simul & minaretur & ad concordiam inuitaret. ¶ Caduceator dicitur legatus qui pacem petebat: à caduceo quem manu gestabat. Oratorem cum Caduceo etiam appellat Liu. *lib.* 4. *d.* 5. Oratores cum Caduceo mittit. {ציר tsir. κῆρυξ. GALL. *Ambassadeur de paix.* ITAL. *Ambasciatore.* GERM. Ein Herold/ fridbott. HISP. *Embaxador.* ANGL. *An Ambassadour of peace, an harauld.*} Cato, Caduceatori nemo homo nocet. Liu. 6. *bell. Pun.* Asdrubal, ne in arctores esset, caduceatorem misit, &c.

Caducifer, nomen quo Mercurius vocitatus est. Quum enim Mercurius lyram in Cyllene monte Arcadiæ septichordem ad Atlantidem numerum instituisset, quòd Maia mater eius illarum numero esset: ac non multò pòst deprehensus fuisset ab Apolline boues suas abigere, quò faciliùs veniam ab eo impetraret, Apollini traditur concessisse, vt lyram à se primò inuentam prædicaret. Quamobrem Apollinem ferunt virgam quandam Mercurio dedisse, quam quum manu teneret, in Arcadiam proficisceretur, inuentos ab eo fuisse dracones duos simul ligatos, & inter se mutuò pugnantes: quo viso, virgam interposuisse, & dicto citiùs prælium diremisse. Qua re conspecta, huiusmodi virgam pacis gratia creditum est constitutam. ¶ Vnde factum est, vt legati pacis *Caduceatores* dicerentur, posterique eius rei exemplo Mercurio virgam deinceps duorum draconum similitudine vbique affinxerint. Huius virgæ potestatem describit Virg. *Æneid.* 4.

Tum virgam capit, hac animas ille euocat Orco
Pallentes, alias sub tristia Tartara mittit,
Dat somnos, adimitque, & lumina morte resignat.
Illa fretus, agit ventos & turbida tranat Nubila.

Caduceni, Sardaniæ iurisdictionis in Caria populi: vt autor est Plin. *lib.* 5. *cap.* 29.

[Cadula, olim guttæ quæ cadunt ex pingui carne, quum assatur, vel etiam ex cerico. vet. Vocabul.

Cadum, vide *Cado.*]

Cădūrcum, {GERM. Ein [illegible]. ANGL. *An curteine, a quilte, a vaile.*} Tentorium, siue culcitra, qua merces teguntur: à Cadurcis Galliæ populis, vt inquit Plinius, apud quos lini præstantia palmam obtinet in culcitris. Iuuenalis, Institor hybernæ tegetis, niueique cadurci. Sunt qui putent esse vela illa pensilia, quæ tecto obtenduntur: aut etiam tegmen quoddam quadratum, quale est illud, sub quo principes in solemnioribus pompis vehi videmus. Iuuenal.

——violato pœna cadurco.

¶ Cadurcum, item vas illud quod ex piscina & puteo aquam haurit iumento totam versante. Solent ex his etiam fieri canales in parietibus domorum, per quos aquæ ex tectis defluant in cloacas: etiam in quibusdam vrbibus, per quos aquæ pluuiæ cisternas impleant. Hæc Valla *in Raudensem.*

Cadurci, [illegible], Galliæ Aquitanicæ populi. Plin *lib.* 4. *cap.* 19. Vulgò *Caors.*

[Cadurda, labra pudendi muliebris, vel spondalecti. Gloss. Isid.]

Cadus, {כד cade. κάδος. GALL. *Vne caque.* ITAL. *Barile, botta.* GERM. Ein weinfaß. HISP. *Barril de vino.* ANGL. *A wine vessell, a pipe, a barell.*} Vas vinarium, quo vinum conditur, vt vult Acron: cuius prima corripitur. Martialis, In Vaticanis condita musta cadis. Continet congios decem, vel vt alij volunt, duodecim. Iubebo cadum vini veteris à me afferri. Plaut. *Asin.* [illegible] Item in Alpibus rustici cados ligneos circulis cinctos excogitarunt. Cadus ferreus, lebes, seu cacabus.

Cadusii, [illegible], Asiæ populi, inter mare Caspium, & Pontum. Strabo *lib.* 11.

Cadytis, vrbs Syriæ maxima, Herodoto *lib.* 2.

Cæa, quod [illegible] legebatur, vide *Cea.*

Cæcias, καικίας, ventus qui ita nare dicitur ab Aristotele, non vt nubes propellat,

propellat, sed vt ad se vocet. Flat inter Aquilonem & exortum Æquinoctialem. Plin. *lib.* 2. *cap.* 47. Narrant in Ponto Cæciam in se trahere nubes. De hoc vide multa apud Erasm. *in Adagys.*

[Cæcigena, τυφλογενής. Lex. v. Et Lucr. *lib.* 2.

——— cæcigeni, solis qui lumina nunquam

Aspexere.

Cæcilia, genus serpentis cæci, vnde & nomen accepisse videtur. {Angl. *A slowe worme being blinde.*} Colum. *lib.* 6. *cap.* 17. Est & magnorum animalium noxium virus. Nam & vipera, & cæcilia sæpe quum pascua bos imprudenter supercubuerit, lacessita onere morsum imprimit. Vide eiusdem *cap.* 17. *lib.* 6. ¶ C. Cæcilia, vxor Tarquinij Prisci mulier morum integritate laudatissima, vt scribit Volaterranus. [¶ Cæcilia, Lex à Q. Cæcilio dicta.]

Cæcilius, Epirota, libertus Attici equitis Romani, ludum Grammaticæ Romæ aperuit. Primus dicitur Virgilium, & alios poetas nouos prælegere cœpisse: quod etiam Domitij Marsi versiculus indicat, Epirota tenellorum nutricula vatum. Ex Tranquillo. Huius etiam meminit Macrobius. ¶ Cæcilius Gallus, in disciplina iuris, atque legibus pop. Rom. noscendis, interpretandisque scientia, vsu autoritateque illustris fuit tempore Gellij: cuius etiam ipse meminit: dicitque librum scripsisse de verborum significatione, quæ ad ius ciuile pertinerent. ¶ Cæcilius item Claudius Isidorus, qui C. Asinio Gallo, & Martio Censorino coss. ad VI. Calend. Febr. testamento suo edixit, quamuis multa ciuili bello perdidisset, tamen relinquere seruorum quatuor millia CXVI. Iuga boum tria millia DC. reliquum pecoris CCLVII. millia. in numerato HS. DCM. Autor Plin. *lib.* 33. *cap.* 10. ¶ Fuit & Cæcilius Callantianus (Callantis autem ciuitas Siciliæ est) Iudæorum religionis sectator, qui Romæ docuit sub Augusto vsque ad Adrianum: Scripsit librum contra Phrygas: Dictionarium ex ordine literarum, Comparationem Demosthenis & Ciceronis, & alia. Autor Suidas. ¶ Præter hos Cæcilius Argiuus, versificator fuit, qui scripsit de piscibus. Autor Suidas. ¶ Cæcilius item Statius, poeta Comicus, quem Cicer. *ad Attic.* malum Latinitatis autorem vocat. Volcatius tamen Comicorum palmam ei concedit. Fuit natione Gallus, & Ennij contubernalis: quidam Mediolanensem faciunt. Decessit anno post Ennium: sepultus in Ianiculo. Autor Eusebius.

Cæcinum, Καικῖνον Steph. Oppidum in finibus Italiæ, inter Locros & Rheginos, à Cæcino vicino amne ita appellatum.

Cæcinos, Καικῖνος, fluuius in finibus Italiæ, qui Rheginum agrum à Locrensi diuidit. Plin. *lib.* 3. *cap.* 10.

[Cæcubus, a, um: vnde Cæcubi agri, Cæcubæ vites, Cæcubum vinum, Plinio: à loco in Campania, *lib.* 3. *cap.* 5.]

Cæcubum, Καίκουβον Straboni, vinum generosissimum: sic dictum à Cæcubis Campaniæ populis, apud quos nascitur. Plin. *lib.* 4. Setini & Cæcubi obtendantur agri. His iunguntur Falerni, Caleni. Mart. *lib.* 13.

Cæcuba Fundanis generosa coquuntur Amiclis,

Vitis & in media nata palude viret.

Cæcvs, oculis captus, visu carens. {עִוֵּר *hivvér.* τυφλός. Gall. *Aueugle.* Ital. *Cieco.* Germ. Blind. Hisp. *Ciego.* Angl. *Blinde.*} Cæcum crimen. Liuius *lib.* 5. *d.* 5. Cæcus animi. Quint. *cap.* 16. *lib.* 1. & Gell. *c.* 13. *lib.* 12. ¶ Quandoque idem est quod insidiosus, occulte malus, latens, tacitus, qui videri non potest. Col. *lib.* 1. Ex quibus sæpe contrahuntur cæci morbi, quorum causas ne medici quidem perspicere queunt. Cic. *contra Rullum*, Cur hoc est tam obscurum atque cæcum? Idem *de Orat.* Res cæcæ, & ab aspectus iudicio remotæ. Sic Virg. etiam Vada cæca, & Cæcos scopulos vocat: qui ita sub aquis occultantur, vt oculos fallant. Transfertur etiam ad animum, vt quum aliquem Cæcum esse auaritia, furore, amore, aut odio dicimus. Cic. *pro Sexto Roscio*. Ipsos cæcos reddit cupiditas, atque auaritia. ¶ Sic dicimus Cæcam noctem, in qua non videmus. ¶ Vestigia quoque cæca dicuntur, quæ in obscura, aut incognita via versantur. Virg. 6. *Æneid.*

Cæca regens filo vestigia.

¶ Item locus cæcus dicitur, in quo non videmus. Cæcæ fossæ, cæci aditus, qui sunt obsepti. ¶ Cæcum vallum, in quo præacuti pali affixi herbis, vel frondibus occuluntur. ¶ Item Cæcum intestinum, quod inter ileon, & colon situm, paruo oblongóque ventri simile est: cæcum appellatum ab eo, quod ingressum exitui aduersum non acceperit, sed hostium vicinum habeat, vt plerumque in vnum coire, & exitu carere videatur. ¶ Vel cæco appareat, prouerbialis hyperbole frequens apud autores, de re vehementer perspicua. ¶ Cæcus cæco dux. τυφλὸς τυφλῷ ὁδηγός. Adagium Euangelicis quoque literis celebratum, quo vti licebit, quoties indoctus indoctum docere, inconsultus imprudenti consilium dare conabitur. Allusit ad prouerbium M. Tullius *lib. de Vniuersit.* Cæci præscriptio, τυφλοῦ ἐπιταγή, dicitur absurda: quoties ipse qui præscribit, non intelligit quid dicat. Socrates apud Platonem *in Theæteto.* ¶ Huic prorsus simile est, Cæca speculatio, ἀθεώρητος. ¶ Neque cæcum ducem, neque amentem consultorem, μήτε τυφλὸν ὁδηγόν, μήτε ἀνόητον σύμβουλον, subaudiendum, adhibeas: Disce, sed à doctis: Consilium pete, sed à consultis. ¶ Quid cæco cum speculo? τί τυφλῷ καὶ κατόπτρῳ. Citatur à Stobæo versiculus ex Epicharmo, τί τῷ κατόπτρῳ καὶ τυφλῷ κοινωνία? id est, Luminibus orbo cum speculo quid est rei? Quorsum opus est libris illiterato? quo regnum iuueni stulto? quò diuitias ei qui nesciat vti? ¶ Cæca die emere aliquid, Plaut. *Pseud.* Eme die cæca hercle oliuum, id vendito occulta die. id est, eme non præsente pecunia, sed in diem pacta, reuende pecunia præsente. Vocant & Iurisconsulti cæcam diem & cæca testimonia, quæ scripto perhibentur absentibus, nam cæca sunt non tantùm quæ non vident, sed quæ non videntur & absunt. Erasmus *in Chiliad.*

Cæculus, diminutiuum à Cæcus. ¶ Fit & nomen proprium filij Vulcani: huius mater quum iuxta ignem se leret, forte fortuna scintilla quædam in eiusdem gremium euoluit, ex qua mulier concepit, peperitque filium, quem postea ob oculorum paruitatem Cæculum vocauit: à quo Cæcilios ortos putant, quorum familia Romæ nobilissima fuit. Hic collecta multitudine, postquam diu latrocinatus esset, Prænestinam ciuitatem in montibus condidit: & quum ad ludos vicinos populos inuitasset, cœpit eos admonere, vt secum habitarent, & pro gloria iactare se filium Vulcani. Quod cum illi non crederent, inuocato Vulcano vt se filium comprobaret, omnis illius multitudinis chorus est flamma circumdatus. Quo facto commoti omnes, simul habitauerunt, & Vulcani filium esse crediderunt. Hæc Seruius in illud Virg. *lib.* 7. *Æneid.*

Nec Prænestinæ fundator defuit vrbis:

Vulcano genitum pecora inter agrestia regem

Inuentúmque focis omnis quem credidit ætas Cæculus, &c.

Cæcitas, tis, Priuatio visus: tam ad corpus, quàm ad animum refertur. {עִוָּרוֹן *hivvarón.* τυφλότης. Gall. *Cecité, aueuglement.* Ital. *Cecità, l'esser cieco.* Germ. Blindtheit. Hisp. *Ceguedad.* Angl. *Blindnesse.*} Cic. *de Aruspic. respon.* An tibi luminis obesset cæcitas plus, quàm libidinis? Idem *pro dom. sua*, Pœna omnis oculorum ad cæcitatem mentis est conuersa.

Cæcigenus, i, qui cæcus natus est, {τυφλογενής. Gall. *Aueugle né.* Ital. *Nato cieco.* Germ. Ein geborner blinder. Hisp. *Nacido ciego.* Angl. *Borne blinde.*} Lucr. *lib.* 2.

Nam quum cæcigeni, Solis qui lumina nunquam

Aspexere, tamen cognoscunt corpora tactu.

Cæco, as, Cæcum facio, excæco, {עִוֵּר *hivvér.* τυφλόω. Gall. *Rendre ou faire aueugle.* Ital. *Accecare.* Germ. Blind machen/Blenden. Hisp. *Cegar à otro, hazer ciego.* Angl. *To make blinde.*} Plin. *de viris illustrib.* Potitios Herculis sacerdotes pretio corrupit, vt sacra Herculea seruos publicos edocerent: vnde cæcatus est. Cicer. 4. *Philip.* Sed spes rapiendi atque prædicandi cæcat animos eorum. Idem *pro domo sua*, argenti & supellectilis meæ cupiditate esse cæcatum. Cuius composita sunt, Excæco, quod est valde, seu perfectè cæco. Plin. Vt quum lauatur, si oculos attingat, excæcet, Obcæco, in quo infrà.

[Cæcua, Gloss. Isid. Cæcua noctua: quia lucem fugit, tanquam cæca esset. Apud eundem, Cæcuma noctua.]

Cæcutio, is, Parum video. {ἀμβλυωπέω. Gall. *Estre aueugle, ne voir goutte, ou ne voir pas clair.* Ital. *Veder poco, esser bornio.* Germ. Vbel oder nur ein wenig sehen/ein blöd vnd abnemmend gesicht haben. Hisp. *Cegar òceguejar.* Angl. *To be dimme sighted, to see but a litle or not cleerelie.*} & Cæcutiens, quasi semicæcus. Varro, Vtrùm oculi mihi cæcutiunt, an ego vidi seruos in armis contra dominos? Hieronymus *ad Paul.* Vt rarus sit, qui non earum cæcutiat lectione.

Cæculto, as, Obtusum visum habeo, cæcos imitor. {ἀμβλυώττω. Gall. *Ne voir pas fort cler, auoir les yeux comme esblouys.* Ital. *Veder poco, contrafare i ciechi.* Germ. Ein blöd vnd schwach gesicht haben. Hisp. *Contrahazer à algun ciego.* Angl. *To be dimme in sight.*} Festus, Cæcultare est, cæcos imitari. Plaut. Nunnam mihi oculi cæcultant? éstne hic noster Hermio.

Cædicus, vir ditissimus, cuius meminit Virg. *lib.* 9. & 10. *Æneid.*

Cædiciæ tabernæ, dictæ sunt à Cædicio quodam, qui eas in via Appia ædificauit.

Cædo, is, cecidi, cæsum, actiuum, Percutio, ferio, verbero. {הִכָּה *hiccháh.* πλήττω, τύπτω, κόπτω. Gall. *Frapper, couper, trencher, tuer.* Ital. *Percuotere.* Germ. Schlagen/streichen. Hisp. *Herir ò matar con hierro.* Angl. *To beat, to whippe, to cutte, to strike, to kill.*} Terent. *in And.* Verberibus te cæsum in pristinum Daue dedam. ¶ Interdum idem quod amputo, præcido. Cic. 3. *de Diuin.* Arbores simul cum luna senescente tempestiuè cædi. *Et paulò post*, Qui robur illud cecidit, dolauit, inscripsit. ¶ Cædere frondem, stringere, colligere, amputando, vel decadendo. Cato *de R. R.* Frondem populeam, vlmeam, quernam, cædito. Saginam cædere translatè, quia fronde saginabatur pecus. Plaut. *in Most.* Este, effercite vos, saginam cædite. ¶ Item Occido. Virg. 2. *Æneid.* Cæduntur vigiles. ¶ Ponitur quandoque pro immolo, sacrifico, vt apud eundem, Cædunt binas de more bidentes. Cædere agnum Iunoni. i. immolare, Gell. *c.* 3. *lib.* 4. locant cædendos agnos. Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Cædendum illum (agnum) conduxi, (i. immolandum.) Idem *Aul. sc.* 5. *a.* 3. Cædere virgis, vide *Virga.* ¶ Item pro frango. Cic. 3. *Verr.* Cædere ianuam saxis, instare ferro. ¶ Cædi testibus, apud eundem *ad Q. Fratrem*, est testium multitudine vrgeri, premi, conuinci. ¶ Huius composita sunt Abscido, Concido, Circuncido, περικόπτω, Decido, Excido, Incido, Intercido, Occido, Præcido, Recido, & Succido. ¶ At Cedo sine diphthongo, cessi præteritum, vt supinum cessum facit, multaque significat. {סוּר *sur.* χωρέω. Gall. *Se retirer, donner lieu, ceder, obeyr.* Ital. *Ritarsi, dar luogo, accordarsi con alcuno.* Germ. Weichen. Hisp. *Ir, dar lugar libre.* Angl. *To giue place, to obey.*} Nam quandoque cedere significat abire, & locum victori dare, εἴκω. Cic. Cui quidem exercitus nostri, imperatorésque cesserunt. Ex transuerso cedi, quasi Cancer solet. Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 4. Cedendi & abeundi tempus. Gell. *cap.* 19. *lib.* 2. Hæc cessere in remedium. Senec. *cap.* 9. *de Tranquill.* ¶ Quandoque discedere, euitare atque subterfugere rem aliquam. Plaut. Cedamus imbri. Hinc cedere iræ, εἶξαι τῷ θυμῷ, dare locum iræ, & quasi ab ira discedere. Cedere bonis, Discedere à bonis, & quicquid nostrum erat, tradere creditori, ἐκστῆναι τῆς οὐσίας. ¶ Cedere in iure, Ius quod habemus, alteri tradere: quod & De iure cedere, dicimus. ¶ Cedere item, est in ius alicuius venire: vt, Cedunt mihi ea bona, id est, in ius meum veniunt. Item cum Accusatiuo, Cedere victoriam alicui, Velleius. Cedo aquam manibus. Plaut. *Most. sc.* 3. *a.* 1. Cede cerussam. Idem *ibidem.* Cedo mihi tuam dexteram (salutantis.) Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 1. ¶ Et cum accusatiuo mediante In. Hier. *super Matth.* Ita fiebat, vt oblatio liberorum sub occasione templi & Dei, in sacerdotum lucra cederet. ¶ Cedere lite, pro victum se fateri, & à iudicio victum abire. ¶ Item cedere, ponitur pro accidere, euenire. Omnia ex sententia cedunt, In magnopere fortunatos, quibus & rectè & secus instituta feliciter cedunt. ¶ Item Cedere ponitur pro dare. Enn. Salucte optima corpora, cedite manus vestras, meque accipite. ¶ Pro concedere, obsequi, non repugnare, παραχωρεῖν. Virg. 2. *Æneid.*

Cedo equidem, nec nate tibi comes ire recuso.

¶ Pro succedere, seu in sortem contingere. Idem, Cesserit Ausonio si fors victoria Turno. ¶ Pro incidere. Plaut. *Aulul.* In hostem absolutus cedas. ¶ Inuenitur & Cedò imperatiuum, Dic, δίδου, εἰπέ: nec habet alteram personam, nisi tantùm Cedite pluraliter, habétque primam correptam. Terent. *in Andr.* Cedo, cuium puerum apposuisti hic ante ianuam? Cic. *in Caton.* Cedò, qui vestram Remp. tantam amisistis: dic.

dic. Terent. *in Phorm.* posuit pro Da, Quin tu mihi argentum cedò? putoa. imò vxorem tu cedò. Inuenitur cette, pro cedite. Næuius pro industria ne te regem prognatum patrem Lycurgum cette. Ennius *in Medea.* Saluete optima corpora, cette manus vestras, meásque accipite. Vide Nonium. ¶ Cedere diem, χωρεῖν τὴν ἡμέραν, inquit Vlpianus, significat incipere debere pecuniam: sicuti Venire diem, significat eum diem venisse, quo pecunia peti possit. Cedere semita. Senec. *epist.* 65. ¶ Cedere è vita, est mori. Cicer. *de clar. Orat.* Hortensius è vita cessit. Hinc Cessicius tutor dicitur in iure, cui tutela cessa est, & Cessitia tutela, quæ ita cessa in iure & translata est. Item Cessim ire, pro retrò cedere, vel retrò redire. Alfenus *in lib.* 52. *D. ad leg. Aquil.* Item Iustinus *lib.* 2. Commisso prælio ite cessim, inhibete remos, &c. Huius verbi composita sunt, Abscedo, Accedo, Antecedo, Concedo, Decedo, Discedo, Excedo, Incedo, Intercedo, Præcedo, Procedo, Recedo, ἀφίσταμαι, Retrocedo, & Succedo, quæ habent penultimam productam.

Cæsus, participium à cædo. {κεκομμένος. GALL. *Taillé, battu, tué.* ITAL. *Tagliato, battuto.* GERM. Geschlagen. HISP. *Cosa herida ò muerta.* ANGL. *Cutte, killed, beaten.*} vt, Cæsis copiis, Cic. *ad Brut. lib.* 10. Cæsis victimis. Idem *ad Attic lib.* 2. Cæsæ arbores, Plin. *lib.* 16. *cap.* 12.

Cæsum, vide *Casa.*

Cæsura, æ, propriè Incisura. {קצץ כצב *kèrseb.* מבתצב *machtseb* דמי *demi* זמיר *zamir* ... τομή. GALL. *Coupe, tailliade, incision.* ITAL. *Taglio.* GERM. Erhawung beschneidung. HISP. *Cortadura, incision.* ANGL. *A cutt, a gash.*} Plin. 17. Ante Calendas Martias crescit ad brumam vsque, desinitque quum durescere incipit hoc lignum, quod tempestiuam habet cæsuram. ¶ Cæsura item in carmine dicitur, quum in medio versu vox pronuntiantis quasi inciditur, pedis alicuius principio finem dictionis terminante. Hæc quadrifariam diuiditur, alia Penthemimeris dicitur, siue semiquinaria: alia Hepthemimeris, siue Semiseptenaria: tertia Trochaica: quarta Bucolica. ¶ Penthemimeris est, quum post duos primos pedes superans syllaba inuenitur, quæ dictionem terminet: vt, Arma virumque cano. &, Italiam fato: habet enim ex quinque dimidium. ¶ Hepthemimeris est, quum post tres pedes similiter syllaba dictionem terminans inuenitur: vt, Arma virumque cano Troiæ. Continet enim septenarij medietatem. ¶ Trochica est, quum post duos pedes trochæus partem orationis perficit, vt, Nil nostri miserere. Buccolico, quum post quatuor pedes syllaba superat in partem orationis terminans: vt,

Omnia vincit amor, & nos cedamus amori.

Cæsim, adverbium, Succinctè, breuiter. {συντόμως. GALL. *Succinctement, briefuement.* ITAL. & HISP. *Succintamente, breuemente.* GERM. Beschneydig, kurtz behendlich. ANGL. *Shortlie, in fewe wordes.*} Vtitur hac voce Sidonius *in Epistola quadam ad Claudianum.*

Cæsim, adverbium significat cædendo, siue per incisionem gladij. {... GALL. *Par membres.* ITAL. *A pezzi, à minute, à trauo à trauo, di taglio.* GERM. Durch schneiden oder hawen. HISP. *Cortando, à cuchilladas, de miembro en miembro.* ANGL. *By cutting in partes or membres.*} sicut Punctim, ἐκ διαλαψέως, pungendo. Liu. 2. *bel. Pun.* Hispano punctim magis quàm cæsim assueto petere hostem. Colum. *lib.* 3. Maior autem pars operis in vineam ductim potius, quam cæsim facienda est, id est, cum maturitate potius, quàm vno impetu. ¶ Cessim vero gemino ss, & sine diphthongo aliud significat: de quo vide suo loco.

Cæsio, nis, verbale, Incisio. {זמיר *Zamir* מבתצב *machtseb* קצץ *kèrseb.* τμῆσις. GALL. *Coupure.* ITAL. *Tagliatura.* GERM. Erhawung. HISP. *Cortaduras.* ANGL. *Cutting.*} Col. *lib.* 4. *cap.* 33. Et post quinquennium cæsa, more salicti recreatur, atque in pallum formata, ferè vsque in alteram cæsionem perennat.

Cæsitium, ij, {ANGL. *A handkercherse.*} Linteolum erat purum & candidum: dictum quòd cædendo ad candorem perueniret: vel quòd oras circuncisas haberet. Plaut. *in Epid.* Linteolum cæsitium. Ex Nonio.

Cædes, is, Mors ferro, aut alia vi illata, præsertim ab eo qui occidere, aut ferire volebat. {רצח *retsách.* φόνος. GALL. *Meurtre, tuerie.* ITAL. *Vccisione, morte violenta.* GERM. Todtschlag, mord. HISP. *Muerte violenta, ò matanza à hierro.* ANGL. *Slaughter, murther, killing.*} Cædes propriè de sanguine & ferro dicitur. Quintil. *declam.* 350. Item Cædes malignorum. Gell. *cap.* 12. *lib.* 19. Cicer. *in Bruto,* Nam quum in sylua ita facta sua cædes esset. Ouid. 13. *Metam.*

——*modo vulnera patrum*

Ante oculos mihi sunt, & tanta cædis imago.

Plin. *lib.* 14. *cap.* 13. Inuenimus inter exempla, Mecenij vxorem, quòd vinum bibisset è dolio, interfectam fuste à marito, eúmque cædis à Romulo absolutum. ¶ Cædes pro sanguine, vt ὁ φόνος cruor est atque cædes, Virg. *Æneid.* 3.

——*tepidáque recentem*

Cæde locum.

Ouid. 4. *Metam.*

Arborei fœtus aspergine cædis in atram

Vertuntur faciem.

id est, sanguinis aspersione. ¶ Huius diminutiuum est Cædicula.

Cædes, de cæsura lignorum, aliarumque. Gell. *lib.* 19. *cap.* 12. Cur tantam ligni atque frondium cædem faceret percontatus est.

Cæduus, adiectiuum, κεκομμένος, vt Cædua sylua, quæ scilicet religiosa non est, sed quoties opus est, ad ignis, vel ædificiorum vsum cæditur. {ὑλοτομία, ὑλοτόμιον. GALL. *Taillis.* ITAL. *Bosco da tagliare.* GERM. Der gehawen ist. HISP. *Bosque que se corta ò puede cortar.* ANGL. *A wood that is cutt as often as neede is.*} Plin. *lib.* 13. *cap.* 4. Cæduæ palmarum syluæ. Seruius syluam cæduam vocat, quæ succisa, rursus ex stirpibus, aut radicibus renascatur. ¶ Contra Incidua sylua dicitur, quæ non cæditur.

Cælatura, vide *Calo.*

Cælebs, generis communis, vir sine vxore, aut mulier sine marito viuens. {ἄγαμος, ἤϊθεος. GALL. *Qui n'est point marié, sans femme.* ITAL. *Huomo ouer donna non maritati.* GERM. Der nicht in dem ehelichen stand ist. HISP. *Varon soltero, ò muger soltera.* ANGL. *Chaste, vnmarried, or a single.*} Dictus cælebs (vt inquit Hieronymus) quod cælo dignam vitam agat, qui coitu careat. August. Cælebs qui non habet vxorem, vel quæ non habet maritum: qualia sunt numina in cælo, quæ absque coniuge sunt, si agapetas non attendamus. Hi accipiunt Cælibes non tam pro vxore carentibus, quàm pro castis & omni Venere abstinentibus. Sed propriè dicitur Cælebs, qui vxorem non habet, etiamsi concubinas habeat. Nam Cælebs & maritus contraria sunt. Mart. *lib.* 2. Corrumpis sine talione cælebs. hoc est, corrumpis alienas vxores, quum ipse viuas in cælibatu, nec habeas vxorem, quam illi vicissim possint corrumpere. Quint. Num clarus, an obscurus magistratus, an priuatus: ciuis, an peregrinus, liber, an seruus: maritus, an cælebs: parens liberorum, an orbus sit. Cic. *de Legib.* Cælibes esse prohibento. Inde dicimus Tortum cælibem, & vitam cælibem, actam in cælibatu. Ouid. Quæ si non fuerat cælebs te vita deceret. Cælibem vitam viuere. Gell. *cap.* 11. *lib.* 5.

Cælibatus, us, pro vita quæ agitur sine vxore. {ἀγαμία. GALL. *Estat d'vn homme non marié.* ITAL. *Il stato di castità ò di non esser maritato.* GERM. Der ledig stand ausserthalb der ehe. HISP. *Soltura de no ser casado.* ANGL. *Chastitie, singlenesse, or the estat of one vnmaried.*} Martialis, Constituit Mercurius pellere cælibatum. Suet. *in Galb. cap.* 5. Verum amissa vxore Lepida, duobúsque ex ea liberis, mansit in cælibatu.

Cælestini, populi Vmbriæ sunt, qui à Plin. *lib.* 3. *cap.* 14. in sexta Italiæ regione collocantur.

Cælia, potus genus ex frugibus confecti: cuius meminit Plin. *lib.* 22. *cap.* 25.

Cælibaris hasta, dicebatur, qua caput nubentis comebatur, quæ in corpore gladiatoris occisi stetisset, vt sicut illa coniuncta fuerat cum corpore gladiatoris, sic cum viro noua nupta esset copulata. Festus.

Cælium, oppidum Calabriæ, non procul à Brundusio, apud Plin. *lib.* 3. *cap.* 11.

Cælius, mons vrbis Romæ ex septem: à Cælio Vibeno nobilissimo duce Tusco dictus: quòd Romulo aduersus Latinum regem cum auxiliaribus venerit: à quo Cælimontia, aut Cælimontana porta. {GERM. S. Johans port in der statt Rom.} Hunc montem Tullius Hostilius vrbi addidit, ibique ipse habitauit, quò frequentiùs habitaretur, vt inquit Liuius: in eo habitauit Ennius poeta. ¶ Fuit & Cælius nomen patris Saturni.

Cælius, Orator acerrimo ingenio fuit, discipulus Ciceronis, de quo extat illud Quintiliani elogium, longiore illum vita, & meliore mente dignum fuisse. Hic postea ab Atratino quodam accusatus, quòd cum Catilina conspirasset in perniciem Reipub. quódque aurum à Clodia Clodij sorore extorsisset, eique venenum propinasset, defensus est à Cicerone elegantissima illa Oratione, quæ hodie quoque habetur in manibus. ¶ Alius fuit Cælius Pontius, Prætor vrbanus, cui ius dicenti, quum picus capiti eius insedisset, ab Aruspice responsum est, dimissa aue, hostium victoriam fore: occisa, Reipublicæ: cum tamen interiturum, qui eam occidisset: intrepidè tamen auem occidit: vnde non ita multò pòst cum quadraginta suæ familiæ hominibus est interfectus.

Cælla, vide *Cella.*

Cælo, as, Sculpo, incido. {פתח *pittách.* γλύφω. GALL. *Grauer, ou esleuer.* ITAL. *Scolpire, intagliare.* GERM. Ausgraben/ aussstechen/ getruckte arbeit machen. HISP. *Labrar de buril, ò sinzelar.* ANGL. *To carue, grauer or intayle.*} Cic. 1. *de Diuin.* Hanc speciem Praxiteles cælauit argento, & noster expressit Archias versibus. Virgil.

—— *Cælatáque in auro Fortia facta virûm.*

A quo Cælata vasa dicuntur, quæ veteres Ancæsa vocabant, quòd circuncidendo fiant: & cælum, γλυφεῖον, ipsum instrumentum quo quippiam cælatur. Plin. *lib.* 33. construxit hoc verbum instar eorum, quæ pretium signant. L. Crassus, inquit, orator duos scyphos habuit Mentoris artificis manu cælatos, sestertiis centum: confessus est tamen, nunquam se his vti propter verecundiam ausum. Opus cælare, metaph. pro componere. Horat. 2. *Epist.*

Carmina compono, hic elegos, mirabile visu,

Cælatúmque nouem Musis opus.

Vbi Porphyrio, Cælatum, variatum & quasi pictum.

Quem modò cælatum stellis Delphina videbas,

Ouid. 2. *Fast.*

Nec clypeus vasti cælatus imagine Mundi.

Idem 13. *Metamorph.* Sic ducere opus, vt cælandum, non fabricandum sit.

Cælatura, Ars est cælandi, aut ipsa scalptura & incisio. {פתוח *pittúach.* γλυφή. GALL. *Grauure ou esleuure, mestier de graueur.* ITAL. *Intagliamento, l'arte di tal lauore.* GERM. Die kunst desz ausgrabens aussstechens oder bildwerck zumachen. HISP. *Obra de sinzelo ò la arte de sinzelar.* ANGL. *The art of grauing or caruing.*} Plin. *lib.* 19. *c.* 4. Superque pensilinarum operibus, & cælaturis vincere. Idem *lib.* 35. *cap.* 12. Qui plasticen matrem statuariæ, sculpturæque, & cælaturæ esse dixit. Cælatura rumpit tenuem laminam. Quintil.

Cælator, oris, {מפתח *mephattéach.* γλύφευς. GALL. *Graueur ou esleueur.* ITAL. *Scultore, intagliatore.* GERM. Ein ausgraber aussstecher. HISP. *El que labra de sinzel.* ANGL. *A grauer, caruer, or intayler.*} Quint. *lib.* 2. *cap.* 4. Cælator cæsum desiderat, & pictor penicilla. ¶ Argenti cælatores. Plin. *lib.* 34. *cap.* 8.

Cælamen, inis, idem quod cælatura, γλυφή. {ANGL. *Engrauing, entayling.*} Ouid. 13. *Metam.*

——*neque enim clypei cælamina nouit*

Oceanum, & terras, cumque alto sydera cælo.

Cællo, is, diphthongo, & gemino ll, scriptum, verbum antiquum, & quo solùm in compositis vtimur, significat percutio, aut frango, κέλλω, κλάω. Præteritum facit Cæculi, vel culli, & supinum Culsum. ¶ Hinc fiunt composita Percello, Procello, & Recello. Percello, idem est quod percutio, pulso, frequenter ad animum transfertur. Terent. *in Andr.* Percussit illico animum. Procello idem est quod propello, vel euerto. Inde Procella: de quo suo loco dicemus. Item Recello idem reclino. Est & Cello, sine diphthongo scriptum, de quo vide infrà.

Cæltes, instrumentum ad sculpendum aptum. Quidam a cælo, alij à cello deductum putant.

Cælōs, Thraciæ portus apud Plin. *lib. 4. cap. 11.*

Cælum, instrumentum, quo vtuntur argentarij, dum vasa sculpunt, aut quo sculptores, aut statuarij vtuntur in ligneis, aut lapideis simulachris sculpendis. חרט *cheret.* γλυφεῖον, γλυφίς. GALL. *Burin ou autre instrument à graver.* ITAL. *Scarpello.* GERM. Ein grabeisen ein schneideisen ein grabmesser. HISP. *Sinzel, ò buril.* ANGL. *A grauing or caruing instrument.* } Stat. *lib. 4. Sylu. 6.*

——laboriferi viuant quæ marmora cælo
Praxitelis.

Vnde est illud,

——Cælo fabricata Myronis.

CÆLVM, { שמים *schamaim,* οὐρανός. GALL. *Le ciel, les cieux.* ITAL. & HISP. *Cielo.* GERM. Der Himmel. ANGL. *The heauen, the firmament.* } Vno nomine dicitur tota illa mundi pars, quæ est supra elementum ignis, quam philosophi Æthera appellant: ita dictum à celando, hoc est, occultando: quòd inferiora omnia celet, & tegat: siue à stellarum imagine, quæ in eo quodammodo cælatæ apparent. Ambrosius *lib. Hexaëm.* Cælum, quod impressa stellarum lumina habeat, quasi cælatum appellatur: sicut argentum, quod signis eminentibus refulget, cælatum dicimus. Varro cælum, quasi κοῖλον, hoc est, cauum, dictum putat: & sic per æ diphthongum scribendum videretur. Cic. *pro Pomp.* Pompeium omnes, sicut aliquem non ex hac vrbe missum, sed de cœlo lapsum intuentur. ¶ In cælum ferre, vel tollere, est summis honoribus afficere, οὐρανίζειν. Cic. *ad Attic. lib. 5.* Salaminij nos in cælum decretis suis sustulerunt. ¶ De cælo detrahere, est de summo honoris gradu deturbari. Idem *6. Philipp.* Collegam de cælo detraxisti. Cælum adorare. Suet. *in Ner. cap. 49.* Item cælo receptus Romulus. Quintil. Videntur Terram, Cælum, Mare consequi. Plaut. *Amph.* Is odor dimissis pedibus in cælum volat. Idem *Pseud. sc. 2. a. 3.* Libero cælo se permittunt aues. Quintil. ¶ Philosophi, decem cælos esse dixerunt, quorum septem à planetis appellauêre: octauum sydereum, seu stellatum: nonum verò quum nescirent cuius conditionis esset, vocauerunt cælum aqueum, crystallinúmve, non à frigiditate, sed transparentia, quòd per illud sydera appareant, & pelluceant. Decimum locum sibi vindicat cælum illud, quod vltimum philosophi putantes, Primum mobile vocauerunt. Vndecimum cælum beatorum sedes, ab Ethnicis philosophis ignoratum, quod ideirco theologi Empyreum vocauerunt, non quòd calore, sed splendore & claritate cæteris antecellat. ¶ Sunt igitur vndecim cæli, scilicet cælum empyreum, primum mobile, cælum crystallinum, cælum stellatum, cælum Saturni, cælum Iouis, cælum Martis, cælum Solis, cælum Veneris, cælum Mercurij & cælum Lunæ. Hæc fusiùs tractantur *in lib. de Cælo* ab Aristotele. Cic. *4. Tusc.* Cælum hoc in quo nubes, imbres, ventique coguntur, quod & humidum, & caliginosum est propter exhalationes terræ. ¶ De cælo ici, est fulmine afflari. Cic. *lib. 2. de Diuin.* Summanus de cælo ictus. De cælo tacta statua. Gellius *cap. 5. lib. 4.* ¶ De cælo seruare, est cæli statu obseruato, auspicia inde sumere. Auspicia enim non nisi sereno cælo rata erant: contrà fulmine, aut pluuia turbabantur. Cic. *in Vatinium,* Quòd eo die scires, de cælo esse seruatum. Idem *Attic. lib. 2.* Milo proscripsit se per omnes dies comitiales de cælo seruaturum. Plin. *lib. 11. cap. 37.* cælum capitis cranium videtur appellasse, eò quòd caput totum eo tegatur, vt inferiora hæc cælo: Hoc (inquit) est viscerum excelsissimum, proximúmque cælo capitis, sine carne, sine cruore, sine sordibus. ¶ Interdum Cælum sumitur pro aëre. Virg. *1. Æneid.*

Maria ac terras, cælúmque profundum.

Idem *Georg. 1.*

——& varium cæli prædicere morem.

vbi Seruius, Cæli, id est, aëris. Lucret.

—— in hoc cælo qui dicitur Aër.

Plin. *lib. 2.* Et hoc cælum appellauere maiores, quod alio nomine Aëra. Hinc grandines sunt, & pruinæ, imbres, procellæ, turbines ventorum. ¶ Cælum pro viuorum regione, id est, terra sumitur etiam, vt in illo Virg. *lib. 6. Æneid.*

Sed falsa ad cælum mittunt insomnia manes:

quia sicut Dij nobis, ita nos inferis superi habemur. Macrob. *in somn. Scip. cap. 3.* ¶ Cælum οὐρανὸν antiquissimum deorum fingunt Poëtæ, qui Terra sorore in matrimonium ducta, Saturnum, Betillum, Dogana. & Atlanta genuit. A cuius nomine formosissimum supremum corpus Cælum dicunt fuisse appellatum. ¶ A cælo ad terram, ἀπ' οὐρανοῦ μέχρι γῆς. Prouerbialis figura, perinde valens ac si dicas, quacunque de re ab extremo initio vsque ad supremum finem. Plaut. *in Persa.* ¶ Neque cælum, neque terram attingit, Οὔτε γῆς, οὔτε οὐρανοῦ ἅπτεται. De re vehementer absurda atque aliena, quæque nulla vicinitate pertineat ad id, de quo agitur. Lucian. *in Pseudomante.* ¶ Cælum digito attingere, prouerbiali hyperbole dicuntur, qui longè supra mortalium conditionem, ac diis proximi esse videntur, Cic. *ad Atticum lib. 2.* ¶ In cælo esse aliquem prouerbiali hyperbole dicimus, qui est supra modum fortunatus ac gloriosus. Idem *ibidem.* ¶ In cælum expuis, εἰς οὐρανὸν πτύεις, id est, Facis quod in tuum ipsius recidat caput. Aut obloqueris iis qui facilè possint lædere. ¶ In cælum iacularis, εἰς τὸν οὐρανὸν τοξεύεις. Est apud Zenodotum & Suidam, de iis qui frustrà laborant: aut qui audent eos lacessere, quos non possunt lædere, nihil enim ferire potest, qui in cælum sagittam torquet, nisi quòd diuos videtur petere. ¶ Cælo ac terræ loqui prouerbij specie dicuntur, qui frustrà vociferantur. Sic enim solent, qui diffidunt hominum præsidiis, exclamare, ô cælum, ô terra. Theognetus *apud Athenæum.* ¶ Mare cælo miscere, prouerbialis hyperbole, pro eo quod est, omnia perturbare, nihilque non facere. Tit. Liuius, Quid est quod cælo terram, terræ cælum misceant? Lucianus *in Dialogo Promethei & Mercurij.* ¶ Cælum territat: prouerbialis hyperbole apud Virg.

——& cælum territat armis.

Conuenit in minaces & feroces. Thrasonésque magniloquos. ¶ Toto cælo errare, prouerbium est, in eos qui vehementer aberrant. quod vsurpat Macrob. *Saturn. lib. 3.* ¶ Adhuc cælum voluitur, prouerbium quo vti licebit, quoties significabimus adhuc superesse spem, & nondum omne tempus, quod melioris fortunæ solet occasionem adducere, exactum esse. Theocr. *in Charit.* Οὔπω πάντα ἅμα ἤματα οὐρανὸς εἱλ-

ισσόμενος. i. Nondum defessus prouoluere desiit æther menses atque annos. Quod enim vnus annus negat, alter vltrò defert. In masculino genere vsus est Ennius, Quem cælus genuit. Idem, Cælus profundus. Autor est Sosipater *lib. 1.*

Cælestis, e, Diuus, diuinus, è cælo proficiscens, { οὐράνιος. GALL. *Celeste, de l'air, du Ciel, diuin.* ITAL. *Celeste.* GERM. Himmlisch. HISP. *Celestial.* ANGL. *Heauenlie.* } Virg. *1. Æneid.*

—— tantæne animis cælestibus iræ?

Liu. *4. ab vrbe,* Siccitate eo anno plurimum laboratum est: nec cælestes modò defuerunt aquæ, sed terra quoque ingenito humore egens. ¶ Cælestes etiam substantiuè dicimus pro cælitibus, & diis superis. Cic. *6. Philipp.* Quid est, quòd de voluntate cælestium dubitare possimus? Idem *3. Offic.* Herculem quem hominum fama beneficiorum memor in cælestium consilio collocauit. Cælestes aquæ Ouid. *4. Fast.* Cælestis vir in dicendo. Cicer. Cælestis vox Neronis. Suet. *in Neron. cap. 21.* Et cælesti ore. Velleius.

Cælestissĭmŭs, superlatiuus. Velleius Paterculus *hist. 2.* Cælestissimorum eius operum pro captu mediocritatis meæ adiutor fuit.

Cælĭcŏlă, qui, vel quæ cælum habitat. { οὐρανίων. GALL. *Celeste qui habite au Ciel.* ITAL. *Habitatore del Cielo.* GERM. Einwoner deß himmels. HISP. *Morador del Cielo.* ANGL. *That dwelleth in heauen.* } Virgil. *2. Æneid.*

Me si cælicolæ voluissent ducere vitam.

Cælĭcŭs, a, um, οὐράνιος. Cæleste: vt, Cælica regna.

Cælĭfĕr, Atlantis epitheton est, quem poetæ ob insignem Astrologiæ peritiam finxerunt sustinere cælum. οὐρανοφόρος. Virg. *6. Æneid.*

——vbi cælifer Atlas
Axem humero torquet stellis ardentibus aptum.

Cælĭtēs, cælitum, Dij cælestes, qui cælum inhabitant. { οὐρανίωνες. GALL. *Celestes habitans au Ciel.* ITAL. *Dei celesti.* GERM. Die im himmel sind, die himmlischen. HISP. *Los dioses ò sanctos del Cielo.* ANGL. *They which dwelleth in heauen.* } Cælum autem appellabant veteres, illam mundi partem, quam nos Æthera, siue Æthereum mundum vocamus: hoc est, omne illud, quod est supra elementum ignis. Vnde Solem & Lunam, & cæteros planetas inter deos cælestes numerabant. Cic. *2. de Diuin.* Ego Deûm genus esse semper dixi, & dicam cælitum. Idem *in somn. Scipion.* Et grates, inquit, tibi ago summe Sol, vobísque reliqui cælites. ¶ Legitur & apud Ouid. *5. de Ponte,* singulare Cælite: Quale tamen potui de cælite, Brute, recenti. Vestra procul positus carmen in ora dedi. Vbi vocat Augustum Cælitem.

Cælĭtŭs, aduerb. Significat è cælo: sicut Diuinitus, à Deo. οὐρανόθεν. { ANGL. *From heauen.* } Hieronymus, Tandem cælitus inspiratus præcisam morsu linguam in osculantis se faciem expuit.

Cælus, οὐρανός, cognomen indigenæ fuit, qui ex terra sorore in matrimonium ducta, Saturnum, Betillum, Dogana, & Atlanta genuit. A cuius nomine, mira varietate, formosissimum supremum corpus Cælum dicunt fuisse appellatum.

CÆMĔNTVM, { חמר *chemer.* χάλιξ. GALL. *Moilon, blocaille.* ITAL. *Pietre & simile materia da murare.* GERM. Allerley vngeeweerckte steyn zu dem mauren. HISP. *Cimiento ò pared de piedra manpuesta.* ANGL. *Morter, parget, rubbishe.* } à Cædo, vt quidam putant. Sunt enim Cæmenta, omnis rudior materia, à qua ædificia construuntur: quales sunt rudes lapides nulla arte ad ædificium accommodati, aut politi, sed quales inueniuntur temerè congesti. Fodinas quoque rustici Campaniæ Cæmentarias appellant. Liuius *1. bell. Pun.* Nec erat difficile murum subruere, quòd cæmenta non calce durata erant, sed interlita luto, structuræ antiquæ genere. Colum. *lib. 9.* Sub porticibus quadratæ aræ cæmentis, vel etiam laterculis extruuntur. ¶ Aliquando ponitur pro ipso opere, i. ædificio, quod structo lapide erigitur. Plin. *lib. 2. cap. 12.* Et reliquis pallidus in cæmento raro vtilis: Globosus contra iniurias fortis ad structuram tamen infidelis est. ¶ Interpres vtitur in Bibliis pro calce, aqua sabulóque fermentata. Habuerunt lateres pro saxis, & bitumen pro cæmento.

Cæmĕntārĭī, { χαλικολόγοι. ANGL. *Rhough masons.* } Dicuntur Cæmentorum, hoc est, ædificiorum, quæ ex lapidibus sunt, structores, Fabros muros murarios appellant.

Cæmentĭtĭŭs, a, um, quod ex cæmento est. { χαλικῶδης. GALL. *Fait de moilon.* ITAL. *Fatto di rotame di calce.* GERM. Von allerley zusamen geldsnen steinen gemacht. HISP. *Cosa edificata de tal manera.* ANGL. *Made of morter or parget.* } vt, Parietes cæmentitij. Vitruu. *lib. 2. cap. 8.* Itaque pilis lapideis, structuris testaceis, parietibus cæmentitiis altitudines extructæ.

Cænatgia, καινεπαρχία, regio quædam. Vide infrà in *Thyrea.*

Cænē, Καινὴ Ptolemæo, sinus Laconici oppidum, non procul à Tænaro promontorio. ¶ Hinc Cænites portus, apud Plin. *lib. 4. cap. 5.* & Cæneus Iupiter dictus est. Ouid.

Victor ab OEchalia Cæneo sacra parabat
Vota Ioui.

¶ Cæne item parua quædam insula in mari Siculo in Africam versa, cui vicina est Gaulos & Melite, Plinio scribitur *lib. 5. cap. 8.*

Cænēum, Καίνειον, promontorium est Eubææ ad Septentrionem, de quo Plin. *lib. 4. cap. 12.*

Cænēŭs, Elati filius, à prima ætate puella fuit forma venustissima, adeò vt Neptunus illius forma tactus, cum ea concubuerit: in mercedem autem concubitus petiit illa, vt in virum mutaretur, & esset inuulnerabilis: quod factum est. ¶ Vnde iocus factus prouerbio, inuulnerabilis es, vt Cæneus, ἄτρωτος ὑπάρχεις ὡς Καινεύς, de iis qui lædi non possunt. Cæterùm quum postea Cæneus superbia elatus, contemptis diis iuberet Lapithas, quibus imperabat, per hastam suam iurare, Iupiter illius superbiam vltus est. Nam pugnans cum Centauris, quum ferro violari non posset, tanta arborum mole oppressus est, vt viuus sub terram detruderetur, atque hoc modo interit. Post mortem autem in auem mutatum dicit Ouid. *lib. 12. Metam.*

——fuit Maxime vir quondam, sed auis nunc vnica Cæneu,

Virg. verò *lib. 6. Æneid.* post mortem in sexum rediisse dicit,

It comes & iuuenis quondam, nunc fœmina Cæneus,
Rursus & in veterem fato reuoluta figuram.

¶ Fuit & alius Cæneus philosophus, cuius mendo est apud Laërtium & Aristotelem *in Organo*.

Cænica, Thraciæ regio, Plin. autore *lib.4.cap.11.*

Cænina, à Plinio inter Latij oppida nominatur *lib.3. cap.5.* Hinc Cæninenses populi à Romulo victi, vt est videre apud Liu. *lib.1. ab Vrbe.*

Cænis, (vt fabulatur Ouid. *lib.12. Metam.*) Thessalica puella fuit, quæ à Neptuno compressa, ab eo muneris loco impetrauit, vt in virum transformaretur, nullisque vnquam vulneribus posset sauciari. Mutato itaque sexu etiam nomen mutauit, & ex Cænide factus est Cæneus. Hic in prælio Lapitharum, quum nullo teli genere lædi posset, congesta arborum mole, obrutus est, & in Cænidem auem transformatus.

Cænites, Achaiæ portus fuit, non procul à Saronico sinu, querno nemore exornato. Plin. *lib.4. cap.6.*

Cænys, καινὺς, Italiæ promontorium est, quod aduersum habet Pelorum in Sicilia, XII. stadiorum interuallo. Autor Plin. *lib.3. cap.6.*

Cæpē, indeclinabile, à capitis magnitudine dicitur: vnde & prima vocalis diphthongum accepit. {בצל *batsal*. κρόμμυον. GALL. *Oignon.* ITAL. *Cipolla.* GERM. Zwybel. HISP. *Cebolla.* ANGL. *An onyon.*} Plin. *lib.19.cap.6.* Ergo omnibus annis separatim semen cæpe causa seritur, separatim cæpe seminis. ¶ Dicitur & Cæpa, cæpe, Ouid. 4. *Fast.*

Cedenda est hortis eruta cæpa meis.

¶ Cæparum plura sunt genera, nobilissima Ascalonia, ab Ascalone oppido Iudææ. Nam, vt refert Strab. *lib.16.* Ascaloniensium regio præcipuè fert cæpas. Columella, Pompeianam, vel Ascaloniam cæpam eligito, & componito in fidelia. Cæpa oculos mordet, vnde à Græcis nomen impositum κρόμμυον, quasi pupillam oculi comprimi cogeret, sicut scribit Aristoteles *in Problematibus*. Vnde Lacrymosa dicitur à Columella. ¶ Cæpas edere, aut olfacere, κρόμμυα ἐσθίειν, dicebantur ioco prouerbiali, qui lachrymari viderentur. Ductum est hinc prouerbium, quòd cæparum odor vt est acris, consueuerit lacrymas oculis excutere. ¶ Quis vsus cæpis putridi? τίς χρεία πυῤῥὸν κρόμμυον? de rebus aut etiam hominibus ridiculis, & quorum nusquam est vsus. Etenim quum cæpe sit herba per se vilissima, simul atque computruit, nihil esse potest abiectius.

Cæpŭlă, diminutiuum à Cæpa. {ANGL. *A litle onyon.*} Pallad. Hoc mense cæpulas seris.

Cæpitius, a, um, {ANGL. *Of onyons.*} & Cæpitium substantiuum, secundùm Priscianum, pro eo quod est ex genere cæparum.

Cæpētum, κρομμυών. ANGL. *An onyon bed.*} Gell. *lib.20. cap.7.* Cæpetum reuirescit, & congerminat decedente luna. Quo loco legitur & cæpitium, id est, teste Prisciano, cæpe.

Cæpīnă, est locus cæpis consitus, vel ipsarum cæparum vno in loco consitarum multitudo. {ὁ κρομμυών, κρομμύων πρασιά. GALL. *Le lieu où croissent les oygnons, oygnonnerie, ciues, ciuots, oygnons.* ITAL. *Luogo seminato de cipolle.* GERM. Ein zwybelgarten / ein ort da vil zwibel stehn. HISP. *Cebollino, ò simiente de cebollas.* ANGL. *A place planted with onyons, a bed of onyons.*} Colum. *lib.11. cap.3.* Cæpina magis frequenter subactam postulat terram, quàm altiùs conuersam. Et *paulò post*, Sed Cæpina, vel sæpiùs, certè non minùs debet quàm quater sartiri.

Cæpori, Hispaniæ citerioris populi sunt. Plin. *lib.4. cap.20.*

Cæpus, facie Satyro similis, cætera inter canem & vrsum, nascitur in Æthiopia. Strab. *lib.17.*

Cæră, & eius deriuata, vide *Cera.* ¶ Malè enim quidam per æ scribunt, quum nec origo quæ est Græca, nec libri veteres id suadeant. Vide Manutij Orthographion.

Cære, καίρη, aut καιρέα Steph. neutro genere, & indeclinabile, Vrbis insignis nomen in Hetruria, quæ olim regionis totius caput fuit. Hanc quondam Agyllam nominatam, & à Pelasgis è Thessalia profectis conditam ferunt. Deinde verò Lydis, quos postea Tyrrhenos nominauerunt, aduersùs Agyllinos bellum gerentibus, quum quidam murum subiens, vrbis eius nomen percontatus fuisset, eique à Thessalo quodam de muro χαῖρε responsum esset, eo veluti omine à Thuscis accepto, captam postea vrbem, mutato priori nomine, Cære vocauère. Verùm tam splendidæ, támque gloriosæ ciuitatis, Strab. *lib.5.* asserit, vix vlla sua ætate extitisse vestigia: & solo vicinorum balneorum nomine, quæ Cæretana dicebantur, fuisse celebratam. Festus. Cæremoniarum causam aliqui ab oppido Cære dictam existimant. ¶ Declinatur & Cæres, itis, Virgil. Est ingens gelidum lucus prope Cæritis amnem. ¶ Legitur & ablatiuus Cærēte, tanquam à nominatiuo Cæres, etis. Virg. 10. *Æneid.*

Qui Carete domo, qui sunt Minionis in aruis.

Quanquam non desunt, qui Cærete ibi adiectiuum esse contendant. ¶ Ab hoc oppido Cærites tabulæ appellatæ sunt, in quas Censores referri iubebant, quos notæ causa suffragij & reliquo ciuitatis iure priuabant, præterquam quòd vt ciues tributum conferre cogebantur. Nam vrbe à Gallis capta, quum Cæretani eos, qui vnà cum sacris æternóque Vestæ igne ad se profugerant, comiter hospitio suscepissent, Romani deinde restituta in statum meliorem vrbe, satis malignam illis gratiam retulerant. Nam ciuitate quidem eos donauerant, suffragij autem ius eis non concesserunt. Vide Gell. *cap.13. lib.16.* Hinc factum est, vt quum aliquem ignominia & contumelia dignum volumus significare, Cærite cera eum dignum esse dicamus.

Cæremoniæ, {חקות *chukkoth*. θρησκεία, τελετή. GALL. *Ceremonies.* ITAL. *Ceremonie.* GERM. Allerley heilige breuch / Kirchengepräng. HISP. *Las ceremonias.* ANGL. *Ceremonyes, rites.*} vel ab oppido Cære, vel à carendo dictæ sunt. Legend. Gell. *cap.9. lib.4.* Nam Vrbe à Gallis capta, quum Vestales virgines simul ichra deorum ex hostibus erepta traducerent, in oppidum Cære potissimum concessère, vbi benignè fuerunt hospitio susceptæ, donec à Gallis ciuitas per Camillum liberata fuit. In cuius beneficij memoriam Romani perdixerunt, vt omnis diuinus cultus Cæremoniæ à Cære diceretur. Liuius *lib.5.* scribit, L. Albinum de plebe virum, virgines sacerdotes, sacráque plaustro Cære peruexisse. vnde Cæremoniis inditum nomen. Macrob. *lib.3. cap.3.* innuit cæremonias à carendo dictas. Seruius Sulpitius (inquit) Religionem esse dictam tradidit, quæ propter sanctitatem aliquam remota & reposita à nobis sit: quasi à relinquendo dicta, vt à carendo Cæremonia. In quo exemplo illud notandum est, dici etiam Cæremonia in singulari. Cæsar 7. *bell. Gall.* Quod more eorum grauissima cæremonia continetur. Cæremoniam legationis, quasi sanctitatem & religionem, Cicer. metaphoricè dixit, de mandati iudicio loquens, *pro Roscio Amer.* Qui non negligentia priuatum aliquid commodum læserit, sed perfidia, legationis ipsius cæremoniam polluerit, maculáque affecerit. Bud.

Cærete, vide *Cære.*

Cæretum. Vmbriæ oppidum inter Spoletum ac Nursiam, à quo Cæretani appellantur, totum orbem vano quondam ac turpi superstitionis genere ludificantes: ob quam causam ferè continuè peregrinantur, familia atque vxoribus domi relictis.

Cærites tabulæ. vel potiùs Cæritum seu Cæretanorum tabulæ, pro parum honorifica conditione dicuntur.

CÆRŬLĔŬS, a, um, quod cæli puri, & nubibus vacui colorem imitatur: quasi cæluleus. {κυάνεος. GALL. *De couleur bleuue, comme le Ciel.* ITAL. *Color verdone ò d'azurro.* GERM. Himmelblaw. HISP. *Color verde ò azul oscuro.* ANGL. *Skie couloured, or blew like azure.*} Vnde & mare, quod à cælo colorem suum accepit, propriè Cæruleum dicimus. Virgil. 12. *Æneid.*

Fontésque fluuiósque voco quaque ætheris alti
Religio, & qua caruleo sunt numina ponto.

Sic etiam Cic. *lib.1. de nat. deor.* Neptuni oculos dixit esse cæruleos, à maris nimirum colorem recipientes. Cæruleus, vt Græcè κυάνεος, quoque pro nigro. Virg. *Æneid.6.*

Carulea subuectat corpore cymbam. i. alta & nigra.

Idem,

Olli Caruleus supra caput astitit imber.
Iamque vbi caruleum variabunt sidera cælum.

Ouid. 3. *Fast.* Cæruleis aquis. Idem *Eleg.1. lib.1. Trist.*

Cæruleatus, cæruleo colore infectus. Velleius Pater. de Glauco Deo marino, cum cæruleatus, & nudus, capútque redimitus arundine & caudam trahens, genibus innixus Glaucum saltasset in conuiuio.

Cærŭlŭs, a, um, quod cærulei coloris est per se suáque natura, Himmelblaw. {ANGL. *which is skie coloured by nature.*} Catullus,

Carula verrentes abiegnis aquora palmis,

& apud Virg. *lib.10. Æneid.* Freta cærula. Interest igitur inter cæruleum & cæruleum, quòd Cærulus naturæ color est: Cæruleus naturam fingit & imitatur. Cornelius Fronto *lib. de diff. vocab.* Pro nato cærula ambitiosa suo (i. Thetis.) Ouid. 13. *Metam.*

Cærŭlŭm, substantiuum, seu potiùs in plurali numero Cærula, pro mari frequentissimè accipitur apud Poetas, Virg. 3. *Æneid.*

Adnixi torquent spumas, & carula verrunt.

Cærŭlĕum, arenæ genus est, quæ in auri atque argenti metalli nascitur pictorum vsui: cuius tria sunt genera, Ægyptium, Scythicum, & Cyprium. Vide Plin. *lib.34. cap.12. & 13.*

Cæsă, quæ & incisa vocantur, sunt particulæ orationis, quæ Græci κόμματα vocant: differúntque à membris, quæ κῶλα. Membrum enim est pars periodi ex pluribus verbis absolutè aliquid significans, hoc modo, Etsi vereor, iudices, ne turpe sit pro fortissimo viro dicere incipientem, Cæsum autem pars orationis ex duobus verbis nondum quicquam absolutè significans, hoc modo, Etsi vereor, iudices, ne turpe sit. Cæsa oratio dicitur quum non efficiuntur membra ex connexione verborum, sed singula verba aliquid significantia proferuntur, hoc modo, Quis est ille Gellius? Armiger Catilinæ, stipator sui corporis, concitator tabernariorum, latrator fori. ¶ Veteres etiam Cæsa vocabant, quæ postea Gæsa dicta sunt: quæ erant tela Gallis peculiaria, sic vti Romanis pila, & Macedonibus sarissæ. Varro, Qui gladiis cincti sine scutis, cum binis cæsis essent.

Cæsăr, καῖσαρ, cognomen Iuliorum est. Ille enim qui primus Cæsaris nomen adeptus est, ab eo dictus fertur, quòd cæso matris vtero fuerit natus. Vel ab elephanto in pugna occiso, qui lingua Maurorum Cæsar appellatur. Vel quòd oculis cæsiis, hoc est, glaucis fuerit. Vel à cæsarie, cum qua natus proditur. Hoc cognomen posteri deinde ex Iulia familia nati tanquam suæ familiæ proprium gesserunt. Nam Iulius Cæsar, à quo omnes Imperatores postea Cæsares appellati sunt, non est natus cæso vtero materno, qui matrem Aureliam habuit, quam amisit quum in Gallia bellum gereret: cuius etiam pater Cæsar est nuncupatus, qui prætura functus Pisis obiit. Hic Iulius Cæsar omnem Galliam quæ à saltu Pyrenæo, Alpibúsque, & monte Gebenna fluminibúsque Rhodano & Rheno continetur, nouem annis in prouinciæ formam redegit. Germanos, qui trans Rhenum incolunt, primus Romanorum ponte fabricato aggressus est. Aggressus est & Britannos, ignotos antea, superatisque pecunias & obsides imperauit. Deinde quum obtinere non potuisset, vt sui absentis in Consularibus comitiis ratio haberetur, arma in patriam conuertit: neminéque repugnante Galliam Cisalpinam, Picenum, Vmbriam & Hetruriam occupauit: Pompeiúmque Italia expulit. Post hæc in Hispaniam transgressus validissimas Pompeij copias, quæ sub tribus legatis, M. Petreio, L. Afranio, & M. Varrone erant, superauit. Pompeium funestissimo in campis Pharsalicis prælio superauit. Ptolemæum in Ægypto subegit. In Africa deuicit Scipionem & Iubam: in Hispania liberos Pompeij. Triumphauit quinquies, primùm de Gallia, postea de Alexandria, deinde de Ponto, & Africa, & de Hispania. Liberalissimus fuit omnium, & maximè post hos triumphos, de quibus Suetonius. ¶ Cæsares præterea duo alij fuerunt, C. & L. quorum C. Poeta tragicus fuit, & Orator, (vt testatur Pædianus) frater vterinus Catuli Oratoris, cuius & Cicero sic meminit *in Bruto*, C. Iulius, L. F. & superioribus & æqualibus suis omnibus præstitit, oratórque fuit minimè ille quidem vehemens, sed nemo vnquam vrbanitate, nemo lepôre, nemo suauitate conditior. Sunt eius aliquot orationes, ex quibus, sicut ex eiusdem Tragœdiis, lenitas eius sine neruis perspici potest. Hactenus Cicero. ¶ L. verò, huius frater, Prætor & Consul fuit, ambo Syllam sequuti, iussu Marij interfecti sunt, quo tempore idem M. Antonius Orator, Crassi e paulo, simili fato periit. ¶ Cæsar præterea alius fuit prænomine L. M. Antonij Triumuiri auunculus, Pompeianarum partium, nothus vtrimque aliquoties Orator de pace. Postremo inter proscriptos ab Octauio relatus est, & interfectus: in cuius locum, obtinuit Antonius, vt M. Ciceronem proscriberetur. Vide Plut. *in Aug. Cicer. & Anton.*

Cæsarea,

Cæsarēā, *Καισάρεια* Stephano. Vrbs Palæstinæ in littore maris magni, quæ turris Stratonis vocabatur: sed postea ab Herode in honorem Cæsaris nobilius ædificata, Cæsarea est appellata: in qua idem Herodes in honorem Cæsaris magnificam domum albo marmore construxit. Vbi nepos eius Herodes ab Angelo percussus, eo quòd non dedisset honorem Deo, consumptus à vermibus expirauit. In hac Cornelius Centurio à Petro baptizatus est. Vide Sueton. *in August. cap.* 80. ¶ Altera Cæsarea Philippi à Philippo Herodis filio, in honorem Cæsaris ad radices montis Libani ædificata, vbi duo fontes, Ior scilicet, & Dan oriuntur. ¶ Tertia Cappadociæ, sic à Tiberio nominata, pulso Archelao, quum ante Masaca diceretur. Autor Eusebius. ¶ Quarta Mauritaniæ, nobili portu insignis, ante Iol vocitata: quam quum Iuba Ptolemæi pater munijsset, Cæsaream appellauit. Autor Strabo *lib.* 7.

Cæsaraugusta, *Καισαραυγοῦστα*, vrbs Hispaniæ Tarraconensis: quam Strabo Augustam Cæsaream nominat: antea Numantia dicta, teste Pomponio. Vulgus Hispanorum *Sarragossam* vocat.

Cæsarĕus, a, um: vt Domus Cæsarea. Ouid. 1. *Trist. eleg.* 1. Vultus Cæsarei. Idem 2. *de Ponto Eleg.* 8. & *Eleg.* 2. *lib.* 4. *Trist.*

Et qui Cæsareo iuuenes sub nomine crescunt.

& *Eleg.* 5. *lib.* 3.

Non mihi quærenti pessundare cuncta petitum
Cæsareum caput est.

Cæsărĭānus, a, um, Cic. *ad Attic. lib.* 16. Facilè me ille esset assequutus: aiunt enim eum Cæsariana vti celeritate. ¶ Cæsariani, *in Cod. Iustiniani & Theod.* dicuntur serui procuratores Cæsaris, vt *in l.* 5. *de iure fisci, lib.* 10.

Cæsărĭēs, ei, Coma. A crebra cæsione: ideóque propriè virorum est. {צִיצִת *tsitsith* פֶּרַע *pérah* מַחְלְפוֹת *machlaphóth*. *χαίτη*, *κόμη*. GALL. *Perruque*. ITAL. *Zazzera*. GERM. *Haar das man abschneidt, manns haar*. HISP. *Cabellera*. ANGL. *The heare, or bushe of ones head heare.*} Plaut. *in Mil. sc.* 1. *a.* 1. Vide cæsaries quàm decet. ¶ Cæsaries promissa, id est, longa, apud Liu. *bell. Pun.* 8. Catull. *de com. Beren.*

E Beroniceo vertice Cæsariem.

Vnde Cæsariati, comati dicuntur. Plaut. *in Mil.* Qui miles admutiletur cæsariatus.

Cæsărĭātus, cum Plauto vtitur ita Apuleius *lib. de Mundo*, Videas & viridantibus comis cæsariatam esse comam.

Cæsărĭensēs, Ioniæ populi, in Ephesiorum conuentu. Plin. *lib.* 5. *cap.* 29. Ephesum verò, alterum Asiæ lumen, remotiores conueniunt Cæsarienses, Metropolitæ, Cylbiani.

Cæsariensis Mauritania, vide infrà in dictione *Mauritania*.

Cæsarium, Ægypti emporium est, & secessus quidam, Straboni *lib.* 17.

Cæsarobricenses, Lusitanicæ Hispaniæ populi, apud Plin. *lib.* 4. *cap.* 22.

Cæsēnnă, vrbs Flaminiæ prouinciæ, à cædendo, quòd exiguo amne cæsa, id est, diuisa sit: vel quòd ager eius duobus fluminibus, Sapi, & Rubicone sit diuisus. ¶ Hinc Cæsenniates dicti sunt, Cæsennam habitantes: & Cæsennatia vina, quæ inter generosa numerabantur. Vulgo *Cesena*.

Cæsio, Cæsim, vide *Cædo*.

Cæsius color, oculorum proprius est, quem & Felineum à felium oculis nonnulli appellauerunt. {*γλαυκὸν χρῶμα*. GALL. *De couleur du Ciel, pers*. ITAL. *Colore del cielo, azurro*. GERM. *Himmelblawe farb, besonders der augen*. HISP. *Turquesado, color del cielo, azur*. ANGL. *Gray of colour.*} quemadmodum & Græci *γλαυκὸν* quod nocturnorum oculorum similitudinem repræsentet. Cæsius quasi Cælius, vnde Cæsia Minerua. Gell. *c.* 26. *lib.* 2. Est autem hic color subuiridis, igneo quodam splendore intermicans: qualem in leonis oculis potissimum conspicimus. Huiusmodi oculos Mineruæ Poëtæ tribuerunt, bellorum præsidi, vtpote præferocis animi indices: vnde *γλαυκῶπις* à Græcis, à nostris Cæsia peculiari epitheto appellatur. Est autem hic color diuersus à cæruleo, manifestè eos distinguente. Cic. 1. *de nat. deor.* vbi sic habet, Apollinem semper imberbem, cæsios oculos Mineruæ, cæruleos Neptuni.

Cæsōnēs, qui cæso matris vtero nati sunt. Plin. *lib.* 7. *cap.* 9. Primúsque ex Cæsarum familia, à cæso matris vtero dictus: qua de causa & Cæsones dicti.

Cæspēs, à Cædo fit, & significat terram cum herba auulsam, seu in modum lateris cæsam. {רֶגֶב *régheb* מַגְרְפוֹת *meghraphóth*. *βῶλος*. GALL. *Motte de terre, glazon, blette de terre herbue*. ITAL. *Cespo, cespite, zoppa*. GERM. *Ein wasen, ein grasbuech*. HISP. *Cesped, tierra con rayzes*. ANGL. *A sodde, or turffe.*} Virg. 1. *Eclog.*

Pauperis & tuguri congestum cæspite culmen.

¶ Ex cæspite agger castrensis fit. Lucan. *lib.* 1.

Et subitus rapti munimine cæspitis agger
Præbet securos intra tentoria somnos.

Docet Veget. *lib.* 3. qua altitudine, ac latitudine cæspes circuncidi debeat.

Purpureum viridi genitum de cæspite florem.

Ouid. 13. *Metam.* Leui cæspite obrutum corpus, Suet. *in Calig. cap.* 59. Cæspitem portare. Idem *in August. cap.* 24. In cæspite nudo cibum capere. Idem *in Tib. cap.* 17.

Cæspĭtītĭus, a, um, quod fit ex cæspitibus. {*ὁ ἐκ τῶν βώλων συντεθειμένος*. GALL. *Fait de mottes de terre*. ITAL. *Fatto di terra & di herba*. GERM. *Das auß wasen gemacht ist*. HISP. *Cosa hecha de cespedes*. ANGL. *Of soddes or turffes.*} Vnde Tribunal cæspititium, vocatur suggestum ex cæspitibus factum. Flauius Vopiscus, Deinde concursus ad cæspititium tribunal. ¶ Aræ cæspititiæ, ex cæspite congestæ. Iulius Capitol. Centum aræ vno in loco cæspititiæ extruuntur.

Cæspĭto, as, Pedem offendo vt quasi ruere cogar, ad cæspitem offendo, vacillo. {כָּשַׁל *chaschál*. *προσκόπτειν*, *βαδίζω*. GALL. *Broncher, trebucher*. ITAL. *Scaspucciare, inciampare*. GERM. *Strauchelen, sich mit den füssen stossen*. HISP. *Tropeçar andando*. ANGL. *To stumble, falter.*}

Cæspĭtātōrēs, {ANGL. *which stumbleth, which faltereth.*} equi, qui sæpe in cæspitem, vel lapidem, aut aliquid huiusmodi impingunt.

Cæstrum, instrumentum, quo ebur cælatur. Plin. *lib.* 35. *cap.* 11. Lala Cyzicena perpetua virgo M. Varronis iuuenta, & penicillo Romæ pinxit, & cæstro in ebore imagines mulierum maximè, &c. *Ibidem*. In encaustice pingendi duo fuisse antiquitus genera constat, cera, & in ebore cæstro, id est, viriculo, donec classes pingi cœpere.

Cæstus, us, genus clauæ pilas plumbeas loris bubulis appensas habens, quo Daretem & Entellum pugnasse legimus à cædendo dictum. *πυγμή*. Virg. *lib.* 5.

Sic crudo fidit pugnam committere cæstu.

¶ Cestus verò, cesti, sine diphthongo sumitur pro cingulo, & zona illa virginea, quam maritus prima nocte dissoluebat & est fœminini generis, quamuis & masculini reperiatur: à variis punctis sic dicta: *κεντεῖν* enim pungere est. Vnde cingulum illud Veneris, quo ipsa Martem, & Iuno Iouem conciliabant, à Poëtis Cestus, *κεστὸς* dicitur. Arnobius, Iunonius ille cæstus. Martialis *Epigr.* 206. *lib.* 14.

Vt Martis reuocetur amor, summique tonantis,
A te Iuno petit ceston, & ipsa Venus.

Vnde cestum Veneris, *τὸν Ἀφροδίτης κεστὸν*, habere dicuntur, qui nouis modis quemlibet in amorem sui pelliciunt. ¶ Sed & lorum, aut opus interpunctum, acúve pictum, commune ornamentum fœminarum, Ceston Græci vocant. {פְּתִיגִיל *pethigil* חֲגוֹרָה *chaghoráh*. GALL. *Ceinture d'espousee*. ITAL. *Cintura di donne*. GERM. *Allerley hüpsche band so die weiber zu der zierd brauchen*. HISP. *Cerra à cinta de la muger*. ANGL. *A brides girdle.*} ¶ Proinde Cestius Africanus, contra quem scripsit Orig. 24. libros edidit, quos à rerum varietate *κεστοὺς* appellauit. Hinc Incestus: & Cestilus diminutiuum.

Cæsulæ, à vetustissimis dicti sunt, qui cæsiis sunt oculis. Festus.

Cæsum, Cæsi, vide *Cædo*.

Cæsūră, Cæsuratim, Cæsus, vide *Cædo*.

Cætĕrŭs, a, um, ex Græco, *καὶ ἕτερος*, id est, & alter. {אַחֵר *achér* מִשְׁאָר *mischeár*. GALL. *L'autre, le reste*. ITAL. *Il resto, l'altre cose*. GERM. *Das ober ig*. HISP. *Lo restante*. ANGL. *The rest, that remaineth.*} Terent. *in Hec.* Quam fortunatus cæteris sum rebus. Cic. 4. *Acad.* Cætera series deinde sequetur. Idem 6. *Verr.* Argentum illi cæterum parum apposuerat, Argentum accepi, nihil curaui cæterum. Plaut. *Capt. sc.* 3. *a.* 5. Cæterùm cura tu. Idem *Men. sc.* 4. *a.* 1. Cætera quis nescit? Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 2. ¶ Cætera doctus, figurata locutio, deriuata à Græcis, qui *κατὰ* propositionem frequenter subaudiunt. Cætera doctissimus. Gell. *c.* 17. *lib.* 7. Cætera sanctissimus. Velleius. Cic. 1. *de nat. Deor.* Non solùm enim poëta suauis, verumetiam cætera doctus, sapiénsque traditur, in quo tamen Ciceronis loco in plerisque exemplaribus, *cæteroqui* legitur. Martialis:

Visceribus bonus est, cætera vile sapit, id est, quantum ad cætera.

Salust. *Iugurth.* 67. præter nomen, cætera ignarus populi Rom. Ad cætera, pro eodem. Gallicè *Au reste*: id est, quod ad cætera attinet. Horat. 1. *Epist.* 10.

——— hac in re scilicet vna
Multum dissimiles, ad cætera penè gemelli.

De cætero. Cic. 1. *de Finib.* De cætero vellem equidem, aut ille ipse doctrina fuisset instructior, &c. ¶ Et cætera, absolutè positum. Cic. *in Top.* In partitione quasi membra sunt, vt corporis, Caput, humeri, manus, latera, crura, pedes, & cætera. ¶ Nominatiuo singulari Cæterus in masculino genere vsus est Cato *de re rust. cap.* 22. vbi sic habet, Cæterus ornatus domi Pompeij emptus est.

Cætĕro, aduerb. {אַחַר *áchar*. *τὸ λοιπὸν*, *ὡς τὸ λοιπόν*. GALL. *Au reste, au demeurant*. ITAL. *Quanto al resto*. GERM. *So vil das vberig*. HISP. *Al cabo de esto*. ANGL. *Moreouer, as touching the rest.*} Plin. *lib.* 10. *cap.* 58. Palumbes fœmina incubat, postmeridiana in matutinum, cætero mas: hoc est, quod reliquum est temporis.

Cætĕrōquin, vel Cæteroqui, pro alioquin. {*ἄλλως τε*, *ὡς δὲ μή*. GALL. *Sans cela, autrement*. ITAL. *Altramente, oltre di quello*. GERM. *Sonst*. HISP. *En otra manera*. ANGL. *Other wise.*} Cic. *de Orat.* Illam autem concinnitatem adhibet quidem hic subtilis: quem, nisi quòd solùm, cæteroquin rectè quidam vocant Atticum.

Cætĕrum, {אֲבָל *abál*. *ἄλλως*. GALL. *Toutesfois, neantmoins*. ITAL. *Ma, quanto al resto*. GERM. *Aber*. HISP. *Mas*. ANGL. *Moreouer, neuerthelesse.*} coniunctio, significat Alioqui, aut Reliquum, siue in posterum. Salust. *hist.* 4. Scio equidem tibi magnas opes virorum, armorum & auri esse, & ea te à nobis ad societatem, ab illis prædam peteris. Cæterùm consilium est Tigranis regno integro procul à domo per nostra corpora bellum conficere: vbi scribit Sosipater pro alioqui positum esse. Plaut. *Pers.* Dehinc cæterùm valete, id est, in reliquum & postremum tempus. Cæterùm, quo pacto faciet, ipse dixero. Plaut. *Pseud. sc.* 4. *a.* 1.

Cætĕră, etiam quandoque aduerbialiter capitur pro deinceps, *τὰ ἄλλα*. Virg. 9. *Æneid.*

Cætera parce puer bello.

Curtius, Cætera opimam prædam fore, id est, in posterum.

Cætobrix, *Καιτόβριξ*, Lusitaniæ vrbs est, alio nomine dicta Cezimbria. Ptol. *lib.* 2. *cap.* 5. Vulgò *Cezimbra*.

[Cætra, vide *Cetra*.]

Cæyx, cæyeis, *κήϋξ*, genus auis. Plin. *lib.* 32. *cap.* 8. Fit in mari & halcyoneum appellatur, ex nidis (vt aliqui existimant) halcyonum & cæyeum.

Cauere, vide *Cauere*.

Caia, Caianus, vide *Caius*.

[Caio, as, comprimo, compesco, verbero. Cerda.

Caiatio, coercitio, coarctatio, puerilis cædes. Turneb. Scal.]

Caicus, *Κάϊκος*, Fluuius est Mysiæ, in Theutrania nascens, & per campum sui nominis in Elaiticum sinum defluens. Virg. 4. *Georg.*

Saxosúmque sonans Hypanis, Mysúsque Caicus.

Caiētă, nomen mulieris Troianæ, quam alij Æneæ, alij Ascanij, alij Creusæ nutricem faciunt. Hanc Æneas ab inferis reuersus fato cessisse inueniens, eam non longè à Baiano sinu sepeliit: ibique, & vrbem condidit, quam vnà cum adiacenti portu Caietam dixit. Virg. *lib.* 7.

Tu quoque littoribus nostris Æneia nutrix,
Æternam moriens famam Caieta dedisti.

Strabo autem *lib.* 5. Caietam à sinus curuitate appellatam existimat,

Laconum idiomate, qui curua omnia Caiatas solent nominare. Vulgò *Gaeta*.

Caïnas, Indiæ fluuius nauigabilis, Brachmanarum agrum irrigans. Autor Plin. *lib.* 6. *cap.* 17.

Cairus, vel Acarinon, Ægypti ciuitas, vide in *Babylon*.

Caĭŭs, γαῖος, Prænomen à parentum gaudio sumptum. Et est dictio dissyllaba, nisi per diæresim ex i, consonante facias vocalem, vt apud Martial.

Peruigil in pluma Caius ecce iacet.

Profertur per G, vt notatur per C, quæ inuersa C, mulierem Caiam declarat, Quintiliano autore *lib.* 1. *cap.* 13. Cicer. *pro Muren.* Putarunt omnes mulieres, quæ coëmptionem facerent, Caias vocari. Apud priscos autem pro domino ponebatur, sicut & Caia, γαῖα, pro domina. Vide Plutarchum. In Tertulliano sæpe est Caius, & Caia, pro quispiam & quæpiam.

Căĭānŭs, a, um. Statius *lib.* 4. *Sylu.*

———Emptum plus minus asse Caiano.

Calæ, {Angl. *Bilkes.*} teste Seruio, à maioribus dicebantur fustes, quos portabant serui sequentes dominos ad prælium: vnde etiam Calones dicebantur. Nam consuetudo erat militis Romani, vt ipse sibi arma portaret, & vallum: vallum autem dicebant Calas. Lucil.

Scinde calam, vt caleas,

id est, scinde lignum, & focum accende, vt & calefias. ¶ Est item Calæ, ciuitas in India.

Calabarrunculi & Calabarriones, vox ficta à Laberio. Gell. *cap.* 7. *lib.* 16.

Călăbră curia, Romæ erat proxima casæ Romuli, à calando, id est, vocando dicta, quòd ibi ante fastorum cognitionem Pontifex conuocata plebe pronuntiabat, quot dies inter Calendas & Nonas intercederent. ¶ Hinc Curia ipsa, teste Macrob. *lib.* 1. *cap.* 15. Calabra dicta est, quod in ipsam populus calaretur.

Călābrĭă, καλαβρία, extrema Italiæ regio: peninsulæ formam referens, cuius Isthmus est, vnius diei via, quæ à Tarento Brundusium ducit. Aliis nominibus Messapia, & Salentina, & Peucetia dicta est, teste Strabone *lib.* 6. & Plin. *lib.* 3. *c.* 11. Oppida eius præcipua sunt Brundusium, & Hydrus totius Italiæ extremum. Horat. 1. *Carm. Ode* 31.

Non æstuosa grata Calabriæ Armenta.

Călăbĕr, bri, Calabriam incolens. ¶ Et Calaber, a, um. Ouid. *lib.* 3. *de Arte.*

Ennius emeruit Calabris in montibus hortos.

Dicitur ἀπὸ τῶ καλῶς, καὶ βρύω, quòd sit regio in primis fertilis, in qua arbores fructibus mirum in modum onerantur.

Călābrĭcŭs, a, um, vt Calabrica olea. Colum. *lib.* 12. *cap.* 49. Verumtamen habetur præcipua in hos vsus olea Calabrica, quam quidam propter similitudinem, Oleastellum vocant.

Călābrī, καλαβροί, Calabriæ populi in finibus Italiæ, quorum regio Calabria est, fructibus in primis abundans: quos quoniam hospitibus obtrudebant, sibi alioqui nulli vsui futuros, factum est vt Dona Calabri hospitis in prouerbium cesserint pro nullius pretij muneribus, quæ donanti oneri magis sunt, quàm vsui.

Calænus, καλαινός, fons Lyciæ, apud Stephanum, qui & Calbius dicitur.

Calagurritani, Hispaniæ citerioris populi in conuentu Cæsaraugustano: quorum alij Nascices, alij Fibularenses cognominati sunt. Vtrorumque oppidum Caligurium dictum est. Plin. *lib.* 3. *cap.* 3. Sueton. *in August. cap.* 49.

Calais, κάλαϊς, Boreæ ex Orithyia coniuge filius alatus, qui vnà cum Zethe fratre similiter alato cum Argonautis Colchos profectus est. Qua in expeditione, quum à Phineo rege humaniter essent accepti, Harpyias, quæ regnum illius infestabant, persequi constituerunt: quas quum & alarum auxilio, & sagittandi peritia in Plotas vsque insulas fugassent, ab Iride admoniti sunt, ne Iouis canes vlteriùs persequerentur. Inde itaque retrorsum conuersi, duas illas insulas, in quibus Harpyias reliquerunt, à conuersione sua Strophadas appellarunt, quum antea Plotæ dicerentur. Postremò ab Hercule occisi dicuntur, & in ventos commutati, qui Caniculæ exortum dies ferè octo præcedunt: vnde πρόδρομοι, i. præcurrentes appellantur. ¶ Est etiam Calais gemma sapphyro similis, candidior tamen & littoroso mari similis. Hanc plerique eandem esse existimant cum Augite.

Calamagrostis, καλαμάγρωστις, graminis genus foliorum magnitudine ad arundinem penè accedens, iumenta apud Babylonem (vbi iuxta vias copiosè nascitur) enecans. Latini Græcorum imitatione Gramen arundinaceum appellant.

Călămārĭus, a, um, Theca calamaria. {קסת késeth. καλαμοθήκη. Gall. *Calamar, ou escritoire.* Ital. *Pennaruolo.* Germ. Ein schreybzeug/ein scheidtrohr. Hisp. *Caxa de escriuanias.* Angl. *A pennar, a case for, pennes.*} ¶ Calamariæ thecæ. Sueton. *in Claud. cap.* 35. Serò enim ac vix remisit, ne cuiuis comiti, aut librario calamariæ & graphiariæ thecæ adimerentur. Mart. de his *Epigr.* 13. *lib.* 14.

Sortitus thecam calamis armare memento.

Calamæ, καλαμαί, vrbs Peloponnesi, Steph.

Calamenthe, καλαμένθη, vel καλαμίνθη, vrbs Lydiæ, vel Phœnicum, meliùs per iota in penultima.

Călămenthă, apud Col. *lib.* 4. *cap.* 27. ponuntur pro fragmentis veterum calamorum, hoc est, pedamentorum, quæ ex calamis, hoc est, ex arundine fiebant.

Calametum, καλαμών, Col. *lib.* 4. *cap.* 27. Sic deinde ordinata vineta festinabimus emendare, sarmentisque & calametis liberare.

Călămĭnthă, æ, {καλαμίνθη. Gall. *Poullot sauuage, ou l'herbe au chat.* Ital. *Nipitella.* Germ. Bergmüntz/Steinmüntz. Hisp. *Lanruada.* Angl. *Wild penirrial or pudding grasse.*} Herba est montibus familiaris, folia habens ocymi incana, surculos aridos, caulos angulosos, & florem purpureum. Hoc autem calaminthæ genus officinæ, seruata propemodum antiqua appellatione, Calamentum vocant. ¶ Sunt aliæ duæ Calaminthæ species, quarum altera pulegio est similis, & figura & odore, licèt aliquanto maior sit: vnde & pulegium syluestre à vulgo appellatur. Altera menthastro similis, foliis oblongioribus, caule & ramulis maioribus, quàm superior. Vide Diosc. *lib.* 3. *cap.* 40.

Calamis, nomen statuarij, qui equos absolutos & perfectos effinxit. Ouid.

Vendicat vt Calamis laudem, quos fecit equorum.

Huius meminit Plin. *lib.* 34. *cap.* 8. & Quint. *lib.* 12. *cap.* 10.

Călămistĕr, vel calamistrum, i, Tenue ferrum, quo in cinere calefacto crispantur capilli, vnde sunt illi tanquam annuli, qui cincinni vocantur. {חרט charit. καλαμίς, ίδος. Gall. *Vn instrument ou fer pour gresler ou frizer les cheueux.* Ital. *Ferro da increspare i capegli.* Germ. Ein pfrimen mit dem man das haar krauß machet. Hisp. *Hierro para encrespar los cabellos.* Angl. *A fryz lingyron to frizle the heare with.*} Cicero in masculino genere vsus est *in Orat.* id quod & Sosipater Grammaticus annotauit. Remouebitur omnis insignis ornatus quasi margaritarum, ne calamistri quidem adhibebuntur. Et Varro de scenicis originibus in masculino quoque posuit, teste eodem Sosip. *lib.* 1. In neutro genere vsus est Plaut. *in Curculione.* Pecten, speculum, calamistrum meum. ¶ Hinc Calamistratus, a, um, id quod calamistro inustum, & ornatum est. {Angl. *Frizled or crisped.*} Cic. *post reditum*, Calamistratus saltator. Idem *pro Sextio.* Calamistrata coma. Plaut. *in Asin.* Quisnam istuc tibi accedat, cinœde calamistrate?

Calamisus, Locrorum oppidum, Plin. *lib.* 4. *cap.* 3.

Călămītæ, {καλαμῖται. Gall. *Petites grenouilles.* Ital. *Ranochi piccioli.* Germ. Ein laubfrosch. Hisp. *Ranas pequeñas que se hallan en el canaueral.* Angl. *Litle frogges.*} Ranæ minimæ sunt, & viridissimæ, quæ à quibusdam Driopetæ vocantur: sic dictæ quòd inter calamos versentur. Plin. *lib.* 31. *cap.* 7.

Călămītēs, gemma, à Calamo nomen habens, quòd plures simul iunctæ inueniantur. Plin. *lib.* 37. *cap.* 10.

Calamochnus, καλαμόχνους, ἀδάρκη, est falsa quædam lanugo in locis palustribus calamis tenuioribus adnascens, ex aqua dulci & marina, vbi se miscent. ¶ Alio nomine Adarca dicitur. Vide Plin. *lib.* 32. *cap.* 10.

Calamos, Phœniciæ oppidum in ora subiecta Libano monti. Plin. 5. *cap.* 20.

Călămŭs, frutex aquaticus, ex quo quum multæ res fierent, multa significat. {קנה kanéh. κάλαμος. Gall. *Roseau ou canne, tuyau de blé, chaume, chalumeau, gluet.* Ital. *Canna sottile, penna da scriuere.* Germ. Ein ror/ein schreybfeder. Hisp. *Caña, ò paja como de trigo, caña para escriuir ò otra.* Angl. *A reede, a stalk, a wheaten or oaten strawe, a pipe or whistell, a penne.*} ¶ Primum significat sagittam. Virgil. *Eclog.* 3.

———quum Daphnidis arcum

Fregisti, & calamos.

Plin. *lib.* 16. Calamis populi Orientis bella conficiunt. ¶ Deinde instrumentum quô scribi solet. Quasi in libro cum scribuntur calamo literæ stylis me totum vlmeis conscribis. Plaut. *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Item, Calami aucupatorij, Martial. *epigr.* 218. *lib.* 14. Primi calami ex arundine conficiebantur. Martialis *in Distichis*:

Dat chartis calamos habiles Memphitica tellus:

Texantur reliqua tecta palude tibi.

¶ Ponitur aliquando pro fistula. Virg. *Eclog.* 5.

Nec calamis solùm æquiparas, sed voce magistrum.

Huius primum inuentorem fuisse Pana volunt poëtæ. Item *Eclog.* 3.

Pan primus calamos cera coniungere plures Instituit.

¶ Calamus item est virga, cui hamus filo longo alligatur ad capiendos pisces, similiter virga ad capiendas aues visco illita. Mart.

Galbula decipitur calamis, & retibus ales.

¶ Aliquando accipitur pro stipula, & pro quacunque re tereti, ac fistulosa ob similitudinem arundinis. Vnde arborum quoque ac vitium calamos dicimus, id est, teretes particulas & virgas ad serendum in terra aptas. Plin. Quòd si longiùs afferantur pomorum calami, rapis infixos optimè custodire succum arbitrantur. ¶ Est etiam calamus mensura sex cubitorum & palmi. ¶ Calamus odoratus, κάλαμος μυρεψικὸς Dioscoridi arundini similis est aspectu multis geniculatus nodis, casiæ sapore, tactu mollis, & quum frangitur, scissilis, intus araneosus, locum in quo nascitur, suauissimo replens odore. Prouenit in Arabia, India, & in Syria iuxta Libanum montem. Vide Plin. *lib.* 12. *cap.* 10. ¶ In officinis appellationem retinet.

Călămĭtās, tis, propriè significat calamorum fractionem, quę fit grandine, aut tempestate. {אֵיד edh רָעָב rahab שׁוֹאָה schoah שְׁמָמוֹת schemamoth. χάλαζα. Gall. *Calamité, malencontre, perte, malheur, misere, proprement gresle qui rompt le tuyau du blé.* Ital. *Grandine, calamità, miseria.* Germ. Ein hagel der die saat zerschlecht/ Arbeitseligkeit/ iamer/ Noht. Hisp. *Daño que haze la tempestad, generalmente daño, ò desastre ò perdida qualquiera.* Angl. *Miserie, calamitie, the breaking of the stalkes of cornes by tempest.*} Plaut. *Casin.* Profectò herclè non fuit quicquam olerum, Nisi quicquid erat, calamitas profectò attigerat nunquam. Terent. *in Eunuch.* Ipsa egreditur nostri fundi calamitas. Clades, calamitas, intemperies (de parasito.) Plaut. *sc.* 3. *a.* 4. ¶ Translatè, pro omni miseria, & pernicie ponitur. Cic. *Attic.* Nemo maiorem calamitatem morte Pansæ accepit. ¶ Calamitas dicebatur etiam in scenicis ludis, quum fabula exigebatur. Terent. *in Prologo Hecyræ*, Hecyram ad vos refero, quam mihi per silentium Nunquam agere licitum est: ita eam oppressit calamitas. Eam calamitatem vestra intelligentia sedabit. A Græcis πλάνος dicitur. Budæus.

Călămĭtōsŭs, a, um, quod calamitate lædi solet. {ἐπίζημος. Gall. *Suiet à gresle & à estre gasté par mauuais temps.* Ital. *Rouinato dalla tempesta, dalla gragnuola & mali tempi.* Germ. Das vom hagel mag zerschlagen werden. Hisp. *Perdido por daño que haze la tempestad.* Angl. *Broken and cast downe by tempest.*} Plin. *lib.* 18. *cap.* 7. Hordeum ex omni frumento minimè calamitosum: quia tollitur antequam triticum occupet rubigo. Calamitosus ager apud Catonem: & calamitosum cælum. *cap.* 11. & 35. ¶ Calamitosus etiam ærumnosus est, malis calamitatibúsque prægrauatus, inquit Nonius. {שׁוֹמֵם schomem רָע rah. ταλαίπωρος, πολυώδυνος, ἄθλιος. Gall. *Miserable, pauure, malheureux, calamiteux, affligé d'ennuy & fascherie.* Ital. *Pieno de miserie, disgratie, auersità.* Germ. Elendhaffe/ Arbeitsselig/ iamerhaffe/ Mit noth beschweert. Hisp. *Cosa perdidosa ò desastrada.* Angl. *Miserable, full of miserie, wretched.*} Cic. 1. *Verr.* Et honoris amplissimi puto esse, & accusare improbos, & miseros, calamitosósque defendere.

Călămĭtōsē,

Călămĭtōsē, aduerbium, Miserè. {Δυστυχῶς, ἀθλίως. Gall. *Malheureusement, miserablement piteusement.* Ital. *Meschinamente.* Germ. Elendiglich, iämerlich. Hisp. *Perdidamente.* Angl. *Miserablie, wretchedlie.*} Cic. 3. *Offic.* Nam quod aiant minima de malis, id est, vt turpiter potius quàm calamitose: an est vllum maius malum turpitudine?

Călantĭcă, Tegmen muliebre quod capiti accommodatur. {מצנפת *mitsnepheth.* ταινία. Gall. *Sorte de couurechef ou chaperon de femme, calote en Champaigne.* Ital. *Cuffia di donna.* Germ. Ein schleyer. Hisp. *Vn cierto tocado de mugere que se dize cofia.* Angl. *An hoode or kerchirf for a woman.*} Cic. *in Clod.* Tunc, quum vincirentur pedes fasciis, quum calanticam capiti accommodares, &c.

Calānus, Κάλανος. Fuit philosophus ex Gymnosophistis Indis, qui secutus Alexandrum Magnum extra Indiæ fines, quum apud Pasagardas ægrotare cœpisset, facta pyra, & aurea lectica superimposita, in ea cubans combustus est, stramentis opertus. Fertur, quum Alexander Magnus rogaret eum, si quid vellet, dixisse, Propediem te videro. Quod non multò post contigit: nam in Babylone paucis pòst diebus Alexander mortuus est. Lege Arrianum de gestis Alexandri. Indi autem quemque sapientem Calanon vocant, vt scribit Suidas.

Calapis, Pannoniæ amnis est, in Saum influens iuxta Sisciam, duobus alueis insulam efficiens, quæ *Segestica* vocatur. Plin. *lib.* 3. *cap.* 25.

Calaris, ciuitas in Sardinia, apud Plin. *lib.* 2. *cap.* 170. cuius meminit & Claudianus *de bello Gildonico.* Vide in dictione *Sardinia.*

Calaritani, Sardiniæ populi, ad Meridiem siti, quibus Calaris oppidum nomen fecit, cuius meminit Plin. *lib.* 2. *cap.* 109. Vulgò *Caller.*

Calaritanum, Sardiniæ promontorium Africam spectans: apud Plin. *lib.* 3. *cap.* 7.

Calama, Κάλαμα, vrbs Macedoniæ. Steph.

Calarus, Κάλαρος. Insula, aliàs dicta Alopecia, vel Alopeconesus, quum vulpem catulos suos ferre & deponere vidissent: deinde Calarus à Calero (ἀπὸ Καλήρου) rege. Alij ciuitatem Galerum dictam volunt. Steph.

Calasiris, Καλάσιρις, pars Ægypti, incolæ Calasirij, & Calasiriæ. Steph. ex Herodoto *lib.* 2.

Călăsis, autore Fest. Vestis genus fuit apud veteres, quod Græci καλάσιριν vocant. Sunt qui dicant tunicæ muliebris nodum esse, quo circa ceruicem connectitur.

Călātă comitia, vide in dictione *Comitia.*

Calathe, Καλάθη, quam alij Calathusam vocant. Nomen vrbis ad Herculis columnas sitæ. Autor Stephanus. Plin. verò *lib.* 4. *cap.* 12. Calathusam insulam esse asserit in mari Ægeo, non procul à Chersoneso sitam.

Călăthus, ab aliquibus Qualus, & Quasillus, ab aliquibus Fiscella, Vas vimineum, secundùm Porphyrionem, in quo mulieres pensa, vel tramam reuoluunt: aut in quo flores, vel fructus, aut aliquid id genus ferunt. {סל *sal* סלסלה *salsillah.* τάλαρος, κάλαθος. Gall. *Panier de clisse ou d'osier.* Ital. *Cesto, paniere.* Germ. Ein korb, ein zeinen auß weyden oder gerten geflochten. Hisp. *Canasta de varas.* Angl. *A pannier, frayle, or basket.*} Virg. *in Alexi.*

———tibi lilia plenis

Ecce ferunt Nymphæ calathis.

Ouid. *lib.* 4. *Faster.*

Hæc implet calathos lento de vimine nexos

Hæc gremium, laxos degrauat illa sinus.

Erat autem calathi forma superne latior, paulatim in angustum desinens, qualem etiam in turbine conspicimus. ¶ Accipitur interdum pro calice ad sacrificium apto. Martial. *epigr.* 17. *lib.* 14. Virgil. *in Daphnide,*

Vina nouum fundam calathis Aruisia nectar.

Seruius ait esse vas æneum in quo lac, vel recens caseus distrahitur.

Călăthiscus, diminutiuum, καλαθίσκος. {Angl. *A litle frayle, or basket.*} Paruus calathus. Catullus,

Ante pedes autem candentis mollia lanæ

Vellera, virgati custodibant calathisci.

Calathiana viola, flos est præter violarum naturam Autumno proueniens, lutei coloris, foliis minutis, sine odore: à calathi figura ita appellatus. Vide Plin. *lib.* 21. *cap.* 6.

Calathus, filius Iouis & Antiopes, vt autor est Homer. *in Odyss.*

Calathusa, Καλάθουσα, à Plin. *lib.* 4. *cap.* 12. numeratur inter insulas desertas, quæ inter Chersonesum, & Samothracem interiacent.

Calatis, Κάλατις, Steph. Thraciæ ciuitas, non procul à Tomis, Ponto Euxino imminens: cuius meminit Plin. *lib.* 4. *cap.* 11. & Strab. *lib.* 7. ¶ Ex ciuitate ortus fuit Ister Poeta, qui de ratione scribendæ Tragœdiæ opus insigne conscripsit.

Calatiæ, Καλατίαι, Indiæ populi apud Stephanum. ¶ Calatia præterea inter vrbes Italiæ ponitur à Plin. *lib.* 3. *cap.* 5. non procul à Bouillis, & Casino.

Călātōrēs, καλήτορες, dicebantur serui, ἀπὸ τοῦ καλεῖν, quod est vocare, quod semper vocari possent ob necessitatem seruitutis.

Calazybus, Καλάζυβος, vrbs Libyæ, Steph.

Calaurea, siue Calauria, Καλαύρεια Stephano, insula est in sinu Argolico, è contra Trœzenem, nulla alia re, quàm morte Demosthenis nobilior. In hac enim insula templum erat Neptuni: quò Demosthenes audito Archiæ satellitis Antipatri aduentu, confugit, & ne viuus in Antipatri potestatem perueniret, hausto veneno ex calamo, vitam finiuit. Hanc nonnullis in locis Calabriam appellatam inuenimus, sed mendosè. Vulgò *Sidra.*

Calauria, insula est iuxta Cretam, à Calauro Neptuni filio denominata. ¶ Fit etiam vrbs Locrorum, in qua Latona maximè colebatur. Vide Ouid. *lib.* 7. *Metam.*

[Calba. Gloss. Calbæ ἀγρεῖα. ad autem sic vertit Lex. Græcol. ἀγρεῖον ornatum & ornamentum q. sit ἀγλάϊσμα.]

Calbei, autore Festo, dicebantur apud veteres armillæ, quibus triumphantes vtebantur, & milites ob virtutem donabantur.

Călbis, Cariæ amnis, vt scribit Pomp. Mela *lib.* 1.

Călbius, vide *Calenus.*

Calcaræ, fasces stramentorum ac virgultorum.

Calceus, Calceatus. Suet. *in Aug. cap.* 77. Vide *Calceatorium* infrà in *Calx.*

Călcendix, Festo conchæ genus est.

Călchās, antis, Κάλχας. Proprium nomen Græci auguris, Thestoris filij (à quo Thestorides à Poetis appellatur) qui cum Græcis ad expeditionem Troiæ profectus est: & quoniam diuinandi arte plurimum præstabat, eius consilio multa gesta sunt. Nam in Aulide ostendit quomodo placata Diana, venti sedari possent: & apud Troiam in castris docuit, quæ ratio Apollinis placandi, vt pestilentia cessaret, foret: & ex passere, quæ quum nouem pullis à Dracone vorabatur, indicauit decennalem obsidionem Troiæ futuram. Quapropter inter cæteros Achilli acceptissimus erat, adeo vt eius præsidio plerunque defenderetur, præcipuè verò quum suaderet Chryseidem patri reddendam esse. Tum enim Agamemnon non solùm in vatem, sed etiam in ipsum Achillem incensus ferebatur. Diruta autem Troia reuersus, cum Amphilocho Amphiarai filio terrestri itinere, Colophonem (quæ vrbs est Ioniæ) quum in luco Apollinis Clarij extra vrbem apud fanum in Mopsum præstantissimum Augurem incidisset, artis peritia ab illo superatus, dolore contabuit, quòd proposita sibi à Mopso caprifico (vt refert Hesiodus) aut (vt Pherecydes mauult) sue grauida, conijcere non potuisset quot in illa ficus essent, quótve hæc vtero suculas gereret: quod tamen Mopsus sine vllo errore diuinauit. De Calchante vide multa apud Hom. *lib.* 1. *Iliad.* & Virg. 2. *Æneid.*

Calces, pro calculis, & calculorum ludo. Lucil. apud Priscianum,

Naumachiam licèt hæc, inquam, alueolumque putaret,

Et calces, delectes te, filio non rectiùs viuas.

Călcĭfrăgă, æ, herba est in maritimis petris ferè nascens, à calculis frangendis ita dicta: ἐμπέτρον: de qua vide Plin. *lib.* 27. *cap.* 9. & Ruell. *lib.* 2. *cap.* 129.

Calcioli (quod hic corruptè legebatur.) Vide *Carsioli, & Carseoli.*

Călcĭŏpē, Χαλκιόπη, filia Æetæ Colchorum regis, soror Medeæ & Absyrti, & coniunx Phryxi, ex quo Cytorum peperit. Ouid. *in Epi. Helen. ad Paridem,*

Non erat Æetes, ad quem despecta rediret,

Non Ipsea parens, Calciopéque foret.

Calco, & calceus, vide *Calx.*

Călcŭlus, lapis breuis terræ admixtus: sic dictus, quòd molestiam calcantibus exhibeat: vel, quòd calcem, hoc est, pedem offendat. {מעה *meãh* צרור *tserór.* ψῆφος, λιθίδιον. Gall. *Petite pierre, grauois, la pierre ou grauelle, merrau ou getton à compter ou iouer.* Ital. *Sasso picciolo.* Germ. Ein sandsteinlin. Hisp. *Pedrezita.* Angl. *A pebble or granell stone, the stone in the bodie, a chesse or table man counters.*} Virgil. 2. *Georg.*

Tenuis vbi argilla & dumosis calculus aruis.

Cic. *de Orat.* Demosthenes coniectis in os calculis summa voce versùs multos vno spiritu pronuntiabat. ¶ Calculi pro difficultatibus. Plin. iunior *lib.* 2. *Epist.* Omnes quos ego moui in vtraque parte calculos, pone, id est, difficultates. ¶ Est item Calculus, Lapillus in renibus, aut vesica generatus, meatum vrinæ prohibens, asperrimúmque gignens cruciatum: quod morbi genus Græci λιθίασιν appellant. Plin. *lib.* 11. *cap.* 37. Sed hominum quibusdam diro cruciatu subinde nascentes calculi, & setarum capillamenta. ¶ Qui autem eo morbo laborant, Calculosi dicuntur. Idem *lib.* 20. *cap.* 21. Hic & calculosis, & inflationi, & torminibus illinitur. Celsus *lib.* 7. *cap.* 26. de curatione caculosorum. A Græcis λιθιῶντες, λιθιῶντες. Plin. *lib.* 21. Veuntur ad alopecias, lithanicos, opisthotonicos. ¶ Item Calculus, ψῆφος dicitur, quem Latronem, seu Latrunculum antiqui appellauerunt, vulgus *Scacum* vocat. Martialis,

Hic mihi bisseno numeratur tessera puncto.

Calculus hic gemino discolor hoste perit.

Calculi & Tabula in ludo latrunculorum, & vno antecedere. Sen. *c.* 14. *de Tranquil.* Discolor calculus. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* Alea, Calculi, Alueolus. Gell. 1. *lib.* 14. Quoniam autem calculis subducere rationes solemus, calculus pro ipsis rationibus ponitur. Hinc reuocare, siue reducere ad calculum, est aliquid exactiùs supputare. Cic. *de Amicitia.* Hoc est quidem nimis exiguè & exiliter ad calculum reuocare amicitiam, vt par sit ratio acceptorum & datorum. Idem, Itaque tibi concedo, vt si te alicuius dati pœnitet, ad calculum reducas. De Calculis cognoscitur in tutela, i. de rationibus. Quintil. Calculorum paucorum caussæ, i. pecuniariæ. Idem, Calculos ponere de supputatione. Senec. *Epist.* 81. Calculorum anxiæ solicitudines (i. rei familiaris, & pecuniariæ.) Idem. ¶ Calculis olim Græci sententias & suffragia colligebant, candidis absolutionem, nigris condemnationem significantibus, vnde factum est, vt Calculum pro suffragio, sententia, & iudicio ponamus. ¶ Calculum de se permittere. Plin. *in Paneg.* Quotannis diis ipsis tanquam iudicibus calculum de te permittis an dignus sis incolumitate, id est, censendi potestatem facis & calculum ponendi: vtque nunc loquimur, opinandi. Eundem autem ferè modum habent hi loquendi modi, Mittere in consilium, Censendi potestatem facere, Calculum permittere, Calculum porrigere, Calculum proponere, ex Budæo. ¶ Dicitur etiam prouerbialiter, Album calculum addere, λευκὴν ψῆφον προσθεῖναι, pro approbare, subinde legimus apud doctos. ¶ Connæ calculus, Κόννου ψῆφος. In hominem, aut rem nihili nulliúsque momenti. Prouerbium manauit à Conna quopiam citharœdo. ¶ Calculo mordere, ψήφῳ δάκνειν, dicuntur qui suffragio lædunt, aut vlciscuntur hominem. Arist. ἐν Ἀχαρνεῦσι. ¶ Plurium calculus vincit, ἡ πλειόνων ψῆφος νικᾷ. Quoties in consilio creditur multitudini.

Călcŭlo, as, are, ψηφίζομαι. {Angl. *To compte, to cast accompte.*} Rationem facio. Inde

Călcŭlātŏr, A Calculis, id est, lapidibus minutis, quos antiqui in manu tenentes numeros componebant. {מחשב *mechascheb.* λογιστής. Gall. *Calculeur, compteur, dresseur de comptes.* Ital. *Chi fa conto, calculatore.* Germ. Ein Rechenmeister. Hisp. *Contador, como contante.* Angl. *which casteth accomptes.*} Mart. *lib.* 19.

Nec calculator, nec notarius velox

Maiore quisquam circulo coronatur.

Călcŭlōsus, a, um, Calculis plenus. {λιθώδης, λιθώδης. Gall. *Pierreux.* Ital. *Piena di pietruzzie.* Germ. Voll steinlin. Hisp. *Pedregoso.* Angl. *Full of granell or small snes.*} Colum. Loca aprica, calculosa, glareosa.

P 3 interdum

interdum & saxosa amat. Et apud Plin. *lib.*35. *cap.* 14. Calculosum solum.

[Calda θερμόν. Gloss. v. intellige, calda aqua, θερμὸν ὕδωρ.]

Caldarium (in Balneo.) Senec. *epist.*87.

[Caldicum, foris deambulatorium: quod & peribulum dicitur. Gloss. Isid. Puto, vbi calidum est, in patenti loco. Idem habet, paribulum res patens.]

Căldĭus, militari ioco dictus est Claudius Cæsar, pro Claudio, quemadmodum & Biberius pro Tiberio, & Mero pro Nerone. Suetonius *in Tiberio,* In castris tyro etiam tum propter nimiam vini auiditatem pro Tiberio Biberius, pro Claudio Caldius, pro Nerone Mero dictus est.

Caldor, & calor. Gell. *cap.*4. *lib.*19. ex Caldonia vox ficta à Laberio.

Cale, à Strabone *lib.*5. numeratur inter Campaniæ ciuitates, non procul à Theano Sidicino.

Călēdŏnĭă, sylua in ea parte Britanniæ fuisse putatur, quæ hodie Scotia dicitur, sæuissimis olim vrsis nobilitata. Martialis,

Nuda Caledonio sic viscera præbuit vrso.

Inde etiam Britanni peculiari epitheto Caledonij dicuntur à poëtis. Idem,

Quinte Caledonios Ouidi visure Britannos.

Corripit autem hoc nomen in hac significatione antepenultimam syllabam, secundam verò producit. Apud Græcos enim scribitur per ω. Contrà quum Ætoliæ syluam significamus, secunda syllaba scribitur per y Græcum, & vbique corripitur, sequens autem producitur, eo quòd apud Græcos scribatur per ω. Vide plura de hoc suo loco.

Calegia, Ptolemæo Germaniæ ciuitatis putatur inter Saxones, quam vulgò *VVitembergam* vocant.

Calena, poculi genus.

Calena, apud Ptolemæum, ciuitas in Anglia esse creditur, quæ hodie Oxonia appellatur, {GERM. Oxenfurt.}

CĂLĒNDÆ. {חדש *chodesch.* καλάνδαι Plutarcho.} Primus dies mensis: ab eo quòd hoc die calentur dies mensis à Pontificibus, Nonæ quintanæve, an septimanæ sint futuræ. Quinque calo Iuno Nouella. Septem colo Iuno Nouella. Hæc Varro *lib.*5 *de ling. Lat.* Macrobius autem *in* 1. *Saturn.* totam hanc rem copiosè tradit. Priscis, inquit, temporibus antequam fasti à Cn. Flauio scriba inuitis patribus in omnium notitiam proderentur, Pontifici minori hæc prouincia delegabatur, vt nouæ lunæ primum obseruaret aspectum, visumque regi sacrificulo nuntiaret. Itaque sacrificio à rege & minore Pontifice celebrato, idem Pontifex calata, id est, vocata in Capitolium plebe, quot numero dies à Calendis ad Nonas superessent, pronuntiabat, & quintanas quidem quinquies dicto verbo Calo, septimanas repetito septies prædicebat: & hunc diem qui ex his diebus, qui calarentur, primus esset, placuit Calendas vocari. Hæc Macrobius. Eam autem ob causam populo quotnam dies Calendarum essent, prædici necesse erat, vt sciret, quinam Nonarum dies esset futurus, quo confluere in Vrbem populus solebat, vt addiscerent quid eo mense in diuinis, humanisque rebus facto opus esset. Calendæ dictæ à calando. Plut. *quæst. rerum Rom.* Calendæ excusant militem. *cap.*4. *lib.*16. Ouid. 6. *Fast.*

Quæ duo mixta simul sextis quicunque Calendis
Ederit, huic lædi viscera posse negant.

¶ Sciendum quum dico Tertio Calendas, certum semper diem me significare: Ad tertium verò Calendas, etiam incertum, vt qui est circiter tertium Calendas. ¶ Græci autem Calendas non habent, vnde prouerbiali forma dicere solebat Augustus, vt refert Suetonius, Ad Calendas Græcas soluturos eos, quos nunquam soluturos significare volebat. *cap.*87. Idem *in Tib. cap.*35. Calendis Iulij locabantur ædes.

[Calendalia, tributa, quasi in strenam solui solita Calendis Ianuarij. Iustin. *edict.*13. καλανδικά. Meurs.]

Călēndārĭs, e, quod ad calendas pertinet, vt Iuno calendaris dicta, quòd calendarum dies ei sacer esset. Macrob. *lib.*1. *cap.*15. Idus, inquit, Ioui dedicatæ, calendæ Iunoni: vnde Laurentes calendarem Iunonem appellauêre.

Călēndārĭŭs, a, um, idem est: vt, calendarius liber, λογιστικόν, ἐφημερίς.

Călēndārĭă, {ANGL. *Calendars, Almanaches.*} Dicebantur tabulæ, ab obseruatione singulorum mensium: vt diaria, à singulorum dierum ratione obseruata. ¶ Accipitur etiam calendarium apud Iurisconsultos pro negotiatione nominum faciendorum. Vlpianus, calendarij quoque curatio & quæstura in aliqua ciuitate inter honores non habetur, sed personale munus est. Africanus, Itaque ipsæ pecuniæ si adhuc calendario, i. nominibus faciendis destinatæ essent, fideicommisso cedere solent. Bud. Magni Calendarij liber. Senec. *Epist.*88.

[Calendula, herba de qua Lobelius *aduers. nou.* {GERM. Ringelblume.}]

Călēnum, Κάληνον, teste Plinio, Campaniæ oppidum est non procul à Capua, in cuius agro mite & generosum vinum nascitur. ¶ Inde Caleni populi dicti, qui hanc vrbem, aut agrum vicinum incolunt. Horum meminit Plin. *lib.*3. *cap.*5. ¶ Hoc etiam oppidum Cales, Calium, in numero plurali appellatum inuenitur. Virg. 7. *Æneid.*

——*quique Cales linquunt, amnisque vadosi*
Accola Vulturni.

Idem Horat. *lib.*4. *Carm.*

Sed pressum calibus ducere
Liberum Si gestis.

Vulgò *Carinola.*

Călēnus, a, um, Καληνός, possessiuum, à calibus, siue Caleno Campaniæ vrbe deductum. Horat. *lib.*1. *Carm. Ode* 20.

Cæcubum, & prælo domitam Caleno
Tu bibes vuam.

Calepium, Καλέπιον, oppidum est in Cenomanis, ad XXIII. lapidem à Bergomo Brixiam versus, ad colles in sinistra parte positum à bonitate vini denominatum, καλὸς bonus, & πίνω bibo.

Cales, Κάλης, oppidum in Gallia: aliud in Campania, à quo Cales populi iuxta Falernos & Massicos, de quibus Virg. *Lib.*7.

Æquora quique Cales linquunt.

Hinc Calenum vinum.

Calesia, Καλησία, vrbs Italiæ, Steph.

[Calestra, genus mitræ. Gloss. Isid. An καλάστρα, quod est tegmen capitis. vide *Calantica* suprà. ¶ Est & Calestra oppidum] Thessaliæ ad mare situm, iuxta quod Axius, fluuius in mare Ægæum defluit. Herod. *lib.*7.

[Caletra, vbi vespæ nutriuntur. {GERM. wespennest.}]

Calette, ignobilis insula inter Samothracem & Chersonesum, Plin. *lib.*4. *cap.*12.

Caleti, vel (vt alij volunt) Caletes. Populi sunt Galliæ Belgicæ ad mare, contra Britanniam, quorum vrbs à Ptolemæo Gesoriacum nauale vocatur, hodie *Caletæ.* Plin. *lib.*19. *cap.*1. Cadurci, Caleti, Ruteni, Bituriges, vltimique hominum existimati Morini, imò verò Galliæ vniuersæ, vela texunt. ¶ Apud hos erat Itius portus, ex quo breuissimus erat in Britanniam traiectus, cuius frequens est mentio in Commentario Cæsaris.

Caletranus ager, non longè à Vadis Volaterranis in Thuscia, Plinius, in eadem parte oppidorum veterum nomina retinent agri Custumius, Caletranus.

Calianassa, & Calianera, vide Callianassa, & Callianira.

Calicadnus, vide *Galycadnus.*

Calicula, vrbs Hispaniæ, Ptol. Calucula Plin. dicta.

Caliculus, vide *Calix.*

Călĭēndrum, ornatus est muliebris capitis, vel certè coma ascititia, vt interpretatur Acron in illud Horat. 1. *Serm.*

——*altum Saganæ caliendrum*
Excidere, atque herbas, atque incantata lacertis
Vincula cum magno risuque iocoque videres.

CĂLĬGĂ, Tibiarum tegumentum. {καλίγα. GALL. *Chausse, botine & chaussure de guerre iusques à my-jambe garnie de clous.* ITAL. *Armatura delle gambe, gambiere, calze.* GERM. Stiffel/hosen bis auff die waden. HISP. *Calça o cierta armadura ò vestidura de piernas.* ANGL. *An hoze, or neather stock.*} cuius diminutiuum est Caligula. Cic. 2. *Phil.* Cum caligis & lacerna cucurristi. Plin. *lib.*7. *c.*43. Quanquam Massurius autor est, bis in triumpho ductum. Cicero mulionem castrensem suffraneum fuisse, plurimi iuuentam inopem in caligâ militari tolerasse. ¶ Caliga Maximini, vulgò dictitatum est in homines insulsos & immodicæ proceritatis. Id adagij refert Iulius Capitolinus *in vita Maximini Imperatoris.* Caligas Epicratis oratoris lasciui videtur Cicero accipere pro oratione lasciuiuscula, quum ad Atticum *lib.*2. *c.*18. sic scribit, Valerius absolutus est Hortensio defendente. Id Iudicium Attilio condonatum putabatur, & Epicratem suspicor, vt scribis, lasciuum fuisse. Etenim mihi eius caligæ, vt fasciæ cretatæ, non placebant. Ita interpres Bapt. Pius. [Hodie editur Βουλὴ καλιγῶν. Senatus caligarum, pro hominum caligatorum; tropus est, ait Meurs. *in Lex. gr.b.*]

Călĭgātŭs, a, um, Caligis indutus. {κρηπιδοφόρος. GALL. *Portant botines, chaussé de telle chaussure.* ITAL. *Calzato, di tali calze.* GERM. Mit solchen hosen oder stifeln angethon. HISP. *Cosa calçada de aquella armadura.* ANGL. *That hath hozeen.*} Iuuen. *sat.*3.

——*Veniam caligatus in agros.*

¶ Dicebantur autem milites caligati, tenuissimæ sortis, & postremarum classium milites, qui ocreas æneas gestabant. Autor est Liu. *lib.*1. *ab Vrbe condita.*

Călĭgārĭŭs, a, um, quod pertinet ad caligas. {ὁ τῆς κρηπῖδος. GALL. *De botines, seruant aux botines.* ITAL. *Che serue à tali calze.* GERM. Das solchen hosen oder stifeln ist. HISP. *Cosa para aquella armadura.* ANGL. *Belonging to hoze or neather stockes.*} Plin. *lib.*19. *cap.*18. In quibus pisces omnibus annis Virgiliarum ortu existunt squamis conspicui crebris atque præacutis, clauorum caligariorum effigie. Idem *lib.*34. Aliud breuitate sola placet, clauisque caligaris. ¶ Caligarius, artifex caligarum apud Lamprid. in Alex. Seuero. Corpora omnium constituit vinariorum, lupantorum, caligariorum & omnino omnium artium. Iulius Firmicus *Matheseos lib.*3. Coriorum confectores, aut caligarij.

Călĭgārĭs, e, {ANGL. *Belonging to hoze or neather stockes.*} Plin. *lib.* 22. *cap.* 22. Si enim caligaris clauus, vel ferri, vel chalybis aliqua rubigo, &c.

Călīgo, Tenebræ, obscuritas, opacitas, aëris spissitudo, {אֹפֶל *ophel* בַּאֲפֵל *baaphel.* ζόφος. GALL. *Obscurité, tenebrosité, esblouyssement.* ITAL. *Nebbia, folta.* GERM. Finsternuß/ Dunckel. HISP. *Escuridad, o ceguedad.* ANGL. *Darknesse, dimnesse like mist.*} Virg. 4. *Æneid.*

Quis globus ò ciues, caligi ne voluitur atra?

Experior ob oculos caliginem mihi obtigisse. Plaut. *Mer. sc.*4. *a.*1. Caliginem induxit. Velleius. ¶ Caligo metaphoricè signat peccatum in Scriptura sacra.

Călīgĭnōsŭs, a, um, Obscurus caligine tectus: {אֹפֵל *aphél.* γνοφώδης, ζοφώδης. ANGL. *Darke or verie obscure.*} Cic. 1. *Tusc.* vt penetret & diuidat omne cælum hoc, in quo nubes, imbres, ventique coguntur, quod & humidum, & caliginosum est, propter exhalationes terræ.

CĀLĪGO, as, Cæcutio. {חשך *chaschách.* ἀμβλυώττω. GALL. *Estre esbloüy, ne voir gueres clair.* ITAL. *Oscurarsi.* GERM. Finster sehen/ Dunckle augen haben. HISP. *Escurecerse, ò cegarse.* ANGL. *To be darke or dimme.*} Plin. *lib.*20. *c.*22. Iungunt quoque scabras genas, aut caligantes cum melle. ¶ Caligare in sole apud Quint. *lib.*1. *cap.*2. legitur, vel eleganter, ita & prouerbialiter dictum, pro eo quod est in re clarissima cæcutire: idque solet accidere vitiosis oculis, qui nihil vident in luce quàm maximè perspicua, videlicet sensum debilem obruente vi splendoris. ¶ Caligare ad aliquid, Plin. *lib.*30. *cap.*1.

Călīgāns particip. {ἀμβλυώττων. ANGL. *Dimme, darke.*} Virgil. 4. *Georg.*

Et caligantem nigra formidine lucum
Ingressus.

Călīgātĭo, nis, verb. {סנורים *sanverim* מאפליה *maapheljáh.* ἀμβλυωπία. GALL. *Esblouyssement.* ITAL. *Offuscatione.* GERM. Verfinsterung/verdunckelung. HISP. *Escuridad, ò ceguedad.* ANGL. *Darknesse, of dimnesse of sight.*} Plin. *lib.*20. *cap.*6. Aquilæ misto felle cum melle Attico iunguntur nubeculæ, & caligationes, suffusionesque oculorum.

Călĭgŭlă, dictus fuit Caius Imperator: à caligis, quas margaritis refertas primus portauit: vel potiùs à caliga militari, qua frequenter in exercitu vtebatur ad conciliandos sibi militum animos. Id enim militibus gratissimum fore credebat, si Imperatorem vestibus nihil à gregario milite differre viderent. Ausonius, Caius cognomen caligæ, cui

castra dederunt. In exercitu enim natus erat. Sueton. *in Calig. cap.* 10. Caligula. Coturnos vt *Perfonei* idem esse vult quod Crepidas, quibus Græci vtebantur: sed dubitandum non est quin diminutiuum sit a caliga, qua quum Imperator vteretur, minori fortasse quàm milites, dictus est Caligula.

Calim, veteres pro Clam vsurparunt. Autor Festus.

Calingæ, populi ſunt Indiæ maritimæ, quorum fœminæ quinquennes fœtantur concipere, octauum autem vitæ annum non excedere. Autor est Plin. *lib.* 6. *cap.* 17.

Calingii, Arabiæ populi, quorum oppidum est Mariaba. Autor Plin. *lib.* 6. *cap.* 16.

Calingon, Indiæ promontorium. Plin. *lib.* 6. *cap.* 20.

Calinipaxa, Indorum oppidum, non procul à Gange fluuio. Plin. *lib.* 6. *c.* 17.

Calinus, Statuarius, cuius meminit Quintil.

❙Calio, decipio. Gloss. A.L.

Caliscopus, industrius. L. gr. b.

Calius καυλός, πόθος. Gloss. quia calet: vt πόθος à πόθω, ... ab ... ignis.❙

Călĭx, Poculum. {Κύλιξ. GALL. *Calice, coupe, banap.* ITAL. *Calice.* GERM. Ein trinck geschirr, ein Kelch, ein becher. HISP. *Vaso, como de vidrio, para beuer.* ANGL. *A calice or cuppe.* } Ita dictum quòd eo calidam bibebant: nam & calidam, & frigidam conuiuiis veteres adhibebant. Plaut. *in Capt. sc.* 3. *a.* 4. Aulas calicésque omnes confregit, nisi quæ modiales erant. Quandoque ponitur pro maiori vase. Cic. *lib.* 1. *Tuscul.* Quid huic calix mulsi impingendus est, vt plorare desinat. Calicum genera Mart. *lib.* 14. ¶ Quandoque pro vase, in quo legumina & olera coquuntur. Ovid. *lib.* 4. *Fast.*

Stant calices, minor inde fabas, olus alter habebat,

❙*Et spumat testis pressus vterque suis.*❙

Varro, Calix à caldo, quòd in ea calida puls apponebatur. ¶ Multa cadunt inter calicem supremaque labra, πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρου. Adagium est, quo monemur, nihil tam certum sperari, neque quicquam esse vicinum, quod non repentinus aliquis casus queat interuertere, adeóque non esse tutum venturis fidere, vt vix etiam illa sint certa, quæ manibus tenemus. ¶ Calices amariores. Catullus *Epigram.* 24.

Minister vetuli puer falerni,
Ingere mi calices amariores.

Citat sic Gellius *lib.* 7. *cap.* 20. Vinum vetus intelligit. Senec. *Epist.* 64. Quomodo in vino nimis veteri ipsa nos amaritudo delectat.

Călĭcŭlus, i, diminutiuum à Calice deductum, quum vas potorium significat, {κυλίκιον. GALL. *Gobelet, petit hanap.* ITAL. *Calicetto.* GERM. Ein trinckgeschirrle. HISP. *Pequeño vaso.* ANGL. *A litle chalice or cuppe.* } Cat. *de re rust. cap.* 108. Vinum si voles experiri, duraturum sit nécne, polentam grandem dimidium acetabuli in caliculum nouum indito.

Călla, herbæ genus est aro simile, in arationibus nascens, vtrúsque eosdem habens quos arum. ¶ Est altera callæ species, quam Anchusam nonnulli, alij Rhinoclisiam appellant. Vide Plin. *lib.* 27. *cap.* 9.

Callæi, κάλλαιοι, Gallinaceorum barbæ dicuntur, eò quòd colorem purpureum, quem κάλλαιον Græci dicunt, imitantur. Vide Cælium Rhodig. *lib.* 11. *cap.* 26. ¶ Sed meliùs sic scripsisset Rhodig. κάλλαιον, τό, barba, seu palea galli gallinacei. ¶ Nam κάλλαια dicunt Græci, non κάλλαιοι. & de colore quod addidit, autorem quære.

❙Callaica, gemma colore viridis, sed pallens; nihil iocundius aurum decens. vnde & appellata.❙

Callaica, genus vestis, Mart. *Epigr.* 139. *lib.* 14.

Callaici, Καλλαϊκοί, Ptol. *lib.* 2. *cap.* 9. appellantur Hispaniæ Tarraconensis populi, ad Occidentalem Oceanum siti, Artabris & Asturibus finitimi: qui à Plinio Galleci appellantur.

❙Callainus, a, um. Gloss. καλλάινος Venetianus, καλλάινον Venetum. Dicitur etiam vno λ. Dicebant, inquit Meursius, etiam χαλάινος & χαλαίζειν. nam κ & χ confundebant. etiam hodie χαλάινο Græci dicunt. Hoc tamen sonat, q. à γέλα, i. splendor oriatur.❙

Căllāĭs, idis, καλλαΐς, gemma est ex viridi pallescens, oculi figura exuberans, leuitérque adhærens petris, non vt agnata, sed vt eisdem apposita. Nascitur in finibus Indiæ, amplitudine conspicua, sed fistulosa, & sordium plena. Vide plura de hac gemma apud Plin. *lib.* 37. *cap.* 8.

Callarias, piscis est mari peculiaris, ex asellorum genere, ni minor esset. Vide Plin. *lib.* 32. *cap. vlt.*

❙Callas, fabrorum foramina. Gloss. A.L.❙

Calleo, Callens, vide *Callum.*

Callet, oppidum vlterioris Hispaniæ, in conuentu Gaditano. Autor Plin. *lib.* 3. *cap.* 1.

❙Calli, cum hac parte dictionis componuntur quædam voces, etiam Latinis vsitatæ: vt Calliblepharum, calligraphia, callilogia, Calliope & calliopeia, &c. Indicat autem ea κάλλος, i. elegantiam. καλὸς est pulcher: quod dici volunt à καλεῖν, quia prouocet animos; vel à κηλεῖν, quia permulcet intuentes. Martin.❙

Callia, Καλλίαι, vna ex tribus Ætoliæ vrbibus, teste Steph.

Callianassa, Καλλιάνασσα, & Callianira, Καλλιάνειρα, duo Nympharum marinarum nomina: alterum à bene imperando, alterum à viris honestandis dictum.

Calliarus, i, Καλλίαρος, Locrorum oppidum, ita dictum à Calliaro Odœdocı, & Laonomes filio: vt ex sententia Hellanici tradit Stephanus. Meminit huius oppidi & Strabo *lib.* 9.

Callias, Καλλίας, Atheniensis poëta fuit, Comœdiarum scriptor, quem *Schœnion* appellatum fuisse Suidas tradit, quòd ob paupertatem funes torqueret. ¶ Callias item Lacoplutus cognominatus, dux Atheniensium nobilis, contra Artaxerxem missus. Autor vtriusque Suidas. ¶ Callias Methymnæus Grammaticus, quem Strabo dicit Alcæum, Sapphóque poëtas enarrasse.

❙Callibium, tugurium. Gloss. gr. b.❙

Calliblepharum, καλλιβλέφαρον. Medicamen accommodatum vitiis oculorum, præsertim cum palpebræ cohærescunt, & vlcera oculorum malè curata sunt. Plin. *lib.* 23. *cap.* 4.

Callicia, herba, qua Pythagoras aquam conglaciari tradidit. Vide Plin. *lib.* 24. *cap.* 17.

Callicrates, Καλλικράτης, sculptor fuit, qui formicas, & id genus minora animalcula, tam parua fecit ex ebore, vt earum partes cerni non possent. Vide Plin. *lib.* 36. *cap.* 8.

Callidorus, Καλλίδωρος, viri proprium nomen, quasi munus pulchritudinis.

Callidromus, Καλλίδρομος. Mons est iuxta Thermophylas. Plin. *lib.* 4. *c.* 7.

Callielæa, καλλιελαία, olea satiua. Vide Ruell. *lib.* 1. *cap.* 104.

Callidus, a, um, Callide, Calliditas, vide *Callum.*

Călĭgŏnon, καλλίγονον, herba est (quam nonnulli Sanguinariam dicunt) à multitudine seminis, & densitate fruticis sic dicta. Plin. *lib.* 27. *cap.* 32. Dicitur & Polygonon.

❙Calligraphia, καλλιγραφία, elegantia scribendi. καλλιγράφος, qui eleganter scribit. Gloss. vertit *Librarius.*

Callilogia, καλλιλογία, elegantia λόγου, id est dictionis.❙

Căllĭmăchus, Καλλίμαχος, nomen poëtæ Cyrenensis, qui apud Græcos princeps inter Elegiacos habetur. ¶ Fuit & alius historicus Ægyptius, filius Batti & Mesatmæ, discipulus Hermocratis Iasei Grammatici. Vixit apud Ptolemæum Philadelphum vsque ad Euergeten, bibliothecæ regiæ præfectus. Omne poematis genus attigit. In aduersarium poëma acerbissimum scripsit, quem ficto nomine Ibin appellat: vnde Ouidius poëta nomen & argumentum mutuatus est. Edidit elegias quoque & epigrammata, & hymnos, aliaque complura. Ex Suida. Horum omnium nihil extat præter elegiam vnam in lauacrum Palladis, & quosdam hymnos in deos. ¶ Callimachus alius sculptor fuit, qui se κακιζότεχνον nominari voluit, quasi artis interpolatorem, & qui eam in tenuiorem exquisitiorémque disciplinam reduxisset. τήκειν enim liquefacere conflatéque est. Nam ipse primus lapidem perforauit, minutatimque tractauit. Autor Pausanias.

Callimus, Κάλλιμος, lapis est ex genere aetitarum: de quo Plin. *lib.* 37. *cap.* 11.

Callinicus, Καλλίνικος, Sophista Syrius, vel Arabs, qui Athenis professus est. Scripsit de cacozelia, de Rhetorica ad Cleopatram, de rebus gestis Alexandri, & alia quædam. Autor Suidas.

Callion, καλλίον, στρύχνος ὑπνωτικός, herba est, quam aliis nominibus Solanum somniferum, Halicacabum, & Vesicariam appellant. Vide Plin. *lib.* 21. *cap.* 31.

Căllĭōnymus, καλλιώνυμος, genus piscis, cuius fel cicatrices sanat, & carnes oculorum superuacuas consumit. Plin. *lib.* 32. *cap.* 7.

Căllĭŏpē, Καλλιόπη, Vna Musarum, & quidem præstantissima, quæ etiam Calliopeia, Καλλιόπεια dicitur: sicut Penelope Penelopeia: à pulchra voce dicta. Præest heroicis versibus. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Quem mea Calliope læserit vnus ero.

¶ Est item Calliope oppidum Parthorum. Steph.

❙Callipæs, liberis pulcher. Callipædas fieri senes est apud Lucianum, quòd senes quidem puerum sapiant, sed in conuiuiis plusculum se inuitantes ac facti hilariores etiam pulchri pueri videantur. Cæl. Rhod. *lib.* 6. *cap.* 38.❙

Callipho, nomen senis. Plaut. *Pseud. sc.* 4. *a.* 1.

Callipia, Καλλιπία. Fons est Ephesiorum, apud Plin. *lib.* 5. *cap.* 29.

Callipidæ, Καλλιπίδαι, populi Scythici, Hypanim fluuium accolentes, vt autor est Herodotus.

Callipides quidem prouerbio locum fecit qui cubiti mensura non longius progrediebatur. Suet. *in Tiber. cap.* 38.

Callipolis, Καλλίπολις, vrbs Thraciæ in extremo Hellesponti, è regione Lampsaci, à quo quadraginta tantum distat stadiis: vt scribit Strab. *lib.* 13. ¶ Est item Callipolis Peloponnesi ciuitas, in tractu Occidentali, non procul ab Araxo promontorio, inter Cyllenem & Patras: cuius meminit Pompon. Mela *lib.* 2. ¶ Callipolis præterea insula est maris Ægæi, vna Cycladum, quæ notiore nomine Naxus appellatur. Autor Plin. *lib.* 4. *cap.* 12.

Căllĭpūs, Κάλλιππος, philosophus, qui honestati voluptatem adiunxit, sicut & Dinomachus.

Căllĭppŭs, Κάλλιππος, Atheniensis, Platonis auditor, interfectus à Syracusanis, quòd tyrannidem post Dionysium aggrederetur, Dionémque patriæ liberatorem prodidisset. Plutarch. *in Dione.*

Callĭrŏē, Καλλιρρόη, fons apud Athenas. Papin. *lib.* 12. *Thebaid.* Et quos Calliroë nouies errantibus vndis Implicat. Hic postea à tyrannis reparatus, ἐννεάκρουνος dictus est. Valla ex Thucy. Nouem fistulas vertit. Martianus *de hoc fonte*, Fontes multi Atticæ, inter quos Calliroë prædicatur.

Callirŏē item Lyci crudelissimi tyranni filia fuit, quæ Diomedem liberauit ab insidiis patris, qui hospites omnes immolabat, à quo quum se desertam videret, vitam laqueo finiuit. ¶ Fuit item Calliroë, Acheloi fluminis filia, quæ Alcmæoni nupsit, vt suprà docuimus in dictione *Alcmæon.*

Callisco, vide *Callum.*

Callistē, Καλλίστη, Insula maris Ægæi, vna Sporadum, alio nomine Thera appellata. Autor Plin. *lib.* 4. *cap.* 12.

Callistephanus, Καλλιστέφανος, genus est oleastri, quo victores Olympiorum coronabantur: vnde & nomen accepit. Autor Pausanias.

Callisthĕnēs, Καλλισθένης, nomen Philosophi Olynthij, Alexandro Magno familiaris, eiusdémque sub Aristotele condiscipulus, quem ille postea in Asiam accersiuit, vt res suas memoriæ proderet. Huic nocuit immodica libertas, grauitásque inuisa Regi, quum haudquaquam assentantium accommodatus ingenio esset. Nam quum Alexander ex Persico bello arrogantior factus, regio more adorari vellet, acerrimus inter recusantes Callisthenes fuit, palàm dictitans Alexandrum non adorandum esse: quæ res & illi & multis principibus Macedonum exitio fuit. Siquidem Alexander Callisthenem propter adorationis Persicæ interpellatum morem, coniurationis conscium fuisse criminatus est, eúmque truncatis membris, abscissísque auribus, ac naso, labiísque deformatum, cum cane in cauea clausum circumferri iussit: diúque tortum tandem necauit. Vide hæc latius apud Quintum Curtium *de gestis Alexandri.*

Callistō, ūs Καλλιστώ, Lycaonis Arcadiæ regis filia, quæ à Ioue compressa, grauidáque effecta, quum vnà cum Pallade lauaretur, tumore ventris prodita, & ab ea repulsa, Arcadem filium in syluis peperit: à quo post-

ca Arcadia dicta est. Hæc postea à Iunone in vrsam commutata, & Iouis miseratione in cælo collocata, maiorem efficit vrsam: quæ & *Arctos* à Græcis dicitur. Propert. *lib.* 2.

Callisto Arcadios errauerat vrsa per agros:
Hæc nocturna suo sidere vela regit.

Callistratus, Καλλίστρατος, nomen statuarij, cuius meminit Plin. *lib.* 14. *c.* 8.

Callistruthia, æ, um. Callistruthix, ψυχροτάτη, ficorum omnium frigidissimæ. Plin. *lib.* 15. *cap.* 18.

Callistus, Κάλλιστος, libertus fuit Claudij Cæsaris potentissimus, qui ipsum etiam Crassum opibus longè superauit. Hic cœnam Romæ ædificauit, triginta solidis ex onyche columnis fultam. Vide Plin. 36. *cap.* 7. & *lib.* 33. *cap.* 10.

Callistus, vnus inter comites Iuliani principis expeditionis, heroico versu eius historiam conscripsit. Volaterr.

Callitrichon, καλλίτριχον. Herba est, quæ alio nomine Polytrichon dicitur, quod multos & pulchros crines nutriat. nam in vino cocta cum semine apij, adiecto oleo copiosè, & fluere capillum prohibet, & crispum densúmque facit. Dioscorides *Adiantum* appellat: quo nomine & Plin. vtitur *lib.* 22. *cap.* 21. Aliud (inquit) adianti miraculum: æstate viret, bruma non marcescit: aquas respuit perfusum, mersúmque sicco simile est: tanta dissociatio deprehenditur: vnde & nomen à Græcis, alioquin frutici topiario. Quidam Callitrichon vocant, alij Polytrichon: vtrunque ab effectu. Hæc ille. ¶ Legitur & nominatiuus Callitrix. Idem *lib.* 26. *cap.* 14. Astragali radix puluerem trita, humidis vlceribus prodest: item callitrix decocta in aqua.

Callithrix, icis, καλλίθριξ, animal est ex genere simiarum, à pili pulchritudine ita dictum. Plin. *lib.* 8 *cap.* 54. Callithrices toto pene aspectu à simiis differunt: barba est in facie, cauda latè diffusa primori parte. Hoc animal negatur viuere in alio, nisi Æthiopiæ, quo gignitur, cælo.

Callitrix, icis, herba quæ decocta in aqua, humidis vlceribus prodest. Plin. *lib.* 25. *cap.* 14.

Callius, mas Tripolicum, Diosc. *lib.* 4. *cap.* 136.

Callos, κάλλος, Pulchritudo, honestas.

Callōn, Κάλλων, Statuarius nobilis fuit, qui 87. Olympiade floruit: teste Plin. *lib.* 34. *cap.* 8. & Quint. *lib.* 12. *cap.* 10.

Callus, in masculino genere, & Callum, i, (vtroque enim modo dicitur,) est cutis labore vix pedibus, aut alio opere in manibus, partéve alia corporis densior facta, cuiusmodi est in suis rostro, ceruice bouis, animalium plantis. & duritia illa quæ in manibus ex labore nascitur. τύλος, τύλη. {GALL. *Cal, durillon, quand la peau est endurcie, comme és mains par trop labourer, & aux pieds par trop cheminer.* ITAL. *Callo, picciola durezza nelle mani per lauorare, ò ne i piedi per caminare troppo.* GERM. Ein schwülen am fuß oder handen/ein dicke haut von arbeit. HISP. *El callo de pie ò mano, ò de otra parte.* ANGL. *Hardnesse in the skinne through muche labour.*} Pernam, callum, sumen facite in aqua iaceant. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Idem *in Persa*, Plus calleo, quàm aprugnum callum callet. Est autem Callum aprugnum caro apri callosior, & ob id saporis iucundioris. & *in Captiuis sc.* 2. *a.* 4. Quanta sumini absumedo, quanta callo calamitas! ¶ Vnde Callum obducere dolori, vel labori, per metaphoram dicimus, pro eo quod est longa assuetudine ita nos comparare, vt laboris, vel doloris molestiam non admodum sentiamus. Cicer. *lib.* 9. *epist. famil.* Consuetudo diuturna callum iam obduxit stomacho meo. Idem 2. *Tusc.* Et ipse labor quasi callum quoddam obducit dolori, πώρωσιν. Ingenio alendo callum inducere. Quint. Callum videtur duxisse tristitia. Senec. *cap.* 2. *de consol. ad Mart.* Item Calli in corpore ex pruritu [illegible]. Suet. *in August. cap.* 80.

Callus, est substantia lapidosa & rigida, compactaque, alba, atque expirationis priuata caro. Vnde etiam dolorem non sentit: quippe quum neque vena, neque neruus ipsam pertingat. Curationem eius vide apud Paulum *lib.* 6. *cap.* 77.

Callósus, a, um, Durus, callis plenus. {τυλώδης. GALL. *Plein de calx & durillons, dur comme vn cal, raboteux.* ITAL. *Pieno di calli.* GERM. Das hart vnd dick ist. HISP. *Cosa llena de callos.* ANGL. *Hard skinned through labour.*} Col. *lib.* 3. *cap.* 1. Humido loco sciet non rectè mandari fructus teneri & amplioris acini, sed callosi, & angusti. Autor Carminis ad Pisonem, quod Ouidio à quibusdam tribuitur,

Humida callosa quum pinseret hordea dextra.

Calleo, es, ui, propriè Callosus sum. {τυλοῦμαι. GALL. *Auoir des cals & durillons.* ITAL. *Far il callo.* GERM. Harte oder schwülichtige haut haben an henden oder füssen. HISP. *Hazer callos, Ser calloso ò tener callos.* ANGL. *To be hardned in the skinne through long vse.*} Plaut. *in Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Neque ego homines magis asinos vnquam vidi: ita plagis costæ callent: quos dum ferias, tibi plus noceas. ¶ Transfertur & ad animum. Cic. *pro Sestio*, Aut qui non in illis rebus exercitatus animus callere iam debet. ¶ Interdum Callere, est perfectè scire. {ידע *iadáh.* ἐπίσταμαι. GALL. *Sçauoir par experience quelque chose, l'entendre bien.* ITAL. *Sapere perfettamente.* GERM. Ein ding wol kennen/einen handels wol bericht sein. HISP. *Saber muy bien.* ANGL. *To knowe well, or perfectlie.*} quòd sicut pes, vel manus ex longo labore callum acquirit, ita mens longa experientia colligit habitum quendam rerum, in quibus versatur. Et sic neutrum transitiuum est. Persius, —dicenda, tacendáque calles. Horat. *in arte*,

Legitimúmque sonum digitis callemus & aure.

Plaut. *Most. sc.* 3. *a.* 1. Vt perdoctè cuncta callet. ¶ Huius compositum est, Occalleo: à quo Occallesco, de quo suo loco. ¶ Callere, cum infinitiuo. Horat. 4. *Carm. Ode* 9.

qui deorum
Muneribus sapienter vti,
Duramque callet pauperiem pati.

id est, ingeniosè nouit, Acron. Sic Lucret. *lib.* 2.

Multa quæ de rerum natura dicere callent.

Callent nomen. Plin. *lib.* 21 *cap.* 31. Halicacabi radicem bibunt qui sunt vaticinandi callentes. {ANGL. *which vnderstand and knoweth well.*} Callens vtriusque linguæ. Gell. *cap.* [illegible] *lib.* 1[illegible].

Callescere, veteres dixerunt pro callescere, siue occallescere. Cat. Aures bonis callescunt ad [illegible], id est, occalescunt. Nonius. {ANGL. *To waxe hard in the skinne by labour.*}

Callĭdus per duplex ll, Astutus: differtque à versuto, quòd callidus sit ille (vt scribit Cic.) 3. *de nat. Deorum*, cuius animus vsu, vt manus opera concalluit: Versutus, cuius mens celeriter vertitur. {ערום *Harom.* πανοῦργος. GALL. *Fin, caut, ruzé, bien aprins, prudent.* ITAL. *Scaltrito, astuto.* GERM. Klug/ Geschwind/ listig. HISP. *Astuto y recatado.* ANGL. *Wilie, guilefull, craftie.*} Cic. 4. *Acad.* Ego enim, vt agitator callidus priusquam ad finem peruenium, equos sustinebo. ¶ Callidus ad aliquid. Cic. *pro Cluent.* Quòd hi ad fraudem callidi sunt. Plaut. *Asin. sc.* 7. *a.* 1. Ad suum quæstum quemque callidum esse oportet. Idem *ibid. sc.* 1. *a.* 2. Qui ad heri fraudationum callidum ingenium gerunt.

———aliquas perduces callidus artes. (ingeniosè)

Ouid. *lib.* 13. *Metam.* Non videor vidisse lenam callidiorem alteram, Plaut. *Most. sc.* 3. *a.* 1. Cum infinitiuo. Horat. 1. *Ode* 11.

Tuque testudo resonare septem
Callida neruis.

Callĭdè, aduerbium, Astutè, vafrè, malitiosè. {πανούργως. GALL. *Finement, par ruze.* ITAL. *Astutamente, accortamente.* GERM. Listiglich/ behendiglich. HISP. *Astuta y recatadamente.* ANGL. *Guilefullie or craftelie.*} Cic. *de Orat.* Callidè, argutéque dicere. Idem 2. *de fin.* Sed omnia callidè referentem ad vtilitatem.

Calliditas, atis, Vafritia, astutia. {ערמה *hormáh.* πανουργία. GALL. *Finesse, ruze.* ITAL. *Accortezza, astutia.* GERM. Geschwindigkeit/ listigkeit. HISP. *Astucia y recatamiente.* ANGL. *Guile, deceit, craftinesse.*} Cic. 1. *Offic.* Scientia, quæ est remota ab iustitia, calliditas potius quàm sapientia appellanda est.

Callis, is, collo perdurata. {מסלה *mesilláh.* τρίβος. GALL. *Chemin frayé.* ITAL. *Strada.* GERM. Ein gebannter weg. HISP. *Camino hondo y estrecho.* ANGL. *A path, or footway.*} Virg. *lib.* 8.

Rara per occultos ducebat semita calles.

Idem 4. *Æneid.*

——— prædámque per herbas
Conuectant calle angusto.

¶ Callis ex eo appellatur, quòd pecudum callo calcetur, éstque via à pecore durata. ¶ Calles, loca quæ pecudes calcant, saltus. Tranquillus in Iulio Cæsare tradit, Prouincias minimi negotij syluas, & calles decretas consulibus. Vbi saltus publicos intelligit, in quibus professi pecoris sui capita pecuarij pascebant, scripturámque soluebant. Tacitus, Lupus Quæstor, cui prouincia veteri ex more, calles euenerat. Varro *de R. R.* Et vtrosque horum firmiores, qui in callibus versentur, quàm eos qui in fundo quotidie ad villam redeant. Rursus, Quod accidit iis, qui per calles syluestres longinquos solent comitari in æstiua & hyberna. Cic. pro Sestio, Atque ætatem integram nactus, Italiæ calles & pastorum stabula prædari cœpisset. ¶ Callem carpere, phrasis est Aimonio visitata, pro viam carpere.

Călo, as, verbum antiquum à Græcis deductum, idem significans quod voco. Gell. *cap.* 27. *lib.* 15. {קרא *kará.* καλεῖν, καλῶ. GALL. *Appeller.* ITAL. *Chiamare.* GERM. Ruffen/nennen. HISP. *Llamar.* ANGL. *To call.*} Hinc dicta sunt Comitia calata, quæ pro collegio Pontificum haberi solent, aut Regis sacrorum, aut Flaminum inaugurandorum causa. Dicta autem sunt Calata comitia, quòd classes per ordinem calarentur, hoc est, vocarentur. Equites enim vocabantur primi, octoginta deinde primæ classis centuriæ, & deinceps suo ordine cæteræ inferiores classes. Budæus. Itaque omnia comitia Calata à veteribus appellabantur. Hinc & Calendæ dictæ sunt, vt Macrobius scribit *lib.* 1. *Saturn. cap.* 15.

Călātor, Fest. Calatores serui, ἀπὸ τοῦ καλεῖν, quia semper ob necessitatem seruitutis vocari possent. Harpax calator meus est ad te qui venit. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 4.

Calon, statuarius, cuius meminere Quint. *lib.* .. *cap.* 12. & Plin. *cap.* 8. *lib.* 34.

Călōnes, καλοπόδια, calcei ex ligno facti Festus. {GALL. *Sabot ou galloche.* ITAL. *Zoccolo di legno.* GERM. Holtzschuch. HISP. *Sapato hecho de madera.* ANGL. *Patten, of shoes of woode.*} Horat. 1. *serm. Satyr.* 2.

Hunc perminxerunt calones.

Călōnes, {חטבי עצים ושאבי מים *chotebé betsim veschabe maym.* ξυλοφόροι. GALL. *Les goujats des gendarmes.* ITAL. *Seruitore di gente d'arme.* GERM. Troßbuben. HISP. *Los leñadores que lleuan leña al real.* ANGL. *Souldiers slaues.*} Serui militum castra sequentes, dicuntur, qui clauas ligneas, & fustes gerebant, vel qui militibus ligna subministrabant, ξυλοφόροι. Horat. Hunc perminxerunt calones atque caballi. Liuius 5. *bell. Pun.* Impedimenta subsequi iussit, calones, lixásque, & inualidos milites vallum ferre. Quidam tamen Calones à calando deriuant, quòd ad ministerium aduocarentur: alij à Calendis, quòd Calendarum die cibaria caperent pro toto mense.

[Calobalsamum, lignum balsami.

Calobates, grallator. καλοβάτης. Hinc Calobatarius Marcellus Grammatic. Grallatores, h. e. ligneis perticis incedentes, calabatarios appellat. In annot. post. Ioan. Baptist. pij *cap.* 81. Gloss. καλοβάτης funambulus.]

Călophanta, καλοφάντης. Plaut. *in Curc.* Ædepol nugatorem lepidum, lepidè hunc nactu' est Phædromus, Calophantam ac Sycophantam magis hunc dicam nescio. Videtur autem hoc nomine appellari qui in speciem apparet bonus, quum sit malus, quales Græci χρηστολόγους vocant. Alciatus παρέργων XI.

Călŏpŏdium, καλοπόδιον, Calceamenti lignei genus est, quod alio nomine dicimus Soccum, & per diminutionem Socculum.] {GALL. *Sabot, galloche.* ITAL. *Zoccoli.* HISP. *Galocha de madera.*}

Călópus, καλώπους, Animal Syriæ, iuxta Euphratem habitans: austerum ac velox, cornibus longis, quibus arbores deiicere fertur.

Călŏr, & Caliditas, idem significant, à calendo. {חם *chom.* θέρμη, θάλπος. GALL. *Chaleur.* ITAL. *Calore.* GERM. Werme/ hitz. HISP. *Calor natural, ò de fuera.* ANGL. *Heat.*} Plaut. *in Mil.*

——— nam mihi nimius calor
Comburebat gutturem.
At medio est Phœbi semper subiecta calori.

Tibul. *lib.* 4. Calor, pro festinatione operis. Virg. 1. *Georg.*

Magnaque vix cum spe [illegible] triturá calore.

Vbi Seruius, per calorem festinationem operis significat: vt alibi. Feruet opus, vt ostendat, eo anno pro copia frugum festinatam & studiosam

ſam trituram ſuratum. Hactenus ille. Poteſt tamen aliter exponi. Calorem atque impetum loqui Quint. Id calore cogitationis extinguit.

Caldor, is, idem quod Calor. θερμη. { ANGL. *Heat.* } Varro *lib.* 1. *de re ruſt. cap.* 53. Olea lecta, ſi nimium diu fuerit in acetris, caldore ſeacetcit, & oleum fœtidum fit.

Călĭdus, a, um, à calore fit. Modò feruentem ſignificat. { חם *cham* חום *chom.* θερμος. GALL. *Chaud.* ITAL. *Caldo.* GERM. Warm. HISP. *Caliente.* ANGL. *Heat, or warme.* } Virg. *Æneid.* 9.

Voluitur ille vomens calidum de pectore flumen.

¶ Modò ferocem, inconſultum, ſ acuuius. Caue ſis ne nimis calidè loquaris, & turbam concites. ¶ Modò velocem. Varro, Quum hæc dixiſſet, ecce calidus quidam nouicularis irrumpit in curiam. Cedo calidum conſilium citò, Plaut. *Merc. ſc.* 2. *a.* 2. Calidum bibunt. Idem *Curc. ſc.* 3. *a.* 1. Calida & audacia conſilia, Liuius. Dicitur & Caldus per ſyncopen. Martial. Frigida non deerit calda petenti.

Căldārium, Ahenum quo aqua calida hauritur: vel in quo aqua igni admouetur. { דוד *dudh.* λέβης, λεβητιον. GALL. *Chaudiere.* ITAL. *Caldaio.* GERM. Ein keſſel. HISP. *Caldera.* ANGL. *A cawdron or kettle.* } In balneis item Caldarium erat locus in quo calida lauabantur: quemadmodum Frigidarium, in quo frigida: & Tepidarium, in quo tepida.

Căldārĭŭs, a, um: vt, Caldaria cella, in qua calida lauabantur. Plin. *lib.* 5. *Epiſt.* Frigidariæ cellæ connectitur media: cui ſol benigniſſimè præſto eſt, caldariæ magis: prominet enim. ¶ Caldarium æs, ex quo caldaria, hoc eſt, ahena fiebant. Plin. *lib.* 34. *c.* 8.

Căleo, es, ui, per ſimplex l, Ferueo, calidus ſum. { חמם *chamám.* יחם *iachám.* θερμαίνομαι. GALL. *Eſtre chaud.* ITAL. *Scaldarſi.* GERM. Heiß oder warm ſein. HISP. *Eſcalentarſe.* ANGL. *To be hoate.* } Plaut. *in Rud.* Os tibi calet. Virg. 1. *Æneid.*

Centum calent aræ.

Iámne illum comeſurus es, dum recens eſt, dum calet? Plaut. *Pſeud. ſc.* 7. *a.* 4. Conciliatis animis Iudicum & iam calentibus. Quintilian. ¶ Calere dicitur res per tranſlationem, dum adhuc recens eſt. Plaut. *Pœn.* Atenim nihil eſt, niſi dum calet, hoc agitur. Tracta metaphora à fabris ferrariis, qui ferrum candens ſimul ac igni exemerunt, ſtatim cudunt, ne mora interpoſita durum fiat, & intractabile. ¶ Aliter tamen calere res apud Cicer. accipitur 3. *in Verrem*, Poſteaquam ſatis calere res Rubrio viſa eſt: quæſo (inquit) Philodame, &c. id eſt, vbi vidit eos inflammatos & accenſos multa compotatione. ¶ Calere pro deſiderare. Stat. 4. *Thebaid.*

Arma, tubas audire calens.

¶ Fœmina aliqua, ſeu puella calere. Horat. 4. *Carm. Ode* 11.

Non enim poſthac alia calebo Fœmina.

¶ Compoſita ſunt Concaleo & incaleo. ¶ Caletur, impersonale, à Caleo. Plaut. *Capt. ſc.* 1. *a.* 1.

Călēſco, ſcis, Calidus, vel calidior fio. { חמם *chamám.* יחם *iachám.* θερμαίνομαι. GALL. *S'eſchauffer, deuenir chaud.* ITAL. *Scaldarſi.* GERM. Heiß oder warm werden. HISP. *Eſcalentarſe.* ANGL. *To waxe hoate.* } Plin. *lib.* 20. *cap.* 21. Succúſque tribus modis exprimitur in fictili, caleſcitque in eo ſole modicè. Ouid. 6. *Faſt.*

Eſt Deus in nobis, agitante caleſcimus illo.

¶ A quo Concaleſco, & Incaleſco.

Călĕfăcĭo, & Calfacio, Calidum reddo, { חמם *chimmém.* θερμαίνω. GALL. *Eſchauffer.* ITAL. *Scaldare.* GERM. Wermen, heiß oder warm machen. HISP. *Calentar à otra coſa.* ANGL. *To make hoat to warme.* } Plin. *lib.* 21. *cap.* 10. Chryſocomes radix calfacit & ſtringit. Cic. 2. *de nat. Deor.* Partim ad calefaciendum corpus igni adhibito. Calefacimus focum. Suet. *in Aug. cap.* 72.

Aut humilem grato calfacit igne focum,

Ouid. 4. *Faſt.* ¶ Transfertur ad animum, Cic. *ad Quint. frat. lib.* 3. Eodem die Gabinium ad populum luculenter calefecerat Memmius, id eſt, vexarat, exagitarat. Hinc Excalfacio: à quo Excalfactorius, a, um, θερμαντικός. Idem excalfactorias habet vires. Concalfacio, calidum reddo. συνθερμαίνω. Cic. 2. *de Orat.* Et ait idem, quum brachium concalfecerit, tum ſe ſolere pugnare.

Calefactio, θέρμανσις. Calefactus, Plin. Scæuola *D. lib.* 32. *tit.* 1. *l.* 36. Videri teſtatorem ſuper calefactionis & præbitionis onus, de his quoque ſenſiſſe. Calefactiones thermarum, apud Hermogenianum *D. lib. vlt. tit.* 4. *l.* 1. *&* 4. Calefactio publici balnei.

Călĕfactus particip. { מחומם *méchummam.* θερμανθείς. GALL. *Eſchauffé.* ITAL. *Scaldato.* GERM. Erwermbt, warm gemacht. HISP. *Eſcalentado.* ANGL. *Made heat or warmed.* } Ouid. *in Ibin.*

Vt quo petis tritis plenum flamentu arena

Nondum calfactis velitis haſta ſolum.

Călfactus nomen. { חמה *chammáh.* GALL. *Eſchauffement.* ITAL. *Scaldamento.* GERM. Erwermung, erhitzung. HISP. *Eſcalentamiento.* ANGL. *Heating, or warming.* } Plin. *lib.* 29. *cap.* 3. Cibo quot modis iuuent, notum eſt, quum tranſmeent faucium tumorem, calfactúque obiter foueant.

Călfacto, as, are, { θάλπειν ἐν ἐνδελεχείᾳ. ANGL. *To mak hoate, to warme often.* } Horat. 2. *Epiſt.*

Sub noctem gelidam lignis calfactat ahenum.

Călĕfīo, Calidus fio, ſub voce neutrali paſſiuam habet ſignificationem, { חמם *chammám* יחם *iácham.* θερμαίνομαι. GALL. *Eſtre eſchauffé, deuenir chaud.* ITAL. *Scaldarſi.* GERM. Warm werden. HISP. *Ser eſcalentado.* ANGL. *To be made hoat, to waxe hoad.* } Cic. *ad Attic. lib.* 2. Balneum calefieri iubebo, A quo Concalfio, & Excalfio.

[Calenum, vide *Calenum.*

Caloipparati, equites bonis equis inſtructi. L. gr. b.

Calopulites, vendibilis Gloſſ. gr. b.]

Călōrĭfĭcus, a, um, quod calorem facit. { מחמם *mechammém.* θερμαντικός. GALL. *Choſe qui eſchauffe.* ITAL. *Coſa che ſcalda.* GERM. Das hitz oder werme macht. HISP. *Coſa que haze calor.* ANGL. *That doeth heat, or warmeth.* } ſicut à Frigore Frigorificus. ¶ Gell. *lib.* 17. *cap.* 8. Oleum quoque calorificum eſt.

Καλὸς λιμὴν, id eſt, bonus portus: ita Græci nominarunt (à re ſcilicet, vt ſolent frequentiſſimè) Scythiæ Europæ portum in Euxino ſuper Tauricos. Pompon. *lib.* 2.

Caloſtoma, καλὸν ϛόμα, vel καλὸν ϛόμα, commemoratur à Plin. *lib.* 4. *c.* 12. inter Danubij fluuij oſtia. Vide ſuprà in dictione *Boreoſtoma.*

Călpār, κάλπη, Dolium, & vini genus, quod ſacrificij cauſa à dolio emittebatur, prius quam degoſtaretur. Varro *lib.* 1. *de vita pop. Rom.* Quia antequam nomen dolij prolatum eſſet, quum etiam in genus vaſorum Calpar diceretur, id vinum Calpar appellatum. Feſtus docet eſſe genus vaſis fictilis.

Calpas, κάλπας Steph. Bithyniæ portus eſt prope Rheſum fluuium, & Sangarium. Autor Plin. *lib.* 6. *c.* 1. ¶ Strabone tamen amnis eſt. ſic enim ſcribit *lib.* 12. Inter Chalcedonem & Heracliam multi amnes fluunt, è quibus eſt Pſillis, & Calpas, & Sangarius, &c.

Calpe, κάλπη, Hiſpaniæ mons, circuitu non magnus, altitudine ingens, oppoſitus Abylæ monti Africæ, altera ex columnis Herculis, in cuius radicibus vrbs eſt nomine Calpe, vt inquit Strabo: quo etiam nomine dicta eſt inſula in occaſu poſt Gades, anguſto diſcreta freto. Vulgò *Monte Gibaltar.*

Călphūrnĭă, Mulier fuit importuniſſima, quæ ſexus ſui verecundiæ oblita, per ſeipſam cauſas egit, adeoque moleſtam ſe iudicibus præbuit vt occaſionem dederit edicti, quo cautum eſt, ne mulieri in poſterum cauſas agere liceret. Vide Iuriſc.

Călphūrnĭŭs Beſtia, Nobilis fuit Romanus, qui pecunia corruptus, rem aduerſùs Iugurtham malè geſſit. Huic à M. Cæcilio accuſatore obiectum eſt, quod vxores ſuas dormientes interemiſſet. Vide Plin. *lib.* 17. *cap.* 2. Calpurnij (ſiue Calphurnij) dicti à Calpo Numæ filio. Plutar. *in Num.*

Călthă, { καλθα. ANGL. *Marigold.* } Violæ eſt lutei coloris. Virg. *in Bucol.*

Mollia luteola pingit vaccinia caltha.

Vide latiùs apud Plin. *lib.* 21. *cap.* 6. Vulgus Gallorum *Solſiam* vocat, quaſi ſolſequiam.

[Caltudia, feſtum. L. gr. b.]

Călthŭlă, æ, veſtis à caltha viola coloris lutei. Plaut. Induſiatam, patagiatam, caltbulam, ac crocotulam.

[Calıza, caliga. L. gr. b.]

CĂLVA, æ, dicitur os capitis, vbi capilli eſſe conſueuêre. { גלגלת *gulgóleth.* κρανίον. GALL. *Le teſt de la teſte, ce qui couure le cerueau.* ITAL. *Coppa, oſſo della teſta.* GERM. Ein hauptſchedel. HISP. *La calauerna.* ANGL. *The ſcull or bare ſcalpe of the head.* Mart.

Pilosâve faciémque lauas & depace caluam.

Item Liu. *lib.* 1. *bel. Pun.*

Călŭrĭă, & Caluarium, à totum caput carne nudum: & tam de brutis, quàm de hominibus dicitur, τὸ κρανίον. { ANGL. *The ſcull of the head.* } Caper Caluam vocat. Palladius, Equæ caluaria, ſed non virginis, intra hortum ponenda eſt, vel potiùs aſinæ. ¶ Caluariæ deſcriptionem vide apud Celſum *lib.* 8. *c.* 1. ¶ Et Caluariæ, loca ſepulturæ publica, πολυάνδρια, ſeu loca in quibus ſupplicio afficiebantur damnati. ¶ Caluaria piſcis etiam eſt, Plin. Orbis, ὀρφὸς Ariſtot. Apul *in Apol.* Tam ridiculum argumentum fore, quàm ſi dicas, venandis apris piſcem Apriculum, aut eliciendis mortuis marinam Caluariam. Ennius *in Phagiticis*, Corcyræ polypus, Caluaria pinguis à carne, ſic enim legendum, teſte Geſnero.

Călŭāſter, Subcaluus, cui capilli partim deciderunt, ἀναφαλαντίας. { ANGL. *A balbe man.* }

Caluatus, a, um, Caluata vinea, in qua vites quidem ſunt, verùm paucæ, raræque, vt in caluitio capilli. Plin. *lib.* 17. *cap.* 22. Cato *de re ruſt. cap.* 33.

Călŭĭtĭēs, & Caluitium, Defluuium capillorum à capite: ſeu locus capitis, ex quo capilli defluxerunt. { קרחה *korcháh.* φαλάκρα, φαλακρότης. GALL. *Chauueté.* ITAL. *Caluezza.* GERM. Kalheit des haupts von des hars außfallen. HISP. *Calnez de cauellos.* ANGL. *Baldeneſſe.* } Suet. *in Cæſ. c.* 45. Caluitij verò deformitatem iniquiſſimè ferebat, ſæpe obtrectatorum iocis obnoxiam expertus: ideò deficientem capillum reuocare è vertice conſueuerat. Cic. 3. *Tuſc.* Proinde ſtultiſſimum Regem in luctu capillum ſibi euellere, quaſi caluitio mœror leuaretur.

Călŭĕo, es, Caluus ſum. { קרח *kareach.* φαλακρόω. GALL. *Eſtre chauue.* ITAL. *Eſſere caluo.* GERM. Kal ſein. HISP. *Encaluarſe.* ANGL. *To be balde.* } Plin. *lib.* 11. *c.* 37. Et quædam animalium naturaliter caluent, ſicut ſtruthiocameli, & corui aquatici. ¶ Hinc componitur Recalueo, ἀναφαλακρόω, quod eſt, rurſus in caluitiem reuertor.

Călŭēſcĕrĕ, eſt caluum fieri. { קרח *charách.* φαλακρόομαι. GALL. *Deuenir chauue.* ITAL. *Diuenir caluo.* GERM. Kal werden, ein glatzkopf vberkommen. HISP. *Encaluecer.* ANGL. *To waxe balde.* } Plin. *lib.* 11. *c.* 29. Proprium huic caluescere omnibus annis, quum ſeritur rapa. ¶ Dicitur & de agris. Col. *lib.* 5. Propter mures atque talpas ſæpe nouella caſtaneta caluefcunt, id eſt, rareſcunt.

Călŭēfīo, fis, Caluus fio. { ἀναφαλαντίας γίνομαι. ANGL. *To waxe balde, or pilde.* } Varro *de ruſt. lib.* 11. *cap.* 17. Ego iſta etiam, inquit Agraſius, non ſolùm in omnibus tondendis, ſed in meo capillo à patre acceptum ſeruo, ne decreſcente luna tondens caluefiam.

Călŭo, as, Caluum facio. { ANGL. *To makbalde, or pilde.* } à quo Decaluo, & recaluo, de quibus ſuis locis.

Călŭo, is, Decipio, Fruſtror. { הנפתה *nipketáh* נבכה *nabekah.* ἐξαπατάω. GALL. *Fruſtrer, tromper.* ITAL. *Ingannare.* GERM. Betriegen. HISP. *Engañar, faltar en lo prometido.* ANGL. *To beguile, to deceiue.* } cuius paſſiuum eſt Caluor: tractum à caluis militibus, qui omnibus ſolent eſſe fruſtratui. Saluſt. *in* 3. *hiſt.* Contrà ille calui ratus, hoc eſt, decipi.

Călŭor, deponens. Plaut. *in Caſin.* Nam vbi domi ſola ſum, ſopor manus caluitur, id eſt, decipit. Pacuuius, ſed quid conſpicio? nunc me lactans caluitur ætas? Accius *Euryſace.* Sed memet caluor, vos iſtum vt iuſſi ocyus abſtrahite: tractum à caluis mimicis, quòd ſint omnibus fruſtratui.

[Calutor, miniſter ſacrorum. Gloſſ. Iſid. Lege *calator*: vt ibidem eſt melior ſcriptura.]

Călŭŭs, a, um, dicitur à cuius capite capilli defluxerunt, ſiue qui ſine capillis natus eſt. & per tranſlationem, qui raſo eſt capite. Plaut. *Amph.* vt capite raſo caluus capiam pileum. { קרח *kereach.* φαλακρός. GALL. *Chauue.* ITAL. *Caluo.* GERM. Kal, glatzechtig. HISP. *Calue de cabellos.* ANGL. *Balde.* } Vnde Plin. *lib.* 11. docet eſſe gentes naturaliter caluas, quales Myconij, qui capillo carentes gignuntur. Sueton. *in Cæſare.*

Vrbani seruate vxores, mœchum caluum adducimus. ¶ Caluus comatus apud Martialem haud dubiè figura prouerbiali dicitur: conueniétque in eum qui veris bonis nudus, ascititiis se venditat. Veluti si quid indoctus aliena pro suis ederet: aut si quis dissimulet esse quod est. ¶ Caluum vellis, φαλακρὸν τίλλεις. Vbi inanem operam quis sumit, aut vbi quis auferre conatur quo vocat is, à quo petitur. Veluti si quis à paupere conetur extundere pecuniam, ab inducto literaturam. A caluo ad caluum duci possit. Suet. *in Calig. cap.* 72.

[Calus, Vocab. v. Calus, i, vas viminium, vel de salice, per quod musta colantur.]

Calus poeta, Suet. *in Cæs. c.* 37. Et orator, idem *in August. c.* 72.

Calucula, oppidum est Hispaniæ Bæticæ ex stipendiariis. Plin. *lib.* 3. *cap.* 1. vulgò *Cabra.*

CĂLVMNIA, vexatio alicuius in litibus per fraudem, & frustrationem: aut rei alicuius malitiosa interpretatio. {דבה *dibbáh* דפי *dóphi* עשק *hoschek.* Διαβολή. GALL. *Calomnie.* ITAL. *Calumnia.* GERM. Ein schmachred, ein falsche anklagung. HISP. *Acusacion falsa, calumnia.* ANGL. *A false or crafte accusacion, à forged crime.*} Nonius malitiosam & mendacem infamationem interpretatur. Cic. 1. *Offic.* Existunt sæpe iniuriæ, calumnia quadam & nimis callida, atque malitiosa iuris interpretatione. Idem *in Salust.* Sed est quædam calumnia, quam vnusquisque nostrûm testante animo suo fert de eo, qui falsum crimen bonis obiectat. ¶ Iurare calumniam in aliquem, dicitur de accusatoribus, quos prius quàm audirentur, iurare oportebat se calumniæ causa ad accusandum non venisse. Cælius *ad Cic. lib.* 8. Nam de diuinatione, Appius quum calumniam iurasset, contendere ausus non est, Pilióque cessit. Liu. 3. *belli Maced.* Itaque diu repugnante Scipione Africano, qui parum ex dignitate sua ducebat subscribere odiis, accusationibúsque Annibalis, & factionibus Carthaginensium inserere publicam authoritatem: nec satis habere, bello vicisse Annibalem nisi velut accusatores, calumniam in eum iurarent, ac nomen deferrent: tandem peruicerunt vt legati Carthaginem mitterentur. Cum fide & sine calumnia. Suet. *in Calig.* De calumnia damnandus qui non probat quod petit. Gel. *cap.* 2. *lib.* 14. per Calumnias. Idem *cap.* 2. *lib.* 7.

Călŭmnĭŏr, aris. Significat per fraudem & subdolam rationem causa vincendi in litibus, mendaciis alios vexo: vel falsa crimina intendo. Calumniari est verba nimium consectari. Quint. {הוציא דבה *hotsi dibbáh.* Διαβάλλω, συκοφαντέω. GALL. *Calomnier, deguiser la verité pour blasmer quelqu'un.* ITAL. *Calunniare.* GERM. Schmähen, lesteren, falsche nachreden treyben. HISP. *Acusar falsamente, calumniar.* ANGL. *To accuse falselie, to forge à crime.*} Cic. *ad Varronem,* Nam quod antea te calumniatus sum, indicabo malitiam meam. ¶ Domesticum thesaurum calumniaris, τὸν οἴκοι θησαυρὸν διαβάλλεις, hoc est, tua ipsius carpis lacerásque, conuenier & in illos, qui sua ipsorum arcana non celant. ¶ Calumniari cum dandi casu, Asconius Pædianus *in Diuinat.* Frustra calumniantur Ciceroni homines.

Călŭmnĭātŏr, qui calumniam facit, qui falsum crimen obiit. {מוציא דבה *mótsi dibbáh.* συκοφάντης. GALL. *Calomniateur.* ITAL. *Calumniatore.* GERM. Ein schmäher, lesterer. HISP. *Calumniador, falso acusador.* ANGL. *He that accuseth falselie, and forgeth crimes.*} Vnde in lege duodecim *Tabularum,* Calumniator idem patiatur quod reus, si conuictus fuerit. Cic. *in Cluent.* Erat hic Ennius egens quidam calumniator mercenarius Oppianici.

Călŭmnĭātrix, quæ calumniam facit. ἡ διάβολος. Vlpianus *D. lib.* 37. *tit.* 9. *l.* 1. Nisi manifesta sit calumniatrix mulier.

Călŭmnĭōsŭs, qui calumniam inferre solet. {συκοφαντικός. ANGL. *Readye to accuse or forge crimes.*} Augustinus, Nemo illic calumniosus tendiculam verborum requirit. Apul. *Apolog.* 1.

Călŭmnĭōsē, aduerbium. {συκοφαντικῶς. ANGL. *By false accusing, by forging of crimes.*}

Călx, pro calcaneo, extrema pedis parte ponitur, qui & pes imus appellatur, à calcando dictus. {עקב *hakéb.* πτέρνα, πτυρόν. GALL. *Le dessus du talon.* ITAL. *Calcagno.* GERM. Die versen der füß. HISP. *Calcañar, ò coce, golpe del pie à del calcaño.* ANGL. *The heele.*} Virg. 5. *Æneid.*

——— *Calcémque terit iam calce Diores.*

¶ Vnde & pro fine metaphoricè ponitur, vt, A vertice ad calcem. Cic. Quoniam sumus ab ipsa calce eius interpellatione reuocati. ¶ Ad calcem peruenire, pro eo quod est, ad metam finémque. Prouerbialem habet figuram, quoties ad aliud quippiam deflectitur quàm ad corpus humanum. Cic. *lib. de Amic.* Vt cum æqualibus possis, quibuscum tanquam è carceribus emissus, cum iisdem ad calcem, vt dicitur, peruenire. Simile huic repetitur apud eundem *lib. de senect.* Nec verò velim quasi decurso spatio à calce ad cárceres reuocari. Ad eandem virtutis calcem pergere. Gell. *c.* 3. *lib.* 14. ¶ Aliquando pro ictu calcis, & percussione pedum, plagáque, λάκτισμα. Terent. *in Phorm.* —nam quæ inscitia est, Aduersum stimulos calces. Iuuenalis, Aut die accipe calcem. Calce petere, vel percutere equus dicitur. *l.* 1. *ff si quadrupes.* Et tam pro calcaneo, quàm percussione, modò masculino, modò fœminino genere vsurpari solet. Silius, Iam compos voti ferrata calce cruentat Cornipedem. Virg.

Cornipedémque citum ferrata calce fatigat.

[¶ Item pro lapillo. Turneb. *lib.* 17. *cap.* 18. ¶ Significat etiam χάλιξ, ferrumen cæmentorum: quod est lapis coctus. Vide infrà.]

Călcar, is, Ferreus stimulus ad vrgendos equos: sic dictus, quòd ad calcem alligetur. {מגלב *maglabáh* πλῆκτρον, κέντρον. GALL. *Vn esperon.* ITAL. *Sprone.* Ein sporen. HISP. *Espuela de hierro.* ANGL. *A spurre.*} Ouid. Non opus est celeri subdere calcar equo. Cic. *de Orat.* Quod dicebat Isocrates doctor singularis, se calcaribus in Ephoro egere: contrà autem in Theopompo frænis vti solere. ¶ Currenti calcar addere, prouerbialis metaphora, pro eo quod est, eum qui sua sponte ad rem aliquam satis incitatus est, vehementiùs adhuc inflammare, τὸν τρέχοντα ἐπισπεύδειν. ¶ Tolle calcar, αἴρε πλῆκτρον ἀμυντικόν, id est, tolle calcar vltorium. Aristoph. *in Auib.* —αἴρε πλῆκτρον, εἰ μάχει, tolle calcar, si pugnas. In eum dici solitum, qui iam vltionem parat. Calcaria, in gallinis. Col. *lib.* 8. *c.* 2. Generosissimæque creduntur quæ binos habent digitos, sed ita ne cruribus emineant transuersa calcaria. Calcar pro impetu. Varro *Sesquiulysse,* Ventus suo casu vehementius sufflare, & calcar admouere, Nonius. Calcari quadrupedem agitabo aduersùs cliuum. Plaut. *Asin. sc.* 3. *a.* 3.

[Calcaria, *ff.* 48. *t.* 19. *l.* 8. In calcariam quoque vel sulphurariam damnari solent. Est locus, in quo calx coquitur, quæ calcaria fornax. Plin. *lib.* 9. *cap.* 17. Calcarius, qui coquit calcem.]

Călcānĕūs, & Calcaneum (vtroque enim modo dicitur.) Pars posterior pedis imi. {עקב *hakéb.* πτέρνα. GALL. *Le talon de derriere du pied ou se mettent les esperons.* ITAL. *Calcagno.* GERM. Die versen. HISP. *Calcaño.* ANGL. *The heele.*} Virg. *in Moreto,* Continuis rimis calcanea scissa rigebant.

CĂLCEVS, à calce, Pedis indumentum, quod fit ex pellibus animalium. {נעל *nahal.* ὑπόδημα, κάλτιος. GALL. *Soulier.* ITAL. *Scarpa.* GERM. Ein schuch. HISP. *çapato.* ANGL. *A shooe.*} Cic. *de Inuent.* Si multus erat in calceis puluis, ex itinere eum venire oportebat. Plaut. *in Truc.* Iam quos capiam calceos! ¶ Dextrum pedem in calceo, sinistrum in peluim, δεξιὸν εἰς ὑπόδημα, ἀριστερὸν εἰς ποδόνιπτρον. Subaudi verbum ad sententiam accommodum, Mittit, aut ponit. Suidas ex Aristophane citat, aitque dici solere in eos, qui se norunt commodè ad rei præsentis conditionem applicare, próque loco, tempore, negotiis, aliam atque aliam sustinere personam. ¶ Ne supra pedem calceus, μὴ ὑπὲρ τὸν πόδα τὸ ὑπόδημα, id est, ne maiora viribus suscipias: aut, magnificentiùs te geras, quàm pro tua conditione. Lucian. *in imagin.* & *in Gallo.*

Călcĕŏlŭs, diminutiuum à calceus. {ὑποδημάτιον. GALL. *Petit soulier, scarpin.* ITAL. *Picciola scarpa.* GERM. Ein schüchle. HISP. *çapatillo.* ANGL. *Litle shooe.*} Cic. *de nat. deor.* Cum pelle caprina, cum hasta, cum calceolis repandis.

Călcĕārium, ij, in singulari numero pluralis vim habet: quemadmodum & vestiarium, ὑποδήματα, ὑποδεσις. Nam quum alicui calcearium, aut vestiarium legatum dicimus, non calceum vnum, non vestem vnam significamus, sed tantum vestium, aut calceorum, quantum illi corpori honestéque tegendo, pedibúsque armandis fuerit satis. Vlpian. *de ali. leg.* Diariis, vel cibariis relictis, neque habitationem, neque vestiarium, neque calcearium deberi palam est.

Călcĕŏlārius, qui calceos conficit. {ὑποδηματοποιός. GALL. *Cordonnier.* ITAL. *Calzolaio.* GERM. Ein schuchmacher. HISP. *çapatero.* ANGL. *Shooe maker, a sower.*} Plaut. *in Aulul. sc.* 5. *a.* 3. Propolæ, linteones, calceolarij.

Călcĕāmĕn, & Calceamentum, pro ipso calceo. {נעל *nahal.* ὑπόδημα. GALL. *Chaussure.* ITAL. *Scarpe, ò altro vestito del piede.* GERM. Geschuch. HISP. *çapato ò qualquier calceado.* ANGL. *A shooe.*} Plin. *lib.* 19. Hinc calceamina & pastorum vestis. Cic. 5. *Tusc.* Mihi amictui est Scythicum tegmen: calceamentum solorum callum, cubile terra.

Călcĕātŭs, us, idem quod calceamen. {ANGL. *A shooe.*} Plin. ita longo itinere sine calceatu atteruntur pedes. Idem *lib.* 11. *cap.* 45. Pes imus vestigio carnosa: qua de causa in longiore itinere sine calceatu fatiscunt.

Călcĕo, & Calceo, as, Calceos induo. {נעל *nahal.* GALL. *Chausser.* ITAL. *Calzare, ò ferrar muli, ò caualli, ò asini.* GERM. Schuch anlegen. HISP. *Calçar los pies, ò herrar las bestias.* ANGL. *To puton shooes, to shooes.*} Et modò accusatiuum habet eius rei, qua quis calceatur: modò ablatiuum. Accusatiuo iunxit Plin. *lib.* 36. *cap.* 5. Arcesiluum quoque (inquit) magnificat Varro, cuius se marmoream habuisse leænam tradit, aligerósque ludentes cum ea Cupidines, quorum alij religatam tenerent, alij è cornu cogerent bibere, alij calciarent soccos omnes ex vno lapide. ¶ Ablatiuo autem idem iunxit *lib.* 7. *cap.* 20. Nos quoque vidimus Athanatum nomine, prodigiosæ ostentationis, quinquagenario thorace plumbeo indutum, cothurnísque quingentorum pondo calciatum per scenam ingredi. Item Gell. Die feriato tunicis & lacernis indutos, & gallicis calciatos. Plaut. *Capt. sc.* 2. *a.* 1. cum calceatis dentibus veniam. ¶ Calceari item equi dicuntur, quum pedes eorum aduersùs saxorum iniuriam ferramentis muniuntur. Testimonium vide apud Suetonium *in Vespasiano.* ¶ Huius compositum est, Excalceo, de quo suo loco.

CĂLCĬTRO, as, Pede percutio. {בעט *bahat.* λακτίζω. GALL. *Ruer des pieds, regimber.* ITAL. *Trare di calci.* GERM. Mit den füssen hindersich schlagen, schatten, stampfen. HISP. *Acocear.* ANGL. *To kicke, to spurne, to winse, to flinge.*} Plin. *lib.* 30. *cap.* 6. Mulas non calcitrare quum vinum biberint. ¶ Hinc Calcitrones dicti sunt equi, qui calcibus infestant. {ἵπποι λακτισταί. GALL. *Cheuaux qui ruent & regimbent.* ITAL. *Caualli o muli chi tirano di calci.* HISP. *Cauallos acoceadores.*} Gell. *lib.* 4. *cap.* 2. Equus mordax, aut calcitrosus, vitiosus, non morbosus est. Calcitrare, per metaphoram. *Cic. pro Cælio,* Illum filiumfamilias patre parco & tenaci habere tuis copiis deuinctum non potes: calcitrat, respuit, non putat tua dona esse tanti. ¶ Huius compositum est Recalcitro.

Călcĭtrātŭs, us, nomen verbale, Actus ipse calcitrandi. {λακτισμός. GALL. *Regimbement, ruade.* ITAL. *Percosso con calci.* GERM. Das hinden ausschlagen oder schatten mit den füssen. HISP. *Obra de acocear.* ANGL. *A kicking, or winsing.*} Plin. *lib.* 8. *cap.* 44. Mulæ calcitratus inhibetur crebriore potu.

Calcitrones, qui infestant calcibus. Varro *Sesquiulysse.* Itaque tum equum mordacem, calcitronem, horridum, miles ac vir non vitabat. Non. Plaut. *Asin. sc.* 3. *a.* 2. Si quem videt (ianua) ad se ire calcitronem.

Călcĭtrōsŭs, qui sæpe calcibus ferit. {λακτιστής. GALL. *Qui a de coustume de ruer & regimber.* ITAL. *Solito à calcitrare.* GERM. Der gern mit den füssen hinden ausschlegt. HISP. *Cosa acoceadera.* ANGL. *That kicketh, or winseth often.*} Colum. *lib.* 2. Iuuencúmque teste tractum calcitrosum reddit.

Călco, as, propriè significat Pede comprimo. {דרך *daràch* רמס *ramás.* πατέω, στείβω. GALL. *Fouler aux pieds, mettre le pied dessus.* ITAL. *Premere col pie, calcare.* GERM. Mit füssen tretten. HISP. *Hollar ò acocear con los pies.* ANGL. *To treade, to stampe doune, to trample, or go vpon.*} Virg. 2. *Æneid.* mistáque cruor calcatur arena. Ouid. 3. *Trist.* —durum calcauimus æquor. Plin. Ita ferratis vectibus calcari solent, parietésque similiter. Durum calcauimus æquor. Ouid. *Eleg.* 10. *lib.* 3. *Trist.* Carbones calcare,

calcare, ἀτιμάζειν ϑαλίαν. Calcare solum, terram, πατεῖν. Pedibus calcare, λὰξ ἐπάγειν. Terra animantium vestigiis calcata, γῆ ὑπὸ ζώων πεπατημένη. Transfertur etiam ad animum: vt idem significet quod contemno. Autor carminis ad Pisonem, Ratique non humilem calcat fastosa clientem. ¶ Sic dicimus, Calcare voluptates, aut alias animi passiones. ¶ Composita sunt Concalco, Inculco, & Proculco. ¶ Tuam ipsius terram calca. Adagium est, quo subchimus cuipiam, vt in suo loco se contineat, neque se recipiat in nostra. Theocr. *in Hedupo*, τὰν αὐτοῦ πατέων, ἔχε τὰν ἀρχάν, id est, Quin propriam calcans terram, quercata teneto. Conueniet vbi parum fidemus alicui, nec volemus in domesticum recipere consuetudinem. ¶ Calcare sidera, est cum Deo receptum esse. Phrasis quæ frustra in profanis scriptoribus etiam summos viros torsit, adeóque vt mutandam putarint. Ennius, Mentæ quæ pedibus magnum pollaris Olumpum.

Cālx, fœmin. gen. Lapis vstus, ex quo arenæ admixtione fit intrita: ita dictus à calcando: nam ita lapides simul adstringit, vt calcari videantur. {שיד *sid* גיר *ghir*. ἄσβεστος, ὁ. Gall. *De la chaux*. Ital. *Calcina*. Germ. Kalt. Hisp. *La cal*. Angl. *Lime for morter*.} Cic. *pro Mil.* Repente lyntribus in eam insulam materiam, calcem, cæmenta, atque arma conuehit. Palladius, Calx quæ erit ex spisso & duro saxo, structuris conuenit: ex fistuloso veró, aut molliore lapide, tectoriis adhibetur vtilius. Vide Plinium *lib.36.cap.23.* ¶ Saxi calcis (id est, calcis nondum per vetustatem comminutæ, vulgó *chaux en pierre*) in compositione ad hæmorrhoidas meminit Celsus *lib.6.cap.18.*

Cālcārĭă fornax, in qua calx coquitur. {κάμινος ἀσβέστου. Gall. *Fournaise à chaux, chaufour*. Ital. *Fornace da calcina*. Germ. Kalchofen. Hisp. *Horno donde se cueze la cal*. Angl. *A lime fornace*.} Sicut Sulphuraria, in qua sulphur. Plin. *lib.17.c.9.* Nuper repertum, oleas gaudere maximè cinere è calcariis fornacibus. ¶ Est autem adiectiuum Calcarius, a, um. ¶ Calcarius veró substantiuè, qui præest fornaci calcariæ. {γυψοποιός. Gall. *Qui fait la chaux, chaufournier*. Ital. *Chi cuoce la calcina nelle fornaci*. Hisp. *El calero que haze la cal*. Angl. *A lime maker*.} Cato *de re rust.* Calcarius ligna conficit ad fornacem.

Cālcātă, ædificia, dicuntur calce contecta. {Angl. *Buildinges parged and ouerdawbed with lime*.} quam artem Loricationem & Tectoriam appellant, & præcipuè si læue politúmve fuerit, vt superinduci possit penicculus, vel albarium, vel pictura, vel aliud quippiam ad venustandam structuram.

Cālcātōrium, {Angl. *The place where they stampe grapes*.} apud Palladium *lib.1. cap.18.* videtur esse semita quædam editior in cella vinaria, inter duos lacus. Verba eius sunt hæc, Cellam vinariam Septentrioni debemus habere oppositam, ita instructam necessariis, vt non vincatur à fructu: sic autem dispositam, vt basilicæ ipsius forma calcatorium habeat altiore loco constructum: ad quod inter lacus, qui ad excipienda vina hinc inde depressi sunt, gradibus tribus ferè, aut quatuor ascendatur. Et *paulò post*. Quód si cupis, locum suum deputabimus: is locus ad calcatorij similitudinem, podiis breuibus, & testaceo pauimento solidetur. ¶ Dictum autem videtur Calcatorium, siue à calcando, hoc est, eundo: siue ab opere calcato, hoc est, loricato, quo conficiebatur.

Calibæ, seu potiùs Calybæ, sunt manicæ ex ferro astrictoriæ.

Calidium, Italiæ oppidum est in via Appia, qua Brundusium itur. Strabo *lib.5.*

[Callitrichon, καλλίτριχον. Græcis τριχομανές, Latinis filicula, quasi parua filix, item & capillaris. Germ. Frawenhaar.

Callithrix, καλλίϑριξ, est pulchrum capillum habens.]

Calyba, κάλυβα. Thraciæ vrbs est, à Philippo Alexandri patre condita, ex Strab. *lib.7.*

Calycadnus, καλύκαδνος, Caliciæ fluuius est, Seleucium præterlabens, iuxta Sarpedonem promontorium. Strab. *lib.14.*

Calydna, κάλυδνα, insula est vna Sporadum, Calymnis proxima, teste Plin. *lib.4. cap.12.* Hom. *Iliad.2.* duas facit Calydnas insulas. Vide Strab. *ad finem lib.10.* ¶ Est etiam, teste Steph. Calydna oppidum Cariæ, cuius meminit & Plin. *lib.5. cap.27.* Vnde Calydneus, καλυδνεύς, nomen Gentile.

Călydōn, καλυδών, Stephano, Ætolorum ciuitas, regia OEnei patris Meleagri, à qua regio vicina Calydonia, καλυδωνία, dicitur. Distat à mari septem millium quingentorum passuum spatio, per quam Euenus fluit. Lucanus, Et Meleagream maculatus sanguine Nelli Euenos Calydona secat. ¶ Ab hac etiam vrbe vicina sylua Calydonia dicta est, in qua Meleager miræ magnitudinis aprum interfecit, quem & ipsi poëtæ Calydonium aprum vocant. ¶ Fuit præterea in ea Britanniæ parte, quam hodie Scotiam vocant, Caledonia sylua. Sed hoc ferè obseruant poëtæ, vt quum Ætoliæ syluam denotare velint, secundam nominis huius syllabam per y, Græcum scribant, eandémque corripiant, producant autem antepenultimam. Contrà quum Britanniæ syluam sunt declaraturi, secundam syllabam per e, scribant, eandémque producant, correpta antepenultima, de quo plura suo loco.

Călydōnĭŭs, a, um. & Calydonis, dis. Ouid. *lib.8. Metam.*

Plangunt se matres Calydonides.

Calymna, κάλυμνα, insularum duarum nomen est inter Sporadas, non procul à Calydna. Vide Plin. *lib.4. cap.12.*

Călypsō, καλυψώ, Nympha Oceani & Thethyos filia: vel (vt aliquibus placet) Atlantis. Regnauit in Ogygia insula, Lacinio promontorio adiacente, quam postea à nomine ipsius Calypsus insulam nominarunt, vbi Vlyssem naufragum humaniter excepit, & in septimum vsque annum apud se retinuit, coniugium illi suum & immortalitatem offerens: quæ tamen illi patriæ, & Penelopes suæ amori omnia posthabuit. Vide Hom. *Odyss. lib.5.*

Călyptră, {צעיף *tsahiph*. καλύπτρα. Angl. *A womans hoode or cappe*.} Genus vestimenti, quo mulieres capita tegebant: à καλύπτω, tego.

Călyx. {κάλυξ. Gall. *Bouton de rose ou autre fleur, ou la petite peau ou pellure qui counre le fruict, comme vne noix ou amande*. Ital. *Guscia ò pelle di qualche frutto come di noce ò mandorle, bottone ò boccolo di rosa, cioè quelle parti che tengono chiuse prima che spanisca*. Germ. Die hulsen oder die haut einer jeden frucht, als der nussen, mandeln, resten. Hisp. *El erizo como de castaña ò bellota*. Angl. *The yonge bourgeon or bulde of a rose, or other floure, a thinne hull or shel offruites*.} Significat folliculum, quo primùm flos, & deinde semen herbarum, vel fructus arborum cooperitur: vt amygdalæ, nuces, & castaneæ habent suos calyces, παρὰ τὸ καλύπτειν, hoc est, à contegendo. Plin. 15. *cap.22.* Nec non & honor his naturæ peculiaris gemino protectis operimento, puluinati primùm calycis, mox lignei putaminis.

Călycŭlus, diminut. Plin. *lib.16.c.44.* Quod veró in spina fullonia gignitur hypophæston, calyculis inanibus, foliis paruis.

Camacæ, populi inter Scythicas gentes, Plin. commemorantur *lib.6. cap.17.*

Camæ, populi inter Scythicas gentes. Plin. *lib.6.c.17.*

Camaldunum, Plin. oppidum est Britanniæ *lib.2. cap.75.* Vulgò *Duncastle*.

Camara, καμάρα. Steph. Vrbs Cretæ est, Lato priùs dicta, *Camera*.

Camareni, καμαρηνοί, insulæ Arabum & earum incolæ. Stephan.

Camaria, καμαρία, vrbs in Italia ab Albanis condita. Vide *Camerinum*.

Camerica, Ptolemæo, est vrbs Hispaniæ, quam alio nomine Victoriam vocant.

Cămărīnă, καμαρίνα Steph. {Ein gifftiger vbelstinckender weyer, oder see in Sicilia.} Palus est Siciliæ (teste Seruio iuxta oppidum eiusdem nominis, cuius aquæ quum fœtore suo pestem generarent, consuluerunt Apollinem, expediréne ipsis Camarinam exiccari: quibus ab Apolline responsum est, Camarinam non esse mouendam. Neglecto tamen oraculo siccauerunt paludem, per quam mox ingressis hostibus, contempti oraculi pœnas dederunt. Hinc manauit prouerbium Camarinam mouere, pro eo quod est, sibi malum accersere. ¶ Alij dicunt Camarinam fruticem esse, cuius ramos si quis commoueat quatiátque, tetrum quendam edere odorem. Vide Erasmi Adagia. Vulgò *Cammarana*.

Cambades, vide *Chambades*.

Cambala, Cambalorum, Asiæ locus est in Cyspiretide regione, vbi metalla effodiuntur. Strab. *lib.11.*

Cambalidus, mons Caucasi ramus in Susianis, Plin. *lib.6.c.27.*

[Camberlanus, camerarius, Præfectus regij cubiculi Galliæ. Buleng.

Cambestrion, machinæ genus bellicæ. L.g.b.]

Cămbĭo, is, ire, Commuto. {חלף *chalaph*. μεταλλάττειν. Gall. *Changer*. Ital. *Cambiare*. Germ. Vertauschen, wechseln. Hisp. *Cambiar, ò trocar*. Angl. *To change money*.} Apud antiquos veró Cambire accipitur pro pugnare, iter inchoare, flectere: à quo Campso, as, quod est iter flecto.

[Cambium, commutatio. In vita ciuili cambium significat pecuniæ permutationem. ¶ Est etiam Cambium vox physicorum & medicorum vnus scil. ex quatuor humoribus, quos secundarios vocant.]

Cambodunum, Vindelicorum vrbs est in Germania. Hodie Monachum. Vulgò München, in Beierland.

Cambolectri populi, inter Galliæ Narbonensis gentes commemorantur. Plin. *lib.3. cap.4. & lib.4.c.19.*

Cambusis, Æthiopiæ vrbs est. Plin. *lib.6. cap.29.*

Cambysena, καμβυσηνή, regio Asiæ, à Cambyse sic appellata: vt Xerxena à Xerxe. Steph.

Cambysseni populi, καμβυσσηνοί Steph.

Cāmbȳsēs, καμβύσης, Mediocris dignitatis Persa fuit, cui Astyages Persarum & Medorum rex, Mandanen filiam suam collocauit: ex qua natus est Cyrus, qui postea victo auo regnum inuasit. ¶ Cambyses item alius fuit, Persarum & Medorum rex, Cyri filius, & superioris Cambysæ nepos: qui patriis regnis Ægyptum adiecit: sed offensus illorum superstitionibus, Apidis, cæterorúmque deorum ædes dirui iussit. Ad Ammonis quoque templum expugnandum exercitum misit, qui in Libya deserta arenis obrutus, vniuersus interiit. Vide Herod. *lib.1. & 2.* ¶ Est etiam hoc nomine fluuius Hyrcaniæ, ortum habens in montibus Caucasiis, Septentrionem versùs per Iberos & Albanos defluens. Autor Plin. *lib.6. cap.13.*

Camelæ virgines, γαμήλιαι ϑεαί. Sext. Pompeius, Cameleis virginibus supplicare nupturæ solitæ erant.

Camelani, Italiæ populi sunt, qui à Plin. *lib.3.c.14.* in sexta Italiæ regione collocantur, Narniensibus, & Nucerinis vicini.

[Camelaucium, camelaugum, causia, quâ Macedones caput velabant. Cerda.]

Camelides, insulæ duæ sunt, Ioniæ adiacentes, non procul à Mileto. Autor Plin. *lib.5. cap.32.*

Cămēllă, genus vasis est apud Ouid. *lib.4. Fast.* vbi sic habet,

Dum licet, apposita, veluti cratere, camella,

Lac niueum potes, purpureámque sapam.

Camelocomi, καμηλοκῶμαι, populi Arabiæ. Steph. *in Chatramotites*.

Camesene, καμησηνή Suidæ, καμησηνή Straboni, regio in qua regnauit Camesis.

Cămēlŏpărdălĭs, {καμηλοπάρδαλις. Gall. *Giraffe, beste ressemblant au chameau & panthere*. Ital. *Giraffa*. Germ. Ein Greyff. Hisp. *Girafa, animal raro*. Angl. *A beast lik a camel and panthere*.} Animal est cameli proceritate, colore pantheræ, maculis veluti florentibus variegatum: postremæ infra aluum partes humi subsidunt, sicut in leonibus videmus, humeri pedésque priores, atque item pectus præter cæterorum membrorum rationem procera, tenuis ceruix: camelo capite simile, pedibus & cruribus boui. Plin. *lib.8.c.18.*

Cămēlŭs, simplici l, {גמל *ghamál*. κάμηλος. Gall. *Chameau*. Ital. *Camello*. Germ. Ein kamelthier. Hisp. *Camello*. Angl. *A Camell*.} Camelum, alij Gamelum vocant, Terent. Scaur. *de Orthogr.* Animal quadrupes quod crura prolixa, collum oblongum habet. Sitim per triduum tolerat, sed quum inuenit aquam, tantum bibit, vt & præteritæ, & futuræ siti satisfaciat. Bactri camelos mittunt & Arabes, vt scribit Diodorus, sed in hoc differunt, quòd Arabici in dorso bina habent tubercula (hôs Dromedarios vocant) Bactriani singula. De camelis multa Plin. *lib.8.c.18.* Cic. *de nat. deor.* Cameli adiuuantur proceritate collorum. Horat. 2. *Epist.*

Diuersum confusa genus panthera camelo.

¶ Camelus vel scabiosa complurium asinorum gestat onera, κάμηλος ψωριῶσα

ψυχρῶν πολλῶν ὄντων ἀκμαῖον φέρειν. De iis qui vſque adeò præcellunt quoſdam, vt etiam ſenes, aut alioqui ægroti, præſtantiores tamen ſint illis integris: aut de iis, qui rebus proſperis, tamen plus valent ob priſtinæ fortunæ reliquias, quàm alij rebus integris. Vſus eſt Syneſius. ¶ Eſt & Camelus funis nauticus, quo anchoræ religantur. De quo aliqui intelligunt illud in Euangelio, Facilius eſt camelum per foramen acus intrare, quàm diuitem in regnum cælorum.

Cămēlīnŭs, a, um, adiect. {καμήλειος. GALL. *De chameau.* ITAL. *Di camello.* GERM. Das von kameltheir iſt. HISP. *Coſa de camellos.* ANGL. *Of a camell.*} vt Camelinum lac. Plin. *lib. 28. c. 9.* Dulciſſimum ab hominibus camelinum, efficaciſſimum ex aſinis.

Cămēlārĭŭs, maſc. gen. {καμηλίτης. GALL. *Celuy qui meine les chameaux.* ITAL. *Gardiano di camelli.* GERM. Ein kamelhirt/ein kameltreyber. HISP. *El que cura de los camellos.* ANGL. *A guider of camels.*} Qui cuſtodit paſcitque camelos. Bud.

Camelaſia, ſiue Camelaria, Camelorum curatio & præfectura: & Camelarij, ipſorum Camelorum curatores. Arcadius *in l. vlt. de muner. & honor.* Camelaſia ſimiliter quoque perſonale munus eſt, &c.

[Camelaſium, eſt indictum nomine camelaſiæ tributum.]

Camellia vox Laberij. Gell. *c. 7. lib. 16.*

Camelopodium. {καμηλοπόδιον. ANGL. *Horehound.*} Herba eſt quibuſdam, quam Dioſcorides πράσιον, Latini Marrubium vocant.

CĂMĔRĂ, {כִּפָּה *chippáh* אוּלָם *vlám.* καμάρα. GALL. *Voulte, berceau, comme celuy qu'on fait aux iardins pour ſouſtenir la vigne en treille.* ITAL. *Volta.* GERM. Ein gewelb. HISP. *Boueda.* ANGL. *An voulte or ſtele, an archeroofe.*} Arcus ædificium ſuſtinens, tectúmque deuexum & incuruatum: quod & Fornix & Teſtudo à Latinis appellatur. Seruius deductum exiſtimat ab abiectiuo Camurus, quod curuum ſignificat & inflexum. Cameræ ruina, de naui, Suet. *in Nero. cap. 34.* Cic. *ad Quint. fr.* Cameras quaſdam non probaui, mutarique iuſſi. Saluſt. *in Catil.* Eum muniunt vndique parietes, atque inſuper camera lapideis fornicibus iuncta, ſed inculta tenebris. Verrius Flaccus Camaram dicendum putauit, vt autor eſt Soſipater *lib. 1.* Nonius cameram à camero deducit. Camerum, inquit, obtortum ſignificat. inde cameræ tecta in curuitatem formata.

Cămĕrārĭŭs, a, um, {καμαρωτός. GALL. *De treille ou berceau.* ITAL. *Di pergola o volta.* GERM. Das deß gwelbs iſt. HISP. *De boueda.* ANGL. *Of a vaulte of ſtele, or archeroofe.*} Plin. loquens de cucurbitis *lib. 19. cap. 5.* Inde hæc duo prima genera, camerarium & plebeium, quod humi repit. Camerarium, genus cucurbitæ vocat, quod in pergulas arrepit in hortis, non quod humi ſerpit.

[Camerarius ſubſtant. præfectus Cameræ, id eſt, cubiculo, admiſſionalis. GERM. Kämerling. GALL. *Chambellan.* ITAL. *Camertero.* HISP. *Camerero.* ANGL. *Chamberlayne.* Ita Cameraria ITALIS *Camerrera.* GALL. *Chambriere.* HISP. *Camerera.* ANGL. *Chambermaid*, vt GERM. Kamermagd. ¶ Eſt verò etiam Camerarij honoratior appellatio, pro theſaurario, qui GALLIS *Threſorier*, ITALIS *Camerlengo*, HISP. *Contador* quaſi computator, h. e. quæſtor vrbanus, arcarius: ab ea ſignificatione cameræ, quæ ærarium ſignificat.]

CĂMĔRO, as, are, Cameram facio. Hinc Concamero. {καμαρῶ. GALL. *Voulter.* ITAL. *Edificare in volto.* GERM. Welben/ein gewelb machen. HISP. *Edificar de boueda.* ANGL. *To vaulte, to make an acheroofe.*} Plin. *lib. 34.* Dinocrates architectus Alexandri, Arſinoes templum concamerare inchoauerat.

Cămĕrātĭo, {καμάρωσις. ANGL. *VVaulting, making of an acheroofe.*} Spartianus *in Caracalla*, Ex ære vel cupro cancelli, quibus cameratio tota concredita eſt. Ab hoc verbo fit Concameratio, de quo ſuo loco.

Cămĕrātŭs, a, um: vnde Concamerata loca, dicimus teſtudinea, hoc eſt, quæ fornicibus conſtant. {GALL. *Voulte.* ITAL. *Fatto in volto.* GERM. Gewelbt. HISP. *Coſa hecha de boueda.* ANGL. *Vaulted.*} ¶ Camerata vehicula, quæ Græci καμαρωτὰ vocant, qualia ſunt penſilia, quibus matronæ geſtantur: cuiuſmodi etiam hodie ſiunt corio contecta.

Cameracum, oppidum Galliæ Belgicæ in finibus Picardiæ. Vulgò *Cambray*.

Camerinum, Καμέριον Ptolemæo. Vulgò *Camerino*, Vmbriæ vrbs præclara, à curuitate ſitus ita appellata: quam Liuius ſcribit P. Scipioni in Africam traiecturo, cohortem vnam ſexcentorum militum præbuiſſe.

Camerinus, Poëta, cuius meminit Ouid. *lib. 4. de Ponto elegia 16.*

Quique canit domito Camerinus ab Hectore Troiam.

Cameropis, ciuitas eſt Indiæ, Straboni.

Camertes appellati ſunt Vmbriæ populi, in montibus Piceno conterminis: quorum meminit Plin. *lib. 3. cap. 14.* & Strab. *lib. 5.* Cic. *pro Corn. Balbo*, Neque Fulginatium, neque Camertium fœdere eſſe exceptum. Rectus ſingularis eſt Camers. Silius *lib. 8.*

——— *& armis*
Vel caſtris laudande Camers.

Adiectiuum eſt. Cicer. *pro Syll.* In agro Camerti, Piceno, vel Gallico.

Cămertinŭs, a, um. Cic. *pro Corn. Bal.* Is igitur M. Annium Appium fortiſſimum virum, ſingulari virtute præditum, ciuitate donauit, quum Camertinum fœdus ſanctiſſimum, atque æquiſſimum ſciret eſſe.

Camerium, Latij oppidum iuxta Collatiam, apud Plin. *lib. 3. c. 5.*

Cameſes, ſiue cameſis, Italiæ indigena fuit, conſors Iani, qui cum illo bonam Italiæ partem Tyberi vicinam poſſedit, potentia ita participata, vt regio Cameſene, oppidum Ianiculum vocaretur.

Camicus, Κάμικος, vrbs Siciliæ, in qua Cocalus Dædali filius imperauit. Charax hanc vrbem Inicum vocat, Steph. vide *Inyx*.

[Camilabo, pannus vtrinque dependens à pileo Patriarchæ. L. gr. b.]

Camilla, Καμίλλα, Regina Volſcorum, Metabi & Caſmillæ filia, cuius pater Metabus, propter inuidiam ſuorum pulſus, Dianæ eam vouit: quum autem iam adoleſceret, ſolis armis ſtuduit: tamque in omni armorum genere inſtructiſſima, Turno & Latinis aduerſus Æneam in auxilium venit, & poſt multas res præclarè geſtas, ab Arunte occiſa eſt: vt copioſe deſcribit Virg. *lib. 11.*

——— *matriſque vocauit*
Nomine Caſmillæ mutilata parte Camillam.

Cămillŭs, propriè puer ingenuus, qui flamini diali ad ſacrificia miniſtrabat. Antiqui enim Camillos & Camillas vocabant miniſtros & miniſtras impuberes in ſacris. Vnde Mercurius Hetruſca lingua Camillus, quaſi deorum miniſter dictus eſt. Plutarch. *in Num.* ¶ Camilli Rom. Lætus *de ſacerdot. Rom.* Sed rerum omnium ſacrarum adminiſtri Camilli dicebantur. ¶ Eſt præterea Camillus, qui & alter Romulus dictus eſt, Romanorum ſuæ ætatis clariſſimus fuit, qui Veios toto decennio obſeſſos per cuniculos cœpit. Nec multo pòſt, quum crimini illi daretur, quod albis equis triumphaſſet, & prædam iniquè diuiſiſſet, die dicta ab Apuleio Saturnino Tribuno plebis, damnatus Ardeam conceſſit. Mox quum Galli Senones vrbem diripuiſſent, ipſúmque Capitolium arctiſſima premerent obſidione, abſens Dictator factus, collectis ex fuga Romanorum reliquiis, Gallos pendendo auro intentos, incautos oppreſſit. Poſt hæc populum Romanum Veios migrare volentem, elegantiſſima illa, quæ apud Liuium legitur, concione retinuit: in qua omnes viri dotes laudeſque licet cognoſcere. Tertium deinde Dictator creatus, Satricum ſociam pop. Romani vrbem, ab impetu Latinorum tutatus eſt. Quartum Dictator ad ſedandam populi ſeditionem factus, valetudinem excuſauit, aliúmque ſibi ſubrogandum curauit. Quintum Dictator Gallos iterum Romam petentes, & ad flumen Anienem caſtrametatos, ſuperauit. Poſtremò Romæ octogenarius peſtilentia interiit (ex Liuio & Plutarcho,) qui Gallos, qui capta vrbe Capitolium obſidebant, Italia expulit, patriamque in libertatem vindicauit. Vitam eius vide apud Plut.

[Camilus, κάμιλος, funiculus craſſus, Suidas. In Gloſſ. A. L. legitur, Camelus funiculus.]

CĂMĪNŬS, Græca dictio à Latinis mutuata Fornax. {כִּבְשָׁן *chibſchán* תַּנּוּר *tannur* אֲרֻבָּה *arubbáh.* κάμινος. GALL. *Fournaiſe, cheminée.* ITAL. *Fornace, ſcemínea.* GERM. Rauchloch/ſchornſtein. HISP. *Horno, ò chiminea.* ANGL. *A chemnie or fourneis.*} Virg. *lib. 3. Æneid.*

——— *Ætnam ruptis flammam expirare caminis.*

Iuuenal. *Satyr.*

Iam ſtridunt ignes, iam follibus atque caminis
Ardet adoratum populo caput.

¶ Eſt etiam ſtructura quæ fumum excipit, vel locus in quo ignis ſtruitur. Cic. *ad Treb.* Luculento camino vtendum cenſeo. Suet. *Vitell.* Nec antè in prætorium rediit, quàm flagrante triclinio ex concepto camini. Addere oleum camino. Horat. *2. Ser. ſatyra 3.* Adde poëmata nunc, hoc eſt, oleum adde camino. id eſt, adde maioris inſaniæ materiam. Prouerbialis locutio, de qua Eraſm. *in Chiliad.*

Cămĭno, as, are, in modum fornacis & camini ſtruo. {καμινεύω. GALL. *Faire fournaiſe ou en façon de fornaiſe.* ITAL. *Far vna fornace.* GERM. Etwas wie ein camin machen. HISP. *Hazer horno ò chiminea.* ANGL. *To mak lik a chimnie or fourneis.*} Plin. *lib. 16. c. 9.* Acervi confertis taleis recentibus luto caminantur. Idem *lib. 17. c. 15.* In prunis palmo amplius, & vbique caminata foſſura ore compreſſiore fuit.

[Caminobligon, excubiæ in itinere diſpoſitæ ad ſpeculandum. & Caminobligatores, excubitores. L. gr. b.]

Camirus, Κάμειρος, vrbs fuit in Rhodio, ita dicta à Camiro Herculis filio, quem ex Ione Euryti regis filia ſuſceperat, cuius meminit Homerus *in Catalogo nauium.*

[Camiſati, καμισάτοι, miniſtri, qui in Eccleſiis ſacros lebetes calefaciebant, vt inde aquam feruentem ſacris poculis, quum tempus poſtularet, infunderent, & ſimilia miniſteria obirent. Vide Gloſſ. Meurſij. Videntur dicti à καῦμα.

Camiſia, tunica, poderis, interula. Gallicè *Chemiſe.* HISP. *Camiſa.* ITAL. *Camicia & Camiſcia.* Eſt autem Camiſia vox purè Arabica קמיץ *Kamits.* Raphel. in Lex. Arab.]

Cammaron, κάμμαρον, herbarum venenoſiſſima, quæ notiore nomine Aconitum appellatur. Cammaron autem dictum exiſtimant à radicis flexura, quam Dioſcorides ſcorpionis caudæ aſſimilat. ¶ Mandragoram item herbam nonnulli Cammaron appellant.

Cămmărŭs, {ἀστακός. GALL. *Eſcreuiſſe de mer.* ITAL. *Gambaro.* GERM. Gamaring der krebs im meer. HISP. *El camaron.* ANGL. *Crabbe fiſhe.*} Piſcis eſt ex cancrorum genere, molliorem teſtam habens pro cute. Vide Plin. *lib. 31. c. 8.* Mart. *lib. 2.*

Cancelor in noſtra cammare lance rubes.

Cammania, Καμμανία. Pars Theſprotiæ (quæ Ceſtrinia poſtea dicta eſt, ex qua Cadmus fluuius Ceſtrinus) condita à Ceſtrino Heleni Priamidæ filio populi Cammani, Stephano.

Camœnæ, cum œ diphthongo, Muſæ, Iouis & Memoriæ filiæ, à cantus amœnitate ita dictæ. Varro autor eſt, ab antiquis Camœnas & Caſmœnas dictas fuiſſe, quæ poſtea abiecto r, vel ſ, Camœnæ appellatæ ſunt. Aliter Feſtus, Camœnæ (inquit) à carminibus ſunt dictæ, vel quòd canunt antiquorum laudes, vel quòd ſint caſtæ mentis prædes. Virg. 3. *Eclog.* Alternis dicetis, amant alterna Camœnæ. ¶ Dicimus etiam Camœna numero ſingulari. Perſius *ſat. 5.*

——— *tibi nunc hortante Camœna*
Excutienda damus præcordia.

Seneca *in Med.*

Ille vocali genitus Camœna.

[Campana, à Campania prouinciâ, vbi eius vſus primùm eſt repertus dicitur. GERM. Ein glocke. GALL. *Cloche*, ANGL. *Clocke.* Græcis à κλάζω & κλάζω eſt clango. Inde *Campanula*, & *Campanella*, ambo diminut. & *Campanarius*, qui facit campanas, & *Campanile*, turris in qua ſunt campanæ, GALL. *Clocher.* GERM. Glockenthurn. Græci vocant καμπανάριον. Vide Meurſ. in Lex. gr. b.]

Campanea, locus campeſtris, campus.

CĂMPĀNĬĂ, Καμπανία. Regio Italiæ fertiliſſima, in qua ſummum eſt Liberi patris (vt venuſtè à Plinio dictum eſt) & Cereris certamen, ſic dicta, quòd campeſtris ſit. Iuuenalis,

Prouida Pompeio dederat Campania febres.

A qua Campani qui in ea habitant. Vrbes præcipuas olim habuit Capuam, Neapolim, Cumas, Puteolos, Nolam, aliaſque complures.

Cămpānŭs, a, um, adiectiuum: vt, Vrbs Campana. Virg. 10. *Æneid.*

Et Capys: hinc nomen Campanæ ducitur vrbi.

Littus

Littus Campanum, Statius 3. *Syl.* Morbus Campanus. Horat. 1. *Ser.*

Campanum in morbum in faciem permulta iocatur.

¶ Campana superbia, dici solet pro intoleranda arrogantia. Cic. *in oratione pro Rull.* aliisque locis vbi colonos Capuæ in domicilio superbiæ, atque in sedibus luxuriæ ait esse collocatos.

‖Campanisticum, tributum, quod stipendii publico persoluebatur. Buleng.‖

Cāmpe, καμπή, plur. num. tantùm, & neut. gen. Vermis genus hortense, herbas & arborum frondes infestans, à verbo Græco κάμπτειν, quod est flectere: eo quòd flexo obliquis tractibus corpore progrediatur. Col. *lib.* 10. Nec solùm teneras audens erodere frondes Implicitus conchæ limax hirsutaque campe. ¶ Hinc Hippocampæ pisces, qui & equi appellantur, à flexu caudarum, quæ piscoliæ sunt.

‖Camphora, species bitum inis, materia glutinosa, qua aliquid oblinitur feriturque. Schindler. *in Lex.*‖

Campicellus, campi exiguus modus.

Cāmpidiomedis, in Apulia sunt: & est regio quæ Diomedi cessit in Apuliæ diuisione.

Campidona, vrbs Germ. in Alegoia, vulgò Kempten.

‖Campio, est pugnator à campo, vbi id fieri solet: certator pro alio datus in duello in campo. Isid. Campiones gladiatores, pugnatores. {Germ. Kämpfer. Gall. & Angl. *Champion.* Ital. *Campione.*}‖

Camponi, populi inter Aquitanicas gentes. Plin. *lib.* 4. *c.* 19.

Campsare, i. flectere, κάμψαι. Vide *Flecto.*

Cāmpsiāni, Germaniæ populi indigentia laborantes, commemorantur. Strab. *lib.* 7. Sunt (inquit) alij Germaniæ populi, indigentia magis laborantes: Sugambri, Caubi, Bucteri, Cimbri, Cauci, Caulci, Campsiani, cæterique complures.

Cāmpsŏr, is, qui ex pecuniæ permutatione lucrum facit. {τραπεζίτης. Germ. Ein wechßler. Angl. *A banker or exchanger of money.*}

Cāmptaūles, qui canit inflexa tibia, tali in bello vtuntur Heluetij. Vopiscus *in Carino*, Exhibuit centum salpistas, vno crepitu concinentes, & centum camptaulas.

Cāmpŭs, est grande, atque amplum spatium terræ planæ, vt plateæ, areæque. {איזל *ázil* כבר *chilchchál* שדה *sadéh*, πεδίον. Gall. *Vn Champ, vne plaine.* Ital. *Campo.* Germ. Ein feld. Hisp. *Campo raso, ò vega para labrar.* Angl. *The fieldes or the plane.*} Oppius 3. *bell. ciuil.* Sed quum esset inter bina castra campus circiter millium passuum sex, Domitius castris Scipionis aciem suam subiecit. Virg. 7. *Æneid.*

Filius ardentes haud secius æquore campi

Exercebat equos.

——— *Equum rigidos percurrere campos Docuimus.*

Tibul. *lib.* 4. ¶ Dictus Campus à capiendo, quod animalium, seu rerum aliarum multitudinem facile capiat: seu quod veteres ex agro tantùm plano capiebant fructus: vel potius, vt Scaliger *in Varronem* notauit, à verbo Siculo, qui Circum, aut Hippodromum καμπὸν vocabant, à flexu equorum & quadrigarum quæ ibi certabant. Inde omnia plana καμποι dicti. Solet tamen accipi pro qualibet re, in qua quis studium habeat. Cic. 2. *Acad.* Quum sit enim campus in quo possit exultare oratio, cur eam in tantas angustias, & in Stoicorum dumeta compellimus? Latissimum dicendi campum alio loco dixit Cicero, pro vbertate materiæ, quam vocant. ¶ Martis campus, Ἄρεως πεδίον, Suidas ex Alexandridis Pisandro. In eos torquebatur, qui militari confidentia præditi viderentur, quique rem vi, non iudicio gererent: & quibus ius est in armis: quos Hesiod. eleganter composita voce χειροδίκας vocat. Cæterum in quo quis valet, id Græci campum illius vocant. Campus Tyberinus qui & Martius, à quo donatus Pop. Rom. Gell. *cap.* 7. *lib.* 6. & Plutarch. *in Valerio.* ¶ Obliuionis campus, λήθης πεδίον. Dicetur, vel de vehementer obliuiosis, vel de rebus commentitiis & friuolis quæ nusquam sint. Aristoph. ¶ Famis campus, λιμοῦ πεδίον. In ciuitates dicitur ingenti fame pressas. Est autem locus quispiam hoc nomine. ¶ Venti campus, ἀνέμου πεδίον. In hominem instabilem, leuem & inconstantem dicebatur. Refertur à Diogeniano. Nam in planitie venti liberiùs huc atque illuc diuagantur, nullo coërciti obstaculo. Campus item pro comitiis, Cic. 3. *de Orat.* Grauis est modus in ornatu orationis, & sæpe sumendus, ex quo genere hæc sunt, Martem belli esse communem, Cererem pro frugibus, Liberum appellare pro vino, Neptunum pro mari, curiam pro Senatu, campum pro comitiis, togam pro pace, arma ac tela pro bello.

‖Campartus, ἀγροφύλαξ. Onomast. Græcol. qui campum custodit.‖

Cāmpestris, e, denominatiuum à Campo formatum. {πεδινός. Angl. *Belonging to the feeldes or plane.*} vt, Campestres operarij, qui in campo Martio seruilem operam candidato impertiebantur. Campestres exercitationes. Suet. *in Neron. c.* 10. ¶ Campestria, Loca plana, à Campo deductum nomen, τὰ πεδινὰ χωρία. ¶ Campestria item dicuntur genitalium succinctoria, eo quòd ludentes in campo vestibus omnibus exuebantur, & nudi ludebant solis campestribus tecti virilia. {περίζωμα. Gall. *Des brayes à luitter.* Ital. *Le braccie.* Germ. Ein bruch/ein schamdeck. Hisp. *Bragas marineras.* Angl. *Breeches to wrastle or struggle in.*} Horatius,

Penula solstitio, campestre niualibus auris.

Vnde qui ita succincti sunt, Campestratos vulgus appellat.

‖Campestro, as. Verbum à campestri, quod vsurpat Augustinus *lib.* 2. *de nupt. & concupisc. cap.* 30. Quis ignorat, qui campestrantur, quas partes corporis contegant. Campestrati, qui membra (pudenda) cingendo cooperiunt.‖

Campter, is, meta in campis. Nonius ex Pacuuij Tantalo, Extremum campterem, ipsum Iam progreditur Parthenopæum.

Cāmpus lapideus, λίθινον πεδίον, Galliæ Narbonensis campus est, centum ferè stadiorum diametrum habens, lapidibus qui singuli manum impleant plenissimus: sub quibus gramen exoritur: a quo pecoribus pabuli suppeditatur vbertas, in medio salsæ scatent aquæ, salisque vis magna. Vniuersa circum adiacens ora, ventis expolita est: validissimè autem Melamborij venti procellis infestatur: qua saxa ipsa distrahi & volui traduntur, hominesque ex curribus excuti, & vi ventorum armis vestibusque nudari. Huius rei originem ad huiusmodi referunt fabulam, Herculem cum Albione & Bergione Neptuni filiis pugnantem, quum deficientibus telis in vitæ discrimen venisset, Iouem patrem orasse, vt sibi tela administraret, statímque imbrem lapideum ea in loca decidisse, quo gigantes fuerunt interempti. Vide de hoc plura apud Strab. *lib.* 4.

Camura, æ, {Angl. *A cuppe in olde tyme borne couered before a bride.*} Vasis genus quod opertum in nuptiis ferebant, in quo erant nubentis vtensilia. Festus.

Cămūrŭs, a, um, Inflexus, seu curuus. {מעוקל *meukavéh* מכופף *cuphuph* מעקל *mehukkál*. ἐπικαμπής, καμπύλος. Gall. *Courbe ou courbé, camus, recroquillé.* Ital. *Torto, piegato.* Germ. Gebogen/krumb. Hisp. *Retuerto, torcido.* Angl. *Crooked or bowed.*} Virg. 3. *Georg.*

——— *Camuris hirtæ sub cornibus aures.*

Cāmŭs, i, genus vinculi. {מתג *méthegh* רסן *resén* מחסום *machsóm.* κημός, φιμός. Gall. *Frein, bride, ou licol.* Ital. *Laccio, fune.* Germ. Ein band/ein strick/ein halffter. Hisp. *Lazo, cabestro.* Angl. *A bridle bitte.*} Plaut. *in Cas.* Posuit pro fune, quo damnati alligantur furcæ, quum ait, Camum & furcam feras. ¶ Item equorum retinaculum, frænum, & muliebre ornamentum. Græcis etiam Cadum iudicialem significat, coni figuram referentem, in quem iudices calculos coniiciebant. ¶ Est & genus tibiæ, pabuli, & lilij, & quædam herba. ¶ Item mechanicum instrumentum igniferum. ¶ Chamos aspiratum, idolum est, quod alio nomine dicitur Beelphegor, vt inquit Hieronymus.

Camum, i, neutr. gen. Genus potionis est apud Vlpianum *lib.* 9. *D. de tritic. vin. & oleo leg.*

Cana, siue canæ, Strab. *lib.* 13. promontorium Asiæ, quod contra lectum consurgens, Adramyttenum sinum efficit, cuius pars est Elaiticus. ¶ Sunt & Canæ eidem, Locrorum oppidulum, situm in agro Canæo. ¶ Cana præterea vicus Galilææ est, & vrbs Lycaoniæ, κανά.

Canabis, vide *Cannabis.*

Canabula, & Canabulæ, quæ & nouercæ, sunt loca iniqua & aspera, & lapidum congerie rudia.

‖Canabus, κάναβος, lignum, circa quod plastæ Ceram ponunt, vnde tenues & graciles (ἄσαρκοι) vocantur κανάβοι.‖

Canace, κανάκη, Æoli filia fuit, & Macarei soror: de qua Ouid. scribit *in Epist.* 11.

Canæ, κάναι, oppidum Euboiæ, vel Locridis, iuxta promontoria Lesbi. Est & Cane κάνη, mons, & ciuitas, & stagnum.

Cănăche, ab Ouid. 13. *Metamorph.* numeratur inter canes Actæonis: quod nomen ἀπὸ τῆς καναχῆς, hoc est, à clamore & strepitu impositum videtur.

Canaius, Amnis Æolidis. Plin. *lib.* 5. *cap.* 30.

‖Canale, canalium, via. Cerdæ adsect.‖

Cănālĭcŏlæ, Forenses, homines pauperes: dicti quòd circa canales fori consisterent. Festus.

Cănālĭs, tam masculini, quàm fœminini generis, à canna fit, vna litera detracta. Est autem Canalis lignum ad cannæ similitudinem cauatum, quo aqua deducitur. {שקת *scekéth* תעלה *tehaláh* רהט *rahat.* ὀχετός. Gall. *Canal, conduit, esuier, tuyau.* Ital. *Cannale, condotto.* Germ. Ein kanal. Hisp. *Cañal.* Angl. *A cundite pipe, a cannel.*} Festus. Canales, per quos aqua confluit in viis lapide stratis. Virg. 3. *Georg.*

——— *Greges ad flagna iubebo*

Currentem ilignis potare canalibus vndam.

¶ Dicitur & hoc Canale. Stat. *lib.* 1. *Syl.*

Flumina demerso trahit intemerata canali.

¶ Canalis animæ, Plinio, canalicula, siue fistula, per quam spiritus reciprocatur. Aul. Gell. *lib.* 17. *cap.* 11. τραχεῖα ἀρτηρία, aspera arteria, siue quibusdam canna pulmonis, cuius caput λάρυγξ. {Gall. *Siffler.* Ital. *Canna della gola.*}

Cănālĭcŭlŭs, diminutiuum à Canalis in masculino genere. {ὀχετίσκος. Gall. *Petit canal, petit esuier, auget.* Ital. *Piccioli canali.* Germ. Ein kleiner kanal. Hisp. *Caño pequeño.* Angl. *A litle condite pippe.*} Colum. *lib.* 9. Longiore cibo celerius pinguescit: semper tamen etiam canaliculi milio repleti apponuntur.

Cănālĭcŭlă, diminutiuum, Parua canalis, ὀχετίσκιον. Gel. *lib.* 7. *c.* 11. Ipsum autem Erasistratum dicere, duas esse canaliculas quasdam, seu fistulas, &c. Canaliculæ, forenses homines pauperes dicti, quòd circa canales fori consisterent. Festus.

Cănālĭcŭlātus, a, um, quod est in canalis modum factum. {ὀχετοειδής. Gall. *Fait en façon de canal ou tuyau.* Ital. *A foggia di cannale.* Germ. Gemacht wie ein kanal. Hisp. *Cosa acañalada.* Angl. *Madelike a cundite pippe.*} Plin. *lib.* 19. Quibusdam angusta & canaliculata, vt cumino, paucis folliacea & lata, vt atriplici.

Cănālĭtĭŭs, a, um, adiectiuum. {ὀχετευτικός. Gall. *De canal ou tuyau.* Ital. *De canale.* Germ. Das zum kanal gehört. Hisp. *Cosa de cañal.* Angl. *Of a cundite pippe.*} vt, Canalitium aurum, dicitur in puteis effossum, quo venarum canalibus per saxa vagatur huc atque illuc, & per latera puteorum. Plin. *lib.* 33. *cap.* 7. Quod puteis foditur, canalitium vocant: alij canaliense, marmoris glareæ inhærens.

Canan, dicta est Arabia à Cam, qui in ea consedit: à qua Cananei. Germ. Das Arabier land.} Hæc fuit prima gens quæ Deum ignorauit: quia princeps eius, & conditor cultum à patre non accepit, maledictus ab eo: itaque ignorantiam Diuinitatis minoribus reliquit.

Cananæa, {כנען *chenahan.* χαναναία.} Syriæ regio à Canaan filio Cam, qui eam regionem, quæ nunc Iudæa nuncupatur, inhabitans, à se Cananæam nuncupauit. {Germ. Das gelobte land Canaan.}

Cananitis, dis, χαναναῖτις, possessiuum est patronymici fœminini forma deductum à nomine Canaan, vt regio Cananitis.

‖Canaplura, λυχναψία, i. e. lucernarum accensio, quod fit sub tempus cœnæ.‖

Cănārĭă, herba est, quam vernacula lingua etiam Herbam canis vocamus, quòd canes ægroti ea præsentem vomitum eliciant. Plin. *lib.* 25. *c.* 8. ¶ Inuenerunt & canes canariam, qua fastidium deducunt, eámque in nostro conspectu mandunt: sed ita, vt nunquam intelligatur quæ sit, etenim depasta cernitur. Ruellius humilem esse herbulam ostendit, foliis tritici multo minoribus, calamulo tenui, geniculis præditum

cohærentibus articulato, internodiis tibiarum modo in se infertis, quæ tracta suis ex vaginulis exeruntur: euanidam spicæ loco paniculam habens: denique folio & culmo triticum, cacumine arundinem imitans. ¶ Est item Canaria, insula Atlantici Oceani, ad læuam Mauritaniæ, vna ex iis quas veteres ob insignem aëris temperiem, fortunatas vocauére. Canaria dicta à multitudine canum ingentis magnitudinis, vt ex Iubæ sententia tradit Plin. *lib.6.cap.*32. Hodie omnes illæ insulæ, quas veteres Fortunatas dixere, vno nomine Canariæ appellantur: quarum nobilissima est Palma, præstantissimo sacharo, quod Canarium vocant, insignis. Vulgus nomen retinuit.

Canarij, Africæ populi sunt circa Atlantem, habitantes in saltibus plebis elephantorum, ferarum & serpentum ita dicti, quòd canum victus ipsis promiscuus sit. Vide Plin. *lib.5.cap.*1.

Canas, oppidum Lyciæ regionis Asiaticæ. Lycia quondam (inquit Plin. *lib.5.c.*27.) LX. oppida habuit, nunc XXXVI. habet. Ex his celeberrima, præter supra dictas, Canas, Candyba.

Canastræum, *Κάναστραιον*, promontorium est Macedoniæ, Pallenæ proximum, in sinu Thermaico. Plin. *lib.4.cap.*10.

Canatha, *Κάναθα* Stephano, oppidum est in Decapolitana regione, quæ Syriæ iungitur. Plin. *lib.5.cap.*18.

Canatius, ab Apuleio dicitur *in Flor.* pro clara, seu præconis voce. Canatius inquit lunam dabo, vt per omnes prouincias eat. Sed hoc à canando, id est, Calando videtur dictum. Nam Varro scribit consuetudinis fuisse, vt classicus in arce circúmque muros canatum iret.

‖Canana, Camera pòst cœnaculum. in Gloss. Isid.‖

Canauaria, vini proma, siue quæ cellariæ vinariæ præest.

‖Cancamum, *κάγκαμον*. Arabici ligni lacryma quædam.‖

Cancanos, *κάγκανος*, herba est Galeno, quæ Dioscoridi & Plinio Calcalia dicitur, & Leontice. Vide Ruellium *lib.3.cap.*128.

‖Cancellaria. Forma est adiectiui, tanquam domus subaudiatur, at substantiuè vsurpatur, pro loco, vbi Cancellarij degunt. Vox est posterioris æui: in quo nunc vsurpatur pro loco, vbi publicæ literæ à scribis magistratuum conficiuntur. GALL. *La Chancellerie.*

Cancellariatus, Cancellarij munus & dignitas; hodie magna cùm alibi, tum maximè in Gallia. Hinc Archicancellarius, dignitas Archicancellarij.

Cancellarij, qui infra secreta Cancellorum septis clausa res ciuiles tractant.‖ {סופרים *sopherim.* *ἀρχιγραμματεῖς*. GALL. *Chanceliers.* ITAL. *Scriuani, cancellieri.* GERM. Cantzler. HISP. *Chancilleres.* ANGL. *Chancellours.*} Degenerante iam tum paulatim lingua Latina, dicti sunt scribæ principum, quorum opera illi in conficiendis, examinandisve diplomatibus vtebantur. Vtitur hac voce Flauius Vopiscus, scribens à Carino Imperatore factum esse præfectum vrbis vnum ex Cancellariis suis.

CĂNCĔLLĪ, orum, Ligna, aut ferramenta, modicis interuallis in transuersum instar retis inuicem annexa, quibus scenæ & tribunalia atque fenestræ muniri solent, aditúsque eorum præcludi. {שבכה *schabchah.* *κιγκλίδες*, *δρύφακτοι*. GALL. *Treillis, claires voyes.* ITAL. *Gelosie ferrate.* GERM. Getter auß holtz oder eysen. HISP. *Rexas ò verjas de hierro para apartar.* ANGL. *Lattasses, windowes made with barres of tymber or yron.*} Et apud priscos ferè semper fuerunt ærei, quorum multi extant per basilicas distributi, ad lignorum similitudinem fabrefacti, quorum lineolæ altrinsecus in quincuncem superpositæ foramina linquunt, quibus quum aer aspectúsque admittatur, prohibetur accessus, seruátque vsus eiusmodi claustra vineis pro valuis, foribúsque apponi. Cic. *pro Sestio.* Tantus est à fori cancellis plausus excitatus. ¶ Cancellos alicui circundare, per translationem dicitur pro eo quod est, limites quosdam angustos cuipiam præscribere, extra quos non liceat euagari. Idem *pro Quintio*, Si extra hos cancellos, quos mihi ipse circundedit, declinarero. Sunt cancelli loca cancellatim, hoc est, tessellatim facta transuersariis lignis accommoda sessui. Ouidius,

Cancellis primos imposuisse pedes.

¶ Cancellos agere, à cancellis esse: posteriorum temporum scriptores dixerunt, quum Cancellarium esse significare vellent. Cassiodorus *lib.*11. *Instit. diuin. & hum. & lib.*11. Vari. Ericus monachus *lib.6. de vita Germani.* Volusianus erat præcelso nomine quidam Vrbis patritio tot delectus & vrbi, Atque à cancellis prisco de more minister, Atque eam ob causam Cancellarius à cancellis dictus videtur. In sacris literis Cancelli vocantur specilla foraminibus plena, & transuersim plagulis fenestrata, quas vulgus *Zelotypias* vocitat. Vnde in Prouerbiis, De fenestra domus meæ per cancellos perspexi iuuenem. Hos cancellos deliciosos Cic. *lib.1. de perfecto genere dicendi*, appellat Transennas, ab oculorum videlicet & foraminum transitu: ait enim, Quasi per transennam prætereuntes strictim aspicimus.

Căncĕllo, as, are. Col. *lib.4.c.*2. de vite loquens. Hæc autem quæ toto prostrata corpore, quum inferius solum quasi cancellauit atque irretiuit, cratem facit, & pluribus radicibus inter se connexis angitur, nec aliter quàm si multis palmitibus grauata, deficit. ¶ Aliquando significat Concido, dilanio, dispungo, erado, deleo. {קצץ *katsah* מחה *machah.* *Διαγράφω*. GALL. *Canceller, rayer, casser.* ITAL. *Cancellare, cassare, torre via.* GERM. Vergätteren oder zerrgissen / außkratzen. HISP. *Truncar, cancellar, ò borrar como la escritura.* ANGL. *To crosse out any thing written.*} Nam sicut ex transuerso ducuntur ligna in cancellis, ita delendis scripturis transuerso calamo notæ, lineæque atramentariæ. Iurecons ult. tit. *de his quæ in testamento delentur.* Cancellarat quis testamentum, vel induxerat. ¶ Cancellare brachia, est transuersim ponere.

Căncĕllātus, a, um, adiectiuum, quod cancellorum figuram imitatur. {*κιγκλιδωτός*. GALL. *Fait en façon de treillis ou de rets.* ITAL. *Fatto in gelosia.* GERM. Das der gätteren form hatt. HISP. *Cosa apartada con rexas.* ANGL. *Made like a lattise windowe.*} Plin. *lib.*9.*c.*10. Durissimum dorso tergus, ventres molles, ferarum nullum tegumentum: ne in cauda quidem præsidium abigendo tædio muscarum: sentiunt id & tanta vastitas sentit, sed cancellata cutis, & inuitans id genus animalium odore. Ergo quum extenta recepere examina, arctatis in rugas repentè cancellis, comprehensas enecant. vbi cancellatam cutem appellat, quibusdam cancellis distinctam, hoc est, tessellatim quadratam, & in modum capitulatum factam.

Căncĕllātim, ad similitudinem cancelli. {*δικτυωτῶς*, *κιγκλιδωτῶς*. GALL. *En façon de treillis, en maniere de rets.* ITAL. *A foggia di gelosia.* GERM. Nach weyß vnd form der gätteren. HISP. *Apartadamente.* ANGL. *Lattisewise, or like a lettis windowe.*} Plin. *lib.*11.*c.*37. Terrestrium aliis ventes denticulatæ asperitatis, aliis cancellatim mordacis.

CĂNCER, cri. {*καρκίνος*. GALL. *Escreuisse.* ITAL. *Gambaro.* GERM. Ein krebs. HISP. *Cangrejo.* ANGL. *A crabbe.*} Piscis genus est mollem testam habens pro tegumento, cuius multæ sunt species, quas vide apud Plin. *lib.9.cap.*51. Transuersus cedit quasi cancer. Plaut. *Pseud. sc.4.a.*1. ¶ Est item Cancer vnum ex duodecim Zodiaci signis, à quadam cancri piscis similitudine ita dictum, eò quod Sol mense Iunio signum hoc perambulans, paulatum incipit à nobis recedere, & cursu retrogrado ferri, in modum cancri. Refert Hyginus, hunc fuisse cancrum, qui à Iunone in Herculem cum Hydra Lernæa pugnantem, immissus fuit: qui quum pedem eius momordisset, ab Hercule occisus est, & à Iunone inter sydera collocatus. ¶ Cancer item, {*καρκίνος*, *καρκίνωμα*. GALL. *Chancre.* ITAL. *Cancaro, infermità.* GERM. Der krebs ein kranckheit die vmb sich frißt. HISP. *El cancer, ò saratan, enfermedad.* ANGL. *A canker, or sprading disease in the bodie.*} Morbus est ab atra bile efferuescente proficiscens, cùm alias corporis partes, tum mulierum mammas in primis infestans, quæ menstruo non purgantur. Dictus cancer, vel quòd paulatim serpat cancri piscis similitudine: vel quòd venas circa se habeat extensas, instar brachiorum cancri: vel quòd pertinaciter hæreat, vt solet cancer, si quid chelis non apprehenderit. Est autem & in hac significatione, vti in duabus præcedentibus, masculini generis & secundæ declinationis. Cato *de re rust.* Eadem brassica vulnera putrida, cancrósque purgabit, sanósque faciet. ¶ Grammaticorum nonnulli in hac significatione neutri generis tradiderunt, & tertiæ declinationis, decepti Ouidij loco, quem opinionis suæ corroborandæ causa solent adducere, Vtque malum latè solet immedicabile cancer Serpere, & illæsas vitiatis addere partes. Qua in re nimium profectò pueriliter falluntur, non animaduertentes, adiectiuum Immedicabile, non cum nomine Cancer, sed cum dictione Malum, cohærere. ¶ Cancros Orci, dixit Apuleius, pro faucibus & tenacibus stationibus, quasi Cancellos. ¶ Cancros lepori comparas, *καρκίνους λαγωοῖς συγκρίνεις*. De supra modum dissimilibus. Est enim vt leporum celeritas, ita & cancrorum tarditas nota est. ¶ Cancer leporem capit, *καρκίνος λαγωὸν αἱρεῖ*. De qua re nequaquam verisimili, dictúque absurda, velut si quis dicat ab indoctissimo superari doctum. Cancrum rectè ingredi doces, *καρκίνον ὀρθὰ βαδίζειν διδάσκεις*. de eo qui docet indocilem. Refertur in Plaut. *Collectaneis*, pertinétque ad genus *ἀδυνάτων*. ¶ Huic finitimum est quod Aristoph. in pace,

Οὔποτε ποιήσεις τὸν καρκίνον ὀρθὰ βαδίζειν,

Οὐδ' ἂν ἐπὶ τῆς πολεμικῆς παύσεις ὄντες ἤδη.

Id est, Ambulet vt cancer rectà, haud effeceris vnquam: Nec quicquam efficies vbi res erit antè peracta. Hoc velut oraculum poeta facetus pronuntiat. Quod à natura sit insitum, nullo corriges negotio. Nam cancris genuinum, obliquè ingredi. ¶ Est item Cancer, nomen poëtæ Tragici.

Canchlei, Arabiæ populi, Cedreis & Nabathæis finitimi. Autor Plin. *lib.5.cap.*11.

Canchrys, *κάγχρυς*, Libanotidis fœcundæ semen est, Dioscoridi *lib.*3. *cap.* 70.

‖Cancrini, versus dicuntur, quos retrogrado ordine legere possis. Latiniùs dicentur reciproci: siue id fiat eodem carminis genere, siue diuerso: & sensu manente, vel mutato. Est & operosius, quum per eadem elementa fit recursus. Sola Deum vocant. Vide Scal. *lib.2 poët. cap.*30.‖

Candace, es, *Κανδάκη* Suidæ, Æthiopum regina fuit, tempore Augusti, quæ maximi animi mulier, tantique in suos meriti fuit, vt omnes deinceps Æthiopum reginæ, eius nomine fuerint appellatæ. Strab. *lib.*17. Candace per nostra tempora Æthiopibus imperauit, virilis sane mulier, sed altero oculo capta. Plin *lib. 6.cap.*29. Regnare fœminam Candacem: quod multis annis nomen ad Reginas transiit.

Candacum, pro suaui & mansueto.

Candara, *Κάνδαρα*, Paphlagoniæ oppidum, tribus schœnis à Gangris distans, & Thariba vico. Gentile est Candarenus, *Κανδαρηνός*.

Candaria, promontorium est in Coo insula. Autor Strab. *lib.*14.

Candasa, castellum Cariæ, *Κάνδασα* Stephano.

Candauia, mons est in ea parte Macedoniæ, quæ in mare Adriaticum vergit, LXX. M. passuum à Dyrrhachio distans. Luc. *lib.*6.

Denia quà valles operit Candauia saltus.

Plinius. Candauias montes, multitudinis numero appellat, *lib.* 3. *cap.* 23.

Căndaulēs, *Κανδαύλης*, Lydorum rex fuit, qui quum vxorem haberet formosissimam, non contentus, secreta voluptatum suarum conscientia eam Gygi amico nudam ostendit: quo pacto sodalem forma Reginæ captum ex amico hostem fecit, & tanto proposito præmio in necem suam pellexit, vxorémque & regnum dotale veluti in manum tradidit.

Căndaulus, *κάνδαυλος*, opsonij genus fuit ex carne elixa, pane, & caseo Phrygio, cum anetho, & pingui iure. Vide Cælium Rhod. *lib.*20. *cap.* 14.

Căndāx, vide *Candace.*

Candebera, Palus Phœnices, in radicibus Carmeli montis, de qua Plin. *lib.* 36.*c.*26. Pars est (inquit) Syriæ, quæ Phœnice dicitur, finitima Iudææ, intra montis Carmeli radices paludem habens, quæ Candebera nominatur. Ex ea creditur nasci Belus amnis.

Candefacio, vide *Candeo.*

Candei, populi sunt in sinu Arabico, qui quòd serpentibus vescantur Ophiophagi vocantur. Autor Plin. *lib.6.cap.*29. Pomp. *lib.*3. in descriptione sinus Arabici.

CANDĒLĂ, à candore luminis dicitur. {לפיד *lappid* נר *ner.* *λύχνος*, *κηρός*. GALL. *Chandelle, torche, cierge, ou telle chose esclairante.* ITAL. *Candela.* GERM. Ein kertz. HISP. *Candela y candil.* ANGL. *A candel.*} Iuuen. *sat.*9.

——— *Candelam apponere valuis.*

Plin. *lib.*13.*c.*13. Lapidem fuisse quadratum circiter in medio, arctè vinctum

vinctum candelis quoquò versùs. Loquitur de lapide in quo reperti sunt libri Numæ. Hermolaus, Candelæ, inquit, sunt quæcunque constant materia, scirpis, tæda, teniis, cera: vt mirum non sit, libros Numæ candelis inuolutos tradi. Candelas sebare, Col. *lib.2.c.22.* Vide Mart. *epigr 42. lib.14.*

Cāndelabrum, & Candelabrus, Instrumentum in quo figitur candela ad lucendum. {מנורה *menoráh*. λυχνίον, λυχνοῦχος. GALL. *Chandelier.* ITAL. *Candeliero.* GERM. Ein kertzstock/ein liechtstock. HISP. *El lugar donde se pone el candil, candelero.* ANGL. *A candlestick.*} Dicitur, quòd in eo candelæ figantur, autore Festo. Cic.6. *in Verr.* Iam verò lectos æratos & candelabra ænea. Martial. *de candelabro Corinthio, lib.14.*

Nomina candelæ nobis antiqua dederunt,

Non norat parcos vncta lucerna patres.

[Candelaptes, qui candelas accendit. L. gr. b.

Candelaria, herba officinis, quæ aliter Candela regia, item lucernalis, lucumbra, verbascum. GERM. Königskertz/ brennkraut. ITAL. *Torchio,* GALL. & ANGL. *Torche.* HISP. *Antorcha.*]

Cāndĕo, es, ui, Candidus sum, albedine illustri niteo. {הלבין *hilbin*. λευκὸς εἰμί. GALL. *Estre blanc.* ITAL. *Essere bianco.* GERM. Weiß sein. HISP. *Emblanquecerse.* ANGL. *To be white or shyning.*} Virg. 4. *Æneid.*

Candentis vaccæ media inter cornua fundit.

Ouid. 11. *Metam.*

Candida de nigris, & de candentibus atra.

¶Significat etiam ignitum esse. {קדח *kadhách*. αἴθω, ἐκπυρόω. GALL. *Estre embrasé, ou reluire, & estre blanc de force d'estre embrasé & cuit au feu.* ITAL. *Diuenir di fuoco.* GERM. Glüend sein/ feurig sein. HISP. *Encenderse.* ANGL. *To be heate and glowing redde.*} Cic. 2. *Offic.* Qui cultros metuens tonsorios candente carbone sibi adurebat capillum. Composita, Excandeo, & Incandeo, à quibus Excandesco, propriè vehementer incendor, inflammorque. Cato *de R.R.* Nam si sub tecto coquas, quam bitumen & sulphur additum est, excandescet, hoc est, incendetur, & inflammabitur. Transferuntur etiam ad iram θυμοῦσθαι, quòd ea est velut ignis animum incendens, & vultum hominis quodam candore perfundens: vel quia, vt sol quanto candidior, tanto ardentior, ita animus, dum concitatus est, inflammatus, incensus & candescens dicitur, vt tanta mentis commotio significetur. Cælius. Ciceron. Id postquam resciit, excanduit, & me causam inimicitiarum quærere clamitauit, id est, ita vehementer incensus est. Hinc Excandescentia, quæ est (vt Cicer. 4. *Tuscul.* inquit) ira nascens, & modò existens, θύμωσις. Incandesco, candens & ignitus fio. Ouid. *Metamorph. lib.2.*

Non secus exarsit, quàm quum Balearica plumbum

Funda iacit: volat hoc, atque incandescit eundo:

Et quos non habuit, sub nubibus inuenit ignes.

Est & Recandeo, à quo recandesco, quod est rursus candesco, & accipitur pro calefacio. Idem *lib.1. Metam.*

Ergo vbi diluuio tellus lutulenta recenti,

Solibus æthereis altèque recanduit almis.

Candens quid propriè dicatur, docet Gel. *c.10. lib.17.*

Queis nunquam candente dies apparuit ortu,

Tibul. *lib.4.*

[Candes, vasa fictilia GERM. Gebrannte gefässe.]

Cāndēsco, Ignitus fio, Ignesco. {קדח *kadhách*. πυρόομαι. GALL. *S'embraser, deuenir feu.* ITAL. *Diuenir di fuoco.* GERM. Glüend oder feurig werden. HISP. *Encenderse.* ANGL. *To waxe hoat or glowing redde.*} Ouid. 2. *Metam.*

——— *currúsque suos candescere.*

Interdum etiam album fieri significat. Tibullus *lib.1.*

——— *Liceátque caput candescere canis.*

Candetum, Galli appellant in areis vrbanis spatium centum pedum, quasi Centeatum: in agrestibus autem pedum centum quinquaginta quadratorum iustum Candetum vocant. Ex libello variorum autorum *de Limitibus.*

Cāndŏr, is, Albedo splendori coniuncta. {לבן *labán*. λευκότης. GALL. *Blancheur, lueur, pureté, bonne foy.* ITAL. *Bianchezza, candore.* GERM. Weisse/ gleissende. HISP. *Blancura con lustre.* ANGL. *VVhitnesse, glowing reddenesse, vprightnesse.*} Plaut. *in Men.* O, solem vides, statim vt occæcatus est, præ huius corporis candoribus. Plin. *lib.12.c.14.* Thus probatur candore. Cic. 2. *de nat. deor.* Nam Solis calor & candor illustrior est, quàm vllius ignis: quippe qui immenso mundo tam longè latéque colluceat. Dicitur & per metaphoram candor animi à Cic. multis in locis, pro synceritate & puritate animi.

Quique est in caris animi tibi candor amicis,

Ouid. *Eleg.6. lib.3. Trist.*

Gratia candori, si qua relata meo est,

Idem *Eleg.1. lib.2. Trist.*

Cāndefăcio, Candidum facio. {הלבין *hilbin*. λευκαίνω. GALL. *Faire blanc, blanchir.* ITAL. *Imbiancare.* GERM. Weiß machen/ weissen. HISP. *Emblanquecer.* ANGL. *To make white.*} Plaut. *in Mostel.* Vna opera ebur atramento candefacere postules. ¶ Aliquando etiam candefacere, est candentem & ignitum reddere. {ἐκπυρόω. GALL. *Eschauffer tellement quelque chose qu'on la face reluisante & comme blanche.* ITAL. *Scaldare talmente vna cosa che ti paria bianca.* GERM. Glüend machen. HISP. *Encender.* ANGL. *To make glowing hoat or fine.*} Plin. *lib.34.c.8.* Vbi inter lapides candefactos funditur. Excoctum & candefactum argentum. Gell. *c.5. lib.6.* Hinc excandefacio, candens & ignitum facio: vnde Ferrum excandefactum, hoc est, candens & ignitum. Per translationem accipitur pro ira inflammare, θυμοῦν.

Cāndĭco, as, candorem habeo, subcandidus sum. {ὑπολευκαίνομαι. GALL. *Estre blanc, tirer sur le blanc.* ITAL. *Essere vn poco bianco.* GERM. Weißgleissend sein. HISP. *Ser blanco por defuera.* ANGL. *To be somewhat white.*} Plin. *lib.8.* Insigne ei in dextro latere candicans macula.

Cāndĭcantĭa, æ, pro albedine. {λευκότης. GALL. *Blancheur, couleur blanchastre, tirant sur le blanc.* ITAL. *Bianchezza.* GERM. Weysse. HISP. *Blancura.* ANGL. *Bleaching, making faire or white.*} Plin. *lib.37.c.13.* Iritis sacrificationis candicantiam fugiunt.

Cāndĭdātŭs, alba veste indutus. {λευκειμονῶν, λευχείμων. GALL. *Vestu de blanc, blanchi.* ITAL. *Vestito di bianco.* GERM. Mit weissen kleidern angethon. HISP. *Cosa vestida de vesta blanca.* ANGL. *Clothed in white.*} Plautus *Rud.* Ergo vos æquius erat candidatas venire, hostiatásque. Item, qui luce quadam nitente est perfusus. Vnde Lactantius immortalitate nos veluti candidatos esse, eleganter dixit. ¶ Candidati etiam dicebantur, qui ad alicuius magistratus, aut dignitatis petitionem aspirabant, οἱ παραγγέλλοντες τὰς ἀρχάς, οἱ ἀρχαιρέσιοι, à toga candida, quam per id tempus induebant, siue ad denotandam integritatem, quod solus hic color syncerus ac purus, & minime inquinatus est: siue, vt perspici ab omnibus possent. Ire autem candidati per comitia solebant, suadendo, rogando, submittendo se omnibus, & nudato etiam corpore, cicatrices ostendendo. Cic. *pro Murana*, Nec candidatis ista benignitas adimenda est, quæ liberalitatem magis significat, quàm largitionem. Inde per translationem aliarum quoque rerum petitores candidati dicuntur, sicut ad Quint. Candidatus eloquentiæ, & à Plinio *in Paneg.* Candidatus gloriæ, & immortalitatis, ab Hieronymo Candidatus fidei. Ex quibus ostenditur Candidatus construi cum genitiuo: vt sit candidatus Consulatus, Præturæ, Quæsturæ, qui petit consulatum, Præturam, Quæsturam. Candidati erant discincti, & sine tunica, & tuc. Plutarch. *in Coriol.* Candidatus equestris gradus. Suet. *in Galb. cap.14.* Candidati milites, inquit Vegetius *lib.2.* Hi sunt principales qui priuilegiis muniuntur. Reliqui munifices appellantur, quia munera facere coguntur.

Cāndĭdŭs, a, um, Albus, lucens. {לבן *laban*. λευκός, ἀργός. GALL. *Blanc, reluisant, resplendissant.* ITAL. *Candido, bianco.* GERM. Weiß/ gleissend. HISP. *Blanco con lustre.* ANGL. *VVhite, shyning.*} Seruius *in 3. Georg.* Aliud est candidum esse, id est, quadam nitente luce perfusum, aliud album quod pallori constat esse vicinum. Itemque candidum propriè dicitur quod sit cura, album quod sit natura: & candido nigrum, albo verò fuscum opponitur. Corn. Front. *de diff. vocab.* O Candida & fusca vox. Quintilian. Reus candido sudario frontem terget. Idem,

Cignus et & fato candidiore frui,

Ouid. *Eleg.4. lib.3. Trist.* Candidum panem edo. Quint. Candide Lector. Ouid. *Eleg.10. lib.1. Trist.* Item candida manu propinare. Plaut. *Pseud. sc.1. a.5.* ¶ Sumitur etiam Candidum, αἴθων, pro ignito. {ANGL. *Fiery, bright shyning like fire.*} vnde ferrum candidum vocamus, quum accensum est & ignitum. ¶ Et quia inter colores candidus purissimus est, accipitur etiam Candidum pro puro, & syncero, & minimè fucato. Horat. 1. *Epist.*

Albi nostrorum sermonum candide iudex.

Et candidus sermo, λευκὸς λόγος, Græcis dicitur oratio dilucida perspicuaque, à colore qui inter cæteros plurimum habet lucis. ¶ Interdum candidus ponitur pro Felici: tractum à Thracibus, qui diem fortunatum, albo: aduersum nigro designarunt. Catullus,

Fulsère verè candidi tibi soles.

Horat. *lib.2. Ser.*

——— *hunccine solem*

Tam nigrum esse mihi?

id est, tristem & exitiosum.

Cāndĭdē, Purè, syncerè, benignè. {ἀνυποκρίτως. GALL. *A la bonne foy, simplement.* ITAL. *Da buono da bene, di puro cuore.* GERM. Einfeltiglich/ treulich/ ohne betrug/ gütiglich. HISP. *Simple y puramente.* ANGL. *Simple, vprightlie.*} Cælius *Ciceroni*, Cauendum tibi erit, ne parum simpliciter, & candidè posuisse inimicitias videaris.

Cāndĭdŭlŭs, a, um, diminutiuum. {λευκότερος. ANGL. *Somewhatte white.*} Cic. 5. *Tusc.* Canduli dentes, venusti oculi, color suauis.

Cāndĭdo, as, candidum facio. {הלבין *hilbin*. λευκαίνω. GALL. *Blanchir, faire blanc.* ITAL. *Imbiancare.* GERM. Weyssen/ weyß machen. HISP. *Emblanquecer.* ANGL. *To bleache, to make white.*} Pomponius, Vestem lixiuio candidans. Plin. Cuius radice vtuntur ad candidandos capillos.

Cāndĭfĭco, as, idem. {λευκαίνω. ANGL. *To make white.*} Næuius, Poliens sese, & succis herbarum candificans cutem.

Cāndĭdātōrĭŭs, a, um, παραγγελτικός: vt, candidatorium munus. Cic. *ad Attic. lib.1.* Nos in omni munere candidatorio fungendo summam adhibemus diligentiam.

Candidum, λευκόν, Zeugitanæ regionis (quæ propriè Africa dicitur) promontorium est. Sunt enim in minore Africa tria promontoria, teste Plin. *lib.5.c.4.* Candidum, circa quod Scipio in Africam proficiscens, copias suas exposuit: mox Apollinis aduersum Sardiniæ, & Mercurij aduersum Siciliæ: quæ in altum procurrentia, duos efficiunt sinus, Hypponensem & Diarrhytum.

[Candion, sacchari genus. L. gr. b.]

Candiope, Κανδιόπη, OEnopinionis filia & Orionis soror (vt Theodotius asserit) quam quum frater in venatione in antrum traxisset, vim illi intulit, & ex ea Hippolagum suscepit: quod quum OEnopion rescuisset, indignatus, filium exulatum abire iussit, qui oraculo edoctus, versùs Orientem in Thraciam cum Candiope & parto filio delatus, ibique ob insignes virtutes in magno precio fuit.

Candosoccus, in vitibus quid dicatur, docet Columel. *lib.5. cap.4.* his verbis, Nonnullos tamen in vineis choracatis animaduerti, & maximè heluennaci generis prolixos palmites, quasi propagines summo solo adobruere, deinde rursus ad arundines erigere, & in fructum summittere, quos nostri agricolæ Mergos, Galli Candosoccos vocant.

Candyba, Κάνδυβα, ων, Steph. Lyciæ regionis ciuitas est, vbi laudatur OEnium nemus. Hæc Plin. *lib.5. cap.27.*

[Candylus, κάνδυλος, coctura edulis ex oleo, lacte, caseo & melle.

Candys, κάνδυς. Pollux *lib.7. cap.13.* ponit inter vestimenta Persarum propria.

Canella, cassia, cinnamomum. L. gr. b.]

Cānēns, entis, Nympha fuit, Pici Laurentium regis vxor, quæ quum virum à Circe in auem mutatum supra modum lugeret, extabuit, & loco cuidam ad ripam Tyberis, vbi hæc contigerunt, nomen suum reliquit. Fabulam hanc vide latiùs apud Ouidium 14. *Metam.*

Cane,

Cane, oppidum Æolidis regionis. Plin. *lib.* 5. *cap.* 30.
Cane, vel Cana promontorium Æolidis, olim Ægeates. Vide Steph.
Canebium, [illegible], vrbs Cariæ, Cyon post appellata. Steph.
|Canella, cassia, cinnamomum. L. gr. b.|
Canentas, capitis ornamenta veteres dixère. Festus.
Caneo, vide *Canus.*
Canēphŏrā, [illegible], Virgo dicitur quæ more Attico sacra in cistulis reposita capite sustinebat. [illegible] enim Græci dicunt, quæ nos Canistra, & per diminutionem Canistella. Cic. *in Verrem*, Habe Canephoras, deorum simulachra restitue.
|Canephorus apud Plinium *lib.* 36. *cap.* 5. inter nobilia Scopæ opera è marmore censetur. Hic *Canephorus* idem est, quod antè *Canephora*.|
Cani, canorum. Vide *Canus.*
Cania, æ, vrticæ syluestris genus. Plin. *lib.* 21. *c.* 15. Et in syluestri quæ dicitur Cania, acrior, caule quoque mordaci, fimbriatis foliis.
Canicæ, Furfures ab antiquis dicebantur, {ANGL. *Scurfe or branne of wheate*} teste Festo, eo quòd canes iis pascerentur. Vnde Canicaceum panem, furfureum dicimus. Pacauius, Qui apud te, quasi seruus, est canicaceum panem.
|Canicaceus, a, um, est furfuraceus, à Canicis.|
Cănĭcēps, genus animalis faciem caninam habens. [illegible]. Plin. *lib.* 7. *c.* 2. tradit in Asiæ montibus genus hominum esse canino capite, pro voce latratum edentium, quos vocat [illegible]: nos etiam Canicipites vocare possumus.
Canicula, vide *Canis.*
Cănidĭă, Vnguentaria fuit Neapolitana, in quam, tanquam veneficam sæpe inuehitur Horatius.
Caninius, septem horarum Consul fuit, in quem iactatum est scomma illud Ciceronis, Mira fuit Caninij Consulis vigilantia, qui toto suo Consulatu somnum non vidit. Cic. Caninius alter eques Rom. quum in Siciliam otiandi causa venisset, hortosque à Pythio argentario viro doloso emisset, instructos piscibus & piscatoribus de industria positis, postera die, quum ad eosdem ipse amicos inuitasset, nullos ibi neque pisces, neque piscatores reperit. Vide Ciceronem *lib.* 3. *Offic.*
Căninus, vide *Canis.*
Cănĭs, gen. comm. Animal domesticum satis notum. {כלב *chelèb*. [illegible]. GALL. *Chien ou chienne.* ITAL. *Cane.* GERM. Ein hund. HISP. *Can, perro.* ANGL. *A dogge, or bitche.*} A canendo dicitur, quòd nocte in custodia, & in venando signum voce det. Terent. *in Phorm.* Introiit in ædes ater alienus canis. de hoc Columel. *lib.* 7. *cap.* 12. Quis hominum clarius aut tanta vociferatione bestiam, vel furem prædicat, quàm iste latratu? quis famulus amantior domini? quis fidelior comes? quis custos incorruptior? quis excubitor inueniri vigilantior? quis denique vltor, aut vindex constantior? De genere autem & natura canum, vide Plin. *lib.* 10. *cap.* 53. & Xenophontem *in opere de Venatione.* Vt minuti canes latrant ad occursum ignotorum. Senec. *de vita beat. cap.* 19. Ita me ab leni rabiosa fœmina obseruat canis. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 5. Item *sc.* 5. *a.* 5. Vxorem suam canem esse aiebat. Canem hanc esse par fuit, sagax nasum habet. Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 1. Hecubam Græci canem esse prædicabant. Idem *Men. sc.* 1. *a.* 1. ¶ Dicebant & veteres etiam in singulari Canes, quemadmodum Varro *lib. de ling. Lat.* 6. probat ex Ennio. Tantidem quasi freta canes sine dentibus latrat. Lucil. *de litera R*, Irritata cane. ¶ Canis item piscis marinus est, ita dictus, quòd cani similis sit. ¶ Canis præterea ludi talaris signum, quod vnum duntaxat punctum continebat: ideo damnosus canis appellatur à Propertio: Semper damnosi subsiluère canes. ¶ Canes pro furiis. Virg. 6. *Æneid.*

——— visæque canes vlulare per vmbram
Aduentante dea.

Vbi Seruius, Canes furias dicit. Semidei canes. Lucan. *lib.* 8.

Nos in templa tuam Romana accepimus Isin,
Semideósque canes.

videlicet Mercurium quem Anubim vocant. Nam colitur apud Ægyptios in forma canis, & lingua Ægyptia Anubis canis dicitur. Canis, est etiam vox qua impudentibus inimicis conuitium fieri solet. Terent. *in Eunucho.* Diminuam ego caput tuum hodie nisi abis. G. ain' tu verò canis. Donatus. Canis ad cibum, [illegible]. de iis qui in suum properant exitium. Qui canem volunt occidere, cibo ostento alliciunt. ¶ Teipsum non alens, canes alis, [illegible]. In eum dicebatur, qui quum per inopiam sibi quæ sunt ad vitam necessaria, suppeditare non posset, conaretur, aut equos, aut famulos habere domi, splendidisque vestibus indui. ¶ Cum cane simul & lorum, [illegible]. Eudemus indicat dici quoties simul omnia pereunt, & nihil omnino sit reliqui, ne spes quidem recuperandi quod periit. ¶ Cani das paleas, asino ossa, [illegible]. Quum res præpostere distribuuntur: velut si quis indocto manus mittat literarium, erudito flosculos & gladium, balteum ve, militi librum. ¶ Canis ad proprium vomitum. [illegible]. Quadrat in eos qui relabuntur in eadem flagitia, à quibus aliquando sunt expiati. Refertur *in Ep. 2. D. Petri* ¶ Digna canis pabulo, [illegible]. Perinde valet ac si dicas, Dignus operarius mercede sua. Refertur à Suida. Quadrabit in hominem non vsquequaque reiiciendum atque inutilem. ¶ Canem excoriatam excoriare, [illegible]. Suidas ait dici solere de iis qui iterum ea patiantur, quibus aliquando fuerant affecti. Aristoph. *in Lysistrata.* Diogenianus ait conuenire in eos qui frustra sumunt operam. Sunt qui putant magis quadrare quum quis [illegible] affectam. ¶ Canis festinans cæcos parit catulos, [illegible]. In eos iaciebatur, qui nimio festinandi studio, rem parum absolutam edunt: vt si quis operis parum [illegible] præcipites [illegible] *lib.* 2. *de ieiunio.* ¶ Canis in præsepi, [illegible]. In eos dicebatur, qui nec ipsi fruuntur re quapiam, neque aliis [illegible] vti. Quandoquidem canis in præsepi, neque ipse vescitur hordeo, & equum vetat vesci. Lucian. *aduersus indoctum.* ¶ Obiicere canibus agnos, [illegible], dicebatur qui imbellem & [illegible] calumniatoribus & exercitatis [illegible] Refertur à Diogeniano. ¶ Ex cane pollice, [illegible]. Dictum videtur à Luciano pro eo quod est, rebus arctis atque angustis, quòd ea pars arcto: sit huic animanti quam cæteris [illegible] ¶ Canis sæuiens in lapidem, [illegible]. Competit in eos qui mali sui causam imputant non ipsi autori, sed alteri cuipiam. Plato *de Rep.* & Pacuuius *apud Nonium.* Inuitis canibus venari. Hoc adagio Plautus *in Sticho*, significare videtur non satis feliciter succedere quod à nolentibus extorquetur. ¶ Canis vindictam, [illegible]. Macedonicum adagium, in eos qui præter expectationem pœnas dant iis quos aliquando læserunt. Natum ab Euripidis tragici poetæ interitu, qui à canibus fuit discerptus. ¶ Canis caninam non est. Prouerbium, ad quod allusit Iuuenalis, parcit cognatis maculis similis fera. Varro *lib.* 6. *de ling. Lat.* ¶ Canis sydus leporem fugientem sequitur: habet in lingua stellam vnam quæ propriè appellatur Canis, magnam quidem & splendidam, in capite alteram, quam nonnulli Sirion dicunt. Sunt ergo duo canes in cælo, maior scilicet & minor: sed Canem dicendo, maiorem intelligimus. Minor etiam canis Canicula dicitur: quæ quia integrum diem in ortu atque occasu Canem præcedit, à Græcis [illegible] vocatur. Hæc etiam Antecanis, & Sirius dicitur. Cic. Antecanem Procyon Graio qui nomine fertur. Oritur XVII. Calend. Aug. Occidit, sed non tota, post dies quadraginta: idque dierum spatium, Dies caniculares appellamus, eo quod sydus hoc iis diebus in medio cæli centro sit: coniunctumque cum sole, duplicet calorem quo dissoluuntur corpora, & euaporamur. ¶ Dicta Canis, quòd corpora morbo afficiat, & nimio calore mordere instar canis animalis videatur. Canis, &c. Suet. *in August. cap.* 71.
Cănĭcŭla, diminutiuum à Cane, quum est fœm. gen. {[illegible]. GALL. *Petite chienne.* ITAL. *Vna picciola cagna.* GERM. Ein hundlin. HISP. *Perra pequeña, perrita.* ANGL. *A litle bitche.*} Cic. 3. *de nat. deor.* At illud non modo non arrogantis, sed potius prudentis, intelligere se habere sensum & rationem, hæc eadem & caniculam non habere. ¶ Accipitur & pro signo cælesti, [illegible]. Columel. *lib.* 10. Quinque peracto solstitio vsque ad ortum Caniculæ, qui ferè dies triginta sunt. ¶ Hinc caniculares [illegible]. Dicebatur præterea, hoc nomine tali latus, quod vnitatem ostendebat, in quod conuerso talo deponebatur ab eo qui iactauerat, nummus vnus, aut quantum inter se pacti fuerant, sine aliquo lucro: ideireo damnosa canicula vocabatur. Persius,

——— damnosa canicula quantum Raderet.

¶ Canicula idem genus piscis marini, apud Plin. *lib.* 32. *c.* 11. ¶ Canicula item de homine mordaci apud Gellium *lib.* 4. *cap.* 20. Qui iurabat cauillator quidam, & Canicula, & nimis ridicularius fuit. Item de muliere. Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 3. Age istam caniculam.
Cănīnus, a, um, quod est ex cane. {[illegible]. GALL. *De chien, des appartenances de chiens.* ITAL. *Di cane.* GERM. Hündisch, was vom hund ist. HISP. *Cosa de can, ò perro, perruno.* ANGL. *Of a dogge, doggish or curlish.*} Plinius, Sanguine canino nihil contra toxica præstantius est. Vnde canini dentes, post primores: de quibus in dictione *Dens.* Et caninum prandium solemnium, in quo nihil vini potatur, quoniam canis vinum non bibit. Vide Aulum Gellium *lib.* 13. *c.* 29. Canina cœna, idem. Plaut. *in Cas.* Hac ibo, caninam cœnam spero meliorem fore. Et canina facundia, Salustius apud Nonium Marcellum in dictione *Rabula*, Canina, vt ait Appius, facundia exercebatur. Hieronymus *ad Rusticum monachum*, Pompatum ferculis procedunt in publicum, vt caninam exerceant facundiam. ¶ Caninum studium, ars oratoria per contemptum, vt Canina eloquentia, apud Quint. *lib.* 12. *c.* 9. & Isid. *lib.* 3. *de summo bono.* Colum. *initio operis.* Sed ne caninum quidem (sicuti dixere veteres) studium præstantius, locupletissimúmque adlatrandi, & contra innocentes, ac pro nocentibus neglectum à maioribus, à nobis etiam concessum intra mœnia, & in ipso foro latrocinium.
Cănārĭŭs, a, um, quod ad canem pertinet. {[illegible]. GALL. *De chien.* ITAL. *Canino, cagnesco.* GERM. Das zum hund gehört. HISP. *Cosa de can ò perro, perruno.* ANGL. *Of a dogge*} vt, Lappa canaria, quæ canibus adhæret. Augurium canarium. Plin. *lib.* 18. *cap.* 3. Augurio canario agendo dies constituatur, prius quam frumenta vaginas exeant, & ante quam in vaginas perueniant.
Cănātim, aduerbium significans ad similitudinem canis. {[illegible]. GALL. *En chien, en façon de chien.* ITAL. *Cagnescamente, in cagnesco.* GERM. Auff hündische weiß. HISP. *En manera de can ò perro.* ANGL. *Like a dogge.*} Sicut Bouatim, ad similitudinem bouis. Cnidius Figulus *in Comm. Gram.* vt citat Nonius, Sunt etiam assimilanter dicta hæc Canatim, Suatim, Bouatim, quæ ab animalibus sumuntur.
Cănistrum, & Canister, {סל *sal.* [illegible]. GALL. *Panier ou corbeille faitte d'osier.* ITAL. *Canestro, cestèo, paniere.* GERM. Ein korb. HISP. *Canasta.* ANGL. *A panier or basket made of wicker osiars.*} Fiscella, cista viminea: Græco [illegible], a, in i, mutato, aut à [illegible] quod idem significat, teste Hesychio. Virgil.

——— Cererémque canistris Expediunt.

Palladius, Salignis canistros fieri debere virgultis, quia genus hoc oleum dicitur adiuuare. ¶ Hinc fiunt diminutiua Canistella & Canistellus, [illegible].
Canius, Poëta fuit temporibus Martialis, eique familiaris: qui natura ita hilaris erat, vt semper rideret. de quo idem Martialis *lib.* 1. *epigr. ad Maximum.*
Cănnă, {קנה *kaneh.* [illegible]}. GALL. *Canne, roseau.* ITAL. *Canna.* GERM. Ein rohr. HISP. *Caña.* ANGL. *A cane or reede.*} Arundo, licet minor sit, & maior calamo. Ouidius,

——— & pigram velabat canna paludem.

Col. *lib.* 3 *de Arundinete*, Ea est autem tenerius, quum vel exaruit situ, & inertia plurimum annorum, vel ita densatum est, vt gracilis, & cannæ similis arundo prodeat. Strabo scribit, in Africa ad cubitos quinos longas, crassitudine verò digiti minoris cannas nasci.
Canneus, a, um, adiectiuum, quod ex cannis conficitur. {[illegible]. GALL. *De canne ou roseau.* ITAL. *Di canna.* GERM. Rören, das auß rören gemacht ist. HISP. *De caña.* ANGL. *Made of canes or reedes.*} Vnde Columella, Canneas tegetes vocat, storeas ex cannis confectas, quæ ad excipiendam oleam arboribus subdere solebant. Sic enim ait *lib.* 12. *c.* 50. Vbi quibus oleum progeritur, canneæ tegetes, quibus olea excipitur.

Cānnētum, vbi cannarum copia est. {καλαμών. Gall. *Lieu où croissent les cannes ou roseaux*. Ital. *Cannetto*. Germ. Ein ort da vil rohr wachsen. Hisp. *Cañaueral, lugar donde nacen cañas*. Angl. *A place wheres canes or reedes groweth*.} Palladius, Lilieta canneta ponenda sunt.

Cannitius, adiectiuum. Titulus est apud Palladium *lib.1.tit.13. de Cameris cannitijs*: de quibus sic ait, Camera in agrestibus ædificiis, ex ea materia vtilius erit formare, quæ facilè inuenietur in villa. Itaque aut tabulis faciemus, aut cannis hoc genere.

Cānnăbīs, {κάνναβις. Gall. *Du chanure, cheneuis*. Ital. *Canapo*. Germ. Hanff. Hisp. *El cañamo*. Angl. *Hemp*.} Herba est, ex qua fiunt chordæ. Persius,

Tun' mare transilias; tibi torta cannabe fulto
Cœna sit in transtro?

¶ Dicitur & Cannabum, Palladius *lib.3. cap.6.* Hoc tempore cannabum seris.

Cānnăbăcĕŭs, a, um, & Cannabinus, a, um, quod est ex cannabe. {καννάβινος. Gall. *De chanure*. Ital. *Di canapo*. Germ. Hänffin / das auß hanff gemacht ist. Hisp. *Cosa de cañamo*. Angl. *Of hem*.} Colum. *lib.7.* Cannabinisque funibus cornua iumentorum ligato.

Cānnæ, arum, Κάνναι: tantùm pluraliter, Vicus in Apulia, Romanorum clade clarus, Lucan. *lib.7.*

——— *non illum pœnus humator*
Consulis, & Libya succensa lampade Cannæ
Compellunt, hominum ritus vt seruet in hostes.

Cānnēnses, populi Cannas inhabitantes. Corinensibus & Collatinis vicini, teste Plin. *lib.3.c.11.* Pugna Cannensis, Propert. *lib.3.* Cannensis calamitas. Cic. *de clar. Orat.*

Cannenufates, populi sunt insulani, Batauis finitimi, apud Plinium *lib.4. cap.15.*

Cānnĭtiæ cameræ. Dicuntur in agrestibus ædificiis ex cannis constructæ. καλάμιναι καμάραι, vt est apud Pallad. *lib.1.tit.13.*

Cāno, is, cecini, cantum: sed eius composita faciunt præteritum in ui, diuisis syllabis, significátque propriè canere, modulari, {שר *schar* זמר *zimmer*. ᾄδω. Gall. *Chanter*. Ital. *Cantare*. Germ. Singen. Hisp. *Cantar*. Angl. *To singe*.} Plin. *lib.10.c.29.* Merula canit æstate, hyeme balbutit. Cic. *4. Acad.* Quum cornix cecinerit. ¶ Hinc canere poëtæ dicuntur: quoniam versus rhythmica ratione compositos, cantando pronuntiare consueuerunt. Virg. *1. Æneid.*

Arma virúmque cano.

Tubæ vtrinque canunt. Plaut. *Amph. sc.1.a.1.* Item,

Quique canens vincto pede, siue soluto,

Tibul. *lib.4.* ¶ Canere etiam is dicitur, qui fides, organáque pulsat, aut qui tibias inflat. Cic. *1. Tusc.* Igitur Epaminondas, princeps meo iudicio Græciæ, fidibus præclarè cecinisse dicitur. Idem *2. de Orat.* Quemadmodum tibicen sine tibiis canere, sic orator sine multitudine audiente eloquens esse non potest. ¶ Canere receptui, τῷ ἀνακλητικῷ σημαίνειν, ἀνακλητικὸν σημαίνειν, significat post conflictum milites à pugna reuocare, quod fit cantu tubarum & clangore. Liu. *6. bell. Pun.* Legionum ardor ingens ad hostem insequendum fuit: sed Flaccus receptui cani iussit. ¶ Contrà, Canere bellicum, μάχιμον σημαίνειν, τὸ πολεμικὸν σημαίνειν, est milites tubæ clangore ad bellum accendere. Cic. *in Orat.* Alter incitatior fertur, & de bellicis rebus canit etiam quodam modo bellicum. ¶ Sed quia veteres laudare versibus solebant; factum est, vt Canere pro laudare capiatur. Virg. *7. Æneid.*

——— *regémque canebant.*

Et pro prædicare, & cum quodam, vt exaudiri possit, canore proferre. Martialis,

Quicquid fama canit, donat arena tibi.

¶ Canere idem etiam quod vaticinari. Cic. *in Sextiana*, Non hæc à me tanquam fata canebantur. Idem *in Catil.* Quæ ita nobis consulibus facta sunt, vt hæc quæ nunc sunt, canere dij immortales viderentur. Idem *in Orat. pro dom.* Et Virg.

Sola mihi tales casus Cassandra canebat.

¶ Canere eandem cantilenam dicitur is, qui molestus est, sæpiùs eadem inculcans. Terent. *in Phorm.* Cantilenam eandem canis. ¶ Intus canere dici solet is, qui priuati commodi studiosus quicquid agit, id omne ad domesticam fert vtilitatem. Cic. *in Rullum*, aduersus legem agrariam, Atque hoc carmen hîc Tribunus plebis non vobis, sed sibi intus canit. ¶ Haud canit paternas cantiones, οὐ πατρῷον αὐλεῖ μέλος. De eo iactatum, qui à paternis moribus degeneraret. ¶ Canis, ᾄδεις ἔχων, pro nugaris, ineptis, frustrà loqueris, etenim qui canunt, non videntur rem seriam agere. Frustrà canis, ἄλλως ᾄδεις. de iis qui frustrà suadent. ¶ Sibi canere, ἑαυτῷ ψάλλειν, dicitur qui non ad alienum arbitrium facit quippiam, sed animo obsequens suo. Huius verbi composita sunt, Accino, quod est ad aliquid, vel iuxta cano: προσᾴδω, προσαυλῶ, ἐπαυλῶ. Concino, simul cano. Intercino, inter agendum cano. Occino, siue Occano, κατᾴδω, conuitium facio. Percino, canendo perseuero. Procino, canendo profero. Præcino, prædico, prædiuino, & ante cano. Recino, rursus cano. Horat. *lib.1. Carm.*

Quem deum cuius recinit iocosa
Nomen imago.

¶ Interdum significat in contrarium cano. Inde frequentatiuum Recantare, idem significans, quod retractare, & quod semel à nobis malè aut dictum, aut scriptum est, reuocare, & corrigere: quod Græci eodem modo dicunt παλινῳδεῖν. Item *lib.1. Carm.*

Nunc ego mitibus
Mutare quæro tristia, dum mihi fias recantatis amica
Opprobrijs.

Et Succino, quod est summissa voce cano. Et omnia habent penultimam correptam.

[Canobus, vide *Canopus*.]

Cāntio, nis, Cantus. {זמירה *zemirâh* שיר *schir*. ᾠδή. Gall. *Chant, chanson*. Ital. *Canto, cantone*. Germ. Ein gesang. Hisp. *Canto, ò cancion*. Angl. *Singing, a songe*.} Plaut. *in Sticho*. Cantio in Olympicis. Suet. *in Neron. c.25.* Lepidam & suauem aliquam cantionem occipio. ¶ Cantio pro incantatione. Cic. *de clar. Orat.* Subitò totam causam oblitus est, idque veneficiis & cantionibus Titiniæ factum esse dicebat.

Cāntiuncula, diminutiuum, {ᾠδάριον. Angl. *A songe of light maters*.} Cic. *5. de finib.* Vidit Homerus probari fabulam non posse, si cantiunculis tantus vir irretitus teneretur.

Cănōr, oris, Cantus, & elegantia quædam, ac consonantia. {זמרה *zimiràh*. μέλος. Gall. *Son accordant*. Ital. *Canto, concento, eleganza*. Germ. Ein lieblicher / zusammen stimmender thon. Hisp. *Canto accordado, lindeza, gala ò gentileza*. Angl. *Melodious singing*.} Ouid. *5. Metam.*

Nec tamen ille canor mulcendas natus ad aures.

Virg. *4. Georg.*

——— *namque morantes*
Martius ille æris rauci canor increpat.

Cănōrŭs, a, um, adiectiuum, Vocalis, sonorus. {λιγυρὸς, εὔφωνος, μελῳδικός. Gall. *Resonant, doux & accordant*. Ital. *Sonoro, canoro*. Germ. Woltönend / wolsingend. Hisp. *Cosa que mucho suena ò resuena*. Angl. *Lowde, skrill*.} Plaut. *in Pœn.* Canora hic voce tinnire temperent. Cicer. *de senect.* Omnino canorum illud in voce splendescit. Virg. *6. Æneid.*

Threicia fretus cithara, fidibúsque canoris.

Cănŏrōsŭs, a, um, idem. {Angl. *Skrill*.} Gellius. Collectam coactámque vocem, & magis claros, canorósque sonitus facit.

Cāntĭlēnă, Carmen, canticum. {זמירה *zemiràh*. μελῳδία, ᾆσμα. Gall. *Chanson*. Ital. *Canzone*. Germ. Ein gesang / ein lied. Hisp. *Cancion, canto*. Angl. *A songe*.} Cic. *1. de Orat.* Neque ex scholis cantilenam requirunt. ¶ Accipitur & pro verborum iactatione, denuntiatione, & rumore. {Angl. *A speache or tale commonlie vsed, a rumour*.} Brutus *ad Cic. lib.11.* Nam de tuo periculo, crede mihi, iactatione verborum, & denuntiatione periculi sperare eos te perterrefacto, adolescente impulso, posse magna consequi præmia, & totam istam cantilenam ex hoc pendere, vt quàm plurimum lucrifaciant. Cantilena rhetorica *cap.19. lib.10.* ¶ Cantilenam eandem canis, τὸ αὐτὸ ᾄδεις ᾆσμα. de eo qui molestus est sæpiùs eadem inculcans: nihil enim odiosius, quàm quod semper idem est. Dorio *in Phormione Terent.*

Cantilenosus, cantans. Sidon.

Cāntĭcum, propriè est elegans & lasciuius cantus. {שיר *schir*. ᾠδή. Angl. *A balade, the dittie or mater of a songe*.} Quintilianus *cap.14. lib.1. & c.17. lib.1.* Sit poetæ lectio cum suauitate quadam grauis, & non quidem prosæ similis (quia carmen est, & per se poëtæ canere testantur) non tamen in canticum dissoluta. Idem, hæc cantici quiddam habent. Item, Cantico desaltato, id est, fabula & Tragœdia. Sueton. *in Calig. cap.54.*

Cāntŏr, & Cantrix, verbalia, qui, vel quæ canit. {שר *schar*. ψάλτης, ᾠδός. Gall. *Chantre*. Ital. *Cantore*. Germ. Ein singer / oder singerin. Hisp. *Cantor*. Angl. *VVhiche singeth*.} Plaut. *in Trin.* Cantrices, cistellatrices, nuntij, raptores panis & peni. Cic. *1. de Orat.* Ita & tibi Iureconsultus ipse per se nihil, nisi leguleius quidam cautus & acutus, præco actionum, cantor formularum, auceps syllabarum. Mentiuntur multa cantores, πολλὰ ψεύδονται ἀοιδοί. In eos quadrabit, qui ad gratiam loquuntur, & auribus blandiuntur. Inde ductum, quòd cantores hoc modo spectantes vt delectent ac placeant, pleraque canunt in laudem auditorum falsa. Arist. *lib.1. Metaph.* Cantores probos. i. conuitiatores. Plaut. *Pseud. sc.3.a.1.*

Cāntŭs, us, à Cano, Cantio, symphonia, vocis inflexio. {זמירה *zemiràh* זמרה *zimràh*. μέλος. Gall. *Chant, chanterie*. Ital. *Cantone*. Germ. Ein gesang. Hisp. *Cancion*. Angl. *A songe, singing*.} Virg. *8. Æneid.*

Tum Salij ad cantus incensa altaria circum
Populeis adsunt euincti tempora ramis.

Cic. *de Orat. 2.* Qui enim cantus moderata pronuntiatione dulcior inueniri potest? ¶ Cantus etiam pro incantatione, seu magicis carminibus accipitur. {Angl. *A charme, inchauntment*.} Tibull.

——— *nempe hæc eadem se dixit amores*
Cantibus, aut herbis soluere posse meos.

Idem *lib.4.*

Apta vel herbis,
Aptáque vel cantu veteres mutare figuras.

Cānto, as, frequentatiuum à Cano. {השיר *heschir* שר *schár* זמר *zimmer*. ᾄδω. Gall. *Chanter*. Ital. *Cantare*. Germ. Singen / eins singen. Hisp. *Cantar*. Angl. *To singe*.} Plin. *lib.11. c.26.* Mares cantant in vtroque genere. Terent. *in Eunuch.* Cantatum prouocemus Pamphilam. Plaut. *in Epid.* Conducta veni, vt cantarem fidibus seni. ¶ Item Cantare, pro incantare. {Angl. *To charme, to enchaunte*.} Virg. *in Pharmaceutria*,

Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.

Vbi Seruius, Cantando, dum incantatur. Nam gerundius modus ab omni verbo similiter procreatur: vnde modò cantando à passiuo, ait, quum suprà ab actiuo dixerit, Cantando tu illum. Coruus cantat ab læua manu. Plaut. *Aul. sc.3.a.4.* Si legis cantas. Quintil. *cap.14. lib.1.* ¶ Cantare item pro celebrare, tollere laudibus, ἐγκωμιάζειν. Cic. *ad Attic.* Nam, vt scis, iam pridem istum canto Cæsarem. ¶ Cantare alicui aliquid, pro, Sæpiùs dicere, admonere, inculcare. Plaut. *Trinum.* Hæc dies noctésque tibi canto vt caueas. Terent. Qui harum mores cantabat mihi. Ab hoc verbo fiunt Cantatio. ᾠδή. ¶ Composita sunt Accanto, Excanto, Incanto, & Recanto.

Cantabundus. Gell. *cap.13. lib.9.*

Cantamen, incantatio.

Cāntĭto, as, frequentatiuum à Canto frequentatiuo formatum. {τερετίζω, ᾄδω. Gall. *Chanter souuent*. Ital. *Cantare spesso*. Germ. Offt singen / ohn vnderläßlich singen. Hisp. *Cantar muchas vezes*. Angl. *To singe often*.} Terent. *Adelph.* Facturum credo, vt habeas qui cum cantites. Cic. *de clar. Orat.* Vtinam extarent illa carmina, quæ multis seclis ante suam ætatem in epulis esse cantitata à singulis conuiuis, &c.

Cāntātŭs, particip. {ᾀδόμενος. Angl. *VVich is songe, praised*.} Statius *1. Syl.* Asteris & Battis totam cantata per vrbem.

Cāntātŏr, qui consueuit canere. {שר *schar* משורר *meschôrer*. ᾠδός, μελῳδός. Gall. *Chantre*. Ital. *Cantore*. Germ. Ein singer. Hisp. *Cantor*. Angl. *A singing man*.} Mart. *lib.13.*

Cantator cygnus funeris ipse sui.

¶ Cantator fidibus, Fidicen. κιθαρῳδὸς. Gell. *lib.* 16. *c.* 19. Vetus, inquit, & nobilis Arion cantator fidibus fuit.

Cantrix, Tertulliano, & Cantatrix, {משוררת *mescherrráh.* ψάλτρια. GALL. *Chanteresse, chanterelle.* ITAL. *Cantatrice.* GERM. Ein singerin. HISP. *Cantora.* ANGL. *A singing woman.*} Claudian.

Impleret citharas, cantatricésque choreas.

Cāntāmĕn, inis, pro incantatione accipitur. {לחש *lachasch.* γοήτευμα. GALL. *Enchantement, enchanterie.* ITAL. *Incantamento, incanto, incantesimo.* GERM. Verzauberung. HISP. *Obra de encantar de palabras, encantacion.* ANGL. *Inchauntement, mischerie.*} Propert.

O utinam magica nossem cantamina Musa.

[Cantus, us, actus canendi: & ipsum quod canitur.]

Cannobus, & cannobitæ, vide *Canopus.*

Canocersea, Helxine apud Diosc. *lib.* 4. *c.* 42.

Canon, κάνων, Tributum erat frumentarium, quod Ægyptus, Africa, & Sicilia populo Romano quotannis pendebant. Asconius Pædianus tria facit tributorum genera, Canonem, vt in portoriis & vectigalibus: Oblationem, vt in vini distractione, & Indictionem, quæ & Collatio, & collecta dicitur à Cic. *lib.* 2. *de Orat.*

Cănōn, is, latinè regula. {קו *kav* משקל *mischkál.* κανών. GALL. *Reigle.* ITAL. *Regula.* GERM. Ein regel, ein richtscheyt. HISP. *Regla.* ANGL. *A rule.*} Cic. *ad Tiron.* Sed heus tu, qui κανὼν esse meorum scriptorum soles, vnde illud tam ἄκυρον, Valetudini fideliter inseruiendo? Plin. *lib.* 34. *c.* 8. Fecit & quem canona artifices vocant, lineamenta artis ex eo petentes, velut à lege quadam. ¶ Canon etiam lorum scuti, in quod brachium immittitur.

[Canonicæ, communicatoriæ, Formatæ, Formales, quæ etiam certâ formulâ concipiebantur, quia in legem erant transituræ. Seriban.

Canonicon, tributum ordinarium. Canonicarij, exactores, qui canonem & exactionem exigebant. Buleng.]

Canonicus, a, um, κανονικὸς, ὁ, ἡ, ad canonem pertinens.

Canor, Canorus, Canorosus, vide *Cano.*

[Canonizo, as, κανονίζω, ad canonem examino, forma, tanquam per canonem sancio & approbo.]

Cănŏpĭcum, Zeugitanæ regionis, quæ propriè Africa, & Minor Africa Plinio dicitur, oppidum est, eodem autore *lib.* 5. *c.* 4. ¶ Est item Canopicum vnum ex Nili ostiis Africæ proximum, quo Ægyptus à Libya Mareotica dirimitur. Plin. *lib.* 5. *c.* 10. {GERM. Einer auß den außgängen des fluß Nili.}

Cănŏpĭtanum, oppidum liberum Zeugitanæ regionis, siue Africæ minoris. Plin. *lib.* 5. *cap.* 4.

Cănōpŭs, κάνωπος Suidæ, ciuitas Ægypti, distans ab Alexandria CXX. stadiis, ex qua ortum ferunt Claudianum poëtam: dicta quasi Canobus, à Canobo Amyclæo Menelai nauis gubernatore, ibi sepulto. Nam deuicta Troia in Ægyptum vi ventorum delatus cum Helena, gubernatorem ictu serpentis, quem Hæmorrhoida vocant, amisit, in eiúsque memoriam vrbem condidit, relictis ibi iis, qui ad nauigandum inutiles erant. Hæc salubris aeris benignitate homines allicit. Iuuen. *satyr.* 15.

——Sed luxuria quantum ipse notaui,
Barbara famoso non cedit turba Canopo.

Virg. 4. *Georg.*

Nam qua Pellæi gens fortunata Canopi
Accolit effuso stagnantem flumine Nilum.

Vulgò *Damieta.* Canopi luxuria, Senec. *epist.* 52. ¶ Est tibi Nili ostium quod Canopicum, κανωπικὸν στόμα vocant, cuius meminit Strab. *lib. vlt.* Plin. *lib.* 5. *cap.* 10. Pompon. *lib.* 1. Ammianus *lib.* 22. Sunt exemplaria quædam in quibus Canobum & Canobitas legimus. ¶ Est præterea Canopus syderis nomen, cuius meminit Plin. *lib.* 6. *c.* 22. in descriptione Taprobanæ insulæ.

Cănōditæ, qui Canopum habitant.

Cănōpĭcus, a, um, possessiuum à Canopo. Varro, Nobis Sarpedæ videmur, quum simus Canopici.

[Canstrisius, curator penuarij instrumenti, & vestiarij Patriarchæ. Item Palatinus fuit. Buleng.]

Cāntā, pro cantata veteres vsi sunt. Festus.

Cantabri, {κάνταβροι, vulgò, *Vizcaya, y Guipuzcoa.*} Hispaniæ Tarraconensis populi sunt Asturibus finitimi: à quibus proximus Oceanus Cantabricus appellatur. Hi efferi sunt, & nullam vitam sine armis esse existimant. Silius Ital. *lib.* 3.

Cantaber ante omnes hyemisque, æstúsque, famisque
Inuictus.

Et mox, Nec vitam sine Marte pati: quippe omnis in armis Lucis causa sita est, damnatum viuere paci. ¶ Cantabrorum regio Cantabria, καντάβρια dicitur. Memoriæ proditum est, Cantabros solitos canere pæana lætitiæ suffixos cruci ab hostibus.

Cāntabrĭcŭs, a, um: vt Cantabra gens.

Cantabrĭcus, a, um: vt Cantabricum bellum, & Cantabrica herba: de qua Plin. *lib.* 25. *cap.* 8.

[Cantabrum, purgamentum farinæ, cibus caninus, stabulum.

Cantabrarij, qui cantabrum gestabant. Gl. A. L.

Cantabulum, stabulum: Gloss. vet. Suprà habuimus *Catabulum* pro stabulo: & *Canabula* pro limite. An fortè est Canum stabulum?

Cantacium, scrinium. L. gr. b.]

Cantanus, κάντανος, vrbs Cretæ, Stephano.

Cantarus. Poëta comicus Atheniensis, cuius feruntur fabulæ nonnullæ positæ à Suida.

Cāntărus, vide *Cantharus.*

Cāntēs, pluralis numeri tantùm, & fœminini generis. Fistulæ sunt organorum.

Cāntātor, Cantatrix, Cantatio, vide *Cano.*

Căntharias, gemmæ species, quæ scarabæorum effigiem habet: quippe Græci κανθάρους vocant scarabæos. Plin. *lib.* 37. *c.* 11.

Cānthăris, cantharidis. {κανθαρὶς. GALL. *Cantharide, ver ou mouche verde & venimeuse.* ITAL. *Cantarella verde & lucida come oro, che si pasce suoi venistici.* GERM. Ein baumwurm grün vnd goltgälb. HISP. *Abadeio animal pequeño ponçoñoso.* ANGL. *A grene worme venimouse and shyning like gold.*} Musca viridis, auri colore superlucens: in summitate ramorum fraxini & oleæ nascens. Cantharides inter venena numerantur, & vt caustica corpori admotæ vesiculas excitant. Ouid.

Cantharidum succos dante parente bibat.

Plin. *lib.* 29. *c.* 4. In cantharidibus magna quæstio: quoniam ipsæ venena sunt potæ, vesicæ cum cruciatu præcipuo. Cic. *ad Patum lib.* 9. Caius accusante L. Crasso cantharidas sumpsisse dicitur. Cantharidum purgatarum (nam certæ partes, vt caput, eximuntur, vt docet Dioscorides) meminit Celsus *lib.* 5. *cap. de papulis.* ¶ Cantharis etiam à quibusdam appellatur herba, quæ καπνὸς Dioscor. Latinis Fumaria, & Officinis *Fumus terra* dicitur.

Cantharolethros, κανθαρόλεθρος, locus Thraciæ exiguus, à canthari exitio dictus, quòd ibi ex omni animalium genere solus necetur cantharus.

Canthărus, κάνθαρος, Poculum quod Baccho tribuitur, sicut Scyphus Herculi: à cantharo, nauigij genere. {ANGL. *A iugor great pot to drinke in.*} Datur cantharus, bibi. Plaut. *sc.* 2. *a.* 5. Cantharo multum date. Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 5. Melior bellator cantharo. Idem *Men. sc.* 1. *a.* 1. & *Pseud. sc.* 4. *a.* 4. & *sc.* 1. *a.* 5. & *Mostell. sc.* 4. *a.* 1. Plin. *lib.* 33. *cap.* 11. C. Marius post victoriam Cimbricam cantharis potasse Liberi patris exemplo traditur. Virg. *Eclog.* 6.

Et grauis attrita pendebat cantharus ansa.

Vlpianus scribit Cantharos esse, per quos aquæ saliunt. ¶ Et Cantharus piscis nomen est apud Plin. *lib.* 32. *c.* 11. Colum. *lib.* 8. Nam & halecula modo capta, & cantharus exiguúsque gobia. ¶ Ouidius,

Cantharus ingratus succo tum concolor illi
Orphus, &c.

¶ Est item Cantharus Græcis, quem Latini Scarabæum vocant, ex genere insectorum, qui circa animalium fimum ferè versatur, pilulas ex eo conficiens, auersísque pedibus voluitans. De hoc multa Plin. *lib.* 11. *cap.* 28. & Aristophanes *in Cantharo.* Vide Cælium *lib.* 8. *cap.* 5. ¶ Æmneus cantharus, Αἰτναῖος κάνθαρος, de magnis & fœdis. Aristoph. ¶ Cantharus pilulam. Adagium est in eos qui castigati sæpius, nihil proficiunt: sed quod pertinaciter semel arripuerunt, pertinacius fouent. Quod enim est animali ingenitum, nulla prorsum arte viceris. Ductum adagium à pilulatum, id est, orbicularium stercorum illa volutatione, quæ est cantharis admodum familiaris. Cælius *lib.* 8. *cap.* 5. ¶ Est item Cantharus, cæleste signum in Aquario ex tribus constans stellis. ¶ Cantharus item Comicus Atheniensis fuit, cuius scripta memorantur à Suida.

Canthele, κανθήλη, vrbs Libophœnicum. Steph.

Canthelia, κανθηλία, vrbs iuxta Carthaginem.

Canthelius, genus est vasis. L. gr. b.

Cantherius, vt autor est Varro, mons in Sabinis.

Canthērium, κανθήλιον, vehiculi genus, de quo Senec. *epist.* 87. M. Cato Censorius canterio vehebatur Æthiopico.

CĀNTHĒRĬŪS, {σύζυξ τῆς ἀμπέλου. GALL. *Chantier ou cheuron.* ITAL. *Canthiero.* GERM. Ein gebel der reben. HISP. *Percha de la parra.* ANGL. *A rayle or barre, a king of instrument in a vineyarde.*} Genus iugi in vinea, de quo Columel. *lib.* 4. *cap.* 12. Itaque aut veteres, ne nouæ radicem agant, arundines binas singulis viribus applicabimus: aut si regionis conditio permittit, vetera deponemus hastilia, quibus annectuntur singulæ transuersæ perticæ in vnam partem ordinis: quod genus iugi Cantherium vocant rustici. ¶ Cantherius equus. {ἵππος τομίας, ὁ εὐνουχίας. GALL. *Cheual chastré, hongre.* ITAL. *Cauallo castrato.* GERM. Ein roß dem verschnitten ist, ein münch. HISP. *Cauallo castrado.* ANGL. *A gelding or gelded horse.*} Cui testes amputati sunt, vt fiat mansuetior. Canthero vehebatur Cato. Seneca *epist.* 88. mox Caballo. Varr. *cap.* 7. *lib.* 2. *de R. R.* Et ideo quòd semine carent, ij Cantherij appellantur: distat ab equo, sicut capus à gallo. ¶ Cantherij item dicuntur, qui subiici solent à fabris materiariis, dum moles arborum secant: vulgus *Caballos* vocat. ¶ Item Cantherij tigna dicuntur. Vitruu. *lib.* 5. Et Cantherij prominentes ad extremam suggrundationem. Supra cantherios templa. ¶ Item Cantherius, vt autor est Varro, mons est in Sabinis.

Cāthērĭŏlŭs, diminutiuum, pro paruo pedamento. {καμάκιον, χαράκιον. ANGL. *A litle rayle or barre.*} Colum. *lib.* 11. *c.* 3. Deinde quum fecerint caulem, humilioribus quasi Cantheriolis interpositis, rigorem stylorum conseruato, &c. ¶ Apud eundem Columellam sunt in cepinis, id est, Ceparum locis, munimenta quædam ceparum, ne thalli earum à ventis prosternantur. Sicut in rapinis etiam cantherij, quum operiuntur rapæ: vt à pruinis semina defendantur. Cælius *lib.* 8. *c.* 4.

Cantherinus, a, um, adiect. Plaut. *in Men. sc.* 4. *a.* 2. Certè hæc mulier canthetino ritu astans somniat. Solent enim equi somnlare, autore Plin. *lib.* 10. *c. vlt.* Cantherinum hordeum. Colum. *lib.* 2. *c.* 9. Proximus est his frumenti vsus hordei, quod rustici hexastichum, quidam etiam cantherinum appellant. ¶ Cantherinum lapathum, Latini Rumicem appellant. Plin. *lib.* 20. *cap.* 21.

Cānthērĭātŭs, a, um, Col. *lib.* 5. Quæ pedaminibus adnixæ singulis iugis imponuntur, eas rustici cantheriatas appellant.

Cānthŭs, i, {חשוק *chischschúk.* κανθὸς. GALL. *Le fer du tour d'vne roue, les bandes d'vne roue.* ITAL. *Il ferramento che va interno à vna ruota.* GERM. Ein eysin schinen der rädern. HISP. *Cincho de la rueda de carreta.* ANGL. *The strake of a carte, the yron wherewith the carte wheeles ar bounde.*} Vide Quintil. *c.* 9. *lib.* 1. Ferrum quo rotæ extremitates vinciuntur. Persius,

Ferrentem sese frustrà sectabere canthum.

¶ Canthos etiam Græci angulos oculorum vocant.

Cānthus, Abantis filius fuit, qui ab iis, qui Argonautica scripserunt, numeratur inter Argonautas.

Cantia, Regio vbi ciuitas est Cantuaria.

Cāntĭăbis, κανονόβις. Ptol. *lib.* 2. *c.* 11. Vrbs est Germaniæ ad Albim fluuium, quæ vulgò *Hamburga* dicitur.

[Canties, murænulæ in margaritis. L. gr. b.]

Canticum, Cantilena, Cantio, Cantito, vide *Cano.*

[Cantitas, ποσότης. Sic vet. Lex. Græcol. scribit pro quantitas.]

Cantium, κάντιον, vulgò *Kent*, apud Ptol. *lib.* 3. *c.* 3. Britanniæ est promontorium,

torium, à quo regio ipsa Cantia dicta est, & ciuitas Cantuaria, vulgò *Cantuberi*.

Canto, Cantus, vide *Cano*.

Cantuaria, Angliæ vrbs.

Cantulla, ornamentum fuit aureum, vel argenteum, quod in basilicis dicabatur.

[Canturio. Legitur apud Fest. *in Dagnades*. Ibi quidam pro *centuriendo* substituunt *Cantitando*. Sed *Canturio* probum verbum est. nam & Gloss. Philox. habet, *Canturit* ψιθυρίζει.]

C. Canuleius, Tribunus plebis, rogationes duas tulit, vt connubia plebis cum patribus essent communia, & vt alter Consul de plebe crearetur. Orationem eius aduersùs Consules vide apud Liuium *lib. 4.*

Cānus, a, um, cui canent, siue albent capilli præ senectute. {שב *sâb.* πολιός. Gall. *Chenu, grison, qui a les cheueux blancs.* Ital. *Canuto, bianco.* Germ. Graw/ oder weiß von alter. Hisp. *Blanco ò cano de cabellos.* Angl. *Hoare, gray for age.*} Plautus *in Asin.* Cano capite cuculum vxor ex lustris rapit. Idem *in Bacch.* Cano capite, atque alba barba. ¶ Transfertur & ad alia: vt, Cani montes, albi ex niue.

——— canas alueus haurit aquas.

Ouid. 3. *Fast.*

——— canas producit aristas,

idem *Eleg. 6. lib. 4. Trist.* Cana fides. Virg. 1. *Æneid.* Cana fides & Vesta. Vbi Nonius, Canam fidem, veterem, & antiquam interpretatur. ¶ Cana veritas. Varro *in Euda.* Et ecce de improuiso accidit cana veritas, Atticæ philosophiæ alumna.

Cāni, orum, substantiuè, pluraliter tantùm. {שיבה *sebáh.* πολιαί. Gall. *Blancs cheueux, grisons, chenus.* Ital. *I capegli canuti.* Germ. Grawe haar. Hisp. *Las canas de la cabeça.* Angl. *Gray or whyte heares.*} Capilli albi in capitibus senum. Cic. *de senect.* Non cani, non rugæ repente autoritatem afferre possunt.

Cāneo, es, ui, propriè de capillis dicitur in senibus, quum albescunt. {שב *sâb.* πολιόω. Gall. *Griser, grisonner, deuenir chenu & blanc.* Ital. *Venir canuto.* Germ. Graw werden. Hisp. *Encanecer.* Angl. *To haue gray heares.*} Per translationem de aliis etiam rebus capillorum canitiem imitantur, Canent herbæ, hoc est, albæ sunt, matutino rore aspersæ. Virg. 3. *Georg.*

Luciferi primo quum sydere frigida rura
Carpamus dum mane nouum dum gramina canent.

Idem 2. *Georg.*

———& glauca canentia fronde salicta. (vbi)
——— canuerint herba rore recente quater.

Ouid. 3. *Fast.* & *Eleg. 3. lib. 5. Trist.*

Cānēsco, is, Canus fio: & propriè de senibus dicitur, quum capilli eorum in albedinem vergunt. {שב *sâb.* λευκαίνομαι τὴν τρίχα. Gall. *Grisonner, deuenir chenu & blanc.* Ital. *Diuenire canuto.* Germ. Graw oder weyß werden vom alter. Hisp. *Encanecer.* Angl. *To waxe gray, or haue white heares.*} ¶ Per translationem autem accipitur pro senescere: & de aliis rebus quàm hominibus dicitur. Cic. 1. *de Legibus*, Quercus huic loco non deerit, quæ Mariana dicatur: eáque (vt ait Scæuola) de fratris mei Mario, canescet seculis innumerabilibus. Idem *de clar. Orat.* Quumque ipsa oratio iam nostra canesceret, haberétque suam quandam maturitatem, & quasi senectutem.

Cānities, & Canitudo, Capillorum albedo, qualem in senibus conspicimus. {שיבה *sebáh.* πολιότης. Gall. *Blanchissure de cheueux, blanche vieillesse, quand l'homme est chenu & grison.* Ital. *Bianchezza, canutezza.* Germ. Grawe oder weisse. Hisp. *Canas de los cabellos.* Angl. *Whitnesse of heare for age.*} Plin. Et ipsa iam canitie venerabilis. Idem *lib. 11. c. 37.* Canities homini tantùm & equis.

Iam mihi canities pulsis melioribus annis Venerat,

Ouid. *Eleg. vlt. lib. 4. Trist.* Plaut. Stultus est aduersùs ætatem & capitis canitudinem. Varro *Aborigin.* Sed neque vetulus cantherinus, quam nouellus, melior: nec canitudini comes virtus.

Canum, vetus, antiquum. Varro.

Cānusium, Κανύσιον: Apuliæ oppidum ad Aufidum fluuium, laudatissimæ lanæ ferax, quæ Canusina dicitur, cuius color rutilus. Vulgò *Canossa*.

Cānusīnātus, dicitur qui est indutus Canusina veste. Suet. *in Nero. cap. 30.* Mart. *lib. 9.* Vt canusinatus nostro Syrus assere sudet. Canusinæ, fuscæ vestes. *Epigr. 127. lib. 14.* rufæ *Epigr. 129. lib. 14.*

Canytis, Κάνυτις, vrbs Syrorum magna, Steph.

[Capa, vestis stragulæ genus.]

Capæ, Καπαί, vrbs Hellesponti, Steph.

Căpēdēs, vide *Capis*.

[Capana, vilis casa, vel domus paleà cooperta.]

Căpăneus, per tres syllabas, Καπανεὺς, Argiuus fuit, qui vnà cum Polynice ad bellum Thebanum profectus, quum scalas muris admouere vellet, à Thebanis lapidibus fuit obrutus. Hinc factus est locus fabulæ, Capaneum, quum deorum contemptor esset à Ioue fulmine esse percussum. Veget. *lib. 4. de re militari*, Qui scalis (inquit) in obsidione vrbium vtuntur, frequenter periculum sustinent, exemplo Capanei, à quo primùm scalarum oppugnatio perhibetur inuenta: qui tanta mole lapidum fuit obrutus à Thebanis, vt fulminibus diceretur extinctus. Vnde Ouid. *lib. 4. Trist.*

Quum cecidit Capaneus subito temerarius ictu.

Căpănēus, a, um, adiectiuum tetrasyllabum, Καπάνειος: vt, Capanea pinus, apud Statium 8. *Theb.*

——— Capaneaque pinus
Iam procul! Argos volet agnoscenda cateruis.

Căpănēïs, a, um, aliud adiect. Statius 12. *Thebaid.*

——— Ausa ante alias Capaneia coniux.

[Capapellis, capa cum pelle. Dict. vet.]

Capara, vrbs est Hispaniæ, in tractu Lusitaniæ, apud Ptolemæum *lib. 2. cap. 5.*

Capastite, à Plin. *lib. 5. cap. 9.* numeratur inter Ægypti præfecturas, quas vocant Nomos.

Capax, vide *Capio*.

Căpēdo, inis, vas in sacris vsitatum, à capiendo dictum. {ים *iam.* ἀγγεῖον χρυσοῦν. Gall. *Vn grand vaisseau, qui n'estoit de grand valeur, & seruoit aux sacrifices.* Ital. *Vaso da sacrifici.* Germ. Ein groß weyt geschirr. Hisp. *Vaso para sacrificar.* Angl. *A great vessel of great value that serueth in sacrifices.*} Plin. *lib. 37. c. 2.* Sed Nero, vt par erat, principes vicit omnes, quadringentis sestertiorum millibus capedinem vnam parando. Cic. *in Paradox.* Minúsne gratas diis immortalibus capedines ac fictiles vrnulas fuisse, quàm delicatas aliorum pateras arbitramur?

Căpēduncula, diminutiuum. κυμβίον ποτήριον. Cic. *de nat. deor.* Docebo meliora me didicisse de colendis diis immortalibus iure pontificio, & more maiorum, capedines, capedunculis, quas Numa nobis reliquit.

Căpella, vide *Caper*.

Căpēna, Oppidum vicinum Romæ, iuxta fontem Ægeriæ. ¶ Capena porta Romæ, à Capena vrbe, quam Italus rex ædificauit, vt inquit Solinus. Hæc etiam porta Appia dicta est, per quam Capuam itur: vt Frontinus *lib. de Aquaduct.* ¶ Dicta est & triumphalis, quòd triumphantes per eam potissimum in vrbem inuehi soleant. Hodie portam *D. Sebastiani* vocant.

Căpēnas, atis, Fluuius qui Feroniam præterlabitur. Silius *lib. 13.*

Căper, pri, mas castratus in genere caprino. {תיש *tes.* צפיר *tsaphir.* τράγος. Gall. *Vn bouc chastré.* Ital. *Caprone.* Germ. Ein geißbock. Hisp. *El cabron ò cabron castrado.* Angl. *A male goat gelded.*} Mart.

Dum iugulas hircum, factus es ipse caper.

Nam Virg. impropriè Caprum pro hirco posuit, quum dixit,

Vir gregis ipse caper

sicut etiam impropriè brutum animal Virum appellauit. ¶ Dicitur Caper, siue Capra à carpendis virgultis: rodit enim omne virgultum, & in primis vites, propter quod Baccho immolari caper solebat.

Căpra, quasi carpa, quòd virgulta carpat: vel quod captet aspera: vel à crurum crepitu. Vnde & crepas eas antiqui vocabant. {עז *ez.* αἴξ. Gall. *Cheure.* Ital. *Capra.* Germ. Ein geiß. Hisp. *Cabra.* Angl. *A she goate.*} Pallad. *de re rust. lib. 2. c. 3.* Studiosè enim de agrestibus fruticibus pascuntur: atque in locis virgulta carpunt: itaque à carpendo capræ nominatæ. Capra commixta apud Plaut. *in Mostell.* id est, quæ initur, & tunc hircum olet. ¶ Matris vt capra dicitur, ὁ μητρὸς ὡς αἲξ καλεῖται. In spurios dictum videtur, quorum pater incertus est, eáque gratia à matre denominantur. Dictum ab hœdis qui in caprilibus à matre dignoscuntur: nam à patribus haudquaquam possis. Potest & in iocum verti prouerbium, veluti si quis per lusum neget se patrem agnoscere, matrem scire, ὁ μητρὸς ὡς αἲξ ὀνομάζεται, id est, Matris velut capra vocor. ¶ Capra ad festum, αἲξ εἰς τὴν ἑορτήν. Dici solitum vbi quis in tempore ad negotium aliquod accederet: aut, vbi quis commodè in suam perniciem offert sese. Nam in festis, maximè Bacchi, capram immolabant. Refertur à Plutarcho. Liberæ capræ ab aratro, —ἐλεύθεραι αἶγες ἀρότρου. Hemistichium est heroici carminis prouerbiale, dictum olim ab iis qui se ab onere quopiam, aut molestia liberatos gloriarentur. ¶ Est etiam Capra signum cæleste, quæ (vt poëtis placet) Amaltheæ capra fuit, cuius lacte educatus est Iupiter: quare postea rerum potitus, inter astra eam collocauit. Col. *lib. 11. c. 2.* Decimo Calend. Ianu. Capra occidit manè, tempestatem significat. ¶ Capram cælestem orientem conspexerunt, αἶγα τὴν οὐρανίαν ἀνατέλλουσαν ἐθεάσαντο. Hoc dici solitum in eos, quibus omnia feliciter, éque animi sententia succederent, propterea quòd antiquitus opinione vulgi comprobatum est, qui capram illam Iouis altricem, & ob id in syderum relatam numerum, conspexissent, quicquid votis conciperent, eius compotes futuros.

Căpella, æ, diminutiuum à capra. {χίμαιρα. Gall. *Cheurette, petite cheure.* Ital. *Capretta.* Germ. Ein geißlin/ ein gitzlin. Hisp. *Cabra pequeña.* Angl. *A younge goate.*} Columel. *lib. 7. cap. 6.* Anniculæ, vel bimæ capellæ (nam vtraque ætas partum edit) submitti hœdum non oportet. Virg. *Eclog. 3.*

Tityre pascentes à flumine reÿce capellas.

¶ Est etiam stella. Plin. *lib. 18. cap. 31.* Quinto Idus Septembris Cæsari capella oritur vesperi.

[Capellanus, qui capellæ præest. etiam Græcis καπελλάνος.]

Căprārius, custos, exercitórque caprarum. {αἰπόλος, αἰγονόμος. Gall. *Gardeur de cheures, cheurier.* Ital. *Capraio.* Germ. Ein geißhirt. Hisp. *Cabreriza que guarda cabras.* Angl. *A keeper or feeder of goates.*} Varro 2. *de rustica c. 3.* Is enim quum in suburbano haberet agrum iugerum mille, & à caprario quodam, qui adduxit capellas ad vrbem, denarios sibi in dies singulos dare audisset, &c. Colum. *lib. 3. c. 10.* ¶ Caprarius in æstu, αἰπόλος ἐν καύματι. In hominem insatiatæ, aut etiam intempestiuæ libidinis dictitabatur. Nam his horis caprarii, dum seductis gregibus in vmbra latitant, lasciuire soliti scribuntur. Autores Zenodotus, & Suidas.

Căprea, {צביה *tsebijáh.* δορκὰς ἀπὸ τοῦ δέρκειν, id est, à videndo. Gall. *Cheure sauuage.* Ital. *Capra saluatica.* Germ. Ein rehgeiß rehbock. Hisp. *Cabra montes.* Angl. *A wilde goate.*} Animal syluestre, non solùm videns, seu perspiciens acerrimè, sed & aliis visum præbens.

Ad capream paludem raptus Romulus,

Ouid. 2. *Fast.* ¶ Asserunt enim medici huic animali intra viscera humorem quendam inesse, qui caliginem depellat oculorum, & obtusiores quoque visus exacuat. Martialis *in distichis*,

Pendentem summa capream de rupe videbis,
Casuram speres, decipit illa canes.

Caprearum genera vide apud Plin. ¶ Est & Caprea vitis, dicta (vt inquit Varro) quòd pariat capreolum. Ne caprea contra leonem, μὴ δορκὰς λέοντι μάχου, hoc est, ne longè inferior cum potentiore decertes. Diogen. & Suidas. Capreæ priùs iungentur lupis. de re dicitur incredibili. Horat. 1. *Carm. Ode 33.*

——— prius Appulis
Iungentur capreæ lupis,
Quàm turpi Pholoë peccet adultero.

Căprĕŏlus, i, diminutiuum à Capreus. {צבי *tsebi.* δορκάδιον. Gall. *Petit cheureul sauuage.* Ital. *Capreolo.* Germ. Ein rehböcklin/ ein steinböcklin. Hisp. *El hijo de la cabra montes.* Angl. *A litle wild kid or roe, a roebucke.*} Virg. *Eclog. 2.*

Præterea duo nec tuta mihi valle reperti
Capreoli: sparsis etiam nunc pellibus albo.

¶ Sunt etiam Capreoli, claviculi intorti in vitibus, & veluti quidam cincinni in tenuioribus pampinis apparentes, quibus vitis, veluti manibus quibusdam adminicula complectitur. {οἱ ἕλικες ἀμπέλων. GALL. *Les petits tenons de vignes, dequoy elles se tiennent, lient & entortillent entour quelque chose pour s'aider à monter plus haut.* ITAL. *I viticci cioe tralci con che le viti se legono à i pali & intra se.* GERM. Die gablen so an den weynräben wachsen. HISP. *Carcillos ò tyeretas de la vid.* ANGL. *The tendred of a vine where which it taketh holde or winneth about some thing.*} Præterea Capreolus, instrumentum rusticum est bicorne. {GALL. *Instrument de fer, qui a deux cornes, pour mouvoir & rompre la terre.* ITAL. *Instrumento à modo d'una zappa con doi denti da cavar, à piedi delle viti.* GERM. Ein karst. HISP. *Azada de dos dientes para cavar.* ANGL. *An instrument of yron serving a viner to digge with and hath two forkes.*} Col. *lib.* 11. *cap.* 3. Vere deinde prius quàm corperit germinare, capreolis (quod genus bicornis ferramenti est) terra commovea tur. Capreoli, συζυγίαι, tigilla sunt apud Vitruv. *in descript. catapultæ.* fastigiata, & incolumellam suis capitibus nitentia, eámque hinc inde firmantia ne nutet, aut vacillet. ¶ Capreolus, etiam dictio tectonica. Cæsar 2. *bel. civ.* duæ primùm trabes in solo æque longæ, distantes inter se pedes IIII. collocantur, inque eis columnellæ pedum in altitudinem v. defiguntur. has inter se capreolis molli fastigio coniungunt.

Caprigĕnus, a, um, quod est ex caprarum genere. {αἰγογενής. GALL. *Qui est du genre des chevres.* ITAL. *Di specie di capra.* GERM. Von dem geschlecht der geissen. HISP. *Cosa de linaje de cabras.* ANGL. *That is of the kind of goates.*} Plaut. *in Epid.* Caprigenum hominum non placet mihi, neque pantherinum genus.

Caprile, Stabulum caprarum. Locus ubi capræ servantur. {αἰπόλιον. GALL. *Le lieu ou estable où les chevres logent, parc à chevres.* ITAL. *Caprile.* GERM. Ein geißstall. HISP. *Cabrital ò aprisco de cabras.* ANGL. *A goate stable.*} Plin. *lib.* 18. *c.* 26. Atque in totum difficilius se recolligentes à serpentium ictu, in caprilibus optimè convalescant.

Caprīlis, adiect. ut, Caprilis casa, apud Eutrop. *lib.* 5. *de bel. civil.*

Caprimulgus, dicitur qui capras mulget. {αἰγομέλκτης, αἰγοβόσκος. GALL. *Tetteur chevre.* ITAL. *Quello che molge capre.* GERM. Ein geißmelcker. HISP. *Ordeñador ò chupador de las cabras.* ANGL. *That milketh goates.*} Catul. Suffenus unus caprimulgus, aut fossor Rursus videtur. ¶ Caprimulgi, Aves sunt merulæ aspectu, aliquanto grandiores, fures nocturni, interdiu non videntur, nec ipsæ videntes intrant pastorum stabula, caprarúmque uberibus propter suctum lactis advolant, qua iniuria emoriuntur ubera. Hos Aristoteles à caprarum mammis, αἰγοθήλας vocant. Plin. *lib.* 10. *cap.* 40.

Caprīnus, a, um, Capreus. {αἴγειος. GALL. *De chevres, des appartenances de chevres.* ITAL. *Cappigno, di capra.* GERM. Geissin. HISP. *Cosa de cabra.* ANGL. *Of goates, or belonging to goates.*} ut Caprinus grex, Liv. 2. *bell. Pun.* Caprina pellis, Cic. 1 *de nat. deor.*

Caper, Strab. *lib.* 12. Fluvius est qui Laodiceam Cariæ urbem cum Lyco & Asopo alluit. Plinio Caprus dicitur.

Capripes, capripedis, αἰγίπους, αἰγόπους, qui pedes caprinos habet. Propert. *lib.* 3. *eleg.* 17.

Capripedes calamo Panes hiante canent.

Capricornus, [& Caprificus, vide suo loco.]

Capĕro, as, Frontem rugis contraho, & asperitatem vultus ostendo. {חכה chacah קמט kamat. συστέλλω τὴν ὀφρῦν. GALL. *Rider, refrongner.* ITAL. *Crespar la fronte.* GERM. Die stirnen rumpfen, saur und scheützlich sehen. HISP. *Rugar la frente.* ANGL. *To mak wrinckles on the forehead or browe, to frowne.*} Quod à crispis caprorum frontibus, vel à cornuum caprinorum similitudine tractum est. Unde & Caperatum, rugosum dicitur συνεσταλμένον. Plautus. Quid illud est, quòd illi caperat frons severitudine? Varro *Eumenidibus*, Quin mihi caperatam tuam frontem Strobile omittis.

Capesso, vide *Capio.*

Capĕtus, Albæ rex fuit, Capyos filius, & Tyberini pater.

Caphāreus, trisyllabum, Καφηρεύς, Eubœæ mons altissimus, versùs Hellespontum, ad quem Græcorum classis à Troia rediens Nauplii dolo magna ex parte allisa, naufragium fecit. Nam quum ab Ulysse Palamedes eius filius proditionis falsò accusatus, iniquo Græcorum iudicio esset interemptus, Nauplius, ut iniustam filii necem ulcisceretur, obscura nocte redeuntibus Græcis ex Caphareo promontorio ignem ostendit: unde illi portum arbitrantes, impegerunt in scopulos.

Caphārēus, a, um, tetrassyllabum, Saxa Capharea. Propert. *lib.* 3.

Saxa triumphales fregêre Capharea puppes,
Naufraga quum vasto Græcia tracta sale est.

Capharnaum, seu potiùs Capernaum, Καφαρναούμ, totius Galilææ metropolis fuit, multis Christi Servatoris miraculis nobilitata.

Capheris, inter desertas insulas, quæ inter Chersonesum & Samothracem sunt, numeratur à Plin. *lib.* 4. *c.* 12.

Caphura, Καφουρά, Aetio & Actuario, Indiæ arbor est tantæ magnitudinis, ut sub singulis hominum centuriæ possint quiescere. Nascitur in montibus mari vicinis, materie levi, & ferulacea: gummique exudat eiusdem nominis, quod à recentioribus unguentis admiscetur: cuius longè maximus est proventus, quum cælum fulgetris coruscat. Officinæ *Camphoram* appellant.

[Caphuraceum, camphoræ oleum. L. gr. b.]

Caphya, Καφύα, urbs Arcadiæ, à Capy patre Anchisis, vel à Cepheo. Gentile Καφυάτης, Caphyates. Steph.

[Capiclarius, custos carceris. L. gr. b.]

Capidulum, genus vestimenti, (inquit Festus) quo caput tegebatur.

[Capillago. Tertull. *lib. de anima.* In vivicomburio, etiam pro cerebri ubertate vel adsunt capillago, vel deserit, id est, *capillitium.*

Capillamentum, est capillorum congeries. item aliquid ex capillis factum, τριχώματα. ut est περίθετος κόμη, φενάκη. quod Tertullianus vocat sutile & textile capillamentum.

Capillarem, vel capillarem arborem dicebant, in qua capillum tonsum suspendebant. Fest.

Capillatura, id est implicatio capillorum. Capillaturæ structor Tertulliano est ciniflo.]

Căpillus, quasi capitis pilus. {שער sehar. κόμη. GALL. *Cheveux ou perruque, poil.* ITAL. *Capillo.* GERM. Haupthaar. HISP. *Cabello de la cabeça.* ANGL. *The heare, of the head, the bush.*} Capillum reponere & ungues polire. Quintil. Componere capillum. Plaut. *sc.* 3. *a.* 1.

——— *nec scio de capillo,*

Ovid. *Eleg.* 3. *lib.* 3. *Trist.* Cic. *in Pisonem*, Erant illi compti capilli, & madentes cincinnorum fimbriæ. Quamvis & pro omni pilo sumatur θρίξ. Plin. *lib.* 7. *c.* 2. Ossibus humanorum capitum bibere, cutibusque cum capillo pro mantilibus ante pectora uti. Gellius *c.* 1. *lib.* 12. capillum pro hœdino pilo posuit, quum ait, Nam si ovium lacte hœdi, aut caprarum agni alerentur, constat fermè in his lanam duriorem, in illis capillum gigni teneriorem. Capillorum affectus novem sunt, scilicet: Contortio, decoloratio, quassatio, fractio, nutrimenti penuria, ἀτροφία, canities, alopecia, fluxio. Contortio in extremitate est capillorum habitus, & connexio indissolubilis, adeò ut non possint augescere crines. Conquassatio autem hæc est, inæqualis crinium diffidentia, quæ fit forcipibus combinatis, aut tonsis non dissimilis. Atrophia, id est, nutrimenti indigentia, & vehemens ex defectu gracilitas: propter quam non possunt crines crescere. [illegible] autem est quum lanuginosa est crinium superficies, similis his, qui sunt pulvere direpti & dissoluti. Defluxio capillorum est decidentia, sequens plerunque deficientes, aut qui ex morbo longo convalescunt. Canities est mutatio crinium in alborem ante maturum ætatis tempus. Alopecia, mutatio crinium est in candorem, quum crines veteres radicibus excidunt. Ophiasis est mutatio coloris, similis suprà dictis, at multò densior, etiam tunc quum tortuosi fiunt, & caput dividitur.

Căpillaceus, adiectivum. {τριχοειδής. GALL. *De cheveux, delié & menu comme cheveux.* ITAL. *Di capillo, sottile come capegli.* GERM. Zart und klein wie haar. HISP. *Cosa de cabellos.* ANGL. *Of heare, made small lik heare.*} Plin. *lib.* 12. *c.* 25. Balsamum tenui & capillacea coma, quod vocant entheriston.

Căpillo, as, are, est capillos facere. {τριχόω. GALL. *Faire avoir cheveux, produire cheveux.* ITAL. *Metterci capegli.* GERM. Haar machen. HISP. *Hazer cabellos.* ANGL. *To cause to have heare.*} Plin. *lib.* 37. *c.* 11. Polythrix in viridi capillatur, sed defluvia comarum facere dicitur.

Căpillātus, a, um, qui crines longiores habet. {בעל צמים tsemmim. τριχωτός. GALL. *Chevelu, qui porte longs cheveux, qui a grosse perruque.* ITAL. *Capigliuto, di longhi capegli.* GERM. Haarechtig, der vil oder lang haar hat. HISP. *Cosa de luengos cabellos.* ANGL. *Hearie, long heared.*} Cic. *de leg. agr.* Non minus benè nummatus, quàm bene capillatus.

Căpillāmenta, dicuntur ipsi capilli. {ציצית tsitsith צמה tsammah. τριχώματα. GALL. *Cheveleure, perruque.* ITAL. *Crini.* GERM. Die haar. HISP. *Los cabellos.* ANGL. *The bushes of head heare.*} Apul. *lib.* 2. *de Asin.* Tanta est capillamenti dignitas, ut quamvis auro, veste, gemmis, omnique cætero mundo exornata mulier incedat, tamen nisi capillum distinxerit, ornata non possit videri. Plin. *lib.* 21. Herba croci est folio angusto, penè in capillamenti modum. Transfertur quoque ad herbas & arbores. Col. *lib.* 5. Qui non solum in contrahant, quod primi anni capillamenta seminum intecta patiebantur, &c. ¶ Capillamentum, quod vulgus falsam perruquam vocat. Suet. *in Calig. c.* 11. Naturam tamen sævam atque probrosam nec tunc quidem inhibere poterat, quin & animadversionibus pœnisque ad supplicium datorum cupidissimè interesset. & ganeas atque adulteria capillamento celatus & veste longa noctibus ambularet. Galericulum alii Latini dicunt, ex Budæo. ¶ Capillamentum in crystallo, rimæ simile, pro eo quod gemmarii fellatam vocant, accepit Plin. *lib.* 37. *c.* 2. teste eodem Budæo.

Căpillāre, huius capillaris, neut. gen. Reticum quo mulieres crines involvunt. {רדיד redid. κεκρύφαλος, ἀμπυξ. GALL. *Une coiffe.* ITAL. *Reticella.* GERM. Ein haarhauben. HISP. *Halvanega, ò capillejo de muger.* ANGL. *A caule to cover the heare as maindes doe.*} Mart. 5. *lib.* 3.

Non erubescit murice aureo nebu
Dividere mœcha pauperum capillare.

¶ Capillaris & Capillata arbor appellatur, in qua tonsum capillum adolescentes suspendebant, quando deponebant comam, deo eam sacrantes. Erat in urbe Roma, teste Festo, arbor antiquissima, quam supra trecentos & septuaginta annos durasse compertum est, quæ *Capillata* appellabatur, quod Virginum Vestalium capillos ad eam deferre mos erat: cuius arboris meminit & Plin. *lib.* 16. *c.* 44.

[Capillatura, implicatio capillorum. Aliis *plicatura capillorum*. Capillaturæ structor Tertulliano est *ciniflo* quod vide.]

Căpillitium, Capillamentum. {κόμη. ANGL. *The bush of head heare.*} Sic enim à Capillo Capillitium dicitur, ut à Famulo, famulitium, à Satellite, satellitium. ¶ Capillitium flavum. Apul.

[Capillus. Isid. *lib.* 11. 1. Capilli vocati, quasi capitis pili, facti, ut decorem præstent, & cerebrum adversùs frigus muniant, atque à sole defendant.]

Căpillus Veneris, herba sic dicta, quòd delapsos post alopeciam capillos recreat, sive quòd capillorum fluores coërcet. {ἀδίαντον. GALL. *Capilli veneris.* ITAL. *Capel venere.* GERM. Maurrauten die man nennet frawen haar. HISP. *Culantrillo de pozo.* ANGL. *The hearbe venus heare.*} Plin. Adiantum, polytrichon, & callitrichon appellat.

Căpillati. Populi inter Alpinas gentes. Plin. *lib.* 3. *c.* 20. Capillatorum plura genera ad confinium Ligustici maris.

Capinna, Καπίννα, in singul. vel plural. Urbs Tyrrhenica. Gentile Capinnates, possessivum Capinnarius. Steph.

Căpio, is, cepi, captum, significat Accipio, Comprehendo, Prehendo. {לקח lakach לכד lachad הכיל hechil. λαμβάνω. GALL. *Prendre, contenir, comprendre.* ITAL. *Pigliare.* GERM. Nemmen, empfahen, fassen. HISP. *Tomar.* ANGL. *To tak receive, to containe, to hold.*} Virg. *lib.* 3. *Georg.*

——— *cape sacra manu, cape robora pastor.*

Sed differunt: quia Capere est cum affectu: Accipere quum quis non sic accipit, ut habet. Ideo, ut Ulpianus scribit, non videtur quis capere, quod est restituturus. Et capere est sponte, vel non sponte. Accipere tantum sponte. Unde dicimus, Cepi labores, Cepi molestiam, Cepi, vel suscepi inimicitias. Accepi calamitatem, contumeliam, vulnus, Valer. Max. Ut non coactus eam accipere, sed sua sponte sumere videretur.

Habet

Habet interdum reciprocum vsum: vt idem sit, Cepi voluptatem: &, Cepit me voluptas, Cepi dolorem, *ἄλγος ἔλαβον*: Cepit te dolor, *ἄλγος σε ἔλαβε*. ¶ Quandoque significat facere. Terent. *in Andr.* Non sic capiundos mihi: iam inimicos homines omnes. Quandoque delectare. *ἀγρεύειν*, inescare, irretire, ex translatione ferarum, venatusque. Horat. 1. *Ser.*

Te coniux aliena capit, meretricula Damam.

¶ Quandoque propitiari. Lucret. *lib* 2.

Nec bene pro meritis capitur, nec tangitur ira.

¶ Quandoque decipere, *ἀπατᾶν*. Virg. 2. *Æneid.*

——— captique dolis, lacrymisque coacti.

¶ Quandoque eligere, *αἱρεῖν*. Terent. *in Hecyr.* Quum illum gnatum cepimus. ¶ Quandoque perpeti: vt apud eundem *in Heaut.* Dum abs te abfuimus, omnes mihi labores, quos cepi, fuere leues. ¶ Quandoque tenere, *χωρεῖν*: vt *in Eunucho*, Dii boni quid turbæ! ædes nostræ vix capient. Quandoque inuadere, occupare, *χειροῦν*. Cic. Nauem quandam piratarum præda onustam cepere. Varro. Quid hic venator non capit? Hinc vincti, Captiui dicuntur, quòd non sui iuris sint, sed in potestatem aliorum redacti, *αἰχμάλωτοι*. Quoniam autem qui ita capti sunt, non sunt amplius sui iuris, sed libertate priuati, ideo Captos quandoque pro priuatis, siue impeditis accipimus. Capere virginem Vestalem (i. eligere.) Gell. *c.* 12. *lib.* 5. Vsuram corporis cepit sibi. Plaut. *in prolog. Amph.* Satietatem dum capiat pater eius quam amat. Idem *Amph.* Ob istuc omen ominator capies, quod te condecet (i. malum accipies.) Capiunt voluptates, capiunt rursus miserias. *Ibid.* Dabitur lectus, vbi haud somnum capias. *Ibid. sc.* 2. *a.* 1. Capere oculis spectaculum. Ouid. *Eleg.* 2. *lib.* 4. Vix credo tota auctione capiet quinquagies. Plaut. *Men. sc. vlt. act.* 5. capere detrimentum. Cæsar 3. *de bell. ciu.* Sueton. *in Aug. c.* 53. Capi & hærere in captione (de sophismate.) Gell. *cap.* 2. *lib.* 16. pro vincere. Plaut. *in Amph.* Vide in *Capto, as.* ¶ Mente capti, amentes, hoc est, qui mentis compotes non sunt. Capti oculis. *πηρωμένοι*, qui officio oculorum priuati sunt. ¶ Aliquando Capi, est amore accendi: vnde Capti amantes dicuntur. Lucil. Ne aspectu & forma capiare aliena. Capti pro Captiui. Plaut. *Capt. sc.* 4. *a.* 3. Satis me illi scelesti capti ceperunt dolo. *& sc.* 2. *a.* 2. *Ibid.* Ipse cautor captus est. i. deceptus.) ¶ Item Capere vsu, capere possessione, & præcisè capere, sine vlla adiunctione, pro acquirere ponitur à Iureconsultis, *l. ei à quo. & l.* 23. *D. de vsurp. & vsucap. & alijs multis in locis.* ¶ Capere, verbum ad affectum acquisitionis magis refertur, quàm accipere. Nam plerunque accepisse dicitur, qui tamen adhuc non acquisiuit. *l. naturalis. §.* 1. *D. de præscript. verb.* Quamuis etiam capere dicimus eum qui capit, vel simpliciter aufert. *l. si. de tutel.* Sunt & qui accipere de manu alterius, capere verò propria autoritate intelligunt. Sed hæc confundi aliquando, monuit iam antea Alciat. Attamè fas est capere quàm accipere. *l. aliud est capere, de verb. sign.* ¶ In summa hoc verbum sua habet significata pro diuersitate rerum, cum quibus iungitur: vt, Capere manu, est comprehendere: Capere oculis, videre: Capere auribus, audire: Capere mente, intelligere: Capere consilio, eligere: Capere astu, vel dolis, decipere: Capere cantu, aut voluptate, delectare. Virg. 4. *Georg.*

Carmine quo capta dum fusis mollia pensa Deuoluunt.

¶ Capere consilium, est deliberare. Cic. Quum autem consilium hoc princeps cepisset. ¶ Capere rationem, est modum inuenire, *μηχανᾶσθαι*. Plaut. Rationem cepi, vt & amanti obsequerer, & patrem non offenderem. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. ¶ Huius verbi composita sunt, Accipio à quo præaccipio, Concipio, Decipio, Excipio, Incipio, Intercipio, Percipio, Recipio, Suscipio & Vsucapio, quæ antepenultimam correptam habent. ¶ Deriuata sunt quæ sequuntur, Auceps, Princeps, Municeps, Particeps.

[Capis, idis, est genus sacri vasis apud Liuium *lib.* 10. Etiam *Capida, æ,* legitur.

Capit, capax est fieri. Tertull.

Capit deprecari, datur contemni. Idem.

Capitilauium, cùm caput lauatur. Cerda. ¶ Dici diem Palmarum, asserit Isid. *lib.* 6. *Etym. cap.* 18.]

Captus, us. Comprehensio, capacitas, intelligendi facultas. {קְלִיטָה *lekach.* *τὸ νοῆσαι*. GALL. *Capacité & portee.* ITAL. *Capacità, la potenza ò possanza d'alcuno à fare ò intendere qualche cosa.* GERM. Das ergreiffen oder verstands. HISP. *El tomo de algo para hazer ò entender alguna cosa.* ANGL. *Taking, capacitie or perceuing.*} Cic. *lib.* 2. *Tusc.* Græci homines non satis animosi, sed prudentes, vt est captus hominum: quasi diceret, tam prudens, quàm capax prudentiæ est hominum natura. Apuleius dixit, Supra captum cogitationis, pro eo quod est supra quàm quispiam cogitatione capere & complecti possit. ¶ Accipitur item Captus pro sorte & conditione. Terentius *in Adelph.* Præterea (vt captus est seruorum) non malus, hoc est, vt se habet seruorum conditio, sicut exponit Donatus.

Captūra, æ, Actus ipse capiendi feras, aues, aut aliquid eiusmodi. {מַלְקוֹחַ *malkóach* מֶקַח *mikkach* צַיִד *tsáiydh* מַלְכֹּדֶת *malcódeth.* *ἄγρα, λῆψις.* GALL. *Prinse, proye, gain.* ITAL. *Presaglia.* GERM. Ein fahung. HISP. *El tomo.* ANGL. *Catching, taking.*} Plin. *lib.* 19. *cap.* 1. At piscium & alitum capturam. ¶ Interdum præda, quæ capitur. Idem *lib.* 10. *c.* 10. Platea nominatur aduolans ad eas quæ in mari sese mergunt, & capita earum morsu corripiens, donec capturam extorqueat. ¶ Accipitur & pro quæstu. Suet. *in Calig. c.* 40. Ex gerulorum diurnis quæstibus pars octaua, ex capturis prostitutarum, quantum quæque vno concubitu mereret.

Captio, ipse actus accipiendi, seu id per quod quis capitur. {מַלְכֹּדֶת *malchódeth* לֶכֶד *léchedh.* *σύλληψις.* GALL. *Prinse.* ITAL. *Aquel atto da pigliar.* GERM. Ein fang. HISP. *Aquella obra de tomar, assechança.* ANGL. *Taking.*} Cic. *de clar. Orat.* Quanta esset in verbis captio, cùm in cæteris rebus, tum in testamentis, &c. Scio captiones metuis. Senec. *epist.* 45. (i. ne decipiaris.) Plaut. *Asin. sc.* 1. *a.* 4. Captionum (i. Sophismatum) exempla Gell. *lib.* 13. *c.* 18. ¶ Captio, deceptio. {מִרְמָה *mirmah.* *δόλος*, *ἀπάτη.* GALL. *Deception, fraude.* ITAL. *Fraude, inganno.* GERM. Ein betrug. HISP. *Engaño.* ANGL. *Deceyuing.*} Plaut. *Epid.* Verùm si plus dederis, referam: nulla in re captio est. Hanc in contractibus, insidias verò extra eos fieri receptum est. *l.* 1. *ff. de minoribus.* ¶ Captio item pro captatione bonorum. *l. magistratus. ff. de mun. & hon.* cum sequ. l. Sed pro captura vsurpatur, vt indicat Albertus.

Captiuncŭlă, diminutiuum. {*τὸ σοφισμάτιον.* ANGL. *A captious cauill.*} Gel. Quid autem legis illius propugnatores in illa captiuncula facient, in qua hæc esse necessum est?

Captiōsus, a, um, quod capit, seu decipit, & dolis plenum est, {*ἀγκυλωτός.* GALL. *Plein de tromperie, trompeur, amadoüeur.* ITAL. *Captioso.* GERM. Betrüglich/ voll list vnd betrug. HISP. *Engañoso con assechança.* ANGL. *That deceiueth and is guilefull.*} Gell. Non esse captiosis quæstionibus respondendum. Cic. *pro Quint. Rosc.* Quo nihil captiosius, neque indignius dici potest.

Captiōsē, aduerb. Vafrè, callidè, argutè. {*σοφιστικῶς, δολίως.* GALL. *Finement, trompeusement, par finesse & tromperie.* ITAL. *Ingannreuolmente, astutamente.* GERM. Betrüglich/ durch list. HISP. *Engañosamente.* ANGL. *Deceitfuelie.*} Cic. 4. *Acad.* Si me, inquit, antè sustinebo, nec diutiùs captiosè, interroganti respondebo.

Captiuus, qui in bello captus est, & in hostium potestate detinetur. {שָׁבוּי *schabúi.* *αἰχμάλωτος.* GALL. *Captif, prins des ennemis.* ITAL. *Cattiuo, priggionero.* GERM. Ein gefangner. HISP. *Captiuo, prisionero.* ANGL. *Captiue, taken in warre, a prisonnier.*} Cic. 8. *Philipp.* Diutius seruitutem perpessi sumus, quàm captiui frugi & diligentes solent. Virg. 9. *Æneid.*

Præterea bis sex genitor lectissima matrum

Corpora, captiuosque dabit.

Captiuæ naues. Cæsar 2. *de bel. ciu.* Captiui stant, non sedent. Plaut. *Capt. prol.*

Vincla captiua ferentes,

Ouid. *Eleg.* 2. *lib.* 4. *Trist.* Captiuus sanguinis, pro Captiuorum. Virg. 10. *Æneid.*

Captiuóque rogi perfundat sanguine flammas.

& *Æneid.* 2.

——— captiuaque vestis

Congeritur, pro captiuorum, & est nota locutio. Seruius.

Captiuĭtās, ipsa detentio. {שְׁבִי *schebi.* *αἰχμαλωσία.* GALL. *Captiuité, seruitude aux ennemis.* ITAL. *Cattiuità.* GERM. Gefencknuß. HISP. *Captiuidad.* ANGL. *Captiuitie.*} Tacitus, Quocunque oculos Romanus intenderet, captiuitatem, cladémque & dira omnia oculis obuersari.

Capto, frequentatiuum à Capio: licèt à primitiui significatione nonnihil desciscat. {פִּתָּה *pittáh* צוּד *tsúdh* שׁוּר *kissigh.* *θηρεύειν, θηρᾶν.* GALL. *Guetter & tascher à prendre, chercher le moyen d'auoir quelque chose.* ITAL. *Cercar via & modo da pigliar per inganno.* GERM. Mit begir nemmen/ einem Ding nachstellen. HISP. *Assechar para tomar.* ANGL. *To endeuore to get or tak.*} Idem est quod, blanditiis & illecebris aliquid venor: vt, Hic obsequendo captat auram popularem. Cic. *in Pis.* Inania sunt ista, mihi crede, delectamenta penè puerorum: captare plausus, vehi per vrbem, conspici velle. Martial.

[*Capto tuam (pudet heu) sed capto, Maxime, cœnam:*

Tu captas alias: iam sumus ergo pares.

¶ Aliquando Captare, est conari decipere, *θηρᾶν, αἱρεῖν*. Terent. *in Hecyr.* Iniurium est autem vlcisci aduersarios: aut qua via captent te illi, eadem ipsos capi? Martial. *lib.* 9.

Dum me captares, mittebas munera nobis,

Postquam cepisti, das mihi Rufe nihil.

Incustoditum captat ouile lupus,

Ouid. *Eleg.* 5. *lib.* 1. *Trist.* Cur me captas carnifex? (i. tentas num mentiar.) Plaut. *in Amph. sc.* 1. *a.* 1. Me captas. *Ibid. sc.* 3. *a.* 2. Tu si me impudicitiæ captas, non potes capere (i. vincere.) Quid consilij captandum est? Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 2. ¶ A Capto rursus deducitur Captito aliud frequentatiuum.

Căptātĭo, Venatio. {שׂוּג *sigh.* *θήρα, θήρευσις.* GALL. *Le soin du guet ou pourchas qu'on fait pour auoir quelque chose.* ITAL. *Lusinghe, piaceuolezza fatte per hauer qualche cosa.* GERM. Das laustern etwas zu vberkommen. HISP. *Assechanza.* ANGL. *A diligent going about or endeuoring to tak orget.*} Plin. *in Proœm. lib.* 14. Postquam cœpit esse captatio in quæstu fertilissimo. ¶ Item ponitur pro nimia verborum exquirendorum diligentia. Cic. *in part.* Et illam disputandi prudentiam concertatio captatióque verborum imitatur.

Căptātor, Venator. {מְפַתֶּה *mephattéth* מַשִּׂיג *massigh* צַיָּד *tsajjádh.* *θηρευτής.* GALL. *Pourchassant & faisant le guet pour auoir quelque chose, amadoüeur.* ITAL. *Chi lusingha, adulatore per hauer qualche cosa.* GERM. Ein nachiager eins dings. HISP. *Assechador para tomar algo.* ANGL. *He which a bout to get or tak any thing.*} Cic. Captator ille popularis auræ. Et pro hæredipeta & inescatore orborum, quibus blanditur vt sibi hæreditas, aut quiduis aliud relinquatur. Iuuen. *Sat.* 10.

Vsque adeò grauis vxori, natisque, sibique,

Vt captatori moueat fastidia Cosso.

Căptātōrĭus, a, um. {מְפַתֶּה *mepphattéh.* *κολακευτικός.* GALL. *Fraudulent, deceueur.* ITAL. *Fraudolente.* GERM. Das da gehört zu dem nachstellen einem Ding mit betrug. HISP. *Engañoso.* ANGL. *Guile full, deceitfull.*} vt, Captatoriæ scripturæ, & captatoriæ institutiones: id est, adulatoriæ, vt interpretatur Papianus & Caius Iurisconsulti: quæ scilicet ideo factæ sunt vt vicissim hæres scribaris, aut saltem legatum consequaris ab eo, quem instituisti. Nam Captare, propriè est illecebris, donis, obsequio, & maiorum spe aucupari.

Căpesso, is, iui, itum, secundùm Priscianum, verbum actiuum. Idem quod capio, siue ad capiendum eo. {לָקַח *lakáh.* *ἐφάπτεσθαι, ἐπιχειρεῖν, ἐπιβαίνειν, ἀναλαμβάνειν.* GALL. *Prendre, empoigner.* ITAL. *Capire, pigliare.* GERM. Annemmen/ ergreiffen. HISP. *Tomar.* ANGL. *To tak or receiue, to tak in hande.*} Salust. *lib.* 2. *hist.* Diuersa, vti solet, rebus perditis capessiuit. Liu. *lib.* 1. Ergo vt segregaret pugnam, capessit fugam. Similiter Apuleius, Dum simul illi & gratias agerem, & dona capesserem. Virg. posuit pro Exequendum suscipio,

——— Mihi iussa capessere fas est.

Cic. 1. *Offic.* Capessere Remp. *ἀναλαμβάνειν τὴν πολιτείαν*, id est, Administrare, gubernare, defendere. Salust. Expergiscimini aliquando & capessite Rempubl. ¶ Plaut. *in Asin.* pro Immitto, recipio. Quam magis te in altum

altum capessis, tam æstus te in portum refert. Idem *in Amph.* Nunc pergam hera imperium exequi, & me domum capessere. Capessere bellum. Liu. *lib.5.d.4.* Idem Capessisse dixit *lib. 10. ab vrb.* Plaut. *Aul. sc.2. a.4.* Seruum decet in herum matura, in se sera capessere. Gell. *cap. 10. lib. 6.* Ad capessendam philosophiam. Cicer. *ad Attic. lib. 10.* Melisam capessamus, i. proficiscamur. Capessor in significatione passiua vtitur.

Căpāx, acis, omn. gen. Quod capit, seu continet, aut continere potest. {כלכל *cholél* רחב *rachab* מכיל *mechil.* [illegible], [illegible]. Gall. *Capable, contenant.* Ital. *Capace.* Germ. Fähig/ das etwas fassen oder begreyffen mag. Hisp. *Cosa en que mucho cabe.* Angl. *Able or apt to holde, take or receaue.*} Plin. *lib. 10. cap. 33.* Hirundines vtero capaci. Idem *lib. 1. c. 1.* Capax quindecim conuiuarum triclinium. Cic. *in Orat.* Tamen non semper implet aures meas, ita sunt auidæ, & capaces, & semper aliquid immensum, infinitúmque desiderant.

Iure capax mundus nil Ioue maius habet,

Ouid. *Eleg. 1. lib. 2. Trist.*

Capacissimus. Liu. *lib. 9. ab vrb.* Capacissimus homo cibi atque vini.

Căpācĭtas, atis. Spatium capiendi. {רחב *ráchab* מרחב *merchab.* [illegible], [illegible]. Gall. *Capacité grandeur de lieu où il peut entrer beaucoup de choses.* Ital. *Capacitá.* Germ. Weyte/ das etwas fassen mag. Hisp. *Aquella capacidad de caber.* Angl. *Capacitie, easinesse or aptenesse in receauing.*} Cic. 1. *Tusc.* Verùm capacitatem aliquam in animo putamus esse, quo tanquam in aliquod vas, ea, quæ meminimus, infundantur?

Capio, nis, id est, Captio. Gell. *cap. 10. lib. 9.*

Capissenæ, Asiæ populi, Capissam vrbem habent, quam diruit Cyrus. Hæc Plin. *lib. 6. cap. 33.*

Căpĭstērĭum, genus vasis rustici. quod tamen (vt Georg. Merula inquit) Scaphisterium meliùs dicitur, [illegible]. Col. *lib. 2. c. 9.* Quicquid exteretur, capisterio expurgandum erit, & semper quod propter magnitudinem ac pondus in imo subsederit, ad semen reseruandum.

Căpĭstrum, Capistro, as vide *Caput.*

Căpĭtālĭă, mons est totius Indiæ altissimus. Plin. *lib. 6. c. 20.*

‖Capitaneus, qui dignitatem habet, ob quam caput aliquorum subiectorum est, quibus præest, sicut caput reliquo corpori. Ita *Capitanei* regni sunt Duces, Comites, Marchiones: *Capitanei vrbium* præfecti eis.

Capitarium æs, quod capi potest. Fest.‖

Capitatio est vectigal aliquod impositum capiti singulorũ, verè singulis.

‖Capiteiorsum, est capite deorsum pendente, [illegible]. Vide *Catomum.*‖

Capitellum, est capitulum, quod dicitur in matutinis, seu Vesperis. ¶ Pro capite libri vsurpat Greg. Turonensis.

Capitolycius, composuit historiam Isauricam libris octo. Epitomas Liuij & Eutropij in Græcum vertit sermonem. Scripsit & res Lyciæ & Pamphyliæ. Volaterr. *lib. 14.*

Căpĭtōlīnus, M. Manlij fuit cognomen, qui vrbe à Gallis capta assumptis mille iuuenibus, arcem Capitolinam ab hostium iniuria defendit: vnde & nomen inuenit. Hic quum postea in suspicionem affectati regni venisset, ab ea ipsa rupe Capitolina, quam seruauerat, præcipitatus est. ¶ Fuit etiam Historici cognomen, qui Cæsarum vitas conscripsit.

Căpĭtōlĭum, [illegible], alij [illegible], Templum erat Iouis in cliuo Tarpeio, dictum à capite Toli cuiusdam hominis ibi reperto, dum foderent fundamenta. Arnob. *lib. 6. aduers. gentes.* Antè enim Tarpeia arx dicebatur, à Virgine Vestali Tarpeia, quæ ibi à Sabinis necata, atque sepulta fuit. Capitolium Capuæ dedicauit Tiberius. Suet. *in Tiber. c. 40.* & in Calig. *cap. 58.* Vide eundem in Galba *cap. 18.* Plutarch. *in Camillo.* Capitolina area. Suet. *in Calig. cap. 34.* Capitolium quater refectum. Plutarch. *in Publ.* & de magnificentia Capitolij, *ibid.* Plaut. *Curc. sc. 2. a. 2.* Locus præberi non potis est in Capitolio iis, qui velint incubare Ioui.

Căpĭtĭŭm. Capitellum, Capitium, Capito, Capitulatum, Capitulatim, Capitulum, vide *Caput.*

Capitularium, liber in quo tributa continentur.

‖Caplum funis. Gloss. v. & Papias: Caplum funis à capiendo dictum. Isid. *lib. 20. cap. 16.* Capulum funis à capiendo, quòd eo indomita iumenta comprehendantur.‖

Căpnĭās. [illegible], gemma est ex Iaspidum generibus, quodam veluti fumo infecta, vnde & nomen accepit. Plin. *lib. 37. c. 9.*

Căpnĭŏn, vide *Capnos.*

Capnitis, [illegible]. Herba est eadem cum fumo terræ. ¶ Est item Capnitis Cadmiæ species tenuissima, quæ è fornacibus flamma atque flatu egesta, cameris, lateribúsque fornacum adhæret. Vide Plin. *lib. 30. cap. 10.*

Capnobatæ, [illegible], Mysiæ populi dicti sunt. quasi fumi conscensores, quòd tranquillam agant vitam, solis sacrificiis, & deorum cultibus intenti. Vide Strab. *lib. 7.*

Căpnŏs, {עשן *haschán.* [illegible]. Gall. *Fumée.* Ital. *Fumo.* Germ. Ein rauch. Hisp. *Humo.* Angl. *Smoke.*} Fumus. Hinc [illegible], dicta sunt ligna sicca, quæ sine fumo ardent. Et, vinum Capnias, [illegible] [illegible], hoc est, fumosum. ¶ Capnos etiam, siue Capnion, [illegible] Dioscoridi. Herba est, quæ & fumus terræ vocatur: nascitur in segete hordeacea. Hæc lachrymas vt fumus prouocat. Plin. *lib. 16. c. 7.* & *lib. 25. c. 13.*

Căpnŏmantīă, [illegible], Diuinationis genus quod fiebat ex fumi dissectione, qui è thure in ara accenso emanabat. Qui veró hoc augurij genere vtebantur, Capnomantes dicti sunt.

Capo, vide *Capus.*

Capote, Asiæ mons est, ex quo aliqui Euphratem oriri crediderunt. Plin. *lib. 5. cap. 24.*

Căppă, [illegible], nomen literæ Græcæ, pro qua Latini vtuntur c. Græci (vt Suidas docet) quum malum hominem volunt prouerbio signare, vnum cappa: quum peiorem, duo: quum pessimum, tria habere cappa dixerunt, volentes eum intelligi esse Cretensem, Cilica, Cappadocem: qui singularis fuisse improbitatis existimantur. Vide Erasmum *in prouerbio*, Tria [illegible] pessima, [illegible] [illegible] [illegible]. ‖¶ Est item cucullio, pilei genus Isidorus *lib. 19. c. 31.* Germanis est Kappe, Italis *cappa*, Gallis & Anglis *cappe.* Non autem tantum est pro capitis tegmine, sed etiam pro pallio, habente annexum cucullum & simpliciter Germanis Kappe aliquando est pallium. Italis *capo* est caput, vt Saxon. Kop. Posterioribus Græcis [illegible], siue [illegible] est cucullio: à *cappa* illo vocabulo quo suprà prius expositum. Itidem etiam [illegible]. Vide Gloss. Græcob. Meursi.

Capparus, a, um, est cappa indutus.‖

Căppădŏcĭă, {כפתור *chaphthór.* [illegible]. *Cappadocia.*} Pontica regio est, vt scribit Solinus, quæ læuo latere vtrasque Armenias, Comagenemque tangens, dextro plurimis Asiæ populis circumfusa, ad Tauri iuga & Solis ortus attollitur. Euphrates eam ab Armenia maiore diuidit. Appianus minoris Armeniæ partem, Ptolemæus veró minorem Armeniam esse scribit. Dicta Cappadocia à Cappadoce amne, antè Leucosyria vocata. ¶ Vnde Cappadoces Leucosyrij. Hinc Cappadox, cis, [illegible], penultima correpta pro eo, qui est ex Cappadocia. Lucan. *lib. 2.* Cappadoces mea signa timent. Pers.

——— nec sit præstantior alter

Cappadocas rigida pingues clausisse catasta.

Căppădŏcus, a, um. possessiuum. Mart. *lib. 10.* Nec de Cappadocibus eques catastis.

Căppădŏcĭŭs, a, um, apud Apul.

Cappadox leno apud Plaut. *in Curc.*

Cappagum, Hispaniæ oppidum est in Bætica prouincia, Gaditani conuentus. Plin. *lib. 3. cap. 1.*

Căppărĭs, {[illegible]. Gall. *Des capres.* Ital. *Cappari.* Germ. Kappren. Hisp. *Alcaparra.*} Frutex est firmioris ligni, senticosus, & humilis, baccis oleæ, sed minoribus, quibus fatiscentibus emicat flos roseus, candidus odoratúsque: qui postquam decidit, glans extuberat oblonga seminis acinosi plena. Nascitur præcipuè in parietinis: hoc est, muris veteribus, & spleneticis prodest: seritur quoque in locis siccis, area circum effossa, parieteque ex lapidibus circunducto, ne latius euagata, steriles reddat agros. Flos & Baccæ in ciborum condimentis laudantur, eò quòd & experentiam excitent, & lienem laxent, & pituitam per aluum exigant. Colum.

Capparis, & tristes inula, ferulaque minores.

¶ Dicitur & Cappar. Pallad. Hoc mense mentha & pastinaca, thymum, & origanum, & cappar. Vel Cappari. Celsus *lib. 4. c. 9.* Multísque modis huic rei cappari aptum est.

‖Cappas pro marinis equis habet Festus. Sed rectiùs *Campæ* dicuntur.‖

Căprārĭă, insula in mari Tusco, seu Ligustico capris abundans, quam Græci Ægilon dicunt. Plin. *lib. 3. c. 6.* Vulgò *Isola de capri.*

Caprasia apud Plin. *lib. 3. c. 18.* Vnum est ex ostiis Padi fluuij.

Capratinæ Nonæ. Vide *Capritina.*

Capreæ, [illegible] [illegible] [illegible] Stephano, insula vltra Surrentum Campaniæ vrbem circiter per octo millia passuum, teste Plin. *lib. 3. c. 6.* Tiberij arce nobilis, & abundans coturnicum multitudine, quæ ex Italia volantes, illic principio autumni capiuntur. De ea Suet. *in Aug. cap. 92.* Describitur ab eodem in Tib. *cap. 40.*

Capria, lacus est apud Strab. *in descriptione Pamphiliæ, lib. 14.*

Căprĭcōrnŭs, {[illegible]. Gall. *Capricorne, vn signe au ciel de vingt estoiles.* Ital. *Capricorno.* Germ. Ein Steinbock. Hisp. *Vn signo del cielo.* Angl. *Capricorne, an signe in heauen.*} Cæleste signum, quod Pana fuisse existimant, qui in Ægypto repentino aduentu Typhonis gigantis perterritus, posteriorem partem in effigiem piscis, priorem verò in formam hirci commutauit: cuius ingenium admiratum Iouem, ferunt hanc figuram in cælum transtulisse. Capricorni sidere natus. Suet. *in Aug. cap. 94.* ¶ Alij volunt Capricornum Iouis fuisse collactaneum, Amalthea enim, cui Iupiter nutriendus datus erat, quum ipsa lac non haberet, aluit eum lacte capræ, quæ duos habebat hœdos, quos Iupiter vna cum matre in cælum transtulit. Stellam habet in naso vnam, in pectore duas, in pede duas, inter scapulas septem, in ventre sex, in cauda duas. Cic. 2. *de nat. deor.* Tum gelidum valido de pectore frigus anhelans Corpore semifero magno Capricornus in orbe.

Căprĭfĭcŭs, ficus est ex syluestrium genere, nunquam maturescens: sed quod ipsa non habet, aliis tribuens. Plut. *in Camill.* {[illegible]. Gall. *Figuier sauuage.* Ital. *Ficaio saluatico.* Germ. Ein wilder feigenbaum. Hisp. *Cabrahigo.* Angl. *A wilde figge tree.*} Gignit enim culices, qui ad ficus alias aduolantes, ipsis maturitatem conferunt. Vide Plin. *lib. 15. c. 19.* Dictam autem volunt Caprificum à carpendo, quòd parietes & maceries, atque adeò saxa ipsa sibi obstantia discerpat. Mart.

Marmora Messala findit caprificus.

Căprĭfĭcāri. {Angl. *To husband or dresse wilde figge trees.*} Ficuum proprium est, quum culices ex caprifici fructu (quas Grossos appellant) ad ipsas aduolantes, lacteum humorem in eis contentum absumunt, easque ad maturitatem perducunt. [illegible]. Plin. *lib. 16. c. 27.* In Cea insula caprifici triferæ sunt. Primo fœtu sequens euocatur, sequenti tertius: hoc fici caprificantur.

Căprĭfĭcātĭo, nis, {[illegible], [illegible]. Angl. *Husbanding or dressing of wilde figge trees.*} (vt hactenus interpretati sunt quotquot onomastico huic manus sunt admoliti) in arboribus dicitur, quoties illarum cortex cultello finditur, vt commodiùs prorumpant, & crescant, similitudine caprifici, quæ ruptis muris intumescens exit. Qua in re quàm longè à veritate aberrarint, satis docebunt Plinij verba *lib. 16. cap. 15.* quæ hic subiecimus. Caprificus (inquit) culices parit: hi fraudati alimento in matre, putri eius tabe, ad cognatam volant, morsúsque ficorum crebro, hoc est, auidiore pastu, aperientes ora earum, atque penetrantes, intus solem primò secum inducunt, cerealésque auras immittunt foribus apertis. Mox lacteum humorem, hoc est, infantiam pomi, absumunt: quod fit & sponte. Ideóque ficetis caprificus permittitur ad rationem venti, vt flatus euolantes in ficus ferat. Inde repertum, vt illatæ quoque aliunde, & inter se colligatæ, iniicerentur fico: quod in macro solo & aquilonio non desideratur: quoniam sponte arescunt loci situ, rimísque eadem, quæ culicum opera, causa perficit: necnon vbi multus, quod euenit maximè frequenti via apposita. Namque & pulueri vis siccandi, succúmque lactis absorbendi: quæ ratio puluere, & caprificatione hoc quoque præstat, ne decidant, absumpto humore tenero, & cum quadam fragilitate ponderoso. Ex quibus Plinij verbis constat, Caprificationem nihil aliud esse, quàm rationem quandam perficiendi, vt culices è grossis enati ad ficus aduolent, humorémque earum lacte consumpto, ad maturitatem eas perducant.

perducant. Id autem solet fieri duobus modis: aut enim circum ficeta ita seruntur caprifici, vt ventorum flatu culices è grossis enati ad ficus ferantur: aut grossi aliunde petitæ, & colligatæ, in arborem inserebantur.

Caprificiālis dies, Vulcano sacer fuit, quo Attici æstiui mellis vindemias auspicabantur. Vide Plin. *lib.* 11. *cap.* 15.

‖Caprifolium, officinis herba, quæ *periclimenon* aliter. Lobel. *aduers.* ait quòd folia sint extremis flexibus capreolata.‖

Caprigenus. Caprile, Caprimulgus, Caprinus, vide *Capra*. Caprineum fictum nomen. Suet. *in Tib. cap.* 43.

Capriae, Καπρέαι, insula Italiæ. Dicuntur & Capreæ. Capriata erat Blesus poeta, ὡς καπριάτης, id est, natus in hac insula.

Caprius, viri nomen, de quo Horat. 1. *serm.* 4. *Sat.*

——— *Sulcius acer*
Ambulat, & Caprius rancus malè, cúmque libellis,
Magnus vterque timor latronibus.

Vbi Acron, Sulcius & Caprius nomina fuerunt delatorum. Alij actores causarum volunt fuisse. Inde etiam rauci traduntur assiduitate agendi.

Capronæ, atum, Iubæ, seu comæ in fronte deuexæ, quasi à capite pronæ. {צמות *tsammáh.* ὀπισθοκόμαι. GALL. *Les crins qui pendent au deuant du front, le toupet qui pend deuant les yeux, comme des cheuaux.* ITAL. *Capelli che sono nella fronte, come delle donne.* GERM. Das haar so vornen in die stirnen hangt. HISP. *Los copetes, cabellos de la frente.* ANGL. *Women beare lay bont ouer their forehead called goldy lockes.*} Lucil. *lib.* 7. *Satyr.* (vt citat Nonius,)

Aptari caput, atque comas sinistare capronas
Altas, frontibus immissas, vt mos fuit olim.

Hæ alio nomine dicuntur *Antiæ*. Ex Festo, & Nonio.

Caprōtinam Iunonem veteres dixerunt, quòd illi Nonis Caprotinis sub arbore caprifico sacra fierent ab ancillis simul & liberis. Nam post vrbem captam, quum sedatus esset Gallicus tumultus, exhausta Repub. finitimi opportunitatem inuadendi Romani Imperij aucupati, præfecerunt sibi Posthumium Liuium Fidenatium Dictatorem: qui feciale ad senatum misso postulauit, vt si vellent reliquias suæ vrbis non deleri, matresfamilias & virgines omnes sibi dederentur. Quúmque Patres essent in ancipiti deliberatione, ancilla nomine Philotis, vel (vt alij malunt) Tutela, assumptis cæteris omnibus ancillis, matrumfamilias, virginúmque habitu sumpto, nomine dominarum ad hostes transiit, prosequentibus cæteris ad rei fidem. Quæ quum à Liuio in castris distributæ essent, hostes plurimo vino prouocauerunt, diem festum apud se esse simulantes: quibus somno obrutis, ex caprifico dato signo hostes trucidati sunt. Memor itaque populus Romanus accepti ab ancillis beneficij, omnes iussit manumitti, dotémque eis ex publico assignauit: diémque ipsum Nonas Caprotinas appellauit, ab illa caprifico, ex qua signum acceperat, sacrificiúmque annuum Iunoni Caprotinæ sub caprifico instituit: cui etiam lac, ex caprifico ad rei memoriam adhibebatur. Vide Plutarch. *in Rom.* Capratinæ nonæ vocantur à Plutarcho *ibidem*, & de iis *in Camil.*

Caprullon, prouincia est prope montem Atho, Pomponio Melæ *lib.* 1.

Capruncŭlum, vas fictile, sic dictum quòd capax sit. Festus.

Capsa, Κάψα, vrbs Chalcydiæ regionis iuxta Pellenem, Thermæo sinui vicina. Steph.

Căpsă, Cista & repositorium, à Capio, quòd res in se reconditas capiat, vel à κάμψω, quod est curuo. {ארגז *arghàz.* κάψα, κιβώτιον. GALL. *Coffre, casse, layette, boite.* ITAL. *Cassa.* GERM. Ein kast/ kist. HISP. *Caxa ò arca.* ANGL. *A coffer or chest.*} Cic. *de diuin. in Verr.* Mihi quàm multis custodibus opus erit, si te semel ad meas capsas admisero. Clausa capsa alióve septo animalia. Velleius.

Căpsŭla, diminutiuum: à quo Capsella, {κιβώτιον. ANGL. *A casket, tille or coffer.*} Plin. *lib.* 30. *cap.* 11. Stellionem inclusum capsulis subiiciunt capiti. Catull.

Huc vna è multis capsula me sequitur.

Gell. *cap.* 15. *lib.* 10. Capsula apud lecti fulcrum.

Căpsārĭus, {κιβωτοφόρος. GALL. *Qui porte les cassetins, paniers, ou coffres.* ITAL. *Cassiere, chi porta la cassa ò libri.* GERM. Ein diener welcher im bad vmb lohn kleider in den kisten verhüt. HISP. *El que lleua la caxa, ò el libro al escuela.* ANGL. *That beareth chestes of coffres.*} Qui mercedis gratia seruanda in balneis vestimenta suscipit, custos captarum. Suet. *in Nerone cap.* 36. Constat quosdam cum pædagogis & capsariis vno prandio pariter necatos. ¶ Item Capsarius, qui portat libros, inquit Vlpianus. ¶ Item Capsarij sunt qui capsas faciunt. *l. vlt. de iur. im.*

Căpsăces, Vas olearium {צפחת *tsappáchath.* λήκυθος. GALL. *Bouteille à huile.* ITAL. *Boccale da l'oglio.* GERM. Ein Oelkrug/ oder sunst ein geschirr in das man öl thut. HISP. *Gangilon para tener azeyte.* ANGL. *A bottle for oyle.*} Cyprianus *lib.* 2. *Epist.* Fidelia fratris non deficiet, & capsaces olei non minuetur.

Căpsis, Antiqui dicebant, pro eo, quod est, Cape si vis, sicut Sodes, pro si audes. Capsit, Prehenderit, teste Festo, Obsoletum verbum à Capio, quod est Prehendo.

Capsitani, populi sunt Zeugitanæ regionis, quæ Africa minor dicitur. Plin. *lib.* 5. *cap.* 4.

Capso, pro cœpero.

Căptātĭo, Captator, Captatorius, Captio, Captiuncula, Captiosus, Captiuus, Captiuitas, Capto, Captura, Captus, vide *Capio*.

‖Capteutula, captio. Gloss. Isid. à *capio*.‖

Căpŭă, Καπύα Stephano, *Capua*, totius Olim Campaniæ vrbs præstantissima, quam Vulturnus amnis interfluit: à camporum latitudine, in quibus sita est, ita dicta, vt inquit Cic. Liuius à Capy Samnitium duce dictam existimat. Alij à falcone, sub cuius augurio condita est, qui prisca Tuscorum lingua Capys dicebatur. Virg. à Capy Æneæ commilitone, qui eam condidit. Strabo, quòd esset XII. vrbium caput, hoc est, ipsa duodecima reliquis vndecim præesset dictam existimat. Quidam à capacitate, quòd omnem vitæ fructum capiat. Eustathius etiam ab vrbe, cui nomen campus esset: vel à camporum planitie & abundantia, vt Diodorus, qui M. Genutio & Agrippa Curtio Chilone coss. ædificatam eam tradit. Sueton. certè *in Cæsare Dictatore, cap.* 81. vrbis huius originem nomenclaturam ad Capyn conditorem refert: in cuius sepulchro æneam tabulam inuentam tradit, quæ Cæsari necem denuntiabat.

Capula, vas vinarium quo veteres vtebantur. {גביע *ghabiáh.* λαβίδιον. GALL. *Long vaisseau pour boire, ou pour oster l'huile à vn autre vaisseau auec manches.* ITAL. *Vaso longo da bere per tenere in mano con i manichi.* GERM. Ein weynfaß/ oder ein lang hölzin geschirr mit welchem man die ölfaß/ oder geschirr füllet. HISP. *Vaso de dos anzas.* ANGL. *A ladle a vessel for wine, a spoone.*} Varro, Capides, & minores capulæ a capiendo nominantur, quòd ansatæ sint: vel à Græco, quod Calpin & Calpium, digitatos, ansatósque crateras, Erythris fingi solitos Philemon & Pamphilus scripsere. ¶ Capulis vtebantur in vasis olearis deplendis χύσιν. vnde & verbum Capulare manauit: de quo postea.

Căpŭlātor, qui capulis oleum deplet. Col. *lib.* 12. *cap.* 50.

Căpŭlo, as, are. {χαυλίζω. GALL. *Desemplir les vaisseaux d'huile, puiser huile & le tirer & mettre de vaisseau en autre.* ITAL. *Votare orci, ò altri vasi d'oglio, cauar l'oglio.* GERM. Mit einer gelte ein ölgeschirr füllen. HISP. *Trassegar el azeyte del alpechin.* ANGL. *To take oyle out of one vessel and put in another.*} Dolia olearia capulis deplete. Cato *de re rust. c.* 67. Ligna in torculario ne cædat, oleum frequenter capulet.

Capulica, nauis genus. Gell. *cap.* 25. *lib.* 10.

Căpŭlus, & Capulum, à capiendo. dicitur omne quicquid aliquam rem capit, vt inquit Nonius. Hinc capulum dicitur, quo mortui efferuntur. {ארון *arón.* νεκροφόρος, τάφος. GALL. *Vn sarcueil, ou vne biere ou on met vn corps mort.* ITAL. *Il cataletto da portar i morti, sepolcro.* GERM. Ein todtenbar/ oder der schragen/ vff welchem man die todtenbar tregt. HISP. *Las andas ò lechiga de muerto, sepulcro.* ANGL. *A beer.*} Item ipse sarcophagus, quòd corpora capiat. Plaut. *Asin. sc.* 1. *a.* 1. dicens de sene, Perij misera vt osculatur carnifex, capuli decus? Næuius *Pappo*. Pater prius in capulo, quàm in curuli sella suspendit nates. ¶ Capulus item, Manubrium gladij, quòd manu capiatur. {מנצב אבר חלחב *hannitsbáh achar hallàhab.* κώπη, λαβή. GALL. *Vn manche par lequel on tient quelque chose.* ITAL. *Manico di spada ouer pugnale.* GERM. Ein hendthaben oder hefte an einem schwert. HISP. *El cabo ò empuñadura del cuchillo.* ANGL. *The hilte, the handle or hefte of a weapon.*} Virg. 2. *Æneid.*

——— *capulo tenus abdidit ensem.*

Suet. *in Calig.* Veniam, inquit, veniam, & hic mecum: capulum gladij crebrò verberans, quo cinctus erat.

Căpŭlāris, e, adiect. vt Capularis senex, id est, morti contiguus, & mox capulo efferendus. {τυμβογέρων. GALL. *Vieillard, qui est sur le bord de sa fosse.* ITAL. *Il vecchio che ha gli piedi nel cataletto.* GERM. Der auff der gruben geht. HISP. *Viejo cercano à la muerte.* ANGL. *Veryold, at deathes dore, at the pittes brinke.*} Plaut. *in Mil.* Quid ais tu? itane ego videor oppidò acherontius capularis? ¶ Reum item capularem dicebant, quòd capulo dignus esset. ¶ Stamen capulare, pro vita breui etiam capulo vicina. Idem *in Asin.* Tam capulari stamine tibi diu videor viuere.

Căpus, i, & Capo, nis, {ἀλεκτρυὼν, ἐκτομίας. GALL. *Chapon, coq chastré.* ITAL. *Capone.* GERM. Ein kapaun. HISP. *Capon.* ANGL. *A capon.*} Gallus cui testes sunt auulsi. Varr. 3. *de re rust.* Villaticæ gallinæ, mares galli, capi semimares, quòd sunt castrati. Idem, Ex gallo gallinaceo castrato fit capus. Sipontinus, Galli quibus testes auelluntur, libidinis abolendæ causa, vt magis pinguescant, capi vocantur: quum meritò Galli à similitudine sacerdotis Matris deûm dici posse viderentur. Itaque à contrario sensu Gallos appellatos quidam existimant.

Capita bubula, locus Romæ. Suet. *in August. c.* 5.

Căpŭt, itis, {ראש *rosch.* κεφαλή. GALL. *La teste, le chef.* ITAL. *Capo, testa.* GERM. Ein kopff/ ein haupt. HISP. *Cabeça.* ANGL. *The heade.*} Dicitur totum illud quod collo sustentatur: inde dictum quòd ab eo initium capiunt nerui, per quos totum in corpus distribuitur sensus & motus. In summo enim à natura collocatus est, quòd in eo regimen totius animantis resideret. Alij ἀπὸ τῆς κεφαλῆς, quod est caput, vel ἀπὸ τοῦ κάρας, eiusdem significationis. Terent. *in Adelph.* Colaphis tuber est totum caput. ¶ Partes capitis distinguuntur: nam eminentior pars Vertex appellatur. Tum corona capitis diuiditur in frontem anteriorem, & occiput posteriorem partem: media verò sunt tempora quibus aures inhærent. ¶ Aliquando caput dicitur origo & principium, ἀρχή. Cic. *pro Flacc.* Caput est omnium Græcorum concitandorum Heraclides ille Temnites. ¶ Pro fonte & scaturigine: vt, caput Rheni, apud Hor. 3. *serm. satyr.* 10.

Item caput fluminis, quo flumen exoneratur in mare.

Cæsar *lib.* 4. *belli Gall.* Multísque capitibus in Oceanum influit. Capita montis, Virg. *lib.* 6. *Æneid.* ¶ Aliquando quod est in re quapiam præcipuum, & ad quod vnum reliqua omnia conferuntur, caput prouerbio vocamus. Terent. *in Adelph.* Te esse huic rei caput. Sic a capite accersere. Cic. 2. *de Oratore*, 1. *de legib. in Topic. & Tuscul.* Sic caput cœnæ, id est, præcipuus missus, præcipuum ferculum. Idem 2. *de finib.* Sed cedò caput cœnæ. & 5. *Tuscul.* Vbi cùm tyrannus cœnauisset Dionysius, negauit se iure illo nigro, quod cœnæ caput erat, delectatum. ‖¶ Aliquando pro homine & persona dicitur: vt *caput liberum*, homo liber. ¶ Aliquando pro statu est: vnde *capitis minutio*, status mutatio est, h. e. priuatio eius iuris, quod quis ex libertate, ciuitate, aut agnatione proprium habebat. Gloss. *Capitis diminutio*, κεφαλῆς ἐλάττωσις. ¶ Sunt etiam *capita* iumentorum pabula. Marcell. *lib.* 22.‖ ¶ Aliquando pro vita ponitur: vt Capitis res est, id est, de vita periculum est. Plaut. *in Trinum.* Et nimirū crederem, cui si capitis res siet, nummum nunquam credam plumbeum. ¶ Capitis aliquem arcessere. Cic. θανάτου καὶ κρίνεσθαι. Plato. ¶ Capitis causam dicere. Idem ἀπολογεῖσθαι θανάτου δίκην. Thucyd. ¶ Capitis damnari, capitis condemnari, Cic. θανάτου δίκην ὀφλισκάνειν, Lucianus. ¶ Aliquando pro summa prima pecunia, à qua fœnus, aut alius quæstus fit, veluti rei principium, quam & sortem dicunt. {ראש *rosch.* ἀρχαῖον. GALL. *Le principal, le premier argent ou denier qu'on baille à vsure, le sort.* ITAL. *Principale somma.* GERM. Ein haupt summa gelts/ das man zum wucher außleyhet. HISP. *El caudal en la vsura.* ANGL. *The principale summe of money geuin for vsuris.*} ¶ Capita item initia paritia in libris, quæ Capitula apud vulgares dicuntur. Gell. Quod in capite superiore à Critolao scriptum esse dicimus. Capitis

indicia quæ, Quint. *declam.* 131. Capita vitium, id est, ipsarum stirpes. Virg. *in Georg.*

——— *superest deducere terram*, sæpiùs ad capita.

¶ Caput facere dicitur de suppurationibus, quum apostemata franguntur. Plinius *de furunculis*, Remedia sunt quæ diximus folia trita cum polenta si non caput fecerint. Capitalis morbus. Gell. *c.* 13. *lib.* 16. ¶ Capite censi dicebantur eiusmodi, qui in plebe Romana perquam pauco, aut nullo ære censebantur, οἱ τὸ θῆτες πλεῖστοι. Budæus à censione capitum, quòd solis capitibus censerentur. Gell. *cap.* 12. *lib.* 16. Horum opera Romani in bello non vtebantur: quòd opes ciuium obsidum loco ducerent, metuerēntque ne infimæ sortis homines, qui nihil quod amittere possent, in vrbe reliquissent, aut segniter pugnarent, aut facilè spe lucri ad hostes deficerent. ¶ Proletariorum autem conditio paulò erat honestior: nam hi rebus asperis in militiam admittebantur, armáque illis sumptu publico præbebantur. Horum census erat ad mille quingentùm æris: capite censi autem non amplius 375. æris censum deferebant, dicti sunt Proletarij, à numero officióque prolis edendæ, quòd quum re familiari parua minus possent Remp. iuuare, sobolis tamen gignendæ copia ciuitatem frequentarent. Detracto capite (i. duce, qui aufugerat.) Velleius. Capita interdum pro hominibus, Liuius 3. *ab vrb.* per ignota capita latè vagata est vis morbi. i. per ignotos homines. Capita coniurationis pro principibus. Liuius 8. *ab vrb.*

Magna fuit quondam capitis reuerentia cani,

Ouid. 5. *Fast.* Capita factionum, *Les principaux*, Suet. *in Tib. c.* 37. ¶ Capitis diminutio, κεφαλῆς ἐλάττωσις. Est prioris status mutatio: cuius tria sunt genera (vt scribit Paulus,) Maxima, minima, media: tria enim sunt quæ habemus, libertatem, ciuitatem, familiam. Igitur quum hæc omnia amittimus, maximam esse capitis diminutionem, vt est deportatio: quum verò amittimus ciuitatem, & libertatem retinemus, mediam esse capitis diminutionem: vt est in colonias Latinas transportatio. Quum libertas & ciuitas retinetur, & familia tantùm mutatur, minimam esse capitis diminutionem constat, velut est adoptatio. ¶ Caput demulcere, allegoria prouerbij vice recepta, pro blandiri: sumpta ab adulantium gestu. In eundem sensum vsurpauit Lucilius, Scabere caput, apud Nonium. ¶ Quos tenerè amamus capite gestare dicimur. Plat. *de rep.* 10. Translatum apparet à matribus ac nutricibus, quæ infantulos cunis impositos capite portant. ¶ Capiti tuo, εἰς κεφαλήν σοι, imprecatio est. Cælius *ad Cic.* 8. *Epist.* Te sub rostram (quod illorum capiti sit) dissipatant perisse. Plautus, Capiti vestro id quidem. Virg. *in Æneid.*

——— *capiti cane talia demens.*

¶ Nec caput nec pedes: Negotium ita perturbatum, vt nescias quo pacto vel expedias, vel amittas, veteres dicebant, nec caput habere, nec pedes, Cic. *Curioni.* ¶ Nudo capite, γυμνῇ κεφαλῇ, facere quippiam dicuntur, qui palàm ac citra pudorem omnem faciunt. Qui item pudendam faciebant, iis mos erat centonibus caput operire. Plut. *Capt.* Cyrillus interpretans Ioann. Euang. & D. Chrys. *in encomio Babylæ martyris.* ¶ Sine capite sermo, ἀκέφαλος μῦθος, dicitur imperfectus ac mutilus. Plat. *de leg.* 6. ¶ Caput sine lingua. Competit in eos, qui in consultationibus, aut disputationibus ipsi quidem nihil habent quod dicant, verùm aliorū sententiis annuunt. Laber. Caput sine lingua, pedaria est sententia. ¶ Caput vacuum cerebro, ὦ οἵα κεφαλὴ καὶ ἐγκέφαλον οὐκ ἔχει, id est, O quale caput, & cerebrum non habet. de iis qui corporis specie præcellunt ingenio carentes. Natum ex Apologo Æsopi. Capita pro summitatibus arborum. Senec. *in Troade.* Mouēre syluæ capita. Col. *lib.* 3. *c.* 10. extrema pars eius quod caput vitis appellant, id est, vltimum & productissimum flagellum. Capita tignorum. Cæs. *lib.* 2. *de bel. ciu.* Item Liu. 6. *ab vrb.* Sortem aliam ferte, deducite de capite (de vsuris loquitur.)

Adiuro te tuúmque caput.

Catul. *de Com. Beren.* Caput ponere periculo. Plaut. Capite nutat, non placet, quod reperit. Idem *Merc. sc.* 1. *a.* 2. Ibo intrò, vbi de capite meo sunt comitia. Idem *Aul. sc.* 4. *a.* 4. Egreditur leno periurum caput. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 1.

———*Meúmque* *Denouear sine fine caput,*

Ouid. 13. *Metam.*

Căpĭtăl, is. {ἄμπυξ, κρήδεμνον. ANGL. *A trise to trusse vp the heare.*} quod sacerdotulæ etiam nunc in capite solent habere. Hæc Varro *de ling. Lat.* Festus autem, Capital, inquit, linteum quoddam quo in sacrificiis vtebantur. ¶ Capital item facinus, vt idem Fest. autor est, quod pœna capitis luitur. Hinc Arrius *lib.* 6. *de re milit.* Si quis commilitonem gladio vulnerauit, Capital admittit. Cic. 2. *de Legib.* Quique non paruerit, capital esto. Capital nunquam ædepol aufugiet, tametsi capital fecerit. Plaut. *Men. sc.* 1. *a.* 1. § ¶ Capital etiam dictum est capitis periculum. Contractum ex *capitale.* ‖

Căpĭtālis, e, adiect. {κεφαλικός. GALL. *Capital, criminel, mortel.* ITAL. *Capitale, mortale.* GERM. Das den todt verschuldt hatt. HISP. *Criminoso, digno de muerte.* ANGL. *Deathe, worthie of the death.*} Quod capitis supplicium meretur: vt capitale crimen. Cic. 7. *Verr.* Primum insimulatio est repentina, capitalis atque inuidiosi criminis. ¶ Capitale crimen non ita planè est intelligendū, quòd vita priuaretur is, qui crimine capitis damnatus erat, sed quòd eum capitis pœna sequeretur. Capitis autem pœna, vel libertatis, vel ciuitatis amissio dicebatur, quam vtramque capitis diminutionē vocabant: at capitis diminutio quum triplex esset, maxima, media, minima: non omnis tamen pœna fuit, sed tantùm duæ priores: maxima, quæ libertatis ademptione: media, quæ ciuitatis: minima, quum familia mutaretur, beneficium potius quàm pœna fuit: quòd si cui magistratus adimeretur, capitis ea diminutio non fuit: vt *Inst. lib.* 1. legimus: sicuti capitis ea diminutio fuit manente magistratu, vt in mancipatione filij: quod *l.* 28. *de capite minutis* traditum est, quocunque autem in crimine vel maxima, vel media capitis diminutio sequeretur, capitale illud esse crimen dicebatur. Ex lib. quem edidit Manutius *de legibus Rom.* Capitis lusus, lascivia oris teterrimi morigerantium, vel illudentium capiti, quæ Nolanis obiiciebatur. Auson. Et quam Nolanis capitalis luxus inussit. Capitale pro ingenioso, acuto & solerti. Ouid. 3. *Fast.*

Capitale vocamus ingenium solers.

Capitalis aliquando ponitur pro pretiosus. Cic. *in Anton.* Capitalem, vel pestiferum M. Antonij reditum à Brundusio expectabamus. Capitalis hostis. Cic. *in Cat.* Capitalis cædes. Plaut. *Most. sc.* 1. *a.* 1. ¶ Capitalis oratio, ἀνίσχυρος λόγος. Cicer. *lib.* 1. *Offic.* Capitalis oratio est ad æquationem bonorum pertinens. ¶ Capitalis ira ab Horatio dicitur pro mortifera, Capitale odium, ἔχθος μέγα. Capitalis morbus, quòd caput & hominis vitam petat. ¶ Capitalis locus dicebatur, vbi si quid violatum erat, capite violatoris expiabatur. ¶ Capitale pactum, capitale vitium, propter quod debet quis ad pœnam capitis peti.

Căpĭtălĭter aduerbium. {κεφαλικῶς, φονικῶς. GALL. *Mortellement, à mort.* ITAL. *Mortalmente.* GERM. Todtlich. HISP. *Mortalmente, à muerte.* ANGL. *Deadlie.*} Plin. *epist.* 5. Præterea reminiscebantur, quàm capitaliter ipsum apud Centumuiros lacessisset.

Căpistrum. Capitis vinculum quod equis & huiusmodi animalibus adhiberi solet, ne fugiant. {מחסום *machsóm.* κημός. GALL. *Licol, bride, ou cheuestre.* ITAL. *Capestro, legame, fune.* GERM. Ein band das man den rossen vmb den kopf legt. HISP. *Xaquima ò cabestro.* ANGL. *An halter.*} Mart. Paret purpureis aper capistris. ¶ Colum. *lib.* 5. vitibus attribuit, quum inquit, Quare quum ad summum palum recta vitis extenta est, capistro constringitur, ne fœtu grauata subsidat, curuetúrque. ¶ Et capistrum dicitur, quod circa os brutorum inuoluitur, ne cibos decerpant.

Căpistro, as, Capistrum impono. {חסם *chasám.* κημόω. GALL. *Enchevestrer, lier par la teste, emmuseler.* ITAL. *Incapestrare, incauezzare.* GERM. Ein halfter anlegen/anbinden. HISP. *Encabestrar bestias.* ANGL. *To put an halter in the head of a beaste.*} Plin. *lib.* 18. *cap.* 19. Si inter arbores, vitésque aretur, fiscellis capistrari boues oportet, ne germinum tenera decerpant. Col. *lib.* 11. *cap.* 2. Vt iuga vineis imponantur, & capistrentur.

Căpĭtātio, nis, {מס *más.*} Tributum quod in capita ita distributum erat, vt iugatio in iuga boum. *l. immunitates, & l. seq. C. de agric. & censi. lib.* 11. ¶ Capitatio item pro annona, *in tit. C. de annonis & capitatione.* Budæus.

Căpĭtātus, a, um, quod formam habet capitis. {κεφαλωτός. GALL. *Testu, ayant teste.* ITAL. *Chi ha testa.* GERM. Der ein kopf oder haupt hatt. HISP. *Cosa de grande cabeça, cabeçudo.* ANGL. *That hath an head.*} Vnde capitatum porrum. Colum. *lib.* 11. Cultus autem porri capitati assidua sarritio & stercoratio est. ¶ Item capitata vinea ab eodem dicitur, sicut & brachiata, *lib.* 5. *c.* 5. Nam duæ species huius quoque culturæ sunt: alij capitatas vineas, alij brachiatas magis probant.

Căpĭtellum, i, diminutiuum est à *capitulum*, quod significat paruum caput, id est, crassiorem summitatem cuiuscunque rei. {כותרת *cotheréth.* κεφαλίς, κεφάλιον. GALL. *Testelette, petite teste.* ITAL. *Capitello.* GERM. Ein hauptlin/ oder ein capitel vnd vnderscheyd in einem buch. HISP. *Capitel, como de columna ò pilar.* ANGL. *A litle head.*} Plin. *lib.* 24. *cap.* 16. Inde ramuli assurgunt sua capitella gerentes. ¶ Item capitellum dicitur epistylium, id est, caput columnarum. {ANGL. *The chapiter of a piller.*} Nam basis inferior pars, hoc & capitulum vocatur. Plin. *lib.* 36. *cap.* 23. Spiræ subditæ, & capitella addita. ¶ Recentiores insuper medici Capitellum sumunt pro vase illo duplici, in quo reponuntur herbæ, aromata, & similia, vt igni supposito ex eis aqua exprimatur.

Căpĭtium, interprete Nonio, Capitis tegumentum est. {צעיף *tsahiph* פתיגיל *pethigbil.* ἐπίλημμα τῆς κεφαλῆς. GALL. *Chaperon ou cape que les femmes portent au temps de pluye.* ITAL. *Capello, beretta.* GERM. Ein hauptdecke/ als ein hut/ kapp/ bareet. HISP. *Bonete, sombrero de muger.* ANGL. *An hood.*} Contrà Varro non obscurè innuit muliebre tegumentum fuisse, quo illæ pectus vinciebant, & à capiendo, id est, comprehendendo, non à capite esse deductum. Capitium (inquit *lib.* 4. *de L. L.*) quod pectus capit, id est, comprehendit. Idem *lib.* 4. *de vita pop. Rom.* vt citat Nonius. Neque id ab orbita matrumfamiliâs instituti, quòd ex pectore & lacertis essent apertis, nec capitia habebant. Vlp. *l. vestis, ff. de aur. & arg. leg.* Muliebria sunt veluti stolæ, pallia, capitia, zonæ. Gell. meminit *cap.* 6. *lib.* 16.

Căpĭtōnes, dicuntur duri qui nunquam de sua sententia immutantur, vt apud Plaut. *in Persa.* {קשה ערף *keschéh hôreph.* ἀτενεῖς. GALL. *Testus, gros testes, opiniastres.* ITAL. *Testareci, di suo capo, ostinati.* GERM. Hartkopf/ eintöng/ die von irem kopf oder meinung nit abweychen wöllen. HISP. *Porfiados, confirmados, hombres de cabeça.* ANGL. *That hath great heades, stubburne and wilfull.*} Dicitur & capito qui magnum habet caput. *Cic. de nat. deor.* Redeo ad deos, ecquos ij non tam Strabones, aut petulcos esse arbitramur? ecquos næuum habere? ecquos silos, flaccos, frontones, capitones, &c. Est item Capito piscis apud Catonem *de R. R. c.* 158. {ANGL. *A codde fishe.*} ¶ Κέφαλος ποτάμιος, vel potiùs κέφαλος ποτάμιος, mugil fluuialis, similis est mugili cuius in dorso vnica pinna os sine dentibus, sed asperum, branchiæ quaternæ ac geminæ, oculi pupilla nigra. Cato *c.* 148. de aluo deiicienda, piscem capitonem (scriptum capitoneum) & scorpionem memorat Ausonius *in Mosella*: Squameus herbosas capito interlucet arenas, Viscere prætenero fartim congestus aristis.

Căpĭtōsus, a, um, {κεφαλάδης. ANGL. *Which hath a great head.*} Qui magnum caput habet. ¶ Interdum dicitur qui est duri capitis, qui & ceruicosus appellatur.

Căpĭtŭlātum, dicitur quod in summo crassum quidam habet in morem capitelli, κεφαλωτόν. Plin. Folia bouis linguæ similia, minora, subcandida, & in cacumine capitulata.

Căpĭtŭlātim, aduerb. Per capita. {GALL. *Par petits sommaires & articles.* ITAL. *Per capitoli, per parti.* GERM. Durch die capitel/ von capitel zu capitel. HISP. *De capitulo en capitulo.* ANGL. *By speciall heades and sommes.*} Plin *lib.* 2. *cap.* 12. Nunc confessa de iisdem breuiter atque capitulatim attingam.

Căpĭtŭlo, as, Capitulum appono, vel per capita distinguo, κεφαλαιόω. Vnde & Recapitulare, ἀνακεφαλαιοῦν, est breuiter quæ dicta sunt per capita recensere.

Căpĭtŭlum, diminutiuum, significat paruum caput. {κεφάλιον. GALL. *Testelette, petite teste.* ITAL. *Piccicolo capo.* GERM. Ein hauptlin/ köpflin. HISP. *Pequeña cabeça.* ANGL. *A litle head.*} Plaut. *Curc.* Vbi quid surripuere,

puere, operto capitulo caldum bibunt. ¶ Est & vox blandientis. Idem, Meum capitulum, meus ocellus. Ter. O lepidum capitulum. ¶ Capitulum, pro homine. Scribam te huic capitulo satis esse facturum, i. mihi pene libero. Plaut. *Asin. sc. 4. a. 2.* ¶ Aliquando dicitur initium sententiæ, quod per metaphoram etiam caput vocatur, κεφάλαιον. Cic. 1. *de Legibus*. Nec vero ferent, si audierint te primum capitulum optimum prodidisse: in quo scripsit nihil curare Deum, nec sui, nec alieni. ¶ Item caput columnarum. Plin. *lib. 36. cap. 23.* Quoniam capitulis Corinthiorum eadem est altitudo, &c. ¶ Est etiam locus, vbi congregantur Monachi, Canonici, & omnino qui Capitulares dicuntur. quia ibi capita religiosorum, h. e. primores Ecclesiastici considunt. Italicum est *Capitolo*. ¶ Vsurpatur pro ipsis canonicis congregatis, seu collegio. ¶ Est præterea vrbs Italiæ prope Bouillas, & Calatias.

Capitulum Martis, Eryngion apud Diosc. *lib. 3. cap. 23.*

Căpys, Κάπυς, nomen Troiani cuiusdam, qui Capuam ædificauit. Virgil. *lib. 10.*

Et Capys hinc nomen Campanæ ducitur vrbi.

Huius meminerunt Dictys Cretensis, & Dares Phrygius. Item interpres Quint. Calabri poetæ *in lib. 12.* qui cum maiestate Homeri videtur quasi contendere. ¶ Fuit item Capys filius Assaraci, & pater Anchisæ. Ouid. *in Fast.*

——Tros est generatus ab illo:
Assaracum creat hic Assaracúsque Capyn.

¶ Capys item Syluius, Albanorum rex & Capeti pater.

Cara, radix est herbæ eiusdem nominis, qua lacti admista Hircius scribit Cæsaris exercitum diu inopiam leuasse.

Carabis, Κάραβις, fluuius est apud Seras, Scythiæ populos, cuius meminit Plin. *lib. 6. cap. 17.*

Cărăbŭs, Genus cancri. Plin. *lib. 9. cap. 31.* Cancrorum genera carabi, astaci, maiæ, paguri, heracleotici, leones, & alia ignobiliora. Carabi à cæteris cancris cauda distant. In Phœnice ἵπποι vocantur, tantæ velocitatis vt consequi non sit possibile. ¶ Carabus nauicella est apud Isidor.

Caracalla, æ, indumenti genus fuit ad talos vsque demissum ab Antonino Imperatore populo datum: vnde & Caracallæ agnomen inuenit. Autor Sext. Aurel. *in Anton.* ¶ Eius hæc sunt verba: Caracallæ nomen accepit à vestimento, quod populo dederat, demisso vsque ad talos. quod antè non fuerat: vnde hodie Antonianæ dicuntur Caracallæ huiusmodi in vsu maximè Romanæ plebis frequentatæ.

Caraca, oppidum est in Hispania, quod hodie vulgò *Guadalaira* dicitur.

Caralitanum, & Caralitani (quæ huc perperam ingesta erant.) Vide *Calaritanum*, & *Calaritani*.

Carambis, Κάραμβις, *Campo pisello*. Promontorium magnum Paphlagoniæ ad Septentrionem porrectum, arietinæ frontis habens formam, quod longo spatio pelago incumbens, Scythicæ obiectum peninsulæ, Euxinum Pontum bimarem videtur efficere.

Carambucis, fluuius est Scythiæ ad montes Riphæos. Plin. *lib. 6. cap. 13.*

Carana, Ponti oppidum, à quo Caranensis regio dicitur: vt scribit Strab. *lib. 12. Geographiæ.*

Caranitis, præfectura est Armeniæ maioris. Plin. *lib. 5. cap. 24.*

Caranus, Macedoniæ rex, cuius historiam pluribus persequitur Iust. *lib. 7.* Eius etiam meminit Solinus *cap. 11.* ¶ Est item Caranus Aradiorum portus in Phœnice prope Paltum vrbem, vide Strab. *lib. 15.*

Caraseni, populi Tauricæ regionis. Plin. *lib. 4. cap. 12.*

Carastaci, Plin. *lib. 6. cap. 7.* Populi sunt circa Mæotim.

Caraxus, quod hactenus hic vitiose scriptum, ita alieno loco collocatum fuit. Vide *Ceraxus*.

Carba, vide *Carbas*.

Carbana, Κάρβανα, vrbs Lyciæ est, apud Steph.

Carbania, Pomp. Melæ *lib. 2.* commemoratur inter paruas insulas Tyrrheni maris, Italiæ adiacentes.

Carbas, {λίψ. GALL. *Garbin.* ITAL. *Garbino.* GERM. Der wind so von der Sonnen nidergang deß winters her wähet. HISP. *Viento abrego.* ANGL. *The southe west wind.*} A Vitruuio appellatus ventus ab occasu brumali flans, quem vsitatiore nomine Africum vocamus. Itali *Garbinum* vocant, nomine à Carba (vt videtur) deducto.

Cărbăsŭs, {κάρπασος, λίνον λεπτόν. GALL. *Fin lin.* ITAL. *Lino fino.* GERM. Ein schön leinwat. HISP. *Vn genero de lino pretioso.* ANGL. *Lawen or fine linnen cloth, cypres.*} In singulari frequentiùs fœminini generis, interdum etiam masculini, in plurali vero neutri. Papinius *in Achilleid.* Nec mora iam dextras Ithaceia carbasus auras poscit. Propert. Exhibuit viuos carbasus alba focos. Apud Val. Max. in masculino genere inuenitur. Ita enim ait *lib. 1.* Quum carbasum, quem optimum habebat, foculo imposuisset, subitò ignis emicuit. Est autem carbasus genus lini miræ tenuitatis in Hispania primum repertum, vt scribit Plin. *lib. 19. cap. 1.* Ex carbaso fiebant vela nauium, quæ & ipsa Carbasa, ἄρμενα, dicuntur. Virg. 3. *Æneid.*

——& aura
Vela vocant, tumidóque inflatur carbasus Austro.

Nonius docet Carbasum esse pallium, quo fœminæ amiciuntur opulentiæ causa, vt serico, aut tenui lino. Idem 8. *Æneid.*

——eum tenuis glauco velabat amictu Carbasus.

Cărbăsĕŭs, a, um, ex carbaso factus, {ὁ λίνεος. GALL. *De fin lin.* ITAL. *Fatto di lino.* GERM. Das auß schöner oder reiner leinwat gemacht ist. HISP. *Cosa de aquel lino precioso.* ANGL. *Made of fine linnen cloth.*} Cic. 7. *Verr.* Tabernacula carbaseis intenta velis collocabat. ¶ Carbasei venti. Tib. *lib. 3. Eleg.* Post hæc carbaseis humorem tollere ventis.

Cărbăsĭnŭs, a, um, Carbasina vela, apud Plin. *lib. 19. c. 1.* λίνεα ... Quint. Curt. Carbasinis vestibus indi & Arabes corpora velant, quæ sunt auro purpuráque distinctæ.

Cărbăsĭnĕus, a, um, idem. Varro *de vita pop. Rom. lib. 4.* Eadem postea carbasineo magis, vt pellibus tegerentur togæ.

Cărbătĭnæ, καρβάτιναι. Calceamenti rustici genus, ex recentiore corio bubulo, vnde Carbatinæ crepidæ, apud Catullum. Arist. *lib. 2. de Animalibus*, scribit camelos calciari carbatinis, ne scilicet in exercitu longiore itinere fatiscant.

Carbileti, Thraciæ populi. Plin. *lib. 4. cap. 11.*

Carbilius, cui Spurius prænomen fuit, primus Romæ Grammaticam mercede docuit. Huius autem patronus Carbilius, cognomento Ruga, primus Romæ vxorem, quòd sterilis esset, repudiauit, præstito ante iuramento, se vxorem liberorum caussa quærere. Autor Gellius.

Cărbo, Κάρβων, prænomine Cneus, ter Consul fuit, & in tertio Consulatu iussu Pompeij, quòd Marianas partes sequeretur, dum aluum exonerabat, in Sicilia fuit interfectus. ¶ Fuit & C. Carbo huius frater, summus Orator, cuius meminit Cic. *in Bruto*, quòd voluntaria morte se à iudicum seueritate vindicarit. ¶ Fuit & alius Carbo, huius filius, quem Cicero oratorem non satis acutum fuisse ait, verborum tamen grauitatem ei tribuit, & naturalem quandam orationis autoritatem. Hic ab exercitu suo interfectus fuit, quem bellis ciuilibus solutum ad disciplinam reuocare conabatur.

Cărbo, nis, propriè dicitur, quum extincta fuerit pruna. {גחלת *gheheleth* פחם *pecham* רשף *resceph.* ἄνθραξ. GALL. *Charbon.* ITAL. *Carbone.* GERM. Ein kolen. HISP. *Carbon.* ANGL. *A cole, a charecole notburning.*} Persius, Illa priùs creta, mox hæc carbone notasti. Carbone notare, i. damnare: cui contrarium, Creta notare, propterea quòd Pythagoras aiebat, id quod esset colore candido ad boni naturam pertinere, quod atro, mali. Terent. *Adelph.* Tam excoctam reddam atque atram, quàm carbo est. ¶ Aliquando dicitur Carbo, quum est ignitus. Plin. *lib. 18.* Et quum cinis in foco concrescit, & quum carbo vehementer perlucet. Ouid. *Eleg. 11. lib. 3. Trist.*

—— Lentis carbonibus vre Inclusum.

Carbo de cremato cadauere. Celsus *lib. 4. cap. 4.* Vulgò audio, si quis pullum hirundinis ederit, angina toto anno non periclitari, seruatumque eum ex sale, cùm is morbus vrget, comburi, carbonémque eius contritum in aqua mulsa (quæ potui datur) infricari, & prodesse. Idem *lib. 5. cap. 27.* De scorpione super prunam imposito dixit, Carbonem eius super vulnus deligant.

Cărbuncŭlus, dimin. Paruus carbo. {ἀνθράκιον. GALL. *Petit charbon.* ITAL. *Piccolo carbone.* GERM. Ein kolelin. HISP. *Pequeño carbon.* ANGL. *A litle cole.*} Plaut. *in Most.* Amburetur misero ei corculum, vt carbunculus. Ad Herenn. *lib. 4.* Ipse à vicinis cum testa ambulans carbunculos corrogaret. ¶ Est item Carbunculus, tumor præter naturam, siue vlceris genus celeriter crustam faciens, cum vehementi partis inflammatione: ita dictus à carbonis igniti similitudine. {רשף *resceph.* ἄνθραξ. GALL. *Apostume nommé charbon.* ITAL. *Carboncello.* GERM. Ein böß gifftig geschwär, ein Carfunckel blater. HISP. *El carnoncal.*} Eius hæc notæ sunt: Rubor est, supérque eum non minimum pustulæ eminent, maximè nigræ, interdum sublíuidæ, aut pallidæ. In his sanies esse videtur, infrà color est niger, ipsum corpus aridum & durius quàm naturaliter oportet. Plin. *lib. 23. cap. 4.* Nomas repurgant, carbunculos rumpunt. ¶ Est item Carbunculus, Gemma igniti carbonis similitudinem referens, ipsisque etiam noctibus lucens, & quibusdam quasi radiis refulgens: quæ apud Indos, & Garamantas inuenitur. {אקדח *ekdach.* ἄνθραξ. GALL. *Pierre precieuse appellée escarboucle.* ITAL. *Pietra pretiosa detta escarboncolo.* GERM. Ein Carfunckelstein der zu nacht scheynt. HISP. *El carnencol piedra.*} Plin. *lib. 37. cap. 7.* Principatum habent carbunculi, à similitudine ignium appellati, quum ipsi non sentiant ignes: ob id à quibusdam Apyroti vocati. ¶ Sumitur quandoque Carbunculus, pro terra, vbi tesseræ lapideæ, & nigræ reperiuntur. Palladius, In Ianuario mense carbunculus, nisi stercoretur, macras vineas reddit. Plin. *lib. 16.* Maximæque sabulum humidum, aut carbunculum, aut cophaceam formam. ¶ Hinc Carbunculosus ager dicitur, in quo id genus carbunculi abundat. Colum. *lib. 3. c. 11.* Nam carbunculosum agrum nisi stercore iuues, macras vineas efficere dixerunt. Plin. *lib. 31. c. 3.* Sabulosum masculum, & arena carbunculosa certas promittit venas stabilésque & salubres. ¶ Carbunculus præterea in vitibus & arboribus dicitur, quum earum flores aduruntur, & ad carbonis siccitatem nigredinémque rediguntur, ἀνθρακίασις. Plin. *lib. 17. c. 24.* Syderatio tota è cælo constat: quapropter & grando iis in causis intelligi debet, & carbunculatio, quod pruinarum iniuria euenit. Hæc enim verno tempore inuitatis, & erumpere audentibus satis mollibus insidens, adurit lactescentes germinum oculos: quod in flore carbunculum vocant.

Cărbuncŭlo, as, neut. absolutum, & Carbunculor, aris, deponens, pro eo quod est, carbonis similitudine aduro, seu inflammo. {קדח *kadhah.* ἀνθρακίζω. GALL. *Estre enflammé & rouge comme vn charbon.* ITAL. *Essere inflammato come carbone.* GERM. Brennen oder anzünden wie kolen oder wie ein glut. HISP. *Encenderse como carbon.* ANGL. *To be inflammed and redde lik a cole.*} Plin. *lib. 23. c. 3.* Succus eorum carbunculantibus circa oculos vlceribus, & pustulis, procidentique pupillæ efficax. Idem *lib. 12. c. 7.* Verùm & his sua iniuria est, atque cæli intemperie carbunculantur, fiúntque semina cassa, & inania. Idem *lib. 12. c. 8.* In hoc temporis interuallo res summa vitium agitur, decretorio vuis sydere illo, quod Caniculam appellauimus: vnde carbunculare dicuntur, vt quodam vredinis carbone exustæ.

Carbunculatio, nis, verbale. Vide in *Carbunculus*.

Cărbōnārĭŭs, substant. qui carbones conficit. {ἀνθρακεύς. GALL. *Charbonnier.* ITAL. *Carbonaro.* GERM. Der da kolen macht, koler. HISP. *Carbonero.* ANGL. *A collier.*} Plaut. *in Cas.* Sine modò rus veniat, remittam ad te virum Cum furca in vrbem, tanquam carbonarium.

Cărbōnārĭŭs, a, um, {ἀνθρακηρός. GALL. *De charbon, des appartenances de charbon.* ITAL. *Di carboni.* GERM. Das zu kolen gehört. HISP. *Cosa perteneciente à carbon.* ANGL. *Perteining to coles.*} vt, Fornax Carbonaria. Carbonarium negotium exercere. Plin. *de viris illustr.* Nam pater eius, quamuis patricius, ob paupertatem carbonarium negotium exercuit.

Carbula, autore Plin. *lib. 3. cap. 3.* Oppidum est Bæticæ prope Corduham.

Carcates, populi sunt Narbonensis Galliæ, quorum oppida sunt Anatilia, Acria, Bormanico, Macina, & Cabellio. Plin. *lib. 3. cap. 4.*

Carcasum, Plin. *lib. 3. cap. 4.* vocatur oppidum Galliæ Narbonensis, quod hodie *Carcassonam* vocant.

Carcathiocerta, Armeniæ maioris vrbs Tigri proxima, vt autor est Plin. *lib. 6. cap. 11.*

CARCER, is, locus in quo seruantur noxij: vel vndecunque quis exire prohibetur: quasi Coarcer, à coercendo, vt docet Varro: quòd vincti in eo custoditi prohibeantur exire. {כלא chéle. δεσμωτήριον, φυλακή. GALL. *Prison.* ITAL. *Carcere, prigione.* GERM. Ein kercker / ein gefengknuß. HISP. *Carcel, lugar de prison.* ANGL. *A prison or gaill.* } Liu. *lib.* 1. Carcer ad terrorem increscentis audaciæ, media vrbe, imminens foro ædificatur. Cic. 7. *Verrem,* Cur carcer ædificatus? cur tot supplicia in improbos more maiorum constituta? Te surripuisse aiunt coronam & compactum in carcerem. Plaut. *Men. sc.* 5. *a.* 5. An expugnauit patriam carcerem patriam tuam? Idem *Pseud. sc.* 7. *a.* 4. Quid faciam si me viri tres in carcerem compegerint? Idem *Amph. sc.* 1. *a.* 1. In robusto carcere vt pereatis. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 5. Item Carcer pro ipso corpore, Carcere diutino emissus animus. Sen. *cap.* 8. *de consol. ad Polyb.* ¶ Vnde & in circo, vnde emittebantur equi, Carceres sunt appellati, quòd coërceantur equi, ne inde exeant, antequam magistratus signum miserit. {βαλβῖδες, ἄφεσις. GALL. *La barriere, ou le lieu duquel partoient les cheuaux pour courir ès ieux de prix publics.* ITAL. *Luogo donde si portanno i caualli per correre al palio, le mosse.* GERM. Schrancken in welchen die roß gehalten werden / ehe das man sie herauß laßt zu dem turnier oder anderem scharpfspyl. HISP. *La cuerda que emparejas los cauallos.* ANGL. *Places out of which horses is letten to runne a goale* } Terminum autem ad campi finem, vbi cursum sistunt, Metam pro fine ponimus. Et licet quidam dicant in singulari tantùm significari custodiam publicam, in plurali currentium equorum repagula, vel funes, qui equis ad metam currere lentibus opponuntur, Cic. tamen vtrunque indifferenter posuit. Nam *in Catone* sic inquit, Nec verò velim quasi decurso spatio ad carceres à calce reuocari. Et *lib.* 4. *ad Heren.* Quasi si quis ad Olympiacum cursum venerit, & steterit vt emittatur, impudentésque illos dicat esse, qui currere cœperint, ipse intra carcerem stet. Sueton. *in Claud. cap.* 21. & 26. Carceribus marmoreis & aureis metis. ¶ Hinc dicimus, A carcere, ἀπὸ βαλβῖδος, pro, ab ipso rei principio. Et, à carceribus, ἀπὸ βαλβίδων, pro eodem. ¶ Carceres interdum pro furibus, seu captiuis poni solent: Græcè δεσμῶται. idque per metonymiam, continens pro contentis: quemadmodum etiam Ergastula sæpe accipimus pro iis qui ergastulis sunt inclusi. Cicer. *in epist.* Quacunque iuit, ergastula soluit.

Cārcerārius, a, um, quod ad carcerem pertinet. {ὁ εἱρκτῆς, ὁ ἐκ τοῦ δεσμωτηρίου, ὁ ἀπὸ τοῦ δεσμωτηρίου. ANGL. *Belonging to a gaill.* } Plaut. *in Capt. sc.* 2. *a.* 1. Ægrè mihi est, hunc quæstum facere carcerarium.

Cārchēdōn, Καρχηδών, à Græcis appellata vrbs Africæ totius olim potentissima, infestissimáque Romani imperij æmula. {GERM. Die gewaltige statt Carthago in Africa. } Vnde Carthaginenses ab iisdem Carchedonij, Καρχηδόνιοι, appellantur. Hinc etiam Plaut. Comœdiam suam Penulum Carchedonium nominauit. ¶ Carbunculos quoque Germanicos, Plin. autor est *lib.* 37. *cap.* 7. ab huius vrbis opulentia Carchedonios fuisse vocatos, non quòd circa Carthaginem inuenirentur, sed quòd à Pœnis negotiatoribus Romam afferrentur. Dicta Carchedon à Carchedone conditore, cuius meminit Appianus. Sed vulgatior fama est, conditam fuisse à Didone. De hac multa Eustath. *in Dionys.*

Cārchēdonius, καρχηδόνιος, σμαραγδίτης, genus inter metalla æris repertum, vilissimum, minimúmque: idem fragile, & colore incertum: ac virentium in caudis pauonum, columbarúmque collo plumis simile. Alio nomine Smaragdites dicitur. Vide Plin. *lib.* 37. *cap.* 5.

Carchesia, insula vna Cycladum, alias Amargus, Steph.

Cārchēsium, καρχήσιον. Poculi genus. Virg. 5. *Æneid.*

Hic duo ritè mero libans carchesia Baccho.

Tradunt Iouem, quando pro Alcmena concubuit, in pretium ei concubitus carchesium aureum dedisse. ¶ Est autem id vasis genus procerum, ac circa mediam partem compressum, ansatum mediocriter, ansis à summo ad infimum pertingentibus. ¶ Est præterea Carchesium in nauibus suprema pars mali, à qua veli latera, quæ cornua vocantur, vtrinque diffunduntur: à cuius figura Asclepiades, referente Macrobio, vascula eiusdem nominis dicta arbitratur. ¶ Mali autem nauium in tres omnino partes distinguuntur: quarum infima Pterna vocatur, media τράχηλος, suprema Carchesium. Plura de hoc vide apud Macrobium, Crinitum, Baylium, & Nonium.

Carcina, καρκίνα, ciuitas est Scythiæ Europææ, à qua sinus Carcinites. Plin. *lib.* 4. *cap.* 12. Pomp. *lib.* 1. & Carcinites amnis, eam ciuitatem præterfluens, vt autor est Ptol. *lib.* 1. *cap.* 5.

Cārcinethron, καρκίνηθρον. Genus herbæ, quod Græci polygonon vocant: cuius succus naribus infusus supprimit sanguinem, & cum vino potus cuiuslibet partis profluuium excreationésque cruentas inhibet, Geniculatam Latini vocant. Plin. *lib.* 27. *cap.* 12. ¶ Vulgò *Centimedia.* Dicimus hic, herba sancti innocentis.

Cārcinias, καρκινίας, gemma est marini cancri colore. Plin. *lib.* 37. *cap.* 11.

Cārcinōdēs, vide *Carcinus.*

Cārcinōma, Cancer morbus. {καρκίνωμα. GALL. *Chancre, maladie ès parties superieures.* ITAL. *Cancaro.* GERM. Der krebs / ein kranckheit. HISP. *Cancer ò saratan.* ANGL. *A canker or disease in the superiour partes.* } De quo vide Plin. *lib.* 20. *cap.* 9. Cato *de re rustic.* Et si quid in mammis vlceris natum, & carcinoma, brassicam tritam apponito, sanum faciet. Celsus tria facit eius genera: primum Cacoethes, quum vlcus quidem pressum est; sed quæ circa sunt intumescunt: secundum sine vlcere: tertium quod Thymum vocat. Vide plura in dictione *Cancer.*

Cārcinus, Cancer animal & signum cæleste. {καρκίνος. GALL. *Vn cancre.* ITAL. *Gambaro, granchio, cancro.* GERM. Krebs / das thier. HISP. *Cangrejo.* ANGL. *A crabbe or heauenlie signe.* } Vide in dictione *Cancer.* Luc. *lib.* 9.

Par geminis Chiron, & idem quod Carcinos ardens,
Humidus Ægoceros.

¶ Est item Carcinus, καρκίνος, duorum poëtarum Tragicorum nomen, quorum alter Atheniensis fuit, alter Agrigentinus: quorum scripta enumerat Suidas.

Cārcinōdes, neutr. gen. καρκινῶδες, vitium, seu morbus cancri naturam imitans, similique modo serpens. Plin. *lib.* 20. *cap.* 17. Nasturtium quoque carcinodes consumit illitum ex aqua.

Cardaces, apud Persas appellabantur, qui ex rapto viuebant: nam Carda apud eos bellicosum & violentum significabat. Autor Strab. *lib.* 15.

Cardamine, {καρδαμίνη. GALL. *Mente aquatique.* ITAL. *Balsamita, menta aquatica.* GERM. Bachmüntz. HISP. *Hierua buena del agua.* ANGL. *VVater cresses.* } Sisymbrij genus est, quod officinæ Nasturtium aquaticum vocant. Vide Diosc. *lib.* 2. *cap.* 117. & Ruell. *lib.* 2. *cap.* 60.

Cardămōmum, {καρδάμωμον. ANGL. *Graines.* } Frutex est amomo similis, odoratus, oblongo semine & anguloso: metitur eodem modo quo amomum. Vide Plin. *lib.* 12. *cap.* 13.

Cārdamum, {κάρδαμον. GALL. *Cresson alenois.* ITAL. *Agretto.* GERM. Brunnen kreß. HISP. *Nasturcio, mastuerco.* ANGL. *Garden cresses.* } A Græcis vocatur herba, in hortis passim proueniens, quam Latini Nasturtium hortense vocant. Cardamum autem dictum putatur ἀπὸ τὸ καρδίαν, quod cor foueat, & in syncope illa, quam Cardiacam vocant, plurimum valeat. Alij diuersa ratione vsi, sic dictum arbitrantur, quòd caput edomet, quasi καράδαμον. Nam arcem mentis obsidens suo ferit acremento, & ignea vi præditum caput tentat. Capitis tamen vitia purgare creditur: vnde ortum est prouerbium, ἔσθιε κάρδαμον, hoc est, Ede nasturtium, in eos dici solitum, quibus sanum non est cerebrum.

Cardamyla, καρδαμύλη, vrbs fuit Peloponnesi propinqua Pylo sub dominio Agamemnonis: vna earum quæ reconciliationis ergò Achilli ab Agamemnone offeruntur, apud Homer. *lib.* 9. *Iliad.*

Cardamylessus, καρδαμυλησσός, vicus quidam. Steph.

Cardax, κάρδαξ, Saltatio obscœna & Comica, inquit Budæus.

Cārdĕa, siue Cardinea, Dea apud Romanos, quæ cardinibus præerat, quasi Cardina, vide *Carna.*

Cārdiă, Græca dictio, Latinè Cor. {לב leb. καρδία. GALL. *Cœur.* ITAL. *Cuore.* GERM. Das hertz. HISP. *Coraçon.* ANGL. *The hart.* } Quamquam etiam, à priscis medicis, teste Galeno, pro superiori ventriculi orificio ponebatur: quo pacto ipsum etiam Hippocratem aliquando loquutum esse ostendit. Hinc factum est vt Cardiacus morbus dictus sit, non qui cor, sed ipsum infestet ventriculum: quippe qui fiat ex humoribus mordacibus, & venenatis, in ventriculo congestis, nimióque dolore syncopem afferentibus, quam Cardiacam appellant. Cardiacus, i, Pro illo qui cardiaco morbo tentatur. καρδιακός. Cic. 1. *de Diuinat.* Ego autem haud scio an nec cardiacis hoc tribuendum sit, nec phreneticis. Iuuen. Cardiaco nunquam cyathum missurus amico. ¶ Est & Cardia nomen vrbis in Thracia, ad Melanem sinum, à cordis similitudine vocata, teste Plin. *lib.* 4. *cap.* 11.

[Cardiacus, καρδιακός, quasi dicas cordialis. καρδιακὴ διάθεσις affectio cordis, seu oris ventriculi. *Cardiacus,* cui os ventriculi dolet, & per consensum quoque cor ipsum offenditur.]

Cārdĭalgĭă. {καρδιαλγία. ANGL. *Sorowe of the harte.* } Dolor cordis, & mentis tristitia. Item ventriculi erosio, quæ & καρδιωγμός dicitur. Vide infrà.

Cārdĭnea, Dea quæ & Cardina dicta est: cardinibus præesse dicebatur.

Cardinum, (quod hic pro nasturtio hortensi perperam legebatur,) vide *Cardamum.*

Cārdĭōgmus, i. {καρδιωγμός. ANGL. *Griping of the stomacke.* } Morbus est ventriculi, ortum habens ex humoribus acribus & mordacibus, ipsum ventriculi orificium (quod prisci Græci, teste Galeno, etiam καρδίαν appellarunt) intolerabili punctione erosionéque infestantibus, nonnunquam etiam syncopen inducentibus. Ea enim pars corporis exactissimo tactus sensu est prædita, propter insigne par neruorum ad eam à cerebro transmissum. Quo fit vt dolores ea in parte sint maximi, quibus quum vires ferendis pares non sint, solet subsequi ea syncope, quam Stomachicam vocant.

Cārdĭsce, καρδίσκη, gemma est, quæ fit ex draconis cerebro, viuenti abscisso, alio nomine Dracontias dicta. Plin. *lib.* 37. *cap.* 10. Draconites, siue draconitias è cerebro fit draconum: sed nisi viuentibus abscisso nunquam gemmascit, inuidia animalis mori se sentientis. Igitur mos est, vt dormientibus animalibus caput amputent. Encardia cognominatur, & Cardisce.

CĀRDO, nis, ferramentum, circa quod fores vertuntur. {ציר tsir. γίγγλυμος, στρόφιγξ, στροφεύς. GALL. *Le gond d'vn huis ou porte, le piuot d'vne porte, le tenon qui se met en vne mortaise.* ITAL. *Cangkero.* GERM. Der angel an der thür. HISP. *El quicio sobre que se buelue la puerta.* ANGL. *The hing, hingell, or hooke of a gate or dore.* } Virg. 6. *Æneid.*

——Foribus cardo stridebat ahenis.

Plaut. *in Amph.* Penè effregisti, fatue, foribus cardines. Hasce ilico (fores) toto demoliar cardine. *Ibidem.* Quis tam vasto impetu has fores toto conuulsit cardine? *Ibidem.* Ne foribus effringantur cardines. Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 1. Non mutit cardo est lepidus. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 1. Prohibe sonitum forium & strepitum cardinum. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 1. *Ibid.* Manè suffundam aquulam ne crepent cardines. Hinc apud Romanos fuit dea Cardea, siue Cardinea, quæ Cardinibus præerat, quasi Cardina. ¶ Cardines etiam dicuntur duæ cæli partes, immobiles sibi mutuò oppositæ, quarum altera ad Septentrionem, altera ad Austrum: Græci πόλους vocant: vnde etiam stella Borealis polo proxima, quæ est in cauda minoris Vrsæ, Polaris stella vocatur: non quòd sit polus ipse, sed quòd sua circumuolutione circulum minimum efficiat, cuius polus est centrum. Linea autem recta, quam Astronomi ab vno cardine ad alterum imaginantur, propriè Axis appellatur. Sæpè tamen Cosmographi Cardinum nomine quatuor præcipuas cæli regiones intelligunt, Ortum, Occasum, Septentrionem, & Meridiem. Quint. Venti quatuor à totidem mundi cardinibus. Liu. 3. *d.* 4. Terminus est nunc imperij vestri mons Taurus quicquid intra eum cardinum est. ¶ Cardo etiam in agrorum limitatione appellatur limes, qui per agrum currit à Meridie ad Septentrionem: sicut Decumanus vocatur limes ille, qui secat agrum ab Exortu ad Occasum, vt inquit Plinius & Columella. ¶ Ponitur interdum Cardo pro opportunitate, ἀκμὴ, καιρός. Virg. 1. *Æneid.*

Haud tanto cardine rerum.

Quod Seruius inde tractum existimat, quod in prouerbio dicitur, Res in cardine est. & Circa id verti cardinem dicimus: in quo summa rei est? Vnde Cardo litis, id est, summa totius causæ. Quint. *lib.* 12. *cap.* 8. Negligentium oratorum nihil referre vbi litium cardo vertatur, dum

sint

sint quæ extra causam et personis ac communi tractu locorum occasionem clamandi largiantur, Budæus. Cardines temporum à Plinio dicuntur Ver, Æstas, Autumnus, & Hyems. *lib.* 18. *cap.* 25. Cardo temporum quadripartita distinctione constat, per incrementa lucis. Extremus æui cardo. Seneca *in Troade*, Mortalis æui cardinem extremum premens, id est, exitum.

‖Cardo, nis, est herba nociua colonis. Sed *cardo* pro carduus est Italicum.‖

Cardinatus, a, um, ἐνκαρδινωτός: vt, Tignum cardinatum Vitr. *lib.* 10. *cap.* 22. Coniuncta capitibus transuersario cardinato tigno, & alto mediano inter duos scapos cardinato.

Cardinalis & Cardineus, adiectiua sunt à cardine deducta, quibus recentiorum nonnulli vsi sunt pro præcipuo, seu principali. ‖ Onom. vet. Cardinalis χαρδινάλιος. In Ecclesia titulus dignitatis esse cœpit, circiter tempora Gregorij M. initio creabantur ab Episcopis. Postea legit eos Pontifex ex Episcopis, presbyteris, diaconis, subdiaconis, vt eis tanquam consiliariis in negotiis ecclesiasticis vteretur. eo loco habiti sunt in Ecclesia post Pontificem quo Reges in politiis post Imperatorem. Rubro galero insigniti sunt per Innocentium IV. anno circiter 1245. Aliter *Cardinarij* dicuntur: Græcis quoque καρδινάλιοι, καρδινάλιοι & καρδηνάλιοι. Vide Meursij Gloss. Græcol.‖

Cardopos, {καρδόπος. GALL. *Coffre au pain.* ITAL. *Cassa dal pane.* GERM. Brotkasten / brotkorb. HISP. *Caxa del pan.* ANGL. *A cofer or chest for bread.*} significat arcam panariam.

Carduchi, καρδοῦχοι, Steph. Parthorum populi, ad Cigrim fluuium: quorum meminit Strab. *lib.* 16.

‖Cardudum, membrum fœminæ. à *Cardo*.‖

Carduelis, {ἀκανθίς. GALL. *Chardonneret, ou chardonnerette.* ITAL. *Cardello, cardellino.* GERM. Ein distelfinck/ein distelvogel. HISP. *Sirguerito aue.* ANGL. *A finche birde, or linnet.*} Auis parua, capite rubro, alis luteis, albo nigróque distinctis: dicta quòd carduorum semine pascatur. Plin. *lib.* 10. *cap.* 24. Minimè auium cardueles imperata faciunt: nec voce tantùm, sed pedibus & ore pro manibus.

Carduus, herba vulgò nota, à qua Carduelis auis appellata. {דרדר *dardar*, σκόλυμος. GALL. *Chardon.* ITAL. *Cardo.* GERM. Ein jede distel. HISP. *El cardo generalmente dicho.* ANGL. *A thistle.*} Virg. 1. *Georg.*

——*segnisque horreret in aruis Carduus.*

Carduus fullonum, apud Samonicum *cap. de podagra.*

Care, vide *Caryt.*

Caretum, vide *Carex.*

Cardytus, καρδυτός, vrbs magna Syrorum, Steph.

Carena nomen est ab Quadragesima ortum, tanquam quarentena, & inde carena, quo nomine spatium quadraginta dierum intelligitur. Sunt qui Carenam dicant, quasi *carentenam*, & deducant à verbo careo, quòd huiusmodi homines careant cibis & hominibus. hæc ratio est in Oldendorpio. ‖Vide Carrena infrà.‖

Carene, καρήνη, vrbs Mysiæ, Steph.

‖Carenum est vini dulcis genus. Scribitur & *caroenum*, quòd esset, quasi καρῶν οἶνος.‖

Carenses, Hispaniæ Tarraconensis populi sunt, Complutensibus vicini. Plin. *lib.* 3. *cap.* 3.

Carentani, Italiæ populi sunt, in quarta regione à Plin. *lib.* 3. *cap.* 12. locati prope Frentanos.

Careo, es, carui & cassus sum, & caritum, & cassum, secundùm Priscianum, est rem desideratam non habere: & propriè de eo dicitur, teste Cicerone, quod aliquando habuimus, & quo nunc indigemus. {חסר *chasér*, στέρομαι. GALL. *Auoir faute de ce qu'on voudroit bien auoir.* ITAL. *Mancare, essere senza.* GERM. Manglen. HISP. *Carecer.* ANGL. *To lacke that which we would haue, to wante.*} Ita enim ait *Tusc. lib.* 1. Triste est nomen ipsum Carendi, quia subiicitur hæc vis, Habuit quis, non habet, desiderat, requirit, indiget. *Et mox*, Carere igitur hoc significat, egere eo quod habere velis: inest enim velle in carendo, nisi cùm sit tanquam in febri dicitur, alia quadam notione verbi. Dicitur enim alio modo etiam carere, quum aliquid non habeas, & non habere te sentias: etiam si id facilè patiare. Hactenus Cicero. Ex quo patet, Carere non modò de iis rebus dici, quæ ad nostrum vsum naturámque accommodatæ sint, sed etiam de aliis: vt, Carere febri, Carere dolore, Carere molestia, & his similia. Caruitne febris te hodie? Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 1. Acerbum funus filiæ faciet, si te carendum est (Amante.) Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 3. Haud molestum quòd collus collaria caret. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 2. Construitur autem hoc verbum aliquando cum genitiuo. Terent. *in Heautont.* Nam dum abs te absum, omnes mihi labores fuêre. Quos cepi, leues, præterquam tui carendum quòd erat. Carendum tui est. Gellius *cap.* 7. *lib.* 19. ¶ Aliquando cum accusatiuo. Plaut. *in Curcul.* Sed quid est, quod lubet perditum dicere te? ... Quia id, quod amo, careo. ¶ Sæpiùs verò cum ablatiuo: vt, Carere domo, patria. Cicero *pro Milone*, Comprehensus est in templo Castoris seruus P. Clodij, quem ille ad Cn. Pomp. interficiendum collocarat: extorta est confitenti sica de manibus: caruit foro postea Pompeius, caruit Senatu, caruit publico: id est, in forum non venit, in senatu non fuit, in publico non versatus est. Idem *de fin. lib.* 2. Itaque non placuit Epicuro medium esse quiddam inter dolorem & voluptatem: illud enim ipsum quod quibusdam medium videtur, cùm omni dolore caret, non modò voluptatem esse, verùm etiam summam voluptatem. Et *Epist. fam. lib.* 6. Ægypta ad me venit pridie Idus Apriliis etsi mihi nuntiauit te planè febri carere, & bellè habere, tamen quod negauit te potuisse ad me scribere, curam mihi attulit. Quod autem Plaut. *in Curc* dixit, Caruitne febris te heri, vel nudiustertius: hypallage quædam est, & præpostera omnino loquutio. Carere lumen, pro lumine. ¶ Aliquando ponitur pro abesse. Cic. *ad Attic. lib.* 9. Ego meo Ciceroni, quoniam Roma caremus, Arpini potissimum togam puram dedi.

‖Caret, à cardine notatur. Gloss. A. L.‖

Cares, pro statuarij nomine, vide *Chares.*

Cares, numero plurali, κᾶρες, populi Cariæ, qui sub Minoë Leleges dicebantur, & insulas habitabant. Postea Asiæ minoris partem meridionalem occuparunt, quæ Rhodum spectat, ab eáque Cares appellati sunt. Ea enim regio Caria dicebatur, à Cara eius oræ rege. Despectissimam olim fuisse hanc nationem clarissimè ostendit Cic. *in Orat. pro L. Flacco.* Vestra, inquit, Asia, vt opinor, constat ex Phrygia, Mysia, Caria, Lydia. Vtrum igitur nostrum est, an vestrum hoc vetus prouerbium, Phrygem plagis fieri solere meliorem? Quid de tota Caria, nonne hoc vestra voce vulgatum est, Si quid cum periculo experiri velis, in Caria id potissimum esse faciendum? ¶ Huius itaque populi mores prouerbiis aliquot fecere locum: vt, Cum Care caricas, σὺν κάρα καρίζειν. hoc est, rustice agis cum rustico, barbarè loqueris cum barbaro, crassè cum crasso. ¶ In Care periculum, ἐν καρὶ τὸν κίνδυνον, subaudi facito. Hoc est, in homine, aut re viliore fac periculosum experimentum, in qua, si parum feliciter cesserit, non multum sit dispendij faciendum.

‖Caricus, a, um, ad Cares pertinens.‖

Caria, καρία, vulgò *Lango*, regio minoris Asiæ inter Lyciam & Ioniam. Strabo Cariam à Borea Mæandro flumine clausit, ab Occidente Icario, & Myrtoo pelago, à meridie Rhodiensi: ab ortu Lyciis, & aliis gentibus, magnamque Tauri montis partem in Caria conclusit, omnem Rhodiam ei attribuens, quæ Meridionalis est. Dicta Caria à Cara rege, qui primus auguria auium dicitur inuenisse. Huius populi Cares, κᾶρες, dicti, de quibus vide supra. Multitudo Imperatorum Cariam perdidit, πολλοὶ στρατηγοὶ καρίαν ἀπώλεσαν, Multi duces deperdidere Cariam. Admonet senarius, nihil esse perniciosius licentia multitudinis, dum nulli paretur, sed pro sua quisque libidine rem gerit. Parasitum in Cariam misi (Epidauro.) Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 1. & *sc.* 3. *a.* 1. Misi Cariam, & *sc.* 1. *a.* 2. Non redit Caria.

Careum, frutex peregrinus, gentis suæ nomine appellatus culmis principalis: laudatissimus ex sua gente, id est, Caria: vt Plin. *lib.* 19. *cap.* 8. testatur. Non igitur legendum *Carreum* a carris, vt Alciat. putat, neque Cariinon, neque Cæreum.

Caricus, a, um, καρικός, quod est ex Caria: vt Carica charta. Stat. 4. *Syl.* Chartæ Charicæve Thebaicæve. ¶ Caricus hircus, καρικὸς τράγος. Diogenian. indicat dictitatum de vilibus & contemptis. Plato καρικὸν ἄνθρωπον, Caricum homuncionem, dixit pro vili nihilique. ¶ Sic More Carico, χάριτι καρικῇ, fieri dicebatur quod sordidè incompositeque fiebat, præsertim in rebus obscœnis. ¶ Carica musa, καρικὴ μοῦσα. De lugubri, aut rustica, atque indocta, seu molesta cantione dici solitum, Quadrabit in poetam, aut oratorem indoctum. ¶ Caricum sepulchrum, καρικὸν τάφον. de re magnifica sumptuosáque. Sumptum à Mausoli sepulchro, quod est apud Caras.

Caresus, κάρησος, fluuius est Troadis, Hom. 12. *Iliad.* celebratus: cuius Plinius ait nulla sua ætate exstitisse vestigia, *lib.* 5. *cap.* 30.

Caretha, insula est in mari Lycio, quæ postea Dionysia dicta est. Autor Plin. *lib.* 5. *cap.* 30.

Careum, siue Carium, Plinio, κάρον Dioscoridi. Herbæ genus est, gentis suæ cognomento ita appellatum, semen habens eiusdem nominis. Athenæus Pastinacam maiorem interpretatur, vulgata pastinaca multo præstantiorem. Officinæ *Carui* appellant. Vide Ruell. *lib.* 3. *cap.* 45.

Carex, fœm. gen. Herba acuta & durissima, similis sparto, vliginosis & palustribus locis plurima nascens. {אגמון *agmon* קנה *suph.* σχοῖνος. ANGL. *Sages or sheere grasse.*} Virg. 4. *Georg.*

——*& carice pastus acuta.*

Col. *lib.* 11. *cap.* 2. Filix quoque, aut carex vbicunque nascitur, Augusto mense rectè extirpatur: meliùs tamen circa Idus Iul. ante Caniculæ exortum.

Carectum, i. locus caricibus plenus. {מקום אגמון *agmon* ... σχοινών. ANGL. *A place where segges doe growe.*} Virg. 3. *Eclog.*

——*tu post carecta latebas.*

Col. *lib.* 6. *cap.* 12. Melius nemoribus herbidis, & frutetis, & carectis, quàm lapidosis locis durantur vngulæ.

Carica, genus fici, à loco sic dictum. Plin. *lib.* 13. *cap.* 5. Syria præter hanc peculiares habet arbores, &c. In ficorum genere, caricas, & minores eius generis, quæ *cottana* vocant. Cic. 2. *de Diuin.* Quum M. Crassus exercitum Brundusij imponeret, quidam in portu caricas Cauno aduectas pendens, Cauneas clamitabat.

Carico, as, Onero. βαρύνω, φορτίζω. Hieronymus, Origenes maiora cogitans, propriúmque ingenium ferre non sufficiens, oneribus maioribus caricabat se: & quum sic incedere non posset, ruina magna deuolutus est.

Caricon, καρικόν, locus est in Memphide, à reliquis separatus, in quo Cares habitarunt, qui affinitate cum Memphitis contracta, Caromemphitæ appellati sunt. Autor Steph.

Caries, iei, Putrilago ex vetustate. {רקב *rakáb* רקבון *rikkabôn*. σαπρότης. GALL. *Pourriture de bois & vermoulissure, moisissure.* ITAL. *Tarla.* GERM. Schimmel vnd fäule so von der alte eines dings kompt. HISP. *Carcoma de madera, ò de otra cosa.* ANGL. *Rootenesse of wood by long continuance, wormeating.*} Lucil. *lib.* 4.

Nec auriculam obsidat caries, ne vermiculique.

Auson.

I, tineas, cariémque pati te charta necesse est.

Propriè autem Caries in lignis dicitur, quum à vermiculo, qui à Græcis *teredo* dicitur, eroduntur. Colum. *lib.* 12. Omnis materia in ædificia succidi debet luna decrescente, ab vigesima vsque ad trigesimam, quæ sic cæsa iudicatur carie non infestari. Plinius, Cedri oleo perunctà materies, nec tineam, nec cariem sentit. Idem *lib.* 2. Celeriter ea cariem sentit.

Cariosus, a, um, quod est carie plenum. {רקב *rakéb*. σαπρός. GALL. *Vers vermoulu, pourri & corrompu.* ITAL. *Redutto, corroso da tarli.* GERM. Schimlechtig/wurmstichig. HISP. *Cosa carcomida de carcoma.* ANGL. *Full of rootenesse, wormeaten.*} Colum. *lib.* 4. Alia summouenda, quæ vel cariosa, vel iusto breuiora sunt. Ouid. 1. *Amor.*

Quid precor iratus? nisi vox cariosa senectus Reddat.

Col. *lib.* 2. *cap.* 4. Quam terram rustici variam, cariosámque appellant. Vide Catonem *cap.* 34. & Plin. *lib.* 17. *cap.* 5.

Carillæ, arum, Picentum oppidum fuit, ab Annibale secundo bello Punico deletum. Meminit huius oppidi Silius *lib.* 8.

——*exhausta mox Pœno Marte Carillæ.*

Carina,æ, Pars nauis est, quam aluum, aut ventrem vocant, hoc est, ipsa nauis concauitas. { τρόπις, στείρα. GALL. Le fond du nauire, la carine. ITAL. Il fondo della naue. GERM. Der boden oder bauch des schiffs. HISP. Carena, el hondo de la naue. ANGL. The kele or botome of a ship.} Est & infima trabs, cui inædificatur nauis, quæque illi est pro fundamento. Ouid. 14. *Metam.*

——— mediisque carina
Subdita nauigijs, spina mutatur in vsum.

Idem lib. 2. *de Pont.*

Dum mea puppis erat valida fundata carina.

Cæsar 1. *bell. ciu.* Carinæ primùm ac statumina ex leui materia fiebant: reliquum corpus nauium viminibus contextum coriis integebatur. Poetæ κατὰ συνεκδοχὴν Carinam accipiunt pro tota naui. Virgil. 1. *Georg.*

———Quum iam portum tetigêre carinæ.

Idem 4. *Æneid.*

Huc cursum Iliacas vento tenuisse carinas.

Carinare, est in modum carinæ formare. {τρόπιος δίκην διατιθέναι, κυρτοῦν. GALL. Former en maniere de fond de nauire, cauer. ITAL. Fabricare à foggia di fondo di naue. GERM. In ein gestalt eines schiffbodens machen. HISP. Dar caréna al lado de la naue. ANGL. To mak holowe or lik the kele of a ship.} Plin. *lib. 9. cap. 33.* Saliunt pectines & extrà volitant, seque & ipsi carinant, id est, sua sibi concha instrumentum porrigunt ad nauigandum, & ceu carinam quandam ex testa effingunt. ¶ Aliquando Carinare est probra obiicere, quòd qui se mutuis probris insectantur, sint infimæ sortis homines, sicut & carina nauis pars est infima. Festus. Obsoletum.

Carinarij, Plaut. *Aul. sc. 5. a. 3.* Flammearij, Violarij, Carinarij, (i. infectores cerei coloris.)

Carinatus, a, um, adiectiuum est à carina deductum, Concauus, & in carinæ modum incuruatus. {κυρτός, τρόπιδωμένος. GALL. Caué, & fait en façon de fond de nauire. ITAL. Fatto come vn fondo di naue. GERM. Gebogen wie ein schiffboden. HISP. Hecho à guisa de hondo de naue. ANGL. Holowlik the botome a shipe.} Plin. *lib. 11. cap. 37.* Pectus homini tantùm latum, reliquis carinatum. Idem *lib. 9. cap. 30.* Concham esse acatij modo carinatam.

Carinatim, significat ad similitudinem carinæ.

Carinæ, arum, nomen vici Romani ad pedem cliui Capitolini, in quo fuit domus Pompeij. Virg. 8. *Æneid.*

———passimque armenta videbant
Romanôque foro, & lautis mugire Carinis.

Varro Carinas dici putat, ab eo quod hinc oriretur caput sacræ viæ, κάρα Latinè caput dicitur.

Carini, Germaniæ populi. Plin. *lib. 4. cap. 14.* forsan ducatus hodie VVirtembergensis.

Cariosus, vide *Caries.*

[Carota, vide *Carota.*]

Cariosuelitæ, Galliæ Lugdunensis populi sunt apud Plin. *lib. 4. cap. 18.*

Caris, olim vocabatur Cos insula, Κάρις Steph.

Carisa, cognomine Aurelia, ciuitas est Hispaniæ ad Bætim fluuium, in Gaditano conuentu. Plin. *lib. 3. cap. 1.*

Carissam dixerunt antiqui vafrum, litigiosum, fallacem.

Caritas, vide *Carus.*

Carius, Κάριος, nomen filij Iouis & Torrhebiæ, qui Torrhebiam lacum oberrans, Nympharum cantum dicitur audiuisse, ab eis musicam didicisse, eámque apud Lydos propagasse. Quapropter diuinos honores apud suos meruit, templo illi magnificè extructo in monte, qui & ipse Carius à nomine eius appellatus est. Autor Steph.

Carmacæ, Asiæ populi circa Mæotim. Autor Plin. *lib. 6. cap. 7.*

Carmania, Καρμανία, vulgò *Narsinga*, Regio est Indis contermina, quam duplicem Ptolemæus esse tradit: cultam alteram, alteram desertam. Huius regionis incolæ Carmani dicuntur, Ichthiophagi cognominati, quòd solis piscibus vescantur, quorum etiam coriis vestiuntur. Pomp. *lib. 3.* Carmani sine veste & fruge, sine pecore, ac sedibus, piscium cute se velant, carne vescuntur præter capita toto corpore hirsuti.

Carmelus, & vnico l, {כרמל charmell. Κάρμηλος.} duorum montium nomen, teste Hier. quorum alter est in Galilæa, ad Australem plagam, in quo habitauit Nabal Carmelus maritus Abigail: alter Phœnices iuxta Ptolemaidem mari imminens, in quo Elias propheta flexis genibus pluuiam impetrauit. Posterioris huius meminit & Plin. *lib. 5. c. 19.* Promontorium, inquit, Carmelum & in monte oppidum eodem nomine, quondam Ecbatana dictum.

Carmen, quasi canimen à canendo, dici potest quicquid est metricè scriptum. {משמור *mischmór* שיר *schir.* ᾠδή. GALL. *Chanson, vers, rithme, poesie.* ITAL. *Verso.* GERM. Ein gesang oder gedicht. HISP. *El cantar, cancion, verso.* ANGL. *Verse, meter, poësie.*} Vnde Virg. 3. *Æneid.* versum vnum carmen dixit,

——— & rem carmine signo,
Æneas hæc de Danais victoribus arma.

Et duos similiter in *Daphnide,*

——— tumulo superaddite carmen
Daphnis ego in syluis, &c.

Tota insuper Æneis, heroicum carmen dicitur: item Eclogæ vniuersæ, carmen bucolicum. ¶ Quandoque carmen dicitur incantatio. {ἐπῳδή. ANGL. *A charme.*} vt, Carmina de cœlo possunt deducere lunam. ¶ Carmen pro vaticinio. Virg. *Eclog. 4.*

Vltima Cumæi venit iam carminis ætas.

Et pro cantu bubonis auis. Virg. 4. *Æneid.*

Solaque culminibus ferali carmine bubo
Sæpe queri.
Exorant magnos carmina sæpe Deos,

Ouid. *Eleg. 1. lib. 2. Trist.*

Dum feris Ausonia carmina culta lyra.

Idem *Eleg. vlt. lib. 4. Trist.*

Tristia quo possunt carmine fata leuo.

Idem *ibidem.* Dicebantur etiam carmina apud veteres, formulæ quædam conceptis verbis & solemnibus compositæ. Vnde Iurisconsulti illi vetustissimi dicuntur habuisse carmina quædam excogitata, à quibus non licebat recedere. Cic. *pro Murena*, Prætor præterea, ne pulchrum se ac beatum putaret, atque aliquid ipse sua sponte loqueretur, ei quoque carmen compositum est, cum cæteris rebus absurdum, tum verò nullo vsu, &c. Istam viam dico, inite viam, &c. ¶ Erant & Saliis sua carmina, quæ Saliaria vocabant, Marti peculiariter dedicata. Habebant & feciales suum quoddam carmen ad res repetendas, & bellum destinatam. ¶ Habebant patres patrati sua carmina, quibus ad ferienda fœdera vtebantur, quorum formulam depingit Liu. *lib. 1. ab Vrbe condita.* ¶ Erat aliud carminis genus in vrbium obsidionibus solemne, quo dij tutelares, ne cum illis quoque bellum susceptum videretur, solent euocari. Hoc, teste Macrobio, ferè his verbis constabat, Si deus, si dea est cui populus ciuitásque Carthaginensis est in tutela, téque maximè qui huius vrbis populique tutelam suscepisti, precor, venerórque, veniámque à vobis peto, vt vos populum ciuitatémque Carthaginensium deseratis: loca sacra, templa, vrbémque eorum relinquatis, absque iis abeatis, eique populo & ciuitati metum, formidinem, obliuionem iniiciatis, proditique Romam ad me, meósque veniatis: nostráque vobis loca sacra, vrbs acceptior probatiórque sit, mihi quoque populóque Romano, militibúsque meis propositi sitis, vt sciamus, intelligamúsque. Si ita feceris, voueo vobis, templa deósque facturum. Erat & aliud carminis genus, quo hostium exercitus solent deuoueri. cuius formam Macrob. tradit *Satur. lib. 3. cap. 9.*

Carmenta, Καρμέντα, & Carmentis, Euandri mater: ita cognominata à carminibus, quibus dabat responsa (erat enim fatidica mulier, quum propriè Nicostrata vocaretur. ¶ Hinc Carmentalis porta, quæ postea Scelerata dicta est, quòd per eam sex & trecenti Fabij cum clientum quinque millibus egressi, aduersùs Hetruscos ad amnem Crematam omnes interfecti sunt. Virg. 8. *Æneid.*

Et Carmentalem Romano nomine portam.

Ouid. 2. *Fast.*

Carmentis portæ dextro est via proxima Iano,
Ire per hanc noli, quisquis es, omen habet.
Illa fama refert Fabios exisse trecentos:
Porta vacat culpa, sed tamen omen habet.

[Carmento, pro *carmino.* id vide.]

Carmina, Καρμίνα, insula Indiæ, insulares Carmini & Carminei. Steph.

Carmino, as, are, est, versus scribere, & cantilenam pangere, hoc enim vsa est Pattibus. ¶ Est item pectere & lanas ab immunditiis purgare. {גלש *ghalásch* מרט *marat* פרק *marák.* ξαίνω, διαξαίνω. GALL. *Carder ou peigner la laine.* ITAL. *Pettinare, carminare.* GERM. Die wollen streichen oder seuberen. HISP. *Carmenar ò cardar lana.* ANGL. *To carde woll.*} Plin. *lib. 9. c. 1.* Iustum est e quinquagenis fascium libris quinas denas carminari. Idem *lib. 9. cap. 38.* Quinis lana potat horis, rursúsque mergitur carminata, donec omnem ebibit saniem. Vide *Caro, is, ere.*

Carminatio, verbale, {ξάνσις, διάξανσις. ANGL. *Carding of woll.*} Plin. *lib. 11. cap. 23.* Hanc ab his quoque cogi, subigíque vnguium carminatione mox trahi inter ramos tenuari ceu pectine.

Carminatores, {GALL. *Cardeurs.* ANGL. *Which cardeth woll.*}

Carmon, Κάρμων, est locus in Messenia, & templum Apollinis in Laconia, & in Achaia flumen, & mons in Peloponneso.

Carna, Κάρνα, siue Cardinea, Dea quæ vitalibus humanis, seu cardinibus præesse existimabatur. Ouid. *lib. 6. Fast.*

Prima dies tibi Carna datur: dea cardinis hæc est.

Hæc striges nocturnas puerorum (vt dicebant) cunas infestantes, à limine summouebat.

Carnana, Κάρνανα, vrbs Minæorum, & populi iuxta mare rubrum: ciues Carnanatæ. Sunius Carnaniam & Carnanitem (gentilia nimirum) vsurpat. Steph.

Carnapæ, populi sunt circa Mæotim. Plin. *lib. 6. cap. 7.*

Carnarium, Carnarius, Carneus, Carnifex, Carnificium, Carnuarij, Carnosus, vide *Caro.*

Carne, Κάρνη, Phœnices oppidum est ad montem Libanum, à Carno Phœnicis filio ita appellatum: cuius meminit Plin. *lib. 5. cap. 20.* ¶ Est item Carne Stephano, Æolidis ciuitas: à qua fit Gentile Carneus, à superiori verò Carnites.

Carneades, Καρνεάδης, Cyrenæus nouæ Academiæ princeps fuit, qui aduersùs Zenonem Stoicæ sectæ principem scripturus, cerebrum helleboro candido purgauit, ne quid ex eo corruptis stomachi humoribus ad cerebrum redundaret, & constantiam vigorémque mentis labefactaret. Hic tanta eloquentia præditus fuisse perhibetur, vt quum Romam cum Diogene Stoico, & Critolao Peripatetico legatus venisset, M. Catoni reddiderit legationem suspectam: qui identidem Senatum monuit, vt ab illorum eloquentia caueret, quia quicquid etiam ab inuitis possent extorquere, Autor est Gell. *lib. 16.* Idem etiam penè dicit Quint. *lib. 12. cap. 1.* ¶ Fuit & alter Carneades, Philosophus Atheniensis, Anaxagoræ discipulus, cuius meminit Suidas.

Carni, Κάρνοι, populi sunt Istris finitimi, ab ea parte qua Alpes Iuliæ Aquileiæ incumbunt, qui à Plinio collocantur in decima regione Italiæ ad Tergestum fluuium, qui in Venetiarum ora in sinum Adriaticum influit. {GERM. Die Kernter.}

Carnodunum, Καρνόδουνον, oppidum est Vindeliciæ, ad Danubium, teste Ptol. *lib. 2. cap. 13.*

Carnutum, regio est totius Galliæ media, Καρνούτων, Druidum sedes, de quibus in dictione *Druides.*

Carnus, Κάρνος, vide *Carne.* Est etiam insula Acarnaniæ. Steph.

Carnunti, populi Germaniæ inter Danubium & syluam Herciniam in confinio Pannoniæ. Plin. *lib. 4.* Superiora inter Danubium & Hercynium saltum vsque ad Pannoniæ hyberna Carnunti tenent, Germanorúmque ibi confinium est.

Carnuntum, oppidum in confinio Germaniæ & Pannoniæ inter Danubium & Hercynium saltum. Plin. *lib. vlt.* Abest centum M. passuum à Carnunto litus Pannoniæ, quo à Germania succinum importatur.

Carnutes, siue Carnuti, Καρνοῦται, Galliæ Lugdunensis populi, Andegauensibus

tibus & Turonensibus finitimi: apud quos Druides suas habebant sedes, teste Caes. *lib. 6. Comm.* Horum oppidum est Carnutum, quod Galli sua lingua *Chartres* appellant.

Caro, nis, propriè mortuorum animalium est, quòd careat anima, inquit Donatus. {בשר *basar.* σάρξ. GALL. *Chair.* ITAL. & HISP. *Carne.* GERM. Fleisch. ANGL. *Fleashe.*} At Hieronymus inter carnem & pulpam sic distinguit, vt caro sit quæ sanguine, venis, ossibus, neruisque coarctatur, pulpa quæ manducatur, eò quasi pulsetur & concidatur. Plin. *lib. 6. cap. 30.* Agriophagi pantherarum & leonum carnibus maximè viuentes: Pamphagi omnia mandentes: Anthropophagi, humana carne vescentes. ¶ Et non solum de animalibus, sed etiam de piscibus pomisque Caro dicitur. Plin. *lib. 9. cap. 17.* de mullis piscibus, & aliorum piscium carne. Idem *lib. 16. cap. 38.* Atque in toto corpore arborum vt reliquorum animalium cutis, sanguis, caro, neruus, venæ, ossa, medullæ. Quidam hoc nomen à Græco deriuant, κρέας, à quo fit Creo verbum, pro corpore, Animo cum graui carne certamen. Senec. *cap. 24. de consol. ad Mart.* Carnem produci conueniet, i. gigni. Celsus *lib. 7. cap. 5.*

‖Carnalis, e, ad carnem pertinens.‖

Carnarius, qui carnes vendit, ac etiam qui carne delectatur. {κρεωπώλης. GALL. *Boucher, chaircuttier.* ITAL. *Beccaio.* GERM. Ein metzger. HISP. *Carnicero, amador de carne.* ANGL. *A seller of fleashe, a butcher.*} Martial. *lib. 11.* Carnarius sum, pinguiarius non sum, hoc est, carnosa muliere delector, pingui non delector.

Carnarium. Locus propriè vbi caro salsa suspenditur, seu reponitur. {τὸ κρεῶνον. GALL. *Salloir, boucherie.* ITAL. *Carnaio.* GERM. Ein fleischkammer, ein ort da man das gesaltzen fleisch aufhenckt oder hinlegt. HISP. *Lugar donde se guarda la carne.* ANGL. *A butcherie, a lardour house.*} Plin. Quippe à macello, aut carnario viuendum est. Plaut. *in Capt. sc. 3. a. 4.* Adueniens modò deturbauit totum cum carne carnarium. ¶ Quandoque etiam dicitur locus vbi carnes tantummodo venduntur, κρεοπωλεῖον. Plaut. Cœnam è carnario emit, tum factus satur. Varr. tabernam carnariam vocat. Vide Plaut. *Curc. sc. 3. a. 2. & Pseud. sc. 2. a. 3.* ¶ Interdum carnarium accipitur pro ipsa carne, sicut cibarium pro cibo. Plaut. Qui mihi carnarium parauit, ridiculus ad sentandum. ¶ Carnarium item instrumentum dicitur cum pluribus vncis, quibus succidiæ, hoc est, carnes salitæ appenduntur.

Carnarius, a, um, quod ad carnem pertinet. {κρεωδικός. ANGL. *Belonging to fleashe.*} vt Carnaria taberna, vbi carnes venduntur.

Carneus, a, um, quod ex carne est. {σαρκώδης. GALL. *De chair, carnel.* ITAL. *Di carne.* GERM. Fleischin. HISP. *Carnero, cosa de carne.* ANGL. *Of fleashe.*} Cor. Gallus, Carnis ad officium carnea membra placent.

Carnifex, Tortor, lictor, qui carnes ex hominibus facit. {δήμιος. GALL. *Boucher, bourreau, meurtrier.* ITAL. *Boio, manigolde.* GERM. Ein nachrichter, ein hencker. HISP. *Sayon ò verdugo de los hombres.* ANGL. *A butcher, a tormenter of malfactours.*} ‖Carnem autem facere est occidere, facere vt corpus viuum fiat caro, id est, mortua.‖ Cic. 7. *Verr.* Aderat ianitor carceris carnifex Prætoris, mors terrórque sociorum, & ciuium lictor. Non superfuit quod Carnifex traheret. Senec. 11. *de Tranq.* Tibi supplicium de nobis carnufex dedit? Plaut. *Asin. sc. 4. a. 2.* Nisi effecero cruciabiliter carnifex me accipito. Ob furtum te ad carnificem dabo. Idem *Capt. sc. vlt. a. 5.* Item illorum carnificum scelera. Senec. *cap. 1. de cons. ad Mart.* Hinc Excarnifico, as, pro excrucio. Terent. *in Heaut.* Huiusmodi semper comminiscere, vt me excarnifices.

Carnificina, Locus publicus in quo iussu magistratus homines sontes à carnificibus occiduntur. {κολαστήριον. GALL. *Le lieu où on fait mourir les malfaicteurs, gibbet, tuerie.* ITAL. *Luogo della giustitia.* GERM. Ein Richtstat ein malstatt da man die vbeltäter tödt. HISP. *Lugar donde atormentan los hombres.* ANGL. *A place where malfactours ar tormented.*} Plaut. Quid si desperatis rebus carnificinam petat? Suetonius *de Tiberio*, Carnificinæ eius ostenditur locus Capreis, vnde damnatos post longa & exquisita tormenta præcipitari coram se in mare iubebat. ¶ Carnificina item dicitur ipsa excarnificatio & cruciatus. Plaut. *in Capt. sc. 2. a. 1.* Vel carnificinam hanc facile possent perpeti. Cicer. *pro Sestio*, Non ea est medicina, sed carnificina est ista atque crudelitas. Cato, Carnificinas dixit plurali numero, pro tormentis & crudelitatibus, βασάνους. Vbi societas (inquit) vbi fides maiorum? insignitas iniurias, plagas, verbera, vibices, eos dolores atque carnificinas per dedecus, atque ignominiam te facere ausum esse? Plaut. *in Cistel.* singulari vsus est. Credo ego amorem primum apud homines carnificinam commentum. Cic. 1. *Tuscul.* per translationem vsus est. Nam cùm omnis perturbatio misera, tum carnificina est ægritudo, quia instar carnificis cruciat, lauiat præcordia, lacerat animum, excarnificatúmque conficit.

Carnificinum cribrum, pro homine vt cribrum perforato, apud Plaut.

Carnificium, ipse actus carnificis, quod & carnificina dicitur. {ANGL. *Renting or cutting in peaces.*} ¶ Carnificium cribrum, adiectiuè legitur apud Plaut. *in Mostel.* O carnificium cribrum quod credo fore, ita te forabunt patibulatum per vias Stimulis.

Carnifico, as, corpus humanum in frusta disseco, more carnificis. {נתח *nittach.* σφάζω, κρεουργέω. GALL. *Tuer en bourreau, faire mourir.* ITAL. *Stratiare, sbranare.* GERM. Einen menschen leyb in stuck zerhawen. HISP. *Despedaçar encarnifiçar.* ANGL. *Terent a mans bodie in peaces, to kill.*} Liu. 4. *bell. Punic.* Quod ibi tribuni militum Graeco nunciauerunt, neminem stante iam vulnerari hostem, carnificari iacentes, & in dextris multum pro gladiis humana capita esse, signum dari propere iussit.

Carnis in casu recto, vt Mentis, & innumera alia, vsurparunt veteres.

Carniuorus, Carnes vorans. {σαρκοφάγος. GALL. *Qui deuore & mange chair, goulu de chair.* ITAL. *Deuoratore de carni.* GERM. Fleisch fresser. HISP. *Tragador de carne.* ANGL. *That deuoreth fleashe.*} Vnde dicimus aquilam carniuoram, quòd carnibus vescatur. Plin. *lib. 10. cap. 73.* Serratorum dentium carniuora sunt omnia.

Carnosus, a, um, Carne, seu musculis abundans: vt, Carnosum femur, Carnosum palatum. {σαρκώδης. GALL. *Charnu.* ITAL. *Carnoso, grasso, corpulento, pieno di carne.* GERM. Fleischechtig. HISP. *Cosa de mucha carne, carnuda.* ANGL. *Fleashie, grosse.*} Plin. *lib. 11. cap. 37.* Sed in gustatu linguæ vice carnosum aquatilibus palatum.

Carnulentus, adiect. idem quod carnosus. {ANGL. *Fleashie, grosse.*} Solin. *cap. 62.* Sunt enim illis reciprocis quibusdam pulmunculis vestigia carnulenta. de camelis

Carnositas, Musculorum plenitudo, qualis in obesioribus esse consueuit. πολυσαρκία.

Caruncula, à Caro diminutiuum est. {σαρκίον, κρεάδιον. GALL. *Vn peu de chair, vn morcelet de chair.* ITAL. *Carnicina.* GERM. Ein stücklin fleisch. HISP. *Carne poca ò pequeña.* ANGL. *A litle morsell of fleashe.*} Carnicula verò à Carnis nominatiuo antiquo. Cic. 2. *de diuin.* An tu, inquit, carunculæ vitulinæ mauis, quàm Imperatori veteri credere. Celsus. Si vrina crassa carunculas quasdam exiguas, quasi capillos habet.

Caro, is, ere, vetus verbum est, Carminare, & lanam pectere & purgare, {ξαίνω, κτενίζω. GALL. *Carder ou peigner la laine.* ITAL. *Pettinare, carminare.* GERM. Die wollen streychen oder saubern. HISP. *Carmenar ò cardar lana.* ANGL. *To carde woll.*} Varro *lib. 6. de ling. Lat.* à carendo deducit, quòd purgatur lana, ac deducitur spurcitia. Sed sine dubio est à Græco κείρω, tondeo, vt doctè tradit Scaliger *in Varro.* Plaut. *in Men.* Inter ancillas sedere iubeas lanam carere. Sic enim locus ille etiam, Varrone & Nonio testibus, legendus est.

Carodunum, vide *Carnodunum.*

Carora, κάρωσα, vide *Cara.*

Carolobergomum, vrbs Bauariæ, vulgò Kalsberg.

Carolostadium, Franconiæ vrbs, vulgò Carolstat.

Caronium, καρώνιον, oppidum est Tarraconensis Hispaniæ in tractu Callaicorum, non procul à Nerio promontorio. Autor Ptolem. *lib. 2. cap. 6.* Vulgò *Cherga.*

Caromemphytæ, vide *Caricum.*

‖Caropera, & Manopera, duplex genus seruitutis.‖

Caropolis, καρόπολις, vrbs Cariæ, Stephan.

Caros cepi, κάρος κῆποι, id est, Caris horti, parua Regio Thraciæ, Steph.

Caros, {κάρος. ANGL. *Surfetting.*} Crapularis redundantiæ: à καρόω per turbo, vexo, agito: seu à καρηβαρέω, quod est capite aggrauor, oblinor, veluti ab oppressura capitis, & ingenij offensione. ¶ Apud Medicos Caros est somnus iusto profundior, proueniens ex humore frigido, & viscido, cerebrum, & præcipuè anteriores eius ventriculos occupante, sensúmque pariter & motum ad tempus impediente, spiratione tamen integra relicta. Hæc Gal. *lib. 4. de locis affectis, cap. 2.*

Caros, κάρος, Diosc. *lib. 3.* semen est exiguum, aniso proportione respondens, cuius radix pastinacæ modo estur, ab Edo, Plaut. & Ouid. estur. Plin. Careum, siue Carium dicitur, Officinis *Carui.*

‖Caroticus, a, um, καρωτικός, ὁ, ἡ, soporandi vim habens.‖

Carotides venæ, καρωτίδες φλέβες. Circa colli iugulum sunt, quæ & σφαγίτιδες Arist. id est, iugulares dicuntur. Carotides appellatæ: quòd iis vehementius compressis, Caros morbus gignatur.

Carpasium, Cypri insulæ oppidum est, apud Plin. *lib. 5. cap. 31.* Stephanus Carpasiam, καρπασίαν, vocat, & à Pygmalione conditam asserit. ¶ Carbasiam etiam nonnulli appellarunt insulam inter Cretam & Rhodum sitam, quæ notiore nomine Carpathus appellatur. Demetrius Salaminius Carbasiam maluit appellare, quòd ad ventum ἀργέστην, hoc est, Africum sita videatur.

‖Carpasus, Arabicè apium: & inde carpasinus. ipsi verò (qui non p, sed ph habent) dicunt *Carphas.* Est verò & alia vox

Carpasus, κάρπασος, ὁ, de qua Diosc. *lib. 6. cap. 13.* vbi ait: Epotus carpasi succus soporem citámque strangulationem adducit. Descriptio illa ostendit, quòd dici possit παρὰ τὸ κάρος ποιεῖν.‖

Carpathus, κάρπαθος, vulgò *Scarpanto.* Insula contra Ægyptum, media inter Rhodum & Cretam, ducentorum stadiorum circuitum habens, quatuor insignis vrbibus: à qua vicinum mare ad Ægyptum vergens Carpathium, {καρπάθιον πέλαγος. ITAL. *Il mar de Scarpanto.* GERM. Das Carpathisch meer,} dictum est. Hom. 2. *Iliad.* duabus literis transpositis κράπαθον appellat: Νίσυρόν τ' εἶχον, Κράπαθόν τε, Κάσον τε. Carpathius leporem, Καρπάθιος τὸν λαγῶ. Dicebatur in eos, qui sibi rem noxiam accerserent. Hinc deductum adagium, quòd quum in Carpathiorum insula lepores non essent, illi curarunt importandos alicunde. Verum vbi eius animantis magna vis increuisset, vt est mira fœcunditas, fruges insulæ populari cœpêre. Referunt & interpretantur Iulius Pollux 5. *lib. de rerum vocab.* & Aristot. *lib. de Rhetor.*

Carpatus, sine aspiratione, κάρπατος, mons est Iazygibus, Metanastis, & Dacis imminens, & in Mysiam inferiorem ad ipsa penè Danubij ostia excurrens. Vide Ptol. *in tabula nona Europæ.* Vulgò Crapaltz.

Carpeia, vel Carpeo, vide *Carpentani.*

Carpentoracte. Plin. *lib. 3. cap. 4.* Ciuitas est Galliæ Narbonensis. Vulgò *Carpentras.*

Carpentum, vehiculi genus, ita dictum: quasi Carmentum à Carmenta Euandri matre. {צב *tsab.* ὄχημα. GALL. *Vn chariot branslant.* ITAL. *Cocchio, carretta.* GERM. Ein gattung der wagen, ein rollwagen. HISP. *Vn cierto genero de carro.* ANGL. *A chariot or wagon.*} Ouid. *lib. 1. Fast.*

Nam prius Ausonias matres carpenta vehebant.
Hæc quoque ab Euandri dicta parente reor.

Plin. *de viris illustr.* A qua iussa turba recedere, quum domum rediret, viso patris corpore, mulionem euitantem super ipsum corpus carpentum agere præcepit. Suet. *in Claud. cap. 11.* Honos carpenti quo per circum ducebantur Matronæ.

Carpentarius, Faber qui carpenta facit, faber lignarius. {חרש עצים *charasch etsim.* ἁμαξοπηγός. GALL. *Charpentier.* ITAL. *Legnaiuolo.* GERM. Ein wagner. HISP. *Carpintero.* ANGL. *A carpenter.*} Hieronymus, Carpentarius artifex fecit scamnum. ¶ Carpentarius equus, qui carpentum ducit. Carpentarium opus, quod ad fabrum lignarium pertinet. ¶ Carpentarium vehiculum: Spartianus *in Zenobia.*

‖Carpeo, consumo, enarro. Gloss. A. L.

Carpesia, καρπησία, pro eo quod carpasus. vide suprà.

Carpesium, καρπήσιον, est festuca tenuis, surculis cinnamomi similis, odore ἐκ φοῦ, sed valentiore, & magis aromatico.‖

Carpesi-

Carpesij, Καρπήσιοι, gens Iberica inter Iberum fluuium, Steph.

Carpetani, Καρπητανοί, populi, quos Plin. *lib.* 3. *cap.* 3. in Hispania collocat ad Tagum flumen, iuxta Vacceos.

‖Carpenta, vehiculi regula. Gloss. Græcol.

Carphebium, panis cibarius. Lex. gr. b.‖

Carpheotum, Thuris genus purissimum, & candidum, quod Autumno legitur ex partu æstiuo. Autor Plin. *lib.* 12. *cap.* 14.

Carphos, herbæ genus, quæ alio nomine *Fœnugræcum* dicitur, & *Buceras*, à similitudine cornuum bouis: à nonnullis etiam *Ægoceras*, quod semen eius caprarum cornibus simile sit. Græci τῆλιν nominant. Plin. *lib.* 24. *cap.* 19. Nec fœnogræco minor autoritas, quod Telin vocant alij Carphos. {GALL. *Senegré.* ITAL. *Fien greco.* GERM. Griechisch hew in der Apoteck. HISP. *Alforuas, alholuas.*} Herba palustris caule arundineo triangulari, folio teli instar formato, flore albo, deciduo, in medio echinato.

Carpi, populi sunt Africæ in Zeuginata regione, quæ minor Africa dicitur. Plin. *lib.* 5.

Carpinus, ζυγία. Arbor nota de acerum genere. Colum. *lib.* 6. Quinetiam cornus, & carpinus, & ornus, nonnunquam & salix à plerisque in hoc ipsum disponitur. Palladius, Carpinus vltima arbor.

Carpineus, a, um, ex carpino factum. Plin. *lib.* 16. *cap.* 43. Hyginus manubria rusticis carpinea fieri iubet.

Carpio, nis, à Benaci lacus accolis appellatur piscis, vni huic lacui peculiaris, quem aureis arenulis victitare tradunt. {ANGL. *A carpe.*} Caue autem accipias pro illo pisce, quem *Carpam* vulgò dicimus: nam longè ab eo diuersus est. Vocatur autem Carpa à quibusdam Cyprinus.

Carpis, Κάρπις, Scythiæ fluuius est. Herod. *lib.* 4.

‖Carpisculus, & carpisculum calceorum genus. Casaub.

Carpismi, manuum porrectiones. Clem. Alex.

Carpistes, traductor. Tertull.‖

Carpo, is, si, tum, Decerpo. {לקט *lakat* בלס *balas* ארה *arah.* δρέπω. GALL. *Cueillir, prendre doucement, tirer & oster sans violence.* ITAL. *Torre, carpire, pigliar senza violenza.* GERM. Nemmen, abbrechen, abgewinnen. HISP. *Tomar, sacar sin violencia, coger.* ANGL. *To gather as flowers and fruits are by plucking.*} Virg. *Ecl.* 9.

Insere Daphni pyros: carpent tua poma nepotes.

Idem 3. *Georg.*

Luciferi primo cum sydere frigida rura
Carpamus, dum mane nouum, dum gramina canent.

¶ Ponitur aliquando pro eligo, Ter. *in Adelph.* vnumquodque, quod erit bellissimum, carpam. ¶ Aliquando pro reprehendo. Sunt qui hoc carpant, (I. culpent.) Velleius. Decretum legatorum clam mussantes carpebant. Linius *lib.* 3. *d.* 4. {σκώπτω, διασύρω. ANGL. *To rebuke, to reproche.*} Martialis,

Carpere vel noli nostra, vel ede tua.

Sunt qui hoc carpant (id est, culpent.) Vell. Ab hac significatione ortum est adagium, Carpet citius aliquis, quàm imitabitur, μωμήσεταί τις μᾶλλον ἢ μιμήσεται. Aptè dicetur de re quapiam artis absolutæ atque inimitabili: nam res egregias multò procliuius est carpere, quàm æmulari. ¶ Item lædere: vt Virg. *Georg.* 3.

Carpit enim vires paulatim vritque videndo
Fœmina.

Carpere viam, est ambulare. Carpere viat. Ouid. 5. *Fastorum.* Iter. *Ibid. & Eleg.* 19. *lib.* 1. *Trist.* ¶ Carpere vitales auras, est haurire spiritum. Carpere lanam, est pectere, & attenuare. Inter ancillas sedere, Lanam carpere. {GALL. *Carder.*} Plaut. *Men. sc.* 2. 4. 5. ξαίνειν ἔρια. Virg. *lib.* 1. *Georg.*

Nec nocturna quidem carpentes pensa puellæ
Nesciuere hyemem.

Carpere linum est euellere. Carpere cibum, est pasci. ¶ Carpere agmen, hoc est, aliquos ab agmine segregatos intercipere & occidere, & velut agminis particulas decerpere. Cæsar Equitatu præmisso, qui nouissimum agmen carperet. ¶ Carpere exercitum in multas partes, id est, separare. Liu. 6. *belli Punici.* Multorum Annibal Italiæ populorum animos euertaret, quos neque omnes tenere præsidiis, nisi vellet in multas paruasque partes carpere exercitum, quod minimè tum expediebat, poterat. Item carpere vires. i. attenuare, minuere. Liu. *lib.* 3. *ab vrb.* Virg. 3. *Georg.* Carpere faciem, laniare, lacerare. Seruius in illud 12. *Æneid.* Et roseas laniata genas: Moris (inquit) fuerat vt ante rogos humanus sanguis effunderetur vel captiuorum, vel gladiatorum: quorum si fortè copia non fuisset, laniantes genas suum effundebant cruorem, vt rogis illa imago restitueretur. Tamen sciendum, cautum lege duodecim tabularum, ne mulieres carperent faciem, his verbis, Mulier faciem ne carpito. ¶ Item pro despoliare, & (vt vocat Terent.) emungere. Ouid 1. *Amor. Eleg.* 8.

Et soror & mater, nutrix quoque carpat amantem:
Fit citò per multas præda petita manus.

¶ Composita sunt, Decerpo, Excerpo, Discerpo, de quibus suis locis.

Carptim, aduerbium, hinc atque illinc carpendo, non ipsam seriem sequendo. {ἀνεξεταστί. GALL. *Par cy par là, en recueillant çà & là par parcelles.* ITAL. *Per particelle, scegliendo di quà & di là.* GERM. Hin vnd wider, ohn alle ordnung angebrochen oder genommen. HISP. *A pedaços.* ANGL. *By piking out here and there.*} Salust. *in Catil.* Statui res gestas populi Rom. carptim, vt quæque memoriâ digna videbuntur, perscribere.

Carptus, us, & Carptura, æ. {לקט *leket.* δρέψις, κάρπωσις. GALL. *Cueillette, cueillement.* ITAL. *Scarpimento,* GERM. Abbrechung, abgewinnung. HISP. *Obra de coger, cogimiento.* ANGL. *Gathering and plucking as it were fruits of a tree.*} Ipse decerpendi actus, & nonnunquam id quod decerpitur. Plin. *lib.* 14. *cap.* 1. Flos cuiusque generis vinum digitorum carptu, deferuescens & aliunt etiam emendat, in vino austero bis die potus, hoc est, quantum tres digiti decerpere possunt. Varro 1. *de re rust. cap.* 16. Nec non etiam aliud discrimen sequantur in carpturis, &c.

Carptor, is, verbale, Reprehensor. {מוכיח *mochiach.* διασυρτής. GALL. *Reprenneur.* ITAL. *Carpitore.* GERM. Ein tadler. HISP. *Reprehendedor.* ANGL. *He that reprocheth.*} Gell. *lib.* 19. *cap.* 7. Quale illud est, quod vituperones suos, subducti supercilij carptores appellauit.

Carpobalsamum, καρποβάλσαμον, Balsami fructus est. Nam καρπὸς Græcis fructum significat. Vide Plin. *lib.* 12. *cap.* 25.

Carpocrates, Καρποκράτης, nomen cuiusdam hæretici, qui negabat mundum à Deo factum.

Carpophorus, {καρποφόρος. ANGL. *Fruitefull, that beareth fruite.*} Latinè fructifer. Hieronymus *ad Eust. de morte Paulæ.* Salue Ephrata regio vberrima, atque καρποφόρος, cuius fertilitas Deus est. Fuit etiam Carpophorus proprium nomen cuiusdam ex familiaribus Domitiani Cæsaris, cuius in conficiendis feris dexteritatem extulit. Martialis *in Amphitheatro.*

Carptum, Carptus, Carptura, Carptor, vide *Carpo.*

Carpophyllon, li, καρπόφυλλον. Genus laurı, non nisi in montibus nascens, foliis mollioribus: vnde etiam ad opera topiaria longè aptissimum perhibetur, & ad coronas conficiendas accommodatissimum: de quo Plin. *lib.* 15. *cap.* 30.

Carraca, Italiæ vrbs sub Venetia, Ptolemæo.

Carrago, apud Pollionem in Claudium pro impedimento accipi videtur, vt vulgo nostri Carriagium vocant. Budæus.

Carrha, Κάρρα, ciuitas Arabiæ ad sinum maris à qua Carrhæi dicti sunt populi. Plin. *lib.* 6. *cap.* 28. Carrhæis latissimos & fertilissimos agros. ¶ Sed Carrhæ, arum, Κάρραι Stephano, ciuitas Mesopotamiæ trans Edessam, Crassi & Romani exercitus clade nobilis. Luc. *lib.* 1.

Assyrias Latio maculauit sanguine Carrhas.

‖Carracutium, vehiculum altissimarum rotarum, quasi carrum acutum. Isid. *lib.* 20. 12.

Carrena & publica pœnitentia & quadragena vnum sunt. Qui igitur illam pœnitentiam facit, quadraginta diebus non intrat in Ecclesiam, & lanea veste indutus, ab esca & potibus, qui interdicti sunt a choro & gladio & equitatu illos supradictos dies abstinet. in tertia autem & quinta feria & sabbato aliquo genere leguminum ac oleribus, pomis & piris vel pisculis cum modica ceruisia vtatur temperate. Hæc omnia Vocab. vet. sonat tanquam à carendo sit vox tracta. Sed est sumta ex Gallico *Quaresme*, s neglecto in pronuntiatione, & Italis *quaresima* contractè dicitur pro quadragesima: & sic *quarrena* & *carrena* pro quadragena.

Carrera, cursus. Gloss. gr. b.

Carrico, onero. Gloss. A.L.‖

Carrus, & Carrum, Currus quatuor rotarum, cuiusmodi erant quibus exercituum impedimenta vehebantur à sono, vt quidam putant, & rotarum stridore dictus. {עגלה *Aghalah.* ἅμαξα, ἁμάξιον. GALL. *Char ou chariot.* ITAL. *Carro.* GERM. Ein karch. HISP. *Carro o carretta.* ANGL. *A chariot with foure wheales.*} Cæsar, Inter Carros, impedimentaque prælium commiserunt. Hircius *lib.* 6. Pompeius eo die per viarum angustias carra complura, multósque lanistas retraxit. Cæsar *bell. Gal. lib.* 1. Alteri ad impedimenta, & carros suos se contulerunt.

Carruca, Genus vehiculi duas habens rotas, quod & Cisium dicitur. {מרכבה *merchabah* רכב *rechef* צב *tsab.* ὄχημα, ἁμάξιον. GALL. *Petit char, ou chariot.* ITAL. *Carruccola.* GERM. Ein karch mit zweien rederen. HISP. *Carretta para lleuar cargas.* ANGL. *A carre or carte.*} Mart. *lib.* 3. Nec feriatus ibat ante carrucam. Plin. *lib.* 33. *cap.* 11. At nos carrucas ex argento cælare inuenimus. ¶ Carruca dormitoria: Sceuola *D. lib.* 34. *tit.* 2. *l.* 13. Quæsitum est an carruca dormitoria cum mulis, cùm semper vxor vsa sit, ei debeatur.

Carrucarius, {רכב *rachehab.* ἁμαξηλάτης. GALL. *Charretier.* ITAL. *Carrettiere* GERM. Ein karrer. HISP. *Carretero.* ANGL. *A carter or carman.*} Qui carrucam regit. Vlp. *in l. item quæritur, in prim. ff. loc.* Si cisiarius, id est, carrucarius, dum cæteros transire contendit, cisium euertit.

Carrucarius, a, um. {ἁμαξικός. ANGL. *Belonging to a carre or carre.*} Quod ad carrucam pertinet. Pomponius, Plerasque mulas carrucarias tales esse, vt transiungi non possint.

Carsamatium, est propriè Eunuchus, quem Græci vocant amputatis virilibus & virga.

Carseoli, oppidum est in via Valeria, non procul à Pelignis, à quo ipsi etiam incolæ Carseoli dicuntur. Horum meminit Ouid. 4. *Fast.*

Frigida Carseolis, nec oliuis apta ferendis
Terra, sed ad segetes ingeniosus ager.

Carseolanus, a, um, Ouid 4. *Fast.*

——— nam dicere certam
Nunc quoque lex vulpem Carseolana vetat.

Carta, sine h, nomen vnius ex Darij satrapis, apud Curtium.

Cartallus, {κάρταλλος. ANGL. *A hamper or baskette.*} Græca dictio significans canistrum.

‖Cartamus. Arab. קרטם semen croci hortensis.‖

Carteia, Καρτηία Ptolemæo, oppidum est Hispaniæ Bæticæ, in tractu Bastulorum ad radicem Calpes promontorij. Tartessos, Ταρτησσός à Græcis dictum. Vulgò *Tarifa.*

Carteius, a, um, vt Litus Carteium, in quo freti angustiæ sunt.

Cartenna, Augusti colonia in Mauritania Tingitana. Plin. *lib.* 5. *cap.* 2.

Carthæa, Καρθαία Stephano, vrbs in Cea insula. Hæc apud Plin. *lib.* 4. *cap.* 12. corruptè (vt suspicor) Carthea appellatur: certè apud Stephanum per αι diphthongum scribitur.

Carthæïs, a, um, Ouid. *lib.* 12. *Met.*

Transit & antiqua Carthæa mœnia Cea.

Carthæus, adiectiuum. Idem 10. *Met.* Namque sacer Nymphis Carthæa tenentibus arua Ingens ceruus erat.

Carthago, vrbs Africæ totius celeberrima, quæ post Troianum bellum (vt docet Eusebius) à Didone condita fuit, & tertio bello Punico à Scipione Æmiliano penitus euersa Καρχηδών. {GERM. Carthago in Africa.} ¶ Fit & alia Carthago in Hispania, quam Asdrubal condidit, quam nouam perperam epitheto dicunt, ad differentiam Carthaginis Libycæ. Vulgo *Cartagena.* Hæc etiam à sparti copia, quod in eius agro copiosissimè prouenit, Spartaria appellata est. Carthaginis autem nomen quidam à Cartha oppido huius prouinciæ Tyri deriuari putant. Cicero verò *lib.* 3. *de natur. deor.* scribit dictam à Carthagine Herculis filia, quum Byrsa prius diceretur.

Carthaginiensis, καρχηδόνιος, dictio sex syllabarum est, nam autore Prisciano inter n, & e, interponitur i. ait enim *lib.4*. Si tertiæ sint declinationis, abiiciunt extremam genitiui, & assumunt ensis, vt Pistor, pistoris, Pistoriensis: Carthago, Carthaginis, Carthaginiensis. Ennius, Hostem qui feriet, mihi erit Carthaginiensis.

Carthegon, Buxi granum est. Plin. *lib.16. cap.30*.

‖Cartibulum. Varro *lib.4. de L. L.* Vinaria mensa erat lapidea, quadrata, oblonga, vna columella, vocabatur cartibulum.‖

Carpii, populi Persiæ, vt scribit Strab. *lib. Geograph.* 31.

CARTILAGO, inis, pars similaris corporis ex spermate genita, quæ tamen neque os est, neque caro, sed quoddam intermedium, qualis est tota auris: & extremæ partes ossium motoriorum. {כרכל *bedual*. χόνδρος. GALL. *Cartilage, tendron ou tendrillon, comme celuy de l'oreille ou du nez*. ITAL. *Cartilagine, tenerume, come è quel dell' orecchie*. GERM. Krôspelbein. HISP. *Ternilla*. ANGL. *Gristle*.} Plin. *lib.11. cap.4*. Insecta non videntur habere cartilaginem. Idem *lib.9. cap.24*. Planorum piscium alterum est genus, quod pro spina cartilaginem habet. Cartilago mori. Plin. *lib.15. cap.18*. Callo placent pyra & mala, corpore melimela, mora cartilagine, nuclei genus.

Cartilagineus, a, um, quod ex cartilagine constat. {χονδρώδης. GALL. *De cartilage*. ITAL. *Di cartilagine*. GERM. Von krôspen oder krôspelbeinen. HISP. *Cosa de ternilla*. ANGL. *Of gristle*.} Plin. *lib.11. cap.37*. Sed auriculæ omnibus, exceptis quæ cartilaginea appellauimus.

Cartilaginosus, a, um. {χονδρώδης. ANGL. *Full of gristle, gristlie*.} Plin. *lib.12. cap.25*. Quod maximè laudant cartilaginosum, purum, ad similitudinem ammoniaci, miniméque lignosum.

Cartris, Cimbrorum peninsula, dicente Plin. *lib.4. cap.13*. promontorium Cimbrorum excurrens in maria longè peninsulam efficit, quæ Cartris appellatur.

Caruentus, καρούεντος, aliàs καρούεντος, vrbs Latinorum, gentile Caruentanus, Steph.

Caruncula, vide *Caro*.

‖Carum, κάρον, planta est & semen, vulgaris notitiæ, quod vicem anisi præbet. {GERM. Mattkümmich, expressius Mattkümmel.} id est, cuminum pratense, à matte, vel *mabde pratum*.‖

CARUS, a, um, Gratus, dilectus, iucundus, suauis. {יקר *iakar* חביב *chabib*. ποθεινός. GALL. *Cher, precieux*. ITAL. *Caro, precioso, diletto*. GERM. Lieb, angenäm, theur, köstlich. HISP. *Agradecido, caro en precio*. ANGL. *Deere, pretious*.} Virg. 4. *Ecl.*

——— *Cara Deûm soboles*.

Cicero *post reditum ad Quirites*, Mihi verò & propter indulgentiam meam, & propter excellens eorum ingenium, vita sunt mea cariores. Vides me pro tuo caro capite carum meum offerre caput vtilitati. Plaut. *Capt. sc.1. a.2*. Mihi meus, suus cuique carus est. Idem *Capt. sc.3. a.2*.

——— *Amantes Non longè à caro corpore abesse volunt*.

Catull. *de com. Beren.* Cara annona, vide *Annona*. ¶ Et quia quod omnibus gratum est, magno pretio solet vendi, hinc est factum vt Caram etiam significet, id quod non vile est, quod magno constat. Cic. 1. *de Diuinat.* Putatem annonam in macello cariorem fore. Sunt qui ita distinguant, vt Charus per aspirationem, significet idem quod dilectus: Carus sine aspiratione, quod magno venditur. Hanc tamen differentiam non esse veram, vel ex eo solùm ostenditur, quòd alteram significationem ex altera videmus esse deflexam. Satius itaque erit vtrunque sine aspiratione scribere, quum dictiones sint prorsus Latinæ. Nam qui à Græca dictione χάρις deduci volunt, refragatur primæ syllabæ quantitas, quæ in dictione Carus producitur, quum χάρις eandem corripiat.

Carè, aduerbium à Carus. {πολυτίμως. GALL. *Cherement, à grand prix*. ITAL. *Caramente de gran precio*. GERM. Theuer, in grossem werd. HISP. *Mucho preciado*. ANGL. *Of agreat price, of great dearth*.} Magno pretio, & pluris quàm pro rei valore: vt, Carè æstimare: Carè venire. Cic. *ad Brutum*. Valde carè æstimas tot annos, quot ista ætas recipit. Varro, Quæ pingues, veneunt carè.

Caritas, sine h, à careo significat exuberans rei alicuius pretium, ex penuria ferè & raritate proueniens. {יקר *iekar*. πολυτιμία. GALL. *Cherté, grand prix*. ITAL. *Carestia, inopia*. GERM. Theure, köstligkeit. HISP. *Carestia carreza de precio*. ANGL. *Dearth, great price*.} Cic. 5. *Verrina*, Biennio prouinciam obtinuit, quum alter annus in vtilitate, alter in summa caritate fuerit. Liu. *lib.11*. Caritas primùm erat annonæ. Differunt autem Caritas & Inopia, quòd Caritas sit rerum penuria, quæ adhuc extant: Inopia earum quæ non extant. Cicer. *pro domo sua*, Qua ex re primùm caritas nata est, deinde inopia.

Carusij, populi sunt Troglodytis infinitimi pariter & Æthiopibus in finibus Africæ, ad latus meridiem spectans inhabitantes. Sipontin.

Carya, καρύα, ciuitas Peloponnesi, quæ cum Persis hostibus contra Græciam consensit: vnde postea à Græcis delata fuit. Vitru. *lib.1*.

Caryanda, καρύανδα, Lacus est in insula eodem nomine Cariæ regionis, non procul à Myndo. Ex Strab. *Geogr. lib.14*.

Caryatides, Statuæ muliebres in ædificiis, vt ait Vitruu. sicut viriles, quæ mutulos aut columnas sustinent, Telamones à nostris, ἄτλαντες, à Græcis appellatæ. Nam euersa Carya Peloponnesi ciuitate, & interfectis viris, matronæ in seruitutem adductæ fuerunt: nec passi sunt victores eas stolas deponere, vt æterno seruitutis exemplo graui contumelia pressæ, pœnas pendere viderentur pro ciuitate. Ideo qui tunc architecti fuerunt, earum imagines ædificiis publicis designauerunt oneri ferendo, vt etiam posteris pœna Caryatidum memoriæ traderetur.

Caryca, καρύκη. Genus edulij ex sanguine & variis condimentis constans, quod καρυκεύματα à Græcis dicitur. Vide Cæl. Rhodig. *lib.27. cap.13*. ¶ Carica verò per i nostrum ficus genus est, vt suprà docuimus suo loco.

Caryites, per tres syllabas, media product. Tithymalli species, foliis myrthi, acutis & pungentibus. Vide Plin. *lib.26. cap.8*.

CARYON, ri, neut. ge. {κάρυον. ANGL. *A wallnut or wallnut tree*.} Quanuis Græcis generale sit ad omne nucis genus vocabulum, vnde κάρυον ποντικόν, auellanam, & κάρυον βασιλικόν, iuglande appellant, peculiariter tamen κατ' ἐξοχήν, hoc sibi nomen iuglandes vendicarunt. Plin. *lib.15. cap.22*. Carion à capitis grauedine, propter odoris grauitatem conuenit dictum.

Carynus, a, um, adiectiuum: vt, Carynum oleum. Idem *lib.23. cap.4*. E nuce verò iuglande oleum quod carynum appellauimus, alopeciis vtile est, & tarditati aurium infusum.

‖Caryophyllum, καρυόφυλλον, sonat καρύου φύλλον, id est, nucis folium. *Girofle* vulgò.

Caryophylleum florem ab odore caryophillorum recentiores nominant.

Caryophyllata dicta ab odore radicis.‖

Caryopon, i, καρύοπον, genus cinnami, quod in Syria gignitur. Plin. *lib.12. cap.28*. In Syria gignitur & cinnamon, quod Caryopon appellant. Hic est succus nuci expressus, multum à surculo veri cinnami differens, vicina tamen gratia.

Caryotæ, siue Caryotides, καρυωτίδες, Palmulæ genus est in Iudæa, præcipuè circa Hiericuntem nascens: ita appellatum a capitis grauedine, quam gignit. Plin. *lib.13. cap.4*. Ab his Cariotæ maximè celebrantur, & cibo quidem, sed & succo vberrimæ: ex quibus præcipua vina Orienti, iniqua capiti: vnde pomo nomen. Varr. *de re rust. lib.2*. Non scitis palmulas caryotas in Syria parere in Iudæa, inuectas in Italiam non posse? Papin. *in Syluis*, Prægnantes caryotides cadebant.

Carystos, siue Carystus, κάρυστος, Eubœæ insulæ oppidum, in littore situm, ad radicem Ochæ montis, è regione Andri: cuius meminerunt. Qui à patre aduenit Carysto. Plaut. *Pseud. sc.4. a.2*. Plin. *lib.4. cap.12*. & Pompon. *lib.2*. Circa hoc oppidum gignitur Amiantus lapis textilis, ex quo olim mantilia fiebant, quæ igni purgabantur. Item marmor nobilissimum, & macularum varietate in primis commendatum, quod à loco Carystium appellabant: de quo vide Strab. *lib.10*. & Plin. *lib.36. cap.6*. Lucan. *lib.5*.

Qua maris angustat fauces saxosa Carystos.

Sita est ad pelagus Myrtoum sub Ocha monte, cui à Iouis & Iunonis concubitu nomen inditum est, aut quòd oues illic pastæ concipiant, ὀχεύονται. ὀχὴν enim Achæi pastum & cibum vocant. Dicitur etiam ὀχή. Lapis in hac ciuitate mirabilis gignitur, ex quo pannus contextus, vt sordes abstergat in ignem iniicitur. Vocatur etiam Ægea ab Ægone loci domino, a quo & mare Ægeum. ¶ Est item Carystus locus τῆς Αἰγῆς iuxta Arcadiam, vbi columnæ Carystiæ ex latomiis, & vinum Carystium celebrantur. Steph.

Carysteus, a, um, Ouid. 3. *Fast.*

Quáque Carysteu frangitur vnda vadis.

Carystius, a, um, Plin. *Epistol.* 101. Vitem quatuor columellæ Carystiæ subeunt.

Caryum, vide *Carya*.

Casa, domus rustica: ita dicta quasi caua, vt nonnulli existimant, eò quòd primi agricolæ in cauis montium, hoc est, in antris solerent habitare. {נוה *navveh* סכה *succhah* גדרה *ghedherah* חרה *cherah*. καλύβη. GALL. *Logette, maisonnette, tente*. ITAL. *Casa*. GERM. Ein schlechtes bawrenheüslin, ein hütte. HISP. *Casa pagiza ò choça*. ANGL. *A cotage, a litle house*.} Alij à casu, id est, ruina deductum malunt: propterea quòd rustica ædificia, quum ex leuiore ferè materia conficiantur, minus sunt diuturna, magísque ruinæ obnoxia. Virg. 2. *Eclog.*

Atque humiles habitare casas, & figere ceruos.

Hircius *lib.6*. Et harpagones ad casas, quæ stramentis ab nostris hybernorum causa ædificatæ erant, diruendas. Varro *de re rust. cap.10*. Qui autem sunt in saltibus, & syluestribus locis pascunt, & non in villa, sed casis, repentinos imbres vitant. ¶ Fores habet tritas, vt pastorum casæ, τὴν θύραν ἔχει τετριμμένην ὥσπερ αἱ ποίμνια. Ironia prouerbialis in homines inhospitales, aditu difficiles, sibi viuentes, semper occlusis foribus: quòd pastores procul ab hominum commercio semotos vix vnquam quisquam interuisat. Diogenianus. Hinc *casamentum*, id est, prædium beneficiarium.

‖Casella, capsella, arcula. L. gr. b.‖

Casula, diminutiuum. {καλυβίδιον. ANGL. *A litle cotage*.} Plin. *lib.35. cap.10*. Casula Protogenes contentus erat in hortulo suo.

Casabundus, Crebrò cadens, πτώσιμος. Festus. Varro *lib.6*. à cadendo deducit, & Næuium Poetam antiquum adducit. Risi egomet casabundum ire ebrium: diabathra in pedibus habebat, atque amictus erat epicroco.

‖Casamaton, *casamatte*. L. gr. b.‖

Casnati capite, in terram deiecto.

Casnar, dicitur mulier quæ casam custodit. καλυβῖτις, οἰκουρός. Festus.

Casandra, insula in Oceano meridionali, contra Persidem. Plin. *lib.6. c.25*. Contra Persidem, inquit, insulæ, Philos, Casandra, Aracia, &c.

Casandrus, inquit Plin. *lib.6. cap.25*. Insula est deserta in Oceano Indiam versus.

Cascus, a, um. {זקן *zaken* קדמוני *kadmoni*. γέρων. GALL. *Vieil, ancien*. ITAL. *Vecchio*. GERM. Alt. HISP. *Cosa muy antigua*. ANGL. *Old, ancient*.} Significat vetus: cuius verbi origo Sabina est. Ennius, Quàm primùm Casci populi genuere Latini. Refert Varro Manilij nomine celebratam fuisse hanc sententiam, Cascum duxisse casсam non mirabile est, id est, vetulam nupsisse seni. Vide Erasmi Adagia.

CASEUS, A coeundo, vel (vt inquit Varro) à lacte coacto dicitur. {גבינה *ghebinah*. τυρός. GALL. *Fromage*. ITAL. *Formagio*. GERM. Käß. HISP. *Queso*. ANGL. *Chese*.} nam fit ex lacte coagulato, hœdino in primis, vitulinóve coagulo. Virg. *in Buc.*

Pinguis & ingrata premeretur caseus vrbi.

Cic. *de senect.* Villa quæ tota locuples est, abundat porco, hœdo, agno, gallina, lacte, caseo, melle. Caseus bubulus, manu pressus. Suet. *in Aug. cap.76*. Caseus mustus, id est, recens & mollis, qui magis alibilis, quàm vetus & aridus. Caseus oxygalacticus commendatur à Galeno, diciturque quasi acetosum lac: nam Græci τὸ ὄξος acetum vocant, & γάλα lac. ¶ Caseorum varia genera vide apud Plin. *lib.11. cap.42*. ¶ Si caseum haberem, non egerem opsonio. Εἰ τυρὸν ἔχοις, οὐκ ἂν δέοιο ὄψου. Dicendum vbi quis minimis vilissimisque contentus. Refertur apud Plut. *in Laco.* ¶ Caseum neutro genere dixit Pomponius *in Leone*. Caseum molle, Sosipater *lib.1*.

Casale, is, neutri generis, locus aluo exonerandæ destinatus: quam Sel-

lam

lam familiarem vocat Varro. Colum. *lib.*2. *cap.*15. Nam vbi greges quadrupedum versantur, quædam quotidie, vt culina, & caseale: quædam pluribus diebus, vt bubilia & ouilia debent emundari. ¶ Sunt tamen qui existimant Caseale declarare locum in quo aut fit, aut seruatur caseus. {τυροκομεῖον, τυροφορεῖον. ANGL. *A chesse presse.*} locúmque Columellæ sic intelligi debere, vt caseale (hoc est, locus conficiendi casei) sicut & culina quotidie purgetur.

Căsĕārĭŭs, a, um, adiectiuum, à caseo formatum. {ANGL. *Belonging to chese.*} vt, Taberna casearia. Vlp. *l. Si cuti. §. Aristo. ff. si seruit. vend.* Aristo Cerelio Vitali respondit, non putare se, ex taberna casearia fumum in superiora ædificia iure immitti posse, nisi eius rei seruitutem talem admittat. τυροκομεῖον, τὸ τυροπωλεῖον.

Căsĭă, vnico s, quamuis apud Græcos κασσία gemino σσ, scribatur. {קְצִיעָה *ketsijháh* קִדָּה *kiddáh.*} Frutex est Theophrasto, salicis Amerinæ magnitudine, multis surculosísque brachiatus ramis, crassiore quàm cinnamomum, sarmento, solóque cortice commendatus. Virgil. 2. *Georg.*

Nec casia liquidi corrumpitur vsus oliui.

Dioscor. *lib.* 1. tria facit præcipua casiæ genera: vnum ex nigro purpurascens, & rosæ odorem referens, *Zyger* appellatum: alterum longius & angustius, & fistulis plenum, aromatum & vini mistum odorem repræsentans: quod Arabum lingua *Lada*, ab Alexandrinis autem mercatoribus *Daphnitis* dicitur. Tertium genus superioribus paulò vilius, quod Rubum mosylicum vocitarunt. ¶ Hyginus autor est, à Latinis *Casiam* appellari cocci Cnidij fruticem, quem Græci *Cneorum* vocant, & *Thymelæam*: cuius folia & in coronamenta veniunt. Vnde est illud apud Virg. *Eclog.*

Tum casia, atque aliis intexens suauibus herbis.

quamquam ibi casiam herbam quandam, non fruticem videtur designare. ¶ Casia fistularis, κασσία συριγγώδης, à recentioribus medicis appellatur, quam ex doctioribus nonnulli Siliquam Ægyptiam malunt nominare. Est autem siliqua oblonga & teres, concretum intus atramentum continens, non vna coalescens serie, sed ex interuallis lignosis tenuibúsque membranis septum, ossaque quædam habens immersa, non dissimilia iis quæ nostra profert siliqua.

Casignete, κασιγνήτη, herbæ genus est apud Plin. *lib.*24. *cap.* 17. ita dictum quòd cum sui generis herbis tantum nascatur. Eandem & *Dionysionymphadem* appellant, quod vino mirè conueniat.

Casilini, Italiæ populi sunt in agro Campano, quorum oppidum etiam Casilinum appellabatur, quod Plinij temporibus interciderat, vt ipse testatur *lib.*9. *cap.*5.

Casĭna, Plauti fabula est, nomen habens à Casina ancilla, quam Stalino senex, eiúsque filius, certatim deperibant. Scribitur autem vnico s, vt facilè colligi potest ex fabulæ eius argumento, in quo versuum literæ capitales Casinæ nomen exprimunt.

Căsinum, Campaniæ oppidum est in Italia. Silius *lib.*4.

Mittebant saxa & nebulosi rura Casini.

Huius meminit Plin. *lib.* 3. *cap.* 5.

Casiotis, Κασιῶτις Ptolemæo, Regiuncula est Arabicæ Petrææ, Pelusio ostio ab Ægypto diuisa: in qua Casius mons est, Pompeij Magni tumulo insignis: à quo & Regio ipsa nomen accepit.

Căsius mons, Κάσιον ὄρος, trans Pelusium est, extremum Nili ostium, in ea Arabiæ Petrææ parte, quæ ab hoc monte Casiotis Ptolemæo appellatur: in quo & Iouis Casij templum erat, & Magni Pompeij tumulus ab Adriano instauratus, vt in Adriano testatur Capitolinus. ¶ Est & in Syria Antiochena Casius mons supra Seleuciam cognomine Pieriam, vt autor est Plin. *lib.* 5. *cap.*22. cuius altitudo in directum est quatuor millium passuum. Ptolemæus præterea *lib.* 5. *cap.* 18. Casium quendam montem collocat in Mesopotamia, non procul à Singra altero eiusdem regionis monte: cuius meminit & Suidas.

Casius, a, um, Lucan. *lib.* 10.

Casmœnæ, pro Camœnæ, interposito s, ἀρχαϊσμός.

Casmene, Κασμένη, vrbs Siciliæ, Steph.

Casmena olim Carmina dicta, à casmen, enis, quod nunc carmen, inis: sæpe etiam c, apud veteres i, loco fuit, teste Quint. *lib.* 1. *cap.* 4.

Căsnăr, Senex dicitur Oscorum lingua. Festus. {ANGL. *Olde.*} Id quod Varro *de lingua Lat.* 6. confirmat his verbis: Cascus, inquit, significat vetus, eius origo Sabina, quæ vsque radices in Oscam linguam egit. Quod igitur Osci Casnar, hoc Sabini Cascus: & illos secuti Romani dixerunt. Nonius Casnares, seniles dixit: apud quem malè legitur *Carnales sedales.*

Caso, as, are, à cado frequentatiuum: vide *Cado.*

[Casona, acus, qua mulier scalpit caput. Gloss. Isid. lege *caasor.*]

Căsos, Κάσος, vulgò *Caso*, Insula iuxta mare Carpathium ambitu octoginta stadiorum, in qua est oppidum eiusdem nominis, à Caso Cleomachi patre dicta, qui eò colonos deduxit: à quo Casius mons in Syria nomen traxisse creditur. Meminit huius insulæ Plin. *lib.* 4. *cap.* 11. & *lib.* 5. *cap.* 31.

Caspapyrus, Κασπάπυρος, vrbs Gandarica: Scytharum verò ἀκτή, id est, litus. Steph.

Căspĕrĭă, Rhæti regis Marrubiorum vxor fuit, quæ cum Anchemolo priuigno corpus commiscuit. Vide *Anchemolus.* ¶ Est item Casperia oppidum in Sabinis, fortasse idem cum eo, quod Silius Casperulam vocat. Virg. 7. *Æneid.*

Qui Tetricæ horrentes rupes, montémque Seuerum
Casperiámque colunt.

Casperula, Sabinorum oppidum est apud Silium, vt dictum.

Căspiæ portæ, Κάσπιαι πύλαι, Angustiæ sunt circa mare Caspium, quod alio nomine Hyrcanum dicitur, ad octo millia passuum, teste Solino, in longitudinem extensæ, latitudine tam exigua, vt vix plaustro sint peruiæ. Non satis tamen conuenit inter autores ad quam maris partem coniungantur. Quidam Amazones portis Caspiis egressas, ad Alexandrum venisse in Hyrcaniam prodidêre: sed illæ Caucasiæ fuerunt, per quas transitus est ex Hyberia in Scythiam. Neronis quoque principis comminatio ad Caspias portas (vt inquit Plin.) ad eum transitum respiciebat. Verum mons Taurus tribus in locis interruptus, quasi portis quibusdam pertransitur in Armeniam, in Ciliciam, & in Mediam. Sed illæ tantùm Caspiæ portæ appellantur, quæ apud Medos existunt, sicut ex Ptolemæo, Plinio & Strabone licet intelligere. Per has transitus est ex Babylone, & Perside ad mare Caspium. Vnde etiam Caspiæ dictæ sunt. ¶ Iuga verò Caspia procul hinc abiunt, & ad Armenios, vlterioréstque populos pertinent.

Căspĭi, populi Scythiæ ad Caspium mare, vt autor est Pompon. *lib.* 3. apud quos sæuissimi sunt canes, vt scribit Valer. Flac. *lib.* 6. Hinc Adiect. Caspiacus, vt Porta Caspiaca. Stat. 4. *Syl.*

Aut Histrum seruare latus, metuendaque porta
Limina Caspiaca.

Căspĭum mare, {Κασπία θάλασσα. ITAL. *Dar di baccà.* GERM. *Das Hircanisch meer in Asia.*} Immensæ magnitudinis locus est inter Caspios & Hyrcanos montes, à quibus nomen accepit. Huius maris accolæ Turcæ fuisse creduntur, qui deinde cæli clementioris desiderio adducti, primum Armeniis, deinde reliquis Asiæ populis sua sede pulsis, & bona Europæ parte occupata, à sinu Persico adusque mare Adriaticum imperium suum extenderunt.

Căspirus, Κάσπειρος, vrbs Parthorum, finitima Indiæ: cuius incolæ cursu velocissimi sunt, vt ex Dionysij Bassaricis annotauit Steph.

[Cassabundus, crebrò cadens. Fest. lege *casabundus* à *caso.*]

Cassandane, filia fuit Pharnaspis, vxor Cyri, & mater Cambysæ, teste Herodoto *historiarum lib.* 2. quam immatura morte sublatam & Cyrus ipse defleuit, & publico regnorum suorum luctu decorari voluit.

Căssandră, Κασσάνδρα, Priami & Hecubæ filia, quæ quum ob formæ elegantiam ab Apolline amaretur, eidem corporis sui copiam promisit, si vates ab illo fieret: quod Apollo se facturum firmauit. Sed quum illa promissis non staret, iratus Deus fecit vt eiusdem vaticiniis nulla fides adhiberetur, quum ex Helenæ raptu futura incommoda prædiceret. Postea desponsata fuit Chorœbo, vt ait Maro (Homerus verò Othryon eum nominat) qui in auxilium Troianis veniens, in postrema nocte periit. Hanc quoque Aiax Oileus in Mineruæ templo vitiauit, vt superiùs auditum est. Tandem deuastata Troia, Agamemnoni in sortem contigit, cui omnia fata, quæ à coniuge seruarentur, prædixit: sed more solito nihil ei creditum est. Veniens igitur cum Agamemnone domum, cum eodem in conuiuio iussu Clytæmnestræ occisa est. Virg. *Æneid.*

Sola mihi tales casus Cassandra canebat.

¶ Alia fuit Cassandra Iobatis filia, quam Bellerophonti nupsisse Homerus autor est. ¶ Est & Cassandra oppidum, & Cassandria colonia, de quibus infrà in *Potidæa.*

Cassanitæ, Κασσανῖται, populi sunt in littore maris rubri incolentes, Stephanus.

Cassera, Macedoniæ oppidum, apud Plin. *lib.* 4. *cap.* 10. in descriptione Macedoniæ.

Cassandrus, Κάσσανδρος. Vrbs Ægyptia. Steph.

[Cassiculum, rete iaculum. Gloss. Isid. Fest. simpliciter *reticulum* à cassibus per diminutionem dictum.]

Cassida, æ, vide infrà in *Cassis, dis.*

[Cassidilis, pera, marsupium.]

Cassienus, martyr apud forum Cornelij, vbi iacet, & quò venerat peregrinationis gratia è Brixina vrbe Germaniæ, cuius erat ciuis & præsul: quúmque apud forum Cornelij doceret, iussu Iuliani Imperatoris, qui prohibuerat Christianos docere, stylis discipulorum confossus est. ¶ Alius eiusdem nominis Alexandrinus sub Iouiniano in Italiam veniens, apud Ortanum templum construxit, cuius & præsul electus: inde peregrinando Augustodunum venit, & Episcopo Simplicio, viro sancto successit. ¶ Alius monachus Honorij tempore à Hierosolymitana Ecclesia ab Hæreticis eiectus, Massiliam venit, vbi duo condidit cœnobia, scripsit & de monachorum institutis, vbi dicit cibi abstinentiam omnium virtutum esse fundamentum. Volaterranus.

Cassipea, vide *Cassiope.*

Cassilium, vulgò *Cassel*, vrbs Hassiæ, vide *Sterenontium.*

Cassinum, teste Varr. *lib.* 6. *de ling. Lat.* oppidum Samnitium fuit, qui à Sabinis ortum traxerant: ita dictum à vetusto nomine Cascus, quod Sabinorum lingua antiquum significabat: vnde & forum vetus Cassinum appellatum est.

Căssĭōdōrŭs, Κασσιόδωρος, Rauennas fuit Theodorici Gotthorum regis præceptor, qui ex Senatore factus monachus, Psalterium Dauidis explanauit. Extant & eius ad Theodoricum Epistolæ. Volaterranus.

Cassiope, siue Cassiopæ, Κασσιόπη. Cephæi regis Æthiopum vxor, & Andromedes mater: quæ quòd gloriaretur Nereidibus sese corporis pulchritudine præstare, illarum indignationem incurrit. Nymphæ enim iactantia eius irritatæ, incredibilis magnitudinis cetum immiserunt, filiámque eius vnicam, nomine Andromedam saxo alligarunt, cetóque deuorandam proposuerunt: quæ tamen Persei virtute liberata, eidem nupsit. Cassiope verò tandem generi meritis in cælum translata traditur, & in siliquastro sedens, vertente sese cælo, resupinato capite ferri, pedibus ipsius in ipsa Arctici circuli circunductione positis, Æstiuum circulum capite, & dextra manu tangit, & prope Medeam circulo lacteo diuiditur, non procul à Cephei signo. Occidit cum Scorpione, exoritur cum Sagittario. In capite eius stella ostenditur vna, in vtroque humero singulæ, in mammilla dextra clara vna, in lumbis vna, in sinistro femore duæ, in genu vna, in pede ipsius dextro vna, in quadrato, quo signum eius circumscribitur, vna, in vtrisque angulis singulæ cæteris clariùs lucentes. ¶ Est item Cassiope, oppidum Epiri mediterraneum, à quo Cassiopæi populi dicti sunt, quorum meminit Plin. *in proœm. lib.* 4. Stephanus Cassopam, Κασσώπη appellat. ¶ Item oppidi nomen in Corcyra insula, apud eundem *lib.* 4. *cap.* 12. quod Ptolemæo Cassiopolis dicitur.

Căssis, is, masculini generis, Rete præsertim venatorum, quòd cassum, hoc est, vanum sit. {רֶשֶׁת *réscheth.* δίκτυον. GALL. *Vne rets à veneur.* ITAL. *Rete.* GERM. *Ein jäger garn.* HISP. *La red.* ANGL. *A hunters net, a hay.*} Vnde & à raritate Rete dictum, Ouid. 1. *de Arte,*

Incidit in casses præda petita meos.

Virg. 4. *Georg.*

——aut inuisa Minerua
In foribus laxos suspendit aranea casses.

Căssĭōdōr,

Cassiculus, diminutiuum à Cassis, Reticulum. {ἀρκύδιον. GALL. *Petite retz*. ITAL. *Picciola rete*. GERM. Ein klein garn oder netz. HISP. *Pequeña red*. ANGL. *A little net, a hay*.} Hieronymus, Nequaquam aranearum mihi opponas casSiculos. ¶ Dicitur & Cassiculum neutri generis. Festus, Casiculum, reticulum à Casses per diminutionem dictum.

Cassila, pro casida, commutato d, in l.

Cassis, dis, fœminini gen. Galea, quòd vacua sit ad caput recipiendum. {כובע כֹּבַע cobhab. κράνος. GALL. *Heaume, armet, cesllette, salade, bassinet*. ITAL. *Elmo, elmetto*. GERM. Ein helm ein eisenhut. HISP. *Capacete*. ANGL. *An helmet, or sallet*.} Plaut. *in Trinum*. Mihi & pharetram & sagittas sumpsero, cassidem in caput. Iuuenalis, Fracta de casside buccula pendens. Cæsar *lib. 7. bel. Gall.* Mulionesque cum cassidibus, equitum specie ac simulatione collibus circumuehi iussit. ¶ Dicitur & cassida, æ. Propertius, Aurea cui postquam nudauit cassida frontem. Virgil. 11. *Æneid.*

Aureus ex humeris sonat arcus, & aurea vati Cassida.

Vbi Seruius, Cassida, accusatiuus Græcus pro nominatiuo Latino.

Cassita, Auis, quam alij Alaudam, alij Galeritam dicunt. {κορυδαλίς. GALL. *Alouette*. ITAL. *Lodola*. GERM. Ein lerch. HISP. *Cogujada e cogujada, aue conojida*. ANGL. *A lark*.} Plin. *lib. 10. cap. 37.* Vide apud Gell. Apologum de cassita, *lib. 2. cap. 29.*

Cassiterus, {κασσίτερος. ANGL. *Tinne*.} Latinè plumbum album dicitur. Plin. *lib. 4. cap. 16.* Plumbi duo genera, nigrum atque candidum. Pretiosissimum candidum, à Græcis appellatum cassiteron. Vnde Cassiterides, κασσιτερίδες, insulæ decem in Oceano, ex aduerso Celtiberiæ, in quibus plumbum effoditur. Plin. *lib. 4. cap. 16.* Ex aduerso Celtiberiæ compiures sunt insulæ, Cassiterides dictæ Græcis à fertilitate plumbi.

Cassitas, visci genus in abiete & larice nascens. Sipontinus.

Cassius, κάσσιος, viri proprium qui magister equitum fuit. ¶ Sp. Cassius regni affectati crimine damnatus, cui plus suspicio concupitæ dominationis nocuit, quàm tres magnifici Consulatus, ac duo speciosissimi triumphi profuerunt. Senatus enim populúsque Rom. non contentus capitali eum supplicio afficere, interempto domum superiecit. In solo autem ædem Telluris fecit. Autor Valerius *lib. 6. cap. 3.* ¶ Cassius cos. à Tigurinis Gallis pago Heluetiorum, qui à ciuitate secesserant, in finibus Allobrogum cum exercitu cæsus est: milites, qui ex ea clade supererant, obsidibus datis & dimidia rerum omnium parte, vt incolumes dimitterentur, cum hostibus pacti sunt, tempore quo Iugurtha pulsus est à Mario. Liu. *lib. 25.* Cæsar *belli Gall. lib. 1.* Tigurinus pagus quum domo exisset, patrum nostrorum memoria, L. Cassium Consulem interfecerat, & eius exercitum sub iugum miserat. ¶ L. item Cassius Tribunus plebis C. Mario, L. Flacco coss. plures leges ad diminuendam nobilitatis potentiam tulit: in quibus, vt quem populus Romanus damnasset, cuive imperium abrogasset, in Senatu non esset. Fuit & inter competitores Ciceronis in Consulatu. Autor Pædianus, Cic *pro Roscio Amerino*. L. Cassius ille, quem populus Romanus verissimum, & sapientissimum iudicem putabat, &c. ¶ L. Cassius dux Pompeianus, cum decem nauibus, ardente bello ciuili, transiit ad Cæsarem. ¶ Cassius item Longinus Iurisconsultus, quòd C. Cassij percussoris Cæsaris nomen as stemmata haberet, iussus est à Nerone mori: pronepos fuit Seruij Sulpitij, ac eques Romanus, vt scribunt Tranquillus & Pomponius. ¶ Fuit & Cassius Seuerus, de quo Quint. sic scribit *lib. 10. cap. 1.* Cassius Seuerus, si cæteris virtutibus colorem & grauitatem orationis adiecisset, ponendus inter præcipuos foret: nam & ingenij plurimum in eo, & acerbitas in ira, & vrbanitas, & vis summa: sed plus stomacho, quàm consilio dedit. Hæc ille. Huius Cassij scripta ex Senatusconsulto abolita sunt, vt autor est Tranquillus. ¶ M. Auidius Cassius, præfectus exercitus Antonini principis in Oriente, dum Imperator ipse res in Germania gereret contra Marcomannos defecit. Itaque relicto bello, Imperator eum cum exercitu petit ac superat. Caput ei ablatum videre noluit, recordatus antiquæ amicitiæ. ¶ Cassius præsul Narniensis tempore Totilæ regis Gotthorum, cui occurrens, animum placauit, ne ciuitati noceret. Meminit huius Gregor. 3. *Dialog.* ¶ Cassius poëta Parmensis fuit, cuius ingenium in scribendo carmine mirè concitatum & promptum prædicat Horat. 1. *Serm. sat. 10.*

——— at si quis pedibus quid claudere senis
Hoc tantum contentus amet scripsisse ducentos
Ante cibum versus, totidem cœnatus, Hetrusci
Quale fuit Cassi rapido feruentius amni
Ingenium, capsis quem fama est esse, librisque
Ambustum proprijs.

Hic aliquot generibus stylum exercuit: inter quæ opera elegiaca & epigrammata eius laudantur. Hic est qui in partibus Cassij & Bruti Tribunus militum fuit: quibus victis Athenas se contulit. Quintus Varus ab Augusto missus vt eum interficeret, studentem reperit, & perempto eo scrinium cum libris tulit, vnde multi crediderunt Thyestem Cassij Parmensis fuisse. Scripserat enim multas alias tragœdias. Acron in illud Horat. 1. *epist. 4.*

Scribere quod Cassi Parmensis opuscula vincat.

de eo Suet. *in Aug. cap. 4.* Cassij Iouis ara, Suet. *in Ner. cap. 22.*

Cassianus, adiectiuum. Cic. *pro Milone*, Itaque illud Cassianum.

Cassius, aliud adiect. vt Cassia via. Cic. 12. *Philipp.* Tres ergo, vt dixi, viæ: à supero mari, Flaminia: ab infero, Aurelia: media, Cassia. *Ibidem*, Etruriam discriminat Cassia. Item, Possum Cassiam vitare, tenere Flaminiam.

Casso, as, vide *Quasso*.

¶Casso, frustrà. Greg. Tur.

Cassatus, frustratus. Item Quassatus. Idem.¶

Cassiope, κασσιόπη Steph. Oppidum est Molossorum, quod à Plinio Cassiopem vocari supra ostendimus.

Cassus, a, um, quod est inane & vacuum, fragile, atque omni re carens. {נבוב nabhúb ריק rek. κενός. GALL. *De nulle valeur, vain & friuole*. ITAL. *Casso, vacuo, voto*. GERM. Der nichts soll, vergäbenlich. HISP. *Vano, vazio*. ANGL. *That is of no valewe, vaine, friuole*.} vt, Cassa nux à Plauto & Horatio dicta. Lucan.

Cassa frande feras.

Plaut. *in Aul.* Virginem habeo grandem, dote cassam, atque illocabilem. Virg. Lumine cassum: & Æthere cassos, dixit pro vita priuatos & vacuos. Vnde & Cassis & per diminutionem Cassiculus. ¶ Hinc in cassum aduerbium, εἰς κενόν. Cassum, cassi, substant. Fragmentum. Solinus *cap. 65.* Aut palearum cassas, aut chartarum fila ad se rapit: de lychnite gemma.

Cassè Aduerb. Liuius *lib. 4. bel. Punic.*

¶Cassuta, herba, quæ podagra lini dicitur.¶

Castabala, καστάβαλα. Stephan. Ciliciæ oppidum, apud Plin. *lib. 5. cap. 26.*

Castaldia, Gubernatio dicitur qua domini res gubernantur. Castaldi Gubernatores, vel Vice domini. Zas. *de feu. degenerant.* Itaque erat Castaldio non absimilis procuratori & actori possessionum domini, cuius fit mentio *in l. vlt. C. quod cum eo qui in alien. potest.* Secundum Aluarot. & secundum Gloss. erat velut œconomus quidam, cui res dominica gubernanda, instar œconomi ecclesiastici dabatur, argum. *l. iubemus nulli. C. de sacrosanct. eccles.* ex comment. feudalibus Baron. à Teuteuberg.

Castalius, κασταλία. In Phocide, ad radices Parnassi montis, fons non procul à Delphis: vnde & Apollini, & Musis sacer creditur. ita dictus à virgine Castalia, quæ Apollinem fugiens, præcipitata, & in fontem versa est: à cuius nomine Musæ ipsæ Castalides appellantur.

Castamola, dicebatur sacrificij genus, quod Vestales virgines faciebant. ἁγνὸν θῦμα.

Castalo, κασταλών, maxima ciuitas Britanniæ (nimirum Britanniæ legendum) gentile Castanolites. Steph.

Castax, κάσταξ, vrbs Iberiæ, gentile Castacens, Stephano.

Castania, καστανία, vrbs prope Tarentum, gentile Castaniates. Steph.

Castanea, {ערמון armon. κάστανα. GALL. *Chastaigne, ou chastaignier*. ITAL. *Castagna*. GERM. Ein kesten oder kestenbaum. HISP. *Castaña, ò castaño arbol*. ANGL. *A chestenut, or chestenut tree*.} A Castano Magnesiæ vrbe, vt putatur, dicta: tam fructum, quàm ipsam arborem significat. Plin. *cap. 25. lib. 15.* an à castu, quia ex ijs imago panis in Cibelles ieiunio. Vide Isidor. *cap. 6. lib. 17.* Virg. 2. *Eclog.*

Castaneas molles, & pressi copia lactis.

Plin. *lib. 17. cap. 20.* Castanea pedamentis omnibus præfertur facilitate tractatus, perdurandi peruicacia.

Castanetum, locus castaneis consitus. {ὁ καστανών, τόπος τοῖς διὸς βαλάνοις φυτευθείς. GALL. *Chastaigneraye, lieu planté de chastaigner*. ITAL. *Castagnetto*. GERM. Ein kestenwald. HISP. *Castañal, lugar de castañas*. ANGL. *A place planted with chestenut trees*.} Col. *lib. 4. cap. 33.* propter sæpe nouella castaneta caluescunt.

Castaninum, Oleum ex castaneis factum.

Castè, vide *Castus*.

¶Castelloma, castellamentum, pars nauis, vbi milites suspendebant clypeos. Lex. gr. b.¶

Castellum, Castellanus, Castellani, Castellatim, vide *Castrum*.

Casteria, τὸ κατατεῖον. Significat locum, vbi quum nauigatio conquiescit, remi & gubernacula reponuntur. Plaut. *Asin.* Quin pol si reposui remum sola ego in casteria, Vbi quiesco. Lactantio dicitur pertica, quam in naui hortator remigum tenet, quasi incesserit, remiges non desinunt: si deposuerit, conquiescunt à labore.

Casthenes, Thraciæ sinus iuxta Byzantium. Plin. *lib. 4.* in descriptione *Thraciæ*.

Castificus, vide *Castus*.

Castianira, καστιάνειρα, vxor Priami pulcherrima, quam ex Æsimo Thraciæ vrbe duxit vxorem, & Gorgythionem ex ea genuit. Homer. *lib. Iliad. 8.*

Castigo, as, Propriè verbis reprehendo, quasi castum, id est, honestum ago. {יסר jasár הוכיח hochiach. κολάζω, σωφρονίζω. GALL. *Chastier, corriger, reprendre*. ITAL. *Castigare*. GERM. Straffen, verbessern. HISP. *Castigar ò corregir*. ANGL. *To chastice or punishe*.} Virg. 5. *Æneid.*

Hic grauis Entellum dictis castigat Acestes.

¶ Quandoque Castigare est vindicare, punire, κολάζειν. Idem *lib. 6.*

Castigátque auditque dolos, subigitque fateri.

¶ Hinc Castigatus dicitur correctus, emendatúsque κατηναγκασμένος. Cic. 1. *Tusc.* Vidésne, vt obmutuerit, non sedatus corporis, sed castigatus animi dolor?

Castigatio, nis, verbale, Obiurgatio, animaduersio. {מוסר musár תוכחת tochácbath. κόλασις. GALL. *Chastiment, reprehension*. ITAL. *Castigamento*. GERM. Straff, züchtigung. HISP. *Castigo y correction*. ANGL. *Chasticeing, correction, blaming*.} Cicer. 1. *Offic.* Animaduersio, & castigatio omnis contumelia vacare debet.

Castigator, is, Reprehensor, & obiurgator. {יוסר josér מוכיח mochiach. ὁ κολαστής, ἐπιτιμητής. GALL. *Chastieur, correcteur*. ITAL. *Colui che castiga, e riprende*. GERM. Ein straffer, schelter, züchtiger. HISP. *Castigador y corregidor*. ANGL. *A chasticer or correcter*.} Plaut. *in Trin.* Ibo ad meum castigatorem. Horat. *in Arte*,

Difficilis, querulus, laudator temporis acti
Se puero, censor, castigatórque minorum.

Castigabilis, e, quod castigari debet. Plaut. *Trinummo* —quid admisit in se culpam castigabilem.

¶Castellaricium, castellania, præfectura castelli. Anon. Lex. gr. b.¶

Castitas, vide *Castus*.

Castimonia, Castus, huius castus, vide *Castus*.

Castnium, κάστνιον, mons in Aspendo Pamphiliæ, gentile Castnius.

Castitia, turres, vel castelli.

Castologia, Plin. numerantur inter Belgas, *lib. 4. cap. 17.*

Castolus, καστωλός, Lydiæ vrbs, ita dicta à Doribus conditoribus, quos Lydi καστωλάς appellant. ¶ Hinc Castoli campus, καστωλοῦ πεδίον, apud Xenoph. Steph.

Castor, {κάστωρ. ANGL. *A badger, a graye*.} Animal ex genere amphibio, quod Latinè fiber Ponticus appellatur: ex cuius testiculis medicamentum conficitur, quod Castorium, καστόριον, medici appellant. Hic comprehensa hominis parte, non antequam fracta concrepuerint ossa, morsum resoluit. Habet caudam piscium, cætera species lutræ, pilus mollior pluma. Et licèt sint qui dicant castore castrare se, ne à venato-

tibus capiatur: quòd sciat se expeti propter testiculos, qui medicinis adhibentur: Sextius tamen diligentissimus medicinæ conditor, negat testes amputari ab ipso castore, quum capitur: quinimmo paruos esse ait, substrictósque & adhærentes spinæ, nec adimi sine animalis vita posse: verum folliculos geminos esse ex vnò nexu dependentes, qui amputentur, quorum vis medica sit. Plin. *lib.* 32. *cap.* 3. Spectabilis naturæ potentia in his quoque, quibus & in terris & in aqua victus est: sicut & fibris, quos Castores vocant.

Căstŏrēŭs, a, um, {Angl. *Belonging to a badger.*} vt, Castoreus odor. Plin. *lib.* 12. *cap.* 24. Aspalathi probatio est in colore rufo, vel igneo, tactúque spisso, & odore castoreo, hoc est, fœtido & putri, vel acuto. ¶ Castoreum item appellatur pharmaci genus, ex castoreis auulsis testiculis (vt creditur) compositum. Idem *lib.* 26. *cap.* 11. Clauos pedum extrahit ladanum cum castoreo, & verbenaca ex vino.

Căstŏrĕi, orum, autore Plin. *lib.* 33. *cap.* 3. vocantur testes castoris.

Căstŏr & Pollux, [illegible]. Fratres gemini fuerunt, Iouis ex Leda filij, qui & Tyndaridæ passim à poëtis appellantur, quemadmodum & Helena soror ipsorum, Tyndaris. Hi, vbi primùm adoleuerunt, mare piratis liberauerunt, & ob id dij maris habiti sunt, quos in tempestate nautæ solent implorare. Post hæc Colchos cum Argonautis profecti sunt: qua in expeditione Pollux Amycum Bebryciorum regem, insidias sibi struentem interfecit. Deinde domum reuersi, Helenam sororem à Theseo raptam, receperunt, Aphidna vrbe, Theseo absente expugnata. Tandem quum Castor diem suum obiisset, ferunt Pollucem (qui eodem cum Helena ouo natus, immortalis erat) fratris desiderio à Ioue petiisse vt immortalitatem suam cum fratre posset partiri: qua re impetrata, alternis eos & mortem oppetiisse, & reuixisse. Cui fabulæ occasionem dedit Geminorum natura, quorum altero oriente, alter occidit, & è conuerso. A Græcis *διόσκουροι*, hoc est, Iouis filij κατ' ἐξοχὴν appellati sunt, & inter duos apotropæos, hoc est, malorum depulsores, sunt annumerati: quibus etiam Romæ insigne dedicatum erat templum in foro, quòd Romanis aduersùs Latinos periculosissimo in prælio suppetias tulisse crederentur. Nam (vt Dionysius *lib.* 6. *Antiquitatum* scribit) in pugna ad lacum Regillum apparuerunt forma augustiore, ducentes equitatum Romanum aduersùs Latinos, hastísque feriebant, propellabántque aduersarios, socios verò cohortabantur. Quæ potissimùm causa fuit, vt Latini fugarentur, & castra caperentur. Iidem mox visi sunt sudorem equorum abluere iuxta fontem Iuturnæ, deinde è conspectu mortalium se subduxerunt. Castor & Pollux culti Romæ, & cur, Plutar. *in Coriol.* Pollucis & Castoris ædes Romæ, Suet. *in Tib. cap.* 20. ¶ Item Ad Castoris, nomen loci. Idem *in Othon. cap.* 9. Hinc Æcastor aduerbium iurandi, quasi per ædem Castoris quo solæ mulieres vtebantur, quemadmodum viri soli per Herculem iurabant: Ædepol verò erat iusiurandum tam viris quam mulieribus commune.

Castor, [illegible], Medicus antiquissimus, docuit piperitim herbam (quam alio nomine Siliquastrum nominant) bibi contra morbos comitiales. Autor Plin. *lib.* 20. *cap.* 17.

[Castorium, Græcis [illegible], genitales partes castoris animalis. {Germ. Bibergeil. q. fibri lascinia, libido.}]

Castra Cornelia, locus Zeugitanæ Africæ, Plin. *lib.* 5. *cap.* 4.

Castrametor, vide *Castrum.*

Castrata, siliginis genus est apud Plin. *lib.* 18. *cap.* 9. quod in campania prouenie bat, Pisano magis rufum.

Castrensis, vide *Castrum.*

Castrimonienses, Italiæ populi, apud Plin. *lib.* 3. *cap.* 5. Cubulterini, Castrimonienses, Cingulani, &c.

Castricius, Syllanæ factionis vir fuit, qui quum Placentiæ magistratum gereret, Cn. Carboni à Placentinis obsides petenti, ne ad Syllam deficerent, constanter denegauit, minantéque Carbone se multos gladios habere, Et ego, inquit, annos. ¶ Fuit & T. Castricius Rhetorices professor Romæ, Adriani temporibus, cui eruditionis, morúmque nomine in primis erat charus. Vide Gell. *lib.* 13. *cap.* 10.

Căstro, as, are, Virilia amputo, execo. {סרס *sarás.* [illegible]. Gall. *Chastrer.* Ital. *Castrare.* Germ. Außschneiden/münchen. Hisp. *Castrar.* Angl. *To geld.*} Iuuen.

—— nullus ephebum

Deformem saua castrauit in arce tyrannus.

Plin. *lib.* 18. *cap.* 32. Verres, iuuencos, arietes, hœdos, decrescente luna castrato. ¶ Licèt & de quacunque truncatione, siue priuatione quandoque dicatur. Pacuuius, Vt esset aliquis qui linguam eius castraret. ¶ Castrare aluearia, est alueo fauis spoliare, & mellis vindemiam facere: quod qua ratione faciendum sit, docet Col. *lib.* 9. *cap.* 21.

Castratio, verbale, Virilium exectio. {[illegible]. Gall. *Chastrement.* Ital. *Castramento.* Germ. Außschneidung/ausschneidung des heimlichen glids. Hisp. *Castradura, castrazon.* Angl. *Gelding, or plucking away.*} Col. *lib.* 16. *cap.* 26. Id optimum genus castrationum, quod adhibetur teneræ ætati.

Castratura, æ, idem. {[illegible]. Angl. *Gelding, plucking away.*} Plin. *lib.* 18. *cap.* 9. Iustum est è grano Campanæ (quam vocant castratam) è medio reddere sextarios quatuor siliginis, vel è gregali sine castratura sextarios quinque.

Castrum, numero singul. Locus est muris munitus. {מבצר *mibtsár* מצור *matsór.* [illegible]. Gall. *Chasteau, vn fort, bourg.* Ital. *Castello.* Germ. Ein burg ein schloß/oder gemauwrer fleck. Hisp. *Lugar ò villa cercada de murallas, ò adarue, castillo.* Angl. *A castel, or tower.*} dictus à casa quòd sit coniunctio quædam casarum. Cicer. ad Caton. *lib. epist.* 15. Vallo & fossa oppidum circumdedi: sex castellis, castrísque maximis sepsi.

Castra, plurali numero, appellantur loca, in quibus milites tentoria fixerunt: vel ipsa tentoria, in quibus milites diuersantur. {מחנה *machané.* [illegible]. Gall. *Le camp, le fort.* Ital. *Campo, alloggiamento di esercito.* Germ. Kriegslager. Hisp. *Real de la hueste.* Angl. *An armie lodged, a camp, a forte or campe pitched.*} Cicer. *ad Attic.* Quum Cæsar ad oppidum castra haberet. Per auersam (portam) castrorum proruto vallo cum receperunt. Velleius. Castra facere. Cæsar *lib.* 1. *de bell. ciuil.*

Nam quis te maiora gerit castrisve, forove,

Tibul. lib. 4. In aliena castra confugere. Senec. *cap.* 5. *de consol. ad Helu.* Vnde & de nauibus Virg. dixit,

—— Noi castra mouemus:

quoniam in illis milites essent. Cæsar 5. *bell. Gall.* Atque iis imperat, vt coactis omnibus copiis, castra naualia de improuiso adoriantur, atque expugnent. Dicta à castri similitudine, quod fossa, vallóque quasi muro circundari solent. Castra Corneliana. Cæs. *lib.* 2. *de bell. ciu.* Item castra æstiua. Suet. *in Claud. cap.* 1. Spatium aliquando significat, Quartis castris, decimis castris. Liuius *lib.* 1. *d.* 3.

Căstellum, diminutiuum à Castro, Paruus vicus muris circundatus. {[illegible]. Gall. *Petit chasteau, forte place, bourg.* Ital. *Castello.* Germ. Ein castell/ein kleiner fleck vmbmauwrt. Hisp. *Castillo.* Angl. *A litle castell, or tower.*} Cic. *pro Cec.* Ecce ipse Ebutius in castellum venit. Cæs. *bell. Gall. lib.* 2. Cunctis oppidis, castellisque desertis. Dicebantur etiam Castella, quædam in aquæductibus receptacula, ex quibus ad omnes viarum anfractus, aqua per vncias & digitos diuidebatur. Frontinus, Omne plumbum & omnes impensæ ad aquæductus, & castella, & lacus pertinentes, inde erogantur. Vallo castellisque circummunire oppidum. Cæsar *lib.* 1. *de bell. ciu.* Item Castella, montes, amnes in triumpho. Ouid. *Eleg.* 2. *lib.* 4. *Trist.* ¶ Qui autem eiusmodi castellis præerant, castellani dicti sunt.

Căstellānus, a, um, quod ad castellum pertinet. {Gall. *De chasteau.* Ital. *Cosa de castello.* Germ. Das zu dem castell gehört. Hisp. *Cosa de castillo, ò villa.* Angl. *Perteining to an castell.*} vt, Castellanus triumphus, id est, de castello capto actus. Cic. *de clar. orat.* Malim mihi L. Crassi vnam pro M. Curio dictionem, quàm castellanos triumphos duos.

Căstellani, dicti qui castellum habitant. {[illegible]. Gall. *Qui demeurent au chasteau, ou qui en ont la charge.* Ital. *Habitatori de castelli.* Germ. Die in burgen wohnen/burgvögt/schloßherrn. Hisp. *Los que moran en los castillos, ò que los guardan.* Angl. *That dwelleth in a castell and hath the charge of it.*} Liu. 4. *bell. Maced.* Decem millia popularium cum castellanis agrestibus in armis habuit. Salust. *in Iugur.* Iter castellanorum angustum, vndique præcisum. Dicti autem sunt Castellani à castello ea forma, qua ab oppido Oppidani, & à Vico vicani. Est & Castellanus, qui castelli curam & defensionem suscepit, φρούραρχος.

Căstellatim, aduerbium, quasi turmatim per castella. {κατὰ φρούρια. Gall. *De chasteau en chasteau.* Ital. *Di castello in castello.* Germ. Von einer burg oder veste zu der andern. Hisp. *De castillo en castillo, de villa en villa.* Angl. *From castell to castell.*} Liu. *lib.* 7. Vt hosteis, & nocturno pauore attonitos, & circa collem castellatim dissipatos aggrederentur.

Căstrămĕtŏr, Castra loco, siue pono. {[illegible]. Gall. *Camper, asseoir le camp.* Ital. *Accampare, attendare.* Germ. Das läger schlagen. Hisp. *Assentar real.* Angl. *To pitch the camp.*} Liu. 9. *ab Vrbe,* Eò Consules cum valido exercitu venerunt: & primò circa saltus, quum vtrinque ad hostem iniqua via esset, cunctati, castra metatique sunt.

Căstrēnsis, quod ad castra pertinet. {[illegible]. Gall. *Du camp, des appartenances du camp.* Ital. *Cosa di campo.* Germ. Das zu dem läger gehört. Hisp. *Cosa de real ò de la hueste.* Angl. *Perteining to the campe.*} Vnde Castrenses vigiliæ, quæ castris disponuntur. Castrensis sella, Suet. *in Galb. cap.* 8. Castrenses ludi. Suet. *in Tiber. cap.* 72. ¶ Castrense peculium, est quod à parentibus, vel cognatis in militia agenti donatum est: quod ipse filiusfamilias in militia acquisiuit: quod, nisi militaret, non acquisiturus fuisset. ¶ Castrensia bona dicuntur, quæ licèt in militia filiofamilias non acquirantur, ita tamen fiunt ipsius ac si acquisita in militia fuissent: vt sunt ea quæ ex officiis acquiruntur. ¶ Ordo castrensis, qui in castris seruatur pro vniuscuiusque officio. Milites enim Centurioni parebant, Centuriones Tribuno, Tribunus Legato, Legatus Consuli, & Magister equitum Dictatori.

Castrum nouum, Italiæ oppidum est ad litus maris Tyrrheni, à paucis, ob aëris æstiuo tempore insalubritatem, habitatum, apud Pomp. *lib.* 2. & Plin. *lib.* 3. *cap.* 5. Vulgò *Corneto.*

Căstŭlă, æ, Palliolum quo puellæ nudæ infra papillas præcingebantur. Varro. Castulam mulier sumpserat pro subucula. Hæc & [illegible], & Præcinctorium appellatur.

Castulones, populi sunt Hispaniæ in conuentu Carthaginensi, apud Plin. *lib.* 3. *cap.* 3. Quorum oppidum Castulon in Bætica est regione ad Anam fluuium. Vulgò *Castona la vieja.*

Căstŭs, a, um, à carendo. Purus, continens, & à libidinis labe immunis. {טהור *tahór* נקי *naki.* ἁγνὸς, [illegible]. Gall. *Chaste, qui n'est point corrompu.* Ital. *Casto, immaculato.* Germ. Keusch/rein. Hisp. *Casto ò religioso.* Angl. *Chast, not corrupted, not deflowred.*} Plaut. *in Pœnul.* Eo sumus gnatæ genere, vt deceat nos esse à culpa castas.

Is Veneris casto collocat in gremio.

Catull. *de com. Beren.*

Procurrit casto Virginis è gremio (malum.)

Idem *ad Ortalum.*

—— castos

Perpetua seruans virginitate focos.

Ouid. *Eleg.* 2. *lib.* 4. *Trist.* Virg. 2. *Georg.*

Casta pudicitiam seruat domus.

Vnde dicimus vxorem castam & castum cantum, in quo nihil est lasciuiæ: & castam manum, quæ se ab alienis continet. ¶ Item pro pio & religioso. Virg. 5. *Æneid.*

Quique sacerdotes casti, dum vita manebat.

Vbi Seruius, Casti dum vita manebat, id est, qui fuerunt casti dum in communione vitæ versarentur. Nam hi qui sacra maxima accipiebant, renuntiabant omnibus rebus, nec vlla in his nisi numinum cura remanebat. Herbis etiam quibusdam emaculabantur: vnde iam coire non poterant. Castissimus: Castissimi sermonis homo (de Cæsare.) Gell. *cap.* 8. *lib.* 19.

[Casta mola, genus sacrificii, quod vestales virgines faciebant. Fest.]

Căstŭs, us, substantiuum, castitas. {Angl. *Chastenesse.*} Varr. Et religiones & castus id possunt, vt ex periculo eripiant nostro.

Căstē, castius, castissimè, Pudicè, continenter, abstinenter. {ἁγνῶς. Gall. *Chastement, purement.* Ital. & Hisp. *Castamente.* Germ. Keusch/züchtiglich.}

zuchtiglich. Angl. *Chastetie, without corruption of bodie.*} Cic. *pro lege Manil.* Castè, integréque versatus est labor meus in priuatorum periculis. Idem *de Aruſp. reſponſ.* Quod quum Deiotarus religione sua castissimè tueretur. Caste se habere. Gell. *cap.* 12. *lib.* 15.

Castitas, castimonia, virginitas. {טהרה *taharáh* נקיון *nikkajón.* σωφροσύνη, ἁγνεία. Gall. *Chasteté.* Ital. *Castitate, pudicitia.* Germ. *Keuschheit, reinigkeit, zucht.* Hisp. *Castidad.* Angl. *Chastitie, singlenesse of life.*} Cic. 2. *de leg.* Et colendæ virgines præsint, vt adujgiletur facilius ad custodiam ignis, & sentiant mulieres in natura fœminarum omnem castitatem pati. Suet. *in Auguſt. cap.* 71. Castitate refutare infamiam impudicitiæ.

Castimonia, Castitudo, castitas. ἁγνεία. Liu. *lib.* 9. *belli Macedon.* Decem dierum castimonia opus esse. Accius, Ibi fas, ibi cunctam antiquam castitudinem.

‖Castifer, a, um, qui portat flagella vt castiget: à castus & fero. Vulcanius tamen forte legendum putat *cistifer* κιστοφόρος, qui cistellum portat.‖

Castificus, a, um, ἁγνοποιός. Seneca *in Hippol.* Expelle facinus mente castifica horridum, id est, quæ te castum faciat.

Casuentillani, Italiæ populi in sexta regione, apud Plin. *lib.* 3. *cap.* 14.

Casuentum, fluuius est in sinu Tarentino, apud Plin. *lib.* 3. *cap.* 11.

Casurgis. Ptol. *lib.* 2. *cap.* 11. Oppidum est in Septentrionali parte Germaniæ. Quidam longitudinis & latitudinis coniectura ducti arbitrantur idem esse cum Praga, Boemiæ totius capite.

Casus, vide *Caſos.*

Catabanes, populi sunt Arabiæ desertæ, apud Plin. *lib.* 5. *cap.* 11. quorum meminit & Strab. *lib.* 16. quos tamen Catabanenses vocat.

Catabasis, κατάβασις, Inferior Solis meatus, vel descensus.

Catabathmus, καταβαθμός, vallis est & oppidum in finibus Cyrenaicæ regionis, ea in parte, qua Cyrenaica à Mareotide dirimitur. LXXXVI. M. passuum à Paratonio distans Catabathmi autem à reipsa nomen accepit, eò quòd ea in parte, qua Mareotidem contingit, admodum decliuis sit, quódque nonnisi præcipiti descensu adeatur. Nam καταβαίνειν, descendere est: vnde κατάβασις & καταβαθμός, idem quod descensus. Plin. *lib.* 5. *cap.* 5. Finis Cyrenaicus Catabathmus appellatur, oppidum, & vallis repentè conuexa.

Catabolici, dicti sunt spiritus qui per arreptitios & energumenos futura prædicebant, quos plerumque raptabant, deiiciebant, solo affligebant.

‖Catabulum, stabulum clausura animalium publicæ vtilitati seruientium. Cerda.‖

Catacecaumene, κατακεκαυμένη, Mæoniæ regio, non procul ab Epheso arboribus carens, vite excepta, quæ generosissimum fert vinum, quod, κατακεκαυμενίτην appellant. Vide Strab. *lib.* 13.

Gataceti, Asiæ populi, circa Meroëm, vt docet Plin. *lib.* 6. *cap.* 7.

Catachresis, κατάχρησις, Tropus, quem nos Abusionem, vel Vsurpationem dicimus, quum alienis abutimur perinde ac propriis, quum propria deficiunt: vt, quum piscinam dicimus pro natatione, in qua nulli sunt pisces. Simile est illud,

——Faciésque simillima lauro.

nam Facies propriè hominis est. Dicta Catachresis παρὰ τὸ καταχρῆσθαι, quod est abuti.

‖Cataclaston, fultum panis benedicti. L. gr. b.‖

Catacliſtus, a, um, {κατάκλειστος. Angl. *A garment close rounde about, as a frocke, &c.*} Vestis vndique clausa: dicta à verbo κατακλείειν, id est, vndique claudo.

‖Cataclitum, κατάκλιτον, lectus discubitorius, *cataclito* accubita.‖

Cataclysmus, {מבול *mabbul.* κατακλυσμός. Gall. *Deluge d'eau.* Ital. *Diluuio.* Germ. *Ein grosser wassergusz wie der sindflut.* Hisp. *Diluuio, rebiſſadura de agua.* Angl. *A deluge a fludde.*} Diluuium & inundatio dicitur. Varro 3. *de re ruſt. cap.* 1. Thebæ, quæ ante cataclysmum Ogygi conditæ dicuntur. Frequens est cataclysmi mentio apud veteres philosophos. Illi enim magnum quendam annum imaginabantur, cuius hyems esset Cataclysmus, Ecpyrosis æstas.

Catacrisis, {דין *din* משפט *miſcephát.* κατάκρισις. Gall. *Condemnation.* Ital. *Condannaggione.* Germ. *Verdamnusz.* Hisp. *Condenacion.* Angl. *Condemnation.*} Condemnatio, decretum, sanctio: à verbo Græco κατακρίνειν, quod est condemno, statuo, sancio. Vtitur hac voce Cicer. *in Epiſt. ad Attic.*

‖Catactus, κατακτός, phialæ, vel poculi conuiuialis genus, quòd sit fragile, κατακτός.

Catacumba, catatumba, cœmeteria, dicta arenaria. Cerda.‖

Catadromus, Decursorium, locus in quo equi decurrunt. {καταδρομος. Gall. *Lice, eſpace à courir.* Ital. *Vn luogo ò piazza da correre.* Germ. *Ein lauff oder rennplatz.* Hisp. *Correra ò lugar donde corren.* Angl. *A place to runne horſes in.*} καταδρομέω enim decurro. Suet. *in Ner.* Notissimus eques Romanus elephanto supersedens, per catadromum decurrit, id est, per stadium, in quo equites decurrere solebant imaginario prælio, vt fit sæpe in Gallia, principe spectante: *Liciaſt* vocant. ¶ Est etiam, teste Vitruuio, machinæ genus hoc nomine, quo architecti vtuntur ad subleuanda, vel demittenda onera: quæ apud Iurisconsultos Catadromus γέρανος vocatur, quasi dicas Decursorium gruis, à figura fortassis, quòd collum haberet extensum more gruis: quales machinas etiam hodie videmus in maritimis emporiis, ad exonerandа nauigia accommodatas, quas etiam hodie *Grues* vocamus. ¶ Fuit & alius catadromi vsus, cuius meminit Iulius Pollux *lib.* 4. *cap.* 19. quum ex sublimi theatri parte per machinam quis dilapsus aliquem rapit, & secum sursum asportat: vt quum Aurora Memnonem rapiebat, aut Iupiter Ganimedem, aut Diana Endymionem. De hoc machinæ genere videntur intelligenda esse verba Pauli Iurisconsulti, *l. pen. de actionibus empti.*

Catadupi, Æthiopum populi ad nouissimam Nili cataracten, vbi inter occursantes scopulos tanto fragore Nili aquæ ruunt, vt nimia soni vehementia auditus instrumentum vitient, & accolas planè surdos reddant. Plin. *lib.* 5. *cap.* 9. *de Nilo fluuio.* Subinde insulis impactus, totidem incitatus irritamentis, postremò inclusus montibus, nec alibi torrentior, vectus aquis properantibus ad locum Æthiopum, qui *Catadupi* vocantur, nouissimo cataracte inter occursantes scopulos non fluere immenso fragore creditur, sed ruere. Vulgò *Montes de Nilo.*

Catagraphe, καταγραφή. Futuræ picturæ delineatio est, quam & descriptionem vocant Latini. ¶Catagrapha autem in picturis obliquæ imagines dicuntur, ex vno tantùm latere sese ostendentes, interprete Plin. *lib.* 35. *cap.* 8.‖¶Catagraphus, notatus lineis, vel punctis. Cerda.‖

Catalaunum, vide *Caballinum.*

Catalon, vide *Oriſſa.*

‖Catalecticus, a, um, καταληκτικὸν μέτρον, cui ad perfectionem syllaba deest, vt apud Horatium,

Mea renidet in domo lacunar.

Est enim senarium Iambicum perfectum, vna syllaba minus. Acatalecticum, ἀκατάληκτον, dicitur, quod legitimo fine clauditur, cuique ad perfectionem nihil deest: vt, Nec fonte labra prolui caballino. Est enim iambicum senarium perfectum.

Catalepsis, κατάληψις, Occupatio, comprehensio, cognitio. Cic. 4. *Acad. lib.* 3. *de Finib.* Cognitiones autem, vel si hæc verba aut minus placent, aut minus intelliguntur, καταλήψεις appellemus licèt. ¶ Est præterea Catalepsis medicis, affectus cerebri, & potissimum posterioris eius partis, procedens ab humoribus frigidis, cerebri ventres, præcipuè posteriores, occupantibus, respiratione tamen integra manente, oculísque vt in vigilia apertis.

Catalogus, {מגלה *maghilláh* מספר *miſpár* מכתב *michtáb.* κατάλογος. Gall. *Vn rolle ou rollet.* Ital. *Catalogo, tauola.* Germ. *Ein register, ein rodel.* Hisp. *Matricula do se eſcriuen muchos.* Angl. *A roll or bill of names.*} Sermo, vel scriptura quæ numerum, vel ordinem recenset. Plaut. *in Milite,* Si minus cum cura, aut catalogo loquendi lectum fiet. ¶ Vltra catalogum viuit, ὑπὲρ τὸν κατάλογον ζῇ. De eo dicebatur qui multum ætatis viueret, vt iam præscriptum illum annorum numerum præteriisse videretur. Est, ni fallor, apud Lucianum. Refertur à Suida.

Catamidiare, verbum Græcum est, ad Latinam declinationem deflexum, quo labescente iam tum linguæ Latinæ puritate, nonnulli vsi sunt pro deridere. {καταμωκᾶσθαι. Gall. *Infamer quelqu'vn publiquement.* Ital. *Beffare, dileggiare.* Germ. *Einem ein offne schand, spott, oder schmach anthun.* Hisp. *Poner a la verguença.* Angl. *To mock, to scorne, to diffame.*} Spartianus de constitutionibus Adriani loquens, Doctores bonorum suorum, si suæ authoritatis essent, catamidiari in amphitheatro, & dimitti iussit, i. deridendos omnibus per theatrum præberi, à Græco καταμωκᾶσθαι, quod deridere & ludibrio habere significat. Vnde id propemodum ludibrij genus esse suspicor, quo polygami afficiuntur, i. qui multis vxoribus abutuntur, quum mitellati in scalario suggestu lasciuientis plebeculæ scurrilitates obaudire perfricta fronte ad aliquot horas coguntur: *mitrare* id appellant. Cui non dissimile est illud, quod Traducere Latinè dicitur. Budæus.

Catamitus, Puer meritorius. {קדש *kadhéſch.* μισθωτός, μισθίος.} Græci mercedem dicunt, quasi κατὰ μισθὸν, i. pro pretio. Cic. 2. *Philip.* O hominem nequam! quid enim aliud dicam? magis propriè nihil possum dicere. Ergo vt te catamitum nec inopinatò quum ostendisses, præter spem mulier aspiceret. Ausonius, Aut Iouis Elysij catamitus eris. Plaut. *Men. ſc.* 2. *a.* 1. Vbi aquila Catamitum rapuit.

‖Catamontem cœli aspectum. Gloss. Isid.

Catampo, genus est lusus. Fest. Græcum. Scil. κατ' ἄμφω.‖

Catana, Κατάνη Stephano Siciliæ oppidum, ad radicem Ætnæ montis situm, patria Charondæ, inter Atheniensium legislatores in primis celebrati. Catanæ simulacrum fuit Cereris, teste Cic. 7. *Verr.* quod à viro non modò tangi, sed ne aspici quidem fas erat. Legitur & Catina per tertiam vocalem in secunda syllaba. Silius *lib.* 13.

Tum Catina ardenti nimiùm vicina Typhœo.

Vulgo *Catania.*

Catanance, κατανάγκη Dioscoridi. Herba est, qua ad amorum veneficia Thessalæ mulieres vtebantur: vnde & Thessalam herbam nonnulli appellarunt. ¶Gesneri iudicio, limonium veterum. Eius duo sunt genera. Alterum folia habet longa, cornicis pedi similia, radicem gracilem, iunceamque: capitula autem sex, aut septem: in quibus eruo simile semen est, quod quum siccatur, ad speciem vnguium exanimati miluí contrahitur. Alterum exigui mali magnitudinem habet, radicem autem exiguam, oliuæ magnitudine: folia autem figura coloréque oleaginis similia. Posterius hoc genus Officinæ *Biſtortam* appellarunt: nam superius Herbariis nostris est incognitum.

Catangelos, Rubus apud Diosc. *lib.* 4. *cap.* 147.

Cataonia, Καταονία, Cappadociæ pars Comagenæ prætenta, Haly amne irrigata. Autor Plin. *lib.* 6. *cap.* 2. *&* 3.

Catanira, Κατανιτης, insula, vel vrbs è regione Lesbi. Steph.

Catanni, Κάταννοι, populi ad mare Caspium. Steph.

‖Catanotium, pallium. Lex. gr. b.‖

Cataphysis, καταφύσις. Herba est pulicaris, quæ *Pſyllion* Dioscoridi dicitur. Est autem ex iis nomenclaturis, quæ veluti nothæ à doctioribus ex Dioscoride abiectæ sunt.

Cataphractus, {חמוש *chamuſch.* κατάφρακτος. Gall. *Gendarme armé de toutes pieces.* Ital. *Armato d'ogni parte.* Germ. *Allenthalben mit wehr vnd waffen wol bewart, ein kürisser.* Hisp. *Hombre armado de todo.* Angl. *A man of warre armed on all partes.*} Vndique munitus, à verbo Græco καταφράττω, quod est obsepio, & munio. Vnde Cataphractæ naues dicuntur, quas nos constratas, aut tectas dicimus. Seru. 11. *Æneid.* Cataphracti equites, & equites, qui & ferro muniti sunt, & equos similiter ita munitos habent. Salustius, Et sequebantur equites cataphracti. ¶ Est etiam Cataphracta, καταφράκτης, lorica, siue thorax militaris. Vnde Vegetius scribit exercitum Romanum pedestrem cataphractis & galeis fuisse munitum. Et Liu. *lib.* 37. Pedites loricatos cataphractos vocat. Idem *lib.* 5. *d.* 4. Equites loricatos cataphractos vocat.

Cataphractarii, qui cataphractis muniti sunt. Lampr. de Alexandro, Cataphractarios, quos illi clibanarios vocant, decem millia in bello interemimus.

Cataphrygæ, Hæretici qui in Phrygia fuerunt, vt Montanus, Priscilla & Maximilla. Hi Spiritus sancti donum non Apostolis, sed sibi traditum affectabant.

Catapirates, linea cum plumbea massa, qua maris altitudo exploratur.

Cataplăsma, atis. { ϖλάσμα. GALL. *Emplastre.* ITAL. *Empiastro.* GERM. Ein pflaster. HISP. *Empiastro.* ANGL. *A plaister made of greene hearbes.* } Malagma quod constat ex floribus, corúmque surculis, & axungia. Plin. *lib.* 20. *cap.* 16. Dalion herbarius parturientibus ex eo cataplasma imposuit cum opio. ‖Hinc Cataplasmo, as, are, cataplasma imponere.

Cataplectatio, conuitium.

Cataplexis, καταπληξις, horror, admiratio, obstupefactio.‖

Cataplus, est nauigatio, siue appulsus nautum.

Cătăpŏtĭă, { καταπότια. GALL. *Pillules & autres medecines qu'on auale sans mascher.* ITAL. *Pilole.* GERM. Pillulen oder andere artzney die man isst oder trinckt. HISP. *Pildoras que se tragan.* ANGL. *Pilles.* } Pilulæ dicuntur, ἀπὸ τοῦ καταπίνειν, quod est deuorare, vel bibere propriè: quoniam neque editur, neque lingitur id genus, sed deuoratur. Plin. *lib.* 26. *c.* 8. Fit & semen in vsu cum melle decoctum ad catapotia, soluendæ alui gratia.

Catapsyxis, Cicuta apud Dioscor. *lib.* 42. *cap.* 8.

CĂTĂPŬLTA, æ, { זקמ *mechi.* καταπέλτης. ANGL. *A sling, an engin of warre to cast, stones or dartes.* } Machina bellica, qua tela, aut saxa excuti solent. Plaut. *in Curc. sc.* 3. *a.* 5. Atque ita te neruo torquebo, vt catapultæ solent. Cæs. 2. *bell. Ciuil.* Centones insuper iniecerunt, ne aut tela tormentis emissa tabulationem perstringerent, aut saxa ex catapultis lateritium discuterent. Cubitus Catapulta est mihi. Plaut. *sc.* 1. *a.* 4. *& Curc. sc.* 1. *a.* 3.

Cătăpŭltārĭum pilum, hoc est, sagitta, siue iaculum, quod catapulta emittitur. Plaut. *Curc.* Et te hodie faciam catapultarium.

Cătărāctā, siue Cataractes, siue etiam geminato r, Catarracta, vel Catarractes. { ארובה *arubbáh.* καταῤῥάκτης, ἢ καταῤῥάκτης. ANGL. *A damme or floodgate.* } Locus est abruptus, & præceps in flumine, vnde aqua ruit potius, quàm fluit. Plin. *lib.* 5. *cap.* 9. de Nilo flumine, Vectus aquis properantibus ad locum Æthiopum, qui Catadupi vocantur, nouissimo cataracte inter occursantes scopulos non fluere immenso fragore creditur, sed ruere. Dictæ autem sunt Cataractæ à verbo καταῤῥήσσω, siue καταῤῥάσσω, quod inter cætera significat, cum impetu decido. Dicuntur etiam Cataractæ portæ quædam ex funibus, aut catenis pendentes, quæ attolli, & demitti possunt, cuiusmodi in vrbium portis videmus, ad hostium irruptionem propulsandam accommodatas: item in fluminibus quibusdam emittendæ, vel retinendæ aquæ idoneas. { GALL. *La herse ou le gril de la porte d'vne ville qu'on monte & laisse en cheir quand on veut.* ITAL. *Le sarracinesse delle porte. Le cataratte che se tirano su quando si dà l'acqua à i mollini, è à i prati,* GERM. Ein fallgatter den man auffzeicht vnd hinab lest. HISP. *La compuerta de la ciudad, ò fortaleza.* } Liui. Pendulas & recidenteis portas cataractas. Idem, Porta cataracta deiecta clausa erat: eam partim vectibus leuant, partim funibus subducunt in tantum altitudinis, vt subire recti possent. ¶ Est item Catarractes Pamphiliæ fluuius post Olbiam, ita dictus, quòd magno cum impetu defluat. Strab. *lib.* 14. Post Olbiam est qui Catarractes appellatur, amnis magnus, & torrentis more rapidus ab alta petra descendens, adeò vt longissimè strepitus exaudiatur. Meminit huius fluuij & Pomponius Mela *lib.* 1. de descriptione Pamphyliæ. Sunt præterea Cataractæ, aues quædam fulicis similes, sed dentatæ, oculósque habentes coloris ignei, cætero corpore candido, quæ nusquam terrarum apparent, nisi in insula Apuleiæ adiacenti, Diomedis tumulo nobili: vbi & aduenas Barbaros clangore infestant. Græcis tantum adulantur, miro discrimine, veluti generi Diomedis hoc tribuêtes. Vide plura de iis apud Plin. *lib.* 10. *c.* 44.

Catari, Pannoniæ populi sunt, Plin. *lib.* 4. *cap.* 25.

Catarnia (quod corruptè hic legebatur) vide *Cataenia.*

Cătārrhus, fluxus, destillatio. { κατάῤῥους, ου. GALL. *Reume, catarre.* ITAL. *Catarro, fesa, discesa.* GERM. Ein inwendiger fluß des haupts so in den schlund abhin fallt. HISP. *Romadizo.* ANGL. *Destillation of humours into the throat, or catarrhe.* } Differt à Coriza, & Brancho: κόρυζα enim dicitur, quum pituita nares tantùm obsidet, Grauedo Latinè dicta: Catharrus verò, quum faucis, palatúmque: at βράγχος quum & guttur, & arteria corripitur. ob id & Artericum quandoque id vitium appellant. Omnia hæc tamen Hippocrates Coryzas vocat, nostri Destillationes, quia Græcè καταῤῥοαὶ nominantur in commune. Dictus est autem Catharrus à καταῤῥέω, defluo, destillo.

Cătārrhytŭs, { רוה *raueh.* κατάῤῥυτος. GALL. *Baigné, arrousé.* ITAL. *Bagnato, acquoso.* GERM. Bewässert befeuchtiget. HISP. *Regado.* ANGL. *Watered, moistie.* } Latinè Irriguus, à verbo Græco καταῤῥέω. Vnde etiam Plin. *lib.* 5. *cap.* 4. Hipponem Africæ oppidum Catarrhytum vocatum fuisse tradit propter aquarum irrigua.

‖Catasarca, Anasarca, hydropis species. Item, instratum aliquod sacræ mensæ. L. gr. b.‖

CĂTĂSCŎPĬVM, { κατασκόπιον. GALL. *Vn brigantin, petit nauire pour espier & descouurir pays.* ITAL. *Fregata.* GERM. Ein spähschifflin. HISP. *Naue para atalayar, brigantin.* ANGL. *A brigantine, or barke.* } Genus nauigij exploratorij, quod circumquaque speculetur. Cicer. *ad Attic.* ἄφρακτον Rhodiorum, & dicrota Mitylenæorum habebam, & aliud κατασκόπιον. legend. Gell. *cap.* 25. *lib.* 10. ‖Et & Catascopicum, κατασκοπικὸν, scil. πλοῖον.‖

Cătăscŏpus, { מרגל *meraghghel.* κατάσκοπος. GALL. *Espie, espion.* ITAL. *Spia, spione.* GERM. Ein auffspäher. HISP. *Atalaya, varo que atalaya.* ANGL. *An espier.* } Latinè speculator. Est enim σκοπεῖν speculari.

Cătasta, æ, { ἡ κατάστασις. ANGL. *A cage or sell to punish bond men in.* } Lucian. Locus erat vbi venales serui exponebantur, à καθίστημι verbo Græco, quod significat statuo, Tibul. *lib.* 2. *Eleg.* 3.

Nota loquor, regnum ipse tenet, quem sæpe coëgit
Barbara gypsatos ferre catasta pedes.

¶ Est & catasta machina lignea, longæ & magnæ compedis forma, qua serui vincti tenebantur, Plin. *lib.* 35. *c.* 18. Talem in catasta videre Chrysogonum Syllæ. Catasta ab aliis exponitur, machina, & pegma, in quo reus supplicium pendebat Prudentius, Lustro voceni de catasta celsior.

Cătāstrōma, { κατάστρωμα. ANGL. *Hatches or deckes in a shippe where men stand to fighte.* } Nauis partem significat per quam nautæ discurrunt. Latini Transtra vocant.

Cătāstrŏphē, { καταστροφή. ANGL. *A subuersion.* } Latinè subuersio, volutatio, ἀπὸ τοῦ στρέφειν, id est, à conuertendo. Vnde etiam extrema parsfabulæ, καταστροφὴ appellatur, quòd in ea res turbulentæ in lætum conuertantur exitum, vt in Comœdiis fieri solet: aut contra quod res lætæ tristem sortiantur exitum, vt in Tragœdiis. ¶ Transumitur etiam pro cuiuslibet rei exitu, & pro ipsa etiam morte ponitur, quæ est extremus nostræ vitæ actus. { ANGL. *The end of an comedie, the end of any thing.* }

‖Catatechnus. Vitruu. *lib.* 4. *cap.* 1. Callimachus propter elegantiam & subtilitatem artis marmoreæ ab Atheniensibus Catatechnus fuerat nominatus.‖

Catathema, proximum est anathemati.

Catatypōsis, κατατύπωσις. Figura est, quæ fit quum aliquid ad typum, hoc est, formam alterius describitur: vt apud Virg. *lib.* 4. *Æneid.*

Omnia Mercurio similis, vocémque, coloremque,
Et crines flauos, & membra decora iuuentæ.

Catax, à veteribus dictus est, teste Festo, qui hodie Claudus. Nonius antiquè catacem dici testatur, quem nunc catonem, eámque in rem citat Luc. *Satyr. lib.* 1. Hostilibus contra pestem perniciémque catax, quam & Manlius nobis.

Cataverxen, vide *Cambysen.*

Cathæna, κάθαινα, vrbs Indica, vbi formosis tantum defertur, vt formosissimum regem eligant. Steph.

Cathalaunum, vrbs Galliæ Belgicæ, vulgò *Chaalons.*

Cathareus, vide *Captareus.*

Cathalusias, Καθαλουσίας, Nicanor nominatur apud Stephanum *in Mieza.*

CĂTĔCHĒSĬS, { חנוך *chinnuch.* κατήχησις. } Dicitur institutio rerum sacrarum, quæ viua voce tradi solet iis, qui sacris mysteriis initiabantur. Nam Ægyptij theologi (à quibus hic ritus fluxisse creditur) nefas arbitrabantur arcana suæ religionis scripto committere: satiusque illis visum est, eos qui illorum mysteriis vellent initiari, viua voce institui, & ita religionis suæ cæremonias veluti per manus ad posteros propagari. Ad hunc etiam modum in primitiua Ecclesia, qui ad Baptismum admitti cupiebant, prius fidei Christianæ mysteria ab Apostolis viua voce accipiebant. Huiusmodi institutionis genus κατήχησιν appellabant, ἀπὸ τοῦ κατηχεῖν, quod est viua voce instituere. Illi autem qui ad hunc modum sacris mysteriis initiabantur, κατηχούμενοι dicebantur.

‖Catechismus, idem quod catechesis, sed à verbo κατηχίζω, viua voce instituo.

Catechizo, as, κατηχίζω, doceo, in religionis fundamento instituo.‖

Cătēchūmĕnŭs, { חנוך *chanuch.* κατηχούμενος. } Qui sacris nondum est initiatus, sed adhuc imbuitur elementis religionis necdum ad sacra spectanda introductus: cui mysteria fidei viuæ vocis ministerio concredebant. Bud.

Cătēgŏrēmăta κατηγορήματα, Prædicamenta. Cic. 4. *Tusc.* Distinguitur illud etiam, vt libido sit earum rerum, quæ dicuntur de quodam, aut de quibusdam, quæ κατηγορήματα Dialectici appellant: vt, Habere diuitias, Capere honores.

Cătēgŏrĭă, { שטנה *sitnáh.* κατηγορία, ας. GALL. *Accusation.* ITAL. *Accusa.* GERM. Anklagung. HISP. *Accusation.* ANGL. *Accusation or accusing.* } Accusatio, à κατηγορέω, Accuso: vnde & κατήγορος, Accusator. ¶ Categoriæ, siue Categoremata Aristoteli dicuntur Prædicamenta. Quin & positiones quædam à Dialecticis Categoriæ nominantur, quas prædicatorias Latinè dicere possumus: à κατηγορεῖν, prædicare. Sunt autem decem prædicamenta, circa quæ versari videtur omnis quæstio, οὐσία, id est, essentia, Qualitas, Quantitas, Ad aliquid, Agere, Pati, Vbi, Quando, Situs, & Habitus. Appellatas verò Categorias constat (vt inquit Augustinus *in Dial.*) propterea quòd non possint nisi à subiectis agnosci. Quis enim quid sit homo possit agnoscere, nisi sibi hominem ponat ante oculos, quasi subiectum homini?

Caterix, Iacula, siue tela, apud Gell. *cap.* 10 *lib.* 15.

Catella, diminutiuum, à catena, vide *Catena.*

Catellus, vide *Catulus.*

CĂTĒNĂ, vinculum est ferreum, quo vel seruos, vel captiuos, vel animalia stringimus, ne effugiant. { רתוק *rattók.* ἅλυσις. GALL. *Chaine.* ITAL. *Catena.* GERM. Ein ketten. HISP. *Cadena hecha de esclauones.* ANGL. *A chaine.* } Ita dicta, quòd se capiendo teneat, quia in ea anulus anulum capit. Liu. 1. *ab Vrbe,* Iniectæ Turno catenæ. Cic. 17. *Verr.* Iste hominibus miseris, innocentibúsque inisci catenas imperat. Transumitur etiam ad incorporea. Sen. *ad Luc.* Vna est catena quæ nos alligatos tenet, amor vitæ. Cic. *pro Sestio.* Hanc teterram immanémque belluam vinctam auspiciis alligatam more maiorum, constrictam legum sacratarum catenis, soluit subito legum cura Consul, &c. Catena omnes alligati sumus, Alij aurea & laxa, &c. Sen. *cap.* 10. *de Tranq.* His indite catenas, singularitas, &c. Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 1. Homines captiuos qui catenis vinciunt. *Ibid. Men. sc.* 1. *a.* 1. Aut sese catenis eximunt aliquo modo. O catenatum colone. Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 2.

Cătēnātŭs, a, um, { רתוק *rattúk* אסור *asúr.* ἁλυσιδωτός. GALL. *Enchainé.* ITAL. *Catenato.* GERM. An ein ketten gebunden. HISP. *Encadenado.* ANGL. *Bound with a chaine.* } Cæl. *ad Cic.* Vellem quidem Venere prognatus tantum animi habuisset in vestro Domitio, quantum ipse catenatus in hoc habuit. Mart. *lib.* 7.

Nulla catenatis pila est præcincta lagenis.

Catenatus ianitor, Portæ adiacens canis. Col. *in præfat.* ¶ Catenati labores, per translationem, hoc est, sese vicissim sequentes. Mart. *lib.* 1.

Expectans vtraque, catenatique labores.

Cătēnātĭo, Coniunctio, & stricta arctatio. { מחברת *machbéret.* δέρμωσις, σύζυξις. GALL. *Conionction, liaison.* ITAL. *Congiuntione, ligamento.* GERM. Ein zusammen fügung. HISP. *Encadenamiento de cadenas, atadura.* ANGL. *Binding or fastening with a chaine.* } Vitru. *lib.* 2. *c.* 9. Et in commissuris, & in coagmentationibus ab lenitudine firma recipiunt catenationes.

Cătēnārĭus, a, um, qui catena ligatus est, { ἁλυσιδωτός, δεσμώτης. ANGL. *Fastened with a chaine.* } Senec. *lib.* 3. *de Ira,* Irasceris catenario cani, & hic, quum multum latrauit, obiecto cibo mansuescit. Canis catenarius, qui ad fores domus alligatur causa custodiæ.

Cătēnŭlă, diminutiuum à catena. { ἁλυσίδιον. GALL. *Chainette, petite chaine.* ITAL. *Catenella.* GERM. Ein kettenle. HISP. *Cadenilla ò pequeña cadena.* ANGL. *A litle chaine.* }

Cătellă, vel Catellum, aliud diminutiuum, ἀλύσιον. Liu. 9. *bell. Maced.* Quorum alter Praetor suos equites catellis & fibulis donauit. Plaut. *Cur.* Delicatum te hodie faciam, cum catello vt accubes Ferreo. Horat. 1. *epist.*

Nota refert meretricis acumina, saepe catellam,

Saepe periscelidem raptam sibi flentis.

Cătĕrvă, propriè Gallorum legio. {גדוד ghedhudh. ἀθροισμὸς. Gall. *Vne bande de gendarmes, vne multitude de gens.* Ital. *Compagnia.* Germ. Ein schar kriegsleuten. Hisp. *Compaña, caterua.* Angl. *A band or compagnie of men of warre, or other folkes, a route.*} sicut Phalanx Macedonum: eaque certo numero constabat. Nam, autore Vegetio *lib. 2. cap. 12.* in caterua erant sena militum millia. Horat. 1. *epist.*

Dum fugiunt equitum turma peditúmque caterua.

Plerunque tamen pro quauis multitudine sequitur. Cic. 1. *Tuscul.* Cateruae contradicentium. Idem *pro Muraen.* Posthumius obuiam cum bene magna caterua sua venit. Virg. 2. *Aeneid.*

——*magna comitante caterua.*

Cătĕruārĭ, Cateruatim conglobari. {οἱ συγκροτοῦσι. Gall. *Vnis en compagnie.* Ital. *Vniti in frotta.* Germ. Die auss den scharen sind, Oder ohn ordnung mit scharen zusamen geloffen. Hisp. *Aiuntados en compañia.* Angl. *Gathered in a band or multitude together.*} Suet. *in Aug.* Sed & cateruarios oppidanos inter angustias vicorum temerè & sine arte pugnantes. Cateruarios vocat vulgares, & non dispositos.

Cătĕruātim, aduerb. Per cateruas. {ἰλαδὸν. Gall. *Par bandes.* Ital. *In frotta.* Germ. Scharechtig, von schar zu schar. Hisp. *De compañia en compañia.* Angl. *By bandes and multitudes, by routes.*} Plin. *lib. 10. cap. 24.* Saturnorum generi proprium cateruatim volare. Liu. *bell. Pun.* 3. Iam primi conseruerant manus, quum alij cateruatim currerent. Col. *lib. 3. cap. 19.* Sed illud etiam dicendum est, an plurium generum vites habendae sint, eaeque separatae, & distinctae specialiter, an confusae & mistae cateruatim.

Căthărmătă, {כפרות cabhâroth. καθάρματα.} Hostiae, quae pro peste, aliòve morbo expiando immolabantur diis. Romani Piacula vocabant. ¶ Erat autem interdum hostia humana, interdum ex brutorum genere, in cuius caput mala omnia, quae ciuitati imminebant, sese credebant auertere.

Căthartĭcus, a, um, Latinè purgatorius. {מנקה menakkĕh. καθαρτικός. Gall. *Purgatif.* Ital. *Purgatorio.* Germ. Das reinigt oder purgiert. Hisp. *Purga para purgar.* Angl. *Purgatiue, that cleanseth.*} Vnde Medicamentum catharticum dici potest, quod nos Purgationem vocamus. Cels. *lib. 10.* Sed medicamenta stomachum ferè laedunt: ideòque omnibus catharticis aloë miscenda est.

‖Cathărus, purus, mundus. Cerda.‖

Căthĕdra, ae, {מושב moschâb. καθέδρα. Gall. *Vne chaire, vn siege.* Ital. *Sedia.* Germ. Ein stul, ein hoher sitz, welchen man sitzet oder predigt. Hisp. *Cathedra ò silla.* Angl. *A chaire.*} Propriè est sella sublimior professorum, recitatorum, aut declamatorum. Mart. *lib. 12.*

De cathedra quoties surgis.

Iuuen.

Cuius apud molles minima est iactura cathedras.

Horat. 1. *Serm. sat.* 10.

Discipulorum inter iubeo plorare cathedras.

Pro Episcopatu frequens.

Cathedrarios Philosophos vocat Seneca, vmbratiles illos, quibus satis est de virtute in cathedris garrire. οἱ ἀπὸ καθέδρας φιλόσοφοι.

Cathedralitij, orum: vt, Cathedralitij serui, qui in cathedrali herum deferunt: οἱ βασιλεύοντες τὸ κυρίου ἑαυτῶν ἐπὶ τῆς καθέδρας. Martial.

Quum cathedralitios portet tibi rheda ministros,

Et Libys in longo puluere sudet eques.

‖Cathedrarius. Seneca *de breu. vit. cap.* 10. cathedrarios philosophos dicit, h. e. scholasticos in cathedris sedentes quum docent.

Catheter, καθετὴρ, chirurgicum instrumentum, quo immisso prolicitur vrina, morans obstructo vrinario meatu. καθίημι est demitto.‖

Cătholĭcus, {καθολικός. Gall. *Vniuersel.* Ital. *Catholico, vniuersale.* Germ. Allgemein. Hisp. *Vniuersal.* Angl. *General, vniuersall.*} Dici potest vniuersalis, quasi circa omnia versetur. fit enim ex κατὰ, id est, circa, & ὅλος totum. ¶ Inde etiam Catholicon medicamentum, quod omnibus humoribus simul vacuandis vtile est. Item praecepta vniuersalia, vel perpetua, catholica vocant, au. Quint. *lib. 2. cap.* 13.

Cathi, pro Germaniae populis, lege *Catti.*

‖Cathisina, καθέδρα, quam sessionem dicas. καθίζω colloco, vel sedeo. vide Meurs. in Gloss. Graecol.

Catholicus, a, um, vniuersalis. à κατ᾽ ὅλα de toto, vniuersè. *Catholica.* Ecclesia, quae ex toto genere humano colligitur, ex omnibus populis, tempore noui Testamenti. *Catholica* epistola, quae nulli certae personae vel populo est inscripta, sed ad omnes directa. Gloss. etiam καθολικός exponit *consularis*, quia consulatus erat dignitas cum generali potestate in vrbem.

Catholiciano. In veteribus Gloss. verb. iuris iidem ἐπιστάται & καθολικοί dicuntur: nempe rationales, rationum praefecti, quasi vniuersales in prouinciis: generales.‖

Cathon, insula à Pomponio inter Cycladas numerata, à Plin. tamen praeterita, nisi quis Cothonem, quam Plin. in Laconico sinu esse ait, intelligere velit. Ex Vadiano.

Catifons, dicebatur ex quo aqua Petronia in Tiberim fluebat, quia in agro erat cuiusdam Cati. Autor Festus.

Cătĭlīnă, ciuis Romanus fuit, coniuratione contra patriam inita notissimus: cuius impij conatus Ciceronis prudentia oppressi sunt. Lucanus *lib.* 7.

Pacis et saeuus sensit Catilina secures.

Vide Salustium *de bello Catillinario.* & Plut. *in Sylla.*

Catillus, Catillones, Catillatio, Catillo, vide *Catenus.*

Catillus, filius fuit Amphiarai, qui cum fratribus Cora & Tiburto in Italiam venit, ibique reliquis adiuuantibus Tibur condidit, & à nomine fratris nomen imposuit. Virg. 7. *Aeneid.*

Catillúsque acérque Coras, Argiua iuuentus.

Silius *lib.* 8.

——*& Tibur Catille tuum.*

In emendatioribus tamen Virg. exemplaribus Catyllus legitur per y.

Catina, ae, vel Catine, es, κάτινα, vrbs Siciliae. Silius *lib.* 13.

Tum Catina nimium ardenti vicina Typhaeo.

Strabo tamen, Diodorus & Ptolemaeus, non Catinam, sed Catanum scribunt: vnde Catanaeus Charundas.

Cătinus, quod & Catinum dicitur, vas immensum escarium, in quo pultem, aut iurulenti quid ponebant, à capiendo appellatum. {קערה kearâh. τρύβλιον. Gall. *Vn plat ou escuelle.* Ital. *Catino, conca.* Germ. Ein napf, ein grosse blaten oder schüssel. Hisp. *Plato, ò escudilla.* Angl. *A dishe ò plate.*} Persius *sat.* 3.

——*positum est algente catino*

Durum olus, & populi cribro decussa farina.

In Catino vitreo. Suet. *in Galb. cap.* 18. ¶ Catinus item dicebatur vas, in quo metalla purgabantur. Plin. *lib.* 33. *cap.* 44. Quae è catino iactatur spurcitia, in omni metallo vocatur scoria. ¶ A Catinus fit diminutiuum Catillus: à Catinum Catillum, vel Catinulum, τρυβλίδιον. Col. *lib.* 12. *cap.* 57. Hanc mixturam quum in catillo composueris, oleum superfundito. Vide Baysium *de vasculis.* ¶ Est etiam pars superior molae molendinariae, sicut meta pars inferior. {רכב récebeb. τὸ ἐπιμύλιον. Gall. *Le dessus d'vne meule de moulin.* Ital. *Macigno sorano.* Germ. Der oberst theil auff der malmule. Hisp. *Muela de incima para moler.* Angl. *The vpper part of a mill.*} Paulus *in l. quum de lanionis. §. idem consultus. ff. de fundo instructo.*

Cătinulŭs, à Catinus, Catinulus, catillus. Diomedes Grammat. *lib.* 1.

Cătillōnēs, qui catillos lingunt, & pro gulosis accipi solent. {זוללי zolel. λίχνοι, τρυβλία, λαίμαργοι. Gall. *Lecche-platz, gourmands, friands.* Ital. *Quelli che leccanno i piatti, mangioni, ingordi.* Germ. Blatten vnnd schüsselschlecker, fressige leut. Hisp. *Golosos, los que lamen los plattos.* Angl. *Dishlikers.*} Catillones etiam dicebantur lupi Tyberini, inter duos pontes capti, quòd stercora circa ripas catillarent, id est, deuorarent. Vide Macrob. *lib. 3. satur. cap.* 16.

Cătillo, as, are, Catinos lingo. {λιχνεύω. Gall. *Lecher les plats.* Ital. *Leccare i piatti.* Germ. Blatten schlecken. Hisp. *Lamer los plates.* Angl. *To lik plates or dishes.*} Plaut. *in Cas.* —operam vxoris polliceor foras, quasi catillatum.

Cătillātĭo, graue opprobrium obiiciebatur hominibus generosis, si qui prouincias amicas populi Romani expoliassent, quod eorum bona ligurisse viderentur. λιχνεία. Festus.

Catina, vide *Cattina.*

Catinia, vulgò dicitur vrbs Siciliae, quae olim *Catana.*

Catizi, teste Plin. *lib.* 4. *cap.* 11. Pygmaei dicti sunt, qui circa Geraniam Thraciae vrbem incoluerunt, à gruibus (vt creditur) fugati.

Catre, κάτρη, ciuitas, gentile Catreus, Steph.

Cattabania, κατταβανία, vicus, κατταβανεὺς, felicis Arabiae. Steph.

Cato, cognomen Porciae familiae fuit, qui ex Tusculano municipio ortum traxit: ex quo primus Romam sese contulit M. Porcius Cato, postea Censorius appellatus, qui persuasione, atque amicitia Valerij Flacci adductus. Hic tribunus militum in Sicilia fuit. Praetor Sardiniam subegit, vbi ab Ennio fuit Graecis literis institutus, quum iam natu grandior esset. Consul deinde cum eodem Flacco creatus citeriorem Hispaniam sortitus est, vbi rebus feliciter gestis, vrbium omnium muros, quae intra Baetim erant, vno die solo aequari iussit. Autor Polyb. Hunc Plin. *lib.* 7. *cap.* 27. summis laudibus extollit, absolutum eum Imperatorem, Senatorem, & Oratorem appellans. Scripsit librum *de re rust.* item alium de Originibus vrbium Latij, & Orationes quasdam. Huius duo fuerunt filij, quorum alter sub Paulo Aemilio magna cum laude in Macedonia militauit. Alter, qui ex nomine matris Salonius fuit cognominatus patre adhuc superstite, iam praetor designatus, extinctus est, egregiis de iure ciuili voluminibus relictis. Autor Gell. *lib.* 2. *cap.* 14. Catones dicti sunt à sapientia: antea Prisci vocabantur. Plut. *in Cato. Censor.* ¶ M. Cato Vticensis, M. Porcij nepos fuit, quem & vitae Stoicaeque disciplinae seueritate referebat. Hic nudis interdum pedibus, breuique toga in publicum prodibat, sese adsuefaciens, non nisi turpibus rebus erubescere. Consulatum frustrà petiit, quod virtuti suae fidens, populo non nimium submissè voluerit supplicare. Martiam coniugem roganti Hortensio amico liberorum causa concessit: eandemque post Hortensij mortem recepit. Id quod Caesar auaritiae causa ab eo factum fuisse, calumniatus est. Dimisit, inquit, inopem, vt locupletem reciperet. Toto ciuilis belli tempore intonsus fuit. Post Pharsalicam pugnam, Vticam sese recepit: rèque à Scipione infeliciter gesta, perlecto Platonis de animae immortalitate Dialogo, qui Phaedon inscribitur, necem sibi consciuit. ¶ Hic tantae fuit apud populum autoritatis ac fidei, vt de rebus incredibilibus prouerbio diceretur, vt inquit Plutarchus, τοῦτ᾽ οὐδ᾽ εἰ Κάτων λέγοι πιστευτέον ἐστί, Istud incredibile est, etiamsi dicat Cato. Et orator quidam quum hyperbolicos diceret vni teste non esse credendum, adiecit, Ne Catoni quidem. Cicer. *epist. ad Attic. lib.* 2. Quid Cato ille noster qui mihi vnus est pro centum millibus? ¶ Tertius Cato, prouerbialis est ironia in viros, impendio tetricos, atque alienae vitae censores. Iuuenal.

——*habeat iam Roma pudorem. Tertius è caelo cecidit Cato.*

¶ Fuit & Cato quidam Grammaticus Syllae temporibus, cuius meminit Tranquillus. Hinc Adiectiuum Catonianus, Cic. *ad Quint. frat. lib.* 2. *cap.* 10. Tabulam proscripsit, se familiam Catonianam venditurum.

Cătōblĕpas, κατωβλέπας, ferae genus est, solis Aethiopibus cognitum, solo visu hominem interficiens. Plin. *lib.* 8. *cap.* 21. Est apud Hesperios Aethiopes fons Nigris, Nili, vt plerique existimant, caput. Iuxta hunc fera appellatur Catoblepas, modica alioquin, caeterisque membris iners, caput tantum praegrane aegrè ferens, idque deiectum semper in terram: alias internecio humani generis: omnibus qui oculos eius viderint, confestim expirantibus. De eadem vide & Aelianum *lib.* 7. *cap.* 1. apud quem κατωβλέπων dicitur.

‖Catobolici, spiritus, qui per energumenos futura praedicebant. Tertull.‖

Cătŏchē, κατοχή, morbus est veterno similis: ex melancholicis & biliosis humoribus proueniens, cerebrum occupantibus, perpetuósque sopores inuehentibus Latini Vigilantem soporem interpretantur. Differt à catalepsi, quòd in ea oculi maneant aperti, in catoche autem claudantur.

Cătŏchītēs, κατοχίτης, gemma Corsicæ insulæ, impositam manum velut gummi retinens. Plin.*lib*.37.*cap*.10.

Cătochŭs, detentio, seu captio insensibilis animæ cum punctione totius corporis. Species autem huius sunt tres. Vna somniculosa, cui lethargus inest. Alia vigilans, huic adest tetanus. Tertia autem species, quam neque perperam, neque inusitatè Catochon Phreneticon aliquis dixerit. Fit autem ex mistione aggregatio Catochi & phrenetidis, quemadmodum tiphonia, quæ aut lethargus, aut suffocans, aut lethargicus affectus dicitur Gal. *de definit*. Græcorum medici vetustiores vocauerunt, ἀπὸ τοῦ κατέχεσθαι, quod est detineri & occupari: & in eo malo constitutos, κατεχομένους nuncupauerunt. Recentiores verò fœminino genere, sed non dissimili significato, κατοχὴν ἢ κατάληψιν, quasi detentionem & deprehensionem dicat aliquis, nominauerunt. Paul.*lib*.3. *cap*.20. Vide suprà *Catalepsis*.

Cătōgēum, κατώγειον, domicilium subterraneum.

‖Catomani ergastulum. Gloss. Isid. Sed legendum est *catomium*, id est, vinculum, catena. Laberius apud Gell. *in versu catalectico*, Tollet bona fide vos Orcus nudas in catomium. Sic etiam doctiores legunt apud Cic. *Epist.lib*.7.*fam*. Sed heus tu manum à tabula, magister adest. Vereor enim vt in catomium nos tollat. ¶ Catomis cædi, & Catomo suspendi, in Martyrologio, est suspendi, vel cædi capite deorsum, itaque Catomis, & Catomò aduerbialiter sumuntur.

‖Catomidiare, cædere. Gerda.‖

Catoni, Plinio populi sunt Scythiæ, circa Mæotin agentes. *lib*.6.*cap*.8.

Catopterion, κατοπτήριον, locus excelsus supra Anemoriam Phocidis vrbem, vt in *Anemoria* diximus.

Cătŏptrŏmāntīa, κατοπτρομαντεία, diuinatio quæ fit per speculum: de qua vide infrà in dictione *Magia*.

Cătŏpyrītēs, κατοπυρίτης, gemma, quæ ex Cappadocia venit. Plin. *lib*.37. *cap*.10.

Cătōrthōmă, κατόρθωμα. Opus virtutis rectum. Cic. Perfectum officium interpretatur, & rectè factum.‖Ambros. *lib*.1. *de offic. cap*.11. Hoc est perfectum officium, quod κατόρθωμα dixerunt Græci, quo corriguntur omnia, quæ aliquot potuerunt lapsus habere.‖

Cătōrthōsĭs, κατόρθωσις, recta affectio. κατορθόω, Egregiè cum virtute aliquid facio. Cic. 3. *de finib*. Quæ nos aut recta, aut rectè facta dicamus, si placet, illi autem appellant κατορθώματα, omnes numeros virtutis continent.

Cattia, vide *Ægussa*.

‖Cattæ inter nauium appellationes ponuntur à Gellio *lib*. 10. *cap*. 25. ¶ Κάττα *catta* pro fele, Euagr. *lib*. 6. *cap*.24. Sic Germani felem vocant. Vide *catus*. ¶ Est & *catta* machinæ genus. Apud Meurs. Gloss. Græcob.‖

Catti, vide *Chatti*.

Cattiderides, vide *Cassiteros*.

Cattuza, vide *Catizi*.

Cătŭlāriă, porta Romæ dicta est, quia non longè ab ea ad placandum Caniculæ sydus, frugibus inimicum, rufæ cane immolabantur, vt fruges flauescentes ad maturitatem perducerentur. Festus.

Cătullŭs, Poëta Veronensis natus anno ante Salustium, Syllæ, Mariique temporibus, in poëmatis cùm lasciuus, tum mordax, quippe qui Cæsari maximo tunc viro minimè pepercit, Iambis eum criminatus: reconciliatus nihilominus, ac eodem die ab eo cœnæ adhibitus est, vt autor est Tranquillus. Scripsit de passere suæ Lesbiæ: celebrauit nuptias Mallij: amauit Ipsithillam, & Clodiam, quam ficto nomine Lesbiam vocat. Scripsit & alia multa. Mortuus est Romæ. Ouid. *lib*.2. *de Trist*.

Sic sua lasciuo cantata est sæpe Catullo
Fœmina. &c.

Cătŭlŭs, Propriè significat caniculum, hoc est, minorem, vel iuniorem canem: ab antiquo nomine catus, quod sagacem significat. {גור *ghur*. σκυμνός. Gall. *Vn petit chien ou vn petit de quelque autre beste*. Ital. *Cagnolo, picciol cane*. Germ. Ein jung hündlin. Hisp. *El cachorro*. Angl. *A whelpe*.} Varro, Catullus à sagaci sensu & acuto. Cic. 2. *de natura deorum*, Benè igitur idem Chrysippus, qui similitudines adiungens, omnia in perfectis & maturis docet esse meliora, vt in equo, quàm in equulo, in cane, quàm in catulo: in viro, quàm in puero. ¶ Sed ponitur largè pro fœtu omnium animalium, præterquam auium, siue immanium, siue mitium: vnde de colubro Virgilius,

——catulos tectis, aut oua relinquens.

Et de leonibus Plinius, Raptor appropinquante tigridis fremitu, abiicit vnum ex catulis. Idem, Simiæ gestant catulos, quos mansuefactæ intra domos pepetere. Idem, Murium quoque catuli ostentum faciunt. Idem, delphinum catulos nominat. Lacertarum quoque & cæterorum serpentium soboles Catuli dicuntur. ¶ Accipitur quandoque Catulus pro ipso cane. Apuleius, Catulos secum ducens venaticos atque sagaces. ¶ Interdum pro quodam vinculi genere, quod etiam canis dicitur. Plaut. Faciam te delicatum catulo vt accubes ferreo.‖Et Lucill.

Cum manicis, catulo, collarique vt fugitiuum
Deportem.

Cătellŭs, & Catella, diminutiua à Catulus, Paruus canis, vel canicula. {σκυλάκιον. Gall. *Vn fort petit chien*. Ital. *Cagnolino, cagnoletto*. Germ. Ein kleins hündlin. Hisp. *Perillo, ò perro pequeño*. Angl. *A litle whelpe*.} Plaut. *in Stich*. Tantillum loci, vbi catellus cubet, id mihi sat est loci. Cic. *de diuin*. Erat autem mortuus catellus eo nomine. Dic me tibi anaticulam, columbam, vel catellum. Plaut. *Asin.sc*.3.*a*.3. Catella gallicana. Mart. *epigr*.198. *lib*.14.

Catellaster, Catillus à Catulus, Diomedes Grammat. *lib*.1.

Cătŭlīnŭs, a, um, quod est ex catulo. {σκυλάκειος. Gall. *De petit chien*. Ital. *Di cagnolino*. Germ. Das von einem hündlin ist. Hisp. *Cosa perteneciente a cachorro, perro chiquitto*. Angl. *Of a whelpe*.} Vnde Plin. Catulinam carnem estimasse Romanos ostendit *lib*. 29. *cap*. 4. Genito manè catulo res diuina fit: & in cœnis Deûm etiamnum ponitur catulina.

Cătŭlīre, est gestire, coitum maris appetere. {σκυζᾶν. Gall. *Demander le masle*. Ital. *Demandare il maschio con gesti, essere in caldo*. Germ. Läufig sein/ist der hünden oder fennen. Hisp. *Estar la perra cachonda, y todos otros animales*. Angl. *In bitches to desire the male, to go to rutter*.} & propriè de canibus dicitur: quamuis etiam ad alia transferatur. Varro, Fecturæ principium admittendi faciunt Veris principio: tum enim dicuntur catulire, id est, naturæ instinctu in Venerem rapi. Plautus, Quin meam vxorem vidi catulientem.

Cătŭlitio, propriè dicitur de canibus, quum statis anni temporibus ad Venerem incitantur. {σκυζηθμός. Gall. *Appetit du masle*. Ital. *Quando la cagna brama il cane*. Germ. Das lauffen der hunden auß samens begird. Hisp. *Quando la perra esta cachonda*. Angl. *A desiring of the male in bitches, going a rutting*.} Plin. *lib*.16. *cap*.25. ad terram transtulit, Catulionem (inquit) vocant, gestiente natura semina accipere, eáque animam inferente omnibus satis.

Cătŭlāstēr, ri, Catulati imitator, sicut Antonio Antoniaster. Catulaster etiam significat ipsum catulum, hoc est, paruum canem, siue filium.

Catulus, cognomen nobilissimæ familiæ Luctatiæ, à Cato, id est, calido, teste Varrone, ductum. Ex hac familia fuit Qu. Luctatius Catulus qui Pœnos apud Ægades insulas nauali prælio superauit, sexcentis eorum nauibus aut captis, aut depressis. ¶ Fuit & alter Catulus, C. Marij in quarto Consulatu collega, & in Cimbris profligandis adiutor: à quo postea rerum potito mori iussus, haustis viuis carbonibus se præfocauit. Hic est ille Catulus, cuius postea manes Sylla Marij iunioris morte placauit. Catulus, genus vinculi, quod & canis dicebatur.

‖Catunæ, tentoria. *Catunosium*, tentoriorum locus, castra. L.gr.b.‖

Caturactonion, κατουρακτόνιον, Britanniæ insulæ oppidum est, Ptolem. *lib*. 2. *cap*. 3. {Germ. Ein statt in Engellandt heißt jetz Cardeil/ oder Cardelia.

Caturiges, Italiæ populi sunt, trans Padum à Plin. *lib*.3. *cap*.16. in vndecima Italiæ regione collocati.

Cătŭs, a, um, Calidus, & Sagax. {ערום *Barúm*. πανοῦργος. Gall. *Caut, fin, rusé, accort*. Ital. *Accorto, sagace*. Germ. Bescheiden/ behutsam. Hisp. *Astuto y recatado*. Angl. *VVilie, subtill, ware*.} Vnde etiam Catuli dicti sunt, teste Varrone. Horat. *lib*.1. *Carm*.

Qui feros cultus hominum recentum,
Voce formasti catus, & decoræ
More palæstra.

Idem *in Serm*. Post hæc ille catus, quantumuis rusticus, ibit. Decet verba dari custodi catæ, Plaut. *Men.sc*.2.*a*.1. Hominem catum esse. Idem *Pseud.l.sc*.3.*a*.2. & *Most.sc*.3.*a*.1.

‖Catus, substantiuum, pro fele mare. Onom. *Catus* γαλῆ. Fœmininum est *cata*. vide *Catta*.‖

Cătē, Caute, callidè. {בערמה *beharmáh*. πανούργως. Gall. *Cautement, finement, accortement*. Ital. *Cautamente, prudentemente, scaltritamente*. Germ. Bescheidenlich/ fürsichtiglich. Hisp. *Cautelosamente, astutamente*. Angl. *Subtillie, warelie*.} Plaut. *Men.sc*.4.*a*.2. Quæ te nouit, tam catè. i. probè & peritè. Catum enim veteres acutum dicebant, teste Varr. *de ling. Lat*.

Cauares, Narbonensis Galliæ populi sunt, quorum metropolis est Auenio, autores Plin. *lib*.3.*cap*.4. & Mela *lib*.2.

Căuă, æ, τρώγλη, foramen in quo aues nidificant. {Angl. *A hole wherein birdes builde there nestes*.} Plin. Multò tamen efficacissimè, ripariarum pulli, ita vocant in riparum cauis nidificantes.

Căuædĭum, ij, (vt Plinius iunior *in Epist*.) dictione mutilata, siue Cauum ædium (vt Varro) duabus integris dictionibus. Locus est, sub dio vacuus, cinctus vndique porticibus, ad communem omnium vsum. {חצר *chatsér* עזרה *hazaráh*. Gall. *Vne basse cour*. Ital. *Corte, chiostro*. Germ. Ein hof in einem hauß der vnder dem blossen himmel ist/aber mit gmachen vnd gängen vmbgeben. Hisp. *Cerradura ò encerramiento, corte*. Angl. *A porche or broade place in the court of a house to stand in*.} Huius tria sunt genera, Tuscanicum, Corinthium, Tetrastylon displuuiatum, & testudinatum. Plin. *Epist*.41. A tergo cauædium, porticum, aream, &c.

Caucalis, is, genus herbæ fœniculo similis, breui caule, flore candido. Plin. *lib*.22. *cap*.22.

Caucăsŭs, καύκασος, Mons Indiæ editissimus ad Septentrionem versùs Scythas, Indiam à Scythia dirimens, asper & inhospitalis. Virgil. 4. *Æneid*.

——sed duris genuit te cautibus horrens Caucasus.

Hic fertur tantæ altitudinis esse, vt ab eo astra maiora visantur, & eorum ortus occasúsque diligenter perspiciantur: quo fit vt Scythæ, eius montis accolæ, rei astronomicæ peritissimi sunt habiti.

Caucăsĭŭs, a, um, καυκάσιος, Virg. *Eclog*.6.

Caucasiásque refert volucres.

Cauchæ, campi sunt, quos Tigris fluuius Septentrionem versùs flexus secat. Plin. *lib*.6. *cap*.27.

Caucōn, καύκων, herba est, quæ etiam Ephedra, & Anabasis appellatur. ¶ Nascitur ventoso ferè tractu, scandens arborem: & ex ramis propendens, folio nullo, cirris numerosis, qui sunt iunci geniculati, radice pallida. Hæc Plin. 26. *cap*.7. Vulgus *Prelam* appellat: qua mulierculæ vtuntur ad purganda vasa culinaria. ¶ Est etiam Caucon Triphyliæ fluuius, à quo vicini populi Caucones appellati sunt. Autor Strabo *lib*.8.

Cauconea, καυκωνία, regio à Caucone rege, aut fluuio dicta. Steph. Vide *Maciline*.

Caucus, vel caucarus, est cyathus.

Caudă, quam veteres etiam Codam dicebant. {זנב *zanáb*. οὐρά. Gall. *Queue*. Ital. & Hisp. *Coda*. Germ. Ein schwantz. Angl. *The tayle of any beast*.} Cic. *de Orat*. Oculos autem natura nobis, vt equo & leoni setas, caudam, aures ad motus animorum declarandos dedit. Virg. 3. *Georg*.

——extremæque agmina cauda Soluuntur.

Vnde Caudati & Codati, κερκωτοὶ dicuntur, qui caudas habent. ¶ Interdum Cauda ponitur pro virili membro. Horat. *in Sermon*.

Accidit, vt quidam testes, caudamque salacem Demeteret ferro.

¶ Cauda blandiri, σαίνειν οὐρᾷ, dicuntur qui spe commodi cuipiam blandiuntur. Aristophanes *in Equit*. eodem modo Caudam gestare, blandiri & assentari est: quæ translatio sumpta est à canibus, qui quum blandiuntur dominis, caudam mouent. Pers. *sat*.4.

Quin tu igitur summa nequicquam pelle decorus

Ante

Ante diem blando caudam iactare popello
Desine.

¶ Ne gustaris quibus nigra est cauda, μὴ γεύεσθαι τῶν μελανούρων. Interpretatur Plutarch. *in Commentario de liberis instituendis*. Ne commercium habeat cum improbis, & iis qui sunt nigris ac infamibus moribus. ¶ Cauda de vulpe testatur, ἡ κέρκος τῇ ἀλώπεκι μαρτυρεῖ. In eos dici solitum, qui pusilla in re cuiusmodi sint declarant. Est autem vulpi cauda pro corpore maior ac pilosior, vt non sit facile celare. Caudam trahere, prouerbium inquit esse Acron, de illis dici solitum, qui pro deridiculo habentur. Solent enim, vt addit Porphyrio, pueri deridentes nescientibus à tergo caudam suspendere, vt velut pecora caudam trahant. Hor. 2. *Ser. satyr.* 3. —— *hoc te*
Crede modò insanum, nihilo sapientior ille
Qui te deridet, caudam trahat.

Caudēcæ, Cistellæ appellatæ sunt ex iunco, à similitudine caudæ equinæ factæ. Festus. ‖ Aliter *caudeta*. Sed legendum *caudea*. Ita Plautus *in Rud.* 4. 4. Cistellam isthic inesse oportet caudeam in vidulo. ‖

Caudex, vel Codex, {גזע *ghezah*. κορμός, στέλεχος. Gall. *Le tronc d'un arbre*. Ital. *Tronco d'albero*. Germ. Der stamm eines baums. Hisp. *Tronco de arbol*. Angl. *The stumpe, stock or bodie of a tree.*} Dicitur in fruticibus & arboribus, id quod à radice supra terram simplex assurgit: siue in quod fruticis, vel arboris à radice defertur alimentum: differtque in hoc à caule, vt caulis ad herbas, caudex verò ad frutices, & arbores pertineat. Lactantius, Caudice desecto, lachrymat sua gaudia palmes. Virg. 2. *Georg.*
Quin & caudicibus sectis (mirabile dictu)
Truditur è sicco radix oleagina ligno.
Caudices ligni portare, Gell. *cap.* 3. *lib.* 3. ¶ Est præterea Caudex plurium tabularum contextus. Vnde tabulæ Codices dicuntur, quasi caudices: & naues quibus commeatus subuehuntur, Caudicariæ appellantur. ¶ Sic etiam Appius Claudius Claudex cognominatus est, quoniam primus Romanis persuasit nauem conscendere. Seneca *de breuit. vitæ*, Claudius is Caudex fuit ob hoc ipsum appellatus, quia plurium tabularum contextus, Claudex apud antiquos vocatur. Ponitur & pro duro sedili, seu pro sede meretricia, quæ plerunque ex tunicis fieri solet. Iuuenalis,
Horrida quale facit residens in codice pellex.
¶ Hominem præterea stultum, metaphoricῶs, Caudicem appellamus. Terent. *in Heauton.* Quæ sunt dicta in stultum, caudex, stipes, asinus, plumbeus. ¶ Apud veteres Caudex & Codex pro eodem leguntur, sicut Plaustrum & plostrum. Et certè vtriusque eadem debet esse significatio: quamuis hodie Codicem frequentius pro libro, Caudicem pro trunco accipiamus.

Caudĕus, a, um, quod ex caudice est. {στελέχιος. Gall. *Fait du tronc d'un arbre*. Ital. *Fatto di tronco d'albero*. Germ. Das vom dem stammen eines baums ist. Hisp. *Cosa hecha de tronco de arbol*. Angl. *Made of the stumpe or bodie of a tree.*} Plautus *in Rud.* Cistellam istic inesse oportet caudeam in isto vidulo.

Caudĭcālis, {στελεχώδης. Gall. *Propre à fendre bois*. Ital. *Cosa atta à fendere legna*. Germ. Das zu dem zerschneyden der stammen gehört. Hisp. *Seguron para hender leña ò madera*. Angl. *That is meet and apt to cleaue or cutt bodies of trees.*} Ad caudices scindendos idoneos. Plaut. *in Pseud.* Te cum securi caudicali præficio prouinciæ, i. præpono te oneri scindendorum lignorum: quæ caudicis nomine appellantur.

Caudĭcārĭus, a, um: vt, Caudicariæ naues, quæ commeatus per Tyberim subuehunt: quod ex lignis crassioribus cauatis fierent. Fitque à caudice, dum pro trunco, seu tabula ponitur: quæ & Codicariæ dicuntur. Seneca *in lib. de breuitate vitæ*, caudicatas vocat. Nunc quoque naues, quæ ex antiqua consuetudine commeatus subuehunt, caudicatæ vocantur. Caudicæ. Gell. *lib.* 25. *cap.* 30. dicuntur.

Caudi, vel Caudium, oppidum Samnitium: vnde Caudicæ furcæ, & Caudinæ fauces, nobilitatæ insigni clade & ignominia, quam Romani exercitus sub Sp. Posthumio à Samnitibus acceperunt. Lucanus *lib.* 2.
Vltra Caudinas sperauit vulnera furcas.
Caudinæ fauces, apud Silium *lib.* 8.

Caueæ, vide *Cauea*.

Căueo, es, cautum, significat cautionem, hoc est, diligentiam adhibeo, prouideo, prospicio ne aliquid præter spem accidat. {נשמר *nischmar* נזהר *nizhar*. εὐλαβοῦμαι. Gall. *Se contregarder, eschewir, pourueoir & donner de garde.* Ital. *Schiffare, prouedere cautamente.* Germ. Hüten / mit fleiß sich fürsehen / Sorg haben. Hisp. *Huyr, prouéer a alguna cosa.* Angl. *To be ware and circumspect to foresee least hebe deceiued.*} Varia huius constructio est. Interdum absolutè ponitur. Plaut. Caue nemo id intelligat. Qui cauet ne decipiatur vix cauet. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 2. Interdum cum datiuo. Cic. *famil. lib.* 7. Tu qui cæteris cauere didicisti, in Britannia ab essedariis ne decipiaris, caueto. Quo in loco Cauere verbum proprium est Iurisconsultis & patronis. Illi enim dicebantur cauere suis clientibus, quum prospiciebant ne circunscriberentur in contractibus, pactis & iudiciis. Cic. *in proœmio Topicorum ad Trebatium*, Etenim quum tu mihi, meisque multa sæpe cauisses, veritus sum, ne grauarer, aut ingratum id, aut superbum videretur. Terent. *in Eunuch.* Illuc est sapere: vt hosce instruxit, ipse sibi cauit loco. ¶ Cum datiuo & accusatiuo. Plaut. *in Bacchid.* Hæc ita me orat, sibi qui caueat aliquem vt reperiam hominem, Isthoc milite vt vbi emeritum sibi sit, se reuehat domum: id amabo te, huic caueas. P. Quid isti caueam? &c. Et Cato *de re rust. cap.* 5. Scabiem pecori & iumentis caueto, id est, videto ne scabie inficiantur. ¶ Cum datiuo & ablatiuo mediante præpositione Ab. Plaut. *in Pseud. sc.* 5. *a.* 1. hercle, quin vt tu prædicas Cauendum est mihi abs te irato. Cum præpositione De, A, Abs. De illis verbis caue. Idem *Men. sc.* 5. *a.* 5. Vt mihi cauerem à Pseudolo. Idem *Pseud. sc.* 2. *A.* 3. Hoc abs te mihi caueo cautiùs. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 1. Item, Caue sis tibi à diro infortunio. Idem *Pseud. sc.* 7. *a.* 4. ¶ Cum accusatiuo, Terent. *in Eunuch.* Quod cauere possis, stultum est admittere. Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 4. Malus cum malo stultè caui. Quid primum caueam nescio. *Ibidem sc.* 2. *a.* 1. Item, cauere puerum malè præcinctum, Suetonius *in Cæsar. cap.* 5. Cicer. *ad Attic.* Bibulus Pompeium fecerat certiorem, vt caueret insidias. Sunt aliæ quoque in hoc genere loquendi formæ: vt, Caue facias, pro Caue ne facias. Caue faxis, pro Caue ne feceris, μὴ ποιήσῃς, μὴ ποιήσῃς. Caue responderis, pro Caue ne respondeas. Quæ omnia sine Vt, aut Ne, Latine dixeris, aut etiam cum illis. Terent. *in Andr.* Tum id cauit, ne vnquam infamiæ ea res sibi esset. Cum Vt, Plaut. *Bacchid.* Quid isti vt caueam? Idem *Amph. sc.* 2. *a.* 3. primum cauisse oportuit ne diceres. Et *in prolog. Asinar.* Caue ne, &c. ¶ Quin & in iure vsus est huius verbi, quum scilicet (vt tradit Alciatus) significat securum facere. Is autem securus est, cui vel pignore, vel fideiussione consultum est. Itaque pignoribus, & fideiussoribus cauere dicimur, cum pignora & fideiussores damus. Item pro Cautionem exigere. Vlpian. *in l. quod ad hæredem. ff. de magistratibus conueniendis.* Nam magistratus si tanta fuit negligentia vt omnem cautionem omitteret, æquum est haberi eum loco fideiussoris, vt & hæres eius teneatur. Si verò cauit: & tunc idonei fuerunt, & pòstea desierunt, sicut ipse Magistratus probè recusaret hanc actionem, ita & hæres multo instans. ¶ Cauere aliquando ponitur pro statuere & iubere. Cicer. *de finib. lib.* 2. Sed vt sit, etiamne post mortem coletur, idque testamento cauebit is, qui vobis quasi oraculum ediderit, nihil post mortem ad nos pertinere? Item, Vnicè cauebat Cicero concordiæ, i. conabatur rem componere. Velleius.
Nunc quoque ne videar totus abesse caues,
Ouid. *Eleg. vlt. lib.* 3. *Trist.* id est, das operam. ‖ Vetus est versus ad vim vocis *cauere* notandam,
Vitat & obseruat cautelam datque cauere.
Plura vide in lexicis ICtorum. ‖ ¶ Hinc componitur Præcaueo, quod est diligenter caueo. Terentius, Hoc tempus præcauere mihi me monet. Item, Cauere & petere dixit Quint. In certamine armorum.
Sine malum potui tamen hoc vitare cauendo,
Ouid. *Eleg.* 6. *lib.* 3. *Trist.* Tibi cautum intelligo ne quæstioni essemus. Plaut. *Capt. sc.* 2. *a.* 2. Item, Cauto opus est, viso est opus. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 2. ¶ Inuenitur & *Cauo*, is, in eadem significatione. Horatius *in Serm.*
Vade, vale, caue, ne titubes, mandataque frangas.
Vbi, ve, syllabæ breuitas satis arguit tertiæ Coniugationis imperatiuum esse, non secundæ, quæ necessariò produceretur.

Cautor, {מזהיר *mazhir* חשך *chosech*. προφυλακτικός, ἐγγυητής. Gall. *Celuy qui garde, & enseigne qu'on ne se soit trompé.* Ital. *Quello che difende gli altri.* Germ. Behüter / forgtrager. Hisp. *El que defiende los otros.* Angl. *He that is ware and circumspect.*} Qui cauet, & prouidet aliis: quales erant Iurisconsulti & patroni, qui consultoribus, aut clientelis suis cauere solent, & prouidere ne quid causa eorum detrimenti acciperet. Plautus *in Epid.* Iam cautor ipse cautus est. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 2. Cùm cauisse ratus est, sæpe is cautor captus est. Cicer. *pro Sextio.* At ille sceleratissimus, ex omnium scelerum colluuione natus, parum se fœdus violaturum arbitratus, nisi ipsum cautorem alieni periculi suis propriis periculis terruisset, &c.

Cautio, nis, & Cauitio Festo, Prouisio, euitatio, {אזהרה *azharah* משמר *mischmar*. εὐλάβεια, προφυλακή. Gall. *Caution, seureté, prouoyance, asseurance.* Ital. *Cautione, sicurtà.* Germ. Behutsamkeit / fürsehung / sorgsamme. Hisp. *Caucion ò cautela.* Angl. *A taking head and prouision.*} Cicer. 4. *Tuscul.* Quoniam vt bona natura appetimus, sic à malis natura declinamus: quæ declinatio si cum ratione fiet, Cautio appellatur: eáque intelligatur in solo esse sapiente. Idem *de Amicitia*, Omnino omnium horum vitiorum atque incommodorum vna cautio est, atque vna prouisio, vt ne nimis cito diligere incipiamus, néve non dignos. ¶ Cautio est, loquutio frequens est apud Comicos, pro Cautione est opus, siue, Cauendum est. Terent. *in Andria*, Puerum autem ne resciscat mihi esse ab illa, cautio est. Plaut. *Pseud.* Ne quisquam pertundat crumenam cautio est. ¶ Cautiones etiam à Iurisconsultis vocantur fideiussiones, aut aliæ satisdationes, quibus nobis cauetur, id est, securi reddimur. {ἐγγύησις. Angl. *A bill of ones hande or bonde of assurance.*} Vlpian. *l. ita autem. §. Iulian. ff. de admin. tut.* Nemo enim ius publicum remittere potest huiusmodi cautionibus. Cautiones rei vxoriæ. Gell. *cap.* 3. *lib.* 4. ¶ Cautio hereditaria, Caius *D. lib.* 10. *tit.* 2. *l.* 5. Cautiones hæreditarias in æde sacra deponi iubet, non ad licitationem rem deducere. Cautio de rato, de rato cauere. *D. lib.* 3. *tit.* 4. *l.* 6. Actor vniuersitatis si agat, compellitur etiam defendere, non autem compellitur cauere de rato. Sed interdum si de decreto dubitetur, puto & interponendam de rato cautionem. Vide *Ratihabitio*.

Cautĭōnālis, e, adiect. προφυλακτικός, εὐλαβητικός. vt, Cautionales stipulationes Prætoriæ, apud Vlpian. *de præt. stip. lib.* 46. *Digest.* Prætoriarum stipulationum tres videntur esse species, Iudiciales, Cautionales, Communes. Et *paulò pòst*, Cautionales autem sunt, quæ instar actionis habent.

Cautus, Prudens, circumspectus, & qui sibi scit cauere. {נשמר *nischmar* ערום *harum* נבון *nabon*. εὐλαβής, φρόνιμος, προφυλακτικός. Gall. *Caut, fin, prudent, bien auisé.* Ital. *Cauto, prouidente, sicuro, scaltrito, accorto.* Germ. Behutsam / fürsichtig / geschwind. Hisp. *Cauteloso, auisado y recatado.* Angl. *Ware, circumspect.*} Terent. *in Phormione*, vt cautus est, vbi nihil opus est. Surriperem patri tam cauto seni. Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Victor sum, vici tam cautos custodes meos. *Ibid. sc.* 3. *a.* 4. & *Merc. sc.* 5. *a.* 2. ¶ Nonnunquam ponitur pro tutus. Cicer. *pro Cecinna*, Quo res mulieri esset cautior. ¶ Vnde Incautus, qui nescit sibi cauere. ἀπρόσεκτος, ἀφυλάκτος. Liu. *lib.* 3. In incautum hostem decumana porta erupit.

Cautè, aduerb. Prudenter, callidè. {בערמה *beharmah*. εὐλαβῶς, προφυλακτικῶς. Gall. *Cautement, finement, prudemment.* Ital. *Cautamente, prudentemente, scaltritamente.* Germ. Behutsamlich / fürsichtiglich. Hisp. *Cautelosamente, auisadamente.* Angl. *Warelie, circumspectlie.*} Plaut. *in Curc.* Cautè vt incedas via.

Cautim, id est quod Cautè. {Angl. *Aduisedlie, warelie.*} Ter. *in Heaut.* Sed hæc ita, vt sunt, cautim & paulatim dabis.

Cautēla, pro Cautione. {משמר *mischmar*. προφυλακή. Germ. Versicherung. Angl. *A taking hea de an assurance.*} Paul. *in l. si defunctus. §. qui ad communi. ff. de proc.* Qui ad communi diuidundo iudicium datus est, ad agendum idem, & defendendum videbitur datus, duplici cautela interpo

interponenda. Pomponius *in l. quamuis conuenerit. D. de pign. act.* Priùs idonea cautela à debitore pro indemnitate ei præstanda.

Cauerna, Cauernosus, Cauernula, vide *Cauus.*

Caviares hostiæ, quæ & Cauæ. Erant partes hostiæ cauda tenus, quæ in sacrificio pro collegio Pontificum quotannis ponebantur. Festus.

CAVILLA, æ, & Cauillus, i, Irrisio quædam iocosa. {לעג *labagi.* קלס *keles.* *σκῶμμα.* GALL. *Mocquerie ioyeuse, brocard, ioyeuse menterie.* ITAL. *Scherzo.* GERM. Ein spottwort/schertz. HISP. *Mote lastimero, escarnio.* ANGL. *A mock scoffe or iest.*} Plaut. *in Aul.* Pone hoc sis aufer cauillam: non ego nunc nugas ago. Idem *in Trucul.* Quid id est, amabo, istæc ridicularia, cauillationes: vis, opinor, dicere, ita vt pauxillum differat à cauillis.

Cauillor, aris, deponens à Caluo, is, teste Nonio, Iocosè ludo, dicta dico. {הליב *hilib* התקלס *hithkalles* צחק *tsichek.* *σκώπτω, χλευάζω.* GALL. *Se mocquer, brocarder.* ITAL. *Scherzare, beffare ingannare.* GERM. Verspotten/schimpfen/verlachen. HISP. *Motejar, burlar ò escarnecer, vsar de malicias.* ANGL. *To iest, to wrangle, or reason ouerthwartlie aboute wordes.*} Cic. 2. *de Orat.* Vt ille in Gorgia Socrates cauillatur. Idem *ad Quint. frat. lib.* 2. Præterea togam sum eius prætextam, quam erat adeptus Cæsare Consule, magno hominum risu cauillatus. Item 4. *de natura Deor.* Atque etiam in eo cauillatus est, æstate graue esse aureum amiculum, hyeme frigidum. ¶ Est & Cauillari in disceptationibus fallacia & dolo vti *σοφίζεσθαι.* Hinc cauillatio, subdola (vt Caius Iurisconsultus definit) ratio, quam conscij nobis mendacij, vincendi tamen causa proferimus. Vnde Boëthius *super Topic.* scribit, cauillationem partem quandam Logices esse, quum inquit, Colligendi facultas triplici diuersitate tractatur. Aut enim veris & necessariis argumentationibus disputatio decurrit: & Disciplina, vel Demonstratio dicitur. Aut tantum probabilibus: & Dialectica dicitur. Aut apertissimè falsis: & Sophistica, & Cauillatoria perhibetur. Sic Sen. & Cic. Cauillationes dixerunt, quæ Græcè *σοφίσματα* nuncupantur. Vlp. *in l. natura. D. de verb. & rer. sign.* Cauillationis natura, quam Græci *σωρείτην* appellauerunt, hæc est, vt ab euidenter veris, per breuissimas mutationes disputatio perducatur. ¶ Est item Cauillatio arguta irrisio, quam Græci *χλευασμὸν*, vel *σκῶμμα* appellant. Cic. 2. *de Orat.* Quum duo (inquit) sint facetiarum genera, alterum æqualiter in omni sermone fusum, alterum peracutum & breue, superior Cauillatio, altera Dicacitas nominata est. Suet. *in Vespas.* Et maximè tamen dicacitatem in deformibus lucris affectabat, vt inuidiam aliqua cauillatione dilueret, transferretque ad sales. Idem *in Tib. cap.* 57. Cauillatio acerba: de dicto, Ex Pompeio Pompeianus fies.

Cauillator, Derisor. {מלעיב *malhib* מתקלס *mithkallés* מצחק *metsachek.* *φιλοσκώπτης, σκώπτης.* GALL. *Mocqueur, gaudisseur.* ITAL. *Beffatore, trouator di qualche falso.* GERM. Ein speywogel/fatzer. HISP. *Burlador, que vsa de malicias.* ANGL. *A quareller or wrangling fellowe.*} Cic. *ad Attic. lib.* 1. Consul autem ipse paruo animo, & prauo, tamen cauillator, &c. Plaut. Cauillator facetus, vel conuiua commodus item ero.

Cauillatus, us, idem quod Cauillatio: de qua in *Cauillor.* Apuleius *in As. lib.* 8. Sed ille cognito cauillatu, similis indignanti, At te, inquit, &c.

CAVLA, æ, Stabulum ouium, ouile. {כלא *chéle.* *ἔπαυλις, σηκός.* GALL. *Estable, toict, bergerie.* ITAL. *Stalla.* GERM. Ein schaffstall. HISP. *Hato, aprisco de ganado.* ANGL. *A sheep house or fold, a sheepecoate.*} à Græco *αὐλὴ*, (vt quidam putant) quod non solùm atrium, vel aulam, sed etiam stabulum, & omnia septa designat. Festus à Cauo Caulam deriuat, quod apertè Varro *de ling. Lat.* 4. probat: quòd antiqui ante vsum tectorum, oueis in antra ducebant. Sed veriùs ἀπὸ τῶ καυλῶν, nam etiam non fiunt ex viminibus septa. Virg. 6. *Æneid.*

Ac veluti pleno lupus insidiatus ouili,
Quum fremit ad caulas.

A veteribus verò Caula pro quocunque receptaculo accipiebatur. Lucr. *lib.* 6.

Dispergunt animas per caulas corporis omnes.

Caulas vocarunt foramines, seu poros, ac meatus.

Caulici, *καυλικοί*, (Apollonio Cauliaci) populi iuxta Ionium sinum, à monte sic dicti.

Cauindana, vide *Canindana.*

CAVLIS, is, masculin. gener. In herbis dicitur ipsum robur, siue stipes, id est, ea herbæ pars, vnde se producunt folia, aut ramusculi. {גבעול *ghebhól.* *καυλός.* GALL. *La tige d'vne herbe, le gros.* ITAL. *Il gambo de l'herbe.* GERM. Der stengel an den kreutern/auff welchen die bletter wachsen. HISP. *Tallo de la yerua ò planta.* ANGL. *The stalke or stumpe of an hearbe.*} Plin. *lib.* 19. *cap.* 9. Satiui autem differentiæ in folio denso, crispo, aut rariore, & leuiore: item caulæ tenuiore, aut crassiore. Idem *lib.* 18. *cap.* 7. Fabæ in folia exeunt, ac deinde caulem emittunt nullis distinctum internodiis. ¶ Similiter in arboribus & in vite Caulis dicitur, ad quem alimentum defertur, quique super terram exurgit. Radix autem plantæ est, vnde alimentum attrahitur à terra: Ramus quod à caudice exit. Surculus, qui è ramis oritur. Varro, Ex sarmento caules qui nati sunt, de his plurimum valent. Virg. *lib.* 12.

Puberibus caulem folijs.

¶ Ponitur & pro quibuscunque oleribus. Iuuen. *sat.* 1.

Caules miseris atque ignis emendus.

Et peculiariter pro brassica. Plin. *lib.* 17. *cap.* 24. Odit & caulem vitis & omne olus. ¶ Caulis item in volucrum pennis dicitur calamus extra cutem eminens, è quo plumea illa lanugo erumpit. Idem *lib.* 11. *cap.* 39. Pennarum caules omnium auium præcisi non crescunt, vulsi autem renascentur. ¶ In animalium quoque caudis caulis dicitur illud vnde pili nascuntur. Idem *ibidem.* Boum caudis longissimus caulis, atque in ima parte hirtus. ¶ Quandoque (sicut docet Seruius) sumitur pro virili membro, quandoque pro ferro, & pro quolibet hastili. ¶ A caulis fiunt composita. Vnicaulis, & multicaulis. Idem *lib.* 12. Est & illa differentia, quod quædam in his multicaulia, ramosáque sunt, vt carduus.

Caulias, æ, *καυλίας.* Succus ex caule laserpitij, qui in vias coniectus, admixto furfure, subinde concutiendo, ad maturitatem perducebatur. Plin. *lib.* 19. *cap.* 3.

Cauliculus, diminutiuum à Caulis. {*καυλίον.* ANGL. *A litle or tendre stalke.*} Plin. Hic est quidem delicatior, teneriórque cauliculus.

Caulesco, is, in caulem excresco, caulem produco. {*καυλίζομαι.* GALL. *Produire sa tige.* ITAL. *Crescere nel gambo & nelle foglie.* GERM. Stengel ubersich kommen. HISP. *Crescer el tallo.* ANGL. *To waxe, to astalke.*} licet quandoque ponatur pro folia producere: vnde & Decaulescere contrarium, quod significat sine foliis fieri, *ἀποκαυλίζεσθαι.* Plin. *lib.* 19. Raphanus vti iucundior detractis foliis antequam decaulescat.

Caulinum vinum, iuxta Capuam proueniens, ab agro ita nominatum. Plin. *lib.* 4. *cap.* 6. Campania nuper excitauit nouis nominibus autoritatem siue cura, siue casu, ad quartum à Neapoli lapidem Trebellicis, iuxta Capuam Caulinis & in suo agro Trebulanis.

Caulodes, *καυλώδης*, Brassicæ species est, lata habens folia, è caule exeuntia: vnde & nomen accepit. Autor Plin. *lib.* 20. *cap.* 9.

Caulon, is, *καυλῶν*, oppidum est in prima Italiæ fronte apud locros, cuius meminit Plin. *lib.* 3. *cap.* 10. Virg. 3. *Æneid.*

Caulonisque arces, & naufragum Scylaceum.

Quamquam ibi poeta non tam de oppido, quàm de promontorio loqui videtur. Hanc vrbem Strab. *lib.* 6. & Stephanus *de vrbibus*, Cauloniam appellant, *καυλωνίαν.*

Cauma, tis, {חמה *chammáh.* *καῦμα*, Latinè calor: ἀπὸ τῆ *καίειν*, quod est vror. GALL. *Chaleur.* ITAL. *Calor.* HISP. *Calore.* ANGL. *Exceading heate.*} ‖ Alioqui caumata Græci Latinique auctores dies anni feruentissimos nominant. Casaub. *in lib.* 3. *Athen. cap.* 19. ‖

Caumas, vnus ex Centauris, Ixionis filius, Boccat. *lib.* 9.

Caunacem alij dicunt, alij Gaunacem, Terent. Scau. *de Orthograph.*

Caunix, siue Caunea, *καυνίας.* Fici genus minutum, quod è Cauno maritima Cariæ vrbe aduehebatur. Cic. 2. *Diuin.* Quum M. Crassus exercitum Brundusij imponeret, quidam in portu caricas Cauno aduectas vendens, Cauneas clamitabat.

Caunus, *Καῦνος.* Vulgò *Rexa*, Cariæ oppidum maritimum, è regione Rhodi, non procul ab ostiis Calbis fluuij, æstate & autumno ad inhabitandum graue, ob calorem & pomorum copiam: vt scribit Strab. *lib.* 14. Ob id Caunij pestilenti cœlo esse dicunt. Hos quum intuitus esset Stratonicus citharœdus, homo salibus plenus, illum ex 6. *Iliad.* versiculum in eos protulit,

Οἵη περ φύλλων γενεὴ, τοίηδε καὶ ἀνδρῶν, id est,
Tale quidem genus est hominum, quale est foliorum.

Colorem videlicet, quo omnes pallebant, suggillans. Caunij verò quum hominem incessissent acriùs, quòd vrbem vt morbidam carperet. Ego, inquit, non morbidam dicere ausim, vbi mortui ambulant: vrbanius multò acriúsque quàm priùs illudens. Ab hac ciuitate aduehebantur fici, Cauneæ dictæ. Cicer. *lib.* 2. *de Diuin.* Quum M. Crassus exercitum Brundusij imponeret, quidam in portu caricas Cauno aduectas vendens, Cauneas clamitabat. ¶ Est etiam *Caunus*, nomen proprium viri, cuius soror Byblis impotenter illum adamauit, à quo quum esset repulsa, sibimet mortem consciuit. Ouid. 9. *Met.* Hinc locus adagio, Caunius amor, *καύνιος ἔρως.* De fœdo amore dicebatur, aut vbi quis ea desiderat, quæ neque fas esset concupiscere, neque liceret assequi. Refertur à Diog. & Eust.

Cauo, Cauas, Cauatus, Cauea, vide *Cauus.*

‖ Cauositates, fissuræ, cauæ. Tertull.

Caupilus, nauicula breuis. Gloss. Arab. כוב est cyathus, scyphus, phiala. ‖

CAVPO, vel Cupo, nis, masc. gen. Esculentorum poculentorumque venditor. {*κάπηλος, οἰνοπώλης.* GALL. *Tauernier, qui vend en detail.* ITAL. *Hoste, hostiere, tauerniere.* GERM. Ein wirt/der speyß vnd tranck verkauffe. HISP. *Tauernero ò ventero.* ANGL. *A huckster, a tauerner.*} Vlp. *in l.* 1. *§. caupones autem ff. nauta, caup. stabul.* Caupones autem & stabularios æquè eos accipiemus, qui cauponem, vel stabulum exercent, institorésve eorum. Caupones, patagiarij, indusiarij. Plaut. *Aul. sc.* 5. *a.* 3. (i. institores.) Mart. *lib.* 1.

Non potes, vt cuperes, vendere caupo merum.

Cic. 1. *de Diuin.* Quum duo quidam Arcades admodum familiares iter vnà facerent, & Megaram venissent, alterum ad cauponam diuertisse, ad hospitem alterum, &c.

Caupona, vocatur tam mulier quæ vinum & esculenta vendit, quàm ipsa taberna vinaria. {זונה *zonáh.* *καπηλίς.* GALL. *Tauerne, ou boutique où on vend en detail.* ITAL. *Hosteria, tauerna.* GERM. Ein wirtinfrauw. Item, Ein wirtshauß/weinhauß. HISP. *Tauernera ò ventera, tauerna ò venta.* ANGL. *A tauerne, a woman selling wine.*} Cic. *in Pison.* Nónne tibi nox erat pro die? non solitudo pro frequentia? caupona pro oppido?

Cauponula, diminutiuum, {*καπηλεῖον, καπηλίδιον.* ANGL. *A tipling house.*} Cic. 2. *Phil.* Delituit in quadam cauponula, atque ibi se occultans perpotauit ad vesperum.

Cauponaria, æ, ars cauponandi. {*καπηλική.* GERM. Schenckerey/wirtskunst/ oder wirtschafft. ANGL. *A vittaillers or tauerners crafte.*}

Cauponius, a, um, quod ad cauponem pertinet. {*καπηλικός.* GALL. *De tauerne, des appartenances de tauerne.* ITAL. *Cosa che apartenga à l'hoste.* GERM. Das zum wirt gehört. HISP. *De tauerna ò venta.* ANGL. *Perteining to a tauerne.*} vt, Ars cauponia. Iustinus *lib.* 1. Iussitque cauponias, & ludicras artes, & lenocinia exercere. Martianus *de fund. instr. & instr. leg. l. pictoris.* Et instrumento cauponio institorum.

Cauponor, aris, Cauponariam exerceo, vel re aliqua lucri causa ad quæstum abutor. {*καπηλεύω.* GALL. *Tauerner, vendre en detail, debiter.* ITAL. *Vendere à l'hosteria.* GERM. Wirtschafft treyben/Gremplen. HISP. *Vender en tauerna, andar por tauernas.* ANGL. *To sell wine and other vittailles.*} Atque hinc caupo, caupona, & caupa, siue cupa. Olim autem hoc verbum non de vna tantùm re, vt nunc, sed ad multa extendebatur, vt *καπηλεύειν*, Græcum. Itaque Ennius dixit apud Ciceronem *de offic. lib.* 1. Cauponati bellum: quod ex Æschylo desumpsit, qui dixit, *καπηλεύειν μάχην.* Scaliger *in Varronem.* Id est, Bellum lucri causa gerere.

Caurio, is, verbum pantheribus proprium, vt latrare canibus, vt vult is qui conscripsit librum Philomelæ, qui Ouidio tribuitur,

Panther caurit amans, pardus hiando felit.

Caurium, Ptolem. Lusitaniæ oppidum, alio nomine Caura, vulgò *Corra.*

Cauros, Καῦρος, insula erat quæ postea dicta est Andros, deinde Antandros. Plin. *lib.* 4. *c.* 12. vulgo *Andro*.

Caurus, ἀργέστης, ventus ab Occasu solstitiali flans, qui & Corus dicitur. {Ital. *Ponente, maestro*. Germ. Der wind so vom sommerlichen nidergang der Sonnen herwehet. Angl. *The north west wind.*} Virg. 3. *Georg.*

Semper hyems, semper spirantes frigora Cauri.

Caus, untis, Καῦς, vrbs Thelphusiæ terræ in Arcadia, vbi Causius tribus syllabis, Æsculapius celebratur. Steph.

Caycus, vide *Caicus*.

Causia, καυσία, regium capitis tegmen apud Macedones. Val. Max. *lib.* 5. Quemadmodum Antigonus caput Pyrrhi texit causia, qua velatum caput more Macedonum habebat. Alibi etiam tenuiores causia vsos legimus. Plaut. *Persa*, Tunicam, atque zonam, & chlamydem afferto & causiam.

Causon, vel Causo, {חֹם *chom* קַדַּחַת *kaddáchath*. καῦσος, ἀ καίω. Gall. *Ardeur extreme*. Ital. *Ardore, calore excessiuo*. Germ. Brunst vnd grosse hitz. Hisp. *Ardor, calor estraño*. Angl. *Extrem heat.*} Æstus, seu ardor. Inde ab Hippocrate Causon febris æstuans appellatur.

Causa. {סִבָּה *sibbáh* דָּבָר *dabár* עִלִּילָה *ʼalilah* טַעַם *taʼam*. αἰτία. Gall. *Cause, raison*. Ital. *Causa, ragione*. Germ. Ein vrsach. Hisp. *Causa ò el achaque ò la occasion*. Angl. *A cause, a reason.*} Proprie dicitur id, ex quo, vel propter quod, vel per quod, vel à quo aliquid fit. Cic. *de Fato*, Causa ea est, quæ id efficit, cuius est causa, vt vulnus, mortis: cruditas, morbi: ignis, ardoris. Et *paulò pòst*, Nulla igitur earum est causa, quoniam nullam rem sua vi efficit id, cuius dicitur causa. Bella non causis inita, sed prout eorum merces fuit. Velleius. In causa descendere, id est, sequi partes. Liu. *lib.* 6. *d.* 4. Differt autem Causa à Ratione, quòd Causa dicitur impulsus ipse ad aliquid agendum: Ratio verò ordo gerendorum ex causa venientiũ. ¶ Est & aliud frequens bonis autoribus. Quid causæ est? πῶς οὐ. i. negarène quisquam potest, vel causam aliquam afferre? &, Causam haud dicam, id est, per me licet, non recusabo. Quatuor autem causarum genera scripsit Aristoteles. Materialem, ex qua aliquid fit: Formalem, per quam aliquid tale fit: Efficientem, à qua aliquid fit: Finalem, cuius gratia aliquid fit. Hinc rerum omnium opificem Deum, causam causarum esse affirmat. ¶ Per translationem Causa dicitur omnis actio, quam in senatu, vel in foro habemus. {Angl. *A controuersie in sute, a matar to be spoken of before audience.*} δίκη. Vnde tria esse causarum genera scribit Cicero: Demonstratiuum, τὸ ἐπιδεικτικὸν εἶδος, Deliberatiuum, τὸ συμβουλευτικόν, & Iudiciale, τὸ δικανικόν. Ex his tamen magis propriè causa dicitur, quæ iudicialis est: vnde & causam pro lite ac controuersia ponimus: vt, Cicero diligenter egit causam Milonis. Idem 2. *de Orat.* Atque in ciuium causis, descriptionibusque diuersantur. Causam coniicere & consistere. Gell. *c.* 10. *lib.* 5. Omnis familiæ causa consistit tibi. (i. summa) Plaut. *Asin. sc.* 1. *a.* 3. Matrimonij causa esse cum aliquo viro. Gell. *cap.* 3. *lib.* 4. Sine me armare animi causa. Plaut. *Asin. sc.* 1. *a.* 3. *&* *Curc. sc.* 3. *a.* 1. Nunquid causam dicis? Idem *Amph.* Si deliquij caussa nulla est. ¶ Interdum Causa dicitur occasio, ἀφορμή. Terent. *in Eunuch.* Nunc diu aliquam causam quærebat, quamobrem insigne aliquid faceret. Per causam, id est, prætextu. Suet. *in Othone cap.* 3. Quare diducto matrimonio sepositus est per causam legationis in Lusitaniam, &c. Cæsar, Repetita Bithynia per Causam exigendæ pecuniæ. Idem *lib.* 1. *&* 3. *de bell. ciu.* per causam, i. per speciem: per causam exercendorum remigum. Causa, Negotium, onus, prouincia. Plaut. *Asin.* —sola ego in castella Vbi quiesco, omnis familiæ causa consistit tibi. Apud Ouid. 12. *Metam.* Publica causa, id est, negotium publicum. Cic. *pro lege Manil.* Causam reipub. periculaque rerum suarum detulerunt. Et *epist. ad Lentulum*, Alexandrina caussa adhuc nobis integra est. Et *Verr.* 5. Cui Senatus dederat publicè causam (*auoir donné charge*) vt mihi fratrique meo gratias ageret. Item, Causa pro Excusatione. Hoc si secus reperies, causam non dico quin. &c. Plaut. *Capt. sc.* 4. *a.* 2. i. non me excuso, defendo. Nam Causam dicere, est reum esse. & se defendere, vt apud Suet. *Aug. c.* 56. & Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 4. Causam dixit apud Ædiles pro eius factis pessimis. i. defendi eum. Et *Asin. sc.* 2. *a.* 3. *&* *sc.* 4. *a.* 4. Nolo habere causam & vetitam dicere. (i. excusationem.) Item, Qui pro me causam diceret, patronum liberaui. Plaut. *Mell. sc.* 3. *a.* 1. Vbi causam dixeris. Item *Asin. sc.* 2. *a.* 3. Item de qua causa, pro, qua de causa. Gell. *cap.* 13. *lib.* 5. Item, Repudium remisit auunculus, causa mea. Plaut. *Aul. sc.* 6. *a.* 4. Pater causa mea id fecit. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 1.

Nec tamen hæc series in causam prosit Achiui,

Ouid. 13. *Metam.* Causa periclitari. Quint. Causa, item status & conditio. Cicer. *de fin.* Morte qui affecti sunt, in eadem causa sunt, qua antequàm nati. Idem *alibi*, Negàtque Platonem, si sapiens non sit eadem esse in causa, qua Dionysium tyrannum. Idem 3. *Offic.* Itaque tum quum vigilando necabatur, erat in meliore causa, quàm si domi senex captiuus periurus Consularis remansisset. ¶ Interdum dicitur excusatio, ἀπολογία: vt, Honesta est causa mei discessus. ¶ Interdum ratio, λόγος. Ouid. *lib.* 1. *Faster.*

Tempora cum causis Latium digesta per annum.

¶ Interdum origo, ἀρχή. vnde & quidam causam à casu dictam existimant, quòd initia & origines rerum, quæ causæ sunt, casu eueniant. Nonnulli à Chaos, detracta aspiratione, quòd confusa illa materia prima omnium rerum causa fuerit. Alij à Græco καῦσις, quod ardorem, seu incendium significat, quòd causa sit quæ nos accendit ad aliquid agendum. ¶ Alij à cauendo, quòd ea sit quæ cauet vt aliquid agatur, aut non agatur. ¶ Causa item pro partibus accipitur. Lucan. *lib.* 1.

Victrix causa deis placuit, sed victa Catoni.

¶ Causâ cadere, id est, causam amittere, & perdere litem. Iustinian. Si quis agens intentione sua plus complexus fuerat, quàm ad eum pertinebat, causa cadebat, i. rem amittebat, nec facilè in integrum restituebatur à Prætore. ¶ Est etiam causa cadere, plus petere, vt apud Cicer. Qui plus petit, quam lex in XII. tabul. permittebat. Cum Hispeus maxima voce pluribus verbis à M. Crasso Prætore contenderet, vt ei, quem defendebat, causa cadere liceret, i. vt plus ei liceret petere, quàm in XII. tabul. lege permissum erat. Rursum, Cn. autem Octauius homo consularis non minus longa oratione recusaret, ne aduersarius causa cadere, i. ne aduersario plus petere liceret, quàm quod esset in actione. Et Cicero *pro Murena*, Et si turpe existimas te Aduocato illum ipsum, quem contraueneris, causa cadere, id est, plus petere, idque obtinere. Nam hic sine causæ amissione simpliciter pro plus petere ponitur. ¶ Causa deserta, ἐρήμη δίκη, dicitur, quum nemo repugnat. Translatum à iudiciis, vbi nonnunquam altera pars cedens tradit causam aduersario. Itaque deserta causa vincere, est vincere nullo contrà pugnante. ¶ Huic simillimum est, Heteromolia causa, ἑτερομόλιος δίκη, ἀπὸ τοῦ τὸν ἕτερον μολεῖν, quòd alter dumtaxat accedat. Vsurpabitur non ineleganter, vbi quis damnat absentem. At quoniam causa aliter à Philosophis, aliter à Medicis, aliter à Iureconsultis, aliter à Rhetoribus consideratur, visum est hic operæpretium singulorum causas seorsum recensere: præterquam Philophorum, quæ prius erant appositæ. ¶ *Medicorum.* Causa, alia est procatarctica, id est, euidens, alia synectica, id est, coniuncta, siue continens, alia præcedens, siue interna. Procatarctica est, quæ dum aduersam valetudinem creauit, separatur: vt canis mordens, scorpio pungens. Causa coniuncta est, quæ quum præsens est, eius quoque affectus adest: quam verò desinit, etiam affectus euanescit: vt lapis in vesica, vnguis in oculo. Præcedens causa est, quæ à procatarctica præparatur & adiuuatur. Vel est, qua aucta augetur, & qua sublata aufertur affectus. Perfecta, quæ eundem in seipsa finem facit. Causæ abditæ in medicina vocantur, in quibus requiritur, ex quibus principiis corpora nostra sint, quid secundam, quid aduersam valetudinem faciat. Cels. *lib.* 1. Causæ euidentes in medicina vocantur, in quibus quæritur initium morbi, calor attulerit, an frigus, fames, an satietas, & quæ similia. Causas omnium morborum lege apud Hippocr. *lib. de flatibus*. Causæ morborum sunt, spiritus, & aër, eidem. Causa est, ad quam aliquid sequitur. Ad eam verò aliquid sequi, & ex ea, per eam, ab ea, aut ex eius gratia aliquid fieri. Causa in actu, quæ simul cum effectu existit. Causa in potentia, quæ non simul cum potentia existit. Causa efficiens vocatur, à qua aliquid fit. Causa finalis est, cuius gratia aliquid fit. Causa formalis est, per quam res habet esse. Nam dat rei, & eam conseruat in esse. Ipsa namque præsente res est, & ipsa fugiente perit. Causa per se vocatur, quum aliquid suapte natura fit, causalitatis nomine pariter est expressa. Causa per accidens, quæ ad effectum eum non ordinatur, aut causalitatis nomine minimè est expressa. Causa materialis, ex qua cum aliquo aliquid fit, vel ex qua quum forma fit compositum, vel in qua aliquid, vt in subiecto. Causa propinqua est, quæ particulari nomine designatur: aut inter quam & effectum haud multæ interiacent causæ. Causa remota, quæ nomine communi designatur, aut inter quam effectum multæ interiacent causæ. ¶ *Iureconsultorum.* Causa, verbum generale est, quod comprehendit principium negotij quum proponitur, & quum quis deliberat, & proponit vt litiget. Quum verò discutitur, Iudicium est, quod accipitur non solùm quum ipsum factum discutitur, sed etiam tractantur ea, quæ præparatoria dicimus ipsius discussionis. At vbi iudicatum fuerit, dicitur facta iustitia: quia tum ius vnicuique est redditum. Alc. *lib.* 2. *dispunct. cap.* 24. *l. lu.* Vnde Causa Vlpiano facta est vnde obligatio oritur, quod Rhetores αἰτίαν vocant. Idem *in lib.* 9. *ff. si cert. pet.* Et causa transitiuè dicitur omnis actio, quam in senatu, vel in foro habemus. Et Causidici patroni dicuntur, qui in causis iudiciisque versantur, vbi lites & controuersiæ, id est, causæ iudiciales aguntur. Causa dicitur id ex quo, vel per quod, vel à quo, vel propter quod aliquid fit. Differtque hoc à Ratione, quòd Causa est impulsus ipse ad aliquid agendum: Ratio verò, ordo gerendorum ex causa venientium. Causa ius respicit, Occasio factum, Causa dominij quæ proxima sit, item quæ remota, Gloss. explicat *in l. possidere. §. veteres ff. de acquir. poss.* Causa & factum interdum pro eodem vsurpantur. *l. plurimum ff. de iur. & facti ignor. l. si ex plagis. §. in cliuo. ad leg. Aquil.* Causarum tria genera esse notum est. Demonstratiuum, Deliberatiuum (quod & Concionale appellatur) & Iudiciale. Ex iis tamen propriè causa dicitur, quæ Iudicialis est. Vnde Causam pro lite & controuersia ponimus. Quamuis nonnulli ita distinguant, & controuersiam, seu litem dici velint, postquam contestatum est: Causam autem, & ante & post contestationem, Causæ definitionem, quam refert Gloss. *in rub. ff. de cond. & demonst.* Bart. improbat, qui ait: Causam esse quid præteritum, vel instans, quo quis impellitur ad aliquid disponendum. Causa criminalis dicitur maior, Ciuilis minor. *Auth. vt omn. obed. iud. prou. §. si igitur fuerit.* Causa efficiens est eius, ex quo res ipsa fluit, vt Ius ciuile, tutelæ: Testator testamentariæ: Lex, legitimæ, & Magistratus, datiuæ. Ius gentium emptionis, locationis mutui, commodati, depositi, &c. Ius ciuile stipulationis, contractus emphyteutici, &c. Causa fauorabilis, non ea est (vt existimat vulgus) fauore digna, sed quæ fauoris plena apud omnes est, & propemodum hæ sunt causæ testamenti, matrimonij, dotis, legitimationis, pupilli, ecclesiæ, viduarum, & aliarum miserabilium personarum. Causa sontica, quæ cuique rei de qua agitur, nocet atque prohibet, ne quis in ius veniat. Causa superior quæ iuri communi fundata est, vel ius apparentium. Cuius contrarium est, causa inferior. In causa redhibitionis esse. Gell. *cap.* 2. *lib.* 4. Caussa liberalis, vide *Liberalis*. Vide Budæum *in posteriore de origine*. ¶ *Rhetorum.* Causa est, vt dicit Hermagoras, res quæ habeat in se controuersiam in dicendo positam, cum personarum certarum interpositione. Cic. *de Inuent.* 1. Causa certis personis, locis, temporibus, negotiis cernitur, aut in omnibus, aut in plerisque eorum. *In Topic.* Causa est, quæ id efficit cuius est causa, vt vulnus, mortis: cruditas, morbi: ignis, ardoris. *De Fato*. Causam appello rationem efficiendi, euentum id, quod est effectum. *In partit.* Chrysippus causarum genera distinguit: Causarum enim, inquit, aliæ sunt perfectæ & principales, aliæ adiuuantes & proximæ. *De fato*, Causarum genera duo sunt. Vnum quod vi sua id, quod sub ea subiectum est, certè efficit, vt ignis accendit. Alterum quod naturam efficiendi non habeat, sed sine quo effici non possit, vt si quis æs causam statuæ velit dicere, quod sine eo non possit effici. Huius generis causarum, sine quo non efficitur, alia sunt quieta, nihil agentia, stolida quodammodo, vt locus, tempus, materiæ, &c. Alia autem, præcursionem quandam adhibent ad efficiendum, & quædam afferunt per se adiuuantia, etsi non necessaria, vt amori congressio causam attulerit,

amor flagitio. Ex hoc genere causarum ex æternitate pendentium. Fatum à Stoicis nectitur, &c. Sunt aliæ causæ, quæ planè efficiant nulla re adiuuante: aliæ quæ adiuuari velint, vt sapientia efficit sapientes sola per se. *In Top.* Causa simplex, quæ absolutam continet quæstionem. *De Inuent.* 1. Causa coniuncta ex quæstionibus pluribus, in qua plura quæruntur. *Ibid.* Causa ex comparatione, quam per contentionem, vtrum potius, aut quid potissimum sit, quæritur. *Ibid.* Causam facere dicitur, quo sublato, controuersia stare non potest. *De Orat.* 2. Tria sunt genera causarum, iudicij, deliberationis, exornationis. Arist. tribus in generibus rerum versari rhetoris officium putauit, demonstratiuo, deliberatiuo, & iudiciali. *In Part.* Causæ à communi quæstione seiunctæ partim in iudiciis versantur, partim in deliberationibus. Est etiam genus tertium quod in laudandis, aut vituperandis hominibus ponitur. Hæc tria genera vide suo ordine. *De Orat.* 1. Genera causarum sunt quinque, Honestum, admirabile, humile, anceps, obscurum. Honestum causæ genus est, cui statim sine oratione nostra auditoris fauet animus. Admirabile est, à quo alienatus est animus eorum, qui audituri sunt. Humile, quod negligitur ab auditore, & non magnopere attendendum videtur. Anceps, in quo aut iudicatio dubia est, aut causa & honestatis & turpitudinis particeps, vt & beneuolentiam pariat & offensionem. Obscurum, in quo aut tardi auditores sunt aut difficilioribus ad cognoscendum negotiis causa implicita est, *de Inuent.* 1.

Causālis, vt Causales coniunctiones, qualis est Igitur, apud Probum.

Causārius, adiectiuum, vt Causarij milites, ἀπόμαχοι, οἱ ἐξ αἰτίας πρὸς ἀπολυόμενοι. {ANGL. *That is essoined in the lawe or excused for any cause.*} dicuntur à Liuio *lib.* 7. qui propter honestam causam, puta valetudinem, à militia soluuntur, quasi valetudinarij, siue sontici, aut qui omnino causam & missionem habebant ex morbo, senectutéve: Tertius, inquit, exercitus ex causariis senioribúsque à L. Quintio conscribatur, qui vrbi mœnibúsque præsidio sit. ¶ Sic causaria missio dicitur, per quam milites soluuntur à sacramento militari. Vlpianus, Causaria, inquit, missio est, quæ propter valetudinem à laboribus militiæ soluit.

Causāriè, aduerb. Martian. *in l. milites agrum. §. is etiam, ff. de re militari.* Ideo & ad eum, qui causariè missus est, potest dici pertinere, quum huic quoque præmium præstetur. ἀπόμαχος χρόνος, [illegible]

Causŭla, diminutiuum à Causa, αἰτίδιον. Cic. *in Oratore.* Sed quia & priuata ille plerásque & eas ipsas aliis, & paruarum rerum causulas scripsit, videtur esse ieiunior.

Causor, aris, deponens, rei gestæ causam affero, seu reperio, & excusationem adduco. {προφασίζομαι. GALL. *Dire & alleguer la raison ou excuse de quelque faict, s'excuser.* ITAL. *Excusarsi, narrare in fatto.* GERM. Ein vrsach oder entschuldigung herfürbringen. HISP. *Traer causas ò achaques, contar razones.* ANGL. *To aledge reason or excuse, or essoine.*} Suet. *in Nerone.* Causatus nondum esse fatalem horam. Idem, Syllanum item socerum ad necem, secandásque nouacula fauceis compulit, causatus in vtroque quòd se ingressum turbatius mare non esset sequutus. Gell. Negotium sibi esse causabatur. Virg. *Ecl.* 9.

Causando nostros in longum ducis amores.

¶ Causari etiam culpare est, αἰτιᾶσθαι. Item, accusare. Quintil. Ne causanti pupillo sic tutor irasceatur (i. accusanti.)

Causificor, causam dico, excusationem affero, recuso. {αἰτιολογοῦμαι, σκήπτομαι. GALL. *Alleguer ses raisons ou excuses, s'excuser.* ITAL. *Excusarsi.* GERM. Ein vrsach anzeigen, ein entschuldigung darthun. HISP. *Traer causas.* ANGL. *To alledge a reason or excuse, to essoine.*} Plaut. *in Aulul. sc.* 6. *act.* 4. haud causificor, quin eam Ego habeam potissimùm.

Causātio, prætextus, excusatio, vel color: quandoque ponitur pro vitio interiore, & ægritudine. {πρόφασις. GALL. *Excuse.* ITAL. *Excusatione.* GERM. Entschuldigung, ausred. HISP. *Aquella obra de traer causas, excusacion.* ANGL. *An excuse, essoining.*} Pallad. *lib.* 1. Si saluo capite in pulmonibus ac thorace, aut hilla est, aut rara causatio.

Causātius, aduerb. majore cum causa. εὐλογώτερον. Plin. *in præfatione operis,* Quanto nos causatius ab aliquo iudice defendimur, melius defendimus. *Combien auec plus grande occasion.*

Causidicus, dicitur patronus, qui in causis iudiciisque versatur. {δικολόγος, ῥήτωρ. GALL. *Aduocat, celuy qui plaide.* ITAL. *Aduocato.* GERM. Ein fürsprech in rechtshändeln. HISP. *Abogado de pleitos.* ANGL. *An aduocat that defendeth an other mans cause, a man of law.*} Cic. *de Orat.* Non enim causidicum nescio, quem neque proclamatorem, aut rabulam hoc sermone nostro conquirimus. Iuuen. *Sat.* 10.

——— nec vnquam

Sanguine causidici maduerunt rostra pusilli.

Vnde, & cur dictus, docet Apul. *Apol.* 1. & Fab. *c.* 1. *lib.* 12. innuit non ita honestum esse verbum.

Causidicina, causidicorum & Aduocatorum munus.

‖Causodes, vt καυσώδης πυρετὸς ardens febris.

Causticus, a, um, καυστικός, ή, όν. vrendi vim habens, à καίω vro.‖

Caustica medicamenta, sunt quæ habent vim causticam, i. vstiuam. καυστικὰ φάρμακα, Plin. *lib.* 20. *cap.* 9. Stirpium brassicæ aridorum cinis, inter caustica intelligitur. Mart.

Caustica Teutonicos accendit spuma capillos.

Caustŏn, καυστόν. Latinè dicitur Vstile. Plin. Quartum castrum ad ellychnia.

Cautè, Cautela, vide *Caueo.*

CAVTĒRĬA, καυτήρια. Iidem cum cauteriis, quos Pallad. habendos esse in instrumento rustico præcipit.

Cautērium, ij. instrumentum quo notæ imprimuntur, & morbi alioqui insanabiles curari solent. {καυτήριον. GALL. *Vn cautere, ou fer chaud.* ITAL. *Ferro da cremare.* GERM. Ein eysen mit welchem man ein zeichen brennet. HISP. *Hierro para quemar.* ANGL. *A marking instrument, an heat yron.*} Plin. *lib.* 22. *cap.* 23. Tempestiuè etiam datum cauterij vim obtinet, assuetis etiam vtilius, quam expertibus. Præterea, Cauterium in pictorum instrumentis continetur, quo bituminationes, & fortiores quæque conglutinationes concoquuntur: maximè in ea pictura, quæ encaustica appellatur, quæ fit carbonibus inustis, resolutis igne ceris. Martian. *tit. de fundo instructo,* sic refert, Pictoris instrumento legato, ceræ, colores similiáque horum legato cedunt: penicilli, & cauteria, & conchæ.

Cauteriātus, a, um, quod est cauterio notatum. {κεκαυτηριασμένος. ANGL. *Marked or seared with an hoate yron.*} vnde ab Apostolo Cauteriata conscientia dicta est.

Cautes, is, fœm. gen. Saxum asperum & abruptum. {צור *tsúr* סלע *selâ*. ῥαχία. GALL. *Vn rocher, ou vne roche.* ITAL. *Sasso aspero & grande.* GERM. Schrofen, ein rauher fels. HISP. *Piedra aspera.* ANGL. *A ragged rocke, or hill full of great stones.*} Virg. 6. *Æneid.*

Quàm si dura silex, aut stet Marpesia cautes.

Plin. *lib.* 2. *c.* 96. Iuxta Harpasa oppidum Asiæ, cautes stat horrenda, vno digito mobilis: eadem si toto corpore impellatur, resistens. Cæsar 3. *bell. Gal.* Et ab æstu derelictæ, nihil saxa & cautes timerent. Caute loquacior, ῥαχίας λαλίστερος, prouerbialis hyperbole in hominem immodicè & permolestè garrulum. Sumpta metaphora à cautibus, quæ quoniam assiduis fluctibus tunduntur, multo resonant fragore.

Cautor, Cautio, Cautionalis, Cautus, vide *Caueo.*

CĂVVS, a, um, Concauus, vacuus: à Chaos, quod quasi vorago quædam erat inanis. {נבוב *nabub.* κοῖλος. GALL. *Caué, creux.* ITAL. *Voto cadato, concauo.* GERM. Hol. HISP. *Profundo, hondo, ò hueco.* ANGL. *Holowe.*} Virg. 3. *Æneid.*

——— dat signum specula Misenus ab alta

Ære cauo.

Ouid. 4. *Metam.*

——— qua sanguine mista recenti

Coierat ære cauo.

Luna caua, vt Solinus scribit Elephantos delectari noua luna, tristes esse cornuto & cauo sydere, id est, luna corniculata & contraria rectæ, quæ diuidua est, & vtrunque gibbosa, quæ ἀμφίκυρτος vocatur: Aristoteli est [illegible] & ἀμφίκυρτος, & κοίλη.

Cāuus, siue Cauum, locus cauatus, seu concauus. {גבא *ghébe* גב *ghéb.* κοίλωμα. GALL. *Creux, trou, taniere.* ITAL. *Luogo cauato, buco.* GERM. Ein hol ort, ein hüle, loch. HISP. *El hoyo ò agujero.* ANGL. *An hole or halowe place.*} Varr. Facere his cauos oportet laxiores, vbi pullos parere possint. Colum. *lib.* 12. Deinde cauum quem feceris, surculo obturato. Idem scribit Cauum esse locum, qui inter ædium parietes relinquebatur, patulus vt esset. Horat. 1. *Epist.*

Macra cauum repetes arctum, quem macra subisti.

Plin. *lib.* 10. *c.* 12. Pullos in cauis educant auium soli. Cauam manum præbere, Suet. *in August. c.* 91. Cauo ore, aut patulo efferre, Quint. Caua machina, Ouid. 6. *Fast.*

In caua ducuntur quassa naualia puppes.

Idem *Eleg.* 8. *lib.* 4. *Trist.*

Cāuātĭcus, a, um, ἐγκοίλιος: vt, Cauaticæ cochleæ. Plin. *lib.* 30. *cap.* 6. Sunt Balearicæ, quas cauaticas vocant, quoniam in speluncis nascuntur.

Cāuo, as, Exacuo, Cauum facio. {כרה *charáh* חפר *chaphár.* κοιλαίνω, κοιλάζειν. GALL. *Cauer, creuser.* ITAL. *Cauare, forare.* GERM. Außhölen, hol machen. HISP. *Cauar.* ANGL. *To mak holowe.*} Plin. *lib.* 36. In Syphno lapis est qui cauatur, tornatúrque in vasa coquendis cibis vtilia. Opportunè cauata mihi epistola. Plaut. *Ps. sc.* 3. *a.* 2. Cauato solo circa Tiberium. Suet. *in Aug. c.* 43. Liu. 1. *bell. Pun.* Itaque ingens coacta vis nauium est, lintriúmque temere ad vicinalem vsum paratarum: nouásque alias primùm Galli inchoantes, cauabant ex singulis arboribus. Ouid. 1. *de Arte,*

Saxa cauantur aquâ.

Virg. 3. *Georg.*

——— cauásque

Tellurem, & solido grauiter sonat vngula cornu.

¶ Huius composita sunt Concauo, Excauo, & Recauo, Ouid. *lib.* 2. *Metam.*

Est locus, in geminos vbi brachia concauat arcus.

Cāuātor, is, verbale. {כורה *chorèh* חפר *chophèr.* κοιλάντης. ANGL. *which makes hollowe.*} vt, Cauator arborum picus Martius, δρυοκολάπτης. Plin. *lib.* 10. *cap.* 18.

Cāuea, æ, à cauo fit, significátque specum, vel antrum subterraneum. {גבא *ghébe* מאורה *meuráh* מנהרה *minharáh.* ἄντρον. GALL. *Caue.* ITAL. *Caua sottera.* GERM. Ein hüle vnder dem erdtrich. HISP. *Cueua.* ANGL. *A caue or denne.*} Sed quoniam in huiusmodi locis esse consueuerunt ferarum cubilia, caueas pro ipsis ferarum receptaculis vsurpamus. Apul. Bestiam immittimus caueæ. Suet. Bestiarum more quadrupedes cauea coërcuit. ¶ Et ab harum similitudine pro septis ex ligno, siue ex ebore aliáve materia factis, in quibus auiculas tenemus. {כלוב *chelúb.* ὀρνιθοτροφεῖον, οἰκίδιον. GALL. *Cage.* ITAL. *Gabia.* GERM. Ein vogelkefig. HISP. *Iaula para las aues.* ANGL. *A cage.*} Plaut. *in Curc. sc.* 1. *a.* 3. Quia enim cauea si forent conclusi, itidem vt pulli gallinacei. ¶ Item Cauea, est area in medio theatri, in qua equitum subsellia constituta esse consueuerunt, quòd velis tecta caueæ similitudinem haberent, θεατρικὸν. Plaut. *in Amph.* Vt conquisitores singuli in subsellia Eam per totam caueam spectatoribus. Censuit ne quis pullatorum media cauea sederet. Sueton. *in Aug. c.* 44. Pro corpore, Senec. *epist.* 89. Cum ex cauea fugerit animus, i. corpore. Idem *cap.* 11. *de Tranq.* Verba ad caueam summam spectantia. Quandoque ponitur pro populi concessu. Virg. 5. *Æneid.*

Hic totum caueæ consessum ingentis, &c.

¶ Caueæ, legitur pro caueæ, apud Lucret. *lib.* 4.

Namque ibi consessum caueai subter.

CĂVĔRNA, æ, Specus, vel antrum subterraneum, vel terræ concauitas. {מערה *maharáh* מנהרה *minharáh.* ἄντρον. GALL. *Cauerne, creux.* ITAL. *Spelonca, cauerna.* GERM. Ein hüle vnder dem erdtrich. HISP. *Cueua, concauidad.* ANGL. *A caue, denne, or holowe place.*} ‖Gloss. *Cauernum.* [illegible]‖ Cic. *de nat. deor.* Quod magna vis terræ cauernis contineatur caloris, eáque hyeme sit densior. Virg. 2. *Æneid.*

Insonuere cauæ, gemitúmque dedere cauernæ.

Cic. 2. *de nat. deor.* Nos ex terræ cauernis ferrum elicimus, rem ad colendos

lendos agros necessariam. ¶Cauernas terræ dices,quoties aliquem velis significare pauperrimum,& vix victum habentem, & potum.¶

Cāuernōsus,a,um, pro loco passim vacuo, & veluti cauernis pleno. {ἀντρώδης. GALL. *Ayant plusieurs grandes cauernes, fort creux.* ITAL. *Pieno di caverne.* GERM. Gruben, vol löcher, oder hülinen. HISP. *Cosa llena de cueuas.* ANGL. *Full of dennes or holowe places.*} Plin. *lib.*26.*cap.*6. Radix in vsu. pilosa, coloris intus herbacei, crassitudine digiti minimi, acetabulis cauernosa, seu polipotum cirri, subdulcis, & in petris nascens.

Cāuernŭla,æ,diminutiuum. {φωλεά. ANGL. *A litle caue or denne.*} Plin. *lib.*17.*cap.*11. Ipsi qua pediculis adhærent, cauernulas habent, & intus semen.

Caÿster καΰστρος Steph. Fluuius Lydiæ,Sardibus proximus, cygnis abundans, qui multos amnes secum deferens Ephesum abluit. Dicitur ἀπὸ τοῦ καίειν, quod est,amburi, quoniam propinquus sit Catacecaumenæ, quæ pars est Ephesiæ prætorridæ & deustæ, fertilis nulla, pariter vitem.arbore,sed vino præstantissimo,quod Vitr. & Plin. Catacecaumenitem ex hac origine denominant.

Caystri Campi, καΰστρια πεδία Steph.campi sunt fœcundissimi sub Sardibus,Lydorum vrbe,Cori & Hermi campis contigui,ita dicti à Caystro vicino fluuio. Virg. Caystri prata vocat, *lib.*1. *Georg.* Vide plura apud Strab.*lib.*13.Caystrius ales.Ouid.*El.*2.*lib.*5.*Trist.*

Caystrus, καΰστρος, oppidum est Ciliciæ mediterraneum,teste Ptolemæo *lib.*5.*cap.*8.

C E

¶Ce,est adiectio syllabica:quæ cum iis ferè iungitur,quæ in c,vel s,desinunt,vt *hicce, hisce, Hiccine,* vel *hiccene: siccine, siccene.* Est autem ce translatum ex Græcis, vbi κε est particula, vt loquuntur, potentialis, sæpe etiam superuacanea.Vide etiam infrà in particula *met.*¶

Cēă,siue ceos(vtroque enim modo appellari autor est Plin.*lib.*4.*cap.*12.) Insula est sub Eubœa,bombycinarum vestium textrinis olim nobilitata. ¶ In hac enim insula Pamphila Latoi prima adorta est bombycum telas retorquere,eásque rursus texere,vt testatur idem Plin.*lib.*11.*c.*22. Hinc Ceæ vestes dictæ sunt,quæ in hac insula ex bombyce tenuissimæ texebantur in vsum fœminarum. Propert.

Et tenues Cea veste mouere sinus.

¶Ptolem. hanc insulam Ciam appellat, vt hodie quoque vulgus nautarum. Vrbes tres,Cartharam,Iulidem,& Caressum.

Ceadus, κέαδος, Ciconum rex fuit, pater Thræzeni, & auus Euphemi: cuius meminit Hor.2. *Iliad.*

Cebes,etis, κέβης, Thebanus fuit Philosophus, cuius etiam hodie extant Dialogi,quibus ille duplicem humanæ vitæ speciem in tabula quadam ob oculos ponit. Vide Suidam,& Laertium.

Cebrēnĭă, κεβρηνία, regiuncula est Troadis cum oppido eiusdem nominis,non procul à Scepsi:cuius meminit Plin.*lib.*5.*cap.*30.¶ Sunt & Cebrenij in Thracia,dicente Strab. *lib.*13. Est fluuius quidam Arisbus in Thracia, prope quem Cebrenij Thraces habitant. Multa enim apud Troes,& Thraces iisdem nominibus appellantur,vt Sæi Thraces quidam, & Sæus amnis, & Sæus murus, & Sææ Troianæ portæ. Item Xanthi Thraces,& Xanthus Troiæ fluuius. Arisbúsque quoque in Hebrum immittit: Arisba Troiæ ciuitas est. Item Rhesus apud Troiam fluit: Rhesus etiam Thracum rex fuit. Dicta est autem Cebrenia vel ab amne Cebrine (vt ex sententia Herodiani refert Steph.) vel vt alij malunt, à Cebrione Priami notho: quanquam Straboni magis placet, Cebrionem potius à Cebrenia,vel(vt apud eum legitur)Cebrinia vrbe nomen accepisse.

Cebrenis,idis,patronymicum, κεβρηνίς, Ouid. 1. *Metam.*

Aspicit Hesperien patria Cebrenida ripa.

Statius *in Syl.*

——— *vidua Cebrenides arida luctu Flumina.*

Cebrēnus, κεβρήνιος, nomen gentile. Ausonius,

Sic qui venalis tam longa ætate Cebrenus,

Non habet emptorem, sit tibi pro pretio.

Cebrica Chersonesus, κεβρικὴ χερρόνησος, nominatur apud Stephan. in mentione Saxorum,fortè *Cimbrica* legendum.

Cebrĭŏnēs, κεβριόνης, filius fuit Priami, sed illegitimo toro natus, qui à Patroclo saxo ictus interiit. Iliad. π,

Κεβριόνην νόθον υἱὸν ἀγακλῆος πριάμοιο, id est,

Cebrionem haud propria Priamo de coniuge natum.

Cecina,fluuius est Thraciæ,ad Volaterras,autore Pompon.*lib.*2. & Plin. *lib.*3.*cap.*5. Vulgò *Cesena.*

Cecinna, prænomine Aulus,Eques Romanus fuit,ex municipio Volaterrano, Ciceronis familiaris, & ab eo in causa quadam hæreditatis defensus: de qua re etiam nunc extat Ciceronis oratio. Hic tempore belli ciuilis non contentus Pompeij partes sequi, edito etiam in Cæsarem libro,acerrimè eum insectatus est,vt est videre apud Ciceronem *in Epist. famil.* ¶ Scripsit & librum de fulminum procreatione, quem Seneca se fatetur imitari. ¶ Fuit etiam Cecinna quidam ex Octauij Cæsaris scribis, cuius meminit Cic. *in Epist. ad Atticum.* ¶ Cecinna item alius fuit,ex Vitellij ducibus,qui apud Bebriacum cum Othonianis feliciter dimicauit.¶ Meminit & Sueton.*in Tito* cuiusdam Cecinnæ, qui ob suspicionem coniurationis ab Imperatore ad cœnam inuitatus,per proditionem interfectus est.

Cecrops, κέκροψ, primus Atheniensium rex,qui annis quinquaginta regnauit. Hic Athenas instaurauit.

Cecropius,a,um,possessiuum, κεκρόπιος. Virg.*lib.*4.*Georg.*

Cecropias innatus apes amor vrget habendi.

Cecrŏpĭă, oppidum à Cecrope conditore: nunc est Arx Athenis. Plin. *lib.*7.*c.*56. Oppidum, inquit, Cecrops à se appellauit Cecropiam, quæ tunc est arx Athenis.

Cecropis,idis, κεκροπίς, Patronymicum fœmininum.

Cecropidæ, κεκροπίδαι, Athenienses dicti sunt, à Cecrope rege. Ouid.7. *Metam.*

Pinxerat in interius spatium, pulchrósque recessus

Cecropidas duxit.

Cecryphalea, κεκρυφάλεια, promontorium,seu insula Peloponnesi, iuxta quam Athenienses ab Æginetis prælio superati fuerunt. Steph.

Cĕcūbum, vide *Cæcubum.*

Cēdar, {קֵדָר *kedhár.* κηδάρ.} Regio Arabiæ, vt apud Isaiam, *Auferetur omnis gloria Cedar.* Nam (vt inquit Hieronymus) ex Ismaële Cedar & Agareni, qui peruerso nomine Saraceni vocantur, generati dicuntur.

Cēditiæ tabernæ. Ædificia quædam Romæ: ita dicta à domini nomine, qui Ceditius vocabatur.

Cēdo,is, cessum. {סר *sar* נתן *nathán.* παραχωρῶ. ANGL. *To giue place.*} & Cedo,cedite. Vide *Cado.* Cedebat tardius venenum(de lento effectu) Suet.*in Neron.cap.*33.

Cedreæ, κεδρεῖαι. Cariæ oppidum,cuius incolæ Cedreatæ, & Cedræi appellantur,Steph.

Cedrei, {ישבי דרך *ioschebék edhár.*} Arabiæ populi sunt, Canchleis & Nabachæis infinitimá: quorum meminit Plin. *lib.*5.*cap.*11.

Cedratus, vide *Cedrus.*

¶Cedrelæum, κεδρέλαιον, cedrinum oleum,cedrius liquor. ἔλαιον oleum. Cedrelate κεδρελάτη, cedrus magna, quæ ἐλάτῃ æquat, id est, abietem.¶

Cedrelăte,fœm. gen. {גפר *ghópher.* κεδρελάτη.} Genus Cedri.Plin. *lib.*24.*c.*5. Cedrus magna,quam Cedrelaten vocant,dat picem,quæ Cedria vocatur,dentium doloribus vtilissimam.

Cedria, κεδρία. Pix est,quæ ex cedrelate,hoc est,ex maiore cedro defluit. Plin.*lib.*29.*cap.*3. Scabiem corporum,ac pruritum oleo & cedria mistis tollunt. Vide Ruell. *lib.*1.*cap.*62.

Cedropolis, κεδρόπολις, oppidum in Caria:à quo Cedrolitæ.

Cedron tam vallem denotat,quàm torrentem.

Cedros,insula est in Germaniæ littoribus,cedri genere syluosa, inde electrum in petras defluere dicitur. Perottus.

Cedrusii, κεδρουσιοι, populi prope mare rubrum. Steph.

Cedrostis, κεδρωστις, vitis alba, quam nonnulli Ampeloleucen vocant. Plin. *lib.*23.*cap.*1. Vitis alba, quam Græci Ampeloleucen,alij Ophiostaphylon, alij Melothron, alij Psilothron, alij Archezostin, alij Cedrostin, alij Madon appellant. Hæc & Brionia à Dioscoride appellatur.

Cedrŭs, ארז *érez*, κέδρος. Arbor est perpetuò virens,iunipero non absimilis,radicibus raris,per summa terræ dispersis,folio duro,acuto,mucrone capillaro,& spinoso,ligno contorto,nodoso, medulla rubente odorata,baccis myrti flauis,odoratis & esculentis,nouo fructu per autumnum cum anniculo pendente. Laudatissima in Creta nascitur, item in Africa & Syriæ montibus. ¶ Cedro æterna materies, cariem non sentiens, vnde classibus & domorum tectis ædificandis in primis est idonea. Vnde prouerbialiter Digna cedro dicuntur,quæ promerentur immortalitatem, & eiusmodi iudicantur, vt posteritati consecrari debeant. Horatius *in arte poëtica*, speramus carmina fingi posse linenda cedro. Persius item,& cedro digna locutus. Plinius duo cedri facit genera, maioris & minoris discrimine: minorem rursus in duas secans species: quas Lyciam appellat,& Phœniciam,vtranque iuniperi similitudine,sed foliis differentem. Nam quæ acutum, spinosum,& durum habet folium, Oxycedrus nominatur. Altera odore præstat. Maioris item cedri duo facit genera. Nam quæ floret,fructum non fert:fructifera non floret,sed in ea antecedentem fructum nouus occupat. ¶ Cedrus in Cypro maxima nasci traditur, centum triginta pedum longitudine, crassitudine autem ad quinûm hominum complexum. Vide plura de hac arbore apud Plin.*lib.*13.*c.*5. Virg.2.*Georg.*

Dant alios alia fœtus:dant vtile lignum

Nauigijs pinos,domibus cedrúmque, cupressósque.

Vitruu.*lib.*2. autor est,ex cedro oleum nasci,quo libri, aliæve res perunctæ,à tineis & carie non læduntur. Ad quod pertinere videtur illud Persij *Satyra* 1.

——— *& cedro digna locutus.*

Idem illud Ouidij *Eleg.*1.*lib.*1. *Tristium,*

Nec titulus minio, nec cedro charta notetur.

¶¶ Cedrus quoque est ἄποθεν τῇ ὀσμῇ, id est, vehemens odore,bene odorata. Virg.

Vrit odoratam nocturna in lumina cedrum.¶

Cedrātus,a,um, κεδρωθείς, Cedrino oleo perunctus. Plin. *lib.*13.*c.*13. Et libros cedratos fuisse, præterea arbitrarier tineas non tetigisse.

Cedrinŭs, a, um, nomen possessiuum, quod est ex cedro, κέδρινος. Plin. *lib.*13. *cap.*5. Cedrus est Romæ in delubro Apollo Sosianus, Seleucia aduectus.

Cedrium, pix liquida & primaria, quæ ex tæda excoquitur. Plin. *lib.*16. *c.*11. Pix liquida in Europa è tæda coquitur naualibus muniendis,multósque ad alios vsus. Lignum eius concisum,furnis vndique igni extrà circundato, feruet: primus sudor aquæ modo fluit in canali. Hoc in Syria Cedrium vocatur,cui tanta vis est,vt in Ægypto corpora defunctorum hominum eo perfusa seruentur.

Cedrĭdēs, κεδρίδες. Fructus Cedri, sicut Daphnides, fructus lauri. Plin. *lib.*24. *cap.*5. Cedrides, hoc est, fructus cedri, tussim sanant, vrinam ciunt.

Cĕlădōn, κελάδων, Amnis est ignobilis,in Alpheum influens,apud Strab. *lib.*7.*Georg.*¶ Est etiam Celadon nomen vnius ex iis,qui vnà cum Phineo in aula Cephei regis Æthiopum,Perseo vim inferre conati,perierunt. Ouid. 5.*Metam.*

Occidit & Celadon Mendisius,occidit Astreus.

Celadōne, es, κελαδώνη. Oppidum Locridis apud Steph. à quo Gentile, Celadoneus,a,um.

Cĕlădūsă, κελαδοῦσα. Exigua est insula maris Ægei, Delo proxima, tam angusto freto ab ea diuisa, vt catena aliquando ei fuerit annexa. Aliis nominibus Rhene,& Artemite dicitur. In hac Delij mortuos suos sepeliebant, religione scilicet prohiberi, ne quenquam in Delo humarent. Vide Thucydidem *belli Peloponnesiaci lib.*4.& Plinium *lib.*4.*c.*12. ¶ Sunt item Celadusæ,paruæ aliquot maris Adriatici insulæ,Liburniæ adiacentes:quarum meminit Plin.*lib.*4.*cap.*2.

Cĕlænæ, κελαιναί. Collis est Asiæ propriè dictæ, in quo vrbs fuit eiusdem nominis,ex qua Antiochus Soter incolas transtulit in eam,quam à nomine matris Apamiam appellauit. Autor Strab *lib.*12. Plin. verò *lib.*5.*cap.*29. Celænas easdem facit cum Apamia. Tertius(inquit) conuentus

uentus Apamiam vadit, antè appellatam Celænas. Circa hanc vrbem fluit Marsyas amnis: ibique volunt poëtæ Marsyam tibiarum cantu cum Apolline certasse. ¶ Celænas item alias collocat Plin. *lib.* 5. *c.* 32. in ea parte Asiæ, quæ Phrygiæ superiecta est, iuxta Andriam, Ancyram, & Colossas.

Celæno, κελαινώ, cum diphthongo. Fuit vna ex Harpyiis, ἀπὸ τοῦ κελαινοῦ, hoc est, à nigredine, ita appellata. Virg. 3. *Æneid.*

Vna in præcelsa consedit rupe Celæno Infelix vates.

Celeno, κελαινώ, vna ex Pleiadibus Atlantis & Pleiones nymphæ filia. cum qua Iupiter concubuit. Ouid.

——— *& te formosa Celeno,*

Maiam & Electram, Taygetamque Ioui, scilicet concubuisse ferunt. Vide infra *de Pleiadibus.*

Celātum, vide *Celo.*

Celastrus, Theophrasto, arbor est æterna frondens coma, cultura degenerans, & omnium tardissimè fructus suos perficiens: vsus eius ad baculos & scipiones accommodatus. Vide Ruell. *lib.* 1. *cap.* 63. *&* 138.

Celato, Deæ nomen. Gell. *cap.* 21. *lib.* 15.

Celebris, e, vel Celeber, is, e, quod celebratus, frequentatur & colitur: clarus, frequens, {משבח *meschubbach* נכבד *nichbadh.* ἄσημος, ἔνδοξος, περιβόητος. Gall. *Renommé, hanté.* Ital. *Famoso, celebre.* Germ. Berümpt, fürnem. Hisp. *Famoso, glorioso.* Angl. *well renowmed, honorable, much haunted.*} Cic. *de Diuin.* Nunquam illud oraculum tam celebre, tam clarum fuit. Idem *in Verrem*, Clara res est, tota Sicilia celeberrima atque notissima.

Quique minus celebres nostra procubuere manu,

Ouid. 13. *Metam.* Item *in eundem*, Cum in foro celeberrimo tanta frequentia hoc tibi obiectum esset. Idem *pro Pompeio*, Portus celeberrimus & plenissimus nauium. *Ad Heren.* Locus quæritur celebris ac desertus. Celeberrimus arte aliqua, vel in arte aliqua. Plin. *lib.* 14. *c.* 17. *&* *lib.* 8. *c.* 5. Dies celeberrimus, id est, honoratissimus. Cicer. *de Amicit.* Hoc tamen verè licet dicere, P. Scipioni ex multis diebus, quos in vita celeberrimos lætissimósque viderit, illum diem clarissimum fuisse, quum Senatu dimisso, domum reductus ad vesperam est. Celeberrimus vir, pro multorum sermone comprobato. Hermogenianus *in l. si res pupillaris. ff. de admin. tutor.* Si res pupillaris incursu latronum pereat: vel argentarius cui tutor pecuniam dederit quum fuisset celeberrimus, solidum reddere non possit, nihil eo nomine tutor præstare cogitur. Item Celebris pro celer, velox: Mart. *Epigr.* 55. *lib.* 8. Celebri fuga, pro celeri. Et celeberrimus, pro Celerrimus. Varro *c.* 20. *lib.* 1. *de re rust.* in editione Aldi.

Celĕbrĭtās, Frequentia & hominum cœtus, concursus. {קהל *kâhal* קהלה *kehilah.* πανήγυρις. Gall. *Assemblée de gens d'honneur, frequentation, grande assemblée d'hommes & de femmes.* Ital. *La frequentatione.* Germ. Ein grosse menge vnd versamlung der leuth. Hisp. *Compaña de hombres.* Angl. *A great resorte to a place.*} Cic. *ad Attic.* Odi celebritatem, fugio homines, lucem aspicere vix possum. Idem *pro domo sua*, Nullis vnquam comitiis campus Martius tanta celebritate omnis generis hominum floruit. Interdum Celebritas significat nomen, honorem & famæ claritatem. {כבוד *chabódh* שם *schémah.* δόξα. Gall. *Bonne renommée, bon bruit, bonne reputation.* Ital. *La fama, il buon nome, l'honoranza.* Germ. Berümbter nam mit herrlichem lob. Hisp. *Gloriosa fama.* Angl. *Renowme.*} Idem *pro Arch.* Hac tanta famæ celebritate quum esset absentibus notus, Romam venit Quintius, ante omnia futurus orator, cui in magna celebritate, & in media Republica viuendum est, assuescat à puero non formidare homines. Idem 3. *Offic.* Itaque nos, qui in maxima celebritate atque in oculis quondam ciuium viximus, nunc fugiens conspectum sceleratorum hominum, &c.

Cĕlĕberrĭmē, Aduerbium. Sueton. *in Tiber.* Per noctes celeberrimè acclamatum est, redde Germanicum. Dictum vt crebertimè, apud Cicer.

Cĕlĕbro, as. Frequento. {התהלך *hithhallech.* φοιτάω. Gall. *Frequenter & hanter.* Ital. *Celebrare, frequentare.* Germ. Emsig beteyn. Hisp. *Hazer muchas vezes alguna cosa, ò andar muchas vezes à vn lugar.* Angl. *To haunt.*} Varro, Cui non tam cura erat, vt templa deorum, quàm vt popinas celebraret. Liu. *lib.* 6. *d.* 4. Celebrare dixit, & paulo antè frequentare, eodem sensu. Item, Celebratus frequentia Consul, Liuius *lib.* 4. *d.* 5. Cic. 1. *de Orat.* Qu. Mutii ianua maxima quotidie ciuium frequentia celebratur. ¶ Est item Celebrare, idem quod prædicare, & illustrare. {שבח *schiabach* הלל *hillel.* ἐπαινεῖν, κλεΐειν. Gall. *Solennizer par assemblées de gens, louer & faire estime.* Ital. *Honorare, diuulgare.* Germ. Loben, rhümlich machen, Ehren. Hisp. *Diuulgar por fama y gloria.* Angl. *To make famous, to honour or worshipe.*} Cic. *pro Rab.* Hæc mira laus est, quæ non poëtarum carminibus, non annalium monumentis celebratur, sed prudentium iudicio expenditur. Ouid. *Eleg.* 4. *lib.* 4. *Trist.*

Sæpe celebrari quælibet ora facit Iupiter.

Item pro celerare. Et natiuam celebrare domum patriósque penates (i. petere). Idem *Eleg.* 8. *lib.* 4. *Trist.* ¶ Hinc celebrare laudibus, ἐπιφημίζειν, ὑμνεῖν, & virtutum celebritatem. [illegible] dicimus. ¶ Celebrare ludos est cum celebritate quadam ludos facere. Cic. 1. *Philip.* Ludi Apollinares incredibili M. Bruti honore celebrati. Celebrare conuiuia. Tibul. *lib.* 4.

Festa nec [illegible] celebrans conuiuia mensis.

Celebrare diem festum, est feriari. {חגג *chágag.* ἑορτάζειν.} Idem *in Cat.* Quapropter Quirites celebratote illos dies cum coniugibus & liberis vestris. Celebrare [illegible] genus aliquod (i. frequenter vti) Gell. *c.* 23. *lib.* 13. Hæc cito celebrate. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. (i. celerate.) Vide *Celero.* Sic, Celebrare manum festis, dixit Plaut. apud Nonium *in Lacerna ex V. L.* Vide [illegible] *ad Vet. Poet. fragm.*

Cĕlĕbrātĭo, onis, verb. {חג *chag.* ἑορτασμός. תהלה *tehillah.* ἐπιφήμισμα. Angl. *A celebration, an assemblie or compagnie.*} celebrandi actus. Cic. *ad Attic. lib.* 15. De celebratione ludorum Bruti tibi assentior. Plin. *lib.* 34. Quæ domus, quæ celebratio, quæ familiaris dignitas, quæ studia amicorum, quæ ex quoque ordine multitudo.

Cĕlĕbrātŭs, nomen ex partic. {משבח *meschubbach* נכבד *nichbâdh.* ἀοίδιμος.} Cicer. 2. *Phil.* Scio me in rebus celebratissimis sermone omnium versari.

Celebratior, id est, celebrior. Ouid. 6. *Fast.*

Nomine, quàm pretio celebratior ara.

Sueton. *in August. cap.* 18. Quóque Actiacæ victoriæ memoria celebratior & in posterum esset. Gell. *cap.* 2. *lib.* 7. Celebratissima commentaria.

Cĕlĕbrēsco, celebris fio. {ἀδοξέω. Angl. *To waxe famous an renowmed.*} Accius, Et qualiscunque arma celebrescat tua. Ex Nonio.

Celegeri, Mœsiæ, quæ Pannoniæ iungitur, populi. Autor Plin. *lib.* 4. *c.* 36. *in descriptione Mœsi.*

Cĕlendĕræ, arum, oppidum Ciliciæ, cum portu eiusdem nominis apud Strabonem *lib.* 14. & Pomponium Melam *lib.* 1. *in Cilicia descriptione.* Lucan. *lib.* 8.

——— *sequitur pars magna senatus*

Ad profugum collecta ducem, paruísque Celendris,

Quo portu mittit que rates, recipitque Selinus.

Celeia, Norici oppidum, Plin. *lib.* 4. *c.* 24. Vulgò *Cilla.*

Cĕlĕr, is, Velox, incitatus, volucer. Vnde & quis dicatur celer Plutarch. *in Rom.* {מהיר *mahir.* Gall. *Viste, soudain, leger.* Ital. *Presto, veloce.* Germ. Schnell, geschwind, behend. Hisp. *Ligero.* Angl. *Quicke swift and spedie, nimble.*} Cic. *ad Octauium*, O miseram & in breui tam celerem, & tam variam Reip. commutationem. Hor. *lib.* 1. *epist.*

Oderunt hilarem tristes, tristémque iocosi,

Sedatum celeres: agilem gnauúmque remissi.

Cogitatione celer, Velleius. Cursu celeri equi. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 5. Celerémque sagittam. Tib. *lib.* 4.

——— *Equum celerem arcto compescere freno.*

¶ Hinc celerrimus superlatiuum: pro quo vetustissimi dicebant Celerissimus. Manilius *in Iliade* apud Prisc. Celerissimus aduolat Hector. Celeres dicebantur milites CCC. quos Romulus ad custodiam corporis sui delegerat, à celeritate dicti, quòd pro belli necessitate, tum equites, tum pedites expediti pugnabant. Cas. *in l.* 2. *ff. de orig. iur.* Festus ait ita dictos fuisse olim equites.

Cĕlĕrĭuscŭlus, a, um, Aliquantum celer. {Angl. *Somewhat swifte and quicke.*}

Cĕlĕro, as, Celeriter aliquid facio, celeritate vtor. {מהר *mihér.* ταχύνω. Gall. *Haster, auancer.* Ital. *Far presto, affrettare.* Germ. Etwas schnell thun, eylen. Hisp. *Presto y ligeramente traer.* Angl. *To haste, to spede.*} Virg. 9. *Æneid.*

Tum celerare fugam, patriáque excedere suadet.

Idem 8. *Æneid.*

Ergo iter inceptum celerant rumore secundo.

¶ Hinc Accelero compositum de quo suprà suo loco.

Cĕlĕrĭtās, tis, Velocitas. {מהרה *meherah.* ταχύτης. Gall. *Legereté, vitesse, soudaineté.* Ital. *Prestezza, velocita.* Germ. Schnelle, Behendigkeit. Hisp. *Ligereza.* Angl. *Quicknesse, spede, swiftenesse.*} Cic. 7. *Ver.* Hæc centuripina nauis erat incredibili celeritate. Idem 1. *Acad.* In pedibus celeritatem, in manibus vim ponebant. ¶ Celeritas in malis optima. Sophocles *in Antigone*, [Greek], id est, Vrgentibus malis celeritas optima est. Nihil enim molestius, quàm diu animo discruciari.

Cĕlĕrĭtūdo, Celeritas. Varr. 3. *de re rustic.* Lucius Ælius putabat dictum leporem à celeritudine, quod leuipes esset. {Angl. *Quicknesse speede.*}

Cĕlĕrĭpēs, edis, qui leuis est pedibus. {ὠκύπους. Gall. *Leger du pied.* Ital. *Veloce.* Germ. Schnell zu fuß, ringfertig. Hisp. *Cosa que tiene ligeros los pies.* Angl. *Light and nimble footed.*} Cic. *ad Attic. lib.* 9. Venit autem eo ipso die ille celeripes quem Saluius dixerat.

Celerè, aduerb. Diom. *lib.* 1. & Plaut. *Capt. sc.* 2. *a.* 2. Quàm citissimè potest, tam hoc celerè ac factum volo. Idem Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 1. Celerè pro celeriter, subitò, properè, Celerè obiectum negotium.

Cĕlĕrĭtĕr, celerius, celerrimè aduerb. Velociter. {במהרה *bimherah.* ταχέως. Gall. *Vistement, legerement, soudainement.* Ital. *Velocemente.* Germ. Schnell, flugs, geschwind. Hisp. *Prestamente, ligeramente.* Angl. *Quickelie, swiftelie, spedelie.*} Cæsar *lib.* 5. *de bel. Gall.* Illi imperata celeriter fecerunt. Celeriter mihi hoc homine conuento est opus. Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 1. Celeriter absumpsi (rem) inquit amator. *Ibid. sc.* 2. *a.* 5. Cic. *de finib.* Celerrimèque multa simul agitantem.

Cĕlĕrantĕr, idem quod celeriter, Accius apud Nonium, Sed quis est, qui matutinum cursum huc celeranter capit.

Cĕlĕrātim, aliud aduerbium, pro celeriter. Sisen. *hist. lib.* 5. vt citat Nonius, Quo magis celeratim poterat in insidiis suos disponit.

Celer, κέλης, Romuli præfectus. Ouid. 4. *Fastorum*,

Hæc Celer vrget opus, quem Romulus ipse vocarat,

Sintque, Celer, cura dixerat ista tua. Budæus.

Celerini, Citerioris Hispaniæ populi sunt, supra Braccaras & Gronios: quorum Ager Auo fluuio irrigatur, vt indicat Ptolem. *lib.* 2. *cap.* 6. & Pomp. *lib.* 3.

Cĕlētēs, κέλητες. Vocantur equi, qui ad cursum soli adhibentur, sine bigis, vel quadrigis. {Angl. *Poiles, horses for running.*} Latinè dicuntur Desultorii, quod ex his facile desiliatur. Plin. *lib.* 34. *cap.* 5. videtur Celetas posuisse pro Patuis equestribus. Equestres (inquit) statuæ Romanam celebrationem habent, orto sine dubio à Græcis exemplo. Sed illi celetas tantum dicebant in sacris victores: postea verò & qui bigis & quadrigis vicissent. ¶ Celetes item dicebantur nauigia actuaria, quæ vnico remorum ordine agebantur, Latini Celoces appellabant.

Celetizontes, κελητίζοντες, à Græcis dicuntur equitantes, & equum celerem regentes. Qua voce vsus est & Plin. *lib.* 34. *c.* 8. Hegiæ, inquit, Minerua Pyrrhúsque rex laudatur, & celetizontes pueri.

Celæthi, κελαιθοί, populi Thesprotiæ, vicini Thessaliæ, Steph.

Celæna, Locus Campaniæ, Iunoni sacer.

Celæthra, κελαίθρα, vrbs Bœotiæ propè Arnen à Celæthro quodam. Stephan.

Celeus, duarum syllabarum, κελεός, Rex erat Eleusinæ, pater Triptolemi,

cui

cui Ceres, quid esset ab illo excepta hospitio, commonstrauit omnem agriculturæ rationem. Hinc locus factus prouerbio, Celei supellex, pro vili & rusticana supellectile. Virg. 1. *Georg.*

Virgea præterea Celei vilisque supellex.

Ouid. item *lib.* 4. *Fast.* Plaut. cum vocat Celionem: quasi, inquit, supellex Celionis.

Celeusma, {הידד *hedhâdh.* κέλευσμα. Gall. *Cry de plusieurs personnes, chant des mariniers.* Ital. *Grido vnito di piu persone.* Germ. Das zusammen schreyen wan mann einander ermanet etwas zuthun. Hisp. *Canto de marineros.* Angl. *A shouting or crie of shipmen.*} Clamor nautarum & aliorum, quum vno aliquid iubente, omnes vniformiter respondent, quasi sibi inuicem iubentes. Mart. *lib.* 3.

Quorum per vada tarda nauigantes
Lentos fingitis ad celeusma remos.

De eo clamore Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist.*

Quique refert pariter lentos ad pectora remos
In numerum pulsa brachia versat aqua.

Celeustes, celeustæ, masc. gen. κελευστής, qui remiges hortatur, quasi nauigationis moderator: qui a Plauto Latine Hortator appellatur, quòd ea hortamenta faciat, quæ verbo Græco Celeusmata dicuntur etiam à Latinis. Budæus.

Celia, potus ex frugibus confectus, qui Hispanis præcipuè in vsu erat, sicut Ceruisia Gallis. Plin. *lib.* 22. *cap. vlt.* ¶ Est item Celia Apuliæ oppidum, in tractu Peucetiorum, non procul ab Egnatia, cuius meminit Strab. *lib.* 6. & Ptolem. *lib.* 3. *cap.* 12. Vulgò *Celia in terra de Barri.*

Celibaris, hasta est gladiatoris quæ in capite mortui stetit, quâ in Græcia olim noua nupta sisymbrio prius coronata caput comere, frontémque & capillus discriminare solebat, quòd inde fortes se vires geniturum ominaretur, aut quòd sponsi disciplinæ se subditam fateretur.

Cella, dicta est, quòd in ea celentur, quæ esse volumus occulta. {אוצר *otsâr.* Gall. *Celier, gardemanger, despense, chambre.* Ital. *Cella, guardaroba, dispensa, camera.* Germ. Ein keller, ein speyßkammer. Hisp. *La celda o camara de bodega.* Angl. *A buttrie, or storehouse.*} Græci ἀποθήκην dicunt, in qua res esculentæ, & poculentæ reponuntur: quamuis propriè ἀποθήκη cella vinaria sit. Cic. *Att. lib.* 14. Atticam meam gratias mihi agere de matre gaudeo: cui quidem ego totam villam, cellámque tradidi. Capit autem Cella significationem, pro ratione adiectiuorum, quæ illi iunguntur: vt, Cella vinaria, οἰνών: Cella olearia, ἐλαιών: Cella farinaria, Cella pomaria, Cella lignaria, Cella libraria, Cella casearia. Denique omnis locus, in quo quid reponitur, Cella dicitur. Cic. *de Senect.* Semper enim boni assiduique domini referta est cella vinaria, olearia, mellaria, & pomaria. Plaut. *in Amph.* Inde quasi e promptuaria cella depromam ad flagitum. Suet. *in Calig. c.* 57. Cella palatina Atriensis tacta de cœlo. Sen. *c.* 8. *de Tranquill.* Cella laxior, &c. Cellas refregit omnes, reclusitque armarium. Plaut. *Capt. sc.* 3. *a.* 4. Terent. *in Adelph.* Nam me in cellam aliquam cum illa concludam. Virg. item 4. *Georg.* fauorum cauernas Cellas vocauit, quum ait,

——— *Distendunt nectare cellas.*

κυψέλας. ¶ Item loca in quibus lauamur, aut vngimur in balneis, Cellæ dicuntur. Vnde Caldariam cellam, frigidariam & tepidariam dicimus. ¶ Cella item pars templi erat sacratior, in quam ingredi cuiuis fas non erat, ἄδυτον. Vnde apud Gell. legitur, Scipionem in Capitolium spe venisse, iussisséque cellam Iouis aperiri, ibique solum demoratum fuisse. Liu. *lib.* 5. In cella Iouis optimi Maximi habitaret exul.

Cellula, æ, diminutiuum à cella. {τὸ μικρὸν ταμεῖον, οἰκίσκος. Angl. *A litle buttrie.*} Ter. *in Eunuch.* Quum in cellulam ad te patris penum omne congerebam clanculum. Col. *lib.* 8. *cap.* 9. Receptacula non tantum columbis loculamenta, vel cellulæ cauatæ efficiuntur.

Cellaria, locus vbi conditur vinum. {אוצר יין *otsar iaiin* οἰνών. Gall. *Celier.* Ital. *Cantina, canena del vino.* Germ. Ein weinkeller. Hisp. *Cilla para vino.* Angl. *A celler.*} Plaut. *in Milit.* Ego eniciar cellaria. ¶ Et cellaria, סכנת *sochéneth.* ταμία Homero. Quæ præest cellæ. Plaut. *in Milit.* Iampridem quia nihil abstulerit, succenset cellaria. {Gall. *Despensiere, qui à la charge du boire & du manger.* Ital. *Donna che garda la dispensa.* Germ. Ein kellerin. Hisp. *Despensera, botillera.*}

Cellarius & cellerarius, qui in cella præpositus est penui promendo, vel condendo. {סכן *sochen* ταμίας. Gall. *Despensier, maistre d'hostel, qui a la charge du boire & du manger.* Ital. *Preposito alla mensa, dispensiere.* Germ. Ein kellermeister, speyßmeister. Hisp. *El cillero, botillero.* Angl. *The steward, that ruleth the celler.*} Col. Vt cibus & potus sine fraude à cellarius præbeatur. Plaut. *in Capt. sc.* 1. *a.* 4. Prome quoduis, te facio cellarium. ¶ Hunc etiam Promum condum appellabant. Idem *in Ps.* Promus & condus sum procurator peni. Auson. Promusque quam condus magis. Cellarius tardi, interpres Persii *satyr.* 6.

Cellarium, ij, Cella, repositorium. {אסם *asam* אוצר *otsâr.* ταμεῖον. Gall. *Celier.* Ital. *Ripostiglio.* Germ. Ein keller oder speyßkammer. Hisp. *Cilla.* Angl. *A buttrie, a cellar.*} Videtur ea figura dici, qua Granarium, Penarium. ¶ Hanc & Cellam promptuariam seu promptuarium appellant, in quo conduntur, & ex quo promuntur ad victum necessaria. Plin. *lib.* 36. *c.* 15. Quorum agri quoque minorem modum obtinuere, quam istorum cellaria. Item & Penarium, & Penuaria, seu penaria cella à penu nuncupatur. Cic. *in Verr.* M. Cato sapiens cellam penuariam Reipublicæ nostræ, nutricem plebis Romanæ, Siciliam nominauit. Huius diminutiuum est Cellariolum.

Cellaris, e, adiectiuum, à ταμεῖον. vt, Columbi cellares. Col. *lib.* 8. *cap.* 8. Hac eadem ratione palumbos, columbosque cellares pinguissimos facere contingit.

Celliotæ, ministri interioris conclauis Imperatoris ac Despotarum: item Monachi. Gloss. gr. b. Meursii.

Celmus, κέλμος, Nutritius fuit Iouis, quem & paruulus adhuc Iupiter plurimum amauit. Cæterùm quum aliquando mortalem esse Iouem dixisset, Iupiter iniuriæ memor, quum expulso Saturno rerum iam potiretur, in adamantem lapidem commutauit illum. Ouid. 4. *Met.*

Et quo me quondam adamas quondam fidissime paruo
Celmne Ioui.

Ab hoc ductum Adagium, Celmus in ferro, κέλμις ἐν σιδήρῳ. Dici conuenit de iis, qui præter modum suis fiderent viribus: tanquam inexpugnabiles in actione cæteris.

Cello, is, sine diphthongo, Antiquissimis in vsu fuit pro cedo: nunc compositis tantum vtimur, Excello, & Præcello, quæ significant Excedo, & antecedo. Vide in dictione *Cello.*

Celo, as, Abscondo, clam habeo, {עלם *Salám* סתר *sethár* כסה *chissâh.* ἀποκρύπτειν, ἀποκρύπτω. Gall. *Cacher, celer, tenir secret.* Ital. *Ascondere, coprire.* Germ. Verbergen, heimlich halten, verhelen. Hisp. *Encubrir, o esconder.* Angl. *To hide, to keep close and secret.*} Non potest celare, rem nouit probè, Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 4. Celo sedulò omnes ne sciant. Idem *Aul. sc.* 2. *a.* 1. Quod celatum atque occultatum vsque adhuc. *Ibid. sc.* 5. *a.* 1. Cur hæc celata me sunt? Idem *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Construitur modò cum vno duntaxat accus. Cic. 1. *de natura deor.* Nec tu me celas, vt Pythagoras solebat alienos. Lactant. *lib.* 5. Verúmne profitebitur fugitiuum se, vel pestilentem domum vendere, an celabit emptorem? ¶ Modò cum duobus. Plaut. *in Bacch.* Ædepol, fecisti furtum ætati malum, quum isthæc flagitia me celauisti, & patrem. Eodem modo Græci ἀποκρύπτειν τε τὸ ἀποκρύπτειν. ¶ Interdum loco vnius accusatiui habet datiuum. Terent. *in Phormione*, Si hoc celetur patri, in metu sum. ¶ Modò cum ablatiuo, mediante præpositione. Cic. *Trebatio*, Sed Balbus noster me de hoc libro celauit. ¶ At quum passiuè ponitur, res, siue persona, quam quis aliquem celauit, ponitur in nominatiuo. Terent. *in Eunucho*, Vbi est, diu celari non potest.

Celatus, particip. Occultatus, Absconsus. {נעלם *neelám* מכסה *mechusséh.* ἀποκεκρυμμένος. Gall. *Caché, celé.* Ital. *Nascosto.* Germ. Verborgen. Hisp. *Escondido, encubrido.* Angl. *Hidde, kepen close.*} Terent. *in Andr.* Ibi tum exanimatus Pamphilus bene dissimulatum amorem & celatum indicat. Cicer. *pro Cluentio*, Non est profectò de illo veneno celata mater: nihil est ab Oppiano sine consilio mulieris cogitatum.

Celatim, aduerb. Clàm, occultè. {בסתר *besêther.* κρύφα. Gall. *Secretement, couuertement en cachette.* Ital. *Ascosamente, celamente.* Germ. Verborgenlich, heimlicher weyß. Hisp. *Escondidamente.* Angl. *Secretlie, quietlie.*} Gel. *lib.* 12. *cap.* 15. Sisennam citans *lib.* 6. *Historiarum*, Quàm maximè celatim poterat, in insidiis duo disponit.

Celones, quas Græci κέλητας vocant, i. e. veloces biremes vel triremes agiles, & ad ministerium classis aptæ. Ennius,

Labitur vncta carina per æquora cana celonis. lege celocis. Isid.

Celox, Nauigij exigui genus fuit, quod vno remorum ordine agebatur, à celeritate nomen habens. {κέλης, κελήτιον. Angl. *A brigantine.*} Plaut. *in Asin. sc.* 1. *act.* 2. Quò hanc celocem conferam? Apul. *lib. de Republ.* Qui celocem regere nequit, onerariam petit. Eam Rhodij inuenerunt. Vnde onustam Celocem te agere prædicem? Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 5.

Celcenses, populi sunt citerioris Hispaniæ, apud Plin. *lib.* 3. *c.* 3.

Celsus, Plagiarius fuit Horatij temporibus, qui veterum poëtarum scripta suppilabat: quem sic notat *lib.* 1. *Epistol.* ad Iulium Florum scribens,

Quid mihi Celsus agit monitus, multúmque monendus
Priuatas vt quærat opes, & tangere vitet
Scripta Palatinus quæcunque recepit Apollo:
Ne, si fortè suas repetitum venerit olim
Grex auium plumas, moueat cornicula risum
Furtiuis nudata coloribus.

¶ Fuit & Cornelius Celsus, variæ eruditionis nomine à Quintiliano commendatus: qui & Rhetoricam multo quàm antea diligentiùs explicauit, & de re militari diligentissimè scripsit, nullúmque penè disciplinæ genus intactum reliquit: ex quibus ad nostra tempora nihil peruenit præter octo elegantissimos de re medica libros, qui omnium manibus teruntur.

Celsus, a, um, Altus, sublimis, excellens, elatus, excelsus. {רם *ram* גבוה *ghabóah.* ὑψηλός. Gall. *Haut, esleué.* Ital. *Alto, sublime, excellente.* Germ. Hoch. Hisp. *Cosa alta.* Angl. *High.*} Plin. *lib.* 13. *c.* 28. Firmiores, celsioresque infantes fore. Cic. 2. *de nat. deor.* Quæ primum eos humo excitatos, celsos, & rectos constituit. Deduci autem quidam volunt hoc nomen à Cello antiquo verbo. Festus à Græco κέλης, quòd qui equo vehuntur, sublimes sint.

Celsitudo, inis, pro excellentia. {מרום *marôm* רמה *ramáh.* ὑπεροχή. Gall. *Hauteur, esleuement.* Ital. *Excellenza, grandezza d'animo.* Germ. Hochheit. Hisp. *Alteza o grandeza de animo.* Angl. *Highnesse, excellencie.*} Valla *in Herodoto.*

Celsitas, atis, Altitudo, excelsitas, elatio, ὑπεροχή. Cic. *in Officijs*, Celsitas animi & magnitudo.

Celtæ, κελτοί, populi Galliæ Comatæ, inter Garumnam & Sequanam fluuios, ita dicti à Celto Polyphemi filio, si Appiano credimus. Pomponius Mela *lib.* 3. Populorum Comatæ Galliæ tria summa nomina sunt: terminanturque fluuiis ingentibus. Nam à Pyrenæo ad Garumnam Aquitani, ab eo ad Sequanam Celtæ: inde ad Rhenum pertinent Belgæ. ¶ A Celtis etiam Celtiberi Hispaniæ populi originem traxisse creduntur, qui quum venissent ad Iberum Hispaniæ flumium, ibique consedissent, assumpto ad nomen suum fluuii nomine, iuxta quem consederant, Celtiberi, κελτίβηρες dicti sunt: & regio eorum Celtiberia: vulgò *Aragon.* Lucan. *lib.* 3.

——— *profugique à gente vetusta*
Gallorum Celtæ miscentes nomen Iberi.

Celte, in veteri inscript. apud Brisson. *in form.* Malleolo aut Celte literatus silex.

Celtibericus, a, um, κελτιβηρικός. Nomen possessiuum: vt, Bellum Celtibericum.

Celticia, oppidum est Hispaniæ Bæticæ, in conuentu Hispalensi, vt scribit Plin. *lib.* 3. *cap.* 1.

Celtica, κελτική, tertia pars Galliæ Comatæ, inter Sequanam & Garumnam fluuios sita. Plin *lib.* 4 *cap.* 17. Gallia, inquit, Comata vno nomine appellata in tria populorum genera diuiditur, amnibus maximè distincta.

ftincta. A Scalde ad Sequanam, Belgica, ab eo ad Garumnam, Celtica, eadémque Lugdunensis. Inde ad Pyrenæi montis excursum Aquitania, Aremorica antè dicta.

Celtícum, promontorium est Hispaniæ citerioris in Gallicorum tractu in Oceanum, Occidentem versùs, quàm longissimè excurrens: idem cum eo, quod Ptolemæus Nerium, & Vulgus nautarum hodie *Finem terræ* appellat. Vide Pomp. Melam *lib.* 3.

Cĕltis, est arbor insignis, magnitudine pyri, in Africa, & potissimum circa Syrtes nascens, quæ Lotos appellatur, λωτὸς. Incisuræ in foliis crebriores, alioqui ilicis viderentur: fructui magnitudo fabæ, color croci. Tam dulcis ibi cibus est, vt nomen etiam genti terræque dederit. Siquidem Lotophagi nominantur. Plin. *lib.* 13. *cap.* 17. Loti sylvestris inodori genus, cui flores lutei sunt specie columbarum ingluuiem repræsentantes. {Angl. *A chesill.*}

Celydrus, lege *Chelydrus.*

Cema, Narbonensis prouinciæ fluuius, ex Alpium monte Cemeno profusus. Plin. *lib.* 3. *cap.* 4.

Cemeliarcha est quem vulgo Sacristam appellamus, inde Cemelion est vas aureum, siue velum, & quicquid est in vestiario (id est, cubiculo) pretiosum.

[Cemelion, vas aureum, seu velum pretiosum seruandis vasis templi. Cerda. ¶ Est &] oppidum Liguriæ, non procul à portu Herculis Monœci: cuius meminit Plin. *lib.* 3. *c.* 5.

Cĕmĕnus, κέμμενον ὄρος, mons Narbonensis Galliæ, non procul à Varo fluuio, ex quo Cema amnis profunditur: vnde & monti nomen factum videtur. Vide Plin. *lib.* 3. *cap.* 4.

Cĕmŭs, κεμός. Herba est apud Plin. *cap.* 27. *lib.* 8. cuius descriptionem se idcirco prætermittere ait, quòd solis in amatoriis vsum habeat. Dioscor. *lib.* 4. eandem esse ostendit cum leontopodio. ¶ Cemus autem videtur appellata ex floris, siue calycis figura: quoniam pyxidicula Athenis ita nominabatur, per quam suffragia in subiectum vasculum, quod Cadiscum vocabant, demitti consueuerant. Vide Ruell. *lib.* 3. *cap.* 130.

Cenchreæ, arum, κεγχρεῖαι. Portus est Corinthiorum, ad sinum Saronicum, quemadmodum Lecheæ alter portus ad sinum Crissæum, siue Corinthiacum. Spatium autem inter duos hosce portus medium, Isthmus appellatur. Plin. *c.* 4. *lib.* 4. Angustiæ, vnde procedit Peloponnesus, Isthmos appellatur. In eo loco irrumpentia è diuerso, quæ dicta sunt maria, omnem ibi latitudinem vorant, donec contrario incursu æquorum tantorum, in quinque M. pass. interuallo, exesis vtrinque lateribus, angusta ceruice Peloponnesum contingat Hellas. Corinthiacus hinc, illinc Saronicus appellatur sinus. Lecheæ hinc, Cenchreæ illinc angustiarum termini longo & ancipiti nauium ambitu, quas magnitudo plaustris transuehi prohibet. Ouid. *El.* 9. *lib.* 1.

Illa Corinthiacis mihi cognita Cenchreis.

Cenchramides, κεγχραμίδες. Ficorum grana, ita dicta à milij similitudine quod Græci κέγχρον vocant. Plin. *lib.* 15. *c.* 19. frumenta appellat. Ficis mollis omnibus tactus: maturis frumenta intus.

Cĕnchrĭs, idis, κεγχρὶς. Auis ex accipitrum genere, quam Aristotel. *lib.* 6. *de Animal.* solum ex adunco genere, quaterna, & eo plura oua parere dicit. Plin. *lib.* 29. *cap.* 6. Turturis fimum albugines extenuat: item cochlearum cinis, fimum cenchridis. Dicta Cenchris, quasi miliaria, Latini à tinnitu vocis Tinniculum appellant. ¶ Est item Cenchris serpens maculis plena, Thebano marmori similis. Lucanus *lib.* 9. Et semper recto lapsurus limite cenchris, Pluribus ille notis variatam tingitur aluum. Plin. *lib.* 20. *cap.* 22. Serpillum aduersùs serpentes efficax, maximè cenchrin, & scolopendras.

Cĕnchrītēs, κεγχρίτης: Gemmæ species, quæ veluti sparsis milij granis distincta videtur. Plin. *lib.* 37. *c.* 11.

Cenchrius, κέγχριος. Fluuius est Ioniæ non procul ab Epheso, lucum Ortygiam irrigans, vbi Latona Dianam & Apollinem creditur peperisse. Tacit. *lib.* 3. de Ephesiorum legationibus ad senatum missis. Primum, inquit, omnium Ephesi adière, memorantes, non vt vulgus crederet, Dianam atque Apollinem Delo genitos, esse apud se Cenchrium amnem, lucum Ortygiam, vbi Latonam partu grauidam, & oleæ, quæ tum etiam manet, adnisam, edidisse numina, deorúmque monitu sacratum nemus.

Cenchrŏn, Adamantis genus est, quod sit milij magnitudine. κέγχρος enim milium dicitur. Plin. *lib.* 37. *c.* 4

Cenæum, vide *Canæum.*

Cenæus, vide *Canæus,*

Cenina, Latij oppidum fuit, à Romulo deletum: cuius meminit Plin. *lib.* 9. *c.* 5. rectiùs Cænina.

[Cenoma, vacuum. Tertull.]

Cenomani, κενομανοί, fuerunt populi Galliæ Cisalpinæ, teste Plin. *lib.* 3. *c.* 19. quorum caput Brixia fuit. ¶ Sunt etiam Galliæ Celticæ populi. Andegauis finitimi: quorum etiam meminit Plin. *lib.* 4. *cap.* 18. Vulgò, *Les Manceaux,* & regio ipsa Cenomania. Vulgo *Le Maine.*

Cĕnotaphium. {κενοτάφιον. Gall. *Vne representation de sepulchre, vn sepulchre, ou il n'y a rien dedans, mais seulement sert de memoire.* Ital. *Sepolchro, auello, deposito vacuo.* Germ. Ein lårr grab. Hisp. *Sepulchro vazio y vano.* Angl. *An her so sett vpon a solemne buriall.*} Vacuum sepulchrum. κενὸς enim vacuus dicitur, & τάφος sepulchrum: à θάπτω sepelire. Est enim vt capsa, quæ ponitur in templo in exequiis mortuorum. Virg. 3. *Æneid.* describit Cenotaphium sic:

Solennes tum forte dapes, & tristia dona
Libabat cineri Andromache, manésque vocabat.
Hectoreum ad tumulum, viridi quem cespite inanem
Et geminas, causam lacrymis, sacrauerat aras.

Quo loco Seruius tumulum inanem cenotaphium esse dicit. Cenotaphiorum autem vsum adinuenit superstitiosa veterum opinio, qui credebant defunctorum animas, si honore sepulchri carerent, Stygiam paludem tranare non posse. Vnde à sacerdotibus inuentum est exequiarum genus, quod Terræ iniectionem vocabant: vt etiam iis, qui naufragio perijssent, aut quorum corpora haberi non possent, Iusta persoluerentur. Tumulum itaque ex cespitibus, aut alia materia congerebant, vbi absente defuncti cadauere, tanquam præsente, solenni quodam ritu exequiæ peragebantur. Huiusmodi autem sepulchrum, in quod nullæ illatæ erant reliquiæ, Cenotaphium, hoc est, inane sepulchrum vocabatur. Suetonius honorarium tumulum appellat, *in Claudio.* Cæterùm, inquit, exercitus honorarium ei tumulum excitauit, circa quem deinceps stato die quotannis miles decurreret, Galliarúmque ciuitates publice supplicarent. Quibus verbis significat cenotaphium Druso in Germania extructum, quum corpus eius Romam deuectum esset. Sic vocari possunt hodie, quas *repræsentationes* in anniuersariis exequiis vocamus. Budæus. Vlpianus *l. vel quod. ff. de religiosis & sumptibus fun.* Si adhuc monumentum (inquit) purum est, poterit quis hoc & vendere & donare: si cenotaphium sit, posse hoc venire dicendum est, nec enim hoc esse religiosum Diui fratres rescripserunt.

Cēnseo, es, ui, um, Existimo, puto, arbitror. {חשב chaschab דן dā דם cham. ἡγέομαι, νομίζω. Gall. *Penser, estimer, opiner, estre d'aduis.* Ital. *Stimare, pensare, giudicare.* Germ. Schetzen/ achten/ meinen. Hisp. *Estimar, iuzgar ò pensar.* Angl. *To thinke, esteme iudge.*} Terent. *in Eunuch.* Censent posse me obfirmare, &c. Liu. *lib.* 6. *bell. Pun.* Censent eò venturum obuiam Pœnum. Omnes cinædos esse censes tu quia es? Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 3. Censetur hoc verbum Græcæ linguæ origine. Gell. *cap.* 13. *lib.* 19. Auscultemus quid agat. Sanè censeo. Plaut. *Curc. sc.* 2. *a.* 2. *& Pseud. sc.* 2. *a.* 2. Non præcepit & censuit, sed suasit. Gell. *c.* 29. *lib.* 2. Esse herilem concubinam censui, i. putaui. Plaut. *Merc. sc.* 6. *a.* 2. Lex & Plebiscitum censentur rogationis nomine. Gell. *c.* 20. *lib.* 10. Vos qui potestis vestra ope censerier, i. diuites. Plaut. *Capt. prolego.* Censeri sanguine & censeri laude. Iuuenal. *Satyr.* 8. Quæcunque censueritis, i. suffragiis vestris iusseritis. Liu. *lib.* 34. Quo quisque censetur, i. in pretio habetur. Senec. *Epist.* 77. & *Epist.* 88. Virtus suo ære censetur. Censendum magis quàm assentiendum. Suet. *August. cap.* 35. Lex censuit censendo. Liuius *lib.* 3. *d.* 3. Item constituere, deliberare, sententiam dicere, ἀποφαίνεσθαι γνώμην. Nam senator censet, quum sententiam dicit de eo, quod sibi videtur: assentitur, quum alienum approbat. Cic. *in Catil.* Quid senatus censuerit, exponam. Idem *pro Flacco,* Cuius patrem armis pellendum à suis mœnibus censuissent. ¶ Item Censere, succensere significat. Varr. Ne vobis censeam, si ad me referretis. ¶ Est item Censere, facultates æstimare, & in censum redigere: quod quinto quoque anno Censores Romæ facere solebant. Cic. *de Legib.* Censores populi, ciuitatis soboles, familias, pecuniásque censento. ¶ Item censere sua bona, idem est aliquando, quod profiteri apud Censores. Idem *pro Flacco,* In qua tribu denique ista prædia censuisti? loquitur enim non de Censore, qui censere ciuium facultates solebat: sed de Deciano quodam, qui apud Censorem quum census ageretur, sua prædia profitebatur. ¶ Est etiam Censeor deponens, idem significans quod profiteri, & sua bona censere. Idem *ibidem,* Verùm esto: gloriosus fuisti: voluisti magnum agri numerum censeri. Et *paulò post,* Census es præterea numeratæ pecuniæ centum tria millia, &c. Census es mancipia Amyntæ. *Ibidem,* Ac primò pertimuit quum te audisset seruos suos esse censum. ¶ Composita à Censeo sunt, Accenseo, Percenseo, Recenseo, Succenseo.

Cēnsŭlis, adiect. vt Censui agri, qui emi & venire iure ciuili poterant. Festus.

Censio, nis, Castigatio. {ענש hanesch מוסר mùsar. ἔμμονος. Gall. *Punition & reformation, estimation & taxe.* Ital. *Castigatione, correttione.* Germ. Ein straff. Hisp. *Castigamiento y corregimiento.* Angl. *Chastisement, punishment.*} Vnde censionem facere dicebantur Censores, quum mulctam cuipiam irrogabant, vel equiti equum adimebant, vel senatorem senatu mouebant, vel quempiam ex plebe ærarium faciebant. Plaut. *in Rud.* Assume quidem, ne censionem semper facias. Censio serui] Tullij. Gellius *cap.* 28. *lib.* 10. Censio hastaria vocabatur, quum militi mulctæ nomine, ob delictum militare indicebatur vt hastas daret.

Cēnsitio, nis, idem est quod census impositio. Spartianus *in Nigro.* Idem Palæstinis rogantibus, vt eorum censitio leuaretur, idcirco quòd esset grauata, respondit, Vos terras vestras leuari censitione vultis, ego verò etiam aërem vestrum censere vellem.

Censitor, is, verb. ab antiquo verbo *Censio, is,* quartæ declinationis, idem quod censor. Vlp. *in l. forma. §. illam æquitatem ff. de censib.* Illam æquitatem debet admittere censitor, vt officio eius congruat.

Cēnsor, is, qui censuram gerit, præfectus morum. {מתחכם methachelim מחקבין methkabbin מוכיח mochiach ספר sophér. τιμητὴς. Gall. *Censeur, vn reformateur de meurs & de la police.* Ital. *Censore, corregitore.* Germ. Ein schetzer/ ein straffer. Hisp. *El juez de los censos y costumbres, corregidor.* Angl. *A reformer, or correcter of maners.*} Censores magistri morum erant, à censendo, i. arbitrando dicti, quòd illis summum arbitrium esset de ciuium moribus castigandis. Vel à censu, quòd quinto quoque anno populi Romani censum agerent. Varr. Censor ad cuius censionem, i. arbitrium censeretur populus. Cic. 3. *de leg. ex Lege xij. tab.* Censores populi æuitates, soboles, familias, pecuniásque censento: vrbis templa, vias, aquas, ærarium, vectigalia tuento. Fest. Censores dicti, quod quisque tanti sua æstimaret, quantum illi censuissent: quod non absurdum videtur, quia & rerum & morum censores erant. Vide Plut. *in Æmilio,* Censura maximæ omnium magistratuum reuerentiæ plurimæ potestatis, tum in aliis rebus, tum maxime ad morum emendationem. Nam senatores è senatu remouere potest, equitibus equos adimere, ex plebeis ærarios facere, notare infamia, censum agere, lustrum condere. Erant autem duo Censores, qui quinto quoque anno creabantur. Vide autem Titum Liuium *lib.* 4. *d.* 1. vbi docet Censores ab agendo populi censu nomen fuisse sortitos. Censores non erant Collegæ consulum. Gell. *cap.* 14. *lib.* 13. Censores iurare cogebant an vxorem liberorum quærendorum causa quis haberet. Idem *c.* 3. *lib.* 4. Censor principem senatus legebat. Idem *cap.* 10 *lib.* 4. Censorum erat officium, & censorium opus ne ager, aut equus negligeretur. Idem *cap.* 12. *lib.* 4. Censores obesis equos adimebant. Idem *c.* 22. *lib.* 7. de censorum officio. Vide Plut. *in Cat.* & Cens. *in Paul. Æmilio.*

Cēnsōrĭus, ad hominem relatum, cum significat, qui aliquando censura fuerit functus, τιμητικὸς, quemadmodum Consularem, & Prætorium vocamus, qui aliquando aut consulatum gesserit, aut Præturam. Cic. 1.

de Orat. Quid enim poterit dicere? Consularem se esse hominem & Censorium & *paulo post*, Id autem committere, vide quàm homini Censorio conueniat. ¶ Dicitur de aliis rebus omnibus, quæ ad Censores pertinent, quæque Censorum sunt. Censorium dictum, quod est censoris, seu quod ad censorem pertinet, & Censoria virgula. Quint. *lib.* 1. *c.* 5 Veteres Grammatici non versus modò censoria quadam virgula notare: sed & libros, qui viderentur falsò inscripti, tanquam subditos submouere familia permiserunt sibi, &c. ¶ Censorium non est. Cic. *pro Cluent.* Hominum delictum fortunæ iudicio committere, minime censorium est. ¶ Censoriæ vestes dicebantur, quibus Censores merito vti possent [illegible]. ¶ Censoriam virgulam tritissimum est ab eruditis appellari iudicandi autoritatem, præsertim cum supercilio, à magistratu Romano sumptum. Censoria nota summouerí à Rep. Velleius, Censorij edicti verba. Gell. *c.* 11. *lib.* 15. Censoriæ notiones. i. iudicia. Idem *c.* 18. *lib.* 17. Opus censorium fecisse (i. rem animaduersione & ignominia dignam. Idem *c.* 7. *lib.* 2. & apertiùs *c.* 18. *lib.* 4. Item, Opere censorio notari Suet. *in Cæs. c.* 4.

Cēnsūră, æ, Censoris dignitas, sicut à Prætore Prætura. {תרחמה *techâchath.* [illegible] Gall. *Reformation, censure, l'office d'vn censeur.* Ital. *Dignità di Censore, Censura, reprehensione.* Germ. Das ampt deß schetzens oder straffens. Hisp. *La iudicatura de aquel Censor, corregimiento.* Angl. *The office of the Censour, reformation.*} Plin. *lib.* 14. *cap.* 4. Catonum ille primus, triumpho & censura super cætera insignis. Liu. *lib.* 4. *ab Vrbe,* Alios magistratus annuos esse, quinquennalem Censuram grauem esse. Accipitur interdum pro seueritate, correctione, decreto & lege. Plin. *in Paneg.* Nam vita principis censura est, eaque perpetua: ad hanc dirigimur, & ad hanc conuertimur. Apud Græcos censuræ genus, [illegible]. De Censuræ dignitate, Plut. *in Paulo Æmilio, & in Cato. Cens. & in Flamin.* & ibidem de Censorum officio. Velleius, Censura viuorum difficilis (i. de auctoribus viuis iudicium.) Quint. Censuram maledicendi subire. Ouid. 5. *Fast.*

——— Censuram longa senecta dabat (i. ius castigandi.)

[¶ Censura pro censu, i. e. numero. Plin. *in censura nuncupati* [illegible]. Casaub. *exerc. ad Baron.* 33.]

Cēnsus, us. {מכסה *michsah* מכס *meches* [illegible]. Gall. *Taxe & estimation, recensement, rente.* Ital. *Censo, intrata, rendita, tributo.* Germ. Schatzung die man einem nach seinem angezeigten gut auferlegt/Stewr. Hisp. *Pecho, censo.* Angl. *A cessing, valuing, a subsidie, or yerlie reuenewes.*} Dicebatur æstimatio rerum & bonorum facta, secundum quam tributa pendebantur. Vnde, Censum agere, est recensere hominum facultates. Liu. 1. *ab vrb.* Censum instituit, rem saluberrimam tanto futuro imperio. Lex censui censendo. Liu. *lib.* 3. *d.* 5. ¶ Legem censui censendo dicere, pro censu agendo, æstimandisque ciuium fortunis & facultatibus, dixit Liu. *lib.* 43. Legem censui censendo dicturos esse, vt præter, &c. Cic. *pro Flacco,* Illud quæro, sintne ista prædia censui censendo. ¶ Censui censendo bona esse dicebantur, quæ mancipi erant, & modis iure ciuili institutis acquisita. Cic. *pro Flac.* Illud quæro, sintne ista prædia Censui censendo: habeant ius ciuile: sint necne mancipi: subsignari apud ærarium, apud Censorem possint. Census item, annuus reditus, & quicquid fortunarum quis habet, [illegible]. Iuuenalis, Protinus ad censum, de moribus vltima fiet Quæstio. Cic. 2. *de legib.* A quo iterum funerum sumptus præfinitur ex censibus, à minis quinque vsque ad minam. Vnde qui centum millia æris in professionem detulissent, Censi dicebantur, Census equestris constabat ex sestertiis quadringentis. In Censum patris deferebatur filius. Quint. *declam.* 178. Census edere. Sueton. *in Calig. cap.* 38. Numero ex censu constituto dare sernos ad remum. Liu. *lib.* 34. Domus vel censu parua, vel ortu. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 1. *Trist.*

Finge sed immensis censibus esse pares.

Idem *Eleg.* 7. *lib.* 3. *Trist. & Eleg.* 5. *lib.* 4. ¶ Census capere, pro capere pignora. Plaut. *in Menæch.* Qui nisi adsunt cum citentur, census capiant ilico. [¶ Census animæ, origo. Tertull.]

Censa, pro Censas, Cic. *consulatu suo.* Quorum luxuries fortunæ causa peredit. Nonius.

Cēnsus, a, um, significat id, quod in censum est relatum. {[illegible]. Angl. *Cessed, valued, taxed.*} Cic. *pro Arc.* Iliis temporibus nulla populi pars est censa. Idem *in Verrem,* Te prætore Sicilia censa denuo est. Idem *de Orat.* Quæritur de eo qui domini voluntate census sit, si lustrum conditum non sit, sitne liber. ¶ Censi etiam illi appellabantur, qui centum millia in bonis habebant, qui à Iurisconsultis appellantur Centenarij.

Cēnsuālis, e. Vlp. *l. forma, ff. de censib.* Forma censuali cauetur, vt agri sic in censum referantur. Vincula censualia. Idem *ead. l.* §. *si quis inquil.* Si quis inquilinum, vel colonum non fuerit professus, vinculis censualibus tenetur. [¶ Censualis ager, censui obnoxius. Censuales qui operam suam accommodabant magistro census, & acta senatus conficiebant. Bulen. Censualis contractus, &c.]

Centaurēă, æ, siue centaurion, ij, [illegible] Dioscor. Herba est, quæ à Chirone Centauro nomen accepit, quæ ea curatus dicitur, quum Herculis hospitis sui arma pertractans, sagittā decidisset in pedem. Eius duo sunt genera, maius, & minus. Maioris radix, quæ sola in vsu est, in Officinis pro Rheo Pontico magno errore ostenditur. {Gall. *Centaure ou erronee.* Ital. *Reuponico.* Germ. Tausend gulden kraut. Hisp. *Reuponico.*} Minus verò Centaurion (quod à Plinio *Centaurion lepton* dicitur, & à nonnullis *Limneson*, propterea quòd riguа amet loca) etiam hodie in officinis nomen retinet, tametsi à quibusdam *Febrifugia*, & *Fel terræ* dicitur. {Gall. *Fiel de terre.* Ital. *Biondella.* Hisp. *Hiel de tierra.*} Virg. 4. *Georg.* Centaurеum appellauit.

Cecropiumque thymum, & graueolentia Centaurea.

Lucret.

At contra tetra absinthi natura ferique Centauri.

Vbi *ferum* propter amaritudinem indomitam vocauit. Vide Plin. *lib.* 25. *cap.* 6.

Centauretus, Galata quidam fuit, qui Antiocho rege occiso, equo eius potitus, eum ouans conscendit. Quod ille indignè ferens, præceps in abrupta desiluit, vnàque cum sessore est exanimatus, vt ex Philarchi sententia refert Plin. *lib.* 8. *c.* 42.

Centaurĭs, Plinio, Tertia est centaurij species, cognomento Triorches, eò quòd qui eam secat, à triorche accipitrum genere dicatur impugnari. Hæc Plin. *lib.* 25. *c.* 6.

Centaurī, [illegible], Thessaliæ populi, secus Pelion montem habitantes, qui primi equos domare, & ex iis pugnare cœperunt: quo factum est, vt à vicinis populis primùm conspecti, membra partim humana, partim equina habuisse crederentur. De horum origine sic fabulantur poetæ, Ixionem à Ioue deorum immortalium mensæ adhibitum, Iunonis amore captum fuisse, eamque de stupro interpellasse. Quod quum illa viro suo indicasset, Iouem Ixioni nubem subiecisse in Iunonis imaginem transformatam, eamque Ixionem pro Iunone compressisse, & ex ea Centauros generasse, qui inde Nubigenæ dicti sunt. Cui fabulæ ansam præbuisse videtur castellum nomine [illegible], Centaurorum sedes, [illegible] enim Latinè nubem sonat. Hi quum in nuptiis Pirithoi vino madentes sponsam rapere conarentur, à Theseo & Lapithis partim cæsi, partim in fugam acti sunt. ¶ Vnde locus factus Adagio, Mens non inest Centauris, [illegible]. In væcordes & stultos dicebatur, & qui conarentur, quod effici non posset. Adagium à Diogeniano refertur, isque conuenire putat in contentiosos & alieni appetentes, propterea quòd Centauris exitium attulerit rerum alienarum appetentia. Iidem & Hippocentauri dicti sunt, quòd equis insidentes, boues œstris agitatas, stimulis ad tecta reuocarint. Est enim [illegible], stimulare & pungere. Centaurorum nomina, qui magis insignes fuerunt, hæc sunt: Chiron, Eurytus, Amycus, Gryneus, Rhœtus, Asbolus, Lycidas, Medon, Pisenor, Caumas, Mermeros, Pholus. Hic Herculem suscepisse dicitur hospitio. Lucan. *lib.* 6. Hospes & Alcidæ magni Phole. ¶ Est etiam Centaurus nauis nomen apud Virg. 5. *Æneid.* Centauro, inquit, inuehitur magna. Hinc adiect. Centaureus & Centauricus. Horat. 1. *Carm. Ode* 18.

At, ne quis modici transiliat munera Liberi,
Centaurea monet cum Lapithis rixa super mero
Debellata.

Statius *lib.* 1. *Achil.*

Mox iterum campos, iterum Centaurica reddam
Lustra tibi.

Centaurus, [illegible]. Fluuius Ætoliæ est, qui priùs Euenus dicebatur, post Nessi Centauri mortem ab Hercule interfecti, à poetis Centaurus vocitatus.

Centēnārius, Centenus, Centesimus, Centesimare, Centiceps, Centimanus, vide *Centum.*

Centĭfŏlĭă, rosæ genus, in Campania potissimum prouenient: à foliorum multitudine ita appellatum: de quo vide Plin. *lib.* 21. *c.* 4.

Centĭgrānum, genus tritici, dictum quòd ferat centum grana, Plin. *lib.* 18. *cap.* 10.

Centinodia, vide *Polygonon.*

Centinum. [illegible], Vmbriæ oppidum, apud Ptol. *lib.* 3. *c.* 1. Alij Sentinum scribunt per s, quibus etiam Plin. suffragatur, qui in Vmbriæ descriptione Sentinatium meminit.

Centĭpĕdă, vermis est pilosus, multis pedibus arcuatim repens, ab aliquibus *Multipeda*, ab aliis *Millepeda* dictus. [illegible]. Differt à scolopendra, quæ & minor est, & perniciosior, neque arcuatim serpens. Autor Plin. *lib.* 29. *cap.* 6.

Centipellio, nis, Plin. *lib.* 28. *c.* 9. *de Ceruis,* Testes quoque eius inueterati, vel genitale maris salutariter dantur in vino: item ventres qui centipelliones vocantur.

Centĭpēs, piscis est alio nomine Scolopendra dictus, [illegible], dicitur à terrestris scolopendræ similitudine. Hic hamo deuorato omnia interanea euomit, donec hamum egerat: deinde resorbet. Autor Plin. *lib.* 9. *cap.* 43.

Cento, nis, velum laneum, lana, aut tomento confertum, qualibus olim in bello vti solebant, ad machinas obtegendas, ne tormentorum missilibus perstringerentur. {בלויים *belojim.* [illegible]. Gall. *Vne chose faitte de pieces ramassees, amas de plusieurs pieces & morceaux.* Ital. *Schiauina.* Germ. Ein wolline zusamen bletzte decke oder furhang. Hisp. *Vestidura ò obra de remiendos.* Angl. *A baztardat, a course couering of diuerses threds.*} Cæs. Centonesque insuper iniecerunt, ne aut tela tormentis missa contabulationem perstringerent, aut saxa in catapultis lateritium discuterent. Sisen. *lib.* 3. *Hist.* Aceto madefactis centonibus integuntur. ¶ Quidam centonem capiunt pro Straguli genere, quod cubantibus insterni solet. Cato *de re rust. cap.* 10. & 11. Culcitras octo, instragula octo, puluinos sexdecim, operimenta decem, mappas tres, centones pueris sex. Similiter & Macrobius dum scropham sub centonibus iacere scribit, rusticum stragulum esse declarat. Fieri autem centones constat ex pannis diuersorum colorum, vel lanis in vnum condensatis atque consutis. ¶ Vnde ad earum similitudinem, Centonem vocant carminis genus ex diuersis carminum fragmentis hinc atque illinc acceptis, contextum, quasique consutum; Græci [illegible] vocant. ¶ Extant adhuc Homerocentones, [illegible]: & Virgiliocentones, à Proba Falconia consuti: item alij ab Ausonio, qui etiam centonum legem præscripsit his verbis, Variis (inquit) de locis, sensibusque diuersis quædam carminis structura in vnum solidatur versum, et cocant, aut cæsi duo, aut vnus, aut sequens cum medio: nam duos iunctim locare ineptum est. ¶ Vnde prouerbialiter dicimus farcire centones. Plaut. *Epid.* Quid tu, inquit, aliam quæras, cui centones farcias, id est, quem tu gloriosis mendaciis & consarcinatis fabulamentis expleas. [¶ Centonarii, qui Centones conficiebant.] ¶ Centonarium opus quod constat è centonibus. Tertull.

Centuncŭlus, dim. à Cento, pro vili ac sordido stragulo, [illegible]. Seneca *lib.* 11 *epist* 81. Diurnam accipit, in centunculo dormit. ¶ Accipitur & pro vilioris operimenti genere, quod clitellis subiterni solet. Liu. 7. *ab Vrb.*, Multis strata detrahi iubet, binis tantum centunculis relictis. Apul. *Asel.* 1. Meum centunculo vti. ¶ Centunculus item, teste Dioscor. à Romanis vocatur herba, quam Græci *Gnaphalion*, & *Chamæzelum* vocant. ¶ Ratio nominis tracta videtur à mollis foliorum lanugine, quæ ad infarciendos centones tomenti inopia suppleri possit. Vide Dioscorid. *lib.* 3. *cap.* 112. Plin. autem *lib.* 24. *c.* 15. autor est, Centunculum Italis appellatum fuisse regetum [illegible]

genus,

genus, rostratis foliis, ad similitudinem capitis penularum iacens in aruis.

Centonalis, ruta syluestris apud Diosc. *lib.* 3. *c.* 51.

Centonicum, id est, Absynthium marinum. Diosc. *lib.* 3. *c.* 26.

Centrones, populi sunt qui inter Alpinas gentes commemorantur, Plin. *lib.* 3. *cap.* 20.

Cĕntrvm, Latinè punctum in sphæra, orbe, aut circulo, medium à quo lineæ rectæ ad extremitatem ductæ inter se sunt æquales, {קרב *kereb.* [illegible] GALL. *Centre, le poinct au milieu d'une chose ronde.* ITAL. & HISP. *Centro.* GERM. Ein mittel punct. ANGL. *The midde point in around thing.*} Apuleius *in Cosmographia*, Cardinem, inquit, mundo (sic enim dixerim centrum) habet tellus. Cic. 1. *Tuscul.* Persuadent enim Mathematici terram in medio mundo sitam ad vniuersi cæli complexum, quasi puncti instar obtinere, quod Centrum illi vocant. Centra in marmore, sunt quidam veluti duriores nodi, ad claui similitudinem, inimica ferris: qui in intima etiam lignorum parte inueniuntur. Plin. *lib.* 16. *cap.* 39. ¶ Inueniuntur & in quibusdam arboribus, sicut in marmore, centra, id est, duritia clauo similis, inimica ferris. Et quædam fortè accidunt, lapide recepto, aut comprehenso in corpus, aut alterius arboris ramo. ¶ Est item Centron crystalli quoddam vitium, durum & fragile, quod & salem appellant. Plin *lib.* 37. *c.* 2. Infestantur crystalli plurimis vitiis, scabro, ferrugine, maculosa nube, occulta aliquando vomica, præduro fragilique centro, & sale appellato.

[Centrus, [illegible], est cedrus apud recentiores Græcos, quibus vt valet [illegible]. Meurs. in Gloss. gr. b.]

Cĕntrālis, adiectiuum, [illegible]. Plin. *lib.* 2. Quindecies & pluribus subest, quam terra centralis interueniat.

Cĕntrōsus, a, um, [illegible]. vt, Centrosa scops, id est, limatura admodum dura, veluti centrum quod in marmore, vel iunipero inuenitur. Plin. *lib.* 37. *cap.* 7. Adulterantur vitro simillimæ, sed cote deprehenduntur, sicut aliæ gemmæ factitiæ: mollior enim materia & fragilis, & centrosa scrobe deprehenduntur: & pondere, quod minus est vitreis, aliquando pustulis argenti modo relucentibus.

Cĕntvm, nomen numerale & indeclinabile. {מאה *meáh.* [illegible]. GALL. *Cent.* ITAL. *Cento.* GERM. Hundert. HISP. *Ciento.* ANGL. *An hundred.*} Cic. *pro Mil.* Hi centum dies penes accusatorem quum fuissent, ab eo ipso accusatore producti sunt. ¶ Accipitur aliquando Centum indefinitè pro pluribus. Sic centum greges apud Horat. 2. *Carm. Ode* 16. & Centum iuuenci, apud eundem *lib. Epod.* Centum puer artium, 4. *Carm.* Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

——Centum taurorum sanguine fuso.

Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 2. Centum doctùm hominum consilia vincit fortuna. Composita tamen variantur, vt Ducenti, æ, a, Trecenti, Quadringenti, Quingenti, Sexcenti, Septingenti, Octingenti, Noningenti.

Cĕntiēs, aduerb. {[illegible]. GALL. *Cent fois.* ITAL. *Cento volte.* GERM. Hundert mahl. HISP. *Cien vezes.* ANGL. *An hundred tymes.*} vt, Dixi vt caueres centies. Plaut. *Pseud. sc.* 7. *a.* 4. Quin centies eadem imperem. Idem *Asin. sc.* 4. *a.* 1. Siquidem centies eadem visa sit. Idem *Merc. sc.* 2. *a.* 2. & Senec. *c.* 8. *de consol. ad Elb.* Centies H.S. Centies circumspicere prius quàm, &c. Plaut. *Rud.* Centies H.S. reliquit, Cic. 1. *Phil.* Ducenties, Trecenties, Quadringenties, Quingenties, Sexcenties, Septingenties, Octingenties, Noningenties.

Cĕntēnārius. {[illegible]. GALL. *De cent ans, de cent liures, ou telles choses.* ITAL. *Di cento anni, di cento libre & cose simili.* GERM. Das von hundert ist/ es seyen pfund/ jahr vnnd dergleichen anders. Ein Centner. HISP. *Cosa de numero de ciento.* ANGL. *Of and hundred yeares in age, of an hundred pound weight, and sitchlike.*} Et similia in arius, denotant non multiplicationem sui, sed numerum aliarum rerum, quæ non nominantur, vt, Lapis centenarius non quòd centuplus sit, sed centum librarum. Homo centenarius, non quòd sit centum geminus, sed quòd habeat centum annos. Centenarius numerus gregum. Varr. 2. *de re rust. cap.* 5. [illegible]. ¶ Centenariæ cœnæ dicebantur, in quibus lege Licinia non plus centussibus, hoc est, centum assibus impendebatur, qui erant nummi breues ex ære. Festus. ¶ Centenarij item illi dicuntur à Iureconsultis qui centum millia H-S possident, qui à veteribus, vt ait Asconius, dicebantur Censi.

[Centenarium, [illegible]. Suid. Maxima turris curiæ Constantinopolitanæ etiam vocabatur [illegible]. Vide Gloss. gr. b. Meurs. ¶ Est item numi genus. Item turris curiæ magnæ. L. gr. b. Item numerus centum.]

Cĕntēnus, a, um, {[illegible]. GALL. *De cent.* ITAL. *Di cento.* GERM. Das zu hundert gehört. HISP. *Cada vn ciento.* ANGL. *Of and hundred.*} Plin. *lib.* 11. *cap.* 37. Iecur maximæ vetustatis patiens, centenis durare annis obsidionum exempla prodidère, hoc est, centum. Idem *lib.* 33. *c.* 10. Non erat apud antiquos numerus vltra centum millia: itaque & hodie multiplicantur hæc, vt decies centena millia, aut sæpius dicantur. Virg. 10. *Æneid.*

It grauis Aulestes centenaque arbore fluctum
Verberat assurgens, hoc est, centum ingentibus remis.

Cĕntēsimus, a, um. Proprie ordinis numerus est, significans postremum, vel vnum ex centenario. {[illegible]. GALL. *Centiesme.* ITAL. *Centesimo, cento per vno.* GERM. Der hunderste. HISP. *Ciento puesto en orden.* ANGL. *The hundreth.*} Plaut. *in Milit.* Haud centesimam partem dixi: neque otium si sit, possem expromere. Idem *Capt. sc.* 3. *a.* 2. Me haud centesimam partem laudas. Interdum multiplicandi vim habet, & pro centuplo accipitur: vt quum dicimus, Centesimum fructum ager attulit, hoc est, centies tantum quantum sementis acceperat. ¶ Centesima fruges, Plin. *lib.* 5. *c.* 4. Ita appellatur regio CCL. M passuum fertilitatis eximiæ, cum centesima fruge agricolis fœnus reddente terra. ¶ Centesimas Calendas, Iureconsulti vocant centesimum mensem: vnde Centesimis Calendis aliquid dare, hoc est, intra annos octo, & menses quatuor: vt annotauit Alciat. in *Parerg.*

Cĕntēsimæ, æ, genus vsuræ, quæ centesimo mense explet sortem, vtpote quum centum librarum sors singulis mensibus libram vnam vsuræ parit, hoc est, duodecim libras singulis annis, [illegible]. Vide Bud. *de Asse.* Cic. *ad Attic. lib.* 1. Nam à Cæcilio propinqui minore centesimis nummum mouere non possunt. Plin. *Epist.* 105. Proinde prima quaque occasione mitte, appositis quidem vsuris, quas ego (non possum parcius) centesimas computabo. ¶ Centesimæ accessio, pro ea, quam in redigenda pecunia coactores exigunt. Cic. *pro Rabirio*, Non intelligo hoc quale sit: vtrum accessionem decumæ, vt nostri fere coactores solent, centesimæ, an decessionem de summa fecerit. Cato *in c. de olea pendente lege*, Qui oleam emerit amplius quam quanti emerit, omnis pecuniæ centesima accedit.

Cĕntēsimāre & Decimare exercitum, castrensia verba sunt, pro eo quod est, centesimum, vel decimum militem supplicio efficere. Solent enim imperatores, quum grauius quippiam milites deliquissent, eam moderationem adhibere, vt neque vniuersum exercitum delerent, neque facilitate veniæ alios ad similia inuitarent. Conuocatis itaque vniuersis, centesimum, aut (si videretur) decimum quemque sorte proditum securi percutiebant, cæterósque metu liberabant. Iulius Capitolinus *in Macrino*, Et cum seditiones militares paterentur, multos sæpius decimauit, aliquando etiam centesimauit: quod verbum proprium ipsius est, cum se clementem diceret, quando eos centesimaret, qui digni essent decimatione atque centesimatione.

[Centgrauij, Centenarij, in antiquis Romanorum legibus. Cuiac.]

Cĕnticĕps, pitis, qui centum habet capita. {[illegible]. GALL. *Qui a cent testes.* ITAL. *Di cento capi.* GERM. Hundertköpfig/ das hundert häupter hat. HISP. *Cosa que tiene cien cabeças.* ANGL. *That hath an hundred heades.*} Horat. 2. *Carm. Ode* 13.

——Illis carminibus stupens
Demittit atras bellua centiceps Aures.

Cĕntimănus, qui centum habet manus. {[illegible]. GALL. *Qui a cent mains.* ITAL. *Di cento mani.* GERM. Der hundert händ hat. HISP. *El que tiene cien manos.* ANGL. *That hath an hundred handes.*} Qualem fuisse Briareum gigantem Virg. 6. *Æneid.* refert Ouid. 3. *Metam.*

Nec quo centimanum deiecerat igne Typhœa
Centimanus Gyges.

Horat. 2. *Carm.*

Testis mearum centimanus Gyges Sententiarum.

& Ouid. *Eleg.* 7. *lib.* 4. *Trist.*

Cĕntŭmuiri, Iudices centum Romæ, qui de causis quibusdam priuatis cognoscebant & iudicabant: vt de vsucapionibus, tutelis, gentilitatibus, agnationibus, testamentis, &c. {GALL. *Cent personnes ou plus, qui anciennement à Rome iugeoient des causes ciuiles.* ITAL. *Il magistrato di cento huomini.* GERM. Hundert vnd fünff richter vorzeyten zu Rom. HISP. *Collegio era en Roma de cien varones.* ANGL. *An hundred iudgesthat iudged of certaine ciuill causes in Rom.*} Nam quum essent Romæ triginta quinque Tribus, quæ & Curiæ sunt dictæ, terni ex singulis tribubus sunt electi ad iudicandum, & Centumuiri appellati: qui licèt quinque supra centum fuerint, tamen quò faciliùs nominarentur, Centum viri dicti sunt. Festus. Cic. *pro Cæcin.* Et hoc loco Scæuolam dixisti causam apud Centumuiros non tenuisse. Idem 1. *de Orat.* Quid qua de re inter Marcellos & Claudios patricios Centumuiri iudicarunt.

Cĕntŭmuirālis, e, quod ad centumuiros pertinet: vt, Iudicium centumuirale. Cic. 1. *de Orat.* Quid quod item in centumuirali iudicio certatum accepimus? Centumuirales causæ, Centumuiralia iudicia & Centumuiralis hasta, &c. Centumuiralium partes in duas hastas diuisæ. Quintil. Centumuiralem hastam cogere decemuiros. Sueton. *in August. cap.* 36.

Cĕntŭplex, icis, {[illegible]. GALL. *Centuple, double cent fois.* ITAL. *A cento doppi.* GERM. Hundertfeltig. HISP. *Ciento tanto.* ANGL. *An hundreth folde.*} Plaut. *in Persa*, Hæc nisi inde abierit, centuplex murus rebus seruandis paruus est.

Cĕntŭplicato, aduerb. {[illegible]. GALL. *En cent doubles, ou double cent fois.* ITAL. *Radoppiato cento volte.* GERM. Doppelt hundertfeltig. HISP. *Cien vezes tanto.* ANGL. *A hundreth folde double.*} Plin *lib.* 6. *c.* 23. Quæ apud nos centuplicato veneunt.

Cĕntŭplus, a, um, idem quod Centuplex.

Cĕntŭssis, pecuniæ genus fuit apud Romanos, centum asses, seu (quod in idem recidit) quadraginta valens sestertios. Persius, Et centum Græcos curto centusse licetur. ¶ Centussis pro centusse, id est, assibus centum. Varr. apud Gell. *lib.* 15. *c.* 19. Nunc qui illum norunt, volunt emere millibus centum: te qui nouit nemo centussis.

Cĕntŭncăpĭtă, [illegible]. Herba est ex aculeatarum genere, quæ alio nomine Eryngæ alba, siue Eryngium dicitur, [illegible], caule & radice in cibos à Græcis recepta. Plin. *lib.* 22. *c.* 8.

Cĕntŭmpondium, pro Immani pondere legitur, etiam si centum pondo excedat. Plaut. *in Asin. sc.* 2. *a.* 2. Ad pedes quando alligatus eris [illegible] legit: Ad pedes quando adiectum est æquum centumpondium. Supra in *Æquum.* Æquum centumpondium. Cato *c.* 13. Cellas duas, trutinam vnam, centumpondium incertum vnum, & pondera certa.

Cĕntĭŏcŭlus, vide *Cento.*

Cĕntŭrĭă, numerus Centum, {[illegible]. GALL. *Centaine, bande de cent hommes.* ITAL. *Compagnia di cent huomini.* GERM. Ein rott hundert kriegs leut. HISP. *Compania de cien hombres armados.* ANGL. *A companie conteining and hundred men.*} In re militari centum continet homines, qui sub vno Centurione sunt, quorum centenarius iustus est numerus. Cic. 2. *de Diuin.* Primùm vide ne in eum dixerint, qui rogatus centuriæ fuisset. ¶ Centuriæ in agris dicebantur ducenta iugera. Centuria à Centum iugeribus vocabatur: sed mox duplicata nomen retinuit, inquit Columel. *lib.* 6. Sicut Tribus dictæ, primùm à partibus populi tripartito diuisi, quæ tamen nunc multiplicatæ, pristinum nomen possident. Varr. *lib. de ling. Lat.* 4. Gell. *cap.* 4. *lib.* 16. In legione sunt Centuriæ sexaginta, manipuli triginta, cohortes decem.

Centuria, vocabulum centuriis, vt ait Siculus Flaccus, ex eo datum est quum antiqui Romani agrum ex hoste captum victori populo per bina iugera partiti sunt, centenis hominibus ducentena iugera dederunt, & ex hoc facto centuria iure appellata est.

Cĕntŭrio, dicitur qui centum peditibus præest. {[illegible] *sar meáh.* [illegible]. GALL. *Centenier, ayant leur [illegible] en sa charge cent hommes.* ITAL. *Centurione, capitano di cento soldati.* GERM. Hauptman vber hundert fußknecht. HISP. *Capitan de cien hombres armados.*

do. ANGL. *A centurion, a capitane of an hundred men.*} Cic. *pro Marcello*, Nihil tibi ex ista laude Centurio, nihil præfectus, nihil cohors, nihil turma decerpit. In exercitu autem miles centurioni, Centurio Tribuno, Tribunus Legato, Legatus Consuli obediebat: sed solum Magister equitum soli Dictatori qui eum imperabat. ¶ Centurio autem primæ cohortis dicebatur primipilus, teste Plin. Centuriones primorum ordinum. Cæs. *lib.* 1. *de bel. ciu.* Veteres quum viderent commisso prælio, acies facile turbari, vt hoc incommodum euitarent, cohortes in centurias diuisere, & singulis centuriis singulos centuriones præfecerunt, qui primi centuriones vocabantur, quemadmodum Decuriones Decurioni. Cohortes in exercitu decem erant in singulis legionibus, sed prima, quæ reliquas & numero militum & dignitate præcedebat, Aquilam habebat, quod præcipuum erat signum Romanorum. Centuriones huius cohortis cæteris centurionibus digniores habebantur. Prima Centuria Primipilum vocabatur, quod circa signa grauis armaturæ constituta erat. Centurio ipse, primipili centurio dicebatur, & Primipilus: Centurio primipili fuisse percussus est. Velleius. hic non modo Aquilæ præerat, sed quatuor centurias, hoc est, quadringentos milites in prima acie gubernabat: & tanquam princeps totius legionis merita consequebatur & commoda. Mart.

Grata pudens meriti tulerit quum præmia pili.

Centúrio, as, in centurias distribuo, refero. {[Greek] , [Greek] , [Greek]. GALL. *Mettre par centaine, distribuer par bandes.* ITAL. *Ordinare soldati di cento à cento.* GERM. Solche rotten ordnen denn ein jede hundert personen halt. HISP. *Ordenar los hombres armados de ciento en ciento.* ANGL. *To distribute and putin bandes of an hundred, to hundred.*} Cic. *ad Quirites post red.* Ego quum homines in tribunali Aurelio palam conscribi, centuriarique vidissem. Ager centuriatus, qui in ducenta iugera definitus erat. Romulus enim centenis ciuibus ducenta iugera distribuit. Et milites Centuriati, qui in Centurias ordinabantur. [Greek]. Liu. *lib.* 29. Scipio postquam in Siciliam traiecit, voluntarios milites ordinauit centuriauitque. Centuriatæ cohortes subsidio missæ. Cæs. *lib.* 1. *de bel. ciu.* De comitiis Centuriatis, vide Gell. *cap.* 26. *lib.* 15. Item miles pulchrè centuriatus et expuncto in manipulo. Plaut. *Curc. sc.* 4. *a.* 4. (id est, circumscriptus & deceptus.) Pseudolus mihi centuriata habuit capitis comitia. Idem *Pseud. sc.* 7. *a.* 4. ¶ Centuriata comitia, vt Asconius scribit, dicuntur, quum ab omni sexu & ætate fertur suffragium: dicta Centuriata, quod populus per centurias diuisus suffragia ferebat. Hæc in campo fiebant Martio, & omnium fuerunt maxima, itaque maximus Comitiatus pro centuriatis comitiis sæpe apud Ciceronem dicitur. Hinc Succenturio, à quo Succenturiati, dicuntur milites non primæ, sed secundæ centuriæ, vbi ad insidiandum maxime collocabantur. Vnde Succenturiatus dicitur, quasi in insidiis positus. Terent. *in Phorm.* Nunc prior adito tu, ego in insidiis hic succenturiatus, Si quid deficies. Propriè autem Succenturiare significat explendæ centuriæ gratia militum numerum supplere, vel in locum occisorum, vel exauctoratorum militum, alios substituere Gellius *c.* 8. *lib.* 15. eleganter ad cibos transtulit, quum in locum ciborum qui auferuntur, alij statim substituuntur.

Centuriātus, us, nomen, Dignitas & officium centurionis, [Greek]. Cic. *pro lege Manil.* Quem enim possumus imperatorem aliquo in numero putare, cuius in exercitu veneant centuriatus, atque venierint: Liu. 2. *bel. Pun.* Vbi ad decuriatum, aut centuriatum conuenissent. Cic. *in Pis.* Quid centuriatus palam venditos?

Centuriātim, per Centurias. {[Greek]. GALL. *Par centaines.* ITAL. *Per centenaia, à cento à cento.* GERM. Von einer rott welche hundert halt zu der anderen. Durch die rotten. HISP. *De batalla en batalla.* ANGL. *In hundreds, hundreth by hundreth.*} Quemadmodum Tributim, per tribus. Cic. *pro Flacc.* Distributis partibus tributim, & centuriatim descriptis ordinibus, classibus, ætatibus. ¶ Item centuriatim, abundanter significat & copiose. Pomp. *Prostibulo*, Continuò ad te centuriatim current, qui panem petent. Ex Nonio.

Centurionus, ab antiquis dicebatur, teste Festo, qui postea Centurio appellatus est, sicut Curionus, & Decurionus, qui nunc Curio & Decurio nuncupantur.

Centuripe, es, siue Centuripæ, [Greek] Ptolemæo, Oppidum est Siciliæ sub Ætna monte, Symætho fluuio, & Catanæ vrbi proximum, vt tradit Strabo *lib.* 6. ¶ Hinc Centuripini populi, quorum meminit Plin. *lib.* 3. *c.* 8. Et Crocum Centuripinum, apud eûdem *lib.* 21. *c.* 8. Vulgò *Centorbe.*

Centussis, vide *Centum.*

Cepæa Plinio, herba est similis portulacæ, nigriore radice, sed inutili, nascens in littoribus arenosis, gustu amara.

Cepe, siue Cepa, vide *Capa.*

Cepina, æ. locus cepis consitus, vel ipsarum ceparum vno in loco consitarum multitudo. Col. Sed cepina vel sæpius, certè non minus debet quàm quater sarriri.

[Cephalades, cephalotæ, capitanei, cephaticum, capitaneatus. L. gr. b.]

Cephalalgia, {[Greek]. ANGL. *Griefe or deleur of the heade.*} Generale nomen est ad omnes capitis dolores, continétque sub se Hemicraniam, Cephalæam & similes.

Cephalas, [Greek], promontorium altum & syluosum maioris Syrtis initium, Strab. *lib. vlt.*

Cephaledium Strab. Cephaledis Plin. Oppidum est Siciliæ, non procul ab Himero fluuio. Vide Plin. *lib.* 3. *c.* 8. & Strab. *lib.* 6. Vulgò *Cifalu.*

Cephalotomi, [Greek]. Colchicæ regionis populi. Autor Plin. *lib.* 6. *c.* 4. in descriptione regionis *Colchica.*

Cēphalæa, {[Greek]. ANGL. *A long doleur of the head.*} Diuturnus, & inueteratus capitis dolor, à sono, splendore, vel odore vehementiore, & nonnunquam à meri potu proueniens. Differt ab hemicrania, quod ea dimidiam tantùm capitis partem infestet, Cephalæa totum caput occupet Plin. *lib.* 20. *c.* 14. Leniunt autem capitis dolores pota cum vino, aut cum aceto & rosaceo illita. Si verò sit cephalæa, cum farina hordacea, vel aceto. Sed & Celius Cephalæam cautum quoddam pestilentique malum appellat.

Cephalene [Greek], vel Cephalenia. [Greek], cum e longo post l, Insula Ionii maris à Cephalo Amphitryonis socio: vel à Cephalo Deionei filio dicta. De hac Strab. *lib.* 10. Non dubitauere plerique Cephaleniam eandem, & Dulichium appellare, & Taphium. Alij Taphios & Cephalenios eosdem dixere Teleboas, & aduersus illos Amphitryonem exercitum duxisse, assumpto socio Deionei filio Cephalo, ex Athenis profugo. Insula deinde Amphitryonem potitum, eam Cephalo tradidisse, ab eóque nomen habuisse insulam. Hinc populi Cephalenes, [Greek], qui Vlyssem ad bellum Troianum sequuti sunt, vt est videre apud Hom. *in Catalog. nauium.*

[Cephalicus, a, um, [Greek], capitalis, ad caput pertinens.] Cephalicum, emplastrum sic dictum quòd capiti fracto conuenit. Celsus *lib.* 10.

Cephaline, linguæ portio, cui gustus potentia inest.

Cephalocrustes, [Greek], vermis, qui in foliis persici inuoluitur.

Cephalon, Daphnoides apud Diosc. *lib.* 4. *c.* 149.

Cephalotos, Thymus apud Diosc. *lib.* 2. *cap.* 14.

Cephalœdis, Siciliæ fluuius, cuius meminit Plin. *lib.* 3. *c.* 8. in descriptione Siciliæ. Hodie *Cepualudum.*

Céphălus, [Greek], Æoli filius, siue (vt alij tradunt) Deionei & Æoli nepos. Plaut. *Amph.* Summa regem virtute bellica Illis Taphiis præfeci Cephalum magni Deionei filium. Hic Procrin Erechthei, vel, secundum Seruium, Hyphili regis filiam vxorem habuit: sed non minus etiam diligebatur ab Aurora, quæ illi canem Lælapem, & duo hastilia, omnia quæ vellet, contingentia (erat enim venator insignis) dederat. Quapropter vxor suspicans maritum suum alterius mulieris amore captum, furtim eum in syluam secuta est: & vt experiretur an alteram adamaret, inter virgulta se abscondit. Lassus itaque æstu laboreque Cephalus, quum se ad virgulta recepisset, sub arboris cuiusdam vmbra recumbens, Auroram inuocabat. Quapropter suspicata Procris, pellicem esse eo nomine, quam ille vocaret, quò rem omnem meliùs cognosceret, propiùs voluit accedere. Videns itaque Cephalus virgulta commoueri, feram ratus, iaculum immisit, atque ita insciens vxorem interfecit. Vide latiùs hanc fabulam apud Ouid. 7. *Met.* Hunc postea ab Aurora raptum idem Ouid. autor est *lib.* 3. *de arte amandi,*

Latmius Endymion non est tibi Luna pudori,
Nec Cephalus Roseæ præda pudenda deæ.

Neque tamen desunt, qui à Ioue in lapidem conuersum tradunt. ¶ Alter fuit Cephalus, Atheniensis orator, qui primus proœmia & epilogos induxit. Autor Suidas. Huius Cephali Æschin. & Dem. in orationibus aduersariis meminerunt.

Cephalus, [Greek]. Piscis est in metu caput occultans, totum se absconditum existimans: cephalus dictus à capitis magnitudine.

Cephaleus, a, um: vt, Caro cephalea. Lucil. *lib.* 2. *Satyr.*

Abdomina, thinnia venientibus prima
Dabo, cephaleámque carnem.

Vide Gell. *lib.* 10. *cap.* 20.

[Cephas, [Greek], nomen Apostoli, qui Græcè [Greek]. Est autem [Greek] lapis, & כף Hebr. & Chald. lapis: & cum articulo כפא lapis & Petrus. Dicitur autem *lapis* de Christo & Petro [Greek], non eadem significatione. Vide Casaub. *exerc.* 15. ad ann. Bar. 16. 17.]

Cēphēnĕs, [Greek], recentes fucorum fœtus, quum formam capere cœperint. Plin. *lib.* 11. *c.* 16. Rex apum statim mellei coloris, vt electo flore ex omni copia factus: neque vermiculus, sed statim penniger. Cætera turba quum formam capere cœperit nymphæ vocantur, vt fuci sirenes atque cephenes. ¶ Cephenes item fuerunt Asiæ populi, qui postea à Perse Iouis & Andromedes filio Persæ appellati sunt. Autor Herod. *lib.* 2.

Cēpheūs, [Greek], teste Ouidio, Æthiopum rex fuit, Andromedæ pater, quam Perseus periculo liberatam vxorem duxit. {GERM. Ein könig der Moren, vnd ein vatter Andromede.} Hic postea vnà cum vxore Cassiopea, & Andromede filia, & genero Perse in cælum translatus dicitur. ¶ Oritur Cepheus in 15 parte Capricorni.

Cēphēĭus, Ouid. 4. *Metam.*

-- *Cepheia conspexit arua.*

Cephis, statuarius nobilis, cuius meminit Plin. *lib.* 34 *c.* 8.

Cephisia, [Greek]. Attica regio. {GERM. Die landtschafft Cephisia.} Nam Cecrops Athenarum conditor omnem eius regionis multitudinem in XII. vrbes digessit. Sed Theseus postea has omneis in vnam Atheniensium ciuitatem congregauit. Dicta Cephisia à Cephiso amne. ¶ Est & Cephisia fons Atticæ, sicut Larinæ, Callirœ.

Cephisis, [Greek]. Lacus est iuxta Atlanticum mare, quem Mauri Electrum vocant, quod sole feruefactum electrum è limo dare creditus sit: vt ex Asarubæ sententia tradit Plin. *lib.* 37. *cap.* 2.

Cephisodorus, [Greek], Atheniensis Tragicus, antiquæ tragœdiæ scriptor, cuius fabulas enumerat Suidas. ¶ Cephisodorus item statuarius, Praxitelis filius. ¶ Alius præterea inter præcipuos pictores. Plin. *lib.* 35. *cap.* 9.

Cephisodotus, [Greek]. Statuarius apud Plin. *lib.* 34. ¶ Fuit item Cephisodotus Atheniensium dux, qui rei malè gestæ damnatus in obsidione Alopeconnesi quinque talentis mulctatus est. Autor Suidas.

Cēphisus, [Greek]. Fluuius est per Bœotiam fluens, magna ex parte torrentis instar in mare Phaleræum se condit. Ortum habet in radicibus Parnassi montis. Lucanus *lib.* 3.

Bœoti coiere duces quos impiger ambit
Fatidica Cephisus aqua, &c.

Cephisi aquas fatidicas dicit, propter Themidis oraculum, fluuio huic vicinum, à quo Deucalioni & Pyrrhæ ratio ostensa est, qua genus humanum posset reparari. Huius etiam meminit Plin. *lib.* 4. *c.* 7. Hinc Cephisis, & Cephisias, Patronym. fœm. Ouid. 1. *Metam.*

Nulla mora est, adeunt pariter Cephisidas vndas. & 7. *Metam.*
Vidit & immitem Cephisias ora Procusten.

Cephus, animal est apud Æthiopes pedes posteriores humanis pedibus & cruribus, priores hominis manibus similes habens. Hoc animal à Pompeio cuum ludos faceret, in theatro fuit ostensum, & postea Romæ non visum Plin. *lib.* 8. *cap.* 19.

Cepina, vide *Capina.*

Cepio, nomen Romani ciuis, qui cum Druso inimicitias habuit: vnde origo socialis belli, & exitia rerum, vt Asconius & Valerius Maximus testantur. ¶ Fuere & alij Cepiones: nam & Catonis Vticensis frater

Cepio dictus est. ¶ Et Cepio Seruilius, is cuius culpa Romanus exercitus à Cimbris deletus est: quo nomine accusatus, damnatúsque in exilio periit. ¶ Fuit & Q. Cepio Seruilius, qui de Cilicibus triumphauit: sed postea reus damnatúsque in Gemoniis scalis manu carnificis laceratus traditur, vt refert Valer. Maxim.

Cēpiōnides, gemmæ crystallini nitoris, quæ imagines reddunt, vt speculum. Plin. *lib.* 37. *cap.* 10.

Cēpitis, siue Cepocapites, gemma candida est, venarum nodis coëuntibus candore imaginem referens. Plin. *lib.* 37. *c.* 10.

Cepæ Plinio, κῆπος Suidæ, vrbs est ad Bosphorum Cimmerium Milesiorum colonia: cuius meminit & Pompon. *lib.* 1.

[Cepphus κέπφος, species auis leuissimæ circa mare versantis, quæ facilè à vento circumagitur. Hinc celer & leuis homo vocatur κέπφος.]

Cēpūrică, τὰ κηπουρικὰ, Græci appellant, quæ nostri hortensia, olera scilicet, quæ in horto seruntur. Vnde Sabinus Tiro librum Cepuricōn scripsit, hoc est, hortensium, quem Mæcenati dicauit.

Cēra, {דּוֹנַג *donágh*. κηρός. Gall. *Cire*. Ital. & Hisp. *Cera*. Germ. Wachß. Angl. *VVaxe*.} Satis notæ significationis est, nempe illud quod melle ex fauis expresso remanet. Plin. *lib.* 21. *c.* 14. Cera fit expressis fauis, sed antè purificatis aqua, & triduò in tenebris siccatis, quarto die liquatis igni in nouo fictili. Sueton. *in Neron. cap.* 17. primæ duæ ceræ in testamentis vacuæ signatis. ¶ Eadem cera, ἐν κηρῷ, idem fauus, dicebantur prouerbiali figura, qui vno ore idem affirmarent: aut qui inter se conspirassent. Ductum à fauorum cellulis inter se cohærentis: siue quòd cera tenax, sibique hærens: siue quòd olim in ceratis tabellis scribebant. Vnde & Horatius,

——— *Cerâ laudatur eâdem.*

¶ Imis ceris radere, pro eo quod est, delere penitus, sic vt nullum omnino memoriæ pristinæ vestigium extet. ¶ Ceram auribus obdis, κηρὸν τοῖς ὠσὶν ἐπαλείφεις, in eos qui recusant audire vel æqua, vel iniqua. Natum ab Vlyssis cera, qua suas ac sociorum aures obturat, apud Homer. aduersus Sirenarum cantilenas. ¶ Cera tractabilior, κηροῦ εὐπλαστότερος. De vehementer docili dicebatur, aut de ingenio facili tractabilique, & in quemuis habitum sequaci. Horatius, Persius. ¶ Cera etiam veteres, ante inuentum papyri vsum, pugillares suos obducere solebant. vnde etiam pro epistolis & pugillaribus positum inuenitur. Iuuenal.

Nónne libet medio ceras implere capaces Quadriuio?

Plin. *Epist. lib.* 1. Erat in proximo, non venabulum, aut lancea, sed stylus & pugillares: meditabar aliqua, annotabámque: vt si manus vacuas, plenas tamen ceras reportarem. Per ceram & linum, litterásque interpretes salutem mittit. Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Istoc nomine dum scribo expleui ceras quatuor. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 3. Vbi est amica tua? Eccam in tabellis porrectam. In Cera cubat. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Animum ex cera cita. (i. ex tabellis.) Idem *ibid.* Expressa ex cera, ex annulo tuam imaginem. *ibid.* Ouid. 1. *Fast.*

Perlege dispositas annosa per atria ceras.

Quintil. Cera turbata & linum ruptum, & signa sine agnitione. ¶ Hinc profecta sunt illa loquendi genera, quæ sæpe apud veteres occurrunt. In prima cera, In secunda cera, Ima cera, & Extrema cera. Romani enim sua testamenta in tabulis ceratis præscribebant. Suet. *in Cæs.* Q. Pedium ex quadrante hæredem instituit, reliquos in ima cera, hoc est, in vltima parte testamenti. ¶ Inter ceras optima creditur Punica candidissima, proxima maxime fulua.] ¶ Est & Cera, κηρὸς, herba, Theophr. *hist. plant. lib.* 9. 15.

Ceratarium, chela, quæ in fluuium, aut mare excurrens vim fluctuum frangit. L. g. b.]

Cereostata, candelæ.

Cērŭlă, æ, diminutiuum, τὸ κηρίον. Cic. *ad Attic. lib.* 16. Cerulas enim tuas miniatulas illas extimescebam.

Cēro, as, Cerâ obduco. {κηρόω. Gall. *Cirer, enciver, enduire ou couurir de cire*. Ital. *Incerare*. Germ. Verwächßen/ mit wachß vberziehen. Hisp. *Encerar*. Angl. *To dresse, to seare or ouerlaye with waxe*.} Col. *lib.* 12. *c.* 50. Sexta quaque olnitate dolia cerati oportere antiqui dixerunt. Hinc tabulæ ceratæ dicebantur, cera superinducta. Plaut. *Asin. sc.* 1. *a.* 4. Cerata adeò tabula (vlla sit in ædibus.) ¶ Hinc fit compositum Incerare. Iuuenalis, Genua incerare deorum.

Cērĭfĭcāre, apes dicuntur, quum ceram faciunt. {κηροποιεῖν. Gall. *Faire cire*. Ital. *Far cera*. Germ. Wachß machen. Hisp. *Hazer cera*. Angl. *To mak waxe*.} Plin. *lib.* 9. *c.* 38. Quum cerificauere, fluxos habent succos. Quædam tamen exemplaria hoc in loco habent fortificauere.

Cerata inter monetas annumerantur.

Cērātūrā, æ, Ceratio, ceræ obductio. {κήρωσις. Gall. *Cirement, cirure*. Ital. *Inceramento*. Germ. Wächsung. Hisp. *Enceramiento*. Angl. *Searing or dressing with waxe*.} Col. *lib.* 12. *cap.* 10. Sic vetera non crediderim, propter olei succum, ceraturam pati.

Cērātum, siue Cerotum. {κηρωτὴ. Gall. *Cerot*. Ital. *Cirote*. Germ. Ein pflaster von wachß gemacht. Hisp. *Cerote*. Angl. *A seare cloth*.} Malagmatis genus, quod vulneribus solet superimponi: constat ex rebus siccioribus, & igni appositum mollescit, sed corpori admotum durescit, & pertinacius hæret. Dictum videtur à cera, quæ ferè omnibus ceratis adhiberi solet, Plin. *lib.* 13. *c.* 22. Facie quæ inuadunt ignes sacri, ob id cerato prius illinunt.

Cērārium, apud Cic. 5. *Verr.* Videtur accipi pro eo, quod ceræ nomine penditur: cuiusmodi est, quod etiam hodie pro diplomatum sigillis exoluimus. Cic. 5. *Verr.* Ex omni pecunia quam aratoribus soluere debuisti, certis nominibus deductiones fieri solebant, primum pro spectatione & collybo, deinde nescio pro quo cerario.

Cēreus, a, um, quod ex cera est. {κήρινος. Gall. *De cire, fait de cire, ou de couleur de cire*. Ital. *Fatta di cera, o de color di cera*. Germ. Wächsin/ das von wachß gemacht ist. Hisp. *Cosa hecha de cera ò de color de cera*. Angl. *Of waxe or colour like waxe*.} vt, imago cerea Cic. 3. *de nat. deor.* Vt enim si omnis cera commutabilis esset, nihil esset cereum, quod commutari non posset. ¶ Sumitur quandoque pro molli, facili, & flexibili. Horat. *de arte.*

Cereus in vitium flecti, monitoribus asper.

Ponitur aliquando pro flauo. Virg. 2. *Eclog.*

Addam cerea pruna, à ceræ videlicet colore.

¶ Inde ficedulæ pingues ab Accio ceræ vocantur, translucente nimirum per cutem flaua pinguedine. Quandoque pro vncto. Martialis,

Cerea si pendet iuncto, & trita lacerna.

Cērĕus, substantiuum, Fax cerea. {κηρὸς, τὸ κηρίον. Gall. *Vn cierge ou chandelle de cire, torche*. Ital. *Cirio, torchio*. Germ. Wachßkertz. Hisp. *Cirio*. Angl. *A torche of waxe, a waxe candle*.} Est funale, vel candela ex cera confecta, Mart. *epist.* 42. *lib.* 14.

Hic tibi nocturnos præstabit cereus ignes.

Fax cereúsque præcedebant exequias immaturas, Senec. *c.* 11. *de Tranq.* Ardentibus cereis succendere rogum. Suet. *in Cæs. c.* 84. Tu tibi puere laurus luces cereum.

Cereŏlus, diminutiuum. {Angl. *A litle waxe candle*.} Hieronymus, Magnum honorem præbent huiusmodi homines beatissimis martyribus, quos putant huiusmodi cereolis illustrandos.

[Cerularium, officina cerarii. L. g. b.

Cerinarius, qui cerina tingit.]

Cērĭnus, a, um, quod ceræ simile est. {κηρώδης, κηροειδής. Gall. *Ressemblant à cire, de couleur de cire*. Ital. *Simile alla cera*. Germ. Das dem wachß gleych ist. Hisp. *Cosa semejante à la cera*. Angl. *Like or resembling waxe*.} vt, Cerinus color. Plinius, Sunt & nigra, ac laudatiora cerina, atque purpurea. Cerini smaragdi, apud eundem *lib.* 37. *c.* 5. Plaut. *in Epid.* Cumatile, aut plumatile, aut cerinum, subintellige vestimentum, quod & Melinum ab eodem dicitur à mellis colore, quod μέλι Græci appellant.

Cerinum, vestis cereo colore.

Cērōsŭs, a, um, quod ceram admixtam habet. {κηρώδης. Angl. *Full or mingled with waxe*.} Vnde mel cerosum dicitur nondum satis expurgatum. Plin. Liquore veluti mellis cerosi.

Cērăchātēs, κηραχάτης, gemma est ex achatæ generibus, ceræ colorem præ se ferens. Plin. *lib.* 37. *cap.* 10.

Ceracolips, genus simiæ, Fest.

Ceraites, κεραΐτις, à quibusdam appellatur herba, quæ Græcis τῆλις, Latinis *Fœnugræcum* dicitur. Ceraitis dicta, quòd fructum habeat corniculis similem.

Cĕrămīcŭs, κεραμεικὸς, Cariæ sinus est, non longè ab Halicarnasso nobilissima vrbe. Autor Pomp. *lib.* 1. In Cariæ descriptione, & Plin. *lib.* 5. *c.* 29. ¶ Ceramici item duo fuerunt Athenis, de quibus Suidas scribit his verbis, Athenis Ceramici loci duo erant, vnus in ciuitate, alter extra ciuitatem: in quo qui in bello cecidissent, publico sumptu sepeliebantur, funebrique oratione ornabantur. Qui verò in vrbe erat, locus erat, & certa constitutáque sedes meretricibus. Idem refert Hesychius. ¶ Fuit præterea Ceramicus, Atticæ regionis locus prælatus, eodem Suida autore, in quo lampadum certamina peragebantur, de quibus vide Erasmum *in prouerbijs*, Lampadem tibi cursu trado. ¶ Ceramici meminit etiam Plinius, cuius ex trigesimo sexto verba hæc sunt, Opera Praxiteli sunt Athenis in Ceramico. Potest autem videri, ex eo deriuatum, quòd κέραμος, tegulam significat.

Cĕrămītēs, gemma est testæ colorem habens, vnde & nomen accepit: nam κέραμος, testã, vel tegulã sonat. Meminit huius gẽmæ Plin. *lib.* 37. *c.* 10.

[Ceramium propriè est vas fictile, item testa, dolium.]

Ceramus, κέραμος. Oppidum Cariæ in conuentu Alabandico: cuius meminit Plin. *lib.* 5. *cap.* 20.

Ceratium, vide *Cera*.

Ceras Amaltheias, κέρας ἀμαλθείας, dicitur cornucopiæ, à cornu Amaltheæ Nymphæ, quæ (vt fabulantur Poëtæ) Iouem caprino lacte nutriuit. Vide infra *Cornucopia*.

Cerasbola, τὰ κερασβόλα. Semina sunt, quæ tempore sementis bubula cornua si attigerint, ea veteres crediderunt neque igni consumi, neque facilè coqui. Vnde & ἀτεράμονα nominat. Plutarch. *in Symposiacis*, quasi incoctilia. ¶ Hinc homines duri, & contumaces non inuenusta metaphora κερασβόλοι appellantur.

Cerascomion, OEnanthe, Diosc. *lib.* 5. *c.* 134.

Cerasphoros, κερασφόρος, à nostris corniger dicitur.

Cerasconia, Pastinaca syluestris, Diosc. *lib.* 4. *c.* 57.

Cerasta, arbor quæ sit, require ex Theoph. *lib.* 8. *c.* 18.

Cĕrastes, æ, {שְׁפִיפוֹן *schephiphón*. κεράστης.} Genus est serpentis, quod, teste Plin. *lib.* 8. *cap.* 23. quadrigemina cornua præfert, simillima arietum, vnde & nomen habet. Nam κέρας, ατος, Cornu dicitur. Lucil.

——— *Spinaque vagi torquente cerastæ.*

Cerastæ, insulæ sunt in latere Arabiæ prope Syenen, quæ in fine est Æthiopiæ. Autor Plin. *lib.* 5. *c.* 9.

Cerastis, κεραστὶς, ἡ κεραστία Stephano, dictus est Cyprus, quoniam homines cerastas cornibus insignes eam olim tenuisse quidam scribunt. Alij quòd procurrentibus promontoriis, velut infestis cornibus assurgat. Vulgò *Chipre*.

Cĕrăsŭs, i, {κέρασος. Gall. *Cerisier*. Ital. *Ceragio arbore*. Germ. Ein kirschenbaum. Hisp. *Cereso, arbol conocido*. Angl. *A cherie tree*.} Arbor nota, à Cerasunte Ponti ciuitate sic dicta: quam quum Lucullus deleuisset, inde illam Romam transtulit, & ciuitate Cerasum appellauit. Sane arbor Cerasus dicitur, fructus verò Cerasum. {τὸ κεράσιον. Gall. *Cerise*. Ital. *Cerigia frutto*. Germ. Ein kirse. Hisp. *Cereso fruto*. Angl. *A cherie*.} Ouid. *de nuce*.

Audiat hæc cerasus, stipes inanis erit.

Plin. *lib.* 15. *c.* 25. Cerasorum Aproniana maximè rubent. Et *paulò pòst*, Inter Cerasa principatum obtinent Duracina. Gal. *lib.* 2. *de aliment.* quæ nos vocat Cerasa Aquitanica dici possunt, quæ Galli vocant *des Guisnes*, quòd ab Aquitania, quæ ab illis *Guienne* appellatur, primum sint adducta. ¶ Dicitur & Cerasum pro arbore, Columel. Cerasa & tuberes, & armeniacæ, & amygdalæ, quæ primæ florent, possunt inseri commodè. Sunt & alia genera Siciliana, rotunda, Iuniana, Poracina, Campanica, Laurea, Amaralis, Visula, Germanica, Gallica, Macedonica. Plura alia videri possunt apud Plin. *lib.* 15. *c.* 25. *lib.* 13. *c.* 1. *lib.* 16. *c.* 19. Theophrast. *lib.* 3. *c.* 24. Diosc. *lib.* 7. Æginetam *lib.* 6. Serapion. *c.* 345. Gal. 7. *simpl. c.* 8. *& alimentorum lib.* 2. *c.* 11.

Cĕrăsūs, suntis, κερασοῦς, vulgò *Zefano*, vrbs Ponti à Lucullo expugnata: vnde cerasa primum in Italiam translata sunt. Hieronymus *ad Marcel.*

Accepi

Accepimus & canistrum cerasis refertum talibus, & tam virginali verecundia rubentibus, vt ea nunc à Lucullo delata existimarem: siquidem hoc genus pomi, Ponto & Armenia subiugatis, de Cerasunte primus Romam pertulit: vnde de patria arbor nomen accepit. Pomp. Ratae vrbes Cerasus & Trapezus maximè illustres.

Ceratho, [illegible] terra, Gnosum vrbem præterlabens: à quo, & Gnossus ipsa aliquando Ceratheus vocata fuit, teste Strab. *lib.* 10.

Ceratheus, a, um, Virgilius *in Cyri.*

C- [illegible] fugiens: & flumina Cerathea.

Ceratia, æ, genus herbæ, de qua Plin. *lib.* 26. *c.* 8. Ceratia vno folio, radice nodosa & magna, in cibo cœliacis & dysentericis medetur.

Ceratias, Cometæ genus, ἀπὸ τοῦ κέρατος, hoc est, à cornu, cuius speciem habet. Plin. *lib.* 2. *c.* 25. Ceratias cornu speciem habet, qualis fuit quum Græcia depugnauit apud Salamina.

Ceratinæ, κερατίναι apud Quintilianum, vocantur argumentationes quædam sophisticæ inexplicabiles, quæ à Latinis etiam argumenta cornuta vocantur: dictæ à cornibus, hoc est, à materia ipsa qua vtebantur verborum: cuiusmodi est, Quod non perdidisti, habes: cornua ergo habes.

Ceratis, corniculatum papauer, apud Diosc. *lib.* 4. *c.* 92. Ceratitis, herba syluestris. Plin. *lib.* 20. *cap.* 19. Syluestrium vnum genus, ceratitim vocant, nigrum cubitali altitudine, radice crassa & corticosa, calyculo inflexo vt cornicula. Folia minora & tenuiora quàm cætera syluestrium, &c.

Ceratium, κεράτιον. Minimum pondus, quod apud nos *siliqua* dicitur, tres verò siliquæ conficiunt obolum. ¶ Ceration item Græcis appellatur arbor siliquas ferens corniculorum similitudine: vnde & nomen habet. Latini siliquam Græcam appellant, GERM. S. Johans brot. Col. *lib. de arb. c.* 25. Siliquam Græcam, quam quidam κεράτιον vocant, deinde Persicum ante brumam per autumnum serito.

Ceratonia, κερατωνία. Galeno arbor est, quæ Latinis *Siliqua* dicitur, cuius fructus etiam Græco nomine καὶ κεράτιον & κεράτια appellatur, propterea quòd corniculorum similitudinem referat.

Ceratum, vide *Cera.*

Ceraunobolus, κεραυνοβόλος, dicta est Apellis tabula, in qua tonitrua, fulgetra, & fulgura pinxit: ita dicta quasi τὸ κεραυνοὺς βάλλειν, hoc est, fulmen torquens. Plin. *lib.* 35. *c.* 10.

[Ceraunium, tuberis genus in fœtidum, & nigrum puluerem euanescens. Item gemmæ genus coloris ignis, quod non alibi inueniatur quàm in loco icto fulmine. Plin.]

Ceraunia, æ. Gemma est candida. Plin. *lib.* 37. *cap.* 9. Est inter candidas & quæ ceraunia vocatur, fulgorem syderum rapiens.

Ceraunia, siue Ceraunij, κεραύνια. Montes sunt Epiri, in mare vsque extensi, vbi Ionium mare ab Adriatico separatur: ita dicti ἀπὸ τῶν κεραυνῶν, hoc est, à fulminibus, quibus sæpe impetuntur. {GERM. Das gebirg so durch Epirum gegen nidergang an das Adriatisch meer stosst/ heisst jetz Montes de Chimera.} Ouid. 2. *de Ponto eleg.* 6.

Quum poteram rectè transire Ceraunia velo,
Vt fera vitarem saxa, monendus eram.

Lucian. *lib.* 5.

—— — eraque malignos
Ambraciæ portus, scopulosa Ceraunia nauta Summa timent.

¶ Pro iisdem etiam Acroceraunia, vel Acroceraunios montes dicimus. Horat. *lib.* 1. *Carm. Ode* 3.

Qui vidit mare turgidum,
Et infames scopulos Acroceraunia.

Plin. *in Proœm lib.* 4. Tertius Europæ sinus Acroceraunijs incipit montibus. ¶ Sunt & Ceraunij montes in Asia, in Caspium pelagus obuersi, vt est autor Pomp. *lib.* 1. Quin & Taurus mons in vniuersum Ceraunius appellatus fuit, teste Plin. *lib.* 5. *cap.* 27.

Ceraunij, populi sunt Dalmatiæ, apud Plin. *lib.* 3. *c.* 22.

Ceraunius, κεραύνιος, cognomen vnius ex Ptolemæis Ægypti regibus, ab audacia & velocitate impositum. Autor Pausanias. ¶ Est item Ceraunus Cappadociæ fluuius, ita dictus, quòd fulminis velocitatem imitari videatur. Nam κεραυνὸν Græci fulmen appellant. Meminit huius fluuij Plin. *lib.* 6. *cap.* 3.

Cerbalus, Apuliæ amnis. Plin. *lib.* 3. *cap.* 11.

Cerbenia, apud Steph. pro Cebrenia male scribitur.

Cerberus, κέρβερος. A poëtis fingitur esse canis triceps, inferorum custos: quem ab Hercule catena ab inferis tractum esse iidem fabulantur. Mythologici terram interpretantur, dictúmque volunt Cerberum, quasi κρεοβόρος, hoc est, carnem vorantem: quod terra proprium est, quæ sibi credita corpora omnia consumit. ¶ Alij serpentem fuisse volunt in Tænaro Laconiæ promontorio, cuius veneno mortales extinguebantur. Et quoniam in Tænaro ad inferos dicitur esse aditus, Ditis canem dixerunt: quem quum Hercules trucidasset, nata est fabula, Canem tricipitem interemisse, quanquam hoc alij ad virtutem eius, & animi magnitudinem malint referre, qua omnes cupiditates, & cuncta vitia terrena contempsit ac domuit. ¶ Cerberus etiam dictus est canis Alexandri Epirotæ, leonibus congrediens. Hinc Adiect. Cerbereus. Statius 5. *Syl.*

Nempe times ne Cerbereos Priscilla tremiscat Latratus.

Cercaphus, κέρκαφος, filius Poleadæ (Steph. *in Camiro*) à quo Rhodiæ mulieres Cercaphides. Meminit eius etiam *in Lindo.*

Cercasi, Ægypti populi, iuxta quos scinditur Nilus, in Pelusium fluens, & Canopum. Autor Herodot. *lib.* 2.

Cerceis, κερκηίς, Nympha marina, Oceani & Tethyos filia, teste Hesiodo *in Theogonia*: ita dicta à texendo. κερκὶς enim radium textorium significat.

Cercetæ, populi sunt ad pontum Euxinum, Heniochis & Colchis finitimi, teste Plin. *lib.* 6. *c.* 5. & Strab. *lib.* 11. Pomp. *lib.* 1. Cercetticos vocat.

Cercetij, montes sunt Thessaliæ. Plin. *lib.* 4. *c.* 8. In Thessalia sunt quatuor atque triginta montes, quorum nobilissimi Cercetij, Olympus, Pierus, Ossa, &c.

Cercidas, κερκίδας, optimus legislator Megalopolites fuit, Steph.

Cercina, insula est maris Libyci cum vrbe eiusdem nominis, ex aduerso minoris Syrtis sita, autores Pomp. & Plin. *lib.* 5. *c.* 7.

Cercinitis, parua insula maris Libyci, quæ Cercinæ Carthaginem versus, ponte iungitur. Autor Plin. *lib.* 5. in descript. insularum quæ sunt ex aduerso Africæ.

Cercitum, κερκίτιον, Pausanias Grammaticus ait vocari temonis genus, à populis inuentoribus, qui Cercita appellabantur in terra India.

Cercius, qui & Circius dicitur, ventus est violentissimus. Galliæ Narbonensi peculiaris, reliquis cœli partibus ignotus. Vide Aul. Gell. *lib.* 2. *c.* 22. & Plin. *lib.* 2. *c.* 47.

[Cercolips (malè cercolopis apud Festum) simia, quæ caudam non habet. à κέρκος & λείπω. Latinis est clima, qua apponitur cercopitheco.]

Cercopa, Græci appellant lucri vndique cupientem, quasi κέρκωπα, quem nos quoque lucrionem vocamus. Festus.

Cercopes, κέρκωπες. Populi fuerunt Pithecusæ insulæ, qui quum nullo flagitij genere abstinerent, a Ioue in simias mutati sunt, vt fabulatur Ouid. 14. *Metam.* Cercopes, item fratres duo fuerunt, Passalus, & Achemon, siue (vt apud Suidam legitur) Acmon, de quibus vide suprà in dictione *Achemon.* ¶ Cercopum cœtus ἀγορὰ κερκώπων. De concilitabulo conuentúque versutorum & improborum dicebatur.

Cercopithecus, nomen viri apud Suet. *in Neron. c.* 5.

Cercopithecus, [illegible] κερκοπίθηκος. GALL. Vn marmot, vne espece de singe ayant queue. ITAL. Gatto mammone. GERM. Ein meerkatz. HISP. Gato paus. ANGL. A munkey or marmoset.} Nomen compositum ex κέρκος, quæ dicitur cauda, & πίθηκος simia, quasi simia caudata, quam marmonem vulgo dicimus. Plin. *lib.* 8. Cercopitheci nigris capitibus, pilo asinino, & dissimiles cæteris voce sunt. Mart. *lib.* 14.

Callidus emissas eludere simius hastas,
Si mihi cauda foret, cercopithecus eram.

Cercos, (quod hic pro accipitris genere corrupté legebatur, vide *Circos.*

Cercurus, κέρκουρος, nauis Asiana prægrandis. autore Nonio, à Cypriis inuenta, teste Plin. *lib.* 7. *c.* 56. Plautus *in Sticho,* Cercurum, quo ego me maiorem non vidisse censeo. Vide Gel. *c.* 25. *lib.* 10. ¶ Est item Cercurus, vilissimi oleris genus: vnde natum est illud Græcorum prouerb. καὶ κέρκουρος ἐν λαχάνοις, id est, Et & cercurus inter olera.

Cercyon, κερκύων, latro fuit insignis, quem Theseus totam Atticam regionem latrocinijs infestantem immani ferocia & membrorum robore curuantem trabes, & altissimas pinus ad terram trahentem, vt hoc modo homines discerperet, apud Eleusim Atticæ vrbem interemit. Ouid. *lib.* 7.

Cercyonis lethum vidit Cerealis Eleusis.

¶ Fuit & Cercyon Thessaliæ rex, qui Alopen vrbem, ab Alopes filiæ suæ nomine appellauit.

Cercyra, κέρκυρα, insula est maris Ionij, quæ à Latinis litera vna immutata Corcyra dicitur. Vulgò *Corphu.*

Cerdanitæ, κερδανῖται, populi felicis Arabiæ, Steph.

Cerdonia, oppidum est in via Appia, qua iter erat Brundusium. Strab. *lib.* 6.

Cerdo, nis, artifex sordidus, & qui arteis illiberaleis quæstus gratia exercet, quales sunt sutores veterum calceorum, qui à Suetonio Veteramentarij appellantur. Ab Interprete Iuuenalis *satyr.* 4. Turpis lucri cupidi. {[illegible] אמן אומן חרש *amán chárásc.* βάναυσος. GALL. Cordonnier, sauetier, ou conroyeur, artisan. ITAL. Artifice vile, che solamente attende al guadagno. GERM. Der vnsaubere handtwerckt treybt vmb gewinn willen. HISP. Official de algun arte de ganancia. ANGL. A cobler or botcher.} Mart. *lib.* 3.

Ebrius es, nec enim faceres hoc sobrius vnquam,
Vt velles corio ludere cerdo tuo.

Cic. 1 *de nat. deor.* Orpheum poëtam docet Aristoteles nunquam fuisse, & hoc Orphicum carmen Pythagorici ferunt cuiusdam fuisse Cerdonis. Dicti autem sunt Cerdones, à Græco κέρδος, quod lucrum significat: vnde & Lucriones à Latinis appellantur. ¶ Cerdo etiam nomen fuit hæretici, à quo Cerdoniani, qui Christum nec natum à fœmina, neque habuisse carnem, nec verè mortuum, vel quicquam passum, sed simulasse passionem dicebant.

Cere, vide *Care.*

Cerealis, quæ alio nomine *Ebura* dicitur, Plinio commemoratur inter Hispaniæ Bæticæ *lib.* 3. *cap.* 1.

Cerealis, vide *Ceres.*

CEREBRVM, inquit Plinius, est viscerum excellentissimum, proximúmque cælo capitis, sine carne, sine cruore, sine sordibus. {מוח *muách.* ἐγκέφαλος. GALL. Cerueau, ou ceruelle. ITAL. Ceruello. GERM. Das hirn. HISP. Meollo de la cabeça. ANGL. The braine.} Hic habet sensus arcem, hic culmen altissimum, hic mentis est regimen. Cic. 1. *Tusc.* Aliis pars quædam cerebri visa est animi principatum tenere. Aliis nec cor ipsum placet, nec cerebri quandam partem esse animum: sed alij in cerebro dixerunt animi esse sedem & locum. A cerebro proficiscitur somnus. Quæ cerebrum non habent, non dormiunt. Res est, inquieta felicitas: mouet cerebrum non vno genere, Senec. *epist.* 36. Plaut. *Aul. sc.* 3. *a.* 1. Cerebrum mihi excutiunt tua dicta.

Cerebellum, dimin. {ἐγκεφάλιον. GALL. Petit cerueau. ITAL. Ceruellino, picciol ceruello. GERM. Das hirnle. HISP. Pequeno meollo de cabeça, ò la nuca del meollo. ANGL. A litle brayne.} Plin. *lib.* 9. *c.* 5. Morsis à cane rabido, ne rabiosi fiant, cerebello gallinaceo occurritur. Medici cerebelli nomine intelligunt posteriorem cerebri partem, quam παρεγκεφαλίδα Græci appellant, à reliquo cerebro duplicatis meningibus seclusam illapsa in ossis sacri imum traiicitur, à qua duriores neruí, vt ex arboris caudice rami proferuntur.

Cerebrosus, cui vitiatum est cerebrum, quíque præceps fertur in iram, totúsque suo consilio hæret, & obstinatus à nemine persuadetur, & iracundiæ obtemperans sine ratione fertur. {קצר אפים *kesár apaym* קשה עורף *keschéh 'óreph.* αὐθάδης, ἀνέγκεφαλος. GALL. Cerueleux, fort cholere, ouertueux, obstiné, & rigoureux. ITAL. Ceruel legiero, ostinato. GERM. Starrkopf / frummig. HISP. Loco, como sin meollo. ANGL. Stubburne, obstinat, stiff necked.} Horat. *lib.* 1. *Serm.*

———— Donec cerebrosus prosilit vnus.

¶ Dicitur & de brutis. Col. *lib.* 2. Quod eo tempore satum pecori sit noxium, & præcipue bobus, quos pabulo suo cerebrosos reddit.

[Ceremoniæ, siue cærimoniæ, vide *Cæremonia.*]

Cereo, antiquum verbum, & idem quod Creo: vnde Ceres dicta, non vt Cicero & Varro volunt, à gerendo. Meminit huius Varro lib. 5. de L.L. Itemque Festus, qui dicit ab hoc verbo in Saliari carmine fuisse, Cerus manus, i. creator bonus.

Cĕrēs, Dea frugum putabatur ab antiquo verbo Cereo dicta. {Germ. Die göttin des getreids.} Saturni & Opis filia, quæ peculiari epitheto Alma dicitur, quia nos alit: (vt Cic. lib. 4. de nat. deor. scribit) dicta est, tanquam geres, à gerendis frugibus, prima litera immutata à Græcis Δημήτηρ quasi γημήτηρ dicitur: hoc est, terræ mater, quòd cunctarum frugum creatrix sit, & altrix. Non illic colit arua Deus Bacchúsve, Ceresve, Tib. lib. 4. Cereris spectaculum. Suet. in Nero. c. 12. Græci Cererem etiam Thesmophoron vocant, hoc est, legumlatricem: quia antequam illa agriculturæ vsum docuisset, homines nulla lege viuebant, postea Cereris beneficio monstrato vsu frugum, ceptum est de agrorum finibus, qui antea nulli erant vsui, disceptari: quam primam volunt fuisse legum & iuris originem. ¶ Hæc quandoque Luna dicitur, sicut Liber pro Sole ponitur. Virg. lib. 1. Georg.

——— vos ò clarissima mundi
Lumina, labentem cœlo quæ ducitis annum,
Liber & alma Ceres.

¶ Ponitur interdum Ceres pro ipso pane, sicut Liber pro vino. Terent. in Eunuch. Sine Cerere & Baccho friget Venus. ¶ Cereri sacrificant. Dici solitum, si quando in conuiuio deesset vinum, propterea quòd in huius sacris nefas esset inferre vinum. Plaut. in Aul. Pro eodem dicitur, Cereri nuptias facere. Idem Aul sc. 3. a. 1. Cererin' Strobile has facturi nuptias? STR. Qui? STA. quia temeti nihil allatum intelligo. Idem Amph. sc. 4. a. 4. Nec Bacchum salutem, nec Cererem.

Cĕrealis, e, quod ad Cererem pertinet. Δημήτριος. ¶ Cereales autem ædiles duo dicti fuerunt, qui rei frumentariæ apud Romanos præerant: quorum creandorum autor fuit C. Iulius Cæsar. ¶ Cereales ludi in honorem Cereris facti. Liu. 10. bell. Pun. ¶ Cœna Cerealis. Plaut. Menæch. Cereales cœnas dat, ita mensas extruit, &c. id est, lautas, opiparas, vt in Cereris sacris Virg in Georg.

In primis venerare Deos, &c.

Cereale papauer. Virg. 1. Georg.

Necnon & lini segetem, & Cereale papauer.

Vbi Seruius, Cereale papauer, vel quod est esui, sicut frumentum: vel quo Ceres vsa est ad obliuionem doloris. Cereales cœnas dat. Plaut. Men. sc. 1. a. 1.

Herbaque quæ latuit Cerealibus obruta sulcis,

Ouid. Eleg. 12. lib. 3. Trist. Arma Cerealia Virg. lib. 1. Cerealis aura, i. vltrix, quæ alit & educat fructus: quòd Ceres educatrix hominum habita sit. Plin. lib. 15. c. 19. Intus solem primò secum inducunt, Cerealésque auras immittunt foribus apertis.

Cĕrĕalia, orum, Δημήτρια, dicuntur sacra Cereris à Triptolemo instituta, quæ Plin. etiam lib. 24. Thesmophoria vocat, à Cerere Thesmophora, hoc est, legum latrice. Plutarch. quoque Adonia vocat. Patricij Megalentibus matricæ soliti, plebs Cerealibus. Hæc autem festa tanta religione celebrabantur, vt feriæ pollutæ crederentur, si quis eo tempore cum vxore concubuisset. Vnde extat elegans elegia apud Ouid. qua cum Cerere expostulat, quòd eius festo sibi cum amica concumbere non liceat. Præterea in sacrificiis Cereris vinum non adhibebatur. Vnde Plaut. in Aul iocandi ansam sumpsit, Megadorum Cereri nuptias esse facturum, quòd nihil ad nuptias vini esset allatum.

Ceretum, & Ceretani, vide Caretum.

Ceria, potionis genus ex frugibus confectum, quo vtuntur Hispani, Plin. lib. 22. c. 25. Vide supra Cella.

Ceriada, Κεριάδαι. Vicus in Hopothoontide. Steph.

Cerinthē, es, vel Cerinthia, æ, κηρίνθη. Genus herbæ est, mellis cum cera mistis saporem habens. Virg. 4. Georg.

——— *Cerinthæ ignobile gramen.*

Habet folium candidum, incuruum, capite concauo, cuius florum apes sunt auidissimæ. ¶ Dicitur & Cerinthus κήρινθος, & à Dioscoride Ceranthe, ab Aristotele Erithace. Vulgò eam vocare solent Garbinam, in Hetruria præsertim, & Liguria, quia flatu Africi nasci creditur, quem (vt inquit Vitruuius) Carbam nautæ, vel Carbinum cognominant.

Cerinthus, Κήρινθος, oppidum in Eubœa insula. Plin. lib. 4. c. 12.

Cerinthus, hæreticus, cuius meminit Dionysius, quum de Ioannis reuelatione disserit, Cerinthus, inquit, affirmabat futurum regnum Christi voluptatium mores fuos fassus, quòd gulæ luxuriæque deditus esset. Irenæus etiam secretiora ipsius in primo sui operis manifestat. Ex Eusebij lib. 3.

Cerĭnus, vide Cera.

Cerĭon, κηρίον, vlceris genus, achoribus simile, maiusculis foraminibus, in quibus sanies melli similis, instar faui apum continetur, vnde & nomen accepit: nam κηρίον Græcis fauum significat. Plin. lib. 20. c. 2. Sanat radix vlcera concreta in modum faui, quem Cerion appellant. Idem lib. 23. cap. 7. Cum melle item vlceribus, quæ Ceria vocantur, illinuntur.

Cĕrītes, κηρίτης, gemma est cerei coloris: cuius meminit Plin. lib. 37. cap. 10.

Cerites, Vide suprà in dictione Care.

Cĕrĭtus, quasi ceritus, hoc est, Cereris ira & indignatione vexatus, νυμφόληπτος. Nam in Cereris sacris furore corripiebantur. Et sicut à Baccho Bacchantem dicimus, sic à Cerere Ceritum. Horat. in Serm.

Ceritus fuit, aut commota criminæ mentis.

id est Lunaticus & furiosus. Plaut. in Amph. Tu certè laruatus es, aut cerritus. Idem, Iube, hanc procerita circumferri. Idem Men. sc. 4. a. 5. Quid esse morbi dixerat narrat enes? Nam lunatus ille, aut Ceritus. Idem Men. sc. 4. a. 5. Ita scribit cum tr. duplici Passer.

[Ceris, conchyliorum genus. Cunc.]

Cermanum, locus iuxta Tiberim olim Germanum, à Romulo, & Remo Germanis. Plut. in Romul.

[Cermatista, κερματιστής, nummularius.]

Cer[illegible]um, oppidum Macedoniæ apud Plin. lib. 4. cap. 10. in descriptione Macedoniæ.

Cerna, vel cerne, insula est Æthiopici maris, de qua sic Plin. scribit lib. 6. c. 31. Contra sinum Persicum Cerne nominatur insula aduersa Æthiopiæ, cuius neque magnitudo, neque interuallum à continente constat. Æthiopas tantum populos habere traditur.

Cernetani, qui & Mariani dicti: sunt Italiæ populi sunt, iuxta Casinum & Bouillas, ita dicti à Cerneto oppido, cuius meminit Plin. lib. 3. c. 5.

Cerno, is, creui, cretum, Video. {ראה raah בחן bâchan. Gall. Voir, regarder. Ital. Vedere. Germ. Sehen/ lugen. Hisp. Mirar ò ver con los ojos. Angl. To see, to perceiue.}

Cumque locos cultúsque hominum morésque sonósque Cernimus.

Ouid. El. 8 lib. 3. Differt autem Cerno à video, aspicio, specto, intueor, quòd cernimus animo, videmus natura, aspicimus ex improuiso, spectamus voluntate, intuemur cura: quemadmodum elegantissime tradit Corn. Fronto in diff. vocab. Virg. 3. Æneid.

Cernimus astantes ne quicquam lumine toruo
Ætneos fratres.

& 2. Æneid.

Ardentes clypeos atque æra micantia cerno.

Plaut. Cistel. Tum antehac te amaui & mihi amicam esse creui meo Gymnasium, id est, vidi. ¶ Transfertur & ad animum, & significat animaduerto, considero. Cic. in Topic. Verecundè tu quidem, vt omnia, sed tamen vt facilè cernerem te ardere studio, mecum vt tibi illa traderem, egisti. Idem lib. 3. epist. Cerno iam animo, quanto omnia vberiora futura sint.

Cumque locos, cultúsque hominum, morésque sonósque
Cernimus,

Ouid. El. 8. lib. 5. Trist. ¶ Quandoque significat iudicare, statuere, deliberare. κρίνω. Cic. de legib. Quodcunque Senatus creuerit, populúsve iusserit, tot sunto: regio imperio duo sunto. Lucilius, Postquam prætidium castris educere creuit. Pacuuius, Et æquum & rectum est quod postulas, iurati cernant. ¶ Quandoque diuidere, secernere, cribrare. {נפה henîph. ἀττάω, σήθω. Gall. Cribler, sasser, tamiser. Ital. Crinellare, vagliare. Germ. Underscheiden/ reytern. Abtheilen. Hisp. Acribar, carandar, cernar. Angl. To sift, to sear ce.} Quod & Incernere dicitur: vnde & incerniculа cribros vocamus. Plin. lib. 18. c. 11. Rursus quæ transit, instrore cernitur. Vnde & Crines dicti sunt, quòd sint discreti. ¶ Quandoque dimicare. {ריב raab התחרה hitraâh. ἀμφισβητεῖν, ἀγωνίζεσθαι. Gall. Se fascher, combattre. Ital. Contendere, combattere. Germ. Streyten, kempfen. Hisp. Contender y pelear.} Plaut. Pro patria Amphitryo dum cernit. Cernere armis cum aliquo. Accius Epinausimache. Ex Nonio. Cernere vitam, de vita certare. Ennius apud Cicer. 1. Offic.

Ferro, non auro, vitam cernamus vtrique.

¶ Quandoque adire, vnde Cernere hæreditatem hæredes dicuntur, ἀγχιστεύειν τινί, ἐμβατεύειν εἰς τὴν κληρονομίαν, ἢ δέχεσθαι. Cic. ad Dolabellam, A te peto, vt me hanc quasi falsam hæreditatem alienæ gloriæ sinas cernere. Cernere pro possidere. Donat. in Terent. in Silicernium, vnde cernere hæreditatem: Imo adire & visere. Composita huius verbi sunt Concerno, Decerno, Discerno, Excerno, Incerno, Secerno, Succerno, quorum significationes vide suis locis.

Cĕrtio, nis, verbale, Solennitas, quæ adhibebatur in adeundis hæreditatibus. Cic. ad Attic lib. 11. Galeonis hæreditatem creui. Duco enim cretionem fuisse simplicem: quoniam ad me nulla missa est. Varro 5. de ling. Lat. Facito videant te hæredem: itaque in cretione adhibere iubent testes. Theodosius Imp. l. 6. C. de iure deliber. Cretionum scrupulosam solennitatem hac lege penitus amputare decreuimus, ἡ ἐπὶ τῆς ὥρας ἐμβατεύσεως ἢ τῆς κλήρου ἐμβατεύσεως.

[Ceraunobolus, tabula Apellis, in quâ fulmina pinxerat. Item iaculatrix legio. Cerda.]

Cernuo, as, are, id est, Cernuum me facio, ad terram inclino. {Angl. To bowe downeward.} Varro de vita pop. Rom. Et iam pelles bubulas oleo perfusas percurrebant, ibique cernuabant, id est, ad terram sese inclinabant, aut saltando in terram cadebant proni. Nonius.

Cernuatus, in partem anteriorem inclinatus, vel in caput ruens.

Cernuus, a, um. Inclinatus, quasi qui terram cernat. {ἐπινευκώς. Gall. Penchant, encline vers la terre. Ital. Chino inchinato. Germ. Nider gebogen/ Bogechtig. Hisp. El que mira la cabeça baxa. Angl. Crooking downe towarde the earth.} Virg. lib. 10.

——— *Erectique incumbit cernuus armo.*

Vbi Seruius, Cernuus equus dicitur, qui cadit in faciem, quasi in eam partem, qua cernimus. Vnde & pueri quos in ludis videmus, ea parte qua cernunt stantes, Cernui vocantur: vt etiam Varro in ludo theatralibus docet. ¶ Cernuus item calceamenti genus. Festus.

[Cerobulon, cerea bulla. L. g. b.]

Cĕrōmă, κήρωμα, oleum quo sese athletæ perungere solent, adhibito quodam terræ genere. Cæl. lib. 4. c. 26. vocat πηλόν: cui si sudor accessisset, γλοιός vocabatur ab iis, qui nimis Attici videri volebant, vt inquit Galenus. Arenam autem qua Athletæ se aspergebant, post huiusmodi vnctionem ἁφὴ vocabant. Martialis,

Et flaue scit haphe.

Fiebat autem ceroma ex oleo, terráque, nec ex omni terra, sed ex quibusdam generibus, quibus robustiora fieri corpora, & ad tolerandos æstus, atque algores reddebantur firmiora & erat albida quædam terra pertenuis, ex Albano agro, & rubrica, & Baianus puluis. Adhibebatur autem oleum, tum ad agilitatem præstandam, vt corpora lubrica fierent: tum quòd natura olei est, tepefacere membra, & contra algores munire. Terra verò ad indurandos magis artus, & aduersus æstum sumandos admiscebatur. Stat. de Palæstra.

Post quam ole ganisa cutu, petit æquor vterque
Procursu medium, atque hausta vestitur arena,
Tum madidos artus alterno puluere siccant.

¶ Ponitur & pro loco in quo palæstritæ vngebantur, quem Vitruuius κηρώματα vocat. Plin. Idem palæstras athletarum imaginibus, & ceromata illustrant.

Cĕrōmatĭcus, a, um, quod ceromate perunctum est. Iuuen. satyr. 3.

——— *& ceromatico fert nicteria collo.*

Cĕrōstrōtum, κερόστρωτον, compositum à κέρας cornu, & στρωτόν stratus, &

& est picturæ genus, quum ex cornibus ramenta tinguntur variis coloribus, deinde ... ligno inferuntur. ¶ Item pro hoc ex lignis ... ferarum animalium cornua, dentes elephantorum secari, lignumque ebore distinguat, mox totum operiri. Plin. *lib.* 16. Nunc tincta, nunc sublita, nunc quæ Cerostrota, picturæ genere dicuntur. ... dicantur Cerostrota, cornibus strata, sicut Lithostrota, lapidibus strata.

Ceroeum, vide *Ceratum in Cera*.

Ceres, piscium genus, de quibus Diosc. *lib.* 2.

Cerrus, Arboris glandiferæ species est, cuius glande suilla caro firmior redditur, αἰγίλωψ. Plin. *lib.* 16. *c.* 6. Glans optima in quercu atque grandissima, mox æsculo: nam roboris parua, Cerro tristis, horrida, echinato calyce, ceu castaneæ.

Cerrinus, a, um, vt, Cerrinus calyx Plin. *lib.* 3. *c.* 10. Quidam pectus eius bibendum censent & in cerrino calyce.

Cerreus, a, um: vt, Cerrea glans. Plin. *lib.* 16. *c.* 6. de glande fagina loquens, Proximam huic cerream tradit Nigidius, nec ea alia fondiorem carnem, sed duram.

Cerrones, leues, inepti, à crratibus dicti, quòd sicuti aduersus Athenienses crratibus pro scutis sint vsi, quos Græci γέῤῥας appellant. Hinc Concerrones & concerræ.

‖Certamnites terræ genus apud Platonem.‖

Certe, vide *Certus*.

Certo, Pugno, prælior, bellum gero, contendo. {[illegible] *nitstsâh*. ἀγωνίζομαι. Gall. *Debattre auec quelqu'vn, combattre*. Ital. *Contendere, combattere*. Germ. Streyten. kempfen. Hisp. *Contender y pelear*. Angl. *To debate, to fight, to striue*.} Tacit. *lib.* 21. Multus in eo equez, cum expeditis cohortibus anxiguè certauit. Certabat in Vatinio deformitas corporis cum turpitudine ingenij Velleius.

Si periclus certare de summa, iterum redeamus ad illum.

Ouid. 13. *Metam.* Vbi certatum erat ante virtutibus, sceleribus certabatur Velleius. ¶ Cum datiuo. Virg. *Eclog.* 5.

Montibus in nostris solus tibi certet Amyntas.

¶ Cum ablatiuo. Terent. Benedictis si certasset, audisset bene. ¶ Cum ablatiuo & præpositione De Liuius, Aretini atque Ardeates de ambiguo agro quum sæpe bello certassent. ¶ Cum præpositione Cum. Salustius, Sed vt mos est illius generis, optare, sequi, in, curis cum æqualibus certare. ¶ Cum præpositione Inter. Cicero, Reliquum est, vt officiis certemus inter nos. In omne facinus certare, id est, ... turpitudinem, proiectum esse ad omne scelus. Seneca *Thebaid.* 1. Dum scelestis (breuiter vt dicam) meis Certant in omne facinus. Certare, item inter se summa cura deliberare. Virg. 6. *Æneid.*

Haud mora festinant flentes, aramque sepulchri

Congerere arboribus, cæloque educere certant.

Hoc est, (ait Seruius) vt hoc faciant, mente pertractant. Nam adhuc ituri sunt ad syluas. Certare aliquid, id est, certando conari. Horat. 2. *Serm. satyr.* 3.

An quodcunque facis Mecænas, te quoque verum est

Tanto dissimilem, & tanto certare minorem?

¶ Et cum ablatiuis Mecum, Tecum, Secum. Plin. iun. Nam mihi satis est certare mecum. ¶ Certare cum vsuris fructibus prædiorum dicuntur, quorum vectigalia vix, aut ne vix quidem vsuris persoluendis pares esse possunt. Cic. *Cat.* 2. Meo beneficio tabulæ nouæ proferentur, verum auctionariæ: quod si maturius facere voluissent, neque id quod stultissimum est certare cum vsuris fructibus prædiorum locupletioribus, ... & melioribus ciuibus vteremur. Hotomannus. ¶ Hinc componuntur Decerto & Concerto.

Certamen, Conflictus, concertatio, contentio, prælium. {[illegible] *meriv*. ... ἀγών, ἆθλος, ἀγώνισμα. Gall. *Debat, combat, estrif*. Ital. *Battaglia, abbatimento, contrasto*. Germ. Streyt, kampf. Hisp. *Pelea, contencion, y porfia*. Angl. *Debate, fight, striffe*.} Ouid. 10. *Metam.*

Mors pretium tardis: ea lex certaminis esto.

Ipse tulit pretium iam nunc certaminis huius,

Qui cum victus erit, mecum certasse feretur.

Ouid. 13. *Metam.* Non foret ambiguus tanti certaminis hæres (i. armorum de quibus certatur). *Ibid.*

Lege exerum quoniam nudum certamen habetur.

Idem *ibid.*

Laudis & assiduo vigeat certamine miles.

Tibul. *lib.* 4.

Aspera militiæ iuuenis certamina fugi.

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist.*

Laudis & assiduo vigeat certamine miles.

Tibul. *li.* 4. Certamen ludicrum Olympiorum mox ludi, & sacrum, & Mercatus. Velleius. In sacro certamine sortitio fiebat inter Athletas. Gel. *cap.* 9. *lib.* 5. Incendium templi de quo certatus ... vter columbam sagitta feriat, vter prior decurrat ad metas. Virg. 2. *Georg.*

Velocis iaculi certamina ponit in vlmo.

¶ Græca certamina celebratissima hæc fuerunt, Olympia, Pythia, Isthmia, & Nemæa, in quibus Græci magnos honores constituerunt victoribus athletis. Nam Olympia, iuxta Olympiam Elidis ciuitatem quinto quoque anno in honorem Olympij Iouis celebrabantur: & qui vicisset, corona ex oleastro, qui Philotephimus dicitur, donabatur: institutaque sunt anno mundi quadringentesimo supra quatuor millia. in eoque certamine Hercules primus coronatus est. ¶ Pythia, Apollini sacra erant, in memoriam Pythonis serpentis ab Apolline occisi instituta. Vnde & nomen tenuerunt. Ex hoc certamine victor coronam lauream cum malis reportabat. Nam quod Ouidius Pythiorum victori æsculeam coronam videtur tribuere *lib.* 1. *Metamorph.* (quum ait,

Neue operis famam posset delere vetustas,

Instituit sacros celebri certamine ludos,

Pythia perdomitæ serpentis nomine dictos.

His iuuenum quicunque manu, pedibusve, rotâve

Vicerat, æsculeæ capiebat frondis honorem.) id non ex animi sententia affirmat, sed vt commodiorem faceret transitum ad fabulam Daphnes. Subdit enim, Nondum laurus erat. ¶ Isthmia, ab Isthmo Peloponnesi, vbi celebrabantur in honorem Palæmonis, quem Latini Portunum dicunt, in quibus qui vicisset, coronam ex pinu reportabat. ¶ Nemæa, à Nemea sylua in memoriam Archemori Lycurgi filij fiebant, quorum victores apio coronati abibant. De hisce quatuor sacris Græciæ certaminibus extat etiam nobile Archiæ poetæ Græcum epigramma.

Τέσσαρές εἰσιν ἀγῶνες ἀν' Ἑλλάδα, τέσσαρες ἱροί.

Οἱ δύο μὲν θνητῶν, οἱ δύο δ' ἀθανάτων.

Ζηνὸς, Λητοΐδαο, Παλαίμονος, Ἀρχεμόροιο.

Ἆθλα δὲ τῶν, κότινος, μῆλα, σέλινα, πίτυς. Id est,

Quatuor Argiuis certamina sacra feruntur:

Bina hominum natis, binaque cælitibus:

Phœbo, ipsique Ioui, Archemoro & parno Melicertæ.

Poma, oleastra, apium, præmia pinus erant.

Hæc certamina etiam Ludi plurali numero dicuntur, & spectacula. ¶ Certamen significat etiam priuatam contentionem. Salust. Diu magnum inter mortales certamen fuit, vine corporis, an virtute animi res militaris magis procederet. ¶ Certamen, prælium. Cic. 4. *de finib.* Sed vt magnum, & difficile certamen iniens, quum sibi cum capitali aduersario dolore depugnandum videret, excitaret omnes rationes fortitudinis & patientiæ. Plancus *Ciceroni.* Aut ipse a certamine belli tam necessarij me remouissem. Certamen non accipit excusationes, ἀγὼν οὐ δέχεται σκήψεις. Plat. *lib. de leg.* ἀλλὰ γὰρ ἀγὼν προφάσεις οὐ πάνυ δέχεσθαι, id est, Verum aiunt certamen non admittere causationes. Locus erit prouerbio, quum quis in magno præsentaneoque periculo velit tergiuersari, & occasionem expectare.

Certator. Gell. *c.* 10. *lib.* 12. Indomiti certatores (i. disputatores.)

Certātio, nis, Contentio, certamen. {מריבה *merîbâh* מדון *madhôn*. φιλονεικία. Gall. *Debat, combat*. Ital. *Contesa*. Germ. Das streyten oder kempfen. Hisp. *Contencion y porfia*. Angl. *Debate striuing*.} Cic. 3. *de nat. deor.* Sed nequaquam istuc ibi tam magna est certatio. Idem 2. *de Leg.* Ludis publicis quod sine curriculo, & sine certatione corporum fiat, popularem lætitiam in cantu & fidibus, & tibiis moderanto.

Certātim, aduerb. Cum certamine, contentione, & æmulatione. {φιλονείκως. Gall. *A l'enuie l'vn de l'autre, à qui mieux mieux*. Ital. *Agara, à chi fa più presto*. Germ. Mit streyt in kampff weyß. Hisp. *Contenciosa y porfiadamente*. Angl. *Bistriuing and contention to do best*.} Virg. *lib.* 8.

Tum lecti iuuenes certatim, araque sacerdos

Viscera tosta ferunt taurorum.

Suet. *in Aug.* Senatus & in funere ornando & in memoria honoranda eo studio certatim progressus est. ¶ Item pro festinanter.

Certatus, a, um, adiect. ἀγωνισθείς. Tacit. *lib.* 11. Et huic contra itum ad amnem Erindem, in cuius transgressu multum certato, peruicit Bardanes. Certato, id est, quum certasset. Passiuum pro actiuo.

Certātus, us, ui, nomen, idem quod certamen. Stat. *lib.* 3. *Syl.*

——— *videtque benigna*

Parthenope gentile sacrum, nudosque virorum

Certatus, & parua sua simulacra coronæ.

Certus, a, um, Clarus, & indubitatus, à Cerno pro video, quia ea quæ cernimus, clara & indubitata sunt. {ידוע *jadhûah* נאמן *neemân*. ἀσφαλής, βέβαιος. Gall. *Certain, asseuré*. Ital. *Certo, chiaro*. Germ. Gewiß, klar. Hisp. *Cierto, no dudoso, claro*. Angl. *Certaine, sure*.} Plaut. *Mercat.* Quid illud sit negocij, Iubet scire me, ex hoc vt sim certus meum. Gellius, Certi sumus non ignorare te quid vna appellatur. Certa amittimus, dum incerta petimus. Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 2. In te certum est id experiri. Idem *Mostell. sc.* 3. *a.* 1. Quæro qui istuc certum faciat mihi. Idem *Men. sc.* 1. *a.* 2. & *sc.* 2. *a.* 5. Certa res est hanc obiurgare. Idem *Amphitr.* Nequeo cum animo certum inuestigare. Idem *Aul. sc.* 6. *a.* 4. Istuc certum erat (i. facere volebam.) Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 2. Item, Certum est mihi (irascentis.) Idem *Pseud. sc.* 7. & 8. *a.* 4. Fac me certum quid sit. *Ibidem, sc.* 1. *a.* 1. Si ex te fieri possem certior. *Ibidem.* ¶ Interdum certus dicitur constitutus, hoc est, tantus & talis, quantum ac qualem volumus. Vnde Certum vulnus fecisse aliquem dicimus, quum nec plus, nec minus fecit, quàm voluit. Mart.

O quàm certa fuit librato dextera ferro.

Interdum discretus, ἀφωρισμένος. Hinc certos ferè plurali numero dicimus, pro eo quod est, Quosdam, quasi cæteris discretos. Cic. Is enim cum certis aliis ad Cæsarem missus, paulò antè discesserat. Salust. Apud latera certos locauit. Certo patre nati, & certi liberi, pro legitimis. Cicer. *pro Sexto Roscio Amerino.* Si tibi fortuna non dedit vt nascerere certo patre. & 1. *de Inuent.* Nondum diuinæ religionis non humani officij ratio colebatur, nemo legitimas viderat nuptias, non certos quisquam inspexerat liberos. Sic Progenies certa, pro legitima, apud Senec. *in Troad.*

Certissima proles,

Virg. 7. *Æneid.* Homines certi, id est, fidissimi nuntij. Cic. *ad Lentulum lib.* 1. Quoties mihi certorum hominum potestas erit, quibus rectè dem, non prætermittam. Idem 4. *Verr.* Confirmat & se homines certos eius rei causa, in Siciliam & terra & mari missurum. Certus cum præpositione In, vel Erga, interdum idem est quod prosper, & de quo melius confidas. Valer. *lib.* 1. *Argonaut.*

Ille tibi cultusque deum, delubraque genti

Instituet, quum iam genitor lucebit ab omni

Parte poli: neque enim in Tyrias Cynosura carinas

Certior, aut Graijs Helice seruanda magistris.

¶ Item certus, firmus, non vacillans, βέβαιος. Ouid.

Da mihi quod petitur certo contingere telo.

¶ Et certum dicimus deliberatum, in quo plerunque adiungitur datiuus cum infinitiuo: vt, Certum est mihi in Asiam nauigare, δέδοκται μοι. Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 3. Certum est meum ius persequi. Virg. *in Gallo,*

Certum est in syluis inter spelæa ferarum

Malle pati.

Terent. Si ita certum est tibi, εἰ οὕτω δέδοκταί σοι. ¶ Certo certius prouerbiali tropo dicimus, quod prorsus indubitatum haberi volumus. Vlp. *Pan. ... lib.* 24. *tit. de testam. tut.* Testamento datos sponsores non esse cogendos satisdare rem saluam fore, certo certius est. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 5. Nec quid velit mihi certius facit. Idem *Capt. sc.* 5. *a.* 3

Non moriri certius. Idem *Men.sc.8.a.5.* Cui certissimum est me, &c. Certus cum genitiuo, vt apud Virg.4. *Æneid.* Certus eundi, hoc est, haud dubiò profecturus. Sic Tac.*lib.*20. Descendendi certus. & *lib.*12. Nam vbi sui matrimonij certa fuit, struere maiora, &c. Certus cum infinitiuo. Stat.3.*Theb.*

Ibo libens, certúsque mori.

Val.Flac. *lib.*2.

Acrius hoc instate viri, succurrere certi.

Certifico. {Angl. *To make certane or sure.*} Pro hoc verbo tanquam reprobato plerique ponunt, certum, aut certiorem facere, seu reddere, licet etiam certiorem facere dicimus, qui alioquin nihil certi à nobis habuerit: atque sic obtinuit frequentior vsus scribendi, tamen aliter à Cicerone positum *lib.9.Epist.fam.* Insulanus obseruauit.

Certior, & Certius, comparatiua, pro compertiore, exploratiore & peritiore. {Angl. *More certane, more sure.*} Senec. *in Hip.*

——— *loquens de Cupidine,*

Ipsúmque Phœbum, tela qui neruo regit,

Figit sagitta certior missa puer.

Facere certiorem, δηλοῦν, μηνύειν, est notum facere, indicare, & dicere ita esse. Cic.6.*Verr.* Adsunt Segestani clientes tui, socij populi Romani atque amici: certiorem te faciunt, P. Africanum Carthagine deleta, &c. Plaut. *in Cas.* Face me certiorem quid meus vir me velit. Terent. *in Phorm.* Quantum potes me certiorem face.

Certiôro, as, Certiorem facio, certiorem reddo, {הודיע *hodhiah.* δηλῶ, μηνύω. Gall. *Certiorer, faire sçauoir, aduertir.* Ital. *Certificare.* Germ. Zuwissen thun. Hisp. *Certificar y auisar.* Angl. *To mak certane or sure, to aduertise.*} Quod verbum non temerè alibi reperias, quàm apud Iurisconsultos. Vlpian. *de eo qui pro tut. l.1.* Sed necessarios pupilli non certiorauit. Idem *l.1.ff. de act. empt. & vend.* Hæc ita vera sunt, si emptor ignorauerit seruitutes: quia non videtur esse celatus qui scit, nec certiorari debuit, qui non ignorauit.

Certisso, as, Certus fio, Pacuuius apud Nonium, Vocant cocos, vnde certissent.

Certitudo, à certus. {אמנה *amanáh* אמן *emén.* ἀσφάλεια, πληροφορία. Gall. *Certitude, asseurance, seureté.* Ital. *Certezza.* Germ. Gewisse eins dings, sicherheit. Hisp. *Certidumbre.* Angl. *Certaintie, surenesse.*} Vnde Incertitudo, notæ significationis.

Certè, aduerbium affirmantis. {אמנם *omnám.* ἀληθῶς, ναὶ δὴ. Gall. *Certainement, asseurément, sans doute.* Ital. *Certo, certamente, sicuramente.* Germ. Warlich, das fürwar, eigentlich. Hisp. *Ciertamente, a la verdade.* Angl. *Truelie, surlie, verely.*} Ouid.13. *Metam.* Et meus hic (ensis) certe est. Certè, ædepol, equidem te sine malitia sum arbitratus. Plaut. *sc.3.a.1.* Aliquando assentientis est, idem *Pseud. sc.3.a.1.* Ballio. Ps. B. Certè. & *Men. sc.1.a.2.* Egomet vidi. Certè? Certè, inquam. Item pro quidem, Certè deformata habebam, i. deformata quidem. Atqui certè, vide *Atqui.* Cicer. *de finib.3.* Satisne hoc conclusum videtur? certè. Interdum idem quod certò, σαφῶς, hoc est, clarè, & manifeste. Cic. *Quint. Frat.* Certe enim scio, te fecisse cum causa. Idem *Attico*, Quod te molestè ferre, certe scio. ¶ Interdum idem est quod saltem. Idem *pro Marcello.* Victi sumus igitur: aut si vinci dignitas non potest, certè fracti, & abiecti. Ouid.13. *Metam.*

Vinceret, aut certè lethum sine crimine haberet.

Certò. Clarè. liquidò. {ברמונה *bremunáh.* σαφῶς. Gall. *Clairement.* Ital. *Chiaramente.* Germ. Eigentlich, on alles fälen. Hisp. *Claramente.* Angl. *Manifestlie, clearlie.*} Ter. *in Eunuch.* Hoc certò scio, Rhamnusium se esse aiebat. Cic. *in Epist.* Etsi certò scio, &c. Certò, vocem loquentis audire visus sum. Plaut. *Aul. sc.6.a.4.* Certò ædepol scio. Idem *Merc. sc.5.a.2.* Mihi certò nomen est Sosia. Idem *Amph. sc.1.a.1.* Certò hæc mulier insana. Idem *Men. sc.4.a.2.* Sat certo scio suem occisam plus sapere. Idem *Merc. sc.6.a.2.*

Ceruâ, Ceruarium, vide *Ceruus.*

Ceruaria, locus est in Galliæ & Hispaniæ confinio, non procul à templo Veneris. Pomp. *lib.*12.

Cerûchûs, cornua habens. {מקרין *makrin.* κερῦχος. Gall. *Cornu.* Ital. *Cornuto.* Germ. Gehörnt. Hisp. *Cerui, cosa que tiene cuernos.* Angl. *Horned.*} Latinè dicitur Cornutus, quasi κέρας ἔχων. In nauibus autem Ceruchi dicuntur rudentes antemnarum cornua firmantes, suásque habentes in puppe ansas, ad quas religantur. Flaccus 1. *Argon.*

Temperet vt tremulos Zethes, fratérque ceruchos.

Hesychius Ceruchos vocat, quasi τὰ κέρατα ἔχοντας.

Ceruicâl, vide *Ceruix.*

[Ceruida, lignum, super quod ducitur taratantara. Gloss. Isid.]

Ceruî, animalia satis nota: ita dicta quòd magna cornua gerant, quasi gerui, g in c, mutata. {איל *ajjál.* ἔλαφοι.} Vel ἀπὸ τῶν κεράτων, hoc est, à cornibus quæ primùm bimis oriuntur, simplicia quidem & recta, ad subularum similitudinem: quamobrem Subulones per id tempus appellantur. {Gall. *Cerfs.* Ital. *Cerui.* Germ. Hirsch oder Hinden. Hisp. *Cieruos, animales conocidos.* Angl. *Hartes or stagges.*} Plin. *lib.8. cap.*32. Ceruis quoque est sua malignitas, quanquam placidissimo animalium. Virg. *in Æneid.*

——— *surgentem in cornua ceruum.*

Ouid *in Metam.* exposuit,

Collum in cornua ceruum.

¶ Cerui item dicuntur furcæ, quæ ad casæ sustentationem figuntur ad similitudinem cornuum. Virg.2. *Eclog.*

Atque humiles habitare casas, & figere ceruos.

[Item furcæ aut furcæ tricipites, aut quadricipides eminentes in munitionibus... magnis cornibus præditi: palmati, quibus cornua alta instar palmæ patulæ, patula habentes cornua. Cerda.] ¶ In vallo castrensi per spatia ponebantur cerui (sic dicti à similitudine cornuum ceruinorum) vt tradit Varro 4. *de L. L.* a quo interstitium illud inter ceruos dictum interuallum, vt constat ex commentariis Cæsaris. Silius Italicus in 10.

Ceruorum ambitu imitantes cornua ramis.

Brachia vocat Lucanus,

——— *caudaque extraxit brachia terra.*

Rursus, Aut circum largos curuam brachia fontes. ¶ Ceruus canes trahit. τὰς κύνας ὁ ἔλαφος ἕλκει: Adagium est inter ea, quibus ἀδύνατα, seu præposterum quippiam significamus. Præposterum est enim vt ceruum venetur canes. Tibul *lib.*4.

Qualiter aduersis hosti depigere ceruos.

Ceruos obiicere ad viam intercludendam. Liu. *lib.4.d.5.* Cerui, stipites furcillati. Cæsar.

Cerua, æ, fœmininum. {Angl. *A hynde.*} Plin. *lib.5.c.8.* Simplicius ceruæ incultà auete elaphoboscon: de qua diximus.

Ceruarius, a, um, adiectiuum à ceruo deductum, ἐλάφειος. Vnde Lupus ceruarius. {Gall. *Loup ceruier.* Ital. *Lupo ceruiero.* Germ. Ein luchs. Hisp. *Lobo ò gato cerual.* Angl. *wild beast like a wolfe with the spottes of a pathere.*} Chaus Aristoteli, si Theodoro credimus) dicta est fera lupi effigiem habens, & Pantheræ maculas, nomine (vt opinor) à ceruina pernicitate imposito. Plin. *lib.8.c.22. de lupis.* Sunt in eo genere qui ceruarij vocantur, qualem è Gallia in Pompeij magni arena spectatum diximus. ¶ Ceruarium venenum, Plin. *lib.27.c.11.* Limeum herba appellatur à Gallis, qua sagittas in venatu tingunt medicamento, quod venenum ceruarium vocant.

Ceruinus, quod ad ceruum pertinet. {ἐλάφειος. Gall. *De cerf.* Ital. *Di cerue.* Germ. Das zu dem hirtzen gehört. Hisp. *Cosa pertenesciente al cieruo.* Angl. *Belonging to a stagge or an harte.*} vt, Ceruinum cornu. Varro 3. *de re rust.* Circum caueas eorum incendendum cornu ceruinum, ne qua serpens accedat. Ceruinus color, qualis est pellis cerui, vel castaneæ. Pallad *lib.4.cap.*13. Colores hi præcipui, badius, aureus, albineus, rufeus, murteus, ceruinus, giluus, &c. Pellis ceruina. Horat.1. *Epist.*

——— *venaticus ex quo*

Tempore ceruinam pellem latrauit in aula,

Militat in syluis catulus.

Ceruina senectus. Iuuen. *satyr.* 14. ¶ Ceruinus vir, ἐλάφειος ἀνὴρ, olim dicebatur formidolosus, & fugæ fidens magis, quàm viribus. Ceruus enim animal cursu pernicissimum, & in venatu pedibus quærit salutem.

Ceruisiâ, {ζῦθος. Gall. *Ceruoise.* Ital. *Ceruogia.* Germ. Bier. Hisp. *Cerueza.* Angl. *Ale.*} Potus ex aqua & frugibus confectus, & præcipuè ex hordeo madefacto, & rursus clibanis siccato, addito lupi salictarij flore: quo potus genere etiam hodie pleræque Galliæ & Germaniæ loca, Britanniáque vniuersa, vini inopiam supplent. Plin. *lib.22.c.25.* Ex iisdem fiunt & potus, zythus in Ægypto, cælia, & ceria in Hispania, ceruisia & plura alia genera in Gallia.

Ceruix, posterior colli pars, quæ ab occipitio incipit, & tendit ad spinam. {ערף *horeph.* αὐχήν, τράχηλος. Gall. *Chignon du col, le col.* Ital. *Coppa.* Germ. Der nack, das genick. Hisp. *Ceruiz del cuello.* Angl. *The neck.*} Quæ autem anterior est, Gula dicitur. Ceruicis hæc commoditas est, vt ad dextram, sinistrámve prorsum, retrorsúmque vertatur. Constat enim ex ossibus orbiculatim vertebratis, ex quibus fit ad circumspectum facilis. Hinc est quòd qui nec flecti, nec cogi possunt, ceruicis duræ perhibeantur. Vnde dicimus hominem duræ ceruicis, quasi indomabilem, siue inexorabilem, atque contumacem: qui & Ceruicosus dicitur, ἀτενὴς. Antiqui vero (vt Quintilianus ait) Ceruices pluraliter dicebant, primúsque Horten. Ceruicem dixit. Cic. *in Pis.* Inflato collo, tumidis ceruicibus intulisti. Cato, Si caput, aut ceruices dolent, ea lotio caldo lauito. Velleius, Ceruicem extentam præbere (cædi.) Ouid. *Eleg.2. lib.4. Trist.*

Vinclaque captiua reges ceruice ferentes.

& *Eleg.3. lib.1. Trist.*

Ceruicis rigidæ frena remittit equo.

Ceruice composita ad ictum. Senec. *c.25. de consol. ad Mart.* Ceruicem præbere alicui. Idem *c.15. de Tranquill.* Ceruicem dare non segniter ad ictum. Vell. Vtinam ceruicem haberent, Suet. *in Calig. cap.*30. In ceruicem regnum accipere. Liu. *lib.4. ab vrb.* ¶ Ceruix etiam de iugulo dicitur. Celsus *lib.7.c.13.* At in Ceruice inter cutem & asperam arteriam tumor increscit, βρογχοκήλην Græci vocant. ¶ Ceruix pro superbia, auctore Arnobio, & Sidonio.

Ceruicûla, diminutiuum. {τὸ αὐχένιον, ὁ μικρὸς αὐχήν. Angl. *A litle neck.*} Cic.5 *Verr.* Tamenne putamus patronum tuum in hoc crimine ceruiculam iactaturum, & populo se ad coronam daturum? Quint. Ceruicula contracta.

Ceruicalê, & per apocopen Ceruical, Significat ceruicis sustentamentum, & munimentum, cui scilicet dormientis caput, & ceruix innituntur. Suet. *in Neron. c.6.* {מראשות *meraaschoth.* προσκεφάλαιον. Gall. *Cheuet ou trauersain, coussin de lict, ou oreiller.* Ital. *Guanciale.* Germ. Ein houptküssin. Hisp. *El almohada ò cabeçal para la cabeça.* Angl. *A bolster, of a bed.*} Iuuen.

Conducit comites, sellam, ceruical, amicas.

Mart. *Epigr.146. lib.*14.

Tinge caput nardi folio, ceruical olebit.

Plin. *lib.20.c.20.* Sunt qui ante Solis ortum ceruicalibus subiici efficaciter putent. Vestis nomine ceruicalia continentur, apud Vlp. *de auro & arg. leg.* Quòd si ad muliebrem mundum ea pertinent, significari putat hoc nomine Hotomannus quæ Græci ὑποτραχήλια nominant, quæ Iul. Pollux in mundo muliebri recenset. Sin ad ornatum virilem, fortassis ea quæ frigoris vitandi causa ceruici circundantur. ¶ Ceruicalia de furto consuere dicebatur à nonnullis adagij loco de latronibus.

Cerula, vide *Cera.*

[Ceres veteri lingua sanctus: à quo cerimonia, vt à sanctus sanctimonia.]

Cerûssa, Plumbo in acuto aceto soluto comparatur. {פוך *puch.* ψιμύθιον. Gall. *De la ceruse, fard.* Ital. *Biacca.* Germ. Bleiwetis. Hisp. *El aluayalde.* Angl. *White lead or ceruse peinting that women vse.*} Vitruu. docet quomodo fiat, dicens, Rhodij in doliis sarmenta collocantes, aceto suffuso supra sarmenta collocant plumbeas massas, deinde ea operculis obturant ne spiramentum obturata emittant: post certum tempus aperientes, inueniunt è massis plumbeis cerussam. Eadem ratione lamellas æreas collocantes, efficiunt æruginem. Cerussa verò quum in fornace coquitur, mutato colore, ad ignis incendium efficitur Sandaracha. Id autem incendio factum ex casu didicerunt homines, ex eo multò meliorem vsum præstat, quam quæ de metallis per se

nata

nata soluitur. Vtcumque igitur ita cerussa comparentur, neque acutum, neque lancinans quicquam habet, neque dilatabens, sed emplasticum ac refrigerans. Vsta autem, inquit Aetius, pura cerussa mutatur in id quod Syricum nuncupatur à medicis Sandycem vocant. Vide Galen. *lib.* 9. *simpl.* & Plin. *lib.* 34. *cap.* 18. Cedo cerussam, quid cerussa opus est? Atramento ebur candefacere postulas. Mostell. *sc.* 3. *a.* 2 bis.

Cerussatus, a, um, {[illegible] *cearbul.* [illegible]. ANGL. *Coloured, painted.*} vt, Cerussatæ mulieres, quæ candoris comparandi gratia cerussa vtuntur. Mart. *lib.* 12.

Cerussata timet Sabella solem.

Cerussata cutis, Cerussatæ buccæ, idem *lib.* 7. Cic. *in Pisonem.*

Ceryx, [illegible], Latinè præco & caduceator. {ANGL. *A beadle, such as in the congregations in the vniuersities.*} Vnde Eusebius scribit à Nerone Ceryces fuisse certamine superatos. Sen. *ad Serenum, c.* 3. *de tranq.* Non vis Consul, aut Prytanis, aut Ceryx, aut Suffes administrare Rempublicam, hoc est, magistratus ad rem gerendam.

Cescos, [illegible], Pamphyliæ, seu, vt Suidæ videtur, Ciliciæ vrbs, cuius ciues ob vecordiam stultitiamque vulgo male audiebant. Iuxta Cescum vrbem fluuius erat, cui nomen, [illegible], id est, amens. Vnde tractum prouerbium, Cescum habitas, [illegible]. In stupidum & bardum dicebatur. Quadrabit & in cœtum, aut conciliabulum hominum stultorum.

Cesena, oppidum est Picenum, non procul à Clitemna, etiam hodie nomen retinens, Plin. *lib.* 3. *cap.* 15.

Cesperia, siue Casperia, vrbs fuit Sabinorum, ex qua Turnum auxilium habuisse contra Æneam, Maro autor est *lib.* 7.

Cesperiamque colunt.

Melius per a in prima syllaba.

Cespes, vide *Cæspes.*

Cesseto, Narbonensis Galliæ oppidum, in tractu Meminorum, non procul à Carpentoracte. Plin. *lib.* 3. *c.* 4. Vulgo *Castres.*

Cessio, nis. {ANGL. *A yelding or geuing ouer.*} Cic. *Topic.* Abalienatio est eius rei, quæ mancipi est, aut traditio nexus, aut in iure cessio, inter quos ea iure ciuili fieri possunt.

Cessum ire, {[illegible]. ANGL. *To recule, to retire.*} Significat, retrocedere. Iust. *lib.* 2. Commisso prælio ire cessum, inhibere remos, & à bello discedere. & apud Iurisc. *tit. ad leg. Aquil.* Interim superius plaustrum cessum ire cœpit. fit autem à Cedo.

Cesso, as, absisteo, ab opere vaco. {[illegible] *chadhal* [illegible] *schabath* [illegible] *batal* [illegible]. GALL. *Cesser, estre tardif.* ITAL. *Cessare, indugiare, allentare.* GERM. Aufhören, ablassen. HISP. *Cessar, tardarse ò abstenerse.* ANGL. *To cease, to loiter, to linger.*} Virg. 7. *Eclog.*

Et si quid cessare potes, requiesce sub vmbra.

id est (inquit Seruius) si potes breue otium tibi persuadere. Dicimus autem cessare in re aliqua, & Cessare à re. Cic. Neque vnquam in suo studio atque opere cessauit. Liu. Cessare in officio. Idem *lib.* 5. *d.* 5. Nec et quo castris castra collata sunt, cessatum à fouibus præliis est. Suet. *in Tib. c.* 61. Nullus dies cessauit à pœna. Liu. *lib.* 5. *d.* 3. Et sine præpositione cessantem honorem magistrum deferendo eo, qui gereret. Suet. *in Cæs. c.* 76. Item cessare, [illegible], tardare, remorari, diutius immorari inter aliqua facienda, & cum negligentius agere. Virg. *Æneid.*

—— Cessas in vota, precesque?

id est, tardas esse in vota facienda. Terent. *in Eunuch.* Paululum si cessassem Pythias, Domi non offendissem, ita iam adornabat fugam. Cessantibus copiis [illegible]. Suet. *in Cæs. c.* 58.

Quid tua cessauit pietas scribentibus aliis?

Ouid. *Eleg.* [illegible] *lib.* 4. *Trist.*

Dum tamen hæc fiant viduæ cessate puellæ,

id est, permanete viduæ tantisper, idem 2. *Fast.* Quid cessas dare potionis aliquid, &c. Plaut. *Men. sc.* 5. *a.* 5. Quid cesso abire ad nauem? *Ibid. sc.* 3. *a.* 5.

Extimulate tuo cessantia facta.

Ouid. *Eleg.* [illegible] *lib.* 5. *Trist.* It dies, mihi cesso. Plaut. *Pseud. sc.* 4. *a.* 1. Sed cesso nunc onerare lætitia. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Quid cessa hanc huic vxorem dare. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 5. Sed quid cesso hunc ire in forum. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 1. Idem in *Adelph.* A febribus odiose cessat, grandium corrumpitur. ¶ Et cessare dicuntur ii, quorum officium desideramus. Gellius *in fabula Cassia*, Amici isti magnam in partem cessatores sunt, [illegible]. Breuiter hic accipe, quod Cessare interdum significat nihil agere, vacare: interdum conquiescere, vel respirare, & hic duobus modis absolute ponitur, vt apud Cic. *de nat. deor.* Cur tam multos deos nihil agere, & cessare patitur? & apud Terent. *in Eunuch. & Adelph.* vt dictum est. Quum verò pro intermittere, desistere, desinere, vel finem facere ponitur, habet aliquid secum infinitiuum. Cic. *ad Quint. Fratr.* Si te quoque inimici vexare cœperint, ne cessaris me certiorem facere vt accurram. Terent. *in Andr.* Cessas alloqui, & *in Phormion.* Absenti tibi te indignas, seque dignas contumelias numquam cessauit hodie dicere: id est, toto die nihil aliud quam contumelias loquutus est. ¶ Huius compositum est Concesso.

Cesse, pro cessisse. Non.

Cessator, is, verbale, à Cesso, as, Cunctator, otiosus, qui cessat & nihil agit. {[illegible] *meachar*, [illegible]. GALL. *Cesseur, musard, oiseux, fai tard, lasche ou besongne.* ITAL. *Indugiatore, otioso.* GERM. Saumseliger, der etwas gethan auffgeben hat. HISP. *Tardo, espacioso.* ANGL. *A loiterer, a loiterer, an idle fellow.*} Gellius, Amici isti magnam in partem cessatores sunt. Cic. *Fam. lib.* 9. Hæc tibi antea non rescripsi: non quod cessator esse solerem, præsertim in literis, sed [illegible], &c.

Cessatus, a, um, participium sine verbi origine, sicut Regnatus, & similium Regnor, aut Cessor non dicimus. {[illegible]. ANGL. *That hath lien fallow.*} ¶ Hinc cessata arua, idest, neglecta, & non culta. Ouid. 4. *Fast.*

Largaque prouenit cessatis messibus arua.

Cessatio, nis, verbale, Otium {[illegible] *dicheen* [illegible] *mischbath* [illegible]. GALL. *Relaische, cessation de trauail.* ITAL. *Indugio.* GERM. Aufhörung, müssiggang. HISP. *Tardança.* ANGL. *Slacknesse, loitering, vacancie*} Cic. 1. *de nat. deor.* Profectò Epicurus, quasi pueri delicati, nihil cessatione melius existimat. Colum. *lib.* 2. *c.* 1. At econtrario seu sponte, seu quolibet casu destituta humus, quum est repetita cultu, magno fœnore cessationis colono respondet.

Cessitor, qui sæpe cedit. Cl. Ind.

Cesticillus, {ANGL. *A wase, or wreath to be layed vnder the vessel that is borne on the head, a wispe.*} Autore Fest. Circulus est quem mulieres imponunt capiti quo commodius onera ferant.

Cestos, fm Cestibus.

Cestra, [illegible], nomen piscis.

Cestrosphendona, [illegible]. Telum erat semicubitale, bipalme spiculum infixum habens digiti crassitudine, cui ad libramen pinnæ tres, veluti sagittis solent, circumdabantur. Nomen inuenit à figura & vsu, quorum vtrumque medium habet inter telum & fundam. [illegible] enim Græcis teli genus est, Persico bello inuentum. [illegible] autem id est, quod Latini fundam vocant. {ANGL. *A sling, an engine of warre to cast darts.*} Nam fundæ modo librabatur. Inuentum fuit hoc teli genus, autore Liuio, in bello Macedonico. & *lib.* 5. *d.* 5.

Cestreus, duabus tantum syllabis, [illegible]. Piscis genus, qui & Cephalus & mugil vocatur, publicis adulterorum suppliciis destinatus apud Athenienses. Vide Cœl. Rhodig. *lib.* 27. *cap.* 4. ¶ A cuius natura tractum est adagium, Cestreus ieiunat, [illegible]. De famelicis & voracibus dici consueuit. Vnde & qui fame oscitant, [illegible] dicuntur, & [illegible].

Cestria, Epiri oppidum. Plin. *lib.* 4. *c.* 1. & Cestrinum, Cestrinæ incolæ, eodem autore *in Proœmio lib.* 4.

Cestros, [illegible], quod primum in semine germinat, est quasi spiculum, quod ejaculatur. ¶ Est etiam fluuius Pamphyliæ, apud Strab. *lib.* 14.

Cestrum, [illegible], instrumentum quo cæuatur ebur. Suidas putat esse genus teli, Persico bello inuenti Latini Viriculum appellant. Iulius Pollux, pro stimulo, siue stylo accepit. ¶ Est & herba Cestron, quæ & Betonica dicitur, à varietate remediorum, & efficacia nomine imposito. Plin. *lib.* 25. *c.* 8. Quæ Betonica dicitur in Gallia, in Italia autem Serratula, à Græcis Cestron, Psychotrochon.

Cestus, Veneris. Vide in dictione *Cæstus*, & Politianum *Misc. c.* 12.

Cetarii, Cete, vide *Cetus.*

Cethegus, Orator fuit facundissimus Africani maioris ætate, quem Ennius (vt Quintil. refert) Suadæ medullam vocat. Meminit eius & Cic. *in Bruto.* ¶ Fuit etiam Cethegus vnus ex princip. Catilinariæ coniurationis, cuius frequens est mentio apud Cic. *in Catilinam.* Cethegi gratia & potentia Romæ. Plut. *in Lucul.*

Cetii, populi sunt Asiæ, Cilicibus finitimi, à Cetio agri illius fluuio nominati. Strab. *lib.* 13.

Cetius, mons est in Norico, Germaniæ regione. Ptol. *lib.* 2. *cap.* 14. vulgò *Kalemberg.*

Cetra, æ, scutum breue, loreum, quo vtuntur Afri & Hispani. Suet. *in Calig. c.* 19. {[illegible] *tsinnah*, [illegible]. GALL. *Vne petite targe & bouclier duquel vsoyent les Espagnols & ceux d'Afrique.* ITAL. *Targetta, brocchiere.* GERM. Ein schilt, wie man sie in Hispanien vnd Africa braucht. HISP. *El adarga ò escudo de cuero.* ANGL. *A short buckler which the Spaniardes and Africkes doeth vse.*} Virg. 7. *Æneid.*

Læua cetra tegit.

Liu. 1. *bel. Pun.* Hispani sine vlla mole in vtres vestimentis coniectis, ipsi cetris superpositis incubantes, flumen transnatauere. Hinc Cetrati dicti sunt milites cetris muniti, quos Peltastas vocant, [illegible]. Cæsar *bell. ciu. lib.* 1. Erant, vt suprà demonstratum est, Legiones Afranii tres, Petreii duæ, præterea scutatæ citerioris prouinciæ, & cetratæ vlterioris Hispaniæ cohortes circiter octoginta. Liu. *lib.* 1. *bell. Maced.* Nocte cetratos quos Peltastas vocant, loco opportuno inter bina castra in insidiis abdiderat.

Cetus, {[illegible] *tannin.* GALL. *Grand poisson de mer, comme Dauphin, Marsouin, Balaine & semblables.* ITAL. *Ogni sorte di pesci smisurati & grandissimi.* GERM. Ein grosser Meerfisch, besonders aber die andere fisch so von sich gebären, als walfische, Delphin. HISP. *Pece muy grande como ballena.* ANGL. *A whale fishe or such great fishes.*} Vitulinum, cetum, porcinum, cara omnia. Plaut. *Aul. sc.* [illegible] *& sc.* 1. *a.* 4. Nomen est maioribus omnibus marinis piscibus commune, iis præsertim, qui animal pariunt, non ouum, cuiusmodi sunt balenæ, orcæ, pristes, thynni & similes. ¶ Vnde cetarii appellantur, teste Nonio, qui maiores in mari pisces capiunt. Plin. *lib.* 32. *cap.* 1. Cetos sexcentorum pedum longitudinis, & trecentorum sexaginta latitudinis in flumen Arabiæ intrasse tradit Iuba, pinguique eius negotiatores & omnium piscium adipe camelos perungi in eo situ, vt asilos ab his fugent odore. Dicimus & Cete pro iisdem pluraliter tantum numero, nullaque casuum inflexione. Virg. 5. *Æneid.*

Immania cete.

Cetarius, qui cetos, hoc est, marinos pisces maiores capit, aut vendit. {[illegible]. GALL. *Poissonnier, qui vend de grands poissons de mer.* ITAL. *Venditore ò pescatore di grossi pesci.* GERM. Ein fischer welcher die grossen meerfisch fangt, oder dieselbigen verkaufft. HISP. *Pescador ò vendedor de las almadrauas.* ANGL. *That fisheth or selleth great fishes, a fishmonger.*} Colum. *lib.* [illegible]. Salsamentorum omnium purgamenta quæ cetariorum officinis euerrunt præberi conueniet. Varro, Aduertis cetarios, quum videri volunt in mari thunnos, ascendere in malum altè, vt penitus per aquam perspiciant.

Cetariæ, arum, loca iuxta mare, stagnantia loca, in quibus thynni & alii huiusmodi pisces capiuntur, & sale saliuntur. {[illegible]. GALL. *Poissonnerie de grands poissons de mer.* ITAL. *Pescaria de grande pesci.* GERM. Grosse gräben bey dem meer in welchem man die grosse fisch fengt oder fahet. HISP. *Almadraua de atunes.* ANGL. *Places where great fishes bennes and ii taken.*} Plin. *lib.* 37. *c.* 5. Ferunt & in ea insula tumulo reguli Hermiæ iuxta cetarias marmoreo leoni fuisse inditos oculos ex smaragdis. Cetaria in neutro gen. Horat. 2. *Serm. sat.*

Plures annabunt thunni, & cetaria crescent.

Cette, significat, Dicite, vel Date, ab eo quod est cedo. Næuius *Lycurgo.* Pro industria ne te reperim prognatum patre Lycurgo cette. Ennius *Medea*, Salutem optima corpora, cette manus vestras, measque accipite, Nonius. Antiquum est.

Ceu, aduerbium similitudinis, idem significans quod Tanquam, vel quasi: magisque est poetarum, quàm Oratorum: sed quo multi, & præsertim Plin. vtuntur. {ὡς ὥσπερ, οἷον. GALL. Comme, quasi tout ainsi que. ITAL. Come. GERM. Gleych als eben wie. HISP. Assi como. ANGL. As lik as.} Virg. 2. Æneid.

Aduersi rupto ceu quondam turbine venti Confligunt.

Plin. *lib. 8. cap. 17.* Incremento terga, seu quodam incitamento flagellantur.

Ceua, genus vaccæ humilioris. {ANGL. *A litle milke cowe.*} Colum. *lib. 2. cap. 23.* Melius etiam in hos vsus altinæ vaccæ probantur, quas eius regionis incolæ Ceuas appellant. Ex sunt humilis staturæ, lactis abundantes: propter quod remotis earum fœtibus, generosum pecus alienis educatur vberibus.

Ceuei, populi citerioris Hispaniæ in conuentu Lucensi: de quibus Plin. *lib. 3. cap. 3.*

Ceuere, σαυλοπρωκτιᾶν, σκιμαλίζειν, ὀσφυΐζειν. Aristoph. *in auibus*, σειραν, est clunes mouere, quod fit adulando, vt in canibus videmus. Persius, An Romule ceues?

Ceus, vide *Cæus* per æ diphthongum.

Ceyx, icis, κήϋξ Suidæ, rex fuit Thraciniæ, Luciferi filius, & maritus Alcionis filiæ Æoli, qui cùm ob causam fratris in accipitrem mutati, ad Clarium oraculum consulendum nauigaret, tempestate deprehensus est & submersus. Quare quum statuto tempore non rediret, Alcione multa quotidie vota pro salute suscipiebat. Tandem in somnis monita, naufragio eum periisse, quum ad deflendum miserabilem viri casum manè ad littus venisset, vnde ille soluerat, cadauer quoddã fluctibus ad litus vidit expelli: quod cùm viri sui esse cognouisset, ac per vndas ad illud exilire vellet, deorum miseratione in Alcionem conuersa, ad os mariti aduolauit: qui & ipse oscula vxoris sentiens, in Alcionem commutatus est. Fabulam hanc refert Ouid. 11. *Metam.*

CH

Chaa, Peloponnesi vrbs est, Lepræo proxima, ad campum Ephasium, cuius causa bellum inter Arcades & Pylios conflatum est. Vide Strabonum *lib. 8.*

Chalsa, vicus est Ægypti apud Strab. *lib. 17.*

Chabateni, χαβαρηνοί, populi Scythici ad Chalybem fluuium habitantes, qui peregrinarum mulierum, quas nancisci poterant, mammas crudas edebant, pueros deuorabant. Stephanus ex sententia Eudoxi.

Chabria, vicus est Ægypti in ea parte, quæ Arabiæ est contermina. Strab. *lib. 17.*

Chabrias, χαβρίας, Atheniensis Philosophus & Imperator inclytus. Hic dicere solebat terribiliorem esse exercitum ceruorum duce leone, quam leonum duce ceruo. Huius res gestæ recensentur à Demosthene *in oratione aduersus Leptinem.*

Chadisia, χαδισία. Fluuius est & oppidum eiusdem nominis in Cappadocia, siue Leucosyria, in finibus Themiscyræ, non procul à Lycasto. Plin. *lib. 6. cap. 3.*

Chadramotitæ, χαδραμωτῖται, populi sunt Arabiæ Troglodytis proximi. Plin. *lib. 6. c. 28.*

[Chære, χαῖρε, salue, aue.]

Chæremon, nis, χαιρήμων, poëta Comicus, cuius fabulas enumerat Suidas. ¶ Fuit & alter eiusdem nominis, qui Hieroglyphica scripsit: cuius etiam meminit Suidas.

Chærephon, χαιρεφῶν, Atheniensis Philosophus fuit, discipulus Socratis, qui tam pertinaciter Philosophiæ incubuit, vt maximum inde pallorem & maciem contraxerit. Inde ortum est prouerbium, οὐδὲν διοίσεις χαιρεφῶντος: hoc est, nihil à Chærephonte differs: quoties hominem pallore & macie confectum volumus indicare. Autor Suidas.

[Chærephyllum, χαιρέφυλλον, herba, quòd foliis gaudeat. est enim foliosa à χαίρω gaudeo & φύλλον folium.]

Chærestratus, nomen viri, Plaut. *Asin. sc. 2. a. 5.*

Charis, χάρις, Citharœdus ineptus fuit, cuius meminit Aristophanes *in Comœdia*, quæ inscribitur ἀχαρνῆς. Suidas.

Chæronea, χαιρώνεια, vicus est Bœotiæ, Plutarchi patria, Atheniensium clade nobilitatus. Huius meminit Plin. *lib. 4. c. 7.* Stephano vrbs est in confinio Phocidis, à Chærone conditore dicta, Apollinis & Theriis filio. Hellanicus scribit Athenienses post Orchomenos Chæroneam quoque Orchomeniorum vrbem cepisse. Olim etiam Arne vocabatur, quo nomine Homerus vtitur. Hinc Chæronius, & fœmininum Chæronis, possessiuum Chæronicus. Steph.

Chærophyllon, χαιρέφυλλον. Herba est pastinacæ erraticæ, siue dauci folio aliquanto tenuiore, radicula caudicante, subamara. Veteres Gingidion appellarunt. Nam Chærephylli nomen recentius est, à comæ luxuria, & aspectus iucunditate (vt videtur) impositum. Hodie à vulgo herbariorum *Charefolium* appellatur, Græca & Latina voce in vnam coalescentibus.

Chalæon, teste Plin. *lib. 4. c. 3.* Locrorum portus VII. M. passuum distans à Delphis.

Chalambrij, χαλαμβρεῖς, qui à loco Libyæ sic appellantur. Hesychius.

Chalame, ciuitas Persidis, quæ nunc appellatur Æthisiphon.

Chalasis, χάλασις, à medicis appellatur laxatio articulorum, quum scilicet ex lassitudine nimióve labore, aliave ex causa euenit, vt laxatis vinculis membrum excidat: vt si radius in brachio à cubito submoueatur, ita vt locus quidam in medio vacuus relinquatur.

Chalasis, Tunicæ genus, quod & Græci χάλασιν vocant à laxitate: vel (vt quidam volunt) nodus tunicæ muliebris, quo connexa circa ceruicem tunica subnectitur.

Chalastra, χαλάστρα, vrbs Macedoniæ, iuxta quam Axius influit in Thermæum sinum, inquit Strabo, à Chalastria proximo portu dicta.

Chalastricus, a, um, adiectiuum: vt, Chalastricum nitrum. Plin. *lib. 31. c. 10.*

Chalaza, {χάλαζα. GALL. *Glande, glandule.* ITAL. *Ghiandola, natta.* GERM. Ein bötle trüs oder bele vnder der haut. HISP. *Granizo.* ANGL. *A warte kernell.*} Collectio ab vite, & buboni & Ægyptiæ fabæ similis, dolorem si tangatur afferens. Latinis grando dicitur.

Chalazias, χαλαζίας, gemma quæ grandinum colorem & figuram habet adamantinæ duritiæ. Plin. *lib. 37. cap. 11.*

Chalazion, χαλάζιον. Tuberculum est in oculorum palpebris: non dissimile illi, quod à Græcis κριθὴ appellatur: diuersæ tamen figuræ, & mobile si huc atque illuc pellatur. Recentiores medici grandinem appellant.

Chalcanthum, {χάλκανθον. GALL. *Vitriol ou couperose.* ITAL. *Vitriolo.* GERM. Vitriol oder schuhmacher schwertze. HISP. *Caparrosa.* ANGL. *Coperas or vitriall.*} Corpus est metallicum, quod à Latinis atramentum sutorium appellatur. ¶ Est autem duplex, fossile, & factitium. Fossitium aliquando est cæruleum, aliquando pallidum, aliquando candidum & pellucidum in morem vitri: vnde & *Vitriolum* à vulgo appellatur. Factitium verò ex aqua pluuia fit per metalla defluente in lacunam, qui inde ab iis quæ ad metalla sunt damnati in vasa ampla fictilia perfertur, in quibus paucis diebus concrescit. Dictum Chalcanthum, quasi flos æris. Atramenti autem sutorij nomen accepit, quod ex eo aqua dissoluto coriorum denigretur. Vide de hoc plura apud Diosc. *lib. 5.* & apud Plin. *lib. 34. cap. 12.*

Chalce, χάλκη, insula est cum oppido circa Rhodum. Plin. *lib. 5. c. 31.*

Chalcea, χαλκεία, τά, Libyæ vrbs Polyhistori, quem valde reprehendit Polybius, non ciuitatem esse scribens, sed χαλκουργεῖα, id est, ærarias officinas. Chalcea verò, χαλκεία, ἡ, in Caria est. Gentile Chalceates. Stephan.

Chalcedon, χαλκηδών, vulgò *Chalcedonia*, vrbs Bithyniæ, iuxta Bosphorum Thracium, ex opposito Byzantij. Hanc Megarenses condidere. Cæcorum deinceps appellari, quòd non potius oppositum littus elegissent, in quo postea conditum est Byzantium, tanto feliciore modo omnibus sede. Hic olim magna Synodus celebrata est, quæ inter octo numeratur, quibus Ecclesia præcipuum impertitur honorem. Vide Plin. *lib. 5. c. vlt.* Eius meminit Pomponius *lib. 1.* Europam, inquit, ab Asia stadiis quinque disterminat Thracius (vt dictum est) Bosphorus ipsis in faucibus oppidum, in ore templum est, oppidi nomen Chalcedon, autor Argias Megarensium princeps, templi nomen Iupiter conditore Iasone.

Chalcedon Stephano, vrbs Bithyniæ iuxta fauces Ponti. ciuis Chalcedonius, & Chalcedonis fœminini generis. Str. *lib. 12.* Dextera pars Ponti, inquit, Chalcedonis vocatur, à templo Iouis Vrij & faucibus Ponti, inquit Menippus: ad Chalcedonem vrbem nauiganti & continentem ad sinistram habenti, stadia sunt centum & viginti: à Chalcedone verò vsque ad Acritam stadia sexaginta. Nominata est à Chalcido nomine fluuio.

Chalcedonia Pelamis optima. Gell. *16. lib. 7.*

Chalcetes, idis, χαλκῆτις, insula quædam, cuius meminit Menippus. Stephan.

Chalcetorium, χαλκητόριον, vrbs Cretæ, ciuis Chalcetorius & Chalcetor. Steph.

Chalcetos, herbæ genus est apud Plin. *lib. 21. cap. 18.* spinosos habens aculeos.

Chalceritis, idis, insula est in Ponto Marti sacra. Vnde etiam Aria dicitur. Plin. *lib. 6. cap. 12.*

Chalcetum, herbæ etiam genus est apud eundem *lib. 26. c. 7.* Item herba Chalcetum è vineis contrita imponitur.

Chalcia, insula maris Ægæi, quam inter Sporadas Plin. enumerat *lib. 4. cap. 13.*

Chalcidene, Syriæ fertilissimæ regio, vt scribit Plin. *in descriptione Cœles Syriæ lib. 5.*

Chalciope, χαλκιόπη, Æetæ regis Cholcorum filia fuit, soror Medeæ & vxor Phryxi. Huius meminit Flaccus *lib. 9. Argonaut.*

Chalceutice, χαλκευτική, Æraria fabrica. Nam χαλκεὺς faber ærarius est, quem excusorem Quintilianus interpretatur.

Chalciæcum Mineruæ fetum. Liuius *lib. 5. d. 4.*

Chalcis, idis, χαλκίς, ἡ, serpentis venenosi genus est è genere lacertarum, quasdam ærei coloris lineas in tergo habens: vnde & nomen habet. Plin. *lib. 32. cap. 3.* Quippe aduersus scorpiones ex vino bibuntur, aduersus phalangia & araneos ex mulso, &c. aduersus Chalcidas cum myrtite. Idem *lib. 29. cap. 5.* Lacerta, quam hi sepam, alij chalcidem appellant. Chalcidis lacertæ meminit & Aristoteles *de animalibus.* ¶ Est & Chalcis Homero auis nocturna, ex genere accipitrum, bellum internecinum cum aquilà gerens. Plin. *lib. 10. cap. 8.* cymindin vocat. ¶ Est & Chalcis piscis quidam ex genere thombrorum, apud Plin. *lib. 32. c. 11.*

Chalcis, idis, χαλκίς, vulgò *Negreponte*, Eubœæ vrbs præcipua, ab Aulide Bœotiæ portu, exiguo euripo diuisa, vetus Atheniensium colonia, ita dicta (si Stephano credimus) à Chalcide filia Asopi: aut certè quod ærariæ fabricæ ibi primùm fuerint repertæ. ¶ Est & alia Chalcis, agri Corinthij oppidum. Tertia Æoliæ, Acheloo fluuio irrigata. ¶ Quarta Syriæ à Monico Arabe condita. Sunt & aliæ eiusdem nominis vrbes, quæ enumerantur à Steph. Olim etiam Stymphalus vocabatur, & Hypochalcis, quòd sub Chalce monte sita sit, nunc Halicarna. Inde Chalcideus & mulier Chalcis, vt ipsa vrbs, possess. Chalcidicus. Homerus, χαλκίδα τ' ἀγχίαλον τε. Vocantur etiam Chalcidices in vico quodam Siciliæ, qui ex Eubœa migrauerunt. Chalcidicus est Siciliæ mons. Est & Chalcis in Mesapia Italiæ vrbs septima: insula cum vrbe eiusdem nominis iuxta Lesbium, vnde Chalcideus. Est item Chalcis locus profundus & cauus ad montem Atho, Stephano. Vide *Hypochalcis.*

Chalcidicus, a, um, χαλκιδικός, possessiuum à Chalcide formatum. Virg. 6. *Æneid.*

Chalcidicáque leuis tandem superastitit arce:

vbi Chalcidicam arcem vocat Cumas Chalcidensium coloniam.

Chalcidicum, genus ædificij, inquit Festus, ab vrbe Chalcidica dictum. Dio χαλκιδικὸν vocat. ¶ Chalcidicum, ὑπερῷον, cœnaculum. Auson.

Chalcidicum gressu nutrix superabat anili.

Chalcitis, itidos, χαλκῖτις, insula est è regione ostij Rhindaci, Bithyniæ fluuij. ¶ Est item Chalcitis, corpus metallicum, mediæ inter misy & sory substantiæ, illo crassior, hoc tenuior: vnde & in metallis inter hæc duo media inuenitur. Dicta Chalcitis, tum quòd ad æris colorem tendat, tum quòd ea æs augeatur. Hodie Seplasiarij pro Chalciti Chalcantum substituunt. Vide Gal. *lib. 9 simpl.* & Plin. *lib. 34. c. 12.*

Chalcites,

Chalcites, χαλκίτης, gemma æris coloris, sed nigrioris, Plin. *lib.* 37. *cap.* 11.

[Chalcolibanum, χαλκολίβανον, electri quædam species auro pretiosior: pretiosissimum quoddam æris fossilis genus, auri fulgentis speciem habens.]

Chalcophonos, χαλκόφωνος, gemma quæ illisa, æris tinnitum reddit. Plin *lib.* 37. *cap.* 10.

Chalcosmaragdos, χαλκοσμάραγδος, gemma ex genere smaragdorum, æreis venis turbida. Plin. *lib.* 37. *cap.* 5.

Chalcus, exiguum pondus erat apud Atticos, quod decies sumptum, obolum conficiebat. Plin. *lib.* 21. *cap. vlt.* Drachma Attica denarij argentei pondus: eademque sex obolos pondere efficit, obolus decem chalcos.

Chaldæa, {שדיה *schidhar* ארץ כשדים *erets chasdim*, χαλδαίων χώρα.} Asiæ maioris regio, Arabiæ contermina, plana, fontium indiga, in qua Babylon ciuitas magna. Chaldæos Arphaxat instituit, & à se Arphaxatæos nominauit, vt inquit Iosephus. ¶ Chaldæi, Assyriorum magi ex gentis vocabulo dicti sunt, qui diuturna obseruatione syderum, scientiam putantur effecisse, vt prædici posset quid cuique euenturum, & quo quisque fato natus esset. Cic. 1 *de Diuin.* Horum multa erant genera. Nam quidam Orcheni dicebantur, quidam Borsipeni, alij aliis nominibus pro ratione sectarum, quas amplectebantur. Tantum autem hac in arte valuerunt Chaldæi, vt quicunque Astronomiam iudiciariam profiterentur, quamuis in remotissimis regionibus orti, ab iis dicti fuerint Chaldæi. Hi & Genethliaci appellantur, & Mathematici. Lege in eos Gell *cap.* 1 *lib.* 14. ¶ Chaldæos quoque sua ætate, dictos fuisse Ponti populos, qui antea Alizones Calybes dicebantur, autor est Strab. *lib.* 12.

Chaldæi, inquit Stephan. Cephenes priùs dicti sunt, à Cepheo patre Andromedæ. Hellanicus scribit hanc gentem mortuo iam Cepheo, relicta hac regione alió in militiam abiisse, proinde regionem non ampliùs Cepheniam dictam, nec incolas Cephenes, sed Chaldæos, regionem verò Chaldaicam, à Chaldæo rege, qui (Dicæarcho teste) quartusdecimus à Nino fuit, & Babylone iuxta Euphratem condita, omnes Chaldæos in eam collegit. Regio etiam Chaldæa nominatur. Alij probabilius dicunt Chaldæos circa Babylonem habitare, & oraculum apud se habere, vt Delphi apud Græcos.

Chaldæi, item populi sunt propè Colchidem. Sophocles: Κόλχος τε, χαλδαῖός τε, καὶ Σύρων ἔθνος. Steph.

Chaldia, χαλδία, regio Armeniæ: incolæ Chaldi. Steph.

Chalestra, vide *Chalastra.*

Chalepi versus, χαλεποὶ στίχοι, dicuntur duri, asperi, ac prolatu difficiles, qualis est versus Virgilianus;

Quadrupedante putrem sonitu quatit vngula campum.

Chalia, χαλία, vrbs Bœotiæ, regio Hydriæ, gentile Chalidus. Steph.

[Caliphas, dignitas in Doctores Turcarum. Lex. gr. b.]

Chalisia, χαλισία, vrbs Libyæ, & alia Ponti, tertia Amazonum. Vide Stephanum.

[Chalo, as, laxo, demitto. Veg. Hinc chalatorij funes, à χαλᾶν, laxare, demittere.]

Chalybes, Χάλυβες, cum v. Populi in Ponto iuxta Thermodoontem fluuium, qui & Alizones Homero dicti sunt, & postea Chaldæi, teste Strab *lib.* 12. Hi ferrum nudi effodiunt, dicente Virgilio, India mittit ebur, molles sua thura Sabæi, At Chalybes nudi ferrum. Catulli *de com. Beren.*

Iuppiter vt Chalybiom omne genus pereat?

Ponitur tamen quandoque Chalybs. {מחשבת *mechosebeth.* χάλυψ. Gall. *Acier.* Ital. *Acciale.* Germ. Stahel. Hisp. *El hierro ò azero.* Angl. *Steele.*} Pro ipsa ferri materia. Ouid. *lib.* 4. *Fast.*

Æs erat in pretio: chalybis iam massa placebat.

Virg 8. *Æneid.*

Vulnificúsque chalybs vasta fornace liquescit.

Lucanus,

Chalybem. frænísque momordit.

¶ Est & Chalybs fluuius in Hispania, in quo ferrum optimè temperatur, iuxta quem & Chalybas populos collocat Iustin. *lib. vlt.* de quibus Grammaticorum nonnulli putant intelligendum illud Virgilij,

At Chalybes nudi ferrum.

Chalix, μαγνῆτις λίθος. Lapidis genus, ex quo deducitur ignis.

Chamæ, à Græcis χῆμαι, species sunt concharum. Aliud in mari videtur piscis esse genus chamæ, quas Histulas quidam interpretantur, habentes valuam, sicut & qui Erythrinum, hoc est, Rubelliones dicuntur. Chamarum duo traduntur genera, scilicet, Trachea, hoc est, asperæ, mali succi, quas & ostrea cognominant, & in Macedonia Coryceos, & Athenis Crios. Alterum leues multò meliores & crassiores: ob id Pelorides & Pelorinæ à quibusdam & Basilicæ vocantur: & ab Helio Spartiano Liostrea, id est, Lithostrea, si mendosé legatur. Plin *lib.* 32. *cap. vlt.* Chamarum plurima genera recenset, Chamarum, inquit, genera (perperam editum cancrorum, lege ergo Chamarum.) 1. Chamætrachea χῆμαι τραχεῖαι, quæ chamarum testæ durissimæ. 2. Chamæleon χῆμαι λεῖαι vel λεῖαι, cuius testa albissima ac tenera. 3. Chamæpelorides χῆμαι πελωριάδες, κόγχαι πελωριάδες, apud Athenæum, à magnitudine: quia πέλωρος, est ingens, generis varietate distantes & rotunditate. 4. Chamæ glycymerides, χῆμαι γλυκυμαρίδες, à dulcedine sic dictæ, quæ sunt maiores quàm pelorides. 5. Colycia, siue Corophya, alias Corycia. Additur apud Athenæum aliud genus Camenigra, κόγχαι μέλαιναι, vel μελανίδες.

Chamæacte, es, {χαμαιάκτη. Gall. *Herbe appellée hieble.* Ital. *Ebulo.* Germ. Attich. Hisp. *Yezgo.* Angl. *Danewort or walwort.*} Sambuci genus est humidius, quod à Latinis Ebulum appellatur. Plin. *lib.* 24. *cap.* 8. Sambucus habet alterum genus magis syluestre, quod Græci Chamæacten, alij Helion vocant, multò breuius.

Chamæcerasi, χαμαικέρασοι, ex cerasorum genere humillimæ, terna rarò altitudinis cubita excedentes. Plin *lib.* 15. *cap.* 25. Sunt & Macedonica paruæ arboris, raróque tria cubita excedentis: & minore etiamnum frutice chamæcerasi.

Chamæcyparissos, χαμαικυπάρισσος, herba quæ ex vino pota, contra venena serpentium omnium, scorpionúmque pollet. Plin *lib.* 24. *cap.* 15. Ruellius docet, plurimum esse fruticem, in hortis seri solitum, foliis incanis, cupressi arboris folia odore & figura referentibus. Vnde & à vulgo *Cypressus* appellatur. ¶ Sunt qui pusillam cupressum abrotonum fœmineum vocent, à similitudine quam hæc cum arbore in multis habet.

Chamæcissus, χαμαίκισσος, genus hederæ, quæ nunquam se ab humo attollit. Composita dictio ex χαμαί, quod humi siue ad terram significat, & κισσός, hedera. ¶ Sic Chamæplatani, vocantur humiles platani, & coactæ breuitatis.

Chamædaphne, {χαμαιδάφνη Plinio. Gall. *L'aureole.* Ital. *Chamedaphne.* Germ. Wenden traube sonst auch lorbeerkraut. Hisp. *Laurel baxo, laureola.*} Herba est in hortis seri solita in funiculi modum sese porrigens, & vicina quæque vinciens, vnde & Vincapervinca ab eisdem appellatur. Folia habet lauro similia, ideo chamædaphne, hoc est, parua laurus appellatur: florem autem violæ similem de hac Plin *lib.* 21. *c.* 11. Dioscoridi κληματὶς δαφνοειδὴς dicitur. ¶ Est & altera Chamædaphnes species, cuius idem Plin meminit *lib.* 24. *cap.* 15. Chamædaphne (inquit) vnico ramulo est cubitali fere, folio tenui, lauri similitudine, cuius semen rubens admistum foliis, illinitur capitis doloribus recens. Hanc Romani *Laureolam,* aut *Lauragmum* appellant. Dioscorides autem, & Galenus hanc solam chamædaphnes nomine nouerunt.

Chamædrys, {χαμαίδρυς. Gall. *Germandrée.* Ital. *Querciuola, chalamandria.* Germ. Klein bathengel. Hisp. *Camedrios.* Angl. *Germander.*} Herba est, Plin. *lib.* 24. *cap.* 15. quæ Latinè Trissago dicitur. Aliqui eam Chamædropen, alij Teucrion appellauêre. ¶ Dicitur autem Chamædrys quasi humilis & terrestris quercus, vulgò *Serratula* appellatur, teste Ruell. *lib.* 3. *cap.* 16.

Chamælæa, χαμαιλαία. Herba quæ similitudinem foliorum oleæ habet. Plin. *lib.* 25. *cap.* 7. Multum infra hunc succum est, qui in Gallia fit ex herba Chamælæa, granum cocci ferente. Idem *lib.* 24. *c.* 15. Chamælæa similitudinem foliorum oleæ habet: sunt autem amara, odorata in petrosis palmum altitudine non excedente. Vulgus à foliorum similitudine *Oliuellam* vocat.

Chamæleon, chamæleonis, χαμαιλέων, herba est ex genere aculeatarum: ita dicta à varietate foliorum. Mutat enim cum terra colorem, hic niger, illic viridis, alicubi cyaneus, alibi croceus. Quibusdam in locis viscum gignit sub alis foliorum: vnde & *Ixia* appellatur. Eius duo sunt genera, album & nigrum, radicis colore distincta. Album Latini Carduum fusarium, quòd fuses efficit, officinæ *Cardopatium* appellant. {Gall. *Chardouffe.* Ital. *Cardo maria, cardo maculato.* Germ. Klein oder weyß Eberwurtz. Hisp. *Cardo pinto.*} Nigrum Latini Vermilagium, vel Carduum nigrum. {Gall. *Chardonnette de quoy on fait prendre le laict à faire fromages.* Ital. *Cameleone nero.* Germ. Groß oder schwartz eberwurtz. Hisp. *Cardo pinto negro, cardo aliogero.*} Vide Plin. *lib.* 22. *cap.* 18.

Chamæleon, tis, χαμαιλέων, quasi paruus leo est, animal est diuersa varietate conspersum, vt pardus, & ad colores quos videt, conuersione facillima variatur, præter ad rubrum & album. Plutarch. *in Alcibia.* Chamæleon non recipit colorem album. de eo plura Gell. *cap.* 12. *lib.* 10. ¶ Ab hac colorum mutatione ortus parœmia, Chamæleonte mutabilior: χαμαιλέοντος ἀλλοιότερος. Competit in hominem versipellem, siue inconstantem, ac pro tempore sese vertentem in omnem habitum. Nascitur in India, figura & magnitudine lacertæ, nisi quòd crura habet recta & excelsiora. Latera ventri iunguntur, in piscibus, & spina simili modo. Emittet rostrum simile suillo, cauda prælonga in tenuitatem desinens, & implicans se viperinis orbibus: vt vngues adunci, motus tardior, vt testudini, asperum corpus, vt crocodilo: habet oculos in recessu cauos, tenui discrimine prægrandes & corpori concolores, nunquam eos operit. Solus animalium nec cibo, nec potu alitur, nec alio quàm aëris alimento: latet hyeme, vt lacerta. Vide plura de chamæleonte apud Plin. *lib.* 28. *cap.* 8.

Chamæleuce, χαμαιλεύκη. Herba quæ Tussilago dicitur, nascitur circa fluuios, folio populi, sed ampliore. Plin. *lib.* 24. *cap.* 15. Vulgus vocat *Vngulam caballinam.* Barbarus populaginem & Bechion.

Chamæmelum, {χαμαίμηλον. Gall. *Herbe qu'on appelle camomille.* Ital. *Chamomilla herba.* Germ. Kamillen. Hisp. *Manzanilla hierua conocida.* Angl. *Camomile.*} Herba est vulgò nota, ab odore mali sic dicta, quæ alio nomine Anthemis appellatur. Medici recentiores *Chamomillam* barbarè vocant. Eius tria sunt genera, floribus tantùm distantia. Leucanthemon, Chrysanthemon, & Eranthemon: de quibus latiùs suis locis. Vide Plin. *lib.* 22. *cap.* 21, vbi corruptum Plinij locum ita repone: Genera eius tria palmum non excedentia flore tantùm distant: paruisque floribus vt rutæ folia candidis, aut mellinis, aut purpureis.

Chamæmelon parthenicum. Diosc. *lib.* 3. *cap.* 156.

Chamæmelon, inter alias linguas Siculorum cognomentum tertiæ speciei, Aristolochiæ, vt inquit Diosc. *lib.* 3. *cap.* 5.

Chamæmyrsine, χαμαιμυρσίνη, frutex ex quo scopæ fiunt, aliàs Ruscus. Nonnulli syluestrem myrtum vocant, ex quo fit oleum chamæmyrsinum: vide Plin. *lib.* 13. *cap.* 5.

Chamæpeuce, χαμαιπεύκη. Herba est folia habens laricis foliis similia, lumborum spinæ doloribus propria. Plin. *lib.* 24. *cap.* 15.

Chamæpitys, yos, {χαμαίπιτυς. Gall. *Ive sauuage.* Ital. *Chamepitis.* Germ. Feld cypressen. Hisp. *Pinillo.*} Herba est Plin. *lib.* 24. *cap.* 6. à Latinis Aiuga, siue (vt alij legunt) Abiga vocata, ab horen scilicet, quem facere creditur. Alio nomine Thus terræ dicitur. Eius tria sunt genera: vnum sesquipedalibus surculis, flore & odore pinus: alterum breuius, & incuruum: tertium foliis scabris, digitali caulis crassitudine. Vulgus *Iuam* appellat.

Chamæplatani, Coactæ breuitatis platani. Plin. *lib.* 12. *cap.* 2.

Chamærops, opis, χαμαίρωψ, herba est myrteis circa caulem geminis foliis, capitulis Græculæ rosæ, quæ ex vino pota, lateri, tenibus conuulsis, & ruptis medetur. Autor Plin. *lib.* 26. *cap.* 8. Ruellius candem esse existimat, quam à Mithridate inuentore Mithridation appellat.

Chamæropes, vel potiùs Chamæriphes, χαμαιρῶπες, & The. χαμαιριφεῖς

φοίνικες. Arbores sunt ex specie dactylorum, quæ & in Creta & in Sicilia nascuntur. Plin. *lib.* 13. *cap.* 4. *de palmis*. Vocantur autem Chamæropes, folio latiore ac molli ad virilia vetilissimæ. Copiosæ in Creta, sed magis in Sicilia. Ita dictæ ab humilitate. Huius palmæ medulla edulis est, diciturque Cefilione à Serapione, quia palmæ medulla, seu cerebrum ἐγκέφαλος à Galeno vocatur.

Chămærŏpĕs, χαμαιρῶπες, arbores sunt ex specie dactylorum, quæ & in Creta & in Sicilia nascuntur, folio latiore, ac molli, & ad virilia vtilissimæ. Vide Plin. *lib.* 13. *cap.* 4.

Chamæsyce, χαμαισύκη, herba est lentis folia habens, nihil se attollentia, in aridis petrosisque nascens. Vide Plin. *lib.* 24. *cap.* 15.

Chămætēræ, quæ & Chamæterides, χαμαιτερίδες, à Græcis dicuntur, humiles & depressæ imagines: quales sunt seruarum & pedisequarum, quæ fere humi sedentes finguntur. χαμαὶ enim Græcorum aduerbium Latinè significat humi. Scribit Plin. *lib.* 30. *cap.* 5. Scopam fecisse Apollinem Palatinum, Vestam sedentem laudatam in Seruilianis hortis, duasque chamæteras circa eam.

Chămæzelon, χαμαίζηλον, herba est, teste Plin. *lib.* 27. *cap.* 10. quam quidam eandem esse credunt cum gnaphalio, cuius folia ita alba, & mollia sunt, vt plane videantur tomentum: & pro tomento vsurpentur. ¶ Est & aliud Chamæzeli genus, quod & Pentaphyllon à Græcis, & à Latinis Quinquefolium appellatur: cuius meminit idem Plin. *lib.* 25. *cap.* 9.

Chambades, pars est Tauri montis, apud Plin. *lib.* 5. *cap.* 27.

Chămĕlopardalis, & Chamelus, vide *Camelopardalis*, & *Camelus*.

Chameuniæ, cubationes humi.

Chamos, { כמוש ghemósch. } teste Hieronymo, deus erat Tyriorum & Ammonitarum, quemadmodum Astarte, dea Sidoniorum, quam coluit Solomon.

[Chamulcus. Chamulci erant machinæ quædam & instrumenta, quibus naues trahebantur in terram.]

Chandanace, χανδανάκη, vrbs Persica, gentile Chandanacenus. Steph.

Channa, vel Channe, vel Channus χάννη, χάννος. Piscis est ex saxophagis percæ similis, cuius dentes acuti, maxilla inferior prominentior, qua semper hiat (vnde à χαίνω hiare nomen) deorsum ex rubro nigrescit, causa maculis tussis insignis. Ouid. *lib. de piscibus*.

——*ex se*

Concipiens channe gemino fraudata parente est.

Plin. *de eo lib.* 9. *cap.* 32. ex Arist. *hist. lib.* 4. *cap.* 6.

Chandane, χανδάνη, vrbs Apuliæ, post quam Peucæ sequuntur. Steph.

Chāŏnĭa, χαονία, pars montana Epiri: licèt quandoque sumatur pro tota Epiro. Steph.

Chāŏnes, χάονες, populi à Troiani Heleni fratre Chaone nominati: quem quum Helenus in venatione imprudens occidisset, ad extincti solatium, regni sui populos à nomine eius Chaones, & regionem Chaoniam appellauit. Virg. 3. *Æneid.*

Chaoniámque omnem Troiano à Chaone dixit.

Iidem postea & Molossi dicti sunt, à Molosso Pyrrhi filio, teste Strabo lib. 7.

Chāŏnĭdes, χαονίδες, canum genus ex chais, hoc est, ex lupis ceruariis conceptum, vt videtur sentire Hermolaus *in Plin.* Verisimilius tamen est, à Chaonia regione dictos, quemadmodum & Molossos à Molossia. Chaonidum canum originem refert Iulius Pollux ad æneum canem à Vulcano fabricatum.

Chăŏs, { תהו tohu. χάος. GALL. *Confusion vniuerselle de toutes choses, gouffre & tenebres & profondeur inestimable.* ITAL. *Confusione, chaos.* GERM. Ein vermischung verwirrung. HISP. *Confusion, mezcla, chaos.* ANGL. *A generall confusion of all thinges, great deepnesse with darknesse.* } Hesiodus *in Theog.* omnium rerum initium vocat, quòd ante omneis deos, deásque natum sit: de quo & Orpheus *initio Argonaut.* Alij appellant materiam cœli, & terræ confusam atque informem, quæ primum ex nihilo facta est, de qua postmodum omnia sigillatim per species varias formásque proprias prodierunt: de qua Scriptura loquitur, *Qui fecisti mundum de materia informi.* Lactantius verò sic habet, Nemo quærat ex quibus ista materiis, tam magna mirifica opera Deus fecerit: omnia enim fecit ex nihilo. Nec audiendi sunt poetæ, qui aiunt Chaos in principio fuisse, i. confusionem rerum atque elementorum: postea verò Deum diremisse omnem illam congeriem, singulisque rebus ex confuso aceruo separatis, in ordinémque descriptis instruxisse mundum pariter & ornasse. Est autem hoc nomen Græcum, quod declinatur prima declinatione contractorum, hoc modo, τὸ χάος, τοῦ χάους, τῷ χάει. Apud Latinos tantùm in vsu est Chaos, & ablatiuus Chao, quamuis Priscianus per secundam declinationem declinauit Chaus, Chai, &c. Virg. *lib.* 4. *Georg.*

Atque chao densos diuûm numerabat amores.

Ouid. 4. *Met.*

Et noctem noctisque deos Erebúmque Chaósque

Conuocat.

Dictum autem Chaos à χέω, fundo, quòd fuerit fusio, i. confusio elementorum omnium. ¶ Antiquior quàm chaos, χάους ἀρχαιότερος, de re nimium prisca & obsoleta.

Chărăcātus, adiectiuum à Græco χάραξ, ακος, quod inter cætera vallum significat, siue pedamentum, cui vitis alligatur. ¶ Vnde Characata vitis, quæ quo pacto fieri soleat, docet Colum. *lib.* 5. *cap.* 4. Mox (inquit) quæ de fixis arundinibus circummunitæ, per statumina calamorum, materiis ligatis, in orbiculos, gyrósque flectuntur, eas nonnulli characatas vocant.

Chărăcĭăs, χαρακίας. Plin. *lib.* 26. *cap.* 8. primum est tithymali genus, ramos habens digiti crassitudine, cuius semen cum melle decoctum, in vsu est ad catapotia, hoc est, pilulas faciendas, soluendæ aluo grata. Hanc officinæ corrupto vocabulo *Catapuciam* vocant. Alia quoque Characias est (vulgo *Charantia*) quæ septi modo in hortis fenestrisque per cancellos topiario opere digeritur. Sed de hac veteres nihil. Hermolaus *Corol.*

Characmoba, χαρακμῶβα, vel Mobuchatar, vrbs est Palæstinæ, τῆς δὲ τοῦ τείχους κατακλείσεως. inde deductum Characmobenus, & Mobuchatarenus, Steph.

Chărăctēr, signum, insigne, forma, figura. { רשם *reschem* תואר *thoar* χαρακτήρ. GALL. *Charactere, marque, figure, forme, façon.* ITAL. *Carattere, segno, figura, forma.* GERM. Ein form zeichen bildung. HISP. *Forma, sello de desse, senal.* ANGL. *A marke, figure, seall or print in a thing.* } Colum. *lib.* 11. *c.* 2. Nec minus maiora quadrupedia charactere signari debent. ¶ Item character, Genus & figura dicendi. Gell. 17. *cap.* 14. & in carmine, & in soluta oratione genera dicendi probabilia sunt tria, quæ Græci χαρακτῆρας vocant. Cic. *in Orat.* Sed iam ipsa forma restat, & character ille, qui dicitur.

Chăractērĭsmŏs, χαρακτηρισμός, Latinè designatio: figura, qua orator vitas eorum, de quibus loquitur, deformat, vt apud Iuuenalem, Et caluo seruiret Roma Neroni: id est, Domitiano.

Characterizo, est characterè & nota afficio atque insignio.

Chărădrĭus, χαραδριός, auis maritima magna, & inglauuies, quam aspicientes icterici morbo liberantur, teste Ælian. *lib.* 15. *cap.* 26. ¶ Alio nomine Icterus appellatur, & a Latinis Galgulus, vt existimat Plin. *lib.* 30. *cap.* 11. ¶ Charadrium imitans, χαραδριὸν μιμούμενος, dici solitum de dissimulante, ac rem vtilem occultante.

Charadra, αἱ χαράδραι, vrbs Phocidis, non procul à Lilæa. Gentile Charadræus. Steph.

Charădrus, χάραδρος, Ciciliæ fluuius est, à quo & iacens, & statio propinqua nomen sibi inferunt. Papin. *lib.* 4. *Thebaid.* Quæque pauet longa spumantem valle Charadron, Neris. ¶ Est item Charadrus oppidi nomen, in ea Syriæ parte, quæ Phœniciæ proxima est. Plin. *lib.* 5. *cap.* 20.

[Charatzion, tributi genus. Lex. gr. b.]

Charax, χάραξ, oppidum est in intimo sinu Fœlicis Arabiæ situm, ab Alexandro magno conditum. Autor est Plin. *lib.* 6. *cap.* 27. ¶ Est etiam hoc nomine emporium in Africa, vbi olim Carthaginienses vinum succo & silphio permutabant. Strab. *lib.* 17.

[Charaxatis scriptus. Gloss. Isid. h. e. à χαράξαι, insculpendi actio, impressio. verbum est χαράσσω.]

Chărāxus, χάραξος, frater Sapphûs poetriæ, qui captus fuit Rhodopes meretricis amore, cuius causa opes suas omnes dilapidauit: & ad summam redactus inopiam, piraticam exercuit. Ouid. *in Epist. Sapphûs.*

Gaudet, & è nostro crescit mœrore Charaxus

Frater, & ante oculos itque reditque meos.

Et paulò antè,

Arsit inops frater victus meretricis amore

Mistaque cum turpi damna pudore tulit.

Factus inops agili percurrit cærula remo,

Quasque male amisit, nunc male quærit opes.

Chares, etis, χάρης, Atheniensium dux, ad promittendum facilis & promptus. Vnde prouerbium natum, χάρητος ὑποσχέσεις, id est, Charetis pollicitationes. Dici solitum vbi quis facilè ac benignè promittit. Autor Suidas. ¶ Fuit & Chares Lyndius statuarius Lysippi discipulus, qui Rhodi Solis colossum fecit. Autor Plin. *lib.* 34. *cap.* 7.

Charidemus, χαρίδημος, Dux fuit copiarum Chersoblepræ Thraciæ regis. Huius frequens est mentio in oratione Demosthenis *contra Timocratem.*

Chărĭentismus, { χαριεντισμός. GALL. *Plaisanterie & grace à parler.* ITAL. *Piaceuolezza, ciuilità nel ragionare.* GERM. Höflichkeit/holdseligkeit vnnd freundtligkeit in der red. HISP. *Hermosura y gracia en razonar.* ANGL. *Plaisantnesse and good grace in speaking.* } Est vrbanitas, lepos & venustas sermonis, à verbo Græco χαριεντίζομαι quod significat iocor, facetè cauillor. Sumitur etiam pro figura illa, quæ alio nomine ἀστεϊσμὸς à Græcis dicitur, qua scilicet dura dictu mitius & grauius proferuntur: vt si roganti, An se quispiam quæsiuerit, respondeas, Bona fortuna. Item si virile dicas, quem mortuum esse velis significare.

Charilaus, χαρίλαος, Lacedæmoniorum dux fuit, qui Tegeatas prælio domuit.

Chăris, { חן chén. χάρις. } Latinè gratia, festiuitas, beneficium, munus. ¶ A quo charisma, χάρισμα, in eadem significatione.

Charisiæ, χαρισίαι. Vrbs Arcadiæ, ita dicta à Charisio Lycaonis filio. Stephan.

Charisius, χαρίσιος, nomen cuiusdam Grammatici, quem Priscianus citat. ¶ Fuit etiam hoc nomine Orator quidam Atticus, cuius meminit Cic. *in Bruto lib.* 2. ¶ Est & panis, seu (vt Suidas ait) placentulæ species.

Charistium marmor, (quod hic vt alibi scriptum erat, ita perperam interpretatum.) Vide *Carystium.*

Charistia, χαρίστια, neutri generis & numeri pluralis. Festa vocabantur, quibus cognati conueniebant, & munera mutuò mittebant. Ouid. *lib.* 2. *Fast.*

Proxima cognati dixere Charistia chari.

Et venit ad socios turba propinqua deos.

Valer. *lib.* 2. *cap.* 1. Conuiuium etiam solenne maiores instituerunt, idque Charistia appellauere, cui præter cognatos & affines nemo interponebatur.

[Charisticæ, præbenda. Charisticatius, præbendarius. Lex. gr. b.]

Charisticon, pro remuneratione apud Cassiodorum *in l. diuus Adrianus, de bon. damnator.* Sed debent ad ea seruari, quæ iure præbendum solent erogari: vtpote Charisticon quibusdam officialibus, &c.

Charitas, & Charus, vide *Caritas* & *Carus.*

Chărĭtes, χάριτες. Gratiæ tres finguntur, Aglaia, Thalia, & Euphrosyne, Iouis & Eurynomes, vt *in Theogonia* tradit Hesi. aut Veneris, & Liberi filiæ quas veteres nudas pinxerunt, quod gratias inter amicos minimè deceat esse fucatas. Tres autem ea ratione dicuntur, quod vna beneficium det, altera accipiat, tertia reddat. Pinguntur iuuenes, ne beneficij memoria senescat. Ridentes, quod hilariter dandum sit. Et quum duæ nos aspiciant, vna pingitur auersa: quo significari volunt, quòd pro accepto beneficio duplex à nobis gratia debeat reuerti. Nudæ etiam pingebantur, quia beneficia fuco debent carere, & nullo velamine obtegi. Item connexæ, quia insolubiles esse gratias decet, & beneficium aliud ex alio beneficium parere, perpetuumque amicitiæ fœdus. Qui Veneris & Liberi filias arbitrantur (e quibus est Seruius) hac mouentur ratione, quod horum præcipuè deorum muneribus

gratiæ

gratiæ concilientur. Tradunt etiam eas in Acidalio fonte, qui est Orchomeni Bœotiæ vrbe, lauari: quoniam pura esse beneficia oportet, & nihil sordidum, nullamque ipsum retributionis habere. De his Mantuanus,

——— properate sorores
Gratia ab Orchomeno, tu primùm Aglaia decoro
Lætitiam præ te ore ferens, tecumque Thalia.
Cincta sacram viridi frondibus caput. Euphrosynèque
Læta genas, læta os roseum, vaga lumina læta.

Charitonius, a, um, adiectiuum, χαριτώνιος, interpretatur gratiam venalem habens. Vnde propriè puellis conuenit, quæ gratia sua ad quæstum & ad expilandos amatores abutuntur.

Charmande, χαρμάνδη. Vrbs est trans Euphratem, iuxta portas Babylonias. ¶ Gentilia sunt Charmandæus, & Charmandites. Steph.

Charmis, χάρμις, Sardiniæ oppidum, Carthaginiensium opus. ¶ Gentile Charmites, Steph.

Charmione, χαρμιόνη (vt scribit Plutarch. *in vita Antonij*) Cleopatræ ancilla fuit, spontaneam domini mortem imitata.

Charon, χάρων, Lampsacenus historicus, qui tempore primi Darij floruit. Scripsit Æthiopica libris duobus: item Cretensia, Græcanica, & alia. ¶ Charon, item Carthaginiensis historicus, qui Tyrannorum quotquot in Asia Europaque fuerunt: item illustrium virorum & mulierum vitas conscripsit. ¶ Tertius eiusdem nominis, Naucratita fuit historicus, qui de sacerdotibus, regibus, & gestis Ægyptiorum historiam scripsit.

Charon, tis, χάρων, à poëtis dicitur, qui animas defunctorum per tria inferni flumina Acherontem, Stygem, & Cocytum, ad alteram ripam transuehit. {Germ. Der hellisch schiffman so die Seelen der abgestorbnen vberfürt.} De hoc Virg. *lib.* 6. *Æneid.* Hinc ortum adagium, Charontis ianua, χαρώνειος θύρα de imminente capitis periculo, siue de re magnopere tristi. Sic enim antiquitus appellabatur vna è carceris ianuis, per quam damnati iudicum sententiis ad supplicium educebantur. Referunt Zenodotus, Hesychius, & Suidas.

Charonea, orum, χαρώνεια, regio Asiæ est, ad Mæandrum fluuium, vicina Hierapoli, Characi, Magnesiæ, & Myunti, terram habens cauernosam, putridam, & incendiis obnoxiam. Vide Strab. *ad finem lib.* 12.

Charonium, χαρώνιον. Antrum est inter Trallea & Nysam, vbi ægroti solemnibus quibusdam superstitionibus à morbis liberari credebantur. Vide Strab. *lib.* 4.

Charondas, χαρώνδας, cognomento Thurius, patria Catanæus, Atheniensibus leges quasdam tulit, quibus quum capitis pœnam statuisset in eos qui gladiis armati concioni interessent, imprudenter, vt rure veniebat, gladio accinctus in concionem prodiit, monitus deinde ab eo qui proxime assidebat, quum culpam dissimulare posset, gladio quo accinctus erat incumbens, violatæ legis à se pœnas exegit. Valer. *lib.* 6. *cap.* 5.

Charops, χάροψ Homero *Iliad.* 11. Vir Troianus, Hippasi filius, & Soci frater, quos ambos vno die Vlysses interemit. ¶ Est & nomen cuiusdam inter Epirotas primarij, qui Tito Quinto Flaminio consuli Romano contra Philippum bellum gerenti, fauit. Autor Plut. *in vita eiusdem Flaminij.*

Charopus, Latinè amabilis, blandus, gratiosus. {ידיד iedhidh. χαροπός. Gall. *Aimable, plaisant & gracieux.* Ital. *Amabile, piaceuole, gratioso.* Germ. Freundtlich, lieblich, holdsälig. Hisp. *Hermoso, gracioso à ver.* Angl. *Gratious, aimable.*} à χαρά, & ὤψ, ὠπός, aspectus. vnde Charopus color, χαροπὸν χρῶμα, qui dilutam habet viriditatem, igneo quodam splendore intermicantem: qualem in leonum oculis conspicimus.

Charta, {מגלה meghillah. χάρτης. Gall. *Carte, papier, liure, ou fueillet de liure.* Ital. *Carta.* Germ. Papyer. Hisp. *La carta ò hoja del libro.* Angl. *Paper.*} Cum ch aspirato, Papyrus in qua scribimus, propriéque ea quam veteres ex papyri arboris cortice, & glutino præparabant, cuius species, variaque nomina, & ad præparandi rationem vide apud Plin. *lib.* 13. *cap.* 11. 12. *&* 13. Quamquam etiam latiùs Chartæ nomen postea cœpit extendi, vt etiam de iis dicatur, quæ ex membranis, linteis, aut aliaquacunque materia conficiuntur.

Incipit de te subtexam carmina chartis.

Tibul.

Nullum in hac charta versus amare docet.

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 3.

——— Nec mallem mittere chartas.

Tib. *lib.* 4. Ouid. *Eleg.* 7. *lib.* 4. *Trist.* Charta transuersa olim Epistolæ scribebantur. Suet. *in Cal. cap.* 56. Idem *in Nerone cap.* 20. Plumbeam chartam supino pectore sustinuit. Plin. *lib.* 13. *cap.* 11. Chartam Alexandri Magni victoria repertam, autor est M. Varro, condita in Ægypto Alexandria, antè non fuisse chartarum vsum: palmarum foliis primo scriptitatum: deinde quarundam arborum libris, postea publica monumenta plumbeis voluminibus, mox & priuata linteis confici cœpta, aut ceris. ¶ Charta audientalis dicitur Marculpho *lib.* 1. *form. cap.* 28. quòd per eam quis vocetur ad audientiam Principum. ¶ Charta plumbea est in Anastasio scutulum quadratum. Meursius. ¶ Per Chartam possidere aliquid, est testamenti iure possidere. ¶ Charta virgo, quæ nunquam peperit, hoc est, quæ nondum transcripta est, dicitur à Martiale. Custodit ipse virginis pater chartæ. Patere enim dicuntur chartæ, quum ex iis exempla sumuntur. ¶ Chartus, pro charta. Nonius ex Lucil. *lib.* 17. *Satyr.* Lælius vbi nunc Græci? vbi nunc Socratici charti: quid quæritis. ¶ Item Charta, vrbs Tyri dicta est, ex qua & Dido orta fertur, & ab eius nomine à sese conditam vrbem Carthaginem appellasse.

Charteus, Chartularius, & Chartaceus, a, um, quod est ex charta. {ὁ ἐκ χάρτου. Gall. *Fait de carte.* Ital. *Di carta.* Germ. Papeyren das von papyr gemacht ist. Hisp. *Cosa de carta.* Angl. *Made of paper.*} Vlp. *de leg.* 3. Quod si in codicibus sint membraneis, vel chartaceis, vel etiam eboreis, vel alterius materiæ.

Chartarius, a, um. Qui chartam præbet, aut vendit. Diomedes *lib.* 1. {ὁ τῶν χαρτῶν. Angl. *Belonging to paper.*} vt, Chartariæ officinæ. Plin. *lib.* 8. *cap.* 10. Hoc ærariæ officinæ, chartariæque viuntur.

Chartosus, qui multas chartas habet. Diomedes *lib.* 1.

Chartula, diminutiuum. {χαρτίον. Angl. *A litle peece of paper.*} Hier. Valo in chartulis meis ineptias scribere.

Chartularij, sunt Iustiniano, qui tabulis nomina recepta & impensa describebant. ¶ Eorum ordo triplex erat, in Ecclesia, palatio, exercitu. In Ecclesia diuersi erant, pro numero τῶν ἐξωκατακοίλων, h. e. eorum, qui secretis ecclesiasticis præfecti, vt erant magnus œconomus, magnus sacellarius, magnus sceuophylax, chartophylax & curator sacelli. Qui in palatio chartularius; ὁ μέγας dicebatur, dignitatémque habebat protimam protostratori; præfectus cum eo equisonibus Imperatoris. Chartularius in exercitu militem conquirebat conscribebatque. Chartophylaces autem duo erant. Vnus patriarchicus Ecclesiæ archiua seruabat, custos sigilli patriarchalis, quod in pectore gestabat; alter œconomeio interueniebat, & tabulas ecclesiasticorum redituum expensarumque conficiebat ac curabat. Hæc ex Meurs. Gloss. Græcol. ¶.

Chartiaticum, merces quæ officialibus pro charta dabatur, eodem modo quo Ceratium dicitur *Verrina* 5. quod pro cera pendebatur. Ea vox apud Zonaram obseruatur. Ἐπειδὴ στρατηγὸς ἐπιστολὰς ἐκπέμπων ... χαρτιατικά, ἐπὶ τοῦ ... Ex Hotomanno.

Chartophylax, præfectus chartarum, qui tabulas habet chartaceas, ad iura Ecclesiæ pertinentes, chartarum custos, qui priuilegia, & similia asseruat, præfectus scriniorum, iudex item causarum Ecclesiasticarum, & quæstionum matrimonialium, defensor in Clericorum causis, veluti manus summi sacerdotis dextera, sic enim appellat Codinus, ὡς δεξιὰ τοῦ ἀρχιερέως χείρ.

Chartophylacium, {χαρτοφυλάκιον. Angl. *The treasoury of monumentes, a great officers house, as the channcelours of the roles.*} Scrinium est, conclaue, vel ipsa etiam domus, in qua chartæ asseruantur. Latini Tabularium vocant: nam φυλακὴ, custodia est, φυλάττω, custodio.

Charus, a, um, vide *Carus.*

Charybdis, χάρυβδις, vulgò *Galofaro*, & Scylla, duo monstra sunt in freto Siculo, de quibus Virg. 3. *Æneid.*

Dextrum Scylla latus, læuum implacata Charybdis
Obsidet.

¶ Est autem Charybdis locus, sicuti scribit Salustius, iuxta Tauromitanum litus, extátque fabula Charybdin mulierem fuisse rapacissimam, quæ quum Herculis vaccas rapuisset, à Ioue fulminata est, & in hoc monstrum conuersa. Tibul. *lib.* 4.

Nec violenta suo consumpsit more Charybdis.

Meminit & Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 5. *Trist.* Est igitur Charybdis mare periculosum nautis, quod contrariis fluctuum cursibus collisionem facit, & rapta quæque absorbet & reiicit. Ouid.

Et vomit epotas sæua Charybdis aquas.

Sen. *ad Lucillium Epist.* 80. Scyllam saxum esse, & quidem terribile nauigantibus, optimè scio. Charybdis an respondeat fabulis, præscribi mihi desidero. Fac nos certiores, vtrùm vno tantùm vento agatur in vortices: an omnis tempestas mare illud contorqueat, & an verum sit, quicquid illo freti turbine arreptum est, per multa millia trahi. Thucydides *lib.* 4. scribit esse fretum inter Rhegium mare & Messanam, à quo breui spatio Sicilia à continente distet, & Charybdim appellatum. ¶ Euitata Charybdi in Scyllam incidi, τὴν χάρυβδιν ἐκφυγὼν τῇ Σκύλλῃ περιέπεσον. hoc est, dum vito grauius malum, in alterum diuersum incidi.

Charzania eadem sunt quæ ἱμάντες, lora, corrigiæ, ferramenta, scuticæ, vulgò *Scartanea.*

Chasma, tis, Latinè hiatus, fissura. {בקיע bekiah. χάσμα. Gall. *Grande ouuerture, comme vn abysme ou autre gouffre.* Ital. *Fessura, apertura.* Germ. Ein grosser spalt, ein klufft. Hisp. *Hendedura, ò abertura como de boca.* Angl. *A great gaping or opening of the earth or firmament.*} χαίνω, Hio. Fit autem Chasma non solùm in cælo, sed etiam in terra. Vnde ait Iureconsultus *de censibus, l. forma. §. quare si.* Si agri portio chasmate perierit, debebit per censitorem reuelari. Ammianus eleganti vocabulo Chasmaticum appellat terræmotum, quo patefactis subitò voraginis, terrarum partes per hiatum absorbentur.

¶ Chasmatarius, ærarij præfectus. Lex. gr. b.

Chassa, vicus est Ægypti apud Strab. *lib.* 16. ¶

Chastanon, Xanthion, vel lappa apud Diosc. *lib.* 4. *cap.* 139.

Chatramotites, χατραμωτῖτις, regio iuxta mare rubrum. Strab. *lib.* 15. ciues Chatramotitæ. Vranius Chatramotas vocat. Steph.

Chatti, populi sunt Germaniæ, non procul à Rheno. Plin. *lib.* 5. *cap.* 14.

Chattenia, χαττηνία. nam in ἀλλ apud Steph. per duplex tt scribitur: suo autem loco aliquoties per simplex t, quamuis ordo literarum duplex postularet: sed hic sæpe negligitur: regio est Chetteorum, χώρα τῶν γερραίων, aspera alioqui, sed vicis & turribus instructa prope mare rubrum. Ciues Chatteni.

Chaubi, Germaniæ populi. Strab. *lib.* 17.

¶ Chauiare, salsamentum. Lex. gr. b. ¶

Chauni, χαῦνοι, populi Thesprotiæ, Plin. *lib.* 4. Thessalicorum, σποράδων, χαῦνοί τε καὶ αἰχμηταὶ Χάονες. Steph.

Chauon, nis, χαῦων, regio Mediæ: inde Chauones. Idem.

Chazene, χαζηνή, Satrapia iuxta Euphratem Mesopotamiæ. Idem.

Chaus. {λυκοπάνθηρ. Gall. *Loup ceruier.* Ital. *Lupo ceruaro.* Germ. Ein art von luchsen oder thier wolffen. Hisp. *Lobo cerual.*} Lupi species est, pardorum maculas habentis, quem alio nomine lupum ceruarium vocant. De quo Plin. *lib.* 8. *cap.* 19. ita scribit, Pompeij Magni primum ludi ostenderunt chaum, quem Galli Rhaphium vocant effigie lupi, pardorum maculis. Et paulò pòst *eod. lib. cap.* 22. Sunt in eo genere qui Ceruarij vocantur, qualem e Gallia in Pompeij Magni arena spectatum diximus.

Chedra, Hippuris altera. Diosc. *lib.* 4. *cap.* 5.

¶ Cheiri, vel Keiri, vox Mauritana est, aliter Græca λευκόϊον, i. e. alba viola dicitur. vnde Cheirinus, Cheirinum oleum. ¶

Chelæ, arum. {χηλαί. Gall. *Les bras & parties de deuant du scorpion.* Ital. *Branchi di gambari e di grancevole.* Germ. Die scheren oder arm der krebsen vnd scorpionen. Hisp. *Braços de scorpion e de cangrejo.* Angl. *The armes or foreparts of a scorpion.*} Scorpiorum & cancrorum brachia

ita

ita dicta à forficulis denticulatis, quos Græci χηλὰς vocant. Virgil. 1. *Georg.*

Qua locus Erigonen inter, chelásque sequentes.

Ambrosius de cancro loquens, Et periculosum est, inquit, si chelam eius includat.

Chelandia, nauigij genus.

Chĕlīdŏnĭă, siue Chelidonium, χελιδόνιον, herba ab hirundinibus appellata quæ Græcè χελιδόνες dicuntur. Eo enim auium genere adueniente, nascitur, & discedente extinguitur. Fertur etiam hirundines oculos pullis suis excæcatis ea herba restituere. Plin. *lib.* 8. *cap.* 27. *& lib.* 25. *cap.* 8. ¶ Chelidoniæ duæ sunt species, quarum maior etiam hodie in officinis nomen retinet. {GALL. *Chelidoine, esclere.* ITAL. *Celidonia.* GERM. Schellwurtz oder groß schwalbenkraut. HISP. *Celidueña.* ANGL. *Chelidoine.*} Minorem autem, quòd strumis medeatur, quas Scrofulas nonnulli vocant, siue quòd strumosam habeat radicem, Scrophulariam appellant. {GALL. *Herbes aux escrouelles, couillons de prestre.* ITAL. *Fanosello.* GERM. Ein gattung des Storckenschnabels / so Gottes gnade genant. HISP. *Scrofularia minor.*} ¶ Chelidonia item vocatur Fauonius ventus, à die sexto ante Februarias Idus, vsque ad VII. Calend. Martias: eò quòd iis diebus hirundines primùm conspici incipiant. Autor Plin. *lib.* 2. *cap.* 47. ¶ Est etiam Chelidonia gemmæ nomen altera parte purpureæ, nigris interpellantibus maculis, altera hirundinis colorem referentis: vnde & nomen accepit. de hac Plin. *lib.* 17. *cap.* 10. ¶ Item genus aspidis, vt Galenus autor est. ¶ Chelidonia præterea inter ficorum genera recensetur. Plin. *lib.* 15. *cap.* 18. & Colum. *lib.* 10. Purpureæque chelidoniæ, pinguesque mariscæ.

Chĕlīdonĭæ, χελιδόνιαι νῆσοι Steph. duæ sunt insulæ contra Chelidonium Tauri promontorium, pestilentissimi aëris, quarum altera Corydela dicitur, altera Menalippea. Circa has insulas anthias piscis maxima in copia capitur, vt est videre apud Plin.

Chelidonium, χελιδόνιον, vnum est ex Tauri montis promontoriis. Plin. *lib.* 5. *cap.* 27. Taurus mons ab Eois veniens littoribus Chelidonio promontorio disterminatur.

Chelonates, promontorium est Achaiæ, quod Ptolemæo Chelonita dicitur.

Chĕlōnĭă, χελωνία, gemma est Indicæ testudinis oculo similis, quem magorum vanitas tradidit linguæ impositam, futurorum diuinationem præstare. Autor Plin. *lib.* 37. *cap.* 10.

Chelonites, χελωνίτης, insula est in sinu Arabico, apud Plin. *lib.* 6. *cap.* 28.

Chelonium, vide *Chelys.*

Chĕlōnŏphăgi, χελωνοφάγοι, populi sunt in Carmaniæ angulo, non alia quam testudinum carne vescentes, earúmque testis casas tegentes. Tantæ enim magnitudinis apud eos proueniunt, vt singulæ singulis casis tegendis sufficiant, & nauigantibus Chelonophagis scapharum vsum præbeant. Vide Plin. *lib.* 6. *cap.* 25. & Strabonem *lib.* 16.

Chelydrus, {χέλυδρος. GALL. *Tortuë de mer.* ITAL. *Testudine marina.* GERM. Wasser oder meerschneck. HISP. *Galapago de la mar.* ANGL. *A torteis, a water snake.*} Est testudo marina. Nam χέλυς testudinem Græcis, & ὕδωρ aquam significat: quasi testudinem aquaticam dixeris. ¶ Sunt qui etiam pro ornamento muliebri accipi putent, citantes illud Iuuenalis, Donant arcana chelydros. Quo tamen in loco alij cylindros legere malunt.

Chĕlys, {צבה *tzippóah.* χέλυς. GALL. *Vne tortuë.* ITAL. *Testudine.* GERM. Schneck. HISP. *Galapago.* ANGL. *A torteis or snake, a lute.*} Propriè est testudo animal, quamuis etiam pro instrumento musico accipitur, quod & Latini testudinem appellant. Nam ex testudine prima facta est cithara à Mercurio, consumpta iam carne, sed superstitibus neruis. Ouid. *ad Pison.* Pulsatur manibus Phœbea chelys Canora chelys: Seneca.

Chelonium, {χελώνιον. GALL. *La couuerture & coquille d'vne tortuë.* ITAL. *La scorza di sopra la testudine.* GERM. Die schal oder das heußlin der schnecken. HISP. *La cobertura del galapago.* ANGL. *The shell of torteis or snaile.*} Budæus. Testudinis tegumentum est. Nam testudinem Græci χελώνην appellant.

[Chemia, vide *Chymia.*]

Chemnys Pompon. Melæ, siue Chemmis, χέμμις Herodoto, insula est in quodam Ægypti lacu natans: quod omnino incredibile videtur, quum augustum Apollinis templum, & lucos sustineat.

Chemnizia, vrbs Misniæ.

Chēnĭæ, æ, χῆναι, vrbs Laconiæ, à qua gentile Cheniēus.

Chēnălōpĕcēs, χηναλώπεκες, ex anserum sunt genere, quibus pro cibis lautiosibus vtuntur Britanni. Vide Plin. *lib.* 10. *cap.* 22. Est autem nomen ἀπὸ τοῦ χηνὸς καὶ ἀλώπεκος, hoc est, ex ansere & vulpe compositum: vnde & Vulpanserem Æliani interpres transtulit. Anserem enim specie, vulpem calliditate refert. Aquilæ & felis iniuriam facilè propulsat. Aucupi ad nidum accedenti obuiam prodit, vt interim pullis elabendi spatium præbeat. Vide Ælian. *lib.* 15. *cap.* 51.

Chēnĭscŭs, χηνίσκος, Latinis anserculus est. Vnde & puppis extremum, quod ornatus gratia ad anseris similitudinem effictum erat, Cheniscum appellarunt. Apuleius, Puppis intorta chenisco. Lucian. in eo dialogo qui πλοῖον ἢ εὐχαί inscribitur. [illegible] hoc est, Vt vero ipsa quidem puppis paulatim assurgit inflexo aureo chenisco ornata, hoc est, inflexa, atque aureum anserculum superne habens: impositum è regione autem æqua proportione prora procurrit in anteriorem partem longe porrecta, cognominem nauis deam Isidem videlicet vtrinque additam habens. Idem in veris narrationibus: Ὁ γὰρ ἐν τῇ πρύμνῃ χηνίσκος ἄφνω ἐπτερύξατο καὶ ἀνεβόησε. hoc est, Cheniscus enim (siue anserculus qui ad puppim erat, repente alis plaudere cœpit, & clangorem edere. Porrò de chenisco vide apud Bayfium *de re nauali.*

Chenoboscia, χηνοβοσκία, vrbs Ægypti è regione Diospolis, ab anserum, vt videtur, pascuis dicta, qui tamen illic nulli apparent. ¶ Huius incolæ dicuntur Chenobosciatæ, qui circa Crocodilos occupantur.

Chenoboscium, χηνοβοσκεῖον, locus vbi anseres aliæque id genus cantantes volucres aluntur. nam χήν, χηνός, anser dicitur. Columell. *lib.* 9. *cap.* 14. Qui verò greges nantium possidere student, chenobosceia constituant.

Chēnŏmychŏn, herba ad cuius aspectum expauescunt anseres: aliis nominibus ea Nyctegretum dicitur, & Nyctilops, eo quod noctibus luceat. Vide Plin. *lib.* 21. *cap.* 11.

Chēnŏpūs, dis, χηνόπους, Latinè anseris pes dicitur: quo nomine dicta est & herba, quæ habet effigiem anserini pedis. Plin. *lib.* 11. *cap.* 8. Ceras ex omnium arborum, satorúmque floribus confingunt, excepta rumice & chenopode.

Chenotrophia, χηνοτροφεῖα. Nantium volucrum auiaria.

Cheopina, (quod nomen adhuc manet integrum apud Gallos) mensura est liquidorum, dimidiæ pintæ (quam vocant) capax: ex eo dicta quod ea tantum funditur, vel hauritur vini, quantum homo sitibundus vno haustu ebibere possit. Pino enim Græcè significat bibo, vnde & pinta. Quod verum est, si de cheopina Parisiensi intelligas. Cheo vero Græcè significat fundo, is. Budæus *de asse.*

Cheops, siue Cheopes, Ægypti rex fuit. Mycerini pater, cuius opus est maxima totius Ægypti pyramis, ad quam faciendam denas hominum myriades in opere habuisse dicitur, & pro apio, cepa, & allio mille sexcenta talenta expendisse. Autor Herod. *lib.* 2.

Chephrem, Cheopis frater, Ægypti & ipse rex post fratrem. Autor Herod. *lib.* 2.

Cheramides, genus lapilli pretiosi, qui (vt Strab. *lib. vlt.* refert) in Mauritaniæ campestribus nascitur. Plin. *lib.* 37. *cap.* 10. Cheramides eadem esset, quam Ostraciten vocant, nisi quòd hanc ceruleæ interdum bullæ cingunt.

Cheredranon, Hippuris, apud Dioscorid. *lib.* 4. *cap.* 49.

Chĕrĭă, à quibusdam appellatur Raphanus sylucstris, quem Latini Armoraciam appellant. Vide Ruell. *lib.* 2. *cap.* 113.

Chernesus, χερνησος, iuxta Corinthum est, Steph. *in Cherroneso.*

[Cherotrophium, hospitale viduarum. χηροτρόφος, qui χήρας, vel χήρους τρέφει.]

Cherruta, χέρρουτα, vrbs Lyciæ. Steph. *in Cherroneso.*

Chĕrrŏnēsus, Syriæ ciuitas (quæ aliàs Apamea) Steph. Est item vrbs in Cherroneso iuxta Gnidum, ciuis Cherronesius. Alia est Cherronesus Cretæ, cum oppidulo eiusdem nominis. Alia est Libyæ Cherrura dicta, χέρρουρα. Inde Cherrurius.

Chernesus verò, χερνησος, iuxta Corinthum est. Est item Cherronesus promontorium in Lycia, alia iuxta Corranitem vrbem. Steph.

Chernites, χερνίτης, lapidis genus est ebori simillimi, in quo defunctorum corpora condebantur. Plin. *lib.* 36. *cap.* 17. Mitior est autem conseruandis corporibus, nec absumendis, chernites ebori simillimus, in quo Darium conditum ferunt.

Chĕrrŏnēsus, χερρόνησος, quasi χερσόνησος ἀπὸ τοῦ χέρσου καὶ νήσου: Terra est in insulæ modum mari cincta, vno tantùm, eoque angusto spatio continenti adiuncta: Latini Peninsulam vocant. Quinque autem insigniores commemorantur Cherronesi: quarum celeberrima Achaiæ adhærens, Peloponnesus appellatur. ¶ Secunda, quæ à vicina continente Thracia dicitur, cuius Isthmum ab Occasu Melane sinu, ab Ortu Propontide abluitur. Tertia, quæ Saxoniæ adhærens, à Cimbris, qui eam tenuerunt, Cimbrica appellata est: hodie Dania dicta, vulgò *Dinamarca.* {GERM. Dennmark.} ¶ Quarta inter Pontum Euxinum, & Mæotiden paludem sita, à Tauris Scythiæ Europææ populis Taurica appellata. ¶ Quinta, quam Auream cognominant, in India sita supra Gangem, Ortum versus, iuxta sinum quem magnum appellat Ptolemæus. Peloponnesus verò maior celebriórque est, quàm vt Chersonesi nomen admittat, quamquam & ipsa à nominis etymo fertur: Chersonesum Strabo nominat & minoris Asiæ in nostrum mare procursus, Cherronesus dictus bonis autoribus, vt scribit Vadianus.

Chĕrsĭnă, æ, genus est testudinis terrestris, in aridissimis Asiæ desertis roscido humore viuens. Autor Plin. *lib.* 9. *cap.* 10.

Chersidamas, χερσιδάμας, vir Troianus, quem Vlysses in bello interemit, vt scribit Hom. *lib.* 11. *Iliad.*

Chersonesus, χερσόνησος, idem est, quod Cherronesus. Vide suprà.

Chĕrsydrŏs, χέρσυδρος, serpens qui tam in terris, quàm in aquis moratur: nam componitur ex χέρσος terra, & ὕδωρ aqua, quasi viuens in terra & in aqua.

[Cherubus, כרוב. est alata imago, similis iuueni.]

Cherusci, χηροῦσκοι, populi Germaniæ circa Albim: quorum meminit Plin. *lib.* 4. *cap.* 14. {GERM. Die völcker in Teutschland vmb die Elb / als da sind die Sachssen / vnd Meyssner.}

Chesion, χήσιον, oppidum Ioniæ, vnde Chesieus. Orus in masc. gen. vsurpans, non ciuitatem, sed locum esse dicit. Steph.

[Chia, χιά, latibulum, cauerna, vt serpentis: à χῶ capio.]

Chĭă terra, χία γῆ, terra est albida, siue cineritia, Samiæ similis, quæ cutem erugat, totúmque corpus amabili coloris bonitate commendat. Autor Diosc. *lib.* 5. *cap.* 101.

Chia ficus, siue Chia absolutè, σῦκα χῖα. Fici species est, grato quodam sapore palatum pungens, vinique veteris, salisque saporem referens. Mart. *lib.* 7.

Infanti melimela dato, fatuásque mariscas:
Nam mihi, quæ nouit pungere, Chia placet.

Idem *lib.* 13.

Chia seni similis Baccho, quem Setia misit:
Ipsa merum secum portat, & ipsa salem.

Chidnæi, χιδναῖοι, populi iuxta Pontum, teste Orpheo *in Argon.*

Chidorus, fluuius est Macedoniæ, per Mygdoniam in Axium influens, vnus ex iis qui à Xerxiano exercitu dicuntur fuisse epoti. Vide Herod. *lib.* 7

Chĭlĭas, {אלף *éleph.* χιλιάς. ANGL. *The number of a thousand.*} Numerus qui mille continet. Chilia enim mille à Græcis dicitur.

Chiliarchus, qui mille hominibus præest. {שר אלפים *sar alaphim.* χιλίαρχος. GALL. *Colonnel de mille hommes.* ITAL. *Colonello di mille fanti.* GERM. Ein herr oder hauptman vber tausend. HISP. *Capitan de mil hombres.* ANGL. *A captaine ouer a thousand.*} A Græcis tamen scriptoribus, quoties de Romanorum militia sermo est, Chiliarchus accipitur pro Tribuno militari: quemadmodum in ciuitate Demarchus, δήμαρχος pro

pro Tribuno plebis: nam, autore Iosepho, ordo in Romanorum militia hic erat, vt milites ad Centuriones, illi ad Tribunos, quos illi Chiliarchos vocant, manè conuenirent salutatum. Hecatontarchi autem dicebantur Centuriones, qui centum militibus præerant. Pentecontarchi, qui quingentis. Decarchi, qui & Latinis Decuriones, qui decem militibus præerant.

Chiliophyllon, χιλιόφυλλον, herba est quæ notioribus nominibus Achillea, & Militaris herba, φονομαχα dicitur. Chiliophylli nomen accepit à multitudine foliorum.

Chiliodynamis, χιλιοδύναμις Dioscoridi. Chiliodyname Plinio, Herba est quæ alio nomine *Ptolemonia* dicitur, à regum certamine, qui eius inuentionem sibi certatim vendicauerunt. Chiliodynamis autem à Cappadocibus nominata est, propter varios in medicina vsus. Plin. *lib.* 25. *cap.* 6.

Chilones, {χείλωνες. Angl. *Which hath great lippes.*} Quibus immodica sunt labra, qui & à Latinis Labeones dicuntur: nam χεῖλος Græcis labrum est.

Chilo, χίλων, Philosophus Lacedæmonius, vnus ex septem sapientibus Græciæ. Eius (Plinio teste *lib.* 7. *cap.* 32.) tria hæc aurea præcepta fuerunt, Delphis in templo Apollinis consecrata: scilicet, Nosce teipsum, Nihil nimium cupias, Comes æris alieni, atque litis, est miseria. Quin & funus eius, quum victore Olympiæ filio, gaudio expirasset, tota Græcia prosequuta est.

Chimastrum, {χείμαστρον. Angl. *A winter garment, a frize or furred garment.*} Vestis est rusticorum, qua hyeme vtuntur, ἀπὸ τοῦ χειμάζειν, quod nobis sonat hyemare.

Chimæra, χίμαιρα, mons est Lyciæ ignitiomus, in cuius cacumine leones habitant: in medio autem, vbi pascua abundant, capræ: in radicibus autem serpentes: hinc factus est locus fabulæ, Chimæram monstrum esse, quod flammas euomat, caput & pectus leonis habens, ventrem autem capræ, & caudam draconis. Lucretius,

Prima leo, postrema draco, media ipsa chimæra.

Ouid. 6. *Metamorph.*

Quoque Chimæra iugo mediis in partibus hircum,
Pectus & ora leæ, caudam serpentis habebat.

Idem Eleg. 1. *lib.* 2. *Trist.*

Nam quid de tetrico referam domitore Chimæræ.

Et quoniam Bellerofontes Glauci filius montem hunc habitabilem reddidit, Chimæram fingitur occidisse. Hæc ferè Seruius in illud Virgil. 6. *Æneid.*

———flammisque armata Chimæra.

Plin. *lib.* 11. *cap.* 106. Flagrat in Phaselide mons Chimæra, & quidem immortalis diebus & noctibus flamma. Ignem eius accendi aqua, extingui verò terra, aut fœno, Gnidius Ctesias tradit.

Chimæra, χίμαιρα, vrbs Siciliæ, cuius meminit Xenophon. *lib.* 1. rerum Græcanicarum. gentile Chimeræus. Steph.

Chimerion, Aizoum minus, apud Diosc. *lib.* 5. *cap.* 92.

Chimerium, Phthiotidis mons in Thessalia, vt tradit Plin. *lib.* 4. *cap.* 7. χειμέριον Steph. promontorium Thesprotiæ, Gentile Chimericus.

Chimĕrinus, χειμερινὸς, Græcis idem est quod hybernus, siue hyemalis. {Angl. *Belonging to winter.*} Martialis *de Earino.*

Si daret autumnus mihi nomen, Operinos essem:
Horrida si brumæ sydera, Chimerinos.

¶ Hinc Capricorni Tropicus, ad quem accedente sole dies breuissimi fiunt, à Græcis Chimerinos appellatur: quemadmodum & à nobis Brumalis. Plaga quoque Australis habitabilis, à Cosmographis Chimerine appellatur. Duæ enim sunt plagæ orbis habitabiles, quæ à nobis incolitur, θερινὴ nominatur: altera quam incolunt Antichthones, Chimerine, à nobis Hyemalis: quæ quòd ad Austrum deflexa sit, Australis quoque nuncupatur, quum nostra Septentrionibus supposita est.

[Chimetlum, χείμεθλον, & χίμετλον, vlcus ex hiberno frigore, pernio. à χειμὼν hiems.

Chiobătos, æqualis ponderis. Lex. gr. b.]

Chĭŏnē, χιόνη, nobile scortum fuit, nomen habens à candore niuis, χιὼν enim Græcè niuem significat. Iuuen.

Et dubitas alta Chionem deducere sella.

In hanc extat festiuum illud Mart. *Epigr. lib.* 5.

Digna tuo cur si, indigna que nomine, dicam.
Frigida es, & nigra es: non es, & es Chione.

¶ Fuit & Chione filia Dædalionis, cuius nuptias quum ob formæ elegantiam multi ambirent proci, tandem Pyonio Epidauriensi nupsit. Porro redeunte Mercurio à Cylleno monte, & Phœbo Delphis, ab ambobus visa est, qui statim eius amore capti, quum separatim eius concubitum petiissent, Apollo in noctem distulit: Mercurius autem non expectata nocte eam caduceo tetigit: & in similimam soporem alligauit: dormientémque vitiauit: & discessit. Deinde accedente nocte Apollo accepta anus forma ad eam intrauit, oppressitque: & sic ex vtroque concepit, peperitque Mercurio Autolicum, de quo suprà: Apollini verò Philammonem, qui carmine & cithara plurimum valuit. Postea quod diis placuisset, superbia elata, ausa fuit se Dianæ ob pulchritudinem præferre, qua re mota Diana sagittis eam interemit. Ouid. *lib.* 11. *Metam.*

Nota erat huic Chione quæ dotatissima forma,
Mille procis placuit, bis septem nubilis annis.

Chĭus, χῖος. Insula Ægæo noningentorum circiter stadiorum ambitu, Ioniæ adiacens, inter Samum & Lesbum, in qua laudatissima nascitur mastiche. Hanc Ephorus prisco nomine Æthaliam, Metrodorus & Cleobulus Chiam appellarunt, à Chione nympha, siue à niue: alij & Macrim & Pityusam. Montem habet Pellenæum, & Marmor Chium: item templum Apollinis, qui inde Chius appellatur: & promontorium Arusium, à quo Arusia vina. ¶ Habet autem hoc nomen, quum primum aum est, penultimam correptam. Luc. *lib.* 8.

Quas Asinæ cautes, & quas Chios asperat vndas.

Sunt qui quadrigeminam Chium esse putent: vt prima sit Chios insula, cum oppido eiusdem nominis: secunda Carix vrbs sub monte Pellenæo: tertia in Eubœa: quarta in Chersoneso Rhodiorum iuxta Triopiam.

Chĭūs, χῖος. Tibul. *lib.* 2.

Nec mihi fumosos veteris proferte Falernos
Consulis, & Chio soluite vincula cado.

Hæc insula protulit memorabiles viros, Ionem tragicum, Theopompum historicum, & Theocritum sophistam.

Chius Stephano, clarissima insula Ionum est, prope Erythras cum vrbe eiusdem nominis, à Chio Oceani filia, vel à niue in ea abundante. Est & alia Chius vrbs Carix, sub pede montis Pellenæi. Et alia iuxta Triopion sita in Chersoneso. Quarta in Eubœa. Gentile, similiter & possessiuum, Chiacus. Apud Chios primum fuerunt Therapontes, at apud Lacedæmonios Helotes, apud Argiuos Gymnesij, apud Sicyonios Corynephori, apud Italos Pelasgi, apud Cretenses Dinoitæ. Item in Chio primum natum est vinum nigrum.

Chius pestunculus. Gell. *cap.* 16. *lib.* 7. Lagena, vbi solet vinum Chium esse. Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 1.

Chiragra, & cheragra. {χειράγρα. Gall. *Douleur & goutte aux mains.* Ital. *Gotta di mano.* Germ. Das zipper der händen. Hisp. *Gota, dolencia de las manos.* Angl. *The goute in the handes.*} Morbus articularis, manus infestans. Mart.

Sed nil patrono porrigit, hæc chiragra est.

Chirager, & Chiragricus. {χειραγρικός. Angl. *That hath the goute in the fingers.*} qui chiragram patitur.

Chirembolum, χειρέμβολον. Vlp. *in l.* 1. *ff. naut. caup. stabul.* Quamquam ipse vel nauicularius, vel magister id faciat, quod Græci χειρέμβολον appellant. Significat hæc vox manus immissionem, vt Alciatus in parerg. refert, qui arbitratus χειρέμβολον dici signum quod magister in prora sedens dat, quum nautis imperat, vt aliquid faciant, seu aliquem recipiant. Verùm quum hæc vox à se nusquam alibi lecta sit, admonet amplius quærendum.

[Chirīdōtus, a, um, χειριδωτὸς, ὁ, ἡ, manulentus, à χεὶρ manus.]

Chirīdōta, χειριδωτὸς Tunica prolixa vltra brachia manus operiens. Alio nomine Macrochira dicitur. Vnde Scipio Gallo homini delicato obiecit, quòd cum chiridota tunica, id est, manicata accubuerit, vt refert Gell. *cap.* 16. *lib.* 7. Has vestes Plaut. vocat manuleatas. ¶ Dicta est autem chiridota, ἀπὸ τῶν χειρῶν, hoc est, à manibus quas tegebat.

Chirocrates, χειροκράτης, Nomen architecti celebris, qui ab aliquibus Dinocrates dici solet. Plin. *lib.* 14.

Chīrŏgrăphum, {חתם chotham. χειρόγραφον. Gall. *Escrit, signé, ou cacheté de sa main, seing manuel.* Ital. *Scritto di mano.* Germ. Ein handtschrifft. Hisp. *Escritura de propria mano.* Angl. *My owne handwritt.*} Est enim Chirographum generale nomen, quo etiam Syngrapha continetur. Sed Syngraphis cautio datur quasi creditarum pecuniarum: qua de causa falsum in eas facilè referri potest, si creditas pecunias, quæ tamen non sunt creditæ, perscribantur: cùm Chirographis aut facti obligatio contineatur, aut acceptilatio. Hoc autem vsus est Suet, *in Cæs. cap.* 17. *& in Calig. cap.* 24. *& in Neron. cap.* 52. Item Gell. *cap.* 2. *lib.* 14. Chirographi exhibitione probari debere datam esse pecuniam. Imitari chirographum. Suet. *in Aug. cap.* 64. Est quod nostra manu perscripsimus in fidem alicuius. Asconius scribit Chirographa dici, in quibus tantùm quæ gesta sunt scribi solent. In syngraphis etiam contra fidem veritatis pactio venit, & non numerata pecunia, aut non integrè numerata pro temporaria voluntate hominum scribi solet. Iuuen.

Vana supervacui dicunt chirographa ligni.

Cic. 3. *de nat. deor.* Id quoque L. Labienus fecit, quum chirographum sex primorum imitatus est.

Chīrŏgrăphārĭus, adiect. vt, Debitor chirographarius, qui suo chirographo scripsit se debitorem in codice. Vlp. *in l. si vt certo.* §. *idem denique. ff. commodati.* Si tibi codicem commodauero, & in eo chirographarium debitorem tuum cauere feceris, &c. ¶ Item Chirographarius creditor dicitur, qui sibi chirographo cauit. Paulus *in l. pen. de priuil. credit.* Respublica creditrix omnibus chirographariis creditoribus præfertur. Opponuntur autem hi creditores iis qui hypothecarij dicuntur. ¶ Dicitur etiam chirographaria pecunia, quæ sine pignore ex chirographo debetur.

Chirogylium. insula est ante Lyciam, è regione Chimeræ montis, de qua Plin. *lib.* 5. *cap.* 31.

Chīrŏmantīă, {χειρομαντεία. Angl. *Palmestrie telling of fortune by lines in the hand.*} In manibus diuinatio, quæ ex linearum, quæ in manibus sunt, inspectione fieri solet, à μαντεία & χείρ.

Chīrōnĭŏn, χειρώνιον, tertium panacis genus, ab inuentore Chirone Centauro ita dictum, folium lapatho simile, florem aureum, radicem paruam habens. Plin. *lib.* 25. *cap.* 4. ¶ Est præterea Chironium herba eadem cum centaurio maiore: ita dicta à Chirone Centauro, qui ea curatus esse dicitur, quum Herculis arma pertractando telum in pedem decidisset. Vide suprà in dictione *Centaurea.*

Chīrōn, is, χείρων, Centaurus Saturni & Phillyræ filius, dimidia sui parte equus, reliqua homo. Fabulantur enim poëtæ, Saturnum, quum Phillyram Oceani filiam adamaret, eiúsque frueretur concubitu, Opis vxoris interuentu turbatum, subitò se in equum conuertisse. Phillyram autem ex eo grauidam effectam, fœtum peperisse, cuius anterior pars hominem, posterior equum referret, eúmque Chironem nominasse: qui vbi primùm adoleuit, in syluas sese contulit, ibique herbarum vires edoctus, in præstantissimum medicum euasit: à quo etiam Centaurion herba nomen accepit, & Chironium vlcus, quod maximè fit in pedibus & cruribus duas habens oras celentes, tumentésque dolore modico: sic dictum, quòd Chironis opem exigat. Et prouerbialiter Chironium vulnus χειρώνειον ἕλκος, immedicabile malum appellamus: aut quòd Chiron immedicabile vulnus accepit in pede, vnde & petiit: aut quòd manum Chironis vt senetur, exigat. Hic postea à Peleo & Thetide accitus, propter probitatem, peritiam, & iustitiam, quibus cæteris multum antecellebat, Achillis pædagogus est factus, quem & citharæ artem, & herbarum vsum docuit. Ab eodem & medicinam Æsculapius, & astrologiam Hercules dicuntur accepisse. Postremò quum Herculem hospitio suscepisset, armáque eius pertractaret, euenit vt sagitta quædam hydræ Lernææ veneno imbuta, illi in pedes decideret. Quod malum quum nulla ope sanari posset, diutissimis cruciatibus confectus

batur: mori tamen non potuit, quòd vtroque parente immortali natus esset. Tandem quum à superis impetrasset, vt immortalitatem sibi morte liceret commutare, in cælum translatus est: vbi & Sagittarii signum efficit. Meminit Plin. *lib. 7. cap. 56.*

[Chironius, a, um, χειρώνειον ἕλκος, vlcus Chironium inueteratum, à Chirone vno ex Centauris.]

Chironia vitis, χειρώνειος ἄμπελος. Herba est similacis foliis, claiculis suis arbores vitis modo conscendens, pro semine acinos habens vuæ modo dependentes, initio herbaceos, postea nigricantes, radice foris atra, intus buxei coloris. Alio nomine Vitis nigra, ἄμπελος μέλαινα appellatur. Dicitur à Chirone inuenta. Vide Plin. *lib. 23. cap. 1.*

Chironomus, {χειρονόμος. GALL. *Ioueur de morresques, ou celuy qui apprend à mounoir les mains & à faire la contenance.* ITAL. *Gineccatore di mano, danzatore di maresche con manare di mano.* GERM. Der im dantz mit den händen wunderbare vnd vilerley bossen treybt. HISP. *El que dança por personajes.* ANGL. *A morrisshe daunceer.*} Propriè qui inter saltandum manibus gesticulatur: quamuis etiam ad reliqui corporis gestus transferatur. Iuuen. *sat. 6.*

Chironomum Ledam molli saltante Batillo,
Tuccia vesicæ non imperat.

¶ Inde χειρονομεῖν Græcis idem est quod manibus gesticulari: cuius verbi participio vsus est idem Iuuen. *sat. 5.*

Structorem interea (nequa indignatio desit)
Saltantem spectas, & χειρονομοῦντα volanti
Cultello, donec peragat dictata magistri
Omnia, nec minimo sanè discrimine refert
Quo gestu lepores, & quo gallina secetur.

Vbi χειρονομοῦντα dixit quasi manibus gesticulantem, & certo quodam manuum gestu escas diuidentem.

Chironomia, {χειρονομία. GALL. *Science de faire gestes de mains, morresque.* ITAL. *Moresche con menare di mano.* GERM. Der seltzam bossen treyben mit den händen oder ein abenteuriger bossechtiger dantz. HISP. *Dança por personajes.* ANGL. *The art of playng morishes.*} Manuum gesticulatio inter saltandum, vel saltationis quoddam genus, quod manuum gesticulationem habebat adiunctam: cuiusmodi olim fuit Pyrrhica. Quint. *lib. 1. cap. 19.* legem gestus interpretatur: à χεὶρ manus, & νόμος lex: sunt enim manuum motus quidam præscripti, quibus saltantes vtuntur: quod potissimum in Græcorum vsu fuit. Apud Romanos autem, integris adhuc vrbis moribus, saltatio in solo theatro exercebatur, & maximè pyrrhica.

Chirotheca, {בית ידים *beth iadkáim.* χειροθήκη. GALL. *Gant.* ITAL. *Guanto.* GERM. Handschuch. HISP. *El guante.* ANGL. *A gloue.*} Manuum vagina, quæ etiam manica, siue manutheca, & manipulus dici solet. Cic. *in Philip.* Solet enim citò ipse accipere manicas. Græci etiam Dactylothecam vocant.

Chirurgus, {χειρουργός. GALL. *Chirurgien.* ITAL. *Cerusico.* GERM. Ein wundartzt. HISP. *Cirurgiano, que cura con manos.* ANGL. *A surgeant, a chirurgian.*} Medicus vulnerarius, à manuum operatione sic dictus. Mart. *lib. 1.*

Chirurgus fuerat, nunc est vespillo Diaulus.

Chirurgicus, a, um χειρουργικός: vt, Ars chirurgica, Instrumentum chirurgicum. ¶ Chirurgicus, pro chirurgo. Cels. *lib. 3. cap. 18.* Chirurgicus Meges autor est.

Chirurgia, {χειρουργία. GALL. *Chirurgie.* ITAL. *Chirurgia.* GERM. Die kunst der wundartzney. HISP. *A quella arte de curar con las manos, cirurgia.* ANGL. *The art of surgerie.*} Licet nomen generale sit ad omnem artem, quæ actionem habet manuum cum cognitione coniunctam, propriè tamen dicitur de ea parte medicinæ, quæ sectione, vel vstione, aut alia quauis ratione, quæ manu administretur, morbos curat. Cic. *ad Attic.* Sed ego dextra curari incipio, chirurgiæ tædet. ¶ Eadem & Chirurgice appellatur. Cels. *in proœmio lib. 1. Medicina,* Iisdémque temporibus in tres partes medicina diducta est, vt vna esset quæ victu, altera quæ medicamentis, tertia quæ manu mederetur. Primam Diæteticen, secundam Pharmaceuticen, tertiam Chirurgicen Græci nominauerunt. ¶ Chirurgia est scientia medicinæ altera pars, quæ per consuetas tum sectiones, tum adustiones, & quæcunque alia manu fiunt, humana corpora restituit. Chirurgia quum sit vetustissima, magis tamen ab illo parente omnis medicinæ Hippocrate, quàm à prioribus exculta est, deinde posteaquam deducta ab aliis, habere professores suos cœpit, in Ægypto quoque excreuit, Philoxeno maximè autore, qui pluribus voluminibus hanc partem diligentissimè comprehendit. Gorgias quoque & Sostratus & Hieron & Apollonii duo, & Hammon, Alexand. multique alii viri, singuli quædam repererunt. Ac Romæ non mediocres professores, maximéque nuper Tryphon pater & Euelpistus, & vt ex scriptis eorum intelligi potest eruditissimus magis, quibusdam in melius mutatis, aliquantum rei disciplinæ adduxerunt. Ex Celso.

Chitone, χιτώνη, vel Chitonia apud Epicharmum, Diana est: scribit enim in sphinge, καὶ τὸ τῆς χιτώνας αὐλησάτω τίς μοι μέλος. Steph.

[Chius, cous, iactus in talo æquè damnosus, ac vnio in tesserâ. Delrius.]

CHLAMYS, ydis, {מעיל *meíhil.* χλαμύς. GALL. *Manteau en cape, habit de gendarmes au temps passé.* ITAL. *Sopraueste militare.* GERM. Ein kriegsklei-dung. HISP. *Vestidura redonda como manto.* ANGL. *A cloke or a spanish cappe, a man of warre habite.*} Propriè vestis militaris pallio breuior multò, ac strictior. Virg. 8. *Æneid.*

——— ipse agmine Pallas
In medio chlamyde & pictis conspectus in armis.

Plautus, Puer cape chlamydem, & da pallium. Idem ad ornatum militis ait opus esse chlamyde, machæra, & petaso. Similiter Iul. Pollux inter apparatus militares numerat chlamyda. Iureconsulti verò inter vestimenta puerilia numerant chlamydes. Vnde Vlp. *in l. vestis. ff. de auro & argento legata,* Puerilia sunt quæ ad nullum alium vsum pertinent nisi ad puerilem: veluti togæ, prætextæ, aliculæ, chlamydes, pallia quæ filiis nostris comparamus. Macrobius, Veteres, inquit, omnem habitabilem terram extentæ chlamydi similem esse dixerunt. Hoc dicit significans longitudinem eius arctam esse. Budæus. A Numa Romanorum rege chlamydem repertam Suidas autor est. Quidam deducunt à χλιαίνειν, tepefacere. Tuam nec chlamydem, nec pallium do vtendum, Plaut. *Men. sc. 2. a. 4.* Quanti conducta est. (de Chlamyde) Idem *Pseud. sc. 7. a. 4.* Quæratis Chlamydem hanc & machæram, vnde ad me peruenerit (loquitur miles) Idem *Curc. sc. 2. a. 5.* Chlamyde est opus, machæra & petaso, (ad exornandum peregrinantem sup.) Idem *Pseud. sc. 4. a. 1.* ¶ Chlamys purpurea insigne olim Imperii. ¶ Chlamyda, pro Chlamyde, apud Apul.

Chlamydatus, adiectiuum, qui est chlamyde indutus. {χλαμυδωτός. ANGL. *That weareth a spannish cappe or cloke.*} Plaut. *in Pseud. sc. 1. a. 4. & sc. 7. a. 4.* sæpiùs. Quis hic homo chlamydatus est? aut vnde est? aut quem quæritat?

Chlamydula, diminut. {χλαμύδιον. ANGL. *A litle cloke with a hoode or spanish cloke.*} Idem, Tu sume chlamydulam.

Chlæna, χλαῖνα, vestimenti genus, quod palliis, hyberno præsertim tempore, superinducebatur. Latinis Læna appellatum. Vnde natum est apud Græcos prouerbium, ἐν θέρει τὴν χλαῖναν κατατρίβεις, etc. τὴν μὲν κατ' ὥραν τοῖς ἀναγκαίοις χρῆσθαι. hoc est, Æstate lænam deterit. In eos dici solitum qui alieno tempore rebus necessariis abutuntur. ¶ Dicta est autem Chlæna, vt putatur, ἀπὸ τοῦ χλιαίνειν, hoc est, à calfaciendo, propterea quòd densitate sua & pondere gestantes calefaceret.

Chlamydia, χλαμυδία, vulgò *Sdiles*, insula est maris Ægæi, vna Cycladum, quæ notiore nomine *Delos* appellatur. Autor Plin. *lib. 4. cap. 12.*

Chlorion, χλωρίων, auis est lutei coloris, perpetuas cum coruo inimicitias exercens, altero alterius ouis insidiante. Vide Plin. *lib. 10. cap. 29. & 74.*

Chloris, χλωρίς, florum dea, eadem cum ea, quæ à Romanis Flora dicta est: quæ quum Zephyro nupsisset, à marito muneris loco impetrauit, vt florum omnium haberet potestatem. Ouid. 5. *Fastorum,*

Chloris eram, quæ Flora vocor.

De hac Claudianus *de raptu Proserpinæ.* Catull. *de com. Beren.* (sese)

Obtulit Arsinoes Chloridos ales equus
Ipsa suum Zephyritis eò famulum legarat.

¶ Fuit & Chloris quædam Amphionis & Niobes filia, quæ Neleo nupsit, eique Nestorem, aliósque complures filios peperit. Hæc postea ob matris superbiam, quæ se Latonæ præferre non verebatur, vnà cum fratribus & sororibus, Apollinis & Dianæ telis fuit interfecta. Fabulam refert Ouid. 6. *Metam.*

Chlorites, χλωρίτης, gemma est herbacei coloris, quæ in scyllæ auis ventre inueniri creditur. Hanc Magi ferro includi iubent, tanquam ad prodigiosa quædam miracula vtilem. Vide Plin. *lib. vlt. cap. 10.*

Chlorus, fluuius est Ciciliæ prouinciæ, cuius meminit Plin. *lib. 5. cap. 27.*

Choa, siue Chus, χοῦς ἢ χοῦς, mensuræ genus fuit apud Græcos, Romanum capiens congium, hoc est, sextarios sex, siue cotylas Atticas duodecim. Vide Budæum *de asse.*

Choaspites, χοασπίτης, gemma est viridis, auri fulgore intermicante: ita dicta à Choaspi flumio, in quo inuenitur. Autore Plin. *lib. 37. cap. 10.*

Choaspis, χοάσπης, Medorum fluuius, ad fines Persidis in Tigrim defluens, cuius aquæ sunt tam suaues, vt finitimi reges non alia aqua ad pocula vtantur. Tibull. *lib. 4.*

Nec quà vel Nilus, vel regia lympha Choaspis Profluit.

Choatræ, populi sunt ad Mæotim. Plin. *lib. 6. cap. 5.*

Chobar, {כבר *chebár.*} proprium nomen fluminis esse videtur: sed quia sonat, Graue fuit & præualuit, quidam volunt Tigrim & Euphratem & omnia magna & grauissima flumina, quæ in terra Chaldæorum esse perhibentur, significare.

Chochæ, χωχή, vicus iuxta Trigidem fluuium, cuius meminit Arrianus *lib. 10.* Gentile Chochenus, & Chochæus. Steph.

Choe, χοί, populi Asiæ prope Bechitos. Hecatæus, χοῖοι δ' ὅμουροι τούτοις ἀνεχώρησαν Διζηρες. Steph.

Chœrades, χοιράδες, vrbs Mosynæcorum. Gentile Chœradeus, Steph. Sunt & scopuli marini circa Hellespontum.

Chœnix, icis, χοῖνιξ, nomen mensuræ duos capientis sextarios. Hac mensura seruis olim frumentum in cibum admetiebantur domini. Vnde Pythagoreum ænigma est, Super chœnice non sedendum, hoc est, per inertiam & otium alienum cibum non esse sectandum, sed sua quenque industria sibi vitæ necessaria debere parare.

Chœnicium, χοινίκιον, instrumentum est chirurgorum, quo minora ossicula extrahunt. Latini Modiolum vocant. Cels. *lib. 8. c. 3.* Exciditur verò os duobus modis: si paruulum est, modiolo, quem χοινίκιον Græci vocant: spatiosum, terebris.

Chœrades, {χοιράδες. GALL. *Escrouelles.* ITAL. *Scrofole.* GERM. Kropf. HISP. *Lamparones,* ANGL. *The kinges euill.*} Nihil aliud sunt quàm indurati adenes in collo præcipuè, in alis, & inguinibus nascentes: Latino vocabulo Strumæ appellatæ. Chœrades autem dictæ videntur, ἀπὸ τῶν χοίρων, hoc est, à suibus, qui hoc malo peculiariter infestantur.

Chœrilus, χοιρίλος, Poëta fuit Samius, seruili conditione natus, qui quum ex Samo Athenas profugisset, ab Herodoto Historico exceptus est, & institutus. Scripsit Atheniensium victoriam contra Xerxem: cuius carminis nomine in singulos versus singulos accepit aureos stateres. Scripsit & gesta Lysandri Lacedæmoniorum ducis (cuius in expeditione comes erat) vt in vita illius tradit Plutarchus. Horatius autor est, etiam Alexandri Magni gesta scripsisse Chœrilum, & pro singulis versibus singulis Philippeis fuisse donatum. Sic enim scribit *lib. 2. Epist.*

Gratus Alexandro regi Magno fuit ille
Chœrilus, incultis qui versibus, & malè natis
Rettulit acceptos, regale nomisma, Philippos.

Sunt qui tradant Alexandrum hac lege cum Chœrilo pepigisse, vt pro singulis bonis versibus singulos acciperet Philippos, pro singulis autem malis singulos colaphos: opere autem perfecto vix septem fuisse inuentos qui possent probari. ¶ Fuit & alter Chœrilus, poëta tragicus. Vtriusque meminit Suidas.

[Choicus, terreus, Epiphan. contra Psychicus, spiritualis. Tertull.]

Cholargus, χολαργός, vicus est in agro Atheniensi, tribus Acamantidis, Stephan.

Cholas,

Cholas, lapis est ex genere smaragdorum, quem Iuba tradit in Arabia ædificiorum ornamentis includi, referente Plinio *lib.* 37. *cap.* 3.

‖Choledochus, χοληδόχος, sc. κύστις, vesicula, vel recipiens, χολῆς δοχεῖον.‖

Cholĕră, {GALL. *Cholere.* ITAL. *Colera.* GERM. Ein kranckheit die von der Gallen herkompt. HISP. *El humor colera.* ANGL. *Cholere.*} Morbi genus est præcipitis, in quo vomitus, & deiectio simul fiunt. Corn. Cels. *lib.* 4. *cap.* 11. Primò facienda est mentio choleræ, quia commune id stomachi atque intestinorum vitium videri potest. Nam simul & deiectio & vomitus est, prætérque hæc inflatio est: intestina torquentur: bilis suprà infráque erumpit, primùm aquæ similis: deinde vt in ea recens caro lota esse videatur: interdum alba, nonnunquam nigra & varia. ¶ Accipitur pro bile, χολή. Lamprid. Alexander, inquit, Cæsar iudices, qui furtorum fama laborassent, si casu aliquo videret: commotione animi & stomachi choleram euomebat.

Chōliambi, χωλίαμβοι, qui & Scazontes dicuntur, dicti quasi claudi iambi. Græci enim χωλὸν claudum dicunt. Versus sunt Iambici trimetri, nihil aliud à rectis Iambicis distantes, quàm quod in quinta semper habeant iambum, in sexta verò spondæum.

Cholobetene, χολοβητηνή, Armeniæ pars, quæ Tigrani paruit.

Cholobetenus, Gentile est, χολοβητηνός. Steph.

Chollidæ, χολλεῖδαι, vicus in Leontide tribu: tribulis Chollides apud Laërtium Chollidæus. Steph.

Cholopæon, Abrotonum, apud Diosc. *lib.* 5. *cap.* 27.

Cholontichos, χωλὸν τεῖχος, vrbs Cariæ, gentile Cholontichites. Stephan.

Chōma, tis, neut. gen. {סוללה *solelâh.* χῶμα. ANGL. *A diche, a fluce.*} Agger, siue tumulus. Budæus *in Pandectis*, Chomata sunt aggeres, qui terra aggesta facti sunt, quibúsque Nili aqua coërcetur. Vlp. *de extr. crim. l. sacculary.* In Ægypto qui chomata rumpit.

Chōmpsō, χομψώ, insula Nili inter Æthiopiam, & Ægyptum: cuius meminit Herod. *lib.* 2. Gentile est Chompsites, χομψίτης.

Chŏdros xiphoides, χόνδρος ξιφοειδὴς, A medicis appellatur corpus quoddam cartilagineum, quod ab extremo pectoris osse dependet, ventriculi orificio superiori respondens, ita dictum quòd acuminatum sit, & gladioli figuram quodammodo imitetur.

Choneulæ, sunt secretaria duo, quæ erant in Apside.

Chŏndros, {בדלח *bedolâh.* χόνδρος. GALL. *Cartillage, tendron, ou tendrillon.* ITAL. *Cartilagine, tenerume, come è quel de de l'orecchi.* GERM. Krospelbein. HISP. *Ternilla.* ANGL. *The gristle.*} Græcis est pars similaris in corpore animalis, ex semine generata, mediam inter ossa & carnem duritiem obtinens, quam Latini cartilaginem vocant.

Chone, χώνη, vrbs OEnotrorum, cuius Strab. meminit *lib.* 7. & regionem appellat Chonen: incolæ Chones, & Chonij. Steph.

Choragium, Choragus, Choraules, vide *Chorus.*

Chōramnæi, χοραμναῖοι, genus quoddam hominum syluestre in Perside, tantæ velocitatis, vt ceruos comprehendant cursu. Steph.

‖Coraphobrysis, fons rutestris. Gloss. gr. b.‖

Chorasmiī, es, χοράσμιοι, vrbs Parthorum, Orientem versùs: cuius incolæ Chorasmij commemorantur ab Herodot. *lib.* 3. *in catalogo Xerxiani exercitus.*

Chōrdŭs, a, um, quod serotina fœtura natum est. {אפיל *Aaphil.* ὀψίγονος.} vt, Chordi agni, qui post tempus debitum nascuntur: quos vulgus vocabulo inde deducto, Chordiscos vocat. Varr. *lib.* 2. *de re rust. cap.* 1. Dicuntur agni chordi, qui post tempus nascuntur & remanserunt in voluis intimis: vocant χορίον: deinde chordi dicti. Plin. *lib.* 8. *cap.* 47. de ouibus loquens, Gerunt partum diebus CL. postea concepti inualidi: Chordos vocabant antiqui post id tempus natos. ¶ Dicitur & de hominibus: vnde plerique seriùs nati Chordorum cognomen traxerunt. ¶ Vnde Chordi cuiusdam Cremerij meminit Suetonius: item alterius Iulius Capitolinus *in vita Gordianorum.* Quintil. quoque *lib.* 1. à diligenti præceptore exigit, vt nominum origines curiosè scrutetur: cuiusmodi sunt Agrippa, Opiter, Chordus & Posthumus. ¶ Transfertur & ad inanimata; vnde Chordum fœnum dicitur: quod autumno secatur. Columell. *lib.* 7. *cap.* 3. Aluntur autumnali fœno, quod Chordum vocatur. ¶ Sic & Chorda frumenta dicuntur, quæ serò maturescunt. ¶ Apud plerosque animaduertimus, Chordum scribi sine aspiratione: quæ tamen scriptura repugnat etymo, quod paulò antè è Varrone adduximus.

Chŏrdă, æ, funiculus in instrumento musico, fides. {יתר *iéther.* χορδή. GALL. *Corde à instrument de musique.* ITAL. *Corda de gli instrumenti musicali.* GERM. Ein saiten. HISP. *Cuerda.* ANGL. *A chorde in a musical instrument or a string.*} Cic. 3. *de Orat.* Nam voces, vt chordæ, sunt intentæ, quæ ad quemque tactum respondeant, acuta, grauis, cita, tarda, magna, parua. Ouid. 5. *Met.*

Calliope querulas prætentat pollice chordas,
Atque hæc percussis subiungit carmina neruis.

¶ Eadem oberrare chorda prouerbialiter dicuntur, qui vel in simili re crebrius peccant, vel culpam eamdem iterum atque iterum committunt. Horat. *in Arte poet.*

——— *& citharœdus*
Ridetur, chorda qui semper oberrat eadem.

Chōrdăpsŭs, {χορδαψός. GALL. *Iliaque passion.* ITAL. *Dolor di viscere di fianco.* GERM. Die tranckheit des grimmens in den därmen. HISP. *La colica dolencia.* ANGL. *Torment or gripping of the entrailles.*} Morbus est intestinorum, quem Latini ab ilibus Iliacum vocant. Eadem etiam ratione à Græcis χορδαψὸς vocatur, παρὰ τὴν χορδὴν: ita enim intestinum vocant, quod peculiariter hoc morbo infestatur.

Chorea, æ, Choraules, Choreuma, vide *Chorus.*

‖Choreus, χορεῖος, ita dictus quod eo pedis genere conscripti versus choris, seu choreis apti essent.

Chorepiscopus, olim dicebatur, qui in pagis, aut oppidulis curam animarum gerebat loco Episcopi: à χώρα locus, quia loco Episcopi erat. Quidam tamen Chorepiscopi erant Episcopi in aliena diœcesi ministrantes.‖

Chŏriambŭs, χορίαμβος, pes ex prima & vltima productis, duabus mediis breuibus: vt filiolis, dictus Choriambus, quód ex choreo, hoc est, trochæo, constet, & iambo.

Chŏrinæus, Rutuli cuiusdam nomen, ab Asia Troiano interempti apud Virg. *lib.* 9.

Emathiona Liger, Chorinæum sternit Asilas.

Chŏrīus, siue Choreus, χορεῖος, pes, qui alio nomine dicitur Trochæus, constans ex duabus syllabis, prima longa, & secunda breui: vt Musa.

Chōrobătes, χωροβάτης, Est regula longa circiter pedes xx. quæ habet transuersaria aquarum librationibus dicata, vt est videre apud Vitruu. *lib.* 8. *cap.* 6.

Chorocitharista, Chorodidascalus, Chorostates, vide *Chorus.*

Chorodanon, Spondylon apud Diosc. *lib.* 3. *cap.* 88.

Chorœbus, Atheniensis quidam, qui primus figlinam inuenit, vt testatur Plin. *lib.* 7. *cap.* 57. ¶ Est item Chorœbus adolescentis nomen apud Virg. 2. *Æneid.* cui Priamus Cassandram filiam suam desponserat: qui etiam suprema illa nocte, qua Ilium cecidit, à Græcis fuit interfectus. Hunc Euphorion stultum inducit: quem etiam sequutus Virgilius, sententiam ei tribuit, sanæ mentis homine indignam, Dolus, an virtus quis in hoste requirat? Turpissima enim victoria censeri debet, quæ dolo quæritur.

Chōrŏgrăphĭă, χωρογραφία, regionis alicuius particularis descriptio: Geographia verò, est totius terrarum orbis descriptio. ¶ Hinc fit Chorographus, regionis alicuius descriptor.

CHŎRŬS, i, {מחול *machôl.* χορός. GALL. *L'assemblée des dances.* ITAL. *Coro, moltitudine di quelli che cantano che risaltano.* GERM. Ein vile deren die singen oder dantzen. HISP. *Corro, compaña de personas que dançan ò baylan.* ANGL. *A companie of daunceers.*} Propriè multitudo est canentium, aut saltantium. Nam multorum vocibus, & conuentu constat, vt Seneca *epist.* 85. & Macrobius tradunt. Et apud priscos ex seruis symphoniacis comparabatur. Vnde apud Iurecosultos *lib.* 3. *de Legatis*, Si chorus legatur, perinde est ac quasi singuli homines legati sint.

Egi mollem in studiis vitam, Pieridúmque choro,

Ouid. *Eleg.* 4. *lib.* 5. *Trist.*

Vult sua plebeio sacra patere choro (suprà turbæ meretriciæ.)

Idem 5. *Fast.*

Ducit supremos Nænia nulla choros (de funere.)

Idem 6. *Fast.* Connexa hæc quodam choro. Quintil. ¶ Et à χαρᾶ (secundùm Platonem *lib.* 2. *de legib.*) quæ est lætitia, deducitur. Festus à corona deriuat, habétque primam correptam. Virg. 6. *Æneid.*

Illa chorum simulans, & euantes orgia circum
Ducebat Phrygias.

Vbi Seruius, Chorum, hoc est, multitudinem in sacra collectam. Idem 1. *Georg.*

Omnis quam chorus, & socij comitantur euantes.

Vbi rursus Seruius, Chorus propriè est coæuorum cantus atque saltatio. ¶ Transmittitur & ad res incorporeas, sumitúrque pro consentienti rerum aliquarum multitudine. Cic. 3. *Offic.* Potest igitur quicquam vtile esse, quod sit huic talium virtutum choro contrarium? Hieronymus ad Dardanum scribit, Chorum esse musicum instrumentum ex simplici pelle, cum duabus cicutis æris, quòd per primam inspiratur, & per secundam sonus emittitur. ¶ Inertium chorus, ἀργῶν χορός. De cœtu lasciuientium dicebatur. ¶ In alieno choro pedem ponere, ἐν ἀλλοτρίῳ χορῷ πόδα τιθέναι: est sese miscere negotiis alienis, & aliorum sibi vindicare partes. Extra chorum saltare, ἐκτὸς χοροῦ ὀρχεῖσθαι, dicitur qui dicit, aut facit à re quam proposuit alienum aliquid. Etenim qui choros agunt, certis limitibus, certísque numeris adstricti mouentur, vt liberum non sit quò libet euagari. Chori pro aciebus. Virg. 5. *Æneid.*

Olli discurrêre, pares, atque agmina terni
Diductis soluêre choris.

Seruius Plaut. *Capt. prolog.* Planè iniquum est Comico choragio & fieri in scena prælium. Thymelicum choragium. Apul. *Apol.* 1.

Chōrāgĭŭm, ij, {χορήγιον. GALL. *Le lieu où est l'equipage des ioueurs de farces, comedies ou tragedies, leur ornement ou appareil.* ITAL. *Ornamento, apparecchio da representare comedie ò tragedie.* GERM. Das ort/der platz oder die rüstung zu einem tantz oder schawspil. HISP. *Cierto instrumento para la dança, ò lugar donde se visten los comediantes.* ANGL. *Stuff where with the places of enterludes are ardened.*} Propriè ædificium amplum post scenam, vnde promebantur omnia ad ludos necessaria. Vitruuius *lib.* 5. Post scenam porticus sunt constituendæ, vti quum imbres repentini ludos interpellauerint, habeat populus quò se recipiat ex theatro: choragiáque laxamentum habeant ad chorum parandum, vti sunt Porticus Pompeianæ. ¶ Festus Choragium interpretatur: ipsum scenicum instrumentum, quo scena instruitur & apparatur: cuius præfectus dicitur Choragus, χορηγός. Plaut. *in Trinummo*, Ipsa ornamenta à Chorago hæc sumpsit suo periculo. ¶ Transfertur item Choragium ad quemlibet alterius rei apparatum. Autor ad Heren. *lib.* 4. Aut aliquod fragile falsæ choragium gloriæ comparetur. Apul. *lib.* 5. *de Asin.* Iam feralium nuptiarum miserrimæ virgini choragium struitur. ¶ Dictum Choragium à verbo Græco χορηγῶ, quod est suppedito, subministro.

Chōrăgŭs, i, {χορηγός. GALL. *L'entrepreneur des ieux publics, celuy qui fournit tout, & meine la dance.* ITAL. *Chi ha cura di giuochi publici, chi mena la danza.* GERM. Der ein offen spil oder dantz fürt/vnd regiert. HISP. *El guiador de corro ò dança.* ANGL. *A fetter fort of playes, a leader of the daunce.*} Dux chori & suppeditator instrumenti ludicri, & expensarum, inquit Budæus. Plaut. *in Pers.* (sed vide ornamenta) vt abs chorago sumito. Idem *in Curc. sc.* 1. *a.* 4. Ornamenta quæ locaui, metuo vti possim recipere. (sunt verba Choragi.) Suet. *in August.*

Quum primùm istorum conduxit mensa choragum,
Sexque deos vidit, Mallia séxque deas.

Chōraūlēs, vel etiam Choraula. {חליל *châlîl.* χοραύλης. GALL. *Celuy qui sonne de la fleute aux ieux, menestrier, qui fait dancer au son de fleute.* ITAL. *Sonatore de instrumenti come piffari.* GERM. Ein spielman/der zu dem tantz pfeifft. HISP. *El que tañe en el corro ò en la dança.* ANGL. *A minstrell piper, or fluter.*} A choro & tibiis dicti sunt, qui modulantur

ad

ad choros, vel qui in choro fistulas inflant. χορὸς namque chorum & tripudium significat: αὐλὸς, verò fistulam, seu tibiam, vnde Choraulæ dicti, quòd tibiis ad choreas canunt. Mart. *lib.* 11.

Non sit quum citharœdus, aut choraules.

Plin. *lib.* 37. *cap.* 1. Præterquam Ismeniam choraulem, fulgentibúsque vti solitum. Apuleius, Erat quidem iuuenis satis corpulentus choraula doctissimus. Iuuen. *Satyr.* 6.

Accipis vxorem de qua citharœdus Echion,
Aut Glaphyrus fiat pater,
Ambrosiúsque choraules.

Vide Suet. *in Ner. cap.* 54. *& cap.* 12. *in Galba.* ¶ Choraules monumentarij, ἐπιτύμβιοι αὐληταὶ, sunt tibicines qui ad sepulchra defunctorum canebant, quales prisci Siticinas vocant, qui apud sitos, id est, defunctos canunt.

Chŏraūlă, χοραύλη, appellatur ars tibicinum. Vnde Strabo culpat Ptolem. Ægypti regem, quòd præter alia flagitia etiam choraulam exercuerit.

Chŏrēă, æ, {מחולה mecholáh. χορεία. GALL. *Dance.* ITAL. *Ballo.* GERM. Ein tantz. HISP. *Dança ò bayle.* ANGL. *A daunce where many dance together.*} à χορεύω, salto, pro ipsa saltatione vsurpatur. Virgil. 6. *Æneid.*

Pars pedibus plaudunt choreas & carmina dicunt.

Idem,

Immemores nostri festas duxere choreas.

Chŏrēsītēs, χορεσίτης, quilibet ex choro vocatur.

Chorēūmă, {χόρευμα. ANGL. *Dauncing and singing together.*} à Platone vocatur canticum, quod à choro canitur & saltatur.

Chorizo, veluti in modum choros ducere.

Chŏrŏcĭthărīstæ, {חליל chalil. χοροκιθαρισταί. GALL. *Chantres ou menestriers qui chantent, ou sonnent aux dances.* ITAL. *Quelli che cantano, & suonano in coro.* GERM. Die auff den dántzen die harpfen schlagen. HISP. *Los tañedores de corro ò dança.* ANGL. *Ministrelles or singers to daunceers.*} Qui in choro citharizant: sicut psallocitharistæ qui psallunt, id est, canunt ad citharam. Suet. *in Domit.* Certabatur etiam prosa oratione, Græce, Latinéque, ac præter citharœdos chorocitharistæ quoque & psallocitharistæ.

Chŏrŏdĭdăscălus, i, {χοροδιδάσκαλος. GALL. *Maistre de chœur ou de la chapelle.* ITAL. *Maestro di coro.* GERM. Ein spilmeister der die personen den spyls anfürt / vnderweyst. HISP. *Maestre de dança.* ANGL. *Maister of the company of daunceers.*} Magister est chori Aristoteli & Platoni. Bud.

Chŏrŏstătēs, χοροστάτης. Chori præceptor est, quem vulgus *Intonatorem* vocat, qui scilicet chorum symphoniacum moderatur.

Chorsia, χορσία, oppidum Bœotorum. Pausan. *lib.* 9. Post Gyrtones superato monte, oppidum est Chorsia: gentile Chorsicus. Steph.

Chortaso, χορτασώ, vrbs Ægypti, sic dicta, quòd Cleopatræ exercitus annona destitutus illic satiatus sit: χορτάζω enim est satiare. Steph.

Chŏsrŏēs, χοσρόης, Persarum rex fuit, Græcæ philosophiæ peritissimus, qui sibi Aristotelem non minùs familiarem reddidit, quàm Demosthenes Thucydidem. Huius vitam & studia latissimè exequitur Suidas.

Chrannea, insula adiacens Sunio Atticæ promontorio. Calep. ¶ Fortè melius absque aspiratione, κρανάη.

Chresina, vrbs Austriæ Ripensis.

Chrestón, χρηστόν, quòd circum agat se cum sole, vt ortum eius manè spectet, & eius iter ad occasum vsque etiam nubilo die sequatur. Intubi erratici species, quæ Ægyptio nomine Cichorium, Romano Ambuleia appellatur. Creston appellatur ab insigni vtilitate, teste Plin. *lib.* 20. *cap.* 8.

Chrestus, χρηστός, nomen Byzantij sophistæ fuit, qui Adriani temporibus Romæ Herodis Attici auditor fuit. Hic vino quamquam deditus, cæteris in rebus continenter vixit, ac in primis vigilanter. Nam quum ad galli cantum sæpe bibere solitus esset, non prius tamen somno se, quàm studio dabat. Autor est Philostratus.

Chrestus, χρηστός, nomen Atheniensis autoris probatissimi, cuius meminit Columella.

Chriā, χρεία, est commemoratio alicuius dicti, vel facti, vel vtriusque simul, celebrem habens demonstrationem: vt Isocrates dicebat, Virtutum radices amaras, fructus verò dulces. Est autem vna ex quatuor exercitationibus, quas Fabius Grammatico tractandas præcipit. Aphthonius *in Progym.* definit χρείαν hoc modo, χρεία ἐστὶν ἀπομνημόνευμα σύντομον ἐπὶ τι πρόσωπον ἀναφέρουσα, hoc est, Chia breuis est commemoratio, commodè ad personam aliquam relata. ¶ Chriæ vsum & genera latius exequitur Cælius Rhodig. Plin. *lib.* 26. *cap.* 17. Dicta Chria, quòd maximè sit vtilis & necessaria: χρεία enim & vsum & necessitatem significat.

CHRĪSMĂ, atis, {שמן schémen משחה mischáh. χρῖσμα. ANGL. *Oyntment or anoynting.*} Vnguentum siue vnctio: à verbo χρίω vngo: vnde & Christus, χριστὸς, vnctus.

Chrismarium, videtur esse locus, vbi seruatur chrisma.

‖Christianus, a, um, χριστιανὸς ad Christum pertinens.‖

Christodorus, χριστόδωρος, Poëta Ægyptius fuit ex Copta Ægypti vrbe, temporum Anastasij Imperatoris, qui Isaurica conscripsit, hoc est, Isauricæ vrbis expugnationem. ¶ Fuit & alter hoc nomine Thebanus, qui aucupij rationem, item vitam Diuorum Cosmæ, & Damiani carmine complexus est. Vtriusque autor Suidas.

Chrōmătā, χρώματα. Præter vulgatam illam apud Græcos significationem, qua colores denotantur, quæ propriè visus sunt obiecta, etiam accipiuntur pro ornamentis & luminibus artium, qui & colores à Latinis appellantur. ¶ Vnde Chromaticum melos ab antiquis dicebatur vna ex tribus Musicæ partibus, quæ ob nimiam mollitiem infamiæ nota non caruit: quam tamen Agathon tibicen in primis amplexus fuisse traditur. ¶ Chromotarij, inquit Cornutus *in Satyr.* 4. *Persij*, dicuntur colorarij, vel qui toto die in arena sunt, vel sole. Antiqui enim vngebant se, & in sole erant, vt oleum corpus imbiberet. Vnde Iuuen. *lib.* 4. *Satyr.*

Nostra bibis vernum contracta cuticula solem,

Effigiátque togam.

Chrŏmĭbus, genus piscis est, cuius tres enumerantur species, Cyprinus, Chalcis, & Cobio. Plin. *lib.* 32. *cap.* 11.

Chrŏmĭŏs, χρόμιος, filius Nelei & Chloridos, qui in ea pugna quam Pylij & Messeni aduersùs Herculem gesserunt, cum decem fratribus occisus est. Alius fuit Priami filius, in bello Troiano à Diomede interfectus. ¶ Fuit & Chromius quidam Argiuus, qui in ea pugna quæ ob Thyreorum agrum inter trecentos Lacedæmonios, totidémque Argiuos commissa est, solus ex suis cum Alcenore incolumis euasit. Autor Herod. *lib.* 1.

Chromis, Herculis filius, vt Lactantius testatur, dicens: Constat Chromin Herculis fuisse filium, & equos habuisse Thraces, quos Hercules occiso Diomede abduxerat, humanis carnibus vesci consuetos. Huius meminit & Statius dum ait,

It Chromis, Hippodamúsque alter satus Hercule magno.

Et paulò infrà.

Mox Chromis Hippodamum meta interioris ad orbem
Viribus Herculeis, & toto robore patris, &c.

Chrŏmĭs, apud Plin. *lib.* 32. *cap.* 11. Piscis est in aqua nidificans.

Chrŏniă, orum, χρόνια, Saturni festa.

CHRŎNĬCĂ, orum, {דברי הימים dibre hayamim. τὰ χρονικά. GALL. *Chroniques, annales.* ITAL. *Croniche, annali.* GERM. Geschichtbücher / Chronicken. HISP. *Chronica ò historia de tiempos.* ANGL. *Chronicles, histories of thinges done frome yeare to yeare.*} non Chronica, æ, (vt indocti vsurpant) Annales, siue historiæ, temporum memoriam conseruantes, quibus scilicet res gestæ, seruato temporum ordine digeruntur. ¶ Inuenitur & Chronicus, a, um. Gell. *lib.* 17. *cap.* 21. Excerpebamus ex libris, qui Chronici appellantur, quibus temporibus floruissent Græci, simulatque Romani viri. ‖Chronicum, salarium cuiusque Ecclesiæ sacerdotibus certæ domus, solutum. Lex. gr. b.‖ ¶ Chronici, qui de temporibus scribunt. Plin. *lib.* 35. Quod & ipsius Timagoræ carmine vetusto apparet, Chronicorum errore non dubio.

Chrŏnisso, as, {התמהמה hithmahmáh אחר echár. χρονίζω.} Græcum verbum, idem significans quod moror, subsisto, & ex itinere identidem quiesco. Quo verbo vsus est Lucret. *lib.* 2. Et satiati agni ludunt, blandéque chronissant.

‖Chronographus, χρονογράφος, temporum scriptor, à χρόνος tempus, & γράφω scribo.

Chronologus, χρονολόγος, qui de tempore loquitur, temporis rationes nouit. à λέγω, dico.‖

Chrŏnŏs, {עת Eth. זמן zemán. χρόνος. GALL. *Temps.* ITAL. *Tempo.* GERM. Di zeyt. HISP. *Tiempo.* ANGL. *Tyme.*} Latinè tempus dicitur. Cicer. 2. *de nat. Deor.* Saturnum autem eum esse voluerunt, qui cursum & conuersionem spatiorum, ac temporum contineret: qui Deus Græcè idipsum nomen habet; κρόνος enim dicitur, qui est idem χρόνος, id est, temporis spatium. Hinc factus est locus fabulæ, Cronon, hoc est, Saturnum, filios suos deuorare, & eosdem rursus euomere, qua nihil aliud significatur, quàm temporis successu omnia gigni, & rursus consumi.

Chrysă, æ, siue Chryse, es, χρύση, oppidum fuit Troadis, Apollinis Sminthij delubro insigne: cuius meminerunt Plin. *lib.* 5. *cap.* 30. Strabo *lib.* 13. & Homer. *Iliad.* 1. Ouid. 13. *Metam.*

Chrysénque & Cillan Apollinis vrbes.

¶ Stephanus item Chrysen quandam collocat circa Lemnum & ipsam Apollini sacram. ¶ Est item Chryse insula Indiæ adiacens, de qua paulò pòst.

Chrysălĭs, dis, χρυσαλλίς, erucæ genus est ex rore nascens, quæ rupto cortice, cui includitur, fit papilio. Vide Plin. *cap.* 11. *lib.* 23.

Chrysānthĕmŏn, χρυσάνθεμον, genus est anthemidis, siue chamæmeli, luteis per ambitum foliis à leucanthemo distinctum, de quo separatim agit Diosc. *lib.* 4. meminit Chrysanthemi & Plin. *lib.* 26. *cap.* 8.

Chrysantus, Alexandrinus, Romæ, quò iuuenis venerat, factus Christianus, sub Numeriano Imperatore in fossam demissus, ac terra, saxísque obrutus fuit. Volaterranus.

Chrysaor, χρυσάωρ, Neptuni filius, quem ex capite Medusæ, vt & Pegasum, natum scribit Hesiodus *in Theogonia.*

Chrysas, {χρύσας. GERM. Ein fluß in Sicilien / jetz Dittano genant.} Fluuius est Siciliæ, teste Cicerone, qui de eo sic scribit 6. *Verr.* Chrysas est amnis, qui per Assorinorum agros fluit. Is apud illos habetur Deus, & religione maxima colitur. Fanum eius est in agro propter ipsam viam, qua Assoro itur Ennam. In eo Chrysæ est simulachrum præclarè factum è marmore.

Chrysaoras, χρυσάορας, fluit per medium Messauræ vrbis Libyæ. Steph.

Chrysaoris, idis, χρυσαορίς, Cariæ ciuitas, à Lyciis condita, quæ postea Adrias nominata est: vt ex Apollonij sententia refert Steph.

‖Chrysargyrum, tributi genus pro brutorum & hominum stercoribus. Zosim. Lex. gr. b.‖

Chrysaspĭdēs, χρυσάσπιδες. Appellati sunt milites armati clypeis auro cælatis.

Chryse, χρυσῆ Steph. Insula est ante ostium Indi fluuij, tam ferax auri, argentique metallis, vt nonnulli prodiderint, solum eius aureum esse atque argenteum. Huius insulæ meminit Plin. *lib.* 6. *cap.* 21.

Chrysēlectrum, χρυσήλεκτρον, electi species in colorem luteum declinans: de quo Plin. *lib.* 37. *cap.* 4.

Chrysĕndĕtŏn, χρυσένδετον, vas gemmatum, cuius gemmæ auro consertæ & contextæ tenentur. De his intellexit Plinius initio *lib.* 33. Turba gemmarum potamus, & smaragdis teximus calices, ac temulentiæ causa tenere Indiam iuuat, ad aurum iam accessio est. Martialis,

Immodici tibi flaua tegunt chrysendeta mulli.

Idem Martial. *lib.* 6.

Si videre potes miseri chrysendeta Cinna.

Vide *Epigr.* 97. *lib.* 14. *de Chrysendetis lancibus.*

Chryses, æ, χρύσης, Apollinis sacerdos fuit, pater Astynomes, quæ à nomine eius Chryseis cognominata fuit: quam quum Græci expugnatis Thebis Ciliciæ, vrbe Eetionis, abduxissent, & Agamemnoni in prædæ diuisione tradidissent, Chryses Apollinis insignibus exornatus ad Græcorum

rum castra accessit, filiámque sibi perit restitui. Quod cùm impetrare non potuisset, Apollinis auxilium implorauit, qui tam grauem Græcis pestilentiam immisit, vt Agamemnon patri puellam restituere fuerit coactus. Cuius loco quum Achilli Bryseidem eripuisset, indignè id ferens Achilles, in posterum à prælio omni abstinuit, donec morte Patrocli nunciata, intermissa arma recepit. Autor Hom. *lib.* 1. *Iliad.*

Chryseis, χρυσηΐς, Chrysæ Apollinis sacerdotis filia fuit, quæ vero nomine Astynome dicta fuit. Chryseis à nomine patris cognominata. Vide in dictione *Chryses.*

Chrysippa, χρύσιππα. Vrbs Ciliciæ à Chrysippo conditore. Gentile Chrysippanus, vel Chrysippeus. Steph.

Chrysippe, χρυσίππη, Iri filia, quæ ex Phthio Hellenem peperit, vt autor est Steph.

Chrysippea, æ, herba à Chrysippo inuentore dicta: cuius meminit Plin. *lib.* 26. *cap.* 9.

Chrysippus, χρύσιππος. Apollonij filius, patria Solensis, siue (vt alij malunt) Tarsensis, Stoicæ sectæ Philosophus fuit, auditor Zenonis & Cleanthis: post quem etiam Scholæ præfuit. Ingenij acumine plurimum valuit, vt qui in multis etiam à præceptoribus dissenserit. Vnde per ironiam Chrysippeum acumen vsurpatur in stupidum. In Dialectica clarissimus fuit: ita vt non illepidè dicerent quidam, Si apud deos Dialectica haberetur, non temerè alia esset quàm quæ à Chrysippo inuenta fuit. Scripsit librorum volumina supra quinque & septuaginta. Ferunt Carneadem Philosophum Cyrenæum, perlectis Chrysippi libris, ita dixisse, Nisi Chrysippus esset, ego non essem. De exitu eius varia traduntur. Quidam volunt à discipulis ad sacrificium vocatum, quum vinum dulce affatim hausisset, anhelitus difficultate laborare cœpisse, atque ita quinto demum die fato concessisse, annos iam natum circiter tres & septuaginta. Alij ferunt nimio risu expirasse. Nam quum ficus rure allatos asinum comedentem videret, ancillæ iussisse aiunt, vt & vinum asino bibendum daret, eiúsque dicti vrbanitate tantopere sibi placuisse, vt nimio risu fuerit suffocatus. Mortuo Athenienses statuam posuerunt in Ceramico. ¶ Fuit præterea Chrysippus filius Pelopis, quem quum pater valde amaret, nouerca eius Hippodamia indignè ferens, liberos suos Atreum & Thyestem impulit, qui illum interfecerunt: ob quam rem à Pelope pulsi, in exilio vitam degerunt, donec pater è viuis excederet.

‖Chrysite, terra aurea. Lex.gr.b.‖

Chrysites, χρυσίτης, gemma est in Ægypto nascens, quæ alio nomine Philogynus dicitur, ostreæ similis Atticæ. Plinius *lib.* 37. *cap.* 10. Numeratur etiam Chrysites inter genera lapidis mortariorum à Plin. *lib.* 36. *cap.* 22.

Chrysitis, χρυσῖτις, quæ dicatur docet Plin. *lib.* 33. *cap.* 6. his verbis, Fit (inquit) in iisdem metallis & quæ vocatur spuma argenti: genera eius tria, optima, quam Chrysitin vocant: secunda, quam Argyritin: tertia, quam Molybditin. Et plerunque omnes hi colores in iisdem tubulis inueniuntur. Probatissima est Attica, secunda Hispaniensis. Chrysitis ex ipsa vena fit: Argyritis ex argento: Molybditis plumbi ipsius fusura, quæ Puteolis fit: vnde & nomen habet. ¶ Est item Chrysitis herbæ genus, quæ alio nomine Chrysocome appellatur: de qua vide paulò pòst in dictione *Chrysocome.*

Chrysoberylli, χρυσοβήρυλλοι, Berylli, quidam pallidiores, sed colorem aureum fulgore præ se ferentes. Est autem Beryllus gemma proxima smaragdis. Plin. *lib.* 37. *cap.* 5.

‖Chrysobulon, aurea bulla. Lex.gr.b.‖

Chrysocolis, χρυσοκολλίς, A quibusdam vocatur herba, quæ notiore nomine Parthenium appellatur. Est autem ex iis nomenclaturis quæ inter notha Dioscoridis à doctioribus reiiciuntur.

Chrysocarpum, χρυσόκαρπον, Hederæ species est, ab auro acinorum colore ita appellata. Autor Plin. *lib.* 16. *cap.* 34.

Chrysoceras, χρυσόκερας, vulgò *Pera*, promontorium Thraciæ ad Bosphorum situm, in quo situm est oppidum Byzantium liberæ conditionis, antea Lygos dictum. Autor Plin. *lib.* 4. *cap.* 11. Ratio nominis ducta est partim à figura, quæ ceruino cornu simillima est, partim à prouentu, quòd maxima ibi pelamidum copia accipiatur.

Chrysoclauum, aureis clauis ornatum.

Chrysocolla, χρυσόκολλα. Humor qui in metallis per venas defluit, crassescente limo, rigoribus hybernis, vsque in duritiem pumicis: laudatissima est in æraris metallis: proxima in argentariis: tertia in aurariis: deterrima in plumbariis. In omnibus autem iis metallis fit & cura multùm infra naturalem illam, immissis in venam aquis leuiter hyeme tota, vsque in Iunium mensem, deinde siccatis in Iunio, & Iulio: ita vt planè intelligatur, nihil aliud esse chrysocollam quàm venam putrem. Natiua autem ab hac duritia multum distat, quam luteam vocant. Tingitur tamen & factitia herba quadam, quam luteam appellant, vt natiuam ementiatur. Hæc autem duo genera in vsu sunt pictoribus. Est tertium Chrysocollæ genus, quod aurifices sibi vendicant ad glutinandum aurum: vnde & nomen accepit. Temperatur autem Cypria ærugine, & pueri impubis vrina, addito nitro. {GALL. *Colle à or, soudure d'or, Borax.* ITAL. *Borras.* GERM. Borris mit welchem die goldschmid löten. HISP. *Borrax à saldar.* ANGL. *Gold soulder wherewith gold is souldred.*} Vide plura de hac re apud Plin. *lib.* 33. *cap.* 5. Minio & Chrysocolla constratus, &c. Suet. *in Calig. cap.* 18.

Chrysocome, χρυσοκόμη. Herba est, quæ alio nomine Chrysitis appellatur, Latinam appellationem non habens, palmi altitudine, comantibus fulgore auis corymbis, radice nigra, ex austero dulci, in petrosis opacisque nascens.

Chrysocomus, χρυσοκόμος, Comas aureas habens: quo nomine dictus Apollo, à fulgore radiorum: quæ comæ sunt Solis aureæ.

Chrysogonum, χρυσόγονον. Herba est folio querno, flore coronarij verbasci, radice rapi, vehementer intus rubente, foris nigra: quæ trita & imposita cum aceto, muris aranei morsibus auxiliatur. Autor Diosc. *lib.* 4. *cap.* 46. Nomen autem accepit ab aurei seminis colore.

Chrysogonus, χρυσόγονος. Nomen viri proprium, compositum ex χρυσὸς aurum, & γονὴ fœtum, quòd aurum vndecunque pariat. Iuuenalis,

Sunt quæ Chrysogonum cantare vetant.

Chrysogonus, χρυσόγονος. Syllæ libertus potentissimus, de quo multa Cic. *in Orat. pro Rosc. Amer.* ¶ Fuit & Chrysogonus martyr, teste Volaterrano, nobili genere ortus Romæ, qui quando nec consulatus, nec villius honoris pollicitatione per Diocletianum auerti potuit, iugulatus est ad scalas Gemonias. Latinè fœtum aureum sonat: nam χρυσὸς aurum, γονὴ fœtum significat.

Chrysolachanon, {χρυσολάχανον Dioscoridi, herba est eadem cum atriplice. GALL. *Herbe nommee arroche, ou bonnes dames.* ITAL. *Armolla, trapese, repese.* GERM. Wilde milten/ Schißmilten. HISP. *Armuelles.*} Plin. verò *lib.* 27. *cap.* 8. duo facit Chrysolachani genera: vnum in pinetis nascens, lactucæ simile: alterum flore aureo, & foliis oleris.

Chrysolampis, χρυσολαμπίς. Lapillus in Æthiopia nascens, noctu ignei coloris, licèt die pallescat. Plin. *lib.* 37. *cap.* 10.

Chrysolectrum, vide *Chryselectrum.*

Chrysolithus, {תרשיש *baréketh.* χρυσόλιθος.} Lapis pretiosus, aureo nitore translucens: χρυσὸς aurum, λίθος lapis, quasi aureus lapis. Ouid. 2. *Metam.*

Per iuga chrysolithi, positaque ex ordine gemmæ.

Vide Plin. *lib.* 37. *cap.* 9.

Chrysoma, tis, χρύσωμα Græci vocant, quod nos aurum factum, quod scilicet in vasa, aut alium vsum laboratum est.

Chrysomallos, χρυσόμαλλος, Epitheton est arietis illius, quo Phryxus trans Hellespontum vectus est: ab aureo nimirum vellere, quod illi Poëtarum fabulæ tribuerunt. Nam μαλλὸς vellus significat, siuè lanam.

Chrysomela, χρυσόμηλα. Mala sunt ex genere cydoniorum, ad auri colorem inclinata, & incisuris quibusdam crispata: eadem, vt opinor, cum iis quæ Virgil. Aurea mala appellat. Vide Plin. *lib.* 15. *cap.* 11.

Chrysos, piscis aurei coloris, cuius Ouidium in Halieuticis meminisse autor est Plin. *lib.* 32. *cap.* 11. Sunt qui suspicentur eundem esse, quem nunc Auratam dicimus.

Chrysopolis, {χρυσόπολις. GERM. Ein statt in Bithynia/nahe bey Chalcedon/ ein goldgrub der Perser.} teste Plin. *lib.* 5. *c. vlt.* oppidum est Bythyniæ, prope Chalcedonem, ita dictum, quòd Persæ ibi tributum colligerent ex cæteris Asiæ ciuitatibus. ¶ Est præterea altera Chrysopolis in Cilicia, teste Steph.

Chrysopastus, χρυσόπαστος, auro aspersus. πάσσω enim spargo significat.

Chrysoplycium, est auri lauandi officina. Huius est id artificium, vt vi aquæ medicatæ quam chrysulcam appellant, quantulamcunque auri partem argento, aut cuiuis metallo illitam, aut confusam nullo dispendio abstrahat, ita vt in auratura nihil iam depereat, nisi quod vsu interterit. Chrysoplytes autem est qui huiusmodi artificium exercet. Bud. *in lib. de Asse.*

Chrysoprasius, χρυσοπράσιος. Gemma est ex genere topaziorum, à porracea viriditate nonnihil in aurum declinans. πράσον enim Græci Porrum vocant. Inde Prasinus color, i. porraceus. Vide de hac gemma Plin. *lib.* 37. *cap.* 8.

Chrysorrhoas, χρυσοῤῥόας, fluuius est Syriæ circa Damascum incipiens, qui penè totus deriuationibus exhauritur. Autor Strab. *lib.* 16. & Plin. *lib.* 5. *cap.* 18. ¶ Chrysorrhoas etiam dictus est Pactolus, propter arenas: vt autor est idem Plin. *lib.* 5. *cap.* 29.

Chrysorrhoæ, χρυσοῤῥόαι. Populi dicti ad Phasim fluuium, quòd in his locis (vt inquit Strab.) auriferi torrentes sint. Vnde fabulis occasio de vellere apud Colchos aureo.

Chrysospermon, χρυσόσπερμον, à quibusdam appellatur herba quæ notiore nomine *Semperuiuum maius* appellatur.

Chrysostomus, χρυσόστομος, Nobilissimi scriptoris Ecclesiastici cognomen, patria Antiocheni, Episcopi autem Constantinopolitani, ab eloquentiæ suauitate impositum. Latinè sonat Os aureum.

Chrysothemis, χρυσόθεμις, filia Agamemnonis & Clytemnestræ, soror Orestis, Electræ & Iphigeniæ, vt scribit Hom. *lib.* 9. *Iliad.*

Chrysothos, vide *Chrysorrhoas.*

Christulion, Psylleum. Diosc. *lib.* 4. *cap.* 73.

Chrysulca, aqua illa est, qua mixta metalla diducuntur. Vulgò *Aqua fort.* cuius vim ignorasse veteres colligit Alc. ex Vlpiani verbis *in l. idem Pomponius scribit. versic. sed si deduci. ff. de rei vind.*

Chryxus, Ducis Boiorum nomen est apud Silium Italicum *lib.* 4. qui ad Brennum Senonum Gallorum ducem eius originem refert.

Chthonia, χθονία, vnum ex vetustis Cretæ insulæ nominibus, teste Stephano in dictione κρήτη.

Chthonophyle, χθονοφύλη, quæ Baccho Phliuntem peperit. Steph.

Chus, χοῦς, siue Choa, genus mensuræ humidorum apud Atticos, Romanum congium capiens, nempe sex sextarios, siue cotylas Atticas duodecim. Bud.

‖Chylus, χυλὸς, succus, propriè, quem res fundit, id est, exsudat. à χέω fundo.‖

Chymus, χυμὸς, quamuis apud Græcos quemuis succum significet, à medicis tamen peculiariter accipitur pro massa sanguinea, quæ fit in hepate ex chylo è ventriculo per mesenterium attracto, quæ deinde exactiùs in venis excocta, & per earum orificia ad vniuersas corporis partes delapsa vertitur in illarum alimentum, instauratque quod à calore naturali fuerat dissipatum.

Chyton, χυτὸν, regiuncula Epiri, in qua habitauere quidam ex Clazomenis, profecti. Gentile Chytites.

Chytra, {סיר *sir* דוד *duúdh* פרור *parúr.* χύτρα. GALL. *Vn pot.* ITAL. *Pignatta.* GERM. Ein haf. HISP. *La olla.* ANGL. *A posnet or skillet.*} & Chytron, vel etiam Chutron, Latinè olla. In Chytropos, odis, Olla quæ habet pedes, vel instrumentum ferreum, super quod olla apud ignem collocatur. {χυτρόπους. GALL. *Pot à trois pieds.* ITAL. *Pentolo con piedi.* GERM. Ein dreyfuß. HISP. *Olla con sus pies para cozer.*} Cato, Vbi in Chutra fetuefeceris id lotium, sub sellam supponito pertusam.

Chytri, χύτροι, ciuitas Cypri, sic dicta à Chytro filio Aledri filij Acamantis. χυτρόπολις, regiuncula Thraciæ: ciues Chytropolites.

Chytus, Cyzici portus.

Chytrium, χύτριον, locus Ioniæ, in quo postea Clazomenæ conditæ fuerunt.

C I

Cia, κία Ptolemæo, vulgò *Zea*, insula est sub Eubœa, non procul ab Attica, quæ a Plinio & Strabone Ceos, & Cea appellatur. Tres habet præcipuas ciuitates, Iulidem, Carthæam, & Charcisum. Hinc deducitur adiectiuum Cius κῖος & κεῖος, per Crasin.

Ciam, vestem tenuissimam, pretiosissimamque celebrant antiqui omnes. Lucr.

Cibil, Cibarium, Cibo, vide *Cibus*.

Ciberci, Hispaniæ populi, quorum meminit Plin. *lib.* 4. in descriptione Hispaniæ.

Cibōrium, κιβώριον, Dioscorides interpretatur vesiculos quosdam in faba Ægyptia (quam & Colocasiam vocat Plinius) vesparum fauis simile, in quibus fabæ sunt bullarum modo emergentes. Idem & Ciborium appellari testatur, quasi serintoluta: propterea quòd seratur faba hæc inaudito in madentem glebam semine, sicque in aquam proiecto. Habet autem faba Ægyptia folia latissima petasi, siue galeri similitudine, quibus Alexandrini pro poculis & catinis vtebantur, testibus Plin. *lib.* 20. *cap.* 15. & Strab. *lib.* 17. ¶ A quorum etiam similitudine Populi quoddam genus Ciborium, siue Ciborium vocari autor est Athenæus. In qua etiam significatione vsus est hac voce Horat. *lib.* 2. *Carm. Ode* 7.

Obliuioso leuia Massico Ciboria exple.

Cibotus, Asiæ ciuitas est, eadem cum Apamia, vt autor est Plin. *lib.* 5. *cap.* 29.

Cĭbŭs, omne id quo vescimur. {אכל *âchel.* מזון *mazon.* σιτίον, καὶ βίος. Gall. *Viande.* Ital. *Cibo.* Germ. Speiß. Hisp. *Ceuo, mantenimiento, manjar.* Angl. *Meat, foode, sustenance.*} Donatus cibum distinguit a victu, quòd Cibus etiam delicatis præbeatur: Victus in paruis aridisque alimoniis constitutus sit. Terent. *in Andria*. Lana ac tela victum quæritans. Idem *in Eunucho*. Viden' otium & cibus quid faciat alienus? *Ibid.* Cibum nonnunquam capiet cum ea.

——— *Non hic cibus vtilis ægro*,

Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 3. *Trist.* Mea est, (vita Parasiti. sup.) meo cibo & sumptu educatus est, Plaut. *Men. sc.* 5. *a.* 5. Primus is ad cibum vocatur. Idem *Mil. sc.* 2. *a.* 2. Auceps quando concinnauit aream, offundit cibum (i. escam.) Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 1.

Et nunc a patrio si cibus esse cibum,

Ouid. *Eleg.* 2. *lib.* 1. *Trist.* Pro cibo habeas te verberari (in cinædum) Plaut. *Asin. sc.* 3. *a.* 3. Quasi mures edimus semper alienum cibum. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 1. Irascatur si quis te edentem à cibo abigat. (vbi etiam cibus amoris intelligitur.) Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 1. Væ illi cuius cibo hic factus est immemor. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Spero ob hunc nuncium me æternum adepturum cibum. Idem *ibid.* Tantus commeatus cibus venter. (pro cibi.) Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 4. frigidi & repositi cibi fastidium mouent. Quint. Eundem velut cibum remandere. Idem, Cibi vacuitate, &c. Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 2. ¶ Cibus lenis. Cels. *lib.* 6. *cap. de tonsillis*, Cibus quoque in hac valetudine lenis esse debet, ne exasperet. Cui cibus acris apponitur ab ipso. *cap.* 11. *eiusd. lib.* ¶ Cibi corpus implentes. Idem *lib.* 7. *cap.* 4. id est, bene nutrientes. ¶ Deorum cibus, Θεῶν τροφή, de præstantis epulis dicebatur, propterea quòd Homerus fingit deos nectare atque ambrosia victitare, nec ob id vnquam senescere. Suet. *in Nerone*. ¶ Cibum in matellam ne immittas, σιτίον εἰς ἀμίδα μὴ ἐμβάλλειν. Interpretatur Plutarchus, Ne sermonem vrbanum immittas in animum hominis improbi. Nam oratio cibus est animi: is corrumpitur & putrescit si in animum insyncerum inciderit. ¶ E flamma cibum petere. Terent. *in Eunucho*. dixit in parasitum, pro quiduis cibi causa pati ac facere.

Cibo, as, Cibum infero, alo, nutrio, {האכיל *heechil.* σιτίζω. Gall. *Nourrir, seruir de viande, bailler à manger.* Ital. *Nodrire, cibare.* Germ. Speisen. Hisp. *Criar y mantener.* Angl. *To feede.*} Col. *lib.* 6. Atque ea genera, quæ intra septa villæ cibantur, ferè persequuti sumus. Cibare serpentem. Suet. *in Tib. cap.* 72.

Cibāria, orum, Alimenta non modò hominum, verùm etiam quorumuis animalium. {מאכל *maachal.* ὁ βίος, τὰ ἐδώδιμα, ἡ τροφή. Gall. *Nourriture, viande, pension, despense, viures.* Ital. *Nutrimento, cibo.* Germ. Allerley speiß der leut vnd des viehs. Hisp. *Mantenimiento, ceuo.* Angl. *Meat, foode, sustenance.*} Cic. *ad Attic. lib.* 6. Respondi me non instituisse iis dare cibaria, quorum opera non essem vsus. Cic. *pro Sext. Rosc.* Anseribus cibaria publicè locantur. Cato *de re rust. cap.* 60. Bubus cibaria annua in iuga singula lupini modios cxx. &c. Suet. *in Tib. c.* 46. Comites nunquam salario, cibariis tantùm sustentauit. De cibariis militum detrahere magnum crimen. Quint.

Cibārius, a, um, quod ad cibum pertinet. {τρόφιμος, σιτικός. Gall. *Appartenant à nourriture, bon à manger.* Ital. *Cosa che appartien' al cibo.* Germ. Das der speiß zugehörig ist. Hisp. *Cosa de mãtenimiento.* Angl. *Perteaning to meate.*} Macrob. *lib.* 3. *Satur.* Sylla mortuo, Lepidus Consul legem tulit & ipse cibariam. Cato enim sumptuarias leges, cibarias appellat. ¶ Cibarius panis, *ἰγκαρός, ἄρτος*. Ægineta dicitur panis secundarius, qui fit ex farina secundaria, ex qua flos antè excussus est. Corn. Cels. *lib.* 2. *c.* 17. Firmius est triticum quàm milium: idipsum quàm hordeum, & ex tritico firmissima siligo, deinde simila: deinde cui nil ademptum est, quod αὐτόπυρον Græci vocant. Infirmior est ex polline: infirmissimus cibarius panis. Hæc ille. Cic. *lib.* 5. *Tusc.* Cui cùm peragranti Ægyptum, comitibus non consequutis, cibarius in capsa panis datus esset, nihil visum est illo pane iucundius. {Gall. *Gros pain de mesnage, pain bis duquel on n'a rien tiré.* Ital. *Pane grosso, feccia lavio.* Germ. Rauch schwartz brot. Hisp. *Pan baxo.* Angl. *Gray breade.*} Re cibaria copiosum oppidum. Gell. *cap.* 7. *lib.* 7. Mihi rem summam credidit cibariam. Plaut. *Capt. sc.* 2. *a.* 4. ¶ Cibarium vinum pro ignobili. Varro, Potus meus vinum cibarium. ¶ Sic & cibarius homo, ab eodem dicitur pro sordido & plebeio: ait enim, Tuus frater cibarius fuit Aristoxenus. ¶ Cibarium oleum. Col. *lib.* 12. *cap.* 50. Cauendum est itaque ne ex ea fiat oleum cibarium.

Cibatus, huius cibatus. Idem ferè quod Cibus. apud Gell. *cap.* 4. *lib.* 9. {אכל *ochel.* τροφή, βρῶσις. Gall. *Nourriture, mangeaille.* Ital. *Cibo refiziamento.* Germ. Speisung. Hisp. *Mantenimiento, ceuo.* Angl. *Feeding nourrishing.*} Plin. Truncus quidem gratissimo in cibatu habent. Plaut. *in Milit. scen.* 2. *act.* 2. Intercludе inimicis commeatum: tibi muni viam, Qua cibatus commeatusque ad te & legiones tuas Tuto possit peruenire.

Cibalis, e, quod ad Cibum pertinet. {ἐδώδιμος. Angl. *Belonging to foode.*} Varro, Est enim lac omnium rerum, quas cibali causa capimus, liquentium maximè alibile, & id ouillum, inde caprinum. Sic enim hactenus lectum est in omnibus, quotquot videre contigit, Dictionarii huiusce editionibus, quum tamen in emendatioribus Varronis exemplaribus, *Cibi causa* legatur, non *cibali*. Locus Varrònis est *de re rust. lib.* 2. *cap.* 11. quem ideo indicare visum est, vt & lectori diligentiæ nostræ fidem faceremus, & ne quippiam, animi potius nostri somnio, quàm optimorum exemplarium fide freti, videremur emendasse.

Cibicida, æ, qui cibum cædit, hoc est, comedo, siue lurco. Luc. *lib.* 27. {Angl. *which careth meat.*} Viginti domi, an triginta, vel centum cibicidas alas. Ex Nonio.

Cibilla, æ, {Gall. *Table ronde.* Ital. *Mensa.* Germ. Ein tisch auff dem man isst. Ein scheibtisch. Hisp. *Mesa redonda.* Angl. *A rounde table.*} teste Varrone *lib.* 4. *de lingua Lat.* Mensa erat escaria à cibis dicta, quæ primùm quadrata fiebat, & postea rotunda. ¶ Festus item Cabillam interpretatur mensæ rotundæ genus, apud quem tamen Cillibam corruptè legi putauerim, pro Cibilla.

Cibyra, æ, κιβύρα Ptolemæo, oppidum Asiæ propriè dictæ, non procul à Mæandro fluuio. Cic. 6. *in Verrem*. Hosce opinor Cibyræ, quum in suspicionem venissent suis ciuibus, fanum expilasse Apollinis. Et *paulo post.* Cibyram cum inanibus syngraphis venerat.

Cibyrates, vel Cibyrata, nomen Gentile. Cic. *ibidem*, Eò quum venio, Prætor quiescebat: fratres illi Cibyratæ inambulabant.

Cibyraticus, a, um, possessiuum. *Ibidem*, Immittebantur ilico Cibyratici illi canes, qui inuestigabant, & perscrutabantur omnia.

Cĭcādă, {τέττιξ. Gall. *Cigale.* Ital. *Cicala.* Germ. Ein thierlin das im Sommer auf den beumen singt. Etlich nennen es heuschreck. Hisp. *Cigarra o chicharra.* Angl. *A grashoper.*} Insecti genus canorum, aculeatum quiddam habens in pectore, quo rorem lambit, nonnisi æstiuis mensibus apparens: vnde & Cicadam quidam dictam volunt, quasi citò cadentem, hoc est, euanescentem. Virg. 3. *Georg.*

Et cantu querulæ rumpent arbusta cicadæ.

Idem *Eclog.* 2.

At mecum raucis (tua dum vestigia lustro)
Sole sub ardenti resonant arbusta cicadis.

Plin. *lib.* 11. *cap.* 26. autor est cicadam ex omnibus quæ viuunt, sine ore esse, pro eo aculeatum quiddam in pectore habere linguæ simile, quo rorem lambit, & pectus ipsum fistulosum, quo vocem emittit. Cicadarum autem duo genera: minores, quæ primæ proueniunt, & nouissimæ pereunt: maiores, quæ canunt, vocantur Acheræ. ¶ Cicadæ apem comparas, τέττιγα τῇ μελίττῃ συγκρίνεις. Conuenit in res supra modum impares, propterea quòd cicada cùm maior, tum canora quum sit, non modò minuto corpusculo, verumetiam penè muta. Lucianus. ¶ Cicadis pleni, τεττίγων ἀνάμεστοι. In gloriosos ac stultos olim dicebatur, aut obsoletis ac iam desitis vtentes. Antiquitus enim Atticis mos erat capillorum cincinnis aureas cicadas addere. ¶ Cicadà vocalior, τέττιγος λαλίστερος. Dici solitum in hominem impendiò garrulum, aut admodum musicum: propterea quòd hoc insectum rore duntaxat viuens, cantu potissimum delectetur.

Cĭcātrīx, cis, propriè, est signum vulneris obducti, quasi circa cutem, vel quasi occæcatrix. {ארוכה *arucháh.* οὐλή. Gall. *Cicatrice, la marque qui demeure apres la playe.* Ital. *Il segno della ferita ò piaga.* Germ. Ein wundmal, ein schramm. Ist ein zeichen einer verheilten wunden. Hisp. *Señal que queda de la herida.* Angl. *The scarre of a wounde.*} Est enim callosa caro pro cute inducta, vbi hiatus vulneris, quod iam coiuit, fuerat. Terent. *in Eunuch.* Neque pugnas narrat, neque cicatrices suas Ostentat. Cic. 7. *Phil.* Luculentam tamen ipse plagam accepit, vt docet cicatrix. ¶ Cicatricibus decorem facere. Plin. *lib.* 24. *cap.* 10. *de hedera*. ¶ Cicatricem inducere. Cels. *lib.* 7. *cap.* 28. Medicamentum cicatricem inducens. ¶ Cicatricem recipere. Idem *lib.* 4. *cap.* 9. Vlcera aut omnino non sanescunt, aut certè cicatricem vix recipiunt. Et *lib.* 6. Vix ad cicatricem veniunt. alibi, *perueniunt*, dixit. ¶ Hinc Cicatricare, teste Festo, pro eo quod est cicatricem ducere. ¶ Cicatrix refricari dicitur, quum dolor temporum spatio iam mitior renouatur. Cic. *in Rullum*, Ne aut refricare obductam iam Reip. cicatricem viderer. Cicatrices deformes seruitutis, Liuius loquens de vrbe *lib.* 9. *d.* 4. Cicatrix, Fab. Quint. *cap.* 4. *lib.* 2. pro vulnere sumitur, quod infligitur frondi, amputando. Cicatricem in dextro musculo. Item vt primum coit cicatrix. Plaut. *Amph.* Qui sæpè in scapulas nostras cicatrices indiderunt (i. plagas.) Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 3. Cicatrix vulneris (*Metam.*) Sen. *cap.* 1. *de consol. ad Mart.* Per ipsas cicatrices percussa es (*Met.*) Idem *cap.* 15. *de consol. ad Elb.* Et Ouid. *Eleg.* 11. *lib.* 3. *Trist.*

Falsa cicatricem ducere nostra sinet.

Cicatricula, diminut. Cels. *lib.* 2. *cap.* 50. Ideóque protinus brachium deligandum, habendúmque ita est, donec valens cicatricula sit, quæ celerrimè in vena confirmatur.

Cĭcātrīcōsus, cicatricibus plenus. {οὐλώδης. Gall. *Plein de cicatrices.* Ital. *Pieno di segni de ferite.* Germ. Voll wundmäler. Hisp. *Lleno di señales de heridas.* Angl. *Full of scarres or gashes.*} Col. *de Arb. cap.* 11. Tum etiam vitis minus cicatricosa fit. Quint. *lib.* 4. *cap.* 1. Turbari memoria, vel continuandi verba facilitate destitui, nusquam turpius: quum vitiosum proœmium possit videri, vt cicatricosa facies. Tergum cicatricosum, nihil hoc simili similius. Plaut. *Amph.* In corpore tam cicatricoso ferre vnum vulnus fortunæ, Senec. *cap.* 2. *de consol. ad Elber.*

Ciccum, dicebant antiqui membranam tenuem, quæ est malo punico velut cellularum discrimen. {Angl. *The thinne skinne of a pomegarnette.*} Festus, Ciccum membrana tenuis malorum Punicorum. Varr. *lib.* 6. *de ling. Lat.*

Cicer, is, genus leguminis. {ἐρέβινθος. Gall. *Pois ciche.* Ital. *Cece.* Germ. Kichern. Hisp. *Garuanço.*} Plin. *lib.* 18. *cap.* 12. Ciceris natura est gigni cum salsilagine: ideo solum vrit, nec nisi madefactum prius,

pride, seri debet. Vide ibidem plura ciceris genera. Horat. 1. *Serm. satyr.* 6.

——Inde domum me

Ad porri, & ciceris refero, laganique catinum.

Idem in *Arte poet.* dixit, Ciceris & nucis emptor, pro infimæ sortis homine, deque ima plebe quempiam significans.

Cicer arietinum, aliud a satiuo vulgari. Vide Diosc. *lib.* 2. Plin. *lib.* 18. Theoph. *lib.* 9. Paul. *lib.* 4.

Cicer erraticum, serpillum.

Cicera, {Gall. *Cicerole, vne sorte de poix ciches.* Ital. *Cicerola.* Germ. Schwartzlecht Kichern / grawe erbs. Hisp. *Lagaigana, legumbre.*} Leguminis genus à Col. inter pabula annumeratum, à cicercula solo differens colore. Est enim obsoletior & nigro propior. Græcis ὤχρος dicitur, si Theodori versioni credimus: quanquam idem pro ochro nonnunquam & eruilium vertit.

Cicerbita Leonicenus dicit illam esse, quam Dioscorid. *Sonchon* appellat.

Cicercula, æ, leguminis genus ciceri non dissimile, sed minutius, inæquales angulos habens, veluti pisum. {λάθυρος. Gall. *Cerres, pois cerres.* Ital. *Cicerchia.* Germ. Kleine Kichern. Hisp. *Cicercha.*} Plin. *lib.* 18. *cap.* 12. Est & Cicercula minuti ciceris, inæquales angulos habens veluti pisum. Col. *lib.* 2. *c.* 10. Cicercula, quæ piso est similis, mense Ianuario, aut Februario seri debet, læto loco, cælo humido.

Cicerculum, Genus sinopidis. Plin. *lib.* 35. *cap.* 6. Species sinopidis tres, rubra, & minus rubens, & inter has media. Pretium optimæ in libras tredecim denarij. Vsus ad penicillum, aut si lignum colorare libeat. Eius, quæ ex Africa venit, octoni asses: Cicerculum appellant.

Cicero κικέρων, {Germ. Ein hochbegabter redner / Burgermeister zu Rom.} Cuius vitam Tyro Tullius eius libertus tribus voluminibus scripsit, teste Pædiano. Præceptores se habuisse fatetur, in Philosophia quidem Philonem Academicum, tunc Romæ commorantem: in iure ciuili, Scæuolam: in Dialectica, Diodorum Stoicum: in dicendo, Apollonium Milonem. ¶ Sex. Roscium Amerinum parricidij reum, natus annos XXIII. vt tradit Nepos, vt alij, XXVII. defendit. Metuens deinde Syllam, quem in ea causa offenderat, in Græciam abiit, Asiámque simulata valetudinis causa abiit: vbi se (vt ipse ait) recoquendum præceptoribus dicendi dedit, Xenoclémque Adramittenum, Dionysium Magnesium, & Menippum Carem audiuit: Rhodi verò Apollonium Mollonem magistrum dicendi habuit. Ferúntque Posidonium tunc Athenis eum Græcè declamantem audiuisse, ac protinus exclamasse, quòd solam Græcis dicendi relictam gloriam videret ad Latinos per eum transferri. Postea quum multis muneribus in Republ. functus esset, Consul coniurationem Catilinæ repressit, legem Agrariam repulit. Huius vitam omnem & vitæ studia vide apud Plutarchum. ¶ Cicero eius filius inter eos, qui à parentibus degenerauerunt, ponitur Valerio. Binos eum congios haurire solitum scribit Plinius, per temulentiámque M. Agrippæ scyphum impegisse. ¶ Qu. Cicero M. frater, legatus Cæsaris in Gallia primum, deinde ad regendam Asiam proprætor missus, admonetur à fratre per epistolam totius officij. Duxit vxorem Pomponij Attici sororem. Miserandus demum eius exitus. Proscriptus enim vnà cum filio (quando & Marcus frater) rogauit percussorem se ante filium interfici: filius contra, se ante patrem. Vterque igitur simul interfectus. Autor Appianus.

Ciceronianus, a, um, quod est Ciceronis, vel accedit ad Ciceronem: vt Ciceroniana simplicitas. Plinius *in præfatione totius operis.*

Cichorium, κιχώριον Dioscoridi, herba est, quam alio nomine Intubum erraticum vocant. {מרור *merór.* Gall. *De la chicorée.* Ital. *Cicoria, radicchio.* Germ. Wegwart / sonnenwirbel. Hisp. *Chicoria yerua conocida.* Angl. *wild succory or endyue.*} Plin. 20. *cap.* 8. Est & erraticum intubum, quod in Ægypto Cichorium vocant. Horatius dictionis huius penultimam syllabam produxit, corripuit autem antepenultimam, perinde ac si apud Græcos κιχόριον scriberetur.

Me (inquit) pascunt oliuæ,

Me cichorea, leuésque maluæ.

Posterior versus est Dactylicus, Alcmanius, Acatalecticus, constans duobus dactylis, & duobus spondæis.

Cici, {קיקיון *kikajon.* κίκι, ἢ κρότων.} Frutex est paruæ fici magnitudine, folia habens platano similia, maiora tamen nigrioráque, & maiore lanore mollia, semen autem in racemis asperis, quod cortice nudatum ricino verò simile est: ex quo colligitur id, quod Ricinium oleum vocant, lucernarum luminibus, & emplastris vtile. Ab huius seminis similitudine Romani ipsum etiam fruticem Ricinum appellant, quemadmodum & Græci κρότωνα. Vide Diosc. *lib.* 4. *cap.* 145. & Plin. *lib.* 15. *cap.* 7. Vulgus herbariorum hodie *Cataputiam maiorem* vocat.

Cicilendrum. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 3. Cicilendrum in patinas indere.

Cicindelem vocamus hodie lamparam, quæ perpetuò lucet in templis.

Cicinus, a, um, adiectiuum: vt, Oleum cicinum, κίκινον ἔλαιον Dioscoridi, quod & Ricininum appellari paulo antè docuimus. Plin. *lib.* 13. *cap.* 4. Oleum cicinum bibitur ad purgationes ventris cum pari caldæ mensura.

Cicimeni, populi ex Iaxamatarum genere, à Medis oriundi, Tanaim fluuium accolentes: quorum meminit Plin. *lib.* 6. *cap.* 7.

Cicina, (quod hic pro aue nocturna legebatur) vide Cicuma.

Cicindela, {πυγολαμπὶς Arist. Gall. *Ver ou mouche luisante de nuict, au temps que les bleds sont meurs ou sciez.* Ital. *Mosca picciola detta luciola, che luce di notte.* Germ. Maggie oder thierle die zu nacht scheynen / Johann fliegen. quia circa id æstatis tempus existit. Hisp. *Luciernega.* Angl. *A glebeard or gloworme.*} Genus muscarum, quod noctu lucet ignium modo, laterum & clunium colore: à Græcis λαμπυρὶς dicta. Quidam nocticulam, alij Nitedulam vocant. Non antè matura pabula, aut post desecta conspicitur, nunc pennarum hiatu refulgens, nunc compressu obumbrata. Ab hac lychnuspeusilis, quem vulgò *Lampadem* vocant, Cicindela appellatur, quæ nocte tota seruatur accensa, & lampyridis instar lucet.

Cicones, κίκονες. Populi Thraciæ, iuxta Hebrum fluuium inhabitantes. Tib.

Nam Ciconum ille manus aduersis reppulit vndis.

Virg. 4. *Georg.*

——spreta Ciconum quo munere matres

Discerptum latè iuuenem sparsere per agros.

Ciconia, auis quæ serpentibus pullos nutrit, teste Plin. *lib.* 10. *cap.* 13. {חסידה *chasidáh.* πελαργός. Gall. *Cigoigne.* Ital. *Cicogna.* Germ. Ein Storck. Hisp. *Cigueña.* Angl. *A storke, a birde so called.*} Iuuenal. *Satyr.* 14.

——serpente ciconia pullos

Nutrit, & inuenta per deuia rura lacerta.

Vbi Iuuenalis Romanos arguens, quorum liberi tales euadebant, quales à parentibus instituebantur, alludit ad naturam ciconiæ eiúsque pullorum. Hi enim à teneris assuefacti colubris vescuntur. Ouid. 4. *Metamorph.*

——sumptis quin candida pennis

Ipsa sibi plaudat crepitante ciconia rostro.

¶ Quo etiam nomine ab Hispanis vocatur lignum rostratum, quo è puteis hauriri aqua solet: quod & Telonem agricolæ vocant. ¶ Item Ciconia mensuræ genus est, siue instrumenti, quo rustici vt solent in sulcis & fossis ducendis, ne qua pars alijs aut profundior esset, aut latior. Colum. *lib.* 4. Sed huic operi erigendo, quasi quandam machinam commenti maiores nostri, regulam fabricauerunt, in cuius latere virga prominens ad eam altitudinem, qua deprimi sulcum oportet, contingit summam ripæ partem. Id genus mensuræ Ciconiam vocant rustici. ¶ Ciconia etiam sannæ & irrisionis species est. Irrisores enim apud veteres digitis colligatis, & ad inferiorem partem inclinatis ciconium rostrum formabant, quod quum præsentarent post tergum nutantes, deridebant. Vnde Persius *sat.* 1.

O Iane à tergo quem nulla ciconia pinxit.

Ciconius, κικώνιος, nomen eius qui Brixiam condidit.

Cicuma, æ, auis est nocturna, teste Festo. Cælius *lib.* 17. *cap.* 11. nycticoracem interpretatur.

Cicur, is, adiectiuum, Animal mansuetum. {מלמד *lummádh.* ἥμερος. Gall. *Apriuoisé, priué, qui hante auec les hommes.* Ital. *Animal di seluatico fatto domestico.* Germ. Zam / gezemt. Hisp. *Cosa domestica, duenda y mansa.* Angl. *Tame.*} vt, Aper, ceruus, leo, & quicquid cicurari, id est, mansuefieri potest. Quod enim à fero discretum est, id cicur dicitur. Cic. 5. *Tusc.* Earum ipsarum soliuagas, partim congregatas, immanes alias, quasdam autem cicures, nonnullas abditas, terrâque tectas. ¶ Cicur ingenium dicitur mite, ac mansuetum. Varr. *de ling. Lat. lib.* 6.

Cicuro, as, Mansuefacio, verbum vetus, quod alio verbo dicitur Exatmo. {למד *limmádh.* ἡμερόω. Gall. *Appriuoiser.* Ital. *Domesticare.* Germ. Zam machen. Hisp. *Amansar los animales fieros.* Angl. *To tame, or to make tame.*} Varr. *de ling. Lat.*

Cicuta, {κώνειον. Gall. *Cigue, herbe venimeuse.* Ital. *Cicuta herba.* Germ. Schierling. Hisp. *La cecuta planta nota.* Angl. *Hemlocke.*} Herba venenosa, teste Plin. *lib.* 25. *cap.* 13. caule viridi & geniculato, altior sæpe binis cubitis, in cacuminibúsque ramosa, folijs coriandri tenuioribus, graui odoratu, semine aniso crassiori, radice concaua, nullius vsus. nam semini tantùm & folijs refrigeratoria vis est. Cicutæ famam Athenienses auxerunt, succo eius capitali iudicio damnatis necem inferentes. Iuuenal. *Satyr.* 7.

——hunc inopem vidistis Athenæ,

Nil præter gelidas ausæ conferre cicutas.

Est item cicuta (vt Seruius docet) in cannis calamísve, quod interceptum est inter duos nodos. Virg. 2. *Ecl.*

Est mihi disparibus septem compacta cicutis Fistula.

Cicuta, κικούτας, nomen proprium fœneratoris cuiusdam maximè auari. Horat. 2. *Serm. satyr.* 3.

——adde Cicutæ

Nodosi tabulas centum, mille adde catenas:

Effugiet tamen hæc sceleratus vincula Proteus.

Cidaris, is, {צניף *tsaniph.* κίδαρις.} Tegumentum capitis, quo Persarum reges peculiariter vtebantur, albis maculis in cærulei coloris fascia intermicantibus. Qu. Curt. *lib.* 3. Cidarim regum capitis vocant insigne. Hieronymus item autor est, Hebræorum Pontifices cidari vti solitos, in qua Dei nomen habebant inscriptum.

Cidarum genus nauis. Gell. *cap.* 25. *lib.* 10.

Cidonium malum, idem quod cotoneum. {Angl. *A quince peare.*} Hinc Cidonium vinum, ex eius mali succo confectum. Vlpian. *de trit. l. si quis.* Cidonia (inquit) si qua alia sunt vina, quæ non ex vinea fiunt.

Cieo, es, Cio, is, ambo, ciui, citum faciunt: sed à Cieo, es, fit Citum penult. correpta, à Cio verò producitur. Ouid. *lib.* 5. *Metam.*

Nec fruitur somno vigilantibus excita curis.

Idem *lib.* 1. *Trist.*

Accitus toties in genus omne ioci.

¶ Et Cieo quidem significat turbare, commouere. {הניע *heniáh.* הער *hehir.* ἐγείρω, κινέω. Gall. *Pronoquer, esmouuoir.* Ital. *Mouere, turbare.* Germ. Bewegen / betrüben. Hisp. *Mouer, turbar y llamar.* Angl. *To stirre or raise vp, to call or name.*} Virg. 4. *Æneid.*

——Tonitru cœlum omne ciebo.

Ciebat id bellum Iuba. Velleius. ¶ Cio verò, voco propriè. Propriè autem dixi, quoniam Cire aliquando mouere est: sicut & Ciere, vocare, adeò, vt alterum pro altero quandoque sumi posse videatur. Virg. 6. *Æneid.*

Misenum Æoliden, quo non præstantior alter

Ære ciere viros, Martémque accendere cantu.

Colum. *lib.* 7. *cap.* 5. Cio is, posuit pro commoueo. Nullo (inquit) tempore, & minimè æstate vtile est, boues in cursum concitari: nam eâ res cit aluum. Liuius *lib.* 1. Principes vtrinque pugnam ciebant. Similiter à Cieo fiunt Concieo, & Excieo, & si qua sunt alia composita. Primùm significat commoueo, vel conuoco. Liu. Galli, quos prædæ populationúmque conciuerat spes. Secundùm, foras moueo & excutio. A Cio fit Excio, euoco. Stat. *lib.* 4. *Theb.*

——suus excit in arma Antiqua Tirynthia Deus.

Accio, siue Accieo: de quibus supra. Præcio, prouoco. Percio, pulso, tango, percutio, valde commoueo. Concio, simul voco, congrego. Hinc

Concio, nis, quod tria significat, autore Gellio: populum ipsum, qui ad audiendum conuenit orationem ipsam quæ coram multitudine habetur: & locum, siue suggestum, ex quo habetur oratio. A Concio, rursus fiunt, Concito, Excito, Procito, frequentatiua. Porrò quòd præterita & supina eadem amborum simplicium sunt, itémque compositorum, orta est non parua interpretandi ea verba difficultas. Nam Cito, as, frequentatiuum est amborum primitiuorum, Cio & Cieo: ideo aliquando vocito, aliquando frequenter moueo significat. Pro vocito, *καλῶ*. Cicer. *in Verr. act.* 4. Citatur reus, causa agitur. Pro crebrò moueo. Col. *lib.* 8. Ne immaturis herbis citetur aluus. Igitur non somniculosè spectanda sunt frequentatiua, composita, præterita participiáque compositorum, vt quæ conuocationis magis proprietatem habent à Cio, quæ verò motiones, è Cieo sumantur.

Citus, Celer, velox. {מהיר *mahér*. ὀξύς. Gall. *Soudain, viste*. Ital. *Veloce*. Germ. Schnell/behend. Hisp. *Muy ligero*. Angl. *Swift spedie*.} Liu. 6. *bell. Pun.* Eques citus ab Roma venit. Salust. Modò citus, modò tardus incessus eius. Tib. *lib.* 4.

——Cita loca tangere funda.

Ibidem,

Præteriitque cita Sirenum littora puppi.

Aluo cita fieri. (i. forite) Gell. *cap.* 4. *lib.* 19. *& cap.* 10. *lib.* 18. ¶ Hinc Citior, citissimus. Plaut. Nullam ego rem citiorem apud homines esse, quàm famam reor. Citissimus omnium rediit. ¶ Est & Citus participium à Cieo, pro citatus, vel agitatus. Virg. *lib.* 8. *Æneid.*

Haud procul inde citæ Metium in diuersa quadrigæ
Distulerant.

Citò, aduerb. {במהרה *bimherâh*. ὀξέως, ταχέως. Gall. *Tost, soudainement*. Ital. *Subito, tosto, presto*. Germ. Geschwind/bald/bhugs. Hisp. *Presto ò ligeramente*. Angl. *Hastelie, spedelie*.} Terent. *in Eunuch.* Citò hunc deduci ad militem. Cic. *Varr. lib.* 4. Quid ergo potissimùm scribam? quod velle te puto, citò me ad te esse venturum. Tantæ indolis, citò pater, citò sacerdos. Senec. *cap.* 12. *de consol. ad Mart.* Tam citò quàm. *Ibid. cap.* 14. Et mihi viuendi tam citò finis adest. Da citò cantharum. Citò, pro fortasse, vt est τάχα Græcè, Cic. *in Bruto*, Sed neque verbis aptiorem citò alium dixerim.

Citiùs, comparatiuum. Terent. *in Hecyra*, Qua me propter exanimatum citiùs eduxi foras. Virg. *Æneid.* 1.

Hæc ait, & dicto citiùs tumida æquora placat.

Citissimè, superlatiuum. Plin. *lib.* 17. *cap.* 4. Citissimè ascias retundit.

Cito, as, frequentatiuum à Cieo, in ius voco, adesse iubeo, diem alicui dico, accuso. קרא *kara*. προσκαλοῦμαι. ἀγωγίζω. Gall. *Appeller, haster, faire auancer*. Ital. *Citare, chiamare*. Germ. Für gericht berüffen/laden. Hisp. *Llamar*. Angl. *To cal to iustice, to summond, to sete a day of compearing to iustice*.} Ciere autem videtur esse nominare, vt apud Liu. *lib.* 10. *ab vrb.* dicuntur Patricij, qui patrem & auum ciere possunt. Item *lib.* 5. *d.* 3. Milites nomine cient. Et Suet. *in Ner. cap.* 46. Ciere aliquem nomine. Aduortite animum. C. non adest. P. At tu cita. Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Vbi tu es, quæ me libello Veneto citauisti? Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 1. Qui si non assint, cùm citantur census capiant ilicò. Idem *Men. sc.* 1. *a.* 3. Quid si huc seruos cito? *Ibid. sc.* 1. *a.* 5. Citari ad caussam dicendam. Suet. *in Tib. cap.* 61. Citare tribus ad sacramentum. Idem *in Ner. cap.* 44. Citat nos officium solemne. Sen. *cap.* 14. *de Tranq.* Cic. *antequam iret*, Non citatur reus audaciæ, sed virtutis reus citatur, id est, accusatur. Cic. *pro Cluen.* Cognoscite nunc ita reum citatum esse illum, vt re semel atque iterum præiudicata, condemnatus in iudicium venerit. & *in Verr.* 5. Citat reum, non respondet: citat accusatorem, citatus accusator M. Pacilius nescio quo casu, non respondit, non adfuit. ¶ Aliquando videtur poni pro laudare. Idem *de nat. deor. lib.* 1. Tu ipse paulò antè, quum tanquam Senatum Philosophorum citares, summos viros desipere dicebas. ¶ Citare etiam, Incitare, prouocare. {העיר *hehir* הניע *heniâh*. παροξύνω. Gall. *Inciter, prouoquer*. Ital. *Incitare, stimolare*. Germ. Bewegen nötigen/treiben. Hisp. *Mouer*. Angl. *To stirre vp, to anger or prouoke*.} Cæsar 3. *bell. ciu.* protinúsque equo citato, Larissam contendit. Liu. *lib.* 1. *ab Vrb.* Age sanè omnes citatis equis aduolant Romam. Col. *lib.* 8. Ne immaturis herbis citetur aluus. Alia composita sunt Concito, quod est ad iram prouoco. Item Excito, suscito, &c. Vultus citatus ira, id est, commotus ira. Sen. *Medea.*—quod impotenti facinus parat furore? Vultus citatus ira Riget.

Citatus, participium, siue nomen ex participio, Acceleratus, vel citus, aut velox. {מהיר *mahir*. ὀξύς. Gall. *Esmeu, hasté, auancé, leger, viste*. Ital. *Chiamato, citato, veloce*. Germ. Schnell/behend. Hisp. *Llamado, ligero*. Angl. *Stirred or moued vp, spedie*.} Apuleius, Citato, non testudineo gressu Liu. *lib.* 8. *bell. Pun.* Citato gradu in hostem ducebant. Idem, Citato vadere equo. Liu. 7. *bel. Pun.* Nero ea nocte quæ sequuta est pugnam, citatiore quàm inde venerat agmine, die sexta ad statiua atque ad hostem peruenit. *Ibid. lib.* 2. Quàm citatissimo poterant agmine sese abripuerunt.

Citatim, aduerbium, Celeriter, velociter. {במהרה *bimherâh*. ταχέως. Gall. *Hastiuement, vistement*. Ital. *Presto*. Germ. Schnelliglich/eins wegs/bald. Hisp. *Prestamente, presto*. Angl. *Hastelie, spedelie*.} Hircius *de bel. Afric.* Ipse cum expedita copia in eum locum citatim contendit.

Cierium, Κιέριον, vrbs Bœotiæ, aliàs *Arne* dicta. Steph.

Cilix, icis, Κίλιξ, nomen proprium Phœnicis filij: à quo dicta est Cilicia.

Cilicia, Κιλικία, vulgò *Caramania*, regio est in minori Asia, Syriæ proxima, tota ferè campestris, Tauro monti subiecta: quæ à Cilice nomen sortita est, quem pristina ætas penè vltra æuum memoriæ abscondit, Phœnice ortum, qui apud Gentileis antiquior Ioue de primis terræ alumnis habebatur. {Germ. Ein Landtschafft des mindern Asie so an Syrien stost/jetzt Caramania genant.} Hæc regio ab Oriente Amano clauditur, à Septentrione Tauri iugis, ab Occidente Pamphylia. Huius metropolis est Tarsos, quam interfecat Cydnus amnis. Plaut. *Mil. sc.* 1. *a.* 1. Centum in Cilicia homines occidisti. ¶ Ciliciæ portæ, qua Taurus patet ad Antiochiam. Vulgò *Golfo de la giazza*. ¶ Ciliciæ populi Cilices appellantur, de quibus paulò post. ¶ Gentile fœmininum est Cilissa, sicut à Phœnix Phœnissa: quod & adiectiui vice positum aliquando legimus. Ouid. *in Ibin.*

Nam neque quot flores Sicula nascantur in Hybla.

Quóue ferat dicam terra Cilissa crocos.

Cilicensis autem denominatiuum est, non gentile: vt, Præfectus, vel Proconsul Cilicensis. Cic. *Quint. frat. lib.* 1. Nam si te interioribus vicinis tuis Cilicensi & Syriaco anteponis, valde magnum facis.

Cilicius, a, um, possessiuum: vt, Ciliciæ portæ, hoc est, Amani montis angustiæ, quibus Cilicia à Syria dirimitur. ¶ Cilicium exitium, κιλίκιος ὄλεθρος: de crudeli & immani dicebatur. Cilices enim ob piraticam quam exercebant, & assiduas hostium deprædationes, infames erant immanitatis & crudelitatis nomine, Cilicij imperatores, κιλίκιοι στρατηγοί, dicebantur homines hirsuti & pilis obliti. Vnde & saga pilis contexta, Cilicia vocantur. Autor Diogenianus.

Cilicij termini dicti sunt à Cilicio Saturnino, centurione cohortis septimæ & vicecesimæ, qui terminationem fecit.

Cilix, gentile est, significans eum, qui è Cilicia ortus est. ¶ Cilices piratæ fuerunt, quos Cn. Pompeius victos in deditionem accepit, & eorum postea fideli opera vsus est in bellis suis naualibus aduersus Cæsarem. Luc. *lib.* 3. Itque Cilix iustà, iam non pirata, carina. ¶ Crocus Cilix, pro Cilico. Luc. *lib.* 2.

Et, quum scena croco Cilici perfusa recens est.

¶ Cilix facilè verum dicit. Dionys. *in epist. ad Rufum scholasticum*, λόγος ἐπὶ παλαιός, μὴ ῥᾳδίως ἀληθεύειν τοὺς κίλικας, id est, Vetus verbum est, Cilices haud facilè verum dicere. Quadrabit in hominem auidum lucri, & ob id sæpenumero dicentem non quæ vera sint, sed quæ vtilia. Item, Cilices scari optimi. Gell. *cap.* 16. *lib.* 7.

Cilicium, ij, à Cilicibus populis dictum est, apud quos (vt inquit Varro 2. *de rust. cap.* 11.) Cilicia primùm confecta sunt. {שק *sak*. κιλίκιον, δίφθερα. Gall. *Vne haire, vne estamine*. Ital. & Hisp. *Cilicio*. Germ. Ein kleid das auß bockshar oder geyßhar gemacht ist. Angl. *A cloth made of heare, a strainer*.} Cicer. 3. *in Verr.* Quum iste ciuitatibus frumentum, coria cilicia, saccos imperaret. Fiunt autem ex villis hircorum atque caprarum, adhibentúrque (vt Vegetius inquit) ad excipiendum impetum sagittarum. Asconius scribit Cilicia texta esse ex pilis, in castrorum vsum atque nautarum. ¶ Inde Cilicina vestis, quæ ex Cilicio est, vel ei similis, {ἡ ἐκ τοῦ κιλικίου ἢ τραχυτάτη ἐσθής. Gall. *Vne haire, vestement de poil de cheure ou de beuf*. Ital. *Vestimento tessuto di pili di diuersi animali*. Germ. Ein hären kleid. Hisp. *Vestidura de pelos como de cabra y otros animales*. Angl. *The hille clothe of heare*.

Cilindrum, Plaut. *Ps.* Genus herbæ, vel leguminis. Sunt qui legant *Cicilindum*.

Cilium, {βλέφαρον. Gall. *La peau qui couure les yeux dessus & dessous en les clignant*. Ital. *Ciglio*. Germ. Augbrawen. Hisp. *La pestaña ò parpado del ojo*. Angl. *The eye lid*.} teste Plin. *lib.* 8. *cap.* 37. Antiqui vocauerunt extremum superioris genæ ambitum: vnde & Supercilia. Genas autem intelligit Plinius folliculos, quibus occultus integitur, & à quibus palpebræ, hoc est, pili dependent. ¶ Alij Cilia intelligunt folliculos ipsos, quibus oculus integitur. Nam quas Græci vocant βλεφαρίδας, Theodorus Cilia vertit. Lact. quoque *de Opif.* oculos ciliorum tegminibus occultatos scribit. ¶ Cilium (inquit Festus) folliculus, quo oculus tegitur: vnde & Supercilium. Idem *alibi*, Supercilium dicitur, quòd super cilium sit, id est, integumentum oculi superius.

Cillibæ, pen. cor. vide *Cibila*.

Cilleo, antiqui vsurpauerunt pro moueo, {קרץ *karáts*. κινέω. Gall. *Mouuoir*. Ital. *Mouere*. Germ. Bewegen. Hisp. *Mouer*. Angl. *To moue*.} vnde etiam Furcillæ appellatæ sunt. Autor Seruius *lib.* 2. *Georg.*

Cilla, Κίλλα, vrbs prope Thebas Æetioneas, vbi Cillei Apollinis templum erat, vt habet Strab. *lib.* 13. *Metam.* Chrysénque & Cillan Apollinis vrbes.

Cillibantes, κιλλίβαντες, instrumenta erant tribus pedibus fulta, quibus in bello scuta imponebant fatigati: vt ex Aristophane annotauit Cælius *lib.* 8. *cap.* 16.

Cillibantum, vide *Cylibantum*.

Cillius, à cinno dictus, vt & Cirrus. Sumitur interdum pro capillo cirrato, & ab eo Cinnæ, βοστρυχώδης: interdum pro cilio.

Cillus, Pelopis fuit auriga, qui in itinere, antequam Pelops ad OEnomaum venisset, obiit, cuius nomine Cilla oppidum, templumque Cillei Apollinis à Pelope conditum est, Strab. *lib.* 13.

Cilones, φοξοί. Dicti sunt quorum capita oblonga, & compressa sunt, vel quibus frons eminentior est, ita vt à dextra sinistráque recisa videatur. Cic. *in Salust.* Quicquid impudicorum, cilonum, parricidarum, sacrilegorum, debitorum fuit in vrbe.

Cima, vide *Cyma*.

Cimacia, vide *Cymatia*.

Cimas, insula inter Istria, quæ, vt Pomponius scribit, vrbem habet, quam quia Bithyni colunt, Bithynidam appellant.

‖Cimber est nomen gentile. Cimbri, Κίμβροι, populi fuerunt Septentrionales. Saxonici maris peninsulā incolentes, quæ ab ipsis Cimbrica Chersonesus dicta est, anno ab Vrbe condita sexcentesimo quadragesimo, vnà cum vxoribus & liberis Narbonensem prouinciam ingressi, à C. Mario ad internecionem fuerunt deleti. Refert Val. Max. Cimbros, & Celtiberos in acie gaudio exultare consueuisse, tamquam gloriosè & feliciter essent excessuri: lamentari verò in morbo, quasi turpiter essent perituri. Hodie Dani appellantur & qui ipsum peninsulæ Isthmum inhabitant, Holsatij. Cimbri Germanorum lingua dicuntur latrones. Plutar. *in Mario*, Et de Cimbrica clade, *ibid.* vel dicti, quòd à Cimmeriis oriundi.

‖Cimbericum, κιμβερικόν, tunicula pretiosa, quæ σάργος, vel potiùs σπεῖρος dicitur.‖

Cimbrica Chersonesus. vide *Cimbri*.

Cimelium, omnis domus supellex. ¶ Pro thesauris Ecclesiæ apud Gregor.

‖Cimeliarcha, κειμηλιάρχης, qui cimeliis præest, thesaurarius.‖

Cimeliarchium, locus est, vbi reponitur thesaurus.

‖Cimentum, fundamentum. Cimentarius, qui disponit fundamentum. Gloss. A. I.‖

Cimex, vermiculus est odore fœdus ex ligno nascens, chartísque & paleis. κόρις. Mart. *lib.* 1.

Nec

Nec toga, nec focus est, nec tritus cimice lectus.

Plin.*lib.*17.*cap.*9. Folia cimicem necat: Idem Plin.*lib.*29.*cap.*4. Veluti cimicum animalis fœdissimi & dicta quoque fastidienda natura, contra serpentium morsus, & præcipue aspidum, valere dicitur.

Cimiterium, pro Cemeterium, apud Flodoardum.

Cimmerii, κιμμέριοι, populi fuerunt à Scythis oriundi, dexteram Ponti partem habitantes, non procul à Bosphoro, qui à nomine ipsorum Cimmerius appellatus fuit: vbi & oppidum fuit nomine Cimmerion. Hi autem cœlum habuisse feruntur, & densis exhalationibus nebulosum: quod & ipsum Homerus testatur *Odyss.lib.*11. ¶ Hinc Cimmeriæ tenebræ prouerbio celebrantur, pro densissima caligine.

Cimmerion etiam obscuras accessit ad oras,

Tib.*lib.*4. Lact.*lib.*4. O cæcum pectus, ô mentem Cimmeriis, vt aiunt, vmbris atriorem! Ephorus scribit Cimmerios in Italia quoque fuisse iuxta lacum Auernum, eósque in subterraneis habitasse domiciliis, quorum morem patrium esse, vt nemo solem aspiciat, noctu verò egrediantur. Eorundem meminit & Festus: Cimmerij (inquit) dicuntur homines qui frigoribus habitatas terras incolunt, quales fuerunt inter Baias & Cumas, in ea regione, in qua conuallis satis eminenti iugo circundata est, quæ neque matutino, neque vespertino tempore Sole contegitur. ¶ Cimmericus Bosphorus, κιμμερικὸς βόσπορος, inde nominatur: cuius longitudo est ducentorum & viginti stadiorum.

Cimmeris, vrbs Phrygiæ, quæ à veteribus Edonis dicta fuit, deinde & Assus Apollonia & Antandros. Autor est Plin.*lib.*5. *cap.*30.

Cimolis, Paphlagoniæ oppidum est, testibus Pomponio *lib.* 1. & Plin. *lib.*6.*cap.*2. ¶ Est etiam vrbs eiusdem nominis in Galatia, teste Ptolem. *lib.*5. *cap.*4.

Cimōliă creta, vide in sequenti dictione.

Cimōlŭs, κίμωλος Suidæ, insula est in mari Cretico, è regione Zephyrij promontorij, vnde optima creta aduehitur, qua fullones vtuntur in abluendis vestium maculis. Ouid.7. *Metam.*

Hinc humilem Myconem, cretosaque rura Cimoli.

Cimōliŭs, a, um, adiectiuum: vt à Cimolis creta: cuius diuersa sunt genera, vt videre est apud Plin.*lib.*6.*cap.*17. Diosc.*lib.*5.*cap.*94. duas Cimoliæ terræ species facit, vnam candidam, alteram ad purpuræ colorem vergentem: quarum vtrique maximas in medicinis vires tribuit.

Cimon, κίμων, Atheniensis fuit Miltiadis filius, mira erga ciues liberalitate ac munificentia: vtpote qui refractis agrorum suorum & hortorum sepibus, cuibus faceret potestatem, quod visum esset, ex illis decerpendi. Domi quoque tam longo apparatu instruxit conuiuium, vt non modò familiæ, sed multis etiam pauperibus vndique confluentibus abundè sufficeret. Vide latiùs vitam eius apud Plutarchum, qui eum Lucullo in contentionem adducit.

Cinædiæ, lapilli qui inueniuntur in cerebro cinædi piscis, maris habitum colore præsagientes. Plin.*lib.*37. *cap.*10.

Cinædocolpitæ, κιναιδοκολπῖται, Felicis Arabiæ populi, quorum regina Zadrane dicitur. Steph.

Cĭnædŭs, cum æ, diphthongo. {קדש *kadhésch.* κίναιδος, ἀσελγαινόμενος.} Qui muliebria patitur κινῶν τὸ αἰδοῖον καὶ αἰδοῖα. Catullus *Epig.*22. Cinædus mollior cuniculi capillo, vel anseris medulla, vel mola, mollicella. Gellius *cap.*5.*lib.*3. Nihil interest, quibus membris cinædi sitis, posterioribus, an prioribus. ¶ Alij Cinædos, quasi pudore vacuos appellant. κενὸς enim vacuus, αἰδὼς pudor. Alij interpretantur saltatores, vel pantomimos, ἀπὸ τοῦ κινεῖν, quòd libidine omnibus antecirent, qui choros ducebant, & nimia agilitate se exercerent. Hos alio vocabulo. *Petauristas* vocant, eò quod saltibus leuioribus mouerentur, vt nulla durities in corpore videretur. Plaut. *in Aul.sc.*2. *a.*3. in fustibus sum mollior magis, quàm vllus cinædus. Quisnam tibi istuc accredat Cinæde calamistrate. Idem *Asin.sc.*4.*a.*1. Omnes Cinædos esse censes tu, quia es. Idem *Menæch.sc.*2.*a.*3. ¶ Cinædus etiam genus piscis, de quo Plin.*lib.*32.*cap.vlt.* Cinædi, inquit, soli piscium lutei, vbi lege pro soli, toti, ex authoritate Athenæi. Piscis est marinus saxatilis, totus luteus, excepto dorso, quod purpurascit, mænis figura similis, μονάκανθος dictus Aristoteli ob indiuisas spinas.

Cĭnædicŭs, a, um, κιναιδικός. Plaut. *in Stich.* Lepidam & suauem cantationem aliquam occipito Cinædicam.

Cĭnædiŏr, in comparatiuo. Catull. *in Epig.de Vari scorto,*

Hic illa vt decuit cinædiorem, id est, impudentiorem.

Cĭnædŭlŭs, diminutiuè à Cinædus. Macrob.*Satur.lib.*3.*cap.*14. Testis est Scipio Africanus, Æmilianus, qui in oratione contra legem iudiciariam Tiberij Gracchi sic ait, Docentur præstigias inhonestas cum cinædulis, & sambuca psalterióque eunt in ludum histrionum.

[Cinamum, vide *Cinnamum.*]

Cinnara, vide *Cinara.*

Cĭnāræ, Cardui sunt maiores, qui primum ab Italis, mox etiam à Gallis inter præcipuas mensarum delicias habiti sunt. {σκόλυμος. GALL. *Artichaux.* ITAL. *Carciofoli.* GERM. *Klein welsch Disteln die keinen Stachel haben.* HISP. *Cardos que se labran y comemos, arcachofes.* ANGL. *Artechokes.*} Col.*lib.*10.

Hispida ponatur cinara, qua dulcis Iaccho
Potanti veniat, nec Phœbo grata canenti, &c.

Nominis originem referunt ad Cinaram puellam, in herbam sui nominis mutatam. Alii à cinere deductum putant, quòd cinere in primis hæc herba gaudeat stercorari.

Cinciă, locus Romæ, vbi Cinciorum monumentum fuit. Festus.

Cicindela, à Candeo, es, dicitur insula, genus crabronum quòd volans candeat. Cicendulum, ponitur pro candela, nam dicitur à candeo.

Cĭncĭnnŭs, per duplex nn, {קווצות *kauuutsoth* ציצית *tsitsith* מחלפות *machlaphoth.* κίκιννος. GALL. *Cheueux entortillez & frizez ou regrillez, passefillons.* ITAL. *Capelli crespi.* GERM. *Gekrauste harlocken.* HISP. *Guedeja de los cabellos.* ANGL. *Buckles of brioded heare.*} Sunt crines intorti, qui etiam calamistri dicuntur. Iuuen. Altior hic quare cincinnus? Hos capillos Martialis Anulos vocat: ait enim,

Vnus de toto peccauerat orbe comarum
Anulus.

Varro, Is est coliculus viteus intortus, vt cincinnus. Solent autem cincinni oleo perungi. Cic. *in Pison.* Erant illi compti capilli, & madentes cincinnorum fimbriæ.

Cincinnātus, adiect. qui capillos intortos gestat, calamistratus. {βοστρυχώδης, ὁ κικιννάτους κικιννηφόρος. GALL. *Tortonné, & ayant les cheueux regrillez.* ITAL. *Con capelli ricci.* GERM. *Der krumbe oder krause harlocken tregt.* HISP. *Cosa con aquellas guedejas.* ANGL. *That hath heare broided in his hes.*} Cincinnatus dictus à crine. Suet. *in Calig.cap.*35. Cicero *post reditum in Senat.* Quo vultu cincinnatus ganeo non solùm ciuium lachrymas, verumetiam patriæ preces repudiauit! Plaut. *Capt.sc.*4.*a.*3. Subrufus aliquantùm, crispus, cincinnatus. ¶ Hoc cognomen fuit L. Quintio, qui ab aratro ad dictaturam vocatus, Æquos victos sub iugum egit, & decimosexto die à quo magistratum acceperat, Dictatura se abdicauit.

Cinciŭs, Romani Senatoris nomen, qui seculi sui luxui infensus, vehementissimus suasor fuit legis Fanniæ sumptuariæ: orationeque ad populum habita, acerrimè inuectus fuit in mores suæ ætatis, & quorundam gurgitum gulam, qui sordidos porcos Troianos in conuiuium inferebant. Ita enim vocabat aprum qui inclusis minoribus animalculis grauidus erat, quemadmodum equus Troianus grauidus erat armatis. Vide Macrob.*lib.*3. *cap.*13.

Cincl̆ŭs, κίγκλος Suidæ. { GALL. *Oiseau qui tousiours remue la queuë.* ITAL. *Codatremola.* GERM. *Wasserstelz.* HISP. *Vna cierta aue que siempre mueue la cola.* ANGL. *A watterswallowe, a wagtaille.* } Auis est exigua perpetuò caudam mouens, vnde & Motacilla à nonnullis appellatur. Hanc posteriore sui parte tam debilem esse aiunt, vt nidum struere non possit: sed in alienis nidis oua pariat. Quæ res fecit locum prouerbio, vt omnium rerum inopia laborantes, Cinclo pauperiores dicamus. Autores Suidas, & Ælian.*lib.*15. *cap.*28.

Cinctus, vide *Cingo.*

[Cindalismus, κινδαλισμός. est ludus paxillorum.]

Cineas, κινέας Plutarcho *in Pyrrho*, & deinceps. vir Thessalus fuit, Pyrrho amicissimus, & perpetuus illius in omnibus expeditionibus comes: cuius tanta fuit eloquentia, vt Pyrrhus fateretur, plures à Cinea oratione, quàm à se armis esse subactos. Hic legatus Romam missus, vt Pyrrhi nomine de pace ageret, obsistente sibi Appio Claudio Cæco, re infecta reuersus est. Interrogatus deinde à Pyrrho de statu Vrbis & Senatus, respondit, Senatum sibi deorum concessum visum esse, populi autem tantam esse turbam, vt vereretur, ne regi cum hydra quadam Lernæa res esset. Huic tanta fuisse fertur memoriæ felicitas, vt postridie quum Romam aduentasset, sine vlla nomenclatoris ope Senatui, equestrique ordini sua nomina reddiderit. Autor Plin. *lib.*7. *cap.*24.

Ciner, Cinifiones, vide *Cinis.*

Cinesias, æ, κινησίας Suidæ, Dithyramborum scriptor, qui impietatis, improbitatísque nomine malè audiuit. ¶ Fuit hoc & Pyrrhi Achillis filij cognomen, à corporis agilitate impositum. Fertur enim Pyrrhicam saltationem vehementer excoluisse, & à suo nomine eam appellasse. Vnde natum est prouerbium, πυρρίχην ἔμαθε κινησίαν, hoc est, Cinesiæ Pyrrhicam didicit, vel quòd in choris multo motu vteretur contra comicos agens, qui in hac parte deficiunt. Erat autem Cinesias corpore pigro, & fracto crure.

Cingă, Hispaniæ fluuius est in Iberum influens. Lucanus *lib.* 1. — quos Cinga pererrat Gurgite, &c.

[Cingiliones, cingula parua. Casaub. ad Treb.]

Cĭngo, is, xi, ctum, Coerceo, comprehendo. {אזר *azár* חגר *chaghár.* ζώννυμι. GALL. *Ceindre, enuironner, entourer.* ITAL. *Cingere.* GERM. *Umbgürten, umbgeben.* HISP. *Ceñir.* ANGL. *To girde or compasse about.*} Ouid. 5. *Fast.* Sustulit hoc Nymphæ, cinxitque decentibus armis. Idem 2. *de Ponto.* Vos ego complectar, Geticis si cingar ab armis. Cic. 3. *de nat.deor.* Diligentiúsque vrbem religione, quàm ipsis mœnibus cingitis.

——— Pessus munimine cingo.

Ouid.13.*Met.* Item, Cingitur, certè expedit se. Plaut. *Amph.* ¶ Per translationem Cingere ponitur pro circuire, & circunsepire, περιβάλλειν. Liu. *lib.*1. Nam & muro lapideo, cuius exordium operis Sabino bello turbatum erat, vrbem, quam nondum munierat, cingere parat.

— — Ætheriam cingens amplexibus arcem

Circulus (Vrsæ,)

Ouid.*Eleg.*3.*lib.*4.*Trist.* Plinius, Quum eum saltum venatores cinxissent. Dictum cingo, quasi circumago. ¶ Cingere arborem vetustè pro deglabrare, siue deliberare ponitur, vt tradit Paulus *in l.*5. *de arborib. furtim cæsis*, in qua significatione apud Vlpianum semel iterúmque inuenitur. Cingi venenis, lustrari, muniri, Valer.Flac.*lib.*6. *Argonaut.* Cingitur arcanis Saturnia læta venenis. Cingere pro veste tegere. Sil. *lib.*3.

———vestigia nuda, sinúsque
Cingere, inassuetum, & rubra velamine vestis.

Cingere pro Circum habitare. Valer. *lib.*6. *Argonaut.* Misit in arma Darabs: acies quem Marcia circum Gangaridum, potáque Getus quos efferat vnda: Quique lacum cinxere Bixen. Cingi cum aliquo, id est, coniungi. Claud.2.*Paneg.*

———vnáque recepta
Pellore diuersos tectam cinguntur in vsus.

¶ Huius composita sunt, Accingo, Circumcingo, Discingo, de quibus suis locis. Incinctus, idem quod cinctus. Liu.10. Incinctum Gabino cinctu super telum stantem. Intercingo. Plin. Thebaicus intercinctus aureis guttis inuenitur in Africæ parte. Præcingo idem quod cingo. διαζώννυμι. Plaut. *in Bacch.* Inde de hippodromo, & palæstra vbi reuenisset domum Cincticulo præcinctus, in sella apud magistratum assideres. Interdum præcingere, est præparare, παρασκευάζω. vnde Præcinctos, εὐζώνους, strenuos & expeditos dicimus. Procingo, cingo, apparo: à quo procinctus, apparatus bellicus. Vnde dicimus, aliquid nos fecisse in procinctu, quum ad expeditionem, aut ad iter essemus parati & accincti. Ouid. Hæc in procinctu carmina facta puta. Plin. Vinum curas, vigorémque animi impedit ad procinctum tendentibus. Et procincta classis vocabatur, quum exercitus cinctus erat confestim pugnaturus. Recingo, quod cinctum erat, discingo. Ouid. 1.*Met.*

———Velánque caput, tunicasque recingunt

Subcingo, subtus cingo, & ad cingulum alligo, [illegible], [illegible]. Cic. 11. *Phil.* Ser. Galbam eodem pugione succinctum quo in castris videtis. Et succingere, i. cinctu vestes ita colligere, vbi breuiores videantur, fiátque homo ad agendum promptior. Vnde & succinctam orationem, breuem dicimus, & Succinctè, breuiter, [illegible]. Hinc succingulum, balteum dicitur, ζώνη. Succinctorium, vestis genus breuissimæ, quo venter & verenda teguntur: quod & semicinctium vocatur, quòd medium hominem cingat, id est, vestiat.

Cinctus, participium. {חגור *chaghur*. ἐζωσμένος, περιειλημμένος. GALL. *Ceint. enuironné.* ITAL. *Cinto.* GERM. Vmbgeben/ vmbgürtet. HISP. *Ceñido.* ANGL. *Girded or compassed about.*} Cic. *pro Flacc.* Equidem existimo in eiusmodi regione atque prouincia, quæ mari cincta, partibus distincta, insulis circundata esset, &c. Ouid. *Eleg.* 2. *lib.* 5.

—— Sano cinctus ab hoste locus.

Idem *Eleg.* 2. *lib.* 5. *Trist.*

—— Cinctus vndique marte.

Idem *Eleg.* 5. *lib.* 5. *Trist.*

Cinctaque montanis vt pauet agna lupis.

Idem *Eleg.* 12. *lib.* 3. *Trist.* Liene quasi zona cinctus ambulo. Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 2. Altè cincti, (i. fortes) Senec. *Epist.* 33. Cinctus ferro. Sueton. *in August. cap.* 35. (i. gladio) *& in Calig. cap.* 49. Gellius, Scuto pedestri & gladio Hispanico cinctus, contra Gallum constitit. ¶ Cinctus etiam simpliciter sine adiectione, qui ad militiam conscriptus, miles factus est. Marcell. *de testam.* Titius priusquam tribunus legionis factus esset, testamentum fecit, & postea cinctus manente eodem testamento discessit: quod inde introductum, quòd prælium inituri præcingerentur. Ex Hotomano.

Cinctus, us, à Cingo, siue Cingulum, {אזור *ezor* חגורה *chaghoráh* מזח *mezach*. ζωστήρ. GALL. *Ceinture.* ITAL. *Cinto, cintola.* GERM. Gurt/ gürtel/ vmbgürtung. HISP. *Cinta, ceñidura.* ANGL. *A girdle.*} Varro *de ling. Latina*, Cinctus, Cingulum à cingendo: alterum viris, alterum mulieribus attributum. Quamuis & pro vestitu sumatur. Virg. 7. *Æneid.*

Ipse Quirinali trabea cinctúque Gabino Insignis,

Suet. *in Ner. cap.* 50. Sine cinctu prodire in publicum. Idem *in Cæs. c.* 45. Cinctura fluxiore vti. De cinctura autem & cinctu veterum, legend. Quint. Porphyrio docet Cinctum tunicæ genus esse infra pectus aptatæ, a quo Cinctutos Cethegos Horat. nominauit. Cinctum Gabinum esse dicunt, togam sic in tergum reiectam, vt vna eius lacinia reuocata, hominem cingat. Hoc genere vestimenti Consul Romanus vtebatur bellum indicturus. Hoc item vestis genere indutos fuisse duos Decios, quum pro exercitu deuouerent, autor est Liuius. ¶ Cincturi, pro viris militaribus & quasi ad militiam accinctis dicuntur. Contrà Discincti, ad pugnam imbelles atque imparati accipiuntur.

Cinctĭcŭlus, diminutiuum, Amiculi genus, quod ferè vmbilico præcingitur, & ad dimidium crus porrigitur. {διαζωστήριον. GALL. *Petite ceinture.* ITAL. *Cinturetta.* GERM. Ein vmbgürtung/ oder vmbschurtz des vndern theils am leib. HISP. *Pequeña cinta.* ANGL. *A litle girdle or fardingall.*} Plaut. *in Bacch.* Cinctulo præcinctus en sella apud magistrum assidores.

[Cinctōrium, quo quis cingitur.]

Cinctūtus, a, um, Cinctu indutus: quod vestis genus antiquissimis Romanis in vsu fuit. Vnde Horatius *in Arte*, quum antiquissimos illos denotare vellet, Cinctutos Cethegos dixit. Verba eius sunt hæc,

——— si fortè necesse est
Indicijs monstrare recentibus abdita rerum,
Fingere cinctutis non exaudita Cethegis Continget.

hoc est, iis seculis nunquam audita, quibus Romani cincti vtebantur. ¶ Alij Cinctutos intelligunt bellicosos, quasi ad militiam accinctos: sicut contra Discinctos, molles & imbelles. Prior tamen interpretatio Horatij loco magis videtur conuenire.

Cingŭlum. Hominis cinctorium dicitur, & propriè mulierum. {חגורה *chaghoráh*. ζώνη. GALL. *Ceinture.* ITAL. *Centolo, cintura.* GERM. Ein gürtel. HISP. *Cinta de la muger.* ANGL. *A girdle.*} Varro 4. *de ling. Latin.* Cinctus & Cingulum à cingendo: alterum viris, alterum mulieribus attributum. Festus, Cingulo noua nupta præcingebatur, quod vir in lecto soluebat. Cingula, pro Veneris cæsto ponit Valerius *lib.* 6. *Argon.*

——— fæcundaque monstris
Cingula: non pietas quibus aut custodia famæ:
Non pudor: at contrà lenis & festina cupido,
Assensúsque malus, dulcísque labantibus error.

¶ In cælo quoque Cingula dicuntur, quæ & zonæ. Cic. *in somnio Scip.* Cernis autem terram eandem, quæ quibusdam redimitam & circundatam cingulis. Quandoque pro anulo ponitur, quod digitum circuit.

Cingŭla, æ, qua cinguntur iumenta. {מגבעה *migbaáh*. ζώνη. GALL. *Vne cengle, ceinture pour ceindre les bestes.* ITAL. *Cigna.* GERM. Gurt der thieren. HISP. *Cincha del albarda.* ANGL. *A girdle or bande to bind beastes with.*} Ouid. 2. *de remed.*

Et noua velocem cingula lædat equum.

Cinguli, homines dicti, qui in eis locis, vbi cingi solent, tenues sunt, & iuncei. Fest.

Cingriæ, tibiæ dicebantur, quæ licèt breuiores essent, subtilioribus tamen modis insonabant.

Cingulum, ciuitas est inter Picentes, quæ mulos Cingulanos mittit, qui etiam hodie habentur in pretio. ¶ Hinc Cingulani populi, quorum meminit Plin. *lib.* 3. *cap.* 13.

Cĭnis, cineris, ab antiquo nominatiuo Ciner, hodie masc. gen. olim etiam fœminini. {אפר *épher* דשן *deschen*. τέφρα. GALL. *Cendre.* ITAL. *Cenere.* GERM. Esch. HISP. *Ceniza.* ANGL. *Ashe.*} Puluis in quem materia vsta resoluitur.

Quamuis in cinerem corpus mutauerit ignis.

Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 3. *Trist.* Vnus exæquat omnia cinis. Senec. *cap.* 22. *de consol. ad Mart.* Supra cineres Pompei. (i. monumenta & theatrum.) Idem *cap.* 22. *de cons. ad Mart.* In tutelam cinerum legare multum agri. Quint.

Et cinis in tumulo positus iacuisset inultus,

Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 4. *Trist.* An auia cassa cum cinere offosus fiet cocules. Plaut. *Curc. scen.* 1. *act.* 3. *& Amphit.* apud Non. Stat. *lib.* 3. *Thebaid.*

——— veteris quum regia Cadmi
Fulmineum in cinerem monitis Iunonis iniquæ
Consedit.

Idem 10. *Æneid.*

Non satius cineres patriæ insedisse supremos?

Idem 6. *Æneid.*

Postquam collapsi cineres, & flamma quieuit.

¶ Sumitur & pro manibus & reliquiis funerum, siue memoria. Cic. 3. *in Verrem.* Homo importunissime, cur tantam iniuriam P. Annio mortuo fecisti? cur hunc dolorem cineri eius atque ossibus inussisti? Virg. 4. *Æneid.*

Nec patris Anchisæ cineres, manésve reuelli.

¶ Antiqui hoc nomen etiam fœminino genere efferebant. Caluus apud Non. Quum iam fulua cinis fueris. ¶ Cinis lixiuus, i. lixiuium, [illegible]. Scribonius Largus, Hoc teritur ex cinere lixiua donec læue factum habeat mellis spissitudinem. ¶ Minxisse in patrios cineres olim dicebatur, qui intemperiis ageretur, cuique cuncta cederent infeliciter, ac si monumentum patris violasset. Horat. *in arte poëtica.* ¶ Ne cinerem vitans, in prunas incidas, μὴ τέφραν φεύγων, εἰς ἀνθρακιὰν περιπέσῃς. Nec sic defugias malum hoc, aut illud, vt in aliud longè maius incurras.

Cĭnĕrācĕus, a, um, Cineris colorem referens. {אפרורי *aphrurí*. τεφρώδης, σποδοειδής. GALL. *Cendreux.* ITAL. *Di color di cinere.* GERM. Eschfarb. HISP. *Cosa de ceniza.* ANGL. *Ashie or gray coloured.*} Plin. *lib.* 32. Terra est aliàs rufa, aliàs cineracea.

Cĭnĕrĕus, a, um, {ANGL. *Gray as ashes.*} Quod è cinere est, vel quod cinereum refert colorem.

Cĭnĕrārĭus, qui calamistros, vt inquit Varr. *lib.* 4. quibus in cinere calefactis capilli ornari solebant, administrabat. M. Cato, vt autor est Sosipater *lib.* 1. cum esse *in originibus* scripsit, qui vnguenta ex cinere composita, quibus mulieres capillum vngitabant, vt rutilior esset crinis, conficiebat. Catull. *Epist.* 56. Nunc tuum cinerarius Tondet os: miser, ah miser. Concubinæ nuces da. ¶ Cinerarij fines, sunt sepulturarij. Cinerarium etiam sunt ollæ & vrnæ cinerum, seu vasculum quo condebantur mortua corpora.

Cĭnĕrĭcĭus, a, um: vt, Panis cinericius, {ἐγκρυφίας ἄρτος. ANGL. *Gray bread and ashie coloured.*} qui coctus est sub cinere.

Cĭnĕfăcio, cinefacias, cinefacere, In cinerem reduco. {דשן *dischschén*. σποδόω, τεφρόω.} A quo Cinefactus, a, um, In cinerem dissolutus. {τεφρωθείς. GALL. *Reduit ou mis en cendre.* ITAL. *Ridotto in cenere, incenerito.* GERM. Zu aschen gemacht. HISP. *Hecho ceniza.* ANGL. *To mak ashes of any thing.*} Figuratio est (inquit Non.) vt Tepefactum, & Labefactum. Luc. *lib.* 5.

At nos horrifico cinefactum te prope busto
Insatiabiliter defleuimus,

Cĭnĭflōnes, qui & Cinerarij dicti sunt, qui calamistris in cinere calefactis capillos crispabant. {ANGL. *Frizlers of heare.*} Horat. Custodes lectica, ciniflones, parasiti. οἱ τὰς καλαμίδας σποδίζοντες, ἃ ἐπὶ τῇ σποδῷ θερμαίνοντες.

Cinna, ciuitas Thessaliæ, à Cinno gigante, & Cœi fratre dicta. ¶ Est etiam Cinna ciuitas Hispaniæ in regno Castellæ: à qua Cinnenses populi, quos commemorat Plinius in conuentu Tarraconensi *lib.* 3. *cap.* 3. Fuit item Cinna Marianis & Syllanis temporibus, Romanorum omnium crudelissimus, quatuor Consulatibus functus, qui primo consulatu, seruis ad pileum vocatis, aduersarios vicit, Octauium interfecit, Ianiculum occupauit. Iterum & tertiò se Consulem fecit. Quarto Consulatu, quum bellum contra Syllam pararet, Anconæ ob nimiam crudelitatem, lapidibus ab exercitu occisus est. Fuit etiam poëta eruditissimus hoc nomine, cuius meminit Virgilius *in Buc.*

Nam neque adhuc Varo videor, nec dicere Cinna
Digna, sed argutos inter strepere anser olores.

Non is est quem errore nominis pop. Rom. occidit. Plut. *in Brut.* Imò est alter poëta Cinna fortasse illius.

Cinna, tribunus plebis, qui quum perniciosas leges de reuocandis exulibus ferret, pulsus à Cn. Octauio collega, magistratúque exutus, ex vrbe profugit, & bellum vrbi intulit, accersito C. Mario & aliis exulibus ex Africa: in quo bello duo fratres, alter ex Pompeij, alter ex Cinnæ exercitu ignorantes concurrerunt. Et quum victor mortuum spoliaret, cognito fratre, ingenti edita lamentatione, ac rogo extructo, se insuper cremauit. Tandem Cinna & Marius in vrbem recepti, cædibus omnia compleuere: inter quos Cn. Octauium consulem, M. Antonium oratorem, & L. Cæsarem iugularunt, eorúmque capita pro rostris posuerunt. Ex Liuio. ¶ Cinna item alius, qui per errorem necatus à populo Romano, foro medio in funere C. Cæsaris, quum vnus ex interfectoribus fuisse crederetur. Præterea L. Cinna, res nouas affectans, quem ex hoste Octauius amicum fecerat, & vsque ad iudicum dignitatem euexerat, aduersùs se insidias moliri cognouit, & iratus noua in eum exempla meditabatur. Liuiæ tandem consilio vsus mitior est factus, cúmque separatim in cubiculum vocauit: vbi eius ingratitudinem exprobrando: Vitam, inquit, Cinna tibi iterum do, prius hosti, nunc insidiatori: & pariter contendamus, vtrùm ego melius iterum tibi vitam dederim, an tu debeas. Seneca *de Clementia.*

Cinnăbări, siue Cinnabarim, κιννάβαρι. Plin. *lib.* 37. *cap.* 7. saniem putauit esse draconis elisi elephantorum morientium pondere, permisto animalis vtriusque sanguine. Quod tamen falsum esse manifestius est, quàm vt debeat refelli. Dioscorides à minio diuersum esse ostendit, quòd Cinnabari ex Libya, minium ex Hispania afferatur: quid tamen re vera esset, non indicauit. Hoc tantùm testatur, tam exiguam eius copiam afferri solere, vt vix variandis in pictura lineis pictoribus sufficeret. Quod autem hodie Cinnabrium vocant, ex sulphure & argento viuo simul vstis conficitur.

Cinnamologus, auis Arabiæ, proinde ita vocata, quòd in excelsis nemoribus texit nidos ex fruticibus cinnami, & quoniam non possunt ibi homines conscendere, propter ramorum altitudinem & fragilitatem,

eosdem

eosdem nidos plumbatis appetunt iaculis, ac sic cinnama illa deponunt, & pretiis amplioribus vendunt: eo quod cinnamum illud magis, quam alia mercatores præbent.

Cinnamomum. {קנמון cinnamon. κιννάμωμον.} Frutex duorum cubitorum altitudine amplissimus, palmique minimus, quatuor digitorum crassitudinis, statim a terra sex digitis surculosus, arido similis, quum viret non odoratus, folio origani, siccitate gaudens, sterilior imbre ceu diuersæ naturæ. Tu mihi Cinnamomum, tu tota. Plaut. *Curc. sc.* 2. *a.* 1. Gignitur in planis, sed densissimis in vepribus rubisque, difficilis collectu. Lege apud Plin. *lib.* 12. *cap.* 19. Theophrastum *lib.* 9. *cap.* 4?. Genera eius plura esse, inquit Diosc. *lib.* 1. patrium sibi nomen vindicantia. Præfertur tamen Mosyliton, quod Casiæ, cui Mosylitis nomen est, aliquam refert effigiem. Plura *loco citato*. Malumus enim hæc ex fontibus ipsis petas, ne nos librum immensum grauemus. Barbaris tamen Corollarium, quoniam rem fere omnem in compendio explicat, adscripsimus. Cinnamomum in partes quinque concidunt: præcipua bonitas tenuissimis ad longitudinem palmi, paulove amplioribus, secunda proximis breuiore mensura. Vilissimæ quæ radicem antecedunt, quoniam ibi minimum corticis, in quo summa gratiæ, qua de causa præferuntur cacumina, vbi plurimus cortex. Ipse frutex duorum cubitorum altitudine amplissimus, palmique minimus quatuor digitorum crassitudinis, statim à terra sex digitis surculosus, arido similis, quum viret non odoratus, folio origani, siccitate gaudens, sterilior imbre, ceu contraria cæteris natura. Gignitur quidem in planis, sed densissimis in vepribus rubisque, difficilis collectu. Verior sententia est, nasci in Æthiopia, Troglodytis connubio permixta: non vt Herodotus, quo situ Liber pater educatus esset, ex inuiis rupibus auiumque nidis peti, & priuatim Phœnicis: neque vt alij, in Arabia. Igitur mercantes illi à conterminis vergunt per maria vasta ratibus, sine gubernaculo, sine remis ac velis, sed hyberno per brumam, Euris tum maximè flantibus. Primus hic portus Gebanitarum Ocila, siue Acila, vt Strabo, Ptolemæus Ocelis. Produntur vix quinto anno reuerti mercatores, & interire multos. Contrà reuehunt vitrea, & ænea, vestes, fibulas, cum armillis ac monilibus. Ipsum lignum in fastidio est propter Origani acrimoniam. Xylocinnamomum vocatur. Pretium in libras 10. Quidam Cinnami (nam & Cinnamum dicitur) duo genera tradidêre, candidum, nigricánsque. Et quondam præferebatur candidum. Nunc contra nigrum commendatius, autore Plinio: atque varium etiam præferunt candido, certissimo argumento, si sit scabrum: atque vt inuicem teritum contumaciter feriatur & inhorrescat. Improbatur molle in primis, aut cui albicat cortex. Ius eius à Gebanitarum rege solo proficiscitur. Is, edicto mercatu vendit. Pretio quondam fuere in libras denariorum mille. Auctum id parte dimidia est, incensis (vt ferunt) syluis ira barbarorum, aut etiam fortè fortuna, quoniam Austri tam ardentes ibi afflare solent, vt æstatibus syluas accendant. Coronæ veteribus fiebant ex Cinnamomo, interrasili auro inclusæ. Radicem eius magni ponderis aureæ pateræ impositam vidisse, Plin. meminit, ex qua guttæ editæ, annis omnibus in grana durabantur. Pseudocinnamomum, Galenus, Cinnamomidam quoque appellari scribit. ¶ Cinnamomum etiam hodie in officinis nomen retinet: vulgus à quadam canalium figura *Canellam* appellat.

Cinnamum, κίνναμον, frutex, siue arbuscula nascens apud Gebanitas, in finibus Troglodytarum, præstantissimum exudans odoramentum, quod & ipsum Cinnamomum dicitur. Vide Plin. *lib.* 12. *cap.* 19. Ouid. 3. *Fast.*

Cinnama tum primùm captiuaque thura dedisti.

Cinnaris, herba est, autore Plinio, quæ ceruis aduersùs venenata pabula est remedio, *lib.* 8. *cap.* 7. Ceruus herba cinnare venenatis pabulis resistit.

Cinnus, per duplex nn, est plurimarum rerum, præsertim liquidarum, commistio: nam aliquibus potionis genus ex multis liquoribus confectum putatur, quod κυκεῶνα Græci appellant. {GALL. *Entortillement de cheueux, ou meslange de plusieurs choses.* ITAL. *Vna mescolanza ò mescuglio di piu cose.* GERM. Ein vermischung von allerley dingen. HISP. *Mescla ò composicion de cosas diversas.* ANGL. *The rolling together of the heare in plattes, or mingling of many thinges.*} Cicer. *de Orat.* Cinnus vtriusque particeps, vel vtriusque, si verum quærimus, expers. Et eleganter Picus Mirandula *ad Angel. Poli.* Tu ita vtrunque imples, vt vtram malis, haud satis constet, qui & Græcam & nostram Mineruam pulchrè amplectaris, quasi cinnus vtriusque linguæ: vt quæ insitiua sit, quæ genuina, non facilè discerni possit.

Cinxia, Iuno dicebatur, quòd nuptiis præesset. γαμήλιος. Initio enim coniugio soluebatur cingulum, quo noua nupta erat cincta. Festus.

Cinyras, κινύρας Suidæ, Cypri rex fuit, qui cum filia Myrrha, astu nutricis deceptus, concubuit: ex qua & Adonin suscepit, quem Venus postea in deliciis habuit: qui quum maiore animo, quam viribus, feras sectaretur, apri dente in inguine vulneratus, interemptus fuit, & in florem Anemonem conuersus. Vide Ouid. *lib.* 10. *Met.* Vbi Naso satis indicat huius Regis regionem opulentissimam fuisse: vnde locus factus prouerbio, Cinyræ opes, κινύρου πλοῦτος, de immensis diuitiis dici solitum. Adagij meminerunt Plato *de Leg.* 2. & Suidas.

Cios, Phrygiæ emporium fuit, à Milesiis conditum eo in loco, qui Ascania Phrygiæ appellatur. Plin. *lib.* 5. *cap.* 32.

Ciperium, (quod hic corruptè legebatur.) vide *Cyperos.*

Cippus, columnam significat, quæ cum inscriptione ad conseruandam rei alicuius memoriam soleat erigi. {ציון *tsijun* תמרור *tamrur* גל *ghal. cáda.* ANGL. *A litle hill or mark called a barrow or geall.*} cuiusmodi etiam in defunctorum monumentis erigi consueuerunt. Horat. 1. *serm. Sat.* 8.

Hoc miseræ plebi stabat commune sepulchrum,
Pantolabo scurræ, Nomentanóque nepoti.
Mille pedes in fronte, trecentos cippus in agrum
Hic dabat: hæredes monumentum ne sequeretur.

¶ Cippus item instrumentum erat ligneum, quo seruorum & captiuorum pedes colligabantur.

Ciranius, vir fuit Lycius, & Sarpedonis comes, quem, teste Homero in *Iliade*, Vlysses in bello Troiano interfecit.

Circa, Præpositio est accusatiuo seruiens casui, Iuxta, circum. {סביב *sabib.* κύκλῳ *hál* ... GALL. *Enuiron, pres.* ITAL. *Intorno.* GERM. Bey oder vmb/ im ringe weyß. HISP. *En derredor.* ANGL. *About, or nigh by.*} Cic. *de Lege Agrar. contra Rullum*, Quum Rullus Capuam & vrbes circa Capuam occuparit. Idem 3. *in Verr.* Aiebat multa sibi opus esse, multa canibus suis, quos circa se haberet. Circa se habere. {GALL. *Autour de soy.*} Suet. *in Aug. cap.* 49. Circa A. Cornelium, &c. Liu. *lib.* 4. *ab vrb.* Circa ima labor est scandenti. Quint. Circa scholas assiduus. Suet. *in Tiber. cap.* 11. ¶ Ponitur & pro Circiter, vt tempus denotet. Plin. *lib.* 8. *cap.* 18. Nec amplius, quàm circa sextum mensem visantur. Circa Demetrium. i. circum eius ætatem & tempora. Quint. *cap.* 4. *lib.* 2. Circa primos annos iuuentutis eum amisit. Sen. *de consol. ad Pol. cap.* 25. Item Circa tot sestertia. i. Circiter. Suet. *in Claud. c.* 6. ¶ Pro aduersus. Plin. *epist.* 9. *lib.* 3. Circa Hispanum & Probum multum sudoris. Pro apud, Curt. *lib.* 3. Circa regem erat & Phrygum turba & Macedonum. Pro de, Plin. *lib.* 8. *cap.* 16. Varia circa hæc opinio. Pro iuxta. Idem *lib.* 8. *cap.* 33. Circa caprificos ferus, innoxius alioqui. Pro in, Quint. *in Proœmio lib.* 8. Præcipuè circa partis huius præcepta elaborauit. Horat. 2. *Carm. Ode* 5.

Circa virentes est animus tuæ Campos iuuencæ.

¶ Circa Demetrium, pro Circa Demetrij tempora. Quint. *lib.* 1. *cap.* 4. Circa Demetrium Phalereum institutum ferè constat. Inuenitur etiam aduerbialiter positum, & sine casu. Cic. *ad Attic. lib.* 2. Nostram ambulationem, & Laconicum, eaque quæ circa sint, velim, quem poteris, inuisas. Suet. *in August. cap.* 64. Circa adæquetur. (i. propè.) ¶ Hinc fiunt composita, Quocirca, & Circumcirca: de quibus suis locis.

Circada, nomen exactionis, aut vectigalis.

Circanea, auis dicitur, quæ volando circuitum facit. Festus.

Circe, Κίρκη, {GERM. Ein grosse vnhold / oder zauberin.} Solis & Perses Nymphæ filia, & Æetæ Colchorum regis soror veneficiorum peritissima: quæ Sarmatarum rege, cui nupserat, veneno sublato, regnoque per scelus parto, quum crudeliùs imperaret, ab incolis pulsa, in Italiam profugit, & in Circæo monte (qui antiqui olim Latij terminus erat, & efficacissimis herbis abundabat) sibi sedem delegit: vbi quum Glaucum marinum Deum adamaret, Scyllam puellam, quam ille deperibat, infectis fontibus, in monstrum marinum commutauit: Vlyssem item, vi tempestatis ad se delatum, hospitio suscepit, sociósque eius, quos in porcos commutauerat, eidem restituit: cui & Telegonum filium peperit. Solum nec doctæ verterunt pocula Circes. Tib. *lib.* 4.

Quamuis illa Circe foret, &c.
Apta vel herbis, vel cantu mutare figura.

Postremo & Picum Latinorum regem, quod vxorem suam nomine Canentem sibi præferret, in auem sui nominis commutauit.

Circæus, a, um, κιρκαῖος, vt, Circæus mons, & Circæum oppidum, quod & Cyrcæos quidam appellarunt. Suet. *in August. cap.* 16. Circeios in perpetuum relegatus Lepidus. ¶ Hinc & Circæenses populi, Liu. *lib.* 6. Ad hoc Latini Hernicique accesserunt, & Circæensium quidam. Cic. *lib.* 4. *de nat. deor.* Quanquam Circem quoque coloni nostri Circeienses religione colunt. Circæi verò quondam insula fuit immenso mari circundata (si Homero creditur,) vbi Latium antiquum terminabatur. Strab. *lib.* 5. Post Antium Circeium est stadiorum ducentorum, & nonaginta, mons mari & paludibus instar insulæ circundatus. Habet etiam castellum, & Circes sacellum, & Mineruæ aram. Virg. *lib.* 6. *Æneid.*

Proxima Circææ raduntur littora terræ,
Diues inaccessos vbi Solis filia lucos
Assiduo resonat cantu.

Vide plura apud Hom. 10. *Odyss.*

Circæo poculo, Cic. de homine subitò in alium mutato dixit, *actione in Verr.* 1. Sic repentè è vestigio ex homine tanquam aliquo Circæo poculo, factus est Verres: redit ad se atque ad mores suos. Sic dicimus Virga Circæa, qua Circe credebatur mentem adimere, ac reddere: pecudes facere ac homines.

Circelli, dicuntur circuli & monilia.

Circes domus, oppidum Campaniæ Pomponio. Strabo Circæum vocat, à quo Circeij. Plin. tradidit Circeos insulam aliquando fuisse immenso mari circundatam, mox continenti adnexam. Circeij, Ciceroni Circeienses dicti *lib.* 3. *de nat. deor.* Vide præcedentia & sequentia hic statim, & *Pontina* in P.

Circeum, promontorium Tusculorum, Ptolemæo, alio nomine *Sancta felicitas.*

Circæa, κιρκαία, herba est strichno satiuo similis, flore nigro & pusillo, semine milij magnitudine, nascente in quibusdam corniculis, radice semipedali. Autor est Plin. *lib.* 27. *cap.* 8. ¶ Fuerunt qui eandem crederent cum Circæo, quod tamen falsum esse ex vtriusque descriptione facilè deprehenditur.

Circæium, herba quæ & Mandragora dicitur. Vide Plin. *lib.* 25. *cap.* 13.

Circenses, ludi, vel Circenses, sine adiectione, Certaminis curulis genus erat, in honorem Consiliorum Dei institutum: ἱπποδρομίαι, ita dictum quòd in circo peragerentur, non autem ab ensibus (vt Seruius nugatur,) in circuitu dispositis. Liuius, Tum primùm circo, qui nunc maximus dicitur, designatus est locus, diuisa loca Patribus, Equitibusque vrbis, vt spectacula sibi quisque facerent. Virg. 8. *Æneid.*

Nec procul hinc Romam & raptas sine more Sabinas
Consessu caueæ, magnis Circensibus actis Addiderat.

Circensibus plebeiis. Suet. *in Tib. cap.* 26. ¶ Circensium ludorum, septem erant curricula solemnia. Gell. *lib.* 3. *cap.* 10. ex Varrone. ¶ Circense tomentum dicitur quod fit ex summitatibus palustrium arundinum mollibus, lanæ similibus. Mart. *lib.* 14.

Tomentum concisa palus circense vocatur:
Hæc pro Lingonico stramina pauper emit. Sen. *c.* 25. *de vita beat.*

Circerus, Nauis Asiana prægrandis, vt inquit Nonius. Plaut. *in Stich.* Quum percunctor portitores, ecquæ nauis venerit ex Asia, negant venisse. Conspicatus sum interim circerum, quo ego meliorem non vidisse censeo.

Circinus, Instrumentum quo circuli vertendo designantur. {מחוגה *mechugáh.* διαβήτης. GALL. *Compas.* ITAL. *Sesto, compasso.* GERM. Ein circkel. HISP. *El compas.* ANGL. *A paire of compasse.*} Plin. *lib.* 2. *cap.* 15. Omnia autem hæc constant ratione circini semper indubitata.

Circino, as, Rotundum facio. {חגג *chágh.* περιάγω. GALL. *Circuit, estendre en rond, tournoyer à l'entour, faire vn cercle auec le compas.* ITAL. *Ritondare, compassare, circuire.* GERM. Circkeln. HISP. *Rodear ò compassar con compas.* ANGL. *To turne round about, to measure with a compasse.* } vel Circino, circulum facio. Plin. *lib.* 16. *cap.* 38. Cætera mensarum genera filis arboribus circinantur in pulpam. ¶ Significat etiam Circumire: vt, Circinare auras, apud Ouid. 2. *Met.*

Sic super Actæas agilis Cillenius arces
Inclinat cursus, & easdem circinat auras.

Circinatio, nis, verbale. {חוג *chugh.* περιαγωγὴ, περιέλευσις. GALL. *Entournement, enuironnement, tour, circuition de compas.* ITAL. *Circuitione, circuito.* GERM. Ein circklung oder umbgang des circkels. HISP. *Rodeo, obra de rodear ò compassar.* ANGL. *A turning round about, measuring with a compasse.* } Plin. & Bud. vt, Circinatio Solis.

Circinatò, aduerbium. {סביב *sabib.* γυροειδῶς, κυκλοειδῶς. GALL. *En rond, tournoyant en rond.* ITAL. *Circundatamente.* GERM. In circkels weyß. HISP. *En rodeo, en corillo.* ANGL. *By round turning, in maner of a compasse.* } Plin.

Circiter, à Circa fit, idémque significat: & refertur modò ad tempus. {בערך *bal* ב *ebe.* περί, ἀμφί. GALL. *Enuiron, pres ou enuiron.* ITAL. *Intorno.* GERM. Umb herumb. HISP. *Cerca, poco mas ò poco menos.* ANGL. *About.* } Plaut *in Most.* Redito huc circiter meridiem. Cæsar. 1. *bell. Gall.* Ita dies circiter quindecim iter fecerunt. Item, Equites circiter trecenti. Idem *lib.* 1. *de bell. ciuil.* Cicer. *ad Attic.* Non circiter Kalendas, aut in Formiano erimus, aut in Pompeiano. Modò ad numerum. Salust *in Catil.* Sed ex omni copia circiter pars quarta erat militaribus armis instructa. Modò ad locum. Plaut. *in Cist.* Loca hæc circiter excidit mihi. ¶ Circiter aduerbium. Cic. *ad Att.* Verùm hæc in Arpinati ad sextum circiter Idus Maias non defleamus. Cassius *Hemina*, Lapidem fuisse quadratum circiter in media arce iunctum.

Circiter, ad tempus solum pertinere Priscianus existimauit. Contrà Valla (quod verius est, nec latuit etiam interpretes nostros) ad numerum frequentiùs refert. Adrian. Card. *de Offic. ord. lib.* 6. & Specul. *de Dispus. & Alleg.* §. 4.

Circites, Circuli ex ære facti, teste Festo. Est & genus oleæ, apud Colum. *lib.* 5. *cap.* 7.

Circius, vel cercius, ventus nulli violentia inferior: sic dictus, quòd omnia turbet, ac circumuertat. Hic peculiaris est Galliæ Narbonensis: de quo Gellius, Galli ventum ex sua terra flantem, quem sæuissimum patiuntur, Circium appellant à turbine, opinor, eius ac vertigine. Lucan.

——*solus sua littora turbat*
Circius, & tuta prohibet statione Menœchi.

Ventus Circius, quum loquare buccam implet: armatum hominem, & plaustrum oneratum percellit. Cato *Cercium*, non Circium appellat. ¶ Est item Circius Tauri montis pars apud Plin. *lib.* 5. *cap.* 27.

Circitores, vide *Circuitores.*

Circlus, (quod hic pro insula Mysiæ adiacente corruptè legebatur) vide *Cyzicus.*

[Circo, as. Gloss. Circat, & circitat, κυκλεύει. circito, περιέρχομαι. Circitor, lustrator, περιοδευτής. Gloss. Isid. circat, circumuenit. Inde *Circare.* {ITAL. *Cercare.* GALL. *Cercher*, quærere.}]

Circos, κίρκος, auis est ex Accipitrum genere, altero pede clauda, prosperrimi augurij in nuptialibus negotiis, & rè pecuaria. Autor Plin. *lib.* 10. *cap.* 8. Vide infra *Circus.*

Circueo, ablato m, vel Circumeo, Circundo, eo circum. {סבב *sabab.* περιέρχομαι. GALL. *Aller à l'entour, enuironner, circuir, tournoyer.* ITAL. *Andare intorno.* GERM. Rings weyß umbgehn. HISP. *Andar ò cercar en derredor.* ANGL. *To go about, to compasse, to enuironne.* } Cic. *Att. lib.* 4. Antonij consilia narrabat illum circuire veteranos. Rectiùs scribitur per m: quæ tamen inter pronuntiandum eliditur. Vide *Circumeo.*

Circuitor, Circuitio, Circuitus, vide *Circumeo.*

Circulator, Circulo, Circulus, vide *Circus.*

CIRCUM, præpositio. } סביב *sabib.* עבר *bal* περί. GALL. *A l'entour, autour.* ITAL. *Intorno.* GERM. Umbherumb. HISP. *En derredor.* ANGL. *About.* } & componi solet, & separari. Separata locum tantùm significat, sicut & composita: vt, Circum theatrum. Plaut. *Merc. sc.* 5. *a.* 2. Vitij probrique plena, quæ circum vicinos vagas. Idem *Most. sc.* 4. *a.* 1. Da ab Delphio cantharum circum. Quandoque pro Ad. Suet. *in Ner. cap.* 47. Mittere circum amicos (i. ad amicos.) Dimisit circum prouincias. Idem *in Aug. cap.* 64. ¶ Quandoque loco aduerbij ponitur. Virg. 4. *Æneid.*

Anne vides toto properari littore circum?

Gell. *cap.* 5. *lib.* 4. Quem sol oppositu circum vndique aliarum ædium, nunquam illustraret. Idem *cap.* 24. *lib.* 13. circum vndique. Pro circa aduerbialiter. Tacit. *lib.* 4. Itaque quamquam diuersis super rebus consulerentur, aram clementiæ, aram amicitiæ, effigiésque circum Cæsaris, ac Seiani censuere. Apud Liuium *lib.* 2 *dec.* 5. motum significat. Inde legatio sub idem tempus in Asiam circum insulas missa. Componitur verò cum dictionibus ab a, incipientibus, vt Circumago: c, vt Circuncido: d, vt Circunduco: e, vt Circumeo: f, vt Circunfluo: i, vt Circuniacio, à quo Circumiectus: l, vt Circunlinio: m, vt Circummunio: n, vt Circumnascor: p, vt Circumpono: q, vt Circunquaque: s, vt Circunscribo: t, vt Circuntedi: v, vt Circunuenio. Verum iuncta vocalibus integra scribi, sed non proferri debet, vt circumago, circumeo scribuntur, sed proferantur circuago, circueo. Vnde Priscianus ait, Circumeo, & circumago, & similia non paterentur elisionem in pronuntiatione, si transiret in sequentem syllabam. Si verò iungantur cum c, d, f, q, t, mutaturum in n: vt Circuncido, Circundo, Circunfero, Circunquaque, Circuntuli. Cum aliis remanet m, integra: vt, Circumiectus, Circumuolo. ¶ Differunt autem Circa, Circiter, & Circum, quòd Circa temporis est & loci: Circiter temporis & numeri, & rarò loci: Circum semper loci, quemadmodum ex exemplis, quæ posuimus, apertè intelligitur. Nam differentia à Sosipatro tradita *lib.* 1. nimis est angusta.

Circunaggero, as, {περιχωννύω, ἢ περιχώννυμι. GALL. *Assembler autour, amonceler à l'entour.* ITAL. *Adunare, amucchiare.* GERM. Umbher zusammen schauffen, rings herumb auffwerffen. HISP. *Amontonar en derredor.* ANGL. *To heape or cast a heape about.* } Plin. *lib.* 19. *cap.* 5. Terra minuta, fimóque circunaggeratas resistere frigori radices.

CIRCUMAGO, is, significat circunduco. {חגג *chágh.* περιάγω, περιστρέφω. GALL. *Mettre autour, tournoyer çà & là, faire tourner en rond.* ITAL. *Menare intorno, in volta, e ogni intorno.* GERM. Umbtreyben. HISP. *Traer en cerco.* ANGL. *To driue or turne about.* } Liu. 1. *ab Vrbe.* Prius penè quam Romulus, quique cum eo equites erant, circumagerent frænis equos, terga vertunt. Circumegit & flexit, (i. mitigauit, & iis vsus est ex arbitrio.) Suet. *in Cæs. cap.* 70. Circumagi momentis alieni animi: i. pro alieno arbitrio versari. Liu. 9. *d.* 4. Circumagitur sic orbis prouerbij forma. Idem 2. *d.* 5. Circumagere molas. Gell. *cap.* 3. *lib.* 3. Circumegit interim se animus. Liu. 9. *ab vrb.* Circumactus animus Imperij. Idem *lib.* 6. *dec.* 4. & *lib.* 6. *ab vrb.* Plin. *lib.* 2. *cap.* 3. Circumagitur orbis vigintiquatuor horarum spatio. Apuleius, Nudúmque hominem circumagens omnibus ostendebat. ¶ Interdum insequor, fugo, ἐλαύνω. Curtius, Nec vulneratum, & ferè semineçem circumagere destiterunt. Circumagere aliquando est Liberare, manumittere. Seneca, Philosophiæ seruias oportet, vt tibi contingat vera libertas. Nam qui se illi subiecit, circumagitur. nam Philosophiæ seruire libertas est. Circumagebantur autem olim serui, i. vertebantur à lictore, quum vindicta apud prætorem manumitterentur. Persius *satyr.* 5.

——*heu steriles veri quibus vna Quiritem*
Vertigo facit.

Et, Verterit hunc dominus, &c. ¶ Inde Circumactus verbale. Conuersio, siue motus in gyrum. περιαγωγὴ. Plin. In ponte prætenui duabus capellis obuiis è diuerso, circumactum angustiæ non caperent, nec reciprocationem longitudo.

Circumactio, περιαγωγὴ, περίοδος. Gell. *lib.* 17. *cap.* 20. Ἐνθύμημα, crebrum, & coruscum, & conuexum, breuibúsque & rotundis numeris, cum quadam æquabili circumactione deuinctum.

Circumambulo, as, Circumeo, circundo. {περιπατέω. GALL. *Aller ou cheminer à l'entour.* ITAL. *Andare ò caminare intorno.* GERM. Herumb wandern. HISP. *Andar ò ir en derredor.* ANGL. *To go or walke about.* } Paul. *in l. possideri. in princ. ff. de acquir. poss.* Vt qui fundum possidere velit, omnes glebas eius circumambulet.

Circumaro, as, are, Arando circundo. {περιαρόω. GALL. *Labourer autour, arer tout à l'entour.* ITAL. *Arare, lauorare intorno il terreno.* GERM. Umbher eren. HISP. *Labrar la tierra en derredor.* ANGL. *To plough, till or ere about.* } Plin. *lib.* 18. *cap.* 3. Quantum quis vno die plurimum circumarauisset.

Circumaspicio, is, {περιβλέπομαι. GALL. *Regarder tout à l'entour, ietter sa veue de costé & d'autre.* ITAL. *Guardar' intorno.* GERM. Hin vnd her sehen, rings umbher anschawen. HISP. *Mirar en derredor.* ANGL. *To looke about, to cast his sight hither and thither.* } Plin. *lib.* 8. *cap.* 33. Nec pupillæ motu, sed totius oculi versatione circumaspicit.

Circumcelliones, dicti sunt, qui circum cellas vagantur, ἀλῆται. Solent enim ire hac atque illac, nusquam habentes sedes.

CIRCUNCIDO, is, Circum, vel per circulum incido & amputo, demo, reseco. {מול *mûl.* περιτέμνω. GALL. *Couper tout entour, cerner.* ITAL. *Tagliare intorno.* GERM. Rings umb beschneyden, umbhawen. HISP. *Cortar en derredor.* ANGL. *To cute about.* } [Tertull.

Quod falsi fratres se circuncidere suasos.]

Col. *lib.* 3. Eiusdem spatij corticem circuncidito, & materiem deliberato. ¶ Circuncidere vngues, i. circum purgare & radere. Cels. *lib.* 7. *cap.* 26. Medicus diligenter vnguibus circumcisis, &c. ¶ Circuncidere vinum, pro eo quod est, vini vsu interdicere. Idem *lib.* 4. *cap.* 20. Deinde vbi ad se redit, circuncidendum vinum est in totum annum. Idem *lib.* 6. *cap.* 9. In dentium autem dolore, qui ipse quoque magnis tormentis annumerari potest, vinum ex toto circuncidendum est, i. vinum omnino non est bibendum. Circuncidenda concursatio per errantium domos. Sen. *cap.* 12. *de tranq.* ¶ Circuncido absolutè positum. Cic. 5. *de fin.* Quæ sit scientia atque ars agricolarum, quæ circuncidat, amputet, erigat.

Circuncisus, participium, resectus, amputatus. {מול *mûl.* περιτετμημένος, περικεκομμένος, ἀπότομος. GALL. *Circoncis, coupé tout entour.* ITAL. *Circuncisò ò tagliato di intorno.* GERM. Umbgehawen, beschnitten. HISP. *Cortado en derredor, circuncizo.* ANGL. *Circumcised, cut about.* } [Arator,

Circumcisus adest, & iure renascitur vndis.]

Plin. *lib.* 14. *cap.* 19. Quod circuncisis vinaceis profluxerit. Cic. 2. *de fin.* Vt sapiens solùm amputata, circuncisáque inanitate, & errore, naturæ finibus contentus. Quint. Circuncisa expositio. σύντομος. Sen. *cap.* 12. *de consol. ad Elbiam.* Circuncisæ sunt peregrinantium sarcinæ.

Circuncidaneus, a, um, περιτμητὸς, περίτομος: vt, Vinum circuncidaneum, quòd scilicet postremò exprimitur vinaceis, vbi fluere desierint, circunquaque accisis. {ὁ δεύτερος οἶνος, ὁ γενόμενος μετὰ τὴν τῶν στεμφύλων θλίψιν, ἐπιτομάδης οἶνος. GALL. *Vin de pressurage.* ITAL. *Vino di torcol.* HISP. *El agapite.* } Cato *c.* 23. Tortiuum mustum circuncidaneum suo cuique dolio diuidito, additóque pariter.

Circuncisitius, a, um: vt, Circuncisitium vinum, idem quod circuncidaneum. Varro *de re rust. lib.* 1. *c.* 54. Quum desiit sub prælo fluere, quidam circuncidunt extrema, & rursus premunt: & rursus quum expressum, circuncisitium appellant: ac seorsum quod expressum est seruant, quod resipit ferrum.

Circuncise, aduerb. συντόμως. Sueton. *de clar. Rhet.* Tunc ne vsquequaque scholasticus existimaretur, circuncisè, ac sordidè, & tantummodo triuialibus verbis egit, verùm rarius. Quintil. Circuncisè rem ponere ante oculos.

Circuncisio, nis, {מילה *miláh.* περιτομή, περικοπή. GALL. *Circoncision, rongneure & coupeure tout à l'entour.* ITAL. *Circuncisura, taglio fatto tutto intorno.* GERM. Umbhawung, beschneidung. HISP. *Aquella cortadura in cerco.* ANGL. *Circumcision, cutting about.* } [Arator,

Posse lauacra dari, quam circuncisio carnis.]

Lact. *lib.* 4. *cap.* 17. Sed iræ atque inuidiæ suæ alias causas præferebant, quàm circuncisionem faceret.

Circuncisura, æ, περιτομή. Incisio in orbem facta. Plin. *lib.* 16 *cap.* 30. Stantésque a circuncisura siccatæ fideliores.

Circuncingo, is, Circundo. {περιζώννυμι, περιδέω. Gall. *Ceindre tout à l'entour*. Ital. *Circundare, cingere intorno*. Germ. Rurings vmbgürten. Hisp. *Ceñir en cerco*. Angl. *To compasse or girde about.*} Sil. *lib.* 10.

Ceu fera quæ telis circuncingentibus v lerò
Assilit in ferrum, & per vulnera colligit hostem.

Circuncirca, compositum ex duabus præpositionibus, Ab omni parte. {סביב סביב *sabib sabib*. ἀμφὶ, [illegible]. Gall. *Deçà & delà, de toutes parts, tout à l'entour, de tous costez*. Ital. *D'intorno*. Germ. Vmb vnd vmb, allenthalben. Hisp. *Cercar, ò en derredor*. Angl. *Round about, on all partes.*} vt, Circumcirca prospicere. Plaut. *in Aulul. sc.* 2. *a.* 3. Occepit ibi scalpturire vngulis Circuncirca.

Circuncludo, is, si, sum, Vndique claudo, constringo, {περικλείω. Gall. *Enclorre, enfermer de tous costez, entourer*. Ital. *Serrare tutto intorno, chiudere da tutti i lati*. Germ. Allenthalben beschliessen. Hisp. *Cerrar, encerrar in cerco*. Angl. *To inclose or shut in.*} Plin. *lib.* 18. *c.* 35. Si nubes solem circuncludant. Cæsar 6. *bell. Gal.* Hæc studiosè acquisita ab labris argento circuncludunt, atque amplissimis epulis pro poculis vtuntur. Loquitur de cornibus Vrorum. Cic. *in Cat.* 5. Num inficiari potes, te illo ipso die meis præsidiis, mea diligentia circunclusum, commouere te contra Remp. non potuisse?

[Circuncolatus, circumhabitatio. Tertull.]

Circuncŏlo, is, colui, cultum, Circumhabito. {περιοικέω. Gall. *Demeurer & habiter és enuirons de quelque lieu*. Ital. *Habitare intorno*. Germ. Herumb wohnen. Hisp. *Morar cerca algun lugar*. Angl. *To dwel about or nigh by.*} Liu. *bel. Maced.* Is timor omnes, qui circuncolunt Bœben paludem, relictis vrbibus, montes coëgit petere. Vlpian. *l.* 1. *ff. de flumin.* Flumen à riuo magnitudine discernendum est, aut æstimatione circuncolentium, &c.

Circuncŏlumnium, locus est circunquaque porticus habens, vt saltem à tribus lateribus, qualia fieri in monasteriis solent. περικίονιον.

Circuncülcāre, Circuncirca conculcare. {κύκλῳ καταπατεῖν. Gall. *Fouller aux pieds tout entour*. Ital. *Calcare intorno*. Germ. Rurings vmbher zertretten. Hisp. *Hollar arocear ò pisar en derredor*. Angl. *To tread or trample about.*} Colum. *lib.* 5. *cap.* 6. Sin minus terra subacta, operiamus, & circunculcemus ipsum seminis codicem. *ibid.* Ac diligenter circunculcari.

Circuncurro, is, Discurro, huc illuc curro. {περιτρέχω. Gall. *Courir çà & là, courir à l'entour*. Ital. *Correre intorno*. Germ. Vmblauffen. Hisp. *Correr in cerco*. Angl. *To runne about or hither and thither.*} Senec. *cap.* 15. *de tranquill.* Circuncurrit tot scelerum turba. Quint. *lib.* 2. *cap.* 22. Hanc autem, quam nos materiam vocamus. i. res subiectas, quidam modò infinitam, modò non propriam Rhetores esse dixerunt, eiúsque artem circuncurrentem vocauerunt, quòd in omni materia diceret.

Circuncursō, as, are, frequentatiuum à Circuncurro. {περιθέω, περιτρέχω. Gall. *Courir de tous costez çà & là*. Ital. *Correre quà & là di intorno*. Germ. Vmbhinlauffen, hin vnd her rennen. Hisp. *Correr en cerco, de todas partes*. Angl. *To runne of ten to and frowe.*} Terent. *Heauton.* Hac illac circuncursa: inueniendum est tamen Argentum. Plaut. *Rud.* Omnia iam circuncursaui, atque in latebris omnibus Perreptaui quærere conseruam.

Circundo, Cingo, sepio, circumuallo, circumligo, &c. {סבב *sabab* הקיף *hikkiph*. περιβάλλω, περιλαμβάνω. Gall. *Enuironner, circuir*. Ital. *Circundare, attornare*. Germ. Vmbgeben. Hisp. *Cercar y redear*. Angl. *To compasse, to enuironne.*} Circumeo, περίειμι, inter se differunt: quoniam dicimus, Hercules circuiuit terram, non circundedit: & Annulus circundat digitum, non Circumit. Circuitus nomen vtrinque complectitur. Cic. *in Cat.* Vallo & fossa circundedi. Plaut. *in Asin.* Circundato me brachiis, meúmque collum circumplectere. Cæsar 3. *bel. Ciu.* Octauius quinis castris oppidum circundedit. Circundare ignes, & circum tecta subiicere dixit Cicero *orat. in Piso.* & 3. *in Catilinam.* Circundare vrbi mœnia. Circundat hostica. Liu. *lib.* 10. *d.* 4.

Circundătus, participium. {מוסב *musáb* מקף *mukkáph*. περιβληθείς. Gall. *Enuironné, enclos, entouré*. Ital. *Circumdato*. Germ. Der vmbgeben ist. Hisp. *Cercado*. Angl. *Compassed, enuironned.*} Cic. *in Cat.* tectis omnibus subiectos propè iam ignes, circundatósque restinximus. Horat. *Serm.* 1. *satyr.* 2.

Ad talos stola demissa, & circundata palla Plurima.

Armis circundatus, id est, armatus. Virgil. 9. *Æneid.* Celsus *lib.* 8. *cap.* 10. Quinto die idem faciendum, fasciæque circundatæ.

Circundolo, as, are, est circumquaque dolare seu polire. {περιπελεκίζω, περιξέω. Gall. *Doler de tous costez*. Ital. *Polir intorno*. Germ. Vmbhobeln vmb vnd vmb glatt machen. Hisp. *Dolar en derredor*. Angl. *To squate timber.*} Plin. *lib.* 16. *c.* 32. Sed maximè mirum, Antandri platanus etiam circundolatis lateribus restibilis sponte facta.

Circundūco, is, In orbem duco, huc & illuc duco. {חוג *chúgh*. περιάγω. Gall. *Mener à l'entour*. Ital. *Menare intorno*. Germ. Herumb füren. Hisp. *Traer en derredor*. Angl. *To leade about.*} Circunducere per vrbem. Senec. *c.* 12. *de tranq.* Plaut. *Merc. sc.* 2. *a.* 2. Aut tu circunduce exercitum (Metaphoricè.) Item, Circunducere, pro huc illuc ducere. Suet. *in Tiber. cap.* 6. Circunducere literas. Idem *in August. cap.* 87. Plaut. Aliquos mitte, circunducere exercitum. Cic. 2. *Philip.* Casilinum coloniam deduxisti, quod erat paucis annis antè deductu, vt vexillum videres, & aratrum circunduceres. Liu. 8. *ab Vrbe.* Placuit inde iam maiore conatu, animóque, ab vnius expugnatione vrbis ad perdomandum Latium victorem circunducere exercitum. ¶ Circunducere apud Iureconsultos metaphoricè pro abolere, & abrogare accipitur. Paul. *l.* 43. *ff. de re iudic.* Acta apud se habita si partes consentiant, potest iubere iudex eadie circunduci, nisi vel negotium, vel lis terminata est. Vlp. *l.* & *post edictum. ff. de iud.* Quòd si is, qui edictum peremptorium impetrauit, absit die cognitionis, tunc circunducendum erit edictum peremptorium. ¶ Circunducere aliquem per dolos, est decipere. [illegible]. Plaut. *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Per sycophantiam, atque per dolos. Eam circunducam lepidulè. ¶ Circunducere argento. *Ibid. sc.* 5. *a.* 1. Te velle amatam argento circunducere. Idem *Bacch.* Quadringentis Philippeis filius me & Chrysalus, circunduxerunt. Idem *in Asinar.* *sc.* 1. *act.* 1. Qua me, qua vxorem, qua seruum Sauream potes circunducere, aufer. ¶ Circunducere diem, transigere. Sueton. *in Neron. c.* 41. Reliquam diei partem per organa hydraulica noui & ignoti generis circunduxit.

Circundūctio, Deceptio, παραγωγή. Plaut. *Capt.* Nec pueri suppositio, nec argenti circunductio.

Circundūctus, us, {περιαγωγή. Angl. *Leading about.*} Circumactus. Macrob. *comment. lib.* 1. *c.* 1. Ex ipso enim circunductu orbium sonum nasci necesse est.

Circunductum, περίοδος. Quint.

Circŭmĕo, is, it, Ambio. {סבב *sabáb* הקיף *hikkiph* חמק *chamák*. περίειμι. Gall. *Aller à l'entour, enuironner, circuir, tournoyer*. Ital. *Andare intorno*. Germ. Vmbher gehn, rhuring vmbgehn. Hisp. *Andar, cercar en derredor*. Angl. *To go about.*} Circumire singulos. i. obire. Suet. *in Tib.* 11. Liu. *lib.* 1. *ab Vrbe.* Sed & ipse Romulus circumibat, docebátque, patrum id superbia factum, qui connubia vicinis negassent. Prædia circumire. Cic. *pro Cec.* Circumire aciem. i. obedire, Cæs. 2. *de bell. ciu.* per hortum circuit, ne quis se videat. Plaut. *Asin. sc.* 4. *a.* 1. Cùm omnes circumiuerim Cæsares. i. memorauerim sigillatim. Sen. *c.* 17. *de cons. ad Polyb.* An quasi mare omnes circuimus insulas? Plaut. *Men. sc.* 1. *a.* 2. Eum dixit circumire, vt me muliere interuerteret. (Translatum ab auibus prędam captantibus.) Idem *Ps. sc.* 2. *a.* 3. Circumiri muro & turribus. i. circundare. Cæs. 2. *bel. ciu.* Circumitos semel & iterum, Liu. *lib.* 7. *d.* 4. Non potuere vno anno circumiri (tot populi.) Plaut. *Curc. sc.* 2. *a.* 3. Circuiturum se amicos promisit post mortem. Senec. *c.* 34. *de tranquill.* Circumire vrbem cum donis, Liu. *lib.* 34.

Circuĭtus, particip. Circunductus. {מוסב *musáb* מקף *mukkáph*. ὁ περιαχθείς, περιειλημμένος.} Sen. *in Med.* Orbem circuitis cornibus alligat. i. circunductis, & totum globum cingentibus. Circuitis insulis. Suet. *in Aug. c.* 98. Circuito portu, Liu. *lib.* 7. *bell. Pun.*

Circuĭtus, us, ui, nomen verbale. {חוג *chúgh* סבב *mesáb*. περίοδος. Gall. *Tour, circuit, enuironnement*. Ital. *Circuito*. Germ. Vmbgang. Hisp. *El cerco ò obra de cercar assi*. Angl. *Circuite, compassing.*} Cicer. 2. *de nat. deor.* Circuitus enim Solis orbium quinque diebus LX. & CCC. quarta fere diei parte addita, conuersionem conficiunt annuam. Celsus *lib.* 3. *c.* 5. Sed tertianarum quartanarúmque, quarum & certus circuitus est, & finis integer est. Quint. *lib.* 10. Ergo etiam id fieri potest, vt maiore circuitu minor loci amplitudo claudatur. Orationis circuitus. Cicer. *de Orat.* In quo quæsitum est, in totóne circuitu illo orationis, quem Græci περίοδον, nos tum ambitum, tum circuitum, tum comprehensionem, aut continuationem, aut circumscriptionem dicimus: an in principiis solùm, an in extremis, an in vtraque parte numerus tenendus sit. Senec. *cap.* 11. *de cons. ad Mart.* Hoc quod Senectus vocatur pauci sunt circuitus annorum.

Circuĭtio, vel Circuitio, verbale. {סבב *mesáb*. περίοδος, [illegible]. Angl. *Going about, compassing.*} Liu. 3. *ab Vrbe*, Circuitio ac cura Ædilium plebis erat ad eos summa rerum ac maiestas Consularis imperij venerat. Ter. *in And.* Ita apertè ipsam rem modò loquutus, nihil circuitione vsus es. Cic. 2. *de Diu.* Ergo hic circuitione quadam deos tollens, certè non dubitat diuinationem tollere.

Circuĭtōres, siue circitores, vtrunque enim reperitur, publici vrbis custodes & vigiles, {περίπολοι, [illegible]. Angl. *Watches, pedlers.*} Hi à triumuiris, aut à præfecto vrbis constitui solebant, vt vrbem noctu circumirent, & ad cauenda incendia & arcendos fures. Dicuntur & circitores ab Vlp. *in l. quicunque. de inst. act.* quibus linearij, vel vestiarij linteum, aut vestem dant circumferendam, aut distrahendam.

Circŭmĕquito, as, are, Equo circumeo. {περιιππεύω. Gall. *Cheuaucher tout à l'entour*. Ital. *Caualcare intorno*. Germ. Vmbreyten. Hisp. *Caualgar en cerco*. Angl. *To ride about.*} Liu. *lib.* 10. *ab Vrbe*, Ne quam occultam in fraudem incautus rueret, duas turmas sociorum Latini nominis circumequitare mœnia atque explorare omnia iubet. Idem 9. *bell. Pun.* Cum equitibus Numidis circumequitabat vrbem.

Circŭmerrāre, {Angl. *To wander hither and thither.*} Seneca *controuers. lib.* 2. *in* 1. Neque turba lateri circumerrat.

Circunfĕro, Circumporto, circunduco, circungesto. {περιφέρω. Gall. *Porter deçà & delà*. Ital. *Portare intorno*. Germ. Herumb tragen, hin vnd her tragen. Hisp. *Traer en derredor*. Angl. *To beare or bring about.*} Salustius, Fuere item ea tempestate, qui dicerent Catilinam oratione habita, quum ad iusiurandum populares conscios sceleris sui adigeret, humani corporis sanguine vinum permistum pateris circuntulisse. Circumferre oculos. Liu. *lib.* 5. *ab vrb.* Circumferre bellum vbique, apud Liu. vt *lib.* 9. Circumferre, pro passim ferre. Suet. *in Cæs. cap.* 46. Et apud Plaut. *Amph.* Quin tu istanc iubes circumferri. i. lustrari. ¶ Per translationem ponitur pro lustrare, seu purgare. Virg. *lib.* 6.

Idem ter socios pura circuntulit vnda,
Spargens rore leui.

Nam lustratio à circumlatione dicta est, vel tædæ, vel furfuris.

[Circunlator, περιφορεύς. Gloss. Zodiacus, qui signa cœlestia circumfert. Vulcan.]

Circunlatus, a, um, deducta & circumlata oratio. Quint.

Circunfĕrentia, æ, {περιφέρεια. Angl. *Compassing, bringing about.*} Apuleius *Florider. lib.* 4. Nec lacunarium refulgentia, nec sedilium circumferentia.

Circunfirmāre, Circunsepire, circunquaque munire. {סמך *samách* סעד *saád*. περιστερεόω. Gall. *Affermir de toutes parts, munir tout entour, fortifier de tous costez*. Ital. *Fermare intorno, fortificare*. Germ. Rurings vmb oder allenthalben bewaren, befestigen. Hisp. *Cerrar en cerco, fortalecer*. Angl. *To hedge and mak strenthe on all partes.*} Colum. *lib.* 4. *cap.* 17. Nam vbi magna vis & incursus est pluuiarum, procellarúmque, vbi frequentibus aquis vitis labefactatur, vbi præcipitibus cliuis velut pendens plurima præsidia desiderat: ibi quasi quadrato circunfirmanda est agmine.

Circunflecto, is, circunflexi, circunflexum, in gyrum flecto. {חפף *chapháph*. περικάμπτω. Gall. *Tourner & retourner, faire tourner en rond, flechir à costé*. Ital. *Piegare intorno*. Germ. Herumb biegen. Hisp. *Doblegar ò inclinar en derredor*. Angl. *To bene or turne about.*} Virg. *Æneid.*

Constituit signum nautis pater vnde reuerti
Scirent, & longos vbi circumflectere cursus.

Circunflectio, {περικαμψις, Circunflexus. Angl. *Bowing about.*} Macrob. *comment. lib.1.c.21.* Zodiacum ita lacteus circulus, oblique circunflectionis occursu ambiendo amplectitur.

Circunflexus, particip. Vndique flexus. {חגור chaphúph. Angl. *Bowed or bought about.*} ¶ Inde Accentus circunflexus, περισπωμένη προσῳδία, ex acuto & graui factus.

Circunflexus, us, ui, nomen. {Gall. *Retour, flechissement de tous costez, reploiement à l'entour.* Ital. *Repiegamento en cerchio.* Germ. Ein vmbbiegung. Hisp. *Voluerse de todas partes.* Angl. *Bowing or turning about.*} Plin. *lib.8.c.11.* Vt & ipsos circunflexu facili ambiant. Idem *lib.2.c.1.* Cuius circunflexu teguntur cuncta.

Circunflo, as, are, Vndique afflo. {περιπνέω. Gall. *Souffler de toutes parts.* Ital. *Soffiare intorno.* Germ. Vmb vnd vmb anblasen. Hisp. *Soplar en derredor.* Angl. *To blow vpon on all partes.*} Cicer. 5. *Verr.* Sic est hic ordo quasi propositus atque editus in altum, vt ab omnibus ventis inuidiæ circunflari posse videatur. Circunflantibus Austris, Statius *lib.1.Theb.*

Circunfluo, Abundo. {נהר nahár. περιῤῥέω. Gall. *Abonder.* Ital. *Abundare.* Germ. Die völle oder vberfluß haben. Hisp. *Abundar y ser copioso.* Angl. *To abunde, to flowe or runne about.*} Cicer. *in Lal.* Et circunfluere omnibus bonis copiis, atque in omni rerum abundantia viuere. ¶ Propriè tamen circunfluere est circum aliquid fluere, decurrere. {περιῤῥέω. Gall. *Couler entour, aborder de toutes parts.* Ital. *Scorrere intorno.* Germ. Vmbfliessen/vmbrinnen. Hisp. *Correr lo liquido en derredor.*} Plin. id oppidum circumfluit amnis. ¶ Interdum Concurrere, conuenire. συῤῥεῖν. Idem, Postquam variæ vndique gentes circunfluxère. Circunfluentes copiæ. Quintil.

Circunfluens, περιῤῥέων. particip. vt, Circunfluens amnis oppidum. Cic. *pro Mur.* Circumfluente colonorum Aretinorum exercitu. Idem *de amic.* Circunfluens omnibus copiis. Idem *ad Att.* Ille noster amicus semper in laude versatus, circunfluens gloria.

Circunfluus, a, um, quod circumfluit. {περίῤῥοος. Gall. *Allant & courrant tout autour, abordant de toutes parts.* Ital. *Che va fuori di intorno.* Germ. Das vmbfleußt oder vmbrinnet. Hisp. *Cosa que corre en derredor.* Angl. *That floweth or runneth about.*} Ouid. 15. *Metam.*

Scinditur in geminas partes circunfluus amnis.

Plin. *lib.2. cap. 66.* Tellus medio ambitu præcincta circunfluo mari. ¶ Item in passiua significatione, Insula circunflua, quam aqua circunfluit. Ouid. 15. *Metam.*

Vnde Coronidem circunflua Tybridis alta
Insula Romulea sacris accesserit vrbis.

Circunfodio, is, in gyrum fodio. {περισκάπτω. Gall. *Fouïr à l'entour.* Ital. *Cauare intorno.* Germ. Vmbgraben. Hisp. *Cauar ò horadar en derredor.* Angl. *To delue about.*} Plin. *lib.17. cap.18.* Circunfodi autem omnibus annis in solstitio duûm cubitorum, scrobe bipedali altitudine.

Circunfossor, verbale. {περισκαπτὴς, ὁ τὸ κύκλῳ ὀρύσσων. Gall. *Celuy qui fouït à l'entour.* Ital. *Chi caua di intorno.* Germ. Vmbgraber. Hisp. *Cauador en derredor.* Angl. *He that delueth about.*} Plin. *lib.17.c.26.* Aut circunfossor iniurioso actu verberabit.

Circunfossura, æ, {περισκαφὴ, περιορυγὴ. Gall. *Fouïssure, ou fouïssement à l'entour.* Ital. *Cauatura di intorno.* Germ. Vmbgrabung. Hisp. *Cauadura en derredor.* Angl. *Deluing about.*} Plin. *ibid.* Cupressus aspernatur circunfossuram.

Circunforanea, domus, apud Apuleium, pro ea quæ mobilis & ambulatoria est facilis ad circunferendum, περιφερὴς οἶκος.

Circunforanea, hostiæ dicuntur non tam quæ circum fora, quàm quæ circum agros & vrbeis in ambaruali sacrificio circumferuntur: à circumferendo dictæ.

Circunforani, seu Circunforanei, qui circa fora crebrò versari solent, quales nugatores, impostoresque, qui fucis & strophis captant quæstum. {ἀγύρται. Gall. *Qui hante les marchez & lieux publics.* Ital. *Ciaratani.* Germ. Außschreyer/der auff allen marckten ist/Hanß in allen gassen/landfarer. Hisp. *Los que andan por los mercados.* Angl. *That haunteth the market places.*} Cicer. *pro Cluent.* Tum repente Aconitanum quendam C. Clodium pharmacopolam circunforaneum, qui casu tum venisset, aggreditur. Hieron. Garrulum nescio quem rumigerulum, circunforaneum. ¶ Æs circunforaneum, quod argentarij, qui circa forum Romæ habitabant, tractare solebant. Cic. *Attic. lib.1.* Tusculanum & Pompeianum valde me delectant, nisi quòd me ære, non Corinthio, sed hoc circunforaneo obruerunt, hoc est, ære alieno, quod fœnori sumpsi ab argentariis.

Circunforo, as, {περιτετραίνω. Gall. *Percer tout à l'entour, faire treux à l'entour.* Ital. *Forare, pertusare di intorno.* Germ. Vmbboren/durchboren/gerboren. Hisp. *Horadar en derredor.* Angl. *To perce and bore about.*} Plin. *lib.17.c.27.* Stipite ab ima parte circunforato.

Circumfremo. Senec. *c.7. de consol. ad Mar.* Circumfremunt nidos inanes auiculæ.

Circunfrico, {περιτρίβω. Gall. *Frotter tout entour.* Ital. *Fregare intorno.* Germ. Vmb vnd vmb reyben. Hisp. *Fregar en derredor.* Angl. *To rubbe about.*} Cato *c.26.* Priuas scopulas in dolia facito habeas illi rei, queis labra doliorum circunfrices.

Circunfulgeo, es, {περιλάμπω. Gall. *Reluire, & resplendir tout autour.* Ital. *Splendere intorno.* Germ. Vmbscheynen/vmbleuchten. Hisp. *Resplandecer en derredor.* Angl. *To shine or glister round about.*} Plin. *lib.2.c.37.* Hominum quoque capita vespertinis horis magno præsagio circunfulgent.

Circunfundo, is, Circuncirca fundo, circundo. {περιχέω. Gall. *Espandre à l'entour, enuironner d'humeur, arrouser tout à l'entour.* Ital. *Spargere intorno.* Germ. Ring vmbgiessen/vmbschütten. Hisp. *Derramar ò rociar en derredor.* Angl. *To sprinkle or powre out licour vpon.*} Cic. 2. *de nat. deor.* Terram autem esse infimam, quam crassissimus circunfundit aër. *Ibid.* Principio autem terra sita in media parte mundi, circunfusa vndique est hac animabili, spirabilique natura, cui nomen est aër. Circunfudit me luxuria & circunsonuit. Senec. 1. *de Tranq.* Circunfundere hostes pro Sternere & ad terram ruere, siue occidere. Liu. 4. *ab vrbe.* Postero die circunfusis iam magna ex parte hostibus, per auersam portam fuga turpi deferuntur.

Circunfusus, a, um, Circunfusus puer collo. Sen. *c.16. de consol. ad Elb.* Circunfusa Oceano insula. Vellei. Nam circunfuso consistit in aëre tellus. Tibul. *lib.4.* Ingentibus & maximè circunfusis bonis carere. Sen. *de consol. ad Polyb. c.9.* Item, Circunfundebatur noctu multitudo sagittariorum. Cæs. 3. *de bell. ciu.*

Circunfusio, nis, {περίχυσις. Angl. *Sprinkling or powring about.*} Iul. Firmicus *Mathesews lib.1.* Cœlum autus est rotunda formatio, quid terras, maria, cæteráque intra sese omnia ignei spiritus circunfusione complectitur.

Circungelatus, particip. {περιπεπηγὼς. Gall. *Glacé & gelé tout entour.* Ital. *Gelato intorno.* Germ. Vmb vnd vmb gefroren. Hisp. *Elado en cerco.* Angl. *Frized and congealed round about.*} Plin. *lib.13.c.13.* Sed qui circungelatus videri possit.

Circungemo, is. {περιστενάζω. Gall. *Geindre ou gemir à l'entour.* Ital. *Gemere intorno.* Germ. Vmbher seufftzen. Hisp. *Gemir en derredor.* Angl. *To mourne about.*} Horat. *Epod. 16.* Nec vespertinus circungemit vrsus ouile.

Circungesto, as, Circunferre. {περιφέρω. Gall. *Porter par tout.* Ital. *Portare quà & là, per tutto.* Germ. Vmbher tragen/oder fürtragen. Hisp. *Traer por todas partes.* Angl. *To beare about.*} Cic. *ad Quint. frat. lib.1.* Nam eam quoque epistolam T. Catienus circungestabat.

Circunglobo, as, {περισφαιρόω. Gall. *Amonceler, amasser & entortiller entour.* Ital. *Ingemmare, ammucchiare.* Germ. Ring vmb an ein kugel oder knüpfel machen. Hisp. *Denanar ò redondear ò amontonar en derredor.* Angl. *To gather about in heapes or plumbes.*} Plin. *lib.9.c.47.* Adeóque nihil non gignitur in mari, vt cauponarum etiam æstiua animalia, pernici molestia saltu, aut quæ capillus maximè celat, existant: & circunglobata escæ sæpe extrahant.

Circumiaceo, es, ui, In circuitu iaceo. {περίκειμαι. Gall. *Estre situé & assis à l'entour.* Ital. *Giacere intorno.* Germ. Vmbligen. Hisp. *Iacer en cerco.* Angl. *To lie about.*} Liu. Nam & Lycaonia, & Phrygia vtraque Pisidia omnis, & Chersonesus, quæque circumiacent Europæ, in vestra sunt potestate.

Circumiicio, is, ieci, iectum, à Iacio compositum, Circundo, circumcingo. {περιβάλλω. Gall. *Ietter tout entour, espandre de toutes parts.* Ital. *Gettare intorno.* Germ. Ring herumb werffen. Hisp. *Echar en en derredor.* Angl. *To cast about.*} Liu. 9. *bell. Maced.* Postquam læuo latere nudato, circumiicere hastas in venientem ex transuerso hostem conati sunt. ¶ Circumiicere vallum, apud eundem, pro circunædificare. Et Circumiicere ambitu extrema cæli. Cic. *de Vniu.* Extremitatem cæli à suprema regione rotundo ambitu circumiecit, hoc est, circumamplexus est.

Circumiectus, a, um, pro Circundatus. περιβεβλημένος, vt Circuniecta vrbi loca, Liuius. Circumiecta muris ædificia. Idem *lib.6. ab vrb.* Circuniectus templo ager. Idem *lib.6.d.4.* Cicer. Extremitas mundi à suprema regione rotundo ambitu circumiecta.

Circuniectus, us, {περιβολὴ, περιπλοκή. Gall. *Entourement, enuironnement.* Ital. *Il gittare atorno.* Germ. Vmbkreyß. Hisp. *Echamiento en derredor.* Angl. *Compassing, enuironning.*} Cic. *de nat. deor.* Qui terram tenero circuniectu amplectitur.

Circunlambo, is, {περιλιχμάω. Gall. *Lecher tout entour.* Ital. *Leccare intorno.* Germ. Vmblecken. Hisp. *Lamer ò lamber en derredor.* Angl. *To licke about.*} Plin. *lib.11.c.37.* Sed suprà dictis capillamenti tenuitate: cæteris ad circumlambenda ora.

Circumlatro, as, Circumlatrare aliquem. Senec. *cap. 22. de consol. ad Mart.*

Circunligo, as. {περιδέω. Gall. *Lier tout en tour.* Ital. *Ligare intorno.* Germ. Vmbbinden. Hisp. *Atar en derredor.* Angl. *To bing or knitt about.*} Plin. *lib.17.c.10.* Proderit toto cespite circunligari. Liu. 1. *bell. Pun.* Id sicut in pilo quadratum stuppa circunligabant, linebántque pice. Cic. 2. *de diuin.* De ipso Roscio potest illud quidem esse falsum, vt circunligatus fuerit angui.

Circunlinio, is, linitum, Circum vngo, vel frico, aut aliquid leniter digito, aut aliquo instrumento alicui rei circuminduco, & molliter ac leniter circum imprimo. {περιχρίω. Gall. *Oindre tout entour.* Ital. *Ongere intorno.* Germ. Vmb vnd vmb ansalben oder bestreichen. Hisp. *Vntar en derredor.* Angl. *To enersmere round about.*} Plin. *lib.8.* Nec pictura, in qua nihil circunlinitum est, eminet.

Circunlino, in præterito circunliui, vel circunleui, & circunlini, Est circuncirca leniter induco. {περιχρίω. Angl. *To ouersmere.*} Plin. Circunlini aluearia fimo bibulo vtilissimum. Circumlita fuco bona. Sen. *cap.5. de consol. ad Elber.* Circunliniunt ea rebus adductis extrinsecus. Fab. Quint.

Circunlitio, nis, Actus ipse circunliniendi. {Angl. *Ouer smering.*} In picturis item circunlitiones dicebantur, supremæ operis expolitiones: quemadmodum etiam hodie in vsu est, vt tabulæ iam perfectæ iuniperi gummi illinantur. γάνωσις. Plin. *lib.35.cap.11.* Hic est Nicias, de quo dicebat Praxiteles interrogatus, quæ maximè opera probaret sua in marmoribus? Quibus Nicias manum admouisset: tantum circunlitioni eius tribuebat.

Circunloquutio. i. περίφρασις. Gell. *cap.1. lib.3.* figura est, quum pluribus verbis, id quod vno, aut certè paucioribus dici potest, explicatur. Vt ad requisita naturæ dixit Salust. Voluptatum feminarium & libidinis officina, apud Cyprianum *de ratione Circumcisionis.*

Circunlucens nimis fortuna alicuius. Senec. *c.1. de consol. ad Mart.*

Circunluo, is, ui, Circunfluo. {περικλύζω. Gall. *Lauer & mouïller tout entour.* Ital. *Scorrere intorno.* Germ. Ring vmb anrinnen/anwaschen. Hisp. *Correr lo liquido en derredor.* Angl. *To wash and weet about.*} Liu. 5. *bell. Pun.* Quo in peninsulæ modum pars maior circunluitur.

Circunluuio, nis, verbale, {περικλυσμὸς, περίκλυσις. Angl. *A flowing about of waters.*} Est, quum partem alicuius agri rapidus amnis in alueum suum impulerit, & in modum insulæ circumuoluerit, quæ ipso iure viciniotis erit. Valla, Cicero 1. *de Orat.* Gentilitatum, agnatio-

num,

num, alluuionum, circunluuionum, &c. Circumluuium ius prædiorum est, inquit Festus.

[Circumluuium, ius prædiorum. Fest. Sed propriè locus, quem aqua circunluit. Gloss.]

Circūmmitto, {περιπέμπω. GALL. *Enuoyer par tout ou de tous costez.* ITAL. *Mandare intorno.* GERM. Umbhin schicken. HISP. *Embiar en derredor.* ANGL. *To send throughout all partes.*} Liu. 4. *ab Vrbe.* Veiens multitudine abundans, qui inter dimicationem castra Romana aggrederentur, post montes circummisit. Idem 2. *ab Vrbe*, Vincebátque auxilio loci paucitas, ni iugo circummissus Veiens, in verticem collis euasisset.

Circūmmittēre, περιπέμπειν. Cæsar *lib.* 7. Legiones in omnes partes circummittuntur.

Circūmmūlcēre, molli attactu circumcirca blandiri. {περιψηλαφᾶν. GALL. *Attoucher doucement de tous costez, & quasi amignoter.* ITAL. *Lusingare intorno.* GERM. Umbstreichlen. HISP. *Halagar en derredor.* ANGL. *To touche softelie on all partes, to flatter.*} Plin. *lib.* 28. *c.* 3. Ex qua familia legatus Hexagon nomine à Consulibus Romæ in dolium serpentium coniectus, experimenti causa, circummulcentibus linguis miraculum præbuit.

Circūmmūnio, Circunsepio, circunroboro. {חזק *chazak.* περιφράττω. GALL. *Fortifier ou munir de toutes pars.* ITAL. *Fortificare intorno.* GERM. Huring umb bewaren oder befestigen. HISP. *Fortalecer en derredor.* ANGL. *To fortifie on all partes.*} Columell. *lib.* 5. Priusquam pomarium constituas, quàm magnum voles, circummunito macerie aut fossa, ita vt non solùm pecori, sed nec homini transitus sit. Plaut. *Capt.* In vinclis custodiísque circummuniti sumus.

Circūmmūnītio, verbale, περιτειχισμός. Cæsar, Id ne fieri posset, obsidione oppidíque circummunitione fiebat.

Circūmnāscor, {περιφύομαι. GALL. *Naistre entour, ou croistre à l'entour.* ITAL. *Nascere intorno.* GERM. Herumwachsen. HISP. *Nacer en derredor.* ANGL. *To growe or to be borne about.*} Plin. *lib.* 1. *c.* 103. Lacus Sinnaus in Asia circumnascente absinthio inficitur.

Circūmobruere, {περιχώννυμι. GALL. *Couurir de toutes pars, enueloper & cacher du tout en quelque chose.* ITAL. *Coprire di terra intorno.* GERM. Allenthalben vberfallen und bedecken mit erdtrich. HISP. *Enterrar ò anegar en derredor.* ANGL. *To couer round about, to ouerwhelme.*} Plin. *lib.* 19. *c.* 5. Confert alterna folia circumobruere.

Circūmpādānus, a, um, qui habitat in circuitu Padi. {ITAL. *Chi habita in torno el Po.*} Liu. 1. *bell. Pun.* Consistere iussis militibus Italiam ostentat, subiectósque Alpinis montibus, circumpadanos campos. Plin. *lib.* 14. *cap.* 20. Ligurıæ maximè, circumpadanisque multis vtilitas.

Circūmpango, {περιπήγνυμι. GALL. *Ficher & attacher entour, faire tenir & herdre à l'entour.* ITAL. *Figiere in terra di intorno.* GERM. Umbstecken. HISP. *Plantar en derredor.* ANGL. *To fastend or bend about, to cause to stike to.*} Plin. *lib.* 17. *c.* 15. Ramis terra circumpactis.

Circūmpāuio, is, Circumpauire. {περιεδαφίζω. GALL. *Dresser & applanir en frappant tout autour.* ITAL. *Battere, percuotere di intorno.* GERM. Herumb schlagen. HISP. *Pisonear en derredor.* ANGL. *To mak plane or paue about.*}

Circūmpĕdēs, Idem qui & A pedibus dicuntur. Imò arbitratur Passerat. eos dici, qui dominis semper præstò essent, quales Gallis dicuntur *Pages.* {οἱ περὶ τοὺς πόδας, οἱ παράσιτοι. GALL. *Seruiteurs qui sont à l'entour de leur maistre qui luy assistent.* ITAL. *Seruitori di tauola.* GERM. Diener so auff ihren herrn warten wo sie hingehn. HISP. *Moço despuelas.* ANGL. *Seruandes readie to assist thair maistres.*} Cic. 3. *in Verr.* Seruos artifices pupilli quum haberet domi, circumpedes autem homines formosos & literatos, suos esse dicebat.

Circūmplector, eris, {περιπλέκω. GALL. *Embrasser tout entour, enuironner.* ITAL. *Abbracciare intorno.* GERM. Umbbegreyffen, umbfassen. HISP. *Abraçar en derredor.* ANGL. *To embrace round about, to enuironne.*} Cicer. *de Vniu.* Vndique est eos circumplexus. Circumplexa igni turris, Gell. *c.* 1. *lib.* 15. Plin. *lib.* 13. *c.* 10. Tam vastis arboribus, vt terni nequirent circumplecti. Item, Meum collum circumplecte. Ten' complectatur carnufex. Plaut. *Asin. sc.* 3. *a.* 3.

Circūmplēxus, us, {περιπλοκή. GALL. *Embrassement, entourement, enuironnement.* ITAL. *Abbraciamento, circundatione.* GERM. Umbfahung, umbgebung. HISP. *Rodeamiento.* ANGL. *Embracing.*} Plin. *lib.* 10. *cap.* 63. Lacertæ, vt ea, quæ sine pedibus sunt, circumplexu Venerem nouere, & Suet. *in Tib. cap.* 6.

Circūmplico, as, Circunnecto. {περιπλέκω. GALL. *Enueloper tout entour, entortiller.* ITAL. *Auiluppare di intorno, intortigliare.* GERM. Umbwickeln. HISP. *Plegar en derredor.* ANGL. *To folde or winde about.*} Cic. 1. *de diu.* Experrecta nutrix animaduertit puerum dormientem circumplicatum serpentis amplexu.

Circūmpōno, is, {περιτίθημι. GALL. *Mettre entour.* ITAL. *Mettere intorno.* GERM. Umbsetzen, umblegen. HISP. *Poner en derredor.* ANGL. *To put about.*} Horat. 2. *serm. Sat.* 4.

Primus & inueni piper album cum sale nigro
Incretum, puris circumposuisse catillis.

Circūmpōtātio, nis, verbale, à Circumpoto, quum pocula de manu in manum traduntur, & in circuitum redeunt. {ἐγκυκλοποσία. ANGL. *Drinking about.*} Cicer. 2. *de Legib.* Hæc præterea sunt in legibus de vnctura, quibus seruilis vnctura tollitur, omnísque circumpotatio.

Circūmpurgare, περικαθαίρειν. Cels. *lib.* 5. *c.* 28. Tollitur etiam si quis eum circumpurgat.

Circūmrādo, is, Abrado, in circuitum rado. {περιψάω. GALL. *Racler tout entour, ratisser à l'entour.* ITAL. *Radere in torno.* GERM. Umbschaben. HISP. *Raer ò arrebatar en derredor.* ANGL. *To shaue about, or to scrape about.*} Plin. *lib.* 17. *cap.* 26. Veluti detractio sanguinis circunrasi corticis. Colum. *lib.* 4. *cap.* 29. Huius traducis si non est facultas, cum detractum viti quàm recentissimum eligitur sarmentum, & leuiter circunrasum.

Circūmrētio, is, Impedio, & implico, inuoluo. {περιβάλλω. GALL. *Entourer & enueloper comme d'vn ret.* ITAL. *Inuiluppare intorno, impedire.* GERM. Mit einem garn umbgeben. HISP. *Emboluer en derredor enlaçar ò embaraçar.* ANGL. *To intangle or selter in nets round about.*} Lucr. *lib.* 5.

Circunretit enim ius, atque iniuria quemque.

Vnde etiam exorta est, ad eum plerunque reuertit. Cic. 7. *in Verrem,* Num ego tibi vllam salutem, vllum perfugium putem, quum tete implicatum seueritate iudicum, circumretitum frequentia populi Romani esse videam?

Circūmrōdo, is, Arrodo. {περιτρώγω ἢ περικόπτω. GALL. *Ronger tout entour.* ITAL. *Rodere intorno.* GERM. Umbnagen. HISP. *Roer in derredor.* ANGL. *To gnaw about.*} Plin. *lib.* 32. *c.* 12. Polypum hamos appetere, brachiísque complexa, non morsu, nec prius dimittere, quam escam circumroserit. ¶ Circunrodere per translationem accipitur pro meditari, & quodammodo ruminare. Cic. *ad Att. lib.* 4. Quid quæris? iam dudum enim circunrodo quod deuorandum est) subturpicula mihi videbatur esse παλινῳδία. ¶ Item pro detraho, obtrecto, Horat. 1. *Epist.* Dente Theonino quum circumroditur.

Circūmscalpo, is, {περιξύω. GALL. *Gratter ou grater entour.* ITAL. *Grattare intorno.* GERM. Umbkratzen. HISP. *Escarnar ò rascar, escarpir ò raspar.* ANGL. *To scratk about.*} Plin. *lib.* 20. *c.* 5. Radice eius circunscalpti dentes dolore liberantur.

Circunscarifico, as, {περιαμύσσω. GALL. *Escarifier & enciser ou cerner à l'entour.* ITAL. *Far intorno piccolini tagli in su la persona, accio il sangue ò tristo humore esca.* GERM. Allenthalben schrepfen. HISP. *Jassar en derredor.* ANGL. *To launce, to open a sore round about.*} Plin. *lib.* 22. *cap.* 23. Pedum clauos circunscarificatos ferro, mistum ceræ extrahit.

Circunscindo, is, περισχίζω, σχίζομαι. GALL. *Enciser & couper de toutes parts.* ITAL. *Tagliare da ogni parte.* GERM. Umbschneiden. HISP. *Cortar ò tajar en derredor.* ANGL. *To cutt about.*} Liu. 2. *ab Vrb.* Quò ferociùs clamitabat, eò infestiùs circunscindere, & spoliare lictor.

Circūmscrībo, is, Colligo, comprehendo, definio, determino, concludo. {περιγράφω. GALL. *Escrire à l'entour, borner, limiter tout entour.* ITAL. *Circunscriuere.* GERM. Zu ring umbschreiben, umbzylen. HISP. *Terminar.* ANGL. *To write about, to berder and sett marches to bound.*} Circunscribo autem an à circo scribendo & ducendo? Ita est: vide *Circulator, Circumlator* in ver. Gloss. Vide item *Circumscriptio.* Circumscribere vectigalia populi Roman. *Ibid.* Imponere publicano, & non soluere. Quint. *declam.* 340. Circunscribere tributum. Cæs. *de bell. ciu. lib.* 1. eius laudes facilius est circunscribere, quàm transcurrere. Senec. *cap.* 17. *de consol. ad Elb.* Item *cap.* 3. *ibid.* Cicer. 6. *Philip.* Virgula stantem circunscripsit, iussítque vt responderet, priusquam ea illa circumscriptione excederet. Lactantius, Cuius scientiæ summam breuiter circunscribo, vt neque religio vlla sine sapientia. Columella, Diophanes Bithynus Vticensem totum, Dionysij Vtici Magonis interpretem, per multa diffusum volumina, sex epitomis circumscripsit. Cicer. *in Paradox.* Exilium terribile est illis, quibus circunscriptus est habitandi locus, id est, constitutus. Idem *pro Rab.* Exiguum nobis vitæ curriculum natura circunscripsit, immensum gloriæ. ¶ Aliquando ponitur pro circumuenio, & decipio. {פתה *pittah* רמה *rimmah.* περιγράφειν. GALL. *Decenoir, circonuenir.* ITAL. *Fraudare, circonuenire.* GERM. Betriegen. HISP. *Engañar.* ANGL. *To deceiue.*} Idem 1. *Acad.* Alterum est, quod captiosis & fallacibus interrogatiunculis circumscripti & decepti quidam, quum eas dissoluere non possunt, desciscunt à veritate. Plin. *lib.* 7 Vana mortalitas, & ad circunscribendam seipsam ingeniosa. Circunscribere, pro Tollere & expungere. Cicer. 4. *Verr.* Itaque vno genere opinor circunscribere habetis in animo genus hoc aratorum, id est, Tollere & remouere eos testes, vt vobis iniquos. Idem 13. *Philip.* Senatus in Capitolium parata de circunscribendo adolescente scientia Consularis, hoc est, de eiciendo magistratu Octauio, & imperio ei abrogando. Budæus.

Circūmscrīptē, aduerb. Definitè, paucis, breuiter. {ὡς περιγράπτως. GALL. *Briefuement, en certains limites.* ITAL. *Breuemente, con misura.* GERM. Kurtzlich mit umbschreybung. HISP. *Breue y distinctamente.* ANGL. *Brieflie, shortlie, in measure.*} Cic. *de nat. deor.* Idque ratione concludimus, singulásque res diffinimus, circunscriptéque complectimur.

Circūmscrīptor, Deceptor, fraudator. ὁ περιγράφων ἢ ἐξαπατῶν. Iuuen. *sat.* 15.

——— *pupillum ad iura vocantem*
Circunscriptorem.

Circūmscrīptio, nis, verbale, Circuitio, definitio, terminatio, {περιγραφή, ὁρισμός. GALL. *Description du tour, enuironnement.* ITAL. *Misura, limitatione.* GERM. Umbschreybung. HISP. *Medida, termino.* ANGL. *Bounding, or going about.*} Cicer. 1. *Tusc.* Quum totam terram contueri licebit, eiúsque cùm situm, formam, circunscriptionem, tum & habitabiles regiones. Verborum quadam circunscriptione comprehendere concludereque sententiam. Idem *de clar. Orat.* Quid sit propriè Circumscriptio, docet Quintil. *declamat.* 301. & 343. & Circunscriptio, pro deceptione & fraude. {מרמה *mirmah.* παραγραφή, κλέμμα, γοητεία. GALL. *Tromperie, surprinse, deception.* ITAL. *Inganno, falsita.* GERM. Betriegerey, beschiss. HISP. *Engaño.* ANGL. *Deceuing.*} Cic. *pro Cluent.* Quum omnis ab his fraus, omnes insidiæ, circunscriptionésque adolescentium nascerentur.

Circūmscrīptior, Breuior. {ANGL. *More brieff.*} Plin. *epist. lib.* 1. Nam in concionibus eadem quæ in orationibus vis est, pressior tamen, & circunscriptior, & adductior.

Circūmscrīptus, non videtur, qui vsus est iure communi, *l. non videtur circumscripsisse. C. de in integr. restitut.* ¶ Circumscriptus, velut in ordinem redactus, cuius potestas diminuta est. Cornificius *Rhetor. lib.* 4. Demus operam Quirites, ne omnino P. C. circumscripti putentur.

Circūmscrīptus dolo, dicitur sua facultate lapsus. *l.* 1. *ff. de minoribus.*

Circūmsĕco, as, Circumcido. {περιτέμνω. GALL. *Couper tout à l'entour.* ITAL. *Tagliare intorno.* GERM. Umbschneiden oder kerben. HISP. *Cortar en derredor.* ANGL. *To cutt about.*} Columell. *lib.* 7. *cap.* 5. Tuberculum cui subest vermiculus, ferro, quàm cautissimè circunsecari oportet.

Circūmsĕco

Circūnsĕdĕs, aduerb. significat in circuitu, à lateribus. Apul. *lib. 5.* Quique circumsecus venantur.

Circūnsĕdĕo, es, & Circunsideo, es, circunsedi, circunsessum, Circundo, obsideo, obsidione cingo. {περικάθημαι, πολιορκῶ. GALL. *Se seoir à l'entour, estre assis autour, assieger, tenir le siege à l'entour.* ITAL. *Assediare d'ogni intorno.* GERM. Zu ring herumb sitzen, umbläger. HISP. *Poner cerco à alguno lugar.* ANGL. *To sit about, to besiege round about.*} Gell. *cap. 13. lib. 1.* Circunsedere oppidum. Cæl. ad Cic. *lib. 8.* Nisi si mauult Pompeium Brundusij circunsidere. Cic. *ad Att. lib. 9.* Populi Romani exercitus Cn. Pompeium circunsidet, fossa & vallo septum tenet, fuga prohibet. ¶ Circunsident item, qui assident vtrinque alicui. Idem *in Cat.* Nec tamen ego sum ille ferreus, qui fratris charissimi atque amantissimi præsentis mœrore non mouear, horúmque omnium lachrymis à quibus me circunsessum videtis.

Circūnsessĭo, Obsessio. {περικάθησις, πολιορκία, περιεδρία. GALL. *Assiegement, assiette à l'entour.* ITAL. *Assedio di una città.* GERM. Umbsitzung, umbläger. HISP. *Obra de poner cerco à alguno lugar.* ANGL. *Besetting or besieging about.*} Cic. 3. *Verr.* Te huius circunsessionis tuæ causam & culpam in alios transtulisse.

Circūnsĕpĭo, is, Circundo, cingo. {περιφράττω, περιφράσσω. GALL. *Clorre & munir d'une haye ou d'autre chose tout à l'entour.* ITAL. *Fare vna siepe d'intorno, circondare con ripari.* GERM. Umbzeunen, mit einem zaun umbgeben. HISP. *Cercar de soto à soto en derredor.* ANGL. *To hedge and fortifie about.*} Cicer. *in August.* Sed quoniam cohortibus armatis circunseptus Senatus. Liu. *1. ab Vrb.* Conscius deinde, malè quærendi regni ab seipso aduersus se exemplum capi posse, armatis corpus circunsepsit.

Circūnsĕro, is, {περιφυτεύω. GALL. *Semer ou planter à l'entour.* ITAL. *Seminare à piantare d'intorno.* GERM. Umbsäyen. HISP. *Sembrar ò plantar en derredor.* ANGL. *To plant or sowe about.*} Plin. *lib. 21. cap. 12.* At genistas circunseri aluearijs gratissimum.

Circunsido, is, idem quod circunsedeo, nisi quòd modum quendam habeat coniunctum: vt, Circunsidere dicatur, qui se iam ad sedendum componunt, vel qui ipso actu oppidum, vel arcem castris, vel exercitu circundant. Liu. *9. ab Vrbe,* Et spe abiecta Satriculæ tuendæ, Plistiam ipsi socios Romanorum, vt parem dolorem hosti redderent, circunsidunt. Idem *lib. 6. d. 4.*

Circūnsignārĕ, {περισημαίνω, περισφραγίζω. GALL. *Marquer à l'entour.* ITAL. *Segnare à bollare.* GERM. Umbzeichnen. HISP. *Señalar en derredor.* ANGL. *To mark about.*} Col. *lib. de arbor. c. 26.* Eam duobus digitis quadratis circumsignato, vt medio gemma sit.

Circūnsisto, is, Circundo, circunsto. {περιΐσταμαι. GALL. *Enuironner quelqu'vn, & se trouuer aupres de luy pour l'assaillir, defendre ou autrement.* ITAL. *Stare intorno, circundare.* GERM. Umbstehen oder umbgeben. HISP. *Estar en derredor, cercar y rodear.* ANGL. *To compasse or stand about one.*} Liu. *lib. 1.* Centuriones Metum circunsistunt. Cæsar. Si quis grauiori vulnere accepto deciderat, circunsistebant, id est, circum astabant fauentes ei, & tela ab eo arcentes. Virg.

At fessi tandem ciues infanda furentem
Armati circunsistunt.

Circunsistamus hinc alter, alter hinc, & appellemus. Plaut. *Asin. sc. 3. a. 3.* Quid quæritatis? Quid me circumsistitis? Idem *Men. sc. 6. a. 5.*

Circūnsistor, περιστάτης. Apul. *lib. de philosophia,* Fortitudo quippe circunsistitur hinc audacia, inde timiditate.

Circūnsono, as, are, vndique sono. {περιηχῶ. GALL. *Bruire & retentir de toutes pars, sonner à l'entour.* ITAL. *Sonare d'ogni intorno.* GERM. Umb vnnd umb tönen oder klingeln. HISP. *Sonar en derredor.* ANGL. *To sound round about on all partes.*} Liu. *9. bel. Maced.* Eos deducere in locum qui circunsonet vlulatibus cantúque symphoniæ, & cymbalorum, & tympanorum pulsu, ne vox quiritantis, quum per vim stuprum inferatur, exaudiri possit. Idem *3. ab Vrbe,* Iussa miles exequitur, clamor hostes circunsonat. Quem circumsonat fremitus barbarorum. Sen. *c. 18. de consol. ad Polyb.* Circunsudit me, & vndique circumsonuit luxuria. Sen. *cap. 1. de Tranq.*

——— *finitimus circumsonat armis,*

Ouid. *Eleg. 4 lib. 5. Trist.*

——— *Geticis circumsonor armis,* ibid.

Circūnspergo, is, {GALL. περισπείρω. *Espandre & espartir tout à l'entour, espartir çà & là.* ITAL. *Spargere intorno.* GERM. Umbspritzen oder sprengen. HISP. *Derramar ò rociar en derredor.* ANGL. *To scatter or sprinkle about.*} Col. *lib. 11. c. 2.* Magnis arboribus quaternos modios stercoris caprini circunspergere, &c.

Circūnspĭcĭo, is, ex Circum & specio, Omnia oculis lustro, accuratè considero. {περισκοπῶ. GALL. *Regarder à l'entour, prendre garde de tous costez.* ITAL. *Guardare d'ogni intorno.* GERM. Umbsehen, züring umbher lugen. HISP. *Mirar en derredor.* ANGL. *To look about, to behold on all partes.*} Estque Circunspicio, huc atque illuc oculos verto, & circumfero: omnia oculis collustro. Iust. *lib. 2.* Primò latebras circunspicit. Cic. *pro Roscio.* Circunspicit, æstuat. Terent. *in Andr.* Circunspicio nusquam. ¶ Significat etiam animaduertere, & diligenter videre, siue considerare. Cicer. *lib. 4. Acad.* Deinde quum dicant, posse accidere sapienti, vt quum omnia fecerit, diligentissiméque circunspexerit, existat aliquid quod & verisimile videatur. Circunspicere conditiones. Sueton. *in August. cap. 65.* Circunspicere dicta factaque sua. Liu. *lib. 10. d. 4.* Circunspicere omnes domos supra. Circunferre oculos. Senec. *cap. 12. de consol. ad Marc.*

——— *tot circunspice casus.*

Ouid. *Eleg. 1. lib. 1. Trist.*

Ergo caue liber, & timida circunspice mente. ibid.

Circunspicere se, pro Gloriari & seipsum admirari, sibi placere. Cicero Vide cum te diligas, & magnifice circunspicis, vt, &c.

Circunspectus, significatiuum est activum, & significat cum qui in omnem partem circunspectat, hoc est, qui prudens est & sagax. {בוחן *bochen.* περιεσκεμμένος, περιεσκεπτος. GALL. *Consideré, aduisé, prisé, prudent, qui prouoit à tout ce qu'il doit faire.* ITAL. *Circunspetto, prudente, che preuede quanto deue fare.* GERM. Umbsichtig oder fürsichtig, weiß. HISP. *Prudente y sabio, ò astuto.* ANGL. *Circumspect, ware, wise.*} Columell.

Nam illa solennia sunt omnibus circunspectis, vt ergastuli mancipia cognoscant.

Circūnspecto, as, frequentatiuum, Frequenter circunspicio. {הִשְׁתַּחֲוָה *hischtachaue,* περιβλέπω, περισκοπέω. GALL. *Regarder souuant ça & là, & diligemment.* ITAL. *Riguardare con diligentia.* GERM. Mit fleiß sich umbsehen. HISP. *Mirar en derredor muchas vezes y con diligencia.* ANGL. *To look often about & diligentlie.*} Terent. *in Eunuch.* Et properans venit nescio quid circunspectat. Cicer. 2. *de nat. deor.* Iam vero illa etiam notiora, quanto se opere custodiant bestiæ, vt in pastu circunspectent, vt in cubilibus delitescant. Circunspectare locos. Quint. Te circunspectabam. Plaut. *Pseud. sc. 1. a. 4.*

Circūnspectus, passiuè, περιεσκεμμένος. Consideratus, iudicatus, qui circunspicitur: vt, Verba non circunspecta, id est, non perpensa, & considerata. Ouid. 3. *Fast.*

Verba mouent iras non circunspecta deorum.

Vires non circunspectæ. Idem 5. *Metam.*

Sed furit, & cupiens alte dare vulnera telo
Non circunspectis exactum viribus ensem
Fregit in extrema percussa parte columna.

id est, non circunspiciens quo vires, & feriendi impetum rectè dirigeret. Circunspecta interrogatio. Quint.

Circunspectissimus princeps. Sueton. *in Tiber. cap. 21. & in Claudeum. cap. 15.*

Circūnspectus, us, ui. {περιβλεψις, περισκοπή, περιωπή. GALL. *Veuë & regard de tous costez.* ITAL. *Auiso, reguardo a fare qualche cosa.* GERM. Das umbsehen an alle ort. HISP. *Recatamiento de mirar.* ANGL. *Looking round about and beholding.*} Actus ipse circunspiciendi. Cicer. 12. *Philipp.* Hæc ego in vrbe prauideo: facilis est circunspectus, vnde exeam, quò progrediar: quid ad dextram, quid ad sinistram sit. Plin. *lib. 11. c. 37.* Ceruix flexilis ad circunspectum, articulorum nodis iungitur. Ouid. *Eleg. 6. lib. 4.*

——— *Mens mali*
In circumspectu stat sine fine sui.

Circūnspĭcĭentĭa, idem Gell. *lib. 14. c. 2.* Multa & anxia cura, & circunspicientia indigens.

Circunspectio, aliud verbale. Accurata consideratio. {בחינה *béhina.*} Cicer. 4. *Academ.* Sin ex circunspectione aliqua, & accurata consideratione, quod visum sit, id se dicent sequi, tamen exitum non habebunt.

Circūnspectē, aduerbium, {περιεσκεμμένως. ANGL. *Forecastinglie.*} Quintil. *lib. 9. cap. 2.* Parcius & circunspectius faciendum. Senec. *cap. 11. de tranquill.* ¶ Circunspectius agere. Gell. *lib. 3. cap. 8.* id est, cautius.

Circūnspectātŏr, & Circunspectatrix, verbalia, {περισκοπητής, & περισκοπήτρια.} Plaut. *Aul.* Exeundum hercle tibi hinc est foras Circunspectatrix cum oculis emissitiis. ¶ Apuleius *in Apol.* Quàm improba iuuenum circunspectatrix, quàm immodica sui ostentatrix.

Circunspicuus, a Circunspicior, qui circunquaque aspici potest. περίοπτος, περίβλεπτος.

Circūnstīpo, as, Comitum agmine cingo: vt, Amores nurum circunstipant, Claudian. 2. *Panegyr.*

Circūnsto, as, circunstiti, circunstitum, Circundo. {סבב *sabab.* περιΐσταμαι. GALL. *Estre entour, se tenir debout à l'entour, enuironner.* ITAL. *Stare intorno, circondare.* GERM. Umbstehn. HISP. *Estar en derredor, cercar y rodear.* ANGL. *To stand about.*} Cicer. *ad Attic. lib. 1.* Vt me circunsteterint, vt apertè iugula pro meo capite P. Clodio ostentarint. Idem *in Catil.* Fortissimi ciues, qui circunstant senatum. Ouid. 3. *Metam.*

Ad circunstantes vertit sua brachia syluas.

Circūnstantĭa, æ, actus ipse circunstandi. {GALL. *Circonstance.* ITAL. *Circonstantia.* GERM. Das umbstehn, umbstand, umbstellung. HISP. *A quel estar assi.* ANGL. *Circumstance, or standing about.*} Gell. *lib. 3. c. 7.* De loci importunitate, & hostium circunstantia. Circunstantiæ rationum. Idem *c. 2. lib. 14.* Id fit per circunstantiam. Idem *cap. 5. lib. 17.* Circunstantiæ item, περιστάσεις, quæ in vnaquaque controuersia quæri solent, & quasi quæstionem circunstant. Ex circunstantia ducere argumentum. Quint. *lib. 5. cap. 10.*

Circūnstātĭo, nis, verbale. {περίστασις. ANGL. *Standing about.*} Gell. *lib. 7. c. 7.* Ea circunstatio militum Corona appellata sit.

Circūnstrĕpo, is, In circuitu strepitum facio. {περιψοφέω. GALL. *Faire bruit à l'entour.* ITAL. *Far strepito intorno.* GERM. Herumb rauschen. HISP. *Hazer estruendo en derredor.* ANGL. *To mak a nize round about.*} Tacitus, tum certatim cæteri circunstrepunt.

Circūnstrĕpĭtŭs, περιψόφησις. Circunstrepita fenestra, strepitu impulsa. Apul.

Circūnstrŭo, is. {περιοικοδομέω. GALL. *Edifier à l'entour.* ITAL. *Edificare intorno.* GERM. Ringsweiß umbbauwen. HISP. *Componer ò edificar en derredor.* ANGL. *To build round about.*} Plin. *lib. 11. cap. 6.* His deinde fores quoque latiores circunstruunt. Idem *lib. 19. c. 8.* Ripísque vndique circunstructis lapide.

Circūnsūdo, as. {περιιδρόω. GALL. *Suer de toutes parts.* ITAL. *Sudare da ogni parte.* GERM. An allen orten schwitzen. HISP. *Sudar de todas partes.* ANGL. *To sweat in all partes.*} Plin. *lib. 14. cap. 1.* Stipatæ vinaceis circunsudantibus.

Circūnsŭo, is. {περιρράπτω. GALL. *Coudre à l'entour.* ITAL. *Cuccire da ogni banda.* GERM. Umbnähen. HISP. *Coser en derredor.*} Plin. *lib. 34. c. 16.* Vitilibúsque nauigiis circunsutis corio aduehi.

Circūntĕgo, is, Circuncirca operio. {περικαλύπτω. GALL. *Couurir tout à l'entour.* ITAL. *Coprire intorno.* GERM. Umbhüllen bedecken. HISP. *Cubrir en derredor.* ANGL. *To couer about.*} Plaut. *Mil.* Meus herus elephanti corio circuntectus, non suo est. Cœlum circuntegit omnia, Lucr. *lib. 1.*

Circūntexo, is, {περιυφαίνω, ἐν κύκλῳ ὑφαίνω. GALL. *Tiltre à l'entour.* ITAL. *Tessere intorno.* GERM. Umbwürcken. HISP. *Texer en derredor.* ANGL. *To weaue about.*} Virg. 1. *Æneid.*

Et circuntextum croceo velamen acantho.

Circūntextum, i, Amictus genus, quod purpuram circum habeat. Festus.

Circūntōndĕo,

Circumtondeo, es, {[illegible]. GALL. *Tondre ou tonser à l'entour.* ITAL. *Tondere tutto, da ogni banda.* GERM. Gann vnnd gar beschären. HISP. *Tresquilar en derredor.* ANGL. *To sheare or poll round about.*} Suet. *in Augusto c.75.* Stephanionem togatarium, cui in puerilem habitum circumtonsam matronam ministrasse compererat, per trina theatra virgis cæsum relegauerit.

Circumtono, as, {[illegible]. GALL. *Tonner & faire bruit à l'entour.* ITAL. *Tuonare, far gran remore di intorno.* GERM. Herumb tönen, fast tönen. HISP. *Tonar en derredor.* ANGL. *To thunder and sound about.*} Horat. 2. *Serm. satyr. 3.*

——— quem cepit vitrea fama,
Hunc circumtonuit gaudens Bellona cruentis.

Sill. *lib. 6.*

Tamque vbi feralem strepitu circumtonat aulam
Cornea gramineum persultans vngula campum.

Circumtremo, is, {[illegible]. GALL. *Trembler de tous costez.* ITAL. *Tremare intorno.* GERM. Vmb vnd vmb zittern. HISP. *Temer ò temblar en derredor.* ANGL. *To tremble in all partes.*} Lucret. *lib. 1.*

Atque ideo totum circumtremere æthera signis.

Circumuado, Inuado, vndique inuado. {[illegible]. GALL. *Enuironner, assaillir de toutes parts, surprendre.* ITAL. *Assalire d'ogni intorno.* GERM. Ringweyß anfallen. HISP. *Acometer en derredor.* ANGL. *To compasse and set vpon on all partes.*} Liu. 2. *bell. Macedon.* Repentè anceps terror hinc muros ascendentibus Romanis, illinc arce capta, Barbaros circumuasit.

Circumuagus, i, {[illegible]. ANGL. *which wandreth or goeth round about.*} vt, Oceanus circumuagus. Horat. *Epod. 16.*

Æthereæ vndes circumuaga flamma.

Autor carminis *ad Pisonem*, Periphrasis est Solis.

Circumuallare, Vallo munire, obsidere, circumuenire. {[illegible]. GALL. *Enuironner de rempars, munir & remparer.* ITAL. *Fortificare d'ogni intorno di bastioni ò palificata.* GERM. Ringsweyß vmbschantzen, verbollwercken. HISP. *Cercar fortalecer de palizada, ò baluarte.* ANGL. *To compasse and fortifie about with bulwarkes or rempars.*} Cæsar 7. *bell. Gall.* Oppidum oppugnare instituit, idque biduo circumuallauit. Cic. *ad Attic. lib. 9.* Quum mihi epistola affertur à Lepta, circumuallatum esse Pompeium. Terent. *Adelph.* Tot res repentè circumuallant, vnde emergi non potest.

Circumueho, is, ere, Circumporto, circumduco. {[illegible]. GALL. *Porter çà & là, transporter à l'entour.* ITAL. *Menare intorno.* GERM. Herumbführen. HISP. *Traer en derredor.* ANGL. *To carie or conueigh about.*} Liu. 3. *ab Vrbe.* Dictator quantum nocte prospici poterat, equo circumuectus, contemplatúsque qui tractus castrorum, quæque forma esset. Omnes oras sumus circumuecti. Plaut. *Men. sc. 1. a. 2.*

Circumuectio, nis, verbale, {[illegible]. GALL. *Portage ou transport à l'entour.* ITAL. *Esso portare ò passare intorno.* GERM. Herumbführung. HISP. *Obra de traher en derredor.* ANGL. *Carying or conueghing about.*} Cic. *ad Attic. lib. 2.* Illud tamen quod scribis, animaduertas velim de portorio circumuectionis.

Circumuecto, as, frequentatiuum, [illegible]. Virg. 3. *Georg.*

Singula dum capti circumuectamur amore.

Circumuenio, Circundo. {הקיף hikkiph [illegible]. GALL. *Enuironner, enclorre.* ITAL. *Circundare.* GERM. Vmbgeben. HISP. *Cercar en derredor.* ANGL. *To come about, to compasse.*} Liu. *lib. 1.* Vt & hostibus circumueniri se à tergo satis terror ac fuga iniiceretur. Salustius, Petere consulatum C. Antonium, quem sibi collegam fore sperabat hominem nobilem, familiarem, & omnibus necessitudinibus circumuentum. ¶ Aliquando ponitur pro decipio & fallo. {פתה pittah רמה rimmah. [illegible]. GALL. *Circonuenir, surprendre, tromper.* ITAL. *Fraudare, ingannare.* GERM. Einen hindergehn, betriegen. HISP. *Saltear ò tomar de salto, engañar.* ANGL. *To deceiue to beguile.*} Circumuenire sententiam legis, tractum à venatoribus, qui feras laqueis, retibus, & canibus circumuenire solent. Cic. *lib. 1. Offic.* Suum quisque teneat, & neque tenuiores propter humilitatem circumueniantur, nec locupletibus ad sua vel tenenda, vel recuperanda obsit inuidia. ¶ Aliquando pro opprimo. Salust. Cuique optimo literas mittit se falsis criminibus circumuentum. Sic Liu. *lib. 1.* Fœnore circumuentam plebem dixit. ¶ Pro circunfluo. Virg. 6. *Æneid.*

Cocytúsque sinu labens circumuenit atro.

Et pro circunuoluo. Valer. *lib. 1.*

——— vacua nam lapsus ab arbore paruum
Ter quater ardens tergo circumuenit anguis.

Item, procingere, circumsedere, vt apud Liuium 3. *ab vrb.* Castra hostium circumuenire.

Circumuentio, [illegible], deceptio, circunscriptio. D. *de minorib. l. 17.* In integrum verò restitutio, erroris proprij veniæ petitionem, vel aduersarij circumuentionis allegationem continet.

Circumuentor, is, qui alterum circumuenit, & decipit. Lamprid. *in Alex. Seuero.* Habuit amicos non crudeles, non circumuentores sui, non irrisores.

Circumuerto, Circumuoluo. {סבב sebeb. [illegible]. GALL. *Faire tourner à l'entour.* ITAL. *Voltarsi di intorno.* GERM. Vmbdrayen. HISP. *Boluer en derredor.* ANGL. *To turne round about.*} Plaut. *in Persa.* Iam à foro argentarii abeunt, in cursu rotula circumuertitur. ¶ Vbi circumuertor (saltando) calo. Plaut. *Ps. sc. 1. a. 5.* ¶ Circumuertere aliquem argento. *Ibid.* Aut de pacto faciunt consutis dolis, Qui me argento circumuertant, id est, dolis auferant à me argentum.

Circumuersor, {[illegible]. GALL. *Aller tout entour, tourner à l'entour.* ITAL. *Andare, prattic are per tutto.* GERM. Rummb gehn. HISP. *Andar ò conuersar en derredor.* ANGL. *To go or turne round about.*} Luc. *lib. 6.*

Nunc hinc, nunc illinc fremitus per nubila mittunt,
Quærentéque viam, circumuersantur, & ignem
Semina conuoluunt è nubibus.

Circumuestire, Vndequaque vestire. {[illegible]. GALL. *Vestir & couurir à l'entour, cacher de tous costez.* ITAL. *Vestire d'intorno.* GERM. Vmb vnd vmb bekleiden. HISP. *Vestir en derredor.* ANGL. *To cleathe couer round about.*} Plin. *lib. 17. c. 23.* Vernacula putatio deiectis per ramos vitium crinibus, circumuestit arborem. Cic. 3. *de Orat.* Quandoquidem iste circumuestit dictis, sepit sedulò.

Circumuincio, is, {[illegible]. GALL. *Lier tout autour.* ITAL. *Ligare di intorno, da ogni banda.* GERM. Vmbbinden. HISP. *Atar en derredor.* ANGL. *To bind and mak fast round about.*} Plaut. *Rud.* Quasi myrteta iuncis, ita ego vos virgis circumuinciam.

Circumuiso, circumuisis, frequentatiuum à circumuideo. [illegible].

Circumuolo, as, {[illegible]. GALL. *Voler à l'entour.* ITAL. *Volare intorno.* GERM. Herumb fliegen. HISP. *Volar en derredor.* ANGL. *To flee round about.*} Sil. *lib. 17.*

———Iaculo circumuolat alite campum.

Horat. 1. *Serm. satyr. 1.*

——— Mors atris circumuolat alis.

Circumuolans ordines exercitus. Velleius. Aquila cum circumuolauit. Suet. *in August. cap. 97.*

——— Te solitis circumuolet alis Victoria.

Ouid. *Eleg. 1. lib. 1. Trist.*

Circumuolatus, participium à Circumuolor. [illegible]. Plin. *lib. 10. c. 32.* Halcyonem videre rarissimum est, nec nisi Vergiliarum occasu, & circa solstitia brumamve, naue aliquando circumuolata, statim latebras abeuntem.

Circumuolito, frequentatiuum: iterum atque iterum circumuolo. {[illegible]. GALL. *Voleter, ou voltiger à l'entour.* ITAL. *Volare spesso per quà & per là.* GERM. Rummb vnd wider herumb fliegen. HISP. *Volar muchas vezes en derredor.* ANGL. *To flee often round about.*} Huius proprius vsus est apud Virg. *lib. 1. Georg.*

Aut arguta lacus circumuolitauit arundo.

¶ Columella per translationem pro Crebrò viso, seu pro Celeriter circundo, vsus est, an honestius dixerim mercenarij salutatoris mendacissimum aucupium, circumuolitantis limina potentiorum.

Circumuoluere, {[illegible]. GALL. *Entortiller autour, se tourner autour.* ITAL. *Volgere intorno.* GERM. Herumb welzen. HISP. *Boluer en derredor.* ANGL. *To wrappe, or to roll round about.*} Plin. *lib. 10. cap. 16.* Serpentes coëunt complexu, adeò circumuolutæ sibi, vt existimari biceps possit. Virg.

Interea magnum sol circumuoluitur annum,
Et glacialis hyems Aquilonibus asperat vndas.

Circumuolutor, is, [illegible]. Plin. *lib. 8. cap. 17.* Feram verò circumuolutari non dubiè blandientem, sese conflictantem mœrore, qui etiam in panthera intelligi posset.

[Circellum, circulus. *Circellum*, circelli, monilia. Gloss. A. L.]

CIRCVS, i, Circulus. {חוג chugh. [illegible]. GALL. *Cercle, rondeau, autour, circuit.* ITAL. *Cerchio, circolo.* GERM. Ein vmbkreyß, ein circkel. HISP. *Cerco, circulo, rodeo, ò rodilla de cabeça.* ANGL. *A circle, all round going about lik a circle.*} Omnis in gyrum ambitus: à circumeundo, secundum Seruium. Mathematici definiunt eum figuram planam, vna tantùm linea contentam, in cuius medio punctus sit, à quo omnes lineæ ad circumferentiam ductæ, inter se sint æquales. Et differt Circus à Globo, quòd circus est planities rotunda, vt circuitus: globus soliditas vndique rotunda, vt est sphæra & staminum glomera. ¶ Circus, [illegible]. Athen. *lib. 13.* etiam dicitur locus in quo populus ludos spectans considebat. Virg. *lib. 5.*

———mediâque in valle theatri
Circus erat.

Cic. 3. *Phil.* Nescis heri quantum in circo diem ludorum Romanorum fuisset! Fuerunt autem tres Circi Romæ: Circus maximus inter Palatium & Auentinum: Circus Flaminius, qui & Apollinaris: & Circus Neronis in Vaticano.

Tollatur circus, non tuta licentia circi est.

Ouid. *Eleg. 1. lib. 2. Trist.*

Circus erit pompa celebris.

Idem 4. *Fast.*

Circus adhuc cessat, spargit tamen acer arenam Taurus.

Idem *Eleg. 9. lib. 4. Trist.*

Circus in hunc exit, clamataque palma Theatris.

Idem 5. *Fast.* In circi spatiis interius flectendum est. Sen. *c. 9. de tranq.* Iámne est ante ædes circus, vbi ludi faciundi mihi. Plaut. *Mercat.* ¶ Candens Circus, [illegible], id est, orbis lacteus. Cic. *in Arato.* Vidisti magnum candentem serpere circum, Lacteus hic nimio fulgens candore notatur. Idem *in somnio Scipionis*, Erat autem is splendidissimo candore inter flammas Circus elucens, quem vos (vt à Græcis accepistis) orbem lacteum nuncupatis. ¶ Circus, Aristoteli [illegible] & [illegible], [illegible] Homero, est enim Accipitris genus, omnium auium velocissimus, columbísque infestus, teste Homero. Plin. *lib. 10. c. 8.* Accipitrum genera xvi. inuenimus (forsitan error hic est, legendúmque ex Aristotele *lib. 9. hist. anim. c. 36.* Decem) Ex iis Circum claudum altero pede. At hoc Arist. *lib. 9. hist. c. 15 de Ægitho*) prosperrimi augurij nuptialibus negotiis, & pecuariæ rei. Vide *Circos.*

Circulus, diminutiuum à Circus. {חוג chugh. [illegible]. GALL. *Cercle, entour.* ITAL. *Circolo, cerchio.* GERM. Ein circkel. HISP. *Circulo ò rodeo ò rodilla de cabeça.* ANGL. *A circle.*} Figura est annularis. Cic. 2. *de nat. deor.* Quúmque duæ formæ præstantes sint, ex solidis globus (sic n. sphæram interpretari placet) ex planis autem circulus, aut orbis, qui [illegible] Græcè dicitur,

Vester ab intacta circulus extet humo. (vesæ)

Ouid. *Eleg. 3. lib. 4. Trist.* &c. A mathematicis definitur esse figura plana, vna tantùm linea contenta, in cuius medio punctus est, à quo omnes lineæ ad circunferentiam ductæ, sunt æquales. Hæc omnium planarum figurarum est perfectissima: vnde Circularem scientiam dicimus, pro absoluta omnium scientiarum cognitione, quam Græci [illegible] vocant. ¶ Circulus per translationem pro cœtu hominum in orbem collectorum sumitur. {קהל kahal קדרה kedhah. GALL. *Compagnie d'hommes faisant vn cercle pour raisonner.* ITAL. *Compagnia*

pagnia in luogo publico per ragionare. GERM. Ein versamlung der leut in rings weyß. HISP. *El corillo de hombres.* } Tacit. *lib.* 3. Nec ignoro in conuiuiis,& circulis incusari ista,& modum posci. Liu. *lib.* 4. *decad.* 3. In omnibus circulis atque etiam (si diis placet) in conuiuiis sunt, qui exercitus in Macedoniam ducant. Circuli serentium sermones. Liu. 8. *bell. Pun.* In circulo loqui & disputare. Gell. *c.* 1. *lib.* 4. Hoc ad pullatum circulum facit. Quint. *c.* 13. *lib.* 2. ¶ Pro Auditoribus. Per fora & aggerem Circuli. (i. auditorum) Idem Quint. Circulus per syncopen pro circulo. Virg. 3. *Georg.*

At primum laxos tenui de vimine circlos
Ceruici subnectẽ.

Circŭlāris,e, adiectiuum. {GALL. *Chose de cercle.* ITAL. *Circolare.* GERM. Das zu dem Circkel gehört. HISP. *Cosa de cerco, de corillo.* ANGL. *Round or belonging to a circle.*} Quod ad circulum pertinet. κυκλικός. vt, Figura circularis. ¶ Circulares item magistratus dicuntur, qui in orbem deferuntur, quæ & περιοδικαὶ πολιτεῖαι à Demosthene appellantur. ¶ Circulares, seu Encyclicæ literæ, quæ à Synodo, vel à Papa scribuntur ad totam Ecclesiam, Catholicæ dictæ. Scrib.

Circŭlātor, qui hominum cœtu circundatus, fabulis eos, aut præstigiis oblectat, quive in foro hominúmve coronis sese ostentare solet, quem & circumforaneum dicimus. {ἀγύρτης, ἀπατεών. GALL. *Basteleur, qui amasse le peuple à l'entour de soy, comme vn vendeur de triacle.* ITAL. *Il salta in banco, ciarlatano.* GERM. Ein vmbschweiffiger landstreycher/ oder der vnder den leuten märle sagt/ oder abentheuer treybt. HISP. *El que junta al pueblo para que vea lo que haze, chocarrero ò charlatan.* ANGL. *A iester that gathereth the people abouthim.*} Cicer. *lib.* 5. *Epist.* Circulator auctionum notissimus. Apul. *lib.* 1. *de Asino.* Circulatorem aspexi equestrem, spatham præacutam mucrone infesto deuorasse. Paul. Iurec. *de extraord. crim.* In circulatores qui serpentes circumferunt, & proponunt, si cui ob eorum metum damnum datum est, pro modo admissi actio dabitur. Dictus Circulator à circulo, hoc est, hominum corona.

Circŭlātrix, icis, fœmininum à circulator, quæ in foro hominúmque frequentia versatur, ineptiis & præstigiis spectatores oblectans. {ἀγύρτις. GALL. *Basteleuse, femme qui va d'vn costé & d'autre comme vn basteleur.* ITAL. *Dona che va ballando ò attezando per guadagno.* GERM. Ein abentheurerin/ die sich ernehrt mit singen/ tantzen oder märle vnd fablen zusagen. HISP. *La que anda en corillos.* ANGL. *She that intiseth the people about her.*} Mart. *lib.* 10. Linguam circulatricem dixit pro petulanti & maledica. Vernaculorum (inquit) dicta sordidum dentem, & fœda linguæ probra circulatricis, Poëta quidam clancularius spargit.

Circŭlātŏrĭus, a, um, quod ad circulatorem spectat. {ἀγυρτικός. GALL. *De basteleur.* ITAL. *Cosa pertinente à buffone, à ciarlatano.* GERM. Das zu einem solchen abentheurer gehört. HISP. *Cosa para los corillos y charlatanes.* ANGL. *Belonging to a iester.*} Vnde Quintil. præcipit nobis parandam vim orandi, non circulatoriam voluptatem spectandam, hoc est, garrulam illam circulatorum festiuitatem non esse aucupandam. Idem Quint. *lib.* 2. *c.* 4. Extemporalis garrulitas, nec expectata cogitatio, ex vix surgendi mora, circulatoriæ vere iactationis est.

Circŭlātim, significat per circulos. {ἐν κύκλῳ. GALL. *Tout autour.* ITAL. *Circondatamente.* GERM. Von ring zuring. HISP. *De corillo en corillo.* ANGL. *Round about, by circles.*} Sueton. In summo publico luctu, exterarum gentium multitudo circulatim suo quæque more lamentata est.

Circŭlo, as, are, pro circundare legitur. {סבב *sabeb.* κυκλόω. GALL. *Enuironner.* ITAL. *Cerchiare, circondare.* GERM. Vmbgeben als mit einem circkel treyß. HISP. *Cercar, hazer cerco.* ANGL. *To compasse, to enuironne.*} Colum. *lib.* 12. Isque debebit ante circulari fossula, quæ repleatur lapidibus & calce. Cicer. *de clar. Orat.* posuit pro In circulum caput circunferre: Videt (inquit) oscitantem iudicem, colloquentem cum altero, nonnunquam etiam circulantem. Circulari iudicem. (an fallere?) Senec. *epist.* 40. In priuato circulari. Idem *Epist.* 53. Circulari legit apud Cæs. Victor. *cap.* 13. *lib.* 8. vbi legitur, totis verò castris milites conturbari.

Cĭris, {κεῖρις. GALL. *Alouëtte.* ITAL. *Lodola.* GERM. Ein lerch. HISP. *Cugujada.* ANGL. *A lark.*} Est auis, quam alio nomine Alaudam dicimus. Hanc poëtæ fabulantur fuisse Scyllam Nisi regis filiam, quæ quum patrem fatali crine spoliatum Minoi prodidisset, nata est in auem Cirim. Nominis huius etymon Ouidius deducit à Græco verbo κείρω, quod est tondeo: alludens nimirum ad fabulam, quæ Scylla purpureum Nisi patris crimen fertur totondisse. Sic enim ait *lib.* 7. *Metamorph.*

——— *plumis in auem mutata vocatur*
Ciris, & à tonso est hoc nomen adepta capillo.

¶ Item Ciris, capilli contorti, quales picus Martius, alauda & galeritæ in capitibus gerunt. ¶ Item ostreorum capillamenta.

Cĭris, dicitur Scylla Nisi regis filia, mutata in auem Cirim, id est, alaudam. Vide Scylla. κεῖρις scribitur Oppiano *lib.* 1. *de Aucupio.*

Cĭrnĕa, æ, vas vinarium. nam κιρνῶ misceo significat. {GERM. Ein schenck kanne. ANGL. *A vessel for wine.*} Plaut. *in Amphitr.* Inde impleui cirneam.

Cĭrrhā, Κίῤῥα. Vrbs est in Phocide ad radicem Parnassi montis: à qua campi vicini Cirrhæi dicti sunt. Plin. *lib.* 4. *cap.* 3. Et Apollo Cirrhæus, & Templa Cirrhæa, hoc est, ædes Apollinis, apud Senecam *in Hercule OEtæo.*

Cĭrrī, à quibusdam appellantur capilli contorti, ac perinde crispati, quales picus Martius, & alauda & grues in capitibus gerunt. {קווצות *keuutzoth.* βόστρυχοι, κίκιννοι. GALL. *Vne tousse de cheueux retors les vns contre les autres.* ITAL. *Capelli crespi.* GERM. Hartzöpff. HISP. *La guedeja de los cabellos.* ANGL. *Lockes of frisled heare.*}

Ostreorum, etiam capillamenta dicuntur Cirri.

Mart. *lib.* 7. Et ostreorum rapere lividos cirros. ¶ Alij cirros capillos capitis attonsos putant, à κείρω, attondeo, incido. Cato *de liberis educandis*, Itaque Ambracia primum puerilem dentem, item cirros ad Apollinem ponere solent. Iuuenal. *Satyr.* 13.

——— *madidos tergentem cornua cirros.*

Cirrātus, id est, capillatus. {βοστρυχώδης. GALL. *Qui a les cheueux crespez & par toupeaux.* ITAL. *Chi ha rizzoli capelli.* GERM. Der vnder krauß har oder solche zöpf hat. HISP. *Qui tiene crespos los cabellos.* ANGL. *That hat curled and frisled heare.*} Persius,

Ten' cirratorum centum dictata fuisse
Pro nihilo pendas?

¶ Inde Cirratos vocat pueros, qui comam nutriunt, quam Veneri consecrent detonsam.

Cirriger, qui cirrum gerit, qui crines obliquatos & flexos habet.

Cirsi, κιρσοὶ, ab Hippocrate vocantur varices, hoc est, tumores pedum, & nonnunquam circa imam partem ventris, atque adeo circa ipsos testes. Aristoteles ἰξίας vocat. ¶ Tu vide lexicon Hutteri.

Cirta, siue potius Cirtha, Κίρθα, Numidiæ fuit vrbs munitissima, in qua Iugurtha Adherbalem necauit, vt est videre apud Salust. *in Iugurth.* Vide & Strab. *lib. vlt.* Vulgo *Constana.*

Cirtiscus, fluuius est memorandus in Scythia, teste Herodoto.

Cis, κὶς, vermiculus in tritico præcipuè & hordeo nascens, seminaque illa cuspide sua exiguis foraminibus penetrans: à cuius similitudine etiam pumex lapis κισσηρὶς Græcis appellatur, quod fistulosus sit, & multis foraminibus pertusus.

Cis, & Citra, {עבר *heber.* ἐντὸς, ἐπὶ τάδε, ἐπὶ τάδε ἐπέκεινα. GALL. *Deçà.* ITAL. *Di qua.* GERM. Hie dissent. HISP. *Aquende.* ANGL. *On this part or side.*} differunt, quod Cis magis propriis nominibus fluminum, vel montium præponi solet: reliquis magis Citra: vt, Cis Rhenum, Cis Padum, Cis Alpes, ἐπὶ τάδε τῶν ἄλπεων. Cis paucas tempestates, (*dans peu de iours*) Plaut. *Most. sc.* 1. *a.* 1. Citra forum, citra templum, hoc est, ab hac parte templi, aut fori. ¶ Cis pro vltra. Varro. ¶ Harum duarum præpositionum significationi opponitur Vltra, quod significat trans, vel ab alia parte, vt, Vltra Apenninum, Vltra Padum. Vt lana tincta fuco citra purpuram placet (i. si non cum ea comparetur.) Quintil. Luceat hæc citra Solem. Idem Quintil. Citra extrema consistere. Senec. *cap.* 10. *de Tranq.*

——— *Citráque necem tua constitit ira,*

Ouid. *El.* 1. *lib.* 2. *Trist.* Item, Citra pro præter, Cæs. *lib.* 1. *de bell. ciu.* Nil citra Capuam tutum. i. præter Capuam. Hæ autem particulæ Citra, Intra, Vltra, vt docet Gell. *cap.* 13. *lib.* 12. apud veteres singulis syllabis appellabantur Cis & Vls. Dicebatúrque Cis Tyberim, & Vls Tyberim: mox dici cœptum est, Citra Tyberim, & Vltra Tyberim, & Iuxta Calendas. ¶ Cis etiam per compositionem nominibus montium, vel fluuiorum coniungitur: vt, Cisalpinus, Cispadanus. Et quamuis habeat vim localem, per translationem tamen, & in tempore, & in aliis rebus vti possumus: vt, Cis definitum tempus venisti: sicut, Vltra tempus à nobis datum venisti. Cis naturæ leges, hoc est, minus quàm patiantur naturæ leges. ¶ Citra etiam quandoque pro Sine, χωρίς. Columella, In agricultura voluntas facultatésque citra scientiam sæpe magnam dominis afferunt iacturam. Sueton. *in Cæs.* Alij citra Senatus, populique autoritatem, id est, sine autoritate. Quint. *lib.* 1. Tum neque citra Musicen, Grammatice potest esse perfecta. Plin. *lib.* 3. Citra fastidium nominentur. ¶ Quandoque ponitur pro Ante: vt Citra Calendas: id est, ante Calendas. Sueton. *in August.* Solebat etiam citra spectaculorum dies, si quando quid inusitatum, dignúmque cognitu, &c. ¶ Fit autem Citra à Cis.

Cĭtĕrĭor, à Citra, vel à Citer, vocabulo obsoleto. {ἐγγύτερος. GALL. *Qui est plus proche de nous.* ITAL. *Più vicino, vltimo.* GERM. Der hie dissent ist. HISP. *Cosa de mas aquende.* ANGL. *That is nigher.*} Cic. *ad Attic. lib.* 12. Hircius ad me scripsit, Sextum Pompeium Corduba exisse, & fugisse in Hispaniam citeriorem. Ætas citerior. Valer. *lib.* 8. *tit. de studio & industria*, Citerioris ætatis metas, sed non parui tamen spatij Chrysippi viuacitas flexit. hoc est, ad recentiorem nostræque propiorem ætatem peruenit. Quæ enim nobis proxima sunt, citima appellantur. Cicer. *de Vniu.* Hanc autem citimam è mediana linea direxit ad læuam, sed principatum dedit superiori. Idem *in som. Scip.* Ex quibus erat ea minima, quæ vltima cælo, citima terris, luce lucebat aliena. Citeriùs procedere. Velleius.

Cĭtĭmus, superlatiuum à Cis, vel Citra, vel potiùs ab antiquo nomine Citer, Proximus. Vnde Citima vocantur, quæ in cælo infima sunt, & nobis proxima. {ἐγγύτατος. GALL. *Tres-prochain de nous.* ITAL. *Molto di più di qua, propinquo à noi.* GERM. Der zu dem aller nechsten hiez dissent bey vns ist. HISP. *Cosa de muy mas aquende.* ANGL. *Nighest.*} Cicer. *in somn.* Ex quibus erat ea minima, quæ vltima cælo, citima terris luce lucebat aliena.

Cisalpina Gallia, quæ & Citerior Gallia, & Gallia togata dicitur, fluuio Rubicone finitur, cuius basim Alpes efficiunt. {GERM. Das theil Italiæ so jetzt Lombardia genennt wirt.} Cic. *pro lege Manilia.* Inde quum se in Italiam recepisset, duabus Hispanis & Gallia Cisalpina præsidiis ac nauibus confirmata, &c.

Cisamus, Κίσαμος, vrbs est Cretæ apud Ptolemæum, quæ hodie Ephitisa appellatur. {GERM. Chisamopoli.}

Cisapennina Italia, à Catone in Orig. dicitur, quæ respectu Romanorum cis Apenninum montem est, sicut Transapennina, quæ trans Apenninum est.

Cisianthi, populi sunt inter Scythas, qui Oceanum accolunt. Cimmeriis vicini. Plin. *lib.* 6. *cap.* 13.

Cissia, Κισσία. Mater Memnonis, à quo Susorum ciues Cissij dicti. Steph.

Cĭsĭum, genus vehiculi duas habens rotas. {צב *tsab.* δίτροχον. GALL. *Vn certain chariot à deux rouës à porter gens.* ITAL. *Vn certo carro che ha due rote.* GERM. Ein karch mit zweyen redern. HISP. *Vn genero de carro d' andas.* ANGL. *A certane cart or wagen with twoo wheales.*} à quo Cisiarij, qui cisium regunt, Auson.

Vel cisio trijugi, si libet, insilias.

Cic. Delituit in quadam cauponula, atque se ibi occultans, perpotauit ad vesperum: inde cisio celeriter ad vrbem vectus, domum venit capite inuoluto.

Cĭsĭārĭus, Cisij moderator, siue auriga. {ὁ ἐν τῷ διτρόχῳ ἡνίοχος. GALL. *Cisartier & meneur de chariot à deux rouës.* ITAL. *Carrettiere.* GERM. Ein Karrer. HISP. *Carretero, el que rige aquellas andas ò carro.* ANGL. *A carter that guideth a cart with twoo wheales.*} Paul. Iurecons. *lib.* 29. *Digest.*

Si

Si cistiarius, dum cæteros transire contendit, cistum euertit, & seruum quempiam vel occidit, puto ex locato esse in eum actionem.

Cispello, as, are, apud vetustissimos inuenitur pro eo quod est in citeriorem partem pellere. Plaut. *in Amph.* Inde optime cispellam virum, id est, repellam, quod qui repellitur, citrà regredi cogatur, nec vltra progredi sinatur. Idem *Asin. sc. 3. a. 3.* Quæ mihi hunc cispellat metum, alii *expellat*.

Cispius, mons in vrbe Roma, Exquilina in regione, de nomine Cispij dictus, vt inquit Festus. Varr. *lib. 1. de L.L.* Exquilinus est Cispius mons sexticeps apud ædem Iunonis Lucinæ. & Gell. *c. 1. lib. 15.*

Cisrhenanus, cis Rhenum habitans. Cæsar *lib. 6. belli Gal.* Neruios, Aduaticos, ac Menapios, adiunctis Cisrhenanis omnibus Germanis, esse in armis.

Cissa, Ptolemæo fluuius est Ponti, in ea parte, qua Cappadociæ cohæret. Vulgo *Quisa*.

Cissanthemos, κισσάνθεμος. Altera cyclamini species est, quam vulgus hodie (teste Ruellio) *Diuæ Mariæ sigillum* vocat.

Cisseus, κισσεύς, Rex Thraciæ, pater Hecubæ vxoris Priami, à quo Cisseis patronymicum: vt Hecuba Cisseis, apud Euripidem.

Cissybium, ligneum poculum ex hedera, quod Græci κισσύβιον ὁ κισσύβιον vocant. Meminerunt Theocritus & Homerus. Pollux ait poculum illud pastorale sic dictum, quòd hedera circundatum sit, nam κισσὸς hederam significat.

Cissites, κισσίτης, gemma est ad similitudinem folij hederæ candicans. Plin. *lib. 37. cap. 11.* Cissites in candido collucet, hederæ foliis, quæ totam tenent. Et apud eundem *eiusdem lib. cap. 10.* Cissites circa Copton nascitur candida, & videtur intus habere partum, qui sentiatur etiam strepitu.

Cissos, κισσός, hederæ genus est, quæ sola sine adminiculo subsistit, neque arboris, aut muri, alteriúsve pedamenti eget sustentaculo, vnde etiam Orthocissus à Græcis dicitur, quasi recta hedera. Fabulantur Græci Cissum Liberi patris pusionem in hanc herbam conuersum, ei nomen fecisse.

Cista, Fiscinum, arca. {סל *sal* ארון *arôn*. κίστη. GALL. *Panier, corbeille, coffre, ou bahu.* ITAL. *Paniero, canestro.* GERM. Ein korb/ zeinen/ ein kist. HISP. *Cesta.* ANGL. *A chest or coffer.*} Genus vasis viminei, apud Colum. *lib. 12. c. 52.* Ouid. 2. *Metam.*

Clauserat Actæa texta de vimine cista.

Fit etiam Cista ex asseribus, in qua conduntur & pecuniæ, & alia vsui nostro necessaria. Cicer. *in Verr.* Quaternos H-S, quos mihi & Senatus decreuit, & ex ærario dedit, ego habebo, & in cistam transferam ex fisco. Iuuen.

Nanque vetus Græcos seruabat cista libellos.

¶ Cista in iudiciis erat, intra quam tabulæ ceratæ ponebantur in ferendis suffragiis, vt inquit Asconius in illud Ciceronis *de Diuinatione*. In Diuinatione, & in aliis causis maioribus vniuersi iudices in cistam tabulas simul coniiciebant suas, eásque insculptas literas habentes absolutionis, siue condemnationis.

Cistula, {κιστίς. GALL. *Petit panier, petit coffre ou bougette.* ITAL. *Picciol panier.* GERM. Ein kleins körblin oder kistlin. HISP. *Cestilla.* ANGL. *A litle chest.*} Martial. *lib. 1.*

Parua cistula non capax oliuæ.

Vbi patera nunc est? S. In cistula. Plaut. *Amph.* ¶ Hinc aliud diminutiuum Cistella. Terent. *in Eunuch.* Cistellam Pythia domo effer cum monumentis. Pateram, qua ille potare solitus est, in cistella pertuli. Plaut. *Amphit.* ¶ A quo rursus Cistellula. Idem *in Rud.* Vbinam ea fuit cistella? Idem *Amph.* Quæ in hac cistellula tuo signo obsignata fertur. Autor ad Heren. *lib. 1.* Cistellam pro vase posuit, quo suffragia populi in creandis magistratibus, legibúsque ferendis colligebantur, quum ait, Saturninus legem ferre cœpit, collegæ intercedere: ille nihilominus cistellam detulit.

Cistifer, a, um, {ὁ κιστοφόρος. ANGL. *which beareth a chest.*} Qui fert cistam. Martial.

Nunc fuli Gellia cistifero. alij, *cistigero*.

[Cistarium, κιστάριον, panarium, quod ἀρτοθήκη in vet. Gloss.]

Cistellatrix, icis, ἡ κιστοφόρος. Plaut. *Trin.* Nox datur, ducitur familia tota, Cantrices, cistellatrices, nuntij, renuntij, raptores panis & peni. Videtur significare ancillam, quæ canistrum fert hederæ.

Cisterna, locus in quo colligitur aqua pluuia per euripos & canaliculos sub stillicidio positos, ad imbres suscipiendos. {בור *bor.* δεξαμενή, τὸ ὑετοῦ δοχεῖον. GALL. *Cisterne, lieu, pour recueillir l'eau de pluye pour la garder.* ITAL. *Cisterna.* GERM. Ein cistern/ ein ort dahin das regenwasser zusammen laufft. HISP. *Cisterna ó algibe de agua.* ANGL. *A cisterne, a place to keep and gather rayne.* Vlp. *l. 1. ¶ de furt.* Cisterna aquam viuam non habet. Et quidem cisternæ imbribus concipiuntur, sed per glaream immissam in spongias purificatas. Idem *l. 1. vulgaris. §. sed & si de naui. ff. de furt.* Et quidem si cisterna vim habet, quid dices, aut aquæ cisterna? Cisterna ædificiis subdita. Senec. *Epist. 87.* [Gothofr. è Gloss. MS. Cisterna est lacus collectorius, quasi iusta, quæ aquam pluuiam continet.]

Cisterninus, a, um, {ὁ τῆς ἐν τῇ δεξαμενῇ. GALL. *De cisterne.* ITAL. *Di cisterna.* GERM. Das der cisternen zugehört. HISP. *Cosa de cisterna ó algibe.* ANGL. *Belonging to a cisterne.*} Colum. *lib. 12. c. 42.* Tota deinde vasa in aqua fontana, vel cisternina ponderibus impositis mergi.

Cistus, {κίστος. GALL. *Ciste.* ITAL. *Cisto.* GERM. Cistus ist ein staud. HISP. *Cergaços.*} quem & Cittaron vocant, siue Cissaron. Est frutex maior thymo, foliis ocymi: cuius duo sunt genera, floris colore distincta. Masculus enim florem habet rosaceum, fœmina album. Vide Plin. *lib. 24. c. 10.* Vulgus Rosaginem, siue Rosam caninam appellat. Sub hoc frutice nascitur hypocistis de qua suo loco. ¶ Est & Cisti species Leda Plinio, λήδον Dioscoridi, ex qua ladanum λάδανον, siue λήδανον Herodoto, de quo Plin. *lib. 12. cap. 17.*

Cisthene, Pomponio *lib. 1.* Vrbs est Æolidis in littore, qui est inter Elaiticum sinum & Idæum. A Plinio *Cisthene* vocatur *lib. 5. c. 30.*

Cistophorus, κιστοφόρος. ¶ Cistophorus, Ciceroni Asiatica pecunia, cuius pretium fuit paulò maius quàm denarij dimidium, ita dictus quòd in eo essent expressi cistigeri: quatuor autem denarij, vt ex Festo colligere licet, efficiunt 7. cistophoros cum semisse: ex qua summa ad calculos reuocata, colligitur eius pretium ad tres obolos cum semisse. Malaspina n. *in Ep. ad Att.* aliter tradens fallitur. Hæc Adr. Iunius. Nam: species, sic dicti à Canephoris Palladis Atticæ virginibus ministris, quarum imaginem habebat impressam. Cicer. *ad Atticum lib. 11.* Ego in cistophoro in Asia habeo ad sestertia bis & vicies. Huius pecuniæ permutatione fidem nostram facilè tuebere. Idem *pro domo sua*, vt si in Asia cistophorum flagitares.

Citilla, vide *Citta*.

Citarij, populi Siciliæ, Autor Plin. *lib. 3. cap. 8.*

Citatus, vide *Cito*, as.

[Citatus, similis taxo. Gloss. Isid. id est, ceu taxus.

Citer, a, ter. Vide Priscianum *lib. 14.*]

Citeria, appellabatur effigies quædam arguta & loquax ridiculi gratia, quæ in pompa vehi Romæ solebat. Cato *in M. Cæcilium*, Quid ego cum illo decertem amplius, quem ego denique credo in pompa vectitatum iri ludis pro citeria, atque cum spectatoribus sermocinaturum? Festus, Citeria itaque cognitam in homines impendio loquaces olim iactatum est. Vnde speciem prouerbij habebant orationes huiusmodi, Citeria loquacior &, et hoc mutam dicas citeriam: vous cum multis citeriis certare possit.

Citerior, Citernus, vide *Citra*.

Cithæron, κιθαιρών, per i, nostrum, mons est Bœotiæ, teste Strab. cuius radicem Asopus amnis alluit. Seruius credidit alterum esse ex iugis Parnasi: quod omnium Geographorum iudicio secus se habet. Est enim Cithæron mons à Parnaso discretus, & ab eo quinquaginta triginta passuum millibus distitus. Hic mons Libero patri sacer erat; vnde etiam ibi eius Orgia celebrabant. Ouid. 3. *Metam.*

Vadis, vbi festus facienda ad sacra Cithæron
Cantibus & Clara Bacchantum voce sonabat.

Cithara, Instrumentum musicum, alio nomine Lyra. {כנור *chinnór.* κιθάρα. GALL. *Vne harpe.* ITAL. *Cetera.* GERM. Ein harpff. HISP. *Harpa, instrumento.* ANGL. *An harpe.*} Martial. *epigr. 165. lib. 14.* Hanc Hieronymus scribit effici in modum Δ litteræ, cum chordis viginti quatuor, & per digitos variis vocibus, tinnulisque ictibus in diuersis modis concitari. Plin. *lib. 7. c. 56.* Citharam Amphion: vt alij, Orpheus: vt alij, Linus inuenit. ¶ Citharam Virgilius pro ipsa musica & harmonia accepit, 12. *Æneid.*

Augurium, citharámque dabat, celerésque sagittas.

Quint. *lib. 1. c. 8.* Nam sicut cithara, ita oratio perfecta non est, nisi ab imo ad summum omnibus intenta neruis consentiant. ¶ Non omnes qui habent citharam, sunt citharœdi. Varro *de re rust. lib. 2.* Quo significatum est, compluribus mortalium adesse virtutis insignia, aut etiam famam, qui tamen virtute vacent.

Citharœdus, qui cithara canit, ab ᾠδὴ cantus. {κιθαρῳδός. GALL. *Harpeur, iouëur de harpe en partie.* ITAL. *Chi canta su la cetera, citarista.* GERM. Ein harpfenschläger oder welcher darzu singt. HISP. *El que tañe la harpa.* ANGL. *An harper.*} Propriè (vt Moscopulus annotauit) qui & citharam pulsat, & ore accinit. Iuuenal.

Accipis vxorem, de qua citharœdus Echion,
Aut Grapy sue fiet pater.

Citharœdicus, a, um, {κιθαρῳδικός. ANGL. *Belonging to an harpe.*} vt Citharœdica ars, apud Plin. *lib. 9. c. 8.* Citharœdicus habitus. Suet. *in Nerua*, Item statuas suas citharœdico habitu.

Citharista, κιθαριστής, qui citharam tantùm pulsat, non etiam accinit: nam is (teste Moscopolo) propriè dicitur Citharœdus. Cic. 3. *Verr.* At etiam illum Aspendium citharistam, de quo sæpè audistis id, quod est Græcis hominibus in prouerbio, quem omnia intus canere dicebant, sustulit.

Citharis, κίθαρος Athenæo, κιθαρῳδὸς Æliano, & κίθαρα Oppiano *lib. 1.* [Anon.

Littore frustifrago citharus latet & melanurus.]

Piscis est qui Romæ Folio dicitur. Rhombo similis est, vel Galeno teste *lib. 3. aliment.* Cuius dentes serrati: lingua soli ex planis soluta est: Cato insuauior, quia alga vescitur, vt salpa. Cithari præter Aristotelem meminit Plin. *lib. 32. c. 11.* Peculiaris autem maris acipenser, aurata, &c. balanus, cornus, citharus.

Citharistria, quæ citharâ canit. {κιθαρίστρια. GALL. *Femme qui iouë de la harpe.* ITAL. *Quella che canta in su la cetara.* GERM. Ein harpfenschlägerin/ oder welche darzu singt. HISP. *La muger que tañe la harpa.* ANGL. *A woman that playeth on the harpe.*} Terent. *Phorm.* Continuò quandam nactus est puellulam Citharistriam. *Ibidem* Terentius eandem vocat Fidicinam; Ille, qui illam amabat fidicinam. ¶ Sunt autem Citharistes, & Citharistria, verbalia, à Græco verbo κιθαρίζω, quod est citharâ cano.

Citharista, siue Citharistes, κιθαριστής, promontorium Galliæ Narbonensis: testibus Ptolem. *lib. 2. c. 10.* & Antonino, qui in suo Itinerario ab hoc promontorio Massiliam vsque nauigio triginta millia passuum facit.

Citimus, vide Citra in *Cit.*

Citus, a, um. GALL. *viste, soudain.* Citus de cunis exsilit. Plaut. *Amph.* Pergunt ad cunas citi. *Ibid.* Turbo non æquè citu'st. Plaut. *Pseud. sc. 4. a. 2.* Citis quadrigis. Idem *Amph. ur.*

Citò, *vistement, soubdainement.* Da citò cantharum. Citior. Plaut. Nullam ego rem apud homines citiorem quàm famam reor. Idem *Most. sc. 4.* Citius propter persequi. Idem *Aul. sc. 1. a. 4.* Quàm citissimè potest, tam hoc celere ac factum volo. Idem *Capt. sc. 2. a. 2.*

Citra, præpositio, ἐντός. Vide in dictione *Cis.*

[Citratum, potionis medicæ genus. L. gr. b.]

Citro, vide in dictione *Vltro*.

Citrus, arbor est duorum generum: quarum altera lauri folio perpetuò virens, eadem est cum malo medica, quæ citrium malum gignit, oris grauëolentiam emendans, & vestium commendans odorem, easdémque à tineis conseruans. ἡ μηλέα μηδική, vel μηδία, vel ἡ κιτρόμηλος. GALL. *Citronnier, arbre qui porte les citrons.* ITAL. *Citroncaro.* GERM. Citronbaum. HISP. *Citronero, cidras, madera mas preciosa que alerza.* ANGL. *A limon tree.*} Altera syluestri cupresso similis est, & cauitate

& folio, & odoratu, in Mauritania præcipuè nascens: vnde in Italiam ad pretiosissimarum mensarum materiam aduehebatur, quæ & Citreæ appellantur à Plin. *lib.* 13. *c.* 15. Gallici triumphi apparatus e citro. Velleius. Hæc arbor ab Homero Trogete, à quibusdam etiam Thyia appellatur, præcipuam in radicis crispitudine dotem habens. ¶ Citrum, neut. gen. citri arboris lignum. ‖Mart.

Inspicit aut pueros, nobiliusve citrum.‖

Varr 3. *de re rust. c.* 2. Nunc ubi hic vides citrum, aut aurum? Mart. *lib.* 9.

Et testudineum mensus quater hexaclinon,

Ingemuit citro non satis esse suo.

Idem *lib.* 10.

& citrum vetus, Indicósque dentes.

Citrĕus, a, um, quod ex citro confectum est. {ANGL. *Made of the limon tree.*} Cic. 6. *Verr.* Tu maximam & pulcherrimam mensam citream, à Qu. Lutatio Diodoro (qui Qu. Catulli beneficio à L. Sylla ciuis Romanus factus est omnibus scientibus Lilybæi) abstulisti. Citream mensam cum aurea comparat Martialis *in distichis.*

Accipe felices, Atlantica munera, mensas:

Aurea qui dederit dona, minora dabit.

Citrīnŭs, color, à citri similitudine dictus. {ANGL. *The colour of an orenge.*} Plin. *lib.* 19. *c.* 5. de cucumere loquens, Crescunt, qua coguntur, forma, in Italia virides, & quàm minimi: in prouinciis quàm maximi, & citrini, aut nigri.

Citrea malus, quæ & Medica, μηδικὴ, nominatur. Arbor est toto anno pomifera, aliis cadentibus, aliis maturescentibus, aliis subnascentibus pomis. Folia habet lauri, intercursantibus spinis, fructum verò aureo colore, & odore gratissimo: quem Virg. 2. *Georg.* miris laudibus celebrauit, ibi,

Medica fert tristes succos, tardúmque saporem

Felicis mali.

Præcipuæ mali huius dotes sunt, oris graueolentiam emendare, vestes à tineis illæsas conseruare. Varia citrei mali genera vide apud Ruell. *lib.* 1. *c.* 69. & Amatum Lusitanum in Diosc. *c. de citreis.*

Citrosa vestis, κιτρώδης, à similitudine citri appellata est. Hæc Festus. Meminit & Macrobius *lib.* 3. *Saturn. c.* 19.

Cittă, κίττα, deprauatus mulierum prægnantium appetitus, quum inutiles cibos appetunt, quod ferè contingere solet secundo, aut tertio à conceptu mense, ex alimento in ventriculo corrupto, fœtu existente tam imbecilli, vt nutrimentum consumere non possit. Hinc fit vt copiosæ in ventriculo redundantiæ accumulentur, quæ varium absurdúmque gignunt appetitum, vt carbonum, cretæ, & similium. Eam ob causam Græci malum hoc, picam appellauere, ab auis eius varietate sumpta similitudine.

Cittampĕlŏs, κιττάμπελος, herba est quæ Dioscoridi Helxine, & officinis Parietaria dicitur. Vritur hac appellatione Paul. Ægin. *lib.* 6.

Cittium, κίτιον, oppidum Cypri: vnde Cittieus Zeno, κιτιεὺς, apud Laert. *lib.* 7.

Cittōsis, κιττώσις, vuarum vitium est, quum acini à racemis dilapsi pereunt. Vide Cæl. Rhod. *antiq. lib.* 6. *cap* 1.

Cituma (vt ait Nonius) sunt proxima cælo millia.

Citus, pro diuiso, separato: vnde Oscitare, à diuisione oris.

Cīvis, is, vrbis incola, municeps, liber à coëundo (Ciceroni probatur) quòd vinculo quodam societatis ciues in vnum coëant cœtum, & sub iisdem legibus viuant. {איש העיר *isch haëir* בן העיר *ben haëir.* πολίτης, ου. GALL. *Citoyen ou citoyenne.* ITAL. *Cittadino.* GERM. *Ein burger oder burgerin.* HISP. *Ciudadano.* ANGL. *A citizen or burgesses.*} ‖Iuuenal.

Magnus ciuis obit, & formidatus Othoni.‖

Cic. *in Catil.* Serui me hercule mei si me isto pacto metuerent, vt te metuunt omnes ciues tui, domum meam relinquendam putarem. Idem 1. *de finib.* Debeo profectò, quantumcunque possum, in eo quoque laborare, vt sint opera, studio, labore meo doctiores ciues mei. ¶ Ciuis,)(Peregrinus, Peregrinos hodie absoluam, cras agam cum ciuibus. Plaut. *Pseud. sc.* 7. 4. 4. Cic. 6. *Verr.* Apud Segestanos repertum esse indices fecistote neminem, neque liberum, neque seruum, neque ciuem, neque peregrinum, qui illud signum auderet attingere. Idem, Colebatur à ciuibus, ab omnibus aduenis visebatur.

Ciuitas, ciuium multitudo vnum in locum congregata, quæ eodem iure viuit. {עיר *ir.* πόλις. GALL. *Cité, bourgeoisie, assemblee de ville, amas de citoyens.* ITAL. *Città.* GERM. *Burgerschafft oder Statt.* HISP. *Ciudad, compañia de ciudadanos.* ANGL. *A citie.*} Cic. *de somn. Scip.* Nihil enim est illi principi Deo, qui omnem hunc mundum regit, quod quidem in terris fiat acceptius, quàm concilia, cœtúsque hominum iure sociati, quæ ciuitates appellantur. Idem *pro Sestio*, Tum conuenticula hominum, quæ postea ciuitates nominatæ sunt. Ciuitas fiet concordior, si indotatas opulenti ducant. Plaut. *Aul. sc.* 5. *a.* 3. ¶ Ciuitas & Vrbs in hoc differunt, quòd incolæ dicuntur ciuitas, vrbs verò complectitur ædificia. Cic. 4. *Acad.* Aristoteles & Xenocrates, quos Antiochus sequi volebat, non dubitauissent quin & Prætor ille esset, & Roma vrbs, & eam ciuitas incoleret. Idem *pro P. Sylla*, Etenim in qua ciuitate res tantas gesserim memini, & in qua vrbe intelligo. ¶ Aliquando Ciuitas dicitur ius ciuium: vnde Ciuitate donare, πολιτείαν δῶ..ι. Vsurpatiuè tamen dicitur vrbs, hoc est, ipsa mœnia, & ædificia. Ciuitas, inquit Gel. *cap.* 7. *lib.* 18. & pro loco, & oppido, & pro iure quoque omnium, & pro hominum multitudine sumitur. Item Ciuitatium pro Ciuitatum in genitiuo numeri multitudinis, Liuius *lib.* 2. *d.* 5. ¶ Capere ciuitatem. Plat. *in Dialoge*, qui Sophista inscribitur, prouerbialiter dixit, pro rem difficilem assequi. Neque enim ciuitas primo statim impetu capitur. ¶ Ciuitatem vsurpare, se pro ciue agere. Suet. *in Claudio.* Ciuitatem Romanam vsurpantes in campo Esquilino securi percussit. ¶ Magna ciuitas magna solitudo, ἐρημία μεγάλη ἐστὶν ἡ μεγάλη πόλις. Quadrabit in vrbes aut domos, agros aut hortos, aut aliud id genus quidpiam amplum quidem & spatiosum, sed parum excultum: aut in libeum ingentem quidem illum, verum impolitum & illiteratum. ¶ Seruorum ciuitas, δούλων πόλις. De cætu confluxúque hominum improborum, furacium, aut ignobilium dici potest. ¶ Dicitur etiam ciuitas, pro regione tota cuius incolæ iisdem legibus viuuntur, vt ciuitas Allobrogum, Heluetiorum. Salust. Itaque Qu. Fabio Sangæ, cuius patrocinio plurimum ciuitas vtebatur, rem omnium vti cognouerant aperiunt. Cæs. *lib.* 1. Apud Heluetios longe nobilissimus & ditissimus fuit Orgetorix. Is M. Messala & M. Pisone Cos. regni cupiditate inductus, congregationem nobilitatis fecit, & ciuitati persuasit, vt de finibus suis cum omnibus copiis exirent.

Ciuilis, e, quod ad ciuium, seu quod ad ciues pertinet. {πολιτικός. GALL. *Politique, appartenant aux citoyens.* ITAL. *Ciuile.* GERM. *Burgerlich oder das den burgern zugehört.* HISP. *Cosa de Ciudad, ciuil.* ANGL. *Belonging to a citie.*} vt, Ciuilis mos, Ciuile ius, Ciuile odium, Ciuile bellum, Ciuilis homo, qui est peritus eorum, quæ ad administrandam Rempub. pertinent. Cic. 7. *Phil.* Itaque ego ille, qui semper autor pacis fui: cuique pax, præsertim ciuilis, quanquam omnibus bonis, mihi tamen in primis fuit optabilis. Idem *ad Att. lib.* 7. Genus belli quod sit, vides: ita ciuile est, vt non ex ciuium dissensione, sed ex vnius perditi ciuis audacia natum sit. Non verus & naturalis, sed ciuilis & opinabilis amor. Gell. *c.* 2. *lib.* 12. Ciuilem modum dignitatis concupiscere. Velleius. Plusquam ciuilia cupere & supra ciuilem æquationem eleuati (de Tyrannide) Calpurnius *declam.* 6. Ciuilem virum exhibere. i. prudentem regendæ ciuitatis. Quint. Ciuilis reditus Pompeii. (i. sine armis & pacatus.) Velleius. Ciuile fásque esse remaledici. Sueton. *in Vespas. cap.* 9. Idem *lib.* 6. *ab vrb.* At hercule sermo minimè ciuilis. (i. popularis.) Tacit. *lib.* 2. Hactenus indulgere matri, ciuile ratus. Idem *lib.* 2. A ciuili more degenerare, i. à mansuetudine. Sueton. *in August. cap.* 16. Ciuili animo ferre. Idem *in Cæs. cap.* 75. Ciuilem admodum se egit, i. comem. Idem *in Tiber. cap.* 26. Parcus & ciuilis in se augendo. Idem *in Claud. c.* 11. Ciuile vitæ genus instituere. i. leuissimum. Idem *in Tib. cap.* 11. Item,

Ille pater patriæ, (quid enim ciuilius illo?)

Ouid. *Eleg.* 4. *lib.* 4. *Trist.* ¶ Vnde ciuiles, id est, curæ, & solicitudines. Horat. 1. *Epist.*

Nunc agilis fio, & versor ciuilibus vndis.

Studia ciuilia. Cic. *pro Font.* Si inimico testi credi non oportuit, inimicior Marcello Crassus, aut Fimbriæ Scaurus, ex ciuilibus studiis, atque obtrectatione domestica, quàm huic Gallis? ¶ Ciuilis actio, id est, præscriptis verbis, *D. lib.* 9. *tit. vlt. l.* 15. Cui opponitur legitima: Ciuilis actio incerti vocatur. Quercus ciuilis, est quercea corona, quam (vt refert Seruius) qui in bello ciuem liberassent, accipiebant, ideo quia antè causa vitæ in hac arbore hominibus fuit, qui glandibus vescebantur. Virg. 6. *Æneid.*

Atque vmbrata gerunt ciuili tempora quercu.

¶ Ciuilis animus, vel ciuile ingenium, de eo dicitur, qui fastus non est, sed moderatus, parique iure cum cæteris ciuibus viuit. Inciuilis verò, crudelis, asper, violentus, & moris tyrannici. Tacitus, Non tamen fidem faciebat ciuilis animi: nam legem maiestatis reduxerat. Rursus, Nam inueni ciuile ingenium, mira comitas, & diuersa a Tyberij sermone, & vultu arrogantibus & obscuris. Suet. *in Domitio*, egit inciuilius, id est, violentius, sæpius.

Ciuilior, & Ciuilius, πολιτικώτερος, ου, comparatiua. Ouid. 4. *Trist. El.* 4.

Ipse pater patriæ, quid enim ciuilius illo?

Ciuilissĭmŭs, superl. Spartianus *in Adriano.* In colloquiis etiam humillimorum ciuilissimus fuit.

Ciuilĭtās, Comitas, facilitas, humanitas. {τὸ πολιτικόν. GALL. *Ciuilité, honnesteté, police.* ITAL. *Ciuilità.* GERM. *Burgerliche vnnd erbarliche zucht.* HISP. *Ciuilidad, o policia.* ANGL. *Ciuilitie, gentilnesse and courteousnesse in maners.*} Moderatio quædam atque modestia, magis ciui hominique politico, quàm Imperatori conueniens, quam Augusto tribuit. Sueton. *cap.* 51. & Claud. *cap.* 51. Clementiæ ciuilitatísque, inquit, eius multa & magna documenta sunt. Iulius Capitolinus laudat Antoninum Pium, quòd Imperatorium fastigium ad summam ciuilitatem deduxerit. Ciuilitatis pars, Rhetorica (i. ciuilis disciplinæ.) Quintil. *cap.* 16. *lib.* 2.

Ciuilĭtĕr, aduerb. Ciuium more. {πολιτικῶς. GALL. *Ciuilement.* ITAL. *Ciuilmente, cittadinescamente.* GERM. *Burgerlich, Statlich.* HISP. *Ciuilmente, polidamente.* ANGL. *Ciuillie, gentillie, lik citizens.*} Cic. 1. *Offic.* Vt enim quum ciuiliter contendamus, aliter si est inimicus, aliter si competitor: cum altero certamen honoris & dignitatis est, cum altero capitis & famæ. Iuuen. *satyr.* 5.

Poscimus vt cœnes ciuiliter.

id est, vt tibi sit panis idem qui aliis conuiuis, iisdémque ferculis vtaris: non vt tyrannico more, aut regio cœnes. Ouid. 12. *Metam.*

Exercet memores plusquam ciuiliter iras.

Et quorum semel est odio ciuiliter vsus.

Idem *Eleg.* 8. *lib.* 3. *Trist.* Ciuiliter eruditus, Gell. *cap. vlt. lib.* 10. Neque enim ciuiliter nimis opibus vtebatur. Liuius *lib.* 3. *d.* 4.

Ciuicus, a, um. Ciuilis. {πολιτικός. GALL. *Citoyen.* ITAL. *Cittadinesco, ciuile.* GERM. *Burgerlich.* HISP. *Ciuil, de ciudad.* ANGL. *A ciuil of a citie.*} Ciuica corona, quam ciuis ciui, à quo seruatus fuisset in prælio, testem vitæ dare solebat. Cic. *pro Planc.* At id etiam gregarij milites faciunt inuiti, vt coronam dent ciuicam, & se ab aliquo seruatos esse fateantur. Vide plura in *Ciuilis.* & apud Gell. *c.* 6. *lib.* 5. Plutarch. *in Coriola.*

‖Ciulæ, naues longæ. Nouar.‖

Cius, κίος, fluuius Thraciæ ex Pæonibus & Rhodope monte profluens, medium intersecans Hæmum, vt scribit Herod. *lib.* 4. ¶ Fuit item Cius Bithyniæ oppidum, postea Prusias appellatum. Hoc (vt testatur Strab. *lib.* 12.) Demetrius euertit vnà cum Myrlea, huic vicinate, quæ Prusiæ Zelæ dedit, qui vtramque rursus à ruinis excitans, Cium, à se Prusiada, Myrleam verò ab vxore Apamiam nominauit.

C L

Clabula, vide *Clauela.*

‖Clabularis cursus. Buleng. à clabula, vehiculi genere.

Clacendix, al. Clazendix, & Calcendix, est genus conchæ. Plaut. *in Vidul.* Apposita est clacendix: at ego dicam signi quid sit. Prisc. *lib.* 5.‖

Clādes, strages, conflictus, & calamitas. {שבר *scheber* ער edh. ἧττα, ὄλεθρος. GALL. *Desconfiture de guerre, perte en bataille, victoire perdue.* ITAL. *Calamità, vccisione.* GERM. *Ein niderlag, verderbung, schmählicher schad.* HISP.

Hisp. *El estrago, ò mortandad à hierro.* Angl. *Great slaughter and damage* } ἀπὸ τῶ κλάδω, hoc est, ramo, est enim nihil aliud, quam ramorum & surculorum detritio: quemadmodum calamitas calamorum, strages stratarum arborum. Deinde κατὰ μεταφορὰν ad homines transfertur: quanquam non desunt, qui ἀπὸ τῶ κλαίειν, hoc est, à flendo, siue lugendo, aut à cadendo cladem, quasi cadem dictam existimant. Plin. *lib.* 16. *cap.* 32. A quo deinde tempore maiestas populi Romani resurrexit, quæ antè vastata cladibus fuerat. Cic. *de clar. Orat.* Cursum ingenij tui Brute, premit hæc importuna clades ciuitatis. Virg. 12. *Æneid.*

——— & subita turbaret clade Latinos.

Clades, calamitas, intemperies (de parasito.) Plaut. *Capt. sc.* 3. *a.* 4. Clades exantlarem impatibiles. Idem *Amphitr.*

Clæon, κλαίων, fons est iuxta Celænas Phrygiæ oppidum, ab effectu fletus dictus, κλαίω enim idem est quod fleo. Huic vicinus alter fons Gelon, ἀπὸ τῶ γελᾶν, hoc est, à ridendo appellatus. Refert Plin. ex Theophrasto *lib.* 31. *cap.* 2.

Clam, præpositio ablatiuo casui seruiens, Secretò, latenter. {בסתר *beséther.* λάθρα, κρύφα. Gall. *En cachette, secrettement.* Ital. *Celatamente, di nascoso.* Germ. *Heimlicher weyss/ verborgenlich.* Hisp. *Occulta y escondidamente.* Angl. *Priuelie, secretlie, closelie.* } Clam patre egisti. Plaut. *in Amph.* Is amare occœpit Alcumenam clam viro. Deduco pedes clam ne sentiat miles. Idem *Curt. sc.* 3. *a.* 2. Quæ me clam ratus sum facere, Ille hic fecit palàm. Idem *Men. sc.* 5. *a.* 5. ¶ Iungitur aliquando & accusatiuo. Scortum liberet clam patrem. Idem *Capt. sc. vlt. a.* 5. Mihi concredidit clam omnes. Idem *Aul. prolog.* Si quid clam vxorem animo suo fecit volupe. Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 5. Clam matrem suam. Idem *Mil. sc.* 1. *a.* 2. Clam vxorem iussi apparari prandium. *Ibid. sc. vlt. a.* 5. Ne clam me comesses prandium. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 4. Idem *Cas.* Bona multa faciam clam meam hanc vxorem. Cic. *in Salust.* Timens facinora eius clàm vos essent. ¶ Quandoque reperitur loco aduerbij posita. Virg. 1. *Æneid.*

Clàm ferro incautum superat, securus amorum Germanis.

¶ Hinc compositum Perclam, quod est valde occultè.

[Clama, clamaton, dolor, lamentatio. L. g. b.]

Clancŭlō, λάθρα, clàm, siue clanculum. Macrob. *Satur. lib.* 5. *cap.* 18. Fuit enim hic poëta, vt scrupulosè & anxiè, ita dissimulanter & quasi clanculò doctus, vt multa transtulerit, quæ vnde translata sint difficile sit cognitu.

Clancŭlum, diminutiuum est à Clàm. {בסתר *beséther.* λαθραίως, κρύβδην. Gall. *Secrettement, en cachette.* Ital. *Di nascoso, celatamente.* Germ. *Heimlich.* Hisp. *A escondillas.* Angl. *Secretlie, priuelie.* } Terent. *in Eunuch.* In cellulam ad te patris penum omne congerebam clanculum. *Ibidem*, Venisse clanculum per impluuium. ¶ Clanculum accusatiuo iunxit Terent. *in Adelph.* — postremò alij clanculum Patres, quæ faciunt, quæ fert adolescentia: Ea ne me celet, consuefeci filium. Alia via clanculum præcurristi. Plaut. *Amph.* Nequeo quæ loquitur exaudire clanculum. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 3. Clanculum surripuisse ex armario. *Ibid. sc.* 3. *a.* 3. Clanculum compilat. *Ibid. sc.* 1. *a.* 4. Clanculum censebas te istæc flagitia facere posse? *Ibid. sc.* 2. *a.* 4.

Clancŭlārĭŭs, a, um, occultus, latens. {נסתר *nistár.* κρυφαῖος, κρύφιος. Gall. *Secret, caché, incognu.* Ital. *Occulto, secretto.* Germ. *Verborgen.* Hisp. *Escondido, segreto.* Angl. *Secret, priuate.* } Martial. *lib.* 10.

Vernaculorum dicta, sordidum dentem,
Et fœda linguæ probra circulatricis,
Poëta quidam clancularius spargit,
Et vult videri nostra, &c.

Clāndēstīnō, Occultè, secretò, latenter. {בסתר *beséther.* κρύβδην, κρυφηδὸν, κρύφα. Gall. *En cachette, secrettement.* Ital. *Secretamente, occultamente.* Germ. *Heimlich/ verborgenlich.* Hisp. *Escondidamente, ò escondillas.* Angl. *Secretlie, closelie.* } Lucilius, At enim dicis, clandestinò tibi quod commissum fuerat. Plaut. *in Mil.* Nam hoc negotij clandestinò, vt agerem, mandatur mihi.

Clāndēstīnus, a, um, Occultus, secretus. {נעלם *neʿelám.* κρυφαῖος. Gall. *Secret, caché.* Ital. *Occulto, secretto.* Germ. *Heimlich/ verborgen.* Hisp. *Escondido, secreto.* Angl. *Secret, priuie.* } Liu. *lib.* 4. *ab Vrbe.* Quum patres clandestina denuntiatione reuocati ad diem certam essent. Manlius *lib.* 1.

Et clandestinis surgentia fraudibus arma.

Sil. *lib.* 7.

Ceu clandestino traherentur fœdere bellum.

Clandestina vt celetur suspicio. Plaut. *Amph.* Clandestinus est amor. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 1. Conuentum clandestinum. Gell. *c.* 9. *lib.* 17.

Clāmŏr, vox intensa & maiore cum impetu prolata. {קול *kol* זעקה *zeʿakáh* אנקה *anakáh.* κραυγὴ, βοή. Gall. *Clameur, cri, huyement.* Ital. *Grido.* Germ. *Ein geschrey.* Hisp. *Clamor ò voz grande.* Angl. *A lowde criyng.* } Plinius in *Epist.* Turbidóque clamore postulauerat simul & oppresserat. Cic. 6. *in Verr.* Interea et clamore fama tota vrbe percrebuit, expugnari deos patrios. Virg. 5. *Æneid.*

——— resonat clamoribus æther.

¶ Antiqui etiam Clamos dicebant, sicut Arbos. Clamorem vtrinque efferunt in prælio. Plaut. *Amphitr. sc.* 1. *a.* 1. & *Aul. sc.* 3. *a.* 1. Clamores Imperia dotes. Qui istic clamorem tollis? Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 1. Clamore hominem posco de creditore. *Ibid. sc.* 3. *a.* 5.

Clāmo, as, are Vocifero, clamorem edo, clamorem facio, voce contendo. {קרא *kará* זעק *zaʿák* אנק *anák.* Βοᾶν, κλάζειν. Gall. *Crier, huyer, braire.* Ital. *Gridare, chiamare.* Germ. *Schreyen.* Hisp. *Llamar dando vozes.* Angl. *To crie lowde.* } Plaut. *in Merc.* Nec tolerant vt æquum est, patres: sed clamant, indecenter obstrepunt. Cic. *ad Attic. lib.* 5. Id clamare omnes, qui aderant, nihil impudentius, &c. Terent. *in Adelph.* Clamant omnes, indignissime factum esse. Clamat, parturit. Idem *Aul. sc.* 5. *a.* 4. Sic occeperunt (Ahui) clamare, (i. ridere.) Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 3. ¶ Clamare item pro dicere, & affirmare accipitur. Cic. 3. *in Verr.* Quum tutores H-S LXXX. millibus id opus, ad illius hominis iniquissimi arbitrium se effecturos esse clamarent. ¶ Quandoque vocare, καλεῖν, φωνεῖν. Virg. 4. *Æneid.*

Per me læto: rupit at morientem nomine clamat.

Ouid. 2. *Metam.*

Aspicit hanc, visámque vocat, clamata refugit.

Idem 6. *Metamorph.*

Ipsa videbatur terras spectare relictas,
Et comites clamare suas.

Ianua ianitorem clamat. Plaut. *Asin. sc.* 3. *a.* 1. Quin Deûm atque hominum clamat continuò fidem, (senex.) Idem *Aul. sc.* 1. *a.* 2. & *Men. sc.* 8. *a.* 5. ¶ Clamare, conqueri. Terent. *in Adelph.* Mihi quidem non placent: Et clamo sæpe. Liu. 3. *ab Vrbe*, Clamant fraude fieri, quòd foris teneantur exercitus. Cic. *pro Cluent.* Quum & de suo, & de vxoris interitu clamaret, testamentúmque mutare cuperet, &c. Huius composita sunt, Acclamo, Circunclamo, Conclamo, vt, Vasa conclamo, ἀνακραυγὴν ποιοῦμαι. Item Declamo, Exclamo, Proclamo, Reclamo, & Succlamo, quæ habent penultimam productam.

Clāmĭto, as, are, frequentatiuum. {נאנק *neenák.* κραυγάζω, συχνῶς τῇ φωνῇ κράζω. Gall. *Crier souuent, ou dire à haute voix.* Ital. *Gridare spesso.* Germ. *Dettig oder offt schreyen.* Hisp. *Llamar dando vozes muchas vezes.* Angl. *To crie often and lowde.* } Clamitat me vt reuortar. Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 5. Non quod pueri clamitant se in faba repperisse. Idem *Aulul. sc.* 2. *a.* 5. Terent. *in Andr.* — clamitem Mesycophantam, hæreditatem persequi. Cic. 2. *Tuscul.* Nam quum ex renibus laboraret, ipso in eiulatu clamitabat falsa esse, quæ antea de dolore sensisset ipse. Terent. *in Adelph.* Venit ad me sæpe clamitans, Quid agis, Mitio?

Clamatio. Plaut. *Most. sc. a.* 1. Quid hîc tibi ante ædes clamatio est? *Qu'as tu ici à crier deuant ceste maison?* (siue clamitatio.)

Clāmātŏr, verbale, qui clamat, voce contendit. {צעק *zoʿek.* κραυγαστὴς, κεκραγμὸς. Gall. *Vn crieur ou criard, brayard, celuy qui crie.* Ital. *Chi grida ò chiama alcuno, strepitoso, pieno di gridi.* Germ. *Ein schreyer/ ruffer.* Hisp. *Llamador.* Angl. *That crieth lowde.* } Cic. 3. *de Orat.* Quare Coracem istum vestrum patiamur, nos quidem pullos suos excludere in nido, qui euolent clamatores odiosi ac molesti. Mart. *lib.* 12.

Non venit ablatis clamator verna lacernis.

Item Gell. *cap.* 9. *lib.* 19.

Clāmātōrĭŭs, a, um, κραυγαστικός: vt, Clamatoria auis, in auguriis dicebatur, quæ alio nomine Cliuina, & Prohibitoria appellabatur, ab effectu impediendorum auspiciorum. Hanc Plinius *lib.* 9. *cap.* 15. numerat inter aues seculo suo incognitas. Clamatorium genus. Cic. ad Quintum Frat. *lib.* 3.

[Clamnum, clarissimum. Isid. Gloss.]

Clāmōsŭs, a, um, à nominatiuo Clamos, quod clamore obstrepit, vociferatúrque. {κραυγαστικός. Gall. *Criard, plein de criene.* Ital. *Strepitoso, pieno di gridi.* Germ. *Schreyetheig/ lautredeg.* Hisp. *Gritador.* Angl. *Which cryeth very lowde.* } Iuuenalis,

Securum iubeant clamoso insistere circo.

Quint. Non turbidus, non clamosus sit altercator. Indirecta, &, vt ita dicam, clamosa actio est. Quint.

Clampetiæ, locus Italiæ in Brutiis, apud Plin. *lib.* 3. *cap.* 5.

[Clanculare, Clandestinare, occultare. Isid. Gloss.]

Clăngo, is, xi, vel gui, Tuba cano, vel increpo. {κλάζω. תקע בשופר *tokáʿ baschschophar* הריע *heréaʿ.* Gall. *Faire retentir, resonner comme fait vne trompette.* Ital. *Trombettare, sonare di tromba.* Germ. *Trommeten erklingen.* Hisp. *Sonar la bozina ò trompeta.* Angl. *To sowne a trompet, to crie lik an egle.* } Valer. Flac.

——— ter inhorruit æther,
Luctificum clangente tuba.

¶ Clangere item dicuntur anseres, vt est videre apud Col. *lib.* 8. *cap.* 13.

¶ Aquilis item clangorem tribuit autor Philomelæ apud Ouidium. Dum clangunt aquilæ.

Clāngŏr, sonus tubarum est. {תרועה *teruʿáh.* κλαγγή. Gall. *Son de trompette.* Ital. *Il sono delle trombe.* Germ. *Der Trommeten schall.* Hisp. *Son, ò sonido de trompeta.* Angl. *The sowne of trompettes.* } Virgil. 2. *Æneid.*

Exoritur clamórque virûm, clangórque tubarum.

Licèt etiam dicatur de sono anserum, & aliarum rerum clarè strepentium. Cic. 4. *Tusc. de Prometheo*, Iouis satelles (intelligit aquilam) pastu dilaniat fero, Tum iecore opimo farta & satiata affatim, Clangorem fundit vastum. Colum. *de anseribus lib.* 8. *cap.* 13. Eiúsque generis anser præcipuè rusticis gratus est, quòd nec maximam curam poscit, & solertiorem custodiam præbet, quàm canis: nam clangore prodit insidiantem.

[Clanidio, claudico. Gloss. A. L.]

Clānĭŭs, Γλάνις Stephano, fluuius Campaniæ iuxta Acerras vrbem, crebris eius inundationibus bona ex parte haustam: vt annotauit Seruius in illud Virg. 2. *Georg.*

——— vacuis Clanius non æquus Acerris.

Plin. *lib.* 3. *cap.* 5. Glanicum vocat, eandémque esse testatur cum Lyri, Minturnas intersecante. Stephanus Glanim appellat, Sillurúmque piscem ab eo Glanium vocari existimat. Plinio tamen Glanis Thusciæ fluuius est iuxta Aretium: de quo infrà suo loco.

[Claredines, claritudines. Isid. Gloss.]

Clārĕo, Clarifico, Clarigo, Claritas, vide *Clarus.*

Clariæ, populi sunt Thraciæ. Plin. *lib.* 4. *c.* 11. in descriptione Thraciæ.

Clārŏs, Κλάρος, vulgò *Calamo*, Ioniæ ciuitas, Apollinis oraculo nobilis, iuxta Colophonem. Hanc Manto Tiresiæ filia condidit, fugiens Thebanorum victores Epigonos. Quæ quum patriæ cladem lugeret & suam, manantibus vbertim lacrymis fontem fecit: vnde Claros ἀπὸ τῶ κλαίειν locus appellatus. Nearchus verò autor est, inde huic vrbi nomen factum, quòd Apollini per sortem Claros obtigit. Nam sortem κλῆρον Græci nominant. Hinc Apollo Clarius dictus est, qui illic & fanum habuit, in quo responsa, epota aqua edebantur. ¶ Est & Clarus insula in mari Myrtoo, & ipsa Apollini sacra: de qua nonnulli intelligunt illud Ouid. 1. *Metam.*

——— mihi Delphica tellus,
Et Claros & Tenedos, Patarœaque regia seruit.

Clārĭum oraculum, in Ionia fuit iuxta Clarum oppidum, non procul à Colophone: à quo Clarius Apollo dictus est: ibi enim specus fuit & lacuna, cuius potu mira oracula reddita sunt, breuiore tamen vita bibentium.

bentium, ἐκλάμπτον φαινῶν. Huius Plin. *lib.* 2. *cap.* 103. & alicubi Macrobius meminerunt.

Clārus, a, um, Planus, apertus, perspicuus, dilucidus. {צח *tsách* טהור *tahór.* αἶγλης, λαμπρός. Gall. *Clair.* Ital. *Chiaro, lucente.* Germ. Heiter und schön. Hisp. *Claro.* Angl. *Cleare, bright.*} vt, Clara dies. Cicer. *in somn. Scip.* Ostendebat autem Carthaginem de excelso, & pleno stellarum, illustri, & claro quodam loco. Virg. 1. *Georg.*

Et claro syluas cernes Aquilone moueri.

Luce claro, vide *Lux.* Vt splendor sit clypeo clarior, quàm Solis radij. Plaut. *Milit. sc.* 1. *a.* 1. Progenies clara. Catul. *de com. Beren.* pro claris factis diras agantur malis. Idem *Amphitr.* Voce clara exclamat vxorem tuam. *Ibid. sc.* 1. *a.* 5. Dabo aliam claram pugnam. Idem *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Clarissimum bellum gerere. Vell. Clarissimus fuit disciplinæ (pro disciplina.) Idem,

Ipse nitor galeæ claro radiantis ab auro.

Ouid. 13. *Metam.* ¶ Figuratè pro insigni atque excellenti accipitur. {נכבד *nicbbádh.* ἔνδοξος, ἐπιφανής. Gall. *Manifeste, noble, qui a grande renommée, illustre.* Ital. *Nobile, illustre.* Germ. Berümpt, namhafftig. Hisp. *Noble y esclarecido en fama.* Angl. *Well knowen, noble, famous, renowmed.*} & eo, qui veluti fulgore quodam famæ resplendet, qui & Inclytus dicitur: quamuis plus sit Inclytus, quàm Clarus, propter In, quæ ibi auget. Cic. 1. *de finib.* Claris & fortibus viris commemorandis. Plaut. *in Trin.* In occulto iacebis, quum te maximè clarum voles. ¶ Interdum ponitur pro audibili, aut sonoro: vt Clara vox, ὀξεῖα φωνή, Cic. *pro Syl.* Atque vt idem omnes exaudiant, clarissima voce dicam.

Clarè, aduerbium, Clara voce, explicatè, enodatè, manifestè, planè. {ὀξύ. Gall. *Clairement.* Ital. *Chiaramente.* Germ. Klar und heiter. Hisp. *Claramente.* Angl. *Clearelie, with a thrill voce.*} Terent. *in Andr.* Vnde est dic clarè. Iouis summi caussa, clarè plaudite. Plaut. *Amphitr.* Clarè aduorsum fabulabor. *Ibidem*, Nunc spectatores valete, & nobis clarè plaudite. Idem *Men. sc. vlt. a.* 5. Item, Cæsariem fulgentem clarè. Catull. *de com. Beren.* Cic. *ad Attic. lib.* 2. Varietas in te nulla sit, apertéque loquantur, & iam clarè gemant. Cælius Cic. *lib.* 8. Et quò propius ex contentio, quàm fieri necesse est, accedit, eò clariùs id periculum apparet.

Clarisonus, a, um, Clarè sonans, canorus. {ὀξύθροος. Gall. *Qui sonne clair.* Ital. *Di chiaro suono.* Germ. Das hell tönet. Hisp. *Cosa que suena claro.* Angl. *That soundeth shrillie.*} vt, Voces clarisonæ. Catull. Clarisonas imo fudisse e pectore voces. Cic. *in Arat.* Hunc a clarisonis auris Aquilonis ad Austrum Condens.

Clarissimus in Imperio, quem Græci λαμπρότατον dicunt, hoc priuilegio fruebatur, vt per seipsum lites ciuiles, aut criminalem iniuriarum actionem exercere non posset, sed per procuratores id ageret. Indignum enim videbatur speciosas personas cum inferioribus caussam dicendo ante iudicem stare.

Clāritas, luciditas, splendor. {צחצחות *tsachtsachóth* טוהר *tóhar.* αἰθρότης, λαμπρότης. Gall. *Clarté, splendeur.* Ital. *Chiarezza, splendore.* Germ. Klarheit, heitere. Hisp. *Clareza ò esclarescimiento de fama.* Angl. *Clearenesse, brightnesse.*} vt, Claritas Solis. Plin. *lib.* 2. *cap.* 8. Claritatis tantæ est vesper. Idem *lib.* 18. *cap.* 11. Emicantque fontes. Oraxi oculorum claritas. Claritas nascendi. Quintil. ¶ Aliquando pro excellentia, εὔκλεια, vt, Claritas generis, Claritas rerum gestarum. Cic. 1. *Offic.* Facilior & tutior, & minùs aliis grauis, aut molesta vita est otiosorum: fructuosior autem hominum generi, & ad claritatem amplitudinemque aptior, eorum qui se ad rempublicam, & ad magnas res gerendas accommodauerunt. Idem *ad Sulp.* Quæ quanquam ex multis pro tua claritate audiam, tamen libentissimè ex tuis literis cognoscam. ¶ Interdum facilitas, perspicuitas: vt Claritas orationis, Quintil. Claritas soni. Idem.

Claritudo, inis, idem quod Claritas, Festo ac Nonio testibus. {Angl. *Clearenesse, brightnesse.*} Salust. Quum præsertim tam multæ variæque sint artes animi, quibus summa claritudo paratur. ¶ Claritudo vocis, ὀξυφωνία. Gell. *lib.* 7. *c.* 4. Histrio in terra Græcia fuit fama celebri, qui gestu & vocis claritudine & venustate cæteris antestabat.

Claro, as, pro declaro, Clarum facio. {טהר *tihár.* δοξάζω. Gall. *Monstrer, manifester, declarer.* Ital. *Far chiaro.* Germ. Hell und heiter machen/Erklären. Hisp. *Esclarescer, y aclarar, hazer claro.* Angl. *To mak plane and manifest.*} Ausonius,

Pollet Aristides, veteres qui clarat Athenas.

Cic. 1. *de diuin.* ex antiquo poëta, Iuppiter excelsa clarabat sceptra columna. Horat.

——— illum non labor Isthmius
Clarabit pugilem.

Lucret. *lib.* 4.

Multaque in his rebus quæruntur, multaque nobis
Clarandum 'st, planè si res exponere auemus.

¶ Hinc Declaro, as.

Clāreo, es, ui, Clarus sum, vel manifestus, seu notus sum, eniteo. {צח *tsach* טהר *tihar.* λάμπω, φαίνομαι. Gall. *Estre clair, auoir bruit & renommée.* Ital. *Esser chiaro, illustre, noto, manifesto.* Germ. Hell oder heiter sein/ oder weit berümpt sein. Hisp. *Esclarecerse, valerse, esclarecido, o famoso.* Angl. *To be cleere or well knowen, to be famous and renowmed.*} Ennius apud Cic. 3. *Offic.* Ergo postquam magisque viri nunc gloria claret. Idem *de Senec.* 1. Turpilius Pædio, cuius aduentu insula hodie claret Cypros. ¶ Claret lumen. Ennius *Telamone*, vt citat Nonius. (Nam ita mihi Telamonis patris, atque Æaci proaui Iouis grata est, atque hoc lumen candidum claret mihi. Cic. *in Arato*, Propterea quòd ad æstatis primordia clarent. ¶ Claret, pro clarum est, Lucret. *lib.* 6.

——— quod in primo quoque carmine claret.

¶ Claret mihi, id est, intelligo. Claud. *in Paneg.*

——— ventura petitus
Claruit Alcmenæ, subita quum luce comarum
Innocuus flagraret apex.

Clāresco, is, à clareo, Clarus fio. {צח *tsách.* ἐκφαίνομαι. Gall. *Deuenir clair & manifeste.* Ital. *Farsi chiaro, manifesto.* Germ. Heiter und scheinbar werden/ oder berümpt werden. Hisp. *Esclarecerse.* Angl. *To waxe cleere and manifest.*} Quint. *lib.* 6. *cap.* 4. Neque tantum hoc ipsis mouentibus clarescit: quidam faciunt apertè quod tacemus. Virg. 2. *Æneid.*

Clarescunt sonitus, armorúmque ingruit horror.

Clarescere & resonare vocem facit. Gell. *c.* 5. *lib.* 5. ¶ Hinc fit compositum Inclareo, quod est valde clareo: a quo fit Inclaresco, quod est valde clarus fio. περιφανὴς γίγνομαι. ¶ Clarescit pro clarum fit. Macrob. *comment. lib.* 1. *c.* 12. Et hæc sit præsentis operis consummatio, vt animam non solùm immortalem, sed Deum esse clarescat.

Clarifico, as, Clarum facio, illustro. {טהר *tihár.* λαμπρύνω. Gall. *Clarifier, esclarcir.* Ital. *Far chiaro.* Germ. Heiter und scheinbar machen. Hisp. *Esclarescer y aclarar otra cosa.* Angl. *To mak cleere.*} Plin. *lib.* 20. *c.* 13. Alterum est nigrius, quod capitis vitia purgat, visum clarificat.

Clārigo, as, Res clarè repeto, Bellum indico. {ἐπαγγέλλω τὸν πόλεμον. Gall. *Denoncer la guerre aux ennemis s'ils ne veulent faire raison.* Ital. *Intimare la guerra.* Germ. Ein ding heiter und offentlich wider erfordern. Item heiter einem den krieg/und vrsach anfagen lassen. Hisp. *Demandar lo robado, denunçiar la guerra.* Angl. *To denounce warre.*} A vocis claritate dictum, quasi clarè ago, sicut Litigo, litem ago: Læuigo, læue ago. Mitigo, mite ago. Plin. *lib.* 22. Hac semper & legati quum ad hostes, clarigatúmque mitterentur, vsi: id est, res raptas clarè repetitum. Clarigare est res raptas clarè repetere. Paiser. Erat cautum Romanis in more, quum bellum indicere alicui populo volebant, vt Paterpatratus proficisceretur ad eum, & præfatus quædam solemnia verba, clara voce diceret se bellum indicere ob certas causas, quòd scilicet pecus abegissent, nec reddidissent, quòd noxios recepissent, quòd agrum vastassent, quòd socios læsissent, aut aliquid simile. Formulam belli indicendi vide apud Gellium *lib.* 16. *cap.* 4.

Clārigātio, belli indictio. {ἐπαγγελία τοῦ πολέμου πρὸς τοὺς ἀδικήσαντας μὴ ... Gall. *Denoncement de guerre à ceux qui ont fait tort, s'ils ne veulent venir à raison.* Ital. *Generale concessione di pigliare pregioni, & farli pagare pena o taglia, intimatione di guerra.* Germ. Ein heiter / und offentliche absagung. Item / ein offentliche erlaubung so einem wider sein schuldner fürzunemmen zugelassen ist. Hisp. *Aquella demanda de lo robado, è denunciation de guerra.* Angl. *Denouncing or proclayming of warre.*} ¶ Accipitur & pro exactione nummaria, maximè quæ principis, vel Reipublicæ edicto conceditur. Liu. *lib.* 8. In Veliternos veteres ciues Romanos, quòd toties rebellassent, grauiter sæuitum, & muri deiecti, & Senatus inde abductus, iussitque trans Tyberim habitare: vt eius qui cis Tyberim deprehensus esset, vsque ad mille passus 200. pondo clarigatio esset: nec prius quàm ære absoluto, is qui cepisset, extra vincula captum haberet.

[Classicinus, qui canit classicum. Turneb.]

Classis, Æquiuocum est, significat enim nauium multitudinem. σύλλογος τῶν πλοίων. {Angl. *A nauie of shippes.*} Hoc est, à lignis vel potiùs rudentibus veli: quamuis abusiuè pro vna tantùm naui ponatur. Virg. *lib.* 6.

——— Lycia ductorem classis Orontem.

Classis procincta exercitus. Gell. *c.* 15. *lib.* 10. Vide & *Pracingo.* ¶ Significat & ciuium partes pro census ratione distributas. τάγματα. Nam Liu. de Seru. Tull. rebus gestis scribit, vrbem in quinque classes diuisam, censúmque ab eo institutum fuisse, rem saluberrimam tanto futuram imperio, quò pacis bellique munia non viritim, vt antea, sed pro habitu pecuniarum fierent. Tum classes centuriásque ad hunc ordinem ex censu descripsit. Qui centum millia æris, aut maiorem censum haberent, inter primarios numerabantur, & sub primæ classis titulo. Ex his octoginta fecit centurias, quadraginta seniorum, quadraginta iuuenum. Seniores, ad vrbis custodiam; iuniores, vt foris bellum gererent. Arma his, galea, clypeus, ocreæ, lorica, omnia ex ære, hæc, vt tegumenta corporis essent. Præterea tela in hostem, hasta, & gladius. Additæ sunt fabrorum duæ centuriæ, quæ sine armis stipendia facerent: datum munus, vt machinas in bello ferrent. ¶ Hinc Classici, huius primæ tantùm classis homines dicebantur, qui (vt docet Gell. *lib.* 7. *cap.* 13.) centum & vigintiquinque millia æris, ampliúsve, censi erant. ¶ Hinc etiam Classici testes, hoc est, assidui, & locupletes, qui (vt inquit Festus) signandis testamentis adhibebantur, hoc est, primæ classis homines, quasi primæ autoritatis, & idonei veritatis censores. ¶ Et metaphoricôs Classicos autores vocat Gell. *lib.* 19. *cap.* 8. Quasi primæ notæ scriptores, Latinæque elegantiæ testes idoneos, cuiusmodi sunt, Cicero, Cæsar, Salustius, Virgilius, Ouidius, Horatius, T. Liuius. ¶ Ex iis verò qui infra centum ad septuagintaquinque millia erant censi, viginti seniorum, & totidem iuniorum centurias conscripsit, quibus pro scuto clypeus & reliqua omnia arma, præter loricam, sunt imperata. ¶ Tertia classis à septuagintaquinque ad quinquaginta millia. Arma, vt in superiore, præter ocreas. ¶ In quarta classe à quinquaginta ad vigintiquinque millia, centuriæ viginti seniorum, viginti iuniorum. Arma mutata, nihil præter hastam, & verutum datum. ¶ Quinta classis centurias triginta habuit, fundas lapidésque missiles gerentes. Et homines quintæ classis pro tenuibus, & minimæ autoritatis dicuntur, οἱ τὸ δεύτερον πλοῦτον. In his erant accensi, cornicines, tubicines in tres centurias digesti, qui non vltra vndecim millia censebantur. ¶ Et infra classem & extremæ classis viros infimæ notæ licebat appellare. Infra classem qui dicerentur, Gell. *c.* 13. *lib.* 7. Creata est præterea vna centuria, quæ fuit immunis à militia. Infra classem autem esse dicebantur, secundæ classis, cæterarúmque omnium classium, qui minore summa æris, quàm classici illi censebantur. ¶ Significat, & classis, equitum ordines. Virg. 3. *Æneid.*

——— Scio me Danais è classibus vnum.

Vnde & Classis procincta, παρεσκευασμένος στρατός, dicitur exercitus instructus. ¶ Apud antiquos Classes clypeatæ dicebantur, quos nunc exercitus vocamus. ¶ Classes quoque in scholis sunt ordines discipulorum. Quintil. *lib.* 1. *cap.* 2. autor est, à præceptoribus suis pueros olim in classes distributos, ordinémque discendi secundum vires ingenij datum. Et classem ducere, de eo, qui præstantissimus est dictitaturum. *Ibidem.* ¶ Latini in sua classe manere dicuntur, qui non deserunt vitæ institutum: & Classem suam deserere, qui mutant.

Classicula,

Classicula, diminutiuum, apud Cic. *ad Attic. lib.* 16. Cassius cum classicula sua venerat.

Classicus, a, um, quod est classis, vel quod ad classem pertinet. {ναυτικός. Angl. *Belonging to a nauie of shippes.*} Vt, Classicum bellum, bellum nauale, Propert. *lib.* 2.

Et tamen Sicula classica bella fuga.

Classici, qui in nauibus remis incumbebant: apud Curtium *lib.* 4. Tandem remis pertinacius euerberatum mare, veluti eripientibus nauigia classicis, cessit, appulsaque sunt littori lacerata pleraque. ¶ Et classici οἱ ἐπιβάται, οἱ πλωτῆρες, οἱ ἐν ναυτικῷ, primæ tantum classis homines, de quibus paulo antè. ¶ Et etiam classici dicebantur Præcones, κήρυκες. Qui tuba, vel cornu iussu magistratuum ex arce, vel circum muros populum ad comitium vocabant, dicti à Calando, id est, vocando, siue à clangore. Vnde Classica pro ipsis tubis, σάλπιγξ, πολεμιστήρια. Virg. *lib.* 7.

Classica namque sonant.

Vbi Seruius, classicum dicimus, & ipsam tubam, & sonum. ¶ Classicum autem est flexilis tuba. Liu. *lib.* 5. Vocatis classico ad concilium militibus. ¶ Classicum item ineundæ pugnæ signum appellatur, quod tuba dari solet: vnde Classicum canere, σημαίνειν τὴν ἔφοδον, hoc est, signum dare, quo milites pugnam ineant. Contrà, Canere receptui, ἀνακαλεῖν, est à pugna reuocare. Suet. *in Cæs. cap.* 2. Classicum exorsus (i. inflans tubam.) Asconius autem, Ad hoc symphoniacos capi solere scribit, vt in classe pugnantibus classicum canant, vnde ipsi tubæ classis nomen impositum. Ascon. *Orat.* 1. *in Verr.* ¶ Accipitur etiam latiùs Classici vocabulum pro quouis tubæ sono, qui prodeunte Imperatore, aut eius iussu in castris fieri solet. Cæsar 3. *bell. ciu.* Pompeius paucis pòst diebus in Thessaliam peruenit: suum cum Scipione honorem partitur, classicúmque apud eum cani, & alterum illi iubet prætorium tendi. Virg. 2. *Georg.*

Necdum etiam audierant inflari classica.

Classica corona. Velleius.

Clăssĭārĭj, propriè dicuntur classis milites, qui scilicet in classe stipendia merent. ἐπιβάται. Cæsar *lib.* 3. *bell. ciuil.* Itémque per equites dispositos aqua prohibere classiarios instituit. Sueton. *in Galba*. Nam quum classiarios, quos Nero ex remigibus iustos milites fecerat, ad pristinum statum redire cogeret. Idem *in Tiber. cap.* 62. *& in Otho. cap.* 8. Apuleius vsurpauit pro tubicine, aut eo, qui classicum canit, quum ait, Et laudum eius classiarius, atque assiduus præco. Vbi pro eodem penè videtur accepisse Præconem laudum & classiarium. Quo in loco Perottus mentem Apuleij non satis assequutus, arbitratur Classiarios pro potentioribus accipi, quos alio nomine vocabant Assiduos.

[Classicen, qui classico canit.]

Claterna, à Pomponio Mela *lib.* 2. numeratur inter oppida Piceni.

Clāthrī, & Clathrum, vtroque modo dicitur, ligna transuersa quibus aliquid munitur, vt fenestræ, quæ vulgo *Ferrata* dicuntur. {שבכה *sebachah.* κλῆθρα, à κλείω, clauso. Gall. *Barre, barreau, treillis, claye.* Ital. *Stanga.* Germ. Das holtz/darauß man die gätter machet/ Gätter. Hisp. *La red ò rexa ò verja para cerrar lugar.* Angl. *A barre or latises.*} Horat.

Obiectos caueæ valuit si frangere clathros.

Columella posuit pro lignis cancellatim compactis, quibus glebæ contunduntur. Hirpicem Varro appellat.

Clāthro, as, significat clathris claudere. {κλειθρόω. Gall. *Barrer, fermer de barres ou treillis.* Ital. *Stangare, mettere la stanga.* Germ. Vergättern/ verschräncken. Hisp. *Cerrar lugar con rexas ò verjas.* Angl. *To shut vp in latises or with barres.*} Colum. *lib.* 9. Satis est autem vaceras inter pedes octonos defigere, serisque transuersis ita clathrare, ne spatiorum laxitas, quæ foraminibus interuenit, pecudi præbeat fugam. ¶ Hinc fenestra clathrata apud Plaut. *in Milit. sc.* 4. *a.* 2. Nam certò neque solarium apud nos est, neque hortus vllus, neque Fenestra, nisi clathrata.

Clāuă, fustis teres ad claui similitudinem capitatus. {ῥόπαλον, κορύνη, σκυτάλη. Gall. *Vne massue.* Ital. *Mazza.* Germ. Ein kolb. Hisp. *La porra.* Angl. *A clubbe.*} Cic. 6. *in Verrem*, Qui primò quum obsistere ac defendere conarentur, malè mulctati, clauis ac fustibus repelluntur. Idem *de senect.* Sibi igitur habeant alij arma, sibi equos, sibi hastas, sibi clauam, sibi pilam, &c. Plin. *de lino*. Interdum deinde in filio ponitur, illisum crebrò in silice ex aqua, tectúmque rursus tunditur clauis, semper iniuria melius. ¶ Hinc claua Herculis, qua ille vtebatur, quam quis Herculi extorquere prouerbialiter dicitur, qui sibi vendicare conatur, quod aliàs iam potentior occupauit.

[Clauara, vestigium. Clauatus, cruci affixus. Cerda.]

Clāuātŏr, qui huiusmodi claua vtebatur, inquit Festus: seruus scilicet, qui claua armatus dominum comitabatur. {κορυνήτης, κορυνοφόρος. Angl. *Which vsed a clubbe.*} Plaut. *Merc.* Egomet mihi comes, clauator, eques, agaso, armiger. Idem *Rud.* Ædepol eccum clauator aduenit.

Clāuĭgĕr, qui clauam fert. {κορυνοφόρος. Angl. *That beareth a clubbe.*} Ouid. 7. *Metamorph.*

Clauiger inuidis Vulcani occumbere prolem.

Idem 15. *Metamorph.*

——— illic lauère Bimembres

Vulnera, clauigeri quæ fecerat Herculis arcus.

Clauarius, vide *Clauus*.

Clāuĭcus, vide *Clauus*.

Claudeo, pro Claudico.

Clāŭdĭă, κλαυδία, nomen virginis Vestalis, quæ quum in suspicionem stupri venisset, & simulachrum matris Idææ in vado Tyberis hæreret, ad comprobandam pudicitiam suam, fertur cingulo duxisse nauem, quam multa hominum millia trahere nequiuerant. Eadem quum patrem triumphantem ab inimico Tribuno plebis de curru detrahi animaduerteret, pietate mota, in currum insiliit, patrémque tam arctè est amplexa, vt diuelli non potuerit: quo facto populum tam acriter in tribunum concitauit, vt ille vitæ metuens destiterit ab incepto. Autor Valerius *lib.* 5. *cap.* 4.

Clāŭdĭă Plin. *lib.* 3. *c.* 24. Norici oppidum est, quod à Ptolemæo Claudiuium appellatur. Vulgò *Clesternewenburg*.

Claudia, gens, tribus maximè cognominibus vsa est. Nam & Pulchri, & Nerones, & Marcelli nominantur. Patricij fuêre Pulchri & Nerones, plebeij Marcelli: nec minus multos ex plebeiis, quàm ex patriciis, virtute præstantes, meritísque claros in rempublic. licet inuenire.

Clāŭdĭă familia, ab Appio Clauso Sabino cognomen accepit, qui post exactos reges cum quinque millibus clientum Romam venit, partemque vrbis habitandam accepit. Plutarch. *in Public.* ¶ Ex hac familia fuit Appius Claudius Cæcus, qui viam Appiam strauit, & aquam Appiam in vrbem duxit, Pyrrhúmque intra vrbem non esse recipiendum, sua sententia obtinuit. Ex hac familia Nerones & Drusi originem traxerunt. Nam Nerones Sabinorum lingua fortes, & strenui dicuntur. Drusi autem cognominati à Claudio Druso, qui occiso Druso Gallorum duce, primus sibi, & posteris hoc cognominis indidit. Autor Tranquillus *in Claudio.* ¶ Fuit & Appius Claudius Regillianus, vnus ex Decemuiris legibus scribendis creatus, summa inter collegas autoritate, qui post multa imperiosè & crudeliter gesta, tandem Virginiæ amore captus, submisso quodam ex libertorum numero, nomine Clodio, in seruitutem eam asserere est conatus. Qua re intellecta, accurrens e militia pater, exiguum cum filia colloquendi spatium petit, eámque paululum extra turbam abductam, quum alia ratione pudicitiam eius & libertatem aduersùs Decemuiri libidinem tueri non posset, non inuitam interfecit: quo nomine Decemuir in carcerem coniectus, sibi manus intulit. ¶ Præter hos fuit & Claudius Appius, Caudex cognominatus, quòd primus Romanis autor fuerit caudices secandi, & classis conficiendæ. Hic Carthaginienses Messana expulit: Hieronem prælio victum apud Syracusas, in deditionem accepit. ¶ Fuit & Claudius Nero, Liuij Salinatoris in Consulatu collega, qui Asdrubalem secundo bello Punico Annibali fratri suppetias ferentem, acie superauit, occisique caput in fratris castra abiiciendum curauit.

Claudiānă tonitrua dicebantur, quæ Claudius Pulcher instituit, vt ludis factis post scenam coniectus lapidum ita fieret in circumactam peluim, vt veri tonitrui speciem repræsentaret. Vide suprà *Bronteum*.

Clāŭdĭānus, κλαυδιανός, Poëta Ægyptius, vt Græci & Latini affirmant, & ipse de se testatur. Floruit sub Theodosio, & Honorio Augustis. Scripsit de Raptu Proserpinæ libros tres. Item laudes Honorij, Arcadij, Stiliconis, Olibrij, & aliorum, cum aliquot inuectiuis: patria fuit Alexandrinus, nobilissima vrbe Ægypti. Quidam Florentinum faciunt, sed falsò. Autores Græci, qui de poeta Claudiano scripserunt, Alexandrinum appellant, & autor ipse Nilum suum vocat. Ingenio excellenti fuit, maximéque apto ad carmen componendum. Nam & adsurgit feliciter, variisque figuris ac sententiis mirificè delectat. Hi eius versus præcipuam laudem meruerunt, quos de laude & victoria principis Theodosij contra Eugenium Gallorum regem scripsit. Constat enim Theodosium ipsum parua manu contra ingentes Barbarorum copias dimicasse.

Te propter gelidis Aquilo de monte procellis
Obruit aduersas acies, reuolutaque tela
Vertit in autores, & turbine reppulit hastas.
O nimium dilecte Deo, cui fundit ab antris
Æolus armatas hyemes, cui militat æther,
Et coniurati veniunt ad classica venti.

¶ Fuit & Claudianus Cæsar, qui interfecto Caligulæ successit in imperio, vir inauditæ crudelitatis, vt scribit Sueton. *in Claudio*. Claudiani poetæ Alexandrini meminit Suidas.

Clāŭdĭŏpŏlis, κλαυδιόπολις, Cappadociæ vrbs, cuius mentionem facit Plin. *lib.* 5. *cap.* 24.

Claudium, κλαύδιον, vrbs Italiæ: gentile Claudianus, Steph.

Clāŭdĭus, κλαύδιος. Nomen Romani Imperatoris, & Caligulæ patrui. Hic Britanniam insulam in deditionem accepit, & Orcadas Romano adiecit imperio. Postremò ab Agrippina vxore venenato boleto sublatus est, vt Nero filius imperio potiri posset. ¶ Fuit & alius Claudius Romanorum item Imperator, qui Gotthos Illyricum vastantes bello adortus, incredibili clade superauit. Vnde in curia clypeum aureum, & in Capitolio auream sellam habere promeruit. Sed quum duobus ferè annis imperasset, apud Smyrnam morbo interiit. Claudij dicti à claudicate. Plutarch. *in Coriol.*

Clāŭdĭco, vide *Claudus*.

Clāŭdo, is, si, sum, Obstruo, obsero, includo, intercludo. {סגר *sagar.* κλείω. Gall. *Clorre, serrer.* Ital. *Chiudere, serrare.* Germ. Beschliessen. Hisp. *Cerrar.* Angl. *To shute or shut in, to close or inclose.*} Claudo autem factum videtur à do & clauis, q. d. claui do seruandum. Intus in crumena illum clausum esse oportuit. Plaut. *Amph.*

——— Quoniam mihi statio publica clausa est.

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 3. *Trist.* Clausit opus Mamurius. (i. perfecit.) Idem *c.* 2. *de consol. ad Mart.*

——— clausum pectore vulnus.

Idem 4. *Fast.*

Quémve locum ducto meliùs sit claudere vallo.

Tib. *lib.* 4. Virg. *lib.* 3. *Georg.*

Aut intus clausos satura ad præsepia seruant.

¶ Interdum ponitur pro Circuire, siue circundare, περιλαμβάνειν: ita enim interpretatur Nonius illud Virg. *Eclog.* 6.

Dictææ Nymphæ nemorum iam claudite saltus.

¶ Interdum pro obsistere, arcere, apud eundem *lib.* 10. Ecce maris magno claudit nos obice pontus. ¶ Interdum est Cæco, vel Occæco. hoc verbum priscis fuit in vsu. Innumeras claudere pecudes, apes, greges dicitur, qui harum rerum multitudine est adprimè diues. Valer. *lib.* 1. *Argonaut.* Claudere cœnam dicitur cibus, qui sumitur in fine cœnæ. Martial. *lib.* 12.

Claudere quæ cœnas lactuca solebat auorum,
Dic mihi cur nostras inchoat illa dapes?

[Claudire, claudicare. Isid. Gloss.

Clauson, febris exæstuans. Tiburn.]

Clausus,a,um, Reconditus, sub claustris positus,)(apertus, promptus. {גנוז sagúr. ὁ ἀποκεκλεισμένος, ὁ κλειστός. GALL. Clos, fermé. ITAL. Chiuso, serrato. GERM. Beschlossen. HISP. Cerrado. ANGL. Shut up, inclosed.} Cic. act. in Verr. Statuerunt se nihil tam clausum, neque tam reconditum posse habere, quod non istius cupiditati apertissimum promptissimúmque esset. Vlp. l. si quis graui. §. subuenitur autem. D. ad Senatusc. Syll. clausos, (κεκλεισμένους) pro vinctis accipit, si modò vincti sint, vt omni modo erumpere non possint.

Clausus, reconditus sub signo, & claustris suppositus,)(patens, apertus, promptus, expositus.

Clausum, substantiuum, pro tecto, siue loco concluso. {מסגרת misgéreth. κλεῖθρον. GALL. Enclos, vn clos, lieu fermé, ou toict. ITAL. Luogo chiuso, fermato, stabile. GERM. Ein beschlossen ort. HISP. Lugar cerrado. ANGL. A close place.} Colum. lib. 9. cap. 8. Nam diebus requies danda est, & infundendi grati apibus liquores, quibus intra clausum alantur. Virg. 4. Georg.

Sic positum in clauso linquunt.

Clausa viarum, pro viæ clausæ. Lucr.

Claustrum, vel Clostrum, Clausura, siue quo aliquid clauditur, valuæ, fores, loca clausa. {מסגרת mesgéreth סגור segbór. κλεῖθρον. GALL. Closture. ITAL. Chiostro, claustro. GERM. Beschloß damit man etwas beschleußt. HISP. Cerradura ò encerramiento. ANGL. A close place to inclose or shut vp any thing.} Plaut. in Curc. sc. 3. act. 1. Nam sonitum & crepitum claustrorum audio, i. valuarum templi. Virg. 7. Æneid.

——— portarum ingentia claustra.

Cic. pro Flac. Omnes sinus, promontoria, littora, insulas, vrbes maritimas claustris imperij nostri contineri. ¶ Claustrum, pro monasterio conuentu fœminarum, carcere. inde Claustralis, pro monacho, quod nomen in laude positum est. In plurali tam masculini, quàm neutri generis est. Apud antiquos Clostra pro Claustris dicebantur.

Claustrārĭŭs, qui septa, & cætera ad claudendum opera facit. κλειδοποιός. ¶ Claustrarius artifex, apud Lampridium, in Heliogabalo ita corruptè legitur: Mulionem curare iussit, iussit & cursorem, iussit & cocum, & Claustralium artificem, vbi lege claustrarium.

Claustritimus, qui claustris ianuæ præest. Gell. c. 10. lib. 12.

Clāŭsŭlă, dicitur id quod aliquid claudit, hoc est, finit. {סוף soph. τὸ πέρας, τέλος, τὸ τελευταῖον. GALL. La fin & acheuement de quelque chose. ITAL. Cosa che chiude, fine. GERM. Das end/ das ein ding beschleußt/ Beschluß. HISP. Cerradura. ANGL. The clause and end of any thing.} Plin. lib. 11. c. 45. Vngues, qui clausæ neruorum summæ existimantur, omnibus his, quibus & digiti. ¶ Item pro exitu. Cic. pro Cælio, Mimi ergo est iam exitus, non fabulæ: in quo quum clausula non inuenitur, fugit aliquis è manibus: deinde scabella concrepant, aulæum tollitur. ¶ Hinc etiam Clausula pro sententia accipitur, quam Græci ἐπιφώνημα dicunt: ita dicta, quòd sententiam claudat. ¶ Nonnunquam etiam accipitur pro sententia, quæ epistolam, vel carmen claudit, quam vulgò Conclusionem vocamus. Cic. famil. 2. Quoniam mihi nullum scribendi argumentum est, vtar ea clausula qua soleo. ¶ Clausulam imponere, finem imponere. Senec. epist. 67. Nec potest dici hoc non esse par maximis bonum quod beatæ vitæ clausulam imposuit, cui Epicurus extrema voce gratias egit. Clausula pro parte edicti. Vlp. in l. sed etsi. D. ex quibus causis, &c. Hæc clausula ad eos pertinet, quos more maiorum sine fraude in ius vocare non licet, &c. Clausula in Comœdiis. Suet. in Aug. c. 99. Clausula Atellana. Idem in Neron. c. 39. Claudæ & pendentes clausulæ. Quintil.

Clausura, est finis sermonis, Turonensi.

Clausuræ, vel potiùs clusuræ, sunt τὰ ὀχυρώματα, quæ Imperatores Romani in limitibus habuerunt. Posteriorum temporum scriptores Clausas, & Clusas vocarunt.

Clāudŭs, quasi pedibus clausus, id est, impeditus, qui ex pedibus, aut cruribus femoribúsve vitiatis, æquis passibus incedere non potest. {פסח pisséach. χωλός. GALL. Boiteux. ITAL. Zoppo. GERM. Hinckend. HISP. Coxo. ANGL. A criple, lamed, that haulteth.} Asinos vetulos claudos. Plaut. Asin. sc. 2. a. 2. Quasi claudus sutor domi sedet totos dies. Idem Aulul. sc. 1. a. 1. Item claudæ & pendentes clausulæ. Et, clauda in oratione. Quint. Item, Claudæ naues, & mutilatæ. Liu. lib. 7. d. 4. ¶ Vnde etiam Appius Claudius, à quo Claudia familia originem traxit, primùm Appius Clausus dicebatur. Plaut. in Aul. Quasi claudus sutor domi sedet totos dies. ¶ Si iuxta claudum habitaris, claudicare disces, ἂν χωλῷ παροικήσῃς, ὑποσκάζειν μαθήσῃ. Plut. de liber. educ. Prouerbium admonet, perniciosam improborum hominum consuetudinem fugiendam esse, propterea quòd cùm corporis, tum maximè animi vitia & contagio serpunt in vicinum. ¶ Claudi more tenere pilam, prouerbialiter in Pisonem dixit Cicero pro nullo delectu, nulloque iudicio tenere ac sequi quicquid doctum indoctúmque sit. ¶ Claudus optimè virum agit, ἄριστα χωλὸς οἰφεῖ, siue, vt alij legunt, ὀχεῖ. Dici solitum vbi quispiam suam sortem velut parum egregiam anteponit alienæ, tametsi præstantiori.

Clāudĭco, as, are, altero tantùm pede incedo, vel alterum pedum infirmum, & instabilem, aut curtum habeo, Vacillo, non rectè incedo. {פסח pasách צלע tsaláh. χωλαίνω. GALL. Clocher, boiter. ITAL. Zoppicare, andar zoppo. GERM. Hincken. HISP. Coxear. ANGL. To criple, to haulte, to be lame.} Cic. lib. 2. de Orat. Nam quod Spur. Caruilio grauiter claudicanti ex vulnere ob Rempublicam accepto, & ob eam caussam verecundanti in publicum prodire, &c. Translatè dicitur de omni eo, quod suis partibus rectum non est. Cic. 1. de finib. Qui verentur, ne si amicitiam propter nostram voluptatem expetendam putemus, tota amicitia quasi claudicare videatur. Liu. 2. bell. Punic. Si altera parte claudicet Respublica malis consiliis ac bonis, idem iuris & potestatis erit. Ne inæqualitate sonorum, velut pedum claudicet oratio. Quintil.

Claudĭcātĭo, verbale. {צלע tselâh. χώλωσις. GALL. Boitement, clochement. ITAL. Esser andar zoppo. GERM. Das hincken. HISP. Coxedad. ANGL. A haulting, lamenesse.} Col. lib. 6. c. 12. Sanguis demissus in pedes claudicationem affert. Cic. 1. de nat. deor. lib. 6. In quo staute atque vestito, leuiter apparet claudicatio non deformis.

Clāŭdĭtās, idem: hoc est, ipsum claudicandi vitium. {צלע tselâh. χωλεία. ANGL. Lamenesse or haulting.} Plin. Repulsu durioris materiæ claudicatem illicò affert.

Claudiculus, vide Clauus.

‖Clauia, borda, claua. Isid. Gloss.‖

Clāvĭs, est qua ostia, arculæ, & id genus multa, & clauduntur, & aperiuntur. {מפתח maphteách. κλεῖς. GALL. Clef. ITAL. Chiaue. GERM. Ein schlüssel. HISP. La llaue. ANGL. A key.} à Clam, quòd quæ celare volumus, hac claudere solemus. ‖Propert.

Increpat & versi clauis adunca trochi.‖

Cat. de re rust. c. 13. Seriam vinariam vnam, clauem torculario vnam. Cic. pro domo sua. Scilicet tu helluoni spurcissimo, &c. omne frumentum priuatum & publicum, omnes prouincias frumentarias, omnes mancipes, omnes horreorum claues, lege tu tradidisti. Habet & clauim in accusatiuo. Plaut. in Most. sc. 2. a. 2. Clauim mi harunce ædium nunc iam iube afferri. ¶ Clauim dare parturientibus ad significandam partus facilitatem consuetudo antiquis erat Romanis, vt ait Festus, eandémque in diuortio adimere viri solebant vxoribus, testante Cic. Philip. 2. Ob adulteratas claues vxor repudiari poterat. ¶ Vnde Conclauia, loca quæ sub vna eadémque claue clausa sunt: & Conclauatus locus, vna claue clausus. Clauem Theodorus Samius primò monstrauit: à quo Faber clauicularius, κλειδοποιός. ¶ Claue findere ligna, & securi fores aperire conaris. τῇ κλειδὶ τὰ ξύλα σχίζεις, τῷ δ' ἀξίνῃ τὴν θύραν ἀνοίγειν πειρᾷ. Quum res præpostere geritur, veluti si quis metu liberos studeat emendare, seruos beneficiis sibi adiungere.

Clāŭĭcŭlă, diminutiuum à claui, vel à claua virga. {κλειδίον. GALL. La vrille ou tendon de la vigne dequoy elle se lie & s'attache à ce qu'elle rencontre. ITAL. Capelli della vite con i quali s'appiglia à quello che incontra. GERM. Ein schlüsselin. HISP. El cercillo ò tijereta de la vid. ANGL. The boughe of a vine wherby it is coupled to an other vine.} ¶ Dicitur quoque Clauicula, capreolus, siue pampinus in vite. Cic. de senect. Vitis quidem, quæ natura & caduca est, & nisi fulta sit, fertur ad terram, eadem, vt se erigat, clauiculis suis, quasi manibus, quicquid est nacta, complectitur.

Clāvĭcŭlārĭŭs, qui clauiculam, id est, virgam, vel clauem gerit, κλειδοῦχος. ¶ Iulius Firmicus Matheseos lib. 3. Aut clauicularij, aut carceris custodes.

‖Clauicarij, Clauicularij, clauium artifices. Pancirol.‖

Clāvārĭus, appellatus est Suetonij pater, ab eo quòd præfectus fuerit donatiuo imperatorio inter milites dispertiendo. Vnde Corn. Tacitus scribit, Clauarium donatiui nomen esse, qui ait, Seditiosæ militum voces terrebant Clauarium: donatiui nomen est.

Clauola, æ, Surculus arboris, vel fruticis vtrinque præcisus, & plantationi aptus: quam & Taleam vocant Latini. {נצר netser יונקת jonéketh נטע netah שתיל schetil. ξυλάριον, ξυλάφιον, κλαδίον. GALL. Vn planton, scion, ietton ou greffe d'oliuier. ITAL. Calamo. GERM. Ein schoß den man zweygen will. HISP. El estaca propria para plantar. ANGL. A greffe, a stipe of a tree, a young sett, or shoote.} Varro lib. 1. de re rust. c. 40. Demum in oleaginis seminibus arboris videndum vt sint de tenero ramo ex vtraque parte æquabiliter præcisa, quas alij clauolas, alij taleas appellant, ac faciunt circiter pedales.

‖Clauosum inæquale, Gloss. Isid. tanquam plenum clauis: nisi legendum Clinosum.‖

Clausenburgum, Transyluaniæ vrbs.

Clāustrārĭŭs, Claustrum, Clausula, vide Claudo.

Clausus, antea Claudius dictus, Rex fuit Sabinorum, qui post exactos reges, cum quinque millibus clientum & amicorum Romam venit, & susceptus, habitandam vrbis partem suscepit, ab eo postea & tribus & familia Claudia vocata est, vt habetur apud Maronem lib. 7. Ecce Sabinorum prisco de sanguine magnum Agmen agens Clausus, magnique ipse agminis instar, Claudia nunc à quo diffunditur & tribus & gens.

‖Claunium, vehiculi genus. Ceid.‖

Clāvŭs, dictus est quòd claudat, figat atque contineat: à claudendo. nam ideo clauum figimus, vt claudat, seu contineat aliquid. {מסמר mesmér יתד jathéd. ἧλος. GALL. Clou, ou esing. ITAL. Chiodo. GERM. Ein nagel. HISP. Clauo. ANGL. A nayle.} Cæsar 3. bell. Gall. Transtra ex pedalibus in altitudinem trabibus confixa clauis ferreis, digiti pollicis crassitudine. Parata naui clauo hæreres sedulò. Plaut. Amph. sc. 4. a. 4. Quem obruit mare clauum tenentem & obnoxium, Senec. cap. 6. de consol. ad Marc. Animus tuus apud nos est fixus clauo cupidinis. Plaut. Asin. sc. 3. a. 1. Claui in crucibus. Senec. cap. 19. de vit. beat. ¶ Clauum clauo pellere, ἧλῳ τὸν ἧλον ἐκκρούειν. Lucian. in Philopseude, καὶ ἧλῳ, φασί, ἐκκρούεις τὸν ἧλον, id est, Et clauo, quod aiunt, extrundis clauum. Locus erit prouerbio, non modò quum vitium vitio, malum malo, dolum dolo, vim vi, audaciam audacia, maledicentiam maledicentia retundimus: verùm etiam quoties rem vtcunque molestam diuersa molestia profligamus: vt quum libidinum incitamenta laboribus obruimus, curam amoris aliis maioribus curis domamus. ¶ Clauus item nauis est gubernaculum, siue temo, quod eam dirigat, rectámque teneat. πηδάλιον. Cic. de senect. Ille autem clauum tenens, quietus sedeat in puppi. ¶ Hinc prouerbium, dum clauum rectum teneam. Significat autem non putandum euentum minus prosperum artifici, modo is præstiterit quod artis est. Quint. lib. 2. Inst. ¶ Vinum caret clauo, τὸ οἶνος οὐκ ἔχει πηδάλιον. Quo significatur ebrietatem nihil consultè, neque moderatè vel dicere, vel facere. Obruitur enim ratio, quam claui vice sobrius moderatur ac gubernat. ¶ Purior clauo, ἁγνότερος πηδαλίου. Comparatio prouerbialis de re vehementer inculpata, aut moribus vndequaque integris, & incontaminatis. Clauus enim nauticus assiduis fluctibus abluitur, vt nihil sordidum possit hærere. Adagium refertur à Suida. ¶ Item, Clauus genus tuberculi, quod & ἧλον Græci appellant, rotunda specie, coloris albidi, fit in plantis digitisque pedum maximè: sic appellatum, quia ita pungit, vt quasi clauus ferreus infixus videatur. Nam caro durescit in callum semper ferè pungentem. ¶ Alij Clauum intelligunt, quem ἀκροχορδόνα Græci, Celsus Furunculum appellat, sola duritie à phymate differentem. Ægyneta definit esse tumorem cum abscessu, à crassis humoribus genitum, qui in carnosis præcipuè

locis

locis consistit, mitis alioqui, nisi profundior sit: nam tunc malignitatem habet coniunctam. Eo morbo Silius Italicus interiisse fertur. Plin. *epist.* 51. Erat illi natus insanabilis clauus, cuius tædio ad mortem irreuocabili constantia decurrit. ¶ Fiunt & callosa quædam in candido oculi tubercula, quæ Claui nominantur oculorum, Celsus *lib.* 7. *cap.* 7. ¶ Arbores quoque clauum huiusmodi patiuntur, qui & Fungus, & Patella dicitur, vt inquit Plin. *lib.* 17. *cap.* 24. Idem scribit clauos innasci naribus, & purgari succo pyracanthi. de quibus Iuu. *satyr.* 3. In digito clauus mihi litis hæret. ¶ Sunt & Claui caligares, à caligis militaribus quibus suffigebantur. Idem *lib.* 9. *cap.* 8. In quibus pisces omnibus annis Vergiliarum exortu existunt, squamis conspicui crebris atque præacutis, clauorum caligarium effigie. ¶ Præterea Clauus est vestimenti genus, veluti quibusdam clauis aureis distinctum: quod & à palmarum similitudine Palmatum vocabatur, & à verrucis clauo similibus Verrucata vestis: quòd si latior ipsa vestis erat, Latusclauus dicebatur, πλατύσημος. Hac soli Senatores & patricij induebantur. Horat. *lib.* 1. *Sermon.*

——— & latum demisit pectore clauum.

Induitur humeros cum lato purpura clauo.

Item, Curia restabat, Claui mensura coacta est. Ouid. *Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.* Tunica lati claui. Suet. *in Aug. c.* 94. *& in Cæs. cap.* 45. *& in Aug. c.* 38. Clauus purpuræ loco insertus vesti. Quintil. Vixit Mœcenas augusto clauo, (aliàs *angusti claui*) penè contentus, Velleius. Claui qualitate discreti Senatores ab Equitibus. Lamprid. *in Alex. Seuero.* ¶ Vnde Laticlauos appellari Senatores legimus. Suet. *de Nerone.* A laticlauo, cuius vxorem attractauerat cæsus. Vide *Latus clauus.* ¶ Ab Ouidio 4. *Trist.* Clauus simpliciter dicitur pro Senatoria dignitate, illo versu: Curia restabat, claui mensura coacta est. Sueton. *de August.* Clauo nec lato, nec angusto.

[Clauarius in Gloss. exponitur ἡλοκόπος, id est, qui clauos fabricatur, tundendo. item ἡλοκοπῶ clauo, clauos percutio. Erat verò etiam dignitas quædam: vnde clauarius appellatus Suetonij pater, quòd præfectus fuerat clauario donatiuo imperatorio inter milites dispartiendo. Don. Marcellus in Suet. *Vesp. cap.* 8. *ibid.* ait: Quod Suetonius calceatium vocat, vocasse puto Tacitum *lib.* 3. *histor.* clauarium, id est, donatiuum, in clauos calcearios impendendum. ¶ Clauarius à Viue *colloq.* 13. dicitur, qui clauam, seu sceptrum rectori Academiæ præfert.] ¶ Clauarium apud Tacitum, donatiuum esse volunt in clauos caligarum militarium, cùm scribit Satyricus poëta,

——— offendere tot caligatos Millia clauorum.

Nam militum caligis claui suffixi erant.

[Clauator, qui clauam gerit.]

Clāuātus, a, um, quod est aculeis clauorum modo prominentibus circundatum, ἡλωτός. Nam & clauatæ vestes, πλατύσημος ἐσθής, hinc vocantur: quas vulgus à verrucis clauo similibus, Verrucatas appellat, etiamsi non ex auro, sed aut ex cocco, aut aliis coloribus verrucas habeant. Lamprid. *in Alex.* Conuiuium neque opimum, neque nimis parcum, sed nitoris summi fuit: ita tamen vt pura mantilia mitterentur sæpius cocco clauata, aurata verò nunquam. ¶ Hinc etiam Clauata, dicuntur vestimenta clauis intexta, vel calceamenta clauis confixa. Et clauati socci, quòd soleas habeant clauis intertextas. Clauata verò sunt vestimenta, quæ ex auro, aut cocco, aut aliis coloribus clauos & verrucas habent. Quæ autem cum auro, Autoclauata dicuntur, & Autoclauatæ vestes, à textura aureorum clauorum. ¶ Clauata, æ, est vestigium. Clauatum Lugdunum, apud Greg. Turon. pro clauis; & clauibus munitum. ¶ Clauus annalis, qui figebatur in parietibus sacrarum ædium, per annos singulos, vt per eos numerus colligeretur annorum. Apud Liuium scribitur Dictatorem creatum fuisse causa tantùm figendi claui ad pestilentiam sedandam. Hinc Clauo trabali beneficium figere, prouerbiali metaphora dicitur, pro eo quod est, alta mente beneficium reponere, & inextinguibili memoriæ commendare: de quo vide infrà in dictione *Trabalis.* Præclauium, pars vestis, quæ ante clauum texitur, Afranius apud Nonium. Tertium diem præclauium vnum texere.

Clāuĭcŭlŭs, diminutiuum à clauo. {γομφίον. Angl. *A litle nayle.*} ¶ Significatur etiam hoc nomine Capreolus in vite, qui ἕλιξ Græcè, & Pampinus à nostris dicitur.

Clāuĭcŭlātŭs, a, um, Clauiculis instructus. {ἑλιγμοειδής, ἑλικοειδής. Angl. *Nailed.*}

[Claulularius cursus, tardus, qui publicè militibus caligatis concedebatur, Turn.]

Clauulus, diminutiuum, Paruus clauus. Varro *de re rust. cap.* 9. Ne vulnerentur à bestiis, imponuntur iis collaria, id est, cingulum circum collum ex corio firmo, cum clauulis capitatis. Cato *cap.* 21. Imbrices medias clauulis figito.

Clāzŏmĕnæ, Κλαζομεναί, vrbs Ioniæ Asiaticæ, quam condidit Paralus. Hæc priùs Gryna nominabatur, vicina Colophoni: vnde & Apollo Grynæus dictus est apud Virgilium, quòd ibi esset eius oraculum.

Clāzŏmĕnĭă, insula ante Ioniam, quæ & Marathusa, Μαραθοῦσα, dicitur, à qua Clazomenij, Κλαζομένιοι, Ioniæ populi originem traxerunt.

Clĕanthēs, Κλεάνθης, nomen Philosophi, qui Zenonis Citiensis scholam successor excepit. Hic Phani Asij filius, egregius pugil, quum Athenas venisset, Zenoni adhærens, generosè philosophatus est, & in eiusdem permansit dogmatibus. Hic quum valde pauper esset, mercenariam vitam agebat. Noctu quidem in hortis aquam hauriebat: per diem verò in studiis exercitabatur. Vnde Phreantes appellatus est, quasi puteos hauriens. Tradunt illum, quæ à Zenone audierat, ossibus boum & testis fictilibus perscribere solitum, quum pecunia non superesset ad chartas emendas. Huius insignis diligentia & acerrima censura abiit in prouerbium. Nam quum aliquid summa cura industriâque elaboratum volumus significare, dicimus illud ad Cleanthis lucernam esse elucubratum.

Cleanthes, maleficis nomen est apud Suid.

Clĕarchus, Κλέαρχος. Philosophus fuit, cuius meminit Hieronymus contra Iouin. ¶ Fuit & alius hoc nomine Lacedæmoniorum dux. Hic dicebat exercitui, Imperatorem plus, quàm hostem metui debere. Autor Frontinus *lib.* 4.

Clēmă, κλῆμα. Herba est tithymali generibus assignata, Cyphatissiæ non absimilis, quæ Dioscoridi Pityusa, officinis *Esula* dicitur. Vide Dioscorid. *lib.* 4. *cap.* 148. & Ruell. *lib.* 3. *cap.* 146. ¶ Huius varia genera à perito linguæ Polonicæ, & rei herbariæ, distinguenda erunt, Euonymus, vulgò apud barbaros, item Italos & Gallos, fusaria, vel fusanus appellatur ab vsu fusorum, propter materiæ soliditatem: à nonnullis Gallicè scorta sacerdotum, à figura fructus. Tragus *tomo* 3. fusariam nulla ratione euonymum esse negans, caprinum facit. Gesn. *in capra lit. C.* ¶ Clema item Plinio inter nomenclaturas polygoni herbæ commemoratur.

Clēmătĭs daphnoides. {κληματὶς δαφνοειδής. Gall. *Peruenche.* Ital. *Prouenca.* Germ. Ein grün mägtpalmen. Hisp. *Peruinca.*} Herba est sarmenta habens prælonga, iunceæ crassitudinis, folia autem lauri; vnde & Daphnoides cognominata est. Notiore nomine Vincapeiuinca dicitur, quæ & clematis Ægyptia appellatur. ¶ Vnde locus factus prouerbio, Clematis Ægyptia, κληματὶς αἰγυπτία. Phalereus Demetrius refert id ioco dici solitum in eos qui corpore præter modum procero atque atro colore essent. ¶ Est & altera Clematis, ramis rubentibus, quibus se arboribus circunuoluit, vt smilax: vnde ab officinis Volubilis maior appellatur. {Gall. *Liseron.* Ital. & Hisp. *Flammela.* Germ. Weyß winden/ zaunglocken.} ¶ Commemoratur & tertia Clematidis species à Plin. *lib.* 24. *c.* 1. Italis *Centuncnlus* appellata, eadem fortasse cum ea quam Dioscor. Gnaphalium appellat.

Clēmēns, tis, Lenis, mitis, mansuetus, humanus, qui remittit de eo quod possit prosequi. {חנון *chanun* רחום *rachum* חסיד *chasidh.* πρᾶος, ἥμερος. Gall. *Doux, humain, misericordieux, paisible, clement.* Ital. *Clemente, piaceuole, liberale, mansueto.* Germ. Sanfftmütig/ milt/ barmhertzig. Hisp. *Mite, manso, y templado.* Angl. *Mercifule, gentle, meek.*} [Claud.

——— primo clementior æuo.]

Cic. 2. *de fin.* Etsi satis clemens sum in disputando, tamen interdum soleo subirasci. Differt à Placido, quòd Clemens sit circa rectè agentes, Placidus circa delinquentes: & clementis est nullos lædere, placidi arridere omnibus: clemens animo, placidus vultu. Ter. *in Adelph.* Ille suam semper egit vitam in otio, in conuiuiis, clemens, placidus, nulli lædere os, arridere omnibus. Clementi gradu. Gellius *c.* 11 *lib.* 1. ¶ Clemens mare dicitur, id est, mite & tranquillum, cui mare iratum, asperum, ac sæuum opponitur. Gell. *lib.* 12. *c.* 21. Nox fuit & clemens mare, & anni æstas, cœlumque liquidè serenum.

Clēmentĭă, Lenitas, benignitas, misericordia animi, moderatio. {ענוה *hanauah* חסד *chesedh* רחמים *rachem.* πρᾳότης, ἡμερότης. Gall. *Clemence, douceur, quand la personne ne se courrouce pas aisément.* Ital. *Clemenza, benignità.* Germ. Sanfftmütigkeit/ miltigkeit/ gütigkeit. Hisp. *Aquella mansedumbre y templança.* Angl. *Mercifulnesse, meeknesse.*} Cic. *de Inuentione,* Clementia est, per quam animi temerè in odium alicuius inuectionis concitati, comitate retinentur. Terent. *in Adelph.* Facilitate nihil homini esse melius, atque clementia. Cic. 7. *Verrem,* Illam clementiam, mansuetudinemque nostri imperij in tantam crudelitatem, inhumanitatémque esse conuersam.

Nostraque vincetur clementia feris, id est, tibi placabimur.

Ouid. *Eleg.* 9 *lib.* 4. *Trist.*

Ipsaque delicta victa est clementia nostris.

(i. Augustus, mitissimus.) Idem *Eleg.* 8 *lib.* 4. *Trist.*

Clēmēnter, aduerb. Modestè & moderatè. {πρᾴως. Gall. *Doucement, sans courroux, gracieusement.* Ital. *Benignamente, dolcemente.* Germ. Gütigklich/ sanfftmütigklich. Hisp. *Mansa y templadamente.* Angl. *Mercifullie, meekelie.*} Cic. 6. *Verr.* Leniter hominem, clementérque accepit. ¶ Clementer & moderatè ius dicere, apud Cæs. 3. *de bell. ciu.* ¶ His contraria sunt, Inclemens, Inclementia, & Inclementer.

Clēmēntissĭmē, aduerb. Gell. *lib.* 1. *c.* 18. Hæc Varro scripsit de ipso Lælio clementissimè.

Clēmēns historicus, scripsit de Regibus & Imperatoribus Romanis: item ad Hieronymum, de figuris Isocratis. Autor Suidas. ¶ Clemens item Alexandrinus præsul, Pantherij discipulus, Origenis præceptor, floruit sub Seuero, & Antonino principibus. Hieronymus & Eusebius *lib.* 6.

Clenodia, sunt pollicitationes omnes, quæ κλέος, id est, gloriam famámque sapiunt, & splendorem nominis, oblatis ad id margaritis, aliísque id genus.

Clĕŏbĭs, Κλέοβις, alter fuit ex Argiæ sacerdotis filiis, qui cum fratre Bitone, quum iumenta morarentur, iugum subiit, matrísque currum ad fanum pertraxit. Pro qua filiorum pietate mater superos precata est, vt filiis præmium darent, quod longè maximum homini dari posset à Deo. Postridie itaque ambo inuenti sunt in lecto mortui: tanquam ita dij iudicarint, maiorem homini felicitatem non posse obtingere, quàm statim ex huius mundi eripi calamitatibus. Vide suprà in dictione *Biton.*

Cleobula: Cleobula mihi mater fuit. Plaut. *Curc. sc.* 2. *a.* 5.

Cleobulus, i, Κλεόβουλος, Lyndius, Euagoræ filius, vnus ex septem sapientibus. Huic fuit filia nomine Cleobulina, alio nomine Eumetis dicta, quæ versu hexametro ænigmata quædam conscripsit. Meminit puellæ huius Plutarchus *in conuiuio septem sapientum.*

Cleocritus, Κλεόκριτος, apud Comicos taxatur vt mulierosus, & cinædus, & obscurus, & vt Cybeles filius. Nam & in mysteriis Rheæ molles tantùm intersunt. Vnde id nominis contumeliæ iaciebatur in cinædos ac molles & parum viros. Hæc Suidas.

Cleodamas, Κλεοδάμας, Thasius Philosophus, Platonis tempore in geometria floruit. ¶ Alius Cleodamas Achnæus (Achne autem ciuitas est Thessaliæ) scripsit de cura equorum, autore Steph.

Clĕŏdōră, Κλεοδώρα, Nymphæ nomen, maris Parnassi, à quo Parnassus mons nomen accepit. Vide Cæl. *lib.* 16. *cap.* 19.

Clĕŏmăchŭs, Κλεόμαχος, Magnesius pugil, qui in cinædi cuiusdam & ancillæ amorem incidens, quæ à cinædo alebatur, cinædorum & orationem & mores est imitatus. Nam cinædicæ orationis primus inuentor fuit Sotades, postea Alexander Ætolus, sed in soluta oratione Lysis etiam adhibito cantu. Autor Strabo.

Clĕŏmbrŏtŭs, Κλεόμβροτος, Pausaniæ filius Lacedæmoniorum dux, qui timens

timens ne videretur cum Epaminunda hoste sentire, temerè cum eo pugnauit, seque & patriam in præceps dedit. nam & ipse vulneratus occubuit,& exercitus deletus est. ¶ Fuit & alter huius nominis, Academicæ sectæ philosophus,qui quum libros Platonis, quibus ille animæ immortalitatem astruit,relegisset, seipsum ex sublimi saxo præcipitauit,vt citiùs ad beatorum cœtum perueniret.Cic. *in Tusc.*

Clĕŏmēdēs, Κλεομήδης, Astypalæensis pugil fuit,incredibili corporis robore, qui quum Epidaurum quendam pugilem interfecisset , victoriæ præmiis fraudatus,doloris impatientia insanus factus est:Astypalæámque reuersus , se in puerorum ludum recepit , apprehensámque manu columnam, cui tectum innitebatur , mediam confregit, plurimósque pueros ruina tecti oppressit.Quamobrem quum ad supplicium peteretur,se in sepulchrum quoddam coniecit,adductúmque operculum intus tanta vi retinuit,vt ne à multis quidem simul adnitentibus potuerit reuelli. Conciso deinde ferramentis sepulchro , Cleomedes neque viuus inuentus est,neque mortuus. Consulto itaque oraculo Apollinis quid de illo actum esset,responsum est : Vltimus Heroum Cleomedes Astypalæus.

Clĕŏmĕnēs, Κλεομένης, Lacedæmoniorum dux fuit , qui ab Antigono victus ad Ptolemæum regem confugit,à quo primùm magno in honore habitus,mox calumnia cuiusdam Nicagoræ regi suspectus redditus,in carcerem plenum captiuorum coniectus est,qui omnes instinctu Cleomenis mutuis concurrentes vulneribus spontanea morte se tyranni crudelitati eripuerunt. Cuius facinoris quum Cleomenem autorem fuisse Ptolemæus comperiisset,mortuum excoriari iussit, & cruci affigi.Plura de hoc Plutarch.*in vita eius.*

Clĕōn, Κλέων Clæneti filius, dux Atheniensium in reipublicæ administratione aduersari solitus Niciæ Nicerati filio , qui missus in Thraciam cum exercitu,multas vrbes cepit. Eum insectatur Aristophanes in Comœdia , quæ inscribitur ἱππεῖς, id est , Equites. ¶ Fuit & Cleon poëta, qui Argonautica scripsit:à quo argumentum Apollonius Rhodius mutuatus est,vt eius enarratores scribit.¶ Fuit item Cleon Halicarnasseus orator,qui Lysandro Lacedæmonio orationem composuit.Autor Suidas.

Clĕōnē, Κλεωνὴ , & Cleonæ, arum , mediocre oppidum, distans ab Argis stadiis centum viginti , à Corintho nominata , non procul à Nemæa sylua,Ouid.*6.Metam.*

— — humilésque Cleonæ,
Et Nelea Pylus.

Clĕōnæūs,a,um, κλεωναῖος, vt Leo Cleonæus,qui & Nemæus. Lucanus,
Ille Cleonæi proiecit terga leonis.

Cleonicion, Κλεωνίκιον, herba eadem cum clinopodio, teste Plin. *lib.*24. *cap.* 15.

Clĕōnymŭs , Κλεώνυμος , Atheniensium dux fuit timidissimus , qui in prælio adiecto clypeo suos deseruit:vnde & ῥίψασπις dictus est.Hunc sectatur Aristophanes in Nubibus.

Cleopatra, Κλεοπάτρα. Ægypti regina, Auletæ filia,soror & vxor Ptolemæi vltimi , mulier impudicissima , à Cæsare primùm adamata : cui filium Cæsarionem peperit : deinde ab Antonio iustæ vxoris loco habita fuit , relicta Octauia Augusti sorore. Postea victo apud Actium prælio nauali Antonio,admotis corpori aspidibus sese interemit.Stat. *lib.*3.*Syl.* Vide Suet.*in August.cap.*17. ¶ Cleopatra altera,quæ ex Cosmeticis citatur à Galen.*in lib.*1.*de comp. phar.cap.*1. mulier medicinæ peritissima,quam & Paulus Ægineta *lib.*3.*cap.*2. & Aetius *tetrabili* 2. *Serm. cap.* 6. memorat. Nonnulli tamen hunc virum fuisse arbitrantur. ¶ Ab eo fit Cleopatricus, a, um , vt Cleopatricæ dapes , apud Sidonium.

Cleopatrus,præfecti nomen apud Corinthios,cuius Plutarchus *in Arato* mentionem facit.

Cleophantus,Medicus,cuius meminit Plin. *lib.*24.*c.*16. ¶ Fuit & Cleophantus,pictor Corinthius:vt scribit idem Plin.*lib.*35.*c.*3.

Clĕŏphōn, Κλεοφῶν, Poëta tragicus Atheniensis, cuius nonnullæ fabulæ commemorantur à Suida.

Cleostratus , Κλεόστρατος , Antiquissimus Philosophus , qui primus in Zodiaco signa arietis,& Sagittarij deprehendit. Autor Plin.*lib.*2.*c.*8.

Cleoxenus,& Democlitus, Κλεόξενος, καὶ Δημόκλειτος, historiam de rebus Persicis scribere aggressi,quam ab illis inchoatam fatetur se absoluisse Polybius Megalopolitanus. Autor Suidas.

Clĕpo,is,psi,ptum,Furor,surripio. {גנב ghanáb. GALL.*Desrober, oster & destourner secrettement & en cachette.*ITAL.*Rubare, furare.* GERM.Stelen/rauben. HISP.*Hurtar.* ANGL.*To steall or take away secretlie.*} à verbo Græco κλέπτω. vnde Cleptum,furto subtractum.‖Prud.

Quod rapere & clepere est, auidéque abscondere parta.‖

Liu.Si quis clepsit,ne populo scelus esto,neve cui cleptum erit. Plaut. *sc.*2.*a.*1. Rape,clepe,tene,harpaga.Cic.*de Rep.*Non modò vt Spartæ rapere,vbi & pueri clepere discunt.¶ Clepere verba alicuius,aut sermonem, obseruare est,& aucupari. Pacuu. Sermonem hic nostrum ex occulto clepit,quantum intelligo. Accius *Epigram.* Eáque hoc causa, vt ne quis nostra auribus verba clepere. Ex Nonio.

‖Clepsammidium , κλεψαμμίδιον, horologium, quo metimur horas per effluxum arenæ. κλέπτειν est furari, ἄμμος arena.

Clepsere,clepere,clam rapere.Lucr.‖

Clepsydra,Vas,è quo aqua paulatim effluens horas distinguebat horologium. {κλεψύδρα. GALL. *Vn certain vaisseau lequel petit à petit iettoit l'eau par bas,duquel on se seruoit pour horloge.* ITAL.*Horologio di acqua.* GERM.Ein wasseruhr/wie bey vns gemeinglich die sand vhren.HISP.*El relox de agua que fue antiguamente.* ANGL. *A diall measuring houres by running of water.*} Dicta est autem Clepsydra ab aquæ furto , quòd aquam aut celet,aut furetur. Cic.3.*de.Orat.* At hunc non declamator aliquis ad clepsydram latrare docuerat.Mart.*lib.*6.

Septem clepsydras magna tibi voce petenti
Arbiter inuitus, Cæciliane,dedit.

¶ Consimilia sunt hoc tempore clepsydris vascula illa apud nos vsitatissima,quæ in medio instar duorum turbinum coarctantur : ex quibus puluisculus per foramen minutum sensim delabitur ex parte superiore in inferiorem , atque ita legitimum tempus horæ metitur. Apud veteres oratoribus actuis causas forenses præscribebatur tempus dicendi datis clepsydris , quibus exhaustis , amplius dicere vetabantur. Plinius *in Epist.* Dixeram horis pene quinque : nam tribus clepsydris, quas spatiosissimè acceperam,sunt additæ quatuor.¶ Est item Clepsydra astronomicum organum,sydera dimetiens. Martianus, Clepsydris lunæ magnitudo cognoscitur. ¶ Est item Clepsydra nomen fontis, in arce Messeniorum , in Arsinoën alterum fontem influens. ¶ Fuit & Athenis in arce eiusdem nominis fons,ita dictus,quòd flare incipientibus Etesiis abundet, iisdem desinentibus exarescat. Vide Cæl. Rhodig.*lib.*18.*cap.*39.

Clērŏmantīă,æ, κληρομαντεία. Diuinationis genus,quod fit per sortes.

‖Clerumenæ,sortientes.Tum.‖

Clērŭs, i , κλῆρος. Vermiculus est , teste Aristotele , in aluearum pauimentis nascens,quo excrescente, velut aranea obducitur alueus,& faui cariem pereunt,ipsis scilicet vnà cum fœtu putrefactis:quod vitij genus Clerum quoque eruditiores appellant,hoc est, fauí, fœtusque putrefactionem. Plin.*lib.*11.*c.*16. clerum interpretatur apum abortum, & quandam amaræ ceræ duritiem , quum inde fœtum apes non eduxerint,morbo impeditæ,aut ignauia,aut fœcunditate naturali. ¶ Græcis item κλῆρος sortem significat , vel hæreditatem : vnde Cleronomus, κληρονόμος , hæres,& Cleronomia, κληρονομία hæreditas.

‖Clericus,qui censetur in clero:cui opponitur laicus.

Clericæ litteræ,quæ à Clero scribi solent Sede vacante.D.Cypr.Scriban.‖

Clethus, κλῆθος , vxorem habuit Pallenem Sithonis filiam,quæ Thraciæ vrbi nomen dedit,Steph.

Clībănŭs , κλίβανος , mons est in extremis Italiæ finibus , non procul à Lacinio promontorio,cuius meminit Plin.*lib.*3.*c.*10.¶ Est item Clibanus oppidum Isauriæ,quæ est Asiæ regio, inter Ciliciam & Pamphyliam situm:de quo idem Plin. *lib.*5.*cap.*27.

Clībănŭs,i. {תנור tannúr. κλίβανος. GALL. *Vn four.* ITAL.*Treggia,testo.* GERM.Ein ofen. HISP.*Horno.* ANGL. *An ouen,a fournaise.*} Instrumentum placentis potius,& id genus cibis,quam pani coquendo dicatum, quòd antiquitus ex testa,seu opere figulino fieri solebat, postea etiam ex ferro,vel ære.‖Anon.

Clibanus vndantes iactabat in æthera flammas.‖

Columell. *lib.*3. Scrobem clibano similem esse debere,vt imus, quàm summus,patentior sit, vt latiùs radices agantur. Plin. *lib.*19. Cortices quoque clibanis & furnis præbent vsum. Differt autem Clibanus à furno,quòd hic maior sit,& immobilis:Clibanus autem minor,vt quocunque visum fuerit,possit transferri.¶ Hinc κλιβανίτης ἄρτος à Græcis appellatur , qui non in furno , sed in clibano coctus est: quem Varro *lib.*4.*de ling.lat.* Testuaceum appellat,quòd scilicet in calido testo(sic enim clibanum testuaceum appellat)coqueretur.

‖Clibanum, alia vox, quæ & apud Græcos legitur κλίβανον & κλιβάνιον, id est,thorax,lorica ferrea,nempe more Persico , vndiquaque corpore munitus.‖

Clībănārĭŭs , qui bene ferro & armis munitus certamen init , κατάφρακτος. Nazarius *in Panegyrico ad Constant.* Operimento ferri,equi,atque homines obsepti : clibanariis in exercitu nomen est. Dicti Clibanarij,quoniam more testudinis arcuatis armis(quæ clibani forma est) vtebantur. Ammianus Marcellinus Clibanarios eosdem esse tradit, cum iis,qui Græco nomine appellantur Cataphracti.

‖Clibio,masculus.Isid.Gloss.‖

Clīdēmŭs, Κλείδημος. Scriptor antiquissimus fuit , cuius opus de plantis sæpe citatur à Theophrasto. Scripsit & Protogoniam , quæ citatur ab Athenæo.

Clidion , κλειδίον. Thinni iugulus est , qui præcipuè in recenti hoc pisce commendatur.Plin. *lib.*9.*c.*15.Thynni membratim cæsi ceruice,& abdomine commendantur,atque clidio, recenti dumtaxat & tum quoque graui ructu:cætera parte plenis pulpamentis sale asseruantur.

Clīdūchŭs , κλειδοῦχος. Græcis clauigerum significat ἀπὸ τοῦ κλειδὸς, hoc est,à claue. Plin. *lib.*34.*c.*8. Fecit & quadrigas,bigasque & cliduchon eximia forma.

Clīēns , qui in fiducia & tutela alicuius est , & patronum habet. { גנן ghannún עבד hebédh חסד chasidh, πελάτης, θεράπων. GALL. *Vassal de quelque seigneur , celuy qui s'est mis en la protection & defense d'vn autre.* ITAL.*Cliente.* GERM. Der vnder einem vogt ist/vnder eines andern schirm/ein vogtkind. HISP. *Encomendado à alguno aueglado.* ANGL. *A retener to some noble or gentile man.*} Clientium exclusorum turba referta vestibula.Senec.*c.*10.*de consol.ad Mart.*De clientibus vide Halicarnass.*lib.*2.Qui dicantur,& iura inter eos,Plut.*in Rom.*Et de his quoque vide plura apud Plaut. *Men.sc.*2.*a.*4. *& Capt.sc.*2.*a.*2. Cui seruitutem seruit? pol quidem hic huius est Cliens. Idem *Asin.sc.*1.*a.*5. Senatui dare operam,aut Clientibus. nam Patronus defensor causæ est dictus, quasi pater : Cliens defensione indigens,id est,litigator,qui patronum colit & sequitur,vt ab eo defendatur. Sed vt rectius vim vocabuli intelligas , scito , quemadmodum Budæus *in Pand.* scribit, moris fuisse apud antiquos , vt prouinciales & socij populi Romani in clientelam sese darent proceribus Romanis , quos patroni sibi adoptabant , non modò publicè,sed etiam priuatim:itque vt clientes eorum dicerentur, inter se verò hospites. Ferebat autem id huiusmodi necessitudo , vt clientes perpetuò patronorum suorum patrocinio caput ac fortunas suas tuerentur:vicissimque ipsi patronos suos omni obseruantia atque obsequio colerent,& venerarentur. Cic.*diuinat.in Verr.*Clarissimi viri nostræ ciuitatis temporibus optimis,hoc sibi amplissimum pulcherrimúmque ducebant,ab hospitibus,clientibúsve suis,ab exteris nationibus,quæ in amicitia pop.Roman.ditionéque essent,iniurias propulsare, eorúmque fortunas defendere. Quin etiam(vt idem scribit) quos *Vasallos* vocare solent,Clientes appellare possumus:& Clientelam,obseruantiam ipsam:& obsequium,quod *Homagium* dicunt, Clientelaris officij sponsionem,agnitionémque. Clientes vt coluerint, Gell. *cap.*1. *lib.*10. Erant post pupillos proximo gradu, deinde hospites : mox cognati. Idem *c.*13. *lib.*5. Item, Nemo aduersus Clientem testimonium dicit.*Ibid.*Cliens esse non desinit honores adeptus,nisi Curules sint. Et aduersùs Clientem patronus cogi non potest dicere testimonium.Plutarch. *in Mario.*

Clīentă , æ , fœmininum , quo vsus est Plaut. *in Milit.* Habeo eccillam clientam meam , meretriculam adolescentulam. Idem *in Rud.* Iam clientas

clientas reperi. Afranius similiter in Pompa, Interim tua clienta. Et Horatius,

Nec Laconicas mihi trahunt honestæ purpuras Clientæ.

Sosipater *lib.* 1. In quo tamen Horatij loco nostra exemplaria *Clientes* habent, non Clienta.

Clientela, Clientum multitudo, qui potentem aliquem ciuem, principemve fauore prosequuntur, & eius dignitatem factionemque tutantur, ducti aliqua mercede, vel beneficio. {מגן *maghen* חסד *chesedh.* πελάτεια. GALL. *Le domaine, la protection & sauuegarde des Seigneurs enuers leurs vassaux & subiets.* ITAL. *Sicurtà, clientela.* GERM. Die der vogtkinder/daß ist deren die schirmvögt haben. HISP. *Aquella encomendacion, y securidad.* ANGL. *The protection and defence of lordes towardes their subiectes.*} Cic. *ad Attic. lib.* 14. Scis quàm diligam Siculos, & quàm illam clientelam honestam iudicem. ¶ Item Clientela dicitur fides, tutela: vnde Committere, vel conferre se in clientelam alicuius, est sese alterius clientem profiteri, & eius patrocinio, siue (vt Gallorum vulgus loquitur) *Saluegardia* se committere. Terent. *in Eunuch.* Thais patri se commendauit in clientelam & fidem. In clientela Antoniorum erat. Suet. *in August. cap.* 16.

Clima, tis, {פאה *peah.* κλίμα. GALL. *Climat, region, trait du pays.* ITAL. & HISP. *Clima.* GERM. Ein climat/ein außgezeichnet theil des himels oder erdbodens. ANGL. *A climat the trait and draught of a contree.*} Græca dictio, quæ spatium significat, duobus respondens parallelis, quo diei longitudo ad dimidiatam horam variatur. ‖Tertull.

Quæque colunt medij deuexo in climate mundi.‖

Vitruu. *lib.* 1. *c.* 1. Disciplinam verò medicinæ nouisse oportet propter inclinationes cæli, quæ Græci κλίματα dicunt.

Climax, mons est Straboni *lib.* 14. Est etiam (inquit) mons nomine Climax, Pamphilio pelago adiacens: is transitum arctum in littore relinquit, qui mari tranquillo nudatur adeò, vt iter facientibus peruius sit, pelago autem affluente vndis contegitur. Transitus per montem tum etiam arduus est, tum prolixus, quapropter in tranquillitatibus littore vtuntur.

Climax, {סלם *sullám* מדרגה *madhreghâh.* κλῖμαξ. GALL. *Eschelle, degré.* ITAL. *Scala.* GERM. Stägen/leytern. HISP. *Escalera.* ANGL. *A ladder or the steppes of a ladder, or stare.*} Latinè scala, vel potiùs scalæ: est figura, quæ dicitur Gradatio, qua paulatim veluti per scalas ascendimus: vt apud Ouidium, Viderat hanc, visámque cupit, potitúrque cupita.

‖Climatera, vestis arbustiua. L. g. b.‖

Climacteres qui dicantur a Chaldæis, Gell. *cap.* 10. *lib.* 3.

Climactericus, a, um, κλιμακτηρικός. Latinè dici potest Scalaris, ἀπὸ τοῦ κλιμακτῆρος, quo nomine Græci scalarum gradus significant. Vnde numerus climactericus dicitur, ad quem per gradus, & veluti scalas quasdam paulatim ascendimus: qualis est numerus, qui ex nouem nouenariis resultat. Nam vnitas ter sumpta conficit ternarium. Ternarius in se ductus, nouenarium. Nouenarius autem nouies sumptus conficit vnum & octoginta, qui est numerus Climactericus. Hunc autem numerum in humanæ vitæ annis maximè formidabilem esse, à veteribus proditum est, quippe qui rarò sine vitæ, aut fortunarum periculo soleat transmitti. Hoc enim anno ætatis Plato Philosophus, Diogenes Cynicus, Dionysius Heracleotes, Eratosthenes geometra diem suum obierunt, alij annum ætatis sexagesimum tertium in primis periculosum iudicarunt, qui constat ex septies tribus ter multiplicatis, quem etiam Climactera vocabant. Vnde Augustus Caium nepotem lætum natalem diem suum celebrare iubet, quòd annum illum omnibus senibus periculosissimum euaserat. Fuerunt etiam qui annum vndequinquagesimum maximè formidarent: partim quòd sit numerus quadratus, quem potentissimum credidit antiquitas: partim etiam quòd ex septenario septies multiplicatio resultet: cui inter omnes numeros veteres plurimum detulerunt: adeò vt per omnem vitam septimum quenque annum periculosum & crisimum esse voluerint, sed eum præcipuè qui per ternas hebdomadas ascenderet, qualis est annus primus & vigesimus, qui ex tribus septenariis constat: item quadragesimus secundus, & sexagesimus tertius, & omnium maximus octogesimus quartus. ‖Climacterica, climacteres, pericula vitæ fortunarumque hominum. Tertull. ‖Climactericum tempus, pro arduo, difficili, contrario, autore Plin. *epist.* 44. Habes climactericum tempus, sed euades.

‖Climactitis, naturæ rei incerta perfugia, vel auxilia. Turn.‖

Climaculæ ecla. Gell. *cap.* 15. *lib.* 10.

‖Clinamen, inclinatio. Clinare, declinare. Lucr.‖

Clingo, veteres pro Cingo vsurparunt: à Græco κλείειν, Festus.

‖Clingit, cludit. Isid. Gl.‖

Clinias, κλεινίας, Musicus, & Philosophus sectæ Pythagoreæ, qui si quando ad iram prouocaretur, sumpta statim cithara, motus animi leniebat, haud aliter quàm Achilles, quum iratus stabat ad littus, animi sui dolorem citharæ cantu leniebat. Autor Ælianus *de varia historia.*

Clinice, es, κλινική. Medicina, quæ victu & pharmacis corporibus medetur. Diuiditur enim Clinice in duas partes, in Diæteticen, quæ victu medetur. & Pharmaceuticen, quæ medicamentis curat. Plin. *lib.* 29. *c.* 1. Is quum fuisset mos, liberatos morbis scribere in templo eius Dei, qui auxiliatus fuisset, vt postea similitudo proficeret, exscripsisse ea traditur: atque (vt Varro apud nos credit) iam templo cremato instituisse medicinam hanc, quæ Clinice vocatur.

Clinicus, {κλινικός. ANGL. *Bedred, one so sicke that he cannot rise.*} Medicus qui diæta curat, aut medicamentis: dictus à lectis ægrotantium, quos frequentare solet, quasi Lecticularius. Martialis, Sors filia clinici, id est, medici. ¶ Dicuntur & Clinici, qui ita morbo affecti sunt, vt surgere e lecto non possint, nullaque amplius de eorum salute spes sit. Plin. *lib.* 25. *cap.* 5. Medetur ita morbis comitialibus, vt diximus, vertigini, melancholicis. Et pauló pòst, stomachicis, spasticis, clinicis, &c.

‖Clinicus, a, um, quasi κλίνῃ, lecto, affixus, qui præ morbo lecto surgere non potest.‖

Clino, as, Inclino. {נטה *natâh.* κλίνω. GALL. *Incliner.* ITAL. *Inclinare.* GERM. Neigen/Zeigen HISP. *Inclinar ò abaxar.* ANGL. *To bowe.*} Græcum est: & licèt non sit in vsu, eius tamen composita vsurpantur, quæ sunt, Acclino, Declino, Inclino, & Reclino: de quibus suis locis.

Clinamen, inis, neut. gen. Inclinatio. {מוט *mot.* κλίσις. GALL. *Destournement, & inclination à costé.* ITAL. *Inchinatione.* GERM. Neigung. HISP. *Inclinacion.* ANGL. *Bowing or turning to a syde.*} Lucretius *de inclinatione elementorum & primorum corporum*, sed ne res ipsa necessum intestinum habeat cunctis in rebus agendis, Et deuicta quasi cogatur ferre, patique. Id facit exiguum clinamen principiorum, Nec regione loci certa, nec tempore certo.

Cline, {κλίνη. ANGL. *A bed to rest on.*} Latinè lectus, lectica mensa. ἑξάκλινος, torus discubitorius, qui sex capiebat. Martial.

Et testudineum mensus quater hexaclinon.

Clinedion, κλινίδιον, lectulus.

‖Clingere, cingere, à Græca κλείειν dici manifestum est.

Clinodium. ‖In Latinis scriptoribus citerioris æui aliquando *clinodia*, aut *clenodia* reperies pro cimeliis. Vox est Germanica Kleinoth. parum necessaria.‖

Clinopale, es, κλινοπάλη, palæstra lecti dicitur: κλίνη, Græcè lectus πάλη, palæstra, siue lucta. Suet. *in Dom.* Assiduitate concubitus velut exercitationis genus clinopalem vocabat. Sic Virg. nocturna bella vocat colluctationes venereas: & ab Apuleio militia amatoria dicitur. Clinopale, immodica fruitio & venerearum rerum vsus, apud Paulum *lib.* 1. *cap.* 17.

Clinopodion, κλινοπόδιον. Herba est serpillo similis, surculosa, palmæ altitudine. Nascitur in petrosis, orbiculato florum ambitu, speciem lecti pedum præbens: vnde & nomen accepit. Hæc Plin. *lib.* 24. *cap.* 15. Putatur esse eadem quam officinæ *Pelagium montanum* appellant.

Clio, κλειώ, vna Musarum ex nouem, apud Hesiodum in Theog. ἀπὸ τοῦ κλέους, id est, à gloria, quòd poëtis gloria ex carmine nascatur.

‖Clipeocentrum, est insigne scutum in clipei centro.

Clipeus, vide *Clypeus.*

Clipopodæ, lecti pedes. Turn.‖

Clisthenes, κλεισθένης. Primus ostracismi autor apud Athenienses, primúsque eo genere exilij mulctatus. Vide Cælium *lib.* 21. *cap.* 44. ¶ Clisthenem video, κλεισθένην ὁρῶ. Suidas refert, & ait conuenire in eos, qui læui derasáque sunt cute. Nam is mos Clistheni, barba derasa semper esse, quo iuuenis etiam dum videretur. Effertur & ad hunc modum, κλεισθένους ἀσελγέστερος, Clisthene intemperantior. De cinædo & deliciis effœminato.

Clitarchus, κλείταρχος. Historicus fuit, & Alexandri Magni perpetuus in omnibus expeditionibus comes: cuius etiam res gestas descripsit, sed ea vanitate, vt fidem Historici non mereatur. Autor Quintil.

CLITELLÆ, arum, dicuntur, quibus sarcinæ colligatæ mulis, & id genus veterinis, portantur, qui vulgò *Basti* vocantur. {כר *char.* ἀνάφορον, ἐπισαγμα, κανθήλια, σάγματα. GALL. *Le bas qu'on met sur vn mulet, asne, ou autre beste pour porter faix.* ITAL. *basti.* GERM. Saumsattel/sind dare auff die maulthier schwäre last tragen. HISP. *Las albardas ò ensalmas.* ANGL. *Lode sadles.*} Horat. *in Satyr.*

Hinc muli Capuæ clitellas tempore ponunt.

Clitellis apportatæ columnæ. Quintil. Cic. *ad Attic. lib.* 5. Clitellæ boui sunt impositæ, hoc est, homini inepto, & nequaquam idoneo delegata est prouincia. vide Erasmi Adagia ¶ Hoc etiam nomine significatur locus Romæ, teste Festo, propter similitudinem clitellarum, & in via Flaminia loca quædam deuexa subinde, & accliuia. ¶ Item quoddam tormenti genus, teste eodem.

Clitellarius, qui clitellis vtitur. {ἐπισαγματοφόρος, σαγματοφόρος. GALL. *Qui porte faix dessus son dos auec vn bast.* ITAL. *Che porta la basta.* GERM. Der mit einem solchen sattel schwäre bürden tregt. HISP. *Cosa de albarda.* ANGL. *That beareth any thing on his back in a lode sadle.*} Vnde clitellarij muli dicuntur, qui neque ephippiati sunt, neque desultorij, nec bigas, aut quadrigas, aut currus ducunt, sed clitellati ferunt onera. Plaut. *in Most.* Muliones, mulos clitellarios Habent, ego habeo homines clitellarios: Magni sunt oneris, quicquid imponas vehunt.

Cliternia, Pompon. *lib.* 2. Italiæ oppidum est, in tractu Apuliæ, ad Garganum montem. Vulgò *Celano*, Ptolemæo Cliternum.

Clitomachus, κλειτόμαχος, Philosophus Carthaginiensis, Athenas venit, annos natus quadraginta, audiuitque Carneadem, cuius & successor fuit, tres sectas sectatus: Academicorum, Peripateticorum, & Stoicorum. Supra quadraginta volumina conscripsit, de quo Cicer. *lib.* 1. *Tuscul.* mentionem facit. ¶ Clitomachus alter, Athleta, & Pancratiastes nobilis fuit, qui pudicitiæ tantæ fuisse dicitur, vt canes si fortè coeuntes vidisset, statim vultum auerteret: in conuiuio si quis sermo lasciuus incideret, statim surgens abiret. Autor Ælianus *de varia historia.*

Clitor, is, κλείτωρ, oppidum mediterraneum Arcadiæ, à quo vicinus fons Clitorius appellatur, ei qui gustauerit, vini fastidium inducens. Meminit huius oppidi Ptolemæus *lib.* 3. *cap.* 16.

Clitumnus, agri Falisci fluuius est, cuius aquæ potatæ candidos faciunt boues, autor Plin. *lib.* 2. *cap.* 103. Virg. 2. *Æneid.*

Hinc albi Clitumne greges, & maxima taurus Victima.

Silius,

Et lauat ingentem perfundens flumine sacro

Clitumnus taurum.

Nemus flumenque Clitumne. Sueton. *in Calig. c.* 43.

Clitus, κλεῖτος, Mantij fuit filius, qui ab Aurora raptus, nunquam pòst apparuit. ¶ Fuit præterea Clitus inter præcipuos Alexandri Macedonis familiares, eidemque charissimus, tum quòd filius esset nutricis ipsius, tum quòd ab illo in dubio vitæ discrimine fuisset seruatus. Hunc tamen in conuiuio quodam liberiùs in Persicos mores inuectum, rex iam temulentus spiculo traiecit. Cuius facti eum postridie tanta cœpit pœnitentia discussa iam ebrietate, vt totum triduum cibo abstinuerit, decreueritque omnino inedia sibi necem consciscere, amicúmque optimè de se meritum ad inferos persequi. Tandem ægrè admissa amicorum consolatione, qui Clitum iure occisum asserebant, sumptuosissimo eum funere sepeliuit. Historiam hanc vide latiùs apud Arrianum, Qu. Curtium, & Plutarchum in vita Alexandri.

Cliuius, a, um, adiectiuum, Difficilis, arduus. {קשה kaschéh. Angl. Vneasie to go vp.} vt, Cliuia auspicia, αἱ ἀναβάσεως οἰωνισμοί, quæ aliquid (inquit Festus) fieri prohibebant: nam & omnia difficilia & ardua nominabantur Cliuia: vnde & Cliui.

[Cliuior, nobilior. Isid. Gloss.]

Cliuinâ auis, in auguriis dicebatur, quæ alio nomine vocabatur Prohibitoria & Clamatoria: à cliuiis auspiciis dicta, quæ, teste Festo, dicebantur aduersa, quibúsque aliquid fieri prohibebatur. Hanc autem suo seculo fuisse incognitam, autor est Plin. *lib. 8. cap. 15.*

Cliuus, i, Collis, locus arduus. {גבעה ghibbhâh. γήλοφος. Gall. *Vne petite montagne qui n'a pas grand' pente, la pente & descente d'vne montagne.* Ital. *Stesa da vna montagna all'ingiu, pendente, collina.* Germ. Ein bühel ein ort das sein langsam haldecht oder höhig ist. Hisp. *La cuesta arriba, ò la cuesta abaxo.* Angl. *The pitch of an hill, the bending downe of a thing.*} Virg. 9. *Æneid.*

——— qua se subducere colles
Incipiunt, molliique iugum demittere cliuo.

¶ Cliuus Capitolinus. Cicer. *ad Attic. lib. 2.* Quem ego in cliuo Capitolino te signifero à principe collocatam. ¶ Huius composita possunt esse tam secundæ, qu'm tertiæ declinationis: vt, Acclinus, a, um, & Accliuis, & hoc accliue. Decliuus, & Decliuis: Procliuus, & Procliuis: quæ habent penultimam productam. Dictus cliuus à clino pro inclino. Vide Vallam *lib. 4. cap. 43.*

Cliuulus, i, diminutiuum à Cliuus. {γεωλοφία. Gall. *Vne petite montagnette, vn petit tertre.* Ital. *Piccini collina.* Germ. Ein reinlin oder bühelin. Hisp. *Pequeña cuesta.* Angl. *A litle pitche of an hill.*} Colum. *lib. 6. cap. 36.* Duos parietes aduerso cliuulo inædificatos habet.

Cliuosus, a, um, adiect. Cliuis abundans. {βουνώδης. Gall. *Qui a plusieurs montagnettes, inegal, ayant plusieurs pentes & descentes.* Ital. *Pendente sfmonta.* Germ. Das vil bühel oder rein hatt. Hisp. *Cosa llena de cuestas.* Angl. *That hath mani litle montanes and pitches.*} vt, Cliuosa loca. Columell. *de arboribus cap. 4.* Curandum autem est, vt locis aridis & cliuosis altius vites deponantur, quàm si humidis & planis, Virg. 2. *Georg.*

Nam ieiuna quidem cliuosi glarea ruris
Vix humiles apibus casias, roremque ministrat.

Ouid. 3. *Fast.*

Vbi è terra cliuosum scandet Olympum Phœbus.

Cloacæ, Loca caua, siue ea publica sint, siue priuata, quò sordes confluunt, {מוצאות motsaóth. ὑπόνομοι. Gall. *Vn esgout, par ou s'en vont les immondices de quelque lieu.* Ital. *Cloace, chiauiche.* Germ. Ein dolen ein ort darein sich aller vnflaht versamlet. Hisp. *El albañar ò de acuducha priuadas.* Angl. *A chanell, a sinke.*} Vnde Arcem facere ex cloaca dicit Cic. *in Orat. pro Plancio*, pro eo quod est, rem humilem & nullius ferè momenti supra modum extollere. Fistulæ quoque, fossæ & viæ illa subterraneæ parietibus in modum aquæductus munitæ, per quas plu. uiæ extra vrbem vel in fluuium dilabentes, vrbis sordes secum rapiunt, Cloacæ dicuntur, ὅτι κλύζουσι quòd vrbem immunditiis purgent. ¶ Dicta est autem Cloaca (vt putatur) à coluendo, quasi colluaca. Festus à Cloacando, hoc est, inquinando deriuat: quum tamen potiùs contrà, Cloacare verbum à Cloaca deductum videatur. Cic. *pro Cæcin.* Qui de fossis, de cloacis, minimis aquarum, itinerúmque controuersiis interdicit. Plaut. verò *in Curcul.* stomachum immundæ vetulæ & aluum, Cloacam nominauit. Age, inquit, effunde hoc citò in barathrum, Propere prolue cloacam.

Cloacula, diminutiuum, Lamprid. *in Heliogab.* Additáque iniuria cadaueri est, vt id in cloaculam milites mitterent.

Cloacale, flumen, Cato dixit, pro cloacarum omnium colluuie: vt annotauit Festus.

Cloacare, Inquinare. {טמא timmé. μολύνω. Gall. *Souiller.* Ital. *Imbrattare, macchiare.* Germ. Besudlen/ verunreinigen. Hisp. *Ensuziar ò manzillar.* Angl. *To defile, to mok foul.*} vnde Cloacam dictam putauit Festus.

Cloacarius, adiectiuum, vt cloacarium vectigal. Vlpian. *D. lib. 30. tit. 1. l. 39.* Hæres cogitur legati prædij soluere vectigal præteritum, vt tributum, vel solarium, vel clocarium, vel pro aquæ forma. Sic

Cloacarium, pecunia est purgandis cloacis attributa. Vlpianus *in l. 27. ff. de vsufruct.* Si quid cloacarij nomine debeatur, vel si quid ob formam aquæductus. Ex Hotom.

Clocca, campana est, Bonifacio. [{Germ. Glocke. Gall. *Cloche.* Angl. *Clocke.*}

Cloes, pluuia, vel nauigium. Isid. Gloss.]

Clodia, Romana, (à qua Cicero prædium emere volebat: copiosa & locuples fœmina fuit, de qua sic Cic. *ad Attic. lib. 13.* Sed quando inquit, Clodia Romæ futura es, & quanti rem æstimas, ego prorsus expecto: non quin illud malim, sed & magna res est, & difficile certamen cum cupido, cum locuplete, cum hærede.

Clodiforum, Italiæ oppidum in octaua regione, vt scribit Plin. *lib. 3. cap. 13.*

Clodiorum familiam, à Clodio Æneæ socio dictam putauit Festus. Verius tamen est, Clodios (qui & Claudij dicuntur) à Sabinis ortum traxisse, nomínsque originem cepisse ab Appio illo Clauso, qui primus ex ea familia cum quinque clientum millibus se Romam contulit.

Clodius, prænomine Publius, adolescens fuit nobilis ex antiquissima Claudiorum familia, sed ciuis factiosus, & notissimæ libidinis: vt qui & tres sorores per incestum polluerit, & in sacris bonæ deæ muliebri veste deprehensus sit. Hic grauissimas cum Cicerone inimicitias exercuit: cui, vt maius negotium facessere posset, Tribunatum plebis petiit: quem quum per leges obtinere non posset, quod Patritius esset, cuidam ex plebe se adoptandum dedit: atque ita tribunatum nactus, non quieuit, donec Ciceronem per vim ciuitate expelleret: verum quum & Pompeio maleficus esse cœpisset, & optimum quemque insectaretur, placuit Senatui Ciceronem ab exilio reuocari: qui in reliquum ueritus, Milonis auxilio inimici impetum compescuit: à quo etiam Clodius ipse in via Appia fuit interfectus. De hoc sic scribit Cicer. *ad Attic. lib. 1.* Credo (inquit) te audisse, quum apud Cæsarem pro populo fieret, venisse eo muliebri vestitu virum, idque sacrificium quum virgines instaurassent, mentionem à Qu. Cornificio in senatu factam (is fuit princeps, ne tu forte aliquem nostrum putes) postea rem ex sc. ad virgines atque Pontifices relatam: idque ab iis nefas esse decretum: deinde ex sc. Consules rogationem promulgasse: vxori Cæsarem nuntium remisisse. In hac causa Piso amicitia P. Clodij ductus, operam dat, vt ea rogatio quam ipse fert, & fert ex sc. & de religione, antiquetur. Hactenus Cic. ¶ Fuit & Clodius Pulcher, orator Romæ inter patronos, simul cum Cicerone in causa Scauri. Pædianus. ¶ Clodij cuiusdam meminit Plutarch. *in Numa*, qui temporum argumentum scripsit. ¶ Sextus Clodius rhetor Siculus, Latinæ, Græcæque eloquentiæ professor, malè oculatus, Familiaris, ac præceptor M. Antonij triumuiri, cuius meminit Cicero *in Philip.* & Tranquillus. ¶ Clodius Quirinalis Arelatensis rhetor, Romæ docuit circa Neronis tempora, teste Eusebio. ¶ Clodius Albinus, dux Gallicani exercitus, post mortem Pertinacis principis ab exercitu Imperator salutatus, & à Seuero iuxta Lugdunum acie superatus. Autor Herodianus.

Clœlia, Nobilis virgo Romana fuit, quæ cum aliis nonnullis virginibus Porsenæ Hetruscorum regi obses data, deceptis custodibus vnà cum reliquis virginibus incolumis ad suos per Tyberim transnauit. Quamobrem Romani nouam in fœmina virtutem nouo honoris genere ornandum rati, statuam ei equestrem in summa sacra via posuerunt. Autor Liu. *1. ab Vrb.* Vide Plut. *in Public.* Huius meminit Valer. *lib. 3. cap. de fortitudine.* Virg. quoque circa finem libri octaui,

Et fluuium vinclis innaret Clœlia ruptis.

Iuuenalis:

Quod miraretur cum Coclite Mutius, & qua
Imperij & fines Tiberinum virgo natauit.

Clonius, κλόνιος, vnus è quinque ducibus Bœotorum, qui cum quinquaginta nauibus ad Troiam nauigarunt, vt scribit Homerus *lib. Iliad. 2.*

Cloppus, vel claupus (ἀπὸ τοῦ κλώπειν pro claudibus,) appellatur claudus, nisi quis fortè per contractionem ex Græco deduci malit, quasi χωλὸς τοὺς πόδας. Gloss. cloppus, χωλός.

Clostrum, idem quod claustrum. {מסגרת misghéreth סגור soghór κλεῖθρον.} Cato *de re rust. c. 13.* Trullas ligneas duas, claues cum clostris.

[Clostrata, quæ vnicâ constant fore. Bifora, duabus. Valuata, pluribus. Vitr. Casaub.]

Clota, Ptolemæo, Æstuarium maris in Britannia insula, exiguo terræ spatio à Bodotria altero æstuario diremptum. Corn. Tacit. *in vita Agricola*, Glotam vocat.

Clotho, κλωθώ, vna Parcarum, quæ humanæ vitæ stamina dispensant, Græcè κλώθω, Circumuoluo, neo, destruo. De his nonnihil Orpheus in hymnis, pluráque tradit in magica sua, sed inuoluta & obscura. Hesiodus autem *in Theog.* Themidos filias facit, & Iouis: Cloto, Lachesin, & Atropon, & δεδοῖσι ἀνθρώποισιν ἔχειν ἀγαθόν τε, κακόν τε.

[Cluacina. Venus Plinio, quæ aliis dicta videtur, quasi colluacina. Cloacis præerat, & eam in cloaca repertam consecrauit Tatius.

Clubon, sigillum. Gloss. g. b.]

Clucidatus, a, um, antiqui dixerunt pro dulci & iucundo, ὡς τὸ γλυκύ. {מתוק mathóc ערב harébh. Angl. *Sweete.*} Festus. Varro *lib. 6. de ling. Lat.* citans antiquum poëtam in Agidone: Clucidatus, suauis est, tametsi à magistris accepimus mansuetum. Ita enim doctissimè legit Scaliger, quum antea Caudatus legeretur.

[Cluden, baculus incuruus, histrionum manibus gestatum. Lips.]

Cludo, is, idem quod claudo: quo verbo veteres vtebantur. {סגר saghár. κλείω. Gall. *Clorre, enclorre, enuironner, entourer.* Ital. *Chiudere, serrare.* Germ. Beschliessen. Hisp. *Cerrar.* Angl. *To shut in, to inclose.*} Cic. *2. de nat. Deor.* Ipsum autem mare sic terram appetens littoribus cludit. Martial. *lib. 11.*

Sed mitis vocis iter properauit cludere blandè.

In veteribus quoque numismatibus legimus, Ianum clusit. Clusimus & clausimus. Senec. Clusum pectus vitiis. Idem *cap. 16 de consol. ad Helver.* Cludendi sententias ratio, Quintil. Cludere sensum. Item, Cludi, Cludere neutraliter bis.

Clusus, a, um, Particip. Circundatus. Valer. Flacc. *lib. 1. Argon.* Cleonæo iam tempora clusus hiatu Alcides. id est, habens tempora circundata pelle hiantis leonis Cleonæi. Clusilis, & hoc clusile, quod facile clauditur, Plin. *lib. 39. cap. 37.* Inest iis esca, clusiles mordacésque conchæ, ceu mitulos videmus.

Cludus, pro claudus. Vide *Claudus.*

Cluentius, ex municipio Latino, accusatus à matre Sassia, quòd Oppianicum vitricum interfecisset, defensus fuit à Cicerone, cuius adhuc extat longè optima Oratio pro Cluentio.

Clueo, es, ere, clucot, cluor. Perhibeor, putor, nominor. {נחשב nechschâb. κλύω. Gall. *Estre reputé, auoir le bruit.* Ital. *Essere stimato, nominato.* Germ. Genent oder geacht werden. Hisp. *Ser estimado y nombrado.* Angl. *To be in reputatione, o haue a renoveme.*} Plautus *in Trin.* Ita sis, vt nomen cluet. Idem *in Epid.* Senati qui columen cluent, id est, habentur, & reputantur columen Senatus. Idem *in Pæn.* Vt volupe est homini mea foros, si quod agit, cluet victoria, id est, victoriæ tribuatur. ¶ Dicimus etiam Cluo, is, per tertiam inflexionem, quod sæpe pro splendeo accipitur. Facinora quæ clare posit, & diu cluant. Plaut. *Pseud. sc. 1. a. 2.* Stratioticus homo. Ibid. *sc. 1. a. 4.* Dum meus vit victor belli cluat. Idem *Amphitr.* Res quæritur, non Clientium fides, Cuiusmodi cluat. Idem *Men. sc. 2. a. 4.* Prudentius, Qui patria virtute cluis. Cicer. *de claris orat.* Tum duo Cæpiones multum clientes consilio, & lingua, plus autoritate tamen & gratia sublevabant. ¶ Interdum etiam pro purgare. Plin. *lib. 15. cap. 29.* Depositis armis in eo loco, qui nunc signa Veneris Cluacinæ habet. Cluere enim antiqui purgare dicebant. Vide Clupeus, siue Clypeus à Cluendo Grammatici deducunt.

Cluis, h. e. clarus. Quo modo *cluior*, pro *clarior* in Isidori glossis vulgò corruptum est, & *proclueor* Martianus Capella dixit. Cl. Salmas.

Clumæ, sunt folliculi hordei, festus, λέπυρα, ἄχυρα.

Clunaculum, Culter sanguinarius: quòd ad clunes dependeat, vel

quia

quia clunes hostiarum diuidat. Autor Festus. Sic etiam legend. apud Gell. pro Climaculis.

Clūnis, is, sæpius in plurali clunes, clunium. Nates, siue natium tumor: tam masculini, quàm fœminini generis. {שת *sjeth.* πυγή. GALL. *La fesse.* ITAL. *Natiche.* GERM. *Der arßbacke.* HISP. *Las nalgas.* ANGL. *The hippe or buttocke.* } Iuuenalis,

Tremulo descendunt clune puellæ.

Plaut. Quasi lupus ab armis valeo, clunes infractos gero. Horat.

Quod pulchra clunes, breue quod caput ardua ceruix.

Hinc Simias clunes appellatas volunt, quòd clunes tritas gerant.

Clūnicŭlus, diminutiuum. τὸ πυγίδιον. Gellius, Cæterarum autem atque altilium nisi tantum apponatur, vt à cluniculis inferiore parte saturi fiant, conuiuium putabant inopia sordere.

Cluna, oppidum est Hispaniæ in extremis Celtiberorum finibus. Vnde vnus ex Hispaniæ citerioris conuentibus Cluniensis dictus est. Vulgò *Ciudad real.* Sunt enim septem (inquit Plin. *lib.* 3.) Carthaginiensis, Tarraconensis, Cæsaraugustanus, Cluniensis, Asturum, Lucensis, Bracarum.

[Cluo, is, defendo, resplendeo. Cath. Item pugno. Turn.]

Clŭpĕă, quæ & Clypea dicitur, vulgò *Quipia*, ciuitas Africæ propriè dictæ, in promontorio Mercurij sita, dicta à clypei figura, vnde & Aspis dicitur, teste Solino, quod etiam annotauit Hermolaus in Plinium, & Vadianus in Melam. Silius *lib.* 3.

In clypei speciem curuatis turribus Aspis.

Lucanus *lib.* 4.

Et Clupeam tenuit stationis littora notæ.

Ptolemæus verò duas vrbes propinquas collocat in Hermæo promontorio, quarum vnam Clypeam, alteram Aspidem appellat. Cæsar 2. *de bell. ciu.* Is locus abest à clupeis. ¶ Clupea etiam exiguus pisciculus est apud Plin. *lib.* 6. *cap.* 15. qui venam quandam in faucibus Thynni erodens, ipsum exanimat.

Clusaris angulus, Clusare latus, apud rei agri mensoriæ scriptores: & Cludere, verbum iis proprium.

Clusini, noui & veteres populi Hetruriæ, Plin. *lib.* 3. *cap.* 5.

Clūsinus, dictus est Ianus, quòd pace templi eius portæ clauderentur. Virg. 1. *Æneid.*

Claudentur belli portæ, furor impius intus
Sæua sedens super arma, & centum vinctus ahenis.

Clūsinum far, Adorei, siue farri genus est candidius: ita dictum à Clusio Hetruriæ vrbe Col. *lib.* 2. *cap.* 6. Adorei autem vidimus in vsu, plerunque genera quatuor. Far, quod appellatur Clusinum, candoris nitidi. Far, quod vocatur Vermiculum, rutilum, atque alterum candidum: sed vtrunque maioris ponderis, quàm Clusinum Semen semestre, quod dicitur *Alicastrum.* ¶ Clusinum pecus, pro callida & vrbana meretrice posuit Plaut. *Trucul.* Tu verò clusinum pecus, aduenisti huc nos tentatum cum exornatis ossibus.

Clusiolum, oppidum Vmbriæ quod interiit: cuius meminit Plin. *lib.* 3. *cap.* 14.

Clusios, Galli nominant dæmones quosdam, quos nonnulli existimant spiritus esse elemento aëreo compositos.

Clusium, oppidum est Tusciæ mediterraneum, vbi Porsena Hetruscorum rex sepultus creditur. Plin. *lib.* 35. *cap.* 13. Vulgò *Chiusi.*

[Clusor, qui gemmas auro concludit. Gloss. A. L.

Clusura, vide suprà in *Claudo.*

Clutum, κλυτὸν, gloriosum. Fest. Inde *Inclutus.*

Clymene, Κλυμένη, Oceani & Tethyos filia, Iapeti vxor, teste Hesiodo *in Theogonia*: de qua Virg. *lib.* 4. *Georg.*

Inter quas Clymene curam narrabat inanem.

¶ Fuit & altera Clymene mater Phaëthontis, vt scribit Ouid. *lib.* 1. *Metam.* quæ quum forma valeret, Soli placuit, qui concubitu eius potitus, ex ea Phaëthontem, & sorores genuit. Ouid. *lib.* 1. *Metam.*

Et tulit ad Clymenem Epaphi conuitia matrem.

¶ Inde Clymenis, idos, patronymicum, & Clymeneius, a, um: vt, Clymeneia proles, id est, Phaëton. ¶ Tertia fuit ministra Helenæ decoris oculis prædita, vt est apud Homerum *lib.* 3. *Iliad.* Huius meminit & Ouidius *in Epistola Helenes apud Paridem*, Cætera per socias Clymenen, Æthrámque loquemur, Quæ mihi sunt comites, consiliúmque duæ.

Clymenos, siue Clymenon, κλύμενον. Herba est fabæ caulem ferens, quadratum, folia plantaginis, folliculis supra caulem in se inflexis, vt in polyporum cirrhis. Ita dicta à Clymeno rege, teste Plin. *lib.* 5. *cap.* 7. Vulgus hodie partim *Cyperiam*, partim *Sapenalem* appellat.

Clypeus, & Clypeum, siue Clupeus, y, in u, conuersa. {מגן *maghén.* ἀσπίς. GALL. *Bouclier, targe, rondelle.* ITAL. *Scudo.* GERM. *Ein schilt den man im krieg zum schirm braucht.* HISP. *Escudo, broquel, ò paues.* ANGL. *A schield, targe, or buckler.* } Scutum maius, & tantùm peditum, sicuti Scutum equitum, Seruio autore. Liu. *lib.* 6. Clypeis ante Romani vsi sunt: deinde postquam stipendiarij facti sunt, scuta pro clypeis fecêre. Dicti Clypei, ἀπὸ τοῦ καλύπτειν, quòd celent totum corpus: vel à clepere, quod est furari ab ictibus. Plin. *lib.* 35. *cap.* 3. ἀπὸ τοῦ γλύφειν, hoc est, sculpendo, cælandóque deduxit: vt dicatur clypeus quasi γλυπτὸς, id est, sculptus, g, in c, mutata, Scutis, inquit, qualibus pugnatum est apud Troiam, continebantur imagines. Vnde & nomen habuerant clypeorum, non vt peruersa Grammaticorum subtilitas voluit, à cluendo. (id est, splendendo.) Quò tamen respicere videri potest Plaut. *Men.* *sc.* 1. *a.* 1. Vt splendor meo sit clypeo clarior, quàm Solis radij. Ouid. 13. *Metam.*

Cum socia clypeum pro classe tenebas.

& *ibidem* sæpius. Plaut. *Curc. sc.* 4. *a.* 4. Ita machæra & clypeus iuuent. ¶ Clypeum quoque (vt Festus scribit) Antiqui ob iucunditatem etiam corium bouis appellarunt, in quo fœdus Gabiorum cum Romanis fuerat descriptum. ¶ Clypeus, vel clypeum, imaginem quoque significauit, vt veteres Grammatici voluerunt: fortassis inde quòd clypei imaginibus pingi & ornari solebant. Vide Sosipatrum *lib.* 1. *suæ Gram.*

Clypeo, as, are, Clypeo munire est. Pacuuius *in Harmonia*: Curtum liquit: chlamyde contorta astu clypeat brachium. Nonius citat ex Pacuuio, & Varrone *lib.* 4. *de ling. Lat.*

Clypĕātus, Clypeo munitus. {נושא מגן *nosé maghén.* ἀσπιδοφόρος, ἀσπιδοῦχος. GALL. *Garny de bouclier.* ITAL. *Armato di brocciere.* GERM. *Der mit einem schilt bewart ist / ein schiltman.* HISP. *Escudado, armado de escudo.* ANGL. *That is armed with a buckler or shield.* } Plaut. *in Curc.* Clypeatus elephantum vbi machæra diligit. Cic. apud Virg. 7. *Æneid.* Clypeata agmina.

Insequitur nimbus peditum, clypeataque totis
Agmina densantur campis.

Clypeata imago Qu. Ciceronis. Macrob.

[Clypeocentrum, clypeus centris, & aculeis confixus. Pancirol.]

Clysmus, {רחצה *rachats.* κλυσμός. } Latinè purgatio, siue lotio dicitur. Vnde Cataclysmus, de quo suprà.

Clytæmnestra, Κλυταιμνήστρα. Nomen proprium vxoris Agamemnonis, quæ ob amorem Ægisti adulteri virum occidit. Vnde etiam ab Oreste filio in patris vltionem fuit occisa: de qua Euripid. *in Oreste*, & Homerus *in Odyssa.*

Clystēr, is, κλυστὴρ, quod & Clysterium, κλυστήριον dicitur, ἀπὸ τοῦ κλύζειν, quod est abluere: nam clystere aluum ægrotantium lauare, seu purgare solemus. {GALL. *Clystere.* ITAL. *Cristiere.* GERM. *Ein clistier.* HISP. *Cristel, ayuda.* ANGL. *A clenster.* } Plin. Cucurbita infusa clysteribus, intestinorum omnium vitiis medetur. Macer tamen huius nominis penultimam corripit. Appositis digitis aut intus clystere fusis: quem ea in re non imitabitur. ¶ Accipitur item Clyster pro ipso instrumento, quo ad proluenda ventris recrementa sedi infertur Vlp. *l. item si obstetrix, ad leg. Aquil.* Si quis per vim, vel per suasum alicubi medicamentum infudit, vel ore, vel clystere. Clysteris etiam vsus est, ad iniicienda medicamenta in matricem, & dicitur μητρεγχύτης: & in aurem, vocatúrque ὠτεγχύτης, i. clyster auricularius, siue, (vt apud Celsum scribitur) oricularius. Eo etiam in fistulis vulneribúsque vtuntur chirurgi. Cels. *lib.* 5. *cap. de fistulis.* Rurlus *lib.* 6. *cap.* 27. Idem humor rosa mixtus in ipsum vulnus oriculario clystere agendus est.

Clytia, vel Clytie, es, Κλυτίη, vna fuit ex Oceani nymphis aliquandiu ab Apolline adamata, donec illa Apollinis cum Leucothoë concubitum Orchamo patri eius indicauit. Quare iratus Apollo, Clytien grauissimo odio persecutus est. Illa verò amoris impatientia cibo & potu abstinens, manè Orientem, & vesperi Occidentem spectat Apollinem: & quacunque ille iter faciebat, Clytie oculis sequebatur. Vnde tandem fame & dolore consumpta, mutata est in heliotropium. Fabulam hanc refert Ouid. *lib.* 4. *Metam.*

Clytius, Κλύτιος, filius Laomedontis, & frater Priami, vt refert Hom. *lib.* 20. *Iliad.* ¶ Est & Clytius, adolescentis nomen apud Virg. *lib.* 10. *Æneid.* quem Cydon quidam in deliciis habuit.

C N

Cnason, acus, qua mulieres scalpunt caput. Festus.

Cnecion, κνήκιον. Quibusdam herba est, quam notioribus nominibus Sampsuchum, & Amaracum vocamus: quanquam non desunt, qui hanc nomenclaturam adulterinam existiment, & inter eas numerandam, quas inter Dioscoridis notha reiiciunt doctiores.

Cnemides, Κνημῖδες. Oppidum Locrorum, ad sinum Opontium, secundùm Daphnuntem, è regione Cænei Eubœæ promontorij: à quo Locrorum quidam Epicnemidij cognominati sunt. Vide Strab. *lib.* 9. & Pomp. *lib.* 2. Plinio Cnemis dicitur singulari numero, *lib.* 4. *cap.* 7.

Cnĕōrŏn, κνέωρον. Frutex est coronarius, cuius duo sunt genera, nigrum & candidum: vtrunque germinat post æquinoctium autumnale, diúque floret, Hyginus Casiam interpretatur. Vide Plin. *lib.* 21. *cap.* 9. Dioscorides item thymelæam herbam Cneorum, & Cnestum appellant.

Cnephosum, tenebricosum, à κνέφας. Fest.

Cnēūs, Κναῖος, per c, scribitur, sed profertur per g, Prænomen fuit Romanis peculiare, à næuo (vt volunt) tractum, quod eo prænomine præcipuè nominarentur, qui næuum aliquem nascentes attulissent. Festus à Græco γίγνεσθαι deducit.

Cnīcus, vel Cnecus, κνῖκος Dioscoridi, nonnullis κνῆκος. Herba est, oblonga habens folia incisuris diuisa, aspera, & aculeata: ex cuius ramulis diuulsis sanguineus effluit liquor. Rueli. Carthamum satiuum vocat. ¶ Officinis crocus hortensis.

[Cnidij, moduli, versiculi amatorij. Cerda.]

Cnīdos, Κνίδος, vulgò *Cabo crio.* Est vrbs, in extremo cornu peninsulæ Cariæ adhærentis, in qua Venus colebatur: vnde Cnidia dicta est. Potest etiam scribi Gnidos per g. ¶ Est & herbæ nomen, de qua Plin. *lib.* 21. *cap.* 16. Vide Cnidium oleum, quod fit è grano cnidio: de quo Plin. *lib.* 23. *cap.* 4.

[Cnimi, tibia. Lex. gr. b.

Cnios, torsiones indecentes. Gloss. Isid.]

Cnĭpŏlŏgus, κνιπολόγος, Arist. *hist.* 9. *cap.* 3. dicta quòd κνῖπας, id est, Cossos venetur. Gazæ Culicilega. Auicula est achantylis magnitudine, coloris cinerei, ac distincti maculis.

Cnisæa, Κνισαία. Natale Megarorum iuxta Peloponnesum. Steph.

[Cnodalum, κνώδαλον, bestia. volunt propriè esse marinam; q. κνώδαλον, quòd sit ex κνώδαξ, & ἅλς mare. Sed latè vsurpatur de terrestribus, etiam insectis.

Cnodax. Vitruu. κνώδαξ centrum, axis, gnomon.]

Cnopupolis, Κνωποῦπολις, Ioniæ ciuitas, quæ alio nomine Erythra dicitur. Steph.

C O

Cōă vestis, siue substantiuè Coa, in plurali numero subtilissimum erat vestis genus ex bombyce, adeò tenue, vt corpus pelluceret. βομβύκινον ἱμάτιον. { ANGL. *A thinne kind of cloth of silk.* } Dictum à Co insula, vulgò *Lango*, in qua & bombycem nasci solere, sicut in Cea insula, autor est Plinius *lib.* 11. *cap.* 23. Ouid. *de arte amandi*,

Siue erit in Tyrijs, Tyrios laudabit amictus,
Siue erit in Cois, Coa decere puta.

Fuerunt qui etiam Cois in nominatiuo dici putarent pro hac veste, decepti autoritate Horatij *in Satyr.*

Altera nil obstat, Cois tibi penè videre est,　Vt nudam.

Qui profectò error nimium est puerilis, quum Cois ibi non nominatiuus sit, sed ablatiuus. Eædem & Ceæ vestes dicuntur, à Cea in-

fula, in qua Pamphila Latoi filia prima rationem inuenit bombycum telas retorquendi, eásque rursum texendi: vt testatur Plin. *lib.* 11. *cap.* 22.

Coaccédo, is, simul accedo. {συναπέρχομαι, συμπροσέρχομαι. GALL. *Approcher auec les autres, estre mis auec.* ITAL. *Accostarsi insieme.* GERM. Sampt andern herzu kommen. HISP. *Allegarse, ò acercarse juntamente.* ANGL. *To come to with others.*} Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 2. Quia de illo emi virginem Triginta minis, vestem, aurum & decem pro his coaccedunt minæ.

COACERVO, as, Cumulo, congrego, addo, cogo. {אסף *asáph* ערם *háram* צבר *tsabár.* ἐπισωρεύω, συμφορέω. GALL. *Entasser ensemble, ammonceler monceau sur monceau, accumuler.* ITAL. *Accrescere, congregare, amassare, raunare.* GERM. Zusammen häuffen. HISP. *Amontonar ò ayuntar.* ANGL. *To gather in heapes together.*} Liu. 5. *ab Vrb.* Armorúmque cumulos, vt mos illis est, coaceruare. Cæs. 2. *bell. Gal.* His deiectis & coaceruatis cadaueribus. Cic. 2. *pro leg. Agrar.* Antè pecuniæ coguntur, & coaceruantur, quàm gleba vna ematur.

Coaceruatio, nis, Coactio, cumulatio. {צבור *tsibbúr.* συναθροισμός, συσσώρευσις. GALL. *Entassement, & ammoncelement ensemble.* ITAL. *Accumulatione, ammassamento.* GERM. Zusammen häuffung. HISP. *Amontonamiento.* ANGL. *Heaping together.*} Cic. *in Part.* Atque hæ quidem vtrique maximè in peroratione facienda: alteri frequentatione argumentorum & coaceruatione vniuersa: alteri si planè causam redarguendo explicarit.

Coacesco, ex Con & acesco, sed n abiicitur: significat simul vel totum acidum fio. {חמץ *far.* συνοξύζω. GALL. *S'enaigrir, deuenir aigre.* ITAL. *Diuenir aceto.* GERM. Gantz herb oder saur werden. HISP. *Azedarse.* ANGL. *To waxe sower talled.*} Cic. *in Cat.* Vt enim non omne vinum, sic non omnis ætas vetustate coacescit.

Coactilia, Inuolucra dicuntur vestibus inuoluendis, circumferendísque idonea. Vlp. *l. argumento, de auro & arg. leg.* Aristo etiam coactilia vesti cedere ait. & tegumenta subselliorum, huic legato cedetur. Baysius coactilia eas vestes interpretatur, quæ ex laneis & villis coactis fiunt, quas vulgò Feltrosa appellamus. Lanæ, inquit Plinius, & per se coactæ vestem faciunt.

§Coactiliaria, taberna, in qua coactilia fabricantur. L.I.

Coactiliarius, qui coactilia facit. Iun §

Coactio, Coactura, Coactor, Coactarus, vide *Cogo.*

Coacum, emplastrum nigrum: quamquam legendum suspicatur Cæsarius Choacon, aut Chiacum, vt apud Georg. Val. *de cura oculi.* Nisi Coacon quod inter Hippocratis opera liber habetur, qui inscribitur de Coacis prænotionibus. Inde nomen deductum videri potest, Cels. *lib.* 4. *cap.* 29.

Coaddo, simul addo. {הוסיף *hosiph.* συντίθημι. GALL. *Adiouster auec, mettre ensemble.* ITAL. *Aggiungere insieme.* GERM. Mit ein ander herzuthun. HISP. *Ayuntar en vno.* ANGL. *To put or ioyne together.*} Cato c. 40. Sumito tibi surculum durum, præacuito, salicem Græcam discindito, argillam, vel cretam coaddito.

§Coadiutores, officiales laici, indocti. Item auxilium ferentes in bello. Cerda. §

Coáduno, in vnum cogo. {יחד *yichédh.* συνάγω. GALL. *Assembler ensemble, faire tenir l'vn à l'autre.* ITAL. *Addunare.* GERM. Vereinigen / zusammen fügen. HISP. *Ayuntar diuersas cosas en vno.* ANGL. *To gather together in one.*} Plin. *de Viris illustribus*, Ipsis coadunatis pastoribus, ciuitatem condiderunt. Brachium statuæ coadunare, Iulianus *in l. signi appellatione.* §. *idem est. ff. ad exhib.*

Coædifico, Arctè ædifico, ædificiis frequento. {συνοικοδομέω. GALL. *Edifier ensemble, adiouster bastiment pres l'vn de l'autre.* ITAL. *Fare insieme piu edificij.* GERM. Eng bawen / oder an ein ander bawen. HISP. *Edeficar juntamente.* ANGL. *To build together or nigh other buildinges.*} vt Coædificatus locus,)(Vastus. Cic. *in Part.* Culti an inculti, celebres an deserti coædificati an vasti.

COÆQVO, as, are, Æquo. {שוה *schivvâh.* ἰσάζω, ἐξισόω. GALL. *Esgaler.* ITAL. *Vgualare.* GERM. Vergleichen / gleich machen. HISP. *Ygualar vna cosa con otra.* ANGL. *To mak one thing equall with an other.*} Salust. Sed quoniam coæquare gratiam omnium difficile est. Col. *lib.* 5. *cap.* 26. Duabúsque gemmis supra terram eminere passi, reposita humo cætera coæquant.

Coæqualis, e, Æqualis, similis, par. {שוה *schevvéh.* ἴσος, ὁμαλός. GALL. *Egal, pareil.* ITAL. *Vguale.* GERM. Gleich. HISP. *Ygual.* ANGL. *Equall alik.*} Col. *lib.* 8. *cap.* 14. Atque vbi se paulum confirmauit, in gregem coæqualium compellitur.

Coæquus, a, um, Equus. {ἴσος, ἰσόμαλος. ANGL. *Equall.*} Plin. *lib.* 6. *cap.* 29. Mirúmque dictu ex innumeris populi pars coæqua in commerciis, aut latrociniis degit, quo tamen loco in castigatioribus exemplaribus *Æqua* legitur, non *Coæqua.*

Coætanei, qui eadem ætate vixerunt. {ἡλικιῶται. GALL. *D'vn mesme aage.* ITAL. *D'vna medesima età.* GERM. Die eines alters sind / oder zu einer zeyt gelebt haben. HISP. *Cosa de vna mesma edad y tiempo.* ANGL. *Of one age, of the same tyme.*} Portius Latro *in decl. in Catil.* Marco siquidem Catoni, aut Scipioni coætaneo suo. Vide suprà in dictione *Æquales.*

Coæuus, eiusdem æui, eadem ætate præditus. {ὁμῆλιξ. GALL. *D'vn mesme aage.* ITAL. *D'vna istessa età.* GERM. Eines / oder gleiches alters. HISP. *Cosa de vna mesma edad.* ANGL. *Of the same age.*} Cic. *in Verr.* Hunc tu morem ignorabas? nunquam epulum videras? nunquam puer, aut adolescens inter coæuos fueras?

Coæstimatio. συντίμησις. Celsus *D. lib.* 47. *tit.* 2. *l.* 67. Furti actione hoc quoque coæstimabitur.

Coagitatio, nis, Agitatio. {συγκίνησις, κίνησις, συνδονησις. GALL. *Emotion & remuement de l'vn auec l'autre.* ITAL. *Mouimento.* GERM. Bewegung. HISP. *Meneadura de agitar, ò ayuntar.* ANGL. *Mouing or stirring together.*} Cic. 2. *de nat. deor.* Anima primum calescit ab eo spiritu, deinde coagitatione pulmonum. Ita quidem legit Budæus: sed quædam exemplaria legunt *contagione.*

COAGMENTO, as, Coniungo, compono, constituo, stringo. {חבר *chibbér* חבר *hibbhér.* συνάπτω, συναρμόζω, συμπήγνυμι. GALL. *Assembler & ioindre l'vn auec l'autre, coler ensemble.* ITAL. *Congiungere.* GERM. Zusammen fügen / an einander setzen. HISP. *Trauar vno con otro.* ANGL. *To ioyne or glue together.*} Cic. *de senect.* Viuendi finis est optimus, quum integra mente, certísque sensibus opus ipsa suum eadem quæ coagmentauit, natura dissoluit. Coagmentandis verbis intabescere. Quintil. ¶ Et translatè apud eundem *de Orat.* Verba enim verbis quasi coagmentare negligat, id est, ne nimium diligens sit in verbis coniungendis. Plin. Passiuum protulit, Mox pluribus coagmentatus nucleis, & his separatim vestitis.

Coagmenta. Coniunctiones arctæ, & compares, à cogendo, id est, stringendo. {חבר *cheber.* συναφαί, συνθέσεις, συναρμογαί, συζεύγματα. GALL. *Assemblemens, assemblées.* ITAL. *Congiuntioni.* GERM. Enge zusammen fügunge gen etlicher dingen. HISP. *Aquellos trauazones.* ANGL. *Any streyt conioyning of thinges together.*} Plaut. Viden' coagmenta in foribus? Litteræ singulæ sine coagmentis syllabarum. Gell. *cap.* 8. *lib.* 17.

Coagmentatio, Compositio, constructio. {מחברת *machbéreth* דבק *debhek.* συνάφεια. GALL. *Assemblement, assemblage, collement.* ITAL. *Vnione, assembramento.* GERM. Zusammen fügung. HISP. *Engundamiento, trauazon.* ANGL. *Cluing or ioyning together.*} Cic. 3. *de nat. deor.* Quæ est enim coagmentatio non dissolubilis.

COAGVLO, as, Cogo, constringo. {קפא *kaphá.* πήγνυμι. GALL. *Faire prendre auec pressure.* ITAL. *Far' attacare & appigliare insieme.* GERM. Zusammen tringen / dick machen. HISP. *Cuajar con cuajo.* ANGL. *To crude and growe together.*} Gell. Semen in vtero mulieris primis septem diebus conglobatur, coagulatur, fitque ad capiendum figuram idoneum. Plin. *lib.* 12. *cap.* 25. Summa probatio est vt lac coaguler.

Coagulatio, verbale, Coactio, Copulatio. {קפאון *kippáon.* ἐπιπωμαγμός, πῆξις. GALL. *Prinse & coniunction, congelation, espessissement.* ITAL. *Presa, congregatione.* GERM. Zusammen wallung. HISP. *Aquella obra de cuajar, cuajamiento.* ANGL. *Growing thick, cruding.*} Plin. *lib.* 18. *c.* 10. Nam id quoque venenum est in prima lactis coagulatione.

Coagulum, à cogendo, id est, densando, siue stringendo, dicitur illud quo ad densandum lac vtimur. {קפאון *kippaon.* πυτία. GALL. *Pressure.* ITAL. *Caligarine, coagelo, conaglio.* GERM. Der rennen / gerennen / suppe. HISP. *El cuajo.* ANGL. *Chese leje, chese cowrde.*} Tibul.

Et miscere nouo docuisse coagula lacte.

Ouid. 13. *Metam.*

Lac mihi semper adest niueum: pars inde bibenda
Seruatur, partem liquefacta coagula durant.

Coagulum de re concreta, & quæ congelauit. Gell. *cap.* 8. *lib.* 17. ¶ Per metaphoram, quicquid connectit ac coniungit, Coagulum dicitur. Idem *lib.* 12. *cap.* 1. Vinculum illud coagulum animi atque amoris. ¶ Coagulum translatè de semine atque conceptu, ἱμερτὸν κύημα. Idem *lib.* 3. *cap.* 16. Conceptum in vtero coagulum conformatur. ¶ Coagulum amicitiæ, fidem dixit Publius Mimus.

COALEO, Cohæreo, concresco. {גדל *ghadhál.* συναύξομαι, συμφύομαι. GALL. *S'adioindre & coupler auec quelque chose, se nourrir & croistre auec.* ITAL. *Crescere, aumentare.* GERM. Zusammen wachsen. HISP. *Crecer vna cosa con otra.* ANGL. *To growe together.*} Plin. *lib.* 15. *cap.* 1. Cuius in corpore cuiusque ex sanguine concretus homo & coalitus sit. Tacit. Vetustate imperij coalita audacia.

Coalesco, is, coalui, Concresco. {גדל *ghadál.* συναύξομαι, συμφύομαι. ANGL. *To growe together.*} Col. *de arbor.* Sic interposito triennio coalescet ficus oliuæ. Liu. *lib.* 1. Vocata ad consilium multitudine quæ coalescere in populi vnius corpus nulla re, præterquam legibus, potuit, iura dedit. Salust. Hi postquam conuenerunt in vna mœnia, dispari genere, dissimili lingua, alij alio more viuentes, incredibile memoratu est, quàm facilè coaluerint. ¶ Eius simplex protulit Varro *lib.* 1. *de re rust.* Quemadmodum quicquam seri, aut coalescere, aut meti possit. Coalescere oleum, i. Congelascere, Gell. *cap...* *lib.* 17. Coalescere (de palma.) Suet. *in Aug. cap.* 91.

Coalluere, est per alluuionem aliquid augere. Pomp. *de acq. rer. dom. l. ergo.* Paulatim aliquid coalluendo locum eminentem supra alueum fecit. & eum alluendo auxit.

Coamicus, i. {συμφίλος. GALL. *Amis ensemble, qui s'entr'aiment.* ITAL. *Amico dell' amico.* GERM. Ein mitfraind. HISP. *Amigos juntamente con otros.* ANGL. *Freindes together.*} Cic. *de Amic.* ex Comœdia quadam antiqua, Hodie me ante omnes coamicos stultos senes Versaris atque luseris lautissimè.

COANGVSTO, as, Coarcto, contraho. {קצר *kétsar.* συστενόω. GALL. *Estrecir, restraindre & faire plus estroit.* ITAL. *Stringere.* GERM. Zusammen zwingen oder tringen. HISP. *Iuntamente y con otros estrechar.* ANGL. *To mak narrow or streitt.*} Cic. 3. *de Leg.* Atque hæc lex dilatata in ordinem cunctum, coangustari etiam potest.

Coangustor, aris, pass. συστενοχωροῦμαι. Cels. *lib.* 7. *cap.* 27. Quò faciliùs claudatur, vel certè coangustetur.

COARCTARE, Constipare, coangustare. {דחק *dachak.* ἀποστενοχωρέω. GALL. *Estrecir, enserrer, presser ensemble.* ITAL. *Stringere, comprimere.* GERM. Zusammen tringen / einzwingen. HISP. *Iuntamente estrechar, ensangostar.* ANGL. *To presse together and mak streitt.*} Cic. 1. *de Orat.* Sed tu hoc nobis da Scæuola, & perfice vt Crassus hæc quæ coarctauit & angustè refersit, in oratione sua dilatet nobis, atque explicet.

Néxque coarctat iter.

Ouid. 5. *Fast.*

Coarctatus. Particip. passiuum. Cic. *ad Attic. lib.* 7. Cn. noster quid consilij ceperit, capiátve nescio: adhuc in oppidis coarctatus.

Coarctatio, Constipatio, coagmentatio, compressio. {מצר *metsár.* ἀποστένωσις. GALL. *Estrecissement, enserrement.* ITAL. *Stringimento.* GERM. Einzwingung / zusammen tringung. HISP. *Estrechamento, angustura.* ANGL. *Straining, pressing together.*} Dictio frequens apud Physicos. Liu. 7. *bell. Pun.* Coarctatio plurium in angusto tendentium facilior futura erat.

§Coarcuatio, concameratio. Gloss. Isid. §

Coarguo, is, Reprehendo, redarguo, iudico. {הוכיח *hoeh-iach.* ἐλέγχω. GALL. *Reprendre, conuaincre.* ITAL. *Riprendere, manifestare.* GERM. Straffen / schelten. HISP. *Redarguir, descubrir lo secreto.* ANGL. *To reproue and conuicte.*} Cic. *de inuent.* Aut aliis quoque constitutionibus fa-

ctum coarguetur. Liu.2.*ab Vrb.* Sed eam occasionem vt literæ legatis darentur quæ deprehensæ rem coarguere possent, expectabat. Plin. *lib.*11. *cap.* 19. Quam probabilem alias sententiam furorem euentus coarguit.

Coäspernor, aris, atus sum. {ἅμα καταφρονεῖν, ἀποπτύεσθαι. GALL. *Mespriser auec les autres.* ITAL. *Sprezar con altri.* GERM. Sampt andern verachten. HISP. *Menospreciar con los otros.* ANGL. *To sett lighte by with others.*} Tacit. *lib.*17. Laudata olim & militari fama celebrata seueritas eius augebat coaspernantes veterem disciplinam.

Coasso, as, quod & Coaxo dicitur pro contabulo. {σανιδόω. GALL. *Assembler ais, entabler.* ITAL. *Intauolare, tauolare.* GERM. Zusammen taflen/ bretter zusammen fügen. HISP. *Entablar con tablas.* ANGL. *To planke or floore with bordes.*} Vnde Coaxatio, σανίδωσις, contabulatio ab axibus: quamuis reuera asseres tabulæ non sint, teste Vitruuio, sed crassior & angusta in modum paruæ trabis materia, ab assidendo parietibus atque tignis appellati: vt inquit Festus. Plin. *lib.* 36. *cap.* 15. Necessarium binas per diuersum coassationes substerni. ¶ Est Coaxare proprium vocis ranarum, {κοάζειν. ANGL. *To croaca frogge.*} Autor carminis *de Philomela.*

Garrula limosis rana coaxat aquis.

Suet. *in Aug.c.*94.

Coastræ, siue potius Choastræ, Indiæ populi sunt, apud quos arbores in tantam altitudinem excrescunt: vt ne sagittis quidem queant adæquari. Autor Plin. *lib.*7. *cap.*2. Lucan. *lib.*1.

——— *Æthera tangentes syluas liquêre Choastra.*

[Coauctio, amplificatio. Turn.]

Coaxo, Coaxatio, vide *Coasso.*

Cobio, piscis quidam ex genere chromborum. Plin. *lib.*32. *cap.*8. Chromborum genera Cyprinus, Chalcis, Cobio.

Cobion, septima tithymali species est apud Plin. *lib.*26. *c.*8. quæ δενδροειδής, hoc est, arborescens Dioscoridi cognominatur.

Coboris, insula est in sinu Arabico apud Plin. *lib.*6. *cap.*28.

Cobrys, Κώβρυς, vrbs Thraciæ, à qua fit gentile Cobrytes, Κωβρύτης. Stephan.

Cocalus, Κώκαλος, Siciliæ rex ad quem Dædalus ex Creta aufugit, quem illuc vsque persecutus est Minos Cretensium rex: sed à Cocali filiabus (vt Aristoteles refert) interfectus est.

Cocanicus, Siciliæ lacus, ex quo salem Cocanicum nominamus. Autore Plin. *lib.*31. *cap.*7.

Cŏccvm, i, vel Coccus. {שני *schani.* κόκκος. GALL. *La graine dequoy on fait l'escarlatte.* ITAL. *Grana, cocco.* GERM. Ein körnlin darauß man den scharlach ferbt. HISP. *La grana para teñir.* ANGL. *Graine to die with.*} Est granum ex arbuscula ilici simili, vel ex rubenti gramine nascens: vulgò *Granum* dicitur: quod ad purpuram tingendam adhibetur. Plin. *lib.*21. *cap.*8. Luxuria vestibus quoque prouocauit eos flores, qui colore commendantur. Hos animaduerto tres esse principales: vnum in cocco, qui in rosis micat: gratius nihil traditur aspectu: & in purpuras Tyrias, dibaphásque, ac Laconicas. ¶ Coccum à Dioscoride, κόκκος βαφικὴ dicitur, hoc est, granum tinctorium. Frutex est fullonius, cui adhærent grana, quibus fit color lanarum præcipuus, cuius copia summa in ea parte Hispaniæ, quæ Tudertana appellatur: vt est autor Strab. *lib.* 10. Ardenti cocco radiare, Splendida veste indutum esse. Silius *lib.*5.

At contrà ardenti radiabat Scipio cocco.

Quint. in purpuris repit & iam coccum Purpura coccóque. Sueton. *in Neron.cap.*32.

Cŏccĕŭs, siue Coccineus, a, um, quod cocci, hoc est, grani tinctorij colorem habet. {κοκκοβαφής, κόκκινος. GALL. *D'escarlatte.* ITAL. *Di grano granatino.* GERM. Das die rot scharlachs farb hat. HISP. *Cosa de grana.* ANGL. *Of scarlet of the colour of scarlet.*} vt, Coccinei acini, apud Plin. & Coccea indumenta, apud Lampridium.

Cŏccĭnum, substantiuum, Vestis coccina. {κόκκινος χιτών. ANGL. *Scarlet in graine.*} Mart.

Coccina famosæ donas adianthina mœchæ.

Idem,

Si fuerit sanus coccina quid facient?

Cŏccĭnātŭs, dicitur qui coccineis vestibus est indutus. {ὁ κοκκίνοις ἐσθήμασιν ἠμφιεσμένος. GALL. *Vestu d'escarlatte.* ITAL. *Vestito con habito di scarlato.* GERM. Mit scharlach bekleidet. HISP. *Cosa vestida de grana.* ANGL. *Cladde in scarlett.*} Mart. *lib.*5.

Clamat coccinatus Euclides.

Cŏccĭnŭs, a, um, quod cocco tinctum est, siue quod cocci colorem refert. {κόκκινος. GALL. *D'escarlatte.* ITAL. *Di grano granatino, di scarlato.* GERM. Das entweders auß rechte scharlachbeeren gefärbt ist/oder im gleich farbt. HISP. *De grana.* ANGL. *Of scarlett.*} Hic color exuberantiam quandam ac splendorem ruboris ostendit, qui & Spadiceus & Phœniceus & Roseus vocatur. ¶ Coccina vestis, cocco infecta.

Cŏccĭnĕŭs, a, um, aliud adiectiuum, κόκκινος, η, ον, vt Coccinei acini. Plin. *lib.*21. *cap.*31. Quos inuitat hederæ florum similitudo, in duobus eius generibus: quorum alterum, cuius acini coccini, granosi folliculi, halicacabum vocant. Coccineum autem colorem non eundem esse cum purpureo ostendit Vlpian. *l. si cui lana. de leg.*3. Purpuræ autem appellatione omnis generis purpuram contineri puto: sed coccum non continebitur: buccinum, & ianthinum continebitur.

[Coccodaphnon, bacca lauri. Lex.gr.b.]

Cŏccyx, ygis, κόκκυξ. {GALL. *Vn oiseau appellé cocu ou coucu.* ITAL. *Cucco.* GERM. Ein guckgauch. HISP. *Cuclillo.* ANGL. *A cuckoo.*} Auis ex genere accipitrum quamuis aduncis vnguibus careat, verno tempore procedens, & sub Caniculæ exortum sese occultans, Latini cuculum appellant. Oua parit singula in alienis nidis, & maximè palumbium: cuius rei causa putatur, quòd sciat se reliquis auibus esse inuisam. Vide Plin. *lib.*10. *c.*9. Hinc κοκκύζειν Græci dicunt pro eo quod est coccygis more eandem semper ingerere cantilenam, quam & κοκκυσμόν appellant. ¶ Astutior coccyce, πανουργότερος κόκκυγος, dicebatur qui astu sibi consuleret. Est & Coccyx piscis cuiusdam nomen, apud Græcos, quem & Latinorum nonnulli Cuculum vertunt.

Coctum, edulij quoddam genus ex melle & papauere confectum, sic dictum, quòd ad ignem coquatur. [Fest. Item grauissimus halitus, & odor. Tertull.]

Cochlacæ, dicuntur lapides ex flumine rotundi ad cochlearum similitudinem. Festus. Vide in sequenti dictione.

Cŏchlĕă, {שבלול *schablul.* κοχλίας, ὁ κοχλίας. GALL. *Vn limasson auec coquille, ou coquille de limasson, escargot.* ITAL. *Lumaca, bumbo.* GERM. Ein schneck oder schneckenheüßle. HISP. *Caracol.* ANGL. *A snaile or shellfish.*} Ex genere est limacum, & propriè is, qui testam habet. Nam limax, quamuis aliquando generis nomen sit, propriè tamen de iis dicitur, qui testa carent. Cochleæ autem nomen iis proprium est, quæ domicilium suum circumferunt (siue ex terrestres sint, siue aquatiles) bina prætendentes cornua, quibus iter explorant, quòd oculis sint destitutæ. Plaut. *in Pœn.* Vicisti cochleam tarditudine. Idem *Capt. sc.*1. *a.*1. Quasi cùm caletur cochlæ in occulto latent. Plin. *lib.*18. *cap.*17. Limaces nascuntur in vicia, & aliquando è terra cochleæ minutæ erodentes eam. ¶ Cochleæ vita, κοχλίου βίος. De iis qui parcè paruoque viuunt, aut contracti negotiis luceque forensi semoti. Plutarch. ¶ Cochlea etiam in torculari vocatur ligneum erectum, strias habens paulatim ascendentes, quod dum vertitur, attollit trabem præli, aut demittit. Galli sua lingua *Visam* vocant. ¶ Est præterea Cochlea haustorium organum, quod vulgò *Pompam* vocant: cuius machinæ conficiendæ rationem Vitruu. *lib.*10. *cap.*11. describit, sic loquens, Est autem cochleæ ratio, quæ magnam vim haurit aquæ, sed non tam altè tollit, quàm rota. ¶ Cochlea etiam est genus ostij. Varr. *de re rust.* Ostium habere humile & angustum, & potissimum eius generis quod Cochleam appellant, vt solet esse in cauea, in qua tauri pugnare solent. ¶ Cochleæ etiam lapides sunt ex flumine rotundi ad cochlearum similitudinem, quæ & Cochlacæ. {לולין *lul.* κοχλάδες, ἢ κόχλακες dicuntur.} ¶ Similiter Cochlea, siue Cochlis, idis, turris dicitur; siue scalæ rotundæ, ad cochlearum similitudinem, quibus in editiorem partem ædium per circuitum conscendimus: quemadmodum & torcularia instar cochlearum facta, Cochleæ nominantur. Huius diminutiuum est Cochlearia.

Cŏchlĕārĭum, ij, mensura minima rerum liquidarum, quæ duodecies sumpta explet cyathum. Cyathus enim continet mystra duo. Mystri tertia pars est cyame, quæ capit duo cochlearia. Plin. *lib.*21. *c.*27. Arida tusa hydropicis datur in aqua, cochlearij mensura. ¶ Est & Cochlearium, cochlearum viuarium, in quo cochleæ propagationis ergò asseruantur. Varr. 3. *de re rust. cap.*14. Nam & idoneus sub dio sumendus locus cochlearis, quem circum totum aqua claudas, ne quas ibi posueris ad partum, non liberos earum, sed ipsas quæras.

Cŏchlĕāre, & per apocopen Cochlear, instrumentum quo cochleæ, & alia huiusmodi vescendo sumuntur. {כף *caph.* λίστρον. GALL. *Cuillier ou cuilliere.* ITAL. *Cucchiaio.* GERM. Löffel. HISP. *Cuchara.* ANGL. *A spone, a ladle.*} Martial. *in distichis, Epigr.*121. *lib.*14.

Sum cochleis habilis, sed nec minus vtilis ouis:
Num quid scis, potiùs cur cochleare vocer?

¶ Cochleare crescet, λίστρον αὔξει, Chrysippus apud Zenodotum & Aristophanis interpretem ait, hanc parœmiam dici solere in pusillos homunciones per ironiam: nam cochleare & pusillum est, & contortum.

Cŏchlĭdĭum, quod & Cochleam & Cochlidem vocamus. {לולין *lul.* κοχλίδιον. GALL. *Vne vis.* ITAL. *Scala à modo di lumaca.* GERM. Ein schnecke stägen. HISP. *El caracol para subir al altura.* ANGL. *Round leaders or an stare to go vp to high house, a trappe, or turne pyke.*} Scalæ rotundæ, per quas in turrim, vel in editiorem ædificij partem conscendimus. Strab. *lib. vlt.* Hæc est etiam altitudo quædam manufacta, turbinea, petrosæ ripæ persimilis, in quam per cochlidium ascenditur.

[Cochlis, κοχλίς, scala quâ in gyrum ascenditur.

Coclistro, prægustator, coquina. Gloss. Isid.]

Cochlites, gemmæ sunt, quæ in Arabia ingentibus glebis nascuntur, & septem diebus cum melle coquuntur, donec terrenum vitiosúmque puluerem amittant. Vide Plin. *lib.*37. *cap.*11.

Cocio, μετάβολος, ariolator, Gell. *cap.*7. *lib.*16.

Cŏclĕs, nomen Horatij cuiusdam Romani, qui Porsenæ regi (vt docet Liuius *lib.*2. *decad.*1.) per Sublicium pontem transire conanti, solus hostium impetum sustinuit, donec à tergo pons à sociis frangeretur: quo fracto, se cum armis præcipitauit in Tyberim. Et licèt læsus in coxa fuerit, Tyberim tamen tranando ad suos peruenit. Vnde est illud ab eo dictum, quum ei in comitiis coxæ vitium obiiceretur, Per singulos gradus admoneor triumphi mei. Vide Plut. *in Publ.* & vnde ita dictus. Gell. *cap.*5. *lib.*4. Horatij Coclitis statua de cœlo tacta. Huius meminit Valer. *lib.*3. *cap.*2. Virg. quoque *Æneid.*8.

Illum indignanti similem, similémque minanti
Aspiceres, pontem auderet quòd vellere Cocles.

Cŏclĭtēs, Luscos dixerunt antiqui, hoc est, qui vnum tantùm haberent oculum, quasi Oclites. {μονόφθαλμοι. GALL. *Borgnes, qui ne voyent que d'vn œil.* ITAL. *Loschi, ch'hanno vn occhio solo.* GERM. Einäugig. HISP. *Menguades de vn ojo, tuertos.* ANGL. *Halfblind, that hath onlie one eye.*} Nam & Cyclopas Coclites legimus, vnum oculum in fronte habentes. Plaut. *in Curc. sc.*1. *a.*3. Vnocule salue. Ex Coclitum prosapia te esse arbitror: nam hi sunt monoculi. Alij hoc de Arimaspis intelligunt, vt & illud Ennij apud Varron. Decem coclites, quos montibus scimus Ripheis colere.

Cocolobis, Hispanis vitæ genus est, quam Dyrrhachini Basilicam vocant. Eius duo sunt genera, quæ vide apud Plin. *lib.*14. *cap.*2.

Coctiæ, dictæ sunt Alpes à Coctio rege Gallorum domitore, qui in amicitiam Octauij receptus est. Alciatus *in lib.* 15. Corn. Taciti varia genera Alpium attingens, in hunc modum ait, Coctias autem existimauerim, quà à Segusio oppido per Centronas itur: tametsi recentiores, vt Paulus Diaconus & Georgius Merula Coctias esse existiment, in quibus Bobium vrbs est: quod antiquis authoribus non est probabile. Sed & Coctias appellatas, quandoque etiam Iulias non falsò fortasse aliqui tradunt, quòd in eas per Tricaspinos eatur.

[Coctiatoria, vasa coquinaria. Gloss. Paul.]

Cŏctĭbĭlis, Coctilis, Coctiuus, Coctus, Coctiatorius, Cocus, vide *Coquo.*

Cŏcŭlum,

Cōcūlum, vas æneum coctionibus aptum. {סיר *sir*, χαλκεῖον.} Plaut. Æneis oculis excocta est mihi omnis materia. ¶ Alij Cocula accipiunt pro lignis minutis, quibus facilè decoquuntur opsonia. Autor Festus.

[Cocus à coquo, pro coquus. id vide.

Cocymelum, malum, seu pomum. L.I.]

Cōcynthum, κόκυνθον, Italiæ promontorium, quod Meridianam plagam spectans, Ionium, & Siculum mare discriminat, Polyb. *lib.* 2. & Plin. *lib.* 3. *cap.* 10.

Cocytia, κωκύτια, sacra erant, quæ fiebant in honorem Proserpinæ quam Pluto rapuit: à Cocyto inferorum fluuio nominata. Autore Porphyrio in illud Horatij *in Epod.*

Inultus vt tu riseris Cocytia.

Cōcytŭs, κωκυτός, Latinè dicitur luctus: quo nomine dictus est Inferorum fluuius à Styge profluens. κωκύειν enim, gemere ac lamentari significat. {GERM. Der jamerbach in der hell. ANGL. *Mourning.*} Virg. 6. *Æneid.*

Cocyti stagna alta vides,
Stygiámque paludem.

Claud.

——presso lachrymarum fonte resedit
Cocytus, tacitus Acheron obmutuit vndis.

Codam, veteres dicebant, quam caudam dicimus. Varro. Sed vt canis sine coda. Nonius.

Codanus, sinus maris est ante Albinum fluuium, totius Germaniæ maximus. In quo sita est Scandinauia incompertæ magnitudinis insula. Plin. *lib.* 4. *cap.* 13.

Codanonia Pomponio, insula est vna ex Hemodibus, earum, quæ in Codano sinu sunt, longè maxima fortasse, eadem cum illa quam Plin. Scandinauiam vocat. {GERM. Nortwegen.}

Cōdeta, autore Festo, dicta sunt ab antiquis loca trans Tyberim, quod in iis virgulta nascerentur equinis caudis similia.

CŌDĔX, qui & Caudex, Truncus, vel stipes arboris, cui cortex detrahitur. {גזע *ghezah.* κορμός. GALL. *Le tronc d'vn arbre.* ITAL. *Tronco.* GERM. Der stamm an einem baum. HISP. *El tronco del arbol.* ANGL. *The bodie or of stumpe of a tree.*} Col. *lib.* 4. *cap.* 8. Nec tam celeriter radiculæ inueterato iam codice enascuntur. ¶ Codex robustus, pro supplicij genere apud Plaut. *in Pœnulo.* —ego iam detrudam ad molas, Inde porrò ad puteum, atque robustum codicem. Locus dicitur Festo Pompeio, quò deiiciebantur malefactores. ¶ Codex etiam dicitur liber. {ANGL. *A booke.*} Cic. *in Verrin.* Itaque L. Piso multos codices impleuit earum rerum, in quibus ita intercessit, quòd iste aliter atque vt dixerat decreuisset. Codices & tabellæ. Idem Quintil. ¶ Codex item dicitur tabulæ accepti & expensi, in quas transferuntur omnia, quæ in aduersariis ad tempus scriberentur. Cic. *pro Roscio*, Non habere se hoc nomen in Codice accepti & expensi, relatum confitebatur, sed in aduersariis patere contendit. Litura codicis, idem 5. *Verrina*, Legere codicem, idem *in Vatin.* Referre in codicem, idem *pro Sylla.* Scribere codicem, idem *pro Roscio Com.*

Cōdĭcĭlŭs, {ANGL. *A litle booke.*} diminutiuum à Codex, dum pro libro ponitur. Paruus codex, βιβλίον.

Cōdĭcillŭs, diminutiuum à diminutiuo Codiculus. {מכתב *methillab.* γραμματεῖον. GALL. *Liuret, memoires, breuet, lettres.* ITAL. *Codicillo.* GERM. Brieff/büchle. HISP. *El codicillo del testamento.* ANGL. *A litle book, letters.*} Codicilli tabellæ ceratæ erant, in quibus aliquid stylo aut breuiter, aut festinanter scribebatur, quibus commodissimè vtebantur veteres cum neque esset opus atramento & calamo, vt in charta P. Manutius. Codicillis prætorem extra ordinem designare. Sunt autem codicilli Literæ, siue epistolæ. Cicer. *ad Quint. fratrem lib.* 2. Epistolam hanc conuitio efflagitarent codicilli tui. Idem *Lepta lib.* 6. Simul vt accepi à Seleuco tuo literas, statim quæsiuit Balbo per codicillos, quid esset in lege. Sumuntur etiam pro diplomatis principis, vt apud Sueton. Calig. c. 55. *& in l. administrantes, D. de excusat. tutor.* Gallicè & Anglicè, *lettres patentes.* ¶ Codicilli item apud Iureconsultos accipiuntur pro scriptura, qua testator absque omni solemnitate voluntatem suam testatus est, de eo quod post mortem suam fieri vult.

Cōdĭcillārĭs, e, adiectiuum, {ὁ ἐκ τῶν κωδικίλλων. ANGL. *Belonging to letters patents.*} vt Potestas codicillaris. Lampridio, est potestas conficiendi codicillos, quæ beneficio principis & diplomate regio obtinetur, vel qua mandatur munus publicum. *l. iudices. C. de dignit. lib.* 12.

Codicium, codex, codiculus. Interpres hist. Apollonij Tyrij.

Cōdĭcārĭæ naues, erant naues grauiores & firmiores, è codicibus, hoc est, crassioribus truncis confectæ. Varro, Antiqui plures tabulas coniunctas Codices dicebant: à quo naues codicarias in Tyberi appellamus. Salustius, Et quamquam ad id naues codicariæ occultæ per hyemem fabricatæ aderant.

Codiaminon, Plin. *lib.* 21. *cap.* 11. Herba est bis quotannis florens, Vere & Autumno, æstates atque hyemes fugiens. Ruellius bulbi genus esse existimat, cuius flos Codion appellatur. Vide ipsum *lib.* 2. *cap.* 100.

Cōdĭon, flos est bulbi initio veris, atque iterum sub æstatis exitum erumpens, frigus simul & æstum fugiens. Ruell. *lib.* 2. *cap.* 100.

Codonophori, κωδωνοφόροι, interpretantur Tintinnabula gestantes, quos Anteambulones atratos, & Ferales præcones Latinè appellare possumus. Sunt autem funerum indictores, & qui funebres pompas cum tintinnabulis crepitantibus antecedunt. Budæus.

Cōdrus, κόδρος, nomen proprium regis Atheniensis, qui pro patriæ salute certissimæ se morti obiectauit. Responsum n. acceperat, Peloponnenses ita demum se superaturos, si hostium regem non occidissent. Fefellit ergo eos habitu pauperis, eósque in suam necem per iurgia prouocando, à nullo cognitus, fecit fidem oraculo: vnde Virgil. 5. *Ecl.*

——si quos aut Phyllidis ignes,
Aut Alconis habes laudes, aut iurgia Codri.

Huius tanta fuit nobilitas, vt locum fecerit prouerbiali hyperbolæ. Nam quum nobilitatem cuiuspiam volebant extollere, eum Codro nobiliorem esse dicebant. Generosior Codro, εὐγενέστερος κόδρου: aut, Antiquior Codro, ἀρχαιότερος κόδρου. Per ironiam etiam dici poterit in istos qui maiorum fumosis imaginibus & natalium antiquitate gloriantur. ¶ Hinc Codridæ dicti sunt Codri posteri.

Cœla, κοῖλα, Atticæ regiuncula est, Miltiadæ & Thucydidis sepulchris nobilitata: cuius meminit Marcellinus *in vita Thucydidis.*

[Cœlebs, quòd cœlo dignam vitam agat, Fest. Tu vide *Calebs.*]

Cœlĕsyrĭă, siue Syria Cœle, κοιλοσυρία, ea Syriæ pars est, teste Strabone *lib.* 16. quæ vltra Seleucidem in Ægyptum & Arabiam recedit, propriéque ea, quæ Libano & Antilibano includitur. Ita dicta à ciuitate, quam Græci κοιλάδα nominant. Pomponius Mela *lib.* 1. Syria latè litora tenet, terrásque etiam latiùs introrsus, aliis, aliisque nuncupata nominibus: nam & Cœle dicitur, & Mesopotamia, & Damascene, & Adiabene, & Babylonia, & Iudæa, & Sophene.

Cœlĭăcŭs morbus, κοιλιακὴ νόσος, qui inferius stomachi orificium infestat, quod à Græcis dicitur πυλωρός. ¶ Hunc morbum Celsus *lib.* 4. *cap.* 12. describit his verbis, In ipsius verò ventriculi porta consistit, is qui & longus esse consueuit. κοιλιακὸς à Græcis nominatur. Sub hoc venter indurescit, dolórque eius est. Aluus nihil reddit, ac ne spiritum quidem transmittit: extremæ partes frigescunt, difficulter spiritus redditur. Qui hoc modo laborant, etiam Cœliaci κοιλιακοὶ appellantur. Idem *lib.* 23. *cap.* 1. Decoctum eorum veteres dysentericos & cœliacos iuuat. ¶ Medicinæ etiam, quibus huic malo occurritur, Cœliacæ dicuntur. Varro, Quin ex floribus nucis Græcæ & cornu cœliacas fieri, atque vrina pota reiici. Plin. *lib.* 20. *cap.* 18. Ego tamen damnauerim collyriis addi: multóque magis, quas vocant lexipyretas, quásque perpeticas & cœliacas. Cœlius mons. Suet. *Tib. cap.* 48.

Cœlicolæ, de Iudæis, ita dictis quòd peculiariter astra colerent. Sed notati sunt hoc nomine omnes Christiani, edicto Imp. Honorij, qui à religione transfugæ in Iudaismum deficerent.

Cœlŏs, κοῖλος, Thraciæ portus est, vbi Lacedæmonij ab Atheniensibus nauali prælio superati sunt. Mela *lib.* 2. Est & portus Cœlos Atheniensibus & Lacedæmoniis nauali acie decernentibus, Laconicæ classis signatus excidio. Quæ Pomponij verba nonnulli referunt ad prælium illud nauale, quo Lacedæmonios vicerunt Athenienses, Thrasyllo, & Thrasybulo ducibus. Alij ad Alcibiadem referre malunt, quem Lacedæmonios iuxta Thraciæ Cherronesum nauali prælio superasse, autores sunt Plutarchus & Iustinus.

Cœlostomia, κοιλοστομία, vitium pronuntiationis, quum vox ex recessu oris velut è cauo quodam auditur.

Cœlum, i, vide *Cælum.*

Cœma, Ptolemæo est Gedrosiæ vrbs, hodie Cambaia, siue Gambaia, regni caput.

Cœmētĕrĭum, {בית הקברות *beth hakkeburâh.* κοιμητήριον à κοιμάω, sopio. GALL. *Cimetiere.* ITAL. *Cimiterio.* GERM. Ein Kirchhoff/ein gottsacker/ in welchem der abgestorbenen leyb schlaffen. HISP. *Cementerio de muertos.* ANGL. *A churche yarde.*} Idem est quod dormitorium. Vnde locum sepulturæ destinatum vocant Cœmeterium, quia ibi mortui dormire dicuntur, quasi mortuorum dormitorium. A quibusdam dicitur Sepulchretum.

Cŏĕmo, is, Emo, coëmptionem facio. {συνωνέω. GALL. *Acheter ensemble.* ITAL. *Comperare.* GERM. Zusammen kauffen. HISP. *Comprar junto.* ANGL. *To bie together.*} Terent. Coemisse, hinc quæ illuc veheres, multa. Cic. 5. *Verr.* Deindè ipsos sibi frumentum coemisse.

Cŏēmptĭo, συνώνησις, verbale, quo Iureconsulti ferè vtuntur pro imaginario venditionis genere, quo vxor veniebat in ius mancipiúmque mariti. Cic. 1. *de Orat.* Nam neque illud est mirandum, qui, quibus verbis coemptio fiat, nesciat: mulieris quæ coemptionem fecerit, causam posse defendere.

Coemptionalis, vt coëmptionalis senex, mancipium vile, quod emptori cum pretiosa merce auctuarij loco sæpe dabatur.

COENĂ, cœnæ, apud antiquos dicebatur (autore Festo) quod nunc est prandium. Vesper autem dicebatur, quam nunc cœnam dicimus: à κοινὸς, quod est communis, quia multi in commune cœnare consueuerunt. {ארוחת הערב *aruchâth haherebh.* δεῖπνον. GALL. *Vn souper.* ITAL. *Cena.* GERM. Ein abendmal/ oder nachtmal. HISP. *La cena.* ANGL. *The supper.*} Plin. *In Epist.* Apponitur cœna non minus nitida, quàm frugi, in argento puro & antiquo. Cic. 5. *Tusc.* Vbi quum tyrannus cœnauisset Dionysius, negauit se iure illo nigro, quod cœnæ caput erat, delectatum. Quæ sit cœna recta, vide in dictione *Recta.* Prohibere ne ad cœnam promittat. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 5. Abi & cœnam coque. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 3. Corrumpitur iam cœna. *Ibid.* Cereales cœnas dat. Idem *Men. sc.* 1. *a.* 1. Tu hodie cœnam des sororiam, hic cras nuptialem. Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 5. Cœna apposita est. Ego cœnaui simul. Idem *Amph.* Noctem huius & cœnam vt dares. Idem *Asin. sc.* 4. *a.* 3. Non licet manere, cœna coquitur. *Ibid. sc.* 2. *a.* 5. Faciam vt in puteo cœnam coquant. Idem *Aul. sc.* 4. *a.* 2. Hoc est quòd ille it ad cœnam cotidie (i. cœnat foris.) Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 5. Cœna secretior. Suet. *in Tib. cap.* 48. Cœna autem an à coëundo vnà. Terent. Coiimus in Piræeum vt de symbolis essemus. ¶ Cœna Cynica, i. misera, & vilis, & sordida, qualis fuit Cynicorū, teste Luciano. Petronius Arbiter, Ipsi qui Cynica traducunt tempora cœna. ¶ Deorum cœnæ pro dulcibus & gratis dicuntur, quòd illi ambrosia victitare crediti sint, Horat. 2. *Serm. satyr.* 6 Pontificum cœnæ, Sumptuosæ dicuntur & opiparæ, Horat. 1. *Carm. Ode* 14. ¶ Antecœna vocabatur, cœnæ prima pars, eiúsque primus missus, & gustus, & velut prima mensa. Macrob Ex indice Metelli Pontificis cœna hæc fuit: Ante cœnam echinos, ostreas crudas quantum vellent. Mox sequitur, In cœna sumina, sinciput, aprugnum, patinam piscium. ¶ Cœna terrestris, vide *Terrestris.* ¶ Cœna funeris, vide *Flamma.* ¶ A cœna fit domicœnium, de quo in dictione *Domus.* ¶ Cœna Dialis, id est, lautior, opima, adiicialis, quales Pontificum Cœnæ apud Horatium. Opponitur frugali & sine arte mensæ. Senec. *Epist.* 124 Hæc qualiscunque Cœna Diali iucundior erit. Cœnæ fundus & fundamentum. Gell *lib.* 17. *cap.* 8. Eius Cœnæ fundus & fundamentum omne erat in olla vna lentis Ægyptiæ. Cœna pro loco in quo cœnatur. Plin. *lib.* 12. *cap.* 1. Aliud exemplum Caij principis in Velitemo rure mirati vnius tabulata, laxísque ramorum trabibus scamna patula, & in ea epulati, quum ipse pars esset vmbræ,

quindecim

quindecim conuiuarum ac ministerij capace triclinio, quum cœnam appellauit ille nidum.

Cœnula, diminutiuum. {δειπνίδιον. GALL. *Petit souper.* ITAL. *Cena picciola.* GERM. Ein klein nachtmal. HISP. *Cena pequeña.* ANGL. *A litle supper.*} Cic. 5. *Tusc.* Quid vos hesterna, inquit, cœnula non intellexistis me pecunia non egere? Mart. *lib.* 11.

——— Vna ponetur cœnula mensa.

Cœno, as, aui, & cœnatus sum, Cœnam sumo. {δειπνῶ. GALL. *Souper.* ITAL. *Cenare.* GERM. Zu nacht essen. HISP. *Cenar.* ANGL. *To suppe, to be at supper.*} Plaut. *in Most.* Hic apud nos hodie cœnes. Eum in odorem cœnat Iupiter cotidie. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 3. Apud me cœnabit hodie, fiunt nuptiæ. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 5. Quò imus ad prandium? vbi cœnamus? Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 3. Valuistine? & heri cœnauistine? Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 1. Superi incœnati sint, cœnati inferi. Idem *Aul. sc.* 4. *a.* 2. Postquam cœnati atque appoti. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 2. Cœnare adulteria, Suet. *Aug. cap.* 70. Cœnare in imo lecto. *Ibid. cap.* 67. Cic. *ad Qu. frat.* Eo die cœnauit apud Crassipedem. Idem 5. *Tusc.* Socratem ferunt, quum vsque ad vesperum contentiùs ambularet, quæsitumque esset ex eo, quare id faceret, respondisse, se quò meliùs cœnaret, opsonare ambulando famem. Cœnare me doces: δειπνεῖν μεθιδάσκεις. Prouerbiali figura dictum ab Aristophan. *in Ranis.* Tempestiuiter vsurpabitur siquando docere, præire, aut etiam refellere conatur aliquem imperitus negotij de quo disceptatur.

Cœnatus, qui cœnauit. {δεδειπνηκώς. GALL. *Qui a soupé.* ITAL. *Che a cenato.* GERM. Der zu nacht gessen hat. HISP. *El que a cenado.* ANGL. *Tha hath supped.*} Vt Pransus, Potus, Lotus, qui prandit, potauit, lauit. Cic. *pro Deiot.* Quid igitur causæ excogitari potest, cur te lautum voluerit, cœnatum noluerit occidere?

Cœnātum est. Liu. 2. *ab Vrb.* Nam quum pridie, quàm legati ad Tarquinios proficiscerentur, & cœnatum forte apud Vitellios esset, &c.

Cœnātŭrĭo, Cupio, vel appeto cœnare. {δειπνητιῶ. GALL. *Auoir faim de souper, appeter le souper.* ITAL. *Desiderare di cenare.* GERM. Begird haben zu dem nachtessen. HISP. *Hauer gana de cenar.* ANGL. *To desire, to suppe.*} Quam significationem habent ferè in rio desinentia: vt, Mulier parturit, id est, nititur vt pariat. Martial. In omnibus Vacerra quòd conclauibus consumit horas, & tota die sedet, cœnaturit, non cacaturit, id est, laborat vt cœnet.

Cœnito, frequentatiuum, frequenter cœno. {πολλάκις καὶ συχνὰ δειπνεῖν δειπνῶ. GALL. *Souper ou manger souuent.* HISP. *Cenar ò comer muchas vezes.* ANGL. *To suppe often.*} Cic. *lib.* 9. *epist.* Itaque non desino apud istos, qui nunc dominantur, cœnitare. Idem *Treb.* Ego si foris cœnitarem, Cn. Octauio familiari tuo non defuissem.

Cœnācŭlŭm, à cœnando nomen assumpsit, Locus ad cœnandum idoneus. {עליה Halijiá, δειπνητήριον, ὑπερῷον, ἀνώγεον, συσσίτια. GALL. *Le lieu où l'on soupe, chambre haute.* ITAL. *Luogo da cenar, cenacolo.* GERM. Ein ort in welchem man zu nacht isset. HISP. *La sala para cenar.* ANGL. *A place to suppin, a parlor.*} Varr. Sicut Penarium, vbi penus: vbi cubabant, Cubiculum: ita vbi cœnabant, Cœnaculum. Sed postquam in superiori parte cœnitare cœperunt, superior domus vniuersa Cœnaculum dicta est, ad quod scalis siue cochleis ascenditur, vt scribit Festus. ‖Inde Ennio,

——— cœnacula maxima cœli.‖

Hæc autem incolebant tenuiores, & inquilini, vt Iuu. Sat. docuit,

——— Lateranorum obsidet ædes
Tota cohors, rarus venit in cœnaculum miles,

id est, ad inquilinos & pauperes, qui in conducto habitant. Cic. *de lege Agr.* Romam in montibus positam, & cœnaculis sublatam atque suspensam, &c. In superiore cœli qui habito cœnaculo. Plaut. *Amph.* Cùm cœnaculum eius perplueret. Quint. Ex Cœnaculis amicorum spectabat ludos. Suet. *in Aug. c.* 44. Solet tamen Cœnatio, & Cœnaculum, & Diæta accipi pro loco in quo æstate cœnatur.

Cœnātĭo, locus ad cœnandum aptus, qui in imo domus, & hortis potentiorum erat. {δειπνητήριον. GALL. *Le lieu où l'on soupe.* ITAL. *Luogo da cenare.* GERM. Ein ort vnden im hauß in welchem man zu nacht isset. HISP. *La sala baxa para cenar.* ANGL. *A place for supping.*} Vnde Iuuenal.

——— & algentem rapiat cœnatio solem.

Suetonius *Neron.* Præcipua cœnationum rotunda, quæ perpetuò diebus ac noctibus vice mundi circumageretur. Cœnationum fastigia. Senec. *cap.* 9. *de consol. ad Eluer.* Cœnationum ornamenta sunt libri quibusdam. Idem *cap.* 9. *de Tranquill.*

Cœnātiuncula, diminutiuum. τὸ μικρὸν δειπνητήριον. Plin. *in Epist.* Fons oritur in monte, per saxa decurrit, excipitur cœnatiuncula manu facta: ibi paulum retentus, in Larium lacum decidit.

Cœnācŭlārĭŭs, qui cœnaculum conducit, vel qui cœnaculariam exercet. *l.* 11. *de pign. act.*

Cœnācŭlārĭa, æ, quæstus qui fit ex cœnaculorum ablocatione, ὁ χρηματισμὸς ἀπὸ τῶν συνοικιῶν. Vnde cœnaculariam facere, siue exercere dicebantur, qui domus totas conductas per singula cœnacula inquilinis locabant, vt inde quæstum facerent, pluris in summam locando, συνοικίζειν ἐπὶ μισθῷ. Vlp. *l. si verò. §. sed & si quis ff. de his qui deiecerunt vel effuderunt.* Si quis cœnaculariam exercens, modicum hospitium sibi retinuerit, residuum locauerit pluribus, omnes tenebuntur, &c. ¶ Sic cœnacularius homo, ὁ ἐπὶ μισθῷ οἰκῶν, qui cœnaculum conduxit. Idem *l. solutum. §. planè. ff. de pigner. act.* Videtur autem tacitè, & cum domino ædium non conuenisse, vt non pactio cœnacularij proficiat domino, sed sua propria. ¶ Cœnacularius in antiquo Lexico, ἐνοικιστής.

Cœnātĭcus, a, um, quod ad cœnam pertinet, δειπνητικός. GALL. *Chose appartenante au souper.* ITAL. *Ciò che appartien à cena.* GERM. Das zu dem Nachtmal oder abendmal gehört. HISP. *Cosa de cena ò para cenar.* ANGL. *Belonging to the supper.*} vt, Apparatus cœnaticus, Sermo cœnaticus. Varr. Cœna cœnatica, & spes cœnatica, id est, spes cœnandi. Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 3. Nunc cibo ad portum hinc: est illic mihi vna spes cœnatica.

Cœnĭpĕta, Qui ambit alienas cœnas, & parasiti sæpe personam induit. {δειπνοθήρας. ANGL. *Which waiteth on others supper.*}

Cœnātōrĭŭs, a, um, quod ad vsum cœnæ pertinet. {δειπνητικός. ANGL. *Belonging to the supper.*}

Cœnātōrĭa, orum, plurali numero, pro veste cœnatoris, cum qua discumbere in conuiuiis solebant, quæ & alio nomine Triclinaris toga dicebatur, ἡ δειπνητικὴ ἐσθής. Martial. *lib.* 10. *Epigr.* 83.

Pignorum reus, ebriaque noctis,
Cœnatoria mittat aduocato.

Vide eundem *Epigr.* 135. *lib.* 14.

Cœnĭtĭa, quæ pertinent ad esum, vtique ad cœnam, κρεώνια.

Cœnŏbĭum, {κοινόβιον. GALL. *Monastere, lieu où on vit en commun.* ITAL. *Conuento de frati, doue si viue à commune.* GERM. Ein gmein leben, als in einem Closter da man gemeinschafft des lebens mit ein ander hatt. HISP. *El monasterio.* ANGL. *An abby a monasterie.*} Locus vbi communis vita ducitur. κοινὸς enim communis, βίος vita. Quid sit cœnobium docet Gell. *cap.* 8. *lib.* 1. ¶ Hinc Cœnobitæ, qui in commune viuunt.

Coēnŏbrium Ptolemæo, vrbs esse creditur Germaniæ, quæ vulgò Louben burg vocatur.

‖Cœnonicon, quod psallebat chorus post communionem, sublato sacro pane. Lex. græb.‖

COENVM, Lutum. {בוץ botz טיט tit. βόρβορος. GALL. *Bourbier, fange, boüe.* ITAL. *Fango.* GERM. Kath, dreck. HISP. *El cieno, el lodo.* ANGL. *Claie, dirt, myre.*} Plin. *lib.* 14. *cap.* 12. Ad hæc pertinent peregrinæ exercitationes, & volutatio in cœno. Pulchrum ornatum turpes mores peius cœno collinunt. Plaut. *Most. sc.* 3. *a.* 1. Cicer. 4. *Tusc.* Sic se dicere omnes stultos insanire, vt malé olere omne cœnum. ¶ Per metaphoram ponitur pro abiecto & nullius dignitatis homine. Liuius *lib.* 10. *ab vrb.* Cœnum plebeium. Cicer. *pro Sestio*, Habeo quem opponam labi illi atque cœno. ¶ Cœno puram aquam turbans nunquam inuenies potum, βορβόρῳ ὕδωρ λαμπρὸν μιαίνων, οὔποθ' εὑρήσεις ποτόν. Dici solitum vbi quis ea quæ sunt per se pulcherrima contaminat, admistis iis quæ sunt turpissima. Cœnum, conuitia. Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 1.

Cœnōsŭs, a, um, Plenus cœno, Cœno abundans. {βορβορώδης. GALL. *Bourbeux, fangeux, boueux.* ITAL. *Pieno de loto, fangoso, sporco.* GERM. Kathechtig, Dreckechtig. HISP. *Lleno di cieno.* ANGL. *Full of claye, dirtie.*} Colum. *lib.* 7. *cap.* 10. Nec vlla magis gaudet, quàm riuis atque cœnoso lacu volutari.

Cŏĕo, is, iui, itum, ex Con, & eo: sed n, abiicitur, ‖in vnum locum eo,‖ Conuenio, coniungor, congregor, coitionem facio, ineo, congredior. {בא ba ירע iadáh התחבר hithchabbér שכב schaghal עבל schabál. συνέρχομαι, συνάγω, συνέρχομαι, συνοικέω. GALL. *Conuenir, s'assembler ensemble.* ITAL. *Coniungere, essere insieme.* GERM. Zusammen gehn, vberein kommen. HISP. *Ayuntarse.* ANGL. *To conueine assemble, and go together.*} Terent. *in Eunuch.* Heri aliquot adolescentuli coiimus in Piræo. Priusquam coimus, vbi lectus stratus. Plaut. *Most. sc.* 4. *a.* 1. Vt primùm coit cicatrix. Idem *Amphit.*

——— & noctes qua coiere duas,

Ouid. *Eleg.* 4. *lib.* 2. *Trist.*

Neue retractando nondum coëuntia rumpe
Vulnera.

Idem *Eleg.* 4. *lib.* 4. *Trist.* Coire, concrescere, congelascere. Gell. *cap.* 8. *lib.* 17. Virg. *lib.* 11.

——— coëant in fœdera dextræ
Quà datur.

Lactantius *de Ira*, Denique si atomorum & coitio & conglobatio efficeret omnia. ¶ Cicero cum accusatiuo vsus est, pro inire. 2. *Philipp.* Vtinam Cn. Pompei cum C. Cæsare societatem aut nunquam coisses, aut nunquam diremisses: συνελθεῖν κοινωνίαν τινί. Gellius protulit passiuum, Coibatur societas inseparabilis. Nam propriè Coiri societas dicitur. Sic ab Vlpiano Societas coita, pro contracta & collecta accipitur, Lactant. *lib.* 3. Quid ego de Cynicis loquar, quibus in propatulo coire cum coniugibus mos fuit. ¶ Terent. *in Phorm.* Vide quid agas: prima coitio est acerrima. Si eam sustinueris, post illam iam, vt lubet, ludas licet. Vbi vna translatio à prælio: nam & Congredi milites, & coire dicuntur. ¶ Coire in alienam litem, qui alicui calumniosè litem struunt, vt quod ex condemnatione redactum fuerit, inter eos communicetur. Plin. *Epist. lib.* 5. Quæstus est venire aduocationes, venire præuaricationes, in lites coiri. Ex Hotomanno. ‖¶ Conire, pro coire, simul ire, & consilium accipere, apud Pap.‖

Coiens, coeuntis, Participium: vt, Ripæ vadi coëuntes, id est, vadum angustum Sil. *lib.* 1. Téque vadi dubium coeuntibus Aufide ripis. Senec. *Troad.* Repeténsque ditem mersus ingentem specum Coeunte terra iunxit. id est, hiatum coniungente se terra clausit.

Cŏĭtŭs, pro concubitu. {משכב mischcháb. ὀχεία. GALL. *Assemblée, amas.* ITAL. *Assembramento, vnione.* GERM. Beschlaffung eines weibs. HISP. *Ayuntamiento, conjuncion.* ANGL. *Going together, acting the act of generation.*} Gell. *lib.* 9. *cap.* 7. Hippocrates autem diuina vir scientia de coitu venereo ita existimabat, partem esse quandam morbi teterrimi, quem nostri comitialem dixêre. Coitus humoris. Celsus *lib.* 5. *cap.* 18. Potest verò ea compositio etiam ad parotidas, phymata, strumam omnémque coitum humoris emolliendum. Coitus Lunæ, pro eclipsi, quando scilicet Soli opponitur. Plinius *lib.* 2. *cap.* 13.

Coibĭlĭŭs, aduerb. Aptiore cohærentia. Apuleius *in Apologia*: Præsertim cùm ordinarius, & coibilius eadem Græce & Latine adnitar conscribere.

Cŏĭtĭo, Conspiratio, congregatio ob malam rem facta. {קשר késcher. σύνοδος.} Cic. *pro Planc.* Dubitabis an coitio facta sit. Per coitiones nobilium iniuria fiebat. Liu. *lib.* 3. *ab Vrb.*

Coitio pro coitu, συνουσία, Macrob. *Saturn. lib.* 17. *cap.* 16. Omni enim genere animantium, quæ ex coitione nascuntur, inuenies omnium aliquorum esse principium instar elementi.

Cœpi, verbum defectiuum, à Cœpio, pro incipio, quod apud antiquos in vsu erat. {החל hechél הואיל hoil. ἐπιχειρῶ, ἄρχομαι, ἐξάρχω. GALL. *Commencer.* ITAL. *Cominciare.* GERM. Anfahen, anheben. HISP. *Començar.* ANGL. *To beginne.*} Cato, Cœpi iam seditiosa verba loqui. Nunc tantùm præterito eius tam pro suo tempore, quàm pro præsenti vtimur cum suis deriuatis, Cœperam, Cœpissem, Cœpero, Cœpisse, Cœptum ire. facinus audax incipit, qui cœpit pauper cum diuite negotium. Plaut. *Aul. sc.* 4. *a.* 3. Cœpta appellari canis. Idem *Men. sc.* 1. *a.* 3.

Terent.

Terent. *in Adelph.* Prius olfecissem, quàm ille quicquam cœperit. Sal. *in Catil.* Sed ea potestate cœpère se quisque magis extollere. Virg. 3. *Georg.*

Sin in processu cœpit crudescere morbus.

¶ Cœptus sum, pro Cœpi. Cic. *de clar. Orat.* Hortensius igitur quum admodum adolescens orsus esset in foro dicere, celeriter ad maiores causas adhiberi cœptus est. Idem *ibidem*, Qua in vrbe primùm se orator extulit, primúmque etiam monimentis & literis oratio est cœpta mandari. Cœptum bellum, inchoatum. Liu. *lib.* 2. *d.* 5.

Cœpio, Plaut. *Men. sc.* 5. *a.* 5. Neque ego insanio, neque pugnas, neque lites cœpio.

Cœptum, i, Institutum, propositum. {תחלה *techillâh.* τὸ ἐπιχείρημα, ἀρχή. GALL. *Commencement, entreprise.* ITAL. *Cominciamento, impresa.* GERM. Ein anhob/anfang. HISP. *Comienço.* ANGL. *Interprise, begining.*} Ouid. *Met.*

———*dî cœptis (nam vos mutastis & illas)*

Aspirate meis.

Cœptus, us, idem. {תחלה *techillâh.* ἀρχή.} Gell. *lib.* 2. *cap. vlt.* Nos verò vt cœptus noster est.

Cœpto, as, are, Incipio. {החל *hoil* החל *hechêl.* ἐπιχειρῶ, ἐπιχειρέω. GALL. *Commencer.* ITAL. *Cominciare.* GERM. Anfahen/anheben. HISP. *Començar.* ANGL. *To interprise.*} Plaut. *in Merc.* Cur istuc cœptas consilium? Terent. *in Eun.* Quid cœptas Thraso?

Cocpulonus, cocpulo. Plaut. *Persa.*

Coëquito, as, are, {συνιππάζω. GALL. *Cheuaucher ensemble.* ITAL. *Caualcar insieme à paro.* GERM. Mitreiten. HISP. *Caualgar juntamente.* ANGL. *To ridde together.*} Liu. *in lib. bell. Maced.* Coëquitauerant autem sex millia equitum.

Coeranus, Κοίρανος, Naufragus à Delphino seruatus. Vide historiam apud Plut. *lib.* 5. *circa finem libelli.* Vtrùm terrestria, aut aquatilia plus sapiant.

COËRCEO, es, ex Con, & arceo, sed n, abiicitur, & a, in r, mutatur. Restringo, contineo, refræno, inhibeo. {עצר *hatsár* חסם *chasám* מנע *manáh* יסר *jasár.* κατέχω, συνέχω. GALL. *Restraindre, reprimer, serrer.* ITAL. *Restringere, constringere.* GERM. Einen hinderhalten/wehren. HISP. *Restriñir, refrenar.* ANGL. *To restraine, to hold in, to briale.*} Cic. *in Lal.* Quem serpentem multiplici lapsu, & erratico ferro amputans, coërcet ars agricolarum. Lactantius *lib.* 3. Illud satis est ad coërcendum furiosi hominis errorem. Inuidia mea spatio natura coërcuit arcto (ingenij.) Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 1. *Trist.* Multa ex iuuenili abundantia coërcuit. Cicer. Quint.

———*Tum neque se possunt Delphines in auras*

Tollere, conantes dura coërcet hyems.

Ouid. *Eleg.* 10. *lib.* 3. *Trist.* ¶ Ponitur etiam pro circundare, siue simul stringere. Idem *lib.* 1. *Metam.*

Vitta coercebat positos sine lege capillos.

Lucan. *lib.* 4.

———*campósque coërcet.*

Cinga rapax, hoc est, cingit, aut circundat. ¶ Item pro compellere *lib.* 3. *ad Herennium*, Prudentiæ partibus vtemur in dicendo, si commoda cum incommodis conferemus: quum alterum vitare coercemur. ¶ Alij ita significationem huius verbi distinguunt, vt aliquando vim in se contineat, atque castigationem, aut certè reprehensionem, atque animaduersionem, & pro repellere, siue puniri ponatur: aliquando simpliciter sine vi pro Continere, complecti, comprehendere: propriè tamen de iis, quæ aut diffluunt, aut præter modum erumpunt. Coërcitus miles. Liu. *lib.* 6. *d.* 4. {GALL. *Contenu.*}

Coërcitio, verbale à Coërceo, Cohibitio, Castigatio. {מעצור *mahâtser* מוסר *musar.* κόλασις. GALL. *Referrement, empeschement, arrest, restrainte.* ITAL. *Castigo.* GERM. Hinderhaltung/straff. HISP. *Refrenamento ò repression.* ANGL. *Restreining, holding in, bridling.*} Liu. *lib.* 4. *ab Vrb.* Pronuntiauerúntque ex collegij sententia, C. Valerio cos. se damnum, aliámve coërcitionem, aduersùs intercessionem Collegæ delectus causa detractantibus militiam inhibenti auxilio futuros. Coërcitio popinarum. Suet. *in Claud. August. cap.* 38. Fit autem hoc verbale regulariter à supino Coërcitum. ¶ Vnde etiam participium Coërcitus. Ouidius *in Epist. Heroid.* Clausa domo teneor, grauibúsque coërcita vinclis. ¶ Legitur & verbale Coërtio, & fortasse sæpius quàm Coërcitio: quod dici potest aut per syncopen factum esse à verbali Coërcitio, abiecta media syllaba: aut (quod verisimilius videtur) ab antiquo verbo Arcio: quod etiam apud Festum legitur, quod ratione analogiæ facere debet supinum Artum, sicut Farcio, fartum, & Sarcio sartum. Coërtio in histriones. Suet. *in Aug. cap.* 45. Legitur ibidem *coërcio.* ¶ Inde Compositum Coërcio mutatione primæ vocalis in secundam, sicut à farcio, Refercio, & supinum Coërtum, sicut à Refercio, Refertum. Itaque inuenimus regulare verbale Coërtio: quamquam Arcio, & Coërcio nunc non sunt in vsu. Poterimus itaque vtrouis modo scribere Coërcitio, siue Coërtio.

[Cœrulus, vide *Cerulus.*]

Coërro, as, are, est vnà cum aliis oberrare. {ANGL. *To wander with others.*} Paul. *l.* 3. *D. de of. præfect. vigil.* Sciendum est, inquit, præfectum vigilum per totam noctem vigilare debere, & coërrare, calciatum cum hamis & dolabris. Ex Lexico Hotomanni.

Coësse, simul esse. Blesens.

Cœtus, cum œ, diphthongo, conuentus, congregatio, à coëundo, id est, conueniendo. {קהל *kedhal* חבר *chebér.* συνουσία, σύνοδος. GALL. *Assemblée de gens, amas.* ITAL. *Conuento, congregatione.* GERM. Ein versamlung/ein menge volcks. HISP. *Compaña, conuento.* ANGL. *A companie, multitude or congregation of people.*} Cic. *de senect.* O præclarum diem, quum ad illud diuinum animorum concilium cœtúmque proficiscar, quumque ex hac turba & colluuie excedam. Idem 2. *de finib.* Quid enim necesse est tanquam meretricem in matronarum cœtum, sic voluptatem in virtutum concilium adducere? Cœtu extraneorum prohibuit filias. Suet. *in August. cap.* 64. Cœtus stellarum: coitus. Gell. *lib.* 1. *cap.* 14. Sæpe ibidem conuentus & concursiones. Plaut. *Amphit.* Eos auspicio meo atque ductu primo cœtu vicimus (i. congressu, conflictu.) Seneca *lib.* 3. *declamation.* Cœtum esse ait nomen magnæ multitudinis coeuntis ex censu quodam. ¶ Primo cœtu condemnare, i. prima actione, siue ampliatione, primo iudicum conuentu & concessu. Cornificius *in Herenn.* Hic vos veriti estis, si primo cœtu condemnassetis, ne crudeles existimaremini. Cœtum Lucretius vocat connexionem & copulam membrorum cum humoribus, & spiritibus, omnibúsque ex quibus hum anum corpus compactum & constitutum est, vt *lib.* 2. *cap.* 199. Cedit item retrò, de terra quod fuit antè, In terras. & quod missum est ex ætheris oris, Id rursus cœli tellarum templa receptant: Nec sic interimit mors, vt materiai Corpora conficiat, sed cœtum dissipat ollis.

Cœus, Κοῖος Hesiodo per œ, diphth. Fuit terræ filius, frater Iapeti & Typhæi, quos omnes vno partu à Tellure quinta luna genitos esse fabulatur Virg. *lib.* 1. *Georg.*

Cœúmque Iapetúmque creat, sæuúmque Typhœa,

Et coniuratos cælum rescindere fratres.

Coëxercitatus. {συγγεγυμνασμένος. ANGL. *Exercised or wonted with others.*} Quint. *lib.* 1. *cap.* 17. Artem constare ex præceptionibus consentientibus & coëxercitatis ad finem, vtilem vitæ.

Cogamus, fluuius est Mæoniæ ad radicem Tmoli montis: de quo Plin. *lib.* 5. *cap.* 29.

Coggygria, arbor est adrachnæ non absimilis, fructum lanugine, quam Pappum vocant, amittens: quod nulli alij arbori euenit. Vide Plin. *lib.* 13. *cap.* 22.

COGITO, as, frequentatiuum à Cogo, propterea quòd mens plura in vnum cogit: vnde quæ sibi videntur optima, vel vtilissima, eligere possit. Meditor, contemplor, mente complector, mente agito. {חשב *chaschab* הגה *hagháh.* ἐννοέω, διανοέομαι. GALL. *Penser.* ITAL. *Pensare.* GERM. Gedencken/betrachten. HISP. *Pensar.* ANGL. *To thinke, to muze, to cast in mynde.*} Nam & Cogo & Cogito, sic se habent vt Ago & Agito, Facio & Factito. Verumtamen sic modò animus hoc verbum sibi vendicauit, vt non quod alibi, sed quod in animo colligitur, cogitari propriè iam dicatur. Hoc vnum facito cogites. Plaut. *Most. sc.* 3. *a.* 1. Ita dormitet, vt seruum se esse cogitet. Idem *Aul. sc.* 1. *a.* 4. Hic me exossare quasi murænam cogitat. (i. parat.) Hoc vnum frater cogitato, me tibi proximum esse. Idem *Aul. sc.* 3. *a.* 1. Magis cogito sæuiter blanditérne alloquar. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 5. ¶ Cogitare, pro optare videtur posuisse Cæsar 3. *bell. ciuil.* Cogitare itaque est sensus interiores ad originem suam reuocare, siue mentem agitare, & veluti in mora esse consilij explicandi. Cic. *lib.* 5. *Tusc.* Viuere docto viro est cogitare. Idem *lib.* 2. *de Leg.* Nam illo loco libentissimè soleo vti, siue quid ipse mecum cogito, siue aut scribo, aut lego. Cogitare de aliquo, eum in memoria habere. Terent. *in Eunuch.* Me expectes, de me cogites. Cogito in Tusculanum, hoc est quod barbari dicunt, Existimo & delibero ire. Cic. *ad Att. lib.* 2. Ludi Antij futuri sunt à 4. Kal. ad Prid. Non. Mai. eos Tullia spectare vult: inde cogito in Tusculanum. A Cogito fiunt composita, Excogito, quod propriè est perfectè cogito, ἐκφροντίζω, ἐπινοέω, licèt pro inuenio sumatur: quod idcirco fit, quòd quum quis perfectè cogitat, aliquid ex eo quod cogitat, elicit & inuenit. Cic. 1. *Tusc. quæst.* Quid illa vis, quæ tandem est quæ inuestigat occulta, quæ inuentio atque excogitatio dicitur. Præcogito, priùs cogito, & cogitando præuideo, προνοέω. Quint. *lib.* 12. Licet tamen præcogitare plura, & animum ad causas non componere. Recogito, iterum atque iterum cogito.

Cogitatio, quæ est velut Coagitatio, id est, longa consilij explicandi agitatio, mentis agitatio, animi motus, commentatio. {מחשבה *machaschabáh.* διαλογισμός, διάνοια. GALL. *Pensement, pensée.* ITAL. *Pensiero, pensamento.* GERM. Gedancken/betrachtung. HISP. *Pensamiento.* ANGL. *Thinking, muzing.*} Plin. *lib.* 11. *cap.* 37. Sic magna cogitatio obcæcat. Cic. *ad Attic.* Meas cogitationes omnes explicaui tibi superioribus literis.

Cogitatò, Cogitatè & Cogitatim Festo, aduerbia pro Consultò, data opera. {ἐκ προνοίας. GALL. *Auisement, apres y auoir pensé.* ITAL. *Pensatamente.* GERM. Auß betrachtung/bedächtlich. HISP. *Adrede y a sabiendas.* ANGL. *Aduisedlie, after auisement was taken.*} Cic. *pro Archia*, Quæ verò accuratè cogitatéque scripsisset, ea sic videri probari, vt ad veterum scriptorum laudem perueniret. Idem 1. *Offic.* Sed in omni iustitia permultum interest, verùm perturbatione aliqua animi, quæ plerunque breuis est, & ad tempus: an consultò, & cogitatò fiat iniuria.

Cogitabilis, e, {נחשב *nechescháb.* νοητός. GALL. *Qu'on pense.* ITAL. *Cosa degna di pensare.* GERM. Bedächtiglich. HISP. *Cosa digna de pensar.* ANGL. *Which one thinketh vpon.*} Senec. *Epist.* 59. Cogitabile est quod est generale.

[Cogitatorium, receptaculum cogitationum. Tertull.]

Cogitatum, i, substantiuum. {נחשב *nechschab.* διανόημα, διαλόγισμα. GALL. *Vne chose que nous pensons.* ITAL. *Cosa de pensata.* GERM. Betrachtung/ein betracht ding. HISP. *Cosa de pensada.* ANGL. *A thing muzed on.*} Cic. 1. *de l. Agr.* Vtrùm cogitata sapientum, an optata furiosorum videntur.

COGNATI, sanguine coniuncti, qui cognatione tenentur, dicti quasi vnà communitérve nati, vel ab eodem orti progenitore. {אחים *achim* מודעים *modhahim.* συγγενεῖς. GALL. *Prochains & alliez, parens.* ITAL. *Parenti.* GERM. Verwandte/nach gefreundte. HISP. *Los parientes.* ANGL. *Kinsmen by bloode or birth.*} Plaut. *in Pœn.* Vos meæ estis filiæ ambæ, Et hic cognatus vester huiusce fratris filius. Cic. *pro reditu.* Pompeij nulli cognati & affines deprecati sunt. Senec. *cap.* 11. *de cons.* Diis cognatus est animus. Cognati autem quo gradu sint officij, Gell. *c.* 13. *lib.* 5. Cognatum concordiam. Plaut. *Amph.* ¶ Plin. per translationem posuit pro simili, & eiusdem generis. Eadem (inquit) causa est vt pleraque alitum oculos hominum potissimum appetant, quòd effigiem suam in iis cernentes, velut ad cognata sua desideria tendant, id est, sibi proxima & suæ naturæ quodammodo similia. ¶ Cognatorum autem significatio latius extenditur, quam Agnatorum. In cognatis enim agnati continentur, non autem contra cognati in agnatis. ¶ Consobrini cognati quidem dicuntur, quum agnati tamen non sint. Illi enim soli qui paterna linea nobis coniunguntur, Agnati vocantur: Cognati etiam qui materno genere nobis sint coniuncti.

Cognatio, nis, Agnatio, sanguinis coniunctio. {מודעת *modhahath.* συγγένεια.

nisſona. GALL. *Parenté, alliance*. ITAL. *Parentela*. GERM. Verwandtſchafft. HISP. *Parenteſca*. ANGL. *Kinred by blode*.} Cicer. 7. *Verr*. Nulla tibi Quæſtio cum illo cognatio eſt. Idem 4. *Verr*. Vt quiſque te maximè cognatione, affinitate, neceſſitudine aliqua attingebat, ita maximè manus tua putabatur. ¶ Transfertur etiam ad res inanimatas. Cicer. *pro Archia*. Etenim omnes artes, quæ ad humanitatem pertinent, habent quoddam commune vinculum, & cognatione quadam inter ſe continentur.

Cognitor, vide *Cognoſco*.

Cōgnōmen, Cognomentum, quod vel à corporis quodam vitio, vel ab alio quodam euentu ſolebat imponi. {כנוי *chinnui*. GALL. *Surnom, ſombriquet*. ITAL. *Cognome*. GERM. Ein zunam, nachnam. HISP. *El ſobrenombre*. ANGL. *A ſurname*.} Cic. 1. *de finib*. Neque enim torquatum, qui hoc primus cognomen inuenerit, aut torquem illum hoſti detraxiſſe, &c. Idem 7. *Verr*. Quid? de Apollonio Diocli filio, Panormitano, cui Geminò cognomen eſt, præteriri poteſt. Liu. 1 *ab Vrbe*, Manſit Syluius poſtea omnibus cognomen, qui Albæ regnarunt. Expedit plura habere cognomina, [illegible]. Conuenit in eos, qui multa ſimul profitentur, quo quæſtum faciant vberiorem, aut qui diuerſa arta ſunt patrum. De cognomine, nomine, & prænomine, vide Plut. *in Coriol*. Plaut. *Pſeud*. *ſc*. 1. *a*. 4. periurus, impiorus, impius (leno loquitur) cognomenta hæc mea ſunt. Idem *Capt*. *ſc*. 1. *a*. 4. Ita me ſatanitas ſuo condecorat cognomine.

Deniſque in his meruit quendam cognomina terra.

Ouid. *Eleg*. 2. *lib*. 4. *Triſt*. Imperatoris prænomen, cognomen patris Cæſar ſumpſit. Suet. *in Caeſ*. *cap*. 46.

Cōgnōmentum, {כנוי *chinnui*. [illegible]. ANGL. *A ſurname*.} Cic. *pro Mil*. Caſſinius cognomento Schola. Idem 2. *de finib*. Si aut de induſtria facias, vt Heraclitus cognomento, qui [illegible] perhibetur, &c. Vide in præcedenti vocabulo.

Cōgnōmines, qui eiuſdem nominis ſunt. {[illegible]. GALL. *Qui ont vn meſme nom ou ſurnom*. ITAL. *Che hanno medeſimo nome*. GERM. Die ein zunamen oder vbernamen haben. HISP. *Los que ſon del meſmo nombre*. ANGL. *That hath one name or of the ſame ſurname*.} Sic à Plauto duæ ſorores Bacchides nominatæ vocantur cognomines. Declinanturque hic & hæc cognominis, & in genitiuo huius cognominis. Nam apud Plaut. legitur, Illa mea cognominis fuit. Idem Bacchid. Quid agunt germanæ duæ meretrices cognomines? Legendus Seruius in illud 6. *Æneid*. Gaudet cognomine terra: cognominem patriæ ſuæ Salaminia Teucer condidit. Vell. Plin. *lib*. 6. *cap*. 2. Quo loco Venetos adiicit Nepos Cornelius, à quibus in Italia ortos cognomines eorum Venetos credi poſtulat.

Cōgnōmino, as, Cognomen impono. {כנה *chinnáh*. [illegible]. GALL. *Surnommer, donner vn ſombriquet*. ITAL. *Mettere ſopra nome*. GERM. Zunamen geben. HISP. *Dar ſobre nombre*. ANGL. *To giue a ſurname, to ſurname*.} Fit autem ex Con & nomino, n, in g mutata. Plin. *lib*. 11. *cap*. 3. Suario cognominabatur, propter ſimilitudinem Suarij cuiuſdam negotiatoris. Idem *lib*. 33. *cap*. 10 Poſtea diuites cognominati, dummodò notum ſit eum, qui priùs acceperit hoc cognomen, decoxiſſe creditoribus ſuis.

Cōgnōſco, Noſco, agnoſco. {ידע *jadháh* הכיר *hichir*. [illegible]. GALL. *Cognoiſtre, entendre, auoir cognoiſſance, ſçauoir*. ITAL. *Conoſcere, intendere*. GERM. Erkennen, wol vnd eigentlich wiſſen. HISP. *Conocer de nueuo*. ANGL. *To knowe, to haue knowledge or vnderſtanding*.} Eſt autem Cognoſcere, noſcere eos, qui priùs incogniti erant: quum Agnoſcere, [illegible] dicatur propriè de olim notis. Virg. 4. *Eclog*.

Incipe parue puer riſu cognoſcere matrem.

Varr. Vereor, ne me quoque dum reuertero, præter canem, agnoſcat nemo. Confunduntur tamen hæc ſæpenumero. Donatus, Cognoſcere eſt diligenter, attenteque conſiderare. Terent. *in Hecyra*, Poſtquam ipſe ſeſe, & illam & hanc quæ domi erat cognoui ſatis.

———nec longe cognitus viſu.

Ouid. *Eleg*. 5. *lib*. 3. *Triſt*.

———Male iam cognitus infans.

Idem *Eleg*. 13. *lib*. 3. *Triſt*.

———Quamquam me cognita virtus Terret.

Tibul. *lib*. 4. &c. Cognoſcere ex literis, nuntiis, & id genus, idem eſt, quod certiorem fieri. Cic. *ad Atticum lib*. 2. De me Imperatore ſcribis te ex Philotimi literis cognouiſſe. Idem *lib*. 1. *Epiſt*. *familiar*. Quæ hic aguntur, quæ acta ſunt, ea te ex literis multorum & nuntiis cognouiſſe arbitror. Multitudo ſe omnis ad cognoſcendum effudit. {GALL. *Pour ſçauoir des nouuelles*.} Cæſ. *lib*. 1. *de bell*. *ciu*. Cognoſcere de prælio. Idem 3. *de bell*. *ciu*. Cognoſcere de aduentu. ¶ Interdum idem quod intelligere. Cic. *in Hortenſ*. Vnde autem facilius quam ex annalium monumentis, aut bellicæ res, aut omnis Reip. diſciplina cognoſcitur? Terent. Eo pacto & gnati vitam & conſilium meum cognoſces. ¶ Interdum concumbere, verecundiæ cauſa. & in Euangelio, *Et non cognouit eam*. Et Ouid.

Turpiter illa virum cognouit adultera virgo.

Vide Lamb. in Plaut. *p*. 378. ex Menandro. ¶ Aliquando ad forum pertinet, & ſignificat iudico, inquiro, iudicium exerceo: vt, Cognoſcere de hæreditate, eſt iudicium de hæreditate exercere, *Auoir la cognoiſſance*. ¶ Cognoſcere de actis alicuius, id eſt, de actis eius inquirere, *S'enquerir d'aucun*. ¶ Cognoſcere cauſas, id eſt, in cauſis iudicis officio fungi, *Iuger des cauſes*. Cic. *lib*. 2. *Off*. Adiunxit ſibi in conſilium quindecim principes, cum quibus cauſas cognoſcit. ¶ Cognoſcere, pro Attentè audire. Idem 4. *Verr*. Verum vt totum genus amplectamini iudiciorum, prius iura Siculorum, deinde iſtius inſtituta cognoſcite. Et paulò poſt. Quantam poteſtatem habuerit, quas res geſſerit, cognoſcite. Deos præſentes cognoſcere, Auxilium diuorum ſentire. Vergil. 1. *Eclog*.

———neque ſeruitio me exire licebat,
Nec tam præſentes alibi cognoſcere diuos.

Huius verbi compoſita ſunt, Præcognoſco, [illegible], antè ſcio Planc. Cic. Quid ſi Latio præcognito noſtro aduentu rurſus in Italiam ſe recipere cœperit. Percognoſco, [illegible], Plaut. *in Truc*. Vtroſque percognoui probe. Recognoſco, de quo alibi.

Cōgnitio, Agnitio, notitia, intelligentia. {דעת *dahath*. [illegible]. GALL. *Cognoiſſance*. ITAL. *Conoſcimento, conoſcenza*. GERM. Erkantnuß. HISP. *Conocimiento*. ANGL. *Knowledge*.} Cic. 1. *Acad*. Cæleſtia autem vel procul eſſe à naturæ cognitione cenſeret. Idem 2. *de nat*. *deor*. Quæ primùm eos humo excitatos, celſos & erectos conſtituit, vt deorum cognitionem cælum intuentes capere poſſent. Aliquando ponitur pro iudicio, ſiue iudicatione. Idem *pro Cluent*. Quum dies cognitionis adeſſet, id eſt, iudicii. Idem *pro Flacc*. Vtrùm hic tandem diſceptationem & cognitionem veritatis, an innocentiæ labem aliquam fore putatis? Cognitio falſi teſtamenti recepta. Suet. *in Claud*. *cap*. 9.

Cognitor, is, qui cognoſcit. {ידען *jidhán*. [illegible]. GALL. *Cognoiſſeur, cognoiſſant, qui cognoit*. ITAL. *Conoſcitore*. GERM. Ein erkenner, dem etwas wol zu wiſſen vnd kund iſt. HISP. *Conocedor*. ANGL. *He which knoweth*.} Cic. *de Aruſpicum reſponſ*. Quum in me cognitorem harum omnium rerum illa flamma conuertebatur. Idem 6. *in Verr*. Homines tenues plerunque ad ea adueniunt loca, quæ nunquam antea viderunt: vbi neque noti eſſe iis, quò venerint, neque ſemper cum cognitoribus eſſe poſſunt. ¶ Eſt & Cognitor forenſe verbum, quo olim appellabantur qui hodie Procuratores iudiciales dicuntur. {ANGL. *A proctour, a lawyer that defendeth ones cauſe*.} Cic. 1. *in Verr*. Me defenſorem calamitatum ſuarum, me vltorem iniuriarum, me cognitorem iuris ſui, me actorem cauſæ totius eſſe voluerunt. Idem *pro Sexto Roſc*. Quid intereſt inter illum, qui per ſe litigat, & qui cognitorem dat? Quamuis propriè Cognitor is dicatur, qui præſentis cauſam defendit, procurator abſentis, vel qui præſentis negotium cauſamque ſuſcipit. Paſſer [illegible] Aſconium & Budæus *in poſterioribus annotationibus*.

Cognitura, æ, cognitoris procuratio. Suet. *in Vitell*. *cap*. 2. Cuius filius ſectionibus & cognituris (ſic in antiquis codicibus, mendoſè tamen impreſſum *cenſuris*) vberius compendium nactus.

Cōgnitus, a, um. Notus. {ידוע *jadhuah*. [illegible]. GALL. *Cognu*. ITAL. *Conoſciuto*. GERM. Erkent. HISP. *Conocido*. ANGL. *Knowen*.} Cic. 1 *Off*. Incognita pro cognitis ne habeamus vitandum. ¶ Cognitior, id eſt, magis notus. Ouid. 4. *Triſtium*.

Sed magis hæc quò ſunt cognitiora, grauant.

¶ Cognitiſſimus, ſuperlatiuus. Catullus, Tibi hæc fuiſſe & eſſe cognitiſſima, ait Phaſelus.

Cōgnōbilis, qui cognoſcitur. {נודע *nodhah*. [illegible]. GALL. *Choſe qui ſe peut cognoiſtre*. ITAL. *Che ſi conoſce*. GERM. Erkantlich, den man erkent. HISP. *Coſa que ſe puede conocer*. ANGL. *That maybe knowen*.} Gellius, His ſolis cognobiles fuerunt.

Cōgnōbilior, Gell. *lib*. 20. *cap*. 4. Hoc ego verbum [illegible], quærens vno eodem verbo dicere, aliud non reperi quàm quod eſt ſcriptum à Marco Catone *in* 6. *Originum*. Itaque ego, inquit, cognobiliorem cognitionem eſſe arbitror.

Cōgo, is, coactum, ex con & ago, in quo a & n, abiiciuntur, niſi in ſupino, vbi ſeruatur a: Coaceruo, congrego. {אסף *aſaph* צבר *tſabár* כנס *chanás*. [illegible]. GALL. *Faire venir enſemble, aſſembler, ſerrer & amaſſer*. ITAL. *Ammaſſare, accumulare*. GERM. Samlen, zuſammen treyben. HISP. *Ayuntar*. ANGL. *To gather togither in heapes*.} Cogendæ res noſtræ in arctum. Senec. *cap*. 8. *de Tranq*. Rex me orauit, vt ſibi latrones cogerem, conſcriberem. Plaut. *Mil*. *ſc*. 1. *a*. 1. Cic. 1. *Tuſc*. Cælum hoc in quo nubes, imbres, ventique coguntur. Ter. *in Heaut*. Quaſi talenta ad quindecim coegi. ¶ Quandoque Vrgere, compellere, vim adhibere. {אצר *patſar* אנס *anás* אץ *ats*. [illegible]. GALL. *Contraindre*. ITAL. *Spingere dentro, conſtringere, sforzare*. GERM. Treyben, zwingen, nötigen. HISP. *Conſtreñir*. ANGL. *To conſtrayne, to compell*.} Idem *lib*. 3. *Offic*. Diogenes contrà, Num te emere coëgit? Vt me cogis quiſquis es. Plaut. *Men*. *ſc*. 5. *a*. 2. Hiſtrionem cogis mendicarier. Idem *Capt*. *prolog*. Ita ſum coactus, vt neſciam verum ſit æquius. Idem *Merc*. *ſc*. 6. *a*. 2. ¶ Quandoque mulgere, [illegible]. Sic enim interpretatur Nonius illud Virg. 3. *Eclog*.

Cogite oues pueri, ſi lac præceperit æſtus
Vt nuper fruſtrà preſſabimus vbera palmis.

Quandoque coagulare, denſare, ſiue durum facere. [illegible]. Idem *lib*. 4. *Georg*.

———nam frigore mella
Cogit hyemis, eadémque calor liquefacta remittit.

Cogi, coaleſcere, congelaſcere, Gell. *cap*. 8. *lib*. 17.

Cogit aquas Boreas (i. indurat in glaciem.)

Ouid. *Eleg*. 10. *lib*. 3. *Triſt*. ¶ Quandoque imprimere, ſeu interponere, [illegible]. Idem, Quòd fiſſam quercum cuneis tum fortè coactis Scindebant. ¶ Quandoque in ordinem ponere, [illegible]. vt, Omnes arbores in ſulcum cogendæ ſunt. Item Cogere iudicia. Suet. *in Tib*. *cap*. 58. & Quint. Cum quatuor iudicia, vt moris eſt, cogerentur. Cogere haſtam centumuiralem. Suet. *in Aug*. *cap*. 36. Cogere ex bonis dodrantem. Idem *in Ner*. i. conflare. Cogi in ius ditionémque. Liu. *lib*. 6. *d*. 4. ¶ Cogere aliquem in ordinem, eſt eum cæteris parem facere, neque plus ei deferre quàm cæteris, & quaſi coërcere intra ordinem & ſtatum reliquorum. {GALL. *Mettre au rang des autres*.} Liu. *lib*. 5. *bell*. *Pun*. Nunquid videtis, inquit, vos in ordinem coactos eſſe? Idem *dec*. 5. *lib*. 5. Eo facto, euocatam à ſe concionem queſtus Tribunus, & in ordinem ſe coactum, ex Capitolio vbi erat concilium, abiit.

Coactum, coactè, breuiter. Sidon.

Coactio, nis, Congregatio, conuocatio. {צבור *tſibbur* אסף *áſeph*. [illegible]. GALL. *Amas, cueillette*. ITAL. *Accummulatione*. GERM. Verſamlung, zuſammen treibung, zwang. HISP. *Ayuntamiento*. ANGL. *Gathering and heaping together*.} vt, Coactio argentaria, munus ipſum cogendi pecuniæ. Suet. *in Veſp*. Vbi deinde venia, & miſſione impetrata, coactiones argentarias factitauit. Cic. *de Arui*. Verum tamen nocturnis vigiliis & coactione hominum inſtitutum illud, conceptum & conflatum eſt.

Coactor, is, {אסף *aſeph*. [illegible]. GALL. *Amaſſeur, collecteur*. ITAL. *Chi è metrigne, o raguna, come dinari*. GERM. Ein zuſammen treiber ein verſamler. HISP. *Coaltreñidor, o cogedor como de* [illegible]. ANGL. *A gatherer together of mony*.} Qui pecunias [illegible] colligit, qui nomine dicebantur qui nunc *Receptores* [illegible] *pro Cluen*. Ne multa, perquiritur à coactoribus [illegible]

Stirnouem

Stratonem peruenisse. Coactor non fugat è foro fœneratorum. Senec. *epist.* 82.

Coactus, us, Impulsus. {ἀνάγκη, ὁρμή. ANGL. *Constrayning.*} Cic. *lib.* 4. *Verr.* Eum quoque ostendam, si quando iudex sit datus, coactu istius, quod non senserit, iudicasse. Idem *ad Brutum*, Coactu tuo scribam quod sentio.

Coagmenta, coniunctiones arctæ.

Cŏhærĕo, es, Adhæreo. {דבק dabak. συνέχομαι. GALL. *Tenir auec, ou cenire quelque chose, herdre à icelle, s'entretenir.* ITAL. *Accostarsi.* GERM. An etwas hangen. HISP. *Allegarse alguno con otro.* ANGL. *To sticke to, or to be fasten togither.*} Cic. *lib.* 1. *Acad.* Neque enim materiam ipsam cohærere potuisse, si nulla vi contineretur, neque vim sine aliqua materia. ¶ Cohærere dicitur res aliqua, quando negotio conuenit & concordat. Terent. *in And.* Hem, Paululum obsoni, ipsus tristis, de improuiso nuptiæ: Non cohærent.

Cŏhærĕsco, is, idem. {ANGL. *To sticke or cleaue to.*} Cicer. *de natur. deor.* Interiecto inani, cohærescunt tamen inter se, & aliæ alias apprehendentes continuantur.

Cohærentia, æ, Compositio, connexio. {דבק débek מחברת machbérèth. συνάφεια, σύστασις. GALL. *Liaison & coniunction, entretenement.* ITAL. *Valsine, congiongimento.* GERM. Vereinbarung/ zusammen fügung. HISP. *Allegamiento.* ANGL. *Sticking or cleauing together.*} Cicer. *de nat. deor.* Iam verò circuitus Solis & Lunæ, reliquorúmque syderum quamquam etiam ad mundi cohærentiam pertinent, tamen & spectaculum hominibus præbent. & Gell. *cap.* 3. *lib.* 15. *& cap.* 13. *lib.* 6.

Cohæsa, à Cohæreor. Gell. *cap.* 16. *lib.* 15.

Cohæratius, ij, qui cohæret, & alicui ad aliquod munus adiunctus est. {GALL. dici potest *Adioinct.*} Cic. 3. *de Legibus*, At si quid erit quod extra magistratus cohæratio visus sit, qui cohæret, populus creato, eique ius cohærendi dato.

Cŏhæres, huius cohæredis, qui semel hæres institutus est. {συγκληρονόμος. GALL. *Coheritier, heritier en partie.* ITAL. *Herede insieme.* GERM. Ein miterb. HISP. *El que es heredero con otro.* ANGL. *Tent a heir of one parte.*} Plin. *Epist.* 116. Libertos eius, eosdémque cohæredes suos falsò, vt veneficij reos, detulerat ad principem. Idem *in Paneg.* Quid si cohæredem non à filio accipiat? Cic. *lib.* 3. *ad Attic.* Dolabellam video Liuiæ testamento cum cohæredibus esse in triente.

Cŏhĭbĕo, es, ex Con, & habeo, quasi mecum habeo, Retineo, inhibeo, refræno. {כלא calá חסם chasám עצר manáh. ἴσχω, συνέχω. GALL. *Contenir, arrester, restraindre, reprimer.* ITAL. *Contenere, ritenere, reprimere, refrenare.* GERM. Zusammen halten/ verheben. HISP. *Refrenar, ò reprimir.* ANGL. *To restraine, to hold in.*} Plin. Et impetum furentis blanda oratione cohibuit. Plaut. *in Mil.* Cohibete intra limen etiam vos parumper, hoc est, continete. ¶ Cohibere animum, manus, oculos ab alieno. Non concupiscere, non furari aliena. Plaut. & Cic. Cohibeamus manus dum olla feruit. Gell. *cap.* 8. *lib.* 17.

Frigida me cohibent Euxini littora Ponti,

Ouid. *Eleg.* 4. *lib.* 4. *Trist.* Subtile & cohibitum genus dicendi. Gell. *cap.* 14. *lib.* 7. Cohibessit am, pro cohibuerit eam. Lucr.

[Cohibentia, permissio, conclusio. Gloss. Isid.]

Cohibilis oratio. Gell. *cap.* 19. *lib.* 16. Cohibilius, magis cohærenter. Apul.

Cŏhĭbĭtĭo, verbale, interdictum. {מעצור maħatsór. κώλυσις, ἀνακοπή. GALL. *Contrainte, prohibition, defense.* ITAL. *Restringimento.* GERM. Die zusammen haltung oder zwingung. HISP. *Refrenamiento.* ANGL. *Forbidding, holding in.*} Cic. *lib.* 5. *in Verrem*, Cohibitio tollendi, nisi pectus esset, vim adhibeat passioni, non voluntatem.

Cohibitus, adiectiuum, συνεσταλμένος, repressus, vt apud Gell. *lib.* 7. *cap.* 14. Subtile in Menelao dicendi genus & cohibitum.

Cohicinatio, hiscina lasciua. Apul.

Cŏhŏnĕsto, as, are, Honesto, decoro. {כבד chibbedh. ἐπικοσμῶ, τιμῶ. GALL. *Faire honneur, honorer, mettre en honneur.* ITAL. *Far honore, honorare.* GERM. Ehren/ Ehe beweisen. HISP. *Hazer honra ò honrar.* ANGL. *To make honest or honorable.*} Cic. *antequam iret in exil.* Tantùm à vobis illud Equites Romani & peto & rogo, vt quem sæpenumero vestra laude cohonestastis, eundem in dubiis vitæ periculis vestra virtute conseruetis.

Cŏhorrĕo, es, vel Cohorresco, scis. Magno horrore afficior. {סמר samar. φρίττω. GALL. *Auoir grand' peur & frayeur, trembler de peur.* ITAL. *Spauentar tutto, tremar di paura.* GERM. Ein grausen ankommen vor forcht/ ein abschewen mit schauderen tragen. HISP. *Espeluzarse, ò temblar de miedo.* ANGL. *To tremble through feare.*} Suet. *Tib. cap.* 21. Cohorrescit corpus meum. Cic. *in somn. Scip.* Quem vt agnoui, equidem cohorrui. Idem 3. *de Orat.* Namque tum latus ei dicenti condoluisse, sudorémque multum consecutum esse audiebamus: ex quo quum cohorruisset cum febri domum rediit, diéque septimo est lateris dolore consumptus.

Cŏhors, militum manus, A cohortando dicta est: quòd Tribunus eam vt sequatur hortari soleat: seu quòd ipsa se mutuò frequenter ad pugnam hortetur. {גדוד ghedhúdh. σπεῖρα, τάγμα. GALL. *Bande de gens de guerre ou autres gens.* ITAL. *Compagnia di fanti à piedi.* GERM. Ein schar oder rott der fußknecht besonder. HISP. *La batalla ò esquadra de hombres de pie.* ANGL. *A bande of men of warre or other folkes.*} Cæs. 5. *bell. Gall.* Illi eiusdem quatuor Cohortibus, quæ præsidio castris relictæ, integræ ab labore erant cohortes auxiliares. Idem *lib.* 1. Cohors amicorum. Suet. *in Galb. cap.* 7. Vide supra in *Centuria*. Cohortes erant quingentorum. Est autem proprie Cohors peditum, sicut Turma equitum. Cicer. *pro Marcel.* Huius gloriæ, Cæsar, quam es paulò antè adeptus, socium habes neminem: nihil tibi cohors, nihil turma decerpit. hoc est, neque pedites tibi quippiam decerpunt, neque equites. ¶ Cohors etiam pro congregatione quorumcunque hominum ponitur. Suet. *in Galba*, Per hæc gratissimus Claudio receptusque in cohortem amicorum magnæ dignationis est habitus. Horat. 1. *Epist.* Quid studiosa cohors operum struit? ¶ Item pro comitatu & satellitio magistratus, qui ibat in prouinciam. ¶ Vnde cohors Prætoria, quæ consuli, aut Prætori in Prouincia propè semper erat, ipsiusque lateris eius custodiebat. Cicer. *in Verr.* Qui comites, & qui comitatus fuerit, meministis. Erant autem duæ Prætoriæ cohortes: vna euocatorum, altera voluntariorum, qui Proconsules in expeditionem comitabantur, vt visu rerum petitiones domum redirent. Est & Cohors, locus cinctus parietibus, quo gallinas, anates, & id genus reliqua habere in illa solemus. χορτός. Ouid. 4. *Fast.*

Abstulerat multas illa (vulpes) *cohortis aues.*

Vnde etiam militares cohortes dictæ videntur. Varr. 4. *de ling. Lat.* Cohors, quòd vt in villa ex pluribus tectis coniungitur, quiddam fit vnum, sic ex manipulis pluribus copulatur cohors. In villa verò Cohors dicitur, quòd circa eum locum pecus coerceretur. ¶ Hinc cohortales gallinæ, ὄρνιθες οἰκίδιαι, vocantur apud rei rusticæ scriptores, quæ in cohorte domi aluntur. Possunt etiam dici Cohortes ab hortis: nam quum veteres Hortos, vicos dicerent, quod qui arma ferre possent, ibi nascerentur, inde cohortem dixerunt, manum hominum ex eodem vicino ad pugnam exeuntium: quod illi essent ex eodem horto, id est, vico geniti. Nam & Galli (vt est apud Cæsarem) hoc modo pugnabant: quisque enim pagus per se pugnam capiebat. Dicitur & Cors pro autum septo. Varro, In vrbana quoque domo, cortem facere poterimus, in qua pascere ciconias, grues, pauones, gallinas, anseres, & sim ista dabitur ad vsus quotidianos. Matt. Rauex cortis aues. ¶ Cortalis, e, vt, Gallina cortalis, in corte nutrita. Colum. *in præfatione totius operis.* Et vt à pecoribus recedam, quorum in parte autum cortalium & apium cura posita est.

Cŏhortŏr, aris, ari, Hortor, adhortor. {הזהיר hezhir. παρορμῶ, παραινῶ. GALL. *Enhorter, admonester, remonstrer.* ITAL. *Essortare.* GERM. Ermanen/ ein ander zusprechen. HISP. *Induzir ò atrare por razones.* ANGL. *To exhort, to encourage.*} Cic. *ad Terent. lib.* 14. Eum vt potuì, per literas cohortatus sum. Item, Cohortatus passiue. Gell. *cap.* 13. *lib.* 15. vbi ita Cato: Exercitum suum prandium, paratum, cohortatum eduxit foras. Cohortarent, pro cohortarentur. Nonius.

Cohortatio, onis, verbale, Hortatio. {παραίνεσις, παράκλησις. GALL. *Exhortation, exhortement.* ITAL. *Essortatione.* GERM. Vermanung. HISP. *Induzimiento con razones.* ANGL. *Exhorting.*} Cic. *ad Brut.* Erectior Senatus erat, non sententiis solùm nostris, sed etiam cohortationibus excitatus.

Cŏhum, forum est, quo temo buris cum iugo colligatur, à cauo dictum, inquit Varro, siue (vt Festus mauult) à cohibendo. ¶ Cohum etiam poetæ cælum dixerunt, teste eodem Festo, à chao, ex quo putabant cælum esse formatum.

Cŏinquĭno, as, Inquino. {טנף tinnéph טמא timmé. μιαίνω, συμμολύνω, ῥυπαίνω. GALL. *Souiller auec soy, diffamer, gaster ensemble.* ITAL. *Imbrattare.* GERM. Verunsauberen/ versudlen/ beflecken. HISP. *Ensuziar.* ANGL. *To defile, to pollute, to staine.*} Col. *lib.* 8. Totam progeniem coinquinat: siquidem celeriter tum alia pecora, tum præcipuè oues contagione vexantur. Hor.

———merdisque coinquinet albis.

Cic. *de nat. deor.* Periculum matres coinquinari regias.

[Coinquio, vel Coinqueo, apud Fest. conquirere, deputare.]

Cois, vide *Coa* vestis.

Coix, cis, κόιξ, genus stirpis, cuius folia ad texendum sunt vtilia, similia iunceis, atque palmeis. {ANGL. *An esse tree.*} Autor Strab. ¶ Est item Coix, vas farinarium, ex arborum corticibus contextum, quod Dores κοῖα appellant.

Colaicum, promontorium est Taprobanæ insulæ. Autor Plin. *lib.* 6. *cap.* 22.

Colaphus, nomen Lorarij, Plaut. *Capt. sc.* 4. *a.* 3.

Cŏlăphŭs, & Colaphum, Alapa. {מכת לחי maccháth lechí. κόλαφος. GALL. *Vn soufflet ou coup de la main ou du poing sur la ioue.* ITAL. *Guanciata, mostaccione, punzone.* GERM. Ein maulschell. HISP. *Bofetada.* ANGL. *A buffet or blowe.*} [Sedul.

Vel colaphis pulsare caput, vel cædere palmis.]

Ter. *in Adelph.* Colaphis tuber est totum caput. Sic Colaphos infringere alicui, κολαφίζειν, pro illidere, infligere, apud eundem: & Colaphos incutere, apud Iuuenalem, κονδύλους ἐντρίψαι. Colaphos perpeti potest parasitus. Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 1. Colaphum tibi ducam, & formulam tibi scribam quod caput durum habeas. Quintil.

Colăphizo, as, Pugno, verbero, colaphum impingo. {הכה עללחי hiccháh nallechi. κολαφίζω. GALL. *Souffleter, donner soufflet.* ITAL. *Dar de pugni, dar punzoni.* GERM. Maultaschen geben/ mit feusten schlagen. HISP. *Dar bofetadas.* ANGL. *To beate or buffet.*} Græcum verbum est, quod apud Latinos extra sacras literas haud temerè reperias.

Colapis, siue Calapis, Pannoniæ fluuius est, in Sauum influens, iuxta Sisciam, geminam alueo insulam efficiens, quæ Segestica appellatur, de hoc Plin. *lib.* 3. *cap.* 25.

Colapiani, Pannoniæ populi, iuxta quos Colapis fluuius in Sauum influens: vnde & nomen acceperunt. Meminit horum & *ibid.* Plin.

Colĕris, is, κολοιός. Aristoteli *hist. lib.* 1. *cap.* 9. Auis est quam vlula cæteræque aduncis vnguibus rapiunt: vnde ei bellum oritur.

Colasis, κόλασις, genus pœnæ est, quod adhibetur castigandi, vel emendandi gratia. Eustath. *in* 3. *Ethicorum* interpretatur refrænationem affectuum.

[Colatorium, colum vnde aliquid colatur stillatim. Tertull.]

Colax, κόλαξ. {ANGL. *A flatterer.*} Latinè assentator dicitur: à κολακεύειν, adulor.

Cŏlăxes, apud Flac. *lib.* 6. *Argon.* nomen est cuiusdam Pisaltæ, Iouis ex Ora nymphæ filij, qui ab Iasone fuit interfectus.

Colchicum, Bulbus est agrestis, exitu autumni croceum edens florem, & posterius folia pinguiora quàm bulbi, caule, semipedem alto semine rufo. Quidam ephemeron lethale appellant. Gustatum enim fungorum more iugulat. Maxima eius copia in Colchide nascitur: vnde & nomen accepit: Officinæ Hermodactylon appellant. Vide Dioscor. *lib.* 4. *cap.* 72.

Colchis, dis, Κολχίς. Regio Asiæ iuxta Pontum, regnum Æetæ regis, & Medeæ patria, Coracæ monte (qui est Tauri pars) à Septentrione, ab ortu Iberia, à Meridie Armenia, ab Occidente Euxino ponto clausa. Huc ferunt Iasonem cum Argonautis nauigasse, Medeæque artibus adiutum, aureum vellus retulisse. ¶ Huius regionis incolæ dicuntur Colchi, Κόλχοι. Hæc, vt Ptolemæus ait, monte Coraca à Septentrione clausa est, qui est Caucasi pars, & Nomades excludit: ab Oriente Iberia

Iberia, à Meridie, Phaside, & Armeniæ montibus : ab Occidente Euxino ponto.

Colchi, Asiæ populi, veneficij maximi autores, & Iasonis memoria fabularumque fabulosis nobiles : habent ab Ortu Iberiam & Albiam vsque in Caspium, autor Ptolem. Ammian. *lib.* 22. Colchos antiquam, Ægyptiorumque sobolem esse refert. Nam linificium adeò apud eos vulgatum est, vt in peregrina quoque loca exportetur, vnde quidam cognationem Colchorum cum Ægyptiis ostendere volentes, fidem ex his capiunt, inquit Strab.

Colchis, dos, regio est Asiæ iuxta Pontum, in qua iuga Caucasi ad Riphæos montes torquentur, altero latere in Euxinum Mæotim deuexa, altero in Caspium, seu in Hyrcanum mare. In eo est Phasis amnis. Regnum fuit Æetæ patris Medeæ, vnde sæpissimè Colchis pro Medea sumitur. Martialis,

Ignivomos posset sine Colchide vincere tauros.

Colchicus, a, um, possessiuum, κολχικός. Horat. 2. *Carm.*

Ille & venena Colchica,

Et quicquid vsquam concipitur nefas Tractauit.

Colchiacus, a, um, Propert.

Colchis Colchiacis vrat ahena focis.

Vbi ipsam Medeam gentilitio nomine Colchidem appellat.

Coles, vel Colis, dicitur hasta, siue virga membri virilis, vnde dependent colei : καυλός, ὁ. Eius suprema pars Glans dicitur, Græcè βάλανος : pellicula verò quæ glandem tegit, Præputium vocatur. Cels. *lib.* 6. *cap.* 18. de colis, morbi curationibus: Igitur si ex inflammatione coles intumuit, reducitque summa cutis, aut rursus adduci non potest, multa calida aqua fouendus locus est. Vbi verò glans contecta est, &c. Paulò post. Sursumque coles ad ventrem deligandus est. *Ibidem.* Interdum autem per ipsa vlcera, coles sub cute exesus sicut glans excidat.

Coleatus, a, um, Adiect. vt apud Nonium à Pomponio dicitur, Conspicio coleatam cuspidem, quo significatur pars illa qua viri sunt, id est, penis.

Coli, κῶλοι, populi iuxta Caucasum. Inferiores autem Caucasi partes Colici montes, κωλικὰ ὄρη vocantur, regio Colica. Steph.

Κῶλαι φρέαρ, populi quidam Bœotiæ. Steph. ἀπονηρὸν ἀλλ.

Colias, κωλιὰς, promontorium, vel litus Atticæ in vico Phalereo, vbi & Venus Colias. Est autem lacus ibi similis cruri, κώλῳ humano : gentile Colieus, & Colias fœminini generis, & Collus, a, um, Steph. ¶ Est item Colias genus lacerti piscis apud Plin. *lib.* 32. *cap. vlt.* Colias Parianus, siue Saxitanus è patria Betica, Lacertorum minima : sic enim legendum est. Scombro omnium similis est differens lineis obliquis punctisque nigris. Vide Arist. *hist. lib.* 9. *cap.* 2.

Colis, is, vnico l, est tener in vite, vel in herba ramusculus, quem in vite etiam Pampinum vocant. { זמורה *zemoráh.* καυλὸς, κλῆμα. GALL. *Vn reietton de farment de vigne. vne tige.* ITAL. *Germoglio di vite, ò altra herba.* GERM. Ein zart iung rebschoß/oder ein kleins stängelin an einem kraut. HISP. *La cola verça.* ANGL. *A litle tender beug or brenche in wine or hearbes.* } Varro *de re rust. lib.* 1. *cap.* 31. Pampinare, est ex sarmento coles, qui nati de iis, qui plurimum valent, primum ac secundum, nonnunquam etiam tertium relinquere, reliquos decerpere, ne relictis colibus sarmentum nequeat ministrare succum.

Coliculus, diminutiuum καυλίον. Col. *lib.* 11. *cap.* 2. Sed & faba eandem culturam exigit, si iam coliculus eius in quatuor digitos altitudinis excreuerit. Varro *lib.* 1. *cap.* 31. Ex altera parte capra, quòd parit capreolum, is est coliculus viteus intortus, vt cincinnus.

Coleus, testis, siue testiculus per diminutiuum. { אשך *eschéch.* ὄρχις. GALL. *Couillon.* ITAL. *Testimonio, cioè testicolo.* GERM. Hoden. HISP. *La turma ò cojon del animal.* ANGL. *The stones of man or beast.* } Cic. *Fam. lib.* 9. Testes, verbum honestissimum in iudicio, alio loco non nimis, at honesti colei Lanuuini, Cliternini non honesti. Dicitur etiam Culeus apud Poetas quinta vocali pro quarta supposita, ratione carminis. Martial.

Quum depilatos Creste culeos portas.

¶Colicus dolor, κωλικὴ ὀδύνη, in intestino colo.¶

Colidos, Insula in Oceano Indico, Veneri sacra, quæ tantæ altitudinis esse perhibetur, vt illuc aues non aduolent.

¶Colifarius, bos operarius. Gloss. Isid.

Columbus, locus vbi mundentur vestimenta. Isid. Gloss.¶

Colina, per simplex l, { μαγειρεῖον. GALL. *Cuisine.* ITAL. *Cuccina.* GERM. Ein kuche. HISP. *Cozina.* ANGL. *A kitching.* } A colo, is, quam postea Colinam, deinde à coquendo Coquinam vocauere : quòd ibi colebant ignem locupletiorem.

Colyphium, κωλύφιον, panis genus, quo athletæ vtebantur : ita dictum ἀπὸ τῶ κώλω, καὶ ἶφι, hoc est, à robore membrorum, vel ἀπὸ τῶ κῶλα. Est enim Colix subcinericius panis, Plaut. Colyphia mihi ne incocta detis. Iuu. *sat.* 2. Luctantur paucæ comedunt colyphia paucæ. Martial. *lib.* 2.

Quum colyphia sexdecim comedit.

¶Colitor, dominus fundi. Gloss. Isid.¶

Colla, { κόλλα. GALL. *Colle.* ITAL. *Colla.* GERM. Leym. HISP. *La colla ò engrudo.* ANGL. *Glue or soulder.* } à Græcis dicitur quod nos glutinum dicimus, quo ligna ferruminantur. Vtimur autem tantùm eius compositis : vt Sarcocolla, Ichthyocolla, Crysocolla.

Collabi, { κόλλαβοι. GERM. Die nägel auff der harpffen oder lauten. ITAL. *Piluoli della cetera, ò d'altri instromenti.* } Græco vocabulo appellantur fidium epitonia, hoc est, clauiculi in cithara, aut testudine, quibus intenduntur & remittuntur fides. Cœlius *lib.* 9. *cap.* 16.

Collabor, eris, Labor, concido. { נפל *malbádh* נפל *naphál.* συμπίπτω, συμπεσεῖν, καταλαμβάνω. GALL. *Estre en danger de cheoir, tomber ensemble.* ITAL. *Cadere.* GERM. Mit einem andern dinq fallen/zuhauffen fallen. HISP. *Caer con otro.* ANGL. *To slipe, to slide together.* } Plaut. *Truc.* Clanculum collapsus est hic in corruptelam suam. Ouid. 6. *Met.*

———*Has frustrà fugiens collabitur.*

Senec. *cap.* 5. *de consol. ad Polyb.* Collabi de animo fracto, Suet. *in Nerone cap.* 42.

Collapsus, dicitur is, cui præ dolore concidit animus. { שפוט *barúph.* συμπεσών, συγκαταπεσών. GALL. *Cheut auec vn autre ou de tout costez,* abatu & ruiné. ITAL. *Caduto, guasto, rotto.* GERM. Der gefallen ist/dem Geschwunden oder Onmechtig worden ist. HISP. *Caido juntamente con otro.* ANGL. *That hath slipethe fallen.* } Virg. 8. *Æneid.*

———*vt genitor digressu dicta supremo*

Fundebat : famuli collapsum in tecta ferebant.

Cineres collapsi dicuntur, quum est omnino extinctus ignis. Idem 6. *Æneid.*

Postquam collapsi cineres, & flamma quieuit.

Collabasco, is, ere, Ruinam minitor. { συμπίπτω. GALL. *Estre prest en commencer de cheoir auec vn autre.* ITAL. *Crollarsi, esser disposto à cadere.* GERM. Wöllen fallen/anfahen fallen. HISP. *Caer o ser dispuesto a caer con otro.* ANGL. *To slipper to beginne to fall.* } Plaut. *Sticho.*—si labant Res latiæ, itidem amici collabascunt.

Collabefio, fis, collabefieri. { נתץ *nithátz.* συγκλάομαι, συντρίβομαι. GALL. *Estre gasté, rompu & destruit.* ITAL. *Esser rotto, guasto & corrotto.* GERM. Zerbrochen/oder zerstört werden. HISP. *Ser gastado y perdido.* ANGL. *To be ruinous or broken.* } Cæsar 2. *bell. ciuil.* Illæ adeò grauiter incitatæ conflixerunt vt vehementissimè vtræque ex concursu laborarent : altera verò perfracto rostro tota collabefieret.

Collabefacto, as, are, Labefacto. { נתץ *nathátz.* λυμαίνω. GALL. *Faire cheoir ou esbransler, rompre & gaster.* ITAL. *Guastare, indebolire, corrompere.* GERM. Erschütten/verderben/zuboden richten. HISP. *Gastar, corromper.* ANGL. *To cause, to fall, to destroye.* } Ouid. 1. *Fast.*

Et fallem metu collabefactat opus.

Vnde, Collabefactari testula, ἐξοστρακίζεσθαι, significat eiici ex vrbe per signa testarum, quod exilij genus Ostracismum vocabant.

Collabello, Labra adiungo. Laberius *ad Nonium*, Perge iam, collabella osculum, hoc est, iunctis labris osculare.

Collachrymo, & Collachrymor, dicitur. { בכה *bachâh.* συνδακρύω, συνδακρύειν. GALL. *Pleurer incontinent.* ITAL. *Lagrimare, piangere.* GERM. Beweinen/mitweinen. HISP. *Llorar.* ANGL. *To weepe together with others.* } Cic. *in som. Scip.* Ad quem vt veni, complexus me senex collacrymauit. Idem *pro Sestio*, Et quoniam me huc prouexit oratio, histrio casum meum toties collachrymauit. Terent. *in Andr.* Tristis interim nonnunquam collachrymabat. Plerisque videtur scribi sine aspiratione.

Collachrymatio, { בכי *bechi.* συνδάκρυσις. GALL. *Pleur, pleurement.* ITAL. *Pianto insieme.* GERM. Beweynung/mitweynung. HISP. *Lloro.* ANGL. *Weeping together.* } Cic. 2. *de Orat.* Signa doloris tui verbis, sententiis, voce, vultu, collachrymatione denique ostendens.

Collactaneus, qui eiusdem mammis est nutritus : Collactens, qui eodem lacte. { συντρόφος, ὁμογάλακτος. GALL. *Nourri d'vn mesme lait, frere de lait.* ITAL. *Fratello di latte.* GERM. Mitsäugling/der von einer milch ist erzogen worden. HISP. *Collaço, hermano de leche.* ANGL. *Noursed with the same milke, a foster brother.* } Iuuen. *satyr.* 6.

———*Quid dicat nota, collactea Maura.*

Martial.

Sed quòd fortris eius amica & indiscreto fœdere collactea videretur.

Collare, huius colaris, vinculi genus, quo canum colla astringuntur, quod Mellum vocauit antiquitas. { περιτραχήλιον, περιδέραιον. GALL. *Collier.* ITAL. *Collare.* GERM. Ein halßband. HISP. *Collar.* ANGL. *A collar for houndes and other beastes.* } Fit ex corio firmo cum clauis capitatis. Varr. 2. *de re rustic.* Ne vulnerentur à bestiis, imponuntur his collaria.

Collaria, { κλοιός. ANGL. *Yrons where with malfactours are bounde.* } Fœminini generis, pro ferro rotundo, quo constringuntur colla malefactorum. Plaut. *in Capt.* Hoc quidem haud molestu'st iam, quòd collus collaria caret.

Collatia, ciuitas fuit in prima regione Italiæ, quam Tarquinius constituisse dicitur, qui (vt erat superbus) eam ex collata pecunia constituit, vnde & Collatia dicta est. Potest tamen fieri vt ab Alpinis fundata sit, & aucta à Tarquinio. Autor Seruius, enarrans illud Virg. 6. *Æneid.*

Hi tibi Nomentum & Gabios vrbémque Fidenam,

Hi Collatinas imponent montibus arces.

Collatinus, Tarquinij cognomen fuit, Lucretiæ mariti, qui primus post exactos reges, cum Iunio Bruto factus est Consul. Postea non aliam ob causam, quàm quòd Tarquinius appellaretur, populo suspectus, magistratu se abdicare coactus est, & in exilium proficisci. Liu. 2. *ab Vrbe.*

Collatina porta Romæ, à Collatia oppido prope Romam, ad quod per eam portam fiebat iter. Festus.

Collatina dea, quæ collibus præsidebat.

Collatio, Collatus, vide *Confero.*

¶Collatitium, sacrificium, quod ex collatione offertur. Fest. facta à viatoribus cadaueribus repertis in viâ. Cerda.¶

Collatiuum ventrem, magnum & turgidum dicit Plaut. *in Curcul.* quia in eum omnia edulia congeruntur. Festus.

Collato, as, are, idem quod ampliare. Cicer. *in Orat.* Quòd si & angusta quædam atque concisa, & alia est collatata & diffusa oratio, necesse est id non literarum accidere natura, sed interuallorum longorum & breuium varietate.

Collaudo, as, Laudo, approbo, { ברך *berech* הודה *hodhah* הלל *hillél.* ἐπαινέω. GALL. *Louër en compagnie, louër ensemble.* ITAL. *Lodare.* GERM. loben/mitloben. HISP. *Juntamente alabar.* ANGL. *To praise and commend together.* } Cic. *Lentulo*, Illud tibi affirmo, vt quum redieris, ab omnibus collaudere. Vt collegam collaudaui, Ironia. Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 3. *Ibid.* Virtutes collaudare. & *Capt. sc.* 3. *a.* 2. Quantis laudibus herum suum collaudauit.

Collaudatio, nis, verbale, Approbatio. { תהלה *tehilláh.* ἐγκώμιον. GALL. *Louänge, collaudation.* ITAL. *Lode, commendatione.* GERM. Das loben. HISP. *Alabança.* } Cic. 2. *de Inuention.* Primum scriptoris collaudatione, & loco communi, &c. Liu. 1. *bell. Pun.* Cuius collaudationem quam Tribuni plebis impedire conatentur.

Collega, arum, dicuntur duo vel plures in dignitate & honore socij. { אשפים *asuphim.* συνάρχοντες. GALL. *Compagnons en magistrat en office.* ITAL. *Cōpagni in officio.* GERM. Mitgesellen in einem ampt/Amptsgnossen.

Hisp. *Compañeros en officio ò en collegio.* Angl. *Companions in office, colleges.*} ita dicti, teste Varrone, quòd simul lecti sint. Vnde Consules & Prætores collegæ erant, teste Gellio *lib. 13. cap. 14.* quòd scilicet iisdem comitiis creabantur. Liuius legen. *initio lib. 7. ab vrb.* Plaut. *Asin. sc. 2. a. 3.* Id virtute eius collegæ, meâque comitate factum est. Cic. 4. *Verr.* Qui se non Timarchidis, sed ipsius Verris collegam & socium esse dicebat. Collega Cassij Brutus. Velleius: quia scilicet vterque fuit Imperator coniunctis viribus. Vide paulò antè in *Collaudo.*

[Collegarius, vnus ex ex collegis. Gloss. Isid.]

Collegiati artifices, vt Alciatus *cap. fin. lib. 1. Parerg.* scribit, dicuntur, quòd in Collegia, seu Decanias distincti essent. Hi vt alicui muneri diligentiùs deseruirent, varia priuilegia consequebantur: erántque ex ipsius vrbis fæce, vt idem testatur, interque eos maximè illi numeros, quos in Nouellis Iustin. Lecticarios, seu Decanos appellat: ad hos cura Libitinæ pertinebat, id est, sepulturámque defunctorum procurandi, pheretra lecticásque ferendi. Varius autem eorum fuit numerus, donec Iustin. mille centum ergasteria solùm illis attribuit, quæ ad maiorem Ecclesiam pertinerent, immunitatéque fruerentur. *l. 4. l. qui sub prætextu. C. de sacrosanct. Eccles.* Cæteros verò Munifices esse iussit, neque hoc nomine excusari. Vide quæ idem annotauit *cap. 13. lib. 1. Parerg. eiusdem operis.* Erant opificum collegia ex quatuor hominum generibus, è seruis, ex inopi veterum ciuium Romanorum plebe, ex nouis ciuibus, ex iis, qui quum proximè in vrbem venissent, censi nondum erant.

[Collegiarij, ministri collegij. Tertull.]

Collegium, propriè Collegarum societas; concilium. {חבורה *chenaváh* קהל *ca*... בית אספים *bet asuphim.* συνέδριον, σύνοδος. Gall. *College compagnie, assemblée, congregation.* Ital. & Hisp. *Collegio.* Germ. Versamlung. Angl. *The assemblee of the colleges, an assemble.*} Tres numero collegium facere existimauit Horatius Priscus, quod magis sequendum affirmat Marcellus, quàm quod plerique scripserunt, maiorem ad id numerum necessarium esse. Plaut. *in Men. sc. 2. a. 1.* Captum sit Collegium augurum. Cic. 6. *Verr.* Tum ex amplissimo collegio decemuirali, &c. ¶ Collegium item congregationem, & societatem quorumcunque hominum significat. Plin. *in Epist.* Tu domine despice, an instituendum putes collegium fabrorum duntaxat hominum cl. ego attendam, ne quis nisi faber recipiatur. Tot Tyranni Athenis, & carnificum triste collegium. Senec. *cap. 3. de Tranquill.* In Collegio consulatus (i. cum fuere collegæ in consulatu) Velleius. Collegia cuncta Cæsar detraxit. Suet. *in Cæs. cap. 42. & in August. cap. 32.* Collegium autem pro magistratu dixit Liuius *lib. 6. ab vrb.* Quónam modo se obliuisci Decij Cos. per tot collegia experti posse: Quia videlicet Consulatum & Censuram cum eo gesserat. Suet. *in August. cap. 100.* Collegiorum summorum Sacerdotum.

Colleuo, as, Leuius reddo, mitigo. {הקל *hekél.* συνελαφρίζω. Gall. *Soulager, alleger.* Ital. *Mitigare, far lieue.* Germ. Erleichtern. Hisp. *Amansar, o ablandar.* Angl. *To mitigat and mak lighter.*} Plin. *lib. 23. cap. 1.* Prodest renibus, iecinori, & interaneis vesicæ: colleuat enim ea. de musto loquitur.

[Colliani, publicani. Gloss. Isid. {Germ. Zölner / à τελώνης; vel à Zehlen / numerare, ...}]

Colliberti, dicuntur, qui ab eodem domino, cuius serui fuerunt, libertate donati sunt. {συναπελεύθεροι. Gall. *Compagnons en seruitude & liberté.* Ital. *Serui di vno istesso patrone, & poi francati.* Germ. Die mit einander von einem Herrn dienstbarkeit ledig worden sein. Hisp. *Los que de sieruos fueron juntamente libres.* Angl. *Compaignons in seruice made free.*} Plaut. *in Pœn.* Quin hercle collibertus meus faxo eris. Paul. *in l. duo. §. duo. ff. pro socio.* Duo colliberti societatem coierunt, &c.

Collibet, vel Collubet, in tertiis tantùm personis, Libet, placet. {ישר *jasár.* συνδοκεῖ. Gall. *Il plaist, il vient à gré.* Ital. *Piace à grato.* Germ. Gefallen / geliebten. Hisp. *Antojarse ò plazer algo.* Angl. *It pleaseth, it liketh.*} Salustius *in Cic.* An non ità à pueritia vixisti, vt nihil flagitiosum corpori tuo putares, quod alteri collibuisset? Horat. 1. *Serm.*

——— si collibuisset ab ouo
Vsque ad mala citaret, Io Bacche.

Plaut. *Amph.* Vtcunque animo collibitum est meo. Idem *ibidem.* Quî illi collibitum fiet meo viro. & *Most. sc. 3. a. 1.* portare tecum collibitum est mihi. Cic. *ad Crassum lib. 15.* Vt simulac mihi collibitum sit de te cogitare, illud occurrat.

Colliciæ, siue colliquiæ, interprete Festo, tegulæ sunt, per quas aqua in vas defluere potest. Solent & in agris humidioribus colliciæ constitui, per quas aqua in fossa eliceretur. {οἱ ὀχετοί, καὶ ὑδρορρόαι. Gall. *Fosses & grans rayons és terres par où s'escoulent les eaux, esgouts, rayes.* Ital. *Solchi per i quali l'acqua si cola da i campi.* Germ. Rond beingel / oder wasserrunsen auff den ackern. Hisp. *Los sulcos maiores en que acuden los menores.* Angl. *Gutters to conueigh water.*} Plin. *lib. 18. cap. 19.* In vsu est & collicias interponere, si ita locus postulat, amplioria sulco, quæ in fossas aquam deducant. Columella Colliquias vocat *lib. 2. cap. 8.* Sed quamuis, inquit, tempestiuè messis confecta erit, cauebitur tamen, vt patentes liras, crebrósque sulcos aquarios, quos nonnulli elices vocant, faciamus, & omnem humorem in colliquias, atque inde extra segetes deriuemus.

Collicior in fullonicam. Gell. *cap. 7. lib. 16.*

Collido, is, Simul percutio, frango, contero. {רטש *rittasch.* רצץ *rats.* συντρίβω, συγκρούω, συνθλάω. Gall. *Frapper l'un contre l'autre, choquer, heurter contre.* Ital. *Percuotere insieme.* Germ. Zusammen schlagen / an einander knitschen / oder stossen. Hisp. *Herir vna cosa con otra.* Angl. *To bite, bruise or knock together.*} Cic. 3. *de natur. Deor.* Humor ita mollis, vt facilè premi collidique possit. Quintil. *lib. 2. cap. 13.* Iam collidere manus, terræ pedem incutere, pectus, femur, frontem cædere, mulrum ad pullatum circulum facit. Col. *lib. 12. cap. 16.* Ne inter se pondere suo pressa collidantur. Lactant. *de ira.* Durissimi rigoris materiæ si ictu vehementiore collidantur, ignis excitatur. Quint. collidi inter se testes.

Collisio, quæ est duorum, aut plurium corporum mutua confricatio. {מרוצץ *meruts.* σύγκρουσις, σύντριψις, σύγκρουσμα. Gall. *Froissure de deux choses l'vne contre l'autre, choc de l'vn à l'autre.* Ital. *Il battere insieme più cose.* Germ. Das an einander stossen zweyer dingen / anstossung. Hisp. *Herida de vna cosa con otra.* Angl. *Thrusting or dasing of hard thinges together.*}

Collisus, us, idem. Plin. *lib. 9. cap. 35.* Ceu sono quoque & collisu ipso margaritarum.

[Collisana, ... Gloss. v. An *cella* fani?]

Colligo, Cogo, constringo, quæ dispersa sunt coniungo. {אסף *asáph* חבר *chibbir* לקט *likket* קבץ *kabats.* συνάγω, συλλέγω, συναθροίζω, συλλαμβάνω. Gall. *Cueillir & mettre ensemble, amasser.* Ital. *Cogliere, ridurre ad vno.* Germ. Zusammen lesen. Hisp. *Coger ò concluir.* Angl. *To gather together.*} Virg. *lib. 5. Æneid.*

Colligere arma iubet, validisque incumbere remis.

Lucilius,

Rus ... me, & colligit omnia furtim.

Virg. *in Rosis,*

Collige virgo rosas.

Collegit, omnia abstulit præsegmina. Plaut. *Aul. sc. 2. a. 2.* ¶ Aliquando ponitur pro reficio, recreo. {החיה *chiyya.* ἀναλαμβάνειν, ἀναζωπυρεῖν.} Cic. *lib. 2. de Orat.* Crassus colligendi sui causa se in Tusculanum contulit. Idem *lib. 4. Tuscul.* Quid est autem seipsum colligere, nisi dissipatas animi partes rursum in suum locum congerere? Quod si alium casum addamus, vt collegit se in arma, idem est quod parauit, muniuitque, ἀνείλετο, Animum colligere. Liuius *lib. 5. d. 4.* Colligit se in iram, id est, excitat. Virg. *lib. 12. Æneid.*

Sustitit Æneas, & se collegit in arma.

¶ Colligere hastam, id est, hastam reducere, quam antè protenderas, vt hostem ferires. Tacitus, Cùm ingens multitudo arctis locis hastas non protenderet, non colligeret. ¶ Aliquando ponitur pro percipio, intelligo. Cic. *ad Attic.* Ex eo colligere potes quanta occupatione distinear. ¶ Aliquando pro parare, vt Colligere beneuolentiam, existimationem apud Ciceronem. ¶ Colligere rationem, puto rationem colligit. Plaut. *Amph. sc. 3. a. 4.* {חשב *chischéb.* λογίζω.} Dicitur rectè computare, ita vt quæ colligenda sunt, colligantur: & quæ deducenda, hoc est, detrahenda, detrahantur.

Longa referre mora est collecta oblinia damni,

Ouid. 5. *Fast.* ¶ Item pro Enumerare. Cicer. *de Orator.* Putarem te (inquit) ambitiosum esse, si (vt dixisti) ij quos iamdiu colligis, viuerent. ¶ Item pro Complecti. Plin. *lib. 36. cap. 2.* Capitis monstri ambitus per frontem centum duos pedes colligit. Idem *lib. 12. cap. 5.* Superiores rami in excelsum emicant, syluosa multitudine vasto maris corpore, vt LX. pedes pleræque orbe colligant.

Collectio, nis, verbale. {אסף *ósef* לקט *léket.* συναγωγή, ἡ συλλογή. Gall. *Collection, amas.* Ital. *Raccolta, ammassamento.* Germ. Das zusammen lesen / samlung zu einander. Hisp. *Ayuntamiento, cosecha.* Angl. *A gathering together.*} Cicer. *pro L. Manil.* Vt eorum collectio dispersa celeritatem prosequendi retardaret. ¶ Collectiones etiam dicuntur tumores præter naturam ex humoribus in partem aliquam corporis defluentibus collecti. Plin. *lib. 20. cap. 8.* In cibo sumptum & illitum, collectiones succúsque decocti ventrem soluit. Idem *lib. 27. cap. 7.* Præcipua siccandi ei spissandique vis, & collectiones omnes, inflammationésque cohibendi. de bryo herba. Collectio & vomica. Senec. *Epist. 69.*

Collecta, æ, dicitur cœna, quæ glossis ἔρανος, aut sodalitium epulæ, & accubatio epularis iuuenum, vt tetradistarum symbolum conferentium. Auson. *in epist. ad Paulum,*

Aut parasitorum collectas Plautinorum.

¶ Est & aliàs Collecta, collatio, quæ à conuiuis in cœnam, aut prandium confertur, siue pecuniaria, siue penuaria. {אספה *asuphâh.* συμβολή, ἔρανος. Gall. *Cueillette, cotte quand chacun contribue & baille sa part.* Ital. *Ragunanza, raccolta.* Germ. Ein samlung, ein irten. Hisp. *La cosecha.* Angl. *A shotte or reckening, a gathering.*} & vulgò Scotum, Gallicè *l'escot.* Cicer. 2. *de Orat.* Quoniam collectam à conuiua, Crasse, exigis.

Collectaneus, a, um, quod mixtum est, & ex diuerso vsu conflatum: vt, Æs collectaneum. {συλλεγόμενος. Gall. *Ramassé & recueilli.* Ital. *Cosa adunata.* Germ. Das hin vnd her zusammen gelesen ist. Hisp. *Cosa cogedeza.* Angl. *That is gathered and mingled of many.*} Plin. *lib. 34. cap. 9.* Massa proflatur in primis, mox in proflatum additur tertia pars æris collectanei. ¶ Vnde collectanea, orum, dicuntur scripta quæ ex pluribus excepta locis, in vnum lecta sunt. Dicta collectanea. Suet. *in Cæs. cap. 56.*

Collectarius, ἀργυραμοιβὸς ἤτοι ὁ κέρμα ἀντὶ ἀργυρίου ἀντιδιδοὺς, inquit Suidas, id est, argentarius, campsor, & pro argento monetam vicissim tribuens. ¶ Acron quoque collectarios pro coactoribus accipit argentariorum. Vide Hotomanni Lexicon.

Collectiuus, a, um, συλλογιστικός, quod colligit. Quint. *lib. 7. cap. 1.* Rationatiua atque collectiua quæstio orietur. Collectitius, aliud adiect. Cic. *Mario, lib. 7. 5.* Signa tyrone & collectitio exercitu cum robustissimis legionibus contulit.

[Colliani, publicani. Gloss. Isid.]

Colligo, as, simul ligo. {קשר *kaschár* אסר *asár* צרר *tsarar.* συνδέω. Gall. *Lier ensemble.* Ital. *Ligare ad vno.* Germ. Zusammen binden. Hisp. *Atar en vno.* Angl. *To binde or knit together.*} Plaut. *in Amphit.* Néque eum colligare quiuit quisquam in cunabulis. Terent. *in Eunuch.* Colligauit eum primùm miseris modis. Cicer. *pro Rabir. Perduel.* Lictor colliga manus. ¶ Colligare se cum aliis, per tractationem. Cicer. *ad Pat. lib. 9.* Quid faciat tamen non habet, ita se cum multis colligauit, id est, impediuit & irretiuit. Cic. *in Orat.* Annorum septingentorum memoriam vno libro colligauit, id est, complexus est.

Colligatio, verbale, Connexio, vinculum. {קשר *késcher* מסרת *masoreth* מחברת *machbéreth.* σύνδεσμος. Gall. *Liaison ensemble.* Ital. *Ligamento di più cose insieme.* Germ. Zusammen bindung. Hisp. *Atadura en vno.* Angl. *Binding or fastening together.*} Cic. 1. *Orat.* Quin colligationem causarum omnium perspiciat animo. Idem 1. *Offic.* Arctior verò colligatio est societatis propinquorum.

Colligatum,

Colligatum, substantiuum, vt, Omne colligatum solui potest. [illegible] Cic. de vniuers.

C[illegible]mare, oculorum proprium est, quum eos in angulum retorquentes [illegible] aliquid aspicimus, penitúsque in rem aliquam defigimus: quod [illegible] sagittarii solent, quum aliquid sibi ad ictum designant. { [illegible]. GALL. *Viser à quelque chose, tirer au blanc, [illegible] au blanc.* ITAL. *Trare à mira.* GERM. Auff ein ding ebergrecht die augen kehren / wie ein schütz zu seinem zweck. HISP. *Tirar à mirada.* ANGL. *To winke with one eye and looke stedily on a thing with the other, to hitte the marke, to leuell.* } Plautus, Collimatis oculis ad vmbram meam. Collimare manum & oculos. Gell. *cap. 1. lib. 9.* Cicer. *lib. 2. de diuinat.* videtur posuisse pro eo quod est, signum oculis destinatum ferire. Quis est, inquit, qui totum diem iaculans, non aliquando collimet? Quamquam non desunt qui *collineet* ibi malint legere, pro collimet. Gell. *lib. 9. cap. 1.* At si in ædítiora mittas, & ad percutiendum supernè aliquid, manum & oculos collimes: quò modus à te datus fuerit, eò telum ibit, quod ieceris.

[Colliminium, a limite, coitio limitum.]

Collimito, vide *Collimitor.*

Collimitor, aris, ari. { [illegible]. ANGL. *To bound or borderne vpon.* } ex Cum & limitor. Solinus *cap. 25.* Gelonis Agathyrsi collimitantur. ¶ Dixit verò Ammianus Marcellinus *lib. 31.* Gelonis Agathyrsi collimitant interstincti colore ceruleo corpora simul & crines.

Collimitatus, adiectiuum. { ANGL. *Bounded, bordered together.* } Solin. *cap. 25.* Ipsa Phrygia Troadi superiecta est, Aquilonia parte Galatiæ collimitata.

Colliminium, ii. { [illegible]. ANGL. *The meeting of boundes.* } Coitio limitum. Solin. *cap. 62.* Hoc est colliminium in quod limes Persicus Scythis iungitur.

Collineo, as, ad rectam lineam dirigo, oculos in scopum intendo, & nonnunquam rem designatam iaculo contingo. { הכין *hichîn* [illegible] *be-chin.* [illegible]. GALL. *Tirer droict au blanc, frapper dedans le blanc.* ITAL. *Veder dritto, dare in broccia.* GERM. Starck / oder stracks auff ein ding sehen / oder die augen wenden. HISP. *Tirar al blanco.* ANGL. *To leuell or sett right against the marke.* } Cic. *lib. 3. de fin.* Vt enim si cui sit propositum collineare hastam aliquò, aut sagittam. Idem 2. *de diuin.* Quis est enim qui totum diem iaculans, non aliquando collineet? Quam lectionem eruditis magis video probari, quàm quæ vulgatis editionibus occurrit, *Collimet.*

Collino, is, iui, & eui, itum, Lino, vnà lino. { טח *tach.* [illegible]. GALL. *Oindre & frotter de quelque chose.* ITAL. *Stropicciare delicatamente di più cose insieme, come fa chi unge qualche cosa.* GERM. Bestreichen / ansalben. HISP. *Vntar juntamente.* ANGL. *To rubbe and annoynte with any thing.* } Colliuisse pugillaria cera. Gell. *c. 9. lib. 17.* Colum. *lib. 6. cap. 17.* Pastinacæque agrestis semina & succus armoraceæ cum melle collinita oculorum sedant dolorem. Quo in loco legitur collinitaque: vox est à Collino, is, iui, itum, ire: siquidem à Collino, collitum esset. Collinire item Coinquinare. Plaut. *Most. sc. 3. a. 1.* Pulchrum ornatum turpes mores carno collinunt. ¶ Crines puluere collinere, Hor. *1. Carm. Ode 15.*

Collinus, vide *Collis.*

Colliquesco, scis, Liquesco, { נמס *namás.* [illegible]. GALL. *Se fondre ensemble.* ITAL. *Diuenir liquido.* HISP. *Derretirse.* ANGL. *To be resolued or [illegible]: to melt.* } Colum. *lib. 12. cap. 22.* Vsque eò, dum ea quæ addideris in pice colliquescant. ¶ Colliquefacio, [illegible]. Cic. *pro Cluent.* In pane datum venenum faciliúsne potuit quàm in poculo? latentiùs potuit additum, in aliqua parte panis, quàm si totum colliquefactum in potione esset.

Colliquiæ, arum, vide *Collicia.*

Collis, per duplex ll. Minor mons à colendo dictus. { גבעה *ghibhâh.* [illegible]. GALL. *Tertre, costau, ou coste, montagnette, le penchant d'une montagne.* ITAL. *Colle, collina, monticella.* GERM. Ein bühel. HISP. *El cerro ò collado de monte, pequeño monte.* ANGL. *An hill, a litle hill or hillok.* } Var. Quòd primùm ex agro fructus capiebant, Campus dictus est: posteaquam superiora loca colere cœperunt, à colendo Colles appellarunt. Cicer. *5. Verr.* Quos ego campos antea, collesque nitidissimos viridissimósque vidissem. Idem *pro Cluent.* Quum quædam in collibus, vt solet, controuersia pastorum orta esset. Collis & Mons: idem apud *Cæs. lib. 3. de bell. ciu.* ¶ Colles Romæ septem fuerunt: vnde & Septicollis dicta est: Palatinus scilicet, Quirinalis, Auentinus, Cœlius, Viminalis, Exquilinus, & Tarpeius, siue Capitolinus. ¶ Colles item dicuntur dorsi eminentiæ, vtrinque à spina (quæ in medio depressa, quandam valleculæ speciem referre videtur) colliculorum modo extantes.

Colliculus, significat paruum collem. { [illegible]. ANGL. *A hillok.* } Apul. *lib. 1. Flor.* Colliculus sepimine consecratus.

Collinus, a, um, quod est in colle, quod ad collem pertinet. { [illegible], vel [illegible]. GALL. *De petite montagne, de coste ou costau.* ITAL. *Cosa di montagna di colle.* GERM. Das zu dem bühel gehört oder von dem bühel kompt. HISP. *Coso de tal cerro ò collado.* ANGL. *Belonging to an hillock.* } vt, Collina vinea, quæ in colle plantata est. Colum. *lib. 12. cap. 21.* Eius defruti sextarius in duas vrnas musti adiicitur, si mustum ex vineis collinis est, sed si ex campestribus, &c. Collina vina, in collibus nata. Collinum frumentum. Cels. *lib. 2. cap. 18.* Collina aqua. Col. *lib. 1. cap. 5.* Tertia putealis, vel collina, vel quæ non infima valle reperitur.

Collina, vna ex quatuor regionibus vrbis Romæ, à quinque collibus quos complectebatur, Viminali, Quirinali, Salutari, Mutiali, & Latiari appellata, autore Varr. *de ling. Lat. 4.* & cum singulæ quatuor regiones vrbis tribum vrbanam facerent, Tribus quoque Romanæ nomen est. ¶ Est etiam Collina porta, quæ fuit in colle Quirinali sita, vnde & nomen accepit. Ouid. *4. Fast.*

Templa frequentari Collina proxima porta
Nunc decet, à Siculo nomina vrbe tenens.

Ea posterioribus temporibus Salaria vocata, quod nomen quoque viæ est in quam exit. Cor. Tacit. Tertium agmen per Salariam Collinæ portæ appropinquabat: per eam salem Sabini deferebant: idcóque Salaria vocata. Ad collinam portam defodiebantur Vestales. Plut. *in Numa.*

Colliphia, panes cum recenti caseo permixti, seu de fermento offæ: quibus luctatores & athletæ vescebantur, dicta quasi [illegible], id est, membrorum robur, vel [illegible], quod est panis subcinericius. Iuuenal *Satyr. 2.*

Luctantur pauci, comedunt colliphia pauci.

[Collobium, vide *Colobium.*]

Colloco, as, are, Pono, dispono. { שום *sum* שית *schath.* [illegible]. GALL. *Colloquer, mettre & poser, asseoir.* ITAL. *Collocare, riponere.* GERM. Setzen / an ein ort stellen. HISP. *Assentar.* ANGL. *To sett in a place to place.* } Cic. *7. Verr.* Vbi ille per eos dies tabernaculis positis castra luxuriæ collocaret. Idem *1. Offic.* Quamobrem melius apud bonos, quàm apud fortunatos, beneficium collocari puto. Idem *ad Brut.* Maximo clamore atque plausu in rostris collocatus sum. Si sacrificassem illo argento Ioui, nunquam id æquè bene collocassem. Plaut. *Mostel. sc. 3. a. 1.* Quatuor viros in soporem collocastis nudos. Idem *Amph.* Idem *Asin. sc. 3. a. 3.* Colloca illam crumenam in collo planè, his. Qui rem herilem procurat, videt, collocat, agitátque. Idem *Men. sc. 6. a. 5.* Postquam in tabernam vasa, seruos collocauit. *Ibid.* Collocare pecunias grauioribus vsuris. Suet. *Aug. cap. 39.* Suam Iuliam Pompeio collocauit. Idem *in Cæs. cap. 21. & in Aug. cap. 163. & in Calig. cap. 24.* ¶ Collocare pronubis tribuebatur, quarum officium erat nouam nuptam in lecto collocare. Terent. Deinde illam in lecto illæ collocant. Donatus, Vide an aliquid deest legitimis nuptiis. Nam & ipsum verbum *collocant* proprium, & adscribitur pronubis. Catullus,

——vos vnis senibus bene
Cognitæ bene fœminæ, collocate puellulam.

Collocatio, verb. Dispositio. { תשומת *tesúmeth.* [illegible]. GALL. *Assiete, collocation, posement.* ITAL. *Collocatione, riponimento.* GERM. Setzung / stellung. HISP. *Aquel assentamiento de uno con otro.* ANGL. *Setting and placing of thinges in order.* } Cic. *3. de Orat.* Sequitur continuatio verborum, quæ duas res maximè, collocationem primùm, deinde modum quendam, formámque desiderat.

Collocupleto, as, are, Locupleto. { העשיר *hehescher.* [illegible]. GALL. *Enrichir, faire plus copieux & plus riche.* ITAL. *Arricchire.* GERM. Reich machen. HISP. *Enriquezer à otro.* ANGL. *To enriche, to mak more riche.* } Terent. *Heaut.* Dum ego propter te errans patria careo demens, tu interea loci Collocupletasti te Antiphila. Ad Heren. *lib. 4.* Exornatio est, qua vtimur rei honestandæ & collocupletandæ causa.

Collodis, insula est Sardiniæ adiacens, de qua Plin. *lib. 3. cap. 7.*

Colloquor, eris, colloqui, Simul loquor. { דבר *dibbér.* [illegible]. GALL. *Parlementer ensemble, deuiser, parler ensemble.* ITAL. *Ragionare, parlare.* GERM. Mit einander reden / gespräch halten. HISP. *Hablar uno con otro parlar.* ANGL. *To talke or speak together.* } Extra turbam ordinum colloquuntur simul. Plaut. *Amph. sc. 1. a. 1.* Certum est homines contra conloqui. Idem *ibid.* Te volo vxor conloqui. Idem *Amph. sc. 2. a. 3.* Sunt colloqui qui volunt. Idem *Pseud. sc. 3. a. 1.* Terent. *Eunuch.* Videbit, colloquetur, aderit vnà in vnis ædibus. Cicer. *1. de Orat.* Hoc vno præstamus vel maximè feris quòd colloquimur inter nos, & quod exprimere dicendo sensa possumus.

Collocutio, verbale. { דברה *dabberâh.* [illegible]. GALL. *Deuis, parlement ensemble.* ITAL. *Parlamento parole hauute insieme.* GERM. Ein gespräch / ein red die man mit ein ander hat. HISP. *Habla uno con otro.* ANGL. *A talking or speaking together.* Cic. *1. Tusc.* Nec verò id collocutio hominum, aut consensus efficit.

Colloquium, ii, Colloquutio, { דבר *dibbér.* [illegible]. ANGL. *A talking or communication together.* } Liu. *1. ab Vrbe.* Priusquam dimicent opus esse colloquio. Cicer. *2. Phil.* Amicorum absentium colloquia epistolæ. Plin. *lib. 10. cap. 49.* Sanguinem quisquis ederit, intellecturos sic alitum colloquia. Senec. *cap. 15. de consol. ad Elber.* Vbi colloquia (cum filio) quorum inexplebilis eram. Colloquia serere. Vide *Sero.*

Colluceo, es, ere, Luceo. { זהר *zahár* אור *or.* [illegible]. GALL. *Reluire.* ITAL. *Lucere, risplendere.* GERM. Scheinen. HISP. *Luzir ò resplendecer.* ANGL. *To shyne.* } Virg. *lib. 5. Æneid.*

——quæ iam infelicis Elisæ
Collucent flammis.

Cic. *2. de nat. deor.* Nam Solis calor & candor illustrior est quàm vllius ignis, quippe qui immenso mundo tam longè latéque colluceat. Ouid. *5. Fast.*

Vel quia purpureis collucent floribus agri.

Item, Subitis aræ collucent ignibus. Sueton. *in Aug. cap. 4.*

Colluco, as, apud Plat. significat prophanæ syluæ ramos officientes lumini decido. { זמר *zamar.* [illegible]. GALL. *Esbrancher, esserter, couper d'un arbre les branches qui l'offusquent.* ITAL. *Sbroscare, tagliare rami di silua ombrosa.* GERM. In einem finsteren wald die baum erhauwen / das es heiter werde. HISP. *Podar los arboles,* ANGL. *To cut of boughes or lop trees.* } Colum. *lib. 2. cap. 22.* Neque arborem feriis collucare permittitur.

Colluctor, aris, Simul luctor. { נאבק *neebák.* [illegible]. GALL. *Luitter ensemble.* ITAL. *Giocare alla lotta, lottare insieme.* GERM. Mit ringen. HISP. *Luchar uno con otro.* ANGL. *To struggle or wrastle together.* } Plin. *lib. 27. cap. 2.* Cum eo solo colluctatur, velut pari intus inuento.

Colluctatio, verb. { [illegible]. GALL. *Luitte contre un autre.* ITAL. *Lotta, giuoco della braccia.* GERM. Mitringung. HISP. *La lucha de uno con otro.* ANGL. *VVrestling together.* } Col. *lib. 6. cap. 2.* Ne in colluctatione alter alteri noceat.

Colludium, idem quod collusio.

Colludo, is, ere, Simul ludere. { [illegible]. GALL. *Se iouer ensemble.* ITAL. *Scherzare, burlare insieme.* GERM. Mit schertzen / oder mit andern schimpfen. HISP. *Iugar uno con otro.* ANGL. *To play together.* } Cic. *4. Verr.* Nisi tecum collusisset, & tuæ potius existimationi seruisset quàm suæ. Virg. *lib. 1. Georg.*

Aut summa nantes in aqua colludere plumas.

¶ Colludere est in speciem fictè & simulatè agere quod ex animo agere videmur. Hinc præuaricatores dicuntur colludere, quum causam

domini prodeunt: & quum vincere possent, superari tamen se patiuntur. {συμπαίκτης, συμπαίζων. GALL. *Quand les deux parties qui plaident, ou leurs procureurs s'entendent ensemble, & colludent pour tromper vn tiers.* ITAL. *Ingannar l'vn l'altro, quando due parti s'accordono per ingannare vn terzo.* GERM. Wan zwen am rechten ein span mit ein ander habend/vnd sie es mit einander anlegen/das sich der ein vberwinden läßt/vff daß der dritt man betrogen werde. HISP. *Hazer collusion en el pleyto.* ANGL. *When two parties which pleadeth agreeth to deceaue the thirde partie.*} Vlp. *l. eleganter. ff. de dolo malo.* Si dolo malo procurator passus sit vincere aduersarium meum, ita vt absolueretur, puto actionem de dolo non competere, si paratus sit reus transferre iudicium in se sub exceptione hac, Si collusum sit.

Cŏllūsio, nis, verbale, Actoris simulata cum reo concertatio. {συμπαιγνία, συμπαιγμός. GALL. *Collusion, quand les parties s'entr'entendent ensemble.* ITAL. *Esso litigare e vero giuocare insieme per ingannare vn terzo.* GERM. Schimpff/schertzung/oder solche mitheilung an einem Rechtshandell. HISP. *Aquella collusion en el pleyto.* ANGL. *Playng together.*} Cic. 5. *in Verrem*, Quum verò verbo iudicium sit in edicto, re quidem vera tuorum comitum hominum nequissimorum collusio cum Decumanis sociis tuis, atque adeò procuratoribus: tamen audes illius iudicij mentionem facere?

Cŏllūsor, is, qui cum altero ludit. Suet. *in Calig. cap. 41.* {συμπαίκτης. GALL. *Qui se ioue auec vn autre, qui fait collusion.* ITAL. *Chi giuoca con vn'altro.* GERM. Ein schimpfer der mit eim andern schertzt. HISP. *El que haze aquella collusion, jugador.* ANGL. *A play fellow.*} Cic. 2. *Phil.* Hanc tu compransoribus tuis & collusoribus diuidebas.

Cŏllūsōriē, aduerbium, Simulatè. συμπαικτικῶς. Vlpianus *l. si seruus plurium. ff. de legat. 1.* Si hæreditatis iudex contra hæredem pronunciauerit non agentem causam, vel collusoriè agentem, nihil hoc nocebit legatariis.

Cŏllum, pars corporis caput sustentans: à Colo, is, quia hæc præcipuè pars torquibus ac monilibus onerari consueuit. {צואר *savvár.* τράχηλος, αὐχήν. GALL. *Le col.* ITAL. *Collo.* GERM. Der halß. HISP. *El cuello, pescueço.* ANGL. *The necke or craige.*} Cic. *in Verr.* Hæc ciuitas mulieri redimiculum præbeat, hæc in collum, hæc in crines. ¶ Hinc Decollo & Subcollo, de quibus suis locis. ¶ Legitur & Collus apud Plaut. *in Capt. sc. 2. a. 2.* Collus collaria caret. Idem *ibid. sc. 2. a. 4.* Vt ego collos detruncabo tergoribus. Collum obstrictum, τράχηλος κατεσφιγμένος, seu Collum obtortum, verbum est iuris: nam in ius collo constricto rei trahebantur. Idem *in Curc.* Collum obstringe, abduce istum in malam crucem. Hieron. Obtorto collo me in ius trahit. Vnde qui vi compellitur, obtorto collo trahi dicitur. Cic. *pro Cluent.* Nec quicquam prius est factum, quàm vt illum persequerentur, & collo obtorto ad subsellia reduceret, vt reliqua posset perorare. Idem *6. Verr.* Collum obstringe, & abduce in malam crucem. Plaut. *Curc. sc. 3. a. 5.* Meum laqueo collum obstrinxero. Idem *Aul. sc. 1. a. 1.* Cùm Amphitruonem hinc obstructo collo traham Idem *Amph.* Ob istuc indignum dictum te obstricto collo hac arripiam. Idem *ibid. sc. 3. a. 4.* Linque collum precor. *Ibid.* Colloca crumenam in collo planè. Idem *Asin. sc. 3. a. 3.* Coniiciam collum pallium, vt serui Comici solent. Idem *Capt. sc. 1. a. 4.* Coniectaque vincla collo accipit. Ouid. *Eleg. 1. lib. 4. Trist.*

Colláque Romana præbens animosa securi.

Idem *Eleg. 2. lib. 4. Trist.* Colla abusiuè de montibus dicuntur partes illæ quæ infra summum verticem, & supra medium montis apparent, vt colla Parnassi apud Statium *lib. 9. Thebaid.*

Iámque ferè medium Parnassi frondea præter
Colla tenebat iter.

Cōllūmĭnāre, συμφωτίζειν, Collustrare. Apuleius *de Deo Socratis*, Seruius Tullus flamma colluminatur à capite.

Cŏllŭo, is, Lauo. {רחץ *rachats.* κλύζω. GALL. *Lauer auec quelque chose.* ITAL. *Lauare.* GERM. Wäschen. HISP. *Lauar, ò lauar juntamente.* ANGL. *To rinse or wash clean.*} vt, Colluere os, Colluere dentes dicimus: & Colluere gutturis apud Persium. Item Colluere amphoram, apud Catonem *de re rust. cap. 88.* Amphoram defricato, colluitóque: puram impleto aqua pura. Plin. *lib. 20. cap. 6.* Vel si de cocta aqua colluantur.

Cŏllūrio, nis, [illegible] Aristoteli: Gallicè *Darneall* (quam alij [illegible] Aristotelis esse contendunt) Auis est minor turdo, iisdem quibus merula victitans. Capitur potiùs hyberno tempore.

Cŏllustro, as, are, Circumspicio, illustro. {περισκοπέω. GALL. *Esclairer çà & là.* ITAL. *Guardare intorno.* GERM. Allenthalben wol besichtigen. HISP. *Mirar en derredor.* ANGL. *To behold and looke round or all about.*} Virg. 3. *Æneid.*

Omnia collustrans, hanc primùm littore classem
Conspexi venientem.

Cic. 5. *Tusc.* Ego autem quum omnia collustrarem oculis, animaduerti columellam, &c. Idem *in Oratore.* In picturis alios horrida, inculta, abdita, & opaca: contra alios nitida, læta, collustrata delectant.

Cŏllŭtŭlo, fœdo, dedecoro. {טנף *tinnéph.* μολύνω. GALL. *Souiller & galler, deshonner & deshonnorer.* ITAL. *Sporcare.* GERM. Besudlen/verunreinen/oder entehren. HISP. *Ensuziar ò afear la hermosura.* ANGL. *To defile, to distaine one's honestie.*} Plaut. *in Trinum.* Hæc famigeratio te honestet, & me collutulet, si sine dote duxeris.

Cŏllŭuĭes, ei, fœm. gen. Sordes, aut immunditiæ quæ ex concursu alicuius rei contrahuntur. {צואה *tsoáh.* συρφετός. GALL. *Amas d'ordures & fange.* ITAL. *Porchezza, sporcitia, bruttura.* GERM. Vnflat/wust. HISP. *Suziedad.* ANGL. [illegible] *of sinkes.*} Plin. *lib. 24. cap. 10.* Medetur & [illegible] hæc effossa sine ferro, & addita in colluuiem potuitis, vel ex lacte & vino. ¶ Colluuies per translationem apud Cic. *ad Att. lib. 9.* [illegible] in [illegible] cum illo facilius patiaris, quàm cum hoc in ea [illegible] futura, colluuie regnare.

Cŏllŭuio, nis, Colluuies. {ANGL. *Dirte and filth of sinkes.*} Cic. *pro Sest.* Ille nefarius ex omnium scelerum colluuione natus. Colluuio rerum, pro permistione & confusione. Liu. *lib. 3.* Ne qui in colluuione rerum contumeliæ [illegible] tum offerunt. Syncerum à colluuione seruilis [illegible] populum. Suet. *in Aug. cap. 40.*

Cŏll[illegible], orum, dicta sunt in ductibus aquarum, per quæ colluuies & immunditiæ eiectantur. {[illegible]. ANGL. *Sinkes whereby filth passed.*} Vitruu. *lib. 8.* Etiam in ventre colluuiaria sunt facienda, per quæ vis spiritus relaxetur.

Cŏlluuiaris, porcus dicitur, qui in colluuione nutritur, cibo permisto. Festus.

Cŏllybus, i, {κόλλυβος. GALL. *Change, tare & dechet de l'or ou argent, soit pour le change ou autrement.* ITAL. *Il cambio, perdita del aggio.* GERM. Verlust in verwechßlung des gelts. HISP. *Lo que gana el cambiador con el cambio.* ANGL. *The losse of money by exchange.*} Id detrimentum pecuniæ est quod in ratiociniis Impensionem auri appellant, & vulgò Cambium dicitur, quum pecunia ad exteras nationes exportanda est, & apud numularios aliis speciebus commutanda: vt si argentea moneta, aurea mutetur, aut genera quædam pecuniæ abrogata & antiquata, aut quouis modo repudiabilia in vna prouincia, alio quo genere permutanda sint rato receptóque, & promulgato in ea prouincia: id enim quod ex summa apud numularium manet, Collybus verbo Græco appellatur. Cic. 5. *in Verr.* Ex omni pecunia quam aratoribus soluere debuisti, certis nominibus deductiones fieri solebant, primùm pro spectatione & collybo: deinde pro nescio quod cerario. Hæc omnia iudices non rerum certarum, sed furtorum improbissimorum sunt vocabula. Nam collybus esse qui potest, quum vtantur omnes vno genere nummorum? Vbi Collybum appellat pecuniæ permutationem, & nummorum quasi intertrimentum. Collybus, inquit Pollux, ἀργυρίου ἀμοιβή, id est, pecuniæ permutatio. Hactenus Budæus *in Pandect.* At Hottomanus, Collybus (inquit) propriè est minuta pecunia. Cic. *ad Attic.* De Cælio, vide quæso ne qua lacuna sit in auro tego ista non noui: sed certè in collybo est detrimenti satis, &c. Collybo decolorata manus, Sueton. *in August. cap. 4.* ‖Auon.

Collybus in toto magni iam penditur orbe.‖

Cŏllybistes, æ, siue Collybista. {κολλυβιστής. GALL. *Changeur, banquier.* ITAL. *Banchiere.* GERM. Wechsler. HISP. *El cambiador que trueca moneda.* ANGL. *An exchanger of money or banker.*} Numularius qui ex pecuniæ permutatione quæstum facit.

‖Collybisticus, a, um, ad collybum spectans. κολλυβιστικὰ σύμβολα, literæ cambij.‖

Cŏllyra, κολλύρα. Panis triangulus & modicus, quem Itali *Tortam* vocant. {ANGL. *A bunne or cracknelle.*} Plaut. *in Persa.* Collyræ facite vt madeant, Cæl. *lib. 2. cap. 30.* ¶ Aliis Collyræ paruuli panes mundi, sed & genus fictorum farinaceorum, quæ vt lagana, interdum in sartagine friguntur, interdum pro se cocta edantur, interdum ex iure comedantur, vt tabellæ paniceæ in sorbitiuncula.

Collyricus, a, um, Adiect. Plaut. *in Persa.* Tum nisi cremore crasso est ius collyricum. Idem, Quasi in rem esse ius decet collyricum.

‖Collyrida, frustum panis, placenta. Cerda.

Collyrides, paruæ collyræ. Tertull.‖

Collyrium, κολλύριον, medicamentum solidum, & teres, ex liquoribúsque siccisque rebus paratum, vt magdalia componunt pharmacopolæ. Integrum demittitur in vulnera, & fistulas, subiicitur sedi, & glans vocatur. aut vtero, aut naribus inditur, & *pessarium* dicitur: aut liquore solutum, id est, ὑγροκολλύριον, oculis illinitur (vnde & [illegible] vocant) vel auribus specillo auerso instillatur: aut eius sicci & triti puluis inspergitur, & ξηροκολλύριον nominatur. Dicitur verò κολλύριον, quasi κολοῦ οὐρᾶς, à forma mutilatæ caudæ, aut quia κολλυρίζει, id est, στρογγύλος teréſque. Celsus de collyrio solido *lib. 5.* in cura fistularum, satis vel papyrum intortam, vel aliquid ex penicillo in modum collyrij adstrictum medicamento Megetis illinere. Rursus, Exque eo collyrium fieri debet altera parte tenuius, altera paulo plenius: idque ea parte, qua tenuius est alteram antecedente demitti oportet in fistulam, donec sanguis purus se ostendat. Rursus, linamentum in modum collyrij compositum. ¶ De collyrio narium, Galen. *lib. 5. de comp. medicam. secundùm locos.* ¶ De collyrio aurium, idem *ibid.* ¶ De collyrio fistularum, Aëtius *lib. 14. cap. de fistulis.* ¶ De collyrio ani, & vuluæ, Colum. in cura boum *lib. 6. cap. 6.* Salis sextans, cum decem cepis conteritur, & admisto melle decocto, collyria immittuntur aluo, atque ita citatus bos agitur. Idem, Melle decocto & sale, collyrium tenue inditur foramini quo meat vrina. ¶ De glandibus vide Aëtium in cura dysenteriæ, & Scribonium Largum in cura tenesmi, de collyriis ad instar nuclei pinei. ¶ Collyria ad suffitiones contra tussim & orthopnœam, apud Aëtium *lib. 8.* ¶ Collyrium solidum, longitudinis quatuor digitorum, figuræ caudæ muris, apud Oribas. *lib. 10. cap. 23.* ¶ Collyrium liquidum, Horat. 1. *Serm. satyr. 5.*

Hic oculis ego nigra meis collyria lippus Illinere.

¶ Collyrium etiam peculiariter vocatur quoddam terræ Samiæ genus, diuersum ab astro Samio, propterea quòd præcipuus eius vsus sit in collyriis. Vide Diosc. *lib. 5.*

Colmaria, vrbs Alsatiæ, vulgò *Colmar.*

Cōlo, as, are. {זקק *zikkék.* ἠθέω. GALL. *Couler, passer par vn sac, ou estamine.* ITAL. *Colare.* GERM. Seigen. HISP. *Colar como por coladero.* ANGL. *To strayne licour.*} Manilius,

Et colare vagos inductis retibus amnes.

Est autem colare, pauxillatim liquorem aliquem, stillatímque emittere, vel rem aliquam per colum purgare. Apuleius *lib. Flor. de Gymnosophistis*, Non illi norunt aurum colere, vel aurum colare, vel equum domare. ¶ Colare amnes dicuntur piscatores, qui retibus piscantur. Manilius,

Et colare vagos inductis retibus amnes.

Vide colum pro retis genere. ¶ Vnde & Cola dicta, vel per quæ liquor emittitur, ἠθμοί. Virg. *in Georg.*

Coláque prælorum fumosis diripe tectis.

Cŏlo, is, colui, cultum, Adoro, veneror. {עבד *habádh* כבד *chibbédh.* σέβομαι, λατρεύω, θεραπεύω. GALL. *Honnorer, auoir en reuerence.* ITAL. *Adorare, riuerire.* GERM. Verehren/ehr erbieten. HISP. *Adorar ò hazer reuerencia.* ANGL. *To honour, to worship.*} Virg. *lib. 9. Æneid.*

Summe Deum sancti custos Soractis Apollo, Quem primi colimus.
Temporis illius colui fautque poetas,

Ouid. *Eleg. 10. lib. 4. Trist.*

Quique ego maiores, sic me coluere minores.

Idem *ibid.* Colere memoriam alicuius. Item, pro frequentare, vt Colere

lere familiariter aliquem. Senec. *cap. de conf. ad Mart.* ¶ Hinc Cultus & Cultura, quam Græci λατρείαν vocant. Colimus item pares amore & officio, vt minores humanitate & beneficiis, hoc est, prosequimur amore, officio, & similibus. Plaut. *Cist.* Quia me colitis & magnificatis. Terent. *Adelph.* Et nos coluit maximè. ¶ Ponitur & pro exercere, ἀσκεῖν, ἐπιτηδεύειν. Liu. *lib.* 1. Abi, nuntia Romanis, Cælestes ita velle, vt mea Roma caput orbis terrarum sit: proinde rem militarem colant. ¶ Item pro habitare. {ישב iaschab. κατοικεῖν, οἰκεῖν. GALL. *Habiter, demeurer.* ITAL. *Habitare.* GERM. Wohnen. HISP. *Morar.* ANGL. *To dwell in place.*} Plaut. *in Aulul.* Hanc domum iam multos annos ego possideo, & colo. Hunccine hic pati colere iuuentutem Atticam (i. habitare) neutraliter, idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Colere in patentibus campis. Gell. *cap.* 1. *lib.* 14. Virg. 2. *Eclog.*

———*Pallas quas condidit arces*

Ipsa colat.

Vnde & Cælicolas dicimus, quòd cœlum colant, id est, habitent, tanquam quidam cæli coloni. Item pro diligere, {אהב ahab. φιλεῖν. GALL. *Aimer auec honneur.* ITAL. *Amare con honore.* GERM. Einen lieben vnd zu ehren halten. HISP. *Amar con honra, honrar.* ANGL. *To loue or honour.*} Terent. *in Heautont.* Quippe forma impulsi nostra, nos amatores colunt. ¶ Item pro agere, διάγειν. Virg. *lib.* 3. *Georg.*

Hanc olim veteres vitam coluêre Sabini.

Si animus est æquus satis est, qui bene vitam colas. Plaut. *Aul. sc.* 4. *a.* 1. Doli non sunt doli nisi astu colas. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 2. Item pro arare. {עבד habádh חרש charásch. γεωργεῖν. GALL. *Labourer.* ITAL. *Lauorare.* GERM. Das feld bawen. HISP. *Labrar la tierra.* ANGL. *To till or husband.*} Col. *lib.* 1. Nam vbi sedulò colitur ager. Hinc Agricultor, agricultura, Agricolatio, & Colonus, de quibus suis locis. Item pro ornare, κοσμεῖν. Plaut. Quin tu te colis antequam exeas domum? Cic. Erat enim non tam grauis, quàm elegans & faceta & culta oratio. ¶ Huius composita sunt Accolo, Circuncolo, Incolo, Excolo, Percolo, Intercolo, & Recolo.

Cūltŭs, cultior, cultissimus, adiectiuum, {מכבד mecubádh. ἐξειργασμένος, κεκοσμημένος, γεωργητός. ANGL. *Neate feate, tricke.*} Col. *lib.* 8. *cap.* 8. Nam quantò est cultior, tantò lætior auis conspicitur. Idem *lib.* 1. *cap.* 1. Nam is demum cultissimum rus habebit, qui & colere sciet, & poterit, & volet. Animus cultus, Cic. 2. *Tusc.*

Erubui domino cultior esse meo,

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 3. *Trist.*

Cultus mihi tum pater,

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist.*

Cum ferit Ausonia carmine culta lyra.

Idem *Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.*

Cultè. Idem 5. *Fast.*

Quæ didicit cultè lingua docente loqui.

Cūltŭs, us, verbale est à verbo Colo, vnde etiam totidem penè habet significata, quot suum primitiuum. Interdum enim Colo significat, terram ad suscipiendum semen præparo. Inde Cultus, est huiusmodi terræ præparatio. {עבודה habodháh. γεωργία. GALL. *Labourage, labeur, cultiuement.* ITAL. *Lauoro.* GERM. Ein feldbaw. HISP. *La labrança.* ANGL. *Husbanding or tilling.*} Cic. 2. *de Legib.* Nullius agricolæ cultu stirpes tam diuturnæ seminantur. ¶ Cultus idem quoque significat quod ornatus, habitus, siue curatio. {עדי hadhi. κόσμος, καλλωπισμός. GALL. *Ornement.* ITAL. *Ornamento.* GERM. Zierd. HISP. *Honra y acatamiento al mayor.* ANGL. *Decking or trimming.*}

Dissimulat cultu natum, mox, Virgineos habitus.

Ouid. 13. *Metam.* Cultus corporis, cultus animi. Cic. 1. *Offic.* Ob easque caussas studeat parare ea, quæ suppeditent & ad cultum, & ad victum. Plin. *lib.* 33. *cap.* 1. Fabricarem etiam Deûm fabulas, & alia muliebris cultus. ¶ Cultum etiam deorum dicimus, hoc est, venerationem. Græci λατρείαν vocant. Cic. 1. *Tusc.* Hæc (philosophiam intelligit) nos primùm ad illorum cultum, deinde ad ius hominum erudit. Amor cultu optimus. Plaut. *Merc. sc.* 1. *a.* 2.

Cūltĭo, nis, Cultus. {ANGL. *Husbanding, or tilling.*} Cic. 5. *Verr.* Quid est enim Sicilia, si agri cultionem sustuleris?

Cūltum, i, substantiuum: vt, Pinguia culta. Claudianus *in laude Sirena.*

Cūltŏr, is, verbale. {עבד hebédh. λατρευτής, ἐργάτης, θεραπευτής. ANGL. *A labourer, a worshiper.*} Liu. 4. *ab Vrbe,* Famem cultoribus agrorum timentes. Cic. 2. *de nat. deor.* Quid iam de hominum genere dicam, qui quasi cultores terræ constituti, non patiuntur eam nec immanitate beluarum efferari, &c. Idem 1. *Offic.* Sunt his alij multum dispares, simplices & aperti, qui nihil ex occulto, nihil ex insidiis agendum putant, veritatis cultores, fraudes inimici. Item, frigidæ cultor, Sen. *Epist.* 59. id est, qui amat lauari frigida.

Cultor & antistes doctorum sancte virorum,

Ouid. *Eleg. vlt. lib.* 3. *Trist.* Tibi & tuis propitius cœli cultor aduenit. Plaut. *Amph.*

E sacris cultoribus Bacchi vnum,

Ouid. *Eleg.* 4. *lib.* 5. *Trist.*

Cūltrix, verbale fœmininum. {θεραπεύτρια, ἐργάτις. Cic. 5. *de finib.*} Earumque augendarum & alendarum quandam cultricem esse, quæ sit scientia, &c.

Cūltūră, æ, cultus. {עבודה habodháh. ἐργασία, θεραπεία. ANGL. *Husbanding.*} vt, Cultura agri. Cicer. 5. *in Verr.* Deinde quum audierit eas res, quibus fundi fructus & cultura continetur, &c. Idem 2. *Tuscul.* Ager quamuis fertilis, sine cultura fructuosus esse non potest.

Cŏlōnŭs, i, à colendo, qui agrum colit. {עבד האדמה hebédh haadhamáh תושב toschab. ἄποικος. GALL. *Metayer, laboureur, fermier, celuy qui habite en certain lieu où il a esté enuoyé par ses superieurs hors ses pays.* ITAL. *Contadino, habitatore.* GERM. Ein bawersman/oder ein einwohner. HISP. *Poblador vezino de algun lugar, morador, ò labrador de la tierra.* ANGL. *That laboureth the ground, a farmer, that dwelleth in a place.*} duo significat. Nam aliquando coloni dicuntur, qui à metropoli (sic enim ciuitas dicebatur, quæ coloniam emittebat,) in alium locum habitandi caussa deducebantur: iique non propriis, sed metropolitarum viuebant legibus. Cic. 3. *de nat. deor.* Quum eam Circen quoque coloni nostri Circeienses religiosè colunt. Virg. 1. *Æneid.*

Vrbs antiqua fuit, Tyrij tenuêre coloni.

Adscribere colonos nouos, Cic. 2. *Philipp.* Assignare agris colonos, idem *de lege Agrar.* Deducere colonos, *ibid.* ¶ Quandoque verò Coloni agrorum cultores dicuntur, γεωργοί. Cic. *pro Cæcin.* Qui colonis habuit conductum de Cesennia fundum. Virg. 1. *Æneid.*

Vt quamuis auido parerent arua colono.

Colum. *lib.* 1. Comiter agat dominus cum colonis, facilémque se præbeat. Catenarum colonæ. Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 2.

———*Tyrio tellus obsessa colono.*

Tibul. *lib.* 4. Colonias prohibitum plus 500. iugera habere. Gell. *cap.* 3. *lib.* 7.

Cŏlōna, æ, dicitur coloni, hoc est, agricolæ vxor. {ANGL. *A husband mans wife.*} Ouid. *de Nuce,*

Et condit lectas parca colona nuces.

Idem 4. *Fast.* habebat,

Rus breue cum duo parca colona viro. Item 2. *Fast.*

Cŏlōnŭs, a, um, quod culturæ idoneum est. {γεωργικός. GALL. *Donné à quelqu'vn pour labourer.* ITAL. *Cosa da lauorare, ò affitata.* GERM. Das des ackerbawen ist. HISP. *Cosa para labrar.* ANGL. *That may manheured or husbanded.*} Cic. 5. *Philipp.* Vti C. Pansa, A. Hirtius Consules, alter ambóve cognoscerent, qui ager colonus esset.

Cŏlōnĭă, oppidum in quo Romani magistratus ex vrbe ciues traduxerant, vel quod sine traductione coloniarum iure donatum erat, {גרות gherúth. ἀποικία. GALL. *Metairie, cense, lieu où on a enuoyé gens pour habiter.* ITAL. *Colonia, habitatione.* GERM. Ein zal der leut die man in ein ort hinauß sendt daselbs zuwohnen/oder das ort der wohnung selbs. HISP. *Puebla ò poblacion de algunos estrangeros.* ANGL. *A grange or farme.*} Cæs. 8. *bel. Gall.* In togatam Galliam mittit ad colonias ciuium Romanorum tuendas. Cic. *de lege Agraria contra Rullum,* Hoc in genere, sicut in cæteris Reipublicæ partibus, est operæpretium diligentiam maiorum recordari, qui colonias sic idoneis in locis contra suspicionem periculi collocarunt, vt non oppida Italiæ, sed propugnacula imperij esse viderentur. Idem 1. *Offic.* In alias domos, tanquam in colonias exeunt. Colonias condere. Vell. Plaut. *Aul. sc.* 5. *a.* 3. Vt id quod habeo aurum commutet coloniam. *Ibid.* Quid cesso pseudolum facere vt det nomen ad molas. (aliàs ad molarum coloniam.) Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 4. Coloniæ autem in Italia duo de triginta deductæ ab Augusto, Sueton. *in Aug. cap.* 46. De colonis pop. Rom. multa Sen. *cap.* 7. *de conf. ad Elber.* Vide Gell. *cap.* 13. *lib.* 16. ¶ Coloniarum aliæ Latinæ, aliæ ciuium Romanorum dictæ sunt, aliæ ex vtriusque conflatæ: nonnullæ ex peditibus, vel equitibus, quum in agrum bello captum stirpis augendæ caussa mitterentur. Bononia, Latina colonia est. Mutina & Parma, Romanorum ciuium. ¶ Erat & aliud genus coloniarum, quales olim Pompeius Strabo trans Padum traduxerat. Non enim nouis colonis eas constituit, sed veteribus incolis manentibus ius dedit Latij, vt possent habere ius quod cæteræ Latinæ coloniæ, id est, vt ius petendi magistratus in ciuitate Romana adipiscerentur. Coloniarum autem huiusmodi ratio erat. Quum in vrbe Roma multos ex veteribus, nouísque incolis, paupertate premi intellectum erat, adeò vt censui soluendo non sufficerent, Trium viri à Senatu creabantur, qui locis primum consideratis, in quibus Reipublicæ expediret propugnaculum constitui, noua edicta proponebant, danda esse nomina, ab illis qui in nouam coloniam deduci vellent: sicque vrbis pauperibus exonerabatur, & rei familiaris pondere grauati, ad nouas quibus indigerent, diuitias gratis datas cum familia accedebant. Accipiebant enim duo, quatuor, sex, aut septem agri iugera, & quandoque plura. ¶ Colonia etiam dicitur agricolationis locus, & aratoris officium, à colenda terra. Paulus, Seruus qui coloniæ adscriptus est, ad periculum coloni pertinebit. Græcè ἐργαστήριον γῆς. Plaut. *in Pseud.* Det nomen ad molariam coloniam.

Cŏlōnĭcŭs, a, um, quod est coloni, seu quod ad colonum pertinet. {γεωργικός. ANGL. *Belonging to a farmer.*} Varro. Atque etiam leges colonicas tollis. Colonici decuriones. Suet. *in Aug. cap.* 46.

Cŏlōnĭcum pecus, dicitur hirsutum, quum molle dicatur tectum. Plin. *lib.* 8. *cap.* 47. Ouium summa genera duo, tectum & colonicum: illud mollius, hoc in pascuis delicatius, quippe cùm tectum rubis vescatur. Cohortes coloniæ. Cæsar, Cohortes duas quæ colonicæ appellabantur, quum eo casu venissent, tuendi oppidi caussa apud se retinuit. ¶ Decuriones colonici. Suet. *in Aug.* Excogitato genere suffragiorum, quæ de magistratibus vrbicis Decuriones colonici in sua quisque colonia ferrent.

Colonarium, vel (vt ab aliis scribitur) columnarium. Cælius *lib.* 11. *cap.* 55. In epistolis (inquit) ad Atticum, Colonarium esse arbitror vectigal, quod pro re penderetur rustica. De aquæ ductu, inquit Cicero, probè fecisti: colonarium vide ne vllum debeamus, quamquam audio eam illic commutatam esse legem. In eundem sensum dixit Cæsar *lib.* 3. *belli Ciuilis.* Hactenus Cælius enarrans eum quem citat Ciceronis locum ex *epist. ad Attic. lib.* 13. Verba autem Cæsaris ex 3. *lib. de bello Ciuili,* hæc sunt, In capita singula seruorum ac liberorum tributum imponebatur: colonaria, ostiaria, frumentum, milites, remiges, arma, tormenta, vecturæ imperabantur. Sciendum tamen à plerisque scribi *columnaria,* quod Cælius ipse scribit colonaria: nempe qui videatur à nomine *colonus* deriuare.

[Colobium, κολόβιον, tunica, vestis breuis sine manicis, quasi homero tenus exserta: à κολοβὸς mutilus.]

Cŏlŏcāsĭă, κολοκασία, faba Ægyptia, latissima habens folia, ex quibus Alexandrini sibi pocula conficere solebant. Pallad. Hoc mense colocasia bulbos ponemus. Amant humidum locum, pinguem, maximè irriguum. Frondere propè semper possunt, si tanquam citreta, tegumentis defendantur à frigore.

Cŏlŏcāsĭum, neutro genere dixit Virg. *in Pollion.* Mistaque ridenti colocasia fundet acantho. Vide suprà in dictione *Ciborium.*

Colocantum, Germaniæ vrbs, Ptolemæo.

Cŏlŏcynthĭs, idis, {κολοκυνθίς. GALL. *Courge sauuage, coloquinte.* ITAL. & HISP. *Coloquinta.* GERM. Coloquint. ANGL. *A wilde gourde.*} Syluestris cucurbitæ genus est, satiua minus, mediocris pilæ magnitudine fructum ferens, purgationibus alui accommodatum. Vide Plin. *lib.* 20. *cap.* 3. Vulgus herbariorum *Coloquintam* vocat.] Est autem

colocynthis tanquam diminutiui forma, quòd minor, id est, vilior sit, quàm vera cucurbita.

Colomestrum, Romani appellauerunt secundam aconiti speciem, teste Dioscoride, quam idem & Cynoctonon, & Lycoctonum, à canibus & lupis necandis cognominat.

Cōlon, {κῶλον. GALL. *Vn intestin ou boyeau depuis le roignon dextre iusques au senestre, passant sur le fond de l'estomach.* ITAL. *Vno intestino & budello che cinge i fianchi sotto i rognoni, & passa inuerso il fondo dello stomacho.* GERM. Der groß darm. HISP. *La tripa ancha.* ANGL. *An of the entrailles or puddinges.*} Est crassius intestinum, tubulatum, ex quo excrementa cum accipiunt colorem, quo egeruntur, plurimas cellulas atque cauernas habens, ad renem sinistrum religatum. Gell. *lib.* 17. *cap.* 11. aluum vocat: Ac deinde, inquit, aridiora ex iis excrementa in aluum conuenire, quòd Græcè κῶλον dicitur. Cels. *lib.* 1. *cap.* 8. Laxius intestinum vertit: Etsi, inquit, laxius intestinum dolore consueuit, quod κῶλον nominant, quum id nihil nisi genus inflationis sit, id agendum est, vt concoquat aliquis, vt lectione & aliis generibus exerceatur, vtatur balneo calido, cibis quoque & potionibus calidis, denique omni modo frigus euitet: itémque dulcia omnia, leguminaque & quicquid inflare consueuit. Est autem Colon, quintum in ordine intestinorum, medium inter Cæcum, & Rectum locum obtinens. Primùm per iecoris caua obrepit, vbi folliculum bilis attingens, illique nonnunquam annexum, amarorem coloremque luteum contrahit: indéque paulùm exurgens, ventriculi fundo insternitur: & rursus ad sinistrum hypochondrium contendens, lieni accumbit: posthæc in posteriora demergitur, cohæretque reni sinistro: à quo demum laxiùs apud coxam sinistram eminet. ¶ Serenus dictionis huius priorem syllabam contra artem corripuit, quum ait,

Quum colon inuisum morbi genus intima carpit,
Mando Galeritam volucrem quam nomine dicunt,
Aut paruidi leporis madefacta coagula pota.

Nisi quis forte Colum ibi malit legere, Latina terminatione, vt posterior syllaba per ellipsim absumatur. ¶ Est item Colon Græcis, quod Latinè Membrum vocamus: vnde per translationem etiam membra orationis nuncupantur, quòd ex iis, veluti membris constet periodus. Cicer. *de claris orator.* Comprehensio & ambitus ille verborum (si sic periodum appellari placet) erat apud illum contractus & breuis, & in membra quædam, quæ κῶλα Græci vocant, dispertiebat orationem libentiùs. Hinc Monocolon carmen dicitur, quod vnimembre est, hoc est, simplex, & ex vno tantùm carminis genere constans: Dicolon, hoc est, bimembre, quod ex duobus versuum generibus constat: & sic de aliis.

Cōlicus, a, um, κωλικός: vt, Colicus dolor, qui in colo generatur, & Colicus homo. Plin. *lib.* 20. *cap.* 4. Praxagoras & iliosis dandos censet: Phthisicis, & Colicis. Colicum medicamentum ad dolorem intestini plenioris. Celsus *lib.* 1. *cap.* 14.

Colonæ, Troadis locus est, non procul à Lampsaco Milesiorum colonia. ¶ Sunt & aliæ Coloniæ ad exteriorem partem Hellesponti, stadiis centum & quadraginta ab Ilio distantes. Meminit vtriusque loci Strab. *lib.* 13.

[Colonarium, Cæl. Rhodig. interpretatur vectigal, quod pro re rustica penderetur.]

Colonia Agrippinensis, Vbiorum ciuitas potentissima, cis Rhenum fluuium sita. {GERM. Cöln am Rhein.} Ita dicta ab Agrippina Neronis matre, quæ vt sociis quoque nationibus potentiam suam ostentaret, in hoc oppidum, vbi genita erat, coloniam ex veteranis deduci imperauit. Autor Tacitus *Annal. lib.* 12. Coloniæ cohortes. Cæsar 2. *de bell. ciuil.*

Colonis, insula est in sinu Argolico, contra Hermonium agrum, cuius meminit Plin. *lib.* 4. *cap.* 12.

Colōnus, κολωνός, ager fuit, siue locus editus non procul ab Athenis, in quem OEdipus Thebis exulans dicitur commigrasse: vnde Sophocles tragœdiam de OEdipi calamitatibus conscriptam, OEdipum Coloneum appellauit. ¶ Erat autem hic locus Neptuno sacer, vbi etiam equestris eius statua fuit, quemadmodum & Thesei, Pirithoi, Adrasti & OEdipodis. In hoc aggere fuit & Timonis turris, qui à solitudine hominúmque odio μισάνθρωπος cognominatus est. Hæc Pausanias *in Atticis.* ¶ Pollux verò *lib.* 7. autor est, duo huius nominis loca in Attica fuisse: alterum ἱππεῖον appellatum, in quem confugit OEdipus: alterum in foro iuxta Eurysacium, ἀγοραῖον cognominatum. ¶ Vnde locus factus prouerbio, Serò venisti, sed in Colonum ito, ὀψ' ἦλθες, ἀλλ' εἰς κολωνὸν ἴθι. Dicebatur in eos, qui post tempus aduenirent: aut qui mercede quippiam facerent.

Colonus, Colonia, vide *Colo.*

Colopena, æ, κολοπηνή, Cappadociæ pars est, Sebastiam, & Sebastopolim vrbes habens. Vide Plin. *lib.* 6. *cap.* 3.

Cŏlŏphōn, Κολοφών, vrbs est Ioniæ, nobilis oraculo Apollinis. Colophonij nauales opes satis amplas habuere, & in equestribus certaminibus tantum excelluêre, vt victoriam sibi certam pollicerentur, quibus Colophonius accessisset equitatus. ¶ Hinc factus est locus prouerbio, κολοφῶνα ἐπέθηκε, hoc est, Colophonem addidit, quum summa operi manus imponebatur. ¶ Colophonia ferocitas, κολοφωνία ὕβρις. In insolentes, qui ferociter despiciunt, & affligunt humilioris fortunæ homines: aut in eos quibus sua ferocitas exitium attulit. Sumptum ab arrogantia superbiaque eius gentis. Diogenianus. ¶ Ex Colophone originem duxerunt Mimermus tibicen, & poeta Elegiacus, Xenophanes Physicus, & Polymnastus Musicus: quibus nonnulli ipsum etiam adiiciunt Homerum. Virg. *in Cir.*

Quæ Colophoniaci Scylla dicuntur Homero.

Cŏlŏphōnĭa, κολοφωνία, herba est notiore nomine Scammonia appellata, succum habens eiusdem nominis. Colophonia dicta à Colophone Ioniæ vrbe, vnde laudatissima aduehatur. Vide Diosc. *lib.* 4. *cap.* 152.

Colopiani, Pannoniæ populi. Plin. *lib.* 5. *cap.* 24.

Colōps Magnus, Κόλωψ ὁ μέγας Ptolemæo, Zeugitanæ prouinciæ vrbs, hodie *Giger*, regia ciuitas.

Cŏlor, vel colos, Obiectum proprium visus, pigmentum. {צבע *tsébah* צבעים *tsebaim* χρῶμα. GALL. *Couleur.* ITAL. *Colore.* GERM. Ein farb. HISP. *El color.* ANGL. *Colour.*} Cic. 2. *de Leg.* Color autem albus præcipuè decorus Deo est, cùm in cæteris, tum maximè in textili. Terent. *In Eunuch.* Color verus, corpus solidum, & succi plenum. *Ibidem.* Qui color, nitor, vestitus. Cic. 3. *Verr.* Isti color mutatus est, vultus, oratio, mens. Duo sunt principes colores, Albus scilicet, & Niger: alij non dicuntur colores, nisi per participationem. ¶ Nullius coloris, prouerbialiter dicitur, qui modis omnibus ignotus est. Vt apud Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 4. Quem ego hominem nullius coloris noui. Item, Colores mutare (de anxio) Gell. *cap.* 9. *lib.* 15. De forma noui, de colore non queo nouisse. Plaut. *Curc. sc.* 2. *a.* 2. Vbi caput colorem immutauit, me reliquit. Idem *sc.* 3. *a.* 1. Obtineat colorem. i. vultum non mutet. Idem *Merc. sc.* 2. *a.* 2. Iam color inest rebus. (i. Nox.)

Tabulásque coloribus vris (pictor)

Ouid. 4. *Fast.*

——*& picta coloribus vstis* (puppis.)

Ibidem donec diuturnitas colorem ducet. Senec. *cap.* 1. *de Tranquill.* ¶ Colores item appellantur ipsa pigmenta, quibus pictores rerum imagines delineant: cuiusmodi sunt cretula, purpurissum, ceruleum, auripigmentum, cerussa, sinopis, & similia. Plin. *lib.* 35. *cap.* 6. Sunt autem colores austeri, aut floridi, vtrunque natura, aut mistura euenit. Floridi sunt, quos dominus pingenti præstat, minium, armenium, cinnabaris, &c. Et paulò pòst, *cap.* 17. Sed in officina imperitè multa disserenti silentium comiter suadebat, rideri eum dicens à pueris qui colores tererent. ¶ Colores etiam apud Rhetores dicuntur ornamenta orationis, id est, figuræ, quæ à Græcis χρώματα dicuntur & σχήματα. Nam (vt scripsit Cicero) sunt actori, vt pictori, colores ad narrandum.

Ergo vt defendi nullo mea posse colore,
Sic excusari crimina posse puto.

Ouid. *Eleg.* 8. *lib.* 1. *Trist.* Color narrationis qui optimus. Quint. Item, Colores somniorum, i. probationes ab iis sumptæ. Item, Color prætextus defensionis vnde dicatur. Idem Quint. In toto colore dicendi. i. forma & figura. Vide Indicem Quint. Color tertius, pro tertium genus, vel gradus. Sen. *Epist.* 76. *&* 53. Lenociniis, aut coloribus polluere formam. Idem *cap.* 16. *de consol. ad Helu.* ¶ Hinc aliquem suis pingere coloribus, est talem describere, qualis est. Cicer. *ad Attic. lib.* 5. Sic ego hunc omnibus à me pictum arctis coloribus, subitò deformatum, non sine magno dolore vidi. Horat. *in Arte*, Nec sic enitar tragico differre colori. Vt nihil intersit, Dauúsne loquatur, an audax Pythias. ¶ Accipitur item Color pro velamento, fuco, prætextu, quo veritas obscuratur, aut culpa excusatur. Iuuen. *Satyr.* 6. Sed iacet in serui complexibus, aut equitis. dic, Dic aliquem sodes, dic Quintiliane colorem. Hæremus, Dic ipsa: Olim conuenerat, inquit, Vt faceres quod tu velles. nécnon ego possem Indulgere mihi. ¶ Dicitur & Colos, sicut Arbos & lepos.

Colōro, as, Colorem induco)(decoloro. {צבע *tsabéh.* χρωματίζω, ἐπιχρωματίζω, χρώννυμι. GALL. *Colorer, bailler & donner couleur.* ITAL. *Colorare, dar colore.* GERM. Ferben. HISP. *Colorar de algun color.* ANGL. *To die or colour.*} Cic. 1. *de nat. deor.* Formare, fucare, colorare, animare non posset. Decoloratur id, cuius color vitiatur, non mutatur, ἀποχρωματοῦν, vt est videre in facie ægroti, quæ pallorem contrahit, aut liuorem: coloratur id, cuius alia fuit, quàm sit, facies. ¶ Colorare, pro inducere prætextum. Valer. Max. *lib.* 8. *cap.* 2. Libidinosam liberalitatem debiti nomine colorando. ¶ Coloratæ vuæ. Col. *lib.* 11. *cap.* 2. Quum coloratas & perlucidas vuas animaduertissent. Colorata oratio, coloribus oratoriis decorata & ornata. Cic. *de clar. orat.* Quòd non est eorum vrbanitate quadam quasi colorata oratio. ¶ Coloratus, pro fucato, Senec. *Epist.* 15. Quæ scribit vnde veniant, scio: non sunt ficta, nec colorata. ¶ Coloratior. Plin. *lib.* 16. *cap.* 32. Quidam arbitrantur in montosis copia præstantiorem fieri ac coloratiorem.

Cŏlōrĭus, a, um, vt, Coloriæ vestes, quæ ex lana non tincta, hoc est, natiuo colore factæ sunt. Valla *lib.* 6. *cap.* 53.

Colobrasus, nomen hæretici, qui vitam omnium hominum in septem syderibus consistere affirmabat.

Cōlus, κῶλος, fera est Scythiæ peculiaris, magnitudine inter ceruum & arietem, albicante corpore, eximiæ leuitatis ad cursum, naribus potum attrahens. Autor Strab. *lib.* 7.

Colossæ, arum, siue Colossis. Strab. *lib.* 12. κολοσσαί. Opidum Phrygiæ non procul à Laodicea, qui sub Nerone, teste Orosio, cum Laodicea & Hierapoli terræ motu concidit. Meminit huius oppidi & Plin. *lib.* 5. *c.* 32.

[Colosseus, quis dictus ob corporis amplitudinem, & speciem. Casaub. ad Suet.]

Cŏlŏssus, {κολοσσός. GALL. *Statue desmesurement grande.* ITAL. *Colosso, statua grande.* GERM. Ein grosses bild oder saul. HISP. *Estatua grande.* ANGL. *An image of immesurable hight.*} Dicebatur statua immodicæ proceritatis, qualis Rhodi facta fuit à Charete Lysippi discipulo ex ære altitudine LXX. cubitorum. Vnde etiam inter septem vrbis miracula numeratur. ¶ Hinc Colossi magnitudine κολοσσοῦ τὸ μέγεθος. Prouerbialis apud Lucianum hyperbole in homines prægrandi corporis mole. Colossus Neronis, Suet. *in Neron. cap.* 31.

Cŏlŏsseus, adiect. ad Colossi formam factum, colossi magnitudine, {κολοσσιαῖος, ὑπερμεγέθης. GALL. *Enormement grand, de grandeur enorme.* ITAL. *Disforme di gran statua.* GERM. Das in einen grossen bildstocks form gemacht ist. HISP. *Cosa assi grande.* ANGL. *That is immeasurable great.*} Quod significat altum, & ad colossi formam factum. Plin. *lib.* 35. *cap.* 7. Nero princeps iusserat se colosseum pingi CXX. pedum in linteo. Colosseos à magnitudine dictos. Suet. *in Calig. cap.* 35. Pro eodem etiam legimus Colossicus. Plin. *lib.* 35. *cap.* 8. Item duo signa quæ Catulus in eadem æde posuit palliata & alterum colossicum nudum.

Colossinus color, κολοσσινὸν χρῶμα, à Colosse Troadis vrbe nomen accepit, vbi lana tingebatur, florem referens cyclamini, inter candorem fulgens & purpuram. Vide Thylesium *in libello de coloribus.*

CŎLŎSTRVM, & Colostra, spongiosa lactis densitas à partu prima. {πυός, πυριάτη. GALL. *Caille ou caillebot, laict espez, comme le premier qui vient aux mammelles, laict troublé.* ITAL. *Capo di latte, fior di latte.* GERM. Die erst milch gebürt. HISP. *Calostro de leche nueua.* ANGL. *The first milk in the breastes after the birth.*} Mart. *lib.* 13.

Surripuit pastor, quæ nondum stantibus hædis,

De

De primo matrum lacte colostra damus.

Palladius, Colostram vocant pastores illud exiguum lactis, in quo est spissior natura.

Colostratio, nis, morbus in quo lactantes tentantur, si biduo à partu maternum lac gustauerint, densato in casei speciem lacte. Ideo infantibus statim à partu nutricis non matris lac exhibere conuenit, quia matris exitiosum est. Plin. *lib.* 11. *cap.* 41. Pullis earum vbi pingue pabulum biduo à partu maternum lac gustasse lethale est. ¶ Genus mali vocatur colostratio. Qui hoc mali genus patiuntur, Colostrati dicuntur. Plin. *lib.* 18. *cap.* 9.

Colonus, nomen pictoris Telij, cuius meminit Quint. *lib.* 2.

Cŏlōtĕs, κωλώτης, vel Colotes, κωλώτης, Aristoteli lacertæ genus est, quod Latini Stellionem vocant, Itali *Tarantulam*. Nomen habet à pedum magnitudine. Nam quæ nos crura & lacertos dicimus, Græci κῶλα dicunt.

Cŏlōŭs, κολόης. Lacus est Lydiæ quadraginta stadiis à Sardibus distans, qui & Gygæus à Poëtis nominatur, iuxta quem & Dianæ templum fuit cognomento Coloënæ, vbi simiæ solemnibus diebus saltare dicebantur. Vide Strab. *lib.* 13.

Cŏlpē, es, κόλπη, Ioniæ ciuitas fuit, cuius meminit Plin. *lib.* 5. *cap.* 39.

Colpŏs, κόλπος, à rei anatomicæ peritis appellatur ea vberum pars, quæ in se tanquam in sinu quodam, lac continet, vnde & nomen accepit. nam κόλπους Græci sinum vocant, hoc est, littoris obliquitatem, quibusdam veluti brachiis mare amplectentem. Vide Cælium *lib.* 4. *cap.* 4.

Colubæ, populi Plin. inter gentes Indicas numerantur, *lib.* 6. *cap.* 19.

Cŏlŭbĕr, Serpens qui vmbras nemorum incolit. {נחש *nachásch*. ὄφις. Gall. *Couleuure.* Ital. *Serpe, serpente, biscia.* Germ. Ein schlang. Hisp. *Culebra.* Angl. *A serpent lying in the shadowe of woodes.*} Anguis & Hydrus, qui in aqua: Serpens, qui in terra serpit: Draco, templi: sed sæpe confunduntur. Plin. *lib.* 32. *cap.* 5. Coluber est in aqua viuens: huius adipem & fel habentes, &c. Ouid. 15. *Met.*

——niueisque frequens Sinuessa colubris.

Hieron. *ad Prasid.* Coluber ad bibendum veniens in aqua venenum deponit, ne eum venenum aqua concretum occidat. Nudum hominem timet, vestitum persequitur, caput tamen suum celat, vbi scit esse mortem suam. Serpens quidem si semel calamo percutiatur, moritur: sin verò iterum percutiatur, confirmatur: Brumali tempore infirmior efficitur, & à soricibus vincitur. Igitur ante hyemem circa se colligit segetes, vt illæ sibi escam præbeant. ¶ Colubrum in sinu fouere, ὄφιν ἐν τῷ κόλπῳ θάλπειν, dicitur qui complectitur amore, studióque prosequitur hominem ingratum, & aliquandò per occasionem nociturum. ¶ Colubram fœminino genere dici probat Nonius ex Lucil. *lib.* 26. *Satyr.*

Iam disrumpetur medius, iam vt Marsus colubras
Disrumpit cantu, venas quum extenderit omnes.

Cels. *lib.* 5. *cap.* 27. Colubra ipsa tutò estur.

Colubrifer, adiectiuum, qui colubros fert: vt, Colubriferum monstrum. Ouid. 15. *Metam.*

Cŏlŭbrārĭă, insula est in mari Ligustico, quæ à Græcis Ophiusa vocatur, vulgò *Dragonera.* Vtrumque nomen ductum est à serpentum noxiorum multitudine, quibus tota insula infestatur. Plin. *lib.* 5. *cap.* 5. Ebusi terra serpentes fugat, Colubrariæ parit. Ideo infesta omnibus, nisi Ebusitanam terram inferentibus.

Cōlum, Vas est ex viminibus contextum ad vinum colandum aptum. {ἠθμός. Gall. *Vn couloir.* Ital. *Colatoio.* Germ. Ein seichten, ein geschirr durch welches man seihet. Hisp. *Coladero para colar cosa liquida.* Angl. *A colander or strayne.*} Virg. 2. *Georg.*

Colaque prelorum fumosis diripe tectis.

¶ Colum niuarium, vas ex lapide spongioso factum ad colendas niues apud Mart. *epigr.* 103. *lib.* 4. ¶ Colum etiam est genus morbi, quem primus in Italia sensisse Tiberius princeps dicitur, quum priùs ignotus esset. Plin. *lib.* 26. *cap.* 1. ¶ Colum etiam est in instrumento piscatorio pro retis genere, quod vulgò *Vn quarré* vocatur, quia quadratum. Ausonius,

Et iacula, & fundas, & vilica nomina lini,
Colaque, & insutos terrenis vermibus hamos.

Vnde Colare amnes dicuntur piscatores à Manilio,

Et colare vagos inductis retibus amnes.

Cŏlymbus, Græcis κόλυμβος, est vrinatoris item natatio. Latinis Columbus, & fœmina Columba, est auis notissima. {יונה *jonáh.* περιστερά. Gall. *Coulon ou pigeon.* Ital. *Columbo, colomba.* Germ. Ein taub. Hisp. *Paloma.* Angl. *A doue.*} Virg. 5. *Æneid.*

Præcipites atra ceu tempestate columbæ.

Martial.

Nec violes teneras perdere dente columbas.

Vide *Accipiter.* Quasi columbæ pulli. Plaut. *Asin. sc.* 7. *a.* 1. Dic me tibi anaticulam, columbam, catellum. *Ibid. sc.* 3. *a.* 3. & *Merc. sc.* 1. *a.* 2. Columbarum autem nuptiæ & basia. Vide apud Martial. *epigr.* 66. *lib.* 12. Varro *lib.* 3. *c.* 7. duo facit columbarum genera, quæ in peristerotrophio esse solent: vnum agreste, vt alij dicunt saxatile, quod habetur in turribus ac culminibus villæ, à quo appellatæ columbæ, quæ propter timorem naturalem summa loca in tectis captant: alterum columbarum genus clementius, quod cibo domestico intra limina pascitur. Columbæ agrestes à colore Liuiæ dicuntur, quasi liuidæ: domesticæ verò, Cellares. Ex columbo agresti, & columba domestica, vel econtrario, nascitur genus tertium columbarum: à nostris miscellæ dicuntur, ob duorum generum commistionem. Columbos esse in tutela Veneris ideo fictum putant, quia fœtui semper indulgent. Distinguuntur autem columbæ à palumbis, quòd hi feri, & maiores sint, & in arboribus, aut sepibus nidificent: columbæ minores, & mansuetiores, vt quæ cibo domestico intra limina pascantur. Vnde prouerbialiter dicimus, Mitior columba, πρᾳότερος περιστερᾶς, de homine incredibili mansuetudine prædito. Huic simile est, Sedens columba, ἥμενη πελειάς. Nam columbæ quum auolant, fallunt cæteras pernicitate volatus: quum sedent, nihil mitius ac simplicius. ¶ Sunt præterea palumbes, columbis longè viuaciores, viuunt enim (vt quidam tradiderunt) in trigesimum, & quadragesimum annum, quum columbarum vita octo ferè annorum sit conclusa. Vide Plin. *lib.* 10. *cap.* 34. & 35.

Cŏlumbāre, Oscula columbatim conserere, collabellare. Senec. *Epist.* 115. *in versibus Mecænatis*: Quid si quis fœminæ cirro crispatæ, labris columbatur.

Cŏlumbārĭŭs, qui columbas curat. {περιστεροτρόφος. Gall. *Qui a la charge des coulons ou pigeons.* Ital. *Chi ha cura di columbi.* Germ. Der mit tauben vmbgeht. Hisp. *El que cria las palomas.* Angl. *That hath charge of doues.*} Varro 3. *de re rust. cap.* 7. Ipsæ propter pullos, quos habent, vtique redeunt, nisi à coruo occisæ, aut ab accipitre interceptæ: quos columbarij solent interficere.

Cŏlumbārĭum, ij, locus vbi habitant columbæ. {ארובה *arrubbáh.* περιστερεών, περιστεροτροφεῖον. Gall. *Colombier, trie ou boulgette où chasque pigeon loge.* Ital. *Palumbaia.* Germ. Ein taubhauß. Hisp. *Palomar, lugar donde crian las palomas.* Angl. *Doue house or doue cote.*} Palladius, Columbarium potest accipi sublimis vna turricula in prætorio constituta, læuigatis & dealbatis parietibus. Propriè tamen Columbarium loculamentum in peristerotrophio, singulis columbarum paribus præparatum. Varro *lib.* 3. *cap.* 7. Singulis paribus columbaria fiant rotunda, in ordinem crebra. Columbaria singula esse oportet, vt os habeant quo introire & exire possint. Colum. *cap.* 8. *lib.* 8. Paxillis adactis tabulæ superponantur, quæ vel loculamenta, quibus nidificent, vel fictilia columbaria recipiant, præpositis vestibulis, per quæ ad cubilia perueniant.

Cŏlumbīnŭs, a, um, quod est ex columbis. {περιστερινός. Gall. *De pigeon.* Ital. *Cosa de colombi.* Germ. Das von den tauben ist. Hisp. *Cosa de palomas.* Angl. *Of doues.*} Plin. Columbinus fimus in aqua decoctus. Columbinum ouum. Hor. 2. *Ser. Sat.* 4. Pulli columbini. Varro 3. *de re rust.* Qui solent saginare pullos columbinos, quò pluris vendant, secludunt eos, quum iam pinna sunt tecti. ¶ Columbinum venenum. Suet. *in Caligula.* Columbo victori leuiter tamen saucio, venenum in plagam abdidit, quod ex eo columbinum appellauit.

Cŏlumbārĭs, e, adiect. Columbinus. {περιστερικός. Angl. *Of a doue or pigeon.*} vt, Columbare stercus, & columbaris cella. Columell. *lib.* 9. Cæterùm cibos iuxta parietem conuenit spargi: quoniam ferè partes hæ columbari carent stercore.

Cŏlumbātĭm, aduerb. Ad similitudinem columbæ, περιστεραδόν. Vnde Columbatim oscula iungere frequens est apud Catullum. ¶ Vtitur etiam Matius *in Mimiambis*, Simúlque amicam recipere frigidam caldo, Columbatimque labra conferens labris. Refert Gell. *cap.* 8. *lib.* 20.

Cŏlumbăr, genus vinculi. {Angl. *The pillory.*} Plaut. *in Ruden.* Illic in columbam cerdo leno vertitur. Nam in Columbari collus haud multò pòst erit.

Columbulus, diminutiuum, Paruus columbus. Plin. *Epist.* 202. Tu passerculis & columbulis nostris inter aqu[illegible]ras dabis pennas. Vtitur & Catull. *epigr.* 27.

Columella, cuius inscriptio prænominis L. [illegible]ratus Colum. Gaditanus genere, scripsit absolutissimos libros *de re rust.* temporibus Claudij principis.

Cŏlumellă, vide *Columna.*

Cŏlumellārēs, dentes, Caninis proximi. οἱ γόμφιοι τῶν ἵππων ὀδόντες, οἱ κυνόδοντες, οἱ παράθετοι. Varr. *lib.* 2. *de re rust. cap.* 7. Incipientes quartum agere annum itidem eiiciunt, & totidem proximos equorum quos amiserunt, & incipiunt nasci, quos vocant Columellares.

Cŏlŭmĕn, inis, à Columnis, id est, Culmus, culmen, fastigium. {ראש *rosch.* משען *mischhán.* κίων, ἔρεισμα. Gall. *Support & appuy, sur quoy est soustenue & appuyée quelque chose.* Ital. *Colmo, tetto, summita de alcuna cosa.* Germ. Ein saul, vnderstütz. Hisp. *Cumbre de cosa alta.* Angl. *A prope, or toppe.*} Catull.

Æmathiæ columen Peleu, cui Iuppiter ipse.

Varr. *de re rust. cap.* 7. Quod habetur in turribus, ac columinibus villæ. ¶ Per translationem accipitur pro sustentatione, ornamento, & salute. Terent. *in Phorm.* Bone custos salue columen nostræ familiæ, Cui commendaui filium hinc abiens meum. Vbi Donatus, Columen familiæ, sustentatio, decus: vnde Columnæ dictæ. Plaut. *in Cist.* Sed eccum egreditur senati columen, præsidium populi: Liuius *lib.* 6. *ab Vrb.* Consulatus, arx libertatis & columen.

Cŏlūmĭs, e, Sanus, integer. {σῶος. Gall. *Sain, entier.* Ital. *Sano, salno.* Germ. Frischgesund. Hisp. *Entero, sano y rezio.* Angl. *VVhole; in good healt.*} Plautus *in Trin.* Neque ita, vt sit data, columen te sistere illi & detraxisse autument. Inde incolumis pro eodem: quod est vsitatius.

Cŏlumna regia, ciuitas in agro Brutio, vt est apud Pomp. *lib.* 2. Hunc locum Græci στυλίδα vocant, id est, Columellam. Ea turriculæ modò erecta, ex aduerso turrem in Peloro sitam respicit. Hodie à multis appellatur Stylarion.

Columna aurea, locus Romæ. Vide *Milliarium.* Columna rostrata. Liuius *lib.* 2. *d.* 5. & Suet. *in Galb. cap.* 12.

Cŏlumnă, dicta, quòd culmina sustineat. {עמוד *hammúdh.* κίων. Gall. *Colomne, pilier, pilastre.* Ital. *Colonna, pilastro.* Germ. Ein saul, oder stütz. Hisp. *Coluna, pilar.* Angl. *A piler.*} *Pilaria* vulgò à nostris vocatur. Inter columnas, κίονας, & Pilas, πίλας, hanc differentiam esse volunt, quòd columnæ vno scapo constant, id est, lapide oblongo perpetuo: pilæ autem structura constant aut lapidea, aut cæmentitia, aut lateritia. Non rarò tamen etiam structiles columnas apud veteres legimus. ¶ A columna fit intercolumnium, μεσοκίονιον, quod est spatium inter columnas. Lit. *ad Her.* Ædes, intercolumnium, angulum, fornicem. Columnarum tria sunt genera, teretes, quadrangulę, striatæ. Quæ superponuntur columnis, Epistylia, hoc est, capitella: quæ supponuntur, Bases, siue Spiræ dicuntur. Ipsum autem columnæ corpus Scapus vocatur, teste Budæo. Antiqui, teste Quintiliano, columam dicebant detracta n, litera, pro Columna. Vnde per diminutionem Columella dicitur, pro Columnella. Cæsar 2. *bell. ciu.* Primùm trabes in solo æquè longè distantes inter se pedes quatuor collocantur, inque eis columellæ, pedum in altitudinem quinque, defiguntur, &c. Columnis deiici operas aranearum. Plaut. *Asin. sc.* 4. *a.* 2. Ædificat, Columnam mento suffulcit suo. Idem *Merc. sc.* 4. *a.* 2.

Cŏlūmnātŭs, adiect. Columna sustentatus. στυλωτός. Varro 3. *de re rust. cap.* 5. Inter eas piscinas tantummodo accessus semissa in tholum, qui est vltrà rotundus, columnatus, vt est in æde Catuli, si pro parietibus feceris columnas.

Columnatum os poetæ, vt de Næuio dicebatur, qui commentando scribendóque solebat mentum manu tanquam columna fulcire. Plaut. *in Menechm.* Nam os columnatum poetæ inesse audiui barbaro, cui bini custodes semper totis horis accubant.

Cŏlŭmēlla, diminutiuum est à columna. {στυλίσκος, κιονίσκος. GALL. *Petite colomne.* ITAL. *Colonnella.* GERM. Ein seul. HISP. *Pequeña coluna.* ANGL. *A litle piller.* } Cic. 1. *de legibus.* Nam super terræ tumulum noluit quid statui nisi columellam tribus digitis altam. Cato *cap.* 10. Trapeti columellam ferream quæ in milliario stat. ¶ Est & cognomen L. Moderati, genere Gaditani, qui de agricultura tam versu, quàm prosa elegantissimè scripsit. ¶ Appellatur præterea Columella à medicis quædam veluti pellicula in fine palati dependens, vt in hiante homine conspicitur: quæ si inflammetur, & teretem nacta fuerit figuram, Columella, κίων: si verò rotundam, Vua, σταφυλή, appellatur. ¶ Inuenitur etiam scriptum *Columnella* pro Columella.

Cŏlūmnātĭo, Columnarum extructio. {στύλωσις. ANGL. *Building or propping with pillers.* } Apuleius *lib.* 3. *Florid.* Quid igitur superest ad statuæ meæ honorem: pauimenti marmoratio? proscenij contabulatio? scenæ columnatio?

Columnarium, vide *Colonarium.*

Colūmnæ Herculis, Ἡρακλέους στῆλαι, duæ esse perhibentur in Occidente: quia ex Oceano mare nostrum intrantibus, duo montes occurrunt, quorum alterum in Africa Abylam vocant: alterum in Europa Calpen. Hos quondam iunctos perpetuo iugo fuisse finxerunt, sed Herculem diremisse colles. Aliqui tamen hos montes procul spectantibus geminas columnas videri dicunt. Alij dicunt columnas Herculis in Gaditana insula fuisse ex ære octo cubitorum, ad quas proficisci solebant qui nauigationem absoluissent tanquam Herculi sacra facientes. ¶ Ad Herculis columnas, Ἡρακλείας στήλας, iam olim Prouerbio dicebatur, vt admonet Pindari interpres. Sic enim vulgò dici solere, τὰ πρὸς Γαδείρων, οὐ περατά, id est, quæ vltra Gades inaccessa. Quo significatur, vltra columnas Herculis non esse quó progrediare: si quis ergo præterea quidquam laudis requirat, id perinde esse, ac si quis vltra Columnas ab Hercule fixas conetur transire.

Cŏlĭmus, à veteribus dicebatur, qui nunc Culmus, [quòd colatur, seu colendo producatur frumenti calamus à radice ad spicam. {GERM. Ein Kornstengel/ stupffel/ Halm.] ANGL. *The stemme of cornef frome the roote to the eare.* }

Cŏlŭrnŭs, a, um, κορύλινος, dicitur quod est ex materia coryli. teste Seruio in illud Virgilij,

Pinguiaque in veru[...] [...]rrebimus exta colurnis.

Festus tamen à corno a[...] [...]duci ait, his verbis, Colurno hastilia ex corno arbore facta p[...] [...]uam ex colyro.

Colūri, duo sunt circuli in sphæra, sese mutuò ad angulos rectos sphærales secantes ad polos mundi, & Zodiacum ita transeuntes, vt alter per principia Arietis & Libræ feratur: alter per principia Cancri & Capricorni: ita dicti ab imperfecta sui conuersione: à κόλος, quod est mutilum, mancum, imperfectum, & οὐρά, cauda: quòd imperfecti omnibus qui sub æquinoctiali non sunt, & tanquam causa præcisa apparent. Boëthius *de Arith. lib.* 2. & Macrob. *in somn. Scip.* ¶ Colura quoque animalia sunt non caudam habentia, vel mutilam caudam habentia, quæ in sacrificiis non offerebantur.

C[o]lus, i, masculini generis, Tormenti genus, quod fit ex corio: sicut scribit Festus.

Cŏlŭs, us, & i, fœm. gen. Instrumentum quod pensa continet, à quo fuso fila ducuntur, habétque penultimam correptam. {ἠλακάτη, ἀτρακτυλίς. GALL. *Vne quenouille.* ITAL. *Rocca da filare, conocchia.* GERM. Ein kunckel. HISP. *Rueca para filar.* ANGL. *A distaffe.* } Ouid. *lib.* 4. *Metam.*

Et colus, & fusus digitis cecidêre remissis.

Cic. 2. *de Orat.* quid tu Ægylia mea, Quando ad me venis cum tua colu, & lana?

[Colostra, πυρίεφθον. Gloss. hoc est igni coctum: πυρίεφθος. an igitur à calore? aut à γάλα. aut, quòd crassum est, vt colari id ferè sit opus? Palladius habet colostra, & exponit, *exiguum illud lactis, in quo est spissior natura.* Prima tamen syllaba est breuis, Martial.

De primo matrum lacte colostra damus.

Hes. habet. κολόστρα pro ψωμούς, micas, frustula. colostrum est quasi lac frustulentum, dum igni coctum est. Plinio dicitur spongiosa densitas lactis. Martin.]

Cŏlūtĕă, κολουτία. Arbor syluestris apud Theophr. 3. *de plantis*, fructum ferens in siliqua, magnitudine lentis: quæ Alexandri Magni ætate haud temerè alibi, quàm in Lipara insula nascebatur, hodie etiam in Gallia passim prouenit, *Baguenaudier* nomine vulgò nota. Vide Ruell. *lib.* 1. *cap.* 7. ¶ Coluteum autem neutro genere Plautus *in Persa* videtur appellasse quoddam mali genus: Commisce (inquit) mulsum: struthea, coluteáque appara.

Colycæ, rum, specus quædam, in quibus aphronitrum inuenitur, teste Plin. *lib.* 11. *cap.* 10.

Cŏlymbădĕs, {κολυμβάδες. GALL. *Oliues confites, qui nagent en saumure.* ITAL. *Oliue condite.* GERM. Eingebeyzte oliuen. HISP. *Azeytunas.* ANGL. *Confected oliues which swimme in sauce.* } Vocabantur oliuæ quædam conditiuæ, ἀπὸ τοῦ κολυμβᾶν, quod innatare est: propterea quòd propter suam leuitatem salsilagini innatabant. Plin. *lib.* 23. *cap.* 3. Colymbades sordida vlcera purgant, inutiles difficultatibus vrinæ. Quæ autem conditura ratione hoc oliuæ genus soleat parari, vide apud Ruell. *cap.* 104.

Colymbus, κόλυμβος, vel κολυμβὶς & κολυμβάς. Auis est, quæ à *Gaza* Vrinatrix vocatur apud Arist. Gallis *Cotee*. Est ex palmi pedum numero, circa lacus amnésque versatur, sed foris parit. Eius meminit Athenæus *lib.* 9. *cap.* 19. cui μικροκολυμβὶς est inter omnes aues aquaticas minima, atri & fordidi coloris, rostri acuti, cuius oculi spectantur, membra verò merguntur. Vide *Fria.* ¶ Est & piscina natatio, κολυμβήθρα. Prudentius,

Donec viventi fluitet colymbo.

Lampridius, Marinæ aquæ colymbos exhibuit.

Colytteus, Κολυττεύς. Viri nomen, de quo vide in *Dionia.*

[Com, præposit. inseparabilis. ex Cum. vide *Con.*]

Cŏmă, æ, Capillus interprete Festo, aliqua cum cura compositus. {צמה *tsammáh* ציצית *tsitsith.* κόμη. GALL. *Perruque, ou cheuelure.* ITAL. *Chioma, zazzera.* GERM. Das haar. HISP. *Cabelladura.* ANGL. *The bushe of head heare.* } ἀπὸ τοῦ κοσμεῖν, hoc est, ab ornando dictus: vnde & Cometæ Latini deduxerunt. Cic. 3. *Tuscul.* Scindens dolore identidem intonsam comam. Ouid. 2. *Met.*

Permulcétque comas, chlamydémque vt pendeat aptè
Collocat.

Iuuenalis,

Atque supercilio breuior coma.

de Stoicis tonsis ad cutem. Et à Luciano ἐν χρῷ κουρίας, dicitur per irrisionem Stoicus. ¶ Circumtondere comam, περιτέμνειν τὰς κόμας, Græcis in prouerbio est, pro eo quod est ludibrio habere. Nam id lusus gratia fieri solet stupidis, vt eis non sentientibus, cæsaries circumtondeatur. Lucianus.

Abiunctæ paulò antè comæ mea fata sorores Lugebant,

Catull. *de com. Beren.* Antiquas comas, Ouid. *Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.* ¶ Seruus quum sis, comam geris, δοῦλος ὢν κόμην ἔχεις. de eo qui præter decorum quippiam faceret. Aristoph. *in Auib.* & Suidas. ¶ Coma metaphoricôs etiam de arboribus, fruticibus, arundinibus, atque etiam herbis dicitur. Virg. 4. *Georg.*

Ille comam mollis iam tum tondebat acanthi.

Ouid. 2. *Amorum,*

Frigida quæ arboreas mulceat aura comas.
Sustulerat nullas, vt solet herba comas.

¶ Transfertur & ad faces. Catullus *in Epithalam.*

Viden' vt faces splendidas quatiunt comas.

Sic sol à poetis dicitur Auricomus.

Cŏmāns, antis, participium sine verbo, qui longiorem habet comam. κομῶν. Plin. *lib.* 10. *cap.* 63. Equæ comantes gloria superbiunt. Virg. 11. *Æneid.*

———sic fatus, deinde comantem
Androgei galeam, clypeique insigne decorum Induitur.

Equorum colla comantia apud Virg. *ibid.*

Cŏmātŭs, a, um, participium sine verbo, qui longiorem habet comam. {κομήτης. GALL. *Cheuelu, ayant longs cheueux.* ITAL. *Capelluto con gran chioma.* GERM. Das vil haar hat/ mit langen haaren. HISP. *Cosa de luengos cabellos.* ANGL. *That hath long heare.* } Comata vxor. Suet. *in Calig. cap.* 25. Caluis, quàm comatis non minus molestum pilos velli. Senec. *cap.* 8. *de Tranq.* Mart. *lib.* 1.

Caluus quum fueris, eris comatus.

Silua comata. Cat. *Epig.* 4. Vnde

Cŏmātŭlŭs, diminutiuum à Comatus. Vnde Hieronymus Comatulos pueros dixit.

Cŏmōsŭs, a, um, coma magna præditus. {πολύκομος. GALL. *Fort cheuelu, ayant force branches & fueilles.* ITAL. *Capelluto, con gran chioma.* GERM. Haarechtig. HISP. *Cosa de luengos cabellos.* ANGL. *That hath agreat bushe of heare.* } Plin. *lib.* 16. *cap.* 8. Hemeris vocatur, breuior, & in orbem comosa. Idem *lib.* 29. *cap.* 26. Comosissimum ex omnibus maximè cauliculis.

Cōmă, atis, κῶμα. Morbus grauem ac diuturnum inducens somnum, quem Latini Veternum interpretantur. ¶ Est & altera Comatis species quam Vigilantem soporem nonnulli appellant, quum neque lumina vrgente somno, attollere, neque tranquillè dormire possumus, aliis atque aliis imaginationibus somni tranquillitatem identidem interpellantibus. Autor Galenus in eo Commentario, quem de *Comate* nominatim inscripsit.

Como, is, vide suo loco.

Comagena, vel Comagene, Κομμαγηνή, pars Syriæ, supra Ciliciam in ortum sita, trans Amanum montem, excurrens vsque in Mesopotamiam, à qua Euphrate fluuio dirimitur. ¶ Hinc Comagenum medicamentum dictum est, quod fiebat ex adipe anserino, in vase æreo cum cinnamo multa niue obruto, addita etiam herba quæ Comagena appellabatur. Plin. *lib.* 10. *cap.* 22. Reperit Syriæ pars, quæ Comagene vocatur, adipem anserum in vase æreo cum cinnamo multa niue obrutum, ac rigore gelido maceratum, ad vsum præclari medicaminis, quod à gente dicitur Comagenum. Idem *lib.* 29. *cap.* 4. Fit ex anserum adipe medicamentum in Comagene Syriæ parte, cum cinnamo, casia, pipere albo, herba quæ Comagene appellatur, obrutis vasis niue, odore iucundo, &c. Comagenus, a, um. Iuuen. *Sat.* 6.

Spondet amatorem tenerum, vel diuitis orbi
Testamentum ingens, calida pulmone columbæ
Tractato, Armenius vel Comagenus aruspex.

Cōmagene, herbæ nomen, de qua dictione vide præcedentem.

Comana, orum, ciuitas est in conuallibus Antitauri montis insigni Bellonæ fano celebris. ¶ Inde Romani dicuntur sacri serui Bellonæ, quorum Strabo sua ætate supra sex millia fuisse tradit, qui omnes sacerdotis imperio parebant, & statis quibusdam Bellonæ festis sese mutuis laniabant vulneribus. ¶ Fuerunt & Comana Pontica, eidem deæ consecrata, fani etiam exemplo à Comanis Cappadociæ sumpto, in quo etiam simili ritu Bellonæ sacra fiebant. Vtriusque est autor Strab. *lib.* 12.

Comarchus, nec Demarchus. Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 2.

Cŏmărŏs, {κόμαρος. GALL. *Arbosier.* ITAL. *Corbezzolo.* HISP. *Madroño arbol conocido.* ANGL. *A voiding tree, or crabbe.* } Arbuti genus est, cuius etiam pomum Græci κόμαρον appellant, Latini Vnedonem. Plin *lib.* 15. *cap.* 24. Duobus Vnedonem nominibus appellant Græci, Comaron & Memecylon. Ex quo apparet totidem esse genera & apud nos.

Comari, populi inter Scythas, ad Caspium mare incolentes, quorum meminit Pomp. Mela *lib.* 1. in descriptione Asiæ.

Comarus, i, Κόμαρος, portus est ad sinum Ambracium, iuxta Nicopolim isthmum stadiorum sexaginta efficiens. Autor Strab. *lib.* 7.

[Comas, ceruus hinnulus. L. M.]

Comātă Gallia, vno nomine appellata est omnis Gallia Transalpina à studio

studio nutriendæ comæ: sicut Narbonensis. Gallia Braccata dicta est, à Brachis vestimenti genere, quo regio illa peculiariter vtebatur. Plin. *lib.4.c.17.* Galliam Comatam in tres partes diuidit, omnibus distinctas. Inter Scaldem & Sequanam Belgas ponit: inter Sequanam & Garumnam Galliam Celticam collocat, quam etiam Lugdunensem Galliam appellat. Inde ad Pyrenæi montis excursum Aquitaniam vocat. Ex hac descriptione satis constat, Galliam omnem quæ à Cæsare describitur, vno nomine vocari Galliam Comatam, excepta fortassis Romanorum Prouincia, quæ Gallia Braccata dicta fuit.

Combe, es, κώμβη, Asopi filia fuit, quæ prima æneam armaturam traditur inuenisse: vnde & Chalcis est cognominata: à qua etiam Chalcidi vrbi nomen factum putatur. De hac nonnulli etiam intelligunt illud Ouid. *lib.7.Metam.*

Adiacet his Pleuron, in qua trepidantibus alis,
Ophias effugit natorum vulnera Combe.

Combennones, interprete Festo, dicti sunt in eadem benna sedentes. Benna autem vehiculi genus fuit, Gallis præcipuè visitatum.

Combibo, is, simul bibo, compoto, bibo, imbibo. {συμπίνω. Gall. *Boire ensemble.* Ital. *Beuer in compagnia.* Germ. *Mit ein ander trincken.* Hisp. *Beuer juntamente.* Angl. *To drink together.*} Plin. *lib.17.c.11.* Vt solem, pluuiásque combibant. Col. *lib.12.cap.10.* Quæ quum ius combiberit, simili mistura vas suppleatur. Ouid. *epist.11.*

Et cogor lachrymas combibere ipsa meas.

¶ Combibere artes per translationem. Cic. *3. de finib.* Sed tamen infici debet his artibus, quas si, dum est tener, combiberit, ad maiora veniet paratior.

Combibo, nis, masculini generis, Compotor. {συμπότης. Gall. *Compagnon à boire.* Ital. *Compagno à bere.* Germ. *Ein trincker / zechgesell.* Hisp. *Beuedor con otro.* Angl. *A cuppe companion.*} Lucil. *lib.6.* Quandoquidem reperi magnis combibonum ex copiis. Cicer. *Pæto lib.1.* In his controuersiis quas habeo cum tuis combibonibus Epicureis.

[Combina, Suidæ κομβίνα, mandræ nomine animalium publico cursui destinatorum συνδυασμός, quum bina iumenta iunguntur.]

Combino, as, Coniungo, conglutino. {συνδυάζω. Angl. *To soulder or glue together.*} Sipontinus.

Combinatio, quam Græci ἐπίζευξις vocant, quum in oratione eadem dictio sine medio duplicatur. Virg. 9. *Æneid.*

Me me adsum qui feci.

Combinatus, & compositus apud Diomedem Grammat. *lib. 3. cap. de Pede.*

Combretum, herba est baccari similis, sed procerior, foliorum exilitate vsque in fila extenuata. Autor est Plin. *lib.21.c.6.*

Comburo, is, ex Con & vro, b, interposita, simul cum aliis vro. Vro, cremo, exuro, inflammo, incendo. {שרף saráph בער beher. ἐμπρήθω, συγκαίω. Gall. *Brusler tout, faire ardre ensemble.* Ital. *Abrusciare, consumare.* Germ. *Verbrennen.* Hisp. *Quemar, ò quemar juntamente.* Angl. *To burne al to gether.*} Cic. *pro Cluent.* Puer ante noctem mortuus, & postridie antequam luceret, combustus est. Idem *de nat. deor.* Libri Protagoræ in concione combusti. Et ad Quintum Fratrem *lib.1.* Fumo vt combureretur, tota plaudente prouincia. ¶ Et per translationem. Plaut. *in Mil.* —nam ibi nimis calor Comburebat gutturem. Idem *Menæc. sc.1.a.1.* Vbi clam vxorem sepulchrum habeamus, atque hunc comburamus diem. & *Aul. sc.3.a.2.* Nostras ædes postulas comburere. Idem *Curc. sc.1.a.2.* Fumo comburi nihil potest, flamma potest. ¶ Comburere diem iocosè dixit Plaut. *in Menechm.* Clam vxorem vbi sepulchrum habeamus & hunc comburamus diem. vbi innuit, vt genium curemus, cœnemusque exacto die, velútque mortuo. Nam & mori dies & componi dicebatur. Papinius.

Iam moriente die rapuit me cœna benigni Vindicis.

Virg. *in Bucol.*

Ante diem clauso componet vesper Olympo.

Combustura, æ, καῦσις. Apud Serenum caput inscribitur de combusturis igne, vel frigore. Plin. dicit, ad ambusta.

Come, herba est, quam Barbam hircinam vocant, à comæ similitudine quòd folia in circuitu spargat. τραγοπώγων. Plin. *lib.21.cap.15.* & *lib.17.cap.13.*

Comedo, is, & Comedo, comes, comest, in infinito Comedere, vel Comesse, Edo. {אכל achál. ἐσθίω, κατεσθίω. Gall. *Manger.* Ital. *Mangiare.* Germ. *Essen.* Hisp. *Comer.* Angl. *To eat.*} Martial.

Scæuola tu comedis apud omnes, nullus apud te.

Comedunt quod habent. Plaut. *Pseud. sc.7.a.4.* Si deorsum comedent quicquid coxerint. Idem *Aulul. sc.4.a.2.* saxo haud multum prandium comederis. Idem *Menæch. sc.2.a.3.* At tu ne clam me comesses prandium properato absente me comesse prandium. *Ibid. sc.2. a.4.* Sine modò eum ventre saluum, quem absentem comes, Nec verisimile loquere, nec verum: comesse quemquam absentem vt quispiam possiet. Idem *Most. sc.1.a.1.* Vt ego potius comedam illud argentum, quàm ille. Idem *Curc. sc.4.a.4.* Iámne illum comesurus es, dum recens est, dum calet. Idem *Pseud. sc.7.a.4.* Idem *in Trin.* Quod ebibit, quod comest, quod facit sumpti. Cic. Sed ad extremum pollicetur prolaturum se quæ comest. ¶ Supinum Comesum & Comestum. Salust. Comesa matrimonia. Comesa patina. Vbi translatè ponitur pro consumere, dissipare.

Comedim, pro Comedam, scripserunt veteres: quod & Nonius obseruauit. Plaut. *in Bacchid.* Quod dem scortis, quódque in lustris comedim, congræcer pater. Cic. *ad Pætum,* Cura, si me amas, vt valeas: ne ego te iacente bona tua comedim. Comesses, pro comedisses.

Comedo, nis, & Comedus, i, qui bona sua consumit, vt interpretatur Festus. {זולל zolél. κολοφάγος. Gall. *Goulu, glouton, qui despend tout son bien.* Ital. *Vn gran mangiatore, diuoratore, che mangia tutto ad vn tratto.* Germ. *Ein frass/ ein schlemmer.* Hisp. *El comilon ò tragon.* Angl. *A glutton, a great spender.*} Varro apud Nonium, Putat fore hoc, quod huic comedonibus conuenit vsu, quibus, nota voluptate quum edunt, duntaxat gula gaudet.

Comestura, æ, ἐδωδή. Cato *cap.157.* Sed quæ vocatur πλησιοκοίλη, hæc septem habet bona in comestura, de brassica loquitur.

Comissor, aris, Intempestiuis conuiuiis indulgeo. {סבא sabá זלל scalal, κωμάζω. Gall. *Manger en banquet.* Ital. *Banchettare, far conuiti.* Germ. *Prassen.* Hisp. *Comer como en boda ò confradia y demasiadamente.* Angl. *To make good cheere, to feast vntymously.*} Suet. *in Domit.* Conuiuabatur frequenter & largè, sed penè raptim. certè non vltra Solis occasum, nec vt postea vt comessaretur. Liu. *lib. 10. bell. Macedon.* Demetrium post cœnam qua sodales acceperat, dixisse, Quin comessatum ad fratrem imus? Intromittere comessatum. Cicer. & Terent. Volo comessatum ire ad Philolachen, Plaut. *Most. sc.4.a.1.* Et eo domum comessatum. *Ibidem.*

Comissans, tis, {זולל zolel. ἐπίκωμος, κωμαστής, κωμάζων. Gall. *Banqueteur desolu, & à heure indue.* Ital. *Chi fa banchetti.* Germ. *Ein prasser/ schlemmer.* Hisp. *Comilon.* Angl. *An vntymously banketer.*} Curt. *lib. 9.* Si quid victis saltem aduersùs comessantes animi fuisset, mille hercle viri modò sobrii septem dierum crapula graues in suo triumpho capere potuerunt. Modò comessantium aliquid agere. Liu. *3. ab Vrbe.*

Comessatio, onis, Conuiuia sunt nocturna post cœnam, & alia intempestiua: sicut Merenda, cibus qui ante cœnam sumitur, & ientaculum ante prandium. {κῶμοι, κωμοι. Gall. *Banqueterie dissolue, comme apres souper & heure indue.* Ital. *Mangiamento.* Germ. *Schlafftrunck/ schlemmerey/ fressmaler.* Hisp. *Comida demasiada.* Angl. *Vntymemous banketting as after super.*} Suet. *in Vitell.* Epulas trifariam semper, interdum quadrifariam dispertiebat, in ientacula, prandia, cœnas, & comessationes. Cic. *in Catil.* Quòd si in vino & alea comessationes solùm & scorta quærebat, essent illi quidem desperandi, sed tamen essent ferendi. Legitur hic & *Comessatores.* Idem *pro Cal.*

Comessabundi, & Comessatores, qui comessationibus indulgent. {ἐπίκωμοι, κωμασταί.} Cic. *pro Cal.* Non idem iudicum comessatorúmque conspectus. Liu. *9. ab Vrbe,* Temulento agmine comessabundus incessit. Habet autem hoc nomen primam productam. Mart.

Non Albana mihi sit comessatio tanti.

Comessator, is, *Qui banquette & se desbauche apres souper en lasciueté.* Gell. *cap.14. lib.4.* Dixit (Mamilia meretrix) Comessator Mancinum ad ædes suas venisse (noctu, paulò antè.) Comessator in pestilentia. Quinct. Comessans fere idem.

Comes, itis, qui, vel quæ alterum sequitur, assectator, assecla, à con & eo, propriè est, {חבר chabér. ἀκόλουθος, συνοδοιπόρος, ὀπαδός. Gall. *Compagnon de chemin, celuy qui tient ou fait compagnie comme l'inferieur au superieur.* Ital. *Compagno.* Germ. *Ein gefert/ ein gesell.* Hisp. *Compañero menor que sigue à otro mayor.* Angl. *A companion or fellower on in the way, that beareth an other companie.*} Cic. *de Amic.* Neque se comitem illius furoris, sed ducem præbuit. Lucan. *lib.6.*

Scire Senatus auet, miles te Magne sequatur,
An comes.

¶ Aliquando tamen comitum appellatio paribus conuenit, vt quum plures idem iter arripientes, sibi mutuò comitatum præstant. συνέμποροι. Plaut. *Epid.* Age, age, absolue, atque argentum numera, ne comites morer. Autor ad Herennium, Qui quum ante lucem surrexisset, comitem suum inclamauit. Priùs enim dixerat, Et secum aliquantum numorum ferentem est comitatus. ¶ Differt enim Comes à Socio & Sodali, quòd Comes dicatur, qui quouis modo alterius sequitur dictum. Socius plerunque in negotiis seriisque rebus, & fortunæ arbitrio subiectis. Sodalis ἑταῖρος in leuioribus ac sæpe voluptuosis, vtpote qui eiusdem erant collegij, vnàque epulabantur. Vnde Cicer. Norbanum Quæstorem suum appellat sodalem. Idem *de senectute,* Epulabar cum sodalibus omninò modicè. Comitem cum militiæ habuit. Velleius.

Trepida dúxque, comésque fugâ,

Ouid. *Eleg.9. lib. 1. Trist.* Me supremum habuisti comitem consiliis tuis. Plaut. *Pseud. sc.2. a.1.* Voluptati vt mœror comes consequatur. Metum mihi comitem adhibeas. Idem *Men. sc.6.a.5.* Quò libeat nubant, dum dos non fiat comes. Idem *Aul. sc.5.a.3.*

Quid referam comites: famulósque necentes,

Ouid. *Eleg. vlt. lib.4. Trist.* Comitem pudicitiam duxero. Plaut. *Men. sc.6.a.5.* ¶ Comes verò pro dignitate, etiam generis communis est, quamuis apud vulgus fœmina Comitissa dicatur. ¶ Ab Ammiano Largitionum comes dictus est, qui præerat largitionibus imperatoriis. ¶ Alij pro dignitate Comarchum κώμαρχον vsurpant. ¶ Comes domorum, is à Iustiniano dicitur, qui in domesticos Principis præfecturam habebat. Comes hortorum, cuius & mentio est in posterioribus Codicis libris, pristini Principis curator fuit, habuítque mancipia quædam purgandis horreis ascripta, coquendóque pani Principis. Comes laborum, qui & præpositus laborum, qui mediastini omnes aliique domus Imperatoriæ artifices atque opifices subditi erant. ¶ Comes exterior, qui ad læuam est: qui locus inferioris est. Horat. *2. serm.*

Ne comes exterior si postulet ire recuses.

Ouid.

Et medius iuuenum non indignantibus ipsis
Ibat, & exterior si comes vnus erat.

Comes Andreas medicus citatur ab Aetio *serm.14. c.5.* Comes rerum priuatarum, procurator erat Cæsaris, cui omnis res familiaris commissa, qui quicquid egisset, ratum apud Cæsarem erat. Comes sacrarum largitionum, olim is erat, per quem Cæsares stipendia militibus erogauerunt. Comes sacri patrimonij erat is, qui præerat patrimonio Cæsaris. Comites Palatini, cum à Principibus constituantur, doctissimus Viglius explicat *in Instit. de exhæred. lib.* Comites Scholarum, qui & Tribuni Scholarum, à Scholis Palatinis atque militaribus dicti: quorum munus in tribus posterioribus libris Cod. describitur: vt sint qui præsint epulis imperatoriis, & bello & pace obsonia curent: quod tamen Pyrrho absurdum visum est. ¶ Comitem Stabuli, voce etiam à Iustiniano vsurpata, nonnulli eum intelligunt, qualis olim fuit magister militum. [Gallis *Connestable,* Germ. Connincstabel ex Connic/ Rex, & Stabel/ pes & fulcrū, quasi Connicstabel (Königs stabelle) id est, Regni fulcrum conseruans diceretur. Connestapel igitur Columen & quasi fulcrum esse regiæ maiestatis vox ipsa demonstrat. Vide *Constabulus.* [Sed item

Constabularium, Magistrum militum vocat. Procopius, vt Pyrrhus refert, Protospatarium appellari dixit. Comitem Labeo definit eum, qui frequentandi cuiusque causa, vt sequeretur, destinatus fuit. Nunc verò dignitatis nomen est, vel quòd ipse regem comitetur, vel quòd eum multi comitentur: vt Pyrrho visum est, Iureconsulto nostra tempestate valde docto, nec infanti. Nonnulli à comitate, ne etymum desideret, appellatum volunt, quòd comis esse debeat. Callistratus *in l. obseruandum. de offic. præsid.* censuit, vt præses in adeundo quidem facilem se præbeat, sed contemni se non patiatur.

‖Comesalia, symbola. Beroald.

Comero pullus, comitis filius. Cerd. L. gr. b.‖

Cōmĭtŏr, deponens, Sector, assector, comitem me exhibeo. {הלך יחד halach iáchadu שלח schilléach. συμπαραπομπεύω. GALL. *Accompagner, suyure, tenir ou faire compagnie à quelqu'vn.* ITAL. *Accompagnare.* GERM. Beleyten/das gleyt geben. HISP. *Accompañar al mayor.* ANGL. *To accompagnie, to keepe fellowshipe, to fellowe.*} & propriè est minorum erga maiores. Plin. Quicunque eum comitati fuerant. Idem, Funerantium more comitantur exequias. Quin comitemur, gradibus militariis? (i. simul imus) Plaut. *Pseud. sc. 4. a. 4.*

Ingenio tamen ipse meo, comitórque fruórque,

Ouid. *El. 7. lib. 3. Trist.* ¶ Pro eodem & Comito, as, actiuè dicitur. Idem *lib. 2. de Ponto,*

Quem pia nobiscum proles comitanis euntem.

& *lib. 14. Metam.*

Nostraque adulantes comitant vestigia.

Idem 8. *Metam.*

Et nostros comitare gradus, & in ardua mecū

Ire simul.

Comitor etiam in passiua significatione nonnunquam inuenitur, ut ex participio: vnde non malè inter verba communia potest numerari: quod etiam ex participio præteriti temporis Comitatus potest deprehendi, quod tam eum significat, qui alterum honoris, aut officij causa deducit: quàm eum qui deducitur. Cic. *de Inuent.* In itinere quendam proficiscentem ad mercatum est comitatus. Idem *in Catil.* Molestè fero, quòd parum exierit ab vrbe comitatus.

Cōmĭtātŭs, participium à Comitor, & passiuè accipitur. {משלח meschalleach משלח meschullach. συμπαραπεμψας, καὶ συμπαραπεμφθείς. GALL. *Accompagné.* ITAL. *Accompagnato.* GERM. Beleytet. HISP. *Accompañado.* ANGL. *Accompanied.*} Actiuè. Plinius, Quicunque eum comitati fuerant. Passiuè. Cicer. *Inuent. 2. in Catil.* Illud etiam molestè fero, quòd ex vrbe parum comitatus exierit. Virg. 1. *Æneid.*

Ipse vno graditur comitatus Achate.

¶ Idem in significatione passiua Incomitatus posuit, quum ait,

Sæpiùs Andromache ferre incomitata solebat.

Cōmĭtātŭs, Comitatior, comitatissimus. Cicer. 5. *Tuscul.* Puero vt vno esset comitatior. Plin. *lib. 10. cap. 37.* Est enim ars illis inter se blandiri, & corrumpere alias, furtóque comitatiores reuerti. Sic Comitatissimum hominem dicemus, quem vulgò vocant *Bene associatum,* dicit Bud.

Cōmĭtātŭs, us, Assectatores, comitum multitudo. {שלוח schilluach. συμπαράπεμψις, συμπαρουσία. GALL. *Compagnie, accompagnement, train.* ITAL. *La compagnia, il seguito.* GERM. Beleitung/ gute gesellschafft. HISP. *El compañamiento.* ANGL. *Accompagning the multitude of thame which accompanieth an great man.*} Cicer. *ad Lepidum*, Etsi Falernum mihi semper idoneum visum est diuersorio: si modò tecti satis est ad comitatum nostrum recipiendum. Salust. *in Catil.* L. Valerio Flac. C. Pontinio Prætoribus imperat, vt in Ponte Miluio per insidias Allobrogum comitatus deprehendant. Cic. 3. *de Leg.* Auspicia, vt multos inutiles comitatus probabiles impedirent moræ quasi sæpe comitia populi temerè essent coacta, obnuntiatione Augurum disturbata fuerunt. Cæsar *lib. 1. de bell. ciu.* Nunciatur Afranio magnos comitatus, qui iter habebant ad Cæsarem, ad flumen constitisse.

Cōmĕssans, Comessatio, Comessator, Comessabundus, vide *Comedo.*

Cŏmētēs, vel Cometa, Stella crinita. {κομήτης. GALL. *Vne Comete.* ITAL. *Comete.* GERM. Ein comet. HISP. *Cometa del cielo.* ANGL. *A blasing starre.*} Lucan. *lib. 1.*

Ignota obscuræ viderunt sydera noctes,
Ardentémque polum flammis, cæloque volantes
Obliquas per inane faces, crinémque timendi
Syderis, & terris mutantem regna cometem.

Cicer. 2. *de nat. deor.* Tum facibus visis cælestibus, tum stellis his, quas Græci cometas, nostri cincinnatas vocant, quæ nuper bello Octauiano magnarum fuerunt calamitatum prænunciæ. Virg. 1. *Georg.*

——— *nec diri toties arsêre cometæ.*

¶ Est etiam nomen proprium vnius ex Argonautis apud Valer. Flaccum, pater Asterionis.

‖Comicus, a, um, κωμικός, ad comœdiam pertinens, à κώμη pagus. Vide *Comœdus.*‖

Comini, populi fuerunt Italiæ, in tractu Æquicolarum. Plin. *lib. 3. cap. 12.* In hoc tractu interierunt ex Æquicolis Comini, Tadiates, Acedici.

Cōmĭnŭs, aduerb. quod scribitur & duplici mm. ‖est quasi cum manibus, i. e. à‖ propinquiore loco. {מקרוב mikkarób. ἐγγύθεν, συστάδην, ἐκ χειρός, ὁμόσε. GALL. *De pres.* ITAL. *Da presso.* GERM. Von nahem/ in die nähe. HISP. *Cerca y quasi con las manos.* ANGL. *Nigh at hand, hand to hand.*} Non est idem, quod propè, sed (vt sic dicam) à propè: quemadmodum Eminus, quasi è manu, longè: vt, Comminus te incessebant lapidibus: hoc est, è propinquo loco. Cicer. 2. *de Domo.* Nunc comminus agamus, experiamurque, &c. Idem *pro Cæcin.* Neque conuictu corporum, neque ictu comminus, neque coniunctione telorum. Cominus diu stare. Cæsar *lib. 1. de bell. Ciuil.* Cominus trucidare. Sueton. *in Tiber. cap. 3.* ¶ Significat etiam Statim, sine intermissione. Virg. *lib. 1. Georg.*

Quid dicam? iacto qui semine comminus arua
Insequitur.

Qui sapiens esse rerum humanarum velit, non libris solis, neque disciplinis rhetoricis, dialecticisque opus est, sed oportere eum versari quoque, exercerique in rebus comminus noscendis periclitandisque.

Commia, genus olitiæ apud Plin. *lib. 5. cap. 3.*

Cōmĭs, e, Humanus, benignus, facilis & suauis. {ענו hanáv. εὐπροσήγορος. GALL. *Doux, gratieux, courtois, affable, humain.* ITAL. *Benigno, facile, piaceuole, humano, soaue.* GERM. Lieblich/ freundtlich/ holdselig. HISP. *Cortes, tratable, humano.* ANGL. *Gentill, meek, humain.*} Cicer. 2. *de finib.* Quasi quis illum neget, & bonum virum, & comem, & humanum fuisse. Idem *pro Cor. Balbo,* Comes, benigni, suaues, faciles homines dicuntur.

Maiestas adeò comis vbique tua est,

Ouid. *El. 1. lib. 2. Trist.* Comior, comparatiuum. Cic. *pro Murena,* Quis verò C. Lælio comior: quis iucundior eodem ex studio isto?

Cōmĭtās, Humanitas, & morum suauitas. {ענוה hanauáh. φιλοφροσύνη. GALL. *Douceur, gracieuseté, courtoisie, humanité.* ITAL. *Gratiosità piaceuolezza, cortesia.* GERM. Freundtligkeit/ holdseligkeit. HISP. *Humanidad, cortesia.* ANGL. *Gentilnesse, meeknesse, courtecusse.*} Cicer. *de Amicit.* Sed amicitia remissior esse debet, & liberior, & dulcior, & ad omnem comitatem, facilitatémque procliuior. Tua opera, comitate, virtute id factum. Plaut. *Capt. sc. 3. a. 2. & Asin. sc. 2. a. 3.* (id est, ludo & fallacia.) Remisso animo ad omnem comitatem. (de ludo.) Sueton. *in August. cap. 98.*

‖Comitasset, pro cubuisset. Accius *Erigona*: Tum autem Ægisthus si me esse eodem lecto comitasset patri.

Comitatensis legio, in castris Legionaria. Ripensis in ripa. Limitanea, in limitibus. Salmas. Pancirol.‖

Cōmĭtĕr, Suauiter, mansuetè. {φιλοφρόνως. GALL. *Gracieusement, courtoisement, doucement, humainement.* ITAL. *Cortesemente, piaceuolmente, affabilmente.* GERM. Freundtlich. HISP. *Cortes y humanamente.* ANGL. *Meekely, gentlie, humainlie, courteouslie.*} Comiter, ac benignè appellare aliquem. Liu. 2. *ab Vrbe.* Ouid. 1. *Fast.*

Comiter excipitur, sanguine iunctus erat.

Amphitruo Amphitruonem ita comiter accipiet, vt Sosia ille Sosiam. Plaut. *Amph.* Comiter alterius populi maiestatem conseruare, formula quæ in fœderum sanctione adiiciebatur, qua alterum populum esse superiorem intelligebatur. De qua re Cic. *in Corneliana,* Quum alterius, inquit, populi maiestas comiter conseruari iubetur, de altero siletur, certè ille populus in superiore conditione causáque ponitur, cuius maiestas fœderis sanctione defenditur. Id autem quod Cic. dicit comiter defendere, Liuius, Sine dolo malo.

Comitia, orum, plurali numero, Conuentus populi ad creandos magistratus, leges ferendas, & alia cum populo agenda: à comeundo appellata, ita enim veteres loquebantur, vel coëundo. {קהל kahál. ἀρχαιρεσίαι, καὶ τὰ ἀρχαιρέσια. GALL. *Assemblee ou congregation du peuple ou magistrats pour consulter & deliberer de quelque chose.* ITAL. *Congregatione, consiglio, ragunanza.* GERM. Reichßtag/landtag/ versamlungen wann man oberkeiten erwölen will/ oder sunst etwas zu rahtschlagen hatt. HISP. *Los dias que son para elegir dignidad.* ANGL. *The assemble of the people or magistrats to aduise and consult of any thing.*} ‖Silius,

Cernebat Paulus: namque huic comitia campus.‖

Nulla comitiorum communio fœminis est. Gell. *cap. 19. lib. 5.* Concioni & Comitiis dare operam. Plaut. *Menæch. sc. 1. a. 3.* Pseudolus mihi habuit centuriata capitis comitia. Idem *Pseud. sc. 7. a. 4.* Vide *Caput* suprà. Qui periurum conuenire vult hominem mitto in comitium. Idem *Curc. sc. 1. a. 4.* Ly. Licétne inforare, si incomitiare non licet? Non placet tuum profectò nec forum nec comitium. Idem *Pseud. sc. 1. a. 3.* Comitia indicere Liuius cùm sæpiùs, tum *lib. 7.* Editis comitiis. Suet. *in Cæs. cap. 28.* Comitium vbi Romæ dictum quòd ibi coierint Romulus & Tatius. Plut. *in Rom.* Leguntur autem comitia Consularia, Prætoria, Quæstoria, Tribunitia, Ædilitia: quibus scilicet Consules, Prætores, Quæstores, Tribuni, Ædiles creabantur. Tria autem genera comitiorum fuerunt, Curiata, Centuriata, Tributa. Nam quæ Calata comitia legimus, ea sunt vel Curiata, vel Centuriata: ex eo quòd primis temporibus Calandi verbum pro vocandi vsitatum erat, vnde æstimare licet veteribus omnia Comitia Calata fuisse. Vide Gell. *cap. 17. lib. 15.* Curiata, quum curiatim κατὰ φυλὰς, populus Rom. suffragia ferebat. Centuriata, quum per centurias, siue centuriatim. Tributa quum tributim, siue per tribus. Dion. *lib. hist.* scribit in comitiis curiatis omnem potestatem creandi magistratus fuisse penes populum, in centuriatis penes diuites. ¶ Arnobius, Nunquid magistratus per populum creatis? militaria, vrbana, communia quæ sint comitia scitis? vbi *militaria*, id est, centuriata, quòd populus more militari centuriatus fit. *vrbana*, id est, curiata, quia curiæ erant vrbani populi. *communia*, id est, tributa, quòd ex totius populi tribubus fiebant, eràntque non propria tantùm vrbani populi, sed etiam rustici, & suburbani. ¶ Comitium, ij, singulari numero, locus erat Romæ iuxta forum & curiam, ita dictus à coeundo (teste Varrone) eo quòd populus tum litium, tum curiatorum comitiorum causa soleat eò coire. Cic. 4. *in Verr.* Quid? hoc ferendum cuiquam putas? huius argento domus vestras, huius signis & tabulis forum, comitium ornari? Idem *pro Sestio,* Quum forum, comitium, curiam multa de nocte armatis hominibus ac seruis plerisque occupauissent, impetum faciunt in Fabritium. Tempus comitiorum habendorum id erat quòd augures designabant. ¶ Antiqui præterea commune, & amplissimum concilium, Comitium appellabant. Vnde est illud in XII. tabulis, De capite ciuis, nisi per maximum comitium, ne ferunto. Ex Cic. 3. *de Leg.*

‖Comitiæ, tempora honorum. Gloss. Isid.‖

Comitialis, e, quod ad comitium pertinet. {ἀρχαιρεσιακός. GALL. *Des appartenances des assemblees du peuple ou des magistrats.* ITAL. *Pertinente al assembramento.* GERM. Das zu solcher versamlung eines reychs oder landts gehört. HISP. *Cosa pertenesciente à tales dias ò congregationes.* ANGL. *Perteining to the assemble of the people or magistrats.*} vt, Dies comitialis, quo cum populo agi licebat, vt inquit Macrob. & quo populus Romanus conuenire solebat ad suffragium ferendum. Cicer. *ad Quint. frat.* Consecuti sunt dies comitiales, per quos senatus haberi non poterat. Ioue autem tonante, aut fulgurante, comitia populi

habere

habere nefas erat. ¶ Comitialis morbus. {ἐπιληψία. GALL. *Maladie qu'on appelle vulgairement le mal S. Iean, epilepsie, mal caduc.* ITAL. *Mal caduco*, Venerus *la brutta*. GERM. Die fallend sucht. HISP. *Gota coral, o morbo caduco.* ANGL. *The falling sickenesse.*} qui cum totius corporis conuulsione principes cerebri operationes tollit toto cerebro, vel duobus eius ventriculis affectis. Gignitur ex crassis humoribus, spiritus meatum in cerebri ventriculis obstruentibus, ac suorum principio seipsum concutiente, vt quod noxium est, excutiat. ¶ Dictus Comitialis, quòd comitia vitiare diceretur. Interrumpebantur enim comitia, quoties aliquis ex hoc morbo concidisset. Cato, quod comitia prohibere solet, nec id quidem mihi vitium fuit. Serenus, Est subiti species morbi, cui nomen ab illo, quòd fieri nobis suffragia iusta recusat. Sæpe etenim membris acri languore caducis Concilium populi labes horrenda diremit. Ipse memorat dubiæ per tempora lunæ Conceptum, talis quem sæpe profudit. ¶ Hic morbus alio nomine dicitur sacer & maior morbus propter grauitatem: quoniam homo subito concidit, & spumæ ore mouentur. Docet etiam Aristoteles hunc morbum à priscis Herculeum fuisse nominatum, quia Hercules laborasse eo fertur: idque ex atra bile plerisque contingere tradit. Plato & Apuleius, diuinum nuncuparunt, quod animi partem rationalem quæ longè sanctissima esse videtur, obsideat. Græci ἐπιληψίαν vocant, à verbo Græco ἐπιλαμβάνω, quòd sensus comprehendat & vincat, ita vt eo correpti à mortuis non magnopere differre videantur. Comitialis homo, ἐπιληπτικός, qui hunc morbum patitur. Plin. Fel testudinum naribus illitum comitiales erigit, attollitque. ¶ Plaut. tamen Comitiales *in Pœnulo* appellat litigiosos, qui in comitio propter lites quasi habitare videntur, qui si nihil est litium, litem ferunt.

|Comitiani, comitum officiales. L. I. C.|

Comitialiter, aduerb. ἐπιληπτικῶς. Plin. *lib. 26. cap. 11.* Folia heliotropij contractionibus medentur, etiamsi id comitialiter accidat. i. etiam si contractiones fiant ex morbo comitiali.

Comitiarius, adiect. ἀρχαιρεσιακός: vt, Comitiaria statio, quæ in modum comitiorum celebratur. Liu. 5. *bell. Pun.* In hac comitiaria iam duorum exercituum statione, principes Nolanorum nuntiant Marcello, nocturna colloquia intra plebem & Pœnos fieri.

Comitiatus, us, {ἀρχαιρεσία. ANGL. *An assemble of people.*} Dicitur populi in comitio congregatio. Cicer. 3. *de Leg.* Tum leges præclarissimæ xii. tabulis tralatæ duæ: quarum altero priuilegia tollit, altera de capite ciuis rogari, nisi maximo comitiatu, vetat.

Comitiati, Tribuni militares, qui dicantur, docet his verbis Asconius Pædianus *in 2. contra Verr.* Tribunorum militarium duo genera. Primum eorum, qui Rufuli dicuntur: hi in exercitu creari solent. Alij sunt comitiati qui Romæ comitiis designantur.

|Comitio, as, comitium celebro, in comitio loquor. Cath.|

Comito, & Comitor, vide *Comes*.

|Comixius, verbosus. Gl. Isid.|

Cŏmmă, atis, {קצב *késeb*. GALL. *Incision, coupeure.* ITAL. *Incisione, taglio, distinctione.* GERM. Zerthailung/ vnderscheidung. HISP. *Cortadura, medio punto en la escriptura.* ANGL. *A cutting, or cutting in an oration.*} per duplex m, κόμμα, incisio: à κόπτω, incido, minutissimæ distinctionis genus est, quod incisum à Latinis dicitur, à Cicerone etiam Cæsum, eò quòd incidat Cola & Periodos. Constat enim periodus omnis ex commatibus & colis tanquam partibus. Ex his cola, dicuntur partes maiores periodi, quum scilicet oratio penè est perfecta, ita tamen vt animus audientis nondum conquiescat. Commata verò dicuntur minimæ periodi particulæ, in quas cola rursus, velut in partes dissecantur. ¶ Commata etiam dicuntur aquarum emissaria, & incilia, primum in Ægypto ad hoc inuenta structáque, vt pro arbitratu accolarum Nilus vicissim admittatur in campos aruales, aut intra alueum contineatur. Vlpian. *de extr. crim. l. saccularij.* Commata (inquit Budæus) & Diacopi qui in aggeribus fiunt. ¶ Commata præterea (teste interprete Aristophanis *in Pluto*) est genus vilissimi numismatis. Vnde ortum Adagium, Mali commatis, πονηροῦ κόμματος, subaudiendum, ἄνθρωπος, homo. Dicebatur de improbo, contempto & reiiculo homine. Aristoph. *in Pluto*, Ἔοικας δ' εἶναι τοῦ πονηροῦ κόμματος, id est, Videtur esse non probati commatis.

|Commaticus, versificator. Gl. Isid.|

Cŏmmăcŭlo, as, Maculo, {טמא *timméh* טנף *tinnéf*. μολύνω. GALL. *Se maculer du tout, souiller.* ITAL. *Macchiare.* GERM. Vermailigen/ verwüsten/ verunreinen. HISP. *Ensuciar.* ANGL. *To make foule, to steyne.*} Commaculare se ambitu, metaphoricῶs. Cicer. *pro Cal.* Nunquam enim tam Cælius amens fuisset, vt se isto infinito ambitu commaculasset, ambitus alterum accusaret. ¶ Commaculare manus sanguine alicuius. Virg. *de Medea. Ecl. 8.*

Sæuus amor docuit natorum sanguine matrem
Commaculare manus,

i. polluere nece filiorum suorum.

Cŏmmădeo, es, Madeo, {רטב *ratáb*. βρέχομαι, ὑγρὸς εἶναι. GALL. *Estre trempé ou mouillé tout outre.* ITAL. *Esser humido.* GERM. Naß sein. HISP. *Mojarse.* ANGL. *To be wette, to be moist.*} Cato *cap. 156.* Coquito vsquedum ea commadebit, bene, aquam defundito.

Cŏmmălăxo, as, are, est exercere ac maturè facere. Varro, Nec dolorem adiaphoron esse, quod philosophia commalaxarem eam partem, neque irato mihi habenas dedi vnquam, neque cupiditas mihi imposuit frenos. Ex Nonio.

Commalliorare, in æs incidere.

CŎMMĀNDŪCĀRĬ, Dentibus molere, quod Cicer. Mandere dicit. {טחן *tachan*. κατεσθίω. GALL. *Mascher fort & tout ensemble.* ITAL. *Mangiare, masticare.* GERM. Zerkeuwen. HISP. *Comer ò mascar.* ANGL. *To chewe all together.*} Plin. *lib. 29. c. 8.* Quum priores ob religionem eam minimè commanducarent. Valerius, Protinúsque dentibus abscissam, & commanducatam linguam in eum expuit.

Cŏmmandūcatus cibus, dicitur à Plin. *lib. 20. c. 3.* multa iteratione molitus, ac propè liquefactus, quem Mansum Quint. vocat. {μεμασημένος βρῶμα. ANGL. *Chewing of the gudde.*}

Cŏmmandūcatur, deponens apud Lucilium *lib. 4.* legitur pro comedit, vel deuorat. Assequitur (inquit) nec opinantem, in caput insilit, ipsum commanducatur totum complexum. Idem *lib. 15.* Villicum Aristocratem mediastinum, atque bubulcum Commanducatur, corrupit, ad incita adegit, Nonius.

Cŏmmandūcatus, us. {διαμάσησις. GALL. *Maschement entre ses dents.* ITAL. *Il masticamento intra i denti.* GERM. Zerkeuwung. HISP. *Mascadura ò comida.* ANGL. *Chewing.*} Plin. *lib. 24. c. 4.* Vlcera commanducatu, impositu que efficacissimè sanari.

CŎMMĂNĒRE, {συμμένειν. ANGL. *To tarie with another.*} Macrob. *Satur. lib. 6. c. 6.* Referunt enim non ad eos, qui adueniunt, sed ad illos, qui in demo commanent.

CŎMMĂNĬPŬLĀRĒS, Spartiano commanipulones, Ciceroni contubernales, συσκήνους, vel σύλλοχοι. Milites eiusdem manipuli: Cornel. Tacitus *lib. 10.* Prensare commanipularium pectora ceruicibus innecti.

|Commanipularius, collega. Gl. Isid.|

Cŏmmănĭpŭlōnes, qui sunt eiusdem manipuli. Spartianus *in Nigro*. Idem ob vnius gallinacei direptionem decem manipulones, qui captum ab vno comederant securi percuti iussit.

Cŏmmănĭpŭlātio, Spartianus *in Nigro*. Vt tota in expeditione, in commanipulatione nemo faceret.

Cŏmmascŭlāre: vt, Commasculare frontem, masculi frontem assumere virginali verecundia relata, & quasi perfricta fronte aliquid facere. Macrob. *Satur. lib. 7. c. 11.* de Seruio naturali verecundia presso: Commascula frontem, & sequestrata verecundia, quam in te facies robore indicat, confer nobiscum liberè.

Cŏmmĕdĭtŏr, aris, Meditor. {הגה *hagâh*. μελετάω. GALL. *Penser diligemment à quelque chose.* ITAL. *Pensare, imaginare.* GERM. Betrachten/ nachsinnen. HISP. *Pensar, imaginar.* ANGL. *To thing and muse diligentlie.*} Autor ad Her. *lib. 3.* Quare placet & ex ordine locos comparare, & locos quos assumpserimus egregiè commeditari oportebit, vt perpetuò nobis hærere possint. Lucr. *lib. 6.*

Et fragiles sonitus chartarum commeditatur,

id est, exercet, facit, reddit.

CŎMMĔMĬNĪ, Memini. {זכר *zachár*. μέμνημαι. GALL. *I'ay encore souuenance.* ITAL. *Mi è souuenuto.* GERM. Ich bin eingedenck. HISP. *Acordarse.* ANGL. *To haue remembrance.*} Cic. 1. *Tusc.* Ego autem non commemini, antequam sum natus, me miserum. Idem 1. *de Orat.* Idem Qu. Seruium. Galbam (quem hominem probè nosse & commeminisse se aiebat) pergrauiter reprehendere solebat. Rem non commeminit suam. Plaut. *Men. sc. 2. a. 4.* Vide Gell. *cap. 24. lib. 2. cap. 1. lib. 14. cap. 15. lib. 10. & cap. 2. lib. 18.* Non commeministi te mecum exire è naui. Plaut. *Men. sc. 9. a. 5.* T. promisisti. C. Non commemini dicere. Idem *Curc. sc. 3. a. 5.* Ideo hoc commemini magis, quia eo die impransus fui. Idem *Amph.* Rectè dicit, vt commeminit somnium narrat tibi hoc te commeminisse te volam. Idem *Pseud. sc. 2. a. 4.* Commemini omnia. Idem *Pseud. sc. 4. a. 2.*

CŎMMĔMŎRO, Commonefacio, in memoriam reduco, recenseo, dico. {הזכיר *hizchir*. ἀναμιμνήσκω, διηγέομαι, λέγω. GALL. *Faire memoire, & mention, raconter, ramentevoir.* ITAL. *Ricordare, ridurre in memoria.* GERM. Erzehlen/ widerdencken/ wider in gedechtnuß bringen. HISP. *Acordar.* ANGL. *To report, to make mention, to bring in memorie.*} Cic. *in Catone.* Pythagoreorúmque more, exercendæ memoriæ causa, quid quoque die dixerim, audierim, commemoro vesperi. Idem *pro Quintio.* Nam quid hoc indignius, aut iniquius C. Aquili dici, aut commemorari potest? Venio ad herum fœdus commemoratum. Plaut. *Pseud. sc. 1. a. 5.* (i. vt in mentem ei reuocem.) Patrem & matrem commemorant qui fuerint. Idem *Men. sc. vlt. a. 5.* bis.

Commemorare pro admonere. Pomponius *in l. in vendendo. ff. de contrah. empt. & vend.* Si quum seruitus venditis prædiis deberetur, nec commemorauerit venditor, sed sciens reticuerit.

Cŏmmĕmŏrātio, verbale, Mentio, recordatio. {זכרון *zicharón*. ὑπόμνησις. GALL. *Mention, recit.* ITAL. *Ricordanza.* GERM. Erzelung/ widerdenckung/ widergedechtnuß. HISP. *Recordacion.* ANGL. *Mention or making report.* Terent. *in Andr.* Nam isthæc commemoratio, Quasi exprobratio est immemoris beneficij.

Commemoratorium, erat schedula, qua conscripta habebantur vasa cuncta auri & argenti, quæ ne raperent persecutores, Mensurius prædecessor senioribus commendauerat, relicto illorum indice, quod Commemoratorium vocat, cuidam fideli amiculæ.

Cŏmmĕmŏrāmentum, antiqui pro commemoratione dixerunt. Cæcilius *Plotio*, Pudebat, credo, commemoramentum stupri.

Cŏmmĕmŏrābĭlis, e, dignum qui commemoretur. {נזכר *nizchár*. ἀξιομνημόνευτος, ἀξιόλογος. GALL. *Digne de memoire, ou d'estre raconté.* ITAL. *Degno de cui se ne faccia memoria.* GERM. Der wirdig ist daß man sein gedencke vnd meldung thue. HISP. *Digno de ser en memoria.* ANGL. *Worthie to be mentioned.*} Cicer. 2. *de nat. deor.* Multaque alia in aliis locis commemorabilia proferre possum. Plaut. *Pseud.* Dabo aliam pugnam claram & commemorabilem.

CŎMMĔNDO, ex Con, & mando, Laudo. {הפקיד *hiphkid* שבח *schibbách* הלל *hillél*. ἐπαινῶ, συνίστημι. GALL. *Recommander, louër, bailler en garde.* ITAL. *Laudare, raccommandare.* GERM. Befehlen/ loben. HISP. *Encommendar ò alabar.* ANGL. *To commend, to loue and praise.*} & sic duobus ferè construi solet modis. Nam quandoque accusatiuum tantùm habet. Cicer. *post red.* Quum enim, præter simulatam tristitiam, nulla res commendaret. Valer. Max. *lib. 10.* Quapropter non ludicram artem commendauit. Commendare qui suam vicem funguntur. Sueton. *in August. cap. 44.* Tibi commendo spes, opésque meas. P. Mandauisse satis.

Hanc tibi commendo (stirpem meam.)

Ouid. *Eleg. vlt. lib. 3. Trist.* ¶ Quandoque vltra accusatiuum construitur cum alio accusatiuo mediante Apud, aut huiusmodi præpositione: vt, Commendaui te apud prætorem. ¶ Quandoque post accusatiuum iungitur datiuo, & significat fidei alicuius committo, & quod charum est mihi alicui concredo, παρατίθημι, sed non recedit à significatione verbi Laudo. Semper enim fit cum charitate & laude eius, qui commendatur. Cic. *Quint. Fratri*, Quàm multos mecum esse putas, vt te Statio commendarem? Plaut. Qualine amico mea commendaui bona?

Probo

Probo & fideli & fido. Cic. 3. *de finib.* Quorum vterque tibi testamento liberos suos commendauit. Terent. *in Eunuch.* Ego me tuæ commendo & committo fidei.

Cōmmĕndātus, a, um, participium. Commissus, laudatus, aut fidei alicuius concreditus. {מפקד *mephkadh* משובח *meschubbach.* [illegible] GALL. *Recommandé & loué.* ITAL. *Laudato, tenuto in gran stima.* GERM. Befolhen/ oder gelobt/ einem andern vertrauet. HISP. *Encomendado y alabado.* ANGL. *Commended, praised.*} Cic. *pro Rosc. Amer.* Cui fama mortui, fortunæ viui commendatæ sunt atque concreditæ. Plancus Cic. Meam dignitatem commendatam habeas rogo.

Cōmmĕndātus, nomen ex participio. [illegible] Cic. *pro Corn. Balbo*, Quis est enim nostrûm, cui non illa ciuitas sit huius studio, cura, diligentia, commendatio? Idem *ad Brut.* Quum ipsi per se tibi commendatissimi sint.

Cōmmĕndātio, nis, verbale, Laus, laudatio, commissio. {פקדון *pikkadhon* [illegible] GALL. *Recommendation, louange.* ITAL. *Racommendazione.* GERM. Befelhung. HISP. *Encomienda.* ANGL. *Commending, praising.*} Cicer. *ad Lent. lib.* 1. Nostra, cæterorúmque amicorum commendatione gratissimus in prouincia fuit. Idem, Magna est hominum opinio de te, magna commendatio liberalitatis, magna memoria Consulatus tui.

Cōmmĕndātor, & commendatrix, qui & quæ commendat. {מפקיד *maphkidh.* [illegible]} Cicer. 1. *de legib.* Sed profectò ita se res habet, vt quoniam vitiorum emendatricem legem esse oportet, commendatricémque virtutum, ab ea viuendi doctrina ducatur.

Cōmmĕndātītius, a, um: vt, Commendatitiæ literæ, in quibus aliqui commendantur. {[illegible] GALL. *Lettres de recommandation.* ITAL. *Lettere di raccommandazione.* GERM. Fürdernuß brieff. HISP. *Letras de encomendar.* ANGL. *Letters of commendation.*} Cicer. *Anton. lib.* 5. Et si statueram nullas ad te literas mittere, nisi commendatitias.

Cōmmĕndābĭlis, e, dignum quod laudetur. {[illegible] GALL. *Digne d'estre loué.* ITAL. *Che è degno di essere laudato.* GERM. Das fürderens oder befehlens würdig ist. HISP. *Digno de ser encomendado y alabado.* ANGL. *worthie to be praised.*} Col. *lib.* 5. *cap.* 6. Sed vt densum arbustum commendabile fructu & decore est, sic vbi, &c. Nullo commendabilis merito. Liuius *lib.* 2. *d.* 5.

Cōmmĕntacŭlum, vide *Commetaculum.*

Cōmmĕnsis, vide *Commetior.*

Commentor, Commentitius, Commentum, vide *Comminiscor.*

CŌMMĔO, as, ex Con, & meo, Eo, iter facio. {הלך *halach* התהלך *hithhallech* ארח *arach.* [illegible] GALL. *Aller & faire vn voyage, passer d'vn lieu en autre, voyager.* ITAL. *Andare, venire.* GERM. Etwan hin gehen den weg widerumb zukommen. HISP. *Passar por algun lugar, y venir.* ANGL. *To go, to walke, to make an iournay.*} Col. *lib.* 1. *c.* 3. Qui libentiùs commeaturus sit, si vexationem viæ non reformidet. Plaut. *in Rud.* Eum ad carnificem est æquius, quàm ad Venerem commeare. ¶ Aliquando ponitur pro Conuenio. Cic. *pro lege Man.* Insula Delos quò omnes vndique cum mercibus commeabant. ¶ Aliquando pro Venio & Redeo. Idem, Sol ab ortu ad occasum commeans. ¶ Inde Commeatus dari dicitur, id est, tempus quo ire & redire commodè possis. ¶ Veteres etiam commetare dixerunt, pro commeare, vt citat Nonius ex Næuio, Quum ad lupam nostram tam multi crebrò commetant lupi. Afran. Quò tu commetas? vbi confixus desides? Ex Nonio.

Cōmmĕātor, qui commeat, idque vltrò citróque, vt internuntius: qualis Mercurius apud Apul. *in Apolog.* Deus superûm & inferorum commeator appellatur. Hom. [illegible]

Cōmmĕātus, us, facultas abeundi, siue quod dicitur, *Saluus conductus*, quem dat Imperator militi, præpositus inferiori, eundi quò velit ad præscriptum diem reuersuro. {[illegible] GALL. *Congé de s'en aller, saufconduit.* ITAL. *Licenza saluocondutto.* GERM. Ein geleit/ erlaubnuß hinweg zugehn. HISP. *Licencia para passar por algun lugar, saluo conducto de principe, o capitan.* ANGL. *Passport or saufe conducte to passe.*} Commeatum petit, id est, veniam abeundi. Sueton. *in Tiber. cap.* 10. Nam mox sequitur facta abeundi potestate. Quo sensu & *in Neron. cap.* 35. *& in Claud. cap.* 16. Et Quint. Miles qui ad diem commeatus non fuit. Autor ad Heren. Ille qui ad diem commeatus non venit, quòd eum aquæ interclusissent. Liu. *lib.* 23. Magna pars sine commeatibus dilabebatur. ¶ Aliquando accipitur pro cibariis ad alimoniam exercitus aut Reip. aut multitudinis, vel etiam priuati alicuius. {אכל *ochel* שבר *schebher.* [illegible] GALL. *Viures pour passer quelque temps.* ITAL. *Vettouaglia.* GERM. Profiand/ oder narung zu erhaltung eines kriegs volcks. HISP. *Las vituallas.* ANGL. *Vittailles for the way or iourney.*} Cic. *pro lege Manil.* Iam commeatu & priuato, & publico, prohibemur. Cæs. 1. *bell. Ciuil.* Reliquas merces commeatúsque ad obsidionem vrbis, si accidat, reseruant. Tantus ventris commeatus cibus adest (pro cibi.) Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Inimicis intercludito commeatum. Idem *Merc. sc.* 2. *a.* 2. In commeatum volui argentarium proficisci, id est, quasi ad viaticum. Idem *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. ¶ Vnde, Trium dierum commeatus dicitur quum instare paupertas extrema significatur. Aristoph. *in Acharnens.* [illegible], id est, Et non vt quis reseruet commeatum tridui. ¶ Aliquando pro transitu multitudinis. Apul. *lib.* 6. Sed cuneatim stipato commeatu difficultates transabirent.

Cōmmĕātālis, miles dicitur, qui in stipendij partem accipit alimenta ex commeatu: id est, ex alimento publico, iuxta priorem significationem vocis, Commeatus. Iustin. *de [illegible] prat. Apt. l. quas Deo.* Nullum audeant Duces, vel Tribuni commeatalem de ipsis dimittere, ne dum sibi lucrum student conferre, ... nostras relinquam prouincias. *Et infrà*, Non de commeatalibus militum, aut eorum stipendiis lucrum facere.

CŌMMĔRCŎR, aris, Mercor, vel multas res simul mercor, coemo. {סחר *sachar.* [illegible] GALL. *Marchander ou acheter ensemble.* ITAL. *Comparare.* GERM. Kauffen vil ding zusammen kauffen. HISP. *Mercar, ò mercar juntamente.* ANGL. *To make marchandise, to bie or sell togither.*} Plaut. *in Capt.* Pater captiuos commercatus alios, tantum studes, vt natum recuperet.

Cōmmĕrcium, est libera commeandi contrahendique facultas, concessa iis, qui merces vltrò citróque conuehunt. {מסחר *mischar.* [illegible] ANGL. *Entercourse, merchandise.*} ¶ Aliter Commercium est vicissitudo dandi & accipiendi: à Con, & merces: mercium commutatio, quæ victus causa inuenta fuit, [illegible]. Plin. *in Paneg.* Diuersásque gentes ita commercio miscuit, vt quod genitum esset vsquam, id apud omnes gentes natum esse videretur. ¶ Accipitur & pro vsu & consuetudine. {[illegible] ANGL. *Fellowship, acquaintance.*} tunc præpositioni Cum, iungitur. Cic. *de senect.* Nec habet vllum cum virtute commercium. Plaut. *in Bacch.* Quid tibi commercij est cum diis damnosissimis. Idem *in Aulularia sc.* 5. *a.* 4. Quid tibi mecum est commercij, senex? Commercium strenarum. Suet. *in Tib. c.* 34. Et Commercio stupri, *in Calig. cap.* 36.

CŌMMĔRĔO, es, vel Commereor, eris, Committo, malè ago, delinquo, pecco. {פעל *paal* מעל *maal* חטא *chatá* הרשיע *hirschiah.* [illegible] GALL. *Meriter, deseruir, faillir.* ITAL. *Errare, meritare.* GERM. Etwas verschulden/ oder verdienen/ sündigen/ etwas vnrechts begehn. HISP. *Pecar, merecer.* ANGL. *To deserue, to committe, to offend, to trespasse.*} Fateor me peccauisse, & me culpam commeruisse (i. commisisse.) Plaut. *Aul. sc.* 6. *a.* 4. Neque te culpam commeruisse, neque me aduorsatum tibi. Idem *Capt. sc.* 3. *a.* 2. Commerui malum. Idem *Merc. sc.* 6. *a.* 2. Terent. *in Andr.* Quid feci? quid commerui? aut peccaui pater? Vbi Donatus, Commerui, maioris culpæ est: Peccaui multò minoris, vel leuioris. Idem *in Phormione*, Nam si te senserit timidum pater esse, arbitrabitur commeruisse culpam, id est, (inquit Donatus) commisisse. Idem *in Hecyra.* Quibus iris impulsus nunc in illam iniquus sim? Quæ nunquam quicquam erga me commerita est pater, Quod nollem: & sæpe quod vellem meritam scio. Vbi Donatus, Aduerte (inquit) proprietatem Commerendi & Merendi: Mereri bona dicimus, Commereri mala, id est, delinquere, peccare. Ergo hic Meritam, pro præstitisse dixit. Cicer. *de Orat.* Interrogabatur reus, quam quasi æstimationem commeruisse se maximè diceret. ¶ Interdum etiam in bonam partem accipitur pro mereri. Vt apud Plaut. *in Mostellaria*, Quid grauaris, quasi gratiam non commeream?

CŌMMĒTĬŎR, iris, Metior, simul metior. {מדד *madhadh.* [illegible] GALL. *Mesurer & compasser.* ITAL. *Misurare.* GERM. Messen. HISP. *Medir.* ANGL. *To measure.*} Cic. 1. *de Inuent.* Nam sæpe oportet commetiri cum tempore negotium, & videre potueritne aut magnitudo negotij, aut multitudo rerum in eo transigi tempore.

Cōmmēnsus, us, ui, Symmetriam significat, {מדה *middáh* משקל *mischkal.* [illegible] GALL. *Mesure, mesurement.* ITAL. *Misura.* GERM. Ein fonnliche abmässung. HISP. *Medida.* ANGL. *Measuring.*} Vitruu. *lib.* 3. *cap.* 1. Reliqua quoque membra suos habent commensus proportionis, &c.

CŌMMĒTO, as. Vetustissimi dixerunt pro commeo, hoc est, ito, aliquò me confero. [illegible] Næuius, Quum ad lupam nostram tam multi crebrò commetant lupi. Vide *Commeo.*

Cōmmictĭlis seruus, apud Pomp. *in prat. post.* Si sciam, quid velis, inquit, quasi serui comici commictilis, id est, compositi. Ex Nonio.

CŌMMĬGRO, as, idem est quod migro, & habitationem in locum aliquem transfero. {נסע *nasáh.* [illegible] GALL. *Aller loger, demeurer ou habiter en autre lieu.* ITAL. *Andar ad habitar altroue.* GERM. Sein wohnung an ein ort hin verendern. HISP. *Mudar casa en otro lugar.* ANGL. *To go and dwell in an other place, to flitte.*} Ter. *in Andr.* Mulier quædam abhinc triennium commigrauit huic viciniæ. Liu. 5. *ab Vrbe.* Quid si non Galli hoc, sed veteres hostes vestri Æqui, Volscive faciant, vt commigrent Romani? Cic. *ad Quintum Frat. lib.* 2. Sed, vt spero, paucis mensibus post Calend. Quintiles in tuam commigrabis.

CŌMMĪLĔS, itis, Commilito. {[illegible] GALL. *Compagnon de guerre.* ITAL. *Compagno di guerra.* GERM. Mitkriegsman/ gesell im krieg. HISP. *Compañero en la guerra.* ANGL. *A fellow in warre fare.*} Cæs. *bell. Ciuil.* Commilitésque nonnulli grauiores sermones militum vulgò durius accipiebant. Commilito Cæsaris, Octauius.

Cōmmīlĭtium, ipsa belli societas. {[illegible] GALL. *Compagnie de guerre, societé en la guerre.* ITAL. *Compagnia di guerra.* GERM. Gesellschafft im krieg. HISP. *Compañia en la guerra.* ANGL. *Fellowship in warre fare.*} ‖Prud.

Ex commilitio carus & ipse mihi.‖

Iustinian. *lib.* 1. Deinde cogitatione legum sacrarum, tum vetusti per tot bella commilitij, orat misereatur ciuium exulum. Tacitus *lib.* 1. Chauci quum auxilia pollicerentur, in commilitium adsciti sunt. ¶ Apud Apuleium etiam Commilitia legitur fœminino genere.

Cōmmīlĭtĭa, æ, [illegible] Commilitium. Apul. Florid. *lib.* 3. Commemorauit inter nos iura amicitiæ, ac commilitiæ studiorum.

Cōmmīlĭtōnes, qui simul militant, commilites. {[illegible] GALL. *Compagnons d'armes, & de guerre.* ITAL. *Compagni alla guerra.* GERM. Kriegß gsellen. HISP. *Compañeros en la guerra.* ANGL. *Companions or fellowes in warre.*} ‖Prud.

Germanus commilito, non times ensem.‖

Sueton. *in Cæs.* Nec milites suos pro concione, sed blandiore nomine commilitones appellabat, tanquam & ipse vnus esset ex numero militum. Cic. *pro Deiot.* Hic verò adolescens, qui meus in Cilicia miles, in Græcia commilito fuit.

Comminctus, vel Commictus. Plaut. *Mest. sc.* 1. *a.* 1. Caue Capram commictam, aliàs *commixtam*, & *comminctam.*

CŌMMĬNĬSCŎR, Fingo, vel excogito: ab antiquo verbo Meminiscor. vide & Reminiscor. {בדא *badha* יצר *iatsar.* [illegible] GALL. *Controuuer, excogiter, forger.* ITAL. *Fingere, imaginare.* GERM. Erdichten. HISP. *Pensar ò fingir.* ANGL. *To inuent, to imagine, to faine, to deuise, to forge.*} Terent. *in Hecyra*, Aliquid tulisse comminiscentur mali. Cic. 4. *de finib.* Ille enim occurrentia nescio quæ comminiscebatur. Liu. 7. *bell. Maced.* Nihil aduersùs tale machinationis genus parare, nec commenti oppidani conabantur. Mendacium quod modo commentus fui. Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Fabricare quiduis, quiduis comminiscere. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 1. Item, Nen queo comminisci quid dicam, idem *Aul. sc.* 1. *a.* 1. Comparatum dolum & commenti (sunt) de sua sententia. Idem *Capt. prolog.*

Cōmmĕntus,

Commentus, partic. actiuæ significationis. {בדה bodhé יצר jotsér. GALL. *Controuueur, songeur, qui a excogité.* ITAL. *Che a trouato.* GERM. *Der erdacht hat.* HISP. *Fingidor.* ANGL. *He that inuenteth, imagineth or deuiseth.* } Cicer. 1. *de nat. deor.* Monogrammos deos & nihil agentes commentus est Epicurus. Commentus est vigiles, id est, instituit. Sueton. *Aug. cap.* 30.

Commentus, passiuè. {בדוי badui נוצר notsár. [illegible]. GALL. *Feint, controuué.* ITAL. *Finto, simulato.* GERM. *Der erdicht ist.* HISP. *Fingido, falso.* ANGL. *Fayned, inuented, forged, deuised.* } Ouid. 6. *Metamor.*

Dat gemitus fictos, commentaque funera narrat.

Quonam pacto fac commentus sies. Plaut. *Amph.*

COMMENTARI, frequentatiuum est a comminiscor, Cogitare, agitare, tractare, mentionem facere, disputare. {חשב chaschab הגה hagah יצר iatsar הרהר harah. [illegible], [illegible]. GALL. *Penser & songer à quelque chose, inuenter & controuuer.* ITAL. *Trattare, disputare, dichiarare.* GERM. Sinnen betrachten sich mit einem andern vnderreden. HISP. *Pensar, disputar, tratar, glosar libros.* ANGL. *To muze and think on a thing, to inuent, to reason.* } Cicer. *ad Atticum lib.* 4. Veruntamen idipsum mecum in his locis commentor, vt ista improbem. Idem *in Lal.* Quum in hortos D. Bruti Auguris commentandi causa (vt assolet) venissemus, hoc est, tractandi, vel disputandi. ¶ Interdum significat comminisci, confingere fallaciam. [illegible]. Plaut. *in Casin.* Vt cito commentatus est, ecquid te pudet? ¶ Interdum commentarium scribere, scribendo aliquid componere. [illegible]. Plin. *lib.* 18. *cap.* 25. Ideo ipso anno, quum commentaremur hæc, notatum est, prouentum eorum ter repetito frigore extinctum. Commentari, pro inuenire. Cic. 11. *Philipp.* Quorum alter commentatus est Mimos, alter egit Tragœdiam. ¶ Actiuum Commento, Nimis benè omnia commentaui. Plaut. *Mert. sc.* 7. *a.* 5.

Commentatus, partic. quod modò passiuè accipitur. {נוצר notsér. [illegible], [illegible]. GALL. *Pensé, songé, controuué.* ITAL. *Trouato, imaginato.* GERM. Mit nachsinnen erdichtet. HISP. *Fingido.* ANGL. *Mused on, inuented, deuised.* } Cic. *ad Tironem lib.* 16. Isque diu, & multis lucubrationibus commentata oratione, vide vt probare possit te non peccasse. ¶ Modò actiuè. Idem *Attic. lib.* 4. Quum in villa Metelli complures dies commentatus esset.

Commentatio, verbale, Meditatio, atque contemplatio. {יצר jetsér הגיון higaion. [illegible], [illegible], [illegible]. GALL. *Pensement à inuenter, & controuuer quelque chose.* ITAL. *Pensamento di qualche cosa.* GERM. Innerliche erwägung/ oder betrachtung eines dings. HISP. *Pensamiento para hallar alguna cosa.* ANGL. *A thinking and muzing to inuent or deuise a thing.* } Cic. 1. *Tusc.* Tota enim Philosophorum vita, vt ait idem, commentatio mortis est. ¶ Item pro descriptione. Plin. *lib.* 6. *cap.* 17. Seneca etiam apud nos, tentata Indiæ commentatione, sexaginta amnes eius prodidit.

Commentariensis. {מזכיר mazchir. [illegible]. GALL. *Celuy qui fait registre, comme greffier des prisonniers qu'il reçoit.* ITAL. *Guardiano de registri, protocoli ouero d'atti publici.* GERM. Ein schreiber so die betrachtungen vnnd rathschläg ober händel auffschreybt/ vnd sie bewaret. HISP. *El que haze registros, como vn carcelero.* ANGL. *He that registreth any thing as a taueleur of the prisonners which he receiueth.* } Qui in commentarium custodias refert, & velut diarium custodiarum conficit, Budæus. Asconius *in eum locum* Cic. 3. *Verr.* Accensus Neronis. Accensus, inquit, nomen est ordinis & promotionis in militia, vt nunc dicitur princeps, vel Commentariensis, aut Cornicularius. Hæc enim nomina de legionaria militia sumpta sunt. Paulus *in l. in fraudem.* §. *à debitore. ff. de iure fisci.* Quoties apud fiscum agitur actorum potestas postulanda est, vt meritò his vti liceat, eáque manu Commentariensis annotanda sunt. Secundum hoc commentarienses sunt quibus commentarij Imperatoris commissi sunt, vt est hodie thesaurus chartarum. *in l. ad commentariensem. C. de custodia reorum,* pro eo accipitur qui custodiam & periculum reorum præstat, ita vt reo elapso talione ipse puniatur. *& in l. fin.* commentariensis singulis mensibus de personis reorum & numero, de qualitate delictorum, de clausorum ordinibus ad iudicem referre debet.

Commentarium, Commentarius, & Commentarij, orum, plurali numer. pro vna eademque significatione sumuntur, scilicet pro libris in quibus non latè diffuséque res, sed quam breuissimè possunt, explicantur, simpliciterque, & quasi per capita describuntur. {זכרון zichcharón מגלה megillah. [illegible], [illegible], [illegible]. GALL. *Registre, memoires, papier iournal.* ITAL. *Registro, giornale, memoriale.* GERM. Ein buch oder rodel in welchem etwas oder erklerung eines dings kurtz begriffen seind. HISP. *La minuta de la obra.* ANGL. *Registre of actes, done an short exposition or comment.* } Cic. *in Brut.* Non est oratio, sed quasi capita rerum, & orationis commentarium paulò plenius. Sic Cæsaris commentarij dicuntur, quos Plutarchus [illegible] appellat, inquiens, [illegible], in quibus ad exequendam historiam aliis videtur materiam subiecisse. Suet. *in August. cap.* 64. Quod in diuinos commentarios referretur. *& in Tiber. c.* 91. Commentarium de vita sua scripsit. Vide Senec. *lib.* 3. *Decl.* Sine commentario nunquam dixit Seuerus Cassius, nec hoc commentario contentus erat, in quo nudæ res ponuntur. Gell. Est adeò probi Grammatici commentarius satis curiosè factus. Et iterum, Nonnulli Grammatici qui commentaria in Virg. composuerunt. Idem noster Taurus in primo commentariorum, quos in Gorgiam Platonis composuit, scriptum reliquit. Commentaria in Virg. scripsit Higinus Gell. *cap.* 1. *lib.* 1. *& cap.* 6. *lib.* 1. Commentariis rhetorum consenescere. Quint. liber Commentarius. Gell. *cap.* 7. *lib.* 14. Quod in commentarios suos pueri retulerunt. Fab. *cap.* 12. *lib.* 2. *cap.* 28. *lib.* 3. Turpe est ex commentario sapere. *Ibid.* In summas, siue commentarios, & capita referre. Quint. ¶ Præterea Commentarius quandoque dicitur ipse commentator, [illegible], hoc est, qui commentarium composuit. Seru. *suprà* 1. *Georg.* Superfluam mouent quæstionem commentarij. A Commentarium, fit diminutiuum Commentariolum, [illegible]. Cic. 4. *de finib.* Quæ quidem res efficit, ne necesse sit iisdem de rebus semper quasi dictata decantare, neque à Commentariolis suis discedere.

Commentiri, [illegible]. Apul. *in Apol.* Lignum à me toto oppido, & quidem oppidò quæsitum, non piguit vos commentiri.

Commentitius, a, um, fictum & ad tempus commentum, & excogitatum. {בדוי baduí נוצר notsar. [illegible], [illegible]. GALL. *Controuué & feint.* ITAL. *Finto, fictione.* GERM. Erdichter. HISP. *Cosa fingida, ò falsa.* ANGL. *Inuented and fained for a time.* } Cicer. 2. *de Orat.* Vt si in illa commentitia Platonis ciuitate res ageretur. Idem 4. *Acad.* Neve fueris commentitiis rebus assensus.

Commentator, [illegible], [illegible], inuentor, atque excogitator. Apul. *in Apol.* Est enim litium omnium repertor, omnium falsorum commentator, omnium simulationum architectus.

Commentor, is, verbale, Inuentor, excogitator. {יצר jotsér בדה bodhé. [illegible]. GALL. *Controuueur.* ITAL. *Inuentore.* GERM. Erdichter/ erfinder. HISP. *Fingidor.* ANGL. *An inuenter or fayner, a deuiser.* } vt, Vuæ commentor dicitur Bacchus, id est, inuentor. Ouid. 3. *Fast.*

Luce sua ludos vuæ commentor habebat.

Commentum, Res ficta, excogitata inuentio. {יצר jétser. [illegible]. GALL. *Inuention, chose controuuée.* ITAL. *Comento, fictione.* GERM. Ein erdichtung/ erfindung mit nachsinnen. HISP. *Fiction ò glosa.* ANGL. *An inuention, a thing diuised, forged or fayned.* } Terent. *in Andria,* Atqui ipsis commentum placet. Cicer. *de clar. Orator.* Vt sua commenta, & scripta meminisset. Euge, Euge lepide: laudo commentum tuum. Plaut. *Merc. sc.* 2. *a.* 2. Commenta retexit (supra vocauit furorem fictum.) Ouid. 13. *Metam.* Deducitur a verbo Comminiscor, quod facit supinum Commentum. ¶ Ponitur etiam pro expositione interpretationeque autorum in literas relata, & idem significat quod commentarius. Prisc. *lib.* 6. Seruius in commento Virgilij. Idem *lib.* 15. Donatus in commento Æneidos. Id quum indocti non intelligerent, aut saltem nimium halucinari non probarent, ex commento commentarium imperitè fecerunt.

[Commetare, commeare. Afran. *Virgine:* Quò tu commetas? vbi confixus residesti?]

COMMINISTRO, as, are. Ministro. {שרת schereth. [illegible]. GALL. *Ministrer, seruir, assister.* ITAL. *Ministrare.* GERM. Dienen/ zudienen. HISP. *Ministrar.* ANGL. *To minister, to serue.* } Plinius *lib.* 28. *c.* 8. Super omnia est, quòd extremam fistulam intestini contra ducum ac potestatum iniquitates comministrant, & [illegible] successus petitionum, iudiciorúmque, ac litium euentus.

COMMINOR, aris, ari, Minor. {זעף זכו zaháph bim התנחם hithnachém. [illegible]. GALL. *Menacer.* ITAL. *Minaciare.* GERM. Trewen. HISP. *Amenazar.* ANGL. *To boast or threaten.* } Suet. *in Cæs. cap.* 62. Vt aquilifero moranti cuspide sit comminatus. Quid comminatus mihi? Plaut. *Aul. sc.* 2. *a.* 3.

Comminatio, verbale. {זעף záhaph. [illegible]. GALL. *Menasse, commination.* ITAL. *Menaccia.* GERM. Trewung. HISP. *Obra de amenazar, amenaza.* ANGL. *Boasting, threatening.* } Plin. *lib.* 7. *c.* 45. Tantis in aspectu generositas, torua fronte, auribus setosis, cornibus in procinctu dimicationem poscentibus, sed tota comminatio prioribus in pedibus stat, ita glíscente alternos replicans, spargénsque in altum arenam, & solius animalium eo stimulo ardescens. Cic. 3. *de Orat.* Orationis autem ipsius tanquam armorum est, vel ad vsum comminatio, & quasi petitio, vel ad venustatem ipsa tractatio.

Comminatiuus, adiect. [illegible]: vt aduerbia Comminatiua. Diomed. Gramm. *lib.* 1.

COMMINVO, is, Frango, diminuo. {דק dak. [illegible], [illegible]. GALL. *Briser, gruger, mettre en pieces, deminuer.* ITAL. *Minuire.* GERM. Zu stuck zerbrechen/ zermalen. HISP. *Desmenuzar.* ANGL. *To break in pieces, to make lesse.* } Plaut. *in Bacch.* Nisi mauultis fores & postes comminui securibus. Plin. *lib.* 10. *c.* 4. Satiui verò decocti, manè poti, ad ternos cyathos comminuunt, & eliciunt calculos. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 5. Ossa huius [illegible] artus comminuam illo scipione.

Comminus, vide *Cominus.*

COMMISCEO, es, ere, Permisceo. {מסך masách בלל balál. [illegible]. GALL. *Mesler ensemble, mixtionner l'vn parmi l'autre, brouiller.* ITAL. *Meschiare, mescolare.* GERM. Vermischen/ ein ding vnder das ander mischen. HISP. *Mezclar.* ANGL. *To mixe or mingle together.* } Plaut. *Persa,* Commisce mulsum, struthea, colutheáque appara. Cicer. 2. *de nat. Deorum.* Deinde partes corporis & [illegible] procreandum, & ad concipiendum aptissimæ, & in mare, & in fœmina commiscendorum corporum miræ libidines. Abeo ne quid tecum consilij commisceam. Plaut. *Mil. sc.* 5. *a.* 2. faciam vt commista sit Tragicocomœdia, *Prolog. Amphitr.* Verum commixtum malo, idem *sc.* 2. *a.* 2. Caue capsam commistam, idem *Most. sc.* 1. *a.* 2.

Commisculor, & Misculor, pro arrogare sibi proprium.

Commixtio, [illegible], Iulius Firmicus *Matheseos lib.* 1. Ex illa commixtionis moderatione progenerat.

Commistus, particip. Mixtus, permixtus. {מסוך masuch בלול balúl. [illegible], [illegible]. GALL. *Meslé, mixtionné.* ITAL. *Mescolato.* GERM. Vermischt. HISP. *Mezclado.* ANGL. *Mingled together.* } Virg. 2. *Georg.*

Magnus alit magno commistus corpore fœtus.

Commisena, [illegible], Armeniæ pars est apud Strab. *lib.* 11.

COMMISERESCO, is, ere, Miserescor. {רחם richám חן chán. [illegible]. GALL. *Auoir pitié & compassion.* ITAL. *Hauere misericordia.* GERM. Mit einem erbärmd vnnd mitleyden tragen. HISP. *Auer misericordia.* ANGL. *To haue pitie and compassion.* } Terent. *in Hecyra.* Ibi demùm ita ægrè tulit, vt ipsam Bacchidem, Si adesset, credo ibi eius commiseresceret. Nautas precum eius commiseritum esse. Gell. *cap.* 9. *lib.* 16. Et, Vulnera dolorem commiserantia, idem *c.* 14. *lib.* 5.

Commiseror, aris, ari, Miseror, seu misericordia moueor, miseratione afficior, {רחם richám חן chán.} Cicer. *in Verr.* Quid quum commiserari, conqueri, [illegible] ex illius inuidia deonerare aliquid, & in te traiicere cœperit.

Commiseratio, verbale, Misericordia, miseratio. {רחם rachám. [illegible], [illegible]. GALL. *Pitié & compassion qu'on a d'aucun.* ITAL. *Pietà, compassione.* GERM. Die erbärmd so einer mit dem andern tregt. HISP. *Aquella misericordia.* ANGL. *Pitie or compassion of one.* } Cic. 1. *de Orat.* Quid de Q. Regis commiseratione dicam?

Cōmmiſsūs, Commiſſuræ, vide *Committo.*

Cōmmitigo, as, {מְלַחֵת *hecbelik*. *καταμαλάσσω*. Gall. *Adoucir, amolir.* Ital. *Mitigare.* Germ. Senfftigen. begütigen. Hisp. *Amanſar ò ablandar.* Angl. *To appea e, to mittigate.*} Ter. *in Eunuch.* Vtinam tibi commitigari videam ſandalio caput. Vbi Donat. Commitigari eſt, tundendo deprimi, atque deponi.

Cōmmitto, is, Alicuius fidei trado. {הִפְקִיד *hiphkidh.* *παρατίθημι, πιστεύω.* Gall. *Donner en garde, commettre.* Ital. *Commettere, dare in guardia.* Germ. Zuſammen laſſen/ einem trew befelhen vnnd vbergeben. Hisp. *Encomendar, confiar.* Angl. *To committe, to giue in keeping.*} Ter. *in Eunuch.* Ouem lupo commiſiſti. Idem *in Andr.* Bona noſtra hæc tibi committo, & tuæ mando fidei. *Ibid.* Nec ſatis digna cui committas primo partu mulierem. Item Committere ſpes in fidem alicuius. Liu. *lib.* 10. *bell. Pun.* Committere ſe in alicuius poteſtatem. Idem *lib.* 6. *d.* 4. Committere ▪ dolori conſumendum. Senec. *de con ſ. ad Pol. cap.* 6. Vel paruum Æmnæ corpus committere flammæ. Tib. *lib.* 4. Committere rem prælio. Cæſ. 2. *de bell. ciu.*

Aut quia committi ſtrictis mucronibus auſa (Sabinæ,)

Ouid. 6. *Faſt.* Quandoque committere eſt iniungere aliquid faciendum, & quaſi commendare. *ἐπιτρέπειν.* Cic. *lib.* 6. *Epiſt. famil.* Neque te impedio, quo minus ſuſceptum negotium pro tua fide & diligentia, ex voluntate Cæſaris, qui tibi rem magnam difficilémque commiſit, gerere poſſis. Idem *pro domo ſua*, Cn. Pompeio plurima bella extra ordinem ſunt commiſſa. ¶ Quandoque peccare, *πλημμελεῖν.* Cic. 1. *in Verr.* Ego etiam, quæ tu ſine Verre commiſiſti, Verri crimini daturus ſum. Virg. 1. *Æneid.*

Quid meus Æneas in te committere tantum?
Quid Troës potuere.

¶ Quandoque ſociare, coniungere, *συνάπτειν.* Idem 3. *Æneid.*

Delphinum caudas vtero commiſſa luporum.

¶ Quandoque facere, perpetrare. *ἐπιτελεῖν.* Saluſt. *in Catil.* Sempronia, quæ multa ſæpe virilis audaciæ commiſerat. ¶ Quandoque incipere, *ἐπιχειρεῖν, ἐνάρχεσθαι.* Virg. *lib.* 5.

Et tuba commiſſos medio canit aggere ludos.

Saluſt. Quibus dictis prælium commiſere: *πόλεμον συνῆψαν.* Committere ludos. Suet. *in Calig. cap.* 19. *& in Claud. c.* 21. Et, Committere hiſtoriam, pro recitare, incipere. Suet. *in Claud. cap.* 41. Commiſſa præſcriptio ſanguine Tribuni. (i. cœpta) Velleius. Commiſſum ſacrificium Gell. *c. vlt. lib.* 7. ¶ Quandoque idem quod permittere, vel occaſionem præbere, *παρέχειν*, idque ferè negatiuè, ſubſequente particula Vt. Cic. *ad Attic. lib.* 1. Non committam poſthac vt me accuſare de epiſtolarum negligentia poſſis. Idem 6. *Philipp.* Ego nolo ciuem committere, vt morte mulctandus ſit. Aliquando etiam ſine negatione. Idem *lib.* 2. *Offic.* Periculoſum ipſi eſt, tum etiam ſordidum ad famam, committere vt accuſator nominetur. Neque iſthuc in tantis periculis vnquam committam, vt fiet. Plaut. *Aul. ſc.* 3. *a.* 3. Commiſi, vt me defraudes. ¶ Quandoque in contentionem deducere. *συμβάλλειν, ſυμβάλλειν, εἰς ἀγῶνα.* Suetonius *in Calig.* Nec ceſſauit ex eo criminari alterum alteri. Committere aliquos inter ſe, (id eſt, reddere inimicos.) Sueton. *in Calig. cap.* 56. Item duos filios committere in aleam caſus. Liu. *lib.* 10. *d.* 4. Committere pugiles Latinos cum Græcis, Sueton. *Auguſt. cap.* 44. Commiſſus ignis cum lenta materia viuacior eſt. Senec. *cap.* 13. *de conſol. ad Mart.* Commiſſa inter ſe duo reip. capita Cæſar & Pompeius. (Vell. Item, Commiſi vt me defraudes, id eſt, præbui anſam tibi credendo pallam & ſpinther. *Menæch. ſc.* 3. 4. Item lege de ſicariis commiſit (id eſt, in legem.) Quintil. Non committit vxor eam pecuniam in poteſtate viri. Gell. *cap.* 6. *lib.* 17. Sanâne es, quæ iſti committas annulum (id eſt, concredas.) Plaut. *Curc. ſc.* 2. *a.* 5. ¶ Committere prælium, eſt præliari. *μάχεσθαι.* Cic. *lib.* 4. *Epiſt. fam.* Sed vt rationem in eo, quo die prælium Panſa commiſit, eodem die à Gadibus naues profectæ ſunt. ¶ Committi verbum quoque iuris eſt, quum quid commiſſum, id eſt, factum eſt propter quod aliquid debeatur. Sic commiſſa hereditas dicitur, in qua aliquid commiſſum, quamobrem aliquid debeatur: & commiſſa pœna, quæ debetur: commiſſa ſtipulatio, quum ſtipulatio locum habet & effectum, hoc eſt, quum id debetur quod eſt promiſſum, &c. Vide Lexicon Hotomani. ¶ Propriè tamen ratione præpoſitionis Con, ſignificat ſimul mittere, ſiue ſimul iungere. *συζευγνύειν.* Gell. Gordium nomen eſt vrbis quam Sangarius amnis interfluit: magna ex parte cingitur fluctibus, ſpeciem inſulæ præberetac niſi tenue diſcrimen obiiceret, maria quæ nunc diuidit, committeret. Vide plura de hoc verbo apud Vallam *lib.* 2. *cap.* 58. *& lib.* 5. *cap.* 61. Committere ſe in præcipitem locum, hoc eſt, Exponere & committere ſe periculo. Cicer. 4. *Acad.* Ita enim finitima ſunt falſa veris, eaque quæ percipi poſſunt (ſi modò ea ſunt quædam: iam enim videbimus) vt tamen in præcipitem locum non debeat ſe ſapiens committere.

Cōmmiſſa dicuntur, quæ contra conteſtatoris voluntatem facta, aut non facta ab herede, mulcta aliqua pœnáque plectuntur. Autor Aſcon.

‖Commiſſarij, quibus aliquid gerendum committitur. Buleng.‖

Cōmmiſſus, part. {מֻפְקָד *muphkadh.* *σωματοφυλαξ, παρακαταθήκη, ἐμπεπιστευμένος.* Gall. *Commis & baillé en garde.* Ital. *Dato in guardia.* Germ. In verwahrung gegeben. Hisp. *Encomendado, confiado.* Angl. *Committed and geuin in keeping.*} Cic. *pro Fonteio*, Atque ita, vt commiſſus ſit fidei, permiſſus poteſtati. Virg. 5. *Æneid.*

Et tuba commiſſos medio canit aggere ludos.

Commiſſa plumbo, id eſt, ferruminata. Iuuen. *Sat.* 14.

Cōmmittendus, aliud part. Cic. 4. *ad Attic. lib.* 10. Fortunæ ſunt committenda omnia ſine ſpe conamur vlla.

Cōmmiſſum, ſubſtantiuum, Delictum, peccatum. {עָוֹן *ʿâôn.* *ἁμάρτημα.* Gall. *Cas commis, fault, peché.* Ital. *Peccato.* Germ. Ein begangne that/ beſonder die vnrecht iſt mißhandlung. Hisp. *Pecado.* Angl. *An offence or fault.*} Cic. *pro Sulla.* Etquod huius factum, aut commiſſum, non dicam audacius, ſed quod cuiquam paulò minus conſideratum videretur, &c. Non ſitis me acceſſit patrem, niſi commiſſi, aut iurgij cauſſa. Plaut. *Menæch. ſc.* 1. *a.* 3.

——— *commiſſi præmia raptor habet.*

Ouid. 4. *Faſt.* Commiſſum pro confiſcatione (quam vocant) quæ fit ob illicitas merces nauigio, aut alio modo aduectas, aut propter vectigal non ſolutum, multaſque alias eiuſmodi ob cauſas. Hinc commiſſo tollere, vendicare, in commiſſum cadere, incidere, & in cauſam commiſſi incidere, vſitatæ apud Iuriſconſultos loquendi formulæ. Commiſſa multa fiebant. (i. in publicum cadebant ob non ſolutum tributum.) Sueton. *in Calig. c.* 71. Item Commiſſum, quod improfeſſum apud publicanos. Quintil. *declam.* 340.

Cōmmiſſio, nis, verbal. {מַחְבֶּרֶת *machbéreth* דָּבֵק *dêbek.* *συμβολή, ἀγών.* Gall. *Aſſemblement de quelqu'vn contre vn autre, comme de ceux qui doyuent ſeuiler, irritation à ſe icinâre pour ſe battre.* Ital. *La conteſta tra due ò più.* Germ. Die an einander laſſung zweyer oder vilet. Hisp. *Acometimiento, comiſſion.* Angl. *A cauſing of two or moe togetber fighting inone againſt another.*} Quo propriè ſignificatur binorum vel pugilum, vel muſicorum, vel poetarum, vel rhetorum exhibitio, ad artis, aut virium oſtentationem. Huiuſmodi autem certaminibus Prætores, velut Agonothetæ præſidebant. Suet. *in Auguſt.* componi tamen aliquid de ſe, niſi & ſeriò, & à præſtantiſſimis, oſtendebatur: admonebátque Prætores ne paterentur nomen ſuum commiſſionibus obſoleſieri. Commiſſiones meras componere, de genere dicendi leni & compto. Idem *in Calig. cap.* 53. Commiſſio ludorum. Idem *in Aug. c.* 43. *& in Galb. c.* 6. Plin. *Epiſt.* 144. Proximis ſacerdotalibus ludis productis in commiſſione pantomimis, quum ſimul theatro ego & Quadratus egrederemur, &c.

Cōmmiſſōrius, a, um: vt, Lex commiſſoria, i. exceptio adiecta actioni, contra quam ſi quid commiſſum fuerit, conuentio reſcinditur. Vide Vlp. *in l ſi fundus. ff. de leg. commiſſ.*

Cōmmiſſūra, Iuncturæ, quales ſunt tabularum & aliarum rerum. {מַחְבֶּרֶת *machbéreth* יָדוֹת *jadóth.* *ἁρμογή, ἁρμολογία.* Gall. *Ioinctures, conionctions.* Ital. *Commiſſure, giunture.* Germ. Fügen oder nāten. Hisp. *Commiſſuras è trauazones.* Angl. *The ioyning together of any thing.*} Cicer. *de Vniuerſ.* Deinde in orbem torſit, vt & ipſæ ſecum, & inter ſe ex commiſſura, quæ è regione eſſet, iungerentur. Idem 2. *de nat. deor.* Quid dicam de oſſibus, quæ ſubiecta corpori mirabiles commiſſuras habent, & ad ſtabilitatem aptas, & ad actus finiendos accommodatas, & ad motum, & ad omnem corporis actionem. Ita ſint iuncti, ne commiſſura pelluceat. Quint. Commiſſura verborum. Idem.

Cōmmŏdum, i, Vtile, emolumentum, opportunitas. {יִתְרוֹן *jithron* מְצִיאָה *metzîâ.* *ὠφέλεια, συμφέρον.* Gall. *Prouſit & emolument, commodité, aiſance.* Ital. *Commodo, commodità.* Germ. Ein nutz/ ein komligkeit. Hisp. *Prouecho.* Angl. *Gaine, oportunite, leyſure.*} Commodum eſt, quod plus habet vſus quàm moleſtiæ. Senec. 88. Commoda, ſiue producta differunt à bonis. Idem *epiſt.* 75. Inuideat commodis. Plaut. *Moſtell. ſc.* 3. *a.* 1. Ingenium ad publica commoda vertere. Ouid. 15. *Metam.* Sine commodo remittere milites (i. præmio.) Sueton. *in Galba cap.* 12. Cuius contrarium eſt Incommodum pro damno. *ἀσύμφορον*, *lib.* 2. *ad Heren.* Cauſa eſt, quæ induxit eum commodorum ſpe, aut incommodorum vitatione. Et infrà, Hic accuſator in ſpe commodi cupiditatem oſtendet aduerſarij, & in vitatione incommodi formidinem augebit. ¶ Commodo ſuo, vel alterius aliquid facere, id eſt, ad ſuam, vel alterius vtilitatem. Cicer. *lib.* 1. *Epiſt. famil.* Senatus decernit, vt regem reducas, quod commodo Reip. facere poſſis: vbi malè antea *Commodè* legebatur., fuit enim in SC. vſitata hæc formula. ¶ Commodum aduerb. ſignificat Iam tunc, id temporis, eo momento. {τότε *τότε.* Gall. *Bien à poinct, bien à propos, de bonne fortune.* Ital. *Appunto appunto, à tempo.* Germ. Eben jetz komlich/ eben da zumahl füglich. Hisp. *Prouechoſamente, à buen tiempo, con ſazon.* Angl. *In good tyme, leyſure and oportunitie.*} Apud Commodum limen euaſerant, & fores ad priſtinum ſtatum integræ reſurgunt. Idem *lib.* 1. Igitur inefficaci celeritate fatigatus, commodum veſpera oriente ad balnea proceſſeram. Gell. *lib.* 2. Taurus ſectatoribus commodùm demiſſis, ſedebat pro cubiculi foribus. Ad aquam præbendam commodum adueni domum. Plaut. *Amphitr. ſc.* 2. *a.* 2. *& in Stich. ſc. Quiſnam.* ¶ Commoda dicebantur in re militari, vel munera, vel præmia, vel agri denique qui dabantur militibus. Ouid.

Hæc mihi ſi dederis commoda, miles ero.

Rurſus,

Romule militibus ſciſti dare commoda ſolus.

¶ Commodum ſequente Quum, ſignificat Vix, vel tantùm. Cic. *ad Att.* Commodùm diſceſſeras heri, quum Trebatius venit. ¶ Item pro opportunè. Plaut. *Merc.* Commodum obuiam veniens patri. Item *in Mil.* Hem, te ipſum quæro commodum vir lepidiſſime. ¶ Item commodum eſſe alicui aliquid ſignificat, videri & placere. Cicer. *poſt redit. in Senat.* Neque ſolùm id dixit, ſed quos ei commodum fuit compellauit. id eſt, quos ei viſum fuit compellare & placuit.

Cōmmŏdē, idem ſignificat quod Commodum. {*ἐμμελῶς, καλῶς, ἐπιτηδείως τῷ καιρῷ.* Gall. *Aiſément, à prouſit, commodement, bien à point, bien à propos.* Ital. *Ben apunto, ben al propoſito.* Germ. Geſchicklich/ eben komlich/ oder füglich. Hisp. *Prouechoſamente, a buen tiempo, con ſazon.* Angl. *Handſomelie, conueniently.*} Vnde ſatis capillum compoſitum commodè. Vbi tu commoda es, capillum commodum eſſe credito. Plaut. *Moſt. ſc.* 3. *a.* 1. Commodè valere, Liu. *lib.* 1. *d.* 5. vt, Commodè agere, audire, &c. id eſt, benè, vel optimè, aptè, Cic. *de Amicitia*, Multa ab aliquo commodo & breuiter dicta. Idem *ad Attic.* Quòd literas quibus putas opus eſſe curas dandas facis commodè. ¶ Commodè dicere, *ἐμμελῶς λέγειν.* Celſ. *lib.* 3. *c.* 4. Commodéque Eraſiſtratus dixit, ſæpe, &c. ¶ Veteres etiam *commodō* pro commodè dixerunt, vt notauit Soſipater *lib.* 2. ex Titinnio, Eamus ad ipſum, atque ipſe commodō de parte ſuperiore deſcendebat.

Cōmmodiſsĭmè, Pomp. *D. lib.* 17. *tit.* 2. *l.* 10. Commodiſſimè is qui nondum natus eſt ita hæres inſtituitur.

‖Commodia, hoſtiaria. Gl. Iſid‖

Cōmmodĭus, & Commodiſſimè. Cic. *ad Attic lib.* 13. Poſthac enim poterimus commodiùs colere in Tuſculano. Celſ. *lib.* 5. *c. vlt.* Maior commodiſſime tollitur herba murali. ¶ Hinc etiā formauit Plaut. *in verbo* diminutiuum *Commodulè* hoc conuiuium eſt pro opibus noſtris ſatis commodulè nucibus, fabulis, ficulis, Olea intertrito lupillo, &c.

Commŏdus, a, um. Vtilis, aptus, tempestiuus, siue opportunus. {נכון nacon [illegible] ἐπιτήδειος, εὔχρηστος, ἐπιτήδειος. GALL. Conuenable, opportun, profitable, traitable & de bonne sorte. ITAL. Commodo, vtile. GERM. Nutzlich, komlich, gelimpflich. HISP. Idoneo y prouechoso. ANGL. Fitt, profitable, handsome.} Plaut. Amph. Vt commodum est & lubet facias. Cæs. de bell. ciu. lib. 3. Minus commoda vti valetudine. Contra commodum aliquid facere. Suet. in Aug. cap. 78. i. contra valetudinem. Commoda statura, i. mediocris, Plaut. sc. 3. a. 3. Quam pauci estis homines commodi (i. comes.) Idem Pseud. sc. 5. a. 1. Me viginti commodis muratur minis (alias modicis.) Ibid. sc. 7. a. 4. Viginti argenti commodas minas. Idem Asin. sc. 3. a. 3. & Merc. sc. 2. a. 3. Terent. in Andria. Ego commodiorem hominem, aduentum, tempus non vidi. Vbi Dauus admiratur, quod in ipso articulo periculi superuenerit Crito. Plin. in Epistolis, Hinc illa ita funus parauit, ita duxit exequias, vt ignoraret maritus: quinimo & quoties cubiculum eius intraret, viuere filiam, atque etiam commodiorem esse simulabat, id est, paululum iam à morbo esse confirmatum. Corn. Cels. Sed inter omnia maxime commodum est modicè exercere. ¶ Ex commodo, i. ex commoditate & opportunitate. Salust. Iugurth. 117. melius esse ratus cognitis Mauris, quoniam is nouus hostis accesserat, ex commodo pugnam facere, i. ἐκ τῆς εὐκαιρίας.

Cōmmŏdĭtās, Vtilitas, opportunitas, emolumentum. {יתרון ithron טובה tobah [illegible] pitrón מיטב metab. εὐκαιρία. GALL. Commodité, aisance, opportunité. ITAL. Commodità, commodo. GERM. Komligkeit, nutzliche gelegenheit. HISP. Prouecho. ANGL. Profitte, opportunitie, handsomnesse.} Cic. 3 de fin. Sed non sunt in eo genere tantæ commoditates corporis, tamque productæ temporibus, tamque multæ. Ouid. Epist. 1.

Cogimur i, sine commoditate frui.

O mea commoditas! ò mea opportunitas! Commoditatis omnes articulos scio. Plaut. Men. sc. 2. a. 1.

Cōmmŏdo, as, Obsequior, commoditati alicuius inseruio, seu commoditatem præsto. {היטיב hetib עזר hazár. εὐεργετεῖν. GALL. Faire plaisir ou seruice, aider. ITAL. Far piacere o seruitio, accommodare, ò aiutare. GERM. Einem nun sein, einem ein dienst beweysen. HISP. Hazer seruitio, aprouechar à otro. ANGL. To do pleasure, or seruice.} Cicer. ad filium. Cui ego quibuscunque rebus potero, libentissimè commodabo. Idem Cæsari, Quicquid ei commodaueris, erit mihi gratum. ¶ Contrà Incommodo, molestus sum, & noceo significat. βλάπτω. Terent. in Andr. Magis adeò, vt mihi incommodet, quàm vt obsequatur gnato. ¶ Commodare item est vtendum dare, hoc est, alicuius rei vsum ad tempus concedere. {הלוה hilvah. χρῆσαι, κιχράναι. GALL. Prester. ITAL. Imprestare. GERM. Außleyhen, einem etwas ein zeitlang zubrauchen vergönnen. HISP. Prestar. ANGL. To lend.} Cicer. Dando & accipiendo mutuandisque facultatibus, ac commodandis nulla re egemus. Commodare vocem & operam, Senec. 1. de Tranquill. Non mancipio dedit, sed commodauit. Idem cap. 1 de consol. ad Polyb. Scyphos quos vtendos dedi, remittite Hem non Si velis da, commoda homini amico. Rebus non me trado, sed commodo. Idem Epist. 62. Dij illum (Cæsarem) terris diu commodent. Idem cap. 12 de consol. ad Polyb. Commodare manum alicui (ad necem) Velleius. Commodabantur consilia in omnem euentum. Ita Liuius (ni sit mendum) lib. 10. d. 2. Item, Commodare, pro commodatò accipere. Auson. Naturale decus ficta non commodat arti. Item commodati filij (i. dati in adoptionem.) Senec. cap. 13. de consol. ad Marc. Commodatus sibi est sapiens. Idem cap. 11. de Tranquill. Nec rei tantum mobilis commodatio dicitur, vt Vlp. existimauit, sed etiam soli. Plaut. Qum ædes pauperi accommodaret. lib. 4. ad Herenn. Ait cuidam ædes maximas ad nuptias commodasse. ¶ Et licèt (vt multi asserunt) commodentur, quæ redduntur in eodem numero & specie, vt vestis, equus, liber: mutuentur, quæ non redduntur eodem numero, sed specie, vt vinum, frumentum, nummi. Cic. tamen in Verrem act. 6. vsus est etiam de iis quæ non eadem redduntur, sed similia. At publicè (inquit) commodasti, non sine magno quidem prouinciæ Siciliæque detrimento, tritici modios sexaginta.

Cōmmŏdātă res propriè intelligitur, si nulla mercede accepta, vel constituta, vtenda res data est. χρῆμα, κιχρηθέν. Nam commodatum debet esse gratuitum. Commodatissimæ ad vsum. i. accommodatissimæ. Gell. cap. 14. lib. 17. ¶ Hinc commodatarius cui res data est commodatò.

Cōmmŏdātŏr, is, Vlpian. D. lib. 19. tit. 6. l. 7. Sed si legis Aquiliæ aduersùs socium eius habuit commodator actionem.

Cōmmŏdātĭo, χρῆσις, mutuatio. Apuleius in Hermetis Asclepio. Communicationes, commodationes alternæ, quæ est humanitatis firmissimus nexus.

Cōmmŏdŭs, M. Antonini Philosophi filius fuit, patri dissimillimus, cui etiam in imperio successit. Vitam eius, eiusque dignum exitum, vide apud Herod lib. 1. De hoc scribit Auson. in Tetrastich. Cæsarum.

Commodus insequitur pugnis maculosus arena,
Threcidico princeps bella mouens gladio.
Eliso tandem persoluens gutture pœnas
Criminibus, falsis matris adulterium.

Cōmmœrĕo, Mœreo, totus tristor. {התעצב hithhatsteb דאג daàg. συμλυπεῖσθαι. GALL. Se contrister, se douloir. ITAL. Contristarsi, condolersi, rammaricarsi. GERM. Gantz traurig sein, heftig sich bekümmern. HISP. Entristecerse. ANGL. To be sadde or sorie.} Plaut. in Epid. Nescio ædepol quid tu timidus es, trepidas Epidice, Ita voltum videor videre commeruisse.

Commone, insula est adiacens Epheso vrbi, vt autor est Plinius lib. 5. cap. 31

Cōmmŏlĭor, iris, iri, Molior. {עולל holél. μηχανᾶσθαι. GALL. Machiner de tout son pouuoir quelque chose. ITAL. Mouere con difficultà. GERM. Etwas vnderstehn das arbeit nimpt, etwas anrichten. HISP. Difficultosa o inconstantemente mouer y dilponer. ANGL. To worcke or deuise any thing after his whole power.} Cic. 3. de natura deorum, Nec quem dolum ad eum, aut machinam commoliar, scio quicquam. Commoliri originem verbi. Gell. cap. vlt. lib. 3.

Cōmmŏlo, is, ere, Mola contero. {טחן tachan. συναλήθω. GALL. Moudre, & froisser auec vne meule. ITAL. Macinare. GERM. Zermalen. HISP. Moler. ANGL. To grind together in a mill.} Columell. lib. 12. cap. 50. Cauendum est itaque, ne ex ea fiat oleum cibarium, quod vno modo vitari poterit, si protinus illata de agro bacca, commolita & expressa erit.

Cōmmŏnĕo, es, Admoneo, & construitur cum genitiuo. {הזכיר hizkir. ὑπομιμνήσκω. GALL. Admonnester, aduertir, faire souuenir. ITAL. Ammonire. GERM. Warnen, vermanen. HISP. Amonestar. ANGL. To admonish, to aduertish, to warne.} Quintil. Grammaticos sui officij commonemus. Terentius in Andr. Aliorum exempla commonent. Ad Heren. lib. 4. Non illæ te nuptiales tibiæ eius matrimonij commonebant. Ita estis ingenio improbo vt cogatis officium vestrum malo vos commoneri.

Cōmmŏnĭtōrĭum, pro contentione tacita, & absque scriptura facta, apud Cod. Theod. Cuius quoque in Iustiniani Codice mentio est, l. 1. C. de suffrag.

Cōmmŏnĭtŭs, participium. {מוזהר muzhár נזהר [illegible] [illegible]. GALL. Admonnesté, aduerti. ITAL. Ammonito, auertito. GERM. Gewarnt, vermant. HISP. Amonestado. ANGL. warned, aduertis'ed.} Liuius 4. bell. Macedon. Commonitosque in quo statu rerum accepisset eos, & in quo relinqueret dimisit. Plaut. pro commonitus dixit commentus, in Amph. Fac iam Amphitruonem aduenientem ab ædibus vt abeat, quouis pacto, fac commentus sies. Ex Nonio.

Cōmmŏnĭtĭo, verbale. {תזכורת tezchorath [illegible], ὑπόμνησις. GALL. Admonition, aduertissement. ITAL. Ammonitione, auertimento. GERM. Warnung, vermanung. HISP. Amonestacion. ANGL. Aduertisment, admonition, warning.} Quintil. lib. 4. cap. 2. Non inutilis erat in extrema parte commonitio.

Cōmmŏnĕfăcĭo, is, Commoneo, in memoriam redigo. {הזכיר hizkir. ὑπομιμνήσκω. GALL. Aduertir & faire souuenir, remonstrer & admonester. ITAL. Ammonire. GERM. Warnen, vermanen, einen dings erinnern. HISP. Amonestar. ANGL. To aduertise to remember or bring in remembrance.} Salust. in Cic. Videlicet vt nos commonefacias quàm conuersa sit respublica, quum in ea domo habitares, &c. ¶ Huius passiuum Commonefio. Cic. in Verr. Nemo est quin tui sceleris & crudelitatis ex illa oratione commonefiat.

Cōmmōnstro, as, are, Monstro, demonstro. {הודיע hodhiah הראה hereah. δεικνύω. GALL. Monstrer & enseigner. ITAL. Mostrare. GERM. Zeigen. HISP. Mostrar. ANGL. To shaw.} Terent. in Heautont. Parentes tuos vt Commonstres. Cic. 1. de Orat. Si aurum cui, quod esset multifariam defossum, commonstrare vellem. Ecquis est qui mihi commonstret Phædromum. Plaut. Curc. sc. 3. a. 2. & sc. 1. a. 3. Copio date mercedem (ei) qui illum commonstret vbi sit. Ibid. sc. 4. a. 4.

Cōmmōrdĕo, Mordere. {נשך naschach. δάκνω. GALL. Mordre. ITAL. Mordere. GERM. Beissen. HISP. Morder ò maldezir. ANGL. To bite.} Plin. lib. 24. cap. 11. Nomen accepit, quod à cane commorsos talium sentire non patitur.

Cōmmŏrĭor, eris, simul morior. {συναποθνήσκω. GALL. Mourir ensemble. ITAL. Morire insieme. GERM. Mitsterben. HISP. Morir juntamente. ANGL. To die together.} Plin. lib. 17. cap. 2. Mirúmque exitialia per se ambo quum fuerint duo venena in homine commoriuntur, vt homo supersit. Multi tibi commorientur (id est, tecum.) Senec. Epist. 78.

Cōmmŏrĭentēs, συναποθνήσκοντες. nomen fabulæ Plaut. Terent. in prolog. Adelph. Synapothnescontes Diphili comœdia est, Eam Commorientes Plautus fecit fabulam.

Cōmmŏro, as, are, Commoror, moror. {אחר echár. ἐγχρονίζω. GALL. Demeurer. ITAL. Tardare, indugiare. GERM. Verziehen, oder sich saumen. HISP. Tardarse. ANGL. To tary, to abyde.} Plin. lib. 19. c. 6. ad finem, statimque quæ deuorare aues stupentes manu capiuntur: & si paulum commorauere, sopitæ.

Cōmmŏrŏr, aris, Moror, maneo, consisto, subsisto. {התמהמה [illegible] ישב jaschab שכן schachen גר ghár. ἐγχρονίζω, ἐνδιατρίβω. GALL. Seiourner, demeurer & s'arrester quelque temps. ITAL. Dimorarsi, soggiornare. GERM. Verziehen, ein zeit lang an einem ort sich saumen. HISP. Morar, tardarse en algun lugar. ANGL. To abyde to tarie.} Cicer. ad App. lib. 3. Fuitque mecum familiariter triduum illud, quo ego Ephesi commoratus sum. Idem in Orator. Vt verset sæpe multis modis eandem & vnam rem, & hæreat in eadem, commoretúrque sententia. ¶ Commorari aliquem, est detinere, & in mora tenere. {עכב hikkéb. ἀναχεῖν. GALL. Tarder, retarder. ITAL. Tardare, indugiare. GERM. Ein saumig machen, lang aufhalten. HISP. Detardar ò tenio.} Plaut. Merc. Malè facis properantem qui me commorare, sol abit.

Cōmmŏrātĭo, verbale, Habitatio. {מגור magór גרות gheruth מושב moschab. ἐνδιαίτησις. GALL. Demeurance, seiour pour quelque temps. ITAL. Dimora. GERM. Wohnung, verharung ein zeitlang. HISP. Habitacion. ANGL. Tarying, abiding, dwelling in a place.} Cicer. ad Leptam lib. 6. Nam & villa & amœnitas illa commorationis est, non diuersorij. ¶ Interdum pro mora, seu tarditate. {עכבה hikkebah. ἐγχρονισμός. GALL. Tardement, arrest. ITAL. Tardanza. HISP. Tardança.} Cic. Quint. fratr. lib. 3. Quòd multos dies epistolam in manibus habui, propter commorationem tabellariorum. ¶ Commoratio est, quum in loco firmissimo, quo tota causa continetur, manetur diutiùs, & eodem sæpiùs reditur.

Cōmmŏrtālis, συνθνητός, θνητός, vt, Commortalis natura. Col. lib. 3. c. 10. Sed interdum (quod ait diuinus autor Plato) rei nos pulchritudo trahit, vel ex contemplandi, quæ propter infirmitatem commortalis naturæ consequi nequeamus

Cōmmōsis, κόμμωσις. Primùm mellifici fundamentum, ex tenaci & viscosa constans materia: ita dictum à Græco nomine κόμμι, quod nos Gummi dicimus. Vide Plin. lib. 11. cap. 7.

Cōmmŏvĕo, es, Perturbo, moueo, afficio, excito, concito. {עכר hachár הרעיש hirhisch הניע heniah העיר hehir. ἀνακινέω, κινέω, ταράσσω. GALL. Remuer, esmouuoir, troubler. ITAL. Perturbare, commouere. GERM. Bewegen, betrüben. HISP. Mouer y perturbar. ANGL. To moue, stirre or prouoke.} Terent. in Andr. Commoui hominem. Cic. lib. 1. Epist. Visi sumus Senatum commemoratione tuæ voluntatis erga illum ordinem commouere. ¶ Interdum ponitur prò lædere. Columel. lib. 4.

Ne in radicem maiore nixu vomis impactus colla commouerat. ¶ Interdum pro recedere, ἀπέρχομαι. Cicer. *Tironi*, Tu & cura vt valeas, & te isthinc ne temerè commoueas. ¶ Commossem pro commouissem: & commorit pro commouerit, & commorunt pro commouerunt. Cicer. *pro Plancio*, An si vnquam in me vitæ cupiditas fuisset, ego mense Decembri mei consulatus omnium parricidarum tela commossem? Cælius *ad Cic. lib.* 8. 15. Ecquando tu hominem ineptiorem quàm tuum Cn. Pompeium vidisti, qui tantas turbas, qui tam nugax esset, commorit? Lucret. *lib.* 2. Commorunt æquora venti. Dormiunt pessuli nec se commouent ocyùs. Plaut. *Curt. sc.* 2. *a.* 1. Me commouere non possum præ formidine, idem *Amph.* Quantas soleo turbellas dare, mea si commoui sacra! Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 1.

‖Commotaculum. Commotacula virgæ, quas flamines portant, pergentes ad sacrificium, vt à se homines amoueant. Fest. Vulgò legitur *Commentaculum*, vbi Scaliger: Verior lectio nonnullorum excusorum & scriptorum, quæ non *commentacula* habent, sed *commotacula*. Nam viatores virgam frequentem commotando turbam se mouent: vnde & apud Hom. vlt. Odyss. ἔχε δὲ κηρύκειον. Loquitur de virga Mercurij: Iuuenalis,

Ergo commota iam dudum mulio virga.‖

Cōmmōtŭs, particip. {עבור *baebûr* מפרש *murhâsch* מוסת *musâth*. ἐνσεισθείς, ἀγωνιῶν. Gall. *Esmeu, esbranlé, agité, tourmenté*. Ital. *Commosso, smosso, conturbato*. Germ. Bewegt/ erschüttet. Hisp. *Mouido, perturbado*. Angl. *Commeued, stirred, prouoked*.} Idem quod motus, vel concussus. Commotæ columnæ, apud Cic. 3. *in Verr.* Tripodes commoti. Seneca *in Medea*, —tripodes agnosco meos Fauente commotos dea. Tantaque commoti vis est Aquilonis. Ouid. *Eleg.* 10. *lib.* 3. *Trist.* ¶ Nonnunquam idem quod perturbatus. Terent. *Phorm.* Quidnam ille commotus venit?

Cōmmōtĭŏr, comparatiuus. Cic. 1. *de clar. Orat.* Habitus est sanè (vt ita dicam) luculentus patronus, asper, maledicus, genere toto paulò feruidior atque commotior.

Cōmmōtio, verbal. motus. {נעכרת *nehchéreth* רעש *rahasch* רגזה *ragâzâh*. σύνεσις. Gall. *Esmotion, esmouuement, esbranlement*. Ital. *Turbatione, smonimento*. Germ. Bewegung/ betrübnuß. Hisp. *Mouimiento, perturbacion*. Angl. *Mouing or sturring, vprore*.} Perturbatio: vt, Commotio animi. Cic. *lib.* 3. *Tusc.* Alicui rei commotionem inijcere. Quint. *lib.* 5. *cap.* 12.

Cōmmōtiŭncŭlă, diminutiuum. τὸ μικρὸν ἀρρώστημα. Cic. *ad Attic. lib.* 12.

Commugento, conuocanto. Fest.

Cōmmulceo, es, Mollio, placo. {החליק *hechelik*. καταψάω, καταψηλαφάω. Gall. *Adoucir, amadouër*. Ital. *Placare, far molle*. Germ. Milteren/ begütigen. Hisp. *Amansar al sañudo, amollentar*. Angl. *To apperse or mitigate*.} Gell. *lib.* 7. *cap.* 3. In principiis autem patroni, qui pro reis dicunt, conciliare sibi & complacere iudices debentis sensusque eorum expectatione causæ suspensos regentes, honorificis verecundisque sententiis commulcere: non iniuriis atque imperiosis comminationibus confricare.

Cōmmūnio, is, ire, Communio, munio, firmo. {περιφράττω, ὀχυρόω. Gall. *Fortifier à l'entour, munir & asseurer de toutes parts*. Ital. *Fortificare intorno*. Germ. Allenthalben bewaren vnnd befestigen. Hisp. *Fortalecer o guarnecer*. Angl. *To fortifie and strenthen round about*.} Plaut. Oppidum magnum communibo. Cæsar, Præsidia disponit, castella communit, quò faciliùs, si se inuito transire conarentur, prohibere possit.

Cōmmūnītus, participium, Septus, firmatus, fultus. {περιπεφραγμένος, ὠχυρωμένος. Gall. *Fortifié*. Ital. *Fortificato*. Germ. Bewart/ befestiget. Hisp. *Fortalecido*. Angl. *Fortified and made strenthie about*.} Cic. 3. *in Verr.* Situs vrbis communitus & præclarus ad aspectum. Idem *pro Cecinna*, Quid refert habere fundum, si parum sit communitum ius?

Cōmmūnĭs, e, quod multorum est, & non priuatum ab iisdem muniis, siue muneribus. {κοινός. Gall. *Commun, qui est à vn chacun*. Ital. *Commune*. Germ. Gemein. Hisp. *Comun, de muchos*. Angl. *Commune, pertening to euerie one*.} vnde & Immunis deducitur. Vsus eius multiplex est. ¶ Interdum ponitur sine casu. Cicer. *Offic.* 1. Magnum est enim eadem habere monimenta maiorum, eisdem vti sacris, sepulchra habere communia. Communem meum atque vestrum inimicum (lenonem.) Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 2. Quæ in rem vestram communem sient. (de lucro mercatorum.) Idem *Prolog. Amph.* Et, Cura rem communem quod facis. *Ibidem sc.* 3. *a.* 1. Volo te appellare de communi re mea, & tua. Idem *Aul. sc.* 4. *a.* 1. Oro te per conseruitium commune. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 2. Memento dimidium de præda dare, commune esse oportet. Idem *Pseud. sc.* 4. *a.* 4.

O pariter rapta, quoniam hoc commune tenemus.

Ouid. 3. *Fast.* In commune laborant apes & formicæ. Quintil. Metuo in commune ne quam fraudem, &c. Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 2. Modò ne communia solus occupet. Ouid. 13. *Metam.*

Egi quam mihi mandarat communis Gracia caussam

(aliàs communem.)

Et de communi pars quoque nostra bono est.

Idem *Eleg.* 4. *lib.* 4. *Trist.* Item, Commune, i. publicum. Idem *Eleg.* 2. *lib.* 4. *Trist.*

Nos procul expulsos communia gaudia fallunt (id est, publica.)

¶ Interdum cum datiuo. Plautus *in Rud.* Mare quidem commune certum est omnibus esse.

Littera communis medijs puerôque viròque
Inscripta est folijs,

Ouid. 13. *Met.* ¶ Cum datiuo & ablatiuo, præeunte præpositione Cum. Cic. *Fam.* 13. Cum patrono Epicureo mihi omnia communia sunt, nisi quòd in philosophia vehementer ab eo dissentio. ¶ Et aliquando sine datiuo. Cic. *de senectute*, Quod illud est crimen senectutis, quum illud videatis cum adolescentia esse commune. Hinc satus Anchises, cum quo commune parentis Non dedignata est nomen habere Venus. Ouid. 4. *Fast.* Item,

——— *Si iam ne queam defendere crimen*
Cum tanto commune viro.

Idem 13. *Met.* ¶ Cum genitiuo. Ter. *in Adelph.* Commune omnium vitium, quòd nimium ad rem attenti sunt senes. Cic. *in Verr.* Communis omnium inimicus, Communis, pro popularis & facillimus. Sueton. *in Claud. c.* 21. Item in commune deliberare (id est, propalam.) Suet. *in Neron. c.* 15. Cùm in commune crescerent ea Sen. *c.* 14. *de consol. ad Mart.* In communi intellectu hoc positum. Quintil. In commune honores vocare. Liuius *lib.* 6. Quid conducat in commune. Tacit. *lib.* 2. Communis sensus, vide *Sensus*. ¶ Cum præpositione Inter. Ter. *in Adelph.* Nam vetus verbum hoc quidem est, Communia esse amicorum inter se omnia. ¶ Communes dies, apud veteres erant, qui alio nomine vocabantur intercisi, κοιναὶ ἡμέραι: ita dicti quòd dijs hominibusque essent communes. Erant enim medij inter festos, & profestos, & quibusdam horis fas erat ius dicere, quibusdam non. Nam quum hostia cædebatur, fari nefas erat: cæsa autem & porrecta, fari licebat: rursus quum adolebatur hostia, non licebat.

Cōmmūniŏr, comparatiuus. κοινότερος. Apuleius *in Apologia*: Nonnihil à me in communioribus studiis adiuuantor.

Cōmmūne, is, substantiuè, pro communi Republica, inquit Ascon. {צבור *tsibur*. κοινόν. Gall. *Communauté, commun, republique*. Ital. *Commune, communità*. Germ. Ein gemein. Hisp. *Comun, ò comunidad, ò republica*. Angl. *That is common, a commone wealth*.} Cic. 3. *in Verr.* Pro Quæstore verò quomodo iste commune Myliadum vexarit, &c. Idem 4. *in Verr.* Quis enim tibi molestus esset, aut quis appellaret, quum videret statuas ab negotiatoribus, ab aratoribus, à communi Siciliæ.

Cōmmūnĭter, & Communitus, aduerbia, Promiscuè de communi sententia. {κοινῶς. Gall. *Communement, en commun, ensemblement*. Ital. *Communemente*. Germ. Gemeinclich. Hisp. *Comunmente*. Angl. *Communlie*.} Cic. *de senectute*, Quo vterque nostrûm communiter vteretur. Idem 1. *de Offic.* Admirantur igitur communiter illi quidem omnia, quæ magna, & præter opinionem suam animaduertunt. Communiter administrare prouincias. Suet. *in Tiber. c.* 21.

Cōmmūnĭtās, atis, Communio, societas. {κοινότης. Gall. *Communauté, societé, participation*. Ital. *Communità*. Germ. Gemeinschafft/ gesellschafft. Hisp. *Communidad*. Angl. *Communitie, or commone societie*.} vt, Communitas vitæ & victus. Cic. 6. *Philippica*. Quæ vobis potest cum hoc gladiatore, conditionis, æquitatis, legationis esse communitas? Consociatio hominum atque communitas. Idem 1. *Offic.* Communitas homini cum Deo, idem *de nat. deor.* ¶ Ponitur aliquando pro Iustitia, vel iure. Idem *in Offic.* Omnibus honestas manat à partibus quatuor: quarum vna sit cognitionis, altera communitatis, tertia magnanimitatis, &c.

Cōmmūnio, nis, idem quod cōmunitas, vel participatio, κοινωνία, κοινότης, μέθεξις. Cic. *pro Corn. Balbo*, Ita mihi maximè communionem beneficiorum, præmiorum, ciuitatis continere videtur. Idem 1. *de Legibus*, Inter quos porrò est communio legis, inter eos communio iuris est. Communio iuris (de ciuitate data) Velleius.

Cōmmūnĭco, as, à nomine communis, significat commune facere, conferre, impartiri: vt quum quod priuatum est fit vniuersorum. {חלק *chalák*. κοινωνέω, κοινόω. Gall. *Communiquer, bailler part, faire participant*. Ital. *Communicare, conferire*. Germ. Theilhafftig machen/ mittheilen. Hisp. *Communicar ò dar parte*. Angl. *To mak commone to giue a part to others*.} Varia huius verbi constructio est. ¶ Cum accusatiuo, Cic. *de Amicitia*, Nam & secundas res splendidiores facit amicitia, & aduersas patiens, communicánsque leuiores.

At sua Tydides mecum communicat acta,

Ouid. 13. Communicabo te semper mensa mea, Plaut. *Milit. sc.* 1. *a.* 2. ¶ Cum accusatiuo & ablatiuo habente præpositionem Cum. Cic. *pro Corn. Balbo*, Est enim in populum Romanum graue, non posse vti sociis excellenti virtute præditis, qui velint cum periculis nostris sua communicare. Idem *fam.* 16. Nam, vt illa omittam, quæ ciuitate teste fecisti, quum mecum inimicitias communicasti, id est, quando ostendisti te etiam esse inimicum aduersariorum meorum, &c. Idem *ad Atticum*, Nihil mihi scito nunc tam deesse, quàm hominem eum, quocum omnia, quæ me cura aliqua afficiunt, vnà communicem, id est, cum quo ea loquar, quæ vehementer me iam solicitant. ¶ Cum accusatiuo & præpositione Inter, Cic. Sed hæc (vt spero) breui inter nos communicabimus. ¶ Interdum præter præpositionem Inter, vel Cum, habet & alteram præpositionem De. Cic. *famil.* 15. Tum vt quibus de rebus vellemus, tu tuis, ego meis inter nos communicaremus. Idem *Lent. famil.* 1. Etenim Pompeium, qui mecum sæpissimè non solùm à me prouocatus, sed etiam sua sponte de te communicare solet, scis temporibus illis non sæpe in Senatu fuisse.

Communicales, erant vasa argentea, vel aurea, quibus inter communicandum vsus fuit, quæ in stationibus præferebantur.

Cōmmūnĭcātio, verbale. {κοινωνία, μετοχή. Gall. *Communication*. Ital. *Communicatione*. Germ. Gemeinschafft/ mittheilung. Hisp. *Communicacion*. Angl. *The mak ing of any thing commone*.} Cic. *pro Cornel. Balb.* Cuius autoritate & exemplo nunquam est intermissa à maioribus nostris largitio, & communicatio ciuitatis.

Cōmmūnĭcātio rerum fungibilium, quia nihil aliud est, quàm relatio, ideò præceptor noster Zasius (quem illustris varo à Tantenbergo alicui commendat ob veterem ac bene fundatam peritiam, ac etiam anxiè diligentis censuram amplectitur) genus vnum & genera tria in rebus fungibilibus esse dixit. Quod Appelius candidissimus commendat ceu admodum verè & probè dictum, si ad diuersitatem retuleris categoriarum. Aliter communicatio est quasi cum his ipsis apud quos dicas, deliberatio. Communionem vide in constitutione translatina. Cic. *de Orat.* Communicatus, a, um. Gell. *c.* 12. *lib.* 19. Illud dictum Virgilij habet formam communicatæ vltrò & citrò significationis, id est, modò actiuæ, modò passiuæ.

Cōmmurmŭro, as, Murmuro. {καταμύζω. Gall. *Murmurer auec autres, ou auec soy mesme*. Ital. *Mormorare*. Germ. Mummelen. Hisp. *Murmurar*. Angl. *To whisper or mutter with hin selfe or ither*.} Plin. *lib.* 3. *c.* 23. Pythonos comen vocant in Asia patentibus campis, vbi congregatæ inter se commurmurant. Silius *lib.* 15. Clauso commurmuratore.

Cōmmurmŭrŏr, aris, deponens. Cic. *in Pisonem*, Ita enim sunt præscriptæ scitè & literatè, vt scriba ad ærarium qui eas retulit, perscriptis rationibus secum ipse caput sinistra manu perfricans commurmuratus sit, &c.

Cōmmūtmūrātio,nis, συμμορμορυσμὸς, συγγογγυσμός. Gell. *lib.* 11.*c.*7. Commurmuratio fieri cœpta est à plerisque qui aderant.

Cōmmūto,as, Muto, permuto. {חליף hechliph שנה schanáh המיר hemir. ἀλλάττειν, μεταλλάττειν. GALL. *Changer, muer.* ITAL. *Mutare, commutare.* GERM. Verendern/vertauschen/verwechslen. HISP. *Trocar vna cosa con otra.* ANGL. *To change, to barter.*} quod fit, quum vna res pro alia datur: quumque quis alteri quod habet, concedit, vt aliud quippiam assequatur. Cic. 5. *Verr.* Vt non modò eorum agris vectigal nouum nullum imponeretur, sed ne legem quidem venditionis decumarum, neve vendundis aut tempus, aut locum commutarent. Plin. *in Epist.* Librum tuum legi, & quam diligentissimè potui annotaui, quæ commutanda, quæ eximenda arbitrarer. ¶ Commuto, de nuptiis dici Chrysostomus asserit *hom.* 74. *in Matth.* Audiui enim multos dicentes, commutauit ille, vel illa, id est, coniugio copulati sunt. Commuto pallium. Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 5. nomen commutet. *Ibid. sc.* 2. *a.* 1. Crebrò statum commutat. Idem *Merc. sc.* 2. *a.* 1. Ne malo cum auspicio nomen commutaueris. Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 2. Tibi istuc (væ) promitto fore, nisi oculos & orationem commutas tibi (id est, alios comparas.) Inter se commutant vestem & nomina. Idem *Capt. prolog.* ¶ Commutare verba, μεταβάλλειν τοὺς λόγους, est pro bonis dictis mala ingerere, id est, iracundia in maledicta compelli, altercari, & iurgia habere. Φιλονεικεῖν. Terent. *in Andria*. Nunquam hodie tecum commutaturum patrem vnum esse verbum. Idem *in Andria*, Vt est ille bonus vir, tria non commutabis hodie verba inter vos.

Cōmmūtābĭlis,e, quod facilè mutatur. {משתנה meschunnéh. μεταβλητός. GALL. *Qui se mue & change facilement.* ITAL. *Che si muta & cangia facilmente.* GERM. Das sich leichtlich verendert vnd felt manchbar. HISP. *Cosa que se puede trocar con otra.* ANGL. *That is easilie changed.*} Cic. *de Amic.* Nam quum amicitiæ vis sit in eo, vt vnus quasi animus fiat ex pluribus, qui fieri potest, si ne in vno quidem quoque vnus animus erit, idémque semper, sed varius, commutabilis, multiplex?

Cōmmūtātŭs,us,ui, verbale. {חליפות chaliphóph. μεταβολή. GALL. *Changement, mutation.* ITAL. *Mutatione, cambiamento, mutamento.* GERM. Verenderung/verwechslet. HISP. *Trueco de vna cosa con otra.* ANGL. *A changing.*} Lucr. *lib.* 1.

——— quapropter quoniam, quæ diximus antè
In commutatum veniunt.

Cōmmūtātio,nis, Conuersio, vicissitudo. {חליפה chalephah. ἀλλαγή. Cæs. 5. *bell. Gall.* Propter crebras commutationes æstuum. Commutationes facere. i. communicare & colloqui. Gell. *c.* 2. *lib.* 17. Est & commutatio Rhetorum figura, de qua sic ad Heren. *lib.* 4.

Commutatio est quum duæ sententiæ inter se discrepantes ex transiectione ita afferuntur, vt à priore posterior contraria priori proficiscatur, hoc modo: Esse oportet vt viuas, non viuere vt edas.

Cōmo,is,psi, ptum, significat comam compono, orno. {עדר hedar הטיב heetib קלעה kalháh תקן tikkén פאר pecr. κομῶ. GALL. *Accoustrer, orner, attiffer.* ITAL. *Ornare la chioma, comare.* GERM. Zieren/aufmutzen/das haar strälen. HISP. *Encabellar, afeytar.* ANGL. *To kembe, to decke.*} Terentius *in Heauton.* dum moliuntur, dum comuntur, annus est. Ouid. 2. *Amor.*

Comere sed solas digna Cypassi deas.

Tibull. *lib.* 1.

Nec nitidum parca comseris arte caput.

Linguæ & orationis comendæ gratia. i. ornandæ. Gell. *cap.* 8. *lib.* 1. Et comptius genus orationis. Sueton. *in Calig. cap.* 55.

Cōmptŭs,a,um, Ornatus, politus {נכון nachón. κεκοσμημένος. GALL. *Orné, attiffé.* ITAL. *Ornato, acconciato.* GERM. Geziert/auffgemutzt. HISP. *Ataviado, polido.* ANGL. *Kembed, decked.*} Plaut. *in Mil.* Capite compto, crines vittásque habeat. Virg. 10. *Æneid.*

Sanguine turpantem comptos de more capillos.

Lucan. *lib.* 10.

Quem forma confisa sua Cleopatra, sine vllis
Tristis adit lachrymis, simulatum compta dolorem, &c.

Vnde diminutiuum Comptulus, κομψός.

Cōmptŭs,us, verbale. {תפארת tiphecreth. ἐξάσκησις, κόσμησις. GALL. *Ornement & attiffement.* ITAL. *Ornamento, acconciamento.* GERM. Zierd/auffmutzung. HISP. *El atauio.* ANGL. *A kembing, decking.*} vt, Virginei comptus apud Lucr. *lib.* 1. id est, cultus puellares.

Cōmœdĭa, {κωμῳδία. GALL. *Comedie.* ITAL. *Comedia.* GERM. Ein comedy/ein schawspel. HISP. *Comedia, fabula fingida.* ANGL. *A comedie.*} Fabulæ genus, ciuilis priuatæque vitæ imaginem, velut in speculo repræsentans: quemadmodum contrà in Tragœdia, regnum præcipuè & aulicorum mores depinguntur. Nam in Comœdia non nisi humiles, aut saltem priuatæ personæ: in Tragœdia verò principes, heroes, atque adeò dij ipsi introducuntur. Quòd si in Comœdia, deorum, aut principum personas contingat admitteri, ex non propriè Comœdiæ, sed Tragicocomœdiæ appellantur. Ad hæc, in Comœdia turbulentum principium læta ferè excipit Catastrophe: contrà, Tragœdiæ tristissimus ferè est exitus. ¶ Iisdemè literis Comœdia & Tragœdia componitur, ἐκ τῶν αὐτῶν τραγῳδία γίνεται, καὶ κωμῳδία γράμμασιν. Conuenit in eos, qui eadem de re norunt diuersa fingere: aut qui eadem opera diuersa possunt. ¶ Dicta est autem Comœdia, ἀπὸ τῶν κωμῶν, hoc est, à vicis, vt quidam volunt: propterea quòd Atheniensibus nondum in vrbem coactis, & adhuc per vicos dispersis, prima poëmatis huius rudimenta à iuuentute credantur: siue, vt alij malunt, à Como lasciuiæ & comessationis deo: cui iuuentus indulgens, rudia & inculta carmina profundebat: quibus quos videbatur, nominatim perstringebat. Verùm quum eo genere licentiæ Poëtæ nimis petulanter abuterentur, atque optimi cuiusque nomen inuaderent, lege cautum est, ne hoc poëmatis genere cuiquam in posterum vti liceret.

Vertere ergo stylum (vt inquit Horatius) *formidine fustis:*

& in veteris Comœdiæ locum noua successit, in qua ficta argumenta tractare cœperunt, & humanæ vitæ similitudinem, veluti penicillo quodam exprimere. Cic. 1. *Offic.* Duplex omnino est iocandi genus, &c. Alterum elegans, vrbanum, ingeniosum, facetum: quo genere non modò Plautus noster, & Atticorum antiqua Comœdia, sed etiam Philosophorum Socraticorum libri referti sunt. Idem *de clar. Orat.* Eius improbitatem veteres Atticorum Comœdiæ notauerunt. Nugas Theatri verba quæ in Comœdiis solent Lenoni dici. Plaut. *Pseud. sc.* 6. *a.* 4. Alio pacto quæ in aliis Comœdiis, *ibid. sc.* 8. *lib.* 4. Comœdiam veterem sæpe tribuisse Augustum. Suet. *in Aug. c.* 88. Item Comœdiarum poeta. Gell. *cap.* 15. *lib.* 3.

Cōmœdĭŏgrăphŭs, Comicus poëta. Probus *in Catholicis*. Sic Plautus & antiqui comœdiographi. Fab. Victorinus *in* 1. *Rhetor.* Cic. Nam vt propter negotia exponenda sumitur, quod est Comœdiographorum, vel Tragœdiographorum.

Cōmœdŭs,i, Actor Comœdiarum. {κωμῳδός. GALL. *Ioueur de Comedies, ou l'Auteur qui les a faites.* ITAL. *Che recita le comedie, istrione.* GERM. Der ein schawspil halt oder regiert. HISP. *El representador de comedias.* ANGL. *A player of comedies.*} Sicut Calliopius, apud Terentium & Q. Roscius apud Ciceronem. Facere Comœdum in pronuntiando, Quint. *lib.* 2. *cap.* 12. Fieri Comœdum ex pessimo histrione. Cicer. *pro Roscio Comœdo.*

Cōmĭcŭs, Scriptor comœdiarum. {κωμῳδοποιός, κωμικός. GALL. *Poete comique, l'auteur d'vne comedie.* ITAL. *Compositore di comedie.* GERM. Der ein schawspil macht oder erdicht. HISP. *El poeta ò escriptor de comedias.* ANGL. *A writter of comedies.*} vt Terentius, Plautus, & similes. Plin. *lib.* 13. *cap.* 1. Hoc erat celeberrimum Menandri poëtæ comici ætate.

Cōmĭcŭs,a,um, adiectiuum. {κωμικός. GALL. *Comique, de comedie.* ITAL. *De comedia.* GERM. Das zu eim schawspil gehört. HISP. *Cosa perteneciente à las comedias.* ANGL. *Of a comedie.*} vt, Comicus versus. Plin. *lib.* 14. *cap.* 14. Artificium comicum. Cic. *pro Rosc. Comœdo*, Nemo enim illum ex trunco corporis spectabat, sed ex artificio comico æstimabat. Hoc indignum est comico coragio. Plaut. *Capt. Prolog.* Vt serui comici solent coniiciam pallium. *Ibid. sc.* 1. *a.* 4. ¶ Res comica. Horat. *in Arte,*

Versibus exponi tragicis res comica non vult.

Cōmœdĭcē, aduerbium, significat mansuetè, suauiter, festiuè. {κωμῳδικῶς, & κωμῳδικῶς. GALL. *Doucement, souëfuement.* ITAL. *Mansuetamente, suauemente.* GERM. Lieblich/schimpflich. HISP. *A manera de comedia, suauemente.* ANGL. *Plesantlie, meekelie.*} sicut Tragœdicè, crudeliter. Plautus. Eugè astutulis & dulcè, & comœdicè. Festus.

Cōmŏsandălos, κομοσάνδαλος, flos est quem notiore nomine Hyacinthum nominamus, vt tradit Pausanias: ex quo Hermionenses solennibus Chthoniæ deæ festis coronas complicabant.

Comosus, vide *Coma*.

Cōmōtrĭx, κομμώτρια. {GALL. *Femmes qui ornent & attiffent les cheueux & font les pauillons aux filles.* ITAL. *Che ornano le chiome.* GERM. Weiber die sich zieren vnd aufmutzen können. HISP. *Las que afeytan la cabelladura.* ANGL. *A woomen which kembeth or frizleth heare.*} Latinè comptrices dici possunt, vel ornatrices, quæ ornandæ comæ habent peritiam. Romæ Vestæ ministræ, autore Festo, Comotriæ dictæ fuerunt, quæ sex erant numero, vt singulæ partes populi, singulas haberent Sacrorum ministras.

Cōmōtrĭon, {κομμώτριον. ANGL. *A frizling yron.*} Dicitur instrumentum quo comptrices capillos adornant. Latinè Calamistrum appellatur, vel Discerniculum.

Cōmpāctŭs, Compactio, Compactilis, vide *Compingo*.

Cōmpāgo,inis, ‖& sic quidem declinata proba vox est.‖ {מחברת mechéreth דבק debek. ἁρμολογία. GALL. *Iointure, assemblement, assemblage.* ITAL. *Congiuntione.* GERM. Fügnus/zusammen fügung. HISP. *Ayuntamiento.* ANGL. *A ioyning or knitting together.*} ‖Manilius 1. Astron.

Interdum æquali laterum compagine ductus.

Item,

Aëream in nebulam clara compagine versus.‖

Ouid. 1. *Metam.*

Atque ita disparibus calamis compagine ceræ
Inter se iunctis nomen tenuisse puellæ.

‖Sen. *epist.* 14. *ad Lucil.* Flammarum violentia compaginem soli rupit, siue vetustas. Hinc verbum *Compaginare*, quod vide. Dicitur & pro *compago* vsitatiùs *compages*, id est, coniunctio, à *compingo*.‖ Cic. *de senect.* Nam dum sumus in his inclusi compagibus corporis, munere quodam necessitatis, & graui opere perfungimur. Pacuuius, Saluete gemini mei compages sanguinis. Virg. 1. *Æneid.*

——— compagibus arctis
Claudentur belli portæ.

Compages Mundi. Gell. *c.* 1. *lib.* 6. Compagibus omnibus aquam accipit nauis. Liu. *lib.* 5. *d.* 4. Compagibus sellæ laxatis. Suet. *in Aug. c.* 43.

Cōmpāgĭno,as, Coniungo, copulo. {חבר chibbér הדביק hidbbik. συμπηγνύειν. GALL. *Conioindre, ioindre ensemble.* ITAL. *Coniungere, giungere insieme.* GERM. Zusammen fügen/in einander netten. HISP. *Ayuntar vna cosa con otra.* ANGL. *To couple, ioyne or knit together.*} Aug. Vt autem simus membra eius, vnitas nos compaginauit. ‖¶ Compaginantes agri, qui se inuicem tangunt. Frontin. *de lim. agr.*‖

Compagus, vel Compagium, est genus calceamenti, quo vtebantur Diaconi Romani, vel quibus à Pontifice licentiæ darentur.

Cōmpār,Par. {שוה schavéh. ἴσος. GALL. *Pareil, esgal, semblable.* ITAL. *Pari, simile, eguale.* GERM. Gleich. HISP. *Cosa ygual à otra cosa.* ANGL. *Equall, alike.*} Liuius, Comparem cladem ad Ægates insulas Carthaginiensium prælio nauali acceptam, qua fracti Sicilia ac Sardinia cessere. Idem *lib.* 1. *ab Vrb.* Id enim demum compar connubium fore. ¶ Inuenitur & Compar substantiuum pro socio, seu coniuge. Plaut. *in Cas.* Meus socer, compar, cónmatitus, villicus, id est, socius, vel æqualis. Plin. *lib.* 18. *c.* 23. Coniuga fermè vagantur, nec nisi cum compare vita est. Compressiones arctæ amantum comparum (aliàs Comparum.) Plaut. *Ps. sc.* 1. *a.* 1. Hunc comparem metuo meum. *Ibid. sc.* 3. *a.* 4. Item compari marte. Liu. *lib.* 6. *d.* 4. Rhetores Compar id esse dicunt, quod duabus, aut pluribus sententiis breuibus, & inter se paribus exigitur, πάρισον. ¶ Compar item exornatio Rhetorica est, apud Autorem ad Herennium, quando membra orationis constant ferè ex pari numero syllabarum.

Cōmpărābĭlis, Comparatiuus. Vide *Comparo*.

Cōmpărco, parsi, parsum. {חמל chamál חס chas חלס saldch. φείδεσθαι, συμφείδεσθαι. GALL. *Espargner.* ITAL. *Risparmiare, sparagnare.*

GERM. Erſparen. HISP. *Guardar, ſer eſcaſſo*. ANGL. *To ſpare*.} Comparcere, idem quod parcere. Terent. *Phorm.* Quod ille vnciatim vix demenſo ſuo, Suum defraudans genium, comparſit miſer.

COMPAREO, es, Vna pareo, & ſimpliciter pareo.‖ {נראה *nireâh*. φαίνομαι. GALL. *Comparoiſtre, ſe trouuer*. ITAL. *Comparere*. GERM. Erſcheinen/ ſich erzeigen. HISP. *Comparecer, aparecer*. ANGL. *To compeare*.} Plaut. *Aul.* Qui modò nuſquam comparebas, modò quum compares, peris. Cic. 7. *Verr.* Quærite nunc veſtigia, quibus exitus illorum ex illo loco compareant. Liu. Prima luce nec autor, nec cauſa terroris comparuit. ¶ Comparere pro extare. Liuius, Viſebantur enim excellentia eius generis ornamenta à Marcello conſecrata, quorum exigua pars comparet. Vt quæ imperes compareant, id eſt, illuc ferantur & viſantur. Plaut. *Ampa. ſc.* 1. *a.* 2. Garriet quòd neque pes neque caput compareat. Idem *Capt. ſc.* 4. *a.* 3. *in Aſin.* appareat. Non comparebant ſcripta (id eſt, perierant) Gell. *c. pen. lib.* 14.

COMPARO, as, multiplicis vſus eſt, ſignificat enim aliquando comparationem facere, conferre, contendere, contentionem facere. {שוה *ſchiuaâh* ברך *cbarâh* סלה *ſillah*. συμβάλλειν. GALL. *Comparer, accomparager, conferer enſemble*. ITAL. *Comparare, aſſimigliare*. GERM. Vergleichen/ gegen einander halten. HISP. *Comparar vna coſa à otra, ygualar*. ANGL. *To conferre or compare*.} Et tunc habet vel datiuum. Cic. *de Amic.* Memineram Paulum, videram Caium, ſed ij nec comparantur Catoni maximo & ſpectato viro.

——— *& ſe mihi comparat Aiax?*

Ouid. 13. *Metam.* Item, Et mecum confertur Vlyſſes? Vel ablatiuum cum præpoſitione Cum. Cic. *de ſenect.* Quæ ſunt igitur voluptates corporis cum autoritatis præmiis comparandæ? Vel accuſatiuum cum præpoſitione Inter. Idem *Offic.* 3. Etenim non modò pluris putare quod vtile videatur, quàm quod honeſtum: ſed hæc etiam inter ſe comparare, & in his dubitare, turpiſſimum eſt. Vel cum præpoſitione Ad. Terent. *in Eunuch. a.* 4. *ſc.* 4. Hau, ne comparandus hic quidem ad illum eſt. Vel accuſatiuum ſolum ſine præpoſitione. Cic. *in Bruto*, Vt crebrò conferant pugnantia, comparent contraria. Item, Accuſatiuum cum ablatiuo præcedente præpoſitione. Plaut. *Amphitr. ſc.* 3. *a.* 3. Vultum è vultu (Domini ſeruus) comparet. Item, Comparare cum gladiatore, id eſt, componere. Suet. *in Calig. c.* 35. ¶ Sæpe etiam Comparo accipitur pro conſtituo, facio, ordino. {הבין *hebhin* חובה *hochiarâh*. παρασκευάζω. GALL. *Appareiller, appreſter*. ITAL. *Adattare, acconciare*. GERM. Ordnen/ richten. HISP. *Ataniar*. ANGL. *To prepare or make readie*.} Cic. *de natura Deorum*, Ego me ita comparaui. Et, Natura ita comparatum eſt facere, id eſt, conſtitutum, οὕτως πέφυκε. Ter. *in Phorm.* Quàm iniquè ita comparatum eſt, hi qui minus habent, ſemper aliquid addant diuitioribus. Ita cuique comparatum eſt in ætate hominum voluptati vt mœror comes conſequatur. Plaut. *Amph.* Item præparo, paro: quæ videtur propria eſſe ſignificatio huius verbi. {הכין *hacinh*. παρασκευάζω. GALL. *Faire prouiſion, acquerir*. ITAL. *Apparare, apparecchiare*. GERM. Zurüſten/ anrichten/ zubereiten. HISP. *Aparejar*. ANGL. *To gett, to purchaſe*.} Cicer. *Verr.* Vt erat inter ſuos copioſus, conuiuium comparabat. Sic Comparare copias, exercitum: & per tranſlationem, comparare riſum, dolum, inſidias, malum alicui. Idem *ibid.* Et omni gemitu ac dolore certa merces comparabatur. Argento comparando fingere fallaciam Plaut. *Aſi. ſc.* 4. *a.* 1. Comparaunt & connexerunt dolum. Idem *Capt. prol.* Comparatus miles: id eſt, præparatus, Liu. *lib.* 4. *d.* 5. ¶ Item ſocio, coniungo, συζεύγνυμι. Plaut. *in Aſin.* Prehende auriculas, compara labella labellis. ¶ Item compono, machinor, συσκευάζομαι. Siſen. *lib.* 4. *hiſt.* hoc malum publicum clandeſtinis conſiliis comparauit. Ignoſque quid veſtrus? Quis tamen vrere tecta comparat? Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 1. *Triſt.* ¶ Et comparare, emere, πορίζομαι, ἐκπορίζομαι. Cato *de re ruſt.* Prædium quum comparare cogitabis, ſic in animo habeto. Liu. *lib.* 2. Annonæ in primis habita cura, & ad frumentum comparandum miſſi, alij Volſcos, alij Cumas. ¶ Item habita ratione rerum & hominum, aliquid ſtatuo. ¶ Comparatio, einſmodi conſtitutum. Liu. His Volſcis ſine ſorte, ſine comparatione prouincia data eſt, id eſt, ſine conſenſu, & certo conſtituto. ἀσυνθέτως. Compararent inter ſe aut ſortirentur. Liu. *lib.* 9. *bell. Pun.* Comparare inter ſe prouincias. Liu. *lib.* 8. *d.* 1. *& lib.* 4. *d.* 3. Decretum vt Coſſ. ſortirentur & compararentur inter ſe, vter, &c. Item ſub finem *lib.* 5. *bell. Pun.* Comparaunt inter ſe Coſſ. vt Claudius comitia perficeret, Fuluius ad Capuam maneret. Vide *lib.* 6. *eiuſdem bell.* Et *lib.* 5. *d.* 4. legati Romani in Bœotiam comparati ſunt. ¶ Accipitur etiam pro quærere, ſiue acquirere. Cic. *Officior.* 2. Prima eſt adoleſcenti commendatio ad gloriam, ſiqua ex bellicis rebus comparari poteſt. Idem *de Orat.* Equidem mihi hoc ſubſidium iam inde ab adoleſcentia comparaui. Et *pro Quintio*, Nam quò minus ingenio poſſum, ſubſidio mihi diligentiam comparaui.

COMPARATIO, verbale, Apparatus, præparatio. {παρασκευή. GALL. *Appareil, appreſt*. ITAL. *Apparecchio*. GERM. Zubereitung/ zurüſtung. HISP. *Aparejo*. ANGL. *A preparing or making readie*.} vt, Comparatio noui belli. Cic. *pro lege Manil.* Pro Acquiſitione, vt Comparatio voluptatis. Idem 2. *de finib.* Et *pro Murena*, Non placet mihi inquiſitio candidati, prænuntia repulſæ: non teſtium potius quàm ſuffragatorum comparatio, id eſt, acquiſitio. Budæus. ¶ Ponitur etiam frequenter pro Collatio, contentio, ſimilitudo. {משקל *miſchkal* משל *maſchal*. παραβολή. GALL. *Comparaiſon*. ITAL. *Comparatione*. GERM. Vergleichung. HISP. *Cotejamiento*. ANGL. *A comparaiſon or ſimilitudine*.} Cic. 1. *Offic.* Primum igitur de honeſto, tum de vtili, pòſt de comparatione eorum differendum. ¶ Aliquando pro eo quod Græci ἀντίληψιν vocant. Cic. *de Vniuerſ.* Item pro Conſtitutione. Liuius, His Volſcis ſine ſorte, ſine comparatione prouincia data eſt.

COMPARATE, aduerb. Alterius comparatione. παραβολικῶς. Cicer. *in Top.* Quum autem quæritur, quale quid ſit, aut ſimpliciter quæritur, aut comparatè. Simpliciter, Expetendane ſit gloria: Comparatè, Præponendane ſit diuitiis gloria.

COMPARABILIS, e, quod cum alio poteſt comparari, quod habet comparationem. {נערך *nehecach*. παραβλητός. GALL. *Qui eſt à comparager, qu'on peut comparager & conferer auec vn autre*. ITAL. *Che ſi può comparare*. GERM. Das mit einem andern zuvergleichen iſt. HISP. *Coſa que ſe puede comparar*. ANGL. *That may be compared or conferred with another*.} Cic. 1. *de Inuentione*, Comparabile autem eſt, quod in rebus diuerſis ſimilem aliquam rationem continet: cuius partes ſunt tres, imago, collatio, & exemplum.

COMPARATIVUS, a, um, Comparabilis. συγκριτικός, παραβολικός. vt, Comparatiua iudicatio. Cic. *de Inuent.* Deinde oportebit illa ipſam comparatiuam iudicationem exponere, tanquam cauſam deliberatiuam. Hinc etiam Grammatici comparatiuum gradum appellarunt, cuius proprium eſt, ſuperare poſitiuum in ea qualitate quam obtinet: licet quandoque pro poſitiuo ponatur.

‖Comparſit, pro comperſit. Terent.‖

COMPASCO, is, Simul paſco. {συμποιμαίνω. GALL. *Paiſtre enſemble, donner à manger enſemble*. ITAL. *Paſcere con gl' altri*. GERM. Miteinander. HISP. *Apacentar con otros*. ANGL. *To feede or giue meate vnto together*.} Varro, Colonus in agro ſurculario ne capras compaſcat. Plin. *lib.* 9. *cap.* 54. Nuper excogitatum famem longæ aduectionis à Brunduſio, compaſcere in Lucrino.

COMPAVESCO, συμφοβοῦμαι. Macrob. *Satur. lib.* 1. *c.* 6. Hoc vbi illa audiuit, animo Compaueſcit. Compaſcit animus. Gell. *c.* 23. *lib.* 1.

Compaſcor, paſſiuum. Varro 3. *de re ruſt. c.* 1. Meſſe facta, ſpicilegium venire oportet, aut domi legere ſtipulam, aut ſi ſunt ſpicæ raræ, & operæ caræ, compaſci. ¶ Ius compaſcendi habere, Scæuola *in l. teſtatrix. §. plures. ff. ſi ſeru. vend.*

‖Compaſſum, Germanis, Italis, Hiſpanis vſitata, & hodiernis Græcis κουμπάσσο, & Italico *compaſſo*, quod eſt διαβήτης, circinus: à paſſu, quadrare.‖

Compaſcuus, adiectiuum, vt, Ager compaſcuus, apud Cic. *in Topicis*, relictus eſt ad paſcendum communiter vicinis. {κοινόνομος ἀγρός. GALL. *Paſturage commun*. ITAL. *Paſcuo commune*. GERM. Ein gemeine weyd/ allment. HISP. *Tierra que ſe paſta en comun*. ANGL. *Belonging to commone paſture*.} Valer. *lib.* 6. *c.* 7. Ius compaſcuum, pro compaſcendi.

‖Compaſtiæ delitiæ, arrogantes, ſuperbæ: à κομπάζειν.‖

COMPATRONUS, Vlpianus *D. lib.* 26. *tit.* 4. *l.* 3. Sed ſi ab hoſtibus fuerit captus, interim ſoli compatroni tutores ſunt. & *l.* 4. Per compatronum damno affici.

Compecto: vide *Compingo*.

COMPEDES, ſœm. gen. à nominatiuo ſingulari Compes, Vinculi genus, quo captorum pedes conſtringuntur. {כבל *chebel* ציניק *ſinoc* מהפכת *mahpechet*. πέδη, ποδοκάκη. GALL. *Ceps, ou autres liens, comme ceux dequoy on lie les pieds aux eſclaues & malfaicteurs*. ITAL. *Ceppi*. GERM. Ein fußband/ oder fußeiſen. HISP. *Priſion de pies como con grillos*. ANGL. *Fetters gyues, or shackles*.} Terent. *in Phorm.* Molendum vſque in piſtrino, vapulandum, habendæ compedes. Cic. *Attic. lib.* 8. Age iam has compedes, faces (inquam) hos laureatos referre ex Italia quàm moleſtum eſt. Ponderoſas, craſſas capiat compedes, & impingi compedes. Plaut. *Capt. ſc.* 5. *a.* 3. Compedes, neruos, catenas. Idem *Aſin. ſc.* 1. *a.* 1. Compedibus ſit leuior filius, hic ſeruus grauior. Idem *Capt. ſc. vlt. a.* 5. Vbi furam aſpicias, ſcias eum gerere poſſe craſſas compedes. Idem *Pſeud. ſc.* 7. *a.* 4. Qui fugitiuis ſeruis indunt compedes. Idem *Men. ſc.* 1. *a.* 1. ¶ Legitur etiam nominis huius numerus ſingularis, præſertim ablatiuus Compede. Horat.

——— *Niuali compede vinctus.*

Iuuen. *Satyr.* 4.

Squalidus in magna faſtidit compede foſſor.

Colum. *lib.* 8. *c.* 2. Eâque quaſi compede, cohibentur feri mores. Genera compedum ſunt Numellæ, Boiæ, Pedicæ, Neruus. ¶ Compeda, æ, antiquè. Varr. *Parm.* Lepuſculi timentes, hoc quadrangulum dedit Diana tete nexile, ac viſeum fugæ, lineamque compedam.

COMPEDIO, is, iui, itum, Pedes ligo, vincio. {אסר *aſar*. πεδάω. GALL. *Lier les pieds*. ITAL. *Legare i piedi*. GERM. Die füß zuſammen binden. HISP. *Atar los pies*. ANGL. *To bind or fetter the feet with fetters*.} Varro, Domum intro, & pedes corrigiis compedio. Hinc

COMPEDITUS, particip. Compedibus ligatus. {πεδηθείς. GALL. *Lié par les pieds en vn cep, enchainé ou enferré par les pieds*. ITAL. *Legato in ceppi*. GERM. Mit fußbanden gebunden. HISP. *Atado por los pies*. ANGL. *Fettered, bound with gynes or shackles*.} Plaut. *in Capt. ſc.* 1. *a.* 5. In lapidicinas, compeditum condidi. Idem *Men. ſc.* 1. *a.* 1. Tum compediti ianuam lima præterunt.

Compellatio, nis. Vide *Compello*, as.

COMPELLO, is, compuli, compulſum, propriè ſignificat (inquit Seruius) diuerſa, vel diuerſorum generum animalia eodem cogere. {צבר *ſabar* אסף *aſaph*. συναθροίζω, συνελαύνω. GALL. *Serrer enſemble, mettre enſemble*. ITAL. *Spignere, & mettere inſieme in vn gregge*. GERM. Zuſammen ein hauffen treiben. HISP. *Juntar ò echar en vno, como lo granado*. ANGL. *To driue and gather together in one flocke*.} Virg. *Eclog.* 7.

Compulerántque greges Corydon & Thyrſis in vnum.

Et Plaut. *in Pen.* Canes compellunt in plagas lepidè lupum. ¶ Quinetiam de hominibus dici ſolet. Cic. *de Inuent.* qui diſperſos homines in agris, & in tectis ſyluestribus abditos, ratione quadam compulit in vnum locum, & congregauit. ¶ Accipitur & pro cogo, adigo, vim adhibeo, impello, {פצר *patsar* ארץ *uts* דחק *dachak*. ἀναγκάζω. GALL. *Contraindre*. ITAL. *Conſtringere*. GERM. Einen mit gwalt treiben/ nötigen. HISP. *Compeler, conſtreñir*. ANGL. *To conſtraine, to compell*.} Plin. *lib.* 36. *c.* 5. Quod Hipponax indignatus, amaritudinem carminum diſtrinxit in tantum, vt credatur aliquibus ad laqueum eos compuliſſe. ¶ Et per tranſlationem. Plaut. *in Aſin. ſc.* 4. *a.* 3. Quæ volet faciemus, qui hoſce amores Noſtros diſpulſos compulit. Cic. *Acad.* 4. Quum ſit enim campus in quo poſſit exultare oratio, cur eam in tantas anguſtias, & in Stoicorum dumeta compellimus? Compellere in lethargum, id eſt, cauſam eſſe lethargi, Celſus *lib.* 3. *c.* 18. Aſclepiades ea ſuperuacua eſſe dixit, quoniam in lethargum ſæpe compellerent. Intelligit autem Celſus decoctos papaueris cortices creare lethargum, ſi ea aqua ſubinde ſpongia os & caput foueantur.

‖Compulſit, compulit. Hermog.‖

Compulſio, nis, ἀνάγκασις, qua quiſpiam aliquid facere compellitur & cogitur. Hermog. *D. lib.* 36. *tit.* 1. *l.* 1. Quare ſi fideicommiſſum pecuniarum alicui relictum fuerit, ceſſat cõpulſio. Vbi de adeunda hæreditate.

Compulſus, particip. {נלחץ *patsir*. ἀναγκασθείς. GALL. *Contraint*. ITAL.

ITAL. *Constretto*. GERM. Getriben/ getrungen. HISP. *Constreñido*. ANGL. *Constrayned, compelled.* } Cic. *pro Marcell.* Omnes enim qui ad illa fato sumus nescio quo Reipub. misero funestóque compulsi. Ventis compulsus, Virg. 1. *Æneid.* Liuius *lib. 3. ab vrb.* Compulsis deinde in oppida Æquis.

COMPELLO, as, Alloquor. { קרא *kerá* צעק *tzabák*. προσαγορεύειν, ἐντυγχάνειν. GALL. *Parler à quelqu'vn, l'appeller.* ITAL. *Fauellare, chiamare.* GERM. Ein anreden oder ansprechen. HISP. *Llamar para hablar juntamente.* ANGL. *To call on, to speake to.* } Plaut. *in Amphit.* Compellimus sic hominem. Virg. *lib. 2.*

——— *vltrò flens ipse videbar*
Compellare virum.

Cic. *post reditum in Sen.* Neque solùm id dixit, sed quos ei commodum fuit, compellauit. Benè salutando assuescunt compellando blanditer. Plaut. *Asin. sc. 1. 1.* Sine me hanc compellare. Idem *Men. sc. 4. a. 2.* Vetui Compellare, vel contrectare, aut conloqui. Idem *ibid. sc. 3. a. 3.* Compellabo, salue multum. Idem *Pseud. sc. 3. a. 1.* Magnificè hominem compellare. *Ibidem sc. 4. a. 2.* ¶ Aliquando accuso, ἐγκαλεῖν. Sueton. *in Cæs.* Eodem modo Nonium quæstorem, quòd compellari ad se maiorem potestatem passus esset, &c. Cic. *ad Attic. lib. 2.* Nigidium minari in concione, se iudicem qui non adfuerit, compellaturum, id est, incusaturum.

Compellatio, verbale, Accusatio, criminatio. { דבה *dibbáh* דפי *dóphi*. ἐγκλησις, ἔνδειξις. GALL. *Correction de parole, blasme.* ITAL. *Biasmo, riprezzo.* GERM. Anredung. HISP. *Castigo con palabras.* ANGL. *Ablaming, reprouing.* } Cic. *ad Cornificium*, Itaque crebras, vel potiùs quotidianas compellationes meas non tulit, seque in vrbem recepit inultus. Idem *ad Attic.* Qu... iceronem compellat edicto, nec sentit amens commendationem esse compellationem suam.

COMPELLUCEO, es, ere, διαφαίνομαι. Vnde Compellucidus, διαφανής. Plautus *in Persa*, Nihil est macrum, nihil è nigro compellucidum.

COMPENDIUM, ita dicitur, quia multa cùm penduntur simul, & consulitur lucro pendentis, & breuitati, vnde pro vtilitate & breuitate sumitur: contrà dispendium cum diuersa penduntur, longior res & minus in ea lucri. Est id quod parsimonia quadam seruamus. { φειδώ. GALL. *Gain venant d'espargne.* ITAL. *Sparagno.* GERM. Ein ersparung. HISP. *Poco gasto ò espesa.* ANGL. *Gaine comming of sparing.* } Dictum compendium quod pertineat ad pondus, hoc est, pecunias corradendas, quæ olim appendebantur. ✠ Dispendium, quod vel incuria, vel immoderatione profundimus, aut perdimus. Plin. Bubulas carnes caules caprifici magno lignorum compendio percoquunt. Idem, Magno id lignorum dispendio fit, addito sale: nam percoqui integro die vix possunt. ¶ Generaliter autem quemuis quæstum & lucrum significat. { יתרון *jithron*. ὠφέλεια. GALL. *Profit.* ITAL. *Vtilità.* GERM. Nutzbarkeit/ ein gewinn. HISP. *Prouecho.* ANGL. *Gaine, profite.* } Sicut dispendium, damnum, βλάβη. Tibull.

Nec vagus ignotis repetens compendia terris,
Presserat externa nauita merce ratem.

Idem *lib. 4. ad Heren.* Duæ res sunt, quæ possunt homines ad turpe compendium commouere, inopia atque auaritia. & Sueton. *in Claud. c. 29.* ¶ Compendium, pro via compendiaria, & breui accipitur. Plin. *lib. 5. c. 5.* Compendium vix quatridui deprehensum est. ¶ Item Compendium, quæuis breuitas dicitur, in qua tamen vtilitas est: quales sunt libri, in quibus breuiter summa operis alicuius colligitur. { ἐπιτομή. ANGL. *A short draught.* } Vnde Plaut. *in Mil.* Quàm potes, tam verba confer ad compendium. Compendium te pultandi facere volo. Idem *Pseud. sc. 2. a. 1.* Fieri dictis compendium volo. Idem *Capt. sc. 2. a. 5.* Idem *in Mostell.* Orationis operam compendi face, i. laborem orationis atque operam lucrifacito, ne tibi verba tot insumere necesse sit, quasi in iis quoque sumptus fiat aliquis. Rursus *in Asin.* Verbis velitationem fieri compendi volo: vbi facere compendi, vt facere lucri. Volo, inquit, verbis commodum lucrúmque afferre, ne in velitationem altercationémque de suo quicquam impendant: cùm sine eorum impendio fieri nequeat.

Compendifacio, is, orationis compendio vtor. { מעט *mohel*. συντέμνω, μινύθω. GALL. *Parler breuement, gaigner & profiter en quelque chose.* ITAL. *Parlare, ò fauellare breuemente.* GERM. Ersparen/ oder ein kurtze red thun. HISP. *Hablar ò dezir breue.* ANGL. *To abrenge, to gaine or profite.* } Plaut. *in Mostell.* Orationis operam compendifacito. ¶ Nonnunquam etiam lucrifacio. Idem *in Persa*, Nam ego hodie compendifeci duos panes in dies. ¶ Dicitur & separatis vocabulis Compendij facere, pro Breuiter dicere, vno verbo absoluere, vel tacere. Ausonius *Symmacho*, Hæc ad literas tuas responsa sint. cætera quæ noscere habes compendij faciam. Budæus.

Compendiosus, a, um, Valde vtilis. { λυσιτελής. GALL. *Vtile, profitable.* ITAL. *Molto vtile.* GERM. Gantz nutzlich. HISP. *Mucho prouechoso.* ANGL. *Very profitable.* } Colum. *lib. 1.* Quod & per partes nonnunquam damnosum est, in summa tamen fit compendiosum.

Compendiarius, a, um, Breuis, succinctus, & veluti ad certam metam per compendium ducens. { קצר *katsér*. σύντομος. GALL. *Court & abbregé.* ITAL. *Breue, succinto.* GERM. Das kurtz ist. HISP. *Cosa de atajo.* ANGL. *Short or abridged.* } Cicer. *lib. 2. Offic.* Præclarè Socrates hanc viam ad gloriam proximam & quasi compendiariam dicebat esse, si quis ita ageret, & qualis haberi vellet, talis esset.

[Compendiarium, substant. breue & summum. compendiosè, per compendium. Tertull.]

Compendiario, aduerbium. { συντόμως. GALL. *En bref, par le plus court chemin, bien soudain.* ITAL. *Per il più certo camino, breuemente.* GERM. Kürtzlich/ den kürtzesten weg. HISP. *Breuemente.* ANGL. *Shortlie.* } Senec. *Epist. 110.* Ad maximas diuitias te compendariò voco.

COMPENSO, as, Retribuo, rependo, remunero, exæquo. { שלם *schillém* גמל *ghamál*. ἀντισηκόω, ἀναπληρόω. GALL. *Recompenser, bailler l'vn pour auoir l'autre.* ITAL. *Compensare, remunerare.* GERM. Vergelten/ ersetzen/ gleiches hergegen thun. HISP. *Recompensar, galardonar.* ANGL. *To recompense.* } Cic. *pro Muræna*, Atque hæc à nobis petunt omnia: neque vlla re alia, quæ à nobis consequuntur, nisi opera sua compensari putant posse. Ouid. *epist. 3.*

Tot tamen amissis te compensauimus vnum.

Val. Maxim. Tarditatémque supplicij grauitate compensat. Claud. *in Rufinum.*

Suppliciique moram grauiori nomine pœna
Compensant.

¶ Pro Contrahere, abbreuiare, vt annotant interpretes in Senecæ illud Hippol. Hac hac pergam, quà via longum compensat iter.

Compensatio, Remuneratio, præmium, merces. { שלום *schilúm* שלמה *schillumah* גמול *ghemúl*. ἀμοιβή. GALL. *Recompense.* ITAL. *Ricompensa.* GERM. Vergeltung/ ersetzung. HISP. *Recompensacion.* ANGL. *Recompensation.* } Quæ est (autore Modestino *l. 1. ff. de compensat.*) debiti & crediti inter se contributio. Cic. 5. *Tusc.* Itaque hac vsurum compensatione sapientem, vt voluptatem fugiat. Ad Heren. *lib. 4.* Fortitudo est contemptio laboris & periculi, cum ratione vtilitatis & compensatione commodorum.

Compensatiuus, adiect. Fab. Victorinus *in 1. Rhet. Cic.* Primò non debet dicere feci, sed profui, & probare plus se profuisse, quàm obfuisse, quæ est qualitas compensatiua, quam ideò Cicero comparationem vocat, quod, &c.

[Comperce, pro *compesce* dixerunt antiqui. Fest.]

COMPERENDINO, as, significat de die in diem differo, amplius pronuntio, amplio, procrastino, differo. { אחר *echar*. ἀναβάλλομαι, ὑπερτίθεμαι. GALL. *Differer iusques à deux ou trois iours, delayer.* ITAL. *Prolungare di di in di.* GERM. Verziehen/ verweilen/ von tag zu tag auffziehen. HISP. *Dilatar de tercero en tercero dia.* ANGL. *To delay frome day to day.* } Cic. 1. *Verr.* Tua ratio est, vt secundùm binos ludos mihi respondere incipias: mea, vt ante primos ludos comperendinem. ¶ Comperendinari autem reus dicebatur, quum iudices cum die perendino iterum adesse iubebant. ¶ Dictum est enim Comperendinare, quasi in diem perendinum differre. Dicebatur enim propriè Comperendinatio (teste Gellio) quando reus in tertium diem reiiciebatur. Quum verò in posterum diem causa differebatur, hoc, Diem diffundere, appellabant. Vide Gell. *lib. 14. c. 2.* Accipitur tamen pro quantumuis longa iudiciali dilatione. Cic. 3. *in Verr.* Vt his ludorum diebus interpositis, nemo istum comperendinatum iudicaret?

Comperendinus, a, um, vt, Dies Comperendini, quibus vadimonium iuberi licet, vt inquit Macrob. ἔνσημοι ἡμέραι. Vide Valer. *lib. 2. c. 33.* & Budæum *in Annotationibus.*

Comperendinatio, quæ est (sicut docet Asconius) ab vtrisque ligitatoribus inuicem sibi denuntiatio in perendinum diem, ne scilicet alter litigatorum imparatus tergiuersari posset. { עכבה *hikkebáh*. ἀναβολή. GALL. *Dilation, delay, delayement.* ITAL. *Dilatione.* GERM. Auffzug von tag zu tag/ verweilung. HISP. *Dilacion.* ANGL. *A delaying or deferring.* } Ampliatio fuit in iudiciis, cùm parum iudicibus liquebat, Comperendinatio verò lege Seruilia iudicium repetendarum introducta, vt etiamsi prima actione iudici liqueret reum damnandum esse; tamen ei condemnare non liceret. Lex enim Seruilia induxit comperendinationem, ne primò iudicaretur, i. vt bis causa diceretur: ac comperendinatio altera, i. secunda actio. Asconius, Comperendinatio, vtriusque partis recitatio est. Diffusiones rerum & comperendinationes. Gell. *lib. 2. cap. 14.*

Comperendinatus, us, ui, Comperendinatio. Cic. 3. *in Verr.* Animo enim comperendinatum, quod habet lex molestissimum, bis vt causa dicatur. Vbi Asconius Comperendinatum (inquit) pro Comperendinatione posuit. Vsus quoque est in ea *pro Cluent.*

Compereo συναπόλλυμαι. Simul pereo. Diomedes Grammat. *lib. 1.* Comperio, compereo, comperi. Sed accentu discernitur sensus. Accentu enim acuto proferimus, quoties pro eo accipitur, quod est cum alio perij.

COMPERIO, & Comperior deponens, differunt, autore Diomede, quòd Comperiri est ex opinione colligere, & pro explorato compertum habere. Tamen comperior pro Comperio. Apul. *Apol. 1.* { ידע *iadáh*. καταλαμβάνειν. GALL. *Sçauoir pour certain.* ITAL. *Tener per chiaro.* GERM. Für gewiß halten. HISP. *Auer por cierto.* ANGL. *To knawe assuredlie.* } Salust. *in Iugurth.* Sed ego comperior, Bacchum magis punica fide, quàm ob ea quæ prædicabat, simul & Romanos, & Numidam spe pacis detinuisse. Si comperero Telebois sacrificabo manubus. (i. si inuenero & apprehendero. Plaut. *Amph.*

Stellarum ortus comperit atque obitus,

Catul. *de com. Ber.* ¶ Comperire verò ab alio cognoscere. { מצא *matsá*. εὑρίσκειν. GALL. *Trouuer.* ITAL. *Trouare.* GERM. Erfaren/ befinden/ oder von einem andern innen werden. HISP. *Hallar.* ANGL. *To finde.* } Terent. *in Andr.* Item alio die quærebam: comperiebam nihil ad Pamphilum Quicquam attinere. Ea tamen differentia, vt pleræque aliæ Grammaticorum, ab autoribus passim contemnitur. ¶ Compertum est mihi & exploratum est mihi: hoc est, per inuestigationem cognoui, συνῶπται Aristoteles, & καταφανερῶσαι. ¶ Compertum narrare. Salust. *Iugurth.* De iis haud facilè compertum narrauerim.

Compertus, participium, seu nomen ex participio. { ידוע *iadhúah*. καταφανερωθείς, κατειλημμένος. GALL. *Qu'on sçait au vray, certain & bien entendu, conuaincu.* ITAL. *Quello che si sa di certo per sperienza.* GERM. Der erfaren oder befunden worden ist. HISP. *Cierto.* ANGL. *That is knowin assu redlie or for certane.* }

Compertum est veracibus vt mihi signis,

Tibul. *lib. 4.* Sueton. *in Tib. c. 35.* Equiti Romano iurisiurandi gratiam fecit, vt vxorem in stupro generi compertam dimitteret, quam se nunquam repudiaturum antè iurauerat, id est, deprehensam. Compertus flagitij, Tacit. *lib. 1.* Compertus stupri. Liu. 2. *bell. Pun.* Tum quòd duæ Vestales eo anno Opimia atque Floronia stupri compertæ. Cum infinitiuo. Sueton. *in Aug. c. 67.* Proculum ex acceptissimis libertis mori coëgit, compertum adulterare matronas.

Comperto, absolutè, id est, cùm compertum esset. Tacit. *lib. 3.* Neque dum comperto, quos illa vis perculsisset. Iabolenus *in l. Pantomimus. §. pro herede. ff. de acquir. hered.* Pro hærede gessisse filium placuit, qui moriens, compertò matrem suam intestatam decessisse, &c. Comperto quamobrem Gell. *c. 13. lib. 1.* Compertius. Idem *c. 11. lib. 1.*

Compernes, dicuntur homines genibus plus iusto coniunctis, vt Festo

placet, vel qui longos habent pedes, vt interpretatur Nonius. [illegible] Lucil. lib. 17. Satyr.

Compernem, aut Varram fuisse Amphitryonis coniugem Alcumenam.

Compes, vide *Compedes*.

COMPESCO, is, Cohibeo, contineo, coërceo: quasi eodem (vt Festo placet) pascuo contineo. {חשׂם chasám בלם balam. [illegible] GALL. *Retenir, refrener, retirer, reserrer.* ITAL. *Refrenare, contenersi.* GERM. Hinderhalten, zämen, bezwingen. HISP. *Refrenar.* ANGL. *To refraine, to pacifie, to make to ceaſe.*} Plin. *lib. 20. cap. 7.* Semine trito & ex vino poto libidinum imagines in somno compesci. Plin. *in Epist.* Nullum denique instrumentum ad incendia compescenda. Iuuen.

——— *Digito compesce labellum.*

Aut vt equum celeremve arcto compescere freno. Tibull. *lib. 4.* Compescere scelera. Quint.

Si me diligitis, tantos compescite fluctus,

Ouid. *Eleg. 2. lib. 1. Trist.*

——— *Compescit ignibus ignes Iuppiter.*

Idem *Eleg. 4. lib. 4. Trist.* Item, Compescere ceremonias, & ritus Iudaicos. Suet. *in Tib. c. 36.*

COMPETO, is, Honorem, dignitatem, vel aliud quippiam contra aliquem peto. {[illegible] GALL. *Demander ce que demande vn autre, & tendre ou pretendre ce qu'il pretend.* ITAL. *Competere.* GERM. Mit einem andern etwas begeren. HISP. *Competer.* ANGL. *To sue the same that another sueth.*} Plin. *lib. de viris illust.* Et vnam speciosam duobus competentibus, pater puellæ conditionem tulit. Aliquando Competere, teste Nonio, est parem esse, vel conuenire. [illegible] Vnde in æstimatione rerum dicimus, Hoc illi competit. Senec. Nihil ei magis competebat. Col. *lib. 1.* Nec omnino cunctabimur, quò minus sub tectum congeratur: vel si non competet, vt aut in villam fœnum portetur, aut in manipulum colligatur. Cum sententia vocabuli competente. Gell. *c. 13. lib. 19.* Competeret ætas (i. competens esset.) Suet. *in August. c. 31.* Idem *in Cal. c. 4. & in Oth. c. 11.* ¶ Item quandoque animi vel corporis parte aliqua compotem esse: &, vt Nonius inquit, constanter valere. Salust. *lib. 1. hist.* Si verò quasi formidine attonitus, neque animo, neque auribus, aut lingua competeret. Liu. *2. bell. Pun.* Vix ad arma capienda competebat animus. ¶ Item, Competere verbum est Iurisconsulto familiare, pro idoneum & aptum esse. Itaque competens iudex passim dicitur, cuius de ea re vel iurisdictio, vel iudicandi potestas est. Et competens tribunal eo modo. Competere pro Deberi. Scæuola *in l. qui habebat. §. scripsit testamento. ff. de manumiss. testament.* Quæro an libertates in testamento datæ competierint. Respondi si testator fraudandi consilium non habuisset, competere libertates.

¶Competentes, Catechumeni, gratiam Christi petentes.¶

Competitores dicuntur qui in magistratibus, officiis, & honoribus petendis concurrunt. {[illegible] GALL. *Competiteurs, ceux qui briguent & demandent vn mesme office.* ITAL. *Competitori.* GERM. Mitbegärer der mit einem andern vmb etwas bitt oder werbung thut. HISP. *Competidores con otros.* ANGL. *Which sueth for the same that another doth.*} Cic. *ad Attic. lib. 1.* Competitores qui certi esse videbantur, Galba & Antonius. Competitores emptionis Gell. *c. 12. lib. 12.*

Competitrix, icis, [illegible] Cic. *pro Muræn.* Nam nos quoque habuimus scenam competitricem.

Competentia, pro conuenientia. {משׁקל mischkál. ἀναλογία. GALL. *Competence, conuenance.* ITAL. *Competenza, conueneuolezza.* GERM. Zugehörung. HISP. *Competencia.* ANGL. *Meetnesse, aggreing.*} Gell *lib. 1.* Comprehensa autem mensura Herculani pedis, secundùm debitam membrorum omnium competentiam modificatus est. Item *lib. 14. c. 4.* Ad eandem competentiam nasci non queunt.

Competenter, Mediocriter. {[illegible] GALL. *Mediocrement.* ITAL. *Mediocremente.* GERM. Füglich, zugehörig. HISP. *Conuenientemente.* ANGL. *Indifferentlie.*} Vlpianus *sol. matrimon. l. si quum dotem.* Quatenus filio & patri competenter consulatur. Paulus *in l. 16. ff. de testib.* Qui falsa, vel varia testimonia dixerunt, vel vtrique parti prodiderunt, à iudicibus competenter puniantur. ¶ Competenter vt par est, [illegible] Vlp. *D. lib. 24. tit. 3. l. 2.* Ideóque officium iudicis interponendum est, quatenus & patri & filiæ competenter (vt par est) consuletur. ¶ Competenter, id est, conuenienter. Fabius Victorinus *in 1. Rhet. Cic.* Sententias vt competenter inuentionibus dispositis applicemus rursus. Debemus attendere quid ad inuentionem competenter possit respondere. ¶ Competenter pro sufficienter, [illegible] Diomedes Gram. *lib. 1.* Competenter demonstrauimus.

Competentissimè, conuenientissimè, [illegible] Apul. *in Apolog.* Competentissimè videor vsus Platone, vt vt magistro.

COMPILO, as, Vndique surripio. {גזל gházál גנב ghanáb בזז bazáz. [illegible] GALL. *Voler & desrober, & quasi ne laisser vn seul poil.* ITAL. *Pigliar d'ogni parte.* GERM. Stelen, rauben. HISP. *Robar salteando.* ANGL. *To pill or poll, to tak by extorsion.*} Dictum à [illegible], quod est complano, non à pilis vellendis, cuius prima corripitur: aut certè ab eo quòd Pilotas fures Græci appellant. Imò Compilare est pilos penitus vellere, ita vt ne pilum quidem relinquas. Asconio teste *3. in Verr.* ¶ Vnde Compilare & expilare hæreditatem dicimus: id est, fraudare & dissipere. Cic. *1. de nat. deor.* Tot millia latrocinantur morte propositâ: alij omnia, quæ possunt, fana compilant. Plaut. *in Men. sc. 1. a. 4.* Vir vbi compilet clanculum, quicquid domi est. Ille homo ædes compilauit. Plaut. *Asin. sc. 2. a. 2.* Compilor miser. Idem *Aul. sc. 3. a. 2.* Horat.

——— *ne me Compilasse putes, Crispini scrinia lippi.*

¶ Interdum Cogo {[illegible] GALL. *Amasser, assembler.* ITAL. *Giungere e cogliere insieme.* GERM. Zusammen bauffen, zuenander zwingen. HISP. *Ayuntar en vno.*} & in vnum congero: vnde compilatores, qui multa in vnum cogunt. [illegible] ¶ Ab co pilare est premere, cogere. Hostius *belli Histrici primo.*

Percussit atque hastam pilans prapandere frangit. Idem,

——— *sententia praeda Pectore pilata est.*¶

Compilatio, verbale, Furtum, fraus. {[illegible] GALL. *Pillement, pillage.* ITAL. *Pillamento, rubamento.* GERM. Beraubung, diebstal, plunderung. HISP. *Aquella obra de robar y saltear.* ANGL. *Robbing, pilling or sacking.*} Cic. *Cal. lib. 2.* Quid tu me hoc tibi mandasse existimas, vt vadimonia dilata, & Chresti compilationem mitteres.

Compilatus, a, um, qui furtum passus est (teste Nonio) quod qui è domo supellectilem detrahunt, æquare omnia & compilare videantur.

Compingo, is, compegi, compactum, Compositum à Con & pango, Contrudo, compello, detrudo. {דחק dachák צרר tsarar דחה dachah הרוח [illegible] GALL. *Chasser, pousser, serrer.* ITAL. *Cacciare, spingere.* GERM. Zusammen trucken oder stossen. HISP. *Empuxar.*} Plaut. *in Amph.* Quid faciam nunc, si tres viri me in carcerem compegerint? Cic. *1. de Orat.* Tanquam in aliquod pistrinum detrudi & compingi videbam. Pallam reposcis, tibi habe, aufer, vtere, vel tu, vel tua vxor, vel etiam in oculos compingite. Plaut. *Men. sc. 3. a. 4.* Illius filiam compegit in nauem. Idem *Merc.* Idem *Men. sc. 5. a. 5.* Et ob eam rem te in carcerem esse compactum scio. ¶ Interdum compono, coniungo. {חבר chiber חרבים [illegible] GALL. *Conioindre & attacher proprement ensemble.* ITAL. *Congiungere.* GERM. Zusammen binden oder hefften. HISP. *Componer o ayuntar.* ANGL. *To sett or ioyne certaine thinges hand somelie together.*} Virg. *2. Eclog.*

Est mihi disparibus septem compacta cicutis Fistula.

Cic. *3. de finib.* Quid enim aut in natura, qua nihil est aptius, nihil descriptius, aut in operibus manu factis tam compositum, tamque compactum & coagmentatum inueniri potest? Gell. *c. 17. lib. 11.* Compingere verba, pro coniungere. Huic opponitur Incompactum, hoc est, disiunctum, malè compositum, [illegible] ¶ Potest etiam esse compositum à Pingo. Lactant. *lib. 7.* Vt summam illam, quæ continet vniuersa, compingerent, & adimplerent.

Compictum, pro conuento, vel compromisso, ab inusitato verbo Compacisсor, vel compeciscor, non à Compingo, id enim alterius est significationis. Sosipater *lib. 1. Gram.* Suet. *in Iul. c. 20.* Productúsque pro rostris autores ex compacto nominare. ¶ Compacto, vel de compacto aliquid agere, id est, ex composito. [illegible] Plaut. *Capt. sc. 1. a. 3.* Nemo ridet: sciui extemplò rem de compacto geri. Idem *Pseud. sc. 5. a. 1.* Quid si de compacto hoc faciunt consultis dolis. Liu. *5. ab Vrbe*, & multò verisimilius fit, compacto eam rem, & communi fraude Patriciorum actam. Verùm hoc potiùs videtur à Paciscor esse deductum.

Compactio, verbale, Compositio, coniunctio, coagmentatio. {מחברת machbéreth. [illegible] GALL. *Assemblement & liaison ensemble.* ITAL. *Assemblamento, constringimento.* GERM. Zusammensetzung oder bindung, zusammenfügung. HISP. *Ayuntamiento.* ANGL. *Setting or ioyning together.*} vt, Compactio membrorum. Cic. *5. de finib.* Videamus ea quæ terra gignit corticibus, & radicibus calida seruari: quod contingit animalibus sensuum distributione, & quadam compactione membrorum.

Compactilis, e, quod compactum est, vel quod compingi potest. {מחבר mechubbár מדבק mudbák. [illegible] GALL. *Entassé, emmeslé.* ITAL. *Congiunto, ammassato.* GERM. Das zusammen getriben oder aneinander geheft ist. HISP. *Ayuntado, o ayuntable con otro.* ANGL. *That is or may be ioyned or sett together.*} Plin. *lib. 11. cap. 18.* Optimæ, variæque, & in rotunditatem compactiles, Vitruu. *lib. 4. cap. 7.* appellat trabes compactiles, subscudibus compactas. & *lib. 10. cap. 17.* Compactiles postes.

Compeciscor, verbum antiquum, vnde Plaut. *in Pseud. sc. 5. a. 1.* si sumus compecti: vulgò compecti.

COMPITA, dicuntur loca quæ petuntur, hoc est, adeuntur per diuersas vias: cuiusmodi sunt triuia & quadriuia, in quæ plures coeunt viæ. {[illegible] GALL. *Carrefours, ou carrefonce.* ITAL. *Luoghi a i qualli si va per diuerse vie.* GERM. Wegscheyd, ein ort da vil weg zusammen kommen. HISP. *Encruzijada de muchas vias.* ANGL. *Foure cornerd streetes or crossewayes.*} Ouid.

——— *in ternas compita secta vias.*

Virg. *2. Georg.* Præmiáque ingentes pagos, & compita circum. Compita grata Deo (s. Lari.) Ouid. *5. Fast.* ¶ Antiquis in vsu erat & Compitus masculini generis, vt annotauit Nonius. Varro *de Scenicis originibus lib. 3.* Vbi compitus erat aliquis. Hinc

Compitalia, orum. Festa quæ in compitis peragebantur, à Seruio Tullio diis Laribus instituta, vt est autor Plin. *lib. 37. c. vlt.* [illegible] {ANGL. *Feastes solemnised in streates or crosse wayes.*} Cato *de re rust. c. 5.* Rem diuinam, nisi Compitalibus, in compito, aut foco ne faciat. Ferias, compitalia, quomodo prætor concipiebat. Gell. *c. 24. lib. 10.* Inde

Compitalitius, a, um, vt, Dies compitalitius, quo compitalia celebrabantur: & Deus compitalitius, qui compitis & viis præest. [illegible] Vide plura de his apud Gell. *lib. 10. c. 24.* Compitalitiæ ambulationes. Cic. *ad Attic. lib. 7.* Ego quoniam IIII. Non. Ianuar. Compitalitius dies est, nolo eo die in Albanum venire molestus familiæ. Et ad eundem *lib. 2.* Sed hoc ambulationibus compitalitiis reseruemus.

Compitalitia, orum, substantiuè. Cicero *in Pisonem*, Tu quum in Calendas Ianuarias compitalitiorum dies incidisset. Sextum Claudium, &c.

Compitalis, e, adiect. Suet. *in Aug.* Compitales lares ornare bis anno instituit, vernis floribus, & æstiuis.

¶Compitus, pro compita. Varro.¶

COMPLACEO, Placeo. {רצה ratsáh חפץ chaphéts. [illegible] GALL. *Complaire, fort plaire.* ITAL. *Piacere summamente.* GERM. Gar wol gefallen. HISP. *Complazer.* ANGL. *To please.*} Ter. *in Andr.* Postquam me amare dixi, tibi complacita est. Præteritum facit Complacui, vel Complacitus sum, vt in superiore exemplo, & apud Plaut. *in Rud.* Hoc Deo complacitum est. Complacere, de conuento. Gell. *c. 9. lib. 17.* Complacitum est consilium. Item *c. 5. lib. 18.* Item Plaut. *in Amph. prolog.* Quantúlimo amator quum quid complacitum est semel. Complacitum hoc est Higino. Gell. *c. 21. lib. 1.*

COMPLACO, as, Placo, adiungo, concilio, & mitigo. {כפר kippér. [illegible] GALL. *Appaiser & adoucir.* ITAL. *Placare.*

GERM.

GERM. Versöhnen. HISP. Aplacar ò amansar. ANGL. To appease or mitigate. } Gell. lib. 7. c. 3. In principio autem patroni, qui pro reis dicunt, conciliare sibi, & complacare iudices debent.

COMPLANO, as, Plano, planum reddo. { ישר iiiaschér. χθαμαλόω, ὁμαλόω. GALL. Applanir, vnir. ITAL. Spianare. GERM. Ebnen, eben machen. HISP. Allanar las cosas asperas. ANGL. To make plaine, leuell or euen. } Cato c. 151. Dimidiatum digitum terram altam succernito, id bene tabula, aut manibus, aut pedibus complanato. Cic. pro domo. Sp. Melij regnum appetentis domus est complanata, id est, destructa, solo æquata. Cretar. Sed propter iam constituta opera quum complanarent, id est, perficerent, extremam manum imponerent.

COMPLAUDO, is, ere, Plausu certatim comprobare. { ספק saphák מחא machâh. ἐπικροτέω, ἐπικροτίζω. GALL. Frapper des mains, & approuuer quelque chose. ITAL. Battere con mani & piedi per segni di commendare qualche cosa. GERM. Frolocken, das ist, händ vnd füß zusammen schlagen, vnd anzeigen das vns ein ding woll gefalle. HISP. Fauorecer à otro con las manos. ANGL. To clappe handes in signe of approuing. } Cicer. de Amic. Stantes complaudebant in re ficta.

COMPLECTOR, complexus sum, amplector, comprehendo. { חשק chischschak חבק chibbek. περιπλέκομαι, ἀμφιβάλλω. GALL. Embrasser, comprendre. ITAL. Abbracciare, comprendere. GERM. Vmbfahen, begreiffen, oder vmbgreiffen. HISP. Abraçar, prender. ANGL. To embrace, to tak in the armes. } Terent. in Andr. Accurrit, mediam mulierem complectitur. Cic. pro Rosc. Quo vno maleficio, scelera omnia complexa esse videantur. Idem in somn. Scip. Me artior quam solebat somnus complexus est. βαθύτερός με ὕπνος κατέσχε. ¶ Complector te amore, id est, amo te: quod & sine ablatiuo dicitur. Cic. Curioni. De ipso T. Annio tantum tibi polliceor, te maioris animi, grauitatis, constantiæ, beneuolentiæ erga te, si complecti hominem volueris, habiturum esse neminem. Complecti obsidione & munimentis. Velleius. A. complectere. Ph. facio lubens. A. vtinam sic efferamur. Plaut. Asin. sc. 3. a. 3. Vbi amans complexus est amantem. Idem Pseud. sc. 1. a. 5. Vidi clam complexum & osculantem, alibi amplexantem. Idem Merc. sc. 6. a. 2. ¶ Complector cogitatione, cogito. Complector animo, considero, τῷ νῷ συλλαμβάνω. Cic. in Cat. Etenim quum complector animo, quatuor reperio causas, cur senectus misera esse videatur. ¶ Complector etiam passiue legitur. Sextus. a in l. si sic stipulatus sim ff. de verb. oblig. Nam sicut & ipsius, & hæredis caueri, ita & ipsius viri & hæredis rei sæpius facta complectitur, vt condemnetur quanti interest.

[Complex, qui vno peccato vel crimine alteri est applicatus ad malum, ad bonum verò nunquam dicitur. Gloss. Isid. Sed Ambros. lib. 3. de offic. c. 14. atqui quod turpe est, non potest esse vtile: neque rursus id quod honestum est, inutile: quia complex honestatis est semper vtilitas, & vtilitatis honestas.]

Complexus, a, um, participium, actionem significans. { מחשק mechaschschék מחבק mechabbék. περιπλακείς, ἀσπασάμενος. GALL. Qui tient entre ses bras. ITAL. Chi tiene abbracciato. GERM. Der vmbfangen oder begriffen hatt. HISP. Cosa que abraça. ANGL. That embraceth or taketh in his armes. } Cic. de somn. Scip. Complexus me senex, ἀσπασάμενός με, ἐμὲ περιπλακείς. Sic eodem loco, Terra complexa medium locum, ἡ γῆ περιλαβοῦσα τὸν μέσον τοῦ κόσμου τόπον. Sic Virg. Inter se complexi. περιπλακέντες ἀλλήλοις.

Complexus, participium passiuum. { מחשק mechuschschák מחבק mechubbák. περιπεπλεγμένος, περιειλημμένος. GALL. Embrassé. ITAL. Abbracciato. GERM. Der vmbfangen oder begriffen ist. HISP. Abraçado. ANGL. Embraced. } Cic. pro Rosc. Amer. Atque eiusmodi, quo vno maleficio scelera omnia complexa esse videantur.

Complexus, us, nomen à Complector. { חשק chaschák חבק chibbûk. περιπλοκή, ἀσπασμός. GALL. Embrassement, enuironnement. ITAL. Abbracciamento. GERM. Vmbfahung. HISP. Abraço, amistad. ANGL. Embracing, taking in the armes. } Plaut. in Amph. Meus Amphitruo vno cubiculo Alcmenam complexu tenet. Cic. pro Font. Nam etiam de matris hunc complexu, lectissimæ, miserrimæque fœminæ vobis inspectantibus auellet, atque abstrahet. ¶ Complexus pro amore. Cic. 5. de finib. Serpit sensim foras cognationibus primum, tum affinitatibus, deinde amicitiis, post vicinitatibus: tum ciuibus, & iis qui publicè socij, atque amici sunt, deinde totius complexu gentis humanæ. Complexus sæpe apud Fabium, pro comprehensione, & circunstantia, vt lib. 4. c. 4. Sunt hæc circa complexum personarum, temporum, causarum.

Complexio, verbale, Complexus. { חשוק chaschûk חבוק chibbûk. συμπλοκή, συμπλεγμα. } Cic. in Orat. Nec accuratam multa frequentans, vna complexione deuinciet. ¶ Complexiones, copulationes & adhæsiones. Cic. 1. de finib. ¶ Complexio item à Rhetoribus appellatur, quod Græci διλήμμα. Latinorum nonnulli Argumentum cornutum appellant: duas habens partes, quarum vtram concesseris, non effugis reprehensionem.

Complexiuus, a, um, vt Complexiua coniunctio. Diomedes Grammat. lib. 1. Vbi Copulatiuam coniunctionem vocat complexiuam.

COMPLEO, ex Con & pleo, Ad summum, seu penitus impleo, conficio. { מלא malé שלם schillem כלה chillah. συμπληρόω, συμπληρόω. GALL. Combler, emplir. ITAL. Empiere, pienamente compire, finire. GERM. Erfüllen, zufüllen vol machen. HISP. Henchir ò cumplir, acabar. ANGL. To fill to the toppe, to finishe or performe. } Gellius. Ventus à latere sæuiens nauem vndis compleuerat. ¶ Telis complebitur corpora. Plaut. Amph. Luctis ego illos & dementiæ complexo. Idem ibidem sc. 1. a. 1. Quem propter corpus sæpe compleuerit. Ibid. sc. 3. a. 4. Etiam compleerat genitor sua fata. Ouid. Eleg. vlt. lib. 4. Trist. Qui me compleont flagitijs & formidinibus. Plaut. Men. sc. 5. a. 5. Reliquos bona spe complet. Cæs. 3. de bell. ciu. ¶ Reperitur etiam sine ablatiuo. Cic. de somn. Scip. Quis est qui complet aures meas, tantus & tam dulcis sonus? ¶ Per translationem pro finire, πληρόω. Idem in Cat. Leontinus Gorgias centum & septem compleuit annos. ¶ Interdum pro supplere, perficere, integrare. Salust. Duas legiones instituit, cohortes pro numero militum complet. Complere, cum genitiuo Plaut. Menæch. Parasitus qui me compleuit flagitij & formidinis. Idem in Amphitr. —errores ambo ego illos & dementiæ Complebo, atque omnem Amphitruonis familiam.

Completus, a, um, Perfectus, absolutus. { משלם meschullám. πλήρης.

GALL. Acheué, absolu. ITAL. Fornito. GERM. Erfüllet, vollkommen. HISP. Acabado. ANGL. Fulfilled, finished. } Cic. in Orat. Aures perfecto, completoque verborum ambitu gaudent.

Complementum, Supplementum. { תכלה tichlâ תכלית tachlith. ἀναπλήρωμα. GALL. Accomplissement, acheuement. ITAL. Empimento. GERM. Ein erfüllung, vollendung. HISP. Hinchimiento. ANGL. That supplieth which lacketh. } Cicer. in Orat. Inculcata reperias inania quædam verba, quasi complementa numerorum. Corn. Tacit. lib. 1. Addito maiestatis crimine, quod tum omnium accusationum complementum erat.

Complexus, Complexio, vide Complector.

COMPLICO, Simul plico, inuoluo, claudo. { פתל pillel חבק chabák. συμπτύσσω. GALL. Enueloppe & plier l'vn dans l'autre. ITAL. Piegare insieme. GERM. Zusammen wicklen, zusammen legen. HISP. Plegar juntamente. ANGL. To folde or wrappe together. } Plaut. in Rud. Dum tibi hanc rudentem, quam trahis, complico. ¶ Ad hunc modum dicimus Complicare epistolam, pro eo quod est claudere. Cic. ad Attic. Quum complicarem hanc epistolam, &c. ¶ Significat etiam contrahere, & quod latum erat, angustum reddere: vt quum dicimus, Complicare vela. Cuius contrarium est Euoluo, quod scilicet implicatum & inuolutum erat, expedio. Cic. 3. Offic. At verò si quis voluerit animi sui complicatam notionem euoluere.

COMPLODO, is, Concutio, collido. { ספק saphák מחא machách. συγκρούω. GALL. Battre les mains ou les pieds. ITAL. Battere le mani, i piedi. GERM. Die händ oder füß zusammen schlagen. HISP. Sonajar las manos è los pies. ANGL. To stricke the feet or clappe the handes together. } vt, Complodere manus, Complodere pedes, Est manuum, vel pedum collisione strepitum edere. Quintil. lib. 11. Nam & complodere manus, scenicum est, & pectus cædere. Senec. lib. 1. de Ira. Complosæ sæpius manus.

COMPLORO, as, Defleo, deploro. { בכה bacháh ספד saphádh קונן konén. συνθρηνέω, συνολοφύρομαι, συγκλαίω. GALL. Plorer ensemble, faire lamentation & dueil. ITAL. Piangere insieme, compiangere. GERM. Beweynen. HISP. Llorar juntamente con otros. ANGL. To weepe and mourne together. } Liu. 5. ab Vrbe. Complorati omnes pariter viui, mortuique, totam plenè vrbem lamentis impleuerunt. Cicer. pro domo sua. Videre prætextatos inimicos nondum morte complorata arbitria petentes funeris. Complorare aliquem. Senec. c. 1. de consol. ad Lib. Complorantibus nostris omnibus. Gell. c. 2. lib. 1.

Comploratus, us, ui, Ploratus, fletus, luctus. { בכי bechi מספד mispêdh קינה kináh. ὀλοφυρμός, θρῆνος. GALL. Pleur, lamentation. ITAL. Lamentatione. GERM. Beweynung. HISP. Lloro. ANGL. Weeping, mourning. } vt, Comploratu iusto persequi mortuos. Liu. 5. bell. Pun.

Comploratio, verbale, Lamentatio, comploratus. Liuius 6. bell. Punic. Comploratio earum flebilesque voces. Nulla domus sine aliqua comploratione. Senec. cap. 14. de consol. ad Polyb. Nullas complorationes, ne vllas quidem voces indecoras edebat. Gell. cap. 5. lib. 12. Idem c. 3. lib. 10.

COMPLURES, Complura, & compluria, sine numero singulari, Multi. { רבים rabbim. συχνοί, συχνοὶ ἅμα. GALL. Plusieurs ensemble. ITAL. Molti. GERM. Viel miteinander. HISP. Muchos. ANGL. Many together. } Gellius positiui esse gradus, non comparatiui (lib. 5. c. 21.) docet. Cæs. lib. 8. bell. Gall. Quod vbi accidit, complures hostium magno nostrorum impetu pulsi venerantur. Cic. 4. Verrem. Dicebant scyphorum paria complura, hydrias argenteas. Terent. Hecyr. Vbi illic dies est, complures accersi iubes. Scio hic complures sutes esse. Idem Aul. sc. 6. a. 4. Idem Phorm. Nota hic compluria. Vbi Donatus, Secundum regulam locutus est Terentius. nam hoc Complure, & hæc Compluria dicitur. Sic veteres, quod nostri dempta syllaba Complura dicunt. Sic Cato orig. 2. Fana hoc loco compluria. Cicer. in Orat. Confirmandi genera compluria. Credo, quia veteres hoc Plure, non hoc Plus, dicebant. Gell. c. 5. lib. 8. & c. vlt. lib. 5.

Plusculi, orum, diminutiuum. { רבים rabbim. ἔνιοι συχνοί. GALL. Quelques vns, quelque moyen nombre. ITAL. Alquanti. GERM. Ziemlich vil miteinander. HISP. Algunos pequillos mas. ANGL. Some together. } Plaut. in Rud. Non hercle adolescens, iam hos dies complusculos, Quenquam istic vidi sacrificare. Terent. Hecyr. —dies complusculos Bene conueniebat sanè inter eas. Gellius cap. vlt. lib. 10. cap. 2. lib. 19. & cap. 11. lib. 7.

Compluries, aduerb. Gell. cap. 2. lib. 17. c. 3. lib. 7. & apertè c. vlt. lib. 5. Factum ab eo quod est Compluria, & significat sæpe. { פעמים peámim. πολλάκις. GALL. Plusieurs fois, par plusieurs fois. ITAL. Più & più volte. GERM. Offtermal, offt vnd dick. HISP. Muchas vezes. ANGL. Many tymes. } Cato, Contumelias mihi dixisti compluries. Plaut. Persa. Metuo herclè vereor sensi ego iam compluries.

[Complutum, V. olim E. sub A. Toletano, hodie Alcala de Henares.]

Complutenses, populi à Complutio dicti. Plin. lib. 3. c. 3.

COMPLUVIUM, ij. { ὁ τόπος ἔνθα τὸ ὕδωρ συρρέει. GALL. Vne goutiere, ou esgout, où la pluye de plusieurs toicts s'assemble. ITAL. Fogna, luogo doue la pioggia di piu tetti si raccoglie. GERM. Ein solch ort, an welchem das regen wasser von vielen dächern zusammen laufft. HISP. El patio de casa. ANGL. A gutter receiuing rayne of diuerse houses. } A pluuia dicitur locus in ædibus, quò de diuersis tectis aqua pluuialis defluit. Colum. lib. 4. cap. 24. At si longius, quam situs agricolarum permittit, & à capite vitis emicuerit, & brachiis in aliena iugorum compluuia peruenerit, &c. In compluuium Deorum, &c. transtulit palmam. Sueton. Aug. c. 92.

Compluuius, a, um, adiect. verò à ὁμοῦ βρέχω. vt, Compluuius lacus, qui ex pluuia aqua colligitur. Varr. lib. 1. de re rust. c. 13. Vna, vt intrinsecus compluuium habeat lacum, vbi aqua saliat, qui intra stylobatas quum venit, lis tempus sit.

Compluuiatus, adiectiuum ad compluuij modum factum: vt, Compluuiata vinea. Plin. lib. 17. c. 21. Quinque generum hæc partis per terram palmitibus, aut per se vite subrecta, vel cum adminiculo sine iugo, aut pedatæ simplici iugo, aut compluuiatæ quadruplici. Et paulò post, Compluuiata copiosior vino est, dicta à cauis ædium compluuiis. Varr. 1. de re rust. c. 8. Iugationis species duæ: vna directa, vt in agro

Canusio altera compluuiata in longitudinem, & latitudinem iugata, vt in Italia pleræque.

COMPONDERO, [illegible]. Apuleius in Hermet. Asclepio: Ex parte corruptiore mundi, & ex diuina pari latere componderans.

Compluti, a, um, a Compluo, is. Solinus cap. 15. de gemmis. Quum trans medium alueum aduentasse se sciunt, scrupulosum sarcino pedes liberant: ita nautæ prodiderunt, compluti sæpe ex illo casu imbre saxatili.

COMPONO, is, Simul pono, coniungo. {חבר chibbér תקן tikken. συντίθημι. GALL. Composer, mettre en, mettre proprement, agencer, assembler & solander. ITAL. Componere, mettere insieme. GERM. Zusammen setzen, zusammen machen. HISP. Componer cosas diuersas. ANGL. To put, sett or ioyne together.} Virg. 8. Æneid.

Componens manibúsque manus, atque oribus ora.

Suo loco compositum capillum commodè (Bien accommodé, bien agencé.) Plaut. Most. sc. 3. a. 1. ¶ Ponitur aliquando pro constituere, [illegible], [illegible]. Cicer. pro Deiotaro, Locus erat quidam, in quo erant ea composita, quibus te rex munerare constituerat. Idem 3. de Orat. Collocationis est componere, & struere verba, sic vt néve asper eorum concursus, néve hiulcus sit, sed quodammodo coagmentatus & lævis. ——— *Omne videres*

Numen ad hanc vnlens componisse suas.

Ouid. lib. 5. Fast. ¶ Accipitur etiam pro ædificare. Virg. 3. Æneid.

——— *Quàm tuta possis vrbem componere terra.*

¶ Item pro comparare. {שוה schivuah דמה dimmàh משל [illegible]. [illegible]. GALL. Comparager, conferer. ITAL. Comparare, assimigliare. GERM. Vergleichen, eines gegen dem andern setzen oder halten. HISP. Cotejar. ANGL. To conferre.} Quoniam quæ comparantur, iuxta se ponuntur. Salust. in Iugurtha, vbi Metelli dicta cum factis componit. Virg. in Eclog.

——— *Sic paruis componere magna solebam;*

¶ Quandoque pro ornare. {[illegible]. ANGL. To adorne.} Nam compositio apta ornatum affert. Idem 4. Georg.

Dulcis compositis spirauit crinibus aura.

Vestis (bombycina) quæ ad nihil aliud exigenda, quàm vt nudam componeret. Senec. cap. 16. de consol. ad Elb. Componere ad speculum corpus. Idem in Calig. cap. 50. Compone eius (puellæ) mores & formam. Idem c. 16. de consol. ad Elb. ¶ Quandoque pro colligere, [illegible]. Cic. in diuin. in Verr. Si ab isto libro, quem tibi magister ludi nescio quis, ex aliis orationibus compositum dedit. ¶ Quandoque pro reficere, recreare. Virg. 4. Georg.

Vix defessa senem passus componere membra.

¶ Quandoque pro lenire, [illegible]. Ambrosius lib. 1. Offic. Cauere debemus ne in perturbationem priùs incidamus, quam animos nostros ratio componat. ¶ Componere etiam verbum vsitatum olim in funeribus, quum cadauerum ossa atque reliquias in vrna componebant. Hor. Serm. lib. 1. sat. 9.

Omnes composui: felices, nunc ego resto.

Vnde & de die quasi mortuo (nam & diem mori, comburere, & componere dixerunt, vt adnotauimus in verbis Morior, & Comburo,) translatè extulit Maro in 1. Æneid.

Ante diem clauso componet vesper Olympo,

id est, finiet, ita vt mortuus non reuixisse at. ¶ Componere negotium pro transigere, finire. Suet. in Calig. c. 40. Compositæ seditiones. Idem in Tiber cap. 25. Quandoque pro statuere: Crudele fatum ita composuit, vt: (i. statuit.) Senec. cap. 15. de consol. ad Elb. ¶ Quandoque pro ad concordiam adducere, {[illegible], [illegible]. ANGL. To ende a strife.} Plaut. in Curc. sc. 3. a. 5. Si possum hæc inter vos componere. Virg. Eclog. 3.

Non nostrum inter vos tantas componere lites.

Iliaca componentes tempora. Velleius. Quandoque conuenire, pacisci, [illegible]. Vnde dicimus, Ex composito aliquid agere, [illegible], pro eo quod est, ex conuentione, vel quemadmodum inter nos conuenit. Plinius. Nihil non ex composito fecimus, pactum seruauimus. ¶ Quandoque pro fingere, simulare, [illegible]. Salust. Non sunt composita mea verba: parui id facio, ipsa virtus satis ostendit. Plaut. Quas iste fabellas composuit. Ne tu istuc malo tuo compositis mendaciis aduenisti. Per compositum fictúmque vultum lacrymæ profunduntur. Senec. 16. de consol. ad Polyb. Aliquem componere, pro Sepelire. Tacit. lib. 17. Pisonem Verania vxor ac frater Scribonianus T. Iunium, Crispina filia composuere. Ouid. 4. Metam. dixit, Tumulo componi.

Compositi, quo nos bulla [illegible] vni.

Idem 5. Fast. Item componere, pro Scribere, vt Componere historiam. Plin. epist. 137. Amores componere, est lasciua carmina scribere, apud Ouid. 2. Trist. eleg. 1.

Non hæc ingenio, nisi hæc componimus arte.

Idem Eleg. lib. 5. Trist. Meditata & composita oratione. Sueton. August. cap. 84.

Iube alios aliósque memor componere versus,

Tib. lib. 4. Componere pretio, pro Redimere. Salust. in bello ciuil. Quin lenones & vinarii laniique, quorum præterea vulgus in dies vsum habet, pretio compositi. hoc est, facta pretij compositione redempti, inquit Sipontinus ex Nonio.

Compositus, Compositior, Compositissimus, nomen ex particip. Ornatus, confectus, concretus, conglutinatus. {מחבר mechubbar מתקן methucchan [illegible] [illegible]. [illegible], [illegible], [illegible]. GALL. Composé, bien ordonné, fait tout à propos. ITAL. Composito, bene ordinato, fatto con ordine. GERM. Zusammen gesetzt, wolgeordnet. HISP. Compuesto, ataniado. ANGL. Made and well sett together.} Composita ceruice ad [illegible]. Senec. c. 26. de consol. ad Marc.

Tam bene compositum sollicitare torum,

Ouid. 3. Fast. Vide plura in præcedenti vocabulo. Compositus acerum. Tibul. eleg. 1. lib. 3. Composita hora [illegible] bell. Pun. Quiete compositi (id est dormientes) Quinti lib. 3. bell. Pun. Acri vi impetu atque animis [illegible] quam compositior vllo cadunt [illegible] Cicer. 3. in Verr. Et ex ea cursatione perfecisti, vt nemo vnquam post hominum memoriam paratior, vigilantior, compositior ad iudicium venisse videatur. Idem ad Attic. lib. 6. Admiratus sum, vt vidi obsignatam epistolam, breuitatem eius: vt aperui, rursus [illegible] literularum, quæ solent tuæ compositissimæ & clarissimæ esse.

Compostus, per syncop. Virg. 1. Æneid.

——— *nunc placida compostus pace quiescit.*

ex Composito. Suet. in Claud. c. 37. Liuius lib. 1. & 4. ab vrb. & lib. 4. d. 4. Item De composito. Apul. Apol. 1.

Compósitò, ablatiuum vice aduerbij, Consultò, cogitatò, data opera. {[illegible], [illegible]. GALL. De faict à tenir, tout à propos, de propos deliberé. ITAL. Pensatamente, con animo deliberato. GERM. Auß anschlag vnd vorbereitung, durch ein vorangelegte sach. HISP. Con deliberacion. ANGL. Of sett purpose.} Terent. in Phorm. Composito factum est quomodo hanc amans habere possit sine dote.

Compósite, aliud aduerbium, Apte, composite, {[illegible]. GALL. Auec bonne ordonnance, par ordre, proprement. ITAL. Ordinatamente, per ordine, propriamente. GERM. Ordentlich geschicklich sein. HISP. Idines y atauiadamente, con orden. ANGL. Properlie in good order.} Cicer. 1. de Orat. Sin oratoris nihil vis esse nisi composite, ornate, copiose eloqui, id est, eleganter.

Compositius, i. Compositè aduerb. Cornel. Tacit. lib. 15. Occulto præcepto compositius cuncta, quam festinatius agerent.

Compositor, is, verbale. {מחבר mechabber. συνθέτης, [illegible]. GALL. Qui compose & assemble quelque chose. ITAL. Compositore di qualche cosa. GERM. Zusammen setzer. HISP. Componedor è acomodor. ANGL. That ioyneth any thing together.} Cic. in Orat. Non enim inuentor, aut compositor, aut actor, hæc complexus est omnia. Ouid. 2. Trist.

Plus sibi permisit compositore suo.

Compositio, onis, verbale, Confectura, structura, coagmentatio {חבורת machberet מחברת mahbéreth. [illegible], [illegible], [illegible]. GALL. Composition, assemblement, proprement fait accord. ITAL. Compositione. GERM. Ein zusammen setzung, oder das machen eines dings. HISP. Composicion. ANGL. The making or ioyning of a thing together.} vt, Compositio vnguentorum. Plin. lib. 2. c. 14. Sed discretius ab hortensibus rebus, vnam compositionem ex his clarissimam subtexemus. Cic. 2. de legib. Totaque huius iuris compositio pontificalis magnam religionem extremoniámque declarat. Idem 1. Offic. Apta compositio membrorum. ¶ Interdum idem quod dispositio. Cic. 1. Offic. Ordo est compositio rerum aptis atque accommodatis locis. Nonnunquam idem quod pactum, conuentio, transactum, compromissum. Idem 5. Philip. Pacis, concordiæ, compositionis autor esse non destiti. Compositio discordiarum, pacificatio. Cæs. 1. bell. ciu. Legatos ad Pompeium de compositione mitti oportere.

Compositura, æ, vel Compostura. Cato de re rust. c. 23. Trapetus emptus est in Suessano nummum quadringentis, & olei p. 1. compostura nummis sexaginta, &c. Gell. lib. 3. c. 10. Solertissimus est impar & inconueniens compositura partium orationis.

COMPORTO, as, Congero, in vnum locum porto. {συμφορέω. GALL. Porter ensemble. ITAL. Portare in vn luogo. GERM. Zusammentragen. HISP. Traer a cuestas juntamente. ANGL. To beare together.} Cic. in Pis. Quum seruorum delectus haberetur in foro, arma in templo Castoris luce & palàm comportarentur. Comportare frumentum ex agris in loca tuta. Cic. ad Attic. lib. 5. Horat. 2. Serm.

Si quis amas cithtras, emptas comportet in vnum,

COMPOS, [illegible] (à com & pos antiq. i. e. potis) qui potis est in aliqua re. {בעל bàhal. [illegible], [illegible], [illegible]. GALL. Iouissant & ayant participant, ayant en sa puissance. ITAL. Colui che ha ottenuto qualche cosa. GERM. Der etwas besitzt, oder erlangt hat. HISP. El que alcança alguna cosa. ANGL. Participant, that hath is desirable.} Valerius lib. 1. Imperatores compotes victoriarum. Plaut. in Capt. Atque ita me rex deorum atque hominum faxit patriæ compotem. Compos victoriæ, Velleius. Compos fieri frustra potius fortes poslit. Senec. cap. vlt. de Tranq. Iacilis compos reuenit. Plaut. Amph. Suum herum faciet libertatis compotem, faxit me patriæ compotem. Idem Capt. sc. 4. a. 3. Compos animi, qui animum suum habet in potestate, vel qui habet sanum animum. [illegible], [illegible]. Terent. in Adelph. Vix sum compos animi, ita ardeo iracundia. ¶ ✠ Impos, vt, Impos animi, pro insano, furioso, amente, qui animo sanus non est, qui re animi instrumentum habet vitiatum. Plaut. in Capt. Eripite isti gladium qui sui est impos animi. ¶ Sic compos voti. ✠ Impos voti. Cicer. Nam quomodo victores dicimus voti compotes, qui quicquid volunt faciunt: sic victos econtrario voti impotes, qui non possunt facere quod volunt. Compos voti factus. Senec. cap. 14. de consol. ad Marc. Legimus etiam nonnunquam Compos miseriarum: vt etiam in malam partem accipiatur. Plautus in Epid. Cedo mentem mihi, accipe ærumnarum, & miseriarum compotem, id est, qui simul tecum miserias sit habiturus. Sunt autem Compos & Impos generis communis, composita ab antiqua & multata voce Pos, potis: vnde & possum & possideo. Pos autem idem est quod Potes, cuius genitiuo Potis nunc loco nominatiui vtimur. Pers.

Nec potis es nigrum vitio præfigere theta.

Virg. 9. Æneid.

Nec potis Ionios fluctus æquare sequendo.

Terent. in Phorm. Adolescens primum abs te hoc bona venia peto. Si tibi placere potis est, mihi vt respondeas. hoc est, si potest, siue possibile est. Quod autem Persius dicit, Qui pote vis dicam nugaris Pote pro Potis accipitur metri causa. Similiter apud Propertium, Qui pote quisque in ea conterat arte diem. ¶ Iungitur quandoque Compos cum ablatiuo. Salust. Neque animo, aut fuga satis compos. Latrocinia sumus compotes. Plaut. Capt. sc. 1. a. 3. Liuius lib. 3. Prædáque ingenti compotem exercitum, suis etiam rebus recuperatis, quæ populatione agrorum amissæ erant, reducit. Quo in loco compotem exercitum affluentem & lætum significare puto. Sæpius tamen genitiuo iungitur.

Compote, & Compotito, aduerbia, vide Compote.

Compostella, Santiago de Compostella, vrbs & Academia regni Galleciæ in Hispania, S. Iacobi Apostoli sepulchro colitur celebris, petente Carolo M. Imp. à Leone III. Episcopali dignitate ornata fuit, addito Iriensis Episcopi titulo.

Compo

Compostella ad Indias Occidentales, vide *Guadalaxara*.

Compotio, is, ire, est compotem reddere. Apul. *lib.* 11. *de Asin. aureo*. Aduenisse diem mihi semper optabilem quo me maximi voti compotiret, compotem redderet: vt apud Plautum, Potitur seruitutis.

Compŏto, as, Simul poto, combibo. {סבא *sâbâ*. συμπίνω. Gall. *Boire ensemble*. Ital. *Beuere con gl'altri*. Germ. Mit einander trincken. Hisp. *Beuer vnos con otros juntamente*. Angl. *To drink together*.}

Compōtātio, nis, Conuiuium. {משתה *mischtéh*. συμπόσιον. Gall. *Beuuerie auec autre, beuuerie auec autres*. Ital. *Il bere di compagnia*. Germ. Ein trinckmahl/ zäch. Hisp. *Beuida de vnos con otros*. Angl. *Drinken or banketting together*.} Cic. *de senect*. Bene enim maiores accubationem epularem amicorum, quia vitæ coniunctionem haberet, Conuiuium nominarunt, melius quam Græci, qui hoc idem tum Compotationem, tum concœnationem vocant.

Compōtor, is, verbale, Combibo. {סבא *sôbe*. συμπότης. Gall. *Compagnon à boire*. Ital. *Compagno al bere*. Germ. Ein zächgesell/ oder zuttrincker/ mittrincker. Hisp. *Beuedor que beue con otros*. Angl. *A companion in drinking*.} Cic. 2. *Philipp*. Tum adhibes ioci causa magistrum suffragio tuo, & compotorum tuorum rhetorem. ¶ Odi memorem compotorem, μισῶ μνάμονα συμπότην. In eos qui quæ inter amicos & inter pocula dicuntur liberiùs, foras eliminant. Lucianus *in Lapithis*, & Martialis.

Compōtrix, icis, fœmininum, {סובאה *sobeâh*. συμπότειρα. Gall. *Compagnie à boire*. Ital. *La compagna al bere*. Germ. Ein mittrinckerin/ die in einer zäch begriffen ist. Hisp. *Beuedora que beue con otros*. Angl. *She that keareth companie in drinking*.} Terent. *in Andr*. Quia compotrix eius est.

Comprædes, (ex Com & præs, ædis) eiusdem rei sponsores. Fest. {συνέγγυοι. Angl. *Pleages or sutries wintherher by thame selfes*.}

Comprānsor, is, qui simul prandet, {συναριστῶν. Gall. *Qui disne auec vn autre, compagnon au disner*. Ital. *Chi fa banchetti con altri*. Germ. Der mit einem zu mittag isset. Hisp. *El que come con otros*. Angl. *That dineth with another*.} Cic. 2. *Philip*. Hunc tu agrum compransoribus & collusoribus diuidebas.

Comprĕcŏr, aris, Precor, inuoco. {חלה *chillâh*. δέομαι. Gall. *Prier affectueusement ou solemnellement*. Ital. *Pregare*. Germ. Bitten. Hisp. *Rogar*. Angl. *To pray desire, or entreate*.} Terent. *in Adelph*. Abi domum, ac deos comprecare, vt vxorem accersas. Comprecari cælestium fidem, dixit Catullus, pro eo quod est, Deorum auxilium implorare:

Cælestûmque fidem suprema comprecor hora.

Comprĕcātio, verbale. {תחנה *tecḥinnâh*. προσευχὴ, εὐχή. Gall. *Priere solemnelle, supplication*. Ital. *Prego, supplicatione*. Germ. Bitt. Hisp. *El ruego*. Angl. *Praig, desiring, entreating*.} Genus precationis, quæ solenni quodam ritu ab vniuerso populo fiebat apud Romanos, vt docet Gell. *lib*. 13. *c*. 21. Vbi ait, Comprecationes Deorum immortalium quæ ritu Romano diis fiunt. Liu. 9. *bell. Maced*. Nulli vnquam concioni, Quirites, tam non solùm apta, sed etiam necessaria hæc solennis deorum comprecatio fuit, quæ vos admoneret, &c. Nos supplicationes vocamus, qua etiam voce veteres vsi sunt.

Comprehendo, is, comprehendi, ensum. Propriè est manu capio. {תפש *taphás* אחז *achâz* לקח *lakách*. λαμβάνω, συλλαμβάνω. Gall. *Comprendre, empoigner, entendre*. Ital. *Pigliare, comprendere*. Germ. Begreiffen/ erwischen. Hisp. *Prender*. Angl. *To tak, to lay handes vpon any thing*.} Plaut. *in Aulul*. Dicant, coqui abstulerunt, comprehendite, Vincite, verberate, in puteum condite. Cic. *de natura* 1. Quid opus manibus si nihil comprehendatur? Sic Comprehendere hostem, & comprehendere aliquem in fuga, apud Cæs. & Comprehendere arma, apud eundem, pro capere, comprehendi iube. Plaut. *Capt. sc*. 4. *a*. 3. Vt miles cum foro redierit, me comprehendat. Idem *Merc. sc*. 6. *a*. 2. ¶ Sed per translationem ponitur aliquando pro percipere, vel intelligere, νοεῖν, Cic. *famil. lib*. 6. Quæ didicisti, quæque ab adolescentia pulcherrime à sapientissimis viris tradita, memoria & scientia comprehendisti, iis hoc tempore vtare. In qua significatione dicimus quoque, Comprehendere animo, mente, ratione, sensibus, intelligentia, &c. ¶ Aliquando ponitur pro perstringere, concludere, vel complecti, περιλαμβάνειν. Cic. *Attic*. Cato verbis luculentioribus & pluribus rem eandem comprehenderat. Idem *de Orat*. Ac ne plura, quæ sunt penè innumerabilia, consecter, comprehendam breui.

Plura quidem fieri quàm quæ comprehendere dictis
In promptu possim,

Ouid. 13. *Metam*.

Vt premor aduersis, quæ si comprehendere coner.

Idem *Eleg*. 2. *lib*. 5. *Trist*. ¶ Aliquando pro prosequi. Cic. *famil*. 13. Sed vt redeam ad id vnde cœpi, vehementer mihi gratum feceris, si hunc adolescentem humanitate tua, quæ est singularis, comprehenderis, id est, complexus fueris. Quemadmodum idem ad Curionem scribens, inquit: De ipso T. Annio tantum tibi polliceor, te maioris animi, grauitatis, constantiæ, beneuolentiæ erga te, si complecti hominem volueris, habiturum esse neminem.

Comprĕhēnsum, substantiuè, καταληπτόν. Cic. *lib*. 4. *Acad*. Quum quamobrem ita oporteret, nihil haberet comprehensi, percepti, cogniti, constituti.

Comprĕhēnsĭbĭlis, e, quod comprehendi potest. καταληπτός. Cicer. 1. *Acad*. Id autem visum, quum ipsum per se cerneretur comprehensibile.

Comprĕhēnsĭo, Complexio. {לקח *lekách* מכלול *maochlál* מכלול *michlál*. κατάληψις. Gall. *Comprehension, empoignement, prinse ou surprinse*. Ital. *Intelligenza, apprehensione*. Germ. Ein verstand/ Begreiffung. Hisp. *El prendimiento*. Angl. *Takeng, or laying handes in a thing*.} Cic. *lib*. 3. *de finib*. Cogitationes, comprehensionésque rerum. Idem 4. *Acad*. Perceptio & comprehensio. ¶ Accipitur item pro ipso comprehendendi, siue capiendi actu. Idem 2. *Philipp*. Nam quum comprehensio sontium, mea: animaduersio, Senatus fuerit.

Comprimis, In primis. ἐν τοῖς πρώτοις. Cic. *pro Quintio*, L. Albius vir bonus & comprimis honestus.

Comprĭmo, is, Premo, vt vuæ comprimuntur, quo vinum effluat. {כבש *kâbás* מעך *mabách* דרך *dárach*. συμπιέζω. Gall. *Estraindre, serrer, clorre*. Ital. *Comprimere, stringere, premere*. Germ. Zusammen trucken. Hisp. *Apremiar, apretar*. Angl. *To presse, to hold in or refraine*.} Plaut. *in Pseud*. Comprimere dentes videor posse aliquo modo. ¶ Item cohibeo, compesco, πιέζω. Idem *in Rud*. Comprime hunc sic, si tuus est. Terent. *in Heauton*. At tu tibi istas posthac comprimito manus. Idem *in Amphitr*. Ego tibi istam hodie scelesta comprimam linguam. Vix comprimor, quin inuolem in oculos isti stimulatrici. Idem *Most. sc*. 3. *a*. 1. Orationem comprimam crepuit foris. Idem *Amph. sc*. 2. *a*. 1. Comprimenda mihi vox & oratio. Idem *Pseud. sc*. 4. *a*. 1. *&* *sc*. 1. *a*. 3. Si te dij amant, linguam comprimes. Idem *Merc. sc*. 6. *a*. 2. ¶ Comprimere audaciam alicuius. Cic. *ad Caton*. ¶ Comprimere aluum, hoc est, sistere, cohibere. Celsus *lib*. 6. *cap*. 18. In hoc autem casu neque acribus cibis vtendum, neque asperis, neque aluum comprimentibus. ¶ Comprimere, supprimere. Cic. *ad Attic. lib*. 3. Scripsi equidem olim ei iratus, quod ille prior scripserat, sed ita compresseram, vt nunquam emanaturum putarem. ¶ Comprimere virginem, pro vitiare. {שגל *schagbal* שכב *schachâb*. βιάζομαι, φθείρω.} Compressit eam de summo adolescens loco. Plaut. *Aul. prol*. Liu. 1. *ab Vrbe*. Compressa Vestalis, quum geminum partum edidisset, &c. Martialis,

Villica vti duri compressa est nupta coloni,
Incaluit quoties saucia vena mero.

Hinc

Comprēssŭs, us, ui, Coitus. {משכב *mischchâb*. ὀχεία.} Plaut. Nunc ad amicam decimo die Athenas viso, Quam grauidam hic reliqui compressu meo. Terent. *Adelphis*, virgo ex eo Compressu grauida facta est. Et grauidam fecit is eam compressu suo. Plautus *prolog. Amphitr*. ¶ Compressus, a, um, Participium. vt, Compressis manibus sedere, est otiosum esse, Liu. 7. *ab Vrbe*, Annonam compressam, idem Liu. *lib*. 8. *dec*. 4. eleganter vocat quum pretium per coemptionem esset intentum.

Compressatus, oppressus. Tertull.

Comprēssiūncŭlă, æ, diminutiuum. συνθλιμμάτιον. Plautus, Dulces amantium compressiunculæ.

Comprēssĭo, nis, verbale. {מצר *metsár* מדרך *midrách*. σύνθλιψις. Gall. *Serrement, estrainte*. Ital. *Chiusura, strettura*. Germ. Zusammen truckung. Hisp. *Apretamiento, obra de apremiar*.} Cic. *de clar. Orat*. Grandes erant verbis, crebri sententiis, compressione rerum breues, & ob eam ipsam causam interdum subobscuri. Compressiones arctæ amantum comparum. Plaut. *sc*. 1. *a*. 1.

Comprēssē, aduerbium, Succinctè, arctè. {συντόμως. Angl. *Briefly, compactlie in fewe wordes*.} Cic. 2. *de finib*. Rhetoricam palmæ, Dialecticam pugno similem esse dicebat: quòd latiùs loquerentur Rhetores, Dialectici autem compressiùs. Compressiùs violentiúsque quærere. Gellius *cap*. 23. *lib*. 1.

Comprobo, as, Approbo, laudo, collaudo, {קים *kyjám* הגיד *hebidh* הוכיח *hochiach*. δοκιμάζω, ἀποδέχομαι. Gall. *Approuuer du tout, trouuer bon, auouër*. Ital. *Lodare, affermare, approuare*. Germ. Loben/ für gut geben/ im gefallen lassen. Hisp. *Aprouar*. Angl. *To approue, to commend, and allowe*.} Cæsar 5. *bell. Gall*. Comprobat hominis consilium fortuna. Cicer. 4. *Verr*. Eorum ego dignitate accusationem meam comprobare potero. Laudare, & vehementissimè comprobare. Cicer. *pro leg. Manil*.

Comprŏbātŏr, is, verb. {מקים *mekajjém* מעיד *mehiad* מוכיח *moochiach*. δοκιμαστής. Gall. *Qui approuue & a aggreable*. Ital. *Che approua & ha grata vna cosa*. Germ. Ein lober/ der im ein handel gefallen laßt. Hisp. *Aprouador, el que aprueua*. Angl. *He that approueth or commendeth*.} Cic. 1. *de Inuentione*. Deinde eius facti qui sunt principes & inuentores, qui denique autoritatis eius & inuentionis comprobatores atque æmuli.

Comprŏbātĭo, nis. {עצמה *hatsumáh* תוכחת *tochachath*. δοκιμή. Gall. *Approbation, louange*. Ital. *Approbatione*. Germ. Das rühmen und die bewärung eines dings. Hisp. *Aprouacion*. Angl. *Approuing, commending, allowing*.} Cicer. 5. *de finib*. Quis est tam dissimilis homini, qui non moueatur & offensione turpitudinis, & comprobatione honestatis?

Comprōmitto, est vnà cum aduersario litem arbitrio boni viri submitto. Promittebat enim vterque se arbitri sententiæ pariturum. {יחד *jahâdh*. ἐκτρέπειν. Gall. *Compromettre, faire vn compromis, & se rapporter à arbitres*. Ital. *Compromettere, far compromesso*. Germ. Verheissen etwas zuthun/ bewilligen/ oder angeloben/ ein sach scheydleuten zu vertrawen. Hisp. *Comprometer*. Angl. *To put or compromisse, or to the arbitrement of any indifferent iudge*.} Cic. *ad Quint. frat. lib*. 2. Tribunitij candidati compromiserunt HS quingenis in singulos apud M. Catonem depositis, petere eius arbitratu, vt qui contrà fecisset, ab eo condemnaretur.

Comprōmissum, dicitur potestas decidendi controuersiam aliquam data arbitro à litigatoribus per vtriusque compromissionem, qua polliciti sunt se eius iudicio obtemperaturos, aut mulctam, quæ inter eos conuenerat, persoluturos. {ἐκτροπή, Gall. *Compromis, promesse & accord de croire aux arbitres*. Ital. *Compromesso, l'accordo di stare al giuditio del arbitrio*. Germ. Der gewalt/ oder entscheydung eines handels/ an welchen man zu beyden seyten versprochen vnd verheissen hat sich zubegeben. Hisp. *Compromisso*. Angl. *Compromisse, the authoritie granted the arbiter by consent of the parties*.} Cicer. *ad Cornif. lib*. 12. Sed à magistris quum contenderem de proferendo die, probarunt mihi sese, quominus id facerent, compromisso & iureiurando impediri. ¶ Compromissum facere de re aliqua. Cicer. *pro Rosc. Comœdo*, Quæ quum ita sint, quæro abs te quid ita de hac pecunia, de his ipsis HS CIↃ CIↃ. de tuarum tabularum fide compromissum feceris, arbitrium sumpseris. Ex compromisso ad arbitrum ire, Proculus *in l. societatem. ff. pro socio*.

Comprōmissārĭŭs, adiect. {פליל *pelil*. διαιτητικός.} Compromissarius iudex, cui res ab vtroque litigatore ex compromisso commissa. διαιτητικὸς δικαστής. Callistratus *in l. cùm ex leg. Iulia. ff. de recept. arbitr*. Nemini licere minorem viginti annis compromissarium iudicem eligere.

Compsa, *Cenza*, Hirpinorum in Italia vrbs A. vetus.

Cōmpsătŭs, κόμψατος, fluuius Thraciæ, non procul ab Abderis in Bistonidem lacum influens. Autor Herodot. *lib*. 7.

Compsani, Hirpinorum populi in Italia. Plin. *lib.3.cap.11.*

Comptum (inquit Perottus) genus libaminis quod farina conspersa faciebant. Apud Festum tamen, à quo hanc vocem ille iisdem verbis seruatis, in dictionarium suum transtulit, *Conipeum* legitur, non Comptum, à verbo nimirum Græco κονίω, quod est puluere aspergo.

Comptus, particip. & Comptus, us, vide *Como.*

Compugno, as, simul pugno, & per metaphoram verbis contendo, {נאבק *neebach* רב *rab.* ἀμφισβητῶ. GALL. *Combatre, s'entrebatre, ou estriuer ensemble.* ITAL. *Contendere.* GERM. Mit einander streyten. HISP. *Pelear vno con otro.* ANGL. *To fight or striue together.*} Gell. *lib.14.cap.5.* Eáque inter nos contentio quum longiùs duceretur, non arbitratus ego operæ pretium esse eadem hæc ista diutius audire, clamantes compugnantésque illos reliqui.

Compulso, as, Callido. {נתש *nittésch* הדיח *hiddiach.* συναράττω. GALL. *Heurter contre quelque chose.* ITAL. *Vrtare contra qualche cosa.* GERM. An etwas stossen oder reiben. HISP. *Herir vna cosa con otra.* ANGL. *To hitt or knock against another thing.*} Col. *lib.1.* Eadem quæ semper mare rectè conspicit, quum pulsatur ac fluctu conspergitur.

Compungo, punxi, punctum, Pungo. {המטיר *himetir* דקר *dakar.* συγκεντέω, συμπείζω. GALL. *Poindre, esguillonner, piquer fort & ferme.* ITAL. *Pungere.* GERM. Stechen/ stich geben. HISP. *Punçar.* ANGL. *To prick.*} Acu compungere. Celsus *lib.6.c.* 8. Colum. *lib.8.c.14.* Cauendúmque ne aut aculeis vrticæ compungatur. ¶ Sensum compungere dicuntur, quæ sensus offendunt, vt splendor oculos, gustum amaritudo, tactum res vel calidæ nimis, vel asperæ, auditum soni vehementia, de quo vide Lucret. *lib.4.*

Compunctus, Signatus, notatus, inustus. {מנקד *munekâr* דקור *dakûr* מדקר *medhukkar* רשומים *reschumim.* [illegible]. GALL. *Marqué de poincts, noté & piqué au visage, comme esclaue fugitif.* ITAL. *Segnato.* GERM. Gezeichnet. HISP. *Señalado.* ANGL. *Marked, pricked.*} Cic. *lib.2. Offic.* Barbarum, & cum quidem (vt scriptum est) compunctum notis Threiciis, districto gladio iubebat anteire.

Compunctio, verb. {מדקרה *madhkarâh.* κέντησις. GALL. *Poincture, esguillonnement.* ITAL. *Puntura, doglia de fianco.* GERM. Stich. HISP. *Punçadura.* ANGL. *Pricking.*} Plinius *lib.21.cap.19.* Hæc quoque potio mulieres ex abortu purgat: laterum compunctiones tollit, & vesicæ calculos.

Compusa, [illegible], Bithyniæ oppidum, ad Thracij Bosphori angustias situm, non procul à Chalcedone, autor Plin. *lib.5.c.vlt.*

Computo, as, idem quod putare, siue ramos superuacuos abscindere. {זמור *zamár* סעף *sehêph.* [illegible]. GALL. *Pouër, couper.* ITAL. *Potare, bruscare.* GERM. Scharen/ beschneiden. HISP. *Podar y cortar arboles.* ANGL. *To prune or cutt of.*} Aliquando tamen ad mentem refertur, & ponitur pro iudico, æstimo. Lactant. *lib.5.* Eámque hominum sapientiam pro summa stultitia computat. ¶ Frequentiùs ponitur pro rationes confero, calculos subduco, quod vulgò dicitur, *Computum facio.* {חשב *chischschéb* מנה *manah* ספר *saphar.* συμψηφίζω, συλλογίζομαι. GALL. *Compter, faire compte, calculer.* ITAL. *Numerare, computare.* GERM. Rechnen/ ausrechnen/ zusammen rechnen. HISP. *Contar por numeros.* ANGL. *To compte or recken.*} Cic. *in Lælio* dixit, Ad calculum reuocare. Plin. *in Epist.* Si computes annos, exiguum tempus. Plin. *lib.18.c.6.* Si computetur impendium operæ. Plaut. *in Mil. sc.2. a.2.* Dextera digitis rationem computat, feriens femur. Computare tempora & annos. Fab. Quint. Si benè computes. Senec. *cap.9. de cons. ad Polyb. & c.24. de cons. ad Marc.* Interdum imputo. Plaut. *in Merc.* Computat vxor, id est, imputat.

Computatio, verb. {חשבון *cheschbôn.* λογισμός, συλλογισμός. GALL. *Compte, calcul.* ITAL. *Computo.* GERM. Ein Rechnung/ ausrechnung. HISP. *Cuenta.* ANGL. *Reckening, pruning.*} Plin. *lib.17.cap.22.* Operarum ista computatio est. Idem *lib.12.c.18.* Minima computatione millies centena millia.

Computabilis, e, {אשר יספר *ascher jessaphér.* [illegible], λογιστός. GALL. *Comptable, qu'on peut & doit compter.* ITAL. *Che si può computare.* GERM. Das man rechnen kan vnd mag. HISP. *Cosa que se puede contar.* ANGL. *That may be compted or rekenned.*} Quod computari potest, & numerari.

Computresco, scis, Putresco. {[illegible]. GALL. *Se pourrir auec, deuenir pourri.* ITAL. *Guastarsi, corromperse, diuentare putrido.* GERM. Verfaulen. HISP. *Podrirse.* ANGL. *To waxe rotten, to rott.*} Vel quum variæ res mutuò putrescunt. [illegible]. Plin. *lib.13.c.13.* Propterea arbitrarier eos non computruisse. Columel. *lib.5.cap.10.* Quoniam mutuo contactu aut computrescent, aut vermibus interibunt. Plinius *lib.31.cap.7.* Capillum denigrant sanguisugæ, quæ in nigro vino diebus LX. computruêre.

Comum, Κῶμον Ptolemæo, & alij, Nouum Comum Suetonio.] {ITAL. *Como.* GERM. Chum in Italien am see gelegen.} Ciuitas Galliæ Cisalpinæ iuxta Larium lacum. Hæc primum mediocris erat colonia trans Padum, à L. Scipione deducta, & deinde à Pompeio instaurata: postremò autem à Iulio Cæsare multis partibus aucta, missis eò quinque millibus colonorum: quo tempore etiam pro Como Nouum Comum cœpit appellari: & incolæ Nouocómenses, qui antea Comenses dicebantur. Meminit huius oppidi Plin. In noua regione Italiæ, *lib.3.c.17.*

Comus, Κῶμος, Deus apud veteres habitus comessationum, nocturnarúmque saltationum præses: in cuius militia autorabantur iuuenes, qui coronati noctu cum facibus, musicísque instrumentis ad amicarum fores saltandi canendique gratia concurrebant, procacitérque lasciuiebant, vt fores nonnunquam effringerent, quod optimè describit Philostratus [illegible], imagine tertia. ¶ Hinc Comessari verbum κωμάζειν, & Comessatio, vt inquit Marcus Varro. Item Crepalocomus, vinolentorum hymnus, apud Aristophanem *in Ranis.*

Con, & Cum, idem significant {עם *him.* [illegible]. GALL. *Auec.* ITAL. & HISP. *Con.* GERM. Mit. ANGL. *With.*} Sed Cum tantum separata, Con verò semper composita reperitur, & significat simul, vt, Coniungo. ¶ Interdum contra, vt, Contendo. ¶ Interdum valde, vt Concrepo. [¶ Con quem in antiquis marmoribus inuenimus scriptum, pro cum quo. Glossæ: Con [illegible].] ¶ Et est sciendum quod quando componitur cum dictione à vocali, vel ab h incipiente, semper n, amittitur, vt Coapto, Coerceo, Cohortor, Cohibeo: in Comedo n, mutatur in m, in Cogo, n & a, tolluntur. Quando componitur cum b, m, & p, transit n, in m, vt, Combibo, Commoueo, Compareo: cum c, vero, d, f, g, n, q, s, t, i, & u, consonantibus manet n, integra: vt, Concurro, Condo, Confugio, Congero, coniecto, Connecto, Conquiro, Consequor, Contineo, Conuenio. In reliquis n, mutatur in sequentem literam: vt, Colligo, Colluuies, Corrigo.

Conæ, vrbs Colossensis.

Conamen, Conamentum, vide *Conor.*

Conaros, [illegible], Ab Alexandrinis appellatur frutex quidam aculeatus, teste Agathocle, qui à Dioscoride Paliurus vocatur. Vide Ruell. *lib.5. cap.107.*

Conatus, vide *Conor.*

Concaco, as, Caco, cacando conspurco. {התחרא *hithcharê.* [illegible]. GALL. *Embrener, & chier dessus.* ITAL. *Imbrattare con merda.* GERM. Bescheyssen. HISP. *Ensuziar con estiercol.* ANGL. *To skyte vpon.*} Sen. Puto concacaui me. Idem, Quid autem fecerit nescio, omnia certè concacauit.

Concædes, concædium, plurali numero, [illegible]. Septimenta, siue muniones ex cæsis arboribus confectæ. Tacit. *lib.1.* Romanus agmine propero syluam cæsiam limitemque à Tiberio cœptum scindit, castra in limite locat, frontem ac tergum vallo, latera concædibus munitus. Vide Cæl. Rhodig. *lib.5. cap. vlt.*

Concaleo, es, Caleo, incaleo. {התחמם *hithchammém.* [illegible]. GALL. *S'eschauffer de toutes parts.* ITAL. *Scaldarsi.* GERM. Warm oder heiß werden. HISP. *Escalentarse.* ANGL. *To be hoat on all partes.*} Plaut. *in Amph.* Prius abis quàm lectus, vbi cubuisti, concaluit locus. Varro 3. *de re rust. c.16.* Concaluit stomachus vt digerat multa faciliùs.

Concalefacio, is, vel Concalfacio, is, Calidum reddo. {חמם *chimmém.* [illegible]. GALL. *Eschauffer de tous costez.* ITAL. *Scaldare alcuna cosa.* GERM. Erwermen/ warm oder heiß machen. HISP. *Escalentar à otro.* ANGL. *To mak hoat, to warme.*} Cic. 2. *de Orat.* Et ait idem, quum brachium concalfecerit, tum se solere pugnare.

Concalefio, fis, neutro passiuum. {חם *cham.* [illegible]. GALL. *Deuenir chaud.* ITAL. *Esser caldo.* GERM. Erwarmen/ warm werden. HISP. *Ser caliente.* ANGL. *To waxe heat.*} Varr. 3. *de re rust. c.9.* Curator oportet circumeat diebus interpositis aliquot, ac vertere oua, vt æquabiliter concalefiant.

Concalefactus, a, um. {מחומם *mechummám.* [illegible]. GALL. *Eschauffé.* ITAL. *Scaldato.* GERM. Gewermet. HISP. *Escalentado.* ANGL. *Made hoat or warmed.*} Cic. 1. *Tusc.* Illam verò funditus eiiciamus indiuiduorum corporum leuium & rotundorum concursionem fortuitam, quam tamen Democritus concalefactam & spirabilem, id est, animalem esse voluit.

Concalefactorius, a, um, {מחמם *mechammém.* [illegible].} Plin. *lib.21.cap.20.* Vis ei concalefactoria, hoc est, excalefaciens, & nata calorem excitare.

Concalesco, is, Calidum fieri, vel calidum esse. {חם *cham.* [illegible]. GALL. *Deuenir chaud.* ITAL. *Scaldarsi.* GERM. Warm sein/ oder warm vnd heiß werden. HISP. *Escalentarse.* ANGL. *To waxe hoat or warme.*} Cic. 1. *Tuscul.* Calidior est enim, vel potius ardentior animus, quàm est hic aër, quem modò dixi crassum, atque concretum, quod ex eo sciri potest, quia corpora nostra terreno principiorum genere confecta, ardore animi concalescunt.

Concalleo, es, Calleo, callis obducor. {כבד *cabadh* הקשה *kaschah.* [illegible]. GALL. *S'endurcir, receuoir cals & durillons aux pieds & aux mains, ou autres lieux.* ITAL. *Far'il callo.* GERM. Hart werden/ erherten. HISP. *Hazer callos, ò hazerse callos.* ANGL. *To be hard skinned.*} Cicer. 3. *de natur. deor.* Versutos eos appello, quorum celeriter mens versatur: Callidos autem, quorum tanquam manus opere, sic animus vsu concalluit.

Concamerare, est, ad fornicis formam, & arcuato opere ædificare. {[illegible]. GALL. *Vaulter, edifier en vaulte.* ITAL. *Fabricare in volto.* GERM. Welben/ ineinander welben. HISP. *Hazer edificio de boueda.* ANGL. *To vault, to build like a vault, to mak an archroofe.*} Vitruuius, Interualla, aut concameranda, aut solidanda fistucationibus. Plin. *lib.11.c.24.* Specus ipse, qua concameratur architectura.

Concameratio, verbale. {[illegible], ἐρέψιμος. ANGL. *A vault or archeroofe steeled.*} Concamerationes dicuntur ædificia quæ arcuato opere fiunt. Vitruu. *lib.6.* Si hypogæa, concamerationésque instituentur, fundationes eorum fieri debent crassiores. Sabinus *in l. si cui ædes. ff. de leg.3.* Conclaue quod supra concamerationem alterarum ædium esset. ¶ Concamerationes etiam dicuntur pergularum hortensium tecta, ad arcuati operis similitudinem facta, quæ aut viribus, aut alio opere topiario ad opacanda ambulacra solent obduci. In concameratum locum se recipere. Suet. *in Aug. c.90.*

Concana, ciuitas est mediterranea Cantabrorum in Tarraconensi Hispania. Ptolem. *lib.2.* Huius incolæ Concani dicuntur. Horat. 3. *Carm.*

Et lætum equino sanguine Concanum.

[Concapes, lignum, iunctum ædibus, vel vineæ. Inde

Concapes vineæ, habens caput suum cum capite vineæ coniunctum, cuius est radix terræ defixa. hinc Procapes, Deincapes, Ancapes, Primicapes, pro Princeps, Deinceps, Anticipes, Primicipes. Scal. ad Festum.

Concauatur, incauatur cum alio. Tertull.]

Concastigo, as, Castigo. {יסר *jasár.* [illegible]. GALL. *Chastier.* ITAL. *Castigare.* GERM. Züchtigen. HISP. *Castigar ò corregir.* ANGL. *Chastice.*} Plaut. *Trin.* Nam ego amicum concastigabo pro commerita noxa.

[Concatenare, simul catenâ constringere Tertull.]

Concauus, Sinuosus, vacuus. {נבוב *nabûb*, κοῖλος. GALL. *Creux, caué.* ITAL. *Concauo.* GERM. Hol. HISP. *Profundo ò hueco.* ANGL. *Holow.*} ✕ Conuexus, vnde Concauitas. Cic. 2. *de nat. deor.* Speluncarum concauas altitudines, saxorum asperitates. Ouid. 4. *Metam.*

——— impulsaque tympana palmis,

Concauaque æra sonant.

Cicer. 2. *de Fato*, Stupidum esse Socratem dixit & bardum, quòd iugula concaua non haberet. ¶ Concauus, perforatus: vt cauum pro foramine

foramine sumitur. Sic Celsus *lib. 7. cap. 7.* dicit oculi corneam tunicam, media parte, qua pupilla est, modico foramine concauam esse.

Inque modum tumuli concaua surgit aqua,

Ouid. *Eleg. 10. lib. 1. Trist.* Concaua Ditis (i. inferi.) Macrob. *in somn. Scip. lib. 1.* ¶ Concaua pro fossis dixit Claud. *6. Panegyr.*

——ascensu vincere montem,

Planitiem cursu, valles & concaua saltu.

Cŏncăuo, as, are, Cauare, {כרה *cirah*, κοιλαίνω, κοιλόω}. Gall. *Cauer.* Ital. *Cauare.* Germ. Hol machen/aushölen. Hisp. *Cauar.* Angl. *To make holow.* ¶ Concauare brachia in duos arcus, id est, inflectere & sinuare, vt formam imitentur duorum arcuum. Ouid. *4. Metam.*

Est locus in geminos vbi brachia concauat arcus

Scorpius.

Cŏncēdo, is, pro Do, permitto. {נתן *nathán*, הניח *hinniach*. συγχωρέω, ἐφίημι}. Gall. *Ceder à quelqu'vn, se partir & faire place à vn autre, ottroyer.* Ital. *Concedere, permettere, dare licenza.* Germ. Weichen/zugeben/zulassen. Hisp. *Dar, ò torgar.* Angl. *To giue place or grant.* ¶ Terent. *in Adelph.* Hui metuisti nunc? si de tuo iure concessisses paulum, &c. Cic. *diuinat. in Verrem,* Da mihi hoc, concede quod facile est. Item pro Ignoscere:

Sed nisi peccassem, tu quid concedere posses?

Ouid. *Eleg. 1. lib. 2. Trist.* ¶ Ponitur aliquando pro recedo, ἀναχωρέω. Terent. *in Hecyr.* Hic video me esse inuisam immerito, tempus est alid concedere. Liu. *1. bell. Punic.* Annibal Sagunto capto, Carthaginem nouam, in hyberna concesserat. Idem, Quæ quum agerentur, hostes in loca altiora concessere. Concedam huc à foribus. Plaut. *Most. sc. 1. a. 1.* Huc concedamus (id est, recedamus.) Idem *Men. sc. 1. a. 4.* &c. Concede huc, concessi i. hinc recede, & huc accede.) *Ibid. sc. vlt. a. 5.* Concedere intrò libet (i. abire.) Idem *Pseud. sc. 5. a. 1.* Concede, inspiciam quid scriptum est (i. secede.) Idem *Curc. sc. 1. a. 3.* Concede huc mea gnata ab isto longissimè. Idem *Men. sc. 2. a. 5.* Concedite atque abscedite omnes, de via decedite. Idem *Amph.* Vos abscedite istinc, nos concedamus huc. Idem *Capt. sc. 5. a. 1.* Ad ianuam concessere. Idem *Aul. sc. 3. a. 4.* Concedi optimum est (i. fugere rabiosum.) Idem *Capt. sc. 4. a. 3.* &c. Item, Concedere in seruitutem Liuius *lib. 7. d. 4.* In deditionem, *lib. 9. d. 4.* Concedere in sententiam, idem *lib. 2. d. 4.* ¶ Aliquando pro credo, consentio. συγχωρέω. Terent. *in Phorm.* Nunquámne hic hodie concedes mihi, neque intelliges? Cic. *in Lælio* Quòd si rectum statuerimus, vel concedere amicis quicquid velint, vel impetrare ab his quicquid velimus, perfectæ quidem sapientiæ sumus. ¶ Concedere naturæ, i. mori. Salust. *in Iugurth.* Pater, vti necesse erat, naturæ concessit. ¶ Concedere in gentem, noménque imperantium concessere. ¶ Concedere, absolutè pro Vita decedere, seu mori. Tacit. *lib. 4.* Vt quandocunque concessero, id est, supremum diem expleuero, & vita decessero.

Cŏncēdo, generale verbum, vnde vim accipit à natura contractus cui adiungitur. Vide Bald. *in l. non ambigitur. ff. de legib.*

Cŏncēdĕre, pro permittere, temporarium est, cadere perpetuum. Vide tex. iuncta gl. *l. ad eum. ff. de donat.*

Cŏncēssum, i, substantiuum. {מותר *muttar*. συγχώρημα}. Angl. *A thing permitted.* } Cic. *pro Cælio,* Sed abhorret non modò ab huius seculi licentia, verùm etiam à maiorum consuetudine atque concessis. Id est, permissionibus atque constitutionibus.

Cŏncēssus, us, ui, pro permissu. {רשות *rashuth*. συγχώρησις}. Gall. *Permission, congé, ottroy.* Ital. *Permissione, concessione.* Germ. Ein zulassung/erlaubnuß. Hisp. *Otorgamiento.* Angl. *Sufferance, licence, leaue.* } Cic. *pro Cæl.* Datur enim concessu omnium huic aliquis ludus ætati.

Cŏncēssio, nis, Concessus. {συγχώρησις}. Angl. *Leaue, licence.* } Cic. *ad Attic.* Et nostra concessione omnem vim sui iuris amiserint.

Cŏncĕlĕbro, as, Celebro, frequento, colo. {שבח *schibbach*, חגג *chagag*. συνεορτάζω}. Gall. *Celebrer ensemble, fester, solemnizer.* Ital. *Celebrare.* Germ. Herrlich vnnd gemeinlich begehnalen ein festtag. Hisp. *Muchas vezes hazer alguna cosa.* Angl. *To feast or haunte together.* } Concelebrare diem festum, est feriari, ἑορτάζειν. Concelebrare conuiuium, vel exequias, est cum quadam celebritate exhibere, vel instruere. Concelebrare victoriam, fama & litteris. Cæs. *lib. 2. de bell. ciu.* Concelebrare dapes, Ouid. *4. Fast.* Omnes de nobis carnificum concelebrabuntur dies. Plaut. *Asin. sc. 2. a. 2.* Decet hunc diem natalem meum vos concelebrare. Idem *Pseud. sc. 2. a. 1.* Cic. *de pet. Consul.* Et in conuiuiis, quæ facetè abs te, & amicis tuis concelebrentur, & passim tributim. Liu. *3. ab Vrb.* Quantum militaribus studiis fama vllum concelebrari potest.

Cŏncēlo, as, are, Celo. {סתר *sathar*, כסה *chissah*. ἀποκρύπτω}. Gall. *Celer, tenir caché.* Ital. *Celare.* Germ. Verbergen. Hisp. *Encubrir.* Angl. *To hidde, to keepe priuie and secret.* } Gell. *lib. 11. cap. 9.* Non id postea concelauit, quin gloriæ quoque sibi assignauit. Vide eundem *cap. 2. lib. 13.*

Cŏncentŭrio, dictum est à Plaut. *in Pseud. sc. 5. a. 1.* Centuriatim colligo. Dum concenturio (inquit) in corde sycophantias. Nonius.

Cŏncentor, Concentio, Concentus, vide *Concino.*

Cŏncĕptācŭlum, Conceptiuæ feriæ, Conceptio, Conceptus, vide *Concipio.*

‖Conceptio, *Conception.* V. olim E. Indiæ Occidentalis, auctoritate Leonis X. Vide *India Occidentalis.*‖

Cŏncerno, is, Cerno, video. {ראה *raah*, הביט *hibbit*. ἐνοράω}. Gall. *Voir clairement de tous costez.* Ital. *Vedere.* Germ. Sehen. Hisp. *Mirar e ver con los ojos.* Angl. *To see clerelie.* } Quint. Cic. *de petit. Consul.* Quòd si satis grati homines essent, hæc tibi omnia parata esse debebant, sicut parata esse concerno.

Cŏncerpo, is, ex Con & carpo, Discerpo, lacero. {קרע *karah*, פרק *parak*. διασπάω, διασπαράττω, συνδιασπάω}. Gall. *Deschirer, mettre en pieces, rompre en pieces.* Ital. *Stracciare, rompere.* Germ. Zerreissen/zerzerren. Hisp. *Despedaçar.* Angl. *To rent or torne in pieces.* } Liu. *8. bell. Maced.* Librúmque rationis eius, quem fratrem afferre iussisset, inspectante Senatu suis ipsum manibus concerpsisse, indignatum, &c. Plin. *lib. 10. cap. 18.* Illic autem protinus concerpsit.

Cŏncerptus, part. Discerptus, laceratus. {קרוע *karuah*. διεσπαραγμένος}. Gall. *Deschiré, & mis en pieces.* Ital. *Fatto in pezzi.* Germ. Zerrissen/zerrzerrt. Hisp. *Despedaçado.* Angl. *Rent torned.* } vt, Concerpta linteola. Plin. *lib. 28. cap. 15.* & *lib. 21. cap. 3.*

Cŏncerto, as, Simul certo, contendo. {רב *rab* נצה *nocháh*. ἀμφισβητέω}. Gall. *Debattre, combattre, estre en noise.* Ital. *Contendere, combattere.* Germ. Mit einem streyten oder kempffen. Hisp. *Contender y pelear vno con otro.* Angl. *To streyne together.* ¶ Cic. *Antequam iret in exil.* Nunc igitur si lingua est concertandum innocentiæ virtute fretus supero. Terent. *in Adelph.* Quid istuc Sannio est, quod te audio Nescio quid concertasse cum hero?

Cŏncertătio, nis, verbale, Certamen, contentio. {ריב *rib*. ἁμιλλησμός, ἔρις}. Gall. *Noise, debat, dispute.* Ital. *Contesa, disputa.* Germ. Ein Streit/ein kampff mit worten. Hisp. *Contienda de vno con otro.* Angl. *Debate, striffe.* } Plin. *lib. 20. cap. 18.* Qua de causa magna concertatio extitit. Cicero *in Partit.* Disputandi prudentiam imitatur concertatio captatióque verborum, id est, ἡ ἐριστική, vnde apud Aristot. ἐριστικοὶ λόγοι.

Cŏncertātor, συναγωνιστής. Cornel. Tacit. *lib. 14.* Corbulonis concertator.

Cŏncertātōrius, a, um, Contentiosus, vehemens. {ἀγωνιστικός, ἐριστικός}. Gall. *Contentieux, noisif, qui gist à debatre entre les parties.* Ital. *Contentioso, guerregiante.* Germ. Das zänckig oder haderig ist. Hisp. *Cosa contendera, cosa para contender con otro.* Angl. *Contentious, full of striffe or debate.* } Cic. *de clar. Orat.* Thucydides enim rerum gestarum pronuntiator syncerus, & grandis etiam fuit: hoc forense concertatorium iudiciale non tractauit genus.

Cŏncertātīuus, a, um, Quintil. *lib. 7. cap. 3.* Mutua accusatio, quam Græci ἀντικατηγορίαν vocant, nostri quidam concertatiuam.

Cŏncesso, as, Cesso, quiesco, ab opere vaco. {חדל *chadhal*. ἀναπαύομαι}. Gall. *Cesser, moser.* Ital. *Cessare.* Germ. Auffhören von einem werck ablassen. Hisp. *Cessar o tardarse.* Angl. *To cease, to be idle.* } Plaut. *in Persa.* Postquam aurora est, nunquam concessauimus lauari, aut fricari, aut ornari. Sed quid ego properans concesso pedibus, lingua, largior? Idem *Asin. sc. 2. a. 1.*

Cŏncessātio, verbale, Cessatio, quies. {השבתה *hashbathah*. ἀνάπαυσις}. Gall. *Cesser de faire quelque chose, muse, amusement auec vn autre.* Ital. *Cessamento.* Germ. Auffhörung/das ablassen von einem ding. Hisp. *Cessamiento, tardança.* Angl. *Ceasing, restring.* Col. *lib. 11. cap. 1.* Nam vt in itineribus conficiundis sæpe dimidio maturius peruenitis, qui gnauiter, & sine vllis cessationibus permeat, &c.

‖Concha, vide *Quonqua.*‖

Cŏnchă, æ. {κόγχη}. Gall. *Conche ou coquille, poisson ou coquille.* Ital. *Ostrica & pesci con guscia dura.* Germ. Muscheln fisch die schalen oder muschlen haben/oder die muschlen selbs. Hisp. *Concha de pescado.* Angl. *Euerie shell fishe.* } Græca vox est qua significatur omne genus piscis firmiorem habens testam. Quin etiam testæ ipsæ duriores propriè conchæ dicuntur, quales sunt cochlearum atque concharum. Ouid.

Ostrea qua in conchis tuta fuêre suis.

‖Horat.

Funde capacibus vnguenta de conchis.

Sic satis concha, in qua sal apponitur. ¶ Colum. Implicitus conchæ limax.

Littera quot conchas, quot amœna rosaria flores,

Ouid. *Eleg. 2. lib. 5. Trist.* Conchæ vnionum. Suet. *in Ner. cap. 31.* ¶ Concharum genera enumerat Plin. *lib. 9. cap. 33.* & earum naturam explicat *eodem lib. cap. 33.* In conchis nascuntur margaritæ, vt ibidem docet Plinius. ¶ Vasis quoque genus quoddam concauum ac superius patulum, Concham vocamus. {כיור *chiyor*. κόγχη}. Gall. *Vn certain vaisseau creux & large, comme vn bassin.* Ital. *Conca, vaso.* Germ. Ein weyt flach geschirr als ein muschel gestalt. Hisp. *La cuenca, ò pila de agua.* Angl. *A holow vessel or a washing bolle or tree.* } Plinius, Rursus tunditur, deinde lauatur in conchis, siccatúrque. Alio nomine Alueos & Alueolos dicimus, & præsertim in longum porrectos, ligno excauato, more lyntrium, quæ vocantur Monoxyla. ¶ Item genus vasis vinarii, in quod è dolio hauritur vinum. Iuuen. Quum bibitur concha. ¶ Aliquando ponitur pro tuba. Virg. *6. Æneid.*

Sed tum fortè caua dum personat æquora concha.

Ouid. *lib. 1. Metam.*

Cæruleum Tritona vocat, conchâque sonanti

Inspirare iubet.

His buccinis vtebantur Tritones, qui erant tubicines Neptuni. Concham verò linguam habere, & Veneri esse consecratam, autor est Ælian. *lib. 3.* ¶ Conchæ Cytheriacæ dicebantur, quæ margaritas producebant, muliebri ornatu præcipuè conuenientes: & ob id Cytheriacæ dicebantur, quia Veneri gratæ. Martial.

Lautior ò conchis Galle Cytheriacis.

Vocantur alio nomine conchæ margaritiferæ.

Cŏnchātus, adiect. κογχοειδής. In morem conchæ curuatus. Plin. *lib. 10. c. 20. de pauone*, simul vmbræ quosdam repercussus cæteris, qui in opaco clariùs micant, conchata quærit cauda.

Cŏnchŭlă, æ, diminutiuum à Concha. Celsus *lib. 2. cap. 29.* Musculi, & omnes ferè conchulæ. Conchula striata, apud Apuleium *in Apolog.*

Cŏnchis, is, κόγχος. Fabæ genus, siue edulium ex fabis. Iuuen. *satyr. 3.* Cuius conche tumes? qui tecum sectile porrum Sutor, & elixi veruecis labra comedit? Sunt qui dicant esse fabam cum cortice suo elixam, ad differentiam fabæ fresæ, qui sine cortice coquitur: à similitudine concharum, quòd confracto cortice velut implicita conchis suis charuncula videatur. Mart. *lib. 13. epigr. 7.*

Si spumet rubra conchis tibi pallida testa,

Lautorum cœnis sæpe negare potes.

Idem *lib. 5.*

Si conchem toties meam comesses.

Apud Scribonium, ex fabæ quasi concha multa cum cumino cocta, hic pro folliculo fabæ. Huius diminutiuum est Conchicula.

Cŏnchus, κόγχος. Mazæ genus, præ cæteris laudatum. Quo etiam nomine apud Græcos significatur oculorum concauitas. Vide Ruell. *lib. 2. cap. 20.* & Cæl. Rhodig. *lib. 15. cap. 1.*

CONCHYLE, is, vel Conchylium, ij, {κογχύλη, κογχύλιον. GALL. *Coquille, conchile, poisson d'ou l'on tire le cramoisi.* ITAL. *Cochiglia.* GERM. Ein gattung der meerschnecken, mit welchen man purpur ferbet. HISP. *Concha para teñir el carmesi.* ANGL. *A shel of te licour wherof purple colour was made.*} Genus conchæ, idem cum murice, cuius sanie preciosissimæ lanæ tingebantur, austerum in glauco colorem & irascenti mari similem referentes. Est autem diuersum à purpura, teste Plin. *lib.9.cap.35.* Conchylia, inquit, & purpuras omnis ora atterit. Cic. *in Pisonem*, Extructa mensa non conchyliis, aut piscibus, sed multa carne subrancida. ¶ Ponitur quandoque Conchylium pro ipso colore, sicut & purpura, & murex. Plin. *lib.9. cap. 36.* Concharum ad purpuras & conchylia eadem quidem est materia. Sed distat temperamento. {ANGL. *The purple colour it self.*} Alio nomine Ostrum dicitur, eò quod ex marinarum concharum testis eximatur. Conchylium itaque Muricem, & Ostrum in eadem significatione accipimus. Virg. 4. *Æneid.*

———*Tyrióque ardebat murice lana.*

Idem 2. *Georg.*

Vt gemma bibat, & Sarrano dormiat ostro.

Iuuen. *satyr.* 3.

Horum ego non fugiam conchylia?

hoc est luxuriosas vestes, & murice infectas. ¶ Conchylium nonnunquam generale nomen est ad omnes conchas. Plin. *lib.9.cap.36.* Lingua purpuræ longitudine digitali, qua pascitur, perforando reliqua conchylia: tanta duritie aculeo est. ¶ Conchylium pro specie distincta à Buccino, siue Murice, aut purpura: quod constat ex Dioscoride *cap. de purpura, ac seq.* & Plin. *lib.21.cap.8.* & *lib.9. cap.39.* In Cochyliata veste cætera eadem sine buccino, &c. Hoc conchylium ex magnorum turbinatorum genere, ea parte latius qua in turbinem desinit, sine aculeis ac tuberculis, ore non rotundo, vt in purpura & buccino, sed oblongo, cuius operculum, Ostracium dictus, ὄνυξ, vnguis odoratus, Blatta Bizantia, Serapioni.

Conchyliarij, κογχυλιοθῆραι, κογχύται Conchytæ Plauto, Conchyleguli, qui Conchylia legebant, vt Murileguli qui Murices, purpurarij qui purpuras, πορφυρεῖς Herodoto.

Conchyliatus, a, um. {κογχυλιωτός. GALL. *De couleur violette.* ITAL. *Tinto di violato, vestito di habito violato.* GERM. Das mit der roten farb deß Schneckens geferbt ist. HISP. *Cosa de carmesi, vestidura de carmesi.* ANGL. *Purple coulored or violett.*} vt, Conchyliata vestis, quæ murice tincta est, Plin. *lib.9. cap.36.* In conchyliata veste cætera eadem sine buccino. Conchyliata peristromata, quæ infecta sunt succo conchyliorum. Cic. 2. *Phil.* Conchyliatis Cn. Pompeij peristromatis seruorum in cellis lectos stratos videres.

Conchyta, æ, mascul. gener. qui conchylia quærit in mari. {κογχυλιοθήρας. GALL. *Celuy qui recueille les conches sur le bord de la mer, ou qui les pesche pour teindre.* ITAL. *Pescatore de tali pesci.* GERM. Der solche meerfisch oder schnecken fahet, vnd zusammen liset. HISP. *El pescador de aquellos.* ANGL. *That gatheret shell fishe.*} Plaut. *in Rud.* Saluete fures maritimi, conchytæ, atque hamiotæ. Dicuntur etiam Conchyliarij.

[Concibones, stellæ quæ per astrologiam concipientibus aptantur. fortasse, *concipiones.* Gloss. Isid.]

Concides, sunt trunci arborum ingentes.

CONCIDO, is, concidi, concisum. Simul, vel minutatim cædo. {נתח nethách שרט sarát קצר katsár. συγκόπτω, κατακόπτω. GALL. *Couper en pieces & morceaux, hacher menu.* ITAL. *Tagliare minutamente.* GERM. Zerhawen, in stück zerschneyden. HISP. *Cortar por menudo.* ANGL. *To cut and hack in small pieces.*} Plinius, Caro eius concisa ac decocta adhibenda est, Columell. *lib.12. cap.8.* Concisique sectiui porri quantum videtur adiicito. Suos videbat fugere & concidi. Cæsar 2. *de bell. ciuil.* Concidere est cremare naues, Liuius *lib.8. d.5.* Eis ornamenta & corium vti conciderent. Plaut. *prolog. Amphitr.* Concidere per minutas particulas rationem docendi. Quintil. ¶ Item frangere, συντρίβειν. Plinius, Et nucleus dentibus concisus super vulnus imponitur.

Concisus, participium. {קצר katsér. συγκεκομμένος. ANGL. *Briefe, short.*} vt, Concisa oratio, quæ non continua, sed veluti membratim cæsa est. συγκεκομμένος λόγος. Et concisus sonus, fractus. Concisis pugnis, & illisis dentibus. Plaut. *Amphit.*

Concisè, aduerbium, Minutè, strictè. {συντόμως. ANGL. *In peeces, briefelie.*} Quintilianus, Quamquam ea non est tam minutè ac concisè in orationibus vtendum, quàm in disputationibus.

Concisura, æ, Sen. *epist.* 101. Desit sanè varietas marmorum, & concisura aquarum è cuniculis interfluentium.

CONCIDO, is, cidi, casum, Corruo, cado, ruo. {נפל naphál נבל nabél. συμπίπτω. GALL. *Tomber, cheoir.* ITAL. *Cadere.* GERM. Fallen, gar zu hauffen gehen. HISP. *Caer.* ANGL. *To fall.*} Lactant. *lib.7.* Et muri omnium ciuitatum concident. Plaut. *in Amph.* Vt quisque institerat, concidit crepitu. Colum. *lib.8.* Atque alia genera pecorum, quum pestilentia vexantur, priùs morbo & languoribus marcescunt: solæ capellæ, quamuis opimæ atque hilares, & subitò concidunt. Carthago concidit. Velleius. Non vna ruina conciderunt Pompeij. Senec. *cap.15. de consol. ad Polyb.* Cic. 3. *Tusc.* Quòd si cui, vt ait idem, simul animus cum re concidit, à grauioribus illis antiquis Philosophis petenda medicina est, non ab his voluptariis. Venti concidunt. id est, quiescunt. Horat. 1. *Carm. Ode* 12. Concidere venas Celsus dixisse videtur, vt verbum ξυμπίπτειν & ξυμπτῶσιν (vocem Hippocrati familiarem, qua, vt enarrat Galenus, τὴν σύμπτωσιν significat) exprimeret. Nam συμπίπτειν, vel ξυμπίπτειν est, si verbum è verbo exprimas, Concidere, & (vt annotat Budæus) συνιζάνειν, id est, considere & constringi. Inanitæ enim venæ considunt & astringuntur.

CONCIEO, es, ere: vel Concio, is, ire, conuoco, aduoco. {קרא kará זעק zaák. συγκαλεῖν. GALL. *Faire venir, appeller.* ITAL. *Conuocare.* GERM. Zusammen beruffen. HISP. *Llamar.* ANGL. *To call vpon.*} Liu. 1. *ab Vrb.* Deinde ne vana vrbis magnitudo esset, adiiciendæ multitudinis causa, vetere consilio condentium vrbes, qui obscuram atque humilem conciendo ad se multitudinem natam è terra sibi prolem ementiebantur. Liu. *lib.5. bell. Pun. 2. Gall.* quod spes prædæ concierat. ¶ Ponitur etiam pro commouere, concitare. {הרגיש hirgísch עורר orér העיר hebír. κινεῖν. GALL. *Exciter, esmouuoir.* ITAL. *Commouere, concitare.* GERM. Bewegen. HISP. *Mouer.* ANGL. *To stirre vp or prouoke.*} Terent. *in Hecyr.* Fortasse vnum aliquod verbum inter eas iram hanc conciuerit. Plautus *Asinar.* Tu ergo face vt illi turbas & lites concias. Idem *in Amphitr.* Amphitruo vxori actutum turbas conciet. *Ibidem.* Bilem in nasum conciuit.

Concitus, part. à Concio. {מעורר mehorár מוער muhár. κινηθείς. GALL. *Esmeu, prouoqué, incité.* ITAL. *Smosso, concitato.* GERM. Bewegt. HISP. *Cosa mouida.* ANGL. *Stirred vp prouoked.*} Lucan. *lib.5.*

Inde ruunt toto concita pericula mundo.

A Concieo verò eandem correptam habet. Valer. Flacc. *lib.2.*

Quis tibi Phryxe dolor, rapido quum concitus alto
Respiceres?
Audit, & ad vocem concitus vrget iter.

Ouid. 6. *Fast.*

Concitus à læso fecit amore dolor.

Idem *Eleg.* 1. *lib.2. Trist.*

Concitor, is, verbale. {מעורר meborér. κινητής. ANGL. *That prouoketh or stirred vp.*} vt belli concitores, Tacit. *lib.4.* & Liu. *lib.5.d.5.*

Concito, as, frequentatiuum, à Concieo, Commoueo, perturbo, extimulo. {עכר hechár הרגיש hirhísch עורר horér הסית hesíth. παροξύνω, παροξύνειν. GALL. *Esmouuoir fort, prouoquer, inciter.* ITAL. *Concitare, commouere.* GERM. Bewegen, erwecken, reitzen. HISP. *Mouer ò perturbar.* ANGL. *To stirre vp prouoke or prick forward.*} Cic. *lib.4. Acad.* Quò enim spectat, quum artificia tolli quereris à nobis, nisi vt opifices concitentur? Quis tantas tandiu turbas concitat? Plaut. *Amph.* Quæ vos dementia, dixi,

Concitat, & socij captam dimittere Troiam?

Ouid. 13. *Met.* ¶ Sic concitare discordiam, apud eundem, & Concitare equum contra aliquem, Liu. 1. *ab Vrbe.*

Concitamentum, incitamentum. Senec. *lib.3. de Ira*, Quis autem ignoret litnos, & turbas concitamenta esse, sicuti quosdam cantus blandimenta, quibus mens resoluatur?

Concitatus, part. vt, Concitatus ardore animus. {מעורר meborár. παρωρμημένος παροξυνθείς. GALL. *Esmeu, prouoqué, incité.* ITAL. *Smosso, concitato.* GERM. Bewegt, gereitzt. HISP. *Mouido.* ANGL. *Moued, prouoked, or stirred vp.*} Cicer. 2. *de finib.* Admirabili quodam ad philosophiam studio concitatus. Idem *de clar. Orat.*

Concitatus, nomen: vt, Concitatior cursus, id est, celerior. Liu. *lib.4. bell. Maced.* Concitatissimi equi. Idem 5. *belli Macedon.* Concitata desideria, sub breuia. Senec. *cap.7. de consol. ad Mart.* Concitata tristitia, *ibid. cap.8.*

Concitator, is, {מעורר meborér. ἐρεθιστής, παροξυντής. GALL. *Qui esmeut & prouoque, esmouueur, prouoqueur.* ITAL. *Prouocatore, incitatore.* GERM. Ein beweger, reitzer, der einem etwas zuthun anlaß gibt. HISP. *Mouedor.* ANGL. *A stirrer vp of one or prouoker.*} Qui commouet. Cæsar 8. *bell. Gall.* Quòd Corbeus autor belli, concitator multitudinis esset interfectus.

Concitatrix, fœmininum. {מעוררת meborérth. κινητική, παροξυντική. ANGL. *She that prouoketh.*} vt, Concitatrix vis. Plin. *lib.26. cap.20.*

Concitatio, nis, Commotio. {רעש rabásch. ὁρμὴ τῆς ψυχῆς, κίνησις. GALL. *Esmotion, esmeute.* ITAL. *Smouimento, incitamento.* GERM. Ein bewegung, aufwecknng. HISP. *Mouimiento.* ANGL. *A mouing or prouokind.*} vt, Concitatio multitudinis, apud Ciceronem *pro Cluentio*, Vehementiores animi concitationes, apud eundem *ad Quintum fratr. lib.1.*

[Concitarium, donum Imperatoris ad concitandos animos militum. Cath.]

Conciliabula, quæ primùm fuerunt, nonnulla postea in municipij ius relata, de quo sic Frontinus *in lib. de limitibus agrorum*, Quarum vrbium ex voluntate conditoris maxima pars finium coloniæ est attributa aliqua portio mœnium extremæ perticæ assignationis inclusa, sicut in Piceno fertur, inter montium Præcutianorum quandam oppidi partem Asculanorum fine circundati, quòd si ad hæc reuertamur, hoc conciliabulum fuisse fertur, & postea in municipij ius relatum. nam omnia antiqua municipia habent suum priuilegium, quicquid enim ad coloniæ municipiíve priuilegium pertinet, territorij iuris appellant, συνοικίας.

Concilium, ij, à Concalando, siue conciendo, hoc est, à conuocando, Senatus, vel cœtus consiliariorum. {עדה hedháh קהל kahál. συνέδριον, σύλλογος. GALL. *Assemblée, compagnie, bande de gens d'vn accord.* ITAL. *Congregatione di popolo ò prelati determinare qualche cosa.* GERM. Ein versamlung vieler leute zu einem rahtschlag. HISP. *Concilio è consejo.* ANGL. *An assemble of consaylours.*} Qui concilium iniere, quo nos vita & victu prohibeant. Plaut. *Capt. sc.1.a.3.* Virg. 10. *Æneid.*

Conciliúmque vocat diuûm pater atque hominum rex.

Cæsar. 2. *belli ciuil.* Quibus de causis consilio conuocato de summa rerum deliberare, &c. Quum reuocati, secundo quoque concilio tacuissent, Liu. *lib.4.d.4.* Legatis dare concilium. Idem *lib.5.d.4.* & præbere, *lib.6. d.4.* Quid autem Concilium à Comitiis differat, docet Gellius *cap.17. lib.15.* ¶ Concilium etiam pro coagmentatione, siue copulatione ponitur. Lucret. *lib.1.*

Corpora sunt porrò partim primordia rerum,
Partim concilio quæ constant principiorum.

¶ Est etiam Concilium flos Iasionis herbæ, vnico constans folio, sed ita implicato, vt plura videantur. Plinius *lib.22. cap.22.* Iasione (inquit) olus syluestre habetur in terra repens, cum multo lacte: florem fert candidum, Concilium vocant. ¶ Est etiam ædes Martyrum, vbi eorum corpora quiescunt.

CONCILIO, as, Beneuolum facio, coniungo, adiungo, amicum facio, reconcilio. {רצה ritsáh חבר chibbér עתר hathár. συμβιβάζειν, ἐπισυνάγειν, συνάγειν. GALL. *Accorder, moyenner d'accorder, appointer, vnir, ioindre par accointance & amitié quelques vns.* ITAL. *Conciliare, pacificare.* GERM. Versönen, einem gunst oder gutwilligkeit erwerben. HISP. *Conciliar nueuos amigos, halagar, ò enamorar ò hazer amigo.* ANGL. *To accorde, to make freindes together, to procure freindshippe.*} Liuius *lib.* 1. Æneas aduersum tanti belli errorem, vt amicos Aboriginum sibi conciliaret, &c.

ret, &c. Reconciliare verò quùm dicimus, quum post inimicitias rursus aliquem in gratiam reducit. [illegible]. ¶ [Conciliare, vestimentum cogere. Vestimentum fullonicum. Varro lib. 5. de L. L. Apud fullonem vestimentum cùm cogitur, conciliari dicitur: dictum autem à ciliis, Græcis [illegible] dictis. Hinc Galli *foulet* dicunt: & à ciliis coacta vestimenta *Filtra* vocant, de quo Titio.] ¶ Ponitur etiam pro contrahere, seu comparare, & hoc tam in malum, quàm in bonum. [illegible]. Plautus *in Trin.* Meus gnatus me ad te misit, inter se atque nos affinitatem vt conciliarem, & gratiam. Dignatio conciliauit ei vxorem. Vellem Si conciliari hic potest, [illegible] Plaut. *Capt. sc.* 2. a. 1. Terent. *in Heaut.* Ex eo ergo, vt patrem conciliem. Sic dicimus, Concilio mihi odium, inimicitias: quod est quasi comparo, acquiro. Sic & Reconcilio, Quintilianus, Nam & plus authoritatis afferunt ea, quæ non præsentis gratia litis sunt comparata, & laudem sæpe maiorem quàm si nostra sint, reconciliant. Artes suas conciliare dicitur, sit verbo alicui commendare artem suam, aut opus aliquod artis suæ. Ouid. 3. *Trist. eleg.* 11.

Qui que benem Siculo fertur donasse tyranno,
Et dicit artes conciliasse suas.

¶ Conciliare superiorem inferiori, per hysteron proteron, apud Virg. 1. *Æneid.*

Tu mihi quodcunque hoc regni, tu sceptra Iouémque
Concilias.

Verba Æoli ad Iunonem. Vbi Seruius, Hysteron proteron in sensu est. Non enim Iupiter conciliatur Æolo, sed Æolus Ioui, quasi superiori, conciliatur. Conciliantur autem noui. Reconciliantur antiqui. ¶ Conciliare pro lenocinari, apud Suet. *in Cæsare, cap.* 50. Existimabatur enim Seruiliam, etiam filiam suam, Tertiam conciliare Cæsari. Hinc facetissime Cicero, Quo meliùs emptum sciatis, Tertia deducta est.

Cōncĭlĭātŭs, part. Beneuolus factus, reconciliatus. {מרצה *meratseh* עתר *hothér.* [illegible]. GALL. *Associé, adioinct, accointé, attraict.* ITAL. *Conciliato, assembrato, vnito,* GERM. Versöhnt/ vereinbaret. HISP. *Hecho amigo.* ANGL. *Accorded, agreed, made frendes.*}

Fœmina concil[illegible] viro,

Catullus. ¶ Conciliatum mancipium, pro empto. Terentius. Prodi malè conciliate: id est, magno pretio empte, vt interpretatur Donatus.

Cōncĭlĭātus, nomen adiectiuum. Quint. *lib.* 4. *cap.* 2. Ad rem accipiendam iudicem fieri conciliatorem, docíliorem, & intentiorem.

Cōncĭlĭātŭs, us, verbale. {מחברת *machbéreth* רצון *reatsen* עשרות *bathéreth.* [illegible]. GALL. *Vnion, assemblement, accointance.* ITAL. *Vnione, congiungimento, assembramento.* GERM. Versönung/ vereinbarung. HISP. *Aiuntamientos, mezcladura, mezcla.* ANGL. *Making of friendes procuring or fauour.*} Lucret. *lib.* 2. Ne quicquam commutari sine conciliatu, id est, sine congregatione & coagmentatione seminum. Inde, Densus & paruus conciliatus apud eundem, pro densa & parua mistione.

Cōncĭlĭātŏr, is, qui conciliat. {מחבר *mechabbér* מרצה *meratseh* עתר *hothér.* [illegible]. GALL. *Moyenneur, qui fait l'accointance, & est le moyen de ioindre & vnir quelques vns.* ITAL. *Conciliatore, [illegible].* GERM. Ein versöner. HISP. *Concilliador de nueuos amigos, el que [illegible] alaga y enamora.* ANGL. *A reconciller or procurer of [illegible].*} Conciliator [illegible] catus lanius. Varro *lib.* 2. *c.* 5. ¶ Conciliator [illegible], Asconius in 4. *Verr.* [illegible] Cicero, [illegible] vocantur conciliatores [illegible] torum, [illegible] commentatur, atque intermuntij. Conciliator [illegible]. Suet. *in August. cap.* 45. Conciliator proditionis. Liu. *lib.* [illegible] *bell. Punic.*

Cōncĭlĭātrix, dicitur mulier, quæ viros mulieribus & vxores viris conciliat, inquit Fest. {מחברת *mechabbereth* התרה *[illegible].* [illegible]. GALL. *Moyenneresse, celle qui moyenne les accointances & amitiez.* ITAL. *Colei che concilia & cagiona le amicitie.* GERM. Ein vereinbarerin die den man mit dem weyb/ vnd das weyb mit dem man vereinbart oder versönet. HISP. *Conciliadera de nueuos amigos,* ANGL. *She that reconcileth procureth fauour.*} Plaut. *Milit.* Itaque esse, ancilla conciliatrix dicebat mihi. Cic. 1. *de nat. deor.* Non vides quàm blanda conciliatrix, & quasi sui sit lena ipsa natura. Idem *de Amic.* Conciliatrix amicitiæ, virtutis opinio. Idem 1. *de leg.* Oratio conciliatrix est humanæ maximè societatis.

Cōncĭlĭātrīcŭlă, diminutiuum. [illegible]. Cicer. *pro Sest.* Erat enim hominum opinioni nobilitate ipsa blanda conciliatricula commendatus.

Cōncĭlĭātĭo, Communio, communitas. {מחברת *machbéreth* עתרת *hathereth.* [illegible]. GALL. *Accointance, appointement, vnion & amitié des vns auec les autres.* ITAL. *Vnione, congiungimento.* GERM. Versönung. HISP. *Obra de conciliar nueuos amigos.* ANGL. *Procuring of frindship or fauour.*} Cic. 4. *Acad.* Honestum autem, quod ducatur à conciliatione naturæ. ¶ Conciliatio etiam pro conuentione. [illegible]. Plaut. Erat conciliatio, seruanda promissa.

Cōncĭlĭātūră, æ, pro conciliatione. Senec. *epist.* 98. Quum Clodius iisdem vitiis gratiosus, quibus nocens, conciliatura exerceret in ipsa causæ dictione.

Cōncĭlĭābŭlum, locus in quem concilium conuenit. {חברה *chebrâh.* [illegible]. GALL. *Petite assemblee de gens, ou lieu où se tient le conseil.* ITAL. *Luogo doue si fa consiglio.* GERM. Ein ort an welchem man ein versamlung helt. HISP. *El lugar do se juntan à consejo.* ANGL. *A litle assemble or place of the assemble.*} Plaut. *in Bacch.* Quid si ad te veniat de subitò prandium, aut potatio fortè, aut cœna, vt solet fieri in illis conciliabulis? Idem *in Trin.* Ne penetratem me vsquam, ubi esset damni conciliabulum. Liu. Qui nundinas & conciliabula obire solent. Probè lepidéque concinnatam pallam referam. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 3. Municipia coloniis præfecturis [illegible]: coloniæ præfecturis: præfecturæ fora conciliabulis. Interdum tamen in municipij ius ascendebant Frentinas, Hoc conciliabulum fuisse fertur, postea in municipij ius relatum.] ¶ Hodie pro [illegible] concilio.]

Cōncĭlĭābundus, à Concilio verbo, Conciliatorem agens, conciliatoris munere fungens, [illegible].

Cōncinnŭs, idem est quasi compositus, & ornatus, politus, facetus. {נכון *nachón* נאה *naue.* [illegible]. GALL. Coint, ioli gentil, mignon, assemblé & agencé proprement. ITAL. *Acconciato, adorno, polito.* GERM. Geziert/ wol vnd fein zusammen gestelt/ [illegible]. HISP. *Atauiado, polido, hermoso.* ANGL. *Proper, [illegible], wellfauoured, [illegible].*} Ex Con, & cinnus: vt Oratio concinna, id est, compta, & aptè composita. [illegible]. Cic. *Quint. frat.* Mihi erit curæ [illegible] vt concinnum sit. Idem *de clar. Orat.* Sententiæ non tam graues & seueræ, quàm venustæ concinnæ. Plaut. *in Persa.* Sat pol concinna facie.

Cōncinno, as, per duplex nn. Aptè compono, apto, adorno, & quasi conuenire facio. {הכין *hechin* תקן *ticchen.* [illegible]. GALL. *Agencer, accoustrer, & dresser, parer & adouber proprement.* ITAL. *Adornare, acconciare.* GERM. Wol vnd fein zusammen ordnen/ füglich etwas machen. HISP. *Atauiar, afeytar o adobar, mezclando cosas.* ANGL. *To make apte, proper and feat.*, Quod vernacula lingua dicimus *Accoustrer*: vt, Pellis concinnata est ad calceos. Plautus, Anceps quando concinnatur atrum, Offundit cibum. Concinnare vestem, Concinnare viam, Concinnare lutum, apud eundem Plautum. Concinnare vinum, Plin. *lib.* 14. *cap.* 20. Concinnare pelles, pro perpolire, apud eundem. Probè lepidéque concinnatam pallam referam. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 3. Concinnare, Facere, authore Nonio. Plaut. *Capt. sc.* 4. *a.* 3. qui me insanum verbis concinnat suis. Idem *in Amph.* Nulla res tam delirantes homines concinnat citò. Idem *in Trinum.* Nunquam erit alienis grauis, qui sibi se concinnat leuem. Idem *Amph.* Lacrumantem ex abitu concinnas tu tuam vxorem. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Concinnant liberis orbas oues.

Cōncinnātŏr, verbale: vt, Concinnatores causarum, vel redemptores, id est, architecti & structores. {מתכן *metacchén.* [illegible]. } Vlp. *in l. nec quicquam. ff. de offic. proconf.* Circa aduocatos patientem esse proconsulem oportet, sed cum ingenio, ne contemptibilis esse videatur: nec adeò dissimulare, si quos causarum concinnatores, vel redemptores deprehenderit: id est, calumniosè alicui litei constantes. Nam concinnare antiquè ponitur pro facere. Plaut. *in Capt.* Qui me insanum dictis concinnat suis.

Cōncinnātōrĭus, a, um, Vasa concinnatoria, Paul. *in l. instrumentum. ff. de pen. leg.* Instrumentum pistrini, item vniuersa vasa concinnatoria, penù non continentur.

[Concinnentia, cum duplici nn. continentia, conuenientia. Sidon.]

Cōncinnĭtās, tis, Ornatus, elegantia. {מתכנת *mathchóneth.* [illegible]. GALL. *Agencement, parement, ioliueté, elegance.* ITAL. *Ornato, eleganza.* GERM. Zierligkeit/ geschicklichkeit/ schöne vnnd wolgestalt eines dings. HISP. *Atauio, lindeza, o gala.* ANGL. *Featnesse, gaynesse.*} Cic. *de clar. Orat.* At quid est tam fractum, tam minutum, tam in ipsa, quam tamen consequuntur, concinnitate puerile? *Ibidem*, Ornata sententiarum concinnitas. ¶ Concinnitas etiam in breuitate & compendio ponitur. Solinus, Egrediemur propositæ concinnitatis modum, i. longiores erimus. Rursus *in Epistola*, Vt nec in ea prodigia sit copia, nec damnosa concinnitas, id est, breuitas. Concinnitates colorum. Gell. *cap.* 26. *lib.* 2.

Cōncinnē, aduerbium, Ornatè, compositè, conuenienter. {[illegible]. GALL. *Proprement, mignonnement, iolîment.* ITAL. *Ornatamente, conuenientemente.* GERM. Zierlich/ feyn/ ziemlich vnd wol. HISP. *Linda, galana, y conuenientemente.* ANGL. *Gayelie, Featlie.*} Cic. 2. *de Orat.* Hæc quidem sunt concinnè distributa, sed non peritè. Idem *pro Quintio*: Hunc rogat blandè, & concinnè.

Cōncinnĭtĕr, [illegible], concinnè. Gell. *lib.* 12. *cap.* 2. Versus vno multifariam verbo concinniter implicari.

Cōncinnātīcĭus, a, um, quod breuiter collectum & aptè situm est, [illegible]. Apuleius *lib.* 2. Nam Milonis boni concinnaticiam mensulam rogatus accubueram.

[Concinnaticium, subst. breuiter collectum, & aptè situm. Apul.]

Cōncinnĭtūdo, Conuenientia, concinnitas. {[illegible]. ANGL. *Aptnesse, handsomnesse.*} Cic. *lib.* 2. *de Inuent.* Splendoris & festiuitatis & concinnitudinis minimum.

Concinnatio, ipse concinnandi actus. Cato *cap.* 106. Aquæ marinæ concinnatio.

CŌNCĬNO, is, ui, centum, Simul cano. {זמר *zimmér* פרט *parat.* [illegible]. GALL. *Chanter en partie, accorder auec autre ou autres.* ITAL. *Cantare insieme, ò in compagnia.* GERM. Mitsingen/ zusammen singen. HISP. *Cantar con otro.* ANGL. *To sing a parte tuneablie with other.*} Cic. 4. *Tusc.* Hæc quum pressis & flebilibus modis concinuntur, difficile est, &c.

Qualia sub densis ramorum concinit vmbris,

Catull. Per translationem sumitur pro conuenio, consono. [illegible]. Cic. 1. *de nat. deor.* Antiocho enim Stoici cum Peripateticis reconcinere videntur, verbis discrepare. ¶ Accipitur & pro prædicere, vaticinari, quemadmodum simplex Cano. Idem *pro Sest.* Hæc tum à me, tanquam fata in ipsa re gerenda concinebantur. Item apud Plautum *Merc. sc.* 3. *a.* 2. exponitur clarè memorari.

Cōncentor, in decretis canonicis dicitur is, qui consonat & concinit canenti. [illegible]. ¶ Sicut succentor, qui voce subsequens canendo respondet. Præcentor, qui vocem præmittit in cantu.

Cōncentĭo, nis, verbale, à Concino. {זמרה *zimrâh.* [illegible]. GALL. *Accord de voix, melodieux chant & accordant, consentement.* ITAL. *Accordo de voci, harmonia, consentimento.* GERM. Stimmung/ zusammen singung. HISP. *Canto acordado y dulce, consentimiento.* ANGL. *A melodious singing in tune with other.*} Cic. *pro Sest.* Nam quum ageretur Togata simulans, vt opinor, cætera tota, clarissima concentione in ore impuri hominis imminens concionata est.

Cōncentus, us, Harmonia ex diuersis resultans vocibus. {מנגנים *minnim.* [illegible]. GALL. *Accord de voix, chant melodieux & accordant.* ITAL. *Consento, consonanza, melodia.* GERM. Ordenliche zusammen singung/ melodey/ gesang. HISP. *Canto acordado y dulce.* ANGL. *A melodious harmonie in singing.*} Virg. *lib.* 1. *Georg.*

——*Hinc ille auium concentus in agris.*

Cic. *in somn. Scip.* Qui acuta cum grauibus temperans, æquabiliter concentus efficit.

Cōncĭnentĭa, Concentio. [illegible]. Macrob. *Comment. lib.* 1. *cap.* 15. Sed &

ad

ad ipsam cæli harmoniam, id est, concinentiam hunc numerum magis aptum esse non dubium est.

Cōncĭo, is, ciui, à con & cio, Conuoco. {קרא karà זעק zahák. [illegible]. GALL. *Appeller à soy.* ITAL. *Conuocare, chiamare piu persone.* GERM. Zusammen beruffen. HISP. *Llamar, conuocar.* ANGL. *To call to him.*} vt, Concire multitudinem. Liuius. ¶ Item commoueo. {[illegible]. GALL. *Esmouuoir, inciter.* ITAL. *Commouere.* GERM. Bewegen. HISP. *Mouer.*} Terent. *in Heaut.* Fortasse vnum aliquod verbum inter eas iram hanc conciuerit. Vide *Cieo* & *Concieo*. Conciens ad arma. Velleius.

Cōncĭo, nis, à Concio, is, etiā significat, scilicet suggestum vnde verba fiunt. {מגדל עץ mighdál hets. [illegible]. GALL. *La chaire ou monte celuy qui harangue, ou le lieu où se tient le conseil.* ITAL. *Il pergamo, bigoncia & luogo rileuato, doue monta & sta chi parla al popolo.* GERM. Ein predigstul, ein canzel, das ort von welchem hie man ein red thut. HISP. *Lugar de donde habla el que razona al pueblo, ò lugar do se ayunta el consejo.* ANGL. *A pulpet.*} Liu. *lib.* 5. Vocato ad concilium populo, summissis fascibus in concionem ascendit. ¶ Item multitudinem populi assistentis conuocatam. {עדה hedah קהל kahál. [illegible]. GALL. *Assemblée de peuple, le conseil assemblé.* ITAL. *Ragunata di popolo.* GERM. Ein versamlung deß volcks gemeinde. HISP. *El consejo de todos ordenes, ò ayuntamiento de gente en el sermon.* ANGL. *An assemble of people.*} Cic. *in Lal.* Concio quæ ex imperitissimis constat, tamen iudicare solet. Salust. Itaque concione aduocata, huiusmodi orationem habuit. Præsenti pube, in concione, omni populo. Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Pro Concione legere codicem. Quint. Cùm in concionem mediam me immersi miser. Plaut. *Men. sc.* 1. *a.* 3. ¶ Tertiò orationem ipsam, quæ ad populum habetur. {דברה dabberáh דברים debarim עתרת hathéreth. [illegible]. GALL. *Harangue au peuple.* ITAL. *L'oratione ò sermone de chi parla al popolo ragunato.* HISP. *Razonamiento que se haze al consejo, ò sermon.* ANGL. *A preaching orison, or sermon.*} Cic. *Dolabellæ*, Legi concionem tuam, nihil illa sapientius. Dij illum perdant qui primus concionem inuenit. Plaut. *Men. sc.* 1. *a.* 5. Quid sit concionem habere, & concionem à multis simul haberi posse, docet Gellius *cap.* 14. *lib.* 13.

Cōncĭuncŭlă, æ, diminutiuum. Cic. *ad Att. lib.* 2. Quæ mihi videtur vna conciuncula clamore pedissequorum nostrorum esse peritura.

Cōncĭōnor, Orationem habeo, concionem habeo. {דבר dibbér. [illegible]. GALL. *Haranguer, rapporter à l'assemblée, prescher, remonstrer au peuple.* ITAL. *Far oratione, ò predicar.* GERM. Predigen ein red thun. HISP. *Razonar al consejo, ò predicar.* ANGL. *To preach, to keepe a sermon.*} Cic. *in Epist. familiar.* Quòd quum Lepidus concionaretur, atque omnibus scriberet se consentire cum Antonio. Idem *in Tusc.* Quæ quum ita sint, magna tamen eloquentia est vtendum, atque ita velut superiore e loco concionandum.

[Concionabulum, concio, vel locus, vbi ea habetur. Cath.]

Cōncĭōnābundus, a, idem ferè quod concionans, concionem habens, concionatorem agens. {[illegible]. GALL. *Harangueur, faiseur de harangue.* ITAL. *Chi fa oratione.* GERM. Der da prediget oder ein red thut. HISP. *El que mucho razona al consejo.* ANGL. *Which preacheth.*} Liu. 5. *ab Vrb.* Hæc propalam concionabundus in dies magis augebat iras hominum. Idem 3. *ab Vrbe.* & *lib.* 10. *d.* 4. Hæc propè concionabundus circumibat homines.

Cōncĭōnātor, Concionem habens. {קהלת kohéleth. [illegible]. GALL. *Orateur.* ITAL. *Oratore.* GERM. Ein prediger, ein redner vor dem volck. HISP. *El que razona al consejo.* ANGL. *A preacher.*} Hieronymus *in Prolog. Salomon.* Ecclesiasten Græcè nomine appellat. Cic. 4. *de Catil.* Intellectum est quid intersit inter leuitatem concionatorum & animum verè popularem.

Cōncĭōnātōrĭus, a, um, quod ad concionem pertinet, concionalis, concionarius. {[illegible]. GALL. *Appartenant aux congregations & assemblées, ou à l'oraison.* ITAL. *Che appartiene ò serue ad vn assembramento, ò all' oratione.* GERM. Das zu der predig oder red gehört. HISP. *Cosa para razonar assi.* ANGL. *Belonging to preaching.*} Gell. *cap.* 11. *lib.* 1. Ecce autem pro tibicina Laconica, tibia quoque illa concionatoria in mentem venit.

Cōncĭōnālis, Concionatorius, concionarius. {[illegible]. GALL. *Propre à prescher ou haranguer.* ITAL. *Atto a concionare.* GERM. Der tauglich vnd gut zu dem predigen ist, oder der est vnd offt prediget oder red hält. HISP. *Digno de predicar, ò razonar assi.* ANGL. *Meete to preacher.*} Qui idoneus est ad concionandum: aut qui concionari consueuit, qualis hodie vulgò *Prædicator* appellatur. Curius *Cic.* Quòd quidem si inter vos senes concionales venale proscripserit, egerit non multum. Concionalis clamor. Cic. *ad Quint. fratr. lib.* 2. Sed eodem die vehementer actum de agro Campano clamore Senatus propè concionali.

Cōncĭōnārĭus, a, um, [illegible], idem Cic. *ad Quint. fratr. lib.* 2. Vehementer esse prouidendum ne opprimatur, concionario illo populo à se propè alienato.

Cōncĭpĭlo, as, apud Næuium ponitur pro corripio, & inuoluo, vt annotauit Festus. Qua voce vsus est & Plaut. *in Truc.* Quem ego affatim iam concipilabo, [illegible].

Cōncĭpĭo, is, Simul capio, apprehendo. {הרה haráh. [illegible]. GALL. *Prendre plusieurs choses ensemble.* ITAL. *Pigliar piu cose insieme.* GERM. Mit einander fassen oder zusammen fassen. HISP. *Tomar muchas cosas juntamente.* ANGL. *To take many thinges together.*} Vnde Concipere mulieres dicuntur, quum genitale semen apprehendunt ad fœtum faciendum. {הרה haráh. [illegible]. GALL. *Conceuoir.* ITAL. *Concepire.* GERM. Empfahen. HISP. *Concebir.* ANGL. *To conceiue a childe.*} Lactant. *lib.* 3. Quid, quia vxor potest esse communis, filius non potest: quoniam concipi nonnisi ex vno necesse est? ¶ Transfertur ad animum, pro [illegible]. Quintil. Nec tantum concipere animo scelus potuit. Transfertur & ad alia, vt, Conceptam saniem (in vulnere) exprimere. Gell. *cap.* 4. *lib.* 15. Item concipere summas, pro supputare. Liu. *lib.* 5. *ab Vrb.* Concipere ferias quomodo prætor soleret. Gell. *cap.* 14. *lib.* 10. Concepta opinione. Suet. *in Aug. cap.* 6. Concepta iudicia. Idem *in Calig. cap.* 40. ¶ Hinc conceptus mentis, [illegible] dicuntur, quæ comprehendimus & imaginamur. Concipere visiones. Quintil. Magis maiorem in modum in se concipiet metum. Plaut. *Amph.* Conceptæ mentis intentio, id est, sententia animo agitata. Quint. ¶ Et apud Geometras, communes animi Conceptiones vocantur ea, quæ omnes tanquam manifesta & indubitata probent: vt omne totum est maius sua parte, &, Si ab æqualibus æqualia demas, quæ remanent, inter se æqualia sunt. ¶ Interdum Concipere est deliberare ac destinare. {[illegible]. ANGL. *To determine in mynd.*} Sen. Iam dudum animo conceperat quid esset acturus. Virg. 12. *Æneid.* Aut tu bella cie, conceptumque excute fœdus. Interdum congregare, in vnum reducere. [illegible]. Col. *lib.* 1. Ne quum a vertice torrens imbribus conceptus affluxerit, fundamenta conuellat. Idem, Sed ampla stabula sic ordinentur, vt ne quis humor influere possit, & vt quisque ibi conceptus fuerit, quàm celerrime dilabatur. ¶ Concipere verba, frequens est apud veteres, pro eo quod est, Certam quandam verborum formulam edere. Vnde concipere verba iuramenti, est præire dictata, præscribere & dictare iuraturo, quibus verbis velimus fieri iuramentum. Concipere verba solemnia. Senec. *cap.* 13. *de consol. ad Mart.* Concipiamque bonas ore fauente preces. Ouid. *Eleg.* 13. *lib.* 3. *Trist.* Conceptis verbis periurare mauellem. Plaut. *Pseud. sc.* 5. *a.* 4. Iuratis conceptis verbis. B. Consultis verbis. *Ibidem sc.* 3. *a.* 1. Liu. *lib.* 7. *ab Vrbe*, Procul inde ire omnibus iussis cultrum stringit, & super lectum stans, ferro intento, nisi in quæ ipse concepisset, verba iuraret, se patris eius accusandi causa concilium plebis nunquam habiturum, se cum extemplo transfixurum minatur. Conceptis itaque verbis iurare, est iuramentum præstare certa quadam verborum formula, ab eo, qui iuramentum defert, præmeditata & præscripta. ¶ Ad hunc etiam modum veteres dixerunt: Concipere vadimonium, hoc est, dictare formulam vadimonij. Cic. *ad Quint. fratr.* Negat in tanta multitudine eorum, qui vna essent, quemquam fuisse, qui vadimonium concipere posset.

Cōncĕptus, a, um, participium, Apprehensus, generatus. {הרה haráh. [illegible]. GALL. *Conceu & engendré, prins & receu.* ITAL. *Concetto, generato, pigliato, preso.* GERM. Gefaßt, begriffen, empfangen. HISP. *Concebido, tomado.* ANGL. *Taken, receiued, conceiued or engendred.*} Cic. *de Arusp. resp.* Ex virginis furtiuo stupro conceptus. Concepta æstu pestis. Col. *lib.* 7. *cap.* 5. ¶ Conceptum furtum dicitur à Iurecons. quum apud aliquem præsentibus testibus res furtiua quæsita & inuenta est. Et in eum actio est, quamuis fur non sit, quæ Concepti appellatur. Ex Hotom. Vide Gell. *cap.* 18. *lib.* 11.

Cōncĕptus, us, ui, pro ipso fœtu. {הריון herajjón. [illegible]. GALL. *Ce qui est conceu & engendré.* ITAL. *Cosa concetta ò generata.* GERM. Der empfangne frucht im leib. HISP. *Lo fruto, ò lo que la hembra pare.* ANGL. *That is conceiued and engendred.*} Plin. *lib.* 10. *cap.* 12. Non edendum grauidis, nisi mortuo concepto. Non magis sancta & seuera vita, quam conceptus inchoati. Senec. *cap.* 15. *de Tranquill.* ¶ Conceptus, Actus ipse concipiendi, idem quod conceptio, [illegible]. Cicer. 1. *de diuin.* Quidam etiam ex hominum pecudumque conceptu & satu, ostentorum exercitatissimi interpretes extiterunt. ¶ Conceptus etiam de camino dicitur ignis concepto. Suet. *in Vitellio*, Flagrante triclinio ex conceptu camini, id est, ex camino qui ignem conceperat. Lucretius,

Stuppa iacit flammas concepto protinus igne.

Conceptus item ponitur pro conceptaculo. Seneca *quæst. natur. lib.* 5. *cap.* 15. Vidi flumina ingentia, & conceptus aquarum inertium vastos, pares nostris, nec compressos quidem terra supereminente, sed liberæ laxitatis.

Cōncĕptĭo, nis, Conceptus. {הריון herajón. [illegible]. GALL. *Conception.* ITAL. *Concettione.* GERM. Empfangnuß, entpfenknuß. HISP. *Concebimiento.* ANGL. *A conceiuing.*} Plin. *lib.* 21. *cap.* 25. Chrysippus & conceptionibus eam putat conferre multum. Contra naturam conceptio. Cicer. 1. *de diuin.* ¶ Formularum conceptio, Paulus *in l. actio negotiorum. ff. de neg. gest.* In extraordinariis iudiciis, vbi conceptio formularum non obseruatur, hæc subtilitas superuacua est. ¶ Conceptio apud Grammaticos schema est, quum vnum genus concipit, hoc est, simul apprehendit aliud genus, vel vna persona aliam. ¶ Conceptio, vel impregnatio, quare sic vocata primitus sit, Galen. *lib.* 1. *de homine*, ita disserit: Mihi videtur, inquit, id ipsum verbum, Concipere, quod Græci [illegible] dicunt, adeóque nomen hoc Conceptio, quod [illegible] ipsi vocant, in se à mulieribus esse impositum. Etenim motum quendam se percipere dixerunt in vtero, qui velut contraheretur, & paulatim in sese coiret, vbi semen non conceperunt. Conceptionis causa est, moderata locorum caliditas, necnon recens menstruorum purgatio, & appetitus libidinis. Quum enim hæc non concurrunt, semen non continetur. Conceptus impeditus quum his concipit mulier à duobus. Nota exemplum de Hercule & Iphiclo, apud Solinum *Mirac. cap.* 1. Conceptus fœminæ vultum prægnantis inficit pallore. Idem *cap.* 4.

Cōncĕptācŭlum, aut Conceptabulum, quod aliquid continet. {אוצר otsar. [illegible]. GALL. *Le lieu ou quelque chose est gardée, mise ou contenue, vaisseau.* ITAL. *Recettacolo.* GERM. Dan ort so etwas ente pfahet oder helt. HISP. *Lugar donde algo se recibe.* ANGL. *A place to keep any thing in.*} Vt vena est conceptaculum sanguinis, id est, qua sanguis continetur. Plin *lib* 11. *cap.* 37. superbiæ alicui conceptaculum, sed in superciliis sedem habet.

Cōncĕptīuæ feriæ, sunt quæ quotannis à magistratibus, vel sacerdotibus in dies certos, vel incertos concipi consueuerant, [illegible]. ¶ Erant autem apud veteres quatuor publicarum feriarum genera. Nam aut Statiuæ erant, quæ certis & fixis diebus quotannis celebrabantur, & eodem semper die in fastis annotabantur: nos hodie festa immobilia vocamus. Aut Conceptiuæ, quæ quotannis quidem fiebant, sed modò hoc, modò illo tempore, vt magistratui videbatur, quales erant Latinæ feriæ, Sementinæ, Compitalia & Agonalia. Imperatiuæ verò quæ quotannis fieri non consueuerant, sed propter valetudinem Principis, aut insignem victoriam, aut etiam imminens periculum à magistratu imperabantur. Nundinæ autem feriæ erant rusticorum causa, nono quoque die institutæ, vt quum octo diebus in agris fuissent, ad cunctas necessaria nono die in vr-

bem

bem conuenirent. Vide hæc latius apud Macrob. *lib.* 1. *Satur. cap.* 19.

[Concipientes, stellæ concipientibus aptatæ, & fauentes. Cath.]

Concito, as, vide *Concieo*.

CONCLAMO, as, are. Simul clamare, clamo. { זעק *zahák* צעק *zaák*. συμβοάω. GALL. *Crier ensemble, s'escrier.* ITAL. *Gridare insieme, gridare.* GERM. Miteinander zusammen schreyen. HISP. *Llamar dando vozes.* ANGL. *To shoute and crie togither.* } Cic. 6. *Philipp.* Quum vos vniuersi vna mente atque iterum a me conseruatam esse Rempub. conclamastis. Tacit. *lib.* 1. Conclamant patres, corpus ad rogum humeris senatorum ferendum. Cæsar 1. *bell. ciuil.* Quos quum apud se in castris Attiuius conspexisset, exercitu suo præsente conclamauit quid ad se venirent.

Conclamat socios ad se,

Ouid. 13. *Metamorph.* Toties in vicina mea conclamatum est (de morte, ruina, incendio,) Senec. *cap.* 11. *de Tranquill.* Conclamo, Heus quid agis? (id est, clamo.) Plaut. *Merc. sc.* 2. *a.* 2. Item vis conclamari auctionem? Fore quidem die septimi. Idem *Men. sc. vlt. a.* 5. ¶ Conclamare vasa, militaris est locutio, pro denuntiare inter milites, vt vasa colligant: quod fiebat quum exercitus moturus erat castra: ἀνασκευάζεσθαι. Cæs. *lib.* 1. *bell. ciuil.* Quo cognito, signum dari iubet, & vasa militari more conclamari. Et conclamare tandem. Idem *lib.* 1. *bell. ciu.* Conclamatum est, hoc est, transactum & finitum est. { נואש *noásch*. πεπέρανται. GALL. *Tout est fait.* ITAL. *Egli è finito.* GERM. Die sach ist schon hinüber/Es ist schon geschehen. HISP. *La cosa esta acabada.* ANGL. *All is don ne and ended.* } Quod locutionis genus ab iis tractum putatur, qui morientibus assistunt. Solent enim illi cadauerum recens exanimatorum faciem identidem frigida abluere, nomenque eorum clara voce inclamare, ne fortè syncope correptos pro mortuis funerarent. Nam qui animi deliquium patiuntur, mortuis simillimi sunt: vnde & nonnullos pro mortuis elatos, & à rogo relatos accepimus. Quum ita effusa subinde frigida, nomineque sæpiùs inclamato nihil proficeretur, post vltimam conclamationem re iam desperata comburebantur. ¶ Hinc corpora conclamata dicuntur, hoc est, deplorata, quibúsque extremum hoc conclamationis præstitum est officium. Lucanus,

——corpora nondum
Conclamata iacent.

Hinc Liuius, conclamauerant suos (id est, habuerant pro mórtuis. Idem 4. *ab Vrb.*

Conclamatio, nis, verbale, Multorum clamor. { זעקה *zehakáh* אנקה *anakáh*. συμβόησις, ἐπιβόησις. GALL. *Cri de plusieurs gens.* ITAL. *Chiasso di più genti.* GERM. Das zusammen schreyung. HISP. *Aquello llamado con bozes.* ANGL. *Shouting or crying of many together.* } Senecа, Quum aliqua conclamatio est, quomodo exeat, non qui efferat, quærit.

Conclamito, as, frequentatiuum. { צעק *naakáh*. ἀναβοᾶν. ANGL. *To shout often.* } Plaut. *Merc.* Conclamitare tota vrbe, & prædicare.

Conclamatus, a, um, vt conclamatum frigus, apud Macrob. quod conclamata corpora faciat necando frigiditate sua, *Satur. lib.* 7. *cap.* 5. Succo papaueris admisceri cupitobium, mandragoram, aliasque herbas conclamati frigoris pipere temperatas.

[Conclassare, conclamare, & coniungere classes. Gloss. Isid.]

Conclauatæ res, inquit Festus, quæ sunt sub eadem claue.

Conclaudo, conclausi, conclausum, conclaudere, Simul claudere, concludere. Vnde Conclausa semina, apud Columellam *lib.* 3. *cap.* 12. Eadémque velut conclausa & coarctata semina comprimere atque strangulare.

CONCLAVE, neut. gen. Locus secretior in interioribus tectis, vnam habens clauem communem domesticis, intra quem multa loca clausa sunt adhærentia triclinio. { חדר *chedhér*. μυχός. GALL. *Vne chambre auec sa garderobbe, ou estude, fermées sous vne clef: vn lieu à se retirer ou enfermer quelque chose.* ITAL. *Conclaue, luogo secreto.* GERM. Ein gemach in einem hauß. HISP. *Camara encerrada ò recamara.* ANGL. *The most inward and secret place of an house, a closet.* } Vnum conclaue concubinæ quod dedit, in conclaui. Plaut. *Merc. sc.* 1. *a.* 2. Terent. *in Eunucho*, dum apparatur, virgo in conclaui sedet. Cic. 1. *de Diuin.* Conclaue illud vbi erat mansurus, si ire perrexisset, proxima nocte corruit. Imò conclaue Latinis est quod Græcis Triclinium. Cic. 6. *in Verrem.* In singula conclauia triceno lectos, &c. Idem 3. *de Orat.* de Scopæ interitu loquens. Hoc interim ipsum conclaue, vbi epulabatur Scopas, concidit. Quintil. eandem referens historiam, Triclinium appellat, quod à Cicerone dicitur Conclaue. Verba eius sunt hæc, Vix illo limen egresso, triclinium illud supra conuiuas corruit.

Conclausum, idem significat. Plaut. *in Anlul.* Et conclauium mihi peruium facitis.

CONCLVDO, is, Simul claudo, constringo, cogo, comprehendo. { סגר *sagár*. συγκλείω, σφίγγω, ἐμπεριλαμβάνω. GALL. *Enfermer, enclorre, enserrer.* ITAL. *Rinchiudere, imprigionare.* GERM. Beschliessen, einschliessen. HISP. *Cerrar.* ANGL. *To shut or close in.* } Terent. *in Adelph.* Cic. *de Vniu.* Intelligentiam in animo, animum in corpore conclusit Deus. ¶ Ponitur etiam pro perorare, id est, orationem terminare. { כלה *chilláh* סיים *hischlim*. συμπεραίνειν, τελειόω. GALL. *Conclurre, acheuer.* ITAL. *Concludere, finire.* GERM. Ein end machen. HISP. *Concluir, acabar.* ANGL. *To finishe, to conclude and end.* } Cic. *in Verr.* Vt aliquando totam huius generis orationem concludam, ac definiam. ¶ Item ponitur pro conficere, colligere & inferre. Cic. *de diu.* Chrysippus solet ex ipsis exemplis rationem concludere hoc modo.

Conclusus, a, um. Participium, συγκεκλεισμένος. Cic. 1. *de Orat.* Omnia fere quæ sunt conclusa nunc artibus, dispersa & dissipata quondam fuerunt. In cauea conclusi pulli. Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 3.

Conclusio dicitur, quam Græci ἐπίλογον, nostri modò Perorationem, modò Cumulum vocant. Nam cumulus propriè aceruus est, & in conclusione, omnia, quasi in vnum aceruum colliguntur. { סוף *soph*. GALL. *Conclusion, fin.* ITAL. *Conclusione, fine.* GERM. Beschluß/end. HISP. *Conclusion, fin.* ANGL. *The conclusion or end.* } Vocis moderatio & verborum conclusio. Cic. 1. *de Orat.* Acutæ conclusiones. Quint. *lib.* 1. *cap.* 14. Subtilis, & ad morem Dialecticorum formata conclusio. Idem *lib.* 7. *cap.* 4. Hinc Conclusionem pro obsidione dixit Cæsar 2. *de bell. ciu.*

Conclusiuncula, diminut. apud Cic. 4. *Acad.* τὸ συμπερασμάτιον.

Concluse, aduerb. συμπεπερασμένως. vt, Concluse aliquid dicere. Cic. *in Orat.* Quam vt fit, fortuitò sæpe aliquid concluse apteque dicerent.

Concoctio, vide *Concoquo*.

[CONCOENA, συνδειπνος. Gloss. Phil. qui vnà cœnant.]

Concœnatio, nis, verbale, à Cum & cœna, tertia longa. { משתה *mischteh*. } Cic. *de senect.* Conuiuium Græci tum compotationem, tum concœnationem vocant, συμπόσιον οἱ Ἕλληνες σύνδειπνον ὀνομάζουσιν, ὅτι συνδειπνοῦσι.

Concolor, is, omn. gen. Eiusdem coloris. { ὁμόχρως. GALL. *De mesme couleur.* ITAL. *D'vn medesimo colore.* GERM. Ein farb/das nur ein farb hat. HISP. *Cosa del color que es otra cosa.* ANGL. *Of the same colour.* } vt, Concolor cicatrix, Plin. *lib.* 18. *cap.* 9. & *lib.* 30. *cap.* 19. Turdis color æstate circa collum varius, hyeme concolor.

Et populus tecto est concolor ipse suo,

Ouid 1. *Fast.* Virg. 8. *Æneid.*

Candida per syluam cum fœtu concolor albo
Procubuit, viridique in littore conspicitur sus.

CONCOQVO, is, Coquo. { אפה *apháh* בשל *bischschél* ἕψω. GALL. *Cuire, digerer, meurir.* ITAL. *Cuocere & ben padire.* GERM. Kochen/Däwen. HISP. *Cozer, digerir la vianda.* ANGL. *To seeth, boyle or digest.* } Varr. *de re rust. lib.* 2. *cap.* 10. Ad focum ligna afferre & cibum concoquere. ¶ Concoquere etiam frequentissimè accipitur pro digerere, & cibum in qualitatem conuenientem nostro corpori conuertere. Mart. *lib.* 1. Benè concoquit Charinus, & tamen pallet. Cic. 2. *de nat. deor.* Eademque hæc auis scribitur conchis se solere complere, easque, quum stomachi calore concoxerit, euomere. ¶ Interdum etiam metaphoricôs accipitur, pro æquo animo ferre, & pati. Liuius *lib.* 4. *ab Vrbe*, Vt quem Senatorem concoquere ciuitas vix posset, regem ferret. Tracta est translatio à concoctione, quæ fit in stomacho. ¶ Concoquere odium, συμπέψαι χόλον, καταπέψαι τὴν λύπην, ἐγχολοῦ στέγειν. Cicer *ad Quint. fratr. lib.* 3. De epistola Vatinij risi: sed me ab eo ita obseruari scio, vt eius ista odia non sorbeam solum, sed etiam concoquam. Medea concoxit senem. Plaut. *sc.* 2. *a.* 3. Maturatur & concoquitur labor ille (ediscendi.) Quintil.

Concoctio, verbale, vna ex naturalis animæ facultatibus qua cibus mutatur in qualitatem parti nutriendæ conuenientem. { πέψις. GALL. *Digestion, cuisson, meurissement.* ITAL. *Digestione, il padire.* GERM. Die däwung. HISP. *La digestion de la vianda, ò manjar.* ANGL. *Digestion, a seething.* } Concoctionis autem partes sunt tres, quarum prima in ventriculo, secunda in iecore & venis conficitur, tertia in ipsis partibus nutriendis. Plin. Multùmque in summo cibo concoctionibus confert vel folio, vel semine.

Concordia, æ, Venetiæ oppidum, non procul ab Altino, & flumine Liquentia: cuius meminit Plin. *lib.* 3. *cap.* 18. Vulgò *Concordia* ¶ Est item Concordia cognomento Iulia, Hispaniæ Bæticæ oppidum in conuentu Hispalensi, teste eodem Plin. *lib.* 3. *cap.* 1. Huius incolæ dicuntur Concordienses, quorum meminit idem Plin. *lib.* 4. *cap.* 20. ¶ Concordia item dea apud Romanos, cuius ædem C. Flauius Cn. filius dedicauit in area Vulcani summa inuidia nobilium, teste Liu. *lib.* 9. *ab Vrbe.* Cic. *pro domo sua*, Si sedem ipsam ac templum publici consilij regione concordiæ deuinxisset. ¶ Cella concordiæ. Cic. 2. *Phil.* Quum in hac cella concordiæ (dij immortales!) in qua me Consule salutares sententiæ dictæ sunt, &c.

Concordialis, herba est syluestri papaueri similis, quæ quòd argemata oculorum medeatur, à Dioscoride Argemone est appellata, ἀργεμώνη.

Concorporo, in vnum corpus redigo. { συσσωματόω. GALL. *Incorporer.* ITAL. *Incorporare.* GERM. Zusammen in einen leib bringen/einleiben. HISP. *Encorporar.* ANGL. *To mak one bodie of many.* } Quod fit, quum duæ, pluresve res mistæ vnum quid efficiunt. Plin. *lib.* 22. *cap.* 22. Semper mulsum ex vetere vino, facillimèque cum melle concorporatur.

CONCORS, A coniunctione cordis dicitur, qui vnius cordis, siue vnius animi est, consentiens, concinens, coniunctus. { ὁμόφρων, ὁμογνώμων. GALL. *D'vn mesme cœur & courage, & d'vne mesme fantasie & volonté.* ITAL. *Concorde, d'accordo.* GERM. Einmütig/gleich gesinnet. HISP. *Cosa concorde.* ANGL. *Of one mynd & will, agreable.* } Cic. 3. *Tusc.* Aliis cor ipsum animus videtur: ex quo Excordes, Vecordes, Concordésque dicuntur. Plin. *lib.* 7. *cap.* 23. Diuersarum quidem gentium natales tam concordi figura reperiri, super omnem esse rationem. Parcæ concordes. Virg. 4. *Æneid.*

Talia secla suis dixerunt, currite, fusis,
Concordes stabili fatorum numine Parcæ.

Fiet ciuitas concordior. Plautus *Aul. sc.* 5. *a.* 3.

Concordia, Vnanimitas, & consensus,)(discordia. { שלום *schalóm* רצון *ratsón*. ὁμόνοια. GALL. *Concorde, accord.* ITAL. *Concordia, accordo.* GERM. Einmütigkeit/einhelligkeit/einträchtigkeit. HISP. *La concordia.* ANGL. *Concord, agreement.* } Salustius, Concordia paruæ res crescunt, discordiâ maximæ dilabuntur. Dicitur Concordia à corde congruente. Cic. 5. *Verr.* Tantámque habebat morum similitudo coniunctionem atque concordiam, vt, &c. Deûm metum, parentum amorem, cognatûm concordiam. Plaut. *Amph.* Redistis in concordiam? Idem *ibid.* Concordiam alicuius aspernari, (id est, societatem & amicitiam.) Velleius. ¶ Discors concordia dicitur rerum, quæ quum inter se diuersæ sint, tamen commixtæ vnum quoddam corpus conficiunt, dum vna alterius vires temperat & corrigit, ἀντίφθογγος συμφωνία. Ouid. 1. *Metamorph.* Quippe vbi temperiem sumpsère humórque calórque, Concipiunt: & ab his oriuntur cuncta duobus. Cúmque sit ignis aquæ pugnax, vapor humidus omnes Res creat: & discors concordia fœtibus apta est. Horat. 1. *Epist.* Quid premat obscurum, lunæ quid proferat orbem, Quid velit & possit rerum concordia discors. ¶ Discordem concordiam vocat Lucanus simulatam amicitiam: vt quum illum amplecti & colere videmur, quem tamen tanto odio prosequimur. Verba eius sunt *lib.* 1. *de Cæsare & Pompeio*, Temporis exigui mansit concordia discors, Paxque fuit, non sponte ducum: nam sola futuri Crassus erat belli medius mora. ¶ Concordiâ fulciuntur opes etiam exiguæ: Sententiâ prouerbialis est apud Homerum *Iliados* 1,

Συμφερτὴ δ' ἀρετὴ πέλει ἀνδρῶν, καὶ μάλα λυγρῶν.

id est,

id est, Coniuncti pollent etiam vehementer inertes. Hac conueniet vti, si quando significabimus non esse contemnendam amicitiam, aut simultatem multorum, etiam si fuerint alioquin imbecilles, & quorum singulos quiuis facilè contemnat.

Cōncōrditās, tis, pro concordia apud Pacuuium aliósque veteres: ὁμόνοια. Concorditatem (inquit) hospitio adiunctam, & perpetem probitatem conseruetis.

Cōncōrditĕr, Vnanimiter, pari consensu. {ὁμοφρονούντως. GALL. *Tous d'vn accord.* ITAL. & HISP. *Concordamente.* GERM. Einmütiglich/einhelliglich. ANGL. *By one consent.*} Ennius *Annalium lib. 1.*

Æternum seritote diem concorditer ambo.

Concorditer inter se congruunt. Plaut. *Curc. sc. 2. a. 2.* Item Sueton. *in Tib. cap. 6.* Concordius, Liuius *lib. 4. ab vrb.* Sosipater *lib. 11. Institut. Grammat.* Hinc concordissimè in superlationis gradu. Cic. *pro Rabirio,* Et tibi acerbior patrui mors est, quem nunquam vidisti, quàm illi eius fratris, qui cum concordissimè vixerat.

Cōncōrdo, Conuenio, concors sum. {יאות iaáth. ὁμογνωμονεῖν. GALL. *Accorder, estre d'vn mesme cœur & courage.* ITAL. *Concordare, accordare, essere d'accordo.* GERM. Mithellen/einmütig sein/gleich gesinnt sein. HISP. *Concordar vna cosa con otra, ser de acuerdo.* ANGL. *To accord, to beone consent.*} Terent. *in Phorm.* Si concordabis cum illa, habebis quæ tuam senectutem oblectet. Ouid. 10. *Metam,*

Et sensit varios quamuis diuersa sonarent,
Concordare modos.

Motus concordet cum gestu. Quintil.

Cōncōrdātūs, συνηρμοσμένος, Papinianus *D. lib. 48. tit. 7. l. 11.* Volentes bene concordatum sequens matrimonium dirimere.

Concrātitius, a, um, adiectiuum. {גדר ghadhér. συμπηκτός. GALL. *Fait de clayes iointes & mises ensemble, comme vne cloison d'ais ou membrures trauersantes l'vne sur l'autre.* ITAL. *Parete ò clausura di tauole.* GERM. Das auß burden zusammen gemachet ist. HISP. *La pared, tabique o sarzo.*} Significat quod ex consertis cratibus fit. Inde paries concratitius dicitur, qui insertis cratibus construitur. Papin. *in l. si fratres. ff. pro socio.* Si vicini semipedes inter se contulerint, vt ibi concratitium parietem inter se ædificarent, ad onera vtriusque sustinenda.

Cōncrēdo, is, Credo, commendo, fidei alicuius committo. {הפקיד hiphkidh. ἐμπιστεύω. GALL. *Bailler tout en garde, s'ensier du tout à vn autre.* ITAL. *Credere, committere alla fede.* GERM. Einem etwas vertrawen/ oder zubehalten geben. HISP. *Confiar, o, l'emprestado.* ANGL. *To committor trust to an others credite.*} Plaut. *Aulul.* Sed mihi anus huius obsecrans concredidit thesaurum auri. Cicer. *pro Quint.* Alphenus, cui tu rem tuam commendare proficiscens, & concredere solebas. Me cui concrederet habuit (sub. amorem suum.) Plaut. *Asin. sc. 1. a. 1.* Tibi (ô olla) aurum concreditum. Idem *Aul. sc. 5. a. 3.* Nec cui tuus concredat audacius. Idem *Capt. sc. 2. a. 2.* Stulte marsupium cum argento ei concredidi. Idem *Men. sc. 1. a. 5.* Propert. *lib. 1.* Sed quoniam non es veritus concredere nobis, Accipe commissæ munera lætitiæ. Concredere mari nauigia, Colum. *in præf. lib. 4.* Ventris aliquid concredere, Catul. Cic. *pro Rosc. Amer.* Cui fama mortui, fortunæ viui commendatæ sunt atque concreditæ.

Cōncrēdŭo, is, dixere veteres. Plaut. *Aulul.* Ne tu in me mutassis nomen, si hoc concreduo. Idem *Casin.*—ei ego amorem omnem meum concredui.

Concrĕmo, as, Cremo. {בער bihér. φλέγω. GALL. *Brusler tout en vn coup.* ITAL. *Abbrusciare.* GERM. Verbrennen. HISP. *Quemar.* ANGL. *To burne together or all at ones.*} Plin. *lib. 12. cap. 18.* Periti rerum asseuerant, non ferre tantum Arabiam annuo fœtu, quantum Nero princeps nouissimo pompæ suæ die concremauit. Concremare igni, Liu. *6. ab Vrbe,* Vrbs concremetur. Sen. *Theb.*

Cōncrĕpo, as, Persono. {המה kamáh חרק charák. διαψοφέω. GALL. *Crier ou criqueter, comme vn huis, duquel les gons sont neufs ou rouillez.* ITAL. *Fare strepito, risonare.* GERM. Ein krachen/ein gereusch oder kirren machen wie ein thür. HISP. *Estallar rebentando, hazer ruido lo que se quiebra.* ANGL. *To sound or giue acracke lik a doore with new bondes.*} Et plus est, quàm sono. Nam Con ibi auctiuum est. Terent. Sed ostium concrepuit. Item, Plaut. *Men. sc. 2. a. 2. & sc. 2. a. 3. in fin. & Merc. sc. 1. a. 2.* Idem *Bacchid.* Sed huc concedam, nam concrepuerunt fores. Idem *Merc. sc. 2. a. 2. & sc. 3. a. 2.* Concrepare digitis, Cic. 3. *Offic.* & Plaut. *Merc. sc. 2. a. 2.* Concrepare gladiis ad scuta. Liu. 8. *bell. Punic.* ¶ Concrepare actiuè positum. Ouid. 5. *Fast.*

Rursus aquam tangit Temesæaque concrepat æra.

Cōncrēsco, concreui, concretum, simul cresco, vel conglutinor. {גדל ghadhál. συμφύομαι. GALL. *Croistre ensemble.* ITAL. *Crescere insieme.* GERM. Zusammen wachsen. HISP. *Crecer juntamente.* ANGL. *To grow together.*} Non rarò tamen accipitur pro congelari & coagulari. {קפא kaphá. συμπήγνυμαι. GALL. *S'entreprendre, s'assembler & comme geler par morceaux, se congeler, se figer.* ITAL. *Agghiacciarsi.* GERM. Gefrieren/ von der kelte vberschiessen. HISP. *Cuajarse.* ANGL. *To frize or congeale.*} Cic. *de nat. deor.* Quæ neque conglaciaret frigoribus, neque niue pruináque concresceret. Virg. 3. *Georg.*

Concrescunt subitæ currenti in flumine crustæ.

Concrescere, cogi, coalescere, congelascere. Idem apud Gell. *cap. 8. lib. 17.* Quid loquar? vt cuncti concrescant frigore riui. Ouid. *Eleg. 10. lib. 3. Trist.* Sic etiam dicimus, Lac, vel aerem concrescere, pro condensari.

Concrētŭs, participium, Mixtus, conflatus, compositus, & quasi conglutinatus. {קפוא kaphú. συμπηγείς. GALL. *Assemblé, conioint & espez, congelé & figé.* ITAL. *Grosso, spesso, composto di più cose.* GERM. Zusammen gewachsen/Gefroren. HISP. *Cuajado, ayuntado.* ANGL. *Congeeled, growen together.*} Cic. 1. *Tusc.* Crassus hic, & concretus aër. Aër concretus in nubem cogitur. Idem 1. *de nat. deor.* Cælum crassum atque concretum, & Aër purus & tenuis, velut opposita ponit. Cic. *ibid.*

——*Et vndas*
Frigore concretas vngula pulsat equi.

Ouid. *Eleg. 10. lib. 3. Trist.*

Cōncrētum, i, substantiuum, Coniunctum & conglutinatum. Cicer. 1. *de natur. deor.* Qui nihil concreti habeat, nihil solidi, nil expressi.

Cōncrētŭs, us, ui. {קפאון kippaón. σύμπηξις. GALL. *Assemblement de choses liquides, quand elles s'espessissent & prennent.* ITAL. *Assembramento de più cose che si induriscono, & impressiscono.* GERM. Das zusammen wachsen oder gefrieren. HISP. *Obra de se cuajar, cuajamento.* ANGL. *Frinzingior congeeling of thinges.*} Plin. *lib. 12. cap. 17.* In plenum autem probatio est minutis globis, nec rotundis in concretu albicantis succi.

Cōncrētĭo, nis, Compositio. {σύμπηξις. ANGL. *A congeeling, growing together.*} Cic. 1. *de nat. deor.* Idem facit in natura deorum, dum indiuiduorum corporum concretionem fugit.

Cōncrīmĭnŏr, aris, idem quod simplex criminor. {הלך רכיל halách racil רגל righghél. ἐπικαλεῖσθαι, αἰτιᾶσθαι. GALL. *Blasmer quelqu'vn, & luy mettre à sus quelque cas.* ITAL. *Incolpare.* GERM. Lestern/ mit scheltworten straffen/oder einem vbel zureden. HISP. *Culpar, acusar.* ANGL. *To blame, to rebuike.*} Plaut. *Mil. sc. 2. a. 2.* Vt sit illic concriminatus siet aduersùs militem meus Conseruus.

Cōncrŭcĭŏr, aris, Doleo, torqueor. {דאג daágh דאב daáb. ἀνιάομαι. GALL. *Estre ensemble tourmenté, estre affligé auec.* ITAL. *Essere cruciato.* GERM. Gepeiniget werden/schmertzen haben. HISP. *Ser atormentado.* ANGL. *To be tormented together.*} vt, Concruciari omni corpore. Lucr. *lib. 3.*

Et quasi quum caput, aut oculus tentante dolore
Læditur in nobis, non omni concruciamur
Corpore.

Concubienses, populi sunt in Vmbria sexta Italiæ regione, vt est apud Plin. *lib. 3. cap. 14.*

Cōncŭbo, as, siue, quod vsitatius est, Concubo, is, simul dormio. {שכב schacháb. συγκαθεύδω. GALL. *Coucher auec, coucher ensemble, habiter auec vne femme.* ITAL. *Dormire in compagnia.* GERM. Beyligen/ Beyschlaffen. HISP. *Acostarse ò dormir conotro.* ANGL. *To lie and accompanie in the act of generacion.*} Et per translationem coeo. ὀχεύω. Cic. 1. *de Inuen.* Si peperit, cum viro concubuit. Ouid. 3 *de arte,*

Credere vix possum, nisi cogat credere partus
Vos ego cum vestris concubuisse viris.

Ter. *in Hecyr.* Nam aiunt tecum post duobus concubuisse eam mensibus. Tibul. *lib. 1. Eleg. 8.*

At Venus inuenit puero procumbere furtim.

Cōncŭbĭtŭs, us, Coitus. {משכב mischcháb. συνουσία, μῖξις. ANGL. *Doing of the generation.*} Plin. *lib. 10. c. 63.* Cæteris animalibus stati per tempora anni concubitus: homini omnibus horis dierum, noctiúmque. Cels. *lib. 1.* Concubitus neque nimis concupiscendus, neque nimis pertimescendus. ¶ Concubitum non admittere. Cels. *lib. 7. cap. 18.* Earum naturalia nonnunquam inter se glutinatis oris, concubitum non admittunt. Concubitu grauidam feci. Plaut. *Amph.* Nec qui concubitus non tacuere suos, Ouid. *Eleg. 1. lib. 2. Trist.*

Cōncŭbīnus. {קדש kadesch. παλλακός, & Concubina, פילגש pilégheseh. ἑταίρα.} Qui, vel quæ vnà cubat. Quint. *lib. 1. cap. 5.* Nostras amicas, nostros concubinos vident. Cic. 1. *de Orat.* Mater in concubinæ locum duceretur, Suet. *in Galb. cap. 21.*

Cōncŭbīnātŭs, us. ui. Plaut. *Pœn.* Illam minorem in concubinatum sibi Volt emere miles quidam. Suet. *in Neron. cap. 28.* Super ingenuorum proagogia, & nuptarum concubinatus, vestali virgini Rubriæ vim intulit.

Cōncŭbĭum. {GALL. *Le temps de la nuict le plus coy, quand tout le monde s'est retiré.* ITAL. *Il tempo della notte più silente, & più cheto.* GERM. Dem theil in der nacht wan es alles still ist vnd schlaffen ligt. HISP. *El silencio de la noche quando todos duermen.* ANGL. *The most quiet tyme of the night when all is at rest.*} Noctis primus somnus: ita dictum quòd eo tempore ferè omnes cubent, hoc est, illa pars noctis, quæ est inter primam facem, & noctem intempestam. μεσονύκτιον, τὸ μέσον νυκτῶν. Varro videtur accepisse mediam noctem: Liu. *lib. 25.* primam partem, Victor. *cap. 3. lib. 8.* Secabatur enim apud veteres illos Romanos diei & noctis tempus in diuersas particulas, quas propriis suis nominibus discernebant. Incipiebant autem diem ciuilem à medio noctis: quòd illud tempus finis esset præcedentis diei, & principium subsequentis. Tempus proximum, de media nocte vocabant. Deinde Gallicinium, quum galli canere incipiunt. Inde Conticinium, quum canere desinunt galli. Postea diluculum, tempus ante lucem vocatur. Post hoc proximum est Manè, quum lux Solis apparet. Sequitur deinde illud tempus quod Ad meridiem vocamus: deinde Medius dies, quem Meridiem, quasi Medidiem, vocamus. Tempus quod meridiem sequitur, A meridie vocatur: deinde ex ordine subsequuntur Suprema tempestas, Vesper, Crepusculum, quum crepera, hoc est, dubia lux est. Deinde illud, quo lumina accenduntur, quod antiqui primam facem appellabant. Proximum huic tempus vocatur Concubium. Inde Nox intempesta ita dicta, quòd illud tempus intempestiuum sit rebus agendis. Quod reliquum deinde est temporis, Ad mediam noctem dicitur. Hæc ferè tradit Censorinus *de die natali cap. 10.* & Macrob. *Satur. lib. 1. cap. 2.* ¶ Nox concubia Sisen. *lib. 14. histor.* Ipsi legati concubia nocte oppido digressi, iam supra hostium munitionem succedunt. Plinius *lib. 20. cap. 6.* Alij excoquunt ipsum, & nocte concubia in plumbeum vas condunt. Cic. 1. *de diuin.* Qui vt cœnati quiescerent, concubia nocte visum esse in somnis ei, qui erat in hospitio, &c.

Concubium etiam pro Concubitu capitur, ἡ συνουσία. Gell. *lib. 9. cap. 10.* Tot verò & tam euidentibus ac tam prætextatis, sed puris honestisque verbis venerandum illud concubij secretum, neminem quemquam alium dixisse.

Cōncŭbĭtŏr, qui cum alio cubat, σύγκοιτος. Quamuis per translationem accipiatur pro eo, qui rem veneream exercet.

Cōncŭlco, Calco, calcibus premo, obtero, protero. {דרך darách רמס ramás בוס bus. καταπατεῖν, συμπατεῖν. GALL. *Pesteler, marcher sus, fouler aux pieds.* ITAL. *Conculcare, premere.* GERM. Zertretten mit fussen tretten. HISP. *Hollar ò acocear, ò pisar.* ANGL. *To tread vpon, to trample.*} Cic. *ad Attic. lib. 8.* Conculcari, inquam, miseram Italiam videbis proxima æstate ab vtrisque municipiis ex omni genere collectis. Proterere & conculcare aliquem. Cic. *pro Flac.*

Cōncŭlcātĭo,

Conculcatio, nis, {מדרך midhrâch מרמס mirmás. καταπάτησις. GALL. Foulement de pieds. ITAL. Calpestramento di piedi. GERM. Zertrettung, das stampffen mit den füssen. HISP. Obra de hollar, o acocear, o pisar. ANGL. Treading or stamping. } Plin. lib. 8. Obturbata conculcatione prius aqua, aliter potu non gaudent.

[Concumulatio, capillorum in verticem innodatio. Tertull.]

CONCUPIO, is, Cupio. {אוה ivváh חמד tade חמד chamádh. ἐπιθυμέω. GALL. Convoiter, desirer, souhaitter, appeter. ITAL. Desiderare. GERM. Begären. HISP. Codiciar. } Cic. pro Quintio, Sicut tu semper summè concupisti.

Concupisco, is, eiusdem significationis. Cic. 4. de fin. Vt si quis obmutescere concupierit, nihil aliud legere debeat. Idem 1. Acad. Nihil enim desiderabile concupiscant.

Concupiscor, passiuum. Plin. lib. 16. cap. 6. Id se facturas conscia, quod concupisci possit. Cicero 4. Tuscul. Lætitia vt adepta iam aliquid concupitum effertur & gestiat.

Concupiscentia, quæ est bonarum æquè, ac malarum rerum appetitus. {תאוה taavah ἐπιθυμία.}

CONCVRO, as, Curo. {חרד charádh שקד schakádh. συμφροντίζω. GALL. Avoir soin & souci. ITAL. Hauer cura. GERM. Sorgen vnd sorg haben. HISP. Cuydar. ANGL. To haue care. } Plaut. Bacch. Pro dignitate obsonij hæc concuret coquus.

Concurator, vt Curator. Vlp. D. lib. 27. l. 19. Actus sui rationem concuratori reddere non esse compellendum.

CONCVRRO, is, simul curro, {רץ ratz נהר nahár. συνδραμεῖν, συνθέω. GALL. Courir ensemble, en vers vn mesme lieu, choquer. ITAL. Concorrere. GERM. Zusammen lauffen, mit einander lauffen. HISP. Correr juntamente. ANGL. To runne together. } Cic. 4. Verr. Tantus in curia clamor factus, vt populus concurreret. Terent. in Eunucho, Concurrunt læti mi obuiam cupedinarii. ¶ Concurrere dicuntur milites, quum irruunt in hostem. Cic. ad Att. lib. 10. Antonius in aciem suas copias de vico produxit, & sine metu concurrit. Virg. 1. Æneid.

———audétque viris concurrere virgo.

Inter se ad internecionem concurrerunt. Suet. in Othon. cap. 12. ¶ Transfertur & ad inanimata. Terent. in Heaut. Concurrunt multæ opiniones, quæ mihi animum exaugeant. id est, conueniunt & congruunt. ¶ Concurrere, συρρεῖν, confluere. Celsus lib. 2. cap. 11. Si in stomachum quædam biliosa concurrunt. ¶ Concurrere, Euenire, contingere, consequi. Propert. lib. 3. eleg. 9. Sunt quibus Eleæ concurrit palma quadrigæ. id est, qui palmam consequuntur in Elidensium certamine curuli. Cic. 2. de diuin. An tu censes vllam anum tam deliram futuram fuisse, vt somnis crederet, nisi ista casu nonnunquam fortè temerè concurrerent?

Concurritur, impersonale: vt, Concurritur vndique ad commune incendium restinguendum. Cic. 10. Phil. ¶ Concurritur pro committitur prælium. Horatius 1. Serm. satyr. 1.

Militia est potior, quid enim? concurritur, horæ
Momento aut cita mors venit, aut victoria læta.

Virg. 4 Georg.

Erumpunt portis, concurritur.

[Concursa, pro concursu. Lucr.]

Concursus, us, nomen verbale, Concursio, congregatio. {מרוצה merutsah קרי keri. συνδρομή. GALL. Accourement & assemblement, rencontre, choc de l'un contre l'autre. ITAL. Venuta, assembramento, rincontro. GERM. Das zusammen lauffen oder mit einander lauffen. HISP. Aquel encuentro. ANGL. A running or gathering together. } Plaut. Epid. Fit concursus per vias. Cic. ad Brutum, Concursus est ad me factus.

Concursio, nis, aliud verbale, Concursus. {מרוצה merutsáh קרי keri. συνδρομή. } Cic. 1. de finib. Illæ atomos quas appellat, id est, corpora indiuidua, propter soliditatem, censet in infinito inani ita ferri, vt concursionibus inter se cohærescant. Conuentus, cœtus, concursiones stellarum. Gell. cap. 1. lib. 14.

Concurso, as, are, frequentatiuum. {συντρέχω, περιθέω. GALL. Courir çà & là, courir de toutes parts. ITAL. Correre quà & là. GERM. Hin vnnd her vnd einander lauffen. HISP. Correr de todas partes. ANGL. To runne of en together. } Cic. pro Sext. Rosc. Qui armati noctes diésque concursabant. Huc illuc casu, & temerè concursare. Idem 2. de natura deorum. Lucr. lib. 2.

Nunc hinc nunc illinc abrupti nubibus ignes
Concursant.

Concursator, is, {περιδρομεύς. GALL. Coureur, rodeur, qui ne fait que courir çà & là. ITAL. Correre, che corre sempre quà & là. GERM. Der hin vnd her laufft ein gassentreter. HISP. Encontrador muchas vezes, el que corre de todas partes. ANGL. A runner into all partes. } Liu. 1. bell. Maced. Ita nec eques regius equi par erat, insuetus ad habilem pugnam, nec pedes concursator.

Concursatio, nis. {מרוצה merutsáh. περιδρομή. GALL. Course deçà & là de plusieurs ensemble. ITAL. Il correre quà & là, concorso di gente. GERM. Das hin vnd her lauffen. HISP. Aquella obra de encontrar muchas vezes. ANGL. A running of many together hither and thither. } Cic. prolog. Agrar. Quàm acerba, quàm formidolosa, quàm quæstuosa concursatio. Circumcidenda concursatio per errantium fora, Senec. cap. 12. de Tranq.

Concurtio, as, συγκρίνω in versib. Liberij apud Macrob. Satur. lib. 2. Non flexibilem me concuruasti vt caperes.

CONCVTIO, is, Vehementer commoueo, commoueo, {הרעיש hirhisch. σείω. GALL. Esbranler, secouër, ocher, faire trembler. ITAL. Commouere, crollare. GERM. Erschütteln, bewegen. HISP. Mouer, o sacudir vna cosa otra. ANGL. To shake, to make, to tremble or quake. } Terent. in Eunuch. Ad quem Deum? qui templa cæli summo sonitu concutit. Ouid. 1. Metam.

Terrificam capitis concussit térque quatérque
Cæsariem.

Valer. Flac. lib. 6.

———*quascunque libet nunc concute mentes.*

Virg. 5. Æneid.

———*casu concussus acerbo.*

¶ Concutere aliquando est vi ac terrore potestatis à ciuibus, aut sociis exprimere. Vnde crimen Concussionis, apud Iurisconsultos l. 1. D. de concuss. l. vlt. C. de mod. mult. & alijs multis in locis. Ex Hotom.

Concussus, us, ui, Commotio, {רעש rahásch. σεισμός. GALL. Secouement, esbranlement, esmotion. ITAL. Crollamento, conquassamento, commossione. GERM. Erschüttung, bewegung. HISP. Sacudimiento. ANGL. A shaking or mouing. } Plinius lib. 35. cap. 16. Coquitur in calicibus crebro concussu.

Concussura, pro concussione vtitur Tert. in lib. de fuga in persecutione. {ANGL. A shaking. }

Condalium, anuli genus, teste Festo, δακτύλιος, Plaut. in Trinum. Inter cœnæ homines condalium redipisci postulas? Et paulò antè. In Thermopolio condalium est oblitus. Dictum autem videtur condalium ἀπὸ τῶν κονδύλων, hoc est, à digitorum articulis, siue nodis, qui annulis exornantur: quamquam & Condyli, siue conduli nomine etiam anulum significari, idem Festus autor est.

Condalus, κόνδαλος, Mausoli Cariæ regis in Lycia præfectus: mirus pecuniæ mungendæ artifex: de quo tradit Arist. in Polit. quod cùm Lycios maximo comæ nutriendæ studio teneri animaduerteret, occasionem sibi eam oblatam ratus, qua auri quamplurimum & sibi posset congerere, & ad regem mittere, litteras sibi a Mausolo allatas simulauit, quibus illi iuberentur comam tondere, & ad regem mittere: si tamen mallent aliquantulæ pecuniæ iacturam facere, sed daturum operam, vt in Græcia comæ coëmerentur, & pro Lyciis ad regem mitterentur. Quam conditionem Lyciis auidè accipientibus, mirum dictu quantam eo momento pecuniæ vim extorserit.

Condate, Ptol. lib. 2. cap. 8. Rhedonum vrbs est in Gallia, quam credimus esse eandem cum ea, quam hodie vocant Rennes en Bretagne.

CONDECET, à Decet compositum: idem significans quod simplex. {נאוה navah. πρέπει. GALL. Il appartient bien, il sied bien, il conuient. ITAL. Conuenire, star bene. GERM. Es gezimpt sich. HISP. Honestamente conuenir. ANGL. It becometh, it is decent and seemelie. } Plaut. Pseud. Sed vide an ornatus hic me satis condecet. Idem Amphitr. Ob istuc omen ominator capies quod te condecet. Condecet gradus grandire, ibidem.

Condecenter, {εὐπρεπῶς. GALL. Proprement, seamment, conuenablement. ITAL. Conueneuolmente, propriamente, acconciamente. GERM. Wie es sich gezimpt vnd wol steht. HISP. Conuenientemente. ANGL. Seemelie, comelie. } Gellius lib. 1. cap. 12. Commodè hæc quidem & condecenter.

Condecentia, Concinnitas, decorum, ornatus. {מאת מועת mael ei ónath. εὐπρέπεια. GALL. Proprieté & bien seance. ITAL. Conueneuolezza, proprieta. GERM. Wolstand. HISP. Conueniencia. ANGL. Comelinesse, seemelinesse. } Cicer. 3. de Orat. Sic verbis quidem ad aptam dispositionem & condecentiam, sententiis vero ad grauitatem orationis vtatur.

CONDECORO, Orno, honesto, cohonesto. {תכן tichchén הוטיב hetib. κοσμέω, τιμάω. GALL. Orner & parer, embellir. ITAL. Ornare. GERM. Zieren. HISP. Hermosear con alguna gracia. ANGL. To beautifie or polishe. } Terent. in prolog. Hecyr. Vocis datur potestas condecorandi ludos scenicos. Plin. lib. 35. cap. 10. Dignis digna loca picturis condecorauit.

Condecorè, aduerb. {κοσμίως, τιμίως. GALL. Honorablement, honnestement. ITAL. Honoreuolmente, ornatamente. GERM. Zierlich, ehrlich. HISP. Hermosamente y graciosamente. ANGL. Honestlie, beautifullie. } Gell. lib. 14. cap. 4. Condignè me hercule & condecorè Chrysippus, &c. depinxit.

CONDEMNO, as, ex Con & damno, propriè iudicis est cùm multam reo, vel pœnam per sententiam irrogat. {הרשיע hirschiáh חוב chijjéb. κατακρίνω, καταδικάζω. GALL. Condemner. ITAL. Condemnare. GERM. Verdammen. HISP. Condenar. ANGL. To condemne. } Et construitur cum ablatiuo, vel genitiuo. Cic. 1. de Orat. Cuius responso exasperant iudices vt capitis hominem innocentissimum condemnarent. Idem pro L. Flac. Scæuola alius multis criminibus condemnatus. ¶ Extenditur interdum condemnandi verbum etiam ad accusatorem, vt idem sit quod reum peragere, vel efficere vt quis damnetur. Cic. 2. Verr. Ego hoc vno crimine illum condemnem necesse est. ¶ Item extra forum: vt condemnare aliquem negligentiæ, inertiæ, vel impudentiæ vitio eum affinem, vel obnoxium iudicare. Cic. 2. de Orat. Cæteros non dubitabo primùm inertiæ condemnare, post etiam impudentiæ. Idem Tironi, Etiam sceleris condemnat generum suum. Idem Curioni, Quare si iniquus es in me iudex, condemnabo ego te eodem crimine.

Condemnator, {מרשיע marschiah. καταδικαστής. } Etiam pro accusatore qui reum peregit, apud Tacit. lib. 4. vbi Domitium Afrum vocat condemnatorem Claudiæ Pulchræ, quum antè retulisset fuisse ab eo accusatam.

Condemnatus voti, vide latè in verbo Damno.

CONDENSO, as, are, Cogere, spissare. {עבה hibbáh. συμπυκνόω. GALL. Espessir, rendre ou faire espez. ITAL. Condensare, inspessire. GERM. Dick machen. HISP. Espessar. ANGL. To make thick. } Colum. lib. 7. Torrido sole contingitur, rursúsque ponderibus condensatur. Cato cap. 40. Hæc vnà bene condensato, quàm maximè vti lutum fiat. Pro eodem etiam apud antiquos legitur.

Condenseo, es, et. {עבה habáh. } Lucr. lib. 1.

Quod si fortè aliquis, quum corpora dissoluère,
Tum putat id fieri quod se condenseat aër,
Errat.

Condensitas. πυκνότης. Apul. lib. de Mundo: Ignis ex aëris condensitate conflatur.

Condensus, a, um, {עב hab. πυκνός. GALL. Espez, serré, & amassé. ITAL. Spesso, serrato in se. GERM. Das dick gemacht ist. HISP. Espesso. } Plin. lib. 10. cap. 73. Insidunt in eadem Africa pardi condensa arbore. Condensa acies, Condensa turma, lib. 6. bell. Punic. & Hirt. lib. 5. Condensæ columbæ. Virg. 1. Æneid.

Condensa arboribus vallis.

Liu. 6. bell. Punic.

Condepso, is, ere. {מוסר muséb. συμφυράω. GALL. Pestrir & entremesler, meslanger.

misticuner. Ital. *Misciare, mischiare.* Germ. *Vermischen.* Hisp. *Mezclar.* Angl. *To knead and makseße.* } Commiscere, à Græco ἐψω tractum. Pomponius *nuptys*, Partem insipui, conclusi, condepsui. Hæc Nonius, Cato *cap.76.* Postea farinæ l. I I. conspergito, condepsitóque.

[Condiarium, ærarium. Gloss. Isid.]

Cōndīco, is, Simul determino, constituo, denuntio, dicto conuenio & significo. { יעד *iahádh.* διομολογοῦμαι, ἀφορίζω. Gall. *Determiner, denoncer.* Ital. *Determinare, annunciare.* Germ. *Bestimmen, anzeigen, zusagen.* Hisp. *Determinar è denunciar.* Angl. *To appoint, or ordaine, to agree vpon à thing.* } Iust. *lib.3.* Nam inducias quas proprio nomine condixerant, ex sociorum persona rumpebant. Idem, Hi per epistolas inuicem se confirmantes, locum, tempúsque condicunt, bellum communibus viribus instruunt. Liuius *lib.2. ab Vrb.* Hoc anno induciæ, quæ antea semper negatæ fuerant, cum Latinis condictæ sunt. ¶ Dicimus etiam condicere cœnam, id est, promittere, Suet. *in Tib.* Sex. Claudio libidinoso ac prodigo seni cœnam ea lege condixit, nequid ex consuetudine immutaret. Inde condicta cœna, id est, promissa, vel denunciata. Suet. *in Claud. cap.21.* Velut ad subitam condictamque cœnulam inuitaret populum. ¶ Condicere rem aliquam Iureconsultis vsitatissimum est, pro repetere personali actione rem aliquam. Iul. *l. si alienum. ff. de mortis causa donat.* Si alienam rem mortis causa donauero, eáque vsucapta sit, verus dominus condicere eam non potest. Plaut. Hic scit sibi posse condici, si conualuerit donator. ¶ Condicere rerum, aut litium, antiqui dixerunt pro denuntiare res, aut lites. Liuius *lib.1. ab Vrbe,* Quarum rerum, litium, causarum condixit Paterpatratus populi Romani Quiritium, Patripatrato priscorum Latinorum: hoc est, quas res, lites, causas Paterpatratus denuntiauit. ¶ Condicere inducias, inducias pangere, vel potiùs ex compacto facere atque pacisci. Iust. *hist. lib.3.* Nam inducias quas proprio nomine condixerant, ex sociorum persona rumpebant. Condicere operam, Plin. *Præfat.* cum hanc operam condicerem, non eras in hoc albo.

Cōndictum, quod in commune est dictum, id est, promissio, vel pactum inuicem factum. ὁμολογούμενον. Festus. Pactum condictum cum aliquo, Gell. *cap.1 lib.20. in fin.* Status condictus dies cum hoste, excusat militem. Idem *cap.4 lib.16.* & Plaut. *Curc. sc.1. a.1.*

Cōndictio (vt docet Festus) in diem certum eius rei, de qua agitur, denuntiatio est. { παραγγελία, ἐπαγγελία. Gall. *Denonciation à partie, action personnelle.* Ital. *Attione personale.* Germ. *Ein verkündigung auff ein bestimpten tag.* Hisp. *Denunciacion en persona.* Angl. *An action personall requiring any thing of our aduersarie.* } Condicere enim prisca lingua est denuntiare. ¶ Hinc actio in personam Condictio appellatur. Vlp. *in l. actionum genera. ff. de action. & oblig.* Actionum genera duo sunt. In rem, quæ dicitur Vendicatio, & In personam, quæ Condictio appellatur.

Cōndictitiús, a, um, vt Actio condictitia, qua aliquid condicimus, & repetimus: in iure ciuili Condictio vocatur. Vlp. *in l. si duo. §. idem Iulianus. ff. de iureiur.* Idem Iulianus scribit, eum qui iurauit furtum se non fecisse, videri de toto iurasse: atque ideo neque furti, neque condictitia teneri: quia condictitia, inquit, solus fur tenetur: de condictione furtiua intelligit.

Cōndīgnus, pro digno ab aliquibus vsurpatur. { ראוי *rauj.* ἄξιος. Gall. *Digne.* Ital. *Degno.* Germ. *Wirdig.* Hisp. *Digno.* Angl. *Worthie.* } Plaut. *in Amph.* Æcastor condignum donum, qualis est qui donum dedit. Gell. *lib.3. cap.7.* Pulchrum facinus, Græcarúmque facundiarum eloquentia condignum. Dum condignam te sectatis simiam. Plaut. *Merc. sc.6. a.2.*

Cōndignē, aduerbium. { ἀξίως. Gall. *Dignement, comme il appartient.* Ital. *Degnamente, come si conuiene.* Germ. *Wirdiglich.* Hisp. *Dignamente.* Angl. *Worthelie.* } Plaut. *Cas.* Noctu vt condignè recubes, curabitur. Condignè & decorè. Gell. *lib.14. cap.4.* Condignè hæc meretrix fecit, vt mos est meretricibus. Plaut. *Men. sc.5. a.5.* Condignè me meus Gallus perdidit (i. meritò.) Idem *Aul. sc.4. a.5.* Condignè est pater eius moratus moribus. Idem *Capt. sc.2. a.1.*

Cōndĭo, is, iui, vel ij, itum, à con & do. Sapidum facio, aliquo sapore commendo: quod fit cùm epularum sapor, sale, aut pinguedine, seu aromatibus commendatur. { תיבּה *hetib* תפל *taphal.* ζωμεύω, ἀρτύω, ἡδύνω. Gall. *Assaisonner, adoucir, confir, donner saueur.* Ital. *Condire, far saporito.* Germ. *Geschmackt machen, ein speiß mit saltz, gewürtz, &c. einmachen.* Hisp. *Adobar è guisar manjares.* Angl. *To season meat, to powder.* } Iuuenalis,

Et quadringentis nummis condire gulosum Fictile.

Cic. *ad Gall. lib.7.* Herbas omnes ita condiunt. Idem *5. Tuscul.* Labore in venatu, sudore, cursu, fame, siti condiebant epulas Lacedæmonij. Qui esitabunt escas, quas condiuero. Plaut. *Pseud. sc.2. a.3.* Eas herbas aliis herbis porrò condiunt. *Ibidem,* Non itidem cœnam condio vt alij coqui. *Ibidem.* Eum quouis pacto condias, vel patinarium, vel assum. (piscem.) Idem *Asin. sc.3. a.1.* Qui (mihi) condita prata in patinis proferunt. Idem *Pseud. sc.2. a.3.* Non condimentis condiunt, sed, &c. *Ibid.* ¶ Et per translationem, Condire tristitiam hilaritate. Cic. *ad Attic.* Hilaritatem illam, qua hanc tristitiam temporum condiebamus, in perpetuum amisi.

Cōdĭtus, nomen ex participio. { מטעם *muteám* תפול *taphul.* ἠρτυμένος, ἡδυντός. Gall. *Confit, assaisonné, adouci, assauouré.* Ital. *Assaggionato, condito, addolcito, fatto saporoso.* Germ. *Wolgeschmackt: der mit gewürtz eingemacht oder eingebeitzt ist.* Hisp. *Adobado, hecho dulce, sazonado.* Angl. *Seasoned, poudred.* } vt, Condita oratio, per metaphoram Salibus quibusdam aspersa. Conditam nimium oratio esse non vult. Quintil. Conditum oleum, cui opponitur viride. Suet. *in Cæs. cap.53.* Cic. *2. de Orat.* Nec enim concio vnquam maior fuit, nec apud populum grauior oratio, quàm huius contra collegam in censura nuper: neque lepore & festiuitate conditior. Idem *de senect.* Fiebant conditiora cibaria, aucupium & venatio.

Cōndĭtio, onis, secunda syllaba producta. Actus ipse condendi, condimentum. { מטעמים *matham* טפל *tephel.* ἄρτυσις, ἡδυσμα. Gall. *Assaisonnement, saulse, confiture.* Ital. *Condimento, assaggionamento.* Germ. *Das einmachen: daß ein ding wol geschmackt vnd lieblich werde.* Hisp. *Aquel adobo, el adobado ò guisado.* Angl. *A seasoning or poudring of meate.* } Cicer. *2. de natur. Deor.* Perspicuum est enim quò compositiones vnguentorum, quò ciborum conditiones, quò corporum lenocinia processerint.

Cōndĭtūs, us, idem quod conditura. ἄρτυμα. Col. *lib.2. cap.22.* Vuas itémque oliuas conditui legere licet.

Cōndĭtor, is, { טפל *tophel.* ὀψαρτυτής. Gall. *Qui fait faire saulses ou confitures.* Ital. *Chi fa condire, ò assaggionare le cose.* Germ. *Einmacher, einsaltzer, vermenger einer speiß.* Hisp. *El que haze adobado ò guisado, el que adoba assi.* Angl. *A seasoner of meates.* } Qui fercula condit. Cic. *post reditum,* Hi sunt conditores instructorésque conuiuij: iidem expendunt atque æstimant voluptates.

Cōndĭmentă, dicuntur gulæ irritamenta, quæ ad condienda obsonia fiunt. { מטעמים *mathammim.* ἀρτύματα, ἡδύσματα. Gall. *Confiture, assaisonnement, saulse.* Ital. *Che serue à conditure.* Germ. *Einsaltzer, vermenger einer speiß.* Hisp. *Aquel adobo.* Angl. *Sauce, pickle, sirrupe.* } Cic. *lib.3. Officior.* Nam vt tribuamus aliquid voluptati, condimenti fortassis nonnihil, vtilitatis certè nihil habebit. Plaut. *Cas.* —coquos equidem nimis Demiror, qui tot vtuntur condimentis: eos eo condimento vno non vtier, quod præstat omnibus. Cic. *1. de finib.* Audio dicentem, Cibi condimentum esse famem, potionis sitim. ¶ Facetiæ omnium sermonum condimenta apud eundem *3. de Orat.* Condimenta ad omnes mores maleficos. Plaut. *Merc. sc.2. a.2.* An tu diuinis condimentis vteris? Idem *Pseud. sc.2. a.3.*

Cōndĭmentārĭus, dicitur qui condimenta conficit, aut vendit. { ἀρτυματοπώλης. Angl. *That maketh sauce to season meate with.* } ¶ Est & Condimentarius, a, um, adiectiuum, quod ad condimenta pertinet, ἀρτυματώδης. Plin. *lib.19. cap.8.* Hæc apud nos habet vocabulum aliud, Satureia dicta, in condimentario genere.

Cōndĭtāneus, modò à condendo, hoc est, recondendo, siue reponendo: modò à condiendo, & significat quod condi, vel condiri potest. ἀρτυτός, ἀρτυματώδης. vnde apud Varronem, Conditaneam oleam in agro crasso & calido maximè ferre conuenit.

Cōndĭtūră, æ, Condimentum. { טפל *téphel.* ἐνδιαιτία, ἄρτυμα. Angl. *Sauce, pickle.* } Col *lib.12. cap.4.* Vasa autem fictilia, vel vitrea plura potius, quàm ampla: & eorum alia picata, nonnulla tamen pura, prout conditio conditura exegerit. Seneca *Epist.96.* Inuentæ sunt mille conditura quibus auiditas excitaretur.

Cōndīsco, is, ere, idem quod Disco. { למד *lamádh.* προσμανθάνω, συμμανθάνω. Gall. *Apprendre.* Ital. *Imparare.* Germ. *Lehrnen.* Hisp. *Deprender.* Angl. *To learne.* } Plaut. *Pseud.* Ego istuc aliis dare condidici: mihi obtrudere non potes Palpum. Cic. *pro Planc.* Condiscas censeo, mihi paulò diligentius supplicare. Condidicit bibere merum. Plaut. *Curc. sc.3. a.1.* Excidionem facere condidicit oppidis. i. consueuit. *Ibid. sc.2. a.4.* Illuc aliis dare condidici. Idem *Pseud. sc.2. a.4.*

Cōndiscĭpŭlus, i, qui cum alio discit. { συμμαθητής. Gall. *Compagnon d'escole, compagnon d'estude, ou d'apprentissage.* Ital. *Compagno ad imparare.* Germ. *Ein mitjünger oder schulgesell.* Hisp. *El que es discipulo con otro.* Angl. *He that learneth with me.* } Cic. *1. Tusc.* Dicæarchum verò cum Aristoxeno æquali & condiscipulo suo, doctos sanè homines, omittamus.

Cōndiscĭpŭlātus, us, συμμαθητεία. Iustin. *lib.2.* Multum profuêre & Callisthenis philosophi preces, condiscipulatu apud Aristotelem familiaris illi.

Cōndiscĭpŭlă, æ, fœmininum, apud Mart. *lib.10.* Hac condiscipula, vel hac magistra esses doctior, & pudica Sappho, συμμαθήτρια.

Cōndo, is, idi, In interiorem locum ad custodiam do, repono, recondo. { אצר *atsár* צפן *tsaphán* ברא *bará.* ἀποτίθημι, κτίζω, ἀποκρύπτω, ἀποθησαυρίζω, μυχίζω. Gall. *Cacher, serrer, musser.* Ital. *Ascondere, riporre.* Germ. *Verbergen, behalten, hindersich legen.* Hisp. *Encerrar, esconder.* Angl. *To hide, to lay vp.* } Plinius, Formicæ condunt æstate, quibus hyeme fruantur. ¶ Condere, occultare, tegere, abscondere, occulere, ἀποκρύπτειν. Cels. *lib.7. cap.25.* Cutis circa glandem prehenditur, & extenditur donec illam condat. Virg. *1. Æneid.*

——— & nota conduntur in aluo.

Plin. Si libeat credere, vt sub vna ficu turmæ condantur equitum. Visam sitne aurum ita vt condidi. Plaut. *Aul. sc.1. a.2.* Ibo vt hoc condam, (aurum) domum. *Ibid. sc.5. a.4.* Vincite, verberate in puteum. *Ibid. sc.5. a.2.* In lapicidinam compeditum condidi. Idem *Capt. sc.2. a.5.* Argentum intus condidi. Idem *Pseud. sc.3. a.1.* Condere memorias (de scriptis.) Gell. *cap.18. lib.11.* Conditum in pectore consilium. Plaut. *sc.1. a.2.*

Diuitis ingenij est immania Cæsaris acta Condere.

Ouid. *Eleg.1. lib.2. Trist.* Condere se sub lectum. Suet. *in Calig. cap.51.* Conditi sunt in vincula. Liu. *3. bell. Pun.* Condi in carcerem. Idem *6. bell. Punic.* Condere colonias. Velleius. ¶ Quandoque constituo, ædifico, quasi simul do, κτίζω vt, Troiani Romam condiderunt. Et Cicero multos libros condidit, id est, composuit, συνέγραψε. Salust. *in Catil.* Vrbem Romam sicut ego accepi, condidêre, at initio habuêre Troiani. Cic. *1. de diuin.* Nempe eò Romulus regiones direxit, tum quum vrbem condidit. Virg. *2. Ecl.*

——— Pallas quas condidit arces
Ipsa colat.

Conditi sumus (homines) bona conditione. Sen. *cap.5. de consol. ad Elb.* Condere iura, Liu. *lib.34.* ¶ Quandoque potior: sic enim interpretatur Nonius illud Virg. *lib.7. Æneid.*

Optato conduntur Tybridis alueo.

Condere iusiurandum, Plaut. *Rud.* Iusiurandum seruandæ rei, non perdundæ conditum est. hoc est, institutum. Huius composita sunt Abscondo & Recondo.

[Conditum, locus, vbi frumentum condebatur. Veget.

Condita militaria, quæ in militia seruantur. Casaub.]

Cōndĭtus, à condendo, Reconditus, repositus, Cic. *pro Muran.* Sic vt ei iam exploratus & domi conditus Consulatus videretur. ¶ Aliquando idem significat quod ædificatus & constitutus. Idem *in Tusc.* Homerus fuit ante Romam conditam.

Cōndĭtor, à verbo *Condo,* qui aliquid facit, vel rei alicuius autor. { ברא *bará* בעל *báhal.* ἀρχὸς, δημιουργὸς, κτίστης, ἀρχηγός. Gall. *Autheur,*

fondateur,

seu lateur, inuenteur. ITAL. *Autore, fattore.* GERM. Ein macher/ein anfänger oder schöpffer eines dings. HISP. *Componedor de obra, autor.* ANGL. *Autour or inuenter.*} vt, Conditor legum. Plaut. *in Epid.* Conditor disciplinæ militaris. Plin. *in Epist.* Conditor & conseruator Rom. Imperij Augustus. Velleius. Vates Romani conditor anni, i. scriptor fastorum. Ouid. 6. *Fast.*

Sum que argumenti conditor ipse mei,

Idem *Eleg. lib. 5. Trist.*

Cōnditōrium, à condendo, locus in quo aliquid reponitur. {אוצר *otsár* שאול *scheól.* ἀποθήκη. GALL. *Vn lieu à serrer quelque chose, & specialement vn sepulcure.* ITAL. *Sepulcro, auello, monumento.* GERM. Ein ort dahin man etwas legt oder behält/ein grab. HISP. *La sepultura.* ANGL. *A place to lay up or to hide any thing in.*} Vnde & pro sepulchro ponitur, in quo mortuorum corpora, aut cineres reconduntur. Petronius Arbiter, In conditorium etiam prosequuta est defunctum, positúmque in hypogæo Græco more corpus custodire cœpit. Suetonius *in August. cap. 18. & in Calig. cap. 51.* Accipit pro ipsa capsa, in qua mortui reconduntur, quum ait, Alexandri magni conditorium aureum fuisse. ¶ Conditorium muralium tormentorum, apud Ammianum, pro repositorio machinarum. Plin. *epist. 96.* Tam rara in amicis fides, tam parata obliuio mortuorum, vt ipsi nobis debeamus conditoria extruere, omniaque hæredum officia præsumere.

Cōndĭtĭtĭŭs, a, um, quod conditum est, & seruatum, {צפון *tsaphún.* ἀπόθετος. GALL. *Serré, caché, gardé.* ITAL. *Cosa condita o seruata.* GERM. Das behalten oder hindersich gelegt ist. HISP. *Cosa guardada en lugar.* ANGL. *Meate pondred, preserued or keeped.*} Col. *lib. 9. de Columbis,* Duobus aut tribus modò mensibus acceptant condititia cibaria, cæteris seipsas pascunt seminibus agrestibus.

Cōndĭtīuŭs, a, um, quod conditum, seu repositum est, siue quod aptè condi, & seruari potest. {ἀποθετικός, ἀποθέσιμος, ἀποθετός. GALL. *De garde, bon à garder, ou qu'on serre pour garder.* ITAL. *Cosa facile da conseruarsi.* GERM. Das zů behalten ist/oder das man küntlich behalten vnd hindersich legen kan. HISP. *Cosa buena a ser guardada y seruada.* ANGL. *That is or may be pondred or keeped.*} Varro *lib. 1. de re rust.* Poma mala struthea, cotonea, scantiana, quiriniana, item alia conditiua, mala mustea & punica & lotium suillum, aut stercus ad radicem addere oportet, vti stabilia mala fiant. Colum. *lib. 8.* Itaque manè priusquam procedant in pascua, conditis cibis sustinendæ sunt, ne immaturis herbis citentur aluus.

Cōndĭtīuum, i, substantiuum, pro sepulchro. Senec. *epist. 81.* Qui verò latitant & torpent, sic in domo sunt, quomodo in conditiuo. id est, sepulchro. Idem Senec. *epist. 83.* Multum interest inter otium & conditiuum.

CŌNDĬTĬO, sine c, à Condo, is, fit: Modus, ratio, lex pactum, pactio, fortuna, status. {חק *chók.* συνθήκη. GALL. *Estat & condition.* ITAL. *Conditione.* GERM. Ein stand/ein wesen. HISP. *El estado y condicion.* ANGL. *Estate or condition.*} Cic. O miseram conditionem administrandi Consulatus. Idem 3. *Tusc.* Nihil est enim quod tam obtundat eleuétque ægritudinem, quàm perpetua in omni vita cogitatio, nihil esse quod accidere non possit, quàm meditatio conditionis humanæ. Conditiones pacis, hoc est, conuentiones, pacta, leges. Cic. *in Epist.* Feruntur omnino conditiones pacis ab illo, vt Pompeius eat in Hispaniam. Seruius à ditione deducit, alij à Condo, is, ere, Conditiones tetuli tortas, confragosas, aut plus, aut minus. Plaut. *Men. sc. 1. a. 4.* Bona conditione conditi sumus. Senec. *cap. 5. ad Elb.* Bona conditio: *Bon parti de Mariage.* Quint. *declam. 257.* Si tibi nulla melior conditio (cœnæ) veni. Martial. *Epig. 53. lib. 11.* Conditionem hanc accipe, & eam mihi desponde. (de nuptiis.) Plaut. *Aul. sc. 4. a. 1.* Narraui amicis meis multis consilium meum de conditione hac eodem sensu. *Ibid. sc. 5. a. 3.* Senec. *epist. 26.* Accipe hanc conditionem, & iudicium non reformido. *Ibid.*

Accipe sub certa conditione preces,

Ouid. 4. *Fast.* Non casu vos, sed sub conditione vocati Fertis opem. Idem *Eleg. 2. lib. 1. Trist.* Item Suet. *in August. cap. 63. & in Galb. cap. 5.* Conditiones circunspicere (de matrimonio.) Suet. *in Aug. cap. 63. & in Galb. cap. 5.* Conditionem, i. ordinem familiæ. Aug. *cap. 2.* Conditionem ferre quid sit, docet Liu. *lib. 10. ab Vrb.* Conditiones etiam dicitur ferre victor victo. Idem *lib. 7. de bell. Punic.* Est eius, qui dat, non qui petit conditiones dicere pacis. Idem *lib. 10. bell. Punic.* Conditione bona confligere. Cæs. *1. de bell ciuil.* Conditionibus leuioribus (de exilio.) Suet. *in August. cap. 65.* Nulla conditio viuendi cum seruitute, Brutus apud Quint. Æquis conditionibus & iustis legibus bellum componere. Velleius. Conditio sortis meæ. Ouid. *Eleg. vlt. lib. 3. Trist.* Conditionibus sanabantur concordiæ ciuium. Velleius. De conditionibus legatus missus. Idem, Conditionum electionem ferre. Liu. *lib. 4. d. 4.* Conditio maris. i. natura. Senec. *cap. 1. de consol. ad Elber.* Publica conditio (mortalitatis.) Idem *cap. 11. de consol. ad Mart.* Conditionem accepit (i. quod ipsi offerebatur.) Idem *in Galba cap. 9.* ¶ Homo bonæ conditionis, qui in bona fortuna est, hoc est, qui diues est. ¶ Aliquando electionem & conuentionem denotat. Sic apud Terentium, amatores Chrysidis tulerunt conditionem, si vellet eis morem gerere, se daturos illi precium: ipsa verò accepit conditionem (id est, pactioni promissionique consensit.) Ter. *Heaut.* Harum duarum conditionum nunc vtram malis vide. ¶ Aliquando conditio accipitur etiam pro ipsis verendis. Lamprid. *in Heliogabalo*, Romæ denique nihil egit aliud nisi vt emissarios haberet, qui & benè nasutos perquirerent, eósque ad Aulam perducerent, vt eorum conditionibus frui posset. Conditio, qualitas ea dicitur, qua aliquid condi, id est, fieri aptum est. Alciat. *in l. debitori. C. de pact.* vel, Conditio dicitur, quum quid in causam incertum, qui potest tendere ad esse & non esse, confertur. Ferr. *Inst. de verb. oblig.* Conditio vera, intelligenda ea est, quæ omnino incerta est, ante cuius euentum non oritur obligatio, nec actio. Conditio diuiditur in eam quæ est facti, & eam quæ est iuris. *l. multum interest. de condit. & demonstrat.* Conditio, pro creatura sæpe vsurpatur à Tertulliano *de Corona militis*: ea est quam κτίσιν appellant.

Cōndĭtĭōnālĭs, e, quod conditionem habet adiunctam. {ὑπόθετικός. GALL. *Conditionel, mis auec condition.* ITAL. *Conditionale.* GERM. Das ein geding oder vnderscheid hat. HISP. *Cosa de tal partido, estado y condition.* ANGL. *That hath a condition with it.*} Marc. *in l. quum heres. ff. de acquir. hæred.* Solus hæres futurus est omnino, nisi habeat in conditionalem partem substantiuum.

Conditionales *in Cod.* sunt tabularij huic conditioni addicti & mancipati, adeò vt non possint ad aliam spirare militiam, vel dignitatem. *l. scripturas. C. qui pot. in pig. hab.*

Cōndĭtĭōnālĭtĕr, aduerbium, sub, vel cum conditione, lege. {ὑποθετικῶς, ἐξ ὑποθέσεως. GALL. *Conditionellement, auec condition.* ITAL. *Conditionalmente, sotto conditione.* GERM. Mit einem geding anhang oder vnderscheid. HISP. *Conditionalmente, con condicion.* ANGL. *With a condition.*} *Instit. de leg. §. longè malus.* Sed si conditionaliter enuntiata fuerit causa, aliud iuris est.

Cōndŭs, {סוכן *soechen.* ὁ ταμίας, ταμιεύων. GALL. *Celuy qui serre pour garder, despensier.* ITAL. *Despensiere.* GERM. Ein keller/welcher die speyß versichert vnd behalt. HISP. *El que encierra los mantenimientos.* ANGL. *A sterward.*} Dicitur is qui condendis, hoc est, reponendis cibis præpositus est, quemadmodum Promus qui cibum promit, hoc est, profert. Et quia eiusdem ferè officium esse solet, cibos promere & recondere, factum est, vt qui ei muneri præesset, composito nomine Promuscundus diceretur. Plaut. *Pseud. sc. 2. a. 2.* Condus promus, procurator peni.

CŌNDŎCĔO, es, Doceo. {למד *limmádh.* συνδιδάσκω. GALL. *Enseigner, instruire.* ITAL. *Insegnare, instruire.* GERM. Lehren/vnderweisen. HISP. *Enseñar.* ANGL. *To teach.*} Hirt. *lib. 5.* Eóque frænato, vti condocuerat.

Cōndŏcĕfăcĭo, instruo, assuefacio. {למד *limmádh.* συνεθίζω, ἐθίζω. GALL. *Enseigner & faire apprendre, instruire.* ITAL. *Instruire, ammaestrare, insegnare.* GERM. Lehren/vnderrichten. HISP. *Enseñar doctrina.* ANGL. *To mak to knowe.*} Cic. 5. *Tusc.* Nemo est enim qui eorum bonorum animum putet esse iudicem, cúmque condocefaciat, vt ea quæ bona maláve videantur, possit condemnere.

CŌNDŎLĔO, es, Doleo, dolore afficior. {דאג *daágh* רחם *richám* נוד *nadh.* ἀλγέω, πονέω, πάσχω. GALL. *Se douloir, auoir douleur grande.* ITAL. *Dolersi.* GERM. Mitleyden tragen/trauren/oder schmertzen haben. HISP. *Dolerse.* ANGL. *To be much pained, to be veriesick.*} Plaut. *in Truc.* Nam mihi de vento miserè condoluit caput. Cic. 3. *de Orat.* Namque tum latus ei dicenti condoluisse, sudorémque multum consecutum esse audiebamus.

Cōndŏlēsco, is, idem. Cic. *Acad.* Quúmque perturbationem animi illi ex homine non tollerent, naturáque & condolescere, & concupiscere, & extimescere, & efferri lætitia dicerent.

[Condolium, anulus. Cath.

Condomium, *Condom*, V. E. Condomiensis Guiennæ, sub A. Burdigalensi.]

CŌNDŌNO, as, idem quod dono. Gell. *cap. 7. lib. 6.* Plaut. *Amph.* Ego illam pateram Alcmena tibi condono. {נתן *nathán* חנן *chanán* זבד *zabádh.* δωρέομαι. GALL. *Donner volontairement, donner à pur don.* ITAL. *Donare.* GERM. Schencken. HISP. *Dar graciosamente.* ANGL. *To giue frelie.*} Plaut. *Menæch.* Ego illam non condonaui, sed sic vtendam dedi. Salust. *Iugurth. 115.* Séque vitámque suam Reipubl. condonauere. Cic. *ad Philipp.* Proconsulem, Vt eius filios, qui in tua potestate sunt, mihi potissimùm condones. Cic. 2. *Offic.* Aut pecunias creditas debitoribus condonandas putant. ¶ Condonare ponitur non rarò pro ignoscere. {סלח *salách.* συγχωρέω. GALL. *Pardonner, remettre & quitter.* ITAL. *Perdonare.* GERM. Nachlassen/verzeyhen/übersehen. HISP. *Perdonar.* ANGL. *To forgiue.*} Salust. Haud facile alterius libidini malefacta condonabam. Cæsar monet, vt reliquum tempus omnes suspiciones vitet, præterita Diuitiaco fratri condonare dicit.

Cōndōnātĭo, {מתת *mattáth* מתנת *matthánath* זבד *zébedh.* χάρισμα. GALL. *Donation, largesse.* ITAL. *Donatione, larghezza.* GERM. Ein geschenck. HISP. *Donacion.* ANGL. *Geuing, forgeuing.*} Cic. 2. *in Verr.* Simul in iure dicendo bonorum possessionúmque contra omnium instituta adiectio, & condonatio.

Cōndōnātŭs, partic. {συγχωρηθείς. ANGL. *Forgeuen, pardonned.*} Condonandum iudicium alicui, quo reus absolutus, aut condemnatus est in gratiam alicuius, Cic. *ad Attic. lib. 1.*

[Condones, gladiatores. Gloss. Isid.]

CŌNDŌRMĬO, is, Simul dormio. {Συγκαθεύδω. GALL. *Dormir auec, ou quand & les autres.* ITAL. *Dormire insieme.* GERM. Mitschlaffen. HISP. *Dormir vno con otro.* ANGL. *To sleep with others.*} Plaut. *Most. sc. 2. a. 2.* Abimus omnes cubitum, condormiuimus. Suet. *in Aug. cap. 78.*

Cōndŏrmĭsco, is, ere. Plaut. *Rud.* Obsecro hospes, da mihi aliquid loci, vbi condormiscam parum. 1. Istic vbiubi vis condormisce, nemo prohibet, publicum est. Idem *Milite.* Qui libitum est illi condormiscam. Caput deponit, condormiscit. Idem *Curc. sc. 3. a. 2.*

Condoundus rex Alemannorum, vide Ammianum.

Condrillon, siue Condrilla Plinio, χονδρίλη Dioscoridi, herba est caule & flore ambubaiæ, hoc est, agresti intubo similis, vnde & intubi speciem aliqui esse dixerunt: tota tamen tenuior est. Inuenitúrque in imis ramulis gummi, fabæ magnitudine, similitudine mastiches, quod tritum, & cum myrrha in linteolo oliuæ quantitate fœminis subditum, menses earum ducit. ¶ Est & alterum condrillæ genus, folium habens veluti circumrosum, oblongum, per terram stratum, caulem liquore lactis madentem, radicem tenuem in mucronem desinentem inanem, rotundam, flauescentem, eodem liquore plenam. Vtriusque Condrillæ meminit Diosc. *lib. 2. cap. 125.*

Cōndrĭs, siue potiùs Chondris, herba est, quam nonnulli Pseudodictamum vocant: & ferè vbique crescit, dictamo folio similis, ramulis minoribus. Autor Plin. *lib. 25. cap. 8.*

CŌNDŪCO, is, Simul duco, congrego, cogo. {הליך *hillíkh* הביא *hebi* אסף *asáph.* συνάγω. GALL. *Amener, mener, ou apporter auec soy.* ITAL. *Congregare, condurre.* GERM. Mitführen/zusammen füren oder treiben. HISP. *Lleuar ò traer consigo.* ANGL. *To bring or carie together, to hire.*} Varr. Mani suscitat rostra, populum in foro conducit. Cic. 1. *de Inuen.* Tunc Crotoniatæ publico de consilio, virgines in vnum locum conduxerunt, & pictori quas vellet eligendi potestatem dederunt. Quint. conducere (partes argumenti) in vnum locum. ¶ Interdum conuerto. Lucil.

Et virtute tua & claris conducere chartis.
Tum quasi diis immortalibus arbitris, in conuiuio Iouis Opt. Max. dexteras eorum conducentibus. (de amicitia inita in conuiuio.) ¶ Item significat ad tempus redimo, fructus alicuius fundi emo, operam alicuius mercede comparo, μισθόομαι. Cic. *pro Cælio*, Cælius domum conduxit in palatio. Idem *pro Muræn.* Si mercede conducti obuiam candidatis issent. Postquam obsonauit herus, & conduxit coquos. Plaut. *Aul. sc.* 2. *a.* 2. Conducere coquum, sæpiùs. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 3. Qui conducebantur, sedebant in foro. (etc.) Idem *ibidem*. Coctum, non vapulatum conductus fui. Idem *Aul. sc.* 3. *a.* 3. Numo sum conductus, plus iam medio mercede est opus. *Ibid. sc.* 2. *a.* 3. Chlamydem commemores, si conducta est, &c. Idem *Pseud. sc.* 7. *a.* 4. Quid merces? Quantillo argento te conduxit Pseudolus? Idem *Aul. sc.* 5. *a.* 5. Cædendum illum agnum ego conduxi (id est, emi. Nonius. Item *in Amph.* Credo ego iam sacrificia quæ volebat ad epulum conduxit (id est, prædus it.) ¶ Conducere etiam is dicitur, qui pretium accipit pro re aliqua facienda: quod & Redimere dicitur, μισθόω. Vlp. Si quis seruum docendum conduxerit. Cic. *de diuin.* Qui columnam illam de Cotta & de Torquato conduxerat faciendam. ¶ Conducit, in tertia persona, vel conducere in infinito, significat vtile esse, συμφέρει, συμβάλλεται. ¶ Etsi de homine loquamur, cum datiuo tantùm construitur. Colum. *lib.* 1. Nam id minimè conduxit agricolæ. ¶ Si autem de re alia, tum quoque accusatiuum mediante præpositione admittit. Plaut. *in Capt.* Vt potissimum quòd in rem rectè conducat tuam, id petam, id prosequar corde, animo, atque viribus. Et iterum *ibidem*, Nam si ea memorem, quæ ad ventris victum conducunt, mora est. Cic. *Lentulo*, Et Reipub. rationibus putem conducere. Conduci non possum, &c. Plaut. *Asin.* 1. Non ædepol conduci possum vita vxoris annua. id est, non possum adduci vt credam vxorem meam, pòsse viuere intra annum. ¶ A conduco, fit participium conductus, a, um, {נשכר nischár משתכר mistechér. μισθωθείς. Gall. *Loüé, prins à loüange.* Ital. *Tolto, à prezzo.* Germ. Gedingt/ bestelt. Hisp. *Cosa aquilada.* Angl. *Hyred or taken for hire.*} Plaut. *Epid.* — parabo Dolosam fidicinam nummo conducta quæ sit. Idem *Aulul.* Abi, opera huc conducta est vestra, non oratio. Cic. *pro Sest.* Erat autem contentio non cum victore exercitu, sed cum operis conductis. Idem *pro Milone*, Conducta domus.

Cōnductum, substantiuum: vt, Habere aliquid conducti. Cic. *pro Cluent.* Solet enim extra portam aliquid habere conducti.

Cōnductor, is, verbale, qui rem aliquam, aut operam alicuius pecunia conducit. {שכר sochér. μισθωτής. Gall. *Qui prend à louage d'vn autre.* Ital. *Che prende alcuno à prezzo per suo bisogno.* Germ. Ein besteller/oder der eindingt vmb gelt. Hisp. *El alquillador que alquila de otro.* Angl. *He that hireth.*} vt, Fundi conductor, hoc est, inquilinus. ¶ Item qui pretio opus aliquod faciendum suscipit. Cic. *ad Quint. fratr. lib.* 3. Nicephorum villicum tuum sanè probaui: quæsiuique ex eo quid ei de illa ædificatiuncula Laterij, de qua mecum loquutus es, mandauisses. Tum is mihi respondit, seipsum eius operis HS. xvi. conductorem fuisse: sed te postea multa addidisse ad opus, nihil ad pretium: itaque id se omisisse. Gregi domino & conductoribus (de scenicis.) Plaut. *prolog. Asin.*

Cōnductio, nis, Redemptio. {משכורת maschóreth. μίσθωσις. Gall. *Louage, ou allouage de besogne ou autres choses.* Ital. *Esso prendere à fito, à nolo.* Germ. Dingung/ bestellung. Hisp. *Alquiler ò arrendamiento.* Angl. *Ahyring.*} Cic. *pro Cæcin.* Qui colonus habuit conductum de Cesennia fundum, quum idem ex eadem conductione fuerit in fundo. Conductio, pro collectione. Idem 1. *Inuent.* Quare in longis argumentationibus, ex conductionibus, aut ex contrario complecti oportet: in breuibus id solum, quod conficitur, exponere.

Cōndūcibilis, e, Vtilis, {מועיל mohil טוב tob. λυσιτελής, ὠφέλιμος.} Plaut. *in Bacch.* Non ego istuc facinus mihi conducibile esse arbitror. ¶ Item quod conduci potest.

Cōndūctitius, a, um, quod conduci solet, siue ex eorum numero est, quæ conducuntur. {נשכר nischchár. μισθωτός. Gall. *Qui se loüe, mercenaire.* Ital. *Che è solito à condursi.* Germ. Das man dingt/ oder bestellt. Hisp. *Cosa aquiladiza.* Angl. *Hired, or to be gotten for hire.*} Plaut. *in Epid.* Sed vna res me turbat ratióque, Apæcidi quomodo ostendam fidicinam aliquam conductitiam. ¶ Conductitia domus tamen dicitur quæ conducta est. μισθωτὸς οἶκος. ¶ Sic conductitia opera, dicitur mercenaria, quæ conducta est. Varro, Omnes hi agri coluntur hominibus seruis, aut liberis, aut vtriusque: liberis autem, quum ipsi colunt, vt plerique pauperculi cum sua progenie, aut mercenariis & conductitiis liberorum operis.

Cōndūlus, Annulus, teste Festo. {טבעת tabbahath. δακτύλιος. Gall. *Aneau.* Ital. *Anello.* Germ. Ein ring. Hisp. *Anillo.* Angl. *A ring, a thimble.*} Ita dictus, vt videtur, ἀπὸ τῶν κονδύλων, hoc est, à digitorum articulis, aut nodis, siue quòd annulis digiti exornari soleant, siue quòd in digitis anuli veluti nodi quidam emineant. Prisci etiam Vngulum vocauerunt, & Symbolum, teste Plin. *lib.* 33. *cap.* 1.

Conduma, locus est laxationi corporis assignatus, dictus à dumetis Hispanis *Alqueria*.

Cōndūplico, as, are, Duplico. {כפל chaphál. διπλόω. Gall. *Redoubler.* Ital. *Raddoppiare.* Germ. Zweyfach machen/ Dopplen. Hisp. *Iuntamente doblar.* Angl. *To double.*} Terent. *in Phorm.* Idem hoc tibi, quod bene promeritus fueris, conduplicauerit. ¶ Diuitias conduplicare, Lucr. *lib.* 3. Cic. 1. *de diuin.* Tenebræ conduplicantur. Si libuit, corpora conduplicant. Plaut. *Pseud. sc.* 5. *a.* 1.

Cōnduplicātio, nis, Duplicatio. {כפל chéphel. ἀναδίπλωσις. Gall. *Redoublement.* Ital. *Doppiamento.* Germ. Zweyfaltung. Hisp. *Dobladura.* Angl. *A doubling.*} Plaut. *in Pœn.* Quid hoc est conduplicationis? quæ hæc congeminatio? ¶ Est & conduplicatio figura Rhetorum. Autor ad Heren. *lib.* 4. Conduplicatio est vnius verbi, vel plurium iteratio.

[Condūra, genus nauigij. Lex. gr. b.]

Condurdon, herba est solstitialis, flore rubro, quæ è collo suspensa comprimit strumas. Vide Plin. *lib.* 26. *cap.* 5.

Cōndūs, vide *Condo*.

Cōndylōma, tis, κονδύλωμα. Tuberculum insanabile (vt Iul. Pollux inquit) quod nascitur circa coronam ani, siue podicis, sanguinem largiter profundens: ita dictum à similitudine condylorum, hoc est, nodorum, qui in digitis, stricta in pugnum palma, eminent. Curationem huius morbi vide apud Celsum *lib.* 6. *cap.* 18. Vulgus vocat *Morbum S. Fiacri*.

[Condylomaticus, nodosus, pustulosus. Cath.]

Cōndylus, {κόνδυλος. Gall. *Ce qui est bossu & eminent és os, comme les nœuds & les cheuilles, & les iointures des doigts, des pieds, & autres parties.* Ital. *Giontura, nodo delli diti.* Germ. Die knoden vnd die glyche als die an fingern sind, wann man ein faust macht. Hisp. *Iuntura ò nudo de los artejos.* Angl. *The roundnesse or knottes of bones in the knee, elbowe, ankle and knuckles.*} Iunctura, & nodus articulorum in digitis eminens, stricta in pugnum palma. Nam quatuor digiti, vt scribit Aristoteles, ternos habent condylos, pollex verò duos. Græci etiam κονδύλους pugnum vocant, qui fit complicatis digitis in condylos. Vnde Plutarch. scribit, cum quem Castor condylo percussisset, statim mortuum. Matt. *lib.* 1. Caput illi virga comminuens, eisdem quibus fuerat eblandita ictibus crebris, complicatisque in condylos digitis vulnerabat.

Cōnē, insula ad ostium Istri. Lucan *lib.* 3.

——— & barbara Cone
Sarmaticas vbi perdit aquas, &c.

[Conestabli, vide *Comites stabuli*, in verb. *Comes*.]

Cōnfabricāri, συντεχνᾶσθαι. Gell. *lib.* 3. *cap. vlt.* Superstitiosè, inquit, & nimis molestè, atque odiosè confabricatus, commolitúsque magis est originem vocabuli Gauius iste Bassus, quàm enarrauit.

Cōnfābŭlo, as, are, & confabulor, ari, Colloquor. {שיחה sichâh. συμμυθολογέω. Gall. *Parler, raconter fables & sornettes.* Ital. *Fauellare.* Germ. Fablen erzehlen / oder sich mit andern vnderreden oder gespräch halten. Hisp. *Hablar fabulas.* Angl. *To talk together, to tell tayles.*} Plaut. *Mostell.* Hisce hodie hanc confabulabunt fabulam. Idem *Cistellar.* Saluam eccam, sed ego rem magnam tecum confabulari volo.

Cōnfamulāri, συνδουλεύειν. Macrob. *Satur. lib.* 1. *cap.* 16. Signa duo æquè fœminea, quibus ambitur, hylen naturámque significant confamulantes.

[Confarrare, farra miscere. Cerda.]

Cōnfarreātio, genus erat sacrificii inter virum & vxorem, in signum firmissimæ coniunctionis: sicut Diffarreatio, simile erat sacrificium, quo coniuges per confarreationem coniuncti dissoluebantur. Sed huiusmodi matrimonij, aut diuortij genus solis sacerdotibus erat in vsu. Autor est Boëthius *in Topic. Cic.* Plin. *lib.* 18. *c.* 3. Quin & in sacris nihil religiosius confarreationis vinculo erat: nouæque nuptæ farreum præferebant. Corn. Tacit *lib.* 4. Nam patricios confarreatis parentibus genitos tres simul nominari, ex queis vnus legeretur vetusto more: neque adesse, vt olim, eam copiam, omissa confarreandi consuetudine, aut inter paucos retenta.

[Confarreatus, consociatus. item conferiatus, sociatus. Recta scriptura *confarreatus*. causa liquet ex iis, quæ de confarreatione sunt dicta. Gl. *confarreatus*, συμβιώσας γάμον ζυγεῖς.]

Cōnfātālis, quod eadem fati necessitate tenetur, συνειμαρμένος. Cic. *de Fato*, At si ita fatum sit, Nascetur OEdipus Laio: non poterit dici, siue fuerit Laius cum muliere, siue non fuerit: copulata res est, & confatalis.

Cōnfector, Confectio, & Confectura, vide *Conficio*.

Cōnfarcio, is, ex Con, & farcio, significat compleo. {חבר chibbér כבש kabásch צבר tsabár מלא malé דחק dachak. ἐμφράττω, συμβύζω. Gall. *Emplir, farcir, entasser.* Ital. *Impire.* Germ. Außfüllen/ voll stopffen. Hisp. *Henchir, embutir, ò recalcar.* Angl. *To fill or stuffe.*} Plin. *lib.* 14. *cap.* 15. Myrrham passim à vulgo coëmptam in folles confarciunt. Varr. *de re rust.* Quo facto non modò desistunt pugna, sed etiam confarciunt se lingentes.

Cōnfertus, participium, Condensatus. {צבר tsabúr מלא malé דחוק dachuk עב hab. συνεσπειραμένος, συμπεπιλημένος. Gall. *Entassé & serré ensemble, rempli, plein.* Ital. *Pieno, ripieno.* Germ. Außgefült/ voll gestopfft. Hisp. *Recalcado, binchido.* Angl. *Stuffed full.*} Cæs. Neque à tanta multitudine coniecta tela conferta vitare poterant. Cic. *in Cat.* Vino languidi, conferti cibo, sertis redimiti, vnguentis obliti. Confertum agmen. Senec. *cap.* 16. *de consol. ad Marc.* Conferta multitudo. Suet. *in Tib. cap.* 2. Conferta exactoribus prouincia. Cæsar 3. *de bell. ciuil.*

Cōnfertus, a, um, à quo Confertior, Confertissimus, ἀθρόος, συνεσπειραμένος. Liu. 9. *ab Vrb.* Præterquam quòd confertiores steterant. *Ibidem*, In confertissima turba prope regium tribunal constitit. *Ibidem*. Eo se confertissimam turbam recepit.

Cōnfertim, aduerbium, Densè. {ἀθρόως συνεσπειραμένως. Gall. *En vn tas, ensemblement, serreement.* Ital. *In vno mucchio, insieme.* Germ. Vollges schoppet/ dick hauffechtig. Hisp. *Recalcadamente.* Angl. *In heeue heap together.*} Liu. Quum confertim Romani, vt solent, densatis excepissent scutis. Idem *de bell. Maced.* Confertim pugnant & cædunt.

Cōnfĕro, confers, in vnum fero, congero. {נשא nasá. συμφέρω. Gall. *Porter plusieurs choses en vn lieu.* Ital. *Portare in vn luogo.* Germ. Zusammen tragen. Hisp. *Iuntamente traer à lugar.* Angl. *To bring many thinges together in to one place.*} Col. *lib.* 1. Sitque vtrique proximum horreum, quò conferatur rusticum instrumentum. Cic. *lib.* 3. *Offic.* Omnes curas cogitationésque meas conferebam. Conferre statuas ex Capitolio in campum Martium. Conferre ærario bis millies (id est, inferre.) Velleius.

Quæque tibi est lingua facienda confer in illud.

Ouid. *Eleg.* 5. *lib.* 3. *Trist.* Conferre se totum ad quietem. Suet. *in Tiber. cap.* 15. Itaque iam conferto amorem (id est, dirigito in eum locum.) Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 1. Conferre se totum ad quietem. Sueton. *in Tib. cap.* 15. Ponitur aliquando pro confero, hoc est, coniungo. Vnde conferre pedem, ὁμόσε χωρεῖν, est pedem pedi conferre, & loco non cedere. ¶ Conferre manum, est pugnare, manum conserere. Virgil. 8. *Æneid.*

Et conferre manum, & procurrere longiùs audent.

Et paulò antè,

— conferre

——*conferre manum furit, iraque monstrat.*

Conferre arma. Cæs. *lib.* 1. *bell. ciu.* Conferre castra castris. Liuius vbique, & Cæs. 3. *de bell. ciu.* Contulit arma. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* ¶ Conferre gradum, est gradum coniungere, & æquis passibus incedere. Virg. 3. *Georg.*

Iunge pares, & cogé gradum, conferre iuuencos.

Idem 6. *Æneid.*

——*iuuat vsque morari,*
Et conferre gradum, & veniendi discere causas.

Propera Menæchme, fer pedem, confer gradum (id est, profer.) Plaut. *Men. sc.* 3. *a.* 3. ¶ Conferre signa, est duorum exercituum signa in eundem locum ferre, animo ineundæ pugnæ, Liu. *lib.* 1. *ab Vrbe*, Aliquoties Latinus exercitus cominus cum Romanis signa contulerat. ¶ Conferre etiam cum accusatiuo loci sæpe significat idem quod Eo, vel Accedo. Cic. *in Epist.* Exclusus ab Antiochia Dolabella, in Laodiceam se contulit. Idem 3. *de Orat.* Quam Æschines cessisset Athenis, & se Rhodum contulisset. ¶ Conferre, aliquando significat Comparare, & Contendere. Idem *in Offic.* Tamen ne minima ex parte Lycurgi legi conferendi sunt. Ouidius,

Confer Amyclæis medicatum vellus ahenis,
Murice cum Tyrio, turpius illud erit,

¶ Quandoque pro paro, dispono. Plautus *in Curculione*, Ita tuum conferto amorem semper, si sapis. Ne id quod ames, populus si sciat, tibi sit probro. ¶ Quandoque pro impono, iniicio transfero, ἐπιτίθημι. Idem *in Amphitr.* Ne posteriùs in me culpam conferas. ¶ Quandoque pro communico. Terent. *in Heaut.* Syrus cum illo vestro consusurrat, conferuntque consilia adolescentes, id est, simul communicant. κοινωνοῦσι. Conferunt capita & colloquuntur. Liuius 2. *ab Vrbe.* Item, Conferre in vnum consilia. Sueton. *in Cæs. cap.* 80. Ne quis in hac platea negotij conferat quicquam sui. Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Conferunt sermones inter se. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 2. Quandoque pro coniungo, συνάπτω. Cic. *ad Octauium*, Nam vt ordiar à principio, & perducam ad extremum, & nouissima conferam primis. Si fletibus fata vincuntur, conferamus (fletus.) Senec. *cap.* 2. *de consol. ad Mart.* ¶ Conferre verba in pauca. διὰ βραχέων εἰπεῖν, pro concludere, reducere, & verborum compendio vti. Plautus *Asin. sc.* 1. *a.* 1. Nunc verba in pauca conferam. Idem *in Pseud. sc.* 3. *a.* 1. In pauca confer quid velis. ¶ Quandoque pro transfero, traduco, aliò fero, μεταφέρω. Terent. *in Eunuch.* Metuet semper, quem ipsa nunc capit fructum, ne quando iratus tu aliò conferas. Idem *ibidem.* Vsque adeò ego illius ferre possum ineptias, & magnifica verba, verba dum sint. Verùm enim si ad rem conferentur, vapulabit, id est, deducentur. ¶ Quandoque pro vtilitatem affero, seu prosum, συμφέρω, συντελῶ. Columella *lib.* 1. Cæterùm & ad æstiuos temperandos calores, plurimùm conferunt salientes riui. Conferre plurimùm ad victoriam. Suet. *in Tib. cap.* 4. ¶ Conferre beneficium in aliquem, est aliquem beneficio afficere, vel beneficium apud aliquem collocare. Quid cessatis (mihi) dona conferre gratulantes. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 1. Exempla passim occurrunt apud Cic. *in Offic.* Conferre item stipendium translate pro adiuuare atque opitulari. Colum. *Agric. lib.* 1. *cap.* 1. Et alij tamen obscuriores, quorum patrias non accepimus, aliquod stipendium nostro studio contulerunt. ¶ Conferre pro Differre, ἀναβάλλειν. Cæsar, Itaque se quod in longiorem diem collaturus esset. Cic. *ad Attic.* Quæ omnia in Martium mensem sunt collata.

Collātio, dicitur quod in vnum confertur. {מס *mas* מדה *middáh.* ἔρανος, εἰσφορά. GALL. *Taille sur le peuple, ce que chacun baille en commun pour sa portion.* ITAL. *Tributo, contributione.* GERM. Ein zusammen tragung/als steur/oder tribut. HISP. *Contribucion ò pecho.* ANGL. *A copping together a taxe of or sise.*} Budæus, Collationem antiqui vocabant, quæ Indictio aliàs Latinè dicitur, vulgus *Taleam* vocat. Plin. *in Paneg.* Nam mihi cogitanti eundem te collationes remisisse, donatiuum reddidisse, congiarium obtulisse, &c. Liu. 4. *ab Vrbe*, Patres bene cœptam rem perseueranter tueri, conferre ipsi primi: & quia nondum argentum signatum erat, æs graue plaustris quidam ad ærarium conuehentes, speciosam etiam collationem faciebant. ¶ Est item Collatio, idem quod comparatio, similitudo. {משל *mascħál* משקל *mischkal.* παραβολή. GALL. *Comparaison.* ITAL. *Comparatione, similitudine.* GERM. Vergleychung. HISP. *Comparacion.* ANGL. *Comparing.*} Plaut. *in Mil.* Vbi facta erit collatio nostrarum militiarum, Haud vereor, ne nos subdola perfidia peruincamur. ¶ Collatio (inquit Cic. 2. *de Inuent.*) est oratio rem cum re ex similitudine conferens.

Collātus, participium. {συμφορηθείς. GALL. *Assemblé & apporté ensemble, baillé & fourni, ioint & mis pres l'un de l'autre.* ITAL. *Assembrato, dato, comparato, portato & posto.* GERM. Zusammen getragen/gegeben. HISP. *Cosa conferida o iuntamente trayda.* ANGL. *Broght together, compared, copped together.*} vt, Collatis signis, Collato pede, collata dextra, collato marte pugnare, συστάδην μάχεσθαι, quod significat vnum in locum perlatis signis ad pugnam congredi. Item, comparatus:

——*si sit nobis collatus Vlysses,*

Ouid. *Eleg.* 11. *lib.* 3. *Trist.* Ære collato funerati. Sen. *cap.* 12. *de consol. ad Elb.* (i. collecto, in vnum congesto.) Et Suet. *in Aug. cap.* 59. Conlatum Socrati ad victum. Quint. Collata veste & viatico. Velleius.

Collātitius, a, um, {εἰσενηνεγμένος, συνηγμένος. GALL. *Baillé & porté par plusieurs.* ITAL. *Portado da molti.* GERM. Das zusammen getragen ist. HISP. *Cosa trayda y conferida de muchos.* ANGL. *Geuin or brogh by many.*} Quod collatum est. Apul. *lib.* 4. Choraula doctissimus collatitia stipe de mensa paratus. Collatitia instrumenta. Sen. *in consol. ad Mart. cap.* 10. vocat ea quæ à pluribus commodantur. Collatitiis & ad dominum redituris instrumentis scena adornata est. Sic Quint. *declam.* 6. Collatitiam vocat sepulturam, quæ à pluribus confertur.

Collātiuus, a, um, Collatitius, quod scilicet à pluribus collatum est: vt, Collatiuum sacrificium, ἡ ἐξ ἐράνου θυσία. ¶ Collatiuum autem ventrem vocat Plaut. magnum & turgidum, eò quòd in eum edulia multa conferantur. Ita enim *in Curc. sc.* 1. *a.* 2. Quis hic est homo cum collatiuo ventre, &c. ¶ Collatiuum etiam neutro genere dicimus, eadem forma qua donatiuum, pro pecunia quam populus principi, vel Reipublicæ confert.

Collātor, is, verbale à confero. {נותן *nothén* נושא *nosé.* ἐρανιστής, συμφορητής. GALL. *Qui contribuë, qui baille sa part, qui fournit auec les autres.* ITAL. *Donatore di qualche cosa.* GERM. Ein zusammen trager/oder ein zusteurer. HISP. *Aquel que conferisce.* ANGL. *That contributheth or giueth his part.*} Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 4. Symbolorum collatores apud forum piscarium.

Collātus, us, ui, συμβολή, φορά. Hircius *de bell. Hisp. lib.* 6. In collatu, pari erant conditione.

[Conferentia, collatio. Gloss. Isid. à conferendo.
Confœratus, sociatus. Isid. Gloss.]

Cōnferrūmino, vide *Ferrumino.*

Confertus, a, um, & Confertim, aduerbium, vide *Confercio.*

Cōnferua, quid sit, declarat Plin. *lib.* 27. *cap.* 9. his verbis. Peculiaris (inquit) est Alpinis fluminibus conferua, appellata à conferruminando. spongia aquarum dulcium verius, quàm muscus, aut herba villosæ densitatis atque fistulosæ. Curatum ea scio omnibus ferè ossibus confractis, prolapsum ex arbore alta putatorem, circundata vniuerso corpori, aquam suam inspergentibus, quoties inaresceret, &c.

CONFERVEO, es, Simul ferueo, ferueo. {רתח *ruthách.* ζέω. GALL. *S'eschauffer & bouillir.* ITAL. *Bollire ò bollire insieme.* GERM. Sieden/mit ein ander sieden. HISP. *Heruir, ò heruir iuntamente.* ANGL. *To be scalding heat or to boyle together.*} Et per translationem pro quouis modo incalesco Horat. 1. *Serm. sat.* 2.

——*mea quum conferbuit ira.*

¶ Accipitur item Conferueo, pro ferruminor, coëo, consolidor. Celsus *lib.* 8. *cap.* 10. Si quando ossa non conferbuerint, quæ sæpe soluta, sæpe mota sunt, in aperto deinde curatio est: possunt enim coire. Et *paulò pòst*, Solent interdum diuersa inter se ossa conferuere: eóque & breuius membrum fit, & indecorum. Alibi Conferui dixit in eo significatu. ¶ Hinc conferua herba nomen accepit, quòd ea ossa fracta conferueant, hoc est, ferruminentur: de qua vide *paulò antè.*

Cōnferuēsco, cis, idem. {ANGL. *To be very heate and boyle together.*} Col. *lib.* 12. Nec postea tangitur donec conferuescat.

Cōnfestim, Statim, e uestigio, illico, sine vlla mora, quasi simul festinando. {פתאם *pithєóm* מיד *myádh.* παραχρῆμα, παραυτίκα. GALL. *Sur le champ, subit, incontinent.* ITAL. *Incontinente, subito.* GERM. Eins wegs/von stund an/vnuerzogenlich. HISP. *Luego, subitamente.* ANGL. *Fort with, by and by.*} Cæsar 5. *bell. Gall.* Cæsar præmisso equitatu confestim legiones subsequi iussit. Cic. 5. *Phil.* Rem administrandam arbitror sine vlla mora, & confestim gerendam censeo.

Cōnfibŭlă, æ, {ANGL. *A claspe or tach.*} A Catone *cap.* 12. *de re rust.* numerantur inter instrumenta torculari necessaria, cuius præcipuus erat vsus, vt dehiscentibus arboribus induceretur, ad hiatum earum comprimendum. εἰσαγόμενος ... Verba Catonis hæc sunt, Serias (inquit) tres, fibulas xi. confibulas ligneas queis arbores comprimat, si dehiscent, & cuneos sex.

CONFICIO, confeci, confectum, compositum ex Con & facio, Facio, perficio, exequor. {עשה *hasáh* גמר *ghamár* כלה *chilláh.* ἐξεργάζομαι, διαπράττομαι, περαίνω, τελῶ. GALL. *Parfaire, & consommer, acheuer.* ITAL. *Finire, spedire, fornire.* GERM. Machen/volbringen/außmachen. HISP. *Acabar.* ANGL. *To achieue and end, to finishe.*} Cic. *fam.* 5. De Dionysio, si me amas, confice: quamcunque ei fidem dederis, præstabo. Idem, Confeci quæ iussisti omnia. ¶ Huc pertinent variæ loquendi formæ. Cic. *Phil.* 9. At ille properans, festinansque, mandata nostra conficere cupiens. ¶ Conficere officium legationis, apud Cæs. *bell. ciuil.* 3. ¶ Conficere nuptias. Suet. *in Claud. cap.* 26. Terent. *in Andr.* Nam satis credo, si aduigularis, Ex vnis geminas mihi conficies nuptias. ¶ Conficere negotium. Plaut. *in Cist.* Nemo exibit: omnes intus conficient negotium. Vbi id erit factum, ornamenta ponent. ¶ Conficere pacem. Cic. *pro Flacc.* Pacem maritimam summa virtute, atque incredibili celeritate confecit. Terent. *in Heaut.* In mentem venit, namque adolescens quàm minima in spe situs erit, Tam facile patris pacem in leges conficiet suas. ¶ Conficere iter. Cic. *ad Attic.* Nunc iter conficiebam, æstuosa & puluerulenta via. ¶ Sic conficere annos, vitæ cursum, curriculum. Idem 2. *de nat. deor.* Sol cursus annuos conficit: cuius illustratione menstruo spatio luna complent. Conficere noctem, (id est, traducere. Cæs. 3. *de bell. ciu.* Idem *ibid. lib.* 1. Confecto reliquo sermone. Item, Confecto prandio, vinóque epoto. Plaut. *Menæch. sc.* 2. *a.* 3. Sesquiopus quotidianum conficere. Idem *Capt. sc.* 5. *a.* 3. ¶ Conficere annales, librum: pro scribere, componere. ¶ Conficere pecuniam, procurare, comparare. Cic. *pro Syll.* Duæ rationes conficiendæ pecuniæ, aut versura, aut tributo. ¶ Conficere exercitum. Cic *pro leg. Manil.* Pompeius difficili Reipublicæ temporis exercitum confecit. ¶ Conficere bibliothecam. Idem *ad Attic. lib.* 1. Velim cogites id quod mihi pollicitus es, quemadmodum bibliothecam nobis conficere possis. Conficere suffragia. Liu. *lib.* 9. *ab Vrb.* Item, Conficere reditum alicui. Suet. *in Cæs. cap.* 5. ¶ Conficere bellum, τὸν πόλεμον διαπεραίνειν. Cicer. *famil.* 5. Nam si hoc expectandum sit, dum totum bellum conficiam. ¶ Admittit quoque in hoc genere præpositionem. Idem *ad Quint. Frat.* De nostra Tullia tui mehercule amantissima, spero cum Crassipede nos confecisse, id est, transegisse. Idem *Attic. lib.* 12. Sed hæc coram videbimus: ita tamen vt hac æstate fanum absolutum sit. Tu tamen cum Appella Chio confice de columnis. ¶ Conficere cibum, id est, mandere & dentibus molere. Idem *de nat. deor.* Eorum diuersi acuti morsu diuidunt escas, intimi autem conficiunt, id est, conterunt. Plin. *lib.* 16. *cap.* 8. Aliàs enim cibos non transmittit, aliàs non continet, aliàs non capit, aliàs non conficit. ¶ Conficere argentum, pro decoquere & dilapidare, seu malè absumere. Terent. *in Phorm.* — egomet ire senibus Sunium Dicam ad mercatum, ancillulam emptum quam dudum dixit Geta. Nam quum hic non videant me, conficere credant argentum suum. Sic patrimonium conficere. Cic *pro Flacco.* Patrimonium quod hic nobiscum conficere potuit, Græcorum conuiuiis maluit dissipare. Et Plaut. *in Capt. sc.* 5. *a.* 3. Quia me, meámque rem, quod in te vno fuit, Tuis scelestis falsidicis fallaciis dilacerauisti deartuauistique opes, Confecisti omnes res atque rationes meas, id est, perdidisti quicquid ad hanc rem perficiendam excogitaueram. Cic. *pro Marc.* Nihil est enim opere, aut manu factum, quod aliquando non conficiat, aut consumat vetustas. ¶ Conficere hominem, est vulneribus interficere & dilaniare: & pro-

priè hoc verbum (vt inquit Donatus) conuenit gladiatoribus iis, qui grauissimis vulneribus se mutuò dilaniant. Cic. *in Pison.* Plagis confectum ante oculos tuos cecidisse. Liu. *ab Vrbe* 1. Priùs itaque quàm alter, qui nec procul aberat, consequi posset, & alterum Curiatium conficit. Quint. & Lactant. *lib.* 2. hoc verbum non inuenustè ad elementorum pugnam transsumpsit. Ignis quidem (inquit) permisceri cum aqua non potest: quia sunt vtraque inimica: & si cominus venerint, alterutrum quod superauerit, conficiat alterum necesse est, hoc est, perdat & consumat. At Conficere virginem, apud Terent. *in Eunucho.* —virginem Quam amabat, eam confecisse sine molestia, sic interpretatur Donatus: Si dixisset, Amorem confeci, posset intelligi, confeci, expediui, perfeci. At verò virginem confeci quid intelligemus, nisi hoc vnum quod insultat Parmeno, confectam virginem, quasi dicat superatam atque deuictam? Sic Plaut. *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Conficiet hic te verbis suis, (i. configet, confodiet, victum reddet.) ¶ Transfertur quoque ad molestiarum dolorúmque magnitudinem, & idem ferè est quod enecare & excruciare. Me assiduo confectum cura, dolore suffocat. Catull. *ad Ortalum.* ¶ Et interdum actiuè. Cicer. *ad Attic.* 11. Me conficit sollicitudo, ex qua etiam summa infirmitas corporis: qua leuata, ero vnà cum eo, qui negotium gerit. ¶ Interdum passiuè, & cum ablatiuo. Cic. 1. *Off.* *sc.* 3. Quid si Phalarim crudelem tyrannum & immanem, vir bonus, ne ipse frigore conficiatur, vestitu spoliare possit, nónne faciat? Idem *Famil.* 4. Quamquam enim nulla meipsum priuatim pepulit insignis iniuria: nec mihi quicquam tali tempore in mentem venit optare, quod non vltro mihi Cæsar detulerit: tamen nihilominus eis conficior curis: vt hoc ipsum quòd maneam in vita, peccare me existimem. ¶ Interdum absolutè. Idem, Conficior venisse tempus, quum iam nec fortiter, nec prudenter quicquam facere possim. ¶ Confici sydus dicitur, quando signum oritur, cuius ortus (vt Caniculæ, aut Vergiliarum) aliquantò sæpius aëris mutationem afferre consueuit. Plin. *lib.* 18. Quamobrem eas manibus agricolarum ingessit, vetrique iussit ipsa die folia, vt esset confecti syderis signum. Idem, Cum tempestatibus confici sydus intelligimus. Oppius *de bello Africo*, Namque Vergiliarum signo confecto circiter vigiliam secundam noctis nimbus cum saxorum grandine, subitò est exortus ingens.

Confectus, a, um, Confecta victoria (pro obtenta.) Suet. *in Aug.* 4. *cap.* 17. Item, Iam confectam prouinciam scripserat, vel victam, vel protius in prouinciæ formam redactam. Liu. *lib.* 7. *d.* 4.

Cōnfectio, verbale, Absolutio, perfectio, compositio, comminutio. {עשיה *mahaschéh* כלה *chaláh* תכלית *tachlith*. ἀπεργασία. GALL. *Acheuement, accomplissement.* ITAL. *Perfettione, esso fornire.* GERM. Außmachung/verbringung. HISP. *Acabamiento.* ANGL. *An acheuing or finishing.*} Cic. *pro Flac.* Nec tabulæ creditoris proferuntur, nec tributi confectio vlla recitatur. Belli confectio. Idem 4. *Phil.* Annalium confectio. Idem 1. *de Orat.* Escarum confectio à lingua adiuuari videtur, apud eundem 3. *de nat. deor.*

Cōnfector, is, Consumptor, item executor. {מכלה *mechallèh*. ἀπεργαστὴς, ἀναλωτής. GALL. *Qui acheue, met à fin & consomme.* ITAL. *Chi finisce, chi mette à fine.* GERM. Ein außmacher/verbringer. HISP. *Acabador, consumidor, confacionador de cosas diuersas.* ANGL. *That finisheth or acheiueth any thing.*} Cic. 2. *de nat. deor.* Atque hic noster ignis quem vsus vitæ requirit, confector est & consumptor omnium: idémque quodcunque inuasit, cuncta disturbat ac dissipat. Idem *in epist.* Qui reliquias huius belli oppresserit, hic totius confector futurus est. Suet. tum sæpè, tum *in Neron. cap.* 12. eo vsus est nomine.

Cōnfectūra, æ, {עשיה *mahaschéh*. σκευασία, ἐργασία. GALL. *Facon, racoultrement.* ITAL. *Fattura di qualche cosa, che le da l'essere.* GERM. Machung eines dings. HISP. *La confacionadura.* ANGL. *The making or bringing the shape upon any thing.*} Plin. *lib.* 13. *cap.* 12. Proximum amphitheatricæ datum fuerat, à confecturæ loco. Col. *lib.* 9. *cap.* 14. Confectura mellis.

[Conficina, macellum. Pap.]

Cōnfīdo, Nihil addubito, fidem in aliquo repositam habeo, pro certo duco, aliqua re nitor, adsum animo, timorem omitto. {בטח *batách*. θαῤῥεῖν, πείθω. GALL. *Se fier, se tenir asseuré, croire fermement, esperer.* ITAL. *Confidare, sperare.* GERM. Vertrawen/gewüß/vngezweyfelt halten. HISP. *Confiar, esperar, atreuerse.* ANGL. *To beleue assuredlie, to trust in a thing.*} Præteritum facit, Confisus sum, & Confidi. Iungitúrque verbis tam præsentis, quàm præteriti & futuri temporis: vt etiam annotauit Valla *lib.* 5. *cap.* 50. Cic. *ad Attic.* Confido rem vt volumus esse. Idem 6. *in Ver.* Ego mei officij rationem confido omnibus probatam fuisse. Idem 4. *Tusc.* Quem te & opto esse, & confido futurum. ¶ Confidere arcæ alicuius. Idem *lib.* 1. Ne dubites mittere, & arcæ nostræ confidito, hoc est, confide futurum, vt pretium tibi ex arca nostra persoluatur. ¶ Sibi confidere, est seipso niti, & aliunde non pendere. Idem *de Leg.* Vir excellens & fortis confidere sibi debet, & suæ vitæ, & actæ & consequenti. ¶ Iungitur etiam frequenter ablatiuo. Idem *pro Quint. Rosc.* Ego facilitate confisus, vide quò progrediar.

—Socio semper confidit Vlysse,

Ouid. 13. *Metam.* Plaut. *Aul. sc.* 4. *a.* 4. Istuc à fratre confido me impetrassere: Hoc illum me mutare confido fore. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 1. Quid rebus confiderem meis. *Ibid. sc.* 4. *a.* 3. Nunc confidit? Hic Sycophanta est. Idem *Pseud. sc.* 7. *a.* 4.

[Confida, dubitator. Gloss. Isid.]

Cōnfīdens, entis, nomen ex participio, quod ferè in malam partem accipitur, pro audaci & temerario. {בוטח *boteách* עז לב *hez léb*. τολμηρός, θρασύς. GALL. *Hardi, asseuré, qui ne s'estonne point, outrecuidé.* ITAL. *Ardito, assicurato, che non teme nulla.* GERM. Der getrost vnerschrocken ist. item, frecheitlich/vnuerschampt/verwegen. HISP. *Atreuido y osado.* ANGL. *Hardie, that feareth nothing.*} Terent. *in Phorm.* Homo confidens, quòd illum dij omnes perdant. Virg. 4. *Georg.*

Nam quis te, iuuenum confidentissime, nostras
Iussit adire domos?

Confidentes, garrulique & maleuoli. Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 4. Quis me alter audacior homo, aut qui me confidentior? Idem *Amph. sc.* 1. *a.* 1. ¶ Aliquando tamen Confidens ponitur pro constanti & graui, θαρσαλέος. Terent. *in Andr.* Nescio quis senex venit modò, ellum confidens, catus. Vbi Donatus, confidentiam pro constanti, non in mala significatione posuit. Sæpiùs tamen in deteriorem partem accipitur. Cicer. *Tusc.* 3. Qui fortis est, idem est fidens, quoniam confidens mala consuetudine loquendi in vitio ponitur. ¶ Ductum verbum à confidendo, quod laudis est. Ex quibus Ciceronis verbis constat, quòd laudis sit confidere. Confidens verò & Confidentia ab ipso verbo facta in vitio ponantur.

Cōnfīdentĭă, Audacia, temeritas. {בטחון *bittachón* רהב *rahbán*. θράσος. GALL. *Audace, outrecuidance, hardiesse, confiance, asseurance.* ITAL. *Confidanza, assicuranza, ardimento.* GERM. Vertrawung/frecheit/falsche sicherheit/verwegenheit zu dem bösen. HISP. *Atreuimiento, osadia.* ANGL. *Hardinesse, a sure trust and hope.*} Terent. *in Andr.* O ingentem confidentiam! Cicer. *pro Cecin.* Quasi verò aut in iudicio possit idem improbitas, quod in vi confidentia. Nulla est in corde confidentia. Plaut. *Amph.* Malitiam (habeat) audaciam, confidentiam. Idem *Merc. sc.* 2. *a.* 2. Confidentia est nos inimicos profligare posse. Idem *ibid.* Confidentia est me inimicos posse perdere. Idem *Pseud. sc.* 4. *a.* 2. Idem *in Aul. sc.* 2. *a.* 3. Scapularum confidentia, virtute vlmorum freti. Vbi pro duritia scapularum ponitur. Pro constantia, apud Cic. *de Rep.* Duas sibi res quominus in vulgus & in foro diceret, confidentiam & vocem defuisse. Nonius.

Cōnfīdentĕr, Audacter, animosè, temerariè. {בלבטח *labètach*. τολμηρῶς, θρασέως. GALL. *Asseurement, hardiment, audacieusement, par outrecuidance.* ITAL. *Arditamente, confidentemente, senza paura.* GERM. Vertrawlich/standhafftiglich. HISP. *Atreuidamente ò osadamente.* ANGL. *Boldie, with confidence.*} Plaut. *Amph.* Quæ non deliquit, decet audacem esse confidenter. Accius, Qui in puellæ domum iam confidenter irripuit. Vt confidenter contrà astitit? *Capt. sc.* 5. *a.* 7. Nemo æquè confidenter ac mulieres faciunt suprà. Tanta audacia. Idem *Merc. sc.* 5. *a.* 2. Benè confidentérque contra te astitisse intelligo. Idem *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Quàm confidenter loquitur? Idem *Most. sc.* 1. *a.* 1.

Cōnfīdentĭloquĭŭs, θρασύγλωττος. comparatiuum à Confidentiloquus deductum: quo vtimur Plaut. *in Trinum.* nihil est profectò stultius, neque stolidius, neque mendaciloquius, neque argutum magis, Neque confidentiloquius, neque periurius, quàm, &c.

Cōnfīsŭs, particip. {בטוח *batúach*. πεποιθώς, θαρρήσας. GALL. *Qui a fiance, qui s'est fié & asseuré.* ITAL. *Che si fida.* GERM. Der vertrawt oder sich auff ein sach verlesst. HISP. *Que se fia.* ANGL. *Trusting hoping.*} Virg. 5. *Æneid.*

O nimium cœlo & pelago confise sereno,
Nudus in ignota Palinure iacebis arena.

Copia & facultate causæ confisus. Cic. *pro Rosc. Comœdo.*

Cōnfīsĭo, nis, Fidentia, firma animi spes. {מבטח *mibtách*. πεποίθησις, τὸ θαρρεῖν. GALL. *Confiance, asseurance ferme.* ITAL. *Fiducia, confidanza.* GERM. Vertrawung. HISP. *Confiança en buena parte.* ANGL. *Trust, confidence.*} Cic. 4. *Tusc.* Et si fidentia, id est, firma animi confisio, scientia quædam est, & opinio grauis, non merè assentiens.

Cōnfīdeiussor, συνεγγυητής. Vlp. *D. lib.* 46. *tit.* 1. *l.* 10. Et omnes confideiussores, qui idonei esse dicuntur, præstò sint.

Cōnfīgo, confixi, confixum. Figo, transfigo, vulnero. {תקע *takàh* מעך *mahach* מחץ *machàts* דקר *dakàr*. διαπείρω, καθηλόω. GALL. *Ficher, percer, attacher.* ITAL. *Conficcare.* GERM. Anhefften/oder zusammen hefften. HISP. *Iuntamente hincar.* ANGL. *To sticke or trust into a thing.*} vt, Configere tabulam aculeis. Col. *lib.* 7. *cap.* 3. Configere sagittis. Cic. 4. *Acad.* ¶ Configere tabulas inter sese. Cato *cap.* 21. ¶ Configere curas omnes in salute Reip. per metaphoram dixit Cicer. 7. *Phil.* pro eo quod est, omnes cogitationes ad salutem Reip. dirigere. Nisi (inquit) talis consul esset, vt omnes vigilias, curas, cogitationes in Reip. salute configeret, Consulem non putarem. Confige sagittis fures thesaurarios. Plaut. *Aul. sc.* 1. *a.* 2. ¶ Dicimus etiam Configere spem nostram in aliquo, pro eo quod est, spem nostram in aliquo repositam habere. ¶ Configere cornicum oculos, prouerbialiter dicitur, teste Erasmo *in Adagys*, pro eo quod est, veterum scientiam nouo inuento obscurare, efficeréque vt superiores nihil scisse, nihil vidisse videantur. Aut certè (vt interpretatur Budæus) callidos homines & versutos, astutia & calliditate superare. Cic. *pro Mur.* Inuentus est scriba quidam, Cn. Flauius qui cornicum oculos confixit.

Cōnfīxŭs, part. {נמעך *nimhách* נמחץ *nimchàts* נדקר *nidhkár*. καθηλωθείς. GALL. *Percé, fiché.* ITAL. *Forato.* GERM. Durchstochen/vngeheffet. HISP. *Horado, hincado.* ANGL. *Pearced, gored.*} Cic. 12. *Philipp.* Meminerant eius sententia confixum Antonium. Confixi pueri, qui, Gell. *cap.* 16. *lib.* 16. ¶ Pro Confixus, Diom. ponit confictus, Gram. *lib.* 1. Frigor ambiguè declinatur apud veteres tempore perfecto. Reperimus etiam fictus & fixus. Scaurus *de vita sua*, Sagitta (inquit) confictus.

Cōnfĭgūro, as, are. {צור *tsur* יצר *iatsar*. συσχηματίζω. GALL. *Faire de pareille figure & forme.* ITAL. *Figurare.* GERM. Gleich gestalten. HISP. *Figurar.* ANGL. *To forme and mak lik.*} Colum. *lib.* 4. *cap.* 20. Ne prauitas staminum ad similitudinem sui vitem configuret. Gell. *cap.* 1. *lib.* 11.

Confindo, is, Tib. *lib.* 4.

Et ferro tellus, pontus confinditur aere.

Cōnfīngo, is, Fingo, comminiscor, excogito, mentior. {יצר *iatsár* ברא *bará* בדה *badhà*. πλάττω. GALL. *Feindre, controuuer quelque chose.* ITAL. *Fare, fingere.* GERM. Gestalten erdichten/erfinden. HISP. *Hazer y fingir.* ANGL. *To mak and put a shape on any thing.*} Plin. *lib.* 10. *cap.* 33. Hirundines eadem materia nidos confingunt. Cic. *pro Sext. Rosc.* Crimen incredibile confingunt. Idem *Verr.* 1. Concedes, non hoc crimen nos in te confingere. Idem *pro Deiotar.* Id vos à viro optimo, & homine minimè stulto cogitatum esse confingitis. Subitò fronte conficta, barbaque Philosophi. Quintil.

Cōnfictŭs, particip. Fictus. {נוצר *notsár* ברוא *barúa* בדוא *badhúa*. συμπλασθείς, ἐπινόητος. GALL. *Feint, simulé, controuué.* ITAL. *Finto, simulato, contrafatto.* GERM. Dem ein gestalt gemacht ist/erdicht. HISP. *Cosa fingida ò contrahecha.* ANGL. *Fayned.*} vt, Confictæ lacrymæ. Terent. *in Andr.*

Cōnfictĭo, nis, Machinatio. {יצר *ietsér* יצר *iotsér*. σύμπλασις. GALL. *Feinte,*

Feinte, fiction, contrefaisement. ITAL. *Fizione, il contrafare.* GERM. Gestaltung, erdichtung. HISP. *Fingimiento.* ANGL. *A faygnyng, a new inuenting.*} Cic. *pro Rosc. Amer.* Criminis confictionem Erucius suscepit.

CONFINIS, conterminus, eosdem habens fines. {גבול מגבל *migbal.* ὅμορος. GALL. *Tenans & aboutissant à vn autre, limitrophe, frontier.* ITAL. *Confinante.* GERM. Ein anstösser, ein nachgelegner, nachbawre. HISP. *Vezino ò cercano en terminos.* ANGL. *Next adioyning or bordering to.*} Vnde Confines agros dicimus, quorum fines coniuncti sunt. Liu. 4. *ab Vrb.* Excursiones inde in confinem agrum Labicanum factæ fuerunt. ¶ Confinis meus etiam dicitur, qui agrum, aut villam meæ habet contiguam, vel vicinam. Mart. *lib.* 2. Vexat sæpe meum Patrobas confinis agellum. Inter vicinos autem & confines hoc interest, quod vicini sunt quorum prædia parietibus disterminantur: Confines verò quorum prædia linea sola distinguuntur. Itaque Confinium in rusticis, Vicinitas in vrbanis prædiis ponitur, vt docet Paul. *in l.* 4. *fin. regun.* ¶ Confinis aliquando idem significat quod similis. Autor ad Heren. Qui prouenient ad confine genus eius generis. Quint. *lib.* 6. *cap.* 4. Et confine est quod dicitur per suspicionem.

Confinium, ij, est finis agri, vbi cum altero coniungitur. {גבול *ghebul.* μεθόριον. GALL. *Limite, frontiere, aboutissement de deux choses, l'vne à l'autre.* ITAL. *Confine.* GERM. Ein anstoß, als eines ackers der an dem andern ligt, ein march. HISP. *Vezindad en terminos.* ANGL. *A marche or border.*} Cic. *lib.* 1. *Offic.* Conuenit autem cùm in dando munificum esse, tum in exigendo non acerbum: in omnique re contrahenda, vendendo, emendo, conducendo, locando, vicinitatibus & confiniis æquum & facilem, multa multis de iure suo cedentem. Per translationem pro quauis vicinitate, aut propinquitate ponitur. Colum. *lib.* 4. Mediocritas in electione loci maximè probatur, quoniam in confinio boni malique posita est. Lactant. Ex quorum confinio nasus exoriens, æquali porrecta iugo, vtramque aciem simul & discernit & munit. Tib. *lib.* 4.

Inter geminæ nantem confinia mortis.

(i. in medio Scyllæ & Carybdis.) Gell. *cap.* 13. *lib.* 6. Quoddam tempus nouum expressit in confinio (vitæ & mortis.) Idem Metaphor. etiam vsus est *cap.* 14. *lib.* 7.

[Confinius, vrbanus. Pap.]

Confinia, ium, pluralis numeri declinationis tertiæ. Senec. *lib.* 1. *de Ira.* In confinibus hostis atcendus est.

[Confinialis, qui genere, vel loco affinis. Isid. Confinalis. Pap.]

CONFIO, is, passiuæ significationis, Fio, siue conficior. {נעשה *nehesehâh.* συντελεῖσθαι. GALL. *Estre parfait & acheué.* ITAL. *Essere fatto.* GERM. Gemacht werden. HISP. *Ser hecho.* ANGL. *To be made and finished.*} Col. *lib.* 5. *cap.* 15. Tria igitur stercoris genera sunt præcipua: quod ex auibus, quod ex hominibus, quod ex pecudibus confit. Idem *lib.* 5. *cap.* 8. Sic enim curabit, vt panis diligenter confiat. Terent. *in Adel.* Hoc confit quod volo. Virg. *lib.* 4. *Æneid.*

——*nunc qua ratione, quod instat,*
Confieri possit, (aduerte) docebo.

CONFIRMO, as, are, Firmum facio, robur addo. {אמץ *immêts* חזק *chizzêk* קים *kyjam.* κρατύνω, στερεόω, στηρίζω. GALL. *Confirmer, fortifier, rendre fort.* ITAL. *Confirmare.* GERM. Bestätigen, befestigen, fest machen. HISP. *Confirmar lo flaco.* ANGL. *To mak strenthie, stable or firme.*} Cic. *pro lege Manil.* Mithridates autem & suam manum iam confirmarat. Idem *ad Quint. lib.* 1. Erige te & confirma, si qua subeunda dimicatio erit. Idem *Philip.* 1. Pax denique per eum & per liberos eius cum præstantissimis ciuibus confirmata est. Confirmare ad successionem imperij. Sueton. *in Tib. cap.* 55. Confirmare libertati: pro in libertatem asserere. Cæl. *lib.* 1. *de bel. ciu.* Volui animum meum confirmare, vt benè me habeam filiæ in nuptiis. Plaut. *sc.* 5. *a.* 2. Retinere & confirmare consternatum populum. Suet. *in Aug. cap.* 41. ¶ Aliquando asseuero, affirmo. {אמר *amar* קים *kyjam* יעד *jahadh* העיד *hehidh* הבטיח *hibtiach* הקים *hekim.* [illegible]. GALL. *Affermer, confirmer.* ITAL. *Affermare.* GERM. Für gewiß vnd fest sagen. HISP. *Affirmar.* ANGL. *To alledge and say stifle to a thing.*} Cic. *lib.* 4. *Acad.* Maximè verò virtutum cognitio confirmat percipi, & comprehendi multa posse. Idem *de Amic.* Nemo vnquam erit, & (vt confirmare possum) nemo certè fuit.

Confirmator. {מעיד *mehidh* בן התערבות *ben hattaharbúth.* βεβαιωτής, ἐγγυητής. GALL. *Celuy qui asseure & respond, respondant & pleige.* ITAL. *Chi assicura ò inanima alcuno.* GERM. Ein befestiger, oder der etwas für gewiß sagt. HISP. *Confirmador, fiador.* ANGL. *An that maket an other sure, a surethie.*} Cic. *pro Cluent.* Vnus & alter dies intercesserat, quum res parum certa videbatur, sequester & confirmator pecuniæ desiderabatur.

Confirmatio, nis. {מעמד *maamâdes.* βεβαίωσις, ἰσχύρωσις. GALL. *Confirmation, renfort, asseurance.* ITAL. *Confirmatione.* GERM. Ein bestätigung. HISP. *Confirmacion.* ANGL. *Assurance, the making of an thing sure.*} Cic. 2. *de finib.* Inuenta vitæ via est, confirmatióque omnium officiorum. ¶ Est & Confirmatio orationis Rhetoricæ pars, argumenta continens, ad causæ nostræ fidem, autoritatem, & firmamentum, de qua Cic. 1. *de Inuent.*

Confirmitas, atis, {אמיצות *amitsúth.* [illegible].} Plaut. *Milit.* Os habet, linguam, perfidiam, malitiam, atque audaciam, Confidentiam, confirmitatem, fraudulentiam.

CONFISCARE, est publicare bona, & in fiscum, hoc est, ærarium principis redigere. {החרים *hecherim.* δημεύω, δημοσιεύω. GALL. *Confisquer.* ITAL. *Confiscare.* GERM. Ein gut dem gmeinen seckel vberantworten, das im verfallen ist, dem seckel der oberkeit etwas zustendig machen. HISP. *Confiscar ò publicar los bienes.* ANGL. *To consiscat goodes to the vse of the common weale.*} Asconius, Quia maior summa est pecuniæ publicæ, quàm priuatæ, factum est, vt Fiscus pro publica pecunia, & inde Confiscare dicatur. Suet. *in Octau. Aug. cap.* 101. Legionariis trecentos numeros: quam summam repræsentari iussit: nam & confiscatam semper, repositámque habuerat. Hæreditates confiscare. Sueton. *in Domitiano.* Idem *in Calig. cap.* 16. Confiscatum. Idem *in August. cap.* 15. *& in Tib. cap.* 49. ¶ Confiscare item non solùm de bonis, sed etiam de hominibus dicitur. Idem *in Calig.* Et quodam proximo collusori demandata vice sua progressus in atrium domus, quum prætereuntes duos equites Romanos locupletes sine mora corripi, confiscarique iussisset, exultans rediit, dicens se nunquam feliciore alea vsum. vide *Fiscus.*

CONFITEOR, eris, confessus, Profiteor, agnosco, fateor. {אמר *amár* הודה *hodâh.* ὁμολογῶ. GALL. *Confesser.* ITAL. *Confessare.* GERM. Bekennen, veriehen. HISP. *Confessar.* ANGL. *To confesse, to acknawledge.*} Lactant. *lib.* 5. Vt doceret quibus pœnis affici oporteret, qui se cultores Dei confiterentur. Plaut. *in Capt.* Hæc tu eadem si confiteri vis, ex re tua feceris. Terent. *in Heaut.* Egóne confitear meum non esse filium qui sit meus? Confiteri candidatum. i. profiteri. Suet. *in August. cap.* 4. ¶ Nonius assignat hanc differentiam inter Confiteri & Profiteri, quòd illud necessitatis, hoc voluntatis sit: sed constat ex Cicerone, Confiteor multo minus esse quàm Profiteor. Confiteor etiam simpliciter fateri est: Profiteor verò non solum fateri, sed etiam præ se ferre, & se iactare in aliqua re. Cic. *pro Man.* Hoc ergo non solum confiteor, verumetiam profiteor. Confiteor etiam passiuè dicitur. Gell. *cap.* 13. *lib.* 15. *sub finem.* Confessi æris, i. de quo facta confessio est. & *cap.* 1. *lib. vlt.* Confessi æris ac debitis iudicatis, &c. Quæ quidem verba sunt legis XII. Tab. Vide dictionem sequent.

Confessus, a, um, quod modò actiuè accipitur. {מודה *modbéh* מתודה *mithvaddéh.* ὁμολογῶν. GALL. *Qui a confessé ce qu'en luy a demandé.* ITAL. *Chi ha confessato quando gli è stato richiesto.* GERM. Das bekennt oder veriehen hatt. HISP. *El que confiessa.* ANGL. *That confesseth.*} vt, Reus confessus. Ouid. 2. *Eleg.* 11. *de Ponto.*

Non est confessi causa tuenda rei.

¶ Aliquando passiuè, vt modò dictum est in dictione præcedenti. {מובעה *mubâdh.* [illegible], ὁμολογηθείς. GALL. *Confessé & recognu.* ITAL. *Cosa chiara, manifesta, senza dubio alcuno.* GERM. Das bekennt oder an tag geben worden ist. HISP. *Confessado y reconocido.* ANGL. *Manifest, controuersie.*} vt, Confessa res, hoc est, clara & de qua est controuersia, Cic. 5. *in Verr.* Confessa res est, & manifesta. Confessis Græcis vtimur verbis. Quint. *cap.* 9. *lib.* 1. Item, de Confesso loqui. (i. rebus Confessis.) Idem, Confessum tenere aduersarium. Idem, Ad liquidum & confessum perducere. Confessis probare controuersia. Idem, Confessa propositio: & Confessa assumptio. Idem, Ad liquidum & confessum perducere. Confessus ornatus. Idem. ¶ Ex confesso. Quint. *lib.* 3. *cap.* 5. Et vituperare quæ ex confesso sunt turpia. ¶ In confesso est, Senec. *de benefic. lib.* 3. *cap.* 11. Horum in confesso merita sunt. Idem Quintil. *declamat.* 333. & etiam Velleius. In confessum venire. Plin. *Epist.* 302. Vt necesse sit, in ea re, quæ & in confessum venit, & in exemplis defenditur, deliberare.

Confessio, nis. {הודה *todhâh.* ἐξομολόγησις. GALL. *Confession.* ITAL. *Confessione.* GERM. Bekantnuß. HISP. *Confession.* ANGL. *A confessing.*} Liu. *lib.* 1. *ab Vrbe,* Ea erat confessio, caput rerum Romam esse. Cic. *lib.* 6. *in Verr.* Omnibus in rebus coarguitur à me, conuincitur à testibus, vrgetur confessione sua, manifestis in maleficiis tenetur. Confessio parendi. (de victis.) Velleius. Et, Confessio Imperij. Idem, Confessionem victis expresserunt. Liu. 6. *d.* 4.

Confessor. {מתודה *mithvaddéh.* ὁμολογητής. GALL. *Qui se confesse.* ITAL. *Chi si confessa.* GERM. Ein bekenner. HISP. *El que se confiessa.* ANGL. *He that confesseth or acknawled geth.*} Non is qui alterum confitentem audit, vt imperium vulgus appellat: sed qui confitetur.

Confessorius, a, um, vt actio confessoria, quæ ex lege Aquilia in confitentem reum datur. *l.* 23. *& l.* 25. *D. ad legem Aquil.* ¶ Dicitur etiam confessoria actio pro ea quæ verbis aientibus est concepta, cui opponitur negatoria. Vide Lexicon Hotomani.

[Conflabellare, flabellis concitare. Tertull.]

Conflacesco, Gell. *lib.* 2. *cap.* 30. Nam fluctus qui flante Aquilone maximi ac creberrimi excitantur, simul ac ventus posuit, sternuntur ac conflacescunt, & mox fluctus esse desinunt.

Conflages, dicuntur loca in quæ diuersi conflant & confligunt venti, à Conflo, as, Festus. Isidorus legit Confrages, sed idem est propter cognationem F. cum R. Eodem modo compositum est confiugis, de quo suo loco.

Conflagito, as, are, Simul flagito. Plin. *lib.* 34. *cap.* 8. Quum quidem tanta pop. Rom. contumacia fuit, vt magnis theatri clamoribus reponi apoxyomenon conflagitauerit. In aliis codicibus legitur *flagitauerit.*

Conflagrare, est ardere, aut flammis consumi. {בער *bahâr* הציתה *hitsîth.* συμφλέγεσθαι. GALL. *Brusler, estre tout en feu, ardre & estre enflammé.* ITAL. *Ardere, abbruciare.* GERM. Brennen oder verbrennen. HISP. *Arder ò ser encendido.* ANGL. *To burne, to be en fier, to be inflammed.*} Plin. *lib.* 34. *cap.* 5. Cuius basis conflagrauit curia incensa, P. Clodij funere. Vide Plin. *de viris illustr.* Fulmine ictus cum regia conflagrauit. ¶ Conflagrare inuidia eleganter dicimus pro inuidia grauari, aut inuidiosum esse, Liu. 10. *bell. Maced.* Si innocens sum ne inuidia conflagrem, quum crimine non possim, deprecor.

CONFLARE, Simul flare, quum scilicet diuersi venti simul spirant. {συμπνεῖν. GALL. *Souffler fort ou ensemble.* ITAL. *Soffiare, gonfiare.* GERM. Zusammen blasen, mit einander blasen. Item, mit blasen zusammen giessen oder schmeltzen. HISP. *Soplar, respirar juntamente.* ANGL. *To blow ogether.*} Præterea de metallis dicitur, quæ conflari dicuntur, quum igne liquefacta miscentur & confunduntur. {צרף *tsaráph* התיך *hittich* נסך *nasâch.* ANGL. *To forge.*} Vnde conflare argenteam supellectilem, est liquefacere, & in massam redigere, & Conflata pecunia, quæ quum signata esset, iterum in massam est redacta. Conflare statuas argenteas. Suet. *in Aug. cap.* 52. ¶ Hinc ad multa alia transfertur, & pro efficio, machinor, compono ponitur. Cic. 3. *in Verr.* Vnde hoc totum ductum & conflatum est. [illegible]. Salust. Magnam illi inuidiam conflauerant. Conflari odio, vel gratia testes. Quint. Conflata insidiis mors Scipionis, Velleius. Conflatum est portentum recens. Gell. *cap.* 4. *lib.* 15. Item, Mihi conflaui æs alienum: quod est, feci me debitorem alienæ pecuniæ. Idem, Alienum æs grande conflauerat, quo flagitium, aut facinus redimeret. Quibus correspondet, Dissoluo æs alienum: quod est, æs alienum quod conflaueram restituo. Cic. Patri persuasi vt æs alienum filij dissolueret. Lactant. *lib.* 2. Ita conflauit ex his omnibus populum. Idem *lib.* 7. Et quicquid est in hoc opere mundi, conflauit ac perfecit ex nihilo. Virgil. *lib.* 1. *Georg.* Et

catux rigidum falces conflantur in ensem, hoc est, cuduntur, fabricantur.

Conflatile, quòd conflando factum est. { נסוך *nasúch* מתך *muttách* צרוף *tsarúph*. χωνευτὸν. } qualia sunt signa ænea, aurea, aut argentea.

[Conflatim, copulatim, contextè. Gloss. Isid. à conflo.]

Conflatura, æ, Conflandi ratio. { מסכה *massechâh* התוך *hittúch*. χώνευσις. GALL. *Forgement de quelque chose par fonte.* ITAL. *Fabrica.* GERM. Die weiß die metal zuschmelzen / oder zugiessen. HISP. *La fundicion de metales.* ANGL. *The melting or casting of metall.* } Plin. *lib.* 7. *cap.* 56. Argentum inuenit Erichthonius Atheniensis, vt alij, Geacus: auri metalla, & Conflaturam, Cadmus Phœnix ad Pangæum montem.

Conflatio. χώνευσις, verbale, pro conflatura. Senec. 3. *nat. quæst.* Et illa quæ in conflatione nostris placet, huc transferenda puto.

[Conflatorium, vas in quo liquefit metallum. Voc. Eccl.]

Conflecto, xi, xum, { כפף *chapháph*. συγκάμπτω, à quo particip. Conflexus, συγκεκαμμένος, συγκαμφθείς. GALL. *Courbé.* ITAL. *Piegato.* GERM. Umbgebogen / oder gekrümbt. HISP. *Corvado, plegado.* ANGL. *To bow.* } Plin. *lib.* 2. *cap.* 44. Montium verò flexus, crebrique vertices, & conflexa cubito, vt confracta in humeros iuga.

Confligo, is, vnà fligo, Dimico, acie decerno, prælium committo. { רב *rab* נגח *negách* נצה *nitsáh* נלחם *nilchám*. συμβάλλω, συρρήγνυμι, συμμίσγω. GALL. *Combattre, debattre, frapper & heurter l'un contre l'autre.* ITAL. *Combattere, far fatto d'arme.* GERM. Miteinander streitten / zusammen schlagen. HISP. *Pelear y romper batalla.* ANGL. *To fight, to dash together.* } Salust. Optimum factu ratus in tali re fortunam belli tentare, statuit cum Antonio quamprimum confligere. Cæsar 7. *bell. Gall.* Fortè vt pars cum ciuitatis parte confligat. ¶ Aliquando forense est verbum, & ponitur pro litem, siue causam ago. Cic. *pro Cæl.* Potuissine leuiore actione confligere?

Conflicto, as, are, & Conflictor, aris, deponens, Pugno, percutio, affligo. { נצה *nitsáh* נלחם *nilchám* התראה פנים *hithraóth panim*. συμπλέκομαι, ἀθλεύω. GALL. *Ioindre en combat.* ITAL. *Combattere, far giornata.* GERM. Offt mit einander streiten. HISP. *Pelear y dar batalla.* ANGL. *To fight, to vexe.* } Terent. *Phorm.* Nec cum huiusmodi vnquam vsus venit vt conflictares malo. Tacit. *lib.* 5. Plura per scelera Rempublicam conflictauisset. Cicer. *de Arusp. respons.* Cum his conflictari, & pro patriæ salute quotidie dimicare, erat omnino illis qui tum Rempublic. gubernabant, molestum. Terent. *in Andr.* Qui cum ingenijs conflictatur huiusmodi. Autor ad Heren. *lib.* 2. Malo magno est hominibus auaritia, idcirco quod homines magnis, & multis incommodis conflictantur.

Conflictatus, partic. Agitatus, vexatus. { מעונה *mehunnéh* נרדף *nardáph*. ἀγχὼν ... GALL. *Affligé, vexé, tourmenté.* ITAL. *Cui e afflitto, vessato, tormentato.* GERM. Geplagt / heftig angefochten / gequelet. HISP. *Affligido, atormentado.* ANGL. *Afflicted, tormented.* } Plin. *lib.* 11. *cap.* 1. M. Agrippa supremis suis annis conflictatus graui morbo pedum. Conflictatæ sæuissima hyeme volucres. Plin. *lib.* 18. *cap.* 25.

Conflictatio, { מרוצה *merutsáh* מלחמה *milchamáh*. σύγκρουσις, συμπάτησις. GALL. *Combat entre quelques vns, vexation de plusieurs les vns contre les autres.* ITAL. *Conflitto, battimento di vna cosa con l'altra, vessatione.* GERM. Der streit oder das stätig aneinander stossen zweyer dingen. HISP. *Afflicion, aquel rempimiente, pelea.* ANGL. *A fighting among some.* } Gell. ... *cap.* 3. Totius exercitus conflictatione oppugnatus serpens ... immanitatis.

Conflictio, nis, Conflictus, contentio, collisio, concussus. { συμβολή. ANGL. *Bickering.* } Cic. 1. *de Inuen.* Constitutio est prima conflictio causarum ex depulsione intentionis profecta. Idem *partit.* Rerum inter se pugnantium conflictio. Quint. *lib.* 3. *cap.* 6. Sonus est duorum inter se corporum conflictio.

Conflictus, us, ui, Collisio, conflictio. { σύγκρουσις. ANGL. *A conflict or bickering.* } Cic. 2. *de Diuin.* Si autem nubium conflictu ardor expressus se emiserit.

Confligium, neut. gen. idem. Solinus *cap.* 14. Nam in latebrosis rupium cauaminibus, quæ fluctuum confligiis tunc adesa sunt, residuiæ conchyliorum resederunt, & alia multa.

Confluentia, vrbs sita in loco vbi Mosella Rheno miscetur, vulgò *Coblentz.*

Confluere, Simul fluere. { נהר *nahár*. συρρέω, συμβάλλουσι. GALL. *Couler ensemble, se ioindre en couler l'vn auec l'autre.* ITAL. *Concorrere insieme.* GERM. Zusammen fliessen / oder lauffen. HISP. *Correr juntamente lo liquido y humido.* ANGL. *To flow or runne together.* } Plin. *lib.* 13. *c.* 22. Et in ipsa excauant radice, quo succus confluat. ¶ Et per translationem pro conuenire, concurrere. Cic. 2. *Tusc.* Quod accidet etiam nostris, si ad hæc studia plures confluxerunt. Plaut. *in Epid.* Id ego experior, cui multa in vnum confluunt, quæ meum pectus pulsant.

Confluens, masc. gen. Est alueus in quem duo flumina conueniunt. { σύμβολον. GALL. *Vn confluant où deux riuieres s'assemblent.* ITAL. *Corrente, congiongimento di due fiumi.* GERM. Ein orth da zwey wasser zusammen fliessen. HISP. *El lugar do se juntan dos rios.* ANGL. *A place where two riuers do meete.* } Liu. 1. *ab Vrbe*, Vbi Anienem transit ad confluentes collocat. [¶ Item abundantia. Voc. Eccl.]

Confluctuari, impersonale, ... Sen. haud aliter metu Confluctuatur, ira pietatem fugat, Iramque pietas.

Confluus, a, um, quod simul fluit.

[Confluxet, pro confluxisset. Lucr.]

Confluxus, & Confluuium, quò multi riui simul fluunt. Σύῤῥους.

Confluges, Loca sunt, in quæ riui diuersi defluunt. Σύῤῥους. Nonius, Liuius Andromeda confluges vbi conuentu campum totum inhumigant: compositum à Con, & verbo fluo. Homerus vocat συμβολάς.

Confodio, is, fodio. { כרה *chardh* חתר *chatar* דקר *dakár* מחץ *macháts*. σκάπτω. GALL. *Fouir tout outre, percer en fouissant.* ITAL. *Sconficcare, cauare.* GERM. Graben / durchgraben. HISP. *Cauar y horadar.* ANGL. *To digge, to perce, to thrust through.* } Plin. *lib.* 27. *cap.* 10. Confodi iubent mense Aprili. Plaut. *in Aul.* Hic apud me confodere hortum iussi. ¶ Interdum idem, quod transfigo, διαπείρω.

Confossus, participium, hoc est, transfixus, confectus, necatus. { נדקר nidhkár נמחץ *nimchats*. διορυχθείς, διαπεπαρμένος. GALL. *Percé, nauré, blessé.* ITAL. *Cauato, ferito, propiagato.* GERM. Durchgegraben / durchstochen. HISP. *Cauado, herido, llagado.* ANGL. *Perced, trulled trough.* } Virg. 9. *Æneid.*

Tum super exanimem sese proiecit amicum
Confossus, &c.

Confœdusti, apud veteres dicebantur fœdere coniuncti. Fest. [Scaliger, potiùs *confœdusti*, à fœdus fœdustus, vt ab ancus angustus, ab vnctus vngustus.]

Confœta sus, dicebatur quæ cum omni fœtu adhibebatur ad sacrificium. Festus.

[Conforaneus, vnius fori. Glossæ Isid. Gloss. Phil. conforaneus συμπάροικος.]

Confore, compositum à verbo defectiuo Fore, futurum esse. { עתיד *hathidh*. ἔσεσθαι. GALL. *Deuoir estre, estre à venir.* ITAL. *Hauere ad essere.* GERM. Künfftig sein. HISP. *Venidero, que ha de ser.* ANGL. *For to be hereafter.* } Terent. *in Andr.* restat Chremes. Qui mihi exorandus est: & spero confore.

Conforire, veteres vsurparunt pro fœdare, aut concacare. { חרא חרי *hirri harra.* } Pompon. Conforisti me. Ex Diomede.

Conformis, conforme, quod est eiusdem formæ, similis. { דומה *doméh*. σύμμορφος. GALL. *Conforme, semblable.* ITAL. *Conforme, simile.* GERM. Gleichförmig. HISP. *Cosa conforme ò semejante.* ANGL. *Of that same forme.* } Per translationem sumitur pro conuenienti & congruo, ἐμφερής.

Conformo, as, propriè significat in formam redigo, formo, figuro, { תאר *teer* יצר *iatsar*. μορφόω. GALL. *Conformer, donner forme, façonner.* ITAL. *Formare, dar forma à qualche cosa.* GERM. Gleichförmig machen / Ein gleiche gestalt geben. HISP. *Formar y dar figura à la cosa.* ANGL. *To forme or fashion.* } Cic. 1. *de finib.* Genuit & conformauit nos natura ad maiora. Colum. *lib.* 9. Diebus quibus animantur oua in speciem volucrum conformantur. Conformare vocem. Quint. ¶ Ponitur etiam pro accommodato, adapto. Cic. *Len.* Veruntamen ipsa me conformo ad eius voluntatem. Idem *pro Archia poëta*, Animum & mentem meam ipsa cogitatione hominum excellentium conformabam.

Conformatio, verbale, Forma, compositio, exornatio. { תאר *toar* יצר *iétser*. διαμόρφωσις, σχηματισμός. GALL. *Forme, façon, trait, proiet.* ITAL. *Conformita di membri, ammaestramento.* GERM. Gestalt oder gleiche gestaltung. HISP. *Conformacion, conformidad y semejança.* ANGL. *The forming.* } Cic. 1. *Tusc.* Quasi verò intelligant, qualis sit in ipso corpore, quæ conformatio, quæ magnitudo, qui locus. ¶ Est etiam Conformatio color rhetoricus. De quo Cornificius, siue Cicer. *lib.* 4. *ad Her.* Item Prisc. *in præexercitamentis Rhet.* Conformatio quam Græci προσωποποιΐαν nominant, est quando alicui rei contra naturam datur persona loquendi, vt Cicero patriæ & Reip. in Inuectiuis dat verba. Est præterea simulachri fictio, quam Græci εἰδωλοποιΐαν: quando mortuis verba dantur: quod facit Cicero pro Cœlio, verba dans Appio Cæco contra Clodium. Author ad Heren. *lib.* 4. Conformatio est quum aliqua quæ non adest, persona confingitur quasi adsit, aut quum res muta, aut informis fit eloquens & formata, & ei oratio attribuitur ad dignitatem accommodata, aut actio quædam.

Conformatus, participium. { מתואר *methoar* נוצר *notsar*. διαμεμορφωμένος. GALL. *Conformé, façonné.* ITAL. *Conformato.* GERM. Gleichförmig gemacht oder gestalt. HISP. *Conformado.* ANGL. *Formed, fashioned.* } Cic. *lib.* 3. *de nat. deor.* Mundus à natura conformatus.

Confornico, as, are, In fornicem formare, apud Vitruuium *lib.* 4. *cap.* 5. { συγκαμαρῶ. GALL. *Faire tout en voulte, voulter ensemble.* ITAL. *Far in volto.* GERM. Zusammen welben. HISP. *Hazer edificio de boueda.* ANGL. *To vault together.* }

Confoueo, es, ere, Simul foueo. { חמם *yechém*. συνθάλπω, συνθερμαίνω. GALL. *Tenir chaudement, entretenir en chaleur.* ITAL. *Tener calda qualche cosa, couare.* GERM. Beyeinander warm halten. HISP. *Abrigar ò abraçar.* ANGL. *To cherish.* } Cato *cap.* 5. Circa oleas autumnitate ablaqueato, & stercore addito confoueto.

Confrages, loca in quæ vndique venti currunt ac sese frangunt, vt Næuius ait, in montes, vbi venti frangebant locum.

[Confragosus, a, um, asper, impeditus: quasi confractus. Vide *Fragosus.* Conditiones confragosæ, sunt perplexæ, obscuræ. Plaut. *Men.* 4. 3.]

Confremo, is, Fremo, vel simul fremo. { המה *hamáh*. φρυάττω, συμφρυάττω. GALL. *Bruire de toutes parts, fremir, faire grand bruit.* ITAL. *Fremere.* GERM. Zusammen ein geschrey / oder groß machen. HISP. *Hazer ruido ò sonido de ira y furor de coraçon hasta prorrumpir en vozes.* ANGL. *To make a noise together.* } vt, Agmina confremunt, Stat. *lib.* 1. *Syl.* Cælum confremuit, Silius *lib.* 16. Omnes confremuêre. Ouid. 1. *Metamorph.*

Confrico, as, are, Propriè simul fricare, vt quum duo corpora mutuo tactu sese atterunt. { השתפשף *hishtafshéf* רצץ *rotsets*. συντρίβω. GALL. *Frotter ensemble ou de tous costez.* ITAL. *Fregare insieme.* GERM. Zusammen reiben / aneinander fügen. HISP. *Fregar vna cosa con otra.* ANGL. *To rubbe together.* } Quòd res secundas confricet. (An pro confringat?) Item, Confricare sensus iudicum imperiosis comminationibus. Cato apud Gell. *cap.* 3. *lib.* 7. ¶ Interdum idem quod simplex frico, ψώχω, τρίβω. Plaut. *in Asin.* Atque poi hodie non feret nisi genua confricantur. Col. *lib.* 2. *cap.* 3. Bouesque quum ab opere disiunxerit substrictos confricet, manibusque comprimat dorsum, & pellem reuellat.

Confringo, is, frango, infringo. { שבר *shibbér* רצץ *rotséts*. συντρίβω, συγκλάω. GALL. *Rompre & briser heurtant l'vn contre l'autre, heurter ensemble.* ITAL. *Frangere, rompere, spezzare.* GERM. Zerbrechen. HISP. *Quebrar.* ANGL. *To break in pieces vpon other, to bruise.* } Pultando penè confregi fores. Plaut. *Mostell. sc.* 2. *a.* 1. pultando pedibus pene confregi assulas. *Ibid. sc.* 2. *a.* 2. Tempestas venit, confregit tegulas. *Ibid. sc.* 2. *a.* 1. quod meas confregisti imbrices, ac tegulas. Idem *Merc. sc.* 6. *a.* 2. Idem *Capt. sc.* 3. *act.* 4. Aulas, calicesque omnes confregit. Confringere consilia. Cicer. 3. *in Verr.* Confringat iste sane vi sua consilia senatoria, quæstiones omnium perrumpat. ¶ Confringere nauem, pro naufragium facere. Terent. *in Andr.* Nauem confregit apud Andrum.

Confractus, participium. { משבר *meschubbár* מרוצץ *merotsáts*. συντετριμμένος,

θὲς, συῤῥαγής. GALL. *Rompu, brisé.* ITAL. *Rotto.* GERM. Zerbrochen. HISP. *Quebrado.* ANGL. *Broken, brused.*} Plaut. *Rud.* Confracta nauis est illis, id est, naufragium fecerunt.

[Confragmentum, simul rugosum, vt mons. Gloss. Isid.]

Cōnfrăgōsus, Præruptus, asper & durus. {איתן ethán. δύσβατος. GALL. *Aspre, desrompu, raboteux, dur & mal aisé.* ITAL. *Alpro, rotto, mal vnito, pietroso, duro.* GERM. Rauch/glatt/Schrofechtig. HISP. *Cosa aspera y dura.* ANGL. *Rough, vne asie, to go to.*} Liu. 1. *ab Vrb.* Confragosa loca & oblitos virgultis tenebant colles. Tortas conditiones & confragosas retuli. Plaut. *Men. sc.* 1. *a.* 4. Confragosi versus. Quint. Item, Argumenta, fortior miles ex confragoso venit. Senec. *epist.* 51.

Cōnfrăgŭs, confragi. Luc. *lib.* 6.

——— & confraga densis
Arboribus dumeta regunt, id est, aspera & inaccessa.

Cŏnfŭgĭo, is, ere, Fugio, profugio, perfugio, præsidium, vel auxilium ab aliquo peto. {חסה chasáh. καταφεύγω. GALL. *Fuir vers quelqu'vn.* ITAL. *Fuggire.* GERM. Fliehen/entfliehen/etwan hinfliehen. HISP. *Huyr hazia alguno.* ANGL. *To flee to one for help.*} Cic. 4. *in Verr.* Quid te futurum est? Quò confugies? In agros confugere. Cic. *Attic. lib.* 5. Confugere in arcem, idem 2. *Tuscul.* Confugere ad aliquem auxilij gratia. Liu. *lib.* 1. Inde Turnus Rutulique diffisi rebus suis, ad florentes Hetruscorum opes, Mezentiúmque regem eorum confugiunt. Virg. 1. *Æneid.* Ad te confugio, & supplex tua numina posco. Cicer. 1. *Tusculan.* Priamum tanta progenie orbatum, quum ad aram confugisset, hostilis manus interemit.

Cōnfŭgĭum, ij, Perfugium. {מחסה machséh. καταφυγή. GALL. *Refuge, le lieu où on s'enfuit pour se sauuer.* ITAL. *Refugio, luogo doue si fuge per saluarsi.* GERM. Ein zuflucht/ein ort da einer hin fleucht beschirmpt zusein. HISP. *El lugar adonde huymos por guarida y amparo.* ANGL. *A refuge, a place to flie for succour.*} Ouid. 4. *Trist. Eleg.* 5.

Qui veritus non es portus aperire fideles
Fulmine percussa confugiúmque rati.

Commune confugium ægris animantibus. Statius 12. *Thebaid.*

Cōnfŭgă, æ, qui ad asylum confugit, dicitur *in l.* 2. *C. de his qui ad asyl. confug. & l.* 22. *C. de Episc. & cleric.* Hotomanus.

Cōnfulcĭo, is, ire, Fulcio. {סמך samách סעד sahád. στηρίζω. GALL. *Soustenir.* ITAL. *Sostentare, fortificare.* GERM. Vnderstützen. HISP. *Sustentar.* ANGL. *To proppe and hold vp.*} Corpora confulta exiguis interuallis, Lucr. *lib.* 2.

Cōnfulgĕo, es, ere, Resplendeo. {נגה nagháh. διαλάμπω. GALL. *Reluire de tous costez.* ITAL. *Resplendere.* GERM. Scheinen/glantzen. HISP. *Resplandeçer.* ANGL. *To shyne on all partes to glitter much.*} Plaut. *Amph.* Totæ ædes confulgebant tuæ, quasi essent aureæ. Et, ardere censui ædes, ita confulgebant.

CŌNFŪNDO, is, Perturbo, & omnia in vnum misceo, permisceo, {ערב haráb בלל balál. συγχέω, συμμίγνυμι. GALL. *Brouïller, mesler ensemble.* ITAL. *Confundere, perturbare.* GERM. Zusammen schütten/vndereinander mischen. HISP. *Confundir, perturbar.* ANGL. *To confound and mingle.*} Fulmina nos confundunt. (i. perturbant.) Quint. Sic Confundere dicentem. (i. perturbare.) Liu. *lib.* 4. *d.* 4. Plaut. *Most. sc.* 3. *a.* 1. Quasi quum vnà multa iura confundit coquus. ¶ Venerem confundere cum multo vino, id est, libidinem cum ebrietate confundere. Ouid. *Eleg. lib.* 2. *Trist.*

Cōnfūsŭs, participium, Perturbatus, turbulentus, varius, permixtus. {מתערב mithharéb בלול balúl. συγκεχυμένος. GALL. *Confus, meslé, brouillé.* ITAL. *Confuso, mescolato insieme, senza ordine.* GERM. Vndereinander gemischt. HISP. *Mezclado, confuso.* ANGL. *Confused, mingled.*} Liu. 6. *ab Vrb.* Confusam eam ex recenti morsu animi, quum pater fortè vidisset, percontatus, Satin salue? Suet. *in Cæs. cap.* 7. Confusus somno proximæ noctis. Et *in Aug. cap.* 43. Confusissimus mos spectandi plebem confusam placidi morte fuisse ducis. Ouid. 6. *Fast.*

——— Confusa pudore repulsa.

Vidi ego confusos (dolore) vultus. Idem *Eleg.* 5. *lib.* 3. *Trist.* ¶ Migrat & in nomen: vnde Confusior apud Plin. *lib.* 7.

Cōnfūsūrŭs, a, um, futuri temporis participium. Ouid. 6. *Met.*

——— sed fásque nefásque
Confusura ruit, pœnaque in imagine tota est.

Confusaneus, a, um, Gell. *cap. vlt. lib. vlt.* Confusanea doctrina, pro varia multiplicique.

Cōnfūsĭo, nis, Perturbatio. {מזג mézegh. σύγχυσις. GALL. *Confusion & trouble, desordre.* ITAL. *Confusione, turbamento, disordine.* GERM. Betrübung/verwirrung/vermischung vieler dingen. HISP. *Confusion y mezcla.* ANGL. *Confusion, out of order.*} Confusio omnium rerum. Cic. 2. *de fin.* Perturbatio vitæ & magna confusio, idem 1 *de nat. deor.* ¶ Confusio, pro animi perturbatione. Plin. *Epist.* 22.

Cōnfūsē, aduerb. Permixtè, perturbato ordine. {συγκεχυμένως. GALL. *Confusement, pesle mesle, l'vn parmi l'autre.* ITAL. *Confusamente, mescolatamente, senza ordine.* GERM. Vermischt/vnordenlich. HISP. *Confusa y mezcladamente.* ANGL. *Without order confusedlie.*} Cic. 1. *de inuen.* In præsentia tantummodo numeros & modos, & partes argumentandi confusè & permistè dispersimus, pòst descriptè & electè.

Cōnfūsim, aliud aduerbium. Plin. *lib.* 18. *cap.* 16. Vnum de ea & cytiso volumen Amphilochus fecit confusim.

[Confuraneus, coartifex. Gloss.]

CŌNFŪTO, as, Refello, diluo, redarguo. {הוכיח hoohiach. ἀνασκευάζω. GALL. *Confuter, ou refuter, reietter.* ITAL. *Confutare, abbatere, conuincere, ripreciare.* GERM. Verwerffen/widersechten/widerlegen. HISP. *Confutar, destruir como vn argumentos de otro, vencer.* ANGL. *To confute, to reproue.*} ab antiquo verbo Futo, si Festo credimus, quo antiquos vsos ait pro arguo. Cic. 2. *de diuin.* Cotta sic disputat, vt Stoicorum magis argumenta confutet, quàm hominum deleat religionem. ¶ Interdum idem quod conuincere: sic enim interpretatur Nonius illud Terentij *in Phormione.* Confutauit verbis admodum iratum patrem. Apud antiquos etiam legitur pro Restringo, vel impedio. Titinnus Setina vt citat Nonius, Coquus magnum ahenum, quando feruit, paula confutat trua. ¶ Nonnunquam etiam pro committere. Varr. *Manio*, apud eundem, Harum ædium summa atria confutabant architecti omnes.

Cōnfūtātĭo, Contrariorum locorum dissolutio. ἀνασκευή. Autor *ad Her.*

Cōngĕdŭs, amnis est Celtiberorum erumpens circa Bilbilem, qui per agri planiciem fluens, exiguum lacum efficit repentibus aquis. Martial. *lib.* 1.

Tepida natabis lenè Congedi vada,
Mollésque Nympharum lacus.

Congellus, proximus est Patriarchæ, & olim successor quoque mortuo, licet non obtineat hæc lex. Falluntur viri eruditi, qui *Congellus*, nomen proprium censent.

CŌNGĔLO, as, Conglacio, frigore astringo, coëo, coagulor. {קפא kapha. κρυσταλλόομαι, συμπήγνυμαι. GALL. *Congeler, geler de tout, faire prendre ensemble & tenir.* ITAL. *Aggelare, agghiacciare.* GERM. Zusammen gefrieren/gefrieren. HISP. *Elar ò enfriar otra cosa.* ANGL. *To freeze together, to congeale and, to waxe thick.*} Per translationem etiam accipitur pro eo quod est in otio degere, præ otio marcescere, quod & Erigere dixit Terent. Cic. *Cælio lib.* 2. *Epist.* Erat in eadem epistola Veternus ciuitatis: gaudebam sanè, & congelasse amicum nostrum lætabar otio.

——— Ister
Congelat, & tellus in mare serpit aquis.

Ouid. *Eleg.* 10. *lib.* 3. *Trist.*

Congelasco. Gell. *cap. vlt. lib.* 10. Congelascit oleum.

Cōngĕlor, passiuum. Col. *lib.* 10. Oleum quod minus prouenit, si congelatur, flaccescit.

Cōngĕlātĭo, verbale. {קפאון kippaón. σύμπηξις ἐκ τοῦ κρύους. GALL. *Congelation, geleure, gelement.* ITAL. *Gelura, gelamento.* GERM. Zusammen gefrierung/gefrüste. HISP. *Elamiento, obra de elarse.* ANGL. *A freezing together, congealing.*} Plin. *lib.* 31. *cap.* 3. Minui certè liquorem omnem congelatione deprehenditur.

CŌNGĔMĬNO, as, are, Gemino: hoc est, duplico. {כפל chaphál. διπλόω, διπλασιάζω. GALL. *Redoubler, venir double ou gemeau.* ITAL. *Raddoppiare.* GERM. Zweymal etwas thun/doppelt thun. HISP. *Doblar.* ANGL. *To double.*} Plaut. *Amphitryon.* Tu peperisti Amphitryonem, ego alium peperi Sosiam: Nunc si pateram patera peperit, omnes congeminauimus. ¶ Inuenitur etiam positum pro multiplicare. Virg. 11. *Æneid.*

——— Et crebros ensibus ictus
Congeminant.

Cōngĕmĭnātĭo, verbale, Duplicatio. {מכפלה malpeláh. διπλασίασις, διπλασιασμός. GALL. *Doublement.* ITAL. *Raddoppiamento.* GERM. Das thun eines dings zwey mal auff einander/dopplung. HISP. *Dobladura.* ANGL. *Doubling.*} Plaut. *Pœn.* Quid hoc est conduplicationis? quæ hæc congeminatio.

Cōngĕmo, is, ere, Simul gemo. {συστενάζω. GALL. *Gemir auec, gemir & plourer ensemble.* ITAL. *Gemere insieme y dolersi.* GERM. Mitseufftzen. HISP. *Gemir juntamente y dolerse.* ANGL. *To morne and wayle together.*} Cicer. *pro Murana*, Congemuit Senatus frequens, neque tamen satis seuerè pro rei indignitate decreuit. Lucretius. Quid mortem congemis & fles? Virg. 2. *Æneid.* transtulit ad fragorem cadentis arboris, Vulneribus (inquit) donec paulatim euicta, supremum Congemuit. & Suet. *in Tib. cap.* 23.

CŌNGĔNĔRO, as, are, Adiungo, coniungo, quasi genere iungo. {συγγεννάω. GALL. *Adioindre auec, congenerer.* ITAL. *Generare, accompagnare.* GERM. Zugesellen/befreundt/oder verwandt machen. HISP. *Aiuntar y acompañar.* ANGL. *To engender together with other.*} Accius *apud Nonium*, Quem mihi congenerat affinitas.

Cōngĕnĭtŭs, {ὁμογενής. GALL. *Né & procreé auec.* ITAL. *Nato insieme.* GERM. Mitgeboren. HISP. *Nacido juntamente.* ANGL. *That is naturallie engendred with a thing.*} Plin. *lib.* 11. *cap.* 39. Pili congeniti non desinunt. Idem *lib.* 16. *cap.* 2.

Cōngĕnĕr, is, adiectiuum, vt, Degener. Eiusdem, vel consimilis generis. {ὁμογενής. GALL. *D'vn mesme genre ou espece.* ITAL. *Chi è della medesima progenie.* GERM. Eines geschlechts oder härkommens. HISP. *El que es de vn mesmo genero y linage.* ANGL. *Of the same kind and sort.*} Plin. *lib.* 15. *cap.* 24. Aliud corpus est terrestribus fragis, aliud congeneri eorum vnedoni.

Cōngĕnŭlātĕ, est genu replicato cadere, vel genibus flecti. {ברך barách. γονυκλιτῶ. GALL. *S'agenouiller, se mettre à genoux.* ITAL. *Inginocchiarsi, cader ginocchione.* GERM. Niderknyen/die knye biegen/oder sich neigen. HISP. *Arrodillarse.* ANGL. *To bow the knees, to fale on the knees or to kneele.*} Cæcilius *Annalium lib.* 6. Ipse regis ferit pectus, aduersum congenulat, percussu deiicit dominium. Sisenna *lib.* 3. *hist.* Multi plagis aduersis icti & congenulati. Ex Nonio.

[Congenuare, est genua iungere. Scal. *in lib.* 6. Varr. *de L.L.*]

Cōngĕr, vide *Congrus.*

Cōngĕrĭēs, vide *Congero.*

CŌNGĔRMĬNO, as, are, Coalescere, coniungi, vel consociari. {συμφύομαι. GALL. *Germer ensemble, s'allier & croistre l'vn parmi l'autre.* ITAL. *Germinare.* GERM. Mit einander wachsen oder zusammen wachsen. HISP. *Brotar y echar las arboles.* ANGL. *To budde and growe together.*} Varr. *rerum hum. lib.* 3. Postea cum his vnam Rempublicam coniuncti & congerminati tenuēre.

Congermanescere, coalescere, in summam æqualitatem venire. Claudius Quadrig. Facite exemplo eorum, vt vos cum illis congermanescere sciant. quo verbo vtitur & Apuleius.

Cōngĕrro, nis, cum quo familiariter versamur, & facetè consabulamur. {συνήθης, συμπαίκτης. GALL. *Compagnon à caqueter & plaisanter.* ITAL. *Compagno à cianciare, à dir buffonerie.* GERM. Ein schwätzgesell. HISP. *El que desuaria en vanas palabras con otros.*} Plaut. *in Truc.* Nequaquam veniunt ad scorta congerrones, hoc est, quasi simul cum scortis garrientes. Idem *Most.* Nunc ego me illac per posticum ad congerrones conferam. [Fest. Gerrones leues & inepti à cratibus dicti, quòd Siculi aduersus Athenienses cratibus pro scutis sunt vsi, quas Græci γέῤῥα appellant. Hinc concerrones & concerræ.]

CŌNGĔRO, is, Congrego, coaceruo, comporto. {צבר tsabár ערם harám אסף asáph. συμφορέω. GALL. *Porter plusieurs choses en vn lieu, amasser, assembler.* ITAL. *Congregare, adunare, ammassare.* GERM. Zusammen

 tragen/

tragen/häuffen. HISP. *Amontonar.* ANGL. *To gather and heape together in to one place, to heape.*} Tib. Diuitias alius fuluo sibi congerat auro. Cic. *pro Manil.* Quas & à maioribus acceperat, & ipse bello superiore ex tota Asia deceptas in suum regnum congesserat. Terent. *in Eunuch.* Quum in cellulam ad te patris penum omne congerebam. ¶ Congerere, pro nidum conficere: vnde auium congestus. Virg. *in Bucol.*

——namque notaui

Ipse locum, aëria quò congessere palumbes.

Cōngēstŭs, particip. {נאסף *neesáph.* συνηθροισμένος, συμπεφορημένος. GALL. *Amassé, amoncelé, entassé l'vn sur l'autre.* ITAL. *Ammazzato, ammachiato.* GERM. Zusammen getragen. HISP. *Amontonado.* ANGL. *Heaped, gathered together one vpon another.*} Cic. 2. *de Diuin.* Grana tritici in os pueri Midæ congesta. Congestum opera apicularum cereum. Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 1. Cùm has herbas in suum aluum congerunt. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 3.

Et vix congestas area cepit opes,

Ouid. 4. *Fast.* ¶ Congestus auium, est cùm aues ad nidum construendum festucas, herbas, floccos, aliáque congerunt. Nam, vt suprà obseruatum, Congerere, est nidificare. Cic. 2. *de Diuinat.* Herbam autem asperam credo auium congestu, non humano satu.

Cōngĕrĭēs, ei, Coadunatio, cumulus, agger. {צבור *tsibbúr* אספה *asephâh.* συμφόρημα, σωρεία. GALL. *Amas, monceau, tas.* ITAL. *Amassamento di cose senza ordine l'vna sopra l'altra.* GERM. Ein zusammen häuffung. HISP. *Monton sobre monton.* ANGL. *An heap or gathering together.*} Plin. *lib.* 10. *cap.* 43. Ita descendere pauentem expressisse tali congerie, quæ poturo sufficeret. Bonorum congeries, Claudius 8. *Pan.* Puluetis congeries. Luc. *lib.* 8. Syluæ congeries. Ouid. 9. *Met.*

Cōngēstŭs, us, ui, συμφόρησις. Col. *lib.* 9. Congestu culmorum & frondium supertegemus. Congestus arenæ. Lucr. *lib.* 6. Copiarum congestus. Tacit. *lib.* 18. Sen. *cap.* 7. *de consol. ad Polyb.*

Cōngestītĭus, quod congestum est. {נאסף *neesáph* נצבר *nitsbár.* συνηθροισμένος. GALL. *Amassé, amoncelé, entassé l'vn sur l'autre.* ITAL. *Ammassato, ammachiato.* GERM. Das zusammen getragen/oder gehäuffet ist. HISP. *Cosa amontonada.* ANGL. *That is heaped or gathered together.*} Col. *lib.* 2. *cap.* 10. Non deterius tamen etiam pinguibus arenis, vel congestitia humo proueniunt. Locus congestitius non solidus ad iacienda fundamenta. Vitruu. *lib.* 3. *cap.* 3. Si autem solidus non inuenietur, sed locus erit congestitius, &c.

Cōngēstē, Aduerbium pro confusè atque sine ordine. Iulius Capitolinus *in Marco Antonio.* Et quidem hæc breuiter & congestè.

Cōngēstĭm, Aduerb. ἀθρόως. Apul. *in Apol.* Hæc enim friuola: pleraque in litoribus omnibus congestim & aceruatim iacent.

[CONGIO, is, per augmentum cresco. Vnde]

Cōngĭārĭum, ij, Munus imperatorium (vt scribit Senec. *lib.* 4. *de benefic.*) quo donabatur populus, sicut donatiuo milites. {λαμπεῖα, ἐπίδοσις. GALL. *Liberalité faite au peuple.* ITAL. *Dono splendido, imperiale.* GERM. Ein herrliche Fürstliche gab oder schencke. HISP. *Don magnifico, como de Emperador.* ANGL. *A gift or dole of a prince or noble man.*} Sic Plin. *in Panegyr.* laudat Traianum quòd congiarium populo dedisset, quo locupletatæ sunt tribus, quum donatiuum milites accepissent. Huius congiarij diuersæ fuerunt summæ: Tiberius enim congiarium populo trecentos nummos viritim dedit: Caligula congiarium populo bis dedit tricenis sestertiis: Nero quadragenos nummos populo diuisit. E congiario tantum ferunt homines, quantum in capita promissum est. Senec. *Epist.* 74. Non congiaria, sed heminaria dabat. Aug. Quintil. fercula illi pro congiariis numerant. Senec. *cap.* 5. *de tranquill.* ¶ Est & congiarium mensuræ genus, apud Paulum Iureconsult. Quintil. *lib.* 6. Congiarium commune est liberalitatis atque mensuræ.

CŌNGĬŬS, [vel congium, mensura liquidorum continens] sex sextarios. Alio nomine dicitur Chus, χοῦς, χοά. Plin. *lib.* 4. *cap.* 10. Liberam & quadrantem in congios duos musti macerant. Ab hoc mensuræ genere Nouellius Torquatus Mediolanensis dictus est Tricongius, quòd vnico haustu, inspectante Tiberio Cæsare, tres siccasset vini congios, de quo vide Plin. *lib.* 14. *cap.* 22.

Cōngĭālĭs, e, adiectiuum: vt, Fidelia congialis, quæ congium capit. Plaut. *Aul.* Multi congialem: plenam faciam tibi fideliam.

Cōngĭārĭŭs, a, um, χοαῖος, αία, αῖον, vt, Congiarius cadus, qui congium continet. Plin. Ipse quum rediit ex Asia, millia cadûm congiariûm diuisit amplius centum. Vide Budæum.

Cōnglăcĭārĕ, est in glaciem conuerti, congelari, glacie concrescere. {συμπήγνυσθαι. GALL. *Se glacer & congeler.* ITAL. *Agghiacciare.* GERM. Gefrieren. HISP. *Enfriarse, elarse.* ANGL. *To freeze or to waxe in ice.*} Cicer. 2. *de nat. deor.* Quæ neque conglaciaret frigoribus, neque niue pruináque concresceret. Cælius Cic. *lib.* 8. Curioni nostro Tribunatus conglaciat, id est, prorsus nil agit Curio.

CŌNGLŎBO, as, in globum cogo, coniungo. {גלם *ghalam* קבץ *kibbéts.* σφαιρόω. GALL. *Entasser & assembler en vn rond, serrer tout autour.* ITAL. *Adunare, ammassare.* GERM. Zusammen kuglen/zusammen trollen/ oder häuffen. HISP. *Emboluer ò amontonar.* ANGL. *To gather, to come or bring round together in plumpes.*} Liu. *lib.* 8. *ab Vrb.* Qui Latinorum pugnæ superfuerant, multis itineribus dissipati, quum se in vnum conglobassent, Vestia vrbs receptaculum fuit. Salust. *Iugurth.* 133. cateruatim, vel quosque fors conglobauerat.

Cōnglŏbātĭo, nis. {גלום *ghelúm* גולם *ghólem* אגדה *aghuddâh.* συστροφή, συνάθροισις. GALL. *Amas en rond.* ITAL. *Adunatione.* GERM. Ein zusammen häuffung als ein kugel. HISP. *Embolnimiento, amontonamiento.* ANGL. *A gathering or comming round together.*} Senec. *nat. quæst.* 1. Multa conglobatione ignium indigens, quum ingens eorum orbis matutini amplitudine Solis interdum exuberet.

Cōnglŏbātŭs, participium. {גלום *ghalúm.* συνηθροισμένος. GALL. *Amassé en rond.* ITAL. *Ammassato, adunato.* GERM. Zusammen gekugelt oder gehäuft. HISP. *Cosa embuelta y amontonada.* ANGL. *Heaped or gathered round together.*} Conglobatum corpus in pilæ modum. Plin. *lib.* 9. *cap.* 47.

Cōnglŏbātĭm, aduerb. {ἀθρόως, σφαιρηδόν. GALL. *En vn tas, en rond.* ITAL. *In mucchio, in monte.* GERM. Hauffechtig/kugelechtig. HISP. *En vn monton.* ANGL. *By heapes together.*} Quod significat per globos, quo vsus est Liu. 4. *bell. Pun.*

CŌNGLŎMĔRO, as, are, à Glomus, eris, Inuoluere, superaddere. {גלם *ghalám.* συνειλίσσειν. GALL. *Emmonceler ensemble, faire ou mettre en pleton.* ITAL. *Inuiluppare, inuolgere, sopraggiugnere.* GERM. Als an ein kneulin winden. HISP. *Emboluer, ò deuanar hilado.* ANGL. *To wind thread in bottomes, to assemble.*} Ennius *Thyeste.* Heus mea fortuna vt omnia in me conglomeras mala!

Cōnglŏmĕrārī, passiuè. Lucr. *lib.* 3. Quàm tenui constet textura, quámque loco se contineat paruo, si possit conglomerari.

CŌNGLŪTĬNO, as, Coniungo, copulo, consio. {חבר *chibbér* הדביק *hidhbik.* συγκολλάω. GALL. *Coler, ioindre ensemble, assembler.* ITAL. *Incollare insieme, congiungere insieme.* GERM. Zusammen leymen/ zusammen fügen. HISP. *Engrudar ò trauar en vno.* ANGL. *To glue together.*} Cic. *de senect.* Sic hominem eadem optimè, quæ conglutinauit, natura dissoluit.

Cōnglūtĭnātĭo, verbale, Coniunctio. {דבק *debék.* συγκόλλησις. GALL. *Assemblement, coniunction.* ITAL. *Assembramento, congiuntione.* GERM. Das zusammen leymen/zusammen fügung. HISP. *Ayuntamiento, engrudamiento, trauazon.* ANGL. *A gluyng together.*}

Cōngræcŏr, aris, deponens, & Congræco, as, neutrum, Compotationibus indulgeo, genialem vitam ago. {סבא *saba.* ἐμπαροινέω. GALL. *Viure ou faire à la mode de Grece, yurongner & gourmander.* ITAL. *Tauernare, sbeuacchiare, cuccinare.* GERM. Im sauß leben/schlemmen/ zechen. HISP. *Andar por tauernas, glotonear.* ANGL. *To feast and mak good chere.*} Plaut. *in Bacch.* Quódque in lustris comedam, & congræcem pater. Tractum est ex more Græcorum, qui compotationibus ac deliciis plus æquo indulgebant. Dicimus in eadem significatione Pergræcor, quod magis est in vsu.

CŌNGRĀTŬLŎR, aris, Signis lætitiam ostendo, cum aliquo gaudeo. {ברך *béreeh.* συνήδομαι, συγχαίρω. GALL. *Declarer qu'on est ioyeux de la bonne fortune aduenuë à quelqu'vn.* ITAL. *Congratularsi, allegrarsi.* GERM. Sich frewen wann es iemandts wol ergangen ist. HISP. *Alegrarse d'el bien de otro.* ANGL. *To reioice with one.*} Cic. *pro Sestio.* Mihi denique homines præcipuè congratulabantur. Emendati codices legunt, gratulabantur.

Cōngrātŭlātĭo, nis. {ברכה *berachâh.* συγχαρμα, φιλοφρόνησις. GALL. *Congratulation.* ITAL. *Congratulatione, rallegrarsi con altri.* GERM. Frolockung/glückwünschung. HISP. *Aquella alegria del bien de otro.* ANGL. *A reioicing together.*} Cicer. *ad Brut.* Sed tamen omnium ordinum consensus, gratiarum actio, congratulatióque commouit.

CŌNGRĔDĬOR, Simul gradior, coeo. {קהל *kahál* יעד *iahádh.* συνέρχομαι, συνίσταμαι. GALL. *S'assembler & venir en vn lieu, s'approcher de quelqu'vn.* ITAL. *Ridursi in compagnia, andar insieme.* GERM. Zusammen gehen. HISP. *Andar juntamente con otro.* ANGL. *To come nigh one or in one place.*} Pauper metuit congredi. (i. sociari diuiti.) Plaut. *Aul. sc.* 4. *a.* 1. Hominem ne congrediamur quæso, (i. conueniamus, colloquamur.) Idem *Amph.* Congrediar, contollam gradum. Idem *Aul. sc.* 5. *a.* 1. Vbi cum hostibus congrediar. Metaphoricè (de dolo,) idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. In congrediendis hostibus. Plin. *cap.* 11. *lib.* 1. & Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 2. Congrediar. i. conueniam & alloquar. Varro, Omnésque in vnam domum congressi, simul discubuere. Item ad pugnandum, vel disputandum ire. {קרב *karáb.* συμβάλλειν, συμπλέκεσθαι, ἀντιτάσσεσθαι, εἰς χεῖρας ἐλθεῖν. GALL. *Se rencontrer l'vn auec l'autre au combat.* ITAL. *Andare insieme à contendere, venire alle mani.* GERM. Mit ehnem ein gang thun/das ist/ sich mit einem in ein streyt begeben. HISP. *Encontrarse con otro en pelea.*} Qui ter cum hoste congressus, victor rediit. Virg. 12. *Æneid.* Vix hostem alterni, si congrediamur, habemus. Cic. 2. *de natura deorum.* Nam ego incautus, qui cum Academico, & eodem rhetore congredi conatus sum.

Cōngrĕdĭēns, participium. {קרב *karéb.* συνιών.} Cic. *de nat. deor.* Sed tum congrediens cum sole, tum digrediens.

Cōngrĕssŭs, a, um, aliud participium. συμπλακείς, συνιών. Virg. *lib.* 12. *Æneid.* Nec pede congressos, nec equo, nec tela ferentes insequitur. Cum datiuo. Virg. 1. *Æneid.*

Infelix puer, atque impar congressus Achilli.

Vbi Seruius, Congredior tibi, antiqui dicebant, sicut pugno tibi, dimico tibi. Hodie dicimus, Congredior tecum, dimico tecum. Idem 5. *Æneid.*

——Pelida nunc ego forti

Congressum Æneam, &c.

Cōngrĕssŭs, us, ui, Congressio, conuentus, conflictus. {מועד *moêdh* קדחה *kadhâh* קרבה *kerabâh.* συνέλευσις. GALL. *Hantement de gens ensemble, abordement, assemblement.* ITAL. *Vnione, assembramento.* GERM. Zugang/ versamlung. HISP. *Aquel encuentro.* ANGL. *The haunting of folkes together.*} Cicer. *de Amicitia*, Vt congressus hominum fugiat atque oderit. Congressu hominum abstinere, Sueton. *in August. cap.* 65. Item, Congressu fœminarum pollui. Plin. *lib.* 14. *cap.* 12. ¶ Congressus, Pro conflictu, seu prælio. {קרב *karáb.*} Salustius, Multi in eo congressu perierunt. Cæsar 1. *bell. ciuil.* Nostri in primo congressu circiter septuaginta ceciderunt.

Cōngrĕssĭo, aliud verbale, colloquium, sermo. {קרבה *kerabâh.* ὁμιλία, συνδιάλεξις.} Cic. 2. *Philip.* Eumque à tua non modò familiaritate, sed etiam congressione patrio iure & potestate prohiberet.

CŌNGRĔGO, as, are, à grege deriuatum, Contraho, cogo, in vnum compello, conuoco, coaceruo, aggrego. {קהל *kahál* אסף *asáph.* συνάγω. GALL. *Congreger, amasser en vn troupeau, entrompeler.* ITAL. *Congregare, adunare.* GERM. Versamlen. HISP. *Ayuntar como ganado.* ANGL. *To gather together.*} Cic. 14. *Philipp.* Ciues vnum se in locum ad curiam congregabant. ¶ Congregari, pro mori, auctore Ribera, quia mortui aggregantur patribus suis. Inde explicat illud Oseæ *cap.* 4. Pisces maris congregabuntur, i. deficient, & morientur.

Cōngrĕgātŭs, particip. {נאסף *neesáph.* συνηθροισμένος. GALL. *Congregé, amassé, assemblé.* ITAL. *Congregato, ridotto insieme.* GERM. Versamlet/ zusammen getriben. HISP. *Ayuntado, amontonado.* ANGL. *Gathered together.*} Cicer. *pro domo sua*, Multitudo hominum ex seruis conductis, congregata.

Cōngrĕgātĭo,

Cōngrĕgātĭo, verbale. {אספה asephah. ἡ ἀγέλη συναγωγή, σύστασις. GALL. *Congregation, assemblee en vn troupeau.* ITAL. *Congregatione, assembramento.* GERM. Versamlung. HISP. *Ayuntamiento.* ANGL. *Assembling, or going together.*} Cic. *lib. 4. de finib.* Natósque esse ad congregationem hominum.

Cōngrĕgābĭlis, e, συναγελαστικός. Quod facilè congregari potest, quod amat congregationem & societatem. Cic. 1. *Offic.* Atque vt apum examina non fingendorum fauorum causa congregantur: sed quum congregabilia natura sint, fingunt fauos.

Cōngressus, & Congressio, vide *Congredior.*

Cōngrex, dicitur gregi copulatus, commistúsque. {συνάγελος. GALL. *Adioint, & assemble au troupeau.* ITAL. *Aggiunto al gregge.* GERM. Vnder die herd vermischt. HISP. *Ayuntado al ganado.* ANGL. *Gathered to the flocke.*} Apuleius *lib. 9.* Namque me congregem pastor egregius aliquando permisit. Nullis compotationibus congreges Christiani, Tertull. *lib. singulari de Pœnit.*

Cōngrŭo, is, grui, Conuenio, consentio. {כשר chaschér. συμπίπτω, ἁρμόζω, συμφωνῶ. GALL. *S'accorder, & conuenir.* ITAL. *Confarsi, conuenire.* GERM. Einhellig sein/Gut fügen/schicken/oder reymen. HISP. *Conuenir ò concertarse.* ANGL. *To consent, to agree.*} Tractum à gruibus, teste Festo, quæ non se segregant, quum volant, siue quum pascunt. Plaut. *in Curc. sc. 2. a. 2.* Sanè illi inter se congruunt concorditer. Cic. 4. *in Verr.* Quòd suos dies mensésque congruerere volunt cum Solis lunæque ratione. Sueton. *de claris Gram.* Quod equidem non temerè crediderim, quum temporum ratio vix congruat. Cum datiuo. Terent. *Phorm.* Congruit mulier magis. Cicer. *ad Papir. Paetum lib. 9. 24.* Volo enim te scire, mi Pæte, initium mihi suspicionis & cautionis & diligentiæ fuisse literas tuas: quibus literis congruentes fuerunt aliæ postea multorum. Cum Ad, Id non congruit ad nostras litteras. Gell. *cap. 6. lib. 14.* Liuius 1. *ab Vrbe*, de Faustulo, Expositos iussu regis infantes sciebat, & tempus quo ipse sustulisset, ad ipsum congruere. id est, competere. Budæus. Solinus in proprio significatu vsus est *cap. 19.* de gruibus, Concors cura omnium pro fatigatis, adeò vt si quæ defecerint, congruant vniuersæ, lassásque sustollant, vsquedum vires otio recuperentur.

Cōngruens, tis, participium, Aptus, accommodatus, conueniens. {כשר chaschér נאה naué נכון nachón. ἁρμόδιος. GALL. *Accordant, conuenable.* ITAL. *Accordante, conueniente.* GERM. Einhellig/sich fügend oder reymend. HISP. *Conueniente.* ANGL. *VVhich serueth to the purpose.*} Plin. *in Paneg.* Ita charitas mutua, ita congruens tenor vitæ. Non congruens vitæ mors. Suet. *in Othon. cap. 17.*

Cōngrŭentissĭmus, superlatiuus: vt, Congruentissima voce insigniter acclamare, apud Apuleium *Apologia.*

Cōngrŭentia, æ, Conuenientia, similitudo. {כשרון chischarón. ἁρμονία, συμφωνία. GALL. *Conuenance, similitude, accord.* ITAL. *Conuenienza, similitudine, accordo.* GERM. Gleichförmigkeit. HISP. *Conueniencia, semejança, accordo.* ANGL. *Aptenesse, lykenesse.*} Suet. *in Othone.* Neroni insitatus, facile primum inter amicos locum tenuit congruentia morum. Congruentia pronunciandi. Apul. *Apolog. 1.* ¶ Vnde & Congruum, συμφωνον, & incongruum, ἀσύμφωνον: Congruens, & incongruens. Lactant. *lib. 2.* Est autem peruersum & incongruens, vt simulachrum hominis simulachro Dei colatur.

Cōngrŭentĕr, aduerbium, Conuenienter. {ἁρμοδίως, συμφώνως. GALL. *Conuenablement.* ITAL. *Conueneuolmente.* GERM. Gleichförmiglich/füglich. HISP. *Concertadamente.* ANGL. *Aptlie, fitelie.*} Cicer. 3. *de Orat.* Vt ad id, quodcunque agetur, aptè, congruentérque dicamus.

Cōngrŭus, adiect. ἁρμόδιος. {ANGL. *Fitte, conuenient to the purpose.*} vt, Congrua tempora. Claud. *in Ruff.*

Cōngrus, siue Conger. {γόγγρος. GALL. *Vn poisson appellé Congre.* ITAL. *Congro pesce.* GERM. Ein langer schlipferechtiger fisch in dem meer wie ein aal. HISP. *El congrio pescado.* ANGL. *A cunger.*} Piscis est oblongus & lubricus, magnæ anguillæ non dissimilis, etiam hodie nomen retinens. Terent. En congrum istum maximum in aqua sinito ludere paulisper. Plin. *89. c. 20.* Alij longi, vt muræna, conger. Congrum, Murenam exdorsua. Plaut. *Aul. sc. 6. a. 2.*

‖Congum, *Congo*, vrbs primaria regni Congi in Africâ, sub ditione Lusitanorum.‖

Cōngylis, γογγυλίς, rapum ‖à rotunditate. γογγύλος enim (idem quod στρογγύλος) est in formam rotundam, aut turbinatam contractus, seu conglobatus.‖

Coniades, Κωνιάδης, Scriptor Græcus, cuius opus de apparatu vini citat Plin. *lib. 14. cap. 19.*

Coniates, κονιάτης Græco vocabulo appellatur, qui parietes incrustat, aut tectorium inducit. ¶ Item qui athletas luctam inituros ceromate inungebat.

Conimbrica, Lusitaniæ oppidum, vt autor est Plin. *lib. 4. c. 21. in descriptione Lusitaniæ*, vulgò *Coymbra.*

Cōnĭfĕră arbor, dicitur quæ conos fert, hoc est, nuces pineis similes. κωνοφόρος δένδρον. Et coniferæ cyparissi. Coniferos, κωνοφόρους vocabant Græci, qui in Bacchi exercitu, dum in Indiam proficisceretur, thyrsos ferebant, conis & strobilis exornatos.

Cōnĭcĭo, is, Iacio, iaculor, simul iacio. ‖Sed vt simplicia aliqua pro compositis: ita & contrà vsurpantur. Est autem *conijcere* frequenter idem atque στοχάζεσθαι & εἰκάζειν, opinionem de aliqua resumere, probabiliter colligere.‖ {רמה ramáh ירה iaráh. ῥίπτω, βάλλω. GALL. *Ietter ensemble, ruer, faire aller & entrer.* ITAL. *Gettare insieme.* GERM. Zusammen werffen. HISP. *Echar, echar con otro.* ANGL. *To hurle to cast together.*} Liuius 2. *ab Vrbe*, Clamore subito vndique in vnum hostem tela coniiciunt. Cæsar *lib. 1. Com.* Pro vallo carros obiecerant, & è loco superiore in nostros aduenientes tela coniiciebant. ¶ Coniicere se aliquò, est cum festinatione se aliquò recipere. Terent. *Heaut.* Hæc vbi aperuit ostium, continuò hic se coniecit intrò. Cicer. *pro M. Cælio*, Sin se in intimum balnei coniicere vellent, non satis commodè calceati & vestiti id facere possent. Coniectæ in noctem naues. Cæs. 3. *de bell. ciuil.* ¶ Conijcere se in pedes, vel in fugam, idem est quod fugere, vel fugam arripere. Terent. *in Phorm.* Hinc me coniicerem protinus in pedes. Cic. *pro Cæl.* Atque illo repentino hominum impetu se in fugam coniecisse. ¶ Coniicere in vincula. Salust. Ex eo numero complures. Qu. Metellus Celer Prætor ex senatusconsulto causa cognita in vincula coniecerat, id est, Idem. ¶ Coniicere vestem in collum. Plaut. *in Epid.* Orna te Epidice, & palliolum tuum in collum coniice, i. impone. Coniiciam in collum pallium vt serui comici. Idem *Capt. sc. 1. a. 4.* Et cum datiuo:

——— *Cometlaque vincula collo* *Accipit.*

Ouid. *Eleg. 1. lib. 4. Trist.* Coniectæ in noctem naues. Cæs. 3. *de bell. ciu.* ¶ Coniicere aliquem in lætitiam, lætitia afficere. Terent. *in Heaut.* Syreni, obsecro, ne me in lætitiam frustrà coniicias. ¶ Ponitur etiam frequenter pro coniectura assequor, coniecturam facio, agnosco, auguror, diuino. {שער schabér פתר pathar קסם kasám. συμβάλλω, στοχάζομαι. GALL. *Auoir quelque opinion par coniecture, coniecturer.* ITAL. *Congetturare.* GERM. Erdencken/errahten/ein gemerck oder argwon vberkommen. HISP. *Conyturar.* ANGL. *To gesse.*} Terent. *in Phorm.* Tu coniicito cætera. & *in Eunuch.* Quid illud mali, nequeo satis mirari, neque coniicere. Plaut. *in Curc. sc. 2. a. 2.* Mane si, dum huic coniicio somnium. Cicer. 2. *de Diuin.* Num igitur aut aruspex, aut augur, aut vates quis, aut somnians meliùs coniecerit, aut ex morbo euasurum ægrotum, aut ex periculo nauem, aut ex insidiis exercitum, quàm medicus, quàm gubernator, quàm imperator? Coniicere & consistere causam. Gell. *cap. 10. lib. 5.* Item, Coniicere, pro interpretari, (de Grammatico,) Gell. *cap. vlt. lib. 13.*

Coniectatio Chaldæorum ambagiosa, Gell. *c. 1. lib. 14.*

Coniectanea Capitonis. Gell. *cap. 7. lib. 14.*

Cōniecto, as, frequentatiuum, Existimo, iudico, diuino. {שער schabér קסם kasám. τεκμαίρομαι. GALL. *Coniecturer, dire son opinion sans en sçauoir au vray, & quasi endeuiner.* ITAL. *Congetturare, far congettura.* GERM. Errahten/erachten/schätzen/ein gemerck nemmen. HISP. *Conjeturar, adeuinar.* ANGL. *To gege and giue his opinion.*} Terent. *in Eunuch.* Neque scio quid dicam, aut quid coniectem. Liu. 2. *ab Vrb.* Postea euentu rem coniectantibus visum ad damnationem ipsius Camilli, captæ deinde vrbis, &c. ¶ Coniectare pro coniicere συμβάλλειν: in quo iaciendi retenta significatio. vt, Coniectare ad cœnulam non cupedias ciborum, sed argutias quæstionum. Gell. *c. 13. lib. 6.* Et apud eundem *lib. 7. c. 19.* decreti verba hæc sunt: Cùm L. Cornelius Scipio Asiaticus triumphans, hostium duces in carcerem coniectauerit. De eodem verbo, lege eundem Gell. *cap. 8. lib. 17.*

Cōniector, is, Interpres somniorum, & portentorum vates. {פתר pothér קסם kesém. ὀνειροκρίτης, ὀνειρόπολος. GALL. *Celuy qui predit par coniecture, deuin.* ITAL. *Interprete, spianatore de sogni.* GERM. Ein außleger der treumen. HISP. *Deuinador, soltando los sueños.* ANGL. *An interpretour of dreames.*} à coniectura, hoc est, directione quadam rationis ad veritatem. Cic. 2. *de Diuin.* Defert ad coniectorem quidam somniasse, se ouum pendere ex fascia lecti sui cubicularis. Ego Tiresiam coniectorem aduocabo, Plaut. *Amph.* Quin coniectores à me consilium petunt. Idem *Curc. sc. 1. a. 2.* Idem *in Pœn.* Nam isti quidem hercle orationi OEdipo opus Est coniectore.

Cōniectūră, vt ait Speusippus, est, rei latentis indicium, & est id quod quis per rationes, & signa & tempora, & huiusmodi coniicit, id est, cogitat, & colligit, opinio, suspicio, diuinatio. {קסם késem פתרון pithron. στοχασμός. GALL. *Coniecture.* ITAL. *Congettura, signale.* GERM. Ein gemerckte mutmaßung auß deren man etwas abnimpt. HISP. *Conjetura.* ANGL. *Gessing.*} Cic. *Cornific.* Quantum copiarum haberes, tum ipsa coniectura consequi poteram, tum ex literis tuis cognoui.

Augurium ratio est & coniectura futuri.

Ouid. *Eleg. 8. lib. 1. Trist.* Potin' coniecturam facere, si narrem quod somniaui. (Mox coniicere somnium.) ¶ Plaut. *Curc. sc. 1. act. 2.* Idem *Menech. sc. 2. a. 1.* Quintil. *lib. 3.* Coniectura dicta est à coniectu, id est, directione quadam rationis ad veritatem: vnde etiam somniorum, atque monstrorum interpretes, Coniectores vocamus. Coniecturam Rhetores accipiunt pro eo statu quum facti est controuersia: quoniam coniecturis causa confirmatur: vocatur & Constitutio coniecturalis.

Cōniectūrālis, e, adiectiuum, quod per coniecturam colligitur, & proponitur, {στοχαστικός. GALL. *Qui gist en coniectures, chose qu'on cognoist, sçait, & prouue par coniectures.* ITAL. *Cosa che se giudica per congettura.* GERM. Das man auß gemerckten oder mutmaßungen verstehet vnd abnimpt. HISP. *Cosa de conjetura.* ANGL. *That is vnderstanded by gessing.*} ¶ Vnde Coniecturalem statum vocant Rhetores, quum per coniecturas quæritur an aliquid factum sit. Autor ad Herenn. *lib. 1.* Coniecturalis est, quum de facto controuersia est: hoc modo, Aiax in sylua, postquam resciuit quæ fecisset per insaniam, gladio incubuit. Vlysses interuenit, occisum conspicatur, è corpore telum cruentum educit: Teucer interuenit, vbi fratrem occisum, & inimicum fratris cum gladio cruentato videt, capitis accersit. Hic quoniam coniectura verum quæritur, de facto erit controuersia, & ex eo constitutio causæ Coniecturalis nominatur.

Cōniectūro, as, are, Coniicio. Senec. *lib. 7. nat. quæst.* Nobis coniecturare tantùm illa in occulto libet, nec cum certa inueniendi fiducia, nec sine spe.

Cōniectānea, συμβαλλόμενα, libri ‖in quibus scribimus quæ coniectamus, h. e. coniecturas nostras.‖ Gell. *lib. 20. c. 11. de librorum festiuis inscriptionibus*: Est qui inscripsit, συμμικτά. Sunt item multi qui coniectanea. Ab eod. Gell. *lib. 14. vlt.* citatur Atticus Capito in Coniectaneorum ducentesimoquinquagesimo nono.

Coniectatoriè, Aduerb. στοχαστικῶς. Gell. *lib. 14. c. 3.* Et eius rei argumenta quædam Coniectatoriè ex eorum scriptis protulerunt.

Cōniectārium, Efficax atque perfectum. ἔντεχνον. Cic. 4. *de fin.* Illud verò minimè coniectarium. Nonius.

Cōniectus, us, Iactus, coniectio. {רמיה remijáh משלכה mischlacháh. βολή. GALL. *Iettement.* ITAL. *Il giettare.* GERM. Ein zuwurff. HISP. *El echamiento lance.* ANGL. *Casting or hurling together.*} Plin. *lib. 26. c. 4.* Æthiopide herba amnes ac stagna siccari coniectu, tactu clausa omnia aperiri. ‖ Item Congregatio. Lucr. ¶ Sic coniectus radiorum, apud eundem: &, Coniecturis oculorum. Cicer. *pro Planc.* Non enim tribum

bum

bum Tarentinam, de qua dicam alio loco, sed dignitatem, sed oculorum coniectum, sed solidam & robustam & assiduam frequentiam præbuerunt.

Coniectio, verbale. [Actus conicientis, item coniectura συμβολή. Est & vox forensis.] {רמיה remijah המחטר mattachauch. ἐμβολή, συμβολή. ANGL. *A casting or hurling together.*} Cic. *pro Cæcin.* Neque iactu cominus, neque coniectione telorum. ¶ Coniectio causæ dicitur, vt autor est Asconius, causæ suæ in breue coactio: quia litigatores quum ad iudicem venissent, antequam causa ageretur, quasi per iudicem strictim & anguste rem exponebant: id quod dicebatur causæ coniectio: fortasse quod inde de tota disceptatione iudex conicere aliquo modo posset. Coniectio item ponitur pro Diuinatione à Cic. *de nat. & Diuin.* Vbi coniectionem somniorum exponit vim cernentem & explanantem, quæ à diis hominibus significentur somniis. ¶ Coniectio item pro Coniectura. Vlp. *D. lib. 28. tit. 1. l. 21.* Vtrique placeret coniectionem fieri eius quod reliquit, vel ex vicinis scripturis, vel ex consuetudine patrisfamilias, vel regionis.

Cōnĭectŭs, a, um, participium. {משלך muschlach. συμβεβλημένος. GALL. *Ietté.* ITAL. *Gittato.* GERM. Geworffen. HISP. *Echado.* ANGL. *Cast an hurled together.*} Cicer. *de Amic.* Sed existimare debes, omnium oculos in te esse coniectos: vnum te sapientem existimant, & appellant.

Coniectum accipere, est contributionem exigere. Coniectus ergo, siue Coniectum, Græcæ vocis imitatione, symbola dicitur, id est, pensitatio & tributum, quod aliqua de causa exigitur, & confertur.

Conila, æ, siue Conile, es, κονίλη, Olus est cicutæ simillimum, quod à Dioscoride Myrrhis appellatur. Legitur hoc nomen in quibusdam Dioscoridis exemplaribus: quanquam doctiores malint numerare inter ea quæ scriptori huic paulatim accreuerunt. Nicander certè, *in Theriacis*, Conilam eandem facit cum origano.

[Conimbrica, *Coimbra*, V. E. regni Lusitaniæ, sub A. Bracarensi.]

Cōnīon, {κώνειον. GALL. *Cigue.* ITAL. *Cicuta.* HISP. *Cicuta.* ANGL. *Hemlocke.*} Græco nomine appellatur herba perniciosissima publica Atheniensium pœna nobilitata, quam Latini Cicutam appellant.

Conisalus, κονίσαλος, Deus habitus est apud Athenienses, qui simili ferè ritu colebatur, quo apud Lampsacenos Priapus. Autor Strabo *lib. 3.*

Conisco, as, est cornu petere more arietum, quum procurrentes capita inter se collidunt. {נגח nagháh. κυρίττω. GALL *Cossir, hurter front contre front, comme font les moutons.* ITAL. *Assaltare con la cerna.* GERM. Die köpff aneinander püffchen oder stossen. HISP. *Herir con cuernos.* ANGL. *To dash with the hornes likbulles and rammes.*} [Lucret. *lib. 2.*

Et satiati agni ludunt blandéque coniscunt.]

Quint. *lib. 9.* et Cic. *in Pisonem.* Caput opponis, cum eo coniscans. Lucret. *lib. 2.* Vt satiati agni ludunt, blandéque coniscant.

Conisium, Theutraniæ oppidum, non procul à Caico fluuio, cuius meminit Plin. *lib. 5. cap. 30.*

[Conisterium, κονιστήριον. Vitruu. *lib. 5. 11.* mendosè *Conisterium*, locus, vbi puluere post vnctionem luctaturi aspergebantur, vt prehensiones essent firmiores & minus lubricæ. Phil. à κονίεσθαι in puluere versor.]

Cōnĭstĭcæ, aues, quæ à nonnullis Pulueratrices appellantur: vtroque nomine ab earum consuetudine deducto, quòd se pulueri soleant immergere. ὄρνιθες κονιστικαί. Vide Cæl. *lib. 6. c. 26.*

Conislea, & Conistrā, æ, κονίστρα. Arena, siue palæstra ita nominata ἀπὸ τῆς κονίας, hoc est, à puluere, quo athletæ se mutuò solent aspergere.

Conistorsis, vrbs Hispaniæ citerioris in tractu Celtico: cuius meminit Strab. *lib. 13.*

[Coniubatus, coniugatus. Gloss.]

Cōnĭŭgo, as, Coniungo, quasi in vnum iugum iungo. {הצמיד hitsmidh חבר chibbér. συζευγνύω. GALL. *Ioindre & allier ensemble comme sous vn ieug.* ITAL. *Congiungere.* GERM. Zusammen iochen, zusammen binden, zusammen kupplen. HISP. *Ayuntar.* ANGL. *To ioyne and couple together in one yoke.*} Cic. 1. *Offic.* Estque ea iucundissima amicitia, quam similitudo morum coniugauit.

Cōnĭŭgātă, σύζυγα, συστοιχούμενα, συζυγοῦντα, apud Rhetores sunt quæ ab vno genere veluti iugo flectuntur: vt à iustitia, Iustus, Iustè, Iustum. ¶ Hinc locum à Coniugatis dicimus, quum ita argumentamur, Si risus, gaudium est, ergo & ridere, gaudere.

Cōnĭŭgātŏr, is, {συζευκτής. ANGL. *That yoketh thinges together.*} vt, Boni amoris coniugator, de Hymenæo dixit Catullus in Epithalamico.

Cōnĭŭgātĭo, Coniunctio. {צמד tsemédh מחברת machbéreth. συζυγία. GALL. *Vnion, liaison.* ITAL. *Vnione, ligamento.* GERM. Zusammen bindung. HISP. *Ayuntamiento.* ANGL. *Yoking or coupling together.*} Cicer. *in Catone*, Adminiculorum ordines, capitum coniugatio & religatio. ¶ Dicitur etiam Grammaticis Coniugatio, variatio & declinatio in verbis, quòd multa tempora sub vnum thema, quasi iugum subiungat.

[Coniuges, e, σύζυγος, iugum idem habens. Solin. *cap. 30.* Habent affectus non temere nisi coniuges euagantur.]

Cōnĭŭgŭs, quod coniugatum est. {σύζυγος. ANGL. *Yoked together.*} Plin. *lib. 8. cap. 23.* Coniuga ferme vagantur, nec nisi cum compare vita est.

Cōnĭŭgŭlŭs, a, um; vt, Coniugula myrtus, apud Catonem *c. 133.* Plin. *lib. 15. c. 29.* Cato tria genera myrti prodidit: candidam, nigram, coniugalem, forsassis à coniugiis, ex illo Cluacinæ genere.

Cōnĭŭgĭum, matrimonium, [status eorum qui sunt coniuges.] {חתנה chathunnáh. συζυγία, ἐπιγαμία. GALL. *Mariage, coniunction & lien de mariage.* ITAL. *Matrimonio.* GERM. Der Ehestand. HISP. *Casamiento de marido à muger.* ANGL. *Mariage, the bond of mariage.*} Virg. 1. *Æneid.*

Coniugio iungam stabili, propriámque dicabo.

Cic. 4. *de fin.* Vt coniugia virorum & vxorum à natura coniuncta esse dicerent. Idem 1. *Offic.* Prima societas in ipso coniugio est, proxima in liberis.

Anna bonum oblita es facinus, quo regnum adepta es coniugium, Catul. *de coma Beren.* ¶ Coniugium, pro coitu. Virg. 3. *Georg.*

——— *sæpe sine vllis*
Coniugiis vento grauidæ.

Coniugium pro coniugatis. Plin. *lib. 10. c. 12.* Pellunt nidis pullos, ac volare cogunt, sicut & corui: qui & ipsi non carne tantùm aluntur, sed robustos quoque fœtus suos fugant longiùs. Itaque paruis in vicis non plus bina coniugia sunt: circa Cranonem quidem Thessaliæ singula perpetuò, genitores soboli loco cedunt. Vbi Plin. bina coniugia vocat Bina paria, duos mares ac totidem fœminas.

Cōnĭugālis, e, quod ad coniuges, siue ad coniugium pertinet. {γαμικός. GALL. *De mariage, des appartenances de mariage.* ITAL. *Matrimoniale.* GERM. Ehelich, oder das zu den eeleuthen gehört. HISP. *Cosa perteneciente al casamiento.* ANGL. *Belonging to mariage.*} vt, Coniugalis torus, lectus coniugum. Dij coniugales dicuntur, qui coniugiis præsunt, vt Iuno, Venus, Hymen. Senec. *in Medea*, Dij coniugales, tuque genialis tori Lucina custos.

Cōnĭŭgĭālis, in eadem significatione, Ouid. 5. *Metam.*

——— *fremitu regalia turba*
Atria complentur, non coniugialia festa
Qui canat, est clamor, sed qui fera nunciet arma.

Fœdus coniugiale. Idem 11. *Metam.*

Tunc quoque mansit amor, nec coniugiale solutum est
Fœdus.

Iura coniugialia, idem 6. *Metam.* Nec mea virginitas, nec coniugialia iura.

Cōnĭūnx, secundùm Priscianum, à Coniungo, is, siue Coniux sine n, secundùm Phocam, à Coniugo, as, Vxor, seu maritus. {שגל schéggal. ὁμόζυγος. GALL. *Le mary ou la femme.* ITAL. *Moglie, ò vero marito.* GERM. Ein Ecgemahl. HISP. *El marido ò la muger.* ANGL. *The husband or his wife.*} Cicer. *ad Qu. Frat. lib. 3.* Fidelissima coniux. Ouid. 2. *Metam.*

Hoc certè factum coniux mea nesciet, inquit.

Debita coniux, id est, promissa & sponsa. Idem *Epist. 7.* Quondam sibi debita coniux. Idem 13. *Metam.* Me pia detinuit coniux. Deiectam coniuge esse, id est, maritum amisisse. Virg. *lib. 3. Æneid.*

Heu quis te casus deiectam coniuge tanto Excipit.

Cōnium, κώνειον, vide Conion.

Cōnĭūngo, is, ctum, Simul iungo, copulo, concio, congrego, coagmento, concilio, connecto. {חבר chibbér הרביק hidbik. συνάπτω. GALL. *Conioindre, allier, vnir.* ITAL. *Congiongere.* GERM. Zusammen fügen. HISP. *Ayuntar.* ANGL. *To ioyne, couple or sett together.*} vt, Coniungere boues, apud Catonem *de re rust. cap. 138.* Cassius *ad Cic. lib. 12.* Castra oppido coniunxit. Virg. 3. *Ecl.*

Pan primus calamos cera coniungere plures Instituit.

Ouid. 8. *Metam.*

——— *dextram coniungere dextra.*

Cic. *pro Cluent.* Quantam vim habeat ad coniungendas amicitias studiorum ac naturæ similitudo. Te bouem esse & me asellum, vbi tecum coniunctus sum (id est, vinctus vinculo affinitatis,) & socer tuus factus. Plaut. *Aul. sc. 4. a. 1.*

Cōnĭūnctus, participium. {מחבר mechubbár מרבק mudhbák נצמד nitsmád. συνημμένος, συζευχθείς. GALL. *Conioinct, allié, vni.* ITAL. *Congiento.* GERM. Zusammen gefügt. HISP. *Ayuntado.* ANGL. *Ioyned or coupled together.*} vt, Homines beneuolentia coniuncti. Idem *in Verrem*, Quæ est enim tanta facultas & dicendi copia, quæ istius vitam tot vitiis, flagitiisque coniunctam aliqua ex parte defendere possit?

Coniunctum, vox Dialecticorum. Gell. *c. 8. lib. 16.*

Cōnĭūnctus, nomen ex participio. Plancus *ad Ciceronem*, Sed primùm quòd ita meritos iudicabam: deinde quòd ad omnes casus coniunctiores Reipublicæ esse volebam. Cic. *de Amic.* Tum etiam cum iis & inter se coniunctissimos fuisse M. Curium, & T. Coruncanum memoriæ proditum est.

Cōnĭūnctĭo, verbale, Copulatio, congregatio, necessitudo. {דבק debék מחברת machbéreth התחברות hithchabberúth. σύζευξις. GALL. *Conionction, alliance, vnion, grande amitié.* ITAL. *Congiontione, congiongimento, grande amicitia, confederatione.* GERM. Zusammen fugung, verbindung. HISP. *Ayuntamiento, gran amistad.* ANGL. *A ioyning together, freindship.*} Plin. *lib. 14. c. 29.* Ideò tum electa, quoniam coniunctioni & huic arbori Venus præest. Cic *ad Brutum*, Coniunctio tua cum collega concordiáque vestra, quæ literis communibus declarata est. Societas coniunctionis humanæ, idem 1. *de finib.* ¶ Coniunctio, partem etiam orationis faciunt Grammatici. Idem *de Orat.* Cum demptis coniunctionibus dissolutè plura dicuntur. Coniunctio connexiua, apud Gell. *c. 29. lib. 10.* ¶ Ponitur etiam pro enunciationis genere in quo adhibetur. Et Cic. *de Fato*, Ergo hæc quoque coniunctio est ex repugnantibus: & est Fabius, & in mari Fabius morietur.

Cōnĭūnctē, aduerbium, Simul coniunctim. {יחד iachadh. συνημμένως, συνδυαστικῶς. GALL. *Conioinctement, en toute vnion & concorde.* ITAL. *Congiuntamente.* GERM. Sammenthafft, miteinander. HISP. *Ayuntadamente.* ANGL. *All together.*} Cic. 2. *de Orat.* Et si coniunctè sit celatum, &c. Plin. *in Epist. 94.* Huius est hæres Maximus noster, quem & ipse amo, sed coniunctiùs tu.

Cōnĭūnctĭssĭmē & amantissimè cum aliquo viuere. Cic. *de Amic.*

Cōnĭūnctim, aliud aduerbium, τὸ συνημμένως. Cæs. 6. *bell. Gall.* Huius omnis pecuniæ coniunctim ratio habetur.

[Coniuola, occulta. Festus. & Coniuoli, concordes, iuncti. Glossar. Isidor.]

Cōnĭus, vide Coniuge.

Cōnĭūro, as, simul iuro, consentio, conspiro, & plerunque in malam partem. {קשר kaschár. συνόμνυμι, συνωμοτέω. GALL. *Coniurer, conspirer, iurer ensemble de faire vne mesme chose.* ITAL. *Congiurare.* GERM. Zusamen schweren. HISP. *Conjurar los que conspiran.* ANGL. *To conspire or sweare together for the performance of an act.*} Salust. Sed antè coniurauere pauci, in quibus Catilina fuerat. ¶ Interdum in bonam partem accipitur, quum plures eidem iuramento honestam ob causam sese astringunt. Vnde Mutius Scæuola apud Liu. *lib. 2.* Trecenti (inquit) coniura-

coniurauimus principes iuuentutis Romanæ, vt in te hac via grassaremur. ¶ Horatius *de arte poet.* per translationem posuit pro consentire, siue sibi mutuò opem ferre,

Alterius sic altera poscit opem res, & coniurat amicè.

¶ Est etiam Coniurare simpliciter iurare. Gell. Age, militiam saltem defende: tu verbis conceptis coniurasti sciens, tenere animo tuo

Cōniūrātio, verbale, conspiratio. {קשר *koscher*. συνωμοσία, σύστασις. Gall. *Coniuration, ou conspiration.* Ital. *La congiuratione.* Germ. Zusammen schwerung. Hisp. *La conspiracion ò conjuracion.* Angl. *Conspiracie.*} Ter. *in Hecyr.* Prô deûm atque hominum fidem, quod hoc genus est? quæ hæc coniuratio? Vt omnes mulieres eadem æquè studeant, nolintque omnia. Cicer. 2. *de Diuin.* Mirabile autem illud, quòd eo ipso tempore, quo fieret iudicium coniurationi in Senatu, signum Iouis biennio postquam erat locatum, in Capitolio collocabatur. Coniurationis globus. i. coniuratorum. Velleius.

Cōniurati, dicuntur, qui coniurarunt, iurati qui iurarunt. {קשרים *keschirim*. οἱ συνομόται. Gall. *Qui ont coniuré, coniurateurs.* Ital. *Quelli che son congiurati insieme.* Germ. Die zusammen geschworne. Hisp. *Los que conspiran, ò estan conjurados con otros.* Angl. *That haue sworne together to performe an purpose.*} Cicer. *in Catil.* Ego quanta manus est coniuratorum, quam videtis esse permagnam, tantam me inimicorum multitudinem suscepisse video. ¶ Interdum coniungitur cum genitiuo: vt, Coniuratus Getarum, qui cum Getis conspirauit. Claud. 2. *in Ruf.*

——— tunc proditor ille
Impius imperij, coniuratúsque Getarum
Distulit instantes, eluso principe, pugnas.

Coniurati, milites sacramento rogati. Liu. 5. *d.* 5.

Coniuratim. Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 2. Siquidem omnes coniuratim cruciamenta conferant. (Aliàs tamen coniurati.)

[Conium, vide *Conniuum.*]

Cōnlatro, as, are, Latratu infesto, obloquor. {συλλατρέω. Gall. *Abbayer ensemble, abbayer contre quelque chose pour le blasmer.* Ital. *Abbaiare.* Germ. Wider etwas bellen oder reden, schmähen. Hisp. *Ladrar propriamente los perros.* Angl. *To bark against one and blame.*} Senec. *de vita beata*, Si quis ex his qui philosophiam collatrant, quod solent, dixerit, Cur ergo melius loqueris, quàm viuis?

[Conlectus, conlectio. Virg.]

Cōnlūtulo, vide *Collutulo.*

[Connolunt, dentibus comprimunt. Gloss. Isid.]

Cōnnato, as, connatare, simul natare. συννήχομαι. Connatat nobiscum, dixit Plaut. per translationem, pro Riualis est.

Cōnnecto, is, Simul necto. {קשר *kaschár* אסר *asár* חבר *chibbér*. συμπλέκω, συνείρω. Gall. *Lier & attacher ensemble, accoupler, conioindre.* Ital. *Attacare insieme.* Germ. Zusammen knüpffen, an ein ander binden. Hisp. *Trauar vna cosa con otra.* Angl. *To knitt and tie together.*} Quint. *lib.* 5. *c. vlt.* Quæ apprehensa Græci magis (nam hoc solùm nobis peius faciunt) in catenas ligant, & inexplicabili serie connectunt. Falces scalásque connectere. Tacitus *lib.* 19. Connectere fabellas pro componere. Senec. *c.* 8. *de consol. ad Polyb.* Cum datiuo, Cic. *in Pisonem*, Persequere connexos his funeribus dies. Connectere item pro Orationem perpetuam concatenare, dixit Quint. *lib.* 2. Nonnulli certa sibi initia, priùs quàm sensum inuenerint, destinant: eáque claré secum diúque meditati, desperata connectendi facultate deserunt. Idem alibi, Continuare verba dixit, Turbari memoria, vel continuandi verba facultate destitui, nusquam turpiùs. Vestem connectere, id est, cingere. Claud. 1. *in Ruf.* Illa vbi cerulæo vestes connexuit angue Nodauitque adamante comas.

Cōnnēxus, participium. {קשור *kaschúr* אסור *asúr* מחבר *mechubbár*. συμπεπλεγμένος. Gall. *Lié ensemble, conioinct, allié.* Ital. *Ligato insieme, congionto.* Germ. Zusammen geknüpfft, aneinander gebunden. Hisp. *Atado iuntamente, trauado con otro.* Angl. *Tied together.*} Cicer. 2. *de natur. deor.* Inde fides leuiter posita, connexáque videtur. Si quidem connexus esses per os elephanto brachium transmitteres. Plaut. *Merc. sc.* 1. *a.* 1.

Cōnnexus, us, ui. {מסרת *massóreth* מחברת *machbéreth* חרצב *chartsúb*. συμπλοκή. Gall. *Liaison, conionction, connection.* Ital. *Ligamento, congiontione.* Germ. Zusammen bindung oder knüpffung. Hisp. *Atadura, trauazon.* Angl. *A binging or knitting together.*} Lucret. *lib.* 2.

——— differre necesse est
Internalla, vias, connexus, pondera, plagas.

Connexu corpus adhæret. Idem *lib.* 1.

Cōnnexum, i, pro conclusione. τὸ συνημμένον. Cic. 5. *Acad.* Ipsa enim ratio connexi quum concesseris superius, cogit inferius concedere. Vox Dialecticorum. Gell. *cap.* 8. *lib.* 16.

Cōnnexio, nis, Connectendi actus. {מחברת *machbéreth*. συμπλοκή. Angl. *A knitting together.*} Et pro conclusione apud Quint. *lib.* 3. *cap.* 12.

Cōnnexīuus, a, um, συνεκτικός. quod aptum est connectere: vt, Connexiua coniunctio, apud Gell. *libr.* 10. *cap.* 29. pro copulatiua συνδετικός, συμπλεκτικός.

Cōnnitor, eris, Simul, vel vehementer nitor, operam do. {יגע *jaghá*. συναγωνίζομαι. Gall. *S'efforcer à faire quelque chose.* Ital. *Sforzarsi di suo potere.* Germ. Etwas mit einander vnderstehn zuthun. Hisp. *Estriuar ò esforzarse para hazer algo.* Angl. *To force him selfe in doing any thing.*} Cic. *de fin.* Quum autem paulum firmitatis accesserit, & animo vtuntur & sensibus, conituntúrque vt sese erigant. ¶ Conniti, pro eniti, & parere. {ילד *jalach*. ἀποτίκτειν. Gall. *Enfanter.* Ital. *Partorire.* Germ. Gebären. Hisp. *Estar la muger de parto.* Angl. *To bring forth yonge.*} Virg. *Ecl.* 1. Hic inter densas corylos modò namque gemellos Spem gregis, ah silice in nuda connixa reliquit. Conniti in summum iugum euadere. Cæsar *lib.* 1. *de bell. Ciu.*

Cōnnīueo, iui, vel xi, ctum, & olim Conniuo, Oculorum palpebras moueo, modò claudo, modò aperio: & ponitur pro dissimulo. {קרץ *karáts*. σκαρδαμύσσω, ἐπιμύω. Gall. *Cligner les yeux, sourciller ou ciller.* Ital. *Serrar l'occhi.* Germ. Blintzen, mit den augen zwintzern. Hisp. *Abaxar los parpados de los ojos.* Angl. *To VVinck.*} Plin. *lib.* 11. Grauiores alitum inferiores gena conniuent. Idem, Columba & similia vtraque gena conniuent. Gell. *lib.* 16. *cap.* 3. dixit, Conniuere caua ventris & stomachi, pro stipari, claudi, & contrahi. Cicer. 4. *Phil.* Quibusdam in rebus etiam conniueo. Idem *pro Cælio*, Prô dij immortales, cur interdum conniuetis in hominum sceleribus maximis? Suet. *in Cæs.* Delicta neque obseruabat omnia, neque pro modo exequebatur, sed desertorum, ac seditiosorum inquisitor ac punitor acerrimus, conniuebat in cæteris, id est, reliqua commissa oculis veluti clausis præteribat, tanquam dissimularet illa contueretur. E contrario, Inconniuens dicitur, qui oculis est vigilantibus, & aliqua in re fixis sine mutatione, ἀσκαρδάμυκτος. Gell. *de Socr.* Inconniuens, immobilis in iisdem vestigiis perstabat. Habet hoc verbum ni syllabam productam. Silius,

Conniuens, solémque pauens deprendere visu.

Persius *Satyr.* 6.

Va nisi conniueas.

Nisi conniueamus, in oculos lux incurrunt. Quint. Interquiescere & conniuere iura. Gellium *cap.* 2. *lib.* 2. Conniuere ad fulgura. Sueton. *in Calig. cap.* 51. Palpebras quoque eius, ne conniuere posset, sursum ac deorsum diductas insuebant. (de Regulo Roman.) Gell. *cap.* 4. *lib.* 158.

Cōnniuentia, æ, Dissimulatio. {ἐπίμυσις. Gall. *Dissimulation de voir quelque chose, semblant de ne voir ou apperceuoir.* Ital. *Il dissimulare, il far sembiante di non vedere ne vdire.* Germ. Das blintzen mit den augen, oder die vbersehung da man einem etwas hin gehn lässt. Hisp. *El consentimiento ò dissimulacion abaxando los ojos.* Angl. *A vvincking, dissembling.*} *L.* 1. *C. de fraud. & fals. rei dom. lib.* 11. Quod si venalis procuratorum conniuentia, vt id deinceps tentetur, admiserit, eos grauissimo iubemus supplicio subiacere.

[Conniuum, folliculus rosæ clausus. sic rectè scribitur, à *Conniueo*, & vox illa exponitur in Glossario per florem conniuentem, id est, clausum. Vide *Calyx*, & *Coniuela*.

Connixa, partu liberata. Gloss. Isid.]

Cōnno, as, are, Simul no. {συννήχομαι. Angl. *To svvymme together.*} Connare, Simul nare, proprium est piscium.

Cōnnātio, verbale. Plaut. Connationis nostræ conscius: id est, quòd eandem admiremur mulierem. Sipont.

Cōnnūbo, is, connupsi, connuptum, Matrimonio iungor. {συνοικέω. Gall. *Se marier ensemble.* Ital. *Maritarsi insieme.* Germ. Sich verehelichen oder verheyraten. Hisp. *Casarse juntamente.* Angl. *To be maried, to a man.*} Apul. Nescientibúsque parentibus puellari ætate connupseramus.

Cōnnūbium, Ius legitimi matrimonij, à Nubo, cuius prima producitur, quum in connubio quandoque propter metri necessitatem corripiatur. {חתונה *chatunnah*. συζυγία. Gall. *Conionction par mariage, lien de mariage, affinité par mariage.* Ital. *Lege del matrimonio.* Germ. Die Ee oder eestand. Item, das recht des eestands. Hisp. *La ley, y drecho del casamiento de marido y muger.* Angl. *Ioyning together by mariage, right of mariage.*} Virg. 1. *Æneid.*

Connubio iungam stabili:

est enim Systole figura, qua syllaba natura longa corripitur. Alibi Virg. producit, nempe 4. *Æneid.*

——— connubia nostra Reppulit.

Cic. 1. *Offic.* Sequuntur connubia & affinitates, ex quibus etiam plures propinqui.

[Connubius, a, um. Apul. *lib.* 9. Liberas & connubia lege societas corrumpis.]

Cōnnūbiālis, Nuptialis, quod ad connubium pertinet. {ἐπιγαμικός. Gall. *De mariage, des appartenances de mariage.* Ital. *Matrimoniale.* Germ. Eelich, hochzeitlich. Hisp. *Cosa de casamiento.* Angl. *Belonging to mariage.*} vt, Carmen connubiale apud Claudianum 7. *Paneg.* Vincula connubialia. Statius 5. *Thebaid.* δεσμὰ γαμήλια.

Cōnnūdo, as, are, Nudo. {פשט *pischschet*. γυμνόω. Gall. *Mettre tout nud, descouurir.* Ital. *Nudare.* Germ. Entblössen, endecken. Hisp. *Desnudar lo vestido.* Angl. *To mak naked or vncouer.*} Plin. *lib.* 28. *c.* 7. Iam primùm abigi grandines, turbinésque, contra fulgura ipsa in mense connudata, sic auerti violentiam cæli.

Cōnoīdes, κωνοειδής. A Græcis dicitur quicquid coni, hoc est, metæ formam habet: vnde cupressus fœmina hoc veluti proprio epitheto à mare distinguitur, eò quòd fastigium habeat in metæ formam conuolutum, quum mas extra se ramos spargat.

Cōnōn, κόνων, Atheniensium dux fuit, qui prælio victus à Lysandro, Lacedæmoniorum duce, sponte abiit in exilium ad Artaxerxem Persarum regem, cuius auxilio patriam, cui seruitutem attulerat, in libertatem restituit. Autor Plutarchus. ¶ Fuit & alius Conon Samius Astrologus: de quo Propertius *lib.* 4. *Eleg.* 1.

Me creat Archyta soboles Babylonius Orops
Horon, & proauo ducta Conone domus.

Hic septem libros de Astrologia edidit.

Cononienses, apud Plin. *lib.* 3. *c.* 4. Galliæ Narbonensis populi sunt, Aquitaniæ contermini.

Cōnōpās, κωνώπας, minimæ staturæ nanus fuit, duorum pedum & palmi altitudine, quem Iulia Augusti neptis in deliciis habuit. Autor Plin. *lib.* 7. *cap.* 16.

Cōnōpē, es, κωνώπη, Acarnaniæ vrbs est, teste Stephano, cuius incolæ Conopæi dicuntur, & Conopitæ.

Cōnōpēum, {יריעה *jeriáh* מרבד *marbádh*. κωνωπεῖον. Gall. *Courtine autour d'un lit, pauillon.* Ital. *Padiglione da letto.* Germ. Ein vmbhang vmb das bet. Hisp. *Pauellon de cama contra los mosquitos.* Angl. *A canapy to bind about beddes, a pauillon.*} Tentorium, seu velum, & papilio, ille lineus, vel laneus, seu bombycinus, qui toto circundatur ad arcendum culices: quo maximè vtuntur Alexandrini, quòd ex Nilo culices constant, quos κώνωπας dicunt. Inde κωνωπεῖον per ει, diphthongum. Poëtæ tamen Latini suo quodam iure abiiciunt vocalem subiunctiuam, & penultimam corripiunt. Propertius,

Fœdaque Tarpeio conopea tendere saxo.

Et apud Horat. *lib. Epod.*

Et

Et inter signa turpe militaria
Sol aspicit conopeum.

Posterius carmen est iambicum dimetrum, cuius vltima sedes poscit Iambum. Ineptissimè autem lapsi sunt, qui per œ, diphongum hanc dictionem scribendam præceperunt.

Cōnōpion, κωνώπιον, oppidum fuit ad Mæotin, vbi lupos pisces aiunt prædæ parte conductos, piscatorum retia asseruare: mercede verò fraudatos, retia & prædam populari. Autor Steph.

Conopon Diabasis, κωνώπων διάβασις, insula est iuxta quartum Istri ostium, quod Pseudostomacha appellatur. Vide Plinius *libr.* 4. *cap.* 12.

Cōnōps, {κώνωψ. Angl. *Agnat.*} A Græcis appellatur minoris muscæ genus, quod nos Culicem appellamus. Inde Conopeum, vt iam docuimus.

Cōnŏr, atis, Nitor, operam do. {יגע jagáh. πειρῶμαι. Gall. *Essayer, tascher, ou s'efforcer à faire quelque chose.* Ital. *Sforzarsi.* Germ. Vnderstehn/sich etwas zuthun vndernemmen. Hisp. *Esforçarse para hazer alguna cosa.* Angl. *To endeuour or go about some thing.*} Ter. *in Andr.* —tum autem hoc timet, ne deseras se. P. Hem egóne istuc conari queam? Idem *ibidem*, Ego Pamphile hoc tibi pro seruitio debeo Conari manibus, pedibus, noctésque & dies capitis periculum adire, dum prosim tibi. Neque conari facere audebatis prius. Plaut. *Asin. sc.* 3. *a.* 1. Conari desubitò agere tragœdiam. Idem *Capt. prol.* Sceleris conandi consilia inire. Velleius.

Cōnātūs, us, ui, Nisus, labor, vis, impetus. {יגיעה jeghiháh. πεῖρα. Gall. *Effort, essay, entreprinse.* Ital. *Sforzo, sperienza.* Germ. Das vnderstehn oder die vnderwindung eines dings. Hisp. *Esfuerço, experiencia.* Angl. *Endeuour in doing à thing, an interprise or intent.*} Cicer. 1. *de nat. deor.* Dedit autem eadem natura belluis & sensum, & appetitum, vt altero conatum haberent ad naturales pastus capessendos: altero secernerent pestifera à salutaribus. Idem *de clar. Or.* Populi ingrati pulsus iniuria, se ad hostes contulit, conatúmque iracundiæ suæ morte sedauit. Conatus capere. Liu. *lib.* 9. *ab Vrb.* Conatis obuiam ire. Liu. 2. *d.* 5. Conata perficere. Suet. *in Galb. cap.* 16.

Cōnāmēn, inis, Conatus, nisus. {יגע jaghàh. πεῖρα. Angl. *Endeuour bestowed about a thing.*} Ouid. *Metam.* —dextráque molarem Sustulit, & magnum magno conamine misit.
——— *Exiguo funem conamine traxit.*
Idem 4. *Fast.*

Cōnāmēntum, i, Plin. *lib.* 16. *cap.* 2. de sparto loquens, Ad reliquos vsus laboriosè euellitur, ocreatis cruribus, manibúsque tectis manicis, conuolutum osseis, ligneisque conamentis: hoc est, adiumentis, & fulcimentis ligneis.

‖Conarem, pro conarer. Ennius apud Prisc.

Conos, placenta ex vuis passis & amygdalis. Rhodig.

Conostaulus comes stabuli Imperatorij. Gall. *Connestable.* Ital. *Contestabile, contestabile.* Buleng.‖

Cōnquādrārĕ, in quadratam figuram redigere. {τετραγωνίζω. Gall. *Esquarir.* Ital. *Squadrare vna cosa ò ridurre in quadro.* Germ. Geuierde machen. Hisp. *Quadrar vna cosa ò reduzir en quadro.* Angl. *To mak square.*} Col. *lib.* 8. *c.* 3. Conquadratæ deinde foratis duobus aduersis parietibus induuntur, &c.

Cōnquāssātĕ, concutere est, vel confringere, conterere. {התגעש hithgháasch רוצץ rotsèts. συντρίβειν, διαθρύπτειν. Gall. *Esbranler, casser & briser, froisser.* Ital. *Conquassare, scuotere.* Germ. Erschütten/zergellen/zerbrechen. Hisp. *Sacudir, ò quebrar y gastar.* Angl. *To shake and break, in shaking.*} Cato *cap.* 52. Qualum incidito ex vna parte prope imum: si verò calix erit, conquassato, cum eo qualo, aut calice in scrobem ponito. Corpus conquassatum. Lucret. *lib.* 3. Conquassari terræ motibus. Cic. 1. *de Diuin.* Apulia maximis terræ motibus conquassata est. ¶ Conquassare nationes, per translationem, pro vastare, & conterere. Cic. *pro Sestio*, Etiam exteras nationes illius anni furore conquassatas videamus.

Cōnquāssātio, verbale, Concussio, commotio. {רעש rahasch מרוצה merutsah. συντριβή. Gall. *Esbranlement.* Ital. *Conquassamente, crollamente.* Germ. Erschüttung. Hisp. *Aquella obra de sacudir, sacudimiento.* Angl. *A shaking.*} Cicer. 4. *Tuscul.* Itaque illa duo, morbus, & ægrotatio, ex totius valetudinis conquassatione & perturbatione gignuntur.

Cōnquĕrŏr, eris, Queror. {נלון nalón. μέμφομαι. Gall. *Se complaindre.* Ital. *Lamentarsi, dolersi.* Germ. Sich beklagen. Hisp. *Quexarse de otro.* Angl. *To complaine.*} Cicer. 5. *Verr.* Tanta vis erat iniuriarum, vt homines quiduis perpeti, quàm non de istius prauitate & iniuriis deplorare & conqueri mallent. Idem *Metello lib.* 5. *Epist.* Satis habeas, nihil me etiam tecum de tui fratris iniuria conqueri. Conqueri vicem suam. Suet. *in Aug. cap.* 66. Conqueri onera. Idem *in Calig. cap.* 42. Quis hic eiulans conqueritur. Plaut. *Aul. sc.* 6. *a.* 4. Meam pauperem conqueror. *Ibid. sc.* 4. *a.* 1. Conqueritur mulier mecum fortunas suas. Idem *Merc. sc.* 1. *a.* 2.

Cōnquēstūs, us, ui, Querela. {תלונה telunáh. μέμψις, μεμψιμοιρία. Gall. *Complainte.* Ital. *Lamento, rammarico.* Germ. Ein klag. Hisp. *Quexa de otro.* Angl. *A complaying.*} Liu. 8. *ab Vrb.* Tum libero conquestu coortæ voces sunt.

Cōnquēstio, aliud verbale. Cic. *ad Quint. frat. lib.* 1. Vbi nullum auxilium, nulla conquestio.

Cōnquĭēsco, Quiesco. {שקט schakát נח nach. ἡσυχάζω, ἡσυχίαν ἄγω. Gall. *Se reposer, prendre repos.* Ital. *Quietarsi.* Germ. Beruhen. Hisp. *Holgar e quietarse.* Angl. *To be at rest to rest.*} Cic. 5. *de finib.* Videmus igitur vt conquiescere ne infantes quidem possint. ¶ Conquiescere in re aliqua, eleganter accipitur pro re aliqua delectari. Cicer. *Curioni*, Ætas nostra iam ingrauescens, in amore atque in adolescentia tua conquiescat. Conquiescere à re aliqua. Plin. *in Paneg.* 58. Nullum locum, nullum esse tempus, quo funestorum Principum manes à posterorum execrationibus conquiescant. i. quo posteri eos non execrentur. Cicer. *ad Lentulum lib.* 11. Vt quoniam, nisi perfecta re, de me non conquiesti. i. propter me solicitus esse non desiisti, donec confectum fuerit negotium meum. De ista re in oculum vtrumuis conquiescito. (i. dormito.) Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Conquiescere, somnum capere, cùm sæpe Cæs. tum *lib.* 1. *de bell. ciu.*

‖Conquinare, conquinare. Scal.‖

Cōnquĭnīsco, is, conquexi, Caput inclino. {קוד kád. ὑποκύπτω. Gall. *S'encliner & faire le petit.* Ital. *Chinare il capo.* Germ. Sich neigen oder bucken. Hisp. *Inclinar ò abaxar la cabeça.* Angl. *To douk or becken with the head.*} Plautus, Faciendum est puerile officium, conquiniscam ad cistulam. Si conquiniscet, conquiniscito simul. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 3.

Cōnquīro, is, est diligenter quæro, & inuestigo. {בעה bahàh בקש bikkésch חקר chakár. ἀναζητεῖν. Gall. *Chercher de toutes parts, chercher diligemment.* Ital. *Cercare con diligenza.* Germ. Fleissig suchen oder erforschen/zusammen suchen. Hisp. *Buscar curiosamente y diligentemente.* Angl. *To search for diligentlie.*} Cic. *lib.* 5. *in Verr.* Quum vndique homines nequissimos conquisisset. ¶ Inde Conquirere milites, est delectum militum habere.

Cōnquīsītio, verbale. {חקר chéker. ζήτησις. Gall. *Cherchement, eslite, perquisition.* Ital. *Cercamento, inquisitione.* Germ. Zusammen suchung/das fleissig erfragen oder nachhin suchen. Hisp. *Aquella obra de buscar, buscar con diligencia.* Angl. *Diligent searching.*} vt, Conquisitio militum, est ipse militum delectus, quum scilicet Imperator pro sua autoritate, quos ei visum fuerit, ad militiam conscribit etiam inuitos: quod in maioribus tantùm reipublicæ periculis fieri consueuit. Alioqui enim contenti erant iis, qui vltrò nomina dabant. Cicer. *de prouinciis Cons.* Exercitus ille noster superbissimo delectu, & durissima conquisitione coactus, omnis interiit.

Cōnquīsītōrēs, dicti sunt homines illi, per quos milites conquirebantur. {מבקשים mebakkeschim. στρατολογοῦντες, οἱ ἀναζητοῦντες. Angl. *Seekes or inquisitours of any mater.*} Cic. *ad Atticum*, Nullus vsquam delectus: nam conquisitores φαινοπροσωπεῖν non audent, nec nomina dant. Conquisitores singuli in subsellia eant per totam caueam spectatoribus. Plaut. *Amphitr.* bis.

Cōnquīsītūs, nomen ex participio. {Angl. *Deintie, fine.*} vt, Mensæ conquisitissimis epulis extruebantur. Cic. 5. *Tusc.*

Cōnquīsītē, aduerbium, Doctè, & diligenter, exquisitè. {ζητητικῶς, ἐπιμελῶς, ἀκριβῶς. Gall. *Soigneusement, auec toute diligence.* Ital. *Con buona informatione, diligentemente.* Germ. Gantz fleissiglich. Hisp. *Con toda diligencia de buscar.* Angl. *Singularli, eby diligence.*} Gell. *lib.* 3. *cap.* 10. Hæc Varro de numero septenario scripsit admodum conquisitè.

Cōnrĕī, dicuntur qui simul ob eandem causam rei facti sunt. {συνυπόδικοι. Gall. *Citez ou adiournez ensemble pour comparoir deuant vn iuge.* Ital. *Con rei, rei in compagnia.* Germ. Die mit einander an einer sach schuldig sein. Hisp. *Acusados y demandados juntamente en juyzio.* Angl. *which ar summoned for one cause.*} Dictio frequens est apud Iureconsultos, vt apud Vlpian. *in l. Liberationem. §. nunc de affectu. ff. de liber. legat.*

‖Conregio, in auguralibus, regio infra fines comprehensa Turn.‖

Cōnrĕgiōnĕ, veteres pro, è regione dixerunt. Festus.

Consaburenses, populi Hispaniæ citerioris, in conuentu Carthaginensi, vt scribit Plin. *lib.* 3. *cap.* 3.

‖Consacraneus, συμμύστης. Gl. eorundem sacrorum socius.

Consæpe, vt adsolet. Gloss. Isid.

Consalaneus, σύναλος. Gloss. eiusdem salis particeps.‖

Cōnsălūtārĕ, est vltrò, citróque salutare. {שאל שלום איש לרעהו schaál schalóm isch lerehéhu. ἀσπάζεσθαι ἀλλήλους, συνασπάζεσθαι. Gall. *S'entresaluer, saluer les vns les autres, ou plusieurs ensemble.* Ital. *Salutare insieme.* Germ. Begrüssen/mit einander grüssen. Hisp. *Saludarse vno à otro.* Angl. *To halse one another.*} Cic. *lib.* 2. *de Orat.* Qui quum inter se, vt ipsorum vsus ferebat, amicissimè consalutassent. Consalutare louem. Suet. *in Calig. c.* 22. *& in Aug. c.* 56. *& in Tib. c.* 17. *& in Aug. c.* 20. *& in Nero. c.* 26.

Cōnsălūtātio, verbale. {ἀσπασμός. Gall. *Salutation entre amis ou cognus.* Ital. *Salutatione de molti ad vno ò tra loro.* Germ. Ein gruss/so vil mit einander thun. Hisp. *Salutacion vno à otro.* Angl. *A halsing together amongest many.*} Cic. *lib.* 2. *ad Attic.* Hinc plausus maximi, consalutatio forensis perhonorifica.

Cōnsāngŭĭnĕī, dicuntur qui sanguine inter se connexi sunt, per virilem sexum. {גואל ghoél קרוב karób מודע modháh. ὁμόγνιοι, ὅμαιμοι, ἀδελφοί. Gall. *Parens du costé du pere d'vn mesme sang & parenté.* Ital. *Parenti.* Germ. Blutsfreund/ein bluts verwandter. Hisp. *Parientes de la mesma sangre.* Angl. *Of kinred by bloud or birth.*} Plaut. *in Pœn.* Meis consanguineis nolo te iniustè loqui. Cic. *ad Att. lib.* 2. Sed Βοῶπις noster consanguineus, non mediocres terrores facit atque denunciat. Itaque propriè consanguineorum appellatione continentur fratres ex eodem patre nati, *lib.* 3. *Instit. tit. de legit. agn. success.* §. 1. Itaque ex eodem patre nati fratres, Agnati sibi sunt, qui & Consanguinei vocantur. Arma consanguinea, Claud. *in bell. Gild.* Turba consanguinea, Ouid. *Epist.* 14. Sopor consanguineus lethi, Virg. 6. *Æneid.*

Cōnsānguĭnĭtās, ipsa sanguinis coniunctio. {מודעת modhahath. ὁμαιμοσύνη, συγγένεια. Gall. *Consanguinité, parenté du costé du pere.* Ital. *Parentado.* Germ. Blutsfreundtschafft. Hisp. *Parentesco de sangre.* Angl. *Kinred by blood, or birth.*} Liu. 7. *ab Vrbe.* Cæritum populum misericordia consanguinitatis Tarquiniensibus adiunctum fama ferebat. Propinquus sanguinitate alicui. Virg. 2. *Æneid.*

Cōnsāno, as, Curo, sano. {רפא rapha. ἰάομαι. Gall. *Guerir.* Ital. *Sanare.* Germ. Heilen/gesund machen. Hisp. *Sanar.* Angl. *To heall, to mak whole.*} Col. *lib.* 4. *c.* 24. Quod plerunque fit, vt quod præcidi debeat, perfringatur, & sic vitis laniata scabratáque putrescat humoribus, nec plagæ consanentur. ¶ Consanare pro Consanescere. Vlp. *in l. idem. ff. de ædilitio edicto.* Idem Ofilius ait, Si homini digitus sit abscissus, membrive quid laceratum, quamuis consanarit, si tamen ob eam rem eo minus vti possit, non videri sanum esse. vbi tamen fortassis, vna litera sublata veriùs legeretur, Consanuerit.

Cōnsānēsco, is, Sanus fio. {חיה chajah. ὑγιάζομαι, ὑγιὴς γίνομαι. Gall. *Estre gueri, se guerir.* Ital. *Diuentar sano.* Germ. Gesund werden. Hisp. *Hazerse sano.* Angl. *To make whole.*} Cic. *Sulpitio lib.* 4. Nunc autem hoc

hoc tam graui vulnere etiam illa quæ consanuisse videbantur, recrudescunt. Colum. *lib.4. cap.27.* Tum etiam vitem minus cicatricosam reddit, quoniam id, ex quo viride & tenerum decerptum est, celeriter consanescit.

[Consaranorum, vel Consoranorum ciuitas, *Sainct Legier de Conserans*, V.E. Conseranensis Vasconiæ sub A. Auscensi.]

CONSARCINARE, Simul sarcire significat, & nullo delectu coniungere. {תפר *taphár.* συρράπτειν. GALL. *Recharger, adiouster à la charge, rempiecer & renforcer.* ITAL. *Cusire insieme.* GERM. Etwas zusammen binden / bürden machen. HISP. *Coser, ò zurzir juntamente.* ANGL. *To burden, or loden further, to botch and amend garmentes.*} Item consarcinare verba, Gell. *cap.23. lib.2.* Consarcinantis verba Tragici tumoris. Idem Gell. *lib.3. cap.23.* In quo versu non oportet alterum videri verbum, idem quod superius significans, supplendi numeri causa extrinsecus additum & consarcinatum. Est enim hoc inane admodum & futile. ¶ Compositum est à Sarcino, quod apud veteres Iurisconsultos frequentissimè legitur pro sarcire, & Sarcinator pro Sartore.

[Consarsum, acutè textum, plumatum. Pap.]

CONSARRIO, is, ire, Sarrio. {עדר *hadár.* συσκάλλω. GALL. *Sarcler, ou biner.* ITAL. *Zappare, cauare.* GERM. Gleisen / seuberen. HISP. *Sachar ò escardar la tierra.* ANGL. *To rake or weede.*} Colum. *lib.11. c.3.* Deinde sulci omnes consarciendi.

CONSAUCIO, as, actiuum, à qua Consaucior, aris, passiuum. {נמחץ *nimchâts.* συντιτρώσκω. GALL. *Blesser fort, nauurer.* ITAL. *Ferire.* GERM. Verwunden / verletzen. HISP. *Herir ò llagar.* ANGL. *To hurt, to wound.*} Autor ad Heren. *lib. 4.* In hoc autem crebro & celeri vulnere corpus consauciari videtur.

[Conscaplium, interscaplium, interscapulum, pars sub collo inter scapulas. Salmas.]

CONSCELERARE, est scelere conspurcare. {טמא *timmé* חטא *chittá.* μιαίνειν. GALL. *Prophaner, contaminer, souiller de meschanceté.* ITAL. *Sporcare di sceleraggine.* GERM. Durch lästerliche ding schenden / oder verunreinigen. HISP. *Ensuziar algo peccando.* ANGL. *To defile and pollute with some mischeuous deade.*} Liu. 10. *bell. Macedon.* Agite, conscelerate aures paternas: decernite criminibus, mox ferro decreturi. Conscelerare oculos dicuntur qui nefandum aliquod facinus aspiciunt. Ouid. *lib.7. Metam.*

Cur non & specto pereuntem, oculósque videndo
Conscelero?

CONSCELERATUS, a, um, Sceleratus. {חטא *chattá.* ἀσεβής. GALL. *Souillé & ord de malefice, meschant tout outre.* ITAL. *Pieno ò machiato di sceleragini.* GERM. Mit lastern befleckt oder vermischt. HISP. *Ensuziado algo pecando.* ANGL. *Mischeuous, vengeable, full of naughtines.*} vt, Conscelerata mens, Cicer. *in Cast.* Et *pro Cluentio*, Conscelerata exectio linguæ. Conscelleratus vultus, *ibidem.* A filiis conscelleratissimis striæ domesticæ & assiduæ pœnas parentum dies noctésque repetunt, Cic. *pro Sext. Rosc. Amer.*

CONSCENDO, is, Nauim ingredior nauigandi causa. {עלה *haláh.* ἐμβαίνω. GALL. *Monter, monter en vne nauire, s'embarquer.* ITAL. *Intrare in naue per nauigare, Ascendere.* GERM. Auffsteygen / in ein schiff steygen. HISP. *Subir en la naue para nauegar, subir iuntamente.* ANGL. *To clyme, to go up into aushipe.*} Cic. 4. *Acad.* Quid enim conscendens nauem sapiens, num, &c. Cæs. *de bell. Ciu.* Non minore animo ac fiducia, quàm antè dimicauerant, naues conscendunt. Virg. 1. *Æneid.*

Bis denis Phrygium conscendi nauibus æquor.

¶ Dicitur & In nauem conscendere. Lentulus *ad Cic. lib.12.* Vt si Syriæ spes eum frustrata esset, conscenderet in naues. Cicer. *ad Terentium lib. 14.7.* Nauim spero nos valde bonam habere: in eam simulátque conscendi, hæc scripsi. Ponitur aliquando absolutè. Idem *Attic. lib.6.* Idibus Martiis Pompeium à Brundusio conscendisse. Cæsar, Erat completis littoribus contentio, qui potissimùm ex magno numero conscenderent. Scopulum conscendere, Virg. 1. *Æneid.* ¶ Ponitur etiam generaliter pro ascendo: vt, Currum conscendere. Liu. 8. *bell. Macedon.* Equum conscendere. Idem 5. *bell. Macedon.* Conscendere in equum. Ouid. *lib.6. Metam.*

Et lenta excelsos vitis conscendere ramos. Tibul.

CONSCENSIO, nis, verbale, Ascensio. {מעלה *mahaláh.* ἐμβασις. GALL. *Montement, embarquement.* ITAL. *Montamento in naui, lo imbarcarsi.* GERM. Den steygen oder tretten in das schiff. HISP. *Subida, ò subida en la naue para nauegar.* ANGL. *A taking of shippe.*} Cicer. 1. *de Diu.* Eúmque dixisse remigem quendam ex quinqueremi Rhodiorum vaticinatum, madefactum iri minus xxx. diebus Græciam sanguine, rapinas Dyrrhachij, & conscensionem in nauem cum fuga. à quo Conscensus. ἀνάβασις.

CONSCIENTIA, vide *Conscius.*

CONSCINDO, is, ere, In multas partes discindo, scindo, discerpo. {בקע *bakah* קרע *karáh* שבר *schibbér karáh.* διασχίζειν. GALL. *Couper en pieces, descouper, deschirer, despecer, deschiqueter.* ITAL. *Lacerare, sprezzare, squarciare.* GERM. Zerschneiden / zerhawen / zerreissen. HISP. *Cortar en muchas partes.* ANGL. *To cute in many pieces, to teare.*} Terent. *Eunuch.* Vestem omnem miserè discidit, tum ipsam capillo conscidit. Curæ conscindunt hominem solicitum. Lucr. *lib.6.* ¶ Conscindere sibilis, per translationem, pro Exibilare, & Explodere. Cic. *Attic. lib.2.* Num gladiatoribus quà dominus, quà aduocati, sibilis conscissi. ¶ Conscindere aliquem, pro criminari, & alicui conuitiari. *Ibid. lib.8.* Is enim me ab optimatibus ait conscindi.

CONSCISSURA, æ, Ipsa ruptio, {בקיע *bekiah* קרע *keráh.* διάσχισις. GALL. *Fente & brisure.* ITAL. *Fenditura, rottura.* GERM. Ein spalt / ein riss. HISP. *Hendedura, cortadura.* ANGL. *A cutting en pieces, or shearing.*} Plin. *lib.34. c.7.* Dein quum pretio perisset gratia artis, detractum est aurum, pretiosiórque talis existimatur, etiam cicatricibus operis atque conscissuris, in quibus aurum hæserat, remanentibus.

CONSCISSUS, Discerptus. {נבקע *nibkah* נקרע *nikráh.* διεσχισμένος. GALL. *Deschiré, rompu, despecé, brisé.* ITAL. *Rotto in pezzi, stracciato.* GERM. Zerhawen / zerrissen. HISP. *Hendido y cortado en muchas partes.* ANGL. *Cutt in pieces, torne.*} Vt, Conscissa pallula. Plaut. *Truc.* Epistola conscissa, Cic. *Attic. lib.7.*

CONSCIO, apud Horatium *in Epistolis* legitur pro eo, quod est, alicuius rei mihi conscius sum. {ידע *jadhah.* συνειδέω. GALL. *Sentir en soy-mesme, se sentir coulpable.* ITAL. *Essere conscio, consapeuole.* GERM. Etwas im selbs bewusst sein. HISP. *Saber en mala parte, ser sabidor, con otro de alguna cosa.* ANGL. *To knawe and fell that he is giltie.*}

——— *hic* (inquit) *murus aheneus esto,*
Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa.

hoc est, nullius rei sibi conscium esse.

CONSCITUS, particip. à Consciscor verbo passiuo, διεγνωσμένος, συνεψηφισμένος. Plin. *lib.3. cap.15.* Passim conscita nece, Quiritibus tædium fugientibus.

CONSCISCO, is, iui, itum, propriè est vnà scisco, Consentio, communi consilio statuo, decerno. {יאות *iaáth.* συμψηφίζεσθαι, ὁμοψηφίζεσθαι. GALL. *Ordonner d'vn commun consentement, decerner.* ITAL. *Consentire, statuire.* GERM. Etwan erkennen oder auss bewilligung setzen / Etwas mit wissen thun. HISP. *Consentir, establecer.* ANGL. *To ordeine and decerne with commone consent.*} Liu. *lib.1.* Censuit, consensit, consciuit, vt bellum cum priscis Latinis fieret. Valla *lib.5. c.89.* scribit hoc verbum ad mortem fere pertinere: vt, Consciscere sibi mortem. {προσάγειν τῷ ζῆν ἑαυτῷ, αὐτὸν τὸν ἑαυτοῦ βίον, αὐτοχειρίᾳ ἑαυτὸν θανατοῦν. GALL. *Se faire mourir, se tuer.* ITAL. *Ammazzarsi.* GERM. Im selbs den todt anthun / sich selbs vmbbringen. HISP. *Matarse à si mesmo.* ANGL. *To kill him self.*} Cic. *de clar. Orat.* Themistocles sibi mortem consciuit. Idem *lib.3. Epist.* Mortem mihi cur consciscerem, causa visa non est. Consciscere sibi exilium & fugam. Liu. 5. & 10. *ab vrb.* Consciscere ferum ac fœdum facinus. Liu. 8. *bell. Pun.* Consciscere sibi excitat. m. Gell. *cap.17. lib.10.* ¶ Per translationem ponitur pro contrahere. ἐπισπᾶσθαι. Colum. *lib.7.* Diligénsque pastor stabulum quotidie conuerrit, nec patitur stercoris humorem consciscere. ¶ Sciendum est quòd Conscisco, Ascisco, Descisco, Præscisco, & Rescisco, faciunt præterita in iui, sicut eorum primitiua: & Conscio quidem, Descio, & Rescio, rarò sunt in vsu; sed magis Conscisco, Decisco, & Rescisco, Ascio & Præscio inueniuntur: quamuis Ascio non ita frequenter, sicut Præscio. Hinc Ascisco, & Præscisco, licèt magis Ascisco, quàm Præscisco, eò quòd Ascio minus in vsu sit: Præscio verò magis. Quum ergo Conscisco, Descisco, & Rescisco vsurpentur, non mirum est si Conscio, Descio, & Rescio, obsoleuerunt: quoniam fere superfluum esset in eadem significatione vtraque haberi. E diuerso autem, Scio, sæpissimè reperitur, rariùs autem Scisco. Apud Plautum tamen legitur Sciscam, *in Amph.* Ocius accurso, vt sciscam quid velit. Præscio in vsu est, Præscisco minus: quod tamen & ipsum legitur apud Virg. *lib.4. Georg.*

Continuóque animos vulgi trepidantia bello
Corda licèt longè præsciscere.

¶ Ascio, apud Columell. *in Præfat.* Et pecoribus parandis, conseruandísque, quoniam & hanc ascimus, quasi agriculturæ partem. Quo tamen loco emendatiora Columellæ exemplaria Asciuimus habent, præterito tempore, quod ab Ascisco potiùs, quàm ab Ascio esse videtur.

CONSCIUS, a, um, vnà sciens, Particeps, socius, testis, qui rem occultam vnà scit. {ידען *jadheán.* συνειδώς. GALL. *Coulpable, de quelque cas, qui fait quelque cas.* ITAL. *Conscio, consapeuole.* GERM. Mitwissend / der im selbs etwas bewusst ist. HISP. *Sabidor con otro de alguna cosa.* ANGL. *Culpable or giltie of any fault, that knaweth and is of counsell in doing a thing.*} Cic. *M. Rutilio.* Quum & mihi conscius essem quanti te facerem. Nonius *de verb. different.* Scius, inquit, secum, Conscius cum altero: quam tamen differentiam fatetur à scriptoribus non obseruari. Nam postquam Scius in vsu esse desiit, Conscius vtriusque locum occupauit. Salust. Populares conscios sceleris sui. Virg. 1. *Æneid.*

——— *& mens sibi conscia recti.*

Cic. 3. *Offic.* Sibi autem nullius essent conscij culpæ. Plaut. ad notationem allusit *in Pseud. sc.1. a.1.* Eloquere vt quod ego nescio, id tecum sciam (id est, conscius sim.) Ouid. 13. *Metam.*

——— *Quorum nox conscia sola est.*

Quint. Conscius sum mihi. Ouid. *Eleg.5. lib.3. Trist.*

Nil ita celabat, vt non ego conscius essem.

Item,

Lumina funesti conscia facta mali,

Ouid. *Eleg.6. lib.3. Trist.*

CONSCIENTIA, [est quasi cum alio scientia,] Recordatio, animi quædam ratio, vis & lex, à qua & de rectè factis & secus admonemur. {לב *leb* συνείδησις, συνειδός. GALL. *Conscience, remors, recognoissance de son faict.* ITAL. *Conscienza, testimonio dell' animo nostro, rimorso.* GERM. Gewissen / oder gewisne. HISP. *El saber del coraçon, conciencia.* ANGL. *Conscience, acknawleage of his fault with a remorse.*} ¶ In bonam partem accepit Cic. 5. *Philip.* In ipsa conscientia rectè factorum satis laborum fructus est. Et *alibi*, Nulla re tam lætari soleo, quàm officiorum meorum conscientia. Idem *de senect.* Conscientia benè actæ vitæ, multorúmque benefactorum recordatio iucundissima est. ¶ In deteriorem partem idem posuit 3. *in Catil. Inuect.* Recitatis literis, conscientia conuictus repentè conticuit. Idem *pro Sext. Rosc.* Suum quenque scelus agitat, amentiáque afficit: suæ malæ cogitationes, conscientiæque animi terrent. ¶ Conscientia mille testes. Quint. *lib. Institut. Orat.5.* hanc sententiam vt prouerbialem citat. Sensus interprete non eget. Extat & Græca sententia, συνείδησις πλήττει τὴν ψυχὴν, id est, Conscientia verberat animum. ¶ Modestiam in conscientiam ducere. Salust. *Iugurth.* non placuit reticere: ne quis modestiam in conscientiam duceret. i. ne quis existimaret, quòd ipse mihi conscius essem, ideo tacuisse. Seducta consilia à plurium conscientia habere. Liu. 2. *ab vrb.* Conscientiam sceleris ferre non posse. Sueton. *in Nero. c.34.* Conscientia, aliter sumptum. Cicer. *de finib.* Vt hominum conscientia remota, nihil tam turpe sit, quod voluptatis causa non videatur esse facturus, id est, si existimaret rem ab omnibus sciri non posse, Budæus. Tacit. *lib.13.* Assumptis in conscientiam Othone & Claudio Senecione, adolescentulis decoris, id est, quos particeps esse voluit consiliorum & conscios. Budæus.

Conscotinus. Lucil. Conscotinum tuum, intellige illum, qui tecum est in tenebris, σκότος enim tenebræ sunt.

CONSCRIBILLO, pro conscribo, veteres dixerunt. {ἀπογράφω, ἐγγράφω. ANGL. *To register, to enrolle.*} Varro, Itaque eas in ceram conscribillauit Herculis ad litem. Idem *in Marcipore*, Astrologi non sunt, qui conscribillarunt pingentes cœlum. Nonius. Quo loco quidam legendum putant Conscribillare, i. sacrificare. |Syllaba penultima in *conscribillo* corripitur apud Catull.|

Vosa turpiter tibi flagella conscribillem.

CONSCRIBO, Simul scribo, compono, cogo. {כתב *chatáb* ספר *saphár*. συγγράφω. GALL. *Escrire, enregistrer.* ITAL. *Scriuere.* GERM. Schreiben/ beschreyben. HISP. *Escriuir.* ANGL. *To writt, to register, or enrolle.*} Cic. *ad Att. lib.* 12. De Antonio quoque Balbus ad me cum Oppio conscripsit. Idem, Legem Consules conscripserunt qua Pompeio per quinquennium omnis potestas rei frumentariæ toto orbe terrarum daretur. Plaut. *Asin. sc.* 1. *a.* 4. Agedum istum ostende, quem conscripsisti, syngraphum. Conscribere milites, est cogere, & in certum numerum ac scriptum redigere: quod Galli dicunt, *Enroller.* De militibus conscribendis, vide Isidor. *lib.* 9. Vt sibi lattones cogerem & conscriberem, id est, milites. Plaut. *Merc. sc.* 1. *a.* 1.

Conscripti, qui in Senatu scriptis annotati erant, qui per inopiam Senatorum ex Equestri ordine in Senatorum numerum recipiebantur. συγγεγραμμένοι. Liu. *lib.* 2. Deinde quò plus virium in Senatu frequentia etiam ordinis faceret, cædibus regis diminutum patrum numerum, primoribus equestris gradus electis, ad trecentorum summam expleuit. Traditúmque inde fertur, vt in Senatum vocarentur, qui patres, quique conscripti essent: Conscriptos videlicet in nouum Senatum appellabant lectos. Patres conscripti vnde dicti, Plutar. *in Rom.*

Conscriptio, onis, Scriptio, compositio. {כתב *chethâb* מכתב *michtáb* ספר *sépher*. σύγγραμμα. GALL. *Escriture, registre, rolle.* ITAL. *Scrittura, registro.* GERM. Beschreybung oder zusammen schreybung. HISP. *Escriptura en vno.* ANGL. *writting together, registring, enrolling.*} Cic. *pro Cluent.* Falsæ conscriptiones quæstionum.

CONSECO, as, are, Seco, disseco. {בצע *batsáh* נתח *nitháck*. τέμνω, διατέμνω. GALL. *Descouper, chiqueter.* ITAL. *Tagliare.* GERM. Zerhawen/ zerschneyden/ zerstucken. HISP. *Cortar.* ANGL. *To cuttor hack.*} Plin. *lib.* 36. *cap.* 26. Acies tanta est quacunque, vt citra vllum sensum ad ossa consecet quicquid afflauerit corporis. Ouid. *Eleg.* 9. *lib.* 3. *Trist.*

Inde Tomes dictus locus hic, quia fertur in illo
Membra soror fratris consecuisse sui.

Consecare in tenues membranas. Plin. *lib.* 30. *cap.* 4.

Consectio, verb. Sectio. {מחצב *machtséb*. ἀνατομή. GALL. *Coupeure, deschiqueture.* ITAL. *Taglio, incisione.* GERM. Zerschneydung. HISP. *Cortadura.* ANGL. *A cutting, hacking.*} Cic. 2. *de nat. deor.* Arborum autem consectione omnique materia, & culta, & syluestri, partim ad calefaciendum corpus igni adhibito, & ad mitigandum cibum vtimur, &c.

CONSECRO, as, Sacro, dico, dedico, religiosum facio. {קדש *kidaésch* חנך *chanách*. καθιερῶ, ἀνατίθημι. GALL. *Consacrer, dedier.* ITAL. *Consacrare.* GERM. Weyen/ heyligen/ Gott vnnd heyligen gebrauchen zuaignen. HISP. *Consagrar.* ANGL. *To consecrat or dedicat.*} Cic. 2. *Tuscul.* Quasi addicti & consecrati. Plin. *de viris illustribus*, Spolia optima Ioui Pheretrio in Capitolio consecrauit. Te tuúmque caput sanguine hoc consecro. Liu. 2. *ab vrb.* consecrat bona Censoris Tribunus pleb. Liu. 3. *d.* 5. Consecrare aliquid Ingenio & scriptis. Senec. *de consol. ad Polyb. cap.* 18. Consecrari posita statua & consecratur subscriptio. Idem *cap.* 22. *de consol. ad Marc.* Secretus & consecratus (orator qui desiit causas agere senior.) Quint.

Consecratio, nis, Dedicatio. {חנוכה *chanuchâh* חרם *chérem*. καθιέρωσις. GALL. *Consecration, dediement.* ITAL. *Consecratione.* GERM. Weyhung/ heyligung. HISP. *Consagracion.* ANGL. *A consecrating, dedicating.*} Cicer. *pro domo sua.* Consecrationes fiebant aut à Pontificibus, aut à Tribunis plebis. *Ibid.* In consecratione statuebantur aræ, quæ religionem afferrent.

Consecrator, ἀφιερωτής. Aut templorum fabricatores, aut simulachrorum consecratores facit. Iulius Firmicus *Mathes. lib.* 4.

Consecraneum, quod est consecratum. {חניך *channích* מקדש *mukdásch*. ἀνιερωμένος. GALL. *Consacré, dedié, ayant receu & fait le serment solennel.* ITAL. *Che è consacrato.* GERM. Geweyht/ geheyliget. HISP. *Cosa consagrada.* ANGL. *Consecrated, dedicated.*} Vocabulum ferè in castris repertum, qualia sunt Conterraneum, Commilitaneum, Militaneum, Suffarraneum, Limitaneum. Iulius Capitol. *in concione quadam Maximini Cæsaris*, Commilitones (inquit) sacrati, imò verò consecranei. Alio loco, Nullam ciuitatem æquè militaneam, dixit. Tertull. Consecraneos vocat, qui quasi vni sectæ mancipati sunt.

Consectaneus, Consectarium, Consector, Consectatio, Consectator, vide *Consequor.*

CONSEMINEVS, a, um, {σύμμικτος ἢ πολύσπορος. GALL. *Semé de plusieurs & diuerses semences.* ITAL. *Semi & piante de diuerse sorti.* GERM. Mit vielerley samen geseet/ oder mit einerley samen geseet. HISP. *Sembrado, de diuersas simientes.* ANGL. *Sowen with many and diuers seades.*} Dicitur de re in qua varia semina commista sunt, vt Consemineæ vineæ sunt, in quibus diuersa vitium semina aceruatim confusa sunt, nec propriis generibus distincta, αἱ ἄμπελοι συμφυλλάττονται χωρὶς ἀπλῶς. Colum. *lib.* 3. *c.* 21. Iam illa seminum separatio summam commoditatem habet, quòd vinitor suam cuique faciliùs putationem reddet, quum sciet cuius notæ sit ortus, quem deputet: idque in vineis consemineis seruari difficile est. Sic etiam Syluam consemineam vocant, quæ ex variis arborum generibus confuse consita est. Idem *lib.* 12. *c.* 46. Syluam si quis barbaricam, hoc est, consemineam velit facere.

Conseminalis, pro eodem etiam legitur apud eundem Columell. *lib.* 12. *cap.* 45. Propter quod etiam conseminalium vinearum non est tam firmum vinum, quam si per se synoctum ammineum, vel apianum condideris.

CONSENESCO, is, ui, Senesco, annis & ætate ingrauesco. {זקן *cobén*. γηράσκω, συγγηράσκω, καταγηράσκω. GALL. *Enuieillir, deuenir vieil.* ITAL. *Inuecchiare, diuenir vecchio.* GERM. Alt werden. HISP. *Enuejecer.* ANGL. *To ware old.*} Consenescere, senem fieri. Consenescere in commentariis Rhetorum. Quintil. & Plaut. *Capt. sc.* 2. *a.* 1. Tuo mærore maceror. Macesco, consenesco & tabesco miser. Cic. 2. *Tusc.* Atque Oratorum quidem laus ita ducta ab humili venit ad summum, vt iam quod natura fert in omnibus ferè rebus, consenescat, breuíque ad nihilum ventura videatur. Ouid. *Eleg.* 8. *lib.* 4. *Trist.* In patria consenescere mea debueram.

Consensio, vide *Consentio.*

Consentia, ciuitas est in Agro Brutio. Autor est Plin. *lib.* 3. *cap.* 5. Consentini, eius oppidi incolæ. Vulgo *Consenza in Calabria.*

Consentia, sacra, quæ ex consensu multorum sunt statuta. Festus.

CONSENTIO, conuenio, idem sentio. {רצה *ratsah* יאות *jaáth*. ὁμολογέω, ὁμοδοξέω, συναινέω, συμφωνέω, συνομολογέω. GALL. *Consentir.* ITAL. *Consentire.* GERM. Eines sinns sein/ bewilligen. HISP. *Consentir.* ANGL. *To consen to think the same.*} Plin. *lib.* 17. *c.* 11. Eadem mensura Græci autores consentiunt, non altiores quino semipede esse debere. Cic. 3. *de finib.* Ratio enim nostra consentit, oratio pugnat. ¶ Cum datiuo. Cic. 1. *Offic.* Hoc si sibi ipse consentiat. & 2. *de finib.* Naturæ consentire finis bonorum est Stoicis. ¶ Consentire cum. Idem *in Acad.* appáret enim iam cor cum oculis consentire. Cæsar, Quum vultus Domitij cum oratione non consentiret.

——— Crimen defendite vestrum,
Consensistis enim,

Ouid. 13. *Metam.* Non consentitur super ea re. Gell. *c.* 11. *lib.* 3. Quid si inter se consenserunt, mox (de pacto) faciunt. Plaut. *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Si dicant quòd inter se parum consentiat. Quintil. Consentire de rebus. Liu. 8. *d.* 4. Consentire ad inducias. Suet. *in Calig. c.* 5. Sibi difficile consentiens, (i. sibi vix constans.) Velleius.

Consentiens, partic. Conueniens. {רצה *rotsêh* יאות *joéth*. ὁμολογούμενος. GALL. *Consentant, accordant, conforme.* ITAL. *Chi consente & s'accorda.* GERM. Der da eines sinns oder meinung ist/ der bewilliget. HISP. *El que consient.* ANGL. *which consenteth, or agreeth with another.*} Cicer. 2. *de Diuin.* Animorum consentientium multitudine completum esse mundum.

Consensus, particip. Confessus. {מרוצה *meruttséh*. ὁμολογούμενος. GALL. *Accordé.* ITAL. *Accordato.* GERM. Der verwilliget oder einhellig ist. HISP. *Confessado y accordado.* ANGL. *Accorded, agreed.*} Gell. *lib.* 5. *cap.* 26. Syllogismus est oratio, in qua consensis quibusdam & confessis, aliud quid, quàm quæ concessa sunt, per ea quæ concessa sunt, necessariò conficitur.

Consensus, us, ui, nomen, Concordia, conuenientia, consensio, conspiratio, & quasi concentus. {רצון *ratsón* שלום *schalóm*. ὁμόνοια. GALL. *Accord & conuenance, consentement.* ITAL. *Consentimento, accordo.* GERM. Einhelligkeit/ zusammen stimmung/ verwilligung. HISP. *Consentimiento, conueniencia.* ANGL. *Consente, accord, or agrement.*} Cic. 3. *de nat. deor.* Itaque illa mihi placebat oratio de conuenientia consensúque naturæ. Claud. *de bell. Gild.*

——— dissensus acerbus,
Et grauior consensus erat.

Consensio, vt Speusippus ait, Communio rerum omnium, cogitationum, suspicationúmque, concordia, consensio, conspiratio. {ὁμόνοια, συμφωνία. GALL. *Consentement.* ITAL. *Consentimento.* GERM. Einhelligkeit/ bewilligung. HISP. *El consentimiento.* ANGL. *Consente or agrement.*} Cic. *ad Cass.* Populi verò Romani, totiúsque Italiæ mira consensio. Idem 1. *de nat. deor.* Quum enim non instituto aliquo, aut more, aut lege sit opinio constituta, maneátque ad vnum omnium firma consensio, intelligi necesse est, esse duos.

Consentaneus, a, um, Conueniens. {כשר *chaschér*. σύμφωνος, ὁμολογούμενος. GALL. *Conuenable, accordant & semblable.* ITAL. *Consentaneo.* GERM. Das mit stimpt/ gleichförmig/ ähnlich. HISP. *Cosa concorda en sentencia.* ANGL. *That consenteth and agreeth with an other.*} Cicero 5. *de finib.* Itaque omnis honos, omnis admiratio, omne studium, ad virtutem, & ad eas actiones, quæ virtuti sunt consentaneæ, refertur. Idem 2. *de natura deorum*, Quare quum in æthere astra gignantur, consentaneum est in his sensum inesse & intelligentiam. Vir vita ac morte consentaneus. Velleius. Procul abesse amentem haud consentaneum est, Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 1.

Consentitur, impersonaliter, vt dissentitur. Gell. *lib.* 10. *cap.* 7. Omnium fluminum quæ in maria, qua imperium Romanum est, fluunt, quam Græci τὴν εἴσω θάλασσαν appellant, maximum esse Nilum consentitur. Idem *lib.* 3. *cap.* 11. Super ætate Homeri atque Hesiodi non consentitur.

|Consentes, Cosentes. Dij, Paredri, quasi Iouis consiliarij & assessores.

Consentius, consessus, concilium, collegium. Salmas.|

CONSEPIO, is, ire, Sepio, munio claudo. {שך *sach*. περιφράττω. GALL. *Enclorre & enfermer de hayes ou de murs.* ITAL. *Circundare di siepe.* GERM. Einzeunen/ vmbhagen. HISP. *Cercar de seto.* ANGL. *To enclose and enuironne with edges.*} Cic. *de senect.* Cæteris in rebus comem erga Lysandrum atque humanum fuisse, & ei quendam conseptum agrum & diligenter consitum ostendisse. Consepire bustum humili materia. Sueton. *in Neron. cap.* 33.

Conseptum, i, quod vndique clausum, munitúmque est. {מכלה *michlah* משגרת *misghéreth*. περίφραγμα. GALL. *Vn clos & pourpris.* ITAL. *Siepe chiusura di qualche cosa.* GERM. Ein eingezeunt oder eingeschrancket ort. HISP. *Lugar cercado y guarnecido con seto.* ANGL. *A place hedged or inclosed.*} Col. *lib.* 1. *c.* 4. Difficiliora enim consepta, non solum pluris ædificamus, sed etiam impensis maioribus tuebimur. ¶ Conseptum etiam fori dixit Quintilianus *lib.* 8. pro ipsis cancellis.

CONSEQVOR, Sequor. {הלך אחר *halach achar*. ἀκολουθέω. GALL. *Suyure & aller apres.* ITAL. *Seguitare di fatto.* GERM. Nachfolgen. HISP. *Conseguir se à otra cosa, alcançar lo que huye.* ANGL. *To follow and go after.*} Virg. 5. *Æneid.*

——— quem deinde Cloanthus Consequitur.

Voluptati vt mæror comes consequatur, Plaut. *Amphitr.* Mercurium iussi me continuò consequi, Ita mihi videntur omnia cœlum, terra, mare, consequi. *Ibid. sc.* 2. *a.* 5. Item pro sequi, vt, Certum est vestram consequi sententiam. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 2. Consequere hac. i. vna sequere. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 5. Gell. *lib.* 2. Vtes dies natalis haberi, appellarique

que debeat, is quem nox ea consecuta est, in qui dies noctem consecutus est. Consequi aliquem, pro eo quod est, Insequendo ad eum peruenire. Cicer. 2. *in Catil.* At ille profectus est: si accelerare volent, ad vesperam consequentur. Hunc pauci milites ex primo ordine consecuti consistere coegerunt, id est, assecuti. Cæsar *lib.* 1. *de bell. ciuil.* Consequi, [illegible], Sequi, id est, euenire & procedere. Terent. *Heaut.* Verum, vbi animus semel se cupiditate deuinxit mala, Necesse est Clitipho consilia consequi consimilia. Ponitur frequenter pro assequor, obtineo, adipiscor. {[illegible]. ANGL. *To obteine or gete a thin.*} Cicer. *in Verr. act.* 1. Quod ego meo labore, & vigiliis consecutus sum. Idem 2. *Verr.* Habeo autem certam viam atque rationem, qua omnes illorum conatus inuestigare & consequi possum. Item exprimere, [illegible]. Idem *Cæsari iuniori*, Cætera verò quanta & qualia sint, verbis consequi non possum. ¶ Consequi, percipere, perdiscere, [illegible]. Cic. *ad Heren.* Hæc si, vt conquirere contempsimus, ita tu diligenter fueris consecutus, tanqua perceptione lætaberis, tu scientior eris, præceptorum artificio.

Consĕquēns, tis, participium, Sequens, futurus. {[illegible] *hathidh.* [illegible].} Cic. *de senect.* Sed memoriam illius viri excipient omnes anni consequentes.

Cōnsĕquēns, nomen, argumenti conclusio, τὸ ἑπόμενον. Cicer. 4. *de finib.* Quum consequens aliquod falsum sit, illud cuius id consequens sit, non posse esse verum.

Cōnsĕquēntiă, Consecutio. {[illegible] *[illegible]* [illegible] *[illegible].* ἀκολουθία. GALL. *Consequence, suitte.* ITAL. *Consequenza.* GERM. Ein nachfolgung. HISP. *La consequencia d'otra cosa.* ANGL. *Consequence, following.*} Cic. 1. *de Diuinat.* Qui cursum rerum euentorumque consequentiam diuturnitate pertractata notauerunt, &c. Æternam consequentiam ordines. Gell. *cap.* 12. *lib.* 6. Necessaria rerum consequentia, i. fatum. *Ibid.* Consequentia naturæ. Gell. *cap.* 5. *lib.* 12. ¶ Est & Consequentia necessitas conclusionis, quæ ex præcedentibus infertur. Cicer. *ad Trebat.* Ea enim dico consequentia, quæ rem necessariò consequuntur.

Cōnsĕquēnter, aduerbium. {ἀκολούθως. GALL. *Consequemment.* ITAL. *Consequentemente.* GERM. Nachfolgends. HISP. *Consiguientemente.* ANGL. *Consequentlie, by order.*} Vlpian. *l. sed & si quid.* §. *vlt. ff. de vsufruct. & quemadmodum quis vtat. fruat.* Quibus consequenter fructuarius quidem acquirere fundo seruitutem non potest, retinere autem potest.

Cōnsĕquiæ, Sequelæ, à consequendo: sicut ab exequendo, Exequiæ. Apul. *lib.* 1. Nouissimis trahebantur consequiis.

Cōnsectŏr, aris, Auidè sequor, capto, aucupor, persequor. {[illegible] *radhaph* [illegible] *[illegible]* [illegible] *biffigh.* [illegible]. GALL. *Suiure en poursuiure en diligence.* ITAL. *Seguitare auidamente.* GERM. Begirig nachuolgen. HISP. *Seguir codiciosamente.* ANGL. *To followe or pursue diligently.*} Lactant. *lib.* 3. Quæras ab his, quid sibi velint, quum fœminas tam rabidè consectantur, vt vix diuelli queant. Cæsar 6. *bell. Gall.* Redeuntes equites, quos possunt consectantur, atque occidunt. Cicer. 2. *ad Attic.* Eutium clamoribus & conuiciis & sibilis consectantur. ¶ Per metaphoram accipitur pro affectare. [illegible]. Cic. *in Pisonem*, Leuitatis est, inanem aucupari rumorem, & omnes vmbras, etiam falsæ gloriæ consectari. Cic. 1. *Offic.* Alexander beneuolentiam Macedonum largitione consectabatur.

Cōnsĕctāri, passiue. Laberius *apud Nonium.* Vxorem tuam, & meam nouercam à populo lapidibus consectari video.

Cōnsectātio, verbale, Captatio, aucupium. {[illegible] *[illegible].* [illegible]. GALL. *Poursuitte apres quelque chose.* ITAL. *Seguire con diligenza à qualche impresa.* GERM. Ein fleissige oder begirige nachfolgung, nachstellung. HISP. *Obra de seguir codiciosamente.* ANGL. *An earnest following or pursuing.*} Cic. *in Orat.* In huius concinnitatis consectatione Gorgiam fuisse principem accepimus.

Cōnsectātor, & consectatrix, verbalia. {[illegible] *radhaph* [illegible] *madhik.* [illegible]. ANGL. *He or she which followeth.*} Cic. 3. *Offic.* Est enim temperantia, libidinum inimica: libidines autem consectatrices voluptatis.

Cōnsĕctārĭus, adiect. Consequens, ἀκολουθικός. Cic. 4. *de fin.* Illud verò minimè consectarium; sed in primis hebes, illorum scilicet nominum gloriatione dignam esse beatam vitam, quæ non possit sine honestate contingere, vt iure quisquam glorietur.

Cōnsectārium, ij, est argumentum breuiter astrictum, in quo conclusio necessariò sequitur antecedens. [illegible]. Cic. 4. *de fin.* Nunc venio ad illa tua breuia, quæ Consectaria esse dicebas: & primum illud, quo nihil potest esse breuius, Bonum omne laudabile, Laudabile autem omne honestum, Omne igitur bonum honestum.

Cōnsectānĕus, a, um, qui alios assectatur. [illegible]. vt, Consectanea turba. ¶ Hinc Consectanei dicuntur, qui aliorum opinionem, vel sententiam sequuntur. [illegible].

Consecutio, verbale à Consequor. Cic. 1. *de finib.* Ipsa detractio molestiæ consecutionem affert voluptatis. Idem *in Partit.* Consecutionem verborum pro bene ordinato contextu & collocatione posuit. Numeri (inquit) sunt quidam in coniunctione seruandi, consecutioque verborum. Deinde exponit quibus constet: Ne generibus, numeris, temporibus, personis, casibus perturbetur oratio.

‖Consentia, Straboni nota, medij æui scriptoribus Cosentia. Cosenza, V. A. Calabriæ, cui Montaltina sedes adiuncta est, teste Battio.

Consĕqua pagina, consequens. Sidon.

Consĕquum, quod consequitur. Consequus, vt perficus, præficus. Lucret.‖

Conserenare, Liuius *lib.* 9. *d.* 4.

‖Conseria, *Cocner.* V. E. Hiberniæ, sub A. Armachano.‖

Consermonor, aris, pro Sermocinor, aris. Gell. *cap.* 1. *lib.* 17.

Cōnsĕro, ui, ertum, Coniungo, connecto, contexo. {[illegible] *chibber* [illegible] *feregh* [illegible] *harat.* [illegible]. GALL. *Entremesler, entrelacer.* ITAL. *Mescolare, mischiare, inmettere.* GERM. Zusammen setzen an einander setzen, vermischen. HISP. *Tramar vno con otro.* ANGL. *To mixe, to intermingle.*} Virg. 3. *Æneid.*

Loricam consertam hamis, auroque trilicem.

Idem 5. *Æneid.*

Leuibus huic hamis consertam auroque trilicem Loricam.

¶ Ossa consertantur, apud Gell. *lib.* 8. *cap.* 7. id est, quasi quodam ferrumine commissa coalescunt. Alibi dixit Conseruere in eo significatu. Vide suo loco. Idem *lib.* 8. *cap.* 10. Humerus verò quoque in periculum venit, sed fractus consertitur, i. [illegible]. Sic in MS. Codice, licèt editum [illegible], corruptè. ¶ Conserere manus est, manus coniungere, & dextras mutuò apprehendere. Vnde manum conserere dicebantur litigantes, quum in agrum, aut aliam rem, de qua controuersia erat, profecti, rem litigiosam, aut aliquam eius particulam manu apprehendebant, eâ que suum in re præsenti vindicabant. Postea tamen propagatis Italiæ finibus, Prætoribúsque aliis negotiis distentis, placuit vt litigantes sine Prætore in agrum proficiscerentur, glebamque inde in ius ad Prætorem deferrent, & in ea tanquam in toto agro vindicarent, aduersariumque ex iure manu consertum (id enim formulæ nomen erat) ad Prætorem vocarent. ¶ Pugnantes item manum conserere, [illegible], dicuntur, quum cominus rem gerunt, & quasi manum manui admouent. Cicer. *ad Attic.* At illum ruere nunciant, & iam iamque adesse, non vt manum conserat, (qui cum enim?) sed & fugam intercludat. Lactant. *lib.* 5. Tum inter se manus conserere cœperunt, & insidiari, & gloriari sibi ex humano sanguine comparare. Plaut. *Men. sc.* 1. *a.* 1. Contra conserta manu. ¶ Pro eodem etiam dicimus, Prælium, siue pugnam conserere, [illegible]. Virg. 2. *Æneid.*

Multaque per cæcam congressi prælia noctem

Conserimus.

Liu. 5. *ab Vrbe.* Accensis vtrinque animis, ad arma discurritur, & pugna conseritur.

Cōnsertus, partic. Connexus, contextus. {[illegible] *mechubbar* [illegible] *feragh.* [illegible]. GALL. *Entremeslé, entrelacé.* ITAL. *Mescolato, interposto.* GERM. Zusammen gesetzt. HISP. *Mezclado, tramado.* ANGL. *Mixed together, intermingled.*} Fab. *lib.* 5. *cap.* 10. vt sunt tria tempora, ita ordo rerum tribus momentis consertus est. Consertæ sunt inter se virtutes. Senec. *Epist.* 91. Vide & Suet. *in Galba c.* 18.

Cōnsertē, aduerb. Connexè. {[illegible]. GALL. *Par entrelacement, d'un tenant & dependant de l'autre.* ITAL. *Per intralasciamento.* GERM. Das zusammen setzung oder vermischung. HISP. *Tramado y mezclando vna cosa con otra.* ANGL. *As it were interlaced.*} Cicer. *de Fato.* Si omnia antecedentibus causis fiunt, omnia naturali colligatione conserte, contexteque fiunt.

Cōnsertor, is, {[illegible].} Plin. *lib.* 33. *cap.* 1. Quòd si impedimentum potuit in ea aliquod intelligi, etiam consertoris vsu, argumentum est, maius in læua fuisse, qua scutum capitur.

Cōnsĕro, eui, itum, Planto, sero, semino. {[illegible] *zarah* [illegible] *natah.* φυτεύω. GALL. *Planter, complanter, ou semer.* ITAL. *Piantare, seminare, innestare.* GERM. Pflantzen, bauen. HISP. *Plantar, sembrar, ò enxerir vna cosa con otra.* ANGL. *To plant or sowe.*} Agri enim conseri dicuntur, semina autem, vel plantæ seri. Virg. *lib.* 1. *Eclog.*

——— *En queis consevimus agros.*

Lactant. *lib.* 2. Quem in partibus Orientis omni generè ligni arborúmque conseruit. Col *lib.* 21. Celerius etiam si eodem tempore stercore lupino, vel faba conseras.

Cōnsĭtŭs, particip. {[illegible] *zariah* [illegible] *natuah.* [illegible]. GALL. *Planté, semé.* ITAL. *Piantato, seminato.* GERM. Gepflantzet, besäet. HISP. *Plantado, sembrado.* ANGL. *Sett, sowen, planted.*} vt, Cæca mentis caligine consitus. Catull. Consitus sum senectute. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 5.

Cōnsĭtĭo, Satio. {[illegible] *netah* [illegible] *mattah.* φυτεία, φυτευσις. GALL. *Plantement, plantage.* ITAL. *Esso piantare.* GERM. Pflantzung, [illegible]. HISP. *Obra de enxerir ò plantar.* ANGL. *A planting or setting.*} Cic. *in Catone.* Nec consitiones modò delectant, sed etiam insitiones, quibus nihil inuenit agricola solertius. Colum. *lib.* 4. A primo statim die consitionis formanda.

Cōnsĭtor, is, Sator, plantator. {[illegible] *noteah.* φυτευτής. GALL. *Planteur.* ITAL. *Piantatore.* GERM. Pflantzer, [illegible]. HISP. *Plantador.* ANGL. *A planter, a graffer.*} Ouid. 4. *Metam.*

Et cum Lenæo genialis consitor vua.

Cōnsĭtūră, æ, Consitio. {[illegible] *mattah.* φυτευμα. ANGL. *A setting or planting.*} Cicer. *de Republ.* Quæ videlicet ille non ex agri consitura, quam cernebat, sed ex doctrinæ indiciis interpretabatur. Nonius.

Cōnserrātŭs, a, um, Serræ in modum denticulatus. {[illegible]. GALL. *Chose qui a dents comme vne sie.* ITAL. *Che a i denti à guisa di saga.* GERM. Das zeen hat wie ein sägen. HISP. *Cosa que tiene dientes como la sierra.* ANGL. *That shed like a sawe.*} Plin. *lib.* 11. *c.* 37. Sed spectatissimum insigne gallinaceis corporum conserratum: nec carnem id esse, nec cartilagineum, nec callum iure dixerimus, verùm peculiare.

Cōnseruatio, Conseruator, Conseruatrix, vide *Conseruo.*

Cōnsĕrvo, as, are, Seruo, tueor, custodio, obseruo. {[illegible] *schamar* [illegible] *natar* [illegible] *natsar.* [illegible]. GALL. *Garder, conseruer, entregarder, entretenir.* ITAL. *Conseruare.* GERM. Behalten, bewaren. HISP. *Guardar en vno.* ANGL. *To defende, mainteine or keepe.*} Cicer. *ad Attic lib.* 6. His literis respondebo, sic enim postulas: nec [illegible] instituam, sed ordinem conseruabo tuum. Idem *Attico lib.* 5. Vt nos eam necessitudinem, quæ est nobis cum publicanis, obtinere & conseruare patiantur. Idem *Metello*, Beneuolentiam certo iudicio susceptam, quoad voles, conseruabo. ¶ Interdum Conseruare, idem quod incolumen seruare, & à certissimo periculo eripere, [illegible]. Cicer. *in Catilin.* Non minus iucundi sunt dies illi, quibus conseruamur, quàm quibus nascimur. Idem *antequam iret in exilium*, Ego apud vos non loquar, quos conseruaui? Et *paulò post*, Qui hoc imperij domicilium factum tectum ab omni periculo conseruaui. Conseruauit me illic homo, quia obtulit rationem (fallendi sup.) Plautus *Pseud. sc.* 4. *a.* 2.

Cōnseruātŭs, participium, {[illegible] *schamur.* [illegible], [illegible]. GALL. *Conserué, gardé.* ITAL. *Conseruato, guardato.* GERM. Behalten oder bewaret. HISP. *Guardado, conseruado.* ANGL. *Kepte, conserued, saued.*} Cic. *Lentulo lib.* 1. Illud quidem certe nostrum consilium iure laudandum est,

est, quòd meos ciues, & à me conseruatos, & me seruare cupientes, spoliatos ducibus, seruis armatis obiici noluerim.

Cōnsĕruātŏr, is, Seruator, præses, custos. {שׁוֹמֵר *schomér*. σωτήρ. GALL. *Conseruateur, gardien, garde*. ITAL. *Seruatore*. GERM. Ein behalter/ bewarer/ schirmer. HISP. *Guardador*. ANGL. *He that keepeth or conserueth*.} Cic. *pro Sestio*. Optimatum principes, autores, & conseruatores ciuitatis. Idem *antequam iret in exilium*, Vtrùm vt custos accipiar, an vt proditor excludar? si vt conseruator, vestra erit ignominia: si vt oppugnator, præcisa erunt omnia.

Cōnsĕruātrix, icis, {שׁוֹמֶרֶת *schomérеth*. σώτειρα. ANGL. *She that preserueth or keepeth*.} Cicer. 4. *de finib*. Omnis natura vult esse conseruatrix sui, vt & salua sit, & in genere conseruetur suo.

Cōnsĕruātĭo, nis, Obseruatio. {מִשְׁמָר *mischmár*. συντήρησις, σωτηρία. GALL. *Conseruation*. ITAL. *Conseruatione*. GERM. Behaltung. HISP. *Aquella guarda*. ANGL. *Keeping, preseruing*.} Cic. 1. *Offic*. Etsi attentos animos ad decori conseruationem tenebimus.

Cōnsĕruŭs, i, qui cum alio eidem domino seruit. {σύνδουλος. GALL. *Seruiteur auec autre ou autres, compagnon de seruage*. ITAL. *Conseruo*. GERM. Ein mitknecht. HISP. *Sieruo con otro*. ANGL. *A fellow seruand, or that serueth the same maister with another*.} Terent. *Adelph*. Conseruis ad eundem illis præcipio modum. Cic. *ad Cass*. O rem miseram! dominum ferre non potuimus, conseruo seruimus. Quem dolum doloso conseruo parem. Plaut. *Mil. sc. 2. a. 2.* Conseruus meus homo haud magni pretij. *Ibid. sc. 2. a. 2.* Nunc cùm esse credent seruum, & conseruum suum. Idem *Prolog. Amphitr*. Nunc esse dij conseruum volunt. Idem *Capt. sc. 1. a. 2.* Tuorum conseruorum caput nitidissimum. Idem *Pseud. sc. 2. a. 1.*

Cōnsĕruă, æ, {συνδούλη. GALL. *Compagnie de seruage*. ITAL. *Compagna à seruire con altre*. GERM. Ein mitmagt/ mitdienerin. HISP. *Sierua con otras*. ANGL. *A fellow maid seruand*.} Terent. *Eunuch*. Summa forma semper conseruam domi videbit. Varr. 2. *de re rust*. Conseruabus. Scæuola *in l. prædia. §. 1. ff. de instrum. leg.*

Cōnsĕruĭtĭum, ij. {συνδουλεία, ὁμοδουλία. ANGL. *Fellowship in seruing together*.} Plaut. *Capt. sc. 1. a. 1.* Pérque conseruitium commune, quod hostica euenit manu.

Cōnsēssŭs, vide *Consideo*.

CŌNSĪDĔO, es, Simul sedeo. {יָשַׁב *iaschàb*. συγκαθίζω. GALL. *Estre assis auec ou aupres d'autres*. ITAL. *Sedere insieme*. GERM. Zusammen sitzen/ bey einander sitzen. HISP. *Assentarse en vno*. ANGL. *To sitt with or by others*.} Cic. *in Brut*. In pratulo propter Platonis statuam consedimus. ¶ Aliquando significat manere. Cicer. *de finib*. Cuius in mente consedit iustitia. ¶ Aliquando rei humilitatem habet, & quasi denegatam altius euolandi facultatem. Cic. Consedit vtriusque nomen in Quæstura. ¶ Aliquando ponitur pro conquiescere: vt, Considere in otio. ¶ Aliquando pro sedari. Liu. Vbi ira consedit. ¶ Aliquando pro commorari, vel consistere. Cicer. *Philip. 13.* Martiam legionem Albæ consedisse sciebat.

Cōnsēdo, à considendo, vt assedo, vel assessor. C. Hemina, Nemo vicinus consedo. Nonius.

Cōnsēssŏr, is, qui vnà cum alio sedet. {σύνεδρος, συγκάθεδρος. GALL. *Assis auec ou pres d'vn autre*. ITAL. *Assentato con alcuno*. GERM. Ein beysitzer/ der mit sampt einem andern sitzt. HISP. *El que se assienta con otro*. ANGL. *He that sitteth with another*.} Cic. *ad Att. lib. 2.* Præclarum spectaculum mihi propono, modò te consessore spectare liceat.

Cōnsēssŭs, non est consessio, sed homines in vno loco sedentes. {עֵדָה *bedháh*. συνέδριον. GALL. *Assemblée de gens assis*. ITAL. *Gente assentata insieme*. GERM. Zusammen gesessene leut/ ein versamlung. HISP. *Assentados juntamente*. ANGL. *The assemble of folkes sitting together*.} Sicut Conuentus, non est conuentio, sed homines qui in vnum locum conueniunt. Cic. *de senect*. Quibus quum à cuncto consessu plausus esset multiplex datus, dixisse ex eis quendam, Athenienses scire quæ recta essent, facere nolle. Consessus, (de ludis.) Suet. *in Aug. cap. 45.*

CŌNSĪDĔRO, as, are, Dispicio, iudico, cogito: à siderum contemplatione, vt Festo placet, dictum. {חָשַׁב *chaschab* רָאָה *raáh* הֵבִין *hebin* הִתְבּוֹנֵן *hithbonén* הִקְשִׁיב *hikschib*. ἐνθυμέομαι. GALL. *Considerer*. ITAL. *Considerare*. GERM. Betrachten/ bedencken/ erwegen. HISP. *Considerar*. ANGL. *To consider, to thinke earnestlie vpon a thing*.} Cic. *Ter*. Reliquum est, quod ipsæ optimè considerabitis, vestræ similes fœminæ sintne Romæ. Terent. *Heaut*. Et quum egomet nunc mecum in animo vitam tuam considero. Considerare sidera. Gell. *c. 21. lib. 2.* Ponere ad considerandum, idem *cap. 2. lib. 12.*

Cōnsīdĕrātŭs, partic. Prouisus, meditatus. {נֶחְשָׁב *nechsab* נִרְאֶה *nireéh* מוּבָן *muban*. ἀναλογισθείς. GALL. *Consideré*. ITAL. *Considerato*. GERM. Der betracht oder erwegen ist. HISP. *Considerado*. ANGL. *Considered*.} Cic. *de Arusp. resp*. Nihil feci iratus, nihil impotenti animo, nihil non diu consideratum, ac multò antè meditatum.

Cōnsīdĕrātŭs, nomen: Prudens, qui considerat. {נָבוֹן *nabón* קוֹסֵם *kosem* מַקְשִׁיב *makschib*. περιεσκεμμένος, ἀνήρ. GALL. *Vn homme bien auisé & bien conseillé, qui prend fort garde à ce qu'il fait, accort*. ITAL. *Chi riguarda bene à quello che fa, accorto, bene auertito*. GERM. Ein besinnter wolbedachter mensch. HISP. *El que mucho considera & mira lo que haze*. ANGL. *A wise man and well aduised*.} Cicer. *pro Cæcin*. Verùm & illud considerati hominis esse putauit. Idem *pro Quintio*, C. Quintius fuit P. Quintij huius frater, sanè cæterarum rerum paterfamiliâs & prudens & attentus, vna in re paulò minus consideratus, qui, &c.

Cōnsīdĕrātŏr, is, {σκεπτικοί. Gell. *lib. 11. c. 5.* Quos Pyrrhonios Philosophos vocamus, ij Græco cognomento σκεπτικοὶ appellantur. Id ferme significat quod quæsitores, & consideratores.

Cōnsīdĕrātĭo, nis, Circunspectio, animaduersio. {קֶשֶׁב *keschéb* קֶסֶם *kéṡem*. σκέψις. GALL. *Consideration, auisement*. ITAL. *Consideratione, auisamento*. GERM. Betrachtung/ erwegung. HISP. *Consideracion*. ANGL. *An earnest considering or auising*.} Cicer. 4. *Acad*. Consideratio contemplatióque naturæ est animorum ingeniorúmque naturale quoddam quasi pabulum.

Cōnsīdĕrantĭă, æ, {קֶשֶׁב *késcheb* בִּינָה *binàh*. περίσκεψις. Cicero *ad Quintum fratrem lib. 3.* Cuius in hoc vno considerantia est, ego sustinebo vt potero.

Cōnsīdĕrātē, aduerbium, Cogitatè, consultò, prudenter. {περιεσκεμμένως. GALL. *Considereement, prudemment, ou auec grand consideration*. ITAL. *Con molta consideratione, pensatamente*. GERM. Wolbedáchtlich/ weyßlich. HISP. *Consideratamente*. ANGL. *VViselie, with aduisement and consideration*.} Cic. *pro Quint*. Prætores vt consideratè fieret comparauerunt. *Ibidem*, Quid feci non consideratissimè?

Cōnsīdĕrantĭŭs, ex participio. Considerantius, prouerbium ex cognomine. Cornelius Fronto *de nominum verborúmque differentijs*.

CŌNSĪDO, is, edi, essum, Simul assido. {יָשַׁב *jaschàb*. συγκαθίζω. GALL. *S'asseoir, s'affaisser*. ITAL. *Fermarsi in viaggio*. GERM. Sich setzen/ sich mit einander nider setzen. HISP. *Assentarse en camino*. ANGL. *To sitt downe together*.} differtque à Consideo, quòd illud quietem, Consido motum afferat. Col. *lib. 8.* Neque aut recumbat, aut considat. Plin. *lib. 34. c. 10.* Iterúmque adiecta largiore teritur, & dum considat relinquitur. Liu. *lib. 1. ab Vrbe*, Deductus in arcem, in lapide ad meridiem versùs consedit. Cicer. *ad Attic. lib. 5.* Antequam alio loco consedero, neque longas à me, neque semper mea manu literas expectabis? ¶ Accipitur interdum Considere pro eo quod est sedes aliquo in loco figere, Virg. *lib. 1. Æneid.*

Vultis & his mecum pariter considere regnis?

¶ Interdum idem quod desidere, vel dehiscere. Liu. 3. *bell. Maced*. in Veliterno agro terra ingentibus cauernis consedit. & *lib. 10. bell. Pun.* idem repetit iisdem verbis.

Cōnsīdĭtŭr, impersonale. Cic. 3. *de Orat*. Quum placuisset idem cæteris, in syluam venitur, & ibi magna cum audiendi expectatione considitur. Considere in aliam partem dixit Seneca *epist. 118.* pro Descendere in diuersam opinionem. Virgil. 2. *Æneid.*

——— *omne mihi visum est considere in ignes*
Ilium. id est, conflagrare.

Consignifico, idem quod aliud significo. Vnde verbale Consignificatio, apud Apuleium. Ea furoris consignatione perterriti omnes.

CŌNSĪGNO, as, are, Obsigno, signo, firmo. {חָתַם *chatám* רָשַׁם *raschám*. σημειόω, σφραγίζω. GALL. *Marquer d'vn sean, seeller, empraindre*. ITAL. *Sugellare, marcare, segnare, imprimere*. GERM. Verzeichnen/ versiglen/ verpitschieren. HISP. *Señalar, sellar, consignar*. ANGL. *To mark, ò seall*.} Sic propriè dicimus Consignare epistolas, quum illis complicatis anulum nostrum imprimimus. Plaut. *in Curc. sc. 5. a. 2.* Eamus intrò vt tabulas consignemus. Idem *Trin*. Epistolas duas, eas non consignemus, quasi sint à patre. Cepi tabellas, consignaui clanculum (de scripto & signo.) Idem *Mil. sc. 1. a. 2.* In tabellis quas consignaui. Idem *Merc. sc. 1. a. 1.* (id est, conscripsi.) Festus. Signare interdum scribere significat. Mox apud Plaut. sequitur *conscriberem*. Item, decretum consignari à Lacedæmoniis, & Achæis. Liu. 9. *d. 4.* ¶ Consignare pecuniam inter aliquos, est deponere. Sueton. *in Claud*. Quam quum comperisset super probra & flagitia, C. etiam Silio nupsisse, dote inter aruspices consignata, supplicio affecit.

Cōnsīgnātŭs, particip. Obsignatus, signatus. {חָתוּם *chathúm* רָשׁוּם *raschum*. κατασφραγισθείς. GALL. *Marqué, seellé, empraint*. ITAL. *Marcato, segnato*. GERM. Verzeichnet/ versiglet HISP. *Señalado, sellado*. ANGL. *Marked, sealed*.} Laudatio alicuius consignata cerata, Cicero *pro Flacco*.

Cōnsīgnātĭo, verbale, Sigilli impressio. {חוֹתָם *chotám*. σφράγισμα. GALL. *Signature*. ITAL. *Sigillamento*. GERM. Versiglung. HISP. *Selladura*. ANGL. *Marking, sealing*.} ¶ Consignationes item dicuntur quas vocamus documenta, vel chirographa. Quint. *lib. 12. cap. 8.* Promittit enim litigator omnia, testem, populum, paratissimas consignificationes.

Cōnsīgnantĭŭs, Gellium *lib. 1. cap. 16.* Græci autem significantiùs, consignantiúsque cessationem istam pugnæ pacticiam ἐκεχειρίαν dixerunt.

Cōnsīgnantĭssĭmē, insigniter, maximéque, ἐμφαντικῶς. Gell. *lib. 1. c. 15.* Eupolidis quoque versus de id genus hominibus consignantissimè factus est. Melius consignatissimè: & alibi consignantiùs.

CŌNSĪLĔO, es, ere, pro conticere posuit Ennius. Fest. {דָּם *dam* דָּמַם *damáh* חָרַשׁ *charasch*. σιωπάω. GALL. *Se taire, ne dire mot, ne faire aucun bruit*. ITAL. *Tacere*. GERM. Geschweigen. HISP. *Callar*. ANGL. *To keep silence, to be still*.}

Cōnsīlēsco, is, {ANGL. *To be still, not to say a worde*.} Gell. *lib. 12. cap. 1.* Omnísque impatientissimæ solicitudinis strepitus consilescit. Aliquò aufugiam dum hæ consilescunt turbæ, atque iræ leniunt. Plaut. *Merc. sc. 6. a. 2.*

Cōnsīlīgo, inis, herba est, teste Ruellio, quæ à Gallis *Pomelea*, quasi Pulmonea vocatur, ab herbariis *Pataleonis*. Ἀλάκυμον Dioscoridi. Consiliginis autem nomen à rusticis ei creditur inditum, quòd in aruis inter siliginem frequentissimè inueniatur. Vide Plin. *lib. 15. cap. 8.* & Ruell. *lib. 2. cap. 134.*

Consilinum, Apuliæ oppidum est, teste Mela *lib. 2.* non procul à Tarento.

CŌNSĪLĬO, is, ui, vel iui, ultum, Simul salio. {קָרַב *karáb* נָפַל *naphál*. συνάλλομαι. GALL. *Assaillir quelqu'vn, & se ruer sur luy, & luy courir sus*. ITAL. *Assalire alcuno, correre all' insù*. GERM. Mitemander oder auff einander springen. HISP. *Saltar sobre alguno, acometer con impetu*. ANGL. *To leap vpon one and assault him*.} Idem ferè quod insilire & insultare. Tacit. *lib. 3.* Paucæ huius ipsius exercitus turmæ profligauere. Sequanos quanto pecunia dites, & voluptatibus opulentos, tanto magis imbelles Æduos euincite, & fugientibus consilite. Idem *lib. 5.* Igitur Sinnaces patrem Abdagensem aliósque occultos consilit.

Cōnsīlĭum, Deliberatio, cogitatio. {עֵצָה *betsáh*. βουλὴ, βούλευμα. GALL. *Conseil, aduis*. ITAL. *Consiglio*. GERM. Ein raht/ rahtschlag. HISP. *Consejo ò consultacion*. ANGL. *Counsaile, aduise*.} Cicero *Terentia*. Vestrum iam consilium est, non solùm meum, quid sit vobis faciendum. Idem *Attica lib. 16.* Nemo doctus vnquam mutationem consilij inconstantiam dixit esse. In consilio habendum est, (id est, cogitandum.) Quintil. Consilium résque locúsque dabunt. Ouid. *Eleg. 1. lib. 1. Trist.* Hic hortator pugnæ, consiliúmque fuit. Idem *Eleg. 2. lib. 4. Trist.* Consilium formæ, (de speculo.) Martial. *epigr. 17. lib. 9.* Consilium inire de aliqua re. Plaut. *Pseud. sc. 3. a. 1.* Quid si abeamus

ac

ac decumbamus? Consilium placet. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 1. Ab eo ne quid tecum consilij communicem. Idem *Merc. sc.* 5. *a.* 1. Narraui amicis meis consilium meum de conditione hac. Idem *Aulul. sc.* 5. *a.* 1. Me habuisti comitem consilijs tuis. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Hæc habent consilia: Rape, clepe, tene. Item, Nec parata gutta certi consilij. Idem *ibid. sc.* 1. *&* 2. *a.* 1. Consilium sibi capere. Cæs. *lib.* 1. *de bell. ciu.* non longe ab initio, *&* *lib.* 2. De consilij sententia. (in bello.) Sueton. *in Tiber. cap.* 17. Ad consilium suum aliquem vocare. Senec 4. *de consol. ad Mart.* ¶ Quandoque sumitur pro iudicibus ipsis. Cicer. *pro Roscio*, Qui ex ciuitate in Senatum propter dignitatem, ex Senatu in hoc consilium delecti estis propter seueritatem. Et *infrà.* Dij prohibeant, iudices, vt hoc, quod maiores consilium publicum vocari voluerunt, præsidium sectorum existimetur. ¶ Dictum à Con, & sileo (vt quidam volunt) quod vno consulente cæteri consileant. Siue (vt alij malunt) à Con, & salio, eò quòd in vnam sententiam plurium mentes consiliant, & conueniant. Vt enim Exilium ab exilio, ita consilium à consilio descendit. Non desunt tamen qui pro consiliorum Consessu, siue iudicibus deputatis, Concilium per secundam consonantem scribendum præcipiant, & à conciendo, siue concalando, hoc est, conuocando, dictum velint. ¶ Consilium dare, est suadere. συμβουλεύειν. Quintil. Quum Ciceroni dabimus consilium, vt Antonium roget. ¶ Consilium habere, i. consulere, consilium capere, *prendre conseil.* Salust. *Iugurth.* 101. Metellus propere cunctos senatorij ordinis ex hybernis accersiri iubet: eorum itque aliorum, quos idoneos ducebat, consilium habet. ¶ Consilio secundo vti, quod in prouerbio, Secunda nauigatio, δεύτερος πλοῦς. Cæsar *bell. ciuil. lib.* 3. Vbi propositum tenere non potuit, secundo vsus consilio edito loco castra communit.

Cōnsĭlĭōsus, à Catone dictum est, teste Gell. *lib.* 4. *cap.* 9. pro sapiente, quique sanis consilijs abundat.

Cōnsĭlĭo, as, & consilior, aris, Consulto, delibero. {יעץ iahats. βουλεύομαι. Gall. *Consulter, conseiller ou demander conseil.* Ital. *Dare ò dimandare consiglio.* Germ. Rahten/rahtschlagen/rahtfragen. Hisp. *Dare ò demandar consejo.* Angl. *To counsayle, to giue or tak counsayle.*} Consilium dare, vel petere. Hirtius. Cic. *in Epist. ad Attic. lib.* 15. Tu quid egeris tua cùm tristi, tum etiam difficili ad consiliandum legatione vehementer expecto. Horat. *Od.* 3. Tacit. *lib.* 18. Et rediêre Bononiam omnes simul consiliaturi.

Cōnsĭlĭātŏr, dicitur qui alicui dat consilium. {יועץ iohêts. βουλευτής. Gall. *Conseiller.* Ital. *Consigliero.* Germ. Ein rahtgeber. Hisp. *Consejero.* Angl. *That giueth à counsayle.*} Plin. *in Epist.* Ille in gerendis meis honoribus consiliator & rector. Consiliatores clientum. Interpres Iuuen. *satyr.* 7.

Cōnsĭlĭārĭus, qui ab aliquo in consilium adhibetur, autor, præscriptor, qui alicui consilium dat. {יועץ iohêts. βουλευτής, σύμβουλος. Gall. *Conseiller.* Ital. *Consigliero.* Germ. Ein ratgeber/ein rahtgeber. Hisp. *Consejero.* Angl. *A counsaylour that help in counsayle.*} Cic. 3. *de leg.* Augur meminisse debet, Ioui Opt. Max. se consiliarium & administrum datum. Idem 4. *in Verr.* Interea amici & consiliarij eius molestè ferre cœperunt Heraclitum profugisse. Consiliarium se præbere magistratui. Suet. *in Tib. c.* 33. Et in negotiis publicis. *Ibid. cap.* 55. Consiliarij cædis, (id est, Coniurati.) Velleius.

Cōnsĭlĭārĭus, a, um, Plaut. *in Epid.* Iam Senatum conuocabo in corde consiliarium.

Cōnsŭlō, is, consului, consultum, cum accusatiuo, Consilium peto. {יעץ nohâts ·פ שאל schaal pi דרש darásch. ἐπερωτάω. Gall. *Demander conseil.* Ital. *Dimandare consiglio.* Germ. Rahtsfragen/rahtsuchen. Hisp. *Demandar consejo.* Angl. *To aske counsayle.*} vt, Consulo doctos, id est, à doctis consilium peto. Ego aures consulens meas. Consulere animum suum. Quintil. Consulere vires suas. Idem. Ius consulere. Liuius *lib.* 9. *d.* 4. Consulere superbe aliquem. Consulo quid agam. Plaut. *Merc. sc.* 2. *a.* 1. Hæc mea sententia est, vt quid agas consulas (i. statuas vel tibi prouideas.) Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Visam consulit Augur auem, Ouid. 1. *Fastor.* Si me consulas (i. mihi velis credere.) Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 2. Item Consulere pessimè de aliquo, pro alicui, vel in aliquem. Liu. 8. *bell. Pun.* De perfugis grauius, quàm de fugitiuis consultum. Idem 10. *bell. Pun.* ¶ Inuenitur etiam apud vetustissimos in hac significatione habere duos accusatiuos. Idem *Men. sc.* 3. *a.* 4. Ibo & consulam hanc rem amicos, quid faciendum censeant. ¶ Consulo autem cum genitiuo Æqui, vel boni, significat in meliorem partem interpretari. {Gall. *Prendre en la bonne part.* Ital. *Pigliare in buona parte.* Germ. Für gut auffnemmen. Hisp. *Tomar en buena parte.* Angl. *To tak in good part.*} Plin. *lib.* 33. Quærebat argentum auaritia, boni consuluit (ἠγάπησεν) interim inuenisse minium, rubentisque terræ excogitauit vsum. Consulere, iudicare, vnde Consules, & boni consulere. Quintil. *cap.* 10. *lib.* 1. ¶ Cum datiuo neutrum est, & significat consilium do. {יעץ iahâts. συμβουλεύω. Gall. *Donner conseil.* Ital. *Dare consiglio.* Germ. Rahten/raht geben. Hisp. *Dar consejo.* Angl. *To giue counsayle.*} vt, Medicus consuluit mihi. Cic. 1. *Offic.* cique consulerent, vt eum ab Argiuis remoueret. ¶ Interdum Prouideo, prospicio & præsidium fero. προνοέω: vt, Consule honori tuo, Consule rebus tuis, Consule saluti tuæ, id est, prouide. Consulere timori magis, quàm religioni. Cæs. *de bell. ciuil. lib.* 1. Vitæ duriùs consulere. *Ibid.* Consulere clementiæ suæ potius, quàm alterius culpæ. Liu. 7. *d.* 7. Viden' hostes adesse? Tibi consule. Plaut. *Milit. sc.* 2. *a.* 2.

Consule, dic pariter iecori, pecorisque magistris,

Ouid. 4. *Fastor.* An melius consulerem tibi, (quàm hero?) Plaut. *Capt. sc.* 5. *a.* 3. Et mihi te, & me tibi consulere æquum est. Idem *Aul. sc.* 3. *a.* 1. Tergo ac cruribus consuluit haud decorè. Idem *Asin. sc.* 4. *a.* 2. Dicebam tibi pariter ne matri consuleres malè. Idem *ibidem sc.* 2. *a.* 5. (i. maledicere.) Cic. *Trebatio.* Consuli quidem te à Cæsare scribis, sed ego tibi ab illo consuli mallem: hoc est, mallem vt Cæsar prouideret tibi, quàm te interrogaret. Terent. *Heaut.* Vbi te vidi animo esse omisso, & summa in præsentia. Quæ essent, prima habere, neque consulere in longitudinem, &c. id est, non prouidere in posterum. ¶ Aliquando post datiuum iungimus accusatiuum: vt, Consulo tibi commodum tuum: hoc est, do tibi consilium, quod sit futurum commodum, προβουλεύω.

¶ Quandoque accusatiuum cum In, pro Contra. βουλεύομαι. Terent. Pessime istuc in te, atque illum consulit. Consulere in commune. Liuius 4 *d.* 4. In vos odio vestro consultum ab Romanis. ¶ Interdum est consultare, sed in plurali tantùm, & absolutè: vt, Consulunt Senatores, id est, consultant, βουλεύονται. Cæsar 7. *bell. Gall.* Bis magno cum detrimento repulsi Galli, quid agant consulunt. ¶ [illegible] grauiter de se consulere, est aliquod perniciosum sibi consilium capere, quod aut vitæ, aut fortunis detrimenti aliquid afferat. Vnde de illis propriè dicitur, qui sibi manus inferunt. Liuius, Vt quicquam de se grauiùs consulerent, conscientia impulerat, [illegible] βουλεύσασθαι, [illegible].

Cōnsŭlŏr, eris, passiuum. {נשאל nischâl נדרש nidhrásch. βουλεύομαι:} vt, Consulor de hac re, id est, consilium à me petitur. Cic. 3. *in Verr.* Quàm inanes domus eorum omnium, qui de iure ciuili consuli solent, Senatus nihil consulitur, Cic. *Octauio.*

Cōnsŭl, is, Summus annuus Reip. publicæ consilij princeps. {ὕπατος, ἀνθύπατος, Plutarcho. Gall. *Consul, qui estoit le plus grand magistrat ordinaire qu'eussent les Romains.* Ital. *Consolo: Era quello in prime magistrato di Roma.* Germ. Ein Burgermeister/ Der zeiten war es in dem regiment zu Rom der/welcher das höchste vnnd herrlichste Ampt trug. Hisp. *El consul.* Angl. *A consull, the greatest ordinarie iudge amongest the Romans.*} Summum erat apud Romanos dignitatis fastigium, post exactos reges à Iunio Bruto primum introductum, ducentesimo quadragesimo quarto ab Vrbe condita anno. Dicti autem sunt Consules à Consulendo, siue quòd Reipublicæ consulerent, siue quòd à ciuibus consulebantur. Quint. *cap.* 10. *lib.* 1. Consulere, Iudicare, vnde Consules & boni consulere. Plutarch. verò *in Rom.* ait Consules dictos esse à consilio. Et *in Paul. Æmil.* Consul designatus, eo die concionem habebat ad agendas populo gratias. Ouid. 5. *Fastor.*

——— *Consul cum Consule ludos*
Persoluêre mihi.

Quintil. Apud Consulem petitur fideicommissum. De eorum officio vide. Fenestellam *de Romanis magistratibus.* Cicer. *in Pison.* Animo Consulem esse oportet consilio, fide, grauitate, vigilantia, cura, toto denique munere consulatus, omni officio. ¶ Consulem pro anno poëtæ dicebant, quoniam singulis quibusque annis noui Consules creabantur. Mart. *lib.* 1. Bis iam penè tibi Consul tricesimus instat. Et numeras paucos vix tua vita dies. ¶ Proconsul, qui cum potestate & imperio Consulari ad aliquam prouinciam administrandam mittitur. ἀνθύπατος.

Cōnsŭlāris, vir, qui Consulatum gessit, quemadmodum Prætorius, qui iam præturam gessit. ὑπατικός. Cic. *Lent.* Q. *Maximo*, qui filium Consularem amisit. ¶ Consularis ætas, in qua Consulem esse licebat: quæ erat annorum trium & quadraginta. Cic. 5. *Phil.* Quid Macedo Alexander, quum ab ineunte ætate res magnas gerere cœpisset, nónne in tertio & tricesimo anno mortem obiit: quæ est ætas nostris legibus decem annis minor, quàm Consularis? Consularis cognitio apud Romanos summa cognitio causæ censebatur. Bud. *l. vlt. ff. de senator.*

Cōnsŭlārĭtĕr, aduerbium, Liu. 4. *ab Vrbe*, Quinque consulatus eodem tenore gesti, vitâque omnis consulariter acta.

Cōnsŭlātus, us, Officium, vel dignitas, siue tempus quo Consul in officio est. {ὑπατεία. Gall. *Consulat, office de Consul.* Ital. *Consolato, officio de Consoli.* Germ. Burgermeisterthumb. Hisp. *El consulado, dignidad de Consul.* Angl. *The office of the consull or his dignitie.*} Plin *lib.* 14. *c.* 15. Epulo verò in tertio Consulatu suo Falernum, Chium, &c. Cic. *pro Muren.* Vultus erat ipsius plenus furoris, oculi sceleris, sermo arrogantiæ: sic vt ei iam exploratus & domi conditus Consulatus videretur. De Catilina. ¶ Consulatus ordinarius. Suet. *in Domitiano*, In sex consulatibus, non nisi vnum ordinarium gessit. Et Senec. Consulem me fecit, sed non ordinarium. Erat verò Consul ordinarius, ex cuius nomine anni supputatio ordinabatur, i. cuius nomen in literis & instrumentis, & in fastis scribebatur, quique Calendis Ianuariis honorem inibat. Nam ætate Imperatorum annus in multos diuidebatur Consules, sed soli, qui anni initio inibant honorem ordinarij censebantur, honoratioresque erant. Lege Dionem *lib.* 43.

Cōnsultō, as, Delibero. {יעץ iabáts נמלך nomlákh. βουλεύομαι. Gall. *Consulter, deliberer, faire consultation.* Ital. *Consultare, deliberare.* Germ. Rahtschlagen. Hisp. *Deliberar, consultar.* Angl. *To aduise, to tak aduisement.*} Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 1. Nimium consultas diu. (i. cur me citò non liberas.) & ex te consultas tua. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 3. Liu. *lib.* 1. *d.* 1. Ad eam rem consultandam Augures ex Hetruria acciuerant. Cic. 2. *Offic.* In quibus deliberare homines, & consultare de officio solent. Delecti, quibus corpus annis infirmum, ingenium sapientia validum erat, Reipublicæ consultabant. ¶ Consultare aliquem. Plaut. *Mil.* Quid me consultas quid agas? Id est, cur à me consilium petis? Plin. *in Paneg.* Vna erat in limine mora, consultare aues, reuererique numinum monitus.

Cōnsultor, in passiua significatione, Macrob. *Saturn. lib.* 1. *c.* 6. Cùm in Senatu res maior quæpiam consultaretur.

Cōnsultātĭo, verbale, Deliberatio. {מועצה moêtsáh. βουλή. Angl. *An aduising, taking aduisement.*} Terent. Nulla sibi Pamphile hic iam consultatio est. Cicer. 3. *Offic.* Sapientem & bonum virum fingimus, de eius deliberatione & consultatione quærimus. Transacta consultatione (id est, finito consilio aduocatorum.) Suet *in Neron. cap.* 41. Cœtus & consultationes secretæ. Liuius *lib.* 34

Cōnsultus, quando participium est, significat eum qui consulitur, hoc est, à quo consilium petitur. {ἐρωτηθείς. Angl. *Demaunded or asked counsayle of.*} vt, Medicus consultus dixit te febri laborare. Cic. *pro Mil.* Nihil de eius morte populus consultus. Quandoque nomen est, & ponitur pro prudenti & sapienti. {ἔμπειρος. Angl. *A wise or skilfull man of whome counsayle may be asked.*} Ouid. 1. *de arte amand.* Si tibi credibilis sermo, consultáque verba, id est, prudentiæ ac sapientiæ plena. Est autem nomen duobus modis, scilicet quum per se ponitur. Horat. —eris tu qui modò miles, Mercator: tu consultus modò rusticus: vel quando habet genitiuum. Liu. *lib.* 10. Callidos, solertesque iuris, atque eloquentiæ consultos. ¶ Hinc dicimus Consultus iuris, & iuris consultior, & consultissimus. ἐμπειρότατος τῶν νόμων. Idem *lib.* 2. Consultissimus iuris,

vt illa quisquam ætate esse poterat. Item pro sciente. Suet. *Aug.c.65.* Non nisi se consulto, (i. sciente.) Consulta opera, pro consultò. Gell. *c.vlt.lib.6.* Iurasti conceptis verbis. B. Consultis etiam quoque. Plaut. *Pseud.sc.3.a.1.* Approbare consulta. (i. ea de quibus consultaretur) ad collegam refert. Liu. *lib.10.ab Vrb.* ¶ Sic Inconsultus habet tam significationem participij, quàm nominis: non tamen dici potest participium, quod non habeat verbi originem.

Cōnsūltum io neut.gen. Statutum, siue decretum. {עצה *chek.* συμβούλευμα. Angl. *An ordinance or decree of counsayle.*} Hinc dicimus Senatusconsultum, pro eo quod Senatus decreuit. Hor. *in Epist.* Qui consulta patrum, qui leges, iuraque seruat. Consultum facere (de Senatusconsulto.) Gell. *c.13.lib.1.* ¶ Dicimus etiam, Opus est consulto: hoc est, opus est consulere, vt illud Salustij, Nam & priusquam incipias, consulto: & postquam consulueris, maturè facto opus est: i. consulere, siue vt consulas.

Cōnsūltor, is, qui alium consulit, qui consilium ab aliis petit, {דורש *doresch* יעצה *nohathe.* i. συμβουλευόμενος. Gall. *Qui demande conseil.* Ital. *Chi domanda consiglio.* Germ. Rahtsfrager. Hisp. *El que demanda consejo.* Angl. *He that asketh counsayle.*} Cic. *pro Cornel. Balbo*, Etenim si Qu. Scæuola ille Augur, quum de iure Prætorio consuleretur iuris peritissimus, consultores suos nonnunquam ad Furium & Camillum reiiciebat. Idem *pro Murena*, Vigilas tu de nocte vt consultoribus tuis respondeas. ¶ Accipitur quandoque pro eo qui alij consulit. {יועץ *jobets.* σύμβουλος, βουλευτής. Gall. *Conseiller, qui donne conseil.* Ital. *Consultore, consigliere.* Germ. Ein Rahtgeber. Hisp. *Consejero.* Angl. *He that giueth another counsayle.*} vt apud Salustium *in Iugurth.* Simul ab eo petit, vti fautor consultórque sibi adsit. Et in illo versu prouerbiali, apud Gell. *cap.5.lib.4.* Consilium malum consultori pessimum est. Malè consultorum pœnas exsoluere, suprà præcipitis consilij, Velleius. Item iuris consultor in Breuiario.

Cōnsūltrix, fœm.gen. {יועצת *jobetseth.* βουλεύτρια. Cic. 2. *de nat.deor.* Ipsius vero mundi, qui omnia complexu suo coërcet & continet, natura non artificiosa solùm, sed planè artifex, ab eodem Zenone dicitur consultrix, & prouida vtilitatum, opportunitatúmque omnium.

Cōnsūltōria hostia, erat qua diuina voluntas per exta disquirebatur. συμβουλευτικὴ. De hac Virg.

——— mactat lectas de more bidentes.

¶ Duo enim hostiarum genera à Macrobio enumerantur: quarum altera Animalis vocatur, quum idcirco solùm hostia mactabatur, vt eius anima, hoc est, sanguis & vita, deo alicui offerretur: altera Consultoria, cuius exta ab Aruspice inspici solent, & Deûm voluntas ex illis explorari.

Cōnsūltē, aduerbium, Prudenter. {ἐν σκέψει ἰσχυρῶς, ἐσκεμμένως. Gall. *Prudemment, sagement, auisement.* Ital. *Prudentemente, accortamente, sauiamente.* Germ. Weyßlich, auß gutem Raht. Hisp. *Adrede y à sabiendas.* Angl. *Wiselie, discretlie.*} Plaut. *Rud.* ille qui consultè, doctè atque astute cauet.

Cōnsūltissimē, Optimo consilio, prudentissimè, aduerb. Iulius Capitolinus *in Pertinace*: Annonæ consultissimè prouidit.

Cōnsūltō aduerb. Cogitatò, dedita opera, de industria. {בזדון *bezadhon.* βουλευτικῶς, ἐκ προνοίας. Gall. *De faict à pensé, de propos deliberé.* Ital. *Fatto à studio, con animo deliberato.* Germ. Auß gutem Raht vnd zeitiger vorbetrachtung. Hisp. *Adrede y à sabiendas.* Angl. *Of sete purpose, aduisedlie.*} Plaut. *Pan.* Consultò hoc factum est, mihi vt insidiæ fierent. ¶ Consulta opera, pro Consultò, dixit Gell. *lib.6.c.17.* Non sponte, neque consulta opera. Cic. 1. *de Leg.* Itaque ad hominum commoditates & vsus tantam rerum vbertatem natura largita est, vt ea quæ gignuntur, donata consultò nobis, non fortuitò nata videantur. Consultò ad arma iuit, vt detegerentur insidiæ. *Aug.c.15.*

Cōnsīmĭlis, e, Similis, {דומה *domeh.* ὅμοιος. Gall. *Du tout semblable, fort ressemblant.* Ital. *Simile.* Germ. Gantz gleich. Hisp. *Semejante.* Angl. *Very like.*} cuius contraria sunt Dissimilis & Absimilis. Plaut. *Amph.* Ain' tu alterum te reperisse consimilem Sosiam domi? Ter. *in Eunuch.* —& quia consimilem luserat Iam olim ille ludum. Cic. 2. *Phil.* Quòd quum rem gessisset, consimilem rebus iis quas ipse gesseram, me potissimum, &c. Cum genitiuo. Cic. 1. *de Orat.* Causa aliqua posita consimili causarum earum quæ in forum deferuntur. Terent. *Heaut.* Cuius mos maximè est consimilis vestrûm. Tam consimilis est atque ego. Plaut. *Amph.* Consimiles sunt adeò vt veri assim, nesciam. Idem *ibid.* Item, Tua est imago: consimilis est, quàm potest. Plaut. *Men.sc.9.a.5.* Auis feræ consimilis captiuus. Idem *Capt.sc.2.a.1.*

Cōnsĭpĕrĕ, {συμφρονεῖν. Gell. *lib.7.c.3.* Cum veteri sese ostendit, ne partem gaudio atque lætitia rerum gestarum prosperè de statu mentis suæ deturbari non satis conspirent, neque ad rectè intelligendum consulendúmque essent idonei: quæ Catonis verba potius, quàm Titonis ipsum culpantis.

[Consistorium, rupes alta. Pap.]

Cōnsĭsto, is, constiti, Insisto, commoror, subsisto, resideo. {ישב *jaschab* עמד *màdh.* ἵσταμαι. Gall. *S'arrester, demeurer, seiourner, se reposer.* Ital. *Fermarsi.* Germ. Still stehn, gstehn. Hisp. *Estar firme.* Angl. *To stand still, and tary.*} Terent. Otiose nunc iam illicò hic consiste. Vbi Donatus, Consistere, est audacter, & constanter stare. Sic Consistere in anchoris, vel ad anchoram, apud Cæsarem. Cicer. *ad Quint. Fratr.2.* Tantus clamor à nobis (placuerat enim referre gratiam) vt neque mente, neque lingua, neque oratione consisteret. Cato *de re rust. cap.71.* Et si aluus non consistet, id est, non desinat fluere. Varro, Vt si pluerit aqua non consistat.

Nam circumfusa consistit in aëre tellus,

Tibul. *lib.4.* Seu sit opus quadratum acies consistat in agmen. Idem *ibid.* Non illis mentem animumque consistere Gell. *c.1. lib.15.* Adeunt, (supple) consistunt, copulant dexteras. Plaut. *Aul. ii.1.a.1* Gelu stringi aquas & consistere. Gell. *c.9.lib.17.* In me consistit lassata crudelitas fatorum. Senec. *cap.16.de consol.ad Pliu.* Causam concrete, aut consistere, pro Construere Gell. *cap.1.lib.5.* vidimus ingentem glacie consistere pontum. Ouid. *Eleg.10.lib.3.Trist.* Nec vebiculum in toto quisquam consistere quiet. Plaut. *Curc.* [illegible]

Etiam consistere [illegible]

Ouid. *Eleg.4.lib.4.Trist.* Valetudo ei neque corporis, neque animi consistit. Suet. *in Calig.cap.50.* Consistet administratio belli (i. interrumpetur.) Cæs. 2. *de bell.ciu.* Consistere cum aliquo, est in iudicio aduersus eum stare.) Fab. Quint. *declam.133.* ¶ Dicimus item, Salutem nostram, aut spem in hoc, aut illo consistere, hoc est, ab illo pendere, & sine eo nullam esse. Cic. *pro Marcello*, Salus Reipublicæ in mortalis vnius anima consistit. Idem 5. *Phil.* Quum in eo salus & vita optimi cuiusque, & libertas populi Romani, dignitásque consisteret. Plaut. *Asin.sc.1.a.3.* Omnis familiæ caussa consistit tibi. i. in te ¶ Consistimus quoque, quum recuperatis viribus firmiores incipimus esse, & validiores, ita vt sine vlla corporis imbecillitate possimus ingredi. Cicer. *famil.7.* In eas herbas quum incidissem in cœna augurali apud Lentulum, tanta me διάρροια arripuit, vt hodie primum videar cœpisse consistere. Virg. pro erigor potuit, Cōstitit in digitos. ¶ Cōsistere, pro instituere. Luc. *lib.6.*

Et per qua possent vitam consistere tutam.

sic insistere viam apud Comicum, pro instituere viam. ¶ Frigore consistere dicuntur fluuij. Ouid. 5. *Trist.Eleg.11.*

Vt sumus in ponto, ter frigore constitit Ister.

i. glacie astrictus est & congelatus. Mente consistere. i. mente esse composita, Cic. 2 *Phil.* ¶ Legatum consistere pro valere, Africanus *in l. seruum filij ff. de legatis 1.* Seruum filius castrensis peculij legare pater potest. Et si viuo patre mortuus sit filius, & apud patrem peculium remansit, consistit legatum. ¶ Consistens vinum est firmum, & validum, & quo consistimus quod vinum dicitur de meliore nota, de quo caeteros humanioris doctrinæ viri loquuntur.

Constitio, est locus spatiosus in ædibus, in quo consistebant ii, qui dominum ædium salutare, aut alloqui cupiebant. Gell. *cap.5.lib.16.* Ab illa grandis loci constitione & quasi stabulatione, &c.

[Consistorium (vox posterioribus Latinis & Græcis vsitata) locus, vbi consistunt de rebus communibus, ciuilibus, aut sacris, deliberaturi. Hinc Consistorianus, qui ad Consistorium pertinet. Ita & Græcis Ictis κονσιστωριανοί.]

Cōnsōbrīnī, qui ex duabus sororibus sunt editi, quasi Consororini. {אחים *achim.* ἀνεψιοί. Gall. *Cousins germains, enfans de deux sœurs.* Ital. *Cugini, figliuoli di due sorelle, germani.* Germ. Die von zweyen schwestern her erboren seind/ Geschwisterte kind oder Nifften. Hisp. *Primos hermanos, hijos de hermanas.* Angl. *Sister sones.*} Patrueles autem, qui ex duobus fratribus, à Græcis dicuntur ἀδελφιδοῖ, vel etiam ἀνεψιοί. Amitini, qui ex sorore & fratre propagantur. Sed ferè vulgus omnes istos communi appellatione Consobrinos vocat: quemadmodum & eos, qui ex fratribus patruelibus, aut consobrinis propagantur, vel amitinis. Cic. *ad Cælium lib.2.* Nam quòd ad me Caius consobrinus tuus, et scis, mihi maximè necessarius. Terent. *Hecyr.* —cedo quid reliquit Phania Consobrinus noster?

Cōnsōbrīna, æ, Matertera meæ filia. {אחות *achoth.* ἀνεψιά. Gall. *Cousine germaine.* Ital. *Cugina germana.* Germ. Meiner mutter schwester dochter/ ein Baß. Hisp. *Prima hermana, hija de hermana.* Angl. *The daughter of my sister.*} Cic. *pro Quint.* Quintij consobrinam habet in matrimonio.

Cōnsŏcĕr, i, ὁμοκηδεστὴς. Consoceri dicuntur, quorum alter filium alterius filiæ maritum dedit. Suet. *in Claud.* Appium Syllanum consocerum suum crimine incerto, nec data defensione, occidit.

Cōnsŏcĭo, as, are, Societatem ineo, communico, coniungo. {חבר *chibber* התחבר *hithchabber.* κοινωνεῖν, συνεταιρίζω. Gall. *Associer, allier & conioindre ensemble.* Ital. *Accompagnare.* Zugesellen/ zusammen gesellen. Hisp. *Acompañar.* Angl. *To associat, to ioyne a fellow or companion to.*} Plaut. *Rud.* Vel consociare mihi quidem tecum licet: Æquas habemus partes. Liu. 8. *ab Vrbe*, Sed quod tædio Imperij Romani cum Gallis gente efferata arma quondam consociassent. Consociauerat se in omnia belli pacisque consilia. Liu. *lib.5.d.5.*

Cōnsŏcĭātus, parti cipium. {מחובר *mechubbar.* συνεταιρισθείς. Gall. *Associé, allié.* Ital. *Accompagnato, che ha fatto liga.* Germ. Zugesellt/ zugefügt. Hisp. *Acompañado, associado.* Angl. *Associated, ioyned to in fellowship.*} Cic. *in Parad.* Qui videt domi tuæ pariter accusatorum atque iudicum consociatos greges, qui nocentes & pecuniosos reos, &c.

Cōnsŏcĭātĭo, verbale; Societas, communio. {חברה *chebrah.* κοινωνία, συνεταιρισμός. Gall. *Accompagnement, association.* Ital. *Accompagnamento.* Germ. Ein zugesellung zusammen fügung. Hisp. *Compañia con otro.* Angl. *Association, or ioyning to in fellowship.*} Cic. 1. *Offic.* Sequemúrque & id quod acutum & perspicax natura est, & id quod ad hominum consociationem accommodatum est.

[Consolida, herba: quia cōsolidandi & conglutinandi vi pollet. σύμφυτον.]

Cōnsŏlĭdo, as, are, Redintegro, & in vnum congero, quod priùs ruptum, aut diuisum fuerat. {קבץ *kebemidh.* συμπηγνύειν. Gall. *Faire solide & massif, conioindre ce qui estoit dissou, reunir.* Ital. *Solidare, far massiccio, reunire.* Germ. Wider ergentzen/ widerumb erneweren oder gantz machen. Hisp. *Soldar, ayuntar, y fortalecer.* Angl. *To put together and massiue.*} Rationes consolidare. Cic. *ad Ruffum. lib.5.* Illud quidem certè factum est, quod lex iubebat, vt apud duas ciuitates rationes confectas & consolidatas deponeremus. ¶ Vsusfructus consolidatus, id est, coniunctus cum proprietate. Vlpianus *l. idem Neratius ff. de vsufructu accresc.* Nec nouum nam & si duobus vsusfructus legetur, & apud alterum sit consolidatus, ius accrescendi non pertinet ei apud quem consolidatus est, nec ab eo: & ipse quibus modis amitteret ante consolidationem, iisdem & nunc amittit.

Cōnsŏlĭdātĭo, nis, verbale, cuius propriam significationem dignosces ex *§. item finitur. Inst. de vsufruct.*

[Consolino, consulo Scal.]

Cōnsŏlŏr, Solor, leuo, dolorem leuo, mœrorem minuo, desiderium lenio, consolationem adhibeo, à con & solor. {נחם *nicham* παραμυθέομαι, παρηγορέω. Gall. *Consoler.* Ital. *Consolare.* Germ. Trösten. Hisp. *Consolar.* Angl. *To comfort.*} Cicer. *Marcel. lib.4.* Virtuti tuæ magis gratulari debeo, quàm consolari dolorem. Idem *Sulp.* Tuos, Quid me ista res consolatur in tanta tenebris, & quali [illegible] Reipublicæ? ¶ Inuenitur & in significatione passiua. Albinus *in Epist. Ciceron.* Sed quum dea quæ sperabam non dolebam, consolabar eo quæ sitium. Gell. quoque ita vsurpasse probat *lib.15. cap.13.* Consolari quoque in partem alteram dictum præter quam dici solitum est, in i. pist.

Qu.

Qu. Metelli: Ac cùm animum, inquit, vestrum erga me video, vehementer consolor.

Consŭlo, actiuum, apud Varr. *in OEdipo Thyestâ*. Per idem tempus OEdipus Athenas exul venire dicebatur qui consolaret. ¶ Consolans, huius consolantis, Participium, παραμυθούμενος. Cic. 3. *Tusc.* Hæc igitur officia sunt consolantium, tollere ægritudinem funditus, aut sedare, aut detrahere quamplurimum, aut supprimere, nec pati manare longiùs, aut ad aliam traducere.

Cōnsŏlābĭlis, e, quod consolationem admittit. {נחם nichâm. εὐπαραμύθητος. GALL. *Qu'on peut appaiser par consolation, aisé à appaiser.* ITAL. *Che si può accettare con la consolatione o conforto.* GERM. Das wol zu trösten ist. HISP. *Cosa que recibe consolacion.* ANGL. *That may be comforted.*} Cic. *ad Sulpic.* Est omnino vix consolabilis dolor, tanta est omnium rerum amissio. δυσπαραμύθητος.

Consolabilis, παραμυθητικός actiuè, qui consolatur, Gell. *lib.* 16. *c.* 9. Canere carmen casus illius consolabile.

Cōnsŏlātōrius, a, um, quod consolatur: vt, Epistola consolatoria. {מנחם menachêm. παραμυθητικός. GALL. *Consolatoire, qui console.* ITAL. *Cosa che consola.* GERM. Tröstlich/oder das tröstet. HISP. *Cosa consoladera.* ANGL. *That comforthet.*} Cic. *ad Att. lib.* 13. A Cæsare literas accepi consolatorias. Consolatorij codicilli. Suet. *in Othon. c.* 10.

Cōnsŏlātor, is. {מנחם menachêm. παρηγορητής. GALL. *Consolateur, qui console.* ITAL. *Confortatore, consolatore.* GERM. Ein Tröster. HISP. *Consolador.* ANGL. *He that comforthet.*} Cicer. 3. *Tuscul.* Consolatores ipsos confiteri se miseros, quum ad eos impetum suum fortuna conuerterit.

Cōnsŏlātĭo, nis, Leuamen, leuatio doloris, confirmatio. {נחם nichûm נחמה nechamâh, παραμυθία. GALL. *Consolation, reconfort.* ITAL. *Consolatione.* GERM. Ein trost/oder tröstung. HISP. *Consolacion.* ANGL. *Comfort, consolation.*} Cic. *pro Milon.* Nunc me vna consolatio sustentat. Idem *de claris Orator.* Ea consolatione sustentor, quam tu mihi, Brute, adhibuisti suauissimis literis.

Consolabundus, Agens consolatorem, consolatoris officio fungens. παρηγορῶν.

Cōnsŏmnĭo, as, {ὀνειροπολέω, ἐνύπνια ὁρᾶν. GALL. *Songer & ruasser en son esprit en dormant.* ITAL. *Sognare.* GERM. Träumen/ein Traum haben. HISP. *Soñar.* ANGL. *To dreame.*} Plaut. *Mostell.* Quid is consomniauit? TR. Ego dicam tibi.

Cōnsŏno, Simul sono. {המה hamâh. συμφωνέω. GALL. *Retentir, resonner.* ITAL. *Consonare, suonare insieme.* GERM. Mitthönen/mitstimmen. HISP. *Consonar, resonar.* ANGL. *To sowne together.*} Varro *de Apibus.* Quum iam euolaturæ sunt, aut etiam inceperunt, consonant vehementer, perinde vt milites faciunt, quum castra mouent. Plaut. *Amphitr.* Postquam id actum est, tubæ vtrinque canunt, contra Consonat terra, clamorem vtrinque efferunt. Virg. 5. *Æneid.*

Tum plausu, fremituque virum, studiisque fauentum
Consonat omne nemus.

¶ Interdum ponitur pro consentio, conuenio. {GALL. *Conuienne, responde.* Item *estre d'accord.* ANGL. *To accord or agree.*} Cic. *in Sal.* Vt omnis oratio moribus consonet. Sen. *Epist.* 31. Vt perfecta virtus sit, æqualitas ac tenor vitæ per omnia consonans sibi. Vt ea consonent virtutis. Quint. Consonant voces graues, acutæ in Musica. Item Consonare sibi. Sen. *epist.* 89. Consonante voce. Liu. *lib.* 6. *d.* 4.

Cōnsŏnans, nomen adiectiuum ex participio, σύμφωνος. Cicer. *in Partit.* Atque etiam est hæc distinctio in verbis, altera natura, tractatione altera. Natura, vt sint alia consonantiora, grauiora, &c. ¶ Consonantes literæ à Grammaticis dicuntur, quòd cum vocalibus, non per se sonent. σύμφωνα.

Cōnsŏnus, a, um, Conueniens. {כשר chascher. σύμφωνος. GALL. *Accordant de son, concordant, conuenable.* ITAL. *Conuenevole, accordante.* GERM. Mitstimmend mitthellend. HISP. *Cosa que suena bien con otra.* ANGL. *That sowneth or agreeth with others.*} Sil. *lib.* 17.

Armorumque habitus noti, & vox consona linguæ.

Cic. *Attic. lib.* 4. Credo Platonem vix putasse satis consonum fore, si hominem id ætatis in eam longo sermone diutiùs retinuisset.

Cōnsŏnantia, æ, vocum concordantia, quæ συμφωνία Græcè dicitur.

Cōnsōpĭo, is, ire, In somnum induco, obruo. {הפיל תרדמה hippil tardemâh. κατακοιμίζω. GALL. *Faire endormir quelqu'un.* ITAL. *Indurre in sonno.* GERM. Entschlaffen/zuschlaffen machen. HISP. *Adormecer.* ANGL. *To bring asleape.*} Cic. 1. *Tusc.* Num igitur eum curare censes, quum luna labores, à qua consopitus putatur, vt eum dormientem oscularetur? *Ibid.* Quid melius quàm in media vitæ laboribus obdormiscere, & ita conniuentem somno consopiri sempiterno?

Consoranni, populi sunt Galliæ Aquitanicæ, vt scribit Plin. *in descriptione Aquitaniæ lib.* 4.

Cōnsōrs, tis, eiusdem sortis, id est, conditionis & fortunæ, & qualitatis in omni re, & negotio particeps, socius. {חבר chabêr. κοινωνός, ὁμόμοιρος. GALL. *D'vn mesme sort, compagnon & participant en quelque chose.* ITAL. *Di vna istessa sorte & conditione.* GERM. Mitgenoß/theilhafftig. HISP. *Compañero de ygual suerte.* ANGL. *Of the same estat, sort and condition a companion.*} Sappho *ad Phaonem.* Non tantum Alcæus consors patriæque lyræque laudis habet. Cicer. *Verr.* Sostratus, & Numenius, & Nymphodorus eiusdem ciuitatis, quum ex agris tres fratres consortes profugissent, quòd iis plus frumenti imperabatur, &c. ¶ Consors, particeps: vt, Consors consilij publici. Plin. *Epist.* 167. Generis consortes, id est, consanguinei, & propinqui. Ouid. *Epist.* 3. Socius & consors laboris. Cic. *de clar. Orat.* Thalami consors, ὁμόλεκτρος, ὁμόδεμνος. Ouid. 10. *Met.*

——— *thalami consorte carebat.*

Consors culpæ. Idem 3. *Fast.* Consors vitiorum fratris. Et, frater Fuluij & quidem consors. (i. simul viuens.) Velleius & Lips. *ibid.* Ante illum consortem Imperij, quàm successorem pater accipiat. Senec. *c.* 12. *de consol. ad Polyb.* Item consors Imperij. Suet. *in Othon. c.* 8. ¶ Consortem Propertius posuit pro simili, quum inquit,

Tu qui consortem properas euadere casum.

Cōnsōrtium, ij, Societas, communio. {חברה chebrâh. κοινωνία, ὁμαιχμία. GALL. *Compagnie, association, communauté.* ITAL. *Consortio, compagnia.* GERM. Ein Gesellschafft/gemeinschafft. HISP. *Tal compañia.* ANGL. *Felloship, companie.*} Papin. *l. si inter fratres. §. idem Papin. ff. pro socio.* Si inter fratres voluntarium consortium initum fuerit, &c.

Cōnsortĭo, nis, Societas, communio. {חברה chebrah. ANGL. *Felloweshippe, societie.*} Liu. *lib.* 6. Quænam ista societas, quænam consortio est. Idem *lib.* 10. *d.* 4. Cicer. 3. *Offic.* Dissoluatur necesse est omnis humana consortio.

Cōnspergo, is, Aspergo, respergo, profundo. {נזה nazâh זרק zarâk זור pazâr. καταρραίνω. GALL. *Arrouser, espandre ou espardre.* ITAL. *Spargere.* GERM. Besprengen/bespritzen. HISP. *Esparzir ò derramar.* ANGL. *To scatter, to strawe or sprinkle about.*} Plaut. *Curc.* Vbi vino has conspersi fores. Lucret. *lib.* 2. Tempora conspergunt viridantes floribus herbas. Hinc

‖Consparsio, conspersio. Tertull.

Conspersio, farina per aquam conglutinata sine fermento. Cath.‖

Cōnspersus, participium. {מוזה muzzêh מפוזר mephuzzar. κατερραντισμένος. GALL. *Arrousé, sur qui quelque chose est espandue ou espars.* ITAL. *Sparso, seminato.* GERM. Besprengt/bespritzt. HISP. *Esparzido o derramado.* ANGL. *Scattered or sprinkled about.*} Cic. 3. *de Orat.* Vt porrò conspersa sit quasi verborum sententiarúmque floribus, id non debet esse fusum æqualiter, &c. Conspersum stellis caput. Idem 2. *de nat. deor.*

‖Conspicabile, conspicuum. Prud.‖

Cōnspĭcĭo, is, Vide, cerno. {ראה raâh השקיף hischkiph השגיח hischghiach. ἐφορῶ. GALL. *Regarder & considerer, aduiser & prendre garde.* ITAL. *Guardare, mirare.* GERM. Sehen/ansehen/anschawen. HISP. *Very mirar.* ANGL. *To looke, or behold and consider.*} Plaut. *in Amphitr.* Qui ipsius equidem nunc primùm istanc tecum conspicio simul. Gratias Ioui ago quum hunc conspicio in potestate nostra. Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 5. Ostium vbi conspexi, &c. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 2. (Quantum corde conspicio meo.) Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 3. Nautis voluptas cum ex alto terram conspiciunt. Idem *Menæch. sc.* 1. *a.* 2. ¶ Dicitur & de mente. Cic. *pro Corn. Balb.* Vt conspiciatis eum mentibus, quem oculis non potestis. ¶ Conspicere pro attendere. Idem *pro Muræn.* Non debes M. Cato arripere maledictum ex triuio, aut ex scurrarum aliquo conuitio, neque temerè Consulem pop. Rom. saltatorem vocare, sed conspicere quibus præterea vitiis affectum esse necesse sit eum, cui verè illud obiici possit. Conspicere sibi quæ sint in rem suam. Plaut. *Trin.*

Cōnspĭcĭor, eris, passiuum. Cic. *in Catil.* Carere me aspectu ciuium, quàm infestis oculis omnium conspici mallem. ¶ Bonis animi conspici, est Virtute & scientia illustrem esse. Ouid. 1. *Trist. Eleg.* 5.

Prima locum sanctas heroidas inter haberes,
Prima bonis animi conspicerere tui.

Cōnspectus, nomen ex partic. {נראה nireéh. περίβλεπτος, ἐπίβλεπτος. GALL. *Veu & regardé.* ITAL. *Veduto.* GERM. Gesehen/angesehen. HISP. *Mirado.* ANGL. *Beholden, diligentlie regarded.*} Conspecta virtus, pro spectata. Sen. *c.* 16. *de consol. ad Elb.* Liu. 2. *bell. Pun.* Plebeium Consulem sua plebs persecuta, turba, quàm dignitate, conspectior.

Cōnspĭcĭendus, a, um, Dignus qui conspiciatur, illustris, insignis. {נראה nireéh. ἀξιοθέατος. GALL. *Digne d'estre regardé & veu.* ITAL. *Degno di essere veduto.* GERM. Ansichtig/herrlich berümpt. HISP. *Digno de ser mirado.* ANGL. *Worthie to be bolden and considered.*} Autor ad Herennium *lib.* 1. In gestu nec venustas conspicienda, nec turpitudo sit, ne aut histriones, aut operarij videamur esse. Tibul. *lib.* 1. *Eleg.* 2.

Insideas celeri conspiciendus equo.

Conspiciendus eques. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* Inter greges conspicienda (capella.) Idem 5. *Fast.*

Cōnspectus, pro aspectu. {ראות reúth מראה mareéh. ὄψις, ἐποψία. GALL. *Regard, veuë.* ITAL. *Riguardo.* GERM. Anschawung. HISP. *Mirada, acatamiento commun de todos.* ANGL. *Earnest beholding.*} Virgil. 1. *Æneid.*

Vix è conspectu Siculæ telluris in altum
Vela dabant læti.

Non te pudet prodire in conspectum meum. Plaut. *Menæch. sc.* 1. *a.* 5. Abin' è conspectu meo? Idem *Amphitr. sc.* 3. *a.* 1. Ne me ignores cum è conspectu meo abscesseris. Idem *Capt. sc.* 3. *a.* 2. Periistis, nisi hunc è conspectu abducitis, *ibidem sc.* 5. *a.* 3. Si è conspectu heri se abdiderint, Idem *Pseud. sc.* 7. *a.* 4. Item in promptu, &, vt ita dicam, in conspectu. Quint. Iámne abierunt isti ex cónspectu meo? Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 5. In conspectum admittere, Suet. *Tib. c.* 4. In conspectum venit: pro, visus est. Idem *in Cæs. c.* 35. Nunquam se in eius conspectum reuersurum confirmat. Cæs. 2. *de bell. ciu.*

Cōnspĭcuus, a, um, à Conspicio, sicut Perspicuus à Perspicio. Modò significat sagacem, perspicacem, acutum. {קסם kesém נבון nabôn. ἔμφρων. GALL. *Sage, prudent, accort.* ITAL. *Sagace, scaltrito, accorto.* GERM. Scharpffsinnig/weyß. HISP. *Sabio, prudente y astuto.* ANGL. *Wise, that seeth, and perceiueth well.*} Quintilianus, Conspicuus, sagax, callidus. ¶ Modò clarum, & qui ab omnibus conspicitur. {נראה nireéh. ἐπίβλεπτος. GALL. *Clair, manifeste.* ITAL. *Chiaro, manifesto.* GERM. Berümpt/achtbar/welchen jederman anschawet. HISP. *Claro y manifiesto.* ANGL. *That stande in plane sight.*} vnde Martialis, Conspicuum amphitheatrum appellat, *lib.* 1. Hic vbi conspicui venerabilis amphitheatri Erigitur moles. Demonstrare digito conspicuúmque facere. Sueton. *in Aug. c.* 45. Conspicuæ cultu ædes. *Ibid. c.* 72.

Iuro per te præsentem conspicuúmque Deum.

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 1. *Trist.*

——— *Video fulgentibus armis*
Conspicuos postes.

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 3. *Trist.* ——— *Capútque*
Conspicuum pietas, quo tua tollat, habet.

Idem *Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.*

——— *Quot inter*
Occultum stellæ conspicuúmque polum, ibid.

¶ Conspicuus homo, qui in se omnium oculos conuertit. Liu. 1. *ab Vrbe*, Iam & Romanis conspicuum eum nouitas diuitiæque faciebant.

Conspico, as, & Cōnspĭcor, is, à præpositione Con, & antiquo verbo specio, Conspicio. {נשקף nischkaph. ὁρῶ. GALL. *Voir, & apperceuoir.* ITAL. *Vedere.* GERM. Sehen. HISP. *Mirar y acatar.* ANGL. *To see, or beholde.*} Terent. *Eunuch.* Cur ego te in his conspicor regionibus

Cæsar 2. *bell. ciuil.* Hunc conspicatæ naues, sublatis anchoris sequi cœperunt. Conspicatus sum herum ad portum, Plaut. *Mostell. sc.1. a.2.* Hoc vbi Amphitruo herus conspicatus est, idem *Amphitr.* Quid ædes nostras apertas conspicor? Idem *Aulul. sc.5. a.2.* Vbi hunc habere conspicata est annulum. Idem *Curc. sc.1. act.5.* In tenebris si conspicatus me sies. Idem *Pseud. sc.2. act.4.* Item passiuè, Conspicata castra Annibalis. Velleius. ¶ Sic etiam Despicor pro Despicio. Verumque autem corripit penultimam: vnde clarum est, quàm pueriliter delirent qui aut à spiculis deriuari putant, quæ spi syllabam producunt. A spica, aut spiculo, fit verbum inspico, media producta, quo vtitur Virg. 1. *Georg.*

——— ferroque faces inspicat acuto,

de cuius significatione suo loco dicemus.

Cōnspĭcĭlium, dicitur vnde clanculum conspicere possis, specula, {מצפה *mitspéh.* σκοπιά. GALL. *Vne guette, vn lieu d'ou on regarde & espie, vne sentinelle, ou de lunettes.* ITAL. *Luo da riguardare ò spiare, vna veletta, occhiale.* GERM. Ein ort auß welchem man etwas heimlich lugt oder erspähet. HISP. *Lugar de donde podemos mirar, miradero, ò los antojos con que miramos.* ANGL. *Spectacles or a place to look out at.*} Plaut. In conspicilio asseruabam. ¶ Item quod oculis adhibemus, vt meliùs intueamur, vulgò *Ocularia* dicuntur, perspicilla. Idem, Cedo vitrum, necesse est conspicilio vti. Sunt qui vtrobique legant Conspicillum.

Cōnspĭcillo, nis, {צופה *tsophéh.* σκοπευτής, σκοπός. GALL. *Espieur, guetteur.* ITAL. *Spione.* HISP. *Atalayador ò mirador.* ANGL. *An espie.*}

CŌNSPĪRO, as, Simul spiro, conflo. {נשב *naschâb* נשף *naschaph.* συμπνέω. GALL. *Souffler ensemble.* ITAL. *Spirare insieme.* GERM. Zusammen blasen. HISP. *Soplar juntamente.* ANGL. *To blowe together.*} Columell. *lib.4.* Cœlestes admittant imbres, eósque alendis seminibus dispenset, ac suis omnibus partibus ad educandam prolem nouam conspiret. ¶ Per translationem sumitur pro consentio, siue communi animo aliquid aggredior. {קשר *kaschár.* συμφρονέω. GALL. *Conspirer, faire vn complot, s'vnir & alier ensemble pour faire quelque chose soit bien ou mal.* ITAL. *Congiurare, essere di accordo, far assembramento per qualche cosa buona ò trista.* GERM. Zusammen schwehren/ sich zusammen verbinden etwas zu thun/ es sey bös oder gut. HISP. *Conspirar y conjurar en vno.* ANGL. *To conspire in one to do per forme an act.*} Cic. *contra Rull.* Consentire nobiscum, conspirare cum bonis. Plin. *in Epist.* Proinde conspirare, consentire, maiorémque animum ex meo sumite. Col. *lib.12.* Nihil erat quod aut maritus, aut fœmina proprium esse iuris sui diceret, sed in commune conspirabatur ab vtroque. ¶ Accipitur item Conspirare in deteriorem partem pro coniurare, &(vt Cicero loquitur) coire. συνόμνυμι. ¶ Conspirare quoque ponitur pro conuoluere. {נסב *nasáb* גלם *ghalám.* συνειλεῖν. GALL. *Faire la rouë, se tourner en rond, s'entortiller comme vn serpent.* ITAL. *Auuolgersi in piu cerchi come le bissie.* GERM. Zusammen wicklen/ zusammen trullen. HISP. *Hazer cercos y roscas como las culebras.* ANGL. *To fold or linck together lik a serpent.*} dictum à spiris, quæ sunt reuolutiones, siue circuli, qui in seipsos recurrunt. Vnde non ineleganter, Conspirare serpentes dicimus, quum se in orbem conuoluunt. Plin. *de viris illustrib.* Anguis è sedibus eius elapsus, venerabilis, non horribilis, per mediam vrbem cum admiratione omnium ad nauem Romanorum perrexit, & se in Volumnij tabernaculo conspirauit.

Cōnspīrātio, Concordia, consensus, coniuratio. {קשר *késcher.* ὁμόνοια. GALL. *Conspiration, vnion & complot de plusieurs ensemble.* ITAL. *Conspiratione ò compagnia congiurata.* GERM. Ein vereinbarung/ ein zusammen schwerung/ oder verbindung vieler etwas zuthun. HISP. *Conjuracion, ò tal compañia.* ANGL. *Conspiracie, the consent of many to do any thing.*} Cic. *lib.2. Offic.* Magnas vtilitates adipiscimur conspiratione hominum atque consensu. Et *pro domo sua*, Hanc nostram conspirationem in Repub. bene gerenda certi homines fictis sermonibus diremerunt. ¶ Conspiratio, pro coniuratione, σύνωσις. Idem *pro Deiot.* Conspiratio certorum hominum contra dignitatem tuam. Liuius 3. *ab Vrb.* Conspirare iniuriam.

Cōnspīrātŭs, us, idem quo Gell. vtitur *lib.1. cap.11.* Sed enim Achæos Homerus pugnam indispici ait, non fidicularum, tibiarúmque concentu, verùm conspiratu tacito nitibundos.

Cōnspīrātŭs, pro conspirans, apud Macrob. *Saturn. præfat.*

Multarum ætatum exemplo, sed in vnum Conspirata.

Cōnspīrātiùs, aduerb. Iust. *histor. lib.3* Lacedæmonij quoque eo conspiratiùs ad arma concurrunt, quo aduersùs seruos dimicaturi videbantur.

Cōnspīrāti, orum, qui conspirauerunt & coniurauerunt. {קשרים *koschérim.* οἱ συνόμνυντες. GALL. *Ceux qui ont coniuré & conspiré contre quelqu'vn.* ITAL. *Congiurati.* GERM. Zusammen geschworne/ die sich mit einander etwas zuthun verbunden haben. HISP. *Los que conjuran contra alguno.* ANGL. *That hath sworne and made conspiracie.*} Sueton. *in Cæs. cap.72.* Assidentem conspirati, specie officij circunsteterunt. ¶ Conspirare res, quæ velut conflatæ sunt in vnum corpus. Senec. *Epist. cap.85.* Talem esse animum nostrum volo, vt multæ in illo artes sint, multa præcepta, multarum ætatum exempla, sed omnia in vnum conspirata.

CŌNSPĪSSO, as, are, Condenso. {קפה *kaphá.* συμπήγνυμι, συμπυκνόω, ῶ. GALL. *Espesser, faire espés.* ITAL. *Spessire.* GERM. Dick machen. HISP. *Espessar.* ANGL. *To mak thick.*} Plin. *lib.35. c.6.* Adulteratur Romæ creta cimolia, decocta, conspissatáque. Col. *lib.2. c.18.* Priusquam conspissatum, & herbis colligatum sit solum.

Cōnspōnsōres, dicuntur duo, vel plures eiusdem rei sponsores, qui à Iureconsultis correi dicuntur. συνεγγυηταί. Cicer. *ad Attic. lib.5.* Velim des operam vt inuestiges ex consponsorum tabulis, sitne ita. Idem *epist.92.* De negotio tuo, quòd sponsor es pro Pompeio, si Galba consponsor tuus redierit, non desinam cum illo communicare.

Cōnspōnsos, inquit Festus, antiqui dicebant fide mutua colligatos.

CŌNSPŪO, is, ere. {רק *rák.* καταπτύω. GALL. *Cracher contre quelqu'vn, souiller & ordir de crachat.* ITAL. *Sporcare qualche cosa col sputo.* GERM. Bespeyen/ einen mit speichel besudlen. HISP. *Escupir a otro, ensuziar con gargajos.* ANGL. *To spette vpon any thing.*} Sputo aliquem fœdo: cuius passiuum Conspuor. Plaut. Ab omnibus derisus atque consputus. Conspuitur, vituperatur, aliàs *consputatur.* Idem *Curc. sc.6. a.4.*

Cōnspūto, as, are, frequentatiuum, Sputo aliquem fœdo. {συχνῶς καταπτύω. ANGL. *To bespett one all ouer.*} Plaut. *Curc. sc.2. a.4.* Culpant eum, consputatur. (aliàs *conspuitur,*) vituperatur. Cic. *ad Quint. fratr. lib.2.* Hora ferè nona, quasi signo dato, Clodiani nostros consputare cœperunt.

CŌNSPŪRCO, as, are, Commaculo. {רק *rák.* μιαίνω. GALL. *Ordir & gaster, souiller.* ITAL. *Sporcare.* GERM. Verwüsten/ vermoßigen/ verunreinigen. HISP. *Ensuziar.* ANGL. *To mak foule.*} Colum. *lib.8. cap.3.* Nam supersiliens auis proluuie ventris cibos & aquam conspurcat. Sapore tetro conspurcare omnia, Lucret. *lib.6.* Conspurcare pecuniam. Senec. *Epist.88.*

CŌNSTĂBĬLĬO, is, ire, Stabile & firmum facio. {הכין *hechín* συνίστημι, ἀσφαλίζομαι. GALL. *Affermir & asseurer vne chose, faire ferme.* ITAL. *Stabilire, fermare.* GERM. Bestätigen/ steyff vnd vest machen. HISP. *Establecer.* ANGL. *To mak firme, sure and stable.*} Plautus *Capt. sc.3. act.2.* Ædepol rem meam Constabiliui, quum illos emi de præda à Quæstoribus. Terent. *Adelph.* Dis quidem esses Demea, Ac tuam constabilisses.

Constabulus, quem Comitem stabuli, siue Comestabulum vocant, Constabulum appellat Reginald. ‖ Regino *lib.2.* Burchardum comitem stabuli sui, quem corruptè Constabulum appellamus, misit in Corsicam. Græcis est κονόσταυλος, vel κοντόσταυλος. Italis *Contestabile.* Gallis *Conestable.* Ita, inquit Meursius, à Constantinopolitanis exotico vocabulo exoticarum auxiliarium copiarum præfectus, ὁ μέγας ad differentiam τοῦ κόμητος τοῦ στάβλου. Vide suprà *Comes stabuli.*

Constafolarij, assessores iudicij. Isid. ‖

Cōnstāgno, Corn. Fronto *lib. de nominum verborúmque differentijs*, Glacies est quæ ex coitu aquæ constagnat.

Cōnstans, is, Constantia, æ, & Constanter aduerbium, vide *Consto.*

Cōnstantĭā, Κωνσταντία Stephan. Cypri vrbs est, aliàs Salanis dicta. ¶ Est item Constantia, Germaniæ oppidum, ad Acronium lacum, quod à Ptolemæo Gannodurum appellatur. {GERM. Costnitz am Bodensee.} ¶ Constantia Iulia, oppidum est Hispaniæ Bæticæ, in conuentu Hispalensi: cuius meminit Plin. *lib.3. cap.1.*

‖ Constantia alia, *Contances*, vel *Constance*, V.E. nunc Constantiensis Normanniæ sub A. Rothomagensi.

Constantia castra, à Constantino Cæsare dicta, vt Papyrius Massonus existimat.

Constantina, Numidiæ Metropolis, olim Episcopatum habuit, & creditur *Cirta* fuisse, regia Masinissæ. ‖

Cōnstāntīnōpŏlis, Κωνσταντινούπολις. Roma noua. Vsitatum fuit Constantinopolim ornare elogio vrbis Romæ, ita vt diceretur noua Roma. Vrbs à Constantino aucta in finibus Thraciæ: de qua in dictione *Byzantium.* {ITAL. *Constantinopoli.* GERM. Constantinopel ein gewaltige statt in Thracien an einer enge deß meers/ ist jetz der Türcken Keyserliche sitz.}

CŌNSTĒLLĀTĬO, Iulius Capitolinus *in Gordiano.* Cùm senior Gordianus Mathematicum aliquando consuleret de genitura huius, respondisse ille dicitur, hunc filium Imperatoris, & ipsum Imperatorem futurum. Et cùm senior Gordianus rideret, ostendisse constellationem Mathematicam ferunt, & de libris veteribus dictitasse, ita vt probaret se vera dixisse. Spartianus *in Vero*, Quid si non rectè constellatio eius collecta est. Iulius Firmicus *Mathes. lib.1.* Mercurij cum Marte proficit constellatio.

Cōnstēllātŭs, adiect. Stellis insignitus: vt baltheus bullatus clauísque aureis, vel argenteis transfixus, Constellatus dicitur. Iulius Capitolinus *in Salomino*, Galienus his auratos constellatos baltheos rapuisse perhibetur.

Cōnstērnium, dicebatur locus propè thermas, vbi vestes deponebantur. ἀποδυτήριον.

CŌNSTERNO, as, aui, atum, Perturbo, & propriè de animo dicitur, teste Valla *lib.1.* {חתת *cháth.* ἐκπλήσσω, ἐκπλήττω. GALL. *Espouuanter, estonner, & faire perdre courage.* ITAL. *Sbigottire, perdere d'animo.* GERM. Betrüben/ verzagt vnd erschlagen machen. HISP. *Espantar.* ANGL. *To abashe, to mak afrayde.*} Salust. Qua victoria elati hostes, nostri territi, atque animis consternati discessere. Idem, Equi sine rectoribus exterriti, aut saucij consternantur, id est, ἐκπλήττονται, πτύρονται. Multitudo coniuratorum ad arma consternata (i. concitata vt videtur.) Liuius 7. *ab vrb.* 83. *& lib.9.* & passim, vt *lib.1. d.3.* Item, Consternata Pub. Clodij cæde Repub. Sueton. *in Cæs. cap.26.* Et consternatus, idem *in August. cap.23.* Consternatis diripereris equis. (de Hippolyto.) Ouidius 5. *Fastor.*

‖ Consternati, erigi. Pacuu. ‖

Cōnstērnātio, perturbatio mentis, metus, terror. {חתת *chathath* חתית *chittáh.* ἔκπληξις, ἐμπληξις. GALL. *Espouuantement, estonnement, troublement.* ITAL. *Sbigottimento, paura.* GERM. Ein schnelle betrübnuß deß gemüts/ kleinmütigkeit. HISP. *Espanto.* ANGL. *A bashement, a great feare and astonying.*} A sternutamento deduci videtur, quòd eo toto concutimur corpore: vel potius à verbo Sterno, quod significat deiicere. Illi n. qui ictu aliquo humi sternuntur, maximè perturbantur. ¶ Consternatio item dicitur à Valerio *lib.9. c.7.* pro Seditione, vel tumultu, Creditorum quoque consternatio aduersus Sempronij Asellionis Prætoris vrbani caput exarsit. Sic & Cato apud Liuium *decad.4. lib.4.* non procul ab initio, Consternationem mulierum vocat, factionem qua conspirauerant ad abrogationem Legis Oppiæ.

CŌNSTĒRNO, is, straui, stratum, Sterno, vel sternendo operio, effundo, spargo. {הציע *hitsiah.* ὑποστορέννυμι, ὑποστρώννυμι. GALL. *Abbattre & espandre par dessus, couurir d'abatage.* ITAL. *Distendere.* GERM. Bedecken/ vberspreiten. HISP. *Desbaratar, solar como en ladrillar, ò llanar.* ANGL. *To strawe, to paue, to couer the floare or other thing.*} Virg. 4. *Æneid.*

——— it stridor, & altè

Consternunt terram concusso stipite frondes.

Sic Consternere aream silicibus & lapide, quod Galli dicunt, *Pauer.* Col. *lib.1.* Area si competit, ita constituenda est, vt vel domino, vel certè procuratore despici possit: eáque optima est silice constrata.

Constrātŭs,

Cōnstrātŭs, a, um, participium, à Consternor, eris, verbo passiuo, Tectus. {עמצמ mutstfáb. σορὸς, ἐστρωμένος. GALL. *Sur quoy on a estendu quelque chose, couuert.* ITAL. *Coperto.* GERM. Bedeckt. HISP. *Cobierto.* ANGL. *Strawed, couered.*} Cicer *pro Sest.* Forum corporibus ciuium Romanorum constratum cæde nocturna. ¶ Inde naues constratæ dicuntur, quæ ab aliquibus vocantur tectæ, quæ scilicet sua habebant catastromata, in quibus propugnatores consistebant. Cicer. 7. *Verr.* Erat enim sola illa nauis constrata & ita magna, vt propugnaculo cæteris posset esse. Quæ autem carebant catastromatibus, Naues apertæ dicebantur. Hircius *de bello Alex.* Magnóque impetu quatuor ad eas constratæ naues, & complures apertæ contenderunt.

CŌNSTĪPO, as, Condenso, & in vnum cogo. {צרר tsarár קפא kapháh. συμπιέζω. GALL. *Enserrer ensemble, faire espez en amassant ensemble.* ITAL. *Condensare, spessire.* GERM. Zusammen stossen, nahe zusammen stossen, dick machen. HISP. *Condensar y recalcar, espessar.* ANGL. *To make thicke, to stuffe or thrust vp many thinges together.*} Cicer. *de leg. Agrar. orat.* 2. Sed ne constipari quidem tantum hominum numerum posse in agrum Campanum intelligetis. Cæs. *bell. Gal.* Hic dies nostris longe grauissimus fuit: sed tamen hunc habuit euentum, vt eo die magnus numerus hostium vulneraretur, atque interficeretur, vt se sub ipso vallo constipauerant, recessúmque primis vltimi dabant.

[Constips, particeps. Pap.]

CŌNSTĬTŬO, Statuo, propono, decerno. {הקים hekim יעד jaádh. διατάσσω. GALL. *Mettre & poser, assigner & arrester, establir & ordonner, constituer.* ITAL. *Deliberare, constituire.* GERM. Rahtschlagen, für sich nemmen, setzen, ordnen. HISP. *Establecer, deliberar.* ANGL. *To appoynte or ordeine, to assigne.*} Terent. *Phorm.* Nam illi mihi dotem iam constituerunt dare. Virg. 1. *Æneid.*

Qui teneant (nam inculta videt) hominésne, feræne,
Quærere constituit.

Nec Iupiter, nec Dij omnes me prohibebunt quin sic faciam vt constitui. Plaut. *Amphitr.* Vt rus irem hodie, iam heri constitueram. Item, Graias constituere domos. Ouid. *Eleg.* 9 *lib.* 4. *Trist.* Item, Constituere aciem (i. instruere.) Cæs. *lib.* 1. & 2 *de bell. ciu.* ¶ Item locum, siue tempus determino, ἀφορίζω, τίθημι, διομολογοῦμαι. Terent. *in Eunuch.* Dati anuli, locus, tempus constitutum est. ¶ Ad constitutum venire: subaudi diem, vel tempus. Cicer. *pro Cæcin.* Homines inermes, qui ad constitutum experiundi iuris gratia venissent. *Pro Cælio*, Fatendum est iis nunquam se constituto cœpisse de tantis iniuriis experiri, id est, constituto die. ¶ Quandoque significat conuenire, & pactum facere. συντίθημι, συντάσσω. Terent. *in Hecyr.* Nam constitui cum quodam hospite, me esse illum conuenturum. Cic. 1. *Offic.* Vt si constitueris te cuipiam aduocatum in rem præsentem esse venturum. ¶ Constituere pecuniam, vel simpliciter sine accusatiuo, Constituere est creditori promittere se pecuniam debitam, vel à se, vel ab altero, certo die soluturum. ¶ Et hinc constituta pecunia, & actio constitutoria. ¶ Aliquando Constituere, est gubernare, moderari, regere, καθίστημι, διΐστημι. Cic. Ineuntis enim ætatis inscitia, senum constituenda & regenda est prudentia. ¶ Interdum decernere, διατάττω: à quo constitutiones, decreta, διατάξεις, παραδόσεις. ¶ Nonnunquam parare, συσκευάζω. Cicer. Tametsi erat ignarus quantum sibi ab liberis suis iam tum mali constitueretur. ¶ Constituere pro Sistere. Idem *pro Cluent.* Et hominem ante pedes Qu. Manilij, qui tum erat Triumvir, constituunt. ¶ Item pro Ponere. Idem *pro lege Manilia.* Spes in eo constituebatur. Quintil. *lib.* 7. *cap.* 5. dixit summam totius litis in re aliqua constituere, pro Cardinem causæ ponere. Bud.

Cōnstĭtūtŭs, a, um, particip. Ordinatus, decretus, pactus, propositus. {מוקם mukám מועד mubádh. διατεταγμένος. GALL. *Establi, ordonné, assigné, arresté.* ITAL. *Ordinato, determinato.* GERM. Geordnet, gesetzt. HISP. *Establecido.* ANGL. *Appoynted, ordeyned, setled.*} Constituta in mensem Ianuarium auctio. Cic. *de leg. Agrar.* ¶ Corpus bene constitutum, quod bono præditum est habitu, quod imperiti *Bene complexionatum* appellant. εὐσχήμων σῶμα.

Constituendus, a, um, vt, Oratio Ciceronis de constituendo accusatore. Gell. *cap.* 9. *lib.* 13.

Cōnstitutus, us, Multitudo est hominum simul consistentium. σύστημα. Festus.

Cōnstĭtūtĭo, nis, Ordinatio, statutum, decretum. {חק chok. διάταξις. GALL. *Constitution, estat, condition, ordonnance.* ITAL. *Constitutione, ordinatione, statuto.* GERM. Ordnung, satzung. HISP. *Establecimiento, constitucion, pragmatica.* ANGL. *An ordinance or lawe agreed vpon.*} à verbo Constituo, quod inter cætera significat decerno, sancio, præscribo, ordino. Vnde Constitutiones Principum, vel Pontificum dicimus, pro decretis, vel ordinationibus. Constitutione publica (lege de luctu.) Senec. *cap.* 15. *de consol. ad Elb.* Et constitutiones Senatus. Suet. *in Tib. cap.* 33. ¶ Interdum idem quod Institutio: vt, Religionum constitutio, apud Cic. 3. *de Leg.* Idem *Bruto lib.* 3. Illud necesse me ad te scribere, quid sentirem tota de constitutione huius belli. ¶ Constitutio corporis est quam vulgus medicorum *Complexionem* vocant ἕξις. In qua significatione est vocabulum medium: vnde & bonam & malam corporis constitutionem dicimus, quas Græci εὐεξίαν, καὶ καχεξίαν appellant. ¶ Est item constitutio Rhetoribus, prima causarum conflictio, quæ alio nomine status appellatur, στάσις. Autor ad Heren. *lib.* 1. Hæc exoratio in coniecturali constitutione causæ fermè semper necessaria est. Cicer. *de inuent.* Constitutiones apud Rhetores sunt quatuor, coniecturalis, definitiua, generalis, translatiua, qui status etiam dicuntur.

Cōnstĭtūtŏr, is, {מקים mekim. θεσμοθέτης, διατακτής, ἀρχηγέτης. ANGL. *An ordeinour or maker.*} Verbale, qui statuit aliquid: vt legis constitutor, apud Quint. *lib.* 2. *cap.* 6.

Cōnstĭtūtōrĭŭs, a, um vt, Actio constitutoria. *l. neque enim ff. de constit. pecun.* Neque enim quid crescit peculium, aut decrescit, pertinet ad constitutoriam actionem.

CŌNSTO, as, constiti, constitum, & constatum. Lucan. *lib.* 7. Constatura fides superûm. Martial.

Constatura fuit Megalensis purpura centum.

Est autem Constare, Constanter permanere, perseuerare, ratum habere. {עמד hamádh כון chun. διαμένω, ἐμμένω. GALL. *S'arrester, ne bouger, se tenir.* ITAL. *Constare, perseuerare.* GERM. Bestehn, standhafftig sein. HISP. *Ser el hombre constante.* ANGL. *To persiste, perseuer or continewe.*} Cic. *Epist.* 13. Qua in sententia si constare voluissent, suam autoritatem cum salute recuperassent. Constabant iidem ordines, & manipuli qui fuerant. Cæs. 2. *de bell. ciu.* Si sibi constaret pudicitia (i. esset integra.) Sueton. *in Tib. cap.* 1. Non constare sibi (pro modò parcum, modò profusum esse.) Idem *in Tiber. cap.* 14. In exiguo tempore magnóque casu, totius exercitus salus constitit. Cæs. 2. *de bell. ciu.* In ea re victoria constat. *Ibidem.* Constat illis fides & beneuolentia. Senec. *c.* 7. *de Tranq.* Constant, conferunt sermonem (i. simul stant. Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 2. Dum Reip. constaret Concordia. Velleius. Nihil constat loco stabili. (i. stat, permanet.) Senec. *cap.* 16. *de consol. ad Marr.* Valetudo ei neque animi, neque corporis constitit. Idem *in Calig. cap.* 15. Item, Cum sibi constiterit animus ex omni parte. Idem *de consol. ad Polyb.* ¶ Constare sibi, est sibi similem esse, & in eadem opinione constanter permanere. ὁμολογεῖν ἑαυτῷ.) Idem 1. *Tusc.* Et tibi quidem constare vis, omnes quicunque nati sunt, eruntve, non solum miseros, sed etiam semper miseros, hoc est, Si hanc sententiam, Quòd mors malum sit, firmam ratámque habere vis. ¶ Constare mente, vel animo, est animi, vel mentis compotem esse, eiúsque functiones probè obire. Quota quæso domus constitit suis partibus (i. sine luctu,) integra à funere. Senec. *cap.* 14. *de consol. ad Marr.* ¶ Interdum etiam hoc verbum ad rerum venalium pretium refertur: vnde Magno vel paruo aliquid constare dicimus, hoc est, magno, vel exiguo pretio esse comparatum. Cic. 6. *In Verr.* Metuisti ne æs alienum tibi cresceret, si H-S. VI. M. tibi constarent ea, quæ tu facilè posses vendere H-S. CC. millibus? Idem *ad Atticum*, Id propè dimidio minoris constabit. Malè constant nimis res secundæ, (an magno?) Senec. *cap.* 12. *de consol. ad Marr.* ¶ Interdum ponitur, pro Compositus sum, cohæreo, Cicer. *de Offic.* Iudiciorum ratio ex accusatione, & defensione constat. Idem 2. *de nat. deor.* Homo qui ex animo constat & corpore. ¶ Interdum simul stare. Sisen. *lib.* 4. *histor.* Multitudinem procul hostium constare viderunt. ¶ Interdum Suppetere, ἐξαρκεῖν. Iuuenal. *Satyr.* 6. Quis feret vxorem, cui constent omnia? hoc est, cui nihil desit. ¶ In tertia persona sumitur pro Manifestum est. {נראה nireáh. φανερόν ἐστι, συνδοκεῖ. GALL. *Estre certain & clair.* ITAL. *Essere manifesto.* GERM. Es ist heyter, gewiß vnd offenbar. HISP. *Ser claro y manifesto.* ANGL. *To be plane certane and manifest.*} Cic. *in Epistol.* Sanè molestè Pompeium id ferre constabat. ¶ Item pro Conuenit. ὁμολογεῖται: vt, Hoc mihi tecum constat: id est, conuenio tecum in hoc, & assentior tibi. *Lib.* 1. *ad Herenn.* Adhuc quæ dicta sunt, arbitror mihi constare cum cæteris scriptoribus. συμφωνεῖν. ¶ Rationem constare significat æquam, legitimámque rationem aut ostendi, aut apparere ostendi posse. Vlpianus. Planè si defendendi gratia aliquid fecerit, rationem ei constare oportet; id est, rationem eum iustam aut ostendere, aut facilè posse ostendere. Denique constare pro esse in rerum natura & subsistere dixit Gell. *cap.* 4. *lib.* 2.

Cōnstāns, Firmus, stabilis, grauis, præsens animo. {נכון nachón חזק chazák. ἀσφαλής. GALL. *Constant ferme, perseuerant.* ITAL. *Constante, fermo.* GERM. Standthafftig, bestendig. HISP. *Cosa constante.* ANGL. *Firme, estable, constant, stedfast.*} Cic. *ad Lentul.* Hoc tantam vim habet, vt magis iratorum homium studium, quàm constantis Senatus consilium esse videatur. Contrarium est Inconstans.

Cōnstāntĭă, animi firmitudo, stabilitas, grauitas. {חזקה chezkáh חזק chozék גבורה gheburáh. ἐγκράτεια. GALL. *Constance, perseuerance, fermeté.* ITAL. *La constanza & fermezza.* GERM. Standthafftigkeit, bestendigkeit. HISP. *La constancia.* ANGL. *Constancie, perseuerance, stedfastnesse of mynd.*} Cicer. *ad Attic.* O constantiam promissi, & fidem miram. Plin. *in Epist.* Nam quum omnibus virtutibus abundet, tum hac præcipuè quòd habet maximam in animo constantiam. Contrarium est Inconstantia.

Cōnstănter, aduerb. Fortiter, æqualiter, conuenienter. {εὐσταθῶς, βεβαίως. GALL. *Constamment, fermement, perseueramment.* ITAL. *Constantemente, fermamente.* GERM. Standthafftiglich, bestendiglich. HISP. *Constantemente.* ANGL. *Constantlie, stefastlie.*} Cicer. *de Amicitia*, Multáque eius & in Senatu, & in foro, vel prouisa prudenter, vel acta constanter, vel responsa acutè ferebantur. Huic contrarium Inconstanter. Constantiùs inire prælium (i. confidentiùs.) Sueton. *in Tiber. cap.* 19. Item,

DI quos experior nimium constanter iniquos,
Ouidius *Eleg.* 2. *lib.* 3. *Trist.*

——— *Te præsta constanter ad omne*
Indeclinatæ munus amicitiæ,
idem *Eleg.* 5. *lib.* 4. *Trist.*

Cōnstrātŭs, vide *Consterno.*

CŌNSTRĔPO, is, ere, Strepo. {המה hamáh. κτυπέω. GALL. *Faire bruit & noise.* ITAL. *Far strepito.* GERM. Rauschen, ein rauschen oder getöß machen. HISP. *Hazer estruendo.* ANGL. *To mutter together, to mak à noize.*} Gell. *lib.* 4. *cap.* 1. Atque omnium horum & testimoniis & exemplis constrepebat.

CŌNSTRĬNGO, is, ere, Arcto, ligo, comprimo. {צרר tsarár אסר asár אפד aphádh חסם chasam. σφίγγω. GALL. *Estraindre, serrer, contraindre, refraindre.* ITAL. *Stringere.* GERM. Zusammen ziehen, zueinander zwingen. HISP. *Apretar.* ANGL. *To bind fast, to wring harde, to tie streit.*} vt, Constringere sarcinam. Plaut. *Trinum.* Cicer. *de Orat.* Quæ rem dissolutam diuulsámque conglutinaret, & ratione quadam constringeret.

Cōnstrictĭo, συνθλίψις. Macrob. *Saturn. lib.* 7. *c.* 7. Certè respondeant volo, cur stomacho in lassitudinem degeneranti ad instaurandas constrictione vires offerant ægrescenti vinum.

Cōnstrĭngendŭs, particip. vt, Constringendum se tradere libidinibus. Cic. 3. *de finib.* Victi & debilitati obiecta specie voluptatis, tradunt se libidinibus constringendos.

Cōnstrictŭs, aliud participium. {צרור tsarúr אסור asúr אפוד aphúdh חסום chasúm. σφιγχθείς. GALL. *Contraint, lié.* ITAL. *Constretto, ligato.* GERM. Zusammen gezogen, eingezwungen. HISP. *Constreñido, apretado.* ANGL. *Tied, wronge or bound streitly.*} vt, Habere aliquem constrictum in

in his vinculis, apud Quint. *lib. 2. c. 4.* Constricti superstitione, Quint. Constrictis vngulis cœnam coquas. Plaut. *Pseud. sc. 2. a. 3.* Constricta mater indulgentia. Senec. *c. 16. de consol. ad Elber.* Apertis verbis constricta oratio, Cic. *de clar. Orat.*

CŌNSTRVĔRĔ, simul struere, ordinare, fabricare. {בנה *banáh* הכר *cibbér.* συνοικοδομεῖν, συντάσσειν. GALL. *Agencer, mettre ensemble, entasser, bastir, construire.* ITAL. *Construire, ordinare, fabricare.* GERM. Zusammen hauffen/ etwas machen oder bawen. HISP. *Edificar, ordenar.* ANGL. *To builde together, to gather en heapes.*} Cic. *in Caton.* Vt nauem, aut ædificium idem destruit facillimè qui construxit: sic hominem eadem optimè, quæ conglutinauit, natura dissoluit. Idem *2. Philip.* Itaque tanti acerui nummorum apud istum construuntur, vt iam appendantur, non numerentur pecuniæ.

Cōnstrūctŭs, participium, Compositus, fabricatus. {בנוי *bannúi.* συντεταγμένος. GALL. *Entassé, conioint & mis ensemble, agencé.* ITAL. *Edificato, ammassato.* GERM. Gebawen/ gemacht. HISP. *Edificado, amontonado.* ANGL. *Heaped together, builded garnished.*} Cic. *2. de nat. deor.* Dentibus autem in ore constructis manditur, atque ab his extenuatus & mollitur cibus. Constructior domus. Idem *1. de inuent.* Domus ea quæ ratione regitur, omnibus constructior est rebus & apparatior, quàm ea quæ temerè & nullo consilio administratur.

Cōnstrūctio, verbale, Compositio, structura. {בנין *binján.* σύνταξις, συνθεσις. GALL. *Bastiment, composition, entassement.* ITAL. *Edificatione, compositione.* GERM. Ein baw. HISP. *Edificacion, composicion, amontonamiento.* ANGL. *A building, or heaping together.*} Cicer. *4. Acad.* Et totam constructionem hominis fabricata est natura. Idem *1. de Orat.* Et ipsa oratio conformanda, non solùm electione, sed etiam constructione verborum.

CŌNSTVPRO, as, are, Stupro. {ענה *innáh.* μοιχεύειν, καταμοιχεύειν. GALL. *Corrompre femme ou fille, en abuser.* ITAL. *Stuprare, vitiare, violare, sverginare, tolre la virginità.* GERM. Junckfrawen oder weyber verfellen vnd schenden. HISP. *Forçar como à donzella.* ANGL. *To deflowre à mayde.*} vt, Constuprare matronas. Liu. *9. bell. Pun.* Quint. Cic. *de petit. Consul.* Qui tantum habet audaciæ, tantum nequitiæ, tantum denique in libidine artis & efficacitatis, vt propè in parentum gremiis prætextatos liberos constuprarit. Idem *ad Attic. lib. 1.* Afflicta respublica est, empto constupratóque iudicio.

Cōnstūprātŏr, Stuprator. {מענה *mehannéh.* μοιχευτής, διαφθορεύς. GALL. *Corrompeur de femmes ou filles, putier, ruffien.* ITAL. *Violatore di donna ò figliuola.* GERM. Weyber oder junckfrawenschender. HISP. *Forçador de virgen ò muger.* ANGL. *He that deflowreth maydes.*} verbale, Liu. *9. bell. Macedon.*

CŌNSVĀDĔO, es, ere, Suadeo. {פתה *pittáh.* πείθω. GALL. *Enhorter par tous moyens, & induire à faire quelque chose.* ITAL. *Persuadere.* GERM. Rahten. HISP. *Induzir con razones.* ANGL. *To persuade and inticeto do any thing.*} Plautus *Merc.* Sin ego saluti quod tibi esse censeo, id persuadeo.

Cōnsuāsŏr, is, Suasor, auctor. {מפתה *mephattéh.* προτρεπτικός. GALL. *Admonesteur, enhorteur.* ITAL. *Chi conforta & esorta.* GERM. Ein rathgeber. HISP. *Induzidor.* ANGL. *A persuader or enticer.*} Cicer. *pro Quint.* Hæc omnia Quintius agebat autore & consuasore Næuio.

Cōnsuālĭă, orum, vide *Consus.*

Consuanates, Vindeliciæ populi, Octauij Augusti auspiciis Romanō imperio subiecti, vt refert Plin. *lib. 3. c. 20.*

Consuarani, populi in ora Narbonensis prouinciæ, quorum meminit Plin. *lib. 3. cap. 4.*

CŌNSVDO, as, are, sudo. {ἱδρόω. GALL. *Suer de toutes parts.* ITAL. *Sudare.* GERM. Schweissen. HISP. *Sudar manando sudor.* ANGL. *To sweat in all partes.*} Plaut Iube sis te operiri: beatus si consudaueris. Col. *lib. 12. c. 7.* Et sale conspersa, biduo sub vmbra, dum consudant, reponuntur. Cat. *c. 96.* Sinito biduum, aut triduum consudent.

Cōnsūdāsco, is, ere, idem. {ANGL. *To sweat together.*} Col. *lib. 12. cap. 48.* Sicque triginta dies pati consudascere.

CŌNSVĒFĂCĬO, is, vsu doceo. {הרגיל *hirghil* למד *limmádh.* ἐθίζω. GALL. *Faire accoustumer.* ITAL. *Assuefacere.* GERM. Gewehnen. HISP. *Acostumbrar à otro.* ANGL. *To accustome him self to wonte.*} Cuius contrarium est Dissuefacio. Terent. *in Adelph.* Nihil prætermitto, consuefacio. *Ibid.* Ea ne me celet consuefeci filium. Varr. *2. de re rust. cap. 9.* Consuefaciunt quoque, vt possint alligari primùm leuibus numellis.

[Consueo, soleo. Gloss. A. L.]

CŌNSVĒSCO, scis, eui, & consuetus sum, pro consuetudine habeo, in consuetudinem accipio. {למד *lumádh.* ἐθίζομαι. GALL. *S'accoustumer, auoir coustume ou de coustume.* ITAL. *Auuezzare, essere consueto.* GERM. Gewehnen: sich in gewonheit bringen. HISP. *Acostumbrarse.* ANGL. *To accustome.*} Virg. *2. Georg.*

——— *Adeò in teneris consuescere multum est.*

Colum. *lib. 2.* Iumentis præbeas medicam, sed inter initia parcius, dum consuescant, ne nouitas pabuli noceat. Idem *lib. 6.* Ne magis humo, quàm stagno consueuerant. Cic. *2. de Orat.* Imò verò rogemus Antonium, qui & potest facere id quod requiris, & consueuit. ¶ Cum infinitiuo. Idem *1. Orat.* Versus multos vno spiritu pronuntiare consuescebat. Et *1. Tusc.* Quare hoc commentemur, mihi crede, disiungamúsque nos à corporibus, id est, consuescamus mori. Col. *lib. 5. c. 2.* actiuè dixit, Consuescere iuuencum aratro, pro Consuefacere. ¶ Consuemus pro consueuimus. Propert. *lib. 1. Eleg. 7.*

Non ut consuemus, nostri agitamur honores.

¶ Interdum Consuesco est familiaritate alicuius vtor. Vnde & consuetudinem dicimus pro vsu & familiaritate. Cic. *pro Sext. Rosc.* Erat mihi cum eo non modò hospitium, verumetiam domesticus vsus & consuetudo. ¶ Dicitur item Consuesco de re venerea: quod & Consuetudinem habere dicitur, ὁμιλεῖν. Cic. *6. in Verr.* Huc omnes mulieres, quibus iste consueuerat, conueniebant. Terent. *in Phorm.* Cum eius consueuit olim matre in Lemno clanculum. Idem *Adelph.* Quid illi tandem credis animi fore misero, qui cum illa consueuit? Bené salutando consuescunt (amantes.) Plaut. *Asin. sc. 3. a. 1.*

Cōnsuētŭs, participium, & nomen ex participio. {למד *lummádh* לימוד *limmúdh.* ἐθισθείς. GALL. *Accoustumé, vsité, coustumier.* ITAL. *Consueto, solito.* GERM. Gewont. HISP. *Acostumbrado.* ANGL. *Accustomed, wonte.*} Terent. *in Andr.* Tum illa, vt consuetum facilè amorem cerneres, Reiecit se in eum, flens quam familiariter. Ouid. *1. Metam.*

Exprimit incessus, vultúmque sonúmque loquendi
Adijcit, & vestes, & consuetissima quæque Verba.

Nec consuete meum. Idem *Eleg. 10. lib. 1. Trist.* Et Consueto lecto languescere. Idem *Eleg. 3. lib. 3. Trist.* Asta, vt Consuetus puer olim. Plautus *Asin. sc. 4. a. 3.* He, facilè patior. E. Consuetus puer. (Obscœnè dictum.) Idem *Capt. sc. 1. a. 4.* Ait se clam cum Alcmena consuetum cubilibus. Idem *Amphitr.* Consueta cum aliquo (de pellice probrosa.) Gell. *cap. 3. lib. 4.* ¶ Consuetum habere. Salust. *iugurth. 119.* Ita ad hoc ætatis à pueritia fui, vt omnes labores, pericula consueta habeam.

Cōnsuētūdo, inis, Mos, institutum, vsus, familiaritas. {מנהג *minhágh.* συνήθεια. GALL. *Coustume, accoustumance.* ITAL. *Consuetudine, vso, conuersatione, pratica.* GERM. Gewonheit. HISP. *La costumbre, conuersacion, y participacion.* ANGL. *Vses or custome.*} Plaut. *in Milit.* Hoc adeò fieri credo consuetudine. Cato *ad Cic.* Contra consuetudinem meam hæc ad te pluribus scripsi. Ter. *in Andr.* Vt neque me consuetudo, neque amor, neque pudor, &c. Cic. *ad Curion.* Ego te abfuisse tandiu à nobis, & doleo, quòd carui fructu iucundissimæ consuetudinis, &c. Gell. *cap. 13. lib. 12.* Consuetudo vicit, quæ cùm omnium domina rerum, tum maximè verborum est. Item, per consuetudinem idem sæpè factitatum. Gel. *cap. 8. lib. 10.* ¶ Interdum Consuetudo sumitur pro Commercio viri cum muliere. Suet. *in Ner.* Vxores præter Octauiam duas postea duxit, Octauiæ consuetudinem citò aspernatus. Idem *in Othone.* Consuetudo mutui stupri. ¶ Consuetudines, pro tributis apud Ansegisum. Consuetudinem stupri facere cum aliqua. Suet. *in Calig. c. 24.* Consuetudo dominæ cum seruo turpis, & domini cum ancilla. Quint. Nunc nostri amores, mores, consuetudines. Plaut. *Pseud. sc. 1. a. 1.*

Consuetudinarius, vox in Ruricio vsitata.

Consuetudinem, Plautus pro Consuetudine dixit, teste Festo.

Cōnsŭl, Consulo, is. Vide *Consilium.*

CŌNSVMMO, as, per duplex mm, Perficio, conficio. {תמם *tamám* כלה *chillah* גמר *ghamár.* ἀποτελεῖν. GALL. *Consummer, parfaire, acheuer, mettre à fin.* ITAL. *Finire, condurre à fine.* GERM. Außmachen/ volbringen/ vollenden. HISP. *Acabar.* ANGL. *To mak perfite, to en or finishe.*} Cic. *6. Phil.* Bella quæ à Consulibus gesta & consummata sunt. Idem *1. Offic.* Latissimè videntur patere ea, quæ de officiis tradita à Philosophis, & præcepta sunt & consummata. Lact. *lib. 2.* Mundum Deus, & hoc rerum naturæ admirabile opus, sex dierum spatio consummauit. Plin. *Epist. 136.* Cogor petere à te, non solùm ob theatrum, verùm etiam ob hæc balinea, mittas architectum dispecturum vtrum sit vtilius, post sumptum qui factus est, quoquomodo consummare opera vt inchoata sunt, an quæ videntur, &c. Consummati & perfecti Rhetores. Quintil. passim, & Senec. *c. 16. de consol. ad Elb.* Consummatio actæ ætatis in te vertitur. Suet. *in Cæs. c. 30.* Consummare opera. & *in Calig. c. 44.* ¶ Sacrum consummare, peragere sacrum, Seneca *Hippol.*

Cōnsūmmābĭlis, adiectiuum. Seneca *Epist. 93.* Hæc in illis consummata est, in nobis consummabilis.

Cōnsūmmātŭs, a, um, Perfectus. {תמים *tamim* מכלה *mecbulléh.* τέλειος. GALL. *Consommé, acheué, parfaict.* ITAL. *Consumato, perfetto, finito.* GERM. Vollendet/ zu dem end gebracht. HISP. *Acabado, perfetto.* ANGL. *Ended, finished, perfite.*} Mart. Quod magni Thraseæ, consummatique Catonis. Columel. Nullus est consummatæ sapientiæ.

Cōnsūmmātissĭmŭs, superlatiuus. Plin. *Epist. lib. 2. Macrino.* Amaui consummatissimum iuuenem tam ardenter.

Cōnsūmmātĭo, Perfectio. {תכלית *tachlith.* συντέλεια, τελείωσις. GALL. *Acheuement, perfection.* ITAL. *Perfettione, compimento.* GERM. Vollendung. HISP. *Acabamiento, perfecion.* ANGL. *A finishing, accomplishing.*} Colum. *lib. 2.* Hac consummatione operum, colligitur posse agrum, &c. ¶ Consummationem, Singulorum pretiorum collectam summam vocat Pomponius *in l. si plura. ff. de ædil. edicto.* Quòd si singulorum mancipiorum, constituto pretio, vniuersa tanti venierunt, quantum ex consummatione singulorum fiebat, tunc cuiuscunque mancipij pretium (seu pluris, seu minoris id est) consequi debebit.

CŌNSVMO, is, In nihilum redigo, conficio, exhaurio, absumo. {אכל *achál* בער *biher* כלה *chillah.* ἀναλίσκω. GALL. *Prendre tout, consumer, employer tout.* ITAL. *Cõsumare, distruggere.* GERM. Verthun/ verzehren/ verbrauchen. HISP. *Gastar, consumir.* ANGL. *To consume, to wast, to spende, to much.*} Solinus, Sunt etiam in Lycia saxa, quæ viuentium quoque corpora adalligata consumunt. Cic. *1. de legib.* Sed quum ea tempestas, vetustásve consumpserit.

Nec violenta suo consumptus more Charybdis,

Tibul. *lib. 4.* Consumptus tabe. Ouid. *Eleg. 2. lib. 5.* Consumpsi huius opes (i. abundè vsus sum.) Idem *1. Fast.* Consumendum se dolori committere. Consumit dolorem dies & tempus eneruat. Sen. *c. 7. de consol. ad Mart.* Consumere se totum in cura alicuius rei. Quintil. Nemo nisi acie consumptus ciuis. Velleius. Salustius. Ego non rem familiarem modò, verumetiam ædem consumpsi.

Cōnsūmŏr, passiuum, absumor: vt, Consumor siti. {ANGL. *To be consumed.*} Cæs. *8. bell. Gal.* Consumi incendio, Liu. *lib. 7. bell. Punic.* Consumi senio & mœrore Idem *10. bell. Maced.*

[Consumpse, pro consumpsisse. Lucr.]

Cōnsūmptŭs, particip. Absumptus, confectus. {אכל *achchál.* ἀναλωθείς. GALL. *Consumé.* ITAL. *Consumato.* GERM. Verzehrt/ hingenommen. HISP. *Gastado, consumido.* ANGL. *Consumed, wasted.*} Consumptus peste, Plin. *lib. 28.* Morte consumptus. Tibul. *lib. 1.* Consumpta oratio. Salust. *in Iugurth.* Consumpta & exhausta actio. Cic. *de Orat.* Consumptus Cicero triumuirali præscriptione. Quintil. Consumptis omnibus telis. Cæs. *lib. 1. de bell. ciuil.*

Cōnsūmptio, nis. {כלה *chaláh.* ἀνάλωσις. GALL. *Consumacion, degast.* ITAL. *Consumatione.* GERM. Verzehrung. HISP. *Gastamiento.* ANGL. *A consumption, a wasting.*} Cic. *de Vniuersi.* Itaque seipse consumptione & senio alebat sui. [¶ Consumptio, syntexis, colliquatio, qua mollis caro tabescit. Iun.]

Consumptor, is, {מבלה bolel מכלה mecaléh. ἀναλωτής. GALL. *Qui consume & met à fin.* ITAL. *Consumatore.* GERM. Ein verzehrer. HISP. *Gastador, consumidor.* ANGL. *He that consumeth an wasteth.*} Cicer. 2. *de nat. deor.* Atque noster ignis quem vsus vitæ requirit, confector & consumptor omnium.

CONSVO, is, simul suo, compono, coniungo. {תפר taphár. συῤῥάπτω. GALL. *Coudre l'un à l'autre.* ITAL. *Cuscire insieme, congiungere.* GERM. Zusammen näheu oder flicken. HISP. *Coser vno con otro.* ANGL. *To sowe together one thing with another.*} Plautus *in Amphitr.* Aduenisti audaciæ columen, consutis dolis. Imò equidem tunicis consutis huc aduenio, non dolis. De compacto faciunt, consutis dolis. Plautus *Pseud. sc. 5. a. 1.*

Consutura, vide *Cognitura.*

CONSVRGO, is, ere, Simul surgere. {συνανίσταμαι. GALL. *Se leuer ensemble.* ITAL. *Leuarsi insieme.* GERM. Miteinander auffstehn. HISP. *Leuantarse juntamente.* ANGL. *To rise together.*} Salust. Consurrexêre omnes, simúlque in eum impetum fecerunt. Cicero *ad Quint. fratr.* Consurrexit Senatus cum clamore ad vnum, sicut ad corpus eius accederet. Consurgere ex insidiis. Cæs. 3. *de bell. ciuil.* Non dico ex luctu tanto consurgere, sed alleuari recusas. Senec. *cap. 1. de consol. ad Marc. & cap. 1. ad Elber.*

Consurgitur, impersonale. Cic. 5. *Verr.* Itaque in curiam venimus, honorifice sanè consurgitur.

Consurrectio, nis, {συνανάστασις. GALL. *Leuement de plusieurs ensemble.* ITAL. *Vno leuarsi di più genti insieme.* GERM. Die auffstehung mit einander. HISP. *Aquella obra de leuantarse juntamente.* ANGL. *The rising of many together.*} Cic. *de Arusp. resp.* Cepi equidem fructum maximum & ex consurrectione omnium vestrûm, &c.

Consus, Consiliorum deus putabatur, qui ideò templum sub tecto circo habebat, vt ostenderetur tectum esse debere consilium. *in ...*

Consualia, Ποσειδώνια. Ludi qui fiebant in honorem Consi. Liu. 1. Ludos ex industria parat Neptuno equestri solennes, Consualia vocant. Plin. *de viris illustrib.* Quibus negatis, ludos consualia simulauit, ad quos quum vtriusque sexus multitudo venisset, dato suis signo, virgines raptæ sunt. Varr. *lib. 4. de ling. Lat.* Consualia dicta à Conso, quòd tum feriæ publicæ ei deo, & ideirco ad aram eius ab sacerdotibus fiunt ludi illi, quibus virgines Sabinæ raptæ. Octauo die mensis Sextilis Consualia celebrantur. Plutarch. *in Rom.*

Consydero, as, vide *Considero.*

Consigne, es, Nicomedis Bithyniæ regis vxor, ob lasciuiorem cum viro iocum à cane lacerata. Autor Plin. *lib. 8. c. 40.*

CONTABEO, es, vel Contabesco, is, Tabesco, id est, in tabem conuerto, liquesco, consumor. {נמס namas. ἀποξηραίνομαι, συντήκομαι. GALL. *Deuenir en chartre, secher tout debout, deuenir tout sec & etique.* ITAL. *Corrumpersi, ammarcirsi.* GERM. Verschweynen außdorren, zu nichts werden. HISP. *Podrirse.* ANGL. *To pine, to weare away.*} Cic. 1. *Tusc.* Vt Artemisia illa Mausoli Cariæ regis coniunx, quæ nobile illud Halicarnassi fecit sepulchrum, quandiu vixit, vixit in luctu, eodémque etiam confecta contabuit. Plaut. *Merc.* Cor ædepol miserum meum, quod guttatim contabescit.

[Contabolia, sarissa. Rhod.]

CONTABVLARE, est tabulis, hoc est, asseribus, aliquid tegere. {קרה keráh. σανιδόω. GALL. *Plancher d'ais.* ITAL. *Intauolare.* GERM. Verdäfelen mit Dylen oder Tafflen bedecken. HISP. *Entablar pared ò suelo.* ANGL. *To planke or floore with bords.*} Sueton. *in Calig.* Æmulatione Xerxis, qui non sine admiratione aliquanto angustiorem Hellespontum contabulauerat. Plinius *lib. 36. cap. 15.* Quernisque axibus contabulare. Contabulare murum turribus. Cæsar 7. *bell. Gall.* Totum autem murum ex omni parte turribus contabulauerunt. Contabulare turres. Idem 5. *bell. Gallic.* Turres contabulantur, pinnæ loricæque ex cratibus attexuntur.

Contabulatio, verbale. {מקרה mekaréh. σανίδωσις. GALL. *Vn plancher, conioinction d'ais ensemble.* ITAL. *Tauolato, palco di tauole.* GERM. Verdäfelung. HISP. *Entablamiento.* ANGL. *A conioyning of bordes together, a planking.*} Cæsar 2. *bell. ciuil.* Vbi turris altitudo producta est ad contabulationem, eam in parietes instruxerunt, ita vt, &c. Ibi etiam sumitur pro contignatione paulò post. Vide *Contignatio*, infrà. Et paulò pòst apertè declarat, quid significet contabulare.

Contacium significat librum, seu volumen, seu codicem.

Contadesdus, Thraciæ fluuius, qui Tearo auctus, influit in Agrianem, Agrianes autem in Hebrum, qui iuxta Ænum oppidum in mare influit. Vide Herod. *lib. 4.*

Contagium, vide *Contingo.*

CONTAMINO, as, ex Con, & tamino, Fœdo, maculo, inquino. {טמא timmé טנף tinnéph. μιαίνω. GALL. *Contaminer, gaster, souiller.* ITAL. *Contaminare, macchiare.* GERM. Besudlen, beflecken, vnrein machen. HISP. *Ensuziar.* ANGL. *To distaine, to defile.*} Vnde quum res rei ita immiscetur vt neutra incorrupta maneat, contaminari dicitur. Terent. *in prologo Andr.* Contaminari non decere fabulas. & Liuius *lib. 4.* Contaminari sanguinem suum patres, confundique iura gentium rebantur.

Contaminatio, inquinatio. μόλυνσις. Vlpianus *D. lib. 48. tit. 5. l. 2.* Qui patitur vxorem suam delinquere, matrimoniúmque suum contemnit, quique contaminatione non indignatur.

Contaminator, inquinator. Lampridius *in Alexandro,* Contaminator honorum iure punitus est.

Contaminatus, a, um, Inquinatus, corruptus. {נטמא nitma טמא tamé. μιαρός. ANGL. *Distained, defiled.*} Liu. *lib. 4.* An esse vlla maior, aut insignior contumelia potest, quàm partem ciuitatis, velut contaminatam, indignam connubio haberi? Huius contrarium est Incontaminatus. Idem *ibidem,* Quas quantásque res C. Canuleium aggressum, colluuionem gentium, perturbationem auspiciorum publicorum priuatorúmque afferre, ne quid incontaminati sit. Sunt & Attamino, & Intamino, quæ sunt contraria. Horatius, Virtus repulsæ nescia sordidæ, Intaminatis fulget honoribus, id est, incorruptis, & indiminutis.

CONTECHNOR, aris, Commachinor, & fallaciam aliquam compono. {מחבל mechabal. μηχανάομαι. GALL. *Machiner & forger quelque tromperie & finesse.* ITAL. *Machinare, taccagnare.* GERM. Ein list oder betrug anrichten. HISP. *Buscar cosa de engaños.* ANGL. *To deuise, some deceit & guile.*} Plaut. *Pseud. sc. 6. a. 4.* Vide modò, ne illic sit contechnatus quidpiam.

CONTEGO, Cooperio, tego. {כסה chissáh. σκεπάζω, συγκαλύπτω. GALL. *Couurir.* ITAL. *Coprire.* GERM. Bedecken. HISP. *Cubrir.* ANGL. *To couer.*} Plin. *lib. 15. c. 19.* Paruarum genus arborum post autumnum fimo contegunt. Cic. *pro Sest.* Messoria se corbe contexit.

Contectus, Participium, Cæsa contecta stramine. Ouid. 5. *Metam.*

CONTEMERO, as, are, Contaminare, fœdare, polluere, violare. {טמא timme טנף tinneph. ... GALL. *Violer, corrompre, outrager, gaster & perdre audacieusement.* ITAL. *Violare, machinare, sporcare.* GERM. Verwüsten, schenden, verunreinigen. HISP. *Corrumper ò ensuziar.* ANGL. *To violate, to defile, to commit adulterie.*} Martial. *lib. 1.*

Læserat ingrato leo perfidus ore magistrum,
Ausus tam notas contemerare manus.

CONTEMNO, is, psi, ptum, Sperno, vilipendo, abiicio. {בזה bazáh. ... GALL. *Despriser, mespriser, n'estimer rien, ne faire conte.* ITAL. *Sprezzare, disprezzare.* GERM. Verachten. HISP. *Menospreciar.* ANGL. *To despise, not to regard.*} Plaut. *in Asin. sc. 4. a. 2.* Tu verbero imperium meum contempsisti. Et est minus, quàm despicio. Contemnunt spinam cùm cecidere rosæ, id est, contemni faciunt. Ouid. 5. *Fast.* Superbè cum excipit, nec erat contemptus, sed metus, Velleius. Nimis tandem abs te contemnor. Plaut. *Pseud. sc. 3. a. 3.* Hoc tam contemptum animal. (de homine.) Senec. *cap. 11. de consol. ad Marc.* Contemptu mox, Contemptione nihil grauius. Senec. *de consol. ad Elber. c. 14.* Cic. *de senect.* Contemni se putat, despici, illudi. Componitur autem ex præpositione Con, & verbo temno: quo etiam Virgilius vsus est 6. *Æneid.*

Discite iustitiam moniti, & non temnere diuos.

Contemptor, aris, ari, frequentatiuum à contemno. {ANGL. *To despise, to sette no thing by.*} Plaut. Mirari noli, neque me contemplarier.

Contemptus, participium, Spretus, abiectus, humilis. {בזוי bazúi בוז buz. ὀλιγωρηθείς, καταφρονηθείς. GALL. *Mesprisé, dequoy on n'a tenu conte.* ITAL. *Sprezzato, auuilito.* GERM. Veracht. HISP. *Menospreciado.* ANGL. *Despised, not regarded.*} Cicer. *pro Sestio.* Qui nullo præmio præposito, præter hoc quod iam contritum & contemptum putatur, iudicium bonorum, omnia pericula, &c. suscepit.

Contemptus, nomen ex participio. {ANGL. *Despite, contempte.*} Plautus *Pœn.* Contemptiores mage erunt, atque auidi minus. Tenuissimus victus, atque contemptissimæ escæ. Cic. 1. *de finib.*

Contemnendus, {ANGL. *VVorthie to be contemned.*} Cic. *de clar. Orat.* Ne Titus quidem Posthumius contemnendus in dicendo.

Contemnificus, pro emptore vsus est. Lucil. *lib. 36.* Ego enim contemnificus fieri & fastidire Agamemnonis. Ex Nonio.

Contemptor, is, verbale. {בז baz. ὀλίγωρος, καταφρονητής. GALL. *Despriseur.* ITAL. *Sprezzatore, che non tiene conto, ne fa stima di altri.* GERM. Ein verachter. HISP. *Menospreciador.* ANGL. *A despiser.*} Deûm contemptor Mezentius. Virg. 8. *Æneid.*

Contemptrix, {בוזה bazáh. καταφρονοῦσα.} Plin. *lib. 19. c. 8.* Eruca præcipuè frigorum contemptrix.

Contemptio, verbale, Despicientia, dispectio. {בזיון bizayón בוז buz. καταφρόνησις, ὀλιγωρία. GALL. *Mespris, mesprisement, contemnement.* ITAL. *Disprezzo.* GERM. Ein verachtung. HISP. *Menosprecio.* ANGL. *Despising, litle regarding.*} Cic. 1. *Offic.* Fortitudo est dolorum laborúmque contemptio, idem *in Paradox.* Senec. *de consol. ad Elb. cap. 14.* & Cæsar *lib. 3. de bell. ciu.*

Contemptus, us, ui, idem. {בזיון bizzayón. ὀλιγωρία. ANGL. *Despising, litle regarding.*} vt, Tu es omnibus contemptui, id est, despiceris ab omnibus. Contemptui habere. Suet. *in Aug. c. 93.*

Contemptim, aduerbium. {καταφρονητικῶς, ὀλιγώρως. GALL. *Mesprisant, en desprisant, sans en faire conte.* ITAL. *Per disprezzo, per scherno.* GERM. Verächtlich. HISP. *Menospreciando.* ANGL. *VVith despising, disdaine fullie.*} Plaut. *in Pœn.* Ne nos tam contemptim conteras.

Contemptibilis, a Contemno, idem quod Contemnendus, εὐκαταφρόνητος. Vnde Contemptibilitas. Item Contemptè, & Contemptibiliter, aduerbia, ὀλιγωρήτως. Lampridius *in Alex. Seuero,* Cùm illi obiicerent nimiam ciuilitatem, & sæpe dicerent, Molliorem tibi potestatem & contemptibiliorem imperii fecisti. Vlpianus *de offic. Proconf. D. lib. 1.* Circa aduocatos patientem esse Proconsulem oportet, sed cum ingenio ne contemptibilis videatur.

CONTEMPLOR, aris, Diligenter intueor, & res abditas considero. {ראה raáh השכיל hiscbhíl נשקף niscbkáph השקיף bischkiph השגיח hischghiach הביט hibbit. ἀποσκοπέω, ἐποπτεύω, κατασκοπέω, θεωρῶ. GALL. *Contempler, regarder soigneusement, considerer.* ITAL. *Contemplare, considerare le cose occulte.* GERM. Fleissig etwan heimlichs anschawen. HISP. *Contemplar ò mirar.* ANGL. *To behold stedfastlie, to consider diligentlie.*} Verbum est ductum à templo, id est, à loco qui ab omni parte aspici potest, vel ex quo omnis pars potest videri, quem Augures Templum nominabant. Cicer. *pro Deiot.* Et id animo contemplare, quod oculis non potes. Lactant. *lib. 6.* Vel si cæleste lumen, quod dicimus Solem, contemplari velint.

Contemplo, as. Plaut. *in Asin. sc. 1. act. 3.* Meum caput contempla, siquidem ex te consultas tua. Ennius. Contempla, & templum Cereris ad læuam aspice. Contempla aurum, & pallam satin' me deceat. Plaut. *Most. sc. 3. a. 1.* Contempla amabo, satin' hic me ornatus decet. *Ibidem.* Certè ædepol cùm illum contemplo, & formam cognosco meam. Idem *Amphitr.*

Contemplator, is. {משכיל mascbkiph מביט mabbit. θεωρός. GALL. *Contemplateur, regardeur, qui regarde & considere.* ITAL. *Consideratore, contemplatore.* GERM. Anschawer, beschawer. HISP. *El que contempla, mirador.* ANGL. *An stedfast beholder or considerer.*} vt, Contemplator cæli, Cic. 1. *Tusc.*

Contemplatrix, θεωρητική. Apuleius *lib. de Philosophia,* Disciplina, contemplatrix bonorum, iusti tenax.

Cōntēmplātĭo, Consideratio, siue meditatio rerum occultiorum, teste Cic. 4. *de finib.* {מבט *mabbát* מראה *mareéh.* ἀναθεώρησις, θεωρία, σκέψις. GALL. *Contemplation, pensement, cogitation attentiue.* ITAL. *Contemplatione.* GERM. Anschauwung/betrachtung. HISP. *La contemplacion.* ANGL. *Contemplation, the stedfast beholding and meditating secret thinges.*} Idem 1. *Acad.* Est enim animorum naturale quoddam quasi pabulum, consideratio, contemplatióque naturæ. Idem 1. *de nat. deor.* Hæc est res magna & diligenti contemplatione dignissima. ¶ Contemplatione alicuius rei aliquid facere, id est, gratia, vel respectu. Vnde Iulianus *in l. si pupilli. §. sed & si quis. ff. de negotijs gestis,* dixit Gerere negotia alicuius, non contemplatione eius, sed sui lucri causa. Et Papin. *in l. arboribus ff. de contrah. empt. & vend.* dixit Arborum contemplatione fundum comparare.

Cōntēmplātŭs, us, ui. Contemplatio. θεωρία. Ouidius 5. *Trist.* A contemplatu summouéque mali. Macrob. *lib.* 1. *in somn. Scip.* Fide autem facta perpetuitatis animarum consequens esse animaduertit, vt certa illis loca nexu corporis absolutis, pro contemplatu probi improbiúe meriti deputata sint.

Contemplatiuus, a, um, θεωρητικός. Vnde Contemplatiua vita, quæ contemplationi dedita est. Senec. *epist.* 95. Ars nulla contemplatiua sine decretis suis est, philosophia autem contemplatiua simul & actiua.

Cōntēmpŏrānĕŭs, a, um, eiusdem temporis coætaneus. {σύγχρονος. GALL. *D'vn mesme aage.* ITAL. *Del medesimo tempo.* GERM. Einer zeit. HISP. *Cosa del mesmo tiempo, contemporal.* ANGL. *Of one age.*}

CŌNTĒNDO, Proficiscor, iter instituo, quasi contrà tendo. {הלך *halách* ארח *arach.* πορεύομαι. GALL. *Aller, s'efforcer d'aller.* ITAL. *Andare.* GERM. Hergegen ziehen/oder eilen. HISP. *Andar.* ANGL. *To go, to endeuour or force him self in going.*} Cæs. *lib.* 1. Ipse de quarta vigilia, eodem itinere quo hostes ierant, ad eos contendit.

Sed generis priscos contendis vincere honores,

Tibul. *lib.* 4. ¶ Ponitur etiam pro certo, pugno, luctor, confligo. {רב *rab.* ἀνταγωνίζομαι. GALL. *Debatre, combatre.* ITAL. *Contendere, combattere.* GERM. Streyten/zancken. HISP. *Pelear ò porfiar.* ANGL. *To contende, striue or fight.*} Virg. *lib.* 4. *Æneid.*

——— quis talia demens
Abnuat, aut tecum malit contendere bello?

Contendere prælio. Cæs. *lib.* 1. *de bell. ciu.*

Tutius est igitur fictis contendere verbis,
Quàm pugnare manu,

Ouid. 12. *Metam.* bis. ¶ Item pro instare & flagitare. {בקש *bikkésch* שאל *schaál* פצר *patsár.* σπουδαίως αἰτεῖν, ἀξιοῦν, φιλονεικεῖν. GALL. *Demander affectueusement.* ITAL. *Demandare affaticosamente.* GERM. Mit ganzer macht etwas vnderstehn/gantz heftig auff etwas tringen. HISP. *Demandar con porfia.*} Cic. *ad Attic.* Nec dubito quin Cæsar à me contendat, vt ad vrbem veniam. Idem *ad Quint. fratr.* Pompeius à me valde contendit de reditu in gratiam. ¶ Item ponitur pro laborare, niti, eniti, conari. Cic. *ad Quint. fratr.* Contende quæso atque elabora. Virg. 1. *Æneid.*

——— quæ littora proxima cursu
Contendunt petere.

¶ Item ponitur pro intendere, adducere, siue astringere. Idem 4. *Georg.*

Tanto nate magis contende tenacia vincla.

¶ Sic contendere arcum dicimus, & translatè contendere neruos, vires ingenij. Contendere oculos, vnde contenti oculi. Sueton. *in Tib. c.* 7. Item, Ex his vnam contendit & fugere perseuerauit. Cæsar 1. *de bell. ciuil.* ¶ Item ponitur pro comparare, conferre & committere. Cic. 1. *de Inu.* Primum igitur leges oportet contendere, considerando vtra lex ad maiores pertineat, ἀντιθεῖναι, παραβάλλειν, συγκρίνειν, ἀντιπαραβάλλειν, & ad verbum, ἀντιπαραβάλλειν, συμπαραβάλλειν. ¶ Item iacere, dirigere, βάλλειν, τοξεύειν. Virg. 5. *Æneid.*

Qui tamen aërias telum contendit in auras.

¶ Contendere agmen, pro Festinanter ducere. Curt. *lib.* 3. At Darius, nuntio de aduersa eius valetudine accepto, celeritate quanta poterat, tam graue agmen ad Euphratem contendit. ¶ Amori alicuius contendere, Græca locutio pro Cum amore contendere. Propert. *lib.* 1. *eleg.* 13.

Non tamen illa meo valeant contendere amori.

id est, non possint præferri amori meo.

Contentus, a, um. Ouid. *Eleg.* 10. *lib.* 1. *Trist.*

Nunc quoque contenti strident Aquilone rudentes.

Cōntēntĭo, verbale, quod significat vehementem conatum ad aliquid agendum. {יגיעה *jeghiáh* עלילה *'aliláh* מעלל *ma'halál* ריב *rib* מריבה *meribáh* מדון *madhón.* ἡ τοῦ πνεύματος ἀνάτασις πρὸς ἔργον ἐπίτασις, καὶ θεωρία. GALL. *Effort, emploitte de sa force, debat, different, contention, noise.* ITAL. *Contesa, trauaglio fatica presa per arriuare à qualche grado.* GERM. Das heftig vnderstehn eines dings/item ein kampff. HISP. *Contention, porfia.* ANGL. *An earnest indeuouring to do any thing, debate, contention, striffe.*} Cic. 3. *de Orat.* Permulta tum vehementissima contentione animi, ingenij, virium, ab eo dicta constabat. Idem *lib.* 1. *Offic.* Miserrima omnino ambitio, honorúmque contentio. ¶ Item ponitur pro certamine & controuersia. Cic. *in Aul.* Mihi cum M. Crasso multæ & magnæ contentiones fuerunt. ¶ Item pro comparatione. Idem *pro Plancio,* Quædam hominum est facienda contentio. Idem *pro leg. Manil.* Ea magis ex aliorum contentione, quàm ipsa per se cognosci possunt. ¶ Est præterea Contentio, ἀγών, oratio acris ad confirmandum & confutandum accommodata: quæ à Plin. *in Epist.* dicitur, Oratio pugnax & contentiosa, ἐγχειρηματικὴ, φιλόνεικος. Constat autem contrariis verbis, quæ ἀντίθετα, id est, contrapositum pariunt. Vt illud *pro Cluent.* Vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia.

Cōntēntē, contentius, contentissime, aduerbium. {ἐκτενῶς, σπουδαίως, συντόνως. ANGL. *Earnestlie, with striuing.*} Cic. 5. *Tusc.* Socratem ferunt quum vsque ad vesperam contentiùs ambularet, quæsitumque esset ex eo quare id faceret, respondisse, Se, quò melius cœnaret, obsonare ambulando famem. Idem 2. *Tusc.* Genu mehercule M. Antonium, vidi quum contentè ipse pro se lege Varia diceret, terram tangere. Contentè & curiosè lectitare. Gell. *cap.* 3. *lib.* 3.

Cōntēntĭōsŭs, a, um. Litigiosus. {רב *ráb.* φιλόνεικος. GALL. *Contentieux, noisif.* ITAL. *Vehemente, contentioso.* GERM. Zanckisch/haderisch. HISP. *Cosa porfiosa ò porfiada.* ANGL. *Contentious, that stryueth much.*} Plin. *lib.* 19. Oratio de qua loquor, pugnax & contentiosa est.

Cōntentĭōsē, aduerbium. {φιλονείκως. ANGL. *By striuig.*} vt, Contentiosè agere, id est, pertinaciter.

CŌNTĔNEBRĀRE, verbum neutr. est, pro aduesperascere. {העריב *heherib.* σκοτάζειν. GALL. *Deuenir nuict, estre nuict.* ITAL. *Farsi sera.* GERM. Dunckel oder finster werden. HISP. *Hazerse tarde ò anochecer.* ANGL. *To waxe night, or late.*} Varro 2. *de re rust.* Ab occasu paruo interuallo interposito ad bibendum appellunt, & rursus pascunt, quoad contenebrauit.

Cōntēntŭs, vide *Contineo.*

Cōntērmĭnŭs, i, Finitimus, & vicinus, quasi eundem terminum inhabitans. {שכן *schachen.* ὅμορος. GALL. *Voisin, terretenant, prochain en limites.* ITAL. *Finitimo, vicino, confinante.* GERM. Ein anstösser/nechtgelegner/nachbawre. HISP. *Cosa vezina en terminos.* ANGL. *That bordereth nigh together.*} Col. *lib.* 1. *c.* 3. Nisi Autolicus ille cuiquam potuit tolerabilis esse conterminus, aut Auentini montis incola Platinis vllum gaudium finitimis suis Cacus attulit. Plin. *lib.* 12. *cap.* 8. Conterminа Indigens Ariana. Stabula ripæ contermina. Ouid. 5. *Metam.*

Conterobrominius, a, um. Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 3. Oram conterobrominiam subegit.

CŌNTĒRO, is, Tero, consumo, conficio. {כתת *chatath* שבר *schibbér.* συντρίβω. GALL. *Broyer, piler, menuiser, mendre, consumer, vser, gaster.* ITAL. *Ridurre in poluere, consumare.* GERM. Zerreyben/zerstossen/zu puluer machen. HISP. *Quebrar y gastar, reduzir in poluo.* ANGL. *To breack or bruise small, to weare out with occupying.*} Varro 2. *de re rust. c.* 7. Si fastidium saliendi est, scillæ modicum conterunt cum aqua. Conterere radicem in puluerem. Plin. *lib.* 26. *c.* 11. Diem conterere, id est, consumere. Plaut. *Cas.* —contriui diem. Dum adsto aduocatus cuidam cognato meo. Conterere ætatem in litibus, Cic. 1. *de Legib.*

Cōntrītŭs, particip. Tritus, in puluerem redactus. {כתות *chathúth* משבר *meschubbár.* συντετριμμένος. GALL. *Brisé & froissé, vsé & degasté.* ITAL. *Tridato, pestato, fatto in poluere, vsato.* GERM. Zerrieben/zerstossen. HISP. *Quebrantado, hecho poluo, gastado.* ANGL. *Broken and bruised small.*} Plin. *lib.* 20. *c.* 13. Datur & dysentericis cum caseo in vino contrita. ¶ Ponitur etiam peruulgatus, vulgaris, communis. Cic. 2. *de finib.* An verum est hoc vetustate contritum prouerbium, Dignus quicum in tenebris mices.

Cōntrītŏr, is, verbale. {מכתת *mechathéth.* συντρίβων.} Plaut. *Persa.* Contritor compedum.

Cōntĕrrānĕŭs, dicitur qui ex eadem terra est. {ὁμόχωρος. GALL. *D'vne mesme terre, ou d'vn mesme pays.* ITAL. *Di vna medesima terra.* GERM. Ein landsman. HISP. *Cosa de la mesma tierra, payzano.* ANGL. *Of the same contree.*} Quapropter Catullum Conterraneum suum Plin. *in præfat. prima* vocat, qui non Veronæ, sed in Benaci insula natus erat. Verbum est in castris natum, quemadmodum pleraque eodem fine desinentia.

CŌNTĔRRĔO, es, ēre, Terreo, terrorem iniicio. {חתת *cháth.* ἐκπλήττω. GALL. *Espouuanter.* ITAL. *Espauentare, dare terrore.* GERM. Erschrecken. HISP. *Espantar.* ANGL. *To feare and make astonished.*} Liuius 1. *ab vrb.* Nouum pugnæ conterruit genus. Conterruit latratu canis aduenientem. Col. *lib.* 7. *c.* 12. Conterrere vultu aspectúque loquacitatem alicuius. Cic. 1. *de Orat.* Virg. 3. *Æneid.*

——— aspectu conterritus hæsit.

Non Scylla fæuo conterruit impetu orbe,

Tibull. *lib.* 4. Dumtaxat strepitu conterrita. Senec. *cap.* 6. *de consol. ad Marc.*

Cōntēstānĭă, regio citerioris Hispaniæ, in qua sita est Carthago noua. Autor Plin. *lib.* 3. *c.* 3. Fortè quæ hodie vulgò *Concentayna.*

CŌNTĒSTŎR, Obtestor, imploro, precor. {העיד *hehidh.* ἐπιθειάζω, μαρτύρομαι. GALL. *Appeller quelqu'vn à tesmoin, protester & dire deuant tesmoins, demander ayde.* ITAL. *Chiamare in aiuto, protestare.* GERM. Zu zeugen nemmen oder anrüffen. HISP. *Llamar por testigo, pedir ayuda.* ANGL. *To call to wetnesse, to complayne to one lamentablie.*} Cic. 6. *in Verr.* Deos hominésque contestans, clamare cœpit. ¶ Contestari litem (inquit Festus) dicuntur duo, aut plures aduersarij, quòd ordinato iudicio vtraque pars dicere solet, Testes estote. ἀντιμαρτυρεῖν, συμμαρτυρεῖν δίκην. Cic. *ad Att. lib.* 16. Neque enim illi litem contestabuntur. Legend. Gellius *c.* 10. *lib.* 5. ¶ Hinc litis contestatio dicta, quæ nascitur ex petitione actoris, & responsione rei. ἐνστάσις δίκης, ἀμφισβήτησις.

Cōntēstātō, aduerbium, vt Contestatò aliquid dicere, facere, id est, testibus adhibitis. Vlp. *D. de agn. & al. lib.* li neque contestatò dixerit eam ex se prægnantem non esse.

Cōntēstātŭs, participium. {מועד *muhádh.*} vt, Contestata virtus. Cic. *pro Flac.* Quumque ab hac perenni, contestatáque virtute maiorum non modò non degenerauit L. Flaccus, sed id, &c.

CŌNTĔXO, is, ere, Simul texo. {ארג *arágh.* συνυφαίνω. GALL. *Tistre ensemble, assembler, conioindre.* ITAL. *Tessere insieme, congiungere.* GERM. Zusammen weben. HISP. *Texer vno en otro.* ANGL. *To weaue or to ioyne together.*} Cic. 1. *de nat. deor.* Quid enim oues aliud afferunt, nisi vt earum villis confectis atque contextis homines vestiantur? ¶ Contexere, coniungere. Plin. *Epist.* 101. Sub his per latus omnes vineæ porriguntur, vnámque faciem longè latéque contexunt. Contexere amores, Catullus. Contexere interrupta, Cic. 1. *de Legib.* Contexere carmen. Idem *pro Cal.* Contexere crimen. Idem *pro Deiotaro.*

Cōntēxtŭs, participium, {ארוג *arúgh.* συνυφασμένος. GALL. *Tissu auec, entrelassé.* ITAL. *Tissoto insieme.* GERM. Zusammen geweben. HISP. *Texido juntamente.* ANGL. *Vvouen together interlaced.*} Argento & auro contextus, Tibul. *lib.* 1.

Huic (aëri) & contextus passim fluat igneus æther.

Cōntēxtŭs, us, ui. {ערך *herek.* συνύφανσις. GALL. *Entretissure, entrelacement, conionction, composition.* ITAL. *Tessura, congiuntione, compositione.* GERM. Zusammen webung/oder zusammen fügung. HISP. *Texedura, ayuntamiento, composition.* ANGL. *A weauing together, interlacing.*} Cicer. 5. *de finib.* Pennarumque contextu corpori tegumenta faciebat.

Cōntēxtĭo,

Contextio, συνύφανσις. Contextus. Macrob. *comment. in Scip. lib.1. cap.2.* Contextio narrationis per turpia & indigna numinibus, ac monstro similia componitur. Idem *Satur. lib.7. cap.6.* Et ita contextionis accessione variatum est.

Contextè, aduerbium, Coniunctè. {συνυφασμένως, συμπεπλεγμένως. GALL. *Sans interruption l'vn estant tissu & ioint auec l'autre.* ITAL. *senza diuisione ò interpositione alcuna.* GERM. Aneinander/ohn zertheilung. HISP. *Texendo vno con otro, ayuntadamente.* ANGL. *By weauing together without interruption.*} Cic. *de Fato*, Omnia naturali colligatione conserte contexteque fiunt.

Contextim, aliud aduerbium. {κατὰ συνυφήν, κατὰ συμπλοκήν. GALL. *Par entretissu, par entrelacement, tout d'vn train.* ITAL. *Congiontamente.* GERM. Mit zusammen flechtung/ durch zusammen fügung. HISP. *Texendo vno con otro, ayuntadamente.* ANGL. *Of one peece, without interruption.*} Plin. *lib.10. cap.33.* Turdi in cacuminibus arborum luto nidificantes, pene contextim in secessu generant.

Conticeo, es, Simul cum cæteris taceo, reticeo, {חרש charásch דמה damáh. συσιωπάω. GALL. *Se taire tout coy, ne dire vn seul mot.* ITAL. *Tacere insieme.* GERM. Sampt andern still schweigen. HISP. *Callar con los otros.* ANGL. *To be still or keep silence.*} Virg. 2. *Æneid.*

Conticuere omnes, intentique ora tenebant.

Cic. *in Catil.* Recitatis literis debilitatus atque abiectus, conscientia conuictus repente conticuit. Tandem, opinor, conticuit. Plaut. *Asin. sc.4. a.2.*

Conticesco, is, cum aliis tacitus fio. {συσιωπῶ. ANGL. *To hold peace soddenly.*} Plin. *lib.11. cap.10.* Tum repente omnes conticescunt. Fores crepuerunt, conticiscam: pro conticescam. Plaut. *Merc. sc.4. a.2.*

Conticinium noctis, primum tempus, quo omnia quiescendo conticescunt. {ἀωρὶ νυκτὸς, ἀωρία. GALL. *Le temps de la nuict, où toutes choses se taisent.* ITAL. *Il tiempo de la notte nel quale non si sente vn zito.* GERM. Das erste theil der nacht/ da alle ding schlaffen vnd still schweigen. HISP. *La media noche quando todos callan.* ANGL. *The tyme of night when all thinges be quiet and still.*} Ex Polluce Plaut. *Asin.* Redito huc conticinio. Macrobius tamen & Censorinus Conticinium vocant eam partem noctis, quæ media est inter gallicinium & diluculum: & inde dictum volunt, quòd galli tum conticescant. Vide quæ suprà annotauimus in dictione *Dies*.

Contigno, as, quasi tigna coniungo. {קרה kehāh. συνδοκῶ, στεγάζω. GALL. *Asseoir les soliues en vn estage de maison, & les compasser.* ITAL. *Congiungere trabi.* GERM. Die balcken zusammen fügen. HISP. *Sobradar con tablas.* ANGL. *To rafter or planke an house.*} Plin. *lib.9. cap.3.* Gedrosos, qui Arbin amnem accolunt, Alexandri Magni classium præfecti prodidere, in domibus fores maxillis belluarum facere, ossibus tecta contignare, ex quibus multa quadragenûm cubitorum longitudine reperta de belluis Indici maris. Cæsar *2. bell. ciu.* Et quicquid est contignatum, cratibus consternitur.

Contignatio. {מקרה mekarāh. ἀπὸ τοῦ δοκοῦν ὁ τῶν οἰκιδίων σχηματισμός, στέγη. GALL. *Estage, solier, plancher de maison.* ITAL. *Vn tauolato, vn tramamento, vn solare.* GERM. Ein zusammen fügung einer büne in einem hauß. HISP. *El sobrado ò entresuelo.* ANGL. *Rafting or planking of an house.*} Quæ est solarium domus, siue stratum sit gypso, lateribúsve, siue non stratum, qualia ferè sunt solaria domorum in Apulia. Eóque pro miraculo apud Liuium refertur, bouem in tertiam contignationem conscendisse. Plinius, Sesquipedalis paries, non plus quàm vnam contignationem tolerat. συνδοκία. Est enim superior & inferior contignatio. {GALL. *Estages* vocant.} Contignatio quæ turri tegmento esset futura. Cæs. *2. de bell. ciu.* Eadem cum contabulatione.

Contineo, es, ui, tentum, Comprehendo, complector, includo, concludo, cohibeo. {הכיל hichil אחז achāz החזיק hechezik. λαμβάνειν, κατέχειν. GALL. *Contenir, tenir serré & fermé, retenir empescher.* ITAL. *Tenire, contenire.* GERM. Zusammen halten/enthalten. HISP. *Tener.* ANGL. *To refraine, to containe, to hold fast, to withhold.*} Plaut. *Rud.* Perij, animo malefit, contine quæso caput. Idem *Cas.* Contine pectus, face ventulum ambo pallio. Continemus fluuium suo aluo, aut ripis, aut belluas septis. Item, Continemus nos domi, quum in publicum non prodimus.

——*Vrbis se mœnibus illae Continuere diu.*

Ouid. 13. *Metam.* Continere Oceano felicitatem suam Cæsar non potuit. Senec. *cap.14. de consol. ad Mart.* Continete vos domi. Plaut. *Capt. sc.1. a.4. & Curc. sc.3. a.2.* Item pro Impedire, cohibere, vt Cæs. *lib.1. bell. ciu.* Hos omnes flumina continebant. (id est, transitu prohibebant.) Idem, An tempestas te continet? (id est, retinet, siue remoratur.) Plaut. *Amphitr.* Item pro abstinere: Videbatis eum hominem continuisse (i. ab eo abstinuisse.) Senec. *cap.2. de consol. ad Polyb.* ¶ Ponitur aliquando pro moderari, temperare, vel coërcere. ἐγκρατεύομαι. Vnde Continens, ἐγκρατής, pro abstinente & integro: cuius contrarium est Incontinens, ἀκρατής. Lactant. *lib.5.* Da libidinosum, adulterum, ganeonem; iam sobrium, castum, continentem videbis. ¶ Continere se, pro quiescere, nec mouere, neque exercere. Cels. *lib.6. cap.18.* Isque homo continere se debet, & abstinere à cibo, & potione aquæ tantùm à siti vindicari. ¶ Continere, pro intra se tenere, περιέχειν. sic dicimus, vrbem continere homines, & locum continere locatum. ¶ Aliquando continuare. συνέχειν. vnde & Continens dicitur continuatum, τὸ συνεχές. Liuius, continens Imperium vsque ad nos habebitis. Suetonius *in Calig. cap.19.* Per hunc pontem vltro citróque commeauit, biduo continenti, id est, continuo. Curtius, Omnia velut continenti incendio ardere visa. Sic, Continentem ripæ collem dixit Cæsar *lib. de bell. ciuil.* Continens malum timori fuit, &c. Liuius *lib.5. ab Vrb.* Continens die noctéque periculum (i. continuum.) Idem *4. ab Vrb.* Continentibus diebus. Cæs. *3. de bell. ciuil.* Continens omnium dierum labor. *ibid.* Cic. *1. Tuscul.* Sed nihil te interpellabo: continentem orationem audire malo. Item *lib.1. Offic.* pro simul tenere posuit. συνέχειν, & quasi inuitum tenere, quum inquit, Nec vlla res tam vehementer Rempublicam continet quàm fides. {GALL. *Qui entretienne en son entier.*}

Continens, participium, continuatus, iunctus, affixus, coniunctus. {סמוך samuch יובל iobal. συνεχὴς, συνεχής. GALL. *Ioignant, s'entretenant, continuel.* ITAL. *Che contiene.* GERM. Das zusammen helt. HISP. *Lo que tiene alguna cosa.* ANGL. *Ioyning one vpon an other, continuell without interruption.*} Cic. *in Epist.* Cappadociæ pars quæ cum Sicilia continens est. Idem *3. de natur. deor.* Motus census coniunctus & continens. ¶ Aliquando ponitur pro proximus. Idem *de Fato*, Proxima & continens causa mouet assensionem. ¶ In continenti, sub tempore, pro statim: Aliquando pro firmo, certo, vt Continens memoria, id est, firma, certa. Vlpian. *in l. quod ait lex. ff. ad legem Iuliam de adulterijs*, Quod ait lex, in continenti filiam occidat, sic erit accipiendum, ne occiso hodie adultero reseruet, & post diem filiam occidat, & contrà: debet enim propè vno ictu & vno impetu vtrunque occidere, æquali ira aduersus vtrunque sumpta. Idem Vlpian. *l. 3. D. de vi & vi arm.* dixit, Ex continenti, eodem sensu. Eundem (inquit) deiicere non ex interuallo, sed ex continenti posse. ¶ Aliquando pro temperans. {מתאפק mithappék. ἐγκρατής. GALL. *Continent, modeste, sobre.* ITAL. *Continente, temperato.* GERM. Der sich enthalt/ keusch/ mäßig. HISP. *Aquel que se abstiene de los deleytes.* ANGL. *Temperate, sober.*} Terent. *in Eunuch.*—hoc nemo fuit Minus ineptus, magis seuerus quisquam, nec magis continens. Siccum, frugi, continentem. Plaut. *Asin. sc.2. a.5.* Item, Quo nemo adæquè parcus, neque magis continens. Idem *Most. sc.1. a.1.*

Continens, neut. gen. à Rhetoribus accipitur pro firmamento orationis, τὸ συνέχον. Cic. *in Topic.* Quibus autem hoc qua de re agitur continetur, hæc continentia vocentur, quasi firmamenta defensionis: quibus sublatis defensio nulla sit.

Continens verò fœminini generis, sumitur pro terra, quæ non est insula, quàm vulgò *Terram firmam* appellant, qualis est Italia. {תבל tebél. ἤπειρος. GALL. *Terre ferme.* ITAL. *Terra ferma.* GERM. Ein aneinander hangend erdtrich/ welches kein insel ist. HISP. *Tierra firme.* ANGL. *Sure ground or earth.*} vt, Ex Sicilia ad continentem parum intercapedinis est. ¶ Nam insula est, quæ mari circundatur, vt Sicilia, Sardinia. ¶ Chersonesus autem peninsula dicitur, quæ pene tota mari circundatur, aliqua tamen sui parte continenti coniungitur, vt Peloponnesus. ¶ Isthmus verò est angusta terra, peninsulam cum continente coniungens.

Continentia, fit à Continens: Temperantia, virtus voluptati resistens. {ἐγκράτεια. GALL. *Continence, abstinence, sobrieté.* ITAL. *Continenza, temperanza.* GERM. Enthaltung/mäßigkeit. HISP. *Temperança, aquella obra de se contener de deleytes.* ANGL. *Temperance, sobrietie, ruling of the affections.*} de qua Cicer. *lib.2. Offic.* Sed valetudo sustentatur notitia sui corporis, & obseruatione earum rerum, quæ aut prodesse solent, aut obesse: & continentiam in omni victu, omnique cultu corporis tuendi causa, & in prætermittendis voluptatibus. Huic contraria est incontinentia, ἀκράτεια. ¶ Continentia interdum ponitur pro retentione Suet. *in Claud.* Dicitur etiam meditatus edictum: quo veniam daret, flatum crepitúmque ventris in conuiuio emittendi: cum periclitatum quendam præ pudore ex continentia repetisset.

Continenter, aduerbium, Modò significat parcè, sobriè, & pudicè. {בעל bal. ἐγκρατῶς, σωφρόνως. GALL. *Sobrement.* ITAL. *Continentemente, sobriamente.* GERM. Mäßiglich. HISP. *Continentemente, templadamente.* ANGL. *Soberlie, temperatlie.* Plaut. Quamquam illum pater arctè & continenter habet. Modò assiduè. {συνεχῶς. GALL. *Continuellement, tout d'vn tenant, tout de suite.* ITAL. *Congiuntamente.* GERM. Stetigs/aneinander/ für vnd für. HISP. *Ayuntadamente, continuamente.* ANGL. *Which continuation or continuallie.*} Idem, Trium dierum sitim, continenter tulit. Cæsar, Belgæ cum Germanis bellum continenter gerunt. Contrarium eius est, Incontinenter, hoc est, intemperanter, & impudicè, ἀκρατῶς, ἀσελγῶς.

Contentus, a, um, quum est participium à Contineor, significat illud quod ab alio continetur. {מוכל muchál, περιεχόμενος. GALL. *Contenu & comprins, content.* ITAL. *Contento, contenuto.* GERM. Das von einem andern enthalten oder zusammen gehalten wirt. HISP. *Contento, contenido.* ANGL. *That is contened.*} Quando verò significat eum qui animo satiatus est, neque quicquam præterea desiderat, αὐτάρκης nomen est, non participium: quandoquidem neque tempus retinet, neque significationem. Terent. *in Eunucho.* Neque vno, contenta eras, neque solus dedit. Vnde superflua videtur prolixa illa apud Vallam disputatio, an Contentus actiuam retineat sui verbi significationem, an passiuam, quum omnino verbi sui significationem non retineat. Neque enim Contentus is dicitur, qui continet, aut qui continetur: sed qui nihil extra sortem suam desiderat. ¶ Ponitur interdum in genitiuo: vt Velleius Paterculus *hist. 2.* Sed minus honoratus quippe vixit angusti claui pene contentus. subaudi honore vel dignitate. ¶ Contentus ad. Cic. *in Paradox.* Opinor in eo cui tanta possessio est, vt ad liberaliter viuendum facilè contentus sit.

Haud contentus eo (facto) petij tentoria Rhesi.

Ouid. 13. *Metam.*

Contentúsque mei iam tandem parte doloris,

Idem *Eleg.2. lib.5. Trist.*

Non tam maiorum contenta est gloria fama.

Tibul. *lib.4.*

Non tamen his contentus eris,

Ibid. Vocari te ad cœnam volo si pauxillo potes contentus esse. Plaut. *Capt. sc.2. a.1.* ¶ Cum infinitiuo. Plin. *Epist. 123.* Contentus fueram hoc solum scribere tibi. ¶ Fit etiam contentus participium à Contendor, idem significans quod adductus, astrictus, τεταμένος. Cicer. *2. Tuscul.* Balistæ lapidum, & reliqua tormenta telorum eò grauiores emissiones habent, quò sunt contenta atque adducta vehementius.

Contentè. Plaut. *Asin. sc.3. a.1.* Arctè & contentè cum habet mater.

Continuus, a, um, Perpetuus, continens, perennis. {סמוך samuch תמיד tamidh. διηνεκής. GALL. *Continuel, s'entretenant.* ITAL. *Continuo, senza internallo.* GERM. Das aneinander hangt/ vnd nit zerteilt ist. HISP. *Cosa continua ò continuada.* ANGL. *Continuell, without, interruption.*} Plaut. *in Milit.* Quin vbi triduum continuum fuerit, iam odiosus fiet. Plin. *in Epist.* Littus ornant varietate gratissima, nunc continua, nunc intermissa tecta villarum. Continua oratio opponitur sermoni. Sueton. *in Tiber. cap.27.* ¶ Continuus aliquando pro assiduo,

vt Continuus Principis. Corn. Tacitus, Cocceius Nerua continuus principis.

Cōntinŭo,as, Perseuero, perago. {קוֹסִיף *kosiph* הֶאֱרִיךְ *heerich* עָרַד *erâdh* שָׁקַד *schaádh*. διατελέω. GALL. *Continuer, ne cesser point, faire tenir ensemble.* ITAL. *Continuare, perseuerare.* GERM. Etwas fürtrucken / vnd aneinander etwas thun. HISP. *Continuar.* ANGL. *To continewe or perseuere.*} Apuleius, Scaphas ascendere, mari iter continuare. Plin. *lib.* 14. *cap.* 22. Biduo duabúsque noctibus perpotationem continuauit. Continuare agros. Liuius *lib.* 34. Summa continuare. Idem 2. *bell. Maced.* Continuare suos. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* Continuari pro Finitimum esse. Tacit. Sictionibus Sitonum gens continuatur. ¶ Continuare domos mœnibus, pro Coniunctim extruere, Liu. *lib.* 2. *decad.* Continuare iter. Cæs. 3. *de bell. ciu.* Nocturnus diurno continuatus labor. Liu. Continuato diem noctémque opere. Cæs. 6. *bell. ciuil.* Item, Vtque solet Marti continuata suo est, (Venus.) Ouid. 4. *Fast.* Ceruix continuata. Idem 5. *Fast.*

Cōntĭnŭātĭo,verbale,perpetuitas. {אֹרֶךְ *òrech*. συνέχεια. GALL. *Continuation, entretenement de l'un à l'autre.* ITAL. *Intratenimento, continuatione.* GERM. Vnderläßlich stettmachung oder beharrung eines dings. HISP. *Continuacion.* ANGL. *Perseuerance, continewing or a ioyning together without interruption.*} Cic. 1. *de natura deorum*, Est mirabilis quædam continuatio seriésque rerum, vt alia ex alia annexa, & omnes inter se aptæ, colligatæque videantur. Continuatio laborum. Sueton. *in Tiber. cap.* 21.

Cōntĭnŭĭtās, atis, Continuatio. {συναφή. ANGL. *Continuation without interruption.*} Plinius *lib.* 8. *cap.* 30. Collum & iuba continuitate spinæ porrigitur, flectíque, nisi circumactu totius corporis nequit.

Cōntĭnŭō, aduerbium, Statim, confestim, illicò. {פֶּתַע *pétkah*. παραυτίκα. GALL. *Incontinent tout sur le champ, tantost.* ITAL. *Di fatto, di subito, incontinente.* GERM. Behend/ von stund an/ eins wegs. HISP. *Luego sin medio.* ANGL. *Incontinent.*} Terent. *in Eunuch.* Continuò accurrit ad me. Modò remisisti, continuò iam vt remittam rogas. Plaut. *Asin. sc.* 3. *a.* 1. Continuò protinus exercitum obducam. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 2. Abi intrò ad vos continuò. (suprà citò, curriculò.) Idem *Merc. sc.* 6. *a.* 2. Continuò amor pro imbre aduenit amor. Idem *Most. sc.* 2. *a.* 1. ¶ Eleganter etiam ponitur interrogatiuè, vel negatiuè, pro Num ideò? vel Non ideo, Negatiuè. Cic. *pro Rosc. Amer.* Non continuò, si me in gregem sicariorum contulerim, sum sicarius. i. non ideo sequitur me esse sicarium. Interrogatiuè. 2. *de Orat.* At si illæ seditiones saluti huic ciuitati fuissent, num continuò, si quis populi motus factus esset, id C. Norbono in nefario crimine atque in fraude capitali esset ponendum? Num continuò dixit, pro Num ideo.

Cōntĭnŭē, aliud aduerbium, Assiduè, continenter. {תָּמִיד *tamidh*. συνεχῶς, ἐνδελεχῶς. GALL. *Continuellement, sans cesse, sans intermission.* ITAL. *Senza intermissione, continuamente.* GERM. Vnderläßlich/ stäts aneinander. HISP. *Continuamente sin intermission.* ANGL. *VVithout interruption.*} Quintilianus *lib.* 2. An virtus sit Rhetorica, Qui grana ciceris ex spatio distante missa, in acum continue & sine frustratione inferebat.

Cōntĭnŭĭtē, aduerbium, sine intermissione. ἀδιαλείπτως. Cornel. Fronto *lib. de verborum nominúmque differentijs.*

CŌNTINGO, is, contigi, contactum. Tango, attingo. {נָגַע *nagáh* מָשַׁשׁ *mascháseh*. ἐπιψαύω, ἐφάπτομαι. GALL. *Attoucher.* ITAL. *Toccare.* GERM. Anrüren. HISP. *Tocar.* ANGL. *To touche, to come vnto.*} Colum. *lib.* 1. Plurimis & his angustis illustratum fenestris, atque à terra sic editis, ne manu contingi possint. Virg. 1. *Æneid.*

Funémque manu contingere gaudent.

Pertinet ad vos: Romanos nihil contingit. Liu. 4. *d.* 4. Mea causa nihil hoc facto contingitur. Idem *lib.* 10. *d.* 4.

Quas stola contingi vittaque sumpta vetat.

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* Ne oculis quidem contingere mulierem, Gell. *cap.* 8. *lib.* 6. Contingere digito non auderet. Idem *cap.* 23. *lib.* 10.

——*Vt quæ contingere non est*
Corpore, sint animo cuncta videnda meo,

Ouid. *Eleg.* 4. *lib.* 3. *Trist.* Mihi extra vnum te mortalis nemo corpus corpore contigit, quo me impudicam faceret. Plaut. *Amph.* ¶ Ponitur & pro accidere, siue euenire: sed hoc duntaxat in tertiis personis. {נָפַל *naphál*. συμβαίνω, ἐπιτυγχάνω. GALL. *Aduenir, escheoir.* ITAL. *Accadere.* GERM. Etwas begegnen/ widerfaren/beschehen. HISP. *Acontecer.* ANGL. *To happen or chaunce.*} Cic. 5. *Tuscul.* Quod non modò singulis hominibus, sed potentibus populis contingit.

——*Tibi turba comes, mihi contigit vnus,*

Ouid. 13. *Metamorph.* (socius.) Item, sors Tyrrhenum Contingit, (pro Thyrrheno.) Velleius. Impersonale verò cum infinitiuo, vt, Contingit mihi esse felici, vel felicem. ¶ Quandoque absolutè, vt apud Terentium, Hanc mihi expetiui, contigit: Conueniunt mores. Ex quo datur intelligi, non semper seruari quod aiunt, Contingere esse de malis, quæ sumus veriti, Obtingere de optatis, Accidere de inopinatis, tam bonis, quàm malis. Contingere alicui rei pro Contiguum esse. Cæsar *lib.* 1. Ita vt radices montis, ex vtraque parte, ripæ fluminis contingant.

Contingunt corpus amurca,

id est, vngunt, tingunt, Virg. 3. *Georg.* Sale aliquid contingere, Salire. *Ibidem.* Suet. *in Galba cap.* 2. Neroni Galba successit nullo gradu contingens Cæsarum domum.

Cōntingens, participium. {נֹגֵעַ *negéah*. ἐφαπτόμενος, ἁπτόμενος. ANGL. *VVich toucheth another.*} Cic. *lib.* 2. *de Diu.* Docet enim ratio mathematicorum, quanta humilitate luna feratur terram penè contingens.

Cōntingens, nomen adiectiuum, Fortuitus. {ANGL. *That appeneth or chaunceth.*} Vnde à Dialecticis, Contingentia dicuntur quæ in vtranque partem accidere possunt.

Cōntāctŭs, participium, {נָגוּעַ *naghúah*. συναφθείς, ψαυσθείς. GALL. *Attouché.* ITAL. *Toccato.* GERM. Berürt. HISP. *Tocado.* ANGL. *Touched.*} vt, Contactus religione dies. Liu. Si diem contactum religione, insignemque nomine eius loci timeant Romani

——*Nec vnquam*
Contacti simili sorte rogetis idem,

Ouid. *Eleg.* 4. *lib.* 3. *Trist.*

Cōntāctŭs, us, nomen. {נֶגַע *négkah*. ἁφή, συνάφεια. GALL. *Attouchement.* ITAL. *Toccamento.* GERM. Berürung/oder anrürung. HISP. *El toque.* ANGL. *A touching.*} Col. *lib.* 3. *cap.* 3. Contactu eius languescunt incrementa virentium.

Cōntĭgŭŭs, a, um, quod contingit. {סָמוּךְ *samúch*. συναφής, ἐχόμενος. GALL. *Ioignant & touchant contre.* ITAL. *Vnito che si tocca.* GERM. Anrürend/anstossend. HISP. *Cosa que toca vna con otra.* ANGL. *That touches & is verynigh.*} Plinius *lib.* 2. *cap.* 9. Sed aliàs admota cælo, aliàs contigua montibus. Ouid. 4. *Metam.*

Contiguas habuere domos.

CŌNTĀGĬVM, & Contagio, & Contages, Morbus qui ex contactu contrahitur, ex Con, & tago, is, quod est tango. {טֻמְאָה *tumeáh*. συναφεια. GALL. *Attouchement, chose contagieuse, mal qu'on prend ou baille à celuy qui attouche ou hante auec.* ITAL. *Male attaccatticio.* GERM. Erbkranckheit / erbsucht / ein kranckheit so einer auß betastung des andern erbt. HISP. *La dolencia o mal que se pega.* ANGL. *A contagion, infection.*} Virgil.

Dira per incautum serpant contagia vulgus.

Iuuenalis,

Grex totus in agris
Vnius scabie cadit.

Cretice pelluces, dedit hanc contagio labem.

Cic. 1. *Offic.* Contagiones malorum, quæ ab vno profectæ manant latius. Lucr. *lib.* 14.

Quæ contage sua palloribus omnia pingunt.

Contagium, verbum medium. Gell. *cap.* 9. *lib.* 12. Ouid. *Eleg. vlt. lib.* 3. *Trist.*

Tres mihi sunt nati contagia nostra secuti (libri Amorum sup.)
Seu vitiant artus ægra contagia mentis,

Ouid. *Eleg.* 8. *lib.* 3. *Trist.* ‖ ¶ Contagi fungitur, contactu potitur. Lucr. ‖

Cōntāgĭōsŭs, a, um, {ὁ ἐκ τῆς συναφείας φθαρτικός. GALL. *Contagieux, quand on approche de luy.* ITAL. *Contagioso, che infetta altri col suo male.* GERM. Erblich/ das auß betastung ein anderer erbt. HISP. *La cosa que assi pega, contagioso.* ANGL. *Very contagious, which infecteth, when one approcheth.*} vt, Contagiosa febris, Contagiósus morbus, & pestis contagiosa à Celso dicuntur, quibus qui laborant, solo contactu alios inficiunt.

Cōntĭnŭo, continuas, & Continuus, vide *Contineo, es.*

Contīnūsa, insula Hispaniæ adiacens in freto Gaditano, aliis nominibus Gadira, & Tartessus appellata. Vide Plin. *lib.* 4. *cap.* 22.

CŌNTŎLLO, is, ere, συνάγω. Plaut. *Aul. sc.* 1. *a.* 5. Contollam gradum, id est, conferam gradum.

Cōntŏphŏri, κοντοφόροι. Equitum genus, qui in bello contis vehebantur: hoc est, hastis oblongioribus. Distinguit enim Iulius Pollux *lib.* 11. *Onomastici*, Equites in species septem, Hippotoxotas scilicet, doratophoros, contophoros, hippaspistas, scenophoros, hippagogos, & amphippos, hoc est, desultorios.

CŌNTOR, aris, verbum deductum à conto nautarum pertica, qua illi maris profunditatem explorant, idem significans quod inquiro, & tanquam conto exploro. {חָקַר *chakár*. ἐξετάζω, ἀνακρίνω. GALL. *Interroger, & demander, s'enquerir & s'informer.* ITAL. *Scandagliare, cercare, inuestigare.* GERM. Erforschen/fleyssig nachsuchen. HISP. *Buscar, cercar, scandillar.* ANGL. *To sounde or to feele the bottome.*} Ita scribendum est sine c, per o, vocalem: nam Cunctor alterius est significationis: quamquam chalcographorum quorundam imperitia in quibusdam exemplaribus alterum pro altero positum inuenies. Cic. *ad Attic. lib.* 11. Quumque ex eo de me contaretur, eum sibi ita dixisse narrabat, se mihi esse inimicissimum. Gell. *cap.* 5. *lib.* 5. Ea contantur & insistunt. ¶ Hinc fit compositum Percontor, diligenter & exactè inquiro, & percontator verbale.

CŌNTŎRQVĔO, es, ere, In ambitum & gyrum torqueo, conuoluo, deflecto. {קָלַע *kalah*. λοξόω, ἀποστρέφω, στρέφω. GALL. *Tordre, tortuer, faire tourner.* ITAL. *Lanciare, trarre.* GERM. Vmbdrähen/ vmbwenden/ krümmen. HISP. *Tirar lança ò piedra.* ANGL. *To winde or wreath about, to turne rounde.*} Plin. *lib.* 11. *cap.* 57. Erecta autem, rugatúmque ambitu contorta. Cic. 2. *de nat. deor.* Non est enim ætheris ea natura, vt vi sua stellas complexa contorqueat. *Ibid. lib.* 3. At quàm rhetoricè, quàm copiosè, quas sententias colligit! quæ verba contorquet? vt licere cuiuis rhetori intelligas. Idem *lib.* 2 *de Diuin.* Deinde contorquent, & ita concludunt: non igitur sunt dij, nec significant futura. Vbi *Contorquere*, est oratione non recta, sed tortuosa vti, quæ contorsio in repugnantium conclusione vsitata.

Cōntŏrtŭs, a, um, participium, Distortus. {מְעֻוָּת *mehuvváth* מְעֻקָּל *mehukkal* מְעֻקָּשׁ *mehukkásch* כָּפוּף *caphuph*. συνεστραμμένος. GALL. *Tors, recoquillé.* ITAL. *Torto, distorto.* GERM. Vmbgedrähet/ gekrümbt. HISP. *Torcido.* ANGL. *VVrested, made crocked, courled or wrinckled.*} ¶ Et contortæ res, dicuntur perplexæ & perturbatæ, & sibiipsis minimè cohærentes. συμπεπλεγμένα. Cic. 1. *de Orat.* Contortas res, & sæpe difficiles, necessariò perdiscimus. Si contortus turbo perfregit arbores. Senec. *cap.* 16. *de consol. ad Marc.*

Cōntortŭlus, diminutiuum à Contortus. {ANGL. *VVrested, wrest'ed, intricated.*} Cic. *lib.* 2. *Tusculan.* Sitne igitur malum dolere, necne, Stoici viderint, qui contortulis quibusdam ac minutis conclusiunculis, nec ad sensus permanantibus, effici volunt, non esse malum dolorem.

Cōntortĭo, nis, Flexio. {הִתְעַקְּשׁוּת *hithhakkeschúth* מַעֲקָשׁ *mahakásch*. συστροφή, διαστροφή. GALL. *Flexion, entortillement.* ITAL. *Torcimento.* GERM. Vmbwendung/ vmbtreibung. HISP. *Torcimiento.* ANGL. *VVresting, wrething, or turning round.*} Cic. *de Fato*, Maius est enim has contorsiones orationis, quàm signorum ortus, obitúsque perdiscere.

Cōntortē, aduerb. Obliquè. {συνεστραμμένως. GALL. *Tortuement, obscurement.* ITAL. *Auiluppamente, & oscuramente.* GERM. Verwicklet/ mit verdunckelung. HISP. *Torciendo, obscuramente.* ANGL. *A wrie, obscurelie, intricatlie.*} Cic. 1. *de Inuent.* Hic considerandum erit ne quid perturbatè, ne quid contortè dicatur.

Cōntŏrquendŭs. Cic. 2. *de Orat.* Qui tanquam machinatione aliqua tum

ad

ad seueritatem, tum ad remissionem animi, tum ad tristitiam, tum ad lætitiam est contorquendus.

Contortŭplĭc.te, Contorte plicare. {עקל *hikkel*. συνδιαπλέκω. GALL. *Plier tortuement.* ITAL. *Volgere tortamente.* GERM. Verwirren/vnnd krumb zusammen wicklen. HISP. *Torciendo boluer, plegar.* ANGL. *To fold or wrappe together or plaitte awrie.*} Plaut. *in Persa.* Ita sunt Persarum mores, longa nomina, Contortuplicata habemus. hoc est, adeo dura & quasi confragosa, vt vix efferri possint.

[Contorta, pars inferior panis, superior, pustula. Poll.

Contostablos, *Conestable*, præfectus, exoticarum auxiliarium copiarum prima dignitas. Lex. gr. b.]

Contoti, manes quæ contis propelluntur. Bayff.]

Contrā, {על *hal* נגד *neghedh* נכח *nochach*. ἀντί, κατά. GALL. *Contre.* ITAL. *Contra.* GERM. Wider/entgegen. HISP. *Contra.* ANGL. *Against.*} cum accusatiuo. Præpositio est quæ & separatur, & componitur: significátque Aduersum, locúmque vel personam designat. Separata est apud Virgilium, Contra Neptunum, & Venerem, contráque Mineruam. ¶ Quod contrà est. Salust. *Iugurth.* 120. vt vulgò dicimus, *Ce qui est au contraire.* Contra Pompeium constitit in acie. Cæs. *lib.* 3. *de bell. ciu.* contra bonum morem. Senec. *cap.* 1. *de consol. ad Mart.* C. Cæsar si foro vacasset, non alius contra Ciceronem nominaretur. (i. qui Ciceroni compararetur.) Quint. ¶ Componitur cum dictionibus incipientibus à d, vt Contradico: c, vt Contraco: u, vt Contrauenio. ¶ Inuenitur etiam Contrà, pro E regione, siue Ex opposito. ἀπαντικρύ: & hoc tam cum casu, quàm sine casu. Virg. *Æneid.* Italiam contrà. Iuuenal. Stat contrà, starique iubet. Idem 5. *Æneid.* Contra elata mari respondet Gnossia tellus. Plaut. *in Amph.* Hostes crebri cadunt, nostri contrà ingruunt. Contra Massiliam insula. Cæs. *lib.* 1. *de bell. ciu.* & vbique passim insulam, quæ contra Brundusium portum est, occupauit, idem 3. *de bell. ciu* Contra regiam. Suet. *in Aug. cap.* 31. Contra tribunal. Idem *in Aug. cap.* 44. Adsistite omnes contra me (id est, ex aduerso, è regione.) Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Pax contra Brundusium facta. Velleius, Contra sige stabilem gradum. Senec. *cap.* 6. *de consol. ad Mart.* Contrà conserta manu. Plaut. *Men. sc.* 1. *a.* 1. Ita à me contrà factum est, idem *Aul. prol.* i. bonus fui malis.) Tubæ vtrinque canunt. Contrà consonat terra. Idem *Amph.* Certum est hominem contra conloqui. *Ibid.* vt confidenter mihi contrà astitit. Idem *Capt. sc.* 5. *a.* 5. Video illam, vbi me contrà aspexit. Idem *Mil. sc.* 1. *a.* 2. Illa illum (amat) contrà, qui est amor cultu optimus. Idem *Merc. sc.* 1. *a.* 2. Item *Curc. sc.* 3. *a.* 1. *&* *Pseud. sc.* 4. *a.* 2. *Merc. sc.* 2. *a.* 2. Item, Auro cedo contrà modestum amatorem. Cedo contrà orichalco. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 1. Item, Orichalco contrà non carum fuit meum mendacium. Idem *Pseud. sc.* 5. *a.* 2. ¶ Ita Contra se, ἐξ ἐναντίας αὐτῷ, è regione. Suet. *in Calig.* Qua epulatione, equiti Romano contra se hilarius auidiúsque vescenti partes suas misit. ¶ Aliquando ponitur pro vicissim, ἀμοιβαδὶς, πάλιν. Terent. *in Adelph.* In eo me obiecto solùm, & charum ille vt item contra me habeat, facio sedulò. Confer contrà gradum pariter. Plaut. *Pseud. sc.* 4. *a.* 2.] ¶ Contra aurum venire, magno pretio præponderare.]

Contrăctĭo, vide *Contraho.*

CONTRĀDĪCO, Refragor. {מאן *meén*. ἀντιλέγω. GALL. *Contredire.* ITAL. *Contradire.* GERM. Widerreden/widersprechen. HISP. *Contradezir.* ANGL. *To gaine say.*} Cic. *Tusc.* Vt quum is, qui audire vellet, dixisset quid sibi videretur, tum egó contradicerem. Idem 7. *in Verr.* Quàm palam principes contradixerint.

Contrādictum, i, Quintilianus *in Proœm. lib.* 4. Dissoluere contradicta.

Contrādictĭo, verbale. {ἀντιλογία. GALL. *Contradiction, obiection contre ce qui est proposé, contredis.* ITAL. *Contradittione.* GERM. Widersprechung/widerlegung. HISP. *Contradicion.* ANGL. *Gaine saying.*} Quint. *lib.* 2. *cap.* 18. Ponuntur hæ quandoque in secundo. Cic. *de Orat.* contradictiones. id est, Instantiæ & obiectiones quas vocant.

Contradictor, verbale à Contradico. ἀντιλέγων. Vlp. *D. lib.* 40. *tit.* 12. *l.* 27. Quòd si is, qui pro libertate sua litigat, desit, Contradictor verò præsens sit, &c. Et *tit.* 16. *l.* 3. Cùm non iusto contradictore qui ingenuus pronuntiatus est.

CONTRĀDO, is, παραδίδωμι, idem quod simplex trado. Lucret. *lib.* 1.

Multaque præterea tibi possum commemorando
Argumenta, fidem dictis contradere nostris.

CŌNTRĀHO, is, traxi, tractum, Colligo, & in vnum congrego. {אסף *asáph* קבץ *kibbéts* משך *maschach*: συστέλλω, συνάγω. GALL. *Attirer ensemble, amasser, serrer, presser.* ITAL. *Restringere, raunare.* GERM. Zusammen ziehen. HISP. *Estrechar, encoger.* ANGL. *To drawe or gather together.*} Lact. *lib.* 3. Præterea vt ad se multitudinem contrahat. Virg. 3. *Æneid.*

———*contrahimúsque viros.*

Pomponius Lentul. & Marcel. *Epist. Attic. lib.* 8. Vos hortor, vt quodcunque militum contrahere poteritis, contrahatis. Contrahere auxilia, apud Liu. *de bell. Punic.* Contrahere pecuniam. Plin. *epist.* 311. Contrahere amicitiam, Cic. *de Amicit.* Qui in rerum natura, totóque mundo constarent, quæque mouentur, ea contrahere amicitiam, dissipare discordiam. Contrahere matrimonium. Suet. *in Calig. cap.* 25. Item, contrahit vela, inhibétque remos. Metaph. Quintil. contrahuntur in arcta faciliùs pusilla corpora. Senec. *cap.* 8. *de Tranq.* Contrahere naues. (pro vndique colligere.) Suet. *in Calig. cap.* 19. Contrahere captiuos, Liu. *lib.* 7. *d.* 4. Contrahere certamen, idem *lib.* 5. *d.* 4. *&* *lib.* 6. *d.* 4. Si quis pugnam expectat, lites contrahat. Plaut. *Capt. prologo.* ¶ Quandoque ponitur pro Facio, committo, ἐπισπάομαι. vt, Æs alienum contrahi. Plin. *epist.* 55. Vt æs alienum exolueret, contractum ex pulcherrimis causis. Cic. *Quint. fratr. lib.* 1. Constare inter omnes video, abs te summam adhiberi diligentiam, nullum æs alienum nouum contrahi ciuitatibus. Idem *ad eundem*, Ea molestissimè homines ferre debent, quæ ipsorum culpa contracta sunt. Aliquando pro paciscor, & conuentionem facio, συναλλάσσω: vt fit in emendis, vendendísque mercibus, idem *lib.* 3. *Offic.* Tollendum est igitur ex rebus contrahendis omne mendacium. Et *lib.* 1. Nulla vitæ pars neque publicis, neque priuatis, neque forensibus, neque domesticis in rebus, neque si tecum agas quid, neque si cum altero contrahas, vacare officio potest. Hoc sibi contraxit Cicero (id est, malum arcessiuit.) Velleius. Nam mea sit culpa, quód egomet contraxerim id Alcmenæ si innocenti huic expetat. (id est, amiserim, commiserim.) Plaut. *Amph.* Plus à nobis vanitate contrahitur (i. peccatur) Sen. *cap.* 18. *de consol. ad Polyb.* ¶ Aliquando pro Constringo, astringo, & in angustum adduco, συστέλλω. puta quum nerui contrahuntur rigore, aut metu, ita vt extendi nequeant. Vnde Contractio, συστολή. Idem 1. *Tusc.* Sed eo quòd in hoc est, omnis animi contractio ex metu mortis. Et *lib.* 4. Animósque demittunt, & contrahunt, scil. timore. ¶ Aliquando pro paro, & concilio, ἀναποιέομαι, *lib.* 1. *ad Herenn.* A nostra persona beneuolentiam contrahemus, si nostrum officium sine arrogantia laudabimus. Multi quos forum, curia, sermo mecum contraxerat, i. mihi coniunxerat. Senec. *cap.* 11. *de Tranq.* Contrahere frontem, est fronti rugas inducere. ἀνασπᾶν τὸ μέτωπον. Plaut. *in prolog. Amph.* Quid? contraxistis frontem, quia tragœdiam dixi hanc?

Cōntrāctus, participium. {אסוף *asúph* קבוץ *mekubbáts*. συσταλεὶς, συστελλόμενος. GALL. *Attiré & amené ensemble amassé, assemblé.* ITAL. *Stretto, corto, ritirato.* GERM. Zusammen gezogen/eingezogen. HISP. *Cosa estrecha y encogida.* ANGL. *Drawen, broght or gathered together.*} vt, Contractus exercitus, Liu. 7. *bell. Punic.* Contracta breuitas, Cic. 3. *de Orat.* Contractæ res, idem 1. *Offic.* Paupertas contracta, apud Horatium, &c. Contracta & astricta eloquentia putanda est Dialectica, Cic. *de clar. Orat.* Contracta rixa. Velleius.

Cōntrāctus, a, um, nomen ex participio, Breuis, astrictus. {ANGL. *Shortlie abredged.*} Cic. *in Parad.* Accipies igitur hoc paruum opusculum lucubratum his iam contractioribus noctibus. Col. *lib.* 5. *cap.* 5. Sed neque spatiosiora, quàm decem pedum, neque contractiora, quàm quatuor. Contractius habitare. Senec. *cap.* 9. *de Tranquil.* Contractum sollicitudine animum soluere. Idem *cap.* 16. *de consol. ad Elb.* Contracta in vnum species, & contracta in arctum. Velleius. Quamquam vitio pars malorum contracta. Ouid. *Eleg.* 8. *lib.* 4. *Trist.* Contractas emptionibus domos. Velleius.

Cōntrāctus, us, ui, nomen: Iurisconsultis est quum negotium inter duos pluresve data opera geritur, vt vel vterque inuicem, vel alteruter obligetur, vt in emptione, venditione, locatione, conductione, &c. {Græci vocant συνάλλαγμα. ANGL. *A bargaine, à couenante.*}

Cōntrāctĭo, verbale. {קבוץ *kibbúts*. συστολὴ, σύσπασις. GALL. *Retirement ou retraitte.* ITAL. *Ristrettione.* GERM. Zusammen ziehung. HISP. *Estrechura ò encogimiento.* ANGL. *A gathering togather, a short ning.*} Cic. 3. *de Orat.* Aut contractione breuius fieret, aut productione longius. Superciliorum remissio & contractio, apud eundem 3. *Offic.* Idem 4. *Tuscul.* Eodem enim in vitio est effusio animi in lætitia, quo in dolore contractio. ¶ Contractio dictionum apud veteres. Vocales sine vocalibus sæpe breuitatis causa contrahebant veteres, vt ita dicerent, mult' modis, vas' argentis, palm' & crinibus, tect' fratris. Quid verò licentius, quàm quòd hominum etiam nomina contrahebant, quò essent aptiora? Nam ve duellum bellum, & duis bis: sic Duellum eum qui Pœnos classe deuicit, Bellum nominauerunt. Superiores autem appellati erant semper Duellij. Quinetiam verba sæpe contrahuntur, non vsus causa, sed aurium. Quomodo enim vester axilla ala factus est, nisi fuga literæ vastioris? Quam literam etiam è maxillis, è taxillis, & vexillo, & paxillo, consuetudo elegans Latini sermonis euellit. Libenter etiam copulando verba iungebant, vt sodes pro si audes, sis pro si vis. Iam in vno Capsis tria verba sunt, ain pro aisne, nequire pro non quire, malle pro magis velle, nolle pro non velle, dein etiam sæpe, & exin, pro deinde & pro exinde dicimus. Quid illud non olet vnde sit? quòd dicitur cum illis: cùm autem nobis non dicitur, sed nobiscum? quia si ita diceretur, obscœnius concurrerent literæ, vt etiam modò, nisi autem interposuissem concurrissent, Ex eo est mecum & tecum, non cum me & cum te, vt esset simile illis nobiscum atque vobiscum, Cic. *in Orat.*

Contrāctiuncula, diminutiuum, συστολὴ, μικρὰ ἢ ἀσθενὴς συστολή. Cic. 3. *Tuscul.* Hoc detracto, quod totum est voluntarium, ægritudo erit sublata illa mœrens. morsus tamen & contractiunculæ quædam animi relinquentur.

[Contractorium, σφιγκτήρ, vinculum, quo aliquid contrahitur, vel constringitur.

Contrapezon, æquilibrium. L. gr. b.]

CŌNTRĒCTO, as, are, frequentatiuum à contraho, Attingo, frequenter tango. {משש *mascháseh*... ששמש *mischschéschsh* משש *gischschésch*. ψηλαφάω, ψαύω. GALL. *Attoucher souuent & manier.* ITAL. *Maneggiare, tocare spesso.* GERM. Offt berüren/betasten. HISP. *Tratar y tocar entre las manos, ò muchas vezes.* ANGL. *To touche and handle often.*} Colum. *lib.* 12. *cap.* 4. Ne contrectentur pocula. Plin. *lib.* 28 *cap.* 2. Capillum verò contrectari contra destiuia, &c. Oculis contrectare. Tacitus *lib.* 3. Nam quò pertinuit nudare corpus, & contrectandum vulgi oculis permittere. Quoties te Argyrippum verui contrectare, colloqui, &c. Plaut. *Asin. sc.* 1. *a.* 3.

Cōntrectātio, nis, Attrectatus. {ψηλάφησις. GALL. *Attouchement, maniement.* ITAL. *Maneggiamento.* GERM. Berürung/handlung. HISP. *Aquel tratar entre las manos.* ANGL. *Often touching or handling.*} Cicer. 1. *de nat. deor.* Quod ni ita esset, cur non gestiret taurus equæ contrectatione, equus vaccæ.

Cōntrectābĭlĭter, aduerb. ψαυστῶς, ψηλαφητῶς. Luc. *lib.* 4.

———*leuissima corpora debent*
Contrectabiliter caulas intrare palati.

CŌNTRĀLĪCĔŎR, eris, eri, Ex aduerso liceor. {GALL. *Mettre & dire à l'encant contre quelqu'vn.* ITAL. *Mettere all'incanto contra alcuno.* GERM. Einem vberbieten/mehr daß ein ding bieten dann ein anderer. HISP. *Poner en almoneda contra alguno.* ANGL. *To price or cheapen against any.*} Cæsar 1. *bell. Gall.* Propterea quòd illo licente, contraliceri audeat nemo.

Cōntrāpŏsĭtus, adiectiuum, Pro opposito. {אשר כנגד *ascher chenegnedh.* ἀντιθέτος. GALL. *Contreposé, mis au contraire.* ITAL. *Contraposto.* GERM. Entgegen gesetzt. HISP. *Contrapuesto.* ANGL. *Layed or sett against.*} Quint. De æquo, vero, iusto, bono, déque iis quæ sunt composita, disputat. Contraponere, idem, bis.

CŌNTRĀRĬUS, à contra fit, significátque oppositum & repugnans. {אשר כנגד *ascher chenedhghed.* ἐναντίος. GALL. *Contraire, repugnant, opposite.* ITAL.

ITAL. & HISP. *Contrario.* GERM. Widerig, streytig, entgegen gesetzt. ANGL. *Contrarie.*} Ex quo contratior, ἐναντιοῦμαι, verbum, repugno, aduersor: quod apud idoneos non reperitur, licèt Perottus ponat. In contraria versus equus. Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 1. *Trist.* Contraria arma sequi. Idem *Eleg.* 2. *lib.* 2. *Trist.* In contrarium tulit. Quint. Contrarius religionibus procurare fulgur. Gell. *cap.* 5. *lib.* 4. (de fraude Aruspicum.) Contrarium nullum sine alio contrario. Idem *cap.* 2. *lib.* 9. Contrarium nullum sine altero contrario. Idem *cap.* 1. *lib.* 6. Et ex contrariis definitiones. *Ibid.* Ex duobus contrariis altero manente, alterum constitui non potest. Idem *cap.* 13. *lib.* 6. Item, E contrario. Quint. Contrarium est quod cum ipso repugnat. Dialectici in Topicis faciunt quatuor species. Relationem: vt pater, filius: dominus, seruus: ingenuus libertinus. Priuationem: vt, Cæcitas. Contradictionem: vt, Sempronius non est obligatus: & Contrarietatem: vt albedo, nigredo. Contraria sunt, quum alterum ait, alterum negat. Cic. *Acad.* 4. Contrariorum genera multa, vnum eorum, quæ in eodem genere plurimum differunt: eodem autem genere dicuntur, quibus propositis occurrunt tanquam è regione contraria, vt celeritati tarditas. Hæc quæ ex eodem genere sunt, appellantur auersa: vt, si stultitiam fugimus, sapientiam sequamur. Sunt valde contraria alia quæ appellantur negantia & apophatica Græcè, contraria aientibus, vt, si hoc est, illud non est. Sunt contraria, quæ priuantia licèt appellemus Latinè, Græcè appellantur Steretica: præpositio enim In, priuat verbum ea vi quam haberet, si In, præposita non fuisset, vt dignitas, indignitas: humanitas, inhumanitas. Cicer. *de vniuersitate*, Eos qui prope copulentur, contrariâque regione, aut pone quos, aut antè labantur, &c. Idem *de Inuen.* Contrarium est, quod positum in genere diuerso, ab eodem, cui contrarium esse dicitur, plurimum distat.

Cōntrărĭĕtās, tis, {ἐναντιότης, vel ἐναντίωσις. ANGL. *Contratie, beganstanding.* Macrob. *lib.* 2. *Comm. cap.* 14. Nunquam fieri potest vt circa vnam eandémque rem, vno eodémque tempore contrarietates ad vnum idémque pertinentes eueniant.

Cōntrārĭē, aduerbium. {לְהֵפֶךְ *lehéphech* נֹכַח *noekách* נֶגֶד *néghedh* לְעֻמַּת *lehugmáth*, ἐναντίως. GALL. *Au contraire, au rebours.* ITAL. *Al contrario, alla riuerscia.* GERM. Widerwertigklich, entgegen. HISP. *Al contrario.* ANGL. *On the contrarie.*} Cic. 1. *de Orat.* In quo aut ambiguè quid sit scriptum, aut contrariè.

CŌNTRĀSTO, as, Aduersor, repugno, resisto. {שָׂטָן *satan.* ἀνθίστημι, ἐναντιοῦμαι. GALL. *Contrarier, repugner.* ITAL. *Contrastare.* GERM. Entgegen gehn. HISP. *Contradezir.* ANGL. *To ganestand.*} Næuius, Contrastat mihi, nec me sinit loquier.

CŌNTRĀVĔNĬO, is, Ex aduerso occurro, aduersor, contrà pugno. {קָרָה *karáh* מֵאֵן *meén.* ἀντιβαίνω. GALL. *S'opposer, contreuenir.* ITAL. *Contraporsi.* GERM. Entgegen kommen, entgegen gehn. HISP. *Contraponerse.* ANGL. *To come on the contrarie, to oppose him self.*} Cæsar 7. *bell. Gall.* Hoc animo, vt si qua ex parte contrauenitetur, acie instructa depugnarent. Cic. *lib.* 1. *Tusc.* Ego vero facilè sum passus, ne in mentem quidem aliquid contrauenirer, ita isti faueo sententiæ.

CŌNTRĔMO, is, ere, Tremo. {רָגַז *raghaz* רָעַשׁ *rahásch.* τρέμω, τρομέω. GALL. *Trembler de peur, trembler tout estonné.* ITAL. *Tremare.* GERM. Erzittern. HISP. *Tremblar.* ANGL. *To tremble and be astonied for feare.*} Cic. 3. *de Orat.* Cœlum tonitru contremat. Idem *pro Sest.* Cuius in mea causa nunquam fides vtriusque contremuit.

Cōntrĕmisco, is, ere, Contremere. {ANGL. *To tremble or feare.*} Cic. 1. *de Orat.* Et tota mente, atque omnibus artubus contremiscam. Cecin. *ad Cic. lib.* 6. Toto corpore contremisco, non pœnæ metu, sed illius iudicij. Senec. *epist.* 69. Fortes simus aduersùs fortuita, non contremiscamus iniurias, non vulnera, non egestatem.

Contribulo, pro confringo, atque contundo.

[Contribūni, consanguinei. Gloss. vet.]

CŌNTRĬBŬO, is, ere, Simul tribuo, confero. {συνεισφέρω, συμφέρω. GALL. *Contribuer.* ITAL. *Dare insieme.* GERM. Zugeben, einschiessen, miteinander etwas geben. HISP. *Contribuir con otro.* ANGL. *To contribute, to giue with others.*} Cic. 14. *Philipp.* Vrbem ad eam rem pecuniam dare, contribuere, soluere iubeant. Ouid. 7. *Metam.*

Necnon Peneus, necnon Sperchiades vnda
Contribuêre aliquid.

Contribuere alterum, pro alterum altero pensare. Seneca *de benefic.* 6. de Beneficio & iniuria loquens, An alterum alteri contribuere debeam, & nihil negotij habere, vt beneficium iniuria tollatur, beneficio iniuria. Pro attribuere. Cic. *pro Milone*, Nam quæ mihi contribuenda laus esset ipsi, quum tantùm, &c. Contribui concilio, Liuius *lib.* 6. *d.* 4. Contributi erant cum Oscensibus Calaguritani. Cæsar 1. *bell. ciuil.* Ambracia contribuerat se Ætolis. Liuius 8. *d.* 4. Nuper in Asiaicum contributi concilium. Idem 2. *d.* 5. Contribuere regna. Suet. *in Aug. cap.* 48. Contribuere in tribus nouos ciues. Velleius.

Cōntrĭbūtĭo, verbale. {συνεισφορά. ANGL. *A geuing together.*} Papin. *in l.* 1. *ff. ad leg. Rhod. de iactu*, Lege Rhodia cauetur, vt si leuandæ nauis gratia iactus mercium factus est, omnium contributione sarciatur, quod pro omnibus datum est.

Contributa Iulia, Beturix oppidum est in tractu Celtico, qui est inter Betum & Anam fluuios. Autor Plin. *lib.* 3. *cap.* 1.

CŌNTRĪSTO, as, are, Tristitia afficio. {עָצַב *hatsab.* λυπέω. GALL. *Contrister, marrir, chagrigner.* ITAL. *Contristare.* GERM. Betrüben, beleidigen, bekümmern. HISP. *Entristecer à otra cosa.* ANGL. *To make sad and heauie.*} [Vox proba, etsi ecclesiasticis, quàm exoticis scriptoribus vsitatior.] Cæl. *Cic. lib.* 8. Contristauit hæc sententia Balbum Cornelium, & scio eum questum esse cum Scipione. Valer. Flac. *lib.* 6. *Argon.* Iupiter, heu, mœsto contristat sydera vultu. Senec. *epist.* 85. *& cap.* 15. *de Tranquill.*

CŌNTRŌVĔRSŬS, a, um, Ambiguum, & quod est in controuersia positum. {תְּלוּי *taloi.* ἀμφισβητούμενος. GALL. *Controuerse, litigieux, dequoy on n'accorde point ensemble, different.* ITAL. *Litigioso, dubioso.* GERM. Das noch im kampf oder streit hangt, das noch zweifelhafftig ist. HISP. *Contencioso, dudoso.* ANGL. *That is in controuersie.*} Cic. *de Diuin.* Sed illi sumunt pro certo, quod dubium controuersúmque est. Idem *pro Murena*, Sin aliter, etiam controuersum ius nosse & tractare videare. Gellius,

Argumenta autem censebat aut probabilia esse debere, aut perspicua, & minime controuersa. Cicero *de Legibus*, Res controuersa, & plena dissensionis. ¶ Controuersus sibi, id est, contrarius. Macrob. *comment. lib.* 1. *cap.* 6. Nec aliter tam controuersa sibi, aut repugnantia & natura communionem abnuentia permisceri terram dico & ignem potuisse.

Cōntrōuersĭă, est certarum personarum de re propria contentio. {מַחְלֹקֶת *machalokéth* רִיב *rib.* ἀμφισβήτησις. GALL. *Controuerse, debat, differens, proces.* ITAL. *Litigio, controuersia, contesa.* GERM. Span, zanck. HISP. *Question, ò contienda con otros.* ANGL. *Controuersie, debate, variaunce.*} Cic. *Ælio procensuli*, Nullam omnino arbitramur de ea hæreditate controuersiam eum hodie habiturum. Controuersiam dixeram, vt sponsio fieret. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 4. Corrupte legit. Paler. Dixi eam in controuersiam vt sponsio fieret. Nulla controuersia mihi tecum erit (ob dotem filiæ.) Idem *Aul. sc.* 4. *a.* 1. Item, Repromisisti, si quisquam hanc adseruisset manu, sine controuersia omne argentum reddere. Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 3. ¶ Venire in controuersiam, i. controuersum esse, & litigiosum. Cic. 1. *de Orat.* In vtraque autem re, quicquid in controuersiam veniat, in eo quæri solere. Petron. Arbiter, Neque etiam res quæ viderentur in controuersia esse, sed longè aliud quæri. ¶ Sine controuersia, significat sine dubio, ὁμολογουμένως. Cic *lib.* 3. *Off.* Panætius igitur, sine controuersia de officiis accuratissime disputauit. Genus est controuersiæ, quum & quid factum sit, conuenit, & quo id factum nomine appellari oporteat, constat, & tamen quantum, cuiusmodi, & omnino quale sit, quæritur. Idem *de Inuen.* Ex contrariis legibus controuersia nascitur, quum inter se duæ videntur leges, aut plures discrepare. Controuersiam definitionis vide in *Definitione. De Inuent.* 2. Controuersia omnis aut de re, aut de nomine esse solet. *De fin.* 4. Nominis controuersia est quum de facto conuenit, & quæritur id quod factum est, quo nomine appelletur. *De Inu.* 2. Ex scripto & sententia controuersia consistit, quum alter verbis ipsis, quæ scripta sunt, vtitur: alter ad id quod scriptorem sensisse dicetur, omnem dirigit actionem. *De Inuent.* 1. Scripti controuersia, est ea quæ ex scriptionis genere nascitur. *Ibid.* Ex ratiocinatione nascitur controuersia, quum ex eo, quod vspiam est ad id, quod nunquam scriptum est, peruenitur.

Controuersim. Apuleius *Apol.* 1.

Cōntrōuĕrsĭŏlă, diminutiuum à Controuersia: vt Gratiola, à Gratia. Diomedes Grammaticus *lib.* 1.

Cōntrōuĕrsĭōsŭs, Controuersus. {תַּלְוִי *talui.* ἐπίδικος, ἀμφισβητήσιμος. GALL. *Litigieux, contentieux.* ITAL. *Litigioso.* GERM. Spannig, zänckisch. HISP. *Contencioso.* ANGL. *Full of controuersie, debate or variance.*} Liuius *lib.* 3. Quem enim sine hoc priuatæ rei iudicem fecisset, vt controuersiosam adiudicaret rem.

Cōntrōuĕrsŏr, aris, ex Contra & versor, per mutationem a, in o, Contendo, litigo, repugno. {רִיב *rib.* ἀμφισβητέω. GALL. *Auoir different ensemble, discorder & auoir diuerse opinion.* ITAL. *Contendere, litigare.* GERM. Ein span haben, zancken, stössig sein. HISP. *Tener question.* ANGL. *To beat variance, to striue.*} Cic. *in Protag.* Nunc à vobis, ò Protagora & Socrates, postulo, vt de isto concedatis alter alteri, & inter vos de huiusmodi non controuersemini.

CŌNTRŬCĬDO, as, Trucido. {רָצַח *ratsáh.* κατακτείνω. GALL. *Meurtrir, tuer cruellement.* ITAL. *Tagliare à pezzi.* GERM. Gantz grausam verwunden oder ertödten. HISP. *Matar despedaçando.* ANGL. *To murther, to kill.*} Cic. *pro Sest.* A quibus huic multis vulneribus acceptis, ac debilitato corpore & contrucidato, se abiecit exanimatus. Suet. *in Cæs. cap.* 75. *& in Ner. cap.* 43.

CŌNTRŪDO, is, Simul trudo, compingo, constipo, coarcto. {συνωθέω. GALL. *Pousser dedans tout ensemble.* ITAL. *Spingere per forza.* GERM. Mitt macht hinein trucken. HISP. *Empuxar por fuerça.* ANGL. *To trust in althogether.*} Cic. 7. *in Verr.* Et quod eodem cæteros piratas contrudi imperarat, intellexit, &c. Contrudi in naues. Idem *in Salust.* Contrudi in dolia plena vinaceorum. Varro 3. *de re rust.*

CŌNTRŬNCĀRĔ, est truncare, vel mutilum reddere, vel etiam imminuere. {קָצַץ *katsats.* κολούω. GALL. *Rongner, oster les lopins.* ITAL. *Troncare.* GERM. Bestümplen, beharen. HISP. *Cortar miembros.* ANGL. *To mak a stumpe, to lame.*} Plaut. *in Sticho*, Dum equidem hercle quod edant addas, meum ne contruncet cibum.

CŌNTŬBĔRNĬUM, verbum castrense, sicut scribit *lib.* 2. *de re mil.* Vegetius, significans decem milites sub vno papilione degentes, quibus præerat decanus, siue decurio, qui caput erat contubernij. {גְּדוּד *ghedudh.* ὁμοσκηνία. GALL. *Vne chambre de gens de guerre, accompagnement, societé.* ITAL. *Allogiamento.* GERM. Ein zelt kriegsleut. HISP. *Tienda de soldados.* ANGL. *A compagnie of ten souldiours in one pauillion.*} Quin ipse etiam papilio eo nomine dicebatur. Cæsar 2. *bell. ciu.* Depositis in contubernio armis vallum relinquebant. Mox ista contubernia sublato clamore soluentur. Sen. *cap.* 10. *ad Marc.* Item, Sciebam in quam tumultuosum contubernium me natura clusisset. Vnde accipitur pro conuictu & sodalitate. {חֶבְרָה *chebráh.* συνοικία, σύσκηνος. GALL. *Compagnie de gens qui viuent ensemble.* ITAL. *Compagnia di gente che viuono insieme.* GERM. Ein gesellschafft deren so bey einander wohnen. HISP. *Compañia de casa y de mesa.* ANGL. *Felowship, a companie of souldiours.*} Cic. 7. *in Verr.* Vbi illud contubernium muliebris militiæ, in illo delicatissimo litore. Plin. *in Epist.* Adhuc filium puerilis ratio intra contubernium tuum tenuit, id est, consuetudinem, familiaritatémque domus tuæ. Manet in contubernio matris, pro vixit cum matre. Sueton. *in Calig. cap.* 10. Admouere contubernio suo. Idem *in Tiber. cap.* 14. *& in Cæs. cap.* 49. *& in Aug. cap.* 18. Plura Veget. *cap.* 13. *lib.* 2. Contubernium item propriè seruile connubium. Paul. *lib. sen.* 2. *cap.* 10. Inter seruos & liberos matrimonia contrahi non possunt, contubernium potest Hotomannus. & hinc Contubernalis mulier. Contubernium, (de stupro) dixit Suet. *in Calig. cap.* 36.

Contubernales, dicuntur, qui iisdem contuberniis vtuntur. {רֵעַ *réah* רָעֶה *rehéh.* σύσκηνος, σύσκηνοι, συνδιαιτηταί. ANGL. *Chamber fel wes.*} Cic. *ad Pætum lib.* 9. Habuisses enim non hospitem, sed contubernalem. ¶ Contubernalis mulier propriè dicitur serui. Nam vxoris nomen in libera tantùm ponitur. Scæuola *de fideicomm. lib.* Decembre dispensator meus, Seuerus villicus & Victoria villica in decem annos liberi sunto. Col. *lib.* 1.

*lib.*1. Sed qualicunque villico contubernalis mulier assignata est, quæ contineat eum. Dictum Contubernium à tabernis. Festus.

CONTVEOR, eris, Fixo obtutu aspicio. {נִשְׁקָף *nischkáph* הִבִּיט *hibbit*. ἐμβλέπω, ἐφορῶ. GALL. *Regarder fermement, ietter toute sa veuë sur quelque chose.* ITAL. *Guardare fisso.* GERM. Fleyssig anschawen. HISP. *Mirar attentamente.* ANGL. *To looke or beholde sted fastlie.*} Cic. 1. *Tusc.* Quod tandem spectaculum fore putamus, quum totam terram contueri licebit? Idem 4. *de nat. deor.* Similiter facias ac si me roges cur te duobus contuear oculis, & non altero contuear, quum idem vno assequi possim. Plin. *lib.* 7. *cap.* 1. Contuentes solem immobilibus oculis.

Contuitus, us, aspectus. {מַבָּט *mabbát*. ἐμβλεψις, ἀτενισμός. GALL. *Veuë ferme, attentif regard.* ITAL. *Vn guardare.* GERM. Anschawung. HISP. *Mirar, con atencion.* ANGL. *Attentiue and steafast beholding.*} Cic. *pro Sest.* Facit enim, iudices, vester iste in me animorum oculorumque contuitus, vt mihi iam licere putem remissiore vti genere dicendi.

CONTVMAX, Pertinax, propositi tenax, quique nullis rationibus à proposito potest abduci. {סוֹרֵר *forér* מֹרֶד *moredh*. αὐθάδης, ἀπειθής. GALL. *Desobeissant, despriseur & contemnant son superieur, rebelle, opiniastre, fier.* ITAL. *Contumace, disubidiente.* GERM. Eigenrichtig widerspennig, vngehorsam. HISP. *Rebelde y porfiado.* ANGL. *Disobedient, froward, stubberne, self willed.*} Et propriè inferiorum est in superiores. Cic. *Attic.* Satam nefarium cognoui hominem, præterea in me contumacem. Autor ad Heren. *lib.* 1. In superiores contumax, in æquos & pares fastidiosus. ¶ Dictum autem volunt Contumacem siue à contemnendo, siue, vt aliis placet, à tumore, hoc est, superbia. Vide *Contumacia.* ¶ Vnde à Iurisconsultis Contumax dicitur, qui tribus propositis edictis, vel vno pro tribus, quod vulgò *Peremptorium* appellatur, iudicisque literis euocatus, præsentiam sui facere contemnit. Contumax (inquit Donatus) dicitur contemptor potiorum. Martial. *lib.* 2. Ne me dixeris esse contumacem. Contumacissimum dolorem consumit dies. Sen. *cap.* 1 *de cons. ad Mart.* Contumax omnis mæror. Idem *cap.* 1. *de consol. ad Elber. & cap.* 16. (i. ferox.) *Ibidem.* Contumaces & violenti. Idem *in Tiber. cap.* 2. Contumaci epistola. Idem *in Claud. cap.* 35. ¶ Dicitur quandoque etiam in bonam partem. Cornel. Tacitus, Contumax etiam aduersus tormenta seruorum fides. Contumacius nos erigamus (i. fortius.) Quintil.

Contumacissimus, superlatiuus. Senec. *de cons. cap.* 8. Dolorem dies consumit licèt contumacissimum. Idem *Epist.* 84. Hæc contumacissimos & iugum recusantes in alienum egit arbitrium.

Contumacia, Inobedientia, cum superbia quadam coniuncta. {סָרָה *saráh* מֶרֶד *méredh*. ἀπείθεια, αὐθάδεια. GALL. *Fierté, desobeissance au superieur, opiniastre.* ITAL. *Contumacia, dispregiamento d'autorità de maggiori.* GERM. Widerspennigkeit, vngehorsamkeit, halsstarrigkeit. HISP. *Aquella rebeldia y porfia.* ANGL. *Stubburnesse, disobedience, frowardnesse.*} Cic. *pro Rosc.* Ex tua contumaciæ, arrogantiæ, vitæque vniuersæ vox. ¶ Accipitur aliquando in bonum, quemadmodum & contumax. Cicer. 1. *Tusc.* Adhibuitque liberam contumaciam à magnitudine animi inductam, non à superbia. Libertas & contumacia, Sueton. *in Aug. cap.* 54. Grammatici à tumendo dictam esse contumaciam putant, quibus non semel videtur suffragari Cic. contra Verrem, vt Contumacia nihil aliud sit, quàm habitus oris superbia atque arrogantia quadam inflati atque intumescentis. Liu. *de Appio Claud. lib.* 2. *ab Vrb.* Eadem contumacia in vultu.

Contumaciter, aduerb. Inobedienter, superbè, præfractè. {αὐθάδως. GALL. *Fierement, superbement, opiniastrement.* ITAL. *Con contumacia.* GERM. Widerspennigklich, halsstarrigklich. HISP. *Porfiadamente.* ANGL. *Disobedientlie, frowardlie, stubburnelie.*} Liu. 2. *ab Vrb.* Nec vlla vi dominari poterant, tantum certamen animis imbiberant: segniter, otiosè, negligenter, contumaciter omnia agere. Contumaciter spernere imperia validorum. Colum. *lib.* 6. *cap.* 2. Contumaciter repudiare morem patrium. Cic. 2. *de Diuin.*

CONTVMELIA, Conuitium, iniuria. {דִּבָּה *dibbáh* חֶרְפָּה *cherpháh*. ὕβρις. GALL. *Iniure de paroles, paroles iniurieuses.* ITAL. *Ingiuria, villania di parole.* GERM. Schmach, oder schmachred, lesterung. HISP. *Injuria, villania de palabras.* ANGL. *A rebuke, iniurious wordes.*} Vocabulum tractum est (vt Vlpianus & Seneca aiunt) à contemptu. Terent. *in Eunuch.* Hanccine ego vi contumeliam tam insignem in me accipiam? Cic. 5. *in Verr.* Retinere solitus erat aratores, atque ab iis non modò per iniuriam, sed etiam per contumeliam tantum exprimere frumenti, quantum Apronius imperasset. ¶ Contumeliam facere. Terent. *in Eunuch.* Nam si ego digna hac contumelia sum maximè, At tu indignus qui faceres tamen. Per contumeliam beneficium populi extorquere. Cæs. *lib.* 1. *de bell. ciu.* Et eodem ostendit iniuriam minorem esse contumelia Brundusiani Pompeianorum militum iniuriis, atque ipsius Pompeij contumeliis permoti, Cæsaris rebus studebant. Idem ostenditur à Cic. *loco citato.* Tu contumeliam alteri facias, tibi non dicatur (paulò pòst iniuria dicitur.) Plaut. *Asin. sc.* 4. *a.* 2. Contumeliam si dicas audies. Idem *Pseud. sc.* 7. *a.* 4. Ad omnem fortunæ contumeliam proiectum Animal, homo. Senec. *cap.* 11. *de cons. ad Mart.* Contumeliæ ipsi contumeliam fecit Aristides. Idem *de consol. ad Elb.* Omnes in te istæc recident contumeliæ. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 5.

Contumeliosus, Iniuriosus, qui contumeliâ, siue iniuria afficit. {מוֹצִיא דִבָּה *motsi dibbáh* מְחָרֵף *mechareph*. ὑβριστής. GALL. *Outrageux en paroles.* ITAL. *Ingiurioso.* GERM. Ein lesterer, welcher die leuth schmächt vnd an iren ehren verletzt. HISP. *Injuriador, el que assi injuria.* ANGL. *Iniurious and outragious in wordes.*} Quint. *lib.* 10. *cap.* 7. Tam contumeliosos in se ridet inuicem eloquentia. Cic. *Philipp.* 3. At quàm contumeliosus in edictis, quàm barbarus, quàm rudis?

Contumeliosè, aduerb. Iniuriosè. {ὑβριστικῶς. GALL. *Iniurieusement, outrageusement.* ITAL. *Ingiuriosamente, con oltraggio.* GERM. Schmächlich, lesterlich. HISP. *Injuriosamente, con injuria.* ANGL. *Outrageouslie, with rebuike and iniurie.*} Cic. 2. *de Orat.* Dimitto autem eos, non tàm contumeliosè, quàm Philosophum illum.

[Contumia, contumelia. Gloss. Isid.]

CONTVMVLO, as, Tumulo tego. {קָבַר *kabár*. θάπτω. GALL. *Ensouir en terre, courir de terre, mettre en tombeau.* ITAL. *Seppellire.* GERM. Mit erden bedecken, begraben. HISP. *Enterrar los muertos.* ANGL. *To burie, to couer with earth.*} Mart. *lib.* 8.

Collegitque sinu fragmenta nouissima fractis,
Oris, & agresta contumulauit humo.

Humo patria contumulari, Ouid. 3. *Trist. Eleg.* 3.

Vt saltem patria contumularer humo.

Plinius *lib.* 5. *cap.* 13. Perdices ouis stragulum molli puluere contumulant.

CONTVNDO, is, contudi, contusum, Simul, siue totum tundo, frango, comminuo, percutio. {כָּתַת *chatath*. συνθλάω, φλάω, κατακόπτω. GALL. *Piler, broyer, rompre, froisser.* ITAL. *Pestare.* GERM. Zerstossen, zertretten. HISP. *Herir ò majar.* ANGL. *To beate and breake in pieces.*} Nonne me hic pugnis contudit? Plaut. *Amph. sc.* 1. *a.* 2. & alibi. Is qui me contudit (sub. pugnis.) *Ibid.* Ego eos latrones hostes bello & virtute contudi. Idem *Amph.* Horat. *lib.* 1. *Epist.* Diram qui contudit hydram.

Contusus, a, um, Confractus. {כָּתוּת *chathúth*. συντεθλασμένος. GALL. *Pilé, broyé, rompu, froissé.* ITAL. *Pestado, rotto.* GERM. Das zerstossen, oder zerknütscht ist. HISP. *Majado, rompido.* ANGL. *Beaten and broken in pieces.*} Colum. *lib.* 7. Plus etiam eiusdem radix contusa prodest. Classis victa, fusa, contusa. Liu. 10. *d.* 4.

Contusio, nis, verbale, Fractio, comminutio, percussio. Plin. *lib.* 17. *cap.* 24. Est & quædam contusio falcis hebetioris. Col. *lib.* 12. *cap.* 47. Quia hæc candidior est oliua quàm ea quæ contusione liuorem contrahit. Hinc per translationem Celsus vocat Contusionem, quum pars aliqua ferro, vel baculo contusa & læsa, liuorem acquisiuit, nec vlcus contraxit, sed tantùm inflata est.

[Contusorium, mortarium. Poll.]

CONTVOR, eris, Video & aspicio. {נִשְׁקָף *nischkáph* הִבִּיט *hibbit*. ἐμβλέπω, ἐφορῶ. GALL. *Regarder pres & diligemment.* ITAL. *Guardare.* GERM. Eigentlich vnd wol beschawen. HISP. *Mirar.* ANGL. *To behold stedfastlie.*} Plaut. *Asinar.* At hercle ipsum adeò contuor, quassanti capite incedit. *Contueor* tamen frequentiori est in vsu. Tam paratum esse scio, quàm me hunc Scipionem contui. *Ibid. sc.* 1. *a.* 1. Contrectare, colloqui, & contui. *Ibid. sc.* 1. *a.* 3.

Contuoli oculi, sunt in angustum coacti, conniuentibus palpebris: à contuendo, id est, simul aspiciendo, dicti. Festus. [Scaliger legit *conivoli*. vide suprà.

Contura, nauigij genus. Lex. gr. b.]

CONTVRBARE, propriè est confundere res aliquas, & inter se commiscere. {עָכַר *haechar* הָמַם *hamám*. συγχεῖν, συγχωννύω. GALL. *Troubler & estonner.* ITAL. *Turbare, conturbare.* GERM. Betrüben, verwirren. HISP. *Enturbiar ò perturbar.* ANGL. *To trouble, to astonish, to mingle or confound.*} Vnde Catull. elegantèr dixit, Conturbare basia, pro eo quod est Basiorum numerum confundere. Statum Galli conturbauit Manlius. Gell. *cap.* 13. *lib.* 9. Transfertur etiam ad animum, & significat turbationem afferre. Cic. *pro Cluent.* Vnum est quod me maximè conturbat. Idem 3. *Offic.* Incidunt sæpe multæ causæ, quæ conturbent animos vtilitatis specie. ¶ Conturbare absolutè, vel conturbare rationes, frequens est apud veteres pro decoquere, pecuniam dissipare, quod vocant. {GALL. *Faire banqueroute.* ITAL. *Fare banquarotta.* GERM. Das sein vnnützlich verthun, oder verschwenden. HISP. *Quebrar rompiendo el credito.* ANGL. *To wast, to make feasting and bankroute.*} Vlpian. *l. quicunque. ff. de inst. act.* Deinde pecunia accepta præsenti, vt per dies singulos ei panes præstaret, conturbauerit. Cicer. *pro Planc.* Verùm fac me debere multis, & in iis Plancio, vtrùm igitur me conturbare oportet, an cæteris, quum cuiusque dies venerit, hoc nomen quod vrget, nunc quum petitur, dissoluere? Sic etiam accipiendum est illud apud Mart. *lib.* 9. *Epigram.* 3.

Grandis in æthereo licèt auctio fiat Olympo,
Cogantúrque Dei vendere quicquid habent,
Conturbabit Atlas.

Hoc est, etiam si superi facta auctione diuendant quicquid possident, ea tamen est æris alieni magnitudo, quo superi tibi sunt astricti, vt cælestium omnium possessiones in pecuniam redactæ, satisfacere non possent tanto æris alieni cumulo. Atlas itaque vbi viderit cælum soluendo non esse, conturbabit, hoc est, coniiciet se in pedes, quemadmodum mercatores solent, quum vident se non esse soluendo. Conturbator dici potest qui dicitur {GALL. *Vn banqueroutier.* ITAL. *Banquerotiere, consumatore.* GERM. Ein vergender, ein vertilger mensch. HISP. *El que quiebra el credito.*} ¶ Conturbare item debitores dici possent, qui commiscent & confundunt ea, quæ bonis omnibus debent, vt ea non dissoluantur nisi vniuersis, aut ne vniuersis quidem. Solent namque hi qui creditoribus satisfacere non possunt, id beneficij ab Imperatore impetrare, vt quinquennio toto à creditoribus appellari non possint. ¶ Alibi Conturbare præter vulgatam significationem etiam fidem frango, nec creditori volo, aut possum satisfacere, denotat. Alph. *de in rem vers. l. quidam fundum.* Postea, inquit, conturbauerat, qui boues vendiderat. Idem *de inst. act. l. quicunque.* Si quis pistor seruum suum solitus fuit ad certum mittere locum, ad panem vendendum deinde conturbauerit.

Conturbatio, verbale, Perturbatio. {מְבֻכָה מַעְכֶּרֶת *mebhucháh*. σύγχυσις. GALL. *Troublement.* ITAL. *Turbamento.* GERM. Betrübung. HISP. *Obra de enturbiar.* ANGL. *Disordring, troubling or confounding.*} Ennius apud Cic. 4. *Tusc.* Conturbatio est metus excutiens cogitata. ¶ Conturbatio oculorum, ὀφθαλμία leuis, cùm oculus caligat, & confusiùs videt: vnde conturbatus oculus apud Cic. 3. *Tusc.* Scribonius Largus, Ad conturbationes oculorum scio multa collyria. Idem oculorum siccam perturbationem ξηροφθαλμίαν exposuit.

[Conturbatores serui, qui domini pecuniam elidunt, partem sibi seruantes. Rhod.]

Contus, i, [pertica, longa lignea, seu hastile rasum ferro præfixum, à κεντῶ pungo, stimulo.] {κοντός Suidæ. GALL. *Vne perche de marinier pour sonder le fond de l'eau, vne lance.* ITAL. *Asta longa, picca, lancia.* GERM. Ein stang oder ein stachel. HISP. *El cuento, pertega, varal ò tiento.* ANGL. *A perche or long staffe to sounde the ground of waters.*} Sudes, siue hasta longior, duriórque, ad percutiendum apta. Virg. 9. *Æneid.*

——— *telorum effundere contrà*
Omne genus Teucri, & duris detrudere contis.

Vnde

Vnde Contatos milites Vegetius appellat. ¶ Accipitur pro pertica ferrum in capite habente, qua nautæ vtuntur ad loca nauibus opportuna exploranda. Virg. 6. *Æneid.*

Ipse ratem conto subigit.

¶ Hinc Percontor, aris, teste, Donato, pro inquiro, & quasi conto prætento.

Contarij, κοντοφόροι, qui contos ferunt. Iul. Capitol. Placuerat vt contarij cum eo transirent.

CŌNVĀDŎR, aris, Vador, vadimonium denuntio. {יעד *iahádh*. ἐγγυάω. GALL. *Bailler assignation, adiourner.* ITAL. *Constringere à far sicurtà.* GERM. Am rechatag zuerscheinen verbürgen. HISP. *Coger à fiar la persona.* ANGL. *To binde him or another to compeare en iudgement.*} Plaut. *in Curc.* Vbi tu es, qui me conuadatus es venereis vadimoniis?

CŌNVĂLĔO, es, vel Conualesco, est valetudinem & robur recipio, consanesco, valentior fio, ex morbo recreor. {חיה *chaják* חזק *chazák*. ῥώννυμι. GALL. *Recouurer santé, se guerir, se renforcer.* ITAL. *Guarire, risanarsi.* GERM. Widerumb gesund vnd vermögend werden. HISP. *Conualecerse.* ANGL. *To recouer health, to waxe strong.*} Cic. *ad Cornif. lib.* 12. Hircius noster tardiùs conualescit. Mart. *lib.* 10.

Heredem scripsit me Numa, conualuit.

Cic. Antequam iret in exilium, Ne rei crudelitas experrecta in me, in vos conualescat, hoc est, vires & robur assumat. Conualuit ea opinio. Gell. *cap.* 11. *lib.* 4.

Vt tandem sensus conualuere mei,

Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 1. *Trist.* Conualuit annona. Suet. *in Aug. cap.* 42. Conualescere ex morbo. Idem *August. cap.* 59. Conualuisse ramos languentes. *Ibid. cap.* 91.

CŌNVĀLLĀRE, Vallis vndique claudere, ac munire, [Greek illegible]. Gell. *lib.* 12. *cap.* 13. *de Oceano*, Vndarum illius ambitu terris omnibus conuallatis.

Cōnuāllis, Planities ex omni parte comprehensa montibus, collibúsque: dicta (vt inquit Varro) quasi cauata vallis. {נחל *nachál* עמק *hémek*. συνάγκεια. GALL. *Vne plaine enuironnée de montagnes de toutes parts.* ITAL. *Piano circundato de monti.* GERM. Ein rund thal. HISP. *Valle cercado de monte de todas partes.* ANGL. *A vallay or dale.*} Liu. *lib.* 1. *ab Vrb.* Romani Sabinique in media conualle duorum montium redintegrant prælium. Plin. *lib.* 33. *cap.* 4. Conuallis & interualla substructis canalibus iunguntur.

CŌNVĀSO, as, Significat, furto omnia colligo, vt inquit Nonius. {אגר *aghár*. συσκευάζομαι. GALL. *Faire son paquet, trousser ses hardes, les amasser, comme quand quelqu'un s'en veut aller à la desrobée.* ITAL. *Far fardello per rubare.* GERM. Zusammen raspen, oder lesen mit stälen. HISP. *Enfardelar para huyr.* ANGL. *To trusse vp together into à packe or fardell.*} Terent. *in Phorm.* Aliquid conuasassem, atque hinc me protinus coniicerem in pedes.

CŌNVĔHO, is, ere, Comportare. {נשא *nasá*. συγκομίζομαι. GALL. *Porter, ou mener, ou amasser ensemble.* ITAL. *Portare insieme.* GERM. Zusammen tragen / zusammen füren. HISP. *Iuntamente lleuar acuestas ò encima.* ANGL. *To carie, conueigh or gather together.*} Plinius *lib.* 12. Thus collectum Sabotam camelis conuehitur. Cicero *pro Milit.* Repentè lyntribus in eam insulam materiam, calcem, cæmenta atque arma conuexit.

Cōnuecto, as, frequentatiuum. {πυκνῶς ἢ πολλάκις συγκομίζω. GALL. *Porter & amasser ensemble par plusieurs fois.* ITAL. *Portare spesso ò condurre in carro, ò in naue.* GERM. Vil oder offtermal zusammen füren. HISP. *Muchas vezes lleuar iuntamente.* ANGL. *To carie and heape together often.*} Virg. 9. *Æneid.*

Conuectare iuuat prædas, & viuere rapto.

Idem 4. *Æneid.*

———prædámque per herbas

Conuectant calle angusto.

Cōnuēctŏr, is, qui in eadem nauigat naui. {σύμπλοος. ANGL. *A passanger, one that conueigheth ouer many.*} Cic. *ad Attic. lib.* 11. Quin etiam naui eius me, & ipso conuectore vsurum puto.

CŌNVĔLLO, is, Vello, vel auello. {עקר *hakár* נתש *nathásch*. ἐκριζόω. GALL. *Arracher.* ITAL. *Suellare.* GERM. Außrauffen, außrupfen. HISP. *Arancar en vno.* ANGL. *To pull or pulck a way by the rootes.*} Plaut. *in Amph.* Qui tam vasto impetu has fores toto conuulsit cardine. id est, emouit. Plin. *ep.* 139. Ac mihi domus ipsa nutare, conuulsáque sedibus suis ruitura suprà videtur. id est, émota. ¶ Conuellere pro auferre, abrogare, destruere. Cic. *pro Corn. Balbo*, Cur ea quæ mutare non possumus, conuellere malumus, quàm tueri? ¶ Conuellere pro eo quod & Confutare dicimus. Cic. 1. *de diuin.* Hæc si tenemus, quæ mihi quidem non videntur posse conuelli, profectò hominibus à diis futura significari necesse est.

Cōnuūlsus, participium. {נעקר *nehekár* נתש *nittásch*. ἐκριζωθείς, σπασθείς. GALL. *Pasmé, retiré.* ITAL. *Spasmato, ritirato.* GERM. Verkrupffet / eingezogen. HISP. *Pasmado.* ANGL. *Pulled or plucked vp, taken with the crampe.*} vt, Conuulsus musculus, hoc est, cuius fibræ contractæ sunt versus suam originem. Conuulsi nerui, & Conuulsi tendones, hoc est, contracti & velut complicati. Plin. *lib.* 20. *cap.* 7. Conuulsa & luxata caulibus tritis cum polenta ex aqua frigida leniunt. *Conuolsum* dixerunt veteres pro Conuulsum, vt Artus conuolsi pereunt, apud Lucretium *lib.* 3.

Conuulsio, nis, {σπασμός. GALL. *Pasme, conuulsion.* ITAL. *Spasimo.* GERM. Krampff. HISP. *Pasmo.* ANGL. *A plucking vp, the crampe.*} Plin. *lib.* 20. *cap.* 15. Ligusticum aliqui panacem vocant: stomacho vtile est, item conuulsionibus & inflammationibus. Conuulsiones vulgò *retractiones* dicuntur: de quibus Gal. *lib.* 6. *de locis affectis.*

CŌNVĔLO, as, are, Velo. {חפה *chaphaph* עטה *hatáh* חפה *hapháph* חבש *chibbesch*. ἐγκαλύπτω, περιβάλλω. GALL. *Voiler & couurir d'vn linge tout entour.* ITAL. *Velare.* GERM. Zudecken, gantz bedecken. HISP. *Cobrir con velo.* ANGL. *To couer, to lay one cloth ouer.*} Plin. *lib.* 17. *cap.* 22. Plagam omnem obliquam fieri vt facilè decidant imbres, & ad terram verti, quàm leuissima cicatrice acie facis exacta, plagáque conuelata. ¶ Conuelo, transfate apud Gell. *lib.* 7. *cap.* 3. Sed enim Cato, non nudam, nec solitariam, nec improtectam hanc [Greek] facit: sed multis eam modis præfulcit, multísque aliis argumentis conuelat.

[Conuenæ, Hieronymo & aliis veteribus notæ. *Comenge, Cominges*, V. E. Conuenarum Vasconiæ ad garumnam fluuium & radices Pyrenæorum, sub A. Auscensi Lugdunum Conuenarum, olim ab exercitu Guntramni Regis dirutum, & ex eius ruinis S. Bertrandi oppidum Episcopale. *Sainct Bertrand de Comenge*, in valle capraria constructum est.]

CŌNVĔNĬO, is, Simul venire, congregari, coire. {נועד *nohádh*. συνέρχομαι. GALL. *Conuenir, s'assembler, venir auec autres.* ITAL. *Venire insieme.* GERM. Zusammen kommen. HISP. *Venir con otro.* ANGL. *To conuene, to come with the rest, to assemble.*} Liu. Postera die arma capiunt quo missi erant, conueniunt. Salust. Postquam vnum in locum omnes conuenêre. Facite munera multa huc ab amatoribus conueniant. Nam nisi penus annuus conuenerit. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. ¶ Hinc conuentus, συνήγορος, συνοδία. ¶ Per translationem quandoque Concordare. {כשר *chaschár*. ὁμολογεῖν. GALL. *Accorder.* ITAL. *Conuenire, concordare.* GERM. Eins werden, vberein kommen. HISP. *Conuenir en vno.* ANGL. *To agree or accorde.*} Ouid.

Non bene conueniunt, nec in vna sede morantur

Maiestas & amor.

Benè ratio inter nos accepti & expensi conuenit. Plaut. *Most. sc.* 3. *a.* 1. Optimè vsque adhuc conueniunt. Idem *Men. sc. vlt. a.* 5. Qui amantes inter se faciant vt conueniant, aliàs *conuenat*. Idem *Merc. sc.* 1. *a.* 2. Hic legendum putat Passerat. *Conueuant*, pro *Conueniant*. ¶ Conuenire item ponitur pro in iudicium vocare, siue actionem aduersus aliquem instituere, δίκην γράφειν, quod locutionis genus frequens est apud Iurisconsultos. Qui periurum conuenire vult, mitto in comitium. Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 3. ¶ Quandoque statuere, συντίθεσθαι. Apul. Conuenimus ad portum quamprimum ire. ¶ Quandoque alloqui, ἐντυγχάνειν. Hinc Conuentio, ἔντευξις. Terent. *in Andr.* Conueni hodie aduenient quendam mei loci hinc atque ordinis hominem. Cic. 2. *Verr.* Num dubitat, quin si ipse Verrem conueniat, æquitate causæ, autoritate sua commouere hominem possit. Conueniam Euchionem si domi est. Plaut. *Aul. sc.* 3. *a.* 1. Men' hodie te conuenisse audes dicere? Idem *Men. sc.* 8. *a.* 5. Mittam alium illuc, tuum qui conueniat patrem, & tua mandata perferat. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 2. Ibo, & conueniam seruum meum. Idem *Mil. sc.* 3. *a.* 3. Prandi, te conuenit. Idem *Men. sc.* 4. *a.* 2. Te conuentum cupit. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 2. & *sc.* 1. *a.* 4. Hoc homine mihi conuento est opus. *Ibid. sc.* 3. *a.* 2. ¶ Quandoque aptum, conuenientem, & decens esse, ἁρμόττειν. Cic. *in Hortens.* Nam quid veretis, ne non conueniat nostris ætatibus ista oratio, quæ spectat ad hortandum. Quod erat nomen nostræ matri? Teutimarche. Conuenit. Plaut. *Men. sc. vlt. a.* 5. Est macilento ore, naso acuto. H. Conuenit. Idem *Capt. sc.* 4. *a.* 3. Non conuenit in duce festinatio. Suet. *in Aug. cap.* 25. ¶ Quandoque placere, pactum facere, & non controuersia carere, ὁμολογούμενον εἶναι, συμφωνεῖν, sed in tertia persona frequentiùs: idque interdum cum nominatiuo expresso. Cic. *lib.* 1 *de finib.* Hoc mihi cum tuo fratre conuenit, id est, sine controuersia est, & concordantes sumus. Nonnunquam sine nominatiuo. Iuuen. Sæuis inter se conuenit vrsis. Item Terent. *in Adelph.* Hæc fratri mecum non conueniunt, neque placent, id est, dissentimus inter nos in his, & dissimiles sumus. Plaut. *in Capt.* Nunc ita conuenit inter me, atque hunc Tyndare. Et iterum, Dicito patri, quo pacto mihi conuenit de huius filio. Salust. *Iugurth.* 117. Si eadem illi copia fieret, omnia conuentura: vulgò *que tout seroit d'accord.* Si de re conuenimus (id est, consensimus, vel egimus.) Plaut. *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Salute, quæ inter nos conuenit, (pro, de qua.) *Ibid. sc.* 5. *a.* 4. Credo in pristinum, vt conuenit, fore (id est, ex pacto.) *Ibid. sc.* 1. *a.* 4. Rectè conuenisse cum eo. *Ibidem.* Ita conuenit inter me & hunc vti. Idem *Capt. sc.* 3. Conuenit vtri victi sint eo prælio vrbem, agrum, aras, locos, seque vti dederent. Idem *Amph. sc.* 1. *a.* 1. Memento conuenisse me quid dotis filia afferret. *Ibidem sc.* 4. *a.* 2. Scis vt conuenerit. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 3. De emptione me scis non benè conuenire cum Stoicis. Gell *cap.* 5. *lib.* 12. Cum iis mihi nec locus, nec sermo conuenit. Plaut. *Pseud. sc.* 7. *a.* 4. Conueni de pretio. Quint. ¶ Variis itaque modis huiusmodi orationes efferimus: vt, Hoc conuenit mihi tecum: vel Conuenit mihi tecum de hoc, vel Conuenit inter nos. Sic dicimus, De pretio conuenit, id est, concordes fuimus. ¶ Conuenire item aliquando est appellare, vt Conuenire debitorem, qua in significatione frequenter accipitur à Iurisconsultis. Aliquando ponitur pro constare. Cic. *contra Rul.* Inter omnes conuenit ita esse. ¶ Conuenire in manu, vel in manum venire, vxores dicebantur, quum per coëmptionem in familiam & mancipium viri, & omnium bonorum consortium veniebant. Nam (vt autor est Boethius *in Topica Ciceronis*) tres erant habendæ vxoris modi, per Confarreationem, quæ solis Pontificibus conueniebat. Vsu, quùm mulier non in omnium fortunarum, sed in lecti solùm participationem veniebat: & Coëmptione, quæ certis solennitatibus fiebat. Nam sese coemendo inuicem interrogabant. Vir ita, An mulier sibi materfamiliâs esse vellet. Illa respondebat, Velle. Item mulier interrogabat virum, vtrum sibi paterfamiliâs esse vellet. Ille respondebat, Velle. Itaque mulier conueniebat in manum, & vocabantur hæ nuptiæ Per coemptionem. Erat mulier materfamiliâs. Matrona autem dicebatur, quæ tantùm vsu vxor erat. Gell. *lib.* 18. Matremfamiliâs (inquit) appellatam eam esse solam, quæ in mariti manu esset, à matris nomine nuncupatam, &c.

Cōnuĕnĭens, entis, Congruens, consentaneus. {כשר *chaścher* ראוי *raui*. πρέπων. GALL. *Conuenant, conuenable, sortable.* ITAL. *Conueneuole, che s'accorda con altri.* GERM. Gemäß / daß miteinander vberein kompt. HISP. *Conueniente.* ANGL. *Conuenient, agreable, meete for the purpose.*} Cicer. 2. *de finib.* Nihil scriptum ab eo conueniens congruensque decretis eius reperies. Idem *de Amicit.* Nihil est tam naturæ aptum, tam conueniens ad res vel secundas, vel aduersas, quàm amicitia.

Materia scripto conueniente suo.

Ouid. *Eleg.* 1 *lib.* 5. *Trist.* Benè conueniens vxor. Suet. *in Tib. cap.* 7. Nihil conuenientius dicens. Idem *in Aug. cap.* 9.

Conuenienter, aduerbium, hoc est, congruè, aptè, consentaneè. {ἁρμοζόντως, συμφερόντως. GALL. *Conuenablement, à poinct.* ITAL. *Conuenientemente.*

te, à poncte. GERM. Geschicklich/füglich/gleich/bequemlich. HISP. *Conuenientemente.* ANGL. *Conueniently, to the purpose.* } Cic. 1. *Offic.* Conuenienter naturæ viuere: hoc est, cum virtute congruere semper. Horat. Viuere naturæ si conuenienter oportet.

Cōuĕnientia, æ, Congruentia, coniunctio, cognatio, quasi concentus quidam & consensus. { כשרון *chischron* ὁμολογία, ἁρμογή. GALL. *Conuenance, accord.* ITAL. *Conuenienza, conuenenolezza.* GERM. Vergleichung/oder zusammen kommung vieler ding/das zusammen reymen etlicher stücke. HISP. *Conueniencia.* ANGL. *Agreablenesse, porportion.* } Cic. 2. *de nat. deor.* Hanc igitur in stellis constantiam, hanc tantam, tam variis cursibus in omni æternitate conuenientiam temporum non possum intelligere sine mente, ratione, consilio. Apud antiquos etiam legitur pro conuentu. Plaut. *Milit.* Facerent conuenientias.

Cōuenæ, Dicuntur qui ex diuersis populis gentibúsque in mœnia conuenerant, simúlque coalescunt. { גרים *gherim.* ἐπήλυδες. GALL. *Qui sont venus auec autres en quelque lieu pour y habiter.* ITAL. *Forestieri che insieme si ragunano in vn luogo.* GERM. Ein volck das auß etlerley landen hie zusammen geloffen ist/ vnd bey einander wonet. HISP. *Estrangeros venidos con otros.* ANGL. *People of diuers contrees assembled in one place, to dwell.* } Cic. 1. *de Orat.* An vero tibi Romulus ille, pastores & conuenas consilio & sapientia congregauit. Idem 5. *Tusc.* Quibusdam conuenis & feris barbaris corporis custodiam committebat. Plin. *lib.* 5. *cap.* 17. In dies ex æquo conuenarum turba renascitur.

[Conuentare, frequenter conuenire. Tertull.]

Cōuentus, us, Turba, concio, multitudo hominum in vnum locum congregata. { עדה *hedáh* קהל *kahál.* συνήγυρις, σύνοδος. GALL. *Assemblée de gens les vns auec les autres, accord & conuention.* ITAL. *Conuento, ridotto.* GERM. Ein zusammen kommung/versamlung. HISP. *Lugar donde muchos concurren.* ANGL. *An assemble of people, a couenant.* } Quod tribus ferè modis fieri solet. Vno, cùm significatur multitudo ex pluribus hominum generibus contracta in vnum locum. Conuentus ciuium Rom. erat qui in prouinciis negotiabantur, & à prætore, cùm forum agere vellet, aduocabantur. Qui dicantur conuentus familiares Campaniæ, vide apud Cæs. *lib.* 1. *de bell. ciu.* Vide etiam atque etiam Cicer. *lib.* 7. *ad Att. epist.* 48. Conuentus Vticæ ex variis gentibus. Cæs. *lib.* 2. *de bell. ciu.* Conuentus circuire iuri dicundo. Suet. *in Cæs. cap.* 7. Conuentibus peractis Rauennæ substitit. Idem *in Cæs. cap.* 30. Conuentum agere. Idem *in Galb. cap.* 9. Conuentum edicere aliquò. Liu. *lib.* 4. *d.* 4. Conuentus, cœtus, concursiones stellarum. Gell. *cap.* 1. *lib.* 14. Cic. 3. *Verr.* Cur prudentissimas, lectissimásque fœminas in tantum virorum conuentum, insolitas inuitásque prodire cogis? Secundò, quum à magistratibus iudicij causa populus congregatur. Erat enim in prouinciis statui conuentus per rectores earum ad iudicia facienda. Vnde Plin. de Hispania citeriore. Nunc vniuersa prouincia diuiditur in septem conuentus. Idem *lib.* 3. scribit in Bætica fuisse iuridicos conuentus quatuor, videlicet Gaditanum, Cordubensem, Astygitanum, Hispalensem. Tertiò, quum aliquem in locum frequentia hominum, supplicationis, aut gratulationis gratia colligitur. ¶ Conuentus aliquando ponitur pro conuento, hoc est, pacto, vel stipulatione. Autor ad Heren. Sunt item pacta quæ sine legibus obseruantur ex conuentu, id est, ex pacto, ex contractu.

Cōuentum, neut. gen. conuentionem significat. { ברית *berith.* συνθήκη. GALL. *Conuention, paction, accord.* ITAL. *Patto, accordo.* GERM. Ein pact/ vberkommnuß/ vertrag. HISP. *Conuencion, pacto.* ANGL. *A leage, or couenant.* } In Pandectis Græcis conuenta τὰ συνθήματα dicuntur. Cic. 1. *de Orat.* At verò in foro tabulæ, testimonia, pacta, conuenta, stipulationes, cognationes, affinitates, decreta, responsa, vita denique eorum qui in causa versantur, tota cognoscenda est. Vlpian *l. iurisgentium. §. quinimo. ff. de pactis.* Solemus enim dicere, pacta conuenta inesse bonæ fidei. Silius *lib.* 1.

——ter marte sinistro
Iuratúmque Ioui fœdus, conuentaque patrum
Sidonij fregére duces.

Vlpian. Conuentum est, quod cùm Iurisgentium sit, à iure ciuili receptum ac comprobatum est. Ex eo dictum, quòd sine legibus ex solo conuentu valet. Gell. *cap.* 9. *cap.* 17. Cōuentum clandestinum inter eos. ¶ Conuenta conditio dicebatur quum primus sermo de nuptiis, & earum conditione habebatur. Autor Festus.

Cōuentĭcŭlum, Exiguus conuentus. Plerunque in malam partem accipitur, hoc est, pro conuentu seditiosorum, aut sceleratorum. { σύστασις, συνωμοσία. GALL. *Petite assemblée.* ITAL. *Adunanza, mazza.* GERM. Ein kleine zusammen kommung/ ein böse heimliche versamlung. HISP. *Conuentos de pocos.* ANGL. *A litle assemble.* Nonnunquam etiam in bonam partem. Cic. *pro Sestio.* Conuenticula hominum, quæ ciuitates nominantur. Idem *pro domo sua.* Quoniam plebi quoque vrbanæ maiores nostri conuenticula, & quasi concilia quædam esse voluerunt. ¶ Accipitur, & pro Ecclesiis, quòd eò conueniant Christiani.

Cōuentĭo, ברית *berith.* ἡ συμφωνία, ὁμολογία, συνθήκη. GALL. *Conuenance, conuention, accord, & paction ensemble, composition.* ITAL. *Conuentione, congregatione, patto, accordo.* GERM. Vertrag/ vberkommnuß/ vereinigung. HISP. *Conuencion, pacto, acuerdo.* ANGL. *Conuention, leage, couenant.* } Nomen generale est ad omnia pertinens (vt scribit Vlp. *lib.* 1. *de pactis*) de quibus negotij contrahendi, transigendique causa consentiunt, qui inter se agunt. Nam sicut conuenire dicuntur, qui ex diuersis locis in vnum locum coeunt, ita qui ex diuersis animi motibus consentiunt, & in vnam sententiam concurrunt. Adeóque Conuentionis nomen generale est, vt nullum esse contractum, nullam esse obligationem dicat, quæ non habeat in se conuentionem, siue verbis, siue re fiat. Conuentionem Vlp. generis nomen esse ait: cuius duæ sunt species: legitima (quam pactum appellat) & Iurisgentium. ¶ Conuentio item veteribus idem quod concio. vnde apud Varronem *in tabulis Censoriis*, Conuentionem habeat qui lustrum conditurus est. Item *paulò post* ex commentariis Consularibus, Voca ad conuentionem omnes Quirites huc ad me, id est, ad concionem.

Cōnuentĭonālis, συναλλαγματικός, stipulatio conuentionalis, quæ fit ex conuentione reorum. Pomp. *D. lib.* 45. *tit.* 1. *l.* 5.

CŌNVERBĔRO, as, idem quod Verbero. { הכה *hicchkáh.* μαστίζω. GALL. *Battre & marquer de coups ou playes.* ITAL. *Battere, flagellare.* GERM. Schlagen. HISP. *Açotar con açotes.* ANGL. *To beate.* } Plin. *lib.* 13. *cap.* 22. Nocturnis grassationibus conuerberatam faciem illinens. Sueton. *in Neron. cap.* 42.

[Conuerna, conuernaculi, simul nati domi. Gloss.]

CŌNVĔRRO, is, ere, Simul verro, vel idem quod simplex verro. { בער *biher* גרף *garaph.* συσσαρόω, σαίρω. GALL. *Balier, nettoyer & amasser ensemble, ramonner.* ITAL. *Scopare.* GERM. Wüschen/oder zusammen kehren. HISP. *Barrer.* ANGL. *To clense, wipe or swipe together.* } Plaut. *Sticho.* Hercle verò capiam scopas, atque hoc conuerram lubens. *Ibidem.* Reuerram hercle hoc, quod conuerri modò. Col. *lib.* 7. *cap.* 6. Diligens pastor quotidie stabulum conuerrit, nec patitur stercus, aut humorem consistere.

Conuerritor, apud Apuleium *in Apologia pro magia*, conuerritorem pridianæ reliquiæ, ac si supinum esset conuerritum.

Conuersè, aduerbium, Pro nitide, à verbo Conuerro. { συσσαρωτῶς. GALL. *Nettement, apres auoir bien balié & nettoyé.* ITAL. *Nettamente.* GERM. Reinlich/ wol gereinigt/ hübsch außgekert. HISP. *Limpiadamente.* ANGL. *Cleanlie, by sweeping.* } Cato *cap.* 143. Villam conuersè, mundéque habeat.

[Conuersa, V. E. sub A. Barensi in Calabria.]

Cōnuĕrsor, & Conuersatio, vide *Conuerto.*

CŌNVĔRTO, Verto, vicissim retrò commeo, aspectum aliquò refero. { הפך *haphách* השיב *heschib.* στρέφω. GALL. *Tourner ou faire tourner, muer.* ITAL. *Volgere, voltare, conuertire.* GERM. Bekehren oder vmbkehren/ vmbwenden. HISP. *Conuertir, boluer.* ANGL. *To conuert, to returne.* } vt, Conuertere se domum, hoc est, reuerti. Terent. *in Adelph.* Ego iam transacta re conuortam me domum cum obsonio. Salust. *Iugurth.* 66. Deinde cum omni multitudine in regnum suum conuertit, alij, *se conuertit.* Plinius *de viris illustribus*, Veientes ad dolos conuersi, pecora ex aduerso in conspectu illorum posuerunt. Cic. 3. *Offic.* Ibi quum palam eius annuli ad palmam conuerterat, à nullo videbatur, ipse autem omnia videbat: idem rursus videbatur, quum in locum annulum inuerterat. Idem *lib.* 1. *de Orat.* Ac quocunque te animo & cogitatione conuerteris, permultos excellentes in quoquo genere videbis. Liuius 2. *bell. Punic.* In admirationem & ipsum, & omnes qui circà erant, conuerterunt. Cicer. *Attic lib.* 4. Gratulabor tibi priùs (ita enim rerum ordo postulat,) deinde ad me conuertar. ¶ Conuertere, pro interpretari, siue ex vna lingua in aliam vertere. { ANGL. *To turne or translate.* } Cic. *de opt. genere Orat.* Conuerti enim ex Atticis duorum eloquentissimorum nobilissimas orationes inter se contrarias. *Ibid.* Quod igitur est eorum in orationibus è Græco conuersis fastidium? ¶ Conuertere in belluam, hoc est, transmutare & transformare. Cicer. 3. *Offic.* Quid enim interest vtrùm ex homine se conuertat quis in belluam, an hominis figura immanitatem gerat belluæ. Viam conuertere, est viam repetere, per quam nunc primùm veneras. Virg. 5. *Æneid.*

——rursúsque vocati Conuertére vias.

Castra castris conuertunt. Cæs. *lib.* 1. *de bell. ciu.* Conuertit pro conuersus est. Auson. *Epigr.* 68.

Cōnuertor, eris, deponens, quo antiqui vsi sunt pro Conuerto. στρέφω. Plaut. *Amph.* Sed tamen in fugam se nemo conuertitur. & Cæs. *lib. de bell. ciuil.*

Cōnuersus, participium. { משב *muschab* מתהפך *mithhappéch.* συνεστραμμένος, μεταβληθείς. GALL. *Tourné, changé, mué.* ITAL. *Mutato.* GERM. Bekehrt/ vmbgewendt/ verendert. HISP. *Conuertido, mudado.* ANGL. *Turned, changed.* } Cic. *pro somn. Scip.* Huius quidem anni nondum vigesimam partem scito esse conuersam.

—— Conuersus terga domator.

Tibul. *lib.* 4.

Cōnuersio, nis, Circumuectio, mutatio. { מהפכה *mahpecháh.* ἐπιστροφή, ἀνακύκλωσις. GALL. *Tournement, changement.* ITAL. *Mutamento, cambiamento.* GERM. Bekehrung/oder vmbkehrung. HISP. *Mudança.* ANGL. *A turning, conuerting.* } vt, Conuersio vesicæ, id est, inuersio & reuolutio. Plin *lib.* 8. *cap.* 42. ¶ Vuluarum conuersio, apud eundem *lib.* 10. *cap.* 22. ¶ Conuersio verborum. Cic. 2. *de Orat.* Et efficiendum est illud modò vobis, ne fluat oratio, ne vagetur, ne insistat interiùs, ne excurrat longiùs, vt membris distinguatur, vt conuersiones habeat absolutas. Neque semper vtendum est perpetuitate, & quasi conuersione verborum: sed sæpe carpenda membris minutioribus oratio est.

Cōnuersus, us, ui, Conuersio, στροφή. Macrob. *Satur. lib.* 7. *cap.* 9. Septimus motus qui gyros efficit, crebro conuersu turbat.

Cōnuerso, as, are, frequentatiuum à Conuerto, verso. { στρωφάω. GALL. *Tourner souuent & retourner.* ITAL. *Volgere spesso.* GERM. Offt vnd vil vmbkehren/hin vnd her wenden. HISP. *Boluer muchas vezes.* ANGL. *To turne often.* } Cic. *de Vniuersit.* Quippe qui ex eadem vinctus, alteráque natura, adiuncta materia temperatione, trium partium proportione compacta, se ipse conuersans, quum materiam mutabilem arripuisset. ¶ Conuersari, Consuescere, συναναστρέφεσθαι. Senec. *lib.* 1. *de Ira.* Sumuntur à conuersantibus mores.

Cōnuersor, deponens, pro Frequento, consuetudine alicuius vtor, ἀναστρέφω.

Cōnuersatio, Consuetudo, familiaritas. { מנהג *minhágh* דרך *dérech* הליכה *halicháh.* ἀναστροφή. GALL. *Conuersation, hantement.* ITAL. *Conuersatione, prattica.* GERM. Beywonung. HISP. *Conuersacion è participation.* ANGL. *Haunting and familiaritie fellowship.* } Plin. *lib.* 10. *cap.* 33. Néve cui frequentior conuersatio suspecta sit. Tutior conuersatio. Quint. *lib.* 1. *cap.* 2. Conspectum conuersationémque ciuium profugit. Sen. *cap.* 17. *de consol. ad Polyb.* Conuictus & conuersationes. Idem *cap.* 15. *de consol. ad Helu.* ¶ Conuersatio pro conuersione. Idem *Epist.* 75. Sciátque illa ipsa quibus lædi videtur, ad conuersationem vniuersi pertinere: & ex iis esse, quæ cursum mundi consummant.

[CONVESCOR, simul vescor. Gloss. conuescitur συνεσθίει.]

Cōnuestio, is, ire, Vestio, exorno. { לבש *labásch* עטף *hatáph.* ἀμφιέννυμι, στέφω, ἀμφιάζω. GALL. *Vestir, orner.* ITAL. *Vestire, ornare.* GERM. Bekleyden. HISP. *Vestir, y ornar.* ANGL. *To decke, to apparell.* } vt, Conuestiuntur herbis prata. Cicer. 1. *Tuscul.* Idem *ad Quint. fratr. lib.* 3. Topiarium laudaui, ita omnia conuestiuit hedera, &c. Idem *pro domo*

domo sua. Ergo eius domum euersam duobus lucis conuestitam videris.

CŌNVEXO, Vexo. {[illegible] *batsáb* [illegible] *daágh* [illegible] *daáb*. [illegible]. GALL. *Fascher, ennuyer, vexer & tourmenter.* ITAL. *Disturbare, molestare, nelare.* GERM. Plagen/vexieren/betrüben/beleidigen seyn. HISP. *Fatigar ò molestar.* ANGL. *To vexe, to torment.*} Gell. *lib.* 10. *cap.* 6. Sed vtinam reuiuiscat frater, aliamque classem in Siciliam ducat, atque istam multitudinem perditum eat, quæ me male miseram nunc conuexauit. Verba sunt filiæ Appij Claudij Cæci.

Cōnuexus, ✕ Concauus, quod scilicet est ex omni parte declinatum, qualis est natura cæli, quod ex omni parte ad terram versus declinatum est. {[illegible] *caphúph*. [illegible], [illegible]. GALL. *Courbé, comme semble estre le ciel.* ITAL. *Piegato in arco, in volto.* GERM. Das in die runde gebogen ist/rund zugewelbt. HISP. *Redondo por defuera.* ANGL. *Crooked and bending downe as the heauen.*} Virg. 4. *Eclog.*

Aspice conuexo nutantem pondere mundum.

Idem 4. *Æneid.*

———*Tædet cæli conuexa tueri.* id est, cælum conuexum.

Cōnuexitas. ✕ Concauitas. {[illegible] *caph*. [illegible], [illegible]. GALL. *Courbement en rond.* ITAL. *Inarcatura, piegatura.* GERM. Rund gewelb. HISP. *Redondez por defuera.* ANGL. *Crookednesse and bending downeward of any thing.*} Plin. *lib.* 38. *cap.* 25. Super omnia est mundi conuexitatis, terrarúmque globi differentia. Idem *lib.* 31. *cap.* 3. Reperiuntur in conuallibus maximè & quodam conuexitatis cardine, aut montium radicibus. ¶ Tractum à concauitate nauium, quæ extrinsecus huiusmodi formam habet. Vnde etiam pro eodem Carinatum dicimus, quod formam carinæ habet.

Cōnuexio, Conuexitas, [illegible], [illegible]. Gell. *lib.* 14. *cap.* 1. Partium circulorúmque cæli, ex deuergentia, & conuexionibus mundi varietas.

[Conuexum, pars exterior circumferentiæ. Gell.]

CŌNVIBRĀRE, Apul. *Florid. lib.* 1. Discit autem statim pullus vsque ad duos ætatis suæ annos dum facile os vti conformetur, cum tenera lingua vti conuibretur.

[Conuicaneus, vicinus. Vocab. Eccl.

Conuicanus, eiusdem vici. Cath.

Conuicinium, vbi plures vicini.]

CŌNVĪCIVM, Contumelia, inquit Labeo Iureconsult. quasi conuocium, mutata litera: à concitatione, vel conuentu, siue collatione vocum. {[illegible] *dôphi* [illegible] *dibbáh* [illegible] *cherpáh*. [illegible]. GALL. *Iniure, parole iniurieuse, mocquerie, reproche.* ITAL. *Maldicenza, ingiuria di parole.* GERM. Ein schmachred/lesterung/schelmwort. HISP. *Denuesto con vozes y injurias.* ANGL. *A reproche, cheke, or taunte.*} Quum enim in vnum complures voces conferuntur, Conuicium dicitur: quum autem nec in cætu, nec vociferatione dicitur, non propriè Conuicium nominatur. Fest. tamen à vicis, in quibus primò habitatum est, deriuat. [Grut. *in Sen.* ex Casaubono ait, conuicium esse idem, quod [illegible] conuocium: vt in illo, Sex conuiuium, plures conuicium. & sic Gloss. *conuicior* [illegible], [illegible]. Onom. conuicium [illegible]. Vocab. vet. ducit à con, & vitio, as.] Alij dicunt Conuicium esse maledictum cum contumelia, & à vitio deriuari, vel à Conuito, (vt Vallæ placet.) Vnde etiam per t, nonnulli scribere maluerunt. Valla tamen fatetur posse scribi per c. Significationem huius dictionis optimè ostendit Cic. *pro Cælio*, Maledictio autem nihil habet propositi, præter contumeliam: quæ si petulantius iactatur, Conuicium: sin facetiùs, Vrbanitas nominatur. Idem 4. *Acad.* Vrgebor iam omnium vestrûm conuicio. Conuicij petulantis iudicium in histrionem ex alto redditur. Velleius, Nére in me stolidæ conuicia fundere linguæ Admiremur cum. Ouid. 13. *Met.* Conuicium facere creditori (Naturæ, vel fortunæ.) Senec. *cap.* 10. *de consol. ad Mart.* Conuicia faciamus ore nostro & publico fortunæ. Idem *cap.* 16. *de consol. ad Polyb.* Intelliget quid pericli sit dotatæ vxori conuicium facere. Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 5. Facere & mereri conuicia. Quintil. ¶ Conuicium nihil aliud aliquando, quàm strepitus, & vocum multitudo. Cic. *pro Sextio*, Et is qui antea cantorum conuicio conciones suas celebrare solebat, cantorum ipsorûm vocibus eiicitur. Idem *pro Archia*, Quia suppeditat nobis vbi & animus ex hoc forensi strepitu reficiatur, & aures conuicio defessæ requiescant. De hoc nomine vide Vallam *lib.* 6. *cap.* 52.

Cōnuiciolum, diminutiuum à Conuicium. Lamprid. *in Alex. Seuero*: lacessitus erat conuiciolis.

Cōnuicior, aris, Contumeliam dico. {[illegible] *hotsí dibbáh* [illegible] *cherépb*. [illegible]. GALL. *Iniurier, dire paroles iniurieuses.* ITAL. *Calumniare, dir villania.* GERM. Lestern einem schmachlich vnd vbel zureden. HISP. *Injuriar de palabras.* ANGL. *To rebuke, check or taunt.*} Quintil. *lib.* 5. Contra sententibus [illegible] conuiciabantur.

Cōnuiciator, qui conuicium dicit, vel facit. {[illegible] *motsí dibbáh* [illegible] *mecharéph*. [illegible]. GALL. *Iniurieux, mesdisant, qui dit paroles iniurieuses.* ITAL. *Chi dice parole oltraggiose contra alcuno, ingiurioso.* GERM. Ein loßer lestrer. HISP. *Injuriador.* ANGL. *A rebuker, a reprouer, a checker, a railer.*} Cic. *in Salust.* Si de mea vita, atque artibus huic conuiciatori respondero. Idem *pro Murena*, Si verò obiicitur, vehementis accusatoris: sin falsò, maledici conuiciatoris.

Cōnuictio, Conuictus, vide *Conuiuo*.

CONVINCO, is, Vinco, arguo, redarguo, euinco. {[illegible] *hochiach*. [illegible], [illegible], [illegible]. GALL. *Conuaincre & surmonter.* ITAL. *Conuincere.* GERM. Vberwinden/vberzeugen. HISP. *Vencer.* ANGL. *To vanquishe and ouercome.*} vt, Conuincere aduersariorum autoritatibus & testibus. Cic. *lib.* 7. *in Verr.* Idem *de Amicitia*, Tamen hæc duo leuitatis & infirmitatis plerúmque conuincunt. Conuictus in mendaciis. Gell. *cap.* 2. *lib.* 14. Conuincamus [illegible]. Quintil. Vxoris facta conuincam turpia. Plaut. *Amph.* [illegible] & *Capt.* [illegible]

Conuictus, a, um, Particip. Victus, conuictus. Cic. *in Catil.* Quum ille homo audacissimus conscientia conuictus [illegible].

Conuinctio, verbale à Conuincio, pro Coniunctione. Quintil. *lib.* 1. *de Grammatica, de numero partium orationis.* Veteres enim, quorum fuerunt Aristoteles atque Theodectes, verba modo, & nomina conuinctiones tradiderunt: videlicet quòd in verbis vim sermonis, in nominibus materiam, quia alterum est quod loquimur, alterum de quo loquimur: in conuinctionibus autem eorum complexum esse iudicauerunt: quas coniunctiones à plerisque dici scio, &c. Conuiso, is, ere, [illegible], vnà video, vna viso. Lucret. *lib.* 1. Res quibus occultas penitus conuisere possis. Cic. *in Arato*, Et loca conuisit cauda tenus infera pisces.

Cōnuiua, Conuiuator, vide *Conuiuor*.

CŌNVĪVO, is, ere, Simul viuo, & comessor. {[illegible]. GALL. *Viure ensemble, boire & manger ensemble.* ITAL. *Viuere & far vna spesa insieme, mangiare in compagnia.* GERM. Bey einem leben/mit einem essen. HISP. *Viuir juntamente.* ANGL. *To liue and eat or drink together.*} Plaut. in *Amph.* Misit ad naueim Sosiam, vt hodie tecum conuiueret. Quintil. *lib.* 1. *cap.* 12. Lauamur & tondemur, & conuiuimus ex consuetudine.

Cōnuiuor, aris, ari, Conuiuium facere, Conuiuium agere, epulas dare. {[illegible] *hasáh mischtéh*. [illegible], [illegible]. GALL. *Faire banquets, faire grand chere, banqueter.* ITAL. *Mangiare insieme.* GERM. Malzeit halten/zechen miteinander essen/gastung anrichten. HISP. *Comer esplendidamente, y juntamente.* ANGL. *To feast, to banket, to make good cheere.*} Terent. *in Heaut.* Scortari crebro nolunt, nolunt crebro conuiuarier. Cic. *lib.* 5. *in Verr.* Quotidie solitum esse non solum in publico, sed etiam de publico conuiuari.

Cōnuiuator, dicitur qui parat conuiuium. {[illegible] *hóseh mischtéh*. [illegible], [illegible]. GALL. *Celuy qui fait le banquet.* ITAL. *Chi fa conuiti.* GERM. Der ein malzeit halt der wirt. HISP. *El que haze combite.* ANGL. *A feaster or banketter or that maketh good cheere.*} Liu. *lib.* 5. *bell. Maced.* Est autem res simillima cœnæ Chalcidensis hospitis mei, hominis & boni, & sciti conuiuatoris.

Cōnuiua, Socius ad epulas, conuictor. {[illegible] *karú*. [illegible]. GALL. *Qui est conuié ou inuité au banquet, qui disne ou souppe auec vn autre.* ITAL. *Inuitato à pasto.* GERM. Der auff ein malzeit oder gastung geladen ist/ ein gast. HISP. *Combidado.* ANGL. *He that is called to banket or feast.*} Cicer. *de Orat.* Collectam a conuiua exigere. Terent. *in Heaut.* Ego met conuiua moror. Plaut. *in Asin.* Voces conuiuam neminem, illam tu voces. Ædes plenas conuiuarum & mulierum (id est, comessatores.) Idem *Mostell. sc.* 1. *a.* 1. Boues conuiuas faciunt. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 3. Conuiuæ ambulant ante ostium. Et, vbi conuiuæ cæteri? Idem *Men. sc.* 2. *a.* 1.

Cōnuiuium, à viuo fit. {[illegible] *mischtéh*. [illegible], [illegible]. GALL. *Banquet.* ITAL. *Conuito.* GERM. Ein malzeit/gastmal. HISP. *Combite.* ANGL. *A feast, or banket.*} de quo Cic. *de senect.* Bene enim maiores nostri accubationem epularem amicorum, quia vitæ coniunctionem haberet, Conuiuium nominarunt: melius quàm Græci, qui hoc idem tum compotationem, tum concœnationem vocant. Terent. *in Eunuch.* vnà in conuiuio. Erat hic, quem dico. Cic. *pro Cælio*, Baiis acta conuiuia, comissationes, cantus, symphonias, nauigia iactant. Effugi foras, nam conuiuij sermonísque pertæsum est. Plaut. *Mostell. sc.* 4. *a.* 2. Agite [illegible] hoc conuiuium vino & sermone suaui. Idem *Merc. sc.* 2. *a.* 2. & *Asin. sc.* 1. *a.* 5. Sublatum est conuiuium. Idem *Men. sc.* 1. *a.* 3. Inuocatus solet esse in conuiuio. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 1. Item, Conuiuium inire, & dimittere. Suet. *cap.* 76. Conuiuio pleno, vide *Plenus*. De Conuiuio & Conuiuis Gell. *cap.* 11. *lib.* 13. ¶ Tempestiuum conuiuium, quod lecto tempore certóque fit, i. stato & consueto: Intempestiuum verò, quod incerto & extraordinario, vt quod summo mane, aut in multam noctem agitatur. Cic. *in Verrem* 5. *act.* Statuitur Lollius in illo tempestiuo gladiatorum conuiuio. Cato *in lib. de senectut.* apud Ciceronem inquit, Ego verò propter sermonis delectationem tempestiuis quoque conuiuiis delector. Vide in eius vita Plutarch. & apud Cic. *ad Attic.* 9. Cœnæ tempestiuæ. De intempestiuo conuiuio in orat. pro Muren. & pro Arch.

Cōnuictor, dicitur quotidianus conuiua, & qui nobiscum viuit, vulgò *Commensalem* vocant. {[illegible] *rehéh*. [illegible]. GALL. *Qui boit & mange auec, commensal, pertionniste.* ITAL. *Famigliare della tauola, che viue insieme.* GERM. Ein tischgänger der täglich bey einem isst vnd lebt. HISP. *El que viue juntamente con otros.* ANGL. *A companion at table.*} Horatius,

Nunc quia sum tibi Mecœnas conuictor.

Suet. *in Tib.* Nihilo lenior in conuictores Græculos. Ouid. 4. *de Ponto*,

Ille ego conuictor, densóque domesticus vsu.

Cic. *in Timæo*, Vtor familiaribus & quotidianis conuictoribus, quos secum Mitylenis Cratippus adduxit, hominibus & doctis, & illis probatissimis.

Cōnuictus, us, ui, Conuersatio, & commercium: quòd qui vnà versantur, sæpe etiam vnà viuant & epulentur. {[illegible] *minhagh*. [illegible]. GALL. *Nourriture ordinaire, viure auec vn autre, mesme table.* ITAL. *Conseruatione, commercio.* GERM. Ordenliche narung/beywonung/gemeinschafft des lebens. HISP. *Aquella biuienda en vno.* ANGL. *A liuing together at one table, ordinarie foode, meate and drink.*} Col. *lib.* 11. *cap.* 1. In primis conuictum domesticum, multoque etiam magis externum vitet. Conuictus humanus, & societas Cic. 3. *Offic.* Lucceius Cic. *lib.* 5. Vt illis te molestiis laxes, & ad conuictum nostrum redeas, & ad consuetudinem, vel nostram communem, vel tuam solius ac propriam.

———*conuictu, cau[...]sque valentibus essem,*

———*iunctus amore tibi.*

Ouid. *Eleg.* 7. *lib.* 1. *Trist.*

Dulcia conuictus membra fuere mei,

Ponticus & Battus.

Idē *Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.* Sen *c.* 5. *de consol. ad Mart.* & *c.* 15. *de consol. ad Elb.*

Cōnuiualis, quod ad conuiuium pertinet. {[illegible]. GALL. *De banquet, des appartenances de banquet.* ITAL. *Cosa che appartiene à conuiuio.* GERM. Das zu der malzeit oder bancket gehört. HISP. *Cosa perteneciente al combite.* ANGL. *Of a feast or banket.*} Liuius, Multaque conuiualia ex auro & argento vasa. Conuiualia oblectamenta. Idem *lib.* 9. *bell. Maced.* Tunc psaltriæ, sambucistriæque, & conuiualia ludionum oblectamenta addita epulis. Fabulæ conuiuales. Tacit. *lib.* [illegible]

CŌNVOCO, as, are, Congregare, simul vocare. {[illegible] *kará* [illegible] *cahál*. [illegible], [illegible]. GALL. *Conuoquer, appeller pour assembler plusieurs ensemble.*

re. Ital. *Conuocare, congregare.* Germ. *Zusammen beruffen.* Hisp. *Llamar juntamente, ayuntar.* Angl. *To call together, to assemble.* } Cic. 3 Offic. Piscatores ad se conuocauit, & ab iis petiuit, &c. Conuocare in concionem, & ad concionem, apud eundem *lib.* 3. *de lege agrar.*

Conuocatio, nis, Conuentus, congregatio. { מקרא mikrá. συνάθροισις, ἡ ἀθροισις. Gall. *Appel ou appellement, hucement.* Ital. *Il chiamare, l'assembrare.* Germ. *Ein zusammen berüffung oder versamlung.* Hisp. *Llamamiento para ayuntar.* Angl. *Calling together, assembling.* } Cic. *post reditum in sen.* Nulla ad Rempub. defendendam populi Romani conuocatio.

Cōnvŏlo, as, are. Simul volare, per translationem concurrere, siue festinanter conuenire. συμπέτομαι. Gall. *Voler ensemble, venir hastiuement.* Ital. *Volare insieme.* Germ. *Miteinander fliegen, zusammen fliegen.* Item, *Eilends vnd flugs zusammen kommen.* Hisp. *Volar juntamente en vno.* Angl. *To flie or runne together.* } Cic. 3. *Tusc.* Et illi quidem pugnant, & quidem vicinorum fidem implorant: multi autem sunt, qui statim conuolent. Terent. *in Heaut.* —quum interea tumor venit Datum ut gladiatores populus conuolat. Conuolat omnis turba, Ouid. 6. *Fast.*

Cōnvŏlvo, is, ere, Simul voluo. { גלל ghál גלם ghálam. συνειλέω. Gall. *Entortiller, enuelopper, plier en rond.* Ital. *Volgere insieme.* Germ. *Zusammen winden oder welzen.* Hisp. *Boluer juntamente en derredor.* Angl. *To fold or roll together.* } Plin. *lib.* 12. *cap.* 17. Atque attractis funiculis herbam eam conuolui. Idem *lib.* 12. *cap.* 9. Nigrum verò bdellium, & in offas conuolutum, Hadrobolon vocant. Cic. *lib.* 1. *de Diuin.* Quum se conuoluens sol elaberetur & abiret. Conuoluuntur ætates nostræ incredibili celeritate, Senec. *cap.* 2. *de consol. ad Mart.*

Conuoluulus, Vermiculus minor eruca, erodens pubescentes vuas, quem alij Volucem appellant: à conuoluendo, quia se inuoluit in pampino ἴψ, κνωψ. Theophrasto. { Gall. *Vn ver qui gaste les raisins en la vigne, qu'aucuns appellent ver coquin, les autres, hurbec, ou chenille de vigne.* Ital. *Voluolo, verme che rode l'vua crescendo.* Germ. *Ein würmlin das sich in die räben wickelt vnd denen schaden thut.* Hisp. *El reuolton gusano que se rebuelue.* Angl. *A caterpiller, or a worme that consumeth the leaues of vyne or other hearbes.* } à Plaut. Inuoluulus, à Columella inuoluola, à Suida ἴξ appellatur. Plin. *lib.* 17. *cap.* 28. Simili modo, ne conuoluolus fiat in vinea, amurcæ congios duos, &c. ¶ Conuoluulus item, est herba per fruteta nascens, florem ferens nullo odore, nullisque intus crocis, tantum candorem lilij referentem, veluti rudimentum naturæ lilia facere condiscentis: dictum quòd sese rei cui adhæret inuoluat. Hæc Plin. *lib.* 21. *cap.* 4. σμῖλαξ λεία. Vulgus *Campanellam* vocat, aut *Volubilem maiorem.*

Conuoti, dicebantur iisdem votis obligati. Festus.

Cōnus, i, { κῶνος. Gall. *Vne pomme de pin, & tout tel fruit ayant semblable figure.* Ital. *Pomo delpino & simile.* Germ. *Ein dannzapff oder dannnuß.* Hisp. *La piña del pino, ò agalla de cipres.* Angl. *The fruite of the pine tree or any such like fruite.* } Nux pinea, & cognatarum arborum fructus pineæ nucis similitudinem referens. Colum. *lib.* 7. Remedio sunt cupressini quindecim coni, totidémque gallæ. ¶ Hinc Coniferæ arbores dictæ sunt, quæ conos ferunt, hoc est, nuces pineis similes. Virg. 4. *Æneid.*

Aeriæ quercus, aut conifera cyparissi.

¶ A nucis huius similitudine Geometræ conum nominarunt figuram ex lato in acutum desinentem, quæ turbini contraria est. Serenus, Donec in angustum conscendat litera conum. ¶ Vnde Conoides, κωνοειδής, dicitur quicquid coni, hoc est, inuersi turbinis figuram habet: de quo plura diximus suo loco. ¶ In galea item Conus appellatur summus apex in acuminatam desinens figuram, cui cristæ inseri consueuerunt. { λόφος. Gall. *Le coupet d'vn heaume ou d'vn armet où se met le plumache.* Ital. *La cima dell' elmo, doue se mette il pennachio.* Germ. *Der spitz zu oberst an einem helm oder sturmhaub.* Hisp. *La cresta o penacho del capacete.* Angl. *The toppe of an helmet.* } Virg. 3. *Æneid.*

Et conum insignis galea, cristásque comantes.

Cōnvulnĕro, as, are. Vulnerare, vel multis vulneribus afficere. { פצע patsah פצע batsáh. τιτρώσκω. Gall. *Nauter fort, entamer & griefuement blesser.* Ital. *Ferire.* Germ. *Vbel verwunden.* Hisp. *Herir.* Angl. *To gurth and wound greeuously.* } Plin. *lib.* 11. *cap.* 37. Ipse conuulneratus, & caput semel per cauernam latomiarum euasit.

Conyza, κόνυζα. Herba est, teste Plin. *lib.* 21. *cap.* 9. quæ alio nomine Cunilago dicitur. Vulgo à necandis pulicibus, & cimicibus, Pulicaria, & Cimicaria appellatur, teste Ruell. *lib.* 3. *cap.* 63.

¶Coodibiles, qui simul odiunt. Tertull.

Coolescere, concrescere, conglutinari. Lucr. ¶

Coons, ontis, κόων, apud Homer. *lib.* 11. *Iliad.*

Antenoris aliq. nomen: ab Agamemnone occisi.

Cōopĕrātor, is, συνεργός. Apuleius *Florid. lib.* 2. Id quoque pallium cooperationis ipsius laborem fuisse.

Cōopĕrĭo, is, ere, Tego, { כסה chissáh. ἐπικαλύπτω. Gall. *Couurir.* Ital. *Coprire.* Germ. *Bedecken.* Hisp. *Cubrir.* Angl. *To couer.* } Cooperire lapidibus aliquem, hoc est, lapidare. Liu. 4 *ab Vrb.* Eo indignatio erupit, vt Tribunus militum ab exercitu suo cooperiretur lapidibus. Cic. 3. *Verr.* Quem ille collegam nisi habuisset, lapidibus coopertus esset in foro.

Coopertus, participium. { מכסה mechussêh. κατακεκαλυμμένος. Gall. *Couuert.* Ital. *Coperto.* Germ. *Bedeckt.* Hisp. *Cubierto.* Angl. *Couered.* } vt, Coopertus sceleribus. Cic. 3. *in Verr.* Qui istum tot, tantis, tam nefariis sceleribus coopertum, iurati sententia sua liberarent. Coopertus miseriis. Salust. *in Iugurth.* Sicuti videtis, extorrem patria, domo, inopem, & coopertum miseriis, effecit, vt vbiuis tutius, quàm in meo regno essem. Coopertus flagitiis suis & alienis. Liu. *lib.* 9. *d.* 4.

Coopertorium, ij, quo quid cooperitur. { צמיד tsamid כסוי kesût. κάλυμμα, ἐπικάλυμμα. Gall. *Couuercle.* Ital. *Coperchio.* Germ. *Ein deckel.* Hisp. *Cobertor.* Angl. *A couerlette, or any thing that couereth.* } vt, Coopertorium doliorum, Plin. *lib.* 14. *cap.* 21.

¶Cooplata, copulata. Lucr. ¶

Coopto, as, are, Lego, eligo, recipio, allego. { בחר bachár. συγκαταλέγω. Gall. *Eslire quelqu'vn, & luy donner place & quelque estat au nombre...*

Ital. *Eleggere alcuno in collegio.* Germ. *Erwehlen oder annemmen.* Hisp. *Elegir consorte a su colegio.* Angl. *To cheese and elect for to giue place with others.* } vt, Milites cooptant quem volunt ducem. Cic. *pro lege agrar.* Ab ea parte qui esset factus, is à collegio cooptaretur. Liu. 1. *decad. lib.* 6. Dictatorem dici placet: dicitur M. Furius Camillus, qui magistrum L. Æmylium cooptat. Gentem aliquam cooptare in patritios Sueton. *in Tib. cap.* 1.

Cooptatio, nis, Electio, constitutio. { מבחר mibchár. συναίρεσις, λογισμός. Angl. *A choosing or election.* } Cic. 3. *de Legib.* Neminem in summum locum, nisi per populum venire, sublata cooptatione Censoria.

Coorior, iris, vel cooreris, Idem quod oriri, vel simul oriri. { זרח zarach ἀνίσταμαι. Gall. *Se produire quant & quant, se sourdre, se leuer.* Ital. *Nascere.* Germ. *Entstehen, sich erheben.* Hisp. *Nacer, ò nacer vna cosa con otra.* Angl. *To spring to or rise together.* } vt, Coorta tempestas. Cæs. 1. *bell. ciuil.* Cicer. 3. *Verr.* Tum subitò tempestates coortæ sunt maximæ. Liu. 4. *ab Vrb.* Volscos & Æquos fama effertur summa vi ad bellum coortos.

Coos, siue Cos, siue Con, κῶς. { Germ. *Ein insel nahe bey Rhodis gelägen, etwz Lango genant.* } Insula in mari Icario, Rhodo proxima, & Cariæ opposita, quæ olim magna fuit, & optimè habitata, & aspectu iucundissima iis qui cò nauigabant. Ambitus eius quingentis & quinquaginta stadiis clauditur, tota fertilis, & optimo vino abundans. Est item vrbs eiusdem nominis, insulæ huius caput, in quam Coi, relicta per seditionem Astypalæa frequentes commigrarunt. Eadem & Meropis dicta est, à Merope quodam terrigena, si Stephano credimus. Quanquam hoc nomen & Strabo agnoscit, qui in principio *lib.* 15. Indiam describens, Macedonas ait in India quinque millia & nouem vrbes tenuisse, quarum nulla minor fuerit Cò Meropide. Ex hac insula orti sunt viri illustres non pauci, & in primis Hippocrates medicorum clarissimus, qui primus rem medicam densissima nocte latentem in lucem reuocauit: Appelles pictor eximius, Simus medicus, Philetas poëta ac orator, Nicias Coorum tyrannus, Ariston Peripateticus, & Theomnestus, vir Reipub. administratione in primis clarus, qui contrarias Niciæ in Repub. partes fouit.

Cous, a, um, κῷος. qui in Cò oppido, siue insula natus est. Vnde Coum vinum, Coi populi. Cic. 6. *Verr.* Artifex Cous dicitur Apelles, κατ' ἐξοχήν. Ouid.

Si Venerem Cous nunquam pinxisset Apelles.

In primitiuo prima corripitur. Papin. *in Syluis.* Hunc ipse Coo plaudente Philetas. In suburbano Coi, Æsculapij templum fuit valde insigne, & multis donis opulentum, inter quæ nuda Venus erat, quam postea Octauius Augustus Cæsari patri, tanquam generis parentem, Romæ dicauit. ¶ Solent in hac insula fieri vestes tenuissimæ ex bombyce, ad fœminarum ornamentum, quæ Coa vocabantur. Ouid. *de Arte:*

Siue erit Tyriis, Tyrios laudabis amictus:
Siue erit in Cois, Coa decere puta.

¶Copa, caupa, mulier cauponam exercens. Turn. Virg. ¶

Copæ, arum, κῶπαι, vrbs est Bœotiæ ad Cephisum amnem & lacum quem à nomine vrbis Copaidem appellant. Vide Strab. *lib.* 9.

¶Copella, puella, ancilla. L. gr. b.

Copelus, filius spurius, legitimo diuersus. Rh. L. gr. b. ¶

Copes, siue Copis, veteres, teste Nonio, pro Copiosus posuerunt. { רב rab πλούσιος. Gall. *Copieux, abondant.* Ital. *Copioso.* Germ. *Vberflüssig.* Hisp. *Copioso y abundante.* Angl. *Abundant, plenteous.* } Plaut. *Pseud.* Atque ego nunc vt gloriosum faciam, & copi pectore. Hinc Copona primùm, deinde Caupona, taberna vinaria, propter copiam rerum quæ ibi venduntur, & ipsa etiam cauponis vxor.

Cophantus, mons est apud Bactros Indiæ populos, nocturno flagrans incendio. Autor Plin. *lib.* 2. *cap.* 106.

Cophinus, { תורי סל sal churi. κόφινος. Gall. *Vn coffin.* Ital. *Cofino, corbe.* Germ. *Ein korb.* Hisp. *Corbe, cesto texido de vimbres.* Angl. *A basket or such like thing.* } Latinè corbis: vas est rusticum è vimine contextum. Iuuenalis *satyr.* 3.

———delubra locantur
Iudæis, quorum cophinus, fœnúmque supellex.

Idem alibi,

Quum dedit ille locum cophino, fœnóque relicto.

Col. *lib.* 11. *cap.* 3. Confecta bruma stercoratam terram inditam cophinis obserat.

¶Cophinarius, qui cophinos facit, aut vendit. Cophinaria mulier. Cath. ¶

Cophen, κωφήν, ciuitas eadem quæ Arachosia, de qua suprà: inde Cophenius gentile.

Cophes, Indiæ fluuius est, in Indum omnium fluuiorum longè maximum influens. Pom. pon. *lib.* 3.

¶Cophti, homines Christiani in Ægypto. ¶

Cōpĭa, ab antiquo nomine Copes, siue Copis, quod copiosum significabat. ¶Vet. Vocab. Copia cum opibus. ¶Pacuuius Peribœa, vt citat Nonius, O multis modicis variè dubium, & prosperè copem diem! Inde Copia, quod abundantiam significat. { רב rob. ἀφθονία. Gall. *Abondance ou affluence de quelque chose que ce soit.* Ital. *Copia, abundanza.* Germ. *Vberfluß viele vnd genugsame.* Hisp. *Facultad ò abundácia.* Angl. *Abundance, welth, plentie.* } Cic. *in Parad.* Etenim diuitiarum est fructus in copia: copiam autem declarat satietas rerum atque abundantia. Idem *pro Quintio,* Cui tenues opes, nullæ facultates, exiguæ amicorum copiæ sunt. Erat adhuc aliqua ibi copia Ephebeorum. Suet. *in Aug. cap.* 98. ¶ Copiæ pro commeatu, seu annona. Tacit. *lib.* 15. Contráque prodiderit Corbulo, Parthos inopes copiarum, & pabulo attrito, relicturos oppugnationem. Ex copia præsenti diuisit pecunias. Sueton. *in Tiber. cap.* 10. ¶ Copia pro facultate aliquid faciendi, plerunque cum verbo Facio, vel Do iungitur. ἐξουσία. Plaut. *Capt.* Vt mihi facias eius conueniundi copiam. Cicer. 3. *de Orat.* Eam qui id faceret, facere ciuibus omnibus consilij sui copiam. Plin. *Epist.* 147. Nec ego quidem indignus, cui copiam scientiæ tuæ facias. Terent. *Heauton.* Date crescendi copiam, Nouarum qui spectandi faciunt copiam. Virg. 1. *Æneid.*

Postquam introgressi, & coram data copia fandi.

Salust. *Iugurth.* 117. Habere tum magnam copiam societatis, amicitiæque coniungendæ. ¶ Bona copia, abundantiæ Dea, quæ cornu Amalthex, vel Acheloi gerit. Si bona salus apud Plautum & Catonem per Euphimismum dicitur, (contrà verò ab Horatio, mala copia, quando ægrum sollicitat stomachum.) Ouid. *in Metam.*

——— *Diuésque meo est bona copia cornu.*

Bonam autem copiam eiurabat, qui æs alienum dissoluere non poterat; quando ne necteretur, iureiurando ita affirmabat, sibi vnde creditores absolueret nihil quicquam superesse. Cic. *in Epist.* Tu autem quod bonam copiam eiures, nihil est. Dicitúrque Copiam sine additamento, vt cornu copiæ.

Est illi nostri non inuidiosa cruoris (copia) i. potest occidere.

Ouid. *Eleg.* 2. *lib.* 1. *Trist.* Eodem sensu à Seneca *epist.* 87. videtur dictum, Arbores, quæ (vt ita dicam) grandis copiæ sunt. Rogo argenti vt faciat copiam (i. mutuum det.) Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 2. Istam mihi copiam, & potestatem facis, vt mittam nuncium. Idem *Capt. sc.* 3. *a.* 2. Me seruare non potest, nec copia est. *Ibid. sc.* 3. *a.* 3. Facias mihi hunc conueniendi copiam. *Ibid. sc.* 5. *a.* 3.

——— *Nec aperti copia Martis Vlla fuit.*

Ouid. 13. *Met.* Neque te ludos facio, neque si cupiam, copia est. (i. potestas.) Plaut. *Aul. sc.* 4. *a.* 1. Quæ volumus copia est. (i. liberè loquendi locus.) Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 2.

——— *Si qua tibi copia nostri.*

Ouid. 13. *Metam.* Vide Amalthex cornu in *Amalthea*, & in *Cornu.* ¶ In plurali peculiariter significat exercitus multitudinem. { חיל *chajil* צבא *tsâbâ*. δυνάμεις. GALL. *Armée, bande de gens de guerre, puissances & forces.* ITAL. *Essercito, armata, bande de soldati.* GERM. Kriegs heer, hauffen Kriegsvolck. HISP. *Hueste de gentes armadas.* ANGL. *An armie or bands of souldiours.* } vt, Copiæ Cæsaris. Terent. *in Eunuch.* Militem secum ad te quantas copias adducere. Cic. 1. *Tusc.* Copias maximas duxit ad Troiam. Omnes legiones, copias, exercitúsque suum potiti sumus. Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 3. ¶ In qua tamen significatione aliquando etiam Copiam legimus singulari numero. Pompeius *ad Domit.* Nec solus cum ista copia tantam multitudinem sustinere poteris. Idem, Etiam hortor, vt cum omni copia quàm primùm ad me venias. Cic. *ad Attic. lib.* 8. Vt Brundusium ducerem hanc copiam. & Salust. *in fin. Catil.* Experiar opibus, omni copia (id est, copiis.) Plaut. *Asin sc. vlt. a.* 1. ¶ Contrà etiam inuenimus Copias in plurali nonnunquam pro abundantia accipi, siue diuitiis, aut facultatibus. Plin. *epist.* 41. Suggerunt affatim ligna proximæ syluæ: cæteras copias Ostiensis colonia ministrat. Cic. *de Amic.* Quid autem dulcius quàm vtplurimum copiis, facultatibus, opibus possunt cætera parare? Idem 6. *Verr.* Vocat ad cœnam deinde ipse Prætorem, exponit suas copias omnes, multum argentum, non pauca etiam pocula ex auro.

Cōpiŏlă, diminutiuum, significat paruam copiam, sicut Copiolæ paruas copias. { δυνάμεις, ὀλίγαι & μικρὰ στρατιά. ANGL. *Small plentie or store.* } Cic. *in epist. ad Brutum*, Decurri ad copiolas meas: sic enim eas verè appellare possum: sunt enim extenuatissimæ.

Cōpiōsŭs, a, um, Abundans. { רב *rab.* πολύς, ἄφθονος. GALL. *Copieux, abondant, ample, riche.* ITAL. *Copioso.* GERM. Vberflüssig, wolhabend. HISP. *Abundante.* ANGL. *Abundant, plenteous, riche.* } Cic. 3. *Verr.* Magnificè & ornatè, vt erat in primis inter suos copiosus, conuiuium comparat. Inueniuntur etiam duo casus tanquam à Copis, Copi & Copem pro copioso & copiosum. Plaut. *in Pseudolo*, Atque ego nunc me, vt gloriosum faciam, & copi pectore. Pacuuius, O multimodis variè dubium & prosperum copem diem. Vide Nonium.

Cōpiōsē, Abundanter. { ἀφθόνως, δαψιλῶς. GALL. *Abondamment, copieusement, amplement, richement.* ITAL. *Copiosamente, abondantemente, ampiamente, riccamente.* GERM. Vberflüssiglich, reichlich. HISP. *Copiosa y abundantemente.* ANGL. *Abundantly, richely.* } Cic. *de Senect.* Quàm copiosè ab eo agricultura laudatur in eo libro qui est de tuenda re familiari.

Cōpĭŏr, aris, castrense verbum est, pro copias cogere. { גדד *ghadh* התגדדו *hithghodhdhâh.* GALL. *Amasser gens.* ITAL. *Adunare genti.* GERM. Kriegsleut annemmen, heerzeug zusammen bringen. HISP. *Ayuntar gentes armadas.* ANGL. *To gather an armie.* } Gell. *lib.* 12. *c.* 2. Et Romani multis armis, & magno commeatu, prædáque ingenti copiantur. Quod verbum haud facilè reperias apud elaboratum causarum oratores: eaque eadem figura est, qua Lignantur, Pabulantur & Aquantur.

‖Copiātes, vespillo. L. g. b. Buleng.

Copiatæ, laboratores, parabolani, parabolarij, qui tumulos componebant. Heriber. Item, qui pauperibus ægrotis adessent, ac mortuos sepelirent. Casaub.

Copis, Non. Copi pro copioso. Putant quidam, dici ex eo, quòd multa capiat. Sed Festus & ad eum Scaliger: Ops antiqui dicebant, quem nunc opulentum dicimus, vt testimonio est non solùm ei contrarius, inops, sed etiam cops: vt, is cops edit, ego egens exortus sum. nam reuera cops est compositum ab ops. Cops ita erit, in quem confluxerunt. Vet. Vocab. Cops, copis, diues, quasi cum opibus.

Copis, idis, culter, gladius ad cædendum. κοπίς, ἰδὸς, à κόπτω. Est etiam culter coqui: item epulum.‖

Copo, nis, apud veteres nonnunquam inuenitur pro Caupo. { ANGL. *A huckster.* } Et Copona, pro Caupona. Fest.

Coppenhagen, præclara vrbs in regno Daniæ.

Coptarius nomen à capris. Plutarch. *in Public.*

‖Copreus. Sueton. *in Claudio.* Interdum ferula, flagroque velut per ludum excitabatur à copreis. Coprei nihil aliud quàm scurræ, qui per ludum excitabant eum. Cui enim alij impunè licuisset, nisi scurris? ita Scal. ad Fest.

Coprias, κοπρίας scurra, quasi stercoreus.

Cops, cōpis, simul opulentus. Scal.‖

Cōptă, { κόπτη, σησαμῆ. GALL. *Vne sorte de gasteau, biscuit.* ITAL. *Biscotto.* GERM. Ein gattung der kuchen. HISP. *Tortan o pan vizcocho.* ANGL. *A kinde of cake, biscet.* } Panis durissimi genus fuit, quod è Rhodo aduehebatur, quantum coniicere licet ex Mart. *lib.* 14. *epigr.* 68.

Peccantis famuli pugno ne percute dentes:
Clara Rhodos Coptam quam tibi misit, edat.

‖Copterium, securis, cuneus. Gloss. g. e. b.‖

Coptus, κοπτός. Plin. *lib.* 37. *c.* 5. Oppidum Thebaidis, commune Ægyptiorum & Arabum emporium, vergens ad mare rubrum, vicinas habens cautes, è quibus eruuntur smaragdi. Iuuen. *satyr.* 15.

Gesta super calida referemus mœnia Copti.

Cōpŭlă, æ, Vinculum, vel nexus, quo aliquid copulatur, hoc est, coniungitur. { מסור *esar* מוסר *mosâr* לויה *lojah.* ζεῦγμα, συνδεσμός. GALL. *Vn lien, vne accouple.* ITAL. *Legame, laccivolo, congiontione.* GERM. Ein band, mit welchem man etliche ding zusammen kuppelt. HISP. *Ayuntamiento, atadura.* ANGL. *A couple to couple any thing together, a fetter, a shakle.* } Apul. *lib.* 9. Copulæ sparteæ tritura continua exulcerati. Ouid.

Copula detrahitur canibus, id est, vinculum colli.

Plaut. *in Epid.* posuit copula pro loris ad colligandum accommodatis, quum ait, Quæritant me, in manibus gestant copulas. ¶ Hinc & Grammatici coniunctiones Et, Que, cum similibus, Copulas vocauêre, quod earum nexu verba verbis, & orationes orationibus coniunguntur. ¶ Dicitur & Copula, cuiuslibet rei duplex numerus, συνδυασμός, vnde Copula matrimonij.

‖Copularius, vinculum in collo canis. Cath.‖

Copulatum, vox Dialecticorum. Gell. *cap.* 8. *lib.* 16.

Cōpŭlo, as, are, Colligo, vincio, coniungo. { אסר *asar* חבר *chibbér* הרביק *hidebak.* συνδέω, συνάπτω. GALL. *Accoupler, lier ensemble, ioindre.* ITAL. *Congiongere, legare.* GERM. Zusammen knüpfen, zusammen kuppeln. HISP. *Ayuntar, atar.* ANGL. *To couple or bind together, to knitte with another.* } Plin. *lib.* 17. *cap.* 19. Insociabiléque arborum naturæ copulentur. Cic. *in Part.* Constructióque verborum tum coniunctionibus copuletur, tum dissolutionibus relaxetur. Plautus *in Pœn.* Quid ais tu quando mecum caput & corpus copulas?

Cōpŭlor, aris, deponens, idem significat. { ANGL. *To couple one thing with another.* } Plaut. *in Epid.* Caue sis cum filia mea Hanc copulari, neque conspicere. Idem *in Aul.* Adeunt, consistunt, copulantur dextras.

Cōpŭlātŭs, participium. Connexus, coniunctus. { מחבר *mechubbar.* συμπλακείς, συζυγής. GALL. *Conioint, accouplé.* ITAL. *Congiento, accoppiato.* GERM. Zusammen geknüpft, oder gebunden. HISP. *Ayuntado, atado iuntamente.* ANGL. *Coupled or tied together.* } Cic. 4. *Tusc.* Hæc quæ dico cogitatione quidem inter se differunt: re verò copulata sunt.

Cōpŭlātŭs, nomen ex participio. Cic. 1. *Offic.* Nihil autem est amabilius, nec copulatius, quam morum similitudo bonorum.

Cōpŭlātĭo, nis, verbale, Connexio, coniunctio. { מחברת *machbéreth.* συνδεσμός, συνάφεια. GALL. *Conionction, accouplement.* ITAL. *Cogiontione, vnione.* GERM. Zusammenbindung, zusammenfügung. HISP. *Ayuntamiento, atadura.* ANGL. *A coupling or tying together.* } Cic. 1. *de finib.* Ita effici complexiones & copulationes, & adhæsiones atomorum inter se.

Cōpŭlātē, aduerbium, coniunctè.)(Simpliciter. { συμπεπλεγμένως, συνημμένως. GALL. *Conioinctement, par copulation, en accouplant.* ITAL. *Congiontamente, vnitamente.* GERM. Aneinander, beyeinander. HISP. *Ayuntadamente.* ANGL. *By coupling or tying one with another.* } Gell. *lib.* 10. *c.* 24. Diequinti pro aduerbio: copulatè dictum est.

Cōpŭlātīvŭs, a, um, quod copulat, vel copulare potest. συνδετικός. Vnde Coniunctio copulatiua.

Cŏquo, is, xi, ctum. Est cibum esui aptum reddo. { בשל *bischschél* נזד *nazadh* אפה *aphâh.* ἕψω, πέσσω. GALL. *Cuire, cuisiner.* ITAL. *Cuocere, cucinare.* GERM. Kochen. HISP. *Cozer, cozinar.* ANGL. *To boyle, or seeth, to bake.* } Inde Caraes coctæ, dicuntur carnes elixæ, siue assæ, siue alio modo ad edendum paratæ, i. ὀψημένα. ¶ Coquere cœnam, prandium, cibum. Plaut. *Asin.* & *Ruden.* Plin. *lib.* 5. *cap.* 1. Huius proprietas vt ventilletur in coquendo, donec desinat olere. ¶ Coquere bellum & consilia, per translationem, hoc est, parare & moliri clanculum. Liu. 8. *ab Vrbe*, Omnibus consultationibus inter se principes occultè Romanum coquebant bellum. Idem 3. *ab Vrbe*, Impotentibus instructi consiliis quæ secretò ab aliis coquebant (i. moliebantur.) Vide *Incoctus.* ¶ Coquit me cura. Cic. *de senect.* O Tite si quid ego adiuuero, curámve leuasso, Quæ nunc te coquit (ὦ Τίτε ἄν τί σοι ἐγὼ ...) & versat sub pectore fixa. Macerat & coquit eum sollicitudo. Quint. ¶ Fructus etiam coqui dicuntur, cùm Solis calore ad maturitatem perducuntur. Virg. 2. *Georg.*

Mitis in apricis coquitur vindemia saxis.

Plin. Ægrescunt sexagenis diebus siti maximè, antequam fici coquantur autumno. ¶ Coquere item ventriculus dicitur: vnde & Coctio dicitur vna ex naturalibus animæ functionibus, qua cibus mutatur in qualitatem parti nutriendæ conuenientem.

Cŏquĭto, as, frequentatiuum est à Coquo: quo Plautum vsum fuisse pro Coctitare, autor est Festus. { ANGL. *To boyle or seeth often.* }

Cŏquīnāri, est coquinariam artem exercere. { אפה *aphâh* בשל *bischchél.* μαγειρεύειν. GALL. *Cuisiner, faire la cuisine.* ITAL. *Essercitare l'arte de cuoco, cucinare.* GERM. Kuchenmeisterey treiben mit kochen vmbgehn. HISP. *Cozinar, el cozinero.* ANGL. *To exercise cookerie.* } Plaut. *in Aulul.* Nunquid ego vnquam, nisi hodie ad Bacchas venio in Bacchanal coquinatum? An coquinatum te ire pollulas? Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 3. & actiue, Quanti coquinare perdoces? *Ibidem.*

Cŏctŭs, a, um, à coquendo, quod crudum non est, sed assum, elixum, aut frixum, aut alio modo esui aptum redditum. { מבשל *meschal.* ἑφθός, GALL. *Cuit.* ITAL. *Cotto.* GERM. Gekocht. HISP. *Cozido.* ANGL. *Sodden, boyled.* } Martial. *lib.* 3.

Esse negas coctum leporem poscisque flagella.

Cocta sunt opsonia, iube ire accubitum. Plaut. *Men. sc.* 4. *a.* 1. Facile lauta coctáque omnia vt sint. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Quid curat coctum an crudum edam? Idem *Aul. sc.* 2. *a.* 3. Tibi cœna cocta erit in Capitolio. Gell. *cap.* 14. *lib.* 10. Quicquid incoctum non expromit, coctum dabit. Plaut. *Merc. sc.* 2. *a.* 2. ¶ Accipitur pro maturo: vnde Coctaram vocamus cæli temperiem, qua fructus maturescunt. Transfertur etiam ad orationem Cic. *ad Att.* Bene coctus & conditus sermo. ¶ Huius compositum est Recoctus, hoc est, bis coctus, vt Crambe recocta. Vide in verb. *Recoquo.*

Cŏctĭo, nis, verbale, ipse coquendi actus. { מאפה *maapheh.* πέψις. GALL. *Cuisson.* ITAL. *Cottura.* GERM. Kochung. HISP. *Cozedura.* ANGL. *The boyling or seething of any thing.* } vnde Coctionem facere, pro concoquere

& conficere cibum in ventriculo, quod vulgus *Digerere* vocat. Plin. *lib.10. cap. 9.* loquitur & in melle cibi gratia maximè vti coctionem factas. Vetus est nihili coctio. Plaut. *Asin. sc. 3. a. 1.*

Coctinatoria vasa, à Paulo appellantur *in l. 9. de ... leg.* pro Cocinatoria, id est, coquinatoria. Nam c pro q, frequenter in antiquis libris reperitur. Vasa autem Coquinatoria, eadem sunt quæ Plinius vocat *Coquinaria*. Male autem in nonnullis legitur *Concinnatoria*.

Coctura, æ, Coctio, aut id quod coquitur. { ... ANGL. *A seething or which is sodden.* } Colum. *lib. 12. cap. 18.* Si quinta pars piscis Brutiæ in vinitectam cocturam adiiciatur, vtilissimum sit omni vindemiæ. ¶ Coctura dicitur etiam cœli temperies, i. perfecta fructuum coctione. Plin. *lib. 14. cap. 4.* Quum C. Gracchus Tribunus plebis seditionibus agitatis fuit interemptus, ea cœli temperies fulsit, quam Cocturam vocant, &c.

Coctito, as, frequentatiuum, quo Plautus sæpe vtitur. ἑψήτω.

Coctiuus, a, um, quod facilè coquitur, vel maturatur. { ... GALL. *Qui se cuit ou meurit facilement.* ITAL. *Che facilmente cuoce.* GERM. *Das sich gern kochen läßt.* HISP. *Cosa que presto se cueze.* ANGL. *That is easilie boyled or made ripe.* } vt, Coctiua poma, Coctiuum legumen, Coctiuæ castaneæ, id est, nigra, quæ magis in vsu sunt. Plin. *lib. 15. cap. 23.* Laudatior Corelliana, & ex ea facta Meterana, quam rubens cortex præfert triangulis & popularibus nigris quæ Coctiuæ appellantur.

Coctilis, e, { ἑφθός. GALL. *Cuit, fait par cuisson.* ITAL. *Cosa cotta.* GERM. *Gekocht.* HISP. *Cosa cozida.* ANGL. *That is boyled or sodden.* } Accipitur pro re quæ cocta est, & non cruda: sicut fictile quod factum est à figulo. Plin. *lib. 7.* Epigenes apud Babylonios septingentorum viginti annorum obseruationes syderum coctilibus laterculis scripta docet.

Coctibilis, e, quod facilè coquitur. { εὐέψητος. GALL. *Aisé à cuire, facile à digerer.* ITAL. *Facile da cuocere.* GERM. *Das sich leichtlich vnd gern kochen läßt.* HISP. *Cosa que presto se cueze.* ANGL. *Easilie sodden, boyled or baken.* } vt, Coctibilis caro. Plin. *lib. 16. cap. 6.* Glans fagea suem hilarem facit, carnem coctibilem, ac leuem & vtilem stomacho.

[Coquimella, arboris genus. Ibid.]

Coquina, Locus in quo dapes coquuntur. { מבשלות *mebashschelah*. μαγειρεῖον, ὀπτάνιον. GALL. *Cuisine.* ITAL. *Cucina.* GERM. *Eine kuche.* HISP. *Cozina.* ANGL. *A kitchin.* } Nonius, Culinam veteres coquinam dixerunt. Item interpres Iuuenal. *sat. 11.*

Coquinaria, æ, Ars coquendi quæ ad victum spectant. μαγειρική. Apuleius *de Philosophia*, Harum imitatrices esse coquinariam & vnguentariam.

Coquinarius, a, um, quod ad coquinam pertinet. { μαγειρικός. GALL. *De cuisine.* ITAL. *Cio che à cucina s'appartiene.* GERM. *Das zur kuchen gehört.* HISP. *Cosa de cozina.* ANGL. *Belonging to a kitching.* } Vnde vasa coquinaria dicta à Plin. *lib. 33. cap. 11.*

Coquinus, a, um, Coquinum forum, potiùs furinum. Plaut. *Pseud. sc. 2. a. 3.*

Coctilicia taberna, apud Iul. Capit. *in Pertinace* à quibusdam interpretatur, in qua ligna vendebantur cocta, ne fumum emitterent: cuius generis fuerunt, quæ Græci ἄκαπνα vocarunt. Verba Capitolini sunt, Pater eius coctiliciam tabernam in Hetruria exercuerat. Solere autem ligna coqui, autor est Vlp. *l. ligni appellatio, de leg. 3. ... de verb. signific. l. carbonum.* Sed & titiones (inquit) & alia ligna cocta, ne fumum faciant, &c.

Coculum, vas æneum coctionibus aptum. { סיר *sir* דוד *dudh* פרור *parur*. χαλκίον. GALL. *Chauderon, marmite.* ITAL. *Caldaro, olla da cucinare.* GERM. *Ein erin geschirr in dem man kocht.* HISP. *La olla en que se cueze la vianda.* ANGL. *A kettle, a chauldron.* } Plin. Æneis coculis excocta est mihi omnis materia. ¶ Alij cocula accipiunt pro lignis minutis, quibus facilè decoquuntur obsoniæ. Autor Festus.

Coquus per q, siue per c, qui cibos coquit. { אופה *opheh* מבשל *mebaschschel*. μάγειρος. GALL. *Cuisinier, queux.* ITAL. *Cuoco, cucciniere.* GERM. *Ein koch.* HISP. *Cozinero.* ANGL. *A cooke.* } Mart.

Nempe coquum manus scindere quàm leporem.

Idem,

Non satis est ars sola coquo, seruire palato.

Namque coquus domini debet habere gulam.

Cic. *in Pis.* In ea cena coquus meus, præter ius feruens, nihil potuit imitari. Quasi cum vna multa iura confundit coquus. Plaut. *Most. sc. 3. a. 1.* Peiorem coquum non potui ducere, gloriosum, insulsum, inutilem. Idem *Pseud. sc. 2. a. 3.* Et plura *ibid.* de furacitate eorum. Coqui aquilinis & milinis vngulis. *Ibid.* postquam opsonauit & conduxit coquos (ad nuptias.) Idem *Aul. sc. 1. a. 2.*

Coquulus, diminut. Paruus coquus. { μαγειρίσκος. ANGL. *A litle cooke.* }

Cor, dis. { לבב *lebab* לב *leb*. καρδία. GALL. *Cœur, courage.* ITAL. *Cuore, coraggio.* GERM. *Das hertz.* HISP. *Coraçon.* ANGL. *The harte.* } Præcipuum inter viscera & vitæ sedes, & arteriarum ac caloris natiui, quo animal regitur, quasi fons quidam ac domicilium. Vide Galen. *lib. 9. de vsu part. & lib. 7. de Anat. administ.* Cic. *3. de Diuin.* nullum animal quod sanguinem habet sine corde esse potest. Liberalissimo corde atque animo. Plaut. *Pseud. sc. 3. a. 5.* Cordi & animo obsequentes. *Ibid. sc. 1. a. 5.* In corde instituere eum cœpit tanquam in taberna. Idem *Pseud. sc. 4. a. 2.* Nec sapere corde, nec oculis vti. Idem *Merc. sc. 3. a. 2.* Stultitia est facinus magnum timido cordi credere. Idem *Pseud. sc. 1. a. 2.* Cordi mihi fuit id facere. Gell. *cap. 13. lib. 12.* Cor meum, pro ego. Idem *cap. 2. lib. 7.* Cruciatur iecur, radices cordis pereunt. Plaut. *Curt. sc. 1. a. 2.* Cor colligatis vasis expectat vt aufugiat exulatum ii, &c. Idem *Pseud. sc. 3. a. 4.* Vis nos amplè ...? Si tibi cordi est, libet. Idem *Most. sc. 4. a. 1.* Argumenta in pectus initium, & in corde voluntas, si quod est mihi cor. *Ibidem sc. 1. a. 1.* Quid est quod astute voluis tecum in corde? Idem *Mil. sc. 2. a. 2.* Scio illud quam doluerit cordi meo. Idem *Amph.* Scio illum, quem catus sit cordi meo. Idem *Men. sc. 1. a. 2.* Nulla est in corde confidentia quin amiserim. Idem *Amph.* Cordi & memoriæ habere. Gell. *cap. 19. lib. 1.* Corde amare inter se. Plaut. *Capt. sc. 4. a. 2.* Cor meum cœpit artem facere ludicram. Idem *Aul. sc. 3. a. 4.* Id petam persequar corde, animo, viribus. Idem *Capt. sc. 5. a. 2.* Hæc res in pectore & corde curæ est. Idem *Men. sc. 2. a. 5.* Titubanti animo, corde & pectore. Idem *Pseud. sc. 1. a. 1.* Quantum cordi conspicio. *Ibid. sc. 1. a. 3.* Amor aduenit in cor meum pro imbre. Idem *Mostell. sc. 2. a. 1.* Cor dolet cum scio, vt nunc sum, & vt fui. *Ibid.* Cur tria corda se dixit habere Ennius. Gell. *cap. 17. lib. 17.* Cor micans. Vide *Mico*. ¶ Et quoniam ex veteribus nonnulli mentis sedem in corde collocauerunt (quod tamen secus se habet) factum est, vt cor pro animo, siue mente positum inueniamus. Cic. *1. de publ.* Nec enim sequitur vt cui cor sapiat, ei non sapiat palatum. Idem *4. Tusc.* Alius cor ipsum animus videtur: ex quo Excordes, Vecordes, & Concordes dicti. Hinc etiam dicimus Cordi est: hoc est, placet animo meo. Idem *de Amicit.* Ilque mihi eò magis cordi est. Idem *pro Quintio*, Mihi vita arida atque horrida cordi est. Terent. *Andr.* Si hæ nuptiæ tibi sunt cordi. Idem *Phorm.* Quia vterque vtrique est cordi. ¶ Cor ne edito, μὴ ἐσθίειν τὴν καρδίαν, Ne curis tuum ... animum excrucies.

Corculum, diminutiuum à Cor. { καρδίον, ψυχίδιον. GALL. *Petit cœur.* ITAL. *Cuore picciolo.* GERM. *Ein hertzlin.* HISP. *Pequeño coraçon.* ANGL. *A litle hart, a darling, a minion.* } Plaut. Meum corculum, meus molliculus caseus. ¶ Fuit etiam hoc P. Nasicæ cognomen à prudentia impositum. Cic. *1. Tusc.* Et Nasica ille prudens, bis Consul, Corculum appellatus. Corculum enim, teste Festo, dicebant antiqui solertem & acutum. Plin. *lib. 7. cap. 31.* Catos, Corculos apud Romanos cognominatos esse refert, qui sapientia præstiterunt.

[Corcula, iaculatrix. Cath.]

Cordatus homo, Prudens, qui solertia multa pollet & ingenio. { נבלב *nilbab*. ἔμφρων, συνετός, νουνεχής. GALL. *Qui est d'un cœur sage & prudent.* ITAL. *Huomo prudente coraggioso.* GERM. *Ein fürsichtiger weiser vnd geschwinder mensch.* HISP. *Varon que tiene coraçon, sabio, prudente, y astuto.* ANGL. *Discrete, wise, of honest mynde and iudgement.* } Lucil. *lib. 3.* Non inficior fuisse illum pauló cordatiorem, quàm cæteros, qui naturam rerum putauerint ingenio posse comprehendi. Cic. *lib. 1. Tusc.* Egregiè cordatus homo Catus Ælius Sextus.

Cordatè, aduerbium, Sapienter, prudenter. { σοφῶς, νουνεχῶς, ἐμφρόνως. GALL. *D'un bon cœur, sagement, prudemment.* ITAL. *Saggiamente.* GERM. *Weißlich, dapfferlich.* HISP. *Prudente y sabiamente.* ANGL. *Wiselie and discretelie.* } Plautus *Pœn.* Quas tu sapienter, doctè, & cordatè, & catè, &c.

Cordax, Pes, siue mensura metrica est, qua alio nomine appellatur Trochæus. Cic. *in Orat.* Trochæus, qui est eodem spatio, quo Choreus, Cordax ab Aristotele appellatur.

Cordicitus, idem quod, ex corde.

Cordolium, Commiseratio, & quasi dolor cordis, quod vocabulum in quotidiano sermone est vsitatissimum: quo & vetustissimi autores vtuntur. { עצבון חלב *hitsbon halleb*. καρδιαλγία. GALL. *Douleur au cœur.* ITAL. *Cordoglio.* GERM. *Schmertz vnd traurigkeit des hertzens.* HISP. *El cordojo, dolor de coraçon.* ANGL. *Doleur or greiff of the hart.* } Plaut. Mihi cordolium est. Idem *in Pœn.* Ibi tibi erit cordolium, siquam ornatam meliùs fortè aspexeris. Idem alibi negat mulieri esse cordolium. nam mulier nulla cordicitus, dolet ex animo. [Diuisè quidam legunt *cor dolium*, quòd doleret: sicut *vinum crucium*, quòd acore cruciaret. Meurs.]

Cora, æ, Latij oppidum, quod Coriani populi tenuerunt, à Dardano orti, quorum meminit Plin. in descriptione Italiæ.

Coracesius, κορακήσιον. Pars Tauri montis, Plin. *lib. 5. c. 27.*

Coracos petra, κόρακος πέτρα, id est, Corui saxum; locus in Ithaca. Stephanus.

Coraconnesus, κορακόνησος, insula quædam. Steph.

Coracinus, { κοράκινος. ANGL. *Belonging to a rauen blacke.* } idem est, quod Coruinus, κοράκινος, color niger. Paul. *l. 78. D. de leg. & Pandect. lib. 32.* Coccum quod proprio nomine appellatur, quin versiculoribus cederet nemo dubitauit: quin minus porrò Coracinum, in thysginum, aut melinum sub nomine, quàm coccum purpuráve designatur. ¶ Est etiam Coracinus nomen piscis, Aristoteli κορακῖνος, Hesychio κορακῖνος, & diminutiuè apud Athenæum κορακίδιον à κόραξ, à κόρακος niger, & κινεῖν. Piscis est marinus ex squamosorum genere Auratæ, vel Melanuro non dissimilis, magnitudine interdum plus cubitali, coloris subnigri, recens capto caput auro atque purpura & splendet & nigricat, dorsum verso repandum. De Coracino vide Athenæum *lib. 7. & 8.* præter Aristot. *hist. lib. 8. cap. 3. & lib. 5. cap. 7.* Strabon. *lib. 19.* Plinium cum multis locis, tum *lib. 3. cap. vlt.* vbi Pullum Coracinum dixit, sed mendosè editum *racinum*. Dictus est etiam *Saperda* Athenæo.

Corallum, { ראמות *rameth*. κοράλλιον. GALL. *Du coral.* ITAL. *Corallo.* GERM. *Corall.* HISP. *El coral.* ANGL. *Corall.* } Frutex est mollis, sub aqua nascens, colore viridi, baccas ferens candidas (teste Theoph. *in tractatu de gemmis*) qui ex aqua exemptus, confestim lapidescit, rubentemque contrahit. Nascitur in mari rubro, sed vilius: laudatius in Oceano Septentrionali iuxta Orchadas insulas, item in mari Siculo circa Heliam & Drepanum. Scribendum est autem Coralium vnico l, contra communem abusum. Inuenitur enim sæpe apud probatissimos poëtas antepenultima correpta. Ouid. *lib. 4. Metam.*

Nunc quoque coraliis eadem natura remansit.

Idem 15. *Metamorph.*

Sic & Coralium quo primùm contigit auras.

Claudianus geminauit l, literam, vt syllabam breuem extenderet.

Mergit se subitò, vellitque corallia Clotho.

Coralius, κοράλιος, Phrygiæ fluuius est, qui alio nomine Sangarius dicitur. Autor Plin. *lib. 6. cap. 1.*

Corali, populi sunt Ponti: immanitate insignes. Ouid. *lib. 4. de Pont.*

Hei mea cui recitem, nisi flauis scripta Coralis.

Coralloachates, gemma est ex Achatæ generibus, similis coralio aureis guttis distincto. Plin. *lib. 37. cap. 10.*

Coram, adu., cum genitiuo. [videri queat dici, quasi coïram, à coëo, id est, conuenio.] { נכח *necabach* לפני *liphne* על פני *hal pene*. GALL. *Deuant, en presence.* ITAL. *In presenza.* GERM. *Vor, bewüßtenlich, gegenwertiglich.* HISP. *En presencia.* ANGL. *Before in presence, openlie.* } Præpositio est seruiens ablatiuo, quæ contrariam habet significationem præpositioni Clam: vt, Coram Senatu orationem habui.

habui. Differt tamen à Palam, quòd Coràm magis ad personas certas: Palam ad omnes refertur. Coram indiget adiectione, Palam non indiget. Et differt ab Ante, quòd ante oculos, longè intelligi potest: Coràm proximitatem significat. Terent. *in Eunucho*. Qui mihi ante oculos coràm amatorem abduxit tuum. Coràm & in præsentia, idem est, refertúrque ad corporalem præsentiam. Vide Bart. *in l. 3. in fin. ff. de aut. tutor.* Coràm factum ex natura rei plerunque illud non videtur cui intelligentia non accesserit. *l. diem. §. coram. ff. de arbit.* Vide Alciatum *in l. coram Titio. de verb. sign.* Te ipsus coràm præsens præsentem videt. Plaut. *Pseud. sc. 7. a. 4.* ¶ Suo casui aliquando postponitur. Tacit. *lib. 1.* Multaque eo coram. Idem *lib. 3.* Senatu coram *Iouiem*, Patribus coram.

Corambe, es, {κράμβη ἡ κοράμβη, ἁλμεῖς. ANGL. *Colewortes.*} Herba est nota, quam nos brassicam vocamus, ita dicta quasi Corambe, παρὰ τὸ ἀμβλυνεῖν τὰς κόρας, hoc est, ab eo quòd oculorum pupillas hebetet.

Corasmi, populi sunt Asiatici, vt autor est Herod. *lib. 1.*

Coras oppidum in Volscis.

‖Coraula, ioculator. Gloss. Isid.‖

Corăx, acis, vel acos, κόραξ, Rhetoris antiquissimi nomen, qui primus in Sicilia post Hieronis mortem artem dicendi conscripsit. ¶ Huius sic meminit Cicer. *in Bruto*: Itaque ait Aristoteles, quum sublatis iam in Sicilia tyrannis, res priuatæ longo interuallo iudiciis repeterentur, tum primùm (quòd esset acuta illa gens, & controuersa natura) artem & præcepta Siculos Coracem & Tisiam conscripsisse. Hæc Cicero. ¶ Fertur item Corax primus extitisse, qui artem hanc mercede fuerit professus, Tisiámque ea lege instituendum suscepisse, vt mercedis partem præsentem numeraret, reliquam tum demum persolueret, quum in iudicio causa perorata, victoriam reportasset. Quum itaque Tisias non parum in arte profecisset, causam tamen nullam reciperet, idque fraude facere videretur, ne reliquum mercedis præceptori persolueret: Corax hominem in ius vocat, causámque omnem in huiusmodi confert dilemma. Disce (inquit) stultissime adolescens, vtroque modo futurum quod postulo, siue viceris, siue condemnatus fueris. Nam à victore merces mihi ex pacto debebitur: quippe ita inter nos conuenerit, vt quum primam ex iudicio victoriam reportasses, reliquum mihi mercedis persolueretur. Sin ego vicero, nihilominus iudicij laqueis teneberis, vtpote sententiis iudicum condemnatus. Ad hæc Tisias: Imò (inquit) tu potiùs disce, præceptor sapientissime, neutro modo futurum quod postulas. Nam si tu viceris, ex pacto tibi nulla debebitur merces: quandoquidem ita conuenit, vt eam tum demum persoluerem, quum causa perorata victor discessissem. Sin ego vicero, quid quæso expectes à victore iudicum calculis absoluto? Hisce auditis iudices adolescentis ingenium admirati, qui telum in se contortum, tam astutè in præceptorem retorserat, feruntur acclamasse illud, quod etiam hodie prouerbij locum obtinet, κακοῦ κόρακος κακὸν ᾠόν, id est, Mali corui malum ouum: alludentes nimirum ad Coracis nomen, quod Latinè coruum significat. ¶ Est item Corax, Sarmatiæ Asiaticæ mons, Colchidem habens à Meridie: de quo Ptol. *lib. 5. cap. 9.* Plin. Coraxicum appellat *lib. 5. cap. 27.* ¶ Est item Corax Ætoliæ mons non procul à Callidromo. Autor Ptol. *lib. 3. cap. 15.*

Corăxi, κόραξοι, populi Colchidis, iuxta Antemunta fluuium, quorum vrbem Dioscoriadem, quondam clarissimam commemorat. Plin. *lib. 6. cap. 5.*

Coraxicus, κοραξικὸς, Tauri montis pars à gentibus sortitata nomen. Vide Plin. *lib. 5. cap. 27.* Ptolemæo Corax dicitur.

Cŏraxis, κοραξὶς, mons qui à Septentrione Colchidem claudit. Est fluuius eiusdem nominis, qui ex monte sui nominis oritur. Vide *Corax*.

Corban, est donum, seu munus.

Cŏrbis, is, vas ex viminibus factum, Canistrum. {סל חורי *sal chori.* κόφινος, ταλαρίσκος. GALL. *Coffin, corbeille, manne, ou panier d'osier.* ITAL. *Corbe, corba, paniere.* GERM. Ein korb. HISP. *Cesto, cesta texida de vimbres.* ANGL. *A panier or basket made of osiars.*} Cic. *pro Sest.* Messoria se corbe contexit. Dicta secundum Varronem ab eo, quòd spicas aliudve quid eò corruebant. Olim enim spicas demessas in corbes conijciebant, atque ita in areas ferebant: teste eodem Varrone *lib. 1. de re rust. cap. 50.* Dicimus autem, hic, vel hæc Corbis. ¶ Per corbem mensuram facere & effundere, apud Vlp. I C. vulgò *mesurer à corbeilles.* ¶ Corbis etiam inter nauales instrumenta numeratur. Est enim vas quod in summitate mali suspenditur, vnde desuper tela in hostium naues deiiciuntur.

Corbulă, diminutiuum. {κοφινίδιον, ταλαρίσκιον. GALL. *Petit panier.* ITAL. *Picciolo cestoy paniere.* GERM. Ein körblin. HISP. *Pequeño cesto.* ANGL. *A little basket or panier.*} Vnde Cato *de re rust. cap. 11.* Scribit villicum habere oportere corbulas Amerinas quatuor. Corbulum, in neutro genere, dixit Sueton. *in Nerone cap. 19.* Primus rastello humum effodit, & corbulo congestam humeris extulit. Imò *Corbulam* legendum Paser. ait.

‖Corbita, in legibus Longobardorum est pro *stupro*, *infamia*. inde ducunt *cambitte*, tanquam & *corbita* Fr. o & a inter se commutantur sæpe.‖

Cŏrbitæ, Naues onerariæ dictæ, quòd in earum malo summo corbes solerent suspendi, vnde & longinquè dubitæ prospici, & tela è superiore loco in nostium naues conijci possent. Plaut. Tardiores multò, quam corbitæ sunt etiam in tranquillo mari. Cic. *ad Attic. lib. 16.* Corbitam e Patras, & ac ... ad Leucopetram Tarentinorum, est inde Corcyram: & si oneraria statimne, recto, an Syracusis.

Cŏrbito, as, are, In corbitam immitto. Plaut. *in Cas.* Ego noui illas ambas estrices, corbitant. Vbi comesse poslunt. Per translationem dixit, Corbitant, pro eo quod est, ventrem implent, quasi nauigium onerent.

‖Corbona, Iudæis, thesaurus sacer. Corba, donum in corbona repositum. Cerda.

Corcagia, *Corke* Anglis, *Korcach* indigenis, V. E. Hiberniæ sub A. Cassellens, patria S. Brioci, à quo Briocopolis in Britannia Aremorica nomen habet.‖

Corcholipis, genus simiæ est, quæ vltimam partem caudæ villosam habet. Festus.

Cŏrchŏrus, {κόρχορος. GALL. *Mouron, ou morgeline.* ITAL. *Anagallo.* GERM. Gauchheil ... HISP. *Morrages.*} Herba est humilis, altitudine palmum non excedens, quæ alio nomine *Anagallis* appellatur. Numeratur autem inter vilissima olera: vnde locus factus est prouerbio, κόρχορος ἐν λαχάνοις, hoc est, Corchorus inter olera: quod de iis dici solet, qui fortuna sua ampliores honores appetunt, & sese intra suam pelliculam continere non possunt. Erasmus *in Adagijs*.

Corculum, vide *Cor.*

Corcyrus, siue Corcyra, Κέρκυρα, *Corfu*. Insula in Ionio mari, ditionis hodie Venetæ, Vlyssis naufragio, & Alcinoi hortis clara: olim Phæacia à Phæace dicta, qui genitus fuit ex eiusdem nominis Nympha, Asopi filia rapta à Neptuno, & ad insulam delata, cui nomen fecit. Vbi grauida facta, Neptuno peperit Phæacem, qui fuit pater Alcinoi. Lucan. *lib. 2.*

Hinc latè patet omne fretum, seu vela ferantur
In portus Corcyra tuos, seu læua petuntur Illyris.

Huius meminit & Homerus *Odyss.* 8. Plin. *lib. 4. cap. 12.* Insulæ autem ex aduerso Thesprotiæ Corcyra, a Buthroto XII M. pass. eadem ab Acroceraunis quinquaginta millibus, cum vrbe eiusdem nominis Corcyra, liberæ conditionis, & oppido Cassiope, templóque Casij Iouis, passus XCVII M. in longitudinem patens: Homero dicta Scheria & Phæacia. Hæc Plinius. Venetorum est hodie. Huius insulæ meminit Virgil. 3. *Æneid.* vt annotauit Seru.

Linquere tum portus iubet, & considere transtris
Certatim socij feriunt mare, & æquora verrunt.
Protinus aerias Phæacum abscondimus arces,
Littoráque Epiri legimus, &c.

Aerias arces Phæacum, inquit Seruius, insulam dici sitam inter Epirum & Calabriam, vbi regnauit Alcinous. Hæc ille. ¶ Libera Corcyra, caca vbi libet, ἐλευθέρα Κέρκυρα, χέζ᾽ ὅπου θέλεις. Prouerbialis figura dicitur ab Eustathio in Dionysium, quo significamus libertatem quandam agendi: sed magis quadrabit vbi significabimus impunitatem esse maleficiis. ¶ Est & altera eiusdem nominis insula, cognomento Melæna, hoc est, nigra, viginti tantùm M. pass. distans ab illa, quam Pomp. *lib. 2.* inter Electridas numerat. Meminit eius & Plin. *lib. 3. cap. vlt.* Hinc adiectiuum Corcyræus, Κερκυραῖος. Cic. *Attic. lib. 6. cap. 113.* *dictum.* Sempronij Rufi cognomi ex epistola Corcyræa.

Corcyris, Κερκυρίς, vrbs Ægypti. Steph.

‖Corda, pro chorda.‖

Cordalio, nomen Lorarij. Plaut. *Capt. sc. 4. a. 3.* Et Cordalius nomen liberti. *Ibid.*

Cordatè, Cordatus, Cordax. vide *Cor.*

‖Cordax, κόρδαξ, genus saltationis comicæ: item choreus, illi saltationis generi per metricus aptissimus.

Cordela, cordella. L. g. b. parua corda, notæ significationis.

Cordelion, aluta. Idem L. g. b.‖

Cŏrdiăcus morbus, vide *Cardiacus*.

Cordilio, Stoicæ sectæ Philosophus fuit, patria Pergamenus, qui quum omnium & regum & principum amicitias sperneret, a Catone tamen tenerrimè amatus & sæpius rogatus passus est, vt illum in castra comitaretur. Volaterr. *lib. 14.*

Cordolium, vide *Cor.*

Corduba, Κορδύβα, vulgò *Cordoua*. Oppidum Hispaniæ Bæticæ, vtriusque Senecæ, & Lucani patria, vt testatur Martial. *lib. 1. ad Licinu.* Duósque Senecas, vnicúmque Lucanum Facunda loquitur Corduba. ¶ Hinc Cordubensis conuentus dictus est, vnus est iuridicis Bæticæ conuentibus, qui sunt omnino quatuor, Astigitanus, Hispalensis, Cordubensis, & Gaditanus, de quibus Plin. *lib. 3. cap. 1.*

‖Cordula, palustris lana. Rond.‖

Cŏrdus, a, um, quod serotina fœtura natum est. {קשיף *kasiph.* ὄψιγονος. GALL. *Tardif, né ou produit hors saison, ou en arriere saison.* ITAL. *Tardo, che nasce dopo il tempo debito.* GERM. Das spat gewachsen / oder geboren ist. HISP. *Cordero, que nasce tardio.* ANGL. *That is begotten late in the yeare, latewarde haye, that lattermath.*} vt, Cordum fœnum, autumnale, quòd scilicet autumno secatur. Col. *lib. 7. cap. 3.* Aluntur autumnali fœno, quod Cordum vocatur. Sic corda frumenta dicta sunt, quæ serò maturescunt. Et cordi agni, serotini, qui post tempus debitum nascuntur, quos vulgus vocabulo inde deducto *Cordiscos* nominat. Plin. *lib. 8. cap. 47.* de ouibus loquens: Gerunt partus diebus CL. postea concepti inualidi: Cordos vocabant antiqui, post id tempus natos. ¶ Dicitur & de hominibus vltra tempus legitimum in vtero gestatis. Vnde apud Suetonium, Cordi Cremutij nomen legitur. Quo nomine etiam dictus est scriptor historiarum, quem sequitur Iulius Capitolinus in vita Gordianorum. Quinetiam Quint. *lib. 1.* præcipit scrutandas esse à subtili præceptore origines nominum, vnde Agrippa, & Opiter, & Cordus, & Posthumus dicantur. Varr. *de re rust. lib. 2. cap. 1.* per aspirationem scribit Chordon, & ἀπὸ τοῦ χορίου deriuat, quod significat vaiuam intimam, siue inuolucrum, quo fœtus in vtero matris inuoluitur. Latinè Secundas vocant.

Cordus, inter præceptores Alexandri Mammeæ nominatur. ¶ Cordus item Cremutius declamator nobilis fuit, cuius meminit Tranq. *in Caligula.* ¶ Fuit & Cordus historicus, qui Imperatorum vitas conscripsit, cui vitio vertitur, quòd eorum qui obscuriores essent, minima etiam persequeretur. Nam quando processerit, & quando cibos variauerit, aut quoties vestem mutauerit, fare de clarissimis notisque vitiis commemorandum est. Autor Capitolinus.

‖Cordylus, animal amphibium. Rond.‖

Cordylus, Κόρδυλος, vrbs Pamphiliæ. Steph.

Cordyla, {κορδύλη. GALL. *Vn petit poisson que les thonnines engendrent, qui par apres deuient grand, & lors s'appelle thon ou tonnine.* ITAL. *Pesce piccolo generato dal tonno.* GERM. Ein gattung fischer ... HISP. *Atun pequeño.* ANGL. *A little fish which the tounie engendereth.*} Thunni partus vocatur, dum adhuc paruus, qui postea pelamidis, & post annum, qui iam adoleuit, Thynni nomé capit, teste Plin. *lib. 6. c. 15.* Martial. *lib. 3.*

Ne toga cordylis ... paenula desit olivis.

Coressa, Hellados, id est, Græciæ insula Plin. *lib. 4. cap. 12.* At in Hellade, insignis, circumuentum in Ægeo Lecades, Scaphia, Coressa, Phocata, compluraque alia, ex aduerso Atticæ, sine oppidis, & ideo ignobiles.

Corfinianum,

[Corfinianum, V. F. Ferutiæ, hodie *Pientia*, sic dicta ab Ænea Siluio, illius vrbis ciue, qui adepto Pontificatu, Pius II est nuncupatus.]

Corfinium, oppidum est in Pelignis, quod belli ciuilis tempore Domitium, qui id pro Pompeio occuparat, obsidione coactus Cæsari dedidit. Hinc Marsi postea Italicum appellauêre, belliique Marsici tempore aduersus Romanos receptaculum, atque adeo propugnaculum sibi construxere, vt est videre apud Strab. *lib.* 5. Vulgò *Pentinia ò campo di S. Pellino*.

Corfinienses, eius oppidi incolæ: quorum meminit Plin. *lib.* 3. *cap.* 12.

Cordi, aduerbium apud veteres, pro Profectò, quasi ex corde ago, id est, loquor recitius.

Coriacesia, herba est, qua Magi tradiderunt aquam conglaciari, quo etiam nomine à Pythagora celebrata fuit, teste Plin. *lib.* 24. *cap.* 17.

Cŏrĭāceum, vide *Corium*.

Cŏrīgo, infesta (vt Columel. inquit *lib.* 6.) pestis bubulo pecori, quum scilicet pellis ita tergo adhæret, vt apprehensa manibus deduci à costis non possit. {*σκληρὰ ἐν τῷ βοῒ δέρμα*. Angl. *Hidebound, à sicknesse of cattel.*} Ea res non aliter accidit, quàm si bos, aut ex languore aliquo ad maciem perductus est, aut sudans in opere faciendo, refrixit, aut si sub onere pluuia madefactus est. Vide Col. *lib.* 6. *cap.* 12.

Cŏriandrum, {*κορίαννον*. Dioscoridi. Gall. *Coriandre*. Ital. *Coriandolo*. Germ. Coriander. Hisp. *Culantro*. Angl. *Coriander*.} Herbæ genus est, etiam hodie nomen retinens: cuius semen saccharo conuestitum, non extremum inter bellaria locum obtinet. Vide Plin. *lib.* 20. *cap.* 20. Indunt coriandrum, fœniculum, allium, Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 3. & *Men. sc.* 2. *a.* 2.

Cŏrĭāgĭnōsŭs, {Angl. *Sicke of the hidebound*.} qui coriagine laborat, vt coriaginosum iumentum, apud Vegetium *de re veterinaria*.

Cornua etiam vocantur dentes elephanti à Plin. *lib.* 9. *c.* 5. & *lib.* 18 *in præfat.* licèt *lib* 8. *cap.* 3. ita scribit de Elephantis, Prædam ipsi in se expectandam sciunt solam esse in armis suis, quæ Iuba cornua appellat. Herodotus tanto antiquior, & consuetudo melior dentes.

Coriannon, id est, Corium, vel Coriandrum, Diosc. *lib.* 3. *cap.* 11.

Corias, æ, piscis genus, Plin. *lib.* 36. *cap.* 11.

Coriarius, vide *Corium*.

Coricæ, insulæ duæ sunt apud Peloponnesum. Plin. *lib.* 4. *cap.* 11.

Coricondame, *κορικονδάμη*, prope Sinopen est: gentile Coricondamites, vnde & palus Coricondamitis, Steph.

[Corimbata, nauis. Gloss. Isid.]

Corinium, *κορίνιον*, Liberniæ vrbs apud Ptol. *lib.* 2. *cap.* 17. quæ Corinium Plinio dicitur. ¶ Est etiam hoc nomine apud Ptolemæum vrbs Britanniæ, quæ vulgò *Clarticestria* vocatur.

Cŏrinnă, *κόριννα*, doctissimarum aliquot poëtriùm nomen fuit, quarum prima Thebana fuit, seu Tanagræa, Archelodori & Procratiæ filia, & Myrtidis discipula, quæ Lyricorum principem Pindarum quinquies vicisse, & epigrammatum quinque libros edidisse fertur. Secunda fuit Thesbia, veterum monumentis plurimum celebrata. Tertia floruit Ouidij temporibus ipsi poëtæ charissima. de hac Mart.

Norat Nasonem sola Corinna suum.

Corinnus, *κόριννος*. Iliensis poëta fuit, qui primus Iliada conscripsisse creditur, & Homero maioris operis argumentum suppeditasse. Suidas.

Corinthas, adis, herba alio nomine Menais dicta, cuius succo in aqua decocto, serpentium ictus protinus sanari prodidit Democritus, referente Plin. *lib.* 24. *cap.* 17.

Cŏrinthŭs, *κόρινθος*. Vrbs Achaiæ, ferè in medio isthmi Peloponnesiaci sita (Isthmos autem Græci vocant angustias, quibus à peninsula ad continentem est aditus) ab Ortu Saronicum, ab Occasu Crissæum sinum habens, qui & Corinthiacus dicitur: duobus inclyta portubus, quorum Lechæum Ionio, Schœnus Ægæo imminet mari. Vnde & Bimarem Corinthum poëtæ peculiari epitheto appellarunt. Ouid. 4. *Fast.*

Aridacémque petens latè, bimarémque Corinthum.

Horat. *lib.* 1. *Carm. Ode* 7.

Laudabunt alij claram Rhodon, aut Mitylenem,
Aut Ephesum, bimarísve Corinthi Mœnia.

Fertur autem Corynthus primò à Sisypho latrone Æoli filio condita fuisse & Coreyra nominata, autore Strab. postea Ephyre, deinde euersa, & instaurata à Corintho Marathonis, seu Pelopis (vt Suidæ placet) siue (vt alij volunt) Orestis, seu Iouis filio, Corinthus appellata. Habuit autem hæc vrbs montem præruptum, iisdem mœnibus conclusum, in quo arx fuit nomine Acrocorinthus, & Pirene fons Musis sacer. Hanc vrbem Cic. *pro lege Manilia*, Græciæ totius lumen appellat. Eò enim potentiæ propter situs opportunitatem excreuit, vt vix Romanæ vrbi concedere, tantùmque in fastum euasit, vt populi Romani Legatos iniuriosiùs appellare, & (si Strab. credimus) etiam sordibus perfundere non dubitaret. Qua re commoti patres, quum etiam antea crescentem in dies vrbis potentiam suspectam haberent, bellum illi inferendum censuerunt. Missus itaque in Græciam L. Mummius, Corinthum obsedit, tandémque captam incendit, solóque æquauit, adeò vt vix vllum Corinthi vestigium fuerit relictum. Quo incendio quantæ opes fuerint absumptæ, docet Florus his verbis: *Quid signorum (inquit) quid vestium, quidve tabularum raptum, incensum, proiectum est? Quantas opes victor & abstulerit, & cremauerit, hinc scias, quòd quicquid Corinthij æris toto orbe laudatur, incendio hunc superfuisse comperimus.* Nam & æris pretiosiorem notam ipsa opulentissimæ vrbis fecit iniuria, quia incendio permistis plurimis statuis atque simulachris, æris, argenti, aurique venæ in commune fluxerunt. Non est cuiuslibet Corinthum appellere, *οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐς Κόρινθον ἔσθ' ὁ πλοῦς*. Verùm iuxta ac vetustum adagium de rebus arduis & aditu periculosis, quísque non sit cuiuslibet nominis affectare, Suidas & Gell. ¶ Apollodorus autor est, fuisse & alias hoc nomine dictas ciuitates, quarum vna fuit in Thessalia, altera in Epiro, tertia in Elide.

Cŏrinthĭŭs, & Corinthiensis, adiectiua, quæ sic ab inuicem distinguuntur, vt Corinthij, *κορίνθιοι*, sint, qui Corinthum habitant, seu qui ex Corintho nati sunt. Corinthienses, qui alibi nati sunt, sed negotiantur Corinthi. ¶ Vt Corinthia videris corpore quæstum facturâ, *ὡς κορινθία ἑταίρα*. In mulierem incompertiùs libidinantem veteribus dicebatur vulgato ioco. Sic & Corinthiari, *κορινθιάζειν*, dicebantur ij, qui scortationibus ac lustris indulgerent, quive lenocinium exercerent.

Corinthia vasa, *κορίνθια σκεύη*, dicuntur ex ære Corinthio fusa, quæ tanto olim in pretio habita sunt, vt sæpe argenti, nonnunquam etiam auri æstimationem excederent. Æris autem Corinthij, non naturalis erat, sed artificio quæsita nobilitas, auro argentoque æri permistio. Hæc autem metallorum commistio casu primùm est adinuenta confusis ex Corinthi incendio metallis. Tria autem sunt genera Corinthij æris, vt docet Plin. *lib.* 34. *cap.* 2. Candidum, quod nitore accedit quàm proximè ad argentum: in quo scilicet argenti mistura præualuit. Alterum in quo aurifulua color inspicitur. Tertium, in quo æqualis temperies omnium fuit. Cic. *lib.* 2. *Tusc.* Scis igitur si quid de Corinthiis tuis amiseris posse habere te reliquam supellectilem saluam. Corinthia, id est, æra. Quintil. Corinthium fontem ebibere. Plaut. *Aul. sc.* 5. *a.* 3. Suet. *in Aug. cap.* 7. & *in Tib. cap.* 3. & Senec. *cap.* 9. *de Tranq.* Corinthia (sup. vasa) & tabulæ.

Cŏrinthĭăcŭs, a, um, *κορινθιακός*, quod ex Corintho est. Ouid. *lib.* 3. *Trist.*

Illa Corinthiacis primùm mihi cognita terris.

Corn. Front. *de diff. vocab.* inter Corinthium, & Corinthiacum distinguit. Corinthium (inquit) ciuem dicimus, & Corinthiacum vas.

Corinthiarius, à Suet. positum est pro amatore nimio Corinthiorum vasorum.

Coriolana pyra, quæ dicuntur, vide Plin. *lib.* 15. *cap.* 15.

Coriolanus, Martij ciuis Romani nobilissimi cognomen fuit, ab eo in memoriam Coriolanorum vrbis à se expugnatæ vsurpatum. Hic plebis odio in exilium actus, Volscis pop. Rom. hostibus se commisit, patriæque infestissimum bellum intulit: neque à quoquam aut precibus, aut minis inflecti potuit, nisi à Veturia matre & Volumnia vxore. vide historiam latiùs apud Liuium *lib.* 2. *ab Vrb.* Hunc Cic. *in Bruto*, cum Themistocle confert his verbis: Bellum (inquit) Volscorum illud grauissimum, cui Coriolanus exul interfuit, idem ferè cum Persarum bello fuit, similisque fortuna clarorum virorum. Siquidem vterque quum ciuis egregius fuisset, populi ingrati pulsus iniuria, se ad hostes contulit, conatúmque iracundiæ suæ morte sedauit. Hæc Cic. Coriolani vitam vide latiùs apud Plutarchum.

Corioli, *κορίολοι* Steph. Latij oppidum fuit, à Cn. Martio expugnatum. Vnde & ipse Coriolanus dictus est. ¶ Coriolani eius oppidi incolæ. Plin. *lib.* 3. *cap.* 4.

Corion, {*κόριον*. Gall. *Mille pertuis*. Ital. *Perforata*. Hisp. *Caraconzillo, millforado*. Angl. *S Iohnes worte*.} Herba est, oleraceo frutice, tenui, cubitali, rubente, folio rutæ, odore acri, semine in siliqua nigro: alijs nominibus Hypericum, & Chamæpitys appellata, teste Plin. *lib.* 26. *c.* 8. In officinis Hyperici nomen retinet. Vulgus *Perforatam*, & *D. Ioannis herbam* appellat.

Coris, *κόρις* Dioscoridi, frutex est folio ericæ, sed minore, & pinguiore, & rubente, palmum altus, sapore grato, acri, odorato. Quidam Hypericum appellant. Plin. *lib.* 26. *cap.* 8. ¶ Est & aliud Hypericon, quod alij Corin appellant, folio tamaricis, & sub ea nascitur, sed pinguioribus folijs, & rubentibus.

Corisens, leue mobile in modum sagittarum. Virg. 10. *Æneid.*

Corisensque leues humeris, & letifer arcus.

Sic Nonius. Verùm apud Virg. legimus, Coritique leues humeris, &c. Vbi Seruius, Coriti propriè sunt arcuum thecæ. Dicuntur tamen etiam sagittarum, quas & Pharetras vocamus.

Corissus, *κορησσός*, vrbs Ephesi: vocis originem Steph. explicat, sed locus mutilus & corruptus videtur. Hinc Corissus, Corissites. ¶ Est & Corissia, *κορησσία*, oppidum & nauale Co insulæ. Steph.

Coritus, *κόριτος*, Rex Aboriginum: nam omnes Aboriginum reges Coriti appellabantur, vt ex Beroso apertissimè constat, atque hinc apud eum sæpe legas ita. Italus filium suum Morgetem creauit Coritum, & Morges Corbolasconem Coritum creat: hoc est, regem. Et de hoc Rege intelligendum est in locis illis Virgilij cum ait, Venerat antiquis Coritis de finibus Acron. & *ibi*, Nec satis extremas Coriti penetrauit ad vrbes. Quibus in locis valde deceptus est Seruius, qui putauit Corytum fuisse non solùm regem, sed etiam ciuitatem & montem Thusciæ, cùm nec apud Ptolemæum, nec apud Strabonem, nec apud Plinium, nec apud quemquam antiquorum (quod sciam) talis ciuitatis, aut montis nomen reperiatur.

[Coritza, puella, virgo. L. g. b.

Coritzola, corrigia. Idem L. g. b.]

Cŏrĭŭm, animalium est, præsertim eorum quæ crassiorem pellem habent, ac duriorem: quamuis quandoque de quacunque pelle dicatur, etiam rerum inanimatarum. {עור *Hor*. *βύρσα*, *σκῦτος*, *δέρμα*. Gall. *Cuir ou peau*. Ital. *Cuoio, pelle*. Germ. Ein haut oder leder. Hisp. *Cuero à corteza*. Angl. *The leather or hide of a beast*.} Cæs. 2. *bell. ciuil.* Super lateres coria inducuntur, ne canalibus aqua immissa lateres diluere posset. Cic. 2. *de nat. Deor.* Quarum aliæ coriis tectæ sunt, aliæ villis vestitæ, aliæ spinis hirsutæ. Apud Plin. Corium terræ est, non tam cutis ejus, faciésque summa, quàm tectorium & tratumen quoddam crassius, cui & aliud quoque subesse potest corium. Nam in parietibus struendis, ordines ipsi laterum Coria à Vitruuio dicuntur: hoc est, quæ vulgò turba opificum appellat *Cursus*. Budæus *in annotationibus in Pan.* Per corium, per viscera, Elephanti brachium transmittere. Plaut. *Milit. sc.* 1. *a.* 1. Herus meus Elephantino corio circumtectus est, non suo. *Ibid. sc.* 2. *a.* 2. Coria bubula, vide *Bubulus*. Supra Corij meminit, & *in Amphit. prol.* Plaut. & *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. ¶ Dicitur & Corius masculini generis. Idem *in Pan.* Heri in tergo meo tres facilè corios contriuisti bubulos. De alieno corio ludere, prouerbio dicuntur, qui securiùs agunt, sed alieno periculo. Apul. *in Asino aureo lib.* 7. Coriaceum auxilium, *σκύτινον ἐπικούρημα*, apud Atticos infirmum & imbecille dicebatur. Refertur apud Hesychium.

Cŏrĭăceum, quod ex corio est. {*σκύτινος*. Gall. *De cuir*. Ital. *De cuoio*. Hisp. *De cuero*. Angl. *Made of an hide*.}

Cŏrĭārĭŭs, qui coria concinnat, præsertim crassiora. {*βυρσοδέψης*. Gall. *Courayeur, qui abille de cuir*. Ital. *Coriario*. Germ. Ein gerber, lederbereiter. Hisp. *Curtidor que adoba cueros*. Angl. *A curriér or dresser or tanner*,

ter, a tanner.} Plin. *lib.*17. *cap.*9. In coriariorum officinis pilo madefacto. Coriarius præterea est herba sylvestris, foliis myrti, cauliculis breuibus, venena & tineas pellens: & frutex coriarius appellatur subrutilus cubitalis crassitudine digitali, cuius aridis foliis, vt malicorio, coria perficiuntur. Alio nomine *Rhus* appellatur, teste Plinio *lib.*24. *cap.*11.

Cōrnē, Collis suburbanus agri Tusculani, qui olim lucum habuit faginum, antiqua religione Dianæ consecratum: de quo Plin. *lib.* 15. *cap.vlt.*

Corneates, populi sunt Pannoniæ, apud Plin. *lib.*3. *cap.*25.

Cōrnēlĭă, κορνηλία, mattona nobilissima fuit, Sempronij Gracchi vxor, & Tiberij & Caij Gracchorum mater, & maioris Africani filia, quæ à Valerio Maximo laudatur, quòd matronæ Campanæ ornamenta sua pulcherrima ostentanti, non aurum, non gemmas, non denique vestes opposuerit, sed liberos, qui maxima sunt matronarum ornamenta. Fuit hæc mulier doctissima, & Latinæ puritatis diligentissima obseruatrix, quæ etiam Epistolas tersissimè scriptas reliquit: quarum meminit & Cicero *in Bruto.* Legimus, inquit, epistolas Corneliæ matris Gracchorum: apparet filios non tam in gremio educatos, quàm in sermone matris. ¶ Quintilianus item Corneliæ eloquentiam commendat his verbis, Magni interest, (inquit) quos quisque audiat quotidie, quibuscum loquatur à puero, quemadmodum patres, pædagogi, matres loquantur. Eloquentiæ Gracchorum mater Cornelia pro illo tempore plurimum contulit. Hæc Quintilian. Lege & Senec. *cap.*16. *de consol.ad Elb.* Fuit & Cornelia P. Sestij vxor, cuius meminit Cicer. *lib.*5. *Epist.famil.* his verbis: Non satis, inquit, credidi homini prudenti, tam valdè esse mutatam voluntatem tuam: sed posteaquam & Cornelia tua Terentiam conuenit, & ego cum Quint. Cornelio loquutus sum, adhibui diligentiam, quotiescunque Senatus fuit, vt adessent.

Cōrnēlĭōrum, familia Romæ fuit in primis illustris: ex qua non minimi nominis fuit Cornelius ille Cossus, qui quum Tribunus esset militum in exercitu, Volumnium Lartem Veientem regem occidit, secundaque opima spolia Ioui Feretrio retulit: Cossus cognominatus à corporis rugositate. Cossos enim eos qui rugosi sunt, & aspera facie, à multitudine vermium, qui in ligno nutriuntur, Festus dicit vocari. ¶ Cornelius Asina, quum fundum emisset, sponsórque pretij ab eo expeteretur, postera die asinam sacculis pecunia plenis in forum adduxit pro splendore, vnde cognomentum accepit. Autor Macrobius. ¶ Cornelius Balbus, genere Gaditanus fuit, & à Gn. Pompeio Magno ciuitate donatus: qui deinde eo nomine in ius accersitus, quasi per imperitiam legis eum ciuitate Pompeius donasset, Ciceronis patrocinium meruit. Hic postea ex Cæsaris familiaribus factus, plurima apud eum & gratia & autoritate polluit. Cic. *Attic.* Fuit apud me Cornelius: hunc dico Balbum Cæsaris familiarem. ¶ Cornelius Centimalus, & Sulpitius Galba Consules, quum Annibal mœnibus appropinquaret, occurrentes magna vrbis trepidatione, extra vrbem castra habuere. Plutarchus *in Annibale.* ¶ Cornelius Epiradius, L. Cornelij Syllæ Dictatoris libertus, librum quem Sylla de suis rebus gestis imperfectum reliquit, suppleuit. Tranquillus. ¶ Cornelius Gellus, poëta fuit elegiographus, Foroiuliensis, qui Augusti fauore conscendit ad gradum Præturæ. Fuit primùm summus Octauij amicus, sed postea suspicione coniurationis, quum in eius odium impegisset, sibiipsi mortem consciuit anno ætatis quadragesimo tertio. Ouid. *lib.*3. *Eleg.*

Sanguinis atque animæ prodige Galle tuæ.

Cornelius Gallus (inquit Seruius) primus Ægypti præfectus fuit, & poeta eximius. Nam & Euphorionem Græcum transtulit in Latinum sermonem, & amorum suorum de Cytheride conscripsit libros quatuor. Hic primùm in amicis Augusti Cæsaris fuit: postea quum venisset in suspicionem quòd contra eum coniurasset, occisus est. Fuit autem amicus Virgilij adeò vt quartus Georgicôn à medio vsque in finem laudes eius teneret: quas postea iubente Augusto in Aristæi fabulam commutauit. Hic Gallus amauit Cytheridem meretricem, libertam Volumnij: quæ, eo spreto, Antonium euntem ad Gallias est secuta: propter quod dolorem eius consolatur. Virg. *Eclog.* 10. Hæc Seruius. Cytheridem autem quam deperibat, mutato nomine, Lycorim vocauit. Ouid.

Gallus & Hesperijs & Gallus notus Eois,
Et sua cum Gallo nota Lycoris erat.

¶ Corn. Merula Consul contra Boios in Galliam missus, XII. M. hostium cecidit. Aut. Liu. *de bell. Maced. lib.*5. ¶ Corn. Merula superioris nepos, Flamen Dialis, partium Syllanarum ingresso vrbem Mario in Iouis æde, venis succisis, se necando mortis contumeliosæ damnationem effugit: sacerdotisque sui sanguine foci vetustissimi maduere. Valer. *de Morte.* ¶ Cornelius Nepos, Ciceronis tempore vir disertus, vitas illustrium virorum scripsit: quarum tantùm Pomponij Attici extat, totiúsque æui historiam, tribus (Martialis verbis vtar) chartis explicuit. Huic Valerius Catullus Veronensis opus suum dedicat, vt indicat primum operis epigramma. Vide plura de hoc apud Crinitum. ¶ Cornelius Seuerus inter poëtas Epicos ab antiquis autoribus relatus est. Ingenio fuit magno, & in scribendis versibus facili. Constat eundem fuisse versatum in declamationibus, qua in re ingenium suum atque eruditionem maximè probauit: quum in eodem officio essent alij complures, vt Asinius Polio, Pompeius Silo, Porcius Latro, & Aufidius Bassus. A Fabio ita commendatur, vt versificator quàm poeta melior habitus sit. Scripsit inter alia multa, opus de bello Siculo, quod ab eo absolutum non est, propter immaturam mortem. Quod opus si absoluere potuisset, merito sibi secundum locum vendicasset, vt idem Quint. autor est. Extatque eius illud carmen quod eleganter defleuit Marci Ciceronis interitum, quod etiam Annæo Seneca magnopere commendatum est. Oraque magnanimum spirantia penè virorum In rostris iacuêre suis, sed enim abstulit omnes, Tanquam sola foret rapti Ciceronis imago, &c. Lex Cornelia de falso, Suet. *in Aug. cap.*33.

Cōrnētum, vide *Cornus.*

Cōrnĕus, vide *Cornu,* & *Cornus* arbor.

Cōrnĭcen, vide *Cornu.*

Corniclus, κορνίκλος, vrbs Latinorum, Steph.

Cōrnīcŏr, Cōrnīcŭla, vide *Cornix.*

Cōrnĭcŭlārĭus, nomen est ordinis in militia, sicut Commentariensis & Accensus. Docet Asconius Cornicularium à Corniculo sic inclinari, vt à Cornu Cornicinem. Nam qui Corniculo militabat, is & Cornicularius dicebatur. Vt in exercitu & acie dicitur cornu, ita in cohortibus Trib. militum corniculum, & fortasse in ordinibus centurionum, à quo Cornicularius, qui Corniculo tribuni militum præest. Tranquillus, Ac repugnantem adorti Clodianus Cornicularius & Max. Valer. Maximus, Cominius Trib. pleb. diem ad populum dixit, quod Cornicularium suum stupri causa appellasset. ¶ Maternus videtur ostendere, Cornicularium officium fuisse super sententiis damnatorum, quum ait *lib.* 2. Quòd si in his locis Mars se aliqua societate coniunxerit, vel si cum his fuerit inuentus, erunt homicidiis publici præpositi, & exceptores earum sententiarum, quæ de hominum capitibus proferuntur, aut cornicularij, aut commentarienses, sed quibus iura committantur.

[Cornicularij, milites, *cornetta,* qui corniculo merebant. Tum.]

Cōrnĭcŭlum, vide *Cornu.*

Cornificius, Poetæ eruditissimi nomen fuit, cuius egregia opera vsus est Augustus in bello Siculo. Hic *milites fugiens* non inscitè *Galeatos lepores* solebat appellare: à quibus tandem destitutus ab hostibus circumuentus est & occisus. Huic soror fuit nomine Cornificia, cuius carmen magno in pretio habitum fuit.

Cornigenus, Corniger, Cornipes, vide *Cornu.*

Cornicarum duarum, locus trans Tyberim erat, cornicibus dicatus, quòd in Iunonis tutela cornices esse putabantur. Autor Festus.

Cōrnīx, {κορώνη. GALL. *Vne corneille.* ITAL. *Cornice cornacchia.* GERM. Ein kräy. HISP. *Corneja.* ANGL. *A crowe.*} Auis viuacissima, minor coruo, quæ cæterarum auium dux esse dicitur. Annosa cornix, Horat. 3. *Carm.* Improba cornix, Virg. 1. *Georg.* Idem 9. *Eclog.*

Ante sinistra caua monuisset ab ilice cornix.

Picus, cornix est ab læua, coruus à dextra. Plaut. *Asin. sc.*1. *a.*2. ¶ Cornix scorpium, κορώνη τὸν σκορπίον, subaudi rapuit. Quadrat in hos, qui parant eos lædere, vnde tantumdem mali sint accepturi vicissim. Quemadmodum cornix correpto scorpio, arcuata illius cauda vulnus accepit lethale, periitque. ¶ Cornices etiam accipi solent pro iis, qui se sapientiores ac duces aliorum videri volunt: vnde cornicum oculos configere prouerbio dicimus, pro eo quod est, veterum scientiam nouo inuento obscurare, & efficere vt priores nihil scisse videantur. Cic. *pro Murena.* Inuentus est scriba quidam Cneus Flauius, qui cornicum oculos confixerit, & à prudentibus iuris sapientiam ipsorum compilarit. ¶ Est etiam cornix annulus ferreus, quo ostium pulsatur, à figura, aut potiùs garrulitate sic dictus.

Cōrnīcŭlă, diminutiuum. {κορωνίς. GALL. *Corneille ou graille emmantelée.* ITAL. *Picciola cornacchia.* GERM. Ein kleine kräy. HISP. *Pequeña corneja.* ANGL. *A litle crowe, a dawe.*} Hieronymus *ad Paulinum,* Malo alieni operis interpres existere, quàm (vt quidam faciunt informes corniculæ) alienis me coloribus adornare. Alludit ad corniculam illam, quæ (vt in fabulis est) alienis pennis ornata, reliquis auibus aliquandiu non paruæ fuit admirationi, donec deprehenso fuco, suas quæque pennas aues repetentes, nudam corniculam destituerunt. Quam fabulam ita tangit Horat. *in Epist.*

——— ne si repetitum venerit olim
Grex auium plumas, moueat cornicula risum
Furtiuis nudata coloribus.

Cōrnīcŏr, aris, deponens, Significat more cornicum garrio. κρώζω. Pers. *Satyr.* 5.

Nescio quid secum graue cornicaris, inepte.

Cōrnv, & hic Cornus, secundùm Priscianum, à curuore (vt scribit Varro) nominatur. {קרן *kéren.* κέρας. GALL. *Corne, cornet.* ITAL. *Corno.* GERM. Ein horn. HISP. *Cuerno.* ANGL. *An horne.*} Plin. *lib.*28. *cap.*11. Dentes mobiles confirmat coruini cornus cinis. Idem *lib.*11. *cap.*37. Omnibus autem caua & in mucronem demum concreta sunt cornua, ceruis autem solida & singulis annis decidua. ¶ Tollere cornua, pro eo quod est animo efferri, nunc quoque tritissimum est. Horatius *in Epod.* Namque in malos acerrimus, Parata tollo cornua. ¶ Sic addere pauperi cornua, idem *de Baccho.* ¶ Pauperem sumere cornua, Ouid. *de ebrietate.*

Iam feror in pugnas, & nondum cornua sumpsi.

Idem *Eleg.*9. *lib.*4. *Trist.* Vulcanum in cornu conclusum geris. Plaut. *Amphit.* Boues aliquem incursare cornibus, idem *Aul. sc.*4. *a.*1. Metuo ne in me obuertat cornua. Idem *Pseud. sc.*3. *a.*4.

Et tumidum cornu durius inguen habet,

Ouid. 2. *Fast.*

Candida nec nigrâ cornua fronte geras, (ô liber.)

Idem *Eleg.*1. *lib.*1. *Trist.* Tractum à pecoribus, quæ cornibus oppositis minantur. ¶ Hinc fiunt Vnicornis, μονόκερως: Bicornis, δίκερως: Tricornis, Quadricornis. ¶ Per translationem cornua fluminum dicuntur flexus & curuitates alueorum, quòd multis in locis ad cornuum similitudinem flectantur. Cicer. *Attic. lib.*9. Ab vtroque portu cornu moles iacimus. Valer. Flac. *lib.*1. *Argonaut.*

——— Elatis cornibus amnes.

Cornibus hic fractis (Rhenus.) Ouid. *Eleg.*2. *lib.*4. *Trist.* ¶ Cornua etiam in re nauali. Liuius *lib.*3. *d.*4. & 6. *d.*4. Cæs. 3. *de bell. ciuil.* ¶ Item de crinibus:

——— madido torquentem cornua cirro.

Iuuen. 13. ¶ Item cornua antennarum, significant vtramque partem antennæ. κεραία. Virg. 3. *Æneid.*

Cornua velatarum obuertimus antennarum.

¶ Similiter in prælio cornua dicuntur aciei partes ab vtroque latere prominentes. κέρας. In exercitu enim est dextrum & sinistrum cornu, & quod inter vtrunque est, dicitur Media acies. Terent. *in Eunuch.* —in medium huc agmen cum vecti, Donax, tu Simalio in sinistrum cornu, tu Syrisce in dextrum. Cæs. 1. *bell. Gall.* Ipse à dextro cornu prælium commisit. Malè multatum cornu aciei. Velleius. Item Cornua Galeæ. Liu. 7. *bell. Punic.* Vbi alterum cornu fractum vocat insigne Galeæ. ¶ Item Cornu, βυκάνη, genus est tubæ obtortæ, à quo

cornicines, *βυκανισταί*, dicti sunt: & dicitur cornu etiam si ex ære sit, propterea quod primum ex cornibus fierent. Varr. *lib. 4. de ling. Lat.* ¶ Cornua, pro bobus, apud Virg. *lib. 11.* ¶ Cornua in ense ea sunt quæ ex ferro prominent instar cornuum qua ensis capitur.

[Cornare, cornu resonare. Cath.

Corneolæ, gemmæ. Rhod.]

Cornuarius, κεραμοποιός, qui cornua militaria fabricat. Arcadius *D. lib. vlt. tit. 6. l. 6.* Cornuarios recenset inter eos, quibus aliquam vacationem munerum grauiorum conditio tribuit.

Cōrnūcōpiæ, *κέρας ἀμαλθείας*. Cornu fuisse existimatur, quod Hercules cum Acheloo in speciem tauri mutato congressus ei detraxit: hoc Naiades acceptum & omnem fructum primitiis refertum, Copiæ consecrarunt: vnde apud Ouid.

Acheloüs rigidum fera dextera cornu
Dum tenet, infregit, truncáque à fronte reuellit.
Naiades hoc pomis & odoro flore repletum
Sacrarunt, diuésque meo bona Copia cornu est.

Hæc (epistola) cornu copiæ est, vbi inest quicquid volo, Plaut. *sc. 2. a. 2.*

Cōrnēsco, scis. {קרן *karin.* κερατοῦμαι. GALL. *Deuenir dur comme corne.* ITAL. *Diuenir duro come corno.* GERM. Hart werden als ein horn / hörnin werden. HISP. *Hazerse duro como cuerno.* ANGL. *To waxe hard lik an horne.*} Plin. *lib. 11. cap. 49.* Viso quoque simul vt expirauerit, cornescere aiunt genitalia.

Cōrnĭcŭlum, diminutiuum à cornu. {κεράτιον. GALL. *Petite corne.* ITAL. *Piccial corno.* GERM. Ein hörnlin. HISP. *Pequeño cuerno.* ANGL. *A little horne.*} Plin. *lib. 11. cap. 28.* Aliis cornicula ante oculos prætenduntur ignauia. Idem *lib. 9. cap. 32. de cocleis,* Oculis carent, itaque corniculis prætentant iter. ¶ Hoc etiam nomine vocatum est oppidum apud Tarquinios, Κορνίκλον Steph. à quo oppidani Corniculani, Κορνικλανοί, appellati sunt. ¶ Est & Corniculum ornamenti genus, quod donabantur milites ab Imperatoribus pro re bene gesta. Liu. *lib. 10.* scribit Papyrium Consulem equites omnes ab insignem in bellis operam, donasse corniculis armillisque argenteis. ¶ Corniculum, (à quo Cornicularius) etiam vocabulum est militare, vulgò dicimus, *vne cornette.* Nam vt in exercitu cornu, ita in cohortibus Trib. militum ordinibúsque centurionum dicitur Corniculum. Tranquill. de claris Gramm. Corniculo, mox equo meruit.

Cōrnĭcŭlātŭs, κερασφόρος. vt, Luna corniculata, apud Apuleium *de Deo Socratis.*

Cōrnĭcēn, Qui cornu canit, [quòd nunc ex ære, initio ex bubulo cornu faciebant.] {κεραύλης, βυκανιστής. GALL. *Corneur.* ITAL. *Sonatore di corno.* GERM. Ein hornbläser. HISP. *Trompeta bastardo, ò que tañe el cuerno.* ANGL. *That bloweth on a horne.*} Iuuen.

Quadraginta dedit Græcis ut sollertia detem
Cornicini, siue hic recto cantauerit ære.

Hisce etiam olim in præliis vtebantur, quemadmodum & tubicinibus. Liu. *lib. 2. ab vrbe,* Cornicines, tubicinésque in equos impositos canere ante vallum iubet. Per cornicinem centuriata comitia vocabantur. Gell. *cap. 17. lib. 15.*

Cōrnĭgĕnŭs, a, um, quod est ex genere cornua habentium: sicut Caprigenum, quod est ex genere caprarum. κερασφυής.

Cōrnĭgĕr, Gerens cornua. {מקרין *makrin,* κερασφόρος. GALL. *Cornu, portant cornes.* ITAL. *Cornuto, che porta le corne.* GERM. Der hörner hat. HISP. *Cosa que tiene ò trae cuernos, cornudo.* ANGL. *Horned, that has hornes.*} vt, Cerui corrigeri. Ouid. 7. *Met.* Caput cornigerum. Idem *Epist. 5.* Fluuius corniger. Virg. 8. *Æneid.* Taurus corniger, apud Cicer. *de nat. deor.* Bacchus etiam corniger dictus est, quia simulachro Liberi patris cornua adiiciebantur, quòd vini inuentor fuerit: homines enim nimio vini potu truces redduntur.

Cōrnĭpēs, Animal corneos habens calceos, sicut equus & capra & huiusmodi vnguium, aut pedum animalia. {κερασίπους. GALL. *Qui a les pieds durs comme corne.* ITAL. *Chi a i piedi di corno.* GERM. Das hörnin schuch oder füß hat. HISP. *El que tiene los pies de cuernos.* ANGL. *Hard footed lik an horne.*} Ouid. *lib. 2. Fast.*

Cornipedi Fauno cæsa de more capella.

Nam Faunus caprinos pedes habere fertur.

Cōrnĭpĕtă, Animal quod cornibus petit, id est, ferit. κερατίζων.

[Cornuo. Cornuat aurum. Næuius. Scal. *in 6. Varron. de L. L.* elegans verbum, pro flectit & incuruat arcum, donec cornua inter se coirent. aurum pro aurato arcu. inde Cornuata vmbra. Varro *l. d.*]

Cōrnūtŭs, a, um, quod habet cornua. מקרין *makrin.* κερασφόρος, κεράστης. GALL. *Cornu, ayant cornes.* ITAL. *Cornuto.* GERM. Gehörnet. HISP. *Cosa que se tiene cuernos, cornudo.* ANGL. *That has hornes.*} Varr. 2. *de re rust. cap. 7.* Ætas cognoscitur equorum, & ferè omnium qui vngulas indiuisas habent, & etiam cornutorum. ¶ Potest etiam dici cornutum, quod procedit ex cornu. Mart.

Occubuit tantùm cornuto ardore petitus.

Cornutæ quadrupedes à veteribus dicebantur elephanti: nam quos in his dentes multi dicunt, cornua sunt.

Cōrnūtă, æ, Lyra altera, aliis Coccyx alter. Piscis marinus est octagonus, coloris punicei, totus squammis osseis contectus, aculeis lyræ pisci similis. De Cornuta Plin. *lib. 4. cap. 17. lib. 32. cap. vlt.* Priore loco sic legendum: Attollit è mari cornuta semipedanea ferè cornua, quæ ab his nomen traxit.

Cōrnĕŭs, a, um, adiectiuum nomen. {κεράτινος. GALL. *De corne.* ITAL. *Di corno ò colorato come il corno.* GERM. Hörnin. HISP. *Cosa de materia de cuerno.* ANGL. *Of an horne.*} Vnde hybernæ coronæ Corneæ dictæ sunt: quoniam negante tum flores terra, laminis è cornu tinctis fieri solebant. Vnde Corneum rostrum. Cic. *de nat. Deor.* Cùm sint aues excelsæ, cruribus rigidis, corneo, proceróque rostro. Corneus color, qui cornu, vel corni similitudinem refert. Plin.

Cōrnĕŏlŭs, aliud adiectiuum, idem significans, sed diminutiuè. Cic. 2. *de nat. deor.* Sed duros & quasi corneolos habent introitus, multisque cum flexibus, quòd his naturis relatus amplificatur sonus.

[Cornetum, *Corneto,* V. F. ad littus maris Tyrrheni, à paucis, ob æris æstiuo tempore insalubritatem, habitatum: cuius loci Episcopatus vnitus est cum E. Montis Flasconis.]

Cōrnŭs, tam quartæ, quàm secundæ declinationis, secundùm Priscianum, Arbor ramos habens, duritie & rigiditate cornibus similes, fructum circa solstitia ferens, primò candidum, postea sanguineum. {κρανέα. GALL. *Corneiller.* ITAL. *Corniolo, cornolaro.* GERM. Thierlinbaum oder cornelbaum. HISP. *El cerezo syluestre.*} Virg. 2. *Georg.*

——— *& bona bello Cornus,*

id est, apta bellantibus. Itala cornus. Idem *Æneid. lib. 9.*

Conicit̄ stetit tacuit, volo Itala cornus,

id est, telum ex corno factum.

[Cornus, ûs, pro cornu vt tonitrus, ûs. Prisc. *lib. 6.*]

Cornum, i, gener. neutr. Fructus arboris corni. {κράνιον. GALL. *Le fruict d'un corneiller, corneille.* ITAL. *Corniola, frutto del cornolaro.* GERM. Thierlin oder herlenkirsen. HISP. *La cereza syluestre.*} Virg. 3. *Æneid.*

——— *baccas lapidosaque corna*
Dant rami.

Cōrnĕŭs, a, um, quod ex corno est. {κράνινος. GALL. *De cornouiller, fait de bois de cornoiller.* ITAL. *Fatto di legno di cornolaro.* GERM. Thierlinbaumins corneibaumin. HISP. *Cosa de cerezo syluestre.*} Plaut. Duram ac corneam virgam. Corneapyrus. Plin *lib. 10. c. 20.* Venabula cornea, Ouid. *Epist. 4.* Virgulta cornea. Virg. 2. *Æneid.*

Cornetum, i, locus consitus cornis. Hinc Corneta, locus in vrbe intra sacram viam & macellum à cornis, quæ imputatæ loco reliquerunt nomen, vt esculetum ab esculo dictum, lauretum à lauro, fagutal à fago. Varr. *lib. 4. de lingua Latina.*

Cornifera ramu, hoc est, qui corna ferunt. Claudianus *lib. 1. de raptu Proserp.*

Stridula corniferis modulantur carmina ramis.

[Cornūta, piscis marinus. Rond.]

Cōrnūtūs, Κορνοῦτος Suidæ, Philosophus ex Lepti ciuitate Africæ, qui, teste Suida, non pauciores discipulos morum comitate, quam eruditionis nomine ad se pellexit. Floruit Neronis temporibus, à quo etiam fuit interfectus. ¶ Fuit & Cornutus Prætor vrbanus Romæ Ciceronis temporibus, de quo sic scribit *lib. Epist. 10.* Placuit nobis, inquit, vt statim ad Cornutum Præt. vrb. literas deferremus: qui quòd coss. aberant, consulare munus sustinebat more maiorum. Idem *Attic. lib. 1. epist. 9.* Bonis vtimur Trib. pleb. Cornuto verò pseudocatone.

Cŏrœbūs, sine aspiratione, Κόροιβος Suidæ, filius fuit Mygdonis (vnde à Virg. *Mygdonides* appellatus) qui incensus amore Cassandræ, quam etiam Priamus ei pater desponderat, ad Troiam venit, socero & Phrygibus laturus auxilium, quamuis ei à sponsa exitium, nisi abiret, esset prædictum. Nam ea nocte, qua Ilium recidit, occisus est a Peneleo quodam Græco. Virg. 2. *Æneid.*

——— *Iuuenísque Corœbus*
Mygdonides, illis qui ad Troiam fortè diebus
Venerat insano Cassandræ incensus amore.

Vnde prouerbium, Stultior Corœbo, [illegible] [illegible], Prouerbialis hyperbole in stupidos & vecordes.

Cŏrŏn, κόρον Dioscoridi, herba eadem est cum syluestri ruta.

Cŏrollă, Corollarium, vide *Corona.*

[Corona, quæ & Stephanopolis, & Bassouia, Germanis Cronstatt / vrbs Transsiluaniæ.]

CŎRŌNA, Sertum. {עטרה *hatarah,* στέφανος. GALL. *Couronne, chapeau de fleurs.* ITAL. *Corona, diadema.* GERM. Ein kranz. HISP. *Corona que se da al vencimiento.* ANGL. *A crowne or garland of flowres.*} Plaut. *Asinar.* Tum si coronas, serta, vnguenta iusserit Ancillam ferre Veneri. Cic. 4. *Verr.* Vnxisse vnguentis, complesse coronis & floribus. Ego te sacram coronam surripuisse Ioui scio. Plaut. *Men. sc. 5. a. 5.* Coronam deposuit sacrificans Minos nuntiata morte filij. Sen. *cap. 12. de consol. ad Mart.* Coronæ aureæ (alij laureæ) gestandæ ius in ludis. Velleius. Cum corona exit foras peracto conuiuio. Plaut. *Menæch. sc. 1. a. 3.* Capiam coronam in caput, atque me ebrium assimilabo. Idem *Amphit.* Serta, vnguenta, coronas, ferre Veneri & Cupidini. Idem *Asin. sc. 1. a. 4.* Accubantem cum corona amplexum amicam, *ibid. sc. 2. a. 5.* post cum corona derideto ebrius & cum corona florea Idem *Menæch. sc. 2. a. 4.* Dat mihi coronas (i. lari.) Idem *Aul. prolog.* Has coronas floreas, vt imponantur in foco nostro lari. *Ibid. sc. 5. a. 2.* Cum corona ebrius. Idem *Men. sc. 1. a. 4.* Cum corona ebrium Pseudolum vides? Idem *Pseud. sc. 2. a. 5.*

——— *Illam esse domum iensis,*
Augurium menti querna corona dabat.

Ouid. *Eleg. 1. lib. 3. Trist.*

Fumida cingatur florentibus ara coronis.

Idem *Eleg. 13. lib. 3. Trist.* Sub coronis venire dicebantur mancipia in bello capta, quia coronis induta. Gell. *cap. 4. lib. 7.* ¶ Item Corona dicitur Circumuallatio militum. Gell. *ibid.* De generibus coronarum. Idem *lib. 6. cap. 5.* Nouum genus coronarum Exploratoria. Sueton. *in Calig. cap. 5.* Corona oppugnare vrbem, Liu. *lib. 4. d. 4.* est, vt ibidem subiicit, vrbem cingere. Corona mœnia aggredi. Idem *d. 4. lib. 7.* ¶ Fuerunt autem apud Romanos variæ coronæ genera: Triumphalis, quæ Imperatoribus post victoriam ad vrbem redeuntibus ad triumphum mittebatur. Hæc antiquitus ex lauro fiebat: postea etiam ex purissimo auro fieri cœpta: quod etiam inde Aurum coronarium vocatur. Obsidionalis, quam liberati ab obsidione dabant ei, qui ipsos liberauerat ex gramine decerpto inde, vbi obsessos ille seruasset. Nam (vt ait Plinius) summum apud antiquos signum victoriæ erat, victos porrigere herbam è terra. Ciuica, quam ciuis ciui, à quo seruatus est in prælio, testem vitæ, salutisque præceptæ dat: & hæc erat primò lignea: postea magis placuit ex quercu, quòd ante inuentas fruges arboris eius glandibus homines victitarent. Muralis erat qua donabatur ab Imperatore qui primus murum ascendisset, inque oppidum hostium venisset. Hæc corona ad incitandos ad oppugnationem militum animos ex auro fiebat. Vallaris, quæ & Castrensis dicitur similiter aurea, habens insigne valli, qua donabatur, qui primus hostium castra pugna introisset. Naualis quoque aurea, quibusdam quasi rostris nauium insignita, qua donari consueuerat, qui primus maritimo prælio in nauem hostium vi transiliisset. Oualis myrtea erat, qua vtebantur Imperatores, qui ouantes introibant ciuitatem. Ouantes autem Imperatores

vrbem introibant quum bellum non ritè indictum erat, neque cum iusto hoste gestum: vtpote subactis seruis, aut piratis, aut humili alio quouis hoste: aut etiam quoties facta repentè deditione, victoria citra puluerem (quod dici solet) obtigerat. His itaque mittebatur corona ex myrto, quæ est arbor Veneri sacra, quòd huiusmodi victorias Venereas magis iudicarent, quàm Martias. ¶ Vnde myrteam coronam cupere, aut ambire, *μυρρίνην*, dicebatur, qui tyrannidem, aut magistratum ambiret. Suidas. ¶ Corona etiam dicitur ornamentum muliebre. Horat. *lib.* 1. *Carm.* Et scindit hærentem coronam crinibus. Item ponitur pro conuentu hominum circunstante. {ὁ ὄχλος ἀνδρῶν περιεστώς, ἄγυρις, κύκλος. GALL. *Vne compagnie de gens, en amas de peuple autour de quelqu'vn.* ITAL. *Cerchio de huomini.* GERM. Ein versamlung vieler leuten / besonder die in einem kreisweis vmbstehn oder sitzen. HISP. *Cerco ò cerillo de hombres.*} Cic. *pro Flacco*, A iudicibus oratio auertitur, vox in coronam turbámque effunditur. Idem *pro Milone*, Non enim corona vester consessus cinctus est, vt solebat. ¶ Item pro circulo circa lunam, ἅλως. ¶ Item pro signo cælesti supra humerum Arctophylacis. Virg. 1. *Georg.*

Gnosiaque ardentis decedat stella Coronæ.

Ferunt Ariadnen coronam dono accepisse à Theseo, inde nupsisse Libero patri: & post eius mortem coronam à Libero in cælo fuisse collocatam. Alij dicunt hanc coronam dedisse Bacchum Ariadnæ, quum ad Minoëm in Cretam venisset. Alij dicunt coronam dedisse Baccho datam à Venere, quum Ariadnen vxorem duceret. Hæc Cancro & Leone exoriente occidit: exoritur cum Scorpione Nonis Octobris: habet stellas nouem in orbem dispositas. ¶ Coronæ item sunt Prominentiæ & veluti supercilia quædam parietum, arcendis stillicidiis inuenta, fabri Cornices appellant & intabulamenta: siue structura, siue intestino opere constant. Vitruu. *lib.* 2. Summis parietinis structura testacea sub tegula subiiciatur, altitudine circiter sesquipedali, habeátque proiecturas coronarum: ita vitari poterunt quæ solent in iis fieri vitia. Budæus.

Cŏrōllă, diminutiuum, Parua corona. {στεφάνιον. GALL. *Petite couronne, petit chapeau de fleurs, chappelet.* ITAL. *Coronetta.* GERM. Ein krenglin / krönlin. HISP. *Pequeña corona.* ANGL. *A litle crowne or hatt of floures.*} Propertius, Me iuuat externis positum languere corollis. Interdiu cum corolla ebrium. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 5. Corollam dapsiles & lemnisci. *Ibid. sc.* 1. *a.* 5.

Cŏrōllārium, autore Varrone *lib.* 1. significat id quod additum est supra mensuram, præterquam quod debitum est, tanquam auctarium quoddam: à corollis nomen deductum, quòd hæ, quum placuerant actores, in scena dari solitæ sint. {ἐπίμετρον, στεφανωτικόν, ἐπίδοσις, ἐπίμετρον. GALL. *Le pardessus ou parensus, le surplus ou surcroist.* ITAL. *Corollario, dante, da vetti vn corollario anchor per gratia.* GERM. Zusatz / das man vber die rechte maß noch herzu gibt. HISP. *La corona ò augmentacion que se añade à otra.* ANGL. *That is castor put tomore then the measure, the ouerplus.*} Vnde & Corollaria dicuntur ipsæ Coronæ. Suet. *in August.* Itaque Corollaria & præmia alienis quoque muneribus ac ludis, crebra & grandia de suo offerebat. Plin. *lib.* 21. Paulatim & Romæ subrepsit appellatio Corollis, inter initia propter gracilitatem nominatis, mox & Corollariis, postquam è lamina ærea tenui inaurata, aut inargentata dabantur. Cicer. *in Verrem.* Nolo hic colligere, qui numulis corrogatis de nepotum bonis, ac de scenicorum corollariis decimam emerunt. ¶ Hæc autem quum pretij parui forent, factum est, vt Corollarium pro re leuiori acciperetur. Plin. *lib.* 9. *cap.* 35. At illa corollarium esse, consumpturámque eã in cœna taxationem confirmans. Apul. symbolicè Corollarium vocauit posticum concubitum, quum ait, Mihi iam fatigato, de propria liberalitate Photis puerile obtulit corollarium. ‖ Sed simpliciter dici potest, quod in summitate instar corollæ superimponitur.‖

Cŏrōno, as, Coronam capiti impono. {עטר *határ.* στεφανόω. GALL. *Couronner.* ITAL. *Coronare, incoronare.* GERM. Krönen. HISP. *Coronar.* ANGL. *To crowne.*} Plin. *lib.* 15. *cap.* 4. Athenæ quoque victores oleo coronant. Virg. 1. *Æneid.* Crateras magnos statuunt, & vina coronant. ¶ Vbi Seruius, *Vina* pro poculis posuit, *Coronant* autem est, aut implent vsque ad marginem, aut quia antiqui coronabant pocula, & sic libabant. Vnde est, magnum cratera corona Induit, impleuitque mero. ¶ Coronare, item in coronamenta venire, Coronis faciendis adhiberi. Plinius *lib.* 21. *cap.* 9. Folio coronat & trifolium. *Ibidem cap.* 10. Et tantum folio coronant Iouis flos, amaracus, hemerocales, abrotonum, &c.

Cŏrōnātŭs, partic. Corona donatus, qui coronam habet in capite. {עטור *hatúr.* ἐστεφανωμένος. GALL. *Couronné.* ITAL. *Incoronato, coronato.* GERM. Gekrönt. HISP. *Coronado.* ANGL. *Crowned.*} Cicer. 2. *de Leg.* Sequebantur epulæ, quas inirent propinqui coronati.

Cŏrōnārĭŭs, ij, qui coronas nectit. {στεφανοπλόκος. GALL. *Qui fait bouquets ou chapeaux de fleurs, ou qui les vend.* ITAL. *Artefice de ghirlande de fiori.* GERM. Ein kronenmacher / oder kranzmacher. HISP. *El que haze ò vende coronas.* ANGL. *A maker of hattes or galandes of floures.*} cuius femininum est Coronaria, στεφανοπλόκος, ἡ. ¶ Mulier coronas conficiens. Plin. *lib.* 21. *cap.* 2. Factum id est ex ingenio, Pausiæ pictoris atque Glyceræ coronariæ, dilectæ admodum illi.

Cŏrōnārius, a, um, adiectiuum, quod ad coronas pertinet. {στεφανωτικός. GALL. *De couronnes, ou dequoy on les faict.* ITAL. *Cosa de far ghirlande de fiori.* GERM. Das zu den kronen oder kranzen gehört / oder auß dem man sie macht. HISP. *Cosa perteneciente à corona.* ANGL. *Belonging to crownes.*} Vnde, Aurum coronarium, ex quo coronæ conficiebantur. Cic. *pro lege Agrar.* Quod ad quemque peruenerit ex præda, ex manubiis, ex auro coronario. ¶ Coronarium opus, in modum coronæ factum. Plin. *lib.* 15. *cap.* 30. Ramos spargit à radice dodrantales, topiarij ac coronarij operis.

Cŏrōnāmentum, i, Coronarum materia, hoc est, flores, aut frondes, coloris, aut odoris gratia coronarum confectioni congruentes. {στεφανώματα. GALL. *Fleurs & autres choses à faire chapeaux & bouquets.* ITAL. *Fiori, viole, rose & simile cose da far ghirlande.* GERM. Der gewächs oder die materi auß welcher man kronen machen: als blumen / kreuter, &c. HISP. *Flores y otras cosas para hazer coronas.* ANGL. *Floures and such like thinges to make garlandes of.*} Plin. *lib.* 21. *cap.* 1. In hortis seri & coronamenta iussit Cato. Idem *eodem lib. cap.* 9. Folia smilacis & hederæ in coronamenta se dedêre, coronæque etiam obtinent principatum.

Cŏrōne, es, siue Corona, æ, Κορώνη. Peloponnesi oppidum est ad sinum Messeniacum, non procul à Pamisi fluminis ostio, etiam hodie nomen seruans. Vulgò *Coron*, ‖V.E. sub M. Atheniensi.‖

Cŏrōnæus, a, um, Κορωναῖος. vt, Sinus Coronæus, κόλπος Κορωναῖος. Vulgò *Golfo de Coron*, qui & Messeniacus, ab Acrita promontorio ad Tænarum vsque, agri Laconici promontorium extensus. Vide Plin. *lib.* 4. *cap.* 5. & Strab. *lib.* 8.

Cŏrōnēa, Κορώνεια, vrbs est Bœotiæ non procul ab Helicone, in colle sita, ita dicta (vt Steph. placet) à Corono Thersandri filio. In huius agro negant talpas aut gigni, aut aliunde illatas viuere posse. ¶ Est & altera eiusdem nominis vrbs in Phthiotide, non procul à Lagasis, cuius meminit Strab. *lib.* 9. Plin. *lib.* 4. *cap.* 7. Iuxta Cephisum amnem Lamia, & Anichia, Medeon, Phligene, Grephis, Coronea, Chæronia. ¶ Stephanus & alias eiusdem nominis vrbes commemorat, quas quòd nullam earum mentionem apud Geographum fide dignum inuenerimus, hic consultò prætermisimus.

Coronecola, genus rosæ est autumni tempore in tubo prouenìens. Plin. *lib.* 21. *cap.* 4.

Cŏrōnĭs, idis, fœm. gen. Summitas, seu apex alicuius rei velut montis, aut structuræ alicuius. {ראש *rosch.* κορωνίς. GALL. *Le sommet & fin bout de quelque chose, la fin.* ITAL. *Summità, cima, altezza.* GERM. Der oberst spitz oder gipfel eines bergs. Item, Das oberst eines gebews. HISP. *El fin, altura, ò cumbre de qualquier cosa.* ANGL. *The nose of a shipe, the end or toppe of a thing.*} Significat & extremam nauis partem, hoc est, incuruum quiddam supra puppim in rostri modum eminens. ¶ Denique Coronidem per translationem accipimus pro quocunque fine, & vltima manu rei alicui imposita: siue etiam pro eo, quod rei absolutæ ornatus magis quàm necessitatis ergò accedit. Martial. *lib.* 10.

Sed nimium videor, seráque coronide longus
Esse liber: legito pauca, libellus erit.

Idem,

Et mage principio grata coronis erit.

Postremò Grammatici, quoties persona actoris eodem metri genere finit quo cœperat, Coronidem vocant: eámque notant veluti rostri figuram capitementibus lineis. ¶ Ad coronidem vsque, μέχρι τῆς κορωνίδος. Quum extremum rei cuiuspiam significamus.

Cŏrōnĭs, idos, Κορωνίς, alio nomine Arsinoe, Nympha fuit, Phlegiæ, vel, vt alij tradunt, Leucippi filia: quæ quum forma esset non ineleganti, Apollini placuit, à quo & vitiata & grauida facta est. Verùm quum postea Ischydi cuidam Thessalo, mutuo eius amore capta, sui copiam faceret, à coruo deprehensa est: ex quo quum Apollo amicæ perfidiam cognouisset, telis eam confodit: puerúmque (qui postea Æsculapius appellatus est) ex vtero eius exemptum, Chironi Centauro tradidit educandum. Ouid. *lib.* 2. *Metam.*

Pulchrior in tota quàm Larissæa Coronis
Non fuit Æmonia, &c.

Vide latiùs in dictione, *Æsculapius.*

Cŏrōnŏpūs, {κορωνόπους. GALL. *Corne de cerf.* ITAL. *Stella.* GERM. Rapenfüß. HISP. *Gallina bella.* ANGL. *An hearbe called the hartes horne.*} Oblonga herba est, fissis foliis per terram repens, cuius radix cœliacis præclarè facit in cinere tosta. Plin. *lib.* 22. *cap.* 19. & *lib.* 21. *cap.* 16. hanc herbam inter graminis genera assignat, & à Romanis Gramen aculeatum vocari asserit. Vulgò ab olitoribus *Dens canis*, aut *Cornu cerui* appellatur. Ruellius.

Corope, Κορώπη, vrbs Thessaliæ, vbi Coropæi Apollinis oraculum, cuius meminit Nicander. Sed videtur legendum *Oropam*, Orope enim Eubœæ ciuitas est, Apollinis templo clarissima. Steph.

Corophium, piscis de genere cancrorum. Plin. *lib.* 32. *cap.* 11.

Corpilli, populi sunt Thraciæ, Hebrum accolentes, vt scribit Plin. *lib.* 4. *cap.* 11.

Cōrpŏrālē, Corporatio, Corporatura, Corporeus, vide *Corpus.*

CŎRPŬS, oris, generaliter dicitur, quicquid tactu percipitur: ‖at simpliciùs, quod corrumpi potest.‖ {גוף *guph* גויה *ghevijáh.* σῶμα. GALL. *Corps, chair.* ITAL. *Corpo.* GERM. Ein leib. HISP. *El cuerpo.* ANGL. *A bodie.*} Cic. 2. *de Orat.* Etenim corpus intelligi sine loco non potest.

Tu tantum corpore prodes, Nos animo,

Ouid. 13. *Met.*

——— An quod amantes
Non longè à caro corpore abesse volunt,

Cat. *de com. Beren.* Quid hastis corpus transfigi solent. Plaut. *Most. sc.* 1. *a.* 2. Vitia corporis fuco occulunt. *Ibid. sc.* 3. *a.* 1.

——— Nec non in corpore nostro
Pectora sunt potiora manu.

Ouid. 15. *Metam.* Corpus in vulgus dare, (de meretrice.) Gell. *cap.* 7. *lib.* 6. Compressiones amantium corporum. Plaut. *sc.* 1. *a.* 1.

——— Vt quæ contingere non est
Corpore, sint animo cuncta videnda meo,

Ouid. *Eleg.* 4. *lib.* 3. *Trist.*

Denique vt in tanto, quantum non extitit vnquam
Corpore, pars nulla est, &c.

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Qui duo corporibus, mentibus vnus erant,

Idem *Eleg.* 2. *lib.* 4. *Trist.* Corpore corpus incubat. (de re venerea.) Plaut. *Amph.* Vt mihi extra te vnum mortalis nemo corpus corpore contigit. Idem *ibid.* Onustum gero corpus. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 5. Item, Salus interioris corporis. Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 3.

Hei mihi quod pestem corpora languor habet. (pro Corpus.)

Ouid. *Eleg.* 8. *lib.* 1. *Trist.* Illo ministro (mactata)

Sæpè recalfacit corpora capta Deo (i. homines.)

Idem *Eleg.* 2. *lib.* 4. *Trist.* Corpus pro Cadauer.

Aut vt edax vultur corpus circumspicit ecquod
Sub nuda possit ceruice posse humo (i. cadauer.)

Idem *Eleg.*5.*lib.*1.*Trist.* Mortale corpus. Liuius 6.*d.*4. Anelli velut à corpore suo vtoes. Idem 8.*d.*4. Vnius corporis. Corpore pecuniam quærere. Gell. *cap.*12.*lib.*9. Si libuit corpora conduplicare. Plaut. *Pseud.* *sc.*1.*a.*5. Nusquam Pompeius erat corpore, vbique nomine, Velleius. Corpore toto eniti. Quint. ¶ Aliquando Corpus accipitur pro massa totius animalis ex partibus similaribus & organicis compacta, quæ vna cum anima totum constituit animal. Cicer. *pro Marcell.* Vita corpore & spiritu continetur. ¶ Aliquando pro sola carne ponitur. Idem *Gall. lib.* 7. Ego hic cogito commorari, quoad me reficiam: nam & vires & corpus amisi. Mart. vtranque significationem vno versu complexus est.

Viuebant laceri membris stillantibus artus,
Inque omni nusquam corpore corpus erat.

¶ Corporum tria genera Pomponius esse affirmat. Vnum, quod vna ex specie continetur: vt, Homo, Lapis, Lignum. Alterum, quod ex contingentibus, hoc est, pluribus inter se cohærentibus constat, vt, Ædificium, Nauis, Armarium. Tertium, quod ex distantibus compactum est, vtputa ex pluribus corporibus, vni nomini subiectis: vt, Populus, Legio, Grex. Aliter Philosophi corpora distinguunt: vt quædam sint inanimata, vt lapis, ferrum: alia animata, vt arbor, &c. Ex his rursus quædam sunt anima vegetatiua duntaxat prædita, vt plantæ: quædam sensibili, vt bruta omnia animalia: quædam rationali, vt soli homines. ¶ Corpus pro opere aliquo scripto, & volumine. Cic. *ad Lucceium lib.*5. A principio enim coniurationis vsque ad reditum nostrum videtur mihi modicum quoddam corpus confici posse. Idem *ad Quint. Fratr.* *lib.*2. Sed veros eius habueris libros (sunt enim duo corpora) an vtrosque nescio.

Nec legitur pars vlla magis de corpore toto (Æneidos.)

Ouid. *Eleg.*1. *lib.*2. *Trist.* Item, Vt corpus eloquentiæ (i. phrasin) faciant. Quint. Quasi in vnum corpus eant, (Themata.) Idem *cap.*11. *lib.*2. ¶ Corpus vitis: Catullus, Sed tenerum prono deflectens pondere corpus. Item, Corpus nauis. Cæsar *lib.*1. *de bell. ciuil.* ¶ Superiora corporis (i. cerebrum.) Gell. *cap.*15. *lib.*17. Item, Non esse in corpore census, i. in summa. Iuuenal. *Satyr.*16. ¶ Rerum Naturæ corpus, i. mundus. Velleius. ¶ Corpus pro parte, seu tribu ac multitudine populi. Liu. 1. *ab Vrb.* Sui corporis creari regem volebant. ¶ Corpus ciuitatis. Idem 6. *bell. Pun.* Corpus nullum ciuitatis, nec Senatum, nec plebis concilium, nec magistratus esse. ¶ Collegiorum corpus. Caius *in l.*1.§. *in collegia. ff. quod cuiusque vniuers.* Item collegia Romæ certa sunt, quorum corpus Senatusconsultis atque constitutionibus principalibus confirmatum est. ¶ Corpore effugere, prouerbiali figura dictum est, periculum iam imminens ac penè premens arte quadam declinare. Translatum à gladiatoribus ictum modico corporis flexu tollentibus. Cicer. 1. *de inu. in Catil.* ¶ Corpus sine pectore prouerbij quadam specie dixit Horat. pro corpus sine mente. Vide locum in epistolis ad Albium, & Ouid. *in Heroi.* ¶ Toto corpore atque omnibus vngulis, dixit Cicer. *quæst. Tusc.*2. pro summa pertinacia. A feris sumpta metaphora, quæ dentibus, totóque corpore retinere solent, quod nolint extorqueri.

Corpŭsculum, diminutiuum, paruum corpus. {σωμάτιον. GALL. *Petit corps.* ITAL. *Picciolo corpo.* GERM. Ein leiblin. HISP. *Pequeño cuerpo.* ANGL. *A litle bodie.*} vnde atomos Corpuscula vocat. Cic. 1. *Acad.* & 1. *Tusc.* Iuuen. *Satyr.*10.

——— *mors sola fatetur*
Quantula sint hominum corpuscula.

Item Gell. *cap.*10. *lib.*18.

Cŏrpulentus, Obesus, grauis, pinguis. {παχυσώματος. GALL. *Corpu & fourni, charnu, corpulent.* ITAL. *Corpulento, grasso.* ANGL. *Grosse fleashy, corpulent.*} Plaut. *in Epid.* Euge corpulentior videre, atque agilior. Sic corpulentum pecus, apud Columell. *lib.* 6. *cap.*5. Gellium *cap.* vlt. *lib.* 7.

Cŏrpŭlentĭa, Carnositas. {[illegible]. GALL. *Corpulence.* ITAL. *Corpulentia.* GERM. Grösse des leibs vnnd dicke. HISP. *Aquella mucha carnosidad.* ANGL. *Grossenesse, fleashinesse.*} Plin. *lib.*11. *cap.*53. Somno concoquere, corpulentiæ, quàm firmitati vtilius.

[Corporatura, vulnus. Corporis ictus. Gl. gr. b.]

Corporăle, Corporeum, corporeum, corpus habens, quicquid tangi demonstrarique potest. {σωματικός. GALL. *Corporel, appartenant au corps.* ITAL. *Corporale, corporeo.* GERM. Leiblich. HISP. *Cosa de cuerpo.* ANGL. *Corporall that hath a bodie.*} Senec. *Epist.*59. Dicimus quædam corporalia esse, quædam incorporalia. ¶ Aliquando accipitur pro eo quod est corporis: vnde Corporalia bona, apud Gell. *lib.*18. *c.*1. & Corporalia vitia, apud Senec. *Epist.*54. ¶ Corporalis possessio pignoris, quam habemus de pignore corporeo. Papin. *l. debitor. ff. de pig. act.* Soluta pecunia creditor possessionem pignoris, quæ corporalis apud eum fuerat, restituere debet.

Cŏrpŏrālĭtĕr, aduerb. {σωματικῶς. Paul. D. *lib.*41. *tit.*2. *l.*1. Per seruum corporaliter pignori datum non acquiri nobis possessionem.

Cŏrpŏrĕus, a, um, Corporalis, corporatus, concretus. {σωματικός, σωματώδης. GALL. *Corporel, ayant corps.* ITAL. *Corporeo.* GERM. Leibhafftig. HISP. *Cosa del cuerpo.* ANGL. *That hath a bodie, bodely.*} Cicer. *de nat. Deor.* Contrà ille corporeus, vitalis & salutaris omnia conseruat, alit, auget, sustinet, sensúque afficit.

Cŏrpŏro, as, Cogo, coagmento, & in vnum corpus redigo. {σωματοποιῶ. GALL. *Faire deuenir corps, donner forme de corps.* ITAL. *Incorporare, vnire in vn corpo.* GERM. Zu einem leib machen / etliche ding zusammen fassen / vnd alles in ein begriff bringen. HISP. *Encorporar, como en colegio.* ANGL. *To make to a bodie, to tak the shape of a bodie.*} Plin. *lib.*7. *cap.*15. Semine è maribus coaguli modo hoc in se glomerante, quod deinde tempore ipso animatur, corporatúrque. Hinc Corporo, & Incorporo, composita, de quibus suis locis. ¶ Apud antiquos Corporare legimus pro interficere, quasi corpus solum sine anima relinquere. [Germani dicunt, entleiben.] Ennius apud Nonium, Corpus contemplatur, vnde corporet vulnere. Accius, Corporare abs tergo es ausus.

Cŏrpŏrātus, a, um, Corporeus, corpus habens, σωματικός. Cicer. *de Vniuersitate*, Semperne fuerit, nullo generatus ortu: si ortus sit, an ab aliquo temporis principatu ortus sit: quandoquidem cernitur & tangitur, & est vndique corporatus. ¶ Item Corporati dicuntur etiam collegæ, qui eiusdem societatis sunt. Imperatores *l.*4. *C. de sacrosan. eccl.* Nulli alij corporatorum præter dictum numerum per patrocinia immunitate concessa.

Cŏrpŏrātĭo, Quantitas, vel habitus corporis. {σωματισμός. GALL. *Corsage, composition & façon de corps.* ITAL. *Corporatura.* GERM. Des leibs grösse / oder das wesen eines leibs. HISP. *Encorporamientos.* ANGL. *The state plight on liking of a bodie.*} Col. *lib.*7. Custodiendum est, ne in corporatione, vel statura, vel viribus impar cum valentiore iungatur, nam vtraque res inferiori celeriter affert exitium.

Cŏrpŏrātūrā, Corporis quantitas, hoc est, habitus & status ipsius corporis. {τὸ σωματικὸν [illegible]. GALL. *Corsage, constitution de corps.* ITAL. *Corporatura.* GERM. Leibs grösse / leibs gestalt. HISP. *Encorporacion.* ANGL. *The plight or estat of the bodie.*} Veget. *lib.*1. scribit corporaturam boni tyronis implere sex pedum longitudinem. Col. *lib.*7. Humilis enim & modica corporatura, pecoris operarii debet esse. Vitr. *lib.* 6. Sed ex coelo roscidus aër in corpora fundens humorem, efficit ampliores corporaturas.

Cŏrrādo, is, Simul rado, coaceruo, congrego. {צבר *tsabár.* συνάγω. GALL. *Racler & amasser ensemble, retirer d'vn costé & d'autre, amonceler.* ITAL. *Radere, leuar ad altri con industria & difficultà.* GERM. Zusammen tragen. HISP. *Juntamente raer, arrebatar.* ANGL. *To scrape or rake together.*} Ter. *in Adelph.* Minas decem corradet alicunde. Lact. *lib.*5. Non propter humanitatem, quæ nulla in his erat, sed vt omnia cupiditatis & auaritiæ instrumenta corraderent.

Cŏrrēpo, is, ere, Repo, irrepo. {זחל *zachal.* ἕρπω. GALL. *Se couler ou tramer en quelque lieu, en aborder secrettement.* ITAL. *Rampare, rampegare.* GERM. Kriechen / rütschen. HISP. *Gatear por el suelo.* ANGL. *To creep in some place.*} Cicer. 1. *de nat. Deor.* Quod cum efficere vultis, in dumeta correpitis. Lucil. *lib.*8.

Exiguam vestor pauidus correpsit in aluum.

Cicer. *ad Attic. lib.* 10. Igitur & occultè in aliquam onerariam corrependum.

[Correus, qui simul reus est.

Corriceum, coriceum, locus vbi puellæ sese exercere, & ludere solitæ erant. Tum.]

Cŏrrīdĕo, es, ere, Simul rideo. {συγγελάω. GALL. *Rire ensemble.* ITAL. *Ridere insieme.* GERM. Sampt andern lachen. HISP. *Reir en vno.* ANGL. *To laugh together.*} Lucr. *lib.*4.

Omnia corrident correptâ luce diei.

Cŏrrĭgĭa, æ, Cingulum quo cingimur. {שרוך *serouh.* ζώνη. GALL. *Courroye, escourgee.* ITAL. *Correggia, cinta, cintolo.* GERM. Gürtel / oder riemen. HISP. *La correa.* ANGL. *The latchet of a shoe.*} Cic. 2. *de Diuin.* Quæ si suscipiamus, pedis offensio nobis, & abruptio corrigiæ, & sternutamenta erunt obseruanda. Quidam hoc nomen a corrigendo deducunt, volúntque corrigiam primùm lori quoddam genus fuisse dictum, quo serui corrigebantur.

Corrigyra, similis Adrachnæ, folio tantùm magnitudine minor. Papum vocant fructum eius. Plin. *lib.*13. *cap.*22.

Cŏrrĭgo, is, exi, ectum, ex con, & rego, Emendo. {יסר *iasar* הוכיח *hocekiach.* διορθόω, ἐπανορθόω. GALL. *Radresser vne chose tortue, ou besue, corriger, amander.* ITAL. *Corregere, emendare.* GERM. Bessern oder verbessern. HISP. *Corregir.* ANGL. *To emend, to correct.*} Lact. *lib.*4. Antequam mores aliorum corrigas, tuos corrige. Terent. *in Andr.* Corrigere mihi gnatum porrò enitere. ¶ Aliquando ponitur pro compenso. Cic. *ad Qu. fratr. lib.* 2. Sic ego, qui isto nomine colendo tam indormiui diu, te mehercule sæpe excitante, cursu corrigam tarditatem tum equis tum velis. Et Liu. *lib.* 9. *bell. Pun.* Corrigere cursum (classis.) Quint. Frangas potius quàm corrigas, quæ in prauum induruerunt. Corrigere labentes malas. Suet. *in Aug. cap.*99.

Cŏrrēctŏr, qui corrigit. {מיסר *meiasser.* ἐπανορθωτής. GALL. *Correcteur, corrigeur, radresseur.* ITAL. *Correttore.* GERM. Ein verbesserer / besserer. HISP. *Corregidor y castigador.* ANGL. *He that amendeth or correcteth.*} [Erat dignitas quædam cuius munus *correctura.* vide Meurs. Gloss. Græcob. Ter. *in Adelph.* Illud quod cecidit forte, id arte vt corrigas. D. Corrector. ¶ Corrector atque emendator. Cic. *pro Corn. Balb.* Asperitatis corrector, Horat. *Epist.*1.

Cŏrrēctĭo, nis, Emendatio. {מוסר *musar* תוכחת *tochachath.* διόρθωσις. GALL. *Correction, amendement, radressement.* ITAL. *Correttione.* GERM. Besserung. HISP. *Castigo è emienda.* ANGL. *A correction or amending.*} Cic. 4. *de fin.* Hæc videlicet correctio philosophiæ veteris & emendatio, &c. Correctio etiam figura est apud Rhetores, quæ tollit id quod dictum est, & pro eo quod magis idoneum videtur, reponit. Exemplum eius est *in Rhetoricis ad Her.* Nam postquam isti vicerunt, atque adeò victi sunt: Eam enim quo modo victoriam appellem, quæ victoribus plus calamitatis, quàm boni dederit?

Cŏrrēctus, a, um, emendatus. {ANGL. *Corrected, amended.*} Cicer. *Attic.* Laudationem Porciæ tibi misi correctum. Fortuna virtute correcta. Velleius.

Cŏrrĭpĭo, Reprehendo, arguo, obiurgo. {יסר *iasar* הוכיח *hocbiach.* ἐπιπλήσσω, [illegible]. GALL. *Reprendre.* ITAL. *Riprendere, ammonire.* GERM. Straffen / beschelten. HISP. *Reprehendere, castigar, corregir.* ANGL. *To reprehende or reproue.*} Plin. *in Epist.* Repeto me correptum ab eo, cur ambularem. Cicer. *in Epist.* Clamoribus maximis iudices corripuerunt. ¶ Aliquando ponitur pro comprehendo, apprehendo. {לקח *lakach.* λαμβάνω, ἀντιλαμβάνομαι. GALL. *Prendre quelque chose tout en vn coup & hastiuement empoigner.* ITAL. *Rapinare, torre per forza.* GERM. Etwas schnell erwüschen / geschwind ergreiffen. HISP. *Arrebatar.* ANGL. *To tak and pull hastelie by violence.*} Virg. 1. *Æneid.*

Constitit hic, arcúmque manu, celerésque sagittas
Corripuit.

Cicer. *in Verr.* Hominem corripi ac suspendi iussit in oleastro. Corripere & reprehendere, vtrumque translatum ab iis, quos manu retinemus prætereuntes fines officij, sed hoc leuius, illud grauius. Passerat.

——— *Qui nomine sæpe vocatum Corripuit, &c.*

Ouid. 13. *Metam.* Corripuit adulationes edicto. Sueton. *in Aug. c.* 53. *& infr. ibid.* Corripere impensas: *accourcir.* Suet. *in Tib. c.* 34. Correpti ab equitibus hostes, plusquam capti. Cæs. *lib.* 1. Corripuit fasces & insignia Consulatus Dolabella statim à nece Cæsaris. Velleius. Adaptatur autem hoc verbum ad omnes actus humanos: vt, Corripitur somno. Corripitur febribus, hoc est, inuaditur, & multa alia huiusmodi. ¶ Corripere item, abbreuiare est, & contrahere: vnde Correptas syllabas dicimus. [illegible]

Cŏrrĕptŭs, particip. Comprehensus. {[illegible] *nilkâd*. [illegible] GALL. *Prins, saisi, reprins.* ITAL. *Preso in fretta, con rapacità, ripreso.* GERM. Gestrafft, erwischt. HISP. *Arrebatado, reprehendido.* ANGL. *Pulleder taken hastelie.*} Cic. *antequam iret in exil.* Ego repentè vi tribunaria correptus, non modò loquendi liberè in iudicio, sed non consistendi quidem in ciuitate habeo potestatem.

Cŏrrĕptŏr, is, {מוסר *mejassér* מוכיח *mochiach.* [illegible] GALL. *Reprenneur.* ITAL. *Riprensore.* GERM. Ein straffer. HISP. *Reprehendedor.* ANGL. *A repreouer a reprehender.*} Sen. 1. *de Ira.* Placidus itaque sapiens, & æquus erroribus, non hostis, sed correptor peccantium.

Correptio, nis, contractio & breuitas, [illegible]: vt, Correptio dierum, cui crescentia incrementúmve opponitur. Vitruu. *lib.* 9. *cap.* 9. Sin autem cunctorum adiectionibus & detractionibus correptiones dierum, aut crescentiæ non probantur. ¶ Correptio morum pro correctione. Suet. *in Tib. cap.* 42.

Cŏrrĕptè, aduerbium, id est, correpta syllaba. Gell. *lib.* 2. *c.* 17. Neque repugnat quod coëgi correptè dicimus.

CŎRRIVARI, per riuos aquam eundem in locum ducere. {[illegible] *nazál* [illegible] *huzzal.* [illegible] GALL. *Faire courir en ruisseau, s'escouler par ruisseau.* ITAL. *Far correre & colare nel fiume l'acqua.* GERM. Zusammen rinnen durch bächlin zu einander fliessen. HISP. *Arroyar o arroyarse el rio.* ANGL. *To runne or flowe as water in riuer.*} Plin. *lib.* 6. *cap.* 14. Angustiis impedit corriuatus salis è cautibus liquor, hoc est, multi veloci riuis eundem in locum fluens. Idem *lib.* 3. *cap.* 5. Albula è media ferè longitudine Apennini, finibus Aretinorum profluit, tenuis primò, nec nisi piscinis corriuatus, hoc est, ex piscinarum riuulis eundem in locum confluentibus ortus. Sic corriuari amnes & torrentes dicuntur, qui ex multis riuis eodem confluentibus oriuntur. Idem *lib.* 31. *c.* 3. Plerunque verò damnosi torrentes corriuantur, detracta collibus sylua.

Cŏrrĭuātĭo, nis, aquæ eundem aliquem in locum deductio, siue confluxus. {[illegible] GALL. *Escoulement d'eau en ruisseau.* ITAL. *Il cauare l'acqua del fiume.* GERM. Zusammen leytung oder das zusammen fliessen eines wassers an ein ort. HISP. *Aquel arroyamiento del agua en el rio.* ANGL. *The running of water in a riuer.*} Plin. *lib.* 31. *cap.* 3. Salix enim erratica & alnus, aut vitex, aut hedera, sponte proueniunt, & corriuatione aquæ pluuiæ in locum humiliorem è superioribus defluentis, augurio fallaci.

Cŏrrĭuālēs, qui duo, aut plures eandem amicam habent, vel quòd ad eundem riuum accedere videantur, vel quòd ad inuicem contendant, vt feræ quæ ex eodem riuo haustum petunt. {[illegible] GALL. *Qui aiment vne mesme fille ou femme, corriuaux.* ITAL. *Riualli.* GERM. Zween oder mehr die bulschafft haben, mitbuler. HISP. *Combleços, corriual.* ANGL. *They that loueth one woman.*} Quint. 24. *declam.* Si patior miser illas lupanarium insultationes, illa corriualium maledicta, conuicia.

CŎRRŌBŎRO, as, Robustum & fortem reddo, roboro, confirmo, saucio. {חזק *chibizzék* חקים *hekim.* [illegible] GALL. *Fortifier, enforcir.* ITAL. *Confirmare, fortificare.* GERM. Stercken. HISP. *Fortalecer y confirmar.* ANGL. *To mak strong and fortifie.*} Sueton. *in Galba*, Veteranum ac tyronem militem opere assiduo corroborauit. Cicer. 5. *de fin.* Ad quorum etiam cognitionem & vsum iam corroborati, natura ipsa iam præeunte deducimur. Plin. *lib.* 20. *cap.* 20. Stomachum in acetariis sumpta corroborat. ¶ Per translationem. Cic. *in Cat.* Qui spem Catilinæ mollibus sententiis aluerunt, coniurationémque nascentem non credendo corroborauerunt. Idem Cassio. *lib.* 12. Manabat illud malum vrbanum, & ita corroborabatur quotidie. Idem *pro Flac.* Victus Lacedæmoniorum non solùm natura corroborata, verumetiam disciplina.

CŎRRŌDO, is, ere, Rodendo consumo, vel idem quod simplex rodo. {[illegible] *ackal* [illegible] *baschásch.* [illegible] GALL. *Ronger à l'entour.* ITAL. *Rodere, consumare rodendo.* GERM. Zernagen. HISP. *Roer ò royendo gastar.* ANGL. *To gnawe, to gnawe about.*} Cic. 2. *de Diuin.* Nos autem ita leues atque inconsiderati sumus, vt si mures corroserint aliquid, quorum est opus hoc vnum, monstrum putemus. Varro 3. *de re rust. cap.* 17. Quum eodem tempore insulas Lydiorum ibi corrosas vidisses. Ossa corrosa. Iuuen. *Sat.* 15.

CŎRRŎGO, as, Rogo, peto, precibus conuoco & congrego. {[illegible] GALL. *Prier d'vn costé & d'autre de venir en quelque lieu, amasser de toutes parts.* ITAL. *Amassare d'ogni banda prieghi è altrimente.* GERM. Durch bitt zusammen raspen oder läsen. HISP. *Demandar, y mendigar, ò pedir entre las buenas gentes, y andar demandando de vno en otro.* ANGL. *To requester pray together.*} Cicer. *pro Quint.* Ipse suos necessarios ab atriis Liciniis, & à faucibus macelli corrogat, vt ad tabulam Sextiam sibi adsint. ¶ Corrogare nummos de nepotum bonis, id est, colligere & congregare & quasi corradere, apud Cicer. 5. *Verr.* Corrogare pecuniam ab hospitibus. Cæs. 3. *de bell. ciuil.* Liu. 3. *bell. Macedon.* Magistros nauium mercatorésque inuitare iussit, & vela cum antennis ex nauibus corrogari iussit, vt vmbra cœnantibus in littore fieret, id est, colligi.

Cŏrrŏgati auditores, dici possunt qui ambitione doctoris, alioqui fortasse surdis parietibus recentem, vndique corrogantur. ¶ Corrogata ad necessarios vsus pecunia. Cæs. 3. *bell. ciu.*

CORROTVNDO, as, are, [illegible]. Senec. *lib.* 4. *natur. quæst.* Præterea potest etiam si non fuerit grando, talis quum defertur, corrotundari.

Cŏrrŭdă, Syluestris asparagus. {[illegible] GALL. *Asperge sauuage.* ITAL. *Sparago saluatico.* GERM. Wilder spargen. HISP. *El esperrago [illegible].*} Cat. In arundineto corrudam serito, vnde asparagi. Col. *lib.* 10. Prodit & asparagi corruda simillima filo. Plin. *lib.* 20. *c.* 10. Syluestrem asparagum, aliqui Corrudam, aliqui Libycum vocant: Attici Orminum.

CŎRRŪGO, as, are, In rugas contraho. {קמט *cahâb.* [illegible] GALL. *Refrongner, froncer, rider.* ITAL. *Crespare raggrinzarsi in testa.* GERM. Rumpffechtig oder gerunzelt machen. HISP. *Arrugar vna cosa con otra.* ANGL. *To make wrinckles, to frowne.*} Corrugare frontem, [illegible] tam. [illegible], est præ indignatione frontem in rugas contrahere. Horat. 1. *Epist.*

——— ne turpe toral, ne sordida mappa
Corruget nares.

Col. *lib.* 12. *c.* 39. Vbi satis corrugata erunt acina, demito, & sine scipionibus in dolium coniicito, pedibusque bene calcato.

Cŏrrŭgi, sunt aquæ ex montium rugis deductæ ad lauandum aurum: ita dictæ à corriuatione, autore Plin. *lib.* 33. *c.* 4.

CŎRRVMPO, is, Contamino, vitio, destruo. {[illegible] *schichéth.* [illegible] GALL. *Corrompre, gaster.* ITAL. *Corrumpere, guastare.* GERM. Zerstören, verderben. HISP. *Corromper, gastar.* ANGL. *To corrupt, marre or spill, to viciate.*} Plin. *lib.* 5. *cap.* 21. Quæ nec aqua nec igni posset corrumpi. Terent. *in Adelph.* Pisces ex sententia nactus sum, hi mihi ne corrumpantur cautio est. Lactant. *lib.* 3. Cœlestes literas corruperunt, vt nouam sibi doctrinam sine vlla radice ac stabilitate componerent. Ne corrumpe oculos. Plaut. *Amphit. sc.* 3. *a.* 1. Corrumpit consilia fatum, Velleius. Hic mihi corrumpit filium. Plaut. *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Corrumpitur iam cœna. *Ibid. sc.* 2. *a.* 3. Vt sui heri corrumpat rem & filium. Idem *Mostell. sc.* 1. *a.* 1. Illa (lena) hanc corrumpit mulierem. *Ibid. sc.* 3. *a.* 1. Ex amore eius fateor me corruptum oppidò. Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 5. Is corruptus suum porrò corrumpit filium, (de ganeis.) *Ibid. sc.* 2. *a.* 3. Animo malè est, aquam velim: Corrupta sum & absumpta sum. Idem *Amphit.* Corruptus Bruti animus. Velleius. Video herilem filium corruptum ex adolescente optimo. Plaut. *Mostell. sc.* 1. *a.* 1. ¶ Transfertur & ad animum. Cicer. *lib.* 1. *Offic.* Sed corrupti mores sunt, deprauatique admiratione diuitiarum. Animus largitione corruptus, apud eundem *ad Att.* 8. ¶ Aliquando est subornare, inuitare, & illicere muneribus. [illegible]. Cicer. *pro Plancio.* Tu doce quod debes, per quem sequestrem, quo diuisore tribus corrupta sit. Et *paulò ante*, Quam quisque tribum turpi largitione corrumperet. Corrupti equi macie. Cæs. 3. *de bell. ciu.* Et, corruptæ timore fugientium cohortes. Idem. ¶ Corrumpere, pro stuprare. Suet. *in Cæs. cap.* 50.

Cŏrrŭptus, a, um, {משחת *moschchâth.* [illegible] GALL. *Corrompu & gasté.* ITAL. *Consumato, guastato.* GERM. Verderbt, zerbrochen und zerstöret. HISP. *Corrompido y gastado.* ANGL. *Corrupted, vitiated, spilled.*} quod modò participium est: vt, Iudicium corruptum, hoc est, pecunia à iure & æquitate abductum: apud Cic. *pro Cluent.* Modò nomen ex participio, vnde Corruptior, & Corruptissimus. Plin. *lib.* 15. *cap.* 17. Demptis forcipe corruptioribus acinis. Idem *lib.* 13. *cap.* 3. Quando etiam corruptissimo in genere. ¶ Corruptus, [illegible], qui corrumpi potest, quasi corruptibilis. Salust. *in orat. Lepidi in Iugurth. bello*, Ne alius Principem expectantes ante capiamini, non opibus eius, quæ futiles & corruptæ sunt, sed vestra socordia, quam captum ire licet.

Cŏrrŭptor, verb. qui corrumpit, deprauator, seductor. {משחית *maschchith.* [illegible] GALL. *Corrompeur, gasteur.* ITAL. *Corrottore.* GERM. Ein verderber, verwüster, geschender. HISP. *El que corrompe, gastador.* ANGL. *A corrupter he that spilleth or marreth any thing.*} vt, Corruptor iuuentutis. Cic. *in Cat.* Iuuen. *Satyr.* 1.

——— nurus corruptor auara.

Mentiris, inquam, meæ corruptor familiæ. Plaut. *Amph.*

Cŏrrŭptrix, fœmininum. {משחיתה *maschchithâh.* [illegible]} Cic. *ad Qu. Frat. lib.* 1. Tam deprauatis moribus, tam corruptrice prouincia.

Cŏrrŭptè, aduerbium. {[illegible] GALL. *Par corruption.* ITAL. *Corrottamente.* GERM. Mit verderbung. HISP. *Por corrucion.* ANGL. *Corruptlie.*} Cicer. 1. *de finibus.* De quibus neque deprauatè iudicant, neque corruptè.

Cŏrrŭptissĭmè, in superl. vt corruptissimè dicere, apud Senecam *controuers. lib.* 10. *in* 5.

Cŏrrŭptĭo, verbale. {משחית *maschchith.* [illegible] GALL. *Corruption, degast.* ITAL. *Corruttione.* GERM. Verderbung, verwüstung. HISP. *Corrucion.* ANGL. *Corruption marring spilling.*} Cic. 4. *Tusc.* Morbum appellant totius corporis corruptionem.

Cŏrrŭptēla, idem quod corruptio. {[illegible] ANGL. *Corruption, deflayning.*} Ter. *in Adelph.* Communis corruptela nostrum liberum. Cic. 2. *Offic.* Melius etiam, quòd largitionem corruptelam dixit esse. Corruptelæ & liberis lustris studet. Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 5.

CŎRRVO, is, Concido, simul ruo. {נפל *naphál.* [illegible] GALL. *Cheoir ensemble, tomber quand & quand.* ITAL. *Cadere, rouinare.* GERM. Fallen, zuhauffen fallen. HISP. *Caer.* ANGL. *To fal downe together.*} Liu. 1. *ab Vrbe*, Duo Romani super alium alius, vulneratis tribus Albanis, expirantes corruerunt. Cicer. *ad Qu. fratr. lib.* 2. Et illa pene timore, ego risu corrui. Idem 3. *de Orat.* O fallacem hominum spem, fragilémque fortunam & inanes nostras contentiones, quæ in medio spatio sæpe franguntur & corruunt: Corruere pro labi & errare. Idem *de senect.* Nec, tanquam inexercitati histriones in extremo actu corruisse.

Corruit hæc igitur sub vno crimine lapsa (domus.)

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* Corruere in magna perturbatione. Liu. 4. *d.* 3. ¶ Corruisse opes dicuntur, quæ corruptæ sunt. Cic. 3. *Offic.*

‖Corruspor, est simul respor, quæro.‖

Cors, cortis, [illegible]. Vide *Cohors.*

Cŏrsĕæ, [illegible]. Stephan. Insulæ sunt Ioniæ adiacentes, è regione Sami. Plin. *lib.* 5. *c.* 31. Ioniæ ora Ægeas & Corseas habet.

Cŏrsĭca, [illegible] Ptolemæo. {Die Insel Corsica. ITAL. & GALL. *Corsega.*} Insula maris Ligustici, regio situ illustris, spectat ad Rempublicam Genuensem, longa passuum [illegible], lata autem quinquaginta sexaginta circiter stadiis distans a Sardinia. Castella habet Selinos, Cataeem, Emiconias, Vapanen. Tata autem malignè colitur, quòd aspera sit,

&

& multis in locis inaccessibilis. A Græcis Cyrnus dicitur, vt Fabio Pi-ctori placet, Herculis filio. Corsicam autem appellatam volunt à quadam bubulci ancilla, cui Corse nomen erat, vt refert Stephanus. ¶ Vnde Corsi, κορσοί, huius insulæ incolæ appellantur, quorum Strabo scribit miram sua ætate fuisse morum feritatem, adeò vt ex rapto viuerent, ipsásque etiam bellua immanitate superarent. Vide plura de hac insula, apud Strab. *lib.* 5. & Plin. *lib.* 3. *cap.* 6. Genuensibus diu paruit, Ademarchi nauarchi auspiciis Mauris erepta.

Cŏrsica, inquit Plin. *lib.* 15. *cap.* 6. insula in mari Ligustico, sed Tusco propior, Septentrione in Meridiem proiecta, &c. Notissima est in vino præstante, durante etiamnum nomine, inter quam & magis Meridianam Sardiniam, angustum mare interfluit. de qua Ptol. *lib.* 3. *cap.* 2. De huius asperitate Senec. *c.* 6. *lib.* 7. & *c.* 8. *de consol. ad Elb.* Cingitur ab occasu quidem & Septentrionibus mari Ligustico, ab ortu autem Tyrrheno mari, à meridie pelago, quod inter ipsam & Sardiniam interiacet. Scribit & Strabo, Corsicam malignè coli, asperam & pluribus in partibus inaccessibilem adeò, vt qui eius montes habitabant, ex latrociniis vitam degant, immanitatéque feras superent. Hinc factum esse dicit, vt quum Romani Imperatores in eos irruant, magnum seruorum gregem captum aduehant. Athenæus tradit Corsicæ incolas ideò longæuos esse quòd mellis cibo, quo plurimum abundant, vtantur assiduè. Quod alicui mirum videri potest, quum eius insulæ mel ob taxi copiam venenatum sit, vt est testis Ouid. *Eleg.* 1.

Melle sub infami Corsica misit apis.

Præterea Seruius Grammaticus Corsicana mella amara esse scribit, explicans illud Virg. *Georg.* 4.

——— *hinc cali tempore certo*

Dulcia mella premes.

Dulcia, inquit, non est superfluum epitheton. Nam ideò ait dulcia, quia etiam sunt amara, vt Corsicana. Hæc ille. Vide *Corsis*.

Corsis, κορσίς. Insula in mari Tusco, à Corse ancilla bubulci: aliàs κύρνος, Corsica dicta: gentile Corsi. Stephan. De Corsica proximè dictum est.

Cŏrsoīdēs, κορσοειδὴς, lapis canitiei hominis similis. Plinius *lib.* 37. *cap.* 10.

¶Corsus, qui primus barbam sibi abrasit. Rhod.¶

Cŏrtēx, קליפה *pesaldh*. φλοιὸς, κέλυφος, λέπυρον, λέπος. Gall. *Escorce*. Ital. *Scorza, corteccia*. Germ. Rinden. Hisp. *Corteza como de arbol*. Angl. *The barke of a tree*. } tam masculini, quàm fœminini generis. Est veluti corium cuiuíque teres arboribus liber, & in cæteris rebus crusta quædam ad tegendum data. Nam corium propriè animalium est. Ouid. *lib.* 1. *Metam.*

Sentit adhuc trepidare nouo sub cortice pectus.

Virg. 7. *Æneid.*

——— *raptus de subere cortex.*

Idem *Ecl.* 6.

——— *musco circundat amaro Corticis.*

Horat. 1. *Serm. satyr.* 4.

——— *simul ac durauerit ætas*

Membra animumque tuum nabis sine cortice.

id est, citra custodem ac pædagogum ipse te reges ac moderaberis. Acron prouerbii admonet, putatque metaphoram mutuò sumptam à iuuenibus, qui cùm primitus nare discunt, corticibus ac suberibus venter subligatis natant: deinde exercitatiores citra eiusmodi adminicula natare incipiunt.

Cŏrticula, diminutiuum. {φλοιδιον. Gall. *Petite escorce*. Ital. *Scorza picciola*. Germ. Kleine rinden. Hisp. *Pequeña corteza*. Angl. *Litle thinne barke*. } Columell. *lib.* 12. *cap.* 47. Tum resolutis corticulis eximimus eum.

Cŏrticōsus, a, um, Corticibus plenus. {φλοιώδης. Gall. *Plein d'escorces ayant plusieurs grosses escorces*. Ital. *Scorzoso, pieno di scorza*. Germ. Rindechtig/das allenthalben vil rinden hat. Hisp. *Lleno de corteza*. Angl. *Full of barke or that hath thick barke*. } Plin. *lib.* 12. *c.* 14. Quod in arbore hæsit ferro depectitur, ideò corticosum.

Cŏrticātus, a, um, {φλοιώδης. Gall. *Qui a escorce*. Ital. *Che a scorza*. Germ. Das rinden hat. Hisp. *Cosa que tiene corteza*. Angl. *That hath barke or is couered with barke*. } Quod corticem habet. Columell. *lib.* 12. *cap.* 23. Pix corticata appellatur, qua vtuntur ad conditur as Allobroges.

Cŏrtes, sunt villarum intra maceriam spatia. Varr. *de re rust.* Nec minus & à pabulo quum redierint anseres, sues, porci in corte exteriore. Idem *de vita pop. Rom.* Æstiuo tempore in propatulo, rure in corte cœnitabant. Ex Nonio.

Cŏrtīna, multa significat. Nam cortinæ sunt vasa in quibus pigmenta coloréśque coquuntur, quibus lanæ intinguntur & vellera pinguntur immersa. Plin. *lib.* 35. *cap.* 6. Fit etiam apud infectores, vt flore nigro, qui adhærescit æreis cortinis. ¶ Seruius autem in illud Virgil. 6. *Æneid.*

——— *neque te Phœbi cortina fefellit,*

Cortinam interpretatur tripodem Apollinis, vnde oracula reddebantur, vel quod Apollinis tripus corio pythonis serpentis tectus esset, vel quòd certa illic responsa funderentur quasi Certina, vel quod illic cor vatis teneretur. Illuc enim raptæ Phœbades vaticinabantur. Hæ alio nomine Delphicæ dicebantur, quòd in eum potissimum vsum fierent, vt Apollini dicarentur. Plin. *lib.* 34. *cap.* 3. Ex ære factitauêre & cortinas tripodum nomine Delphicas, quoniam donis maximè Apollinis Delphici dicabantur. Cortinas aureas Apollini dedicare. Suet. *in Aug.* *cap.* 52. ¶ Cato Cortinam plumbeam accipit pro vase quo oleum fluit, quum in torculari à Factoribus premitur. Ait enim, Cortinam plumbeam in lacum ponito, quo oleum fluat. ¶ Item Cortinæ dicuntur aulæa & vela ad locum aliquem contegendum. [illegible] Vnde Hieronymus *in Exod.* Decem cortinas facito de bysso retorta. Hæc etiam Velaria à velis dicta sunt. Nam velum, plagæ & stragula idem significant. ¶ Item locus velatus in theatro ex quo egrediuntur histriones & mimi, Cortina dicuntur. Virg.

——— *magni cortina theatri.*

Alij theatri conuexam & sinuosam capacitatem intelligunt. ¶ Cortina pro hemisphærio cœli. Ennius apud Varronem,

Corpore cœruleo caua qua cortina receptat.

Cŏrtināle, à cortina sumitur pro loco in quo sunt Cortinæ, hoc est, vasa quibus sapa decoquitur. Col. *lib.* 1. *cap.* 6. Cortinale quo defrutum fiat, nec angustum, nec obscurum sit, vt sine commodo minister qui sapam decoquit, versari possit.

¶Cortinarij, qui ministrant tabernaculo Imperatoris. Buleng. ¶ Sunt item stationarij ante tentorium Imperatoris. Codin. ¶ Item qui cortinas extendant. Cath.¶

Cŏrtinĭpŏtens, nomen antiqua poëtarum licentia confictum. Luc. Huncine ego vnquàm Hyacinthi hominem cortinipotentis deliciis contendi? Eiusmodi sunt reciprocornis, centiceruicem.

¶Cortiza, V. E. Moscouiæ, milliari cum Italico distant ab vrbe Moscuâ.¶

Corton, κόρτων, Thessaliæ ciuitas, distans à Cranone centum circiter stadiis. Steph. ex Strabone.

Cortona, æ, siue Corton, onis, Tusciæ oppidum fuit non procul ab Aretio. cuius incolæ Cortonenses appellantur, quorum meminit Plin. *lib.* 3. *cap.* 5.

Cŏrtyna, siue Cortina, γόρτυν Stephan. γόρτυνα Strab. insignis vrbs Cretæ fuit, quam præterlabitur Lethæus amnis. Plin. *lib.* 4. *cap.* 12. & Pompon. Mela *lib.* 2. Circa hanc vrbem calami nascebantur sagittis conficiendis in primis idonei. Silius *lib.* 2.

Eou quamuis certet cortyna sagittis.

Cŏrtynius, a, um, vt Cortinia tela. Sil. *lib.* 1.

——— *certis cortynia neruis*

Tela sonante fugat neruo.

¶ Cortynia vestis pro venatoria. Claudian. *lib.* 2. *de rapt. Proserp.*

——— *vnde Diana*

Crispatur gemino vestis Cortynia cinctu.

¶Cortzena, M. sub P. Constantinopolitano.

Corvitor. Legitur hæc vox apud Fest. Simpludearia signa sunt, quibus adhibentur duntaxat ludi corbitorésque. Ibi Scal. Cernuatores hic Verrius vel Festus vocat corbitores, more scribendi antiquitùs imperitis librariis visitato, qui *b* cum *u* & contra commutabant. Coruitores enim sine dubio dicendum erat.¶

Coruncanus, Primus Romæ Pontifex maximus fuit de plebe, quem Cic. *pro dom. sua ad Pontifices*, Pontificij iuris peritissimum fuisse testatur. Is quum legatus ad Teucam Illyricorum reginam missus esset, in reditu contra ius gentium interfectus est. ¶ Fuit & alter Coruncanus, qui aduersus Amilcarem & Barcham in Siciliam missus est, cuius meminit Polybius.

Cōrus, sine h, ἀργέστης: ventus flans ab occasu solstitiali, Aquiloni oppositus, teste Plin. *lib.* 2. *cap.* 47. { Germ. Der wind so von dem Sommerliche niedergang der Sonnen her wähet. Angl. *The north west wind*. } Iuuenal. Atque habites Coro semper tollendus & Austro. Quandoque mutantes o in au Caurum dicimus. Virg. 3. *Georg.*

Semper hyems, semper spirantes frigore Cauri.

¶ Est item Corus, κόρος, mensuræ genus, quadraginta quinque modios continens: modius verò xx. capit sextarios. In qua significatione prior huius dictionis syllaba corripitur.

Cŏrusco, as, are, Splendere, & propriè cœli est, quum in eo ignis ostenditur sine tonitru. {ברק *barak*. ἀστράπτω, στίλβω. Gall. *Esclairer, resplendir*. Ital. *Risplendere, à guisa di baleno*. Germ. Scheinen und glintzern/blitzen. Hisp. *Resplandecer*. Angl. *To glitter or shyne*. } Cic. 3. *de Orat.* Flamma inter nubes coruscat, cælum tonitru contremit. Virg. 4. *Georg.*

——— *elucent aliæ, & fulgore coruscant.*

¶ Interdum accipitur pro vibrare, habétque accusatiuum adiunctum: vt Coruscare gladium, vel hastam. { Angl. *To brandishe and shake afwerde*. } Virg. 10. *Æneid.*

——— *Tela vociferans sequitur, hastámque coruscat.*

Idem 12. *Æneid.*

——— *editque moras, hastámque coruscat.*

¶ Interdum absolutè pro vibrari & concuti. Iuuen. *satyr.* 3.

——— *longa coruscat*

Sarraco veniente abies.

Cŏruscāmen, ἀστραπή, Coruscatio. Apul. *de Deo Socratis*, Veluti in artissimis tenebris rapacissimo coruscamine.

Cŏruscus, a, um, Resplendens, micans. {נגה *nogheah* מבהיק *mabhik*. ἀστράπτων, λαμπρός. Gall. *Resplendissant*. Ital. *Risplendente*. Germ. Scheinend/glintzend/glissend. Hisp. *Cosa que resplandece*. Angl. *That glittereth or shyneth*. } Virg. 2. *Æneid.*

——— *stat ferri acies mucrone corusco.*

¶ Ignis coruscus. Horatius 1. *Carm. Ode* 34. ¶ Auro coruscus, Virg. 9. *Æneid.* ¶ Radij corusci. Ouid. 5. *Metam.* ¶ Syluæ coruscæ, hoc est, crispæ, vel crispantes. Virg. 11. *Æneid.*

——— *Tum syluis scena coruscis Desuper.*

Cŏruus. Nota auis, omnium nigerrima. Refert tamen Perottus quum apud Alphonsum Siciliæ Regem Neapoli sub Calixto Pontifice esset, se vidisse Coruum à Rege Britanniæ missum miro candore conspicuum. {עורב *Soreb*. κόραξ. Gall. *Corbeau*. Ital. *Coruo*. Germ. Ein rab. Hisp. *Cuerno*. Angl. *A rauen*. } Cic. 1. *de nat. deor.* Miluo est quoddam bellum quasi naturale cum coruis. Idem 1. *de Diuin.* Quid augur? cur à dextra coruus, à sinistra cornix faciat ratum? Græcis κόραξ dicitur: quo verbo aliquando & Latini vtuntur. Idem, Quare coracem illum vestrum patiamur nos quidem pullos suos excludere. Plaut. *Asin.* Picus cornix ab læuam, Coruus ab dextra consuadent. Non temerè est quòd cantat tibi coruus ab læua manu, simul radebat terram, & voce crocibat sua. Idem *Aulul.* [illegible] ¶ Abi ad coruos, ἄπαγ' ἐς κόρακας, perinde valet quasi dicas, Abi in malam rem atque exitium. Aristoph. *in Nub.* Coruus albus, κόραξ λευκός, de raro inuentu dicitur. Iuuenal.

——— *Coruo quoque rarior albo.*

Amm. *in Epigram.* [illegible] id est, Aut albos coruos prius, aut testudo volucris Inuenietur. ¶ Corui lusciniis honorati, κόρακες ἀηδόνων [illegible] Quum indocti doctis præferuntur, improbi probis, blaterones eloquentibus,

rapaces

rapaces & furaces cordatis ac integris viris. Aut quum plus tribuitur improbitati & audaciæ, quàm eruditioni & sapientiæ. ¶ Coruus serpentem, ὄφιν τὸν ὄφιν, vbi quis suo ipsius inuento perit. Sumptum ex apologo quodam Æsopi. Coruus esuriens, serpentem in aprico dormientem conspicatus rapuit, à quo morsus periit. ¶ Coruos sequi, prouerbialiter dicitur de eo, qui nullum certum vitæ genus ingressus est. Cuius prouerbij origo inde sumpta, quòd corui instabiles sint, & huc illúcque transuolent, & iam in arboribus, iam in paludibus & aquaticis considéant. Pers. *satyr.* 3.

An passim sequeris coruos testáque lutóque,
Securus quò pes ferat atque ex tempore viuis.

¶ Coruinus, quod est à coruo, vt Rostrum coruinum, adeps coruinus: vel quod est nigri coloris tanquam coruus. ¶ Coruus est etiam, piscis marinus, corporis forma miluo pisci similis, aculeorum, pinnarúmque magnitudine discrepans: cuius dorsum ex cæruleo nigricat, latera rubescunt, cùm venter sit lactei coloris. De eo Athen. *lib.* 8. Plin. *lib.* 32. *c. vlt.* vbi à Coracino distinguit.

Coruinus, a, um, κοράκινος: vt, Coruinum rostrum, coruinus adeps, coruinum ouum. Valerius Coruinus, de quo Gell. *cap.* 11. *lib.* 9.

Cŏrybāntēs, κορύβαντες, Cybeles sacerdotes, qui sacro correpti furore cymbala pulsabant, capitáque saltando iactantes, alios in similem rabiem agebant. {GERM. Vnsinnige pfaffen der göttin Cybeles, welche ein haußfraw Saturni gewäsen ist.} Homerus βητάρμονας vocat. Hinc (inquit Strab. *lib.* 10.) quia capita saltando iactant, & numinis aspiratione, furiísque agitantur, Corybantes dicimus. Hi primùm Idam Phrygiæ montem tenuisse dicuntur: postea autem in Cretam nauigasse, montemque quendam incoluisse, quem à nomine relictæ sedis, etiam Idam appellarunt: vbi & Iouem infantem, aluerunt, tympana iugiter pulsantes, ne Saturnus (qui cum Titano fratre conuenerat, vt sobolem omnem masculam interficeret) puerum vagientem audiret. ¶ Sunt qui Curetas & Corybantas & Caberos, & Idæos dactylos eosdem esse putent. Dictos volunt à κορύπτειν, quod est caput saltando iactare, vel (vt Hermolaus *in Cast.* sentit) à pupillis oculorum & genis, quas Græci κόρας vocant, quippe qui quum Iouis custodes essent, non modò excubare, sed etiam apertis oculis dormire cogerentur. Inde κορυβαντιᾶν est insanire, & κορυβαντιᾶν, hoc est, malo quodam ingenio agi. ¶ Diodorus Corybantem scribit Iasonis & Cybeles filium fuisse, ac simul cum Dardano Matris sacra deûm in Phrygiam detulisse, eósque qui in sacrificiis eius deæ incumbere voluerunt de suo nomine Corybantes appellasse. ¶ Alij à galea dictos volunt, quæ Græcè κόρυς dicitur, quòd galeto quodam capita tecti insaniendo luderent.

[Corybantia, vbi eorum sacra fiunt. Rh.

Corybantismus, lustratio facta per corybantes. ¶ Est item morbus imaginosus, quem superstitiosa vetustas à Corybantibus immitti credebat.]

Cōrycæi, per æ diphthongum. {מרגלים meraghghél תר tar. κωρυκαῖοι. GALL. *Espions, gens curieux.* ITAL. *Spie, curiosi.* GERM. Außspäher. HISP. *Los assechadores ò espias.* ANGL. *Espiers.*} Dicuntur exploratores. Cicer. *ad Attic.* Omnes enim Corycæi subauscultare videntur quod loquor: nam tota Coryci montis Asiatici, seu (vt quidam dicunt) promontorij in Creta prætemauigatio montibus plena fuit, qui dispersi per portus mercatores furtim accedebant, & subauscultabant quid rerum ferrent, quò nauigarent, vt postea discedentes adorirentur, ac diriperent. Ex quo factum est vt omnes curiosi secreta auscultantes, Corycæi dicerentur, & in prouerbium cesserit, Hunc Corycæus auscultauit, τοῦτο κωρυκαῖος ἠκροάσατο: quod de eo dici solet, cuius consilia secreta patefacta sunt.

Corycia, κωρυκία, promontorium Cretæ, & portus Æthiopiæ, Stephanus.

Cŏrycīūm, {κωρύκιον, θυλάκιον. GALL. *Bourse, besace.* ITAL. *Bolgia, bisaccia.* GERM. Ein bulgen, wie es die reuter an den sattelbogen henckend, vnd gelt oder anders darinn füren. HISP. *Talega.* ANGL. *A bougett a bagge.*} Diminutiuum est à κώρυκος, quod significat peram, qua equites vtuntur ad circunferendum viaticum, vel aliud quiduis, vel etiam panarion, quod & θυλάκιον Græci appellant, vel rete capiens panem, σαγήνη. Suidas.

[Corycus Hes. κώρυκος θυλάκιον, i. e. sacculus. Diminut. κωρύκιον parua bulga. ¶ Est & nomen vrbis & montis excelsi in Cilicia optimum crocum ferentis.]

Cōrycĭūs, a, um, κωρύκιος. vt, Crocum Corycium. Mart. *lib.* 11. Vltima Coryciόque cadis auro croco. ¶ Specus Corycius non longè abest ab vrbe Coryco: à quo Corycides nymphæ dictæ. Ouid. *lib.* 1. *Metam.*

Κώρυκος Steph. Vrbs Ciliciæ, apud quam fuit Corycium antrum illud nympharum, res maximæ admirationis, quamuis & aliud eiusdem nominis in Parnasso feratur. Vrbem etiam Coryceam vocant. Est etiam Κώρυκος ὁ, mons excelsus & rubens prope Teon Ioniæ, & portus & parua insula eiusdem nominis, vbi Corycæi maximè piraticam exercebant, de mercibus & nauigationibus per vicinos portus furtim auscultantes. vnde prouerbium de curiosis circa secreta, Corycæus auscultauit. Steph.

Corycides, Nymphæ à specu dicuntur, apud Ouid. *lib.* 1.

Corydalla, κορύδαλλα, vrbs Rhodiorum, gentile, κορυδαλλεὺς Steph.

Corydallos, κορύδαλλος, vicus in tribu Hipothoontide: tribulis κορυδαλλεύς. Steph.

Cŏrydălus, {κορυδαλλός. GALL. *Alouëtte.* ITAL. *Lodola.* GERM. Ein lerch. HISP. *Cogujada.* ANGL. *A larke.*} Auis est habens in vertice capitis pennas aliquot erectas, quæ coni galeæ speciem præbent. Vnde & nomen accepit, nam κόρυς galeam significat. Latini Galeritam appellant. ¶ Oportet omnibus corydalis cristam inesse, πάσαις κορυδαλλοῖσι χρὴ λόφον ἐγγενέσθαι. Citatur ex Simonide, & vsurpatur aliquoties à Plutarcho, nominatim in vita Timoleontis in hunc sensum. Nullum esse mortalis ingenium, cui non sit aliquod vitium admixtum.

Corydon, Pastor Theocrito & Virg. memoratur.

Corynon, κορύνων. vrbs Accanorum in Italia, Steph.

Corylēum, κορύλειον, vicus insignis in Paphlagonia: incola κορυλεύς. Steph.

Cŏrylŭs, {κόρυλος, ἡρακλεωτική, siue ποντική. GALL. *Couldrier, noisetier, auelanier.* ITAL. *Cocciolare.* GERM. Haselstaud oder haselnuß. HISP. *Auellano, arbol conocido.* ANGL. *An hasell nutte or filvert tree.*} Arbor & fructus à nostris auellana dicitur. Virg. 2. *Georg.*

Plantis edura coryli nascuntur.

Idem *eodem lib.* —duræ coryli. duras autem dixit, non ad lignum, sed ad fructum earum referens. Seruius.

Colurnus, a, um, vt Colurna opera, ex corylo arbore facta. Vide *suprà* suo loco.

Cŏrylētum, locus est frequentibus corylis consitus. {τόπος ἡρακλεωτικαῖς καρύαις πεφυτευμένος, ὁ λεπτοκαρυών, ῶνος. GALL. *Vne couldraye, vn lieu complanté de couldres.* ITAL. *Luogo piantato de nocciolari.* GERM. Ein ort da vil haselstauden sind. HISP. *Auellanedo, lugar de auellanos.* ANGL. *Place where many hasell trees groweth.*} Ouid. 2. *Fast.*

Illa modò in sylua inter Coryleta iacebat.

Cŏrymbī, {פרט péret. κόρυμβοι. GALL. *Grains semblables à raisins, comme ceux d'vn lierre, & semblables.* ITAL. *Cocciole d'ellera.* GERM. Nebe hewbeere. HISP. *Vuas de yedra.* ANGL. *Berries of iuie, or other lik.*} Vuæ hederarum quibus coronabatur Bacchus. Tibullus,

Sed varij flores, & frons redimita corymbis.

Plin. *lib.* 16. *cap.* 34. de hedera loquens, Racemis in orbem circumactis, qui vocantur Corymbi. ¶ Est etiam Corymbus fructus chrysocomæ, siue chrysitidis herbæ, & aliarum, quæ vuas ferunt hederaceis similes. Plin. *lib.* 21. *c.* 8. Chrysocome, siue Chrysitis, non habet Latinam appellationem: palmi altitudine est, comantibus fulgore auri corymbis, radice nigra. ¶ Meos corymbos necto, τοὺς ἐμοὺς κορύμβους πλέκω. Vbi quis respondet quod nihil pertineat ad interrogata. ¶ Corymbi translatè de papillis vberum. Sammonicus *cap. de mammis*, Lumbricis terræ turgentes vnge corymbos.

Cŏrymbĭfĕr, {κορυμβοφόρος. GALL. *Qui porte grains semblables à raisins comme lierre.* ITAL. *Che produce tali cocciole.* GERM. Das ebhew beere oder treuble tregt. HISP. *Que trae razimos de la yedra.* ANGL. *That beareth berres lyk yuie.*} Qui fert corymbos, siue hederam. Ouidius,

Festa corymbiferi celebrabat Græcia Bacchi.

Cŏrymbia, æ, ferulæ caulis decoctus, muriáque & melle conditus. Plin. *lib.* 19. *c.* 9. Semen ferulæ in Italia cibus est: conditur quippe, duratque in vrceis vel anni spatio. Duo ea genera: caules & racemi. Corymbiam hanc vocant, corymbósque quos condiunt.

Cŏrymbĭŏn, κορύμβιον, herba est quam Diosc. λυχνίδα στεφανωτικὴν, hoc est, Lychnidem coronariam appellat.

Cŏrymbītēs, κορυμβίτης, Tithymalli species, aliàs πλατύφυλλος vocata, à foliorum latitudine. Pisces necat, aluum soluit radice, vel foliis, vel succo. Plin. *lib.* 26. *cap.* 8.

Corymbium, vide *Capillamentum.*

Corynetes, κορυνήτης Suidæ, latro fuit famosissimus, Vulcani filius, qui iuxta Epidaurum hospites claua quadam, quæ coryna dicebatur, peremit: vnde & hoc nominis sibi sumpsit: prius enim Periphatum vocatum tradunt. Hunc Theseus interfecit.

Cŏryphæŭs, κορυφαῖος. Mons est circa Epidaurum Dianæ sacer. Stephanus.

Cŏryphæŭs, dux, cuiusque rei caput & princeps {κορυφαῖος. GALL. *Le chef & le premier, le principal & le plus excellent des autres.* ITAL. *Primo più degno in ogni ordine.* GERM. Der oberist vnd fürnembst in einem handel, ein rodlinfürer. HISP. *Le primero ò mas digno en todo orden.* ANGL. *The chiefe or principal in any thing.*} ἀπὸ τῆς κορυφῆς, hoc est, à vertice capitis. Cicer. 1. *de nat. deor.* Zenonem, quem Philo noster Coryphæum appellare Epicureorum solebat, quum Athenis essem, audiebam frequenter.

[Coryphæa, æ, habenæ pars, summum caput equi cingens.]

Coryphasion, κορυφάσιον. Regiuncula est agri Laconici, citra Pylum. Stephan.

Corythia, quæ & Colycia. Ex genere muricum sunt, æquè turbinata, sed multò minora, oris halitui conseruando in primis idonea. Autor Plin. *lib.* 32. *cap.* 7.

Cŏrytŭs, {אשפה aschaphâh. γωρυτὸς, φαρέτρα. GALL. *Carquois à mettre des flesches.* ITAL. *Carcasso de saetta, turcasso.* GERM. Ein köcher. HISP. *Carcax o goldre de flechas.* ANGL. *A bowcer arrowe case.*} Est theca arcuum, siue sagittarum, quamuis sagittarum propriè dicatur Pharetra. Strab. *lib.* 9. *Thebaid.*

———calestibus implet Corytum telis.

Virg. *lib.* 10.

——— Corytique leues humeris & lethifer arcus.

Apud Græcos scribitur per γ, γωρυτὸς, vt videre est apud Homer. Odyss. φ.

Cŏrythus, κόρυθος. Vulgò *Cortona.* Oppidum Tusciæ, prope Arretium, in paruo colle eiusdem nominis situm, à Corytho rege ita appellatum. Virg. *lib.* 9.

Nec satis extremas Corythi penetrauit ad vrbes.

Cŏryză, æ, {κόρυζα. GALL. *Rheume, catharre, descente d'humeurs.* ITAL. *Catarro, discesa d'humori.* GERM. Der pfnüsel. HISP. *Romadizo.* ANGL. *A mutte or destillation of the brayne.*} Corruptæ & fœtidæ naturæ defluxio, nares obturans, & vocem obtundens: quam Latini grauedinem appellant. Cels. *lib.* 4. *c.* 6. Grauedo nares claudit, vocem obtundit, tussim siccam mouet, sub eadem salsa est saliua, sonant aures, venæ mouentur in capite, turbida vrina est. Hæc omnia κορύζας Hippocrates appellat: nunc apud Græcos in grauedine hoc nomen seruatur.

Cōs, cotis, fœm. generis, Lapis quo cultri acuuntur. {ἀκόνη. GALL. *Queux, vne pierre à aiguiser coulteaux ou telles choses.* ITAL. *Cote.* GERM. Ein wetzstein. HISP. *Piedra para aguzar herramientas, aguzadera.* ANGL. *A whetstone.*} Lucil. *ab Vrb.* Atqui hoc animo agitaui, inquit, te nouacula cotem discissurum. Hinc Cotes, siue Aconas olearias & aquarias dicimus, quòd illas ad ferrum acuendum oleo, has aqua madefacimus. ¶ Cotem alis, ἀκόνην σιτίζεις. Dicitur in homines edaces plurimique cibi, qui nihilo tamen habetiores redduntur. Nam in cote mac- tuum

tiam hodie vulgò iactatur adagium, quum aiunt, tam pinguem, quàm cotem, macilentam quempiam esse significantes. ¶ Est & Cos, ῶς, insulæ & ciuitatis nomen, vt infrà docebimus.

Cōticulă, æ, diminutiuum à Cote. {Ἀκόνιον. GALL. *Pierre de touche, pierre à toucher & esprouuer l'or.* ITAL. *Pietra del paragon per far saggi dell' oro.* GERM. Ein versuchstein oder ein polier stein. HISP. *El toque de la plata i del oro.* ANGL. *A touch stone to trie gold.*} Plin. *lib.* 25. *cap.* 9. Contraque suffusiones oculorum cum lacte in coticulis teritur. ¶ Accipitur item pro lapide, quo fit auri, vel argenti experimentum, qui alio modo Index, vel lapis Lydius vocatur. Modicus est, & rarò quaternas vncias longitudinis, binasque latitudinis excedens. Plin. *lib.* 33. *cap.* 8.

Cōtāriă, æ, locus vnde eruuntur cotes. {τόπος ἀφ' ὧν αἱ ἀκόναι ἐξορύττονται. GALL. *Vne carriere dont on tire les pierres à aiguiser.* ITAL. *Luogo donde si cauano le coti.* GERM. Ein ort da man die wetzstein grabt / oder außbricht. HISP. *Lugar donde se sacan las aguzaderas.* ANGL. *A quarrie where whet stones are taken out.*} Alphenus l. *Cæsar ff. de publ.* Cæs. quum insulæ Cretæ cotarias locaret, legem ita dixerat, Ne quis præter redemptorem, post Idus Martias, cotem ex insula creta fodito, neve eximito, neve auehito.

[Cotiarius & laminator, ἀκονητής. Gl. qui cotem acuit.]

Cos, ῶς. Insula est in mari Ægæo, vna Cycladum, quam Hercules olim diripuisse fertur, & regem Eurypylum Neptuni filium vna cum liberis & vxore Clytia occidisse, eo quod ipsum tempestate eo appulsum & impeditum, ab vrbe & hospitio prohiberent, postquam à vastatione Troiæ & Laomedontis rediret. Celebratur propter laudatissimum vinum, quod in ea nascitur. Ab ea fit Cous, a, um. Vocabatur etiam olim Cæa, vel Caris, Κάρις, Steph. teste: & Meropis, à Merope gigante. Cos autem à Coo Meropis filia, ἢ ἀπὸ ἀδελφοῦ, Homerus. Dicitur etiam Κῶς, vel Κόως, & Κόος, vt videtur: quo nomine etiam conditor eius dicebatur. Gentilis, Κῷος, Κώιος, Κοῖος, Κῷος, Κῶος. Est item Cos vrbs Ægypti. Item fossa Corinthi, in quam fures & sugitiui includebantur: quæ & Cous, & carceres in ea Coes. Coos enim fossas & speluncas omnes appellabant. Steph.

Cos, Insula Cariæ attributa, vt Rhodos Lyciæ. Cos alia est à Chio, & à Chea. Coo Ptolem. Coan nominat: alij quoque Coon, & Coum: à qua Cous Apelles cognominatus: & Hippocrates Cous, qui medicinam Clinicam renouauit, densissima nocte latentem, vt *in lib.* 29. scribit Plin. Fuit in ea Æsculapij templum augustissimum. De Iunonis æde nemo ignorat, adeò clara, vt de eius insignibus librum scripserit Theod. *auth. lib.* 7. Vitru. *lib.* 7. Est in hac pectunculus piscis, insigniter sapidus, Varroni celebratus, vt testatur Gellius. Et & bombyx mirabili fœtu operosa, vnde & bombycinæ vestes Coæ, Plinius *lib.* 11. & 5. Arist. *de natura animalium.* qui eam Con appellat, vel, vt Plin. Coon.

[Cosa Vox Italica, quæ significat rem. à *Causa.*]

Cosians, κώσιανα, castellum Palæstinæ, in maritima parte Syriæ, gentile, κωσιανίτης, Steph.

Cosmanates, Liguriæ populi sunt. Ptolem. *lib.* 3. *cap.* 5.

Coscinomantia, æ, κοσκινομαντεία, diuinationis genus, quod fit per cribrum.

[Cosmarcha, mundi princeps. Cosmarius, mundi dominus. Cath.]

Cosmeta, Cosmetes, vide *Cosmus.*

Cōsmitto, pro committo, m literam in s vertentes, veteres dixêre, teste Festo.

Cōsmŏgrăphĭă, {κοσμογραφία. ANGL. *The description of the world.*} Mundi descriptio. Differt autem à Geographia, tanquam totum à parte. Geographi enim solius terræ situm describunt, præcipuasque eius regiones fluminibus & montibus distinguunt: Cosmographi autem, mundi totius tam elementaris, quàm æthereij cognitionem inquirunt, terræque situm non fluuijs, aut montibus, sed cælestibus circulis discriminant.

Cŏsmus, i, κόσμος. Nobilis vnguentarius fuit Romæ. Martialis, Quòd Cosmi redolent vnguenta, foroque deorum. ¶ Hinc Cosmianum vnguentum. Petronius, Affert nobis alabastrum Cosmiani. ¶ Κόσμος autem Græcis ornatum significat, & totum vniuersum, quod cæli ambitu complectitur. GERM. Die welt. Cic. 1. *de Vniuers.* Hunc varietate distinctum bene Græci κόσμον, nos mundum nominamus.

Cōsmētă, {κοσμητής. GALL. *Chambriere, valet de chambre.* ITAL. *Cameriere che ha cura d'ornare il patrone.* GERM. Ein zierer oder zierrin im einem hauß. HISP. *Camarero que a cargo el señor ò señora.* ANGL. *To boye or valler or the chamber.*} Ornator, seruus in familia, cui dominæ, dominæ exornandi cura incumbit. Iuuen. *satyr.* 6.

———— ———— ponunt
Cosmetæ tunicas, tardè venisse Liburnum
Dicitur.

Cŏsmĭcus, adiectiuum, κοσμικός. Idem quod mundanus. Mart. *lib.* 8.
Cosmicus esse tibi Semproni Tucca videris
Cosmica Semproni tam mala quàm bona sunt.

[¶ Item sæcularis extra clerum L. gl. b.

Cosmaticum, tributum pro mundo muliebri. Buleng.

Cosmocrator, mundi imperium habens. Tertull.

Cosmographia, κοσμογραφία, descriptio mundi.

Cosmographus mundi descriptor, à κόσμος mundus, & γράφω scribo.

Cosmon, iumentum. Monocosmon, vehiculum ab vno iumento tractum. Lex. gl. b.

Cosmopolis, *Cosmopoli*, vrbs Iluæ insulæ, à Cosmo Medices, Magno Etruriæ Duce exstructa.

Cossa, pro coxa, veteres dixerunt. inde cossigerare. Accio, pro in coxam aggerare & attollere. Turneb. *lib.* 19. 19.

Cossa, Fronticeram. L. gl. b.

Cossa, κόσσα Steph. Oppidum est in Vmbria Italiæ regione. Autor Plin. *lib.* 3. *c.* 5. hodie Orbitellum vocant.

Cosses, à Plin. vocantur vermiculi in ligno nascentes. *lib.* 30. *c.* 13. quos alias in locis Cossos, vocat. Cosses, inquit, qui in ligno nascuntur, sanant vlcera omnia. Vide *Cossus.*

Cossea, κωσσαία, pars Perrhidis, incolæ Cossæi: est Thraciæ oppidum. Steph.

Cossim, pro coxim. Apul. Vide & *Coxim.*

Cossio Vasatum, *Basas*, (Vasconicè B pro V.) V. E. Vesatensis Vasconiæ, sub A. Auscensi, vel Aurasanensi.]

Cōssus, vermis in ligno editus, qui apud Phryges, & in Ponto pro delicatissimo cibo sumitur. {תולעת ta'ii. σκωλήκιον, ἴκτινος, ξυλοφάγος. GALL. *Vn ver qui s'engendre dans le bois & qui le ronge.* ITAL. *Verme che rode il legno, tarola.* GERM. Ein holtzwurm der in den bäumen wächst. HISP. *El gusano que roe la madera.*} Plin. *lib.* 17. Prægrandes roborum vermes delicatiores sunt in cibo (cossos vocant,) atque etiam farina saginati. Idem *lib.* 11. *c.* 33. Nec enim cossi tantum in eo, sed etiam tabani ex eo nascuntur. A similitudine horum vermium homines rugosi corporis, ab antiquis Cossi dicti sunt: vnde & Cossutiorum familia apud Romanos dicta est; ex qua fuit Cossutia vxor Cæsaris, cuius meminit Suet. *in vita eius.* Similiter & Cossinius, & Cossianus.

Cossus, κωσσός, mons Bithyniæ: incolæ Cossæi, Steph.

Cōstum, vide *Costus.*

Cōstă, arum, sunt ossa illa spinæ cohærentiam, intestináque suo complexu coercentia. {צלע tzelah. πλευραί. GALL. *Costes.* ITAL. *Coste.* GERM. Ein ripp. HISP. *Las costillas.* ANGL. *The ribbes.*} Virgil. 3. *Georg.*

Et pedibus subigit terram, fricat arbore costas.

Ita plagis costæ callent. Plaut. *Pseud sc.* 2. *a.* 3.

Costatus, a, um, Adiect. εὔπλευρος, vt Costatum corpus. Varro 2. *de re rust.* 5. Corpore amplo, bene costato, latis humeris, bonis clunibus, &c. de pecudibus.

Cōstus, fœm. gen. siue Costum neut. {κόστος Dioscoridi, κόσταιον Straboni. GALL. *Herbe nommee de quelques vns du Cost, ou du coq, & d'autres pointette.* ITAL. *Costa erba.* GERM. Ein wolgeschmackte wurtzel auß Arabia, India und Syria. HISP. *El costo especia olorosa.*} Frutex est exiguus in Arabia, India, & Syria nascens, radicem ferens eximij odoris, quam non secus ac thus dijs adolebat antiquitas. Plin. *lib.* 12. *cap.* 12. Radix costi gustu feruens, odore eximio, frutice aliàs inutili.

Cōsyră, κόσυρα, insulæ nomen est in mari Libyco, cuius incolæ Cosyrei, κοσυραῖοι dicuntur. Ouid. 3. *Fast.*

Fertilis est Melite, sterili vicina Cosyræ
Insula, quam Libyci verberat vnda freti.

Cotaria, siue Cotoria, vide *Cos.*

Cōthōn, is, κώθων, insulæ exiguæ nomen, quæ Byrsæ Carthaginensium arci subiacebat, Euripi circundata, circunquaque naualis vsum præbens. Autor Strab. *lib.* 17. Seruius verò in illud Virg. *Æneid.* 1.

Hic portus alij effodiunt.

Portus manu factos Cothonas vocari asserit. ¶ Est & Cothon, genus poculi fictilis, paruum quidem, sed militum vini accommodatissimum; vt quòd nullo negotio gestari posset, & in pera militari circumferri, autores Suidas, & Athenæus *lib.* 11.

Cŏthurnus, {κόθορνος. GALL. *Vn certain brodequin ou chausseure ancienne.* ITAL. *Borzachino coturno.* GERM. Stiffel biß an den halben waden. HISP. *Borzeguí.* ANGL. *A kind of buskin which came ouer the calf of the legge.*} Calciamenti genus erat subere sublimatum, quo Tragœdiarum actores in scena vtebantur, vt procerlores viderentur. Erat autem calciamentum ἀμφοτεροδέξιον, hoc est, tam dextro, quam sinistro pedi conueniens, & de fulris solet religari. Vnde illud apud Virgilium 1. *Æneid.*

Purpureóque altè suras vincire cothurno.
Et dedimus tragicis scriptum regale Cothurnis,
Quæque grauis debet verba Cothurnus habet,

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Iunxit aut Tragicos tetigisse Scylla Cothurnos. Ibid.

In Cothurnos ne assurgat Comœdia: Tragœdia ne ingrediatur socco. Quint. Vtrique pedi aptum cothurnum fuisse, vnde abierit in prouerbium docet Plut. *in Nic.* ¶ Potest etiam hoc nomine appellari hoc calceamenti genus subere suffultum quo in Italia mulieres hodie vtuntur, vt Heroidum illam proceritatem videantur referre, cuius meminit Iuuenalis,

———— *si breue parui*
Sortita est lateris spatium breuiórque videtur
Virgine Pygmæa nullis adiuta cothurnis.

¶ Aliquando pro sublimiori dicendi genere. Virg. *Eclog.* 8.
Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno.

[Cothurnarius stilus, initio *lib.* 28. Ammiani, pro tragico.]

Cŏthurnātus, a, um, adiect. à κόθορνος ὑποδεδεμένος. Martialis, Grande cothurnati pone Maronis opus.

———— *non est*
Illa Cothurnatas inter habenda Deas,

Ouid. 5. *Fast.* de Flora.

Coticula, vide *Cos.*

Cŏtīdie, vide *Quotidie.*

Cotinus, κότινος, Oleastri genus, quo Olympionicæ coronabantur. Aristoteles Philostephanon appellat. ¶ Est & frutex hoc nomine in Appennino, ad lineamenta modò, conchylij colore insignis. Autore Plin. *lib.* 16. *cap.* 18.

Cotiso, Dacorum rex fuit, à Cornelio Lentulo Augusti legato in Pannonia superatus, de eo Suet. *in Aug. cap.* 63. Ita vt Augusti eiusdem vellet esse & socer & gener.

Cōtōnĕă, æ, à Veneris dicta fuit herba quam Galli *Halum* appellant, simili cunilæ bubulæ, tota odorata, capitula habens thymi, dulcis alioqui, & sitim sedans. Vide Plin. *lib.* 26. *c.* 7. κυδώνιον μῆλον.

Cōtōnĕum, i. {κυδώνιον. GALL. *Pomme de coing, vn coing.* ITAL. *Pomo cotogno.* GERM. Kütten. HISP. *Membrillo.* ANGL. *A quince peare.*} Mali genus, primùm è Cydone Cretæ vrbe aduectum: vnde & Cydonium à Græcis appellatur: nam Cotoneorum nomen à Catone primùm prolatum putatur. Eius varia sunt genera. Quædam enim incisuris distinguuntur colore ad aurum inclinato: vnde & Chrysomela dicuntur. Alia candidiora, præstantissimi odoris, Nostratia cognominata. Sunt & Neapolitana, & minora ex eodem genere Struthea, serotini prouentus, sed odoratiora. Sunt & præcocia, mustea: item syl-

ue̅tiia minora, sed à strutheis odoratissima. Hæc Plin. *lib.* 15. *cap.* 11. ¶ Vide *Cotoneum*.

Cotopitæ, [illegible] Hæretici. Isid.

Cottadis, A. [illegible] Constantinopolitano. ¶

Cotta, clarissimus orator fuit, Ciceronis coætaneus, quem etiam interlocutorem inducit *in lib. de Oratore.* ¶ Fuerunt eodem tempore & alij Cottæ duo, quorum alter contra Mithridatem [illegible] pugnauit, & Syllam Cæsari conciliauit. Alter legatus Cæsaris in Gallia, [illegible] circumuentus, ab Ambiorigis ducis exercitu interfectus est. Pædianus.

Cottabus, i, [Greek], Ænea phiala, quam peracto conuiuio mensæ imponere solebant vino plenam: deinde in minora pocula ab alto miscentes, sonum edere: qui si illisu maior ederetur, ab amatis amari se augurabantur. ¶ Accipitur & pro ipso sono, qui hoc pacto edebatur. Vnde [Greek] verbum Græci vsurparunt, pro eo quod est sonum huiusmodi edere: & [Greek], pro hoc ludi genere: item [Greek], præmia victori huius ludi dari solita, quæ, teste Athenæo, fuerunt [Greek], hoc est, triticeæ placentulæ & sesamineæ. Aristoph. quoque, qui hoc genere ludi se recreabant, [Greek] appellauit: quòd vix aliter, quàm vino madentes id agerent. Plaut. *in Trin.* Cottabum videtur appellare, sonum flagrorum, qui inter verberandum redditur. Caue sis (inquit) ne cottabi bubuli crebri in te crepent.

Cottana, [Greek], ficus exiguæ, verùm iucundissimo sapore, Syriæ peculiares. Plin. *lib.* 14. *c.* 5. Scribitur & Cotana, vel Coctona, siue Cottona: aut, vt alij volunt, Cotana, vel Coctana. ¶ Iuuenal.

——— quo pruna & cottana vectos

Vsurpat & Martialis *cottana,* vel *coctana.* ¶

Cottiæ Alpes, pars Alpium, Lepontis proxima, duodecim olim ciuitatibus insignis, quæ Cottianæ dicebantur, nomine accepto à Cottio rege, Augusti Cæsaris amico, qui eum tractum structis molibus transitu commodiorem reddit. {Germ. Das hoch Alp gebirg so sich von S. Bernharts berg an richtig gegen Mittag an das liguritsch meer streckt, so auch den Montcenis begreifft. Stumpff.} Vulgò *Monte Cinise.*

Cottius rex, Suet. *in Neron. cap.* 18. & Cottij Regnum, nomen loci. Suet. *in Tib. cap.* 31.

¶ Cotum, gossypium. Arab. [Hebrew] *katin,* quia subtilis lana. Hebr. *katón* est paruum, subtile esse. Gallis itaque rectiùs *cotton.* Hisp. Cum articulo Arab. *algodon.*

Cotula, pro mensura. Vide *cotyle.* Est & *cotula* herba, siluestre chamæmelum. *Cotula alba,* Germ. Kudel. q. bouis anethum.

Coturnium vas, quo in sacrificiis vinum infundebatur. Fest. ¶

Coturnix, auis aduena, terrestris magis, quàm sublimis: nostri *Quaglam* dicunt. {[Hebrew] *selâv.* [Greek] Gall. *Vne caille.* Ital. *Starna, coturnice.* Germ. Ein wachtel. Hisp. *Codorniz.* Angl. *A quaille bird.*} Die meum passerculum, Gallinam, coturnicem. Plaut. *Asin. sc.* 3. *a.* 3. patriciis pueris Anates, coturnices, &c. Plaut. *Capt. sc.* 4. *a.* 5. De huius auis consideratione plurima cognitu dignissima tradit Plin. *lib.* 10. *cap.* 23. Coturnices (inquit) semper ante veniunt, quàm grues: parua auis: & cùm ad nos aduolat terrestris magis, quàm sublimis. Aduolant non sine periculo nauigantium, quippe velis sæpe insident, & hoc semper noctu, merguntque nauigia. Iter est his per hospitia certa: Austro non volant, humido scilicet, & grauiore vento: aura tamen vehi volunt, propter pondus corporeum, viresque paruas. Hinc volantium illa conquestio, labore expressa. Aquilone itaque maximè volant, Ortygometra duce. Primam earum appropinquantem terræ accipiter rapit. Reliqua vide apud Plinium.

¶ Cotyaium, in Phrygia, M. sub P. Constantinopolitano. ¶

Cotyla, æ, [Greek]. Mensuræ genus, quod alio nomine Hemina dicitur, continens dimidium sextarij. ¶ In ossibus item Cotylæ dicuntur, quæ & Cotyledones, hoc est, caua quædam acetabula quibus aliorum ossium capita inseruntur: eiusmodi sunt in coxendicibus, ossium femoris capita excipientia. ¶ Accipitur, & pro concaui vasis genere, cuiusmodi Diogenem vsum fuisse docet Laërtius antequam puerum ex concaua manus vola bibentem vidisset. ¶ Accipitur & pro ludi genere, in quo quis reductas in tergum manus coniungebat, stringebatque: alterque impositis in ea genibus, tollebatur, suis manibus oculos gestantis obtegens. Ad hunc igitur modum gestatus, [Greek] gestari dicebatur.

¶ Cotylarium, piscatus purpuræ. L. g. b. ¶

Cotyledon, {[Greek]. Gall. *Herbe vulgairement appellée* Vmbilicus veneris. Ital. *Copertoiule.* Germ. Nabelkraut. Hisp. & Lusit. *Ensudetes, cuchilles.* Angl. *An hearbe commonlie called vmbilicus veneris.*} Herbæ genus est, quæ, teste Ruellio, Vmbilicus Veneris à Romanis dicitur: quod nomen etiam hodie seruant officinæ. Cotyledonem autem Græci putantur appellasse propter figuram folij in acetabuli formam tornati, & modice concaui. ¶ Cotyledones item in mulieribus appellantur ora vasorum in vterum desinentia, per quæ sanguinis redundantia singulis mensibus, ex omni corpore in vterum deriuatur, & per quæ semen alimentum ad se attrahit.

Cotylum, [Greek]. Scribit Strabo vocari collem in Ida monte, centum viginti millibus passuum à Scepsi distantem, in quo Scamandri, & Granici, & Æsapi fluminum origo. Vnde & nomen Cotylo inditum, [Greek], quod concaptaculum & receptaculum significat.

¶ Cotymba, nauigij barbarici genus. L. g. b. ¶

Cotys, [Greek], Thraciæ rex fuit, qui in bello ciuili Pompeij partes sequutus est. De hoc tradit Plutarchus, quòd quum sibi esset conscius [illegible] se in castigandis seruis egredi, pocula quædam, pretiosa quidem, attamen fragilia, ab hospite dono accepta, vbi donantem benignè remunerauerat, omnia confregit: veritus ne si a ministris frangerentur, in iram excandesceret, & nimis atrocem in illos pœnam statueret. ¶ Fuit & alius eiusdem nominis Thraciæ rex, qui Tiberij tempore Rhescuporis patrui fraude circumuentus est & occisus. Autor Tacit. *lib.* 2.

Cotytto, tus, [Greek], Dea impudentiæ habita est, cui Athenis à Baptis (eo nomine vocabantur eius sacerdotes) nocturna sacra fiebant, quæ [illegible] ceteris. Hanc Pisonis scriptores fuisse confirmat. Vnde etiam sacerdotes eius lasciuis saltationibus sacra eius celebrabant. Iuuen. *Satyr.* 2. Cecropiam soliti Baptæ lassare Cotytto. Vide Politianum Miscel. *cap.* 10.

Cotyttia, orum, [Greek], Sacra erant nocturna (vt dictum est) quæ Athenis à Baptis in honorem Cotyttus impudentiæ deæ. Vide suprà in dictione *Bapta.*

¶ Couali, Dæmones lusum assimilantes, & decipientes. Eli.

Couentria, Couentre, V. h. Angliæ, sub A. Cantuariensi. ¶

Couinus, {[Greek]. Gall. *Vn chariot de guerre armé & garni de grans trenchans & couteaux pour mettre en pieces ceux qu'il rencontre.* Ital. *Carretta, carro da guerra armato per conquassare un essercito.* Germ. Ein karch ab dem man streit, kriegs wagen, heerwagen. Hisp. *Vn genero de carro de guerra.* Angl. *A kind of warre chariot armed and garnished with pikes or such sharpe instrumentes.*} Vehiculi falcati genus fuit, quo Britanni & Galli in prælio vehebantur. Pomp. Mela, Dimicant non equitatu modo, aut pedite, verum & bigis, & curribus Gallicè armatis: Couinos vocant, quorum falcatis axibus vtuntur. ¶ Inde Couinarius dicitur auriga, qui couinum regit, aut qui ex couino pugnat, [Greek]. Tacit. *in vita Agricol.* Media campi couinarius, & eques strepitu ac discursu complebat.

¶ Couinarius est, qui ex couino pugnat. ¶

Cous [Greek]. Vide *Cos.*

Coum, Græcè [Greek], Latinè Senio, numerus est in talo, Cani contrarius, qui & Venus dicitur: quem qui iecisset, rex lucrifaciebat: qui verò Canem, nummum vnum addebat: vnde etiam Damnosa canicula à Poetis vocatur. Coo sua dilecta Battis. Ouid. *El.* 5. *lib.* 1. *Trist.*

¶ Coutor, à coui, & vtor.

Couum, veteres cœlum vocabant: quod Festus scribit dictum à chao, ex quo poetæ dicunt cœlum esse natum, imo potius, quod [Greek] apud veteres significabat aerem. ¶

Coxa, & Coxendix pro eodem accipiuntur. {[Hebrew] *sôkâk* [Greek]. Gall. *La hanche, ou la cuisse.* Ital. *Coscia.* Germ. Dicke. Hisp. *La pierna, ò nalga, ò anca.* Angl. *The hippe or huckle bone, the haunche.*} Sunt enim coxendices, siue Coxæ ossa duo, facro ossi vtrinque attricta, cauaque quædam habentia acetabula, quibus ossium femoris capitula inferuntur. Græcè [Greek] appellantur: vnde Ischiadicus morbus, qui coxendices infestat. Vnde Ischiadici dicuntur e coxendicibus laborantes. Plin. *lib.* 25. Coxendicibus & articulis omnibus cum axungia vtilissima. Cato incantamentum docet ad sananda coxendices luxatas, hoc est, loco suo motas. Suet. *in Aug.* Coxendice & femore & crure sinistro non perinde valebat, vt sæpe etiam inde claudicaret. Plin. *in Epist.* Hunc dum sequitur colligitque per læue & lubricum pauimentum, fallente vestigio cecidit, coxamque fregit: quæ parum aptè collocata, reluctante ætate, malè coiit.

¶ Coxim est in coxis nitendo, collum sedendo. *in coxe,* in coxam sedeo.

Coxus, [Greek], Gloss. claudus à vitio coxæ. Ita *coxendix* & partem & partis morbum significat. *Coxigare* [Greek], Glossar. id est, claudicare. ¶

C R

¶ Cra, cra, vox est coruorum. Cath.

Craba, morbi genus. Cedren. ¶

Crabasia, [Greek], vrbs Iberorum. Steph.

Crabraæ, aquæ nomen in agro Tusculano. Cic. *pro Corn. Balb.* Ego Tusculanis pro aqua crabra vectigal pendam, quia à municipio fundum accepi. Idem *in Epist.* De crabra quid agatur, etsi nunc quidem nimium est aquæ, tamen velim scire.

Crabrones, insecta volucria, vespis similia, sed maiora. {[Hebrew] *tsirhah.* [Greek] Gall. *Freslons, ou freslons, frelons.* Ital. *Calabroni.* Germ. Ein hurnauß. Hisp. *Tavarres ò mosgardos.* Angl. *Hornettes or great weispes.*} Degunt in siluestrium arborum cauernis: vita binatum non transeunt, creantur ex equis. Vide Plin. *lib.* 11. *c.* 21. *& lib.* 30. *c.* 13. *& lib.* 19. *c.* 4. Spicula crabronum. Ouid. 11. *Metam.* Asper crabro. Virg. 4. *Georg.* Irritare crabrones, [Greek] id dictum est à Plaut. *in Amph.* in mulierem ingenium quibus si iratis repugnes, magis prouoces, atque tunc tuo malo discedas.

¶ Cracinus Petra Deserti, V. A. sub P. Ierosolymitano.

Cracentes, [illegible] Fest. Cracentes graciles. Ennius:

Succincti gladijs, media regione cracentes.

Cracouia, *Cracauw,* ad Vistulam fl. regni Poloniæ metropolis, & Regum sedes, habet Episcopum Gnesnensis A. suffraganeum. ¶

Crade, [Greek], vrbs Cariæ, Steph.

Cragus, [Greek] Stephano, mons Lyciæ, Tauri pars, vt scribit Pompon. *lib.* 1. & Plin. *lib.* 5. *cap.* 27. ex opposito habens montem Antecragum. Sic dictus à Crago Tremileis & Praxidiceæ Nymphæ filio. Horat. *lib.* 1. *Carm.*

Syluis, aut viridis Cragi, &c.

Ouid. *Metam. lib.* 9.

Iam Cragon, & Lymira Xanthique reliquerat vndas.

¶ Crama, [Greek], id quod mistum est, vinum aqua mixtum, diluta potio. à [Greek] misceo. ¶

Crambe, es, fœm. gener. {[Greek]. Gall. *Vne espece de choux.* Ital. *Specie di cavolo.* Germ. Köl, karpentköl. Hisp. *Vn genero de bersa.* Angl. *A kind of colewortes.*} Brassicæ species est apud Plin. *lib.* 20. *cap.* 9. amari saporis, tenuioribus foliis & simplicibus, non ingrato gustu, sed quæ recocta fastidium pariat & nauseam. Vnde profectum est prouerbium, Crambe recocta mors est. Græcis tamen Crambe generale nomen est, ad ea omnia extensum, quæ Latinis Brassicæ appellatione continentur. Crambe dicta est (vt quidam putant) quasi [Greek], hoc est, ab eo quod oculorum pupillas obtundat, hebetetque. Vnde & [Greek] ab Atticis appellatur. Quanquam sunt, qui vocis huius etymon ad alteram eius herbæ naturam malint referre, vt Crambe dicta sit, quasi [Greek], seu potius [Greek], hoc est, quasi crapulæ excussoria, seu ejectrix. Nam vino aduersatur, vt tenuit à vitibus: vnde sumpta in cibis, ebrietatem arcet, & crapulam iam contractam discutit.

¶ Crambus, [Greek], est vitium fructuum, & præcipuè vuarum, quum ardore Solis exustione acrea vuarum velut tosta marcescunt. ¶

Crambutis, Κραμβοῦτις, ἢ Κραμβοῦσα, vrbs Ægypti. Steph.

Crambusa, Κραμβοῦσα, insula est circa Seleuciam Isauriæ. Autor Strab. *lib.* 14.

Cranae, Κρανάη, insula Laconica, quæ nunc Helena, antè Gethcum, *γύθειον*, sita, hinc Cranaeus, vel Cranaætes. Sic & Attica vocabatur à Cranao rege. Steph.

Cranaus, Κραναός, Atheniensium rex fuit, qui Cecropi in regno successit, à quo regionis incolæ Cranai dicti sunt.

Craneum, Κράνειον, Gymnasium erat apud Corinthum. Cic.

Cranea, Κράνεια. Exigua regio est Ambraciotarum, cuius incolæ dicuntur Craneates. Steph.

Craneus, Κρανεύς, primus Macedonum rex, à quo Alexandri Magni tempora numerantur anni circiter quingenti: quo interuallo reges circiter xxxviii. in Macedonia regnarunt. Autor Volaterran. *lib.* 13.

‖Cranganora, *Cranganor*, V.A. Indiæ Orientalis.‖

Crania, Κρανία, Tarsus Ciliciæ olim vocabatur à Cranio quodam. Stephan.

Cranides, Κρανίδες, vicus iuxta Pontum: gentile Cranitæ. Steph.

Cranion, ij, Κράνιον, Cephalleniæ ciuitas est, quam Thucydides *lib.* 5. Κράνιοι vocat plurali numero.

Cranon, nis, Κρανών, vrbs Thessaliæ Pelasgioeidis, in campis qui Tempe appellantur, centum stadiis distans à Gyrtone, Steph. ex Strab. Est & alia Athamaniæ à Cranone Pelasgo. In hac duos duntaxat coruos esse tradunt, & quum pullos excluserint, paribus relictis discedunt. Abest Cranon stadiis centum à Gyrtone, vt Strab. inquit. Homerus Cranonios Ephyros vocat, Phlegyas Gyrtonæos. Steph.

Cranium, {גֻּלְגֹּלֶת *ghulghóleth*. Κρανίον. GALL. *Le crane, le test.* ITAL. *La caluitia del capo.* GERM. Hirnschal. HISP. *Calauera.* ANGL. *The scull or bare scalpe of the head.*} Est calua capitis, & poculi genus, caluæ figuram referens. ‖Hadr. Iunius dici vult, quod cerebrum integat, quasi κράνος, i. e. galea.

Cranon, Ceres, vrbs ampla in planicie Thraciæ, teste Bellonio *lib.* 2. 55.‖

Crannus, Κράννων, vrbs, aliàs Ephyre dicta. Steph.

Crantor, Κράντωρ, Solensis Academicus Philosophus fuit, Platonis auditor, & condiscipulus Xenocratis & Palæmonis, qui nouis opinionibus Academiam Platonicam repleuerunt. Hic scripsit librum de Consolatione, quem Cicero æmulatus est. Periit aquæ intercutis morbo. Taxauit Stoicorum indolentiam, quæ esse nullo modo potest, nisi plane hominem saxeum esse velimus, & omni sensu carentem. Horat. *lib.* 1. *Ep.* Troiani belli scriptorem: Maxime Lolli, Dum tu declamas Romæ, Præneste relegi, Qui quid sit pulchrum, quid turpe, quid vtile, quid non, Planiùs ac meliùs Crysippo & Crantore dicit. ¶ Alius fuit Pelei armiger, de quo Ouid. *lib.* 12. *Metam.*

Crāpŭlă, Comessatio, ebrietas. {κραιπάλη. GALL. *Yurongnerie, & les inconueniens & les maladies qui en viennent.* ITAL. *Crapula.* GERM. Das haupweeh von dem prassen. Item, Trunckenheit, schlemmerey, füllerey. HISP. *Embriaguez.* ANGL. *Surfetting a disease comming of drunkennesse.*} Cic. 2. *Philip.* Edormi crapulam, & exhala. Huc veni crapulam dum euomerem. Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 5. Plin. *lib.* 23. *cap.* 1. Nouitium resinatum nulli conducit, capitis dolorem & vertigines facit: ab hoc dicta Crapula est. Vbi hoc videtur innuere, Crapulam dici ἀπὸ τοῦ τὸ κρᾶτα πάλλειν: hoc est, ab eo quòd caput vertigine concutiat. Aristoteles *in Problemat.* in ea distinguit Crapulam ab ebrietate, quod ebrietas vim cum mente adimit & sensum doloris: Crapula verò constante mente caput affligit. ¶ Hinc Acrapala, ἀκραίπαλα, à Græcis vocantur medicamenta, quæ crapulæ resistunt: inter quæ numerarunt & Brassica. ¶ Crapula, aliter. Plin. *lib.* 14. *cap.* 20. Ratio autem condiendi musta in primo feruore, qui nouem diebus vt plurimum peragitur, aspersu picis, vt odor vino contingat, & saporis quædam acumina. Vehementiùs id fieri arbitrantur crudo flore resinæ, excitarique lenitatem. E diuerso crapula compesci feritatem nimiam, frangique viruscaut vbi pigra lenitas torpeat, virus addi. Liguriæ maxime, circumpadanisque mustis vtilitas discernitur hoc modo: pugnacibus mustis crapulæ plus indi tur, lenibus parciùs. Sunt qui ex vtroque conditi velint, &c. Hoc in loco Plinio crapulam vocari quidam putant medicamenta quibus vini lenitas excitatur. Alij verò resinæ florem esse dicunt, id quod in resina supernatat: quod autem sidit in fundo, crapulam: vt sit crapula velut fæx resinæ.

Crāpŭlor, aris, deponens, est cibo & vino se ingurgitare. {סָבָא *sabá.* κραιπαλάω. GALL. *S'enyurer, manger ou boire trop.* ITAL. *Troppo empiersi di mangiare ò bere.* GERM. Sich füllen mit fressen vnd sauffen. HISP. *Embriagarse.* ANGL. *To make himselfe drunken, or eat muche.*}

Crās, aduerbium temporis, idem significat, quod die proximo futuro: sicut Heri, die proximè elapso. {מָחָר *machar.* αὔριον. GALL. *Demain.* ITAL. *Dimane, domani, domattina.* GERM. Morn, morgen. HISP. *Mañana, otro dia.* ANGL. *To morrow.*} Cic. *lib.* 13. *ad Attic.* Scies igitur fortasse cras, ad summum perendie. Horatius, Quid sit futurum cras, fuge quærere. ¶ Accipitur interdum pro nomine substantiuo, idemque significat, quod dies crastinus. Persius,

Iam cras hesternum consumpsimus, ecce aliud cras.

Martialis,

Cras te victurum, cras dicis Posthume semper:

Nescio cras illud Posthume quando venit.

Nonnunquam ponitur indefinitè pro quouis tempore futuro. Plaut. *in Aulul.* Quæ cras veniet, perendie feratur foras. Dabuntur (hæ decem minæ) cras peti iubeto. Idem *Mostell. sc.* 1. *a.* 1. Cras ea quidem sunt (Dionysia.) Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Necesse est mihi hodie Sicyoni esse, aut cras mortem exequi. *Ibid. sc.* 2. *a.* 4. Cras faxo ad villam afferat. Idem *Most. sc.* 1. *a.* 1.

Crāstĭnŭs, a, um, à Cras fit. {αὔριος. GALL. *De demain.* ITAL. *Cosa del giorno seguente.* GERM. Morndeiig. HISP. *Cosa del dia siguiente.* ANGL. *Perteyning to the morrow.*} sicut ab Heri, Hesternus: vt, Dies crastinus, id est, proximè adueniens Liu. *lib.* 1. *ab Vrbe*, Vero, crastino die adeste. Plaut. *Menæch. sc.* 2. *a.* 1. Inde vsque ad diurnam stellam crastinam potabimus. Hircius *Ciceroni*, Sed aliquid crastinus dies ad cogitandum nobis dabit. Virg. *lib.* 1. *Georg.*

—— nunquam te crastina fallet

Hora, nec insidijs noctis capiere serenæ.

Cic. *lib.* 2. *de Orat.* Post meridiem, si ita vobis est commodum, loquemur aliquid: nisi fortè me in crastinum differre vultis. In crastinum vos vocabo ad cœnam, ridiculè. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 5. In crastinum perendinum eum qui rectè valeat. Quint. Dies crastini. Vide *diequarti, dieseptimi* infra in *Dies.*

‖Crastinatio. Gloss. ἀναβολή, ὑπέρθεσις, in crastinum reiectio.‖

Crastino, aduerb. idem quod Cras. {מָחָר *machár.* αὔριον. ANGL. *To morrow.*} Gell. c. 19. *lib.* 2. Si dominus melium ad amicos reiecit, crastino seges non metetur.

Crasterium, Κραστήριον, Siciliæ regio. Steph.

Crasis, Κρᾶσις, vt à Medicis accipitur, idem est quod temperamentum, hoc est, proportio quædam primarum qualitatum existentium in elementis, ex quibus corpus mistum est & conflatum. ¶ A Grammaticis Crasis accipitur pro contractione duarum syllabarum in vnam coalescentium vt τεῖχει, pro τείχεϊ. Dicta Crasis, ἀπὸ τοῦ κεράννυμι, quod est Misceo, siue tempero.

Crassamen, Crassamentum, Crassescere, vide *Crassus.*

Crassitius, genere Tarentinus, ordinis Libertini, cognomine Pasicles Romæ ludum Grammaticæ aperuit: docuitque inter alios Iulium Antonium, Antonij Triumuiri filium. Autor Tranquillus.

Crassiuenium, Aceris arboris genus vilius, à venarum crassitudine dictum. Plin. *lib.* 16 *cap.* 15.

Crassus, P. Licinius ante ætatem Pont. Max. (quod nunquam antea contigit) Consul creatus, profectus est contra Aristonicum, Eumenis filium. In quo prælio, profligato exercitu, ipse ne in manus hostium veniret, baculo Barbarum quendam in acie oculo conuerberato, in sui necem prouocauit. ¶ L. Crassus orator, superioris filius, qui cum Antonio à Cicerone introducitur in libris de Oratore, mirifico quodam pudore præditus fuit: qui tamen non modò non obesset eius orationi, sed etiam probitatis commendatione prodesset. Accusauit C. Carbonem eloquentissimum hominem admodum adolescens, ex quo summam ingenij non laudem modò, sed etiam admirationem est consecutus. Defendit postea Liciniam virginem quum annos vigintiseptem natus esset. In ea ipsa causa fuit eloquentissimus, orationisque eius scriptas quasdam partes reliquit. Voluit adolescens in colonia Narbonensi causæ popularis aliquid attingere, eámque coloniam, vt fecit, ipse deducere. ¶ Hæc ex libro de Orat. & Bruto Ciceronis, in quo libro est elegantissima ipsius Crassi cum Antonio & Scæuola comparatio. Deploratur multis verbis Crassi mors à Cicerone in exordio 3. *lib. de Orat.* ¶ P. Crassus, Oratoris frater, iuris peritissimus fuit, qui in dominatione L. Cinnæ, quum Marianarum esset partium, ne incideret in manus inimicorum, seipsum interemit. Huius filius M. Crassus, Romanorum ditissimus, cum Pompeio & Cæsare Triumuiratum iniit: quorum planè autoritate Respub. aliquot annos regebatur. Ad bellum missus gladiatorum, qui duce Spartaco in Campania insurrexerant, Vatiniúmque, Gellium, ac Lentulum Romanos Imperatores fugauerant, duodecim millibus hostium vnà cum duce cæsis, apud Rhegium iuxta Leucadis paludem victoria potitur: ex quo Vrbem ouans ingressus est. Postremò quum ei Syria sorte obuenisset, profectus ad bellum Parthicum, ibi filium Publium amisit. Ipse demum infeliciter rem gerens, à Surina regis præfecto captus, atque interfectus. Autor Cicer. *in Paradoxis.* ¶ Alter Crassi filius Cæsaris legatus fuit in bello Gallico, & in Cæsarianis tandem partibus adolescens occubuit, fuit autem discipulus Ciceronis. De quo hæc in Bruto, Erat enim Crassus (inquit) cum institutus optimè, tum etiam perfectè planèque eruditus: grauis, & sine segnitie verecundus esse videbatur. Sed hunc quoque absorbuit æstus quidam insolitæ adolescentibus gloriæ: qui quia nauauerat miles operam Imperatori, Imperatorem se statim esse cupiebat. Hæc Cicero.

Crāssŭs, prænomine Marcus, Romanorum omnium ditissimus fuit, qui negabat quempiam habendum esse diuitem, nisi qui exercitum annuo reditu posset alere. Hic postea cum Pompeio & Cæsare Triumuir factus, cupiditate auri, vt fertur, in Parthos expeditionem suscepit: à quibus ipse cum filio adolescente & vniuerso exercitu deletus est.

Crāssŭs, spissus, densus, pinguis ac ponderosus. {בָּרִיא *bari* שָׁמֵן *schamén* דָּשֵׁן *daschén* עָב *ab.* παχύς. GALL. *Gros, espez & seurnt, gras.* ITAL. *Grasso, corpulento.* GERM. Dick, grob, feist. HISP. *Grueso, espessura.* ANGL. *Fat, fleshie, thick, grosse.*} Terent. *in Hecyr.* Magnus, rubicundus, crispus, crassus, cæsius. Cic. 1. *Tusc.* Crassus, & concretus aër. Plin. *lib.* 11. *c.* 38. Animalium fortiora, quibus sanguis crassior. Plaut. *in Pseud. sc.* 7. *a.* 4. Suram vbi aspicias, scias eum posse gerere crassas compedes. Ponderosas, crassas, compedes capiat. Idem *Capt. sc.* 5. *a.* 3. bis. Apud anum claudam, crassam, Chrysidem. Idem *Ps. sc.* 2. *a.* 2. Nec crassa toga sit, non serica. Quint. ¶ Crassa Minerua dicitur aliquid fieri, quod incondi tiùs, simpliciúsque, quasique indoctiùs fit, non autem exquisita arte, nec exactissima cura. Horat. 2. *Serm.*

Rusticus, anormis, sapiens, crassáque Minerua.

Craſſāmĕn, inis, à crassus, Crassitudo. {מַעֲבֶה *maabéh* עֳבִי *hobi.* πάχος, τὸ παχυμερές. GALL. *Espesseur, vne matiere espesse, comme la lie de quelque chose en la frondille.* ITAL. *Crassume, materia grossa, come la mucilagine di qualche cosa.* GERM. Ein dicke oder feiste matery. HISP. *Grossura.* ANGL. *The thicknesse or grossenesse of a thing.*} Columell. *lib.* 12. *cap.* 25. Semper requieta aqua crassamen aliquod, in imo reperitur.

Crassāmentum, Crassities. {מַעֲבֶה *maabéh* עֳבִי *hobi.* πάχος. GALL. *Espesseur, ou grosseur.* ITAL. *Spessezza, grossezza.* GERM. Dicke. HISP. *Grossura.* ANGL. *The thicknesse or grossenesse of a thing.*} Gellius, Surculi duo erant teretes, oblonguli, pari crassamento, eiusdem longitudinis, derasi, atque ornati similes. Sic Colum. Crassamentum vini fæculenti dixit, & *lib.* 12. *c.* 25. Crassamen, pro sedimento.

Crassities, & crassitudo, vulgò profunditatem vocant. {מַעֲבֶה *maabéh* עֳבִי *hobi* [illegible]. ANGL. *Grosnesse, fatnesse.*} Plin. *lib.* 11. *cap.* 39. Hippopotami corij crassitudo talis, vt inde tornentur hastæ. Cæsar 2. *bell. Ciuil.* Crassitudo parietum quinque pedum.

Craſſeſco,

Crassescere, est Crassum fieri, pinguescere. {παχύνεσθαι. GALL. *Deuenir gros & espez, s'espessir, & engressir.* ITAL. *Diuentar grasso, ingrassare.* GERM. Dick oder feist werden. HISP. *Engrossarse.* ANGL. *To waxe thick, grosse, fat or fleashie.*} Colum. *lib. 9. de turturibus*, Nec quia tritico, vel aliis frumentis minus crassescant, verùm quòd semine eius maximè delectantur. Plin. *lib. 2.* Qui neque in nebulam densetur, nec crassescat in nubes, i. crassus fiat. Idem *lib. 9. c. 26.*

Crassè, aduerbium. {παχυμερῶς. GALL. *Espessement, grossement, grassement, lourdement.* ITAL. *Spessamente, grossamente, lordamente.* GERM. Dick/ gröblich. HISP. *Con grossura y espessura.* ANGL. *Thicklelie, grosselie, clubbishlie, brokishlie.*} Col. *lib. 12. cap. 43.* Lata vasa in modum patinarum fieri iubebat, eáque intrinsecus & extrinsecus crassè picari.

Crastus, Κράστος, vrbs Sicanorum in Sicilia, vbi formosissimæ mulieres nascebantur, patria Epicarmi comici, & Laidis meretricis, gentile Crastinus. Steph.

Cratægonon, siue Cratæogonon, κραταιόγονον, Genus Satyrij herbæ, semine lini maiore, duræ radicis, cortice rubro, sapore subdulci, quod in montosis traditur inueniri. Vide Plin. *lib. 27. c. 8.*

‖Crate, antiquis pro crates. Vnde *craticulum*. Fest.‖

CRĀTĒR, is, {אגן *agághán* גביע *gbhabiah*. κρατήρ. GALL. *Vne coupe, ou tasse.* ITAL. *Coppa.* GERM. Ein grosser vnnd weiter becher/ ein trinckschal. HISP. *Gran copa ò pila do cae el agua.* ANGL. *A cuppe, a peece to drinkin.*} Vasis genus capacius, quo in libationibus, & solenioribus epulis vti solent. Virg. 9. *Æneid.*

Sed magnum metuens se post cratera tegebat.

Idem *Eclog. 6.*

Craterásque duos statuam tibi pinguis oliui.

Idem 6. *Æneid.*

Crateras magnos statuunt, & vina coronant.

¶ Ab huius vasis similitudine Crater in monte Ætna appellatus est foramen illud per quod ignis euomitur. Ouid.

Et premit currus media cratere recepit.

¶ Et Crater in fontibus dicitur receptaculum, quod & Labrum dicitur, id quod fistulis aqua decurrit. ¶ Velut in Cratere philotesio, ὥσπερ ἐν κρατῆρι φιλοτησίῳ, prouerbialis collatio, qua significabimus, res antea turbulentas componi sedarique, & priùs inter sese inimicos in gratiam redigi. Dicitur autem crater philotesius, quem in conuiuiis porrigunt alius aliis, ceu amicitiæ symbolum ac pignus. Vnde etiam eandem vim habebit adagium, si Crater philotesius, κρατὴρ φιλοτήσιος, dicas. ¶ Crater litium, siue malorum, κρατὴρ κακῶν. De re permolesta, siue de homine litium autore. Item signum cœleste quod oritur decimo sexto calendas Martij, vespere. ¶ Item sinus in littore Campano à Miseno Athenæum vsque extensus, duobúsque penè coeuntibus promontoriis incuruatus: vt est autor Strab. *lib. 5.* Crater pro vase in quo cibus coquitur, vel mensæ apponitur. Ouid. 5. *Fast.* Nunc dape, nunc posito mensæ nituere Lyæo: Terra rubens crater, pocula fagus erant. Craterem refert ad dapes, pocula ad Lyæum.

Crātērā, æ, idem quod Crater. Horat. *in Serm.*

Siue grauis veteri cratera limus adhæsit.

& Liuius sæpe *lib. 5.*

Crātērītēs, gemma est præduræ naturæ, inter chrysolithi & electri colorem. Plin. *lib. 37. cap. 10.*

Crātērrā, ab antiquis dicta est, teste Nonio, quam nos Situlam vocamus. {κρωσσίον, γαυλός. ANGL. *A buckette to tak vp water.*} Cic. 2. *de nat. deor.* In medióque sinu fulgens craterra relucet. Loquitur de vrna Aquarij, cœlestis syderis.

Crātĕrŭs, Macedo è comitibus Alexandri, qui etiam res eius gestas scripsit, cuius meminit in Aristide Plutarchus. De hoc Pers. *Sat. 5.*

Et quid opus Cratero magnos promittere montes?

CRĀTĒS, est rata quædam lignorum, vel viminum, vel etiam ferramentorum connexio. {ταρσός. GALL. *Claye, vne haise, vne herse.* ITAL. *Graticcio.* GERM. Ein hurd/ oder gatter. HISP. *El zarzo ò cosa assi texida.* ANGL. *VVatling of wandes, hurdels.*} Plaut. Sub cratim vt iubeas sese supponi. Liu. 12. *ab Vrbe*, Ibi medius fere castris locus est conseptus cratibus, pluteisque & linteis contextus. Cæsar 7. *bell. Gall.* Proximam fossam cratibus contegunt. Idem *lib. 1. de bell. ciuil.* Agger & crates pontis.

Crātīculă, à Crates dimin. in qua cibi torrentur. {ἐσχάριον, ἀνθράκιον, φρύγετρον. GALL. *Vn gril.* ITAL. *La graticola, gratella.* GERM. Ein rost. HISP. *Las parillas.* ANGL. *A gridiren, to boyle meaten.*} Cato *cap. 13.* Corium vnum, lucernas, craticulas duas. Martial. *Epigr. 221. lib. 14.*

Parua tibi curua craticula sudet ofella.

Cratitius, a, um, quod ex cratibus fit. {ταρσώδης. GALL. *Fait en façon de clayes.* ITAL. *Cosa fatta di graticcio.* GERM. Das auss hürden oder gatteren gemachet wirt. HISP. *Cosa texida como zarzo.* ANGL. *Made lik hurd les or watling wise.*} vt, Cratitij parietes, qui cratibus insertis fiebant, seu asseribus arrectis, transuersísque in modum cratis. Alio nomine vocantur Intergerini, quòd vicorum cœnacula iis dirimerentur. Virg. *lib. 2.*

Cratitij parietes velim ne inuenti quidem essent.

Quantum enim celeritate & loci laxamento prosunt, tantò maiori & communi sunt calamitati, quòd ad incendia, vti faces, sint parati.

Crātĭo, is, ire, Occo. {שדד *siddé* *lh*. ταρσεύω. GALL. *Herser, ou couurir de clayes.* ITAL. *Erpicare.* GERM. Eggen. HISP. *Ygualar la tierra con zarzo.* ANGL. *To harrow to couer with hurdel.*} Plin. *lib. 12. c. 18.* Vtilissimum simul est herbas arare, deinde cratire, secare florem ex fœnilibus, atque ex præsepibus fœno delapsum spargere, priusquam crattantur.

‖Cratenta, κρατευταί, & Crateuterium, κρατευτήριον. Pollux *lib. 10. 24.* exponit lapides, quibus verua innituntur: nempe, vt exponit Had. Iunius, rudi illo sæculo lapidibus non nihil excauatis inter assandum verua imponebant, quæ in ferreis antis nunc vertuntur, concinniore vsu. κρατήρ est tenes.‖

Crates, Κράτης, nomen est Philosophi Thebani: qui vt Philosophiæ vacare posset, proiecto in mari non paruo auri pondere, Abite (inquit) pessimæ malæ cupiditates: Ego vos mergam, ne ipse mergar à vobis. Neque putauit se posse virtutes, & diuitias simul possidere. Suidas autem tradit, Craterem omnem pecuniam in substantiam redegisse, & apud Trapezitam deposuisse, ea lege, vt si filij Philosophi essent, eam egenæ plebi diuideret: sin idiotæ, eis quod acceperat, bona fide restitueret. Ita enim iudicabat vir sapientissimus, homini Philosopho, sapientiæ sectatori nihil deesse ad beatè viuendum. ¶ Fuit & poeta Comicus hoc nomine, auditor Polemonis. ¶ Item & Grammaticus, qui sub Ptolemæo Philometore claruit, æqualis Aristophanis Grammatici, Criticus, siue Homericus cognominatus. Scripsit in Iliada & Odyss. *lib. 9. Comment.* Autor Suidas. Hic, vt ait Tranquillus, studium Grammaticæ primum Romam intulit: missus enim ad Senatum ab Attalo rege sub ipsam Ennij mortem, plurimas acroases fecit, assidueque per omne tempus legationis disseruit: nostris quoque exemplum fuit admirandum. Hæc ille.

Crăthis, cum th, aspirato, Κρᾶθις. Nomen est duorum fluuiorum, quorum vnus est in Achaia propriè dicta, prope Ægas oppidum in sinum Corinthiacum influens, cuius meminit Strabo *lib. 8.* Alter in magna Græcia, iuxta Sybarim oppidum, cuius aqua barbis, comisque flauum colorem inducere tradit Strabo *lib. 6.* Vulgò *Grattis, fiume di Cosenza in Calabria.* Ouid *lib. 15. Metam.*

Crathis & hinc Sybaris nostris conterminus oris,
Electro similes faciunt, auróque capillos.

Et *lib. Fast. 3.*

Est prope piscosos lapidosi Crathidis amnes
Paruus ager.

Crātīcŭla, vide *Crates*.

Crătīnus, Κρατῖνος, Poeta fuit comicus, clarus apud Athenienses, qui primus in Dionysiis Athenis satyricam fabulam induxit. Horatius, Eupolis atque Cratinus, Aristophanésque poetæ. Hic autem fuit supra modum gulæ ac omni voluptatum generi deditus, præcipuè ebrietati: ad quod alludit Horat. *in Epist.*

Prisco si credis Mæcenas docte Cratino,
Nulla placere diu, nec viuere carmina possunt,
Quæ scribuntur aquæ potoribus.

Cratio, vide *Crates*.

Cratippus, Κράτιππος, Mitylenæus Philosophus fuit, Ciceronis filij præceptor, qui Pompeio Pharsalico prælio victo apud Mitylenem occurrens, verbis ex Philosophiæ penetralibus petitis, ad meliorem spem eum erexit. Plutarchus *in Pompeio*.

Cratis, sine aspiratione, Κρᾶτις, Africæ fluuius, è Sicyone lacu profluens in Oceanum, iuxta quem nonnulli fabulati sunt electrum nasci. Vide Plin. *lib. 37. cap. 2.*

Cratylus, Κρατύλος, nomen Philosophi Atheniensis, Platonis mortuo Socrate præceptor, ex cuius nomine idem Plato librum de Significatione nominum inscripsit.

‖Crea, stercus, spurcitia. Vnde excreare dicimus spurcitias eiicere. Gloss. Isid. Vide *Screo*.‖

Creacentrum, κρεάκεντρον, baculus præpilatus, quo carnium frustum configunt ac prehendunt coqui & lanij.

Creagra, κρεάγρα, fuscinula, qua carnes è feruente vase extrahuntur.

Crebatobullon, grabatulum. L. g. b.‖

CRĒBĒR, a, um, Frequens, densus. {טרד *toredh* תמיד *tamidh* רב *rab*. πυκνός, συχνός. GALL. *Dru, frequent, souuent venant.* ITAL. *Frequente, spesso.* GERM. Embsig/ dick. HISP. *Cosa espessa que muchas vezes se haze.* ANGL. *Thicke, that commeth often.*} Plaut. *in Amph.* Crebri hostes cadunt. Idem *in Aulul.* Crebro salicto oppletus locus. Cic. *ad Att. lib. 14.* Et in scripto multò essem crebrior. Virg. 3. *Georg.*

Non tam creber agens hyemem, ruit æquore turbo.

Crēbrō, aduerb. Frequenter. {תמיד *tamidh* ברוב *berob*. συχνῶς. GALL. *Souuent, souuentesfois.* ITAL. *Souuente, spesso fiate.* GERM. Offt/ embsiglich. HISP. *Espessamente, muchas vezes.* ANGL. *Often tymes.*} Plaut. *in Trucul.* In vrbem crebrò commeo. Cicer. *Att. lib. 2.* Velim obuias mihi literas omnibus de rebus crebrò mittas.

Crēbrĭter, pro Crebrò, Diomedes Grammat. *lib. 3.* Cùm crebriter pugnam iniret.

Crēbrĭtās, Frequentia & spissitudo. {תמיד *tamid* רב *rob*. συχνότης. GALL. *Frequentation, abondance, multitude.* ITAL. *Moltitudine, spessezza.* GERM. Embsigkeit/ dicke. HISP. *Aquella espessura.* ANGL. *Oftennesse, thicknesse in growing, or being together.*} Cic. *ad Att. lib. 13.* Colloqui videbantur in Tusculano quum essem, tanta erat crebritas literarum. Concinnitas, crebritásque sententiarum: apud eundem *de clar. Orat.*

Crebresco, scis, ui, Celeber fio, & diuulgor. {רב *rob* טרד *toredh*. διαθρυλλοῦμαι. GALL. *Estre frequent.* ITAL. *Essere fato celebre, essere diuulgato.* GERM. Summenn berümpt werden. HISP. *Ser publicado ò diuulgado por fama.* ANGL. *To waxe commen and often, the mise to increase more ad more.*} A quo Percrebresco. Plin. *Epist. 147.* Ille non tollere oculos, non remittere stylum, sed obfirmare animum, auribúsque prætendere: tum crebrescere fragor, aduentare etiam, &c. Optatæ auræ crebrescunt. Virg. 3. *Æneid.* Sermonem crebrescere. Idem 12. *Æneid.*

Crebrisurus, significat vallum crebris suris, hoc est, palis munitum. Festus.

CREDO, is, idi, itum, (olim & creduo) Fidem habeo, fidem adhibeo, fidem tribuo. {האמין *heemin*. πιστεύω. GALL. *Croire, auoir foy.* ITAL. *Credere, hauer fede.* GERM. Glauben. HISP. *Creer y confiar de otro.* ANGL. *To beleue.*} Et ponitur vel absolutè. Cicer. *in Bruto.* Audiui equidem ista de maioribus natu, sed nunquam sum adductus vt crederem. Vel cum accusatiuo. Cic. *ad Attic. lib. 7.* Omnia faciliùs credere possum, quàm quod scribitis. Vel cum accusatiuo & datiuo. Idem *fam. 13.* Hoc mihi vt testi velim credas. Vel cum datiuo solo. Idem *fam. 5.* non satis credidit homini prudenti. Virg. *Ecl. 2.*

——— *Nimium ne crede colori.*

Vel cum præpositione De. Cicer. *fam. 3.* Bis ad te scripsi, me purgans diligenter, te leuiter accusans, in eo quod de me citò credidisses. Credo equidem te potesse exhibere. Plaut. *Pseud. sc. 1. a. 5.* Ne quisquam credat, nummum credam omnibus. Idem *Pseud. sc. 5. a. 1.* Mihi video, mihi sapio, mihi credo plurimum. Idem *Merc. sc. 3. a. 1.* Stultior stulto fuisti, qui his tabellis crederes. Idem *Cur. sc. 3. a. 4.* Nihil credis quod dico sedulò, id est, sine dolo. Idem *Capt. sc. 1. a. 4.* Huic tu credis? Hi plus quam tibi, aut mihi. Idem *sc. 4. a. 3.* Nemini credo, qui large blandus est

est diuet pauperi. Idem *Aul. sc. 4. a. 1.* Hæc tibi me, sicut mihi te æquum est credere. *Ibid. sc. 1. a. 2.* At illa est pudica! Credam, si pudor lenoni siet. Idem *Curc. sc. 1. a. 1.* Dictis perduci vt vera hæc credas. Idem *Most. sc. 3. a. 1.* Quæ facta sunt, illic examussim loquitur. Idem *Amph.* Cui tam credo datum voluisse prandium, quàm me video viuere. Idem *Menæch. sc. 1. a. 2.* Credit iam tibi de istis noli iurare. *Ibid. sc. 2. a. 4.* Ille me huius (seruum) credidi, & hunc censebam esse te. *Ibid. sc. 9. a. 5.* Donec Sosia ille egomet fecit sibi vt crederem. Idem *ibidem.* Satis credo tibi (id est, nihil opus alio teste.) Idem *Curc. sc. 3. a. 5.* Nec vanis credita re. Ouid. 13. *Metam.* Quis credere possit? Idem *Eleg. 9. lib. 3. Trist.* Creditur ille Deus. Idem *Eleg. 4. lib. 4. Trist.* ¶ Aliquando ponitur pro committere, concredere, commendare & fidei alicuius tribuere. {הפקיד hiphkidh. παρακατατίθημι. GALL. *Commettre & fier à la foy d'aucun.* ITAL. *Commettere alla fede d'alcuno.* GERM. Vertrawen/ auff eines trewe vnd glauben sich lassen. HISP. *Confiar à otro, e encommendar à la fe de alguno.* ANGL. *Logiue to kreep, and to trust.*} Plaut. *in Aulul.* Vbi is obijt mortem, qui mihi id aurum credidit.

Non ideo debet pelago se credere, si qua
Audet in exiguo ludere cymba lacu.

Ouid. *Eleg. 1. lib. 2. Trist.* Cum eo nihil negotij, ipsi Phædromo credidi (id est, locaui ornamenta.) Plaut. *Curc. sc. 1. a. 4.* Vbi creditum quod tibi esset, tibi datum pernegaris. Idem *Asin. sc. 2. a. 5.* Cui rerum omnium summam ipsius credit. *Ibid. a. 2. sc. 4.* Vbi sunt subitò quibus credas malè. (de pecunia.) Idem *Curc. sc. 1. a. 4.* Argentariis malè credi, & benè credi. (ambiguè, quia vel nunquam reddunt, vel diu debent.) *Ibid. sc. 2. a. 5.* Ab alienis cautiores sunt, ne credant. Idem *Pseud. sc. 3. a. 1.* Liuius 4. *ad Herenn.* Nam quum canes funguntur officiis luporum, cuinam præsidio pecuaria credemus? ¶ Et non solùm tradere, sed etiam reuelare, ac manifestare significat. Lactant. *lib. 4.* Iudæi quoque, quibus solis arcanum Dei creditum fuerat. ¶ Interdum Mandare. Colum. *lib. 2.* Vt iam percenseamus, quot operis in aream perducantur ea, quæ terræ credimus. ¶ Quandoque mutuum dare. {δανείζειν. GALL. *Prester.* ITAL. *Dare in prestito.* GERM. Außleihen. HISP. *Prestar.* ANGL. *To lend.*} Mart. Dimidium donare Lino, quàm credere totum Qui mauult, mauult perdere dimidium. ¶ Cum accusatiuo mediante In, significat immittere, inijcere. Virg. *lib. 2. Georg.*

——— *Inque nouas audent se gramina tutò Credere.*

¶ Interdum ponitur pro puto. {חשב chaschab. οἴομαι, νομίζω. GALL. *Penser.* ITAL. *Pensare.* GERM. Meinen. HISP. *Pensar.* ANGL. *To iudge or thinke.*} & hoc vel absolutè. Cic. *famil. 8.* Tu enim ipse, qui & me, & alios prudentia vincis, omnia credo vidisti, nihil omnino te fefellit. Vel sequente Quod, vel Quoniam, vel Quia. Idem *famil. 13.* Quod ad te de decem legatis scripsi, parum intellexisti, credo, quia διὰ συμβόλων scripseram. ¶ Inter Credere Deo, Credere Deum, & Credere in Deum Ecclesiastici hoc interesse putant, quòd Credere Deum, est Credere Deum esse: Credere Deo, est Fidem habere Deo, siue verbis eius: Credere in Deum, est fide bona se conijcere in Deum, & in eo spem omnem nostræ salutis repositam habere. ¶ Huius verbi composita sunt Accredo, Concredo, quæ vide suis locis. ¶ Veteres Creduo, pro Credo dicebant. Ne tu me insanum esse creduis, id est, credis. Plaut. *Capt. sc. 4. a. 3.* Illis dentibus, impransus id creduas. Idem *Amphitr.* pro credas. Idem, Ipsus nec amat, nec tu creduas. ¶ Nihil mihi credas diuini & humani. genus erat apud veteres affirmationis religiosæ, id est, nihil mihi vllius rei credas. Plaut. *Asin.* Neque diuini, neque mihi humani quicquam accreduas Artemona, si huius rei esse mendacem inueneris. Idem *in Trucul.* Nunquam ædepol mihi quisquam homo mortalis posthac duarum rerum creduit, id est, nihil diuini, & humani. ¶ Credere propriè is dicitur, qui ita rem alienat, vt dominium transferat: qui enim dominium retinet, alterius fidem non sequitur. Hincque in creditum ire dicitur, non qui rem suam, seu certam speciem vindicat, sed in personam agit, vt sibi satisfiat: vnde per prolepsin in creditum ire, simpliciter pro credere accipi plerunque constat. *l. 2. §. mutui datio, de reb. cred. & alibi.* Credendi appellatio, Celsus ait, generalis est. Nam cuicunque rei assentimur alienam fidem secuti, mox recepturi quid ex hoc contractu credere dicimur. Autor Vlpian. *eod. tit.* Credimus tamen etiam quibus non mutuo damus, vt commodatario, depositario, & creditori pignoris. *Institut. quibus modis re contrah. obl.* Gloss. *l. si ventri. §. in bonis. de priu. cred.* ¶ Credo qui, pro Nimirum qui. Cicer. *6. Verr.* Pueri autem Sisennæ, credo qui audiuissent quæ in istum testimonia essent dicta, oculos de isto nunquam deijcere, neque ab argento digitum discedere. Et *pro Rosc. Amer.* Credo propterea quòd quibus in rebus ipsi interesse non possumus, in his operæ nostræ vicaria fides amicorum supponitur. pro vtique. Vidi his oculis. Ph. Carebis, credo (id est, certè.) Plaut. *Merc. sc. 4. a. 2.* Domi fuistis credo liberi. Idem *Capt. sc. 1. a. 2.* Cor credo euocaturus est foras. Idem *Merc. sc. 2. a. 2.* Vix credo tota auctione capiet quinquagies. Idem *Men. sc. vlt.*

Crēdĭtŭr, impersonale. Cic. *pro Sext. Rosc.* Tamen non temerè creditur, neque leui coniectura res penditur. Plaut. *Men.* Neque domi, neque apud amicam mihi iam quicquam creditur. Terent. *in Adelph.* Ignotum est, tacitum est, creditum est. Horat. 2. *Serm.*

——— *Prætensibus optima fungis*
Natura est: alijs malè creditur.

Crĕdĭtum, quod quacunque de causa debetur. {חוב chôb. משכון maschcôn. δάνεισμα. GALL. *Vne creance, ce qu'a baillé vn creancier, ce qu'on luy doit.* ITAL. *Credito.* GERM. Ein schuld. HISP. *Credito, prestido, ò deuda.* ANGL. *Debte, any thing gewinto ones credence.*} vt, Publicum creditum, apud Quint. *lib. 5. c. 10.* Sen. *de benefic. lib. 2.* Accipiam ergo tanquam creditum, non beneficium. Creditum seruare. Suet. *in Claud. c. 16.* Ius crediti publici, pecuniæ populo creditæ. Quint.

Crēdĭtŏr, is, cui aliquid quacunque de causa debetur. {מלוה malvéh. χρήστης, δανειστής. GALL. *Crediteur, creancier.* ITAL. *Creditore.* GERM. Dem man etwas zuthun schuldig ist/ ein außleyher/ borger. HISP. *Prestador, acreedor.* ANGL. *A crediteur, he that lendeth or trusteth.*} Caius *de verbor. signific.* Creditorum appellatione, non hi tantùm accipiuntur, qui pecuniam crediderunt, sed omnes quibus ex qualibet causa debetur, sicuti ex empto, vel ex locato, vel ex alio vllo contractu debetur. Cic. 9.

Phil. Quod etiam videre potuistis, quotidie sponsores & creditores L. Tribellij conuenire. Horat. 2. *Serm.* Integer est mentis Damasippi creditor? esto. Pessimi est debitoris, vt naturæ & fortunæ facere conuicium. Senec. *cap. 10. de consol. ad Mart.*

Crēdĭtrix, Verbale fœmininum. {מלוה malvâh. ἡ δανείσασα, δανείζουσα. GALL. *Creanciere, celle à qui on doit.* ITAL. *Creditrice.* GERM. Ein außleiherin. HISP. *Accreedora.* ANGL. *She to whome ons oughe.*} Paul. *in l. Claudius Felix. §. aut contra. ff. qui potior. in pig. vel hypoth.* Poterit vti exceptione rei iudicatæ aduersùs primam creditricem.

Crēditus, est is cui fidimus.

Crēdŭlus, a, um, qui omnia facile, vel temerè credit. {εὐπειθής, πιστευτικός. GALL. *Qui croit de leger.* ITAL. *Credulo, facile al credere.* GERM. Leichtgleubig. HISP. *El que mucho y de ligero cree.* ANG. *That beleueth easilie.*} Cic. *de Amicit.* Hæc etiam in fabulis stultissima persona est improuidorum & credulorum senum.

Sed nos in vitium credula turba sumus,

Ouid. 4. *Fast.* Cum datiuo. Virg. 9. *Eclog.*

——— *sed non ego credulus illis.*

Rates credulæ dicuntur, quibus se committunt creduli, qui se posse omnia pericula vitare credunt. Senec. *Hippol.* Nondum secabant credulæ pontum rates. ¶ Incredulus qui non facilè credit, δύσπιστος, ἄπιστος.

Crēdŭlĭtās, Credendi facilitas. {εὐπιστία. GALL. *Legereté de croire.* ITAL. *Credulità, la prestezza & facilita al credere.* GERM. Leichtfertigkeit etwas von stund an zuglauben. HISP. *Creencia de ligero.* ANGL. *Lightnesse ob beleiff.*} Plancus *Cic.* Credulitas enim error magis quàm culpa est: & tamen in optimi cuiusque mentem facilè irrepit. Mart. *lib. 5.*

Et tumidus Galla credulitate fruar.

Sua quemque credulitas decipit. Senec. *c. 10. de consol. ad Polyb.*

Crēdĭbĭlis, e, Verisimilis, probabilis. {נאמן neeman. πιστός, πιθανός. GALL. *Credible, croyable, aisé à croire, vray semblable.* ITAL. *Credibile, credeuole.* GERM. Glaublich. HISP. *Cosa creible y verisimile.* ANGL. *Credible, that may de be beleued or thoght true.*} Plaut. *in Pœnul.* Credibile æcastor dicitur crede huic, mi pater. Cic. 4. *Verr.* Multa enim quæ scio abs te esse commissa, quòd aut nimium turpia, aut parum credibilia sunt, prætermittam. Hei mihi! credibili fortior illa fuit. Ouid. 3. *Fast.* Credibile est, idem *El. 1. lib. 2. Trist.*

Crēdĭbĭlĭtĕr, aduerbium, Verisimiliter, probabiliter. {πιθανῶς. GALL. *Croyablement.* ITAL. *Credibilmente.* GERM. Glaublich. HISP. *Creible y verisimilmente.* ANGL. *VVith lykenesse to be true.*} Cic. *pro Deiot.* At quàm non modò non credibiliter, sed ne suspiciosè quidem.

[Creios, vide *Crius.*]

Crĕmastēres, κρεμαστῆρες. Nerui, quibus testes dependent. Colum. *lib. 7.* Priusquam ferrum admoueas, duabus angustis ligneis regulis, veluti forcipibus apprehendere testium neruos, quos Græci κρεμαστῆρας ab eo appellant, quòd ex illis genitales partes dependeant.

[Crema, *Crema*, V. E. ditionis Venetorum, sub A. Bononiensi.

Crembulum, κρέμβαλον, crepitaculum, quod pulsabatur ad saltandum.]

Crēmē, es, κρήμη, vrbs Ponti, à qua gentile Cremesius.

Crementum, à Cresco: id est, augmentum. αὔξησις.

Crĕmĕra, κρεμέρα, fluuius Tusciæ, apud quem Fabij à Veientibus occisi fuere, autore Liuio *lib. 2. decad. 1.* Ouid. 2. *Faster.*

Vt celeri passu Cremeram tetigêre capacem,
Turbidus hybernis ille fluebat aquis.

Iuuenalis,

Quid Cremera regio?

Crĕmĭum, {מוקד mokêdh. φρύγανα. GALL. *Petites buches seches, ou petits battons, comme pour allumer le feu.* ITAL. *Legno facile da accenderse.* GERM. Dürre schößlin/ welche das feur schnell entpfahen. HISP. *El tizon ò tuero de leña encendido.* ANGL. *Smal pieces of tomber to kendle fier.*} Col. *lib. 12. cap. 19.* a rusticis dicit ita nominari surculos aridos & minutos: quanquam scriptum est *gremia.* Hermol. *in Plin.* Cremia cinnamomi. Plin. *lib. 12. c. 19.* ¶ Est etiam cremium Caro frixa in frixorio, quæ quò magis torretur, eò magis virtus & humor euacuatur. {φρύγανον. GALL. *Vne fricassee.* ITAL. *Carne fritta, fritta in padella.* GERM. Geröstets oder wol gebrahten fleisch. HISP. *Carne freida en la farten.* ANGL. *Flesh fried in a pan.*} Vtitur hac voce Psalmorum interpres. Et ossa mea sicut cremium aruerunt. ¶ Quidam Frixorium volunt esse: alij durum illud quod in frixorio remanet.

Crĕmmyŏn, κρεμμυών Steph. Oppidum non procul à Corintho, iuxta quod Theseus suem, quæ omnes agros deuastabat, occidit. Ouid. *lib. 7.* Quódque suam securus arat Cremyona colonus, &c. vbi alterum m versus gratia, à poëta est elisum. ¶ Crommyum autem per o, vrbs iuxta Ascalonem: de qua infrà.

[Cremo, fortè ab ἀκρέμων, est ramus grandis, virgultum.]

CRĔMO, as, Comburo. {הוקיד hokidh בער bihêr. καίω. GALL. *Brusler, faire ardre.* ITAL. *Abbrusciare, ardere.* GERM. Brennen. HISP. *Quemar.* ANGL. *To burne, to sett on fier.*} Plin. *lib. 17. cap. 1.* Ad Neronis principis incendia, quibus cremauit vrbem. Idem *de viris illustribus.* Qui libri, quia leues quasdam sacrorum causas continebant, ex autoritate patrum cremati sunt.

——— *Quædam placitura cremaui.*

Ouid. *El. vlt. lib. 4. Trist.* Cremabantur cum prætexta qui eâ vsi erant. Liu. *lib. 34.* Igni cremauit, Suet. *in Calig. cap. 27.* Cremo à crepitu ignis deducit Pass.

Crĕmōnă, *Cremona*, vrbs Galliæ Cisalpinæ, non procul à Mantua, quæ etiam hodie nomen retinet. Cuius ciues quum contra Augustum cum Antonio sensissent, Cæsar victor veteranis suis eorum agros dedit: qui quum non suffecissent, acceperunt etiam vicinorum agros, vt Mantuanorum, &c. Virg. *Eclog. 9.*

Mantua, væ, miseræ nimium vicina Cremonæ.

De hac Strab. *lib. 5.* sic scribit: Cis Padum verò circúmque Padum, celeberrimæ sunt ciuitates, Placentia & Cremona, media in regione propinquissimæ: inter has & Ariminum, sunt Parma, Mutina, Bononia.

Crĕmor, is (Hermolaus κρῆμνος dici putat) apud Catonem accipitur pro lacte expresso ex grano aqua macerato. {GALL. *Creme de laict, ou*

un espez de quelque grain trempé & pressé, comme orge mondé. Ital. *Spremuto di grano ò d'altre cose, come d'orzo.* Germ. Das safft oder milch von gestossen kernen, als gersten, etc. Hisp. *La leche que se saca del grano majado.* Angl. *Creame of milk.*} Celsus. Cremor ptisanæ sumendus est. Cato *de re rust. c.*86. Cremor fici. Cels. *lib.*6. *c. de inflammatione oculorum.* Cremor furfurum, idem *lib.*6. *c.*10. Reprimens cremor, *ibid. c.*11. Cremor lenticulæ, idem *lib.*6. *c.*13.

‖Crematium, holocaustum. Gloss. Isid. quia totum cremabatur.

Crena, κρήνη, est fons. hinc dicitur *crena*, pars in mucrone calami, aut pennæ incisa, vnde velut ex fonte fluit atramentum: sic enim in sagitta dicitur partis extremæ sectio, in quam neruũ inserunt arcum tendentes.‖

Crenæ, incisuræ, à quibus Crenata herbarum folia vocantur, hoc est, serrata, sectaque per ambitum. {γλυφίδες. Gall. *Trous, ou pertuis.* Ital. *Tagli, tagliature.* Germ. Kerb, oder zerkerbung. Hisp. *Rayas ò cortaduras.* Angl. *The dens or notche in a leafe about the brymmes.*} Hodie quoque multis locis signa, quibus agrestes numerum aliquem in ferulis descriptum habent, Crenæ appellantur. {Angl. *A tayle or score.*} In sagitta quoque partis extremæ sectio, in quam neruus inseritur, Crena dicitur. {Angl. *The nocke of an arrowe.*} Sed & in ipso arcu summa cornua crenas suas habent, in quibus collocatur, sedétque neruus. ¶ Crenæ item dicuntur asperitates quædam œsophagi in rubi modum denticulatæ. Plin *lib.*11. *c.*37. Postea arteria & stomachus denticulatus callo in modum rubi ad conficiendos cibos decrescentibus crenis, quidquid appropinquat ventri.

Crenides, κρηνίδες, vrbs Siciliæ, quam Philippus postea Philippos nominauit: gentile Crenitæ, Steph. Vide *Philippi.*

Creo, as, are, Producere, gignere. {ברא *bará*, κτίζειν, δημιουργεῖν. Gall. *Creer & donner estre à quelque chose, mettre en nature.* Ital. *Creare, produrre.* Germ. Erschaffen. Hisp. *Crear haziendo de nueuo, ò engendrar.* Angl. *To create, to giue the first being.*} Cic. *lib.*5. *de finib.* Etenim omnium rerum quas & creat natura, & tuetur, &c. Idem 1. *Tuscul.* Nam principium extinctum, nec ipsum ab alio renascetur, nec à se aliud creabit. ¶ Dicimus quoque Creare fraudem alicui, commoditatem, cædes, lites, &c. Magistratus quoque creari dicuntur. Cæsar 7 *bell. Gall.* Quum singuli magistratus antiquitus creari, atque regiam potestatem annum obtinere consuessent. Venter creat eas omnes ærumnas. Plaut. *Merc. sc.*1. *a.*1. Tibi capitalem fraudem hinc creas. Idem *Mil. sc.*3. *a.*2. Tibi moram dictis creas. Idem *Pseud. sc.*3. *a.*1.

——— *Patriáque creatus eadem,*

Ouid. 5 *Metam.* Recurrat ad priorem consulatum eius in quem creatus est. Velleius.

——— *Telemone creatus,*

Ouid. 12. & 13. *Metam.*

——— *Telemone satus.* ibid.

Creata sine matre carmina Palladis exemplo.

Palladis exemplo, de me sine matre creata
Carmina sunt.

Idem Eleg. 1. lib. 3 *Trist.*

Nec [illegible] prima fui, genito sum fratre creatus.

Idem [illegible] 4 *Trist.* Compositum, Procreo, quod pro simplici ponitur. Recreo, pro instauro, reficio, ἀναλαμβάνειν. Plin. Sic enim defecta longis ægritudinibus corpora recreantur.

Creabilis, κτιστός. Apuleius *in Hermetis Asclepio*, Mundus materiæ creabilis est, tametsi creata non est.

Creator, Effector, genitor, conditor. {ברא *boré.* δημιουργός, κτίστης. Gall. *Createur.* Ital. *Creatore.* Germ. Ein schöpfer. Hisp. *Criador.* Angl. *The creator or first maker.*} Cic. *pro Cornelio Balb.* Quod princeps ille creator huius vrbis Romulus, fœdere Sabino docuit. Idem 2. *de Diuin.*

Nos [illegible] hæc portenta deûm dedit ipse creator.

Creatio, nis, Creandi actus. {בריאה *beriáh.* κτίσις, δημιουργία. Gall. *Creation.* Ital. *Creatione.* Germ. Schöpfung, erschaffung: item, erwöhlung. Hisp. *Criança.* Angl. *A creating or making.*} vt, Creatio magistratuum. Cic. 3. *de legib.* ¶ Ponitur & pro composito Procreatio, vt, Creatio liberorum. *D. lib.*1. *tit.*7. *l.*15. in Adrogationibus cognitio vertitur, num fortè minor sexaginta annis sit qui adrogát, quia magis liberorum creationi studere debet.

Creatrix, icis. {בוראה *boreáh.* ἡ δημιουργός.} vt, Rerum natura creatrix. Lucret. lib. 2.

Creatura. {בריאה *beriáh.* κτίσις. Angl. *A creature.*}

Creon, tis, Κρέων. Nomen Corinthiorum regis, qui Creusam filiam Iasoni desponsauit, de quo Sen. *in Medea.* ¶ Alter fuit Thebanus OEdipi regis Thebanorum socer, & pater Iocastæ, Regi Thebano Creonti regnum stabiliuit suum. Plaut. *Amph.* Imperator Thebanorum & Creontis vnicus (Amphitruo.) *Ibidem.* Fuerunt & alij hoc nomine.

Creon, is, Κρέων. Mons est Lesbi insulæ, cuius meminit Plin. *lib.*5. *c.*31.

Creontiades. Herculis filius ex Megara quem pater cum Therimacho fratre ab inferis rediens, & in furorem versus à Iunone, quòd Lycum interfecisset, interemit.

Creophilus, Κρεώφιλος. Nomen Samij poëtæ, qui Homeri hospes & æmulator fuisse fertur, quem aliquando tradunt suscepto in hospitium Homero, accepisse ab eo donum, in scriptionem poëmatis quod Oechaliæ captiuitatem vocant. Sed Callimachus per Epigramma quoddam contrarium ostendit, quód nunquam Creophilus opus composuerit, Homeri tamen dicatur propter dictum hospitium. Quidam hunc Homeri magistrum tradunt, quidam non hunc, sed Aristeum Proconnesium. Autor Strab. *lib.*14. Vide Apuleium *in Floridis.*

Crepax, acis, vide *Crep.*

Crepæ, à principio capræ sunt appellatæ, quód cruribus crepent. Fest.

Creperus, a, um, Dubius. {תלוי *taluí.* ἀμφίβολος. Gall. *Douteux.* Ital. *Dubio.* Germ. Vngewiß, vnbestendig. Hisp. *Dudoso.* Angl. *Doubtefull or vncertaine.*} Vnde Creperum bellum, anceps & dubium. Lucr. *lib.*5. Et quoniam [illegible] sunt crepera certamina belli. Varro *lib.*5. *de L. L.* creperas res dubias [illegible] atque inde dictum esse crepusculum, quód dies pe[illegible] dubitetur.

Crepi, Luperci dicebantur, à crepitu pellicularum, quem faciunt verberantes. Mos enim erat Romanis, nudos discurrere in Lupercalibus, & obuias quasque fœminas pellibus ferire. Festus.

Crepida, Tuscum calceamentum, teste Seruio, quod corrigiis ligabatur. {κρηπίς. Gall. *Pantoufles, qui n'auoyent anciennement qu'vne semelle par dessous, & par dessus des courroyes & brides, comme petits patins.* Ital. *Pianella.* Germ. Ein pantoffel. Hisp. *Alcorque, o chinela.* Angl. *A pantouffle or a slipper.*} Apud Latinos poetas corripit primam, quamuis apud Græcos scribatur per vocalem longam η. Persius,

Non hic qui in crepidas Graiorum ludere gestit.

Ex quo Persij loco etiam apertè intelligitur non Tuscum, sed Græcum calceamentum esse: id quod & Cornutus Persij interpres scribit *in Sat.*1. Dicitur autem à pedum crepitu, qui incedendo, dum subinde solea calcaneum ferit, excitatur. Ad pallium & crepidas se redegit deposito patrio habitu. Sueton. *in Tiber. cap.*13. In crepidis esse. Sueton. *in Calig. cap.*52.

Crepidula, diminutiuum, κρηπίδιον. Gell. *lib.*13. *c.*20. Omnia fermè id genus, quibus plantarum calces tantùm in fine teguntur, cætera propè nuda, & teretibus habenis iuncta sunt, Soleas dixerunt, nonnunquam voce Græca crepidulas. Horat. 1. *Serm.* Chrysippus dicat,

——— *Sapiens crepidas sibi nunquam*
Aut soleas fecit.

Quidam hoc nomen à crepitu, h. e. à sono quem ambulando reddunt, dicunt appellatum. Certius tamen est ex Gellij & Persij autoritatibus, dicere vocem esse Græcam.

Crepidarius, ij, qui crepidas conficit. {κρηπιδοποιός. Gall. *Cordonnier qui fait ou vend telles pantoufles ou patins.* Ital. *Pianellaio.* Germ. Pantoffel macher. Hisp. *Çapatero de alcorques.* Angl. *He that maketh pantoufles or slippers.*} Gell. *lib.*13. *cap.*20. Eiúsque calceamenti sutores, crepidarios dixerunt.

Crepidarius, a, um, quod ad crepidas pertinet, vt, Crepidarius cultellus. Sempronius *Asellio in lib. rerum gestarum* 14. Crepidarium, inquit, cultellum rogauit à crepidario sutore. Gell. *c.*20. *lib.*13.

Crepidatus, a, um, Crepidis indutus. {κρηπιδωτός. Gall. *Empantouflé, chaussé de telles pantoufles.* Ital. *Che ha le pianelle.* Germ. Der pantoffeln antregt. Hisp. *El que tiene alcorques.* Angl. *That hath or weareth pantouffles.*} Cicer. *in Pisonem*, Is nocte intempesta crepidatus veste seruili nauim conscendit.

Crepido, inis, Significat oram terræ, quam aqua alluit: ex hoc appellata, quód ibi aqua alluens, crepitat quum currit, aut vndas appellit. {κρηπίς. Angl. *A creeke.*} Col. *lib.* 9. Præiaciuntur in gyrum moles. Sic enim maris atrocitas obiectu crepidinis frangitur, & in tranquillo consistens piscis, sedibus suis non exturbatur. ¶ Per translationem verò & putei extremam oram, quæ ad ipsum puteum respicit, quæ vulgò dicitur Os *putei*, & editioris cuiusque loci extremitatem solemus Crepidinem appellare, vt apud Hieronymum, In crepidine viæ. Senec. Quis crederet iacentem super crepidinem Marium, aut fuisse, aut futurum Consulem? ¶ Vnde etiam pro abrupti saxi altitudine ponitur. Virg. *lib.*10.

Fortè ratis celsi coniuncta crepidine saxi
Expositis stabat scalis, & ponte parato.

Vide interpret. Iuuenal.

Crepo, as, ui, itum, Sono, perstrepo. {המה *hamáh.* ψοφεῖν. Gall. *Bruire, craquer, craqueter, peter, faire bruit.* Ital. *Far strepito, suonare.* Germ. Thönen rauschen, knellen. Hisp. *Hazer ruido de lo que se quiebra.* Angl. *To make a noise, to rattle or ringe.*} Quid crepuit quasi ferrum modò? Plaut. *Aul. sc.*4. *a.*1. Atat foris crepuit. *Ib. sc.*3. *a.*4. Sed interim fores crepuere, linguæ moderandum est mihi. Idem *Curc. sc.*1. *a.*4. Vide *Concrepo*, vt *Mil. sc.*4. *a.*2. Concrepabunt manu malæ tibi. Idem *Merc. sc.*5. *a.*2. Ostium lenonis crepuit. Ps. Crura mauellem modò. Idem *Ps. sc.*2. *a.*1. Dic mihi an vnquam tibi intestina crepant? Vbi satur sum, nulla crepitant: quando esurio crepitant. Idem *Men. sc.*5. *a.*5. i. murmurant, & sonant, quod intestinis inanibus accidere solet. Idem *in Amph. sc.*2. *a.*1. Orationem comprimam, crepuit foris. Athenis etiam fores in publicum aperiebantur, qui domo exibat, ne quem eas aperiendo forte prætereuntem læderet, eique fores impingeret, crepitum eas feriens antè edebat. Sic apud Aristophanem ψοφεῖν θύραν, de eo qui foras exire vult. Ter. *in Adelph.* Sed quisnam crepuit foris? Ouidius,

Et crepat ad medios laurus adusta foces.

¶ Per translationem ponitur pro dolere, queri, accusare. Hor. *lib.*1. *Car.* Quis post vina grauem pauperiem crepat? Hinc componuntur Concrepo, id est, persono, διαψοφεῖν. Vnde Concrepare digitis, est digitis sonum edere. Cic. *Off.* 3. Itaque si vir bonus habeat hanc vim, vt si digitis concrepuerit, possit in locupletum testamenta nomen eius irrepere. Increpo, quod est etiam crepitum, vel sonum emitto. Idem deprehendo, sed veluti cum crepitu, id est, verborum pedúmve strepitu. *Tancer, reprendre aucun asprement.* Cic. 4. *Acad.* Sed tamen illis versibus increpant eorum arrogantiam, quasi irati. Percrepo, valdè crepo. Cic. 4. *Verr.* Locum istum litoris percrepare totum mulierum vocibus: cantúque symphoniæ. & habent pen. cor.

Crepito, as, Crepitum edo, frequenter crepito. {המה *hamáh.* ψοφεῖν. Gall. *Craqueter souuent, & faire bruit, peter, bruire souuent.* Ital. *Far strepito.* Germ. Ein geräusch oder gethön machen. Hisp. *Hazer ruido.* Angl. *To make a rustling or ringing of ten, or noize, to fart.*} Plin. *lib.*12. *c.*17. Myrrata reprehenduntur, crepitántque in igne.

Crepitulum, ornamentum capitis, quod in capitis motu crepitum facit. Festus. ‖Tertull. *in lib. de pall.* crepidulum.‖

Crepitaculum, Sistrum, æreum instrumentum, quod manibus percussum reddit sonum, in Isidis sacris solemne, teste Valer. *lib.*4. *cap.*29. {קשקש *késcesc.* κρόταλον, κρεμβαλον. Gall. *Instrument pour faire bruit, comme vne sonnette, ou clochette, crecerelle, & semblables choses.* Ital. *Cembali, campanelle, sonaglie, & cose simili.* Germ. Glöcklin oder ander der gleichen instrument an welche so man schlecht, es ein thon gibt. Hisp. *Castillejo, juego de niños.* Angl. *A sounding or ratling instrument, as a drumme and such like.*} Colum. *lib.*9. *cap.*12. Crepitaculis æreis, aut testarum plerúmque vulgò iacentium sonitu terreatur fugiens iuuentus. Quint. *lib.*9. *cap.*4. Et sonum edant puerilium crepitaculorum. Mart. *epig.*59. *lib.*14.

Crepitacillum, diminutiuum à crepitaculo κρεμβαλίδιον. Lucret. *lib.*5.

Nec crepitacillis opus est. Aliàs legitur, *crepitacula eis.*

Crepax,

Crēpax,acis à Crepando:ficut ab edendo,Edax. Vnde Crepacem malam, quodam in carmine dixit Mecœnas,referente Sen. *Epist.*115.

Crĕpĭtŭs, us, Sonitus est, qui ex concussione & impulsu resultat. {שאון *schaôn* המית *hamith.* ψόφος, πάταγος, κτύπος. GALL. *Son violent & soudain de quelque chose que se fait.* ITAL. *Strepito.* GERM. Ein knall/thon/krach. HISP. *Sonido ò ruido de lo que se quiebra.* ANGL. *A hustle and suddaine sounde of any thing.*} ¶ Vnde pedentis sonum, Crepitum ventris dicimus,quem Stoici æquè liberum esse debere,atque ructum affirmabant. Plaut. *in Curc.sc.*3.*a.*2. Vbi quid surripuêre, operto capitulo calidum bibunt: Tristes atque ebriosi incedunt. Eos ego si offendero, ex vnoquoque eorum excutiam(aliàs excutiam)crepitum polentarium. Strepitus,crepitus,sonitus,(de flumine.)Plaut. *Amph.sc.*1.*a.*1. Sonitus prohibe forium, & crepitum cardinum. Idem *Curc.sc.*3.*a.*1. Sonitum & crepitum claustrorum audio. *Ibid.* Crepitum digitorum poscere matellam Mart.*ep.*119.*lib.*14. Et Crepitus plagarum dixit Cic.*in Verr.*7. Crepitus dentium, idem 4.*Tusc.* Crepitus armorum, Plin. *lib.*2.*c.*57. Crepitus forium,Plaut. *in Curc.* Crepitus frænorum,Varro *lib.*2. *c.*7. Crepitus gladiorum,Hirt.*lib.*6. Crepitus imbrium, Plin.*lib.*11.*cap.*1. Crepitus pedum, Cic. *in Top.* ¶ Ne crepitu quidem digiti dignus, οὐκ ἄξιος ψόφου δακτύλου. De deridiculo,nullius que pretij homine. Athenæus *lib.* 12. *de Sardanapali epitaphio.* Et is gestus & prouerbium in hodiernum vsque diem manet apud nostros,quum aiunt,Ne huius quidem facio.¶ Crepitu probabis, ψόφῳ δοκιμάσεις. de iis qui ridiculè explorant alterius in sese animum. Suidas.

Crepsa,Ptolemæo,Liburniæ vrbs,Creta dicta Plinio.

Crĕpundia,orum. {παίγνια, ἀθύρματα παιδικά. GALL. *Toutes petites choses dequoy les enfans se iouënt, comme poupees,aneaux, chainettes, & telles choses.* ITAL. *Ornamenti da bambini.* GERM. Allerley ding so man den kindern gibt zu geschweigen/als docken/klapffen/schällen/ &c. HISP. *Los diges, è juguetes ò paxales de los niños.* ANGL. *A Leykin bable,trifles given to children.*} Dicuntur prima munuscula, quæ dantur pueris: vt sunt fasciolæ,linteoli,vestes,bullæ,coralia,crepitacula,& puerilia ornamenta huiusmodi, quibus pueri delectantur: à crepando, i. tinniendo dicta: quoniam infantes crepitaculis maximè gaudent. Plaut. *in Rud.* Sunt crepundia. D. Ecca, video quæ facie sunt. Ensiculus est aureolus, primùm literatus. Pòst altrinsecus est securicula anceps, item aurea,literata. Pòst sicula argenteola & duæ connexæ manuculæ: Et sucula, & bulla aurea est, pater quam dedit mihi natali die. Plin. *lib.*11. Semestris loquutus est Crœsi filius in crepundiis,quo prodigio totum id concidit regnum.

[Crepus Lupercus, à crepitu pellicularum, quem faciunt verberantes. Fest.]

Crĕpŭscŭlum,Lux dubia,quæ fit ante Solis ortum & ante occasum. {נשף *neschepb.* δείλη, λυκόφως. GALL. *Le temps quand le iour faut,entre ci ien & loup,iour faillant.* Item, *le point du iour, quand la nuict faut.* ITAL. *Luce dubia quando si fa sera o vero giorno.* GERM. Die zeit wann tag end nacht scheydt/besonders am abent. HISP. *Entre lubrican è entre dos luzes.* ANGL. *The euening, or vncertaine light before the sone rise or go downe, the twilight.*} à Crepero,h.e.dubio: quia tunc multis dubium est, dies sit iam,an nox. Plin. Oriente sole,aut occidente matutini vespertinive cognominati, prout alterutri eorum manè, vel crepusculo contigit. Col. *lib.*7. Iuxta conseptum saxis & canalibus sal superiectus,ad quem saturæ pabulo libenter recurrunt cùm pastorali signo quasi receptui canitur: nam id quoque semper crepusculo fieri debet. Lucan. Longa repercusso nituere crepuscula Phœbo.

Inde domum redeunt sub prima crepuscula (noctis) mœsti.

Ouid. 5.*Fast.*

Crĕpuscŭli,apud Sabinos nominati, qui eo tempore erant nati. Et Sidonius horam vespertinam, Crepusculascentem dixit.

Cres,Phœbo gratissima dona Cres tulit. Tib.*lib.*4. Vide *Creta.*

Crescens, Κρήσκης. Philosophus Cynicus Iustino martyri infensus, vt pluribus testatur Tatianus *in libro contra gentes.*

Crēsco,is,cui,etum, Augeor. {גדל *ghadhal* רבה *rabah.* αὐξάνω, αὔξομαι, βλαστάνω. GALL. *Croistre, s'augmenter.* ITAL. *Crescere, aumentare.* GERM. Wachsen/oder zunemmen. HISP. *Crecer.* ANGL. *To growe or encreace.*} Iuuen.

Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit.

Cic. 2. *de Diuin.* Ostreisque & conchyliis omnibus contingere, vt cum luna pariter crescant, pariterque decrescant. Idem *pro lege Manil.* Quum socij pertimuissent hostium opes,animique creuissent.

Et qui Cæsareo iuuenes sub nomine crescunt.

Ouid. *Eleg.*2.*lib.*4. *Trist.*

Vel quod adhuc crescens & rude carmen erat,

Idem *Eleg.*6.*lib.*2.*Trist.* Creuisti sub nouerca. Senec. *cap.*2.*de consol.ad Elb.* Crescere alicuius criminibus,ex Liuio *lib.*5.*d.*4. In domo alicuius creuisse,pro Nutritum ab infantia fuisse. Suet. *in Othone cap.*1. Per gratiam Liuiæ Augustæ,in cuius domo creuerat, Senator est factus. Huius composita sunt Accresco,adaugeor. ἐπιφύομαι. Concresco, simul cresco,& coniungor, συναύξομαι. Vnde concretum,conglutinatum,συμπαγής. Decresco, diminuor, Excresco & Incresco,valde cresco, vnde incrementum,Recresco, rursus cresco, ἀναφύομαι. Succresco, inferiùs vel paulatim cresco. Supercresco: quæ vide suis locis.

Crēmentum,pro augmento. αὔξησις.

Crescentia,æ, incrementum, αὔξησις: vt, Dierum crescentia, cui dierum correptio & breuitas opponitur. Vitruu. *lib.*9.*cap.*9. Quarum breuitates,aut crescentias cuneorum adiectus, aut exemptus in singulis diebus & mensibus perficere cogit. Rursus,si autem cuneorum adiectionibus & detractionibus correptiones dierum, aut crescentiæ non probabantur.

Cretio,pro aditione hæreditatis,vide in *Cerno.*

Creseis, Nymphæ marinæ non à fontibus dictæ: κρήνη enim fons dicitur. Perottus.

Cresium, Κρήσιον, vrbs Cypri. Steph.

Cressa, Κρῆσσα, oppidum Paphlagoniæ est, teste Stephano, post excidium Troianum à Merione conditum. ¶ Est & portus Cariæ, Rhodo insulæ oppositus. Plin *lib.*5.*c.*28.¶ Cressa etiam dicitur mulier ex Creta insula. Vide in dictione *Creta.*

Crestonia, Herod. *lib.*7. regio Palleneæ vicina, ac Thermæo sinui conterminus.

Creston, Κρηστών, oppidum,de quo Herod.*lib.*1. Qua lingua Pelasgi sunt vsi,affirmare non possum,sed coniectura agnotum, licet dicere eadem qua nunc Pelasgi vtuntur, qui supra Tyrrhenos vrbem Crestonem incolunt, quondam tempore finitimi eorum, qui nunc Dores vocantur. ¶ Fit & nomen regis Bithyniæ,cuius meminit Iustinus *lib.*38.

Creta,æ, & Crete,es, {Κρήτη.} Insula in medio Ponto, centum vrbium fama clara, quæ(vt scribit Strabo) à Septentrione Ægæo alluitur simul & Cretico pelago: ab Austro Libyco: ad Occidentem Ægylam & Cytheream spectat: ad Orientem Carpathon. Habet in longitudine ducenta milia septuaginta passuum, in latitudine quinquaginta millia. Circuitus eius quingenta octoginta nouem millia passuum complectitur. Hodie Candiam vocant. Insignes in ea vrbes sunt,Cortyna, Cydon,Gnossus Minois regia,& Strabonis Cosmographi patria. Nullum in Creta animal noxium est, optimique vini feracissima est, de qua Virg. 3.*Æneid.*

Creta Iouis magni medio iacet insula ponto,
Mons Idæus vbi, & gentis cunabula nostræ,
Centum vrbes habitant magnas vberrima regna.

Primùm dicta est Cureta,ab habitantibus Curetibus, & per syncopen Creta. Alij dicunt Cretam dictam à Crete quodam Iouis filio Curetum rege. Alij à Crete nympha Hesperidis filia. Arrianus non à Crete nominatiuo,sed à Cres, Cretis genitiuum faciente, nominatam dicit: sic enim vocatum ait eum,qui Iouem abscondit in monte Lycæo ¶ Fit & Creta oppidum Scythiæ, Valer. Flac. *lib.*1.—quoties pauor ad litoris ictus Desiliant: Scythicum metuens Pontumque Cretamque. Cretides nymphæ. Ouid.3.*Fast.* Qui vestitu & Creta occultant & sedent, quasi frugi sient.

Cretes,vocantur eius insulæ populi,& mulieres Cressæ, Κρῆσσαι.

Cressius,& Cressus adiectiuum, Κρήσιος. Sunt autem hæc nomina quæ ex masculino fœmininum ad similem formam mittunt: scilicet, Cres Cressa, Libys Libyssa, Phœnix Phœnissa, Thrax Threissa. Tibullus, —etiam Phœbo gratissima dona Cres tulit. Ausonius,Præpetibus pennis super aëra vectus homo Cres. A Crete verò fiunt Creticus, Κρητικός, & Cretensis.

Cretæus,a,um,quod ex Creta insula est. Κρηταῖος. Ouid.

Strata per Cretæam belluæ strauit humum.

Cretensis, Κρής. Nomen gentile à Creta insula deductum. Vnde prouerbium,Cretizare cum Cretensi, πρὸς Κρῆτα κρητίζειν, i. aduersus mendaces mendaciis vti. ¶ Cretensis Cretensem, ὁ Κρὴς τὸν Κρῆτα, subaudi, quod erit commodum sententiæ,prouocat, conatur circumuenire, aut tale quippiam. Quoties improbus agit cum improbo, perfidus cum perfido. Sumptum adagium à Cretensium moribus,quos plurimis contumeliis incessit antiquitas. ¶ Eundem obtinet sensum, Cretensis cum Ægineta, Κρὴς πρὸς Αἰγινήτην subaudiendum,agit. Quadrat in pariter improbos,qui mutuis inter se fallaciis agunt. Cic.3.*de nat deor.* Tertius Iupiter Cretensis Saturni filius.

Crētĭcŭs,a, um, adiect. formatum à Creta insula. Κρητικός, vt, Creticum mare. Horat.1. *Car.Ode* 26. Plaut. *Amph.sc.*4.*a.*4. Per freta Ionium, Ægeum,& Creticum.

Crētă,terra tenax. {κιμωλία γῆ. GALL. *Croye ou croye, terre blanche dequoy on sert pour marquer.* ITAL. *Creta,terra tenace.* GERM. Kreiden. HISP. *La greda ò barro blanco.* ANGL. *Chalke.*} vel à Creta insula,in qua optima prouenit:vel à crescendo,quoniam proprietas eius est,vt macerando crescat, quod in primis cretæ Vmbricæ accidit, quam vocant saxum, quæ non nisi poliendis vestibus adhibebantur, usque dumtaxat candidis. Erant & Cimoliæ cretæ duo genera,candidum vnum,& alterum ad purpurissum inclinans, vtrunque vestibus aptum. Hac medici aduersum morbos vtuntur. Laudatur & Creta Thessalica. Item quæ argentaria appellatur,nitorem argenteum reddens. Vtilissima erat creta, qua pedes venalium trans mare aduectorum notare mos erat. Creta Asiatica. Cic.*pro Flac.* Hæc quæ est à nobis prolata laudatio,obsignata erat creta illa Asiatica,quæ est ferè omnibus nota nobis. Tenax creta. Virg.1.*Georg.* ¶ Creta notare,pro approbare: sicut carbone notare,pro damnare,prouerbiali figura legimus. Pers.*Sat.*5. ¶ Creta,pro calce,i. curriculi fine,qui ita vocatus, quòd creta, aut calce notaretur, quod intellexit Lucretius, cùm dixit præscripta candida, indicans præscriptum velútque cretatum finem. Seneca *in Epist.* Deinde transit ad ea, quæ consuetudo sæculi mutauit,tanquam quod ait Cicero, Quoniam lumus ab ipsa calce eius interpellatione reuocati:hanc, quam nunc in circo cretam vocamus, antiqui calcem dicebant.

Crētŭlă,dim. Cic.6.*Verr.* Quum Valentino eius interpreti epistola Agrigenti allata esset,casu signum iste animaduertit in cretula.

Cretaceus, a, um, {ὁ ἐκ τῆς κιμωλίας γῆς. GALL. *Qui est de croye.* ITAL. *Di creta.* GERM. Von kreiden gemacht. HISP. *Cosa de materia de greda.* ANGL. *Of chalke.*} vt, Cretacea siligo, quæ creuit in loco cretoso. Plin. *lib.*28.*cap.*9. Rufior illa, at Pisana candidior, ponderosior verò cretacea.

Crētātus,a,um,quod est creta inspersum. {ὁ τῇ κιμωλίᾳ χρισθείς. GALL. *Blanchi ou marqué de croye.* ITAL. *Cretato,incretato.* GERM. Mit kreiden gemerckt. HISP. *Cosa vntada con greda.* ANGL. *Made white or marked with chalke.*} vnde Cretati pedes dicebantur, qui creta erant dealbati, quales solebant esse seruorum pedes, qui trans mare vænales adducebantur. Vnde Plinius inter prodigia insolentis fortunæ commemorat, liberos aliquot Prætoris ornamentis decoratos rediisse eò, vnde cretatis pedibus aduenissent. Ad hoc alludit Iuuen. quum ait,

Nuper in hanc vrbem pedibus qui venerat albis.

Cretæfodina,æ,locus vbi creta eruitur. {ANGL. *A chalke pitte.*} D.*lib.*7. *tit.*1.*l.*9. Sed si lapidicinas habeat,& lapidem cædere velit,vel Cretæfodinas habeat,&c. Alibi *Cretifodina.*

[Creterræ vas vini, à cratere. Fest. Nonius habet: craterræ vasa vinaria. Æneid *lib.*1.

Crateras læti statuunt & vina coronant.

Idem craterra est, quam nunc situlam vocamus. Iunius *in Nomenclat.* Creterra veriorem lectionem esse dicit. Sed vtrumque rectum est, cratera & cretera,quia Græci dicūt κρατῆρα communiter, & κρητῆρα Ionicè.

Cretōsūs, a, um, quod est creta plenum. {ὁ [illegible]. GALL. *Abondant en croye*. ITAL. *Pieno di creta*. GERM. [illegible]. HISP. *Lleno de greda*. ANGL. *Full of chalke, chalkie*.} Plin. *lib*. 15. *cap*. 18. Cato de ficis ita memorat, Ficos mariscas in loco cretoso, aut aperto serito. Ouid. 7. *Metam*.

Cretosa rura, & ager cretosus.

Cretenia, [illegible], locus Rhodi, vbi Althemenes habitabat, qui quum ex oraculo patrem se occisurum accepisset, dum fugit, ne hoc perpetraret, noctu in nauigium incidit, in quo piratas esse ratus, patrem occidit. Supra Creteniam Arabij montes sunt. Steph.

Crētheus, dissyllabum, in genitiuo Cretheos, [illegible], Æoli filius fuit, qui ex Tyro Salmonei fratris filia Æsonem genuit, Alcimedontem, & Amythaonem.

Cretheius, denom. vt, Virgo Cretheia, apud Flac. *lib*. 1. dicitur, Helle Cretheij neptis.

Crētinos, batis Plin. (cui duplex batis marina, & hortensia, *lib*. 21. *cap*. 15.) Herba est cuius folia sunt angustiora, quàm portulacæ, sed crassiora.

Crethon, nis, filius fuit Dioclis, qui cum fratre Orsilocho ad bellum Troianum Græcis auxilium laturus profectus est: sed quum hi duo nimium suis viribus confiderent, cum Ænea congredi non dubitauerunt, à quo etiam ambo sunt interfecti. Quin & eorum cadauera vix, à Menelao & Antilocho ex hostium manibus subtrahi potuerunt.

Creticus, substantiuum, [illegible]. Genus pedis est, qui constat prima & tertia longis, & media breui, vt Sanitas. Alio nomine Amphimacrus.

Creui præteritum. Modò significat, Hæreditatem adipiscor, modò, Maior ætate, vel censu sum: modò, iudicaui: modò, diuisi. Quæ omnia à duobus verbis cresco & cerno veniunt. Fest. Vide *Cresco* & *Cerno*.

Creusa, [illegible]. Creontis Corinthiorum regis filia fuit, quam Iason, repudiata Medea, vxorem accepit: quamobrem Medea indignata, carminibus suis ignem inextinguibilem scriniolo inclusum per filios suos Creusæ muneris loco misit: filios verò præmonuit, vt statim oblato munere discederent. Creusa igitur videndi cupida, nihilque mali suspicans, scriniolum aperuit, & continuò euolauit ignis, Creusámque & totam Creontis regiam exussit. Ouid. *lib*. 1. *de Arte*,

Cui non defleta est Ephyræa nata Creusa.

¶ Alia fuit Priami & Hecubæ filia, Æneæ coniunx, cui Ascanium filium peperit. Hanc in excidio Ilij, ab Ænea, qui fugiens patrem humeris gestabat, filiúmque manu ducebat, perditam fuisse in itinere dum vias notas excessisset, tradit Maro *lib*. 2. *Æneid*. Sed nonnulli eam ab ipso Ænea ex pactione cum Græcis facta occisam volunt, ne quis ex semine Priami superesset. Verùm his refragatur fabula de Heleno & Cassandra, liberis Priami, quos Græci captiuos abduxerunt.

Creusis, [illegible], oppidum est in confinio Bœotiæ, Locrorum & Ætolorum, vt annotauit Vadianus *in Pomp. lib*. 2.

Cribrum, incerniculum, instrumentum ex pellibus suillis, vt plurimum, crebris pertusum foraminibus, ad frumenta purganda. {[illegible] *chebarah* [illegible] *naphah*. [illegible], [illegible]. GALL. *Crible*. ITAL. *Cribro, vaglio*. HISP. *El cribo, çarandeo à cedaço*. ANGL. *A siue, a serce*.} Cic. *de Diuinatione*, Quasi verò quidquam intersit, mures diem ac noctem aliquid rodentes, scuta an cribra corroserint. Ouid. 12. *Metam*.

——— *vt ve liquor rari sub pondere cribri.*

¶ Cribro aquam haurire, vel gerere, [illegible]. Prouerbium in eos qui operam perdunt. Plaut. *Pseud*. 1. *a*. 1. Non pluris refert, quam si imbrem in cribrum geras. Idem *Most. sc*. 1. *a*. 1. O carnificinum cribrum. ¶ Cribro crebrius scitè dictum est, nec sine prouerbii schemate, pro eo quod erat, plurimis locis ac passim. ¶ Ad cribrum dicta, [illegible]. Quæ vera comperta que vellent, ad hunc appellabant modum. Sumptum à diuinationis genere, quòd suspenso circumactóque cribro peragebatur. Vnde natum aliud adagium, Cribro diuinare, [illegible], hoc est, coniectura sagaci rem deprehendere: aut stultè de rebus occultis diuinare. Lucian. *in Pseudomante*, [illegible]. id est, cribro, quod aiunt, diuinans. ¶ Sunt & cribra quæ è setis equorum, farinæ à furfuribus separandæ gratia, facta sunt, quæ Farinaria, Setacea, & Subcernicula dicuntur. Sunt & Excussoria à lino, & Pollinacia, à Polline, quæ à nonnullis ab incernendo, Incernacula dicta sunt.

Cribro, as, Purgo. {[illegible] *heniph*. [illegible]. GALL. *Cribler*. ITAL. *Crinellare, vagliare*. GERM. [illegible]. HISP. *Acribar, çarandar ò cerner*. ANGL. [illegible] *or serce*.} Cribramus enim triticum & huiusmodi, vt à puluere, & cæteris immundis secernatur. Col. *lib*. 12. *cap*. 23. Nam omni lentore [illegible] in puluerem resoluitur, atque cribratur. Plin. *lib*. 25. *c*. 5. Præterea mirum inuentum est, quod incisum forficulis, vt diximus, cribrant, cortex remanet.

Cribrarius, a, um, quod ad cribra pertinet. [illegible]. Plin. *lib*. 18. Item cribraria, quæ simili modo in tertio remansit cribro.

Cricellia, [illegible], sunt anelli, orbiculi, circuli. Mauricius, & Leo Imp.

‖ Cricellos, cricellus, circulus paruus. L.g.b. ‖

CRĪMĔN, Delictum, peccatum, fraus, noxia, maleficium. {[illegible] *péschah* [illegible] *ghiddúph*. [illegible]. GALL. *Crime, cas commis, blasme*. ITAL. *Delitto, mancamento, colpa, diffetto*. GERM. [illegible]. HISP. *Crimen, grande pecado*. ANGL. *A faulte, an offence, blame*.} Seneca, Vitam agens simplicem, rectam, sine crimine. Cicer. *ad Marium*, Sunt enim qui, quum meus interitus nihil fuerit Reip. profuturus, criminis loco putant esse quod viuam. Idem, Eodem ego te condemnabo crimine.

——— *Crimen defendite vestrum*,

Ouid. 13. *Metam*.

Si simulare vocas crimen, simulauimus ambo.

Ibid.

Et si sunt in stygio crimina nostra foro.

(i. si reus agor apud inferos.) Idem *Eleg. vlt. lib*. 4. *Trist*.

——— *Non* [illegible] *crimina fingi*

Scit [illegible] *Tydides.*

Idem 13. *Metam*.

Non tamen [illegible] *crimen liber omnis habebit.*

Idem [illegible]. Crimen honestum (Catonis ebrietas.) Senec. *cap. vlt. de Tranq*. ¶ [illegible] crimen, Cicer. *alii in Verrem* 5. appellat, quod intra parietes admissum, nondum peruenit in publicum rumorem. ¶ Ponitur aliquando pro criminatione & obiectione, [illegible]. Cic. *in Phil*. Hæreditatem mihi negasti obuenisse: vtinam hoc tuum verum crimen esset. Et sic dicitur à Cerno, sicut à Discerno, Discrimen. Virg. 7. *Æneid*.

Disiice compositam pacem, sere crimina belli,

id est, contentiones, iurgia, ex quibus bellum oriatur. ¶ Aliquando ponitur pro falsa suspicione. Idem 11. *Æneid*.

——— *Formidine crimen acerbat.*

Terent. *Hecyr*. Nam si compererit crimini tua se falsò vxor credidisse, Missam iram faciet. ¶ Iurisconsulti tamen inter crimen & delictum distinguunt, perspicuitatis studio, ita vt Criminis nomine capitalis fraus intelligatur, veluti cædes, adulterium, &c. Delicti verò priuata noxia, vt furtum, iniuria. ¶ Crimen quandoque etiam pro criminatione ponitur, vt quum accusatores perseuerare dicuntur in crimine, id est, in criminatione, siue in criminando. Plaut. *Pseud. sc*. 5. *a*. 1. Homines qui gestant, qui auscultant crimina. (i. criminationes omnes pendeant.) ¶ Interdum pro pudore. Ouid. *Eleg*. 11. *lib*. 2. *Amor*.

Vestrum crimen erit talis iactura puellæ.

Idem 5. *Fast*.

——— *sceleris crimine damnat auos.*

Non illud, Expositum Lemnos nostro cum crimine haberet. (i. dedecore.) Ouid. 13. *Metam*.

Tantaque non paruo crimine præter emit. (i. adulteria.)

Idem *Eleg*. 1. *lib*. 2. *Trist*.

Iunxit Aristides Milesia crimina secum. (i. stupra.) *Ibid*.

Nec meus vllius crimina versus habet. (i. neminem infamaui.) *Ibid*.

——— *ut quæ sine crimine castos*

Perpetua seruant virginitate focos.

Idem *El*. 2 *lib*. 4. *Trist*. (i. sine stupro vllo, aut adulterio.)

Crīmĭnālĕ, quod est criminis. {[illegible]. ANGL. *That wherin is offence*.} vt, Criminalis causa.

Crīmĭnālĭtĕr, vt, Criminaliter agere, cui opponitur ciuiliter agere, apud Vlp. *D. lib*. 47. *tit*. 1. *l. vlt*.

Crīmĭnōsĭssĭmē, Sueton. *in Tiber*. Ita assumptam criminosissimè insectatus est.

Crīmĭnōsŭs, a, um, Suspiciosus, quod criminis suspicionem adfert. {[illegible] *holéch rachil*. [illegible]. GALL. *Imposeur de crimes & cas reprochables, grand accuseur & blasmeur, grand calomniateur*. ITAL. *Ingiurioso*. GERM. [illegible]. HISP. *Acusador*. ANGL. *Readie to accuse, rebuik full, reprochefull*.} Cic. *pro Cluent*. Hic tribunus plebis, modestus, prudens, non modò non seditiosus, sed etiam seditiosis aduersarius. Ille autem acerbus, criminosus, popularis homo, ac turbulentus. Infamis, propudiosa, & criminosa vxor. Gell. *c*. 7. *lib*. 2. ¶ Criminosum, quod in se crimen habet. Col. *lib*. 1. Criminosum tamen senatori fuit supra quinquaginta iugera possedisse.

Crīmĭnōsĭssĭmŭs, superlat. Suet. *in Cæs. c*. 54. Aulique Cecinnæ criminosissimo libro, & Pitholai carminibus maledicentissimis laceratam existimationem suam ciuili animo tulit.

Criminosissimè. Suet. *in Tib. c*. 53. Criminosissimè insectari.

Crīmĭnōsē, aduerbium, Suspiciosè. {[illegible] *rachil*. [illegible]. GALL. *En imposant crime & blasme, criminellement*. ITAL. *Imponendo colpa & biasmo*. GERM. [illegible]. HISP. *Criminalmente*. ANGL. *Rebuike fullie in the way of accusation*.} Cicer. *pro Rosc. Ameri*. Quum enim aliquid habeat quod possit criminosè ac suspiciosè dicere, apertè ludificari & calumniari sciens non videatur.

Crīmĭnārī, est culpare, accusare, contumeliosè reprehēdere. {[illegible] *rachil halach*. [illegible] *satán* [illegible] *hotsi dibbah*. [illegible]. GALL. *Blasmer & reprocher, accuser*. ITAL. *Incolpare, accusare, calumniare*. GERM. [illegible]. HISP. *Acusar, culpar*. ANGL. *To blame and rebuke, to accuse falselie*.} Cic. *ad Att*. Me tantùm comperisse omnia criminabatur. Et dicimus, Criminor te furti illi, vel apud illum. Ter. Hoc metu, ne me criminaretur tibi. Cic. 3. *Off*. C. Marius Qu. Metellum apud Romanum criminatus est, bellum illud ducere. Criminari vxorem, Suet. *in Tib. cap*. 10. ¶ Criminat pro criminatur apud Enn. *lib*. 3. *Satyr*. Nam is non benè vult tibi, qui falsò criminat apud te.

Crīmĭnātĭo, Obiectio, reprehensio, accusatio. {[illegible] *sitnah* [illegible] *dibbah*. [illegible]. GALL. *Blasme, reproche, accusation*. ITAL. *Colpa, biasmo*. GERM. [illegible]. HISP. *Aquella acusacion de crimen*. ANGL. *Blaming, reproching or accusing falselie*.} Cic. *pro lege Agrar*. Nunquid est causæ, Quirites, quum illa criminatione, qua in me absentem vsus est, non solùm meam, sed etiam vestram diligentiam, prudentiámque despexerit.

Crimissa, æ, [illegible], oppidum est in extremis Italiæ finibus, iuxta Thurium & Crotonem: ita dictum à Crimissa Nympha. Gentile est Crimissæus. Strab. *lib*. 7.

Crinanthemon, [illegible]. Flos notissimus, quem Dio [illegible], Romani lilium appellant.

CRĪNĪS, Capilli. {[illegible] *sébar* [illegible] *tsammáh*, [illegible]. GALL. *Cheueux, perruque*. ITAL. *Crini, capelli*. GERM. [illegible]. HISP. *Cabellos*. ANGL. *The heare of the head*.} [illegible], hoc est, à discernendo dicti. Virg. 4. *Æneid*. Et crines flauos. Cicer. 5. *Verr*. Hæc ciuitas mulieri redimiculum præbeat, hæc in collum, hæc in crines. Tacitus *de moribus Germ*. Accisis crinibus nudatam, coram propinquis expellit domo maritus.

——— *Resoluto crine precetur.*

Ouid. 3. *Fast*. Crinibus demissis agnam Iunoni pellex cædito. Gell. *c*. 3. *lib*. 4. Soli gerundum morem censeo, & capiundas crines: (vt matronæ solent nubentes.) Plaut. *Most. sc*. 3. *a*. 1. ¶ Capere crines, Idem *Most*. dixit, pro arripere occasionem oblatam, & arreptam retinere. Crinis etiam piscium dicitur. Plin. *lib*. 9. *c*. 30. *de polyp. pisc*. Namque & afflatu terribili canes agebat, nunc extremis crinibus flagellatos, &c. ¶ Crinis etiam videtur esse genus vinculi ex crine equinæ caudæ confecti. Plin. *lib*. 17. *c*. 22. Iugum fit pertica, aut arundine, aut crine funiculóve, vt in Hispania Brundusióque.

Crinalis, e, adiectiuum. {ὁ [illegible]. GALL. *Des cheueux, des appartenances des cheueux*. ITAL. *Pertinenti à capelli*. GERM. [illegible].}

pilos. HISP. *Cosa perteneciente à los cabellos.* ANGL. *That belongeth to heare.*} Quod pertinet ad crines, vt, Vitta crinalis. Ouid. 9. *Metamorph.*

Crinalem capiti vittam nataque sibique
Detrahit.

Crināle, substantiuum, neut. gen. {τὸ ἐμπλέγμα. ANGL. *An hear, a caule.*} Ouid. 5. *Metam.*

——— *ornabant aurata monilia collum,*
Et madidos myrrha curuum crinale capillos.

Crinigĕr, a, um, qui multos habet crines. {κομηφόρος. GALL. *Qui porte perruque, cheuelu.* ITAL. *Capigliuto.* GERM. *Hochechtig, der vil hare hat.* HISP. *Cosa que tiene ò trae cabellos.* ANGL. *That hath much heare.*} Lucan. *lib.* 1.

Et vos crinigeros bellis arcere Caicos
Oppositi, petitis Romam.

Crinitĕ, est crines emittere. {κομοτροφεῖν. GALL. *Mettre cheueux.* ITAL. *Mettere capelli.* GERM. *Haar vberkommen.* HISP. *Encabellecer ò criar cabellos.* ANGL. *To growe hearie.*} quod verbum legitur apud Statium 4. *Thebaid.*

——— *vatem cultu Parnassia monstrant*
Vellera, frondenti crinitur cassis oliua.

Crinitŭs, a, um, quod crines habet. {[illegible] *tsammim.* κομόων. GALL. *Cheuelu.* ITAL. *Crinito, che ha i capelli.* GERM. *Haarechtig.* HISP. *Cosa de luengos cabellos.* ANGL. *Hearie, that hath heare.*} Virg. 1. *Æneid.*

——— *cithara crinitus Iopas*
Personat aurata.

Crinita stella. Cic. *de nat. deor.* Tum stellis his quas Græci Cometas, nostri Crinitas vocant. Idem 6. *Verr.* Gorgonis os pulcherrimum, crinitum anguibus, reuellit atque abstulit, Galea crinita triplici iuba, Virg. 2. *Æneid.* Malè crinita mulier. Ouid. 3. *de Arte.*

Crinina, vnguenti genus, valetudinis causa comparatum. Pompon. *l.* 21. *de auro & arg. leg.* Vnguentis, inquit, non tantùm ea legata videntur quibus vngimur voluptatis causa, sed valetudinis, qualia sunt commagena, glaucina, crinina, rhodina, &c.

Crinisŭs, Κρίμισσος, Siciliæ fluuius, Segestæ vrbi vicinus: de quo Seruius huiusmodi refert fabulam: Quum Laomedon Neptuno & Apollini mercedem pro ædificatione murorum Ilij recusaret, Neptunus iratus Troiæ cetum immisit, vt eam vastaret. Consultus Apollo sinistra dedit responsa, puellas scilicet belluæ esse obiiciendas. Hippocrates igitur nobilis Troianus timens ne & Hegesta filia sua ceto, vt Hesiona exponeretur, naui eam imposuit, vt potius se non vidente mergeretur fluctibus, quàm coràm deuoraretur. Sed illa casu in Siciliam delata, Criniso placuit, qui in canem, seu vrsum mutatus, eam oppressit, suscepitque ex eo concubitu Acestem, Siciliæ regem. Virg. *lib.* 5. *Æneid.*

Troia Criniso conceptum flumine mater
Quem genuit, &c.

Crinomĕnon, τὸ κρινόμενον, à Rhetoribus appellatur contentio quæ ex statu efficitur, & circa quod versatur certamen totius controuersiæ: Latini Quæstionem vocant, teste Cic. *in Top.*

Crinon, κρίνον. Plin. *lib.* 21. *c.* 7. Lilium rubens appellat, quod alio nomine Cynorrhodon dicitur, in Antiochia, Laodicea, Syria & Phaselide laudatissimum prouenıens. Dioscorides tamen Græcique ferè omnes nullo discrimine τῇ κρίνου appellatione omnia lilij genera intelligunt. Theophrastus quatuor ponit liliorum genera, ex quibus quod Vere erumpit mox post violam albam, peculiari nomine κρίνον appellant.

Crinonia, κρινωνία, frutex est lilij, teste Suida: nam lilium Græci κρίνον appellant.

‖Criobolium, sacrificium arietum, quòd cùm immolantur, deiiciuntur claua, vel securi. Sic Taurobolium.‖

Criona, Κριωνία Steph. Vicus est Atheniensium, in tribu Antiochide.

Crios, κριὸς, ciceris genus, quod Latini Arietinum appellant, ab arietini capitis figura: à qua & Græca appellatio fluxit. Nam illi arietem κριὸν appellant. ¶ Fuit etiam Crios κριὸς proprium nomen Athletæ cuiusdam ex Ægina insula, apud Græcos cantatissimi.

Κριοῦ μέτωπον, id est, arietis frons, Cretæ insulæ promontorium est ad Occidentem, versùs Cyrenas, vt scribit Rufus ex Dionysio.

——— *hic procul ingens*
Inclinat rupes sese, obuia fluctibus altis.

Et *paulò pòst,*

——— *vt fronte tota*
Est aries, vltróque minax petit obuia fronte.

Vide Pompon. Melam *lib.* 2. *in descriptione Cretæ insulæ*, Plin. *lib.* 4. *cap.* 12.

Crisis, {ἡ κρίσις.} Iudicium, iudicatio, sententia. Vnde dies Critici dicti, siue (vt Censorino placet) Crisimi, κρίσιμοι, hoc est, iudiciales & decretorij, de quibus *infrà*.

Crispus Salustius, Latinæ historiæ princeps fuit (teste Martiale) cuius hoc de illo extat elogium, Crispus Romana primus in historia. Thucydidi ex Græcis opponitur à Quintiliano elegantia dicendi, Attica breuitate, sententiarum crebritate. Taxatus autem à Pollione, vt nimis antiquarius, & ex Catonis originibus verba mutuatus: Trogo autem quòd orationibus nimis longis vtatur, sicuti & Thucydides. Ciceronis acerrimus inimicus fuit, vt ex vtriusque inuectiuis constat. Eius de auaritia sententiam laudat Gell. *lib.* 3. *cap.* 1. Auaritia (inquit) pecuniæ studium habet: quam nemo sapiens concupiuit: ea quasi venenis malis imbuta, corpus animúmque virilem effœminat: semper infinita & insatiabilis est: neque copia, neque inopia minuitur. Idem Gell. *lib.* 17. *cap.* 18. de Crispo Salustio sic scribit: Marcus Varro in literis, atque vita, fide homo multa, & grauis, in libro quem inscripsit Pius, aut de Pace, Crispum Salustium scriptorem seriæ illius & seueræ orationis, in cuius historia notiones Censorias fieri atque exerceri videmus, in adulterio deprehensum, & ab Annio Milone, & loris bene cæsum dixit: & quum dedisset pecuniam, dimissum. Hæc Gellius. ¶ Fuit & Crispus Constantini Cæsaris filius, à patre interfectus. ¶ Crispus item Vibius, ore compositus, & iucundus: priuatis tamen causis, quàm publicis melior, vt ait Quintil.

Crispŭs, a, um. {οὖλος, βόστρυχος. GALL. *Crespé, crespu, ondoyant, madré.* ITAL. *Crespo, riccio, ricciuto.* GERM. *Kraus.* HISP. *Crespo.* ANGL. *Curled, wrinckled, briade.*} vt, Crispus capillus, qui est intortus. Plaut. *in Trucul.* Compositos, crispos cincinnos tuos vnguentatos. Crispus, cincinnatus. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 5. Crispum agmen orationis & rotundum. Crispum folium, Plin. *lib.* 12. *cap.* 15. Folium oliuæ, verùm crispius & aculeatum. Crispissimum folium, apud Col. *lib.* 11. *c.* 103. Crispa abies. Cic. 3 *Tusc.* Crispioris elegantiæ materies, & ob id Persis gratissima, Plin. *lib.* 13. *cap.* 39.

Crispicans, antis. Gell. *c.* 11. *lib.* 18. Ventus mare cæruleum, crispans nitescere facit.

Crispulus, diminutiuum à Crispus, οὐλότριχος, ὑλόκομος. Martial. *lib.* 5.

Crispulus iste quis est, vxori semper adhæret
Qui Mariane tuæ: crispulus iste quis est?

Crispo, as, are, crispum reddere. {οὐλίζειν, οὖλα ποιεῖν. GALL. *Faire cresper.* ITAL. *Increspare.* GERM. *Kraus machen.* HISP. *Crespar otra cosa.* ANGL. *To wrinckle and curle the heare.*} Plin. *lib.* 28. *c.* 8. Limi cinere crispari capillum. ¶ Crispari terra herbis, dicitur per translationem. Col. *lib.* 10. Nunc apio viridi crispetur florida tellus.

Crispans, tis. {ANGL. *Brandishing or shaking.*} participium. Virg. *lib.* 1. *Æneid.*

Bina manu lato crispans hastilia ferro.

Crispātŭs, a, um, {ANGL. *That is curled or wrinkled.*} vt, Buxus crispata cacumine, Claud. 2. *de rapt. Proserp.*

Crispisulcāns, adiectiuum: vt, Crispisulcans fulmen. Cic. *in Topic.* Atque vt in Aiacis nauim crispisulcans igneum fulmen iniectum est, inflammatur nauis necessariò.

‖Crispolinorum ciuitas, id est, Vesuntio, *Besançon*, V. A. in Burgundia.‖

Crisā, æ, Κρῖσα. Oppidum maritimum. Phocidis, à Crisio Phoci filio conditum, vnde Crisæus sinus, κρισαῖος κόλπος, qui & Corinthiacus appellatur, per octo stadiorum fauces, quæ inter Rhium sunt, & Antirrhium, in Ionium mare sese exonerans.

Crisāre, κινεῖσθαι, & Ceuere non nisi posito pudore exponi possunt. Est enim pruritum mulierum apte se mouentium, dum in re venerea sunt. Iuuenal.

——— *Frictum crissantis adorat.*

Martial. *lib.* 10.

Nunquid cùm crisas blandior esse soles?

Alterum masculorum dum prædicantur. Idem Martial.

Seu prædicaris, sed pulchre Naucle ceues.

Ceuere etiam adulantium gestus significat. Persius, An Romule ceues?

Crista, dicitur conus ille in vertice galli, & aliarum quarundam auium. {λόφος. GALL. *Creste, pennache.* ITAL. *Cresta, pennacchio.* GERM. *Der kam auff dem vogeln haupt.* HISP. *La cresta de aues, el penacho ò cimera del yelmo.* ANGL. *The copze on a birdes heade, a combe.*} Plin. *lib.* 10. *cap.* 29. Vpupa, obscœna aliàs pastu auis, crista visenda plicatili. ¶ Ad huius similitudinem etiam Cristam vocamus, conum galeæ. Virg. 2. *Æneid.*

Tum galeam Messapi habilem, cristisque decoram
Induit.

¶ Crista etiam herbæ species est, cuius meminit Plin. *lib.* 27. *c.* 5. Alectorolophos, quæ apud nos Crista dicitur, folia habet similia gallinacei cristæ, plura, caulem tenuem, & semen nigrum in siliquis. Ruellius eandem esse credit cum ea quæ Gallicè *Vernine* dicitur.

Cristula, diminut. {λοφίδιον. ANGL. *A little combe or feathers in the crowne of birdes.*} Col. *lib.* 8. *c.* 2. Rectis, rutilisque cristulis.

Cristātŭs, a, um, {λόφον ἔχων. GALL. *Qui a creste, qui est cresté ou chesté.* ITAL. *Che ha cresta.* GERM. *Das ein kamb hat.* HISP. *Cosa con cresta, penacho ò cimera.* ANGL. *Copped, combed or crested.*} Qui cristas habet: vt, Cristatæ aues: estque periphrasis gallorum gallinaceorum. Martial. *lib.* 14.

Cristataque sonant vndique lucis aues.

Cristata galea, Liuius.

‖Critades, iudices L. g. b.

Critæ, iudices, qui præsunt Musicis, agonicis, scenicis. Tertull.

Crithologus, κριθολόγος, qui hordeum colligit.‖

Crithote, Κριθωτὴ Steph. Vrbs est Thraciæ ad Hellespontum octoginta stadiis à Cardia distans, cuius meminit & Plin. *lib.* 4. *c.* 11.

Critias, Κριτίας. Philosophus fuit, qui dixit animam esse sanguinem, sicut & multi alij. Vnde Virgilius, Purpuream vomit ille animam. ¶ Fuit item Critias quidam, vnus è triginta tyrannis Atheniensibus, & à Lacedæmoniis impositis, eloquens quidem, cæterùm omnium auarissimus, atque crudelissimus, qui quum plurimis incommodis ciuitatem affecisset, tandem à Thrasybulianis, eo in prælio, quod circa Munychiam fuit gestum, est interfectus. Vide Xenophontem *rerum Græcarum lib.* 2. Huius meminit Cic. *lib. de Orat.* 2. Consequuti sunt hos (inquit) Critias, Theramenes, Lysias: multa Lysiæ scripta sunt, nonnulla Critiæ de Theramene audimus. Rursum idem *lib.* 3. Quid Critias? quid Alcibiades: ciuitatibus suis quidem non boni, sed certè docti atque eloquentes, nónne Socraticis erant disputationibus eruditi?

Critæ, κριταί, à Græcis dicuntur iudices, qui musicis, agonicis & scenicis certaminibus præerant.

Critĭcŭs, a, um, {κριτικός. GALL. *Iudiciel, qui iuge, de iugement.* ITAL. *Giudiciale, che fa giudicio.* GERM. *Vrtheiler. Vrtheil feller.* HISP. *Iudicial, el que haze juyzio.* ANGL. *Iudiciall, that giueth iudgement or iudgeth.*} Idem quod iudicialis, vel iudicem agens, ἀπὸ τοῦ κρίνειν, hoc est, à iudicando: vnde & poëmatum censores, & iudices alienorum operum, olim Critici dicti sunt: quales fuerunt Aristarchus & Aristophanes Grammatici: qui tantum sibi in ipsum etiam Homerum permiserunt, vt plurimos etiam versus, tanquam nothos & subdititios, ex eius operibus summouerint. Cic. *ad Dolabellam lib.* 9. Ego tanquam criticus antiquus iudicaturus sum. Horat. 2. *Epist.*

Ennius & sapiens & fortis & alter Homerus,
Vt critici dicunt.

¶ Critici dies vocantur, qui à medicis iudiciarij dicuntur, in quibus de ægritudinis ratione ferri iudicium potest: quos nostri Decretorios vocare possunt.

Crithe, {κριθὴ. GALL. *Vn orgeol.* ITAL. *Orzolo.* GERM. *Ein wärtzle so ob dem haar deß auglids wachßt.* HISP. *Orzuelo que nace cerca del ojo.* ANGL. *A wart or such like thing in the eye lidde.*} Tuberculum paruum est in palpebra super pilorum locum: ita dictum à similitudine hordei: vnde & Hordeolum à recentioribus quibusdam nominatur. Vide Cæsar. *lib.7.cap.7.*

Crito, κρίτων, nomen Philosophi Atheniensis, qui ita Socratem amauit, vt nunquam aliquid ex iis, quæ sunt ad vitam necessaria, ipsi deesse passus fuerit. ¶ Crito item Pieriota (Pieria autem vrbs est Macedoniæ) historicus fuit: scripsitque res Persicas, Siculas & Macedonicas. ¶ Fuit prætereà alius, Naxius genere, historicus & ipse. Autor Suidas.

Critobulus, κριτόβουλος. Medicus fuit insignis, qui sub Philippo Amyntæ filio Macedonum rege claruit. Plin. *lib.7.* Magna & Critobulo fama est, extracta Philippi regis oculo sagitta, & citra deformitatem oris curata orbitate luminis.

Critolaus, κριτόλαος. Peripateticæ sectæ Philosophus fuit, qui vnà cum Carneade & Diogene Stoico Romam missus fuit legatus, vt scribit Cic. *lib.2. de Orat.* de Critolai libra scribit idem Cic. *Tusc. quæst. lib.5.* Quo loco (inquit) quæro, quam vim habeat libra illa Critolai: qui quum in alteram lancem animi bona imponat, in alteram corporis & externa, tantum propendere illam boni lancem putet, vt terram & maria deprimat. ¶ Alter Critolaus, Achæorum dux, bellique Achaici concitator: vnde etiam Corinthi euersionem illi imputat. Cic. *lib.3. de nat. Deor.* Critolaus (inquit) euertit Corinthum, Carthaginem Asdrubal. Hi duo illos oculos oræ maritimæ effoderunt. Hunc Plutarchus in Parallelis, Horatio Curiatorum victori comparat in eo, quòd vterque sororem occiderit, idque eadem omnino de causa, quod scilicet cæteris omnibus victori applaudentibus, solæ fratri suo non essent gratulatæ. Hic postremò à Qu. Cæcilio Metello victus apud Thermopylas, veneno sibi mortem consciuit. Autor Liuius.

Critheis, κριθηΐς, vt ex Ephoro refert Plutarchus in vita Homeri, filia fuit Atellis, quam post mortem suam Meonis fratris tutelæ reliquit: Hic autem quum puellam vitiasset, grauidámque fecisset: atque ob id facti vereretur infamiam, Phemio eam Smyrnæo Grammaticæ præceptori in matrimonium dedit. Illa verò non multò pòst, quum ad lauacra, quæ propè Meletem fluuium erant, proficisceretur, Homerum iuxta fluuium peperit: ob idque Melesigenes appellatus est, qui postea cæcus factus, Homeri nomen accepit: Cumæi namque & Iones oculis captos Homeros appellant, quòd Homeris, id est, itineris ducibus egeant.

Criumetopon, κριοῦ μέτωπον, id est, arietis frons, Promontorium Cretæ insulæ ad Occidentem, versùs Cyrenas, vt scribit Rufus ex Dionysio,

——— hic procul ingens
Inclinat rupes sese, obuia fluctibus altis.

Et alibi,

——— vt ferus ora
Est aries, vtrôque minax petit obuia fronte.

Vide Pompon. Melam *lib.2.* in descriptione Cretæ insulæ, & Plini *lib.4.cap.12.*

‖Crius, κριός, est aries: à κέρας cornu.

Croatia, veteribus Liburnia, prouincia supra intimum Adriatici maris recessum sita, inter Istriam & Dalmatiam, hodie ad Archiduces Austriæ spectat.‖

Crobialus, κρωβίαλος, oppidulum est iuxta Heracleam Ponticam, cuius meminit Apollonius *Argonaut. lib.3.*

Crŏbўlŏs, κρώβυλος, Aureus, vel argenteus corymbus ex capillis pendens, idque propriè in viris: nam in mulieribus potiùs Corymbum, & in pueris Scorpium vocamus.

Crobyzi, κρόβυζοι Stephano, populi Istri accolæ; quorum meminit & Plin. *lib.4.cap.12.*

Crocallis, gemma est cerasum repræsentans, teste Plin. *lib.37.c.10.*

Crócire, & Crocire, verba fictitia à voce corui, κρώζω. Autor Philomelæ.

Crocio, is, ire. ‖κρώζω, quod est à κράζω, clamo.‖ Plaut. *Asin. sc.3.a.4.* Voce crocibat sua coruus.

Crŏcito, as, frequentatiuum. {πολλάκις ἢ συχνὰ κρώζω. GALL. *Corbiner par plusieurs fois, crier souuent en corbeau.* ITAL. *Cridare spesso come vn corno.* GERM. *Schreyen wie ein Rab.* HISP. *Graznar el cueruo.* ANGL. *To krie lik a rauen, to croke often.*} Plaut. Simul cadebat pedibus terram, & voce crocitabat sua.

Crŏcītŭs, teste Festo, & Crocitus, us, Ipsa vocis corui prolatio. {κρωγμός. ANGL. *A croking of a rauen.*}

Croceа, æ, κροκεία, vrbs Laconiæ, vna ex centum, cuius incolæ dicuntur Croceatæ. Steph.

Crŏcĕātŭs, a, um, vide *Crocus.*

Crocias, κροκίας, gemmæ species, à croci similitudine sic dicta. Autor Plin. *lib.37.cap.11.*

Crŏcĭnum vnguentum, κρόκινον μύρον, quod exprimebatur ex aromatibus, & croco in oleo macerato, vt docet Diosc. *lib.1.* Propert. *lib.3.* Et crocino nares murrheus vngat onyx. Vide Plin. *lib.13.c. item 13.*

Crŏcĭnŭs, vide *Crocus.*

Crŏcis, κροκὶς, herba est, cuius contactu phalangia emoriuntur, vt ex Apollodori sententia tradit Plin. *lib.27.cap.17.*

Crŏcŏdĭlinus, vide *Crocodilus.*

Crocodilon, siue Crocodilorum oppidum, κροκοδείλων πόλις. Oppidum Phœnices ad Carmelum montem, cuius Strabonis ætate nihil præter nomen extabat: vt ipse testatur *lib.16.* Meminit & Plin. *lib.5.c.19.* ¶ Est & alterum eiusdem nominis oppidum in Arsinoitica præfectura, ad Nilum fluuium: ita dictum quod in eo crocodili pro diis colerentur. Hanc vrbem postea Arsinoen appellarunt, teste Strab. *lib.17.*

Crŏcŏdīlŭs, {צב *tsab.* κροκόδειλος. GALL. *Vn crocodile.* ITAL. *Crocodrillo.* GERM. *Ein Crocodil ein thier in Egypten.* HISP. *Cocodrilo.* ANGL. *A crocodile.*} Animal quadrupes, ex genere amphibiorũ, tam in terra, quàm in aqua viuens, figura lacertæ non admodum dissimile, incredibili magnitudine, armatum vnguibus, soli Ægypto, & iis regionibus, quæ Nilo alluuntur, cognitum, cute vsque adeò dura, vt in nulla sui parte nisi solo ventre penetrari possit. Vnde etiam delphini, qui perpetuum cum crocodilo bellum gerunt, non ignorantes qua potissimum parte hostis lædi possit, aquam subeunt, pinnaque, quam in dorso gerunt, illi aluum subsecant. Habet & alterum hostem Ichneumonem, qui in apertas dormientis fauces teli in morem illapsus, intestina eius erodit. Nullum est animal quod à tam paruis initiis in tantam excrescat magnitudinem. Ponit siquidem oua anserinis non maiora: sed hoc huic animali peculiare creditur, vt quandiu viuat, nullum crescendi faciat finem. Quatuor menses hyemales non comedit, & sola bestiarum non habet linguam. Terribilis hæc bellua contra fugaces est, fugax contra insequentes. Oculos habet in aqua hebetes, extra acerrimi visus. Conspecto homine emittit lachrymas, mox appropinquantem deuorat. Vnde factus est locus prouerbio, Crocodili lachrymæ: κροκοδείλου δάκρυα: quod de iis dici solet, qui sub specie pietatis alios fallunt. Ex eo dictum autumant, quòd κρόκον δειλιᾷ, id est, crocum fugit, ac eius odorem reformidat, quòd mella conficientes in Ægypto sternunt, ne mel absumant crocodili: quoniam mirum in modum eo delectantur. ¶ Est & alterum crocodili genus, quem Scincum vocat Dioscor. *lib.2.* superiori multò minus, in terra tantùm, nec nisi odoratissimis viuens floribus, cuius intestina iucundi nidoris fimo referta sunt: quo ad faciei medicamenta, colorisque conciliationem mulieres, & viri molliores, olim vtebantur. Horat. *in Epod.*

——— ——— colórque
Stercore fucatus crocodili.

‖¶ Crocodilus, dicitur etiam quæstio sophistica. Vnde *crocodilinæ quæstiones.*‖

Crocodilinus, a, um, quod ad Crocodilum pertinet. {κροκοδείλειος. ANGL. *That belongeth to a crocodile.*} vt, Crocodilinæ ambiguitates. Quint. *lib.1.cap.10.*

Crocodilus, κροκόδειλος. Mons est Siciliæ apud Plin. *lib.5.c.27.*

Crocodilea, κροκοδειλέα. Fimus est crocodili terrestris, quo mulieres faciem illinebant ad coloris commendationem. ¶ Crocodilorum enim duo commemorantur genera, quorum alterum aquaticũ est, Nilo tantum familiare, & lacubus Nilo vicinis. Alterum terrestre, odoratis tantùm vescens herbis, quem Scincum, σκίγκον Dioscorides appellat. Huius excrementa in primis odorata sunt, mulierúmque fucis expetita, Plin. *lib.28.c.8.* vbi crocodili aquatici naturam multis explicuit, statim subdit, alter illi similis, multum infra magnitudinem, in terra tantùm odoratissimis floribus viuit: ob id eius intestina diligentissime exquiruntur, iucundo nidore farcta, Crocodilæam vocant.

Crocodilium, κροκοδείλιον, herbæ species est, chamæleontis figura, radice longa, gustu nasturtij, semine rotundo, duplicis clypeoli forma. Plin. *lib.27.c.8.* Crocodilion Chamæleontis herbæ nigræ figuram habet, radice longa, æqualiter crassa, odoris asperi.

Crŏcŏmăgmă, tis. {κροκόμαγμα. ANGL. *Dregges of the oyle of safron.*} Vnguenti crocini fæx, & tetrimentum, quod superest crocino vnguento ex croco, cæterisque aromatis expresso. Nam in confectione crocini vnguenti, oleum ante omnia quibusdam aromatibus solet spissari, postea que crocum eò coniici, idque post dies aliquot diffundi: ex aromate & croco oleum: post hæc exprimi solet, quódque reliquum erat, Crocomagma dicebatur: idque in pastillos conformari consueuit, & multum in tempus asseruari. Optimum est, quod gustatum saliuam dentésque inficit. Vide Diosc. *lib.1.* & Plin. *lib.21.c.20.*

Croconerion, κροκομήριον, herba quæ alio nomine dicitur Leontopodium.

Crŏcŏpĕplŏs, κροκόπεπλος, Auroræ epitheton est, quasi croceam habens vestem: nam eum colorem imitatur, quum primùm incipit apparere. Postea enim, adueniente iam die rubescens, à roseo colore *ῥοδοδάκτυλος* appellatur.

Crŏcōtă, κροκωτὸς, vestis muliebris est, crocei coloris. Cic. *de Arusp. resp.* P. Clodius, à crocota, à mitra, à muliebribus soleis, purpureisque fasciolis, à strophio, à psalterio, à flagitio, à stupro, est factus repente popularis. ¶ Feli crocoton, γαλῇ κροκωτόν. subaudiendum das, aut addis. Dici solitum, quoties honos additur indignis, & quos haudquaquam decet: aut quum datur quicquam iis, qui munere non norunt vti. Hinc

Crocotula, diminutiuum. κροκώτιον. Plaut. *in Epid.* Indusiatam, patagiatam, caltulam, aut crocotulam. &

Crocotularius, Crocotarum vestium infector. Idem Plaut. *in Aulul. sc.5. a.3.* Quum incedunt crocotularij.

Crŏcŏtĭlum, veteres valde exile dicebant. Plaut. Extortis talis cum crocotilis cruscülis. Festus.

Crocotinum, genus operis pistorij. fortè à croco.

Crŏcŏtis campus, κροκωτὸν πεδίον, Campus est iuxta Thessaliam ad Amphrysum fluuium, Steph. in dictione Ἀμφρυσος.

Crŏcus, vel Crocum. {כרכם *charchôm.* κρόκος. GALL. *Saffran.* ITAL. *Zafferano.* GERM. *Saffran.* HISP. *Açafran.* ANGL. *Safren.*} Hoc est, qui *Saffranum* vulgò dicitur: à Croco puero (vt poetæ fabulantur) dictus, qui quum Smilacem puellam tenerrimè deperiret, amoris impatientia versus est in florem sui nominis. Ouid. *4. Metam.*

Et crocon in paruos versum cum Smilace flores.

Virg. *4. Georg.*

Et glauca salices, casiámque crocúmque rubentem.

Salust. Pastus nemore, in quo crocum gignitur. Plaut. *Curc. sc.2.a.1.* Tu crocum & Casia es. Item, Crocum spargere per vias in triumpho. Suet. *in Neron. c.25.* Præstantissimum nascitur circa Coricum Ciliciæ montem: proximum in Olympo Lyciæ monte: mox in Centuripino Siciliæ agro. Prouenit & in Gallia Narbonensi, licet bonitate inferius.

Croceus, a, um. {κρόκεος, κρόκινος. GALL. *De couleur iaune ou rougeastre.* ITAL. *Giallo.* GERM. *Gelb saffranfarbig.* HISP. *Cosa de açafran.* ANGL. *Of or lik safren.*} pro colore, vt, Vestis crocea, Virg. *1. Æneid.*

Et circumtextum croceo velamen acantho.

Plin. *lib.22.c.18.* Mutat enim cum terra colores: hic niger, illic viridis, alibi cyaneus, alibi croceus.

Crŏcātus, a, um, Croco tinctus. {κροκωτός. GALL. *Ensafrané de couleur iaune.* ITAL. *Tinto in giallo.* GERM. *Gesaffrant.* HISP. *Teñido en color de açafran.* ANGL. *Safrened, or lik safren.*} Plin. *lib.16.c.34.* Alicui & semen nigrum, aliis crocatum.

Crōcĭnus,a,um,& Croceus,quod est luteı coloris. {κρόκινος, κροκωτός. Gall. De saffran,de couleur de saffran. Ital. Di zafferano di color di zafferano. Germ. Saffranfarb. Hisp. De açafran,de color de açafran. Angl. Yallowe of saffran.} Plin. lib. 21.c.29. Semen his optimum crocinum, nec anniculo vetustius,& in vmbra siccatum.

Crocuphantia, opinor esse ornamenta villosa, quæ sub reticulis contexta per eorum plagulas apparent. id enim origo vocabuli κρυκύφαντος declarat. Vlp. in l. 2 ff. de aur. & arg. leg. Ornamentorum hæc,inquit, vitræ,mitræ,semimitræ, reticula, crocuphantia. Alciatus autem & alij eruditi homines alio vocabulo conquirendo mirabiliter exercentur. Hæc ex Hotomani lexico.

Crocūta,fera est,Æthiopiæ familiaris ex hyæna & leæna Æthiopica nascens, quæ & ipsa hyenæ more humanas voces imitatur. Plin. lib. 8. c. 30. vbi hyænæ naturam multis explicuit,statim subdit, Huius generis coitu leæna Æthiopica parit crocutam, similiter voces imitantem hominum pecorúmque. Acies ei perpetua in vtraque parte oris,nullis gingiuis, dente continuo, qui ne contrario occursu hebetetur, capsarum modo includitur.

Crocum,venatorem,ac sagittarium fuisse dicunt, precibúsque Musarum in astra relatum, Sagittarij nomen accepisse. Sidonius, Falcifer is Crocon vectus per summa polorum.

Crocyleum, κροκύλειον, locus Ithacæ,aliàs δῆμος dictus. Steph.

Crocylion, κροκύλιον, insula Ithacæ. Heracleon Ithacam quadripartitam facit, vt prima pars ad meridiem & maritima sit, altera Neium, tertia κροκύλιον, quarta αἰγίλιψ. Steph.

Crocyllus,vir Atheniensis,cuius nonnunquam Plutarch. meminit.

Crocylus,nomen pastoris, apud Theocritum.

Crœsus, κροῖσος, Rex Lydorum fuit, Alyattæ filius, omnium quos hominum memoria celebrat,ditissimus: vnde etiam hodie,quum immensas opes significare volumus, Crœsi diuitias dicimus. Ouid. Eleg. 7. lib. 3. Trist.

Irus erit subitò, qui modò Crœsus erat.

Hinc quum se omnium mortalium felicissimum crederet, monitus est à Solone, Neminem ante cineres beatum dicendum, quòd quoad viuimus, periculum sit, ne instabilis huius mundi felicitas dolore aliquo contaminetur. Quam Solonis sententiam verissimam esse, Crœsi calamitas postea declarauit. Victus enim à Cyro, pyræque impositus, tandem salubre Solonis consilium agnouit, eiúsque nomen sæpiùs inclamauit. Vnde admiratus Cyrus, quisnam esset deorum, hominúmve, quem ille in extremo periculo solum inuocaret, cóμque totam edoctus, humanæ vicissitudinis memor, Crœsum ab incendio liberauit, summóque semper apud se in honore habuit. Autor Plutarch. in vita Solonis. & Herodot. lib. 1.

[Croia, Croia, V. olim E. sub A. Dyrrachini, nunc Turcicū iugum patitur.]

Crolla, pro corolla: detractione secundæ literæ o, στεφάνιον, parua corona. Plaut. in Bacchid. 1. 37.

Crommyōn,is, κρομμυών, vrbs Palæstinæ, non procul ab Ascalone. ¶ Item alia in Libya.

Crommyonius,a,um, Gentile, κρομμυώνιος. Autor Steph.

Crommyonnēsus, κρομμυόνησος, insula est Asiæ adiacens regione Smyrnæ, cuius meminit Plin. lib. 5. cap. 31.

Crōmnă, κρῶμνα, Paphlagoniæ oppidum est, apud Strab. lib. 12. De hoc Valer. Flaccus lib. 5. Mox etiam Cromnam, atque iugo pallente Cytoron. Stephan. ait, Amastrim postea dictam esse, & Cromnam, κρῶμναν vocat. vide Amastris, apud Steph. Idem in α. Cromnam, inquit, alij Amastrin, alij Amastridis regiunculam faciunt, gentile Cromnites, Cromnæus, κρωμναῖος. Est & Peloponnesi vrbs, quæ in mascul. & fœm. gener. item singulari & plurali numero profertur, à Cromne Lycaonis filio.

Cromyūsa, κρομμυοῦσα, insula Iberiæ. Steph.

Crōnia, orum, κρόνια, Saturni festa erant, quæ celebrabantur Romæ 14. Calendas Ianuarias. Ita dicta ἀπὸ τοῦ κρόνου, hoc est, à Saturno: vnde & Saturnalia à Latinis appellantur. Horum Macrobius latè meminit, citata etiam antiqui poetæ autoritate, apud quem legerat,

Maxima pars Graiûm Saturno, & maximè Athenæ
Conficiunt sacra, quæ Cronia esse iterantur ab illis.

Crōnion pelagus, κρόνιον πέλαγος, à nonnullis appellatum fuit mare concretum, teste Plin. lib. 4. cap. 16. Apollonius tamen in Argonauticis, κρόνιον ἅλα, hoc est, Cronion mare, pro Adriatico posuit (si interpreti eius credimus) eò quòd Italiam alluat, quam olim Saturnum yolunt tenuisse.

[Cronus, chronus, Saturnus, bardus, senex. Item Vicus apud Greg. Turon.]

Cropia, κρωπία, vel κρωπιαί, vicus in tribu Leontide. Steph.

Cros, κρῶς, vrbs Ægypti, cuius Croites, & præfectura Croitis. Est Crois, κρωΐς, Arabum ciuitas. Steph.

Crossa, κρόσσα, vrbs iuxta Pontum, gentile Crossæus. Steph.

[Crossi, fimbriæ. Lex. Cyrilli.]

Crŏtălĭă, κροτάλια. Plin. lib. 8 cap. 35. dicuntur margaritæ, ita ornamentis collocatæ, vt ex collisione sonum generent. Subeunt, inquit, luxuriæ eius nomina, & tædia exquisita perditione portatu. Siquidem quum id fecere, Crotalia appellant, ceu sono quoque gaudeant, & collisu ipso margaritarum.

Crŏtălum, {κρόταλον. Gall. Vn instrument qu'on frappe auec la main, semblable à la cymbale. Ital. Campanella, naccara. Germ. Ein schellen oder klepfen. Hisp. Chapas o sonajas, o tarreñas. Angl. A rattle.} Crepitaculum ex ligno, ære, aliáve materia ita continnatum, vt efficere sonum queat, siquis in manu verset. Vnde & Ægyptiorum sacerdotum sistra, quibus in Isidis sacris vtebantur, à nonnullis etiam Crotala appellantur, ἀπὸ τοῦ κροτεῖν, hoc est, à percutiendo. Histrionibus crotalo vti. Apul. Apol. 1. ¶ Quidam putant fuisse annulum æreum, qui ferreo baculo quateretur. Alij circulum æneum interpretantur, multas habentem annexas laminulas, siue orbiculos mobiles, qui collisi sonum ederent: qualibus etiam hodie Lusitanos nautas in saltationibus suis vti videmus. Virg. in Copa,

Crispum sub crotalo docta mouere latus.

Crŏtălus, κρόταλος, mascul. gen. dicitur, qui lingua est expeditiore, & voce sonanti, ac propè tinnula, quíque loquacitate sua neminem non obtundit. Dicta est metaphora à crotalo, crepitaculi genere, de quo egimus in dictione præcedenti.

Crŏtaphitæ, κροταφῖται. Musculi sunt duo, os claudentes, quos & Latini Temporales appellant, quod tempora vestiant: vnde etiam Græcum nomen traxerunt, nam κρόταφοι illi appellant, quæ nos tempora.

[Crotilus. Varro in 6. de LL. cum crotilis cruscnlis. Ibi Scaliger legit crotilis. crotilum vocabant exile & tenue.]

Crŏto, siue croton, κρότων, vulgò Crotone. Vrbs fuit maritima in ea parte Italiæ, quæ olim Magna Græcia dicta est, non procul à Tarento, tanta salubritate aëris: vt inde ortum sit prouerbium, Crotone salubrius, κρότωνος ὑγιέστερον. De re nequiquam noxia, sed vndequaque salutifera. Strab. lib. 6. Geog. ¶ Nihil aliæ ciuitates ad Crotonem, μάταια τἆλλα πρὸς κρότωνα τάστυ, id est, sunt reliqua præ Crotone friuola oppida. Theocriti interpretes meminit huius prouerbij. Licebit accommodare ad rem, aut hominem vsque adeò præcellentem, vt reliqui cum hoc collati, nihil esse videantur. Vrbs hæc à Diomede condita creditur, cum pluribus aliis, in eodem littore.

Crŏtōniātæ, huius incolæ dicti sunt, eo nomine celeberrimi, quòd maximam in exercendis corporibus curam ponerent. Vnde etiam frequentissimè ex sacris certaminibus coronas retulerunt. Crotonienses etiam dicuntur. Gell. c. 16 lib. 15. & Salust. in Catilin. Inter hos fuit Milo ille Crotoniates, qui integrum vno die bouem fertur absumpsisse. Hinc locus factus prouerbio, Crotoniatarum postremus, reliquorum Græcorum primus est, κροτωνιατῶν ὁ ἔσχατος, πρῶτος τῶν ἄλλων ἑλλήνων. Licebit vti quum genus aliquod tanto interuallo præcedere dicemus, vt qui in hoc sit vel infimus, in illo possit vel primus videri. Hinc Crotoniata, gentile nomen, & Crotonius. Crotonia Steph. Crotonem, insignem Italiæ vrbem esse scribit iuxta Rhegium & alium Thusciæ metropolim, & montem qui Axium flumen effundit. κρότων etiam est animalculum canibus infestum. Latini Ricinum vocant, quo quidem significatu vltimam acuit. Steph. Vide Syracusa.

Crŏtōn,is, κρότων. Frutex est ad magnitudinem paruæ ficus assurgens, folio platani, sed læuiore ac nigriore, ramis ac caudice arundinum modo concauis, semine vuarum aspero, quod purgatum effigiem ricini animalis repræsentat (vnde & nomen accepit: nam ricinum vermem Græci etiam κρότωνα appellant.) Hoc semine exprimitur oleum, cibis quidem fœdum, sed lucernis & emplastris vtile. Alio nomine hic frutex Ricinus appellatur, & Cici: vnde etiam oleum ipsum Cicinum, & Ricinum appellatur.

Crŏtŏpus, Rex Argiuorum fuit, pater Psamathes, quæ ab Apolline compressa Linum peperit: quem quum inter vepres abscondisset, canes extractum dilacerarunt.

Crŏtŏpĭădes, patronymicum mascul. Ouid. in Ibin.

Quique Crotopiaden diripuêre Linum.

Crotus, siue croton, Euphemes Musarum nutricis filius. Hic in Musarum gratiam ab Ioue collocatus inter sydera, Sagittarij nomen obtinuit. Vide Hyginum in Fab. 224.

Crŭcĭātus, Cruciamentum, Crucio, Cruciabiliter, Crucifico, vide Crux.

Crudaria, argenti vena, quæ in summa fodina reperitur. Plin. lib. 33. c. 6.

Crūdus,a,um, quod coctum non est, {עמ chai נא na. ὠμός. Gall. Cru, encor verd, qui n'est encor cuit, digeré ou meur. Ital. Crudo, non cotto. Germ. Raw vngekocht. Hisp. Crudo, no cozido. Angl. Raw fresh new made, vndigested.} Vnde carnes crudæ dicuntur quæ neque elixæ sunt, neque assæ, neque alio quouis modo esui aptæ redditæ. Fructus item crudos appellamus, qui iustam coctionem, hoc est, maturitatem non sunt assecuti. Cic. de senect. Poma quæ cruda sunt, vi auelluntur: quæ autem cocta, & matura, decidunt. Cruda & immitia poma. Gell. c. 21. lib. 10. Item crudi cibi dicuntur, qui nondum concocti sunt in ventriculo. Iuuenal.

——— & crudum pauonem in balnea portas.

Quid curas crudum, an coctum edam, nisi tu mihi es tutor. Plaut. Aul. sc. 2. a. 3. ¶ Crudum item hominem dicimus, cuius ventriculus probo coctionis officio non fungitur. Cic. 2. de finibus, Asoti qui in mensam vomant, crudique postridie se rursus ingurgitent. Idem pro Cluentio, Dico illum, quum ad illud prandium crudior venisset, & sibi non pepercisset, ægrotasse.

Iuncta (me) tenet crudis Sarmatis ora Getis.

Ouid. Eleg. 4. lib. 5. Trist. ¶ Crudum vulnus, hoc est, recens, & adhuc cruentum. Plin. Epist. 3. Vt enim crudum adhuc vulnus medentium manus reformidat, deinde patitur, atque vltrò requirit: sic recens animi dolor consolationes reiicit, ac refugit, mox desiderat, & clementer admodum acquiescit. Et tamen est aliquis qui vulnera cruda retractet. Ouid. Eleg. 1. lib. 3. Trist.

Crūdĭtās,tis, ventriculi vitium, cibum ægrè concoquentis. {ἀπεψία. Gall. Crudité, mauuaise digestion ou concoction. Ital. Crudità di stomacho, indigestione. Germ. Böse dewung des magens. Hisp. El abito de lo no digerido, indigestion. Angl. Rawenesse euil digestion.} Cic. de senect. Caret ergo etiam vinolentia & cruditate, & insomniis. Col. lib. 7. Cruditatis signa sunt, crebri ructus, ac ventris sonitus, fastidia cibi.

[Crudiltans, crudas carnes habens. Tertull.]

Crūdēscĕrĕ, est crudum, vel crudius fieri, à Crudeo, es. {ὠμόω. Gall. Deuenir cruel & aspre. Ital. Incrudire, incrudelire. Germ. Raw werden. Hisp. Encrudecerse, hazerse crudo. Angl. To waxe rawe.} Virg. 3. Georg.

Sin in progressu cœpit crudescere morbus.

Idem 11. Æneid.

——— deiecta crudescit pugna Camilla.

¶ Incrudescere & Recrudescere, quasi renouari, & ad pristinam acerbitatem redire.

Crūdēlis, Immitis, asper, durus, inhumanus, ferreus. {אכזר achzir אכזרי achzari. ὠμός. Gall. Cruel & inhumain. Ital. Crudele, aspro. Germ. Grausam oder vnmilt. Hisp. Cruel. Angl. Cruel.} Cic. pro Deiot. Crudelis Castor, ne dicam sceleratum & impium: qui nepos auum in discrimen capitis adduxerit. Virg. 2. Eclog.

O crudelis Alexi, nihil mea carmina curas.

Quidam à Cruore dictum volunt, quem crudeles effundunt: ego malim à cruditate deriuare. Nam quemadmodum in pomis, quæ initia non

non sunt, cruda dicuntur: ita & homines immites, Crudeles dicuntur. Virg.6. *Æneid.*

Vidi & crudeles dantem Salmonea pœnas.

Ouid.*Eleg.*1.*lib.*2.*Trist.*

Ab ferus, & nobis nimium crudelior hostis.

Crūdēlĭtās, atis, Sæuitia, inhumanitas, feritas, acerbitas, atrocitas. {אכזריות *achzeryjûth.* ὠμότης. GALL. *Cruauté.* ITAL. *Crudelità.* GERM. Grausamkeit/grimme. HISP. *Crueldad.* ANGL. *Crueltie.*} Cicer. *pro Rosc. Amer.* Vestrûm nemo est quin intelligat pop. Romanum, qui quondam in hostes leuissimus existimabatur, hoc tempore domestica crudelitate laborare. D. Brutum Antonij interemit crudelitas. Velleius.

Crūdēlĭtĕr, aduerbium, Atrociter, durè, acerbè. {ὠμῶς. GALL. *Cruellement.* ITAL. *Crudelmente.* GERM. Grausamlich/grimmiglich. HISP. *Cruelmente.* ANGL. *Cruelly.*} Cicer. 1. *Offic.* De euertendis autem, diripiendísque vrbibus valde considerandum est, nequid temerè, nequid crudeliter fiat.

Crŭēnto, Cruentus, vide *Cruor.*

Crŭmēnă, Locus. {כיס *chîs.* βαλάντιον. GALL. *Bourse, ou gibeciere.* ITAL. *Borsa.* GERM. Ein seckel/beutel. HISP. *Bolsa para dineros.* ANGL. *A purse, a bagge of leather.*} à κρεμάω suspendo, quòd plerumque suspensa gestetur. Hic istam colloca crumenam in collo planè. Plaut. *Asin. sc.*3.*a.*3. Ne quis pertundat crumenam, cautio est. Idem *Pseud. sc.*2.*a.*1. Viginti minæ insunt in hac crumena. Idem *Asin. sc.*3.*a.*3. Ter intus in crumena clausum esse oportuit. (paulò antè dixit Marsupium.) Idem *Amph. sc.*4. *a.*4. Idem *Epid.* Ipse meo in collo tuus pater crumenam collocauit. Idem *Trucul.* —homo crumenam sibi de collo detrahit. Horat. 1. *Epist.*

Et mundus victus non deficiente crumena.

¶ Generosus es ex crumena, ζευγίτης εἶ ἐκ τοῦ βαλαντίου. In eum iaciebatur, qui propter opulentiam generosus haberi voluisset, alioquin obscurus & humilis.

[Cruminat, ruminat. Gloss. Isid.]

Cruni, orum, Κρουνοὶ Steph. Thraciæ vrbs est maritima, teste Plin. *lib.*4. *c.*11. quæ postea Dionysiopolis dicta est: nomen habet à fontium scaturiginibus quibus abundat: eas enim Græci κρουνοὺς appellant.

[Crunismus, κρουνισμὸς, impetus velut salientis aquæ: κρουνίζω in salientis modum effundo, à κρουνὸς scatebra, à κρήνη fons.]

CRVŎR, is, Sanguis è vulnere sparsus & fusus. {דם *dam* נצח *netsach.* αἷμα, λύθρος. GALL. *Sang sortant d'vne playe.* ITAL. *Sangue che esce d'vna piaga.* GERM. Blut/der bluttig schweyß auß einer wunden. HISP. *Sangre fuera de las venas.* ANGL. *The bloode issuing out of a wound.*} Virg. 8. *Æneid.*

——— *tepidúsque cruor fumebat ad aras.*

Idem *lib.*4. vsurpauit in numero plurali.

——— *atque atros siccabat veste cruores.*

Quod Seruius tanquam nouè dictum annotauit, quum alioqui neque sanguines dicamus, neque cruores.

Crŭentus, a, um, Sanguinolentum, quod cum cruore est. {αἱματηρὸς, αἱματώδης. GALL. *Ensanglanté, sanglant, cruel.* ITAL. *Sanguinoso, sanguinolente.* GERM. Blutig/schweyssig. HISP. *Sangriento.* ANGL. *Bloodie, cruell.*} vt, Cruenta victoria. Salust. *in Catil.* Cauete ne inulti animam amittatis, neu capti potius, sicut pecora trucidemini, quàm virorum more pugnantes, cruentam, atque luctuosam victoriam hostibus relinquatis.

——— *Neque enim mea culpa cruenta est.*

Ouid. *Eleg.*6.*lib.*5. *Trist.*

Cùm non sit pœna causa cruenta mea.

Idem *Eleg.*5.*lib.*3. *Trist.*

——— *Cruenta ara Dianæ.*

Idem *Eleg.*4.*lib.*4.*Trist.*

Quæ (dico) fieri pugna prima cruenta solet.

Idem *Eleg. vlt. lib.*4. *Trist.* Iis omnibus cruenta mors persoluta est. Suet. *in Calig. c.*26. ¶ Aliquando ponitur pro crudeli: vt, Cruenta vox, & Cruenta oratio. ¶ Cuius contrarium est incruentus, a, um, ἀναίμακτος, quod est sine sanguine. Idem. Neque tamen exercitus populi Romani lætam, aut incruentam victoriam retulit. Cruentissimus dies Romano nomini (pharsalicæ pugnæ sup.) Velleius. Cruentius bellum cæde clarissimorum virorum nullum fuit.

Crŭentĭŏr, Comparatiuus à Cruentus. Iustinianus *histor. lib.*3. Itaque tantis animis concussum est, vt rarò vnquam cruentius prælium fuerit.

Crŭentē, aduerbium, Iustinus *histor. lib.*23. Quanquam vxor diu, ne ab agro diuelleretur, deprecata est, ne discessus suus adiungi nepotis parricido posset, & tam cruentè hæc deseruisse virum, quàm ille impugnasse virum videretur.

Crŭentĭŭs, aduerbium. Senec. *de benef. lib.*5.*c.*17. Cæteri arma cruentiùs exercuerunt, satiati tamen aliquando abiecerunt.

Crŭento, as, Cruore inficio, sanguine imbuo, funesto. {αἱματόω, αἱμάσσω. GALL. *Ensanglanter, meurtrir à sang, faire sanglant.* ITAL. *Insanguinare.* GERM. Blutig machen/mit blut besudlen. HISP. *Ensangrentar.* ANGL. *To imbrue or sprinkle with bloode.*} Cic. *de Arusp. resp.* Secures suas cruentari scelere noluit. Idem 2. *de Diuin.* Atque etiam trucidare aliquem & impiè cruentari. Idem 1. *Philipp.* Hæc te, si vllam partem habes sensus, lacerat, hæc cruentat oratio. ¶ Cruentati oculi. Plin. *lib.*8. *cap.*7. Mulieris quoque saliuam ieiunæ potentem diiudicant oculis cruentatis.

Crupellarii, quantum ex Cornelij Tacit. *lib.*3. possumus conijcere, milites erant arma gestantes ex continuo ferro, telis quidem impenetrabilia, sed eo pondere, vt in ferendis ictibus non essent idonea. Verba Taciti sunt hæc: Cæteri cum venalibus & cultris, quæque alia venantibus tela sunt, addebantur è seruitiis gladiaturæ destinati, quibus more gentico continuum ferri tegmen (Crupellarios vocant) in ferendis ictibus inhabiles, accipiendis impenetrabiles.

[Crupes, χοῖνος. Crupa, παχὺ σχοινίον, funis densus.]

CRVS, cruris, Tota illa pars quæ à coxendicis cernice incipit, & ad extremos pedis digitos pertingit. {שוק *schôk.* σκέλος. GALL. *La iambe depuis le genoüil iusques en bas.* ITAL. *Gamba.* GERM. Der schenckel/schinbein. HISP. *Pierna.* ANGL. *The legge frome the knee downe.*} A currendo dictum nonnulli putant, quòd crurum ministerio in cursu vtamur: siue, vt aliis placet, à Græco verbo κρούω, quòd inter ingrediendum huc atque illuc feriant. Sunt autem Crura à genibus vsque ad imum pedem. Cels. Crus ex duobus ossibus constat, ex tibia & sura. ¶ Crus arboris. Colum. *lib.*5.*c.*11. Ramum oliuæ, qui videtur nitidissimus, deflecte & ad crus arboris ficulneæ religa. ¶ Crus vitis. Colum. *lib.*3.*c.*10. Vnde etiam vehementissimæ materiæ reperiuntur aut in capite vitis, aut in cruce vicino radicibus.

Crūscŭlum, diminut. {σκελίδιον. GALL. *Iambette, petite iambe.* ITAL. *Gambetta.* GERM. Schenckelin/schinbeinlin. HISP. *Pequeña pierna.* ANGL. *A litle or small legge.*} Martial.

Pectus cicada, crusculúmque formicæ.

[Crusculus, parua habens crura. Cath.

Cruscumulus, tumor crurium. Idem.]

Cruricrepidæ, arum, Plauto *in Trinummo* dicuntur, quibus crura crepuerunt ferro, vt dicit interpres.

Crurules, quod Beroaldus maior elegans vocabulum dicit, reponendum idem putat apud Vlpianum *in l. argumento. de auro & argent. legat.* nam pro eo vulgati codices habent fasciæ crinales. Crurules autem & pedules Vlpianus appellat à cruribus scilicet, & pedibus vestiendis.

Crusis, Κροῦσις, pars Mydoniæ, à Cruso Mygdonis filio: inde Κρουσαῖος, & Crusis adiect. fœm. Steph.

Crūsmă, tis, seu cruma, κροῦμα. {צלצל *tsiltsal.* κρούσμα, σεῖστρον. GALL. *Vn sistre ou clochette.* ITAL. *Cembalo.* GERM. Ein Cimbel/ein instrument/mit welchem man vor zeiten den weibern zum dantz gemacht hatt. HISP. *Sonaja ò terraña.* ANGL. *A rattle, a kind of rattling instrument.*} Propriè dicitur sistrum, & velut cymbalum quoddam tintinnabulis refertum, quo gestientes mulieres oblectabantur: dictum ἀπὸ τοῦ κρούειν, hoc est, à pulsando, quod sonum emitteret dum pulsaretur. Mart. *lib.*6.

Edere lasciuos & Bætica crusmata gestus,

Et Gaditanis ludere docta modis.

Bætica autem vocat, quòd iis mulieres Hispanæ vti solerent: quemadmodum & hodie Venetæ puellæ. Vocant autem sua lingua, *Vn cymbalo.*

CRVSTĂ, significat id excrementum, quod vel ob putredinem, vel concretionem super alicuius rei superficie nascitur. {φλοιὸς, ἐφελκίς. GALL. *Crouste.* ITAL. *Crosta.* GERM. Ein rinden oder ranfft. HISP. *Corteza dura no de comer.* ANGL. *The crust of a bread.*} Virg. *lib.*4. *Georg.*

Concrescunt subitæ currenti flumine crustæ.

¶ Item Crusta, qua quid integitur, vt Crusta locustæ. Plin. *lib.*9.*c.*30. Locustæ crusta fragili muniuntur in eo genere, quod caret sanguine. ¶ In parietibus item, atque in pauimentis Crustæ dicuntur tenuia marmoris, vitri, alteriúsve materiæ segmenta, quibus illa integebantur. Idem *lib.*36.*c.*6. Secandi marmora in crustas, nescio, an Cariæ fuerit inuentum. Et *paulò post*, Primùm Romæ parietes crusta marmoris operuisse totius domus suæ in Cælio monte Cornelius Nepos tradidit Mamurram. Idem *lib.*36.*c.*25. Lithostrota cœptauere iam sub Sylla, paruulis certè crustis. ¶ In vasis item aureis argenteisve Crustæ dicebantur, quæ ex diuersi generis materia illis illigabantur. Argenteis enim poculis, exempli gratia, laminæ aureæ, vel emblemata innectebantur, quæ inde Crustata, χρυσένδετα, appellabant. Cic. *lib.*5. *in Verr.* Vasis crustæ, aut emblemata detrahebantur. ¶ Crustas item, ἐσχάρας, medici appellant, duros quosdam veluti cortices, quibus vulnera vlceráque obducuntur, medicamento aliquo caustico adusta. ¶ Crusta soli gleba. Alphenus *D. lib.*39. *tit.*2.*l.*9. Si ex fundo tuo crusta lapsa sit in meum fundum. ¶ Crusta, vestimenti genus, in quo purpureus color inardescit. In lege quadam Cod. Theodosiani legitur: His quoque vestibus nouerit abstinendum, quas Græco nomine à Latino Crustas vocant, in quibus alio admistus colori puri rubor muricis inardescit.

Crūstŭlă, æ, diminut. à crusta. {φλοιΐδιον. GALL. *Crousteleтте, petite crouste.* ITAL. *Crostetta.* GERM. Ein renfftle. HISP. *Pequeña corteza.* ANGL. *A litle crust.*} Apuleius, Paruas marmoreas crustulas parieti adiungens.

Crūstāre, Crustam inducere, & materia aliqua dura integere. {מרח *marach.* κρουστόω. GALL. *Crouster, bailler ou donner crouste ou couuerture à quelque chose.* ITAL. *Incrostare.* GERM. Ein ranfft oder rinden einem ding machen. Item, Etwas vberziehen. HISP. *Sobreponer corteza.* ANGL. *To bring a crust or hardnesse ouer a thing.*} Plin. *lib.*15.*cap.*17. Mala verò generosissima eadem ratione crustant gypso, vel cera.

Crūstātŭs, a, um, participium: vt, Crustati parietes, id est, crusta marmoris intecti. {κεκρουσμένος τοῖχος. ANGL. *That hath a crust or hardnesse broght ouer it.*} Secabantur enim marmora in laminas, & parieti apponebantur. ¶ Primus apud Romanos Mamurra vir Equestris ordinis, præfectus fabrorum Cæsaris, Formiis natus, domus suæ, quæ in Cælio monte erant, parietes crusta marmoris traditur operuisse: vt ex Cornelij Nepotis sententia tradit Plin. *lib.* 36. *cap.*6. ¶ Item vasa argentea, quæ auro illigabantur, etiam Crustata dicebantur, quæ Græco nomine, χρυσένδετα vocantur. ¶ Et crustata animalia, crustis intecta. Plinius *lib.*11.*cap.*37. In marinis crustata & cartilaginea priores dentes habent.

Crūstārĭŭs, qui incrustat. {κονιάτης. ANGL. *A pargeter, a plaisterer.*} Plin. *lib.*33.*c.*12. Habuit & Teucer crustarius formam.

Crūstārĭŭs, a, um, quod ad crustas pertinet. Vnde crustariæ tabernæ, in quibus crustata opera venduntur.

[Crustibia, crux, cruciatus. Gloss. A.L.]

Crūstōsŭs, a, um, quod crustam habet. {φλοιώδης. GALL. *Crousteux, qui a la crouste fort grosse.* ITAL. *Chi ha la scorza grossa.* GERM. Rindechtig/ranfftechtig. HISP. *Cosa llena de cortezas.* ANGL. *Crustie, that hath a thycke crust.*} Plin. *lib.*12.*cap.*9. Facilius hoc & crustosius, amariúsque & gummosum.

Crūstŭlātă, æ. Placentæ genus, quod & Crustulum. {ANGL. *A wafer or thinne cake.*} Spartianus, Pentapharmacum edulij genus est ex quinque confectum, quod reperisse dicitur Ælius Verus Romanorum Imperator: hoc est, sumen, phasianus, pauo, crustulata, & aprugna.

Crūstum,

Crustum, est frustum eorum, quæ comeduntur, siue sit pars panis, vel placentæ, vel alterius edulij. {חלה *challah*. ψωμίον, κλάσμα. GALL. *Vn gasteau, pain d'espice, ou telles patisseries, ou piece & morceaux d'iceux.* ITAL. *Pezzo di pane ò d'altra viuanda che si da à fanciulli.* GERM. Ein stuck einer süssen speiß. HISP. *La corteza de comer como turron.* ANGL. *A piece or morsell, abunne.*} Virg. 7. *Æneid.*

——patulis nec parcere quadris
Fatalis crusti.

Vnde per diminutionem Crustulum. Horat. *lib.* 1. *Epist.*

——pueris dant crustula blandi
Doctores, elementa velint vt discere prima.

Quod genus dulciarij esse putat Porphyrio, Varr. 4. *de ling. Lat.* Crustulum à crusta pultis, eò quòd vt corium exuritur, Crassa dicta.

Crustularius, Crustulorum venditor. Senec. *Epist.* 52. Et botularium, & crustularium, & omnes popinarum institores. Vulgò *Pasticiarium* vocant.

Crustumerium, κρουστομερία Stephano. Oppidum in Latio, Albanorum colonia: cuius meminit Plin. *lib.* 3. *cap.* 5. Virg. *lib.* 7. *Æneid.*

Ardea Crustumerique & turrigeræ Antemnæ.

Crŭstŭmĭna, pyra sunt ex parte rubentia. Glaciola nunc dicta: à Crustumina agro, qui Tyberi fluuio à Veienti dirimitur, sic appellata. De his Plin. *lib.* 15. *cap.* 15. *& lib.* 23. *cap.* 7. Item Colum. *lib.* 5. *cap.* 10. *& lib.* 12. *cap.* 10. Virg. Crustumia pyra vocat, 2. *Georg.*

Crustumijs, Syriisque pyris, grauibúsque volemis.

Crustuminum, oppidum Tusciæ iuxta Veios: à quo Crustumini dicti, & Crustumina tribus, & Crustumina pyra, & Crustuminum vinum laudatissimum.

Crustumium, apud Lucil. *lib.* 2. Fluuius est ex Apennio ortum trahens, Ariminúmque præterlabens, In læuum (inquit) cecidêre latus velóxque Metaurus Crustumiumque rapax & iunctus Sapis Esauro. Meminit huius fluuij & Plin. *lib.* 3. *cap.* 15. Vulgò *Conca, rio de Romaña.*

CRŬX, Furca, patibulum, in quo damnati figuntur, dicta à κρούειν, quod est Ferire, pulsare. {צץ *hetz.* σταυρός. GALL. *Croix, gibet, tourment, affliction.* ITAL. *Croce.* GERM. Ein creutz. HISP. *La cruz.* ANGL. *A crosse, a gibbet or gallow, se affliction.*} Plaut. *in Curc. sc.* 5. *a.* 1. Collum obstringe, abduce istum in malam crucem. Cic. *Verr.* Statim deinde iussu Prætoris in crucem esse sublatum. ¶ Crux etiam dicitur quicquid nos cruciat, torquet & affligit. Terent. *in Eunuch.* Et illis crucibus, quæ nos, nostrámque adolescentiam habent despicatam. Hanc veteres Gabalum vocauere. Varro, Nos barbari, quòd innocentes in Gabalum suffigimus homines: vos non barbari, quòd noxios absoluitis. In malam crucem, Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 5. *& sc.* 7. *a.* 4. Ego dabo argentum, qui primus in crucem excurrerit, ea lege, vt bis affigantur pedes, bis brachia. Idem *Most. sc.* 1. *a.* 2. Scio crucem futurum mihi sepulchrum. Idem *Merc. sc.* 4. *a.* 2. Tollat has ædes, atque hunc in crucem. *Ibidem sc.* 3. *a.* 2. Loquere, atque in malam crucem (sup. i.) Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 3. Quin tu is in malam crucem, *suprà.* Quin tu te suspendis. Idem *Men. sc.* 5. *a.* 5. Nisi nos mauult omnes crucibus contubernales dari. Idem *Merc. sc.* 2. *a.* 2. Ego te certò cruce & cruciatu mactabo. Idem *Amphitr.* Dedam te discipulum cruci, idem *Aul. sc.* 1. *a.* 1. Aut aliqua mala crux, quæ semper aliquid petat (de mœsto creditore.) *Ibidem sc.* 5. *a.* 5. Quæ te mala crux agitat? *Ibid. sc.* 3. *a.* 4. Crux scripta est sermo, vel libertas testamento. Quint. *declamat.* 380. De crucibus & clauis, & stipitibus, & patibulo, Senec. *cap.* 19. *de vita beat.* Et de earum variis generibus, idem *cap.* 20. *de consl. ad Marc.* ¶ Cruce malo, pro cruce malà. Enn.

Cruciacula, parua crux. Cath.

Crŭcĭo, as, are, Torqueo, affligo, excrucio. {ימאיר *himeir* בחבל *hidbelh.* ἀνιάω. GALL. *Tourmenter, affliger.* ITAL. *Affligere, torcere.* GERM. Peinigen, martern. HISP. *Atormentar ò fatigar.* ANGL. *To torment, to afflicte.*} Plaut. *in Bacch.* Vt ipsus se cruciat ægritudine. Terent. *in Eunuch.* Quæ nos semper omnibus cruciant modis. Cic. *de Arat.* Dolore capitis cruciatur & consumitur. Crucior lapidem non habere me. Plaut. *Capt. sc.* 4. *a.* 3. Cruciatur tecur. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 2. Te ad pistores dabo, vt ibi cruciere currens. Idem *Asin. sc.* 4. *a.* 3. At cum cruciatu tuo nisi apparet tuo. Idem *Amph.* Dignissimi quò cruciatus confluant. Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 2.

Crŭcĭātŭs, us, Tormentum, afflictio. {דאבה *deabáh.* ἀλγος. GALL. *Tourment, affliction.* ITAL. *Affittione.* GERM. Pein plag, marter. HISP. *Tormento.* ANGL. *Torment, affliction, paine.*} Cic. 3. *Offic.* Dionysius maximo cruciatu mortis angi solitus est. Cruciatu, pro cruciatui. Tacit. *lib.* 13. Cruciatu atque præmio cuncta peruia esse. Maximum in cruciatum insiliamus. Plaut. *Merc. sc.* 3. *a.* 2. Interminatus est cum cruciatu maximo. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 3. Abi in malum cruciatum. Idem *Aul. sc.* 3. *a.* 3. At cum cruciatu id factum est tuo. Idem *Capt. sc.* 5. *a.* 3.

Crŭcĭāmĕntum, eiusdem significationis. {ANGL. *Torment, paine.*} Cic. *Philipp.* 6. Nec grauiora sunt tormenta carnificum, quàm cruciamenta morborum. Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 2. In me cruciamenta conferam. & *Capt. sc.* 4. *a.* 5. Cruciamenta quæ fierent.

Crŭcĭābĭlĭs, e, βασανιστικός, πολυώδυνος. Apul. *de Asin. aur. lib.* 10. Sed illo cruciabili silentio diutissimè fatigata. Cruciabili exitu perire. Gell. *cap.* 9. *lib.* 3.

Crŭcĭābĭlĭtās, atis, {βασανιστικότης, πολυωδυνία. GALL. *Tourment.* ITAL. & HISP. *Tormento.* GERM. Peinigung, marter. ANGL. *Torment.*} Plaut. *Cist.* Qui omnes homines supero, atque antideo cruciabilitatibus.

Crŭcĭābĭlĭtĕr, aduerbium. {βασανιστικῶς, πολυωδύνως. GALL. *En grand tourment.* ITAL. *Crudelmente, in gran tormento.* GERM. Peinlich. HISP. *Con mucho tormento.* ANGL. *With great torment.*} Hirt. 5. *bell. Afric.* Sic extra vallum deducti sunt, & cruciabiliter interfecti. Cruciabiliter carnifex me accipito. Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 4.

Crŭcĭārĭŭs, a, um, Cruce dignus, apud Apul. *de Asino aureo lib.* 10. i. qui in crucem agendus. Calpur. Flac. *decl.* 25. & 17.

Crucibulum, lucerna, mortarium. Cath.

Crŭcĭfīgo, is, in crucem tollo. {צלב *talab.* ἀνασταυρόω, σταυρόω. GALL. *Crucifier, attacher contre vne croix ou vn gibet.* ITAL. *Inchiodare in croce, crucifiggere.* GERM. Kreutzigen, oder an ein creutz hefften. HISP. *Crucificar.* ANGL. *To hang on a gibbet or gallow, &c.*} Suet. *in Domit.* Autorem seminarum pridie quàm crucifigeret, in cubiculum vocauit. Plin. *lib.* 9. *cap.* 16. Eáque de causa crucifixos vidisse se cum Scipione. Quint. *lib.* 7. *cap.* 2. Inuenerunt ducem crucifixum. Suet. *in Domit. cap.* 10. Librariis etiam qui eas descripserant crucifixis.

Crucium, quod cruciat, vnde Lucilius vinum insuaue crucium dixit. Fest. Sed à nomine crux dicitur, quòd bibentibus esset ingratum. Casaub. *in Athen. lib.* 1. 3.

Crya, æ, Κρύα Stephano, vrbs Lyciæ.

Cryasus, Κρύασος, vrbs Cariæ, ita dicta à Cryasso Caretis filio. Steph.

CRYPTA, {מערה *meharáh.* κρυπτή. GALL. *Vne fosse creuse, comme vne caue sous terre.* ITAL. *Grotta.* GERM. Ein grub, ein gewelb vnder der erden. HISP. *Gruta, cueua soterranea.* ANGL. *An belowe place or vault vnder the earth.*} Cauerna, vel testudo subterranea, vel in monte excauata: à κρύπτω, occulto. Iuuenal.

Et solitus media cryptam penetrare suburræ.

& Suet. *in Calig. cap.* 58.

Cryptĭcus, a, um. {κρυπτικός. GALL. *Secret, occulte, fidelle.* ITAL. *Occulto, fedele.* GERM. Das verborgen ist vnder der erden. HISP. *Soterraño, encubridor, fiel.* ANGL. *Secret, hidde, close.*} Significat occultum & subterraneum. Sidonius, Potens antiquarius crypticis arcubus fornicauit. Iulius Firmicus Crypticos homines appellat, secreta fideli taciturnitate custodientes.

Cryptopŏrtĭcŭs, nomen compositum ex Græco Latinóque, & significat subterraneam porticum, cum amplis fenestris, qua refrigerandi gratia per æstatem vtimur. ¶ Potest etiam dici Porticus vndique septa, & quasi sepimento parietum abscondita, tanquam subterranea. Plinius in *Epist.* Subest cryptoporticus subterraneæ similis, æstate incluso frigore riget, contentáque aëre suo, nec desiderat auras, nec admittit.

CRYSTĂLLŬS, fœm. gen. {כרכבית *carhochith.* κρύσταλλος. GALL. *Cristal.* ITAL. *Crystallo.* GERM. Crystall. HISP. & ANGL. *Cristall.*} Crystallum, neutri, Gemma candida & pellucida, ita dicta, παρὰ τὸ σταλῆναι τῷ κρύει, hoc est, ab eo quòd gelu contrahatur, Plinius *lib.* 37. *cap.* 2. Contraria huic causa crystallum facit, gelu vehementiore concreto. Nec alibi certè reperitur, quàm vbi maximè hybernæ niues rigent: glaciémque esse certum est: vnde & Græci nomen dedêre. Hæc ille.

Crystăllĭnŭs, a, um, quod est ex crystallo, {κρυστάλλινος. GALL. *Crystalin, qui est de crystal.* ITAL. *Crystallino, che è di crystallo.* GERM. Crystallen, von crystall gemacht. HISP. *Crystallino, cosa de crystal.* ANGL. *Of cristall.*} Iuuenalis,

Grandia tolluntur crystallina, maxima rursus
Murrhina, deinde adamas notissimus, & Berenices
In digito factus pretiosior.

C T

Ctĕătŭs, Κτέατος. Pater Amphimach, vnus ex quatuor ducibus Epeorum, qui quadraginta nauibus ad Troianam expeditionem sunt profecti: vt testatur Homer. *in Catal. nauium.*

Ctema, mancipium. Bud.

Ctĕmĕnē, Κτεμένη, vrbs Thessaliæ, à Peleo Phœnici donata, cuius ciues Homerus Dolopes vocat, Cremonem Dolapiadem. Gentile Ctemenius, & Ctemenæus. Apollonius per iota Κτιμένη scribit, quod magis placet.

Ctĕnes, {κτένες. ANGL. *The foure fore teeth.*} Quatuor sunt dentes anteriores, à cibo concidendo dicti: vnde & τομεῖς appellantur: Latini Primores appellant. Græci etiam γελασῖνοι, quòd inter ridendum deteguntur. Cæl. Rhod. *lib.* 4. *cap.* 1.

Ctēnĭātri, κτηνιατροί. Sunt medici iumentorum & pecorum, quasi mulomedicos quis dixerit: κτῆνος enim Græci iumentum appellant, nonnunquam etiam pecus immolationi aptum, παρὰ τὸ κτείνειν τὸ θυσίαν. Firmicus, Centauro oriente, qui natus fuerat, aut auriga erit, aut equorum nutritor, aut mulomedicus, aut equarius. Hunc Columella & Varro Veterinarium vocant: vulgus *Marescallum.*

Ctēsĭas, Κτησίας, Ctesiachi, vel (vt alij malunt) Ctesiochi filius, Medicus fuit Gnidius, qui Artaxerxem cognomento Meliorem curauit, & historiam Persicam XXX. libris conscripsit. Autor Suidas.

Ctēsĭphōn, Κτησιφῶν, Nomen architecti, qui templum Dianæ Ephesiæ traditur extruxisse, opus mirabile, & toto orbe celebratum. Quod postea ab Herostrato incensum fuit, hac tantùm de causa, vt facinore illo nominis immortalitatem sibi compararet. Fuit & Ctesiphon locus Parthorum. Strabo *lib.* 15. Prope Seleuciam vicus maximus est nomine & re Ctesiphon, in quo Parthorum reges hyemabant. Hic vicus ciuitatis potentiam & magnitudinem habebat, adeò vt Parthorum multitudinem & apparatum omnem reciperet, ac venalia, necessariáque artificia illis suppeditaret. Quin & Ctesiphontem Babylonici regni caput fuisse Plin. *lib.* 6. scribit. ¶ Ctesiphon etiam Atheniensis ciuis nobilissimus, qui Atheniensibus autor fuit decreti, quo Demosthenem aurea corona in theatro coronandum decreuerunt. Ob quam sententiam ab Æschine, qui contrarias Demosthenis in Republica partes fouebat, tanquam perniciosi decreti autor accusatus, elegantissima illa Demosthenis oratione, quam περὶ στεφάνου inscripsit, defensus est. Vide Cic. *lib. de optimo genere oratorum.*

Ctēsippŭs, Κτήσιππος. Chabriæ filius, quem Phocion, mortuo Chabria amico, diligenter singularique humanitate excepit, quò impuros adolescentis mores componeret: cuius tamen cùm duro, tum minimè liberali ingenio nusquam adduci potuit, vt curam & laborem in illo instituendo dimitteret: cuius ineptias non modò pertulit patienter, verumetiam studiosè tegebat. Quanquam semel aiunt, Phocionis constantiam importunitate leuissimi hominis superatam. Nam quum ille imperatorium quoddam munus studio accuratiore obiret, Ctesippus, vt erat futilis delitusque, grauissimum peritissimúmque Imperatorem cœpit fatuis quibusdam interrogationibus obtundere, atque illum monens, docénsve importuniùs perurgere. Tum stomachatum Phocionem dixisse fama est, O Chabria, cumulatam tibi pro amore nostro gratiam nunc persoluo, qui nati tui deliramentum sustineo. Autor Plutarchus *in vita Phocionis.*

Ctisis, despotia, dominium. Bud.

Ctistades, fabri lignarij. L. g. b.

Ctistes, creator. Tertull.

C V

[Cuando, pro quando : cuique, pro quique. Palm.
Cuzones, acus, quibus caput scabunt mulieres. Fest.]
Cuba, Sabinis vocatur, quam militares Lecticam: vnde videtur deriuatum esse Cubiculum. Festus.
[Cuba insula Orbis Noui, à Christophoro Columbo an. 1492. primùm detecta.]
Cŭbitus, Cubiculare, Cubile, vide *Cubo*.
Cŭbĭtŭs, i, vel Cubitum, Curuatura brachij, vbi lacerto iungitur. {אמה *ammah.* πῆχυς, ἀγκών. GALL. *Coude, ou coudée, qui contient pied & demi.* ITAL. *Gombito, braccio da misurare.* GERM. Elnbogen. HISP. *Codo del braço, ò codo de medir.* ANGL. *The elbowe, the arme frome the elbowe forwarde. a cubite.*} Plautus *Stich.* Cubitis depulsa de via. ¶ Inniti cubito Virg. 4. *Æneid.* Ossa ingentia cubiti. Ouid. 12. *Metam.* Cubitus catapulta est mihi. Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Ne quem in cursu, capite, aut cubito, aut pectore offendam, aut genu. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 2. Item, Cubito pronunciare. Quintilian. ¶ A medicis tamen cubitus vocatur os illud brachij, cui innitimur, quod ab ima manu ad brachij curuaturam extenditur. Sunt enim in ea parte brachij duo ossa, quorum inferius Cubitum, superius Radium vocant. ¶ Cubito emungens, ἀγκῶνι ἀπομυσσόμενος. Prouerbialis ironia in hominem sordidi quæstus & conditionis abiectæ. A salsamentariis ducta, quibus mos est narium mucum cubito abstergere, nimirum manibus muria salsugine oppletis. ¶ Accipitur etiam pro mensura cubiti, quantum à cubito brachij vsque ad extremam manum est. Plin. *lib.* 6. *c.* 16. Inuenimus in monumentis Salamiam Euthymenis filiam in tria cubita triennio adoleuisse. Constat autem cubitum ex sex palmis, hoc est, digitis viginti quatuor: vt autor est Vitruu. *lib.* 3. Sesquipes enim, hoc est, pes vnus cum dimidio, facit cubitum. Pes est sexta pars altitudinis in corpore nostro: cubitus quarta. ¶ Est præterea Cubitus regius, qui maior est communi cubito tribus digitis, sicut refert Herodot. *lib.* 1. ¶ Est & Cubitus geometricus, qui tantum valet, quantum sex nostra cubita, vt Origenes, Augustinúsque tradiderunt. ¶ Eodem cubito, αὐτῷ πήχει, hoc est, eadem regula, eadem mensura. ¶ Iuxta cubitum profecit, κατὰ πῆχυν ἐπιδίδου. De eo dicebatur, qui promotus esset ad meliora: siue quum quis ordine legitimo progreditur, siue quum magnis proficit accessionibus. ¶ Homo tredecim cubitorum, ἀνὴρ τρεισκαιδεκάπηχυς, de insigniter procero corpore, ignauo & inutili. Theocritus.
Cŭbĭtālis, e, adiectiuum, quod est longitudinis vnius cubiti. {πηχυαῖος. GALL. *D'une coudée de haut.* ITAL. *Alto vn cubito.* GERM. Elnbogig, eines elnbogen hoch. HISP. *Cosa de medida de vn codo.* ANGL. *Of a cubite in measure or in lenght.*} Herba cubitalis, apud Plinium. Cauea cubitalis, apud Liuium, id est, vno cubito alta.
Cubitālĕ, is, per apocopen Cubital, Cubiti ornamentum. {τὸ ὑπαγκώνιον. GALL. *Dequoy on soustient le coude.* ITAL. *Cosa di vn cubito.* GERM. Ein gezierd der elnbogen. HISP. *Armadura del codo.* ANGL. *A sleeue for the arme frome the elbowe downeward.*} Horat. *in Serm.*

——— *Pones insignia morbi*
Fasciolas, cubital, focalia. id est, brachiale, ὑπαγκώνιον.

Cŭbo, as, ui, itum, (quamuis Cubatio, non Cubitio) cubare, {שכב *schachab.* κατάκειμαι, κλίνομαι, κοιμάομαι, κοιτάζομαι. GALL. *Se coucher, estre couché.* ITAL. *Giacere, esser steso, coricarsi.* GERM. Ligen, schlaffen. HISP. *Yazer.* ANGL. *To lee downe or be layed.*} Sicut & eius composita, quæ tam primæ, quàm tertiæ coniugationis inueniuntur: vt, Accubo, as, & Accumbo, is: Decubo, as, & Decumbo, is: Incubo, as, & Incumbo, is: Recubo, as, & Recumbo, is: Occubo, as, & Occumbo, is. Virg. Nec adhuc crudelibus occubat vmbris, id est, iacet mortuus. Idem. Seu versare dolos, seu certæ occumbere morti. Secubo, as, & Secumbo, is, quod est seorsum & separatus cubo. Propert.

Miles deposito annosus secubat armis.

Liu. *lib.* 39. Per iocum adolescens vetat eam mirari, si per aliquot noctes succubuisset: religionis se causa, vt voto pro valetudine sua facto liberetur. Habet tamen Cumbo aliqua composita, quæ non habet Cubo, vt Discumbo, quod est cibi capiendi gratia iaceo, non Discubo: Procumbo, non Procubo. Similiter Cubo habet aliqua composita, quæ non habet Cumbo: vt, Excubo, non Excumbo: Supercubo, non Supercumbo. Est autem Cubare, iacere: vt, Cubare in lecto, Plaut. Cubare in specu, Plin.

———*Nasonis molliter ossa cubent.*

Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 5. Vbi ea est? Eccam in tabellis porrectam in cera cubat. Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Cubat complexus, cuius cupiens maximè est. Idem *Prolog. Amph.* Vbi cubuisti? In eodem lecto, in cubiculo. Idem *Amphitr.* Vbi sunt scortatores, qui soli inuiti cubant. *Ibidem.* ¶ Cubare in faciem, est cubare supinum, apud Iuuenal. ¶ Et absolutè apud Cicer. 5. *in Verr.* Quum iste etiam cubaret in cubiculum introductus. Sic, Ire cubitum, & Surgere cubitu. Cat. ¶ Dicitur & de ægrotis. Horat.

———*Cubat hic in colle Quirini.*

id est, ægrotat, sicut interpretes exponunt. Quid ea domi est? P. In lecto cubat. (i. ægrota est.) Plaut. *Merc. sc.* 5. *a.* 2. Eam cubantem offendi domi (i. ægram.) *Ibid. sc.* 6. *a.* 2. & *prolog. Casin.* In morbo, imò in lecto cubat. Et Sueton. *in Ner. cap.* 34. Cubare ex duritia alui. (i. ægrotum esse.) Cic. 2. *Tusc.* Itaque narrabat cum grauiter & copiosè, de hoc ipso nihil esse bonum, nisi quod honestum esset, cubantem disputasse. Colum. *lib.* 7. Cubitorem bouem appellat, qui sæpe decumbit ex pertinaci contumacia: quod quidem vitium fame & siti tollendum esse censet, non igni aliisve tormentis.
Cŭbĭto, as, frequentatiuum, sæpè cubo. {κοιτάζω. GALL. *Se coucher ou estre couché souuent.* ITAL. *Dormire nel letto.* GERM. Ledig oder offt ligen, schlaffen. HISP. *Dormir en el lecho.* ANGL. *To lie often.*} Cic. *pro Cælio.* Et propter nocturnos quosdam inanes metus tecum semper pusio cum maiore sorore cubitauit. Plaut. *Pseud. sc.* 7. *a.* 4. Tune etiam cubitare solitus es in cunis puer? Est pudica, neque cubitat cum viris, idem *Curc. sc.* 1. *a.* 1. Anus hic solet cubitare custos ianitrix. *Ibidem.*
[Cubatorium, vbi cubamus. Cath.]
Cubatus, us, Cubandi, siue dormiendi actus. {משכבה *mischchbâh.* κοίμησις. GALL. *Couchement, repos de nuict.* ITAL. *Il giacere, il riposarsi.* GERM. Das ligen, schlaffen. HISP. *Yazija, ò estada en la camara.* ANGL. *A lying & resting.*} Plin. *lib.* 10 *cap.* 57. Medicina in fame, & cubatus in fumo.
[Cuberta, stragulum. {ITAL. *Coperta.* L.g.b.}]
Cubitus, us. Idem Plin. *lib.* 29. *cap.* 4. Supini cubitus oculis conducunt, at proni tussibus, in latera aduersus distillationes. & *lib.* 24. *cap.* 9. Cubitus sibi sternere dixit.
Cubile, Lectus, quod in eo cubetur. {משכב *mischkâb* ערש *heresch.* κοίτη, εὐνή. GALL. *Lict, lieu à se coucher ou dormir, nid, taniere.* ITAL. *Letto.* GERM. Ein bett. HISP. *Lecho, cama, ò cubil proprio lugar de las fieras.* ANGL. *A bedde or couche.*} Cicer. 2. *Tusc.* Abducet Patrocles, credo, vt collocet in cubili: vt vulnus obliget. Idem 5. *Tusc.* Terra cubile erat Anacharsi. Ille dixit clam cum Alcmena consuetum esse cubilibus. Plaut. *Amphitr.* ¶ Cubilia item dicuntur loca in quibus feræ cubant. Quintil. *lib.* 2. *cap.* 16. Moliri cubilia ferarum. Cic. *de nat. Deor.* Delitescunt cubilibus bestiæ. ¶ Dicitur & de structura. Plin. *lib.* 35. *cap.* 14. Ea, inquit maxima moles fuit, nec sedit in cubili. Vtitur hac voce & Vitruuius *lib.* 2. in eadem significatione. ¶ Cubile salutatorium dicitur, in quo simulachra deorum imponi solent, quod & Lararium alio nomine dicitur. Plin. *lib.* 13. *cap.* 11. Omnia iam & virorum salutatoriis cubilibus inclusa.
Cŭbĭcŭlum. Locus vbi cubile & lectus positus est. {חדר *chedher.* οἴκημα, κοιτών. GALL. *Chambre à coucher ou dormir.* ITAL. *Camera.* GERM. Ein schlaffkammer / ein ort da vil bett stehn / auff welchen man schlafft. HISP. *Camara donde dormimos.* ANGL. *A chamber to lie and sleepe in.*} Senec. *ad Lucil.* Quid prosunt multa cubicula? in vno iacetis. Cic. *in Verr.* In cubiculum introductus. Silentium non in conuiuio, sed in cubiculo esse debet. Gell. *cap.* 11. *lib.* 14.
Cŭbĭcŭlārĭŭs, qui in cubiculo ministrat, Cubiculi minister. {κοιτωνίτης. GALL. *Chamberlant, valet de chambre.* ITAL. *Cameriere.* GERM. Ein kammerling / ein diener so auff die schlaffkammer wartt. HISP. *Camarero, guarda de la camara.* ANGL. *A groome of the chamber.*} Cic. 5. *in Verr.* Hunc vestri ianitores, hunc cubicularij diligunt. Suet. *in Domit. cap.* 17. Et Saturius decurio cubiculariorum. Dura cubilia ferri Eruere, Ferri fodinas effodere. Valerius *lib.* 5. *Argon.* Nam primi ignoti quam dura cubilia ferri Eruerent, ensésque darent, odia ægra tunc artius Ettabant. de Chalybum populo.
Cubiculāris, e, quod ad cubiculum pertinet. {κοιτωνικός. GALL. *De chambre.* ITAL. *Di camara, pertinente à camera.* GERM. Das zu der schlaffkammer gehört. HISP. *Cosa para camara.* ANGL. *Perteining to a chamber.*} vt, Vestis cubicularis, qua in cubiculis vtimur: &, Cubicularis lectus, apud Cic. 5 *Tusc.* Cubiculares imagines. Suet. *in Aug. cap.* 7. ¶ Cubicularis, pro cubiculario. Idem *in Neron. cap.* 38. Incendit vrbem tam palàm, vt plerique Consulares, cubilarésque eius cum stuppa tædâque in prædiis suis deprehensos non attigerint. Quædam exemplaria legunt *cubicularios.*
Cŭbĭcŭlārĭŭs, aliud adiectiuum. κοιτωνικός, vt, Cubicularia lucerna. Martial *lib.* 14. Et, Cubicularia gausapina. Idem *lib.* 4. *Epig.* 14. & *epigr.* 150. *eiusdem lib.*
Cŭbĭcŭlārĭī, qui Cubiculo, vel ad limina assident. Alphenus hos numerat inter eos, quos vsus sui causa paterfamiliâs habet, *ad finem l. in lege censoria. ff. de verb. sign.*
Cŭbĭtŏr, is, nomen, κατακλιτικός, κοιμητικός, κοιμητής. Colum. *lib.* 6. Cubitorem bouem appellat, qui sæpe decumbit ex pertinaci contumacia, quod quidem vitium fame & siti tollendum esse censet, non igni aliisve tormentis.
[Cubizon, stramentum, vbi cubatur. L.g.b.
Cubio, nis, masculus. Cath.]
Cŭbŭs, {κύβος. GALL. *Figure quarrée de tous costez, quarreau.* ITAL. *Cio che ha la figura quadrata.* GERM. Ein ding das an allen orten gleich geuierreit ist als ein würffel. HISP. *Cosa quadrada, como el dado.* ANGL. *A figure that is square on all partes, a dice.*} Est figura ex omni latere quadrata, quales sunt tesseræ, quibus in alueolo luditur, quæ etiam κύβοι à Græcis sunt appellatæ. ¶ In numeris etiam, Cubus dicitur, quum omne latus eiusdem numeri æqualiter in se soluitur: sicut fit quando terna dicuntur, atque idem ipse numerus triplicatur.
[Cucior, Ponticus Sacerdos. Gloss. Isid.]
Cŭcūbo, as, Proprium est vocis noctuæ. {κικκαβίζω. GALL. *Huyer comme vn hibou ou chahuant.* ITAL. *Gridare comme la ciuetta.* GERM. Wiglen oder heulen / schreyen wie ein nachteul. HISP. *Cantar la lechuza.* ANGL. *To crie like an owle.*} Vt in carmine de Philomela, quod falsò Ouidio ascribitur,

Noctua lucifuga cucubat in tenebris.

[Cucubæos, glaucus, noctuinus. L.g.b.]
Cūcūbă, vide *Scopes.*
Cŭcŭllĭo, est (vt Capitolinus docet) genus pilei viatorum, quo capite obiecto, vagari nocte solent. {πῖλος ... GALL. *Coqueluchon, ou chapeau, ou couuerture de la teste pour la nuict.* ITAL. *Capello, o cappa portata in capo per la pioggia ò altramente.* GERM. Ein Kapp oder Hut. HISP. *El papahigo ò capirote.* ANGL. *A hoode.*} Cato *de re rust. cap.* 2. Videtur ostendere vestis rusticæ genus fuisse, qua operæ aduersus tempestatum iniuriam tegebantur. Quum tempestates (inquit) pluuiæve fuerint, videto quot dies, quæve opera per imbrem fieri potuerint, dolia lauari, picari, villam purgari, funes veteres sarciri, nouósque fieri centones cucullionésve familiam oportuisse sibi sarcire.
Cŭcūlŭs, simplici c, & vnico l, scribendum est, & semper mediam producit, teste Erasmo in adagio Cuculus. {κόκκυξ. GALL. *Coqu ou coucou.* ITAL. *Cuculo vgello.* GERM. Ein guckel / guckauch. HISP. *Cuclillo aue.* ANGL. *A couckoou.*} Horat. 1. *Serm.*

———*cui sæpe viator*
Cessisset, magna compellans voce cuculum.

Martialis tamen penultimam corripuit,

Quamuis per plures cuculus cantauerit annos.

¶ Est autem Cuculus auis notissima, quæ in aliarum auium nidis oua parit, quòd sciat se omnium auium generi esse odiosam, neque confidat pullos in suo nido tutò futuros. Quare non video quid Gallis venerit in mentem, qui adulteræ maritum Cuculum vocent, cui multò rectius Currucæ nomen conueniat, qua aliena oua pro suis fouet. Plaut. certè in

in *Asin.* Cuculum vocat adulterum, quòd scilicet ex alienis vxoribus liberos gignat, quos mariti pro suis educunt. Idem *Asin sc.* 2. *a.* 5. At etiam cubat cuculus: surge amator, i. domum. & *paulo post*, Cano capite te cuculum vxor ex lustris rapit. ¶ Cuculus etiam piscis est, κόκκυξ. Huic vocalitas tribuitur, vt lyræ Chalcidi & apro. Similis est mullo atque hirundini cui corpus rubrum, excepto ventre candido: rostrum incuruum atque acutum: Felle caret. Vide *Lucerna.*

Cvcvllvs, gemino l. genus vestis est. {πιλίον ἢ ἐπικάρπιον, τὸ ἐπώμιον. Gall. *Coqueluchon, ou vne cape que les femmes portent pour se couurir durant la pluye.* Ital. *Velle che ha il cappuccino, certo fino.* Germ. Ein kleid mit einem gugel oder kappen an tutten. Hisp. *Capilla de vestidura, ò cogulla, el papahigo, ò capirote.* Angl. *An hoode that women weare in tyme of rayne.*} Iuuen. *Sat.* 6.

Sumere nocturnos meretrix Augusta cucullos.

Vnde constat monachos nostros malè vti hoc vocabulo Cuculla fœminini generis. Sunt qui accipiant pro nautico ac rustico tegmine, ad arcendas pluuias. Columell. Cultam vestitúmque familiam magis vtiliter, quàm delicatè habeat, munitam diligenter à vento frigore pluuiáque: quæ cuncta prohibentur pellibus manicatis, centonibus confectis, vel sagis, aut cucullis. Iuuenal. *satyr.* 3.

Contentúsque illic Veneto duróque cucullo.

¶ Cucullus etiam pro tegmento papyraceo, quo pigmentarij vtuntur, sumitur.

——*Vel thuris piperísque sis cucullus,*

Martial. *lib.* 3. *Epigr.* 139.

Cŭcŭllātŭs, a, um, qui cucullo indutus est. {ὁ τὸ πιλίον φορῶν. Angl. *That weareth such an hoode.*} Colum. *lib.* 11. *cap.* 1.

Cvcvma, Vas æneum calefaciendæ aquæ idoneum. {דוד *dudh.* τὸ χαλκεῖον, λέβης, ὁ κάκαβος. Gall. *Paelle.* Ital. *Cucuma di ferro ò di rame.* Germ. Ein kessel. Hisp. *Vaso de cobre, como caldera ò farten.* Angl. *A brasen pan to warme water in.*} Petron. Arbiter *in Satyr.* Frangitur ceruix cucumæ, ignémque valescentem restinguit. ¶ Cucuma item appellatur taguriolum exiguum in quo pauperiores habitabant. Martial. *lib.* 10. *ep.* 79.

Torquatus nitidas Vario de marmore thermas
Extruxit, cucumam fecit Otacilius.

¶ Budæus scribit Cucumam esse genus baculi ferrati. Iurisc. *ad legem Iul. de sicarijs.* Sed & si claua percusserit, vt cucuma in rixa: quamuis ferro percusserit, tamen non occidendi animo, leniendam eius pœnam.

Cŭcŭmellă, diminutiuum, vasculi genus quod à forma cucumeris nomen suum inuenit, ad eundem vsum, ad quem & labra & crateres paratum. Connanus Alphenus *l. si quando. ff. si seruit. vend.* Et Seius in eo syluam scuisse, neque non labra, crateras, cucumellas positas haberet, &c.

Cŭcŭmer, siue Cucŭmis, cucumeris, siue cucumis in genitiuo. Herba est sarmentis prælongis humi repentibus, & in ramos vitis modo se diffundentibus, folio rotundo, cucurbita aliquanto minore, flore luteo, fructu oblongo, & vbi maturuerit, flauo, masculis quibusdam distincto, qui & ipse herbæ suæ cognominis est. {קשוא *kischchú.* σίκυς ὁ σικυὸς. Gall. *Concombre.* Ital. *Cocomero.* Germ. Cucumern ist ein frucht gleich den kleinen kürbsen. Hisp. *Cohombro.* Angl. *A cucumer.*} Varro *lib.* 4. *de lingua Lat.* autor est, Cucumeres à Curuitate dictos, quasi curuimeres. Vnde & Tortum Cucumerem vocat Virg. 4. *Georg.*

——*tortúsque per herbam*
Cresceret in ventrem cucumis.

¶ Plinius tria enumerat cucumerum genera, Laconicum, Scytalicum, & Bœoticum, vide ipsum *lib.* 19. *cap.* 5. ¶ Cucumis etiam piscis est digiti crassitudine & longitudine, tuberculis aliquot aspersis, veluti in cucumere terrestri paruo. Partes internas indiscretas habet. Plin. *lib.* 9. *cap.* 2. Rerum quidem non solùm animalium simulacra esse licet intelligere intuentibus vuam, gladium, serras, cucumim verò colore & odore similem. Vide *lib.* 32. *cap. vlt.* ¶ Cucumis marinus, Græcis ψολὶ. piscis est marinus alius à superiori & Colybdena, pressus aquam iaculatur siphonis modo: simillimus est cucumeri paruo figura solùm, non odore, nec colore, oblongus est, quamuis angulis & superficiebus insignis, cuius digitalis crassitudo, longitudo minor digito, singuli anguli tuberculorum, in cucumeribus gemina serie exarantur. Color rufus est, corio tegitur vt tethya.

Cŭcumis anguinus, siue syluestris. Herba est solo fructu à satiuo cucumere distans, quem multò minorem habet, glandibúsque longiusculis similem. σίκυς ἄγριος. Officinæ cucumerem asininum appellant. Succum eius Elaterium vocant, ἀπὸ τοῦ ἐλαύνειν, hoc est, ab expellendo: siquidem & menses mulierum retentos expellit, & grauidis abortum facit. Vide Plin. *lib.* 20. *cap.* 1.

Cŭcŭmĕrārium, locus cucumeribus consitus. {מקשה *mikschah.* σικυών. Gall. *Le lieu où croissent concombres.* Ital. *Luogo doue nascano cocomeri.* Germ. Ein ort da vil cucumern gepflantzt sein. Hisp. *El cohombral.* Angl. *A place planted with cucumers.*} Cyprianus pro tugurio custodiarum posuit. Solet enim fieri tuguriolum, in quo custos vigilanter obseruat ne cucumeres auferantur ex cucumerario.

Cŭcŭmis, genus piscis ex genere concharum, cuius meminit Plin. *lib.* 93. *cap.* 11. Est etiam cucumis ornamentum ex aurichalco, in modum lancis factum, quod habenis astrigitur, lorísve quæ ab armis pendent, atque pectore equorum. Aliàs pro vase, apud Martialem.

Cvcvrbita, herba hortensis est notissima, etiam hodie in officinis nomen retinens, fructus magnitudine omnes tum arborum fœtus exuperans. {κολοκύνθη. Gall. *Vne courge.* Ital. *Zucca.* Germ. Ein kürbß. Hisp. *Calabaça.* Angl. *A gourde.*} Plin. *lib.* 11. *c.* 5. Duo eius facit genera, Plebeiam, quod humi repit: & Camerarium, facili flexibilique ramorum circuitu ac tecta, pergulas & testudines operiens. Verba eius sunt hæc. Cucurbitæ duo prima genera, Camerarium, & Plebeium quod humi repit. In priore mire tenui pediculo libratur pondus immobile auræ. Hæc omnimodo fastigiatur, vaginis maximè vitilibus, conlecta in eas postquam defloruit. Crescit qua cogitur forma, plerumque & draconis intorti figura. libertate verò pensili concessa, iam visa est nouem pedum longitudinis. Hæc ille. ¶ Aut cucurbitæ florem, aut cucurbitam,

ἢ κρίνον, ἢ κολοκύνθην. Id perinde valet quasi dicas, Aut mortem, aut vitam: Aut lucrum, aut damnum. Aut victoriam, aut contra. ¶ Græci cucurbitæ florem κρίνον appellant. Incertum vtrum mox euanescat, an cucurbitam sit pariturus. ¶ Cucurbitæ lippire, κολοκύνθης λημᾶν. In excutienter ac stupidos dicitur, præsertim in eos, qui ætatis vitio desipiscunt. ¶ Cucurbita sanior, κολοκύνθης ὑγιέστερος. Suidas & Zenodotus pro adagio referunt: citatur ab Athenæo *lib.* 3. Hinc ductum prouerbium quòd cucurbita vndique turgeat integra, nec rimis hians, vermiculis obnoxia. ¶ A fructus huius similitudine apud Celsum *lib.* 2. *cap.* 11. Cucurbitam, & per diminutionem Cucurbitulam, eam appellari legimus, quæ nunc vulgo *Ventosa* dicitur. Prima enim huiusmodi vascula ex cucurbitis fiebant. Ait enim, Vsus cucurbitulæ præcipuus est, vbi non in toto corpore, sed in parte aliqua vitium est. *Ibidem,* Cucurbitularum duo sunt genera, Æneum, & Corneum: ænea, altera parte patet, altera clausa est. cornea, altera parte æquè patens: altera foramen habet exiguum, &c. Iuuen. *Satyr.* 14.

——*vacuúmque cerebro*
Iam pridem caput hoc ventosa cucurbita quærit.

¶ Cucurbitulas sine ferro defigere, i. sine scarificatione, apud Cels. *lib.* 4. *cap.* 14. ¶ Agglutinare cucurbitulam, i. affigere. Idem *lib.* 7. *cap. de calculo,* Quod si parum proficit, agglutinanda cucurbitula est & inguinibus & coxis, & super pubem.

Cŭcŭrbĭtŭlă, vide *Cucurbita.*

Cŭcŭrbĭtinus, adiect. vt Cucurbitina pyra dicimus, & Cucurbitinas ficus, ob cucurbitæ similitudinem. κολοκύνθινος. Cato *de re rust. cap.* 7.

Cucurbitarium, ij. Locus in quo seruntur cucurbitæ. {Angl. *A place wherein gourdes growe.*}

Cŭcŭrbĭtārius: amator cucurbitarum. φιλοκολόκυνθος.

[Cucurbito. Cucurbitare dicitur vasallus, qui domini vxorem adulterat, vel ad crimen illud saltem solicitat, turpiter tentat, affectat: item filium, neptem, nurum aut sororem eius polluit. Barbarica videtur origo huius vocabuli, quum in legibus Longobardorum corbita pro stupro vel infamia vsurpetur. Sic Lex. Iurid. Pratei.]

Cŭcūrio, secunda longa, gallorum proprium est. {κοκκύζω. Gall. *Coqueter, comme quand le coq appelle les poules.* Ital. *Fare il verso del gallo.* Germ. Kauteren oder gluggen wie ein han. Hisp. *Cacarear el gallo.* Angl. *To cok, or crie like a cock when he gathereth the hennes.*} Autor carminis de Philomela, quod falsò Ouidio adscribitur, Cucurire solet gallus, gallina gracillat.

[Cucuropullon, porcellus. Gloss. gr. b.]

Cvdo, is, cudi, non cusi (vt quibusdam videtur) supinum facit, cusum, vnico s: vt, Excudo, excudi, excusum: at excussum, est ab excutio. Virg. 1. *Æneid.*

Ac primùm silici scintillam excudit Achates.

Vbi Seruius, Excudit, id est, feriendo elicit: nam Cudere, ferire est. {צור *tsur* חרש *charásch.* κόπτω, κροτέω, τύπτω, ἐγχαράσσω. Gall. *Battre, frapper, forger, imprimer sur metail.* Ital. *Battere, stampare, coniare.* Germ. Schlagen/schmiden. Hisp. *Herir, imprimir, cuñar.* Angl. *To strike as smithes doe.*} Vnde & Incus dicitur, quòd illic aliquid cudamus, id est, feriamus. ¶ Cudi pecunia dicitur, quum illi signum principis, vel reipublicæ imprimitur. Terent. *in Heaut.* Argentum cudo, quod tibi dem. Hinc Plaut. Oculis multa misera cuditis, *Capt. sc.* 1. *a.* 2. ¶ Passiuum protulit idem Terent. *in Eunuch.* At enim in me isthæc cudetur faba, quod est, in me hoc malum recidet, in me hæc vindicabitur culpa. Metaphora ducta est ab area, in qua fabæ triturantur, hoc est, siliquis suis excutiuntur. Ibi enim, quamuis faba præcipuè cudatur, tamen omnes ictus in aream recidunt. Huius composita sunt Accudo, Excudo, Incudo, Procudo, & Recudo, quod est iterum cudo. Varr. Vt hi solent, qui vera metalla recudunt. Habent autem hæc omnia penultimam productam.

Cŭdo, nis, mascul. gen. Significat capitis tegumentum ex corio confectum, quo vice galeæ vti solent. {[Germ. Ein lederne Beckelhaub.] Angl. *An hoode of leather.*} Silius *lib.* 16.

Scipio terrificum hastam, cudone comantes
Disiecit crines.

[Cudræ, arum, A. sub P. Constantinopolitano.]

Cvias, vel cuiatis, c. cuius regionis? {ποδαπός. Gall. *De quel pays?* Ital. *Di qual patria? di qual natione? di qual setta?* Germ. Von wannen bist/welches lands bist du? Hisp. *De que tierra ò vando?* Angl. *Of what countrey?*} Vnde & non tantùm patriam, gentem, nationémque innuit (vt apud Cic. *lib.* 5. *Tusc.* Socrates quidem quum rogaretur, cuiatem se esse diceret, Mundanum, inquit. Totius enim mundi se incolam & ciuem arbitrabatur) sed etiam partes & sectam: vt, Cuiates Philosophi vos estis: Stoicine, an Epicurei? Sic Nostras & Vestras. Cicero, Non solùm etiam ista vestra oratoria, sed & hæc etiam leuia nostratia. Dicitur & Cuiatis communi genere: vnde apud Plaut. frequenter legitur, Cuiatis est? id est, cuius patriæ & gentis. Accius *Telepho*, vt citat Nonius, Qui neque cuiatis esset, vnquam potuimus, multa rogantes, scire. Gell. *cap.* 30. *lib.* 15. Cùm quæreretur, Petoritum quali forma vehiculum cuiatísque linguæ esset? Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 2. Rogant, Cuiatis sit ea nauis. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 3. Cuiatis? Ab Therapontigono milite?

Cŭiŭs, a, um; adiectiuum est per tria genera declinabile, id est, cuius, {τινὸς ὤν. Gall. *A qui est?* Ital. *Di chi?* Germ. Welches/oder wess. Hisp. *De quien?* Angl. *Whose, to whome belongeth it?*} vt, Meus, mea, meum. Refertur autem ad personam possessoris. Virg. *Eclog.* 3.

Dic mihi Damæta, cuium pecus? an Melibœi?

Terent. *in Andr.* Cuium puerum hic apposuisti? dic mihi. Idem *in Eunuch.* Quid virgo, cuia est? Plaut. *in Curc. sc.* 2. *a.* 1. Cuiam vocem audio? Cuia vox sonat procul? *Ibid. sc.* 2. *a.* 1. *& Pseud. sc.* 4. *a.* 2. *& sc.* 4. *a.* 4. Is, cuia res est. i. reus. Gell. *cap.* 22. *lib.* 1. In ipso vertitur cuia res, non in eo vnde petitur. (de negotio non forensi.) Idem *cap.* 29. *lib.* 2. Cuium erit ei reddes. Idem *cap.* 4. *lib.* 3. ¶ Pro eodem interrogatur per Cuius, genitiuum à Quis, quæ, quod, vel quid: ad quem respondetur etiam in eodem casu, præterquam in possessiuis tam pronominibus, quàm nominibus. Vt quum quærimus, Cuius est vestis? respondemus mea, vel herilis. Cuia res est. Cic. 3. *Verr.* Vt optima conditione

ditione sit is, cuia res sit, cuium periculum. ¶ Cuia interest. Cic. *pro Muren.* Ea cædes potissimum crimini datur, ei cuia interfuit, non ei cuia nihil interfuit. ¶ Antiquitus *Quoius* scribebatur: vt in emendatis Plauti exemplaribus.

[Cuiauia, siue Vladislauia, *Vladislaw*, V. ampla E. sub A. Gnesnensi in Polonia.]

Cui cuimodi, Gell *cap.* 4. *lib.* 3.

Cūiusmodi, vox est indeclinabilis, composita ex duobus genitiuis, Cuius, à quis, & modi, à modus. { ποίας τις, ὁ ποῖός τις. GALL. *De quelle sorte, ou de quelque sorte.* ITAL. *Di qual manera.* GERM. Auff welche gattung/ welcherley. HISP. *De qual manera.* ANGL. *Of what sorte.* } Ponitur autem relatiuè, infinitè, interrogatiuè, & etiam admiratiuè. Plaut. *in Menæch.* Cuiusmodi homines erunt? E. Ego, & Menæchmus, & parasitus eius. Idem *Pseud. sc.* 4. *a.* 2. Defrutum, mel, cuiusmodi? Idem *in Mil. sc.* 4. *a.* 1. Cuiusmodi hi homines erunt (i. quàm edaces.) Idem *Men. sc.* 2. *a.* 4. Res quæritur non cuiusmodi res elucat. Et aliter apud Cic. 2. *de Inuent.* Quòd si hæc cùm summè inutilia, tum multò turpissima sint, lege cuiusmodi sit, in præsentia conseruari à iudicibus, id est, *En la sorte qu'elle est.* ¶ Pro eodem dicimus, Cuiusmodicunque. Cic. *pro Cluent.* Nam illud me non præterit, cuiusmodicumque mater sit, tamen iudicio filij de turpitudine parentis dici vox oportere id est, *Quelle qu'elle soit.* Id Salustius diuisim enuntiauit, Neque solùm ciues, seu cuiuscunque modi genus hominum, quod modò bello vsui foret, &c.

[Cul, pro quale, *in Amphitr.* Plaut. Sic facul pro facile antiqui, simul pro simile.]

CŪLCĬTRĂ, Non stragulum est, quo dormientes integimur, vt quidam perperam tradiderunt: sed potiùs id quod plumis, tomento, floccis, aliáve materia fultum, dormituris substernitur: puluinus, lectulus. { τύλη, στρωμνή. GALL. *Coutil de lict, vn lict de plume, de bourre, ou de laine.* ITAL. *Letto, coltra, materazzo.* GERM. Ein bett/ ein polster/ oder pfulwen mit federn außgefült. HISP. *Colcedra, colchon, colcha.* ANGL. *The tike of a bed, a flock or wol bed.* } Nomen autem habet à calcando, siue inculcando, quòd calcibus, hoc est, pedibus infarciatur. Cic. 4. *Tusc.* Eripiamus huic ægritudinem, quomodo collocemus in culcitra plumea, psaltriam adducamus. Idem *ad Attic. lib.* 13. Nam Silius culcitras non habet. Culcitra in terra iacet: Ego in culcitra, Sen. *epist.* 78. Deinde loquitur de stragulo & opertorio. Iuuenal. *Satyr.* 5.

Tertia ne vacuo cessaret culcitra lecto,

Vnà simus, ait.

Culcitrosus, Diomedes *lib.* 1.

Cūlcĭtrŭlă, diminutiuum. { τυλάριον, μικρὸν στρῶμα. GALL. *Vn petit coutil, vn petit lict de plume.* ITAL. *Picciola coltra, ò materazzo.* GERM. Ein bettlin/ ein pfulwelin. HISP. *Pequeña colcedra.* ANGL. *A litle tike of feather bed.* } Plautus *Mostell.* Is me suam quidem pol optat culcitrulam.

Culcitulă, fasciculus quidam ligneus in sacris dicebatur. Festus.

Cūlĕolă, sunt cortices nucum viridum, similitudine culeorum, quibus oleum, aut vinum continetur. Hæc Festus.

Cūlĕst, pro cuias est, aut qualis est, veteres vsurparunt. Plautus *in Amph.* Condignum ædepol donum, culest, qui dedit. Ex Nonio.

CŪLĔŬS, { שק *sak.* κώλικος, ἀσκός, κολεός Dioni. GALL. *Vn sac ou vaisseau de cuir.* ITAL. *Sacco.* GERM. Ein sack/ ein lederfack. HISP. *Sacca, la odrina.* ANGL. *A sake of leather.* } vel etiam Culeum neutri generis, vel (vt alij scribunt) Culleum gemino l. Vter, siue saccus ex lino, vel cannabe, vel corio factus, ab occulendo, id est, claudendo. Eo vtimur ad portanda frumenta. Plin. *lib.* 7. *cap.* 20. Iunius Valens meruit in prætorio diui Augusti centurio, vehicula cum culeis donec exinanirentur, sustinere solitus. Nisi culleis mihi deportetur oleum, cras faxo culleo deportere in pergulam. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Factus est etiam Culeus pœna parricidarum. Nam parricidæ sanguineis virgis verberati, in culeo cum cane, simia, gallo & serpente inclusi mari iniiciebantur. Vnde Iunenalis, Quis tam perditus vt dubitet Senecam præferre Neroni? Cuius supplicio non debuit vna parari Simia, nec serpens vnus, nec culeus vnus. ¶ Vnde culeo dignum prouerbialiter dicimus de homine enormiter scelerato. ¶ Est & Culeus mensuræ viginti amphorarum capacis, vel quadraginta vrnarum, vt est apud Plin. *lib.* 14. *cap.* 4. & Colum. *lib.* 3. *cap.* 3. ¶ Hinc Sesquiculeare dolium, apud Columellam, est triginta amphorarum, quasi culeum & dimidiatum.

Culearis, e. vt, Culeare dolium, quod capit culeum. Cato *in cap.* 112. Vbi hauseris de mari, in culeare dolium infundito.

Culex, { κώνωψ. GALL. *Mouscheron, tout petit ver ayant aisles.* ITAL. *Zanzara.* GERM. Ein muck oder brame. HISP. *Mosquito.* ANGL. *A gnator flye.* } Vermiculus paruus, alatus: de cuius natura vide Plin. *lib.* 11. *cap.* 2. Plaut. *in Curc. sc.* 2. *a.* 4. Vt muscæ, culices pedésque, pulicésque & cimices. Culicem Elephanti conferre, κώνωπα ἐλέφαντι παραβάλλειν, dicuntur, qui minima maximis comparant, Libanus *ad Casilum.*

Cūligna, κυλίχνη. Potorium vas, teste Festo. Cato *cap.* 131. Ioui dapali culignam vini quantum vis polluceto. Idem *alibi*, Culignam in fœno græco ponito, vt bene oleat. ¶ Culigna etiam, ait Festus, vas vinarium à Græco dicta, quam illi dicunt κυλίχνη. malo κυλίχνιον. Varro apud Nonium, Mensæ anteponebantur cum culigna & vino, quo quæ veniebant ad fœtam (alij effœtam, i. puerperam) amicæ gratulatum, diis mactabant.

Cūlinæ, loca quædam publica in suburbanis dicebantur, inopum destinata funeribus: vt ait Aggenus *in lib. de limitibus agrorum.*

Cūlină, vt Varro *de vita populi Romani* scribit, dicta est ab eo, quòd ibi colebant ignem locupletiorem domus. { μαγειρεῖον. GALL. *Cuisine.* ITAL. *Cucina.* GERM. Ein kuche. HISP. *Cozina, lugar de cozinar.* ANGL. *A kitchin.* } Plaut. *in Cas.* Senex in culina clamat, hortatur coquos. Iuuenalis continens pro contento posuit, scilicet pro cibis coctis, quum inquit,

———*sequitur sua quemque culina.*

Coqui focos ipsos in mensam transferunt, cœnam culina sequitur. Sen. *epist.* 79. In culinam congessit H-S. millies Apicius, idem c. 10. *de consol. ad Elb.* Exi culina mastigia. Plaut. *Most. sc.* 1. *a.* 1. Exi nidor è culina, quid lates.

Cūlīnārĭus, μαγειρικός, & Culinor, aris, quod est Culinam exerceo, μαγειρεύομαι.

[Culiola, cortices nucum viridium, dicta à similitudine culeorum, quibus vinum siue oleum continetur. Fest. Aliter galliocæ. id vide.

Culit, vehementer perculsit. Gloss. Isid. vide *Cello.*

Culma, *Culm.* V. E. ditionis Polonicæ in Prussia Regali, olim sub A. Rigensi.]

Cūlmen, Vertex, fastigium. { גב *ghâb* ראש *harósch.* ὄροφος, τό. GALL. *Le feste & sommet d'vne maison, le haut, le croupeau, la pointe.* ITAL. *Colmo, tetto, sommita d'alcuna cosa.* GERM. Ein gipfel eines hauß/ die first eines strowtachs. HISP. *Cumbre de cosa alta.* ANGL. *The toppe or hight of a thing, the ridge of an house.* } Ab antiquis culmine dicta sunt tecta, quia ædificia è culmo, id est, paleis è messibus collectis, contegebant. Virg. 1. *Eclog.*

Pauperis & tuguri congestum cespite culmen.

Ibidem, Et iam summa procul villarum culmina fumant. Plaut. *Trin.* In Capitolio, quo in culmine astat summo. Plin. *lib.* 9. *c.* 35. Principium ergo, culmenque omnium rerum pretij, margaritæ tenent. ¶ Culmen pro Culmo, siue stipula. Ouid. 4. *Fast.*

Sanguis equi suffimen erit vitulique fauilla:

Tertia res, dura culmen inane fabæ.

Cūlmŭs frumenti calamus, à radice vsque ad spicam: dictus quòd calatur: vnde olim & Columus dicebatur, sicut & Columen primò, quod postea Culmen. Varro tamen culmum dictum putat tanquam culmen quòd in summo campi nascuntur culmi. { קנה *kanéh* אביב *abib.* καλαμός, καλάμη, ἀθήρ. GALL. *Chaume, chalumeau, ou tuyau de blé ou d'auoine ou de semblables.* ITAL. *Gamba del frumento.* GERM. Ein halm oder stengel an dem kornge wächsen. HISP. *La caña del trigo.* ANGL. *The stemme or strawe of corne frome the roote to the eare.* } Virg. 1. *Georg.*

———*ne gravidis procumbat culmus aristis.*

Ibidem,

———*culmúmque leuem stipulásque volantes.*

vbi Seruius, Culmus dicitur ipse calamus: stipulæ verò folia quæ ambiunt culmum. ¶ In culmo arare, ἐν καλάμῃ ἀροῦν, dicuntur qui labore numquam intermisso vim mentis exhauriunt: aut qui numquam desinunt ab amicis petere quod dent. Sumpta metaphora à nimium auidis agricolis, qui segetem non patiuntur vnquam interquiescere: sed assidua cultura exhauriunt, statim à messe nouam ingerentes sementem. Suidas citat ex Lysia

[Culo, quibusdam videtur protego, vnde *occulo*, hoc vide.]

CŪLPĂ, Causa, meritum, crimen. { אשם *aschám* דבה *dibbáh.* αἰτία. GALL. *Faute, coulpe, offense, blasme.* ITAL. *Colpa.* GERM. Die schuld einer mißhandlung. HISP. *Culpa de algun malrecho.* ANGL. *An offence, faulte, or blame.* } Plautus *in Epid.* Mihi vt ignoscas, siquid imprudens culpa peccaui mea. Serui qui, cùm culpa carent, metuunt, ij sunt heris vtibiles. Idem *Men. sc.* 6. *a.* 5. Vsus ædium deterior haud fabri culpa. Idem *Mostell. sc.* 2. *a.* 1. Nam mea sit culpa, quod egomet contraxerim. Idem *Amph.* Homo culpam admisit in se. Idem *Aul. sc.* 6. *a.* 4. Non totam possum ostendere culpam: sed partem criminis error habet, Ouid. *Eleg.* 5. *lib.* 5. *Trist.*

Si mora culpa est, ego sum maturior illo.

Idem 13. *Metam.* Culpa delicti. Cic. *pro C. Rabir.* Plaut. *in Mercat.* Dij sciunt, culpam meam istanc non esse vllam. Cic. 1. *Offic.* Ne maior pœna, quàm culpa sit, cauendum. Iurisconsulti duo faciunt culparum genera, Latam & Leuem. Latam culpam appellantes dolum præsumptum: Leuem verò negligentiam, quum scilicet eam diligentiam in rebus alienis non præstitit, quam prudens paterfamiliâs solet. Culpæ nomen generale est, dolúmque comprehendit non quidem verum, sed præsumptum. Nam si in materia culparum, quam nemo diligentiùs tractauit doctissimo nostro Zasio, vero dolo locus esset, iam culpam nominare quid attineret? *l. si idem. C. de codicil.* Culpa pro adulterio. Virg. 4. *Æneid.*

Coniugium vocat, hoc prætexit nomine culpam.

Viri sæpe haud culpa abstinent, Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 1. Idem *in Amphitr.* & *Aulul.* Item pro pœna: vt, fateor me peccauisse, & me culpam commeritum, id est, pœnam. Idem *Aul. sc.* 6. *a.* 4. Item Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist.*

———*Culpa potare magistra,*

apud Horat. 2. *Serm. sat.* 3. Excogitatum erat ludi genus post cœnam, quo non magistri imperio ad bibendum cogebantur, ne nimium ebrietati indulgerent: sed vt ea coërcerentur, nemo nisi qui qua in re peccarat, calicem ducebat, vt bibere pœnæ & dedecoris esset, non imitationis, aut magisterij. Plaut. *in Sticho*, Qui peccat poculo multatur. Vter, inquit, demutassit, poculo multabitur.

Culpabile. Apuleius *Apol.* 1.

Culpatius. Gellius *cap.* 7. *lib.* 11. Culpatius hoc est.

Cūlpo, as, are, Culpæ do, culpæ alicuius tribuo, in culpa pono, reprehendo. { גנה *chigjáh* גדף *ghiddéph.* μέμφομαι, ψέγω. GALL. *Blasmer, reprendre.* ITAL. *Incolpare.* GERM. Beschuldigen oder schälten. HISP. *Culpar alguno malhechor.* ANGL. *To blame, rebuike, or laye the faulte vpon.* } Plaut. *in Bacch.* Illum laudabunt boni, hunc etiam ipsi culpabunt mali. Idem *Asin.* Neque quæ rectè faciunt culpo, neque quæ delinquunt amo. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 4. Qui constitit, culpant eum. & *Pseud. sc.* 2. *a.* 3. Qui ea culpet condimenta, Culparis, Suet. *in Cas. cap.* 72.

Vt peragat mandata liber culpabere forsan,

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 1. *Trist.* Laudari vel falso malim, quàm verè culpari. Plaut. *Most. sc.* 3. *a.* 1.

Cūlpātio, verb. Reprehensio. { גדף *gliddúph.* ψόγος, μέμψις. GALL. *Blasme, reprehension, reproche.* ITAL. *Biasmo, riprensione.* GERM. Beschuldigung. HISP. *Culpa, reprehension.* ANGL. *A blaming, rebuking.* } Gell. *lib.* 10. *cap.* 11. Ne ipsi quoque culpationes huiusmodi mereantur.

Cūlpĭto, as, are, frequentatiuum. { συχνῶς μέμφομαι. GALL. *Blasmer souuent.* ITAL. *Biasmare spesso.* GERM. Offt schälten oder beschuldigen. HISP. *Culpar muchas vezes.* ANGL. *To rebuke and laye the fault on one often.* } Plaut. *in Cistel.* Verùm haud metuo ne iusiurandum nostrum quisquam culpitet.

Cūlter, & neutro genere cultrum apud Propertium. Gloss. quoque cul-

trus

trum σφαγίς, χοπίς, [dicitur omne instrumentum quo aliquid scinditur. {חרב Chereb. מאכלת maacheleth. סכין saccin. μάχαιρα. GALL. Cousteau. ITAL. Coltello. GERM. Ein messer. HISP. Cuchillo. ANGL. A knyfe.} Plaut. Epid. —acutum cultrum habeo Qui senis exenterem marsupium. Vnde culter tonsorius, dicitur nouacula, qua tonsores barbas radunt. Cic. 2. Offic. de Dionysio superiori loquens, Qui cultros tonsorios metuens, sibi candente carbone adurebat capillum. ¶ Item, Culter venatorius, dicitur Venabulum, vel potius ferramentum venabuli. ¶ Culter etiam dicitur vomer aratri, quo terra priusquam proscindatur, secatur, futurisque sulcis vestigia præscribuntur. Autor Plin. lib. 18. cap. 18. ¶ Sub cultro linqui, prouerbialis figura dicitur, qui in præsentaneo periculo deseritur. Sumpta metaphora à victima, quæ iamiam ferienda, sub cultro esse dicitur.

Cŭltĕllŭs, diminut. {τὸ μαχαίριον. GALL. Petit cousteau, coustelet, ganivet. ITAL. Picciolo coltello. GERM. Ein messerlin. HISP. Pequeño cuchillo. ANGL. A litle knyfe.} Iuuenal. Saltantem spectans & chironomunta volanti Cultello. Purgare vngues cultello, Horat. 1. Epist.

Cultellare, si est id quod inæquale est, ad planitiem redigere. [verbum antiquum fuit: de quo sic Frontinus in lib. de limitibus, Cultellandi ratio quæ sit, sæpe quæritur, cuius præmensi soli spatium consummamus, & illam cliuorum inæqualitatem planam esse cogimus, dum mensuræ lateribus inseruimus. Cultellamus ergo agrum eminentiorem, & ad planiciem redigimus. Cultellatus etiam lapis dicitur, vt est apud Hyginum, qui pentagoni recipit rationem.

Cŭltĕllātŭs, a, um, formam cultelli habens. {שנין schanun. μαχαιρωειδής. GALL. Aigu & trenchant en façon de cousteau. ITAL. Chi ha forma di coltello. GERM. Wie ein messer gemacht. HISP. Lo que tiene forma de cuchillo. ANGL. Egded lik a knyfe.} vt, Dorsum cultellatum. Plinius lib. 32. cap. 2.

[Colticula, fusticulus quidam ligneus in sacris dicebatur. Fest. Aliter legitur Culcitula. An verò à cultro?]

Cŭltrātŭs, a, um, μαχαιρωτός, idem: vt, Cultratus mucro, qui scindit velut culter. Plin. lib. 13. cap. 4. Folia cultrato mucrone.

Cŭltrārĭŭs, minister qui victimam cultro immolat: qui alio nomine dicitur Victimarius. Puto qui cultros subiiciunt. Virg. 6. Æneid. Supponunt alij cultros. Suet. in Calig. Admota altaribus victima, succinctus poparum habitu, elato altè malleo cultrarium mactauit.

Cŭltŭs, Cultus, Cultura, Cultor, Cultrix, vide Colo.

Cŭlŭllŭs, Calix fictilis quo in sacris vtebantur Pontifices, & Vestales virgines, testibus Porphyrione & Acrone. ¶ Accipitur & pro vrceolo. Horat. in Arte, Reges dicuntur multis vrgere culullis, Et torquere mero, quem perspexisse laborant. Idem 1. Carm. Ode 31. Diues & aureis Mercatores exiccet culullis Vina Syra reparata, &c.

[Culus, anus. pars turpis. Cath.]

CVM, Præpositio copulatiua, quæ ablatiuo solet coniungi notanti societatem & coniunctionem, Summa cum beneuolentia, summa cum hilaritate illum excepi. {עם him. σὺν, μετὰ, cum genitiuo. GALL. Auec. ITAL. & HISP. Con. GERM. Mit. ANGL. VVith.} Cum Socrate profectus sum. Cum aliquo facere, (i. eius partes sequi.) Gell. cap. 22. lib. 15. Stultè marsupium cum argento ei credidi. Plaut. Men. sc. 1. a. 5. Magno cum malo tuo. Idem Asin. sc. 4. a. 2. Cum cruciatu ni apparet tuo. Idem Amph. ¶ Aliquando accipitur pro contra, πρὸς, vt, Cum hoste pugno. Quærebat pro quo, & cum quo pugnarent, Velleius. ¶ Cum vino fertur. (i. vini plenus.) Plaut. Curc. sc. 1. a. 1. Aliquando vacat, vt laudem cum sanguine penset. Ouid. 13. Metam. ¶ In compositione verò postposita inuenitur: vt, Mecum, Tecum, Secum, Quicum, Quibuscum. ¶ Aliquando aduerbium est, & accipitur pro quando. {ὅτε, ἡνίκα. GALL. Quand, veu que, iacoit, combien que. ITAL. Conciosia. GERM. Wann. HISP. Quando.} Virg. 3. Eclog. Quum faciam vitula pro frugibus, ipse venito. Cic. Nonnihil me consolatur, quum recordor quanta me complecteris beneuolentia. Iungitur modò indicatiuo: vt, Quum dico. Sed quom cogito & quom in mentem venit. (GALL. Mais quand i'y pense.) Plaut. Amphitr. Homunculi quanti sunt cùm recogito. Idem Capt. prolog. Quum dicebam, Quum dixi, Quum dicam. Modò subiunctiuo: vt, Quum dicerem. Interdum pro Ex quo. Septimus mensis est cum in hasce ædes nemo pedem intulit. Idem Mostell. sc. 2. a. 2. ¶ Interdum accipitur pro Dum, ἐν ᾧ. Cicer. Quum me in Africam contulissem. ¶ Interdum pro Quamuis, & exigit post se Tamen, iungitúrque subiunctiuo. Cic. pro Deiot. Quum in omnibus causis grauioribus initio dicendi commoueri soleam, tamen in hac multa ita me perturbant. ¶ Aliquando pro Quoniam, vt causam denotet: & similiter subiunctiuo iungitur: vt, Quum inueniam Latinos proprio sermone hæc parum attigisse, conatus sum pro viribus. Sed cum adhuc edos, nato obsequutus es meo, da vicissim guttam meo gaudium. Plaut. Curc. sc. 2. a. 1. GALL. Puis que. Cum diluculo, idem Amphitr. Egóne abs te abij hinc hodie cum diluculo. Item cum Extemplo: vide Extemplo. ¶ Iungitur quandoque Cùm & Tum, quæ licet idem ferè significent, diuerso tamen modo ordinantur: nam in Cum est quiddam minus, in Tum quiddam maius: & hoc duobus modis fit: vt aut generale præcedat, & sequatur speciale: aut ambo sint specialia. Primo modo sic: Quintilianus, Quod cùm omnibus confitendum est, tum nobis præcipue, qui rationem dicendi à bono viro non separamus, id est, omnibus multum, mihi autem maximè. Altero modo. Idem, Quod opus Marcelle victori tibi dicamus: quem cùm amicissimum nobis, tum eximio literarum amore flagrantem, dignissimum hoc mutuæ in nos charitatis pignore iudicamus: id est, multum propter amorem tuum in nos, plus tamen propter amorem literarum. ¶ Aliquando etiam Cùm & Tum coniunctiuo iunguntur. Cicero Curioni lib. 2. Epist. Graui teste priuatus sum amoris erga te mei, patre tuo clarissimo viro: qui cum suis virtutibus, tum verò in filio superasset omnium fortunas, si te ante vidisset, quam è vita discederet. ¶ Quando autem fit sub duobus verbis, fieri debet sub eodem modo & tempore. Cic. ad Attic. lib. 1. Itaque cùm meus me mæror quotidianus conficit, tum verò hæc addita cura vix vitam mihi reliquam facit. Quamquam etiam interdum diuersorum modorum & temporum verbis iuncta inueniuntur. Idem eidem lib. 3. Quod cùm semper antea intelligerem, tum verò proximè indicaui. Idem in principio lib. 1. de nat. deorum, Cùm multæ res in Philosophia nequaquam satis adhuc sint explicatæ, tum difficilis Brute (quod tu minimè ignoras) quæstio est de natura deorum. ¶ Ponitur quandoque Tum sine Cùm, geminatum, vel triplicatum in rebus paribus. Quint. Nec indignatur Herodotum æquari sibi Titum Liuium, cum in narrando miræ iucunditatis, clarissimique candoris, tum in concionibus, supra quàm enarrari potest, eloquentem: ita dicuntur omnia tum rebus, tum personis accommodata. ¶ Ponitur nonnunquam Tum pro aliquando, ποτὲ μὲν, ποτὲ δὲ, & sic ferè geminatum. Cic. Tum hoc, tum illud argue, id est, modò hoc, modò illud. ¶ Quandoque pro tunc, τότε. Virg. 8. Æneid.

Tum primùm nostri Cacum videre trementem.

¶ Quandoque est aduerbium ordinis, pro deinde, ἔπειτα. Idem 6. Æneid. —ipse atri velleris agnam Æneas matri Eumenidum magnæque sorori Ense ferit, sterilemque tibi Proserpina vaccam: Tum Stygio regi nocturnas inchoat aras. Quandoque pro præterea. Terent. in Prolog. Eunuchi, Si quisquam est, qui se studeat placere bonis Quamplurimis, & minimè multos lædere, In his poeta nomen profitetur suum. Tum siquis est, qui dictum in se inclementius Existimet esse, &c. Sunt qui ita distinguunt, vt quando præpositio est, cum c, scribi debeat: quando autem aduerbium, seu coniunctio, cum q. Sed quum ratio non sit satis ponderosa, iam doctorum vsus obtinuit, vt potius cum c, semper scribam: quare vnusquisque prout voluerit scribat. Antiquitus, quum aduerbium erat, Quom scribebatur. ¶ Cumalter, vna particula, antiqui pro cum altero vsurpabant, breuitatis gratia: vt annotauit Festus. ¶ Cum dicto, significat statim post verba, & vix dum finito sermone, ἅμα λόγῳ καὶ τῷ λόγῳ. Apul. Et cum dicto sutili centunculo faciem suam iamdudum panicantem, præ pudore obtexit. Cum eo, pro Ea lege. Colum. lib. 5, cap. 5. Obsequar voluntati tuæ, cum eo, ne dubites id opus magis geometrarum esse, quàm rusticorum. Cels. lib. 3, cap. 22. de tabe. Si nihil reliqua proficiunt, sanguis mittendus est, sed paulatim, quotidiéque pluribus diebus, cum eo vt cætera quoque eodem modo seruentur. ¶ Cum imperio esse, ἐν ἀρχῇ εἶναι, dicebatur, cui nominatim demandabatur à populo imperium. ¶ Cum potestate esse dicebatur, qui alicui negotio à populo, vel Senatu perficiebatur: vt cui annonæ cura mandabatur, aut qui Imperatori legabatur. Itaque distinguuntur in l. 7. & 10. D. de vi public. ¶ Cum populo agere est, rogare quid populum quod suffragiis suis aut iubeat, aut vetet. Concionem autem habere, est verba facere ad populum sine vlla rogatione, Gell. lib. 13. cap. 14. ¶ Cum sacco adire, est postulare, vt sibi e vestigio atque eodem temporis puncto pecunia soluatur. Paul. de solut. Quod dicimus in eo hærede, qui fideiussori testatoris id, quod ante aditam hæreditatem ab eo solutum est, debere statim soluere, cum aliquo scilicet temperamento temporis intelligendum est, nec enim cum sacco adire debet. Ex Hotomanno. ¶ Cum patribus agere, est ad Senatum referre. Ibid in Annot. posterior. ¶ Quum iustæ ætatis factus fuerit, Quum perfectæ ætatis fuerit, Quum adoleuerit, de annis 14. completis intelliguntur. Alberic. locos indicat. ¶ Cum maximè, ἐν τοῖς μάλιστα, vehementissimè, vehementius quàm aliàs vnquam. Cic. pro Cluent. Mater, quæ multos iam annos, & nunc cùm maximè tum Pamphilus, cùm pater, vxorem vt ducat orare cœpit. ¶ Cùm partem, veteres dixere, pro partim. Cato, Ibi pro scorto fuit in Cubiculum, surrectitauit e conuiuio quum partim illorum iam sæpe ad eundem modum erat. Vide ea, quæ ex Gellio annotauimus in dictione Partim. [Cùm partem, cum parte. antiq.] ¶ Complurimum vna dictio pro ad summum. Suet. in August. cap. 78. In lectum inde transgressus, non amplius complurimum, quàm septem horas dormiebat. ¶ Cumprimis, significat in primis, ἐν τοῖς πρώτοις. Cic. 3. Verr. Homo domi suæ cumprimis locuples. Apul. Hic cumprimis nobilis ac facundus. Cumprimè, olim dicebatur pro cumprimis. Q. Quadrigarius, Nam M. Manilius, quem Capitolium seruasse à Gallis nuper ostendi, cuiusque operam cum M. Furio Dictatore apud Gallos cumprimè fortem Respub. sensit, &c. ¶ Cum stomacho aliquid facere dicimus, hoc est, cum indignatione, siue fastidio. μετ' ὀργῆς. ¶ Cum tempore, cum mora, & spatio temporis, χρόνῳ. Tempus cùm. Plaut. Bacchid. Iam aderit tempus, cùm sese etiam ipse oderit. Cic. 2. Offic. Nondum centum & decem anni sunt quum de pecuniis repetundis à L. Pisone lata lex est. ¶ Cum venia tua dicimus, hoc est, pace tua, & te permittente, συγχωροῦντός σου. ¶ Cum eo vt: Cum eo tamen: Cum eo tamen quòd, vt vulgò dicimus, Auec cela que. Cels. lib. 1. cap. 14. Deinde ad superius genus victus reuerti, cum eo, vt magis fatiscat. ¶ Cum eo tamen vt, idem significat. Idem lib. 7. cap. 1. Id agendum est, vt quàm minimæ, & quàm paucissimæ plagæ sint: cum eo tamen, vt necessitati succurramus & in modo & in numero. Rursus lib. 7. cap. 27. Cum eo tamen quòd ignoremus, &c.

[Cuma, ἀνάγυρος, κρήνη, ἀνάγυρος, ἀγλαϊανή, sic Gloss. est pro Cyma.]

Cuma, κύμη, vrbs Æolidis ex aduerso Lesbi sita. Æolicarum vrbium maxima & optima, & ferè metropolis cæterarum ciuitatum, quæ numero erant circiter xxx. Ab hac ciuitate cognominata est Sibylla Cumæa, κυμαία, quam aliqui à vicinitate loci Erythream appellarunt: quæ profecta in Italiam, multa de Romanis vaticinata est. Item patria fuit Ephori, viri doctrina clari, & Isocrati Oratori familiaris, præterea & Hesiodi poetæ, qui patrem suum, relicta Æolica Cuma, in Bœotiam migrasse dicit. Plut. de eo in Sympos. multa. & Suid. Steph. ¶ Cuma Æolica ante Lesbum sita nomen habet à Cyme, Amazonium dicta est: gentile κυμαῖος (κυμαῖοι autem ab vrbe Italiæ sic.) Hæc & Lesbus ... notantur. Est & alia Phriconitis dicta, Φρικωνίς. Quarta Elidis. Quinta Lybiæ & Pamphiliæ. Item insula prope Siciliam, Steph. Huius oppidi incolæ, Cumæi, κυμαῖοι, dicti sunt, qui stupiditatis nomine malè audierunt. Olim enim vulgatum erat in tota Asia prouerbium, Cumæi serò sapiunt. id est ὀψὲ νοοῦσι κυμαῖοι. De cuius origine duæ afferuntur sententiæ. Sunt enim qui dicant, Cumæos quum ad mare vrbem opportunam haberent, & tamen nullum ex ea reciperent prouentum, vix demum trecentesimo anno ab Vrbe condita intellexisse, ex portorio reditum non contemnendum posse confici. ¶ Alij, pecunia fœnori accepta, amplissimas eos porticus tradunt ædificasse: quam pecuniam quum constituta die non exoluissent, creditores in ipsarum porticuum possessionem fuisse missos, qui deinde ciues à deambulatione

ambulatione arcebant. Verùm cùm ingens pluuia repentè ingruisset, creditores statim edictum promulgasse, vt Cumæi se in porticus reciperent. Præcone itaque identidem acclamante, Subite porticus, viri Cumæi: qui ibi tunc aderant hospites, rem in iocum verterunt, tanquam non intelligerent Cumæi, nisi iussi, pluuiæ tempore porticus esse subeundas. Hæc Strab. *lib.* 13. Sunt & aliæ eiusdem nominis vrbes, quas vide apud Steph.

Cūmæ, arum, κύμη, ciuitas Lucaniæ ad mare, iuxtà Puteolos, condita ab his, qui ex Chalcide vrbem Eubœæ venerunt. Seru. in illud Virg. 3. *Æneid.*

Huc vbi delatus Cumaeam accesseris vrbem:

Eubœa (inquit) insula est, ex cuius ciuitate Chalcide coloni profecti sunt ad nouas sedes quærendas, & haud longè à Baiis (qui locus à socio Vlyssis Baio illic sepulto nomen accepit) inuenerunt vacuum littus: vbi visa muliere grauida (quod illi fœcunditatis augurium interpretabantur, ciuitatem condiderunt, quam Cumas appellauerunt, siue ἀπὸ τῆ κυούσης, hoc est, à prægnante: siue ab vndis, quas Græci κύματα appellant. Nam τὸ κῦμα vndam significat: υ autem Latini in u conuertunt, vt Byrrhia, Burrhia.

Cūmani & Cumæi, κυμαῖοι: quamuis κυμαῖοι etiam dicantur à Cuma ciuitate Æolica. Bardi & stulti. Plutarch. *in Cas.*

[Cumalter, significat cum altero. Dictum ab antiquis ita breuitatis causâ, vt sodes pro audes, scilicet pro scias licet, sis pro si vis. Fest. Dictum, sicut impræsentiarum, cumpartim, cumprime. Scal.]

Cūmatilis color, {κυματίας. ANGL. *Darke blewe, skie colour.*} A fluctuum similitudine appellatus, qui & Cæruleus alio nomine dicitur: nam Græci κύματα fluctus vocant. Plaut. Cumatilem togam, aut plumatilem. Hunc etiam colorem periphrasticῶς designat Ouid. *lib.* 3. *sua artis.* quum ait,

Hic vndas imitatur: habet quoque nomen ab vndis.

Cumbam (φορεῖον) Sabini vocant eam quam militares lecticam: vnde videtur deriuatum esse cubiculum. Festus.

Cumera, {ἀγγεῖον τι σιτοδόχον, κίστη. GALL. *Vn vaisseau à garder le grain de froment.* ITAL. *Bugnola.* GERM. Ein kornfaß. HISP. *Panero de palma o esparto.* ANGL. *A vessel to keep corne in.*} Vas ingens vimineum, vel etiam fictile, quo frumenta conduntur, vt inquit Acron. Festus verò autor est, Cumeras ex sparto, palmatúmve foliis confici solere. Horat. *lib.* 1. *Serm.* Cur tua plus cumeris laudes granaria nostris? Idem 1. *Epist.* Fortè per angustam tenuis vulpecula rimam Repserat in cumeram frumenti. Interpres Aristoph. κυψέλην vocat. ¶ Cumera etiam vas nuptiale à similitudine cumeræ. Alij legunt *Cumeram.* Festus. Cumeram vocabant antiqui vas quoddam opertum, quod in nuptiis ferebant, in quo erant nubentis vtensilia, quod & camillum dicebant, eo quòd sacrorum ministrum κάσμιλον appellabant.

Cumerum, antiqui vasis genus erat, quod opertum in nuptiis ferebatur, in quo erat nubentis supellex. Festus. Cumerum (inquit) vas nuptiale, à similitudine cumerarum, quæ fiunt palma, vel sparto ad vsum popularem sic appellatum [Gloss. Isid. Cumerus vrbanus.]

Cūminum, siue Cyminum, {כמון chammón. κύμινον. GALL. *Herbe nommée du comin.* ITAL. *Comino.* GERM. Kümmich. HISP. *Cominos.* ANGL. *An hearbe named cummin.*} Herba est notissima, folio fœniculo non dissimilis, radice subrotunda, semen ferens copiosum, & caniculatum, quod in vino epotum pallorem fertur generare. Vnde etiam ab Horat. *lib.* 1. *Epist.* exangue cominum appellatur,

———*quòd si Pallerem casu, biberent exangue cuminum.*

Pers. *Sat.* 5.

———*Pallentis grana cumini.*

¶ Est item Cuminum agreste, κύμινον ἄγριον, satiuo multo efficacius, in collibus ferè proueniens: de quo vide Diosc. Comprimè fortis. Gell. *cap.* 2. *lib.* 17.

Cŭmŭlŭs. Propriè dicitur maiorum rerum veluti aceruus quidam. {ערמה haremáh תל tel צבור tsibbúr. σωρός. GALL. *Monceau, comble, amas.* ITAL. *Cumulo, mucchio, massa.* GERM. Ein hauff. HISP. *Colmo, ò monton.* ANGL. *An heap.*} Liu. 10. *ab Vrb.* Consulis corpus eo die, quia obrutum super stratis Gallorum cumulis erat, inueniri non potuit. Virg. Cumulum pro altitudine, & quasi magna aquæ mole posuit, 1. *Æneid.*

———*insequitur cumulo præruptus aquæ mons.*

Gell. *cap.* 9. *lib.* 4. Cumulus pro Abundantia. ¶ Cumulus item est, qui additur mensuræ plenæ, vt inquit Festus, ἐπίμετρον: & per translationem accipitur pro quauis accessione. Cic. *pro Roscio,* Vt ad illam optimam prædam damnatio Sext. Roscij velut cumulus accedat. Idem *Attic. lib.* 1. Ad summam lætitiam, quam ex reditu tuo capio, magnus ex illius aduentu cumulus accedit.

[Cumulitum, cumulus. L. g. b.]

Cumulo, as, are, Implere, coaceruare, & quasi ad cumulum addere. {צבר tsabár מלא malé. σωρεύω, ἐπισωρεύω. GALL. *Combler, amonceler, amasser en monceau.* ITAL. *Accumulare, ammassare.* GERM. Hauffen/ aufhauffen/ zusammen hauffen. HISP. *Colmar ò amontonar.* ANGL. *To heap or gather together.*} Virg. 11. *Æneid.*

Et nunc ille quidem spe multum captus inani
Fors & vota facit, cumulátque altaria donis.

Tractum à mensuris, quibus nonnihil solet addi. Dicimus cumulo tibi honores, & cumulo te honoribus, Cicer. *ad Attic. lib.* 14. Non possum non confiteri, cumulari me maximo gaudio, quòd vulgò hominum opinio socium me adscribat tuis laudibus. Aræ honore, & donis cumulantur. Verbum est sacrorum. Liuius 8. *ab Vrb.* Tibull.

Dum cumulant aras, ad tua sacra veni.

Cumulare religiones animis. ¶ Item, Adest occasio benefacta cumulare. Plaut. *Capt. sc.* 3. *a.* 2.

Me quot sunt aduersi, cumulas quot littus arenis.

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist.*

Cumulatio, est vnius actionis ad aliam adiuratio, vel est plurium rerum, vel actionum coaceruatio contra eundem in iudicio legitimè proposita. {ANGL. *An heaping of many things together.*} Zasius *in tit. Inst. de actio.* §. *si minus,* & cumulationum quatuor species ibi.

Cŭmŭlātŭs, Participium. {נערם neherám. ἐπισωρευθείς. ANGL. *Heaped.*} Cic. *ad Dolabellam lib.* 9. Tamen idibus Martis tantum accessit ad amorem, vt mirarer locum fuisse augendi in eo quod mihi iampridem cumulatum etiam videbatur. ¶ Cumulatus locus dicitur, impeditus rebus congestis. Liu. *lib.* 2. *bell. Maced.* Cumulatus omni laude orator. Cic. 1. *de Orat.* Cumulatissimus, a, um, Egóne te emittam manu scelerum cumulatissime? Plaut. *Aul. sc.* 2. *a.* 5.

Cŭmŭlātim, aduerb. pro aceruatim. {חמרים חמרים chomarim chomarim. σωρηδόν. GALL. *Par monceaux.* ITAL. *A mucchi a monti.* GERM. Hauffenweiß. HISP. *Con el colmo.* ANGL. *By heapes.*} Varro *de re rustic. lib.* 3. *cap.* 15. Quibus in tenebris quum cumulatim positum est, in doliis fiunt pingues.

Cŭmŭlatè, Abundanter. {ἐπισωρευτικῶς, ἀφθόνως. GALL. *Abondamment.* ITAL. *Abbondantemente.* GERM. Mit hauffen/ vberflüssig. HISP. *Abundantemente.* ANGL. *Abundantly in great plentie.*} Cic. 2. *de Diuin.* Quæ vt benè cumulatéque perfecta, de diuinatione ingressi sumus his libris scribere. Cumulatissimè, Superlat. Cic. *Vatinio lib.* 5. *cap.* 11. Nec enim tu mihi habuisti modò gratiam, verùm etiam cumulatissimè retulisti.

Cūnæ, arum, & Cunabula, orum, pro eodem accipiuntur: dictæ quasi Cynæ & Cynabula. {κοιτίδες. GALL. *Le berceau ou couchette d'vn enfant.* ITAL. *Cuna, culla.* GERM. Die wiegen oder wedgelen der kinder. HISP. *Aquel lugar do nacen los niños, y la cuna.* ANGL. *A cradell.*} Nam κυεῖν, Græci eniti dicunt & parere. Latini autem suo more, υ in u conuertunt. Vel, vt placet Passeratio, à cunire. i. stercus facere. Sunt autem lectuli in quibus infantes solent iacere, vel loca in quibus nascuntur. Cic. 1. *Tusc.* Iidem si puer paruus occidit, æquo animo ferendum putant: si verò in cunis, ne querendum quidem. Dicuntur & incunabula: nam In præpositio, hoc loco nihil significat, sicut & in aliquot aliis dictionibus, vt Columis & incolumis. ¶ Sunt qui Cunabula & Incunabula à cunis distinguunt, & ea propriè dici existiment quæ ad cunas instruendas & ornandas pertinent: Cunas verò, exiguum illum fulcrum ex ligno aliâve materia, in quo infantis lectulus sternitur. Plautus *in Amph.* Sed puer ille quem ego laui, vt magnus est, & multum valet! Neque eum quispiam colligare quiuit in cunabulis. Et *in Truc.* Fasciis opus est, puluinis, cunis, incunabulis. Postquam in cunas conditus est (infans.) Idem *Amphitr.* Túne etiam cubitare solitus in cunis puer. (obscœnè.) Idem *Pseud. sc.* 7. *a.* 4. Hirundo sub trabibus cunas paruaque tecta facit, Ouid. *Eleg.* 12. *lib.* 3. *Trist.* ¶ Per translationem. Plaut. *in Pseudolo,* Sed istic seruus Carysto huc qui aduenit, quid sapit vsque à cunabulis? id est, vsque ab infantia, vel vsque a puero: hoc est, ab ea ætate, quæ in cunabulis agitur. Col. Quum à primis cunabulis, si modò liberis parentibus est oriundus, audisse potuerit. Liu. *lib.* 4. Ab incunabulis imbutum odio Tribunorum. Virg. *lib.* 3. Cunabula pro initiis posuit: Mons Idæus vbi & gentis cunabula nostræ Centum vrbes habitat. Similiter Cic. *de opt. gen. or.* Non fuit alienum de oratoris quasi incunabulis dicere. Idem *in Salust.* An vlla alia putas rudimenta & incunabula virtutis? Vbi rudimenta pro initiis, & incunabula pro fomentis, siue augmentis posuit. ¶ Quandoque incunabula vocamus nutritionem puerilem: vnde locum incunabulorum vocamus eum in quo ab ipsa statim infantia educati sumus, & in quo eam egimus ætatem, qua in cunis vagire consueuimus. Suet. *in Vespasiano,* Quare princeps quoque & locum incunabulorum assiduè frequentauit.

Cūncti, Omnes, toti, vniuersi, quasi coniuncti, autore Asconio, {כל chól. σύμπαντες. GALL. *Tous ensemble.* ITAL. *Tutti.* GERM. Allsampt/all mit einander. HISP. *Todos juntamente.* ANGL. *All together.*} Omnes verò etiam si sint disiuncti, & diuersis locis. Cicero *antequam iret in exil.* Quoniam laborem pro cunctis ferre consueuit. Plaut. *Most. sc.* 3. *a.* 1. Vt perdoctè cuncta calles. Ouid. 13. *Metam.* Et fuga qua sola cunctos, timidissime, vincis. Virg. 1. *Georg.* Cuncta tibi Cererem pubes agrestis adoret. Idem *lib.* 1. *Æneid.* Cunctus ob Italiam terrarum clauditur orbis. ¶ Cuncta & amplius. Salust. *Iugurth.* 88. Postremò, quæcunque dici, aut fingi queunt ignauiæ, luxuriæque probra, in illo exercitu cuncta fuere, & alia amplius.

CVNCTO, Plauto. & frequentius Cūnctŏr, aris, atus, cum c, ante t, Moror, remoror, differo, pro crastino. {אחר echár התמהמה hithmahmáh. μέλλω, ὀκνῶ. GALL. *Tarder ou targer, differer & ne se haster point, faire le long.* ITAL. *Indugiare, differire di di in di.* GERM. Verziehen/ seumig sein. HISP. *Tardar de dia à otro.* ANGL. *To tarie, to delay, to linger, to prolonge tyme.*} Liu. *lib.* 1. Alij dum cunctantur in ripis, inter pugnæ fugæque consilium oppressi. Virg. 4. *Æneid.*

Reginam thalamo cunctantem ad limina primi
Pœnorum expectant.

Cæsar 1. *bell. ciu.* Si cunctetur, atque agat lenius, ne quicquam eius auxilium, si postea velit, Senatum imploraturum. Suet. *de Aug.* Cunctari se, ne si superesset, eriperet legibus reum. Tolerare & cunctari dolorem. Gell. *cap.* 5. *lib.* 12. ¶ A Cunctor fiunt composita, Percunctor, & Recunctor, quod est iterum moror.

Cūnctātĭo, verbale, Tardatio, mora. {ארך óreeh. μέλλησις, ὄκνος, ἀναβολή. GALL. *Targement, laschetè.* ITAL. *Indugio.* GERM. Verzug/saumnuß. HISP. *Tardança.* ANGL. *Tarying, lingering.*} Cic. 1. *Offic.* Sed iis qui habent à natura adiumenta rerum gerendarum, ablata omni cunctatione, adipiscendi magistratus, & gerenda Respublica est. Sine cunctatione dicere. Cic. *in Verr.* Pro dubitatione & hæsitatione. Cælius *ad Cic. in Epist. ad Attic. lib.* 10. *cap.* 101. Denique illud cogita, quot offensæ fuerint, in ista cunctatione te subesse, Suet. *in Tib. cap.* 24.

Cūnctātŏr, Dilator, procrastinator. {מאחר meaher. μελλητής, ὀκνηρός. GALL. *Faitard, delayeur, tardif & long à faire quelque chose.* ITAL. *Allongatore che tiene in tempo.* GERM. Ein verziecher/ seumiger. HISP. *Tardador.* ANGL. *A lingerer, a delayer, a prolonger of tyme.*} Liu. 6. *ab Vrbe,* Cunctatorem ex acerrimo bellatore factum. Cælius *Ciceroni,* Nosti Marcellum, quam tardus, & parum efficax sit: itemque Seruius quàm cunctator. Hoc cognomen ab æmulis Fabio maximo inditum fuit, qui cunctabunda quadam prudentia vires Hannibalis fregit. Vnde illud Ennianum,

Vnus homo nobis cunctando restituit rem.

Cūnctāns, cunctantior, cunctantissimus, μελλητικός. Liu. 10. *bell. Pun.* Sic vt dubites,

dubites, verùm ingenio cunctantior fuerit, an quia ita bello propriè quod tum generabat, aptum erat: sic nihil certius est, quam vnum hominem cunctando nobis rem restituisse. Suet. *in Cæs. cap.* 59.

Cūnctābūndŭs, {מתמהמה mitmahmeah. καθυστερῶν, βραδυνῶν. GALL. *Qui fait le long & va comme ennuyé à quelque chose.* ITAL. *Chi è tardo, chi la tira in longo, & va con dispiacere à qualche impressa.* GERM. Verzichend/langsam. HISP. *Tardador, que mucho tarda.* ANGL. *A lingerer, that goeth slowly.*} Liu. 6. *ab Vrbe*, Quòd vbi aciem iam instruendi Camillo Centuriones renuntiauerunt, turbatas militum mentes esse: & segniter arma capta, cunctabundósque & resistentes egressos castris esse, &c. Tacit. *lib.* 1. Nusquam cunctabundus, nisi quum in senatu loqueretur.

Cūnctāntĕr, aduerbium, Cum mora. {σχολαίως. GALL. *Laschement, en delayant, tout bellement.* ITAL. *Tardamente, senza fretta.* GERM. Langsamlich/verzogenlich. HISP. *Tardamente.* ANGL. *Slowly, lingeringly.*} Liu. 1. *ab Vrbe*, Tum illum haud cunctanter discidisse cotem ferunt.

Cunctantius. Suet. *in Galba cap.* 12.

‖Cunctus, a, um, quasi coniunctus Asconio. Fest. Cuncti significat quidem omnes. Sed coniunctos & congregatos: at verò omnes, etiamsi in diuersis locis sint. Scalig. in Fest. ad Cocio: Veteres dicebant cuctus, quod postea cunctus: cuctus coiectus, vt tractus pro traiectus. Ergo cunctus à cuctus, cuctus à coctus, coctus contractum ex coiectus, pro coniectus. vt cuncta sint quod simul iacta. Iul. Scal. *lib.* 4. *poët. cap.* 16. Cunctus & omnem significat & simul, ἀθρόον.‖

Cŭnĕŭs, instrumentum est ferreum, aut etiam ligneum, quo finduntur ligna. {σφήν. GALL. *Vn coing.* ITAL. *Conio.* GERM. Ein wegg oder bissen damit man holtz zerspalt. HISP. *Cuño ò cuña para hender.* ANGL. *A wedge.*} Huius prima pars acutior est, vt quamuis timulam facilè intret, sequens autem latior & amplior. Virg. 1. *Georg.*

Nam primi cuneis scindebant fissile lignum.

Idem 2. *Georg.*

———& altè finditur in solidum cuneis via: deinde feraces
Plantæ immittuntur.

¶ Per translationem sumitur pro peditum multitudine, in cunei formam redacta, teste Vegetio *lib.* 2. quæ Græcis ἔμβολον dicitur, hoc est, quæ ita disposita est, vt eius pars prima angustior, deinde latior procedat. Cuneus in acie, verbum militare. Gell. *cap.* 9. *lib.* 10. Ab huius etiam similitudine Cunei dicti sunt loca in theatro, id est, graduum ordines, in quibus vulgus spectatorum stabat inter sedentium subsellia. Suet. *in Aug. cap.* 44. Iuuenalis,

———uneis an habent spectacula totis,
Quod securus ames?

Vitruu. *lib.* 7. Cunei spectaculorum in theatro ita diuidantur, vt angulis trigonorum, qui currunt circa curuaturam circinationis, dirigant ascensus scalásque inter cuneos ad primam præcinctionem. Inde theatrum eleganti epitheto à Virgilio Cuneatum dicitur. ¶ Excuneati, ab Apuleio dicti sunt, quibus sedendi locus non fuit in cuneis confertis. ¶ Sed & confertam turbam, Cuneos dicimus, Cyprian. Stipatus clientium cuneis. Virg. 2. *Georg.*

———Hunc plausus hiantem
Per cuneos (geminatus enim) populique patrúmque
Corripuit.

Cŭnĕŏlŭs, diminutiuum à Cuneus, hoc est, clauus ligneus, quo duo, vel plura ligna connectuntur. {σφηνίσκος. GALL. *Coignet, petit coing.* ITAL. *Picciolo conio.* GERM. Ein klammern. HISP. *Pequeño cuño ò cuña.* ANGL. *A litle wedge.*} Cic. *de Vniuers.* Crebris quasi cuneolis inlectis vnum efficiebant ex omnibus corpus.

Cŭnĕāré, est cuneis adactis firmare. Quintil. Cuneare orationem pro firmare. {σφηνοῦν. GALL. *Coigner, faire en forme de coing, aguiser en coing.* ITAL. *Coniare, puntellare.* GERM. Verbeissen. HISP. *Acuñar con cuñas.* ANGL. *To wedge, to fasten with a wedg, to mak wedgwise.*} Plin. *lib.* 16. *cap.* 40. Ab his proxima est cornus: quanquam non potest videri materies propter exilitatem, sed lignum non alio penè, quàm ad radios rotarum vtile, aut si quid cuneandum sit in ligno, clauísque figendum, ceu ferreis. ¶ Cuneari item est in cunei formam coarctari. Vnde Plin. *lib.* 3. scribit, Hispaniam angustiis quibusdam cuneari.

Cŭnĕātŭs, a, um, quod est in formam cunei factum, hoc est, cuius prima pars acuta paulatim in latitudinem procedat. {σφηνοειδής. GALL. *Fait en forme de coing, plus estroit d'vn bout que d'autre.* ITAL. *Puntellato, più stretto da vn capo che dell' altro.* GERM. Wie ein bissen oder weggen gemacht. HISP. *Cosa hecha à manera de cuña.* ANGL. *That is made like a wedge.*} Vnde à Liuio forma scuti Cuneatior appellatur, cuius summum latius, imum strictius erat. Item Cuneatus ager, apud Col. *lib.* 5. *cap.* 2. In cunei formam factus, vt putà, quum est longus pedes centum, latus ex altera parte pedes viginti, ex altera pedes non amplius decem. Ouid. 13. *Metam.* Prominet in pontum cuneatus acumine longo Collis. Hinc sunt composita Excuneatus, & Discuneatus, de quibus infrà suis locis, & ea quæ annotauimus in dictione *Cuneus.*

Cŭnĕātĭm, Per cuneos, {κατὰ σφῆνα. GALL. *Par bandes, en tel ordre qu'elles soyent estroittes de front, & larges par derriere.* ITAL. *Per picciole bande ò compagnie.* GERM. Auff weiß vnd form der weggen / oder von heüfflin zu heüfflin. HISP. *De batalla en batalla.* ANGL. *Wedgewise.*} Amnian. Imperator cuneatim stipatus. Cæs. 7. *bel. Gal.* Hostes re noua perterriti, muro, turribúsque deiecti, in foro ac locis patentioribus cuneatim constiterunt.

Cuneus, σφὴν Straboni, vulgò *Cabo de S. Maria*, Ager est, aut, si mauis, promontorium Lusitaniæ, Anæ fluuio proximum, quo Hispania in Occidentem quàm longissimè excurrit: nomen habens à figura cunei, quo ligna finduntur, cuius extrema pars acuminata est, paulatim in latitudinem procedens: vnde etiam Artemidorus promontorium hoc nauali rostro assimilauit. Pompon. *lib.* 3. Lusitania trans Anam, qua mare Atlanticum spectat, in tria promontoria dispergitur. Anæ proximum, quia lata sede procurrens paulatim se ac sua latera fastigiat: Cuneus ager dicitur. Sequens, Sacrum vocant. Magnum, quod vlterius est. Hæc ille. Ptol non leui errore hoc promontorium Sacrum esse existimauit: vt apertissime docet Vadianus in locum Pomp. iam citatum.

Cunicularĭæ, insulæ sunt in mari Ligustico, Corsicæ adiacentes. Autor Plin. *lib.* 3. *cap.* 6.

Cŭnīcŭlŭs, animal lepori simile, quod sub terra effossa latêre solitum est. {שפן *schaphán.* δασύπους. GALL. *Connil.* ITAL. *Coniglio.* GERM. Ein kuniglin. HISP. *El conejo.* ANGL. *A cunie or cunnie.*} Mart.

Gaudet in effossis habitare cuniculus antris.

Varr. *de re rust. cap.* 12. Terrigenetis est, quod in Hispania nascitur simile nostro lepori, ex quadam parte, sed humile, quem Cuniculum appellant. Et *paulò pòst*, Cuniculi dicti ab eo, quod sub terra cuniculos ipsi facere soleant, vbi lateant in agris. ¶ Est & Cuniculus, foramen sub terra occultum ad suffodiendas vrbes inuentum. {ὑπόνομος. GALL. *Mine ou creux sous terre, tasniere.* ITAL. *Mina, caua sotta terra.* GERM. Ein gang oder hüle vnder dem erdtrich. HISP. *La mina para minar fortaleza.* ANGL. *An holow place vnder the earth to vnder mine walles.*} Plin. Tentata per cuniculum fuga. Cæs. 7. *bell. Gall.* Et aggerem cuniculis subtrahebant. Hinc agere cuniculos. {ὑπονομεύειν. GALL. *Miner sous terre.* ITAL. *Far mine.* GERM. Ein heimlichen gang oder schlupf vnder der erden machen. HISP. *Minar ò hazer minas.* ANGL. *To vnder mine.*} Cæsar 8. *bell. Gall.* Eodem tempore tectos cuniculos agunt ad caput fontis. Cic. 3. *Offic.* Quid si pater fana expilet, cuniculos agat ad ærarium: indicétne id magistratibus filius? ¶ Et Cuniculis oppugnare, ὑπονόμοις πολιορκεῖν, per metaphoram dicitur, qui non aperta vi, sed dissimulanter ac dolis rem gerit. Contrà, qui palàm agit quod agit, machinis agere dicitur. Plutarch. *in vita C. Cæs.* de Catull. Luctatio, in Senat. dicente, οὐκ ἔτι ὑπονόμοις Καῖσαρ, ἀλλ' ἤδη μηχαναῖς αἱρεῖ τὴν πολιτείαν: id est, Cæsar non iam cuniculis, sed machinis tollit Reipub. Cicer. *pro L. Agraria*, Quæ res apertè petebatur, ea nunc occultè cuniculis oppugnatur. Transuersis cuniculis hostium cuniculos excipere. Liuius 3. *bell. Pun.* {GALL. *Contreminer.*} Et Quintil. *Metaph.* Operibus & cuniculis rem gerere. ¶ Cuniculus insuper pro canali accipitur. Plin. *lib.* 9. *cap.* 38. Singulis aquæ amphoris centenas atque quinquagenas medicaminis libras exæquari, ac modico vapore torreri, & ideò longinquæ fornacis cuniculo.

Cŭnīcŭlātĭm, aduerbium, Cuniculi modo. {ὑπονομηδόν. GALL. *En forme de tuyau, par tuyau.* ITAL. *A foggia di cugno.* GERM. Durch teuchel auff weiß vnd form in langen heimlichen löchern vnder der erden. HISP. *Minando.* ANGL. *In fashion of a cundite pipe.*} Plin. *lib.* 9. *cap.* 13. Iam distinctione virgulata, crinita, crispa, cuniculatim, pectinatim, imbricatim vndata.

Cŭnīcŭlārĭŭs, ij, subst. qui sub terris cuniculos fodit. {ὑπονομευτής, ὁ τὰ ὑπόνομα ἐξεργαζόμενος. GALL. *Pionnier, qui mine & caue sous terre.* ITAL. *Cauatore chi fa mini.* GERM. Ein außhöler der in dem erdtrich hülen / oder heimliche gäng grabt. HISP. *Minador que haze minas.* ANGL. *That vnder mineth and holoweth in the earth.*} Veget. *lib.* 2. *cap.* 11. Hæc enim erat cura præcipua, vt quicquid exercitui necessarium videbatur, nunquam deesset in castris, vsque eò vt etiam cunicularios haberent, qui ad morem Bessorum ducto sub terris cuniculo, murísque intra fundamenta perfossis, improuisi emergerent ad vrbes hostium capiendas.

Cŭnīcŭlōsŭs, a, um, plenus cuniculis. {δασυπόδων πλήρης. GALL. *Plein de creux, ou cauernes.* ITAL. *Pieno di mine ò cauerne.* GERM. Voll schlupflöcher /oder heimlicher gäng. HISP. *Lugar lleno de minas.* ANGL. *Full of holow places.*} Catull. Tu præter omnes vne de capillatis cuniculosæ Celtiberiæ fili Egnati, &c.

Cŭnīlă, {κονύζα Dioscoridi. GALL. *Sarrie ou cendree sauuage, deux sortes d'herbe.* ITAL. *Conyza.* GERM. Saturey. Wilder quendel/ gartenhysop. HISP. *Ajadrea.* ANGL. *Sauery.*} Herba est quam vulgus à necandis pulicibus Pulicariam appellat. Latini etiam Cunilaginem: de qua paulò antè latiùs egimus in dictione *Conyza.* Huius verò herbæ multa sunt genera. Nam quædam Bubula appellatur, & semen pulegij habet, quòd contra serpentes in vino bibitur. Quædam Gallinacea à Græcis Origanum Heracleoticum. Tertia à Græcis mascula, à nostris Cunilago, odoris fœdi, radicis lignosæ, foliis asperis, cuius manipulum si quis in domo posuerit, omnes è tota domo blattas ad eam tradunt conuenire. Prodest aduersùs omnia venenata. Hæc Plin. *lib.* 29. *cap.* 16.

Cŭnīlāgŏ, inis, tertium genus Cunilæ, quam Græci masculam appellant, odore fœdo, radice lignosa, folio aspero: ad quam ædibus abiectam omnes tota è domo blattæ conuenire dicuntur. Autor Plin. *lib.* 20. *cap.* 16. Vide *Cunila.*

Cūnīnă, Dea quam prisci coluerunt, quæ cunis infantium præsidere putabatur.

Cūnīrĕ, (inquit Festus,) est stercus facere. Dictum à cunis infantium, quæ sæpe stercore fœdantur.

‖Cunilingi, homines sordidissimi, à cunis lingendis.‖

Cunnus, pudendum muliebre. Autor carminis Priapi, & Mart.

Cunyzamis, idis, κονυζαμίς, herba quæ alio nomine *cunilago* dicitur. Autor Plin. *lib.* 19. *cap.* 8.

Cūpă, siue (vt alij malunt) Cuppă, vas vinarium, amplum, in quo vinum in apotheca conditum seruabatur, ‖à capio quod multum capiat.‖ {πίθος. GALL. *Vne cuue ou cuuette à cuuer la vandange, ou vne coupe à boire.* ITAL. *Botta, vase da vendemia, copa.* GERM. Weinzuber. HISP. *Copa ò cuba para guardar vino.* ANGL. *A tubbe, a great vatte to gather grapes.*} Vlp. *de leg.* 3. *l. cuius.* Vasa (inquit) vinaria, id est, cupæ & dolia quæ in cello fixa sunt. ‖Forum Romanum à cauponibus deducit, quod idem habet κύπη. Græcis est ea cauerna, cui aliquantum similis est cupa.‖ ¶ Cupis etiam vehebantur ad naues quæ reficiendæ erant, sustinendas. Lucanus,

Namque ratem vacuæ sustentant vndique cupæ.

Cupas tæda ac pice refertas, &c. Cæs. 2. *de bell. ciu.*

Cŭpēdĭă, orum, cibi lautiores & suauiores. {מטעמים *mathammim.* GALL. *Friandise, viande friande.* ITAL. *Cibi delicatti.* GERM. Schläckere hafftige speiß. HISP. *Golosinas.* ANGL. *A delicate or deintie dishe of meate.*} siue à Cupedine Romano equite, cuius ædes solo æquatæ, aream foro cupedinario extruendo præbuerunt: siue quòd delicatiores eiusmodi cibi rebus cupidinis alimenta præbeant. Plaut. *in Sticho*, Melius dicis, nihil moror cupedia.

Cŭpēdĭă, æ, idem. {φιλοψία, ὀψοφαγία. ANGL. *A deintie dishe*} Cic. 4. *Tusc.*

Tusc. Ægrotationi autem talia quædam subiecta sunt, auaritia, ambitio, mulierositas, peruicacia, liguritio, temulentia, cupedia, & si qua sunt similia. Quo in loco cupediam videtur posuisse pro vitioso cupediorum appetitu. Cupediarum imagines. Gell. *cap.16. lib.7. & cap.13. lib.6.* Cupediæ ciborum.

Cupĕdiŭlă, æ, diminut. {Angl. *Deintie fare.*} Gell. *lib.6. cap.13.* Coniectabamus ad cœnulam non cupedulas ciborum, sed argutias quæstionum. Nunc autem in illo Gellij loco, legitur *cupedias* pro *cupedulas.*

Cupĕdĭnārium forum, & Cupedinis forum. In quo delicatiores epulæ coctæ vendebantur: ita dictum à cupiditate, vel quòd ibi fuerit domus Cupedinis Romani equitis. {Angl. *A place where deintie meates are selled.*} Varro *lib.1. rerum hum.* Numerius Equitius Cupes, & Macellus Romanus singulari latrocinio multa loca habuerunt infesta. His in exilium actis, publicata sunt eorum bona & ædes vbi habitarant, diruta. Itaque ædificatus est locus, in quo vendebantur ea, quæ vescendi causa in vrbem erant allata. Itaque ab altero Macellum, ab altero forum Cupedinis appellatum est.

Cupĕdĭnārĭus, qui esculenta & poculenta & delicatiora cocta vendit. {ὀψοποιός, ζωμοποιός. Gall. *Vn rotisseur, vn vinandier, celuy qui vend viandes friandes.* Ital. *Vinandero.* Germ. Ein brater/der schleckerhafftige speisen feyl hatt. Pastetenmacher. Hisp. *Vendedor de golosinas.* Angl. *A cooke that prepareth or selleth deintie meates.*} Terent. *in Eun.* Ad Macellum vbi venimus, Concurrunt læti mi obuiam cupedinarij, Cetarij, lanij, coqui, fartores, aucupes.

Cupes, is, adiect. quo antiqui vtebantur pro eo quod est, cupediis & liguritioni deditus. ὁ λαίμαργος, ὁ φιλόψος, ὁ ὀψοφάγος. Plautus *in Trinummo,*

> *Blandiloquentulus, harpago, mendax, cupes, auarus,*
> *Elegans dispoliator, latebricolarum hominum corruptor.*

Cupĕdo, inis, Cupido, seu Cupiditas, {ἐπιθυμία. Angl. *Desire, couetousnesse.*} Lucret. *lib.5.*

> *Quanta tum scindunt hominem cupedinis acres*
> *Solicitum curæ?*

& *lib.6.*

> *Et finem statuit cupedinis atque timoris.*

Cupencus, lingua Sabinorum *Sacerdos* appellatur.

‖Cuphia, galericulum. L.g.b.‖

Cŭpĭo, is, iui, itum, Opto, desidero, aueo, exopto, expeto, appeto. {חמד *chamád* אוה *iuuah* תאב *taáb* חפץ *chaphéts.* ἐπιθυμῶ. Gall. *Desirer, conuoiter.* Ital. *Desiderare, desiare.* Germ. Begären. Hisp. *Codiciar.* Angl. *To desire, to couet.*} Cic. 4. *Verr.* Quem igitur ab iis Equitibus Rom. qui istius causa cupiunt omnia qui ab eo benignissimè tractati sunt, condemnari necesse esset, &c. Idem *de Orat.* Neque verò nobis cupientibus atque optantibus fructus otij datus est. ¶ Cupere alicui, pro bene velle. Cæsar *lib.1. bell. Gall.* Fauere & cupere Heluetiis propter eam affinitatem. Cic. *Quint. fratr. lib.1.* Quid ego Fundanio non cupio? non amicus sum? non misericordia moueor? nemo magis. Non eò quin tibi non cupiam quæ velis. Plaut. *Asin. sc.1. a.5.* Cupere & fauere alicui. Gell. *cap.3. lib.7.* Si hæc volt. Plaut. mi frater cupio. Idem *Curc. sc.2. a.5.* Cupiásque deberi me tibi fortè dari. Ouid. 13. *Metam.* Ego te vehementer perire cupio, (quod ait *ibid.* vapulare iubeo.) Plaut. *Curc. sc.3. a.5.*

Cupire, in quarta coniugatione apud antiquos legitur. Lucret. *lib.1.*

> ———*Perfringere vt arcta*
> *Naturæ primus portarum claustra cupiret.*

Cŭpĭens, nomen, Cupidus. {מאוה *meavvéh* חמד *chomédh* חפץ *chaphéts.* ἐπιθυμῶν. Gall. *Desirant, conuoiteux.* Ital. *Auido, ingordo, bramoso.* Germ. Begärend/wünschend. Hisp. *Codicioso.* Angl. *Desirous.*} Plaut. *in Mil.* Huius cupiens corporis est. Gell. *cap.10. lib.5.* Iuuenis eloquentiæ discendæ, orandique causarum cupiens. Plaut. *in Amph. proleg.* Cubat complexus, cuius cupiens maximè est. ¶ Cupientissimus. Salust. Marius cupientissima plebe Consul factus.

Cŭpĭtus, participium, Exoptatus, expetitus. {חמוד *chamudh* נחמד *nechmadh.* ἐπιθυμητός. Gall. *Desiré, conuoité, regretté.* Ital. *Bramato, desiato.* Germ. Der begert oder erwünscht ist. Hisp. *Codiciado.* Angl. *Desired, longed for.*} Plaut. *Pœn.* te complecti nos sine, Te cupite, atque expectate. Ouid. 3. *Fast.* Mars videt hanc, visámque cupit, potitúrque cupita.

Cupĭtor, is, verbale. {מאוה *meavvéh* חפץ *chaphéts.* ἐπιθυμητής. Gall. *Desireux, conuoiteux.* Ital. *Bramante, desiderante.* Germ. Ein begärer. Hisp. *Codiciador.* Angl. *One that desireth.*} Tacit. *lib.12.* Neque tamen repertus est, nisi vnus, talis matrimonij cupitor. Idem *lib.15.* Nero, vt erat incredibilium cupitor.

Cŭpĭenter, aduerbium. {ἱμειρόμενος, ἐπιθυμητικῶς. Gall. *Affectueusement, par affection.* Ital. *Con gran desiderio.* Germ. Mit grossem begird. Hisp. *Codiciosamente.* Angl. *VVith greate desire.*} Plaut. *in Pseud. sc.3. a.2.* Quum quid cupienter dari petimus nobis.

‖Cupidicinus, τεγχίδειπνος. Gloss. qui cupidus est cœnæ, ad eam currit. Vulc. lege cupidicenus, h. e. captator cœnarum.‖

Cŭpĭdus, Auidus, studiosus, appetens, amans, obseruans. {אוה *ohéb* מתאוה *mithavvéh.* ἐπιθυμῶν. Gall. *Desireux, conuoiteux.* Ital. *Auido, ingordo, bramoso.* Germ. Begirlich. Hisp. *Codicioso.* Angl. *Desirous, greedie of any thing.*} Terent. *in Hecyr.* Eius videndi cupidus.

Cŭpĭdĭor, cupidissimus, comparatiua & superlatiua. {Angl. *More desirous or greedie.*} Cic. *ad Attic. lib.4.* Cupidissimus mei. Cupidissimus pacis Asinius Pollio *ad Cic. lib.10. Epist.*

Cŭpĭdè, aduerbium, Studiosè. {σπουδαίως, φιλοτίμως. Gall. *Affectueusement, auec vn par grande affection.* Ital. *Affettuosamente, con gran desiderio.* Germ. Begirlich. Hisp. *Codiciosamente.* Angl. *VVith great desyre.*} Cic. *pro Rosc.* Ego verò cupide & libenter mentiar tua causa. Terent. *in Adelph.* Egomet conueniam ipsum, vt cupide accipiat. Plaut. *Most. sc.1. a.1.* Nimio celerius venire, quod molestum est, quàm quod cupide petas.

Cŭpīdo, fœm. gen. pro cupiditate accipitur, quamuis Cupiditas leuior sit, quàm cupido. {חמד *chemed* תאוה *taavah.* ἐπιθυμία, ἐπιθυμία. Gall. *Conuoitise, desir, vouloir.* Ital. *Cupidità, cupidiggine.* Germ. Ein grosse begird. Hisp. *Codicia.* Angl. *Desire, couetousnesse, lust.*} Lucil. *lib.19.* Cupiditas ex nomine, cupido ex stulto nunquam tollitur, quòd cupiditas pars sit temperatior, defluens à cupedine. Est autem animi affectio à libidine & cupiditate proficiscens: qualis est auaritia, qua opes cupiuntur: qualis est iracundia, qua vltionem appetimus, & similia. Salust. *in Iugurth.* Captus prauis cupidinibus. Virg. 6. *Æneid.*

> ———*quæ lucis miseris tam dira cupido?*

Plaut. *Pœnul.* Quamquam cupido versatur in corde, tamen, &c. Mortis cupido. Ouid. *in Ibin.*

> *Quódque ferunt Brotean fecisse cupidine mortis.*

¶ Inuenitur etiam nonnunquam in masculino genere. Plaut. *Amph.* Sed pudicitiam & pudorem, & sedatum Cupidinem. Hor. 1. *Carm. Ode 16.* Nec leues somnos timor, aut cupido Sordidus aufert. Idem 1. *Serm. sat.1.* At bona pars hominum decepta cupidine falso. Cupidines, pluraliter, vt, Mater dulcium cupidinum. Horat. 4. *Carm. Ode.1.* Cupido laudis. Quintil. Cupido continuandi agros. Liu. 4. *d.4.*

> *Assit enim magni correpta cupidine regis,*

Ouid. 6. *Fast. & Eleg.1. lib.2. Trist.* Ex nimia cupidine studiorum. Senec. *cap.9. de tranquil.* Animus tuus nos est fixus clauo cupidinis. Plaut. *Asin. sc.3. a.2.* Quo Venus Cupidóque imperant, suadétque Amor. Idem *Curc. sc.1. a.1.* Amor & Cupido in cor meum perpluit. Idem *Most. sc.3. a.1.*

Cŭpĭdĭtas, atis, Auiditas, libido, desiderium, studium, amor. {תאוה *tavváh* מאויה *maavayéh.* ἐπιθυμία. Gall. *Conuoitise, appetit, desir.* Ital. *Cupidita, cupidiggine.* Germ. Begirligkeit. Hisp. *Codicia.* Angl. *Great desire, greede, lust, couetousnesse.*} Cic. 3. *Acad.* Senec. *de benef. lib.2. cap.27.* Cupiditas se porrigit, & felicitatem suam non intelligit: quia non vnde venerit respicit, sed quò tendat. Cic. *in Parad.* Neque enim vnquam expletur nec satiatur cupiditatis sitis. Græca & temeraria dominatrix animi cupiditas. Idem 1. *de Inuent.* Cupiditas cibi, i. appetentia cibi. Cels. *lib.7. cap.3.* Cupiditate cibi reddita. ¶ Cupiditas pro turpi amore. Suet. *in Calig. cap.24.* Reliquas sorores nec cupiditate tanta, nec dignatione dilexit. Dicit Caligulam cum omnibus sororibus suis consuetudinem stupri fecisse, impatientius tamen Drusillam amasse, quàm reliquas.

Cvpido, inis, mascul. gener. {Ἔρως. Germ. Der Gott der liebe/oder holdschafft/ein son Martis vnd Veneris.} Amoris deus, quem Hesiodus natum vult ex Chao & Terra. Simonides & Cicero, ex Marte & Venere: Arcesilaus, ex nocte & Æthere: Alceus, ex lite & Zephyro: Sapho, ex Venere & Cælo: Seneca, ex Venere & Vulcano. ¶ Duplex autem est, Ouid. dicente, Alma faue, dixi geminorum mater Amorum, &c. Honestus videlicet, & turpis: illúmque ex Venere & Ioue patre natum voluntthunc autem Erebi & noctis filium esse, quod & ipsum refert Cic. *lib.3. de nat. deor.* Fingitur à poëtis armatus flammis & telis, aureo videlicet, & plumbeo (vt patet ex Ouidij *lib.1. Metamorph.* de Daphne & Apolline.) Item cæcus, nudus, alatus, arcitenens, volatilis, &c. Eius quoque formæ descriptio extat multis verbis apud Apul. *de Asino aureo.* Virg. *de vino & amore:*

> *Bellum sæpe petit ferus exitiale Cupido.*

Cŭpĭdĭnĕus, a, um, ἐρωτικός, vt, Cupidineæ sagittæ. Ouid. 1. *de remedio amoris.* Molle cupidineis nec inexpugnabile telis Cor mihi. Idem *Eleg. vlt. lib.4. Trist.*

‖Cupillum, γευστήριον. Gl. Phil. In cod. Gustatorium γευστήριον. In lex. Cyr. γεῦσμα exponitur Gustatorium.‖

Cupra, Piceni ciuitas est, non procul ab Asculo: cuius meminit Plinius *lib.3. cap.13.*

Cupra, Italiæ oppidum in littore Apulo. Cupra autem dicta est, haud vana coniectura, à Cypræ templo, illic à Tuscis, qui Cypram Iunonem dicunt, extructo, vt Strabo scribit: vt Cupra, siue Cypra vna appellatione contineatur. Nam vocabula quæ Græci per y pronuntiant, per u literam proferre possumus: vt, Larumna, Sulla, &c. pro Larymna, Sylla, autore Hermolao.

Cvpressvs, {κυπάρισσος. Gall. *Cypres.* Ital. *Cypresso.* Germ. Ein cypressbaum. Hisp. *El cipres.* Angl. *A cipre tree.*} ‖ Arbor, de qua Virg.

> *Quantum lenta inter viburna cupressi.*

vbi Seruius: viburnum breuissimum est, cupressus verò arbor maxima. Cæterùm ‖ procera, caudice oblongo & recto, folio pini, sed carnosiore, molliore que, neque ita pungente, fronde indecidua, odore vehementi. Cupressi recti. Gellius *cap.19. lib.13.* ¶ Duo eius sunt genera: Fœmina, quæ sterilis est, ad metæ formam in fastigio conuoluta: & Mas, latius spargens ramos, conósque proferens pineæ nuci non absimiles, licèt multò minores. Mira huius est inter arbores fœcunditas: quippe quæ trifera est, fructúsque habet & Ianuario, & Maio, & Septembri maturos, nulli tamen rei vtiles, imò potiùs noxios, quemadmodum ipsa arbor, cuius etiam vmbra noxia creditur: Græci κυπάρισσον vocant, à Cyparisso puero in arborem hanc (vt poëtæ fabulantur) conuerso: siue potiùs παρὰ τὸ κύειν παρίσους, hoc est, ab eo, quod ex æquo & ramos & fructus creet. Numeratur cupressus inter arbores funestas: eo quòd & tardè crescat, & succisa non repullulet. Ideo funebri signo ante defunctorum ædes eam posuêre maiores. Legitur Cupressus, us, per quartam declinationem. Ouid. 3. *Trist. eleg. 13.*

> *Funeris ara mihi ferali cincta cupresso.*

Idem 3. *Metam.*

> *Vallis erat piceis, & acuta densa cupressu.*

Cŭprĕssĭnus, a, um, quod ex cupressu confectum est. {κυπαρίσσινος. Gall. *De cypres.* Ital. *Di cipresso.* Germ. Cypressin. Hisp. *Cosa de cipres.* Angl. *Of a cipre tree.*} Plin. *lib.23. cap.4.* Cupressinum oleum eosdem effectus habet, quos myrteum.

Cuprĕsseus, a, um, quod ex cupressu confectum est. {κυπαρίσσινος. Gall. *Fait de cypres.* Ital. *Fatto de cipresso.* Germ. Das auß cypreß gemacht ist. Hisp. *Hecho de cipres.* Angl. *Made of a cipre tree.*} Liu. 8. *bell. Pun.* Post eas duo signa cupressea Iunonis reginæ portabantur.

Cuprĕssētum, i, Locus cupressis consitus. {κυπαρισσών. Gall. *Lieu tout planté de cypres.* Ital. *Luogo che a molti cipressi.* Germ. Ein ort da vil cypreßbäum wachsen. Hisp. *Lugar de muchos cipreses.* Angl. *A place planted with cipre trees.*} Cic. 1. *de Legib.* In cupressetis Gnosiorum.

Cupressifer, a, um, Ferens cupressos. {κυπαρισσοφόρος. GALL. Qui porte cypres. ITAL. Che produce cipressi. GERM. Das cypressen baum tregt. HISP. Lugar que cria cipreses. ANGL. That beareth or bringeth cipre trees.} Ouid. Epist. 9.

Vt Tegeaus aper cupressifero Erimantho Incubat.

CVPRVM, genus quoddam æris, quod à Plinio Æs cyprium vocatur. {נחשת nechósheth. χαλκὸς κύπριος. GALL. Cuyure. ITAL. Rame. GERM. Kupfer. HISP. Cobre. ANGL. Copper metall.} Vnde apud Paladium Cuprini claui dicuntur.

Cupreus, a, um. {ANGL. Of copper.} vt, Cupreum vas. Plin. lib. 25. cap. 5. Cogitur in cupreo vase ad crassitudinem mellis.

Cur, interrogandi aduerbium, idem significans quod Quare. {מדוע madduáh למה lammáh. τί, διὰ τί; GALL. Pourquoy? ITAL. Perche? perche cagione? GERM. Warumb? auß was vrsach? HISP. Porque? ANGL. Wherefore or why? for what cause?} Licèt quidam Quur per q, scribendum putent, & à quare per syncopen atque apocopen deductum, a & e literis detractis. Cur me verberas? quia lubet (aliàs quia tu vis.) Plaut. Mostell. sc. 1. a. 1. Tetigisti has ædes? Cur non taugerem? Idem ibid. sc. 2. a. 2. Cur non? Idem Pseud. sc. 3. a. 1. Cur non remoratur ituros? Cur non arma capit? Ouid. 12. Metam. Idem Eleg. 1. lib. 4. Hoc est cur cantet fossor. Terent. in Andr. Cur me excrucio? cur me macero? cur meam senectutem huius solicito amentia? Aliquando etiam relatiuè accipitur, vel infinitè. Cic. pro Rosc. Com. Non fuit causa cur tantum laborem caperes. ¶ Cur & quare Corn. Fronto ita distinguit, vt, Cur sit simplicis percontationis; Quare verò causam rationémque desideret.

CVRA, Solicitudo, anxietas, ita dicta quòd cor edat, & excruciet. {דאגה deaghah חרדה charadháh. φροντίς. GALL. Cure, soin, soucy, chagrin. ITAL. Cura, pensiero, trauaglio. GERM. Sorg. HISP. Cura o el cuidado. ANGL. Care, studie, labour, trauell, sollicitude, pensiuenesse.} Ter. in Phorm. Cura & sumptu absumitur. Ennius apud Cic. de senect. O Tite, siquid ego adiuto, curámve leuasso, Quæ nunc te coquit, & versat sub pectore fixa. Virg. 1. Æneid. Quando hæc te cura remordet. Atque ex his locis intelligitur id quod Corn. Fronto in lib. de diff. vocab. scribit, Curam, animi esse, hominemque anxium reddere, & tam in honestis rebus, quàm inhonestis versari.

Quid mihi vobiscum est, infelix cura, libelli.

Ouid. Eleg. 1. lib. 2. Trist. In cura nominis huius eram. (vnde dictus Maius.) Idem 6. Fast. initio.

——Cui nunc hæc cura laboras?) id est, cui scribo?

Idem Eleg. 1. lib. 4. Trist.

Esse tui memorem (eam sup.) *de qua tibi maxima cura est.*

Idem Eleg. 3. lib. 4. Trist. Ossa atque pellis totus est, ita cura macet. Plaut. Aul. sc. 5. a. 3.

Te mutatum & curam deposuisse mei.

Ouid. Eleg. 7. lib. 4. Trist. seuera fronte, curas cogitans. Plaut. Merc. sc. 4. a. 2. Satis me cura & lacrymis macerauit. Idem Capt. sc. 1. a. 5. Quos vt seruem (Coquos) cura maxima est. Idem Aul. sc. 5. a. 2. Hæc rei in pectore & in corde mihi curæ est. Idem Men. sc. 2. a. 5. Quæ te miseria & cura contabefacit. Idem Pseud. sc. 5. a. 1. Magna cum cura ego illum curari volo. Idem Men. sc. 4. a. 5. Et si me vario confectum cura dolore seuocat. Catul. ad Ortal.

Cùm penitus mœstas exedit cura medullas.

Idem de com. Beren.

——Mihi cura futuri est.

Ouid. 13. Met. Curam verborum: Rerum volo esse solicitudinem. Quintil. Ex tempore & à cura opponuntur. Suet. in Tib. cap. 70. Cura oritur. Salust. Iugurth. 65. Aut apud vos, aut apud Deos immortales rerum humanarum cura oriatur. ¶ Quandoque pro munere quo curator fungitur: vulgò Curatela dicitur, Vlp. l. hæres absens. § si quis tutelam. ff. de iudic. Si quis tutelam, vel curam, vel negotium, vel argentariam, vel quid aliud, vnde obligatio oritur, certo loco administrauit. Virg. etiam apud inferos, inter monstra habitantia in faucibus inferorum ponit quasi deas aliquas:

——& vltrices posuêre cubilia Curæ.

[Curagulus, curiosus, curaculus. Gl. Isid. à cura agenda, aut simpliciter à cura.]

Curalis, e, vt fasciæ curales pedulésque apud Vlp. D. lib. 34. tit. 2. l. 25. Sed præstat legere crurales, cum Beroaldo maiore. Vide suprà Crurales, post Crus.

[Curalium, κουράλιον, quod suprà Coralium. Estque κόρη ἁλὸς, pupilla maris.]

Curanium, κουράνιον. Sic Græci vocant Alcoranum: articulo Arabico Al omisso. vide supra Alcoranus.]

Curantia, æ, idem quod Curatio, siue Cura. {ANGL. A diligent dressing or trimming.})(Non curantia, incuria. Cic. ad Quint. fratr. lib. 1. Quod me admones de non curantia, suadésque vt meminerim Iouis orationem.

[Curba. Glossar. verb. iuridic. κοῦρβα h. e. curua, læna, propter id, quod apud eos in vehiculo κυρτὸν dicitur. intelligit corbem, textum vimineum.

Curbita, vide Cerbita.

Curcilla, oppilago. Isid. Gloss.

Curcuba. Isid. lib. 19. orig. cap. 4. Spinæ, funes, quibus in tempestatibus vtuntur, quas nautici suo more curcubas vocant. Gl. A. L. Corcubalorum. Sic Meursius restituit pro Cercum.

Curia, Coira Italis, Chur Germanis V. E. Rhœtiæ ad Rhenum fl. sub A. Moguntino. Rhœtorum, siue Grisonum comitia hic celebrari solent.

Curia, siue Gerlanda, Gerlande, V. E. Liconiæ, olim sub A. Rigensi.]

CVRIOSVS, nimium in inquirendo, aut re aliqua agenda diligens: in bonam & malam partem sumitur. {חרד charédh. φιλοπράγμων, πολυπράγμων, περίεργος. GALL. Curieux, soigneux. ITAL. Curioso. GERM. Sorgfeltig, geschäfftig. HISP. Curioso y diligente. ANGL. Curious, bussie, that laboreth in thing or to much.} Est igitur Curiosus qui multum, siue diligenter aliquid curat. Cic. Appio Pulchro. Ita est homo, non modò prudens, verumetiam æquus vir, curiosus. Et pro Sestio, Etenim animus eius vultu, flagitia parietibus tegebantur. Sed hæc obstructio nec diuturna est, neque obducta ita, vt curiosis oculis perspici non possit. Curiosus,

pro Delatore. Suet. in Aug. cap. 27. In eadem hac potestate, multiplici flagrauit inuidia. Nam & Pinarium equidem Rom. quum concionante se, admissa turba paganorum, apud milites subscribere quędam animaduertisset, curiosum ac speculatorem ratus, coràm confodi imperauit. In bonam quoque partem Colum. lib. 3 vsus est aduerbio: Sin autem (inquit) ipsam vitem sternere voles, tasta i diuem ita ne ipsam lædas, curiosè fodito. ἀντὶ τοῦ ἐπιμελῶς. Similiter Incuriosè, ἀμελῶς, ἀπερισκέπτως. Gell. Si quis non incuriosè legat. Non est ergo curiosus, à praua tantùm cura, vt Valla putauit, sed etiam à diligenti & optima. De deriuatione quoque (quum dicit, Curiosus non tam à cura, quàm à curia videtur descendere, cuius compositum magis est in vsu. Incuria, ἀμέλεια, id est, negligentia. Etsi curia à cura dicatur) non ei assentio, neque de compositione, vt à curia componatur incuria: sed dico ita venire curiosus à cura, per adiectionem literæ i, quemadmodum & curia, nisi à curio sumere velimus. Similiter Incuria per adiectionem i, liquet non à curia, sed à cura componi, quod significatio eorum apertè declarat. Nam cura & incuria, sunt opposita, & ex contraria eorum significatione facilè monstratur incuria à cura componi: quoniam In, negatiuè stat: & alterius significatio, ex contrario alterius edocetur, eo quòd sicut cura, diligentia est, ita incuria negligentia: vt Cic. in Lælio ostendit, Vituperanda est rei maximè necessariæ tanta incuria. Quod non significaret, si à curia componeretur, nam esset locus à curia diuersus: quoniam curia locus erat, vbi curas publicas gerebant, & vbi cura sacrorum publica. Nec adiectionem literæ i, in Curiosus, incuriosus, & incuria, nisi euphoniæ causa factam puto, quod non rectè sonet curosus & incurosus & incura. Curia verò accepisse i, arbitror, vt aliam à cura significationem caperet, & nihilominus priuati naturam semper oleret. ¶ Aliquando incuriosus capitur pro pingui, quòd illi potissimùm qui omni prorsus cura sunt liberi, pinguescant. Vnde Apuleius in Florid. agnum egregiè obesum vocat incuriosum. Alciat. in rub. C. de curios. & station. lib. 12. Curiosi erant, qui passim delicta in re militari commissa nunciabant. Scotus ad Theodosium, scribit in officio magistri officiorum esse curiosum vnum cursus publici, quales sunt magistri cursorum, Postmeyster, vocabulo maioribus nostris ignoto, appellati. Nam hi nobis primùm sub Cæsare Maximiliano innotuerunt. Memoriam namque patrum neglectam eiusmodi cursorum, quos & nos voce Gallica Postes vocamus, consuetudinem Vicecomitum Mediolanensium Ducum familia renouauit. ¶ Curiosus pro magistratu, vide in Lexico Constantini in voce κουριώσος.

Curiositas, nimia cura, nimia diligentia. {חרדה charadháh. πολυπραγμοσύνη. GALL. Curiosité, soin. ITAL. Curiosità, diligenza. GERM. Sorgfeltigkeit, geschäfftigkeit. HISP. Curiosidad y diligencia. ANGL. Curiositie, piked diligence.} Cic. ad Attic. lib. 2. Sum in curiositate, ὀξύπεινος: sed tamen facile patior te id ad me, &c.

Curiosè, aduerb. Diligenter. {ἐπιμελῶς. GALL. Curieusement, soigneusement. ITAL. Diligentemente, curiosamente. GERM. Sorgfeltigklich, geschäfftigklich. HISP. Curiosa y diligentemente. ANGL. Curiouslie, with great paines and trauell.} Cic. ad Attic. lib. 9. Quum de eo curiosè quæsisset seruus noster Dionysius, Quint. lib. 8. cap. 11. Quos curiosè potius loqui dixeris, quàm Latinè. Ab Incuria, Incuriosus, & incuriosè. Plin. Rebellat sæpe humor incuriosè datus. Famam expectat obambulans. So. Curiosè quidem, fores enim clausit. Plaut. Amph.

CVRIA, Sedes ac templum publici consilij. {עדה hedháh. βουλευτήριον, ἀρχεῖον. GALL. La cour, le lieu deputé à consulter des affaires publiques. ITAL. Corte, curia, luogo da consultare le cose publiche. GERM. Ein rahthauß oder richthauß, ein ort da man sich vber vilerley sachen sorgens oder bedenckens annimpt. HISP. Corte, lugar donde esta el consejo. ANGL. A counsale place a place where maters ar pleaded for.} Curia, inquit Fest. Locus est vbi publicas curas gerebant. Cic. de senect. Non curia vires meas desiderat, non rostra, non amici, non clientes, non hospites. Ante tuas etiam ianua prisca fores. Ouid. Eleg. vlt. lib. 4. Trist. & 13. Metam. & 3. Fast. Curiæ etiam nominantur populi partes, quales fuerunt eæ, in quas Romulus populum distribuit, numero triginta: quas quoniam tunc Reip. curam per earum partium sententiam expediebat, Curias appellauit. Plaut. Aul. sc. 2. a. 1. Nam noster nostræ qui est magister curiæ diuidere nummos sese dixit. His postea additæ aliæ quinque fuère, ita vt omnino triginta sex essent. ¶ Curia Calabra, à calando, hoc est, vocando dicta est, quòd calata, hoc est, vocata in eam plebe, Pontifices pronuntiare solent, quot dies à Calendis ad Nonas superessent. ¶ Curia Hostilia, quam primum ædificauit Hostilius rex Romanorum. ¶ Cic. pro Milone curiam vocat templum sanctitatis, amplitudinis, mentis, consilij publici, caput vrbis, aram sociorum, portum omnium gentium, sedem ab vniuerso populo concessam vni ordini.

Curiales dicuntur, qui sunt eiusdem curiæ, sicut Tribules eiusdem tribus. {φράτορες, συμφράτορες. GALL. Qui est d'vne mesme curie. ITAL. Della istessa curia. GERM. Rahtsfreund, die von einem gericht oder raht sind. HISP. Cosa de mismia corte. ANGL. Of the same tribe or warde.} Curiales flamines, curiarum sacerdotes. Curiales mensæ, in quibus immolabatur Iunoni, quæ Curis est appellata. Plaut. in Aul. Nam neque quisquam curialium Venit, neque magister quem diuidere argentum oportuit. Cic. 2. Offic. Theophrastus quidem Cimonem Athenis etiam in suos curiales Laciadas hospitalem fuisse. ¶ Curialis idem aliquando quod Decurio, id est, qui in colonia, vel municipio tanquam Senator est. L. 12. C. de Episc. & cler. vbi qui Curialis primùm, paulò pòst, Decurio appellatur.

Curiatus, a, um, adiect. φρατρικός, ὁ τῆς φρατρίας. vt, Curiata lex, à curiatis comitiis dicta. Cic. ad Attic. Qui se affuisse dicerent, quum lex curiata ferretur. Et curiata comitia, conuentus qui curiatim per lictorem cogebantur, Gell. lib. 5. cap. 17. Curiata comitia erant, qui curiatim per lictorem calabantur, id est, conuocabantur: quorum erant Pontifices arbitri, teste Cicerone pro domo sua. Idem pro lege Agraria, Nunc quia prima illa comitia tenetis centuriata & tributa, centuriata auspiciorum causa remanserunt. Suet. in August. cap. 65. Curiata lege adoptare. De his vide plura in dictione Comitium.

Curiatim, κατὰ φρήτρας Homero. Gell. lib. 15. cap. 27. Comitia curiata per lictorem curiatim calari, id est, conuocari.

CVRIO, nis, Sacerdos curiæ. {Φρατρίαρχος. GALL. *Le maistre d'vne curie, leur sacrificateur.* ITAL. *Curione, prete.* GERM. Der oberst auff einem rahthauß/oder ein zunfftmeister auff einer zunfft. HISP. *Cura.* ANGL. *A curat, he that hath the spirituell charge of a warde or parishe.*} in curiis enim sacerdotes ita res diuinas curabant, sicut Senatus res humanas in curia Hostilia curare solebat, vt scribit Varro. ¶ Non inepté fortassis etiam nostros hos sacerdotes, quos vulgus *Curatos* vocant, Curiones dixerimus, & Curionatum, quam *Curam* barbaré appellamus. ¶ Curio maximus, ἀρχιερεύς, dicebatur, cuius autoritate curia, omnésque curiones regebantur. ¶ Curiones quoque dicti sunt præcones. Iul. Capitolinus, Ille per curionem dici iussit, imposturam fecit, & passus est. Euseb. *lib.* 4. *Eccles. hist.* Misso curione ad populum, iubet voce maxima præstari Polycarpum, tertió confessum se esse Christianum. Plautus veró *in Aul.* Agnum curionem appellat macilentum, tanquam ob curam maceratum confectúmque: vnde à contrario Apuleius *in Florid.* agnum opimum & pinguem dicere volens, appellauit Incuriosum. Item Curiones dicti sunt quidam Romani ciues.

Cūriōnātus, us, Curionis dignitas.

Cūriōnia, sacra, quæ à Curionibus in curiis fiebant.

Cūriŏnium, dicebatur æs, quod dabatur Curioni ob sacerdotium Curionatus. Fest.

[Curium, V. olim F. Latini ritus, in Cypro insula, sub Venetis.]

CVRO, as, are, Operam dare, in re aliqua elaborare, rei alicui studere, incumbere, diligentiam curámque adhibere. {שקד *schakádh* דאג *daágh* חרד *charádh*. φροντίζειν. GALL. *Soigner, auoir cure & soin.* ITAL. *Hauer cura, per cura, affaticarsi.* GERM. Sorgen/ fleiß ankehren. HISP. *Tener cuydado.* ANGL. *To giue diligence, to trauell and be about to do any thing.*} In qua significatione ponitur interdum absoluté. Terent. *in Andria*, Perterrefacias Dauum, obserues filium Quid agat, quid cum illo consilij captet. SOS. Sat est: curabo. Idem, Hanc fidem sibi me obsecrauit, qui se sciret non deserturum, vt darem. DA. Curabitur. Et hoc aliquando cum Vt. Cic. *fam.* 16. Cura igitur nihil aliud, nisi vt tu valeas. Res rationésque heri curo. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 2. & istud & aliud, si quid curari voles, me curaturum dicito. Idem *Men. sc.* 3. *a.* 3. Curate, vt splendor meo sit clypeo clarior. *Ibid. sc.* 1. *a.* 1. Id intus para: cura (de cœna.) *Ibid. sc.* 3. *a.* 2. Venus cœlestis paucis hominibus curat. Apul. *Apolog.* 1. Hæc me curaturum dicito quæ mandata sunt. Plaut. *Men. sc.* 3. *a.* 3. Cura rem communem, quod facis. Idem *Amph. sc.* 3. *a.* 1. Qui tuam rem hic curet, & munus fungatur tuum (id est, adulter tuus.) *Ibidem.* Iube vasa pura adornari. Alc. Ego istæc curabo. Item, Hæc curata sint, fac sis. *Ibidem*, Qui ea curabit, abstinebit censione bubula (id est, heri imperia exequetur.) Idem *Aul. sc.* 1. *a.* 4. Satis verborum est, cura quæ iussi, atque abi. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 1. Si quid curatum velis, ei mandes, perfectum reddet. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 1. Rem meam non cures, non ego curo tuam. Idem *Capt. sc.* 4. *a.* 3. Facilin' tu dormis curans (id est, cùm te cura vrget?) Idem *Men. sc.* 5. *a.* .. ¶ Curare absoluté. Idem, Curate, ego intervisam domum. Idem *Aul. sc.* 3. *a.* 2. ¶ Aliquando cum Ne. Cic. *famil.* 2. Vnum illud te præcipué rogo, vt cures ne quid mihi ad hoc negotij, aut oneris accedat, aut temporis. ¶ Interdum cum accusatiuo. Idem *Attic.* 8. Tu fasciculum, qui est M. Curioni descriptus, velim cures ad eum perferendum. & *famil.* 7. Mandatum tuum curabo diligenter: sed homo acutus ei mandasti potissimum, cui expediret illud venire quamplurimi. Idem *Attic.* 1. Signa, quæ curasti, ea sunt ad Caietam exposita. Si curare pecuniam significat pecuniam ad dissoluendum conficere, & comparare. πορίζειν. Idem L. Cincio H-S. ∞ccc. pro signis Megaricis, vt tu ad me scripseras curaui. ¶ Et Curare se, vel curare corpus, pro reficere. φιλοσωματεῖν. Plaut. *Pseud. sc.* 7. *a.* 1. Qui se suámque ætatem bene curant, edunt, bibunt, scortantur, illi sunt alio ingenio atque tu, qui neque tibi esse patere, & illis, quibus est, inuides. Cic. *famil.* 16. Cura igitur te, & confirma. Virg. Corpora curamus, fessos sopor irrigat artus. Magna cum cura ego illum curari volo. Plaut. *Men. sc.* 3. *a.* 3 Me volo curare, (mox, prandere & dormire.) Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 2. Curato ægrotos domi. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 1. (i. tracta, *traitte, pense, aye soing des malades.* Vbi tu me hic habueris, perinde illum illic curaueris (i. tractabis.) *Ibidem sc.* 2. *a.* 2. ¶ Item Curare boues, i. pascere. Idem *Most. sc.* 1. *a.* 1. An non sunt ruri quos cures boues? Et Gell. *cap.* 4. *lib.* 15. Ventidium curandis mulis victum inuenire? Item me curato, ne sitiam. Plaut. *Curc. sc.* 2. *a.* 1. Curari molliùs. Senec. *cap.* 9. *de tranq.* ¶ Significat quoque hoc verbum mederi, curationem adhibere. {רפא *raphá*, ἰᾶσθαι, θεραπεύειν. ANGL. *To cure, to mak whole.*} Cic. *de Senect.* Adolescentes grauiùs ægrotant, & tristiùs curantur. Idem *in Pis.* Et quum isto fœtido teterrimam nobis popinam inhalasses, excusatione te vti valetudinis, quód diceres vinolentis te quibusdam medicaminibus solere curari. In passiua significatione sic vsus est idem *Tusc.* 3. An quum corpora curari possint, animorum nulla medicina sit. Et cum ablatiuo, addita præpositione Ab. Idem *pro Cluent.* Mulier exclamat se ab eo nullo modo curari velle, quo curante omnes suos perdidisset. Cic. *Acad. lib.* 2. Quis enim potest, quum existimet à Deo se curari, non & dies & noctes diuinum numen horrere? Huius composita sunt, Accuro: vnde Accuratus, & aduerbium Accuraté, Concuro, Procuro, Percuro, quæ vide suis locis. ¶ Aliquando Curare significat Colere θεραπεύειν vt Plin. *Epist. lib.* 1. *de Regulo*, Est enim locuples, curatur à multis, timetur à pluribus. Plaut. *Aul. Prolog.* Ille minus minúsque impendio curare. (sup. me, id est colere, vt deum desiit.) ¶ Item, Curare obscœné, idem *Amph.* Qui hic rem tuam, & munus fungatur tuum, (id est, adulter tuus.) ¶ Curari etiam dicuntur medicamenta quæ priusquam adhibeantur, repurgantur, & præparantur: vt apud Cels. *lib.* 6. *cap.* 6. in Cleonis collyrio, Cadmiæ curatæ fit mentio. ¶ Curare etiam verbum castrense pro στρατηγεῖν, regere, ac Ducis Imperatorísque officia exequi. Salust. *in Catilinari.* Fæsulanum quendam in sinistra curare iubet. Et *in Iugurth.* Legatis imperat, vbi quisque curaret, deinde signo dato vndique simul clamor ingens exoritur. ¶ Curare vallum. Gell. *cap.* 5. *lib.* 5. ¶ Curare ædes: vitium additur ædibus, bonæ cùm curantur malé. Plaut. *Most. sc.* 2. *a.* 1. Item, Curare cadauer. Suet. *in Neron. cap.* 48. Non bene curatum sacrum. Liu. 1. *ab vrb.* Vt pecunia curaretur (i. cogeretur.) Idem 4. *dec.*

Curatur, Impersonale. Apud Plin. *lib.* 18. *cap.* 27. Curatur vt vinea vetus semel fossa sit. Plaut. *Cas.* Noctu vt condigné recubes curabitur. Curassis. Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 1.

Cūrātus, participium, Cum diligentia & cura factus. {ברוא *bari*. ἐπιμελής. GALL. *Fait auec soin & cure.* ITAL. *Fatto con cura & diligenzia.* GERM. Versorgt/ mit fleiß außgericht oder gemacht. HISP. *Hecho con mucho cuydado.* ANGL. *Doone with care and diligence, seene to.*} Bene curata cute nitidus, Horat. 1. *Epist.* Plin. *lib.* 18. *cap.* 6. Adduxit filiam validam atque bene curatam ac vestitam. Nitida & curata corpora. Quintil.

Cūraté, aduerbium, Accuraté. {ἐπιμελῶς. GALL. *Diligemment, soigneusement.* ITAL. *Diligentemente, con attentione.* GERM. Fleissiglich. HISP. *Con mucho cuydado.* ANGL. *Diligentlie and well.*} Tacitus *lib.* 3. Eius negotij initium, ordinem, finem, curatiùs edisseram.

Cūrātor, procurator. {דאג *doégh* חרד *charédh* פקיד *pakídh*. ἐπίτροπος, νόμος, ἀκέστωρ, ἐπιμελητής, ἐπιμελὴς, ἔφορος. GALL. *Curateur, qui a la charge & le soin de quelque chose.* ITAL. *Curatore, tutore.* GERM. Ein verforger/schaffner/pfläger. HISP. *Curador.* ANGL. *A curateur, that hath the charge of any thing.*} Generali nomine dicitur præpositus alicui negotio: vt reficiendis muris curator Demosthenes fuit. Cic. *de optim. gener. Orator.* Curator venationum. Suet. *in Calig. cap.* 27. Curator reficiendi Capitolij Catulus. Gell. *cap.* 10. *lib.* 2. ¶ Curatores vrbis, & annonæ ædiles. Idem 3. *de legib. Institut. de curatoribus.* §. 1. Masculi quidem puberes, & fœminæ viripotentes, vsque ad vicesimum quintum annum completum curatores accipiunt: quia licèt puberes sint, adhuc eius ætatis sunt, vt sua negotia tueri non possint. Festus scribit, Curatorem esse, qui pupillis loco tutoris datur, quasi qui pupillarium bonorum curam gerat. Egere curatoris dicimus, quos tacité innuere volumus non compotes esse mentis suæ. Horat. 1. *epist.* 1.

Insanire putas solemnia me, neque rides?
Nec medici credis, nec curatoris egere A prætore dati?

Vbi obiter obserua *solemnia* pro *solemniter*. [¶ Curatores item, qui rei frumentariæ, agrísque diuidundis præsunt. Cerda.]

Cūrātio, nis, Cura, prouincia alicui delegata, procuratio, munus. {דאגה *deaghah* פקדה *pekuddáh*. ἐπιτροπή. GALL. *Charge, administration, cure ou guarison.* ITAL. *Cura, guarire.* GERM. Ein sorg/ oder ennuß der einem auffgelegt ist. HISP. *Curaderia, cuydado.* ANGL. *A curing or healing.*} Cic. *ad Attic. lib.* 15. Ego quod etam meditatus in via, suadere, vt vteretur curatione Asiatica frumenti: nihil esse iam reliqui quod ageremus, nisi vt salui essemus. Idem 1. *de nat. deor.* Ab omni curatione & administratione rerum vacent. ¶ Curatio acris, i. vehemens, vt quæ fit inedia. Cels. *lib.* 6. *cap.* 6. Curatio quæ manu adhibetur, i. Chirurgia, χειρουργία. Idem *lib.* 6. *cap.* 15. Curatio sculpelli, i. quæ sculpello fit, idem *lib.* 7. *cap.* 4. Liu. 4. *ab vrb.* Curationem agere. Curatio item, siue curatela, est potestas administrandi bona eius, qui vel ob ætatem, vel ob mentis corporisve vitium suis rebus præesse non potest: in qua significatione Iurisconsultis vsitatum. Curationem bonorum patris postulare. Quintil. ¶ Curatio item pro medendi actu ponitur. Curationem (vulneris) accedere. Senec. *cap.* 1. *de consl. ad Marc.* Cic. *in Epist.* De medico bene existimari scribis, sed eius curationes non probo. ¶ Quid tibi malum, me, aut quid ego agam, curatio est? Plaut. *Most. sc.* 1. *a.* 1. Item, Quid tibi hanc rem curatio est? Idem *Amph. sc. vlt. a.* 5. Vulgò, Quare tu curas de hac re?

Cūrātūra, Curatio, ἐπιμέλεια, θεραπεία. Terent. *in Eunuch.* Deducunt cibum. Tametsi bona est natura, reddunt curatura iunceas.

Cūrātōria, æ, Munus curatoris adulti. {ἐπιτροπή, ἐπιτρόπευσις, ἐπιτροπικὴ, ἐπιτροπεία. GALL. *Curatelle, office & charge de curateur.* ITAL. *Vfficio & carico di curatore.* GERM. Das ampt eines vorsorgers. HISP. *Curaderia, el officio del curador.* ANGL. *The office of a curateur.*} Heren. *in l.* 1. *ff. de excus. tutor.* Conscribens librum (vt mihi videtur) vtilissimum, quem excusationem tutelæ, & curatoriæ vocaui, huc tibi misi. *Ibidem l.* 2.

[Curatza, thorax. Anon. L. g. b.]

Cūrax, acis, adiectiuum, diligens, curæ & vigilantiæ plenus. {שוקד *schokedh* חרד *charédh* דאג *doegh*. ἐπιμελής, σπουδαῖος. GALL. *Diligent, soigneux.* ITAL. *Diligente, vigilante.* GERM. Fleissig/ sorgfeltig/ gar sorgsam. HISP. *El que tiene mucho cuydado.* ANGL. *Diligent, bussie.*} Caius *l. si quid venditor. D. de ædil. edict.* Verbi gratia, si constantem, aut laborantem, aut curacem, aut vigilantem esse, aut ex frugalitate sua peculium acquirentem affirmauerit, & ex diuerso leuis, proteruus, desidiosus, somniculosus, tardus, comessor inueniatur, &c.

[Curba, meretrix. Gl. Basilij.

Curculia, funis nauticus, quo in tempestate vtuntur nautæ. Cath.]

Cūrcūlio, nis, masculini gener. Animal paruum, frumentum corrodens: quasi gurgulio, eo quód nihil in eo pené aliud quàm guttur videatur. {κίς. GALL. *Vne petite beste ou vermine, qui ronge le froment, calendre, chate pelouse ou charenson.* ITAL. *Tignuola.* GERM. Wibel/ oder milwen die das korn fressen vnd außhölen. HISP. *Gorgojo.* ANGL. *A litle worme eating corne called a mite or weuell.*} Virg. 1. *Georg.* — populátque ingentem farris aceruum Curculio. Col. *lib.* 1. *cap.* 6. Ea res ab noxa curculionum & similium animalium commodissimé videtur fruges conditas defendere. Curculio mihi verba dedit, &, Vbi Curculionem reperiam? In tritico facillimé ibi vel quo. reperies. Plaut. *Curc. sc.* 4. *a.* 4. ¶ Curculio translaté pro pene. Persius *Satyr.* 4. Quare deorsus curculio extat. ¶ Est præterea Curculio, via patens, seu fistula colli exterior, per quam spiritus attrahitur, atque emittitur. γαργαρεών. Constat autem hæc ex cartilagine molli & flexuosa, quasi ex annulis in catenæ modum compactis, sed imperfectis. ¶ Dicitur etiam spiritalis fistula, quæ semper patet, vt spiritus liberum habeat exitum, qui ad pulmonem cóque defertur. Tracheam arteriam medici appellant. Plinius arteriam asperam: cuius operculum est epiglottis. Scribitur autem Curculio per c, non Gurgulio per g, vt constat ex argumento Plautinæ Comœdiæ, quam Curculionem inscripsit: in qua primæ versuum literæ Curculiones nomen exprimunt.

[Curcuma, capistrum, κημός. vulgò *Cucuma.*

Curdela, ligula. L. g. b. {ITAL. *Cordella.*}]

Cūres, κύρεις, pluralis tantùm numeri, Sabinorum oppidum opulentissimum, ex quo Numa. Plutarch. *in Numa.* Huic autem oppido imperabat

T. Tatius,

T. Tatius, cuius ciues Quirites, κυρῖται dicebantur, conuerterúntque Romulus & Titius in hanc sententiam, vt e duobus populis vnus efficeretur, & Sabini Romam migrarent, Romaque nomen retineret: sed Romani & Sabini Quirites appellarentur. Ouid. *lib.* 2. *Fast.*

Te Tatius parvique Cures, Caeninaque sensit.

Hinc etiam populi, Cures. Virg. *lib.* 9. Tatioque seni, Curibúsque seueris.

Cūretes, {κουρῆτες. Germ. Völcker in der Insel Candia} Populi Cretæ insulæ, qui & Corybantes, & Dactyli Idæi appellati sunt ex Ida Phrygiæ monte (vt quidam volunt) oriundi: à cuius etiam nomine, Cretæ montem, quem primum insedere, Idam appellarunt. Dicti κουρῆτες, teste Strab. *lib.* 10. ἀπὸ τῆς κουρᾶς, hoc est, à tonsura. Anteriorem enim capitis partem detonsam gestabant, ne hostes eos cæsarie apprehenderent. Alii Curetas dictos putant, ἀπὸ τοῦ κουροτροφεῖν, eo quod Iouem aluisse dicantur. Autor est item Strabo *loco iam citato*, Curetas in Græciam quoque traiecisse, tandemque consedisse trans Acheloum fluuium, ibique quum intonsa seruarent capita, Acarnanas vocari cœpisse. Legendus Ouid. 4. *Fast.* ¶ Curetum os, κουρήτων στόμα. Dici solitum si quando quis numine afflatus loqui videretur, propterea quod Curetes Cybeles comites furore quodam sacro perciti diuinare viderentur. Refertur à Zenodoto: meminit & Hesychius.

Cūria, Curiales, Curiatus, vide *Cura*.

Curia Rhætorum vrbs primaria, vulgò *Chur* dicitur. Rhætorum, siue Grisonum comitia hic celebrari solent. ¶ Est alia eiusdem nominis in Voytlandia, quam Germani *Hoff* vocant.

Curifugia, nomen villæ Nicolai Perotti nuper inditum, quam in agro Sentinati habebat, inter duo fluenta, Sentinum & Neuolam, vbi est saluberrima cœli temperies.

Curiona sacra, quæ à Curionibus in Curiis fiebant.

Cūrio, prænomine Quintus, insignis orator fuit, qui Cæsarem in quadam oratione omnium mulierum virum, & omnium virorum mulierem appellauit. ¶ Huius filius C. Curio Tribunus plebis fuit eo tempore, quo primùm bellum ciuile inter Pompeium & Cæsarem exarsit: & quum ex perditissimo luxu sese ære alieno obruisset, Cæsarem ad bellum ciuile incitauit, causámque illius absentis defendendam suscepit. Vnde etiam à Lucano, venalis lingua fuisse dicitur. Periit in Africa, cui à Cæsare erat præpositus, à Iuba Mauritaniæ rege cum toto exercitu deletus. Et Curioni gratulatur. Cic. *Epist. lib.* 2. Sera, inquit, gratulatio reprehendi non solet, præsertim si nullâ negligentiâ prætermissa est. Longè enim absum, audio serò. Is Curio, vt se ære alieno liberaret atque emergeret, Cæsarem ad bellum ciuile impellebat, vt scribit Cic. *in Epist. ad Quint. fratr.* Et ipse Cæsar, inquit, amicus noster, minaces ad senatum, & acerbas literas miserat: & erat adhuc impudens, qui exercitum & prouinciam inuito Senatu teneret, & Curio meus illum incitabat.

Curis, vt habet Strab. *lib.* 5. Vrbs quondam insignis, nunc autem viculus, in Sabinis, &c. Vide *Cures*.

Curium, κούριον, vrbs Cypri, à Cureo Cinyræ filio: gentile Curieus, Curias item & ipsa regio. Est etiam vrbs Ætoliæ. Steph.

Cūrio, Curiosus, vide *Cura*.

Cūris, lingua Sabinorum hasta dicitur. Vnde Romulus Quirinus, qui eam ferebat, est dictus: & Romani à Quirino, Quirites dicuntur. Curitim Iunonem appellabant, quia eandem ferre hastam putabant. Festus. Ouid. 2. *Fast.*

Siue quòd hasta Curis priscis est dicta Sabinis.

Vide Macrob. *lib.* 1. *Saturn. cap.* 9. & Seruium *in* 1. *lib. Æneid.*

Cūrius Dentatus, Romanus ciuis, exactissimæ frugalitatis, & perspectæ fortitudinis. Hic quum in scamno sederet, rapásque in foco torreret, & Samnitum legati magnum auri pondus publicè missum obtulissent, inuitaréntque vt eo vti vellet: respondit, M. Curium malle imperare locupletibus, quàm locupletem fieri, & qui acie vinci non potuit, eum pecunia corrumpi non posse. Hic primùm de Samnitibus triumphauit, quos vsque ad mare superum pacauit. Reuersus, in concione ait, Tantum agri cepi, vt solitudo fuerit futura, nisi tantum hominum cepissem. Tantum hominum porrò cepi, vt fame essent perituri, nisi tantum agri cepissem. Deinde de Sabinis triumphauit: postremò de Lucanis ouans vrbem intrauit: Pyrrhum regem Epirotarum Italia repulit. Quaterna dena agri iugera viritim populo diuisit: sibique totidem constituit, dicens, Neminem esse debere cui non tantum sufficeret. Huius meminit Iuuen. *Satyr.* 11. De huius viri continentia & villula, Plutarch. *in Catone Censore.*

Cūrmi, ex maceratis & coactis frugibus potus. Vlp. *l. si quis. ff. de tritic. el. & vin. leg.* Igitur acetum, inquit, quod vini numero paterfamiliâs habuit, & zythum, & curmi, & cætera, quæ pro hominum affectione atque numero vini habebuntur.

Cūro, as, vide *Cura*.

Curopalatæ dicti sunt præfecti prætorianorum, & aulæ Principis, & Comites aulicorum. Hinc Curopalatissa, vxor Curopalatæ.

[Curosopitorum, siue Curiosolitarum ciuitas, *Cournouaille*, vel *Cornuaille*. V.E. dicta Corisopitensis Britanniæ Armoricæ, sub A. Turonensi.]

Cūrotrophium, {κουροτροφεῖον. Angl. *An house appoynted for bringing vp of children.*} Domus alendis pueris destinata. κοῦρος enim puerum significat. Vtitur Iustinianus *in l.* 17. *C. de sacros. Eccles.* differt autem à βρεφοτροφείῳ, quòd in hoc infantes recentésque partus aut expositi, aut parentibus egentibus nati alebantur: in illo pueri grandiusculi qui nondum labore suo victum sibi parare poterant. Ex Hotomano. Vel cecurri. Gell. *cap.* 9. *lib.* 7.

[Curpator, leuis armaturæ miles. L.g.b.]

Cvrro, is, cucurri, cursum: cuius composita quandoque geminant syllabam, quandoque non. {רָץ rats. τρέχω. Gall. *Courir.* Ital. *Correre.* Germ. Lauffen. Hisp. *Correr.* Angl. *To runne.*} Virg. *lib.* 4. Decurrêre iugis, alii de parte patentes Transmittunt cursu campos. Cato *contra Pisonem*, Video hac tempestate concurrisse omnes aduersarios. Terent. *in Hecyr.* Villam interea properè præcurrit. Est autem currere, celeriter ire, gradum præcipitare, intenta celeritate viam quasi vorare. Cic. *ad Attic. lib.* 10. Præterit villam meam Curio, iussitque mihi nuntiari mox se venturum: cucurrit Puteolos, vt ibi concionaretur. Sic Currere cursum, Currere spatium dicimus. Súmne infelix qui non curro curriculo domum. Plaut. *Most. sc.* 1. *a.* 2. Quid illic homines ad me currant obsecro? Idem *Men. sc.* 6. *a.* 5. Nunquam ad prætorem æquè cursim curram. Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Ecquis currit pollinctorem accersere? Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 5.

——— *Minimam benè curris ad auram, Si opus est velut*

Ouid. *Eleg.* 9. *lib.* 1. *Trist.*

Hac mea per placidas cymba cucurrit aquas.

Idem *Eleg.* 4. *lib.* 3. *Trist.* Historia currere debet ac ferri (de stylo.) Quintil. ¶ Interdum accipitur pro fluere, ῥέω. Virg. 3. *Georg.* Concrescunt subitæ currenti in flumine crustæ. Plin. *lib.* 11. *cap.* 51. Dolis etiam manibus currit eadem, concauo, vel recto parietum spatio. Sic & Cicero Currere orationem dixit 1. *de finibus.* ¶ Frustra currit, εἰς κενὸν τρέχει, pro eo quod est, Frustra laborat. vsus est D. Paulus compluribus locis. Sumptum ab iis, qui in stadio cursu certant. Celebris est hic senarius, ἄσκοπος ὥσπερ εἰς κενὸν μοχθῶ τρέχων: id est, temerarius labore currit irrito. ¶ Huic finitimum est, Nec currimus, nec remigamus, οὔτε θέομεν, οὔτε ἐλαύνομεν.

Cūrrens, participium. {רָץ rats. τρέχων. Gall. *Qui court.* Ital. *Chi corre.* Germ. Lauffend. Hisp. *El que corre.* Angl. *That runneth.*} Dabo te ad pistores vt ibi cruciere currens. Plaut. *Asin. sc.* 4. *a.* 3. Vnde Currentem incitare, τὸν τρέχοντα ὀτρύνειν, prouerbialiter dicimus, pro incitatum iam, & in rem aliquam incumbentem instantius hortari, vel impellere. Cic. *ad Attic.* Quid me hortaris vt eos dies consumam in Philosophia explicanda, currentem tu quidem. Ducta est metaphora ab his qui cursu certant, quibus acclamatio solet addere velocitatem. Simile est, Currenti calcar addere. Plin. iunior *in epist. quadam ad Pompeium Saturninum.* Flagitabas vt tibi aliquid ex meis scriptis mitterem, cùm ego idipsum destinassem. Addidisti ergo calcaria sponte currenti. Translatione sumpta ab equitibus, qui nonnunquam etiam spontè currentibus equis, quo currant celeriùs, calcar addunt. Ita nobis calcar addit, qui exstimulant languentes: addit currentibus, qui cupiditatem ac studium nostrum auget acuitque.

Cūrritur, imperson. Terent. *in prolog. Heaut.* Si qua laboriosa est, ad me curritur.

[Cursilis, ad currendum facilis. Cath.]

Cūrso, as, Sæpe, vel multum curro. {ἀνατρέχω. Gall. *Courir souuent, maintenant çà, maintenant là.* Ital. *Corre spesso.* Germ. Vil vnd offt lauffen, lauffen eins laüffs. Hisp. *Correr a menudo.* Angl. *To runne much often.*} Cicer. *de Diuinat.* Fuscaque nonnunquam cursans, per littora cornix. Idem *pro Rosc. Amer.* Postea homines cursare vltrò & citrò non destiterunt. Idem *de senect.* Quum alii malos scandant, alii per foros cursent. Terent. *in Hecyr.* Trepidari sentio, & cursari hor-sum, sursum.

Cūrsito, frequentatiuum. {διατρέχω. Gall. *Courir çà & là.* Ital. *Correre quà & là.* Germ. Hin vnd her lauffen. Hisp. *Correr à menudo.* Angl. *To runne vp and downe, hither and thither.*} Diomedes, Sunt & quædam iteratiuorum iteratiua, quæ sæpe in tres gradus deducunt, verba, quale est Video, deinde Viso, & quod plus est, Visito. Item Curro, deinde Curso, & Cursito. Terent. *in Hecyr.* Hodie mihi haud potestas data est, ita cursitando atque ambulando totum hunc contriui diem. Idem *Eunuch.* Ne quis fortè internuntius clàm à milite ad istam cursitet.

Cūrsus, us, & Cursio, Currendi actum significant: & tam de nauigante & equitante, quàm pedibus iter faciente potest intelligi. {מְרוּצָה merutsah. δρόμος. Gall. *Cours, course.* Ital. *Corso, il correre.* Germ. Ein lauff. Hisp. *Corrida.* Angl. *A course, a running, a rase.*} Plin. *lib.* 12. *cap.* 19. Hi recto cursu per sinus impellunt. Cic. *ad Cass.* Sin oppressus ibi erit, omnis hominum cursus est ad vos. ¶ Cursus sanguinis è naribus, i. sanguinis fluor. Cels. *lib.* 4. *cap.* 2. vel sanguinis ex naribus cursus, sic vt corpus frigescat. Idem de materia quæ purgatur alui ductione, loquens *lib.* 4. *cap. vlt.* Ne in inferiores partes factus cursus, pedes repleret. Idem *lib.* 6. tenuis pituitæ cursus, i. ἐπιφορά, vel ῥεῦμα ὑδατῶδες ἐπιφορά. Cursus pro modo viuendi. Plin. *in Paneg.* Tenes Cæsar hunc cursum, & probatur experimento, sitne feracius, &c. Vbi secundo cursu vita procedit. Senec. *cap.* 6. *de consol. ad Mart.* Cursus & recursus maris. Idem *de consol. ad Elb. cap.* 7.

Curua nec assuetos egerunt flumina cursus.

Tibul. *lib.* 4.

——— *Cœptos auertere cursus.*

Ibidem. Qui mihi in cursu obstiterit, is vitæ obstiterit suæ. Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 4.

——— *Directo contendere cursu,*

Tibul. *lib.* 4.

Vox erat in cursu, vultum dubitantis habebam.

Ouid. 5. *Fast.*

Spes erat in cursu.

Idem 6. *Fast.* ¶ Cursus exhibitio, pro, rationum relatio, quasi totius procurationis ac muneris sui discursus, siue διαδρομὴ edatur. Hotomanus.

Cūrsūra, æ, idem quod Cursus. {δρόμημα. Angl. *A rase, a running.*} Varr. Et qui alii sunt idonei ad rem militarem, alii ad vecturam, alii ad admissuram, alii ad cursuram. Ex cursura anhelitum ducere. Plaut. *Asin. sc.* 1. *a.* 2.

Cūrsor, qui currit. {רָץ rats. δρομεύς. Gall. *Coureur, coursier.* Ital. *Corsore, corritore, staffiero, corriero.* Germ. Ein lauffer. Hisp. *El corredor, ò correo, ò corredor.* Angl. *A runner.*} Cic. 2. *Tusc.* In stadio cursores exclamant quàm maximè possunt. Plaut. *Merc.* Genus hunc cursorem deferunt. ¶ Cursor item tabellarius dicitur, à celeritate eundi. Matt.

Cursorem sextâ tibi Rufe remisimus horâ.

Cūrsōrius, a, um, quod ad cursum pertinet: vt, Nauis cursoria. {δρομικός. Gall. *Propre pour courir.* Ital. *Ciò che s'appartiene à corso.* Germ. Das zu dem lauff gehört. Hisp. *Cosa ordenada para correr.* Angl. *Proper to runne.*} Sidonius, Typhim cursoriam ascendi.

Cūrsim, aduerb. Currendo, cursu. {δρομαίως. Gall. *En courant.* Ital. *Correndo.* Germ. Mit lauffen, im lauff. Hisp. *De corrida y arrebatadamente, corriendo.* Angl. *By running.*} Plaut. *Pœnul.* Nisi ego illum iubeo

quadrigis cursim ad carnificem rapi. Nunquam ad prætorem æquè cursim curram, vt emittar manu. Plaut. *Pseud. sc. 3. a. 1.* Cic. 11. *Philip.* Alter in Asiam irrupit cursim. Plin. *epist. 49.* Super hanc liber legebatur, & quidem cursim.

Cŭrrŭs, us, Vehiculum. {רכב récheb מרכבה merchabáh. ἅρμα, ὄχημα. GALL. *Char, chariot.* ITAL. & HISP. *Carro.* GERM. Ein wagen oder karch. ANGL. *A cart or chariot.*} Dictum ab eo quòd eo veteres vterentur ad cursum. Virg. 12. *Æneid.* Quadriiugo vehitur curru. Hoc nomine bigæ etiam & quadrigæ continentur. Vnde etiam triumphantium quadrigæ, currus triumphales dicebantur. Ante currum agere hostes victos, Velleius, Ingredi curru lætos triumphos (i. equis albis.) Ouid. 13. *Met.* Currus eburnos. Idem *Eleg. 2. lib. 4. Trist.* Ante currum Persem victum egit Paulus. Senec. 13. *de consol. ad Mart.* Currum vacuum Pauli populus aspexit (ob liberos amissos.) Idem *ibid.* Ascendo in currum, vt hunc proteram. Plaut. *Men. sc. 2. a. 5.* ¶ Per translationem ponitur pro triumpho. Cic. *ad Caton. lib. 5.* Quem ego currum, aut quam lauream cum tua laudatione conferrem? ¶ Currus bouem trahit, ἡ ἅμαξα τὸν βοῦν ἐλαύνει. de re quæ præposterè geritur. Quod Galli sua lingua eleganter dicunt, *Mettre la charrue deuant les bœuf.* Lucian. *in Terpsione.* ¶ De curru delapsus, ἐξ ἁμάξης ἀπό. In hodiernum vulgò quoque durat adagium, in eum qui oblitus propositi, aliò se transfert, aut qui in sententia labascit. Aristoph. *in Ranis.*

¶Curraculus, aliquantulum currax, vel velox. Cath.¶

Cŭrrĭcŭlum, diminutiuum. Breuissimum vehiculi genus, quòd eo veteres ad cursum in ludis Circensibus vterentur. {τὸ ἁρμάτιον. GALL. *Petit char, ou chariot.* ITAL. *Picciolo carro, carretta.* GERM. Ein kleiner wagen oder karch/ welchen man braucht zu dem rennen/ ein rollwegelin. HISP. *Carro pequeño.* ANGL. *A litle cart or chariote.*} Plautus *Merc.* Quin pedes vos in curriculum coniicitis? Curt. *lib. 8.* Aliorum turbati equi, in amnem præcipitauere curricula. Curriculo biiugi. Sueton. *in Calig. cap. 19.* Curriculo grauis est facta ruina meo, Ouid. *Eleg. 8. lib. 9. Trist.* ¶ Curriculum etiam ponitur pro cursu ipso. {מרוצה merutsáh. δρόμος, δίαυλος. GALL. *Cours, course.* ITAL. *Corso.* HISP. *Carrera pequeña.* ANGL. *A course, a running.*} Cic. *de legib.* Ludis publicis, quod sine curriculo, & sine certatione corporum fiat, popularem lætitiam in cantu & fidibus, & tibiis moderanto, eam cum diuûm honore iungunt. ¶ Curriculum vitæ. Cicer. *pro Rabir.* Exiguum nobis vitæ curriculum natura circumscripsit, immensum gloriæ. ¶ Item, Curriculum significat tempus. Virg. *lib. 8.*

Inde vbi prima quies medio iam noctis abactæ

Curriculo, expulerat somnum, id est, medio tempore.

¶ Curriculum item locum, siue interuallum vbi curritur denotat, à carceribus ad calcem: Græci ἱππόδρομον appellant. {GALL. *Le lieu pour courir.* ITAL. *Luogo da correre.* GERM. Ein außzyleter platz in welchem man laufft. HISP. *La carrera ò lugar donde corren.*} Horat. 1. *Carm.* Sunt quos curriculo puluerem Olympicum Collegisse iuuat.

Cŭrrĭcŭlō, aduerbium, pro Cursim. {δρομαίως, δρόμῳ. GALL. *En courant hastiuement.* ITAL. *Correndo prestamente, ratto, in fretta.* GERM. Im lauffen/ schnell/ eilends/ stracks/ leuflingen. HISP. *De corrida, arrebatadamente.* ANGL. *Spedelie, by running.*} Plaut. *Epid.* Nam vt apud portum te conspexi, curriculò occœpi sequi. Terentius *Heauton.* Curriculò percurrere. Transcurrere curriculo ad nos. Plaut. *Mil. sc. 6. a. 2.* Sed summe infelix qui non curro curriculò domum. Idem *Mostell. sc. 1. a. 2.* Ire curriculò. Gell. *cap. 8. lib. 17.*

¶Currodrepănus, currus falcatus. Pancirol.

Curtulus, equus tolutarius. Gloss. Apul.¶

Curopolis, vrbs Cariæ. Steph.

Cŭrrūca, parua auis, quæ alienos pullos pro suis educat. {ὑπολαΐς, ὑπολαΐς. GALL. *Vn verdon, petit oiseau, qui nourrit les petits d'vn autre, pensant que ce soyent les siens.* ITAL. *Vccello picciolo, che alleua gli altrui figliuoli pensando che siano suoi.* GERM. Ist ein vögelin das frembde iunge für die seinen ernehrt vnd auffzeucht/ etlich nennen es ein grasmuck. HISP. *La aue que cria los hyos del cuclillo.* ANGL. *An hedge sparow, or titling.*} Iuuen. *Satyr. 6.*

Tu tibi nunc curruca places, fletúmque labellis Exorbes.

¶Currucare, imitari currucam, alienam vxorem subagitare. Cath.

Cursola, *Corzola*, insula maris Adriatici, & V. E. in ea, ditionis Venetorum.¶

Cŭrsŭs, Cursim, Cursito, Cursor, Cursura, Curso, vide *Curro.*

¶Curtesos, benignus. L. g. b.¶

Curtis in veteribus formulis pro villa accipitur. Cortella, diminutiuum, parua curtis.

Cŭrtĭŭs, prænomine Marcus, adolescens Romanus nobilis fuit, qui se pro salute patriæ diis Manibus deuouit. Nam quum terra in medio foro ingenti hiatu desedisset, responsúmque esset non cohituram labem, nisi quispiam ex primæ spei adolescentibus sese in hiatum deiecisset: Curtius acceptam à patria vitam, eidem impendere non dubitauit, conscensóque equo sine mora, se in specum præcipitauit: vnde etiam Curtius lacus nomen creditur seruasse. ¶ Curtius prænomine Quintus, nobilis historicus fuit, qui Alexandri magni gesta memoriæ prodidit.

Cŭrtĭŭs, fons insigni aquæ ductu memorabilis, vt qui à quadragesimo lapide in vrbem fuerit perductus opere arcuato tantæ altitudinis, vt in omnes vrbis montes facilè distribueretur. Vide Plin. *lib. 36 cap. 15.*

Cŭrtŭs, a, um, Breuis, paruus, mutilus. {קצר katsér קטן katán גדוע gadhúah. κολοβός. GALL. *Court, petit.* ITAL. *Corto, breue.* GERM. Kurtz, gekürtzt. HISP. *Cosa mellada, mengada, escassa, ò corta.* ANGL. *Short, litle.*} Horatius,

——— *Nunc mihi curto*

Ire licet mulo, vel si libet, vsque Tarentum.

Sic curtum calicem dixit Martialis, pro fracto: & Persius Curtam supellectilem, pro exigua: & Cicero Curtam sententiam, hoc est, decurtatam. Celsus quoque *lib. 7. cap. 9.* in auribus, naribus, seu labris curta appellat partium illarum deformitates, particulæ alicuius defectu prouenientes.

Cŭrto, as, diminuo. {קצר katsár. κολούω, ὦ. GALL. *Accourcir, appetisser, diminuer.* ITAL. *Accorciare, diminuire.* GERM. Kürtzen/ kürtzer oder bes schmäler machen. HISP. *Mellar, ò menguar, ò cortar.* ANGL. *To shorten, to abbriage.*} Horat. 1. *Serm. sat. 3.* Quantulum enim summè curtabit quisque dierum, &c. A quo Decurto, κολούω.

Cŭrvāmen, Curuatura, vide *Curuus.*

Cŭrūlĭs, e, adiectiuum est à curru formatum, abiecto altero r, vt Ædilis curulis, dignitas curulis: & apud Horatium, ebur curule: Cuilibet (inquit *lib. 1. Epist.*) hic fasces dabit, eripiétque curule. Cui volet importunus, ebur. Nam senatores qui curulem magistratum, hoc est, maiorem honorem gerebant, honoris gratia in curiam vehi soliti erant curru, in quo sella erat eburnea, supra quam considerent. Gellius *lib. 3. cap. 18.* ¶ Curulis etiam in fœminino genere accipitur pro ipsa sella: quia facile potest intelligi eius substantiuum. Lucanus *lib. 5.* Prætor adest vacuæque loco cessêre curules. Curulis sella quid, Gell. *cap. 18. lib. 3.* Eam sibi adferri iubet Ædilis, & ponit in lumine, ne quis ingrediatur, idem *cap. 9. lib. 6.* Curulis ædilitas vnde dicta, apertè Plutarch. *in Mario.* Curulis sellæ laxatis compagibus. Suet. *in Aug. cap. 43.* Curules triumphos tres egit (ad discrimen ouationis, pauló antè bis ouans ingressus est vrbem.) Idem *ibid. cap. 22.* pro æde Iouis sella curuli præsidere, *ibid. cap. 26.*

Cŭrvŭs, a, um, Inflexus, tortus. {כפוף chaphúph נעשך nasebách. ἐπικαμπής, σκολιός. GALL. *Courbé.* ITAL. *Torto, piegato.* GERM. Krumb. HISP. *Coruo, ò corcobado.* ANGL. *Bowed, crooked.*} Virg. 1. *Georg.*

Et curuæ rigidum falces conflantur in ensem.

Tibul.

Et propera celeri curua senecta pede.

Virg. 3. *Æneid.*

——— *& littore curuo.*

A quo incuruum, valde incuruum. Terent. *in Eunuch.* Incuruus, tremulus, labiis demissis. Donat. Incuruus, valde curuus. κυρτός. Procuruus, idem Virg. 2. *Georg.*

——— *neque illam procuruam*

Expectant falcem.

Recuruus, idem quod simplex curuus. Idem 7. *Æneid.* Cornúque recuruo Tartaream intendit vocem.

Qualis & incuruum pontus confluxerit orbem,

Tibul. *lib. 4.* Curua scrinia domuum, Ouid. *Eleg. 1. lib. 1. Trist.*

Cŭrvo, as, Flecto, vel curuum efficio. {כפף chapháph השח heschách הכריע hichriah. καμπυλίζω, κάμπτω, κυρτῶ. GALL. *Courber, faire tourte & panché.* ITAL. *Piegare, torcere.* GERM. Krümmen/ biegen. HISP. *Encoruar ò corcobar à otro.* ANGL. *To bowe or crooke.*} Virg. 2. *Georg.*

Ityreos taxi curuantur in arcus.

Lactant. *lib. 2.* Quia curuant cæleste animal ad veneranda terrena. Plin. *lib. 16. cap. 42.* Et palmæ arbor inualida: in diuersum enim curuatur. ¶ Huius composita sunt, Accuruo, quod est iuxtà curuo. Colum. *lib. 4.* Nam fragilis est ea parte materia, qua torta & accuruata, quum deponeretur, ceperat vitium. Recuruo, & Incuruo, vide suis locis.

Cŭrvātus, participium. Flexus. {נשח nasehách. κεκαμπυλωμένος, καμφθείς, ἀγκύλος. GALL. *Courbé.* ITAL. *Piegato, inarcato.* GERM. Gekrümbt/ gebogen. HISP. *Corcobado.* ANGL. *Made crooked or bowed.*} Stat. 5. *Syl.*

Et simulant fessos curuata cacumina somnos.

Cŭrvātio, verbale, Flexio. {ἐπικαμπή. GALL. *Courbement.* ITAL. *Piegamento.* GERM. Ein krümbe. HISP. *Encoruadura, corcoba.* ANGL. *A crooking or bowing.*} Plin. *lib. 17. cap. 23.* In curuatione materiæ, Curuatio vitis, Colum. *lib. 4. cap. 12.*

Cŭrvātūra, æ, Curuatio, flexio, {καμπυλότης. GALL. *Courbeure.* ITAL. *Piegatura.* GERM. Krümbung/ biegung. HISP. *Encornadura, corcoba.* ANGL. *A bowing, crooking.*} Plin. *lib. 17. cap. 19.* Ne curuatura fugiat. Ouid. 2. *Metam.*

——— *aurea summæ Curuatura rotæ.*

Cŭrvāmen, Curuatio, siue curuitas. {ἐπικαμπή, κάμψις. GALL. *Courbement, courbeure.* ITAL. *Piegatura, arcatura.* GERM. Krümbe. HISP. *Encoruadura ò corcoba.* ANGL. *Crookednesse.*} Ouid. 2. *Metam.*

Sectus in obliquum est lato curuamine limes.

Gell. Sub alio atque alio cæli curuamine.

Cŭrvesco, Curuus fio. {κυρτοῦμαι. ANGL. *To bowe downe and waxe crooked.*} Huius compositum est Incuruesco: quo vsus est Cic. 3. *Tusc.* Ramos baccarum vbertate incuruescere.

Cŭrvĭpēs, qui curuos pedes habet, ἀγκυλόπους.

Cŭrvĭfrons, qui frontem curuatam habet, vt pecudes. Pacuuius apud Nonium.

Tu curuifrontes pascere armentas soles.

¶Cuscum, *Cuzo*, V. E. Prouinciæ Peruanæ, in India Occidentali, sub A. Limensi.

Cusio, pro *Curio*, hoc vide.¶

Cuso, cusas, vide *Cudo.*

Cŭspĭs, idis, fœm. gener. Acuta pars gladij, hastæ, claui, & huiusmodi. {דרבן darbán. ἐπιδορατίς, αἰχμή. GALL. *Poincte, ou bout aigu & poinctu.* ITAL. *Punta.* GERM. Ein spitz an einem schwert/ spieß/ nagel. HISP. *Punta, ò agudeza de arma.* ANGL. *The poynte of a weapon, a speare or arrow head.*} Mart.

——— *Ætola cuspide fixit aprum.*

¶ Cuspis longa, pro veru. Idem *lib. 14.* Spumeus in longa cuspide fumet aper. ¶ Cuspides pro tubulis fictilibus. Varr. 1. *de re rust. c. 8.* Inde enim aliquot colligatas libris demittunt in tubulos fictiles cum fundo pertuso, quos Cuspides appellant, qua humor aduentitius transire possit. ¶ Hinc componitur Tricuspis, adiectiuum, τριαιχμος, quod tres habet cuspides, qualis fingitur esse Neptuni tridens. ¶ Per hastæ cuspidem currere, ἐπ' αἰχμῆς δραμεῖν, dicebantur qui in re magnopere periculosa versarentur: αἰχμὴν enim hastam, siue hastæ cuspidem vocant.

Cŭspĭdo, as, Cuspidem rei alicuius induco. {הציב דרבן hitsîb darbán. ἐπιδορατίζω. GALL. *Bailler ou faire poincte, aiguiser en poincte.* ITAL. *Far la punta à qualche cosa.* GERM. Spitzen/ spitzig machen. HISP. *Aguzar ò hazer punta.* ANGL. *To make poynted or sharpe.*} Quo verbo vsus est Plin. *lib. 11.* Taurorum cornibus barbari Septentrionales potant, vrnisque binis capitis vnius cornua implent: alij præfixa his pila cuspidant.

Cŭspĭdātŭs,

Cuspidatus, qui cuspidem habet. {ἀκιδωτός. GALL. Ayant vne pointe, aiguisé en pointe. ITAL. Puntuto. GERM. Gespitzt. HISP. Cosa con punta. ANGL. Poynted or sharpe like a poynte.} Plin. lib. 18. cap. 19. Purget vomerem subinde stimulus cuspidatus rallâ.

Cuspidatim, aduerbium, idem est quod acutè, & ad similitudinem cuspidis. {κατ' ἀκμὴν. GALL. Par la pointe, par le fin bout. ITAL. Acutamente, aguzzamente, in punta. GERM. Dem spitz nach oder mit dem spitz. HISP. De punta ò con punta. ANGL. Poynterwise.} Plin. lib. 17. cap. 14. Donec cuspidatim decisus descendat in rimam calamus.

‖Cussilirem, pro ignauo dicebant antiqui. Fest. vbi Scal. Cussilires priùs dictos puto Cossilires.‖

Custos, odis, qui rem aliquam tuetur & curat. {שומר schomér. Φύλαξ. GALL. Garde, gardien. ITAL. Custode, guardiano. GERM. Ein hüter/oder hüterin. HISP. Guardador. ANGL. A keeper that keepeth any thing.} Terent. in Eunuch. Nunnam tu hic relictus es custos, Ne quis fortè internuntius clàm à milite ad istam cursitet? Quid nisi custos carceris? Plaut. Asin. sc. 2. a. 2. Custodem me illi miles tradidit. Idem Mil. sc. 3. a. 6. Ioni Iuno (Argum) custodem addit. Idem Aul. sc. 5. a. 3. Custodem habeo. Idem Capt. sc. 5. a. 2. Cui (hero) custodem me addiderat herus maior. Ibid. sc. 3. a. 3. Anus hic solet cubitare custos ianitrix. Idem Curc. sc. 1. a. 1. Exsuscitate vestram custodem mihi (i. Ianitricem.) Idem ibid. Sic verba dari licet custodi cattæ. Idem Menaech. sc. 2. a. 1. ¶ Interdum etiam Custos significat prohibitorem: vt apud Virg. de Priap. Et custos furum atque auium. Ibi enim custos furum non dicitur, qui eos custodit, sed qui eos arcet. Vnde custodem osti dicimus, qui curat ne quis iniussus ingrediatur. Φρουρὸς: Custos horti qui prohibet aliquem in eum ingredi, vel damnum facere: κωλυτής. Vice cautos custodes meos. Plaut sc. 4. a. 3. vers. vlt. His discipulis priùs custodes dabo. Idem Pseud. sc. 2. a. 5. Tu eis custos additus. Idem Mil. sc. 3. a. 2. Et, Concubinæ miles custodem addidit. Idem Merc. sc. 1. a. 2. Item, Custodem factis & dictis alicuius flagitare. i. (obseruationem.) Suet. in Tib. cap. 13. ¶ Custos sacrorum, qui sacram ministrat atque obseruat. Ἱερεύς. Virg. 8. Æneid.

At domus Herculei custos Pinaria sacri.

Cic. lib. 2. Offic. Malus enim custos est diuturnitatis metus. id est, malus seruatos diuturnitatis metus. ¶ Custos etiam dictus fuit in iudicio, cui curæ erat accusatorem obseruare ne à reo corrumperetur. Idem in Diuinatione in Verrem, Custodem, inquit, Tullio me apponite. Quid: mihi quàm multis custodibus opus erit, si te semel ad capsas meas admisero? qui non solùm nequid enuntiès, sed etiam auferas, custodiendus sis. Et paulò pòst, Etenim fides mea custodem repudiat. id est, diligentia speculatorem reformidat. ¶ Custodes etiam in vitibus dicuntur nouelli palmites, duarum, vel trium, non amplius gemmarum, qui alio nomine resecès, aut præsidiarij palmites vocantur. Plin. lib. 17. cap. 22. ¶ Custodes etiam dicebantur canes, & contrà.

Custodio, is, iui, itum, Seruo, obseruo, asseruo, tueor, priuata custodia contineo. {שמר schamár נצר natsár. Φυλάττω, τηρῶ. GALL. Garder. ITAL. Custodire, guardare. GERM. Bewaren/behüten/behalten. HISP. Guardar. ANGL. To keepe.} Gell. lib. 2. Parsimonia apud veteres Romanos, & victus, atque cœnarum tenuitas, non domestica solùm obseruatione ac disciplina, sed publica quoque animaduersione legúmque complurium sanctionibus custodita est. Cic. Dolabellæ, Fac vt diligentissimè teipsum mi Dolabella custodias. Custodire aliquem oculis. Velleius, Nunc te ipse custodis. Senec. cap. 8. de consol. ad Mart. Quid cessatis compedes amplecti crura, vt vos custodiam. Plaut. Capt. sc. 4. a. 3. Noctu neruo vinctus custoditur. Ibid. sc. 5. a. 3. Nusquam se magis custodit index. i. cauet ne fallatur. Quintil. Custodio, pro obseruo. Qu. Cic. de petit. Consul. Fac itaque vt se abs te custodiri atque obseruari sciant. Cicer. in Catilin. Oculi & aures omnium te speculantur & custodiunt.

Custodia, æ, Præsidium, vigiliæ, excubiæ. {משמרת mischméreth משמר mischmár. Φυλακή. GALL. Garde, le guet & garde qu'on fait sur aucuns. ITAL. Guardia. GERM. Ein hütewacht oder achthabung. HISP. La guarda. ANGL. A keeping or the watch.} Horat. lib. 1. Epist.

——vt piger annus

Pupillis, quos dura premit custodia matrum.

Celsus lib. 2. cap. 2. Qui ista nunquam sine custodia sui tuta habuit. In tuam custodiam me, & meas spes trado. Plaut. Most. sc. 1. a. 2. Vrbis custodiæ præpositus Mæcenas, Velleius. In libera custodia. Idem Vinclis custodiisque simus circummœniti (i. custodibus.) Plaut. Capt. sc. 2. a. 1. Inter Caunias custodias eos vidimus, Senec. cap. 11. de Tranq. Existi de custodia ad mortem. Idem cap. 15 de Tranq. vnus è custodiarum agmine (i. reorum.) Idem epist. 78.

—— Custodia muri

Submouet infestos clausaque porta Getas.

Ouid. Eleg. vlt. lib. 5. Trist. Custodiarum seriem recognoscere. Suet. in Calig. cap. 27. Pauci in custodiam conecti. Liu. 4. d. 4. Item pro præsidiis, Ex custodiis publicis, & custodias in ripis disponere. i. stationes, vel præsidia. Idem lib. 2. Custodias, stationesque equitum (vias obsidentium) vitare. Cæs. lib. 1. bell. ciu. Item pro Satellitibus principis, Suet. in Cæs. cap. 86. Custodias Hispanorum cum gladiis sectantium se remouit. ¶ Sæpe etiam positum inuenitur pro ipso loco, in quo quis custoditur, hoc est, pro ipso carcere. {אשמורת aschmoreth. τὸ φυλακτήριον. GALL. Le lieu où on est gardé & serré, comme vne prison. ITAL. Guardia, priggione. GERM. Ein gefencknuß / das ort an welchem einer verhüt wirt. HISP. Carcel, ò cepo, ò corma. ANGL. A place to keep any thing in, as a prison.} Col. lib. 1. Nam illa solemnia sunt omnibus circumspectis, vt ergastuli mancipia recognoscant, vt explorent diligenter vincta sint, an ipsæ sedes custodiæ satis tutæ munitæque sint. ¶ Quandoque etiam ponitur pro eo qui custodit. {Φύλαξ. GALL. La garde. ITAL. Guardia, guardiano. GERM. Hüter oder wechter. HISP. Guardador, la guarda. ANGL. He that keepeth, the watcheth.} Tibullus,

Sed tertium si grande feras, custodia victa est.

¶ Quandoque pro eo, qui custoditur. {אסיר asir. ὁ ἐν τῇ φυλακῇ. GALL. Celuy qui est gardé prisonnier. ITAL. Prigioniero, guardato. GERM. Ein verhüteter oder gefangner. HISP. Guardado, prisionero.} Suet. in Domit. Nec nisi secretò atque solus, plerasque custodias, receptis quidem in manu catenis audiebat. Et Digest. de re militari custodia scribitur, Ne quis receptam custodiam sine causa dimittat. & alibi, Et si custodia se interfecerit, vel præcipitauerit, militis culpæ adscribitur. Senec. Quemadmodum eadem catena & custodiam & militem copulat. Seruius, Nam vt hi, qui custodiuntur, custodia dicuntur, vsurpatum est, &c. Item, custodia idem significare videtur quod vincula: prior tamen vox non nisi publicam complectitur, posterior & publicam & priuatam. l. vinculorum, de verbor signif. Magistratus autem ex qualibet leuissima suspicione, eum quem nocentem arbitrabitur, in carcerem ducere potest. Bald. in l. nullus. C. de exhib. reu. Accipitur etiam custodia pro Carcere. in l. ad commentariensem. C. de custod. reor. quoniam in illum rei, non pœnæ causa, sed custodiendi mittuntur. Sed & custodia non rarò pro ipso in carcerem coniecto vsurpatur, vt suprà dictum est.

‖Custodiarij, qui à custodiis erant. Salmas.‖

Custodite, aduerbium. {πεφυλαγμένως. GALL. Sagement, se donnant garde. ITAL. Sagacemente, con guardia. GERM. Behutsamlich. HISP. Con mucha guarda. ANGL. VVisely and warely.} Plin. Epist. 11. Quàm studiosè, quàm intelligenter lectitabat? vt parcè, custoditéque ludebat?

Custoditum, quod cum custodia est. {πεφυλαγμένον. ANGL. That is kepte and saued.} Incustoditum, quod sine custodia est, ἀφύλακτον. Mart.

Incustoditis & apertis Lesbia semper Liminibus peccas.

Custodela, à veteribus custodia dicebatur. Festus.

Cutilia, agri Reatini lacus est, in quo syluosa insula innatat, quæ nunquam die & nocte eodem permanet loco. Autor Plin. lib. 2. cap. 95. & lib. 3. cap. 12.

Cutis, Pellis, siue corium. {עור hor. χρὼς, δέρμα. GALL. Peau. ITAL. Cotenna, pelle, cuoio. GERM. Ein haut oder fell. HISP. Cuero, ò pellejo sutil. ANGL. The skinne, tinne rinde.} [Græcis est venter cauus. Horatius,

In cute curanda plus æquo operata iuuentus.‖

Plin. lib. 11. cap. 39. Ergo cutis ipsa sensu caret, maximè in capite, vbicunque per se, ac sine carne est: vulnerata non coit, vt in bucca, ciliòque. Plancus ad Cic. lib. 10. Sed non possum non exhorrescere, si quid intra cutem subest vulneris, quod prius nocere potest, quàm sciri, curarique possit. Iuuen. Satyr. 6.

Tres rugæ subeant, & se cutis arida laxet.

¶ Ad cutem vsque radere, ξυρεῖν ἐν χρῷ, dicebatur qui nimium exactè videbatur agere cum aliquo. ¶ Intus & in cute notus, & modis omnibus cognitus. Persius. ¶ Cutis arboris. Plin. lib. 12. cap. 19. Casia tenui cute verius quàm cortice. ¶ Cutis vuæ & cerasi. Idem lib. 15. cap. 28. Crusta teguntur glandes, cute vuæ. Item, Cutis sententiarum. Gell. lib. 18. cap. 4. Non primam tantùm cutem, ac sententiarum speciem, sed sanguinem quoque ipsum ac medullam verborum Salustij eruere. Et Quintil. Summam cutem alicuius effingere.

Cuticula, diminutiuum. {δερμάτιον. GALL. Petite peau. ITAL. Pelle, picciola. GERM. Ein heutle oder fell. HISP. Pequeño pellejo. ANGL. A litle or thinne skinne.} Iuuen. Satyr. 11.

Nostra bibat vernum contracta cuticula solem.

Persius,

——— & assiduo curata cuticula sole.

Cuticulares, δερματικοί: vt pori, id est, cuticulares meatus Plinio, Inuisibilia foramina Celso. Caulæ Lucretio multis locis.

‖Cutrucum, machinæ genus. L. g. b.

Cutzos, claudus, mutilus. L. g. b.‖

C Y

Cyalus, κύαλος, vrbs Lydiæ à Ioue condita: gentile Cyalius. Steph.

Cyamea, κυαμέα, gemma, quæ fracta, fabæ similitudinem præfert. Plin. lib. 37. cap. 11. Cyamea nigra est, sed fracta ex se fabæ similitudinem parit.

Cyamos, κύαμος, herba est Ægypto peculiaris, latissimis foliis, quæ & Colocasia dicitur: & Faba Alexandrina. Plin. lib. 21. cap. 15. In Ægypto nobilissima est colocasia, quam cyamon vocant aliqui. Vide plura in dictionibus Colocasia, & Ciborium.

Cyamus, κύαμος, faba genus leguminis, à cuius esu Pythagoram religiosissimè ferunt abstinuisse.

Cyane, κυάνη, Nympha Sicula fuit, quæ in fontem sui nominis conuersa fertur, cuius transformationem describit Ouid. lib. 5. Metam. Corripit autem hoc nomen tam penultimam, quàm primam syllabam. Idem 9. ibidem.

Inter Sicelides Cyane pulcherrima nymphas.

Et paulò pòst,

Venit & ad Cyanen.

Nimis fœdè, itaque lapsi sunt qui mediam indifferentem esse affirmant, freti corrupta Ouid. autoritate lib. 9. Met. Vbi sic legunt, Cognita Cyane præstanti corpore nympha. Ibi enim germana lectio non habet Cyane, sed Cyanee per quatuor syllabas. Neque ibi Poëta de Cyane Siciliæ nympha loquitur, sed de Cyanee Mæandri fluminis filia, quæ à Mileto compressa Caunum & Byblida genuit. ¶ Fuit præterea Cyane quædam puella Syracusana, quæ à patre in tenebris vim passa, eum postea ex anulo cognitum capillis ad aram pertraxit, illúmque primùm, deinde seipsam interfecit. Vide latiùs paulò pòst in dictione Cyanippus.

Cyane, es, κυάνη, oppidum est Lyciæ, apud Plin. lib. 5. cap. 27. ¶ Est item Cyane fontis nomen in agro Syracusano, in quem poëtæ fabulantur eiusdem nominis nympham fuisse commutatam, quum Plutoni Proserpinam rapienti obsistere conaretur. Hic Anapo mistus, iuxta Ortygiam insulam in mare illabitur. Ouid. 3. de Ponto,

Quàque suis Cyanen miscet Anapus aquis.

Cyaneæ, κυάνεαι, siue Cyanæ, insulæ, seu magis scopuli sub Thracio Bosphoro modico spatio inter se distantes. {GERM. Zwo kleine Inslen vnderhalb dem engen meerschlund in Thracien/ein Pauenare genant.} Vnde factus est locus Poëtarum fabulis, qui Cyaneas inter se concurrere tradiderunt, quod ex aduerso intrantibus geminæ cernebantur: paulò verò paululum in alterum latus deflexa, vna tantùm videbatur. Multa de his insulis mentio est apud Valer. lib. 4. Argonaut. à quo modò Cyaneæ, modò etiam Symplegades appellantur.

Cyănēē, κυανέη, per quatuor syllabas, Mæandri Phrygij fluminis filia fuisse fertur, quæ à Mileto compressa Caunum & Byblida genuit. Ouid. *lib.9. Metam.*

Hic tibi, dum sequitur patria curuamina ripæ,
Filia Mæandri toties redeuntis eodem
Cognita Cyanee præstanti corpore nympha,
Byblida cum Cauno prolem est enixa gemellam.

Producit autem hæc dictio primam syllabam & vltimam, duas autem medias corripit, vt conficiat choriambum, Cyane verò pro Siciliæ nympha tres tantùm habet syllabas, quarum vltima longa est, duæ priores corripiuntur, vt sit anapæstus. Quod ideò admonere visum est, quòd non paucos etiam magni nominis viros hic in errorem videamus impegisse.

Cyanippus, κυάνιππος, Syracusanus fuit, qui quum Bacchi Orgia contemneret, ab irato deo tanta perfusus est ebrietate, vt filiæ Cyaneæ in tenebris, quamuis reluctanti, vitium intulerit. Filia verò, cognito ex anulo, quem violatori detraxerat, parente, tunc quidem vt potuit, dolorem dissimulauit. Postea autem ingenti exorta pestilentia, quum ab Apolline remedium promitteretur, si ab autore flagitij pœnas sumerent, admirantibus omnibus quódnam esset tantum scelus, quod etiam Superis curæ esset autoris morte expiari: conscientia rerum Cyane arreptum capillis patrem ad aram pertraxit, eóque primùm mactato, sibi quoque manus intulit. Autor Plut. *in Parallelis.*

Cyanos, κύανος. Fluuius est Colchidis, qui iuxta Æam oppidum in Phasim influit. Autor Plin. *lib.6. cap.4.*

Cyănus, κυανοῦς, siue κύανος, autore Plin. *lib.37. cap.9.* Gemma est ex iaspidum genere, colore cæruleo. Vnde quibusdam eadem esse creditur quæ hodie à Gallis *vne Tourquoise*, ab Italis *Turchina* vocatur: à Germanis ein türckiß, ab Hispanis *Turquesa*. Alij hoc nomine Lasuli lapidem malunt significari, qui contusus in puluerem præstantissimum pictoribus cærulei coloris genus suppeditat. Quorum opinio idcircò mihi verisimilior videtur, quòd Plinius loco iam citato prodiderit, cyanum sæpe aureo puluisculo intermicare, quod in lasuli lapide frequenter vsuuenit, vt qui ferè in aurifodinis inueniatur: in ea verò gemma, quam vulgus *Turchinam* vocat (nos cyanum esse credimus) id nunquam compertum est.

Cyănĕus, adiectiuum, idem significat quòd cæruleus, quòd scilicet cyani gemmæ colorem refert. {κυάνεος. Gall. *Turquin, de couleur perse ou bleuë.* Ital. *Turchino.* Germ. Blaw wie ein türckiß. Hisp. *De color de turquesa, turquesado.* Angl. *Brigthblewe.*} Varro, Cyanea penuli amictus grassatur. Cyanos etiam flos est cærulei coloris in segetibus nascens, quem Galli, teste Ruellio, *Planeolum* appellant. Plin. *lib.21. cap.11.* In Italia violis succedit rosa, huic interuenit lilium, rosam cyanus excipit, cyanum amaranthus.

Cyaxares, κυαξάρης, Phraortis regis Persarum & Medorum filius, cui successit in regno. Hic primus Asiæ populos in prouincias distinxit, primúsque in suum quotque ordinem distribuit, hastatos, sagittarios, equites, quum prius omnia promiscua essent atque implicita. Hic & cum Lydis signa contulit, & omnem trans Halyin flumen, Asiam sibi subiecit. Mortuus est quadragesimo imperij sui anno. Eiúsque filius Astyades in eius locum suffectus est. Autor Herod. *lib.1.*

Cyarda, κύαρδα, vrbs Cariæ, à Cyardo rege Carum, Bargasi filio: vt autor est Steph.

Cyăthŭs, {קשו *saph.* κύαθος. Gall. *Vn petit vaisseau à boire comme vn gobelet.* Ital. *Bichiere.* Germ. Ein becher. Hisp. *Vaso pequeño para beuer.* Angl. *A cuppe, a goblet.*} Calicis genus à χεῖν, quod est fundere, dictum, mutatione litteræ aspiratæ in tenuem. Successit autem in simpuli locum in conuiuiis, vt docet Varro. Plinius, Potui verò aqua pluuialis decocta, sed quæ per binos ternósve cyathos bibatur. Iuuenal. *Satyr.5.* Cardiaco nunquam cyathum missurus Amico. Nihil etiam dum harpagauit præter cyathum & cantharum. Plaut. *Pseud. sc.2. a.4.* ¶ Inde translatus est ad mensuram, quorum duodecim sextarium complent. ¶ Ad cyathum stare, vel à cyathis esse, κυαθίζειν, dicebatur οἰνοχόος, qui potus mensuram Cyathis (id quod antiqui solebant) metiebatur. Apuleius pocillatorem dixit, alij pincernam. Plin. *lib.21.* scribit Cyathum per se pendere drachmas decem. Cyatho non emam, prouerbialiter dictum à milite apud Plaut. *in Pœnulo*, vbi sic ait, Proh nebulæ, cuius ego cyatho septem noctes non emam. Loquitur de muliere fastidiosa, sed non perinde formosa: & cyathum dixit pro minimo pretio miles, cui res erat cum cyathis. Cyathus minimum erat poculum, crater amplius. Erat etiam cyathus quoddam mensuræ genus, quo cibaria gallinis dari solebant. Colum. *lib.8. cap.4.* ¶ Cyathus etiam fluuij nomen est in Ætolia, ad Arsinoën, apud Polyb. vt notat Cæl. Rhodig. *antiq. lect. lib.15.*

Cyăthisso, as, Potum subministro. {κυαθίζω. Gall. *Verser à boire dans vn gobelet.* Ital. *Porger da bere.* Germ. Auß einem becher zu trincken bechen, oder einschencken. Hisp. *Dar à beuer.* Angl. *To powre drink out into a goblet.*} Plautus, Non scis quis ego sim, qui tibi sæpissimè cyatisso, apud nos quando potas.

Cybale, ancilla fuit pauperis cuiusdam Symuli, cuius paupertatem describit Virg. *in Moreto*,

Eruit interea Cybale quoque sedula panem.

Cybassus, κύβασσος, vrbs Cariæ vbi Chassus, de qua suprà. Steph.

Cybea, genus nauis onerariæ. Cic. 7. *Verr.* Nauem verò cybeam, maximam triremis instar, &c. tibi datam donatámque esse dico. *Paulò pòst.* Postremò tu tibi hoc nunquam criminosum, nunquam inuidiosum fore putasti, celeberrimo loco palàm tibi ædificari onerariam nauem in ea prouincia quam tu cum imperio obtinebas? *Ibid.* Reprimebat enim tibi & imperandi vim & rogandi conatum præclara illa non pop. Rom. reddita biremis, sed prætori donata cybea.

Cybēle, es, (nam, vt docet Seruius, anapæstus est in dictione Cybele) κυβέλη. Fuit vxor Saturni, ita dicta à Cybelo Phrygiæ monte, seu oppido, vbi eius sacra primo sunt instituta. {Germ. Die fraw Saturni ein muter der Göttern.} Scribit Festus Cybelem à nonnullis ideo appellatam, quia ageret homines in furorem: quippe Græci κυβηστᾶν, in caput saltare dicunt, qua voce vtitur etiam Homer. 16. *Iliad.* Sacerdotum autem Cybeles proprium erat caput rotare. Suidas scribit Rheam quoque vocari, & montanam esse deam: ideo vehi leonum iugo, Cynædi ei sacri sunt. Hæc primùm Ops & Terra dicta fuit, quòd sit dea telluris, quæ & Vesta dicitur: propter quod curru vehi à poëtis fingitur, quia terra pendet in aëre, & rotis sustineri, quia rotatur semper, & voluitur mundus. Mater deûm, quia omnia gignit. ¶ Diodorus *lib.4. cap.5.* cui assentitur Eusebius *de præparatione Euang.* ideò Cybelem matrem omnium dictam tradit, quòd cùm esset medicinæ perita, puerorum morbis remedia adinuenit, quamobrem & Orpheus de ea sic ait, μήτηρ μὲν θεῶν ἠδὲ θνητῶν ἀνθρώπων. Et mater Phrygia, à monte Phrygiæ, quem plurali numero Dindyma vocant. In eo sacra sibi per Corybantes instituit, à quo Dindyme, & Dindymene à nonnullis vocatur. Item Berecyntia, à monte Phrygiæ, qui βερέκυνθος appellatur. Et Pales, quòd sit pabulorum dea: Rhea, ἀπὸ τοῦ ῥέω, fluo, quòd terra affluens sit omnium rerum. Idæa & Phrygia, & Pessinuntia à Pessinunte Phrygiæ emporio. Claudian. Turrigerámque petit Cybelem. Martialis, Et Cybeles picto stat Corybante tholus. Ex Apulij sententia eadem erat dea Cybele, Bellona, & Isis. Cybele locus Phrygiæ, vnde Dea dicta. Ouid. 4. *Fast.* Inter ait viridem Cybelem altásque Celænas. ¶ Quandoque tamen metri gratia scribitur per duplex ll, & fit Cybelle: vt sit Bacchius pes, ex prima breui, & duabus longis. Propertius,

Vertice turrigero iuxta dea magna Cybelle.

Lucan. *lib.1.*

Et lotam paruo reuocant Almone Cybellen.

Cybelea, κυβέλεια, Vrbs Ioniæ, Steph. Herod. Cybelen, κυβέλην, Phœnicæ ciuitatem esse scribit. Est & Cybella, κύβελλα, Phrygiæ, & Cybellon, κύβελλον, templum, à quo Rhea Cybele dicitur: & κυβελλαγερεῖν, κυβελίζειν. Steph.

Cybelus, mons Phrygiæ.

Cybelea, κυβέλεια, vrbs Ioniæ, teste Steph.

Cybeleia pro Cybele. Ouid. 4. *Fast.*

Cybira, κύβιρα, oppidum est Lycaoniæ, non procul à Meandro fluuio. Cic. 5. *in Verr.* Hosce opinor Cybiræ, quum in suspicionem venissent ciuibus, fanum expilasse Apollinis. Et *paulò pòst*, Cybiram cum manibus syngraphis venerat.

Cybirates, vel Cybirata nomen gentile. Cic. 5. *in Verr.* Eò quum venio Prætor quiescebat, fratres illi Cybiratæ inambulabant.

Cybiraticus, a, um, possessiuum. Cic. 6. *in Verr.* Immittebantur illico Cybiratici illi canes: qui inuestigabant ac perscrutabantur omnia. ¶ Sunt qui scribant *Cibyra* transpositis vocalibus.

[Cybista, siue Cybistra, orum, primùm A. postea M. sub P. Constantinopolitano.]

Cybistēres, κυβιστῆρες, Vrinatores dici possunt, qui aquarum gurgites subeunt. {Angl. *Dowkers.*} Quo nomine saltatores quidam appellati sunt, qui in caput conuolui, manibus pedibúsque adductis didicerant, à cubo, id est, tessera, verbo deducto, qui quum in alueolum iacitur, hoc modo conuoluitur. Vnde

Cybistēmă, neutri generis, illud genus saltationis & exercitij dicitur, à Luciano *in cap. de gymnasijs.* Bud. *in Annot.*

Cybĭŭm, κύβιον, piscis genus, quod ita scissum est, vt medium æquè pateat in omnes partes ad similitudinem tesserarum. Plin. *lib.32.*

——Cybium est concisa pelami.

Martial. *lib.5.*

Diuisis cybium latebat ouis.

Idem *lib.11.*

Et caudam cybij, breuésque Manas.

& *paulò pòst*,

Et duo frusta rogat cybij, tenuémve lacertum.

¶ Cybium scribit Bud. etiam appellari illud vas à Græcis, quòd Latini quadrantal appellabant. Dictum ea ratione quæ superiùs posita est in Cybio pisce.

Cubus, κύβος. Vrbs Ionum in Libya Phœnicum, vide Stephanum. Inde Cybites. Stephanus.

Cyceon mysta est & confusa liquorum potio.

Cychramus, siue Cynchramus, κύγχραμος, vel κύχραμος Aristoteli *hist. lib.8. cap.12.* (alij legunt κέγχρος), apud Hesychium κυχραῖος, Gallis *Tracket.* Est enim eius speciei auis, quæ discedentibus coturnicibus ducem se præbet, vt Glottis, Ortygometra, & Otis Plin. *lib.8. cap.23. de Coturnicib.* Semper hinc remeantes comitatum sollicitant, abeúntque vnà persuasæ Glottis, & Otis & Cychramus. Cychramus perseuerantior festinat etiam peruenire ad expetitas sibi terras. Itaque noctu is eas excitat, admonétque itineris.

Cychreus, κυχρεύς, Neptuni & Salaminis filius, qui ob morum asperitatem ὄφις, hoc est, serpens cognominatus est. Hunc Eurylochus, quum insulam vastaret, expulit. Suscepit autem eum Ceres in Eleusine, suúmque fecit sacerdotem. Ab huius etiam nomine Salamis insula aliquandiu Cychrea appellata est. Vide Steph.

Cyclădes, κυκλάδες. Insulæ sunt maris Ægæi, teste Strab. *lib.10.* circa Delum in orbem sitæ: vnde & nomen acceperunt. Ouid. 1. *Trist.* Cycladas Ægeas obstupuisse reor. Alij dicunt vocari Cyclades, non quia in rotunditatem sitæ sunt, sed quòd longo ordine eas circuire necesse sit propter promontoria. Vnde & Virg. dixit 3. *Æneid.*

——sparsásque per æquor Cyclades.

Sunt autem numero quinquaginta tres. Aduertendum obiter & morem esse veteribus autoribus, vt quæ sint Sporades, Cyclades etiam vocent, contráque, Hermolao teste. Cycladarum meminit Plin. earúmque nomina persequitur *cap.12. lib.4.* & item Pomp. *lib.2.* Varro *lib.10.*

Cyclaminus, fœm. gen. & cyclaminum neutrius, {κυκλάμινος. Gall. *Pain de porceau.* Ital. *Pan porcino, ciclamino.* Germ. Erdtscheib. Hisp. *Pan de puerco.*} Herba est quam nostræ ætatis rustici *panem porcinum* vocant, quòd eius pabulum porcis in primis iucundum esse, bubulci experiuntur. De hac Plin. *lib.21. cap.9.* In vepribus, inquit, nascitur cyclaminum, de quo plura aliàs. Flos eius colossinus in coronas admittitur.

Cyclăs, adis. {מעטפת *mahatapháh.* κυκλάς. Angl. *A kirtle.*} Vestis fœminea rotunda. Nam Græci, κύκλον, circulum, & κυκλέω, circundo dicunt. Iuuenal. Hæ sunt, qui tenui sudant cyclade. Propert.

——& cyclade longa. Versis humum,

Videtur

Videtur autem esse vestis tenuissima, explicatilis & speciosa, qualem solent hodie Romanæ & Hetruscæ ac Senenses mulieres in Italia gestare.

Cyclădătŭs, Cycladе veste indutus. Suet. *in Calig. cap.* 52. Armillatus in publicum processit: aliquando sericatus, cycladatus.

Cycli, κύκλοι, quasi circuli. Loca erant Athenis vbi mancipia vænibant. {GERM. Marcktplätze zu Athen in welchen man aigene leut feil hat.} Id autem nomen est tractum à circulari circumsistentia vendentium. Cyclus enim rotundum significat. Quare Menander ait, Itaque ego mihi videor per deos immortales videre me ipsum indutum currere circum, ac vænire.

[Cycliеus scriptor, qui κύκλον scribit, poëma, quod prolixo ordine ac recto tractat totam rem e requitur. κύκλος dicitur à Græcis, id est, orbis. Scal. castig. in Catull.]

Cyclobŏros, fluuius quidam Atticæ, ingenti strepitu defluens. Vnde prouerbium, Cyclobori vox, κυκλοβόρου φωνή, de clamosis & vehementer obstreperis dicebatur, aut quibus vox esset vitiosa raucaque.

CYCLŌPES, Κύκλωπες, Gygantes, seu populi antiquissimi in Sicilia iuxta Ætnam, vno oculo in fronte, qui omnium primi æris fabricam inuenisse traduntur. {GERM. Einäugige Rysen bey dem berg Aetna in Sicilia so das schmidtwerck sollen erfunden haben.} Hinc factus est locus fabulæ, vt Vulcani ministri dicantur, & Ioui fulmina fabricare. Inter eos præcipuè celebrantur à poëtis Brontes, Steropes & Pyracmon. Virg. *lib.* 8. *Æneid.*

Ferrum exercebant vasto Cyclopes in antro,
Brontésque, Steropésque, & nudus membra Pyracmon, &c.

Dicti autem putantur Cyclopes, ab eo quòd oculum vnum orbicularem in fronte haberent: κύκλος enim circulum significat, ὤψ lumen, siue oculum. ¶ Cyclopis donum, κύκλωπος δῶρον, pro eo quod est, munus inutile. Lucianus ἐν [illegible].

Cyclōpeŭs, adiectiuum, κυκλώπειος, vt Tela Cyclopea, id est, fulmina. Claudian. *lib.* 3. *de rapt. Proserp.* ¶ Cyclopea vita, κυκλώπειος βίος, pro vita vehementer efferata ac barbara, quæ neque legibus, neque disciplina ciuili constet, neque religione Deorum gubernetur.

Cycnŭs, vide *Cygnus.*

Cyda, Κύδας, proprium viri Cretensis, de quo sic Cic. *Philip.* 5. scribit, Antesignanos, inquit, & manipulares & Alaudas iudices se constituisse dicebat: ille legit aleatores, legit exules, legit Græcos. O consessum iudicum præclarum! ô dignitatem consilii admirandam! pauet animus apud consilium illud pro reo dicere. Cydam Cretensem, portentum insulæ, hominem audacissimum & perditissimum, sed fac ita non esse: num Latinè sciebat? num ex iudicum genere & forma? num leges nostras moresve nouit? num denique homines? est enim vobis Creta notior, quàm Roma Cydæ. Hæc Cicero.

Cydathenæum, Κυδαθήναιον. Vicus in Pandionide tribu, patria Demochari Comici. Steph.

Cydias, Κυδίας. Pictor, Argonautas pinxit: quam tabulam HS. CXLIV. talentis Hortensius orator mercatus est, eique ædem in Tusculano suo fecit, emicuit Olympiade CXIV. Plin. *lib.* 35.

Cydippe, Κυδίππη. Puella quædam pomo decepta ab Acontio, vt superiùs traditum. Ouid. Littera Cydippen pomo perlata fefellit: Insciaque est verbis capta puella suis. Est etiam nomen nymphæ apud Maronem *lib.* 4. *Georg.*

Cydna, Κύδνα, olim dicta fuit Macedoniæ ciuitas, quæ postea corrupto nomine *Pydna* appellata est. Autor Steph.

Cydnus, Κύδνος, Ciliciæ fluuius, non spatio aquarum, sed liquore memorabilis: quippe leni tractu è fontibus labens puro solo excipitur, nec torrentes incurrunt. Huius meminit Iustin. *lib.* 11. Tibul. *lib.* 1.

At te Cydne canam, tacitis qui leniter vndis
Cæruleus placidis per vada serpis aquis.

Solinus scribit amnem à candore, Syrorum lingua nomen sortitum. Vitruu. *lib.* 8. *cap.* 3. Cydni aquas podagra laborantibus apprimè salubres esse, cruribus in eis mersis: de cuius rei experientia Cassii Parmensis poetæ ad M. Antonium epistola extitit, vt Plin. *lib.* 13. adnotauit. Constat Apollonium aliquando per epistolam Tarsenses suggillasse, quòd circa Cydni aquas ociantes, tanquam fluuiatiles aues sederent, quietæ aquæ pulchritudine, quasi ebrii facti, vt Philostratus scribit *lib.* 1. *de eius vita.*

Cydnus, fluuius amœnus & saluber, ex Tauro monte oriens, vt inquit Strabo. Tarsum vrbem diuidit, à candido colore nomen habens: Syri enim quicquid candidum est, Cydnum vocant. Priscian.

Flexilis & Cydnus diuinis qui flumine Tarsum.

Cydonia, Κυδωνία. Insula est ante Lesbon, dicente Plin. *lib.* 2. *cap.* 103. In Cydonia (inquit) ante Lesbon fons est calidus, vere tantum fluit.

CYDON, Κυδωνία. Insigne Cretæ oppidum, à quo Cydonius, a, um. Ouid. 2. *Metamorph.*

——— *Cydonia fundebat spicula cornu.*

Virg. 4. Eclog. 10. Ite liber, Partho torquere Cydonia cornu Spicula. Malum Cydonium, quod Cato primus omnium Cotoneum appellauit. Plin. *lib.* 15. *cap.* 11. His proxima amplitudine mala, quæ vocamus Cotonea, & Græci Cydonia, ex Creta insula aduecta. Serenus, Aut quæ poma Cydon Cretæis misit ab oris. ¶ Est item viri proprium apud Virg. 10. *Æneid.*

Dum sequeris Clytium infelix noua gaudia Cydon.

Quem in locum Seruius annotauit nomen hoc, quum viri proprium est, priorem producere: eandemque corripere quando est gentile. Idem 12. *Æneid.*

Parthus, siue Cydon telum immedicabile torsit.

Κυδωνία Steph. Vrbs Cretæ, Apollonia priùs dicta, à Cydone Apollinis filio, & Achallidis filiæ Minois. Alia est Siciliæ, tertia Libyæ. Ciues, Cydoniates, Cydon, Cydonius. Fuit & Cydon Corinthius quispiam adeò insignis hospitalitate, vt etiam prouerbio locum fecerit, Ἀεί τις ἐν Κύδωνος, id est, Semper aliquis in Cydonis domo.

Cydonæus, Cydoneus, & fœm. gen. Cydonis.

Cydonites appellat Palladius cibum ex cydoniis decoctis, & melle confectum: *Cotoneatum* vulgò dicitur. {GERM. Quitten muß oder quitten latwergen.}

Cydones, dicuntur vrbis huius incolæ sagittandi peritia insignes.

Cydræ, Κύδραι, vrbs Brysarum in Thessalia, vt videtur, aliàs Cydriæ, Strab. *lib.* 7. Stephanus.

CYCNUS, vel potiùs Cygnus, κύκνος. GALL. *Cygne.* ITAL. *Cygno.* GERM. Ein Schwan. HISP. *Cisne aue.* ANGL. *A swanne.* } Latinè olor, auis candida, antecanitor, argutam vocem habens, præsertim imminente iam morte, tunc enim doloris magnitudine in querelam fertur erumpere, & sibi adhuc viuæ lugubre carmen canere. Cic. 1. *Tusc.* Itaque commemorat vt cygni, qui non sine causa Apollini dicati sunt: sed quòd ab eo diuinationem habere videantur, qua prouidentes quid in morte boni sit, cum cantu & voluptate moriantur. Martial. *lib.* 13. Dulcia defecta modulatur carmina lingua Cantator cygnus funeris ipse sui. Rauci cygni. Virg. 11. *Æneid.*

Dant sonitum rauci per stagna loquacia cygni.

Cygno prognatum parte tremulum barbatum. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 5. Cygno periphrasis, Caystria ales. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 5. *Trist.* ¶ Tunc canent cygni, quum tacebunt graculi. τότε ἄσονται κύκνοι ὅταν κολοιοὶ σιωπήσωσιν. hoc est, tum loquentur eruditi, quum garruli non erit loquendi locus. Aut, inter garrulos & obstreperos non est eruditis dicendi locus. Greg. *in Epist.* ¶ Fuit etiam Cygnus, vt poetæ fabulantur, Ligurum dux Phaethontis amator, qui post illius interitum diutino fletu in hanc alitem mutatus esse fertur. Huius filium Cupauonem, Virg. *lib.* 10. dicit habere cygni pennas in galea, ad formæ paternæ insigne monstrandum:

Non ego te Ligurum ductor fortissime bello
Transierim Cygne, & paucis comitate Cupauo,
Cuius olorinæ surgunt de vertice pennæ.

¶ Fuit & alius Cygnus Neptuni filius, omni ex parte inuulnerabilis, cum quo Achilles Troiani belli tempore congressus, quum frustrà eum iaculis appetisset: tandem re intellecta, humi eum prostrauit, genibúsque collo innixus, animam eripuit: quúmque cadauer spoliare vellet, arma vacua inuenit, Cygnúmque in auem sui nominis vidit commutatum. Vide Ouid. 13. *Metamorph.* ¶ Fuit insuper Cygnus filius Martis. Hesiodus *in Aspide.*

Cygnēŭs, a, um, media producta, {κύκνειος. ANGL. *Of a swanne.*} Vt vox cygnea, quæ est cygni. ¶ Cygnea cantio, κύκνειον ᾆσμα. Conuenit in eos qui supremo vitæ tempore facundè disserunt, aut extrema senecta suauiloquentiùs scribunt. Cic. *de Orat.* Illa tanquam cygnea fuit diuini hominis vox & oratio, quam quasi spectantes, post eius interitum veniebamus in curiam, vt vestigium illud ipsum, in quo ille postremum institisset, contueremur. ¶ Quandoque cygneus significat candidus. Ouid. *Eleg.* 8. *lib.* 4. *Trist.*

Iam mea cygneas imitantur tempora plumas.

Cylbiani, montes, Κυλβιανὰ ὄρη. Maioris Phrygiæ colles sunt, ex quibus Cayster fluuius profluit. Autor Plin. *lib.* 5. *cap.* 28.

CYLINDRŬS, omne quod volubile est, qualis columna, teres. { אבן מחולת *eben matzchileth.* κύλινδρος. GALL. *Cylindre, qui est vne pierre longue & ronde qu'on roulait sur la terre pour l'applanir, aisee à faire rouler.* ITAL. *Pietra longa è ronda.* GERM. Ein walstein ein langlechter stein als senckolben umbals ein säul. HISP. *Cosa rolliza en largo.* ANGL. *A long round stone to break cloddes called a roller.* } Columnula lapidea rotatilis, qua rei rusticæ scriptores aream æquari iubent. Virg. 3. *Georg.*

Area tum primùm ingenti est æquanda cylindro.

Cato *de re rust. cap.* 129. Aream vbi frumentum teratur, sic facies: confodiatur minuta terra, amurca benè conspergatur, vt combibat plurimum: vbi bene comminuta terra fuerit, cylindro, aut panicula coæquato. Tractum nomen ἀπὸ τοῦ κυλίνδειν, id est, à voluendo. Neque verò solùm de hoc rustico instrumento cylindrus dicitur, verum etiam de omnibus rebus illis, quæ figuram habent absolutè teretem, ita vt facilè volui possint. Cic. *de Fato.* Sed reuertitur ad cylindrum & turbinem suum, quæ moueri incipere, nisi pulsa, non possunt. Id autem quum accidit suapte natura, quod superest, & cylindrum volui, & versari turbinem putat. De Cylindri & Sphæræ proportione Plutarch. *in Marc.* ¶ In gemmarum quoque generibus cylindri dicuntur teretes, & columellæ formam imitantes, quos mulieres ex auribus solent suspendere. Iuuenal. *Satyr.* 2.

———*donant arcana cylindros.*

Plinius *lib.* 4. *cap.* 5. de beryllis loquens, Ideo cylindros, quidam ex his facere malunt, quàm gemmas, quoniam est summa commendatio in longitudine. Ex quibus verbis colligitur cylindros oblongos esse, gemmas verò quadratas, angulosas, aut rotundas. Solin. similiter scribit, Indicos reges gemmas in longissimos cylindros fingere consueuisse.

Cylindrācĕŭs, a, um, quod habet formam cylindri. {κυλινδροειδής. GALL. *Long & rond en facon d'vne cylindre.* ITAL. *Longo & rondo à foggia di cilindro.* GERM. Das also in die länge umb sich rund ist. HISP. *Largo y rolliza en manera de cilindro.* ANGL. *Long and round lik roller.* } Plinius scribit siliquas pisi, quod genus leguminis est, cylindraceas esse. Anaximander item dixit terram esse formæ cylindraceæ.

Cylindrītēs, κυλινδρίτης. Lapis est oblongus & teres, ex genere pyritarum colorem æris referens: ita dictus, quòd cylindri figuram habeat.

Cyllărus, Κύλλαρος, nomen vnius ex Centauris. Fuit etiam hoc nomine equus Pollucis, secundùm Virg. 3. *Georg.*

Talis Amyclæi domitus Pollucis habenis
Cyllarus, & quorum Graij meminere poëtæ.

Atqui Castor equorum domitor fuit: sed fratrem pro fratre posuit poetica licentia: vt, Quas illi Philomela dapes, pro Progne. Item, Reuocato à sanguine Teucri, pro Dardano. Hæc Seruius.

Cyllebotus, Sthelemi filius, qui vigente bello Troiano cum Ægiale Diomedis vxore consuetudinem habuit. Seruius.

Cyllēnē, Κυλλήνη. Mons Arcadiæ, in quo Maia à Ioue compressa, Mercurium peperit, vt autor est Virg. *lib.* 8. *Æneid.*

Vobis Mercurius pater est, quem candida
Maia Cyllenes gelido conceptum vertice fudit.

¶ Hinc Cyllenis, idos, patronymicum.

Cyllēnĭŭs, & per duplex ll, Κυλλήνιος, Mercurius dicitur. {GERM. Ein zuonam Mercurij.} siue quòd omnem rem sermone sine manibus conficiat: quibus partibus corporis qui carent, κυλλοὶ vocantur: siue quòd in Cyllenia via, aut certè à Cyllene Nympha fuerit educatus: siue quòd in Cyllene Arcadiæ monte fuerit genitus: quam opinionem ipse etiam

Virgilius sequitur *lib.* 8. *Æneid.* cuius verba citauimus paulò antè in dictione Cyllene. Lucan. *lib.* 1.

——— Meráque celer Cyllenius haret.
Est quoque per matrem Cyllenius altera nobis
Addita nobilitas.

Ouid. 13. *Metam.*

[Cylli, qui carent manibus. Cerda *ad* 4. *Virg.*]

Cyllo, nis, videtur idem significare quod mutilus, debilis, & cui crassa sunt genitalia: quod genus hominum etiam Græci, κυλλὸς vocant. Cic. *in Salust.* Quicquid impudicorum, cyllonum, parricidarum, sacrilegorum, debitorum fuit in vrbe, municipiis, coloniis, Italia tota, &c.

Cylonius, a, um. Cylonium scelus. de quo Plutarch. *in Solon.*

Cyma, æ, { κῦμα. GALL. *La cyme ou le tendron des choux, ou telles herbes.* ITAL. *Cima.* GERM. Ein tenßle / das zart stängele an den haare wachsenden kreutern. HISP. *Cima ò el breton redrojo de la versa.* ANGL. *The shoote and litle copes of colewortes of such lick hearbes.* } Tenerior delicatiórque cùm aliarum herbarum, tum præcipue brassicæ cauliculus, qui in prima germinatione in summa stirpe prouenit. Nam quum vernum tempus apperit, primo quoque foliorum pullulatu, præclusis adhuc florum calycibus, quidam quasi turiones in herbis enascuntur, in quibus floris primùm, mox & seminis fœtus concluditur. Plin. *lib.* 19. *cap.* 8. Cymas brassica à prima sectione præstat proximo vere. Hic est quidam ipsorum caulium delicatior teneriórque cauliculus, Apicij luxuria, & per eum Druso Cæsari fastiditus, non sine castigatione Tyberij patris. Et deinde, Post cymam ex eadem brassica contingunt æstiui, autumnaléssque cauliculi, mox hyberni, iterúmque cymæ nullo æquè genere multifero. Idem *lib.* 10. *cap.* 9. Ex omnibus brassicæ generibus suauissima est cyma, etsi inutilis habetur, difficilis in coquendo, & renibus contraria. Quo in loco nonnulli perperam existimarunt cymæ nomine à Plinio peculiare brassicæ quoddam genus intelligi. Neque enim hoc sentit Plinius, ex multis brassicæ generibus cæteris suauitate præstare illud quod cymam vocant: sed hoc potiùs in omnibus brassicæ generibus partem plantæ totius suauissimam esse cymam. Cels. Mali est succi brassica, magísque etiam cyma eius. Colum. Maior pars eius brassica in cymam prosilit. ¶ Pro eodem etiam dicimus cyma, tis. Idem *lib.* 10.

Frigoribus caules, & veri cymata mittit.

Cyma, κύμη, & η more Latinorum in u mutata, Cuma, oppidum est Æolidis, de quo vide paulò ante copiosiùs in dictione *Cuma.*

Cymătĭlis, κυματικὸς, vestis dicitur quæ vndarum colorem refert, ab vndis, & fluctibus dicta, quæ κύματα à Græcis nominantur. { ANGL. *Dark blewe.* } Colorem hunc περιθαλάσσιον designabat Ouid. *lib.* 3. *de Arte,*

Hinc vndas imitatur: habet quoque nomen ab vndis.

Videtur itaque color hic cæruleus esse, aut certè cæruleo proximus. ¶ Sunt tamen qui cymatilem vestem esse putant, quam nos vndulatam vocamus, quòd vndis quibusdam sit variegata. Si tamen Ouidij locum propiùs inspicias, facilè deprehendes eum loco iam citato de certo coloris genere sentire, qui & Thalassicus dicitur, non de texturæ variegatione, quæ crispitudine quadam vndarum similitudinem referat.

[Cymatium. Vitruu. *lib.* 4. 6. Cymatium faciendum est antepagmenti parte texta. Hadr. Iun. Cymatium, vnda, lysis, quòd sit sinuosa in modum vndæ, nempe sima recta, aut inuersa, quæ coronæ imponi solet, vndamque imitatur in præceps ruituram.]

Cymosus, a, um, Adiectiuum, κυματώδης. Colum. *lib.* 10.

Quæ duri præbent cymosa stirpe Sabelli.

CYMBA, genus nauis piscatoriæ. { ספינה *sabaráh.* πορθμεῖον, κύμβη. GALL. *Nacelle de pescheur ou à pescher, vn barc ou basteau.* ITAL. *Barca.* GERM. Ein schifflin / weidling. HISP. *Barca de pescador.* ANGL. *A boate.* } Cic. 3. *Offic.* Opiparè à Pythio, apparatum conuiuium, cymbarum ante hortulos multitudo, pro se quisque quod ceperat afferebat. ¶ Est item cymba, portitorum nauicula, qua amnes, aut lacus traijciuntur: vnde etiam Poëtæ Charonti cymbam assignarunt. Virg. 6. *Æneid.*

——— gemuit sub pondere cymba.

Iuuenalis,

Atque vna transire vadum tot millia cymba.

Vnde locus factus prouerbio, Alterum pedem in cymba Charontis habere: τὸν ἕτερον πόδα ἐν τῷ πορθμείῳ ἔχειν. de extremæ decrepitæque senectæ hominibus dicitur, qui etiam vulgò dicuntur alterum pedem in sepulchro habere. Lucianus *in Apologia.*

Cymbŭlă, æ, diminut. { κυμβίον, τὸ μικρὸν πλοιάριον. GALL. *Petite nacelle, vn esquif.* ITAL. *Picciola nauicella.* GERM. Ein klein schifflin. HISP. *Pequeña barca.* ANGL. *A litle boate.* } Plin. *in Epist.* Sæpe maiores minoribus, velut cymbulæ onerariis adhærescunt.

CYMBALUM, { צלצל *tsiltsál.* κύμβαλον. GALL. *Cymbale, ou cymbales.* ITAL. *Cembalo.* GERM. Ein cymbel oder schalle. HISP. *Pandero.* ANGL. *A musick instrument, a cymbal.* } Instrumentum musicum, quod in sacris Matris deûm cum tympanis habebatur. Cymbalis adiuuare modulationem Rhetorum cantantium. Quint. legend. & Martial. *epigr.* 204. *lib.* 14. Cic. *in Pison.* Quos neque hercule ego, neque supercilium tuum, neque collegæ tui cymbala, ac crotale fugi. Plin. maior *in præfat. ad Imp. Vesp.* refert, Apionem Grammaticum à Tyberio Cymbalum mundi consueuisse vocari, ob nominis, vt opinor, celebritatem: Quum publicæ, inquit, famæ tympanum potiùs videri posset. Is Apion aiebat, eos, ab se donari immortalitate, ad quos aliqua componebat. Huc Tyberius alludens, appellabat illum cymbalum mundi: quòd hominem honesta fama donaret, quæ per vniuersum mundum amabiliter resonaret. Plinius autem ob arrogantiam, mauult illum appellari tympanum publicæ famæ: quòd famam daret potius quam honestam famam. Nam resonat & tympanum, seu inani suo strepitu.

Cymbălĭssāre, cymbala quatere. { κυμβαλίζειν. GALL. *Iouer des cymbales.* ITAL. *Giuocare con cembali.* GERM. Mit der schällen klingen. HISP. *Tañer el pandero.* ANGL. *To plaie on the cymbales.* } Cassius Hemina *lib.* 4. Mulier cantabat tibiis Phrygiis, & altera cymbalissabat.

Cymbălistēs, { κυμβαλιστής. GALL. *Qui ioue des cymbales.* ITAL. *Che giuoca de cembali.* GERM. Ein schällenklinger. HISP. *El que tañe el pandero.* ANGL. *A player on the cymballes.* } Qui pulsat cymbala: sicut tympanistæ, qui tympana pulsant. Apul. *de Deo Socratis*, Barbaro autem strepitu cymbalistarum, & tympanistarum & choraularum.

Cymbium, { κυμβίον. GALL. *Vn certain vaisseau à boire, creux en façon de petite nacelle.* ITAL. *Vaso da bere à foggia di naue.* GERM. Ein trinckgeschirr in der form eines schifflins. HISP. *Vn vaso para beuer.* ANGL. *A drinking piece holow lik a boate.* } Poculi genus est oblongum & angustum, teste Didymo, simile nauigio quod κύμβην vocant. Dionysius Samius, referente Athenæo idem putat esse Cymbion cum eo quod Homerus κισσύβιον vocat: ita dictum (vt quidam putant) quòd ex cisso, hoc est, hederæ ligno confici soleat.

Cymes, κύμαι, vide *Sirenusa* apud Steph.

Cymindis, χαλκὶς, & κύμινδις Homero (κύμινδις Callimacho: Cicuma Festo auis nocturna, quæ voce νυκτικόραξ, qui nostris *Corbeau de nuict*, à Gaza exponitur apud Aristotelem) nocturnus accipiter Plinio (sed nocturnus accipiter est potius ἴρηξ, siue ἴυγξ Aristotelis, quem vocamus *Fauperdrieux.* & hic est Subis Nigidij, voce quidem e Græco, sed corruptè scripta apud Plinium *lib.* 10. *cap.* 14. auis quæ aquilarum oua frangit, *Faulcon montaguard.* Aristoteles *hist. lib.* 9. *cap.* 12. in hunc sensum: Chalcis rarò apparet, montes enim incolit, nigro colore est, magnitudine accipitris, quem palumbarium nominant, forma longa ac tenui. Iones Cymindem eam appellant, cuius Homerus etiam meminit in Iliade, cum inquit, χαλκίδα κικλήσκουσι θεοὶ, ἄνδρες δὲ κύμινδιν. Cæterum Hybris, aiunt autem nonnulli hanc auem eandem esse Pryngi. Hæc interdiu quidem non apparet, quia non clarè cernit, sed noctu venatur more aquilæ. Pugnat verò etiam cum aquila adeò acriter, vt sæpiùs ambæ implexæ deferantur in terram, & viuæ à pastoribus capiantur. At Plin. confusè atque infideliter *lib.* 10. *cap.* 8. Nocturnus accipiter Cymindis vocatur, rarus etiam in syluis, interdiu minus cernens. Bellum internecinum gerit cum aquila, cohærentésque sæpe prehenduntur.

Cyminum, vel cuminum. { כמן *chammón.* κύμινον. GALL. *Du commin.* ITAL. *Cimino.* GERM. Kümmich. HISP. *Comino.* ANGL. *Cummin.* } Herbæ genus, cum semine eiusdem nominis, quod nos, y, in u, vertentes, Cuminum dicimus. Eius duo sunt genera: quæ vide suprà in dictione *Cuminum.* ¶ Cymini sector, κυμινοπρίστης, homo auarus, & sordidus dicitur, qui vel vilissimis ex rebus lucrum quærit, nimiaque parsimonia rem augere satagit. Tractum est adagium à Cymini seminis vilitate simul & exilitate. Meminit & Aristot. *lib. Moral.* 4.

Cyminus. { κύμινος. GERM. Ein see in Hetruria so jetz die Italer lago de Vicco nennen. } Hetruriæ lacus est, ad sex millia passuum ab vrbe Viterbio, Cymino monti suppositus, qui vulgo *Monte de Viterbo* dicitur, vt Appianus ostendit. De huius lacus origine talia refert Seruius, Aliquando Herculem ad hos populos venisse: & quum à singulis prouocaretur, ad virium ostentationem, vectem ferreum, quo exercebatur, humi defixisse: quem quum nemo illorum posset euellere, Herculem tandem eum sustulisse, tantámque repentè aquæ vim erupisse, vt Cyminum effecerit lacum. Hæc Seruius, illud Virgilij explicans *Æneid.* 7.

Hi Soractis habent arces Flaminiaque arua,
Et Cymini cum monte lacum, lucósque Capenos.

Cymŏdŏcē, vel Cymodocea, κυμοδόκη, Nympha marina, Nerei & Doridis filia, à placandis fluctibus ita dicta, teste Hesiodo *in Theog.* { GERM. Ein meergöttin / die wellenstillerin. } Virgil. *Æneid.* Cymodoceam enumerat inter eas, quæ ex nauibus Æneæ in Nymphas marinas commutatæ fuerunt. Quarum (inquit) quæ fandi doctissima, Cymodocea.

Cymŏthoē, κυμοθόη. Nympha marina Nerei, & Doridis filia, teste Hesiodo *in Theog.* ita dicta, quod per fluctus discurrat. Virgil. 1. *Æneid.* Cymothoë, simul & Triton adnixus, acuto Detrudunt naues scopulo. ¶ Est item Cimothoe, fons notissimus Achaiæ propriè dictæ, inter Patras & Pheras vrbes: cuius meminit Plin. *lib.* 4. *cap.* 5.

Cyna, æ, arbor est in Arabia, folio palmæ simili, ex quo Arabes vestes sibi conficiunt. Autor est Plin. *lib.* 12. *cap.* 11. ¶ Cyna etiam, κυνῆ, pilei genus fuit, quo Lacedæmonij vti solent. Vide Baysium *de re vestiaria.* [¶ Cyna, pro cæna. Salmas.]

Cynacantha, κυνάκανθα. Arbuscula, quæ acinos veluti vuæ producit. Latini Caninam sentem, & Vulgò *Vnam spinam* nominant.

Cynætha, κυναίθα, oppidum est Arcadiæ iuxta Lepreon. ita dictum ab Æneæ socio vita functo, & sepulto, vt placet Dionysio *lib.* 1. *Antiq.* Aut (vt Stephanus mauult) à Cynætho Lycaonis filio. Meminit huius oppidi Plin. *lib.* 4. *cap.* 6.

Cynamolgus, auis est Arabiæ peculiaris, ex cinnami surculis nidem construens, quem deinde accolæ plumbatis sagittis deijciunt. Autor Plin. *lib.* 10. *cap.* 33. Apud Ælianum hæc auis non Cynamolgus, sed Cinnamomus appellatur: & ita nonnulli etiam apud Plin. legendum suspicantur.

Cynănchē, { κυνάγχη. ANGL. *The quinsey, a difficultie or breathing.* } Morbi genus est, spirationis difficultatem & suffocationis periculum afferens, Latinè Angina appellatur. Propriè tamen cynanche dicitur, quum laryngis, hoc est, gutturis interiores musculi inflammantur. Nam quum exteriores eiusdem musculi inflammationem patiuntur, παρακυνάγχη appellatur. Est & ex anginarum genere Synanche per s, in prima syllaba, συνάγχη, quæ peculiaris est Pharyngis, siue faucium, morbus quum scilicet illarum musculi interni inflammantur, quemadmodum παρασυνάγχη, quum exteriores earundem musculi inflammatione fuerint correpti. Hippocrates tamen hæc omnia genera, Cynanches nomine complexus est.

[Cynanthemis, { GERM. Hundsblum / } cotula fætida, κυνὸς ἄνθος.

Cynara, vel cinara. Græcis κινάρα ἄγρια & κυνάρα ἀγρία, & simpliciter κινάρα fine adiectione { GERM. Welsche gartendistel / Artischoes. GALL. *Artichaud.* } cæterum *cynara* est à cane: quòd aspera sit planta, tanquam dentes canum.]

Cyne, κύνη. Vrbs Lydiæ, gentile Cynei, vel Cynij. Steph.

Cynegetica, κυνηγετικά. Dicuntur volumina de venatione conscripta. Nam κυνηγὸς, & κυνηγέτης Græcis dicitur Venator. Extat hoc nomine Xenophontis liber & Gratiani cuiusdam fragmentum. Hunc quoque Vopisc. refert Olympium Nemesianum scripsisse Cynegetica.

Cynegirus, Atheniensis ciuis fuit, cuius tanta in prælio nauali aduersus Persas mira fuit pertinacia, vt nauem hostium dextera tantâ vi retinuerit, eaque amputata, sinistra & hac demum: quam & ipsam quum amisisset, mordicus nauim arripuit: refertur à Valerio Maximo, à Iustino Trogi abbreuiatore. Tangit & Suetonius *in Cæsar. cap. 68*, commendans fortitudinem Acilii militis Cæsaris, his verbis: Acilius nauali ad Massiliam prælio iniecta in puppem hostium dextra & abscissa, memorabile illud apud Græcos Cynægiri exemplum imitatus transiluit in nauem, vmbone obuios agens.

Cynesii, κυνήσιοι, vide *Cynicum*.

Cynetta, κυνέττα, vrbs in Argo, vel Argolica. Steph.

Cynætos, vide *Cythos*.

Cynicê, es, fœm. gen. pro Cynicorum Philosophorum secta. Ausonius *in Epigr. Diogenis, siue Antisthenis*,

Inuentor primus Cynices ego. Quæ ratio isthæc?
Alcides multo dicitur esse prior.
Alcida quondam fueram doctore secundus:
Nunc ego sum Cynices primus, & ille deus.

Cynici, κυνικοί, Philosophi quidam fuerunt, sectatores Antisthenis, qui primus nouum hoc philosophiæ genus introduxit, ita dicti: siue à Cynosarge gymnasio, in quo Antisthenes profitebatur: siue à canina mordacitate, quia in hominū vitas nullo discrimine inuehebantur, aut (vt alij volunt) ab eo quod canum more in propatulo coire non dubitarent: quemadmodum de Crate & Hipparchia tradit Laertius. Ex hac secta fuit Diogenes ille Cynicus, qui aliquando interrogatus quare Canis appellaretur? Quia (inquit) dantibus abblandior, non dantibus allatro, malos autem mordeo. Cynici, Diog. teste, philosophiam naturalem & rationalem tollebant: solique morali innitebantur. Repudiabant liberales artes, maxime Geometriam & Musicam. Placebat eis finem esse secundùm virtutem viuere. Nobilitatem & diuitias abiiciebant. Quare sectam hanc vitæ consentaneam non esse plures putauerunt. De his vide Cic. *lib. 1. Offic.*

Cynips, cyniphis. {כנים chinnim. κνίψ. GALL. *Mousche de chien*. ITAL. *Mosca canina*. GERM. Ein hundts mück/roßfliegen/ brämen die übel sticht. HISP. *Mosquito de los que pican, ò mosca muy chica y que pica sutilmente*. ANGL. *A dogge flie*.} Musca minutissima, longis cruribus, in capite habens rostrum, quo perforat cutem animalium. Nascitur ex humore, & iuxta aquas abundat. Latini Muscam caninam vocant. ¶ Est etiam hoc nomine fluuius in Africa: à quo & regio eo nomine dicta est, in qua maximi sunt hirci. Hinc grex Cyniphius: id est, grex hircorum: Cyniphia pellis, hircina. Martialis *de Vdonibus*.

Non hos lana dedit, sed olentis barba mariti
Cyniphio poterit planta latere sinu.

Cynna, κύννα, oppidum prope Heracleam Ponticam: ita dictum ab vna Amazonum, vel à Cynnio Gigante, fratre Cœi. ¶ Hinc fit gentile Cynnæus, κυνναῖος. Steph.

Cynŏcĕphălēa, κυνοκεφάλαια. Herba est quæ ab Ægyptiis Osirites appellatur, diuina prorsus, & ad omnia venena efficax. Hac herba Apion Grammaticus Homeri Manes se ab inferis euocasse gloriatus est, ad percontandum, qua patria, quibusque parentibus genitus esset: non tamen ausus profiteri quid sibi respondisset. Hæc Plin. *lib. 13. cap. 2.*

Cynŏcĕphălŏn, {κυνοκέφαλον Dioscoridi. GALL. *Vne certaine herbe qui ressemble vne teste de chien*. ITAL. *Psillio*. GERM. Hundskopff/ ein kraut so sonsten Brackenhaupt genant. HISP. *Zargatona, cabeça de perro*. ANGL. *An hearbe resembling, or lik, à dogges head*.} Herba est quam Græci notiore nomine ψύλλιον, nos Pulicarem appellamus. Nomen ei dedit figura floris, qui canini capitis similitudinem refert.

Cynocephali, κυνοκέφαλοι. Homines sunt, vel feræ in Æthiopia, canina habentes capita, cætera hominis similes, violenti ad saltum, feri morsu. August. *lib. 16 de Ciuit. Dei*, Quid dicam de Cynocephalis, quorum canina capita, atque ipse latratus magis bestias, quàm homines confitentur? Plinius *lib. 7*. Gens, quam Cynocephalos vocamus, lacte viuunt. Idem *lib. 8. cap. 54*. Efferatior Cynocephalis natura, sicut mitissima Satyris. Vide Gell. *lib. 1. cap. 4.*

Cynodontes, κυνόδοντες. Dentes qui à nostris Canini appellantur: ita dicti, quod acuminati sint in formam dentium canis. Hos tradit Plin. *lib. 11 c. 37*. semel casu aliquo amissos nunquam renasci.

Cynoglossus, siue Cynoglossum, {κυνόγλωσσον Dioscoridi. GALL. *Herbe nommée langue de chien*. ITAL. *Lingua di cane*. GERM. Hundtszung/ sonsten redgench. HISP. *Vinibla, lengua de perro*. ANGL. *An hearbe called the dogges tunge*.} Herba est in locis sabulosis nascens, foliis latifoliæ plantagini simillimis, angustioribus tamen minoribusque, & lanuginosis, sine caule, humi strata. Latinis Lingua canina dicitur, diuersa tamen ab ea quam Officinæ *Canis linguam* vocant. Plin. *lib. 25. cap. 8*. Iungitur & cynoglossos, caninas imitans linguas, topiariis operibus gratissima.

Cynomazon, κυνόμαζον. Herba est eadem cum chamæleone nigro, quam & Cynozolon Plin. appellat. Dictum Cynomazon, quod in offa, vel in pulte datum canes enecet.

Cynomorion, κυνομόριον. Herba est, quæ alio nomine appellatur *Orobanche*, inimica eruis, cæterisque leguminibus, cauliculum habens pinguem & rubentem, sine foliis. Nomen habet à similitudine genitalis canis, teste Plin. *lib. 22. cap. 25*. Hodie, teste Ruellio, à Gallis *Tenia* vocatur.

Cynomyia, {κυνόμυια. GALL. *Mousche de chien*. ITAL. *Mosca canina*. GERM. Ein hundsbrämen die von den thieren das blut saugt. HISP. *Mosca de perro*. ANGL. *A harse flee, or dogges flie*.} Musca canina, quæ sanguinem ab animalibus exugit. Hæc præcipue canum aures infestat: vnde & nomen est sortita. Est & genus herbæ, quæ notioribus nominibus Psyllium & Pulicaris dicitur: de qua Plin. *lib. 25. cap. 5.*

Cynopolis, κυνόπολις. Oppidum est ad Occidentalem Nili ripam inter Oxyrinchum & Hermopolim, in quo Anubis colitur, canibusque cibaria publica sunt assignata. Autor Strab. *lib. 17*. Ab hoc oppido vicinus nomos Cynopolites dicitur à Plin. *lib. 5. cap. 9.*

Cynorrhodon, κυνόρροδον. Rubentis lilij flos est, teste Plin. *lib. 21. cap. 5*. ita dictus, quòd à cane rabido morsis medeatur, quasi Rosam Caninam dicas. Eadem & Rosa syluestris appellatur, teste eodem Plin. *lib. 25. cap. 2.*

Cynos Cephale, κυνὸς κεφαλή. Collis Thessaliæ, & parua regio Thebanorum Pindari patria. Steph.

Cynosarges, κυνόσαργες, Gymnasium in Attica, sic dictum à cane albo qui sacrificante Diomo, rapta femora in hunc locum detulit. In hoc gymnasio Aristippus Cyrenaicæ sectæ princeps Philosophiam solebat profiteri. Autor Laertius in vita eius. Hinc ad Cynosarges, εἰς κυνόσαργες, prouerbiali conuitio dicebatur, quemadmodum εἰς κόρακας, & εἰς ὄλεθρον.

Cynosbaton, {κυνόσβατος, ῥοδῆ ἀγρία apud Athenæum. GALL. *Vn esglantier*. ITAL. *Rouo canino*. GERM. Hanbutten/ hanrosen. HISP. *Carça rosal, carça perruna*.} alij Cynospaston frutex est, teste Dioscoride, multo amplior rubo, foliis longè, quam myrti latioribus, aculeis circa virgas robustis, flore albo, fructu oblongo, similiter nucleis oliuarum, sed rubescendo. Columella Sentem canis vocat. Sunt qui existimant fruticem eum esse qui vulgò *Eglenterij* nomine cognitus est.

Cynosorchis, κυνὸς ὄρχις. Herba quæ & Orchis dicitur, foliis oleæ mollibus ternis, paruisque, semipedis longitudine in terra stratis, radice bulbosa, oblonga: duplici ordine, superiore, quæ durior est: & inferiore, quæ mollior. Eduntur vt bulbi cocti, in vineis fortè inuenti. Plin. *lib. 27. cap. 8*. Officinæ Græcam vocem ad verbum exprimentes, *Testiculum canis* appellant.

Cynossema, tis, κυνὸς σῆμα. Locus est Troadis ad Hellespontum Hecubæ sepulchro nobilitatus: Latinè Canis tumulum interpretari possumus. {GERM. Hunds grab.} Fabulantur enim Poetæ, Hecubam, quùm in Græciam adduceretur captiua post excidium patriæ, ac suorum, ibi doloris impatientia in canem esse conuersam, & deinde sepultam. Meminit huius loci Plinius *lib. 4. cap. 11.* & Strab. *lib. 13.* ¶ Est item eiusdem nominis locus in Libya Mareotide, cuius meminit Stephanus & Strab. *lib. 17.*

Cynosura, κυνόσουρα. Sydus Septentrionale, ex septem constans stellis, quod & Vrsam minorem appellamus. {GERM. Der klein wagen/ ist ein gestirn in Mitternacht bey dess himmels wirbel.} Alio nomine etiam Phœnice appellatur, teste Higino, eo quòd à Phœnicibus inter nauigandum potissimum soleat obseruari, quemadmodum & Elice, hoc est, Vrsa maior, à Græcis nautis. Ouid. *de Trist*.

Esse duas Arctos, quarum Cynosura notatur
Sidoniis: Elicen Graia carina notet.

Cynozolon, κυνόζολον. Herba est eadem cum chamæleonte nigro, ita dicta, quòd odoris fœditate ricinos vermes in Canum auribus enecet: alio nomine Vlophonum dicitur. Vide Plin. *lib. 22. c. 18.*

Cynthia, κυνθία; Diana dicta, à Cyntho monte in Delo insula, in quo nata cum Phœbo est, vnde & Apollo Cynthius, & ipsa Delos Cynthia appellatur. Hic mons tantæ celsitudinis esse fertur, vt vmbra sua totius insulæ ambitum tegat. Propertius quoque amicam suam Cynthiam ob pulchritudinem vocauit, quæ prius Hostilia dicebatur.

Cynthus, κύνθος, Deli mons vsque adeò editus, vt totam insulam dicatur obumbrare. In hoc monte Apollo & Diana nati traduntur, quorum alter Cynthius, altera Cynthia ab eo appellati sunt. Virgil. *4. Æneid.*

Qualis in Europa ripis, aut per iuga Cinthi
Exercet Diana choros.

Lucan. *lib. 1.*

Tertia iam grauido pluuialis Cynthia cornu.

Vide *Cynthia*. Stephanus totam Delum, olim Cynthum dictam scribit, à Cyntho Oceani filio: quosdam vero malè sentire, quòd Zacynthus vocitata sit. Idem in Cyntho: Gentile, inquit, est Cynthius & Cynthiores.

Cynticum, κυνητικόν, locus Iberiæ propè Oceanum: incolæ Cynetes & Cynesij. Steph.

Cynura, κυνούρα, vrbs in Argo, vel Argolica, à Cynuro filio Persei: vnde Cynurus, Cynuræus, & Cynuris fœm. gen. Steph.

Cynus, κῦνος Stephano, Locrorum Epicnemidiorum oppidum est: siue, vt quibusdam placet, natale, cuius meminit Plin. *lib. 4. c. 6.* & Liu. *lib. 8. decad. 3.*

Cynonesus, κυνόνησος, Nili fluuij insula est, non procul à maiori Delta, à regione oppidi, quod Cynopolis appellatur. Autor Ptolem. *lib. 4. cap. 5.*

Cyon, κύον, vrbs Cariæ, Canebium antè dicta: gentile, Cyrites. Steph.

Cypætha, κύπαιθα, vrbs Libyæ. Steph.

Cypariscias, κυπαρισσίας, Tithymali species caulem emittens dodrantalem, ex quo germinant folia cupressi similitudine (vnde & nomen accepit) teneriora tamen ac tenuiora. Autor Plin. *lib. 26. c. 8.*

Cyparissa, κυπάρισσα, oppidum est agri Messenaici ad mare situm, à quo vicinus portus Cyparissius appellatur. Autor Plin. *lib. 4. c. 5.* Strab. *lib. 8.* Cyparissam vocat, Ptolemæus Cyparissas plurali numero.

Cyparissæa, κυπαρισσαία, vrbs Triphyliæ, quæ vocabatur Eranna, inde Minerua Cyparissia, Steph. Qui Cyparissæam quoque Phocidis vrbem, alias Eranam dictam meminit.

Cyparissees, vrbs Messeniæ: gentile Cyparissentius, Homer. καὶ κυπαρισσήεντα, καὶ Ἀμφιγένειαν ἔνεμον.

Cyparissus, κυπάρισσος. Fuit nomen pueri, Telephi filij, quem Apollo amauit, postea in sui nominis arborem conuertit. ¶ Dicitur etiam per syncresin Cypressus: deinde conuersione y in u, Cupressus. Est autem arbor procera, caudice oblongo & recto, folio pini, sed carnosiore, mollioreque, neque ita pungente, fronde indecidua, odore vehementi. {GERM. Cypressenbaum.} Duo eius sunt genera. Nam quæ sterilis est, fœmina dicitur à meta formam in fastigio conuoluta: vnde & κωνοειδὴς peculiari epitheto appellatur. Contra mas latiùs spargit ramos,

conóique

conósque profert nuci pineæ non absimiles; licèt multò minores: mira inter arbores fœcunditate, quippe quæ trifera est, fructúque habet & Ianuario & Maio & Septembri maturos, nulli tamen rei vtiles, imò potius noxios, quemadmodum & ipsa arbor, cuius etiam vmbra noxia creditur. ¶ Dicta est autem Cyparissus (vt Didymo placet) ἀπὸ τοῦ κυεῖν παρίσους, hoc est, ab æqualiter pariendo, quòd æqualiter & ramos pendat & fructus. Fructus etiam & ipsa, Coni appellantur. Vnde & ipsa arbor perpetuo epitheto Conifera appellatur. Virg. Aeriæ quercus, aut coniferæ cyparissi. Idem. Et tenera ab radice ferens Syluane cupressum. Reliqua vide supra in dictione *Cupressus*. ¶ Cyparissus fructus, κυπαρίσσου καρπὸς, de verbis dictu magnificis, cæterùm inutilibus.

Cypasis, κύπασις, vrbs circa Hellespontum. Steph.

Cype, κύπη, castellum Siciliæ: gentile Cypeus. Steph.

Cyperus, κύπειρος. {GALL. *Vne espece de ionc appellee souchet, ayant les racines odoriferantes.* ITAL. *Cipero.* GERM. Wilder galgan. HISP. *Iuncia de olor, y iuncia auellana.*} Iunci genus est angulosum, iuxta terram candidum, in cacumine nigrum & pingue. Eius descriptionem vide apud Plin. *lib.* 21. *c.* 18. Ruellius à Gallis iuncos huiusmodi Souchets vocari tradit, & minutim contusos ad conciliationem odoris vestibus interponi. Legitur etiam in neutro genere *Cyperum* apud Varr. *lib.* 2. *de re rust.*

Cyphi, κῦφι, Thymiamatis compositio est, dicata diis, qua abundè Ægyptii sacerdotes vtuntur. Constant (vt Plutarch. ait) ex melle, vino, vua passa, cypero, resina, seselli, aspalatho, myrrha, bitumine, iunco, bryo, calamo, vtroque iunipero, cardamomo, lapatho. Rationem componendi vide apud Diosc. *lib.* 1. *cap.* 24.

Cyphus, κύφος, vrbs Perrhæbiæ à Cypho Perrhæbi filio. Homerus, Γουνεὺς δ᾽ ἐκ Κύφου ἦγε δύω καὶ εἴκοσι νῆας. Alia est Thessaliæ: ciues Cyphæi. Est fluuius Cyphus. Steph.

Cypirus, herba est, folia habens ad iridis similitudinem mucronata, quæ à Latinis *Gladiolus* dicitur, radice bulbosa, & odore vicino nardo: ξιφίον. ¶ Est & per se Indica herba quæ *Cyperis* vocatur, gingiberis effigie, commanducata croci vim reddens. Vide Plin. *lib.* 21. *cap.* 18.

‖Cypriania, festum in memoriam S. Cypriani, & tempestas circa id veniens. L. g. b.‖

Cyprinus, {κυπρῖνος. ANGL. *A carpe.*} Pisces est ex genere chombrorum: cuius meminit Plin. *lib.* 32. *cap.* 11.

Cyprium bonum antiquos dixisse tradit Varro *libris de analog.* vnde Cyprius vicus dictus est, quòd, cùm Sabini locum insedissent, boni ominis causa Cyprium, h. e. bonum nuncuparunt: cui postea propter Tulliæ inhumanum scelus, quæ nefando facinore carpentum supra defuncti patris corpus egerat, *Scelerati* indidere nomen.

Cyprinum, æs, vide *Cyprum*.

CYPRVS, {κύπρος. GERM. Ein insel in der meerschoß zwischen Cilicia/vnd Syrien. sonsten Cipre genant.} Insula in Pamphilio mari, in sinu maximo, qui & *Issicus* dicitur inter Ciliciam & Syriam, diues & miræ fertilitatis. Vnde & *Macaria*, hoc est, beata olim vocata: maximè etiam luxui dedita, vnde & Veneri sacra. Hor. *lib.* 1. *Carm.*

Sic te diua potens Cypri.

Ea quondam nouem erat regnorum sedes. Vrbes illius præclaræ, Cythera à quibus Venus dicta est Cytherea, Paphos, Palæpaphos, & Salamina. Hæc inter maiores nostri maris insulas locum sibi vendicat: à Septentrione Ciliciæ opposita, à Meridie Ægyptum spectat, ab Oriente Syriam, ab Occidente Pamphyliam. Ambitus insulæ trium millium, quadringentorum ac viginti stadiorum, teste Strab. *lib.* 12. ¶ Cyprus etiam dicitur arbuscula, quæ à Latinis Ligustrum vocatur, semine atro, non absimili sambuceo acino. Eius flos in oleo decoquitur, fitque ex eo vnguentum quod Cyprinum appellatur. Nascitur in multis locis, sed in Cypro insula odoris suauitate præstat: ideo Cyprus est appellata. {κύπρος. GALL. *Vn arbre en Egypte d'vne fleur fort blanche, que quelques vns appellent Troesne.* ITAL. *Albero ligustro.* GERM. Klein oder gemein beinhöltzlin. HISP. *El arbor de la alhena.* ANGL. *A privet, a tree in Egypt.*} Plin. *lib.* 12. *cap.* 24. Cyprus in Ægypto est arbor ziziphi foliis, semine coriandri, flore candido odorato. Coquitur hoc in oleo, premitúrque postea, quod Cyprinum vocatur. Optimum habetur è Canopica, in ripis Nili nata: secundum Ascalone Iudææ: tertium Cypro insula odoris suauitate.

Cyprius, a, um: vnde tres partæ insulæ, huic propinquæ, Cypriæ nominantur, & Venus Cypria, siue quòd in Cypro genita fuerit, siue quòd ei primùm in Cypro templum sit constitutum, & in hac insula honoribus diuinis affecta sit. Cyprius bos, prouerbialiter dicitur in brutum ac stolidum, propterea quòd Cyprij boues magis bruti ferantur, quippe qui stercore humano pascantur. Vnde aliud prouerbium, quod Festus citat ex Ennio, —Cyprio boui merendam. Quod conuenit quoties conuiuia sordidus & insipidus sordido atque insipido accipitur conuiuio. Festiuius erit, si ad res animi deflectatur: vt si quis apud spurcos spurcè loquatur, apud indoctos indoctè.

Cyprogenia, κυπρογένεια. Veneris epitheton est, inde tractum quòd in Cypro insula nata dicatur. Vtitur hac voce Hom. *in Hymnis.*

Cyprus, insula, inter alia nomina *Macaria* dicta. nam tam fertilis est in sinu maximo, qui Issicus circa Ciliciam dicitur, ad ortum occasúmque Ciliciæ ac Syriæ obiecta est, nouem aliquando regnorum sedes, vt Plin. *lib.* 5. *cap.* 31. scribit: smaragdo, crystallo, ære Cyprio cognominato, adamante & alumine nobilis: quam aliquando annexam continenti fuisse, idem autor *lib.* 2. scribit. De hac vide Strab. *lib.* 14.

Cypsella, oppidum est Thraciæ, vt scribit Plin. *lib.* 4. *cap.* 11. Strab. *lib.* 7. Cypselum nominat, κύψελα Steph. vrbs Thraciæ prope Hebrum fluuium, item castellum in Arcadia Mantinensibus muris cinctum: gentile Cypselinus, aut Cypsalenus.

Cypseli, {κύψελοι. ANGL. *A martinet.*} Aues ex hirundinum genere, quæ & Apodes vocantur ἀπὸ τῆς κυψέλης, hoc est, ab aluearı, cò quòd nidum specie aluearis ex luto fingunt. Autor Plin. *lib.* 11. *c.* 39.

Cypselus, κύψελος, Corinthiorum tyrannus, pater Periandri, ita dictus ἀπὸ τῆς κυψέλης, hoc est, à cistula, siue aluco, siue (vt Valla ex Hero-doto vertit) mensura frumentaria, sub qua occultatus fuit quum à Corinthiis ad perniciem quæreretur. Vide Herod. *lib.* 5. & Plutarch. *in Symposio septem sapientum.*

Cyptasia, Galatiæ vrbs, Ptol. Vulgò *Carasso*.

Cypraunis, κυπράνεις, insula iuxta Gyzantes (sic enim lego apud Steph.) Africæ populos.

‖Cyragra, pro chiragra. Salmas.‖

Cyrba, κύρβα, vrbs Cretæ, vide *Hierapytna*.

Cyrbasa, κύρβασα, vrbs Cariæ, Steph.

Cyrbe, κύρβη, vrbs Pamphyliæ: gentile Cyrbeus, Steph.

Cyre, κύρη, Oxytonum, fons in Cyrenaica. Steph.

CYRENE, & Cyrenæ, arum. {קירין. κυρήνη. vulgò *Corena*} Insigne Libyæ oppidum, inter Mareotidem & Zeugitanam prouinciam situm, vnum ex iis quæ Pentapolim efficiunt, à Batto Theræo (quem Callimachus progenitorem suum fuisse tradit) conditum, & Cyrene Penei amnis filia, quam Apollo adamatam in eam Libyæ partem transtulit, ita nominatum. ¶ Ab hac vrbe tota, ille Libyæ tractus, inter Africam propriè dictam, & Libyam Marmaricam, siue Mareotidem intermedius, vno nomine Cyrenæa, aut Cyrenaica regio appellatur. Hinc Cyrenaicus, a, um, vt regio Cyrenaica, & philosophia Cyrenaica, quam Aristippus sectatus. Cyrenens. instituit. Hegesias philosophus, de quo Cice. *lib.* 1. *Tuscul.*) & Eratosthenes historicus, Agl[?] filius, Cyrenæi fuerunt. Eadem & Pentapolitana Plin. dicitur à quinque præcipuis vrbibus, quarum nomina sunt hæc, Berenice, Arsinoe, Ptolemais, Apollonia, & ipsa Cyrene. ¶ Ex hac vrbe orti sunt Aristippus Socraticus, qui Cyrenaicam Philosophiam primus instituit: item filia huius Arete, quæ patri in schola successit: item Aristippus cognomento μητροδίδακτος, superioris Aristippi nepos, & Aretæ filius: & præter hos Anniceris, qui Cyrenaicam sectam emendauit: item Callimachus poeta, & Eratosthenes Mathematicus, ambo ab Ægypti regibus in honore habiti. Quibus etiam à Strabone adduntur Carneades Academicus, & Cronus Apollonius. Dicitur etiam Cyrenites & Cyrenitis, fœm. gen. ¶ Hanc regionem appellat Pentapolitanam à numero quinque vrbium, quibus maximè inclyta est, quarum hæc sunt nomina, Berenice, Arsinoe, Ptolemais, Apollonia, ipsaque Cyrene. Scribit Salust. Cyrenenses magnum ac diutinum bellum gessisse cum Carthaginensibus de finibus agrorum. ¶ Est & Cyrene nomen vrbis in Cypro insula, quam Cyrus condidit, ex qua natum putant Simonem patrem Alexandri & Rufi, vt est apud Euang. Aug. *lib. de Pastorib.* scribit Simonem Cyrenæum, qui angariatus est, vt Christi Crucem tolleret, fuisse Aphrum, & hanc Cyrenem Africæ contiguam esse.

Cyrenæus, a, um, κυρηναῖος, Cyrenaicus & Cyrenensis, adiectiua.

Cyrenaica, regio Africæ est: eam Strab. *lib.* 17. à Theræis Græcis conditam esse scribit, qui ex Laconica profecti, Theram insulam prius incoluerint, hinc in continente Cyrenem ædificauerint. Ex eorum numero fuit Battus quidam, qui Cyrenes condendæ fuit autor, quod alibi idem Strabo indicat. Idem Battiadas Cyrenenses Silius nominat *lib.* 2. Nec non Cyrene Pelopei stirpe nepotis Battiadas pauos; fidei stimulauit in arma. Idem Strab. *lib.* 2.

——— *& insignis side cadentes Battiadas.*

De Cyrene multa Straboni consentanea Herodotus refert in Melpomene. Diodorus Siculus *lib.* 5. scribit ex quorundam sententia huic vrbi nomen inditum, à Cyrene Hypsei filia, quæ quum apud Pelium virgo educaretur, eius forma captus raptam virginem in Libyam ad ea loca, in quibus postmodum ciuitas condita est, asportauit. Ex ea filios suscepit quatuor, Aristeum, Nomium, Anteum & Argonautis Autonoum & Argeum. Eam regionem fertilissimam esse tradit Herodot. *in fine lib.* 4.

Cyrenaici philosophi, ab Aristippo Cyrenæo, primo sectæ eius autore nomen traxerunt, qui summum bonum corporis voluptate metiebantur. Cicer. *Tuscul. quæst. lib.* 3. Atque ab Aristippo Cyrenaici Philosophi nominati, omne bonum in voluptate posuerunt, virtutemque censuerunt ob eam rem esse laudandam, quòd efficiens esset voluptatis. Horum secta postea ex simplici triplex est effecta, aliis se ab Hegesia, Hegesiacos, aliis ab Anniceride, Anniceros: nonnullis etiam à Theodoro Theodoreos nominantibus: qua de re vide Diogenem Laertium *in vita Aristippi.*

Cyres, tis, κύρης, nomen vrbis, vt Phrages, Mendes, Adrymes: gentile, Cyresius. Steph.

Cyrillus, κύριλλος, Diaconus fuit Heliopolitanus (est autem Heliopolis hæc ciuitas insignis ad Libanum montem ita) qui imperante Constantino, plurima Ethnicorum idola contriuit. Cuius tenella membra sub Iuliano principe, viuo ventrem exenterunt, iecurque inde exemptum degustauerunt. Autor Suidas. ¶ Cyrillus item Alexandrinus præsul edidit variarum hypotheseon tractatus, Homilias plurimas, quibus vtuntur Græci: præterea aduersus Nestorium epistolas, quibus omnia occulta eius venena refellit. Is vixit temporibus Iuliani principis. ¶ Cyrillus præterea Hierosolymitanus præsul, sæpe pulsus ab Ecclesia & receptus: ad extremum sub Theodosio principe octo annos in sua sede perseuerauit: extant eius catecheses. Hæc Hieronymus.

Cyrinus, κυρῖνος, Romanus, cum Basilide & Nabore sub Diocletiano passus, ac sepultus tertio ab vrbe lapide. Ex Volater.

‖Cyris, mandus. Salmas.

Cyrnea, genus vasis, aliàs etiam *hirnea*, & *irnea*.‖

Cyrnii, κύρνιοι, Indiæ populi viuacissimi, vt quos ad centesimum quadragesimum annum vitam extendere proditum sit ab Isigono, referente Plin. *lib.* 7 *cap.* 2.

CYRNVS, κύρνος. vulgò *Corsega*. Insula est in mari Ligustico, quam Latini *Corsicam* dicunt longa passuum centum quinquaginta millia, lata maiore ex parte quinquaginta, circuitu trecentorum viginti duorum millium distans: à Vadis distans Volaterranis sexaginta duobus mill. passuum. Cyrnus à Cyrno rege, quum antea Terapne diceretur.

Cyrnia terra, κυρνία γῆ, de magnis stipendiis & expilationibus dicebatur: ob Cyrni insulæ immanitatem latrociniorum, ac gentis ferita-tem. ¶ Cyrnia terra, κυρνία γῆ, dicebatur regio latrociniis infamis, cuiusmodi erat

cuiusmodi ferunt olim fuisse Cyrnum. Gens hæc hodie malè audit apud Italos. Prouerbium non ineptè detorquebitur in hominem alieni rapacem ac violentum. In collectaneis Zenobij per Aldum editis reperitur κυρνία ἄτη, Cyrnia noxa, de qua *suprà*.

Cyrneus, a, um, Virg. *Eclog.* 9.

Sic tua Cyrneas fugiant examina taxos.

Cyrnea, æ, vasis vinarij genus, teste Nonio. {ANGL. *A bolle a great piece to drincking.*} Plaut. *Amph.* Cadus erat vini, inde impleui Cyrneam. ¶ Sunt qui Cyrneam scribant per i nostrum, vt κιρνᾶν τὸ κιρνᾶν, hoc est, miscendo dictum velint.

¶Cyrographus, pro chirographus. Salmas.¶

Cyropolis, κυρόπολις, ciuitas in Asia, quæ etiam Cyrechata, κυρέσχατα, vocatur, ad finem Persidis: ciues Cyropolitæ, & Cyrechateni, Steph.

Cyrrhea, vrbs in Helicone, iuxta Lysam. Lucanus,

Sed mihi iam numen, nec si te pectore vates
Accipiam, Cyrrhea velim secreta mouentem
Sollicitare deum, Bacchúmque auertere Nysa.

Cyrrhestica regio, à Cyrrho dicta est, vbi Cyrrhestis dea colebatur, quam Mineruam interpretantur Plin. & Ptol. Vide *Cyrrhus*.

Cyrrha, vide *Cirrha*.

Cyrrhus, κύῤῥος Steph. Syriæ oppidum, cuius incolæ Cyrrhestæ, κυῤῥησταὶ, dicuntur, & Diana Cyrrhestis, κυῤῥηστις: & regio ipsa Cyrrhestica, κυῤῥηστική: cuius meminit & Plin. *lib.* 5. *c.* 13. ¶ Sunt item Cyrrhestæ Macedoniæ populi, non procul à Pella Alexandri patria: quorum meminit Plin. *lib.* 4. *cap.* 10.

Cyrsilus, κυρσίλος, Atheniensis fuit, qui quum videret impetum Persarum diutiùs sustineri non posse, ciuésque iam de relinquenda vrbe, nauibúsque conscendendis cogitare, ciuibus suis consilium dedit, vtile quidem (vt ipsi tum videbatur) attamen non satis honestum, vt Xerxem potius reciperent, quàm patriam desererent. Quæ sententia vsque adeò ciuibus displicuit, vt statim eum lapidibus obruerint. Autor Cic. 3. *Offic.*

Cyrtæa, κυρταία, oppidum est ad mare rubrum, in quod Artaxerxes Megabyzum relegauit. Steph.

Cyrtones, vrbs Bœotiæ, (κύρτωνες) gentile κυρτώνιος. A Cyrtone verò κυρτώνη, antiquo oppidulo, Cyrtonius fit. Est etiam κυρτώνιος, vrbs Italiæ: gentile Cyrtoninus.

Cyrtus, κύρτος, vrbs Ægypti in mediterraneis, patria Dionysij medici: gentile κυρτός, oxytonum: pro vrbe enim barytonum est. Steph.

Cyrus, κῦρος, nomen duorum fluuiorum: quorum vnus Armeniæ & Hiberiæ fines interluit, & per Albaniam labitur. Oritur in monte Caucaso. Alter iuxta Pasagardas per cauam Persidem: à quo Cyro maiori, qui iuxta hunc amnem expositus fuit, nomen est inditum, teste Strab. *lib.* 15.

Cyrus, {כורש *chorésch.* κῦρος.} Cambysis filius ex Mandane Astyagis regis filia, & Persarum Medorúmque rex, qui primus (vt Iustin. *lib.* 1. scribit) deuicto Astyage vltimo Medorum rege, Medorum imperium transtulit in Persas: & subacta Asia, totum Orientem in potestatem redegit. Postremò quum bellum Scythis intulisset, eósque clade magna affecisset, Tomyris eo tempore Scytharum regina compositis insidiis, 200000. Persarum cum ipso rege trucidauit, ita vt neque nuntius tantæ cladis superfuerit. Caput Cyri amputatum, in vtrem humano sanguine plenum coniectum fuit, cum hac exprobratione, Satia te sanguine quem sitisti. Hic primùm *Agradatus* dictus fuit: postea *Cyrus* ab eiusdem nominis fluuio per cauam Persidem fluente, iuxta quem fuit expositus. Res eius gestas vide latiùs apud Xenoph. *in Pædia*, Herod. & Iustin. *lib.* 1. Cyrus autem Persarum lingua significat canem. Plutarch. *Artax.* Fuit præterea eiusdem nominis poëta quidam Theodosij iunioris temporibus ab Eudoxia Imperatoris vxore propter ingenij felicitatem ad summos honores euectus. Postremò præsul factus in Cotyleo Phrygiæ, Leone imperante diem obiit. Ex Suida.

Cyte, siue Cuta, κύτα. Steph. Oppidum est Colchydis, Medeæ patria, teste Steph. herbis veneficis in primis famosa.

Cytæus, a, um, adiect. κυταῖος. Vnde virgo Cytæa appellatur Medea à Valer. Flac. *lib.* 6.

Cytæis, idis, κυταΐς. Propert. *lib.* 2.

Non hic herba valet, non hic nocturna Cytæis.

Cytæum, κύταιον, vrbs Cretæ, Steph.

Cyteorum, *Ptolomæo*, Corticum Plinio, Cappadociæ oppidum, hodie *Cecino*. Vide ne à Cytoro monte dicatur.

Cyterium, κυτέριον, vrbs OEnotrorum mediterranea: gentile Cyteriores, vel Cyterinus, Steph.

Cythēră, orum, κύθηρα τά, vulgò *Cerigo*. Insula est contra Cretam, vt scribit Strabo, quinque millia à Maleæ præmontorio distans, in quam ferunt Venerem primùm vectam concha marina: vnde & Cytherea, κυθέρεια, dicta est. Virg. *lib.* 10. Et Paphos Idaliúmque mihi, sunt alta Cythera. Idem, Parce metu Cytherea, manent immota tuorum Fata tibi. Degenerat tamen hoc deriuatiuum à natura sui primitiui, corripit enim secundam syllabam, quæ in primitiuo producitur. Hanc insulam Porphyrussam vocat Aristoteles, Porphyrida Plinius, à purpurarum præstantia. De ea enim *lib.* 4. *c.* 12. sic scribit, Cythera (inquit) cum oppido in Laconico sinu, antea Porphyris appellata. Hæc sita est à Maleæ præmontorio VII. passuum ancipiti, propter angustias, ibi nauium ambitu. Hæc Plin. Hesiod. *in Theogonia* tradit, Venerem ab oppido Cyteream cognominatam: Seruius autem ab insula cognominatam tradit.

Cythĕrĭăcŭs, a, um, nomen adiectiuum possessiuum, κυθηριακός: vt, Nectar Cytheriacum, quod pro suauitate Venerea ponitur.

Cythĕris, κυθηρὶς. Nobilissima meretrix fuit liberta Volumnij, quæ eodem tempore floruit quo Origo & Arbuscula meretrices. Hanc Cornelius Gallus poëta supra modum adamauit: quo tamen spreto Antonium in Galliam sequuta est. Hanc Virg. *Ecl.* 10. Gallum consolans, commutato nomine *Lycoridem* vocat. Autor Seruius.

Cytheroniades. κυθαιρωνιάδες. Musæ dicuntur à saltu, cui Cytheron nomen est. Vide *Cythæron*, sic enim scribendum.

Cytheron, mons est Bœotiæ, non longè à Thebis, Apollini & Musis sacer, à quo Cytherides dicuntur. In eo quoque Bacchi sacra celebrabant. Virgil.

Nocturnúsque vocat clamore Cytheron.

Hinc quoque Cythera & Cythereus, a, um. Vide suprà *Cytharon*, κιθαιρών, sic enim scribendum est.

Cytherus, κύθηρος. Vicus in Pandionide tribu, inde Cytherius. Steph.

Cythnos, κύθνος Steph. Insula est ex Cycladibus à Cythno primo habitatore sic appellata. Alio nomine *Ophiusa*, ac *Dyropis*. Ex hac insula Timantes pictor est, qui ab ea *Cythnius* dicitur. ¶ Cythniæ, siue Cythniæ calamitates, κυθνώδεις συμφοραί. Zenodotus Aristotelem autorem citat Cythnios vsque adeò diuexatos afflictósque fuisse ab Amphytrione, vt in prouerbium abierint, κυθνώδεις συμφοραί, pro maximis cladibus & immensis calamitatibus.

Cythnius, a, um, κύθνιος, possessiuum, vt Timantus pictor *Cythnius* dictus est. Steph. iuxta Dryopem vnam Cycladum sitam scribit, & ipsam quoque sic nominatam fuisse. Meminit etiam Pomp. *lib.* 2. & Ouid. 7. *Metam.*

Florentémque Syron, Cydnon, planámque Seriphon.

Cythonymi probrum, seu dedecus, κυθωνύμου ὄνειδος. In hominem dicebatur vehementer infamem, fœdíque nominis, cuiúsque nomen iure supprimi debeat, vel ob malefacta, vel ob calamitates. Vnde & Græca vox à celando nomine dicta. Autor Steph.

Cytina, κυτίνα, vrbs Thessaliæ: ciuis Cytineus. Steph.

Cytinium, κυτίνιον, vna ex tribus Doridis ciuitatibus: gentile Cytiniates. Stephan.

Cytĭnŭs, {κύτινος. GALL. *La fleur d'vn grenadier.* ITAL. *Primo fior di pomo granato.* GERM. Granatapfel bluſt. HISP. *La granada quando sale de flor, ò flor de la granada.* ANGL. *The floure of a pomegarnette.*} Flos mali Punicæ satiuæ, vt balaustium syluestris, vt est apud Dioscorid. Plinius cytinum interpretatur primum partum punicæ florere incipientis. Flores verò ipsos in Cytino erumpentes, Balaustia, natura astringentes. Solet tamen appellatio hæc ad alia quoque genera congruere: vnde Diosc. Apollinaris herbæ flores *Cytinos* appellauit.

Cytis, κύτις, insula Arabiæ, vbi Toparius lapis inuenitur. Plin. *lib.* 6. *cap.* 29.

Cytĭsŭs, κύτισος, Genus fruticis incani, ad similitudinem rhamni, cubitalibus ramis, foliis loti trifoliæ, quem Aristomachus Atheniensis miris laudibus prædicauit, eo præcipuè nomine, quòd lætissimum pecori pabulum præbeat, & lactis copiam augeat: quod etiam confirmat Plin. *lib.* 13. *cap.* 24. Inuentus est autem hic frutex primò in Cythno insula (vnde & nomen accepit) & inde translatus in omnes Cyclades & vrbes Græcas. Col. *lib.* 13. *c.* 18. Cytisum (quem Græci aut ξίον, aut μηδικὴν, aut τηλεφίλον vocant) quàm plurimum habere expedit, quòd gallinis, apibus, ouibus, capris & omni generi pecudum vtilissimus est. Idem alibi duas facit Cytisi species, satiuam & alteram suæ sponte.

Cytorus, per y in prima syllaba, κύτωρος. Mons Paphlagoniæ, in quo buxus plurima nascebatur: vnde & *buxifer* à Catullo dicitur. Virg. 2. *Georg.* Et iuuat vndantem buxo spectare Cytorum. Ab hoc, quæ buxea sunt, Cytoriaca dicuntur. Ouid. 4. *Met.* Sæpe Cytoriaco diduxit pectine crines. ¶ Fuit & Cytorus, siue Cytorum ciuitas, Sinopensium emporium à Cytoro Phryxi filio conditum & appellatum, vt ex Ephori sententia refert Strab. *lib.* 12.

¶Cyttales, fur apud Iones. Rh.¶

Cyzicenus, κυζικηνός, Atheniensis Philosophus in mathematica & in cæteris scientiis excellentissimus, præcipuè in Geometria.

Cyzicus, κύζικος, vulgò *Chizico*, siue *Cizicum*. Insula in Propontide, duobus pontibus iuncta continenti, habens vrbem eiusdem nominis, mœnibus, arce, & turribus marmoreis: cui nomen indidit Cyzicus rex, quem Iason per imprudentiam interemit. De hac Ouid. *lib.* 1. *Faster.*

Hinc Propontiacis hærentem Cyzicon oris,
Cyzicon Æmoniæ nobile gentis opus.

Fuit hæc ciuitas magnitudine & pulchritudine cum primis Asiæ vrbibus comparanda, paci & bello apta, tribus armamentariis inclyta, quorum aliud armorum, aliud instrumentorum, aliud frumenti erat receptaculum. ¶ Verum Pius Papa in Asia hanc *Chyzicum* appellat, non Cyzicum. Et de Cyzico sic scribit: Nunquid Cyzicus nobis non satis constat, adeò claritatem rebus adimunt tempora, & nos humunciones diurnam quærimus in hoc seculo gloriam, quam potentissimæ ciuitates retinere non potuerunt? Propert. *lib.* 3.

Frigida iam multos placuit tibi Cyzicus annos.

¶ Cyzicus, Steph. vrbs est Propontidis in Chersoneso sita, alio nomine ἄρκτων νῆσος, id est, Vrsorum insula appellata. Homerus Cyzici habitatores *Doliones* vocat. De Chersoneso vide suprà.

Cyzicum, Bithyniæ nobilis ciuitas, nomen (inquit Pomp. *lib.* 1.) Cyzicus indidit, quem à Minyis imprudentibus, quum Colchos peterent, fusum acie, cæsúmque accipimus. Hactenus Mela. Hæc ciuitas arce, mœnibus, turribus marmoreis Asiaticæ plagæ littora illustrat, vt scribit Florus *in bello Mitridatic.* *lib.* 3. Libera illa aliquando, & agris diues, multóque in honore à Romanis habita. Lege Strab. *lib.* 12. De Cyzico Valer. *Argon.* *lib.* 2.

Nec procul ad tenuis surgit confinia ponti
Vrbs placidis demissa iugis, rex diuitis agri
Cyzicus, &c.

De morte Cyzici regis vide eundem Valer. 3. *Argon.* & Hermolaum *super cap.* 32. *lib.* 5. *Plinij.*

Cyzicenus, denominatiuum est à Cyzico Propontidis insula, κυζικηνός. ¶ Cyziceni stateres, κυζικηνοὶ στατῆρες, de re scitè scalpta. Nã hi nummi olim celebres erant, quòd eleganter scalpri viderentur. Repræsentabant altera parte Cybelem deorum matrem facie muliebri: altera leonis imaginem. Aut magis videbitur fore locus prouerbio, quum hominem significamus inæqualem ac sui dissimilem: aut qui longè aliud agat, quàm præ se ferat: quemadmodum Cyziceni ex vno latere Cybelem ostendebant effœminatam, ex altero leonem. Stater is valebat XXVIII. drachmas Atticas, vnde & de re magni pretij videtur posse dici.

NOTÆ

NOTÆ ANTIQVORVM.

C. Comitia,centum,Caius,caussa,cõdemno.CA.AM.caussa amabilis. C.B.ciuis bonus. CB. corymbus.

C.C. calumniæ caussa. C. C. E. caussa conuenta est. CC. circum. CCC. D P. tercentum duplex. C C C. T. P. tercentum terræ pedes. C. C. F. Caius Caij filius. CS. caussa. CA. vel C A M. Camillus. C Æ. Cæsar. CÆS. AVGG. Cæsares Augusti. CAR. COIV. carissimæ coniugi. CARIS.carissimus. C.B. commune bonum, ciuis bonus.CC. ducenti. C.CL.R. caussam claram regi. CR. contrarius. C.C. consilium cepit, cessit calumniæ,caussam contractus. CS. cuius. C D.C.quadringentis condemnatus.C D.condignum, quadringentum.

CEL.celeres.CEN.PP.vel, CENS. Censor perpetuus. CEN.A. Censoris arbitratu.CENT.centuria,centurio.CENTV. Centuriones.

C.F.Caij filius.C.F.R.caussa filiæ regis.

C.H.custos hortorum,custos hæredum.

CIC. Cicero. C.I.C.Caius Iulius Cæsar. C.III. IN. Cubitos tres inuenies. CI.CIPP. Cippus,seu terminus, vt ad tertium cippum, seu lapidem.CIV.Ciuitas,ciuis,C.IV.causa iusti.C.II.IV.P. cubitos duos inuenies plumbum.

CL.Claudius. CL.V. clarissimus vir. CL. F. clarissima filia, vel fœmina. CLI. Claudius. C.LDBL. causam laudabilem. C.L. Caij Libertus, vel Caius Libertus. CL. conlibertus. C.L. Caia Liberta. C. LIB. Caij Libertus, vel Liberorum. CLB.CL. conlibertæ clarissimæ.

C. M. centum millia. C. MAR. P. Caput margine pleno. CM. Comus.

C.ML.centum millia.CMS.comis.C.M.ciuis malus. C M.vel CA.M. causa mortis. COM.Comitia. C.M.S.causa mali sui. C.ML. crementum multum. CM L.XII camelos duodecim.

CN.Cneus.C.N.Caius noster.CN L.Cnei Libertus.

CO.coniugi.C.O.ciuitas omnis.CO. controuersia. COM. OB. Comitia obdurata.CON.consulatus.CON.SEN.E. OR.P. Q R. consensu senatus,equestris ordinis,populique Romani.CONS.vel CS. Consiliarius. COL.vel CL.colonia,coloni.COLL.collegæ, collegia. COL. collega, colonia, columen. COLL. FABR. collegium fabrum. COH. cohors. CONIV. coniunxit. CONIV. OBSEQVE. coniugi obsequentissimæ. CONIVG.M.coniugij Mercurij.CONX.coniunx.CONLIB.conlibertus, conliberta. CONTVB. contubernalis. COR. Cornelius. CORP. Corpus.CORN.R.F.Corneliæ regis filiæ. CORN.AVRS. coronas aureas. COS. consul. COS. QVAR. vel, IIII. consul quarto. COSS. DESIG.Consules designati.CSS.consularis,consulares. COS DES consul designatus.C.P.ciuis publicus.CPS.capta. C.P.C.P. causa petitionis causam posuit.CPRSS.Cupressi.

C.R.ciuis Romanus.CR.Creticus,Crispus,contractus. C.R.C. cuius rei causa.C R.C.P. cuius rei causa promittit.

CS. communis. CS.A. Cæsar Augustus. CS.IP. Cæsar Imperator. C.S.S. cum suis seruis. C.S.FL. cum suis filiis. C. S. H. cum suis hæredibus. C.S.P.E.cum suâ pecuniâ est.CST. controuersia.

CT.V.O.A.B. Ciuitas vitæ omnia aufert bona.

C.V.centum viri,clarissimus vir,casa Virginum.CIV.cuius.CIV.ciuitas. CVL.cultores.CVR curionum,curiatum,cursor.

C X IN.ARG.cubitos decem inuenies argentum.C.XX.IV.AVR.M.cubitos viginti inuenies aurum mirabile.

D

D Latina figura eadem fuit Ionũ priorum:sicut etiam δ & d admodum conueniunt.¶Inter B & D est quædam cognatio : vnde ex δὶς vel duis bis : & duonus, pro bonus. ¶ Etiam in D & L : vt Dacrumæ lacrumæ,dãtia lantia,Capitolium Capitodium,impedimentum impelimentum, cassila cassida. Ita sella à sede, oleo ab odor, meditor à μελετάω. ¶ D & T olim in multis promiscuè scribebantur:vt ad at,sed set, haud haut, Alexander Alexanter. ¶ Erat & olim alicubi R pro D.ita dicebant ar pro ad: vt aruenas pro aduenas. ¶ D transit etiam in C,G,L,P,R,S,T: vt accido,aggero,allido, appono, arrideo, meridies, assideo, rado rasi, cedo cessi,attamino,attingo.¶D frequenter interponitur in compositis,hiatûs causa prohibendo·vt redigo,redarguo,prodest. Subtrahitur etiam, cùm sequens syllaba ab S,& alia consonante incipit,vt aspiro, aspicio, ascendo,asto.¶ Cæterum non tantum in compositione, sed etiam extra eam interdum d interponebant sustinendæ syllabæ causâ, quum non amarent concursum vocalium,vt med pro me,med erga,pro me erga. Sic sederga,tederga. Inde Muretus *var.lect. lib.*15. *cap.*19. illud apud Horatium *lib.*3.*carm.od.*14.*v.*10. *malè ominatis*,putat scriptum fuisse, *maled ominatis*: ex quo alij fecerunt *malè dominatis*. Sic *lib.*1.*ep.v.*13.

Omne crede diem tibid illuxisse supremum,

ex quo,inquit, factum est *tibi diluxisse*. Ita *lib.*43. *Dig.sub tit. Ne quid in loco publico, vel itinere fiat, leg.* 2. vbi legitur, *Idem ait : si odore solo locus pestilentiosus fiat, non esse ab re de ea interdicto vti:* legendum censet, *non esse ab red eo interdicto vti.* Cognatæ itaque literæ sunt D & T. omninoque δ & τ: quod in deriuationibus meminisse oportet, vt facilius fidem inueniant.Plura vide in Martinij Etymologico.‖

D A

Dăæ,Daarum, Δάαι Steph. Populi sunt Scythiæ,ex genere Nomadum, vt autor est Seru.in illud Virg.8. *Æneid.*

Indomitique Daæ, & pontem indignatus Araxes.

‖Dabir,dauir,Oraculum Dei.

Dabula, palmæ genus.

Daca, poma vilissima.

Dacar,insuauis, vilis.‖

Dăciă, Δακία, regio Scythiæ Europææ, quam quidam Thraciæ partem, quidam conterminam dicunt.Hæc(vt Ptolemæus scribit *lib.*3.*cap.*8.) ad Septentrionem Carpato monte à Sarmatia diuiditur, ad Occasum autem Tibisco fluuio ab Iazygibus Metanastis : ad Meridiem & Ortum vsque ad Danubium extenditur. Huius regionis populi, Daci, Δάκοι, dicuntur, olim etiam Daui, teste Strab. *lib.*7. Getis proximi ad Ortum : à quibus seruilia Dauorum & Getarum nomina Athenienses acceperunt. Vnde in Comœdiis serui introduci solent, Daui, & Getæ nominati. ¶ Hodie hæc regio diuisa est in quatuor partes. In Valachiam vtramque, Moldauiam nimirum, & Transalpinam, versùs Septentrionem. In Bulgariam,siue Mysiam inferiorem à parte Orientali. In Seruiam,siue Bosnam, quæ & Mysia superior vocata est à parte Meridionali. Et denique in Transyluaniam à parte Occidentali, quæ diuisa est in Schytulitam,Septem castra,& Vnniam,partes nimirum, quas natio Vngarica incolit. Hi Romanis semper reluctabantur. Virg. 8. *Æneid.*

Indomitique Daci & pontem indignatus Araxes.

Statius,

——— —*frema trementem*
Rhenum & attoniti vidit domus ardua Daci.

‖Daciasani,milites Claudij Imp.‖

Dăcicŭs, Δακικός, dictus est, qui Daciam subegit,sicut à Germania Germanicus. Iuuenalis,

——— —*cum lance beata*
Dacicus, & scripto radiat Germanicus auro.

Dăcŭs,a,um, Δακός quod è Dacia. Spartianus, ad bellum Dacum Traianum familiaritatis persequutus est.

Dacrymās, autore Festo, Liuius Andronicus appellabat, quas nos *lacrymas*,Græcos sequutus,qui δακρύειν vocant Lacrymari,δάκρυα lacrymas. Vnde etiam constat verbum Lacrymor, & nomen Lacryma meliùs sine aspiratione scribi,quemadmodum vox Græca à qua originem trahunt.

Dăctylŭs, {אצבע *etsbáh.* δάκτυλος. Gall. *Un doigt.* Ital. *Dito.* Germ. Ein finger. Hisp. *Dedo.* Angl. *A finger.*} à Latinis dicitur *digitus* : vnde Dactylotheca (quæ Græcis etiam *Chirotheca*) pro tegumento manus, vel digitorum sumitur. ¶ Dactylus item vocatur pes metricus, quum syllabam longam duæ breues subsequuntur, Herous pes Ciceroni dictus, *lib.* 3. *de Orat.* quòd eo scribantur facta heroum & principum. ¶ Item Dactyli dicuntur fructus palmæ. Apicius, Et croci drachmæ singulæ dactylorum ossibus torridis quinque. Dactylus præterea graminis genus est,de quo sic scribit Plin.*lib.*14.*cap.*19. Sunt qui iaculcatum gramen vocant trium generum, quum in cacumine aculei sunt plurimum quini (dactylon vocant) hos conuolutos naribus inserunt, extrahûntque sanguinis ciendi gratia. ¶ Dactylus item piscis est è genere concharum.Idem Plin.*lib.*9.*cap.*6. Concharum è genere sunt dactyli, ab humanorum vnguium similitudine appellati. ¶ Dactylus Idæus,gemma. Idem *lib.*37. *c.*10. Idæi dactyli in Creta ferreo colore pollicem humanum exprimunt. Dactyli Idæi edebant miracula. Plutarch.*in Num.*Vide *Vngues.*

Dăctylĭcŭs,a,um, {δακτυλικός. Cic.*in Orat.*Quòd ille dactylicus numerus hexametrorum magni loquentiæ sit accommodatior.

Dăctylĭon, δακτύλιον, Græci annulum dicunt, ἀπὸ τῶ δακτύλων, hoc est,à digitis. {Gall. *Aneau.* Ital. *Anello.* Germ. Ein fingerring. Hisp. *Anillo.* Angl. *A ringe.*}

Dăctylŏthēcă, {δακτυλοθήκη. Angl. *A ringe case, or gloue.*} Annulorum capsula:δακτύλιος enim annulus est, θήκη capsula,siue arcula,vbi quid reponitur. Vlpianus *l.*52. *de legat. & fideicommis.* Idem Pomponius in dactylotheca legata tractat, & ait annulos quoque contineri : non solùm thecam : quæ annulorum causa parata est. Male autem hic antea scriptum erat dactylothecam pro gemma Plinio positam : quia locus Plinij *lib.* 37. *cap.*1. omnino ostendit contrarium. Dactylotheca quæ Martial. *Epigram.*123.*lib.*14.

Dăctylĭs,idis,fœm.gen. {טפחת *tabbábath.* δακτυλὶς, ἴδος. Gall. *De la grosseur d'un doigt.* Ital. *Longo vn dito.* Germ. Eines fingers dick oder groß. Hisp. *Luengo de vn dedo.* Angl. *Of the thicknesse or length of a finger.*} vt dactylides vites dictæ à gracilitate digitali.vel fortassis quod grana habeant dactylis similia, hoc est, fructui palmæ arboris. Plin. *lib.*14.*c.*3. Has etiam dactylos vocat Col.*lib.*3.*c.*2.

Dactyli Idæi, δάκτυλοι Ἰδαῖοι, iidem qui Corybantes, quos Iouem nutriuisse ferunt,& ne vagitu puer proderetur, nouo lusus genere excogitato, clypeolis æneis inter se concertantes, æris tinnitu & numerosi pedis compositione, qui Dactylus inde dictus est, Saturnum celauerunt.Idæi autem dicuntur à monte Ida.

Dadicæ,populi Scythiæ Asiaticæ apud Herod.*lib.*3.

Dadocertum, Δαδόκερτον, castellum, φρούριον, magnum Armeniæ, inter Med.Steph.

‖Daduchus, δᾳδοῦχος, qui tenet facem, tædifer, qui & δᾳδοφόρος, à δᾴς & ἔχω habeo, teneo.‖

Dædală, neutri generis, Δαίδαλα, ων, vrbs Lyciæ, ita appellata à monte vicino,seu Dædalo ibi sepulto,quum eum coluber aquaticus ex amne

Nino

Nino in paludem egressus momordisset. Plin. c. 27. lib. 5. Meminit etiam Steph. Cui Daedala etiam Rhodi ciuitas est, siue regio. item alia Indiae, & alia Cretae.

Daedália, Δαιδάλεια, vrbs Italiae à Daedalo condita, quae nunc Iulia vocatur. Steph.

Daedalidae, Δαιδαλίδαι, tribus Cecropidis vicus. Steph.

Daedalus, Δαίδαλος. Atheniensis faber egregius, Icari pater, qui serram asciam, perpendiculum, terebram, glutinum, ichthyocollam inuenit, malúmque & antennam naui imposuit. Hic accusatus quod perdicem sororis filium interemisset, iudicij metu in Cretam fugit, vbi Labyrinthum fabricauit, cui Minotaurus includeretur, opus portentosissimum humani ingenij. Dictus Daedalus (vt quidam existimant ἀπὸ τοῦ δαιδάλλειν, quod est variare, seu ornare. Alij hoc verbum a daedalo deriuatum putant, ob multiplex, variumque ingenium hominis, propter quod Graeci δαίδαλον varium dicunt, ingeniolum. Lucretius quoque terram ob rerum artificiorúmque varietatem, Daedalam nominat: Ennius simili modo Mineruam. Virg. Circen. Plautus Logodaedalos vocauit, qui dolum exiant sermonis ornatu. ¶ Daedali alae, Δαιδάλου πτερά. Dici solitum vbi alioqui non satis idoneus ad negotium conficiendum, artis alicuius, aut auxilij accessionem adiungeret: aut quum quis vrgente necessitate ad noua confugit consilia. ¶ Daedali opera, Δαιδάλου ποιήματα, dicuntur quae nouo artificio fabricata sunt & admirando. ¶ Remigiis Daedaleis, ad celeritatem significandam, Plaut. *in Amph.* dixit pro volatu.

‖Daedalus, a, um, ingeniosus, artificiosus, arte singulari factus, variegatus, variè ornatus. Item

Daedaleus, a, um, δαιδάλεος, & δαίδαλος, ο, ον, ex δαιδάλλω, artificiosè facio, variego. Thema est ἴδω, scio. Daedala terra Lucr. à varietate rerum, quae in ea.‖

Daemogórgon, Δημογοργών, Latinè dicitur deus terrae: quo nomine veteres intelligebant naturam rerum omnium matrem & altricem.

DAEMŌN, {שד *schedh.* δαίμων. GALL. *Ange bon ou mauuais.* ITAL. *Demonio.* GERM. Ein wissenhaffter geist/ er sey gut oder böß. HISP. *Angel bueno ò malo.* ANGL. *An angel good or euill.*} Deus, siue sapiens, ἀπὸ τοῦ δαίειν, quod est scire. August. *lib. 9. de Ciuit. Dei*, Daemones dicuntur, quoniam Graecum vocabulum est, ob scientiam nominati. Nostrae religionis homines appellant spiritus in coelo à Deo creatos, qui de caelo eiecti, partim in terrae infimo, partim in hoc aëre damnati sunt: hinc Eudaemon & Cacodaemon pro bono & malo daemone. Daemon etiam animus humanus in corpore situs vocatur.

‖Daemoniacus, à daemone obsessus, furiosus. idem & δαιμονιόληπτος Nicetae.‖

Daemónicus, a, um, quod est daemonis. δαιμονικός. Lactant. *lib. 4. in fine*, Sed daemonicis fraudibus irretiti diuinum nomen, cultúmque perdiderunt.

Daemónium, δαιμόνιον. Idem quod daemon, numen, Deus. Vnde extat Apuleij liber de Daemonio Socratis. ‖Zephyrus in Tertull. apolog. vult, daemonia per diminutionem à daemone dici. Sed δαιμόνιον adiectiuum est, & inde substantiuè *numen.* id vide. Tertull. *lib. de anima*, tradit, nullam penè animam sine daemonio esse.‖

Daethaletae, Δαιθαλῆται, gens Thraciae, Steph.

Daetor, vir Troianus apud Homerum.

Dagnades, auiculae quas potantes Aegyptij ad coronas deuinciebant, dum potum exercebant, quae cantilando & morsicando non paterentur dormire potantes. Autor Fest.

‖Dagon idolum Philistaeorum 1. *Sam.* 5. *v.* 12. 1. *Macchab.* 10.‖

Dahippus, Δάϊππος. Statuarius nobilis, cuius opera enumerat Plin. *lib. 34. cap. 8.*

Dai, Δάοι, Persarum populi, omnes pastores. Herod. *lib. 1.*

‖Dalerus, aliter thalerus, diuersà dialecto. Thal Germ. est vallis: vnde thaler/ vel Daler est numus vncialis argenteus. Vocatur etiam Ioachimicus. Jochims thal est vallis Ioachimica in Saxonia, vbi illa moneta cusa.‖

DĀLMĀTĬĀ, {Δαλματία. vulgò *Esclauonia de mar.*} Regio Illyrici, contermina Liburniae versùs Occasum: à qua Dalmatae, Δαλμάται, dicti sunt populi, qui (vt Appianus scribit) domiti ab Augusto fuere. In ea Iadera ciuitas insignis rerum abundantia & Epidaurus, hodie Ragusium dictum.

Dālmătă, ae, Δαλμάτης, qui ex Dalmatia est. Mart. *lib. 10.*

——— *& cuntem*
Vdo Dalmata gaudio sequeris.

‖Dalmatica, Imperatoris erat tunica manuleata, talaris. Buleng.‖

Dalmaticus, a, um, Suet. *in August.* Externa bella duo per se gessit, Dalmaticum adolescens adhuc, & Cantabricum.

Dălmătĭcātŭs, Dalmatico habitu vestitus. Lampr. in Commodo, Dalmaticatus in publicum processit, atque ita signum quadrigis emittendis dedit.

Dāmă, à δαμάζω, κατ' ἀντίφρασιν, genus caprae syluestris, tam masculini, quàm foeminini generis. {יעלה *jahelah* צבי *tsebhi.* πρόξ. GALL. *Un daim.* ITAL. *Capra seluatica.* GERM. Ein wilder rehbock/ dambirß/ oder ein gattung der gembsen. HISP. *Gama ò cabra montes.* ANGL. *A doe or bucke.*} Virg. *in Pharmac.*

Cum canibus timidi venient ad pocula damae.

Martialis,

Dente timetur aper, defendunt cornua ceruum,
Imbelles damae quid nisi praeda sumus?

¶ Huius diminutiuum est Damula.

Damaei, Δαμαῖοι, populi iuxta Ichthyophagos. Steph.

Damascius, Δαμάσκιος, Sigaeus historicus Herodoti tempore ante bellum Peloponnesiacum, scripsit de rebus in Graecia gestis: praeterea de maioribus eorum, qui ad Troiam profecti sunt, & de poëtis, & sophistis, aliáque complura. ¶ Fuit item alius eodem nomine Stoicus philosophus Simplicij & Elamitae familiaris, qui sub Iustiniano principe viguit. Scripsit Commentarios in Platonem, & alia quae enumerantur à Suida.

Damascus, {דמשק *dammeschek.* Δαμασκός. GERM. Die hauptstatt in Syrien.} Vrbs nobilissima, caput Syriae: vnde Damascena, δαμασκηνά, pruna, autore Plin. *lib. 15.* dicta creduntur: & regio ipsa Damascene, quae totam illam Syriae partem complectitur, quae adiacet Libano monti.

Damasithymus, Δαμασίθυμος, Candaulis filius fuit, vnus è ducibus Xerxis Persarum regis, quum Graeciae bellum inferret: teste Herodoto *lib. 7.*

Damasonium, δαμασώνιον, herba est plantaginis folia habens, angustiora tamen, & in terram reflexa. A Dioscoride ἄλισμα appellatur. Nonnulli putant esse quam vulgus *Plantaginem aquaticam* vocat: alij illam quae ab officinis *Fistula pastoralis* dicitur.

Dameas, nobilis statuarius, autore Plin. *lib. 34. c. 8.*

Damianus, Ephesius, Δαμιανός, Sophista nobilis, circa M. Antonij principis tempora, diuitijs ac potentia inter suos praeditus, viros doctos liberalitate prosequutus est: eloquentiae quoque genus secundùm naturam imitatus. Autor Philostratus *in Sophistis.*

Damium, teste Festo, sacrificij genus, quod in operto fiebat in honorem Bonae deae: ita dictum per contrarium sensum, quod minimè esset δαμόσιον, hoc est, publicum. Vnde & Dea ipsa Damia, & sacerdos eius Damias appellata est. Autor Fest.

Damiurgus, vide *Demiurgus.*

Dāmnas, pro Damnatus apud Iureconsultos. {מחויב *mechuijab* אשם *aschém.* ἁλούς, ὀφλών. GALL. *Condamné.* ITAL. *Condennato.* GERM. Verdambt. HISP. *Condenado.* ANGL. *Condemned.*} Marcellus, Quisquis mihi haeres erit, dare damnas esto. Vtebantur autem hoc verbo quum testator suo testamento damnabat heredem ad praestandum alicui aliquod legatum. Quint. *lib. 7.* Haeres meus vxori meae damnas esto dare argenti quod elegerit pondo centum.

DĀMNVM, Varro, a demendo dictum, quum diminutione res deterior fit. Iactura, detrimentum, incommodum, malum. {נזק *nezek.* βλάβη, ζημία. GALL. *Dommage.* ITAL. *Danno.* GERM. Ein schad/ nachtheil. HISP. *Daño.* ANGL. *Domage, hurt, losse.*} Terent. *in Adelph.* Nisi eò mercatum veniam, damnum maximum est. Cicero, quod declamationibus nostris cares, damni nihil facis.

Sentit amans sua damna, ferò tamen haeret in illis,

Ouid. *Eleg. 1. lib. 4. Trist.*

Tu verò tua damna, dole, (quòd me amiseris.)

Idem *Eleg. 3. lib. 4. Trist.* Populi strenui mihi damno sunt. Plaut. *Pseud. sc. 7. a. 4.*

Bina damna fero, (aeger animo & corpore.)

Ouid. *Eleg. 8. lib. 3. Trist.*

——— *Damno viribus esse tuis.* (i. ingenio.)

Idem *Eleg. 1. lib. 2. Trist.* Meo malo & damno. Plaut. *Aul. sc. 6. a. 4. & Asin. sc. 3. a. 1.* Ne mihi damnum in Epidamno duas, vbi nemo sine damno diuortitur. Idem *Menaech. sc. 1. a. 2.* Est vbi damnum praestet facere, quam lucrum. Idem *Capt. sc. 2. a. 2.* Lucifugas, damni cupidos. Idem *Pseud. sc. 7. a. 4.* Quod damni & quod fecisti flagitij potuit viritim populo dispertirier. *Ibid. sc. 1. a. 1.* Damnum quid, vide Quint. *declam. 320.* Damna & aucta lunae. Gell. *cap. 7. lib. 20.* Item, Hoc ad damnum defertur. (i. ad meretricem.) Plaut. *Menaech. sc. 2. a. 1.* ¶ Damnum infectum, damnum nondum factum, sed quod futurum veremur, Paulus *D. lib. 39. tit. de damno infecto, l. 2. & l. 4.* Cauere damni infecti, vel de damno infecto, *l. 7.* damni infecti nomine satisdare. ¶ Damnum sentire, damnum ferre. *D. lib. 10. tit. 3. l. 6.* Vlp. Neque lucrum, neque damnum eum sentire oportet. ¶ Damnum ad ipsum respicit, pro eo quod est, damnum ipse sentire debet. Vlp. *D. lib. 10. tit. 3. l. 6.* Si verò non communi nomine, sed vt lucretur solus, magis esse oportet, vt & damnum ad ipsum respiciat. ¶ Damni Vicarius. Papinianus *D. lib. 26. tit. 7. l. 39.* Tutor qui tutoris idoneum haeredem conuenire pupilli nomine noluit, damni vicarius substituitur.

‖Damnulum, paruum damnum. Cath.‖

Dāmnifico, Damnum infero. {הזיק *hezzik.* ζημιόω. GALL. *Faire dommage.* ITAL. *Danneggiare, far danno.* GERM. Schaden thun. HISP. *Hazer daño.* ANGL. *To endomage.*} Damnificus, qui infert damnum. Plaut. *in Cistel.* Imitatio nequam bestiam, & damnificam.

Dāmnigĕrŭlŭs, {ζημιοφόρος. GALL. *Portemalheur, dommageable.* ITAL. *Che fa ò porta danno.* GERM. Der schaden thut/ schädlich. HISP. *Cosa dañosa ò que haze daño.* ANGL. *That bringeth domage or losse.*} Plaut. *in Truc.* Ite hac simul mulieri damnigeruli foras gerrones.

Dāmnōsus, a, um, Damnum, vel detrimentum habens coniunctum. {ζημιώδης, βλαβερός. GALL. *Dommageable.* ITAL. *Dannoso.* GERM. Schädlich. HISP. *Cosa dañosa, que haze daño ò menoscabo.* ANGL. *Damageable, harmfull, hurtfull.*} Colum. *lib. 1.* Quod etsi per partes nonnunquam damnosum est, in summa tamen compendiosum. ¶ Aliquando sumitur actiuè, pro eo quod damnum infert. Plautus *in Bacch.* Quid tibi commercij est cum dijs damnosissimis? Damnosa meretrix. Liu. *9. d. 4.* Damnosus in aedificando. Item, Dites damnosos maritos (aliàs ditis.) Plaut. *Curc. sc. 1. a. 4.* Damnosi nati & amatores (i. profusi.) Idem *Pseud. sc. 5. a. 1.* Iniicietque manum formae damnosa senectus. Ouid. *Eleg. 7. lib. 4. Trist.* ¶ Aliquando passiuè, vt apud Plaut. *in Epid.* Damnoso sene, pro eo qui damnum subeat. Damnosus, profusus. Suet. *in Neron.* Non in alia re damnosior, quam in aedificando.

Damnōsior, comparatiuus, à damnosus. Ponitur pro profusiori apud Sueton. *in Nerone cap. 31.* Non in alia re damnosior, quàm in aedificando.

Dāmnōsè, aduerb. Periculosè. {ζημιωδῶς. GALL. *Dommageablement, auec dommage.* ITAL. *Con danno.* GERM. Mit schaden/ Schädlicher weyß noch. HISP. *Con daño.* ANGL. *With great dommage and losse.*} Horat. 2. *Serm. Satyr. 8.* tum Vibidius Balatroni,

Nos, nisi damnosè bibimus, moriemur inulti.

DĀMNO, as, Condemno, improbo, conuinco. {חייב *chijeb* רשע *harschiah.* κατακρίνω. GALL. *Condamner.* ITAL. *Dannare, condennare.* GERM. Verdammen/ verurteilen. HISP. *Condenar ò dañar.* ANGL. *To condemne, to appoynte to be punished.*} Quandoque ablatiuo, quandoque genitiuo iungitur. Ablatiuo, Cicer. 6. *Verr.* Daréque operam, vt is eo crimine damnaretur, ne ipse esset in crimine. Sen. dicit genus humanum damnatum mortalitate. & *epist. 96.* Mulieres damnatae morbis virilibus ob

intempe

intemperantiam. Cic. 1. *Tusc.* Sed plurimi contrà nituntur, animósque quasi capite damnatos, morte mulctant.

An falso Palamedem crimine turpe est
Accusasse mihi, vobis damnasse decorum?

Ouid. 13. *Metam.* Item quod est & erit morte damnatum est. Senec. *cap.* 72. Cùm de, Cicer. *ad Brut.* 11. 4. Atque ille si actum posteris de vi damnatus esset, &c. Damnati de calumnia. Gell. *cap.* 2. *lib.* 14. Damnare de suspicionibus, id est, ex suspicionibus, per suspiciones. Vlp. *in l. absentem.* §. 1. *de pœn.* Genitiuo, Cicer. 4. *ad Her.* Maiores nostri si quam vnius peccati mulierem damnabant, simplici iudicio maleficiorum multorum conuictam putabant. Quo pacto? Quoniam quam impudicam iudicauerant, eam veneficij quoque damnatam existimabant. Damnare sua tempora infelicitatis. Quint. Damnari ad, Plaut. *Rud.* Quem modò damnauit ad recuperatores Pseusidippus? Plin. *ep.* 249. Qui damnati ad pœnam erant. Damnari in. Idem *ep.* 248. Quidam vel in opus damnati, vel in ludum. Idem *ep.* 35. Damnatus in metallum, strangulatus in carcere. ¶ Quando verò non apponitur pretium, vel peccatum, pœnáve peccati, accusatiuo tantùm iungitur, & significat culpo. Cic. 4. *Tuscul.* Rerum naturam potius quàm errorem damnare volumus. Damnare pro Reum peragere, siue condemnari facere. Tacit. *lib.* 3. Abolitas leges, & funditus versas, vbi in foro, in limine curiæ, ab Annia Rufilla, quam fraudis sub iudice damnauisset, probra sibi, & minæ intendantur. Plin. *lib.* 34. *cap.* 2. Verrem Cicero damnauerat. ¶ Interdum accipitur pro exhæredare, [illegible]: vnde è duobus filiis, alterum hæredem institutum, alterum damnatum legimus, hoc est, exhæredatione improbatum. ¶ Interdum pro compellere, obligare, & necessitate obstringere. Gaius *D. lib.* 8. *tit.* 4. *l.* 16. Potest etiam in testamento hæredem suum quis damnare, ne altiùs ædes suas tollat, ne luminibus ædium vicinarum officiat. ¶ Damnare ad gladium, i. pœna capitali atque vltore gladio. Vlp. *D. lib.* 47. *tit.* 14. Abigei cùm durius puniuntur, ad gladium damnari solent. Ter. *in Phorm.* Tuus est damnatus gnatus, non tu. ¶ Composita à Damno sunt Condemno, & Prædamno, quod est antè damno, [illegible]. Liu. *lib.* 4. Totam culpam eius temporis in prædamnatum collegam transferentem, omnes tribus absoluerunt.

Dāmnātio, nis, verbale, Condemnatio, calamitas. {עֹנֶשׁ *onésch.* [illegible]. GALL. *Damnement, condamnation.* ITAL. *Condennagione.* GERM. Verdammung. HISP. *Condenacion.* ANGL. *A condemning.*} Reorum acerbissimæ damnationes. Cicer. *in Pison.* Idem 4. *Verr.* Docuissémque hanc damnationem duci non oportere, &c.

Dāmnātus, us. Idem quod damnatio. [illegible]. Plin. *lib.* 6. *cap.* 44. Alieno beneficio postea vixit, bonis inde etiam consecratis à damnatu suo.

Dāmnātōrius, a, um, quod damnationem adfert, quod condemnationem habet coniunctam. {[illegible]. GALL. *De condamnation, qui condamne.* ITAL. *Di condenagione.* GERM. Das zu dem verdammen oder verurtheilen gehört. HISP. *De condenacion, el que condena.* ANGL. *That condemneth.*} Cic. 5. *Verr.* Verres in Zenonem iudicium dabat illud suum damnatorium de iugerum professione.

Dāmnātōria & absolutoria tabella. Sueton. *in August. cap.* 33. [illegible].

Dāmnātus, part. {מְחֻיָּב *mechuijáb* עָנוּשׁ *anúsch.* [illegible]. GALL. *Condamné.* ITAL. *Dannato.* GERM. Verdampt/verurteilt. HISP. *Condenado.* ANGL. *Condemned.*} vt, Damnatus capitis, vel capite, hoc est, condemnatus. ¶ Interdum etiam idem quod obligatus, vel astrictus. Vnde hæredes dicebantur Damnati ad præstandum legatum, hoc est, astricti & obligati. Pro quo veteres etiam dicebant Damnas. ¶ Item Damnatus voti, vel voto, dicitur is, qui iam eius, cuius gratia votum fecerat, factus est compos. Et Damnare aliquem voto, dicebantur dij, quum alicui tribuebant id cuius gratia votum susceperat. Fiebant autem vota ferè sub conditione, hoc modo, Mars pater, si mihi, populóque Romano hodie victoriam dederis, hoc ipso in loco tibi ex marmore templum statuam. Hoc voto ita facto, qui vouit, statim factus est reus voti, nihil tamen cogitur præstare, nisi adepta victoria. Vbi autem iam debellatis hostibus contigerat victoria, tunc demum dicebatur damnatus voto, hoc est, astrictus & obligatus ad persoluendum votum. Virg. *in Daph.*

Vt Baccho Cererique, tibi sic vota quotannis
Agricolæ facient: damnabis tu quoque votis.

Hæc ideò hic fusiùs notanda duximus, quòd ipsum etiam Macrobium altissimæ eruditionis virum, & plerosque alios, qui eius autoritatem sequuti sunt, ea in re lapsos videremus, qui arbitrantur eum dici damnatum votis, qui iam vota persoluit. Hoc autem verum non esse, apertissimè conuincitur vno Liuij testimonio *lib.* 7. *ab Vrbe condita.* Dictator nequit Deorum quoque opes adhibendas ratus, inter ipsam dimicationem equidem Iunoni Monetæ vouit: cuius damnatus voti quum victor Romam reuertisset, Dictatura se abdicauit. Et *paulò post*, Anno postquam vota erat, ædes Monetæ dedicatur. Audisne Dictatorem protinus parta victoria fuisse damnatum voti, quum tamen votum adhuc non persoluisset, quod subsequenti demum anno fuit persolutum? A participio Damnatus fit compositum Indemnatus, non condemnatus, [illegible]. Salust. *in Catil.* Hi primò, cœpère quenque pessimum, & omnibus inuisum, indemnatum necare, hoc est, indicta causa, & nulla præcedente condemnatione. Liu. *lib.* 3. *ab Vrbe.* Eum indemnatum indicta causa non debere violari. Composita à Damno sunt, Condemno, & Prædamno, quod est antè damno, [illegible]. Liu. 4. Totam culpam eius temporis in prædamnatum collegam transferentem omnes tribus absoluerunt.

Damocles, [illegible]. Nomen proprium vnius ex assentatoribus Dionysij.

Damocrita, [illegible]. Matrona fuit Spartana, Alcippi ciuis clarissimi vxor, quæ quum virum ab iis qui contrarias in Republica partes fouebant, in exilium actum sequi prohiberetur, filiæque iam viro maturæ edicto nubere prohiberentur, ne ex iis quispiam Alcippi vltor nasceretur: concepit animo facinus supra omnem muliebrem audaciam. Nam quum ex more fœminæ primariæ noctu in ædiculam quandam sacrorum causa conuenissent, Damocrita à filiabus adiuta, magnam vim lignorum, quæ ad sacrificia parata erant, ad fores congessit, ignémque iniecit, vt intus omnes exureret. Accurrentibus deinde auxilio viris, illa filias primum, deinde etiam seipsam interfecit. Ex narrationibus amatoriis Plutarchi.

Dāmœtās, cum diphongo œ, [illegible]. Nomen pastoris, de quo Virg. *in bucol.*

Dic mihi Damœta, &c.

Dāmōn, [illegible]. Nomen Philosophi Pythagorici, qui cum Pythia arctissimo amicitiæ vinculo constrictus fuit. De quo ita Cic. *lib.* 3. *Offic.* Damonem & Pythiam Pythagoreos hoc animo inter se fuisse, vt quum eorum alteri Dionysius tyrannus diem necis destinauisset, & is qui morti addictus esset, paucos sibi dies commendandorum suorum causa postulauisset, vas factus est alter sistendi eius, vt si ille non reuertisset ad diem, moriendum esset sibi ipsi: qui quum ad diem se recepisset, admiratus eorum fidem Tyrannus, petiuit vt se ad amicitiam tertium adscriberent.

Damophila, [illegible], Lesbia poëtria fuit, Sapphûs coætanea, cuius meminit Philostrat. *in vita Apollony.*

Damophilus, [illegible], Sophistæ cuiusdam nomen est, qui sub M. Antonio principe floruit. Autor Suidas.

Damostratus, [illegible], Historicus, scripsit de piscibus libros xx. Suidas.

Damoxenus, [illegible], Atheniensis comicus, cuius fabulæ nonnullæ memorantur ab Athenæo in Dipnosophistis.

Damyndas, vir fuit Macedo, teste Plutarcho.

Dan, [illegible], vicus est quarto à Paneade milliario, euntibus Tyrum, qui vsque hodie sic vocatur: terminus Iudææ prouinciæ ad Septentrionem, de quo Iordanis flumen erumpens, à loco sortitus est nomen: *Ior* quippe fluuium, siue riuum Hebræi vocant.

[Danace, nummus, quem Græci ori mortuorum inserebant: vt haberent vnde naulum soluerent.]

Dănăē, per tres syllabas, [illegible]. Nomen Acrisij filiæ, quæ à Ioue in aurei imbris effigiem conuerso compressa, Perseum peperit, qui auum suum occidit. Ouid. 2. *de Trist.*

Quid Danaen Danaësque nurum, matrémque Lyæi.

Dănăūs, [illegible]. Ægypti frater, Argiuorum rex, qui anno egressionis populi Israël trigesimo secundo, Stenelo rege expulso, Argos tenuit, ibique quinquaginta annos regnauit. Proderetem Danaum finxit. Ouid. 13. *Metam.*

——— ferunt ignémque Iouémque
In Danaas classes.

Ibid.

Vt dolor vnius Danais peruenit ad omnes. Ibid.

Hic Danaus genuit quinquaginta filias, quæ ab aui nomine Belides, à patre verò Danaides dictæ sunt. Hæ vna nocte viros suos Ægypti filios interfecerunt præter vnam Hypermnestram, quæ Linum, vel, vt quidam volunt, Lynceum maritum seruauit. Vnde apud inferos supplicij loco illis præscriptum est, dolium pertusum aqua implere, è quo tantundem effluat, quantum infundatur. Inde originem traxit prouerbium, Dolium Danaidum: quod in auaros competit, quorum auaritiæ nihil est satis: aut in prodigos, quorum profusioni ne ipse quidem Pactolus satisfaciat: aut in homines futiles, qui arcana fidei suæ credita non queunt continere. Huc videtur allusisse Parmeno apud Terentium, Plenus rimarum sum: hac atque illac perfluo. Vide supra *Ægyptum,* & *Belides.*

[Danere, dare, antiq.]

Dania, [illegible]. Septentrionalis Oceani peninsula est, maritimæ Saxoniæ lateri adhærens: quam olim Cimbri habitarunt, quos postea Marius deleuit in Italiam irrumpere conantes. {GERM. Denemarck.}

Dănīstă, Fœnerator, creditor. {נֹשֶׁה *noschéh.* [illegible]. GALL. *Vsurier, qui preste à interest.* ITAL. *Vsurario, creditore.* GERM. Ein wucherer. HISP. *Vsurero.* ANGL. *An vsurer, or lender for gaine.*} Plautus, Mors est mihi Danista, qui de me argentum non petit. [illegible], quod est mutuum dare. Ad Danistam deuenires, adderes fœnusculum. Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 1.

Dănīsticus, [illegible], fœneratorius.

Dantes, Poeta Florentinus, regum & principum amicitiis clarus, cuius vitam scribit Volater. *lib.* 2.

Danticum, nobile Poloniæ emporium est, ad mare situm, vbi Vistula amnis in Oceanum influit: Germani sua lingua vocant *Dantzig.*

Danubius, {[illegible]. GERM. Die Thonaw.} Maximus Europæ fluuius, qui ortus in iugis Abnobæ montis Germaniæ ex aduerso Raurici Galliæ oppidi, multis vltra Alpes millibus ac per innumeras lapsus gentes Danubij nomine, immenso aquarum auctu, vbi primùm Illyricum alluit, Ister appellatus, sexaginta amnibus receptis, medio ferme numero eorum nauigabili, in Pontum vastis sex fluminibus euoluitur. Hæc Plin. *lib.* 4. *c.* 12. ¶ Vbi Abnobiam vocat locum fontis, quod nomen videtur esse factum ab eo, quod Germani dicunt Ein aw, hoc est, vallem cultam inter montes & saltus: in veteribus tamen codicibus scribitur Arnobæ, quod ad locum scaturiginis propriùs congruit, qui dicitur in der Bar. Fontes eius sunt ad Pagum Donaschinge, qui muro humili circundati septuaginta quinque passus ambitu suo conficiunt, ostiolum habet duorum passuum, & postquam ab ostio erumpit, illico excrescit in fluuium latitudinis quinque passuum, qui non procul ab origine recepit duos riuulos magnitudinis eiusdem, quorum alter vocatur à Germanis Prigen, alter Breggen. Mox ab initio Italicum, vbi pagum Flora alluit, traiicitur, ponte passuum centum & sexaginta. De Danubio sic Dionysius,

Abnoba mons Istro pater est: cadit Abnoba hiatu
Flumen, in Eoos autem conuertitur axes,
Euxinique salo se voluitur, ora per æquor
Quinque vomens amnis, &c.

¶ Ammianus quoque *lib.* 22. Amnis (inquit) Danubius oriens prope Rauracos montes, limitibus Rheticis per latiorem orbem prætensus, ac sexaginta nauigabiles penè recipiens fluuios, septem ostiis per hoc Scythicum latus erumpit in mare, &c. Hinc secundum post

post Nilum facit Ausonius, & Ouid. *lib.4. de Ponto*, vbi de Scythiæ fluminibus.

Danunt, quandoque à veteribus dicebatur pro Dant, & Duis pro Dederis. Plaut. *in Pers. sc.1.a.3.* cui seruitutem dij danunt lenoniam. Nonius. Idem *Capt. sc.1.a.4.* Qui duplam agninam danunt. Et *Most. sc.2. a.1.* Adminiculum eis danunt aliquem cognatum.

Dapalis, Dapaticus, Dapatice, vide *Dap*.

§Dapax, loquax, facundus ex cibo. ¶ Dapticus, apertus. ¶ Dapsilis, magnificus. Cath.§

Dāphne, δάφνη, Penei fluuij filia fuit, quæ quum vim Apollinis non posset effugere, implorato paterno numine conuersa est in laurum. Vide Ouid. *lib.1. Metam.* ¶ Est item Daphne ingens lucus, & opacus, XL. stadiis distans ab Antiochia Syriæ, aquis fontanis irriguus, in cuius medio fanum est asylum Apollinis. Autor Strab. *lib.15.* Stephanus præterea aliquot alia eiusdem nominis loca commemorat, quæ vide apud ipsum.

Daphnia, gemma comitialibus morbis vtilis existimata. Plin. *lib.37.c.10.*

Dāphnis, δάφνις, fuit, teste Seru. Mercurij filius, in Sicilia natus, iuuenis formosissimus, qui primus Bucolicum carmen inuenisse dicitur, postremò luminibus captus est, quòd ebrius cum aliena fœmina congressus esset, vt prædictum ei fuerat à nympha. Autor Suidas. ¶ Fuit & Daphnis, δάφνη Steph. Antiochiæ suburbanum, quod octoginta stadiorum ambitu claudebatur, vt ait Strabo. ¶ Lyciæ præterea castellum fuit & alia prope Pelusium, à copia laurorum illic nascentium: & suburbanum in ore Ponti ad sinistram, quod Sergium vocant, in ipsis Ponti faucibus ad dextram nauiganti portus: autor Steph. Daphnas ad ostium Nili Pelusiacum reddit Herodotus.

Daphnites, δαφνίτης, dicitur Apollo. Ammonius.

Daphnoidēs, {δαφνοειδὴς. GALL. *Laureole*. ITAL. & HISP. *Laureola*. GERM. Lorbeerbaum. ANGL. *A kind of baye tree.*} Lauri species, baccas habens è nigro rubescentes, quibus gustatis os atque guttur accenditur. Frutex est ramosus, crassiore, quàm laurus, folio. Autor Plin. *lib.51.* ¶ Est item Daphnoides, clematidis species mollia virilia per terram spargens, quæ à Latinis Vincaperuinca appellatur. Vide suprà in dictione *Clematis*.

Dāphnon, {δαφνών. GALL. *Vn lieu complanté de lauriers*. ITAL. *Luogo doue sono molti lauri*. GERM. Ein lorbaumgart. HISP. *El lauredal*. ANGL. *A place sett with baye trees.*} Laurentum dicimus, hoc est, locum multis consitum lauris. Martial. *lib.10.*

Dispoluit daphnona suo Torquatus in agro.

Daphnus, δαφνοῦς, ο, vel δαφνοῦς, ο, vrbs Phocica. Steph.

Daphnusis, δαφνοῦσις, palus prope Olympum Bithynum. Steph.

Daphnus, tribus vicina Cô. Steph.

Daphnidium, δαφνίδιον, prope Rhegium est. Thracibus vicinum. Est & Ægypti vicus. Steph.

Dāps, inquit Festus, apud antiquos dicebatur res diuina, quæ fiebat aut hyberna semente, aut verna: quod vocabulum ex Græco deducitur, apud quos id genus epularum δαὶς dicitur. Liu. *1. ab Vrbe*, Tum sacrum factum, adhibitis ad ministerium dapemque Potitiis ac Pinariis. *Ibid.* Pinariis extis adesis ad cæteram venirent dapem. Quomodo verò dapes construantur, vide Caton. *de re rust. c.132.* Cæterum dapes non solùm deorum, vel nostræ in sacrificiis deorum: sed etiam magnifici & opipari apparatus sunt. {מטעם *matham*. εἰδέσματα. GALL. *Banquet, viandes somptueuses, appareil de viandes*. ITAL. *Viuanda apparecchio grande de viuande*. GERM. Herrliche zubereite speisen. HISP. *Manjar costoso, & otra cosa para comer*. ANGL. *Delicate meates, fines dishes.*} Mart. Illa quidem lauta est, dapibusque instructa superbis. Virg. *4. Æneid.* Diripiúntque dapes contactúque omnia fœdant. Præterea & cibos vitabiles & infandos dapes vocari, Nonius in duobus Virg. locis affirmat, quorum alter est *Æneid. 3. de Cyclope*,

Nam simul expletus dapibus, vinóque sepultus.

Alter *in hoc*.

Quas illi Philomela dapes, quæ dona pararit.

Dāpino, as, Significat dapes paro. Plaut. *in Capt. sc.1.a.4.* Æternum tibi dapinabo victum, si vera autumat.

Dāpalis, cœna, quæ diuersis & amplis dapibus constat. λαμπρὸς, δαψιλής. Plin. *lib.10. cap.10.* Pauonem cibi gratia Romæ primus occidit orator Hortensius, dapali cœna sacerdotij.

Dāpāticus, a, um, quod est amplum, magnificum: vt, Negotium dapaticum, μεγαλοπρεπὲς. Festus.

Dāpāticē, aduerb. id est, lautè. λαμπρῶς. Festus.

Dapsilē, aduerbium, Abundanter, lautè, copiosè. {δαψιλῶς. GALL. *Abondamment, somptueusement*. ITAL. *Abundantemente, liberalmente, magnificamente*. GERM. Reichlich. HISP. *Magnificamente y costosamente*. ANGL. *Abundantly, costly.*} Suet. *in Vespas.* Sed & conuiuabatur assiduè, ac sæpiùs rectè ac dapsilè.

Dāpsilis, e, Abundans, largus, liberalis. {δαψιλής. GALL. *Grand & abondant, somptueux*. ITAL. *Abundante, liberale*. GERM. Reichlich, völlich, vberflüssig. HISP. *Magnifico y costoso y abundante*. ANGL. *Liberall, sumptuous costly.*} Plaut. *Mostell.* Triginta minæ, prætérque alios dapsiles sumptus facit. Columell. *lib.4. cap.17.* Si autem continuis superioribus annis dapsili prouentu fatigata vitis fuerit, requiescere, ac refici patiatur. Idem *lib. eodem*: At spionia dapsilis, multo ac amplitudine magis vuarum, quàm numero fertilis. δαψίλειαν, largitatem, abundantiam rerum, liberalitatémque vocant: vnde nostri quoque dapsiles aliquando lautos, & liberales appellant. Plaut. *in Aulul.* Istas magnas factiones, dotes dapsiles nihil moror: id est, affluentes & largas. Idem *Pseud. sc.1.a.5.* Corollas dari dapsiles. & *sc.4.a.1.* Herili filio largitus dictis dapsilis.

Dāpsilitēr, aduerbium, Dapsilè, lautè. Næuius *in Corollaria*, Vltrò meretur, quamobrem ametur, ita dapsiliter suos amicos alit.

Dāpsā, apud veteres genus sacrificij quod fiebat aut hyeme sæuienti, aut vere à Græcis δαὶς vocatur.

§Dapticè, magnificè. ¶ Dapticum, amplum. Fest. Cerd.§

Dapsolibyes, δαψολίβυες, populi. Steph.

Daradus, Ptol. Fluuius est Africæ, quem aliquot literis in fine abiectis, Darat vocat Plin. *lib.5. cap.1.*

Daræ, δάραι, Munitissimum castellum Anastasij ciuitatis, cuius ciues Dareni, aliàs Darrhæ per duplex r.

Darapsa, δάραψα, vrbs in Bactria. Steph.

Dardæ, δάρδαι, Indici populi sunt qui sub Daride contra Dionysium pugnarunt.

Dardănus, δάρδανος, Electræ, Iouísque filij nomen, qui quum Iasium fratrem interemisset, inde fugiens in Samothraciam primum, & deinde in Asiam venit, locáque tenuit Hellesponto proxima: vrbémque ibi Dardanum condidit: regionémque totam Dardaniam appellauit: quam postea Tros Erichthonij filius Troiam appellauit: Trois autem filius fuit Ilus, qui vrbem regiam à se Ilion appellauit. Ilus autem Laomedontem filium genuit, qui pater fuit Priami. Virg. *3. Æneid.*

Dardanus Iliacæ primus pater vrbis & autor.

Alexander, Dardanus, Paris, prænomen, nomen, cognomen eius, Diom. *lib.1.* & Ouid. *13. Metam.*

——— Dardanio vate potitus.

¶ Dardaniæ artes, i. magicæ, à Dardano insigni, vt tradunt, mago, cuius commentariis perlectis, doctissimus euasisse Democritus memoratur. De quo Plin. *lib.30. cap.1.* Apuleius, Eusebiúsque *lib.1. præparat. Euang.* Col. *lib.10.* Dardaniæ veniunt artes.

Dardanarij, qui omnia præemunt, vt aliquando cariùs vendant. {σιτοκάπηλοι. GERM. Fürkäuffer. ANGL. *Forstallers or chose alles of the markate.*} Dicti à Dardano quodam contaminatissimo & profligatissimo mago, à quo etiam Dardaniæ artes à Colum. vocantur magicæ. Eius sunt verba,

At si nulla valet medicina repellere pestem,

Dardaniæ veniant artes.

Dārdănium, δαρδάνιον, genus ornamenti quod lacertis adhibebatur. Plin. *lib.33. c.3.* Cuius sceleris nos coarguimus illum primùm qui auro dignitatem per annulos fecit, vt habeant in lacertis iam quiddam & viri quod à Dardanis venit, itaque & Dardanum vocabatur.

Dares, etis, δάρης. Historicus Phrygius fuit, qui primus bellum Troianum, cui ipse interfuerat, Græce conscripsit, quod postea à Cornelio Nepote in Latinam linguam versum fuit. ¶ Fuit item Dares quidam ex comitibus Æneæ, qui cum Entello Siculo cæstuum certamine congressus succubuit: vt refert Virg. *5. Æneid.* Hinc locus factus prouerbio apud Hieronymum *ad Augustinum*, Dares Entellum prouocat. Conueniet vt, si quando quispiam iuuenili temeritate lacesset aliquem, non perinde promptum ad suscipiendum certamen, verùm intolerandum si semel inierit.

Daridæus, δαριδαῖος, Persarum rex fuit eo tempore quo Apollonius Tianeus ad Indos per Persidem iter fecit, hoc est, tempore Tiberij & Caij & Claudij Imperatorum.

Daridna, vrbs Paphlagoniæ, Steph. δαρίδνα.

§Darien, vel Dariene, *Darien*, vrbs Caribanæ prouinciæ in India Occidentali.§

Dariorigum, δαριόριγον, vulgò *Vannes*. Oppidum est Venetorum in Gallia Lugdunensi ad Oceanum situm: teste Ptolem. *lib.2. cap.7.* Sunt qui existiment idem esse cum eo, quod Galli vocant *Rennes en Bretagne*.

Daritæ, δαρεῖται, populi quidam. Steph.

Darsitane, δαρσιτάνη, vrbs Persica. Steph.

Darius, {דריוש *darjavesch*. δαρεῖος. Nomen regis Persarum, qui triginta sex annos regnauit: cui Xerxes filius ex Atosa Cyri filia successit in regnum. Fuit & alter eiusdem nominis Persarum rex, qui Alexandri adolescentiam despicatam habens, bello eum aggressus est: quem tamen Alexander exiguis copiis facilè profligauit. Darius verò instaurato exercitu, prælio iterum congressus, ægre fuga sibi salutem quæsiuit, vxore & filiabus hostium prædæ relictis. Post hæc de pacis conditionibus cum Alexandro agens, quum nihil impetrasset, redintegratis copiis tertiò congreditur, tandémque victus, quum se fuga victori eripere conaretur, à suis comprehensus est trucidatus. Hoc nomen habet pen. prod. quoniam apud Græcos scribitur per ει diphthongum. Claud. *in epist. ad Adrianum*, Darium famuli Manibus doluisse peremptum. Mirum, quin me tua caussa faciat Iupiter Philippum, aut Darium triuenefica. Plaut. *Aul. sc.2.a.2.*

Dāricus, δαρεικὸς, Numisma priscum Darij imagine percussum. Plutarch. *in Cim. & in Artox.*

Darrhæ, δάρραι, populi intra rubrum mare. Steph.

Darsania, δαρσανία, vrbs Indica, vbi vno die mulieres vestem contexerunt.

Darsij, δάρσιοι, populi Thraciæ. Steph.

Daruernum, δαρούερνον, vulgò *Douures*. Portus est Britanniæ insulæ, vnde breuissimus est ad Caletes traiectus. Autor Ptol. *lib.2. c.3.*

Darus, Ptol. Est fluuius Pannoniæ inferioris, quem Plin. *lib.3. c.25.* Drauum appellat: hodie Motam vocant.

Dascylos, Bithyniæ oppidum. Plin. & Pompon. *lib.1.* Ptolem. Strabo & Stephan. Dascylium nominant, δασκύλιον: vicinúmque lacum Dascyliticum.

Dasia, δασεῖα. Densitas spiritus, & signum est vocalis aspiratæ, quod hac nota formatur.

Dassaretæ, δασσαρῆται Thraciæ populi, quos à tergo Epito iunctos scribit Plin. de his Mela *lib.2.* in descriptione Thraciæ.

Dastylus, fuit Gygis regis pater, teste Herod. *lib. hist. 1.*

Dasypūs, odis, {שפן *schaphân*. δασύπους. GALL. *Vn connil*. ITAL. *Coniglio*. GERM. Ein haaß oder ein kunigle. HISP. *Conejo*. ANGL. *A conie or hare.*} Animal est quod nos leporem, aut, vt aliis placet, cuniculum vocamus. Plin. *lib.10. cap.63.* Dasypodes omni mense pariunt, & superfœtant, sicut lepores. A partu statim implentur: concipiunt, quamuis vbera siccante fœtu, pariunt non cæcos. Ex quo loco constat, Plinium Dasypodem à lepore distinxisse. Budæus tamen credit Plinium in ea re deceptum fuisse, eo præcipuè argumento nixus, quòd Aristoteles plerisque in locis dasypodem à lepore non videatur distinguere. Si tamen diligentiùs scriptorem illum excussisset, inuenisset locum manifestissimum, vbi ille duo hæc indubiè secernit, locus est *lib.1. de hist. animalium*, vbi sic habet, differunt præterea animantes moribus: nam aliæ mites,

mites, remissæ, ac minimè pernicaces sunt, vt bouës aliæ animosæ, peruicaces, brutæ omnino, vt sues syluestres: aliæ ingeniosæ, ac timidæ, οἷον ἔλαφος καὶ λαγωὸς καὶ δασύπους, hoc est (interprete Theodoro) vt cerui, leporis, cuniculi. Polybius tamen *lib.12. historiarum*, cuniculum Latino nomine appellare maluit, non secus ac si Græca lingua animalis eius nomenclatura destitueretur. Ait enim nasci animal lepori simile κουνίκλον προσαγορευόμενον. Hisce argumentis adductus Erasmus, vertens adagium illud, apud Græcos vsitatissimum, δασύπους κρεῶν ἐπιθυμεῖ, maluit Græcam dictionem seruare, quàm de re incerta quippiam temerè pronunciare. Sic enim vertit: Dasypus carnes desiderat. Dicitur in eos, qui ea requirunt ab aliis, quæ ipsis affatim sunt domi.

Dătăt[illegible]us, Dataxim, vide *Do*.

Dates, vnus fuit è ducibus Darij, qui, teste Herod. *lib.6.* bello apud Marathonem victus est.

Datum, Δάτον, vrbs Thraciæ, ciues Datenei. Steph.

Datylepti, Δατυλεπτοί, populi Thraciæ. Steph.

Daue, Δαυή, vrbs Arabiæ. Steph. Gentilia Dauæus, Dauenus, Dauites.

‖Dauentria, *Deuenter.*, V.E. Germaniæ inferioris, ad Isalam fl.§

Dauli[illegible], Nympha, è qua Daulidi vrbi nomen. Steph.

Daulia, vel Daulis, Δαυλὶς Ptolemæo, oppidum Phocidis fuit, olim sub ditione Terei regis Thracum, vnde Philomela ab Ouidio Daulia dicitur, quòd in Daulide vrbe in auem sui nominis fuerit conuersa, Deflet (inquit) Threicium Daulias ales Itym.

Daucus, Δαῦκος. Herba est similitudine fœniculi, candidioribus tamen foliis & minoribus hirsutisque cauli pedali recto, radice suauissimi gustus. Plura eius sunt genera, quæ vide apud Plin. *lib.25.c.9.*

Daunium, Δαύνιον, vrbs Italiæ. ¶ Est & Daunium murus Thraciæ. Stephan.

Daunorighitæ Scepsi, ἀνέλαβοι Δαυνολαχῖται. Vide Stephanum in *Scepsa*.

Daunus, filius fuit Pilumni & Danaes, & auus Turni, qui in Apuleia regnauit: à quo etiam regio illa, Daunia dicta est. ¶ Alter fuit Daunus prioris filius, qui ex Venilia sorore amata Turnum suscepit. Virgil. *lib.12.*

——— Dauni miserere senectæ.

¶ Est quoque fluuij nomen in Apulia. Vnde Horat. *lib. 3. Carm. Ode 33.*

——— qua pauper aquæ Daunus agrestium
Regnator populorum, &c.

Dauni, Italiæ populi à Dauno duce Diomedis socero victi: horum oppidum est Salapia, Annibalis meretricio amore inclytum, vt scribit Plin. *lib.3. cap.11.*

Daunia, Δαυνία, vulgò *Puglia pugiana*, Apulia, à Dauno Illyriæ gentis claro viro, Diomedis socero, qui eam condidit.

Daur[illegible]es, Herodoto *circa finem lib.6.* vnus ex Darij ducibus fortissimus, eiusdemque gener, qui in insidiis à Caris cæsus est.

Dausara, Δαύσαρα, vrbs circa Essedam. Steph.

Dautia, quæ & Lautia dicimus. Munuscula, quæ dantur legatis hospitij gratia. Fest.

DE

De, {מן *min.* περί. GALL. *De.* ITAL. *De, di, da.* GERM. *Von.* HISP. *De.* ANGL. *Of, frome.*} Præpositio est, quæ separata significat, ἀπὸ, hoc est, à, vel ab, vel ex: vt, Audiui de patre tuo. ¶ Item περὶ. Cicer. 3. *de Orat.* Oratio Crassi de colonia Narbonensi, & altera de lege Seruilia. Item propter. Terent. *in Eunuch.* Quantum me amas de fidicina hac? De qua caussa, pro, qua de caussa. Gell. *c.13. lib.5.* De suo offerre. Suet. *in Aug. cap.44.* Vide *Pectus*. De manu reddere strenam. Idem *in Tib. cap.34.* Nec timui esse de nocte tantum. Ouid. 3. *Fast.* De ea re argumenta paucis verbis eloquar. Plaut. *Amph. sc.1. a.5.* Hæc sunt verba de lege. (i. legis.) Gell. *cap.1. lib.20.* De calumnia damnari. Idem *cap.2. lib.14.* De sua peribant proscripti. Senec. *cap.20. lib. de consol. ad Mart.* De classe cum reduxi. Ouid. 13. *Metam.* De palla memento amabo. Plaut. *Asin. sc.2. a.5.* Qua de re, pro quamobrem. Idem *Amphitr.* Meo de studio erant vestra. Idem *Asin. sc.3. a.1.* Quæ nolebam de industria fugiebatis. *Ibid.* De suo opsonari filiæ in nuptiis. Idem *Aulul. sc.1. a.2.* Te de alia re resciuisse censui. *Ibid. sc.6. a.4.* De illa re tibi non aduersabor. *Ibid. sc.3. a.1.* Ita commenti (sunt dolum) de sua sententia. Idem *Capt. prolog.* De compacto, vide *Compingo*. Inceptis de te subtexam carmina chartis. Tib. *lib.4.* De Danais quis te laudat: mox, De tot Graiorum millibus. Ouid. 13. *Metam.* De improbis auferri præmium decet. Plaut. *Pseud. sc.7. a.4.* Nam ipsam experior de me, & de me ipsam scio. Idem *Amph.* De illa re conquiescito. Idem *Pseud. sc.1. a.1.* Credit tibi de istis. Idem *Merc. sc.2. a.4.* De semita. Idem *Curc. sc.3. a.1.* De foribus interea sis vide. (i. caue attigeris.) Idem *Amphitr.* Quid de te merui, qua de caussa tu me perderes? Idem *Menæch. sc.2. a.3.* De illo emi virginem. Idem *Curc. sc.3. a.1.* De illis verbis caue tibi. Idem *Menæch. sc.2. a.5.* De crimine natus Erichthonius. Ouid. *Eleg.1. lib.9. Trist.* ¶ Item Deorsum, sicut Sus, Sursum: vnde Súsque déque fero, veteres dicebant, hoc est, sursum, an deorsum res feratur parui facio. ¶ Item ponitur pro è, vt apud Suet. *in Caligula cap.37.* Fabricauit & de cedris Liburnicas, gemmatis puppibus, pro è cedris.

Quem tu diua memor de Pane monilibus ornas. (i. paniceis.)

Ouid. 6. *Fast.*

——— Lituras
De lacrymis factas sentiat esse meis.

Idem *Eleg.1. lib.1. Trist.* ¶ De nihilo. (i. nulla caussa.) Liu. 4. *d.4.* De nihilo dicunt contumeliam. Plaut. ¶ Item memoratiuam vim habet: vt Cicero scripsit *de Officiis.* De nocte abire, id est, in nocte, vel per noctem. Terent. *in Adelph.* Cum prima luce ibo hinc. M. imò de nocte censeo. Vbi Donatus dicit abundare *de*. Imò phrasis Latina est, nihilque frequentius apud Cæsarem & classicos autores. Liu. 4. *d. 4.* De tertia vigilia nauem conscendit. De die. Sueton. *in Calig. cap.37.* De media nocte. Idem *ibid. in Calig. c.10.* Et, de die dabitur. Plaut. De die potare. Idem. Cicer. *pro Murena*, Vigilas de nocte, vt tuis consultoribus respondeas. ¶ De meo consilio, de mea sententia, & similia, pro me suadente & consulente, &c. Sæpe apud Cic. De eodem genere, pro eiusdem generis. Cic. 4. *Tusc.* Afflictio, desperatio, & si qua sunt de genere eodem. De, pro quantum pertinet ad Terent. *Hecy.* Nam de redu-cenda, id verò neutiquam honestum esse arbitror. Cicer. *ad Lentulum lib.1.* Cedit religioni de exercitu. i. e. pro post. Plaut. *Mil.* Non bonus est somnus hominis de prandio. De pro Ad. vt, Ædificare de exemplo alterius. *Ibid.* ¶ De, vt περὶ, etiam postponitur. Paulus *D. lib.21. tit.2. l.11.* Ex his verbis stipulationis duplæ, vel simplæ, Eum hominem, quo de agitur, noxa esse solutum. De scripto dicere: id est, legendo. Cicer. *de Cl. Orat.* De summo loco, summóque genere filius. Plaut. *Capt. & Aul. prolog.* De summo summus Iupiter. Idem *Amphit. sc.3. a.4.* Item de supero. (i. de tecto.) *Ibid.* Quo de genere natus. Idem *Capt. sc.2. a.2.* Adolescens de equestri loco. Gell. *cap.9. lib.19.* ¶ Quæ ex de pecunia. August. *in Breuiar. sub finem.* Ex agri de politioribus eiiciuntur. Varro apud Nonium in *Politio*. ¶ Præpositio De anceps est. Gell. *cap.16. lib.6.* (i. modò auget, modò minuit.) Composita verò aliquando detractionem notat, vt Decortico, Delibro, Deuestio, Deplumo, Depilo, Decaluo, Dearmo. ¶ In aliquibus deorsum, κάτω, vt Descendo, Defluo. ¶ Interdum non, vt Delumbe, quod est non habens lumbos. ¶ Interdum actiua est, siue intensiua, vt Deamo, Deprauo. ¶ Interdum diminutiua, vt Decresco, Deferuesco. ¶ Interdum priuatiua, siue negatiua, vt Desperatus, Demens, Dedecet. ¶ Interdum localem vim obtinet, vt Deambulo. ¶ Interdum deficientem vim sui simplicis indicat: vt Disco, Dedisco: Tego, Detego: Doceo, Dedoceo. ¶ Interdum est honoris exhibitiua, vt Defero, Deduco. ¶ Significat etiam quandoque in totum, vel omnino, vt Demando. ¶ Quandoque aperte, seu palàm, vt demonstro. ¶ Componitur autem cum dictione incipiente ab a. vt Deamo: b, vt Debacchor: c, vt Decerno: d, vt Deduco: e, vt Deeræ: f, vt Defero: g, vt Deglutio: h, vt Dehisco: i, vt Deiicio: l, vt Delabor: m, vt Demiror: n, vt Denudo: o, vt Deosculor: p, vt Depello: r, vt Deriuo: s, vt Desudo: t, vt Detraho: u, vt Deuenio. ¶ Patitur nonnunquam elisionem, metri gratia: sicut in Deinde & Dehinc. Virg. *lib.1. Æneid.*

Oscula libauit natæ, d'hinc talia fatur,

vbi eliditur e.

Dĕă, æ, fœm. à Deus. {θεά, θεός, ἡ. GALL. *Deesse.* ITAL. *Dea.* GERM. *Göttin.* HISP. *Dea, diosa.* ANGL. *A goddesse.*} Virg. 1. *Æneid.*

——— nec vox hominem sonat, ô dea certè.

¶ Deæ triformis sacra, id est, Hecates, quæ & Luna & Diana & Proserpina creditur esse. Luna quidem, in cœlo, Diana in terris: & Proserpina apud inferos. Ouid. 7. *Metamorph.* Auxiliaris dea. Idem 9. *Metam.*

——— quum te partu Lucina leuarit,
Tollere quicquid erit, dea sum auxiliaris, opémque
Exorata fero.

¶ Vltrices deæ. Seneca *de Octauia*, Tartara testor, Erebíque deas scelerum vltrices.

——— Suáque eripere ade Deam. (i. signum.)

Ouid. 13. *Metam.* Te omnes Dij deæque perduint. Plaut. *Curc. sc.3. a.5.*

Iure deas veneror, (Musas.)

Ouid. *Eleg.1. lib.4. Trist.*

Nate dea dixi,

Idem 13. *Metam.*

Dĕăcĭnātŭs, a, um, {ἀπεῤῥαγισμένος, ὁ τὰ ῥαγῶν ἐκκεκαθαρμένος ἢ ῥαγολόγος. GALL. *De qui on a esté & nettoyé les grains de raisin.* ITAL. *Mondato da granelli.* GERM. *Von traubenbeeren wol gesaubert.* HISP. *Pat. de los berrujos de las vuas.* ANGL. *That is cleensed of the kernelles of grapes or lik fruite.*} vt Deacinata dolia, à quibus abstersi sunt acini. Cat. *de re rust. cap.26.* Vbi erit lectum post dies triginta: si bene deacinata erunt dolia, oblinito.

‖Deactio, peractio. Fest.‖

Dĕālbo, idem est quod album reddo, album tectorium induco. {חלבין *hilbin.* λευκαίνω. GALL. *Blanchir par dessus.* ITAL. *Imbiancare.* GERM. *Weissen/oder weiß machen.* HISP. *Blanquear, emblanquecer.* ANGL. *To make white, to whitelime.*} vt, Dealbare parietem, est album tectorium superinducere. Curtius *ad Cic.* Nec solere duos parietes de eadem fidelia dealbare.

Dĕălbātŭs, a, um, participium, idem quod albo inductus colore. Sueton. *in Galba, c.9.* Multóque præter cæteras altiorem & dealbatam statui crucem iussit.

Dĕāmbŭlo, Ambulo, inambulo. {התהלך *hithhallech.* περιπατέω. GALL. *Se pourmener.* ITAL. *Passeggiare.* GERM. *Hin vnd wider gehen/spacieren.* HISP. *Passear.* ANGL. *To walk, to go.*} Ter. *in Adelph.* Deambulare huc libitum est. Cic. *lib.1. de leg.* Quin igitur pergimus ad illa spatia nostra, sedésque, vbi cùm satis erat deambulatum requiescemus?

Dĕāmbŭlātĭo, Ambulatio. {הליכה *halicáh.* ὁ περίπατος. GALL. *Pourmenement ou pourmenoir.* ITAL. *Passeggiamento.* GERM. *Spatzierung/das hin vnd her gehen.* HISP. *Obra de passearse.* ANGL. *A walking.*} Terent. *in Heaut.* Vel me hæc deambulatio, quàm non laboriosa, ad languorem dedit.

Dĕāmbŭlātōrĭŭm, locus in quo deambulamus. {περίπατος. ANGL. *An allay or gallerie to walkin.*}

Dĕămo, Valde & ex animo amo. {עגב *Hagháb.* ὑπεραγαπάω. GALL. *Fort aimer.* ITAL. *Amar di cuore.* GERM. *Hertzlich oder innigklich lieben.* HISP. *Amar de coraçon.* ANGL. *To loue tenderly.* Terent. *in Heaut.* Næ ego sum fortunatus, deamo te Syre. Plaut. *Truc.* Magna nunciauit Chiamus hodie gaudia, mea dona deamata acceptáque habita esse apud Phronesium.

Dĕārmātus, exercitus, hoc est, Exarmatus, i. armis spoliatus. {ἀφωπλισμένος, ὁ τὰ ὅπλα ἀφῃρημένος. GALL. *Desarmé.* ITAL. *Essercito disarmato.* GERM. *Ein kriegßhauff der wehrloß gemacht ist.* HISP. *Hueste desarmada.* ANGL. *Spoiled of armour or vnarmed.*} Liu. 4. *ab Vrbe.* Consul triumphans in vrbem redit, Ciuilio Volscorum duce ante currum ducto, prælatisque spoliis, quibus dearmatum exercitum hostium sub iugum miserat.

Dĕartŭo, as, Artus incido, artus adimo, & eripio. {נתח *nittách.* ἀκρωτηριάζω. GALL. *Desmembrer.* ITAL. *Smembrare.* GERM. *Die glider abhauwen/ Ein glid nach dem andern abhauwen/zerstucken.* HISP. *Despedaçar en miembros.* ANGL. *To demember.*} Dilacerauisti, deartuauisti apes. Plaut. *Capt. sc.5. a.1.* Idem *in Capt. sc.1.* & *5. a.5.* Tum igitur ego ærumnatus, deartuatus sum miser sceleris huius technis.

Deauro,as, Inauro, auro tego. {זהב צפה tsippah zahab. χρυσόω. Gall. *Dorer.* Ital. *adorare* Germ. *Vergulden.* Hisp. *Dorar por de fuera.* Angl. *To gild with gold.* } vnde Deauratus, χρυσωτός.

Debacchari, propriè est præ ebrietate furere, bacchari. {השתכר kischtaccher. Gall. *Iniurier autruy en maniere d'yurongne, faire quelque insolence.* Ital. *Furiare per ebriezza.* Germ. *Toben/ oder wüeten/ wenn man ist voll trunckenheit.* Hisp. *Afar de furer por embriaguez.* Angl. *To rage and rayle like a drunken man, to be voode angrie.* } Quanquam etiam debacchari dicimus eum qui præ furore mentis suæ non satis compos, nihil consideratè agit, & sine fructu tumultuatur. Ter. *in Adelph.* Si satis debacchatus iam es, leno, audi si vis nunc. San. Egón' debacchatus sum in te, an tu in me?

Debellare, Bello vincere, vel capere. {נצח nitstsach. καταπολεμέω, ἐκπολεμόω. Gall. *Vaincre par guerre, surmonter.* Ital. *Vincere in guerra.* Germ. *Mit kriegen vberwinden vnd bezwingen.* Hisp. *Vencer o tomar por guerra.* Angl. *To vanquish and overcome by warre.* } Et propriè Debellamus homines, Expugnamus castra, vrbes, naues & huiusmodi. Plin. *lib.*6. Darium Alexander debellauit. Liu. *lib.*8. Debellatum est cum Græcis, id est, finitum est bellum. Virg. 6. *Æneid.*

Parcere subiectis, & debellare superbos.

Debellatus,a,um, partic. Victus, superatus. {מנצח menatstsach. καταπολεμηθείς, ἐκπολεμηθείς. Gall. *Vaincu, surmonté.* Ital. *Vinto, superato.* Germ. *Mit kriegsmacht bestritten oder vberwunden.* Hisp. *Vencido.* Angl. *Overcome by warrefare.* } Liu. 8. *ab Vrbe*, Debellatus vi hostis.

Debellato, vice aduerbij. Liu. 10. *bell. Pun.* Scipionem velut iam debellato, Vticæ oppugnandæ intentum auertit fama redintegrandi belli.

Debellandus,a,um, Participium futuri temporis. Virg. 5. *Æneid.* —gens dura, atque aspera cultu Debellanda tibi Latio est.

Debellator, verbale. {מנצח menatstseach. καταπολεμητής. Gall. *Vainqueur, surmonteur, victorieux.* Ital. *Vincitore, vittorioso.* Germ. *Ein vberwinder vnd sieger im krieg.* Hisp. *Vencedor.* Angl. *A conquierour, a vanquysheour.* } vt Cruenti gurgitis debellator, apud Statium *lib.* 9. *Thebaid.*

‖Debeo, obligatus sum, ab *habeo*. Perott. Cui debeo, de eo habeo. Loquor, vt Ter. *Phorm.* 2.2. Agrum de nostro patre colendum habebat. Vocab. vet. Debere, de alieno habere. à de & habeo.‖ Velleius, Quem supplicio debuerat, prælio spiritum reddidit. Ouid. 13. *Metam.*

Non immerita deberi præmia dextra.

Quintil. Cui ego omnia volo & debeo. Velleius, Omnia sua incrementa sibi debuit. Cicero, Diues sum, si non reddo illis quibus debeo. Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 3. Ego te macto infortunio, quo mactare soleo, quoi nihil debeo. *Ibid. sc.* 3. *a.* 4. Cui nisi malum nihil debeo. *Ibid. sc.* 4. *a.* 4. Semper istoc modo moratus viuere debebas. Idem *Mostell. sc.* 4. *a.* 1. ¶Item pro exigere. Iuuenal. *Satyr.* 10.

——pœnas quascunque mariti
Irati debent. (id est, exigunt.)

Pertinet ad omnia quibus deuincti sumus: quod vulgò *Teneor*, seu *Debitor*, aut *Obligatus sum* dicitur. {ὀφείλω. Gall. *Deuoir, estre tenu & obligé.* Ital. *Deuere, essere debitore, tenuto, obligato.* Germ. *Schuldig/ pflichtig sollen.* Hisp. *Dever, ser obligado.* Angl. *To owe, to be bound to.* } Cicer. *Planco*, Perfice, vt ne minus Respublica tibi, quàm tu Reipublicæ debeas. Idem *Seruio*, Homo & maximis meis beneficiis deuinctus, & propè omnium qui mihi debere aliquid videntur gratissimus. ὀφείλω. Plaut. *in Curc.* Beatus mihi videor, subduxi ratiunculam quantum æris mihi sit, quantúmque alieni siet: diues sum, si non reddo iis quibus debeo. Sal. *in Catil.* Res autem opportuna videbatur, quòd is priuatim egregia liberalitate publicè maximis muneribus grandem pecuniam debeat. Sæpissimè verò pro oportet. Cic. *ad Attic.* Si volent grati esse, debebunt Pompeium hortari, vt sit amicus.

Debetur inuentio illi. Plin. *lib.*18. *c.*7. Inuentio eius Chio insulæ debetur, id est, attribui debet.

Debitor, {לוה loveh. ὀφειλέτης, χρεώστης, ὀφειλέτης. Gall. *Debiteur.* Ital. *Debitore.* Germ. *Ein schuldner.* Hisp. *Deudor.* Angl. *A debtour, that oweth.* } Teste Modestino, propriè dicitur is à quo inuito exigi pecunia potest. Cic. *ad Att. lib.*5. Titinius debitoribus suis renuntiauit vt eodem fœnore vterentur. Idem *pro Flac.* Fecit eadem omnia quæ nostri debitores solent: negauit se versuram vllam fecisse. *Lex* 12. *tab.* de debitoris corpore diuidendo. Quint. *lib.*3. Debitori creditam pecuniam condonare. Cic. 2. *Offic.* Plin. *in Paneg.* Nam liberalitatem iucundiorem debitor gratus, clariorem ingratus facit.

Debitio, Debitum. {חוב chob משה maschscheh. ὀφείλημα. Gall. *Debte.* Ital. *Debito.* Germ. *Die schuld.* Hisp. *Deuda.* Angl. *A owing.* } Cic. *pro Planc.* Perquam dissimilis est pecuniæ debitio & gratiæ: nam qui pecuniam dissoluit statim, non habet id quod reddidit: qui autem debet, æs retinet alienum. Gratiam autem & qui refert, habet: & qui habet, in eo ipso quod habet, refert.

Debitum, subst. Æs alienum, debitio, nomen. {חוב chob משה maschscheh. χρέος, ὀφείλημα. Gall. *Debte, ce qui est deu.* Ital. *Debito.* Germ. *Ein schuld.* Hisp. *Deuda.* Angl. *Debte, that is owen.* } Cic. *in Oratione ad populum antequam iret in exilium.* Fidei conducit in loco debitum retribuere.

Debitum iri, antiquo more dictum, pro debitum iri, quemadmodum Datuiri, pro datum iri, & defensuiri, pro defensum iri.

Debitus,a,um, part. quod debetur. {χρεωστούμενος. Gall. *Deu.* Ital. *Douuto conueneuole.* Germ. *Schuldig/ pflichtig.* Hisp. *Deuido, lo que alguno deue.* Angl. *Due, owen.* } Cic. *in Phil.* O fortunata mors, quæ naturæ debita, pro patria est potissimum reddita. ¶ Frequenter etiam apud eundem accipitur pro Meritus, siue Iustus. *In epist. ad att.* Huic habiti à me honores nulli nisi debiti. Idem 9. *Phil.* Iustum ac debitum honorem alicui decernere.

Debita Troianis exerces spicula fatis,
Ouid. 13. *Metam.*
Et tandem Caco debita pœna fuit, Idem 5. *Fast.*

Debil, & Debilis, e, ex De, & habilis, quasi parum habilis: Mancus, infirmus, imbecillus, leuis, {חלש challasch. ἀσθενής. Gall. *Debile, foible, casse.* Ital. *Debile.* Germ. *Schwach/ vnmögend.* Hisp. *Flaco.* Angl. *Weak, feble.* } Terent. *in Adelph.* Membra in metu debilia sunt. Cic. 3. *in Cat.* Infirmos sine illo, ac debiles fore putabam. Imbecillis ac debilis senex, idem *pro Sest.* Debile opus, de vase fracto, vel curtato. Martial. *epigr.*6. *lib.*8. ‖Veteres pro debili *debilem* dixêre. Enn. Debilo homo.‖

Debilito,as, are, Debilem reddo, frango, infringo, minuo, comminuo. {החליש hechelisch. ἀσθενόω. Gall. *Affeiblir, debiliter, amoindrir les forces.* Ital. *Far debile, tor le forze.* Germ. *Schwechen/ schwach oder blöd machen.* Hisp. *Enflaquecer, debilitar.* Angl. *To make weak or feble.* } Cic. *in Vatin.* Quæ leges sæpenumero Tribunitios furores debilitarunt, & represserunt.

——Conamem debilitabit onus (scribendi.)
Ouid. *Eleg.*1. *lib.*2. *Trist.* Eruentur tibi oculi, debilitabuntur pedes, Seneca.

Debilitaturum quid te petis improbe manum,
Ouid. *lib.*13. *Metam.*

Debilitari, passiuè. Cic. *de finibus.* Turpe esse viro debilitari, dolore frangi, succumbere. *Ibid.* Recitatis literis, debilitatus, atque abiectus conscientia, repentè conticuit.

Debilitas, atis, Infirmitas. {חולשה chalischah. ἀσθένεια. Gall. *Debilité, foiblesse.* Ital. *Debolezza.* Germ. *Schwachheit/ vnmögligkeit.* Hisp. *Flaqueza o debilidad.* Angl. *Feblenesse, weakenesse.* } Cic. *de finibus.* Vt succumbere doloribus, eósque humili animo imbecillóque ferre miserum est, ob eámque debilitatem animi multi parentes reliquerunt. Morbi & debilitates. Gell. *cap.*1. *lib.*6.

Debilitatio, {חלישות chalischuth. ἀδυναμία, ἀσθένωσις. Gall. *Debilitation, diminution de forces, affeiblissement, affoiblissure.* Ital. *Debilitamento, d'infermarsi.* Germ. *Schwechte/ oder schwechung.* Hisp. *Flaqueza, o debilidad.* Angl. *A making weak or feble.* } Cic. *in Pisonem.* Quid debilitatio atque abiectio animi tui.

Deblatero,as, are, {φλυαρέω, ψιθυρίζω. Gall. *Babiller.* Ital. *Parlare stoltamente.* Germ. *Bladern/ klappern.* Hisp. *Hablar bouerias.* Angl. *To bable, prate or chatte.* } Est stultè loqui, inquit Festus, nam *blatas*, stultos vocant Græci. Nonius verò deblaterare, obloqui & confingere interpretatur. Plaut. *Aul.* Vbi es tu, quæ deblaterasti iam vicinis omnibus? Me meæ filiæ daturum dotem? Gell. *lib.*9. *c.*15. Deblateratis versuum multis millibus.

‖Debrio, inebrio, à de & ebrio. & potest esse intentiuum, vel priuatiuum. Sic Lexicon vet. mixobarbar. Si est ebrio, inebrio: est à de & brio sicut ebrius.‖

Debuccinare, pro Buccinare vsus est Tertull. *de velandis Virgin.*

Decachinnari, est deridere, vt est apud Tertullianum. {צחק tsichek. καταγελάω. Gall. *Se mocquer en riant.* Ital. *Beffare.* Germ. *Verlachen.* Hisp. *Escarnecer riendo.* Angl. *To mock and scorne.* }

Decachordum, {עשור hasor. δεκάχορδον.} Instrumentum musicum decem chordas habens.

Decacumino, as, are. Cacumen præcido, siue cacumine priuo. ἀκρωτηριάζω, βλαστολογέω. Gall. *Tondre par le coupeau, descoupeler.* Ital. *Tagliare la cima.* Germ. *Abstümplen/ den bolder an den bäumen abhawen.* Hisp. *Cortar la cumbre.* Angl. *To tak away the toppe of any thing.* } Vnde βλαστολογίαν Theodorus decacuminationem vertit, &c. Col. *lib.*6. Potest etiam vltimus sic disponi, vt adhuc tenera decacuminetur, ne altitudinem decem & quinque pedum excedat. Plin *lib.*17. Similem & decacuminatio rationem habet cupressi, picæ, cedri: hæc enim detracto cacumine, aut ignibus adusto intereunt. Decacuminatio quomodo fieri debeat, require ex Theophr. 4. *cap.*17.

‖Decadarchia, decemuiratus. Decadarchus, decemuir. Buleng.
Decadeltos, lex XII. tabularum.‖

Decadorus, δεκάδωρος. Longus decem palmis.

Decalogus, δεκάλογος. Sacrum volumen quod decem Legis præcepta continet.

‖Decanus, manipuli præses, Rottmeister/ qui decem militibus præerat. Transfertur etiam ad sacram militiam, h.e. res ecclesiasticas: vt decanus sit, qui decem clericis præest. Est & Archipresbyter, ex eo fortè, quòd olim decem presbyteris præesset. Inde‖

Decanica, Ecclesiasticus carcer est, seu potiùs *Decanicus*, imò *Decanicum*, nam Basilius Diacones in libello ad Theodos. & Valentin. ἐν τῷ δεκανικῷ dicit, itaque Meursius, qui *Decanica*, debuisset *Decanicum* dicere.

‖Decadnchi, decemuiri Athenis Rempublicam gubernantes. Rh.
Decaennea cubita, decem nouem accubita, cœnationes. Casaub.
Decalanticare, calanticam detrahere.
Decalanzare, cantare cum gaudio. Pap.
Decalco, dealbo. Gloss. Deculcatum, calce litum. Fest. simplex est *calico*, calce polio, nempe à calix, i.e. calx, ex χάλιξ. Vide *Calx.*‖

Decanto, as, Laudo, celebro, diuulgo. {זמר zimmer שבח schibbeach. ὑμνέω, ἐπαινέω. Gall. *Chanter çà & là, chanter par vers, donner los.* Ital. *Diuolgare, celebrare.* Germ. *Hoch loben/ rhümen/ preisen.* Hisp. *Diuulgar por fama y gloria.* Angl. *To repete or speake often of to prase muche.* } ¶ Interdum idem quod iterum atque iterum repeto, & ad fastidium vsque inculco, ταυτολογέω. Cic. *ad Attic. lib.*5. Etenim hæc decantata erat fabula. Idem 3. *de Orat.* Græcus doctor qui alicui peruulgata præcepta decantet. Idem 2. *de finib.* Quæ quidem res efficit, ne necesse sit iisdem de rebus semper quasi dictata decantare, neque à commentariolis suis discedere. Cùm multa disertè decantauerunt. Quint.

Decaphoron, δεκάφορον. Lectica quæ fertur à decem hominibus: sicut Hexaphorum, quæ à sex.

Decapolis, Δεκάπολις. Regio Syriæ, Iudææ proxima: ita dicta à numero oppidorum, quæ sunt Damascus, Opoton, Philadelphia, Rhaphana, Scythopolis, antea Nysa: Gaddara, Hippon, Dion, Pella, Galasa, Canatha. Eadem & Decapolitana regio appellatur à Plinio *lib.*5. *c.*18.

Decaproti, δεκάπρωτοι, qui decaprotiæ munere funguntur. Cic. Decemprimos vocat. Vlpian. *l. & qui. ff. de munerib. & honorib.* Decaprotos minores etiam annis XXV. fieri iampridem placuit.

Decapulo, as, Euacuo. {הריק herik. μεταγγίζω. Gall. *Desemplir, & mettre d'vn vaisseau en autre.* Ital. *Votare, euacuare.* Germ. *Oben abschütten/ außschütten.* Hisp. *Vaziar.* Angl. *To mak emptie or power out of one vessel into another.* } à Capulis deductum, quæ sunt vasa ansata,

ansata, quibus oleum depleri solet. Plin. *lib.* 15. *cap.* 6. Quare sæpiùs dic decapulandum, vnde & Capulator, de quo *suprà*.

Decarchus, δέκαρχος, à Græcis appellatur, qui decem præest militibus, quem Latini vocant Decurionem.

Decas, ădis. {עשור *Basór*, δεκάς. GALL. *Dizaine*. ITAL. *Decima*. GERM. *Das zehen in im begreifft*. HISP. *Diez numero*. ANGL. *Any thing of the number often*.} Aliquid decennarium numerum continens. Hinc Liuij Decades dicimus, operis sectiones, quarum singulæ decem continent libros. Quanquam non desunt qui Liuium historiam suam in libros, non in decadas volunt distribuisse: quorum opinioni quo minus accedam, faciunt decimo cuique libro præfixæ præfationes, quæ reliquis nullæ præfiguntur.

[Decastylos, decem habens columnas.]

Decaulesco, scis, Caules, vel frondes amitto. ἀποκαυλίζομαι. Plin. *lib.* 16. *c.* 7. Raphanus vtique iucundior detractis foliis antequam decaulescat.

Deceales, populi Liguriæ. Plin. *lib.* 3. *c.* 5. Ligurum celeberrimi vltra Alpes Sallyi, Deceates, Oxybij.

Decedo, is, Abeo, discedo. {הלך *baláeh* סר *sar* אזל *azal*. ἀποχωρέω. GALL. *Se departir, s'en aller*. ITAL. *Partire, andarsene*. GERM. *Hinweckgehn, abweichen, hinweg gehn*. HISP. *Partir se de lugar*. ANGL. *To depart, to go away*.} Cæcilius *Ciceroni*. Quod tibi decedenti pollicitus sum. Hac significatione sæpe apud Cæsarem, vt *lib.* 1. *de bell. ciuil.* Ter. *Heauton.* Decedet iam ira hæc: etsi meritò iratus est. Propriè verò à mandato custodiæ loco recedo: vt Consules de prouincia dicuntur decedere, & Præsides de vrbibus. Cicer. *Attic.* Non putet nos senatus ante oportere decedere, quàm nobis successum sit. ¶ Decedere de summa, est de summa aliquid detrahi, eámque imminui. Terent. *Adelph.* Mea, quæ præter spem euenêre, vtantur inde: de summa nihil decedet. ¶ Item decedere, est Detrahi, siue minui. ἀπογίνεσθαι, ἐλαττοῦσθαι: & sic eleganter habet datiuum. Lactant. *lib.* 1. Id autem solidum existimandum est, cui nihil decedere: id perfectum cui nihil possit accedere. Decedat nobis timor, Liuius 8. *bell. Pun.* & sæpiùs, Qui minus liceat mihi ministrare populo, ni decedat mihi. Plaut. *Amph.* ¶ Interdum idem est quod simplex Cedo, hoc est, locum do. Cicer. *antequam ires in exilium*, Ego inimicorum amentiæ salutis omnium causa decedam. Et *paulò pòst.* Si violentiæ impetu opprimimur, decedam pro omnibus vnus Tribunitio furori. ¶ Decedere via, est per errorem, siue honoris gratia digredi, ἐκτρέπεσθαι τῆς ὁδοῦ. Sueton. *in Cæs.* Et quum luminibus extinctis decessisset via diu errabundus, tandem ad lucem duce reperto, per angustissimos tramites pedibus euasit. Plaut. *in Trin.* Decedam ego de via, de semita, de honore populi. Et *in Amphitr.* De via decedite. ¶ Decedere de suo iure, est non summo iure agere, sed aliquid sui iuris condonare comiter, τῶν δικαίων ἑαυτοῦ ὑφίεσθαι. Cicer. 2. *Off.* Est enim liberale, paululum nonnunquam de suo iure decedere, & interdum fructuosum. ¶ Rursus decedere ponitur pro mori, ἀποθνήσκειν, & per se plenum est, vt subintelligatur vita tanquam de custodia & gubernatione corporis proficiscens: vt eo modo dicatur Decessit, quo Defunctus est. Cic. *ad Att. lib.* 1. Pater nobis decessit ad VIII. Calend. Decemb. Decessit eo morbo, pro mortuus est, apud Suet. *in Vitellio c.* 3. Decessit paralysi altero die quàm correptus est. Decessit filius tuus. (i. decurrit ad eum finem, ad quem omnia properant.) Senec. *c.* 11. *de consol. ad Mart.* & Liu. *vbique lib.* 5 *ab vrb.* & 10. *d.* 4. ¶ Decedere de statione vitæ, figuratè apud Sueton. *in Catone*, Vetat Pythagoras sine iussu Imperatoris de præsidio & statione vitæ decedere. Ex dictis exemplis colligi potest, quòd hoc verbum ablatiuum habet aliquando cum præpositione De, aliquando verò sine ea: vt, Decedere via, vel de via: Decedere iure suo, vel de iure suo. Decedere officio, vel de officio, quod est contra officium aliquid facere. ¶ Item decedere flaminio (id est, deponere honorem eum.) Gell. *cap.* 7. *lib.* 10. Sic decedere instituto suo, vel de instituto, aut more suo, id est, secus quàm quis solitus sit agere, mores mutare. Liu. 7. *d.* 4. Decedere instituto. bis. Idem 4. *d.* 4. Decedere fide: & *lib.* 5. *d.* 5. Si decedi fide vidisset. Item Decedere loco (in pugnam.) Plaut. *Amph.* Nec decedit loco, quin statim rem gerat. ¶ Decedentibus rebus, pro succedentibus. Suet. *in Cæsar. cap.* 24. Sed prosperè decedentibus rebus, & sæpiùs & plurimum quum quisquam vnquam dierum supplicationes impetrauit. ¶ Decedente, aut adolescente luna, Gell. *cap.* 15. *lib.* 10. Dies decedens, id est, occasus. Virg. 4. *Georg.*

Decessor, verbale est à Decedo, significans eum qui iam magistratu defunctus decedit de prouincia, & successori suo eam tradit. {ἀποχωρητής. GALL. *Celuy qui s'en va, & laisse la place à vn autre*. ITAL. *Chi se ne va, & da luogo ad altri*. GERM. *Don seinem ampt abweichen oder abtreten*. HISP. *El que da lugar al successor*. ANGL. *He that goeth away and leaueth place to another*.} Vlpian. *in l. obseruare. ff. de offic. Procons.* Rectè autem & ordine faciet, si ductum decessori suo miserit, significétque quo die fines sit ingressurus. Decessorem itaque Latinè vocabimus, quem vulgò *Prædecessorem* vocant, cui scilicet in officio, aut alia quauis re succedimus.

Decessio, nis, decessus, us, ui, Abitus, decessus. {ἀποχώρησις. GALL. *Departement d'vn lieu*. ITAL. *Il partirsi & dar luogo ad vn altro*. GERM. *Ein abweichung, vergehung*. HISP. *Aquella partida de lugar*. ANGL. *A departing or departure*.} Cic. *ad Q. frat. lib.* 1. Ego tibi spem maturæ decessionis afferebam. Idem *Sulpitio lib.* 4. Is mecum sæpe de tua mansione, aut decessione communicat. Cæs. 3. *bell. Gall.* Vulgo credebatur ab eius decessu fetere solitos. Celsus *lib.* 3. *c.* 12. Sub decessu febris cibum sumat. ¶ Decessio verborum. Gell. *lib.* 13. *c.* 28. Animaduertere est pleraque verborum Latinorum ex ea significatione, in qua nata sunt, decessisse, vel in aliam longè, vel in proximam: eámque decessionem factam esse consuetudine, & inscitia temere dicentium, quæ cuiusmodi sint, non didicerunt. ¶ Decessionem pati, i. diminutionem. Mæcianus *D. lib.* 29. *tit.* 4. *l.* 28. Eam autem decessionem patietur is, cui restituta fuerit hæreditas, quam is, qui ei restituerit, passurus fuit. ¶ Decessus æstus, Cæsar *de bell. Gall. lib.* 3.

Decelia, siue Decelea, Δεκέλεια. Agri Attici locus est in tribu Hippothoontide: cuius frequens mentio est apud Thucididem.

Decem, bisquinque a δέκα: & hoc a δέχομαι, quia omnem numerum in se capit. Hinc decimus, decumus, & decumanus, i. e. magnus. Numerale, indeclinabile, à Græco δέκα. {עשרה *hasaráh*. GALL. *de Dix*. ITAL. *Dieci*. GERM. *Zehen*. HISP. *Diez*. ANGL. *Ten*.} Terent. *in Heauton.* Decem dierum vix mihi est familia. Cuiusmodi homines Ego & Menæchmus & eius parasitus. Iam isti sunt decem. Plautus *Menæch. sc.* 4. *a.* 1.

Vsque decem decies inspicienda viris,

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* Cœnas decem mihi dent meo arbitratu. Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 3.

Millia qui nouies distat ab vrbe decem.

Ouid. *Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.*

Iámque decem vita frater geminauerat annos. Ibid.

¶ Hinc fiunt composita, Vndecim, Duodecim, & deriuatiua, Decies, Decimus, Decuplus, Deni, & Decenus: de quibus suis locis.

December, nomen mensis, quòd decimum locum teneret, antequam additi essent Ianuarius & Februarius. {טבת *tébeth*. μαιμακτηριών. GALL. *Decembre*. ITAL. *Dicembre mese*. GERM. *Der Wolffsmonat oder Christmonat*. HISP. *El mes de Deziembre*. ANGL. *The moneth december*.} Legitur & December, adiectiuum. Horat. 2. *Serm.*

——— *age libertate Decembri Vtere.*

hoc est, ea libertate, quæ seruis mense Decembri (tunc enim Saturnalia celebrantur) solet concedi. Festi Decembris dies, Sueton. *in Calig. cap.* 6.

Talia luduntur, fumoso mense Decembri (iocosa.)

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Decemiugis, Currus quem decem equi iuncti trahunt. {δεκάζυγος. ANGL. *A teame often horses*.} Suet. *in Nerone*, Aurigauit quoque plurifariam: Olympiis verò etiam decem iugi, subaudi curru.

Decemnoualis circulus, Aureus numerus, reuolutio & nouem annorum.

Decempeda, {δεκάπους. GALL. *Perche à arpenter & mesurer de dix pieds de long*. ITAL. *Pertica di legnaiuolo & di misuratore di terra*. GERM. *Ein ruten oder stangen zehen schuch lang, mit welcher man das Erdtrich außmißt*. HISP. *Medida de diez pies*. ANGL. *A percher or polle often foote long to measure land*.} Pertica qua mensuratur terra à numero pedum dicta: sicut Quincupeda, à quinque pedibus. Cic. 16. *Philip.* Vrbem iam iam peritus metator & callidus, decempeda sua Saxa diuiserat. Saxa hoc loco est proprium nomen amici Antonij Decempedæ & Cespes. Suet. *in Aug. cap.* 14.

Decempedator, Metator. {ὁ τῷ δεκάποδι μετρῶν, ὁ γεωμέτρης. GALL. *Vn arpenteur & mesureur de terre*. ITAL. *Misuratore di terra*. GERM. *Der mit der zehenschühigen ruten das Erdtrich mißt*. HISP. *El que mide con aquella medida*. ANGL. *A measurer oflandes*.} Qui decempeda metitur. Cic. 13. *Phil.* Cauebat etiam L. Antonius, qui fuerat æquissimus agri priuati & publici decempedator.

Decemprimi, δεκάπρωτοι, in municipiis, itémque prouinciarum oppidis erant ex decurionibus decem præcipui & summi. Cic. *Verr.* 4. Euocat ad se Centuripinum magistratum & decemprimos. Idem *pro Rosc. Amer.* Itaque decurionum decretum fit, vt decemprimi proficiscantur ad L. Syllam, doceántque eum, qui vir Sext. Roscius fuerit. Postremis autem temporibus sub Impp. decemprimi ex decurionum ordine decem viri erant constituti, qui tributorum exactioni præerant. Hinc decemprimatus, decemprimorum munus. Hermogenianus *de muneribus & honoribus.* Patrimonij sunt munera rei vehicularis, item nauicularis, decemprimatus. Hotom.

Decemprimatus, δεκαπρωτεία. Hermogenianus *D. lib. vlt. tit.* 4. *l.* 1. Patrimonij sunt munera rei vehicularis, item nauicularis, decemprimatus. Vide *Decaproti*.

Decemscalmus, Actuariolum quod decem scalmis agebatur. ὁ ἐκ δέκα σκαλμῶν. Scalmus autem lignum illud est, in quo remus aptabatur ad faciliùs remigandum. Cic. *ad Att. lib.* 16. Hæc ego conscendens à Pompeiano, tribui actuariolis decemscalmi.

Decemuiri, Summus magistratus Romæ fuit, in consulum locum suffectus, legis XII. tab. scribendæ caussa. {δεκάρχαι. GALL. *Dix hommes esleus pour le gouuernement de Rome*. ITAL. *Dieci huomini eletti al gouerno di Roma*. GERM. *Die zehen obersten in dem regiment zu Rom*. HISP. *Diez varones para regir antiguamente Roma*. ANGL. *Ten men cho sen for magistrates to couerne Rome*.} Cic. 1. *de Orat.* Dicant vel Græci, si volunt, vel cæteri Decemuiri, qui duodecim tabulas præscripserunt, quos necesse est fuisse prudentes. Liu. 3. *ab Vrbe*, Anno trecentesimo altero quàm condita Roma erat, iterum mutatur forma ciuitatis ab Consulibus ad Decemuiros, quemadmodum à Regibus antè ad Consules venerat. Translatio imperij minus insignis, quia non diuturna mutatio fuit. Læta enim principia magistratus eius nimis luxuriauêre, eò citiùs lapsa res est, repetitúmque, duobus vti mandarentur Consulum nomen imperiúmque. Bud. *in Annot.* ¶ Decemuiri item fuerunt litibus iudicandis constituti, apud quos de libertate etiam & ciuitate sieberat iudicium. Cic. *pro Cæcin.* Hos Dion scribit *lib.* 54. Centumuirorum iudiciis præfuisse.

Decemuiralis, e, ὁ δεκαδαρχικός, ὁ τῶν δέκα. vt, Decemuirales leges, quæ sunt leges duodecim tabularum, quibus perferendis Decemuiri consulari potestate creati sunt. Liu. *lib.* 3. Priusquam vrbem egrederentur, leges Decemuirales, quibus tabulis duodecim est nomen, in æs incisas publicè proposuerunt. ¶ Decemuirale collegium. Cic. 6. *Verr.* Tum ex amplissimo collegio decemuirali sacerdotes pop. Romani, &c.

Decemuiratus, us, Dignitas & officium Decemuirorum. {ἡ δεκαδαρχία, ἡ τῶν δέκα. GALL. *Le magistrat ou office de dix hommes egallement & ensemble gouuernans vne ville*. ITAL. *Magistrato de dieci huomeni*. GERM. *Das ampt oder die wirdigkeit der zehen*. HISP. *Aquella dignidad de diez varones*. ANGL. *The dignitie often men chosen to gouerne a citie*.} Cic. *de lege Agrar.* Vt ij Decemuiratum habeant, quos plebs designauerit.

[Decendium, decem dierum spatium δεχήμερον.]

Decennale, quod est decem annorum. {δεκαετής. GALL. *De dix ans*. ITAL. *Di dieci anni*. GERM. *Das von zehen jaren ist*. HISP. *Diezañal, cosa de diez años*. ANGL. *Of ten yares*.} vt bellum Decennale.

Decennis, decem annorum. {δεκαετὴς. GALL. *Qui a dix ans, ou aagé de dix ans*. ITAL. *Di anni dieci*. GERM. *Zehen jährig*. HISP. *Cosa de diez años*. ANGL. *Ten yares of age*.} à quo Decennium. Decennis fœmina. Plin. *lib.* 8. *cap.* 5. & 44.

Decessor, pro Prædecessor, vsitatum admodum est.

Decies, aduerb. {פעמים עשרה *hasserah peamim.* δεκάκις. GALL. *Dix fois.* ITAL. *Dieci volte.* GERM. Zehenmal. HISP. *Diez veces.* ANGL. *Ten tymes.*} Plaut. *Stich.* Quin & ipsa decies in die mutat locum.

——— fortuna rerum
Vsque decem decies inspicienda mihi.

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Attulerat decies præmia victor equus.

i. decem Olympiades. Idem *Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.* Decies dixi. Plaut. *Amph. sc.* 1. *a.* 2. Si vis decies dicere. Idem *Amph.* Decies HS. Senec. *cap.* 12. *de cons. ad Elb.* ¶ Decies centena (vt aliquando sexcenta pro multis, sicut, sexcenta eiusdem generis proferre possum exempla, pro immani & prægrandi summa. Iuuenalis,

——— vitu decies centena dabuntur
Antiquo, pro immensa dote.

Horat.

——— decies centena dedisses
Huic parce paucis contento, quinque diebus
Nil erat in loculis.

Martial.

Illa illa diues mortua est Secundilla,
Centena decies quæ tibi dedit dotis.

Iterum *lib.* 2.

Si dederint superi decies mihi millia centum, i. decies centena millia.

Iuuenal.

Optima sed quare Cesenia teste marito,
Bis quingenta dedit?

Id etiam breuissimè dicebatur, Decies. Senec. Beatioresue istos putas, quorum pantomimæ decies Sestertio nubunt? Martial.

Cùm data sint equiti bis quinque numismata, quare
Bis decies solus Sextiliane bibis?

Vide Plutarch. *in Antonio.*

Decij, ludus aleatorum.

Decimus, vltimus ex denario, vel vnus ex decem. {עשירי *hasiri.* δέκατος. GALL. *Dixiesme.* ITAL. *Decimo.* GERM. Der zehend. HISP. *Decimo in orden de numero.* ANGL. *The tenth in order.*} Plaut. *in Amph.* Alter decimo post mense nascetur puer. Ea peperit decumo mense post. Plaut. *Aul. sc.* 6. *a.* 4. Decima hora, vide *Horat.*—Decimo demum pugnauimus anno. Ouid. 13. *Metam.*

Decima, nomen vnius è Parcis. Gell. *cap.* 16. *lib.* 3.

Decumùm, aduerb. {δέκατον. GALL. *Pour la dixieme fois.* ITAL. *La decima fiata.* GERM. Zum zehenden mal. HISP. *La decima vez.* ANGL. *The tenth tyme.*} Liu. 6. *ab Vrbe*, Nos reficietis decumùm, Tribunos.

Decimanus, siue quod vsitatius est, Decumanus, idem ferè est quod decimus. {עשירי *hasiri,* δέκατος. GALL. *Dixiesme.* ITAL. & HISP. *Decimo.* GERM. Der zehend. ANGL. *The tenth in order.*} Quia tamen vsuuenire solet in rerum natura, vt decima quæque sint maxima, factum est, vt decumanus accipiatur pro Magno. Vnde Decumana porta castrorum, quæ in his maxima est, eratque in postica castrorum parte, vt ex Cæsare *lib.* 3. *bell. Gall.* intelligitur. Contrà Vegetius *c.* 23. *lib.* 1. Decumana oua, quæ cæteris maiora sunt: & Decumani fluctus dicuntur, qui reliquos magnitudine superant. Nam & ouum decimum maius nascitur, & fluctus decimus fieri maximus dicitur, vt scribit Festus Pomp. Ouid. 1. *Metamorph.*

Vastius insurgens decimæ ruit impetus vndæ.

¶ Decumanus acipenser, apud Cic. 2. *de finib.* ex Lucilio. ¶ Decumanus ager, ex quo decimæ recipiuntur. Cic. 5. *Verr.* Præterea omnis ager Siciliæ ciuitatum decumanus est. ¶ Et Decumanus limes, in limitatione agrorum, à magnitudine & longitudine dictus putatur, qui agrum ab Exortu æquinoctiali ad Occasum æquinoctialem secat. Nam alter ex transuerso occurrens, cardo appellatur, à Septentrione in Meridiem ductus, Plin. *lib.* 18. Linea hæc erit ab Exortu æquinoctiali, ad Occasum æquinoctialem: & limes qui ita secabit agrum, Decumanus vocabitur. ¶ Decumani etiam (vt Asconius Pædian. docet) vocantur Publicanorum principes, à quibus decumæ, siue decimæ, exigebantur. Cic. *lib.* 4. *in Verr.* Decumani, hoc est, principes, & quasi Senatores publicanorum, remouendas de medio literas censuerunt. ¶ Decumanus fluctus, de quo Ouid. *Eleg.* 2. *lib.* 1. *Trist.* Qui venit hinc fluctus, fluctus supereminet omnes: Posterior nono est, vndecimóque prior. periphrasis est fluctus decumani, cuius meminit idem Ouid. 11. *Met.* Decimæ ruit impetus vndæ. Et Sil. *lib.* 14. Valer. *Argon.* 2. Luc. *Pharsal.* Decumani i. milites decimæ legionis Suet. *in Cæs. c.* 70.

Decimæ, arum, siue Decumæ, significat decimam partem quarumcunque rerum quæ soluitur principibus. {מעשר *mahaser.* δεκάτη, δεκατεία. GALL. *Decimes, dismes, la dixiesme partie.* ITAL. *Decime.* GERM. Der zehende theil von allerley dingen. HISP. *Diezmos que se pagan de los frutos.* ANGL. *To teathes, the ten parte.*} Plaut. Vt decimas solueret Herculi. ¶ Legitur & Decuma in singulari numero. Cic. 5. *Verr.* affirmante se plus decuma non daturum. Idem *de nat. Deor.* Neque herculi quisquam decumam vouit vnquam, si sapiens factus esset. Aliter idem Plaut. decimam partem vocat. *In Stich.* Hæc venisse iam opus est quantum potest, vt decimam partem Herculi polluceam.

Decimo, as, are, est decimam partem detrahere. {עשר *hisser.* δεκατεύω, δεκατίζω. GALL. *Dismer, partir en dix, ou de dix en prendre l'un.* ITAL. *Decimare.* GERM. Den zehenden anlegen/ oder auff ein ding schlagen/ den zehenden einnemmen. HISP. *Diezmar, tomar el diezmo.* ANGL. *To theathe, to tak the tenth parte.*} Vnde Decimari legiones dicuntur, quando decimus quisque supplicio afficitur ab Imperatore, quod Polyb. vocat ἐκ δεκάδος ... Liu. *lib.* 2. Cætera multitudo sorte decimus quisque ad supplicium lecti. Sic Vigesimare, & Centesimare dicitur. Vide Suet. *in Aug. c.* 24. *& in Calig. c.* 48.

Decimodia, vel Decemmodia, vasis genus erat, decem capiens modios, sicut Trimodia, quod tres capiebat modios. Columell. *lib.* 12. *cap.* 18. Veteres fabricandæ decimodiæ & trimodiæ & fiscellæ texendæ & picandæ.

Decentij, [Greek], Pannoniæ populi, à Decentio Magni filio, Magnentij fratre, Steph.

Calepini Part I.

Decermina, dicuntur, teste Festo, quæ purgandi causa decerpuntur, cuiusmodi sunt frondes sacræ, quibus in lustrationibus vti solent. περιρραντήρια.

Decerno, is, creui, cretum, Statuo, constituo, definio, consilium capio, iudico, censeo, sancio. {יעץ *jahats* גזר *ghazir* חרץ *charats.* ψηφίζομαι. GALL. *Conclurre, determiner.* ITAL. *Determinare.* GERM. Erkennen/ beschliessen. HISP. *Determinar y definir.* ANGL. *To decerne, to iudge, to ordeine or decree.*} Cic. *lib.* 1. *Offic.* Quare expetenda quidem magis est decernendi ratio, quàm decertandi fortitudo. Terent. *in Andr.* Quicquid peperisset, decreuerunt tollere, id est, deliberauerunt. Si voltis quod decreto facere dicam meam sententiam. Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 5. Ii qui iudicio decernerent, an iudices. Quintil. Decernere delectum. Liuius 4. *ab vrb.* Primus clamor atque impetus rem decreuit, id est, imposuit finem pugnæ, hostes vertit in fugam. Idem *lib.* 5. *bell. Pun.* Missa leuia tela mittere magis, quàm decernere pugnam poterat. Idem *lib.* 8. ¶ Ponitur aliquando pro contendere & dimicare. {ἀγωνίζω. ANGL. *To contende and trie by bataill.*} Liu. *lib.* 1. *ab Vrbe*, Obuiam egressi, vt potius acie decernerent, quàm inclusi de tectis dimicarent. Virg. *lib.* 2. *Æneid.*

Ipsum armis ipsúmque iubet decernere ferro.

Liu. 10. *d.* 4. Decernere ferro.

Decretus, a, um, participium, à Decernor verbo passiuo, idem quod Definitus, siue constitutus. {נגזר *nig-zar* נחרץ *necheratz.* ἐψηφισμένος. GALL. *Decreté & arresté, ordonné.* ITAL. *Ordinato, determinato.* GERM. Erkennt/ geordnet. HISP. *Decretado, determinado, ordenado.* ANGL. *Appoynted, decreed, determined.*} Cicer. *de prouinc. Consul.* Prouinciam desponsam, non decretam habere videtur. Decretum est mihi, pro Decreui, statui: vt, regi mihi decretum est operam dare. Plaut. *Merc. sc.* 1. *a.* 1. eos mihi decretum est persequi mores patris. Idem *Asin sc.* 1. *a.* 1. Mihi bibere decretum aquam est. Ter. *Heaut.* Sumat, consumat, perdat, decretum est pati. Idem *Aul. sc.* 5. *a.* 3.

Decretum, i, nomen substantiuum, Statutum, sententia. {דת *dath* חק *chok.* δόγμα, ψήφισμα. GALL. *Arrest, ordonnance de magistrat, opinion arrestée & conclue ou accordée entre sauans.* ITAL. *Constitutione, deliberatione.* GERM. Ein erkantnuß/ ein endlicher beschluß vnd sentenz. HISP. *Statuto, ordenança, sentencia deliberada.* ANGL. *A decree the ordinance of an magistrate.*} Plin. *in Epist.* Decreta quibus damnati erant proferebantur. Cic. 4. *Acad.* Sapientiæ verò quid futurum est, quæ neque de seipsa dubitare debet, neque de suis decretis (quæ Philosophi vocant dogmata) quorum nullum sine scelere prodi poterit? Vnde Decreta Pontificum constitutiones dicuntur. Decreti Tribun. pleb. formula & exemplum. Gell. *cap.* 17. *lib.* 7. ¶ Decreta Senatus, τὰ βουλεύματα, τὰ δόγματα, à Consultis sic distinguuntur ab aliquibus, vt Decretum dicant particulam quandam esse Senatusconsulti, vt quum prouincia alicui decernitur: tanquam Decreta sint specialia, Consulta generalia. Decretum apud Iureconsult. propriè est deliberatio iudicis cum causæ cognitione, ad mixtum imperium pertinens. *l. ne quicquam. §. vbi. de offic. Proconsul.* Item decretum est id, quod placitum aliàs Latinè dicitur, Græcè δόγμα, καὶ ψήφισμα, καὶ ἀρεστόν, dicitur. Autor Bud. Quo verò à lege distet hæc vox, infrà patebit in dictione, *Lex.* Decretum est propriè & specialiùs, quum iudices autoritatem suam interponunt, & maximè in iurisdictione voluntaria, vt in alienatione bonorum minoris, in transactione alimentorum, & in bonorum possessione. Albutius *pro Alciato.* Decretum, siue edictum primum in contumacem solet expediri, vt in tædio ductus, sui copiam iudicio tandem faciat. Ius ipsum contumacis non perimens. *l.* 1. *in fin. de acquir. poss.* Decretum secundum constituit eum bonorum possessorem, qui ex primo decreto detinebat, incolumi hactenus contumacis iure. Vide *c.* 1. *ext. de eo qui mit. in poss.*

Decretorius, a, um. Ponitur pro iudiciario, in quo scilicet iudicium ferri potest. {κρίσιμος. GALL. *Iudiciel.* ITAL. *Giudiciario.* GERM. Darin man ein vrtheil fellen mag. HISP. *Cosa para juyzio.* ANGL. *Iudiciall wherby one may iudge any thing.*} vt, Dies decretorius, κρίσιμος ἡμέρα, qui & Criticus & Crisimus. ¶ Decretorium sydus, vel tempus dicitur id, ex quo de prouentu aliquarum rerum futuro sumitur iudicium. Plin. *lib.* 18. Res summa virium agitur, decretorio vuis sydere illo, quod caniculam appellamus: vnde & carbunculari dicuntur, vt quodam vredinis carbone exustæ. Idem, Aquila exoritur vesperi decretorio die, florentibus oleis. ¶ Aliquando dicitur quod est decretum, firmatum, extánsque ad aliquid arguendum, iudicandúmve. Quint. At quidam litigationibus suis illum modò ambitiosum declamanti sudorem præstitisse contenti, cum turba laudantium destituunt subsellia, pugnámque illam decretoriam imperitis, ac sæpe pullatæ turbæ relinquunt. ¶ Arma decretoria, quibus seriò certandum est. Senec. *epist.* 118. Remoue ista luxuriæ arma, decretoriis est opus. Idem *alibi*, decretorium diem appellat diem mortis. ¶ Stylus decretorius, pro seuero, quasi semel de te definiens. Idem 1. *de Clemen.* Nisi plus est quod timet, quàm quod damnat, non accedet ad decretorium stylum.

Decerpo, is, cerpsi, cerptum, ex De, & carpo, Detraho, delibo, excerpo, aufero. {ארה *arah* לקט *lakat.* ἀποδρέπω, ἀποδρέπομαι. GALL. *Cueillir, arracher & tirer.* ITAL. *Carpire, ter via.* GERM. Abbrechen/ ablösen. HISP. *Destroçar, è quitar una cosa de otra.* ANGL. *To pull or pluck of, to gather.*} vt, Decerpere vuas. Plin. *in Epist.* Et nescio quæ spes tantas decerpit inuidia. Fab. Quint. Decerpere aliquid ex authoribus. Idem Fab. Decerpere fœtus arborum, Plin. *lib.* 4. *cap.* 22. ¶ Decerpere folia, Colum. *lib.* 5. *cap.* 10. Horat. 1. *Serm. Satyr.* 2.

——— quare (ne pæniteat te)
Desine matronas sectarier: vnde laboris
Plus haurire mali est, quàm ex re decerpere fructus.

Cicer. 5. *Tuscul.* Humanus autem animus decerptus est mente diuina, cum alio nullo, nisi cum ipso Deo, si hoc fas est dictu, comparari potest.

Decerto, as, frequentatiuum, Pugno, dimico. {נלחם *nilchám* רב *rab.* διαμάχομαι. GALL. *Debatre, se combatre.* ITAL. *Combattere guerreggiare.* GERM. Streiten/ zancken. HISP. *Mucho litigar, ò batallar.* ANGL. *To contende or striue togeteer, to fight.*} Cic. *pro Planc.* Sed erat non iure, non legibus, non disceptando decertandum. Cæs. 1. *bell. ciuil.* Hoc animo

decertabant, vt nullum aliud tempus ad conandum habituri viderentur. Idem 3. *bell. ciuil.* Ne ciues cum ciuibus armis decertarent. Ad decertendas (eius) laudes venerunt. Gell. *cap.* 18. *lib.* 10.

Dēcertātur, impers. Cic. 1. *Offic.* Quum verò de imperio decertatur, bello gloria quæritur.

Decertatus, a, um, particip. {ἀγωνισθεὶς, διαγωνισθείς. GALL. *Debatu.* ITAL. *Combattuto.* GERM. Gestritten/gezancket. HISP. *Combatido.* ANGL. *Contended or striued.*} Stat. *lib.* 1. *Theb.* Fraternas acies, alternaque regna profanis Decertata odiis, sontesque euoluere Thebas. ¶ Labores decertati, id est, certando peracti, Claud. *in Paneg.*

Dēcertātio, verbale, dimicatio, concertatio. {ריב *rib.* ἀγωνισμός. GALL. *Combat, debat.* ITAL. *Combattimento, contesa.* GERM. Streit/kampff. HISP. *Debate, contencion.* ANGL. *A striuing or contending.*} Cicer. 11. *Philipp.* Quumque harum rerum omnium concertatio, Consulibus optimis & fortissimis commissa & commendata sit.

Dēcertātōrĭus, a, um, vt, Pugna decertatoria. ἀγωνιστικός. Quintil. *lib.* 6. *cap.* 4.

¶ Decervicare, decollare, caput de ceruice abscindere. Sid. *lib.* 5. *Epist.* 4. Quos humari nox prohibuerat, decervicatis liquere cadaueribus.

DĔCEO. Hodie tertiis personis valet, vt impersonale ¶ Decet, à decem: quia denarius est numerus dignissimus. Nisi malis à δοκεῖ. Conuenit, honestum est, aptum est, consentaneum est tempori, loco, ac personæ. {כשר *chascher.* πρέπει. GALL. *Il est conuenable, il conuient, il est bien seant.* ITAL. *Conuiene.* GERM. Es gezimpt sich/es gebürt sich/es steht wol. HISP. *Honestamente, conuiene.* ANGL. *It besemeth or becometh well.*} Et modò personale est, in tertiis tamen duntaxat personis declinatum. Ouid. *de remed.*

Unde, decent animos mollia regna tuos.

Contempla satin' hæc me vestis deceat, Plaut. *Most. sc.* 3. *a.* 1. bis. Virtute formæ id euenit, vt deceat, quicquid habeas. Idem *ibid.* Vide Cæsaries quàm decet? Idem *Mil. sc.* 2. *a.* 2. Capiam ornatum qui potis decet. Idem *ibid.* ¶ Modò impersonale, habétque ferè accusatiuum. Cic. 3. *de finibus.* Decet patriam esse chariorem nobis, quàm nosmetipsos. Idem 5. *Tusc.* Oratorem irasci non decet, simulare non dedecet. Decet me amare. Plaut. *Most. sc.* 1. *a.* 1. vt teque méque atque ingenio nostro decuit. Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 5. Ne patri videatur decere me seruire, i. expedire & honestum esse. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 2. Ad eam rem otiosos homines decet deligi. Idem *Aul. sc.* 1. *a.* 3. Nonnumquam etiam datiuum. Terent. *Adelph.* Facite ita vt vobis decet. Plaut. Nobis decet esse bonis. Ætati non decebat. Gell. *cap.* 15. *lib.* 9. ¶ Hinc contrarium est, Dedecet, quod est inconueniens, ineptum, turpe, siue inhonestum est. ἀπρεπές, ἀπρεπῶς ἐστί. Ouid. *lib.* 6. *Metam.*

Admonuique preces quarum me dedecet vsus.

¶ Composita sunt, Condecet, Dedecet, A quibus Condecens, Indecens, Condecentia, Indecentia, Condecoro, & Indecoro, & Dedecoro.

Dĕcēns, particip. siue nomen ex participio. {כשר *chascher* נאוה *naue.* πρέπων. GALL. *Conuenable.* ITAL. *Conueneuole.* GERM. Bezimmend/gebürend. HISP. *Conueniente.* ANGL. *That besemeth well.*} Pulchrum, conueniens & aptum. Color decens, Horat. 4. *Carm. Ode* 3. Facies decens. Ouid. 3. *Trist. Eleg.* 7.

Illa decens facies longis vitiabitur annis.

Idem *Eleg.* 7. *lib.* 3. *Trist.*

Sustulit hoc Nympha cinxítque decentibus herbis.

Idem 3 *Fast.* Parra decentia, Senec. *Hippolyto.*

Decentior equus cui astricta sunt ilia. Quint.

Decentissimus, superlat. Senec. *in Suasoria* 1. Decentissimi generis stultam sententiam referam.

Decentia, Conuenientia quædam & pulchritudo. {כשרון *chischron.* εὐπρέπεια. GALL. *Conuenance, bienseance.* ITAL. *Conuenienza, ornamento, auenenza.* GERM. Wolstand/zierlichkeit. HISP. *Conueniencia y hermosura.* ANGL. *Comelinesse, seemlinesse.*} Cicer. 2. *de nat. deor.* In corporum etiam motione atque gestu multa cernunt subtiliùs, colorum etiam & figurarum tum venustatem atque ordinem, & (vt ita dicam) decentiam oculi iudicant, atque etiam alia maiora.

Decentèr, aduerb. Pulchrè, aptè, conuenienter, decorè. {εὐπρεπῶς. GALL. *Proprement & conuenablement.* ITAL. *Propriamente, conuenientemente.* GERM. Zimlich/gschicklich/fein. HISP. *Conuenientemente, propiamente.* ANGL. *Comelye, seemlye.*} Cic. *pro Cecin.* Si quæ decentissimè descripta maioribus iura finium, possessionum, aquarum, itinerúmque sunt, hæc perturbari aliqua ratione, commutarique possunt.

Decianus, Δεκιανός. Viri proprium, qui fuit ex Emerita Hispaniæ oppido.

Decietum, Δεκίετον, vrbs Italiæ. Steph. Vide *Deceates.*

DĒCĪDO, Abscindo, amputo. {כרת *charath* גזר *ghazár.* ἀποκόπτω. GALL. *Couper, retrancher.* ITAL. *Tagliare.* GERM. Abhawen. HISP. *Cortar.* ANGL. *To cut of or awey.*} Plaut. *in Merc.* Decide mihi collum, si falsum ad te loquar. Decidere caput, Velleius. Item decidere ex magnitudine orationis. Senec. *de consol. ad Polyb. cap.* 11. ¶ Per translationem verò significat determinare, διαλύειν. Horat. —Et post decisa negotia campo. Cic. 7. *in Verr.* Quibus rebus omnibus actis atque decisis producuntur è carcere. ¶ Ponitur etiam frequenter pro decisionem & pactionem facio, transigo, & litem dirimo, translatione sumpta ab iis, qui rem controuersam scindunt, vt quisque partem æquam auferat, & à controuersia discedatur. {ANGL. *To discusse, or decise a mater.*} Cic. 4. *in Verr.* Res ad istum defertur, & istius more deciditur. Idem. Quæ cum reo transigat, post cum accusatore decidat. ¶ Hinc decidere damnum dicitur etiam apud Iureconsultos, pro decidere de damno. Vlpianus *de furtis.* Si quis eorum damnum pro fure deciderit, dici oportet solummodo actionem sibi competentem amisisse eum. Vide Lexicon Hotomani. ¶ Decidere pro exprimere, metaphora sumpta à sculptoribus. Quint. *lib.* 4. *c. vlt.* Hoc enim loco præter nomen cætera propriis decisa sunt verbis.

Decīsio, Determinatio, vel diremptio litium mutuo consensu. {פשרה *pesch*... גזרה *gezerá.* διάλυσις, διαλύσεις. GALL. *Decision, appointement composition & accord.* ITAL. *Compositione, accordo, appuntamento.* GERM. Ein vertrag eines zenckes handels auffgenommen. HISP. *Decision, atajo de pleytos.* ANGL. *A discussing or composition of a mater in debate.*} Cic. *pro Cecin.* Quid nostra decisio de æquitate, quid ratio interdicti de iure admoneant, vt iudicetis. Idem *pro Rosc.* Dicat decisionem factam esse quæ facta est. Paulus *ad Leg. Falcid.* Si hæres, inquit, cum creditoribus deciderit, ne solidum solueret, & ob eam decisione factum sit, vt aliquid retineret. Pro lege quoque Imperatoris accipitur *l. veteris. C. de contrahend. & commit. stip. & de emen. Iust. Cod. in princ. super verbo Decisiones, & §. vnde quæsitum. Instit. de nupt.* Verum ea Imperatoris lex intelligitur, qua partium altercationes sunt diremptæ. Pragmatica verò sanctio, licet vulgò dicatur, quam princeps extra corpus Iuris ciuilis promulgauit, veriùs tamen priuilegium vocatur, non quòd priuatis hominibus, sed corpori alicuius vniuersitatis, vel ei qui officio benè functus est, confertur: hoc est, quæ ob caussam publicam, aut communem negotiorum functionem, speciale quoddam priuilegium impertitur. Vide Ferrarium *in §. sed & quod principi. Instit. de iur. nat. gent. & ciuil.* Decisionem videtur posuisse Cic. *de prouinc. Consul.* pro eo genere pactionis vbi vterque ad se partem aliquam trahit, quod dicimus *butiner.* Imperatore illo nihil aliud actum est, nisi pactiones pecuniarum, cum tyrannis decisiones, direptiones, latrocinia, cædes. Nam singulis verbis illic ascendit.

DĒCĬDO, is, Deorsum cado. {נפל *naphál* נבל *nabál.* ἀποπίπτω. GALL. *Decheoir, cheoir en bas, tomber.* ITAL. *Cadere in giu.* GERM. Abhin fallen. HISP. *Caer hazi abaxo.* ANGL. *To fall, to fall downe or away.*} Cic. 2. *Off.* Ficta omnia celeriter tanquam flosculi decidunt. ¶ Decidere equo, vel ex equo, Cæs. 1. *bell. Gall.* & Plin. *lib.* 28. *c.* 5. ¶ Sic per metaphoram, Decidere spe, vel à spe, hoc est, spem amittere. Terent. *in Heaut.* Quanta spe decidit. Liu. *lib.* 7 *bell. Maced.* Antiochus postquam à spe societatis Prusiæ decidit, Ephesum ad Sardibus est profectus.

Dĕcĭdŭus, a, um, Caducus, decidens. {נבל *nabel.* ἀποπίπτων. GALL. *Qui cheoit aisément, subiect à cheoir.* ITAL. *Soggetto à cadere.* GERM. Abfellig. HISP. *Cosa caediza.* ANGL. *Subiect to falling, hanging or falling downe.*} vt, Folia decidua. Plin. *lib.* 11. *cap.* 37. de cornibus animalium. Omnibus autem caua, & in mucronem demum concreta sunt: ceruis tantum solida, & omnibus annis decidua. Deciduum item dicitur quod deciditur, secunda longa. Ouid. 8. *Metam.*

Contremuit, gemitúmque dedit decidua quercus.

Dĕcĭdĭum, pro occasu. Senec. *Epist.* 30. Bassus noster videbatur mihi prosequi se, & componere, & viuere tanquam superstes sibi, & fortiter ferre decidium sui.

Dĕcies, Decima, Decimare, Decimus, Decimodia, vide *Decem.*

DĒCĬPIO, is, Defraudo, impono, capio, circumuenio. {פתה *pittáh* נשא *hissi* פתה *hi... rimmah.* ἐξαπατάω. GALL. *Deceuoir, tromper.* ITAL. *Ingannare.* GERM. Betriegen. HISP. *Engañar.* ANGL. *To deceiue, to beguile.*} Cic. 2. *de Diuin.* Nam illa amphibolia quæ Crœsum decepit, vel Chrysippum potuisset fallere. Ouid. *Epist.* 11.

Vltimus est aliqua decipere arte labor.

Terent. *in Andr.* Deceptus sum, at non defatigatus. Cicer. 1. *Offic.* Iam illis promissis non standum esse, quis non videt, quæ coactus, quis metu, aut deceptus dolo promiserit?

Sic tamen absumo decipióque diem,

Ouid. *Eleg.* 1 *lib.* 4. *Trist.*

——Perij, quis me deceperit error.

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist.* Redi modò, non eris deceptus. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 5. Satis sum semel deceptus. Idem *Capt. sc.* 5. *a.* 5. Decipitúrque labor. Ouid. *vbi suprà.*

Sic tamen absumo decipióque diem.

——Deceptus imagine somni.

Idem 13. *Metam.*

—— furtis incautum decipit hostem. Ibid.

Decipere fidem, Senec. fraude deceptum cum viuxit. Velleius.

Dēceptor, is, verb. {מפתה *mephatteh* מרמה *meramméh.* ἀπατητής, ἀπατεών. GALL. *Deceueur, trompeur.* ITAL. *Ingannatore.* GERM. Ein betrieger/bescheisser. HISP. *Engañador.* ANGL. *A deceiuer, that beguileth.*} Senec. *Thyest.* proditus occidit Deceptor dominæ Myrtilus, &c.

Dēcĭpŭlă, instrumentum aliquod decipiendi vel auibus, vel muribus idoneum. {מוקש *mokésch.* παγίς. GALL. *Lacs ou instrument à prendre oiseaux ou autres bestes.* ITAL. *Laccio, trabocco da prendere vccelli ò fiere.* GERM. Ein mausfallen/ein vogelschlag/oder garen. HISP. *Orzuelo ò cepo para tomar fieras.* ANGL. *A pitfall, or snarres to take birdes and other thinges.*} Pro quo & Decipulum neutri generis dixit Apuleius *lib.* 8. ¶ Decipula murem cepit, εἷλεν ἡ παγὶς τὸν μῦν. De rectè meritóque deprehensis & malo dignis. Quasi dicas, lupus in foueam incidit: aut aper in casses.

DĒCIRCĪNO, as, contrarium suo simplici circino, quod significat aliquid rotundum facio. ἀποκυκλόω. Manil. *lib.* 3.

Quem terris natura soli decircinat orbem.

Idem,

Maiorémque Helia maior decircinat arcum.

Dĕcĭrēmis, fœm. gen. Nauigij genus est, habens decem remorum ordines δεκήρης. Plin. *lib.* 7. *cap.* 56. Quinqueremem instituit Nesichton Salaminius, sex ordinum Xenagoras Syracusius: ab ea ad deciremem Mnesigethon.

Dĕcĭŭs, Δέκιος, à decem. Viri proprium: quemadmodum à quinque Quinctius, Decij tres, pater, filius & nepos dicti fuêre, qui pro patria deuouerunt, pater bello Gallico, filius bello Hetrusco, nepos eo bello, quod Pyrrhus gessit pro Tarentinis. Cic. 1. *Tusc.* Si mors timeretur, non cum Latinis decertans pater Decius, cum Hetruscis etiam filius, cum Pyrrho nepos se hostium telis obiecissent.

DĒCLĀMO, as, are, Valde clamo, exerceor, exercendi causa oro. {Ὑπομελετάω, τὰς λόγους μελετᾶν. GALL. *Declamer, s'exercer à parler.* ITAL. *Essercitarsi dicendo.* GERM. Sich mit reden üben in einer erdichten sach. HISP. *Exercitarse en la Retorica.* ANGL. *To declame, to moote.*} Cicer. *de finib.* Quo in loco ad fluctum aiunt declamare solitum Demosthenem. Ouid. 1. *de Arte.*

Sed neque declament medio sermone diserti,

Nec sua verbosus scripta poeta legat.

¶ Contra aliquem vehementissimè declamare. Cicer. 6. *in Verr.* Ille autem insanus, qui pro isto contra me vehementissimè declamasset,

postquam,

postquam, &c. Idem *Appio lib.* 3. Veruntamen est maiestas (vt Sylla voluit) ne in quemuis impunè declamare liceret. Hoc auditor expectat, Hic laus omnis declamat, non vulg. Quint. Declamare suasoriam. Sen. Quot milia passuum declamasti? Quint.

Declamito, as, are, frequentatiuum. {[illegible]. GALL. *Declamer souuent.* ITAL. *Orare souuente in causa finta.* GERM. Offt vnd offt mal mit red halten üben. HISP. *Muchas vezes orar causas fingidas.* ANGL. *To declame often or moere.*} Cic. filius *ad Tironem*, Præterea declamitare Græcè apud Cassium institui, Latinè autem apud Brutum exercere volo. Cic. 1. *Tusc.* Vt enim antea declamitabam causas, quod nemo me diutiùs fecit: sic hæc mihi nunc similis est declamatio. Idem 5. *Philip.* Ipse interea decem & septem dies, vt digestio potius quàm declamatio videretur, de me in Tyburtino Scipionis declamitauit, sitim quærens: hæc enim ei causa solet esse declamandi. Idem *de clar. Orat.* Commentabar declamitans (sic enim nunc loquimur) sæpe cum M. Pisone, & Quint. Pompeio.

Declamator, is, qui domesticis, scholasticisque meditationibus se exercet, vt postea seriis in causis sit paratior. {[illegible]. GALL. *Declamateur, qui s'exerce à declamer.* ITAL. *Oratore in cause finte.* GERM. Der sich in erdichten sachen mit reden übet auff das er fertig sey wann es ernst gilt. HISP. *Orador en causas fingidas.* ANGL. *That exerciseth himself in declaming.*} Cic. *in Orat.* Non enim declamatorem aliquem de ludo, aut rabulam de foro, sed perfectissimum & doctissimum oratorem quærimus.

Declamatio, nis, est domestica exercitatio & vmbratilis, & commentatio, quæ fit inter priuatos parietes, quo in genere pueri apud magistros exercentur. {[illegible]. GALL. *Declamation.* ITAL. *Oratione in causa finta.* GERM. Ein red die man von wegen der übung helt. HISP. *Oracion en causa fingida.* ANGL. *A declaming.*} Solebant enim causas acturi domi priùs præmeditari ea, quæ in foro essent dicturi. Pueris quoque in ludis ficta quædam themata solebant præscribi, quibus se præexercerent, & ad eloquentiam sibi viam sternerent. Cic. *pro Murena*, Non placet mihi declamatio potius, quàm persalutatio. Idem *pro Plan.* Vulgaris & peruulgata declamatio.

Declamatiuncula, Gell. *cap.* 8. *lib.* 6.

Declamatorius, a, um. {[illegible]. GALL. *De, appartenance, de declamation.* ITAL. *Pertinente à finta oratione.* GERM. Das zu einer solchen erdichten red gehört. HISP. *Cosa para orar causas fingidas.* ANGL. *Perteining to declaming.*} vt genus dicendi declamatorium, hoc est, ipsis declamationibus magis quàm seriis orationibus accommodatum, hoc est, non tam neruosum, quàm ornatum, & ad ostentationem compositum. Cic. *Quinto frat. lib.* 3. Et ipse puer magis illo declamatorio genere duci & delectari videtur.

Declamatoriè, aduerb. More declamantium, [illegible]. Hieronymus, More eorum, qui declamatoriè solent loqui ad populum.

DECLARARE, est apertè monstrare: plus enim est, quàm significare: & tam ad facta, quàm ad dicta pertinet. {[illegible] *beér.* [illegible]. GALL. *Declarer.* ITAL. *Dichiarare, mostrare apertamente.* GERM. Erklären. HISP. *Declarar.* ANGL. *To declare and shew, to tell.*} Cicer. *Lucceio*, Itaque hoc sæpiùs dicendum, tibique non significandum solùm, sed etiam declarandum arbitror, nihil mihi esse potuisse tuis literis gratius. Idem, Declarauit id modò temeritas C. Cæsaris, qui omnia iura diuina & humana peruertit. Hominem catum eum esse declaramus, id est, pronunciamus & palàm dicimus. Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. ¶ Declarare Consulem veteres dixerunt pro eo quod est renuntiare. Nam consulem declarare dicebatur is, qui consulem creatum renuntiabat. Cicer. *pro Murena*, Vt eiusdem hominis voce & declaratus Consul esset & defensus. Designare, declarare, & nuncupare Consulem differunt. Auson. *in Grat.*

Declaratio, verbale. {[illegible]. GALL. *Declaration.* ITAL. *Dichiaratione.* GERM. Ein erklerung. HISP. *Declaracion.* ANGL. *A declararing, a shewing.*} Cic. *Planc. lib.* 10. Rursus declaratio animi tui, quem haberes de Republica, quemque habiturus esses, mihi erat iucundissima.

Declarator, is, qui declarat, qui sua voce renuntiat. Plin. *in Panegyr.* Vt idem honoribus nostris suffragator in curia, in campo declarator existeres.

DECLINO, as, are, {[illegible] *natáh.* [illegible]. GALL. *Se destourner, euiter.* ITAL. *Declinare, schinare, abbassare.* GERM. Nidersich biegen: entweichen. HISP. *Rehuyr ò euitar alguna cosa deslegar.* ANGL. *To eschew, to auoyde, to turne away.*} Significat deorsum aliquid flectere. Sed quoniam sæpiùs caput, aut etiam totum corpus declinando, periculum deuitaui, consuetudo inualuit, vt pro vitare poneretur: & neque tantum deorsum, sed quoquouersus se quis flecteret, idem significaret: quemadmodum in gladiatoribus videmus, qui vt petitiones aduersariorum faciliùs declinare possint, modò se huc, modò illuc, vel toto corpore, vel parte aliqua flectunt. ¶ Sed variè construitur. Ponitur enim vel absolutè. Cicer. *pro Sext.* Magna rerum permutatione impendente, declinasse me paululum, & spe reliquæ tranquillitatis præsentes fluctus, tempestatemque fugisse. Vel cum accusatiuo. Idem 1. *Offic.* Declinétque ea, quæ ei nocitura videantur. Vel cum ablatiuo & præpositione. Idem *Tuscul.* 4. Quomodóque bona natura appetimus, sic à malis natura declinemus. ¶ Est & alia huius verbi significatio, quum scilicet ponitur pro deflectere, vel præterire, & hoc quoque aliquando cum accusatiuo. Idem *pro Planc.* Brundusium veni, vel potiùs ad mœnia accessi: vrbem vnam mihi amicissimam declinaui. Aliquando cum præpositione à. Idem *Attic.* De Buthrotio negotio, vtinam quidem Antonium conuenirem, multum profectò proficiam: sed non arbitratur eum à Capua declinaturum. Vel cum præpositione de. Idem *de finib.* 5. Modò etiam paululum ad dexteram de via declinaui, vt ad Periclis sepulchrum accederem. Et translatè. Idem *de Amic.* Vt etiam si qua fortuna acciderit, vt minus iustæ amicorum voluntates adiuuandæ sint, in quibus eorum aut de capite agatur, aut fama, declinandum est de via, modò ne summa turpitudo sequatur, id est, de summo iure decedendum est, & aliquid amicitiæ condonandum, modò ne turpitudinem aliquam grauiorem subeamus. Plaut. *in Aulul. sc.* 5. *a.* 4. Nam ego modò declinaui paululum me extra viam. ¶ Interdum pro Deduco, hoc est, pro ab vno loco ad alium duco. Liu. 1. *ab vrbe*, Ne ea culpa quam arguo omnium Albanorum ducem sequuti sunt, vt & vos si quo ego inde agmen declinare voluissem, fecissetis. ¶ Interdum pro alieno, eximo. Terent. *in Hecyr.* Neque declinatam quicquam ab aliorum ingenio vllam reperias. ¶ Declinata ætas, id est, prouecta & vergens. Quintil. *lib.* 12. *cap. vlt.* M. Censorius Cato, idem Orator, idem historiæ conditor, (&c.) literas Græcas rudi seculo, ætate iam declinata didicit: vt esset documento, posse percipi quæ senes etiam concupissent. Declinare in extremas literas nomen aliquod, vt penus, penoris, &c. Gell. *cap.* 1. *lib.* 4. Memoriæ intentos ab alia intentione declinant, id est, declinare faciunt. Quintil. Declinauerunt ad ius discendum, qui Oratores esse non potuerunt. Idem, Declinare ictus. Liu. 6. *d.* 4. Omnia se à terris tunc numina declinarunt, (id est, recesserunt.) Sueton. *in Aug. cap.* 7[illegible].

Declinatio, verbale, Deflexio. {[illegible] *met.* [illegible]. GALL. *Destournement, euitement, fuite, destour.* ITAL. *Schinamento, inchinatione.* GERM. Das vndersich biegen oder die entweichung vnd vermeidung. HISP. *Declinacion.* ANGL. *An eschewing, auoyding or turning away frome.*} Curtius *lib.* 7. Igitur Macedo lanceam omisit, quam Dioxippus cum exigua corporis inclinatione vitasset, &c. ¶ Declinatio morbi vocatur omnis pars, quæ vigorem ipsum subsequitur vsque ad secundæ accessionis principium, Galen. *lib.* 1. *Crisium*, *c.* 3. ¶ Declinatio mundi, eius deuexitas ac decliuitas. Col. *initio operis*. Declinationem mundi non ignarus, vt exploratum habeat, quid cuique plagæ conueniat. Declinatio est etiam vox Grammatica: quam sic definit Varro *lib.* 3. *de Analogia*. Declinatio est quum ex verbo in verbum, aut ex verbi discrimine vt transeat mens, vocis commutatio fit, aliqua similitudo declinationis quum item ex aliqua figura in figuram transit.

DECLIVIS, e, & Decliuus, a, um. Deorsum inclinatus, atque incuruus. {[illegible] *naméch.* [illegible]. GALL. *Qui penche & va en abaissant.* ITAL. *Inchinato.* GERM. Vndersich geheldt. HISP. *Inclinado, ò cosa que cae.* ANGL. *That bendeth and declineth downe as it ward fall.*} Cæs. 2. *bell. Gall.* Collis à summo æqualiter decliuis. Hircius 1. *bell. ciuil.* ¶ Ab oppido autem decliui fastigio vergebat in longitudinem passuum circiter quadringentorum. Plin. *in Epist.* Nam mulier natalibus clara, moribus proba, ætate decliuis, diuidua, mater olim, &c. Dicitur & decliuus. Ouid 3. *Fast.*

Ventum erat ad mollem decliuo tramite ripam.

Decliuium, pro decliui vsurpat Gulielmus.

Decliuitas, is, ipsa inclinatio. {[illegible] *schephàl.* [illegible]. GALL. *Penchement, abaissement.* ITAL. *Inchinatione, abbassamento.* GERM. Halding. HISP. *Decendimiento, cuesta abaxo.* ANGL. *A bending or leaning downewarde.*} Cæsar 8. *bell. Gall.* Exiguum loci ad decliuitatis fastigium magnum habet momentum.

DECOLLO, as, are, De collo depono: vt interpretatur Nonius, citans illud Cæcilij, Tibi tradidi, in tuo collo est, decolles caue. Significat etiam caput alicui decidere, auferre, quod veteres Securi percutere dicebant. {[illegible] *nakáph.* [illegible]. GALL. *Oster de dessus le col, decoller, oster la teste.* ITAL. *Tagliar il collo, leuar la testa.* GERM. Den halss entladen. *Item* Enthaupten. HISP. *Degollar, descabeçar.* ANGL. *To beheade, to cutt of necke.*} Fenestella *lib.* 2. Quemadmodum Cæsar à piratis captus sit, vtque eos postea ceperit, & decollauerit. Sueton *in Calig. c.* 32. Miles decollandi artifex, quibuscumque è custodia capita amputabat. ¶ Vsus est etiam hoc verbo Senec. ¶ Per metaph. pro destituere, & frustrari, siue decipere. Plaut. *in Capt. sc.* 1. *a.* 3. Nunc ibo ad portum hinc: est illic mihi vna spes cœnatica. Si ea decollabit, redibo huc ad senem ad cœnam asperam, id est, si fefellerit ea spes, vel potiùs perierit, quasi collum fregerit. ¶ Quin etiam quod Varro decollare dixit. Col. eandem rem tractans, deesse scripsit. Varronis verba hæc sunt, *lib.* 1. *de re rust. c.* 2. Duo in primis spectasse videntur homines Italici in colendo, possentne fructus pro impensa ac labore reddere: & verùm saluber locus esset, an non: quorum si alterum decollat, & nihilominus vult colere, mente est captus, atque ad agnatos & gentiles est deducendus. Columellæ autem hæc, *lib.* 1. *cap.* 3. Portius quidem Cato censebat in emendo, inspiciendóque agro præcipuè duo esse consideranda: salubritatem cæli, vbertatem loci: quorum si alterutrum deesset, ac nihilominus quis vellet incolere, mente esse captum, atque eum ad agnatos & gentiles deducendum.

DECOLOR, adiect. Malo colore præditus, pallidus, quod colorem amisit. {[illegible]. GALL. *Qui a mauuaise couleur, ou qui a perdu sa couleur.* ITAL. *Senza colore, scolorito, di brutto colore.* GERM. Entferbt/ vbel geferbt. HISP. *Sin color, descolorado.* ANGL. *Ill coloured, or that lost the coulour.*} Tibullus,

Quæ fert à celeri decolor Indus aqua.

Plin. *lib.* 16. *c.* 22. Frigida hyeme deterior, ac minus copiosa, & decolor. ¶ Decolor nonnunquam pro turpi & inhonesto accipitur. {ANGL. *Fowle, filthy.*} Ouid. *in Epist.* Deianiræ ad Herculem,

Fama Pelasgiades subitò peruenit ad vrbes
Decolor, & factis inficienda tuis.

Ætas decolor. Virg. 8. *Æneid.*

Aureáque vt perhibent, illo sub rege fuerunt
Secula: sic placida populos in pace regebat,
Deterior donec paulatim ac decolor ætas:
Et belli rabies, & amor successit habendi.

Vbi Seruius, Decolor ætas, vitiosa: in omni enim vitioso corpore inest pessimus color. Decolor de Æthiope puero, Iuuenal. *Sat.* 6.

Decolor ipse suo sanguine Rhenus erat,

Ouid. *Eleg.* 2. *lib.* 4. *Trist.*

DECOLORO, as, Colore pristino priuo, aut colorem vitio. {[illegible]. GALL. *Perdre sa couleur, prendre mauuaise couleur.* ITAL. *Discolorare.* GERM. Entferben/ die vorige farb nemmen oder schenden. HISP. *Quitar el color.* ANGL. *To staine, to spill the coulour or take it away.*} *Lib.* 1. *ad Herenn.* Si tumore, aut liuore decoloratum est corpus mortui, significat eum veneno necatum. Columell. *lib.* 12. *cap.* 16. Deinde vuas pro magnitudine binas, vel ternas inter se colligatas, in ahenum feruens demitti, & exiguum pati, dum decolorentur. Senec. *nat. quæst.* 2. Decoloratur id cuius color vitiatur, non mutatus.

Dēcolōrātĭo,verbale. {ἄχροια, δύσχροια. GALL. *Decoulourement, mauuaise couleur, comme palle.* ITAL. *Scoloramento.* GERM. Entferbung. HISP. *Descoloramiento.* ANGL. *A staining or leesing of the couleur.*} Cic.2.*de Diuin.* Sed & decoloratio quædam ex aliqua contagione terrena maximè potest sanguini similis esse.

Deicoontes, Herculis filius fuit ex Megara Creontis Thebanorum tyranni filia. Autor est Homerus *in Odyssea.*

Dēcŏquo,is,Paulatim diminuo & coquendo absumo. {ἀφέψω. GALL. *Decuire, faire cuire iusques à diminuer.* ITAL. *Consumare, scemare cuocendo.* GERM. Entkochen, mit kochen schwechern. HISP. *Consumir cozsendo.* ANGL. *To seeth or boyle very much, to seeth away.*} Multum (de stylo) decoquent anni. Quint.*cap.4.lib.2.* Plin. *lib.31.cap.3.* Neronis principis inuentum est decoquere aquam. Ita Decoquere mustum, vel aliud ad tertias,& quartas, Colum.& Plinio sæpe. Vnde decocta aqua,& Decoctum, ἀφέψημα. Suet. *in Neron. cap.48.* Decocta Neronis hæc est, (sup.aqua.) Sic, Decocta quarta pars argenti non probi. Liuius *lib.2. bell.Macedon.* & apud Gell.*cap.11.lib.10.* Cruda & immitia opponuntur caducis atque decoctis.¶ Plin.*lib.22.c.22.* pro conuertere accipere videtur, quum dicit, Si calligaris clauus, si ferri, vel chalybis aliqua rubigo, aut panni marcor adfuerit nascenti, omnem illicò succum alienum, saporémque in venenum decoquit. ¶ Interdum ponitur pro consumo,& rem familiarem dilapido, malè rem gero. {אבד כלה *chaláh* נבל *nobál.* χρεωκοπεῖν. GALL. *Frauder ses crediteurs, manger & despendre ce qu'on doit, faire banqueroute.* ITAL. *Fallire, far banquerotta.* GERM. Hab vnd gut verschwenden, den schuldnern kein glauben halten. HISP. *Quebrar el credito ò banco.* ANGL. *To consume or wast.*} quod sæpe euenit iis, qui gulæ omnia dedunt, aut qui scorta sectantur: translatione sumpta ab iis rebus, quæ ad ignem diutius commoratæ ad nihilum redigi solent. Et ferè transitiuè ponitur. Cic.2.*Philip.* Tenésne memoria, prætextatum te decoxisse. Plin.*lib.3.cap.10.* Decoxisse creditoribus suis. ¶ Spartianus scribit Adrianum Senatoribus, qui non vitio suo decoxerant patrimonium, pro modo Senatoriæ professionis expleuisse. Col. *lib.12.* Nam quamuis interdum emendatum sit perperam factum, vel imprudentia, aut negligentia, res tamen ipsa iam domino decoxit, id est, detrimentum dedit. ¶ Tale quid in se habet Defrigo, vt, Hic defrixit, id est, bona consumpsit.

Decoctus,a,um,Participium. Cic.3.*de Orat.* Vt suauitatem habeat austeram & solidam, nec dulcem atque decoctam.¶ Decocta, absolutè quoque ponitur, sic tamen vt subaudiatur aqua. Iuuenal.*Satyr.5.*

Si stomachus domini feruet vinóque cibóque,
Frigidior Geticis petitur decocta pruinis.

Dēcŏctŏr, is, qui patrimonium conficit, inficiator, fraudator. {זולל *zolél.* ἄσωτος, in vetusto Lexico χρεωκόπος, φυγάς. GALL. *Qui a follement despendu tous son bien.* ITAL. *Fallito, che ha consumato i suo beni.* GERM. Ein verschwender, ein verthoniger mensch. HISP. *El que quiebra el banco ò credito.* ANGL. *That waisteth or spendeth foolishly his patrimonie and goodes.*} Cic.*in Catil.* Ex iis copiis, quæ à nobis quotidie comparantur, magnopere contemno exercitum collectum ex senibus desperatis, ex agresti luxuria, ex rusticis mendiculis,& decoctoribus, ex iis qui vadimonia deserere, quàm illum exercitum maluerint.

Dēcoctĭor, compar. Perfectior, Suauior. Sumpta translatione ab auro recocto, aut à vino. Persius *Satyr.1.*

Aspice & hæc si fortè aliquid decoctius audis.

Dēcŏctum,i,substantiuum, Ius in quo aliquid decoctum est. {ἀφέψημα. GALL. *Decoction.* ITAL. *Decotione.* GERM. Ein gekocht, ein brü in welcher etwas gesoten ist. HISP. *La decocion.* ANGL. *Broth wherin any thing is sodden.*} Plin. *lib.24.c.9.* Ad dentium dolorem, auriúmque decoctum eorum salutare. Vulgus pharmacopolarum *Decoctionem* vocat.

Dēcŏctŭs,us, quartæ declinationis. ἕψησις. Idem Plin. *lib.37. cap.12.* Et aliàs omnes gemmæ mellis decoctu mitescunt. hoc est, cum melle decoctæ.

Dēcoctūră,æ, ἀφέψημα. Idem Plin.*lib.23.c.1.* Decoctura eorum veteres dysentericos,& cœliacos iuuat.

Decoquus, pro modesto,& apto.

Dĕcŏr,is,masc.gen.(vt Valla *lib.4.cap.15.*docet.) Pulchritudo est quædam ex decentia rerum personarúmque, in locis, temporibus, siue in agendo, siue in loquendo. {תפארת *tiphéreth.* εὐπρέπεια. GALL. *Beauté, grace, bonne contenance, bien seance.* ITAL. *Bellezza, beltà, ornamento.* GERM. Ein zierd, hüpsche. HISP. *Belleza y hermosura.* ANGL. *Grace in doing or speaking, beautie, comelinesse.*} Virg.*lib.5.*

——*Diuini signa decoris,*
Ardentésque notate oculos.

Cicer.*2.2.Acad.* Spoliauit enim virtutem suo decore, imbecillámque reddidit, quòd negauit in ea sola positum esse beatè viuere. ¶ Decorem facere. Plin. *lib.24.cap.10.* de edera, Cicatricibus quoque decorem facit, i. cicatricum deformitatem emendat. Samonicus *cap. de vulneribus.*

At succis edera pulchrescit fœda cicatrix.

¶ Decor à Decus ita distinguit Corn. Front. *de different. vocab.* vt Decor dicatur formæ, Decus verò honoris. Inde fiunt composita, Indecor,& Dedecor, quæ idem significant quod turpis, vel inhonestus. Virg.*lib.10.*

Nec tamen indecorem tua te regina reliquit.

Stat.*lib.3.Theb.* Legimus indecores. Salust. Dedecores multíque tergа ab hostibus cædebantur. Inuenitur tamen hic & hæc indecoris. Attius, Cum: si vita indecoris, mortem fugere haud conuenit. Ex Nonio.

Dĕcorum,i, substantiuum. {כשר *chaschér* נאוה *navéh.* τὸ πρέπον. Cic. τὸ καλὸν, τὸ πρέπον. GALL. *Honnesteté, bonne grace.* ITAL. *Gratia, auenenza, honestà.* GERM. Wolstand, das einem erbarlich vnd wol anstehet. HISP. *Honestidad, gracia con hermosura.* ANGL. *Honestie, comelinesse, good grace.*} quod non tam ipsum honestum significat, quàm quod hominibus,& communi opinioni honestum videtur, & pulchrum & probabile. Cic.1.*Offic.* Quæ autem pars subiecta est eius generi, eam sic definiunt, vt id decorum velint esse, quod ita naturæ consentaneum sit, vt in eo moderatio & temperantia appareat cum specie quadã liberali. *Ibid.* Hoc loco continetur id, quod dici Latinè Decorum potest: Græcè enim πρέπον dicitur. Vt decorum aduortas te meis præceptis. Plaut. *Asin. sc.1.a.3.* An turpe est accusasse mihi, vobis damnasse decorum? Ou.13. *Met.*

Dĕcōrŭs,a,um, Pulcher, decens, honestus, conueniens, consonus. {כשר *chaschér* נאוה *navéh* יפה *japhéh.* εὐπρεπής, πρεπώδης, ὡραῖος. GALL. *Honeste, bien seant.* ITAL. *Bello, adorno.* GERM. Zierlich, hübsch. HISP. *Bello, hermoso y ornado.* ANGL. *Honest, seemelie, comelie, faire, beautifull.*} Haud decorum facinus tuis factis facis. Plaut. *Aul. sc.1.a.1.* Parum decoras fortunæ tuæ voluptates. Sen.*de consol.ad Mart.* Magis decorum est libertum, quàm patronum onus portare. Plaut. *Asin. sc.4.a.1.* Plin *lib.12. cap.5.* Sepes munita vallo arboris decora specie subter intuenti. Col. *lib.6.c.1.* Apenninas durissimos, omnémque difficultatem tolerantes, nec ab aspectu decoros. Cic.2.*de nat. Deor.* Nos, æris, argenti, auri venas penitus abditas inuenimus, & ad vsum aptas,& ad ornatum decoras. Virg.*lib.1. Æneid.*

——*nánque ipsa decoram*
Cæsariem nato genitrix, &c.

Horat. *Epod.Ode 2.*

Vel, quum decorum mitibus vuis caput
Autumnus aruis extulit.

¶ Opponitur huic Indecorus, a, um, ἀπρεπής, & Indecorè, ἀπρεπῶς, τὸ πρέπον.

Dĕcōrissimus, superl. ἀξιοπρεπέστατος. Apuleius *in Apologia.* Eum quoque Zenonem longe decorissimum fuisse, vt Plato autumat.

Dĕcōrè, aduerb. Decenter, conuenienter. {πρεπόντως, καλῶς, πρέπον, ἁρμοζόντως. GALL. *Auec grace & beauté, honnestement.* ITAL. *Con gratia, gratiosamente.* GERM. Zierlich. HISP. *Honrosamente, hermosamente.* ANGL. *Honestlye, seemelye, comelye.*} Cic.1.*Off.* Sin aliquando necessitas nos ad ea detruserit quæ nostri ingenij non erunt: omnis adhibenda erit cura, meditatio, diligentia, vt ea si non decorè, at quàm minimè indecorè facere possimus. Næ ille ædepol tergo & cruribus consulit haud decore, Plaut.*a.2.sc.4.v.3.*

Dĕcus,oris,gen.neut. Honor, laus, ornamentum, dignitas, honestas. {הוד *hodh* תפארת *tiphéreth.* τιμή, ἀξιοπρέπεια. GALL. *Honneur, honnesteté.* ITAL. *Honore, laude, dignità.* GERM. Ehr, preyß, zierd. HISP. *Honestidad, honra, decencia, hermosura.* ANGL. *Honestie, worship honor gotten for doing a thing.*} Virg.*lib.5.*

Oblitus decorísque sui sociúmque salutis.

Vnde Decora militiæ, laudes, honores, honestamenta militi in bello comparata, quales sunt coronæ, armillæ, & hastæ puræ, quibus milites donabantur. Patriæ magnum decus vrbis Vlyssem. Tib. *lib.4.* Nunc simul res, fides, fama, virtus, decúsque deseruerunt. Plaut. *Most. sc.2.a.1. v.65.* ¶ Decus pro pudicitia. Liu. *lib.1. d.1.* Decus matronale. Idem *lib.34.* ¶ Item, Carnufex Capuli decus. Plaut. *Asin sc.2.a.5.* Donum decúsque amoris. *Ibid. sc.3.a.3.* Nobis potius lucro fuisti, quàm decori tibi. *Ibid. sc.3 a.1.* ¶ Huius contrarium Dedecus αἶσχος, quod pro ignominia, siue infami turpitudinis genere sumitur.

Dĕcŏro, Orno, honesto, cohonesto, celebro. {פאר *peér.* ἀγλαΐζω, κοσμέω. GALL. *Honorer, decorer, reparer, bailler grace, embellir.* ITAL. *Honorare, ornare.* GERM. Zieren, ehr erbieten. HISP. *Honrar, ornar, hermosear.* ANGL. *To beautifie, to do honour to, to sets forth or commende.*} Horatius,

At bene nummatum decora Suadela, Venúsque.

Cicer.1. *Tusc.* ex Ennij epitaphio, Nemo me lachrymis decoret, nec funera fletu Faxit cur? volito docta per ora virûm. Idem *de clar. Orat.* Hæc omnia vitæ decorabat grauitas & integritas. Vide plura in dictione *Decus.* A Decoro fit Condecoro, pro honesto. Decoro, καταισχύνω, pro vitupero, siue turpifico. Terent. *in Hecyr.* An quicquam pro istis factis dignum te dici potest, quæ me, & te,& totam familiam dedecoras? Ex his omnibus patet, quod plus est Decus, quàm Decor: & Dedecus, quàm Indecorum, & Decoro, quàm Decōro, quoniam Decŏro, significat honorifico: Decōro, pulchrum visu, aut auditu reddo. vnde Decorum & Indecorum minus est, quàm Decus & Dedecus.

Dēcŏrtĭco,as, Corticem detraho. {פצל *pitsél.* ἀπολεπίζω, ἀποφλοιόω. GALL. *Escorcer, oster l'escorce.* ITAL. *Scorticare, scorzare.* GERM. Schelen die rinden abziehen. HISP. *Descortezar ò quitar la corteza.* ANGL. *To pill, to tak of the bark of a tree.*} Plin. *lib.6.c.39.* Cædi intempestiuum quæ decorticentur. Scrib. Largus *Excastrare* vocat.

Decorticatus, Participium. Plin. *lib.16. cap.41.* Tradunt & abietem circa germinationes decorticatam, qua diximus lunam aquis non corrumpi.

Dēcortĭcātĭo, verbale. {פצלה *petsaláh.* τὸ λέπισμα, λέπισμα. GALL. *Escorcement.* ITAL. *Scorticamento.* GERM. Schelung. HISP. *Descortezamiento.* ANGL. *A pilling or puling away of the bark.*} Plin.*lib.17.c.24.* Quod si angusta decorticatio fuerit, nihil nocet supradictis.

Dĕcōrum, Decorus, vide *Decor.*

Decōtes, dictæ sunt togæ attritæ, quasi cotibus detritæ, atque consumptæ sint: habétque hæc vox pen. prod. Festus.

Dēcrĕpĭti, Extremæ ætatis senes: à crepando dicti (vt quidam volunt) hoc est, à clamando, & conquerendo. {ישיש *jasíschísch.* ἐσχατόγηροι, παρήλικες. GALL. *Vieillards, qui sont sur le bord de leur fosse.* ITAL. *Che sono molto vecchi, che sono co i piedi nelle fosse.* GERM. Sehr alte leut, die jetz auff der gruben gehn. HISP. *Muy viejos, en la postrera edad.* ANGL. *Thas ar veryold at death es doore.*} Aut à decrescendo, eò quòd incuruati, & contracti minores fieri videantur. Aut certè ab adiectiuo creperus, quod anceps & dubium significat: propterea quòd vita eorum id ætatis in dubio sit constituta. Plaut. *in Asin. sc.2.a.5.* Atque vnam amicam ducet decrepitus senex. Terent. *in Eunuch.* Cum meo decrepito hoc Eunucho. Cic.1. *Tusc.* Ex his igitur, hora octaua, quæ mortua est, prouecta ætate mortua est: quæ verò occidente sole, decrepita. Decrepiti, plus quàm senes. Senec. *epist.26.* Anum ac penè decrepitam. Suet. *in Othon. cap.2.*

Dēcrēsco,ĭs, Diminui. {מעט *maāt* גרע *gharáa.* μειοῦσθαι. GALL. *Decroistre, diminuer, appetisser.* ITAL. *Sminuire, scemare.* GERM. Abnemmen, schwynen. HISP. *Decrecer.* ANGL. *To grow lesse, to decrease.*} Non decrescit quod naturale est, at decrescit dolor. Sen. *c.8.de consol.ad Mart.* Decrescere genus Lentulorum, Quint. Martial.

Decreuere greges, quum cadit agna frequens.

Cicer. 2. *de Diuin.* Ostreisque & conchyliis omnibus contingere, vt cum luna pariter crescant,& decrescant. Celsus *lib.3.cap.6.* Vbi febris decreuit,

decreuit, liberaliter oportet aquam tepidam potui dare. Plaut. *Curc. sc.* 1 *a.* 2. Valetudo decrescit, accrescit labor.

Decrementa rerum atque hominum. Gell. *cap.* 10. *lib.* 3.

Decretorius, Decretum, vide *Decerno.*

¶ Decubiæ, vigiliæ. Cath.

Dĕcŭbo, as, Iaceo, quasi deorsum cubo. {שָׁכַב *schácab.* κατακεῖμαι. Gall. *Estre couché.* Ital. *Giacere.* Germ. Nider ligen. Hisp. *Iazer.* Angl. *To lie downe.*} Apuleius, Decubantem excitant feram. ¶ Item pro surgere lecto. Gall. *Decoucher.* Gell. *lib.* 10. *cap.* 15. & ex eo lecto triduum continuum non decubat.

Dĕcŭlco, as, Calco. {דָּרַךְ *darách.* πατέω. Gall. *Mettre en bas, & fouler dessous, &c.* Ital. *Calcare.* Germ. Mit füssen niderretten. Hisp. *Hollar à acoçear.* Angl. *To trade or trample upon.*} Plin. *lib.* 17. *cap.* 10. Alij in qualo pedibus in profluente deculcant.

Dĕcultō, as, ex De, & occulto, abiecto altero c, significat valde occulto, ἀποκρύπτω. Festus.

Dĕculpātus, multum culpatus, vel culpandus ἐπίψογος. Gell. *lib.* 19. *c.* 10. Itane, inquit magister, dehonestum tibi deculpatumque hoc verbum videtur.

Decuma, & Decumanus, vide *Decima*, anum, & *Decimanus.*

Dĕcumbo, is, Cubo, iaceo, recubo. {שָׁכַב *schacáb.* κατάκειμαι. Gall. *Estre couché, estre par terre.* Ital. *Giacere.* Germ. Ligen / niderligen / zu beteligen. Hisp. *Iazer.* Angl. *To lye downe or belayed.*} Cic. 3. *Verr.* Quum Apronius in triclinio quod in foro strauerat, decubuisset. Hieronym. Quintum iam diem decumbens lectulo, nimia festinatione dictaui. Colum. *lib.* 5. *cap.* 9. Si quem mater decumbens oppresserit, cubanti subtrahat. ¶ Significat etiam accumbo. Plaut. *in Merc.* Ad cœnam vocat, venio, decumbo. Ter. *in Phorm.* Prior bibas, prior decumbas. Quid si adeamus ac decumbamus, (de cœna.) Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 2. Age iis decumbamus pater (in conuiuio.) Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 5. Vbi decumbimus, decubabam. (eodem sensu.) *Ibid. sc.* 2. *a.* 5. Cedo, amabo decumbe. Idem *Stich. sc.* 3. *a.* 2. ¶ Item de grauiter ægroto. Gell. *c.* 5. *lib.* 11. ¶ Aliquando morior. Cic. 3. *Inu.* Mittunt etiam vulneribus confecti ad dominos qui quærant quid velint: si satisfactum iis sit, se velle decumbere. Idem *in* 1. *Philip.* Quod gladiatores faciunt, vt honestè decumbant, id nos principes terrarum faciamus.

Dĕcūpă, æ, quid sit à viris etiam doctis dubitatur, legitur tamen apud Cicer. *in Pison.* Pistor domi nullus, nulla cella, panis & vinum à propola atque decupa. quo loco legendum putat Budæus *De cupa*, duabus dictionibus: vt sit sensus, Pisonem non viuere frugaliter, & vt solent, quibus cura rei domesticæ sit cordi: sed omnia à propolis emere, atque ide cupa, hoc est, non diffusum, aut alteratum, sed quemadmodum è cupa afferretur, hoc est, penè mustulum: non enim futuris annis prouidebat. Vide *Propola.*

Dĕcŭplus, a, um, quod rei alicuius quantitatem decies in se continet. δεκαπλάσιος. Gall. *Dix fois le double.* Ital. *A dieci doppi.* Germ. Zehenfaltig. Hisp. *Cosa de diez vezes tanto.* Angl. *Ten tymes double.*} Liu. 9. *bell. Maced.* Vti ea quoque decuplo tanti pluris, quàm quanti essent æstimarentur.

Dĕcŭres, Antiqui pro decurionibus vsurparunt. Festus.

Dĕcŭrĭo, nis, quasi senator in municipio, aut colonia. Nam quod Romæ erant Senatores, id in municipiis & coloniis erant Decuriones. Dictus est, autore Vlpiano, quod initio quum deducerentur Coloniæ, decima pars deductorum consilij publici gratia conscribi solita sit. {נְצִיב *netsib.* δεκάρχης, δέκαρχος, δεκαδάρχης, in antiquo Lexico, δεκουρίων. Gall. *Dizenier en guerre, ou vn des iuges des dizaines.* Ital. *Decurione.* Germ. Ein Rottmeister vber zehen. Hisp. *El que es cabeça ò capitan de diez.* Angl. *A sherife, or one of the ten iudges in equale authoritie.*} Vide Cic. *in Orat.* citat decreta Decurionum. Idem *pro Sext.* Recita quæso Sesti, quid decreuerint Capuæ decuriones. Plin. iunior *in Epist.* Esse autem tibi centum millia nummûm, satis indicat, quod apud nos Decurio es. Igitur vt te non Decurione solùm, verumetiam Equite Romano perfruamur, offero tibi ad implendas Equitis Romani facultates trecenta millia nummûm. Suet. *in August. cap.* 46. Decuriones coloniæ, & eorum suffragia de vrbis magistratibus. Item, Decuriones Coloniarum & Municipiorum. Idem *ibid. cap.* 100. ¶ Decurio item dicitur, qui decem militibus, aut equitibus præest. Varro tradit in singulis turmis equitum decuriones esse ternos. Itaque quum turma in tres decurias diuideretur, singularum decuriarum præfecti decuriones dicebantur. ¶ Suet. *in Domit.* Decurionem quoque cubiculariorum dicit, qui decem cubiculariis præesset. ¶ Decurio quoque palatij dicitur ab Ammiano, qui præest palatio.

Dĕcŭrĭa, æ, Manipulus decem militum, vel aliorum hominum: cui qui præest, Decurio nominatur. δεκάς. Gall. *Vne bande de dix hommes.* Ital. *Banda di dieci huomini.* Germ. Ein rott zehen kriegsleuten ein hauff zehen Menschen. Hisp. *La decuria, compañia de diez hombres.* Angl. *A band of ten souldiours.*} Colum. Classes etiam non maioris quàm denum hominum faciundæ, quas Decurias appellauerunt antiqui. ¶ Decuria Senatoria. Cic. 4. *Verr.* Hunc hominem iudicum numero habebimus? hic alteram decuriam Senatoriam iudex obtinebit? ¶ Decuria iudicum, Cicer. 5. *Phil.* Totum denique comessationis Antonianæ chorum in tertiam decuriam iudicum scitote esse collectam. ¶ Decuria, pro cœtu & conuentu compotorum. Plaut. *Persa*, Atque istis gnatam tecum huc iam, quantum potest, Adducis, exigam ego hercle te ex hac decuria.

Dĕcŭrĭo, as, est milites conscriptos in decurias distinguere. δεκαδίζω, κατὰ δεκάδας, διαιρέω, στρατιώτας συντάσσειν. Vnde decuriati milites, hoc est, in decurias distincti. κατὰ δεκάδας τεταγμένοι. Cic. *pro domo sua*, Quum desperatis ducibus decuriatos ac descriptos haberes exercitus perditorum. Quanquam commune potiùs verbum videtur de omnibus iis, qui quamlibet ob causam ita congregantur, vt eorum ordo quidam ac descriptio sit: atque non solùm de decem, sed etiam de pluribus vsurpatur. Cic. *in Sext.* Nomine collegiorum delectus habebatur quùm vicatim homines conscriberentur & decuriarentur. Nam quod Cicero hic per Decuriare, in eo post reditum per centuriare dixit de eadem re verba faciens, Egone quum, quum homines palam conscribi centuriarique vidissem. Idem *lib.* 2. *ad Qu. fratr.* Eodem die SC. factum est, vt sodalitates decuriatique, discederent: quibus locis Decuriare est in collegia conscribere, & in ordinem cogere.

Dĕcŭrĭātĭo, verbale. Distinctio & descriptio in curias. δεκαδαρχία, συνδεκαρχία. Cic. *pro Planc.* Decuriatio tribulium, descriptio populi, suffragia largitione deuincta &c.

Dĕcŭrĭātus, us, m. ipsa decuriatio. διανομή. Liu. 2 *bell. Pun.* Et vbi ad decuriatum, & centuriatum conuenissent, sua voluntate ipsi inter sese decuriati equites, centuriati pedites coniurabant sese fugæ atque formidinis ergo non abituros.

Decurionatus, id est, Decuriatus. Macrob. *Satur. lib.* 2. *c.* 3. Cùm rogaretur, vt decurionatum priuigno eius expediret.

Dĕcurro, is, decurri, & interdum decucurri, decursum, Deorsum curro. {יָרַד *ratz.* κατατρέχω. Gall. *Courir de haut en bas.* Ital. *Correre in giu.* Germ. Abhin lauffen. Hisp. *Correr hazi abaxo ò passar.* Angl. *To runne downe.*} Virg. 2. *Æneid.*

Laocoon ardens summa decurrit ab arce.

¶ Apud Suet. *in Ner. c.* 11. prætoritum decurri, nobilissimus eques Romanus, elephanto supersedens per catadromum decucurrit. Item Decurrere, idem quod currendo accelerare, & festinare. Plin. iun. Ad tacita suffragia, quasi ad remedium decurrerunt. Decurrere ad tumulum. *in Claud. c.* 1. Manus decurrere solet ad id, quod dolet. Senec. *cap.* 17. *de consol. ad Helu.* Item, Decurrere per catadromum. Suet. *in Ner. c.* 11. Liuius, Qui positus forte in statione pontem, quum captum repentino impetu Ianiculum, atque inde citatos decurrere hostes vidisset. ¶ Interdum idem quod confugere. Cic. *pro Quintio*, Ad hæc extrema & inimicissima iura tam cupidè decurrebas. Plin. *l.* 7. *c.* 4. Ad tacita suffragia, quasi ad remedium aliquod decurrerunt. ¶ Decurrere etiam milites dicuntur, quum proposito certamine exercent sese. Liuius, Mos erat lustrationis, sacro peracto decurrere exercitum, & diuisas bifariam acies concurrere ad simulachrum pugnæ. Virg. 11. *Æneid. de Pallantis funere,*

Ter circum accensos cincti fulgentibus armis
Decurrere rogos, ter mœstum funeris ignem
Lustrauere in equis.

¶ Interdum Decurrere idem est, quod ad finem vsque currere. Cic. *de senect.* Nec verò velim, quasi decurso vitæ spatio, à carcere ad calces reuocari. Idem *pro Quint.* Prope acta iam ætate decursaque.

Spatium decurrere vitæ. (alias procurrere.)

Ouid. *El.* 4. *lib.* 3. *Trist.* Decessit filius tuus, id est, decucurrit ad eum finem, ad quem omnia properant. Senec. *c.* 11. *lib. de consol. ad Mart.* Decurrere per materiam stylo velocissimo. Quint.

Seu celer (sol) hibernas properat decurrere luces.

Tib. *lib.* 4. ¶ Decurrere vigilias eleganti sermone dicitur, & elegantiùs creditur, quàm *decursa vocis.*

Dĕcurritur, impersonaliter, pro confugitur. {Angl. *They runne or flie for refuge.*} Cæs. 1. *bel. ciu.* Decurritur ad illud extremum atque vltimum Senatusconsultum. Liu. 2. *bell. Maced.* Decurrebatur tamen eo, vt ouans vrbem iniret.

Dĕcursus, us, actus ipse decurrendi. {מְרוּצָה *merutsáh* אֹפֶן *aphik.* κατάδρομος. Gall. *Cours, course, courement.* Ital. *Corso, giostra.* Germ. Das hinab lauffen. Hisp. *Corrida de arriba abaxo.* Angl. *A running downe.*} Liu. 1. *ab Vrbe*, Itaque ne subitò ex collibus decursu Albanorum intercluderentur ab oppido, terga vertunt. Decursus pro simulachro præliorum. Gell. *lib.* 7. *c.* 3. Vt in decursibus ludicris, aut simulachris præliorum fieri videmus. Atque illud (malum) prono præceps agitur decursu. (diceret procursu.) Catull. *ad Ortalum.* Item, Decursibus cohortium interesse. Tacit. *lib.* 2. ¶ Decursus item ponitur pro fine cursus. Suet. *in Ner. c.* 24. Sed excussus curru, ac rursus repositus, cum perdurare non posset, destitit ante decursum, nec eo tectus coronatus est.

Dĕcursio, aliud verbale eiusdem significationis. κατάδρομος. Cic. 5. *de fin.* Quem Tyberina decursio festo illo die tanto gaudio affecit, quanto L. Paulum, quum regem Persen captum ad iaceret eodem flumine inuectum. ¶ Ponitur aliquando pro excursione. Cic. *in Epist.* Necesse est Antonius Apennino Alpibúsque se teneat, & decursionibus per equites, quos habet multos, vastet ea loca, quæ incurrerit. Decursione Troiæ interiecta. Suet. *in Calig. c.* 18. Item, Indicta decursione scutum manu sua prætulit. Idem *in Ner. c.* 7. Decursionem campestrem scuto moderatr. Idem *in Galb. c.* 6.

Dĕcursōrium, locus in quo decurritur. {Græci κατάδρομον, Galli *Lices* vocant. Angl. *The place where the iusts, de kep, the lists.*}

Dĕcurtātus, participium à decurto, Mutilatus, curtatus. {גָּדַע *gradhuab.* κολοβός, ἀποκεκομμένος. Gall. *Accourci, rongné par vn bout.* Ital. *Accortiato, troncato.* Germ. Gestutzt. Hisp. *Mocho è desmochado.* Angl. *Madeshort, abbridged.*} Cic. *in Orat.* Mutila sentit quædam & quasi decurtata. Plin. *lib.* 25. *c.* 5. Leguntur autem tenuissimæ radices, breuésque, ac veluti decurtatæ etiam hæ.

Dĕcus, vide *Decor.*

Dĕcussis, vt ex ipsa statim compositione apparet, decem asses valebat. {Gall. *Dix asses, vne dixaine, vne croix bourguignonne en forme d'vn X.* Ital. *Dieci assi, vna decina, diuisione fatta in croce.* Germ. Zehen plappart. Hisp. *Diez asses moneda de cobre, orden como en cruz.* Angl. *A piece of money of the valour of ten shillinges.*} Vitruuius pro numero denario, quem δεκάδα vocant Græci, non semel vsurpauit. Ita enim scribit *lib.* 3. *c.* 1. Platoni placuit denarium numerum ea re esse perfectum, quòd ex singularibus rebus, quæ monades apud Græcos dicuntur, perficitur decussis, quæ simul ac vndecim, aut duodecim sunt factæ, quot superauerint non possunt esse perfectæ, donec ad alterum decussim peruenerit. Reliqua vide in verbo *Decussis.*

Dĕcusso, as, are, est ad decussis figuram redigere. {χιάζω. Gall. *Croiser l'vn sur l'autre, ou disposer en forme d'vn X, ou comme vne croix Bourguignonne.* Ital. *Diuidere in croce.* Germ. Creutzweiß zerschneiden. Hisp. *Ordenar en partes como en cruz.* Angl. *To crosse one thing on another and mak like this letter X.*} Hoc est, res aliquas eo ordine collocare, vt inter se literæ χ, aut Latinæ X, speciem præbeant. Ea enim figura apud Latinos vocatur Decussis: quia vt nos hodie, ita veteres quoque hac figura numerum denarium significabant. Quòd si literam X, per medium seces, relinquetur V, quæ figura denarij dimidium, hoc est, quinarium numerum commonstrat. Vnde etiam Latini eam figuram

quincuncem vocauerunt: & eas arbores, quæ ita erant collocatæ, vt eius figuræ v, speciem referrent, dicebantur in quincuncem digestæ. Sed de hoc plura suo loco. Decussis verò, vt diximus, constabat ex duobus quincuncibus ita collocatis vt X, literæ imaginem exprimeret. Inde Decussare, est aliquid ad eius figuræ imaginem redigere. Cicer. *de Vniuers.* Hanc igitur coniunctionem duplicem in longitudinem diffidit, mediæque accommodans mediam quasi decussauit. Colum. *lib.* 4. Nam duas regulas eras latitudinis, quo pastinator sulcum facturus est, in speciem Græcæ literæ χ decussabimus.

Decussatim, significat per decusses. {χιασ. χιαστὴ. GALL. *En forme d'vn X, en croix Bourguignonne.* ITAL. *In forma di croce.* GERM. Creutzweiß/ oder in stetnen weyß. HISP. *Partiendo en tajadas como en cruz.* ANGL. *In manner of this letter X.*} Col. *lib. vlt.* Rapam in alueo, aut seria componito: deinde sicut consueuerant Salgamarij, Decussatim ferramento lunato incidito.

¶Decutes, vide *Decotes.* ¶

Decutio, is, ssi, ssum, ex De & quatio, Quatiendo deiicio, demeto, decido. {נקף *nakaph.* ἀποτινάσσω. GALL. *Abatre, faire cheoir, ruer ius.* ITAL. *Crollare, gettare à terra.* GERM. Abschlagen. HISP. *Sacudir, echar de arriba.* ANGL. *To shake downe, or strike of.*} Liu. *lib.* 1. Rex velut deliberabundus in hortum ædium transit, sequente nuntio filij: ibi inambulans tacitus summa capita papauerum dicitur baculo decussisse. Col. *lib.* 11. *cap.* 2. Dum propendentes oculi digito decuti possint. Liu. 5. *bell. Pun.* Murus turrésque quædam Cumis non ictæ modò fulminibus, sed etiam decussæ.

Decussus, us, ui, Decutiendi actus. {נקף *nákeph.* τίναξις. GALL. *Abatement, abatage.* ITAL. *Abatimento.* GERM. Das abschlagen oder abschütten. HISP. *Aquel sacudimiento.* ANGL. *A shakin or striking of.*} Plin. *lib.* 11. *c.* 37. Aliqui tunc scribunt decidere eum, rursúsque decrescere, facilem decussu.

Dedecet, Indecorum est, non decet. {ἀπρεπές ἐστι. GALL. *Il messied, il sied mal, il est mal conuenable.* ITAL. *Disconuiene, non sta bene.* GERM. Es gezimpt sich nit/ es steht vbel. HISP. *Desconuiene, no esta bien.* ANGL. *It is vn seemlie and vnbecometh.*} Et modò personale est. Cicer. 1. *Offic.*

Vt siquidem dedeceat in illis, vitemus & ipsi.

Ouid. 6. *Metam.* Admonuitque preces, quarum me dedecet vsus. Cic. 1. *Off.* Nam & ratione vti, atque oratione prudenter, & agere quod agas consideratè, omnique in re quid sit verum videre & tueri decet: contráque falli, errare, labi, decipi tam dedecet, quàm delirare & mente captum esse. Dedecere maiorum imagines. Tacit. *lib.* 2.

Dedecus, Ignominia ex re turpiter gesta, probrum, turpitudo. {חרפה *cherpáh* קלון *kalón* כלמה *chelimmah.* αἶσχος, ἀτιμία. GALL. *Deshonneur, infamie.* ITAL. *Infamia, dishonore.* GERM. Ein schand oder vnehr. HISP. *Vituperio, deshonra.* ANGL. *Dishonestie, disworship, shame, dishonour.*} Cicer. 2. *Tuscul.* Dolorem existimo maximum malorum omnium. M. Etiámne maius quàm dedecus? Item *Attic. lib.* 16. Ergo id erat meum factum, quod Catoni probare non possum, flagitij scilicet plenum, & dedecoris. Idem *pro Rosc. Amer.* Sumptus effusi cum probro, & dedecore.

Quidve domum fertis decimo nisi dedecus anno?

Ouid. 13. *Metam.* Eloquar infelix dedecus ipse meum? (id est, stuprum.) Idem 2. *Fast.* Ita me probri, stupri, dedecoris à viro argutam meo. Plaut. *Amphitr.* & mox, Eccum, qui miseram arguit stupri, dedecoris. Item, vbi heris damno, molestiæ, & dedecori fueris. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 3.

Dedecor, is, Inhonestus. {נקלה *nikléh.* ἄτιμος, αἰσχρός. GALL. *Deshonneste, laid, vilain, messeant.* ITAL. *Laido, sconcio, dishonesto.* GERM. Vnzierlich/ heßlich/ vngeschaffen. HISP. *Cosa sin honra.* ANGL. *Dishonest, vncomelie and vnseemelie.*} Salust. Dedecores multique terga ab hostibus cædebantur.

Dedecorus, a, um, idem. {ANGL. *Vnhonest that is to others dishonour.*} Tacit. *lib.* 3. Sextus Pompeius M. Lepidum vt socordem, inopem, & maioribus suis dedecorum, eóque etiam sorte Asiæ depellendum incusauit.

Dedecoro, as, are, Dedecore afficio. {הכלים *hiklím.* αἰσχύνω, καταισχύνω. GALL. *Diffamer, deshonnorer.* ITAL. *Diffamare, vituperare, dishonorare.* GERM. Entehren/ schänden/ schmähen. HISP. *Deshonrar.* ANGL. *To dishonour, to distaine ones honestie, to defile and defame.*} Plaut. *Bacch.* Qui dedecorat te, me, amicos, atque alios flagitiis suis. Ter. *Heeyr* Et me, & te, & familiam dedecoras. Cic. 3. *Off.* Dedecorantem & vrbis autoritatem & magistri. ¶ Dedecoratus. Suet. *in Ner. cap.* 36. Tanquam aliter illi non possint nisi morte succurrere dedecorato flagitiis omnibus.

Dedecorosè, ἀτίμως, αἰσχρῶς. Turpiter. In Epito. Sext. Aur. Victoris, Dedecorosè vixi, turpius peream. Sunt verba Neronis sua manu pereuntis.

Dedico, as, Consecro, religiosum facio, religione deuincio. {חנך *chanách* קדש *kiddesch.* ἀνατίθημι, καθιερόω, ἀφιερόω. GALL. *Dedier.* ITAL. *Dedicare, consecrare.* GERM. Weihen/ heiligen/ zueignen. HISP. *Dar, applicar, ò consagrar à Dios.* ANGL. *To dedicate, to giue for euer.*} Liu. 1. *ab Vrbe.* Multa alia sacrificia, locáque sacris faciendis quæ Argeos Pontifices vocant, dedicauit. Dedicare domum. Suet. *in Ner. c.* 31. Dedicare scripta & imagines Grammaticorum in bibliothecis. Idem *in Tib. cap.* 70. Tabulam in cubiculo dedicare. *Ibid. cap.* 44. Incensum dedicare instrumentum fundi. Gell. *c.* 11. *lib.* 7. Quod libris dedicatur, pro mandatur scriptis.) Quint. Cic. 1. *de Leg.* Nam qui se ipse norit, primum aliquid se habere sentiet diuinum, ingenium in se suum sicut simulachrum aliquod dedicatum putabit. *Ibid.* Mens, Fides, Virtus, Concordia consecratæ, & publicè dedicatæ sunt. ¶ Apud antiquos etiam legitur pro exponere. Cæcil. *lib.* 1. *Annal.* vt ait Nonius, Legati quod missi sunt, veniunt, dedicant mandata. Dedicare & abdicare, Apuleio αἰεὶ ἰσχύει, vbique est affirmare & negare.

Dedicatio, Consecratio. {חנכה *chanuchkáh.* καθιέρωσις, ἀφιέρωσις. GALL. *Dediement, dedication, dedicace.* ITAL. *Dedicatione.* GERM. Einweihung/ zueignung. HISP. *Consagracion.* ANGL. *A dedication, a geuing for euer.*} Dedicatio Capitolij. Plutarch. *in Publ.* Cicer. *pro domo sua,* Nisi quem forte illius castissimi sacerdotis superstitiosa dedicatio deterret.

Dedignor, aris, Indignum reputo, contemno. {מאס *maas* נבל *nabal* לבזה *libezoth.* ἀπαξιόω. GALL. *Desdaigner, auoir en desdaing.* ITAL. *Sprezzare, sdegnare.* GERM. Verachten/ schetzen/ verachten. HISP. *Menospreciar, desdeñar.* ANGL. *To disdaine, to contemne, not to vouchsafe.*} Plin. *in Paneg.* Vt appareat, non superbia & fastidio te amplissimos honores repudiare, qui minores non dedigneris. Virg. 1. *Æneid.*

Quos ego sum toties iam dedignata maritos.

Ouid. 1. *de Ponto,*

Is me nec comitem, nec dedignatus auicum est.

Huic satus Anchises cum quo commune parentis Non dedignata est nomen habere Venus. Idem 4. *Fast.*

Dedignatio, verbal. {ἀπαξίωσις. GALL. *Desdain.* ITAL. *Sdegno.* GERM. Verachtung/ verunwirdigung. HISP. *Menosprecio, desden.* ANGL. *A disdaining, an loathing.*} Plin. *in Pan.* Quàm speciosum est enim, quod disciplinam castrorum lapsam extinctamque refouisti, depulso priore seculi malo, inertia & contumacia & dedignatione parendi.

Dedisco, is, dedidici, quod didici obliuiscor. {ἀπομανθάνω, ἀπομαθεῖν. GALL. *Desaprendre & oublier ce qu'on a apris.* ITAL. *Dimenticare quello che si ha imparato.* GERM. Entlernen/ was einer gelernt hatt allgemach wider vergessen. HISP. *Desaprender, oluidar lo aprendido.* ANGL. *To forget that one hath learneth.*} Plaut. *Ampo.* Haud æquum facit, qui quod didicit, id dediscit. Cicer. 3. *de Orat.* Ob eámque causam iuuentus nostra dedisceret penè discendo. Ouid. 1. *de rem. amoris,*

Intrat amor mentes vsu, dediscitur vsu.

Idem 3. *Trist. Eleg. vlt.*

Verba mihi desunt, dedidicique loqui.

¶ Dediscere pro Relinquere consuetudinem. Cic. *Paro lib.* 9. 20. Dediscendæ tibi sunt sportellæ & artolagani tui.

Dedmasa, δέδμησα, vrbs Cariæ. Steph.

Dedo, is, dedi, ditum, significat in perpetuum do, vel totum subdo, siue in manus, potestatemve & arbitrium do. {נתן *nathan* מסגר *misghen.* ἐκδίδωμι. GALL. *Rendre en mettre sous la puissance d'autruy.* ITAL. *Darsi in tutto.* GERM. Sich ergeben/ auffgeben. HISP. *Darse de todo.* ANGL. *To betake him selfe into the power of another.*} Vnde dedere se hostibus dicitur qui se in hostium potestatem tradit. Et traditio ipsa deditio dicitur. Et qui ita se dedunt, dedititij vocantur. Plaut. *in Ampe.* Censuit, vti vicli sint eo prælio, vrbem, agros, aras, focos, séque vti dederent. Liu *lib.* 1. Sic ad supplicium Numitori Remus deditur.

——— *Cadentem talia dede neci.*

Ouid. 4. *Fast.* Saltem Pseudolum mihi dedas. Ego dedam tibi? Plaut. *Pseud. sc.* 7. *a.* 4. Ego illum tibi dedam. Tace (id est, addicam damnatum tibi pro iniuria.) Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 5. Dedunt se diuina, & humana omnia, vrbem & liberos in ditionem atque arbitratum cuncti Thebano populo. Idem *Amph.* Cur me morti dedere optas? Idem *Asin sc.* 3. *a.* 3. Dedam ego te discipulam cruci. Idem *Aul. sc.* 1. *a.* 1. Dato me excruciatum, egomet me dedam tibi. Idem *Merc. sc.* 6. *a.* 2. Dediderat se ad literas. Gell. *cap.* 21. *lib.* 2. Cæsar *lib.* 1. Heluetij omnium rerum inopia adducti, legatos de deditione ad eum miserunt. ¶ Forma deditionis describitur apud Liuium in deditione Collatiæ. Ita enim Rex interrogauit, Estísne vos legati, oratorésque missi à populo Collatino, vt vos populúmque Collatinum dederetis? Sumus. Est ne populus Collatinus in sua potestate? Est. Deditísne vos populúmque Collatinum, vrbem, agros, terminos, aquam, delubra, vtensilia, diuina, humanáque omnia, in meam populique Romani ditionem? Dedimus. Et ego recipio. ¶ Aliquando dedere est simpliciter dare. {ANGL. *To geue him self to a thing.*} Terent. *Andr.* Verberibus cæsum in pristinum Daue dedam. ¶ Dedere se angoribus, aut voluptatibus, Cic. 2. *Offic.* Dedere se libidinibus. Idem 1. *Tusc.* Dedere se languori & desidiæ. Idem 1. *Offic.* Dedere aures suas Poetis, idem *pro Archia.* ¶ Dedere se ad literas, pro literis. Gell. *lib.* 2. *c.* 21. Tum quispiam ex iis, qui se ad literas memoriásque veteres dediderat.

Deditus, particip. Addictus. {נתון *nathún.* ἐκδοθείς, ἐγχειρισθείς. GALL. *Adonné, qui s'est rendu.* ITAL. *Dedito, renduto si.* GERM. Ergeben. HISP. *El que se rindio al vincidor.* ANGL. *Geuen to any thing yeelded.*} vt, Deditus amori animus. Ter. *in Hecyr.* Deditus amatoriis scruitutibus. Cic. 1. *de fin.* ¶ Deditus voluptatibus, aut Epicuro, *ibid.* Deditus literis à pueritia. Idem *ad Lentul. lib.* 1. ¶ Dedita opera, idem quod data opera. Idem *pro Roscio Amer.* Quæ facitis, eiusmodi sunt, vt ea dedita opera à vobis contra vosmetipsos facere videamini. Terent. *in Eunuch.*— Apud Antiphonem vterque, pater & mater, Quasi dedita opera domi erant. Hæc mihi dedita est habitatio. Plaut. *Most. sc.* Habeo.

¶Dedim, dabo, dederim. Tertull. ¶

Deditim, aduerb. teste Diomede *Grammat. lib.* 1.

Dedititius, a, um, qui se in alterius imperium dedidit, deditus. {נתון *nathún.* ἔκδοτος, ὑποχείριος. GALL. *Qui s'est rendu à la merci d'vn autre.* ITAL. *Renduto si all' altrui merce & discretione.* GERM. In einen andern gewalt ergeben. HISP. *El que se rindio al vincidor.* ANGL. *That hath betaken himselfe an others power, & yeldeth.*} Curtius, Multitudo dedititiorum incolis nouarum vrbium cum pecunia capta dono data est. Cæs. 1. *bell. Gall.* Quum ex dedititiis Belgis, reliquisque Gallis complures Cæsarem sequuti, vnà iter facerent. Cic. *ad Brutum,* Itaque id Senatusconsultum plerique interpretantur etiam ad tuos siue captiuos, siue dedititios pertinere.

Dedititii, dicti sunt quidam populi, qui quum in Romanorum fidem concessissent, rebellibus animis ab eis desciuerunt: quos deinde rursus superatos adeò humanè Romani tractarunt, vt vitam illis seruarent, & imaginariam quandam libertatem relinquerent, sed tamen infamiæ labe aspersam, lege lata, vt ad veram libertatem Romanæque ciuitatis iura peruenire nunquam possent, ex Alciat. Dedititij ij, qui se permittunt alienæ voluntati, quod non nisi in extrema fit inopia consilij, & præsidij. Eorum autem alij libertini, alij peregrini dicuntur. De his habes elegans caput apud Angel. Polit. *in Miscel.* Vide etiam *Manumitti.* Dedititij fere sunt, qui ex obsidione se dediderunt in potestatem victoris, de his *in Inst. tit. de libertinis.*

Deditio, verb. Dedendi actus, traditio, subiectio, quum quis se in hostis potestatem tradit. {ἔκδοσις, ἐγχείρησις. GALL. *Quand on se rend, ou qu'on se met à la merci de quelqu'vn.* ITAL. *Il renderse ad alcuno.*

GERM.

GERM. Ergebung/aussgebung. HISP. *La rendicion del vencido à vencedor.* ANGL. *A yeelding.* } Cic. *pro leg. Manil.* Spem deditionis non dedit, obsidesque imperauit. Deditio ad Romanos facta. Liu. *ab vrb.* In deditionem redigere putatur. Suet. *in Cæs. cap.* 74.

DEDOCERE, est secus atque quis doctus est docere, ab eo quod quis doctus est, deducere. *ἀπομανθάνειν.* GALL. *Desenseigner, faire apprendre le contraire de ce qu'on a appris.* ITAL. *Insegnare il contrario di quanto alcuno ha imparato.* GERM. Entlernen / anders lernen weder einer gelehrt worden ist. HISP. *Desensenar lo ensenado.* ANGL. *To teache the contrarie or to make to forgette that was taught.* } Quint. *lib.* 3. Quanta in eluendis, quæ semel insederunt, vitiis, difficultas consequatur quum geminatum onus succedentes premat, & quidem dedocendi onus grauius, ac prius, quàm docendi. Propter quod Timotheum clarum in arte tibiarum ferunt duplices ab his, quos alius instituisset, solitum exigere mercedes, quàm si rudes traderentur. Cic. 1. *de fin.* Si a Polyæno familiari suo Geometriam discere maluisset, quàm illum etiam ipsum dedocere.

DEDOLEO, es, Non doleo, vel dolore me priuo, vel dolore desino. {*ἀπαλγεῖν.* GALL. *Laisser à se douloir, passer sa douleur.* ITAL. *Non dolersi.* GERM. Verschmertzen. HISP. *Non dolerse.* ANGL. *To cease frome sorie and paine.*} Ouid. *lib.* 3. *Fast.*

Quid me in desertis moriturum Liber arenis

Seruabas? potui dedoluisse semel.

DEDOLO, as, Dolabra, vel eiusmodi ferramento, quæ scabra atque impolita sunt, leuigo. {פסל *pasal.* *ἀπολεαίνω.* GALL. *Doler & unir une piece de bois auec une doloire ou tel instrument, desbaucher.* ITAL. *Pelire.* GERM. Abhobelen. HISP. *Dolar.* ANGL. *To chip, there with any instrument, to square.* } Colum. *lib.* 5. Hæc eorumque similia pedamenta post putationem retractanda sunt, partesque eorum putres dedolandæ. Compositum est à verbo dolo: vnde mediam habet breuem. Martial. *lib.* 11. Fractaque fabrili dedolat ossa manu. Nam syllaba prior in verbo dolo corripitur. Iuuenal. I nunc atque animam ventis committe, dolato Confisus ligno. Errant itaque qui producendam esse præcipiunt. Hunc senem exossabo, dein dedolabo assulatim viscera. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 5.

DEDUCO, is, deduxi, deductum. Multiplex eius vsus est, siue constructionem spectes, siue significationem. Propriè enim significat ex superiori loco in inferiorem ducere. { הוליך *hollich* שלח *schillêach.* *ἐξάγω, κατάγω.* GALL. *Conduire & mener de haut en bas, conuoyer.* ITAL. *Scorgere, tirare, condurre al basso.* GERM. Abhinfüren/abhinziehen. HISP. *Sacar ò traer abaxo, traer guiando.* ANGL. *To bring downe, to bring honorably, to a place.* } Et in ea significatione interdum habet ablatiuum sine alia præpositione, quàm quæ in verbo includitur. Virg. *in Pharmaceutria.*

Carmina vel cælo possunt deducere lunam.

——Deducere cælo Iouem,

Ouid. 3. *Fast.* Sæpiùs tamen cum præpositione a, ab, de, vel ex. Cæsar 3. *bell. ciuil.* Deducere de rostris conantem concionari. Cato *de re rust. cap.* 157. de brassicæ vtilitatibus. De capite & de oculis omnia deducet, & sanum faciet.

——summa deductus ab arce,

Ouid. 3. *Fast.* Deduci de possessione. Liu. 4. *d.* 4. Deduco pedes de lecto clam. Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 2. proinde vti properè exercitus suos de finibus deducerent. Idem *Amph.* Deducere homines à rei venereæ proluuio. Gell. *cap.* 11. *lib.* 4. ¶ Aliquando de loco ad locum, siue de re ad rem ducere. Sic apud Gell. *lib.* 7. *cap.* 5. lineæ deducuntur, vbi tamen *diducuntur.* Cic. *Att. lib.* 7. Probata conditio est, sed ita vt ille de his oppidis, quæ extra eam prouinciam occupauisset, præsidia deduceret. Sic dicimus, Deducere ex præsidiis, & aliis locis cohortes. Cæsar 3. *bell. Gall.* Deducere ex hortulis in Academiam, Cic. 1. *de nat. deor.* Hirtius *de bel. Alexand. lib.* 4. Deducere ex regno, pro priuare & auferre regnum posuit. Deducere Deos (per prosopopœiam) & excitare inferos. Quint. Deducere de fundo. Cic. *pro Cæcin.* Placuit Cæcinnæ de amicorum sententia constituere quod in rem præsentem veniretur, & de fundo Cæcinna moribus deduceretur. ¶ Deducere de via. Cic. *de Fato,* Ne quum hæc ita sint, est causa cur Epicurus fatum extimescat, & ab atomis petat præsidium, eásque de via deducat. ¶ Atque hæc quidem magis propriè dici videntur, quàm quæ sequuntur, quæ translata potiùs sunt. Idem Cic. *famil.* 1. Quod dat accipimus: quod instituit referre de religione, & sæpe iam retulit, ab eo deduci non potest. id est, retrahi, abduci, remoueri, reuocari. Quintus Cic. *de pet. Consul.* Qui sine causa non amant eos aut beneficio, aut spe, aut significando, tua erga illos studia fructu delinies, dans operam vt de illa animi prauitate deducas. Lactant. *lib.* 4. Diximus nomen religionis e vinculo pietatis esse deductum, quòd hominem sibi Deus religauerit. ¶ Deduci a dolore, id est, dolore cogi aliter sentire de re aliqua, & dolore a sententia abduci. Cic. 1. *Tusc.* E quibus homo sine leuis Heracleotes Dionysius, cùm a dolore deductus est. Nam quum ex renibus laboraret, ipso in eiulatu clamitabat falsa esse illa, quæ antea de dolore sensisset ipse. ¶ Habet etiam interdum accusatiuum cum præpositione In. Cæs. *bell. ciu. lib.* 3. Sæpe enim conficiendi negotij propè in noctem rem deduxerant. Plaut. Nunc ne quis erret vestrum, paucis in viam Deducam, siquidem operam promitteris dare. Liuius, Petebant enim ne se temerè in causam deduceret. Ad eundem modum dicimus aliquem deducere in controuersiam, in iudicium, in ius. Item, Deducere in fraudem, in discrimen, in periculum. Illa meos oculos mediam deducit in vrbem. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist.* in lapidicinas facilè deductus fiet. Plaut. *Capt. scen.* 5. *act.* 3. siue mors nos in flore deducit. Senec. *cap.* 10. *consol. ad Marc.*

In tua deduxi tempora Cæsar opus.

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* ¶ Item cum præpositione Ad. Cæs. *lib.* 8. Si qua hominum æquitate res ad otium deduci posset, id est, traduci. Cic. *pro Flacco,* Sed sunt in illo numero multi boni, docti, prudentes, qui ad hoc iudicium deducti non sunt, id est, adducti. Idem *Att. lib.* 9. De gratia & de ope quid significares, mecum ipse quærebam: spe tamen ducebar ad eam cogitationem, vt te pro tua admirabili ac singulari sapientia de otio, de pace, de concordia ciuium agi velle arbitrarer. Lactant. *lib.* 2. Homines autem ipsos ad tantam cæcitatem esse deductos, vt viuo ac vero Deo, mortuos præferant. Deducere rem ad arma, Cæs. *lib.* 1. *de bell. ciuil.* ad summum periculum. Idem Cæs. Attenuate magna & postquam me in ædes ad te deduxit domum & seruum nouum. Plaut. *Merc. sc.* 1. *a.* 1.

Hec ego (ingenium tuum) Pegasidas deduxi primus ad undas.

Ouid. *Eleg.* 7. *lib.* 3. *Trist.* ¶ Interdum etiam deducere idem est, quod subtrahere. Vnde deducere cibum, est parcius solito cibum suppeditare. Terent. *in Eunuch.* Haud similis virgo est virginum nostrarum, quas matres student demissis humeris esse, vincto pectore, vt graciles fient: Si qua est habitior paulo, pugilem esse aiunt, deducunt cibum: Tametsi bona est natura, reddunt curatura iunceas. Vbi propriè (inquit Donatus) deducunt, pro subtrahunt, quemadmodum hi faciunt, qui tamen accurare solent quo sint graciliores, formosioréśque. Liu. 6. *ab vrb.* (de vsuris loquens.) Sortem aliam ferre, de capite deducere. Cic. *lib.* 1. *Acad.* Vt contra omnium sententias dies plerosque deduceret, id est, prolongaret: translatione sumpta ab araneis fila deducentibus. Pomponius in *Atel.* Vocem deducas oportet, vt mulieris videantur verba. Vbi deducere significat quasi in tenuitatem deducere. *ἰσχναίνειν.* Vnde & pro subtiliter, & nihil subrusticum proferre ponitur. *κατεισχναίνειν.* Horat.

Quum lamentatur non apparere labores

Nostros, & tenui deducta poemata filo.

Metaphora sumpta à lana, quæ purgata in fila trahitur. Ad hunc etiam modum dicimus, Deducere riuos, quum ex maioribus fluminibus aquam per riuulos in prata deriuamus. Virg. 1. *Georg.*

——riuos deducere nulla

Religio vetuit, id est, diuertere.

¶ Significat item deducere, de summa aliquid demere. Cic. *Offic. lib.* 1. Hæc igitur & talia circumspicienda sunt in omni officio, & consuetudo exercitatióque capienda, vt boni ratiocinatores officiorum esse possimus: & addendo, deducendóque videre, quæ reliqui summa fiat, ex quo quantum cuique debeatur intelligat. ¶ Deducere etiam is dicitur, qui alicui officij gratia, vel honoris præstat comitatum. Liuius, Frequentésque eum domum deduxerunt. Cic. *fam.* 10. Quúmque magna multitudo optimorum virorum, & ciuium me de domo deduceret, feci continuò omnes participes meæ voluptatis. ¶ Deducimus quoque sponsam marito, vel ad maritum, vel amicam ad amantem. Cic. 4. *Verr.* Hic est Decimus ad quem iste deduxerat Tertiam Isidori mimi filiam. Tibullus, Vt iuueni primùm virgo est deducta marito. Deducta Tertia res empta est. Ambiguè. Suet. *in Cæs. cap.* 50. ¶ Deducta veste, vide *Diducta.* Item, Deducta oratio. Quint.

——Vt hæc deducta legantur (scripta.)

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 5. *Trist.* ¶ Deducto hostis in partem gladio (pro educto, conuerso.) Gell. *cap.* 9. *lib.* 5.

DEDUCTIO, nis, verbale à deduco, est actus deducendi. {שלוח *schillûach.* *ἀπαγωγή, ἐξαγωγή.* GALL. *Conduitte.* ITAL. *Tiratione, condotta.* GERM. Beleitung/hinabfürung. HISP. *Sacamiento de lugar, traimiento.* ANGL. *A conueighing or conducting.* } Vnde aquarum deductiones dicimus, quum ex fonte, aut flumine per riuos aqua deducitur. Cic. *pro leg. Agrar.* Tum quæ erit in istos agros deductio. Idem *de diuin. lib.* 1. Ex quo illa admirabilis à maioribus Albanæ aquæ facta deductio est. ¶ Non ineleganter etiam deductio significat detractionem minoris summæ à maiori. Cic. *in Verr.* Certis nominibus deductiones fieri solebant.

DEDUCTOR, is, qui honoris causa aliquem deducit. {משלח *meschalleach* מלוה *melaueh.* *ὁ τὸν ἄλλον προπέμπων, ὁ προπομπός.* GALL. *Conducteur, qui conuoit.* ITAL. *Conduttore, chi conduce.* GERM. Ein beleiter der einen heim weg streicht / den einen beleyter. HISP. *Guiador.* ANGL. *One that conducteth or accompanieth another.* } Qu. Cic. *ad M. fratr.* Huius autem rei tres sunt partes: vna salutatorum, quum domum veniunt, altera deductorum, tertia assectatorum.

DEDUCTIOR, Gracilior. Suet. *in Augusto cap.* 79. Nasum à summo eminentiorem, & ab imo deductiorem. i. longiorem.

DEERRARE, est De via, siue ratione declinare. {תעה *tahah* שלטל *tiltel.* *ἀποπλανᾶσθαι, ἀποπλανάω.* GALL. *Se fouruoyer, faillir, s'esgarer.* ITAL. *Errare, vagare.* GERM. Verirren/irrgehn. HISP. *Dexar ò perder el camino.* ANGL. *To erre and go astraye.* } Quint. *lib.* 10. *cap.* 3. Frequenter etiam fortuita hoc cogitatio præstat, vt obuios non videamus, & itinere deerremus. Virg. *Eclog.* 3.

Vir gregis ipse caper deerrauerat.

Autor *ad Heren. lib.* 1. Si transitionibus nullis vtemur, & si non deerrabimus ab eo quod cœpimus exponere. Memini inter homines deerrare à patre. Plaut. *Men. sc. vlt. a.* 5. Deerrare à recto, Velleius.

DEFÆCO, cum diphthongo, significat à fæce purgo, quasi fæcem detraho. {זקק *zikkek.* *ἀποτρυγίζω, ἀφαιρῶ τρύγα.* GALL. *Oster la lie, faire rassoir & esclaircir.* ITAL. *Purgare, leuar la feccia.* GERM. Von der hefe seubern/lautern. HISP. *Sacar las hezes.* ANGL. *To scoure, to take away the lies and some.* } Plin. *lib.* 18. Per brumam vitem ne colito, vina tamen defæcari, etiam diffundi, Hyginus suadet. ¶ Hinc vinum defæcatum dicitur, quando est à fæce repurgatum, & similiter omnia pura, inturbata, & sine sordibus defæcata dicuntur, *ἀμίαντα, ἀνεπιμίκτα.* Plaut. *in Aul. sc.* 2. *a.* 1. Nunc defæcato demum animo egredior domo, id est, ab angore purgato. Propriè Col. *lib. vlt.* Et defæcatum vinum in amphoras bonas adiicito. Nunc liquet, nunc defæcatum est. Plaut. *Pseud. sc.* 4. *a.* 2. Iam pridem frigida non lauo magis libenter, nec vnde melius me rear defæcatum. Idem *Most. sc.* 2. *a.* 1.

DEFALCARE, significat tollere & amputare, quasi falce abscindere. {*ἀποκόπτειν.* GALL. *Defalquer, oster & rabatre.* ITAL. *Diffalcare, tagliare.* GERM. Abschneiden/hinweg oder dannen thun. HISP. *Alçar ò quitar, cortar ò podar.* ANGL. *To shreed or cute away.* }

DEFAMO, as, Fama priuo, sicut Diffamo. { חרף *cheréph* גדף *ghiddéph.* *δυσφημεῖν.* GALL. *Vituperer, diffamer.* ITAL. *Vituperare, infamare.* GERM. Verleumbden. HISP. *Infamar.* ANGL. *To defame, to distaine ones renoume.* } Gell. *cap.* 2. *lib.* 9. Vt vocabula eorum quoque defamata atque deformia, aliàs detorta, cum rebus ipsis viderentur.

¶Defamatus, quasi à defamo, famâ priuo.¶

DEFATIGO, as, actiuum verbum est, significans lassum, & labore defectum reddo,

reddo, defatigationem & laborem affero. {הלאה הטריח *hitriach* הלאה *helein.* [illegible]. GALL. *Lasser, defatiguer, trauailler.* ITAL. *Affaticare, stancare.* GERM. Ermüden/müd machen. HISP. *Cansar mucho à otra cosa.* ANGL. *To weare, to tyre.*} Cic. 1. *de Orat.* Profectò nunquam conquiescam, neque defatigabor, antequam illorum ancipites vias rationesque, & pro omnibus, & contra omnia disputandi percepero. Idem *pro Marcel.* Noli in conseruandis bonis viris defatigari. Defatigare aliquem assiduo labore. Cæs. 7. *bell. Gall.* Cic. 3. *de Legib.* Ille verò erit tamen totus est ordo, gratissimamque memoriam retinet consulatus tui, pace tua dixerim, non modo Censores, sed etiam iudices omnes potest defatigare.

Defatigatus, participium. Languens, lassus, labore confectus. {נלאה *nileah.* [illegible]. GALL. *Lassé, trauaillé.* ITAL. *Stanco.* GERM. Ermüdet. HISP. *Cansado.* ANGL. *Wearied, tyred.*} Terent. in *Andria*, Deceptus sum, non defatigatus.

Defatigatio, verb. Lassitudo. {תלאה *telaah.* [illegible]. GALL. *Lassement, lassete.* ITAL. *stanchezza.* GERM. Ermüdung. HISP. *Cansancio.* ANGL. *Wearinesse.*} Cicer. *de senect.* Corpora quidem exercitationum defatigatione ingrauescunt, animi autem se exercendo leuantur.

Defectio, Defectiuus, Defector, vide *Deficio.*

DEFENDO, is, sum, ab inusitato *fendo*: & hoc à [illegible]: Tueor, tego, protego, propugno. {הגן *ghen.* [illegible]. GALL. *Defendre.* ITAL. *Difendere.* GERM. Beschirmen/bewaren. HISP. *Defender.* ANGL. *To defend.*}

Haud nequeo si iam nequeam defendere crimen
Cum tanta commune viris.

Ouid. 13. *Metam.* Hospes, te obsecro, defende (me sup.) Plaut. *Asin. sc.* 4. *a.* 2. Defendam te & tribuenibo sedulò. Idem *Men. sc.* 7. *a.* 5.

Ergo, vt defendi nullo mea posse colore,
Sic excusari crimina posse puto.

Ouid. *Eleg.* 8. *lib.* 1. *Trist.*

———Non possum totam defendere culpam,
Sed partem nostri criminis error habet,

idem *Eleg.* 5. *lib.* 3. *Trist.* Ille potest auctore (Ione) suam defendere vocem (i. quod iubet.) Idem 13. *Met.* Duobus autem modis ab aliquo defendi dicimur: à patrono nostro, vel defensore: vt quum dicimus Sext. Rosc. fuisse defensum à Cicerone. Altero modo dicimur defendi ab aduersario, hoc est, ab iniuria, vel contra iniuriam aduersarii. Vt si nobis aduersarentur iudices, & Cicero tueatur, rectè dicemus, defendi nos à iudicibus: non quòd illi nos defendant, sed quòd præsidio Ciceronis ab illorum iniuria defendamur. Cic. *lib.* 1. *Offic.* Qui autem non defendit, nec obsistit, si potest, iniuriæ, tam est in vitio, quam qui, &c. Differt tamen defendere à propugnare: quia defensio est, quocunque modo fiat: propugnatio autem, nonnisi per conceptionem. Dicimus autem, Defendo frigus tibi: & defendo te à frigore. Virg. *Eclog.* 7.

Solstitium pecori defendite, iam venit æstas.

Et *paulo antè,*

———Dum teneras defendo à frigore myrtos.

¶ Accipitur etiam interdum defendo pro arceo, siue depello. Gellius *cap.* 1. *lib.* 9. Quint. Claudius defendebat hostes à pinnis facillimè. Cui opponitur offendere. Sic defendere iniurias pro vlcisci ac depellere, posuit C. Cæsar *lib.* 1. *de bell. ciu.* Sic defendere ignem, Gell. *cap.* 1. *lib.* 15. (de incendio vrbis.) Defendere ignis iactus & lapides. Cæs. 2. *de bell. ciu.* ¶ Defendere item pro Ratione affirmare & astruere. Cic. *in Vatinium*, Defendebatur, testibus collegis suis non recitandi causa legisse, sed recognoscendi. Idem *de finibus*, Grauissimeque & verissimè defenditur, nunquam vtilitatem ab æquitate posse seiungi, Budæus.

Defensor, is, qui defendit, propugnator patronus. {מגן *gonen.* [illegible]. GALL. *Defendeur, protecteur, defenseur.* ITAL. *Difenditore.* GERM. Ein beschirmer. HISP. *Defendedor.* ANGL. *A defendour.*} Cic. 5. *in Verr.* Sed ego defensorem in mea persona, non accusatorem maximè laudari volo. ¶ Paterni iuris defensor, & quasi patrimonii propugnator fuit: apud eundem 1. *de Orat.* & *pro Rabirio*, Custos defensorque iuris & libertatis.

Repulit, &c.
Troas ab arsuris cum defensore carinis.

Ouid. 13. *Metam.* ¶ Defensor (tametsi à Procuratore non vsquequaque differt) dicitur, qui absque mandato cum sola satisdatione alterum in iudicio defendit, atque tuetur, vt est *in l. unum. cum duabus proximè sequentibus. ff. de procurat.* Vnde defensores ciuitatum, appellant Imperatores minorem illum magistratum, qui parentis vicem plebi exhiberé videtur, curaréque debet, ne innocens & subita rusticitas prægrauentur. C. & *in Auth. de defens. ciuit.*

Defensio, Propugnatio, patrocinium. {מגן *maghen.* [illegible]. GALL. *Defense.* ITAL. *Difesa.* GERM. Beschirmung. HISP. *Defensa.* ANGL. *Defense.*} Cic. 4. *Acad.* Vt capitis defensionis relinquatur. & *pro Cluent.* Innocentiæ defensio sæpe multorum improbitate intercluditur[illegible]. ¶ Defensio est instanti, imminentisve offensionis propulsatio. Vbi hæc cessat, non est quod propulsari queat: ab offensione enim omnis defensionis pendet ratio. Vide Salomon. *in l. vt vim. de iust. & iur.* quo verò iure defensio nitatur, Bartol. explicat *in ea l.* & quam variè accipienda sit, refert *in l. de pupillo.* §. 1. *ff. de oper. no. nunc.* Defensio pro accusatione apud Iurisconsultos *in l. sed si Reipub. de vino.* Item pro exceptione vsurpatur. *l.* 3. *C. de iur. & facti ignor. l. si quidem. de except.* Alb. Defensio illicita dicitur, quum offensio licita censetur. Bald. tex. singularis est, *in l. si pignore. §. furem. de furt.*

Defenso, as, are, frequentatiuum. {GALL. *Defendre souuent.* ITAL. *Difensare.* GERM. Offt beschirmen einen beschirmen. HISP. *Mucho defender.* ANGL. *To defend often.*} Plaut. *in Bacch.* Noster esto dum te poteris defensare iniuria. Salust. *in Iugurth.* quorum [illegible] inermia defensabantur. Rarbus, Arma capientes alios ab [illegible] defensabat. Vide Gell. *cap.* 1. *lib.* [illegible]

Defensito, as, [illegible] frequentatiuum. {[illegible]. GALL. *Defendre fort souuent.* ITAL. [illegible]. GERM. Offt vnd offt beschirmen. HISP. *Muy amenudo defender.* ANGL. *To defend veri often.*} Gell. *cap.* 23.

lib. 1. Cic. *lib.* 1. *Offic.* Si igitur non poterit siue causas defensitare, siue populum concionibus tenere, siue bella gerere, illa tamen præstare debebit, quæ erunt in ipsius potestate. ¶ Defensitare causas, apud eundem *de clar. Orat.*

Defensunt, pro defensum iri, veteribus dicitur, quemadmodum Debitum iri, pro debitum iri. Datum iri, pro datum iri. Vlp. *de dot. præleg.* Et mulierem agentem ex testamento cauere debere aduersus maritum defensum iri hæredem mariti. Idem debebit cauere aduersus mulierem defensum iri si prior agat.

DEFERO, detuli, delatum, Affero, confero, offero, tribuo. {נשא *nasa*, הביא *hebil.* [illegible]. GALL. *Deporter, porter de l'vn à l'autre.* ITAL. *Conferire, portare.* GERM. Zutragen/tragen. HISP. *Trasponar.* ANGL. *To bring from one to another.*} Plaut. *in Amph.* Quid si e portu nauis huc nos dormientes detulit? Regitque semper accusatiuum, & hoc aliquando cum datiuo. Idem *in Trin.* Dimittam, vt te velle video, sed monstra hosce homines mihi: Hos ego quæro, quibus me oportet has deferre epistolas. Fac sis mihi delatum sit frumentum. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. perdidi quod tibi detuli, & quod dedi. *Ibid. sc.* 3. *a.* 1. Detuli pallam tibi. Idem *Men. sc.* 4. *a.* 2. Ad me face vt deferatur, insanus. Mot, Accerse homines qui illam ad me deferant. *Ibid. sc.* 5. *a.* 5. ¶ Defero, pro aufero, vsurpatum Greg. Turonensi. ¶ Aliquando cum præpositione Ad. Idem *in Asin.* Egon' vt non modò vxori meæ. Surripiam in deliciis pallam quam habet, atque ad te deferam. Hoc ad damnum defeteur (i. palla ad meretricem.) Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 1. Tute vltro ad me detulisti. Idem *ibid. sc.* 3. *a.* 4. Vt ad amicam deferat quicquid domi compilet. *Ibid. sc.* 1. *a.* 4. ¶ Aliquando cum præpositione In. Plin *lib.* 12. *cap.* 19. Hi recto cursu per sinus impellunt, atque à promontorii ambitu Argestæ deferunt in portum Gebanitarum. Et Plin. iun. Defertur Megarois in Rhenum. Sic deferri in errorem, deferri in præceps. ¶ Significat quoque nunciare, certiorem facere. Cic. *famil.* 13. Quæ ad me delata essent, scribenda ad vos putaui. Idem *famil.* 5. Quod scribis de beneficiis scito à me & Trib. milit. & præfectos, & contubernales duntaxat meos delatos esse: in quo quidem ratio me fefellit: liberum enim mihi tempus ad eos deferendos existimabam dari. Postea certior sum factus, triginta diebus deferri necesse esse, quibus rationes retulissem. Vbi *deferre*, communiter pro denuntiare exponunt, [illegible]. Solebant autem prouinciis præfecti decedentes, quum iam rationes suas deponerent, etiam eorum nomina, qui se cum iis præclarè gessissent, deferre, quò & ipsi aliquando pro meritis suis aliquid beneficiorum à Senatu consequerentur. ¶ Interdum habet hoc verbum accusationem, præsertim quum post se habet accusatiuum nomen, [illegible]. Plaut. *in Aul. sc.* 2. *a.* 3. Ad Tresuiros iam ego deferam tuum nomen. Cic. *in Verr.* Serui cuiusdam nomen defertur, is accusatur, sisti testes in eum dantur. Differunt tamen deferre nomen & accusare. Nam deferre nomen dicitur, qui legibus interrogat apud magistratum, vt si interrogatus neget, eius nomen in reos referatur: denique deferre nomen idem est, quod reum facere. Deferre nomen & legibus obligare reum. Quint. *decl.* 249. Deferre est recipere nomina. Liu. *lib.* 8. *d.* 4. Deferre absentes reos cædis. Suet. *in Aug. cap.* 10. Accusare verò est agere causam, & suum reum in iudicium adducere. Hinc delatores qui crimina deferunt, & delatio, criminis denuntiatio. Ex Hot. ¶ Deferre quoque causam dicitur cliens ad patronum, quum eum consulit, & illi controuersiæ ordinem argumentúmque exponit. Cic. *in Verr.* Itaque ad me præter cæteros hanc querimoniam Sicilia detulit lachrymis. ¶ Pertinet etiam ad dignitatem, & honorem, & venerationem, & officium, [illegible], variisque modis ponitur ac construitur. Liu. *lib.* 1. Omnes Numæ Pompilio regnum deferendum decernunt, id est, offerendum atque tradendum. Cic. *Octauio*, Quæ tibi non antequam postulares maiora, quàm velles, plura quàm sperares, detulit Senatus. Idem *Trebatio*, Vniuersum studium & beneuolentiam ad te defero, id est, tibi attribuo. ¶ Deferre appellationem in iure pontificio idem est, quod admittere appellationem Vide Archid. *extra de appella. c. cum appellat. lib.* 6. Deferre hæreditatem, deferre iusiurandum, deferre iudicium, notæ & frequentes apud Iurisconsultos locutiones. Deferre causam ad patronum dicitur cliens, quum eum consulit, & ei controuersiæ ordinem argumentumque exponit. {GERM. Den handel anzeigen.} Deferre in ærarium, item deferre in principis Commentarium quid sit, Budæus explicat *in l. abesse, de minorib.* cuius sensum Accursius non intellexit. Deferre nomen propriè non est accusare, sed apud magistratum, vel iudicem de aliquo crimine ante accusationem denuntiare, & alium in capitis discrimen vocare. Deferre reum, idem est, quod postulare, & vt cognitionem suscipiat, petere, *l. deferre, de iur. fisc.* Quomodo autem id fiebat, docet Alciatus *in l. iudicasse de verb. signific.* Quanti deferatur (merces.) i. indicetur. Senec. *Epist.* 42.

Delatus, a, um, participium passiuum. Nauis in portum delata est, id est, deuecta. {מובל *mubal.* [illegible]. GALL. *Amené.* ITAL. *Portato.* GERM. Getragen. HISP. *Trahido.* ANGL. *Brought, caryed.*} Hic delatus est lectica. id est, deportatus. Cic. 1. *de Orat.* Diuinitus ad nos delatum vir. ¶ Delatus item, Accusatus. {מלשן *mal*[illegible]. GALL. *Accusé.* ITAL. *Accusato.* GERM. Verklagt/angeklagt. HISP. *Acusado.* ANGL. *Accused.*} Cic. *de Inuent.* Vt in quodam iudicio, quum venefici cuiusdam nomen esset delatum, &c. Delatæ temerè inludiæ. (i. nunciatæ.) Suet. *in Claud. cap.* 36.

Delator, is, Occultus accusator dicitur, & calumniator. {הולך רכיל *holech rachil* מלשין *malsin.* [illegible]. GALL. *Accusateur, mouchard, delateur & denonciateur à iustice.* ITAL. *Accusatore, rapportatore.* GERM. Ein ohrentrager/der einen heimlich verklagt vnd antragt. HISP. *Acusador, malsin.* ANGL. *A secret accuser or complainer.*} Plin. *in Paneg.* Delatorum classis permissa omnibus ventis. Martial.

Et delator habet quod dabat exilium.

Sueton. *de Tito*, Deferendi itaque vox erat, Princeps qui delatores non castigat, irritat. Vide Alexand. ab Alexand. *cap.* 11. *lib.* 14. Delatorum pœna capitalis: Sueton. *in Ner. cap.* 10.

Delatio, onis, Accusatio. {[illegible]. GALL. *Accusation ou denonciation à la iustice.* ITAL. *Accusatione.* GERM. Das heimlich antragen oder verklagen. HISP. *Acusacion de aquel que malsina.* ANGL. *An accusation or*

or complainte secretlie made.} Cic. *pro Cluent.* Qui sibi delationem nominis & capitis periculum ostentarat. Cælius *Cic. lib.* 8. Illud mihi occurrit, quod inter postulationem, & nominis delationem, vxor à Dolabella discessit.

Dēferuĕo, Feruere desino, refrigeror, calorem amitto. {ἀποζεῖν. Gall. *Laisser a bouillir, cesser de bouillir, ne bouillir plus, se refroidir.* Ital. *Cessare di bollire.* Germ. Außsieden zusieden. Hisp. *Dexar de heruir.* Angl. *To cease frome seething or boyling, to lose heat and waxe cold.*} Gell. Interea puer venit & olla deferbuerat. Per metaphoram, mitesco, placidus fio, πραΰνομαι, ἀποψύχομαι. Plin. *in Epist.* Quum tam satis ille primas impetus deferuisset, & languidior in dies ira ad iustitiam redisset. Cic. *pro Cælio*, Si splendor, si nitor, iam illa deferbuerint, iam ætas omnia, iam illa dies mitigarit. Vt, Deferbuit mare. Gell. *cap.* 1. *lib.* 19.

Dēferuēscĕre, Feruorem amittere, ἀποζεῖν. Et per translationem, ardorem animi deponere, {ἀποθερμαίνεσθαι. Angl. *To lose the heat.*} Cic. 4. *Tuscul.* Aut rogandi, orandique sunt, vt si quam habent, vel vlciscendi vim, differant in tempus aliud, dum deferuescat ira. Sed hoc per translationem, quasi ira sit ignis quidam animum incendens. Colum. propriè pro refrigerari posuit, *lib.* 2. *de fœno loquens*, Prudentes agricolæ, quamuis iam illatum tecto non ante componunt, quàm per paucos dies temere congestum in se concoqui, & deferuescere patiantur.

Dēferuēfăcĭo, non significat refrigerare, vt nonnulli existimant, sed valde feruere facio, vt *de* significationem verbi augeat. {רתח *ritteách.* Ἐψοποιῶ. Gall. *Faire bouillir.* Ital. *Far bollire forte.* Germ. Siedig heiß machen. Hisp. *Hazer heruir.* Angl. *To make, to boyle and seeth greatlie.*} Cato *de re rust. cap.* 157. Brassicam macerato bene, postea in ollam conicito: deferuefacito bene: vbi cocta erit, bene aquam defundito. Plin. *lib.* 23. *cap.* 7. Radix caprifici, deferuefacta in vino, dentium dolores sedat.

Dēfĕtiscŏr, deponens compositum, ab antiquo verbo fatiscor, per mutationem a litteræ in e, significat labore deficio. {נלאה *nileah.* κάμνω, ἀπαυδῶ. Gall. *Se lasser, estre lassé.* Ital. *Stancarsi, stracciarsi.* Germ. Von arbeit müd oder machtloß werden. Hisp. *Ser fatigado, ò cansarse, ò desfallecer.* Angl. *To be tired and wearie, to faynt.*} Terent. *in Phorm.* Hæc res mihi solicitudini est, Neque defetiscar vnquam ego experirier, Donec tibi id quod pollicitus sum effecero. ¶ De huius verbi præterito inter Grammaticos non conuenit. Priscianus enim vult eius præteritum esse defessus sum, sicuti & fatiscor fessus sum. Contrà Diomedes, fessus & defessus nomina esse vult, non participia, cuius sententia videtur verisimilior. Neque enim fessus, aut defessus tempus vllum importat more participiorum, neque actionem, aut possessionem, sed idem omnino significat quod lassus, quod certè nomen esse nemo dubitat. Differunt autem hæc duo à participio fatigatus, sicut calidus & calefactus, quorum hoc & tempus & passionem significat, illud solam qualitatem. Sic fatigatur dicitur ille, quem res aliqua fatigauit: fessus autem, & defessus simpliciter qui labore deficit. Hinc compositum Indefessus, idem quod indefatigabilis, ἀκάματος. Claud. *lib.* 2. *de rapt. Proserp.* Indefessa ferar, nulla cessabimus hora. Non requies, non somnus erit, dum pignus ademptum Inueniam. Defessus sum quæritando. Plaut. *Amph. sc.* 1. *a.* 4. Defessi exhaustique oculi. Senec. *de cons. ad Mart.* Defessi sumus (dicendo.) Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 4. ¶ Verba autem fatiscor & defatiscor, in vsu non sunt, sed eorum loco vtimur verbo neutro fatisco, quod eiusdem est significationis. Col. *lib.* 2. Sed omni solo, quod prædictorum leguminum segetibus fatiscit, vna præsens medicina est, vt stercore adiuues, & absumptas vires hoc pabulo refoueas.

Dēfĭcĭo, is, ex De & facio, Desum, desicisco, desero. {חסר *chasér* אפס *aphés* סף *saph.* ἐκλείπω, ἐπιλείπω. Gall. *Desaillir.* Ital. *Mancare.* Germ. Gebrästen/ nit gnugsam sein. Hisp. *Desfallecer, ò faltar.* Angl. *To faile, to lacke.*} Valet id in hominibus, defecit in cæteris. Gell. *cap.* 1. *lib.* 14. Deficere maluit, quàm desinere (dicendo.) Quint.

Horrea fœcundas ad deficientia messes.

Tib. *lib.* 4. aliàs fœcundis indeficientia mensis. Cic. 3. *in Verr.* Vereret ne mihi crimina non suppeterent, ne oratio deesset, ne vox viresque deficerent. Idem *Seruio Sulp.* Sed opprimor interdum, & vix resisto dolori, quòd ea me solatia deficiunt, quæ cæteris (quantum mihi exempla propono) simili in fortuna non defuerunt. Et more suo hic fecit Cic. vt per Desum, deficio exposuerit. Hic defectus pro priuatione deducitur: de quo infrà.

Non te deficiens nostra memorare Camœna.

Tib. *lib.* 4. Legimus etiam Deficere absolutè positum pro deesse, λείπω, ὑστερῶ. Cæsar *lib.* 2. *de bell. ciu.* Quare neque tanti sum animi, vt sine spe castra oppugnanda censeam, neque tanti timoris, vt ipse deficiam. Hoc paulo pòst alio modo dixit, Deficere animo, ἀποψυχεῖν. Martius (inquit) Rufus Quæstor in castris relictus à Curione, cohortatus suos ne animo deficiant, id est, terreantur, & animus desit. ¶ Inuenitur etiam cum accusatiuo pro derelinquere, siue destituere positum: quamquam in sensu idem sit cum deesse, ἐγκαταλείπω. Cic. 4 *in Verr.* Iam me vires deficere cœperunt. Idem 3. *de Orat.* Prudentia nunquam deficit oratorem. Cæsar, Frustra meæ vitæ subuenire conamini, quoniam sanguis viresque deficiunt, id est, ἐξαδυνατοῦσι. Similem omnino vsum habet verbum Desero. Salust. *in Iugurth.* Sed de studiis partium, deque omnibus ciuitatis moribus, si sigillatim atque pro magnitudine parem disserere, tempus quàm res maturiùs me deseret. Habet autem deficio in ea significatione ferè semper ante se nominatiuum rei inanimatæ: vt, Dies me deficit, Vox te deficit, ἐπιλείπει. & Oratio illum deficit. Lactant. *lib.* 7. Non enim verendum, ne tam in bona causa deficiat oratio, qui sæpe etiam malos copiosè ac fortiter defendisti. Cæs. *lib.* 2. Ipsos res frumentaria deficere cœpit. Si quis tamen in his datiuo pro accusatiuo vtatur, non culpandus erit: frequentiùs tamen cum accusatiuo vsurpatur. Non rectè autem ita dicas per nominatiuum rei animatæ, Vxor me deficit: sed, à me deficit. ¶ Item deficere cum accusatiuo significat non suggerere. Virg. 1. *Georg.*

——quum iam glandes atque arbuta sacra

Deficerent sylua. id est, non suggererent glandes atque arbuta.

Sic enim exponunt hunc locum plerique interpretes: quamquam non malè ibi deficerent pro deessent accipere possimus: vt, Arbuta & glandes, nominatiuos esse intelligamus: syluæ autem, datiuum. ¶ Interdum absolutè ponitur pro finire, desinare, ἀπολήγω. vt, Hic præ mœrore defecit.

Credite deficio.

Ouid. *Eleg.* 6. *lib.* 4. *Trist.* Deficientibus lecticariis (i. defessis.) Suet. *in Othon. cap.* 6.

Vtque iacens ripa deflere Caystrius ales

Dicitur ore suam deficiente necem.

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 5. *Trist.* Si iam deficiam (æger.) Idem *Eleg.* 3. *lib.* 3. *Trist.* Deficientem capillum reuocare à vertice assueuerat. Suet. *in Cæs. cap.* 45. ¶ Martianus, Tum demum id agere consilium erat, quum vita defecit. ¶ Construitur quandoque cum ablatiuo sine præpositione, & sic sumitur pro carere, siue priuari, στερῶ. Si te intelligam deficere vita, de mea ad tuam addam. Plaut. *Asin. sc.* 3. *a.* 3. Item Suet. *in August. cap.* 8. Nunquam locutus est nisi meditata & composita oratione: quamuis non deficeret ad subita extemporali facultate. Colum. *lib.* 3. de vite loquens, Quùmque transtuleris (inquit) de humido in aridum locum, vide in pristino alimentorum deficiat. Idem, Commodè fluunt, nec deficiunt sacro solo. & *lib.* 8. Qui si memoria deficitur quominus agnoscat cuiusque progeniem, pice liquida eandem notam scrofæ & porcis imponat. ¶ Item, Deficere debitores dicuntur, quorum facultates ita imminutæ sunt, vt iam soluendo non sint. *l.* 3. *ff. de iur. fisc.* vnde defectus facultatibus apud Vlp. *l. si extraneus: D. de iur. dot.* ¶ Capitur & pro dissentire, recedere, seu rebellare, desciscere, deserere. {מרד *marádh* פשע *paschàh.* ἀφίσταμαι. Gall. *Se reuolter, se rendre du parti contraire.* Ital. *Rebellare.* Germ. Abfallen/ abtrünnig werden. Hisp. *Rebelar.* Angl. *To mak defection or yeelde to the contrare parte.* & tunc ablatiuo iungitur cum præpositione. Salust. *in Iugurth.* Quod oppidum primùm omnium post malam pugnam ab rege defecerat. Deficere enim dicuntur, qui ab his quorum sub imperio sunt desciscunt, & in hostium numerum se conferunt. Cic. *Lælio*, Difficile est amicitiam manere si à virtute defeceris. Liu. *lib.* 2. Eodem anno duæ coloniæ, Pometia & Cora, ad Aruncos deficiunt. hoc est, Romanos deserunt transeuntes ad Aruncos. Deficior, pass. Colum. *lib.* 3. Iugatum quadam parte deficitur, quadam superat. Cic. *pro A. Cluentio*, En hoc illud est quod antè dixi, mulier abundat audacia, consilio & ratione deficitur. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Tempore deficiar Tragicos si persequar ignes.

Dēfector, verbale. {פשע *poschéah.* ἀποστάτης. Gall. *Rebelle, celuy qui s'est reuolté, apostat.* Ital. *Ribello.* Germ. Abfällig/ abtrünnig. Hisp. *Rebelador.* Angl. *A reuolter or yeelder to the contrare part.*} Suet. *in Neron. cap.* 43. Reuocatisque ad pœnitentiam defectoribus, &c.

Dēfectus, a, um, particip. à deficio, vel deficior, habet significationem actiuam in voce passiua, ἐκλελοιπώς. vt Defectus robore animi, ἄθυμος. Colum. Diligentis patrisfamiliâs est, primam quamque arborem senio defectam tollere, id est, quæ deficit. Quintil. *lib.* 3. Vt si obsessi & impares, & aqua ciboque defecti, de facienda ad hostem deditione deliberent. i. qui defecerunt.

Quòd sibi defectis illa ferebat opem. i. defecerat illos victus.

Ouid. 3. *Fast.* Defectis Hecubam potui legisse sub annis. *in Epist.* Vlyssis. defectus, pro defesso, Seneca. Defectus passiuè, ἐκλελειμμένος. Cic. *in Oratione antequam iret in exilium*, Nunc vel solus defectus ad calamitatem, vel primus vocatus ad tale periculum, omnium animos iure debeo commouere. Defectæ senectutis homo. i. senectute confectus. Vlpianus *de vsufruct.* Vtputa ægrotanti seruo, vel infanti, vel defectæ senectutis homini. Eodem modo defectus ætate dicitur pro confectus. ¶ Defectus poni videtur aliquando pro perfectus. Cicer. *ad Attic.* Libri ad Varronem non morabuntur: sunt enim defecti, i. perfecti.

Dēfectior, comparatiuus, & Defectissimus superlatiuus. Colum. *in præfat.* Sed siue fundum locuples mercatus est turba pedissequorum lecticariorúmque defectissimum quenque annis & viribus in agrum relegat, &c. ¶ Apul. *in Apologia*, Cur in planis quidem speculis fermè pares obtutus ac imagines videntur, in tumidis verò & globosis omnia defectiora, at contrà in cauis auctiora?

Dēfectŭs, us, nomen, significat penuriam, non vitium, aut culpam, aut morbum. {חסר *chesér.* ἔκλειψις. Gall. *Defaut, defaillance.* Ital. *Disagio, difetto, mancamento.* Germ. Ein prästen/mangel. Hisp. *Falta o mengua.* Angl. *A lacke, a failing.*} vt, Defectu ciborum dedimus nos hostibus. Liu. *lib.* 4. Defectus alibi aquarum circa torridos fontes riuósque stragem siti pecorum morientium dedit. ¶ Interdum dicitur diminutio. Gellius *lib.* 1. Sed de lunæ motibus Solisque defectibus. Vnde Defectio Solis & lunæ dicimus. Defectus animi, siue defectus animæ (vt Celso moris est loqui) λειποθυμία, λειποψυχία, Græcè dicitur. A nostris etiam animi deliquium, & verba linqui animo, & intermori, & deficere, & extinctæ animæ speciem præbere: quos Plinius & defectos animo quandoque appellat. Defecta verò corpora, & defecti sunt, quos Græci παρειμένους, quasi resolutos & resolutionem ipsam, πάρεσιν dicunt: qui & syntectici vocantur, & syntexes, defectiones. Plin. Genus vnum quod bion vocamus, prodest stomacho dissoluto, & prægnantibus & defectis. Martialis,

Dulcis defectu modulatur carmina lingua.

Dēfectĭo, Recessio, seu rebellio, vel militum ab Imperatore, vel ciuitatis à domino: qui dicuntur deficere, quum ab eorum gubernatione discedunt. {מרד *méredh* פשע *pesihah.* ἀπόστασις, ἀποστασία. Gall. *Reuoltement, rebellion.* Ital. *Ribellione.* Germ. Abfall. Hisp. *Rebeldia.* Angl. *A defection, reuolting or yelding to the contrare parte.*} Liuius *lib.* 1. Ob residuas bellorum iras maximè sollicitatis ad defectionem animis voluntarios traxêre. Cic. 4. *Tusc.* Omnium autem perturbationum fontem esse dicunt temperantiam, quæ est à tota mente, à recta ratione defectio. ¶ Aliquando dicitur diminutio & decretio, defectus, ἔκλειψις. Idem *in Catone*, Quoniam delectabantur defectiones Solis & lunæ, multò nobis antè prædicere. ¶ Sunt & defectiones in corpore humano, quales mulieribus à conceptu accidere solent. {חלב מכם *kamas halléb.* λειποθυμίαι. Gall. *Debilitez, defaillances de cœur.* Ital. *Debolezze.* Germ. Onmacht. Hisp. *Flaquezas.* Angl. *Infirmities, a faylinge of hart*

hart or courage.} Plin. *in Proœm. lib.* 23. Pampini sanguinem excreantibus, & mulierem à conceptu defectione diluti potu prosunt. Quod genus etiam malaciam, [illegible], in prægnantibus vocare Plin. solet. Est enim malacia in stomacho debilitas. Et in mari malacia pro tranquillitate capitur. Gell. *cap.* 8. *lib.* 5. Pleraque dici per defectionem solent, vt ipse quirinal i lituo.

Dēfectīuŭs, a, um, quod est mancum. {חסר *chasér.* [illegible]. Gall. *Defaillant, mutilé.* Ital. *Manco.* Germ. Das da mat ist, ein mangel vnd bresten hat. Hisp. *Cosa que suele ò puede faltar.* Angl. *That lacketh, manck and mutilat.*} Cic. 1. *Offic.* Etenim cognitio contemplatióque naturæ manca, id est, defectiua quodam modo.

Dēfīgo, is, defixi, Deorsum figo, implanto, immitto, colloco, pono. {תקע *mahách* תקע *takáh* טבע *tabáh.* [illegible]. Gall. *Ficher, attacher à clou ou autre chose.* Ital. *Impiantare, ficare, piantare.* Germ. Vnderfich beffiten, anbefften. Hisp. *Hincar.* Angl. *To stick in or fasten with nayles.*} Colum. *lib.* 2. Tum in terram bene pastinatam & stercoratam rectum sarmentum defigito. Virg. *lib.* 2. *Georg.*

Altiùs & penitus terræ defigitur arbos,
Esculus in primis.

Cæsar *bell. ciuil.* Asseres pedum duodecim cuspidibus præfixi, atque hi maximis balistis missi per quatuor ordines cratium in terra defigebantur. Defigere siccam in corpore, apud Cic. Defigere cultrum in corde, & Defigere gladium iugulo, apud Liuium. ¶ Ex hac verbi significatione elegantes simul ac variæ translationes existunt: vt quum aliquem dicimus pauore defixum esse, aut stupore mœstitiâve. Habétque singularem cum his nominibus Animus & Oculus elegantiam. Cic. 4. *Acad.* Aduersantur enim primùm, quòd parum defigunt animos. Idem *pro domo sua*, At quam sententiam dixi? primùm eam, quam populi sermo in animis vestris iam antè defixerat. Lactant. *lib.* 1. Oculos suos ab alto deiiciunt, solóque defigunt. Cic. *Philipp.* 11. Quid eum non sorbere animo, quid non haurire cogitatione, cuius sanguinem non bibere censetis? in cuius possessiones atque fortunas non impudentissimos oculos spe & mente defigere? Plin. *lib.* 8. *cap.* 16. Quum pro catulis fœta dimicat, oculorum aciem traditur defigere in terram, ne venabula expauescat. Qualiter aduersùs hosti defigere ceruos, Tibul. *lib.* 4. Cic. *in Verr. act.* 2. Vt non modò in auribus vestris, sed in oculis omnium sua furta atque flagitia defixurus sim: hoc est, ita deprompturus & relaturus, vt non modò audiri, sed etiam fieri videantur: vel sic, vt non modò auditui & intellectui perspicua sint, sed etiam visui subiici videantur, id est, sub oculos poni. Aliquando pro ferio, vel transfodio [illegible], Persius,

Ore teres modico, pallentes radere mores
Doctus, & ingenuo culpam defigere ludo.

¶ Defigere etiam vsurpatur in sortilegiis atque incantationibus. Vnde defixiones in vetusto Lexico exponuntur [illegible], [illegible]. Fiunt autem defixis aciculis, & pugionibus, aut clauis trabalibus. Ob id dixit Plinius *lib.* 28. *cap.* 2. Defigi diris deprecationibus nemo non metuit. In hoc sensu *Defigere* apud Cic. & Ouid.

Dēfixŭs, a, um, Infixus, hærens in aliquo. {Angl. *Fastened, fixed or sticked in.*} Cic. *de Art.* Vitia in aliquo penitus defixa atque hærentia. Defixum in angulo Senecam (exulem) effodit Claudius. Senec. *cap.* 13. *de consol. ad Polyb.*

Dēfīnĭo, is, Termino, finiendo certos rei de qua agitur terminos præscribo. {גבל *ghabál* גדר *ghadhár* גזר *ghazár.* [illegible], [illegible], [illegible]. Gall. *Limiter & borner, determiner, assigner.* Ital. *Definire, terminare.* Germ. Entscheiden, ertlären. Hisp. *Determinar, definir.* Angl. *To limite, to bounde, to appoynte the end of a thing.*} Cicer. *de somn. Scip.* Sic habeto omnibus, qui patriam conseruauerint, adiuuerint, auxerint, certum esse in cœlo, ac definitum locum, vbi beati æuo sempiterno fruantur. Idem *de Amic.* Altera sententia est, quæ definit amicitiam paribus officiis ac voluntatibus. Sic definire imperium, prædia, horto s, pro dimensa inter se diuidere. ¶ Definire præterea est rei alicuius vim describere & explicare finitione: quæ constat genere, specie, differentibus, propriis, vt autor est Quint. *lib.* 7. *cap.* 4. & *lib.* 5. *cap.* 10. Cic. *lib.* 1. *de Inuent.* Quum autem nominis controuersia est, quia vis vocabuli definienda verbis est, constitutio definitiua nominatur.

Dēfinitio, nis, {Angl. *A definition.*} secundùm aliquos, est oratio demonstrans, cuiusmodi est illud de quo fit sermo. Vel sic: Definitio est oratio mentis contentum aperiens. Hanc alij sic definiunt: Definitio est, quæ compendiosa submonitione nos in rerum cognitionem vocibus subiecta adducit. Aut hoc modo, Definitio est oratio, id esse quod est monstrans. Aut, Definitio, est oratio, quæ declarationem & intelligentiam rei demonstrat, & elucidat. Definitio item est rei quasi in vniuersum dicta, non tamen vniuersalis, in præpositione per singulas partes, siue in vniuersum deductio. Definitio propriè dicitur quæ constat ex genere & differentiis. Vide plura apud Dialecticos, & infrà in *Diffinitio.*

Dēfinitum est, pro eo quod dicimus Decreui, vel constitui. Plaut. *in Cist.* Perge dicere. A. Anne vt etiam qui consultura est sciam? M. Perge eloqui: non remittam, definitum est.

Definitus, a, um, Certus, constitutus, attributus, assignatus. {נגזר *nighzár.* [illegible], [illegible]. Gall. *Defini, limité, borné.* Ital. *Limitato, terminato.* Germ. Gezilt, bestimpt. Hisp. *Determinado.* Angl. *Limited, bounded.*} Cic. *de somn.* Hic certus est in cœlo ac definitus locus.

Dēfinītē, aduerbium. Finitè, strictè. {[illegible], [illegible]. Gall. *Expressément, determinement, distinctement.* Ital. *Espressamente, con misura & limitatione.* Germ. Außtrucklich, lauter. Hisp. *Determinadamente, expressa y claramente.* Angl. *Expresselie, namelie, precisélie.*} Cic. *pro Corn. Balb.* Lex id Gellia & Cornelia, quæ definite potestatem Pompeio ciuitatem donandi dederat, sustulisset. Plin. *in Paneg.* Nec magis definitè, distinctéque designat, qui Traianum, quàm qui optimum appellat.

Dēfinitio, vide *Diffinitio.*

Definitiuus, a, um, {[illegible]. Gall. *Definitif, qui definit & limite.* Ital. *Difinitiuo, limitatore.* Germ. Das zu der zielung, entscheidung oder bestimmung gehört. Hisp. *Definadór.* Angl. *That limiteth and boundeth.*} Cic. 1. *de Inuent.* Cùm facti controuersia est, quoniam coniecturis causa firmatur, constitutio coniecturalis appellatur: quum autem nominis, quia vis vocabuli definienda verbis est, constitutio definitiua nominatur.

Dēflocŭlis, dicitur qui est captus vno oculo, quem luscum alio nomine vocitamus. {[illegible]. Gall. *Borgne, qui n'a qu'vn œil.* Ital. *Losco, senza vn' occhio.* Germ. Eindugig. Hisp. *Tuerto de vn ojo.* Angl. *That lacketh one eye.*} Matt. *lib.* 12. de importunis balatoribus. Hinc defioculus & inde lippus.

Dēfit, Deest, cum datiuo construitur. {חסר *chasér.* [illegible]. Gall. *Il y a faute.* Ital. *Manca, non c'è.* Germ. Es mangelt, es gebrist. Hisp. *Falece.* Angl. *Their is lacke, that wanteth.*} Ter. *in Eun.* Nihil quum est, nihil defit tamen. Idem *in Hecyr.* Nihil apud me tibi defieri patiar, quin quod opus sit, benignè præbeatur. Virg. *Eclog.* 2.

Lac mihi non æstate nouum, non frigore defit.

Vnde Priscianus, Deficio loco: passiue defio facit & deinde defectus. Defiet. Liu. *lib.* 9. Item, Quod sit satis, neque defiat, neque supersit. Plaut. *Men. sc.* 4. *a.* 1. Defieri. Gell. *cap.* 14. *lib.* 1. & *cap.* 7. *lib.* 20. Quæ luna decrescente defiunt.

Dēflaccāre, vetus & prorsus obsoletum verbum est, quo antiquissimi vsi sunt pro atterere: autor est Nonius Nisi fortè *deflocare* quis malit legere, & à flocco eius originem trahere: vt, Deflocare propriè sit, floccos consumere: quod fit quum vestes nimio vsu atteruntur. Huic coniecturæ illud fidem potest astruere, quod apud Plaut. *in Epid.* vocantur deflocati senes, qui decrepiti sunt, & ita attriti, vt vestis quæ floccos suo nimio vsu amisit.

Dēflāgro, as, Comburor, igne consumor, conflagro, ardeo. {בער *bahar.* [illegible], [illegible]. Gall. *Ardre & brusler, estre ars & bruslé.* Ital. *Ardere, abbruciare fortemente.* Germ. Verbrinnen vnd sein verzehrt werden. Hisp. *Mucho arder.* Angl. *To be burned.*} & semper ablatiuum postulat. Cic. 4. *Acad.* Fore tamen aliquando vt omnis hic mundus ardore deflagret. Idem *lib.* 3. *Offic.* Ictu fulminis deflagrauit. Et 2. *de nat. deorum*, Dianæ Ephesiæ templum deflagrauisse. Significat & per translationem, languescere, deferuescere. {[illegible]. Angl. *To waxe colde.*} Lucanus *lib.* 4.

——*Sic deflagrare minaces*
In cassum, & vetito passus languescere bella.

Liu. 10. *bell. Maced.* Sed interdum spes animum subibat deflagrare iras vestras, purgari suspiciones posse.

Deflagratio, nis, Combustio, exustio, flamma, ardor. {תבערה *tabherâh.* [illegible], [illegible]. Gall. *Bruslement, embrasement.* Ital. *Esso ardere & abbruciare.* Germ. Brunst. Hisp. *Aquel arder.* Angl. *A burning.*} Cic. 3. *de finib.* Quoniam atque illa vox inhumana & scelerata ducitur eorum, qui negant se recusare quominus ipsis mortuis terrarum omnium deflagratio consequatur.

Dēflecto, is, torqueo, curuo. {כפף *chaphaph* עוה *hiuuáh* נטה *natáh.* [illegible], [illegible]. Gall. *Destourner, tourner arriere, flechir & plier.* Ital. *Torcere, piegare.* Germ. Biegen. Hisp. *Doblegar.* Angl. *To crooke, to awyde and turne away.*} Col. *lib.* 5. Quum iam satis amplum incrementum susceperit, ramum oliuæ, qui videtur nitidissimus, deflecte, & ad eius arboris ficulneæ religa. Cic. *lib.* 3. *Offic.* pro Declino per translationem posuit. Hoc autem de quo nunc agimus, id ipsum est, quod vtile, in quo verbo lapsa consuetudo de via deflexit. ¶ Deflectere pro diuertere, apud Suet. *in Aug. cap.* 93. At contrà non modò in peragranda Ægypto, paulò deflectere ad visendum Apin supersedit, &c. Deflexit eum à studiis (i. auertit.) Quint. Deflectere (de via.) Suet. *Aug cap.* 93. Deflectere viam, Liu. *lib.* 9. *d.* 4. Deflectere acerbitatem in alium, (i. conuertere.) Suet. *in Calig. cap.* 48.

Dēflexŭs, a, um, participium. {כפוף *chaphúph* נעוה *nahauéh.* [illegible], [illegible]. Gall. *Flechi & plie, destourné.* Ital. *Piegato.* Germ. Abgebogen. Hisp. *Doblegado.* Angl. *Bowen, turned away.*} Plin. *lib.* 17. *cap.* 23. Altera deflexa vite, vel palmite iuxta suam arborem. Amnes in alium cursum contorti & deflexi. Cic. 1. *de Diuinat.*

Dēflexŭs, us, nomen, Curuatio, inflectio. {עקש *hekesh.* [illegible]. Gall. *Pliement, flechissement.* Ital. *Piegamento.* Germ. Biegung. Hisp. *Doblegadura.* Angl. *A bowing or crooking.*} Col. Ne deflexu fungatur.

Dēflĕo, es, ere, Deploro. {בכה *bacáh* ספד *saphadh.* [illegible]. Gall. *Plaindre quelque chose en pleurant, regretter.* Ital. *Piangere.* Germ. Beweynen. Hisp. *Mucho llorar.* Angl. *To weepe, to waile for any thing.*} Plaut. *Capt. sc.* 2. *a.* 1. Egóne illum non fleam? — egóne non defleam Talem adolescentem? Asinius Pollio *lib.* 10. Itaque illud initium ciuilis belli defleui. Cic. 13. *Philipp.* Sed hæc satis diu multúmque defleta sunt. Suprema deflere. Tacit. *lib.* 3. Post celebre carmen, quo Germanici suprema defleuerat. Suprema, id est, mortem. Deflere necem suam dicitur Caystrius ales. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 5. *Trist.*

Dēflo, as, are, Flo, vel flando depello. {השיב *hischschib.* [illegible], [illegible]. Gall. *Souffler.* Ital. *Soffiare.* Germ. Abhin blasen. Hisp. *Soplar.* Angl. *To blowe, or blowe away.*} Plinius *lib.* 28. *cap.* 2. Cibus etiam è manu prolapsus reddebatur, vtique per mensas, vetabántque munditiarum causa deflare.

Dēflōccāre, atterere est, tractum à floccis. Plaut. *in Casina*, Perii, deflocabit iam illic homo lumbos meos. Ita enim legendum, non, vt est apud Nonium, flocco habebit. Nonnulli legunt *Deflaccare.*

Dēflōccāti senes, qui florem virium deposuêre, quasi attriti. [illegible] Metaphora tracta videtur à vestibus, quæ multo vsu floccos suos amittunt. Plaut. *in Epid.* Nam per vrbem adeò deflocati senes Quæritant me.

Dēflōrāre, idem est quod conspurcare, contaminare, vitiare, quasi floribus & ornatu spoliare. {טמא *timmé* טנף *tinneph.* [illegible]. Gall. *Desflourer, oster la fleur, souiller.* Ital. *Sforzare, macchiare.* Germ. Die eusten blumen abbrechen, verwüsten, schenden. Hisp. *Quitar la flor de lo florido, ensuziar.* Angl. *To defile, to deflowre, to tak away the floure.*} Liu. *lib.* 7. *bell. Maced.* Erant qui famam id maius bellum, quàm difficultate rei, fuisse interpretantur: vno memorabili prælio fuisse debellatum, gloriámque eius victoriæ defloratam ad Thermophylas esse. Gell. *lib.* 13. *c.* 1. Tum

plane

planè duo erunt incommoda, & expectatio te spei suspensum fatigabit, & futurum gaudij fructum spes tibi iam deflorauerit: id est, quasi delibauerit & diminuerit, minúsque gratum fecerit: vt munus grata est puella, aut res alia deflorata.

Deflōrēscĕre, Flaccescere, flores venustatémque amittere. { נבל nabél. ἀπανθεῖν, ἀπανθίζεσθαι. Gall. Se defleurer, perdre sa fleure. Ital. Sfiorire. Germ. Verblüen. Hisp. Dexar de florecer. Angl. To lese flowre or beautie, to decaye, to fade away. } Plin. lib. 17. Vellimum inter omnia, quum deflorescentem vitem, & oleam praecutit imber: quoniam simul defluit fructus. Liu. 8. d. 4. Cum senecta res quoque defloruere. ¶ Autor ad Herennium per translationem pro eo posuit quod dicimus, Vigorem amitto. μαραίνομαι. Formae, inquit, dignitas, aut morbo deflorescit, aut vetustate extinguitur. ¶ Deflorescere apud Col. lib. 2. cap. 11. accipitur per flores producere, ac deinde amissis floribus fructum producere. { ἐξανθεῖν, ἀπανθεῖν. Angl. To burgen or put out flowres. } Quum (inquit) totam spicam edidit, octo diebus deflorescit, ac deinde grandescit diebus quadraginta. Vbi deflorescere non simpliciter accipitur pro flores acquirere, vt quidam interpretantur, sed potius flores acquisitos amittere: vt hic sit sensus, Postquam frumentum edidit spicam, statim flores acquirit, & eosdem intra octo dies amittit. Sic efflorescere, est valde floridum fieri. Cic. in Lal. Quae tamen efflorescit amicitia, etiam si tu minus eam secutus sis.

Dēflŭĕre, Deorsum fluere, labi, delabi, influere, propriè de liquidis rebus, & translatè de aliis quoque dicitur. { נגר nigár נזל nazal. καταῤῥεῖν. Gall. Decouler, se desioindre. Ital. Scorrere in giu. Germ. Abfliessen. Hisp. Correr lo liquido de arriba abaxo. Angl. To flowe downward, to flowe away, to come to nothing. } Plin. lib. 6. c. 7. Defluit in Rhenum Moganus. Senec. cap. 1. de tranquill. Timeo ne defluam. Quintil. Tantum ab illo defluebant, quantum ab antiquis ille descenderat. Gell. cap. 15. lib. 1. Qui humidis verbis & lapsantibus defluunt. ¶ Per translationem significat decurrere, delabi. Cic. in Lal. Ad leues amicitias defluxit oratio. Salust. in Iugurth. Vbi per socordiam vires, tempus, aetas, ingenium defluxere, hoc est, quasi cecidere, & periere. Lactant. lib. 3. pro in nihilum redigere posuit. Nauis sine gubernatore abit pessum: & corpus relictum ab anima defluit. ¶ Quandoque defluere est secundo amne fluere, id est, deorsum & versus locum inferiorem fluere. Sunt enim fluminum alnei, quò mari propinquiora, eò decliuiora. Virg. lib. 3. Georg.

——— vdisque aries in gurgite villis
Mersatur, missúsque secundo defluit amni.

¶ Defluere etiam dicitur quod aetate morbóve soluitur, ἀποῤῥεῖν. Vnde Defluere capillus dicitur. Defluere, pro Declinare. Quint. lib. 10. cap. 1. Tantúmque ab illo defluebant, quantum ille ab antiquis descenderat. Defluxisse id etiam dicitur quod transactum est. Cic. ad Paetum lib. 9. Haec igitur est nunc vita nostra: manè salutamus domi & bonos viros multos & tristes: & hos laetos victores, qui me quidem perofficiosè & peramanter obseruant. Vbi salutatio defluxit, literis me inuoluo, aut scribo, aut lego.

Dēfluuium, & Defluuium. { ἀπόῤῥοια. Gall. Decoulement, cheute. Ital. Stillamento, cadimento. Germ. Der runss oder das fliessen niderfich. Hisp. La caida. Angl. A flowing downeward or away. } Capillorum fluxus. { ἀλωπεκία. Gall. Cheute de cheueux. Ital. Cadimento de capelli. Hisp. La caida de los cabellos. } Sed defluuia comarum facere dicitur. Idem, Hippocrates capillos mulierum defluos fricari raphanis iubet.

Dēflŭxŭs, us, idem quod defluuium. ἀποῤῥύσις.

Dēfŏdĭo, Sepelio, obruo. { חפר chaphár חתר chatár, כרה charáh. Gall. Enfouir, enterrer. Ital. Sepelire. Germ. Vergraben, eingraben. Hisp. Enterrar alguna cosa baxo de tierra. Angl. To diche or digge downe into. } Liu. Fortéque defossi annis quindecim supra quingentos, loquitur de libris Numae. Plaut. in Prol. Aul. Domi suae defossam multis cum opibus aulam inuenit. Colum. lib. 8. pro fodiendo plantare & inserere posuit, quum dixit, Confestim scrobem defodiamus in limine stabuli, & viuam pecudem, quae sit pustulosa, resupinam obruamus. Plaut. Prol. Aulul. In medio foco defodit (thesaurum.) Idem Most. sc. 2. a. 2. Necauit hospitem, defodit in aedibus. Senec. cap. 2. de consol. ad Mart. Defodit se & abdidit in luctu. ¶ Defodere item est infrà, siue deorsum fodere, κατορύττειν. Idem lib. 2. Pastinatur terreni iugerum, ita vt solum in altitudinem trium pedum defodiatur.

Dēfossus, a, um, particip. { נקבר nicbrár. κατορυγμένος. Gall. Enfoüi, enterré. Ital. Sepolto. Germ. Vergraben, eingegraben. Hisp. Enterrado, sepelido. Angl. Diched or digged downe. } Cic. 2. de Orat. Aurum multifariam defossum. Plin. lib. 30. cap. 3. Talpae caecitatis perpetuae tenebris etiam num aliis defossae. Senec. de consol. ad Polyb. cap. 13. Defossus in angulo & effossus vide.

Dēfossus, us, ui. { מחתרת machteréth. κατόρυξις. Gall. Enfouissement, enterrement. Ital. Sotterramento. Germ. Vergrabung, eingrabung. Hisp. Enterramiento, sepultura. Angl. A diching or digging downe into a thing. } Plin. lib. 19. cap. 8. Area in defossu cauata.

Defornerari. Apuleius in Apologia: Pater eius plurimis creditoribus defoeneratus, maluit retinere pecuniam, quàm pudorem.

Dēfētŭs, si Latinum sit, idem erit quod effoetus, hoc est, foetui per aetatem inidoneus. { Angl. Which is past bringing forthe any more. } Quod tamen haud scio an apud classicos scriptores reperiatur. Nam quod ad illud testimonium attinet, quod ex Fastis Ouid. adduci solet, Sit quoque, quod rarum est, solito defecta fauore fortunae facies inuidiosa tuae. in castigatioribus exemplaribus defecta legitur, non defeta. Similiter apud Col. in praefat. lib. 1. defectissimum legi debet, non defectissimum.

Defomitatum lignum dixerunt antiqui, quod à fomitibus, quibus confoueri solet, erat succisum. Festus.

Dēfŏrĕ, compositum à fore, idem significans quod defuturum esse. Cic. de lege Agrar. contra Rullum, Verùm arbitrantur non defore, qui illam restituerent. Liu. lib. 3. ab Vrb. cond. d. 1.

Dēfōrmo, as, Foedo, turpo, maculo. { ἀσχημονεῖν, ἀμορφοῦν. Gall. Desfigurer. Ital. Far brutto, difformare. Germ. Vngestalt machen. Hisp. Desfigurar, afear. Angl. To disfigurate, to defile, to deface. } Lactant. de Opif. Dei. Quàm mirabili, quàm diuina ratione molitus est, vt tamen hiatus ipse nasi, oris speciem non deformaret. Salust. in Iugurth. Deformatus aerumnis. Autor ad Heren. lib. 1. Qui sunt qui Italiam deformarunt? Cic. in Acad. quaest. In qua Pompeium ornat, an potius deformat? Cels. lib. 7. cap. 7. at ita per hanc deformantur, vt minus indecora ante fuerint. Liuius lib. 4. d. 4. Deformare titulum. Idem lib. 7. dec. 4. Deformare valuam fulmine. Item, Deformare gloriam. ibidem. ¶ Item, Deformare est figurare, delineare, & noua forma insignire. { תאר toér. διαμορφοῦν. Gall. Baillier forme, former. Ital. Formare, lineare, disegnare. Hisp. Traçar o figurar. } Vitruu. lib. 6. Tragicae scenae deformantur columnis, signis, & regalibus rebus. Idem, Architectus graphidis peritus, vt deformare possit lineis imitationem, quam velit, aedificiorum.

Dēformatus, a, um, foedatus, cum aliàs deformare sit formare. Suet. in Calig. cap. 27. Multos honesti ordinis deformatos prius stigmatum notis, ad metalla & munitiones viarum, aut ad bestias condemnauit. Plaut. Pseud. sc. 2. a. 3. Certe haec deformata habebam (i. inchoata.) Deformata marmora prima manu. Quint. Non flosculos, sed certos & deformatos iam fructus ille ostendebat. Idem Quint.

Dēfōrmātĭo, nis, verbale, Foeditas, macula. { רע מום mum rah. ἀμορφία, ἀσχημοσύνη. Gall. Desfigurement. Ital. Dishonore, vituperio, sfiguramento. Germ. Vngestaltung, entehrung, verwerffung. Hisp. Aquella fealdad ò desformidad. Angl. A disfiguring, defacing or deforming. } Liu. 9. ab Vrbe, Vt suae quisque conditionis oblitus, ab illa deformatione tantae maiestatis, velut à nefando spectaculo auerteret oculos.

Dēfōrmis, e, Turpis, foedus, ✳ formosus. { רע rah. ἄμορφος. Gall. Difforme, desfiguré, laid. Ital. Difforme, sozzo, brutto. Germ. Vngestalt, vngeschaffen, wüst, häßlich. Hisp. Cosa fea ò desfigurada. Angl. Deformed, foule. } Plin. in Epist. Placuit locus in quo fuit aliquando domus (vt audio) pulchra, nunc deformis ruinis. Cic. pro Caelio, Id numquam tam acerbè feret M. Caelius, ut cum poeniteat non deformem esse natum. Liuius 1. ab Vrbe, Quod vix Albanorum oculi tam deforme spectaculum ferre possent. Cicero Marcello lib. 4. Nec eam diligere minùs debes quòd deformior est. Deformius nihil est ardelione sene. Ouid. Eleg. 3. lib. 5. Trist.

Iussus ad Euxini deformia littora veni.

Deformissimus, αἴσχιστος. Gell. lib. 5. cap. 11. Inter enim pulcherrimam foeminam, & deformissimam media quaedam forma est.

Dēfōrmĭtās, atis, Turpitudo, prauitas, quod & de corpore & animo dicitur. { רע מום mum rah. ἀμορφία, αἶσχος. Gall. Difformité, laideur. Ital. Bruttezza, deformità. Germ. Vngestalte. Hisp. Fealdad ò desformidad. Angl. Deformitie, foulnesse. } Cic. 1. de legibus, Deformitas animi, & corporis prauitas. Idem 3. Officiorum. Nullum est maius malum turpitudine: quae si in deformitate corporis aliquid habeat offensionis, quanta illa deprauatio & foeditas turpificati animi debet videri? Velleius: Deformitas corporis in eo certabat cum turpitudine ingenii.

Dēfōrmĭtĕr, aduerbium. { αἰσχρῶς. Gall. Difformément, laidement. Ital. Bruttamente. Germ. Vnformblich, häßlich. Hisp. Feamente ò disformamente. Angl. Foulie, without forme. } Quintil. lib. 8. c. 3. Iunctura deformiter sonit. & lib. 11. Deformiter respectare.

Dēfrēnātus, a, um, idem quod effraenatus, hoc est, indomitus, quasi sine fraeno, à de & fraeno. { ἀχάλινος. Gall. Desbridé, effrené. Ital. Sfrenato. Germ. Vngezomet. Hisp. Desenfrenado. Angl. Disebridled, vndantoned. } Ouid. 1. Metam.

Et defraenato voluuntur in aequora cursu.

Dēfraudāre, vel per syncopem Defrudare, est per fraudem cuiquam aliquid intercipere, vel circumuenire aliquem. { עשק haschák. ἀποστερεῖν, ἀδικεῖν, πλεονεκτεῖν. Gall. Defrauder, chifter, priuer vn autre de ce qui luy appartient. Ital. Defraudare, ingannare. Germ. Einem mitt trug berauben. Hisp. Engañar. Angl. To deceiue, to beguile. } Plaut. Asin. Nunc verba in pauca conferam quid te velim. Viginti iam vsus est filius argenti minis, Face id paratum iam sit. L. Vndè gentium? D. Ne defraudato. L. Maximas nugas agis. D. Nudo detrahere vestimenta me iubes, Defraudem te ego? agesis, tu sine pennis vola. Téne ego defrudem, cui ipsi nihil est in manu? Nisi quid tu porrò vxorem defraudaueris. Plaut. Pseud. sc. 1. a. 1. An tu te sciens vis suspendere, vt me defraudes drachma. ¶ Defraudare genium, est interrumpere voluptatem & naturae quod appetit negare. Terent. in Phorm. Quod ille vnciatim vix de demenso suo, Suum defraudans genium, comparsit miser. Plaut. Aul. sc. 6. a. 4. Egomet me defraudaui animúmque meum, geniúmque meũ. & Men. sc. 3. a. 4. Quia commisi, vt me defraudes eam affectas viam. Sequitur, neque te defraudandi causa posco. Ibid. Victoriae fructu defraudare. Liuius lib. 6. d. 4. Contrà Indulgere genio, est voluptati operam dare, & quocunque nos naturae appetitus trahat, subsequi. Quae loquendi formulae inde tractae sunt, quòd antiqui Genium vocabant naturae deum, hospitalitatis praesidem. Vnde etiam Homo genialis, dicitur liberalis & hospitalis, & splendido apparatui assuetus.

Dēfraudātor, verb. Fraudator. { עשקן haschkán. ἀποστερητής. Gall. Fraudeur, endommageant, chifteur. Ital. Fraudatore. Germ. Einer der betreuget. Hisp. Engañador. Angl. He that deceiueth or beguileth. } Senec. de benefic. lib. 2. Huic ingrato qui beneficiorum defraudator est, non magis dabit beneficium, quàm apratori.

Defrens, aurum, quo detonderi seu demeti solet, à frendeo. Gloss. defrens ἀφηρημένος, ὀδόντων ἀποτετριμμένων.

Defrensus, detritus, detonsus. Fest. à defrendeo. vide Frendeo.

Dēfrĭco, as, Frico. { חרך charah. ἀποτρίβω. Gall. Desfrotter, frotter. Ital. Fregare. Germ. Abreiben. Hisp. Fregar. Angl. To rubbe hard or frette together. } Colum. lib. 2. Totúmque eorum palatum sale defricato. Autor ad Heren. Nam vt fortè hic in balneas venit, coepit, postquam perfusus est, defricari.

Dēfrĭcātē, aduerbium, idem quod facetè & suauiter. Naeuius in Tarentilla, Facetè & defricatè hoc induxit. Sosipater in suis Grammat. lib. 1.

Dēfrīgēscĕrĕ, Frigescere. { ψύχεσθαι. Gall. Deuenir froid, se refroidir. Ital. Diuenir freddo, raffreddarsi. Germ. Erkalten oder kalt werden. Hisp. Resfriarse. Angl. To waxe cold. } Col. lib. 12. cap. 20. Iubebis rutabulo ligneo agitari quod decoxeris, eò vsque dum refrigescit.

Defringo, is, Frango, vel decerpo. {ענף *soeph.* ἀποθραύω. Gall. *Rompre ou arracher de quelque chose.* Ital. *Rompere, frangere.* Germ. Abbrechen. Hisp. *Quebrantar.* Angl. *To break downe, to break of.*} Col. *lib.* 6. Plerunque fit vt aut ceruice, aut cornibus boum ramuli vitium defringantur. Virg. 2. *Georg.*

—— aut summas defringe ex arbore plantas.

Cic. *pro Cæcin.* Qui prætereuntes ramum defringerent arboris. Plaut. *Milit. sc.* 2. *a.* 2. Nisi defregeris talos. Mor. elidi talos.

Dērugo, as, Omnem fructum exhaurio. {καρπίζομαι, ἐκκαρπίζομαι. Gall. *Tirer la graisse & substance de quelque chose, la degraisser.* Ital. *Torre via tutti frutti, far sterile la terra, cauare il grasso* Germ. Auß- mnnen/ die beste frucht vnd krafft herauß ziehen. Hisp. *Desfrutar, coger la fruta.* Angl. *To drawe or sucke the substance out of any thing.*} Vt faciunt quædam legumina, quæ etiam Theophrastus καρπίζομαι appellat. Agricola itaque agrum defrugare dicitur, quum id genus seminis serit, vel quum nimia fœtura exinanit agros, vel per inscitiam, aut negligentiam perdit, lacessitve fruges: vt quum vel festinata sementis est vel serotina, præpropereque, aut præpostere quid agit. Plinius *lib.* 18. Oraculum illud magnopere custodiendum, Segetem ne defruges. Colum. Constat segetem nimia defrugatione exinaniri.

[Defruor est omnem fructum percipio. I est.]

Defrusto, est frustatim excerpere, & per frusta.

Dēfrūtum, à deferuendo (vt inquit Palladius) vinum decoctum, Plinio autore, vsque ad mediam partem. {ἕψημα, ἑψητόν, καρένιον. Gall. *Vin cuit iusques à la consomption de la tierce partie.* Ital. *Vin cotto.* Germ. Gesottener wein. Hisp. *Vino cozido hasta la tercia parte.* Angl. *Vine wher of the thrid parte is sodden in.*} Sapa verò à sapiditate, mustum est ad tertiam partem decoctum. At Columella aliter: Mustum, inquit, quàm dulcissimum, decoquitur ad tertias: & decoctum, sicut supra dixi, defrutum vocatur. Sic Nonius: Sapa, quod nunc mellacium dicimus, mustum ad mediam partem decoctum, defrutum, si ex duabus partibus ad tertiam redigatur deferuefaciendo. Plaut. *Pseud. sc.* 4. *a.* 2. Murrinam, passum, defrutum.

Defrutāre, Mustum, decoquere, vt inde defrutum fiat. {ἕψειν. Gall. *Faire du vin cuit.* Ital. *Far vin cotto.* Germ. Gesottenen wein machen. Hisp. *Hazer vino cozido.* Angl. *To mak sodden wine.*} Col. *lib.* 2. Sed defrutum quoque facere & defrutare vinum licet.

Defrūtārius, a, um, quod ad defrutum pertinet. {ἑψητικός. Gall. *Seruant à faire du vin cuit.* Ital. *Pertinente à vino cotto.* Germ. Das zu dem gesottenen wein gehört. Hisp. *Cosa pertenesciente para hazer vino cozido.* Angl. *Belonging to makfodder wine.*} vt, Vasa defrutaria apud Colum. *lib.* 12. *c.* 9. Dicuntur quæ ad defrutum idonea sunt. Sic Cella defrutaria, apud eundem *lib.* 1. *c.* 6. Pars autem fructuaria diuiditur in cellam oleariam, torculariam, cellam vinariam, defrutariam.

Dēfŭgere, Recusare, refugere. {מאן *meén.* ἀποφεύγειν, ἀπαναίνεσθαι. Gall. *Euiter, s'enfuir, eschapper.* Ital. *Recusare.* Germ. Fliehen/ meiden. Hisp. *Mucho huyr, rehusar.* Angl. *To flee bak, to eschue, to auoyde.*} Cæsar 6. *bell. Gall.* Aditum eorum sermonémque defugiunt, ne quid ex contagione incommodi accipiant. Cic. *pro Sylla*, Itaque attende iam Torquate, quam ego defugiam autoritatem Consulatus mei. Lactant. *lib.* 5. Non defugi hunc laborem, vt implerem materiam, quam Cyprianus non est exequutus.

Dēfŭndo, Effundo, & interdum idem quod Fundo. {שפך *schaphách.* καταχέω. Gall. *Espandre dedans, mettre quelque liqueur dedans.* Ital. *Versare.* Germ. Abschütten/ abgiessen. Hisp. *Derramar cosa liquida.* Angl. *To poure out any licour.*} Cato *de re rust.* Aquam defundito non omnem, eò addito oleum. Colum. Postea quum refrixerit, in vasa defundas, & opertas. Senec. *cap.* 18. *de consol. ad Mart.* Defusi amnes ex vno fonte in Orientem, vel Occidentem. Ouid. 5. *Fast.* Quæque puer quondam primis defuderat annis. ¶ Defundere, deorsum fundere, vt fiebat diis inferis delibamento defundendo. Val. Max. *lib.* .. *cap.* 2. *de institu. antiq.* Tunc defusis Mercurio delibamentis, & inuocato nomine eius, vt se placido itinere in meliorem sedis infernæ partem deduceret, cupido haustu mortiferam traxit potionem. ¶ Defundere vinum, est de dolio in craterem, aut de cratere in pateram fundere. Horat.

Et nisi mutatum parcit defundere vinum.

Cic. 2. *de finib.* Quibus vinum defusum sit è plano œnophoro, i. deorsum in pateram, aut poculum fusum. Virg. *in Æneid.*

Hæc ait & liquidum Ambrosiæ defundit odorem.

Dēfungor, eris, defunctus sum, defungi, Exantlo, fungor, perfungor. {נצל *nitsfal.* ἀπαλλάττομαι, ἀφοσιόομαι, διεξάγω. Gall. *Estre deliuré, ou se deliurer & eschapper de quelque chose, en estre hors.* Ital. *Essere liberato, campare da qualque pericolo & esserne fuori.* Germ. Außrichten/ einer müh oder arbeit ledig werden. Hisp. *Escapar de algun peligro.* Angl. *To be ridde, deliuered and no more charged of a thing.*} Explicari negotio aliquo, aut molestia, & ei finem imponere. Cicer. *pro Sestio*, Vt omni populari concitatione defungeretur. Cælius *ad Cic. lib.* 8. Et hoc mendacio, si qua pericula tibi impenderent, vt defungeremus optaui, id est, liberaremur.

Dēfunctus, a, um, particip. {נצל *nitsfál.* ἀπαλλαγείς, ἀποθανών, ἀφοσιωθείς.} Virg. 6. *Æneid.*

O tandem magnis pelagi defuncte periclis.

Defunctus fato. Liu. *lib.* 9. *bell. Mac.* & 10. *ab Vrbe.* Defunctus vita, Virg. 6. *Æneid.* ¶ Defunctum etiam more Græcorum pro caduceo intelligimus subftantiue. Plin. *lib.* 2. *cap.* 68. Senec. *cap.* 6 *de consol. ad Mart.* Defuncta nullis planctibus reuocantur. Suetoo. *in Neron. cap.* 49. Ouid. 6. *Fast.* Gaude defuncta laboribus.

Defunctōriè, Languide & remissè. {ἀφοσιωμένως. Gall. *Par maniere d'acquit seulement, negligemment, lascheement.* Ital. *Con negligentia, rimessamente.* Germ. Schlechtlich/ nur oben ahin. Hisp. *Floxamente.* Angl. *Lightlie, without care or diligence.*} Vlp. *lib.* 11. *de Senatuscons. Tertul.* Non solum autem quæ non petit, correctius, sed etiam qui defunctoriè petiit, vt putabo ... tantum, vel onerata tribus tutelis.

[Defuo, defuiti, vide Fuo.]

Dēgĕner, qui maiorum suorum virtuti non respondet. {ממזר *mamzer*, סורר *sorer*. ἀγεννής. Gall. *Bastard, forligneur, forlignant de sa race.* Ital. *Traligno, bastardo.* Germ. Das auß dem geschlecht schlegt. Hisp. *El que no respon-* de à su casta y genero. Angl. *That goeth out of his kind.*} Senec. *cap.* 12. *de consol. ad Mart.* Degener filius, &c. Idem *suas. vlt.* Tam degener spiritus. Virg. 2. *Æneid.*

Degeneremque Neoptolemum narrare memento.

Ponitur quandoque pro ignobili & vili. ἀγεννής, ἀνδρώδης, ἀγεννής.

Idem 4. *Æneid.*

Degeneres animos timor arguit.

Plin. *lib.* 11. *cap.* 50. Canum degeneres sub aluum reflectunt caudam. Est autem adiectiuum generis omnis, præterquam in obliquis singularis numeri. Vnde etiam more aliorum adiectiuorum tertiæ declinationis facit in ablatiuo degenere, vel degeneri. Lucanus *lib.* 4.

—— Si me degeneri strauissent fata sub bello.

Degenerare, A genere decidere, deficere, veteres maiorum laudes obterere. {סורר *sorer.* ἐκγενίζω, ἐκπίπτειν γένους, ἐκφαυλίζω. Gall. *Forligner, s'abastardir, degenerer, ne suiure point sa race.* Ital. *Degenerare, tralignare.* Germ. Auß dem geschlecht schlagen. Hisp. *No responder a su casta y genero, desfallecer de la nobleza de sus antecessores.* Angl. *To goe out of kinde, not to followe the good conditiones of his parentes.*} Cic. *de prouin. Cons.* Patrem dico, cuius vtinam filij non degenerassent à grauitate paterna. Virg. *lib.* 2. *Georg.*

Pomaque degenerant succos oblita priores, id est, deterioris fiunt saporis.

Propert.

Di mihi sunt testes non degenerasse propinquis.

Dicimus autem, Degenerare tam à malo, quam à bono. Liu. *lib.* 9. Nec degenerauerit à familia imperiosissima & superbissima. Suet. *in Aug. cap.* 16. Degenerare à ciuili more.

Dēgĕro, is, ere, Defero, gero. {שא *nasa.* Gall. *Prendre d'vn lieu & porter en l'autre, transporter.* Ital. *Portare.* Germ. Tragen. Hisp. *Traer.* Angl. *To tak out of one place and bring to another.*} Plaut. *in Men. sc.* 2. *a.* 5. At ille mihi suppilat aurum, & pallas ex arcis. Modo me spoliat, mea ornamenta ad meretrices degerit, id est, defert. Quidam legunt *ad meretrices*: & *degerit*, pro absumit, exponunt. Idem Plaut. *Men. sc.* 1. *a.* 5. Suppilas aurum, & illud tuæ degeris amicæ.

Dēglābrāre, Depilare & glabrum facere. {קרח *pittlfel.* ἀποψιλόω. Gall. *Oster l'escorce, peler.* Ital. *Pelare.* Germ. Ein baum schinden vnd glatt machen. Hisp. *Descortezar.* Angl. *To make balde, to pluck away the heare.*} Paulus *in l. cædere. ff. arbor. furtim cæsar.* Cædere est non solùm succidere, sed etiam ferire cædendi causa: Cingere est deglabrare.

Dēglūbo, is, deglubi, deglubitum, ere, Corticem eximo, siliquam, aut folliculum excutio. {קלף *pitlfel.* ἀποδέρω, λεπίζω. Gall. *Escorcer ou escosser, oster la peau ou l'escorce.* Ital. *Sglanare, scorticare.* Germ. Auß- schelen/ auß den hülsen klauben. Hisp. *Quitar el cuero ò pellejo, descortezar.* Angl. *To pill or pell, to pull of the skinne or bark, as of a tree.*} Varr. 1. *de rust. c.* 48. Quod eo folliculo deglubitur granum. ¶ Ponitur etiam pro excoriare. Vnde prouerbiali sententia dici solet. Cuius autor fertur Tiberius Imp. apud Suet. *in vita Tiberij, cap.* 32. Boni pastoris est tondere pecus, non deglubere, quasi pellem detrahere. ¶ Deglubere in alio significatu, vide Glubere.

[Deglupta mænas, *in Pœnulo* Plaut. *act.* 5. *sc.* 5. à deglubendo: vt ψωλὸς à ψῶ vtrunque verbum turpe. Turneb. *lib.* 20. 24. Gloss. deglubat σκύλλει.]

Dēglūtĭnāre, est dissoluere quod glutinatum erat. {ἀποκολλᾶν. Gall. *Descoler, desgluer.* Ital. *Dissoluere, discollare.* Germ. Etwas zusammen geleimbts von ein ander lösen. Hisp. *Desempegar, desengrudar.* Angl. *To dissolue that which was glued.*} Plin. *lib.* 25. *cap.* 13. purgat enim vlcera oculorum, expletque, & ad cicatricem perducit, palpebras deglutinat.

Dēglūtio, is, iui, itum, ire, ex De & glutio. {בלע *bala*, בלע *billáh* בלע *balah.* καταπίνω, βροχθίζω, καταπίνω. Gall. *Aualer gloutement, degloutir, engloutir.* Ital. *Inghiottire, diuorare.* Germ. Verschlinden. Hisp. *Mucho tragar.* Angl. *To swallow and deuoure.*} Verbum medicis familiare.

Dēgo, ex De & ago, abiecta a, præteritum facit degi, sine supino, Ago, viuo. {נהג *nagá ab.* ἄγω. Gall. *Mener à fin, conduire, continuer.* Ital. *Condurre, menare.* Germ. Vollstrecken / verschleissen / leben / &c. Hisp. *Guiar.* Angl. *To passe trough, to liue, to bring, to an end.*} Et ferè habet post se accusatiuum tempus denotantem: vt, Degere vitam, ætatem, annum, diem, horam. Cic. *de senect.* Degere omne tempus ætatis sine molestia. Idem 2. *de finib.* Degere omnem ætatem in tranquillitate. Virg. 4. *Æneid.* Non licuit thalami expertem sine crimine vitam Degere more feræ. Terent. Nam hunc diem misere nimis cupio, vt cœpi, perpetuum in lætitia degere. Cic. *pro Roscio Amer.* Inter feras satius est ætatem degere, quàm in hac tanta immanitate versari. Ponitur interdum etiam absolute sine aliquo accusatiuo. Lact. *lib.* 5. Ideirco eum voluit sub aliena ditione atque imperio degere, vt ne rerum prosperitate corruptus, in luxuriam laberetur. ¶ Legitur & passiuum Degitur, idque in tertiis tantùm personis. Cic. 1. *de nat. deor.* Quæ vita deorum sit, quæque ab iis degatur ætas. Lactant. *lib.* 4. Quò rectius vita degatur, non est necesse omnes circuire. ¶ Accipitur item Degere pro Demere, detrahere. Plaut. *in Aul.* Nunc ego illum furor laborem degam & diminuam, id est, demam. Idem *in Epid.* Degitur corium de tergo meo. Deactio, Festo peractio, fit à verbo dego, is.

Degrado, as, are, pro suspendere ab officio & ministerio.

Degrandino, as, are Ouid. 4. *Fast.*

Dū venimus culta, nec dum degrandinat, et sit
Agrestis sane suspicisse poetæ

Dēgrăndĭnāt, impersonale. {χαλαζᾶν. Gall. *Il gresle fort.* Ital. *Tempesta fieramente.* Germ. Es hagelt. Hisp. *Graniza mucho.* Angl. *It hayleth.*}

Dēgrassor, aris, degrassatus sum, degrassari. {καταποντίζω, καταθέω. Gall. *Se ruer dessus & piller, outrager.* Ital. *Assalire alla strada, oltraggiare.* Germ. Berauben/ rauben/ schädigen/ gewaltsich anfallen. Hisp. *Mucho saltear.* Angl. *To robbe or slea by the high wayes.*} Stat. 1. *Achilleid.*

——*vbi tanta iniuria primos*
Degrassata duces.

Degravo, as, are, Grauem, & ponderosum reddo, grauo, deprimo. { הכביד *ehibbedh. ἐπιβαρύνω, καταβαρύνω.* Gall. *Appesantir, affaisser, charger.* Ital. *Aggrauare, premere.* Germ. Beschwären. beladen. Hisp. *Cargar.* Angl. *To make heauie and of weight, to burden.* } Liuius 4. *ab Vrbe*, Alios in aquam compulsos gurgites ferunt: etiam peritos nandi lassitudo & vulnera & pauor degrauant. Labore operis degrauari, apud Col. *lib.* 6. *cap.* 2. Paulatim degrauatum pondere suo præceps attraheretur, apud eundem *lib.* 2. *cap.* 5.

Degredior, eris, degressus sum, degredi. Deorsum gradior. { καταβαίνω. Gall. *Descendre, se destourner vers en bas.* Ital. *Discendere, ò smontare.* Germ. Hinab gehn, hinabsteigen. Hisp. *Descender abaxo, baxar.* Angl. *To go or passe downe.* } In specum degressus sacerdos hausta fontis arcani aqua. Tacit. *lib.* 2. Vtitur & Liu. *lib.* 2. *decad.* 1. Cum quingentis haud amplius peditibus, ducentisque equitibus degressum iugis Massanissam persequutus. Idem *lib.* 4. *ab vrb.* Digressi de montibus, nisi error librarij sit.

Degrummari, Ad grummæ mensuram dirigere. *εὐθύνειν τῷ γνώμονι.* Est autem grumma, teste Nonio, mensura quædam, qua flexæ viæ ad lineam diriguntur. Lucilius, Viámque degrummari vis, vt castris mensor fecit olim.

[Degvadiare, gaudium, seu debitam constitutionem frangere. Cath.]

Degvlo, as, Gula absumo, obligurio. { לעה *lah* בלע *billah* בלה *balah. καταλαιμάζω, καταλιχνεύω.* Gall. *Engloutir.* Ital. *Inghiottire.* Germ. Verschlemmen. verprassen. Hisp. *Tragar.* Angl. *To deuoure, to wast.* } Plautus Postquam degulato patrimonio pauper est factus.

Degulator, gulosus, *λαίμαργος*. Apul. *in Apologia*, Quæ tamen omnia in paucis annis ita hic degulator studiosè in ventrem condidit.

Degvmare. Antiquum planè verbum, idem significans quod deuorare, aut degustare. Legitur autem malè apud Festum *degunere*, vt rectè aduertit Scaliger *in Varronem*. Deducitur enim à Gumia, de qua voce infrà suo loco.

Degvsto, Gusto, delibo, leuiter attingo. { טעם *taham. γεύομαι, ἀπογεύομαι.* Gall. *Gouster de quelque chose, en taster.* Ital. *Gustare, assaggiare.* Germ. Versuchen. Hisp. *Gustar, o prouar.* Angl. *To tast, to touche softlie with the lippes.* } Plin. *lib.* 18. *cap.* 2. At ne degustabant quidem nouas fruges, aut vina. Cato *cap.* 148. Vinum boni viri arbitratu degustato. Degustare pabulum. Varro 2. *de re rust. cap.* 5. Quint. *lib.* 4. *cap.* 1. Degustanda tamen hæc proœmio, non consummanda, id est, breuiter indicanda. Cic. 1. *Tuscul.* Visne igitur, inquit, ô Damocle, quoniam hæc te vita delectat, ipse eandem degustare, & fortunam experiri meam? Huc etiam referendum est illud Lucret. *lib.* 1. ignes degustant tigna celeri flamma, hoc est, leuiter attingit. ¶ Ponitur aliquando pro explorare. Cic. *lib.* 4. *Epist. ad Atticum*, Velim Fabium, si quem habes aditum, odorere, & istum conuiuam degustes.

Degustatio, *ἀπόγευσις*. Vlpianus *D. lib.* 18 *tit.* 6. *l.* 1. Periculum vini vsque ad degustationem sustinere.

Dehabere, verbum rarum. Palladius in Appendice Histor. Lausiacæ ex vetere interprete *cap.* 13. Maximè si dehabent & egentiores sunt.

Dehavrio, is, ere, Haurio. { שאב *schaab. ἀντλέω.* Gall. *Espuiser.* Ital. *Cauar fora.* Germ. Erschöpffen. Hisp. *Sacar fuera lo liquido.* Angl. *To drawe water or thinges liquide.* } Cato *cap.* 66. Quum oleum sustuleris cortina, amurcam dehaurito.

Dehinc, Posthac abhinc. { אחרי *hattâh.* τὸ λοιπὸν, ἀπὸ τοῦδε. Gall. *Desormais, d'oresenauant, par ci apres, ci apres, d'icy en auant.* Ital. *Dipoi, per lo innanzi.* Germ. Fürthin. dannethin. demnach. Hisp. *Dende ò despues.* Angl. *Ferme henceforth.* } Plaut. *Asin. sc.* 1. *a.* 1. Nemo est quem iam dehinc metuam mihi. Idem *ibid. sc.* 3. *a.* 1. Ego te dehinc vt merita es tractare exequar. (i. posthac.) Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 5. At nunc dehinc scito illum nihili esse. Terentius *Andria*, Dehinc vt quiescant porrò moneo. ¶ Item significat Deinde, vt sit aduerbium ordinis, ἔπειτα. Salustius, In primis arduum videtur res gestas scribere: primùm quòd facta dictis exæquanda sint: dehinc, quia plerique delicta quæ tu reprehenderis, maleuolentia atque inuidia putant esse dicta. Vtitur & in hac etiam significatione. Cicero 1. *Tuscul.* Primùm igitur de imbecillitate multorum, & de variis disciplinis Philosophorum loquar: quorum princeps authoritate Socraticus Aristippus, non dubitauit dolorem, summum malum dicere. Dehinc, aliquando in vnam syllabam contrahitur à poëtis. Virg. 1. *Æneid.*

Oscula libauit nata, dehinc talia fatur.

Dehisco, Aperiri, findi, rimas agere. { χαίνω. Gall. *Bailler, s'espanir, s'ouurir.* Ital. *Aprirsi forte, spalancare.* Germ. Auffgohnen. sich auffthun. zerspalten. Hisp. *Henderse, ò abrir.* Angl. *To gape.* } Plin. *lib.* 8. Acus, siue belone, vnus piscium dehiscente propter multitudinem vtero, parit, hoc est, se aperiente. Ouid. 3. *Fast.*

A media cælum regione dehiscere cœpit.

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Tristium*,

Cunctaque fortunæ rimam faciente dehiscunt.

Dehonestvs, a, um, Non honestum, ἀπρεπής. Gell. *lib.* 19. *cap.* 10. Dehonestum deculpatúmque verbum.

Dehonesto, as, ※ Honesto. { נבל *nibbel* חטא *chittá. ἀτιμάζω.* Gall. *Villener, deshonorer, enlaidir.* Ital. *Dishonestare, dishonorare.* Germ. Vnehr anthun. entehren. Hisp. *Denostar, o deshonrar à otro.* Angl. *To make vnhonest, to foyle.* } Suet. *in Claud. cap.* 30. Multa eum dehonestabant. Liu. *lib.* 1. *d.* 5. Dehonestari famam.

Dehonestamentum. Dicitur id quod gratiam & honestatem alicui rei adimit. { ערוה *heváh. αἶσχος.* Gall. *Enlaidissement, deshonneur.* Ital. *Dishonestà guastamento.* Germ. Vnehr. schmach. Hisp. *El denuesto.* Angl. *A foyling or dishonestie.* } Vnde vultus dehonestamentum dicitur cicatrix, vultum hominis dedecorans: aut oculi effossio. Gell. *lib.* 2. *cap.* 27. de Sertorio duce loquens. Quo dehonestamento corporis, maximè lætabatur. Pro contumelia vsus est Tacit. *lib.* 12. Atque ille non propinquum, neque Arsacis de gente, sed alienigenam & Romanum increpans, auribus decisis viuere iubet, ostentui clementiæ suæ, & in nos dehonestamento.

Dehortor, aris, dissuadeo, deterreo, auoco. { ἀποτρέπω. Gall. *Desenhorter, desconseiller, destourner.* Ital. *Dissuadere.* Germ. Abmanen. mißrathen. Hisp. *Dissuadir alguna cosa con razones.* Angl. *To call bak, to giue a contrare counsayle, to dissuade.* } Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 2. Si erit occasio, haud dehortor fugam. Terent. *Phorm.* At hic dehortatus est me ne illam illi darem. Cicer. *in Pison.* Res ipsa, & Respublicæ tempus, aut incipitum, quod nolim, aut alium quempiam aut mutabit, aut dehortabitur.

Dehortatio, ἀποτροπή. Diomed. *Grammat. lib.* 2. παράδειγμα est enarratio exempli, vel rei præteritæ relatio: significans adhortationem dehortationemve.

Deianira, Δηιάνειρα. Filia fuit Ornei Ætoliæ regis, cuius Regia Calydon erat. { Germ. Die hausfraw Herculis. } Hæc adeo formosa erat, vt multos procos haberet, tandem Acheloo desponsata est primo, deinde Herculi. Itaque nuptiarum gratia ortum est inter eos certamen: sed Acheloo victo, Herculi cessit. Porrò quum Hercules transiturus esset Euenum Ætoliæ fluuium, qui tum temporis maximè excreuerat, Nessus Centaurus seipsum vltrò obtulit ad transuehendam Deianiram: quam quum Nesso commisisset, ipse priùs intrepidè tranauit fluuium. Nessus autem adhuc in altera ripa stans, nouam nuptam vitiare voluit: quod videns Hercules, sagittis hydræ sanguine infectis Centaurum transfixit: qui se moriturum sentiens, vt hostem vlcisceretur, Deianiræ vestem suam proprio sanguine perfusam dono dedit, asserens ei vim amatoriam inesse, & si hac maritus indueretur, ipsum ab aliarum mulierum amore iri auocatum. Mulier itaque nimis credula munus accepit, & quum audisset maritum suum in Eubœa amore Ioles Euryti filiæ detineri, Nessi vestem domino suo perferendam Lychæ famulo tradidit. Hercules igitur nihil mali suspicans, quum sacrificaturus eam induisset, tantis cruciatibus affectus est, vt in furorem versus, Lycham à Cenæo monte in Euboicum mare deiecerit, qui in scopulum mutatus est: ipse autem Hercules arcu & sagittis Philoctetæ commissis, se in ardentem pyram in OEta monte constructam coniecit. Quod Deianira audiens, dolore percita, Herculis claua se interfecit, ex cuius sanguine postea nata est herba, quæ nymphæa & heracleon dicitur. Ouid. *lib.* 9. *Metam.*

Victor ab OEchalia Cenæo sacra parabat
Vota Ioui, quum fama loquax peruenit ad aures
Deianira tuas, &c.

[Deiectare, dictare, antiq. Lips.]

Deidamia, Δηιδάμεια. Filia fuit Lycomedis regis Scyri insulæ, quam Achilles, quum ipse inter regis huius filias sub muliebri habitu lateret, grauidam fecit, & ex ea Pyrrhum genuit. Vide Statium *in Achilleid.*

Deiero, Sanctè iuro, iureiurando affirmo. { אלה *aléh.* ὀμνύω, διόμνυμι. Gall. *Iurer fort & ferme, faire grand serment.* Ital. *Giurare santamente.* Germ. Thewr vnd hoch schwehren. Hisp. *Mucho y santamente iurar.* Angl. *To sweare with a great othe.* } Gell. *lib.* 1. *cap.* 3. Nam quum amicus eum rogaret vt pro se causáque eius falsum deieraret, his ad eam verbis vsus est. Terent. *in Eunuch.* Illum liquet deierare, his mensibus Sex, vel septem prorsum non vidisse proximis. Idem *in Hecyr.* Philippe, Bacchis deierat persanctè, &c. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 5. Quæ arguit surripuisse atque abstulisse deierat.

Deivro, as, are, Deiero. ἐπόμνυμι, διόμνυμι. Plaut. *in Castor.*—per deos omnes, & deas deiurauit. Idem *in Rudente*, Deiura te mihi argentum daturum.

Deiurium, Iusiurandum. { אלה *aláh.* ὅρκος. Gall. *Iurement, serment.* Ital. *Sacramento.* Germ. Ein schwur. Hisp. *El grande y solenne iuramento.* Angl. *An othe.* } Gell. *lib.* 7. *cap.* 18. Tum octo ex iis postliminium iustum non esse sibi responderunt, quoniam deiurio vincti essent.

Deiuratus, qui sanctè & valdè iurat. ὀμνύμενος.

Deiicio, is, Deorsum iacio, vel deorsum mitto. { הפיל *hippil* השליך *hischlich.* καταβάλλω. Gall. *Ietter en bas, ietter par terre, ruer ius.* Ital. *Gettare abasso.* Germ. Herabwerffen. umbwerffen. Hisp. *Echar de arriba, arrojar ò abaxar.* Angl. *To cast or throwe downe.* } Plaut. *Asin. sc.* 3. *a.* 3. Hinc me ex ædibus deiecit. Seneca *cap.* 16. *de consol. ad Mart.* Deiecit Regem Romanis capitibus brutus. Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 3. Columnis deiici operas aranearum. Senec. *cap.* 15. *de consol. ad Polyb.* Deiicere altè aliquem, vel deponere. Idem *cap.* 13. *de consol. ad Polyb.* Ab illo nunquam deiicis animum. Idem *cap.* 11. *de consol. ad Polyb.* Plautus *in Asin.* Iussio columnis deiici operas aranearum? Liuius 4. *ab Vrbe*, Quem quum ictum equo deiecisset. Virg. 8. *Æneid.*

——*toto geniter qua plurima cælo*
Deijcit in terras.

Liuius *lib.* 1. pro iaciendo desigo posuit, καταβάλλω. Dum (inquit) intentus in eum rex totus auerteretur, alter elatam securim in caput deiecit. ¶ Per translationem ponitur pro auerto. ἀποστρέφω. Cic. *in Philip.* Nec verò vsquam, nec à Republica oculos deiiciebam. ¶ Item pro depellere, vel deturbare. καταβάλλω, ἐξωθέω, vt apud eundem 2 *in Verrem*, Pollicitus est quantum vellent pecuniæ, si me Ædilitate deiecissent. Idem *pro Muræna*, Qu. Tubero Prætura deiectus est. Liuius 4. *ab Vrbe*, Deiectisque honore duobus Quintiis. ¶ Deiicere de gradu, id est, dignitate. Cic. *Attic. lib.* 16. Ex quo mihi videtur ἀρχαῖος ille deiectus de gradu. Deiicere de gradu, pro eo quod est de constantia deducere, & proposito in quo pedem fiximus. Idem 1. *Offic.* Fortis enim & constantis est, non perturbari in rebus asperis, nec tumultuantem de gradu deiici, vt dicitur: sed præsenti animo vti, & consilio, nec à ratione discedere. Ad eundem modum dicimus, Deiicere de possessione, Deiicere de sententia, Deiicere de dignitate.

Deiectus, a, um, particip. { מפל *muppal* מושפל *muschpál.* καταβεβλημένος, καταβεβλημένος. Gall. *Abaissé, incliné.* Ital. *Abbassato, inclinato.* Germ. Herabgeworffen. Hisp. *Echado de arriba, inclinado.* Angl. *Caste or throwne downe.* } Plin. *lib.* 2. *cap.* 9. de Lunæ natura, Aliàs contigua montibus, nunc in Aquilonem elata, nunc in Austro deiecta. Vt deiectus, Cicero *pro Cecin.* Spe deiectus, Sil. *lib.* 10. Gell. *cap.* 5. *lib.* 4. Deiectus: de eo, qui lapidibus depulsus est. Cæs. *lib.* 1. *de bell. ciu.* Deiectus & inferioribus locis.

Deiectio, verbale, Depulsio. { מפלה *mappalâh.* καταβολή, ἐκβολή, ἐκβολαί,

βολὴ, ὑποβολή. GALL. *Deiettement, abattement, abaissement.* ITAL. *Abbatimento, abbassamento.* GERM. Abwurff/das niderwerffen. HISP. *Obra de echar de arriba, abatimiento, abaxamiento.* ANGL. *A casting downe.*} Cic. *pro Cecin.* Qui illam vim deiectionémque tuo rogatu, aut tuo nomine fecerit. ¶ Deiectio apud Celsum & Colum. pro subductione alui ponitur. {ὑποχώρησις, διαχώρησις. GALL. *Quand on va à la selle, purgation.* ITAL. *Purgatione.* GERM. Der stulgang nach beschehener purgation. HISP. *Purga.* ANGL. *A purgation by the stoole.*} Cels. *lib.* 1. *cap.* 3. Deiectio quoque medicamento petenda est, vbi venter suppressus parum reddit. Et moliri deiectionem, *lib.* 2. *cap.* 12. ¶ Deiectiones stellarum & altitudines, apud Iulium Firmicum *lib.* 1.

Dēiectŭs, us, pro deiectione, καταβολή. Liu. 9. *ab Vrb.* Quum ad alias angustias protinus pergerent, septas deiectu arborum, saxorum ingentium obiacente mole inuenêre. Seneca *cap.* 18. *de consol. ad Mart.* Deiectus fluminum, & defusi amnes.

Dēin, per apocopen dictum est à Deinde. {ἔπειτα. GALL. *Apres, en apres, par apres.* ITAL. *Doppo, poscia.* GERM. Darnach/dannenhin. HISP. *Dende ò despues.* ANGL. *Furthermore, moreouer.*} sicut Exin ab Exinde, Proin, à Proinde, Subin pro Subinde. Significat autem dein idem quod deinde, siue postea: & est poetis familiarius quàm Oratoribus. Terent. *Andr.* Accepit conditionem, dein quæstum occipit. Plaut. *Men. sc.* 1. *a.* 5. Hunc senem exossabo, dein dedolabo viscera.

Dēindĕ, aduerbium est, ordinem, siue tempus importans, idémque ferè significans quod postea. {ἐπειτα. GALL. *Apres, en apres, par apres.* ITAL. *Dapoi, nel tempo à venire.* GERM. Demnach/darnach. HISP. *Dende, ò despues.* ANGL. *Furtner more, moreouer.*} Componitur ex De præpositione, & aduerbio inde: & habet accentum, teste Pelsciano, in antepenultima, ne duæ videantur dictiones separatæ, quod etiam contingit in Exinde, nimirum, aliquando, & similibus. Cic. *ad Quintum fratr. lib.* 3. Tu velim cures, vt sciam quibus nos dare oporteat eas, quas ad te deinde literas mittemus. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 3. Pòst deinde adibo. ¶ In carmine ferè semper contractionem patitur, fitque dictio dissyllaba. Virg. 3. *Eclog.*

Incipe Damœta, tu deinde sequère Menalca.

Dēincĕps, Deinde, postea, posthac, continuò. {מעתה *mehattáh.* ἐφεξῆς. GALL. *Consequemment, par ordre, en ensuyuant, en apres, d'ordre.* ITAL. *Ordinatamente, per ordine, di poi.* GERM. Demnach/volgends. HISP. *De aqui adelante.* ANGL. *Frome enceforth.*} Liu. *lib.* 1. Ita duo deinceps reges alius alia via, ille bello, hic pace ciuitatem auxerunt. Cic. *Thermo*, Sed tamen tres fratres summo loco natos, promptos, non indisertos, quos video deinceps Tribunos plebis per triennium fore, te nolo habere iratos. Colum. *lib.* 6. Quod quomodo & qualis generis faciendum sit, non pigebit deinceps præcipere, id est, per ordinem. Cic. *Attic. lib.* 7. Velim deinceps meliora sint. ¶ Interdum pro præterea. Liu. 1 *ab Vrbe*, Extemplò aduocato concilio, scelera in se fratris, originem nepotum, vt geniti, vt educati, vt cogniti essent, cædem deinceps tyranni, séque eius autorem ostendit.

Dēinsŭpĕr, significat desuper. {ἄνωθεν. GALL. *De dessus.* ITAL. *Di sopra.* GERM. Von oben herab. HISP. *Dende arriba.* ANGL. *Frome aboue.*} Salust. *lib.* 1. *hist.* vt citatur à Nonio, [illegible] medium dein super astantium manibus in murum attollitur.

Dēintegro, Denuò, à principio. {עוד *hodh.* ἐξ ὑπαρχῆς. GALL. *De nouueau.* ITAL. *Di nuouo.* GERM. Von newem. HISP. *De nueuo ò de comienço.* ANGL. *Of new, againe.*} Terent. *in Andr.* Posthac quas faciet deintegro comœdias. Deintegro incidere in morbum, Cic. *ad Cornif. lib.* 12. Gratulari alicui deintegro. Idem *Attic.*

Dĕĭntĕgro, as, are, verbum significat imminuere, & ex integro, & non vitiato vitiatum reddere. Cæcilius: Nomen virginis nisi mirum est, deintegrauit.

Deioces, Phraortæ filius, ob iudicandi æquitatem primus Medorum rex declaratus. Autor Herod. *lib.* 1.

Dēĭŏnē, Δηιόνη. Mater fuit Mileti ex Apollinis concubitu. Vnde Miletum Deionidem vocat Ouid *lib.* 9. *Metam.* vbi sic habet,

Tunc erat inualidus, Deionidémque iuuenta
Robore Miletum, Phœbóque parente superbum Pertimuit.

¶ Magni Deionei filium. Plaut. *Amph.*

Dēĭŏpēa, siue Deiope, Δηιόπεια. Vna ex nymphis Iunonis, quam illa apud Virg. *lib.* 1. *Æneid.* Æolo vxorem pollicetur,

Sunt, inquit, *mihi bis septem præstanti corpore nymphæ,*
Quarum quæ forma pulcherrima, Deiopeiam
Connubio iungam stabili propriámque dicabo.

Dēĭŏtărŭs, Δηιόταρος, Galatiæ rex fuit, populo Romano amicissimus, qui tempore belli Pharsalici Pompeij partes sequutus est, eóque profligato ad Cæsaris victoris clementiam confugit, à quo Regis quidem nomen retinuit, parte tamen regni mulctatus est. Postea accusatus quòd Cæsari apud se diuertenti insidias struxisset, à Cicerone defensus est elegantissima oratione, quæ etiam hodie extat. ¶ Fuit & Deiotarus alter Adramyttenus, ludi literarij magister, apud Gargara Troadis, vt scribit Steph.

Dēĭphĭlē, Δηιφίλη, nomen Adrasti regis filiæ, & Tydei vxoris, matris Diomedis Græcorum omnium post Achillem & Aiacem Telamonium fortissimi.

Dēĭphŏbe, es, Δηιφόβη, nomen proprium Sibyllæ Cumanæ, Glauci filiæ, quæ Æneam ad inferos duxit. Virg. 6. *Æneid.*

——*Phœbi Triuiæque sacerdos,*
Deiphobe Glauci.

Dēĭphŏbŭs, Δηίφοβος, nomen filij Priami ex Hecuba, qui interempto Paride Helenam duxit vxorem: cuius tamen dolo & proditione interfectus est à Græcis, quos illa in cubiculum dormientis intromisit, vt autor est Virg. *lib.* 6.

Atque hic Priamidem laniatum corpore toto
Deiphobum vidit, &c.

Dēĭphylŭs, Δηίπυλος, Fuit Steleni filius: Capanei in bello Troiano amicus fidissimus, teste Homer. 5. *Iliad.*

Deipites, vi: Troianus, quem Vlysses in bello interemit, teste Homer.

Dējungo, as, Disiungo. {διαζεύγνυμι. GALL. *Desaccoupler, oster du ioug.* ITAL. *Disgiungere.* GERM. Zusammen von einander iochen. HISP. *Dejuntar, ò apartar.* ANGL. *To vncouple and loose the yoke.*} Cui contrarium est Coniungo. Pacuuius *Chryse*, vt citat Nonius, Perque nostram egregiam vnanimitatem, quam memoria deiugat.

Dējungo, Disiungo. פרשׁ *hiphrísch* בזר *ghazár.* ἀφορίζω. GALL. *Desioindre, descoupler.* ITAL. *Disgiungere, disunire.* GERM. Von einander jügen oder zertheilen. HISP. *Desiunir ò apartar.* ANGL. *To leaue, to disioine.*} Plaut. *Asin.* Ne nos deiunge amantes. Cic. *de Vniuers.* Ita necessitas cogit, vt eadem sint ea, quæ deiuncta fuerunt.

Deiurium, Deiuro, Deiurus, vide *Deiero.*

Dēiuuo, as, antiqui dicebant pro non iuuare. Plaut. *in Trinum.* Deserere illum, & deiuuare in rebus aduersis pudet.

Dēlābŏr, eris, delapsus sum, significat deorsum labor, decido, deuenio. {נפל *naphál* מט *mat.* καταπίπτω, κατολισθάνω. GALL. *Glisser & tomber bas, cheoir.* ITAL. *Scorrere abbasso, cadere abbasso.* GERM. Hinabfallen. HISP. *Deslizarse, ò caer abaxo.* ANGL. *To skippe, slide or fall downe.*} Virg. *in Sileno*, Serta procul capiti tantùm delapsa iacebant. Liuius, Cælo repentè delapsus. ¶ Et cum præpositione, Cicero *Offic.* 1. Ita consilio, diligentiáque nostra celeriter de manibus audacissimorum ciuium delapsa arma ipsa ceciderunt. Idem *ad Quintum fratrem*, Nam Græci quidem sic te ita viuentem intuebantur, vt quendam ex annalium memoria, aut etiam è cœlo diuinum hominem esse in prouinciam delapsum putent. Idem *Orat. lib.* 3. Capitolij fastigium illud, & cæterarum ædium, non venustas, sed necessitas ipsa fabricata est. Nam quum esset habita ratio, quemadmodum ex vtraque parte tecti aqua delaberetur, vtilitatem templi fastigij dignitas consequuta est. ¶ Ponitur aliquando pro deflecto. Idem *de Orat.* Insperanti mihi cecidit, vt in istum sermonem delaberer. Idem *in Lel.* Iam enim à sapientum familiaritatibus, ad vulgares amicitias oratio nostra delabitur. Idem *Attic.* 7. Imbecillitudine tua moueor, & filiam in idem genus morbi delapsam, curam tibi afferre maiorem sentio. & *de Orat. lib.* 2. Sed nonnunquam in hoc vitium scurrile delabitur. Idem *Treb. lib.* 6. Nam & ipse, qui plurimum potest, quotidie mihi delabi ad æquitatem videtur, id est, paulatim ad æquitatem propiùs accedere. & *Offic. lib.* 2. Habenda autem est ratio rei familiaris, quam quidem delabi sinere, flagitiosum est, id est, consumi, ad nihilum redigi. ἐλαττοῦν.

Dēlăcĕro, as, In partes lacero, conscindo, consumo. {שׂרט *scharát* פרק *parák* קרע *karáh.* κατασπαράττω, διασπαράττω. GALL. *Mettre en pieces, deschirer.* ITAL. *Lacerare, stracciare.* GERM. Zerreissen/zerstücken. HISP. *Despedaçar in partes diuisas.* ANGL. *To teare and rent in pieces.*} Plaut. *Capt. sc.* 5. *a.* 3. Qui me meámque rem, quod in te vno fuit, tuis scelestis falsidicis fallaciis delacerauisti.

Dēlăchrymārĕ, est lachrymas, vel aquam more lachrymantis demittere. {דמע *damah.* ἀποδακρύειν. GALL. *Pleurer, larmoyer.* ITAL. *Lagrimare.* GERM. Beweinen. HISP. *Hechar lagrimas, llorar.* ANGL. *To weepe and let teares fall.*} Col. *lib.* 5. de vite loquens, Vt interdum potius deiecta, quæ in germine delachrymet.

Delachrymatio, nis. {דמע *demah.* ἀποδάκρυσις. GALL. *Pleurement.* ITAL. *Esso lacrymare, lacrima.* GERM. Beweynung. HISP. *Lloro.* ANGL. *A weeping.*} Plin. *lib.* 37. *cap.* 11. Vis eius collyriis oculorum aptissima, & delachrymationibus mordendo proficiens.

Delæuo, as, compositum est à læuo, idem significans quod simplex. {החליק *hechelik.* λεαίνω. GALL. *Applanir, vnir, faire esgal.* ITAL. *Pianare, lisciare, far eguale.* GERM. Glätten/oder glatt machen. HISP. *Alisar ò acepillar.* ANGL. *To make plane and euen, or smoth.*} Col. *de arb. cap.* 6. Plagam acutissimo ferro delæuato.

Dēlambo, is, ere, Lambo. {לקק *lakák.* λείχω, λάπτω. GALL. *Lecher.* ITAL. *Leccare.* GERM. Lecken. HISP. *Lamber ò lamer.* ANGL. *To licke, or lape.*} Stat. *lib.* 2. *Theb.*

Molliáque eiecta delambit vellera lingua.

Dēlāmentŏr, aris, Defleo. {ספד *saphádh.* καταθρηνέω, θρηνέω. GALL. *Lamenter, pleurer.* ITAL. *Lamentarsi, dolersi.* GERM. Schmertzlich weynen. HISP. *Llorar con gritos y voces.* ANGL. *To weepe or waile.*} Ouid. 11. *Metam.*

——*& natam delamentatur ademptam.*

Dēlānĭo, as, Discindo, & quasi lanam traho. {שׂרט *scharát* פרק *parák* קרע *karah.* διασπαράττω. GALL. *Mettre en pieces, deschirer.* ITAL. *Stracciare, sbranare.* GERM. Zerzerren/zerreissen. HISP. *Despedaçar como sacando lana.* ANGL. *To cut or teare in pieces.*} vnde Lanius, qui pecus discindit. Festus.

Dēlāpĭdātă, dicuntur lapide strata. λιθόστρωτα. cuiusmodi est via Appia, quam à porta Capena Brundusium vsque quadratis saxis strauit Appius ille Cæcus. Ex Festo.

Dellas, & Tygris minor, fluuij, Apamam Mesonorum ciuitatem circundant, Steph. *in Apamea.* Δέλλας.

Dēlasso, as, Casso. {הטריח *hitriach* הלאה *heleáh.* καταπονέω. GALL. *Lasser.* ITAL. *Stancare.* GERM. Müd machen. HISP. *Fatigar ò cansar à otro.* ANGL. *To wearie, to tire.*} Plautus *in Asin. sc.* 2. *a.* 3. Eum etiam hominem in senatu dare operam, aut clientibus, ibi labore delassatum totam noctem stertere. Horat. 1. *Serm satyr.* 1.

Cætera de genere hoc (adeò sunt multa) loquacem
Delassare valent Fabium.

Dēlăvo, as, laui, lotum, delauare, Lauo {רחץ *rachats.* καταπλύνω, ἀποπλύνω. GALL. *Lauer.* ITAL. *Lauare.* GERM. Wäschen oder abwäschen. HISP. *Lauar.* ANGL. *To wash.*} Plaut. *Rud.* —ehu an te pœnitet, in mari quod delaui, ne hic in terra quoque eluam? Antiquum verbum.

Dēlecto, & Oblecto. Composita sunt à lacto, quod est frequentatiuum ab antiquo verbo lacio. Delectationem habeo, delectationem affero. {שׁעשׁע *schihaschah.* τέρπω. GALL. *Delecter, recreer, resiouyr, donner plaisir.* ITAL. *Dilettare, dar piacere.* GERM. Belustigen. HISP. *Deleytar.* ANGL. *To lead and allure, to delight.*} Delecto sæpius in tertia persona vtuntur autores. Cicero *Rufo*, Itaque me & superiores literæ tuæ admodum delectauerunt, quibus expectatum meum aduentum abs te amantes videbam. Quando autem cum infinitiuo iungitur, ponitur impersonaliter. Alioqui verbum est actiuum, & habet passiuum per omnes modos, tempora, & personas vsitatissimum. Cicero *Pato*, Plures etiam pauones confeci, quam tu pullos columbinos. tu te istic Atheriano iure delectato, ego me hic Hirciano. Oblecto vero plerunque in se

significa

significationem passiuam habet, quamuis & actiuam, [illegible]. Et quanquam passiuam habet, tamen regit accusatiuum non alterius personæ, aut rei, quàm eius qui se oblectat. Et vltra accusatiuum ablatiuum postulat, ex quo passiua significatio monstratur. Et hoc tribus potissimum modis. Interdum enim hoc contingit nulla præcedente præpositione. Terentius *in Eunucho*, Me speres, me te oblectes. Interdum præcedente præpositione Cum. Idem, Tu cum illa te intus oblecta interim. Ego me istoc assiduo victu delecto domi. Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 1. Non solum delectant, sed etiam placent. Senec. *Epist.* 39. Non delectatus modò, sed gauisus sum. Idem *epist.* 46. Tibicen interea vos hic delectauerit. Plaut. *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Idem *Capt. sc.* 4. *a.* 5. Quæ me delectet mihi data est. Aliquando etiam cum præpositione In. Idem, In eo me oblecto solùm, id est, mihi charum. Cicero in actiua significatione sumpsit, quum *in Catone* ait, Quas si exequi nescirem, tamen me lectulus meus oblectaret, quod est, quasi delectaret. Et *pro Archia*, Adolescentiam agunt, senectutem oblectant, scilicet literæ. Est autem oblecto, sicut & delecto, compositum à verbo lacto, propriè dulcedine, vel spe aliqua duco: & fere semper in peiorem partem accipitur. Terentius, Solicitando, & pollicendo eorum animos lactas. ¶ Delectare, [illegible], propriè significat attrahere, ducere. Ennius, Et me Apollo ipse delectat, adducit Delphicus. Quadrigarius, Fabius de nocte cœpit hostium sacra oppugnare, hostem delectare. ¶ Et quoniam quæ grata ac iucunda sunt, nos attrahere solent, factum est, vt Delectare sit gratum esse, ac iucunditate afficere. ¶ Passiuum etiam ipsum Delector, habet post se ablatiuum, & hoc sine præpositione, vel mediante præpositione cum, vel in. Casum autem peculiarem omnibus verbis passiuis, qui est ablatiuus præcedente præpositione à, vel ab, non admittit. Vnde etiam nonnulli deponens esse crediderunt. Est autem Delector, delectatione, vel iucunditate afficior. {χαίρω, [illegible], φιλήδω. GALL. *Se donner plaisir, se resiouyr.* ITAL. *Dilettarsi.* GERM. Lust vnd frewd haben. HISP. *Deleytarse.*} Colum. *lib.* 1. Iucundius vtique viro, si etiam matronâ comitatus: cuius vt sexus, ita animus est delicatior: amœnitate aliqua delectanda erit, quò patientiùs moretur cum viro. Quod in aliis etiam verbis fieri solet: vt, Desiderium tenet me, id est, teneor desiderio. sic Oblector, & huiusmodi, quæ significationem passiuam innatam habent. Lactant. *lib.* 2. Auro & gemmis, & ebore delectantur. Idem, Oblectatur friuolis, & specie simulacrorum capitur. Cic. *Cat.* In communibus miseriis hac tamen oblectabar specula.

Dēlĕctāmĕntum, i, Oblectatio, voluptas. {שעשעים *schaabaschuhim* עדנה *hedhnáh.* τέρψις, τερπωλὴ, τερπνότης. GALL. *Delectation & plaisir, deduit, passetemps.* ITAL. *Diletto.* GERM. Belustigung. HISP. *El deleyte.* ANGL. *Delight pastime, solace.*} Cicer. *de senect.* Possem persequi permulta delectamenta rerum rusticarum: sed ea ipsa quæ dixi, sentio esse longiora. Idem *in Pison.* Inania sunt ista (mihi crede) delectamenta penè puerorum. Gell. *cap.* 1. *lib.* 20. Is pro delectamento habebat.

Dēlĕctābĭlĭs, τερπνός. Cornel. Tacit. *lib.* 12. Infusum delectabili cibo boletorum venenum.

Delectatior, pro delectabilior. Gell. *cap.* 1. *lib.* 20. Delectatior motio.

Dēlĕctābĭlĭtĕr, Aduerbium, τερπνῶς. Probus in Catholicis structuræ delectabiliter componendæ. Gell. *lib.* 3. *cap.* 25. Delectabiliter ac decorè multis variisque verbis depicta est. *& cap.* 1. *lib.* 15.

Dēlĕctātĭo, à delectando, Oblectatio, voluptas, iucunditas. {שעשעים *schaahaschuhim* עדנה *hidnáh.* τέρψις. GALL. *Delectation, plaisir, soulas, deduit.* ITAL. *Dilettatione.* GERM. Lust vnd frewd. HISP. *Deleyte.* ANGL. *A delighting or delight.*} Est iucunditas quam ex re aliqua percipimus: quam sic definit Cicer. *lib.* 4. *Tusc.* Delectatio est voluptas suauitate auditus animum deliniens, & qualis hæc est aurium, tales sunt oculorum, & tactuum & odorationum, & saporum: quæ sunt omnes vnius generis ad perfundendum animum, tanquam illiquefactæ voluptates.

Dēlĕctātĭŏr, Comparatiuus sine positiuo, apud Gell. *lib.* 20. *cap. vlt.* Aut sermo incorruptior, aut delectatior motio, aut in ludo liberalior.

Dēlĕctus, vide *Deligo*, is.

Dēlĕgo, as, Deputo, præficio quempiam meo loco, officio, negotióve exequendo præficio. {הפקיד *hiphkidh.* ἐντέλλειν. GALL. *Deleguer, enuoyer & bailler charge, bailler commission, commettre.* ITAL. *Deputare, assignare.* GERM. Befelhen: einem etwas zuthun auflegen. HISP. *Embiar, mandar.* ANGL. *To assigne, to some office or charge, to send in ambassage, to attribute or impute.*} Col. *lib.* 4. Imò quis non imprudentissimum quemque, etiam eum, qui nihil aliud operis facere valeat, huic negotio delegat? Ciceró, Post delegatam mihi hanc prouinciam, id est, post onus mihi impositum. Sueton. *in Neron. cap.* 32. Delegare officium. Idem *in Calig. cap.* 57. Delegare aliquid occidendum. Idem *in Tib. cap.* 16. Delegatus pacandæ Germaniæ ei status est. ¶ Hinc Subdelegare dicimus, delegatas nobis à principe causas alteri cognoscendas iniungere. ¶ Delegare spes suas fortunæ loci. Liu. 6. *ab Vrbe*, Has inanium rerum inanes ipsas voluentes cogitationes, fortunæ loci delegauerant spes suas. id est, numine loci Romanis religiosi & infausti fulentes. ¶ Delegare etiam significat Legatos mittere, [illegible]. Liuius, Decernunt vt duodecim delegarentur ad regem. Plaut. *in Amph.* Si quos fautores delegatos viderint. ¶ Et delegata dixerunt diis consecrata, quæ nunc dedicata dicimus. [illegible]. ¶ Delegare etiam frequens est apud Iurisconsultos, pro eo, quod mercatores vulgò vocant *Assignare*, hoc est, alium pro se debitorem dare, quo recepto à creditore prior debitor liberatur. Iustinianus *Cod. de nouationibus & delegationibus.* Delegatio debiti, nisi consentiente, & stipulanti promittente debitore, iure perfici non potest.

Dēlēgātĭo, verbale, Mandatum, munus, prouincia. {פקודה *pekudáh.* [illegible]. GALL. *Charge & commission, assignation.* ITAL. *Commissione, carico.* GERM. Ein befelch: auflegung: ein gegäbner gewalt. HISP. *Embaxada, la charge.* ANGL. *The assignation of an office or charge commission.*} Cic. *ad Attic lib.* 12. Perdere malo delegationem in mancipes, annua die. Delegationem ista res non recipit. Senec. *cap.* 27.

Dēlĕgātŭs, dicitur cui causa demittitur terminanda, vel exequenda, vices delegantis repræsentans, & in iurisdictione nihil proprium habens. *ff. de offic. eius cui man. est iurisdictio. l.* 1. Plaut. *Amph. prolog.* Qui sibi mandassent delegati vt plauderent. Vide *Index.*

Dēlēnĭo, is, ire, compositum est à lenio, idem significans quod demulceo, vel leuem, hoc est, mansuetum reddo. {החליק *hechlik.* [illegible]. GALL. *Adoucir, appaiser, amadouer.* ITAL. *Ammolire, addolcire.* GERM. Besänfftigen: begütigen. HISP. *Halagar ò amansar.* ANGL. *To make meek, gentle, and tame.*} Colum. *lib.* 10. Sed tamen iracundia notæ melioris apum facilè delenitur, assiduo interuentu eorum, qui curant aluearia. Plautus *Asin.* Vah delenire apparas, mihi scio vicarium esse.

Delenimentum. Tacit. *lib.* 2. Delenimentis curatum.

Dēlēnĭfĭcŭs, Blandiloquus, [illegible], [illegible]. Plaut. *in Milit. sc.* 2. *a.* 2. Domi dolos, delenifica verba, domi fallacias. Vide Nonium in *Delinitus.*

Dēlĕo, eui, etum, ex De, & leo (vt inquit Priscianus.) Extinguo, induco, abstergeo, & aliquando euerto, perdo, & destruo. {מחה *macháh.* ἐξαλείφειν, ἀφανίζειν, [illegible]. GALL. *Effacer, casser, rayer, annuller.* ITAL. *Cancellare, cassare, annullare.* GERM. Durchstreichen/außtilgen: zerstören. HISP. *Quitar ò raer.* ANGL. *To destroy, to scrape and put out, to deface.*} Cic. *pro Cluent.* Eadem hac Dinea testamentum faciente, quum tabulas pendisset Oppianicus, qui gener eius fuisset, digito legata deleuit: & quum id multis locis fecisset, post mortem eius ne lituris coargui posset, testamentum in alias tabulas transcriptum signis adulterinis obsignauit. Cæs. *lib.* 2. *bell. ciu.* Quin spe prædæ in vrbem interrumperent, vrbémque delerent. Cic. *pro leg. Manil.* Delenda est vobis illa macula Mithridatico bello superiore suscepta. Terent. *in Eunuch.* Delebo omnes dehinc ex animo mulieres. Ouid. *Eleg.* 7. *lib.* 7. *Trist.*

——*Si forsan nostrum deleuit amore Tempus.*

Idem 13. *Metam.*

——*Delendaque pergama poscat.*

Dēlētŭs, a, um, & Delitus, teste Diomede, Extinctus, inductus. {נמחה *nimcheh.* ἐξαλειφθείς. GALL. *Effacé, cassé, annullé.* ITAL. *Cancellato, annulato.* GERM. Durchgethon: durchstrichen: außgetilgt: zerstört. HISP. *Raido, quitado.* ANGL. *Destroyed scraped or put out, or defaced.*} Varr. Delitæ literæ, quod tamen à delino esse potest. ¶ Quod à Deleor est, non delino. Diomedes *Grammat. lib.* 1. Deleor, delitus & deletus, Cic. *ad filium*, Cæteris delitis. Caluus ad vxorem. 1. *Epist.* Inuita deleta, &c.

Dēlētĭo, verbale, Extinctio, inductio. {מחיה *mechiáh.* ἐξάλειψις, ἀφανισμός. GALL. *Effacement, destruction.* ITAL. *Disfacimento, distruttione.* GERM. Außstreichung. HISP. *Raedura, ò quitamiento.* ANGL. *A crossing or scraping out.*}

Dēlēbĭlĕ, quod deleri potest. {ἐξαλειπτός. GALL. *Aisé à effacer, que facilement on efface.* ITAL. *Che facilmente si cassa, & disfaccia.* GERM. Das leichtlich mag außgetilgt werden. HISP. *Cosa que se quita, ò puede facilmente quitar.* ANGL. *That may be crossed and scraped out, or defaced.*} Mart. *lib.* 7.

Casibus hic nullis, nullis delebilis annis Viuet.

Cuius Contrarium est Indelebile, quod deleri non potest. ἀνεξάλειπτος.

Dēlētĭlĭs, e, quod delet. {ἐξαλειπτικός. GALL. *Propre pour effacer, dequoy on efface.* ITAL. *Che disfaccia, cassa ò distrugge.* GERM. Damit man außtilgt oder durchthut. HISP. *Cosa para quitar ò raer.* ANGL. *That is meete and serueth to crosse out with.*} Varr. Si displicet tibi tam magnum, sumam spongiam deletilem. Interdum deletile, seu deletitium passiuè sumitur, pro eo quod deletur, siue deleri solet, vt, Charta, seu tabula deletitia, qua abrasis, vel inductis prioribus literis rescribitur. παλίμψηστος.

Dēlētĭtĭus, adiectiuum. ἐξαλειπτός. Vlpianus *in l. charta. ff. de bon. possess. secundùm tab.* Chartæ appellatio & ad nouam chartam refertur, & ad deletitiam, παλίμψηστον.

Dēlētrix, verb. {מוחה *mocháh.* ἡ ἐξαλείφουσα, ἐξαλείψασα. ANGL. *She that abolisheth or destroyeth.*} Quæ delet. Cic. *de Arusp. resp.* tum est illa in templo Castoris scelerata & penè deletrix huius imperij sica deprehensa.

Dēlētērĭă, medicamenta, δηλητήρια φάρμακα, à medicis appellantur noxia & mortifera, quæ scilicet quum à calore nostro vinci non queant, neque concoqui, alia celeriùs, alia tardiùs mortem inferunt. Dicta deleteria à verbo Græco δηλέω, quod est lædo, siue noceo.

Deliacus, vide *Delos.*

Dēlībĕrārĕ, dictum est à libella qua quid ponderatur, & significat consultare, perpendere, deliberationem habere, consilium capere: item, decerno, statuo, certus sum. {יעץ *jahâts* גזר *ghâzar.* συμβουλεύειν, διαγινώσκειν. GALL. *Deliberer, consulter & penser comme on doit faire.* ITAL. *Deliberare.* GERM. Rahtschlagen/sich berahten. HISP. *Deliberar.* ANGL. *To aduise and tak counsayle what is best to be doone.*} Cicer. postquam reuersus est ab exilio, noctem sibi ad deliberandum postulauit. Idem *in Verr.* Deliberatum est, id est, fixum & decretum est. [illegible]. ¶ Aliquando dubitare, [illegible]. Cic. *lib.* 2. *Offic.* Est enim totum sceleratum & impium, qui deliberant vtrùm id sequantur, quod honestum esse videant.

Dēlībĕrātŭr, impersonale. Cæsar 2. *bell. Gall.* Deliberatur de Auarico in communi consilio, incendi placeret, an defendi.

Dēlībĕrātŭs, particip. {נגזר *nigzár.* βουλευθείς. GALL. *Deliberé, consulté, arresté, apres auoir deliberé.* ITAL. *Deliberato.* GERM. Berahtschlagt/wol bedacht. HISP. *Deliberado.* ANGL. *Aduised vpon.*} Horat. 1. *Carm. Ode* 37.

——*vt atrum*
Corpore combiberet venenum
Deliberata morte.

Cæsar *lib.* 1. *de bell. ciu.* Deliberata Cæsar respondit.

Dēlībĕrātĭŭs, nomen ex particip. Cic. *Metell. lib.* 5. Neque illi quicquam deliberatius fuit, quàm me quacunque ratione posset, non iudicio, neque disceptatione, sed vi atque impressione euertere.

Dēlībĕrātum, substantiuum. Cæsar 1. *bell. ciu.* Illi deliberata respondent, scriptaque ad eum mandata per eos remittunt.

Dēlībĕrātor, is. {יועץ *jobêts.* βουλευτής, σύμβουλος. GALL. *Deliberant, qui deliberé*

delibere, ou a deliberé. ITAL. *Chi delibera.* GERM. Ein rahtschlager. HISP. *El que delibera.* ANGL. *He that aduiseth and taketh leysure before he beginne a thing.*} Cic. *pro Sest.* Illi interea deliberanti merces, longa interposita nocte, duplicata est.

Dēlīberātio, nis, Consultatio, consilium. {מחשבה *mechesſáb.* συμβουλή. GALL. *Deliberation, pensement, consultation.* ITAL. *Pensamento, consultatione.* GERM. Rahtschlag/ Betrachtung. HISP. *Deliberacion.* ANGL. *An aduising and takind of counsayle.*} Cicer. 1. *Offic.* Triplex igitur est, vt Panætio videtur, consilij capiendi deliberatio. Idem 3. *Offic.* Sapientem & bonum virum fingimus, de eius deliberatione & consultatione quærimus.

Dēlīberātīuus, a, um, Ex deliberatione constans, συμβουλευτικός, vt, Deliberatiuum genus orationis apud Cic. 1. *de Inuent.* Causa deliberatiua, idem 2. *de Inuent.* Materiæ deliberatiuæ, Quint. *lib.* 2. *cap.* 7.

Dēlīberābundus, a, um, Deliberans. {βουλευόμενος, συμβουλευόμενος. GALL. *Qui delibere & consulte sur quelque chose.* ITAL. *Chi consulta & pensa à qualche cosa.* GERM. Der da rahtschlagt. HISP. *El que mucho delibera.* ANGL. *That aduiseth vpon any thing.*} Liu. 2. *ab Vrbe*, Consules velut deliberabundi capita conferunt, diu colloquuntur. Idem *lib.* 1. Rex velut deliberabundus, in hortum ædium transit.

Dēlībo, as, Significat Decerpo, quasi libando minuo, degusto. {טעם *taham.* ἀπολείβω. GALL. *Attoucher tant seulement du bout des leures, prendre vn peu du dessus, gouster.* ITAL. *Menorare gustando, assaggiare.* GERM. Abbrechen. Item, ein wenig versuchen. HISP. *Gustar como quien haze salua.* ANGL. *To tast, to touch lightlie or a litle with the lippes.*} Cic. *pro Sest.* Non sum tam ignarus, iudices causarum: non tam insolens in dicendo, vt omni ex genere orationem aucuper, & omnes vndique flosculos carpam atque delibem. ¶ Nonnunquam etiam accipitur pro leuiter attingo, & quasi summis labris degusto, ἀπογεύομαι. Planc. *Cic.* Putabam posse me nec de laude ieiuni hominis delibare quicquam. Christoph. Longolius *Epist.* 1. Verùm quod ad rem pertinet, tantum abest vbi ille de laude tua quicquam delibarit, vt eo quidem facto & stultitiam ipse suam prodiderit, & virtutem tuam claram illam omnino, & sua sponte nobilem, sed illustriorem tamen reddiderit. Liuius, Nec satis constat cur primus ac potissimus ad nouum delibandum honorem sit habitus. Suet. *in Aug. cap.* 94. Digitis delibatum osculum ad os suum referre. Idem *ibidem cap.* 68. Delibare pudicitiam. Idem *ibidem cap.* 57. Delibare summarum aceruos. ¶ Interdum violo, destruo, vitio. Gellius *lib.* 1. Rependitur quippe & compensatur leue damnum delibatæ honestatis, id est, vitiatæ. Flos delibatus populi dictus Cethegus ab Ennio, aut potiùs à pop. Rom. id est, eloquentia excellenti. Cic. *de clar. Orat.* Delibatus, hoc est (vt opinor) intactus, incorruptus, illibatus. Melius autem huius verbi significationem assequetur, qui sciuerit Græcam habere originem. Est enim compositum à verbo libo: Græcè λείβω, quod idem significat quod rigo, vel humecto: vnde quum summa tantùm labra rigamus & leniter degustamus, propriè libare dicimur. Nimis itaque puerilis lapsus est eorum, qui libare dictum putant, quasi labiare.

Delibamentum, libatio quæ diis inferis fiebat de fuso liquore: deorsum libatio in exequendis porriciendisque inferiis. Valer. Max. *lib.* 2. *cap. de instit. antiq.* Tunc defusis Mercurio delibamentis, & inuocato nomine eius, &c.

Dēlībātōrium, locus delibationi accommodatus. Plin. *lib.* 16. Fuit & memoria nostra in porticibus septorum à M. Agrippa relicta, æquè miraculi causa, quæ delibatorio superfuerat, viginti pedibus breuior, sesquipedali crassitudine. Alij legunt apud Plinium *diribitorium*.

Delibatio, ἀπογεῦσις, Degustatio. Florentinus *D. lib.* 50. *tit.* 1. *l.* 116. Legatum est delibatio hæreditatis, qua testator ex eo quod vniuersum hæredis foret, &c.

Dēlībro, as, Decortico librum, id est, corticem arbori detraho. {קלף *pitilſel.* ἀπολεπίζω. GALL. *Peler & oster l'escorce.* ITAL. *Scorzare, leuare la scorza.* GERM. Ein baum schelen/entrinden. HISP. *Descortezar arboles.* ANGL. *To peale and tak the bark of trees.*} Col. *lib.* 3. In ea nitidissimum ramum eligito, & eiusmodi spatij corticem circuncidito, & materiam delibrato. Idem *lib.* 5. Cortex quoque aridus fissúsque per summa truncis dependens delibrandus est.

Dēlibro, as, à libra compositum, Ponderare. σταθμίζειν. Gell. *lib.* 15. *cap.* 8. Quid relinquitur nisi vt delibrari sibi cœnas iubeant, ne edendo defatigentur? Quo in loco quædam exemplaria legunt, *delibari*.

[DELIBVO. Solin. *cap.* 18. *de Delphino*: Proconsul Africæ Flauianus ipse cum contigit, vnguentis etiam delibuit.]

Dēlibūtus, ab antiquo *buo*, βύω. vt Imbutus, sic delibutus. Vnctus, quasi oleo, aut alio liquore imbutus. {נמשח *nimschách* מלא *malé.* ἀλειφθείς. GALL. *Oinct, imbu, plein.* ITAL. *Vnto.* GERM. Gesalbt/ mit salb bestrichen. HISP. *Vngido de olores.* ANGL. *Oynted or dipped in oyle or other licuar.*} Col. *lib.* 7. *cap.* 4. Vbi per triduum delibuto tergore medicamina perbiberit. Cic. *de clar. Orat.* Qui deuinctus erat fasciis, & multis medicamentis propter dolorem artuum delibutus. Autor ad Heren. *lib.* 3. Aut si quam rem deformabimus turpem, vt si cruentam, aut cœno oblitam, aut rubrica delibutam iudicamus, id est, conspersam. ¶ Transfertur & ad animum. Terent. *in Phorm.* Satin' est, si te delibutum gaudio reddo? Salust. Vxor sacrilega ac periuriis delibuta. ¶ Est autem participium sine verbo, nescio an compositum sit.

Dēlĭcātus, a, um, à delicium fit, Mollis, deliciis plenus. {ענג *hanógh* רך *raoh.* τρυφερός, ἁβρός, ἀβροδίαιτος. GALL. *Delicat, delicieux, douillet.* ITAL. *Delicato, pulito.* GERM. Zart/ schleckerhafftig/ welcher des schlecken vnd wollust gewont ist. HISP. *Delicado y regalado.* ANGL. *Delicat, daintie, wanton.*} Cic. 6. *in Verr.* Nostrûm enim vnusquisque, qui tam beati, quàm iste est, non sumus, tam delicati esse non possumus. Idem 1. *Offic.* Turpe enim valdéque vitiosum, in re seuera conuiuio dignum, aut delicatum aliquem sermonem inferre. Molles, & delicatæ voluptates, apud Cic. *de nat. deor.* Quintil. Delicatas aures ne hoc raderet. Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 4. Delicatum te hodie faciam cum catello vt accubes. Ridiculè. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 1. Nimium te habui delicatam Delicati, principis à deliciis) Suet. *In Tit. Vespas. cap.* 7. ¶ Delicatiores quidam Philosophi Gell. *cap.* 4. *lib.* 14.

Dēlĭcātē, aduerb. Molliter. {τρυφερῶς, ἁβρῶς. GALL. *Delicatement, delicieusement.* ITAL. *Delicatamente, deliciosamente.* GERM. Schleckerhafftiglich/ zartiglich. HISP. *Deleytosamente.* ANGL. *Delicatlie, deintefullie.*} Columella, Cultam, vestitamque familiam vtiliter magis habeat, quàm delicate.

Delicia, æ, autore Festo, tigni genus dicitur, quod è culmine ad tegulas angulares infimas versùs fastigiatum collocatur. Vnde & tectum ipsum deliciatum, & tegulæ deliciares, siue colliciares appellantur. Cato *de re rust. cap.* 14. Deliciares tegulæ quæ erunt, pro binis integris computabuntur.

[DELICIA, numero singulari rarum est. Plaut. Mea voluptas, mea delicia. idem est quod *delicium*, id quod delectat. Solin. *cap.* 48. Senatui adeò placuit odorum delicia, vt ea etiam in penetralibus tenebris vteretur.

Delicio, est illicio. Non. ex Titinn. *lib.* 5. Quod ea parasitus habeat, quibus illum sciat delicere, & noctem facere de die.]

Dēlĭcium, ij, in singulari: & Deliciæ, arum, in plurali, Oblectamentum, oblectamentáve, quæ nobis voluptati sunt: à Delicio, quod ex De, & lacio componitur. An à deliquando, (id est, deliquescendo) vel à diligendo g in c mutato. {עדנה *hedhnáh* עדנים *hadhanim.* τὰ τερπνά. GALL. *Delices, esbats, menus plaisirs, passetemps.* ITAL. *Delitie, delicatezza.* GERM. Wollust/ ergetzung/ kurtzweil. HISP. *Los deleytes, ò regalos.* ANGL. *Delightes, delight and pleysour.*} Mart. *lib.* 13.

Delicium paruo donabis Dorcada nato.

Idem *lib.* 1.

Stella delicium mei columba,
Verona licèt audiente dicam,
Vicit, Maxime, passerem Catulli.

Cic. 6. *Verr.* Vnde igitur potius incipiam, quàm ab ea ciuitate, quæ tibi vna in amore, atque in deliciis fuit? Sueton. Titus amor, ac deliciæ generis humani. Plaut. *Most. sc.* 1. *a.* 1. Deliciæ populi, (de scurra.)

Delicias si quis lasciuaque carmina quærit.

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 5. *Trist.* Phœnicium, deliciæ summarum virum. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Vos quæ in munditiis, mollitiis, deliciis ætatulam agitis. *Ibidem.* Pallam in deliciis, quàm habet. Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 3. Deliciæ dictandi. Quintilian. Legere delicias (id est, libros amorum.) Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* (bis) fluentes carminum delicias facere. Gell. *cap.* 9. *lib.* 19. ¶ Delicias facere, θρύπτεσθαι, ... , sæpe legitur pro eo quod est fermè lasciuire, ac lusitare, quodammodo fastidire, ac se superiorem esse verbis, aut gustu ostendere: quod aliter dicitur deliciari, θρύπτεσθαι. Plaut. Eia delicias facis, mi Menæchme, quin amabo, is intro. Deliciæ, in malum, pro morositate. Cic. *ad Atticum, lib.* 1. Ecce autem aliæ delitiæ equitum, vix ferendæ, quos ego non solum tuli, sed etiam ornaui. Deliciarum causa, vt, Animi causa. Cic. Quos Antonius deliciarum causa loris in conuiuio cædi iubebat à suis publicè.

Dēlĭcĭŏlum, diminutiuum à delicium, παιδάριον. Senec. 12. *Epist. lib.* 2. Ego sum Philositi villici filius, deliciolum tuum. Perfectè, inquam, iste deliciæ vetulus, etiam deliciolum meum factus est.

Dēlĭco, as, Explico, explano, interpretor. {באר *bear.* δηλῶ. GALL. *Expliquer, exposer.* ITAL. *Spianare, monstrare.* GERM. Außlegen/ erklären. HISP. *Esplanar, ò allanar lo escuro.* ANGL. *To vnfolde, to open out or expone.*} Titin. *lib.* 5. vt citat Nonius, Quid istuc est, aut iste vult sermo? mater delica, id est, explana. ¶ Veteres etiam Delicare, pro dedicare, quandoque dicebant. Vnde Delicata, orum, dicebantur diis consecrata, quæ nunc dicata appellantur.

Dēlictum, vide *Delinquo*.

Delicus porcus qui dicatur, exponit Varr. 2. *de re rust. cap.* 13. his verbis, Quum porci depulsi sunt à mamma, à quibusdam delici appellantur, neque iam lactentes dicuntur.

[Delicuum, ... Gloss. à delinquo, ...]

Dēlĭgo, is, ex De, & lego compositum, Lego, eligo, delectum habeo. {בחר *bachar.* ἐκλέγομαι. GALL. *Eslire, choisir.* ITAL. *Eleggere.* GERM. Außlesen/ erkiesen. HISP. *Elegir lo mejor.* ANGL. *To choose or pike out.*} Deligere & Eligere sic differunt, vt, Deligere sit, quod magis idoneum ad rem agendam est, cernere: Eligere verò, vel ad nostrum emolumentum, vel ad illius, qui eligitur, dignitatem. Vide Vallam *lib.* 5. Cæs. 3. *bell. Gall.* Duces verò hi deliguntur. Plaut. *Amph.* Delegit viros primorum principes: eos legat Telebois. Idem *Men. sc.* 1. *a.* 3. Ad eam rem homines otiosos decuit deligi. Cic. 2. *Offic.* Quibuscum si frequentes sint, opinionem afferunt populo, eorum se fore similes, quos sibi ipsi delegerunt ad imitandum. ¶ Deligere, pro deligare. Gellius *cap.* 9. *lib.* 7. ¶ Deligere pro colligere. Tenui primam deligere vngue rosam. Ouid. *Epist.* 4.

Dēlectus, participium. {נבחר *nibchár.* ἐκλεκτός, ἐπιλελεγμένος. GALL. *Esleu, choisi.* ITAL. *Eletto.* GERM. Außerlesen/ erkiest. HISP. *Elegido.* ANGL. *Choosed, piked out.*} Cic. *pro Rosc. Amer.* Ad eámne rem vos reseruati estis, ad eámne rem delecti, vt eos condemnaretis? &c.

Dēlectus, us, verbale à deligendo, Electio. {מבחר *mibchár.* ἐκλογή. GALL. *Election, choix, choisissement.* ITAL. *Scelta, elettione.* GERM. Ein außerlesung/ erkiesung/ erwehlung. HISP. *Eleccion.* ANGL. *A choosin, or piking out.*} Inde Delectus militum, dicitur militum electio, quum scilicet Imperator imperij sui autoritate, quos ei visum fuerit ad militiam conscribit, etiam inuitos: quod in maioribus tantùm Reipubl. periculis fieri consueuit: alioqui contenti erant iis, qui vltrò nomina dabant. Homines autem per quos Imperatores militum delectum habebant, à conquirendis militibus, Conquisitores appellabantur. Cic. *ad Attic.* Nullus vsquam delectus. nam conquisitores ... non audent, nec nomina dant. Idem *de prouinc. Cons.* Exercitus ille noster superbissimo delectu, & durissima conquisitione coactus, omnis interiit. Cæs. *lib.* 1. *de bell. ciu.* Delectum Cæsar institui iubet. ¶ Delectum neutro genere videtur Cæsar dixisse, *lib.* 1. *de bell. ciu.* ¶ In delectu in quæ verba milites adigerentur. Vide apud Gell. *cap.* 4. *lib.* 16. Frequentissimè autem Delectus accipitur pro discrimine, siue iudicio, κρίσις. quod inde factum videtur, quòd rectè deligere, nisi adhibito iudicio, & perspecto rerum discrimine, non possumus. Hinc dicimus, In vsu verborum & sententiarum adhibendum esse delectum, id est, iudicium. Cic. *de clar. Orat.* Verborum delectum originem esse eloquentiæ.

DELIGO

DELIGO, as, are, Ligo, vincio. {חבש *abar.* δέω, ἀναδέω. GALL. *Lier & attacher.* ITAL. *Legare.* GERM. Binden. HISP. *Atar.* ANGL. *To knitt, to bindde.*} Varro 1. *de re rust. cap.* 47. Ea summa integenda binis tabellis dextra, ac sinistra deligantur, hirtæque claudendæ. ¶ Deligare ad palum, Cic. 7. *Verr.* Deligatis omnibus membris, idem 6. *Verr.* Deligata in linteolo grana. Plin. *lib.* 22. *cap.* 15. Deligare vulnus, (id est, obligare.) Quint. Hominem apud mensam plenam votitam deliges. Plaut. *Men. sc.* 1. *a.* 1.

¶Deliminare, limen auferre. Cath. ¶

DELIMO, Compositum est à verbo Limo, lima abrado. {ἀπορρινίζω. GALL. *Limer de quelque chose, en tirer avec la lime.* ITAL. *Limare.* GERM. Abfeilen. HISP. *Limar.* ANGL. *To take away with an file.*} Plin. *lib.* 34. *cap.* 11. Alij delimatam æris scobem aceto spargunt. Pro eodem etiam alio in loco Plin. dixit Elimare.

¶Delimpidare, clarificare. Voc. Eccl. ¶

DELINGO, xi, Lingo. {לקק *lakák.* λείχω. GALL. *Lecher.* ITAL. *Leccare.* GERM. Ablecken. HISP. *Lamber, ò lamer.* ANGL. *To lick.*} Plaut. *in Curcul.* Hic hodie apud me nunquam delinges salem. Vide latiùs in verbo *Lingo.*

DELINIO, is, ire, si partium compositionem spectes, idem erit quod perungo. {משח *maschách.* ἐπαλείφω, ἀλείφω. GALL. *Oindre doucement.* ITAL. *Vngere.* GERM. Bestreichen/vberfalben. HISP. *Vntar.* ANGL. *To anoynt softlie, to over rubbe with oyntement.*} Frequentiùs tamen accipitur, pro permulceo, placo, & illecebris quibusdam allicio. {החליק *hechelik* פתה *pittáh.* κολακεύω, θέλγω. GALL. *Amadouër, adoucir.* ITAL. *Placare, mitigare, allettare con belle parole, lusingare.* GERM. Bestreichen/vberfalben. HISP. *Amansar ò ablandar.*} Plaut. *Stich.* Vt eum aduenientem meis dictis deliniam. Cic. *pro Milone.* Vt non modò virente flecteret, sed etiam tribus suis patrimoniis deliniret. Plaut. *Asin. sc.* 4. *a.* 2. Vah, delinire apparas, (id est, mulcere) iratum.

Delinitus, participium, Captus, deceptus, mitigatus. {מפתה *mephutteh.* καταθελχθείς, δελεασθείς, κολακευθείς, καταθελχθείς. GALL. *Alechê, amadouê, attrait.* ITAL. *Allettato, lusingato, attrato.* GERM. Mit guten wotten einen vberreden/ oder erwaichen. HISP. *Halagado.* ANGL. *Touched gentillie, appeased, anoynted.*} Cic. *in Epist.* Iam est biennium quum virtuti nuntium remisisti, delinitus illecebris voluptatis. Plaut. *in Amph.* Delinitus sum profectò, ita vt qui sim nesciam, id est, animo alienatus. Cic. *de Orat.* Genus hominum disertorum oratione delinitum, id est, mitigatum.

Delinitor, is, Blandus lenisque moderator. {מפתה *mephatteh.* θελκτής, κολακευτής. GALL. *Adoucisseur, amadouëur, attireur.* ITAL. *Lusingatore.* GERM. Ein vberreder/ der einen mit guten worten vberredt/ oder erwaicht. HISP. *Halagador.* ANGL. *An asswager appeaser.*} Cic. *de clar. Orat.* Vt non cum aduersario solùm, sed etiam (quod mirabile esset) cum iudice ipso, cuius delinitor esse debet orator, iurgio sæpe contenderet.

Delinitio, nis, Mitigatio, placatio. חלקה *chelkáh.* κόλασις, θέλξις. GALL. *Amadouëment, adoucissement.* ITAL. *Lusingamento.* GERM. Erwaichung/ streichlung mit sanfften worten. HISP. *Halago.* ANGL. *An asswaging or appeasing.*} Cic. 2. *Offic.* Ipsaque illa delinitio multitudinis ad breue exiguúmque fit tempus.

Delinimentum, idem quod Delinitio. {θέλγητρον. GALL. *Adoucissement, allegement, rafraichissement de douleur.* Item, *Amadouëment.* ANGL. *An asswaging, or appeasing.*} Senec. *cap.* 17. *de vita beat.* Delinimenta magis, quàm remedia podagræ meæ compono. Lactant. *lib.* 6. Vitia verò quibusdam delinimentis naturalibus illicere animos hominum, & inanium iucunditatum specie captos, ad acerbas amaritudines, miseriásque perducere. Liu. 4. *ab Vrbe,* Aptissimum tempus erat, vindicatis seditionibus, delinimentum animis Nolani agri diuisionem obiici. Idem 10. *d.* 4. & *lib.* 10. *bell. Pun.* Vide *Morigeratio.*

DELINEO, as, Compositum ex De, & lineo, lineas duco, Designo & rudiiter depingo: vt fit, quum pictores primùm pingui quadam minerua futuri operis lineamenta ducunt. {διαγράφω, ὑπογράφω. GALL. *Tirer les premiers traicts de quelque pourtraict, pourtraire doucement.* ITAL. *Designare.* GERM. Entwerffen/ die ersten linien ziehen. HISP. *Traçar ò dibuxar rayando.* ANGL. *To drawe or describe the first beginninges of any thing by lines.*} Plin. *de Apelle,* Arrepto carbone extincto è foculo imaginem in pariete delineauit. Vnde lineamenta dicta sunt, γραμμαί. Idem *paulò post,* Nec qui succederet operi ad præscripta lineamenta, inuentus est.

DELINO, is, delini, deleui, & deliui, delitum, Fœdo, corrumpo, extinguo: ferè idem cum deleo. {מחה *machah* טנף *tinnéph.* ἐξαλείφω. GALL. *Effacer, souiller.* ITAL. *Cancellare, frurare.* GERM. Durchstreichen/ beflecken. HISP. *Quitar ò raer, ensuziar.* ANGL. *To deface, to defile.*} Vnde Delitus, pro sordidus. Cic. *Caluo,* Tuli molestè, quòd literæ delitæ mihi à te redditæ sunt. Prisc. *lib.* 9.

DELINQVO, is, deliqui, delictum, Pecco, & propriè non prætereunda prætermitto. {אשם *ascham* חטא *chatá.* πλημμελέω. GALL. *Faillir, laisser à faire son deuoir, ne faire ce qu'on doit.* ITAL. *Fallire, peccare.* GERM. Sündigen/fälen. HISP. *Faltar, pecar.* ANGL. *To faile, to omitt that we shuld be doone.*} Plaut. *in Amph.* Ex me quæris quid deliquerit? Nusquam quicquam deliqui (in virum sup.) Idem *Men. sc.* 2. *a.* 5. Ne tu delinquas (qui magnus amator es mulierum.) *Ibid. sc.* 1. *a.* 2. Non ædepol deliqui quicquam in te ô vxor. *Ibid. sc.* 2. *a.* 4. Nunquis seruorum deliquit, *Ibidem.* Quid ego tibi deliqui, si cui nupta sum, tecum fui? Idem *Amph.* Si quid ille deliquerit, tanto accusabo amplius. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 5. Quid ego deliqui. Idem *Capt. sc.* 5. *a.* 3. Quid deliqui? Idem *Pseud. sc.* 7. *a.* 4. ¶ Quoniam verò prætermittere ea quæ præteriri non debent, peccare est, delinquere pro peccare ponitur. Cic. 3. *de nat. deor.* Ferretne ciuitas vlla latorem istiusmodi legis, vt condemnaretur filius, aut nepos, si pater, aut auus deliquisset? Plaut. *in Menæch.* Ne tu delinquas, neve ego irascar tibi. ¶ Propriè tamen delinquere minus est, quàm peccare, vnde apud Iurisconsultos obligationes ex delictis priuatis nasci dicuntur, accusationes ex criminibus. Cic. *de Inuent.* 2. Nam necesse est eum, qui velit peccare, aliquando primùm delinquere. Ex Hotomano.

Delinquitur, passiuum. Papin. *l. si adulterium §. fratres denique. ff. ad legem Iul. de adult.* Adulterij crimen, quod pubertate delinquitur, non excusatur. Cic. 1. *Offic.* Siquid delinquitur, fit nescio quomodo, vt magis in aliis cernamus, quàm in nobismetipsis. Gell. *cap.* 4. *lib.* 5. loquens de libris: si in vna vspiam litera delictum esset.

¶Delinquentia, id est, actus delinquentis, peccantis: sicut peccantia, nocentia, obuenientia, prospicientia. Tertull. ¶

Deliquium, Defectus. {חסר *choser.* ἔλλειψις. GALL. *Defaut, defaillance.* ITAL. *Diffetto, mancamento.* GERM. Ein gebrästen/ abgang/ oder abbruch. HISP. *Menoscabo ò falta.* ANGL. *A lack a failling.*} Plaut. *in Capt. sc.* 4. *a.* 3. Hoc si secus reperies, nullam causam dico quin mihi Et parentum, & libertatis apud te deliquium sit. Deliquium Solis, quum luna inter solem terrámque interposita, lumen eius nostro eripit conspectui. Plin. *lib.* 2. *cap.* 12. ¶ Deliquium animi, λειποψυχία, quum animus linquitur, & quis animo deficit, quam medici syncopen vocant.

Deliquum, deliqui, Minus. {ἔλαττον. GALL. *Moindre, manque.* ITAL. *Meno, manco.* GERM. Minder. HISP. *Menos.* ANGL. *Lesse, manke.*} autore Festo, qui Plautum eius rei testem dicit: sed eius verba non affert. *In Casina* autem, vbi nonnulli legunt *Deliquum,* legendum est *deliquium,* autore Varr. *lib.* 6. *de ling. Lat.*

Delictum, Peccatum. {אשמה *aschám.* πλημμέλημα. GALL. *Faute, peché.* ITAL. *Delitto, peccato.* GERM. Ein sünd oder fehl. HISP. *Pecado, menoscabo.* ANGL. *A faulte, an offence.*} à delinquo, is, quòd qui peccat, delinquat officium suum. Nam propriè delictum est, quum non fiunt, quæ fieri debent. Plaut. *in Bacch.* Sine hoc exorare me obsecro abs te, vt istud delictum Desistas tantopere ire oppugnatum. Plin. *lib.* 14. *c.* 1. Atque etiam in delictis pœnam ipsam ignorat. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

——Cum te delicta notantem

Præterit, id est, Censorem.)

DELIQVEO, es, ere, vel, Deliquesco, is, delicui, Dissoluor, liquesio, diffluo. {נמס *namas.* τήκομαι, ἐκτήκομαι. GALL. *Se fondre & venir en liqueur.* ITAL. *Risoluersi, diuenir liquido.* GERM. Zerschmelzen. HISP. *Derretirse.* ANGL. *To melt, to be readie to mell.*} Ouid. 4. *Metam.*

Protinus imbutum cælesti nectare corpus Delicuit.

Colum. *lib.* 12. *cap.* 41. Hæc ita coquuntur, vt omnia poma deliquescant cum musto. ¶ Per translationem, Cic. 4. *Tusc.* Nec sitienter quid expetens ardeat desyderio: nec alacritate futili deliquescat.

Deliquiæ, arum, {αἱ ἐν ταῖς ὀροφαῖς ὑδρορρόαι ... ψεκάδας ἀπὸ τῶν ...ς. GALL. *Goutieres.* ITAL. *Solchi da condurre via l'acqua.* GERM. Die rinnen in welche das wasser der tachtropfen felt vnnd hinweg fleußt. HISP. *Sulcos para sangrar el agua lluuia.* ANGL. *Gutters in to the which cause da drappe.*} vt, Deliquiæque stillicidia excipiunt in cauedio. Vitr. *lib.* 6. *cap.* 3. Cauedia autem displuuiata sunt, in quibus deliquiæ aquam sustinentes, stillicidia reiiciunt. Quædam exemplaria habent, *arcam sustinentes.*

DELIQVO, as, deliquare, Effundo. {יצק *jatsák.* ἐκχέω, διηθέω. GALL. *Verser quelque liqueur d'vn vaisseau en autre, faire decouler.* ITAL. *Versare vn liquore in altro vaso.* GERM. Abgiessen/ abschütten. HISP. *Derramar de vn vaso en otro.* ANGL. *To drayne out water, to powr out licour.*} Col. *lib.* 12. *cap.* 39. Deinde post viginti, vel triginta dies, quum deferbuerit, in alia vasa deliquare, & confestim opercula gypsare & pelliculare. ¶ Deliquare item est, ex turbido liquidum facere. Varro *lib.* 6. *de ling. Lat.* Turbida quæ sunt, deliquantur, vt liquida fiant. Hinc deliquium, deliquandi actio. Plaut. *in Casin.* Sine amet, sine quod lubet id faciat, quando tibi nil domi deliquium est. id est, quandoquidem nihil turbulenti, nihil molestiæ domi tuæ habes, vt quemadmodum cæteri quoque habeas quod sufferas.

DELIRO, as, A recto decedo. {חטא *chatá* השתגע *bischtaghghéah* נבער *nibhár.* παραφρονέω, παραληρέω, παραλλάττω, παραπαίω, παρεκτρέπομαι τῆς ἀληθείας. GALL. *Fouruoyer de la raye en labourant, n'aller point droit, resuer, radoter.* ITAL. *Partirsi dal vero, deuiare dal dritto.* GERM. Neben außhin auß der rechten furhen fahren/ irr gehn/ in aberwitz kommen. HISP. *Desuariar.* ANGL. *To dote and waxe foolishe.*} Translatio ab aratore. nam Lira est recta fossa, quæ in agris ducitur, vt in eam aqua pluuia & terræ vligo defluat. Et quia rectus est sulcus, delirare dicuntur, qui extra sulcum, id est, à recta via declinant. Plaut. *in Epid.* Profectò deliramus interdum senes. Cic. 1. *Tusc.* Adeóne me delirare censes, vt ista esse credam? Horat. *lib.* 1. *epist. ad Lollium,* Quicquid delirant reges, plectuntur Achiui. Plaut. *Amph.* Herum qui ludificat dictis delirantibus. Amph. Delirat vxor. So. Atra bili percita, Nulla res tam delirantes homines concinnat citò. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 5. Delirare mihi videre. ¶ Est autem compositum ex De, & liro, quasi deorsum liro. Lirare verò, est agros in sulcos dirigere. Alij delirare à Græco ληρεῖν, quod ineptire est, trahunt.

Delirus, Stultus, insanus, mente captus. {משתגע *mischtaggéah* נבער *nibhár* בער *bahar* פתי *péthi* נבל *nabál.* παράληρος, παράφρων. GALL. *Resueur, qui radote, hors de son sens.* ITAL. *Pazzo quelle che se parte della ragione.* GERM. Aberwitziger/ stupeler/ der irr geht vnd nit recht bey im ist. HISP. *Desuariado.* ANGL. *A doter or old doting foole, arauer.*} Ratio enim est via recta, per quam omnes ducuntur. Cicer. *de Orat.* Tum Annibal respondisse fertur, multos se delitos senes vidisse, sed qui magis deliraret, quàm Phormio, vidisse neminem. Idem 2. *de Diuin.* An tu censes vllam anum tam deliram futuram fuisse, vt somniis crederet? Plaut. *Amphitr.* Vix video præ ira: adeò istic me delirum fecit.

Deliratio, nis, Senilis stultitia, error, insania, quæ significatio sumpta est ab ineptis aratoribus, à lira, hoc est, à sulco, aberrantibus. {שגעון *schiggaghón* נבלה *nebalah* פתיות *pethajuth.* παραφροσύνη, παραφρονησις. GALL. *Resuer e sottise, radotement.* ITAL. *Pazzia senile, scioccheza.* GERM. Aberwitz thorheit. HISP. *Desuario.* ANGL. *Dotage.*} Plin. *lib.* 18. *cap.* 20. A ratione per transuersum iterata occatio sequitur: vbi res poscit, crate, vel rastro, & sato semine iteratio. Hòc quoque vbi consuetudo patitur, crate dentata, vel tabula aratro annexa, quod vocant lirare, operientes semina: vnde primùm appellata deliratio est. Cic. *de senect.* Ista similis stultitia (quæ deliratio appellari solet) senum leuium est, non omnium.

Deliritas, pro deliratione. {ANGL. *Dotage or old age which doteh.*} Laberius, Quoniam mens, quæ deliritas vos suppilatores facit, &c. Nonius.

Delīrāmĕntum, Deliratio. { ANGL. *A doting or raving.* } Plaut. *in Amph.* Hæc quidem deliramenta loquitur. Idem *Men. sc.* 5. *a.* 5. Papæ audin' tu vt deliramenta loquitur? Idem *Capt. sc.* 4. *a.* 3. Deliramenta loquitur, Laruæ stimulant virum.

Dēlīrium, Deliratio, vertigo capitis. { שבשוש *schibbabon* נבלות *neba-lah* פתיות *petajuth*. παραλήρημα, παραφροσύνη. GALL. *Radotement, priuation d'entendement.* ITAL. *Pazzia, alienatione di mente.* GERM. Verrückung der vernunfft, aberwitz, narrecy. HISP. *Desuario.* ANGL. *A doting or raving.* } Est alienatio mentis proueniens ex intemperie cerebri vitiante actiones principis facultatis: qualem & in senibus videmus, & in iis, qui morbis ardentissimis infestantur. παραφροσύνη. Cels. *lib.* 5. *c.* 27. Illa perniciosa est, quæ vel leui vulneri superuenit, vel vltra tempus inflammationis durat, vel delirium mouet.

Dēlĭtĕo, es, ex De & lateo, Occultor, lateo. { נסתר *nistár* נעלם *neelám*. ὑπολανθάνω, φωλεύω, ἐγκρύπτομαι. GALL. *Se cacher, estre mussé.* ITAL. *Occultarsi, ascondersi.* GERM. Verborgen sein. HISP. *Esconderse.* ANGL. *To lurk or lie hid.* } Sed non inueni nisi in præterito, quod est delitui. Virg. 2. *Æneid.*

Limosóque lacu per noctem obscurus in vlua
Delitui.

Dēlĭtēsco, quod est eiusdem significationis. { ἀποκρύπτομαι. ANGL. *To lurke or lie hid.* } Varr. 3. *de re rust. cap.* 12. Vbi interdiu lepores delitescunt in virgultis, atque herbis. ¶ Transfertur etiam ad alia significata. Cic. *pro A. Cecin.* Iuris iudicium quum erit & æquitatis, cane in ista tam frigida, tam ieiuna calumnia delitescas. Delitescere sub. Liu. 4. *ab Vrbe*, Vbi illi patricij spiritus, vbi subnixus & fidens innocentiæ animus esset, quærebat: sub tribunitia vmbra Consulatem virum delituisse.

Dēlĭtens, particip. { διαλανθάνων. ANGL. *Lurking.* } Plin. *lib.* 35. *cap.* 1. Non placent iam abaci, nec spatia montis in cubiculo delitentia.

Dēlītigo, as, aui, atum, delitigare. { התעשק *hithhaššeq*. φιλονεικέω, διαφιλονεικέω. GALL. *Debatre & tancer fort.* ITAL. *Litigare, contendere molto.* GERM. Zancken, hadern. HISP. *Mucho pleytear ò contender.* ANGL. *To braule, to chyde earnestly.* } Horat. *de Arte*, Iratúsque Chremes tumido delitigat ore. hoc est, vehementer litigat.

Delium, Δήλιον, oppidum Bœotiæ in Tanagra, & templum Apollinis, Stephan.

Delias, vide *Delos.*

Delli, lacus erant breuiores, bullientibus aquis insignes, non longè à Catana, miræ profunditatis, quos incolæ Crateræ vocant. Hos poëtæ fingunt fuisse fratres Palicos Iouis & Thaliæ filios. Nam quum Thaliam videret ex Ioue grauidam, metuens iram Iunonis, optauit vt sibi terra dehisceret. Instante autem partus tempore, reclusa terra ea in parte, vbi nunc Delli lacus sunt, duo pueri emerserunt, quos Palicos fratres vocauerunt, ἀπὸ τοῦ πάλιν ἱκέσθαι, quòd priùs in terram demersi, denuo reuersi sunt. Hos lacus accolæ fratribus Palicis sacros putant, quòd per eos credantur in lucem esse reuersi, & lacus ipsos Dellos vocant: qui tanta olim in veneratione habiti sunt, vt circa eos iuramentum exigi soleret, siquis in furti suspicionem venisset: priùs tamen accepto fideiussore, qui si iuranti quid accidisset, præstaret quod exitus ostenderet. qualia etiam hodie iuramenta ad D. Antonij aram à Christianis videmus præstari.

Dēlmĭnium, Δελμίνιον, vulgò *Deña*, Dalmatiæ oppidum est, apud Ptol. *lib.* 2. *cap. vlt.*

Dēlos, Δῆλος. Insula est maris Ægæi, Cycladum omnium clarissima, in qua Latona Apollinem & Dianam dicitur esse enixa. De hac sic scribit Cic. 3. *Verr.* Proditum est memoriæ ac literis, Latonam ex longo errore & fuga grauidam, & iam ad pariendum vicinam, temporibus exactis fugisse Delum, atque ibi Apollinem Dianámque peperisse. Qua ex opinione hominum, illa insula eorum Deorum sacra putatur, tantúmque eius autori religionis & est, & semper fuit, vt ne Persæ quidem, quum bellum toti Græciæ, diis, hominibúsque indixissent, & mille numero nauium classem ad Delum appulissent, quicquam conarentur, aut violare, aut attingere. Hæc ille. ¶ Aristoteles Delum appellatam existimat ἀπὸ τοῦ δῆλον, quòd quum antea mari operta esset, repentè sese ostenderit. Aliis nominibus appellata est Ortygia, & Asteria, Cynthia, Lagia, Chamydia, Cynethus, & Pyrpilæ, ab igne ibi reperto. Autor Plin. *lib.* 4. *cap.* 12.

Dēlĭăcus, a, um, Δηλιακός, quod est ex Delo. Vnde Deliaca vasa dicta sunt ex ære pretioso, ab insula Delo, vbi fuit prima nobilitas æris. Plin. *lib.* 34. Antiquissima æris gloria Deliaci fuit mercatus in Delo, concelebrata toto orbe. Cic. *pro Rosc.* Domus Chrysogoni referta vasis Corinthiis & Deliacis. Ex ære Deliaco fiebant pedes tricliniorum, & fulcra.

Dēlĭăca supellex, in qua erant triclinia, & lecti cum pedibus, & fulcris ex ære Deliaco factis.

Dēlius, Δήλιος, qui est ex Delo insula: vnde Apollo Delius, & Delia Luna appellata est, quæ & Diana. Ferunt enim Lunam ex Ioue grauidam, quum partui vicina esset, metu Pythonis serpentis, qui eam toto terrarum orbe Iunonis iussu persequebatur, in Delum insulam fugisse, ibique Dianam & Apollinem eodem partu edidisse. ¶ Delius natator, Δήλιος κολυμβητής: olim vulgò dicebatur admodum natandi peritus, quique posset in summa natare aqua.

Delphi, Δελφοί, tam pro oppido, quàm pro oppidanis, plurali tantùm numero: sicut Gabij, Leontini, Puteoli. Plaut. *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Quod scibo, Quod scibo. Delphis tibi responsum ducito. Est autem ciuitas in Bœotia iuxta Parnassum, dicta à Delpho Neptuni filio, ex Melantho Deucalionis filia suscepto, magis rupibus & loci natura, quàm humana arte munita. Delphis Apollinis erat oraculum toti terrarum orbi celeberrimum. Vnde & ipse Apollo Delphicus dictus est. Horat. 1. *lib. Carm.* Laudabunt alij claram Rhodon, aut Mytilenen, aut Ephesum, bimarisue Corinthi Mœnia, vel Baccho Thebas, vel Apolline Delphos. ¶ Macrob. *in Saturnal.* Apollinem Delphicum appellatum existimat à priscis recte sua voce ἐνὸς, quæ solum significat, eo quod intereclaro stellis omnibus obscuratis, solus luceat: qua ratione etiam Sol à Latinis appellatus est. Ouid. *Eleg.* 8. *lib.* 4. *Trist.*

Hæc mihi si Delphis Dodonaque diceret ipsa.

Vide *Pytho.* Delphorum oraculorum mentio apud Liu. *lib.* 4. *d.* 4.

Delphĭcus, a, um, Δελφικός. Vnde Delphica laurus, quod victores Pythiorum, qui ludi Phœbo sacri erant, ea coronarentur: & est viridior cæteris. Quintil. Quasi delphico oraculo instinctus. ¶ Delphica mensa, & absolute delfica, erat mensa lapidea marmorea, non magni precij, τρίπους ἐγγώνιος, τρίπους: Hinc pro abaco seu ministerio, vel repositorio ponitur. Ita vocabatur, quia apud Delphos primùm fiebat. ¶ Delphicus gladius, Δελφικὴ ξίφος, de re dicebatur ad diuersos vsus accommodabili. Quemadmodum iisdem vasculis, & poculorum vice in conuiuiis, & clypeorum vice in bellis vtebantur. Nam Delphicus gladius ad eum modum erat fabrefactus, vt eodem simul & sacras mactarent victimas, & nocentes afficerent supplicio. Meminêre huius adagij Eurip. *in Tragœd.* & Arist. tum *Polit. lib.* 1. tum *De partib. anim. lib.* 4.

Delphica, locus erat vbi Reges Vandali cœnabant.

Delphicæ, vasa sunt, quorum fit mentio à Paulo *in l.* 3. *de supell. legat.* Interpretatur autem Delphicas eo loco tripodum cortinas ex ære factas. Hotomanus *in suo Lexico*: atque inde dictas putat, quòd donis maximè Apollinis Delphici dicebantur: vt Plin. scribit *lib.* 34. *cap.* 3.

Delphin, siue Delphis, & Delphinus. { δελφίς, δελφίν. GALL. *Dauphin, vn poisson.* ITAL. *Delphino.* GERM. Ein Delphin ist ein meerfisch. HISP. *El delphin del mar.* ANGL. *The delphin fish.* } Genus piscis, vel potius maris belua. Parit catulos decimo mense, interdum & binos nutrit vberibus, sicut balæna, & decem annis ad summam magnitudinem peruenit. Plin. *lib.* 9. *c.* 8. autor est, Delphinos simones vocari à nauigantibus, quod sint rostro simo: vel à Simonis pueri nomine, quem Delphinus in sinu Baiano mirum in modum fertur adamasse: ad quod nomen vocati accurrere feruntur. Ferunt delphinum non modò omnium marinorum, sed etiam terrestrium animalium velocissimum esse, atque adeò ipsis etiam volucribus velociorem. Lingua est his contra naturam aquatilium, mobilis, suillæ similis, pro voce gemitus humano similis, dorsum repandum. Mulcetur musica symphonia, præsertim hydrauli sono. Ouid. *Eleg.* 10. *lib.* 3. *Trist.*

Tunc neque se possunt pandi Delphines in auras Tollere.

Gellius *cap.* 8. *lib.* 7. Delphinos Venereos esse & Amasios. ¶ Delphinum syluis appingit, fluctibus aprum, Horat. *in Arte poët.* prouerbiali schemate dixit, indocti poëtæ stultitiam taxans, qui multa non suo loco, neque tempestiuiter describit. ¶ Delphinum natare doces, δελφῖνα νήχεσθαι διδάσκεις, in eos competit, qui monere quempiam conantur in ea re, in qua quum sit ipse exercitatissimus, nihil eget doctore. ¶ Delphinum cauda ligas, δελφῖνα τῆς οὐρᾶς δεῖς. in eos, qui quippiam incassum conantur, propterea quòd delphinus cauda sit lubrica, nec ea parte teneri queat: aut quòd cauda sit valida, cuius agitatione fertur & naues aliquando subuertere, vt hac parte sit inuictus. Quadrabit & in eos, qui ea via quempiam aggrediuntur, qua nequaquam possit superari. ¶ Est etiam syderis nomen. Varr. 2. *de re rust. cap.* 5. Maximè idoneum tempus ad concipiendum à Delphini exortu, vsque ad dies quadraginta, & pauló plus.

[Delphinatus, *Daulphiné*, regni Galliæ prouincia.]

Delphūsa, Δελφοῦσα. Fons est insignis apud Delphos, Delphusia verò, Δελφουσία, vrbs Arcadiæ est. Vtriusque autor Steph.

Delphīnium, Δελφίνιον. Herba est florem habens purpureum violæ non dissimilem, sesquipedales ex vna radice surculos emittens, folia autem diuisa & prælonga, quæ delphinorum effigiem repræsentant: vnde tractum est nomen. Alterum præterea est delphinij genus, quod Romani buccinum vocant, superiori non dissimile, sed ramis longè gracilioribus. Vtriusque meminit Dioscorides.

Delphium, nomen meretriculæ Comicæ. Plaut. *Mostell. sc.* 4. *a.* 1. & *sc.* 1. *a.* 2.

Delta, Δέλτα, insula est in Nilo Ægypti fluuio, non procul ab Alexandria: ita dicta, quòd literæ Græcæ Δ, imaginem referat. Hircius *lib.* 4. *bell. ciuil.* Locus, inquit, est illarum ferè regionum nobilissimus, non longè ab Alexandria, qui nominatur Delta, quod nomen à similitudine literæ cœpit. Nam pars quædam fluminis Nili deriuata inter se duobus itineribus, paulatim medium inter se spatium relinquens, diuersissimo ad littus interuallo à mari adiungitur. ¶ Est item Delta nomen vrbis non procul à Syria, teste Stephano. [¶ Item pudendum muliebre.

Deltius, litteratus homo, Doctor. Gloss. Isid.]

Deltōton, Δελτωτόν. Signum est in cælo supra Arietis caput positum, triangulari figura Δ, Græcæ literæ imaginem referens, à qua etiam nomen habet, duobus æquis lateribus, vno breuiori, in vnoquoque angulo stellam habens. Cic. *in Arati Phænom.*

——Delton dicere Graij
Quod soliti simili quia forma litera claret.

Dēlūbrum, locus in quo Dei simulacrum dedicatum est. { τέμενος, ναός. GALL. *Temple, lieu consacré aux dieux à la mode des Payens.* ITAL. *Delubro, temple, chiesa.* GERM. Ein tempel, ein götzentempel. HISP. *Templo.* ANGL. *A temple of the heathen goddes.* } Ita dictum, quòd in eo dij ponantur, sicut candelabrum dicitur, vbi candela ponitur. Autor est Varro, & Macrob. *Saturn. lib.* 3. *cap.* 4. Cic. 3. *de nat. deorum*, Est enim mihi tecum pro aris & focis certamen, & pro deorum templis atque delubris. Virg. 2. *Æneid.*

At gemini lapsu delubra ad summa dracones
Effugiunt.

¶ Alij accipiunt pro loco ante aras, vbi aqua currit: à diluendo. Religio enim sacrificij apud antiquos exigebat, vt ante sacrum sacrificulus manus ablueret. ¶ Alij delubrum Dei simulachrum accipiunt à delibrato ligno ita dictum, ξόανον. Plinius, Præcipuam eam esse arborem circa Ammonis delubrum. ¶ Vide Suet. *in Vitellio, cap.* 8. ¶ Delubrum Corn. Front. *de differens. vocab.* dicit esse in quo homines pericula sua deluunt, quum vel pilum, vel scutum, vel alia voto suscepta ponunt. Quomodo autem differat à fano, templo, sacello, & luco, vide in dictione *Fanum.*

Delūctor, aris, Luctor. { נאבק *neebák*. παλαίω. GALL. *Luitter contre.* ITAL. *Giocare alla lotta, lottare.* GERM. Ringen. HISP. *Luchar.* ANGL. *To struggell.* } Plaut. *Persa*, Cum ambas Stymphalicis, cum Anteo deluctari mauelim. Delucto, as, Actiuum. Idem *Trin.* Quibus ærumnis deluctaui, filio dum diuitias quæro?

Dēlūdo, is, Irrideo, decipio. {צחק tsrhék לעב labágh. ἐμπαίζω. Gall. *Abuser quelqu'vn, le tromper, se iouer de luy, mocquer.* Ital. *Beffare, schernire.* Germ. Verspotten, verlachen, spotten. Hisp. *Burlar y escarnecer.* Angl. *To mock, to deceiue.*} Deludimus verbis, Eludimus rebus. Plaut. *Amph.* Timet homo, deludam ego illum (verbis sup.) Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 2. Ego hac Epistola tres deludam. Item, Vin' Herum deludi? L. Dignus est sane. Idem *Asin. sc.* 4. *a.* 3. Te vt deludam contra lusorem meum. Idem *Amph.* In partem hanc delude. Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 3. Satis delusum censeo. *Ibidem.* Idem *Asin.* Fortasse etiam me delusisti. Idem, Quid me deluditis, & nocte excluditis foras!

Dēlūdĭfĭcor, aris, ari. {διαχλευάζω, χλευάζω. Angl. *To beguile, to mocke.*} Idem quod Deludere. Plaut. *Mostell.* Deludificatus est me hodie in perpetuum modum.

Dēlumbo, as, Lumbos frango, debilito. {ὀσφυοκλάζω, ἐξασθενίζω. Gall. *Erener, affoiblir, rompre les reins.* Ital. *Dilombare, indebolire.* Germ. Krafftloss machen, einen schlagen daß er die lende nit meg naher bringen. Hisp. *Deslomado, derrengar, enflaquecer.* Angl. *To breack the loynes, to make weak and feble.*} Plin. *lib.* 28. *cap.* 4. Hæc sæpe delumbata quadrupede approbatur. Vide *Lumbus.*

Dēlumbis, e, adiect. quod lumbis caret, & ideo debile. {ἄνοσφυς, ἀσθενής. Gall. *Erené, qui a les reins rompus, effeminé.* Ital. *Dilombato, debole.* Germ. Dem die lende ab ist. Hisp. *Deslomado, derrengado, flaco.* Angl. *Without loynes, weak.*} In lumbis enim vires corporis sitæ sunt. Plin. *lib.* 10. *cap.* 33. Perdix prægrauem, ante delumbem sese simulans. ¶ Delumbis, mollis & effœminatus. Pers. *sat.* 1.

——summa delumbe saliua

Hoc natat in labris.

Dēlŭo, is, ui, utum, Depurgo, diligenter luo, lauo. {ברר berér. ἀπολούω. Gall. *Effacer en lauant, lauer & nettoyer.* Ital. *Lauare, purgare.* Germ. Mit waschen reynigen/sauber außwäschen. Hisp. *Lauar.* Angl. *To rinse and wash cleane.*} Cato, Laserpitium aceto deluito. ¶ Deluere item est madefaciendo aliquid delere. Varro, Obortæque inter legendum lachrymæ literas deluebant.

Dēlŭto, as, Luto aliquid obduco. {περιπηλόω. Gall. *Enduire de boue, embouër.* Ital. *Smaltare, lutare.* Germ. Kotechtig machen, mit leim oder Kaht versudeln. Hisp. *Cubrir de lodo.* Angl. *To dawbe and ouerskinne with claye.*} Cato *de re rust. cap.* 128. Habitationem delutare quum volueris, terram quam maximè cretosam, vel rubricosam sumito. Inde fit Delutamentum.

Dēmădĕo, es, Madeo. {βεβρέχω. Gall. *Estre tout mouillé, estre fort trempé & humide.* Ital. *Essere humido.* Germ. Gantz naß oder feücht sein. Hisp. *Mojarse.* Angl. *To be wet.*} Ouid. 5. *Trist.*

Et te fleuisse suos demaduisse sinus.

Demades, Δημάδης, Atheniensis orator fuit, Demosthenis æmulus, eique aduersas in Republica partes fouens. Nihil enim aliud Demosthenes, quàm patriæ libertatem spectabat: ille ex Macedonum gratia potentiam quærebat & opes. Hunc iam ætate confectum, & ex nimio luxu ad summam iam inopiam redactum, cauillatus est Antipater victimis cæsis similem esse, de quibus nihil, nisi lingua iam superest. Vide Plutarch. *in vita Demosthenis*, & Quintilian. *cap.* 17. *lib.* 2.

Demænetus, Δημαίνετος, nomen viri proprium apud Plaut. *in Asin.* & significat popularem & idiotam.

Dēmăgis, valde magis, ex De, & magis. Lucilius *lib.* 16. Rex Cotus ille duos hos ventos, Austrum atque Aquilonem, nouissimè aiebat: solos demagis istos ex nimbo Austellos, nec nos seneces putare. ¶ Item, Demagis antiqui pro minus dicebant, ait Festus.

Dēmăgōgi, apud Athenienses vocabantur duces quidam vulgi, popularem auram concionibus aucupantes, homines populariter factiosi, Budæus *in l. venditor. commun. prædior.*

Dēmando, as, Committo, iniungo. {הפקיד hiphkid. ἐντέλλω. Gall. *Bailler charge & commission, commettre & encharger.* Ital. *Commettere del tutto.* Germ. Befelhen/einem etwas in befelch geben. Hisp. *Encomendar.* Angl. *To giue commission and carge.*} Liu. *lib.* 8. *ab Vrbe*, Curam eorum nominatim Legatis, Tribunisque & Præfectis demandabant. Idem *lib.* 3 *ab Vrbe*, Simulque plures pueri vnius curæ demandabantur. ¶ Demandare alicui suam vicem, apud Suet. *in Caligula cap.* 41. Et quondam proximo collusori demandata vice sua progressus in atrium domus, &c. Demandare, pro valdè mandare. Suet. *in Neron. cap.* 35. Demandatum bellum. Idem *in August. cap.* 10. Demandare testamentum virgini vestali. Idem *in Cæs. cap.* 83. Ablegare & demandare aliquem. Idem *in Calig. cap.* 10. Lacedæmoniis publicè Demandatus. Idem *in Tiber. cap.* 6.

Demanium. Terminus est quo vtuntur leges ad significandas res dominicas. Itaque res dominicæ & demanium idem est.

Dēmāno, as, Mano. {יצא jatsá. ἀπορρέω. Gall. *Sortir & proceder.* Ital. *Colare, sorgere.* Germ. Fliessen oder abhin fliessen. Hisp. *Manar como agua de fuente.* Angl. *To spring out, to proceid.*} Catul.

Ligna sed torquet, tenuis sub artus

Flamma demanat, sonitu suopte

Tinniunt aures, gemina teguntur

Lumina nocte.

Demaratus, Δημάρατος, Lacedæmoniorum dux fuit, qui quum Athenienses apud quos exulabat, ingens aduersus Lacedæmonios bellum parare animaduertisset, plus se patriæ, quamuis ingratæ, debere ratus, quàm priuatæ amicitiæ, omnium quæ agebantur ciues suos fecit certiores. Vixit autem tempore Philippi regis Macedonum. ¶ Alius fuit (vt scribit T. Liu. *lib.* 1. *ab Vrbe.*) Corinthius negotiator diues, qui ob seditiones domo profugus, tyrannidem Cypseli fugiens, in Hetruriam commigrauit, compositis opibus luculentis, qui à Tarquiniensibus Hetruriæ populis exceptus Tarquinium Priscum regem populi Romani ex illustri Hetrusca vxore genuit. Hunc comitati sunt duo ex Corintho fictores, Eucirapus & Eugrammus, à quibus Italiæ traditam plasticen, hoc est, figulinam artem ferunt.

Damarceo, debilitate confici, seu arescere.

Demarchus, Δήμαρχος. Princeps populi, aut Tribunus plebis dicitur. Spartianus *in vita Adriani.* Fuit Dimarchus in patria sua, Athenis Archon. Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 2. Nec Demarchus, nec Comarchus.

Dēmĕāre, est deorsum penetrare, descendere. {נחת nacháth ירד jarádh. ἀποχωρέω, κατέρχομαι. Gall. *Descendre.* Ital. *Discendere.* Germ. Hinab gehen/hinabsteigen. Hisp. *Decender, passarse de arriba abaxo.* Angl. *To go downe.*} Apuleius, Quæ suis pedibus ad Tartarum demeare cogitur.

Dēmĕācŭlum, Descensio ad loca subterranea. {מורד morádh. κατάβασις. Gall. *Descente.* Ital. *Discesa, smontata.* Germ. Ein gang niderfich vnder die erden. Hisp. *Decendimiento, passamiento de arriba abaxo.* Angl. *A going downe.*} Sic Remeacula, à remeando. Apuleius *lib.* 6. Proserpinæ nuptiarum demeacula.

Dēmĕmĭni, apud Martialem legitur pro obliuiscor. Sic enim habet ille *lib.* 2.

Ipse iubet mortis dememinisse Deus.

Sed quoniam hoc verbum alibi non legitur, non desunt, qui hoc in loco malint legere, *Te meminisse.*

Dēmens, qui est mente diminuta, de mente & sanitate deturbatus, insanus, amens. {משגע meschugghágh נבל nabál כסיל chesil סכל sachál הולל holél. παράφρων, παράνους. Gall. *Insensé, qui est hors du sens.* Ital. *Pazzo, stolto, fuor di mente.* Germ. Vnsinnig. Hisp. *Loco ò sin algun ingenio.* Angl. *VVood, mad, ouraged.*} Cic. *in Offic.* In tranquillo tempestatem aduersam optare dementis. Terent. *in Andr.* Quid hoc? adeóne est demens ex peregrina? Cic. *in Pison.* Ego te non vecordem, non furiosum, non mente captum, non tragico illo Oreste, aut Athamante dementiorem putem, qui sis ausus, &c. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist.*

Et carmen demens, carmine læsus amo.

Ibidem,

Sæpe manus demens studijs irata sibique.

Dēmentia, Amentia, stultitia. {שגעון schigghabón שכלות sichlúth הוללות holelúth. παράνοια. Gall. *Folie, quand on est hors de son bon sens.* Ital. *Stoltitia, mancamento di ceruello.* Germ. Vnsinnigkeit/taubsucht. Hisp. *Locura sin consejo, desuario.* Angl. *Madnesse, woodnesse.*} Cic. 3. *Tusc.* Nec minus illud acutè, quòd animi affectionem lumine mentis carentem, nominauerunt amentiam, eandémque dementiam. Idem 4. *in Catil.* Qui autem ex numero ciuium dementia aliqua deprauati, hostes patriæ semel esse cœperunt, &c.

Dēmenter, aduerbium, Insanè. {ἀνοήτως. Gall. *Folement.* Ital. *Pazzamente, senza raggione.* Germ. Vnsinniglich/vnuernünfftiglich. Hisp. *Locamente.* Angl. *Madly.*} Cicer. 3. *in Cat.* Tanta res tam dementer credita.

Dēmentĭo, is, De mente exeo, delito, insanio. {השתגע hischtagghéah חרה kal סכל nischál. παραφρονέω. Gall. *Affoiblir, deuenir insensé.* Ital. *Impazzire, vscire di mente, diuentar matto.* Germ. Von sinnen kommen/taub werden. Hisp. *Enloquecer.* Angl. *To waxe mad or to ourage.*} Lactant. *lib.* 4. Ecce aliquid instinctu dæmonis percitus, dementit, efferatur, insanit. Lucret. *lib.* 4.

Sæpe animus dementit enim, deliraque fatur.

Dēmento, as, Desipio, insanio. {השתגע hischtagghéah חרה kal נסכל nischál. ἐξίστημι, παραφρονέω. Gall. *Deuenir fol & insensé.* Ital. *Impazzire.* Germ. Vnsinnig sein/gern vnsinnig machen. Hisp. *Enloquecer.* Angl. *To waxe mad or foolish.*} Apul. *in magia.* Confessa est sese mea magia in amatorem deductam dementare. ¶ Dementare, in actiua significatione legitur pro impellere ad insaniam: sed in Sacris tantùm literis, vt in Actis Apostolicis de Simone quodam Mago, qui Samaritanos dementauerat.

Dēmentĭor, valde mentior, καταψεύδομαι. Apuleius *in Apologia*, Et ex eo sacro cœpisse dementiri.

Dēmĕrĕo, es, ui, itum, quasi lucror. {ἀξιόω, κτάομαι. Gall. *Gaigner, pratiquer, meriter.* Ital. *Guadagnare, meritare, obligare alguno per meriti.* Germ. Verdienen/gewinnen. Hisp. *Ganar sueldo, obligar à otro con beneficio.* Angl. *To winne, getter deserue.*} Plaut. *in Pseud. sc.* 7. *a.* 4. Quid mercedis Petasus hodie domino demeret? Gell. *cap.* 8. *lib.* 1. *Lais*, Corinthia ob elegantiam venustatémque grandem pecuniam demerebat. ¶ Est etiam Demereo, præcipuè cum accusatiuo personæ iunctum, idem quod suo sibi merito aliquem deuincire. Ouid. *in Epist. Heroid.*

Dic mihi, quid feci, nisi non sapienter amaui?

Crimine te potui demeruisse meo.

Suet. *de Aug. cap.* 8. Profectò mox auunculum in Hispanias aduersus Cn. Pompeij liberos, vix tum firmus à graui inualitudine, per infestas hostium vias, paucissimis comitibus, naufragio etiam facto subsequutus, magnopere demeruit. Pro eodem etiam dicimus Demereor.

Dēmĕrĕor, De aliquo bene mereor, concilio, deuincio, placo, beneuolum facio, beneficium præsto: & exigit accusatiuum. {רצה ritsáh. ἀντευεργετέω, ἀνταμείβω. Gall. *Meriter, estre digne, acquerir.* Ital. *Meritar benefiçy d'alcuno.* Germ. Gutes vmb einen beschulden/einen gunst verdienen. Hisp. *Merecer y obligar à otro con beneficios.* Angl. *To deserue, to be worthie.*} Quintil. Simul vt pleniori obsequio demererer amantissimos mei. Colum. *lib.* 1. *c.* 14. Quamobrem amœnitate aliqua demerenda erit, qua patientiùs moretur cum viro. Plaut. *Pseud. sc.* 4. *a.* 2. Cui ter demeritas dem lætitias.

Dēmētēr, Δημήτηρ, dicta est Ceres Gemeter, id est, terræ mater. Hinc apud Galen. *lib.* 2. *de Alimentis*, legimus, Demetria signa, id est, Cerealia, & frumentaria.

Dēmergo, is, Immergo, seu aqua obruo. {השקיע hischkiah. καταδύω. Gall. *Plonger dans l'eau, mettre à fond.* Ital. *Affondare, sommergere nell' acqua, profondare.* Germ. Vnder das wasser trucken/hinunder sencken. Hisp. *Chabullirse debaxo del agua.* Angl. *To plunge or diepe in water.*} Ouid. *Epist.* 5.

——obscœnam ponto demergite puppim.

Plin. *lib.* 32. *cap.* 1. Idem loligines euolare aqua tradit, tanta multitudine, vt nauigia demergant. Demersus ære alieno. Liu. 2. *ab Vrbe*, Totam plebem ære alieno demersam esse, nec sisti posse nisi omnibus consulatur. Cic. *pro Sylla*, Patriam demersam extuli. Demersæ leges opibus, idem 2. *Offic.* Demersi mari palli. Suet. *in Tib. cap.* 2. Demergere in confusionem & tenebras. Senec. *de consol. ad Polyb. cap.* 1. & *cap.* 13. ¶ Demergere se translatè dicitur pro altè penetrare atque insidere. Cels. *lib.* 7. *c.* 5. Si telum vel ossi inhæsit, vel in articulo se inter duo ossa immersit.

Dēmētiŏr,iris, Metior, describo, demetior. {מדד madhádh. διαμετρέω. Gall. Mesurer diligemment & par le menu. Ital. Misurare con regglo-ne. Germ. Fleissig messen. Hisp. Medir rayando y con razon. Angl. To measure diligently.} Cicer. 3. de Orat. Quæ non insidiis, sed apertè & palàm laborat, vt verba verbis, quasi demensa & paria respondeant. Cicer. 2. de nat. deor. Atque ita demerita signa sint, vt in tantis descriptionibus diuina solertia appareat. Ibid. Eorum enim cursus demetiti, maturitates temporum, & varietates, mutationésque cognouimus.

Dēmensŭs,a, um, partic. est demetior, Mensuratus. {נמדד namádh. διαμεμετρημένος, διαμεμετρημένο. Gall. Mesuré. Ital. Misurato. Germ. Gemässen. Hisp. Medido. Angl. Measured.} Plaut. Menæch. Nunc argentum vobis demensum dabo. Cic. de Orat. Vt verba verbis quasi demensa & paria respondeant.

Dēmēnsum, substantiuum, mensura erat frumenti, quam seruis admetiebantur singulis mensibus domini, ad totius mensis victum. {חק chók. ἐπιμετρον. Gall. Vne quantité de grain qu'on bailloit aux seruiteurs pour leur prouision par chacun mois. Ital. Quantita di grano che si daua anticamente per la spesa di vn mese. Germ. Ein gewisse maß oder portz so ein Herr seinem knecht gab/ein monats frist darauß narung zuhaben. Hisp. Medida rayda que se daua à los sieruos. Angl. A quantite of graine which maisters gaue to thair seruandes monethly, allowance.} Terent. in Phorm. Quod ille vnciatim vix de demenso suo, Suum defraudans genium, comparsit miser. Serui enim quaternos modios accipiebant frumenti in mensem, ait Donatus.

Dēmetītŭs, Dimensus, descriptus. Cic. 2. de nat. deor. Atque ita demetita signa sint, vt in tantis descriptionibus diuina solertia appareat.

Dēmĕto, is, Meto. {קצר katsár. ἀμάω. Gall. Moissonner, cueillir les bleds quand ils sont meurs. Ital. Mietere. Abschneiden/abmayen. Hisp. Segar. Angl. To reape or mowe.} Cat. Sole sub ardenti flauentia demetit arua. Colum. lib. 10. Et vos agrestes duro qui pollice molles Demetitis flores. Cic. 2. de nat. deor. Neque enim serendi, neque colendi, neque tempestiuè demetendi percipiendique fructus, neque condendi, ac reponendi vlla pecudum scientia est.

Demessus,a, um, participium. Vt, Flos demessus virgineo pollice. Virg. 11. Æneid. Ense demetere aliquem. Valer. 3. Argon.

Hic Alyn. hic rigido transcurrens demetit ense
Protinus insignem cithara, cantúque fluenti Dercea.

Liuius lib. 4. dec. 4. Demessum est quod erat maturius.

Dēmetrias, Δημητριάς, vulgo Dimitriada, Thessaliæ oppidum est, quod prius Pagasa dicebatur. Autor Plin. lib. 4. cap. 8. Steph. à Demetrio rege dictum putat, qui ea in ora regnauit, & ciuitates quotquot sub Pelio erant, euertit. Idem alteram eiusdem nominis vrbem in Macedonia collocat, & tertiam in Perside iuxta Arbelum.

Dēmētrium, Δημήτριον. Locus in finibus Thessaliæ, circa campum Crocotum & Amphrysum fluuium. ¶ Est præterea eiusdem nominis ciuitas in Æolide, teste Steph.

Demētrius, Δημήτριος, Antigoni Macedonum regis filius & patris in regno successor, qui propter insignem in expugnandis vrbibus virtutem, πολιορκητής, hoc est, vrbium expugnator dictus est. Hic post Alexandrum præter alios Macedonas nomine ac virtute clarus, transmisso Euphrate, Babyloniam occupauit, Athenas Cassandri Ptolemæique imperio liberauit: Cyprum, victo Ptolemæo nauali prælio, recepit: Pyrrhum ab oppugnatione Thessaliæ repressit. Postremò quum bellum aduersùs Antiochum suscepisset, acie victus, viuus in illius potestatem peruenit: & in Chersoneso liberæ custodiæ permissus, quum maiorem voluptatum, quàm salutis rationem haberet, morbo ex incontinentia correptus periit. Hunc Plutarch. in Parallelis, cum Antonio Triumuiro in contentionem adducit. ¶ Fuit & alius Demetrius Phalereus, Theophrasti discipulus, qui ob eximias virtutes Atheniensibus præfuit annis decem, trecentísque sexaginta statuis æreis honoratus est. Hic (vt Plutarchus inquit) monebat Ptolemæum regem, vt de regno, imperióque libros sibi compararet atque perlegeret. Quæ enim amici non audent monere reges, hæc in libris scripta sunt. De hoc sic scribit Cic. in Bruto, Demetrius Phalereus eruditissimus quidem ille omnium horum, sed tam armis institutus, quàm palæstra. Itaque delectabat magis Athenienses, quàm inflammabat. Processerat enim in solem & puluerem, non vt è militari tabernaculo, sed vt è Theophrasti doctissimi hominis vmbraculis. Hic primus inflexit orationem, eámque mollem teneràmque reddidit, & suauis sicuti fuit, videri maluit, quàm grauis. ¶ Fuit præter hos & Demetrius Syrus, dicendi magister non ignobilis: cuius etiam meminit Cic. in Bruto.

[Demiculus, σκύφιον μικρόν. Gloss. an quo aliquid demitur è cratere? vt sic cyathus.]

Dēmīgrārĕ, est de vno loco in alium domicilium transferre, aliò ad habitandum ire, discedere. {גלה ghaláh טלטל tiltél צען tsahán. μετοικίζειν. Gall. S'en aller d'vn lieu, changer de logis ou d'habitation. Ital. Andare de luogo en luogo, partirsi. Germ. Von einem ort an das ander ziehen/zu hauß ziehen. Hisp. Mudar casa de lugar en lugar. Angl. To passe away, to go out of one place to an other to dwell.} Plaut. Amph. Animam amittunt prius quàm loco demigrent. Cic. 1. Tusc. Vetat enim dominans in nobis Deus iniussu hinc nos suo demigrare. Sic dicimus, Demigrare è vita, pro mori. Cic. pro Rabir. Fortissimorum ciuium mentes, quæ mihi videntur ex hominum vita ad deorum religionem & sanctimoniam demigrasse.

Dēmĭnŭo, is, ere, Diminuo. {חסר chissér גרע gharáh. ἐλαττόω. Gall. Diminuer, amoindrir. Ital. Sminuire, scemare, menomare. Germ. Mindern/schwecheren. Hisp. Desmenuzar ò menguar. Angl. To diminish, to make lesse.} Plaut. in Trucul. Iam de hoc obsonio de mina deminui modò quinque numos. Idem in Amph. & Men. sc. 2. a. 2. Hac tegula tuum deminuam caput. Vide Diminuo.

Dēminūtŭs capite, qui ciuitate mutatus est, & ex alia familia in aliam adoptatus: & qui in hostium potestatem venit, & cui aqua & igni interdictum est.

Dēmīrŏr, valde miror. {תמה tamáh. ὑπερθαυμάζω, ὑπεράγαμαι. Gall. S'esmerueiller fort. Ital. Marauigliarsi forte. Germ. Sich sehr verwundern. Hisp. Mucho marauillarse. Angl. To wounder and meruell much.} Plaut. Asin. sc. 1. a. 1. Demiror quid sit, & quò euadat, sum in metu. Idem Men. sc. 1. a. 5. Demiror vbi nunc ambulet Messenio. Terent. in Hecyr. Sed demiror quid sit, quamobrem tantopere hoc omnes nos celare volueris. Cic. ad Attic. lib. 14. Etsi addis Lamiam, quod demiror equidem. Plin. lib. 31. cap. 6. Homerum calidorum fontium mentionem non fecisse demiror. ¶ Aliquando demirari, est nescire: quoniam (vt Donatus inquit) admirationem ignorantia facit. Terent. Quid mihi dicent, & quam causam reperient, demiror. ¶ Demiranda multa facere. Gell. cap. 18. lib. 16.

Dēmĭtĭgo, as, Mitigo. {החליק hechelík. καταπραΰνω. Gall. Adoucir, appaiser, amollir. Ital. Mitigare, pacificare. Germ. Bezwingen/miltern. Hisp. Amansar, ò ablandar. Angl. To appease, to mitigat, to asswage.} Cic. Attic. lib. 1. Nosmetipsi qui Lycurgi à principio fuissemus, quotidie demitigamur.

Dēmĭtto, Deorsum mitto, inclino, deprimo. {הוריד horidh הכניע hinchiá השפיל hischpil. καθίημι, καταβιβάζω. Gall. Abbaisser, mettre bas, aualler, abatre. Ital. Mandar giu, mandare de alto à basso. Germ. Abhin lassen/nidersich schicken. Hisp. Embiar de arriba abaxo. Angl. To lett or cast downe.} Virg. Eclog. 4. Iam noua progenies cælo demittitur alto. Salust. Quum machinis strepitu demissum victoriæ simulachrum coronam capiti imponebat. Senec. cap. 11. de tranq. Hoc si quis dictum in medullas demiserit. Ouid. Eleg. 7. lib. 1. Trist.

Inque meos si non lacrimas demittere casus, (vulgò dimittere.)

Senec. cap. 22. de cons. ad Marc. Demittunt in viscera manus totas. Medici. ¶ Inde demissitiæ tunicæ dictæ, longæ & demissæ ad talos, & nulla zona succinctæ. ποδήρεις. Plaut. in Pœnul. Sanè genus hoc mulierosum est, tunicis demissitiis. ¶ Item, Demittere animum, est humiliare, ταπεινοῦσθαι, καταπίπτειν. Ita dicimus esse demisso animo, qui est deiectis spiritibus. ταπεινός, μικρόψυχος. Cic. in Epist. Timido animo, humili, demisso. Idem de fin. bon. Si vincunt, efferunt se, victi debilitantur, animósque demittunt. Cæs. 1. bell. Gall. Sed tristes capite demisso terram intueri. Virg. lib. 3. Georg.

———demissa aures: incertus ibidem
Sudor.

Idem Æneid. 1.

At breuiter Dido demissa profatur.

¶ Item demittere significat defodere, κατορύττειν. Idem Georg. 2.

———altéque iubebis
In solido puteum demitti, omnémque repones
Rursus humum.

¶ Demittere mentes. Virg. lib. 12. Æneid.

Demittunt mentes, it scissa veste Latinus. id est, desperant, interprete Seruio, sicut contra sperantes aliquid, erigunt mentes. Plaut. Pseud. sc. 2. a. 3. Odor demissis pedibus, & demissis manibus volat. Robora demittere ferro, est cædere arbores. Valer. lib. 1. Argon. Per aurem demissa, id est, audita. Horat. Genus demissum ab Ænea, id est, deductum, apud eundem Horat. 2. Serm. satyr. 5.

Dēmissŭs, a, um, participium, Humilis, fractus, sordidus. {מורד murádh מושפל muschpál. ταπεινόφρων, κατηφής. Gall. Abbaissé, aualé. Ital. Abbassato. Germ. Abhin gelassen/vndersich gesenckt. Hisp. Abaxado. Angl. Sent or cast downe, lowe downe, humble.} Cic. pro Cluent. At C. Fabricius à subselliis demisso capite discesserat. Plin. lib. 11. cap. 37. Tum siquidem inferiore labro demisso, ad, &c. Ouid. Eleg. 4. lib. 3. Trist.

Effugit hybernas demissa antenna procellas.

Gell. cap. 3. lib. 4. Demissis crinibus Iunoni pellex agnum fœminam cædito.

Dēmissio, verbale, Animi abiectio, infractio, debilitatio. {שפלות schiphlúth. κατήφεια. Gall. Rauallement, rabaissement. Ital. Abbassamento. Germ. Niderlassung/demut. Hisp. Abaxamiento. Angl. A sending or letting downe discouraging.} Cic. 3. Tusc. Verisimile est igitur, in quem cadit ægritudo, cadere in eundem timorem, & infractionem quandam animi, & demissionem.

Dēmissē, aduerbium, Humiliter. {ταπεινοφρόνως, ταπεινῶς. Gall. Bassement, ayant perdu le cœur & courage, laschement. Ital. Humilmente, bassamente. Germ. Nider/demütiglich/niderträchtiglich. Hisp. Baxa ò humilmente. Angl. Humbly, lowly.} Cic. 5. Tusc. Non est ausus elatè & amplè loqui, quum humiliter, demisséque sentiret. Cæs. 1. bell. ciuil. Hæc quàm potest demississimè atque subiectissimè exponit. Volare demissiùs, Ouid. 3. Trist.

Dēmiuŭm, δήμιον. Gemma est ex sarde generibus, à pinguedine dicta: Græci enim δημὸν, pingue dicunt, qua voce etiam Homerus frequenter vtitur. Nec fuit in vsu antiquorum gemma vlla frequentior, vt Menandri fabulæ testantur. Plin. lib. 37. cap. 7. In India trium generum, rubrum, & quod demium vocant à pinguedine, tertium quod argenteis bracteis sublinitur.

Dēmiūrgŭs, δημιουργός. Summus erat magistratus in quibusdam Græciæ ciuitatibus. Liu. lib. 2. bell. Maced. Tum inter magistratus gentis. (Demiurgos vocant:) decem numero creantur, certamen nihilo segnius quàm inter multitudinem esse. Alij legunt Damiurgos Doricè, qui ἐπιδημιουργοί Thucyd. Similes Atheniensium Demarchis. Vegetius, Damiurgis ciuitatum, qui summus est magistratus. ¶ Demiurgus item Græcis opificem, siue artificem sonat: vnde & Plato naturam rerum omnium opificem, vocat Demiurgum.

Dĕmo, is, ex De, & emo, abiecta e, significat detraho. {לקח lakách הסיר hesír. ἀφαιρέω. Gall. Oster de quelque chose, excepter. Ital. Distrarre, scemare, leuare di qualche cosa. Germ. Hinnemmen/abnemmen etwas von einem ding thun. Hisp. Sacar ò quitar de vna cosa. Angl. To tak away, to abate.} Terent. in Eunuch. Inde aurum mulier sibi clam demit. Cic. 3. de nat. deor. Idémque Æsculapij Epidauri barbam auream demi iussit. Celsus lib. 8. cap. 4. His ita succurrendum est, vt tamen quàm minimum ex osse dematur. Cic. 4. Acad. Quum aliquid minutatim & gradatim additur, aut demitur. Suet. in Tiber. cap. 58. & in Calig. cap. 22. Demere caput statuæ. Ouid. 13. Metam.

Demit honorem æmulo Aiaci.

Idem Eleg. 4. lib. 4.

——In omnibus actu
Vltima si demas, vita iucunda mea est.

Idem

Idem *ibid. Eleg.* 7.

——— *Cum charta sua vincula dempsi.*

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Deme mihi studium, vita quoque crimina demes.

Ibid. Eleg. 5. *lib.* 3.

Spe traher exigua, quam tu mihi demere noli.

¶ Suet. *in Calig. cap.* 33. Demere ceruicem, pro abscindere. Demere caput statuæ. Idem *in Tib. cap.* 58. *& in Calig. cap.* 22. Item demere barbam, pro radere. Idem *in Cæs. cap.* 67. & demere vngues, pro præsecare, siue purgare. Plaut. *Aul. sc.* 1. *a.* 2. Demam coronam (capiti sup.) Idem *Men. sc.* 3. *a.* 5. Demere aliquid de re aliqua. Idem *Trinum*—de magnis diuitiis si quid Demas, plus fit, an minus? Liu. 7. *ab Vrbe*, Æquè impotens postulatum fuit, vt de stipendio equitum æra demerentur. Ouid. *Eleg.* 2. *lib.* 5.

Exiguum pleno de mare demat aquæ. (mox detrahat.)

Plaut. *Asin. sc.* 4. *a.* 3. Demam tibi de hordeo, tolutim ni badizas. Idem *ibid. sc.* 1. *a.* 4. Deme istuc (sup. è scriptis.)

Dēmptus. {לקח *lukkách.* ἐξῃρημένος. Gall. *Osté.* Ital. *Tolto.* Germ. *Hinweg genommen, darvon gethan.* Hisp. *Quitado de otra cosa.* Angl. *Taken away abated.*} Plin. *lib.* 15. *cap.* 17. Demptis forcipe corruptioribus acinis. Ouid. 2. *Metam.*

Paulatimque metu dempto, nunc pectora præbet
Virginea palpanda manu.

Idem *Eleg.* 11. *lib.* 3. *Trist.*

Mè que reum dempto fine cruentus agas.

Dēmŏcēdēs, Δημοκήδης. Fuit Crotoniata, medicus illustris, qui quum inter Darij captiuos esset, & Darius ipse ob luxatum pedem grauiter ægrotaret, ita vt iam septem dies noctésque insomnes egisset, nec à medicis vllis iuuaretur, ductus in medium Democedes vinctus compedibus, Darium penitus liberauit: de hinc summo in honore apud regem habitus est.

Dēmochărēs, Δημοχάρης. Orator Atheniensis, Demosthenis ex sorore nepos qui missus cum aliis ad Philippum regem Legatus, petenti regi quid gratum Atheniensibus facere posset. Si (inquit) te suspendas. Indignantibus ob eam rem cæteris, Rex dimisit incolumem: Vos (inquiens cæteris) renunciate Atheniensibus, quos censeant superiores, qui talia dicunt, an qui audiunt patienter. Hæc Senec. *lib.* 3. *de Ira.* Hic etiam historiam earum rerum quæ gestæ erant sua ætate Athenis, non tam historico, quàm oratorio genere scripsit. Autor Cic. *in Bruto.*

Democles, Δαμοκλῆς, siue (vt apud Valerium legitur) Damocles, adulatoris cuiusdam nomen fuit, qui quum coram Dionysio regum felicitatem supra modum exaggerasset, quòd & splendidissimè amicerentur, & lautissimè victarent, Rex quæsiuit, velléne suam cum eo conditionem permutare. Quúmque annuisset, ornatum regia purpura iussit eum accumbere mensæ omni genere deliciarum copiosissimè instructæ: sed supra caput strictum ensem de tenuissimo filo iussit suspendi. Metuens itaque Democles, ne fracto filo ensis sibi in caput decideret, maluit ad pristinum vitæ genus redire, quàm tam manifestum vitæ adire periculum: intellexitque quod res erat, regum vitam in speciem quidem felicissimam videri: si tamen propiùs inspicias, plenam esse solicitudinis, & periculi.

Dēmŏcoōn, Δημοκόων. Fuit nothus Priami, qui velocissimos patris equos apud Abydum custodiebat. Hunc Vlysses in bello interemit, vt est apud Homer. *lib.* 4. *Iliad.*

Dēmocrătēs, Δημοκράτης. Insignis athleta fuit, qui consistens in circulo à se circumscripto, à nemine loco moueri potuit. ¶ Fuit & alter Democrates insignis architectus Alexandri Magni ætate, qui illius iussu Alexandriam in Ægypto metatus est. Suidas.

Dēmocrătĭă, Imperium populare, principatus populi, qualis fuit olim apud Athenienses, & hodie apud Heluetios. {δημοκρατία. Gall. *Gouuernement populaire, principauté de peuple.* Ital. *Gouerno di republica de plebei, senza hauer superiore, principato del popolo.* Germ. *Ein herschung des volcks, ein solches regiment in welchem das gemein volck im selbs amptleut erwehlt.* Hisp. *Principado del pueblo.* Angl. *The ruling or gouerning of the people.*} Hinc

¶Democraticus, a, um, ad democratiam spectans.¶

Dēmocrătĭci δημοκρατικοί, qui fouent principatum populi, παρὰ τὸ δημοκρατεῖν: qui scilicet populari instituto viuentes, dignitatem in libertate constituunt. Oligarchici verò, qui dignitatem partim in censu, & facultatibus, partim in generis nobilitate ponentes, paucorum gaudent principatu. Aristocratici verò, qui virtute dignitatem metientes, optimorum fouent statum. Autor Bud. *in Annot. in Pandect.*

Dēmocrĭtus, Δημόκριτος. Nomen Philosophi Abderitæ, qui accepta à fratribus natu maioribus paternæ hæreditatis portione, cognoscendarum rerum cupiditate accensus, bonam orbis partem peragrauit. Postea in patriam reuersus, cum summa inopia, in hortulo iuxta suæ vrbis mœnia, se ad otium rerum naturas contemplandas contulit. {Germ. *Ein Philosophus welcher ab allen glückfällen, vnd menschlichem wäsen lachet.*} De hoc memoriæ proditum est, quòd quocunque fortunæ casu, & mutabilium rerum auditu, in risum soluebatur, sicut Heraclitus in fletum: vnde Gelasinus nominatus est. Tandem, teste Cic. *lib.* 5. *Tusc.* se occæcauit, vt naturæ secreta subtiliùs rimaretur. Agebat centesimum & nonum annum quum mortuus est. Dixit omnia ex atomis fieri, ac plures esse mundos, & corruptibiles. Fertur Theologiam ac Astrologiam didicisse à Magis & Chaldæis: cum gymnosophystis quoque congressus est. In omni denique Philosophiæ genere adeò profecit, vt Pentathlos, siue Quinquertio dici posset. Namque naturalia, moralia, mathematica, liberales disciplinas, artiúmque omnium peritiam callebat. Hunc Plin. virum sagacem, & vitæ vtilissimum fuisse refert, sed nimio iuuandi mortales studio prolapsum. Constat patre locupletissimo natum fuisse, vt qui totis Xerxis copiis epulum dederit.

Dēmŏdŏcus, Δημόδοκος. Nomen citharœdi, quem Hom. *lib.* 8. *Odyss.* inducit in conuiuio Alcinoi regis Phæacum citharam pulsantem, & simul accinentem.

Demolchus, Syracusanus comicus, Epicharmi medici filius, docuit fabulas quatuordecim lingua Dorica. Suidas.

Dēmōlĭŏr, is, deturbo, deiicio, disturbo, & Demolio, is, Diomed. *lib.* 1. de quo paulò infrà. {הרס *harás* נתץ *nathàts.* καθαιρέω, ἀφανίζω. Gall. *Demolir, abatre.* Ital. *Disfare, struggere.* Germ. *Zerstören, niderreissen, abbrechen.* Hisp. *Derribar, como edificio.* Angl. *To cast downe, to abate.*} Plaut. *in Amph.* Hasce (fores) illico toto demoliar cardine. Cic. 3. *Offic.* Demoliri ea, quorum altitudo officeret auspiciis. Plaut. *in Bacch.* De me culpam hanc demolibor iam, & seni faciam palàm. Liu. *lib.* 9. *d.* 4. Demoliri bacchanalia. (paulò pòst, diruere.)

Dēmōlītĭo, verbale, Deiectio, euersio. {הריסות *harisúth* הרסות *harisáh.* καθαίρεσις. Gall. *Demolition, abatement.* Ital. *Ruina, abbatimento.* Germ. *Zerstörung, niderreissung eines gebews.* Hisp. *Derribamiento.* Angl. *A casting downe, a bating.*} vt, Demolitio statuarum, Cic. *lib.* 4. *& 6. in Verrem.* Opponitur molitioni. *l. stipulatio. ff. de oper. nou. nunciat.* Siquidem demoliri est extructa diruere, moliri est ædificare. Idem *in Verr.* Dum ea demolitio fieret, Quæstores non triginta adessent.

Dēmŏlĭo, is, iui, itum, ire. Idem quod Demolior, Diomedes *lib.* 1. {καθαιρέω. Angl. *To cast downe to the ground.*} Alph. *in l. qui insulam. ff. de locat.* Dominus insulæ, quia ædificia vitium facere diceret, demolierat eam.

Dēmōlītus, a, um, particip. Deiectus, euersus. {הרוס *harús* נתוץ *nitsáts.* καθῃρημένος, ἀφανισθείς. Gall. *Ruiné, abatu, demoli.* Ital. *Rouinato, abbattuto.* Germ. *Zerstöret, nidergerissen, zerschleyfft.* Hisp. *Derribado, derrocado.* Angl. *Cast, downe, abated.*} Vlpian. *in l. qui tamen. §. 1. quib. mod. vsusfruct. amit.* Verumetiam si demolitis ædibus testator alias nouas restituerit. Ædificium demolitum *in l. qui insulam. §. 1. ff. locati.*

Dēmōnax, Δημῶναξ. Philosophus insignis fuit Adriani temporibus, pecuniæ contemptor, & omnis solicitudinis expers. Nihil sibi vnquam viatica parabat, sed quum esuriret, quam domum primùm apertam offendebat, ingressus iubebat sibi cibum apponi. Centenarius decessit, & funere publico est elatus, vt refert Lucianus.

Dēmŏnēsus, Δημόνησος, Insula est circa Chalcedonem, in qua cyanus lapis, chrysocolla, & aurum inuenitur, si Stephano credimus.

Dēmŏnĭcă, Δημονίκη, Ephesia mulier fuit eo tempore quo Galli Senones omnem Europam infestabant, quæ cupiditate auri capta Brenno hostium duci Ephesum prodidit. Hanc Plutarch. *in Paral.* cum Trepeia puella comparat.

Dēmōnstro, as, Monstro, indico, ostendo, declaro. {הראה *hereáh* הודיע *hodiáh.* δείκνυμι. Gall. *Demonstrer, monstrer apertement, faire entendre euidemment.* Ital. *Dimostrare, mostrare.* Germ. *Zeygen, beweisen, kundtbar machen.* Hisp. *Demostrar.* Angl. *To declair, tell, or shew openlie.*} Plaut. *in Asin. sc.* 2. *a.* 2. Et ædes demonstraui nostras. Idem *Capt. sc.* 2. Dice, demonstra, præcipe. Item, Hominem demonstretis, qui eam abstulerit. idem *Aul. sc.* 6. *a.* 4. Hæ regiones mihi ab hero demonstratæ (i. ab absente designatæ ac descriptæ.) Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. & Cæsar *lib.* 1. *de bell. ciu.* Habere se mandata demonstrat. Item, De quibus suprà demonstratum est. *Ibidem.* Terent. *Heaut.* Audistin' homo iste modò quam villam demonstrauit? Cic. 4. *Verr.* Legatos mittunt, qui eum leges doceant, consuetudinémque omnium annorum demonstrent. ¶ Interdum demonstrare, est argumentis notissimis, & irrefragabilibus ad rei alicuius cognitionem perducere, quod Græci ἀποδείκνυμι appellant. ¶ Demonstrare, pro Narrare. Cic. 1. *de Orat.* Etiam illa cognoram & acceperam, antequam de re diceremus, initio conciliandos eorum esse animos, qui audirent, deinde rem demonstrandam, postea controuersiam constituendam, tum id quod nos intenderemus confirmandum. ¶ Vnde demonstratio, est argumentum firmissimum, per se rei dubiæ faciens fidem. {הוכחה *hocaváh.* ἀπόδειξις. Gall. *Demonstration, monstre euidente, declaration manifeste.* Ital. *Demonstratione.* Germ. *Ein gewisse bewärung vnd beweisung eines dings.* Hisp. *Demonstracion.*} Cic. 3. *de Orat.* definit esse rationem, qua ex rebus perceptis ad id, quod non percipiebatur, adducit.

Dēmōnstrātĭo, Rhetoribus causæ genus, quod in laude, vel vituperio versatur. {τὸ ἐπιδεικτικόν. Angl. *A shewing, a declaration.*} Cic. 1. *de Inuent.* Si deliberatio & demonstratio genera sunt causarum, non possunt rectè partes alicuius generis causæ putari. Demonstratio est quædam ex instantibus, vel præteritis accidentibus notitia, quæ magis dispositio sit liquida adhibita rei, quæ est in facto, & non quæ est in fieri. Verba Bart. sunt *in l. demonstratio. ff. de cond. & dem.* Demonstratio plerunque rem factam: conditio autem futuram ostendit. *l.* 3. *ff. de don.* Gloss. *in rub. de cond. & demon. & l. nominatim. ead. tit.*

Dēmōnstrātīuē, Aduerbium, ἐπιδεικτικῶς. Macrob. *Comm. lib.* 1. *cap.* 16. Hunc locum demonstratiuè terram dicens in qua eras dum ista narraret.

Dēmōnstrātŏr, is. {מראה *marèh* מודיע *modiiáh.* ἀποδεικνύς. Gall. *Qui monstre euidemment quelque chose.* Ital. *Chi mostra chiaramente qualche cosa.* Germ. *Ein beweiser, der einem gewiß ein ding anzeygt.* Hisp. *El que demostra claramente alguna cosa.* Angl. *He that telleth or sheweth openlie.*} Col. *lib.* 5. *cap.* 10. Itaque huius rationis demonstratorem magis esse me, quàm inuentorem, libenter profiteor.

Dēmōnstrātīuus, a, um, quod demonstrat. {ἐπιδεικτικός. Gall. *Demonstratif.* Ital. *Dimostratiuo.* Germ. *Das da beweißt oder gewüß anzeygt weiß das da bewisen oder anzeygt werden mag.* Hisp. *Cosa que demostra algo.* Angl. *That which declareth any thing planelie.*} vt, Genus demonstratiuum causæ ab oratore accipitur, in quo orator demonstrat, quòd sit in alicuius personæ laudem, vel vituperium. Cic. 1. *de Inuent.* Aristoteles tribus in generibus rerum versari Rhetoris officium putauit, demonstratiuo, deliberatiuo, iudiciali.

Demophilus, Comici poetæ Græci nomen. Plautus *in prolog. Asinar.* Demophilus scripsit, (Græcè, sup.) Marcus vortit barbare. (id est, Latinè.)

Dēmŏphŏōn, ontis, Δημοφόων, vel Demophon per contractionem, Δημοφῶν, Thesei ex Phædra filius & rex Athenarum, qui ab expeditione Troiana rediens, aduersis ventis pulsus est in Thraciam, ibique à Phyllide Lycurgi regis filia hospitio & lecto susceptus est: apud quam quum aliquandiu delituisset, Athenas abiit, ibique mortuo patre imperium suscepit oblitus Phyllidis, cui se rediturum iurauerat. Quapropter illa

videns se derelictam, amoris impatientia de amygdalo se suspendit. Vide infrà, *Phyllis*, vbi hæc copiotiùs tractantur. Ouid. *lib.* 2. *de Arte*,

Et tibi Demophoon Torsei criminis hæres,
Phyllide decepta nulla relicta fuit, &c.

Dēmŏpŏlis, & Neocles Themistoclis clarissimi Atheniensium ducis filij fuerunt, qui quum apud ciues suos meminissent legum, quæ aduersus exules latæ erant, à paternis inimicis, lapidibus obruti sunt. Cæl. *lib.* 8. *cap.* 12.

Dēmŏrdĕo, es, demordi, demorsum, demordere, Morsu decerpo. {נשך *naschách.* ἀποδάκνω, ἀποτρώγω. Gall. *Mordre quelque chose, emporter auec les dents.* Ital. *Mordere, pigliare con denti.* Germ. Abbeissen. Hisp. *Morder, tomar alguna cosa con los dientes.* Angl. *To bite of.*} Plaut. *Merc.* Aut angue demorsa cessauit turgida. Plin. *lib.* 28. *cap.* 4. Et è liguo fulgere icto, rejectis post terga manibus demorderi aliquid, & ad dentem qui doleat, admoueri, remedio esse produnt.

Dēmŏrĭor, Morior. {ἀποθνήσκω. Gall. *Mourir, trespasser.* Ital. *Morire in tutto.* Germ. Absterben. Hisp. *Morir del todo.* Angl. *To die, to perishe.*} Colum. *lib.* 5. Siue enim caput demortuum est, duo induantur statim vimina. ¶ Demoritur te, id est, te deperit, & ardet amore tui. Plaut. *in Mil.* Ea demoritur te, atque ab illo cœpit abire: odit senem.

Dēmŏrtŭus, particip. {ἀποθανών, ἀποτεθνεώς. Gall. *Mort, trespassé.* Ital. *Morto in tutto.* Germ. Abgestorben. Hisp. *Muerto del todo.* Angl. *Dead.*} Cic. *ad Attic. lib.* 16. Nostrique familiares ferè demortui. Idem 6. *Verr.* Sanxerunt ne quis emeret mancipium, nisi in demortui locum. ¶ Suet. *in Claudio cap.* 14. Tertium autem nouo circa principem exemplo in locum demortui suffectus, &c. ¶ Defamata & demortua vocabula. Gell. *cap.* 2. *lib.* 9.

Dēmŏrŏr, Moror, remoror, retineo. {אחר *achár* איחר *echár.* διατρίβω. Gall. *Faire targer, amuser, detenir.* Ital. *Indugiare molto.* Germ. Lang verziehen/sich lang saumen. Hisp. *Tardar.* Angl. *To stay, to deteine or hold backe.*} Lactant. *lib.* 4. Quum Moses dux eorum ascendisset in montem, atque ibidem quadraginta diebus demoraretur. ¶ Accipitur etiam nonnunquam actiuè, pro detineo. {עכב *ikkeb.* κατέχω. Gall. *Detenir, arrester.* Ital. *Intramettare.* Germ. Einen auffhalten oder saumig machen. Hisp. *Detener à otro.*} Cic. 3. *de Orat.* Et ne diutiùs vos demorer, exponam. Plaut. *Epid.* Diu me istis demorati. Colum. *lib.* 4. Prudentis magistri est eiusdem nomenclationis aucupio, quo potiri nequeat, studiosos non demorari. Cæs. *lib.* 3. *de bell. ciuil.* Demorari nouissimum agmen ¶ Demorari, pro expectare. Virg. 10. *Æneid.*

Et tua progenies mortalia demoror arma.

¶ Demorari pro manere. *D. lib.* 5. *tit.* 1. *l.* 1. Non compelluntur se Romæ defendere, quandiu legationis causa ibi demorantur.

Dēmŏrātus, passiuè. Gell. *lib.* 10. *cap.* 8. Hisque ipsis, quæ iam dixi, demoratos vos video, alicui, opinor, negotio destinatos.

‖Demosiarius, municeps. L. g. b.‖

Dēmŏsthenes, Δημοσθένης. Nomen Oratoris clarissimi, & Græcorum omnium Oratorum principis. Hic natus patre qui cultellarius cognominatus est, quod domi haberet officinam & operarios cultellorum. Relictus puer in hæreditate locupleti, tutorum fraude, & negligentia direptis bonis, vix habuit vnde præceptoribus mercedem solueret. Verùm quum multo studio & laborioso peruigilio in clarissimum oratorem euasisset, libertatis Græciæ defensor, publicè grauibus concionibus Philippum insectatus est, vtpote publicæ libertatis insidiatorem. Post cuius mortem patria pulsus, tandem reuocatus est. Sed iam mortuo Alexandro, & Antipatro rebus Græcis præposito, quum manifestam sibi necem imminentem videret, relictis Athenis, in Calauriam insulam (vt scribit Suidas) vbi asylum erat Neptuno sacrum, concessit. Quò quum venisset, Archias actor tragœdiarum, qui ab Antipatro missus erat, vt Demosthenem comprehenderet, primùm ei persuadere conatur, vt vnà secum ad Antipatrum se conferret, nihil modestiæ ab eo perpessurus. Cuius fraude intella Demosthenes, Nihil est (inquit) Archia quod coneris: neque enim in scena mihi vnquam placuisti minus, neque nunc persuadebis legatus. Quum autem Archias se per vim detracturum minaretur, Tandem (inquit) Macedonia oracula aperuisti: nam priùs quidem tanquam histrio simulabas. Verùm age, parumper expecta, dum pauca domesticis scribo. Hæc locutus, sumpto libro tanquam scribere vellet, calamum ori admouit, deinde caput veste tegens, se inclinauit, quúmque ab ara retraheretur, cecidit, spiránsque animam emisit. Hic eloquentiæ studio flagrans iugiter lucubrabat, adeò vt duos, vel tres menses continuos domi inclusus, sine intermissione studeret, abrasa parte capitis, vt exeundi facultatem sibi præciperet. De hoc Hieronymus, Demosthenes plus olei quàm vini expendisse dicitur, & omnes opifices nocturnis semper vigiliis præuenisse.

Dēmŏvĕo, es, ere, De loco moueo, remoueo, dimoueo. {הניד *henídh* הסיר *hesír.* ἀποκινέω. Gall. *Chasser ou oster d'vn lieu, mouuoir de place, remuer.* Ital. *Mouere di luogo.* Germ. Verrucken, hindan bewegen. Hisp. *Mouer de lugar.* Angl. *To remoue or put out of a place, or aside.*} Terent. *Adelph.* Caue nunc iam oculos à meis oculis quoquam demoueas tuos. Cic *pro Syl.* Ita charus vtrisque est, atque iucundus, vt non alteros demouisse, sed vtrosque constituisse videatur. Tacit. *lib.* 1. Ne Glanis solito alueo demotus in amnem Arnum transferretur. Cicer. 4. *de fin.* Sed tamen tantam vim esse honestatis, tantúmque eam rebus omnibus præstare & excellere, vt nullis nec suppliciis, nec præmiis dimoueri possit ex eo quod rectum esse decreuerit. Liu. 6. *ab Vrbe*, Quantúmque Romana se inuexit acies, tantum hostes gradu demoti.

Dēmūgĭo, is, ere, Mugitu implere. {געה *ghahâh.* ἐπιμυκάομαι. Gall. *Beugler ou meugler fort.* Ital. *Muggire.* Germ. Hefftig lüyen wie ein ochs. Hisp. *Macho bramar los bueyes, ò vacas.* Angl. *To belowe much.*} Ouid. 11. *Metam.*

——— *sed omne*
Vulneras armentum, sternitque hostiliter omne.

Et paulò post.

——— *sanguine littus*
Vnda que prima rubet, demugitaque paludes.

Dēmulcĕo, es, Valde, seu leniter mulceo: quemadmodum quum catulos blandè & molliter attrectamus. {משש *masch* גשש *ghischschésch* החליק *hecheliik.* καταψηλαφάω, ψηλαφάω. Gall. *Adoucir, manier doucement, tastonner, flatter.* Ital. *Toccare gentilmente.* Germ. Sanfftiklich streichelen. Item, sanfft machen. Hisp. *Tocar blandamente.* Angl. *To stroke, to rubbe softly in making muche of a thing.*} Nonnunquam etiam mitigo, vel molle reddo. Ter. *in Heaut.* Non possum pati quin tibi caput demulceam. Liu. 6. *ab Vrbe*, Ne nihil remissum dicatis, remitto, ne vtique dorsum demulceatis quum ex equis descenderis.

Dēmulctus, delinitus. à Demulceor. Gell. *lib.* 3. *cap.* 3. Atque ita motus & demulctus & captus est.

‖Demultia, συλλογὴ ἀπὸ πολλῶν, collectio è multis: sic enim legendum videtur in Glossario.‖

Dēmum, à demo, Tandem, ad postremum. {בסוף *besóph.* τὸ πέρας, τὸ τελευταῖον, δή. Gall. *Finalement, à la parfin.* Ital. *Finalmente.* Germ. Letzlich, zu letz. Hisp. *Al cabo ò finalmente.* Angl. *At last finallie.*} Plaut. *Most. sc.* 1. *a.* 2. Miserum est opus demùm fodere puteum, vbi sitis fauces tenet. Item, Nunc demùm redeo domum. Idem *Men. sc.* 1. *a.* 4. Tum demum sciam rectè monuisse, si tu rectè caueris. *Ibid. sc.* 3. *a.* 2. Nunc demum animus mihi est in toto loco. Idem *Pseud. sc.* 5. *a.* 4. Illic ibi demùm est locus. Idem *Capt.* 4. *a.* 5. Nunc demum experior mihi ob oculos caliginem obtigisse. Idem *Mil. sc.* 4. *a.* 2. Nunc demùm, &c. (verba in pauca conferentis.) Idem *Asin. sc.* 4. *a.* 2. Nunc demùm defecato animo egredior domo. Idem *Aul. sc.* 2. *a.* 1. Is demùm antiquis est adolescens moribus. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 1. Item,

Dixit, & in pectus tum demum vulnera passum
Condidit ensem,

Ouid. 13. *Met.* Quæ demùm. (increpantis.) Senec. *cap.* 11. *de consol. ad Mart.* Demùm, pro pòst. Suet. *in Tib. cap.* 68. Terent. *in Adelph.* Ego nouus maritus anno demùm quinto & sexagesimo fiam. ¶ Ponitur etiam pro omnino, præsertim quando iungitur cum Is, ea, id, vel cum ita. Cic. *in Salust.* Ea demum magna voluptas, æqualem ac parem verbis vitam agere. Plin. Ea demum sola auium nonnisi volatu depascitur. Quint. Ita demum mihi satisfacies, si apud patrem fuisti. ¶ Accipitur etiam pro Solum, tantummodo. Plin. *de viris illustr.* Et quum moueri nullis viribus posset, ex libris cognitum est, castissimæ demum fœminæ manu moueri posse. ¶ Demus pro demum veteres posuerunt, ‖vt hodie adhuc dicimus prorsus, & prorsum.‖ Pacuuius, Quid demus magis commodum est, quàm ne totum perduas iniuriam pati? Sipontinus.

‖Demundinat, omnibus notum facit. Gloss. Isid. meliùs *Denundinat.*‖

Dēmurmŭro, as, aui, atum, are. {נלון *nalón* רגן *raghán.* ἀπογογγύζω. Gall. *Dire en murmurant.* Ital. *Dire mormorando.* Germ. Murmeln / heimlich etwas mandern. Hisp. *Dezir murmurando.* Angl. *To murmure or whisper.*} Ouid. Ter nouies carmen magico demurmurat ore.

Demus, Δῆμος. Locus in Ithaca, aliàs κροκύλειον dictus. Apud Athenienses vicum significat. Steph. Est etiam pars tribus.

‖Demusso, musso. Gloss. demusso. ἀποτονθορύζω, ἀποσιωπῶ.‖

Dēmūssātă contumelia, id est, dissimulata, & cum silentio, indignationéque transmissa. {Gall. *Iniure dissimulée.* Ital. *Ingiuria dissimulata.* Germ. Ein schmach die einer verttruckt vnd nit auss im lässt. Hisp. *Injuria dissimulada.* Angl. *Dissembled iniurie.*} Vt Apuleius *lib.* 3. Mussitare enim propriè est dissimulandi causa tacere: dictum vel à Græco verbo μύζω, vel à μ litera, quæ est nimirum pressæ vocis, ac penè nullius. Terent. *Adelph.* Accipienda & mussitanda iniuria adolescentium est. Vbi Donatus exponit: patienter cum silentio perferenda.

Dēmŭtĭlo, as, are, Mutilo. {קצץ *kitsétsts* קצר *katsár.* κολοβόω. Gall. *Couper & rogner de quelque chose, accourcir.* Ital. *Mozzare.* Germ. Stümpeln/abmutzen. Hisp. *Desmochar ò cortar miembro.* Angl. *To mayme to cutt of.*} Colum. *de arbor.* Cacumina virgarum, ne luxurientur, demutilato.

Dēmūto, as, are, Muto. {החליף *hechelíph.* ἀλλάττω, μεταβάλλω. Gall. *Changer ou muer d'vn en autre.* Ital. *Mutare.* Germ. Verendern/verwechselen. Hisp. *Mudar.* Angl. *To change, to moue from one to another.*} Plaut. *in Trinum.* —aut si demutant mores Ingenium tuum, neque eos antiquos seruas. Tacit. *lib.* 4. Placitum, instituto Flaminum nihil demutari. Plaut. *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. (bis.) Argentum dabo, non demutabo. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 5. Imperium tuum demutat, atque edictum Apollinis. (An legendum *demutas*? an ratum esse non patitur?) Passerat. Os tuum minimum à Thyesta Tragico demutat (id est, differt.) Apol. *Apolog.* 1.

Dēmūtātio, nis, verbale, Mutatio. {חליפה *chaliphâh.* μεταβολή. Gall. *Changement d'vn en autre.* Ital. *Mutamento.* Germ. Verenderung/verwechslung. Hisp. *Mudança de lugar à lugar.* Angl. *A changing frome one to another.*} Plin. *lib.* 28. *cap.* 28. *De chamæleonte*, Nullum animal pauidius esse existimatur, & ideo versicoloris esse demutationis. Alij legunt, *mutationis.*

Dēnārĭus, a, um, adiectiuè, idem quod decenarius, quod decem continet. {עשירי *hasiri.* δεκαδικός. Gall. *Dizain.* Ital. *Decimo, decenato.* Germ. Ein zehender/oder das zehen in sich begreifft. Hisp. *De diez.* Angl. *That conteineth te nomber of ten.*} Plin. *lib.* 31. *cap.* 6. de ratione aquæ ducendæ: Fistulas denùm pedum longitudinis esse legitimum est. Et si quinariæ erunt, sexaginta pondo pendere: si octonariæ, centena: si denariæ, centena vicena, ac deinde ad has portiones. Denaria appellatur, cuius laminæ latitudo antequam curuetur, digitorum decem est: dimidióque eius quinaria.

Dēnārĭæ ceremoniæ dicebantur, sicut Tricenariæ, quibus sacra adituris decem continuis diebus, vel triginta, certis quibusdam rebus carendum erat. Hinc Vndenarius, Duodenarius, & huiusmodi.

Dēnārĭus, ij. Communiter notatur secunda longâ: apud Martial. tamen *epigr.* 103. *lib.* 9. Denārius secunda breui legitur. {דרכמון *darchemon* אדרכון *adkarcón.* δηνάριον.} Budæo, apud Romanos numus erat argenteus, quatuor valens sestertios: ita dictus quòd pro decem assibus in solutionem cedebat, quoad perpetuis bellis exhausto ærario, placuit denarium sedecim assibus permutari, quod contigit, quum Annibal perpetuos octodecim annos totam Italiam ferro, flammáque crudelissimè vexabat. Alioqui ferè semper denarius decem assibus

permuta

permutabatur, vnde & nomen habuit. Hinc Plutarch. *in Camil.* Asses decem, denarium faciunt, inquit. Pendebat autem denarius, argenti siliquas XXIV. Siliquæ autem duodeuiginti, conficiebant drachmam. Tres itaque denarij pendebant drachmas quatuor: octo autem drachmæ conficiunt vnciam: vncia autem sex constat denariis. Hæc fere de denarij pondere ex Portiano decerpsimus. Budæus autem *in lib. de Asse*, non vno in loco ostendit drachmam Atticam & Romanum denarium eiusdem fuisse ponderis & pretij. Quod & ipsum non obscurè indicat Plin. *lib.21. cap.vlt.* Drachma, inquit, Attica (ferè enim Attica obseruatione medici vtuntur) denarii argentei habet pondus: eademque sex obolos pondere efficit. Constat itaque denarium ad Gallicæ pecuniæ æstimationem redactum, valuisse solidos Turonenses tres cum dimidio. Denarij dimidium, quinarium appellabant: quinarij autem dimidium sestertium, qui & nummus vocabatur. Si itaque denarij valorem (quem diximus esse trium solidorum cum dimidio) in quatuor feceris partes, habebis valorem sestertij, hoc est, carolum nummum vnum, & Gallici denarioli dimidium. Veteres etiam pro eodem denarium dixerunt in neutro genere. Plaut. *in Rudente*, Centum denaria Philippea! Senec. *cap.88.* Vt denarius in cloacam cadit.

DĒNĀRRO, Per ordinem narro, enarro. {ספר *sippér.* ἐξηγέομαι. GALL. *Raconter.* ITAL. *Narrare per ordine.* GERM. Erzehlen. HISP. *Contar fabula o historia con orden.* ANGL. *To shew, declare or tell.*} Gell. *lib.2.* Hæc nobis Fauorinus summa cum elegantia verborum, totiúsque sermonis comitate atque gratia denarrauit. Idem *cap.23. lib.1.*

DĒNĀSCŎR, eris, pro Morior. {מות *meth.* θνήσκω. GALL. *Mourir, laisser à estre, n'estre plus.* ITAL. *Morire.* GERM. Sterben. HISP. *Morir.* ANGL. *To die.*} Cass. *Hem.* Quæ nata sunt, ea omnia denasci aiunt. Ex Non. [illegible]. Varr. 4. *de Analog.* Qui denascitur, &c.

DĒNĀSO, as, Nasum aufero. {ἀποῤῥινόω. GALL. *Enaser, oster ou couper le nez du visage.* ITAL. *Leuare il naso.* GERM. Die nasen abhawen. HISP. *Cortar las narizes o desnarigar.* ANGL. *To take or cutt away the nose.*} Plaut. *in Capt. sc.4. a.3.* Nanque ædepol si habites propiùs, os denasabit tibi mordicus. id est, faciem naso spoliabit.

DĒNĀTO, as, frequentatiuum est verbi Deno, as, quod est deorsum nato, vel secundo flumio nato. {[illegible]. GALL. *Nager d'vn lieu en autre, ou souuent.* ITAL. *Natar spesso.* GERM. Niderwerts schwimmen, hinab schwimmen. HISP. *Mucho nadar.* ANGL. *To swymme often.*} Horat. 3. *Carm. Ode 7.*

Nec quisquam citus æquè
Tusco denatat alueo.

[Denatus, mortuus. Denatiuum, morituris medicina. Tertull.]

Dendrăchătes, δενδραχάτης. Gemma est ex Achatæ generibus, discursu linearum arbusculæ cuiusdam speciem repræsentans. δένδρον enim arborem dicunt. Plin. *lib.37. cap.10.*

Dēndritis, δενδρῖτις. Gemma quæ sub arbore defossa non permittit securim hebetari. Plin. *lib.37. cap.13.*

Dēndrocissus, δενδρόκισσος. Herba est, quæ sine adminiculo stat cæteris hederarum generibus firmior, & ad arbusculæ firmitatem accedens. Vnde & nomen inuenit, ἀπὸ τοῦ δένδρου καὶ κισσοῦ, id est, ex arbore & hedera.

Dendroides, δενδροειδής. Tithymali septima species, teste Plin. *lib.26. c.8.* quod leptophyllon vocant, in petris nascens, comosissimum ex omnibus tithymali generibus, & semine copiosissimum.

DĒNĔGO, as, Recuso, nego. {מאן *meén.* ἀπαρνέομαι. GALL. *Denier, refuser, renier.* ITAL. *Denegare, recusare.* GERM. Leügnen, abschlagen. HISP. *Negar, rehusar.* ANGL. *To refuse, to denie.*} Terent. *in Andr.* Denegarat se commissurum mihi gnatam suam. Ouid. 13. *Metam.*

Denegat hoc genitor (mactare natam.)

Plaut. *Men. sc.2. a.4.* Datum denegant quod datum est. Idem *Amph.* Denegat facta, quæ tu facta esse dicis, &c. Virg. 1. *Georg.*

——— *quum iam glandes atque arbuta sacræ*
Deficerent syluæ, & victum Dodone negaret.

Cicer. 7. *Verr.* Vt omnia semper quæ iuranda videntur esse, non modò his extraordinariis cupiditatibus, sed etiam ipsi naturæ & necessitati denegaret.

Denetatæ, sunt ipsam denariorum pretium. Sic Denetata ceræ, legitur in charta Besuensi: aut Denetata de cera, in charta ingenuitatis, qua Asaita famula ingenua facta est.

Dēni, æ, a, numerus distributiuus, pro decem. {δέκα καὶ δέκα. GALL. *Dix.* ITAL. *Decenario, dieci.* GERM. Je zehen. HISP. *Cada diez.* ANGL. *Ten together.*} Plin. *lib.10. c.63.* Viuunt Laconici annis denis. Cæsar 5. *bell. Gall.* Vxores habent deni duodenique inter se communes.

Dēnicales feriæ dicebantur, quibus hominis mortui causa familia purgabatur. Colum. *lib.2. c.22.* Nos apud Pontifices legimus, feriis tantum denicalibus mulos iungere non licere, cæteris licere.

DĒNĪGRO, as, Nigrum facio. {הקדיר *hikdir.* μελαίνω. GALL. *Noircir, faire noir.* ITAL. *Far nero.* GERM. Schwertzen, schwartz machen. HISP. *Negrecer o tiñir o hazer negro.* ANGL. *To make blake.*} Plin. Capillum denigrat suffitu. Varr. 1. *de re rust. c.55.* Non solùm denigrat terram, &c.

Dēnĭquĕ, Postremò, ad extremum, post omnia. Passerat. An quia perimit sententiam, & postremum est? vt Denicales dies. {בסוף *besoph.* τέλος. GALL. *Finalement, à la parfin.* ITAL. *Finalmente.* GERM. Zuletst. HISP. *Al cabo, finalmente.* ANGL. *Last of all, finallie.*} Ouid. *lib.13. Metamorph.*

Denique quid verbis opus est!

Plaut. *Capt. sc.2. a.1.* Tum denique nostra intelligimus bona, cùm amisimus. Cic. Quum ibi non multitudinem militum, non idoneos Imperatores, non pecuniam sibi præstò viderent, non denique vllam rem quæ pertineret ad bellum administrandum. ¶ Ponitur interdum pro omnino, πάντως. Ouid. Si qua metu dempto casta est, ea denique casta est. ¶ Denique ad extremum. Cicer. *post red. ad Quir.* Primum vos docuit, &c. Tum in perorando posuit, &c. Denique ipse ad extremum pro mea vos salute non rogauit solùm, verùm etiam obsecrauit. ¶ Denique pro tum demum. Idem *pro Milone*, Itaque Milonis consulatus qui viuo Clodio labefactari non poterat, mortuo denique tentari cœptus est. id est, confestim, vel potiùs tandem & demum, inquit Bud.

DĒNŌMĬNO, Nomen impono. {כנה *chinnáh* קרא *kará.* ἐπονομάζω. GALL. *Denommer, bailler nom.* ITAL. *Nominare, dar nome.* GERM. Nennen, ein namen geben. HISP. *Nombrar, dar nombre.* ANGL. *To name, to giue a name.*} Quint. *lib.1. cap.10.* Propria sunt verba, quum id significant, in quod primò denominata sunt.

Dēnŏmĭnātīuă, dicuntur quæcunque ab aliquo solo casu, hoc est, solo fine sunt differentia, & secundum illud nomen habent appellationem: cuiusmodi sunt adiectiua à substantiuis deducta, vt à studio studiosus, à robore robustus, παρώνυμα. Nomen enim denominatiuum habet communicare cum nomine vniuoco in principio, sed differre in fine. ¶ In denominatione autem tria requiruntur: scilicet denominans, denominatum & denominatiuum. Denominans est forma accidentalis, quæ importatur per nomen abstractum: & dicitur denominans, quasi de se aliud nominans, quia de se dat concreto vt prædicetur, & denominet subiectum. Denominatum autem est res ipsa, siue subiectum cui accidens inhæret. Sed denominatiuum est accidens quod prædicatur denominatiue de suo subiecto, vt album, vel nigrum.

DĒNŌRMĀRE, est deturpare & inæqualem facere. {ἀμορφόω. GALL. *Faire inegal, mettre hors de ligne.* ITAL. *Disformare, dismagliare.* GERM. Von der rechten linien verkehren, verrucken, vngleich machen. HISP. *Desordenar, o desconcertar.* ANGL. *To make vnequall, to put out of rule or order.*} vt interpretatur Acron illud Horatij 2. *lib. serm.*

——— *ò si angulus ille*
Proximus accedat, qui nunc denormat agellum.

DĒNŌTO, as, Noto, significo, designo. {הגיד *highghidh.* σημαίνω. GALL. *Denoter ou noter, marquer, remarquer.* ITAL. *Denotare.* GERM. Zeichnen. HISP. *Notar o señalar.* ANGL. *To note, to marke.*} Liu. 4. *ab Vrb.* Haud dubiè Icilios denotante Senatu, quos mercedem seditiosi Tribunatus petere Consulatum insimulabant. Cicer. *pro lege Manil.* Quòd is qui vno die tota Asia, tot in ciuitatibus, vno nuntio, atque vna literarum significatione ciues Romanos necandos, trucidandósque denotauit. ¶ Denotare probro, infamare. Sueton. *in Caligula*, Quem C. seniorem iam, & mollem effœminatum denotare omni probro consueuerat.

DĒNS, dentis, notæ significationis, ab edendo, sicut Græci ὀδοὺς ab ἔδω. {שן *schen.* GALL. *Dent.* ITAL. *Dente.* GERM. Ein zan. HISP. *El diente.* ANGL. *The tooth.*} Plaut. *Men. sc. vlt. a.5.* Septennis (eram.) Nam tum dentes mihi cadebant primulum. Cic. 3. *de nat. deor.* Tertius Aristippi & Arsinoæ, qui primus purgationem alui, dentísque euulsionem, vt ferunt, inuenit. Plin. *lib.28. c.11.* Dentes mobiles confirmat ceruini cornus cinis, doloréśque eorum mitigat, siue infricentur, siue colluantur. Dentes cadunt (& pueris & senibus.) Senec. *epist.84.* Os amarum habeo, dẽtes plenos, lippiunt fauces fame. Plaut. *Curt. sc.3. a.2.* Vt cum dentibus linguam excreces. Idem *Amph.* Concisus pugnis, & illisis dentibus. Idem *ibid.* Quibus dens desit, an sint morbosi, Gell. *c.2. lib.4.* Cum calceatis dentibus veniam. Plaut. *Capt. sc.2. a.1.* Si non arriderent, dentes restringerent, vt canes irritatæ. *Ibid. sc.1. a.3.* Dentibus frendere, vide *Frendeo.* Ne dentes dentiant, vide *Dentio.* ¶ Accipitur autem quandoque pro claui ἐμπιδοχεῖον. Tib. *lib.1. Eleg.2.*

Sed referat fixa dente puella fores.

Germanicus *in Prognosticis*,

Qualis ferratos subijt clauicula dentes,
Succutit & foribus producit vincula claustris.

¶ Sed & omne quo aliquid teneri, vel dissecari potest, solet dens appellari. Virg. *lib.6.*

——— *tum dente tenaci*
Anchora fundabat naues.

Hinc Bidens, Tridens, & huiusmodi. ¶ Dentes diuersa sortiuntur nomina. Qui enim primùm apparent apertis labiis, primores vocantur, & aduersi, lati & acuti, quibus cibus inciditur. τομεῖς ἐπίκοι, δικασῆρες, γελασῖνοι. Ipsi enim non cibo tantùm & alimentis necessarijs, vocis etiam sermonísque regimen tenent, concentu quodam excipientes ictum linguæ. Hinc Plaut. *Capt. sc.1. a.1.* Prolatæ res sunt nostris dentibus. Qui verò sequuntur quasi rotunda specie acuti in modum serrati dicuntur: ab antiquis canini appellantur in quocunque animali, κυνόδοντες, καρχαρόδοντες. Plin. *lib.11.* Lupi dexter caninus in magnis habetur operibus. Sequuntur maxillares dentes intimi, qui duplices sunt, cibúmque conficiunt, ob id molares dicti, γομφίοι. Iuuenalis,

——— *intérque molares*
Difficili crescente cibo.

Genuini, σωφρονιστῆρες, nouissimè nascuntur homini, vt ait Plinius. Animalium aliis sunt dentes continui, vt homini, & equo: aliis exerti, hoc est, extra os producti, vt apro & elephanto. χαυλιόδοντες. ¶ Dentem dente rodere dicitur qui carpit eum, qui neque loqui queat, neque sentiat. Aut qui mordet pari mordacitate præditum quempiam. Martial. *lib.13.* in obtrectatorem quendam,

——— *qui dentem dente iuuabit*
Rodere? carne opus est si satur esse velis.

Ouid. *Eleg. vlt. lib.4. Trist.*

——— *Nec iniquo dente momordit* (opus liuor.)

Idem *ibid.* Hoc (tempus) tenuat dentem terram renouantis aratri.

Denticulus, diminutiuum, Dens paruus, ὀδόντιον. Apul. *in Apologia.* Viperæ ritu niueo Denticulo, atrum venenum inspirare.

DĒNTĪO, is, ire, Dentes emitto. {ὀδοντιάω, ὀδοντοφυέω. GALL. *Produire des dents, en iettre dehors, comme les enfans à qui les dents viennent.* ITAL. *Fare i denti.* GERM. Zanen. HISP. *Endentecer los niños.* ANGL. *To breede teeth.*} Plin. *lib.30. c.3.* Cinis eorum pueros tardè dentientes adiuuat cum melle. Plaut. *in Mil. sc.1. a.1.* Venter creat omnes has ærumnas: auribus peraudienda sunt, ne dentes dentiant. Vbi populari ioco dentes esurientium dentire dicuntur, i. dolore (vt fit in pueris dentientibus) præ inedia, & quòd nihil atterant. Nec tamen hoc naturali ratione vacat. Nam & in gingiuis dentibúsque famis sensus quidam cum dolore, propter alimenti inopiam, percipitur.

Dēntītĭo, Dentium emissio. {ὀδοντοφυΐα. GALL. *La venuë des dents.* ITAL. *La*

ventuta de denti. GERM. Dan zanen/die herfürwachsung der zänen. HISP. Aquella obra de endentecer, la venida de los dientes. ANGL. A breeding of teeth.} Plin. lib. 28. c. 19. Infantibus nihil butyro vtilius per se, & cum melle priuatim & in dentitione, & ad gingiuas, & ad oris vlcera. Idem alibi. Dens lupi adalligatus infantibus, prohibet pauores, dentitionisque morbos. Ibid. Cerebrum viperæ illigatum pelliculæ dentitiones adiuuat.

Dentarpăgă, æ, instrumentum quo dens eximitur, Græci ὀδοντάγρα vocant. Varro in quinquatribus, Hic bipensiles forcipes, dentarpagæ. Ex Nonio.

Dĕntātŭs, qui magnos habet dentes: qui & dentosus dicitur. {ὀδοντωτός. GALL. Denté, qui a des dents. ITAL. Dentato, dentoso. GERM. Der grosse zän hat. HISP. Cosa que tiene dientes. ANGL. That hath great or many teeth, toothed.} Plaut. Pseud. sc. 4. a. 4. Non ego te ad illum duco dentatum virum. ¶ Dentatum etiam dicitur quod dentes habet, siue ij magni, siue parui sint. Plin. lib. 11. cap. 41. Caseus non fit ex vtrinque dentatis. Martial. lib. 1.

Sic dentata sibi videtur Ægle
Emptis ossibus, Indicóque cornu.

¶ Dentata charta. Cicer. ad Quint. fratr. lib. 2. Calamo, & atramento temperato, charta etiam dentata res agetur. ¶ Dentatus item M. Curij cognomen fuit, propterea quòd cum dentibus fuerit natus, vt scribit Plin. lib. 7. ¶ Hinc edentatus, cui dentes sunt euulsi. Macrob. Edentatæ belluæ morsus. Similiter edentulus, νωδὸς, qui dentibus caret.

Dĕntĭcŭlātŭs, a, um, quod serræ modo dentatum est. {ὀδοντωτός. GALL. Qui a comme des dents, en façon de scie, crené & croché comme vne scie. ITAL. Fatto a denti. GERM. Der vil zän hat wie ein sägen. HISP. Cosa dentada de pequeños dientes. ANGL. That hath teeth lyk the teeth of a sawe.} Plin. Præterea bina brachia denticulatis forcipibus. ¶ Denticulatæ falces, Columell. lib. 2. cap. 21. Denticulatur olus, Plin. lib. 24. cap. 15.

Dĕntālĕ, Lignum, cui vomer arandi causa inducitur: sed pro vomere poni solet. {את eth. ὕνις. GALL. Le coultre d'vne charrue. ITAL. Dentale. GERM. Das holtz an dem pflug an welches man das wägeisen stoßt. Item, das wägeisen. HISP. El dental del arado. ANGL. The share of a ploughe.} Virg. 1. Georg.

Bina aures, duplici aptantur dentalia dorso.

Col. lib. 7. Et dentalibus terram subigere, quo minoribus bobus id administrari possit. ¶ Dicitur etiam dens, vt Varro scribit, quòd eo quasi dente moleretur terra. ¶ Non inest illi dentale, γύης οὐκ ἔνεστιν αὐτῷ. Dici consueuit de quopiam ad rem aliquam parum vtili, sumpta metaphora ab aratro, cuius pars est γύης. Et quoniam præcipua videtur, si absit, nihil confici potest aratro.

Dĕntĭtim, & Denticulatim, aduerbia, significant ad similitudinem dentium. ὀδοντωφυῶς, ὀδοντωδῶς.

Dĕntĭfrangĭbŭlum, vox est à Plauto conficta pro quauis re, qua dentes confringi possunt. ὀδοντοθλάστης. Idem in Bacch. Ne tibi hercle haud longè est os ab infortunio: ita dentifrangibula hæc meis manibus gestiunt. Reperitur & in genere masculino, apud eundem in Bacchid. Vale dentifrangibule. Et tu integumentum vale.

Dĕntĭfrĭcium, medicamentum quo dentes fricantur, vt fiant candidi, {ὀδοντότριμμα. GALL. Poudre, ou autre chose propre à frotter les dents. ITAL. Nettadenti. GERM. Ein artzney mit welcher man die zän reibt daß sie weiß werden. HISP. Los polvos para fregar dientes. ANGL. Poulder or other thing to rubbe the teeth.} Plin. lib. 28. c. 11. Dentifricia vtroque modo fiunt. Ibid. Et capitis eorum cinis dentificium est. Vsus est eo Apuleius Apolog. 1. & Martial. Epigram. 56. lib. 14.

Dĕntĭlŏquus, vel, vt emendat Passerat. Dentilegus. Dictio Plautina est, Per dentes loquens, obesè loquens propter absentiam dentium, quos linguam includere & gubernare constat. Sic enim habet in Captiuu. sc. 1. a. 4. Dentilegos, alias Dentiloquos omneis mortales faciam, quemcunque offendero: hoc est, dentes loquentes, id est, ex ore emittentes verborum loco: vt sit sensus. Illis adeò dentes concutiam, vt suis sedibus electos expuant. Sunt tamen qui legant apud Plautum, dentileges: nonnulli Dentiloquos, quosdam populos interpretantur, in confinio Macedoniæ, citantes illud Liuij lib. 9. bell. Maced. Itaque vnum tantum moratus diem quietis eorum causa, quos habuerat secum in itinere: inde similitaga in Dentiloquos transcurrit.

Dĕntĭscalpium, instrumentum quo scalpuntur dentes. {ὀδοντογλυφίς. GALL. Vn curedent. ITAL. Stuzzicadenti. GERM. Ein zanschaber/zangrübel. HISP. Mondadientes. ANGL. A pikertooth.} Martial. lib. 7.

Bisseroes triplices & dentiscalpia septem.

& Epig. 22. lib. 14.

Dentex, Colum. & Apicio συνόδους, & συνόδων, παρὰ τὸ εἶναι ἐξ ὧν, ἤ βλάπτων τοῖς ὀδοῦσι, quòd dentibus noxius sit, teste Athen. lib. 7. Piscis est marinus sargo & auratæ similis, cui caput magis compressum quàm auratæ, vel pagro. Dentes singulis maxillis quaterni canini similes, paruique & exerti: pinnæ & aculei & squamæ & color Erythrini (vnde & ἐρυθρόπανος ab Epicharmo dictus est,) ex albo enim rubescit, indéque à Numenio λαγώς cognominatus est. In capite eius inuenitur gemma quæ synodontides à Plinio vocatur lib. 37. cap. 10. Synodontides e cerebro piscium est: qui synodontes vocantur. Vide eius naturam apud Ælianum lib. 1. cap. 46. Plin. lib. 11. cap. 40. Arist. hist. lib. 9 cap. 1.

Dĕnsvs, a, um, Firmum, compactum, quódque partes habeat valde coarctatas. Dicitur, vt Varro autor est, à dentibus pectinis, quibus linteum & similis tela feritur & condensatur. {עב ḃab. πυκνός, δασύς. GALL. Espés, massif. ITAL. Spesso, denso. GERM. Dick. HISP. Espesso. ANGL. Thick, hard closed together.} Plin. lib. 10. c. 69 Liquidius audiunt talpæ obrutæ terra, tam denso atque surdo naturæ elemento. Tib. lib. 4.

Præter (autem) vel solus densas obsistere turmas.

Ibid.

Cui que pecus denso pascebant agmine colles.

Ibid.

Densa tellure absconditur vmbra.
Nec quadrupes densas depascitur aspera syluas.

Item, Sub densis vmbris. Catull. ¶ Contrà, rarum dicitur, in quo interuallis frequentibus laxior partium videtur esse coniunctio: μανός.

Dēnsō, as, Cogo, spisso. {עבה ḃibbáh. πυκνόω, συμπιλόω. GALL. Espessir, serrer ensemble. ITAL. Spessire, condensare. GERM. Dick machen. HISP. Espessar ò hazer espesso. ANGL. To make thick, to thicken.} Virg. 1. Georg.

——— & Iuppiter humidus Austris
Densat, erant quæ rara modò, & quæ densa relaxat.

Liu. 8. bell. Pun. Subsidunt Hispani aduersùs emissa tela ab hoste: inde ad emittenda ipsi consurgunt: quæ quum Romani confesti, vt solent, densatis excepissent scutis, tum pes cum pede collatus, & gladiis geri res cœpta est.

Dēnsĕō, es, ere, Coire, coagulari. {עבה ḃabáh. πυκνόομαι. GALL. S'espessir. ITAL. Spessire, condensare. GERM. Dick werden. HISP. Espessar. ANGL. To waxe thick or to congele.} Plin. lib. 10. cap. 14. Ipsa acescere, aut coire, denseréque lac non patitur. Legitur etiam in actiua significatione pro densare: πυκνόω. Virg. 7. Æneid.

Agmina densentur campis.

Sic enim legit Seruius. ¶ Hinc condenseo compositum, quod & ipsum actiuam habet significationem. Lucret. lib. 1. Quòd si forte aliquis, cùm corpora dissiluere, Tum putat id fieri, quia se condenseat aer.

Dēnsātĭo, nis, Coactio. {מעבית maḃabéth. πύκνωσις. GALL. Espessissement. ITAL. Spessamento, restringimento. GERM. Dick machung. HISP. Espessura. ANGL. A waxing thick or congealing.} Plin. lib. 31. c. 7. Prima densatio Babylone in bitumen liquidum cogitur.

Dēnsē, aduerbium. {πυκνῶς. GALL. Espessement. ITAL. Spessamente. GERM. Dick/oder dickecht. HISP. Espessamente. ANGL. Thick and close together.} Plin. lib. 16. cap. 37. Cætéraque densiùs innumero hærede prosint. Ouid. de Pont.

Nulla tamen subeunt mihi tempora densius istis.

Dēnsĭtās, Crassitudo, spissitudo. {עבי ḃabi. πυκνότης. GALL. Espessissement. ITAL. Spessamente. GERM. Dicke. HISP. Espessura. ANGL. Thicknesse.} Plin. lib. 11. cap. 3. Quamuis arcente spiritum densitate, & altitudine humoris.

Dentātĕ, Dentatus, Denticulatus, vide Dens.

Dēnūbo, is, Nubo. {התחתן hithchattén. γαμέω, ἐκγαμέομαι. GALL. Se marier à quel qu'vn. ITAL. Maritarsi, giugnersi in matrimonio. GERM. Ein man nemmen: sich mit einem mann in den ehestand begeben. HISP. Casarse. ANGL. To be maried to some man.} Apuleius lib. 2. Apolog. At tu dum eam putas etiam nunc claro fratri tuo denuptam, falsa spe inductus, filio eius Pontano autor assentiendi fuisti. Tacit. lib. 5. Tot luctibus funesta ciuitate, pars mœroris fuit, quòd Iulia Drusi filia denupsit in domum Rubellij Blandi. Sueton. in Neron. cap. 29. Cui (Doryphoro) etiam sicut ipsi Sporus, ita ipse denupsit. ¶ Per translationem etiam vites nubere dicuntur, infirmioresque plantæ, quum arboribus firmioribus associantur. Colum. lib. 10. Semina depositis cupiunt denubere plantis.

Dēnŭdo, Spolio, nudum reddo. {הפשיט chaṡekáph. ἀπογυμνόω. GALL. Desnuer, mettre nud. ITAL. Spogliare, nudare. GERM. Entblössen/nackend außziehen. HISP. Desnudar. ANGL. To make naked.} Plin. lib. 11. capp. 22. Vt denudet fœminam vestis bombycina. Cicer. lib. 7. in Verr. Excitetur Verres, ne denudetur à pectore, ne cicatrices populus Romanus aspiciat. Senec. cap. 15. de tranquill. multa sunt, quæ denudent fictos. Liuius lib. 2. dec. 5. & lib. 4. dec. 5. Denudate iudicia sua.

Denvmero, as, are. Plaut. Asin. sc. 4. a. 2. Si vis istuc argentum mihi denumerare.

Dēnvntĭo, as, Futurum aliquid nuntio, prænuntio, prædico. {הגיד highghidh. ἐπαγγέλλω, προαγγέλλω. GALL. Denoncer, annoncer, aduertir. ITAL. Denonciare, far noto. GERM. Verkündigen: etwas künfftigs ansagen. HISP. Denunciar. ANGL. To denounce, to forethewe or warne.} Cic. de senect. Quomodo Carthagini malè diu cogitanti bellum inferatur, multò antè denuntio. Columella, Sin autem cæli status frigidus & pruinosus, hyemis violentiam denuntiat, in Idus Februarias hanc curam differemus. Cic. 1. Tuscul. Nos verò siquid tale acciderit, vt à Deo denuntiatum videatur, vt exeamus è vita, læti, & gratias agentes pereamus. ¶ Ponitur aliquando pro indico, iubeo, impono. Cicer. pro Sext. Rosc. Non putasti me familiarissimis tuis testimonia denuntiaturum. Item præcisè denunciare. Idem 4. Verr. & apud Fabium lib. 5. Item, Sueton. in Tib. cap. 27. Denunciauit ne se ampliùs contumeliæ causa nominaret Quintil. Denunciare lege testimonium. ¶ Denunciata cædes, pro prædicta. Suet. in Cæs. cap. 81. ¶ Aliquando pro palàm dico, significo, ostento. Idem pro Quint. Procuratorem se esse denuntiat. De te aliqua denunciare. Cic. pro Cecinna, Postea cur Ebutij de isto potius fundo quàm de alio (si quem habes) Cecinnæ denuntiabas, si Cecinna non possidebat.

Dēnūntĭātĭo, nis, Prædictio. {הבשרה besoráh. προαγγελία. GALL. Denontiation, aduertissement, aunnencement de quelque chose à venir. ITAL. Annunciatione, auuertimento. GERM. Verkündigung/weissagung. HISP. Denunciacion. ANGL. A denunciation or fore warning.} Cicer. 1. de Diuin. Quæ est enim ista à diis profecta significatio, & quasi denunciatio calamitatum. ¶ Denunciatio, minæ. Plin. ad Traicum lib. 6. Epist. Quamquam quid denuntiationibus, & quasi minis ago? Cæsar 3. bell. ciuilis, Quum neque pollicitationibus, neque denuntiatione periculi permouere posset, oppidum oppugnare instituit. Suet. in Aug. c. 66. Denunciationes accusatorum. Et Velleius, Denunciatione quietis territus. i. somnij monitu.

Denuo, aduerbium, de nouo, de integro. {עוד ḃodh. ἐξ ὑπαρχῆς. GALL. Derechef, encores. ITAL. Di nuouo, ò vn'altra fiata. GERM. Widerumb/aufs ein newes. HISP. Desde començo: de nueuo. ANGL. Againe, afresh.} Plaut. in Amphitr. Si denuò pultauerit. Liu. 10. bell. Pun. Fabius in Hetruria rebellante denuò, quatuor millia & quingentos Perusinorum occidit. Plaut. Milit. sc. 3. a. 1. Nisi te denuò liberasset. Idem Menæch. sc. 2. a. 9. Ecce Apollo denuò me iubet facere imperium. Idem Mostell. sc. 1. a. 1. Ædificantur ædes totæ denuò. & Capt. sc. 3. a. 2. Redite ad parentes

parentes denuò. Idem *Amphitr.* Vult denuò pallium detexere. Etiam denuò: Quoties tibi dictum vis? Non denuò dictum est, (sæpius.) *Ibid. sc.* 2. *a.* 4. Nec vnquam denuo parentibus cognitos. (id est, posteà.) *Ibid. sc.* 3. *a.* 4.

DĒŌ, Δηώ, Ceres à Græcis appellatur: παρὰ τὸ δηῶ, τὸ εὑρίσκω, eò quòd frugum fuerit inuentrix. {GERM. Die Ceres ein göttin oder erfinderin des getraids.} Hinc Deois patronymicum, filia Deus, quæ est Proserpina. Ouid. 6. *Metam.*

Addidit vt Satyri celatus imagine, pulchram
Iuppiter impleuit gemino Nycteida fœtu.
Mnemosynen pastor, varius Deoida serpens.

DĒŌCCO, as, are, Occo. {ἀναλογιάω. GALL. *Herser la terre, esmotter.* ITAL. *Erpegare la terra.* GERM. Das erdtrich egen. HISP. *Quebrantar los terrones.* ANGL. *To harrow.*} Plin. *lib.* 18. *c.* 15. Vicia non satitur, non stercoratur, nec aliud quàm deoccatur.

DĒŌNĔRO, as, are, Onus depono, exonero. ✕ Onero. {הקל bekál. ἀποφορτίζω. GALL. *Descharger.* ITAL. *Scaricare.* GERM. Entladen/abladen. HISP. *Descargar.* ANGL. *To mak light, to put of a lode or burden.*} Cicero per translationem, 1. *Verr.* Quid quum commiserari, conqueri, & ex illius inuidia deonerare aliquid, & in te traiicere cœperit?

DĒŌRO, pro Peroro nonnulli vsurparunt, ἐπιλέγω, & decoratum pro perorato scripserunt, vt Pompeius Festus testatur.

DĒŌRSUM, ✕ Sursum. {למטה lemattah. κάτω. GALL. *Contre bas, en allant en bas.* ITAL. *Ingiu, di sotto.* GERM. Niderſich/ vnderſich. HISP. *Hazia baxo.* ANGL. *Downeward, beneath, alowe.*} Plaut. *Amphitr.* Deuolant angues iubati deorsum in impluuium duo. Idem *Aul. sc.* 4. *a.* 2. Si deorsum comedent quicquid coxerint (in puteo coqui.) *Ibid. sc.* 6. *a.* 2. Ego me deorsum duco ex arbore. Et Senec. *c.* 11. *de tranquill.* Sursum ac deorsum res eunt. Cicer. 1. *de nat. Deor.* Ait atomum, quum pondere & grauitate directò deorsum feratur, declinare paululum. ¶ Capiuntur tamen ambo pro Vltro, citróque, ἄνω καὶ κάτω, ἄνω κάτω. Terent. *in Eunuch.* Sex ego te totos Parmeno hos menses quietum reddam, ne sursum deorsum cursites. Tractum ab Athenarum situ, cuius portus in imo, vrbs verò in editiore loco sita erat. Modò trisyllabum, modò dissyllabum ponitur à poëtis. Lucr. *lib.* 2.

Quin vacuum per inane deorsum cuncta ferantur.

Ibidem,

Corpora quæ deorsum rectum per inane feruntur.

DĒŌSCŬLŎR, Osculor. {נשק nascháh. φιλέω, καταφιλέω. GALL. *Baiser.* ITAL. *Baciare.* GERM. Küſſen. HISP. *Besar.* ANGL. *To kisse.*} Mart. *lib.* 8. Hos amplectitur, hos deosculatur.

DĒPĂCĪSCŎR, eris, siue depeciscor, Paciscor. {יעד iaháds קים kijjam. συντίθεμαι. GALL. *Faire paction, accorder ensemble, conuenir, ou conuenances.* ITAL. *Pattuire, far patto.* GERM. Ein vertrag oder pacts machen. HISP. *Hazer pacto.* ANGL. *To make a couenant or league.*} Cicer. *pro Sext. Rosc.* Ipse sibi tria prælia depactus est. Idem 3. *Verr.* Nec ante dimissus, quàm ad conditiones eius depactus est. Cicer. *Attic.* In quo non extimesco periculum, quum enim tot mala impendeant, cur non honestissime depacisci velim? Terent. *in Phorm.* Ita me dij ament, vt mihi liceat tandiu, quod amo, frui, iam depacisci mortem cupio. Quidam tamen in omnibus hisce locis depecisci legunt, & depectus, vt differat à depactus, quod participium est à depango. Apud Gell. *c.* 1. *lib.* 20. legitur Depacisci.

[Depactio, pacis confœderatio. Gloss vet. A.L.]

Depactus, partic. à Depaciscor, vel Depectus, à Depeciscor. συντεθειμένος. Vlpian. *in l. & generaliter.* §. 1. *ff. de calumniatorib.* Hoc igitur edicto tenetur etiam is qui depectus est. Depectus autem dicitur turpiter pactus. Quædam exemplaria legunt *Depactus.*

Depalatio, vt dierum depalatio, i. accretio & incrementum. Quod sumptum ex horologiorum ratione. Nam cùm eis cuneos modò adiicerent, modò detraherent, diminutionique dierum conueniret adiectio cuneorum, incremento detractio, depalatio, seu cuneorum remotio, amplificationem dierum significabat. Vide Vitruu. *lib.* 9.

[Depalator, propalator. Tertull. *Depallio*, as, pallio spolio. Idem.]

DĒPALMĀRE, Palma percutere. Gell. *cap.* 1. *lib.* 20. {κολαφίζω. GALL. *Souffleter, bailler du plat de la main sur la iouë, empaumer.* ITAL. *Dar guanciate.* GERM. Mit der flacher hand einen in das maul oder angesicht schlagen. HISP. *Bofetear.* ANGL. *To beat with the palme of the hand.*} Gell. Quemcunque depalmauerat numerari statim secundo duodecim tabulas viginti & quinque asses iubebat.

DĒPANGO, is, Planto, infero, humi defigo. {נטע mabáah. καταπήγνυμι. GALL. *Fischer, attacher.* ITAL. *Piantare, ficcare in terra.* GERM. In den boden was schlagen oder stecken. HISP. *Plantar, hincar en tierra.* ANGL. *To fixe, or fasten in the ground.*} Col. *lib.* 4. Deinceps pastinatur malleolus vitibus inferendus: cumque sat erit medio spatio, quod vacat inter vites, per vnam lineam depingere.

Dēpactus, {נטוע mabúah. καταπηγνυμένος. GALL. *Fiché en bas, planté en terre.* ITAL. *Fitto in terra, piantato.* GERM. In das erdtrich gesteckt. HISP. *Plantado, hincado en tierra.* ANGL. *Fastened in the ground.*} Plin. *lib.* 16. Sed in hoc prouidens natura facilè nascendi & depacto surculo incuriosius semen dedit.

[Depannis, e, sine pannis.]

Deparcus, a, um, Parcus. {כילי chilái. φειδωλός. GALL. *Fort chiche & eschars.* ITAL. *Troppo parco.* GERM. Zu vil karg. HISP. *Muy escasso i guardoso.* ANGL. *A great niggard.*} Suet. *in Ner.* Sordidos & deparcos putabat quibus ratio impensarum constaret.

DĒPĀSCO, is, Pascendo absumo. {בער bihér אכל achál. καταβόσκομαι. GALL. *Paistre, manger l'herbe, & ce qui y croist, brouter.* ITAL. *Pascere, consumare pascendo.* GERM. Abweiden/abetzen. HISP. *Pascer el granado, gastar pascendo.* ANGL. *To eate vp as a beste, to feade.*} Colum. *lib.* 7. *c.* 3. Si herbis roscidas herbas depascerint. ¶ Pro eodem etiam habemus Depascor verbum deponens. Plin. *lib.* 11. *cap.* 19. Nam & papilio ceras depascitur. Tib. *lib.* 4.

Nec quadrupes densas depascitur aspera syluas.

Depascere transitiuè pro depasci ei facio. Col. *lib.* 2. *cap.* 11. Et si depascere sæpius voles, &c. D. *lib.* 10. *tit.* 4. *l.* 9. Glans ex arbore tua in fundum meum incidit, eam ego immisso pecore depasco.

Dēpastus, a, um, particip. quod interdum passiuè accipitur. {אכול achúl. καταβεβρωμένος, νεμηθείς. GALL. *Paissu, mangé, brouté.* ITAL. *Pascolato, mangiato.* GERM. Abgeweidet/abgefressen. HISP. *Pascido.* ANGL. *Eaten vp as with beastes.*} Plin. *lib.* 17. *c.* 24. Depastam arborem turpi facie relinquunt. Interdum actiuè, vt Apis depasta florem thymi, apud Claud. 2. *de raptu Proserp.*

Dēpastio, nis. {מרעה תבערה tabberáh. ἐπινέμησις, νομή. GALL. *Paissement de bestes, broutement.* ITAL. *Pascolo.* GERM. Abetzung/abweidung. HISP. *Pascedura de granado.* ANGL. *A feeding or eating vp of beastes.*} Plin. *lib.* 17. *c.* 28. Similem rationem & depastio animalium habet.

DĒPAVPĔRO, as, are. Exhaurio, pauperem facio. {רושש roschéscb. πτωχὸν ποιῶ. GALL. *Appauurir, faire pauure.* ITAL. *Far pouero.* GERM. Arm machen/zu armen tagen bringen. HISP. *Empobrecer à otro.* ANGL. *To mak poore, to impouerish.*} Varr. Priusquam domum depauperasset sumptu suo.

Depeciscor, Depectus, συντίθεμαι. Vide *Depaciscor.*

DĒPECTO, is, xui, vel xi, xum, Pecto. {גלח ghilléfch מרט marát. κτενίζω. GALL. *Peigner, abatre auec le peigne.* ITAL. *Pettinare diligentemente.* GERM. Abstrelen/fleissig abstrigeln. HISP. *Peynar diligentemente.* ANGL. *To kembe or trimme heare.*} Gell. *c.* 15. *lib.* 10. Depectere capillum. Col. *lib.* 10.

Punicea depexa coma, sed lactea ceruice est.

Crines depectere. Ouid. 3. *Fast.*

Nec mihi detenso crines depectere buxo.

Depectere frondicium, caniciem. Plin. *lib.* 6. *c.* 17. ¶ Interdum idem quod pectendo aufero, ἀποκτενίζω. Virg. 2. *Georg.*

Velleraque vt foliis depectant tenuia Seres.

¶ Depectere, siue depexum reddere. Frequens est apud Comicos pro demulcere verberibus, siue molle reddere.

Dēpexus, particip. Pexus. {מרוט marút. κατεκτενισμένος. GALL. *Peigné.* ITAL. *Pettinato, mal trattato.* GERM. Gestrelt. HISP. *Peynado.* ANGL. *Kembed.*} Ouid. *lib.* 3. *Fast.*

——— *Depexi crinibus Indi.*
Interea Liber depexus crinibus Indos
Vicit.

Idem *de arte amand. lib.* 1. *de equis*, Iubæ depexæ. ¶ Depexum aliquem reddere per translationem, pro inuolare in capillum, & percutere. Terent. *Heaut.* Nonius, Depexum laceratum interpretatur. Perottus hoc loco *depessum* legit à pando, vel à patior, id est, laceratum. Quòd si *depexum* legamus, inquit, significabit cultum, & pexas vestes indutum: dictúmque erit à contrario sensu.

Dēpexo, as, frequentatiuum. Ter. *in Heaut.* Egóne si viuo, adeò exornatum dabo, adeò depexum, vt dum viuet, meminerit semper mei.

DĒPĔCŬLŎR, ex De & peculor, Furor & compilo Rempub. cuius diuitiæ quemadmodum & hominum priuatorum, primis temporibus in pecoribus constabant. {בזז bazáz. λαφυρέω, συλάω. GALL. *Piller & desrober.* ITAL. *Spogliare, robbare.* GERM. Stälen/rauben. HISP. *Hurtar como las rentas del Rey, despojar.* ANGL. *To robbe, to vse extortion.*} Cic. *in Diuin. in Verr.* Quibus in prouinciis multas domos, plurimas vrbes, omnia fana depeculatus. ¶ Aliquando tamen & de priuatarum rerum furto dicitur. Idem 6. *in Verr.* Apollonium Drepanitanum omni argento optimè facto spoliasti ac depeculatus es. Transfertur etiam ad incorporea. *Ibid.* Cur pro isto qui laudem, honorémque familiæ vestræ depeculatus est, pugnas?

Dēpĕcŭlātŏr, is, Fur Reip. {בוזז bozéz. λαφυραγωγός. GALL. *Pilleur, desrobeur.* ITAL. *Pelatore, rubatore.* GERM. Ein dieb/rauber/der einem das sein stilt. HISP. *Hurtador como de las rentas del Rey.* ANGL. *A robber, an extortionner.*} Cic. 2. *Verr.* Adduxi enim hominem in quo reconciliare amicitiam iudiciorum amissam, redire in gratiam cum pop. Rom. satisfacere exteris nationibus possitis: depeculatorem ærarii, vexatorem Asiæ atque Pamphiliæ, prædonem iuris vrbani, labem atque perniciem prouinciæ Siciliæ.

[Depelliculo, decipio. Cath.]

DĒPELLO, is, depuli, depulsum, Abigo, auerto, remoueo. {נדח nadhách. ἀπελαύνω, ἀπωθέω, ἀποτρέπω. GALL. *Pousser hors, dechasser, debouter, mettre hors par force.* ITAL. *Discacciare, scacciare, remouere.* GERM. Abtreiben/vertreiben. HISP. *Empuxar de algun lugar.* ANGL. *To put or chasse away, to thrust out by force.*} Cic. 3. *de Leg.* Quid iam de Saturnini supplicio, reliquisque dicam: quos ne depellere quidem à se sine ferro potuit Resp. Lact. *lib.* 2. Inueteratos depulimus errores. Cicer. *in Catil.* Non facile tantam molem mali à ceruicibus nostris depulissem. ¶ Depellere agnos à lacte, est ablactare, & à lacte remouere. ἀπογαλακτίζειν. Virg. 7. *Eclog.*

——— *nec Phillida habebam,*
Depulsos à lacte domi quæ clauderet agnos.

Pro eodem etiam dicamus depellere à matre. Varro 2. *de re rust.* Quum depulsi sunt à matribus agni, adhibenda diligentia, ne desiderio senescant. ¶ Item depellere absolutè. Virg. 1. *Eclog.*

——— *quo sæpe solemus*
Pastores ouium teneros depellere fœtus.

¶ Depelli portenta dicuntur, quum mala quæ ex iis fiunt, precibus, suppliciis, religione & deorum cæremoniis fugantur: ἀποτρέπεσθαι.

Dēpulsus, partic. Deiectus. {נדח niddách. ἀπωσθείς, ἀπελαθείς. GALL. *Depoussé, chassé, repoussé.* ITAL. *Cacciato, & spinto via.* GERM. Abgetriben/verstossen. HISP. *Empuxado de algun lugar.* ANGL. *To put downe, to thrust out by force.*} Cic. 2. *de nat. Deor.* Atque is agitatione & motibus linguæ quum depulsum & quasi detrusum cibum accepit, depellit. ¶ Interdum accipitur pro ablactato. Virg. 3. *Eclog.*

Dulce satis humor, depulsis arbutus hædis.

Suet. *in Tib. c.* 44. Depulsi lacte pueri.

Depulso, as, are, frequentatiuum. πολλάκις ἀπωθῶ, πολλὰ ἀπελαύνω. Plaut. *Sticho.* Cubitis depulsa de via.

Depultus, participium antiquum, pro depulsus: sicut pultare pro pulsare. Autor ad Heren. Si præceps in Neptunum depultus erit lacunas.

Dēpulsio, nis, Auersio, propulsatio. {מדוח maddúach. ἄπωσις. GALL. *Repoussement.*

pousement, dechassement, deboutement. Ital. *Esso cacciare & spingere via.* Germ. Abtreibung, verstossung. Hisp. *Empuxamiento de lugar.* Angl. *A putting away, or removing.*} Cic. 4. *Acad.* Omnium deinde inanium visorum vna depulsio est. Idem 2. *de fin.* Nos beatam vitam non depulsione mali, sed adeptione boni iudicemus. ¶ Depulsio etiam inficiationem significat, quod reus obiectum crimen negans, illud à se depellere videatur. Autor ad Heren. Intentio. Occidisti Aiacem: Inficiatio: Non occidi. Cicer. *de Inuent.* Intensionis depulsionem significat.

Dēpūlsŏr, verbale, Expulsor, qui depellit. {נודח *nodhéach.* ἀπωθῶν, ἀπωςτής. Gall. *Qui chasse & rejette, dechasseur.* Ital. *Chi caccia alcuno.* Germ. Ein abtreiber, vertreiber oder verstosser. Hisp. *Empuxador de lugar.* Angl. *He that repelleth or putteth away.*} Cic. 2. *Philip.* Depulsor dominatus quàm particeps esse maluit.

Dēpĕndĕo, es, Pendeo, siue de re aliena pendeo. {תלה *taláh.* ἀποκρέμαμαι. Gall. *Dependre ou pendre de quelque lieu.* Ital. *Pendere, dipendere.* Germ. An einem ding vndersich hangen. Hisp. *Estar colgado de arriba, ò suspeso.* Angl. *To hange downe.*} Columell. *lib.* 4. Sed si per vnamquanque pampinum maior numerus vuarum dependeat. Ouid. 3. *Fastor.*

Discedunt dubij, promissaque tarda videntur:
Dependétque fides adueniente die.

Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 2. Nec dependes, nec propendes. Et Liuius *lib.* 2. *d.* 5. Laqueo dependentem inuenere. ¶ Aliquando est sustentari, quum scilicet vita, aut salus à nostra in manu alicuius est sita. ἀπηρτῆσθαι. Cicer. Omnis illorum salus nostra salute dependebat. Fides dependet adueniente die, hoc est, pendet de adueniente die, id est, habendáne sit fides verbis, an non, declarabit crastina dies. Ouid. 3. *Fastor.*

Discedunt dubij, promissaque tarda videntur:
Dependétque fides adueniente die.

De Numa Pompilio, qui in concione Romanis promittebat, Iouem sequenti die pignus imperij futuri daturum illis.

Dēpĕndo, is, ferè pro simplici Pendo ponitur, quod propriè significat pondero. {שקל *schakál.* ἐκτίνω, ἀποτίνω. Gall. *Bailler à poids, peser.* Ital. *Pesare, ponerare.* Germ. Wägen, mit auswägen bezalen. Hisp. *Pesar, pagar pena ò pension.* Angl. *To weigh, to poize, to paye.*} Et quoniam Romani eo tempore, quo ære graui vtebantur, non numerabant pecuniam, quemadmodum hodie: sed ponderabant stateris, factum est vt adhuc, quamuis numeratione frequentiùs vtamur, manserint tamen hæ loquendi formulæ, Pendere vectigal, pendere tributum, hoc est, numerare, vel soluere. Eodem modo per compositum loquimur, Dependere pretium, Dependere summam. Cic. *lib.* 1. *Epist.* Dependendum tibi est quod mihi pro illo spopondisti. Idem *Attic. lib.* 1. Mihi abiurare certius est, quàm dependere. ¶ Dependere caput felicibus armis, dixit Lucanus *lib.* 8. pro eo quod est victoriæ adipiscendæ causa vitam profundere. Dependere pœnas, est soluere. Cic. *in Catil.* Denique ipsum latorem legis Semproniæ iussu populi pœnas Reipublicæ dependisse.

Dēpĕrdo, is, Amitto, perdo. Caius scribit deperditum dici quod in natura rerum esse desiit: diminutum, quod vsu raptum est. {אבד *ibbadh.* ἀπόλλυμι. Gall. *Perdre.* Ital. *Perdere.* Germ. Verlieren. Hisp. *Perder.* Angl. *To loze.*} Cic. 5. *Tusc.* Qui timebit nequid ex his depereat, beatus esse non poterit. Cæs. 1. *bell. Gall.* Populi Romani hanc esse consuetudinem, vt socios atque amicos non modò sui nihil deperdere, sed gratia, dignitate, honore, auctores esse velit. Cicer. *pro Cecin.* Quum de iure ciuitatis nihil potuerit deperdere.

Dēpērdĭtŭs, participium, Perditus. {אבד *obédh.* ἀπολωλεκώς, ἀπολωλώς, ἀπεγνωσμένος. Gall. *Perdu & gasté, affligé extremement.* Ital. *Perso, & guasto, grandemente afflitto.* Germ. Verloren, häfftig bekümmert. Hisp. *Perdido, muy afligido.* Angl. *Lost vtterlie vndeone.*} Amore alicuius deperdita mulier, in Domit. Letho gnatæ deperdita mater, id est, propter mortem filiæ pessimè affecta, vt & ipsam periisse putes, Catul. *in Argon.*

Dēpĕrĕo, is, ex De & pereo, Pereo. {אבד *abádh.* ἀπόλλυμαι. Gall. *Perir du tout, mourir.* Ital. *Perire, morire, capitar male.* Germ. Gantz vnd gar verderben. Hisp. *Mucho ser perdido, y perecer.* Angl. *To perish, to die.*} Deperierunt naues, Cæsar 5. *bell. Gall.* Scheda ne qua depereat. Cicer. *Attic. lib.* 1. Decor lacrymis deperit. Ouid. *Epist.* 12. ¶ Deperire, pro mori. Cic. *in Topic.* Si is cui vsus fructus legatus est, deperisset. Et Cæs. *lib.* 3. *de bell. ciuil.* & Gell. *cap.* 6. *lib.* 3. Deperire ad internecionem (id est, perire.) Colum. *lib.* 4. Nos tamen plus quatuor millibus conserimus, quia negligentia cultorum magna pars deperit. ¶ Quandoque est impatienter amare. {ἐμμανῶς ἐρᾶν. Angl. *To be exceading he in loue with one.*} Plaut. *in Cas.* Hic ipsius Casinam deperit. Idem *Mil.* Meretricem ingenuam deperibat mutuò. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 1. Ea me deperit. Idem *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Tibicinam, quam tuus gnatus deperit. Idem *Amphitr.* Hic te efflictim deperit. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 3. Illos, qui dant, derides: eos, qui deludunt, deperis. (h. e. perditè amas: vsque ad interitum amas.)

Deperiturus, Particip. futurum, apud Ouid. 2. *Amor. Eleg.* 14.

Si mos antiquis placuisset matribus idem,
Gens hominum vitio deperitura fuit.

Dēpāsco, is, ui, ἀγελάζω, significat pecus deduco, vt compesco, ποιμαίνω, vt diduco, & pasco, & in vno loco contineo.

Dēpessus, a, um, siue à patior, siue à pando fiat, laceratus dicitur. Terent. Egone? si viuo, adeò exornatum dabo, adeò depessum, vt vsque dum viuat, meminerit mei.

Dēpēsta, vasa vinaria erant, quæ sacris Sabinis in deorum mensa collocari solebant. Depesta item fœm. gen. poculi genus est apud Græcos. Vtriusque autor est Varro *lib.* 4. *de lingua Latina.* ‖Corruptè pro *lepesta.*

Depetigo, λειχήν, λοχμὼ. Gloss. Sed vide *petigo.*

Depexus, a, um, Terent. *in Heaut.* Egóne si viuo, adeò exornatum dabo, adeò, depexum, vt vsque dum viuat, meminerit mei. Dare depexum, id est, pectere & mundare, ac quasi carminare. Alij *depessum* legunt, quasi sit vel à patior, vel pando, & significet laceratum: sed prius rectum.‖

Dēpĭlēs, qui sunt sine pilis. {ממרטים *mmoratim.* ἄτριχες, ψιλοί. Gall. *Qui sont sans poil.* Ital. *Senza peli.* Germ. Die kein har haben. Hisp. *Lampiños ò sin pelos.* Angl. *which ar pilled, bare without heare.*} Varr. *lib.* 1 *de vita populi Rom.* Quòd ludis prætulis pueri essent glabri ac depiles propter ætatem.

‖Dēpĭlo, ψιλίζω, glabrum facio detractis pilis.‖

Dēpĭlātŭs, {נמרט *nimrat.* ἀποτετιλμένος. Gall. *Pelé, à qui on a osté le poil.* Ital. *Priuato de peli.* Germ. Gerupfft, dem das har außgerupfft ist. Hisp. *Lampiño, pelado.* Angl. *Pilled, made bare.*} Mart. Quem depilatos Creste coleos portes. Carmen est iambicum trimetrum, quod iambum habet in secunda sede. ¶ Item rarefacio. Lucil. *lib.* 29 Nato quid actum est? omnes depilati sumus, id est, rarefacti, vt interpretatur Nonius.

Dēpĭngo, is, ere, Pingo, describo. {חקק *chakák.* ἀπογράφω. Gall. *Depeindre selon vn patron.* Ital. *Depingere.* Germ. Abmalen. Hisp. *Bien pintar.* Angl. *To paynte or drawe the shape of a thing.*} Cic. 3. *de Orat.* Pamphilúmque nescio quem sinamus in infulis tantam rem tanquam puériles delicias depingere. Manus obscœnas depinxit tabellas. Propert. *lib.* 2. ¶ Depingere verbis rem aliquam. Plaut. *Pœn.* Formam quidem herclè verbis depinxisti. Cic. 2. *de finibus,* Pudebat te, inquam, illius tabulæ quam Cleanthes sanè commodè verbis depingere solebat. Depingere facta alicuius. Terent. *in Phorm.* Propè eorum facta impudens depinxit senex. ¶ Depingere cogitatione. Cic. 4. *Acad.* Vt & ea declarant, quæ cogitatione depingimus. Idem 1. *de nat. Deorum,* Magnam deorum turbam congregat ignotorum deorum, atque ita ignotorum, vt eos ne coniectura quidem informare possimus: quum mens nostra quiduis videatur cogitatione posse depingere.

Dēpictŭs, participium. {מחקה *mechukkéh.* ἀπογεγραμμένος. Angl. *Paynted.*} Quint. *lib.* 6. Tabella depicta.

Dēplăngo, Plango, vel vehementer plango. {נהה *naháh.* ἀποκόπτομαι. Gall. *Mener grand dueil en se frappant & tourmentant.* Ital. *Piagner assai.* Germ. Groß trauren vnd hertzleid haben, innigklich beweinen. Hisp. *Mucho plañir y llorar.* Angl. *To lament and bewaile greatly.*} Ouid. 4. *Fastor.*

——— *Cadmeida palmis*
Deplanxêre domum scissis cum veste capillis.

Idem *lib.* 14.

——— *& ipsa suis deplangitur Ardea pennis.*

Dēplāno, as, Complano, planum facio. {שוה *schivvák.* ἐξομαλίζω. Gall. *Aplanir, esgaler.* Ital. *Spianere.* Germ. Eben, eben machen. Hisp. *Llanar.* Angl. *To mak euen and equal.*} Lactant. *lib.* 4. Ego antè ibo, & montes deplanabo.

Dēplānto, as, quod plantatum erat euello. {נתש *nathásch.* ἀποφυλλίζω. Gall. *Deplanter, prendre d'vn lieu, & planter en l'autre.* Ital. *Suellere, spiantare.* Germ. Etwas gepflantzt außreissen, außsetzen. Hisp. *Arrancar lo plantado.* Angl. *To tak vp that which was planted.*} Sed vtraque infirmissima, & quæ cortice nituntur tantùm, vel leni aura ocyssimè deplantantur. Colum. *lib.* 2. Ne aut cornu bos ad stipitem vehementiùs offendat, aut extremo iugo truncum delibret, ramúmque deplantet.

Dēplĕo, es, Exhaurio. {קרק *karák* בקק *bakak* הריק *herik.* ἀπαντλέω. Gall. *Desemplir & se vuider.* Ital. *Votare, euacuare.* Germ. Abschöpffen, außleeren. Hisp. *Vaziar lo lleno.* Angl. *To make voyde and emptie.*} Columell. *lib.* 12. *cap.* 56. Conchæ ferreæ quibus depletur oleum. Papinius, Da mihi si veteres digno depleuimus haustu, Da fontes mihi Phœbe nouos. Cato *de re rustic. cap.* 64. Oleum si poteris bis in die depleto.

Dēplōro, as, Lamentor, conqueror. {ספד *saphádh* קונן *konén.* ἀποδύρομαι, κλαίω. Gall. *Deplorer, plaindre & plorer.* Ital. *Lamentar, piangendo piagnere.* Germ. Beweynen. Hisp. *Llorar mucho y con lamentacion.* Angl. *To mourne and weepe for a thing.*} Cic. *in Catone,* Non libet deplorare mihi vitam, quod multi & indocti sæpe fecerunt. Et *lib.* 2. *Offic.* Admonebat me quoque res vt hanc quoque intermissionem eloquentiæ deplorarem: nisi vererer ne de me ipso aliqua viderer queri. ¶ Aliquando est plorandi finem facio: vnde deplorata cadauera dicebantur, quibus vltimus luctus persolutus erat. Liu. 4. *ab Vrbe,* Ante omnia deplorati erant equites, non priuato magis, quàm publico luctu. Rempublicam item dicimus deploratam, iam euersam, vel de qua nihil melioris spei superest. Morbus item deploratus, & ægroti deplorati dicuntur, quibus nullo remedio potest succurri. Plin. *lib.* 28. *cap.* 8. Prodest (vt demonstrabimus suo loco) deploratis in phthisi. Idem *lib.* 26. *cap.* 6. Constat deplorata aurium vitia eo remedio sanari. Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 1. *Trist.*

Se modò desertos modò deplorasse Penates.

Idem *ibidem,* (Verba) pro deplorato non valitura viro. Idem *Eleg.* 5. *lib.* 3. *Trist.*

Et deplorata limen adire domus.

Item, Deplorare afotiam alicuius. Gell. *cap.* 17. *lib.* 10. Deplorandus dies. Quintil. Deplorati agri. Liu. *lib.* 1. *dec.* 5. Hinc Indeploratus, a, um, compositum, cuius mortem nemo deflet, ἄκλαυτος. Ouid. *in Ibin,*

Indeploratum proÿciere caput.

Deploratio. Senec. *cap.* 9. *de cons. ad Marc.* Vnde nobis tanta pertinacia in deploratione nostri.

Dēplūmĭs, e, adiectiuum, est, Implumis, sine pennis. {ἄπτερος. Gall. *Plumé, sans plume.* Ital. *Senza piume, senza penne spennacchiato.* Germ. Ohn federn vngefiderte. Hisp. *Sin plumas, ò desplumado.* Angl. *Featherlesse without feathers.*} Plin. *lib.* 3. *c.* 24. Inuentæ sunt ibi nudæ atque deplumes.

Dēplŭo, is, ere, Deorsum pluo, siue ex loco superiore pluo. {המטיר *himtir.* ἀποβρέχω. Gall. *Plouuoir.* Ital. *Piouere.* Germ. Ohn abhin regnen. Hisp. *Lleuer.* Angl. *To rayne downe right.*} Columell. *lib.* 10. *cap.* 11.

Inque sinus matris violento depluis imbre.

Tib *lib.* 2.

Hæ fertè dixerunt belli mala signa cometem,
Multus vt in terras depluerétque lapis.

Dēpōlio,

Depolio, is, ire, autore Festo, idem quod perficio, quia in omni opere polito vltimum sibi vendicat locum. {פרק marik. ἐξεργάζομαι. GALL. *Polir, parfaire vn ouurage*. ITAL. *Polire, finire*. GERM. Außglatten/ außbutzen. HISP. *Muche polir*. ANGL. *To polish, to perfyte or put an end to any work.*} Neque enim ante res poliri consueuit, quàm perfecta sit. Inde depolitum idem est quod perfectum. Sæpe tamen accipitur pro simplici. Plin. *lib.* 24. Si verò core depolitum est, nigri panniculi visum obtinet.

Depōnere, est deorsum ponere. {הניח hinniach. καταθεῖναι. GALL. *Mettre bas*. ITAL. *Di porre, por giu, lassar stare*. GERM. Ablegen/ niderlegen/ oder niderseтzen. HISP. *Apartar ò poner en terceria, quitar de lugar*. ANGL. *To lay downe.*} vt, Deponere sarcinam. Plaut. *in Curc. sc.* 1. *a.* 1. Propino magnum poculum, ille ebibit: Caput deponit, condormiscit, ei subduco anulum. Idem *in Mostell. sc.* 1. *a.* 2. Ecce autem hic deposuit caput & dormit. Senec. *cap.* 6. *de consol. ad Martiam*. Quidam populi ibi consederunt, vbi illos rerum inopia deposuit. Idem *Epist.* 30. Ruina, quos videbatur oppressura, deposuit (id est, incolumes præstitit.) Idem *cap.* 13. *de consol. ad Polyb.* In præceps euntem me deposuit, non deiecit. Idem *cap.* 15. *de consol. ad Helu.* in quo (filio) solicitudines deposui. Ouid. 6. *Faстor.*

Dicitur & longam deposuisse famem.

Idem *Eleg.* 7. *lib.* 4.

Te mutatum & curam deposuisse mei.

Idem 2. *Fast.*

In gremio vultum deposuisse suo.

Idem *Eleg.* 12. *lib.* 3. *Trist.*

Vtque mala crimen matris deponat hirundo.

Cæs. *lib.* 1. *de bell. ciuil.* Deponere onera iumentis. Idem *lib.* 3. Deponere saucios (id est, tuto in loco relinquere.) *Ibid.* Deponere consilium. ¶ Per translationem etiam dicitur de rebus incorporeis. vt, Deponere dolorem, deponere molestias. Cic. *Attic.* Existimauit honestissimè molestias posse deponi, si me ad philosophiam retulissem. Sic deponere inuidiam, curas, simultatem, inimicitias. ¶ Item, Deponere memoriam, vel ex memoria, vel memoria, pro obliuisci. Deponere in publicum pecuniam. Cæs. *lib.* 1. *de bell. ciuil.* Deponerentur ibi obsides, Corinthum conueniтur. Liuius *lib.* 2. *d.* 5. Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 4. Nisi properas dare triginta minas quas ego apud te (trapezitam) deposui. ¶ Deponere oculos, i. defigere, aut, vt alij malunt, obdormiscere. Horat. *Carm. lib.* 1. *Ode* 36.

Omnes in Damalin putres
Deponent oculos.

Plaut. vt me deponat vino, eam affectat viam. Rursus, Ille ebibit, caput deponit. Caput autem sustinemus vigilantes, dormientes deponimus. ¶ Deponere ædificationem, est abiicere animum ædificandi. Cicer. 3. *famil.* Nunc verò si audierit te ædificationem deposuisse. ¶ Deponere prouinciam. Idem *ad Attic.* 2. Quum prouinciam deposui in concione. & *fam. lib.* 5. Illud dico, me, vt primùm in concione prouinciam deposuerim, statim quemadmodum etiam tibi traderem, cogitare cœpisse. Dicitur autem quis deponere prouinciam, quum sponte sua ante legitimum tempus eam recusat, vel coactus magistratu se abdicat: non autem quum exacto prouinciali tempore magistratu decedit. ¶ Interdum idem est quod priuare, ἀφαιρεῖν. Plautus *Aul. sc.* 5. *a.* 2. Vt me deponas vino, eam affectas viam. Suet. Ne imperio turpiter depositus, priuatus viueret. Idem *in Aug. cap.* 36. Deponere honorem. Ex deposito honore. ¶ Deponere etiam aliquid dicuntur certantes pignore, quum aliquid apud arbitrum deponunt, quod futurum sit victoris. Virg. *in Bucol.*

——Ego hanc vitulam (ne fortè recusas:
Bis venit ad mulctram, binos alit vbere fœtus)
Depono: tu dic mecum quo pignore certes.

¶ Nonnunquam etiam est seruandum dare, & fidei alicuius committere. Cic. 3. *Off.* Si gladium quis apud te sana mente deposuerit, repetat insaniens, reddere peccatum sit, officium non reddere. Quintil. Deponere apud memoriam iudicis aliquid. Idem Quint. Deponendam apud Deos vrbem censuit Themistocles. ¶ Item aliquando idem quod demoliri & diruere, vt deponere ædificium, *in l.* 2. *D. finium regund.* Hinc depositio ædificij, apud Vlpianum *in l. metum. D. quod metus causa.* Hotoman. Deposiui. pro Deposui, præteritum legitur apud Catullum *in carmine seculari* 32.

O Latonia maximi
Magna progenies Iouis,
Quam mater prope Deliam,
Deposiuit oliuam, id est, enixa est.

Depōnens, particip. qui deponit. ¶ Deponens verbum *[illegible]*, ideò dictum, quia deponit aliquid de quantitate communis verbi: scilicet passiuam significationem; & futurum participium in dus, quod est significatiuum passiuæ. Nam quum participia quatuor habeat verbum commune, vt Criminans, criminaturus, criminatus, & criminandus: deponens tantùm habet tria, vt Minor, minans, minaturus, & minatus, non autem minandus.

Depositio, nis, παρακαταθήκη, actio qua depositum aliquid apud aliquem intelligitur, id est, Custodiæ traditum. Vlpian. *D. lib.* 16. *tit.* 3. *l.* 1. Vel conditio depositionis non extitit.

Depositio etiam est decoctio ab aliquo gradu dignitatis. καθαίρεσις. Vlpianus *D. lib.* 49. *tit.* 18. *l.* 8. Aut damnum cum infamia, aut dignitatis alicuius depositionem.

Depositus, particip. Ad custodiendum traditus. {מפקד muphkadh. παρακατατεθείς. GALL. *Deposé, baillé en garde*. ITAL. *Cosa data in guardia, ò in deposito*. GERM. Zubehalten oder zuuertrauen gegeben. HISP. *Deposito, ò lo que se apuesta*. ANGL. *Layed downe, left in anothers keeping.*} vt, Depositam pecuniam recuperare Cicer. *pro lege Agrar.* Ouid. 6. *Faster.*

Depositum terra sustulit, ille caput.

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 3. *Trist.*

Depositum nec me qui fleat vllus erit.

¶ Depositus, aliquando ponitur pro desperatus, & ab omnibus derelictus. Cicer. 3. *Verr.* Itaque mihi videor magnam & maturè ægram, & propriè depositam Reipubl. partem suscepisse. Virg. 12. *Æneid.*

Ille vt depositi perferret fata parentis,
Scire potestates herbarum, vsùmque medendi
Maluit, & mutas agitare inglorius artes.

Vbi Seruius, Depositi, id est, desperati. Nam consuetudo erat, vt desperati ante ianuas suas collocarentur, vel vt extremum spiritum redderent terræ, vel vt possent à transeuntibus forte curari, qui aliquando simili laborarant morbo.

Depositor, qui apud alteram quippiam deponit. {מפקיד maphkid. παρακαταθέμενος. GALL. *Depositeur*. ITAL. *Il depositore, quello che da à luogare qualche cosa ad alcuno*. GERM. Der hinder einen etwas legt/ der einem etwas zubehalten gibt. HISP. *Aquel que confia del deposito*. ANGL. *That geeeth or layeth vp to keep.*}

Depositum, i, substantiuum, Alicui commendatum, creditum, res deposita. {פקדון pikkadhon. παρακαταθήκη. GALL. *Depost, ce qu'on baille en garde*. ITAL. *Il deposito, quello che se da in salue*. GERM. Das hinder einen gelegt/ oder einem zubehalten gegeben ist. HISP. *El deposito ò lo que se apuesta*. ANGL. *That is left in anothers keeping, a pleage, a gage.*} Quod deponitur, hoc est, quod alicui sub fide traditur, vel quod pignoris loco dimittitur: vel quod sequestro, à pluribus in solidum certa conditione custodiendum, reddendúmque quum fuerit de iure discussum, traditur, *[illegible]*. Cic. 3. *Offic.* Quid? siquis apud te pecuniam deposuerit, bellum patriæ inferat, reddéne depositum? Non reddere depositum, maxima iniusticia est. Iuuenal. *Satyr.* 13. Depositum suspes erit. ¶ Clàm depositum. Cicero, Qui propter auaritiam clàm depositum non reddit, quod est iniustitiæ. Quintil. *cap.* 13. *lib.* 1. Literæ custodiunt voces, & velut depositum reddunt legentibus. Idem, In deposito sunt optimè. (i. in margine libri ad tempus.)

Depositarius, Custos depositi, vel susceptor depositarum rerum. {παρακαταθήκην λαβὼν ὁ τηρῶν, *[illegible]*. GALL. *Depositaire, garde de biens, celuy à qui on a baillé quelque chose en garde*. ITAL. *Chi ha in deposito, quello à chi t'è dato qual cosa in guardia*. GERM. Ein behalter/ der etwas zubehalten hinder sich nimpt. HISP. *Aquel en quien se confia el deposito*. ANGL. *A keeper of that which is geuin to keep.*} Vlp. *lib.* 16. *D. tit. depositi, vel contra l.* 1. *§. si pecunia*, Satisdatione autem non interueniente rem in ædem deponi, & actione depositarium liberari.

Depontani, autore Festo, dicuntur senes sexagenarij, qui de ponte deiiciebantur, hoc est, suffragio quod de ponte ferri solebat, priuabantur. Vnde locus factus prouerbio, Sexagenarios de ponte deiicere, id est, natu maiores, perinde quasi deliros & ad omne vitæ munus inutiles in otium reiicere, atque ab omni functione negotiorum relegare.

Depopulo, & frequentiùs Depopulor, aris, ari, destruere, vastare & diripere. {שדד scadadh. ἀφανίζειν, λῃζίζειν. GALL. *Desplucher, degaster, destruire*. ANGL. *Saccheggiare, guastare, predare*. GERM. Verhergen/ zerstören/ plündern. HISP. *Robar el campo, destruir*. ANGL. *To destroy, to wast and spoile.*} Plin. *lib.* 18. *c.* 20. Salassi quum subiectos Alpibus depopularentur agros. Cic. 5. *Verr.* Qui quum agros maximos, ac feracissimos per seipsum, hoc est, per Apronium, Verrem alterum, depopularentur Ouid. *Eleg.* 10. *lib.* 3. *Trist.*

Vicinam latè depopulatur humum.

¶ Legitur Depopulo actiuè apud Hircium *lib.* 6. *de bello Hispaniensi*, Agros (inquit) vestrámque prouinciam vestro impulsu depopulauit.

Depopulatio, nis, Vastatio, direptio. {שד schodh. πόρθησις. GALL. *Dessemplement, pillement, degast, destruction*. ITAL. *Sacco, distruggione*. GERM. Verhergung/ zerstörung/ plünderung. HISP. *Aquella obra de robar el campo, destruimiento*. ANGL. *A robbing, or wasting, a pilling.*} Cicer. *pro Font.* Prouincia à Thracum depopulatione defensa. Idem *de Arusp. resp.* Qui excisionem, inflammationem, euersionem, depopulationem, vastitatem meis omnibus tectis atque agris intulerunt.

Depopulator, is, Vastator, direptor. {שודד schodhedh. πορθητής. GALL. *Sacageur, destructeur, pilleur*. ITAL. *Struggitore, saccheggiatore*. GERM. Ein verherger/ Plünderer. HISP. *Corredor que roba el campo*. ANGL. *A robber, spoiler or destroyer.*} Cic. *pro domo sua*, Depopulator fori, obsessor patriæ.

Deporto, as, are, Refero, reporto, affero. {נשא nasá. ἀνακομίζω, ἀποκομίζω. GALL. *Emporter, ou apporter d'vn lieu en autre, transporter*. ITAL. *Transportare, portare di luogo à luogo, confinare*. GERM. Hintragen oder herbringen. HISP. *Desterrar alguno à lugar cierto*. ANGL. *To bryng or carie away, transport.*} Plaut. *Asin. sc.* 1. *a.* 3. Quid dedit? quid deportari iussit ad nos? Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Nisi mihi culleis oleum deportatur, faciam vt culleo deportere in pergulam. Cic. *pro domo sua*, Hoc simulachrum quidam homo nobilis ad ornatum Ædilitatis suæ deportauit. Idem *pro Pompeio*. Pompeius bellum in Africa confecit, victorem exercitum deportauit. ¶ Interdum idem quod simplex porto. Idem *Attic.* Quæ arma supererant, ea si Brundusium iumentis deportaueritis, vehementer Reipublicæ profueritis. Colum. *lib.* 5. Nec procul à mari, vel nauigabili flumine quo deportari fructus, & per quod merces vehi possint. ¶ Deportare in insulam, aut solam terram, est ciuitate priuare, & vinctum neruo, aut compedibus in nauim aliquam impositum, feram publicis, vt eum in insulam certam transferrent, tradere. Terent. *in Phorm.* Tantane affectum quenquam esse audacia? Nonne hoc publicitus scelus hinc deportarier in solas terras? Vnde deportati dicuntur exules certæ alicuius insulæ, aut alterius loci limitibus circunscripti, quos nisi aperto vitæ discrimine, egredi non liceat. Vlpianus, Hæc est differentia inter deportatos, & relegatos, quòd in insulam relegari ad tempus, & in perpetuum quis potest: deportatos autem eos accipere debemus, quibus princeps insulas adnotauit, vel de quibus deportandis scripsit. ¶ Transfertur etiam ad ea quæ delectationem, laudem, & vituperationem habent, vt quum aliquem laudem, vel dedecus ex aliquo loco dicimus deportasse. Cicer. *Triuatio.* Mihi crede, nihil ex ista prouincia potes, quod iucundius sit, deportare. Idem *in Catone*, Te qui non cognomen solùm Athenis deportasse. ¶ Transfertur etiam ad verba, quum quis pro verbis verba reportat. Virg. 2. *Æneid.*

Atque

——*Isque adytis hæc tristia dicta reportat,*

Dēportātio, verbale. {העתקה *feetk.* ἀνακομιδή, ἐκφόρησις. GALL. *Emportement d'un lieu en autre.* ITAL. *Portamento.* GERM. Ein hintragung oder zubringung. HISP. *El destierro para cierto lugar.* ANGL. *A transporting, or carying out of one place to an other.* } Cat. *cap.* 144. De fundo ligna & oleam ne deportato. Qui oleam legerit, qui deportarit, in singulas deportationes H.S. II. deducentur, neque id debebitur. ¶ Deportatio præterea pœnæ illud genus significat, quo aliquis in insulam deportatur, de qua re pauló antè.

Dēportātio, est perpetua in exilium, siue insulam condemnatio. Ciuium Rom. pœna. *l. inter pœnas. ff. de interd. & releg.* Vnde præses aliquem ciuem deportare non poterat.

Dēpōsco, is, ere, depoposci, Instanter petere, & quodam quasi iure exigere. {בקש *bikkésch.* ἐξαιτεῖν. GALL. *Demander, requerir.* ITAL. *Dimandare con instanza.* GERM. Mit anhalten begeren, fordern, heyschen. HISP. *Demandar con instancia.* ANGL. *To ask and desyre instantlie.* } Cicer. 6. *Verr.* Vt illa flamma diuinitus extitisse videtur, non quæ deleret Iouis Opt. Max. templum, sed quæ præclariùs magnificentiúsque deposceret. Cæsar 8. *bell. Gall.* Principem sceleris ipsius, & concitatorem belli Gutruatum ad supplicium deposcit. Sueton. *in Cæs. cap.* 68. Pœnam in se vltrò depoposcerunt. Columell. *lib.* 1. Cannabis solum pingue, stercoratúmque & riguum, vel planum atque humidum subactum deposcit.

Dēpŏsĭtor, Depositum, vide *Depono.*

Dēpostŭlo, as, Postulo. {בקש *bikkésch.* ἐξαιτεῖν. GALL. *Demander, requerir, deprier.* ITAL. *Dimandare con preghi.* GERM. Mässig begären. HISP. *Mucho rogar y demandar con ruegos.* ANGL. *To ask to demande that is due to the asker.* } Hirtius 6. *bell. Hispan.* Ciuitates contrariæ Pompeio auxilia sibi depostulabant.

[Depostulatores, qui postulant. Tertull.

Depotior, ἀφθονωτέρως. Gloss. Ergo à depotus, ex de & potus.]

Dēprædŏr, Populor. {שלל *schalál.* ἀποσυλάω, λαφυραγωγῶ. GALL. *Depeupler, piller, saccager.* ITAL. *Depredare, saccheggiare.* GERM. Berauben, plündern. HISP. *Mucho robar, despojar.* ANGL. *To robbe and take booties or preys.* } à quo Deprædator, & Deprædatrix verbalia nomina.

Dēprœlĭor, aris, Prælior. {נלחם *nilchám.* διαμάχομαι. GALL. *Debatre, combatre.* ITAL. *Combattere, far fato d'arme.* GERM. Streitten, kämpfen. HISP. *Pelear.* ANGL. *To fight.* } Hor. *in Carm.*

Permitte diuis cætera, qui simul
Strauêre ventos æquore feruido
Deprœliantes, &c.

Dēprāvo, Prauum facio, vitio, adultero, corrumpo, & quod bene aut dictum, aut scriptum est, in deteriorem partem detorqueo. {עוה *hivvéth* עקש *ikkésch.* λυμαίνω, διαστρέφω, φθείρω. GALL. *Tortuer, corrompre & gaster.* ITAL. *Vitiare, falsare, adulterare, corrumpere.* GERM. Verbösern, verderben. HISP. *Torcer lo derecho ò verdad, corromper, destruir.* ANGL. *To corrupt, to make crooked or ill.* } Terent. *in Phorm.* Nihil est tam bene dictum, quin malè narrando possit deprauari. Cicer. 1. *de finib.* Sed ita, vt quæ corrigere vult, mihi quidem deprauare videatur. Deprauare hominem pro fractis, vel debilitatis membris vitiare. Senec. *Epist.* 101. Deprauet licèt, dum monstruoso & distorto temporis aliquid supersit.

Dēprāuātus part. Corruptus. {מעוות *mehuvvách.* διαστραφείς, παραφθαρείς, διεφθαρμένος. GALL. *Corrompu, gasté, deprauè.* ITAL. *Guastato, corrotto.* GERM. Verbösert, verderbt. HISP. *Guastado, corrumpido.* ANGL. *Corrupted, made ill.* } Cicer. 2. *Diuin.* Illúdne dubium est, quin multi, quum ita nati essent, vt quædam contra naturam deprauata haberent, restituerentur, ac corrigerentur ab natura, quum se ipsa reuocasset aut arte, aut medicina. Idem 1. *de fin.* Idque facere nondum deprauatum, natura incorruptè atque integrè iudicante.

Dēprāuātio, verb. Corruptio, distortio. {עקשות *ikkeschúth.* διαστροφή, παραφθορά, παραφθορὰ. GALL. *Torture, ou torsure, corruption, gastement.* ITAL. *Corruttione, guastamento.* GERM. Verderbung, verkerung. HISP. *Torcimiento, guasto.* ANGL. *Corrupting, crooking and making ill.* } Cic. 1. *Off.* Deprauatio & fœditas turpificati animi. Consuetudinum deprauatio, 1. *de Legibus.* Deprauatio oris, 2. *de Oratore.*

Dēprāuātē, aduerbium, {διεστραμμένως. GALL. *Tortuement, contre droiture & raison, mal.* ITAL. *Contra il dritto, & ragione.* GERM. Verderblich, boshafftigtlich. HISP. *Torcendo lo derecho.* ANGL. *Crokedlie, against right and raison.* } Cic. 1. *de fin.* De quibus neque deprauatè iudicant, neque corruptè.

Dēprĕtiātus, Vilior factus, cuius precium imminutum est. { GALL. *Amoindri de prix, deuenu à meilleur marché, rauallé de prix.* } Paul. *l.* 2. *D. ad legem Aquil.* Sed & eius ratio haberi debet quo cætera corpora depretiata sunt.

Dēprĕcŏr, Precor, supplico, precando impetro. Item, Valdè, siue vehementer precor, obtestórque, Recuso, depello. {חלה *chillah* חתר *hathar* התחנן *hithchannen.* ἱκετεύω, ἀπεύχομαι. GALL. *Fort prier.* Item, *Deprier que quelque chose ne se face pas, refuser, repoulser.* ITAL. *Pregare grandamente.* GERM. Abbitten, vast bitten. HISP. *Mucho rogar.* ANGL. *To praye and intreate for to do the contrarie.* } Plaut. *Asin. sc. vlt. a. vlt. vers. pen.* Nunc si voltis huic seni, (i. pro hoc sene) deprecari ne vapulet, (ab vxore) rentur impetrari posse. Suet. *in Cæs.* Satis constat, Syllam quum deprecantibus amicis & ornatissimis viris aliquandiu denegasset, atque illi pertinaciter contenderent, expugnatum tandem proclamasse. Cic. *in Læl.* At C. Blosius Cumanus hospes familiæ nostræ, Scæuola, quum ad me, qui aderam cum Lenate & Rutilio Consulibus in consilio, deprecatum venisset. & *lib.* 1. *ad Heren.* Deprecatio, quum & peccasse & consultò fecisse reus confitetur, & tamen postulat vt sui misereatur. ¶ Habent quandoque contrariam suo simplici significationem, sicut in Dedecet, despero, & huiusmodi: & sic significat recusare, & precibus contendere ne aliquid fiat, παραιτοῦμαι, ἀπεύχομαι. Alibi *Ciceroni.* Nec periculum est vllum quod pro libertate aut refugiam, aut deprecer. Virg. 12. *Æneid.*

——*Equidem merui, nec deprecor, inquit.*

Ouid. *lib.* 1. *de Ponto,*

Sæpe precor mortem, mortem quoque deprecor idem,
Ne mea Sarmaticum contegat ossa solum.

Quint. *cap.* 13. *lib.* 2. Deprecari munus docendi. Suet. *in August. cap.* 5. Dictaturam magna vi offerente populo, genu nixus, nudo pectore deprecatus est (id est, recusauit.) Item *in Calig. cap.* 9. Inuidiam, quæ sibi fieret, deprecati sunt. (id est, à se remouerunt, depulerunt, &c.) Gell. *cap.* 2. *lib.* 12. Atque tam nugator homo Deprecatur Ciceronis errores: Et non fuit (inquit) Ciceronis hoc vitium, sed temporis, &c. Hic *Deprecatur,* idem significare videtur quod excusat, depellit, remouet, defendit, quo sensu vsus est Cic. *lib.* 2. *de Repub.* vt infrà dicetur, & ipse Gell. *cap.* 16. *lib.* 6. Vide Suet. *in August. cap.* 5. Liuius *de bell. Macedon.* vtramque significationem complexus est, Ego si quid sceleratè in fratrem admisi, nullam deprecor pœnam: si innocens sum, ne inuidia conflagrem, quum crimine non possim, deprecor. Horum prius pro abominor, detestor, siue recuso sumitur, posterius pro vehementer precor. Suet. *in Augusto, cap.* 5. Quum Lectorius adolescens Patricij generis in deprecanda grauiore adulterij pœna allegaret se esse professorem. Autor ad Heren. *lib.* 4. Audes verbum facere? audes quicquam petere? audes supplicium deprecari? hoc est, conari precibus efficere ne supplicium de te sumatur. ¶ Interdum idem est quod depellere, vel à se remouere, ἀποτρέπειν. Inde dicimus, Deprecari inuidiam, ignominiam, calumniam. Quint. *lib.* 3. scribit deprecationem, depulsionem esse. Item Cic. *in Catil. lib.* 1. Nunc vt à me P.C. quandam prope iustam querimoniam detester atque deprecer, percipite quæso diligenter quæ dicam. Idem *pro Balb.* Quiddam de communi addictione omnium nostrum, deprecandæ maleuolentiæ causa, breuiter commemorandum videtur. Qua de re si Gellius scripsit, *cap.* 16. *lib.* 6. Deprecari significare execrari, detestari, depellere, vel abominari, non fuit culpandus à Laurentio Valla, quum Depello hisce Ciceronis exemplis probè conueniat, & cum Deprecor maximè congruat, propter præpositionem De, quæ ambobus præposita est. Execror verò detestor, abominor, quum penè idem significent quod recuso, etiam ipsi verbo Deprecor conueniunt in ea significatione, in qua suprà illud Ouidij,

——*mortem quoque deprecor idem,*

diximus accipiendum: vt & illud Cicer. *lib.* 2. *de Repub.* Etiam Clodij inuidiam Gracchi charitas deprecabatur, id est, propulsabat & defendebat. Salust. *in Iugurthin.* Tantummodo imperium inimici, & cruciatus corporis deprecor. ¶ Quandoque deprecari est precibus eximere. ἐξαιτεῖσθαι. Cic. *de leg. Agrar.* contra Rullum, Siquid deliquero, nullæ mihi sunt imagines, quæ me vobis deprecentur. Cic. *pro P. Sylla,* Multorum hic vitam à L. Sylla deprecatus.

Deprĕcātio, nis, Precatio, postulatio, veniæ rogatio. {תחנה *techinnáh.* ἐξαίτησις. GALL. *Priere, requeste, supplication de pardonner une faute faite.* ITAL. *Il demandar perdono, richiesta di ottenere perdono à chi confessa il suo fallo.* GERM. Ein abbittung, ein bit zu verzeihung. HISP. *El demandar perdon.* ANGL. *A praying, or requesting to forgett and pardone a fault confessed.* } Plaut. *Capt. sc.* 3. *a.* 3. Neque deprecatio est malefactis, nec perfidis fuga. Cic. 2. *de Inuen.* Deprecatio est, in qua non defensio facti, sed ignoscendi postulatio continetur. Idem *lib.* 1. *de Inuen.* Deprecatio est & quum peccasse reus, & consultò peccasse confitetur, & tamen vt sibi ignoscatur postulat. Aliquando ponitur, pro, remotio & detestatio. Idem *pro Rab.* Huic adfert aliquam deprecationem periculi ætas. Quint. *c.* 1. *lib.* 1. Deprecatio, deabnuente postulata. Et apud Liuium *lib.* 3. *d.* 5. apertè pro recusatione ponitur. Diræ deprecationes, pro imprecationibus in malum. Plin. *lib.* 38. *c.* 2. Defigi quidem diris deprecationibus nemo non metuit.

Dēprĕcātŏr, is, qui reo veniam & immunitatem deposcit. {מתחנן *mithchannén.* παραιτητής, δεόμενος. GALL. *Deprieur, excuseur, intercesseur, moyenneur de remettre en grace.* ITAL. *Chi scusa di alcuno.* GERM. Ein abbitter, fürbitter, entschuldiger. HISP. *Entreuenador, excusador.* ANGL. *A suter for me him or the.* } Cic. *lib.* 1. *Epist.* Post temeritatem nostri Dolabellæ deprecatorem me pro illius periculo præbeo. Idem *pro Pompeio,* Cretenses ad Pompeium legatos deprecatorésque miserunt. Idem *pro L. Flacco,* Sperabam iudices, honoris potiùs L. Flacci me adiutorem futurum, quam miserrarum deprecatorem. Deprecator fortunarum alicuius, pro Seruatore. Idem *pro Plancio,* Nec me solum deprecatorem fortunarum tuarum, sed comitem sociúmque profitebor. Budæus.

Deprecabundus. {מתחנן *mithchannen.* ἱκέτης, ἱκετεύων, ἱκέτης, ἱκέσιος.} Pro peccante, & petente donum. Tacitus, Vt Lateranus quasi subsidium rei familiaris oraret deprecabundus & genibus accedens.

[Depretiatus, a, um, cuius precium imminutum est. Depretiati ἀποτιμηθέντες. Gloss. depretiare, minuere. Sidon. 1. *ep.* 7. & 2. 10.

Dēprĕhendo, is, Comprehendo, animaduerto, agnosco, comperio. {מצא *matsa* תפש *taphás* הוכיח *hoohiach.* φωράω, καταλαμβάνω. GALL. *Surprendre, prendre sur le fait.* ITAL. *Soprapprendere alcuno nella colpa, trouare in fallo.* GERM. Vnuersehens begreiffen, erwischen, schuldig befinden. HISP. *Tomar en hurto ò maleficio.* ANGL. *To tak amon vnwares.* } Deprehendere hominum mentes. Suet. *in Calig. cap.* 66. Deprehensam culpam tueri. Quint. Animalia quædam in angustijs deprehenduntur. Idem. Deprehensa eius vanitas. Velleius Deprehendunt deprehensaque excipiunt. Cæs. *lib.* 1. *de bell. ciuil.*

——*Deprehensus Vlyssis Ingenio.*

Ouid. 13. *Metam.*

Vtque fugax auidis ceruus deprehensus ab vrsis.

Idem *Eleg.* 11. *lib.* 3. *Trist.* Deprehensus Primipili centurio (id est, captus.) Deprehensi Galli eo genere pugnæ. Liu. *lib.* 8. *d.* 4. ¶ Item Deprehensus, id est, conuictus, Sueton. *in Claud. cap.* 37. Is pro deprehenso (id est, conuicto) ad pœnam raptus est. ¶ Deprehendere, pro comperire, videre, siue intelligere. Sueton. *in Cæs. cap.* 35. Fugientem (Pompeium) Alexandriam Cæsar persecutus, vt occisum deprehendit, cum Ptolemæo bellum gessit, id est, vbi intellexit, vel vidit præter opinionem. Quintil. *cap.* 10. *lib.* 1. Deprehendi subita necessitate agendi & dicendi. GALL. *Estans surprins.* Plaut. *in Asin.* In furto vbi sis deprehensus. Cicer. 5. *Verr.* Qui quod in altero vitium reprehendit, in eo ipse deprehenditur. Deprehensus ab hostibus, à tempestate, Virg. *lib.* 4. *Georg.*

Deprehensis olim statio tutissima nautis.

Horat. *in Serm.*

——— *Deprehensi non bella est fama Trebonî.*

Vnde & Deprehensa, genus animaduersionis in milites, qui certo in errore deprehensi fuissent, castigatione maior, ignominia minor. Cicer. *pro Cælio*. Quum ego facinora oculis prius quam opinione, manibus antequam suspicione deprehendi. Lactant. *lib.* 1. de Ioue loquens, Nonne à sua prima pueritia impius pene parricida deprehenditur. Testis deprehensus, qui varians vulgò titubansque dicitur. Quint. *lib.* 5. *cap.* 7. Turbantur enim, & à patronis inducuntur in laqueum. Sed & plus deprehensi nocent, quàm firmi & interriti profuissent.

Dēprĕhensŏr, is, nomen verbale. ὁ ἁλώσας.

Dēprĕhēnsio, nis Subita comprehensio, animaduersio. {הכחרה *hachcharáh*. [illegible]. GALL. *Surprinse, cognoissance de ce qu'on ignoroit.* ITAL. *Il soprapprendere, cognitione.* GERM. Ergreiffung, erwischung. HISP. *Obra de tomar assi, conocimiento.* ANGL. *A suddane taking of any man vnwares.*} Cic. *pro Cluentio*, Subita veneni deprehensio.

Depretio, as, are, Ad minus pretium redigere. Paulus *in l. proinde. ff. ad leg. Aquil.* Et eius ratio haberi debet, quo cætera corpora depretiata sunt.

Dēprĭmo, is, depressi. Conculco, affligo, protero, demitto. ✠ extollo, erigo. {השפיל *hiṡpil* השפיל *hiṡchil* מך *mach*. [illegible]. GALL. *Abbaisser, mettre bas. Enfondrer, mettre en fonds.* ITAL. *Deprimere, abbassare, humiliare.* GERM. Niderdrucken, vnder sich trucken. HISP. *Abaxar y abatir, suprimir.* ANGL. *To holde vnder or keld downe, to weigh or presse downe.*} Cæsar *lib.* 1 *de bell. ciuil.* Naues deprimere, & vbique, &c. Senec. *cap. vlt. de tranquill.* Ebrietas non vt mergat nos, sed deprimat curas. Varr. Ab eo depressus, à quo erigi, extollique sperabant. Lact. *lib.* 3. Ita dum hominem quærit extollere, rem ipsum depressit. Idem *lib.* 6. Altera quæ ad inferos deprimat, id est, deorsum premat, vel mittat. Liu. 3. *ad Herennium*, Quam maximè data & depressa voce principia dicemus, id est, submissa. Plin. *lib.* 2. *cap.* 18. Terrena in cælum tendentia deprimit siderum vis. Cicer. *antequam iret in exilium*, Nam quem virtutis gloria cum summa laude ad cælum extulit, eundem inimicorum inuidia indignissimè oppressum deprimit ad supplicium.

Dēpressus, nomen ex participio, Humilis, summissus. {שפל *schaphál* נמוך *namóch*. [illegible]. GALL. *Abaissé, mis bas.* ITAL. *Basso premuto.* GERM. Nider, niderggetruckt. HISP. *Puesto abaxo.* ANGL. *Holden vnder weighed downe, lowe.*} Col. *lib.* 1. *c.* 2. Quum ex depressiore loco fuerint orsa fundamenta. Idem *lib.* 2. *c.* 9 Modò in elatiora, modò in depressiora cliuus obliquum agi sulcum oportebit. Depressior, Depressius. Tibul. *lib.* 4.

Instabilis (Libera) *natat alterno depressior orbe.*

Senec. *c.* 9. *de cons. ad Helu.* Depressius sedere.

Dēpressio, nis, [illegible]. Macrob. *Saturn. lib.* 1. *c.* 20. Sed semper velut è quadam ima depressionis senecta in altitudinem suam, vt in robur reuertitur iuuentutis.

Dēpressitas, atis, Decliuitas, deuexitas, [illegible]. Apuleius *in Hermetis Asclepio*, Non depressitas terræ eius opera impedit.

Dēprōmo, is, Profero, extromo, expono. {הוציא *hotsi*. [illegible]. GALL. *Tirer ou mettre hors.* ITAL. *Proferire, dar fuora.* GERM. Herfür nemmen, fürher thun. HISP. *Sacar lo guardado.* ANGL. *To bring or drawe.*} Cicer. 2. *Offic.* Altera ex arca, altera ex virtute depromit. Idem *lib.* 5. *de finibus*, Nam quibus è locis, quasi thesauris argumenta depromerentur, vestri ne suspicati quidem sunt. Plaut. *Amphitr.* Inde quasi è promptuaria cella depromar ad flagrum. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 2. Quin depromantur mihi quæ opus sunt. (verba Coqui ad Atriensem.)

Dēprōmptus, participium. {מוצא *mutsá*. [illegible]. GALL. *Tiré & mis hors.* ITAL. *Messo ò posto fuori.* GERM. Herfür gebracht, fürher gethon. HISP. *Sacado de fuera.* ANGL. *Taken and drawen out.*} Cicer. 3. *de Orat.* Ita & momenti aliquid afferent: quum erunt penè ex intima defensione depromptæ, & apparebit eas, &c. Deprompta ærario pecunia. Idem *pro L. Manil.*

Dēprŏpĕro, as, Propero, festino. {מהר *mihér* אץ *ats*. [illegible]. GALL. *Se haster fort.* ITAL. *Affrettarsi.* GERM. Häfftig eilen. HISP. *Mucho apressurarse.* ANGL. *To speed, to mak great haste.*} Plaut. *Pœnul.* Deproperant sedulò sacrificare. Horat. 2. *Carm. Ode* 7.

——— *quis vdo*
Deproperare apio coronas
Curatue myrto?

id est, festinanter afferre. Acron.

Dēpso, is, significat subigendo manibus aliquid molle & tenerum reddo. {לוש *lasch*. [illegible]. GALL. *Paistrir & amollir auec les mains.* ITAL. *Fare il panegra molando.* GERM. Mit den händen etwas weich machen, kneten, knetten. HISP. *Souar.* ANGL. *To knedde.*} Cato *de re rust. cap.* 76. Deinde manibus bene depsito. ¶ Significat etiam obscœnum quiddam: vt Cicer. *in Epist. ad Parum*, Batuit, inquit, impudenter: depsit multò impudentius, atqui neutrum est obscœnum. Composita huius Condepso, Perdepso. Catul. Patrui perdepsunt ipsam vxorem. Vide *Permolere*.

Dēpsticius, a, um, Depsendo, id est, subigendo cōfectus. [illegible]. GALL. *Paistri, amolli auec les mains.* ITAL. *Gramolato, intenerito.* GERM. Geknätten, gewürckt. HISP. *Cosa souada.* ANGL. *That is made soft by kneddling.*} Cato *c.* 74. Panem depsticium sic facito, &c.

Dēpūbes, vel depubis, Dicitur is, qui ad pubertatis annos non potuit peruenire, [illegible]. Hinc depubem porcum dicimus, quem lactentem occidimus Ex Festo.

Dēpŭdĕre, Pudorem abiicere. {ἀναιδεῖν. GALL. *N'auoir point de honte, estre ehonté, auoir perdu toute honte.* ITAL. *Gittare la vergogna, diuenir sfacciato.* GERM. Sich verschämen, alle scham hindan setzen. HISP. *Echar la verguença.* ANGL. *To cast of shame, to haue a brasen face.*} Ouid. 4. *Epist.*

Depuduit, profugusque pudor sua signa reliquit.

Seneca *de Tranquill. vitæ*, Si duritia oris ille hoc potuit, qui assiduis comitiis depudere didicerat. Velleius, Cùm eum non depuderet mare infestare.

Dēpudesco, scis, quo vsus est Hieronymus *ad Eustochium*, Non depudesco infelicitatis meæ.

Dēpŭdīco, as, Violo, stupro, & pudicitiam aufero. {ענה *hinnáh*. [illegible]. GALL. *Honnir, violer.* ITAL. *Tor l'honore, violare.* GERM. Schänden, schwechen, scham vnd ehr hinnemmen. HISP. *Corromper à poner tacha.* ANGL. *To deflowre, to foyle.*} Vsus est etiam Laberius in Mimis, teste Gell. *lib.* 16. *cap* 7. *in prine.*

Dēpugno, as, are, Pugno, certo, decerto, dimico. {נלחם *nilchám*. [illegible]. GALL. *Combattre, faire guerre.* ITAL. *Contendere, combattere.* GERM. Streiten, kämpffen. HISP. *Contender y pelear.* ANGL. *To striue, to fight.*} Cicer. *de senect.* Depugnauit apud Thermopylas. Idem *pro Cæcin.* Non erit cur depugnare postea possessionis causa velis.

Dēpugnātio, nis, Iul. Firm. *Math. lib.* 4. Ex forensium certaminum depugnationibus liberatus

Depugnatur, impersonale. Cic. *ad Att. lib.* 16. Calendis Ianuariis erit fortasse præsidio. aut quidem antè depugnabitur.

Dēpugnatus, participium, [illegible]. Plaut. *Menæch.* Sed metuo ne sero veniam depugnato prælio.

Dēpurgo, as, Purgo. {נקה *nikkáh*. [illegible]. GALL. *Purger du tout, nettoyer.* ITAL. *Purgare.* GERM. Außseübern, reinigen. HISP. *Purgar à limpiar.* ANGL. *To mak cleane, To cleense.*} Cato *de re rust.* Terram cum stercore bene permisceto, depurgato ab herba graminibusque. ¶ Dicimus etiam depurgare crimina pro excusare, & diluere. Liu. 9. *bell. Macedon.* Filium mittere Romam, simul ad depurganda crimina, simul ad deprecandum iram Senatus statuit.

Dēpŭto, as, Puto, reseco, ramis, sarmentisve superfluis arborem vitémve libero. {זמר *zamar*. [illegible]. GALL. *Couper, tailler.* ITAL. *Tagliar via, potare.* GERM. Abschneiteln, abhawen. HISP. *Cortar y podar.* ANGL. *To prune or cut of.*} Col. *lib.* 3. In agro macro & sicco vineam imbecillem in brumam amputato: quam partem non deputaueris, circa Calendas Februarij repetito, & deputato. Plaut. *Amph.* Lucri est quod miseriam deputat. ¶ Item Deputare est existimare, censere, iudicare. {חשב *chaschab*. [illegible]. GALL. *Reputer, estimer, penser.* ITAL. *Stimare, pensare.* GERM. Achten, meinen, schätzen. HISP. *Pensar ò juzgar, ò induzir.* ANGL. *To think, iudge or esteme.*} quod vulgò dicitur Reputare, non, vt multi putant, delegare. Terent. *in Heaut.* Ædepol ne meam esse herus operam deputat parui pretij, Qui ob rem nullam me misit frustrà, vbi totum desedi diem. Plaut. *in Amph.* Inde cras è promptuaria cella depromar ad flagrum? Nec causam liceat dicere mihi, neque in hero quicquam auxilij siet? Nec quicquam sit, quin me omnes esse dignum deputent. ¶ Deputare secum rationes. Terent. *Adelph.* Sed nemo dabit, frustrà egomet mecum has rationes deputo. Deputare in pœnitentiam, est dare pœnitentiam propter delictum.

‖Deputati, qui in bello vulneratos curabant, collapsos erigebant, & in coronatione Imperatoris ferulam gerebant. Rigalt. ¶ Item ministri Ecclesiæ ad sacrum altare. Lex. gr. b. ¶ Item armorum fabri. Buleng.‖

Dēpăuio, is, ex De, & pauio, hoc est, cædo. {הכה *hickcháh* נגע *nagháh*. [illegible]. GALL. *Batre, frapper.* ITAL. *Battere, percuotere.* GERM. Schlagen. HISP. *Herir.* ANGL. *To beate, to strike.*} Lucilius,

——— *palmisque misellam*
Depauit me. id est, verberauit.

Déque opponitur Atque. Hoc auget & minuit, Illud contrà. Vide Gell. *cap. vlt. lib.* 10.

Dēquĕror, pro simplici queror, legitur apud Valer. Flac. *lib.* 5. *Argon.* —ante omnes secum dequesta labores. {נלון *nalón*. [illegible]. GALL. *Se complaindre.* ITAL. *Lamentarsi, querelarsi.* GERM. Sich beklagen. HISP. *Quexarse.* ANGL. *To complayne.*} Item apud Statium *libr.* 1. *Thebaid.*

——— *eadem sub nocte sopora*
Lustra terit, similésque Notos dequestus, & imbres, &c.

Dērādo, is, Radendo aufero. {גרד *gharádh*. [illegible]. GALL. *Racler, oster en raclant.* ITAL. *Tagliare radendo.* GERM. Abtrayen, abschaben. HISP. *Raer alguna cosa de otra.* ANGL. *To shaue or sheare of or away.*} Plin. Quod derasum est, teritur, & cribratur. Gell. *c.* 20. *lib.* 7. Deradere ex carmine, & ex memoria.

‖Derasat, torpet, frigidum est. Gloss. Isid.‖

Dera, Δῆρα, Iberiæ regio, per quam Sicanus fluit, Steph. Quanquam ciuitásne an regio sit, in Græco non additur.

Derbe, es, Δέρβη. Castellum est & portus Isauriæ, patria Timothei, qui D. Pauli discipulus fuit.

Derbites, Δερβήτης, Gentile.

Derbices, Δέρβικες. Populi sunt Asiæ, autore Plinio, proximi Hyrcano mari, quos Oxus amnis medios secat. Hi acerrimi delictorum vindicatores creduntur, vtpote qui leuissimum quodque delictum capite puniant. Parentes grandæuos, postquam annum septuagesimum fuerint egressi, iugulatos deuorant, satius arbitrantes à cognatis illos, quàm à vermibus absumi: citra septuagesimum annum obeuntes non edunt, sed humant, vt scribit Strab. *lib.* 2. Hos Hieronymus, Derbices vocat, Massagetæ (inquit) & Derbices miserrimos putant, qui ægrotatione moriantur & parentes, cognatos, propinquos, quum ad senectutem venerunt, iugulatos deuorant, rectiùs esse dicentes, vt à se potius, quàm à vermibus comedantur.

Dērce, Δέρκη. Fons est frigidissimus æstate, inter Bilbilim & Segobrigam, in ripa ferè Salonis amnis Hæc Calepinus ex Perotto. Martialis tamen hunc fontem Dircennam vocat, non Dercem. Sic enim scribit *lib.* 1. *ad Lucium.*

Tepida natabis lene Congedi vada,
Mollésque Nympharum lacus:
Quibus remissum corpus astringes breui
Salone, qui ferrum gelat
Auidam rigens Dircenna placabit sitim,
Et Nemea, quæ vincit niues.

Quo in loco, si Dirce legatur, versui deerit syllaba.

Dercetō

Dercĕtō, Δερκετώ. Nomen est fabulosæ deæ, quæ apud Ioppen, autore Plin. aut (vt Diodoro *lib.* 1. placet) iuxta Ascalonem colitur humana facie, reliquo corpore piscis. Hanc Syri Atargatim vocant. Filiam habuit Semiramidem, quam à columbis educatam ferunt. Ob id sacras genti aues eas esse, ostendit Tibullus, Alba Palæstino sancta columba Syro.

‖Dercos, A. sub P. Constantinopolitano.‖

Dĕrcyllŭs, vnus è præfectis Pyrrhi, teste Plutarcho.

Dĕrea, Δέρεα, vrbs Arcadiæ. Steph.

Dĕrectarii, qui domus alienas furandi animo introeunt. Vide *Directarij* in *Dirigo*.

DĔRĔLINQVO, is, ere, Prorsus, seu in totum relinquere, deserere. {עזב *hazab* שמט *schamat*. ἐγκαταλείπω. GALL. *Abandonner, delaisser*. ITAL. *Abbandonare*. GERM. Verlassen. HISP. *Dexar ò desamparar*. ANGL. *To leaue, to forsake*.} Cicer. *pro Cæcin*. Derelinquo iam communem causam, pop. Rom. ius in vestra fide ac religione depono.

Dĕrĕlictŭs, particip. {עזוב *hazúb* נטוש *nistmás*. ἐγκαταλειφθείς. GALL. *Delaissé*. ITAL. *Lasciato*. GERM. Verlassen. HISP. *Dexado, desamparado*. ANGL. *Left, or forsaken*.} Autor ad Heren. *lib.* 4. Item commodius est in derelicta, quàm in celebri regione locos comparare. ¶ Pro derelicto habere. Cic. *ad Att.* Hæc oppida atque oram maritimam illum pro derelicto habere.

Dĕrĕlictio, nis, verbale, Desertio. {שמטה *schemittáh*. ἐγκατάλειψις. GALL. *Delaissement, abandon*. ITAL. *Abbandonamento*. GERM. Verlassung. HISP. *Dexo ò desamparo*. ANGL. *A leauing or forsaking*.} Cic. 3. *Off.* Sed communis vtilitatis derelictio contra naturam est.

Derelictus, us, ui, idem, ἐγκατάλειψις. Gell. *lib.* 14. *cap.* 22. Siue quis arborem suam vineámque habuerit derelictui, non id sine pœna fuit.

Dĕrĕpĕntĕ, vna dictio, quia (vt docet Donat.) aduerbiis præpositionem separatim non addimus. Si enim separaueris, non est Latinum derepentè. {פתאם *pithóm*. ἐξαίφνης. GALL. *Incontinent, soudainement, tout sur le champ, tout à coup*. ITAL. *Di subito, incontinente*. GERM. Eynsmals/ von stundan/ flugs/ gehlingen. HISP. *Subitamente y de repente*. ANGL. *Sodenly*.} Plaut. *Menæch. sc.* 2. *a.* 5. Derepentè tantus nimbus incidit. Idem *Mostell. sc.* 2. *a.* 2. Exclamat derepentè. Item Sueton. *in Tiber. cap.* 23. Terent. *in Hecyr.* Ita corripuit derepentè tacitus sese ad filiam. Cicer. *pro Qu. Ligar.* Si quum hoc domi faceremus, quod & facimus, &, vt spero, non frustrà facimus, tu derepentè irrupisses, & clamare cœpisses.

DĔRĔPO, compositum, ex De & repo. {ἀφέρπω, ἀφέρπω. GALL. *Grimper, ramper*. ITAL. *Raparsi, menare*. GERM. Hinkriechen/ oder schleichen. HISP. *Gatear, andar no sentiendo*. ANGL. *To creepe or slide forth*.} Plin. *lib.* 8. *cap.* 36. Ingrediuntur & bipedes: arborem auersi derepunt. de vrsis.

‖Deria, *Derry*, vel *Dirry*, V. E. Hiberniæ ad fl. Loug-foyl, in Comitatu, seu prouincia Tyr. Corneliæ, sub A. Armachano.‖

DĔRĪDĔO, es, Irrideo, ludo, illudo. {התל *hethél* צחק *tsachák* לעג *lahág*. καταγελῶ. χλευάζω. GALL. *Se mocquer, mocquer*. ITAL. *Beffare, dileggiare*. GERM. Verlachen/ verspotten. HISP. *Escarnecer reyendo*. ANGL. *To mock, to scorne or taunt*.} Plaut. *in Aul. sc.* 4. *a.* 1. Neque ædepol ego te derisum venio, neque derideo. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 5. Si me derides, At patrem meum non potes. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 4. Hic me hodie vmbraticus deriserit. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 2. Cum corona ante ædes me derideto. Item, Qui dant, derides: qui deludunt, deperis. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 3. Etiam derides quasi nomen non noueris. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 3. Quæso deridesne me? (quia scilicet dixerat, Vsócule salue. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 3. Derides, pessimus homo es.)

Dĕrīsor, {מצחק *metsachék* מהתל *mehathél* לץ *lets*. καταγελαστής. GALL. *Mocqueur*. ITAL. *Schernitore*. GERM. Ein verlacher/ verspotter. HISP. *Escarnecedor, que haze escarnio*. ANGL. *A mocker, a scorner*.} Plin. *lib.* 11. *c.* 52. Supercilia quibus iuxta tempora inflexa, derisores significant. Scio absurdè dictum hoc derisores dicere. Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 2. Derisores vocabat Suet. *in Calig. cap.* 38.

Dĕrīdĭcŭlum, Irrisio. {התול *hathúl*. καταγέλασις, καταγέλασμα. GALL. *Mocquerie, raillerie*. ITAL. *Scherno, beffa*. GERM. Verspottung/ verlachung. HISP. *Escarnio*. ANGL. *Mockerie, scorne*.} Plaut. *in Pseud. sc.* 3. *a.* 4. Quàm illum mihi verba per deridiculum dare. Liu. *lib.* 9. *d.* 4. Item Gell. *c.* 2. *lib.* 17. Ac per facetias ostentaret facere eos deridiculum.

Dĕrīsŭs, us, {התול *hathúl*. καταγέλασμα.} Quint. *lib.* 6. A derisu non procul abest risus. Plaut. *Milit. sc.* 1. *a.* 2. Derisui esse omnibus. & Gell. *c.* 1. *lib.* 10. Derisui habere.

Dĕrīsōrĭŭs, καταγελαστικός. Vlp. *D. lib.* 38. *tit.* 1. *l.* 71. Quòd si nullas ædes reliquerit, magis derisorium est, quàm vtile legatum. Marcianus *D. lib.* 28. *tit.* 7. *l.* 14 Conditiones contra edicta Imperatorum, vel quæ contra bonos mores, vel derisoriæ sunt.

Dĕrīdĭcŭlŭs, a, um, Derisione dignus. {καταγέλαστος, καταγέλαστος. GALL. *Digne d'estre mocqué*. ITAL. *Degno di esser beffato*. GERM. Verlachens wärt/ spöttig. HISP. *Cosa de reyr y escarnecer*. ANGL. *VVhorthie of scorne or mockerie*.} Varr. 1. *de re rust.* Sequetur vt duos villicos & duas villicas debere debeat, quod est deridiculum. Deridicula vanitas apud Gell. *lib.* 10. *cap.* 11. Pueri in ludo rudes, non magis in legendo deridiculi fuissent.

DĔRĬPĬO, Abstraho, auello. {חטף *chataph* לקח *lakách*. ἀφαρπάζω. GALL. *Prendre & rauir*. ITAL. *Rapire, pigliare prestamente, strappare*. GERM. Hinreissen/ abziehen. HISP. *Arrebatar alguna cosa de lugar*. ANGL. *To tak or pull away*.} Virg. *lib.* 2. *Georg.*

Cella que pralorum fumosis deripe tectis,

id est, properanter: tectis effer. Plaut. *Aul. sc.* 6. *a.* 4. Aurum deripiamus mattonis palam. Idem *in Men.* Sed quis hic est qui capillo me huc de curru deripit. Lact. *lib.* 5. Quomodo se rapinis & fraudibus abstinebunt, qui Mercatorij iura nouerunt, docentis non fraudis esse deripere, sed astutiæ, id est, surripere.

DĔRĪVO, as, Aquam deduco, aliòve deflecto. {הזיל *hizzil* הגיר *highgir*. παροχετεύω. GALL. *Faire escouler l'eau par autre ruisseau ou conduit, la destourner*. ITAL. *Deriuare, scolare le acque, condurre da vn fiume, voltare in suo corso*. GERM. Das wasser dannen richten oder leiten das es anderswo fliesse. HISP. *Deriuar el rio ò arroyo da fuente*. ANGL. *To trayne water by an other way*.} Col. *lib.* 1. Crebrósque sulcos aquarios (quos nonnulli *elices* vocant) faciamus, & omnem humorem in cloacas, atque inde extra segetes deriuemus. ¶ Per translationem elegantissimè ponitur pro deflecto & transfero. Terent. *in Phorm.* —quid vis? vt maneat Phanium, atque ex crimine Antiphonem eripiam, atque in me omnem deriuem iram senis? id est, deflectam. Vbi Donat. Deriuatio dicitur inflexio criminis ab eo, ad quem pertinebat, ad eum, ad quem non pertinet. μετάστασις. Cic. *in Verr. a.* 4. Quid est quamobrem putes te tuam culpam non modò deriuare in aliquem: sed communicare cum aliquo posse? Cic. *pro Mil.* Fecerunt id serui Milonis (dicam enim non deriuandi criminis causa, sed vt factum est) neque imperante, neque præsente domino, quod suos quisque facere seruos voluisset. Hoc est, non dicam eo animo vt Milonis crimen in seruos reiiciam, sed quia ita res se habet.

Dĕrīvātĭo, verb. Deductio. ἀπαγωγή, ὀχέτευσις, παροχέτευσις. GALL. *Deriuation, destournement du cours accoustumé*. ITAL. *Deriuamento*. GERM. Ableitung/ abrichtung. HISP. *Aquel apartamiento*. ANGL. *A turning or trayning of water by an other way*.} Cic. 2. *Offic.* Adde ductus aquarum, deriuationes fluminum. Liu. 3. *ab Vrb.* & Quint. *lib.* 3. Vtendum proxima deriuatione verborum.

Deriuatiuus, a, um, quod ab alio deducitur, παράγωγος.

‖Derma, cutis, pellis. Lex. Onom.‖

DĔRŌDO, is, si, derosum, Rodo. {אכל *achál* סביב *sabib*. διατρώγω, ἀποτρώγομαι. GALL. *Ronger*. ITAL. *Rodere*. GERM. Abnagen/ benagen. HISP. *Roer*. ANGL. *To gnaw*.} Plin. *lib.* 11. *cap.* 37. Et cochleæ dentes habent: indicio est à minimis earum derosa viris. Cic. 1. *de Diuin.* Ab muribus esse derosos.

DĔRŎGO, as, Detraho, deminuo, delibo. {גרע *gharáh*. ἀφαιρέω. GALL. *Deroguer, diminuer, abolir en partie*. ITAL. *Derogare, scemare, togliere, leuar via qualche parte*. GERM. Etwas einem ding entziehen oder abbrechen/ mindern. HISP. *Detraer ò sacar ò quitar, cassar y anular la ley*. ANGL. *To abolishe, to vndoe and tag away a parte*.} Vnde Derogare legi, est aliquid de lege diminuere, vel detrahere. Abrogare autem legem, est legem omnino tollere. Autor ad Her. Quum duæ leges inter se discrepant, videndum est primùm, num quæ abrogatio, aut derogatio sit. Quid est ergo derogatio nisi detractio aliqua legis: abrogatio ipsius legis ablatio? Illa partis legis, hæc totius ablatio est. Cicer. 2. *de Inuent.* Indignum est de lege aliquid derogari, vel legem abrogari. ¶ Dicimus autem derogo legi, vel de lege: & abrogo legi, legem. Autor ad Herenn. Quum ostenditur id factum esse, quod ea lex sanciat, cui legi abrogatum sit. Item per accusatiuum, derogare legem. Cicer. *pro Fonteio.* Quorum virtuti, generi & rebus gestis fidem & autoritatem in testimonio cupiditatis atque inimicitiarum suspicio derogauit. Derogo ✕ Arrogo: quod est, autoritatis aliquid, aut fidei alteri tribuo. Hieron. *in proleg. Esdra*, Interrogent Hebræos & ipsi autoribus translationi meæ aut arrogent, vel derogent.

Dĕrŏgātĭo, Diminutio, detractio. {מגרעה *migrahâh*. ἀφαίρεσις.} Autor ad Herenn. Quum duæ leges inter se discrepant, videndum est num quæ abrogatio, aut derogatio sit.

Dĕrŏgātīvŭs, ἀφαιρετικός, vt Diomedes *Grammat. lib.* 1. In, enim præpositio plerunque derogatiua, nonnunquam adiectiua est.

Derogator est inuidus, & qui dente maligno alium carpit.

Dĕrŏgātōrĭus, a, um. Iulianus *D. lib.* 29. *tit.* 4. *l.* 2. Edictum de custodiendo partu derogatorium est eius, quod ad Carboniani decreti exemplum comparatum est.

Dĕrŏgĭto, as, are, freq. quo antiqui sunt vsi pro simplici Rogare. ἐπιδέομαι, πολλὰ δέομαι. Plaut. *in Asin.* Placidè ergo vnumquodque derogita, vt acquiescam.

‖Derpatum, seu Torpatum, *Derpt*, V. E. Liuoniæ, sub A. Rigensi.‖

Dertha, Δέρθα. Locus Laconicæ, gentile Derthæus, vel Dertheates: vnde Dertheatidis Dianæ templum. Steph.

Derthan, Δερθᾶν Steph. Populi Thraciæ: Herod. Dersæos vocat, vt sequitur.

Dersæi, cum æ diphthongo, siue (vt alij legunt) Derses, Δερσαῖοι. Populi sunt Græcorum in littoribus Thraciæ, quorum meminit Herod. *lib.* 7.

Dertōna, æ, Δέρτωνα Steph. Insubriæ oppidum est ad Padum fluuium, quod à Ptolemæo Taurinis annumeratur. Hodie vocatur *Tortona*.

Dertosa, nobilis vrbs Hispaniæ, quæ & Lertosa, apud Ptolem. sed non placet: quin potiùs Dortosa, quum hodie *Tortosa* nuncupetur. Tranquillus *in Galba*, Ac subinde Alexandrina nauis Dertosam (vitiosè editum *dertersa*) appulit armis onusta. Pomponius Mela, Iberus Dertosum attingit. *deorsum* mendosè in impressis.

DĔRŪMPO, is, Abrumpo. {פרץ *parats*. ἀπορρήγνυμι. GALL. *Desrompre*. ITAL. *Rompere, estirpare*. GERM. Zerbrechen/ abreissen. HISP. *Quitar alguna cosa rompiendo*. ANGL. *To breake of*.} Collis arduus & deruptus: id est, abruptus, siue præruptus. Tacit. *lib.* 2. Item *lib.* 9 Et pars maxima inermes per muia & nubes deruptas, præcipitantes fugerunt. Deruptum pro præcipitio: vt, Multi pauore in derupta præcipitati. Liu. *lib.* 8. *dec.* 4. Dimisso equo per derupta & auia, sequentes frustratus est. Tacit. *lib.* 4. Liuius *lib.* 8. *dec.* 4. In derupta præcipitare.

DĔRŪNCĬNĀRĔ, Dissecare, & dissipare. {נסר *hissár* גזר *ghezér* בתר *bitter*. διαπελεκίζω. GALL. *Fendre d'vne scie, mettre en pieces, dissiper*. ITAL. *Dissipare, fare in pezzi*. GERM. Zerschneiden/ zerstücklen. HISP. *Rosar, serrar en partes diuersas*. ANGL. *To sawe or cutt in pieces*.} Tractum à runcinis, hoc est, serris maioribus, quibus fabri lignarij maiora ligna secant. Plaut. *in Milit.* Vt lapide deruncinauit militem. Idem *Capt. sc.* 4. *a.* 3. Ego deruncinatus, deartuatus sum miser huius scelesti technis, dolis.

DĔRVO, Decido, {הפיל *hippil*. καταβάλλω. GALL. *Abbatre, faire cheoir*. ITAL. *Cadere giu, ruinare à basso*. GERM. Umbfallen. HISP. *Caer abaxo*. ANGL. *To fall downe, to pull frome*.} Apuleius, Prolapsus deruissem. Cic. *Att. lib.* 6 actiuè posuit pro aufero, siue adimo: Et de laudibus Dolabellæ deruam cumulum.

Derusiæi, fuerunt oratores Persici, teste Herod. *lib.* 6. Δηρουσιαῖοι, Δηρουσιαῖοι Steph. populi sunt Persici, ex *lib.* 1. Herod.

Desili, Δεσιλοί. Populi Thraciæ, Steph.

Dēs, olim, pro bes, dicebatur as, dempto triente: est enim des, siue bes octo vnciarum pondo.

Dēdĭco, as, are, consecro, dedico. {[illegible] hecherim קדש dakdish חנך chanecho, ἀνάγω. Gall. Dedier, consacrer. Ital. Consacrare. Germ. Wydgen weihen. Hisp. Consagrar. Angl. To dedicat, to consecrat.} ¶ Desacrare aliquid Triuiæ, apud Stat. 9. Theb.

Nota per Arcadiam felicibus ardere syluas
Quercus erat, Triuiæ quam desacraueras ipse
Electum turba nemorum, numenque colendum
Feceras.

Dēsæuĭo, is, Sæuio, {[illegible] [illegible]. Gall. Se tempester, Acheuer sa cruauté iusques à n'en pouuoir plus. Ital. Incrudelire. Germ. Wüstig wüten. Hisp. Mucho encruelecerse. Angl. To be wood angrie, to shew extreme crueltie.} Col. lib. 6. cap. 2. Patere vnum diem, noctémque desæuiant. Tranquill. in Ner. cap. 29. Virorúmque ac fœminarum ad stipem deligatorum inguina ore inuaderet: & quum affatim desæuisset, conficeretur à doryphoro liberto. Hier. in prolog. lib. Reg. Latrantes canes qui aduersùs me rabido ore desæuiunt. Item sæuire desino. {ἀποθυμίζω. Gall. Cesser d'estre cruel, s'apaiser. Ital. Cessare d'esser crudele. Germ. Verwüten von dem wüten ablassen. Hisp. Dexar de encruelecerse. Angl. To cease to be angrie.} Lucan.

——— *Necdum desæuiat ira. Expectat.*

Virg. 4. Æneid.

Dum pelago desæuit hyems.

¶ Desæuire aliquem, pro desæuire in aliquem. Incertus Auctor sub Constantio scribens de Alexandri M. Bucephalo, sic ait: Námque homines edit, & eiusmodi pabulum sæuit. i. sæuit in pabulum eiusmodi.

Dēsalto, as, are. {ὀρχέομαι, [illegible]. Gall. Acheuer de danser, danser. Ital. Dansare, finire la danza. Germ. Dantzen oder außdantzen. Hisp. Acabar de dançar, dançar. Angl. To leap or daunce, to end a daunce.} Sueton. in Cal. Deinde repentè magno tibiarum & scabellorum crepitu cum palla tunicáque talari prosiluit, ac desaltato cantico abiit.

‖Descapulatus, qui tunicis dimissis ambulat: à de, & scapulis. Scalig. in Catull. citat & sic legit epist. 115. Senecæ. Gruterus autem ibi genuinam lectionem esse arbitratur de capsula totos, eosque ita dici vult, qui in publicum proditari, corporis omnem amictum, immò ornatum ex arcula sumunt.‖

Dēscendo, is, Deorsum eo, ex loco superiore in inferiorem me confero,)(Ascendo. {ירד iarádh. [illegible], [illegible]. Gall. Descendre. Ital. Discendere, scendere, smontare. Germ. Hinab gehn, vndersich gehn. Hisp. Descender de lugar. Angl. To go downe, to descend.} Cic. 4. Tuscul. Vt enim in inferiorem ambulationem descendimus. Liu. lib. 2. ab Vrb. Tum ad equites Dictator aduolat, obtestans, vt pesso iam pedite, descendant ex equis. Ex fastigio non nisi cadendo descendere. Senec. c. 10. de Tranquill. Tantum ab illo (imitando) defluebant, quantum ille descenderat ab antiquis. Quint. Attollitur, vel descendit vox. Idem, Descendere inferius (de minore pretio.) Mart. epig. 75. lib. 10. Non descendit ætas nostra, sed cadit. Senec. epist. 84. Asta vt descendam in proclíui (de equo.) Plaut. Asin. sc. 3. a. 3. Altiùs descendunt præcepta quæ teneris imprimuntur ætatibus. Senec. cap. 16. de consol. ad Heluiam. Descendere in nos debet oratio. Idem epist. 40. Altè descendit, & diu sedit. Idem Epist. 72. Descenderunt in corpus vulnera. Idem de consol. ad Heluiam. ¶ Descendere in altum, Metaph. Sen. epist. 60. Descendere in causam, (pro sequi partes.) Liu. lib. 6. dec. 4. & Cæsar lib. 1. de bell. ciuil. Descendere necessariò ad deditionem. Item, Ad omnia descendere paratus, vt controuersiæ componantur. Idem ibid. & lib. 3. de bell. ciuil. Descendere ad extremum auxilium, (id est, liberare seruos.) Descendere ad verba communia. Quintil. Descendit in amores & lusus Alcæus. Idem, Descendere vsque ad silentium. Idem. Pectora in quæ descendat tutò secretum. Senec. cap. 7. de tranquill. ¶ Præteritum huius verbi apud veteres erat descendidi, non descendi, vti Ennius & Valerius Antias in hist. 75. Deinde funere locato ad forum descendidit. Laberius quoque in Catulario. Ego mirabar quomodo mammæ mihi descendiderant. Gell. lib. 7. cap. 9. Per translationem verò dicimus, Descendo in prælium, descendo in campum, descendo in forum, & huiusmodi alia: quia de quiete ad laborem, de loco tuto ad periculum, de vita ad mortem est ille descensus, siue ad animam, siue ad corpus, siue ad vtrumque pertineat. Persius, Descendere in sese posuit, pro eo quod dicimus, suam infirmitatem agnoscere, Vt nemo in sese tentat descendere, nemo: Sed præcedenti spectatur mantica tergo. Translatum vel à fodinis, vel à cellis, in quas qui descendunt quid illic repositum reconditúmque sit, nosse possunt. Descendit ad hyacinthum hæc gemma. Plin. lib. 37. c. 9. id est, accedit. ¶ Descendere, etiam est se frangendum atque diuidendum præbere, vt Pathicus, qui Draucο, siue mitoni atque ascensori se ob teterrimam diabolicámque libidinem subiicit atque substernit. Catullus,

Multus homo es Naso, nec tecum multus homo, sed
Descendis Naso. multus es, et Pathicus.

Dēscensus, us, {מורד morádh. [illegible]. Gall. Descente. Ital. Discesa. Germ. Ein abgang, hinabsteigung. Hisp. Descendimiento. Angl. A descending or going downe.} Virg. 6 Æneid.

———*Facilis descensus Auerni.*

Plin. lib. 16. c. 26. Ipso descensu Iouis speluncæ.

Dēscensio, nis, {מורד morádh. [illegible], [illegible]. Gall. Descente. Ital. Discesa. Germ. Abgang. Hisp. Descendimiento. Angl. A downe going.} Plin. Epistol. 101. In has tres descensiones: duæ in sole, tertia in sole. Liu. 1. bell. Pun. Priusquam in continentem descensiones facerent.

Dēscĭo, is, ire, Non scio. Plaut. in Mercatore, Athenæ desciuerunt.

Dēscisco, is, iui, itum, ex De & scisco compositum. Deficio, ad aliam partem me confero. {מרד marádh פשע paschah. ἀφίσταμαι, [illegible], [illegible]. Gall. Se reuolter, se departir, s'en aller. Ital. Ribellarsi all' parte contraria, mancare di fede. Germ. Abfallen, auff die andern seiten fallen. Hisp. Rebelar. Angl. To leaue and forsake, to reuolte.} Liu. 2. & 9. ab Vrb. Præneste à Latinis ad Romanos desciuit. Ab excitata fortuna ad inclinatam & propriè iacentem desciscere. Cicer. Curioni lib. 2. Desciscere à natura. Cic. 3. Tusc. Gell. c. 5. lib. 16. Desciscere à proprietate verbi. Velleius, Desciscere à virtute. Idem Desciuit à bonis Tib. Gracchus.

Descitum, ἀφίσταται, impersonale passiuum. Liu. 6. bell. Pun. Quorum de sententia maxime descitum à Romanis constabat.

‖Descobino, as, radere.‖

Descobinatus, a, um, abrasus, sectus, [illegible]. Varr. in Meleagr. Sin autem delectationis causa venamini, quanto satius est saluis cruribus in circo expectare, quam his descobinatis in sylua curare? Nonius.

Dēscrībo, is, ere, Exscribo, transcribo. {כתב katháb. [illegible]. Gall. Descrire, transcrire, doubler, copier. Ital. Transcriuere, descriuere, ricopiare. Germ. Abschreiben. Hisp. Trasladar escritura, escriuir vna cosa otra vez. Angl. To copie, to write out of an other.} Cicer. Cornif. Dicam tuis vt eum si velint describant, ad teque mittant. Suet. in Calig. c. 41. Aliquando ponitur pro definire, distribuere, disponere, seu designare, [illegible], [illegible], [illegible]. Cic. in Lal. Mei sunt ordines, mea est descriptio. ¶ Item pro delineare, vel depingere. Plaut. in Asin. sc. 3. a. 2. Non pictor potuit rectiùs describere eius formam. ¶ Accipitur etiam pro simplici scribo, vel pro conscribo. Virg. in Daph. Imò hæc viridi nuper quæ cortice fagi Carmina descripsi, & modulans alterna notaui, Experiar. Lact. lib. 5. Quid est enim cur illam, vel in carminibus, vel in omni sermone describant: conquerentes eius absentiam, quum sit facillimum bonos esse si velint. Velleius, Publicis descripta litteris à Quæstore pecunia. Senec. cap. 10. de Tranq. Describendi arte exiguæ areæ patent in multos vsus. Ouid. Eleg. 1. lib. 2. Trist.

Nec qui descripsit corrumpi semina matrum.

Describere librum ab aliquo, id est, ad exemplar quod aliquis habet. Cicer. ad Attic. lib. 13. Scripsit enim Balbus ad me, se à te quintum de finibus librum descripsisse. Describere comœdias Græcas, pro Verbis Latinis eas exprimere, & ad exemplum earum similes, eiusdemque argumenti componere. Terent. in Prolog. Eunuch. Describere in dies. Plin. lib. 18. cap. 28. Neque est ei minor veneratio, quàm descriptis in Deos stellis.

Descriptus, particip. Distributus. {כתוב chatthub. [illegible], [illegible]. Gall. Transcript, doublé, copié, descrit, mis par ordre. Ital. Transcritto, copiato, posto in ordine. Germ. Abgeschriben, wol geordnet. Hisp. Trasladado, traçado à debuxado. Angl. VVriten out of a copie.} Cicer. in Cat. Quemadmodum esset ei ratio totius belli descripta docui.

Descriptus, nomen ex partic. Cic. 3. de fin. Quid enim aut in natura, qua nihil est aptius, nihil descriptius: aut in operibus manu factis tam compositum, &c.

Descriptio, nis, Distributio, figura, forma, designatio. {ספר sephár. [illegible], [illegible], [illegible]. Gall. Description, enroolement, ordre. Ital. Descrittione, narratione. Germ. Abschreibung oder abschrifft. Hisp. Descripcion à dibuxo. Angl. A description, a putting in good order.} Descriptio equitum, peditúmque, Cic. 4. Tusc.

Dēscriptiuncula, diminut. à descriptio. Senec. in suasoria 2. Ex omnibus suasoriis celebres descriptiunculas contexam.

Dēsĕco, is, Abscindo, reseco, amputo. {גזר ghazár. ἀποτέμνω. Gall. Decouper, couper, & separer d'auec, retrencher. Ital. Tagliare via. Germ. Abschneiden, oder abhauwen. Hisp. Cortar de alguna cosa. Angl. To cutt of or mowe downe.} Columell. lib. 3. Et si fieri potest, iuxta aliquem nodum serrula desecato. Idem lib. 12. Bonus operarius prati iugerum desecat. Cic. Attic. Tu illud desecabis, & hoc adglutinabis. Ouid. Eleg. 1. lib. 2. Trist.

Ni patrium crimen desecuisset Amor.

Dēsectus, particip. à Deseco. {נגזר nighzár. [illegible]. Gall. Coupé, retranché, separé. Ital. Segato, tagliato. Germ. Abgeschnitten. Hisp. Cortado. Angl. Cutt of or mowed downe.} Desecta cum stramento seges. Liu. 2. ab Vrb. Desectis stramentis. Col. lib. 14. c. 10. Cæsar lib. 3. de bell. ciu. Herbæ desectæ.

Dēsectio, verbale. {גזר ghézer. [illegible]. Gall. Coupement, coupe, taillure. Ital. Segamento, tagliamento. Germ. Abschneidung, abhauung. Hisp. Cortadura. Angl. Cutting of.} Col. lib. 6. c. 3. Horum desectio cùm pecori, tum agro est vtilis.

Dēsĕcro, as, id est, quod sacrum erat, profanum facio, Profano. {טמא timmé. Gall. Desgrader. Ital. Dissacrare, digradare. Germ. Entweyhen, entheyligen. Hisp. Degradar. Angl. To disgrade, to discharge of his orders.} Vnde sacerdotes sceleris alicuius damnati, antequam supremo supplicio afficiantur, consueuerunt desecrari: quod vulgus vocat Degradari. Hinc Desecratus apud Plin. lib. 28. c. 8. Iungemus illis simillima & peregrina æquè animalia, priùsque chamæleontem, peculiari volumine dignum existimatum Democrito, ac per singula membra desecratum non sine magna voluptate, cognitis proditisque mendaciis Græcæ vanitatis.

‖Desecus, secus, secundùm Salmas.‖

Dēsĕro, is, eui, desitum, Sero, planto. {זרע zarâ. [illegible]. Gall. Semer, planter. Ital. Inseriare, piantare. Germ. Seyen, pflantzen. Hisp. Enxerir vna cosa en otra, plantar. Angl. To plant, to sowe.} Varr. lib. 1. de re rust. c. 23. Nam & in recentibus pomariis, desitis seminibus, in ordinémque arbusculis positis, primis annis, antequam radices longiùs procedere possint, alii conserant hortos.

Dēsĕro, is, ui, tum, Derelinquo, destituo, prodo. Deserere dicimus pro relinquere, destituere, quia quæ deseruntur, i. deorsum seruntur & destituuntur, in terram illic relinquuntur. Sic loquimur, Il m'a planté pour reuerdir. {עזב hazáb שמט schamát. [illegible]. Gall. Delaisser, abandonner, quitter. Ital. Abbandonare. Germ. Verlassen. Hisp. Desamparar. Angl. To leaue forsake.} Terent. in Heaut. Mulier telam deserit continuò. Idem in Andr. Per omnes tibi adiuro deos, nunquam eam me deserturum. Senec. c. 11 de cons. ad Polyb. Alium vita deserit in medio cursu. Plaut. Pseud. sc. 3. a. 1. Potiùs rem diuinam deseram. Idem Men. sc. 2. a. 5. Pernicitas deserit me. Idem Mostell. sc. 2. a. 1. Res, fides, fama, virtus deseruerunt me. Idem Pseud. sc. 1. a. 1. Te amantem, ne paue, non deseram: id est, tibi opem feram. Idem ibid. sc. 4. a. 4. Deserui Blepharonem, vt Nauseatem conuenirem. Idem Cas. sc. 3. a. 4. Facis

sapientius, quàm pars Lenonum, qui libertos habent, & eos deserunt. ¶ Item deserere sese, pro sibi ipsi deesse, & animum abiicere. Cæsar *lib. 1. de bell. ciuil.* ¶ Deserere Albam, *la deserter*: interpres Iuuenal. *in Satyr. 4.* ¶ Deserere item signa milites dicuntur, item deserere patriam, & deserere Imperatorem, hoc est, relinquere, & in periculo destituere. Plaut. *Pseud. sc. 3. a. 4.* Ne deserat me metuo, & ad hostes transeat. Quint. Deseruit, (id est, desertor in acie fuit.) Sueton. *in Tib.* Deseri se conquerebantur. Vnde desertores dicuntur proditores, quique eos, quos maxime defensos oportebat in discrimine relinquunt. Sueton. *in Cæsare*. Desertorum ac seditiosorum inquisitor ac punitor acerrimus, conniuebat in cæteris. Cæsar *6. bell. Gall.* Qui ex iis sequuti non sunt, in desertorum ac proditorum numero ducuntur. Quomodo autem differat desertor ab emansore, vide in dictione *Emansor*. ¶ Deserere vadimonium, est vadimonium non obire, & in iudicio se non sistere.

Dēsěrto, as, frequentatiuum, desertum reddere, ἐρημόω. Accius, Quum me solum vterque parens desertassent.

Dēsěrtŏr, is, verbale, qui deserit, vt Desertor amicorum. Cicer. *Attic. lib. 8.* Desertor quis sit explicatur apud Iurisconsul. *l. desertor. §. 1. de re milit.* Vide & C. *de desert. lib. 12. & infrà Emansor.* Desertor Asiæ pro Exul. Virg. 12. *Æneid.*

Aut hac Dardanium dextra sub tartara mittam
Desertorem Asiæ. Seruius.

Velleius, Imperator qui in desertores sæuire debuerat, Desertor exercitus sui factus est.

Dēsěrtŭs, a, um, participium, Destitutus, relictus, incultus, vastus. {שׁמם *schamém*, ἀπολελειμμένος. Gall. *Desert, delaissé, abandonné*. Ital. *Abbandonnato*. Germ. Verlassen. Hisp. *Desierto ò desamperado*. Angl. *Left, forsaken*.} Cic. *pro Cluentio*, Locus à voce Tribuni desertus. Idem *in partit. Orat.* Ager desertus à plebe, atque à cultura hominum. Velleius,

Et à militibus & a fortuna desertus.

Ouid. *Eleg. 9. lib. 3. Trist.*

Impia desertum fugiens Medea parentem.

Idem 13. *Metam.*

Haud tamen efficies desertum vt Nestora crimen
Esse rear nullum.

Mox, Proditus à socio est. ¶ Migrat etiam in nomen, admittitque comparationem. Cicer. *in Pisonem*, Vt nullius vnquam redditus fuerit desertior. In desertissima solitudine, idem *6. in Verr.* ¶ Deserta promissio dicitur apud Iurisconsultos non obseruata, contempta. Vlpian. *l. 4. D. si quis caut.* Quæsitum est an possit conueniri ne vlla exceptio in promissione deserta iudicio sistendi causa facta obiiciatur? Et ait Atilicinus conuentionem istam non valere. Vide Hotoman. Lexicon.

Dēsěrtissĭmus, Superlat. Sen. *quæst. nat. lib. 3. cap. 11.* In locis desertissimis fontes.

Dēsěrtum, i, Locus solitarius, ac inhabitatus, eremus. {מדבר *midbbár* שממה *schemamáh* ציה *tsyjáh*. ἔρημος. Gall. *Desert, non habité*. Ital. *Diserto, inhabitato, solitario*. Germ. Ein einöde/ein ort das verlassen ist vnd niemand daselbst wohnt. Hisp. *Paramo ò desierto*. Angl. *A desert, a wildernesse*.} Virg. 1. *Æneid.*

Ipse ignotus, egens, Libyæ deserta peragro.

¶ Desertum pro Austro, apud Methodium.

Desertio, verbale, ἐγκατάλειψις, Actus ipse deserendi. Liu. *lib. 1. quinta decad.* Cur exectabilis ista nobis solis veluti desertio generis humani.

Dēsěrvīre, Seruire. {עבד *habádh*. δουλεύειν, ἐκδουλεύειν. Gall. *Deseruir, seruir*. Ital. *Seruire humilmente*. Germ. Vnderthäniglich dienen. Hisp. *Seruir con diligencia y humildad*. Angl. *To serue humblie*.} Cicer. *Tironi*, Indulge valetudini tuæ, cui quidem tu adhuc, dum mihi deseruis, seruisti non satis. Idem *1. Offic.* Itémque alij qui quiduis perpetiantur, cuiuis deseruiant, dum quod velint consequantur.

Dēsĭcco, as, are, Siccare {יבשׁ *ybbésch* החריב *hecherib*. ξηραίνω. Gall. *Secher, desecher*. Ital. *Seccare*. Germ. Trücknen/trucken machen. Hisp. *Secar*. Angl. *To be made drie*.} Plin. *lib. 20. c. 10.*

[Desidæmones, superstitiosi ab inconsulta & absurda diuinæ potentiæ formidine. Bud.]

Dēsĭdeo, es, edi, ere, Otiosum sedere. {נעצל *nehetsál*. ἐγκάθημαι, ἐνδιατρίβειν. Gall. *Se tenir assis en lieu sans rien faire, estre oisif, & paresseux*. Ital. *Stare ociose*. Germ. Müssig sitzen/faulentzen. Hisp. *Emperesar y ser negligente*. Angl. *To be idle*.} Plaut. *in Bacch.* Nam meus formidat animus, nostrum tandiu ibi desidere, neque redire filium. Ter. *in Hec.* Frustrà vbi totum desedi diem. Plaut. *Pseud. sc. 4. a. 4.* Quid tu intus desedisti? Quint. Argumenta veluti confragosa, locis amœnioribus desident & Suet. *in Cæs. c. 2.* Desedit apud Nicomedem.

Dēsĕs, desidis, Otiosus, ignauus, iners. {עצל *hatsél*. ἀργός, ῥάθυμος. Gall. *Qui se tient assis sans rien faire, paresseux*. Ital. *Otioso, accidioso*. Germ. Faul/Müssiggenger. Hisp. *Negligente y perezoso*. Angl. *Idle, slow, vnoccupied*.} Liu. *lib. 1.* Desidem Romanum regem inter sacella & aras acturum esse regnum rati. Et *lib. 3.* Sedemus desides domi mulierum ritu inter nos altercantes.

Dēsĭdĭa, æ, Pigritia, socordia, ignauia, inertia. {עצלה *hatsláh*. ῥαθυμία. Gall. *Paresse, oisiueté*. Ital. *Pigritia, poltroneria*. Germ. Faulkeit/tregheit. Hisp. *Pereza y negligencia*. Angl. *Idlenesse, slouth*.} Cic. *de Leg. Agrar.* contra Rullum, Qui propter desidiam in otio viuunt, tamen in turpi inertia capiunt voluptatem. Idem *pro Sestio*, Sed mihi omnis oratio est cum virtute, non cum desidia. Plut. *in Lyc. & Solon.* Desidiæ crimine damnabantur Athenis. Ouid. *Eleg. 7. lib. 3. Trist.* Desidiæ causas remoue (scribendo.)

Dēsĭdĭōsus, Otiosus. {עצל *hatsel*. ῥάθυμος, ἀργός. Gall. *Paresseux, oisif, vn faineant*. Ital. *Pieno di infingardia*. Germ. Der gar faul vnd nichts thut/ein fauler müssiger. Hisp. *Lleno de mucha pereza y negligencia*. Angl. *Idle, that doeth no thing*.} Ouid. *de rem. am.*

Quæritur, Ægisthus quare sit factus adulter?
In promptu causa est, desidiosus erat.

Mart. *lib. 8.*

Dic mihi quid melius desidiosus agas?

Varr. *in proœmio lib. 2. de re rust.* Sic qui in oppido sederent, quàm qui rura colerent, desidiosiores putabant. Inertissimum & desidiosissimum otium. Cic. *2. de leg. Agrar.*

Dēsĭdĭōsē, aduerb. Otiosè. {ῥαθύμως. Gall. *Sans rien faire, en oisiueté*. Ital. *Ociosamente*. Germ. Faulglich/Müssiglich. Hisp. *Perezosamente*. Angl. *Idlelie, without occupation*.} Agere ætatem desidiose, Lucret. *lib. 4.*

Dēsīdo, is, edi, (nam præteritum à sedeo mutuatur, teste Valla *lib. 5.*) Idem quod Ad sedendum descendo. {סד *maen*. καθίζω, καθιζάνω, ὑποκάθημαι. Gall. *S'asseoir, s'affaisser, aller en fond*. Ital. *Descendere à sedere, stare à basso, spianacar*. Germ. Sich niedersitzen oder niderlassen. Hisp. *Descender para assentarse, caer abaxo*. Angl. *To sitt downe*.} Sæpe etiam accipitur pro dehisco. Cicer. 1. *de Diuin.* Eo tempore ipso quum hoc calamitosum prælium fieret, tantos terræmotus in Liguribus, Gallia, compluribúsque insulis, totáque in Italia factos esse, vt multa oppida corruerint, multis locis labes factæ sint, terræque desederint, fluminaque in contrarias partes fluxerint. Cels. *lib. 8. cap. 5.* Nares desidunt, difficulter spiritus trahitur. Stat. 3. *Syl.*

——— *te præside noscat*
Cur vada desidant, & ripa coërceat vndas.

Tib. *lib. 4.*

Qualis in immenso desederit aëre tellus.

Liu. *lib. 2. de bell. Maced.* Terra desederat. ¶ Desidere, pro aluum deiicere. Cels. *lib. 4. cap. de dysenteria*, Quotiesque desidit, subluere aqua calida. Idem de tenesmo loquens *lib. 4. cap. 18.* In hoc æquè atque in torminibus frequens desidendi cupiditas est.

Dēsīdĕro, as, à sidus: vt considero, Desiderio alicuius rei teneor, requiro, postulo, cupio. {תאוה *tevváh* חמד *chamadh*. ἐπιποθέω, ἐπιθυμέω. Gall. *Desirer, souhaiter*. Ital. *Desiderare*. Germ. Begeren/wünschen. Hisp. *Dessear*. Angl. *To couet or desire, to wish for any thing*.} Plaut. *sc. 2. a. 2.* Quàm tu filium tuum, tam me pater meus desiderat. Idem *Capt. sc. 2. a. 1.* Nunc desidero absentem amissum (captiuum.) Idem *Amphit.* Experiri vult suum abitum vt desiderem. Gell. *cap. 3. lib. 5.* Desiderauit pro simpliciter petiit ab eo. Item Sueton. *in August. cap. 29.* Desiderabat Apollo templum. Idem *cap. 66.* Desiderauit M. Agrippæ patientiam, & Mæcenatis taciturnitatem. (hoc est, requisiuit in Agrippa patientiam, & in Mæcenate taciturnitatem.) Cicero *de senect.* Non caret is, qui non desiderat. *Ibidem*, Neque nunc vires desidero adolescentis, non plus quàm tauri vires adolescens desiderabam. ¶ Desideramus alicuius vires, quando ille non auxiliatur nobis. Cicer. *in Cat.* Non curia vires meas desiderat, non rostra, non amici, non clientes. Quasi dicat, Curia non sentit me senio debilitatum, quum fungar meo munere perinde ac si integra ætate essem. ¶ Desiderari in acie milites dicuntur. ἀπεῖναι, qui in prælio ceciderunt: eò quòd in recensione, quæ à prælio fieri solet, non compareant. Curtius, In eo prælio trecenti capti, quinquaginta millia desiderata sunt. ¶ Desiderare in aliquo eloquentiam, candorem, integritatem, vel modestiam, est huiusmodi virtutem in aliquo requirere, quæ illi vel vtilis sit, vel necessaria. Cicero *in Orat.* Antonius multa & in se, & in aliis desiderans. Idem *de clar. Orat.* Vnum excipio Catonem, in quo perfectissimo Stoico summam eloquentiam non desiderem.

Desiderabilior. Suet. *in Tiber. cap. 21.*

Dēsīdĕrātus, participium. {נחמד *necheinádh*. ἐπιποθητός. Gall. *Desiré, souhaité*. Ital. *Desiderato*. Germ. Begert/erwünscht. Hisp. *Desseado*. Angl. *Desired, longed or wished for*.} Cicero *post red. ad Quir.* Sed omnia desiderata magis, quàm assiduè perfecta delectant.

Dēsīdĕrātio, verbale, Desiderium, cupiditas. {תאוה *taavah* תחמדה *tachmudáh*. ἐπιθύμησις. Gall. *Desir, souhait, regret*. Ital. *Desiderio, brama*. Germ. Begird oder begirung. Hisp. *Desseo*. Angl. *A desire, a wishing for*.} Cicer. *de senect.* At non est voluptatum tanta quasi titillatio in senibus, Credo, sed ne desideratio quidem: nihil autem est molestum quod non desideres.

Dēsīdĕrābĭlis, e, {נאוה *naaváh* נחמד *nechmádh*. ἐπιθυμητός. Gall. *Desirable, digne d'estre desiré*. Ital. *Cosa degna che se desideri*. Germ. Das wol zubegären ist. Hisp. *Cosa para dessear, ò digna de ser desseada*. Angl. *Worthie to be desired*.} Cic. 1. *de finibus*, Nihil enim desiderabile concupiscunt. Liu. 4. *bell. Pun.* Verumenimuero Hieronymus velut suis vitiis desiderabilem efficere vellet auum.

Dēsīdĕrābĭlior, comparatiuus. Suet. *in Tyber.* Vt tali successore desiderabilior ipse aliquando fieret.

Dēsīdĕrium, Cupiditas, studium, amor vehemens, affectio. {תאוה *tevváh* חמדה *chemdáh*. ἐπιθυμία, πόθος. Gall. *Desir, souhait, regret*. Ital. *Desio, desiderio*. Germ. Ein begird/wunsch/ein groß verlangen. Hisp. *Desseo*. Angl. *Desire, an ardent loue or affection of any thing*.} Cic. *in Lælio*, Ego si Scipionis desiderio me moueri negem, quàm id rectè faciam, viderint sapientes. Idem 4. *Tuscul.* Desiderium est libido eius, qui nondum adsit, viuendi. Tibul. *lib. 4.*

Nunc desiderium (rerum amissarum) *superest.*

Ouid. *Eleg. 2. lib. 3. Trist.*

Roma domúsque subit desideriúmque locorum.

Senec. *cap. 14. de consol. ad Helu.* Desiderium ferre non posse exulis filij. Idem *cap. 7. de consol. ad Mart.* Desiderium suorum naturale est. *Ibid.* Desideria mutorum animalium concitata, sed breuia (amisso fœtu.) Quint. *c. 20. lib. 1.* Desideriis amicorum dare aliquid. Senec. *c. 9. de tranquill.* Desideriis naturalibus paruo parantur remedia. Ouid. *lib. 6. lib. 3. Trist.*

(Tu) *Pars desiderij maxima penè mei.*

¶ Idem *ad Att.* Non dici potest quam flagrem desiderio vrbis. ¶ Item desideria apud Iurisconsultos dicuntur pro libellis, quibus quid à principe magistratuve postulatur ac desideratur. Vulgò *Requestas* vocant. Suet. *in August.* 53. Promiscuis salutationibus admittebat & plebem, tanta comitate adeuntium desideria excipiens, vt quendam ioco corripuerit, quòd sic sibi libellum porrigere dubitaret, quasi elephanti stipem. In hac significatione ponitur apud eundem Suet. *c. 17. in Aug. & in l. 4. & 9. D. de offic. proconsul. l. 3. de appel. recip. & l. 3. C. de postulando.* Hotoman & Passerat.

Desiderium quandoque pro re amata, amasia, vel amasio. Catul. *in Epig.*

de

de passere Lesbiæ. Cum desiderio meo nitenti, Carum nescio quid lubet iocari, id est, meæ puellæ.

Desideratiua verba, sunt quæ à Prisciano Meditatiua vocantur. Ea terminantur in rio: vt, Esurio, Parturio: & desiderium magis, quàm meditationem denotant, *ἐφετικὰ ῥήματα.* Cic. 2. *Philip.* Vtinam aliquando dolor Pop. Rom. pariat quod iamdiu parturit. Plin. *lib.* 36. *c.* 21. Æetitæ omnes grauidis adalligati mulieribus, vel quadrupedibus in pelliculis, sertificati veteri animalium continent partus, non nisi parturiant, remouendi: alioqui vuluæ excidunt: sed nisi parturientibus auferantur, omnino non pariunt. ¶ Parturio itaque significat, cupio parere: Esurio, cupio edere: Mictúrio, cupio meiere. Scaturio autem pro primitiuo capitur scateo, non enim desideratiuum est significatione, sed voce tantum. Amaturio autem, Lecturio, & similia quando illis docti vsi non sunt, non modò inter desideratiua, sed ne inter Latina quidem sunt annumeranda.

‖Desidiabula, loca ad desidium apta.

Desiduè, diuturnè. Varr.

Desiduo. Non.

Desiduus, assiduè ignauus. Gloss. Isid. diuturnus. Pap.‖

Dēsīgno, Denoto, demonstro. {סמן *samán* הודיע *hodhiah* הגביה *highghiah.* *ἐπισημαίνω, σημειῶ.* Gall. *Faire notoire & declarer, designer, bailler le proiect.* Ital. *Designare, denotare.* Germ. Bezeichnen/ anzeigen. Hisp. *Señalar, notar, hazer nouedad en algo.* Angl. *To marke, to signifie and shewe by marke or token.*} Cic. *in Catil.* Notat & designat oculis ad cædem vnumquemque nostrûm. Cæs. *lib.* 1. Cæsar hac ratione Lisci Dumnorigem Diuitiaci fratrem designari sentiebat. Plaut. *Most. sc.* 1. *a.* 2. Quæ designata sunt & facta nequitia. Ausonius *in Grat. act.* Designare, Declarare, & Nuncupare Consulem, differunt. Gell. *cap. pen. lib.* 14. Designatus Consulatus Pompeio. ¶ Aliquando significat decerno, seu deligo. {בחר *ghazár* בחר *bachár.* *ἀποδεικνύω, ἐκλέγω.*} vt, Designare Senatorem, *καταλέγειν βουλευτήν.* Sal. Catilina nihilominus in proximum annum consulatum petebat, sperans si designatus foret, facilè se ex voluntate Antonio vsurum. Interdum idem quod destinare. Col. *lib.* 3. Ipsum autem agrum quem seminario designaueris, planum & succosum. Aliquando ponitur pro admittere & patrare in vtranque partem, bonam & malam. Terent. *in Adelph.* Nam illa quæ facta sunt, Omitto, modò quid designauit? M. Quid nam id est? D. Fores effregit, atque in ædeis irruit alienas.

Dēsignātōrēs, dicebantur qui constituendæ funebri pompæ præerant, vnicuique incedendi locum, ordinémque præscribentes: similis ferè munere eorum qui Romæ magistri cæremoniarum vocantur. Græci *βραβευτὰς* vocant. Cic. *ad Att. lib.* 4. Desertus à suis, vix iam decimum designatorem, vix Gellium retinet. Vlpian. *l. athletas. ff. de his qui not. infam.* Designatores autem, quos Græci *βραβευτὰς* appellant, artem ludicram non facere, Celsus probat: quia ministerium, non artem ludicram exercent. Bud. *in Annot.*

Dēsignātio, Descriptio. {מתכונת *mathchóneth* חק *chôk.* *σημείωσις.* Gall. *Deuis, ordonnance, proiect, specification.* Ital. *Diuisione, ordinanza.* Germ. Bezeichnung/ angebung. Hisp. *Señalamiento ò instruccion.* Angl. *A marking, declaring or shewing by an token.*} Cic. 1. *de Orat.* Deinde esse omnem rationem aut de infinitæ rei quæstione sine designatione personarum & temporum, aut de re certis in personis & temporibus locata. Idem 1. *de nat. deorum.* Omnem totius operis designationem atque apparatum. ¶ Designatio præterea est contractio, conductióque populi in vnum: hoc enim ei contingit, qui aliquo flagitio, populi in oculos & ora conuertit, & spectaculo est vulgo.

Dēsĭlĭo, is, desilui, desultum, Saltu descendo. {צנח *tsanách.* *καθάλλομαι, ἀφάλλομαι.* Gall. *Saillir, ou se ietter du haut en bas.* Ital. *Discendere, di salto.* Germ. Abhin springen. Hisp. *Saltar de arriba abaxo.* Angl. *To leap downe frome aboue.*} Plin. *de viris illustr.* Dum à templo Dianæ desiliit, talum intorsit. Desilire ab equo. Virg. 11. *Æneid.*

——— partísque ab equo regina sub ipsis Desiluit.

¶ Desilire de nauibus. Cæsar 4. *bell. Gall.* Desilire de rheda, Cicer. *pro Milone.*

Dēsultūrā, ipse desiliendi actus. {*ἀφαλμός.* Angl. *Lighting downe, vauting frome one orse to another.*}

Dēsultor, dicitur cuius ars est binos trahere equos, & alternatim ex vno in alterum mira celeritate transultare. {*κέλης, ἀμφίππος* in antiquo Lexico, & *ἱππαγωγός.* Gall. *Homme de guerre, qui menoit deux cheuaux accouplez sans estre autrement enharnachez, & sailloit de l'vn s'il estoit las sur l'autre frais quand besoin en estoit.* Ital. *Chi mena ad vn tratto due caualli, & salta di vno nell' altro.* Germ. Ein reysiger der zwey pferde füret vnd gechwind ist wan es not thut von einem auff das ander zuspringen. Hisp. *El que salta de vn cauallo en otro.* Angl. *A valter that leapeth vp and downe frome one horse to another.*} Liu. *lib.* 23. Nec omnes Numidæ in dextro locati cornu, sed quibus desultorum in modum binos trahentibus equos inter acerrimam sæpè pugnam in recentem equum ex fesso armatis transultare mos erat: tanta velocitas ipsis, támque docile equorum genus est. Varr. *lib.* 2. *de re rust.* Peritus belli aliter equos eligit, alit, ac docet, aliter quadrigarius ac desultor.

Dēsultōrĭi, ipsi equi sine ephippiis, dicti quòd ex his facilè desiliant desultores qui duo singulis equitibus præstò erant, exercitatis ita militibus, vt altero de via fesso, desilire possent in recentem, *κέλητες.* Suet. *in Cæs.* Quadrigas, bigásque, & equos desultorios agitauerunt nobilissimi iuuenes. Cassiod. verò *in Epistol.* diuersum ab hoc genus fuisse docet in ludis Circensibus: Equi (inquit) desultorij sunt, per quos Circensium mutilos denuntiant exituros, vt luciferi quadam in astris similitudine præcursorias velocitates imitari videantur. ¶ Ponitur aliquando desultorius pro desultore, qui ex equo in equum facilè desilit, & relicto priore in alium transit: id quod Cicero transferre pŏsuit, pro inconstanti, *pro L. Mur.* Respondebo igitur Posthumo primùm, qui nescio quo pacto mihi videtur Prætorius candidatus in Consulatem quasi desultorius in quadrigarum curriculum incurrere. Apul. 1. *de Asin.* Iam hæc quidem ipsa vocis immutatio desultoriæ scientiæ styloque accessimus, respondet. Martian. *de nuptijs Philologiæ,* Leuitate pernix desultoria gestiebat.

Dēsultōrĭā natura, prouerbialiter dicitur. Ioannes Picus, Homo, inquit, variæ ac multiformis & desultoriæ naturæ, animal. Desultoriam hominis naturam dixit, quasi versipellem, & subinde sese in aliam aliámque formam mutantem, vt Proteum factitasse fabulantur. A Martiano Capella hoc sumptum, qui leuitatem desultoriam dixit *lib.* 1. Budæus.

Dēsĭno, is, ex De, & sino, significat omitto, finio, cesso, {חדל *chadhál* שבת *schabáth.* *παύομαι, ἀπολήγω.* Gall. *Cesser, s'arrester.* Ital. *Cessare, dimettere, lasciare.* Germ. Auffhören/ ablassen. Hisp. *Dexar, ò cessar de alguna cosa.* Angl. *To cease, to leaue.*} Terent. *in Phorm.* ——imò haud desinam, Donec perfecero hoc. Idem *in prolog. Andr.* ——dehinc, vt quiescant, Porrò moneo, & desinant maledicere. Cic. *Mario.* Libenter me hercle artem desinerem, tecúmque, & cum similibus nostri viuerem. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 1. Obseruare virum desines. Vbi nihil fit simul (amator) amare desinat. Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Maluit Afer desicere, dicendo, quàm desinere. Quint. Desine ludos facere. Plaut. *Men. sc.* 4. *a.* 2. Heu, Heu. P. Desine. B. Doleo. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 5. Desito sermone vti. Gell. *cap.* 10. *lib.* 1. Desinit populus istis legibus, (sup. vti.) Idem *cap.* 1. *lib.* 20. Est autem Desinere artem, renuntiare arti, atque relinquere, *ἀπολείπειν τὴν τέχνην, ἢ καταλείπειν.* Idem *lib.* 15. Omnium tum Atheniensium consensu disciplina tibiis canendi desita est. Apuleius *lib.* 4. Desine scelus. ¶ Aliquando pro terminare accipitur. Plin. *in Panegyr.* Incipimus inde, desinimus ibi, à quo incipi, in quo desini sub alio principe non posset. Idem *in Epist.* Desinit ibi triclinium. Hinc desinentia, finis, terminus, *ἀποτελεύτησις.* Desinere in perpetuum, non ad tempus quo quis reuerti possit referendum est, autor Pomp. *in l.* 13. *de assig. libert.* Sic *l. si is qui. §. quod dicitur. de iur. dot.* Desino cum genitiuo, Græcismus est. Horat. 2. *carm. Ode* 9.

——— desine mollium

Tandem querelarum.

Re aliqua desinere, pro cessare de re aliqua. Cic. 4. *Acad.* Desine quæso locis communibus, domi nobis ista nascuntur. ¶ Desinere artem transitiuè. Sueton. *lib. c.* 36. Expulit & Mathematicos, sed deprecantibus ac se artem desituros promittentibus, veniam dedit. ¶ Desinit esse soluendo, cui vel insignis calamitas, vel magna inopia accessit. Autor Paulus *in l. si arbitro. qui satisd. cog.* Vide & Triph. *in §. quod autem dicitur desisse, l. tutores, de admin. tut.*

Dēsĭnĭtŭr, impersonale, & Desitum est. Ouid. 1. *de arte.*

Tunc benè desinitur.

Cic. *lib.* 2. *de finib.* Rectè iampridem desitum est contra eos disputari.

Dēsĭtus, partic. {נשבת *nischbáth.* *καταλειφθείς.* Gall. *Delaissé, aboli, qui n'est plus en bruit ny en vsage.* Ital. *Lasciato, annullato, che non è piu in vso.* Germ. Auffgehört/von dem man abgelassen hat. Hisp. *Cosa dexada y desacostumbrada.* Angl. *Left forsaken.*} Cic. *ad Patum, lib.* 9. Post hunc tredecim fuerunt sella curuli ante L. Papirium Crassum, qui primum Papisius est vocari desitus. Verba desita, (id est, inusitata.) Gell. *cap.* 7. *lib.* 11. Desita disciplina tibiis canendi, omnium Atheniensium consensu. Idem *c.* 17. *lib.* 15. Desita oppugnatio. *Ibid. cap. vlt.* Desiti creari Censores. Suet. *in Aug. cap.* 37.

‖Desipes, tardus pedibus. Gloss.‖

Dēsĭpĭo, is, desipui, & desipij, ex De, & sapio, Insipienter ago, deliro. {נבער *nibhár* נסכל *nischál.* *παραφρονῶ, ἀφραίνω.* Gall. *Defaillir de sens, radoter, perdre son bon entendement, estre hors du sens.* Ital. *Essere pazzo fuor di mente.* Germ. Aberwitzig werden/ narrechtig sein/ oder eins weißlich handeln. Hisp. *Enloquecer.* Angl. *To dote, or make foolish.*} ‖Tertull. *de pudicit.* Fermentum modicum totam desipit conspersionem.‖ Cicer. *M. Cælio.* In quo quum obiurgaret, quòd nimio gaudio penè desiperem. Plaut. *Epid.* genitiuo iunxit, Desipiebam mentis, quum illa scripta mitterem. August. *lib.* 1. *de Ciuitate Dei,* docet minus esse desipere, quàm insanire. Porro (inquit) si quis hoc aggrediendum & suadendum putat, non dico desipit, sed insanit. Lactant. *lib.* 2. Denique Poëta maximus, homo in cæteris prudens, in hoc solo non poëticè, sed aniliter desipuit, id est, more anili insipienter egit. ¶ Huius contrarium est Resipisco: nam Resipio in vsu raro est, resipisco frequenter. Desipio in vsu est, desipisco non: Desipere in verba, vide *Verbum.*

‖Desipo, saporem muto. Tertull.‖

Dēsisto, is, Cesso, omitto. {עמד *hamádh* שבת *schabáth.* *ἀφίσταμαι, ἀπολήγω.* Gall. *Desister, n'aller plus auant, s'arrester, cesser.* Ital. *Cessare, lasciare.* Germ. Abstehn/ ablassen/ auffhören. Hisp. *Dexarse de alguna cosa.* Angl. *To stay or rest.*} Virg. 1. *Æneid.*

——— mêne incœpto desistere victam.

Plaut. *in Rud.* Desiste dictis nunc iam miseram me consolari, nisi, &c. Cic. 7. *Verr.* Rogat vt id facere desistant. Idem *pro Quintio,* Auctionem velle facere desistit. Plaut. *Men. sc.* 1. *a.* 2. Aliter non desistam exequi, (id est, non desinam inuestigare.) Idem *Ps. sc.* 5. *a.* 1. Desiste: Rectè meam rem sapio. (id est, desine monere.) Desistere à defensione. Cæs. *lib.* 2. *de bel. ciu.* Desistere oppugnatione. *Ib.* Desistere de petitione. Liu. *lib.* 7. *d.* 4. Plaut. *in Men. sc.* 2. *a.* 5. Quid tu es tristis? quid illa abs te iratus Destitit? nescio quid vos velitati estis inter vos duos, id est, recessit, vel diuersus stetit, sed eò destitit, potiùs deducendum videtur à Disto. ¶ Desistere etiam stare, subsistere, vel in loco aliquo morari significat. Idem *in Most.* Quid illic destitisti, obsecro tandiu? ¶ Desistere apud Iurisconsultos, est à re aliqua calumniosè instituta abstinere. Desistere, inquit Vlpianus, est à negotio abstinere, quod calumniandi animo instituerat. Inde Destitisse is videtur non qui distulit, sed qui liti renuntiauit in totum.

Desitiates, *Δεσιτιᾶται.* Liburniæ populi in conuentu Narbonensi: quos commemorat Plin. *lib.* 3. *c.* 22.

‖Desitisco, contemno. Gloss. vet. A. L.

Desmophylax, vinctorum, captiuorũ custos. *δεσμὸς* vincula: *φύλαξ* custos.‖

Dĕsmŏtērĭŏn, {כלא *chéle.* *δεσμωτήριον.* Gall. *Prison.* Ital. *Prigione.* Germ. Ein gefencknuß. Hisp. *Carcel, lugar de prision.* Angl. *A prison.*} Græci vocant carcerem in quo vincti asseruantur: à verbo Græco *δεσμέω,* quod est ligo & vincio.

‖Desmotrichon, ornatus in capite mulieris ad crines colligandos. L. g. b.‖

Dēsōlo, as, Solum & desertum facio, à solus, a, um, {השם *heschem* החריב *hecherib.* *ἐρημόω.* Gall. *Laisser tout seul, piller en sorte qu'on ne laisse rien*

rien que la place. ITAL. *Desertare, distruggere.* GERM. Wüst vnnd öd ligen/ verwüsten/verderben. HISP. *Priuar del plazer, destruyr, desolar.* ANGL. *To make desolat and wast without habitation.*} Virg. 12. *Æneid.*

——— sat funera fusi
Vidimus in gentes & desolauimus agros.

Ibid.

Desertique duces, desolatique manipli.

Colum. *lib.* 1. *c.* 3. Quos hostis profugiendo desolasset agros, &c.

Dēsōlātus, a, um, à desolando, derelictus. Suet. *in Calig. c.* 12. Cùm deserta desolataque reliquis subsidiis aula, &c. id est, liberis. Desolatus filius, Solus è liberis relictus. Plin. *in Epist.* Domúmque pluribus adminiculis antè fundatam, desolatus fulcit & sustinet. Budæus.

[Despernō, est valde sperno.]

Dēspērō, as, Sperare desino, spem omnem abiicio. {נואש noasch. ἀπογινώσκω, ἀπελπίζω. GALL. *Desesperer, n'auoir plus d'espoir.* ITAL. *Disperare, sconfidarsi.* GERM. Verzweiflen/alle hoffnung verlieren. HISP. *Desesperar.* ANGL. *To despayre, to cast of all hope and trust.*} Hic enim *De* præpositio negandi vim habet. Cic. 1. *Off.* Considerandum est, ne aut temerè desperet propter ignauiam: aut nimis confidat propter cupiditatem. Idem *in Pisonem*, Quid, quòd tu toties diffidens, ac desperans rebus tuis, in sordibus, lamentis, luctúque iacuisti? Idem *in Lal.* Cuius aures clausæ sunt veritati. Ouid. 5. *Fast.*

Cur ego desperem fieri sine coniuge mater.

Dicimus autem, Desperare saluti, vel salutem, vel de salute. Desperare fugam, Cæs. 5. *bell. Gall.* ¶ Desperare liberos. GALL. *Estre hors d'esperance, desesperer d'auoir des enfans.* Gell. *cap.* 1. *lib.* 7. Publium quoque Scipionem, cum quo nupta erat, liberos desperauisse. Cum infinitiuo. Cic. *de Diuinat.* Non equidem planè despero ista esse vera: sed nescio, & discere à te volo.

Dēspērātus, a, um, Ab omni spe derelictus, destitutus. {נואש noasch. ἀπηλπισμένος, ἀπεγνωσμένος, εἰς ἀπόγνωσιν ἐμπεσών. ANGL. *Despayred, that hath none hope or trust.*} Cic. *pro Do.* Res ferè iam desperata. Idem *in Pison.* Despectus à cæteris, à seipso desperatus & relictus. Et *in Cat.* Exercitus comparatus ex senibus desperatis.

Dēspērans, tis, particip. {נואש noásch. ἀπελπίζων, ἀπογινώσκων. GALL. *Desesperant, qui n'a point d'esperance.* ITAL. *Che manca al tutto di speranza.* GERM. Verzweifelnd/verzagend. HISP. *Desperado, ò desesperado.* ANGL. *That hath no hope, that despayred.*} Cic. 1. *de fin.* Omnia semper desperantes. Desperantia vlcera. Plin. *lib.* 22. *c.* 24.

Dēspērantēr, aduerb. {ἀπηλπισμένως. GALL. *Desesperement, en desesperant.* ITAL. *In desperatione.* GERM. Verzagtlich/ohn alle hoffnung. HISP. *Desesperadamente.* ANGL. *Despayringlie.*} Cic. *ad Att. lib.* 14. Desperanter tecum locutus est.

Dēspērātio, vt inquit Cic. *lib.* 4 *Tusc.* est ægritudo sine vlla rerum expectatione meliorum. {יאוש ieusch. ἀπόγνωσις. GALL. *Desespoir.* ITAL. *Disperatione.* GERM. Verzweiflung. HISP. *Desesperacion.* ANGL. *A despayring.*} Salust. Ne forte desperatione adducti, vitæ mortem præferant. Brutus *Ciceroni*, Ista vero imbecillitas & desperatio, cuius culpa non magis in te residet, quam in omnibus aliis, & Cæsarem ad cupiditatem regni impulit, & Antonio post interitum illius persuasit. Cels. *lib.* 7. *c.* 4. Sed non omni modò res eadem desperationem habet.

Dēspĭcio, Deorsum aspicio, video, animaduerto. {נשקף nischkáph. καθοράω. GALL. *Regarder en bas, voir d'en haut.* ITAL. *Guardare in giu.* GERM. Vnderisch sehen/oben herab sehen. HISP. *Mirar de arriba abaxo.* ANGL. *To looke downe frome aboue.*} Plaut. *Milit. sc.* 6. *a.* 2. Me despexisse ad te per impluuium fateor. Idem *ibid. sc.* 3. *a.* 2. Per impluuium despexi proximum. Col. *lib.* 1. Area si competit, ita constituenda est, vt vel à domino, vel certè à procuratore despici possit. ¶ Ponitur aliquando pro contemno, siue paruifacio. {בזה bazah. καταφρονέω, ὑπερφρονέω, ὀλιγωρέω. GALL. *Despriser, mespriser, contemner.* ITAL. *Desprezzare.* GERM. Verachten/für nichts halten. HISP. *Menospreciar.* ANGL. *To desprise, to set naught by.*} Cic. 2. *Off.* Despiciunt autem eos, & contemnunt, in quibus nihil virtutis, nihil neruorum putant. Sic Despicere vitam pro contemnere. Suet. *in Othone c.* 10. Tunc ad despiciendam vitam exemplo nouitatis militis concitatum, &c. ¶ Aliquando item ponitur pro non animaduerto, non attendo, visum aliò detorqueo, & auerto. Cic. *pro Sext. Rosc. Amer.* Simulátque ille despexerit, aliquid huiusceemodi moliuntur, id est, simulátque visum auerterit, & vt vulgò loquuntur, dorsum verterit.

Dēspectus, a, um, particip. à verbo Despicior, Contemptus, derelictus. {בזוי bazúi נבזה nibzéh. καταφρονηθείς. GALL. *Desprisé, mesprisé, regardé par mespris.* ITAL. *Sprezzato.* GERM. Veracht. HISP. *Menospreciado.* ANGL. *Contemned, not regarded.*} Cic. *in Pison.* Abiectus, contemptus, despectus ab omnibus.

Despectus, us, nomen verbale à verbo Despicio, significat prospectum ex superiori loco in inferiorem. {κατοπτεία. GALL. *Veuë de haut en bas.* ITAL. *Il prospetto d'vn luogo inferiore.* GERM. Das abhinsehen. HISP. *El mirar abaxo.* ANGL. *A looking downe frome aboue.*} Cæs. *lib.* 7. *bell. Gall.* Erat ex oppido Alexia despectus in campum. Idem *lib.* 3, Omnes colles, & loca superiora, vnde erat despectus in mare, ab exercitu tenebantur. ¶ Accipitur præterea despectus pro contemptu. {בזיון bizzajón. καταφρόνησις, ὑπερφρόνησις. GALL. *Desprisement, mespris.* ITAL. *Despregio.* GERM. Verachtung. HISP. *Menosprecio.*} Autor ad Her. Filij parui priuati patris auxilio, ludibrio & despectui paternis inimicis erunt expositi.

Dēspectio, Contemptus. {בזה bazah. ὑπερφρόνησις. GALL. *Desprisement, regard par mespris, contemnement.* ITAL. *Dispregio.* GERM. Verachtung. HISP. *El menosprecio.* ANGL. *Contempt.*} Cic. *in Hort.* Consolabitur eam magnitudo animi, & humanarum opinionum altera quædam despectio.

Dēspecto, as, Sæpe deorsum aspicio. {השקיף hischkiph. καθοράω, καθορῶ. GALL. *Regarder souuent du haut en bas.* ITAL. *Guardare d'alto à basso.* GERM. Offt vnderisch sehen. HISP. *Mirar de arriba abaxo.* ANGL. *To looke downeward often.*} Claud. *lib.* 3. *de rapt. Proserp.*

——— despectant vertice lucum.

Virg. 1. *Æneid.*

——— nunc terras ordine longo
Aut capere, aut captas iam despectare videntur.

[Despector, despectatos, Contemptor. Tertull.]

Dēspĭcĭentĭa, Despectio, contemptio. {בזה bazah. ὑπεροψία. GALL. *Mespris, contemnement.* ITAL. *Disprezzo.* GERM. Verachtung/verschmähung. HISP. *Menosprecio.* ANGL. *A despising or contemning.*} In se plus continet quàm contemptio: vt apud Cic. *lib.* 1. *Tusc.* Totamque vim bene viuendi in animi robore, ac magnitudine, & in omnium rerum humanarum contemptione, ac despicientia ponamus. Vtroque autem horum maiorem vim habet illusio. Cic. *in Catone*, Contemni se putant, despici, illudi.

Dēspĭcŏr, aris, atus, Despicio, contemno. {בזה bazah בז baz. καταφρονέω. GALL. *Despriser fort, mespriser, contemner.* ITAL. *Sprezzare.* GERM. Verachten/verschmähen. HISP. *Menospreciar.* ANGL. *To contemne, to despise or sett naught by.*} Veteres Despico in actiua voce vsi sunt: à cuius passiuo Despicatus participium remansit. Terent. *in Eunuch.* Quæ nos nostrámque adulescentiam habent despicatam. Donatus, Despicatam, contemptam, atque despectam, à despicor, despicatus, nomen ex participio pro contemnendo. Cic. *pro Sest.* Cessi Tribuni pleb. despicatissimi hominis furori.

Despicatissimus, a, um. Gell. *c.* 4. *lib.* 15. & Cic. *pro Sest.* vt in verbo præcedente est dictum.

Despicatus, us, m, Contemptus. {בזה bazah. καταφρόνησις. GALL. *Mespris.* ITAL. *Disprezzo.* GERM. Verachtung. HISP. *Menosprecio.* ANGL. *Contempt.*} Despicatui duci, est contemni. Cicer. *pro Flacc.* Quid porrò in Græco sermone tam tritum atque celebratum est, quam si quis despicatui ducitur, vt Mysorum vltimus esse dicatur? Plaut. *Menæch. sc.* 3. *a.* 4. Quando me bene merentem tibi habes despicatui.

Dēspĭcātio, verbale, idem. καταφρόνησις. Cic. 1. *de fin.* Vt odia, inuidiæ, despicationes aduersantur voluptatibus.

[Despoliabula, loca ad spoliandum apta.]

Dēspŏlio, as, are, Exuo, spolio, dispolio. {שלל chalál. ἀποσυλάω, συλάω. GALL. *Despouiller, piller.* ITAL. *Spogliare.* GERM. Außziehen/berauben/plündern. HISP. *Despojar.* ANGL. *To robbe, to spoile.*} Plaut. *in Cas.* Vt te vestias, tu virum despolies. Cicer. *ad Attic. lib.* 7. Quum ferret literas ad bustum Basilij, vulneratus & despoliatus est. Idem 5. *Verr.* Qui in sua patria duxisti quondam, & magister ad despoliandum Dianæ templum fuit. Plaut. *Asin. sc.* 3. *a.* 1. Aliam orationem despoliato prædicas. (id est, amanti, quem spoliasti bonis.) Idem *Men. sc.* 2. *a.* 5. Me despoliat, & ornamenta mea ad meretrices degerit.

Despoliatus, a, um, *Despouillé, desnué, mis au blanc.* Vide in verbo antecedenti.

Dēspondĕo, ex De & spondeo. Spondeo autem veteres pro dico vsurpabant. Vnde Respondeo factum est, quod est, posteriore loco dico. Postea verò spondere vsurpari cœptum est pro promittere. {יעד iahadh ארש erásch. ἐγγυάω, ἐγγυῶ, καθομολογέω. GALL. *Promettre & accorder de bailler, se dessaisir.* ITAL. *Promettere, sposare.* GERM. Verheissen/zusagen. HISP. *Prometer o desposar.* ANGL. *To promise, to betrouth, to affiaunce.*} Vnde qui puellam spondet, sponsor: quæ spondetur puella, sponsa: cui spondetur, sponsus: & dies qua puella promittitur, sponsalis dies dicitur: & sponsalia, mentio & repromissio futurarum nuptiarum. ¶ Despondere & spondere puellam hoc tamen differunt, quod puellæ pater eam spondere dicitur, adolescens verò eam despondere. Sulpitius *periocha Andriæ*, Nam aliam pater ei desponderat gnatam Chremetis. Vltrò ad me venit, vnicam gnatam suam, Cum dote summa filio vxorem vt daret placuit, despondi. Eius filiam virginem mihi desponderi cupio. Plaut. *Aul. sc.* 3. *a.* 1. Credo ego vbi mentionem fecero de filia mihi vt despondeat. Idem *ibid. sc.* 4. *a.* 1. M. Desponde, (sup. filiam.) E. fiat. *Ibid.* Illanc desponde huic, ego dotem dabo. Mox, mihi hanc despondeas. mox, despondesne mihi hanc vxorem? Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 5. Item, Quid cessas hanc huic vxorem dare. Item, Despondente ei Nerone Liuiam duxit Cæsar. Velleius. Cic. *de Orat.* 1. Quum ædilitatem P. Crassus peteret, quámque maior natu & iam consularis Sergius Galba assectaretur, quod Crassi filiam filio suo despondisset. Vide Lexicon Hotomani. ¶ Despondere animum ille dicitur, qui melioris fortunæ spem abiecit, & quasi ex desperatione mori decreuit, & lucis tædio affectus est, ἀπελπίζειν τὴν ψυχὴν, ἀπογνωσμένως ἔχειν, ἀθυμεῖν, ἀθυμεῖν, ἀπηυδηκέναι τὸ ζῆν ἔχειν. Liu. *lib.* 5. *ab Vrb.* Nec ipsi solùm desponderant animos, sed contemni cœpti erant à finitimis populis. Plaut. *in Mil. sc.* 1. *a.* 1. Ne lamentetur, neve animum despondeat. Varr. *lib.* 3. *de re rust.* Hoc autem ideo in secluso fiat, ne reliqui si videant, despondeant animum, atque alieno tempore venditori moriantur. Apud Columellam absolutè legitur despondere pro mori, seu deficere: nam de turdis sic ait, Difficulter in aliam regionem transferuntur, quia caueis clausi, plurimi despondent, sub. animum. ¶ Similiter dicimus Despondere sapientiam, illum qui desperat se posse ad sapientiæ fastidium peruenire & ob hoc desistit ab incepto. Col. *lib.* 11. Quam probabilis ratio est obmutescendi, quia nequeas orator esse perfectus aut in socordiam compelli: quia despondeas sapientiam. Magnæ rei, quantulumcunque possideris, fuisse participem, non minima est gloria. Despondere sibi domum alicuius. Cicer. *ad Attic. lib.* 12, L. verò Lentulus Hortensij domum sibi, & Cæsaris hortos & Baias desponderat. hoc est, Sua quodammodo hæc omnia futura pollicebatur.

Dēspōnso, as, Despondeo, vxorem promitto. μνηστεύω. Desponsatus, participium passiuum. Suet. *in Cæs. c.* 1. Dimissa Cossutia, quæ familia Equestri, sed admodum diues prætextato desponsata fuerat.

Despondebitur, impersonale. Terent. *in Andr.* Ne expectetis dum exeant huc intus despondebitur.

Dēspōnsus, part. Promissus, destinatus, attributus. {מאורשה meoráſch. μνηστευθεῖσα, ἐγγυηθεῖσα, ἡ γαμηθησομένη. GALL. *Promis en mariage, accordé, fiancé.* ITAL. *Promesso, accordato.* GERM. Verheissen/vermählt. HISP. *Prometido, desposado.* ANGL. *Promised en mariage, affiaunced or betrouthed.*} vt, Thalamo alterius desponsa puella, Stat. 10. *Theb.* Connubia desponsa, Catull. Desponsa & destinata laus Cicer. *de Arusp. resp.* Cui me præripere desponsam & destinatam laudem, quum ipse eius opera & dignitatem & salutem tempestatum, valde est iniquum.

Dēspōnsĭtāre, pattic. Desponsare, ἐγγυᾶσθαι, μνηστεύεσθαι. Idem quod Desponsare. Cic. *ad Quint. Fratr. lib.* 2. Dederam ad te literas quibus erat scriptum Tulliam nostram Crassipedi pridie nonas Aprilis esse despon

desponsatam. Alia exemplaria habent *desponsam* Sueton *in Cæsare*. Dimissa Cossutia, quæ familia equestri, sed admodum diues prætextato desponsata fuerat. &c.

[Despota, despotes, dominus proximus Imperatori, qui se suaque illi subiiciebat. L.g.b.

Despotia, dominatus, præfectura.

Despotati, homines chirurgi, medici exercitûs. Leo. Tact.]

DESPVMO, as, Spumam aufero. {[illegible] *heur chelcah.* ἀποφρίζω. GALL. *Escumer, oster l'escume.* ITAL. *Schiumare, leuar la schiuma.* GERM. [illegible]. HISP. *Espumar o quitar la espuma.* ANGL. *To skumme, to cast of fome.*} Virg. *lib.* 1. *Georg.*

Et foliis vndam tepidi despumat aheni.

Plin. *lib.* 6. *c.* 38. Ita despumatis subinde carnibus, quas hæsisse venis necesse est, &c. ¶ Per translationem ponitur pro decoquere. Hieronym. *ad Ocean.* Venter mero æstuans, citò despumat in libidines. Pers.

Sternimus, indomitum quod despumare falernum

Sufficiat.

Senec. *Epist.* 59. Despumat ætas. Despumare tædia, est segnem esse & imbellem omnino.

DESPVO, is, Deorsum spuo. {[illegible] *rak.* [illegible]. GALL. *Cracher en bas.* ITAL. *Sputare in giu.* GERM. [illegible]. HISP. *Escupir abaxo.* ANGL. *To spete downe ward.*} Plaut. *Asin. sc.* 3. *a.* 2. Te obsecro, vt quæ loquutus es despuas. ¶ Despuuntur homines caduci. Apul. *Apolog.* 1. & Tibul. Despuit in molles & sibi quisque sinus. Erat hoc vsurpatum in Magia. Ter caue ter dictis despue carminibus. Idem. Persius,

Est prope te ignotus, cubito qui tangat, & acres

Despuat in mores.

¶ Despuere ocellos, per fastum contemnere, quia superbiam ac contemptum oculi nonnunquam ipsi significant. Catullus *ad Licinium,*

——— *Precésque nostras,*

Oramus caue despuas ocellos,

Despui, passiuum. Plin. *lib.* 10. *c.* 23. Simúlque comitialem propter morbum despui suetum.

Despuitur, impers. Liu. 5. *ab Vrbe,* Vbi nunc despui religio est.

DESQVAMO, Squamis exuo. {[illegible]. GALL. *Escailler.* ITAL. *Scagliare.* GERM. [illegible]. HISP. *Escamar o quitar las escamas.* ANGL. *To scale fishe.*} Plaut. *Aulul. sc.* 6. *a.* 2. Dromo desquama pisces: tu Macherio Congrum, murænam exdorsua, quantum potes. ¶ Desquamare etiam de arboribus, & aliis rebus dicitur. Plin. *lib.* 17. *c.* 24. Vel etiam subarator imprudens luxauit radices, corpúsque desquamauit. Idem *lib.* 13. *c.* 7. Summo cortice desquamato, altiore plaga siccantur. Idem *lib.* 35. *c.* 17. Primum abluitur vestis Sarda, dein sulphure suffitur, mox desquamatur cimolia.

DESTERTO, is, destertui, destertere. {[illegible], ἀποῤῥέγχω, [illegible]. GALL. *Dessonger.* ITAL. *Destarsi, finir de ronchiare.* GERM. [illegible]. HISP. *Dexar de dormir y roncar.* ANGL. *To snorte, to route.*} Pers. *Satyr.* 6. Cor iubet hoc Enni, postquam destertuit esse Mæonides, quintus pauone ex Pythagoreo.

DESTRICO, as, apud autorem Philomelæ legitur pro strepere, & eiusmodi edere sonum, qualem reddunt sorices. Quod tamen arbitror verbum esse ab illius carminis autore confictum, quippe quod apud alium scriptorem vix inuenias.

Mus (inquit) *auidus mintrat, velox mustellaque dintrit:*

Et grillus grillat, destricat inde sorex.

Desticon, [illegible]. Insula est exigua, Thraciæ adiacens, non procul à Chersoneso: cuius meminit Plin. *lib.* 4. *c.* 12.

DESTILLARE, {[illegible] *natáph.* [illegible]. GALL. *Distiller, degoutter.* ITAL. *Distillare, gocciolare.* GERM. [illegible]. HISP. *Destilar o gotear.* ANGL. *To droppe, to fall by droppes.*} pro Distillare legitur apud autores: vt apud Col. *lib.* 12. *c.* 18. Celsus *lib.* 4. *c.* 2. Destillat autem humor ex capite interdum in nares.

[Destimulo, Plaut. *Bacch. act.* 1. 1. Bona destimulant, i. e. rem familiarem tanquam stimulo conficiunt.

Destina, lorum. antiq. Cerda.]

DESTINO, as, ab antiquo *stino,* quod remansit in compositis. Hinc etiam Obstino. Eligo, assigno, delibero, constituo. {[illegible] *iahádh* [illegible] *ghazár* [illegible] *barár* [illegible] *bachár.* [illegible]. GALL. *Ordonner, deputer, destiner, assigner.* ITAL. *Destinare.* GERM. [illegible]. HISP. *Determinar, deputar, deliberar.* ANGL. *To apoynte, depute or ordeine.*} Cæs. *lib.* 1. *de bell. ciuil.* Quæ agere destinauerat. Destinare aliquam matrimonio. Sueton. *in Oth. c.* 10. Destinare legationem ad aliquem. Idem *in Galb. c.* 16. Destinamur omnes ad mortem. Sen. *c.* 11. *de consol. ad Polyb.* Potero de magistro destinando, i. designando Gell. *c.* 5. *lib.* 13. Destinauerant tanto discrimini duces, (i. fatis cogentibus ad bellum ciuile.) Velleius. Destinare locum colloquio. Liu. *lib.* 2. *d.* 4. Destinare domos publicis vsibus. Velleius. Destinare exitium alicui. Sueton. *in Neron. c.* 34. Quin eum parem destinarant animis magno Alexandro ducem Liu. Destinatum erat Augusto nihil super ea re, nisi ex voluntate maioris filij statuere. Sueton. *in Tib. c.* 13. (i. Decreuerat Augustus.) Colum. *lib.* 1. Itaque considerandum erit, vt solum quod excolere destinamus, pingue sit. Cic. 1. *Tuscul.* Alter præsto fuit ad horam morti destinatam Sueton. *de Cæs.* De ampliando imperio plura ac maiora in dies destinabat, id est, parabat, constituebat, deliberabat. ¶ Quandoque ponitur pro alligare. Apul. *lib.* 4. *de Asino.* Arreptum me loro quàm valido ad insulam quandam destinato, &c. ¶ Destinare, designare: vt destinare scopum, i. designare scopum quem petas. Liu. Non capita solùm hostium vulnerabant, sed quem locum destinassent oris. Vnde Destinatum pro scopo. D. Ambr. Hoc plures velut destinatum petentibus, vulnera accipiebant. ¶ Destinare, quod petis attingere & prendere. Cæsar, Nam laqueis falces auertebant, quas cum destinauerant, tormenta retrorsus reducebant. ¶ Destinare, emittere, vt tormento aliquo, aut arcu. Vegetius, Ad maiores ballistas, malleolos, vel falaricas cum incendio destinant. ¶ Quandoque mittere significat, ἀποπέμπειν. Iuuenal.

Destinat vnus mulierum cymbæ, limique magister

Pontifici summo.

¶ Aliquando emere. Lucilius. Facio ab lenone, tribus vt libertatem millibus destinet. Plaut. *in Rud.* Minis triginta sibi puellam destinat, datque arrhabonem, & iureiurando alligat. Hoc idem significat Perstino. Apul. Et percontato pretio, quòd centum numis indicaret, aspernatus, viginti denariis perstinaui. ¶ Destinare item aliquando pro definire. Marcellus *de verb. oblig. l.* 94. Alioqui si cùm destinare genus & modum vellet, non fecit, nihil stipulatus videtur. ¶ Est & Præstino, de quo alibi. ¶ A destino fit compositum prædestino, προορίζω. vnde & Prædestinatio: qua voce Ecclesiastici scriptores vtuntur pro diuina prouidentia, qua Deus cùm futura omnia præuidit, cùm de salute nostra, aut damnatione stabile inuiolabiléque præiudicium fecit. ¶ Destinare etiam aliquando positum inuenimus pro notare. Q. Curt. *lib.* 5. Dioxippus coniectum oculorum, quibus vt fur destinabatur, ferre non potuit. vbi destinare oculis furem, accepit pro certis quibusdam indiciis oculorum furem denotare. ¶ Quandoque destinare est designare. Vlpian. *D. lib.* 15. *tit.* 4. *l.* 3. Quid enim si dominus quidem paratus sit defendere, actor verò destinare non possit nisi ex præsentibus? ¶ Destinari, pro scopo poni & peti, quem & destinatum vocauit Seneca, & Ambrosius *lib.* 1. *ad Herennium,* Quid oporteat ab ambobus in causa destinari, quò ratio omnis totius orationis conferatur.

Destinatio, nis, pro Deliberatione. {[illegible] *cheth.* [illegible], [illegible]. GALL. *Propos deliberé, le but de la deliberation.* ITAL. *Proposito, deliberatione.* GERM. [illegible]. HISP. *La deliberacion.* ANGL. *A purpose or appoyntement.*} Plin. *lib.* 7. *cap.* 43. Pestilentia vrbis, fames, sitísque Italiæ destinatio expirandi, & quatriduo media, maior pars mortis in corpus recepta. ¶ Destinatio interdum capitur pro coniectura. [illegible]. vt Papinianus *D. lib.* 31. *tit.* 1. *l.* 77. Nam in vnum eiusmodi destinatio dirigi potuit.

Destinatò, Aduerb. Suet. *in Cæs. c.* 60. Prælia non tantùm destinatò, sed ex occasione sumebat.

Destinatus, pro certo & definito. {[illegible] *nechrats.* [illegible]. GALL. *Destiné, deputé, proposé & arresté.* ITAL. *Destinato.* GERM. [illegible]. HISP. *Deliberado, determinado.* ANGL. *Destinat, appoynted, ordeined.*} Quint. *lib.* 3. *c.* 8. Iudicialem, in qua ferè eadem, sed certis destinatísque personis quærantur. Suet. *in Aug. cap.* 42. Vt destinata summa sufficeret. Idem *in Calig.* Militiam résque bellicas semel attigit, neque ex destinato: sed cùm ad visendum nemus, &c. Senec. *c.* 13. *de Tranq.* Ne nimis destinatis rebus indulgeamus. Velleius, Prædixit ne destinatum iter peterent. Idem Vell. Destinatus ei parti exercitus. Cæs. Velleius. Destinatus Augur, (id est, designatus.) Sueton. *in Calig. c.* 12. Destinati magistratus, (id est, designati. Suet. *in Tib. c.* 31. Destinati agri, (id est, assignati.) Liu. *lib.* 9. *ab Vrb.* Tempore & loco destinatis. Idem *lib.* 5. *d.* 4. Destinatus dies cædi, Suet. *in Cæs. c.* 9.

Destinatum pro scopo, vide *Destino.*

DESTITVO, is, ex De, & statuo, Derelinquo, deserto, quod promisi non præsto. {[illegible] *hazáb* [illegible] *sceamát.* [illegible]. GALL. *Delaisser, abandonner.* ITAL. *Abandonare, lasciar in pericolo.* GERM. [illegible]. HISP. *Desamparar en peligro.* ANGL. *To leaue, to forsake.*} Virg. 1. *Eclog.* Et freta destituent nudos in littore pisces. Destituere verò dicitur, qui quòd promisit non præstat, vt qui promissam pecuniam non soluit: vnde Destitutio apud Cic. *pro Quintio,* Destitutione illa perculsus Quintius, à Scapulis paucos dies aufert. Cicer. 4. *Philip.* Quid? eundem in decemuiratu non destituisti? Idem *pro Sext. Roscio.* Roscius socios induxit, decepit, destituit. ¶ Interdum est priuare, & sic construitur cum ablatiuo. Columell. *lib.* 9. Rursus nimiam siccitatem destituere plantas naturali alimento. ¶ Interdum dissoluere. Næuius, Nauem iubet destitui anchoris. ¶ Interdum statuere, collocare, ponere Cæcil. Destituit omnes seruos ad mensam ante se. Plaut. *in Rud. sc.* 5. *a.* 3. Ita duo destituit signa hic cum clauis senex. Vide *ibi* Lambin. Plaut. *Menæch. sc.* 2. *a.* 5. Quid tristis es, quid autem illam iratam abs te destituis? Ouid. 6. *Fastor.* Vtque comes sequitur destituitque ducem. Destituere conata alicuius. Vell. Destituit eos fortuna. Idem. ¶ Destituere palum, (id est, defigere.) Gell. *cap.* 3. *lib.* 10. Palus in foro destitutus est, (id est, defixus:) vestimenta detracta sunt, virgis cæsus est. Et Sueton. *August. c.* 65. Lætum cum fortuna destituit. & *in Neron. cap.* 40. Destitui, (id est, relinqui ab omnibus.) Idem *in Aug. c.* 56. Destituere amicum. Destituere expectationem. Liu. *lib.* 5. *d.* 5. Destituere Senatum frequentem, (i. non venire in Senatum.) Suet. *in Cæs. c.* 81. ¶ Destituere pro constituere, bis apud Cic. 5. & 7. *Ver.* & apud Gell. *ex orat. Gracchi,* & apud Liu. *lib.* 7.

Destitutus, particip. Derelictus. {[illegible] *nehazáb.* ἐγκαταλειφθείς, [illegible]. GALL. *Laissé, abandonné.* ITAL. *Lasciato, abandonato.* GERM. [illegible]. HISP. *Desamparado.* ANGL. *Left, forsaken.*} Cic. 1. *Off.* Magísque ille cui promissum sit ab officio discedat, si is destitutum queratur. ¶ Destitutus absolutè pro desperans. Sueton. *in Galba c.* 11. Qua maximè consternatus, destitutóque similis, (id est, deserto ab omnibus.) Sueton. *in Cæs. c.* 9. Destitutum vtriusque consilium morte Pisonis. ¶ Destitutus, (i. orbatus.) Idem *in Tib. c.* 54. Destitutus honos ab aliquo: (i. ereptus.) Idem *in Claud. c.* 54. Destituta expectatio. Liu *lib.* 1. *bell. Pun.* Destitutus à re familiari. Suet *in Neron. c.* 15. ¶ Destitutus palus; (i. defixus.) Gell. *c.* 3. *lib.* 10. Vide *Destituo* supra.

Destitutio, verbale, Derelictio, perfidia. {[illegible] *sceemittáh.* [illegible]. GALL. *Delaissement.* ITAL. *Abandonamento.* GERM. [illegible]. HISP. *Desamparo.* ANGL. *A forsaking.*} Cicer. *pro Cluent.* Hos qui leuiores erant, destitutione iratos Oppianico redderes.

[Desto, valde sto. Gloss. A. L.

DESTRICARE, consumere. veteres Gloss. Isid. consummere. Aliter Districare, i. striga.]

DESTRINGO, is, Decerpo, colligo, auello. {[illegible] *aráh* [illegible] *kataph.* [illegible]. GALL. *Racler, faire cheoir, ou oster en estraignant ou frottant, abatre.* ITAL. *Stricare, strepare.* GERM. [illegible]. HISP. *Sacar, destrocar, arrancar.* ANGL. *To binde hard, to strike or scrape & pluck of.*} Vnde destringere oleam dicimus, pro eo quod est oliuas manibus colligere: & Oleas strictiuas, siue destrictiuas, quæ opponuntur caducis. Col. *lib.* 12. Tum & olea destringenda est, ex qua velis viride oleum efficere. ¶ Est item Destringere, sudores, aliásve sordes cuti adhærentes abradere: quem in vsum olim in balneis strigiles habebant. [illegible] Mart. *lib.* 14.

Pergamus hos misit, curuo destringere ferro,
Non tam sæpe teret lintea fullo tibi.

Plin. *lib.* 3. *Ep.* Dum destringitur, tergitúrque, audiebat aliquid.‖ ¶ Item per seueritatem attendo. Gloss. A.L.‖ ¶ Per metaphoram apud Cicer. *pro Rabir.* Nec amicum prudentem corruere patitur, nec illius animi aciem destringit splendor sui nominis, nec mentis quasi luminibus officit altitudo fortunæ & gloriæ. (Id est, non aufert, aut obtundit. nam tametsi magni sit nominis, non tamen erubescit succurrere inopi amico.) Sen. *epist.* 88. Destringere equum. Vide *Distringere frendem.*

Dēstrigmĕntum, i, Strigmentum, siue ramentum. {τὸ ἀποσμήγμα, τὸ ξέσμα. GALL. *Ce qu'on racle de quelque chose.* ITAL. *Quello che si rade di qualche cosa.* GERM. Die abschnitling, abschabung. HISP. *La refregadura.* ANGL. *That is scraped of frome a thing.*} Plin. *lib.* 20. *cap.* 24. de cucurbita syluestri, Et ignes sacros, destrigmentis, vel his impositis, vel seminibus.

DĒSTRVO, is, xi, ctum, quod structum erat corrumpo, euerto, diruo)(construo. {נתץ nathás הרס harás. ἀποικοδομέω, ἀνοικοδομέω, λύω, ἀνατρέπω, καταλύω. GALL. *Destruire, abbatre, demolir.* ITAL. *Distruggere.* GERM. Zerstören, zerbrechen. HISP. *Destruyr.* ANGL. *To destroy, to throwe dovne that was builded.*} Cicer. *de senect.* Vt nauem, vt ædificium idem destruit facillimè qui construxit, &c. Quint. *lib.* 5. *c.* 7. Interim & singulos vt exornare, ita destruere contingit. id est, ostendere iis moribus eos esse, vt in testimonio reddendo non sint recipiendi. Vell. Defuisset fortunæ destruendi Pompeij locus, si decessisset in Campania. Quint. Pisonem, quem destructum volebat Cicero. Idem Destruendus testis in infamia criminis.

Destructile, quod destrui potest. {נתץ nitsáts נתוץ nachrás. ἀθανατόν, φθαρτόν. GALL. *Qui peut estre destruit.* ITAL. *Distruggeuole.* GERM. Zerbrechlich, zerstörlich. HISP. *Lo que puede ser destruydo.* ANGL. *That may be destroyed.*} Lact. *lib. de ira Dei*, Destructilia sunt omnia quæ manu fiunt.

‖Desturbo, desero, longè sto. Gl. A.L.‖

Desŭbĭtò, aduerb. Subitò, & celeriter. {פתאם pethâm. ἐξαίφνης. GALL. *Soudainement.* ITAL. *Di subito.* GERM. Eins mals. HISP. *Subitamente.* ANGL. *Sudenly frome hand.*} Plaut. *in Mostell.* Quamuis desubitò facile est facere nequiter. Idem *Capt. prolog.* Conari desubitò agere tragœdiam.

DĒSVBŬLO, as, à subula. Significat perfodere, vt interpretatur Nonius, citans illud Varronis ex Sesqui-Vlysse, Alteram Carneadem desubulasse, bona corporis secutum: {GALL. *Pertuiser.* ITAL. *Forare.* GERM. Mit der alen durchstechen, durchboren. HISP. *Horadar con alesna.* ANGL. *To pearse through.*}

DĒSŪDO, as, Sudo, nitor labore. {ἀποιδρόω. GALL. *Suer de trauail à faire quelque chose.* ITAL. *Sudare grandemente.* GERM. Sehr schwitzen. HISP. *Mucho sudar.* ANGL *To sweat at te doeing of any thing.*} Per translationem ponitur pro laborare. Cic. *de senect.* Desudare, atque elaborare in aliqua re.

Dēsūdātio, ἀφίδρωσις. Sudoris euocatio. Iul. Firmicus *Math. lib.* 3. Coram nimia desudatione dissoluitur.

Dēsūdasco, & Desudascitur, impersonale. Plaut. Homo adulescens penetrem huiusmodi palæstram, vbi damnis desudascitur?

DĒSVĒSCO, is, desueui, desuetum. {ἀηθίζω. GALL. *Se desaccoustumer, laisser sa coustume.* ITAL. *Diuezzarsi, disusarsi.* GERM. Entwöhnen. HISP. *Desacostumbrarse.* ANGL. *To disuse, to leaue a custome or facion.*} & Desueo, es, eui, desuetum. {ἀηθίζω ποιῶ. GALL. *Faire desaccoustumer.* ITAL. *Diuezzare, disusare.* GERM. Entwenen. HISP. *Desacostumbrar à otro.*} Prius neutrum, secundum actiuum. Vnde Nonius in priscis dictionibus, Desueui illum, id est, consuetudinem illam abstuli. Titinnius, Parasitos amoui, lenonem ædibus absterrui, desueui, nequó ad cœnam iret extra consilium meum. Vbi *desueui* dixit pro eo quod est in desuetudinem adduxi. Quint. in iis desuescendis morentur. Desueo tamen hodie raró est in vsu: quemadmodum & simplex Sueo, aliaque eius composita, Assueo & Consueo: quorum loco vtimur Assuefacio, & Desuefacio: quæ actiuam habent significationem: quorum passiua sunt Assuefio, Consuefio, & Desuefio. Ab iisdem formantur, & augmentatiua Suesco, Assuesco, Consuesco, & Desuesco, neutralem habentia significationem. Mutuantur autem hæc præterita & supina à primitiuis suis exoletis: vt Suesco, sueui, suetum. Desuesco, desueui, desuetum. Claud. *lib.* 1. *de rap. Proserp.*

——— *Posthac cunabula dulci,*
Ferre sinu, summóque Ioui deducere paruam
Sueuerat, & genibus ludentem aptare paternis.

Cicer. *Metello*, A te id quod suesti peto, me absentem diligas, atque defendas. ¶ Quandoque desuescere accipitur pro Consuescere, vt *De* præpositio augeat. Plaut. *in Asin.* Auceps quando concinnauit aream, effundit cibum, aues Desuescunt: necesse est facere sumptum qui quærit lucrum.

Dēsuēfăcio, is, desuefeci, desuefactum, A consuetudine abstraho. {ἀηθίζω ποιῶ. GALL. *Faire desaccoustumer, oster vne coustume.* ITAL. *Disusare, disaccostumare.* GERM. Entwenen, von der gewonheit bringen. HISP. *Desacostumbrar otro, hazer desacostumbrado.* ANGL. *To mak to disuse or leaue a facion.*} Cic. *pro Cluent.* Quid, quód rostra iamdiu vacua, locúmque illum post aduentum L. Syllæ, à Tribunitia voce desertum oppresserat, multitudinémque iam desuefactam à concionibus, ad veteris consuetudinis similitudinem reuocauerat.

Dēsuēfio, desuefis, desuefieri, Consuetudinem amitto, à consuetudine abducor. {ἀηθὴς γίνομαι. GALL. *Se desaccoustumer, estre desaccoustumé.* ITAL. *Lasciare l'vsanza.* GERM. Auß der gewonheit kommen. HISP. *Dexar la conuersacion y costumbre.* ANGL. *To become out of vse or custome.*} Varr. 2. *de rerust. c.* 9. Duobus mensibus primis à partu non disiunguntur à matre, sed minutatim desuefiunt.

Dēsuēfactŭs, à consuetudine abductus. Cicer. *pro Cluent.* It multitudinem iam desuefactam à concionibus, ad veteris consuetudinis similitudinem reuocauerat.

Desuetudo, à Desuesco. {ἀήθεια τὸ ἀηθές. GALL. *Desaccoustumance.* ITAL. *Disacostumanza.* GERM. Entwenung. HISP. *Desacostumbre.* ANGL. *Lack of custome, or disuse.*} sicut Consuetudo à Consuesco, quæ contraria sunt. Liu. *lib.* 1. *ab Vrb.* Mitigandum ferocem populum armorum desuetudine ratus.

Desuetūs, participium. {ἀηθής, ἀσυνήθης. GALL. *Desaccoustumé.* ITAL. *Disaccostumato.* GERM. Entwont, oder entwent. HISP. *Desacostumbrado.* ANGL. *Vn acoustumed.*} A consuetudine remotus, inquit Valla *in Pogium.* Virg. *lib.* 6.

——— *iam desueta triumphis* *Agmina.*

Desueta res, Liu. 3. *ab vrb.* Retractare verba desueta. Ouid. 5. *Trist. Eleg.* 7.

Ipse loquor mecum: desuetaque verba retracto.

Desuescendus, a, um, adiect. Quint. *lib.* 3. *cap.* 10. Hæc adolescentes sibi scripta sciant, aliter quàm dicturi sint, exerceri velint, & in desuescendis morentur.

Dēsultōr, vide *Desilio.*

DĒSVM, dees, deest, Deficio, non adsum, absum. {חסר chasér אפס aphés. ἄπειμι, ἐλλείπω, ὑστερέω. GALL. *N'estre point present, defaillir.* ITAL. *Mancare.* GERM. Gebrästen, mangeln. HISP. *Faltar ò fallecer.* ANGL. *To lack, to be absent.*} Ouid. *Eleg. vlt. lib.* 3. *Trist.*

Verba mihi desunt.

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 1. *Trist.*

——— *Quamuis manus vltima cœpto* *Defuit.*

Idem *Eleg.* 6. *lib.* 1. *Trist.*

Nesciat is summam si quis abesse manum.

Vell. Nequid deesset malis publicis, nunquam defuturos raptores, nisi, &c. & Sueton. *in Tiber. cap.* 11. Non defuit qui, &c. Huic rei Pompeij non defuerunt. Cæs. 3. *de bell. ciuil.* Senec. Felix est, cui nihil deest ad bene beatéque viuendum. ¶ Deesse officio suo, non satisfacere. ¶ Deesse occasioni, est occasionem se offerentem non arripere, opportunitatémque rei bene gerendæ prætermittere. Plin. *lib.* 11. *cap.* 15. Nullóque momento meditari cessat ne quando desit occasioni. Pro eodem ferè vsurpamus, Sibi ipsi deesse. Cic. *pro Rosc. Amer.* Mihi ausculta, vide ne tibi desis. ¶ Deesse amici periculo, est amicó in periculo non opitulari. ¶ Nonnunquam etiam pro abesse accipitur. Idem *ad Q. Fr. lib.* 1. Huic conuiuio puer optimus Qu. tuus, meúsque quód perleuiter commotus fuerat, defuit.

DĒSŪMO, is, Sumo, {לקח lakách. λαμβάνω. GALL. *Prendre, choisir d'entre plusieurs, receuoir, eslire.* ITAL. *Pigliare, Prendere.* GERM. Daruon nemmen. HISP. *Tomar à su cargo, escoger.* ANGL. *To tak and choose out amange st many.*} Liu. 4. *ab Vrbe*, Singuli singulos sibi Consules asseruandos desumunt. Idem *lib.* 8. *bell. Maced.* Recto itinere duxisti exercitum ad eos, quos tibi hostes desumpseras. Senec. *de consol. ad Polyb. c.* 14. Desumpsit te sibi fortuna, &c.

Dēsúpĕr, De superiore loco. {ממעל mimmáhal. ἄνωθεν. GALL. *Dessus, par dessus.* ITAL. *Di sopra.* GERM. Oben herab. HISP. *Desde encima.* ANGL. *Frome aboue.*} Cæsar 1. *bell. Gall.* Reperti sunt complures nostri milites qui in phalangas insilirent, & scuta manibus reuellerent, & desuper vulnerarent. Ouid. 3. *Fast.*

Desuper extentas imposuere togas,

& Suet. *in Tib. c.* 72. Desurgere, in secessum ire, ἀφοδεύειν, desidere. Horat. *Serm. lib.* 2.

———*vides vt pallidus omnis*
Cœnâ desurgat dubiâ.

Scribonius Largius, Tenesmus est irritatio vltimæ partis intestini directi, in quo sæpiùs libet desurgere sine causa.

‖DESVRGO, is, in secessum eo ad exonerandum ventrem. Scriban.‖

DĒTĔGO, is, Quod tectum erat aperio, nudo. {גלה galáh. ἀποκαλύπτω, ἀποκαλύπτω, ἀποστεγάζω. GALL. *Descouurir.* ITAL. *Scoprire.* GERM. Endecken oder auffdecken. HISP. *Descubrir.* ANGL. *To vncouer.*} Plaut. *in Rud.* Detexit ventus illam. Idem *in Mostell. sc.* 2. *a.* 1. Texit, detexítque me illico. Idem *Amph.* Hominem ne congrediamur priusquam stomachum detexerit. Idem *Most. sc.* 3. *a.* 1. Hæc est illa tempestas mihi quæ modestiam omnem detexit, qua tectus fui. ¶ Per translationem. Liu. 10. *ab Vrbe.* Ite igitur, dicite (inquit) detegant nequicquam conditas insidias.

Dētēctūs, particip. {גלוי galúi. ἀποκεκαλυμμένος, ἀπεστεγασμένος. GALL. *Descouuert.* ITAL. *Scoperto, manifestato.* GERM. Endeckt, auffgedeckt. HISP. *Descubierto.* ANGL. *Vncouered.*}

Dētēctĭo, nis, Apertio, retectio. Vlpian. *D. lib.* 29. *tit.* 5. *l.* 1. Quæstionem autem sic accipimus non tormenta tantùm, sed omnem inquisitionem & detectionem mortis.

DĒTĔNDO, is, endi, ensum, detendere. {ἐκλύω, τὸ ἐκτεταμένον ἀπολύω ἢ συστέλλω. GALL. *Destendre.* ITAL. *Stendere.* GERM. Etwas gespannets ablassen. HISP. *Destender.* ANGL. *To stretch out or forth.*} Cæs. 3. *bell. ciu.* His constitutis rebus signo iam profectionis dato tabernaculísque detensis. Liu. *lib.* 1. *decad.* 5. Nautici tabernacula detendunt.

‖Detepescit, teporem amittit. Sidon.‖

DĒTERGĔO, es, si, sum, & Detergo, is, Purgo, abstergo. {מרק marák. ἀποψάω, ἀποσμήχω. GALL. *Torcher & nettoyer.* ITAL. *Nettare, purgare.* GERM. Abtrücknen, abwischen, reinigen. HISP. *Alimpiar fregando.* ANGL. *To wipe.*} Colum. *lib.* 3. Quoties falcem acueris, ea pelle aciem detergito. Idem *lib.* 8. Aut cornu, aut vngula tendunt, aut arbori affricant, parietibúsve detergent. Mensas quando edo, detergeo. Plaut. *Men. sc.* 1. *a.* 1. Lances detergam omnes, omnésque trullas hauriam. Idem *Amph.* Detergere pampinos. Plin. *c.* 22. *lib.* 17. Detergere latiùs naues. Liu. *lib.* 7. *d.* 1. Asseribus falcatis detergebat pinnas. Idem *lib.* 8. *d.* 4. Detergere fossas oblimatas longa vetustate. Suet. *in Aug. cap.* 18. ¶ Ponitur aliquando translatè: vt, Detergere fastidia, pro auferre, Col *lib.* 8. *c.* 10. Detergere spurcitias, idem *lib.* 1. *c.* 5. ¶ Detergere remos, idem est quod remos confringere. Cæsar *bell. ciuil. lib.* 1. Aut remos transcurrentes si detergere possent, contendebat. Detergere palmites, est superuacuos palmites decerpere. Col *lib.* 4. *c.* 27.

‖Deteriæ porcæ, id est, macilentæ. Fest. Dici videntur quasi detritæ.‖

DĒTERMINO, Terminos constituo: vel terminis, & velut limitibus quibusdam designo. {גזר gazar חרץ charats. ὁρίζω. GALL. *Limiter ou borner, ou determiner.* ITAL. *Determinare, porre i termini, diffinire.* GERM. Zirgylen, auffmarchen, bestimmen. HISP. *Determinar y difinir.* ANGL. *To determine, to sett marckes or limittes.*} Liu. 1. *ab Vrbe*, Inde vbi prospectu

in

in vrbem agrúmque capto, deos precatur, regiones, ab Oriente ad Occasum determinauit. Plaut. *in Pœn.* Eius nunc regiones, limites, confinia Determinabo: ei rei huttor factus sum ego. Suet. *in Galb. c. 15.* Determinare officia biennij spatio. Sen. *c. 10. de consol. ad Mart.* Determinata mors nascenti. Gell. *c. 2. lib. 16.* Determinatus sermo. ¶ Per translationem pro Definio, concludo. Cic. *de Or.* Et id quod dicit spiritu, non arte determinat. Lactant. *lib. 4.* Determinanda est nobis veritas breuiter, & in suo proprio domicilio collocanda.

Determinātĭo, onis, Terminus, conclusio, finis. {אפס *ephés* גבול *gebúl.* ἀφορισμός, διορισμός. GALL. *Limitation, bornement, limite, lisiere.* ITAL. *Terminatione, termine.* GERM. Außzielung. HISP. *Determinacion, diffinicion.* ANGL. *A determination, an end or limite, or marche.*} Cic. *lib. 2. de nat. Deor.* Extrema ora & determinatio mundi. Idem *lib. 1. de Invent.* Conclusio est exitus, & determinatio totius orationis.

DĒTĔRO, is, detriui, detritum, Vsu consumo, attenuo, deterius reddo. {בלה *billáh.* κατατρίβω. GALL. *Gaster en vsant, empirer.* ITAL. *Consumare.* GERM. Verschleissen. HISP. *Gastar vsando.* ANGL. *To weare in rubbing.*} Vnde togam detritam dicimus quæ longo iam vsu deterior est reddita. ¶ Lenam æstate deteris, τὸ θέρος τὴν χλαῖναν κατατρίβεις, prouerbio in eos dici consueuit, qui rebus necessariis alieno tempore abutuntur. Senec. *cap. 1. de tranquill.* Deterunt libenter ingenia pessima. Quint. Necesse est deteratur ille fulgor. ¶ Accipitur etiam pro triturare. {כתת *cath* כתש *cáthasch* דוש *dasch* ἀλοᾶν. GALL. *Amenuiser en froissant l'vn contre l'autre.* ITAL. *Tritare.* GERM. Zerknitschen. HISP. *Trillar.* ANGL. *To bruise, to stampe, to break.*} Col. *lib. 1. cap. 6.* Area optima est silice constrata, quòd & celeriter frumenta deterantur, non cedente solo pulsibus vngularum tribulatúmque. Deterere, terendo fricare: vnde Detritus. Cels. *lib. 5. cap. vlt.* Maior (papula) commodissimè mutali herba tollitur, si sub ea detrita est. ¶ Nonnunquam idem est quod destruo, corrumpo, vel imminuo. Plin. Nimia cura deterit magis quàm emendat. ¶ Ad eundem fere modum dicimus, Deterere laudes alicuius, pro eo quod est, Laudes eius imminuere. Horat. *lib. 1. Carm.*

Laudes egregij Cæsaris & tuas
Culpa deterere ingeni.

Dētrītus, attritus, κατατετριμμένος. vt translatè homo detritus in aliqua arte. Gell. *lib. 15. c. 30.* Qui ab alio vitæ genere detriti iam, & retorridi ad literarum disciplinas seriùs adeunt. Hinc apud Corn. Tacit. *lib. 1.* detrita tegmina. Idem *ibid.* Detrita imperia gliscente adulatione. & Gell. *c. 30. lib. 15.* Detriti ab alio genere vitæ, ad literarum disciplinas seriùs adeunt.

Dētĕr, siue Detĕrĭŭs, a, um, adiect. inusitatum, Vilis, prauus, quasi detritus. Quòd detritæ res minoris sunt pretij. Ab hoc fit deterior, deterrimus. {רע *ra.* גרוע *garúa.* χείρων. GALL. *Mauuais.* ITAL. *Reo, male.* GERM. Verschleissen, bößer werden. HISP. *Malo.* ANGL. *Lacking somewhat ill, naughte.*} Plaut. *in Bacch.* Vidi ego hominem nequam, verùm te neminem deteriorem. Ter. *Heaut.* Deteriores omnes sumus licentia. Plaut. *Mostell.* Quid tu nunc hominum te omnium deterrime venisti hoc ostentatum. Ouid. *Eleg. 8. lib. 4. Trist.*

Parte premor vitæ deteriore mea, (id est, senectute.)

Plaut. *Capt. sc. 3. a. 3.* ¶ Deterior ætas, sexus senilis, muliebris. Turn.

Deterioratum, ab vsu peius factum.]

Detrīmĕntum, Damnum, dictum secundùm Varronem à detritu, quòd ea quæ trita sunt, minoris pretij sunt. {נזק *nezék.* βλάβη, ζημία. GALL. *Dommage, perte, detriment.* ITAL. *Danno.* GERM. Ein schad, verlust. HISP. *Daño ó mengua.* ANGL. *Domage, losse.*} Cicer. *de clar. Orat.* Nostro incommodo detrimentóque, si ita est necesse, debeamus. Horat. *lib. 1. Epist.* Detrimenta, fugas seruorum, incendia ridet. Cic. *pro Mil.* Vt Cn. Pompeius videret nequid Resp. detrimenti caperet. Senec. *cap. vlt. de Tranquill.* Non facturi detrimentum (existimationis) etiamsi ab hostibus spectarentur (tripudiantes.) Idem *c. 12. de consol. ad Mart.* ¶ Sic Intertrimentum ab eo quòd duo inter se sint diminuta. Differúntque, quòd Detrimentum (vt Pædianus docet) vel vnius partis dici potest, Intertrimentum verò ad vtriusque partis spectat, dantis, accipientísque incommodum. Huius vocis frequens est vsus apud Iurisconsultos. Vsus est etiam ea Cic. *in Verrem,* Cum eo sine vllo intertrimento conueneral. Vide suo loco.

Dētrīmentōsus, a, um, quod adfert detrimentum, apud Cæs. *7. bell. Gall.* {מזיק *mazík.* ἐπιζήμιος, βλαβερός. GALL. *Fort dommageable, qui porte dommage.* ITAL. *Dannoso.* GERM. Schädlich. HISP. *Dañoso, menguadero.* ANGL. *That bringeth domage.*}

[Detrimiasis, morbus oculi, quum pupilla maior naturali apparet, & visa minore videntur. L. M.]

DĒTERRĔO, es, deterrui, Terreo, auoco, reuoco, auerto, abduco, remoueo. {בהל *bihél* בעת *bibeth.* ἀποτρέπω, ἀπείργω, ἀποσοβέω. GALL. *Deterrer, destourner en espouuantant, diuertir.* ITAL. *Spauentare, Sbigottire.* GERM. Abschrecken. HISP. *Espantar.* ANGL. *To put or driue away, to discourage, or discomfort.*} Plaut. *Amphitr.* Non potes me quin hæc loquar velfacta sunt, deterrere. Idem *Milit. sc. 3. a. 2.* Me nemo homo deterruerit, quin ea sit in his ædibus (id est, nemo conet, ac credo persuaserit.) *Ibid. sc. 4. a. 2.* Nunquam deterrebor quin viderim, quod viderim. Cic. *lib. 1. Tusc.* Itaque non deterret sapientem mors, quæ propter incertos casus quotidie imminet, & propter breuitatem vitæ nunquam longè potest abesse. Idem *de opt. gen. dic.* Nec verò Aristotelem in Philosophia deterruit à scribendo amplitudo Platonis.

Deterritus, part. {נבהל *nibhal* נבעת *nibháth.* ἀποσοβηθείς, ἐκφοβηθείς. GALL. *Espouuanté, destourné par espouuantement.* ITAL. *Spauentato, sbigottito.* GERM. Abgeschreckt. HISP. *Espantado.* ANGL. *Discouraged, made affearde.*} Deterritus pudore. Cic. *ad Attic. lib. 10.* Deterritus ab officio. Cælius Cic. Nemo enim necessitudine & amicitia te deterritum ab officio dicet.

DĒTESTŎR, aris, Abominor, improbo, execror, deprecor, remoueo. {קבב *kab:* קלל *killéh.* ἀποστρέφομαι, ἀπεύχομαι. GALL. *Detester, auoir en abomination & detestation fuir & reietter, ou laisser.* ITAL. *Abominare, maladire.* GERM. Verfluchen, ein abscheuhen oder grewel haben. HISP. *Maldezir y abominar.* ANGL. *To abhorre, to detest, to haue or esteme abominable.*} Cicer. *in Vatinium.* Omnes te vitant, & quam viderint, tanquam malum auspicium, detestantur. Idem *in Pison.* Omnes memoriam Consulatus tui, facta, mores, faciem denique ac nomen à Republ. detestantur. ¶ Detestari familiam, (id est, execrari quodam genere carminis.) Liu. *lib. 10. ab Vrb.* ¶ Inuenitur & in passiua significatione. Horat. *lib. 1. Carm.* Bellaque matribus detestata. Lactant. *lib. 6.* Hinc est illa Plauti detestanda sententia, Malè meretur, qui mendico dat quod edat. Nam & illud quod dat, perit, & producit vitam ad miseriam. ¶ Accipitur & pro simplici testor. Idem Plaut. *Menæch. sc. 2. a. 5.* Summum Iouem, deósque detestor, me neque tibi malefecisse mulieri, &c. ¶ Detestari, est absenti denuntiare, inquit Paulus *in l. 39. de verb. sig.* Detestatio, denuntiatio facta cum testatione, & detestatum, cum testatione denuntiatum.

Dētestātĭo, verbale. {תועבה *toébáh.* ἀποτρόπαιος, ἀποτροπιασμός. GALL. *Detestation, reiettement, abomination.* ITAL. *Lo aborrire, lo hauere à schiuo.* GERM. Verfluchung, abschewung. HISP. *Cosa abominada, y ôrna de maldicion.* ANGL. *A detesting, a cursing.*} Plin. *lib. 25. c. 30.* Lautus quidē manifestè abdicat ignes crepitu & quod magis, detestatione, interaneorum etiam vitia & neruorum ligno torquente. ¶ Detestatio passiuè de odio quo improborum solemus mores detestari. Macr. *Satur. lib. 5. c. 7.* Hoc enim verbum *Mandari,* non est idoneum ad exprimendam sceleratti hominis detestationem. ¶ Detestatio apud Iurisconsultos est (vt Vlpianus *ff. de verb. signific.* affirmat,) Denuntiatio facta cum testatione. Gellius *cap. 27. lib. 15.* Sacrorum detestatio fiebat calatis comitiis.

Dētestābĭlis, Execrandus. {מתעב *methab.* βδελυκτός, βδελυρός, ἀποτρόπαιος, ἀποτρόπαιος. GALL. *Detestable, & abominable.* ITAL. *Cosa detestabile, abomineuole.* GERM. Abscheulich, grewlich. HISP. *Cosa abominada y maldita.* ANGL. *Detestable worthie to be abhorred.*} Cicer. *2. Philip.* Non te execrandum pop. Rom. non detestabile, non omnes tibi deos, omnes homines & esse inimicos & futuros sciat. Inuidiosum & detestabilem, Cicer. *1. Phil.* Idem *1. Offic.* Nulla tam detestabilis pestis est, quæ non homini ab homine nascatur. Detestabilia loca. Liuius *lib. 1. bell. Maced.* Inuisus & detestabilis. Sueton. *in Tiber. cap. 63. & in Neron. cap. 5.*

DĒTĔXO, is, Texo, perficio. {ארג *arágh.* ὑφαίνω. GALL. *Acheuer de tistre.* ITAL. *Tessere.* GERM. Weben, außweben. HISP. *Texer, acabar de texer.* ANGL. *To weaue and end.*} Virg. *2. Eclog.*

Quin tu aliquid saltem potius, quorum indiget vsus,
Viminibus mollique paras detexere iunco?

Plaut. *Amph. sc. 1. a. 1.* Illic homo denuò volt pallium detexere. (i. spoliare.) Idem *Pseud. sc. 4. a. 7.* Neque detexandam ad telam certos terminos.

DĒTĬNĔO, es, Teneo, remoror, demoror. {עצר *hatsár* אחר *echár.* διακατέχω, κατέχω, παρέλκω. GALL. *Detenir, retenir, retarder.* ITAL. *Intratenere, ritardare, ritenere.* GERM. Auffhalten, auffziehen, verhindern. HISP. *Detener.* ANGL. *To stay, with hold and restrayne.*} Cic. *Attic. lib. 4.* Consilium tuum etsi non in longinquum tempus differt, tamen suspensum me detines. Terent. *in Eunuch.* Detineo te fortasse, tu profecturus aliò fueras. Plin. *Epist. 124.* Mox quum è Sicilia rediens, in Icari insula ventis detineretur. Me pia detinuit coniux, pia mater Achillem. Ouid. *13. Metam.* Ita me attinuit, ita me detinuit (Cliens ille.) Plaut. *Menæch. sc. 2. a. 4.*

Sæpe suos solet etiam detinuere suos (poëmata.)

Ouid. *Eleg. 1. lib. 2. Trist.*

Detinuit nostras numerosus Horatius aures.

Ouid. *Eleg. vlt. lib. 4. Trist.* Eos detinebit morborum variis generibus inter mortem & vitam. Senec. *cap. 10. de consol. ad Mart.* Detinere animum varietate spectaculorum. Idem *de consol. ad Polyb. c. 26.* ¶ Per translationem verò, Terent. *in Phorm.* Pol me detinuit morbus. Salust. Me ambitio mala detinuerat. ¶ Retinere autem est quod habemus seruare & custodire. Salust. Nam imperium facilè his artibus retinetur, quibus initio partum est. Ter. *in Adelph.* Pudore ac liberalitate liberos retinere satius credo, quàm metu.

Dētentĭo, Retentio. {κατοχή, ἐπίσχεσις. ANGL. *A with, holding, a restrayning.*} Vlpian. *D. lib. 43. tit. 2. l. 15.* Et quoque qui pignori fundum acceperit, scribit Iulianus non esse iniquam detentionem seruitutis dari.

DĒTONDĔO, es, detondi, quod tamen antiqui sicut suum simplex geminabant, Tondeo. {גזז *gazáz* קצב *katsab.* ἀποκείρω, ἀποξυρέω. GALL. *Tondre.* ITAL. *Tosare.* GERM. Abscheren oder bescheren. HISP. *Mucho tresquilar.* ANGL. *To sheare, to shaue.*} Ouid. *3. Fast.* Arboribus redeant detonsæ frigore frondes. Col. *lib. 7.* Et est modus optimus considerare tempestates, quibus ouis, neque frigus, si lanam detraxeris, neque æstum, si nondum detonderis, sentiat: verùm quum quæque detonsa fuerit, vngi debet tali medicamine.

Detonso, as, are, Gell. *cap. 15. lib. 10.* Capillum Dialis, nisi qui liber homo est, non detonset.

DĒTŎNO, as, Tonare desino. {ἀποβροντάω. GALL. *Tonner de haut, faire grand bruit, sonner haut & clair.* ITAL. *Cessare di tonare.* GERM. Auffhören tonnern. HISP. *Dexarse de tronar.* ANGL. *To sesse and thunder, to mak a great noise.*} Ouid. *Eleg. 1. lib. 1. Trist.*

Nunc vbi detonuit (Iupiter) strepitúque deterruit orbem.

Hieron. Et dum persecutionis detonaret procella, in villam remotiorem secessit. Quint. *lib. 12. c. 9.* Nam cum illa dicendi vitiosa iactatio inter plausores suos detonuit, resurgit vera & virtutis fortior fama.

DĒTŎRNO, as, Ex materia quapiam torno, aliquid efficio, {ἀποτορνεύω. GALL. *Faire au tournoir, tout, ou tourer, tourner.* ITAL. *Lauorare al torno.* GERM. Drähen, abdrähen. HISP. *Tornear con el torno.* ANGL. *To worke something as turners do, to turne.*} Plin. *lib. 13.* Lignum grande intus, firmæque duritiæ, ex quo velares detornant anulos. ¶ Detornare sententiam. Gell. *cap. 8. lib. 9.* Hanc sententiam à Phauorino detortam inclusámque verbis paucissimis.

DĒTŎRQVĔO, es, si, tum, Deflecto, auerto. {הורת *havásh* עקש *bikkésch.* ἀποστρέφω, παραστρέφω, ἀποστρέφω. GALL. *Destordre, destourner.* ITAL. *Torcere, piegare.* GERM. Krümmen, biegen es sey vber sich, nidersich oder auff ein seiten. HISP. *Torcer, plegar.* ANGL. *To sett awrie, to wrest à side.*} Col. *lib. 4.* Sed quod in salicto conserendo viraueramus, id sequamur in cuiuspodi

eiusmodi malleolo, quem est necesse longiorem facere, si volumus detortum pangere. Cicer. 1. *Offic.* Nam & voluptates blandissimæ dominæ maiores partes animi à virtute detorquent. ¶ Frequenter etiam accipitur pro deprauo, siue in alium sensum quàm dictum, aut factum sit aliquid, interpretor. Colum. *lib. 3. cap. 10.* Atque hæc forsitan pluribus dicta sunt, quàm exigebat ratio veritatis: minus tamen multis quàm postulabat prauè detorta & inueterata opinio rusticorum. Senec. *c. 16. de consol. ad Helu.* Non te peiorum (etiam probis periculosa) detorsit imitatio. (id est, deprauauit.) Liu. *lib. 2. dec. 5.* Calumniando detorquendóque.

Detorsus, siue Detortus, Particip. Suet. *in Galba*, Ac subinde Alexandrina nauis detorsa appulit armis onusta sine gubernatore, sine nauta ac vectore vllo, vt nemini dubium esset, iustum, piúmque & fauentibus diis suscipi bellum, &c. id est, depulsa.

‖Detragigo, detraho. Gloss. vet.‖

Dētrăho, is, xi, ctum, Trahendo aufero. {גרף *garáph* משך *maschách* לקח *lakách*. ἀφαιρέω. Gall. *Oster*. Ital. *Tor via*. Germ. Abziehen/hinnemmen. Hisp. *Quitar por fuerça*. Angl. *To drawe of or away.*} Terent. *in Heaut.* Occurrunt serui, soccos detrahunt. Sueton. *in Cæs. cap. 42.* Detraxit collega cuncta. Sueton. *in August. cap. 38.* Ante tempora Augusti detrahi solebant ex equo in transuehendo equites ab accusatore. Plaut. *in Asin. sc. 1. a. 1.* Detrahere me vestimenta iubes. Gell. *cap. vlt. lib. 1.* Detrahi tunicam & cædi. ¶ Interdum adimere, siue derogare. ἀφαιρεῖν. Cicer. 3. *Offic.* Nunquam committit vt alienum appetat, & id quod alteri detraxerit, sibi assumat. ¶ Per translationem etiam dicimus, Detrahere famæ, gloriæ, honori, aut opinioni alicuius, pro eo quod est famam alicuius, honorem, aut existimationem lædere. {רגל *righghél* הלך רכיל *haláech rachil*. διαβάλλω. Gall. *Mesdire de quelqu'vn, le blasmer.* Ital. *Dir male di alguno, detrarre.* Germ. Einem vbel nachreden/verkleinern/einem sein ehr abschneiden. Hisp. *Detractar diziendo mal de alguno.*} & tunc cum datiuo construitur. Ouid. *de Trist.*

Detrahat auctori multum fortuna licebit.

¶ Construitur etiam cum ablatiuo & præpositione *De*. Cic. 3. *Offic.* Detrahere de absentibus. De fama alicuius detrahere, idem *Appio lib. 3.* Detrahere de autoritate Senatus, cui opponitur, ornare Senatum multis laudibus. Idem *pro Cluent.* Ad accusationem aliquem detrahere, id est, pertrahere. *Ibid.* Vt hunc Oppianicum aliud agentem, ac nihil eiusmodi cogitantem ad hanc accusationem detraheret.

Detracto, as, are, Clanculum absenti obloquor, καταλαλῶ, est, frequentatiuum verbi Detraho, quod est eiusdem significationis. Ouid. *Eleg. vlt. lib. 4. Trist.*

——— Nec qui detractat præsentia liuor.

Idem *Eleg. 4. lib. 4.*

Dētrāctŏr, is, Qui absentis famæ detrahit, qui clanculum culpiam obloquitur. {רכיל הלך *holéch rachil* מרגל *merághghél* מלושן *meloschén*. κατάλαλος. Gall. *Detracteur, medisant.* Ital. *Detrattore che dice mal d'altri.* Germ. Ein hinderreder/verleumbder. Hisp. *Detractor, maldizidor de alguno.* Angl. *A backbiter.*} Sipontinus. Corn. Tacit. *lib. 11.* Nam ipse haudquaquam sui detractor, vnam omnino anguem in cubiculo visam narrare solitus est.

Dētrāctĭo, nis, Ablatio, deminutio. {מגרעה *migraâh*. ἀφαίρεσις. Gall. *Detraction, ostement, tirement.* Ital. *Esso tirare & detrarere.* Germ. Abzug/entwendung. Hisp. *Quitamento, detration.* Angl. *A drawing of backbiting.*} Cic. 3. *Off.* Non igitur magis est contra naturam morbus, aut egestas, aut quid eiusmodi, quàm detractio, aut appetitio alieni. Detractiones apud Plin. pro vacuationibus & inanitionibus prauorum humorum, *lib. 16. c. 44.* Cuius succus ad detractiones in comitiali morbo vtilissimus habetur. ¶ Interdum idem est quod oblocutio & læsio famæ absentis. καταλαλία. Exempla nusquam non occurrunt. ¶ Detractio sanguinis, i. sanguinis missio, φλεβοτομία. Cels. *lib. 3. c. 18. & lib. 4. cap. 4.*

Detractus, us, Ablatio, detractio. Sen. Detractu, aut adiectione syllabæ.

Detrecto, as, frequentatiuum, Defugio, deuito, recuso, nego. {מאן *meén* מאס *maas*. ἀναδύομαι, ἀπολέγομαι. Gall. *Refuser à faire, recuser.* Ital. *Risiutare, ricusare, scinsare.* Germ. Sich widern/etwas zuthun flichen vnd abschlagen. Hisp. *Menospreciar ò recusar.* Angl. *To refuse, to go frome my word.*} Translatum à iugalibus trahere iugum, vel aratrum negantibus. Ex Propert. *Eleg. 3. lib. 2.* Virg. *lib. 3. Georg.*

Nec mihi displiceat maculis insignis & albo,

Aut iuga detrectans, interdúmque aspera cornu.

Iustin. Nec ipse detrectauit certamen. Suet. *in Cæs. c. 54.* Non detrectare imperata. Idem *in Tib. cap. 25.* Quidam etiam principem detrectabant non à se datum. Ouid. 13. *Metam.*

——— detrectauitque furore

Militiam ficto.

Idem *Eleg. 1. lib. 2. Trist.*

——— Sed detrectare videbar,

(sup. de rebus gestis Augusti scribere.) Gell. *cap. 1. lib. 12.* Detrectare, vel augere indolem. ¶ Detrectare etiam accipitur pro vituperare: vt Cor. Tacit. *in Dialogo*, Non detrectasse nominatim antiquos oratores contentus neminem sequentium laudare ausus est. Hinc detrectare gloriam alicuius apud eundem *eodem lib.* Plures hodie reperies qui Ciceronis gloriam, quàm Virgilij detrectent. ¶ Detrectare, pro detrahere, obtrectare, καταλαλεῖν. Salust. *Iugurth. 95.* Aduersæ res etiam bonos detrectant, i. bonis detrectatores pariunt. Liu. *lib. 8. belli Maced.* Cæca inuidia est, nec quisquam aliud scit, quàm detrectare virtutes, corrumpere honores, ac præmia earum. Ouid. 1. *de remed. am.*

Ingenium magni liuor detrectat Homeri.

Rursus 13. *Metam.*

——— detrectat bene facta maligne.

Dētrēctātĭo, verbale, {מרד *merédh*. ἀναδυσις, ἀπόδυσις. Gall. *Reculement, ou refus de faire quelque chose.* Ital. *Risiutamento di fare vna cosa.* Germ. Widerung/ein ausflucht. Hisp. *Rehusamiento ò recusamiento di hazer algo.* Angl. *A refusing.*} Liu. 6. *ab Vrbe*, Iuniores Romani ad edictum sine detrectatione conuenere. Detrectatio militiæ. Idem 3. *ab Vrbe.*

Dētrectātor, verbale, {מאן *maen*. ἀναδύτης, ἀναδύομενος. Gall. *Qui fuit ou recule, ou refuse à faire quelque chose.* Ital. *Chi fuge & rifiuta vna impresa.* Germ. Ein widerspenniger/ein flüchtiger. Hisp. *El que rehusa à hazer algo.* Angl. *A refuser, a backbiter.*} Liu. 4. *bell. Maced.* Cato ipse haud sanè detrectator laudum tuarum, multos cæsos ait, numerum non scribit. Idem *lib. 4. d. 4.*

Dētrimentum, vide *Detero.*

Dētrūdo, is, Deorsum trudo, depello, deiicio, deturbo. {דחה *dachâh*. ἀπωθέω. Gall. *Pousser dehors, debouter.* Ital. *Cacciare in giu.* Germ. Abhinstossen/niderstrucken. Hisp. *Empuxar de lugar.* Angl. *To thrust downe or out.*} Liu. *lib. 2.* Iam impetu conabantur detrudere virum. Plaut. *Aul. sc. 2. a. 2.* Huccine me detrusisti ad senem parcissimum. Idem *Men. sc. 3. a. 1.* Qui sese properent ad mendacitatem detrudere. Senec. *c. 10. de consol. ad Mart.* Detrudet eos in ventrem beluæ. ¶ Ponitur etiam pro compello. Cic. *lib. 1. Off.* Sin aliquando necessitas nos ad ea detruserit quæ nostri ingenij non erunt. Detrudere comitia in aduentum alicuius, pro differre. Cic. *ad Att. lib. 4. 86.* Quibus si non valuerit, putant fore aliquem qui comitia in aduentum Cæsaris detrudat. Et *ad Q. Fratr. lib. 2.* Ita putantur detrudi comitia in mensem Martium.

Detrusum, appellat Imper. *in l. quicunque residentibus. C. de episc. & cler.* quem idonei autores Exautoratum dicunt: & Canonistæ sæpiùs Depositum appellant.

Dētrullārĕ, est de trulla in trullam transfundere, quo verbo vsus est Apicius: quod ipsum & diffundere secundum Plinium vocatur: sic in oleo decapulare. διαχέειν.

Dētrunco, Truncando deiicio, amputo, seco, quasi à trunco abscindo. {קצץ *kats* קצץ *kicitsets*. ἀποκόπτω, κολούω. Gall. *Couper & oster de dessus le tronc, detronquer.* Ital. *Troncare.* Germ. Abhawen/stücklen/abstümmeln. Hisp. *Descabeçar.* Angl. *To cutt of lenghtes, to loppe or shred trees.*} Liu. 1. *bell. Maced.* Postea quàm gladio Hispaniensi detruncata corpora, brachiis abscissis, aut tota ceruice. Sen. *c. 17. de cons. ad Mart.* Detruncari homines iubebat Dionysius Tyrannus. Plaut. *Capt. sc. 2. a. 4.* Vt ego collos detruncabo tergoribus.

Detruncatio ramorum. Plin. *lib. 24. c. 9.* {ἀποκοπὴ τῶν ἀκρεμόνων. Angl. *A lopping or shred ding of boughes.*}

‖Detudes, detunsos, deminutos. Fest. Gloss. Detudes μαστίγωσε: Vulcanius Fortè, ait, ... est à detundo, qua voce Apuleius vtitur *lib. 2.*‖

Dētŭmĕo, es, est tumorem amitto, vel tumere desino. {ἀποιδαίνω. Gall. *Desenfler.* Ital. *Sgonfiare.* Germ. Still werden. Hisp. *Deshinchar.* Angl. *To asswage and wax lesse of her swelling.*} Vnde Papin. *lib. 5. Theb.* quum vellet significare mare pacatius factum esse, & vndarum tumorem deposuisse, dixit mare detumuisse.

Detumuere (inquit) *animi maris, & clementior Auster*

Vela vocat.

Dētŭrbo, as, Cùm violentia deiicio, demolior, detrudo. {הפיל *hippil*. ἀνασκευάζω, καταβάλλω, καταβαίνω. Gall. *Ruer ius, abatre, faire cheoir.* Ital. *Gettare à basso con violenza.* Germ. Vngestümiglich herab stürmen/mit gewalt hinab reissen. Hisp. *Derribar algo de arriba abaxo.* Angl. *To cast downe with violence, to thrust downe.*} Plaut. *Amph.* Ex illo tecto exclusum foribus me deturbauit ædibus, (non ingressus loquitur.) Idem *in Milit. sc. 2. a. 2.* Quemque aspexeritis in tegulis, hunc deturbatote in viam. Idem *ibid. sc. 2. a. 2.* Mer. Deturbabo iam ego illum de pugnaculis. & *Most. sc. 2. a. 1.* Ea tempestas mihi deturbauit verecundiam. Virg. 5. *Æneid.*

——— puppi deturbat ab alta.

Col. verò *lib. 5.* ad pampinationem transtulit, Vinitor, (inquit) qui antè ferro, nec manu deputet, vmbrásque compescat, ac superuacuos pampinos deturbet. Cic. *ad Cn. Pomp.* ad animum transtulit. Sed hoc scito, tuos veteres hostes, nouos amicos vehementer literis tuis perculsos atque ex spe deturbatos iacere. ¶ Deturbare de mente dicit Cicer. *in Pison.* pro eo quod est mente spoliare. Sua (inquit) quenque fraus, suum facinus, suum scelus, sua audacia, de sanitate & mente deturbat.

Deturbatus, pro valdè turbatus. Gell. *c. 9. lib. 8.* Theophrastus Philosophus omnium suæ ætatis facundissimus, verba pauca ad populum Atheniensem facturus, deturbatus verecundia obticuit.

Dētūrgĕo, es, detursi, Turgere desino, tumorem pono, decresco. {ἀποσφύσσω. Gall. *Desenfler.* Ital. *Sgonfiare.* Germ. Auffhören bläsig/oder geschwollen zusein. Hisp. *Deshincharse.* Angl. *To asswage and waxe lesse againe of her swelling.*} Plin. *lib. 9.* Deturgente Nilo, mures inueniuntur.

Dētūrpo, Turpem ac deformem reddo. {נבל *nibbél*. μολύνω, αἰσχύνω. Gall. *Enlaidir, vilener, faire laid, gaster la beauté.* Ital. *Disformare, imbrattare.* Germ. Verwüsten/vnflätig oder vngestalt machen. Hisp. *Afear.* Angl. *To mak foule, to array filthelie.*} Suet. *in Calig.* Pulchros & comatos, quoties sibi occurrerent, occipitio raso deturpabat. Cic. simplici vsus est, Iouis aram sanguine turpari.

Dēuā, Δηοῦα, Britanniæ oppidum est in tractu Orientali, teste Ptolemæo *lib. 2. cap. 3.*

Dēuānā, Δηουάνα. Oppidum Tazælorum in Orientali tractu Britanniæ, qui hodie Scotia dicitur. Autor Ptol. *lib. 2. cap. 3.*

‖Deuaricare, prouehere, dissimilem reddere. Pap.‖

Dēvāsto, as, are, Vasto, spolio, depopulor. {שדד *schadhádh* השם *heschivam* החריב *hechĕrib*. καταπορθέω. Gall. *Despeupler, degaster, mettre en degast.* Ital. *Dar guasto.* Germ. Verwüsten/verhergen. Hisp. *Destruyr, desollar.* Angl. *To wast, to destroy, to spoile.*} Liu. *lib. 2. bell. Pun.* Vbi satis quieti datum, præda ac populationibus magis, quàm otio, aut requie gaudentibus, profectus per Prætutianum Adrianúmque agrum, Marsos inde, Marrucinósque & Pelignos deuastat. *Ibidem*, Ita furatus aliquoties hac æstate deuastati, &c. Agmina ferro deuastata, Ouid. 13 *Metam.*

Quid Lycij referam Sarpedonis agmina, ferro

Deuastata meo?

Deūcālĭon. Δευκαλίων. Nomen proprium filij Promethei, cui adulto Epimethus patruus Pyrrham filiam coniugio iunxit, Porro quum hic apud Thessalos regnaret, ingens diluuium contigit: quapropter arrepta naui solus Deucalion cum Pyrrha seruatus, in Parnassium montem delatus est. Cessantibus verò aquis Themidos oraculum sunt

consulta

consulaturus de humani generis restitutione: quæ respondit, vt ossa Magnæ matris post tergum iacerent. Coniectis igitur post tergum lapidibus, quos Deucalion iecerat, in mares: quos Pyrrha, in fœminas vertebantur. Iuuen. *Satyr.* 1.

Ex quo Deucalion nimbis tollentibus æquor,
Nauigio montem ascendit, sortesque poposcit,
Paulatimque anima caluerunt mollia saxa.

Vide fabulam apud Ouid. *lib.* 1. *Metam.*

Deūcaliōneus, a, um, vt Deucalionei imbres, qui pro maximis & copiosissimis imbribus ponuntur à Poetis, siue pro vniuerso totius orbis cataclysmo, quem illius volunt Poetæ contigisse temporibus. Lucan. *lib.* 1. Deucalioneos fudisset Aquarius imbres. Vnde Deucalioneæ. Ouid. 7. *Metam.*

Dēvĕho, Deorsum veho, defero. {הביא *hebi.* [illegible]. Gall. *Charrier & porter d'un lieu en autre.* Ital. *Portare al basso, menare.* Germ. Abhinführen. Hisp. *Llevar abaxo.* Angl. *To bring or carie downeward.*} Plin. *in Epist.* Medios ille agros secat, nauium patiens, omnesque fruges deuehit in vrbem, hyeme duntaxat & vere. Autor ad Heren. *lib.* 1. Qui parentem necasse iudicatus erit, is obuolutus & ligatus corio deuehatur in profluentem. Tacit. *lib.* 4. Ac simul vtrumque exercitum Rheno deuectum Frisiis intulit. Cic. 1. *Phil.* Ego celeriter Veliam deuectus Brutum vidi: quanto meo dolore non dico.

Dēvello, is, Vello. {נתק *aráth* מנתק *hebetbick.* [illegible]. Gall. *Cueillir, arracher.* Ital. *Suellere.* Germ. Abreissen. Hisp. *Arrancar algo de lugar.* Angl. *To pull vppe away.*} Plin. *lib.* 21. *cap.* 11. E cæteris hyacinthus maximè durat, & viola alba, & œnanthe; sed hæc ita, si diuulsa crebrò prohibeantur in semen abire.

Dēvēlo, as, Velum aufero & detego, reuelo. {גלה *ghaláeh.* [illegible]. Gall. *Descouurir, desuoiler.* Ital. *Scoprire, leuar il velo.* Germ. Den vorhang hinweg thun, entdecken. Hisp. *Reuelar y descubrir lo secreto.* Angl. *To discouer to tak away that which couereth.*} Ouid. 6. *Metamorph.*

Oraque deuelat misera pudibunda sororis.

Deueltos Plin. [illegible] Ptol. Oppidum Thraciæ mediterraneum, lacum habens eiusdem nominis. Veriusque meminit Plin. *lib.* 4. *cap.* 11. Vulgò *Deuelto.*

Dēvĕnĕrŏr, atis, Veneror. {כבד *chibbédh.* [illegible]. Gall. *Auoir en grande reuerence, honorer, venerer, adorer.* Ital. *Honorare, riuerare.* Germ. Verehren. Hisp. *Honrar y acatar.* Angl. *To honour, to reuerence greatlie.*} Ouid. *epist.* 2.

Sæpe deos supplex, vt tu scelerate valeres,
Sum prece thuricremis deuenerata focis.

Tib. *lib.* 1.

Ipse procurari ne possent sæua necare
Somnia, ter sancta deueneranda mola.

Dēvĕnĭo, is, de loco editiore descendo. {ירד *iarádh* בא *ba* הגיע *highghiah.* [illegible]. Gall. *Descendre & venir, paruenir.* Ital. *Venire, scendere di luogo alto.* Germ. Abhinkommen. Hisp. *Venir de arriba abaxo.* Angl. *To come downe from highe à lowe.*} Virg. *lib.* 4 *Æneid.* Speluncam Dido, Dux & Troianus eandem Deueniunt. ¶ Aliquando ponitur pro suo simplici Venio. Plaut. *in Mil.* Quibus cum comitata rectè deueniat domum. Cic. *ad Attic.* Nolebam nostrum familiarem sermonem in alienas manus deuenire. Sueton. *in Cæs. cap.* 36. Deuenire in hostium potestatem. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 1. *& in Asin. sc.* 2. *a.* 1. Perii, in insidias deueni. Idem *Aul. sc.* 1. *a.* 1. Homo ad prætorem exploratabundus deuenit. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 2. Mortuus me illo frustra deuenisse. (pro venisse,) Idem *Mil. sc.* 1. *a.* 2. Quomodo in seruitutem deuenerim ab eo, cui seruiui prius. Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Ad Danistam deuenires, adderes fenusculum. ¶ Per translationem verò quum de diuitiis in paupertatem, de gloria ad ignominiam, de iustitia ad iniquitatem, de prosperis in aduersa cadimus. [illegible]. Autor ad Heren. *lib.* 4. Videtur esse arrogantia illa relinquere, ad sua deuenire. Plaut. *in Asin. sc.* 1. *a.* 2. Quid si forte in insidias deuenero?

Dēvĕnusto, as, Deturpo. {נבל *nibbél.* [illegible]. Gall. *Oster la beauté, souiller, gaster, villener.* Ital. *Imbrattare.* Germ. Vngestalt oder vngeschaffen machen verwüsten. Hisp. *Afear lo hermoso.* Angl. *To mak vnkomelie or foule.*} Gell. *lib.* 12. *cap.* 1. Tanquam pulchritudinis sibi insignia deuenustet.

Dēverbĕro, as, Valde verbero. {[illegible]. Gall. *Battre à force, bien battre.* Ital. *Battere, percuotere grandamente.* Germ. Häfftig schlagen. Hisp. *Mucho açotar.* Angl. *To beat sorelie or much.*} Terent. *in Phorm.* Quot me censes homines iam deuerberasse vsque ad necem, Hospites, tum etiam ciues?

Dēverbium, vide *Diuerbium.*

Deuergentia, æ, deuexitas, Decliuitas. [illegible]. Gell. *lib.* 14. *cap.* 1. Partium circulorumque cœli ex deuergentia & conuectionibus mundi varietas.

Deuerra, Dea ab antiquis putata est, quam venerabantur, vt scopis domum verrere possent.

Dēverro, is, Verro, euerro, verrendo purgo. {פנה *pinnáh.* [illegible]. Gall. *Balier & nettoyer au net.* Ital. *Spazzare.* Germ. Abwischen mit wischen seubern. Hisp. *Barrer.* Angl. *To swipe away.*} Col. *lib.* 8. Stabula verò frequenter deuerrenda & purganda, humórque omnis vrinæ deuerrendus est.

Dēvorsus, veteres dicebant, quasi deorsum versus. Festus.

‖Deuersiculum, antiq. pro diuerticulo. Tertull.‖

Dēverto, pro diuerto frequentissimè apud Plautum legitur more veterum. {סור *sur.* [illegible]. Gall. *Destourner.* Ital. *Diuertire.* Germ. Abtretten, entweichen, eintretten. Hisp. *Boluer de lugar, apartarse de lugar.* Angl. *To avoyde and turne aside.*} Quint. *lib.* 2. Atque inde alii non minus communia ac nota deuertunt. Tacit. *lib.* 17. In odium T. Iunii deuerterant. Alii legunt *diuerterant.*

Deuersatus, idem quod versatus. Tertull. *aduersus Marc. lib.* 2. Quatenus, inquit, & ipsi Deum in figura, & in reliquo ordine humanæ conditionis deuersatum iam credidistis.

Dēvestio, veste exuo. {פשט *pheschát.* [illegible]. Gall. *Deuestir, despouiller.* Ital. *Spogliare.* Germ. Die kleider außziehen. Hisp. *Desnudar la vestidura.* Angl. *Tak away the clothes and mak naked.*} Apul. *lib.* 3. Iam primum omnibus laciniis se deuestit.

Dēveto, as, are, pro Vetare. Quint. 1. *Declam.* Omninò summam calamitatem corporis occurrere delicatis vxoris oculis deuetaret. Alia exemplaria habent *vetaret.*

Dēvexo, as, Vexo. {ענה *hinnáh.* [illegible]. Gall. *Vexer fort & trauailler.* Ital. *Affligere in varij modi.* Germ. Häfftig plagen, sehr bekümmern. Hisp. *Fatigar en diuersas maneras.* Angl. *To vexe, to trouble.*} Lact. *lib.* 4. Et quum corpora hominum occupant, animósque deuexant, adiurantur ab his & nomine Dei veri fugantur.

Dēvexus, a, um, Decliuis, deflexus, inclinatus. {נמוך *naméch.* [illegible]. Gall. *Qui panche fort en bas, qui va en abaissant.* Ital. *Chino piegato.* Germ. Niderfich haltende. Hisp. *Acostado hazia baxo.* Angl. *Holowlike a valey bending downe.*} Col. *lib.* 1. Parte alia collibus vel ab Orientem, vel ad Meridiem molliter deuexis. Plin. *in Epist.* Cuncta perennibus riuis nutriuntur, vbi aquæ plurimum, palus nulla: quia deuexa terra quicquid liquoris accepit, nec absorbuit, effudit in Tyberim. Suet. *in Neron. cap.* 13. Per deuexum pulpitum subire. & Senec. *cap.* 25. de vita beata, Per deuexum ire. Sueton. *in Calig. cap.* 50. In adolescentia ita patiens laborum erat, vt subita deuexione ingredi, stare, colligere semet ac sufferre posset. (Alij libri *subita defectione.*) id est, infirmitate.

Dēuexitas, atis, Decliuitas. {אשד *eschéd.* [illegible]. Gall. *Panchement, abaissement.* Ital. *La pendenza di colliera, di monte, di via.* Germ. Die baldächte vnderfich. Hisp. *Acostamiento, hazia baxo.* Angl. *The lowenesse of a valey, a bending downe.*} Plin. *in Epist.* Lato gremio patescit purus fons & vitreus, vt numerare iactas stipes, & relucentes calculos possis. Inde non loci deuexitate, sed ipsa sui copia, & quasi pondere impellitur.

‖Deuibix, vigiliæ, vulgò paleæ mulieris. Gloss. Isid.

Deuigescere, vigorem amittere. Tertull.‖

Dēvincĭo, is, Ligo, constringo, alligo, comprehendo. {אסר *asár* צרר *tsarár.* [illegible]. Gall. *Lier auec, serrer ensemble, obliger.* Ital. *Legare, obligare.* Germ. Verbinden. Hisp. *Atar, y apretar, obligar.* Angl. *To bind fast, or oblish.*} Adducam qui hunc tollant, & domi deuinciant (insanum.) Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 5. Vbi vino te deuincis. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. bis. Idem *in Capt.* Istas maiores catenas quibus sunt deuincti, demito. ¶ Per translationem. Ter. *in Heaut.* Verum vbi semel animus se cupiditate deuinxit mala, Necesse est consilia consequi consimilia. ¶ Accipitur aliquando pro obligo, astringo, vel obnoxium reddo. Cic. *Lent. lib.* 1. *Epist.* Hic tibi præstanti tua in eum liberalitate deuinctus est. Idem *lib.* 13. *Epist.* Ipsum præterea summo officio, & summa obseruantia tibi in perpetuum deuinxeris. Plaut. *in Asin. sc.* 1. *a.* 5. Hem istoc me facto tibi deuinxisti.

‖Deuinctio, ligatura. Tertull.‖

Dēuinctūs, part. Obstrictus, ligatus. {אסור *asúr.* [illegible]. Gall. *Allié, lié, obligé.* Ital. *Obligato.* Germ. Verbunden. Hisp. *Obligado.* Angl. *Bound fast, oblished.*} Deuinctus colla catenis. Sil. *lib.* 11. Plin. *Epist.* 119. Inest his quoque eadem quæ aliis carminibus vtilitas, quòd metri necessitate deuincti, soluta oratione lætamur. Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 2. Nostrò deuincti beneficio.

Dēuinctūs, nomen ex particip. Hor. 1. *Serm. Satyr.* 5.

Plotius, & Varius Sinuessæ, Virgiliúsque
Occurrunt: animæ quales neque candidiores
Terra tulit, neque queis me sit deuinctior alter.

Dēvinco, is, Vinco, supero. {נצח *nitsseach.* [illegible]. Gall. *Vaincre du tout, surmonter.* Ital. *Vincere.* Germ. Vberwinden. Hisp. *Vencer.* Angl. *To ouer come, to vanquish.*} Cic. *de senect.* Qui Pœnos classe primus deuicerat. Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 2. Fortuna sola deuincit centum doctum hominum consilia.

Dēuictūs, particip. Superatus. {מנוצח *menutstsách.* [illegible]. Gall. *Vaincu, surmonté.* Ital. *Vinto, superato.* Germ. Vberwunden. Hisp. *Vencido.* Angl. *Ouercome, vanquished.*} Cicer. 1 *de nat. deor.* Qui risus classe deuicta multas ipsi lachrymas, magnam populo Rom. cladem attulit. Salust. *Iugurth.* 71. Ita bonum publicum, vt in plerisque negotiis solet, priuata gratia deuictum est.

Dēuictūs animus. Ter. *in And.* Hic animus partim virginis misericordia Deuictus, partim victus huiusce iniuriis.

Dēuio, as, ex De & vio, as, recta via recedo, [illegible]. Abusiuè pro Deflecto sumitur.

Dēvirgĭno, as, Vitio virginem, virginitate spolio. {ענה *hinnáh.* [illegible]. Gall. *Despuceler.* Ital. *Suerginare.* Germ. Entmägdten, ein iunckfrawen schänden. Hisp. *Desflorar ò corrumper virgen.* Angl. *To deflowre a virgin.*} Pueri item deuirginari dicebantur, quum ex ephebis excesserant. Nonius. ¶ Paulus *de offic. Præsid. D. lib.* 1. *l.* 21. Preces cùm cognoscat de seruo corrupto, vel ancilla deuirginata, vel seruo stuprato.

Dēvīto, as, Euito, declino, defugio, vito. {נס *nas* מפני *mippene* נמנע *manah.* [illegible]. Gall. *Euiter, fuir d'aupres, eschapper, & se sauuer de quelque chose.* Ital. *Schiffare.* Germ. Vermeiden. Hisp. *Esquiuar huir el daño.* Angl. *To eschewe, to auoide, to shunne.*} Ter. *in And.* Posthac incolumem satis scio fore me, hoc nunc si deuito malum. Cic. 2. *Verr.* Vt quoniam criminum vim subterfugere nullo modo poterat, procellam temporis deuitaret. Idem *ad Attic. lib.* 9. Si nec hic, nec illic eum videro, deuitatum se à me putet.

Dēuitatio, nis, Fuga, vitatio. {מנוסה *menusáh.* [illegible]. Gall. *Euitement, eschappement.* Ital. *Scriuamento.* Germ. Vermeidung. Hisp. *Aquella huyda y apartamiento.* Angl. *An auoiding or shunning.*} Cicer. *ad Attic. lib.* 15. Facilior enim & exploratior deuitatio legionum fore videtur, quàm piratarum qui apparere dicuntur.

Dēuius, a, um, quod est à recta via remotum, alienum. {[illegible]. Gall. *De voye, fouruoye, hors de voye.* Ital. *Fuor di via, sviato.* Germ. Ab dem weg, weit abgelegen. Hisp. *Cosa desuiada y apartada de camino.* Angl. *That is out of the way.*} Vnde Cic. Antigonos vocat deuios, quod essent extra viam militarem collocati. Et Horat. scortum deuium dixit, quasi à recta via remotum. Propert. Lætor quòd nunc me, deuia rura colis. ¶ Cicer. *in Lal.* per translationem,

Quid potest esse tam flexibile, tam deuium, quàm animus eius, qui ad alterius non modò sensum ac voluptatem, sed etiam vultum atque nutum conuertitur?

Deunx, Mensuræ, vel ponderis est species, cui duodecima deest vncia, hoc est, quæ vndecim constat vnciis: quod vel ex ipso nomine apparet. {GERM. Ein pfund minder ein vntz/elff vntz. ANGL. *A pound Romaine lacking one ounce.*} Dictus est enim Deunx, quasi vna vncia dempta de asse. Mart. *lib.* 6. Misceri sibi protinus deunces, Sed crebros iubet. ¶ Erat etiam Deunx mensura qua veteres agros suos metiebantur, autor est Colum. *lib.* 5. *cap.* 1. ¶ Ex deunce aliquem hæredem facere, est alicui totam hæreditatem vncia detracta relinquere. Cic. *pro Cecin.* Facit hæredem ex deunce & semuncia Cecinnam, ex duabus sextulis M. Fulcinium, Ebutio sextulam aspergit.

DĒVŎCO, as, Auoco, reuoco, vocando deduco. {μετακαλῶ. GALL. *Appeller pour venir en bas.* ITAL. *Chiamare in dietro.* GERM. Abhinberüffen. HISP. *Llamar de arriba abaxo.* ANGL. *To call away or downe.*} Liu. *lib.* 4. Quum e saucijs hostibus sciscitando compertisset castra Volscorum deserta esse, lætus à tumulo suos deuocat. Cic. 5. *Tusc.* Socrates primus philosophiam deuocauit è cælo: quod est, quasi deduxit. Catul. *de com. Beren.*

Dulcis amor gyro deuocat aëria.

DĒVŎLO, as, Ex loco superiore in inferiorem vòlo. {καταπέτομαι. GALL. *Voler en bas, s'enuoler & partir vistement.* ITAL. *Volare d'alto.* GERM. Abhin fliegen. HISP. *Volar de arriba abaxo.* ANGL. *To flee or runne downe.*} Plaut. *in Amph.* Postquam in cunis conditus, Deuolant angues iubati deorsum in pluuium duo maximi. ¶ Per translationem autem ponitur pro decurro. Liu. *lib.* 3. Alij inter tumulum præcipites, pauore in forum deuolant. Idem *lib.* 2. pro delibio posuit, Deuolant de tribunali vt lictori auxilio essent. ¶ Aliquando est aliò volare, hoc est, discedere. ἀφίπταμαι. Autor ad Heren. Ita falsi amici sereno vitæ tempore præstò sunt: simulatque homini fortunæ inuiderint, deuolant omnes.

DĒVŎLVO, is, Ex loco superiore voluo, reuoluo. {גלל *ghal* גרף *gharáph.* κατακυλίω. GALL. *Faire rouler du haut en bas, faire deualer, faire cheoir.* ITAL. *Diuolgere.* GERM. Abhin weltzen. HISP. *Derribar abaxo.* ANGL. *To tumble downe, to roule frome high to lowe.*} Col. *lib.* 1. Huic proxima fluens aqua è montibus oriunda, quæ per saxa præceps deuoluitur. Liu. *lib.* 1. *bell. Pun.* Saxa ingentia in agmen deuoluunt. ¶ Per translationem verò dicimus, Deuoluta est res, deuoluta est hæreditas, quòd vulgò dicitur, De manu in manum peruenit. Idem *lib.* 5. Et eò deuolui rem, vt aut patritij, aut patritiorum asseclæ habendi Trib. plebis sint. *Men. sc.* 5. *a.* 5. Quem ego hominem, si viuo, vitâ deuoluam sua. Mox, Anima priuabo virum.

¶ Deuomere, euomere. Cæcil.

DĒVŎRO, as, Vorando absumo, ligurio, helluor. {אכל *aekál* בלע *baláh.* καταπίνω, καταφάγω, καταβιβρώσκω, καταπίνω. GALL. *Deuorer, aualler sans mascher.* ITAL. *Diuorare.* GERM. Verfrässen/verschlucken. HISP. *Tragar mucho.* ANGL. *To deuoure, and swallie vnchewed, to play the glutton.*} Cato *de re rust.* Bos si ægrotare cœperit, dato continuò ieiuno ouum gallinaceum crudum, & integrum facito deuoret. Plaut. *Pseud. sc.* 7. *a.* 4. Iam illum comesurus es? dum recens, dum calet, deuorare decet. ¶ Refertur etiam ad alios sensus. Martialis,

Oculis deuorantibus draucos. hoc est, auidè aspicientibus.

Plaut. *Asin. sc.* 3. *a.* 3. Auscultate, atque operam date, & mea dicta deuorate. Illud enim oculorum, hoc aurium auiditatem significat. ¶ Item pro concoquere, id est, preferre. ὑποφέρω. Cic. 6. *Philip.* Quapropter, Quirites, expectate, & paucorum dierum molestiam deuorate. Quint. Deuorare tædium, Deuorare gemitus. Senec. *cap.* 16. *de cons. ad Helu.* Lachrymas introrsus obortas deuorat. Ouid. 4. *Fast.* Deuorare gemitum. Senec. *epist.* 67. *& cap.* 2 *de cons. ad Mart.* ¶ Inhiat aurum vt deuoret. Plaut. *Aul. sc.* 4. *a.* 2. Iam deuorandum argentum censes, si conspexeris. Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 2. Si mare deuorasset Catonem. Senec. *cap.* 20. *de cons. ad Mart.* Deuorata mali patientia. Idem *Epist.* 83. Deuorare pecuniam, pro consumere, Cic. 5. *Verr.* Deuorare libros, Multa & ardentissimo animo legere, idem *ad Att.* Deuorare spe lucrum, id est, Tam ardenter affectare vt iam consequutus esse videaris, idem *pro Flacco.* Deuorare nomen alicuius, id est, obliuisci nominis. Plaut. *in Trinum.* Tractum ab iis, qui aliquid in ore tenentes, id imprudentes deuorant. Deuorare orationem alicuius, libenti animo & cum magna voluptate audire, vt videatur auditor eam quasi deuorare. Idem *in Pœn.* Apud Cic. *in Bruto,* Deuorare orationem aliter accipitur, nempe pro Non satis animaduertere, vt vulgus dicit, Non satis gustare, vt ait Bud. Itaque eius oratio nimia religione attenuata, doctis & attentè audientibus erat illustris: à multitudine autem, & foro, cui nata eloquentia est, deuorabatur. id est, non intellecta transmittebatur. Quæ significatio ducta est ab iis, qui cibum non gustatum deglutiunt, quasi stupente palato.

Deuotiones, vide *Deuoueo,* εὐχάς, ἀρὰς.

DĒVŎVĔO, es, Voueo, destino, dedico, consecro. {נדר *nadhár* החרים *hecherim.* καθιερόω. GALL. *Vouër solennellement, dedier.* ITAL. *Far voto, votare.* GERM. Geloben/oder ein gelübd thun. HISP. *Votar, offrecer.* ANGL. *To vowe, to dedicat, to bequeath to death.*} Cic. 3. *Offic.* Quid Agamemnon? quem deuouisset Dianæ quod in suo regno pulcherrimum natum esset illo anno, immolauit Iphigeniam. Virg. 12. *Æneid.*

——quorum se deuouet aris.

Prisc. Tibi deuoueo hoc opus. Plutarch. *in Sertor.* De sese deuouendi more. Liu. *lib.* 9. Equidem mortem pro patria præclaram esse fateor, & me deuouere pro populo Romano legionibúsque, vel in medios me mittere hostes paratus sum. Item est diris imprecationibus malum alicui optare. καταρᾶσθαι. Ouid. *in Ibin.* Illum ego deuoueo, quem mens intelligit, Ibin. Idem *lib.* 13. *Met.*

——Licet exercere, meúmque

Deuoueas sine fine caput

DĒVŌTŬS, Destinatus. {נדור *nadhúr* מחרם *machorám* ἀφιερωμένος, καθιερωμένος, ἀνατεθειμένος. GALL. *Dedié, adonné, voüé, consacré.* ITAL. *Destinato, deuoto.* GERM. Zugeaignet/gewicht. HISP. *Offrecido ò deuoto.* ANGL. *Vowed, bequeathed to death, dedicated.*} Sueton. *in Tib. cap.* 50. Si de meis moribus deuotoque vobis animo dubitaueritis. Idem *in Calig. cap.* 30. Equestrem ordinem vt scenæ harenæque deuotum (id est, nimium deditum) assiduè proscidit. Varro, Cum deuoto tibi animo vtere. Virg. 4. *Æneid.*

Præcipuè infelix pesti deuota futuræ.

¶ Accipitur & in malum, pro diro & execrando. ἐναγής, ἀλιτήριος, τῷ ἀρᾷ ἔνοχος. Ouid. *in Epist. Medea,*

Viuite deuoto fœmina virque toro.

Deuoti item dicuntur qui mutuæ amicitiæ legibus ita se astrinxerunt, vt tota in vita iisdem fruantur commodis, iisdemque casibus obnoxij sint. Cæs. 3. *bell. Gall.* Atque in ea re omnium nostrorum intentis animis, alia ex parte oppidi Adcantuannus, qui summam imperij tenebat, cum sexcentis deuotis, quos illi *Soldurios* appellabant: quorum hæc est conditio, vt omnibus in vita commodis vna cum his fruantur, quorum se amicitiæ dediderunt. ¶ Deuotissimus, a, um. Suet. *in Cæs. cap.* 67. Deuotissimos sibi milites reddidit.

Dēuōto, as, frequentatiuum. {ἐνδιδῶμι. ANGL. *To bind by vowe.*} Cic. *in Parad.* Quæ vis Coclitem contra omnes hostium copias tenuit in ponte solum: quæ patrem Decium, quæ filium deuotauit, ac immisit in armatas hostium copias?

Dēuōtōrĭus, a, um, adiect. {ὁ τῆς εὐχῆς, ὁ ἀναθεματικός. GALL. *Par lequel on se voüe, oblige ou dedie.* ITAL. *Cosa d'inuocatione.* GERM. Das zu dem gelübt gehört. HISP. *Cosa para offrecer.* ANGL. *By the which one voweth and bindeth him by vowe.*} vt, Carmina deuotoria, apud Liu. & Macrobium, quibus homines, vrbesque deuouentur: vt de tribus Deciis legimus, qui seipsos pro salute patriæ Diis Manibus deuouerunt.

Dēuōtio, Dedicatio, consecratio. {חרם *chérem.* εὐχή. GALL. *Dedicment, obligation à mort, voeu de mettre & employer la vie.* ITAL. *Voto de gli antichi al diauolo, inuocatione diabolica.* GERM. Ein ergebung/zuo neygung/verfluchung. HISP. *Offrecimiento, hechizos.* ANGL. *A vowe or solemne promise, a geuing or bequeathing to death, a curse.*} Sueton. *in Calig.* Lenis adeò & innoxius, vt decreta sua rescinderet, non prius succensere in animum induxerit, quam veneficiis quoque & deuotionibus impugnari se compertisset. Hæ deuotiones tales erant, quales diræ fuerunt apud priscos, quæ talem habere potestatem credebantur, vt nemini fas esset, qui in eas incidisset, euadere. ¶ Inter carmina magica duo erant apud maiores maximæ religionis, quorum altero dij tutelares vrbium euocabantur ab hoste victore, ne deos captiuos ducere viderentur, altero deuouebant, id est, morti decebant hostium exercitus, & singula interdum capita eorum, qui se traderent iræ numinum pro salute aliena: quale fuit carmen Deciorum, qui se pro patriæ salute deuouerunt.

DĒVRO, is, ere, Vro. {שרף *saráph* בער *behér* להט *lihát.* καίω, ἐκκαίω. GALL. *Brusler.* ITAL. *Abbrusciare.* GERM. Abbrennen. HISP. *Quemar.* ANGL. *To burne.*} Liu. *lib.* 9. *bell. Maced.* M. Æmilius alter consul ægros Ligurum, vicosque qui in campis, aut vallibus erant, ipsis montes duos Ballistam Suismontiumque tenentibus deussit, depopulatúsque est. ¶ Deurere morsu dicitur serpens, vel afflatu, quum inflammat. Senec. *lib.* 1. *de Clem.*

Dēustus, a, um. {שרוף *saruph.* κατακεκαυμένος. GALL. *Brusle.* ITAL. *Abbrusciato.* GERM. Abgebrent. HISP. *Quemado.* ANGL. *Burned.*} vt, Mons deustus, Tacit. *lib.* 4. Pars Circi deusta, *ibidem.*

DĔVS, {אלוה *eloáh.* Θεός. GALL. *Dieu.* ITAL. *Dio, Idio.* GERM. Gott. HISP. *Dios.* ANGL. *God.*} ¶ Qui est sine principio, sine fine, à quo, per quem & in quem sunt omnia, benedictus in secula, Amen: ei hoc nomen est apud Latinos. ¶ Vnde deducatur, variè exponi solet. Nam alij ἀπὸ τοῦ δέους, hoc est, à timore: quod primos in orbem deos (si tam impiam sententiam referre fas sit) timorem credebant inuexisse. In qua etiam sententia Papinius fuisse videtur, quum ait, Primus in orbe Deos fecit timor. Cicer. *de Arusp. resp.* Quis est tam vecors, qui quum suspexit in cælum, deos esse non sentiat? Idem 1. *de Legibus.* Nulla gens est neque tam immansueta, neque tam fera, quæ non etiamsi ignoret qualem habere deum deceat, tamen habendum sciat. ¶ Alij rursus deducunt à dando, quòd omnia à Deo proueniant tanquam bonorum omnium fonte, & ipse det esse, & persistere omnibus. Alij à Græco verbo δαίω, scio, nosco, quòd Deus sciat omnia, & quòd omnia sint nuda in conspectu eius. Alij à Θεός, litera tenui mutata in aspiratam, & o in u mutata, vnde dicimus Latinum Deus. Alij denique ab Hebræo nomine די *Dai* potens, sufficiens, vnde Saddai Deus omnipotens, siue sibiipsi sufficiens, quòd scilicet seipso sit contentus, nulla re indigeat, sed sufficientiam omnibus solus largiatur. Ouid. *initio lib.* 6. *Fastor.*

Est Deus in nobis, &c.

Idem *Eleg.* 8. *lib.* 4. *Trist.*

Non ita Dîs visum est.

Velleius: Dîs quàm hominibus propior Cato. Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 1. Si Deos salutas, dextrouersum censeo te vertas. Idem *Amphit.* Deus sum (id est, omnia possum.) Tibul. *lib.* 4.

Quin hortante Deo magnis insistere rebus

Incipe.

Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 2. Dij me seruant atque amant. (in spe lucri.) *Ibidem sc.* 3. *a.* 1. Dij melius faciant, (abominantis.) *Ibidem*: Deos, quos maximè æquum est metuere, minimi facit. Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 2. Cui Dij propitij. Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 2. Dij inter se congruunt concorditer. Idem *ibidem sc.* 3. *a.* 1 Deus sum (id est, sum beatissimus) Idem *Menech. sc.* 2. *a.* 5. Summum Iouem Deósque detestor me ei nihil malefecisse. Idem *Aulul. sc.* 3. *a.* 4 Dij me saluum & seruatum volunt. *Ibid. sc.* 4. *a.* 1. M. Saluus & fortunatus sis. E. Dij te ament. Ouid. 13. *Metam.*

——Si Dî sunt, non vana precatur.

Idem *Eleg.* 8. *lib.* 4. *Trist.*

Nil ita sublime est, supráque pericula tendit,

Non sit vt inferius suppositumque Deo.

Idem *Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist*

Quosque aderant vates rebar adesse Deos.

Ibidem Eleg. 8. *lib.* 4.

Idque

Atque Deus fruitur. (id est, Augustus.)
Velleius: Ad Deos excessit Hercules. Idem, Ad Deos transgressus. (de Augusto mortuo.) Sueton. *in Tiber. cap.* 46. Dij Deæque me perdant. Ouid. 13. *Met.*

——*Deus est in vtroque parente.*

Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. At Dij Deæque quantum est, (sup. perdant.) Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 1. Quid videbit magis Dijs æquiparabile? Idem *Aulul. sc.* 6. *a.* 4. Deus mihi impulsor fuit. Item, Deûm proles, vide *Proles*. Responsa Deûm, vide *Responsum*. ¶ Deus naturæ pro Genio. Horat.

Scit Genius natale comes qui temperat astrum,
Naturæ Deus humanæ.

Plaut. *in Men.* Nunc ipsi naturæ deo mihi responde adolescens. Et *in Prologo Bacch.* Silenus naturæ deus dicitur: Naturæ deus sum, Bromi altor maximi. ¶ Dijs proximus. Claudianus,

——*Dis proximus ille est*
Quem Ratio, non ira mouet.

¶ Dij patrij, penates, quos θεοὺς πατρῴους vocari tradit Higinius. Virgilius,

Dî patrij seruate domum.

Et alibi,

——*Patriique penates.*

Vide Macrob. *lib.* 3. *Satur. cap.* 4. ¶ Dij magni, admirantis, vt Φεῦ, ὦ μέγα, & coniunctim φεῦ μέγα, vt ὦ πόποι, quod interdum in admiratione ponitur. Plaut. *in Capt.* Audiui. dî magni. Ouid. *in* 2. *Eleg.*

Oscula, dî magni, qualia, quótque dedi.

Et *in* 6. *Fast.*

Quàm bene, dî magni, pugna cecidisses in illa
Defensor solij Iuppiter ipse sui.

Deum & Diuum quidam indifferenter accipiunt. Alij verò Deos volunt perpetuos esse, Diuos verò ex hominibus factos. τοὺς ἐκ μεταμορφώσεως, ἀνθρώπων &c. Et licèt Deus definiri nequeat, tamen ita describi potest, Deus est mens vniuersi, vel, Deus est animus per immensas mundi partes, omnémque naturam commeans, atque diffusus, ex quo omnia quæ nascuntur animalia vitam capiunt. Vel, Deus est infinita mens quæ per seipsam mouetur. Speusippus philosophus sic ait, Deus viuens immortale, per seipsum ad bonum sufficiens, essentia sempiterna, ipsius boni causa. Deus penetralis dicebatur, qui intra conseptum domus cuiusque colebatur: à nonnullis Iupiter Ercius dictus, ἑρκεῖος. Deus ex improuiso apparens. Θεὸς ἀπὸ μηχανῆς ἐπιφανείς. In eos dicitur, quibus in rebus perplexis, præter spem exoritur aliquis qui salutem adferat, negotiique difficultatem expediat. Sumptum est à consuetudine tragœdiarum. Huc allusit Cic. 1. *de nat. deor.* ex Platonis Cratylo. ¶ A Deo facti quadam adagij forma à Cic. dicuntur qui vehementer ad aliquid natura compositi sunt. ¶ Cum Deo quisque & gaudet & flet, σὺν τῷ θεῷ πᾶς καὶ γελᾷ καὶ ὀδύρεται. Admonet adagium, rerum humanarum celerem esse commutationem, neque in nobis situm, vt res perpetuò secundæ sint: verùm vtcunque fortunæ libitum fuerit, ita vel secundis rebus attollimur, vel aduersis affligimur. Cum Deo fit, Græcis, quod fit fauente numine: contrà, Sine Deo, quod absque Deorum fauore. ¶ Nullius indigens Deus, ἀνενδεὴς ὁ θεός. Admonet paroemia nullum esse mortalium tam absolutum, in quo non aliquid desideretur: vnum esse Deum vndequaque perfectum. ¶ Dijs hominibus plaudentibus. Prouerbialis est hyperbole, pro eo quod est feliciter atque auspicatò. Cic. *ad Quint. fratrem.* [Vide Martinium in suo Etymologico.]

Deă, æ, fœm. Vide suo loco.

Deĭtas, & Dealitas, quæ & diuinitas dicitur. { θειότης, θεότης. GALL. *Diuinité, deité.* ITAL. *Diuinità.* GERM. Gottheit. HISP. *Diuinidad.* ANGL. *The deitie or godhood.* } August. *lib.* 7. *de Ciu.* Hanc diuinitatem, vel (vt sic dicam) deitatem: nam & hoc verbo vti, iam nostros non piget, vt expressiùs è Græco transferant quod illi θεότητα appellant.

[Deurens febris, synocha, continua. L.M.

Deusticа, cremata, tostaque in prunis. Colum. Onom. med.]

DEVTĔRĬA, { δευτερίας. GALL. *Vin de despense, vin tiré du pressoir où il y a de l'eau.* ITAL. *Secundi vini aquarelli.* GERM. Treber wein/wann man vber die außgetruckten treber oder traubenkern wasser schütt / von welchen schon der gute most kommen ist. Lauren. HISP. *El aguapie, vino de despensa.* ANGL. *A weak or secunde wyne.* } à Græcis dicitur vinum aqua mistum, quod & Latinis dicitur secundarium. nam δεύτερος secundum dicitur. Fit ex maceratis aqua vinaceis post mustum acinis expressum. Tenuem ceruisiam Belgæ & Angli: Inferiores verò Normani Tenue pomarium dicunt. { GALL. *Petite biere, petit cidre.* }

[Deuterarius, monasterij præfectus. L.g.b.

Deuteronomium, iteratio legis.

Deuteroprotas, a, um, sabbatum secundo primum.

Deuterosis, nouitas. Cath.

Deuterotæ, secundas tribuentes post testamenta. Procop. L.g.b.]

Dĕxămĕnē, Δεξαμένη, vna ex Nymphis marinis, à recipiendo dicta. δέχομαι enim recipio dicitur.

Dĕxamenæ, plur. num. Δεξαμεναί, Ambraciæ regiuncula est, ita dicta à Dexameno Mesoli filio & Ambracia filia Phorbantis, qui Solis filius fuisse perhibetur. Autor Steph.

Dexari, Δέξαροι, Populi Chaonum Encheleis propinqui. Steph.

Dexiomontani, Carmeniæ populi dexteram ripam Granij amnis accolentes. Autor Plin. *lib.* 6. *cap.* 23.

[Dexiolābus, lictor in militia, carceris & damnatorum custos. L.g.b.]

Dexiphanes, pater Sostrati architecti. Steph. *in Pharo.*

Dĕxippus, Δέξιππος, Orator Athen. fuit, sub Valerian. & Aureliano principibus. ¶ Fuit & alter hoc nomine medicus, patria Cous, discipulus Hippocratis. Suid.

Dĕxtans, dextantis, decem vnciæ dicuntur, quum scilicet assi deest sextans: sicut deunx, quum assi vna deest vncia. Autor Festus. Col. *lib.* 5. *cap.* 1. Pars dimidia & tertia, vigintiquatuor millia, hoc est, dextans, in quo scrupulæ CCXL.

DĔXTĔR, dextri, vel dexteri, dextra, dextrum, vel dextera, dexterum, quod est ad manum, siue latus dexterum. { ימין jamin. δεξιός. GALL. *Dextre, adroit, & habile.* ITAL. *Destro, atto.* GERM. Recht. HISP. *Diestro, ò derecho.* ANGL. *That is on the righ hand, hand some, apt.* } Virg. 5. *Æneid.*

Quò tandem mihi dexter abis?

Dextrum cornu, & sinistrum in acie tenere. Liu. 2. *ab Vrbe.* Ouid. 2. *Metam.*

Signaque sex foribus dextris, totidémque sinistris.

¶ Interdum ponitur pro aptus, conueniens, agilis: quæ significatio inde tracta est, quod dextra manus agilior sit & promptior sinistrâ. Stat. *lib.* 3. *Syl.* Signa trementis moderatus alæ Castore dextro. Senec. *epist.* 54. Vtrosque pedes dextros facit podagra. ¶ Aliquando etiam dexter dicitur prosper. Virg. 8. *Æneid.*

Et nos & tua dexter adi pede sacra secundo.

Persius, ——ò si

Sub rastro crepet argenti mihi seria, dextro
Hercule.

Quintil. *in Procem. lib.* 4. Adsit Domitianus dexter ac volens. Ouid. 1. *Fast.*

Dexter ades ducibus.

¶ Dextrum in Scriptura sacra pro meridie ponitur. Latus dextrum vocatur Meridionalis mundus. Dexter pro dexterè aduerbio. Liu. 9. *ab Vrb.* Rem per se popularem ita dexter egit, vt tondendis corporibus animi multò plus militum Imperatori reconciliarentur. ¶ Dextra in mundo vocantur Septentrionalia: Læua, vel sinistra, meridionalia. Lucan.

——*Vmbras mirati non ire sinistras.*

id est, versùs Meridiem. Solinus, Vmbræ quæ nobis dexteræ sunt, illis sinistræ. Idem de Taprobana loquens, Solem orientem dextra habent, occidentem sinistra. At apud Liu. *lib.* 1. Augur dextras ad Meridiem partes, læuas ad Septentrionem dicit. Aristoteli dextra sunt exortiua, læua occidua. Plinio contrà, læua exortiua, dextra occidua, antica ad Meridiem, postica ad Septentrionem. Sic enim tradit, Omnium autem errantium syderum meatus, interque ea Solis & Lunæ contrarium mundo agere cursum, id est, læuum, illo semper in dextram præcipiti. Iterum, Læua prospera existimantur, quoniam læua parte mundi exortus est. Varroni quoque sinistra ab Oriente sunt in templis effandis, dextera ab Occasu, antica ad Meridiem, postica ad Septentrionem.

Dĕxtĕrior, comparatiuus. δεξιώτερος, δεξίτερος. Ouid. 2. *Metam.* Nec te dexterior tortum declinet ad anguem. Varro 2. *de re rust. cap.* 3. Siquidem si mas est, in dexteriorem partem abit: si fœmina, in sinisteriorem.

Dĕxtĕrĭtās, Aptitudo. { δεξιότης. GALL. *Dexterité, habilité, bien-seance.* ITAL. *Habilità, attitudine, destrezza.* GERM. Geschicklichkeit/alle ding mit vortheil anzugreiffen. HISP. *Habilidad, atauio, destreza de la mano diestra.* ANGL. *Ablenesse in doing any thing aptnesse, dexteritie.* } Liu. 7. *bell. Maced.* Multa in eo & dexteritas & humanitas visa. Idem 8. *bell. Punic.* Tanta autem inerat comitas Scipioni, atque ad omnia naturalis ingenij dexteritas, &c. Gellius *cap.* 16. *lib.* 13. Dexteritas quædam & beneuolentia.

Dĕxtĭmum & Sinistimum antiqui dicebant. Varro περὶ λέξεων, Primo compito dextimam viam munit Epicurus. Salust. *in Iugurth.* Sylla cum equitatu apud dextimos, in sinistra parte A. Manlius cum funditoribus & sagittariis.

Dĕxtĕrā, vel Dextra, scil. manus. à δέχομαι, quia sinistrâ est agilior. { ימין jamin. δεξιά. GALL. *La main dextre, ou le costé dextre.* ITAL. *Man destra.* GERM. Die rechte hand. HISP. *La mano derecha.* ANGL. *The right hand.* } Virg. 2. *Æneid.*

——*si Pergama dextra*
Defendi possent, etiam hac defensa fuissent.

¶ Et quoniam dextra validior est sinistrâ, vel quia supplicantes & miseros quibus fauemus dextra erigere solemus, Dare dextram & porrigere, pro auxilium præstare ponitur. Cic. *pro red.* Mihi fidem dexterámque Consularem porrexit. Virg. 6. *Æneid.*

Da dextram misero, id est, præsta auxilium.

¶ Dexterâ se antiqui venerabantur, per dextram iurabant, tanquam fidei sedem, & virtutis ministram. Vnde & hodie consuetudo remansit apud Germanos, vt se mutuò salutantes dextram porrigant. Dextram (inquit Seruius) Numa Pompilius Fidei consecrauit. Cicer. 11. *Philipp.* Dexteræ quæ fidei testes esse solebant, perfidiâ sunt & scelere violatæ. Terent. *Andr.* Quod ego per hanc te dextram oro, & genium tuum. Per tuam fidem, &c. Cic. *pro Deiot.* Per dextram istam te oro, quam regi Deiotaro hospes hospiti porrexisti.

——*Tibi dextera bello Vtilis.*

Ouid. 13. *Met.*

Nec indomita deberi præmia dextræ.

Dextera digitis rationem computat feriens femur dexterum. Plaut. *Mil. sc.* 2. *a.* 2. Salutat: Salue, inquit mihi: prehendit dextram. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 2. Cedo mihi tuam dextram. Idem *ibid.* (Salutantis) Per dexteram tuam te Alcumena oro, obsecro da mihi hanc veniam. Idem *Amph.* Dexteram tuam dextera retinens manu obsecro. Idem *Capt. sc.* 3. *a.* 1. Item (in salutatione) Adeunt, consistunt, copulantur dexteras. Idem *Aul. sc.* 2. *a.* 1. Vbi obiter nota passiuum *copulantur*, dictum pro actiuo copulant. Hac dextera regem mactaui Pterelam. Idem *Amph.* Picus, Cornix ab læua, coruus, parra ab dextera. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 2. Cur non tua dextera fuit officiosa in versus? Ouidius *Eleg.* 7. *lib.* 4. *Trist.* Mihi dextera vox aures verberat. Plaut. *Amph.* ¶ Nec cuiuis dextram iniceris, μὴ παντὶ ἐμβάλλειν δεξιάν, hoc est, ne temerè quemlibet in familiaritatem admittas, sed deligas quem diligas.

Dextellă, æ, diminutiuum. Cic. *Attic. lib.* 14. Quintus frater, vt scribis, est dextella: per eum igitur quod volemus facilè auferemus.

Dextĕrē, aduerb. Feliciter, aptè, & cum quadam dexteritate. { δεξιῶς. GALL. *Dextrement, auec bon heur.* ITAL. *Destramente, felicemente.* GERM. Glücklich. HISP. *Bienauenturadamente, y con destreza.* ANGL. *Prosperously, with good luck.* } Liu. 1. *ab Vrbe*, Notitiáque cum breui apud regem, liberaliter dexteréque obeundo officia, in familiaris amicitiæ adduxerat iura. Senec. *cap.* 6. *de consol. ad Polyb.* Dexterè

vti

vti rebus secundis. Horat. 1. *Serm. sat. 9.* Nemo dexteriùs fortuna est vsus.

[Dextimus, i.e. dexter.]

Dextrâlê, ornamentum dextræ, commune viris & mulieribus. δεξιὸν.

¶ Dextrales, equi.

Dextrarii quoque dicuntur equi, maximè bigarij, ζύγιοι.

Dextro, as, est equos bigarios iungo. Valla *de Donat. Constant.* videtur accepisse pro eo quod dicimus, Equum à dextris ducere: Triumphasse (inquit) patres Cæsarem, quoties prodibat, vt nunc solet Papa præcedentibus equis albis, quos stratos famuli dextrant?

Dextratio, verbale. Solinus. Tarpeium Iouem templa dextratione lustrauit. Vbi pro cursu & gyro equorum in dextram accipitur, quod in gratulatione & lætificia fiebat, vt in luctu cursus in læuum agebatur. Papin. *lib. 6.*

—— hic luctus abolere, nouique
Funeris auspicium vates, quamquam omnia sentit
Vera, iubet dextro gyro.

Antè enim dixerat,

—— lustrántque ex more sinistro
Orbe rogum.

Dextrocherium. {GALL. *Bracelet d'or.* ITAL. *Monile, braccialetti d'oro.* GERM. *Ein arm zier an den rechten.* HISP. *Cadena de oro que pende al braço de la muger.* ANGL. *A braselet of gold.*} Muliebre brachiorum ornamentum, quod ex auro in annuli lati formam, gemmis pretiosissimis integebatur. Iul. Capitol. scribit Maximinum pollice fuisse tam vasto, vt vxoris dextrocherio vteretur pro anulo. Vide Cælium Rhod. *lib. 8. cap. 13.*

Dextrôrsum, & Dextrorsus, aduerbia, significant, versùs dextram partem. {ἐπὶ δεξιά. GALL. *A costé dextre, du costé droit, à dextre.* ITAL. *Verso man destra.* GERM. *Auff die rechte hand: gegen der rechten seiten hinauß.* HISP. *Hazia la mano diestra.* ANGL. *To wardes the right side or hand.*} Cic. 1. *de Diuin.* Dextrorsum orbem flammeum. Plin. *lib. 24. cap. 19.* Efficacissimum remedium esse aiunt, si tres quoque trium nationum homines perungant dextrorsus. Horat. 2. *Serm.*

—— hic dextrorsum abit.

Dextrouersum, aduerb. Eiusdem significationis est cum superiore, hoc est, versùs dexteram. Plaut. *Curc. sc. 1. a. 1.* Si deos salutas, dextrouersum censeo, sub. te vertas. Idem *in Rud.* Sed dextrouersum aduersa, it in malam crucem.

D I

Di & Dis, præpositiones eiusdem significationis sunt: quæ ambæ inseparabiles sunt, & in compositione solùm reperiuntur. Componitur autem di, cum dictionibus incipientibus à d, vt diduco: g, vt digero: l, vt diluo: m, vt dimitto: n, vt dinumero: r, vt diiudico: u, vt diuerto: & vbique producitur, nisi in dirimo, & disertus. Dis verò modò negationem denotat, vt difficilis, diffido: modò diuersitatem, vt diffideo: modò diuisionem, vt dissocio, disiungo. Modò significat valde, vt disrucior, discutio, discupio. Modò variè, siue in diuersas partes, vt dispono, dissemino. Quandoque malè, vt dispereo, malè pereo. Componitur cum c, vt discumbo: f, vt diffundo, vbi s, mutatur in f, euphoniæ causa: p, vt dispuro: q, vt disquiro: r, vt dirumpo: s, vt dissimulo: t, vt disturbo: i, consonante, vt disiungo.

[DI melius, seu meliora, dictum auerruncandi mali gratiâ.

Dia, altis Dea, *Die*, V. E. Diensis Galliæ sub A. Viennensi. ¶ Item insula] maris Ægæi, vna Cycladum, distans à Delo XIVI. M. pass. Aliis nominibus Naxos dicta, & Sicilia minor, & Dionysias à vini fertilitate. Autor Plin. *lib. 40. cap. 12.* In hac Liber pater Ariadem à Theseo destitutam, vxorem duxit: qua de causa etiam Baccho sacram esse volunt. Ouid. *in Trist.*

Quà breuis æquoreis Dia feritur aquis.

¶ Est item Dia Thessaliæ vrbs ab Æaco condita. Alia Thraciæ ad Athon montem. Tertia, Eubœæ. Quarta, insula iuxta Scyllæum Peloponnesi promontorium, oppidum habens eiusdem nominis. Quinta, Lusitaniæ ad Oceanum. Sexta, Italiæ iuxta Alpes. Septima, Scythiæ, circa Phasim. Octaua, Cariæ. Nona, Bithyniæ iuxta Pontum. Autor Steph. ¶ Dia itidem deæ nomen, quæ apud Sicyonios & Phliasios colebatur: quæ eadem fuisse creditur cum Hebe iuuentutis dea. Vide Strabonem *lib. 8.* Virg. *in Æneid.* Dia Camilla. Ennius,

Constitit inde loci propter dia Dearum.

Homer. δῖα γυναικῶν.

[Diabateria, orum, sacrificia pro transitu difficili facta: Apobateria, ante expeditionem. Gell.]

Diabâthrâ, æ, διάβαθρα. Genus solearum Græcarum, inquit Festus. Diabathrarius, qui soleas huiusmodi conficiebat. Plaut. *in Aul.* Propolæ, linteones, calceolarij, sutores, diabathrarij, solearij, &c. Est enim Diabathra Græcis scala nautica per quam in nauem conscenditur.

[Diabaticum, διαβατικὸν, tributum, quod mercatores pro transitu (διαβάσεως) mercium pendunt.]

Diabetæ, διαβῆται Steph. Insulæ quatuor in mari Carpathio citra Rhodum, quas recenset Plin. *lib. 5. cap. 31.*

Dîâbetes, διαβήτης. Dictio est Græca, quam transitum transferre possumus, ἀπὸ τοῦ διαβαίνειν: vnde pro siphone accipitur, per quem aqua defluit. Col. *lib. 4. c. 10.* de vite loquens, Naturali enim spiritu omne alimentum vitentis, quasi quædam anima, per medullam trunci quasi per siphonem, (quem diabetem vocant mechanici,) trahitur in summum. ¶ Accipitur etiam pro quodam tenuium morbo, maximam & pene inextinguibilem inducens sitim: vnde & diplacon appellant: nonnulli etiam fluorem vrinæ, propterea quòd ægri semper sitientes, subindeque bibentes, statim etiam reddant quod biberint à qualitate sua non mutatum. Vide Galenum *de locis affect. lib. 6.*

[Diablintum ciuitas, id est, Castres, in prouincia Lugdunensi tertiâ.

Diabole, διαβολὴ, calumnia.]

Diabolus, {שטן *satan* διάβολος} Hominè calumniator à διαβάλλω, traiicio. ¶ Diabolus, Glauci filius. Plaut. *Asin.* 1. a. 4.

[Diacatatetion, medicamentum ducens hominem de morte ad vitam. Nicol. Onom. med.

Diacassicum, sportula. Buleng.

Diacatholicon, medicamen omnes humores euacuans. L. M.

Diacatochia, possessio, à διακατέχω possideo, διακατοχὴ possessio: nam & voces & frequenter in Pandectis Græcis: vt Budæus monet. Inde deficiebat, διακατοχὴ, vt ἀδιακάτοχα ἀπαγωγὰ. Budæus tamen vult diacatochia corrupte legi pro diacatocha, vel diacatochi.

Diacatoroia, id muneris est, cùm Imperator priuatis fundis concedit, vt pergentur. Alciat.

Diacenisimon, septimana post resurrectionem. L. g. b.]

Diacheton, Spina est, magnitudine arboris mediocr, flore rosæ, cuius radix vnguentis expetitur: qui alio nomine aspalatus appellatur. Plin. *lib. 24. cap. 13.* Est spina syluestris frutex humilior atque spinosus in Nysiro & Rhodiorum insulis, quem alij erysisceptrum, alij aspalathon, siue diplacon, siue diacheton vocant. Quo tamen in loco eruditi malunt legere diaxilon, quæ nomenclatura etiam à Dioscor. huic frutici tribuitur.

[Diachysis, diffusio animi sese relaxantis, tristitiamque excutientis. L. M.

Diacitron, cortex citri melle conditus. L. g. b.

Diaclysma, ta, collutio, vt dentium. Onom. M.]

Diâcôdîon, διακώδιον. Medicamentum quod ex capitibus papaueris fit. Plin. *lib. 20. cap. 18.*

Diâcônvs, i, seu Diacon, is, {משרת *meschareth.* διάκονος. GALL. *Diacre.* ITAL. *Ministro.* GERM. *Ein diener, oder Afftet.* HISP. *Diacono, el que ministra à otros.* ANGL. *A deacon.*} Est minister, à διακονέω ministro: quo cognomine Mercurius appellatus fuit, quem communem esse voluerunt, deorum tum superorum, tum inferorum ministrum.

Diaconiæ, fuere loca, in quibus per Diaconos regionarios pauperes alebantur.

[Diaconicum, conclaue diaconorum. L. g. b.

Diaconium, sacrarium, vbi dominica continentur vasa. Rh.]

Dîâcôpênê, Διακοπηνή. Cappadociæ regio ad Halim fluuium. Strabo *lib. 12.*

Dîacopi, παρὰ τὸ διακόπτειν. Incisa, siue incilia, id est, aditus in aggeribus Nili patefacti, per quos in arutum fluere aqua possit. Vlp. *l. 1. ff. de extraord. crimin.* Commata etiam & Diacopi qui in aggeribus fiunt. Hotoman.

Dîacrâ, tribus Atticæ Pallantis sedes. Steph.

Diacrommium, διακρόμμυον. Medicamentum ex cepis. Nam Græci τὸ κρόμμυον, cepum vocant. Apud Gall. *in Comm. in lib. Herofrôn* legitur, Diacrosimos, sed mendosè.

Dîâctôs, διάκτωρ, διάκτορος, quasi internuntius, quod nomen datum est Mercurio, quem deorum internuntium Poetæ finxerunt.

Dîâdêmâ, Apex, insigne regni. {צניף *tsaniph* מצנפת *mitsnépheth* כתר *kathar* כתר *kether.* διάδημα. GALL. *Vn diademe, qui estoit vn certain ornement en garniture de chef de Roy ou Royne, fait de pourpre par entrelassements.* ITAL. *Diadema.* GERM. *Ein haüptzier der königen von seiten weiß ein binden auß purpur.* HISP. *Corona real.* ANGL. *A diademe a crowne of a prince.*} Gestamen capitis, regum insigne. ἀπὸ τοῦ διαδεῖν, hoc est, à circunligando. Erat enim fascia quædam, qua caput circunligabatur. Cic. 2. *Philipp.* Diadema ostendis, gemitus toto foro. Plin. *lib. 11. cap. 16.* Regibus apum in fronte macula quondam diademate candidans.

Diadematicus, Adiect. vt forum Pisium diadematicum dicitur, in quo victores diademate & coronis ornabantur. Varro, Pisis diadematico foro præstatur virtuti laus.

Dîâdêmâtus, Diademate ornatus. {διαδηματοφόρος, ὁ τῷ διαδήματι κοσμούμενος. GALL. *Qui a le diademe sur la teste.* ITAL. *Chi ha in capo lo diadema.* GERM. *Der ein solche haüptzier tregt/gekrönt.* HISP. *El que tiene tal corona sobre la cabeça.* ANGL. *That weareth a crowne on his head.*} vt, Diadematus Apollo. Plin. *lib. 34. cap. 8.*

Dîâdês, Διάδης, nomen dedit Diadi vrbi in Lycia, quam condidit. Stephanus.

Diadochi, vrbs est in Persia, non procul ab Ctesiphonte, Διαδόχου πόλις. Stephanus.

Dîâdochos, διάδοχος. Gemma beryllo similis. Plin *lib. 37. cap. 10.* Apud Athenienses autem Diadochi dicebantur, οἱ πεντακόσιοι, hoc est, quingenti viri, quorum consilio de rebus publicis priuatisque statuebatur: ita dicti quasi successores, ad differentiam Areopagitarum, quorum perpetuus erat magistratus, διαδέχομαι enim inter cætera significat succedo, & vices alterius excipio.

[Diadosis. Figura est, si polita descriptio tota primùm, deinde resumatur, ita vt non fiat repetitio, sed vt eius partes aut accuratius, aut fusius exsequamur, aut in ordinem redigamus. à Græcis ἀναδοσις & διαδοσις dicitur, à nobis digestio: sin autem ordo abfit, & confuse, vt quicquid se obtulit, effundimus, dissipatio vocatur à Latinis, à Græcis potest διασπορὰ aut διασκορπισμός.]

Dîâdumenus, Διαδούμενος, quasi vittatus diadematúsque: quo nomine dictus est iuuenis quidam speciosus, quem Polycletus ex ære expressit. Plin. *lib. 34. cap. 8.* Polycletus Sicyonius, Ageladis discipulus, Diadumenum fecit molliter iuuenem, centum talentis nobilitatum.

Diæresis, is, διαίρεσις, apud Grammaticos figura est, qua vna syllaba in duas diuiditur: vt apud Horatium, Nunc mare, nunc syluai. vbi dictio dissyllaba syluæ, diuiditur in tres syllabas. Sic Aulai, Pictai, pro aulæ, pictæ. Nomen autem habet diæresis ἀπὸ τοῦ διαιρεῖν, quod est diuidere: vnde & Latinè diuisionem vocare possumus.

Dîætâ, locus in quo cibus sumi solebat, cœnaculum, cœnatio. {δίαιτα, ἀγωγή. GALL. *Lieu pour boire & manger.* ITAL. *Stanza in alto da mangiare.* GERM. *Ein saal in dem man isset und lebt.* HISP. *Parte de la casa que se mora para beuer y comer.* ANGL. *A diet or place for eating or drinking.*} Plin. *in Epist.* Ex triclinio in diætam, siue cœnatiunculam transitus. Idem, Hic turris erigitur, sub qua diætæ duæ, totidemque in ipsa, præterea cœnatio, quæ latissimum mare, longissimum litus, amœnissimas villas prospicit. Dicta diæta ἀπὸ τῆς διαίτης, hoc est, à commentis quæ ibi peraguntur. Quanquam Varro Latinam vocem esse existimat, ita dictam quòd in ea per diem ederetur. Lampridius *in Heliogabalo*, zetam appellat, ἀπὸ τοῦ ζῆν, quòd in ea hilarius viueretur. Itemque ...

ium etiam cenaculam. Sueton. *in Claud. cap.* 10. in Diætam secesserat. (id est, in locum certum.) ¶ Diæta item, iter vnius diei. ¶ Pro leuca sumitur apud Gabelinum. ¶ Sumitur etiam diæta pro victus ratione, & præscripta viuendi formula. { [illegible]. GALL. *Diete, regime de viure.* ITAL. *Gouerno di viuere regolatamente.* GERM. Ein gewisse ordnung so einer im essen vnd trincken täglich hält. HISP. *Dieta, regla de bien viuir.* ANGL. *Diete.* } Vnde [illegible] verbum Græcum, quod est certa victus ratione vtor. Et diætetice, [illegible], medicinæ pars quæ victus ratione medetur. Apud Græcos sumitur pro loco quo arbitri ad iudicandum conueniunt: vnde & [illegible], iudico vt arbiter. ¶ Alia vita, alia diæta, [illegible]. In eos quadrabit qui commutata in melius fortuna pariter & vitæ rationem moresque commutant. Translatum ab iis qui lautius incipiunt viuere, vbi res lautior obtigit.

[Diætarcha, [illegible], seruus, qui diætæ præest: diætarius.]

Diætarii, serui in diæta seruientes. { [illegible]. GALL. *Seruiteurs de chambre, ou qui seruent la viande sur table.* ITAL. *Seruitori nel cenacolo.* GERM. Tischdiener. HISP. *Seruidores que siruen à la mesa.* ANGL. *Which serues in that diet place.* } Horum meminit Vlpian. *de fund. instruct. & instrum.* ¶ Diætarii fures à Iureconsultis dicuntur, qui in aliena cœnacula furandi gratia se dirigebant, quos Vlpianus scribit plus quàm fures esse puniendos. Itaque aut ad tempus relegandos, aut in opus publicum dandos, aut fustibus cædendos. *D. de iniur. & fam. libel. l. sacculary.*

Diætetæ, { פלילים *pelilim*. [illegible]. GALL. *Arbitres, Iuges.* ITAL. *Arbitri.* GERM. Schidleut. HISP. *Iuezes arbitrarios.* ANGL. *Arbitrers, iudges.* } Latinè appellantur arbitri, [illegible], quod est arbitri officio fungi.

Diætetice, { [illegible]. GALL. *Celle partie de medecine, qui guarit par diete & regime de viure.* ITAL. *Medicina che sana c'el gouerno della vita.* GERM. Ein ordnung vnd regiment so man im essen vnd trincken braucht zurhaltung der gesundtheit. HISP. *Medicina de dieta.* ANGL. *A parte of medicine that healeth by diete.* } Medicina dicitur quæ victu medetur, teste Celso *lib.* 1. *in Proœmio*, nempe quæ ex moderata victus ratione sanitatem tuetur: vulgus, *regimen* vocat.

Diaglaucion, genus collyrij, ex glaucio herba temperatum. Plin. *lib.* 27. *cap.* 10.

Diagonius, [illegible]. Lineæ genus est, quam Latini nonnulli angularem vocauerunt, quòd ab vno angulo ad alterum perducitur. Vitruu. *lib.* 6. *cap.* 3. Tertium, inquit, vel latitudo in quadrata paribus lateribus describatur, inque eo quadrata diagonij linea ducatur, & quantum spatij habebit ea linea diagonij, tanta longitudo atrio detur.

Diagoras, [illegible]. Nomen Philosophi qui [illegible] cognominatus est, quòd nullos deos esse putaret, mysteriáque omnia ita contemneret, vt alios etiam ab iis auerteret. Quare ab Atheniensibus pulsus est, qui talentum polliciti sunt iis qui eum interfecissent. Suidas. Huius Diagoræ meminit Cic. *lib.* 1. *de nat. deor.* Quid Diagoras, Atheos qui dictus est, posteàque Theodorus: nónne apertè deorum naturam sustulerunt? Valer. Max. *lib.* 1. *cap.* 1. Athenienses Diagoram Philosophum pepulerunt, quia scribere ausus fuerat, primùm ignorare an dij essent: deinde si sint, quales sint. Vide *Protagoras.* ¶ Fuit & Diagoras quidam Rhodius, cuius meminit Gell. *lib.* 3. *cap.* 15. his verbis, Diagoras tres filios adulescentes habuit, vnum pugilem, alterum pancratiasten, tertium luctatorem, eósque omnes vidit vincere, coronarique eodem Olympiæ die: & quum eum ibi tres adulescentes complexi, coronis suis in caput patris positis, suauiarentur, quúmque populus gratulabundus flores vndique in eum iaceret, ibi in stadio inspectante populo in oculis atque in manibus filiorum animam efflauit. Huius Diagoræ meminit Cic. *lib.* 1. *Tusc. quæst.*

Diagramma, atis, [illegible]. Græcis inscriptionem, vel titulum libri significat. Item decretum, formulam, vel edictum in scripturam redactum. Item Geometricam figuram, siue ea triangularis fuerit, siue quadrangularis, aut alterius formæ, cuiusmodi apud Euclidem demonstrandi causa non pauca extant. Vnde & Diagrammata Chaldaica quædam in locis à Plutarcho appellantur, quæ vulgò *Prognostica* vocantur. ¶ Est etiam diagramma præscriptio & breuiarium quoddam in publicis collationibus fieri solitum, vt ex censu tributa conferantur. Cic. *in Verr.* Scripturam vocat. ¶ In musica item diagramma vocatur mensuratum proportionis notis quibusdam descripta. Vitr. *lib.* 6. *cap.* 1. Vti in diagrammate musico, medianæ vocis habent sonitum, &c. Reliqua vide in Budæi Commentariis. Nam ad Latinum dictionarium parum conducunt.

[Diagraphe, [illegible], descriptio, scriptura, publicanorum acta, præscriptiones.

Diagrapharius, [illegible], qui publica exigit, publicanus. [illegible] est liber, in quo illa annotantur.]

Diagraphice, es, [illegible]. Plin. *lib.* 35. *cap.* 10. Et huius autoritate effectum est, Sicyone primùm, deinde & in tota Græcia, vt pueri ingenui ante omnia diagraphicen, hoc est, picturam in buxo docerentur, reciperetúrque ars ea in primum gradum liberalium. [illegible], Descriptio, antiquatio & peremptio rei cœptæ, vel iam peractæ.

Dialectica, [illegible]. Ars disserendi, cuius finis est verum à falso discernere, ita dicta [illegible], hoc est, à disputando. Cic. *in Topic.* Iudicandi enim vias diligenter persecuti sunt ea scientia, quam Dialecticen appellant. Idem 4. *Acad.* Dialectica veri & falsi quasi disceptatrix iudex.

Dialectica, orum, plur. num. gener. neutr. Cic. *Attic. lib.* 14. Accubant apud Verbotium hominem [illegible] à dialecticis, in arithmeticis satis exercitatum.

Dialecticè, aduerb. [illegible]. Cic. 4. *Acad.* Multa adiuncta ex intima philosophia, multa dicta dialecticè, &c. Quint. *lib.* 1. *cap.* 10. Orator [illegible], non tamen vnquam [illegible] dialecticè.

Dialecticus, i, substant. [illegible], qui tractat Dialecticam. Cic. *in Orat.* Disputandi ratio, & loquendi, Dialecticorum sit: [illegible] autem, dicendi & ornandi. Idem 4. *Acad.* Quid sit verum, aut falsum, Dialecticus iudicabit.

Dialecticus, a, um, quod pertinet ad Dialecticum: vt Dialecticæ captiones, apud Cicer. 1. *de finib.* Disputationes dialecticæ, Quintil. *lib.* 7. *cap.* 14.

Dialectus, [illegible], linguæ alicuius proprietas, quod scilicet vnaquæque lingua peculiare habet, & à cæteris distinctum. Vnde quinque dicimus esse Græcorum dialectos, Atticam, Ionicam, Doricam, Æolicam, & Communem. Suet. *in Tib. cap.* 56. scribit valdè molestam Dialectum esse Doridem.

Dialeucon, [illegible], Croci satiui genus, in medio candidum, vnde & nomen accepit. Plin. *lib.* 21. *cap.* 6. Est & per se genus satiui blandissimum, vulgò, quum fit medio candidum, dialeucon vocant.

Dialis, e, [illegible], à [illegible], quod Iouis est, quem [illegible] vocant Græci. Vnde flamen Dialis, Iouis ministerio assignatus à Numa Pompilio, vt docet Liu. *lib.* 1. *ab Vrbe.* Græci etiam, [illegible], pro aëre ponebant, quo pacto nos etiam Iouis vocabulo vtimur. ¶ Vnde fit adiectiuum Subdialis, [illegible], id significans quod extra tectum est, aëri & cœlo expositum. Plin. *lib.* 34. Illa super terram ex dialibus petris exeditur, hæc ex obrutis. Idem *lib.* 36. *cap.* 25. Subdialia pauimenta Græci inuenere, id est, quæ permanent sub dio. ¶ Dialem Consulem, [illegible], dixit Cicer. pro Consule vnius diei, ludens nimirum in voce ambigua, non secus ac si à die Dialis diceretur. Vnde celebratur illud scomma eius in Caninium, Olim Flamines, nunc Consules diales sunt. Huius compositum potest videri nouendialis, de quo vide infra suo loco. ¶ De Diali Flamine, plura Gellius *cap.* 15. *lib.* 10. Item Ouid. *lib.* 3 *Fast.*

Diallage, [illegible], à nostris transfertur Conciliatio. Figura est quum plura argumenta ad vnum effectum deducuntur. Quint. *lib.* 9.

Dialogus, i, { [illegible]. GALL. *Dialogue, dispute entre quelques vns, deuis entre personnes, traisen par personnages.* ITAL. *Dialogo, libro ò opera doue due ò piu persone parlano insieme disputando ò altrimente.* GERM. Ein gespräch. HISP. *Libro, ò tratado, adonde se introduzen dos o mas personas que disputan, ò hablan juntamente.* ANGL. *A dialogue, a communication and talking betwene many or diuerse persones.* } Sermocinatio, siue disputatio, duorum, vel plurium interrogationem mutuámque responsionem continens, [illegible], quod est disputare, siue sermocinari. Quint. definit esse sermonem ex interrogatione responsionéque compositum, de ea re quæ vel Philosophiam, vel Reipublic. partes attingat, disceptans, cum apposita verborum personarúmque expressione. Cic. *de claris Orator.* Quum disputatio est inter eos, vt est consuetudo dialogorum. Sueton. *in Tiber. cap.* 42. meminit Dialogi, in quo certamen boleti, ficedulæ, ostreæ, & Turdi Tiberius induxerat.

Dialogismus, [illegible], à Rufiniano refertur inter schemata [illegible], quum scilicet quis secum rem aliquam volutans, tanquam cum altero colloquens, interrogat & respondet. Exemplum insigne est illud *in Eunuch.* Ter. Quid igitur faciam? non eam ne tunc quidem Quum accersor vltrò? an potiùs ita me comparem, Non perpeti meretricum contumelias? Exclusit, reuocat, redeam? non si me obsecret.

Dialutenses, Pelagiæ ex purpurarum genere sunt, quæ vario soli genere pascuntur. Autor Plin. *lib.* 9. *cap.* 37.

Dialyton, [illegible], figura est quæ alio nomine asyndeton, siue asyntheton appellatur, qua plures dictiones, orationésve sine copula iunguntur. Latinè dissolutum dici potest. Tale est illud Virg. *lib.* 4. *Æneid.*

—— ite,
Ferte citi flammas, date vela, impellite remos.

[Diameron, biduum. Pap.]

Diameter, { [illegible]. GALL. *Vn diametre, vne ligne passante tout à trauers, vne figure de bord en bord.* ITAL. *Linea che diuide giustamente vna figura.* GERM. Ein schnurschlechte linien so die figuren in zwey gleiche theil durchschneidt. HISP. *Linea para partir igualmente vna figura, diametro.* ANGL. *A line going ouerthorwardl [illegible] bordour [illegible], or margent to margent.* } Est recta linea, figuram qua longissimè patet ex æquo secans: veluti diameter orbis est linea, quæ sic à summo ad imum tendit ad circulum, vt per centrum eat, definitore Macrob. *in somn. Scip. lib.* 1. Sic in quadrangulo diameter vocatur linea à superiori linea lateris dexteri angulo ad inferiorem lateris sinistri perducta, hoc dissentit ab Euclidis definitione. Latini dimetientem vocant. nam Græcis [illegible], id est, à dimetiendo dicitur. Colum. *lib.* 6. Est area rotunda, cuius diametros habeat pedes septuaginta. ¶ Vnde prouerbialiter olim dicebatur ex diametro opposita: &, Diametro distare, [illegible], de vehementer inter se pugnantibus. Lucianus *in Tyranno.*

[Diamone, [illegible], permansio, perseuerantia, perennitas. à [illegible], permaneo.

Diamoron, à succo mori nomen sumsit, ex quo conficitur.]

Diana, Diuiana, vel à *Dai* Hebr. vel o. duana, vel q. Iana. Priùs enim *Iana*, & *Diana*: & inde *Deiana*, tandem *Diana*, Iouis filia ex Latona, eodem cum Apolline partu edita. [illegible]. Eadem & Luna dicitur, siue quòd noctu vna, hoc est, sola & sine fratre luceat: siue quòd lumen à sole accipiat, quasi luce lucens aliena. { GERM. Der Mon. } Præterea & Noctiluca dicta est, sub quo nomine etiam templum in palatio dedicatum habuit. Hanc parturientes Iunonis Lucinæ nomine inuocabant: Iunonem quidem appellantes à iuuando: Lucinam verò quòd partum in lucem proferre putaretur. Virg. 4. *Eclog.*

Casta faue Lucina, tuus iam regnat Apollo.

Græci [illegible] vocant. Alij Lucinam dictam putant, quòd oculis & fœtu præsit: alij à luco quem Romæ in Exquiliis habebat. Eadem & Proserpina, [illegible], dicta est, & Dictynna: quarum appellationum rationem vide suo loco. Apud inferos Hecate dicitur, vel quòd centum victimis placetur, vel quòd centum annos errare faciat insepultos. Dicta est & Pergæa, [illegible], à Perga Pamphyliæ oppido, in quo templum habuit in[illegible]. Plures tamen Dianas fuisse, Cic. *lib. vlt. de nat. deor.* scribit: sed illa omnium [illegible] est, quæ eodem partu cum Apolline ex Ioue & Latona nata est. Hæc ob virginitatis amorem fertur hominum consortia confugisse: & vt à se libidinis pruritum amoueret, venando syluas incoluisse, paucarum virginum comitatu contenta. Arcum ferebat

&

& pharetram, succincta semper incedens, & cothurno induta. Ob hanc causam syluarum & nemorum dea putabatur. Dicta est Fascelis à fasce lignorum, vbi eius simulachrum abditum erat, quod occiso Thoante Tauricæ regionis rege ab Iphigenia Agamemnonis filia in Italiam delatum est. Laudatissimum templum habuit apud Ephesios: aliud item in Taurica regione, vbi carne tantùm humana litabatur. Plaut. *Mil. sc.2. a.2.* Vt Ephesiæ Dianæ fumificem. Ouid. 13. *Metam.* Immeritam scenæ natam mactare Dianæ. De hac Lucan. *lib.* 1. Et Thauroscythicæ non mitior ara Dianæ. ¶ Dianam autem dictam putant, quasi Iouianam, ἀπὸ τοῦ Διός. fuit enim (vt iam diximus) Iouis filia ex Latona.

Dianius, a, um. Ouid. *lib.5. Fast.*

Exagitant & lar. & turba Diania fures.

‖Diangelus, idem qui Exangelus.

Dianicum, Plinio notum, hodie Denia, *Denia*, V. olim E. sub A. Toletano, sita est in D. Valentina, gaudetque titulo Marchionatus, ad ducem Lermæ ex gente Sandouallia spectante.‖

Dĭănœă, Mens, intellectus. {דעת *dáhath.* Διάνοια. GALL. *Entendement.* ITAL. *Mente, intelletto.* GERM. Die vernunfft oder verstand. HISP. *Entendimiento.* ANGL. *The vnderstanding.*} Vnde Figuras dianœas vocant Rhetores quæ sensum magis, quàm verba spectant. Quint. *lib.* 1. Figuras quæ lexeos, quæque dianœas vocantur. Dianœa, inquit Rufinianus, fit propriè quum præponitur non id quod fieri oportet, sed quod fit. Virg. —furor arma ministrat. Tullius, Dolabella autem quemadmodum homines nobiles decet, vlcisci iniuriam fortissimè perseuerat.

Dĭănium, Διάνιον, vulgò *Denia.* Oppidum est Hispaniæ Tarraconensi in ora maris Balearici. Ptolem. inter Edetanorum oppida enumerat, *lib.2. cap. 6.*

‖Dianome, vide *Diamene.*

Diapapăuer, confectio ex papauere. L.M.‖

Dĭăpasmă, atis, Διάπασμα, Inspergimen siccis odoribus constans, vt scribit Plin. *lib.*13. *cap.* 2. cuius præcipuus vsus est in coërcendis sudoribus, vt marcescant corpora à balneo: quamquam non ob hoc solùm, verumetiam ad fouendam, vel laxandam, aut astringendam aliquam corporis partem soleat adhiberi. Vide Marcellum Virgilium in Dioscoridem *lib.*1. *cap.*21. Dicitur autem ἀπὸ τοῦ διαπάσσειν, inspergo. Martial. *lib.*1.

Quid quod olet grauius mistum diapasmate virus?

Dĭă păson, διὰ πασῶν, Musicæ mensuræ genus, constans ex diapente & diatessaron, hoc est, ex quinque tonis & duobus semitoniis minoribus. Qua de re vide Comment. Macrob. *in somn. Scip.*

Dĭa pentē, διὰ πέντε, Musicæ mensuræ genus, tribus constans tonis, & hemitonio minore. Vide Macrob. *in somn. Scip.*

Dĭăphănēs, Διαφανής. Fluuius est Siciliæ, ea in parte, quæ Syriæ contermina est: ita dictus ab aquæ perspicuitate. Vide Plin. *lib.* 5. *cap.* 27.

Dĭăphănum. Διαφανές. Latinè dicitur transparens, sicut & crystallum, ἀπὸ τοῦ διαφαίνειν, quod est transluceo.

Dĭăphōnĭă, Διαφωνία, Dissensio, discordia: διαφωνέω, discordo, dissono.

Dĭăphŏră, {מחלקת *machalékath.* Διαφορά. GALL. *Difference.* ITAL. *Differenza.* GERM. Vnderschaid. HISP. *Diferencia.* ANGL. *Difference.*} Latinè differentia, ἀπὸ τοῦ διαφέρειν, quod est differre.

Dĭăphŏrētĭcă medicamenta, διαφορητικὰ φάρμακα. A Latinis vocantur discussoria, quæ scilicet collectiones incipientes non ad pus, aut ad saniem perducunt, (quod Græci vocant πυοποιεῖν,) sed sine suppuratione aliqua dissiciunt, & dissoluunt. id enim medici διαφορεῖν appellant.

Dĭăphrăgmă, atis, {Διάφραγμα. ANGL. *The midriffe that deuideth the hart and lightes frome the other bowels.*} Quamuis ex vi vocabuli omne illud significet, quod in re aliqua medium est, (vnde & cartilaginem illam, quæ nares dirimit, Græci διάφραγμα appellant) peculiariter tamen medici hac voce vtuntur pro masculo quodam rotundo, qui spiritalia viscera à naturalibus, hoc est, cor, & pulmones à iecore & liene, velut paries quidam interiectus, intersepit & dirimit. Huius autem musculi summum caput in costarum extremis statuitur, vbi multæ carnis est particeps: desinit autem in medium, quod membranosum est, & tendoni finitimum. Ab anteriore parte malo punico annectitur, circunductúmque per notharum costarum extrema, retro ad duodecimam spinæ vertebram adhærescit. Tunicas habet duas, superiorem à membrana costas succingente, inferiorem verò à peritonæo. Vsus eius est triplex: nam & primum est respirationis instrumentum: deinde non leue ad alui exonerationem affert momentum: postremò vitalia (vti iam diximus) à naturalibus separat, vnde etiam nomen accepit: διαφράττειν enim aliud nihil est quàm intersepire. Qua ratione etiam à Latinis septum transuersum appellatur. Corn. *lib.*4. At sub corde atque pulmone transuersum ex valida membrana septum est. Idem *in Proœm. lib.*1. Simulátque verò ferrum ad præcordia accessit, discussum transuersum septum est, quod membrana quadam superiores partes ab inferioribus deducit (διάφραγμα Græci vocant) hominem protinus animam amittere.

Diapontius. Plaut. *Mil. sc. Habes*: Ego transmarinus hospes sum diapontius.

Dĭăpŏrēsis, Dubitatio. {Διαπόρησις. GALL. *Doutance, doute.* ITAL. *Dubitanza, dubbio.* GERM. Zweiflung. HISP. *Duda.* ANGL. *A doubting.*} Figura oratoria, quæ fit quoties omnia & magna videntur, & parta, ita vt orator nesciat à quibus potissimum dicere incipiat. Terent. *in Eunuch.* Quid commemorem primum, aut laudem maximè? Illum qui dedit mihi consilium vt facerem, an me qui ausus sim incipere? an fortunam collaudem, quæ gubernatrix fuit?

Dĭăpsalmă, atis, {סלה *selah.* Διάψαλμα.} Commutatio rhythmi, aut vicissitudo canendi, vt quidam volunt. Alij pausationem spiritus interpretantur, alij alterius sensus exordium, alij rhythmi distinctionem, alij verò eiusdem musicæ varietatis silentium. Autor Hieron. *in Epist. ad Marcellum.* ‖Meursius *in Gloss.* διάψαλμα interualla psalmorum.‖

Dĭărĭum, ij, à die fit, & significat victum quotidianum, id est, quod in vnius diei cibum datur. {דבר יום ביומו *debar iom beiomo.* ἐφήμερος. GALL. *Pitance d'vn iour, ce que quelqu'vn despend en vn iour.* ITAL. *Il viuer d'ogni giorno.* GERM. Ein täglichs speiß wan man in einem tag isst oder verthut. HISP. *La comida de vn dia.* ANGL. *The allowance of one day.*} Mart. *lib.* 11. Sed lupus vsuram, puerique diaria poscunt. Horat. 1. *Epist.* Cum serüis vrbana diaria rodere. ¶ Accipitur & pro libello in quo acta quotidiana præscribuntur. Græci ἐφημερίδα appellant. Gellius *cap.*18. *lib.*5. {GALL. *Papier iournal.* ITAL. *Giornale.* GERM. Ein büchlin in welches mann eines jeden tags geschicht verzeichnet. HISP. *Historia que procede de dia en dia.* ANGL. *A reckening booke.*} Iuuenal. diurna, plurali tantum numero. ¶ Legitur & Diarius, a, um. ἐφήμερος: vt, Diaria febris, hoc est, febris vnius diei: quamuis non raro in quartum vsque diem producatur.

Dĭarrhœă, Διάρροια. Alui purgatio, ventris fluuio. Cic. *Gallo*, In cœna auguralı apud Lentulum tanta me diarrhœa arripuit, vt hodie primùm videar cœpisse consistere.

Dĭarrhytŏn, Διάρρυτον. Græcis significat aquosum, palustre: quo cognomine etiam Hipponem Africæ Zeugitanæ oppidum, ab Hippone regio (quod oppidum est Numidiæ) distinxerunt: quos & Romani imitati, Hipponem dilutum vocauerunt. Autor Plin. *lib.*5 *cap.*4.

Dias, Sophista Ephesius Philippi Macedonis tempore commemoratur à Philostr.

Dias, adis, Διάς, Lyciæ oppidum à Diade quodam conditum: à quo & nomen accepit. Autor Steph.

Dĭăsătyrĭŏn, Διασατύριον. Compositio quædam medicorum ad excitandam Venerem: ita dicta quòd satyrion herbam recipiat, excitando Veneris appetitui in primis efficacem.

Diasostis, pro eo, qui præest alteri in via.

Diasphendon, tormenti genus est, cùm arbor duobus ramis incuruatur, & acceptum in medio corpus humanum abrumpit, ramis in diuersa trahentibus.

Dĭastēmă, atis, Græca dictio, spatium, interuallum, siue intercapedinem significans. {ריוח *reuah.* διάστημα. GALL. *Interualle, espace.* ITAL. *Interuallo.* GERM. Vnderscheidende weite. HISP. *Espacio.* ANGL. *Space, or distance.*} Vtitur hac voce Sidonius Apollinaris, qui tamen in hoc falsus est, quòd penultimam syllabam corripuerit, quæ apud Græcos per η longam vocalem scribitur. Sic, inquit, placidam Paphien seruate diastema quintum.

Dĭastŏlē, Διαστολή. Figura est dictionis, qua breuis syllaba contra naturam producitur: vt, Italiam fato profugus: vbi prima syllaba in dictione Italiam, quæ natura breuis est, extenditur. ¶ Diastole item apud medicos vocatur dilatio thoracis, quæ fit quum spiritum attrahimus, quemadmodum & systole ab iisdem vocatur illa cordis, thoracisque contractio, quæ fit inter expirandum.

‖Diastrophi oculi, διάστροφοι, in furentibus peruersi: vt apostrophi, retrouersi. στρέφω verto.‖

Dĭăsyrmŭs, Διασυρμός. Figura est, qua vna dictio ad duo diuersa significata distrahitur. Virg. 9. *Eclog.*

———*argutos inter strepere anser olores.*

Id est, malus Poëta inter bonos. Fit à verbo Græco διασύρω, quod inter cætera significat distraho.

Diasyrticum, est bipertitum, & Trisyrticum, Tetrasyrticum, Tripartitum, quadripartitum.

Dĭătēssărōn, διὰ τεσσάρων, autore Macrobio, Musicæ mensura est, constans duobus tonis & semitonio minore.

Dĭăthēcă, æ, {דברים אחרונים *debarim acharonim.* Διαθήκη. GALL. *Testament.* ITAL. & HISP. *Testamento.* GERM. Ein Testament. ANGL. *A testament.*} & Diatheca, orum, pro testamento ponitur, & pro hæreditate quæ testamento obuenit. Quum autem testamentum significat, pluraliter plerunque effertur. Martial. *lib.* 11.

O quantum diatheca valent, & quinque comati,

Tunc quum pauper erat, non sitiebat Aper.

Dĭăthĕsis, Διάθεσις. Affectus: & vnum ex accidentibus verbi, quod Latini genus vocant.

‖Diatichisma, murus intersepiens, interpositus ad aliquid dirimendum. Bud.‖

Diatim, id est, quotidie.

‖Diatonus, Διάτονος. Lapides, qui perpetua crassitudine vtraque parte religando parietum soliditatem confirmant, dicuntur διάτονοι, à διατείνω pertendo, qui per vtrumque extremum tenditur. Vitruu.‖

Dĭătrētus, a, um. Tornatilis, Διάτρητος, vt Diatretus calix. διατρέω enim aut perforo significat, aut torno conficio. Vlp. *l. si seruus. ad legem Aquil.* Si calicem diatretum faciendum dedisti, siquidem imperitia fregit, damni iniuria tenebitur. Hæc pocula à Cicerone & Salustio fere toreumata vocantur. Hinc Diatretarius cælator, qui tornata opera facit, *in l.* 1. *C. de excus. artific.*

Diatriba, ‖Διατριβή, mora, commoratio, disputatio: item‖ locus exercitij. Gellius *cap. vlt. lib.* 1.

‖Diatyposis, Διατύπωσις, deformatio.‖

Dĭaulŭs, δίαυλος. Spatium duorum stadiorum. Stadium enim, vt Hieronymo placet, pedes in longitudinem sexcentos habet: diaulos, mille ducentos: milliarium, stadia octo: dolichus, δόλιχος, stadia duodecim. Vitruu. *lib.*5. In palæstris, peristylia quadrata, siue oblonga ita sunt facienda, vti duorum stadiorum habeant ambulationis circuitum, quam Græci vocant δίαυλον.‖ Est etiam mesaulium. ¶ Aliud diaulus, tibia. αὐλὸς est tibia: item quidquid longum & angustum est.‖ ¶ Item Diaulus vir erat ex medico factus cadauerum funerator: de quo Martialis,

Chirurgus fuerat, nunc est vespillo Diaulus.

Dibalo, as, are, verbum ab animalium voce ad homines translatum. Dibalare rem, est quod Græcè dicitur, ἐκβαλεῖν τὴν φωνήν. Varr. *lib.*6. *de ling. Latina.*

Dibăpha, siue Dibaphus. {תולעת שני *tolaha schani.* Δίβαφα, ὁ δίβαφος. GALL. *Teint deux fois, renforcé de teinture, comme estoit la pourpre.* ITAL. *Porpora tinta due fiate.* GERM. Zwey mal eingetunckter purpur. HISP. *Cosa dos vezes teñida de color bermejo.* ANGL. *Twojes purple died.*}

Purpura

Purpura Tyria bis tincta: ita dicta παρὰ τὸ δὶς βάπτεσθαι. Plin. lib. 9. cap. 39. Huic successit dibapha Tyria quæ in libras denariis mille non poterat emi. Hac Lentulus Spinter Ædilis curulis primus in prætexta vsus improbabatur, anno Vrbis conditæ septingentesimo, Cicerone Consule. Cic. Calio, Curtius noster διβαφον cogitat: sed eum infector moratur. Vbi notat Curtium nullius pretij hominem, qui immature aspirabat ad magistratum.

[Dibellium, vexillum bifidum Imperatoris. Bulen.]

Dibola, telum, duplici cuspide, vel incuspidum: à δὶς bis, & βολὴ iaculatum. διβολος anceps. διβολία duplex lana.]

Dibutades, Sicyonius, teste Plin. lib. 35. c. 12. primus Corinthi figulus fuit, qui ex creta vasa cœpit conficere, & extremis imbricibus tegulatum personas imponere.

Dica, Iudicium, actio, libellus actionem continens. {δίκη. Gall. Vne cause en procez, vne action. Ital. Petitione o dimanda in giuditio. Germ. Ein brieff in welchem ein rechts handel begriffen oder verkündt wirt, ein manungs brieff. Hisp. Demanda en juyzio. Angl. An cause, action, or processe.} Terent. in Phorm. En vnquam iniuriarum audisti mihi scriptam dicam? Cic. 4. Verr. Scribitur Heraclio dica, hoc est, Et quando audisti me iniuriarum nomine in iudicium fuisse vocatum. Ibidem, Cognatum te meum esse dicam, & tibi scribam dicam δίκας ἰσχυρὰς. Dicitur & Dicam impingere. Terent. in Phorm. Si tu illam attigeris secus, quam dignum est, Dicam tibi impingam grandem. Δίκη Græci Deam esse finxerunt iudiciorum præsidem, eamque virginem & Iouis filiam: (qualem etiam Latini fingunt iustitiam,) eiúsque ministri δικασταὶ dicebantur, hoc est, iudices & litium diremptores. Budæus. Dica non actionem significat, vt Budæus existimauit, sed Iudicium: vnde sæpe 4. Verrin. apud Cic. Sortiri dicam, & sortiri iudicium pro eodem ponuntur. Et Dicam alicui scribere, est aliquem ad iuditium vocare.

[Dicabula, dicteria. Capella.]

Dicacitas, Dicaculus, vide Dico.

Dicæa, Δίκαια, vrbs Macedoniæ in Thermaico sinu, à Dicæo Neptuni filio. Autor Plin. lib. 4. cap. 10.

Dicæarchia, Δικαιαρχία, vrbs olim celeberrima in ora Lucaniæ, quæ nunc Puteoli, quòd ea ciuitas quondam iustissimè regebatur. Nam Græci δίκαιον iustum vocant, ἀρχὴν principatum. Sunt qui Dicarchiam vocant hanc vrbem per quatuor syllabas. Vnde & possessiuum Dicarchæus apud Sidonium Apollinarem legitur, Namque Dicarchææ translatus, puluis arenæ. Loquitur illic de puluere Puteolano, qui in aspergendis Palæstritarum corporibus primam laudem habebat.

Dicæarchus, Δικαίαρχος, Philosophus fuit Siculus, ex Messana ciuitate, Aristotelis auditor, Philosophus, Orator & Geometra: scripsit de Republica Spartiatarum, quem librum quotannis prælegere in loco publico cautum erat, iuuenésque auditum conuenire. Hic opinatus est hominum exordium nullum extitisse, tanquam semper fuerit humanum genus. Composuit tres libros, in quibus scribit animam nihil aliud esse, quàm vim quandam atque potentiam æquabiliter fusam, tam in corporibus brutorum, quàm hominum, eámque à corpore credebat esse inseparabilem, & vnà cum corpore interire. ¶ Fuit item alter Lacedæmonius Grammaticus, Aristarchi auditor. Suidas.

Dicæogenes, Δικαιογένης, Poeta, scripsit Tragœdias & Dithyrambos. Autor Suidas.

Dicæologia, Δικαιολογία. Iuris sui in medium prolatio, quam scilicet iure nostro freti, æquitatem causæ quàm breuissime complectimur: Rutilius Lupus.

[Dicastes, δικαστὴς, index.

Dicasterium, δικαστήριον, iudiciale forum: à δικάζω, iudico.]

Dicat, vide Dico, is.

[Dicæophylax, iuris custos, rationali gregum substitutus. Bulang.

Dicæopragia, iuris actio, iusta actio. Dicæophylax, dignitatis nomen. Idem.]

Dichoræus, διχόρειος. Pedis genus est, ex duobus constans trocheis: vt Audiamus: quum scilicet prima & tertia syllabæ producuntur, secunda autem & quarta corripiuntur.

[Dichoria, διχορία, totus chorus dimidiatus: vt ἡμιχόριον chori dimidium.

Dichotomia, sectio in duas partes: διχοτομία.]

Dichotomos, {נחצה נחלק nechetzáh. διχότομος. Gall. Diuisé en deux parties. Ital. Partito in due parti. Germ. In zwey theil zerschnitten. Hisp. Partido en dos partes. Angl. Diuided in two partes.} Apud nos idem est quod dimidiatus, siue per medium sectus: qualis septimo quoque die post plenum orbem luna videtur.

[Dicio, est potestas, imperium. Ideo dicio, iudicium, potestas, nutus aliquando coniunguntur. Illud Virg. Æneid.

Qui mare, qui terras omni ditione teneret,

exponit, omni potestate: sic pace, legibus, bello. Gloss.

Dicis causa, quid sit, docet Victorius cap. 24. lib. 8. Vide Dico.

Dico, as, priore correpta, Consecro, dedico. {חנך chanach קדש ki- désh. ἀνατίθημι, ἀφιερόω. Gall. Dedier, consacrer, donner à perpetuité. Ital. Dedicare, consecrare. Germ. Zueignen. Hisp. Dedicar o consagrar. Angl. To consecrat, to giue ouer for euer.} Plin. lib. 12. c. 1. Prisco que ritu simplicia rura etiam nunc Deo præcellentem arborem dicant. Cic. 1. Tusc. Dicati Apollini cygni. ¶ Accipitur etiam pro addicere, offerre, & se totum alicui tradere. Cic. Cal. lib. 1. Balbum quanti faciam, quâ que me ei totum dicauerim, ex ipso scies. Idem 3. de Orat. Non vidit eorum ipsorum, qui tum adolescentes Crasso se dicarent, horribiles miserósque casus. Dicare se in aliquam ciuitatem, & Dicare se ciuitati, Cic. pro Corn. Balbo. ¶ Huius verbi composita sunt Abdico, Dedico, Indico, Prædico, quæ habent pen. corr.

Dicatio, nis, Consecratio, addictio. {הקדשה chamukdesháh. ἀνάθεσις, ἀφιέρωσις. Gall. Dediement, donnaison speciale, addonnement. Ital. Esser donato & dedicato. Germ. Zueignung. Hisp. La dedicacion. Angl. A vowing, a promising or consecrating.} Cic. pro Corn. Balb. Duarum ciuitatum ciuis esse nostro iure ciuili nemo potest. Non esse huius ciuitatis ciuis qui se alij ciuitati dicarit, potest. Neque solum dicatione, sed etiam postliminio potest ciuitatis fieri mutatio.

Dicatura, æ, ἀνάθεσις, Dicatio. Plin. in præfat. Nec fiducia operis hæc est, sed dicaturæ: sic enim legi debet, non verò indicaturæ.

Dico, is, dixi, dictum, Loquor, eloquor, verba facio, narro, orationem habeo, commemoro, profero. {אמר amár. λέγω. Gall. Dire, parler. Ital. Dire, parlare. Germ. Sagen, reden. Hisp. Hablar, dezir a otro. Angl. To say, tell, or shew.} Plaut. Asinar. scen. 3. act. 3. Ne tibi nequicquam tam indignum dictum dixeris in me. Idem Curc. sc. 1. a. 5. Dixi equidem tibi, quoties dicendum est. Idem Pseud. sc. 2. a. 3. Ego dicam tibi. Mox, Eloquar. Ibid. sc. 4. a. 2. Quid nomen esse dicam isti seruo? (i. doce nomen.) Idem Most. sc. 2. a. 1. Et tei argumenta dicam. Idem Men. sc. 1. a. 4. Dic mea vxor. Idem Curc. sc. 1. a. 3. Cur non venit? Ego dicam tibi: quia, &c. Ibid. sc. 1. a. 1. En dicam? P. Age dice. Idem Cap. sc. 2. a. 2. Dice, demonstra, præcipe. Idem Men. sc. 2. a. 4. Plus, aut minus, quàm opus erat, dixeram. Idem Asin. sc. 2. a. 5. Dicebam pater tibi ne matri consuleres malè. (Ie te le disois bien.) Dici non potest quàm indignum facinus feceris. Idem Most. sc. 2. a. 1. Quidnam esse dicam? (Mirantis.) Idem Asin. sc. 3. a. 3. Dixin' tibi esse hic Sycophantas plurimos. Idem Men. sc. 1. a. 1. Dicam quemadmodum conscribas, (id est, dictitabo.) Idem Curc. sc. 4. a. 2. Omnia hercle dixi vxori. Ibid. sc. 2. a. 4. Hercle quin tu recte dicis. Ibidem, Nego me dicere, (pro dicturum.) Ibid. sc. 1. a. 5. Cœpi assentari, quæ quæ dixerat. Idem ego dicebam. Idem Men. sc. 2. a. 3. &c. L. Memento promittere C. Nunc idem dico. Idem Curc. sc. 1. a. 4. Tu promisisti C. Non contumeliam dicere. Ibidem, sc. 3. a. 5. Contumeliam alteri facias, vbi non dicatur. Idem Asin. sc. 4. a. 2. Dicere causam. Vide Causa. Dicere diem, vide Dies. Dicere dictum, vide Dictum. Dicere falsum, vide Falsum. Item, Dicere ius, vide Ius. Cic. pro Quintio, Quid hoc iniquius dici, aut commemorari potest? Apud Oratores vero, Loqui, est qualiacunque verba proferre: dicere verò eleganter & facunde. Quintil. lib. 10. Nam mihi ne dicere quidem videtur, nisi qui disposite, ornate, copiose dicit. Cic. in Oratore, Quanquam aliud videtur oratio esse, aliud disputatio: nec idem loqui esse, quod dicere: attamen vtrunque in disserendo, disputandi ratio, & loquendi, Dialecticorum sit: Oratorum autem dicendi, & orandi. Hinc dictio, λόγος, ῥῆσις, vocatur oratoria & facunda oratio. licèt etiam pro parte minima orationis significatiua accipiatur, quam Græci λέξιν appellant. Gellius cap. 16. lib. 17. Anates ponticas dicitur veneno victitare. Ouid. Eleg. vlt. lib. 3. Trist. Est fuga dicta mihi, non est fuga dicta libellis, (id est, indicta.) Idem 2. Faster. Proxima lux vacua est: at tertia dicta Quirino. Idem Eleg. 4. lib. 4. Trist. Positis pro nomine signis dictus es. Plaut. Pseud. sc. 1. a. 1. Ne tibi dictum negas, dico prius. Mihi quæ dicam, edissere, (id est, quæ rogabo.) Idem Capt. sc. 2. a. 5. Nunquam istuc dixis. Ibid. sc. 1. a. 1. & Aul. sc. 6. a. 4. Mihi ne dixis. Idem Mil. sc. 3. a. 2. Idem Asin. sc. 1. a. 5. Dicere iniustè alteri, pro maledicere. Idem Pseud. sc. 2. a. 2. Quæ dixi tibi, (id est, promisi,) effecta reddidi. Ibid. sc. 1. a. 5. Ipsi sat habent, quòd possit ipsis verè dici, (id est, obiici.) Idem Curc. sc. 1. a. 4. ¶ Dicere etiam vocare, nominare est. Virg. 1. Æneid.

Est locus, Hesperiam Graij cognomine dicunt.

¶ Quandoque indicare. Idem 3. Eclog.

Dic mihi Damœta, cuium pecus? an Melibœi?

¶ Quandoque denuntiare. ὑπαγορεύειν. Terent. Andr. Sed dico, ne temere facias. ¶ Quandoque promittere, ὑπισχνεῖσθαι. Pompon. in Pistoribus, Numo certos dico quinquaginta millia. Salust. lib. 2. histor. Eodem anno in Macedonia C. Curio in principio veris cum exercitu profectus in Dardaniam, quibus potuit, pecunias dictas coëgit. ¶ Quandoque pro affirmare. Mart. in Amph.

Quum verus patria diceris esse pater.

¶ Quandoque pro dicare. Virg. 6. Æneid. Iunoni infernæ dictus sacer. ¶ Quandoque pro significare. Terent. in Eunuch. At ne sciebam id dicere illam. & alibi, Quasi tu dicas factum id meo consilio. ¶ Quandoque accipitur pro cantare. Virg. 3. Eclog.

Alternis dicetis, amant alterna Camœnæ.

¶ Quandoque pro pronuntiare. Hinc fit, Dicere sententiam, quum tanquam consiliarij, quid nobis videtur, pronuntiamus. Ἀποφαίνεσθαι. Quintil. Apud iudices quidem secundum legem dicturos sententiam, de confessis præcipuè ridiculum est. ¶ Dicere leges aliud est quam Ferre leges, ἐπιτάττειν νόμους. Feruntur enim leges apud suos. Dicuntur autem victis, hoc est, imperantur. Liuius, Quando perinde ac victo iam sibi leges dicerentur. ¶ Dicere diem, est citare, vel in ius vocare, & diem præfigere, quo ad causam dicendam præstò sit. ἐπάγειν δίκην. Liu. 3. ab Vrbe, Quum diem Appio Virginius dixisset, Appius stipatus Patricijs iuuenibus in forum descendit. Interdum etiam extra iudicium dicere diem, est certum diem præfigere, constituere, siue assignare. Terentius Andr. Hic nuptiis dictus est dies. Cæsar 1. bell. Gall. Diem dicunt qua ad ripam Rhodani omnes conueniant. ¶ Dixti per syncopen, pro dixisti. Terentius Eunuch. Dixti eunuchum velle te. ¶ Dicere causam dicitur reus, quum accusationibus respondere cogitur. Liu. de bell. Maced. Scipio iussus dicere causam, orationem, &c. Cæsar 1. bell. Gall. Orgentorigem ex vinculis causam dicere coegerunt. Dicere causam pro aliquo, id est, Defendere. Plaut. Bacchid. Sed tu qui pro tam corrupto dicis causam filio, Eadémne erat hæc disciplina olim quum tu adolescens eras? Non dico causam quin, id est, Non renuo. Terent. Phorm. Non causam dico, quin quod meritus est ferat. ¶ Dicere dotem filio, vel filiæ, est promittere in dotem. Idem Heaut. Quid dotis dicam te dixisse filio? Et paulò post, Sed ita dicti opus est, si me vis saluum esse, & rem & filium, Me mea omnia bona doti dixisse illi. Cic. pro L. Flacco, Doti Valeria pecuniam omnem suam dixerat. ¶ Dicere cœnam. Plaut. Stich. Fero conuiuam Dionysium, mihique & Tibi, namque Ædepol cœna dicta est, locus liber datus est mihi. & Tibi apud vos. ¶ Ius dicere, est magistratum. Cic. de populin. Consul. Emisti grandi pecunia, vt tibi de pecuniis creditis ius in liberos populos, contra Senatusconsultum, & contra legem generi tui dicere liceret. Idem pro L. Flacc. Qui anno antè Romæ ius dixerat. ¶ Dicere Magistrum equitum, pro creare. Liu. 5. ab Vrbe, Is sibi magistrum equitum, Posthumium Ebutium dixit. ¶ Dicere multam antiqui tum dicebant, quum ad populum & in comitiis multa disceptanda rogabatur, quod ipsi Cerrare multa dicebant. Idem Liu. 2. bell. Punic. lib. 5. Exercitatique tandem duo Trib. pleb. Sp. & L. Carulij quum rem inuidiam, infamiámque cernerent, ducentûm millium æris multam M. Posthumo dixerunt. cuius certandæ

tandem quum dies aduenisset, &c. Vide Gell. *cap.* 7. *lib.* 14. Dicere multationem, siue multam pecoris. Plin. *lib.* 18. *cap.* 3. Multatio quoque non nisi ouium boumque impendio dicebatur. Varro, Sed quum eiusmodi multa pecoris armentique à magistratibus dicta erant, abigebantur oues bouesque. Dicere vindicias, item, vindicias dare, vel pronuntiare. Liu. 3. *ab Vrb.* ¶ Dicere Musam alicuius. Virg. *Eclog.* 8. Damonis Musam dicemus & Alphesibœi. ¶ Dicere nomen alicui, pro imponere. Liu. 1. *ab Vrbe*, Breui stirps quoque virilis ex nouo matrimonio fuit, cui Ascanium parentes dixere nomen. ¶ Dicere repudium. Tacitus *lib.* 3. Quirinus post dictum repudium adhuc infensus, quamuis infami, ac nocenti miserationem addiderat. ¶ Dicere sacramento dicebantur milites, quum ad iusiurandum adigebantur, Rempublicam se non deserturos. Liu. 2. *bell. Punic.* 5. Tribuni plebis, si eis videretur, ad populum ferrent, vt qui minores decem & septem annis sacramento dixissent, iis perinde stipendia procederent, ac si viginti annorum, aut maiores milites facti essent. Idem 4. *ab Vrbe*, Hoc decreto Consul armatus, quum paucis appellantibus Tribunum, collum torsisset, metu cæteri sacramento dixere. Dicere sacramentum. Idem 4. *bell. Punic.* Hodie Consules creetis, quibus sacramenta liberi nostri dicant. Horat. 2. *Carm. Ode* 17.

Non ego perfidum dixi sacramentum.

Dicere de scripto. Cic. *pro Planc.* Recitetúrque oratio, quæ propter eius magnitudinem dicta de scripto est. De loco superiore, vel è loco superiore. Idem 4. *Verr.* Primùm ipse in Sicilia sæpe & palàm de loco superiore dixerat. id est, de sella prætoria & pro tribunali sedens. Suprà enim dixerat, palàm de sella tribunali. Idem *Attic. lib.* 2. *cap.* 39. Q. Catulum ex inferiore loco iusserat dicere. ¶ Dicere sententiam senator dicitur, quum suam in senatu sententiam exponit. Idem Cic. 6. *Verr.* Mos est Siracusis, vt si qua de re ad Senatum referatur, dicat sententiam qui velit, nominatim nemo rogatur. Cæl. *Ciceroni*, Consulem designatum primùm sententiam dicentem. Dicere pro sententia, idem quod dicere sententiam: sicut, Dicere testimonium, & pro testimonio. Liu. 2. *bell. Maced.* Et quando nemo vestrûm qui in hoc consilium conuocati estis, pro sententia quicquam dicere vult, aut audet, orationes Legatorum externo die pro sententiis, dictas percenseamus. ¶ Dicere ex tempore. Plin. *Epist.* 27. Dicit semper ex tempore, sed tanquam diu scripserit. Quint. *lib.* 6. *cap.* 3. ¶ Dicere testimonium, & testimonia, est testificari & probare. Cic. *ad Quintum fratrem lib.* 3. Quum testimonium secundum fidem & religionem grauissimè dixissem. Idem *pro Sylla*, Qui in illum testimonia grauia dixerunt. ¶ Dicere pro testimonio, quod nunc dicimus *Deponere*. Idem Cic. *lib.* 7. *Verr.* Dicetis pro testimonio de missione nautarum, de fame, &c. ¶ Dicere ad voluntatem alicuius, est assentari, adulari. Idem *de Amicitia*, Semper auget assentatio id quod is, cuius ad voluntatem dicitur, vult esse magnum. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 3. (Herbas) formidolosa dictu, non esu modò. ¶ Dicere salutem alicui. Cic. *Attic. lib.* 5. Cicero meus puer tibi salutem dicit. Plaut. *Curculione*, Veneri verbis meis salutem dicito. ¶ Dicitur impersonale. Cic. 3. *de nat. deor.* Quartus is quem heroicis temporibus Acantho Rhodi peperisse dicitur. Gell. *cap.* 16. *lib.* 17. Anates ponticas dicitur veneno victitare. Cic. 3. *de Orat.* Quamuis sphæram in scenam (vt dicitur) attulerit Ennius, tamen in sphæra fornicis similitudo non potest inesse. ¶ Diceret, pro dicere posset. Terentius *Andria*, Nec satis ad obiurgandum causæ diceret, Quid feci, quid commerui, aut peccaui pater? ¶ Dicere volui, correctionis genus est, quum quis in loquendo falsus est, ac verbum vnum pro altero protulit. Plautus *Milite*, Sorbet dormiens. PA. Qui sordet? V. Illud, stertit volui dicere. ¶ Dicassis pro dicas: Dice pro dic, apud Comicos frequentia Idem *Curculione*, Haud in me malè meditantem malè dicassis. Idem *Ruden.* Tu si quid opus est, dice. ¶ [Dicebo, dicam. Næu. Scal. Lipsius. ¶ Diceretu, dicam, antiq. Lips.] ¶ Huius verbi composita sunt, Addico, Antedico, Contradico, Edico, Indico, Interdico, Prædico, quæ habent pen. prod.

[Dicibula, puerilia, nugæ. Tertull.

Dixis, dixeris. Plaut.

Dixti, dixisti.]

Dictum, & nomen esse potest. {אמר *émer* אמר *ómer* …, … . GALL. *Vn mot, vne parole, vn dire.* ITAL. *Parola, motto, detto.* GERM. Ein wort, ein red. HISP. *El dicho, ma palabra.* ANGL. *A worde, a saying.*} & participium, … . Terentius vtrunque complexus est quum dicit, nullum est iam dictum quod non dictum sit priùs: nam prius est nomen, secundum participium. Dictum nomen accipitur pro quouis sermone. Sueton. *in Cæs. cap.* 56. Dicta collectanea (id est, Apophthegmata.) Catul. *ad Ortal.* Ne tua dicta putes meo effluxisse animo, (id est, rogata & preces.) Ouid. 13. *Metam.* Plura quidem feci, quàm quæ comprehendere dictis In promptu mihi sit. Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Multa malàque dicta dixisti mihi. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 2. Perdis me tuis dictis. Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 3. Ob istuc tam indignum dictum te collo abripiam. Idem *Pseud sc.* 1. *a.* 1. Vtinam quæ dicis dictis facta suppetant. (id est, promissis.) Idem *Amph.* 2. Quid feci quapropter ista dicta dicantur mihi. Idem *Asin sc.* 1. *a.* 3. Dicta docta pro datis. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 3. Dico vnum ridiculum dictum de dictis melioribus. Idem *Men. sc.* 1. *a.* 2. Dictum facetum doctum. Idem *Prolog. Amph.* Dictis bonis petere aliquid. Idem *Men sc.* 4. *a.* 2. Dicto audientem me sibi herus emit. Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 5. Cùm dicta in me ingerebas, (id est, maledicta.) Idem *Mostell. sc.* 2. *a.* 1. Quando dicta audietis mea, haud aliter dicetis. Ouid. 13. *Metam.*

——— Ausus erat Reges incessere dictis Thersites.

Plaut. *Men sc.* 1. *a.* 5. Accipiam hominem, quibus dictis meret. Blandum dictum, Blanda dicta, vide *Blandus*. Item *Facetus*. Idem *Cistell.* Pergo illis, subagito blandis prius & benedictis dictis. Idem *Asin* —an tu tibi, verba blanda esse aurum rere? dicta docta prodatis? Ouid. 15. *Met.*

——— neque abest facundis gratia dictis.

¶ Vernile dictum, hoc est, scurrile, & procax. Tacit. *lib.* 18. Vernile dictum omnem inuidiam in eum vertit. ¶ Dicto audiens, hoc est, obediens. Quint. *lib.* 11. *cap.* 6. Minus dicto audientem filium licet abdicare. Cic. 4. *Verr.* Quæsiui an misisset, respondit id quod necesse erat, scilicet dicto audientem fuisse Prætori. ¶ Dictis aliquem aggredi. Virg. 4. *Æneid.*

Talibus aggreditur Venerem Saturnia dictis.

Dictum ac factum reddidit. Hac figura significatur nihil esse prætermissum in negotio procurando. Terent. ¶ Et quamuis Dicta generaliter de quouis sermone dicantur, apud veteres tamen pro facetiis, & iocis poni solent. … . Cic. *lib.* 2. *ad Attic.* Itaque nostri, quum omnia dixissemus dicta, essentque facetè & breuiter & acutè locuti, ea proprio nomine appellari dicta voluerunt. Terent. *Eunuch.* Facetè, lepidè, lautè, nihil supra: Tuum obsecro-ne hoc dictum erat? Vbi Donatus, Dictum id, quod prouerbium, siue adagium quod facetis hominibus adscribitur. Dictu, pro Ad dicendum. vt, Dictu nihil facilius, apud Terent. *in Phorm.*

Dicturio, verbum desideratiuum: ac … . Dicere cupio, siue dicere molior, … . Macrob. *Satur lib.* 7. *cap.* 3. Sed perge. Aut ne, ne vltra te dicturientem retardem. Idem *lib.* 7. *cap.* 1. Quid duces & milites, qui fortiter à se facta semper dicturiunt.

Dictio, Oratio, dicendi genus, actio. {אמרה *imráh* דברה *daberáh* מאמר *maamar*. λέξις. GALL. *Parole, mot.* ITAL. *Voce.* GERM. Ein wort. HISP. *Vna palabra.* ANGL. *A word.*} Gell. *cap.* 1. *lib.* 10. Dictio verbi ambigua. Dictio testimonij, id est, ius testimonij dicendi. Terent. *in Phorm.* Seruum orare causam leges non sinunt, neque testimonij dictio est. ¶ Sententiæ dictio Cic. *de Inuent.* Aliud enim laus, aliud vituperatio, aliud sententiæ dictio, aliud accusatio, aliud recusatio continere debet. ¶ Item pro facunda & oratoria oratione. {… . GALL. *Oraison, raisonnement.* ITAL. *Raggionamento.* GERM. Ein wolgesetzte red. HISP. *Razonamiento.*} Cic. 4. *Tusc.* Itaque quum ante meridiem dictioni operam dedissemus. Idem *de clar. Orat.* Malim mihi L. Crassi vnam pro M. Curio dictionem, quàm castellanos triumphos duos. ¶ Dictio, pro oraculo. Liu. 8. *ab Vrbe*, Ac citò ab Tarentinis in Italiam data dictio erat, caueret Acherusiam aquam, Pandosiámque vrbem: ibi fatis eius terminum dari.

Dicendus, a, um, Quintil. Cum pondere aliquo hæc dicenda sunt. Dicundum antiqui pro dicendum ponebant. Plaut. *Mil.* Imò etiam amplius: nam si non dat, dominum dicundum censeo;

Dicāx, qui dictis abundat, qui facetè & acutè dicta iacit. {מצחק *metsachék* מלעיב *malhib*, … , φιλοσκώμμων. GALL. *Mocqueur, iaseur, railleur.* ITAL. *Dicitore, maldicente.* GERM. Schwätzig, … . HISP. *Dezidor y parlero demasiado, babladar.* ANGL. *That speaketh much, a pratler, a babler.*} Plaut. *Curc. sc.* 2. *a.* 4. Haud in malè meritantem dicax es. Quint. *lib.* 6. *cap.* 4. Demosthenem vrbanum fuisse dicunt, dicacem negant. Cic. 2. *de Orat.* Quod de hominibus facetis & dicacibus facillimum. Idem *pro Cæl.* Quum volent in conuiuiis faceti, dicaces, nonnunquam etiam ad vinum diserti sint. Vide *Facetus*.

Dicāculus, … Aristophani, … , & Dicacula, diminutiua sunt. {ANGL. *A pratler, a babler.*} Plaut. *in Asinar.* Satis dicacula es amatrix.

Dicācitās, est sermo cum risu alios incessens, inquit Quint. *lib.* 6. *cap.* 4. {צחק *tsechók* לעג *lahágh* שנינה *schenninàh* משל *machal*. φιλολοιδορία. GALL. *Propos qui rencontre, mocquerie facetieuse, iaserie, brocarderie.* ITAL. *Ciancicamento.* GERM. Spottred, spöttung, schwätzung. HISP. *Demasiada parleria.* ANGL. *Prating, chatting.*} Cicer. *in Orat.* Huic generi orationis aspergentur etiam sales, qui in dicendo mirum quantum valent: quorum duo genera sunt, vnum facetiarum, alterum dicacitatis. Idem 2. *de Orat.* Scurrilis oratori dicacitas magnopere fugienda est.

Dictiōsus, idem quod dicax. Varro *lib.* 5. *de ling. Lat.* Hinc appellatum, inquit, in mimo dictum, & dictiosus.

Dicto, as, frequentatiuum à verbo Dico: quod tamen à primitiui significatione nonnihil recedit. Est enim Dictare, aliquid tractim pronuntiare, vt calamo excipi possit. {… . GALL. *Nommer & dicter à vn autre qui escrit.* ITAL. *Dettare.* GERM. Angeben einem vorreden das er auffschreibe. HISP. *Dezir o dictare lo que otro escriue.* ANGL. *To tell an other what shuld be writ ten, to endite.*} Plaut. *Amph.* Ad aliquam præbendam aduenis domum, vt rationem te dictare intelligo. Quintil. Dictare sportulam. Senec. *Epist.* 40. Tanquam dictaret, non diceret. (de lenta pronuntiatione.) Quintil. Ea quæ natura dictauit. (de oratione naturali.) ¶ Accipitur etiam dictare pro suggerere: vt, Ratio dictat, hoc est, suggerit, … . Plin. *in Epist.* O sylua, o litus, quàm multa componitis, quàm multa dictatis. Boethius, Ecce mihi laceræ dictant scribenda Camœnæ. Camœnæ enim litus, ac solitudo tacitè suggerunt nobis quod scribamus, quemadmodum ratio, & nonnunquam indignatio dictat: quod etiam annotauit Valla *in Raudensem.* Plin. *lib.* 26. *cap.* 4. Igitur, demonstratarum priore libro herbarum reliquos effectus dicemus, adiiciemúsque quas ratio dictauerit. ¶ Dictare, pro edicere, seu polliceri. Quintil. *lib.* 11. *cap. vlt.* Aut cum sodalibus iocantur, aut nonnunquam ad librarios suos ita respiciunt, vt sportulam dictare videantur. ¶ Dictare actionem, siue iudicium, apud Iurisconsultos significat actionem aduersario voce edere, quum actor aduersario, quam actionem intenturus sit, denuntiat.

[Dictus, dictator. Casaub.]

Dictātā, dicuntur velut themata atque præscripta quæ magister ludi pueris præbere consueuit. {GALL. *Ce que le maistre donne à escrire à ses disciples.* ITAL. *Quello che il maestro da in nota a i suoi discepoli.* GERM. Das ein Schulmeister seinen lehrjungen auffzuschreiben angeben hatt. HISP. *La leccion que se da al discipulo para escreuirla.* ANGL. *That which the maister enditeth to his scholers.*} Cic. *ad Attic. lib.* 13. Non modò Tironi dictare, sed ne ipse quidem auderem scribere. Horat.

Sic iterat voces & verba cadentia tollit,
Vt puerum sæuo credas dictata magistro.

¶ Nec in literis tantum, sed in aliis quoque artibus dictata dicuntur. Iuuenal.

——— peragit dictata magistri Omnia.

Sueton. *in Cæs.* Vt disciplinam singulorum susciperent, ipsique dictata exercentibus darent. Vbi per dictata gladiatoria præcepta, documentaque significantur. Dictata autem dicuntur huiusmodi themata, quoniam quæ docemus, inculcamus, vt penitus excipiantur & edíscantur.

Dictatio, nis, dictata. Paul. *D. lib.* 29. *tit.* 1. *l.* 40. Lucius Titius miles notario suo testamentum scribendum notis dictauit, & antequam literis prærescriberetur, vita defunctus est. Quæro an hæc dictatio valere possit.

Dictator, [illegible], apud Romanos summus erat magistratus qui periculosissimis reip. temporibus à consule de nocte capitis auspicato dici solebat. vnde & Dictator dictus est. Nam (vt annotat Pædianus.) Dictator dictus est, quia a Consule dicatur, (id est, nominetur,) vel quia dicat. i. imperet. Plut. *in Marcell.* Dictatori non ius est equo vehi. Idem *in Fabio.* Cui & indicta causa occidere, *ibidem.* Dictator Camillus annum totum contra morem sex mensium. Idem *in Camill.* Cui diceretur in periculo. *ibidem.* Si de damnosis natis & amatoribus Dictator fiat nunc Athenis Atticis. Plaut. *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Et quia cæteris omnibus magistratibus, præterquam Tribunos plebis, cessantibus, Dictatoris summa potestas erat in populum, is quoque Magister populi appellatus est, vt scribit Varr. Cic. 5. *de finibus.* Rectiùs magister populi (is enim est Dictator) quàm Sylla. Erat autem extraordinarius magistratus habens ius animaduertendi in cuiusque ciuis Romani caput, nec ab eo prouocandi ius erat: nec alio pacto creari solebat, quàm quum vis aliqua maior repentè oborta ingentem vrbi cladem minitari videretur. Dicebatur autem Dictator à Consule, qui deinde Magistrum equitum dicebat. Liu. *lib.* 9. *ab Vrbe,* Fabius L. Papyrium Dictatorem dixit. Iuuen. *Sat.* 8.

Fumosos equitum cum Dictatore magistros.

Dictātrix, icis, quæ dicit agenda, præcipit & imperat. Plaut. *Persa,* Tu hic eris dictatrix nobis.

Dictātōrius, a, um, [illegible]. Quod ad Dictatorem pertinet, seu quod est Dictatoris. Liu. 6. *ab Vrb.* Postremò dictatorium fulmen in se intentatum. Dictatorius gladius, Cic. *pro Cluent.* Dictatorius iuuenis, Dictatore patre natus. Liuius 1. *decad. lib.* 7. Dictatoria animaduersio Velleius.

Dictātūra, Dictatoris dignitas. [illegible] Plut. [illegible]. Liuius, Dictaturæ semper altius fastigium fuit. Nam à Dictatoribus non erat ius prouocandi, quibus etiam animaduersio capitis data est. Dictaturam gerere. Cic. 2. *Offic.* Quòd is paucos sibi dies ad Dictaturam gerendam addidisset.

Dictito, as, à dicto, secundum à Dico frequentatiuum, Passim & frequenter dico. {שנן *schinnén.* [illegible]. GALL. *Souuent, ou en plusieurs lieux, dire ou raconter quelque chose.* ITAL. *Dire spesso.* GERM. *Offt sagen/sagen einn sagens.* HISP. *Dezir à menudo.* ANGL. *To endite often and in sundrie places.* } Cicer. 3. *Verr.* Vt hoc iam palàm dictitent. Idem *ad Lentul.* Quem post reditum dictitant fracto animo & demisso fuisse. Idem 3. *Offic.* Dictitabat se hortulos aliquos emere velle. Plaut. *Amph. sc.* 4. *a.* 4. Hunc tu Amphitruonem dictitas?

Dictēria, orum, Dicta falsa & acuta, & quodam quasi aculeo pungentia. { שנינה *scheninâh.* [illegible]. GALL. *Paroles de mocquerie.* ITAL. *Motti che pungono, motti piaceuoli.* GERM. *Speyreden/schmitzwort.* HISP. *Donayre, motejado.* ANGL. *Merie quippes and taunts.* } Mart.

Omnibus arrides, dicteria dicis in omnes.

Varro, [illegible], Quam mobile neque otio psalticium attulit psalterium quibus sonant in Græcia dicteria. ¶ Dicteria petulantius iacta prisci Mæsonica vocabant, [illegible], à Mæsone quodam histrione comœdiarum Megarensi.

Dicis causa, Varro locutionem antiquam esse scribit, & ab eadem origine deductam vt verbum Dico: fortassis à recto Dex, dicis, ex Dico: item vt Iudex, iudicis, à Iudico, & Index, indicis, ab Indico. Nam si iuncto verbo, autore Varrone, Iudex dicitur qui ius dicit, verisimile est voce simplici similiter eum qui dicit, Dicem appellatum. Dicis autem causa id fieri dicimus, quod nulla alia de causa fit, quàm vt factum esse dicatur. Caius *l.* 4. *D. commodati.* Sæpe enim, inquit, ad hoc commodantur pecuniæ, vt dicis gratia numerationis loco intercedant. Vlp. *in l.* 1. *D. ad SC. Syll.* Excusantur serui qui auxilium tulerunt sine dolo malo. Nam si finxerit quis auxilium ferre, vel dicis gratia tulit, nihil hoc commentum illi proderit. Hæc omnia ex Lexico Hotomani. Quid sit dicis caussa, docet Victorius *cap.* 24. *lib.* 8.

Dicis gratia, simulatè, non ex animo, ad speciem, quis dicere possit se fecisse, [illegible]. *D. lib.* 13. *tit.* 6. *l.* 4. Sæpe etiam ad hoc commodantur pecuniæ, vt dicis gratia numerationis loco intercedant.

‖Dictamus, Dictamum, Dictamnus, dictamnum. { [illegible] Dioscoridi. GALL. *Une herbe appelée dictam, ou gingembre de iardin.* ITAL. *Dittamo.* GERM. *Ein kraut diß namens/etliche sagen es seye ein gattung der wilden poley.* HISP. *El ditamo yerua conocida.* } Herba est in Creta præcipue nascens, acris, læuis, pulegio similis, sed maioribus foliis quæ tomento quodam spissaque lanugine pubescunt. Florem nullum, aut semen profert. Produnt in Creta capras sagittis percussas, huius herbæ pastu eas excutere. Virg. 12. *Æneid.*

Dictamnum genitrix Cretæa carpit ab Ida,
Puberibus caulem foliis & flore comantem
Purpureo: non illa feris incognita capris
Gramina, quum tergo volucres hæsere sagittæ.

Cic. 2. *de nat. deor.* Capras auditum in Creta feras: quum essent confixæ venenatis sagittis: herbam quærere quæ *dictamnus* vocatur: quam quum gustauissent, sagittas excidere dicunt è corpore.

Dictatior, Dictatura, vide *Dico,* is.

Dicte, [illegible], teste Ptolem. *lib.* 3. Mons est Cretæ, sic dictus à Dicte nympha, quæ in eo colebatur.

Dictæus, a, um, [illegible], Cretensis. Virg. 4. *Georg.*

Dictæo cœli regem pauere sub antro.

Dictērium, Dictio, Dictito, Dicto, Dictum, vide *Dico.*

‖Dicopia, remigium scapha. Bayph.‖

Dicrotum, [illegible]. Latinè dicitur biremis, quæ duobus tantùm remorum ordinibus regitur, à prora scilicet, & à puppi. { ANGL. *A galey that hath two oares in a seate.* } Iulius Pollux *lib.* 1. Dicrota sunt naues quæ duobus gubernaculis pariter à prora reguntur & puppi. Cicer. *Attic. lib.* 5. [illegible] Rhodiorum, & dicrotum Mitylenæorum habebam, & aliud catascopion. Idem *lib.* 16. Nam & ipse Domitius bona planè habet dicrota. ¶ Dicroton item medici vocant pulsus quoddam genus in arteriis, à geminato percussu. Galen. *in tract. de Pulsibus.*

Dictynna, [illegible]. Cognomen est Dianæ. Scribit Diodorus *lib.* 6. Dictynnam ex Ioue genitam, in Creta consuetudine Dianæ familiarissime vsam esse, quæ res causam præbuit, vt quidam Dictynnam, Dianamque eandem esse existimarent. Callimachus ait, Dictynnam à retibus piscatoriis (quæ [illegible] dicunt) denominatam, intra quæ fugiens euaserit violentiam Minois regi: eam libidinis causa insequentis. Alij à retibus venatoriis ita dicta volunt, quorum vsum primà traditur inuenisse. Vide ea quæ suprà annotauimus in dictione *britomartys.*

Dictynnæum, [illegible], Dictynnæ templum in monte Cretæ, cui nomen est Tityrus: cuius meminit Strabo *lib.* 10.

Dictyōta, [illegible]. Opera quæ nostri *reticulata* vocant, ita dicta quòd in hoc ædificij genere tessellæ, macularum, quæ in reti conspiciuntur, similitudinem referant. [illegible] enim Græci vocant retia. Plin. *lib.* 36. *cap.* 22. Dictyoton vocat reticulatam structuram, quam frequentissimè Romæ struunt rimis opportunam. Vbi tamen in vulgatis codicibus legitur *Dictyotetra.*

Dictys, [illegible], vnus ex Centauris fuit Perithoi manu interfectus, vt est videre apud Ouid. *lib.* 12. *Metam.* ¶ Fuit etiam hoc nomine historicus Cretensis, qui cum Idomeneo rege Cretæ ad expeditionem Troianam profectus, totum illud bellum Phœnicum lingua conscripsit. ¶ Fuit & Dictys piscator quidam qui Perseum educauit: de quo Statius *lib.* 2.

Fluctiuagus volucrem comebat Persea Dictys.

Dĭdascălĭa, {לקח *lekach.* [illegible]. GALL. *Doctrine.* ITAL. *Dottrina.* GERM. *Die leer/vnderweisung.* HISP. *Doctrina ò enseñança.* ANGL. *Doctrine.* } Latinè doctrina, siue eruditio, [illegible], quod est docere, siue instituere. Cæl. *Cic. lib.* 7. Genere tamen quod ad nos pertineat, & [illegible] quandam, vt versetur inter manus, habeat.

‖Didascalicium, doctoris munus. L.g.b.

Didascalicus, didacticus, aptus ad docendum, accuratus.‖

Dĭdăscălus, { מורה *moréh* מלמד *melammédh.* [illegible]. GALL. *Docteur, maistre.* ITAL. *Maestro.* GERM. *Ein leerer/vnderweiser/lehrmeister.* HISP. *Maestro que enseña.* ANGL. *A maister or teacher.* } Nobis præceptorem sonat, [illegible], hoc est, à docendo.

Didia lex. A latore Dido nominata. A Macrob. *lib.* 3. *cap.* 17. inter leges sumptuarias numeratur, quæ post Fanniam legem duodeuiginti annos sequuta est, cuius ferendæ duplex ratio fuit. Prima, vt non sola ciuitas Romana, sed vniuersa Italia lege sumptuaria teneretur. Secunda, vt non modò qui conuiuia maiore sumptu fecissent, sed etiam qui ad ea vocati essent, atque omnino interfuissent, pœna legis tenerentur.

Dido, dûs, [illegible]. Filia fuit Beli Tyriorum regis, quæ primis nuptiis, Sichæo Herculis sacerdoti iuncta fuit: quem quum Pygmalion Elisæ frater, thesauris eius inhians, ante aram obtruncasset, illa in somnis monita, cum iis quibus Pygmalionem inuisum esse sciebat, effossis clàm thesauris nauim conscendit, & in eam Africæ partem quæ Zeugitana appellata est, delata, tantum sibi soli emit, quantum taurino corio posset circundare. Quo in loco quum corium in tenuissimas partes dissecuisset, locúmque satis amplum complexa esset, vrbem condidit, quam Carthaginem appellauit, arcémque in medio vrbis, quam à corio bubulo Byrsam vocauit. Deinde quum Iarbas Getuliæ rex nuptias eius ambiret, recusantémque vi armísque cogeret, sibiipsi manus intulit, præferens nimirum honesta morte occumbere, quàm prioris lecti iura secundis nuptiis polluere. Virg. *lib.* 1. *&* 4. *Æneid.* fabulatur Æneam capta Troia à patria profugum, vi tempestatis Carthaginem fuisse delatum. Elisámque amore eius captam, quum præter spem deseretur, mortem sibi consciuisse. Quæ tamen res grauissimorum Historicorum fide facilè refellitur, qui Carthaginem tradunt septuagesimo demum anno post Romam conditam, ab Elisa condi cœpisse. Ab Æneæ verò in Italiam aduentu vsque ad Vrbem conditam numerantur anni amplius quàm treceni, quibus Albæ regnatum est. Hac de re extat elegans apud Ausonium Epigramma, quo illa se ab impudicitiæ nota vindicat, monens Lectorem, vt de moribus suis incorruptis potius Historicorum monumentis, quàm Poetarum fabulis fidem adhibeat. Hæc proprio nomine Elisa dicta fuit: Dido autem cognominata fuit à rerum gestarum magnitudine, quasi virago. Didonis thesauri. Suet. *in Neron. cap.* 31.

Dīdo, is, dididi, diditum, Distribuo, diuido. { חלק *chalák.* [illegible]. GALL. *Bailler, distribuer, departir.* ITAL. *Distribuire, diuidere.* GERM. *Außtheilen.* HISP. *Partir en partes, repartir.* ANGL. *To distribute and giue.* } Dictúmque videtur dido, quasi diuido, ablata media syllaba. Horat. 2. *Serm. sat.* 2.

Ablui fessi exemplo dum munia didit, id est, diuidit.

Frequenter accipitur pro diuulgo, siue dispersо. Virg. 7. *Æneid.*

Diditur hic subitò Troiano per agmina rumor.

Idem 8. *Æneid.*

Cognatasque patris, tua terris didita fama.

Est autem hoc verbum Lucretio in primis familiare.

‖Diditum, disseminatum, diuulgatum. Gloss. Isid.‖

Didoron, { [illegible]. GALL. *De deux palmes.* ITAL. *Di dui palmi.* GERM. *Zweyer hand breit oder lang.* HISP. *De dos palmos.* ANGL. *Of two and bread.* } Quod est duorum palmorum: vnde lateris quoddam genus sesquipedali longitudine, Plinius didoron appellat, à longitudine nimirum duorum palmorum maiorum, quorum singuli valent palmos minores tres, hoc est, digitos duodecim. Verba Plin. sunt hæc ex *lib.* 35. *cap.* 14. Genera laterum tria: didoron quo vtimur, longum sesquipede, latum pede. Alterum tetradoron. Tertium petadoron. Græci enim antiqui doron palmum vocabant: & ideo dora, munera, quia manu darentur. Ergo à quatuor & quinque palmis, prout sunt, nominantur. Hæc ille.

Didrachmum, [illegible]. Numus est duas drachmas continens, vt refert Bud. *in lib. de asse.*

Dīdūco, is, In diuersas partes & diuersa loca duco, distraho, dirimo. {נפרד *naphdáh.* [illegible]. GALL. *Dessioindre, separer, & faire*

 aller

aller vne part çà, & l'autre là. ITAL. *Dipartire, guidare in diuerse parti.* GERM. Zertheilen von einander thun. HISP. *Partir en partes diuersas.* ANGL. *To conueighe, to sendrie partes and places, to disseuer an separat.*} Cæs. 6. *bell. Gall.* Dimittendæ plures manus, diducendique erant milites. Col. *lib.* 6. de duobus domandis, Post hæc diductis malis educito linguam. Idem *lib.* 4. Validam vitem in ramos diducere censeo [illegible].

Quæmque iter ambiguum est, & vita nescius erres,
Diducit trepidas ramosa in compita mentes.

Virg. *lib.* 1. *Georg.*

——quique paludis
Collectum humorem bibula diducit arena.

Propert.

Non ego complexus potui diducere vestres.

Quintilian. Diducet in digito argumenta. Ouid. 13. *Metam.*

——Vestemque manu diduxit.

Idem *lib.* 2. *Fast.*

Tergaque diducta veste nutata vident.

¶ Diducere alimentum, i. distribuere. Cels. *lib.* 3. *cap.* 4. de alimento loquens, vt ab integro corpore potissimum diduceretur. Nam si diduci tam celeriter posset, id esset optimum.

Diductus, a, um, Particip. Cicer. 3. *de Orat.* Riuis est diducta oratio, non fontibus. Terræ diductæ. id est, diuisæ apertæque. Tacit. *lib.* 2. Diductis terris hauriebantur. Suet. *in Othon. cap.* 3. Diducto matrimonio. de diuortio.

Didymāōn, Διδυμάων. Insignis faber ferrarius fuit, cuius meminit Virg. *lib.* 5. *Æneid.*

Et clypeum efferri iussit, Didymaonis artes,
Neptuni sacro Danais de poste refixum.

Didymē, es, Διδύμη. Insula in mari Siculo, vna ex Æoliis. Pompon. Mela *lib.* 2.

Didymæüs, Διδυμαῖος, Apollo dictus est, quòd geminam speciem sui nominis præferat. Ex vno enim fonte lucis, gemino sydere spatia diei & noctis illustrat: interdiu per seipsum lumen præbens, noctu verò lunam illuminans. Vnde & Romani (vt inquit Macrobius,) Solem Didymæi Apollinis appellatione venerantur. ¶ Dictum est & Didymæum templum Apollini dicatum apud Miletum, quod priùs oraculum Branchidarum (vt autor est Plin.) appellatum est. De quo templo sic scribit Strab. *lib.* 4. Post posideum Milesium est oraculum Apollini Didymæo sacrum apud Branchidas, ad decem & octo stadia ascendenti. Id à Xerxe incensum est, quemadmodum cætera templa omnia, Ephesio excepto. Postea Milesij templum construxerunt omnium maximum, quod propter magnitudinem remansit sine tecto, variis antiquarum artium donis sumptuosissimè honoratum.

[Didymothicum, primùm A. postea M. sub P. Constantinopolitano.]

Didymus, {תאום *teôm.* Δίδυμος.} Latinè geminus dicitur. Quo nomine vir Alexandrinus dictus est, qui licet ab ineunte pueritia oculis captus foret, diuinas tamen literas optimè callebat, & inter Ecclesiasticos scriptores illustris fuit: quámque propter cæcitatem etiam elementorum ignarus esset, Geometriam tamen, quæ vel maximè visu indiget, perfectissimè tenuit. Autor Hieronymus. ¶ Fuit & alter Didymus Alexandrinus salsamentarij filius, quo nemo (vt Quint. inquit) plura scripsit. Grammaticus fuit, & ad Augusti tempora peruenit: ob assiduam circa libros moram, χαλκέντερος appellatus: nam ad tria millia librorum & quingentos scripsisse dicitur. Sueton. *in Calig. cap.* 21. Didymeum Mileti agere. ¶ Fuit & alius Grammaticus Alexandrinus, qui Romæ docuit. ¶ Alius item poëta, qui Georgica scripsit. ¶ Alius prætereà Philosophus Academicus.

[Dielcystinda, ludus, quo duplices puerorum turbæ, porrectis hinc inde manibus, alteros ad se pertrahere conantur, dum pars altera superior existat. Pollux. Hadr. Iun. διελκύω est distraho.]

DIERECTVS, Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 2. Lien dierectus est, (id est, cruciatur.) Idem *Men. sc.* 4. *a.* 2. Ducit Lembum dierectum nauis prædatoria. Idem *Merc. sc.* 1. *a.* 1. Hiantibus, i. hinc hodie dierectus. Idem *in Pœn. sc.* 1. *a.* 1. Abi dierectus. Idem *Capt. sc.* 4. *a.* 3. Quin quiesce tu dierectum cor meum, ac suspende te.

Dierectè, Plaut. *Mostell. scen.* 1. *act.* 1. Abi rus, abi dierectè ab ianua, & alibi.

[Diermenentes, interpres tam in Ecclesiâ, quàm palatio. L. g. b.]

DĪES, à Ζεύς, Διός. {יום *iôm.* ἡμέρα. GALL. *Iour.* ITAL. *Il giorno.* GERM. Ein tag. HISP. *El dia.* ANGL. *A day.*} Gell. *cap.* 14 *lib.* 9. Veteres sic declinauerunt, Dies huius dies, vel dij, vel die. Tam masculini, quàm fœminini generis est in numero singulari, plurali verò tantùm masculinum. Illud tamen interest, quòd dies in fœminino genere denotat tempus indeterminatum: & ideo diminutiuum eius est diecula, quod significat breue tempus & moram. Dies verò quum tempus significat vigintiquatuor horarum, vel etiam spatium illud ab oriente sole ad solem occidentem, masculini est, nam illud tempus est determinatum. Sic diem hesternum, & diem hodiernum, potiùs dicimus, quàm hesternam, vel hodiernam. Contrà, pro tempore incerto dicimus longa dies, pro longo tempore, non autem longus dies. Iuuenalis, Longa dies igitur quid contulit? id est, longum tempus. Virg. 11. *Æneid.*

Multa dies, variusque labor mutabilis æui
Rettulit in melius.
Seu matura dies, fato properat mihi mortem.

Tibull. *lib.* 4. Da in hunc diem operam mihi. Plaut. *sc.* 5. *a.* 1. Meus hodie natalis dies. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Hic ille dies est cui nulla salus. Idem *Capt. sc.* 3. *a.* 3. Loquens lacerat diem. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 2. Post hunc diem pedem intrò non feres. Idem *Men. sc.* 3. *a.* 4. Hodie hunc mihi corrupit diem: Et ego hunc corrupi diem. *Ibid. sc.* 2. *a.* 4. Ad hoc vsque diei tempus dormitasti. *Ibid. sc.* 1. *a.* 2. Et si memorem nos diem adimat. Idem *Capt. sc.* 3. *a.* 1. Neque diem decet memorari, neque nocti nocesset. *Ibid. sc.* 1. *a.* 2. Si post hunc diem murmuero, dato me excruciatum. Idem *Mil. sc.* 6. *a.* 3. Eme die cæca, & vendito oculato die. Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. De die, GALL. *de iour.* Ad amicam de die potare. Item, vna pars orationis de die dabitur mihi. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 3. Dies noctesque potent. *Ibid. sc.* 3. *a.* 1. Vt secum esset noctes ac dies. *Ibid. sc.* 1. *a.* 4. Hunc annum totum, dies noctesque bibit. Idem *Most. sc.* 1. *a.* 1. Dies dolorem consumit: nox, tempus. Senec. *cap.* 8. *de consol. ad Mart.* Paucissimis diebus, pro intra paucissimos dies. Suet. *in Cal. cap.* 47. In diem studere. Senec. *cap.* 1. *de tranquill.* Nihil de die hodierna promittitur, nihil de hora. Idem *cap.* 10. *de cons. ad Mart.* Eius diei præsentes opinio, (id est, certaminis & pugnæ eo die habendæ.) Cæs. *lib.* 1. *de bell. ciu.* Adesse Romanis vltimum diem, Velleius. In diem longissimam causam differre. Gell. *cap.* 10. *lib.* 5. In diem certum data reddere oportet. Senec. *cap.* 10. *de cons. ad Mart.* Et omnis dies inter luctus. *Ibid. cap.* 6.

Nube solet pulsa candidus ire dies,

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* At dabit, parabit aliquid hos dies, (id est, intra paucos dies.) Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Iurisconsulti item bima, trima, quadrima die vsurpant pro tempore biennij, triennij, quadriennij. Sed confunditur quandoque hæc differentia. Virg. 2. *Æneid.*

Iamque dies infanda aderat.

Cic. *ad Quintum fratrem*, In qua primum erat, quòd antiquior dies in tuis fuisset adscripta literis, quàm in Cæsaris. Plin. *lib.* 13. *cap.* 24. Mirum quòd eadem die germinat, qua iniectum est. ¶ Dies qui ciuilis dici solet, à media scilicet nocte in sequentem, (vt Macrob. *lib.* 1. *cap.* 3. tradit,) ita diuiditur. Primum diei tempus dicitur mediæ noctis inclinatio. Deinde gallicinium, siue galli cantus. ἀλεκτοροφωνία, quòd tum galli canunt. Inde conticinium, ἀωρόνυκτα νύξ, quum & galli conticescunt, & homines quiescunt. Deinde Diluculum, quum incipit dignosci dies. ὄρθρος. Inde manè quum dies est clarus. πρωΐ. Inde meridies, diei medium, à μεσημβρία, μεσοῦσα ἡμέρα. Inde iam suprà vocatur occiduum tempus, δείλη: quod serum diei vocatur, ὀψέ. & mox suprema tempestas, hoc est, diei nouissimum tempus: sicut est expressum in duodecim tabulis, Solis occasus suprema tempestas esto. Dicitur etiam diei extremum, Salust. *in Iugurth.* 68. Deinde Vespera, seu Vesper, ἑσπέρα, à stella quam Græci ἕσπερον, Plaut. Vesperuginem, Ennius Vesperum, Martialis Phosphorum, Virg. Hesperon appellat. Inde crepusculum vespertinum, δειλὴ ὀψία, dictum à crepero, quod dubium significat, tanquam lux dubia, quod incertum sit, id tempus noctis an diei existat. Ab hoc tempore prima fax noctis, quòd tum primùm faces, hoc est, lumina inferri incipiant, περὶ λύχνων ἁφάς. Deinde nox concubia, à cubando: deinde intempesta quæ non habet idoneum tempus rebus agendis. In has partes distribuebant diem, qui constat ex viginti quatuor horis, & lucem tenebrásque continet: eumque diem, ciuilem vocabant, quòd in aliis atque aliis ciuitatibus & regionibus alio modo obseruaretur. Athenienses enim diem ciuilem auspicabantur à sole occidente, ad solem iterum occidentem: Babylonij ab ortu Solis ad solem secundò exorientem: Vmbri à meridie ad meridiem subsequentem. Romani autem à media nocte ad mediam noctem: quorum à nobis quoque consuetudo obseruatur, adeò vt si quid ante mediam noctem gestum sit, id præcedenti diei adscribatur, quòd à media nocte, subsequenti diei annumeretur. ¶ Interdum diem dicimus, vt solam lucem intelligamus, tenebras verò sub noctis nomine. Virg. 6. *Æneid.*

Noctes atque dies patet atri ianua Ditis.

¶ Est & dies naturalis ab ortu ad occasum Solis. ¶ Dies totius anni ex institutione Numæ, aut festi erant, aut profesti, aut intercisi. Festi dies aut sacrificiorum, aut epularum, aut ludorum causa fuerunt instituti. Profesti autem diuiduntur in fastos, comitiales comperendinos, status, prœliares. Intercisi verò dicebantur, qui & humanis & diuinis negotiis erant communes. Erant & atri dies, de quibus locis suis. ¶ Die vendere, i. tempori, certo idoneóque tempore commodè potius vendere, quàm incommodè alieno. Cato *de re rust.* Die lanam & agnos vendat. ¶ Huius nominis genitiuus est diei, dij, dies, & die. Cic. *pro Sex.* Equites non daturos illius dies pœnas. Virg. 1. *Georg.*

Libra dies somnique pares vbi fecerit horas.

Idem 1. *Æneid.*

Munera, lætitiámque dij.

Salust. *in Iugurth.* Vix decima parte die, pro diei. ¶ Die crastini, die septimi: pro die crastino & septimo. Plaut. *Mostell.* Hanc rem die crastini quum herus resciuerit. Idem *Menæch.* Nam ibi mercatum dixit esse die septimi. Vide Macrob. 1. *Sat. cap.* 2. Die quinti, die proximi, die pristini: pro quinto, proximo, & pristino. Vide Gell. *lib.* 10. *cap.* 24. ¶ Deriuatiua & composita à dies, sunt hodie, quotidie, pridie, meridies, nudiustertius, nudiusquartus, diarium, æquidiale, æquidium, diluculum, & perdius. Dierum alij felices sunt, alij contrà. Plutarch. *in Camil.* Dies iusti, vide *Iustus.* Dies atri, vide *Ater.* Dies naturalis & ciuilis, qui, vide Censorin. Supremo die, vide *Supremus.* ¶ Perduellionem ei diem dixit: & diem poposcit à Prætore. Diem breuem induciarum, (id est, tempus.) Liu. *lib.* 7. *dec.* 4. Diem diffundere, vide *Diffundo.* Dies qui hebdomadem constituunt, à septem Planetis cognominati sunt. Primus septimanæ dies à Sole, dies Solis, siue Phœbi dicitur, ἡλίου ἡμέρα, κυριακή. Secundus à luna, Lunæ, σελήνης. Tertius à Marte, Martis, ἄρεως. Quartus à Mercurio, Mercurij, ἑρμοῦ. Quintus à Ioue, Iouis, διός. Sextus à Venere, Veneris, ἀφροδίτης. Septimus à Saturno, Saturni, κρόνου. ¶ Dies cretionum apud Iurisconsultos sunt, in quibus hæreditas adiri non potest, vt tradit Petr. Gregorius, quos vt mere superstitiosos improbat Imperator *in L. vetustatem diet. C. de iure delib.* Ad dies illos cretionum respexere fasti, & nefasti dies, notante Alciato. De quibus Ouid. 6. *Fast.*

Ille nefastus erit, per quem tria verba silentur,
Fastus erit per quem lege licebit agi.

¶ Dies critici, siue crisimi, κρίσιμοι ἡμέραι, à medicis dicuntur iudiciarij, in quibus scilicet de ægritudine ferri iudicium potest. Vide suprà *Crisimi dies.* ¶ Magnus dies. Tacitus, Imposuit quinquaginta annis magnum diem. Sic vocat magnum diem, felicissimæ & lætissimæ victoriæ diem, quo bellum totum erit confectum, nullis superstitibus eius reliquiis. ¶ Per antiquum diem, ἀπὸ παλαιᾶς ἡμέρας, prouerbialiter olim de re admodum obsoleta priscaque. Refertur à Diogeniano, finitimum illi, Magno Platonis anno. ¶ Ipsa dies quandoque mater quandoque nouerca est, ἄλλοτε μητρυιὴ πέλει ἡμέρη, ἄλλοτε μήτηρ. Versus est Hesiodi, quo significatum est, non omni die bene esse posse, sed illo bene, atque alio malè. Inde translatum, quòd matres bene volunt liberis, nouercæ oderunt priuignos. ¶ In diem viuere, est præsentibus rebus contentum viuere, atque ex parato, minimè solicitum de futuris. Quæ

ista

vita Græcis dicitur ἐφημέριος βίος: & ἐφημερεύειν, qui ad eum viuunt modum. In diem nonum ire coctum. Plaut. *Aul. sc. 1. a. 2.* In hunc diem caueant à me. Idem *Pseud. sc. 1. a. 1.* Regi hunc in diem mihi decretum est operam dare. Idem *Milit. sc. 1. a. 1.* Iam hos multos dies gestas tabellas. Idem *Pseud. sc. 1. a. 1.* Dies paucos feci cum illo. Senec. *Epist. 67.* Item Ouid. *Eleg. vlt. lib. 4. Trist.*

Sic tamen absumas decipe quo diem.

Auctio fiet mane. M. Sane die septimi venibunt serui. Quinquennij die, pro Quinto anno. Proclus *in l. Attilicinus. ff. de pactis dotalibus.* Quum inter virum & vxorem pactum conuentum ante nuptias factum esset, vt quibus diebus dos data esset, iisdem diuortio facto redderetur: post quinquennium quam nuptiæ factæ sunt, vxor viro dotem dedit, diuortio facto, quæro vtrum quinquennij die vir vxori dotem reddet, an statuto legibus tempore. Venire in diem, pro Nasci, siue in lucem prodire, dixit Solinus *cap. 4.* Scipio Africanus prior qui defuncta parente quòd excisus vtero in diem venerat, primus Cæsar appellatus est.

Diēcŭlă, diminutiuum à die, gen. fœm. quod ferè pro exigua temporis mora accipitur. {ἡμερίδιον. GALL. *Vn petit iour, vn iour seulement, vn petit de temps.* ITAL. *Picciol spatio di tempo.* GERM. Ein zeitlin. HISP. *Pequeño espacio de tiempo.* ANGL. *A shor day, one day only, a litle while.*} Terent. *in Andr.* Non satis habes, quòd dieculam addo? id est, aliquam temporis dilationem. ¶ Asconius Pædianus *in 2. Orat. in Verr.* Diminutiuè diecula dicitur. Plaut. *Pseud. sc. 5. a. 1.* Illud (malum) erat præsens, huic erant dieculæ.

Dĭēscĭt, Dies fit. {ἡμέρα γίνεται. GALL. *Il se fait iour.* ITAL. *Si fa giorno.* GERM. Es tagt/es wird tag. HISP. *Ya viene el dia.* ANGL. *It waxeth day.*} Sicut noctescit, nox fit, quibus solùm vtimur in tertiis personis absolutè & impersonaliter.

Dĭēspĭtĕr, diespitris, Diei pater. Ζεὺς, Ζῆν. id est, Iupiter: sicut Diouis, quasi die iuuans, quòd homines die & luce quasi vita ipsa iuuaret. Horat. *lib. 1. Carm.* Namque diespiter Igni corusco nubila diuidens. Macrob. Ipsi quoque Romani diespitrem Iouem appellant. Plaut. *Capt. sc. 3. a. 4.* Diespiter te, dijque perdant. In antiquo Lexico Diespiter, Ζεύς.

Dĭēquārti, & Diequartè, pro die quarto. Diequinti & diequintè, pro die quinto. Diepristini, vel pristinè, pro die pristino, quod nos conuerso compositionis ordine dicimus pridie. Die crastino, & alia multa. Videntur autem veteres differentiam fecisse inter diequarto & diequartè: vt illud pro præterito sit, quod nos nudiusquartus dicimus, hoc de futuro. Vide Macrob. *Saturn. lib. 1.* & Gell. *lib. 10. c. 24. & cap. 29. lib. 2.* Sunt autem hæc omnia composita, & pro aduerbiis accipimus.

Dĭērecti, teste Nonio, à die vocati sunt crucifixi, quasi ad diem erecti. Festus scribit directum per antiphrasin dici apud veteres, volentes significare malum diem. Vnde Dierectà aduerbialiter dicimus. Plaut. Quin tu dierectà cum succula & cum porculis. Dierectà (inquit) quasi in malam diem. Vnde prouerbialiter, In directum iubemus ire, quibus precamur exitium.

‖Diet, dies est.‖

Dietare, modum in victu tenere.

‖Dieteris, διετηρίς, tempus duorum annorum, à δὶς & ἔτος annus. Sic trieteris triennium.

Dierodus, διέξοδος, exitus, transitus: & fusa explicatio. vnde Diexodius est, copiosè tractatus, more oratorio, non dialectico.‖

Dĭūrno, as, diu viuo, teste Nonio. {GALL. *Viure longuement.* ITAL. *Viuere lungo tempo.* GERM. Lang leben. HISP. *Durar y viuir mucho tiempo.* ANGL. *To liue long.*} Est autem verbum à die deductum, sicut perennare ab anno. Vide Gell. *cap. 2. lib. 17.*

Dĭūrnŭs, a, um, à die fit, sicut nocturnus à nocte. Quod ad diem pertinet, quod die fit. {ἡμερήσιος. GALL. *De iour, ou d'vn iour.* ITAL. *Diurno, di giorno.* GERM. Täglich. HISP. *Cosa del dia.* ANGL. *Belonging to the day.*} Cic. *de senect.* An censes, (vt de me ipso aliquid more senum glorier) me tantos labores diurnos, nocturnósque domi, militiæque suscepturum fuisse, &c. Plaut. *in Menæch. sc. 2. a. 1.* Inde vsque ad diurnam stellam crastinam potabimus. Diurnum victum quærere. Sueton. *in Neron. cap. 36.*

Dĭūrnum, i. Liber continens acta singulorum dierum, diarium. {ἐφημερίς. GALL. *Papier iournal.* ITAL. *Giornale.* GERM. Ein buch in welches man verzeichnet/was auff ein ieden tag geschicht. HISP. *Historia que procede de dia en dia.* ANGL. *A booke conteining the actes of euerie day.*} Iuuenal.

——Longi relegit transacta diurni.

Et Suet. *in Claud. cap. 41. in fine*, Extat talis scriptura in plerisque ac diurnis titulisque operum. Aliis Diurnum accipitur pro victu atque mercede vnius diei. Seneca *epistola 81.* Diurnum accipit, in centunculo dormit. Idem *lib. 2. Controu.* Consors modò omnis fortunæ diurnum petam.

Dĭūtĭnŭs, a, um, Longus, diuturnus. {ארוך arúch. χρόνιος, χρόνιος. GALL. *Qui dure long-temps, de durée.* ITAL. *Longo continuo.* GERM. Langwirig. HISP. *Cosa de mucho tiempo.* ANGL. *That indureth long.*} Cic. *lib. 12. Epist.* Libertatis desiderio tædióque diutinæ seruitutis. Sic Cæsar, Diutinus labor: & Liuius, Diutinum bellum. Plaut. *Mil. sc. 6. a. 2.* Longum diutinúmque supplicium.

Dĭūtĭnè, aduerb. idem quod diu. {δηθά, μακρὸν χρόνον. GALL. *Long-temps, longuement.* ITAL. *Longamente, di giorno.* GERM. Langezeit/langwiriglich. HISP. *Largo tiempo ò en largo tiempo.* ANGL. *A great while, à long tyme.*} Plaut. *in Rud.* Ille qui consultè, doctè atque astutè cauet, Diutinè vti benè, licèt parum benè.

Dĭūtĭle, vel potiùs diutulè, diminut. à Diu, significat aliquandiu. {ἐπ' ὀλίγον. GALL. *Quelque temps, assez long-temps, non pas trop.* ITAL. *Vn pochetto di tempo.* GERM. Langsame/ziemlich lang. HISP. *Poco tiempo, ò en poco tiempo.* ANGL. *A litle while.*} Gell. *cap. 16. lib. 11.* Quum diutulè tacitus cogitando fuissem. Idem *cap. 10. lib. 5.* Quum diutulè auditor assectatorque Protagoræ fuisset, &c. Quibus in locis Passerat legit *diutile*, vt infrà notauimus in *Diu.* Apul. *in Flor.* At non itidem maior meus Socrates, qui quum decorum adolescentum, & diutulè tacentem conspicatus foret, &c.

Dĭūtĭŭs, comparatiuum ab Aduerbio diu. {χρονιώτερον, μακρότερον. GALL. *Plus longuement.* ITAL. *Al longo, più longamente.* GERM. Länger. HISP. *Mas tiempo.* ANGL. *Longer.*} Cic. 6. *Verr.* Potero hoc ego onus tantum, aut in hoc iudicio deponere, aut diutius tacitus sustinere. Plaut. *Rud.* Sed mea delicia ipsem desetere nolo: Eo vos amici detinui diutiùs. Cic. Non obtundam diutiùs aures vestras. Sen. *cap. 7. de consol. ad Marc.* Nec diutius est discursus.

Dĭūtissĭmè, Longissimo tempore. {לזמן רב lebelám val édh. μακρότατον χρόνον. GALL. *Fort long-temps, tres-longuement.* ITAL. *Longissimamente.* GERM. Langwerig oder vil jeare. HISP. *Larguissimo tiempo.* ANGL. *Very long.*} Cicer. *de Amicit.* Catonem induxi senem disputantem, quia nulla videbatur aptior persona, quæ de illa ætate loqueretur, quàm eius, qui & diutissimè senex fuisset, & in ipsa senectute præ cæteris floruisset.

Dĭūturnus, a, um, Diutinus, à diu deriuatum. {ארוך arúch. χρόνιος, χρόνιος. GALL. *Qui dure long-temps.* ITAL. *Che dura longo tempo.* GERM. Langwirig. HISP. *Cosa de mucho tiempo.* ANGL. *That indureth à long tyme.*} vt, Visus diuturnos, silentium diuturnum, apud Cic. Idem *de senect.* Quas quidem sic auidè arripui, quasi diuturnam sitim explere cupiens.

——Quæ nupsit, non diuturna fuit, Ouid. 5. *Fast.*

Et diuturna magis sunt monumenta viri.

Idem *Eleg. 5. lib. 3.* Magna bona & diuturna contingunt. Senec. *cap. 12. de consol.* Item Diuturnior. Ouid. 6. *Fast.*

Est mihi, sitque precor nostris diuturnior annis.

Dĭūturnĭtās, atis, Longinquitas temporum, numerus dierum. {ארך ימים órech jamim. πολυχρονία. GALL. *Longue durée, longue espace de temps.* ITAL. *Longa durata, longhezza di tempo.* GERM. Langwirigkeit. HISP. *Largo tiempo.* ANGL. *Length or continuance of tyme.*} vt, Diuturnitas bellis Cæsar. Diuturnitas temporum, Cic. Idem *de senect.* Semper enim mihi studiis laboribúsque viuenti non intelligitur quando abrepat senectus: sensim sine sensu ætas senescit, nec subitò frangitur, sed diuturnitate extinguitur. Senec. *cap. 10. de consol. ad Marc.* Nihil de perpetuitate, sed nec de diuturnitate promissum est.

Dĭētĕris, Tempus duorum annorum. {שנתים schenatajim. διετία. GALL. *Espace de deux ans.* ITAL. *Il spatio di due anni.* GERM. Die zeit zwey iahr lang. HISP. *Tiempo de dos años.* ANGL. *The space of two yeares.*} sicut Trieteris, τριετηρίς, trium annorum, vel certè (vt eleganter docet Censorinus) quod tertio quoque anno recurrit. Nam apud veteres Trieteris constabat ex quinque & viginti mensibus, hoc est, ex duobus annis, quorum alter duodecim habebat menses, alter tredecim: Sic etiam Pentecteris, πεντετηρίς, dicitur tempus hoc duplicatum, hoc est, quadriennij spatium: ita dictum, quòd quinto quoque anno recurrat.

Dĭffāmo, Per diuersas partes famam diuulgo, sinistram famam de re quapiam spargo. {רגל רכיל ragehél רכיל הלך halách rachil. διαφημίζω. GALL. *Diffamer.* ITAL. *Diuulgare, mala fama.* GERM. Verleümbden/in ein böß geschrey bringen. HISP. *Disfamar.* ANGL. *To diffame, to report ill of.*} Sumitur enim ferè in deteriorem partem. Tacitus, à Nerone probroso carmine diffamatus, contumelias vltum ibat. Adulterium diffamatum. Ouid. *lib. 4. Metam.*

Dĭffarrĕātĭo, Sacrificij genus inter virum & vxorem, quo coniugium dissoluebant per confarreationem contractum. Erat autem Confarreatio quædam solennitas, quam soli sacerdotes obseruabant in vxore ducenda. Soli enim sacerdotes, autore Boethio, per confarreationem vxorem ducebant. Qua de causa diuortium per diffarreationem solis quoque sacerdotibus proprium fuit. Dicitur autem Confarreatio, quòd farreo libo adhibito coniungerentur: & è contrà diffarreatio, quòd simili libo adhibito disiungerentur.

Dĭffercĭo, compositum est à farcio, Impleo, & distendo. {מלא malé. συμπληρόω. GALL. *Rempli de tous costez.* ITAL. *Empire, distendere.* GERM. Außfüllen/voll schoppen. HISP. *Embutir, recalcar.* ANGL. *To fearce, to stuffe or porre in.*} Horat. *lib. 1. Satyr. 5.*

——Inde forum Appi

Differtum nautis.

Idem *lib. 1. Epist.* Differtum transire forum.

Dĭffĕro, Spatium temporis extendo. {אחר echár. ἀναβάλλεσθαι. GALL. *Differer, dilayer, prolonger.* ITAL. *Differire, prolongare.* GERM. Verziehen. HISP. *Dilatar el tiempo.* ANGL. *To delay, to prolong.*} Virg. *lib. 6.*

Distulit in seram commissa piacula mortem.

Gell. *cap. 10. lib. 5.* Differre caussam in diem longissimam. Suet. *in Tib. cap. 32.* Differre aliquem in alium diem. ¶ Interdum est in diuersa loca ferre, διαφέρειν. Plaut. *in Rud.* Nos cum scapha tempestas dextrouersum differt ab illis. Idem *in Curc. sc. 4. a. 4.* Iam ego te faciam, vt hinc formicæ te frustulatim differant. ¶ Interdum diffamare, diuulgare. Lucil. Gaudes, quum de me ista foris sermonibus differs. Plaut. *in Trin.* Nolo ego mihi te iam prospicere, qui meam egestatem leues: sed vt inops infamísque sim, ne mihi hanc famam differant. Sueton. *in Cæs. cap. 33.* Fama id distulit, (id est, disseminauit.) Idem *in Aug. cap. 14.* Dilato rumore, (id est, diuulgato.) Plaut. *Aul. sc. 2. a. 3.* Ego te pipulo, (id est, conuitio,) hic differam ante ædes. Idem *Pseud. sc. 3. a. 1.* Differam te dictis meis, (id est, infamabo.) ¶ Interdum diuidere, scindere, dissipare. διασπᾶν. Terent. *in Adelph.* Me miseram, differat doloribus. Simile Græcis est διαφορεῖν. Velleius, Vis Africi lacerauit classem ac distulit. ¶ Interdum in ordinem ponere, διατάττειν. Virg. *lib. 4. Georg.*

Ille etiam seras in versum distulit vlmos.

¶ Interdum distare, διαλλάττειν, διαφέρειν. Cic. *Diuin. in Verr.* At vide quid differat inter meam opinionem & tuam. Differre à Cic. *pro Cæcina*, Qui hoc ab illo differt? Differt à cæteris robore, Plin. *in Epist.* Differunt in candore, idem *lib. 9. cap. 35.*

Differens, partip. διαφέρων. Cic. 1 *de legibus*, Etenim ratio, qua vna præstamus belluis, &c. certè est communis, doctrina differens, discendi quidem facultate par.

Dĭffĕrentĭa, Discrimen, dissimilitudo. {מחלקות mahalóketh. διαφορά. GALL. *Difference.* ITAL. *Differenza.* GERM. Vnderscheid. HISP. *Diferentia.* ANGL. *Difference.*} Cic. 4. *Acad.* Quid videretur esse quædam in rebus differentia. Idem 5 *de fin.* Ita fit, vt quanta differentia est in principiis naturalibus, tanta sit in finibus bonorum malorúmque dissimilitudo.

Indifferens, ἀδιάφορον, quod scilicet per se neque bonum est, neque malum.

Differitas, pro differentia, quo antiqui vtebantur. διαφορά. Lucr. *lib.* 4. Tantáque in his rebus distantia, differitásque est. Nonius.

Dilatus, participium, Prolatus, productus. {מאחר *meachar* מעכב *meoukkab.* ἀναβεβλημένος. GALL. *Differé, delayé.* ITAL. *Differito, prolongato.* GERM. Verzogen/oder auffgezogen. HISP. *Dilatado, prolongado.* ANGL. *Delayed, prolonged.*} Cic. 4. *Verr.* Quasi metueret ne Petilius priuato illo iudicio transacto, aut dilato, cum cæteris in consilium reuerteretur. Pœna dilata in tempus mortis, Ouid. 3. *Trist.* Suet. *in Aug. cap.* 14. *Dilato rumore*, (id est, diuulgato.) Dilatæ res. Tacitus *lib.* 2.

Dilatio, Temporis prorogatio, siue extensio. {עכבה *hikkebah.* ἀναβολή. GALL. *Delay, dilation, attente.* ITAL. *Dilatione, prolongamento.* GERM. Verzug oder auffzug/verlengerung. HISP. *Dilacion.* ANGL. *Delaying, differring.*} Plin. *lib.* 18. *cap.* 10. Nec vlla legerum minus dilationem patitur. Cic. 3. *Philipp.* Quæ est igitur expectatio, aut quæ nimia dilatio temporis? Sen. *cap.* 10. *de consol. ad Mart.* Sine dilatione. Velleius, Vir per omnia extra dilationes positus, (id est, impigerrimus.) Liuius, Res non patitur dilationem, *lib.* 3. *dec.* 4.

Dilator, is, Cunctator. {מאחר *meacher.* μελλητής. GALL. *Delayeur, qui differe, faitard.* ITAL. *Prolongatore, indugiatore.* GERM. Ein auffzieher/Seumiger. HISP. *Prolongador del tiempo.* ANGL. *A delayer, or prolonger.*} Horat. *in Arte*,

Dilator, spe longus, iners, auidúsque futuri.

DIFFIBULARE, Aperire, discingere, fibulam resoluere. διαπορπᾶν. GALL. *Desboucler.* ITAL. *Diffibbiare.* GERM. Die hafften aufflösen/auffbretten. HISP. *Quitar la heuilla ò candado.* ANGL. *To loose, to vnbuckle or vnbutton.*} Papin.

Emicat, & torvè chlamydem diffibulat arma.

[Difficax, difficilis. Cath.]

DIFFICILIS, e, Laboriosus operosus, habens multum difficultatis & laboris. {קשה *kascheh* יגע *jaghea.* δύσκολος, δυσχερής. GALL. *Difficile, malaisé.* ITAL. *Difficile, malageuole.* GERM. Schwer. HISP. *Difficil de hazer.* ANGL. *Hard, vneasie.*} Ter. *Heaut.* Nihil tam difficile quin quærendo inuestigari possit. Si tamen de homine dicatur, idem erit quod Morosum. Cic *de senect.* Moderati enim, nec difficiles senes. Ouid. 5. *Fast.*

Non ex difficili cognita caussa fuit.

Idem 13. *Metam.*

Difficilem tenuis sub iniquo iudice, caussam, &c.

Difficultas, abstractum, Labor, angustia, asperitas. {קשי *keschi.* δυσκολία. GALL. *Difficulté, malaisance, empeschement.* ITAL. *Difficulta.* GERM. Die schwere. HISP. *Dificultad de hazer alguna cosa.* ANGL. *Difficultie, vneasinesse.*} Cic. *pro Cluentio.* Prospicio quantum in agendo difficultatis, & quantum laboris sit habitura. ¶ Accipitur eleganter pro inopia: vt, difficultas rei numariæ, aut frumentariæ. Idem Cicer. 4. *Verr.* Et simmul ostendit se in summa difficultate esse numaria. Asconius ita difficultates simpliciter exponit in diuinatione. ¶ Difficultatem facere, δυσχερεῖν, molestiam præbere. Cels. *lib.* 7. *cap. de calculo*, Néve incus reliquiæ maneant, quæ postmodum curationi (al. *curationis*) difficultatem faciant.

Difficile, Difficiliter, & difficulter, Ægrè, vix, cum labore. {בקשי *bekascheh.* δυσκόλως. GALL. *Difficilement, malaisément, à grand peine, auec difficulté.* ITAL. *Difficilmente, malageuolmente.* GERM. Schwerlich/kummerlich. HISP. *Dificilmente.* ANGL. *With difficultie.*} Plin. *lib.* 27. *cap.* 12. In cacumine autem semen inter folia durum, & quod difficile euellatur. Liu. *lib.* 5. *bell. Punic.* Circundati pedites aut difficulter imperium incursantium Numidarum arcebant. Velleius. Sibi difficilè consentiens, (id est, difficulter.)

Difficul, antiqui dicebant pro difficile. Autor est Nonius, qui adducit testimonium Varronis, Quod verùm sit magnum, an paruum, facul, an difficul.

DIFFIDO, is, Non fido, despero. {ἀπιστεῖν, ἀπελπίζω. GALL. *Se deffier.* GALL. *Diffidarsi, non hauer speranza.* GERM. Mißtrawen/vbel trawen. HISP. *Desconfiarse.* ANGL. *To mistrust, to dispayre.*} Cic. 2. *de Diuinat.* Nihil affirmabo: quæram omnia, dubitans plerumque & mihi ipse diffidens. *Ibidem*, Eudemus ita grauiter ægrotus fuit, vt omnes medici diffiderent. ¶ Dicimus autem diffido tibi, & diffido de te. Seru. Sulp. *Cic.* Plura me ad te hac re scribere pudet, ne videar prudentiæ tuæ diffidere. Ad Heren. Et de nobis non diffidimus. Plin. *in quadam præfat.* Diffidere à iudice. Cum infinitiuo. Cicer. *ad Quint. fratrem lib.* 1. Vt rem posse confici non diffiderem. Cato *cap.* 57. Quos diffidas sanos facere, facies.

Diffisus, part. {ἀπιστήσας, ἀπελπίσας. ANGL. *Mistrusting.*} Cic. *pro Muren.* Fatebor enim Cato, me quoque in adolescentia diffisum ingenio meo, quæsisse adiumenta doctrinæ.

Diffidentia, æ ✕ Fidentia. {ἀπιστία, δυσελπιστία. GALL. *Deffiance.* ITAL. *Diffidenza.* GERM. Mißtrawung. HISP. *Desconfiança.* ANGL. *Mistrust.*} Cic. 4 *Tusc.* Etsi fidentia, id est, firma animi confisio, scientia animi quædam est, & opinio grauis non temerè assentiens, metus quoque est diffidentia expectati & impendentis mali. Idem 1 *de Inuent.* Quod genus fidentiæ contrarium est diffidentia, & ea re vitium est: audacia non contrarium, sed appositum est, ac propinquum, & tamen vitium est. Ouid. 1. *de remed. amor.*

Fit quoque longus amor, quem diffidentia nutrit.

Diffidenter, aduerb. Timide ✕ Fidenter. {ἀπίστως, δυσελπίστως. GALL. *Auec deffiance, sans grande esperance.* ITAL. *Con disconfidenza, senza esperanza.* GERM. Mißtrewlich/ohn gute zuuersicht. HISP. *Con desconfiança.* ANGL. *With mistrust, without hope.*} Cic *pro Cluent.* Altera tantummodo consuetudinis causa timidè & diffidenter attingere rationem veneficij criminum.

[DIFFIDO, as, in iure feudali est bellum indico, hostem declaro, à *frida*.]

DIFFINDO, diffidi, diffisum, Findo, diuido. {בקע *bikkeah.* σχίζω, διασχίζω. GALL. *Fendre & mettre en pieces.* ITAL. *Fendere, tagliare in più pezzi.* GERM. Zerspalten. HISP. *Hender en diuersas partes.* ANGL. *To cutt or cleaue asunder.*} Virg. 9. *Æneid.*

Et media aduerso liquefacto tempora plumbo
Diffidit, ac multa porrectum extendit arena.

¶ Diffindere diem, teste Budæo, est id quod nos Rem in crastinum continuare dicimus, vel remittere. Imò apud Budæum, & alios legitur Diffundere, sed fortasse non rectè. Tria enim, inquit, idem erant apud antiquos pronuntiandi genera: aut enim dies diffindebatur, hoc est, res in posterum diem reiiciebatur, aut comperendinabatur, id est, in tertium diem differebatur: aut ampliabatur, quum res non in posterum, neque in perendinum, sed in longiorem diem pro iudicum arbitrio reiiciebatur. Vlpian. *l.* 2. *si quis cautio.* Et ideo etiam lex XII. tabular. Si iudex, vel alteruter ex litigatoribus morbo sontico impediatur, iubet diem iudicij esse diffisum. Gell. *lib.* 14. *cap.* 2. Iussi igitur diem diffindi, atque inde a subsellijs pergo ad Phauorinum philosophum. Et Liu. *lib.* 9. *ab vrb.* Diem diffidit. Diffisiones rerum eodem modo dici putat Passerat. apud Gell. *cap.* 2. *lib.* 14. vbi vulgò *Diffusiones. Ibidem*, Diffundi diem, etiam vulgò legitur cùm Gellius scripserit, diem Diffindi, vt docuit eruditissimus vir Angel. Polit.

Diffisio. Gell. *cap.* 2. *lib.* 14. In rerum diffisionibus, comperendinationibus, &c. Vide suprà *Diffindere diem.*

DIFFINGO, is, ere, Corrumpo, & destruo quod fictum & formatum est. {שחת *schicheth.* διαφθείρω. GALL. *Deffaire ce qui est fait, luy oster sa forme & figure.* ITAL. *Guastare, corrumpere.* GERM. Etwas gemachts zerbrechen vnd anderst machen. HISP. *Gastar, destruir, desfigurar.* ANGL. *To vnmake to vndoe that was made.*} Horat. 3. *Carm.*

——neque diffinget, infectumque reddet,
Quod fugiens semel hora vexit.

Vbi Acron. Diffinget, idest, confundet, immutabit, siue diuellet. Idem *Carm.*

——ò vtinam noua
Incude diffingas retusum in Massagetas, Arabésque ferrum.

Vbi Acron. Diffingas, contusum reformes: nam sicut fingere, formare dicitur, sic & diffingere, est quassatum reformare. Idem. *Serm.*

——equidem nihil diffingere possum.

id est, non possum negare rem sic non se habere.

DIFFINIO, is, ex Dis, & finio, Definio. {גזר *ghazar.* ὁρίζω. GALL. *Definir, determiner.* ITAL. *Diffinire, terminare.* GERM. Entscheyden. HISP. *Difinir, ò determinar.* ANGL. *To define, to determine.*}

Diffinitè, Finitè, definitè. Cic. *pro Balbo*, Quæ diffinitè ciuitatem donandi Pompeio potestatem fecerat: sic enim in antiquo manuscripto hoc in loco & multis aliis legitur.

Diffinitio, quæ & definitio, & finitio appellatur constans ex genere & differentiis: vt, Homo est animal rationale, mortale. {ὅρος, ὁρισμός. GALL. *Definition, determination.* ITAL. *Diffinitione.* GERM. Entscheydung/die beschreibung eines dings was es von natur seye. HISP. *Definicion ò determinacion.* ANGL. *A definition.*} Quint. Finitio, est rei propositæ propria & dilucida, & breuiter comprehensa verbis enuntiatio. Dicta autem est diffinitio sumpta translatione ab his qui fundos prædiáque diuidunt alia ab aliis. Nam vt illi agrum ab agro diffiniunt, atque habitam de finibus controuersiam distinguunt: sic per definitionem res à rebus distinguntur, & veluti certis quibusdam finibus circunscribuntur.

DIFFITEOR, ex Dis, & fateor, Nego, inficior. {מאן *meen.* ἀπαρνέομαι. GALL. *Ne vouloir pas confesser, denier.* ITAL. *Negare, non confessare.* GERM. Verneinen/nicht wöllen bekennen. HISP. *Negar ò no confessar.* ANGL. *To denie.*} Cic. Itaque nunquam diffitebor multa me, vt ad effectum horum consiliorum peruenirem, & simulasse inuitum, & dissimulasse cum dolore. Colum. *lib.* 4. *cap.* 10. Nam quod in profundo semina frigore laborare dicuntur, nos quoque non diffitemur.

DIFFLO, as, est flatu prosterno. {נשב *nischchab.* διαφυσάω. GALL. *Espandre ou abatre par souffler, faire aller en vent.* ITAL. *Gettare à terra soffiando.* GERM. Zerblasen/nider blasen. HISP. *Derribar soplando.* ANGL. *To blowe away.*} Plaut. *in Mil.* Cuius tu legiones difflasti spiritu, quasi ventus folia.

DIFFLVO, est in diuersas partes fluo, Liquesco. {διαρρέω. GALL. *Couler de toutes parts, se dissoudre, & ne pouuoir tenir ensemble.* ITAL. *Scorrere in più parti.* GERM. Zerfliessen. HISP. *Correr lo liquido en partes.* ANGL. *To loose and fall a sunder.*} Plin. *lib.* 21. *cap.* 13. Qui edere, abiiciunt se humi, refrigerationem quærentes: nam & sudore diffluunt. ¶ Diffluere otio, vel luxuria, est immodico otio, vel immodicæ luxuriæ indulgeo. Terent. *in Heaut.* Vt eius animum, qui nunc luxuria & lasciuia diffluit, retundam.

[Diffrax, biceps. Gloss.]

DIFFRINGO, is, In varias partes frango. {שבר *schibber* רעץ *raah.* διαρρήγνυμι. GALL. *Rompre en pieces, briser.* ITAL. *Frangere in più parti.* GERM. Zerbrechen. HISP. *Romper en muchas partes.* ANGL. *To break in pieces.*} Plaut. *in Asin.* Crura hercle diffringentur.

DIFFVGIO, is, In diuersas partes fugio, huc illuc fugio, dilabor. {נס *nas* ברח *barach.* διαφεύγω. GALL. *Fuir çà & là, reculer, euiter.* ITAL. *Fuggire in diuerse parti.* GERM. Hin vnd hår fliehen. HISP. *Huir en diuersas partes.* ANGL. *To flie here and there, to eschewe.*} Virg. *lib.* 3. *Georg.*

——quò tota exterrita syluis
Diffugiunt armenta.

Cæs. 1. *bell. Gall.* Hi repentino malo perterriti, diffugiunt ad sua præsidia. ¶ Ponitur etiam translatè pro vitare. Cicer. 5. *Verr.* Diffugerunt enim permulti id quod ostendam. ¶ Item pro refugere, renuere. Varr. 2. *de re rust.* Nec tamen diffugio quin dicam quæ scio de suillo pecore.

Diffugium, ij. {מנוס *manôs.* διαφυγή, διασκέδασις. GALL. *Fuite çà & là.* ITAL. *Risugio, ridotto.* GERM. Zuflucht/Zuuersicht. HISP. *Huida.* ANGL. *Flying to sundrie partes.*} Tacit. Proximorum diffugia languentibus iam studiis.

DIFFVNDO, diffudi, diffusum, Huc illuc fundo, dispergo, dissipo. {פזר *pazar* זרה *zarah* פשט *paschat.* διαχέω. GALL. *Espandre.* ITAL. *Versare, spargere in più parti.* GERM. Zerspreiten/hin vnd wider giessen. HISP. *Derramar en diuersas partes.* ANGL. *To powre out and scatter abroade.*} Colum. *lib.* 2. Nam vel respuit duritiam soli dens aratri, vel si qua parte penetrauit, non minutè diffundit humum. ¶ Accipitur pro dilatare. Cic. *lib.* 1. *de Orat.* Diffusa ramis patulis platanus. ¶ Diffundere animum alicuius, est exhilarare. Ouid. 1. *de arte amand.*

Spectabunt

Spectabunt iuuenes læti, mistǽque puellæ:
Diffundéntque animos omnibus ista dies.

Senec. *Epist.* 67. Quod diffundit animum, aut mordet. Diffundere vinum, vide *Defundere*. Diffundere diem, vel potius, Diffindere, vt doctiores legunt, vide *Diffindere*.

Diffūsŭs, particip. { פזור *pazur* נפוץ *nifotsh.* διακεχυμένος. GALL. *Espandu, espars.* ITAL. *Sparso.* GERM. Zerſpreit/oder außgeſpreit. HISP. *Derramado.* ANGL. *Poured out abroade.* } Cic. 2. *de Orat.* Est enim heri nobis ille hoc Catule pollicitus, se ius ciuile quod nunc diffusum & dissipatum est, in certa genera coarctaturum. Diffusum vinum, hoc est, transuasatum, quod dicitur. Veteribus enim mos erat primùm in cuppa vinum per aliquod tempus relinquere, donec afferbuisset, deinde verò in cados & dolia diffundere. vnde diffusum vinum appellatur. Cic. *de finib.* Quibus vinum diffusum è pleno sit hirsiphon, vt ait Lucilius.

[Diffusilis, diffusus, Lucr.]

Diffūsē, aduerb. Dispersè. { διακεχυμένως. GALL. *Esparsement, largement, & auec estenduë, d'un costé & d'autre.* ITAL. *Sparsamente.* GERM. Sprettechtig/weitleüffig. HISP. *Derramadamente.* ANGL. *Scatteringly, without order.* } Cic. 1. *de Inuent.* Enumeratio est, per quam res dispersè & diffusè dictæ, vnum in locum coguntur.

Diffūsĭo, nis, Dilatio, dispansio. { זרה *zará.* διάχυσις. GALL. *Effusion çà & là, espartement.* ITAL. *Il spargere, spargimento.* GERM. Zerſpreitung. HISP. *Derramamiento.* ANGL. *A pouring out or sprinkling abroade.* } vt, Diffusio animi, pro exhilaratione. Seneca *de vita beata*, Ex cognitione veri gaudium grande & immotum comitásque & diffusio animi. ¶ Diffusio rerum, de die. *diffiso*, vulgò legitur apud Gell. *cap.* 2. *lib.* 14. cùm sit legendum *Diffisio*. Vide suprà *Diffindo*, & *Diffisio*.

[Diffusoriæ, cloacæ, quæ immissas aquas in fluentem, aut lacum deuehunt. Pont.]

Diffutatus, Adiect. Catull. Vt ista vestra diffutata mentita.

Dĭgāmmă, δίγαμμα: siue Digamma Æolicum, dicta est F litera, quòd duplicis Γ imaginem referre videatur. Vide Gell. *cap.* 5. *lib.* 14. Cic. *ad Attic. lib.* 9. fundum suum Formianum vocat digamma, quòd nomen eius ab F, litera initium sumeret. Delicium, inquit, digamma vendetem, quantum in solo solerem quærere non solùm Romæ, sed etiam dilicium digamma viderem.

Dĭgămŭs, { δίγαμος. GALL. *Qui a deux femmes, deux fois marié.* ITAL. *Quell' che ha hauuto due moglie.* GERM. Der zweymal geweibt hatt. HISP. *El casado dos vezes.* ANGL. *That hath bene twise maried.* } Qui duas duxit vxores. Hieron. *contra Iouin.* Non damno digamos. Sic digama mulier dicitur quæ duos habuit maritos.

Digeri, Δίγηροι, populi Thraciæ. Steph.

Dĭgĕro, is, digessi, digestum, Ordino, dispono. { ערך *barák.* הכין *tichchén* διανέμω, διαθήκω, διακοσμῶ. GALL. *Porter çà & là, ordonner & disposer, mettre par ordre.* ITAL. *Ordinare, disporre.* GERM. Ordnen/in ordnung setzen. HISP. *Ordenar, disponer.* ANGL. *To sett in order, to dispose.* } Virg. *Æneid.* 3.

Quæcunque in folijs descripsit carmina virgo,
Degerit in numerum.

Ita dicimus aliquid digestum, id est, loco suo compositum, ἐν τάξει κείμενον. Ouid. 5. *Fast.*

Sæpè ego digestos volui numerare colores, (in horto.)

Idem 2. *Fast.*

——Qui matris digerit annos.

¶ Quandoque Dilucido interpretor, ἐξηγοῦμαι. Virg. *lib.* 2.

——Ita digerit omnia Calchas.

Quandoque Diuido, distingo. Plin. *lib.* 8. Poma serantur, inserantúrque, vineæ pastinentur, semina digerantur. ¶ Quandoque concoquo, πέττω. vt, Digere paulisper vinum quo mades. Cic. *ad Attic. lib.* 4. Stomachus concaluit vt digerat multa cruda faciliùs. ¶ Per translationem, Cic. *ad Quint. frat. lib.* 1. Facias vt mea mandata digeras. ¶ Digeri etiam concreta dicuntur, cùm contenta intus materia dissipatur atque discutitur. Cels. *lib.* 5. *cap.* 28. *de strumis.* Propter hæc & album veratrum rectè datur, atque etiam sæpiùs, donec ea (nempe concreta digerantur. ¶ Digeri etiam dicitur æger, cùm ex eius corpore multum materiæ & substantiæ transpirat & exhalat, i. διαφορεῖσθαι Galeno. Cels. *lib.* 7. *cap. de calculo*, In solùm is aquæ calidæ demittendus est,—manibus tantummodo pedibúsque nudatis, vt & minus digeratur, & ibi diutiùs maneat. *Ibid.* Is, cuius corpus digeritur, quàm is, cuius astrictum est.

Digēstĭo, verb. Ordinatio. { ערך *héreeh* מערכת *maharachdh.* διάταξις, διάθεσις. GALL. *Ordonnance, distribution, ordre.* ITAL. *Ordinanza, dispositione.* GERM. Ordnung. HISP. *Repartimiento, ordenança.* ANGL. *A setting in order, a due placing of things.* } Plin *lib.* 3. *c.* 1. Itaque interiori in parte digestionem in literas eiusdem nos sequuturos, coloniarum mentione signata, quas ille in eo prodidit numero. Cic. 3. *de Orat.* Digestio quæ ex oratio est, ea est partitio. ¶ Concoctio & digestio, πέψις καὶ διαφόρησις. Cels. *in proœmio*, siue hac de causa concoctio incidat, siue de illa; & siue concoctio sit illa, siue tantùm digestio. ¶ Velleius, Digestio annorum.

Dĭgĕrĭēs, Digestio, dispositio. διακόσμησις, διάταξις. Macrob. Nec mirum si digeries morsum reprehensionis euasit.

[Digestista, docens, aut studens Digestis. Cath.

Digito, as, ἐπιδακτυλίζω. Gloss. ostendo digito.]

Dĭgĭtŭs, à digerendo quidam deriuari putant, quòd natura miro decentique ordine digitos digesserit, id est, disposuerit. { אצבע *etsbáh.* δάκτυλος. GALL. *Doigt.* ITAL. *Dito.* GERM. Ein finger. HISP. *Dedo.* ANGL. *The finger.* } Plaut. *in Persa*, Næ si me vno digito attigeris, te ad terram affigam scelus. Faciam vt conuiuia digito prætendat suos. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 3. Concrepuit digitis, laborat. Idem *Milit. sc.* 2. *a.* 2. Si digitum transuersum, aut latum vnguem hinc excesseris. Idem *Aul. sc.* 1. *a.* 1. Dextera digitis rationem computat. Idem *Mil. sc.* 2. *a.* 2. Pectus digitis pultat: Cor credo euocaturus est foras. *Ibid.*

Texerunt digiti lumina nostra tui.

Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 4. *Trist.* Digito non auderet contingere. Gell. *cap.* 23. *lib.* 10. In digitos deducta diuisio, Quint. In hunc intende digitum. Hic benè est. Plaut. *Pseud.* 4. *a.* 4.

Digitorum crepitu poscere matellam.

Martial. *epigr.* 119. *lib.* 14. In digitos argumenta diducere, Quint.

In digito qui me fersque refersque suo,

(id est, imaginem in anulo.) Ouid. *Eleg.* 6. *lib.* 1. *Trist.* Digitos commodare mærice, (in numerando.) Senec. *Epist.* 89. Digitorum nomina sunt hæc, Pollex, ἀντίχειρ, ὁ μέγας: Index λιχανός, δεικτικός: Infamis, siue famosus, μέσος, σφάκελος: Medicus, παράμεσος, δακτυλιώτης, ἰατρός. id est, medicinalis, seu anularis, quòd in eo anuli primùm gestari consueuerunt. Minimus, μικρός, qui & auricularis, ὠτίτης. Plaut. *Amphitr.* Si minusculo digito increpuerint fores. Gellius *cap.* 10. *lib.* 10. In digito sinistræ manus qui minimo proximus est gestantur anuli. Periphrasis est digiti, qui Medicus dicitur. Indicem, qui pollici proximus est, alio nomine salutarem veteres vocauerunt. Martial. *lib. de nugt. Phil.* Quidam redimitus puer ad eos compresso digito salutari, silentium commonebat. ¶ Medius digitus alia habet nomina. Nam dictus est verpus, à verrendo podice. Ob quam etiam causam impudicus, & infamis vocatus est. Et quando porrigebatur, signum derisionis & contumeliæ erat. Mart.

Ostendas digitum, sed impudicum Alconti,
Dasióque Symmachóque.

Iuuenal.

——Ipse minaci
Præberet laqueum mediúmque ostenderet vnguem.

Persius,

——frontem atque vda labella,
Infami digito, & lustralibus ante salinis Expiat.

¶ Digiti sonus, & digiti crepitus, de facilitate rei ponuntur. Tibull.

Et neces ad digiti me taciturna sonum.

Martial.

Digiti crepantis signa nouit Eunuchus.

¶ Digitum tollere, significat fauere, suffragari: sicut digitum deprimere, suffragio derogare, χειροτονεῖν. Horat.

Vulgus vtroque suum laudabat pollice ludum.

Digitum exere, peccas: prouerbialiter dicitur de iis, quos vitia sua fateantur cogimus. Tractum à gladiatoribus, qui victi ostensione digiti veniam à populo postulare cogebantur. Persius *Satyr.* 5. Nil tibi concessit ratio, digitum exere, peccas. Digitum transuersum non excedere. Plaut. *Aulul.* Istic adesto: si hercle tu ex istoc loco Digitum transuersum, aut vnguem latum excesseris, &c. id est, minimo spatio. Dicitur &, Digitum ab aliqua re non discedere. pro, Ne tantillum quidem. Cic. 6. *Verr.* Oculos de isto nusquam deiicere, neque ab argento digitum discedere. Idem *ad Atticum lib.* 7. Mihi certum est ab honestissima sententia digitum nusquam. ¶ Digitus in aquæductibus accipitur pro certo quodam aquæ modulo, quo ex castello in vicos, aut regiones, aut etiam in nobiliorum ædes aqua diuidebatur. Habebant enim aquæductus sua castella ad diuortia vicorum, ex quibus aqua à castellatio per vncias & digitos diuidebatur. Habebat autem digitus rotundus diametrum vnius digiti. Autor Frontinus. ¶ Digito attingere, i. leuiter attingere. Cic. *Tuscul.* 5. Lælius si digito quem attigisset, pœnas dedisset. In Epigram. apud Gellium,

Si digito attigero, incendam syluam simul omnem.

Terentius tantùm dixit, Si attigisses, ferres infortunium. ¶ Cælum digito attingere, prouerbiali nimirum hyperbole dicuntur, qui longè supra mortalium conditionem, ac diis proximi esse videntur. Cic. *ad Attic. lib.* 2. Nostri autem principes digito se cælum putant attingere, si mulli barbati in piscinis sint qui ad manum accedant. ¶ Extremis digitis attingere, est leuiter attingere. Idem *pro Cel.* ¶ Metiri digitis dicitur qui rem accuratius expendit, quàm oporteat. ¶ Monstrari digito, δακτυλοδεικτεῖσθαι, pro eo quod est, insignem esse. Lucianus *in Hermonide*, Horat. 4. *Carm. Ode* 3. & Pers.

Digitus aquæ, sextadecima pars pedis, vncia verò duodecima. Paul. *de seru. rust. præd. l. Lucius Titius*, Digitum tibi dono aquæ.

Dĭgĭtŭlŭs, & Digitellus, diminutiua. { δακτυλίσκος. GALL. *Petit doigt.* ITAL. *Dito picciolo.* GERM. Ein fingerlin. HISP. *Dedo pequeño.* ANGL. *A litle finger.* } Terent. *in Eunuch.* Sine biduum hoc prætereat, Qui mihi nunc vno digitulo fores aperis fortunatus.

Dĭgĭtālĭs, e, quod habet mensuram digiti. { δακτυλιαῖος. GALL. *De la grosseur, espesseur, largeur & longeur d'un doigt.* ITAL. *Di misura d'un dito.* GERM. Fingermäſſig/das einen finger dick oder lang iſt. HISP. *Cosa que tiene quantidad de vn dedo.* ANGL. *That is of the measure of a finger or inche.* } Plin. *lib.* 22. & anchusæ radix in vsu est digitali crassitudine.

Digitabulum, in antiquo Lexico, δακτυλήθρα, [quo digitorum oras muniunt fœminæ aduersum acus. Iun. Item prolixum opus.]

Dĭgĭtālĭă, substantiuum, Digitorum tegmenta dicuntur. { δακτυλήθραι. GALL. *Doigtier, dequoy on couure les doigts gans.* ITAL. *Ditale.* GERM. Fingerhut/händschuch. HISP. *El dedal ò dedil del dedo.* ANGL. *A thymble or any thing couering the fingers, as finger stalles.* } Varr. *lib.* 1. *de re rust.* Olea manu stricta, melior: ea quæ digitis nudis legitur, laudabilior quàm illa quæ cum digitalibus.

Dĭgĭtĕllŭs, siue Digitellum. Herba est quæ alio nomine sedum, siue sempervivum maius appellatur. ἀείζωον. Vide Plin. *lib.* 25. *cap.* 13.

Dĭgĭtātŭs, qui digitos habet. { ὁ καὶ ἡ σχιζόπους. GALL. *Qui a doigts.* ITAL. *Chi ha diti.* GERM. Der finger hat. HISP. *Que tiene dedos.* ANGL. *That hath fingers.* } Plin. *lib.* 11. *cap.* 47. Auium aliæ digitatæ, aliæ palmipedes.

Digitiæ, fuere virgulæ aureæ, vel argenteæ, digitis similes, Anastas.

[Digitij, Dij semitales, quòd viam quasi digito viatoribus ostenderent. Delrius.]

Dĭglădĭŏr, Gladiis certo, certo, contendo, dissentio. { διαξιφίζομαι, διαμάχομαι. GALL. *Debatre par armes, & comme tirer à cousteaux, noiser.* ITAL. *Far' alle coltellate.* GERM. Fechten/streiten/mit schwertern streiten. HISP. *Acuchillar.* ANGL. *To fight with swordes, to contend or striue.* } Cic. Quid Antipater digladiatur cum Carneade tot voluminibus?

Diglito, appellatur Tygris fluuius, vbi tardior fluit, hoc est, vsque ad Medorum fines. Autor Plin. *lib.* 6. *cap.* 27.

Dignatio, Digno, Dignitas, Dignor, vide *Dignus*.

[Dignoro. Fest. Dignorant, signa imponunt, vt fieri solet in pecoribus, vt scil. dignoscantur. nam dicitur à *dignosco*. Gloss. *dignorat*, ἀναγνωρίζει. *Dicerat* διαχαράσσει. lege *dignorat*. Scal.]

Dignōsco, Agnosco, cognosco, aut discerno. {הכיר *hicchhir*. διαγινώσκω. Gall. *Cognoistre entre autres, discerner.* Ital. *Cognoscere, dignoscere.* Germ. Vor einem andern kennen/underscheyden. Hisp. *Conocer entre cosas diuersas.* Angl. *To discerne, to knowe amang otheris.*} Lact. *lib.* 5. Inuicémque se dignoscunt. Suet. *in Othon.* Vulso corpore, galericulo capiti propter raritatem capillorum adaptato, & annexo, vt nemo dignosceret. Col. *lib.* 2. *cap.* 2. Dignoscere terram sapore. Plin. *lib.* 12. *cap.* 17. Dignosci vix potest à mastiche vera.

Dignus, a, um, à δεινύω. Qui aliquid meretur, cui aliquid meritò debetur. {ראוי *raui* כשר *caschér.* ἄξιος. Gall. *Digne.* Ital. *Degno.* Germ. Würdig/wehrt. Hisp. *Digno.* Angl. *Meete or conuenient, worthie.*} Vt, Dignus laude, qui meretur laudem. ἀξιέπαινος. Dignus castigatione, qui meretur castigationem.

Digna ferat si quis inaniter adiurarit,

(id est, paria sceleri & periurio.) Catull. *de com. Beren.* Plus quàm me iudice dignus eram, probabat ingenium. Ouid. *Eleg.* 4. *lib.* 4. *Trist.* Salutem scriptam dignum est dignis mittere. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 4. Quid agis? C. Viuo. P. Nempe vt dignus es, id est, miserè vt Leno.) Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 2. Si dignis dicitur malè, bene dictum est. *Ibid. sc.* 2. *a.* 4. Neque quicquam sit quin me omnes dignum deputent. Idem *Amph. sc.* 1. *a.* 1. Vin' herum deludi. L. dignus est sanè. Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 3. Abin hinc dignus domino seruus? Idem *ibidem sc.* 3. *a.* 2. Te vt digna es, perdam, vt de me meres. *Ibidem sc.* 2. *a.* 1.

Vtque proba dignum est, omni tibi dote placebam,

Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 4. *Trist.* Dignos, indignos adire, & experiri. Plaut. *Asin. sc. vlt. a.* 1. Miser est. P. Profectò dignus est, (sup. miseria.) *Ibid. sc.* 2. *a.* 5. Cœnabis vt te dignum est, maximum malum. *Ibidem.* Neque te derideo, neque dignum arbitror. *Ibidem sc.* 4. *a.* 1. Dignus est verberibus multis? Dignus. Idem *Mil. sc.* 3. *a.* 2. Dignissimi quo cruciatus constant. Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 2. Dij, si dignus es, neque ament, neque faciant bene. Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Digna res lachrymis. Sen. *cap.* 14. *de cons. ad Mart.* Digna & indigna pati. *Ibid. cap.* 10.

Nulla quibus reddi gratia digna potest,

Ouid. *Eleg.* 5. *lib.* 1. *Trist.* Digna queri. Gell. *cap.* 17. *lib.* 7.

Nec digna, nec vtilis vxor.

Ouid. *Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.*

Non es vt amissi coniuge digna fleas,

Idem *Eleg.* 3. *lib.* 4. *Trist.* Dignissimo domicilio inclusus animus Vatinij. Velleius. Plaut. *in Rud.* Neque digniorem censeo vidisse anum me quamquam, Quoi deos atque homines censeam benefacere magis decere. Terent. *in Heaut.* Ego te meum esse dici tantisper volo, Dum quod te dignum est facias. ⵋ Indignus. Mart.

Digna tuo cur sis, indignaque nomine dicam.

hoc est, dicam cur merearis & non merearis hoc nomen.

Dignē, aduerb. pro dignitate. {ἀξίως. Gall. *Dignement, comme il appartient, honestement.* Ital. *Degnamente, come s'appartiene.* Germ. Würdiglich. Hisp. *Dignamente.* Angl. *Honestlie, worthilie.*} Id est, honestè, vti honestum decet. Plaut. *Mil.* quàm dignè ornata incedit, aut meretriciè. Cic. *de senect.* Nunquam igitur satis laudari dignè poterit philosophia, hoc est, satis pro dignitate. Velleius, Satis dignè deflere. Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 5. Dignè habiti sumus. Suet. *in August. cap.* 66. Virtutes ac merita cuiusque dignè prosecutus. ¶ Dignè etiam significat pro meritis, ἀξίως, κατ' ἀξίαν. Indignè, præter merita, ἀναξίως, παρ' ἀξίαν. Ouid.

Leniter ex merito quicquid patiare, ferendum est:
Quæ venit indignè pœna, dolenda venit.

Dignānter, aduerb. Dignè, ἀξίως. Vopiscus *in Tacit.* Ipsum igitur qui nos tueri debet, loquentem dignanter audite.

Dignitās, Honestas, honor, amplitudo, splendor. {מעלה *mahalâh* שאת *séeth* יתר *jéther.* ἀξία, ἀξίωμα, ἀξιοπρέπεια. Gall. *Dignité, bonne reputation.* Ital. *Dignità, ampiezza, honore.* Germ. Würde/wirdigkeit. Hisp. *Dignidad, honra, reputacion.* Angl. *VVorthinesse, honour deewe to ones merites, manly maiestie or comelinesse in fauour.*} Gell. Cuius dignitas nec augeri laudibus, nec minui detractionibus potest. Cic. *Thermo lib.* 13. Vt omnibus in rebus ei te commodes, quoad fides dignitásque tua patietur. ¶ Interdum sumitur pro virili pulchritudine, τὸ ἀξιοπρεπές, σεμνοπρέπεια. Idem *lib.* 1. *Offic.* Pulchritudinis duo sunt genera: vnum muliebre, quam venustatem appellamus: alterum virile, quam dignitatem dicimus. Idem *de Orat.* In formis aliis dignitas inest, aliis venustas. Agretius, pulchritudo formæ in viris, dignitas: vnde Cic. *pro Cœlio*, Quis non possit huic ætati, atque huic dignitati petulanter, etsi sine suspicione, at non sine argumento maledicere. Rursus idem Cic. 2. *de inuent.* Pueri magna præditi dignitate. Formæ dignitas dicitur ab eodem *lib.* 5. *de finib.* ¶ Est etiam dignitas in sermone, quum scilicet oratio est grauis, & voce remissa, de qua Autor ad Heren. *lib.* 3. σεμνοπρέπεια, σεμνότης. Acuta exclamatio fauces & vocem vulnerat: eadem lædit auditorem; habet enim quiddam illiberale, ad muliebrem potius vociferationem, quàm ad virilem dignitatem in dicendo accommodatum.

Dignitatum species, recentiores Iurisconsulti quatuor esse tradunt, Illustres, Superillustres (quæ dictio non satis Latina est,) Spectabiles & Clarissimos. Sed Alciati doctrina verior, cuius elegans cap. extat de ea re *in lib. Dispunct.* 3. Dignitates in iure nostro propriè, quæ clarissimatus, Equitatus, perfectissima gradibus continentur, quos Alciatus non vno loco attingit, ostendens quantum hac in re aberratum hactenus sit.

Digno, as, Dignum iudico, dignor. Diomed. *lib.* 1. {ἀξιόω. Gall. *Iuger & reputer digne, daigner.* Ital. *Giudicare degno, degnare.* Germ. Würdigen/würdig achten. Hisp. *Tener por bien, hazer ò reputar por digno.* Angl. *To thinke worthie, to vouchsafe.*} Pacuuius, Quis deos infernos quibus cælestes, dignet decorare honoribus?

Dignor, passiuum, Dignus habeor. {ἀξιοῦμαι. Gall. *Estre reputé & estimé digne.* Ital. *Esser tenuto degno.* Germ. Würdig geacht sein. Hisp. *Ser tenido por digno.* Angl. *To be estemed and holden worthie.*} Virg. 3. *Æneid.*

Coniugio Anchisa Veneris dignate superbo.

Cic. *Œcon.* Homo ex eo numero hominum, qui apud nos hoc nomine dignantur, id est, digni habentur.

Dignor, deponens, pro Dignum iudico, seu habeo, vsitatius. {ἀξιόω. Gall. *Estimer & reputer digne, daigner.* Ital. *Giudicare degno, degnare.* Germ. Würdig achten. Hisp. *Tener por bien, hazer ò reputar por digno.* Angl. *To thinke worthie, to vouchsafe.*} Virg. 5. *Æneid.*

Tum Venus, haud equidem tali me dignor honore,

id est, dignam iudico, inquit Seruius. Suet. *in Aug.* Vniuersum denique genus operas aliquas publico spectaculo præbentium etiam cura sua dignatus est, id est, dignum iudicauit, & dignatione sua prosequutus est. Idem Suet. *in Calig. cap.* 25. Dignatus est Cæsoniam luxuriæ & lasciuiæ perditæ vxorio nomine. Gell. *cap.* 18. *lib.* 10. Dignatum opus numerari. (id est, dignum habitum,) vbi Passerat. legit memorari, pro numerari. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist.* Vel rate dignatas, vel pede nostra sequi, (vestigia Musæ.)

Dignāndus, Cic. 1. *Acad.* Quæ autem secundùm naturam essent, ea sumenda, & quadam æstimatione dignanda docebat.

Dignātio, nis, idem quod Græci ἀξίωμα dicunt, id est, dignitas & amplitudo propter honores gestos, aut magistratum, vel propter oris, morúmque maiestatem. {מעלה *mahalah* שאת *séeth* יתר *jéther.* ἀξίωμα. Gall. *Dignité, bonne reputation.* Ital. *Dignità.* Germ. Würdigung/das würdig achten. Hisp. *Dignidad, reputacion.* Angl. *And good reputation, reuerence shewed to a man.*} Cic. *ad Attic. lib.* 4. Etsi meus quidem est fortior, nec quicquam nisi de dignatione laborat. Suet. *Vesp.* Exin' sortitus Aphricam, integerrimè, nec sine magna dignatione administrauit. Liu. 2. *ab Vrbe*, pro gratia & familiaritate posuisse videtur, Appius (inquit) interpres lectus, haud ita multò in principum dignationem peruenit. Suet. *in August. cap.* 46. Iure ac dignatione vrbi adæquauit. Idem *in Calig. cap.* 24. Cæteras dignatione tanta non dilexit, (id est, reuerentia & caritate.) Idem *in Galba cap.* 17. Magnæ dignationis haberi, (id est, esse in pretio & honore.) Senec. *cap.* 17. *de cons. ad Mart.* Tantæ dignationis homines. Velleius, Dignatio patrium, (id est, dignitas.) Idem, Dignatio Octauij, (id est, honor, & magistratus.) Idem, Dignatione Brutus obruerat Varinium, cùm ei extorsit Legiones. Indignatio, ex rei alicuius indignitate collecta. ἀγανάκτησις. Iuuen. *Sat.* 1.

Si natura negat, facit indignatio versum.

Dīgrĕdĭŏr, eris, Discedo, egredior, à te discedo, à proposito abeo. {הלך *halách* אזר *azár* סר *sar.* ἀποχωρέω. Gall. *Partir d'vn lieu.* Ital. *Partirsi.* Germ. Hinweggehen/neben sich gehen. Hisp. *Partir de lugar.* Angl. *To go out of a place or frome a purpose.*} Virg. 3. *Æneid.*

Hos ego digrediens lachrymis affabar obortis.

Cic. *Cornificio*, Etsi periniquo patiebar animo, à me digredi. Idem 2. *de nat. deor.* Luna autem iisdem spatiis vagatur quibus Sol: sed tum congrediens cum Sole, tum digrediens. Cum accusatiuo sine prœpos. Hirtius *de bello Afric.* Inde paruulam procliuitatem digressus, sinistra parte campi propter mare legionem educit.

Dīgrĕssus, particip. {גרוש *garusch.* ἀπελθών. Gall. *Qui s'en est parti, qui a laissé le chemin qu'il tenoit.* Ital. *Separato, partito.* Germ. Hingangen/Abgescheiden. Hisp. *Partido de lugar.* Angl. *That goeth frome a place, or purpose.*} Digressa dicitur quæ diuortium cum marito fecit. Suet. *in Cæs. cap.* 43. Diremit nuptias Prætorij viri, qui digressam à marito post biduum statim duxerat, quamuis sine probri suspicione.

Dīgrĕssus, us, ui, Digressio. ⵋ Accessus. {סרוח *sarah.* ἀπόβασις, ἀποχώρησις. Gall. *Departement.* Ital. *Dipartimiento.* Germ. Abweichung/hingang/absünderung. Hisp. *Aquella partida.* Angl. *A digression, a going away.*} Cic. *lib.* 1. *Tusc.* Tenuissimum lumen facit proximus accessus ad Solem, digressus autem longissimum. Idem *ad Quint. fratr. lib.* 1. Deinde congressus nostri lamentationem pertimui: digressum verò non tulissem. ¶ Pro discessu. Suet. *in Tib. cap.* 10.

Dīgrĕssio, nis, pro discessu. ⵋ Congressio. {סרוח *sarâh.* ἀποχώρησις. Gall. *Digression, changement de propos, departement.* Ital. *Esso dipartirsi, mutar proposito, digressione.* Germ. Hingang/abscheid. Hisp. *Aquella partida.* Angl. *A digression, or going frome.*} Cic. *ad Quint. fratr. lib.* 1. Minus acerbum, minus miserum fuit, quàm fuisset tum congressio, tum verò digressio nostra.

Dĭĭambus, διίαμβος, pes metricus ex duobus iambis constans, hoc est, ex quatuor syllabis, quarum prima & tertia breues sint, secunda autem & quarta longæ: vt Amœnitas.

Dĭi Mānēs, per duas dictiones, ab antiquis crediti sunt esse animæ hominum, quæ è corpore emigrauerunt: vnde etiam vetusta sepulchrorum monumenta Diis Manibus videmus esse inscripta. Alij Manes eosdem esse putant, quos in vita Genios appellamus: voluntque homini duos assignatos esse Genios, qui ne mortuorum quidem corpora deserant, sed vnà cum iis sepulchra inhabitent. Apul. *de Dæmonio Socratis*, Manes, animæ dicuntur meliores meriti, quæ in corpore nostro Genij, & à corpore separatæ Lemures vocabantur. Quod si domos infestarent, Laruæ dicebantur: contrà, si boni fuerint, Lares familiares. Seruius arbitratur, Manes per antiphrasim quasi minime manos dictos. Sabinorum enim lingua Manum bonum dicebatur: vnde & Immanis. Numerantur etenim Manes inter noxia numina: vnde subinde inferiis erant placandi ne nocerent. Vide plura in dictione *Manes.*] ¶ Dij maiorum, & minorum gentium communes, genitales, patrij, tutelares. Iun.]

Diiouis, Iupiter appellatus est. Gell. *cap.* 12. *lib.* 15. Vide *Diespiter.* In antiquo Lexico Dium ἄφθιτον, & Diiouis Ζεὺς νεώτερος.

Dĭiūdĭco, Diligenter aut diuisim iudico, discerno, distinguo, discepto, dirimo. {דן *dan* הוכיח *hocîach* בחן *bachan.* διαδικάζω. Gall. *Discerner, distinguer, juger distinctement.* Ital. *Giudicare distintamente.* Germ. Vrtheilen mit vnderscheidung. Hisp. *Iuzgar muy bien, ò entre partes diuersas.* Angl. *To iudge betweene twoe, to discerne.*} Plaut. *Amph.* Quam omnium Thebis vir esse optimam diiudicat. Velleius, Diiudicatæ ferro discordiæ ciuium. Cic. *in Tusc.* Verum igitur inter has sententias diiudicare malumus, an ad propositum redire? Terent. *in Heaut.* Ego dicam quod mihi venit in mentem, tu diiudica id est, dic quod tibi videtur, & sentis. *Ibid.* Pergin' istuc prius diiudicare, quam scis quid veri

veri fiet? Cic. *lib. 3. in Catil.* At illæ tamen omnes dissensiones, quarum nulla exitum Reipub. quæsiuit, eiusmodi fuerunt, vt non reconciliatione concordiæ, sed internecione ciuium diiudicatæ sint.

Diiudicatio, nis, Disceptatio. {דין *din.* διάκρισις, διάγνωσις. GALL. *Interposition de iugement.* ITAL. *Interpositione di giuditio.* GERM. Entscheydung / bericht. HISP. *Aquel juyzio entre partes diversas.* ANGL. *Interposition of iudgement.*} Cic. 1. *de Legib.* Nam ista quidem magna diiudicatio est.

Diiungo, is, Separo, diuido. {הבדיל *hibdil.* διαζεύγνυμι, διΐστημι. GALL. *Desioindre, separer.* ITAL. *Disiungere, separare.* GERM. Zertheilen / von einander absondern. HISP. *Desiuntir ò apartar.* ANGL. *To separate, or disioyne.*} Cicer. *Attic. lib. 7.* Redeamus domum, diiungere me ab illo volo.

Dilabor, Diffugio, seu clàm discedo. {נפל *naphál.* παραλισθαίνω. GALL. *S'escouler, cheoir petit à petit.* ITAL. *Partirsi nascosamente.* GERM. Hinfallen. HISP. *Deslizarse ò huyr de entre manos.* ANGL. *To slip or slid away.*} Cic. *lib. 1. Tusc.* Sed nescio quomodo dum lego assentior: quum posui librum, & mecum ipse de immortalitate animarum cœpi cogitare, assensio illa omnis dilabitur. ¶ Propriè verò dilabi, est deorsum labi, corruere. Lactant. *lib. 3.* Domus ab habitatore deserta dilabitur, id est, corruit. Cic. *in Lal.* Iam enim à sapientum familiaritatibus ad vulgares amicitias oratio nostra dilabitur, id est, descendit, διαφθείρεται. ¶ Aliquando ponitur pro deficere, ἀπαυδᾷν. Lactant. *lib. 7.* Describentes quasi fatigati, & dilabentis mundi senectutem, id est, deficientis. Liu. *lib. 5. dec. 4.* Vetustate dilabens nauis.

Dilapsus, partic. {נפל *naphél.* διολισθών, διολισθείς. GALL. *Escoulé, diminué, & descheu.* ITAL. *Scolato, diminuito, caduto.* GERM. Dahin gefallen. HISP. *Deslizado.* ANGL. *Sliping or slyding away, running as water doeth.*} Ad Herenn. *lib. 4.* Qui fortunis alicuius inducti, amicitiam eius secuti sunt, hi simulac fortuna dilapsa est, deuolant omnes. Dilapsus rapidè fluuius, Cic. 2. *de Legib.* Dilapsa aqua, Idem 2. *de nat. deor.* Liu. *lib. 3. bell. Punic.* Dilapsa robora corporum. Idem *lib. 5. dec. 4.* Dilapsa est domuum multitudo.

Dilabidus, adiect. {ὁ ὀλισθηρός. GALL. *Qui chet facilement.* ITAL. *Che casca facilmente.* GERM. Das leichtlich hinfällt oder zerfleußt. HISP. *Deleznadero.* ANGL. *That falleth or slippeth away quicklie.*} Quod facilè defluit. Plin. *lib. 8. cap. 55.* Necnon & vestes leporino pilo facere tentatum est, tactu non perinde molli, vt in cute, propter breuitatem pili dilabidas.

Dilacero, as, Lacero. {פרק *parák* שרט *sarát.* διασπάω, διασπαράττω. GALL. *Deschirer, destruire & gaster.* ITAL. *Lacerare, consumare.* GERM. Zerreissen / zerzerren. HISP. *Despedaçar en partes diversas, gastar.* ANGL. *To rent or teare in peaces.*} Lactant. *lib. 1.* In quibus ipse postea dilaceratus, & captus est. ¶ Metaphoricè significat consumere, dilapidare, & disperdere. Cicer. *pro Mil.* Et annum integrum ad dilacerandam Rempubl. quæreret. Dilacerantur opes, Ouid. *Epist. 1.* ¶ Dilacerandus. Catull.

Pro quo dilaceranda feris dabor, alitibúsque
Præda.

[Dilancinare, dilaniare, Pred.]

Dilanio, in diuersas partes lanio, discerpo. {פרק *parák* שרט *sarát.* διασπαράττω, διασπάω. GALL. *Mettre en pieces, deschirer.* ITAL. *Stracciare, sbrenare.* GERM. Zerreissen / zerzerren. HISP. *Despedaçar en muchas partes.* ANGL. *To rent or teare in peaces.*} Cic. *pro Mil.* Nocturnis canibus dilaniandum reliquisti. Comas dilaniare, Ouid. *Amorum.*

Dilapido, as, Disperdo, decoquo, consumo. {שחת *schicheth.* διαφθείρω. GALL. *Dissiper & follement despendre.* ITAL. *Consumare.* GERM. Vergeuden verzehren / vnnützlich verthun. HISP. *Desleuyr como apedreando.* ANGL. *To wast and spend foolishlie.*} Terent. *in Phorm.* Quantum potest, nunc conueniendus Phormio est, Priusquam dilapidet nostras triginta minas, Vt auferamus. Cic. *ad Augustum,* Publicam dilapidabat pecuniam, ærarium exhauriebat. Columell. Dilapidans hominum labores grandine Iupiter. Propriè tamen Dilapidare, est lapidibus purgare. Cato *de re rustic. cap. 46.* Locum bipalio vortito, dilapidatóque, hoc est, lapides auferto. Castigatiora exemplaria habent *Delapidato.*

Dilargior, iris, est variè, aut diuersis largior. {חן *chán.* διαδίδωμι. GALL. *Faire largesse, donner largement.* ITAL. *Donare à diversi.* GERM. Hin vnd här außgeben / außstrewen. HISP. *Dar in diversas partes.* ANGL. *To giue largelie or to diverse.*} Cic. *contra legem Agr.* Nec L. Sylla, qui omnia sine vlla religione quibus voluit est dilargitus, agrum Campanum attingere ausus est. Sueton. *in Cæs. cap. 28.* Cætera item quæ cuique libuissent dilargitus est, contradicente nullo. ¶ Accipitur & passiuè apud Gell. *lib. 15. cap. 13.* Salustius quoque eodem modo, Dilargitis proscriptorum bonis dicit, tanquam verbum largior sit ex verbis communibus.

Dilato, as, Latum facio, latè explico, propago. {הרחיב *hirchib* הפתח *hiphtách.* πλατύνω. GALL. *Eslargir, estendre, dilater.* ITAL. *Dilatare, allargare.* GERM. Außspreyten / zerspreyten / zerthun. HISP. *Dilatar, ensanchar y estender.* ANGL. *To stretch out in breadth.*} Plinius *lib. 31. cap. 3.* Nec aliud latiùs dilatatur, aut numerosius diuiditur. Cicer. *pro Flacc.* —Sed non dilatabo orationem meam. Idem 1. *Offic.* Quorum rebus gestis imperium Lacedæmoniorum dilatatum putatur. Idem 2. *de nat. deorum.* Istum enim locum illa vetus Zenonis breuis conclusio dilatauit.

Dilatro, as. Gell. *lib. 1. cap. 2.* Nugalibus & puerilium isagogarum commentationibus dilatrantes, obiurgationibus iusta incessiuit.

Dilatus, a, um, Diuulgatus. Suet. *in August. cap. 14.* Rumoque ab obtrectatoribus dilato.

Dilaudo, as, Laudo. {שבח *schibbách.* ἐπαινέω. GALL. *Louër fort ou en plusieurs manieres, priser.* ITAL. *Laudare.* GERM. Loben. HISP. *Alabar.* ANGL. *To praise, to commend much.*} Cicer. *Attic. lib. 6.* Et ego audebo legere vnquam, aut attingere eos libros, quos tu dilaudas, si tale quid fecero?

[Dilectus militum, quum distinctè leguntur.]

Dilemma, atis, & Dilemmatum, δίλημμα, per duplex mm, argumentum est, quod vtrinque aduersarium capit: vnde & Syllogismus cornutus à Gellio appellatur. Hieron. *contra Ruf.* Hoc est verum dilemma tuum, non ex dialectica arte, quam nescis, sed ex carnificum officina & meditatione prolatum. Cic. Complexionem vocat.

Diligo, is, dilexi, dilectum, Amo, charum habeo. {אהב *ahab.* φιλέω, ἀγαπάω. GALL. *Aimer, porter faueur.* ITAL. *Amare.* GERM. Lieben / lieb haben. HISP. *Amar.* ANGL. *To beare good will.*} Cic. *de Amic.* Quocirca dicendum est etiam sæpiùs, quum iudicaueris, diligere oportet: non quum dilexeris, iudicare. Idem *ad Brutum,* Sic igitur facies, & me aut amabis, aut quo contentus sum, diliges. Ouid. 2. *de Ponto,*

Diligitur nemo, nisi cui fortuna secunda est.

¶ Quandoque diligere significat diuidere. Plaut. *in Curc.* Clypeatus elephantum, vbi machæra diligit. Titius *apud Non.* Pernam totam diligit. [¶ Dilegit, pro dilexit, antiq. Salmas.]

Diligens, Gnauus, solers, attentus, sedulus, diligentiam adhibens, à diligendo, quòd ea quæ diligimus, studiosè obeamus. {חרוץ *charûts* חרד *charedu* אוהב *oheb.* ἐπιμελής. GALL. *Diligent, soigneux.* ITAL. *Diligente, assiduo.* GERM. Fleissig. HISP. *Diligente y curioso.* ANGL. *Diligent.*} Cic. *6. Verr.* Diodorus homo frugi, ac diligens, qui sua seruare vellet. Idem *de Amic.* Sed Scipio querebatur, quòd in omnibus rebus homines diligentiores essent, vt capra & oues quot quisque haberet, dicere posset: amicos quos haberet, dicere non posset. Plaut. *Amphitr.* Et memor sum, & diligens vt quæ imperes compareant. Idem *ibidem.* Rectè loquere, & proinde diligentem vt vxorem decet. Gell. *cap. 16. lib. 2.* Poeta diligentissimus verborum, (id est, in eorum delectu.) Idem *cap. 5. lib. 18.* Litterarum veterum diligens. Idem *cap. 14. lib. 13.* Cicero homo diligentissimus verborum. Quintil. Plato diligentissimus compositionis. Velleius, Quamdiu diligens fuit Sparta disciplinæ Lycurgi excelsissimè floruit. ¶ Horum contraria sunt Negligens, & Indiligens, ἀμελής. quemadmodum diligentiæ opponuntur negligentia & indiligentia, ἀμέλεια. Cicer. *de opt. gener.* Sed quædam etiam negligentia est diligentia. Terent. *in Adelph.* Ingenium tuum noui liberale, sed vereor indiligens nimium sies. Idem *in Phorm.* Pol mei patris parta bene, indiligenter curantur. Diligens, cum genitiuo, vt, Diligens temperamenti. Plin. *in Paneg.* Tam diligens temperamenti, vt nec Consulis officium princeps, nec principis Consul appeteret. Diligens ad. Quintil. *lib. 1.* Sed sint propter hoc ipsum ad cætera magis diligentes. Diligens & negligens de. Plin. *epist. 78. ad Corn. Tacitum.* Nam qui fortasse de alieno negligentes, de suo certè diligentes erunt.

Dilector, is, amator. ἐραστής. Apul. *Florider. lib. 2.* Ego me dilectorem tui profiteor.

Diligentia, Studium, cura, à diligendo videtur deduci. {חמדה *chamadáh.* ἐπιμέλεια. GALL. *Diligence, soing.* ITAL. *Diligenza, l'ingegnarsi.* GERM. Fleiss / sorg. HISP. *Diligençia, solicitud.* ANGL. *Trauell, diligence, labour.*} Plautus *in Rudent.* Curate hæc salutis magna diligentia. Idem *Capt. sc. 2. a. 1.* Asseruentur magna diligentia, (Captiui.) Diligentia autem ad corpus & ad animum refertur: cura ad animum, opera ad corpus. Præterea diligentia errorem non recipit. Cura autem tam inhonestæ, quàm honestæ rei esse potest. Cornel. Fronto *de different. vocab.*

Diligenter, aduerb. Studiosè, cum cura & solicitudine. {ἐπιμελῶς. GALL. *Diligemment, soigneusement.* ITAL. *Diligentemente.* GERM. Fleissiglich. HISP. *Diligentemente, y curiosamente.* ANGL. *Diligentlie.*} Terent. *in Eunuch.* Curato istam diligenter virginem.

[Dilinga, *Dilingen*, vrbs Sueuorum in Germaniâ. In ea vrbe solet plerunque commorari Episcopus Augustanus.

Dilogia, διλογία. Figura est, quum ambiguum dictum duas res significat. ἀπὸ τοῦ δὶς καὶ λόγος.

Dilorico, as, Discindo, aperio. {קרע *karáh.* διασχίζω. GALL. *Deschirer, rompre.* ITAL. *Fendere, squarciare.* GERM. Zerzerren / zerreissen. HISP. *Desmallar, hender.* ANGL. *To rippe that is sowed, to vnsowe.*} Cicer. 2. *de Orator.* Quin in causa peroranda non dubitaui reum excire Consularem, & eius diloricare tunicam, & iudicibus cicatrices aduersas senis Imperatoris ostendere. Alibi idem exemplum memorans dixit, Tunicam à pectore discidit: vt intelligamus idem esse diloricare & discindere. Egesippus *lib. 3.* Momentanei bellatoris gladios occulentes quemcunque reperiebant diloricabant, quod est, quasi loricam dissoluebant, sicut disfibulare est discingere & fibulam resoluere.

Diluceo, es, diluxi, ere, Luceo, illuceo. {אור *or* נהר *nahár* נגה *nagháh.* διαλάμπω, λάμπω. GALL. *Luire, estre clair.* ITAL. *Rilucere.* GERM. Vollkommenlich scheinen. HISP. *Luzir, ser claro.* ANGL. *To be bright, to shyne.*} Gell. *cap. 2. lib. 3.* Contrà verò qui sex horis posterioribus nascitur, eo die videri natum, qui post eam noctem diluxerit. Horat. *in Epist.*

Omnem crede diem tibi diluxisse supremum.

¶ Dilucere, per translationem, pro clarum & apertum esse. Liu. 5. *ab Vrbe,* Dilucere res magis patribus atque coss.

Dilucidus, Clarus, apertus, euidens. {בהיר *bahir.* ἐμφανής. GALL. *Fort clair, luisant.* ITAL. *Chiaro, lampeggiante, lucente.* GERM. Scheinbar / heiter / erleücht. HISP. *Claro y manifiesto.* ANGL. *Cleare, euident, bright.*} Plin. *lib. 9. cap. 29.* Sic gignitur laudatus ille pallor saturitate fraudata, tantóque dilucidior, quantò magis vellera esuriunt. Cic. 3. *de fin.* Nec enim in Torquati sermone quicquam implicatum, aut tortuosum fuit: nostraque, vt mihi videtur, dilucida oratio.

Dilucide, aduerb. Clarè, perspicuè, apertè. {ἐμφανῶς. GALL. *Clairement, apertement.* ITAL. *Chiaramente.* GERM. Klärlich / scheinbarlich. HISP. *Claramente y manifiestamente.* ANGL. *Clearlie, planelie.*} Terent. *Phorm.* Dilucidè expediui quibus me oportuit iudicibus. Plin. *lib. 18. cap. 28.* Literas quidem miscebo agrestibus negotiis, quàm potero dilucidè atque perspicuè.

Dilucido, as, Declaro, clarum facio. {ברר *berér.* ἐμφανίζω, σαφηνίζω, διασαφέω. GALL. *Declarer.* ITAL. *Dichiarare, far chiaro.* GERM. Erleüchten / vnd heyter machen. HISP. *Enclarecer, hazer claro.* ANGL. *To declare, to make plaine to vnderstand.*} Ad Herenn. *lib. 3.* Nam quod in docendo rei dilucidandæ causa dolum appellauimus, id in dicendo honestius concilium appellabimus.

Dilucescit, Dies fit, lucescit. {אור *or.* ὑποφαίνει, ὑπὸ φῶς γίνεται. GALL. *Le iour*

iour poinct, le iour commence à apparoir. ITAL. *Chi fa giorno.* GERM. Es tagt, der tag bricht an. HISP. *Amanecer, y a viene el alua.* ANGL. *It waxeth day.*} Cic. *in Catil.* Ipsi comprehensi, ad me, quum iam dilucesceret, deducuntur. Liuius 6. *bell. Macedonic.* Iam dilucescebat quum signum Consul dedit.

Dilūcŭlum, i. Ante Solis ortum, aurora, quasi parua diei lux: quod tunc dies lucescere inciperet. {שחר *schăchar.* ὄρθρος. GALL. *L'aube du iour, le poinct du iour.* ITAL. *L'aurora, l'alua.* GERM. Das angehend taglicht deß morgens. HISP. *El alua ò mañana, ò madrugada.* ANGL. *The break of the day.*} Hieron. *ad Eustochium*, Horam tertiam, sextam, nonam, diluculum quoque & vesperam nemo est qui nesciat. Plaut. *Amph.*—primulo diluculo Abiisti ad legiones. Idem *ibid.* Abiisti à me cum diluculo. Cic. *pro Rosc. Amer.* Et quum post horam primam noctis occisus esset, primo diluculo nuntius hic Ameriam venit.

Dilūcŭlō, aduerbium, significat summo mane, ante lucem. {בבקר *bebōker.* ὄρθρου. GALL. *A l'aube du iour, au poinct du iour.* ITAL. *A far del giorno.* GERM. Angehends tags, an dem morgen früh. HISP. *Al tiempo de la madrugada.* ANGL. *At the break of day.*} Cic. *ad Attic. lib.* 16. Quum ante lucem de Sinuessano surrexissem, venissemque diluculo ad pontem Tiretium. Plaut. *Amph.* quàm diluculò misisti ad me Sosiam.

Dilūcŭlo, as, Significat diluculum fieri. {ὀρθρεύω. GALL. *Se faire iour, le iour poindre.* ITAL. *Farsi giorno, aggiornare.* GERM. Tag oder hetter werden. HISP. *Madrugar, ò amanecer.* ANGL. *To waxe day.*} Gell. *c.* 1. *lib.* 7. *& cap.* 29. *lib.* 2. Die crastino vbi primum diluculabit, fac amicos adeas, & roges veniant. Sed hoc vix aliter quàm in tertia persona, & impersonaliter.

Dilūcŭlascit, Dilucescere incipit, ὀρθρίζει, ὑποφαύσκει.

Dīlūdĭa, orum Ludorum intermissio, cessatio à ludo. {GALL. *Intermission de ieu, dilayement de ieu.* ITAL. *Intermissione de giuochi.* GALL. Underlassung oder Ablassung von den spilen. HISP. *Cessacion del juego ò burlas.* ANGL. *A delaying or ceasing frome playes.*} Horat. *lib.* 1. *epist.* Displicet iste locus, clamo, & diludia posco: Ludus enim genuit trepidum certamen & iram. Vbi Acron. Diludia sunt tempora quæ gladiatoribus conceduntur, vt intra quinque dies pugnent. Porphyrion, Diludia, intermissio ludorum, vel dilatio.

Dīlŭo, is, dilui, dilutum, ex Di, & antiquo verbo luo, Lauo, purgo, resoluo. {רחץ *rathátz* שטף *schatáph* טבל *tabal* חפש *hippes.* διαλύω, ἀπολούω. GALL. *Destremper, r'amollir, dissoudre en liqueur.* ITAL. *Purgare, lauare.* GERM. Abwäschen, säubern, vermischen. HISP. *Lauar, destemplar.* ANGL. *To wash, to make cleane, to alay.*} Cæs. 2. *bell. ciu.* Super lateres coria inducuntur, ne canalibus aqua immissa lateres diluere posset. Sen. *c.* 79. Vino niuem diluere. Gell. *c.* 1. *lib.* 15. Moderato vini vsu frigidam tristitiam & torpentem verecundiam diluere. Idem *c.* 1. *lib.* 11. Diluere vinculum, (id est, dissoluere,) & Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 3. Eo Laserpitij pondo diluunt. ¶ Diluere, ἀπλύνειν, eluere, colluere, vt os diluere, i. valde lauare. Ibi enim di, valde significat. vt in *Diluuium.* Cels. *lib.* 5. *cap.* 15. Quoties autem medicamentum inijcitur, & antè & pòst os diluendum est. ¶ Item aquam vel alium liquorem miscere, temperare, κεράννυμι. Virg. 4. *Georg.*

Cui tu lacte fauos, & miti dilue Baccho.

Persius, Diluis helleborum dixit, pro eo quod est, medicamentis temperas. ¶ Translatè vsus est Cic. 3. *Tuscul.* Quæ cogitatio vna maximè omnes molestias extenuat, & diluit, id est, soluit, & enervat, quemadmodum vinum aqua dilutum subneruatur. Ita etiam Diluere crimina dicimus, id est, purgare, & refellere. ἀπολύεσθαι, vt oratores quando refellunt obiectiones aduersarij. Cic. 7. *Verr.* Quò faciliùs crimen inimicorum diluere possim. Idem 2. *de nat. Deorum.* Nam vt profluens amnis, aut vix, aut nullo modo, conclusa autem aqua facilè corrumpitur: sic orationis flumine reprehensoris vitia diluuntur. Gell. *lib.* 3. *cap.* 3. Diluere petulantias dictorum. Idem *cap.* 1. *lib.* 20. Diluere iniurias ære pauco, (id est, se purgare.) Idem Senec. *epist.* 29. Diluitur authoritas his rebus, (id est, imminuitur.) Quint. Diluet hoc vires affectuum, (id est, eneruabit. ¶ Ponitur etiam pro explicare, declarare, Plaut. *in Rud.* Abstine maledictis, & mihi quod rogaui, dilue. Cic. *pro Cluent.* Quum ego vnaquaque de re dicam & diluam.

Dīlūtus, a, um, Mistus, temperatus. {משקה *mischkāph* ממסך *masuch.* κεκραμένος, διαλελυμένος. GALL. *Destrempé, meslé parmi.* ITAL. *Misto, temperato.* GERM. Gemengt, vermischt, gewässert. HISP. *Mezclado, templado.* ANGL. *Tempered with water alayed.*} Vnde vinum aqua mistum dicitur dilutum, ὑδαρὴς οἶνος. Mart. Diluti bibis vnciam falerni. ¶ A quo dilutius, & dilutissimum, prout minus plúsve aquæ admistum fuerit. Vnde Corn. Celsus præcipit hyeme meracius esse bibendum, æstate dilutius. Hieronymus vinum dilutius vocat aquatius. Vinum (inquit) si aquatius bibitur, calix frangitur, mensa subuertitur. Meracius vinum dicitur, quod minus dilutum, siue aquatum est. ζωρότερον. ¶ Dilutus color dicitur, quum veluti aqua adhibita minus est intensus. Gell. Luteus color rufo est dilutior. ¶ Denique Dilutum, id est, molle ac remissum, apud Gell. *c.* 1. *lib.* 10. vbi ait: Quod vero dixi, videri quædam impendiò molliora: nónne quoque tibi videtur esse dilutum, quod ita de iniuria punienda scriptum? &c.

Dīlūtum, neut. gen. Vocatur id liquidum, in quo aliquid certo tempore fuit maceratum: vt si in vini dolio absinthium diebus aliquot maceretur, ac deinde eximatur: id vinum, absinthij dilutum dicetur. Plin. *lib.* 17. *cap.* 7. bibitur & madefacti absinthij dilutum, ita enim appellatur hoc genus. Diluti ratio est, vt quisquis fuerit modus aquæ, tegatur per triduum.

Dīlŭvĭum, Terræ inundatio ab immodicis imbribus, vel maris fluctibus, torrentibus proficiscens, Eluuies, inundatio. {מבול *mabbūl.* κατακλυσμός. GALL. *Deluge, ruine d'eau.* ITAL. *Diluuio.* GERM. Ein vberschwemmung mit wasser, ein wasserflut. HISP. *Diluuio, auenida de agua.* ANGL. *A deluge, or great fludde.*} Plin. *in Epist.* Hic assiduæ tempestates, & crebra diluuia. ¶ Diluuium metaphoricè pro euersione Troiæ, dixit Virg.

Diluuio ex illo tot vasta per æquora vecti.

Dīluuĭes, ei, fœmin. gener. idem quod diluuium. {κατακλυσμός. ANGL. *A drowning of the ground through water rayne.*} Lucr. *lib.* 6. Par etiam glebarum ad diluuiem reuocatur imbribus. Horat. *lib.* 4. *Carm.*

Horridámque ruris diluuiem minitatur agris.

Dīluuio, as, are. {שטף *schāttaph.* κατακλύζω. GALL. *Inonder, couurir d'eaux.* ITAL. *Inondare.* GERM. Vberflüt werden, vbergiessen mit wasser. HISP. *Destruir con auenidas de agua.* ANGL. *To drowne with waters.*} Lucret. *lib.* 5.

Tantum suppeditant amnes, vltráque minantur
Omnia diluuiare ex alto gurgite ponti.

DIMACHÆ, arum, διμάχαι. Quintius Curt. *lib.* 5. Itaque delectis equitum sex millibus, trecentos quos dimachas appellant adiungit: dorso hi grauiora arma portabant, cæterùm equis vehebantur, cum res locúsque posceret, pedestris acies erat.

Dimachus, i. διμάχος, miles duplici genere pugnæ habilis, ita vt ex equo & pedibus pugnare possit qua voce vtitur Q. Curtius.

[DIMADEO, resoluor in humorem. Lucr.

DIMANNIRE, inquietare. Cod. ll. antiq.]

Dīmāno, as, Diuerse, siue diuisim mano, defluo, profluo. {נהר *nahár* נחל *nahal.* διαρρέω, διαρρυΐσκω. GALL. *S'estendre.* ITAL. *Deriuare, gocciare in diuerse parti.* GERM. Zerfliessen, von einander fliessen. HISP. *Manar en diuersas partes.* ANGL. *To deep out, to spring or spread abroade.*} Cic. *pro Cælio*, Equidem vt ad me reuertar, ab his fontibus profluxi ad hominum famam, & meus hic forensis labor vitæque ratio dimanauit ad existimationem hominum paulò latius commendatione & iudicio meorum.

[Dimeter, versus. δίμετρος, qui habet duas mensuras, id est, bis binos pedes. Metron enim hic est mensura binis pedibus constans.]

Dīmētĭor, iris, mensus sum, Metior. {מדד *madadh.* διαμετρέω. GALL. *Mesurer, compasser.* ITAL. *Misurare.* GERM. Messen, ermässen. HISP. *Medir.* ANGL. *To measure.*} Cic. *de senect.* Mori videbamus in studio dimetiendi pene cæli atque terræ C. Gallum familiarem patris tui Scipionis. Idem *in Orat.* De verbis enim componendis, & de syllabis propemodum denumerandis & dimetiendis loquemur.

Dimetiens, tis, fœm. gen. Linea recta, figuram quæ longissimè patet, ex æquo secans: quam Græci μεγίστη διάμετρον, diametron appellant, διάμετρος. Plin. *lib.* 2. *cap.* 23. Quantas enim dimetientes habeat septimas, tantas habere circulum duo & vicesimas.

Dimensus, particip. {מדוד *mādhūdh.* διαμετρούμενος.} Cic. *de senect.* Atqui ego ista sum omnia dimensus. Quo in loco sumitur actiuè. ¶ Plerunque passiuè capitur. {נמדד *namádh.* διαμετρηθείς.} Virg. 2. *Georg.*

Omnia sint paribus numeris dimensa viarum.

Orbis certis partibus dimensus.

Dimensio, verbale. {מדה *middāh.* διαμέτρησις. GALL. *Mesurement.* ITAL. *Misuramento.* GERM. Ein abmässung oder ausmessung. HISP. *Medida.* ANGL. *A measuring.*} Cic. 1. *Tusc.* Puerum quendam Socrates interrogabat quædam Geometrica de dimensione quadrati.

Dīmētor, aris, dimetatus sum, eiusdem significationis cum superiori. Cic. *de nat. Deorum.* Eorum enim cursus dimetati, maturitates temporum, & varietates, mutationésque cognouimus.

Dīmĭco, as, Pugno, quod propriè fit re: contendo verò verbis tantùm. {נצה *nitstsāh* נלחם *nilchām.* ἀγωνίζομαι. GALL. *Combatre.* ITAL. *Combattere.* GERM. Streiten, fechten. HISP. *Pelear.* ANGL. *To figh, to skirmish.*} Propriè dicitur, quum non rudibus, sed micantibus gladiis res geritur & decernitur. Cæsar 7. *bell. Gall.* Ne contra suam voluntatem dimicare cogeretur. Liu. 2. *ab Vrbe*, Nec tamen perpelli potuêre, vt acie dimicarent. Præteritum dimicui. vt,

Hac tibi sit pugna dimicuisse satis.

Ouid. 2. *Amor. eleg.* 13. Dimicare de imperio cum. Cic. 1. *Offic.* Cum Latinis, Sabinis, Samnitibus, Pœnis, Pyrrho de imperio dimicabatur. Dimicant inter se. Plin. *lib.* 8. *cap.* 7. Pro altero dimicare, Cic. 2. *Philipp.*

Dimĭcātĭo, nis, verb. Pugna, discrimen, contentio. {מצה *matstsāh* מלחמה *milchamāh* קרב *kerab.* ἀγών, ἀγωνισμός. GALL. *Combat.* ITAL. *Combattimento.* GERM. Streit. HISP. *Pelea.* ANGL. *A fighting or skirmishing.*} Liu. 2. *ab Vrbe*, Omnium superiorum dimicationum fructum in eo die, atque hora docet consistere. Dimicationi obiicere, est Tit. Liuio *lib.* 4. *ab Vrbe*, Magistratum mandare difficillimo Reip. tempore.

Dīmĭdĭus, a, um. Quasi per medium diuisus. {חצי *chatsi.* ἡμίτομος. GALL. *Demi.* ITAL. *Mezzo, partito per mezzo.* GERM. Halb. HISP. *Mitad de la cosa entera, demediado.* ANGL. *Half.*} Et dicitur de rebus, quæ separatæ sunt. nam est pars altera ex dimidiato. Gell. *lib.* 3. *c.* 14. Dimidiatum, nisi ipsum quod diuisum est, dici haud conuenit. Dimidium verò est, non quod ipsum dimidiatum, sed quæ ex dimidiato pars altera est. Mart. Dimidium donare Lino, quàm credere totum, Qui mauult, mauult perdere dimidium. Plin. *lib.* 2. *cap.* 59. Certè nisi sole aduerso non fiunt, nec vnquam nisi dimidia circuli forma. Aut dimidium, aut plus feres. Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 5. Dimidiam partem nationum vsque omnium subegit. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 3. Me non pœnitet boni dimidium diuidere cum Ioue. Idem *Amphitr. sc.* 2. *a.* 5. Mercedem tetulit. L. Dimidio minus, opinor. Idem *Asin. sc.* 4. *a.* 2. Hinc dimidium (opsonij) iussit dari. Idem *Aul. sc.* 1. *a.* 2. En ego dimidium voti, pars que altera vestri, Ouid. 5. *Fast.*

Dimidium toto munere maius erit,

Ibidem.

Dimidia certè parte superstes ero,

Idem *Eleg.* 2. *lib.* 1. *Trist.*

Dimidióque tui præsens & respice vrbem.
Dimidio procul es, sanaque bella geris,

idem *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* ¶ Mille nummi familiæ multa esto, Gellius *cap.* 3. *lib.* 7. Bonus animus in mala re, dimidium est mali, Plaut. *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Memento mihi dimidium de præda dare. Idem *ibid. sc.* 7. *a.* 4. ¶ Dimidium plus toto, πλέον ἥμισυ παντός, ænigma prouerbiale, quo commendatur aurea mediocritas. Refertur & exponitur à Platone *lib. de Leg.* 3. Dimidium quàm. Liu *lib.* 5. *bell. Mac.* Vt vix dimidium militum, quàm quod acceperat, successori traderet. Dimidio carius, Dimidio minus, Cic. & Plaut. Minus dimidium, pro Dimidio minus, dixit etiam Cic. 3. *Verr.* Iurarent se curaturos, vt ex sua cuiusque parte ne minus dimidium ad A. Trebonium fratrem illum proscriptum perueniret, Budæus.

Dimidiatus, a, um. Dicitur de rebus quæ continuæ sunt, & non separantur, quasi dimediatus, & in partes duas pares diuisus. {נחצה nechetsah [illegible] ἡμιδιάς, ἀμιεδόθης, ἡμίσεος. GALL. Parti en deux. ITAL. Partito in due parti equali. GERM. In zwen gleiche theil abgetheilt. HISP. Demediado en dos partes. ANGL. Deuided in two partes.} Cic. in Verr. Excuit ex anno vnum dimidiatumque mensem. Idem 5. Tusc. Apparebit epigramma exesis posterioribus partibus versiculorum, dimidiatis ferè. Sicut autem qui ex mille denariis, qui ei debebantur, quingentos recipit, dimidium se recepisse dicet, non dimidiatum: ita si scyphus argenteus cum alio communis, in partes duas diuisus sit, dimidiatum dicemus, non dimidium scyphum. Gell. lib. 3. cap. 14. Dimidiatum aptum, Sueton. in Tiber. cap. 54. Dies hic dimidiatus ad vmbilicum est, Plaut. Menæch. sc. 2. a. 1. Dimidiatum ex lingua Græca verbum, Gell. cap. 30. lib. 15. Cicero apud Donatum in Terent. dixit, ô dimidiate Menander.

Dimidiatim, aduerb. {בחצות bechatsóth. [illegible] ἡμισέως, ἐξ ἡμισείας. GALL. Par le milieu, la moitié. ITAL. Per mezzo. GERM. Den halbe theil. HISP. Por medio à la mitad. ANGL. By the myddes.} Plaut. in Milit. Sed percellunt, sed perducunt, dimidiatim dum appetunt. id est, dum sibi volunt dari dimidiam partem.

Diminuo, is, Minuo, imminuo, attenuo, detraho. Et Diminuo, pro disminuo, in pro s, Priscian. lib. 1. {גרע gherah צער tsahar. μειόω. GALL. Diminuer, amoindrir, appetisser. ITAL. Diminuire, scemare. GERM. Mindern. HISP. Desmenuzar ò menguar. ANGL. To diminish, to make lesse.} Cic. de clar. Orat. Interitu talis Auguris dignitatem nostri collegii diminutam dolebam. Plaut. Aul. sc. 3. a. 1. Ego hunc laborem demam & diminuam tibi. Idem Men. sc. 2. a. 2. Cùm nihil est, qui illi homini diminuam caput. Idem Most. sc. 3. a. 1. Nimis velim habere lapidem, qui illi speculo diminuam caput.

Diminutus, particip. {גרוע gharúah μειωθείς. GALL. Diminué, amoindri, appetissé. ITAL. Minuito, scemato, scemato. GERM. Geminderet. HISP. Desmenuzado, menguado. ANGL. Made lesse.} Dignitas collegii interitu alicuius diminuta.

Diminutio, verb. Imminutio. {מגרעה migherahâh μείωσις. GALL. Diminution, amoindrissement, rauallement. ITAL. Diminutione, estenuatione, scemamento. GERM. Minderung, schwecherung, abnemung. HISP. Desmenuzamiento, obra de desmenuzar ò menguar. ANGL. A making lesse.} Cic. 1 Tusc. Solem, Lunamque accretione & diminutione luminis quasi fastorum notantem & significantem dies. ¶ Diminutio capitis, apud Iurisconsultos est prioris status permutatio, quum scilicet, aut libertatem, aut ciuitatem amittimus, aut per adoptionem alterius nos potestati submittimus. Est autem triplex capitis diminutio, Maxima, media, & minima: quas omnes vide l. 1. de cap. diminution. Diminutio capitis, de eo qui minuitur capite. Cæsar lib. 2. de bell. ciuil. ¶ Diminutio mentis, Sueton. in August. cap. 99. Diminutio de. Cicer. 2. Offic. In primis autem videndum erit ei, qui Remp. administrabit, vt suum quisque teneat, neque de bonis priuatorum publicè diminutio fiat.

Diminutiuè, i. diminutiua forma, ὑποκοριστικῶς. Nonius Marcell. Pânus tramæ inuolucrum: quem diminutiuè Panulam vocamus.

Dimitto, is, Diuersa in loca mitto. {שלח schilláe. διαπέμπω. GALL. Enuoyer, donner congé, & laisser en aller, delaisser. ITAL. Mandare in diuerse parti. GERM. Hin vnd her schicken, hinweg schicken, gehen lassen. HISP. Embiar à diuersas partes. ANGL. To sende away, to lett go, to giue leaue.} Virg. 1. Æneid.

——— equidem per littora certos Dimittam.

Cæsar 5. bell. Gall. Nuntios legatosque in omnes partes dimittebat. Salust. Igitur C. Manlium Fesulas, atque in eam partem Hetruriæ, Septimium quendam Camertem in agrum Picenum, C. Iulium in Apuliam dimisit. ¶ Aliquando ponitur pro missum facere, & abeundi potestatem dare. διαλύειν, ἀπολύειν, ἀφιέναι, ἀποπέμπειν. Cic. lib. 1. Offic. Quum autem Pompilio videretur vnam dimittere legionem. Salust. Deinde ei pollicitus operam suam, domum dimittit. Dimittere equos ancipiti prelio, Cæsar lib. 1. bell. ciu. Dimittere Italiam pro relinquere, idem lib. 1. de bell. ciuil. ¶ Dimittere iracundiam suam Reipub. pro condonare, ibidem. ¶ Aliquando pro permittere, in potestatem dare. {הניח hinniach עזב hazab. ἐπιτρέπω.} Cicer. lib. 1. de Repub. Tum annui Consules, tum dimissi populo fasces. ¶ Aliquando pro derelinquo. {ἀφίημι. ANGL. To leaue, to forsake.} Cicer. lib. 12. Epist. Et si non id circo eorum vsum dimiseram, quod iis succenserem. Lactant. Dimitto te discedens. ¶ Aliquando satisfacere & dimittere creditorem, id est, satisfacere sic, vt amplius molestus non sit. Vlpian lib. 10. Cæterùm si creditores dimisit, & alios fraudatus est: si quidem dimisit prioribus quos fraudare voluit. Ex Hotom. Dimittere, pro relinquere ac non adire. Sueton. in Cæs. cap. 79. Dimittere conuiuium, aut inire. Idem in Aug. c. 76. Dimittere iudicem pro circumscribere. Idem in Claud. c. 15. Dimisit per prouincias edicta. Idem in Galba c. 10. Dimittere lachrymas in casus alterius, Ouid. Eleg. 7. lib. 1. Trist. Dimittere vxorem, Suet. in Tib. cap. 10. & 35. Dimittere è matrimonio, ibidem cap. 49. Dimittere matrimonia, & contrahere, opponuntur. Idem in Calig. cap. 14. Non expectandum donec res te dimittant, Senec. cap. 3. de tranquill. Dimittitur caussa in ea re, mox, missa est. Quint. Dimittere in partes. (verbum militare.) Velleius. ¶ Dimittere sanguinem, (pro venam soluere.) Gell. cap. 8. lib. 10.

Dimissus, particip. Omissus, vel relictus. {משולח meschulláeh. ἀφειμένος, διαπεμφθείς, ἀπολυθείς. GALL. Enuoyé hors, delaissé & obmis. ITAL. Licentiato. GERM. Verlassen, hingelassen. HISP. Embiado, dexado. ANGL. That is lett go, forsaken.} Cicer. 4. Acad. In ista philosophia, quæ nunc propè dimissa reuocatur. Atina dimissa, Lucan. lib. 3. Lues cælo dimissa, Stat. 11. Theb. Dimissa è matrimonio, pro Repudiata Suet. in Tib. Cal. c. 49. Quam dimissam eam è matrimonio post vicesimum annum veneni olim in se comparati arguebat. Plaut. Pseud. sc. 2. a. 3. Is odor dimissis pedibus in cælum volat. Item, Dimissis crinibus. Vide Demissus. Et Seneca c. 24. & 25. de consol. ad Mart. Dimissus è corporis vinculis in cælum.

Dimissoriæ literæ, inquit Modestinus, sunt quæ vulgò Apostoli dicuntur, quòd per eas caussa ad eum qui appellatus est, dimittitur. l. vnica. ff. de libellis dimissoriis. ἀπολυτικὰ γράμματα.

Dimissio, verbale. Cicer. 7. Verr. Præclara classis in speciem, sed inops & infirma, propter dimissionem propugnatorum atque remigum. Pro Amandatione. Cic. in Paradoxis. Dimissiones libertorum ad fœnerandas diripiendasque prouincias.

Dimoueo, es, Remoueo, repello, reiicio. {הסיר hesir הדף hadáph הניח heniach הזנח zanách. ἀπείργω, ἀφίστημι, ἀπὸ τοῦ ἔξ [illegible] ἀπὸ [illegible] φερόμενον παραμεῖψαι. GALL. Remuer, rebouter. ITAL. Rimouere. GERM. Dannen thun, von einem orth bewegen. HISP. Mouer. ANGL. To remoue, to put aside.} Virg. lib. 1. Georg.

Agricola incuruo terram dimouit aratro.

Cic. pro Cæc. Dimoueri enim & depelli de loco necesse est eum qui deiiciatur. Idem in Paradoxis. Voluptas quò est maior, eò magis mentem ex sua sede & statu dimouet. Plaut. Persa. Dicat quod quisque vult, ego de hac sententia non dimouebor. Ouid. 5. Fast.

Rictus que dimouit talibus ora sonis.

‖Dimpsafactor, dispensator. L. [illegible] b. ‖

Dimulgo, as. Cic. Appio. Quare visum est occultius agendum, neque vllo modo diuulgandum. Ita communiter alii legunt. certum tamen est ibi potius legendum esse *diuulgandum*.

Dimyxos, δίμυξος. Lucerna duo habens ellychnia. Μύξαι enim Græcis nares dicuntur, & canaliculi in lucerna narium modo eminentes, quibus ellychnia inseri solent: vnde & Polymyxos, lucernæ quoddam genus dicitur ab ellychniorum multitudine.

Dinarchus, Δείναρχος, Corinthii ciuis nomen est apud Plutarchum, qui Polyperconis fraude fuit interemptus.

Dindryme, vrbs Macedoniæ, Δινδρύμη, Steph.

Dindymene, Δινδυμήνη, & Dindyme, dicitur Cybele, quòd in Dindymo Phrygiæ monte eius sacra herent. Mart. lib. 8.

Non per mystica sacra Dindymenes, &c.

Iurat Gellia.

Dindymus, Δίνδυμος, mi, in singulari masc. gen. in plur. neutr. Iuga sunt montis Idæ Phrygiæ, matri Deûm dicata. Propert. Dindymus & sacræ fabricata inuenta Cybellæ. Virg. lib. 9. Æneid.

O vere Phrygiæ (neque enim Phryges) ite per alta
Dindyma, vbi assuetis biforem dat tibia cantum.

‖Dingua, lingua. Lapi.

Dindor, malus odor. Gl. Isid.

Dinia Sentiorum, aut Ebroduntiorum, Digne. V. E. Dignensis vel Diniensis, sub M. Ebrodunensi ‖

Dinocrates, Δεινοκράτης, Messenius fuit, lasciuia, luxuria, vitæque incontinentia insignis, cui tamen alioqui in arduis negotiis suscipiendis non deesset animus. Hic quum quodam die in multam noctem produxisset conuiuium, habitúque muliebri sumpto, coram conuiuis saltasset, postero die adiit Q. Flaminium, penes quem tum summa potestas erat, ostendens, si sibi daretur præsidium, posse se Messanam ad defectionem solicitare. Admiratus Flaminius in homine tam effœminato tantam audaciam, De his (inquit) postea videbimus. Te vero miror vnà tractare, saltare, & mulierem mentiri posse, quum rem tantam animo audeas concipere.

Dinodium, hac voce significari donaria omnia & res sacras, certum est, vt patet ex rescripto Imperatoris Alexii, siue oratione quam Auream Bullam nuncupauit.

‖Dinos, poculi genus. Rh.

Dinosis, δείνωσις, vehementia orationis in exaggeranda, præsertim indignitate. Quint. lib. 8. 3. δεινὸς vehemens. ‖

Dinumero, as, Numero. {ספר sippér. ἀριθμῶ. GALL. Denombrer, conter. ITAL. Numerare, annumerare, contare. GERM. Abzehlen. HISP. Contar por numero. ANGL. To numbre, to recken.} Plaut. Epid. Quia patrem prius conuenire se non volt, neque conspicari, quàm in argentum quod debet, dinumerauerit. Idem Rud. Mille nummos dinumeraui. Terent. Adelph. Iube nunc iam dinumeret Babylo illi viginti minas. Plaut. Milit. sc. 1. a. 1. Vt Latronibus dinumerem stipendium.

Dinumeratio, verbale. {ספר sephár. διαρίθμησις, ἀπαρίθμησις. GALL. Denombrement, conte. ITAL. Esse annouerare. GERM. Abzehlung. HISP. La cuenta. ANGL. A numbring, a reckening.} Cicero 2. de Orat. Improuisum quiddam & dinumeratio, & alia correctio & disputatio, &c.

Diobolares, Διώβολοι. Meretrices dicuntur quæ duobus obolis conducuntur, inquit Festus. Plaut. Pseud. sc. 2. act. 1. Apud anum illam diobolarem, &c. Idem in Pen. Seruulorum sordidorum scorta diobolaria.

‖Diobolus, à Ioue missus: item nummus Atticus. Iun. ‖

Diobalium, Διοβάλιον, oppidum prope Pontum, Steph.

‖Diocæsarea, V. E. sub P. Ierosolymitano. ‖

Diochites, Διοχίτης, vicus Ægypti, in quo sepultus est Osiris. Steph

Diocles, Διοκλῆς, Atheniensis, antiquæ Comœdiæ scriptor, cuius fabulas nonnullas commemorat Athenæus. ¶ Diocles item medicus Carystius, Darii Hystaspis tempore, qui & commentarios quosdam de re medica scriptos reliquit.

‖Diocletianopolis, V. E. sub P. Ierosolymitano. ‖

Diocleus, Orsilochi filius, teste Homer. habitauit in Phæra, loco insigni.

‖Diocli, qui docet, doctor. Pap.

Dioecmetæ, dinctæ, latrunculatores. cohortes militum contra incursiones latronum in finibus constitutæ. Casaub. ‖

Dioctinitæ, quid sint, indicat Ammianus Marcellinus lib. 27. Exploratis nouissimis rebus, luxúque adiumento militari marcente, adhibitis semiermibus paucis, quos Dioctionitas appellant. Iulius Capitolinus in Antonio Philosopho, Armauit & Dioctinitas.

Diodorus, Διόδωρος, cognomento Chronus, Dialecticus ex Iasso Asiæ ciuitate fuit, vt Strabo est autor lib. 14. qui Platonis tempore Euclidem audiuit. Dictus Chronus ab Apollonio Chrono eius præceptore, cuius vt famam obscurauit, ita & cognomen vsurpauit. Dialecticus etiam appellatus, quòd (vt ait Laertius) primus inuolutum disserendi genus inuenerit. Hic apud Ptolemæum Soterem commorans, quum aliquando inter epulas à Stilpone sermones quosdam dialecticos propositos, extemplò nequiuisset exsoluere, & ob id à rege per ludibrium

Chronus appellatus esset, conuiuium deseruit: ac edito per otium super ea propositione libro, ex animi mœrore extinctus est. Autor Diogenes Laërtius. ¶ Fuit item Diodorus quidam Stoicus Philosophus, vtroque lumine orbus, cuius sic meminit Cicero *in Bruto*. Etam cum Stoico Diodoro, qui quum habitasset apud me, cum Quinto vixisset, nuper est domi meæ mortuus, à quo cùm aliis rebus, tum studiosissimè in Dialectica exercebar. ¶ Diodorus Comicus poeta, cuius Comœdias enumerat Athenæus. ¶ Diodorus Alexandrinus, filius Pollionis Philosophi eius, qui composuit Dictionarium Atticum. Floruit Adriani temporibus. Suidas. ¶ Diodorus præterea duos e Lydia Tiberij tempore Strabo commemorat, ambos oratores. Præterea fuit & Diodorus Siculus nobilissimus historicus, qui variam historiam libris quadraginta conscripsit, quam bibliothecam nominauit. Floruit Augusti temporibus. ¶ Diodorus Tarsensis præsul, cuius meminit Hieronymus & Suidas.

Dĭœcēsĭs, cum œ diphthongo, {מדינה *medhinah* פקודה *pekuddah*. διοίκησις. GALL. *Diocese, administration ou charge de quelque prouince, ou territoire, ou le trait du pays qu'on a en charge.* ITAL. *Giurisdittione.* GERM. Ein verwaltung/ Herschung. HISP. *Iurisdicion, dispensacion ò administracion.* ANGL. *A diocesse.*} Latinè gubernatio, administratio, dispositio, siue iurisdictio: à διοικέω, guberno, tueor. In iure itaque ciuili Diœcesis pro prouincia accipitur, *l.1. C. de priu. carcer.* ad eundem etiam modum accipit Cic. *in Epist.* Vt me illarum omnium diœcesum, quæ cis Taurum sunt, omniúmque earum ciuitatum magistratus, legationésque conuenirent. In Patrum autem Decretis solet hæc vox ad Episcoporum munus deflecti: in primitiua enim Ecclesia Episcopi iudicia non exercebant, sed sacra tantùm administrabant. Quo fit, vt quemadmodum territorium, Præsidis est: sic diœcesis, Episcopi, quatenus ius administrandi sacra habet.

[Diœcesanus in iure, qui habet domicilium in diœcesi.]

Dĭœcētēs, {פקיד *pekidh*. διοικητής. ANGL. *A bayly, a gouernour.*} Qui procurationem regiam, vel magnatis alicuius suscepit. Cicer. *pro Rab.* At diœcetes fuit regius. Latinè dispensatorem dicere possumus.

Dĭŏgĕnēs, {Διογένης. GERM. Ein verdampter vnflätiger Philosophus zu Athen / welcher in einem faß daheimbe war / vnd es hin vnd här ghert wie er wolt.} Nomen philosophi Cynici celeberrimi Antisthenis discipuli, de quo scribitur, quòd quum Antisthenes nullum discipulorum reciperet, & perseuerantem Diogenem remouere non posset, nouissimè claua minatus est, nisi abiret. Cui ille subiecisse dicitur caput, atque dixisse, Nullus tam durus baculus erit, qui me à tuo posset obsequio separare. Vtebatur Diogenes palliolo duplici propter frigus, peram pro cellario habuit, secúmque portabat clauam ob corpusculi fragilitatem, qua iam senex membra sustentare solitus erat, ἡμερόβιος (vt scribit Hieronymus,) hoc est, in diem viuens vulgò appellatus est, quòd omni abiecta solicitudine cibum suum in singulos dies emendicaret. Habitauit autem in portarum vestibulis, & porticibus ciuitatum: quúmque se contorqueret dolio, volubilem se habere domum iocabatur, & se cum temporibus immutantem: frigore enim, os dolij vertebat in Meridiem: æstate ad Septentrionem: & vtcunque sol se inclinauerat, Diogenis prætorium vertebatur. Ferunt accedentem Alexandrum rogasse ne sibi apricanti à sole obstaret. Sub dio accubuit, vt Suet. *in Cæs. c.71.* autor est. Obiit fermè nonagenarius. Hic (vt autor est Cic. *lib. 1. Tusc.*) iussit cadauer suum inhumatum abiici. quærentibúsque amicis, volucribúsne & feris corpus suum dilaniandum vellet relinqui? Minimè, inquit: sed bacillum apud me, quò illas abigam, ponitote, irridens nimirum amicorum præposteram curam, qui tantopere de humatione cadaueris omnis sensus expertis erant solliciti. quasi magnum quiddam interesset, à ferisne, an à vermibus absumeretur. ¶ Fuerunt alij quatuor Diogenes, quorum vnus fuit Apolloniates Anaximenis auditor, temporibus Anaxagoræ: alius Sicyonius, qui Peloponnesiaca scripsit: alius Stoicus ex Seleucia, qui Babylonius ob vicinitatem dictus fuit: alius Tarsensis, quæstionum poëticarum scriptor. Memoratur & Diogenes Grammaticus apud Suet. *in Tib. cap. 32.* ¶ Postremò fuit & Diogenes Laërtius, qui de vita & moribus philosophorum opus scriptum reliquit.

Dĭŏgĕnĭānŭs, Διογενιανός, Heracliensis insignis Grammaticus fuit Adriani temporibus, qui dictionarium Græcum per alphabeti ordinem conscripsit. Autor Suidas.

Dĭognētŭs, autore Plin. *lib. 2. c. 17.* Διόγνητος, fuit vnus itinerum Alexandri Regis mensor. ¶ Alius fuit sub Antonino philosopho pictor egregius: de quo Iulius Capit. ¶ Alius Clitomachi Pœni pater, qui successit Carneadi: antea Asdrubal nominatus. Fuêre & alij huius nominis. Dicitur autem Diognetus per syncopen pro Diogenetus, Διογένητος, hoc est, Ioue genitus.

Dĭŏmēdă, Διομήδη, Phorbantis filia fuit, quam Achilles ex Lesbo raptam concubinam habuit. Hom. *lib. 9. Iliad.*

Dĭŏmedēă, Διομήδεια, vrbs Danorum, à Diomede condita. Steph.

Dĭŏmēdēs, Διομήδης, Rex Ætoliæ, Tydei & Deiphiles filius, qui cum reliquis Græcis ad Troiam profectus adeò strenuè se gessit, vt post Achillem & Aiacem Telamonium fortissimus haberetur. Nam præter occisos à se reges, & singulares pugnas aduersus Hectorem & Æneam, aliósque insignes Troianorum principes, & captos Rhœsi equos, Palladiúmque Troianis subtractum, Martem quoque in eo bello vulnerauit, Venerémque in dextera manu, dum Æneam protegere vellet. Quamobrem dea indignata, Ægiale vxori eius tantam libidinem immisit, vt cum Cyllabaro Sheleni filio concumberet. Qua re cognita, Diomedes domum reuerti noluit, sed in Apuleiam profectus, regni partem à Dauno accepit, ibique Arpos condidit. Quidam ferunt Diomedem ab Ænea dolo occisum, ciúsque socios ob peremptum regem in aues Diomedeas, (vel, vt Græci vocant) heroidas mutatos. Horat. *lib. 1. Serm.* Qui locus à forti Diomede conditus olim, &c. Ouid. *lib. 13. Metam.* Luce nihil gestum nihil est (ab Vlysse) Diomede remoto. Et, Pars sit maior Diomedis in illis. Idem *ibidem*. Est aliquid à Diomede legi. ¶ Diomedes alter rex Thraciæ, qui dum equos suos humana carne aleret in Tyrida oppido truculentus, ab Hercule equis ipsis ad deuorandum obiectus est. Idem Ouid. *in Ibin.*

Vt qui Threicij quondam præsepia regis
Fecerunt dapibus sanguinolenta suis.

Idem 9. *Metam.* Quid quum Thracis equos humano sanguine pingues, &c. ¶ Fuit & Diomedes Grammaticus multi ingenij vir.

Dĭŏmēdæ, insulæ, Διομήδειαι νῆσοι, duæ è regione Gargani sunt: quarum altera habitatores habet, altera deserta est, vbi disparuisse aiunt Diomedem, & socios eius ob dolorem in aues conuersos, quæ ob id Diomedeæ vocitatæ sunt. Has Iuba Cataractas appellat. Dentes eis esse dicuntur, oculi igneo colore, cætero corpore candidæ sunt, quæ in sola Diomedæa insula visuntur. ¶ Vocem edunt similem pueris vagientibus. Solem ferre non possunt, noctúque pisces venantur, earum pinguedo morbis frigidis maximè salutaris. Vide Plin. *lib. 10.*

Dĭŏmēdĕi, campi, Διομήδεια πεδία, vocati sunt in Apulia, qui in diuisione regni, quam cum Dauno fecisse dicitur, Diomedi cesserunt.

Dĭŏmīă, Διόμεια, τά, vel Διόμεια, per o micron, pars tribus Ægeidis: quòd Hercules illic Colyci hospitio susceptus, Diomumeium filium amauerit, Steph. vide *Cynosarges*.

Dĭōn, Δίων. Nomen proprium Syracusani nobilis, qui adeò Platonem amauit, vt se eidem totum traderet. Hic patriam asseruit in libertatem, expulso Dionysio tyranno. De quo Plutarchus refert, quòd quum Calippum, cui omnium vni maximè fideret, insidias sibi tendere accepisset, eum arguere passus non est, Mori, inquiens, longè præstare, quàm viuere, vbi non hostes solùm, sed etiam amicos cauere oportuerit. ¶ Dion Cassius, patria Nicæus historicus, scripsit Romanam historiam libris LXXX. Præterea res gestas Traiani principis, vitam Arriani Philosophi. Autor Suidas. ¶ Dion Prusieus sophista & philosophus, cognomento Chrysostomus, prodibat in publicum amictus pelle leonis. Apud Traianum plerunque vixit, cuius familiaris fuit, eodémque curru dignatus. Scripsit pro Homero contra Platonem libros IV. De virtutibus Alexandri Magni libros decem. Præterea An mundus esset interiturus. De comæ laudibus. De laudibus Herculis. Hæc Suidas.

Dĭōnē, es, Διώνη. Vna ex nymphis, Oceani & Tethyos filia, (vt quidam perhibent) Veneris ex Ioue mater. Vnde & Dionæa, Διωναία, dicta est. Virg. 3. *Æneid.*

Sacra Dionææ matri diuisque ferebam.

& *alibi*,

Ecce Dionæi processit Cæsaris astrum.

Ouid. 5. *Fast.*

Hippolyte infelix, velles coluisse Dionem, (id est, Venerem.)

Dĭōnĭă, Διωνία, vrbs Cypri, Steph.

Dĭŏnysĭă, Διονύσια, vrbs Italiæ. Est & Dionysias, Steph.

Dĭŏnysĭăs, Διονυσιάς, insula est quam aliter Naxum vocant, à vinearum fertilitate sic dicta. ¶ Est & gemma, mistis nigro rubentibus maculis, quæ in aqua trita saporem vini facit. Ebrietati resistere existimatur. Plin. *lib. 37. cap. 10.*

Dĭŏnysĭŏpŏlĭs, Διονύσου πόλις, ciuitas in Ponto, Cruni, κρουνοί, priùs dicta, ab aquarum defluxu: quum verò postea Dionysij simulachrum è mari ad locum appulisset, nomen inde recepit. Sunt etiam Cruni regio quædam occidentalis sub imperio regis. Secunda est Phrygiæ ab Attalo & Eumene condita, qui Dionysij simulachrum eo loco repererunt. Tertia Indiæ: quarta Libyæ: quinta Thraciæ. Plin. *lib. 4. cap. 11.* & Mela *lib. 2.* Steph. vide *Crunos*.

Dionysia, notissimæ saltatriculæ nomen. Gellius *cap. 5. lib. 1.* Quo nomine per conuitium Hortensius appellatus est. Idem Gell. *ibid.*

Dĭŏnysĭŭs, Διονύσιος. Dictus est Bacchus, & Dionysia, τὰ Διονύσια, Bacchanalia, Bacchi festa. ¶ Fuit & hoc nomine philosophus Heracleotes, Zenonis Stoici auditor, qui quum renum morbo laboraret, cruciaretúrque cruciatu impatibili, succumbens dolori clamabat, falsa esse quæ à Zenone didicerat. Zeno enim, & Stoici hoc omnes habent dogma, dolorem scilicet non esse malum: sed indifferentem. ¶ Fuerunt præterea hoc nomine duo Syracusanorum Tyranni, quorum superior quum Carthaginienses tota Sicilia expulisset, & bonam partem maritimæ Italiæ in ditionem suam redegisset, tandem à Carthaginiensibus superatus suorum fraude occiditur. ¶ Huic successit filius eiusdem nominis, qui quum ciuitatem Syracusanam cædibus replesset, expulsus est. Iterúmque receptus, quum crudelior in dies fieret, rursus extorris Corinthum in exilium proficiscitur: vbi in sordidissimum vitæ genus descendit, in popinis lupanaribúsque residens, vt contemnendus magis, quàm metuendus videretur. Vnde prouerbialis allegoria, Dionysius Corinthi, Διονύσιος ἐν Κορίνθῳ, qua significamus aliquem è summa dignitate atque imperio ad priuatam humilémque redactum fortunam. Cic. *Attic. lib. 9.* Quintil. *Orat. inst. lib. 9.* & Plutarchus. Nouissimè se ludimagistrum professus, pueros in triuio docebat: vt quoniam viris imperare non poterat, saltem pueris imperaret. Erat enim eruditus, vtpote Platonis auditor olim. Interrogatus iam exul, quid ei philosophia profuisset, sapienter respondit, Vt æquo animo ferrem talem fortunæ mutabilitatem. Regnauit hic annis triginta octo. Plutarchus autor est, regiam Dionysij puluerulentam fuisse, propter eorum multitudinem, qui geometricas in puluere figuras describebant. Ambo tamen & pater & filius philosophi, Platonem præceptorem audierunt. ¶ Dionysius Dialecticus, e Bithynia, commemoratur à Strabone *lib. 12.* ¶ Dionysius Corinthius, vt Suidas scribit: vt alij, Afer, ex Byzantio Africæ ciuitate, temporibus Augusti scripsit Geographiam versibus hexametris. ¶ Dionysius Alexandrinus Grammaticus, peruenit ad Traiani tempora, cuius bibliothecæ & epistolis præfuit: præceptorem habuit Chæremonem philosophum: cui in schola Alexandrina olim successit. Autor Suidas. ¶ Dionysius Milesius historicus, scripsit res Persicas, & quæ post Darium secuta sunt, aliáque à Suida commemorata. Philostratus hunc inter sophistas annumerat, eúmque tradit, Adriano principi ob ingenium acceptum fuisse, à quo Satrapes factus adscriptúsque inter equites. ¶ Dionysius Halicarnasseus, Augusti temporibus Romanam scripsit historiam, vt Suidas testatur: scripsit etiam de characteribus antiquorum oratorum. Præterea de compositione orationis, & elocutione, quomodo fiant Epithalamia, Epitaphia, Panegyrici: quæ Theodorus Gaza in Latinam orationem conuertit. ¶ Dionysius Heracleonis filius, tyrannus apud Heracleam & Antiochiam regnauit, vt autor est Strabo *lib. 16.* ¶ Dionysius Areopagita, Præsul Atheniensis, Pauli

discipu

discipulus, vt scribitur in Actis Apostolorum, solus Paulo concionante è philosophis qui aderant credidit. Hic quum esset in Aegypto, quo se disciplinae causa contulerat, videretque eclipsim nulla ratione, quum Christus passus est, vna cum Apollophane sophista praeceptore suo dixit, Aut Deus naturae patitur, aut mundi machina dissoluetur. Scripsit ad Timotheum praesulem Ephesi. de Diuinis nominibus libros XII. de Hierarchia caelesti, de caelestibus ordinibus: praeterea alia complura opuscula, vt autor est Suidas. ¶ Dionysius, Corinthiorum praesul sub M. & L. Antoninis, doctrina, sanctitateque clarus, scripsit epistolas quasdam valde laudatas, vt autor est Hieron. ¶ Dionysius, praesul Alexandrinus, Origenis discipulus, cuius operum meminit Hieron.

Diōnysĭă, orum, *διονύσια*. {GERM. Feirtag die man dem Baccho zu ehren hielt. ANGL. *Holie dayes appointed for the honour of Bacchus god of wine.*} Festa erant Athenis in honorem Dionysij instituta, quae & Bacchanalia vocantur: idem enim Dionysius, qui & Bacchus. Ea erant duplicia: altera vetustiora, quibus sacra fiebant in Acropoli (vt antiquissimum erat Dionysij templum, quod in Limnis dicebatur,) idque duodecimo die mensis, quem illi *ἀνθεστηριῶνα* vocabant. Altera recentiora, quae & Astyca, *ἀστικά*, dicebantur, hoc est, vrbica, quae in noua vrbe celebrabantur, quae sub Acropoli sita fuit. Ea me spectatum tulerat (nutrix) per Dionysia. Plaut. *Cist. sc. 2. a. 1.* Ei rei dies haec praestituta proxima Dionysia. Idem *Pseud. sc. 1. a. 1.*

Diŏphănēs, *διοφάνης*. Nomen viri Bithyniei. de quo Colum. Diophanes Bithynus Vticensem totum Dionysium Poeni Magonis interpretem, per multa diffusum volumina, sex epitomis circumscripsit. Diophanes item Mitylenaeus, Rhetor fuit insignis, Gracchorum praeceptor. Cic. *in Bruto*, Fuit Gracchus diligentia Corneliae matris à puero doctus, & Graecis literis eruditus. Nam semper habuit exquisitos è Graecia magistros, in eis iam adolescens Diophanem Mitylenaeum Graeciae temporibus illis disertissimum.

Dipoenus & Scyllis, Cretenses, antequam Cyrus apud Persas regnaret, Sicyonem se contulere, quae diu fuit officinarum omnium metallorum patria, sculpendóque marmori claruerunt. Ex Plin. *lib. 36. c. 4.*

[Diopter, es, oeconomus, speculator.]

Diŏptrā, *διόπτρα*. Instrumentum Geometricum, per quod altitudo, longitudo, latitudóque etiam ex longinquo prospicitur. Huiusmodi sunt instrumenta aquarum ductus liberationibus, vbi perducendae ad moenia sunt. Dicta dioptra à verbo Graeco *διοπτεύω*, quod est dispicio. Vnde Dioptrice dicta est ea Astrologiae pars, quae Solis, Lunae, caeterorúmque locorum distantias per instrumenta inuestigat. Vulgus *Perspectiuam* vocat.

Diores, nomen proprium viri, quem Turnus interemit, apud Virgil. *lib. 12.*

Turnus equo deiectum Amycum fratrémque Dioren,
Congressus pedes, hunc venientem cuspide longa,
Hunc mucrone ferit, curruque abscissa duorum
Suspendit capita, & rorantia sanguine portat.

[Diorthōsis, correctio, cùm quis lapsabundus quippiam apprehendit. Bud. ¶ Item confirmatio, & ossium in suum locum repositio. Senece.

Diorthōtae, Iudices Athenis, apud quos causae falsae, ementitae legationes dicebantur.

Diorthicum, ius emendatiuum in commerciis. Bud.]

Diorýctus, *διόρυκτος*. locus est Acarnaniae, trium stadiorum longitudine, vbi Leucadia insula olim opera accolarum à continenti fuit abscissa, eadémque reddita ventorum flatu congeriem arenae accumulantium. Autor Plin. *lib. 4. cap. 1.*

Dioryctos, nomen insulae, id est, à continenti abscissa. *διορυκτός*.

Diŏrȳgĕs, *διώρυγες*. Sunt fossae manu factae in Aegypto, ad Nili aquas in agros deriuandas: qua dictione vtuntur Pomponius & Strabo.

Diothieron, *Διὸς ἱερόν*, id est, Iouis templum. Oppidulum est Ioniae inter Lebedum & Colophonem. Steph.

Dĭŏscŏrĭdēs, *διοσκορίδης*, Anazarbeus medicus, M. Antonij & Cleopatrae familiaris, cuius extant de Materia medica libri VI. Item de Lethalibus venenis, eorúmque antidotis liber I. De morsu canis rabidi, liber I. De notis, quae morsus, siue ictus venenatorum animalium sequuntur, liber I. De eorum curatione, liber I. ¶ Fuit & alius Dioscorides sculptor, cuius meminit Suet. *in Aug. c. 49.*

Diŏscŏrĭŭs, *διοσκόριος*, Myreus Grammaticus, praefectus Praetorij Leonis Imperatoris, ac praeceptor filiarum eius. Autor Suidas.

Dioscoron, insula est in finibus Italiae è regione Lacinij promontorij x. m. pass. distans à continenti. Plin. *lib. 30. c. 10.*

Dĭŏscūrī, *διόσκουροι*, à *διόσκουροι*, à Graecis dicuntur Castor, & Pollux, quasi Iouis filij. Antiquitas credidit hos salutares esse nauigantibus, si gemini apparerent (apparent autem ignis specie, antennae, aut malo insidentes) contrà tristes, si singuli apparerent. *Διόσκουροι*, id est, Dioscuri. Apud Graecos (inquit Cic. *lib. 3. de natura Deorum*) multis modis nominantur. Primi tres qui appellantur Anaces, Athenis ex rege Ioue antiquissimo & Proserpina nati, Tritopatreus, Eubuleus, Dionysius. Secundi Ioue tertio nati ex Leda, Castor & Pollux. Tertij dicuntur à nonnullis Aleo & Melampus, Emolus, atrei filij, qui Pelope natus fuit. Haec Cicero. ¶ Berutius qui Phoenicum lingua Philalethes vocatus est, ante Troiana tempora historiam Phoenicum lingua exquisitissimè conscribens, prodit à Sedoch Dioscuros natos, aut Gabiros, aut Cirbantes, aut Samothraces, quorum nati herbarum vires, & cantus ac medicinam inuenerunt. Vide Euseb. *lib. 1. de praep. Euang. cap. 7.*

Diŏscūrĭās, *διοσκουριάς*. Vrbs fuit in Colchide, nunc deserta, quondam adeò clara, vt nonnulli prodiderint, in eam trecentas nationes, quae dissimilibus linguis vterentur, descendisse, & postea à Romanis centum triginta interpretibus negotiationem ibi gestam fuisse. Autor Plin. *lib. 6. cap. 5.*

Dioscurum, vicus in Libya est, vbi Dioscuri Paridem persecuti, Helenam rapuerunt. Steph.

Dĭŏspŏlis, *διόσπολις*, Aegypti ciuitas, Hecatompylos quandoque dicta, ab Osiri & Iside condita. Sunt & aliae locis alijs hoc nomine in Aegypto quatuor praeter hanc pusillae ciuitates. Stephan. etiam alias duas commemorat eiusdem nominis vrbes, quarum alteram in Lydia, alteram in Palaestina collocat.

[Diotter, chirurgicum instrumentum, quo in vulnus emisso telum emittitur. I. M.

Diotteres, vectes quibus per circulos, seu anulos impulsis traiectisque arca vehebatur, *Exod. 36.*]

Dĭōtă, siue Dyota. {*διώτη*, à *διώτη*. GALL. *Vase à deux anses.* ITAL. *Vasi da due maniche.* GERM. Didine gschirr mit zweyen handthaben in dem man wein behalt. HISP. *Vasija tinaja de dos orejas.* ANGL. *Vessels with twoo handles.*} Sunt vasa, seu dolia fictilia duas ansas habentia, & ad seruanda vina accommodata. Horat.

Deprome quadrimum Sabina,
O Thaliarche, merum diota.

Alij malunt scribere per y. Dictae diotae à binis auribus, siue ansis, quas Graeci *ὦτα* appellant.

Diox ppus, *Διώξιππος*. Nobis athleta, quem Plin. *lib. 35. c. 11.* refert, città pulueremex Olympia victoriam reportasse. Alius eiusdem nominis Poeta comicus, cuius fabulas commemorat Suid. ¶ Alius miles Alexandri Magni mira fortitudine, qui prouocatus à Corrago milite item Macedone, clauà eum occidit. Autor Aelianus.

Dipelus, quod hic corruptè legebatur, vide *Diperatus.*

Diphilus, *Δίφιλος*, Architectus fuit, in perducendis ad finem operibus tardissimus: adeo vt locum fecerit prouerbio, Diphilus Diphilo tardior. Cic. *ad Quint. frat. lib. 3.* Apud herum rectè erat in Manliana tardendi Diphilum Diphilo tardiorem. Locus erit prouerbio, quoties volumus significare aliquem natura tardum, magnum solitae negligentiae cumulum adiecisse.

Diphri, *Δίφροι*. Vrbs Phoenicum. Steph.

Diphris, *διφρίς*. Gemma est duorum generum, candida & nigra, mas & foemina, genitale vtriusque sexus distinguente linea. Autor Plin. *lib. 37. cap. 10.*

Diphryges, *διφρυγές*. Materia quaedam terrea, quae in metallis aeris inuenitur, aut in ipsis etiam conchis, in quibus aes expurgatur. Tres eius à Diosc. enumerantur species. Primum in metallicis solius Cypri specubus inuenitur, luti speciem referens: deinde primum sole siccatur: mox etiam adhibitis sarmentis torretur: vnde & nomen accepit, quod bis quasi frigatur. Alterum perfecti aeris quasi subsidens faex est, & sub Cadmia inuenitur in fundo vasorum, in quibus aes excoquitur. Tertium fit ex lapide pyrite, tandiu vsto, donec sandarachae colorem acquirat. Vide Diosc. *lib. 5.* & Gal *lib. 9. simpl.* Plin. accusatiuum diphryga offert, tanquam à nominatiuo diphryx. Ita enim habet *lib. 34. c. 13.* Facilè ab ea discernitur, quam in iisdem officinis diphryga vocant Graeci, ab eo quòd bis torreatur. Et *paulò pòst*, Id quod excocto superfit, diphryga vocant.

Diphthĕrā, *διφθέρα*. Pellis Amaltheae caprae, in qua dicitur Iupiter res humanas describere. Vnde locus factus prouerbio, Antiquiora diphthera loqueris, *ἀρχαιότερα διφθέρας λαλεῖς*. In eos quadrat qui nugas narrant, aut de rebus nimium priscis, & iampridem nimium obsoletis. ¶ Item pastoritium ex pellibus vestimentum, quod quidam rhenonem, nonnulli etiam betam appellant. ¶ Diphtherae item dicebantur stragula quaedam pellicea quae in superiori nauis pauimento extendebantur.

Diphthŏngŭs, *δίφθογγος*, est, conglutinatio duarum vocalium in eadem syllaba vim suam seruantium: ita dicta quòd duarum in ea vocalium sonus audiatur. ¶ Sunt autem apud Latinos quatuor, ae, oe, au, & eu: in quibus omnibus vtraque vocalis vt scribi debet, ita & proferri.

[Diple, nota quaedam, seu character, quem scriptores apponunt in libris Ecclesiasticorum, ad separanda, vel demonstranda testimonia Scripturarum. Isid. Pap.

Diplinthius, paries, vbi duo ordines laterum in corij latitudinem instratorum: et triplinthius, vbi tres. Vitruu. *lib. 2. 8.*]

Diplōĭs, idis, *διπλοΐς*. Vestis duplicis genus, vt ex ipso statim etymo apparet: nam quod nos duplex, Graeci *διπλοῦ* appellant. {GERM. Ein Doppelmantel / oder zweyfach kleid. ANGL. *A doublet, a breast plate.*}

Dĭplōmă, siue duploma, vulgo Bulla, aliàs Breue, Codicilli. {[Hebrew] *chethab.* *δίπλωμα.* GALL. *Lettres patentes d'vn prince, bulles, lettres closes, quelque chose mise en double* ITAL. *Priuilegi, patente bolle.* GERM. Freyheit oder gewalts brieff von einem Fürsten oder Oberkeit / Freyheitbrieff / oder sonst ein herrlicher versigleter brieff. HISP. *Letras del principe, como priuilegios, ò Sellos papeles.* ANGL. *Charters or lettres patente of a prince.*} Literae dicuntur Principum signis obsignatae, quales sunt quas literas patentes, aut bullas Pontificias vocant. Cic. *ad Balbum*, Diploma statim non est datum. De literis Caesaris intelligit, quibus Balbus restituebatur. Suet. *in August.* In diplomatibus libellis, & epistolis signandis initio sphinge vsus est, mox imagine Magni Alexandri. Idem *in Calig. c. 38.* Prolatáque duorum Iulij & Augusti diplomata, vt vetera & obsoleta deflebat. & *in Othon. cap. 7.* etiam diplomatibus primisque epistolis suis Neronis cognomen adiecit. Idem *in Neron. c. 12.* Diplomata ciuitatis offerre. Graeci *διπλοῦν* dicunt duplum. Vnde videtur, diplomata fuisse literas complicatas, & lino traiecto obsignatas. ¶ Apud Iurisconf. accipitur pro itineris festinatione, hoc est, quum per dies singulos duplicia itinera conficiuntur. Venuleius *de verb. oblig. l. continuus.* Quibus, inquit, quasi interpretatio quaedam inserta est, is qui Ephesi se daturum spoponderit, vt neque diplomata, hoc est, diebus ac noctibus, & omni tempestate contempta, iter continuare cogatur. Et sequitur: Quòd si diplomate ac felici nauigatione maturius quam quisquam peruenerit Ephesum, confestim obligatus est. Modest. *ad l. Cornel. de fals. l. 27.* Falso (inquit) duplomate commeauit. Sed praestat videre Bud. *in l. qui illicitis insignib. eodem tit.* Diplomata demum intelliguntur, pro quibuscunque literis concessis à principe, vel à magistratibus eius nomine, siue tabellariis, vt liberum & expeditum iter faciant, siue exulibus restitutis, siue aliquo crimine absolutis, siue obligationibus. Lege *Tractatores.*

[Diplomatarius, duplicator. Gl. Isid.]

Diplom

Diplomatica officina, vulgò Cancellaria, GERM. Canţley. Autore Bud.

[Diplosa, diuisa, separata. Pap.]

Dipulas, δίπυλος, vrbs Thessal. circa Larissam, vbi aiunt Apollinem primum esse pransum, quum ex Tempe purgatus rediit. Steph.

[Dipodia, duo pedes. mensura in poesi. δίπους bipes. à δίς & πούς pes.]

Dipœnus, Scyllis frater, qui ambo, teste Plinio, in Creta insula geniti, etiamnum Medis imperantibus, priusquam Cyrus in Persis regnare inciperet, hoc est, Olympiade circiter L. primi omnium marmore sculpendo inclaruêre. Primùm Sicyonem se contulere, quæ diu fuit officinarum omnium metallorum patria, vt ait Plin. *lib.* 36. *cap.* 4.

DIPONDIVM, & Dipondius, siue Dupondium & Dupondius, à duobus ponderibus dicitur, nam (vt Varro docet) duos asses pendebat. {Διπόνδιον. ANGL. *Weight of twoo pound.*} Dipondij itaque valor, si ad Gallicæ pecuniæ æstimationem redigatur, erit octo denariolorum. At verò numus libralis, & dupondium, numus bilibris dicebatur. Plin. *lib.* 33. *cap.* 1. Libralis, vnde etiam nunc libella dicitur, & dupondius appendebatur assis. Hinc dipondij iuris auditores quondam appellati verbo ridiculo, quasi dicentes Iurisconsultos diobolares. Iustinianus *in præfat. Pandectarum*

Dipondiarius, a, um, ὁ διωσιαῖος, ὁ δύο λιτρῶν. Plin. *lib.* 34. *c.* 2. Et orichalci bonitatem imitatur in sestertiis, dipondiariisque Cyprio suo assibus contentis. Colum. *lib.* 4. *cap.* 30. Perticæ cacuminum modicæ plenitudinis, quæ tamen dipondiarij orbiculi crassitudinem non excedant, optimè panguntur.

Dippæa, vrbs Arcadiæ. Steph.

Dipsăcōn, διψακόν. Spina alba, quæ & aspalathus, & diaxylon nominatur, teste Plin *lib.* 24. *c.* 13. ¶ Est item diplacon medicis, tenuium quidam affectus, maximam inducens sitim. Alio nomine diabetes, διαβήτης. Appellatur à quibusdam etiam vrinæ profluuium: eò quòd potius statim affluat, nulla penè in corpore mutatione accepta.

Dipsās, διψάς. Serpentis genus, viperæ simile: à διψῶ, sitio dictum. Suo enim morsu humorem omnem consumens, sitim maximam inducit. Vide Lucan. *lib.* 9. Dioscorides *lib.* 8. *c.* 119. (ex Hermolai versione) Dipsadis morsus comites sunt tumor quidam solutus, sitis contenta vehementer, nunquam explebilis, nunquam interquiescens. Proinde qui ita sunt affecti, potum hianti ore trahunt, sempérque in principio desiderij eius sunt, tanquam si nihil adhuc bibissent. Ob id ipsa Dipsas, ab aliquibus *prester*, ab aliis *causos* vocata est. ¶ Est item Dipsas, lenæ cuiusdam nomen apud Ouid. *lib.* 3. *Eleg.*

Est, inquit, *quædam (quicunque volet cognoscere lenam,*
Audiat) est quædam nomine Dipsas anus.

Dipson, tis. Fluuius est Ciliciæ ex Tauro profluens. Lucan. *lib.* 8. Tantúque vides Dispontа cadente, &c.

[Dipterus, a, um, δίπτερος, ος, duplices alas habens, duplici columnarum ordine cinctus.]

Diptōtă, δίπτωτα. Dicuntur nomina duos tantùm casus habentia. Sic triprota, tetraptota, pentaptota, quæ habent tres, quatuor, & quinque casus.

Diptychum, est duplex tabula, quarum vna viuorum, altera mortuorum continet nomina.

[Dipyrus, a, um, δίπυρος, ος, bis expertus ignem. Dipyrus panis nauticus, bis coctus.]

Dirales, διράδες. Pars tribus Leontidis, à Dirade quodam dicta. Steph.

DĪRĂDĬO, as, est radiorum figuram compono. {οἱονεὶ εἰς ἀκτῖνας διϊστημι, ὡς σχῆμα ἀκτινωδῶς διατιθέναι. GALL. *Estendre ou coucher, & ordonner en façon de rays d'vne roue.* ITAL. *Far qualche cosa à modo di raggi.* GERM. In stremens weiß ordnen. HISP. *Hazer algo à manera de rayos.* ANGL. *To spred abroad lik beames.*} Columell. Validam ergo vitem in ramos diducere censeo, & traducibus dispergere, atque diradiare.

Diræ, atum, vide *Diruo.*

Dirbæ, δίρβαι, locus est Scythiæ, in quo Theos ciuitas est, si rectè legitur apud Steph.

Dircæus, cum æ diphthongo, διρκαῖος. Dicitur Aonius, siue Thebanus. Nam pars Bœotiæ, in qua fons est Dirce, Dircæa cognominata est. Et apud Virg. Amphion Dircæus dictus est, id est, Thebanus.

Dircē, δίρκη, nomen mulieris, Lyci Thebanum regis vxoris, quam ille duxerat repudiata Antiopa. Sed hæc verita ne Antiopam reuocaret, impetrauit à marito, vt posset illam in vinculis detinere. Antiopa verò tempore partus soluta, gemellos quos ex Ioue conceperat (vt suprà dictum est) peperit, Amphionem videlicet, & Zetum, qui postea Lycum interfecerunt: Dircem verò caudæ indomiti equi alligarunt, quæ diu ita per terram raptata, tandem deorum commiseratione in sui nominis fontem conuersa est, non procul à Thebis. Propert. *lib.* 3.

Tu reddis pueris matrem, puerisque trahendam
Vinxerunt Dircen sub trucis ora bouis.

Lucan. *lib.* 3.

Fatidica Cephisos aqua, Cadmeáque Dirce.

Ab hoc fonte Thebani dicti sunt Dircæi. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Dircam, siue Dircen duo nati Iouis deuinxere ad Taurum. ¶ Alia fuit Dirce Babylonia, quæ sua forma tumens quum Palladi conuitiaretur, inter lauandum in piscem conuersa est. Ouid. *lib.* 4. *Metam.*

Dirce quam versam squamis velantibus artus
Stagna Palæstini credunt celebrasse figura.

Dircenna. Fons est gelidissimus in Hispania Tarraconensi non procul à Bilbili. Martial. *lib.* 1.

Auidam rigens Dircenna placabit sitim.

Diræ, δίραι. Promontorium & vrbs eiusdem nominis iuxta Æthiopiam. Est & ciuitatis Atheniensium socia, Steph.

DĪRĬBĔRĔ, & Dirimere, illud tabellarum, hoc suffragiorum video proprium verbum fuisse: neutrum autem satis fuisse manifestum. Diribere tabellas, significat distribuere: diribebantur autem iis, qui suffragium laturi essent: de quo sic *in oratione in Pisonem*, Hoc certè video vos rogatores, vos diribitores, vos custodes fuisse tabellarum. & *in ea post reditum in senatu*, Quando illa dignitate tot rogatores, diribitores, custodésque vidistis: loquitur autem Cicero de lege pro ipsius reditu comitiis centuriatis lata. Nec dubito quin legendum sit, *Diribeantur*, non *diripiantur*, *in ea in Pisonem, in eo loco*, An exspectas, dum de te LXXV. tabellæ diripiantur? ita hoc verbum non in comitiis solùm, verùm etiam in iudiciis vsurpatum patebit. nam hoc postremum exemplum satis planè iudicium, quod Pisoni Cicero minatur, significat. Plinius autem ad alias res transtulit hoc verbum. ait enim sic *lib.* 36. *c.* 15. Hic est ille domitor orbis populus, qui gentes & regna diribet. Quod autem in oratione pro Plancio vir diligens & eruditus legendum putat, pro direptio, *diribitio*: rectiùs opinor sensisset, si *diremptio* reponere maluisset: quum enim populus, aut iudices tabellas voluntatis indices, in cistas deposuerant, tum vt intelligeretur, quæ tabellæ legem probarent, quæ reiicerent: aut quæ reum absoluerent, quæ condemnarent, omnes dinumerari, & separari necesse erat, id autem, dirimere, eáque actio diremptio vocabatur. id ita esse, planè demonstrat Varro *de re rust. lib.* 3. Comitiis, inquit, ædilitiis, quum ego atque Axius suffragium tulissemus, Axius mihi, Dum diribuntur, inquit, suffragia, vis potius villæ publicæ vtamur vmbra, quàm priuati candidati tabella? sic enim scriptum est in veteribus libris, non vt à quibusdam, huius verbi vim ignorantibus, nimis temerè est intrusum, *diribentur*. *In Epistola quoque* 4. *lib.* 3. *ad Quint. Fratr.* Cato, inquit, diruptis tabellis de circulo se subduxit: vbi, *diremptis*, legi malim. perspicuè autem huius verbi sententiam demonstrat Lucan. *lib.* 5. in illo versu, Et non admissæ dirimit suffragia plebis, pro dinumerat, & discernit. Hæc ex obseruationibus Aldi.

Dĭrĭbĭtōrĭum, {τὸ λογιστήριον. GALL. *Le lieu où on fait la monstre des gens d'armes, où on les paye: ou bien le lieu où se retirent les seruiteurs d'vne maison.* ITAL. *Luogo doue si pagauano gli esserciti, la banca di soldati.* GERM. Ein musterplatz / ein ort da man den kriegsleuten den sold bezalt. HISP. *Lugar donde se hazia el alarde.* ANGL. *The place of payement or distribution à muster place.*} Locus erat in quo recensebatur exercitus, & stipendia militiæ numerabantur: à diribendo, hoc est, distribuendo. Sueton. *in Claud. cap.* 18. In diribitorio duabus noctibus mansit. Vnde

Diribitor, is, Distributor, diuisor, GALL. *Le Thresaurier, le Boursier, celuy qui distribue, qui compte argent à plusieurs.* Cic. *in Orat. post redit. suum ad Senatum.* Quando, inquit, illa dignitate tot rogatores, diribitores, custodésque vidistis: hoc est, diuisores, distributorésque, qui inter tribus viritim pecuniam diuiderent. Plaut. *in Aulul.* curiarum magistros appellauit. ¶ Diribitorium etiam locus dicebatur, in quo ministri versabantur: & diribitores, ministri ipsi dicti sunt. Apul. *lib.* 2. *de Asin.* Diribitores plusculi, splendidè amicti, fercula copiosa scitulè subministrata. Plin. *in Epist* pædagium videtur appellare, ἀπὸ τῶν παίδων. id est, à pueris, & ministris.

DĪRĬGĔO, es, ui, Præ frigore, aut timore, aut alio casu viribus destituor. {ῥιγόω, σκληρύνομαι. GALL. *Deuenir gourd & roide qu'on ne se peut remuer, soit de froideur, crainte, ou autre auenture.* ITAL. *Indurirsi per grand freddo. ò per timore, diuenir rigido.* GERM. Vor kelte / frost oder andern zufal erstarren. HISP. *Pasmarse, erizarse, y casi hazerse duro como quien se hiela.* ANGL. *To shrink for cold or for feare.*} Virg. *lib.* 3. *Æneid.*

Diriguit visu in medio, calor ossa reliquit.

id est, præ terrore rigidus factus est. Idem 3. *Æneid.*

At sociis subita gelidus formidine sanguis
Diriguit.

DĪRĬGO, is, ex Di & rego, Rego, rectum facio, dispono, compono, ordino, æstimo. {ישר *ischischer* תקן *tikken.* εὐθύνω, κανονίζω. GALL. *Dresser, viser, ordonner.* ITAL. *Drizzare.* GERM. Richten / etwas krumb schlecht machen. HISP. *Emendar ò endereçar.* ANGL. *To mak right or sett streight.*} Plin. *in Paneg.* Nam vita principis censura est, eáque perpetua, ad hanc dirigimur, ad hanc conuertimur: nec tam imperio nobis opus est, quàm exemplo. Cic. 3. *de Orat.* Nec sunt hæc rhythmorum, aut musicorum acerrima norma dirigenda. Planc. *Ciceroni*, ad Mutinam iter dirigerem. Virg. 7. *Æneid.*

Direxere acies.

Vbi Seruius, Ordinarunt in latitudinem. Ouid. 6. *Fast.*

Si domus illa tua est (ò Bacche) dirige vatis opus.

Velleius. Direxit fugam ad eius arbitrium. Dirigere bibliothecas, Suet. *in Cæs. c.* 44. Et, Dirigere vela aliquò, Cæsar *lib.* 2. *de bell. ciu.* Item, Dirigere finem, id est, determinare.) Liu. *lib.* 9. *decad.* 4.

Dīrēctūs, participium, Rectus. {מיושר *meiuschschar* מתוקן *methukkan.* εὐθύνθεις. GALL. *Adressé, mis, iecté ou dressé droit.* ITAL. *Dritto.* GERM. Gerad / gericht in die gerade. HISP. *Endereçado.* ANGL. *Sett rigth and straight.*} vt, Directi pedes, directum iter, directus ordo. Cato *cap.* 18. Arbores ad stipitem primum directos pedes sedecim. Cicer. *de natur. Deor.* Flexuosum iter habet, nequid intrare possit, si simplex & directum pateret. Idem *pro Cæcin.* Eius autem fundi extremam partem oleæ directo ordine definiunt. Velleius, Directa acie pugnare. Tibul. *lib.* 4.

——— *Modo directo contendere cursu,*
Seu curuo gyro, (de equestri exercitu.)

Dīrēctē, siue directò, aduerb. {למישרים *lemeschârim.* κατ' εὐθείας. GALL. *Droitement, tout droit.* ITAL. *Drittamente.* GERM. Stracks / schnurschlechtig. HISP. *Derechamente sin torcer.* ANGL. *Rightly, straightly.*} Cic. *in Part.* Alterum ad finem directò spectat. *Ibid.* Vt quum semel dictum sit directè.

Dīrēctĭo, verbale. {ישר *meschâr.* εὐθύτης, κατόρθωσις, διόρθωσις. GALL. *Adressement.* ITAL. *Addrizzamento.* GERM. Richtung. HISP. *Endereçamento, obra de emendar ò endereçar.* ANGL. *A setting right or straight.*} vt, Directio ad veritatem, Quint. *lib.* 3. *c.* 7. *in fin.* Rationis directio ad veritatem, idem *lib.* 3. *cap.* 6.

Dīrēctum, i, εὐθύ, substantiuum. Cic. *in Part.* Æquitatis autem vis est duplex, cuius altera directi, & veri & iusti, & (vt dicitur) æqui & boni ratione defenditur.

Dīrēctarii, fures appellantur ii, qui in aliena cœnacula se dirigunt furandi animo, itque seuerius quàm fures puniendi sunt. Vlpianus *de iniur. & famos. libel. l. sacculary.* Sunt tamen qui hoc loco apud Vlpianum

Dietarios,

Diatarios malint legere, quòd fures huiusmodi in alienas diætas soleant transcendere. Vide in dictione *Diæta*. Diectarius in antiquo Lexico exponitur, [illegible]. Fur igitur est, qui fores aperit, apertularius quibusdam dictus, & effractarius.

DIRĬMO, is, diremi, diremptum, ex Di & emo, interposita r: siue ex dis, & emo, s in r mutata, componi videtur. Diuido, separo, distraho. {הבדיל *hibdil* פרד *peredh* גזר *ghazar*. διαλύω, ἀπαλλάττω, διαχωρίζω. GALL. *Separer, diuiser, departir*. ITAL. *Spartire, diuidere*. GERM. Zertheilen, von einander scheiden. HISP. *Apartar*. ANGL. *To separat, to parte thame that be at variance.*} Plaut. *in Amphitr.* Sed prælium id tandem diremit nox interuentu suo. Idem *ibid.* Rixam, vt potest, diriman. Dirimere nuptias, Suet. *in Cæs. c.* 43. Virg. 5. *Æneid.*

——— & prælia voce diremit.

¶ Sic dirimere litem, id est, dissoluere & decidere. ¶ Dirimere tempus, est differre, & in aliam diem aliquid reiicere: pro quo etiam diffundere, vel potius diffindere, diem veteres dixerunt. Vide *Diffindo*. Cicer. *de Diuinat.* Quid enim habet aruspex, cur pulmo incisus etiam in bonis extis dirimat tempus, & proferat diem? ¶ Aliquando dirimere ponitur pro destruere [illegible]. Salust. Quia nondum frequentes armati conuenerant, ea res consilium diremit. Dirimuntur oppida vnius diei itinere: id est, distant inter se vnius diei itinere, sine absunt inter se. Plin. *epist.* 94 *lib.* 6. Hunc ego non vt multi, sed arctissime diligo, oppida nostra vnius diei itinere dirimuntur.

Dirĕptĭo, us, ui, Separatio. {גזר *gézer*. [illegible]. GALL. *Departie, separation*. ITAL. *Separatione, rompimento*. GERM. Zertheilung, abländerung. HISP. *Apartamiento*. ANGL. *Separating or seuering.*} Cicer. 1. *Tuscul.* Est enim interitus quasi discessus, & secretio, ac diremptus earum partium, quæ ante interitum iunctione aliqua tenebantur. Velleius, Dirempti gradibus ætatis Cicero, Crassus, Hortensius. Idem, Omnia dirimente fortuna inter duces, (morte sublulæ.)

Dirēmptio, Distractio. {גזר *gézer*. [illegible]. ANGL. *A seuering.*} Locus autem Ciceronis ex Planciana male hic antea ascriptus erat: non enim legendum in eo est Diremptio, sed *Diribitio*. Interim tamen dubitandum non est, quin hoc vocabulum apud Latinos autores reperiatur.

DIRĬPĬO, is, Dispopulor, spolio, in diuersas partes rapio. {שסס *schasás* שסה *schasáh* בזז *bazáz*. [illegible]. GALL. *Rauir, piller, arracher & emporter*. ITAL. *Rapire, torre per forza*. GERM. Berauben, plündern. HISP. *Arrebatar*. ANGL. *To tak or pull away, to despoile.*} Cic. *Attic. lib.* 3. Patriam non seruandam ad reditum nostrum, sed diripiendam, inflammandamque reliquimus. ¶ Diripere aliquem è loco, pro Vi abstrahere. Idem *de prouinciis Consul.* Hos de prouinciis si non aliquando deducendi essent, diripiendos non putaretis? ¶ Diripere de authoritate alicuius, per translationem. Idem *pro Sylla*. Sed vt ille iudices, quantum de mea autoritate diripuisset, tantum de se huius præsidiis diminuturum sperauit.

Direptor, verbale. Qui diripit. Cicer. 7. *Verr.* O præclarum custodem ouium (vt aiunt) lupum, custósne vrbis, an direptor, & vexator esset Antonius?

Dirēptĭo, verbale. {משסה *meschissáh* בזה *bizzáh*. [illegible]. GALL. *Rauissement, pillerie*. ITAL. *Rapimento*. GERM. Beraubung, plünderung. HISP. *Robamiento*. ANGL. *A robbing, pilling or sacking.*} Cicer. *lib.* 2. *epist.* Vrbs relicta descriptioni atque incendiis.

Direptus, a, um, Particip. [illegible]. Cic. 1. *de finib.* Sapientia est adhibenda, quæ & terroribus cupiditatibúsque detractis, & omnium falsarum opinionum temeritate derepta, certissimam se nobis ducem præbeat ad voluptatem.

Diris, mons est Mauritaniæ, quem propter altitudinem, cæli columnam vocauerunt. Meminit Plin. *lib.* 5. *cap.* 1. vbi Dyris scribitur per y Græcum.

[Diuisorium, castellum, vnde aquæ in diuersas vrbis partes commeabantur. Sabell. *ad Suet.*]

Dirphys, Δίρφυς, mons Eubœæ, vbi Dirphya Iuno colitur. Steph.

DIRŬMPO, is, Variè rumpo, seu violenter scindo. {קרע *karáh* פרץ *paráts*. διαῤῥήγνυμι. GALL. *Derompre, briser, casser, trencher*. ITAL. *Rompere à forza*. GERM. Zerreissen, zerbrechen. HISP. *Romper por fuerça, ò en diuersas partes*. ANGL. *To brast or breake a sunder.*} Plaut. *in Curc. sc.* 1. *a.* 2. Geminos in ventre videor habere filios, nihil metuo, nisi medius dirumpar miser. Refertur quandoque ad animum. Cic. *ad Attic. lib.* 7. Dirumpor dolore.

Diruptus, a, um. Item Diruptior, Liu. *lib.* 8. *dec.* 4. Dirupræ rupes, idem *lib.* 9. *dec.* 4. Et, prona & dirupta spatia, Gell. *c.* 2. *lib.* 6.

Dirūptio, Senec. *Quæst. natur. lib.* 2. *c.* 15. Necessariò vastum in tam magnorum corporum diruptione reddit sonum.

DIRŪNCĪNO, as, Disseco & dissipo. Tractum à runciniis, quæ maiores serræ dicantur, quibus fabri lignarij maiora ligna secant. Plaut. *Milit.* Vt lapide diruncinauit militem.

DIRŪNCIO, teste Festo, Depurgo. {נקה *nikkáh*. GALL. *Purger*. ITAL. *Purgare*. GERM. Seubern reuten. HISP. *Purgar ò limpiar*. ANGL. *To purge to mak cleane frome weedes.*} Verbum agriculturæ antiquum, à runca deductum, quod instrumentum est excidendis dumetis idoneum. [Malim à di & runco, quod est herbas inutilas euello. Fest. Diruncium, depurgant. Martin.]

DIRŬO, is, Deiicio, euerto, atque destruo. {הפיל *hippil* הרס *harás*. [illegible]. GALL. *Mettre par terre, ruer ius*. ITAL. *Ruinare, distruggere*. GERM. Niderbrechen, zerstören. HISP. *Derribar edificio, destruir*. ANGL. *To breake downe, to destroye, to ouerthrowe.*} Liu. *lib.* 1. Fragor tectorum, quæ diruebantur, vltimis vrbis partibus audiebatur. Terent. *in Adelph.* Hanc in horto maceriem iube dirui. Liu. Legiones deinde ductæ ad diruendam vrbem. Cic. *ad Quint. frat. lib.* 1. Multas abs te esse liberatas vrbes, complures dirutas, ac penè desertas.

Dirus, a, um, à δεινός, vel q. Dei ira. Crudelis, sæuus, infestus, ferus, immanis. {אכזר *achzár*. [illegible]. GALL. *Horrible, cruel, comme enuoyé de l'ire de Dieu*. ITAL. *Crudele, empio, fero*. GERM. Grausam, scheutzlich. HISP. *Cruel, ò de ira de dios*. ANGL. *Cruell, vengeable, terrible.*} Virg. 3. *Georg.*

Priusquam dira per incautum serpant contagia vulgus.

Sic Fatum habet: Optant omnes nostrates pro claris factis, dites aguntur malis. Plaut. *Amphitr.* Caue tibi à diro infortunio. Plaut. *Pseud. sc.* 7. *act.* 4. Quasi dirum nomen tecipuat. Senec. *cap.* 9. *de consol. ad Marc.* Dira cæde spargitur ara. Ouid. *Eleg.* 4. *lib.* 4. *Trist.* Tutus ab insidiis diræ superbæ tur, idem 2. *Faster. & Eleg.* 3. *lib.* 3. *Trist.* Diræ immanitatis, Sueton. *in Claud. cap.* 25. ¶ Aliquando accipitur pro magno. Virg.

Iam tum relligio pauidos terrebat agrestes
Dira loci.

[Diruitus ære miles, cui stipendium ignominiæ causâ non erat datum quod æs diruebatur in fiscum, non in militis loculum. Fest.]

Diræ, {אלות *aloth* קללות *kelaloth*. ἀραί, [illegible]. GALL. *Furies d'enfer, maledictions & execrations*. ITAL. *Bestemmie, maledittioni*. GERM. Verfluchungen, wünschung grausamer [illegible]. HISP. *Las furias ò ira de los Dioses*. ANGL. *The furies of hell, execrations, cursinges.*} Execrationes, & imprecationes sunt quæ in maleuolos [illegible] fundebantur horrendæ, deos quosdam inauditos compellantes: quibus [illegible] quicumque deuotus erat, credebatur maximo affici infortunio. Cicero [illegible] Crasso quid acciderit videmus, dirarum obnuntiatione neglecta. [illegible] imprecari. Liuius *lib.* 4. *d.* 4. Species & vmbræ filiæ diris agitabant. [illegible] Græci [illegible] dicunt, & [illegible] [illegible]. ¶ Sunt etiam diræ inferorum Furiæ, quibus præcipuè qui sceleris alicuius sibi sunt conscij, creduntur exagitari. De quibus Virg. *lib.* 12. *Æneid.*

Dicuntur geminæ pestes cognomine diræ,
Quas & Tartaream nox intempesta Megæram
Vno eodemque tulit partu.

¶ Hinc Dirarum insectatio apud Sextum Aurel. Victorem *in Epitome de Caracalla*: id est, furiarum agitatio. Hic, inquit, fratrem suum peremit: ob quam caussam furore pœnas dedit Dirarum insectatione. ¶ Dicuntur autem in cælo diræ, [illegible]: Furiæ, [illegible], in terris; Eumenides, [illegible], in inferis: vnde & tres esse dicuntur.

Dĭrĭtas, Crudelitas, immanitas, feritas. {אכזריות *achzerijuth*. [illegible]. GALL. *Cruauté*. ITAL. *Crudeltà, ferocità*. GERM. Grausamkeit. HISP. *Crueldad, braueza sin tino*. ANGL. *Crueltie, vengeance, terriblenesse.*} Cic. *in Vatinium*, Quanquam sis omni diritate atque immanitate deterrimus. Idem 3. *Tusc.* Intelligi potest ex his fratribus qui in Adelphis sunt, quanta in altero diritas, in altero comitas. Diritas omnis. Gell. *cap.* 9. *lib.* 4. Ob diritatem totius diei. Sueton. *in Neron. c.* 8. ¶ Morum diritas, Idem *in Tiberio, c.* 21. Nec illud quidem ignoro aliquos tradidisse Augustum palàm nec dissimulanter morum eius diritatem adeò improbasse, vt nonnunquam remissiores hilarioresque sermones superueniente eo abrumperet.

Dis, Præpositio disiunctiua, de qua suprà dictum est in *Di*.

Dis, ditis, nomen est à [illegible], *Dives*. Deus diuitiarum, qui à Luciano claudus fingatur in accessu, in recedendo autem alatus, quòd diuitiæ longissimo tempore partæ, nisi cautè dispenses, quàm velocissimè elabantur, [illegible]. Fingitur etiam cæcus, quod nullo prorsus iudicio indignissimum quemque maximè opibus oneret, dignores prætereat. ¶ Dis etiam creditur esse inferorum deus, quod diuitiæ ex intimis terræ visceribus effodiantur, Græcè [illegible] dicitur. ¶ Diti patri contrariæ hostiæ: extra potiora. Sueton. *in Othon. cap.* 8. ¶ Ditis concaua, (id est, inferi.) Macrob. *in somn. Scipion.* ¶ Ponitur etiam Dis pro diuite, [illegible]. Terent. *in Adelph.* Dis quidem esses Demea, ac rem tuam constabilisses. Hinc Ditior & ditissimus. Cicer. *de Amic.* Ditior mihi & affluentior, videtur esse vera amicitia. Idem *Parad.* Vt quisque, quod plurimi est, possidet, ita ditissimus habendus. Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 4. Dites damnosi mariti, vbi Romæ. Idem *ibid.* Boni homines & dites. Liu. *lib.* 2. *d.* 3. In diti domo. Idem *lib.* 1. *belli Pun.* Ditia stipendia.

Dito, as, Diuitem facio. {העשיר *heeschir*. πλουτίζω. GALL. *Enrichir, faire riche*. ITAL. *Arricchire*. GERM. Reich machen. HISP. *Enriquecer à otro*. ANGL. *To mak riche.*} Liu. 1. *bell. Pun.* Castra militem ditauere. Plin. *lib.* 35. *c.* 18. Quos enumerare iam non est, è sanguine Quiritum & proscriptorum licentia ditatos. Tibul. *lib.* 4.

Cui fuerant flaui ditantes ordine sulci
Horrea.

Ditēsco, Diues fio: augmentatiuum à verbo inusitato Diteo. {עשר *haaschar*. πλουτέω. GALL. *Deuenir riche, s'enrichir*. ITAL. *Diuenir ricco, arricchire*. GERM. Reich werden. HISP. *Enriquecerse*. ANGL. *To waxe riche.*} Lucan. *lib.* 4.

——— possunt tamen inde puellas
Suscipere & partu possunt ditescere dulci.

[Disbullo. Synod. Const. 5. à *bulla* signo, signum tollo.]

DISCĂLCĔO, as, Calceos exuo. {חלץ נעל *chalats náhal*. [illegible]. GALL. *Deschausser*. ITAL. *Discalzare, scalzare*. GERM. Entschuhen, die schuh abziehen. HISP. *Descalçar*. ANGL. *To put of shooes.*} Suet. *in Neron.* Circa cultum, habitúmque adeo pudendus, vt comam semper in gradus formatam peregrinatione Achaia etiam penè vertice summiserit, ac plerunque synthesim indutus, ligato circum collum sudario, prodierit in publicum sine cinctu, & discalceatus. mollium & effeminatorum more. Vide *Discinctus*, infrà. Hebr. [illegible] *jachéph*.

Discăpēdĭno, as, à capedine fit, Resero, aperio. {פתח *pathách*. [illegible]. GALL. *Ouurir*. ITAL. *Aprire*. GERM. Aufschliessen, auffthun. HISP. *Expedir ò abrir*. ANGL. *To pen, to mak patent.*} Apuleius, Hyagnis primus in canendo manus discapedinauit. Verbum est nouum Apuleio parente natum.

[Discapulati, quibus toga diffluit. Senec. Gualt.]

DISCĂVĔO, à Plauto vsurpatum est pro diligenter caueo. {נשמר *nischmar*. [illegible]. GALL. *Se donner bien garde de toutes parts*. ITAL. *Guardarsi bene*. GERM. Wol verhüten. HISP. *Guardarse muy bien*. ANGL. *To beware and circumspect on all partes.*} Ita enim legitur in *Menæch. sc.* 1. *a.* 2. Dictum facesse citatum, & discaueas malo.

DISCĒDO, is, Recedo, abeo, proficiscor, migro, demigro. {הלך *halách*. ἀποχωρέω. GALL. *Se partir, s'en aller*. ITAL. *Partirsi, andar via.*

Germ. Hinweggehen hinwegziehen. Hisp. *Partirse de lugar.* Angl. *To go or passe away, to depart.* } Plin. Facesse hinc, atque a nobis discedite. Plaut. *Asin. sc.3.a.3.* Pedem ab ista non discedat, si licessit. Idem *Asin. sc.1.a.2.* Iampridem videtur factum cum discessi ab heto. ¶ Interdum ponitur pro excipere, ἀπεκβάλλω, vt si dicam, Quum discessi a parentibus, nemo est mihi te charior, id est, parentibus exceptis. Cicer. *Lentulo.* Sic tamen existimare te velim: quum a nobis salutis meæ autoribus discesseris, neminem esse cuius officiis me tam esse deuinctum non solum confitear, sed etiam gaudeam. Interdum pro distendi, diuidi, χάσκειν, διαστῆναι. Idem *lib.3.Offic.* Hinc ille Gyges inducitur à Platone, qui quum terra discessisset magnis quibusdam imbribus, in illum hiatum descendit. ¶ Discedere in sententiam, est alterius sententiam approbare, ... Mos enim fuit antiquorum, quum in tanto Senatorum numero longum foret singulorum sententias audire, eos tantum qui cæteris dignitate antecellebant, sententiam rogare. Deinde duabus tributve aliis sententiis, reliqui ad eos quorum iudicio subscribebant, discedebant. ¶ Discedere, non est semper de loco abire: nam *lib.11.ad Atticum,* Si possum, inquit, discedere, ne causa optima in senatu pereat, est, si possum consequi, si hunc exitum res habere potest: idem dum ad eandem sententiam transtulit. Terent. apud quem Geta seruus *in Phormione:* Modò vt hoc consilio possit ita loqui, vt istam ducat. Et Aldi *Comment. ad Attic.* ¶ Discedimus, pro discessimus. Varro, Scal. ¶

Discessio, verbale, Abitus, discessus. { לכת léchebth פרוד farúd. ἀναχώρησις. Gall. *Departement, separation.* Ital. *Il partirsi, la partita.* Germ. Hinweichung, hingang. Hisp. *La partida de lugar.* Angl. *A going away, a departing.* } Cic. 2. *Off.* Eorum neque accessione melior vita fit, neque discessione peior. ¶ Ponitur interdum discessio pro diuortio. Ter. *in Andr.* Nempe incommoditas denique huc omnis redit. Si eueniat (quod dij prohibeant) discessio. ¶ In foro quoque dicimus Discessionem fieri in sententiam alicuius, quum Senatores è sua sede ad eum transeunt, cuius sententiam approbant. Cic. 6. *Verr.* Atque adeò quum iam non solùm discessio facta esset, sed etiam perscriptum, atque in tabulas relatum. Per discessionem quomodo fit SC. Gell. *c.18. lib.13.* & *c.7 lib.14.* Vide *Senatusconsultum.*

Discessus, us, ui, verbale à discedo, Discessio, { לכת léchebth פרוד farúd. ἀναχώρησις. Gall. *Departement.* Ital. *Dipartimento, la partita.* Germ. Hingang hinfart. Hisp. *La partida de lugar.* Angl. *A going away, a departing.* } Senec *c.7. de consol. ad Mart.* In discessu, non solùm amissio ne carissimorum morsus est necessarius. Cic. 5. *de fin.* Quinetiam quum decreuerit esse moriendum, tamen discessu à suis, atque ipsa relinquenda luce moueatur. Discessum è vita, pro morte posuit idem Cic. *lib.1. de Diuin.* O præclarum (inquit) discessum è vita. ¶ Discessus terræ, pro terræ hiatu, & chasmate accipitur. Item Discessus cæli, pro subita cæli disruptione, qualem nobis videmur videre, quum fulgura, aut coruscationes apparent. Idem Cic. 2. *de Diuin.* Ita te nec terræ fremitus, nec cæli discessus, nec lapideus, aut sanguineus imber, nec traiectæ stellæ nec faces visæ terrebunt.

Discessurus, a, um, particip. futuri temporis, ἀποχωρήσων. Plin. *lib.20.c.24.* Sed discessuri ab hortensibus vnam compositionem ex his clarissimam subtexemus. hoc est, prius quàm discedamus ab hortensium herbarum tractatione.

Discepto, as, Disputo, contendo, decerto. { רב rab משפט mischpát הוכיח hochíach פלל pillél. διαγωνίζομαι, ἀμφισβητῶ. Gall. *Debatre & disputer de quelque different.* Ital. *Disputare, contendere.* Germ. Zancken, streitten. Hisp. *Contender disputando.* Angl. *To dispute or reasone of any thing, to contend.* } Cic. *fam.4.* Postquam armis disceptari cœptum est de iure publico. ¶ Aliquando etiam moderor, compono, διαλλάττω, quod ad verbum è Græco dictum esse videtur. διαιρῶ, διαγιγνώσκω, διαγινώσκειν, vel (vt alij exponunt) iudico, arbitror, cognosco. In qua significatione accusatiuum regit. Idem Cicer. *pro Milone,* Et isti est præpositus quæstioni, qui hæc iustè, sapientérque disceptet. Liuius *lib.1. d.5.* Disceptare controuersias. ¶ Est etiam alius huius verbi elegans vsus apud Cicer. *famil.10. ad Plancum Imper.* Quamobrem, inquit, quanquam in vno prælio omnis fortuna R. P. disceptat, quod quidem quum hæc legeres, iam decretum arbitrabar fore: tamen ipsa fama, quæ de tua voluntate percrebuit, magnam es laudem consecutus. Id est, quanquam omnis Reipub. fortuna de tui prælij exitu pendet.

Disceptator, Rei sententiæque arbiter, iudex. { פלילי pelili מוכיח mochiach. διαιτητής. Gall. *Iuge ou arbitre.* Ital. *Giudice ò arbitro.* Germ. Ein schidmann / der ein handel entscheydt. Hisp. *Contendedor que disputa, juez, arbitro, arbitrador.* Angl. *A iudge or arbitreur, ad.yres man.* } vt docet Cicer. *in part. ad filium,* Nam aut auscultator est (inquit) qui audiuit, aut disceptator: id est, rei sententiæque moderator. Idem *ad Sulpit. lib.13.* Vt omnibus in rebus, & quæ in aliquam controuersiam vocarentur, te arbitro: & quod commodo tuo fieri posset, te disceptatore vterentur.

Disceptatrix, { פלילית pelilith מוכחת mochachath. ἡ διαιτητική, διαγνώμων. Gall. *Celle qui iuge.* Ital. *Donna che giudica.* Germ. Richterin. Hisp. *Contendedora, que disputa, arbitradora.* Angl. *She that iudgeth or is arbitrour.* } Cic. 4. *Acad.* Dialecticam inuentam esse dicitis veri & falsi quasi disceptatricem & iudicem.

Disceptatio, Causa & lis. { פליליה pelilijáh. διαγωνισμός, διάγνωσις. Gall. *Debat en paroles, dispute, controuerse.* Ital. *Contentione.* Germ. Ein span oder streitiger handel. Hisp. *Aquella contienda disputando.* Angl. *A striuing in wordes, controuersie.* } Cic. 2. *de Diuin.* cum quibus omnis ferè nobis disputatio contentióque est. Disceptatio pro arbitratu & cognitione Vlpian. *l. quum q.§ si cui, ff. de transact.* Hæc omnia habent disceptationem Prætoris: & pro vtilitate alimentarij accipienda sunt.

Disceptatiuncula, diminut. à disceptatio Gell. *lib.20.c.vlt.* Ea omnia subsiciua & subsecundaria tempora ad colligendas huiusmodi memoriarum disceptatiunculas contuli.

Discerno, is, discreui, discretum, Separo, diuido, diiudico, distinguo, dispicio. { הכר chabar בחן bachan הבחין hebchir הבדיל hibdil. διακρίνω, διαγινώσκω. Gall. *Discerner, separer, & cognoistre l'un de l'autre, diuiser.* Ital. *Diuidere, separare.* Germ. Vnderscheiden. Hisp. *Apartar.* Angl. *To separat, to discerne or knowe one frome an other.* } Cic. 3. *Tuscul.* Democritus alba & nigra discernere non potuit. Discernere à Cicer. *pro Fonteio.* Quid est igitur vbi elucere possit prudentia? vbi discerni stultus auditor & credulus ab religioso & seuero iudice. ¶ Quandoque distinctè cognosco. Terent. *in Adelph.* Quid hoc malum? infelicitatis! nequeo satis discernere, Nisi me credo huic esse natum rei, ferundis miseriis ¶ Discernere item. Virg. 12. *Æneid.*

Saxum antiquum, ingens, campo qui fortè iacebat,
Limes agro positus, litem vt discerneret aruis.

Discretus, a, um, particip. passiuæ significationis à discernor. { מבדל mubdál. διακεκριμένος. Gall. *Separé & diuisé.* Ital. *Separato.* Germ. Vnderscheiden. Hisp. *Apartado.* Angl. *Seuered, separated.* } vt, Discreta femina apud Caium id est, separata. Plin. *lib.15.c.30.* Discretæ suis nominibus syluæ. Huius compositum protulit Plin. Indiscreta propè specie fuere, id est, indifferenti. ἀδιάκριτος. Valla exponit actiue, vt sit Discretus, qui qualitates personarum ac rerum momenta discernit. Sed nullum attulit exemplum, nec vllum afferri posse arbitror, nisi in passiua significatione.

Discretio, nis, verb. Separatio, distinctio. { גזרה gezer. διάκρισις. Gall. *Discretion, distinction, separation.* Ital. *Diuisione, separatione.* Germ. Vnderscheidung, absünderung. Hisp. *Apartamiento.* Angl. *A separating, a seuering.* } Lactant. *lib.7.* Quum vis aliqua vtrumque diremerit: quæ discretio mors vocatur. Autor ad Heren. *lib.4.* sic definit, Discretio vocatur quæ rerum consequentium continet perspicuam & dilucidam cum grauitate expositionem. Aliquando pro delectu, κρίσις.

Discretè, aduerb. non significat prouidè, aut sapienter (vt nonnulli existimant,) sed separatim & distinctè ⚹ confusè, perturbatè. { χωρίς. Gall. *Separément, distinctement.* Ital. *Separatamente.* Germ. Vnderscheidenlich. Hisp. *Apartadamente.* Angl. *A sunder, seuerally.* } Cicer. 1. *de Inuent.* In præsentia tantummodo numeros & modos, & partes argumentandi confusè & permistè dispersimus: pòst discretè & electè in genus quodque causæ, quid cuique conueniat, ex copia hac digeremus.

Discretim, aliud aduerb. Varr. *de re rust. lib.1.c.3.* Quoniam discretim de his rebus dicendum est.

Discrimen, Separatio, differentia. { מחלקת machalóketh גזר gezer. διαφορά. Gall. *Difference.* Ital. *Differenza.* Germ. Vnderscheid. Hisp. *Diferencia.* Angl. *Difference, diuersitie.* } Cicer. Totùmque discrimen summi boni in ea rerum comparatione positum putat. Salust. Laudamus diuitias, prosequimur inertiam, inter bonos & malos nullum est discrimen. Nullo discrimine, id est, facilè. Cicer. 4. *Acad.* Vera à falsis nullo discrimine separantur. ¶ Accipitur etiam pro interuallo, siue distantia. Idem Cicer. *de lege Agrar. contra Rullum,* Duo maria pertenui discrimine separata. Quintil. Inter discrimina dentium efflare litteram f. ¶ Item pro diuisione & capillorum exornatione, siue compositione quæ fit discerniculo. { מסרק mischéth. κτένισμα. Gall. *Separation.* Ital. *Separatione.* Germ. Schaidung des hars. Hisp. *Apartamiento.* Angl. *A seuering and crisping of the heare.* } ¶ Et Discrimen, certamen, ἀγών. Virg. 5. *Æneid.*

——— *Post hos æquo discrimine Pistrix*
Centaurúsque locum tendunt superare priorem.

Quint. Veri discriminis facies in foro, (id est, certaminis.) ¶ Rursus discrimen periculum dicitur. { אסון ason משברי mischberith. κίνδυνος, ἀγών. Gall. *Danger, peril.* Ital. *Pericolo.* Germ. Ein gefahr. Hisp. *Peligro.* Angl. *Danger, perill.* } Virg. *lib.1.*

——— *Per tot discrimina rerum*
Tendimus in Latium.

Cæs. 6. *bell. Gall.* Videt imminere hostes, atque in summo rem esse discrimine. Velleius, Discrimine vestro me subtraham.

Discrimino, as, Diuido, separo, distinguo. { הבדיל hibdil. διορίζομαι, διακρίνω, διαιρῶ. Gall. *Separer, distinguer, discerner.* Ital. *Diuidere, dipartire.* Germ. Vnderscheiden. Hisp. *Apartar.* Angl. *To mak difference, to seuer.* } Cicer. *in Philip.* Hetruriam discriminat Cassia. Lucret. *lib. 2.*

——— *Sed fortè putes animalia sola teneri*
Legibus hu: quadam ratio discriminat omnes.

Discriminatus, particip. Distinctus. { מבדל mubdál. διακεκριμένος. Gall. *Distingué, separé.* Ital. *Distinto.* Germ. Vnderscheid. Hisp. *Apartado.* Angl. *Seuered, separated one frome another.* } Liu. 1. *bell. Pun.* Vigiliarum somnique nec die nec nocte discriminata tempora.

Discriminatim, aduerbium, significat differenter. { διακεκριμένως. Gall. *Differemment: en diuerses sortes, separément.* Ital. *Differentemente.* Germ. Vnderscheidlich. Hisp. *Diuersa, ò, apartadamente.* Angl. *Seuerally, à sunder.* } Varr. 1. *de re rust.* Eadem de causa sunt quæ non possunt viuere, nisi in loco aquoso, aut etiam in aqua, & discriminatum: & alia in lacubus, vt arundines in Aretino: aliæ fluminibus, vt in Epiro arbores alni.

Discriminator, is. { διακρίνων. Angl. *A seuerer.* } Apul. de mundo: Axis est dictus diuisor & discriminator mundi.

Discriminatio, Separatio. { διάκρισις. Angl. *A seuering or separating.* } Diomed. Grammat. *lib.1.* Nomen est quo Deus, aut homo propria duntaxat discriminatione pronuntiatur. *Ibidem,* Sine speciali discriminatione.

Discriminale, acus est quæ crines diuidit ad concinnandum caput. { חרט charit. ἀναπίς. Gall. *Vn poinson de quoy vsent les femmes à faire les creites de leurs cheueux.* Ital. *Scriminale.* Germ. Ein pfriemb mit welchem die weiber das har scheiden. Hisp. *Partidor de los cabellos.* Angl. *A pinne of wood or iuory to trimme and crispe the heare with.* } vt apud Isaiam, Discriminalia & periscelides, & murænulas & olfactoriola.

Discerniculum, Instrumentũ quo mulierum capillus discernitur. { חרט charit. ἀναπίς. Gall. *Vn poinson dont vsent les femmes à faire les crestes de leurs cheueux.* Ital. *Scriminale.* Germ. Ein instrument mit welchem die weiber die scheitel machen. Hisp. *El partidor de los cabellos.* Angl. *A pinne of wood or iuory to crispe and trimme the heare with.* } Varr. *lib. 4. de*

de L.L. Discerniculum est quo discernitur capillus. Nonius, Discerniculum acus quæ capillos mulierum ante frontem diuidit, dictum à discernendo. Transumitur à quibusdam differentiam, seu discrimen. Gell. *lib.*7 ... species hellebori esse, discerniculo colorum, nigrum, candidum, & nigri.

DISCERPO, is, psi, ptum, ere, dis & carpo, Distraho, discindo, dilacero, diuello. {... *taraph.* διασπαράσσω, διασπάω. GALL. *Mettre en pieces, deschirer.* ITAL. *Sbranare, squarciare.* GERM. Zerreissen, zerzerren. HISP. *Partir y despedaçar en partes.* ANGL. *To dismember, to teare in pieces.*} Cicer. *in Timæo,* Quum res quæ præposita est, quasi in membra discerpitur. Varro, Diuiditque à binoris quadrigis alligatum corpus, equis in diuersum iter concitatis, discerpsere.

Discerptus, participium. {... διεσπασμένος, διεσπαραγμένος. GALL. *Depecé, rompu en pieces, deschiré.* ITAL. *Sbranato, stracciato in pezzi.* GERM. Zerrissen, zerzerrt. HISP. *Despedaçado.* ANGL. *Torent or torne in peeces.*} Cicer. 3. *de Orat.* Quæ complecti tota nequeunt, hæc facilius diuulsa & quasi discerpta contrectant. Liu. *lib.*1. *ab Vrbe,* Fuisse tum quoque aliquos, qui discerptum regem patrum manibus tunc quoque arguerent. Gell. *cap.*18. *lib.*7. Vulgò contempti discerptique, (id est, diffamati.

DISCERTO, as, are. Plaut. *Men. sc.*1. *a.*5. Dic mihi istuc quod discertatis vt sciam (Sic vetus liber.) Alias *disceptatis.*

Disceda, à Plin. *lib.*2. *cap.*25. accipi videtur pro cometa, siue simili aliqua aeris impressione: Eadem (inquit) breuiores & in mucronem fastigiatas, xiphias vocauere, quæ sunt omnium pallidissimæ, & quodam gladij nitore ac sine vllis radijs, quos discedas suo nomine similis, colorem autem electro, raro è margine emittit.

DISCINDO, is, discidi, di, & scindo. {... διαρρήγνυμι, διασχίζω. GALL. *Fendre, separer en coupant.* ITAL. *Fendere.* GERM. Zerschneiden, zerspalten. HISP. *Hender.* ANGL. *To cutte sunder or in pieces.*} Terent. *in Adelph.* Vide vt discidit mihi labrum. Idem *in Eunuch.* Vestem omnem miseræ discidit. Cic. *pro Cælio,* Discidit vestem? resarcietur? Suet. *in Calig. cap.*33. Conciditur tem Tigrim flagellis discidit. ¶ Discindere amicitias. Cicer. *de Amic.* Tales sunt amicitiæ sunt remissione vsus leuandæ, & (vt Catonem dicere audiui) dissuendæ magis quàm discindendæ sunt.

Discissus, particip. {... *karúah.* διαρραγείς. GALL. *Deschiré, debrisé & rompu.* ITAL. *Stracciato.* GERM. Zerrissen, zerschnitten. HISP. *Cortado, despedaçado.* ANGL. *Cut, rent, torne in pieces.*} Virg. 3. *Georg.*

Discissos nudis laniabant dentibus artus.

Stat. 1. *Syl.*

Hunc neque discissis cepissent Pergama muris.

Discidium, diuidio. Solinus *cap.*36. Atlanticus æstus in nostrum mare discidium orbis immittit. Vide *Dissidium.*

DISCINGO, is, xi, ctum, Quod cinctum erat dissoluo. ✕ Cingo. {... *pittéah.* διαζώννυμι. GALL. *Desceindre, desarmer.* ITAL. *Scingere.* GERM. Entgürten oder außgürten. HISP. *Desceñir.* ANGL. *To vngirde.*} Martial. *lib.*9. Peltatam Scythico discinxit Amazona nodo. ¶ Nonnunquam etiam per translationem pro enetuare, seu confutare, vel etiam retundere accipitur. Vnde discingere dolos ratione, dixit Sil. *lib.*7. pro eo quod dicimus dolos ratione & consilio retundere. Discinxit (inquit) ratione dolos, fraudésque resoluit. Iuuenal. *Satyr.*8.

Cum tenues nuper Marius discinxerit Afros.

Et Velleius, Discalceari & discingi, (vt eas cubitum.)

Discinctus, particip. {... *mephuttah.* ἄζωστος. GALL. *Desceint, desarmé.* ITAL. *Discinto.* GERM. Außgürtet. HISP. *Sin cinta ... que no es ceñido.* ANGL. *A Vngirded.*} Liu. 8. *bell. Pun.* Districtis gladiis discinctos destituit. Antiqui negligentes & desides appellabant discinctos & intempestantes, ... contrà, Accinctos, solertes, strenuos vocabant, quod à re ipsa deductum est. Molles enim demissis, discinctisque vestibus vti solent: strenui verò atque industrij, quo sint ad res exequendas promptiores, succincti incedunt. Persius *Satyr.*3. Non pudet ad morem discincti viuere Nacæ. Nepos discinctus, id est, omni luxuria diffluens. Horat. *Epod. Ode* 1. Ouid. 1. *Amor.*

Ipse ego segnis eram, discinctaque in otia natus.

Mollierant animos lectus & vmbra meos.

Liu. *bell. Macedon.* Nihil primo aspectu contemptius: equi homínesque paululi, & graciles, discincti & inermes eques. Sueto. Discincti, inhabiles sunt militiæ: omnes enim qui militant cincti sunt: vnde discincti, inefficaces & ignaui dicuntur: sicut è contrario præcinctos vocamus ... Sueton. *in August. cap.*100. Tunicati & discincti legerunt ossa.

DISCLUDO, is, Excludo, separo, disiungo. {... *hibdil.* διακλείω. GALL. *Diuiser, separer.* ITAL. *Separare, chiudere.* GERM. Außschliessen von einander abtheilen. HISP. *Echar de fuera.* ANGL. *To forse out, to disseuere.*} Cic. 1. *Tuscul.* Perturbationes semotas à mente & disclusas putat. Lucret. Cum partibus iungi res, & discludere mundum. Cæsar 7. *bell. Gall.* Qui Aruernos ab Heluetiis discludit: id est, disiungit. Cic. 1. *Tusc.* Duas partes separare voluit, iram & cupiditatem, quas locis suis disclusit: iram in pectore, cupiditatem subter præcordia locauit. Varr. 3. *de re rust. c.*17. Hi loculatas habent piscinas, vbi dispares disclusos habent pisces.

Disclusio, nis, διάκλεισις. Apul. *lib. de Deo Socratis,* Fac intelligas non modò loci disclusione, verum etiam naturæ dignitate.

DISCO, is, didici, à δάω, δαίω. Percipio, disciplinam accipio, cognosco, perdisco. {... *lamád* ... μανθάνω. GALL. *Apprendre.* ITAL. *Imparare.* GERM. Lehrnen. *Deprender, aprender de nueuo.* ANGL. *To learne.*} Plaut. *in Trucul.* Literas didicit: quando scis, sine alios discere. Cic. 4. *Academ.* Ab eo enim Stoico Dialecticam didicerat. Terent. *in Adelph.* Paret esse hæc ab aliis, quæ verè scias. Hic & colla iugo didicit summittere Taurus, Tibul. *lib.*4. Nequiter ferre malam malè discit manus. Plaut. *Amphitr.* Faciam vt verum discas dicere. *Ibid. sc.*1. *a.*1. Cui negas? Quia vera didici dicere. Alc. Haud æque facit qui quod didicit, id dediscit. Idem *Asin. sc.*2. *a.*5. Vbi discimus aliquid benè euenisse, (id est, scimus, audiuimus.) Plaut. *Pseud. sc.*3. *a.*2. ¶ Hinc composita sunt Adduco, Condisco, Dedisco, Edisco, Perdisco, persecte, seu valdè disco: vide suis locis.

¶ Discentes, discipuli. Tertull. ¶

Disciplina, æ, doctrina. {... *lekah,* ... μάθημα, μάθησις, ἀγωγή. GALL. *Discipline, enseignement, reglement, ordonnance.* ITAL. *Dottrina, disciplina.* GERM. Lehr oder vnderweisung so einer von seinem Schulmeister nimpt. HISP. *Doctrina, enseñança.* ANGL. *Doctrine, knowledge that is taught or learned by another.*} Doctrina est pro vt à doctore traditur. ... ¶ In disciplinam recipere, id est, instituendum suscipere. Sueton. *de illustr. Gramm.* in vita Taberii, Vt temporibus Syllanis proscriptorum liberos gratis, & sine mercede vlla in disciplinam receperit. ¶ Accipitur autem & in malam partem, Plaut. *in Bacch.* Eadémne erat hæc disciplina olim, quum tu adulescens eras? *Ibid.* Tua disciplina nec mihi prodest, nec tibi. Et in bonam pro bono viuendi modo in Rep. Vnde Cicero queritur se incidisse in perturbationem veteris disciplinæ. Sic apud Valerium Maximum caput est de militari disciplina id est, de observatione bonorum morum inter milites. ¶ Disciplina pro instituto. Plaut. *in Asin.* Eadem nos disciplina vtimur. ¶ Disciplina pro secta Philosophorum, *vel.* Cicer. 5. *Tuscul.* Omnes ferè Philosophi omnium disciplinarum, nisi quos à recta ratione natura vitiosa detorsisset, hoc eodem animo esse potuerunt. Doctus ex disciplina Stoicorum, Cic. *de clar. Orat.* ¶ Disciplina pro exemplo. Plaut. *in Mostell. sc.*2. *a.*1. Disciplinæ aliis eram. Ex disciplina Ionica perdidici, (saltare.) Idem *Pseud. sc.*1. *a.*3. Paret autem & disciplinam obtineat colorem. (de impudentia meretricia.) Idem *Mil. sc.*2. *a.*1. Eadem nos disciplina vtimur, (id est, damus mercem, si datur pecunia.) Idem *Asin. sc.*3. *a.*1. In disciplinis doctrinarum præcellens, Gell. *c.*25. *lib.*13. Ita militaris disciplina est, Plaut. *Pseud. sc.*2. *a.*4. Non tantùm militandi, sed dolendi disciplina seruanda, Senec. *cap.*15. *de consol. ad Polyb.* Hæc incommoda accepta debere esse pro disciplina ac præceptis, vt reliquos casus timerent, Cæsar *lib.*1. *de bell. ciuil.* Disciplina, pro disciplicentia apud Plaut. *in Cistell.* Verbum (inquit) ad te gaudeo ecastor, ita nunc hodie hic acceptæ sumus Suauibus modis, nisi hæc disciplina apud te quicquam fuis, Quin mihi placet.

Disciplinabilis, e, διδακτός, μαθητικός, ... Auctor ad Heren. *lib.*2. Aut si qua in re cohortabimur aliquem, cuius rei aliquam disciplinabilem scientiam poterimus habere, & quomodo, aut qua quidque ratione fieri oporteat ostendemus, id est, quæ disciplina percipi potest.

¶ Disciplinatus, disciplinator Tertull.

Disciplinabile, quod præceptionibus continetur. Tur. ¶

Discipulus, & to sequi. Discipula, Auditor, qui se alicui in disciplinam tradit. {... *talmid.* ... μαθητής. GALL. *Disciple, apprentis, celuy qui apprend.* ITAL. *Discepolo.* GERM. Ein lehrjung, lehrmeister. HISP. *Discipulo.* ANGL. *A disciple, a scholler or apprentis.*} Cic. 2. *Offic.* Orator parum vehemens, dulcis tamen, vt Theophrasti discipulum possis agnoscere. Plaut. *in Bacch.* Magistróne quenquam discipulum minitarier? Nihil moror discipulos mihi esse tam plenos sanguinis. Plin. *lib.*10. *cap.*29. Audit discipula intentione magna & reddit. Plaut. *Aul.* Continuò hercle ego te dedam discipulam cruci. Discipulum à te semidoctum remoues. Idem *Asin. sc.*4. *a.*1. Me & meos discipulos fustibus malè contuderunt. *Ibid. sc.*1. *a.*3. Tu id discipulis dato. Idem *Pseud sc.*2. *a.*3.

¶ Discipula, æ, quæ discit.

Discipulari, edocti. Gloss. Isid.

Discipulatus, us, tempus disciplinæ. Tertull. ¶

Disciplinosus, dicitur qui tam bonas, quàm malas artes facilè discit. ... Hinc in reprehensione dictus est disciplinosus gladiator à Catone. Ex Perotto. ¶ Disciplinosus, verbum Marci Catonis, teste Gell. *lib.*4. *cap.*9. Disciplinosus, conciliosus, victoriosus, quæ M. Cato ita effigurauit.

¶ Discobinare, sauciare, deradere. Varro. ¶

Discobolus, δισκοβόλος. Qui discum iaculatur, ... id est, à iaciendo disco. Quint. *lib.*2. Quid tam distortum & elaboratum, quàm est ille discobolus Myronis?

¶ Discocalymma, lancis operculum. L. g. b.

Discœlis, vide *Dyscœlis.* ¶

Discolor, adiect. Quod est diuersorum colorum. {... *tsabúah.* ποικίλος. GALL. *De diuerse couleur, different en couleur.* ITAL. *De diuersi colori.* GERM. Von mancherley farben. HISP. *De diuersos colores.* ANGL. *Of sundrie coloures.*} Martial. *lib.*14. Discolor hic gemino calculus hoste perit. ¶ Per translationem etiam accipitur pro dissimili. Horat. *li.*1. *Epist.* Et matrona meretrici dispar erit, atque discolor, infido scurræ distabit.

Discolor, vt recto grassetur limite miles,

(sup. in ludo latrunculorum.) Ouid. *Eleg.*1. *lib.*2. *Trist.*

DISCONVENIO, Non conuenio, {... *necheláq.* διαφωνέω. GALL. *Estre different, & ne conuenir ou s'assembler point.* ITAL. *Disconuenire.* GERM. Nicht vbereinkommen, mißhellen. HISP. *Desconuenir.* ANGL. *To dissagree or differ.*} Horat. 1. *Epist.*

——— *Et vita disconuenit ordine toto.*

Idem,

Non eadem miramur, eò disconuenit inter

Méque, & te.

¶ Discophorus, ab Hieronymo *in prolog. Danielis* dicitur Abacuc, qui Danieli prandium portauit. Discus est vas, ibi pro esca. ¶

Discoquo, is, ere, Coquo, decoquo. {... *bissél.* ἀφέψω. GALL. *Faire cuire.* ITAL. *Cuocere.* GERM. Kochen oder verkochen. HISP. *Cozer.* ANGL. *To seeth.*} Plin. *lib.*24. *c.*15. Nostri præcipiunt attritum in aqua cum sale decoquere. *Ibid.* Alium istis in cibo, magisque discocta cælesti aqua.

DISCORS, discordis, ex Dis, & cor. Dissentiens, discordans. {... *nechelak.* διχόφρων. GALL. *Discordant, mal accordant.* ITAL. *Discorde.* GERM. Zwitrechtig, vneins. HISP. *Cosa discorde.* ANGL. *That disagreeth or agreeth not.*} Ciuitas secum ipsa discors, apud Liu. 2. *ab Vrbe.* Cicer. 2. *de lege Agrar.* Non ambitione, non contentione discordes. Ouid. 3. *Amor.*

Quid tibi discordes addere in arma viros?

Velleius, Discors patri filius. Idem, Discordante à seipsa fortuna.

¶ Antiqui

¶ Antiqui dicebant Discordis, huius discordis. Pomp. Blanda, fallax, impotens, superba, discordis.

Discordo, as, are, Dissideo, dissentio, discrepo. {מחלק nechelák. [illegible] , [illegible]. Gall. *Discorder, mal accorder.* Ital. *Discordare.* Germ. Zwytrāchtig oder vneins sein. Hisp. *Discordar.* Angl. *To discord, to disagre, or to beat variaunte.*} Cic. 1. *de fin.* Sed intus etiam in animis inclusæ, inter se dissident atque discordant. Col. *lib. 9. cap. 11.* Domino mortuo familia nimia licentia discordat. Terent. *Andr.* Qui scis eos nunc discordare inter se?

Discordia, Dissidium, dissensio, seditio. {מחלקת machaloketh מדון madhón. [illegible]. Gall. *Discord, dissention.* Ital. & Hisp. *Discordia.* Germ. Zwytracht vneinigkeit. Angl. *Discorde, disagring, or strife.*} Cic. 4. *Tusc.* Discordia est ira acerbior intimo odio, & corde concepta. Idem *de Amicit.* Quanta vis amicitiæ concordiæque sit, ex dissensionibus atque discordiis percipi potest. Veteres autem pro discordia dixere *discorditas*, & inde *discorditer* aduerbium.

Discordabilis, e, quod discordat, & disconuenit. {מחלק nechelás. [illegible], [illegible]. Gall. *Noisif, aisé à mettre ou faire mettre en discord.* Ital. *Discordeuole.* Germ. Das zwytrāchtig ist/ nicht wol zusammen stimpt. Hisp. *Cosa discorde.* Angl. *That discordeth.*} Plaut. *in Capt. sc. 3. a. 2.* Me hic valere, & tute audacter dicito Tyndare inter nos fuisse ingenio haud discordabili.

Discordialis, qui discordiam excitat & parit. {[illegible], [illegible]. Gall. *Qui a fait ou engendre discorde.* Ital. *Che genera discordia.* Germ. Der zanck vnd vneinigkeit macht. Hisp. *El que engendra discordia.* Angl. *That moueth discorde and strife.*} Plin. *lib. 37. c. 10.* Hyenæ pelle similem abominantur discordialem domibus.

Discordiosus, qui discordiam seminat & lites serit, discordialis. {[illegible], ὁ [illegible]. Gall. *Noisif, querelleux.* Ital. *Chi semina discordie.* Germ. Zänckisch/ auffrürisch/ der vol zanck oder zwytracht steckt. Hisp. *Lleno de discordia.* Angl. *A sower or discorde or striffe.*} Vulgus discordiosum. Salust. *in Iug.* Nam vulgus (vti plerunque solet, & maximè Numidarum) ingenio mobili, seditiosum, atque discordiosum erat, cupidum nouarum rerum quieti & otio aduersum.

[Discredo, barbare, i. e. non credo.]

Discrepo, as, Discordo, dissentio, discrepans sum, quasi diuerso modo crepo. {נחלק nechelák. [illegible], [illegible], [illegible]. Gall. *Desaccorder, n'estre point d'accord.* Ital. *Discordare, non essere d'accordo.* Germ. Anderst lauten/ mißhellen. Hisp. *Discordar.* Angl. *To disagre, to jarre.*} Cic. *lib. 1. Offic.* Vt in fidibus, aut in tibiis, quamuis paulum discrepent, tamen id à scienti animaduerti solet. Idem *Rufo*, A meis rationibus tuæ discrepant. Liu. *lib. 3.* posuit impersonale, Nec inter scriptorem rerum discrepat solùm, sed oratores quoque, si modò ipsorum sunt quæ feruntur.

Discrepito, as, frequentatiuum. [illegible] [illegible]. Lucret. *lib. 2.*

Si non omnia sint, aut multò maxima pars est
Consimilis, verùm positura discrepitant res.

Discrepans, antis, particip. [illegible]. Cic. 1. *de legibus*, Interpresque est mentis oratio verbis discrepans, sententiis congruens.

Discrepantia, æ, Dissensio, discordia. {מחלקת machaloketh גזר ghéser. [illegible]. Gall. *Difference.* Ital. *Differenza.* Germ. Vnderscheid/ mißhallung. Hisp. *Diferençia.* Angl. *Difference, disagreing, variance.*} Cic. 1. *Offic.* In actiones omnémque vitam, nullam discrepantiam conferre debemus. Idem 3. *de finib.* Maiorem multò habere Stoicos & Peripateticos rerum omnium discrepantiam, quàm verborum.

Discretio, Discretus, Discrimen, Discriminale, Discrimino, Discriminatim, vide *Discerno*.

[Discriptor, qui populum per centurias, & tribus diuidit. Gl. A. L.]

Discrucio, eiusdem significationis est cum suo simplici, & tam ad animum, quàm ad corpus refertur. {דאב daab עצב hatsáb. [illegible]. Gall. *Tormenter en plusieurs sortes.* Ital. *Affligere, cruciare.* Germ. Vbel geplagt werden/ sehr gepeinigt werden. Hisp. *Atormentar, fatigar.* Angl. *To be sore tormented, vexed or greued.*} Cicer. 12. *Philip.* Vt ille Trebonium, & (si posset) etiam Brutum, discruciatos necaret. Plaut. *in Aulul.* Discrucior animi, quia domo abeundum est mihi. In quo exemplo etiam illud obseruatione dignum est, quòd Discrucior apud veteres cum genitiuo coniungi solebat, more Græco: hodie autem cum ablatiuo. Plaut. *in Cas.* Ego discrucior miser amore.

[Discruciatus, us, varij dolores, tormenta. Prud.]

Discumbo, is, Accumbo. {ישב jaschab. [illegible], [illegible]. Gall. *Se coucher, s'en aller dormir, ou s'asseoir pour manger à la mode ancienne.* Ital. *Sedere à mensa.* Germ. Zu tisch sitzen. Hisp. *Assentarse à la mesa.* Angl. *To sitt downe at table, to go ly, to go bedde.*} Gell. Apud cœnam Fauorini philosophi quum discubitum fuerat, cœptúsque apponi cibus, seruus assistens mensæ legere inceptabat. Discumbitur, Impersonale. Cic. 3. *Verr.* Maturè veniunt, discumbitur: fit sermo inter eos & inuitatio, vt more Græco biberetur.

Discubitorius lectus, apud Plin. in quo, vel super quo discumbebant antiqui cœnaturi, vt differret à culcitra, qua in cubiculis vtimur.

Discuneatus, Quasi immisso cuneo apertus ac patens, sicut ligna diducta fiunt, & hiantia adactis cuneis. {[illegible]. Gall. *Fendu auec vn coing, entr'ouuert.* Ital. *Aperto con conio.* Germ. Mit einem weggen gespalten/ oder von einander getriben. Hisp. *Hendido ò abierto con cuñas.* Angl. *Clouen with a wedge.*} Plin. *lib. 9. cap. 30.* Carent conchæ visu, omnique sensu alio, quàm cibi & periculi. Insidiantur ergo polybi apertis, impositóque lapillo extra corpus, ne palpitatu eiiciatur, ita securi grassantur, extrahúntque carnes: illæ se contrahunt, sed frustrà discuneatæ.

Discupio, est valde cupio. {[illegible] iováb. [illegible]. Gall. *Fort desirer.* Ital. *Desiderar grandemente.* Germ. Hefftig begeren. Hisp. *Mucho codiciar.* Angl. *To couet greatlie.*} Catull. Cum puero bello præconem qui videt esse, Quid credat, nisi se vendere discupere? Cælius *Ciceroni*, Peream si minima causa est properandi isto mihi, quòd te videre, & omnia intima conferre discupio.

Discurro, In diuersas partes curro. {שוט schat. [illegible]. Gall. *Courir çà & là.* Ital. *Correre in diuerse parti.* Germ. Hin vnd her lauffen. Hisp. *Correr en diuersas partes.* Angl. *To runne in sundrie partes, to runne hither and thither.*} Liu. *lib. 1.* Signo dato iuuentus Romana ad rapiendas virgines discurrit. Ouid. 2. *Fast.*

Ipse Deus velox (Pan) discurrere gaudet in altis
Montibus.

Tib. *lib. 4.*

Magna Deûm proles leuibus discurreret vmbris.

(id est, velitaret & vagaretur.)

Discurso, as, are. Quint. Discursare in agendo.

Discursio, nis. {שוט schet. [illegible]. Gall. *Course deçà & delà.* Ital. *Corso desordinato.* Germ. Ein vnordenlich gelauff. Hisp. *Corrida en diuersas partes.* Angl. *A running hither an thither in diuerse partes.*} Lact. *de opif.* Totos dies in huiusmodi discursione consumunt.

Discursus, Discursio. {שוט schet. [illegible]. Gall. *Course deçà & delà.* Ital. *Discorso, corso disordinato.* Germ. Das hin vnd her lauffen. Hisp. *Corrida en partes diuersas.* Angl. *A running hither and thither in diuerse partes.*} Cæsar *bell. Gall.* Magno clamore discursuque passim se fugæ mandant. Et apud Plin. *lib. 2. cap. 36.* Discursus stellarum. Ouid. 2. *Fastor.*

Sic Fabij vallem latis discursibus implent.

Sen. *c. 7. de consol. ad Mart.* Discursus equarum vagus, & amens in desiderio pullorum. *Ibid. cap. 18.* Discursus siderum. *Ibid. cap. 6.* Discursus est assiduus humani generis (mutandi sedes.)

Discursitatio, nis. Sen. *de vita breuitate, c. 3.* Agedum ad computationem ætatem tuam reuoca. Dic quantum ex isto tempore creditor abstulerit, quantum officiosa per vrbem discursitatio.

Discus, à di & sceo, {קערה kehará. [illegible]. Gall. *Vn plat.* Ital. *Piatto grande.* Germ. Ein blatten/ ein speißtaller. Hisp. *Muy gran plato.* Angl. *A dishe.*} Vas latum (vt Iulius Pollux inquit) ad portandas carnes aptum, fortè lanx. Cic. *de Orat.* Quorum auditores discum audire malunt, quàm philosophum: qui simul, vt increpuit, philosophum disputantem relinquunt. Vnde ab Hieronymo, dictus est Discophorus ille, qui Danieli prandium portauit: Talem enim, inquit, discophorum inedia meruerat hebdomadis. ¶ Est & Discus, rotunda quædam moles saxea, vel plumbea, siue ferrea, cuius iactu iuuenes inter se certabant, victórque euadebat, qui aut altiùs in sublime, aut longius in tractu vltra designatum spatium proiecisset. Plaut. *Mostell. sc. 2. a. 1.* Arte gymnastica, disco, hasta, pila. Mart. *lib. 14. Epigr. 164.*

Splendida quum volitent Spartani pondera disci
Este procul pueri, sit semel ille nocens.

Alludit poëta ad mortem Hyacinthi pueri, qui iactu disci ab Apolline est interfectus, & in florem sui nominis mutatus, de quo vide Ouid. 10. *Metam.* Huiusmodi disco videntur hodie vti nostri mimi & histriones, qui quæstus gratia coram populo gesticulantur, dum nescio quid ad formam disci rotundum & æreum iaculantur in aërem, deinde virga excipiunt: quos discobolos appellat Plin. *lib. 10. c. 1.* hoc est, disci iactatores. Disci autem figura videtur fuisse plena & rotunda, vt nobis corpus Solis apparet. Ideo etiam Græci solare corpus discum dicunt. ¶ Hinc locus prouerbio apud Cic. *lib. de Orat. 2.* Discum, quàm Philosophum audire malunt. Vulgus enim hominum propensius est ad quamuis ineptas voluptates, quàm ad frugiferas. Per iocum transferri potest ad discum escarium, cuius crepitum multi libentius audiunt, quàm vocem Philosophi.

Discobolos, vox Græca, qui discum iacit. Vtitur Quint. *lib. 2. cap. 14.* Quid tam distortum & elaboratum, quàm est ille discobolos Myronis? Plin. *lib. 34. c. 8.* Fecit & canem & discobolon, & Persea, de Artemone artifice æratio.

Discutio, is, discussi, discussum, ex Dis & quatio. Propriè in diuersas partes reiicio, dispello. {דחה dahah הדף dahaph הלם halam. [illegible], [illegible]. Gall. *Esbranler, pousser, & faire en aller, dissoudre, resoudre.* Ital. *Scuotere, dibattere.* Germ. Erschütten/ zerschütten. Hisp. *Sacudir en diuersas partes.* Angl. *To shake or strike of.*} Ouid. 1. *Metam.* Tempora discussit claro caua malleus ictu. ¶ Discutere est diuersis partibus quatiendo diruere & demoliri. Liu. Tribus arietibus aliquantum muri discussit. Sic Cels. de ossis cranij testa loquens, quæ malleolo per scalprum discutitur, *lib. 8. cap. 3.* Subinde et subiicitur, quod scalpro discutiendum. ¶ Per translationem modò ponitur pro remoueo, seu resoluo, [illegible]. Cicer. 12. *Philipp.* Discussa est illa caligo, quam paulò antè dixi: diluxit, patet, videmus omnia. Colum. *lib. 7.* Etiam languor & nausea discutitur, si integrum gallinaceum crudum ouum ieiuni faucibus inferas. Cels. *lib. 1. cap. 8.* Nisi interdum vim horrore discutio. Liuius *lib. 4. d. 4.* Eam rem litteræ Sempronij discusserunt. Sueton. *in Cæs. cap. 79.* Discutere infamiam. Velleius, conationem regum Romana discussit constantia. Vide *Dissipo*. ¶ Discutere, medicis est vicus, siue collectionem citra suppurationem dissipare, & discutere, [illegible]. Hinc discussoria medicamenta, [illegible], & vis discussoria. Plin. *lib. 30. cap. 10.* Et per se cinis inanium cochlearum ceræ multus discussoriam vim habet. ¶ Modò varijs modis examino, inuestigo. {חקר chakár. [illegible], [illegible].} Cicer. 4. *Acad.* Oportet igitur nos esse armatos, vt occurrere possimus interrogationibus eorum, captionesque discutere. Lactant. Hæc enim prauitatis est causa ignoratio sui: quam si quis cognita veritate discusserit, sciet quemadmodum ibi vita degenda sit.

Discussus, a, um. Velleius, Sepultum ac discussum bellum eius aduentu. Idem, Discussa seditio seueritate. Ouid. *Eleg. 1. lib. 2. Trist.*

Parum discussis aëra reddit aquis.

Discussor, is, Calculator. [illegible]. Iul. Firmicus *Matheseos lib. 3.* Exactores Imperatorum, & qui annuas fiscaliorum præstationes repetunt, discussores, rationales, &c. Discussor alias pro inuestigator, inspector. Macrob. *comment. lib. 1. c. 21.* Hoc loco diligens rerum discussor inueniet quod requirat.

Discussio, nis, Solutio, inquisitio, [illegible]. Macrob. *comment. lib. 1. cap. 16.* Sequitur illa discussio, quid sit, quod adiecit. ¶ Alias Discussio est percussio in diuersas partes vt Senec. *quæst. natur. lib. 6. cap. 19.* Quomodo in dolio cantantis vox per totum cum quadam discussione percurrit ac resonat.

Discussum, quod examinatum, aut iudicatum est. Et actus ipse Discussio, [illegible]. Et discussor, qui discutit, [illegible].

[Disdiapason, Symphonia ex duobus constans, diapason. Pap.

Disdonat, diuersa donat. Gloss. Isid.]

Disertus, Diserte, vide Dissero.

Disertiones, diuisiones patrimoniorum inter consortes. Fest.

[Disgargalis, equus difficilis, intractabilis, seu tactum non patiens. Rh.]

Disgredior, verbum militare, disgredi, idem quod e pugna discedere, seu recedere.

[Disgregæ, dissimiles. Capella.

Disgreget, segregat. Gl. Isid.

Disgruit, disconuenit. Cath.]

Disiicio, is, In diuersas partes iacio, dispergo. {נפץ naphátz נתץ natzátz. διασπείρω. GALL. Ietter par terre çà & là, faire escarter. ITAL. Gettare in diuerse parti. GERM. Hin vnd her werffen. HISP. Derramar echando, o echar en diuersas partes. ANGL. To cast à sunder, to scatter.} Virg. 1. Æneid. Disiecitque rates. Liu. 1. ab Vrbe. At primò tentata res est, si dispositis clientibus absterrendo singulos à concionibus, conciliisque, disiicere rem possent. Disiicere oracula. Suet. in Tib. c. 63. Disiicere expectationem. Idem in Cæs. c. 42.

Disiectus, participium, Dispersus. {נפוץ naphûtz. διεσπαρμένος. GALL. Ietté çà & là, espars. ITAL. Gittate quà & là. GERM. Zerstrewet hin vnd her geworffen. HISP. Derramado, echado, o echado en diuersas partes. ANGL. Cast à sunder, scattered.} Cicer. Attic. lib. 3. Nos disiecta manu aduersariis pares esse non possumus. Horatius in Carm.

——— tectaque Penthei disiecta non leni ruina.

Tib. lib. 4.

Pannonius gelidas passim disiectus in Alpes.

Disiecto, as, are, frequentatiuum. {διασκεδάζω. ANGL. To disparkle often.} Lucr. lib. 2.

Sed quasi naufragiis magnis, ventisque coortis
Disiectare solet magnum mare transtra, carinas,
Antennas, proram, &c.

Disiungo, Separo. {הבדיל hibdil פלח chalák. διαζεύγνυμι, διΐστημι. GALL. Desioindre, descoupler, separer. ITAL. Disiungere, separare. GERM. Von einander fügen, absöndern. HISP. Desunir, o apartar. ANGL. To vnioyne, to separat, to vnyoke.} Cic. Lentul. Nam ab orationibus disiungo me, referóque ad mansuetiores Musas. Ter. in Hecyr. Atqui ea res multò maxime disiungit illum ab illa. Cic. 2. Philip. Ipse enim Pompeium à mea familiaritate disiunxit.

Disiunctus, participium. {מובדל mibdál. διαζευχθείς. GALL. Desioinct, descouplé, separé. ITAL. Separato, disgiunto. GERM. Abgesöndert, von einander gezogen. HISP. Desunido, o apartado. ANGL. Vnyoked, vncoupled.} Cic. pro Rosc. Amer. Quæ vita maximè disiuncta à cupiditate, & cum officio coniuncta. Idem 2. Philip. Opera mea Pompeium Cæsaris amicitia esse disiunctum.

Disiunctus, nomen ex participio. {ANGL. A farre of, a sunder.} Cicer. pro Marcell. Nec vero disiunctissimas terras citius passibus cuiusquam potuisse peragrari, quam tuis non dicam cursibus, &c. Idem 4. Acad. Nihil est enim ab ea cogitatione, quam habemus de grauitate sapientis, errore, leuitate, temeritate, disiunctius.

Disiunctum in Syllogismo, & proloquium disiunctiuum. Gellius cap. 11. lib. 5.

Disiunctio, Separatio. {גזר gézer. διάζευξις, διαχώρισις. GALL. Desioignement, separation. ITAL. Separatione. GERM. Absönderung. HISP. Apartamiento. ANGL. A separating, a vnyoking.} Cic. Neque enim non potest mihi non molestissima esse disiunctio nostra, in tanta rerum omnium varietate. ¶ Hinc etiam disiunctiuæ coniunctiones, διαζευκτικοὶ σύνδεσμοι, quæ res, vel personas, vel tempora distinguunt: vt, Hoc, vel illud meum, vel tuum erit.

Disiunctiuus, διαζευκτικός. vt disiunctiuus modus. Papin. D. lib. 35. tit. 1. l. 78. Disiunctiuo modo conditionibus ascriptis. ¶ Hinc disiunctiuæ conditiones, quæ copulatiuis opponuntur, apud Probum.

Disiunctiue, aduerbium, διαζευκτικῶς. Vlpian. D. lib. 30. tit. 1. l. 34. At si coniuncti disiunctiuè commixti sint, vnius personæ potestate funguntur.

[Disligo, soluo. Gloss. A.L.]

Dispalesco, est palam omnibus innotescere. {הודע hodháh. διαθρυλλεῖσθαι. GALL. Estre diuulgué. ITAL. Palesare. GERM. Iederman kundbar werden. HISP. Diuulgarse. ANGL. To be common or knowen by all.} Plaut. in Bacch. Si plus perpendendum sit, perisse suauius est, Quàm illud flagitium vulgò dispalescere.

Dispalor, aris, idem quod separo, teste Nonio, à præpositione Dis, & verbo palare, quod est errare, & vagari. {נפץ naphátz הפיץ hephitz. διαζεύγνυμαι, διασπείρω. GALL. Estre diuulgué & manifesté, s'espandre çà & là, vaguer par les champs. ITAL. Separare, andar errando. GERM. Hin vnd her schweiffen. HISP. Derramar, derramarse huyendo. ANGL. To wander or stray, to be commone or knowen.} Huius passiuum est dispalor. Sisen. lib. 3. Hist. vt citat Nonius, Tanto passu dispalantur. Et apud eundem, Dispalati, ab signis digressi omnes, ac dissipati. Gell. lib. 1. Ea præcentione tranquilla & venerabili, ad quandam quasi militaris musicæ disciplinam, vis & impetus militum, ne sparsi dispalatique proruerent, cohibebatur.

Dispando, is, ere, Extendere. {מתח matháh רקע rakah פרש parás מתח mathach. διαπετάννυμι. GALL. Estendre, ouurir & desployer. ITAL. Spandere. GERM. Außspannen, zerthun. HISP. Tender en partes. ANGL. To stretch out to open abroade.} Plin. lib. 9. c. 4. In Gaditano Oceano arbor in tantum vastis dispansa ramis, vt ex causa fretum nunquam intrasse credatur. Lucret. lib. 1. Denique fluctifrago suspensæ in littore vestes Vuescunt, eædem dispansæ in sole serescunt. Plaut. in Mil. dispessis per e scribit, Eundem actutum extra portam dispessis manibus.

Dispansus, a, um, Expansus, extensus, participium ab hoc verbo dispando. {פרוש parús. διαπεπταμένος. GALL. Estendu, desployé. ITAL. Spanso. GERM. Außgespannet, außgestreckt. HISP. Tendido en partes. ANGL. Spread or stretched out abroade.} Plaut. in Milite. sc. 4. a. 2. eundem actutum extra portam dispessis manibus patibulum cùm habebis.

Dispar, is, Inæqualis, dissimilis, impar, diuersus, {ἀνόμοιος, ἀνόμοιος. GALL. Dissemblable, qui n'est point pareil. ITAL. Dispare. GERM. Vngleich. HISP. Desigual. ANGL. Disalyk, vnequall, vnmeete.} Cicer. de Amicit. Dispares enim mores disparia studia sequuntur, quorum dissimilitudo dissociat amicitias. Idem pro Front. O fortunam longe disparem M. Fonteii, &c. Idem pro Muren. Et quoniam ostendi, iudices, parem dignitatem ad Consulatus petitionem, disparem fortunam prouincialium negotiorum in Murena atque Sulpitio fuisse, &c. Virg. 2. Eclog.

Est mihi disparibus septem compacta cicutis Fistula.

Ouid. 8. Metamorphoseωn,

Fistula disparibus paulatim surgit auenis.

Dispar animorum, dicitur cui cum aliis non conuenit, aut qui non est animo æque forti. Silius lib. 8. quum numerasset quosdam qui Scipionem ad bellum sequebantur, addit etiam istos: Brutus haud dispar animorum, &c. id est, animo non minus magno & præsenti, quàm quos iam recensui.

Disparilis, e, Dispar. {ἄνισος. ANGL. Vnmeet, vnequall.} Varr. de re rustic. Et pabulum disparile non vsquequaque idem fit. Cicer. de Diuin. Quæ omnia fiunt ex cœli varietate, & ex disparili aspiratione terrarum.

Disparilitas, ἀνομοιότης. Macrob. Satur. lib. 1. c. 1. Nec indigestè tanquam in aceruum congessimus digna memoratu, sed variarum rerum disparilitas ab autoribus diuersis confusa temporibus, ita in quoddam digesta corpus est. Vide Gell. lib. 20. c. 11. & lib. 7. c. 3.

Dispariliter, Aduerb. Varr. de re rust. lib. 1. c. 6. Hæc atque huiusmodi tria fastigia agri ad colendum dispariliter habent momentum.

Disparo, as, are, Separo, & seiungo. {הבדיל hibdil. διαζεύγνυμι. GALL. Separer. ITAL. Separare. GERM. Söndern, von einander scheiden. HISP. Apartar en diuersos lugares. ANGL. To put a parte, to seuer.} Plaut. Amph. Qui est Imperator diuûm atque hominum, Iupiter: Is nos pergentes alium in alia disparat. Gell. lib. 11. cap. 18. Tot sententias in eandem rem, quasi aliud atque aliud diceret, disparauit. Plaut. Amphitr. Atque quanto nox fuisti longior hac proxuma, tantò breuior dies vt fiat faciam, vt æquè disparet. ¶ Hinc disparata vocant Dialectici quæ negatiuè opponuntur. Cic. 1. de Inuent. Disparatum est autem id, quod ab aliqua re per oppositionem negationis separatur, hoc modo, sapere, & non sapere.

Dispartio, vide Dispertio.

[Dispastilio, distribuo. Gloss. A.L.]

Dispello, is, dispuli, dispulsum, In varia loca pello, discutio, disiicio. {נפץ naphás הפיץ hephitz דחה dacháph. διελαύνω. GALL. Debouter, dechasser. ITAL. Scacciare in diuerse parti. GERM. Zertreiben, von einander iagen. HISP. Echar en partes. ANGL. To put or expell in to sundrie partes.} Liuius lib. 5. Quum equitem passim liberi frænis dispulissent equi, Veientium maxima pars Tyberium effusi petunt. Cicer. lib. 1. Tusc. Eandémque ab animo tanquam ab oculis caliginem dispulit. Virg. 1. Æneid.

Deuerrerámque alios, acer quos æquore turbo
Dispulerat. id est, disiecerat, siue segregauerat.

Dispulsus, a, um. Plaut. Asin. sc. 4. a. 3. Qui amores nostros dispulsos compulit.

Dispendo, is, Destineo, siue occupatum teneo. {διασπάω. GALL. Detenir, tenir occupé. ITAL. Tener occupato. GERM. Zuschaffen geben, oder mit geschäfften auffhalten. HISP. Detener. ANGL. To lette with diuerse businesse, to witholde or staye.} Colum. lib. 8. cap. 2. Parandi autem modus est, ducentorum capitum, quæ pastoris vnius dispendat curam. ¶ Aliquando idem est, quod expendo, erogo, distribuo: vnde fit nomen dispendium, de quo mox dicemus. Dispenso frequentatiuum, idem ferè quod distribuo. {GALL. Despendre, employer. ITAL. Spendere. GERM. Außtheilen, außgeben. HISP. Despender. ANGL. To spend or bestowe.} Columell. lib. 4. Cælestes admittet imbres, eósque alendis seminibus dispenset. ¶ Aliquando significat expando, διαπλόω, & tunc non à pendo, sed à pando componitur. Plaut. Vbi lubet, dispendite hominem diuorsum, atque distendite.

Dispendium, ii, est sumptus incuriâ, vel negligentiâ, aut immoderatione factus. {δαπάνη. GALL. Despense & perte, dommage, degast. ITAL. Spesa. GERM. Verlust, vnkosten. HISP. El gasto. ANGL. Expense, losse.} Plaut. Men. sc. 2. a. 3. Minore nusquam benè fui dispendio. Plin. Magno id lignorum dispendio fit. ¶ Aliquando idem est quod damnum, vel detrimentum. {βλάβη. GALL. Dommage. ITAL. Danno. GERM. Schad. HISP. Daño. ANGL. Domage, losse.} cui opponitur compendium, quod lucrum, vel vtilitatem significat. Terent. Hecyr. Quid est quod mihi malim, quàm quod huic intelligo euenire, vt gratiam ineat sine suo dispendio, & mihi prosit? Plaut. in Mercat. Amorem multos illexisse in dispendium. Virg. 3. Æneid. Hic tibi ne qua moræ fuerint dispendia tanti. ¶ Dispendium etiam via obliqua, & quæ per ambages eò ducit, quo ire tendimus, contraria Compendio. Luc. lib. 8.

Iam super Herculeas fauces nemorosaque Tempe.
Æmonia deserta petens dispendia sylua. &c.

Dispendiosus, a, um, Damnosus. {ζημιώδης. GALL. Qui porte dommage, dommageable. ITAL. Dannoso. GERM. Schädlich, den schaden bringt. HISP. Dañoso, lo que haze daño o menoscabo. ANGL. That bringeth great domage or losse.} Col. lib. 2. Nam dispendiosa est cunctatio. ¶ Accipitur etiam pro sumptuoso, φιλαναλωτής. cui opponitur parcus.

Dispando, is, Expando. {פרש parás. ἐκπετάννυμι, διαπλόω.} tractum à pennis & volatu auium, vt inquit Nonius. Plaut. in Milit. Vbi lubet dispendite hominem diuersum, & distendite. Sic enim Nonius legit: quanquam vulgariter iam dispendite, legatur. Est autem hæc consuetudo loquendi Plauto familiaris, ita enim depectere, destoccare vspiam dicit.

[Dispennere. Dispennere est brachia expandere ad instar volantis auis: q. à pennis duceretur: vt vult Non.]

Dispenso, as, frequentatiuum, quod frequentior in vsu est, Dispendo, dispono, procuro. {חלק chalák סכן sachán. διανέμω, οἰκονομέω. GALL. Gouuerner, dispenser, ou distribuer vne chose par raison. ITAL. Dispensare. GERM. Außtheilen. HISP. Despensar. ANGL. To lay out money for another, to distribute.} Plaut. in Bacch. Nunc alteris etiam ducentis vsus est: Qui dispensentur Ilio capto. Cels. lib. 3. c. 6. Sine quibus illa dispensari non possunt.

possunt. Liu. 3. *ab Vrbe.* Intercalares mensibus interponendo ita dispensauit, vt, &c. Cic. *ad Att. lib.* 12. ex quo fere nihil potui de nostris domesticis rebus, de quibus acerbissimè afflictor, quod qui eas dispensauit, neque adest istic, neque vbi terrarum sit, scio. Dispensate dolorem, & diuidere inter multos, Sen. *c.* 12. *de cons. ad Polyb.* Dispensandum humanum pectus in metus & dolores, Idem *cap.* 10. *de cons. ad Mart.* Dispensare victoriam, Liu. *lib.* 8. *d.* 4.

Dispensātor, qui familiæ necessaria dispensat, & distribuit: cuiusmodi sunt obsonatores, quorum officium est coemere quæ vsus domesticus expostulat. {סכן *socen.* οἰκονόμος. Gall. *Despensier, celuy qui a la charge de manier, dispenser ou distribuer le bien de son maistre.* Ital. *Dispensatore.* Germ. Ein schaffner/haußhalter/einkauffer. Hisp. *Despensero.* Angl. *He that layeth out or distributeth money, a steward.*} Martial. *lib.* 6. Dispensatoris nobile cernis opus. Iuuenal. Plaelia quanta illic dispensatore videbis Armigeros? ¶ De seruo, qui rationes administrat, siue dispensatur. Sueton. *in August. cap* 67. vt loquitur de Diomede dispensatore. Idem *in Neron. cap.* 44. *& cap.* 12. *in Galba,* Dispensatoribus exceptis.

Dispensātĭo, Procuratio, administratio. {פקודה *pekudáh.* οἰκονομία. Gall. *La charge & maniement de quelque chose, office de despensier.* Ital. *Officio di dispensiero.* Germ. Außtheilung/verwaltung. Hisp. *Officio de despensero.* Angl. *The charge or laying out of money for another, distribution.*} Sueton. *in Othon. cap.* 5. Ante paucos dies seruo Cæsaris pro imperata dispensatione decies sestertium expresserat. Cicer. *ad Attic. lib.* 15. Profectionem meam, vt video, Erotis dispensatio impedit. Hodie dispensationem accipiunt Iurisperiti pro communis iuris relaxatione necessitatis, aut certè maioris alicuius vtilitatis causa cuipiam concessa. Verùm quoniam in ea significatione apud classicos scriptores non legitur, nihil est quòd plura hic de ea rogamus, præsertim quum præsentis instituti sit, Latinas voces, non Barbarorum fæces huc congerere.

Disperdo, is, Consumo, dissipo. {שחית *schicheth* אבד *ibbádh.* διαφθείρω, ἐξολοθρεύω. Gall. *Perdre & gaster, degaster, destruire.* Ital. *Consumare, dispendere.* Germ. Verderben/schänden/zu nicht machen. Hisp. *Desperdiciar, destruyr.* Angl. *To lose, to marre or kill.*} Plaut. *Cas.* Imò age vt lubet, ede, bibe, disperde rem. Cic *pro lege Agrar.* Videte nunc proximo capite, vt impurus helluo turbet Remp. vt à maioribus nostris possessiones relictas disperdat & dissipet. Plaut. *Pæn.* Dij immortales meum herum seruatum volunt, & hunc lenonem disperditum.

Disperditio, nis, Deletio, perditio. {אבדון *abbaddón.* ἐξολόθρευσις. Gall. *Degast, destruction, perdition.* Ital. *Consumamento, distruttione.* Germ. Verderbnuß. Hisp. *Disperdiciamiento.* Angl. *A marring, a losing.*} Cic. 3. *Philipp.* Quum exercitu Romam sit ad interitum nostrum, & ad disperditionem vrbis venire conatus.

Dispĕrĕo, is, ex Dis, & pereo componitur, significátque vario modo, aut in totum pereo, & deficio. {אבד *abadh.* διόλλυμαι, ἀπόλλυμαι. Gall. *Estre perdu & gasté, deperir.* Ital. *Perire à fatto.* Germ. Verderben/zu nicht werden. Hisp. *Perecer en todo, ò diuersas maneras.* Angl. *To perish, to be lost.*} Plaut. *Aul. sc.* 4. *a.* 1. Prô Iuppiter, non ego disperij? id est, compilatus sum. Disperij nisi, &c. ominantis. Idem *Mil. sc.* 1. *a.* 2. At ego disperij. Idem *Most. sc.* 1. *a.* 2. Varr. 1. *de re rust.* Fructus solent disperire. Idem *lib.* 3. Prouidendum vehementer ne propter æstum, aut propter frigus dispereant. ¶ Dispeream iurantis vox. Idem *in Amph.* Dispeream, si aut intus adhuc fui, aut si hunc miserim.

Dispergo, is, dispersi, sum, In diuersas partes spargo, disiicio, dissipo. {פזר *pazár.* διασκεδάζω. Gall. *Espandre, semer çà & là.* Ital. *Spargere in diuerse parti.* Germ. Zerstrewen. Hisp. *Esparzir en partes, derramar.* Angl. *To scatter or spread abroad.*} Cicer. 4. *Acad.* Cur mortifera tam multa perniciosa terra marique disperserit. Terent. *in Adelph.* An tibi mauis cerebrum dispergi hic? Cicer. *de nat. Deor.* Puerum interea obtruncat, membráque particulatim diuidit, pérque agros passim dispergit corpus, &c.

Dispersus, particip. disiectus, fusus. {פזור *pazúr.* διεσπαρμένος, διεσκεδασμένος. Gall. *Espars, semé çà & là.* Ital. *Sparso.* Germ. Zerstrewt. Hisp. *Esparzido en partes, derramado.* Angl. *Scattered or spread abroade.*} Cic. 1. *de Orat.* Omnia ferè quæ sunt conclusa nunc auribus, dispersa quondam fuerunt, vt in musicis numeri, & voces, & modi.

Dispersus, us, ui. {תפוצה *tephutsáh.* διασπορά. Gall. *Espandement.* Ital. *Spargimento.* Germ. Zerstrewen. Hisp. *Esparzimiento en partes.* Angl. *A scattering or spreading abroade.*} Cicer. *Attic. lib.* 9. Quòd Consules laudas, ego quoque animum laudo, sed consilium reprehendo: dispersu enim illorum actio de pace sublata est, quam quidem ego meditabar.

Disperse, & dispersim, Aduerbia, diffusè. {σποράδην, διεσπαρμένως. Gall. *Par cy par là, separément, en diuers lieux.* Ital. *Sparsamente, per quà & per là.* Germ. Hin vnd her zerstrewt. Hisp. *Esparzidamente en partes.* Angl. *By scattering hither and thither.*} Cicer. *Verr.* Nunc iam illa omitto, quæ dispersè à me multis locis dicentur, ac dicta sunt. Varr. *de re rust. lib.* 1. *cap.* 1. Qui Græcè scripserunt dispersim alius de alia re, sunt plus quinquaginta. Suet. *in Cæsar. c.* 80. Consilia dispersim habita.

Dispertio, is, & Dispertior, itis, deponens, ex Dis, & partio: In diuersas partes diuido, huic & illi partes do. {חלק *chalak* פלג *pillágh.* διαμερίζω. Gall. *Departir, diuiser.* Ital. *Partire, diuidere.* Germ. Zertheilen, außtheilen. Hisp. *Partir ò diuidir en diuersas partes.* Angl. *To deuide, to parte.*} Plaut. *in Aulul.* Hercule iniusta dispertiuisti, pinguiorem agnum illi habent. Idem *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Populo viritim id potuit dispertiri (quod fecisti flagitij sup.) Idem *Amphitr. sc.* 1. *a.* 1. Dispertiti viri, dispertiti ordines. Idem *Aulul. sc.* 1. *a.* 1. Vt dispertirem obsonium bifariam. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 1. Etiam dispertimini? id est, discedite ab amplexu. Sic dispertire exercitum per oppida, Liu. 9. *bell. Pun.* Dispertire tirones inter legiones, Hirt. 3. *belli Afri.* Cic. 7. *Verr.* A quibus initia vitæ, atque victus, legum, morum, mansuetudinis, humanitatis exempla hominibus & ciuitatibus data, ac dispertita esse dicuntur. Idem *Metell. lib.* 5. Quod quum dicerem, illud adiunxi, mihi tecum ita dispertitum officium fuisse in Reip. salute retinenda, vt ego, &c.

Dispesco, is, ui, Separo, disiungo, quasi pecus à pastione arceo. {הבדיל *hibdil.* διείργω, διαχωρίζω. Gall. *Separer, desioindre.* Ital. *Separare.* Germ. Sondern, theilen. Hisp. *Apartar, como del pasto el ganado.* Angl. *To seuer, to separat.*} Plin. *lib.* 5. *cap.* 9. Inde Africam ab Æthiopia dispescens. Dispescere (inquit Festus Pompeius) propriè est pecus à pastione deducere: vt Compescere, vna pascere, & in vno loco continere.

Dispessus. Vide Gell. *cap.* 15. *lib.* 15.

[Dispex, ἐξοπτικός. Germ. Scharpffsichtig/ à dispiciendo.]

Disphemia, δυσφημία q. d. mala fama. Item, infamia, maledicentia, conuitium. Gall. *Mauuais renom, mauuais bruit.* Item, *infamie, iniure.* Sueton. *in August. cap.* 93. Nihil in hoc quidem aliud deuitans, quam δυσφημίας nomine. Ita restituit doctus Casaubonus. Vulgati libri habent, *Diffamia.*

Dispĭcĭo, is, Discerno. {השגיח *hisgiach* חקר *chakar.* διαγινώσκω. Gall. *Discerner, considerer diligemment.* Ital. *Discernere.* Germ. Entscheiden. Hisp. *Discernir ò juzgar.* Angl. *To discerne, to consider with diligence.*} Quint. *lib.* 2. Nam proprietates ingeniorum dispicere prorsus necessarium. ¶ Item diuerse, diligentérve inquirere, considerare, seu mente circumspicere, & prouidere, & tanquam in omnem partem lumina mentis intendere. {περισκοπέω, διασκοπέω. Gall. *Regarder d'un costé & d'autre.* Ital. *Guardar da ogni banda.* Germ. Fleissig betrachten/ fleissig vnd in alle weg wol erwegen oder betrachten. Hisp. *Mirar à partes diuersas y todas.* Angl. *To looke and behold frome the one side and the other.*} Cic. *lib.* 1. *Tusc.* Tamen acie mentis dispicere cupiebant. Col. *in Præf. Operis.* At ego quum aut magnitudinem totius rei, quasi quandam vastitatem corporis, aut partium eius velut singulorum membrorum subtilitatem dispicio, vereor ne supremus antè me dies occupet, quam vniuersam disciplinam ruris possim cognoscere. Sueton. *in Neron. c.* 19. Tanta caligo orta, vt dispicere non posset.

Omnia qui magni dispexit lumina Mundi,

Catull. *de com. Beren.*

Dispectus, us, ui, Discretio, delectus, {משגח *muschgach.* διάκρισις, διάγνωσις. Gall. *Regard d'un costé & d'autre, esgard.* Ital. *Riguardo, rispetto.* Germ. Entscheidung/anschawung/ betrachtung. Hisp. *Miramiento en partes diuersas.* Angl. *Lookin frome one part to another.*} Senec. 2. *de Ira.* Quid si pueris, quòd neglecto dispectu officiorum, ad lusus & ineptos æqualium iocos spectent, quis irascatur, &c.

Dispĭcĭentia, Circunspectio, & prouidentia, vel consideratio diligens, atque discretio, διάσκεψις.

[Displacidus, morosus. Gl. Isid. Pap.]

Displĭcĕo, es, compositum est à placeo, Odiosus sum, iniucundus sum. ✕ Placeo. {רע *rah.* ἀπαρέσκω. Gall. *Desplaire.* Ital. *Dispiacere.* Germ. Mißfallen. Hisp. *Desagradar.* Angl. *To displease, to misllike.*} Nihil enim aliud est displicere, quàm non placere. Cic. *ad Att. lib.* 1. Displiceo mihi, nec scribo sine summo dolore. Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 1. *Trist.*

Nulla pœna grauior, quàm tanto displicuisse viro.

Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 4. Si tibi displiceo, patiundum: At placuero huic Erotio.

Displicitus, a, um. Gell. *c.* 21. *lib.* 1. Atque ei statim displicita esset insolentia, &c. (pro displicuisset.)

Displĭcentia. {געל *gaáll.* δυσαρέστησις. Gall. *Desplaisance, chagrin.* Ital. *Dispiacimiento.* Germ. Mißfallung. Hisp. *Desagradamiento.* Angl. *A displeasing, a misliking.*} quo vsus est Senec. *de tranquil. vitæ.* Hinc illud tædium & displicentia sui, & nunquam residentis animi volutatio. Apud Plaut. *in Cistel.* etiam legitur *Displicina.* Ventum (inquit) ad te gaudeo ecastor, ita nunc hodie hic accepta sumus Suauibus modis, nisi hæc displicina apud te quicquam fuit, Quin mihi placet. Verbum est soli Plauto vsurpatum.

Displĭco, as, Explico, dilato, extendo. {פשט *pascháṭ* נטה *natáh.* ἐξαπλόω, ἀναπετάω. Gall. *Desployer, estandre.* Ital. *Dispiegare.* Germ. Außeinander/ etwas zusammen gelegts von einander thun. Hisp. *Despliegar.* Angl. *To open out, to vnfolde.*} Vnde displicatæ volucres dicuntur à Varr. quæ disgregatæ sunt, & latiùs dispersæ. Ita enim ait *de re rustic. lib.* 3. Si quando displicatæ sunt, cymbalis, & plausibus numero reducunt in eundem locum.

Displōdo, is, vel displaudo, Cum crepitu rumpo. {המם *hamám.* διαρρήγνυμι. Gall. *Faire grand bruit.* Ital. *Rompere con strepito.* Germ. Mit einem knall oder getöß zerspringen. Hisp. *Romper con sonido.* Angl. *To break and mak a great sowne.*} Horat. *in Epod.*

Et vesica sonat quantum displosa, pepedi

Displosus, particip. Lucr. *lib.* 1. *cap.* 6.

——*Quum plena animæ vesicula parua*

Sæpe ita dat pariter sonitum displosa repente. id est, disrupta.

Displuuium, & Displuuiatum, à Vitruuio dictum figura quædam cauædij, qui *lib.* 6. *cap.* 13. sic ait, Displuuiata autem sunt, in quibus deliquiæ arcam sustinentes, stillicidia reijciunt: hæc tabernaculis maximas præstant vtilitates, quòd compluuia eorum erecta, non obstant luminibus tricliniorum.

[Dispodia, saltationis species. Suid.]

Dispŏlĭo, Spolio. {שלל *schalál* פשט *paschát* בזז *bazáz.* σκυλεύω, συλάω. Gall. *Despouiller.* Ital. *Spoliare.* Germ. Berauben. Hisp. *Despojar.* Angl. *To spoile.*} Terent. *in Andr.* Clamitent, me sycophantam hæreditatem persequi, Mendicum, tum ipsam dispoliare non licet. Senec. *cap.* 24. *de consol. ad Mart.* Dispoliatus oneribus, (id est, corpore.

Dispoliabulum, verb. {שלל *schalál.* τὸ ἀφαρπαστήριον, σκύλευμα.} quo Plaut. vsus est pro dispoliatione. Egóne (inquit *in Bacch.*) vt hæc clausa gestem clanculum, vt celem patrem damna Philoclere flagitia, aut damna, aut dispoliabula.

Dispondeus, δισπόνδειος quasi bis spondeus, pes qui constat ex quatuor syllabis longis, vt Oratores.

Dispōno, is, Ordino. {סדר *seder* תכן *tickchén* ערך *harách.* διατάσσω. Gall. *Disposer.* Ital. *Disporre.* Germ. Ordnen. Hisp. *Disponer.* Angl. *To put in order, to array.*} Plin. *ad Fuscum, lib.* 9. *Epist.* Quæris quemadmodum in Tuscis diem æstate disponam. Disponere suo quidque ordine, Colum. *lib.* 12. *cap.* 2. Quintus Cicero *de petit. consul.* Fac vt planè iis hominibus quos deuinctos tenes, descriptum ac dispositum suum quique

quique munus sit. Cic. *ad Att. lib.* 4. Postea verò quàm Tyrannio mihi libros disposuit, &c. Disponit his operibus milites. Cæs. *lib.* 1. *de bell. ciu.* Disponere diem, (pro statuere quid eo die sis acturus) Suet. *in Tib. cap.* 11. Disponere male sua bona. Idem *in Ner. cap.* 30. Et quinque in partes, (i. zonas) totus disponitur orbis. Tib. *lib.* 4. Disponere semina & plantas Senec. c. 15. *de consol. ad Mart.* Immortalia cogitat, & in nepotes pronepotésque disponit. Idem *ibid. c.* 18. Tot tibi disponendi libelli. Senec. *cap.* 7. *ad Polyb.*

Dispositus, a, um, Senec. *cap. vlt. de consol. ad Mart.* Quicquid ex disposito lucet, (i. Mundus.)

Dispositus, us, verbale, Dispositio. {מתכונת *mathcóneth* ערך *Ʃérech.* [illegible]. GALL. *Disposition, ordre, ordonnance.* ITAL. *Dispositione, ordine.* GERM. Geordnet ordentlich bestelt. HISP. *Orden, disposicion.* ANGL. *An order or due placing.*} Tacit. *lib.* 13. Dispositu, prouisúque rerum ciuilium peritus.

Disposité, Apté, concinné, distinctè. {[illegible]. GALL. *Par ordre, à point.* ITAL. *Dispositamente.* GERM. Ordenlich. HISP. *Ordenadamente.* ANGL. *with good order, orderly.*} Cic. 6. *Ver.* Non possum disposité istum accusare, si cupiam: opus est non solùm ingenio, verùm etiam artificio quodam singulari.

Dispositius, comparat. à dispositus. Sen. *quæst. natural. lib.* 1. *in Præfat.* Quo neque formosius est quicquam, nec dispositius.

Dispositio, nis, Ordinatio, collocatio. {מתכונת *mathcóneth* ערך *Ʃéreck.* [illegible]. GALL. *Disposition, ordre, ordonnance.* ITAL. *Dispositione.* GERM. Ordnung. HISP. *Disposicion.* ANGL. *A due placing of thinges in order.*} Col. *lib.* 12. *cap.* 2. Quis enim dubitet nihil esse pulchrius in omni ratione vitæ, dispositione atque ordine? Cic. 2. *de Orat.* Qui ordo tibi placet, inquit Catulus, & quæ dispositio argumentorum, in qua tu mihi semper Deus videri soles.

Dispositor, is, {מכין *mecín* מתכן *methachen.* [illegible]. GALL. *Celuy qui dispose & met ordre, gouuerneur.* ITAL. *Dispositore, acconciatore.* GERM. Ein ordner. HISP. *El que dispone y mete en partes.* ANGL. *He that setteth thinges in good order and array.*} Senec. *lib.* 5. *nat. quæst.* Nimirum in hac prouidentia dispositor ille mundi Deus aëra ventis exercendum dedit.

DISPVDET, dispuduit, vel dispuditum est, Impersonale, pro simplici accipitur cum quodam augmento, Multis modis pudet. {[illegible]. GALL. *Auoir grand honte.* ITAL. *Vergognarsi grandemente.* GERM. Sich vbel schämen. HISP. *Auer mucha verguença.* ANGL. *To blushe and thinke great shame.*} Terent. *in Eunuch.* Dispudet mihi sic data esse verba. Plaut. *in Bacch.* Nam alia memorare quæ illum facere vidi dispudet.

DISPVLVERO, as, In puluerem redigo. [illegible]. Næulus, Saxa, syluas, lapides, montes disiicis, dispulueras. Non.

DISPVMO, as, Spumas eiicio, spumis purgo. {[illegible]. GALL. *Faire escumer, mettre & reduire en escume.* ITAL. *Leuar le schiume.* GERM. Abschaumen, verschaumen. HISP. *Espumar, ò quitar la espuma.* ANGL. *To skumme or take away the some.*} Colum. *lib.* 12. *cap.* 34. Aut si non dulce multum, ad tertias dispumetur. Alij legunt *despumetur.* Vide *Despumo.*

DISPVNGO, is, xi, ctum, Expungere, delere. {מחק *machák.* [illegible]. GALL. *Casser, annuler vne escriture.* ITAL. *Cancellare.* GERM. Durchthun. HISP. *Cancelar, cassar ò raer.* ANGL. *To put out a worde in wryting with prikinge it about, to prick or crosse out.*} ¶ Accipitur etiam pro supputare, siue numerare, quasi puncto notare, & accepta cum datis conferre. {[illegible]. GALL. *Examiner vn compte.* ITAL. *Essaminare vn conto.* GERM. Zehlen oder rechnen. HISP. *Cassar auerigüar, ò raer la cuenta.* ANGL. *To examine and crosse out a counte.*} Senec. *de breuitate vitæ.* Dispunge & recense vitæ tuæ dies, pauculos & reiiculos apud te resedisse videbis: inde dicimus Dispungere rationes, pro eo quod vulgus vocat *Examinare calculum.* Papin. *ff. de verb. sign.* Dispungere est conferre accepta & data. ‖¶ Item pro donare, compensare. Gloss. Isid.‖ ¶ Accipitur præterea pro absoluere. Tert. *aduersus Iudæos,* Itaque specialiter dispungamus ordinem cœptum: id est, absoluamus, teste Rhen. Velleius, Interualla negociorum dispungere.

Dispunctio, nis, verb. Interdum idem est quod expunctio, siue deletio. {ANGL. *pricking or crossing out.*} Interdum idem quod supputatio: h. e. datorum & acceptorum collatio, [illegible]. Vlp. *l. quum plures. ff. de bon. aut. iud. poss.* An recognitio & dispunctio concedenda sit creditori. ¶ Interdum idem quod compensatio & remuneratio. Tertul. *lib.* 5. *aduersus Marc.* Dispunctionem boni & mali operis: id est, compensationem remunerationémque. ‖¶ Dispunctio vitæ, mors. Gl. Isid.

Dispunctores, qui dona militibus donant. Salmas. Item qui alium ab hæreditate expellunt. Cath.‖

DISPVTO, as, ex præpositione Dis, & verbo puto, quod valet purum facio. Nempe quia rationibus & argumentis res pura & puta redditur. {הוכיח *hochiach* נוכח *nocháck* נשפט *nisc'pát.* [illegible]. GALL. *Disputer, debatre de quelque chose.* ITAL. *Disputare.* GERM. Scharmützeln. Item disputieren, sich miteinander vnderreden. HISP. *Disputar.* ANGL. *To dispute, to reassone of any purpose.*} Vnde disputare (inquit Varro) valde putum facere, & per translationem disputare, disserere est. Plaut. *in Most. sc.* 1. 1. Eam rem volutaui, & diu disputaui, hominem cuius rei, Quando natus est, similem esse arbitror. ¶ Item disputare rationem cum aliquo. Idem *in Aulul.* dixit, æs petit, Ieur, putatur ratio cum argentario. Vbi disputata est ratio cum argentario, etiam plus ipsius debet argentario. ¶ Disputare item significat rem aliquam agitare, ita vt verum tandem cognoscatur. Cic. *de Amic.* Catonem induxi senem disputantem: quia nulla aptior videbatur persona, quæ de illa ætate loqueretur. Lact. *lib.* 7. Immortales esse animas Pherecydes & Plato disputauerunt. De aliquo disputare. Cic. 13. *Philipp.* Eas dum recito, dúmque de singulis sententiis breuiter disputo. Quint. *lib.* 1. *cap.* 5. Circa hoc disputatum est. Disputatur, Impersonale. Cic. 2. *de finib.* Perpetua oratione contra disputatur.

Disputatio. {[illegible]. GALL. *Dispute.* ITAL. & HISP. *Disputa.* GERM. Ein gespräch, ein red, ein Disputation. ANGL. *A disputing or reassoning.*} Cic. *Lentulo.* Scripsi igitur Aristotelico more (quemadmodum quidem volui) tres libros in disputatione ac dialogo de Oratore. Liberior in vtramque partem disputatio. Quint. *lib.* 7. *c.* 3.

Disputatiuncula, æ, Sen. *Epist.* 118. Hoc est sapere, non disceptatiunculis [illegible] subtilitatem vanissimam agitare.

Disputator, is, {[illegible]. GALL. *Disputeur, qui fait disputer.* ITAL. *Disputatore.* GERM. Ein [illegible] der sich mit einem andern vnderredt. HISP. *Disputador.* ANGL. *A disputer or reassoner.*} Cic. 1. *Off.* Nisi forte Demetrius Phalereus in hoc numero haberi potest, disputator subtilis, orator parum vehemens.

Disputatrix, Quint. Dialectica dicitur, [illegible].

Disputabilis, e. [illegible]. Senec. *ad Luc.* Res disputabilis in vtramque partem.

Disquamatus, vide *Desquamo.*

DISQVIRO, is, Per omnes partes quæro, inquiro, inuestigo, o. to. {חפש *chapháſch* בקר *bikker.* [illegible], dispu. *Cercher diligemment.* ITAL. *Inuestigare, cercare diligentemente.* GALL. Fleissig durchsuchen, hin vnd wider suchen. HISP. *Buscar curiosamente en diuersas partes.* ANGL. *To seek, and searche aboute for diligently.* Horat. 2. *Carm.*

Verùm hic impransi mecum, disquirite.

Disquisitio, Inquisitio, inuestigatio, disputatio, disceptatio, iudicium, {חפש *chephés* בקרת *bikkoreth.* [illegible]. GALL. *Cerchement soigneux, diligente recerche.* ITAL. *Il ricercare diligentemente.* GERM. Ein fleissige ersuchung, ein erforschung was jeder gesinnt sey. HISP. *Aquel de busca curiosa.* ANGL. *Inquisition or triall of a thing.*} Suet. *in Cæsare.* Primo præturæ die Q. Catulum de refectione Capitolij ad disquisitionem populi vocauit. Idem *in Neron. cap.* 2. Laitus, Sed non quid ego fecerim, in disquisitionem venit, sed quid isti pati debuerint, id est, in disceptationem. Cic. *de Arusp. resp.* Quanquam ad facinoris disquisitionem interest adesse quamplurimos.

DISRARO, as, significat castro, & diuersis modis quod densum erat rarum facio. {[illegible]. GALL. *Chastrer.* ITAL. *Castrare.* GERM. Dünner machen etwas das dick ist, erbären vnd dünn machen. HISP. *Castrar.* ANGL. *To geld.*} Col. *lib.* 5. Sed illud de integro refodi debet: hoc potest intercidi & disrarari: quod opus rustici *Castrationem* vocant.

Disrumpo, vide *Dirumpo.*

Dissuauior, Suauior, osculor. {נשק *nascheák.* [illegible]. GALL. *Baiser par grand ioye & affection.* ITAL. *Baciare con piacere.* GERM. Mit wollust küssen. HISP. *Besar con gusto.* ANGL. *To kisse through ioye and loue.*} Suauior autem à Sauium, siue suauium per diminutionem. Gell. *lib.* 3. Et quum sibi tres eum (Diagoram) adulescentes amplexi, coronis suis in caput patris positis, suauiarentur. Cic. *Tironi,* Ego vos ad quartum Calend. videbo, tuósque oculos etiam si te veniens in medio foro videro, dissuauiabor: id est, multum, siue sæpiùs suauiabor.

DISSECO, as, dissecui, dissectum, Dilanio & variis modis seco, siue in varias partes diuido. {גזר *ghazár* בתר *bitter* נתח *nitách* שרט *scharát.* [illegible]. GALL. *Couper en pieces, defendre, dissiper.* ITAL. *Tagliare in pezzi.* GERM. Zerhauen, zerschneiden. HISP. *Cortar en partes diuersas.* ANGL. *To cut tor rack in small peeces.*} Plin. *lib.* 11. *cap.* 37. Tertio capto Lacedæmonij pectus dissecuere caussa videndi. Sueton. *in Calig. cap.* 27. Multos honesti ordinis, aut medios serra dissecuit, &c.

Dissectus, a, um, Quod est per anatomem diuisum. {מבותר *mebuttár* מנותח *menuttách.* [illegible]. GALL. *Coupé en pieces, fendu.* ITAL. *Tagliato in pezzi.* GERM. Zerhauen, zerschnitten. HISP. *Cortado en partes.* ANGL. *Hacked or cutt in peeces.*} Quod enim Græci [illegible], nos dissectionem vocamus: vt apud Plinium & Celsum videri potest.

DISSEMINO, Spargo, diuulgo, dispergo, dissipo. {פזר *pazár.* [illegible]. GALL. *Semer çà & là, espardre.* ITAL. *Disseminare.* GERM. Hin vnd her säen. HISP. *Sembrar en partes diuersas.* ANGL. *To sowe hither, and thither, to spread abroade and diuulgate.*} Cicer. *in Catil.* Latius opinione disseminatum est malum. Idem *pro Planc.* Ne disseminato dispersóque sermoni fortunas innocentium subiiciendas putetis. Idem *pro Arch.* Ego verò omnia quæ gerebam, iam tum in agendo spargere me ac disseminare arbitrabar in orbis terræ memoriam sempiternam.

DISSENTIO, is, vel Dissentior, iris, Diuersum ab aliis sentio. {נחלק *nichelak.* [illegible]. GALL. *Dissentir, estre d'autre & diuerse opinion, n'accorder point.* ITAL. *Non accordarsi, non consentire.* GERM. Einer andern meinung sein, ein andern sinn haben. HISP. *No accordar en sentencia, desacordar.* ANGL. *To discorde, to desagree, to be of an other opinion.*} Cic. *de Amic.* Ab iis qui pecudum ritu ad voluptatem omnia referunt, longè dissentimus. Idem *pro lege Manil.* Sed in hoc ipse ab eo vehementissimè dissentio. Gell. c. 11. *lib.* 3. De patria quoque Homeri multò maximè dissensum est.

Dissensio, verbale, Sententiarũ diuersitas, dissidium, contentio, {מחלקת *machalóketh* גזר *cézer* מדון *madhón.* [illegible]. GALL. *Dissension, discorde, noise.* ITAL. *Discordia, dissensione.* GERM. Mißhällung, vneinigkeit. HISP. *Desacuerdo de sentencia.* ANGL. *Disagreement, discord, dissention.*} Cicer. *pro Sylla,* Vt hoc dissidio ac dissensione facta oppidum in sua potestate posset, & Pompeianos habere.

Dissensus, us, ui, Dissensio. Cicer. *post reditum.* Non enim Marius deprecatione rediit, sed in dissensu ciuium armis se & exercitu reuocauit.

Dissentaneum, Dissentiens, non conueniens)(Consentaneum. {נחלק *nechalák.* [illegible]. GALL. *Different, non conuenable, d'autre sorte.* ITAL. *Non corrispondente.* GERM. Vnbequem, nit gleichförmig. HISP. *Cosa de desacuerdo en sentencia.* ANGL. *That disagreeth or discordeth.*} Nigidius, Eum locum facit dissentaneum. Cic. *in partit.* Aut consentanea, aut dissentanea.

DISSEPIO, dissepsi, disseptum, quod septum erat dirimo & disiicio. {[illegible]. GALL. *Separer & diuiser.* ITAL. *Guastare.* GERM. Den hag oder zaun abbrechen. HISP. *Derribar lo que es cercado con seto.* ANGL. *To disparke.*} Statius 10. *Thebaid.*

——— *Assiliunt pontes, tectique trementis*
Saxea frena labant, disseptoque aggere rursum
Vtitur. & truncas rupes in templa domósque
Præcipitat.

Dissepimentum, i, quo res illa dissepitur & diuiditur. Vnde membranu-

lam illam in voce intermediam dissepimentum vocari autor est Festu. [illegible].

Disseptum, ti, siue dissepium. {[illegible]. Angl. *The midriffe which deuideth the heart and lightes from the other bowels.*} Septum transuersum. Macrob. *comment. lib.* 1. c. 6. Disseptum vocatur quod ventrem & [illegible] exteraque intestina segregat.

Dissereno, as, Serenum [illegible] Liu. 9 *bell. Maced.* Quum vndique disserenasset Plin. *lib.* 18. c. [illegible] si cacumina puta sient, disserenabit.

Dissero, is, diss[illegible] Sero. {[illegible] *zarah*. [illegible]. Gall. *Semer* [illegible] *semant.* Ital. *Seminare.* Germ. *Hin vnd her-säen.* [illegible] Angl. *To sowe hither and thither.*} Col. *lib.* 11. c. 3. Panax [illegible] vtroque [illegible] leui & subacta terra, rarissimè disseritur.

Dissero, [illegible] Disputo, enarro, declaro. {[illegible] [illegible] *nochach*. [illegible]. Gall. *Disputer & traitter quelque matiere.* Ital. *Disputare, dichiarare.* Germ. *Ein red halten, etwas [illegible], Disputieren.* Hisp. *Disputar, declarar.* Angl. *To dispute, to reason.*} Cicer. *de Amic.* C. Lælij persona visa est idonea fuisse, quæ de amicitia ea ipsa dissereret, quæ disputata ab eo meminisset magister meus Scæuola. *Ibid.* Audite me optimi viri ea quæ inter me & Scipionem de amicitia disserebantur. Liu. *lib.* 1. *d.* 5. Ad disserendas res quas gessissent.

Disserto, as, frequentatiuum. {[illegible] *hochiach* [illegible] *nochach*. [illegible], [illegible]. Gall. *Disputer & traiter de quelque chose.* Ital. *Disputare ò contradire parlando.* Germ. *Vil reden treiben, zancken.* Hisp. *Disputar ò declarar con palabras.* Angl. *To dispute or reason a mater often.*} Gell. Quum de antiquitate quorundam verborum dissertaremus: hoc est, dissertationibus contenderemus. Tacit. *lib.* 12. Vbi hæc atque alia dissertauere, incipit orationem Cæsar de fastigio Romano. Plaut. *Menaech. sc.* 1. *a.* 5. Dic mihi istuc quid est quod vos dissertatis vt sciam.

Dissertatio. {[illegible]. Gall. *Dispute & traitement de quelque matiere.* Ital. *Trattamento di qualche materia.* Germ. Ein lange vberredung oder handlung einer sach. Hisp. *Aquella declaracion con palabras.* Angl. *Disputing or reasoning vehemently.*} Plin. *lib.* 10. *cap.* 68. Quapropter ingenium prædictorum, & reliqua subtexat dissertatio. Gell. *cap.* 2 *lib.* 1. Dissertationes Epicteti. Idem alio modo c. 3. *eiusdem lib.* Quoniam profectò caussas scientiæ, corporum varietates, dissertationúmque, & differentiarum ignorantes, &c. Idem *cap.* 13. *lib.* 17. *&* 12. *lib.* 19.

Dissertabundus. Gell. Eúmque in corona astantium dissertabundum inuenimus.

Disertus, a, um, Ornatè dicens, probè & verbis ornatissimis differens. {[illegible] מדבר *medhabbér tsachath* מליץ *melits.* [illegible], [illegible], [illegible]. Gall. *Disert, eloquent.* Ital. *Eloquente, bel parlatore.* Germ. Wolberedt, gespræch. Hisp. *Eloquente, facundo, expedido en la lengua.* Angl. *Eloquent, well spoken.*} Differt disertus ab Eloquente, quòd in diserto verborum elegantia tantum sit & copia: in eloquente verò præter illa grauitas sententiarum: vnde M. Antonius apud Ciceronem ait à se disertos visos esse multos, eloquentem verò neminem. Ouid. *Eleg.* 11. *lib.* 3 *Trist.*

Soluat & in mores ora diserta meos.
In caussa facili cuiuis licet esse diserto.

Idem *lib.* 13. *Metam.*

——*Dolor ipse disertum Fecerat.*

Ibid.

——*Tulit arma disertus.*

Cicer. *ad Attic. lib.* 10. Celer tuus disertus est magis, quàm sapiens. Idem *pro M. Cælio.* Quàm volunt in conuiuiis faceti, dicaces, nonnunquam etiam ad vinum diserti sint: alia fori vis est, alia triclinij: alia subselliorum ratio, alia lectorum: non idem iudicum comissatorúmque conspectus. Horatius,

Fœcundi calices quem non fecere disertum.

Disertitudo. Fabius Victorinus *in* 1. *Rhetor.* Cicer. Attendamus tamen vt cùm suprà pro eloquentia, aut copiam dicendi, aut disertitudinem nominauerit.

Disertè, aduerb. modò significat Facundè, ornatè. {[illegible], [illegible]. Gall. *Disertement, distinctement & elegamment en sorte qu'on est bien aisément entendu, clairement.* Ital. *Eloquente, facundamente, con gracia.* Germ. Mit außgetruckten worten, klärlich. Hisp. *Esparzidamente en la lengua, elegantemente.* Angl. *Eloquentlie.*} vt apud Cic. *lib.* 1. *de Orat.* Denique vt prudentibus disertè, stultis etiam verè dicere videaris. Modò pro distinctè, & expressè. Liu. *lib.* 31. Quum in fœdere Luctatij disertè adscriptum esset, id ita ratum fore si populus censuisset. Idem euidentiùs *lib.* 4. *dec.* 4. vbi quod suprà dictum erat distinctè, paulò infrà ait disertè. Idem etiam *lib.* 6. *d.* 4. & Plaut. *Amph.* Satin' hoc planè, satin' disertè here nunc videmur tibi loquutus?

Dissicio, in multis auctoribus sacris pro disiicio est. Paulin. *lib.* 1. *de vita Martini.*

Scindens aëria mendacia tegmina tela,
Dissiciensque cauæ fluitantia vellera nubis.

Dissico, as, pro disseco. Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 3. Clypeatus Elephantum vbi machæra dissicit.

Dissideo, es, Discordo, dissentio. {חלק *nechelák.* [illegible], [illegible], [illegible]. Gall. *Discorder, estre en different, tenir vn autre parti.* Ital. *Discordare, esser differente, discordante.* Germ. Zwytrachtig sein, spännig oder stößig sein. Hisp. *Desacordar.* Angl. *To disagree, to be at variance.*} Cic. *in Lælio,* Quum is Tribunus plebis capitali odio à Qu. Pompeio dissideret, qui tum erat consul. ¶ Dissedit pro diuortium fecit ponitur apud Suet. *in Tib. c.* 7. Cum Iulia primò concorditer & amore mutuo vixit, mox dissedit, &c. ¶ Transfertur etiam ad inanimata Plin. *lib.* 37. Adamas dissidet cum magnete lapide in tantum, vt iuxta positus ferrum non patiatur abstrahi.

Dissidium, Segregatio, discordia. {מחלקת *machalóket* [illegible] *gézer* מדון *madhon*. [illegible]. Gall. *Dissension, separation.* Ital. *Separatione, discordia.* Germ. Vneinigkeit, zertrennung, teilung. Hisp. *Desacuerdo, apartamiento de vna cosa con otra.* Angl. *Discorde, dissention.*} Terent. *Andr.* Vacant qui inter nos dissidium quærunt. Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Harum voluptatum omnium distractio, dissidium, (alias discidium) venit. Catull. *ad Hortal. carm.*

At tu nos orbum luxti deserta cubile:
Sed fratris cari flebile dissidium.

Cic. *de Amicit.* Quæ enim domus tam stabilis, quæ tam firma ciuitas, quæ non odiis atque dissidiis funditus possit euerti? Ouid. *lib.* 14. *Metam.* pro discessu posuit, à seorsum sedendo, quando ait, Non bene dissidium Phrygij latura mariti. ¶ Significat & separationem corporum. Cic. *in Orat. ad Pontific.* & multis aliis locis. ¶ Scribitur etiam *discidium,* quasi à discindo.

Dissidentia, dissensio, discordia. {מחלקת *machalóket* [illegible] *gézer* מדון *madhon.* [illegible], [illegible]. Gall. *Discord, different.* Ital. *Discordanza.* Germ. Vneinigkeit, span, zweytracht. Hisp. *Desacuerdo.* Angl. *Discorde.*} Plin. *lib.* 29. *cap.* 4. Dominante illa eadem rerum dissidentia.

Dissilio, is, ex Dis, & salio, significat Loco moueor. {נתר *nittér.* [illegible]. Gall. *Saillir deçà & delà, ressaillir.* Ital. *Saltare.* Germ. Von dannen springen, von einander springen. Hisp. *Saltar.* Angl. *To leape here and there.*} Apuleius, Vertibulo ossa dissilerant. Propriè autem est in diuersas partes salire. Plin. *lib.* 36. Lunensem silicem terra secari, at Tusculanum dissilire igni. Aliquando pro crepare, frangi. Virg. 3. *Georg.*

Æraque dissiliunt vulgo, vestésque rigescunt.

Ouid. *Eleg.* 6. *lib.* 4.

Dissiluit nudo pressa bis vna pede.

Dissulto, as, frequentatiuum, In diuersas partes salio. {נתר *nittér.* [illegible]. Gall. *Ressaillir & sortir d'où on est, ressaillir çà & là.* Ital. *Saltare in diuerse parti.* Germ. Hin vnd her springen. Hisp. *Saltar en diuersas partes.* Angl. *To leap in to sundrie partes, or hither and thither.*} Plin. *lib.* 37. Incudibus deprehenduntur ita respuentes ictum, vt ferrum vtrinque resultet, incudésque ipsæ dissiliant.

Dissimilis, e, Absimilis, dispar, dissimilitudinem habens. {[illegible]. Gall. *Dissemblable, diuers.* Ital. *Dissimile.* Germ. Vngleich. Hisp. *Desemejante.* Angl. *Vnlyke.*} Terent. *in Prolog. Andr.* Non ita dissimili sunt argumento: sed tamen Dissimili oratione sunt factæ ac stylo. Cicer. *de Diuin.* Eos qui nascuntur eodem tempore, posse in dissimiles incidere naturas propter cæli dissimilitudinem. Idem *de claris Orat.* Quum sint ipsi dissimillimi inter se. *Ibid.* Sui dissimilior videbatur fieri quotidie. Heus dissimilis est. Suprà, Tam consimilis, quàm potest. Plaut. *Men. sc.* 9. *a.* 5.

Dissimiles [illegible] (fratribus) sic nocuere mihi.

Ouid. *El.* 8. *lib.* 1 *Trist.* Fide dissimillimus patri Sext. Pompeius forma dissimili in dominum, (id est, domino.) Tacitus *lib.* 1.

Dissimiliter, aduerbium, Dissimili ratione. {[illegible]. Gall. *Dissemblablement, diuersement, en diuerses sortes.* Ital. *Dissimilmente.* Germ. Vngleichlich. Hisp. *Desemejantemente.* Angl. *In a diuerse fashion.*} Cic. 4. *Tuscul.* Cæteríque dissimiliter morbi, ægrotationésque morborum nascuntur.

Dissimilitudo, inis, Varietas, distantia, differentia. {[illegible]. Gall. *Dissimilitude, diuersité, difference.* Ital. *Dissimilitudine, diuersità.* Germ. Vngleichnuß. Hisp. *Desemejança, diuersidad.* Angl. *Vnlyknesse, difference.*} Cicer. 3. *Verr.* Vides eandem æstimationem propter temporis dissimilitudinem, in illo laudis causam habere, in te criminis.

Dissimilares partes, [illegible], à Medicis appellantur partes corporis compositæ, quæ scilicet [illegible], hoc est, similares non sunt, sed ex iis constituuntur, & in eas possunt resolui.

Dissimulo, as, Diligenter & astutè celo, ne quid nosci possit, occulto, contineo. {כחש *chiwegh* [illegible] *chachádh.* [illegible]. Gall. *Dissimuler, ne faire pas semblant.* Ital. *Dissimulare.* Germ. Verleugnen, verhälen. Hisp. *Dissimular lo que es ò se haze.* Angl. *To dissemble, to cloke.*} Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 4. Sed dissimulat malus. *Ibid.* ó hominem malum! vt dissimulat. Ouid. 5. *Fast.*

Parent promissis, dissimulántque Dei.

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 1. *Trist.*

Nomina vincorum dissimulare iubet.

Idem *Eleg.* 3. *lib.* 4. *Trist.*

——*Nec nomen dissimulare viri.*

Ibid. *Eleg.* 1. *lib.* 5.

Nec domini fortuna mei est vt debeat illam
Infelix vllis dissimulare locis.

Idem *Eleg.* 4. *lib.* 4. & *Eleg.* 1. *lib.* 5. & *Eleg.* 5. *lib.* 3. & *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* Plaut. *in Mil.* Dissimulabo hos quasi non videam. Terent. *in Andr.* Bene dissimulatum amorem & celatum indicat Cicer. *pro Cluent.* Neque id obscurè ferebat, nec dissimulare vllo modo poterat. Ouid. *lib.* 3. *Fast.*

Iam satis est virtus dissimulata diu.

✕ Simulo, [illegible]. Idem Ouid.

Quod non est simulo, dissimulóque quod est.

Simulamus enim falsa, dissimulamus vera. Simulamus esse quæ non sunt: dissimulamus non esse quæ sunt. Plaut. *Milit. sc.* 3. *a.* 1. Plaux ea est: sed quomodo dissimulabat. (i. fingebat se non esse.) Ouid. 13. *Metam.*

Dissimulat cultu natum.

Dissimulatus, a, um. Petr. Arbiter,

Vera redit facies, dissimulata perit. (i. simulata.)

Et Ouid. 6. *Fast.*

Atque ita pietas dissimulata foret.

Idem *ibidem,*

Dissimulata Deam Latias Saturnia bacchas
Instimulat.

Dissimulamentum, dissimulantia. [illegible]. Apul *Florid. lib.* 1. Musæ cum Minerua dissimulamenti gratia iudices assiterе.

Dissimulantia, Dissimulatio. {חנף *chaneph* [illegible] *chanuphah.* [illegible]. Gall. *Dissimulation, ne faire pas semblant de rien.* Ital. *Dissimulatione.* Germ. Verhälung. Hisp. *Dissimulacion.* Angl. *A dissembling.*} Cic. 2. *de Orat.* Socratem opinor in hac ironia, dissimulantiaque longè lepore & humanitate omnibus præstitisse.

Dissimulator, verbale. {כחש *mechachésh.* [illegible], [illegible]. Gall.

GALL. *Dissimulateur.* ITAL. *Dissimulatore.* GERM. Ein verhäler der mit der gleichen thut als ob ein ding nit were dan doch ist. HISP. *El que dissimula, dissimulador.* ANGL. *A dissembler.*} Cic. 2. *de Orat.* Vt qui dissimulatores studiorum fuerint.

Dissimulatio, nis, Dissimulantia. {חנף chóneph חנפה chanupháh. [illegible]. GALL. *Dissimulation.* ITAL. *Dissimulatione.* GERM. Verglessung/ verhälung. HISP. *Dissimulacion.* ANGL. *A dissembling.*} Cic. 3. *Off.* Ex omni vita dissimulatio tollenda est. Idem 4. *Acad.* Libenter vti solitus est ea dissimulatione quam Græci εἰρωνείαν vocant.

Dissimulanter, Dissimulatim, Aduerbia, Obscurè ✕ Apertè. {[illegible]. GALL. *Sans faire semblant de rien.* ITAL. *Senza far sembiante.* GERM. Verdeckter oder vergleissnender weiß. HISP. *Dissimulando.* ANGL. *By dissembling, dissemblingly.*} Cic. *de clar. Orat.* Non apertè, nec eodem modo semper, sed varie dissimulanterque conclusit. Quintil. *lib.* 10. *cap.* 1. Sæpe præparat dissimulatim insidias Orator. Liu. *lib.* 10. *dec.* 4.

Dissimulabilis, vnde Indissimulabilis apud Gell. *lib.* 10. *c.* 22. Cum quadam indissimulabili veritate disserunt.

Dissipium, ij, autore Macrob. *lib.* 1. *in somnium Scipionis*, Intestinum est quod ventrem & cætera intestina secernit.

Dissipo, as, Significat dispergo, diffundo, disperdo, consumo, diuulgo. {פזר pizzár נפץ naphats נפיץ naphits. διασκεδάω, διασκορπίζω. GALL. *Espardre çà & là, mettre en pieces çà & là, dissiper, rompre & separer, despendre, gaster.* ITAL. *Dissipare. dispergere.* GERM. Zerstrewen/ zerspreiten/ zerbrechen. HISP. *Dissipar y destruir.* ANGL. *To scatter or cast abroad, to sprinkle or spreade abroade.*} Colum. *lib.* 2. Sin autem proximæ messis occupandum erit restibile, defectis stramentis quatuor & viginti vehes stercoris in iugerum disponemus, dissipabimusque. Cicer. *pro lege Manil.* Vt ex eodem Ponto Medea illa quondam profugisse dicitur, quam prædicant in fuga fratris sui membra in his locis, quà se parens persequeretur, dissipauisse. Senec. *cap.* 11. *de cons. ad Mart.* Dissipari & solui, (loquitur de morte.) Ouid. *Eleg.* 9. *lib.* 3. *Trist.*

——— *Diuulsa que membra per agros Dissipat.*

Cels. *lib.* 8. *cap.* 1. in multa & tenuia foramina dissipantur, id est, distribuuntur. ¶ Dissipare, pro eo quod est concreta resoluere, discutere. idem Cels. *lib.* 5. *cap.* 17. Acetum quamuis refrigerandi vim habet, tamen habet etiam dissipandi. Vbi & discutere dixit spissescentem humorem. Et Plin. *lib.* 27. *cap.* 1. de Aceto, conglobatum sanguinem discutit. Et ea concreta digeri dicuntur. ¶ Dicimus etiam dissipare famam alicuius rei, dissipare rumorem, dissipare sermones, hoc est, diuulgare, & dilatare. Cic. *pro Flac.* Primùm quid distributis partibus sermo est tota Asia dissipatus. Et Rumores dissipare. Suet. *in Galb. cap.* 19. Sed extractus rumoribus falsis, quos conspirati de industria dissiparant. Cic. *Cælio lib.* 2. Multi occisi, multi capti, reliqui dissipati. ¶ Dissipare humorem, est quod verbo alio dicitur, Degerere humorem. Celsus *lib.* 5. *cap.* 28. de strumarum curatione. Et medicamenta imponuntur, quæ humorem vel educant, vel dissipent.

Dissipatio, nis, Dissolutio. {תפצות tephatsúth. διασκέδασις, διαφόρησις. GALL. *Dissipation, degastement.* ITAL. *Dissipatione, consumamento.* HISP. *Rompimiento, gasto.* ANGL. *A scattering or spreading abroad.*} Cicer. 1. *de nat. deor.* Idem facit in natura deorum, dum indiuiduorum corporum concretionem fugit, ne interitus & dissipatio consequatur, negat esse corpus deorum, sed tanquam corpus, &c.

Dissipabilis, e, quod dispergi, aut separari facilè potest. {διασκεδαστός, διαφορητός. ANGL. *That maybe scattered or sprinkled abroade.*} Cic. 3. *de nat. deor.* Ignis verò & aër omni impulsu facillimè pellitur, naturáque cedens est maximè & dissipabilis.

‖Dissipimentum, nauci, membranula in medio nucis. Fest.‖

Dissitus, Distans, remotus, procul situs: cuius contrarium est Adsitus, quod est iuxtà situs. {רחוק rachók. ἀπέχων, διεστηκώς. GALL. *Espars loin l'un de l'autre, esloigné, desioint.* ITAL. *Distante, remoto, disgionto.* GERM. Weit gelägen. HISP. *Puesto a lexos, ò puesto en diuersos lugares.* ANGL. *Distant, far of one frome an other.*} Apul. *in Flor.* hæc duo velut inter se contraria opposuit atque disseparauit, sic scribens, Homines neque longulè dissita, neque proximè adsita possimus cernere.

Dissocio, as, are, Separare, dissoluere & à societate disiungere. {הבדיל hibdíl פלג pillágh. διαζεύγνυμι, διίστημι. GALL. *Dessembler, separer, desioindre.* ITAL. *Scompagnare.* GERM. Von einander fügen/ absündern. HISP. *Desacompañar.* ANGL. *To seuer, to bring frome fellow ship or companie.*} Cic. *de Amicit.* Dispares enim mores disparia studia sequuntur: quorum dissimilitudo dissociat amicitias. Martial. *Lib.* 7.

Et Lade poteras dissociare genus.

Dissociatio, nis, Disiunctio, discordia. {διάλυσις, διάζευξις. GALL. *Separation, deffaicte de compagnie.* ITAL. *Separatione.* GERM. Absünderung. HISP. *Desacompañamiento.* ANGL. *A bringing frome fellow ship of others.*} Plin. *lib.* 2. *c.* 21. Aquas respuit, persusum mersumve sicco simile est, tanta dissociatio deprehenditur.

Dissociabilis, e, quod sociari, coniungique non potest. {ἀσυγκέραστος, ἄμικτος, ἀδιάλυτος. ANGL. *That can not be broght to the fellow shippe of others.*} Tacit. *in vita Agricolæ*, Et quanquam primò statim beatissimi seculi ortu res olim dissociabilis miscuerit, principatum & libertatem.

‖Dissologia, duplex locutio. Pap.‖

Dissolvo, is, quod ligatum erat soluo, aperio, recludo. {פתח pittách התיר hittír. διαλύω. GALL. *Deslier, dissoudre, desioindre, dessassembler, destacher.* ITAL. *Dissoluere, disgiongere, disfare.* GERM. Aufflösen entbinden. HISP. *Desatar.* ANGL. *To loose, to vnbinde, to dissolue.*} Plaut. *Pæn.* Si autoritatem postea desugeris, vbi dissolutus tu sies, ego pendeam. Cic. *de senect.* Opus ipsa suum eadem quæ coagmentauit, natura optimè dissoluit. Catull. *de com. Beren.*

Pristina vota nouo munere dissoluo.

¶ Dissoluere amicitias. Cic. *de Amic.* Nam si vtilitas amicitias conglutinaret, eadem commutata dissolueret. Sueton. *in Aug. cap.* 32. collegia dissoluere. ¶ Dissoluere interrogationes. Cicer. 4. *Academ.* Quum eas dissoluere non possunt, desciscunt à veritate. ¶ Est etiam dissoluere, expedire. Terent. *in Heaut.* Dissolui me ocyùs, operam vt tibi darem. Ita Dissoluere aliquem, id est, absoluere, non diu suspensum tenere, paucis quod volumus dicere. Plaut. *Merc.* Obsecro dissolue iam Me, nimis diu enim pendeo. ¶ Item ponitur aliquando pro soluere & persoluere. Cicer. *lib.* 2. *Offic.* Nunquam nec maius æs alienum fuit, nec melius, nec facilius dissolutum. ¶ Dissolui, pro mori. Salust. *in Iugurth.* Plerosque omnes senectus dissolute.

Dissolutus, a, um, participium, aut nomen ex participio: quod ligatum non est. {מפתח mephutách מותר muttar נמס names נמוס namús. διαλελυμένος. GALL. *Dissolu, deslié, desioint.* ITAL. *Sciolto, disunito, disgionto.* GERM. Aufgelößt. HISP. *Suelto.* ANGL. *Loosed, dissolued.*} Plin. *lib.* 28. *c.* 7. Alibi seruatur vt nudis pedibus erant, capillo, cinctúque dissoluto. ¶ Ponitur aliquando pro effœminatis & luxuriosis, quos Græci ἀσώτους dicunt. Cic. 6. *Verr.* Negligentes ac dissoluti si cupiamus esse, qui possumus? Idem 1. *Off.* Nam negligere quid de se quisque sentiat, non solum arrogantis est, sed etiam omnino dissoluti.

Dissolutè, aduerbium, Remissè, negligenter, ignauè. {ἀνέτως, ἐκλελυμένως. GALL. *En mauuais mesnager, lasschement, mollement, dissoluement.* ITAL. *Dissolutamente, scioltamente.* GERM. Liederlich/ ohn sorg vnd ernst. HISP. *Sueltamente, floxamente.* ANGL. *Slakelie, negligentlie.*} Cicer. *pro Cæcin.* Nec contenderit aliud quàm ne ius suum dissolutè relinquere videretur.

Dissolutio, verbale ✕ Coniunctio. {המס hémes. διάλυσις. GALL. *Dissolution, separation, disionction.* ITAL. *Dissolutione, separatione, disgiuntione.* GERM. Aufflösung. HISP. *Dispartimiento y dissolucion.* ANGL. *A loosing, a dissoluing.*} Cic. *in Partit.* Constructióque verborum tum coniunctionibus copuletur, tum dissolutionibus relaxetur.

Dissolubilis, e, quod facile dissolui potest. {λυτός. GALL. *Aisé à deslier, à desrompre, à dissoudre.* ITAL. *Dissolubile, che si puo dissoluere facilmente.* GERM. Das leichtlich auffzulösen oder von einander zuthun ist. HISP. *Cosa que se puede desatar.* ANGL. *That may be easilie loosed, disioyned or dissolued.*} Cic. *de nat. deor.* Animal mortale, dissolubile & diuiduum est Coagmentatio dissolubilis, *ibid. lib.* 1.

Dissonus, a, um, Dissimiliter sonans. {נבדל nebdál. διάφωνος, ἀπῳδός. GALL. *Desaccordant, different.* ITAL. *Discordante.* GERM. Mißhällend/ vngleich lautend. HISP. *Cosa que desacuerda en son.* ANGL. *Disagreand, vntunable.*} Liu. 4. *ab Vrbe.* Dictator autem parte altera subsidia & secundam aciem adortus, circumagenti se ad dissonos clamores ac subitos tumultus, hosti vndique obiecerat victorem peditem, equitémque.

Dissono, as, Discordo, dissideo, non conuenio. {נבדל nebdál. διαφωνέω, ἀπᾴδω. GALL. *Desaccorder, ne conuenir pas.* ITAL. *Discordare.* GERM. Mißhällen. HISP. *Desacordar.* ANGL. *To desagree in tune.*} Colum. *lib.* 1. *cap.* 1. An vniuersa quæ maiores prodiderunt, huius temporis culturæ respondeant, an aliqua dissonent. Dissonantia hæc sunt, (i. discrepantia.) Quintil.

‖Dissortes, διακεκληρωμένοι. Gloss. qui distinctam sortem habent.‖

Dissuadeo, es, Dehortor, ✕ Suadeo. {μεταπείθω. GALL. *Dissuader, desenhorter, desconseiller.* ITAL. *Dissuadere, sconfortare.* GERM. Mißrahten/ widerrhaten. HISP. *Dissuadir.* ANGL. *To dissuade, to giue a consayle to leaue any thing vndone.*} Plaut. *in Cistel.* Modò quod suasit, dissuadet: quod dissuasit, id ostentat. Ouid. 1. *Metam.*

——— *Pudor est qui suadeat illinc,*
Hinc dissuadet amor.

Cic. 3. *Offic.* Qui non modò non censuerit captiuos remittendos, verùm etiam dissuaserit.

Dissuasor, verbale, qui dissuadet. {ἀποτρέπων, μεταπείθων. GALL. *Desconseilleur, desenhorteur, destourneur.* ITAL. *Chi dissuade ò desconforta.* GERM. Ein widerrhater. HISP. *El que dissuade con razones.* ANGL. *A disswader.*} Cic. *ad Brut.* Itaque in medio Achaico cursu, quum Etesiarum diebus Auster me in Italiam, quasi dissuasor mei consilij retulisset, te vidi Veliæ. Sic Lucan. *lib.* 4. gladium vocat Dissuasorem iusti, quód nos mortis metu à iustitia & honestate deterreat.

Dissuauior, aris, siue Dissauior, vide *Dissauior.* {נשק nischschék. [illegible]. GALL. *Baiser par grand ioye & affection.* ITAL. *Baciare grandemente.* GERM. Mit grosser begird küssen. HISP. *Mucho besar.* ANGL. *To kisse with strong loue.*} Cic. *Tironi.* Ego vos ad quartum Kal. videbo, tuósque oculos etiamsi te veniens in medio foro videro, dissuauiabor.

Dissulcus, vide *Disulcus.*

‖Dissum, ἀκίχαρος. Gloss. Phil. Legitur & *bissum.* Hic, inquit Vulcanius, ἀκίχαρος est res minima. Puto esse Germanicum Bissen est portiuncula, qualis mordendo auferri solet, morsiuncula. Gloss. Arab. habet *Bissa* corrigia, frustulum scil. corij, quo vincimus calceos. Martin.‖

Dissuo, propriè significat id quod sutum erat dissoluo, Sensim paulatimque dissoluo. {διασπάω. GALL. *Descoudre, deffaire & rompre peu à peu.* ITAL. *Discucire.* GERM. Zertrennen/ oder aufftrennen. HISP. *Descoser lo cosido.* ANGL. *To rippe and vndoe that was sowed.*} Vnde dissuere amicitias per translationem dixit Cic. 1. *Offic.* Vt amicitias quæ minus delectent, & minus probentur, magis decere censent sapientes sensim dissuere, quàm repentè præcidere.

Distabesco, is, apud Cato. *de re rust. cap.* 24. legitur pro simplici tabesco. {מסס masás המס hemes. συντήκομαι. GALL. *Se fondre & consumer.* ITAL. *Struggersi, disfarsi.* GERM. Verschwinen. HISP. *Derretirse.* ANGL. *To pine or wither away.*} Hunc (inquit) in fiscellam suspendito, finito cum musto distabescat.

Distædet, Multùm & vehementer tædet. {διαχθομαι. GALL. *S'ennuyer, se fascher.* ITAL. *Rincrescere forte.* GERM. Es verdreußt mich sehr. HISP. *Auer mucho pesar ò enojo.* ANGL. *To be loath to do a thing.*} Terent. *in Phorm.* Denipho te appello: nam me cum hoc ipso distædet loqui. Plaut. *Amph.* Pol haud quód tui me, neque domi distædeat.

‖Distamos, dubietas, dubium. L. g. b.‖

Distantia, vide *Disto.*

‖Distegus, δίστεγος, ον, duo tecta, seu contignationes habens. τέγη tectum‖

Distendo, is, In diuersas partes tendo. {מתח matáh רקע rakáh. διατείνω. GALL. *Estendre çà & là.* ITAL. *Distendere.* GERM. Auffspannen/ von einander strecken. HISP. *Estender en diuersas maneras.* ANGL. *To stretche out hither and thither.*} Colum. *lib.* 5. Stabilior est vinea quæ ex vtraque parte iugo deuincta, pari libramento, velut anchoris quibusdam distenditur. ¶ Est & Distendere, idem quod implere. {διατείνω.

Angl. *To stouffe, to streme.*} tractum ab vtre, qui quum plenus est, tenditur: quum vacuus, relaxatur. Virg. 4. *Georg.*

——— & dulci distendunt nectare cellas.

Distentus, Repletus. {διατεταμένος. Gall. *Estendu de toutes parts, plein de tous costez.* Ital. *Pieno, ripieno.* Germ. Außgefült/ gespannen. Hisp. *Lleno.* Angl. *Streyghted or stuffed out, full on all partes.*} Plin. Distentus solita ira carnis. ¶ Nonnunquam idem significat quod occupatus, vel destrictus, à verbo Distineor. {ἀσχολούμενος. Gall. *Occupé, empesché.* Ital. *Occupato.* Germ. Behafftet/ mit geschäfften beladen. Hisp. *Detenido.*} Sed in hac significatione participium est à verbo Distineor. Cicer. *ad Attic.* Breuitate epistolæ scire poteris eum valde esse distentum.

Distentissimus, pro occupatissimo, apud Cic. *lib. 3. de nat. Deor. & ad Att. lib. 13.*

Distentio, verbale. {מתיחה *rithiáh.* διάτασις, διάστασις. Gall. *Estente, eslargissement.* Ital. *Stendimento.* Germ. Zerspannung/ außstreckung. Hisp. *Tendimiento.* Angl. *A streighting or stuffing.*} Cels. *lib. 2. c. 8.* Si vero in tenuiore intestino morbus est, vomitus, singultus, neruorum distentio, delirium, mala sunt.

Distentus, us, aliud verb. {ἔκτασις. Angl. *A stretching or streeching out.*} Plin. *lib. 8. c. 38.* Alia solertia in metu melibus, sufflatæ cutis distentu ictus hominum & morsus canum arcent.

Distento, as, are, διατείνω, frequentatiuum. {Angl. *To stouffe a thing and make it strowte.*} Virg. 9. *Eclog.*

Sic cytiso pastæ distentent vbera vaccæ.

Tib. *lib. 2. Eclog. 6.*

Distendet spicis horrea plena Ceres.

‖Distennere, expandere, vt tere. Vide *Tenno.*‖

Distermino, idem est quod separo, vel diuersas res termino. {הגביל *higbil.* ὁρίζω. Gall. *Diuiser, separer, borner entre deux.* Ital. *Separare.* Germ. Zertheylen/ von einander außtheylen/ underscheiden. Hisp. *Deslindar los terminos, apartar.* Angl. *To bounde place frome place.*} Plin. *lib. 12. c. 21.* Arabia Iudæam ab Ægypto disterminat. Lucret. *lib. 1.*

——— & Gallica certus

Limes ab Ausoniis disterminat arua colonis.

Disterminus, διαχωριζόμενος (dicitur vt conterminus) terminis finibúsque separatus.

Distero, is, Multùm, siue crebrò tero. {שבר *schibbér.* συντρίβω. Gall. *Fort broyer & menuiser.* Ital. *Tritare sottilmente, frustare.* Germ. Gantz zerreiben oder zerstossen. Hisp. *Trillar mucho.* Angl. *To break small, to pounde or braye in a morter.*} Cato *de re rust. c. 75.* Libum hoc modo facito, Casei pondo duo bene distere in mortario.

Distichon, Carmen duorum versuum, δίστιχον. Nam στίχος Græcis versus est. Sic Tetrastichon, τετράστιχον dicimus quatuor versus: Hexastichon, ἑξάστιχον, sex.

‖Distichum scil. hordeum, cuius spicæ binis granorum versibus, id est, ordinibus constant. Adiectiuum est δίστιχος, ον, habens duos στίχους. στίχος est ordo, versus.‖

Distillo, as, Paulatim fluo. {נטף *natáph.* ἀποστάζω, καταστάζω. Gall. *Distiller, degoutter.* Ital. *Distillare.* Germ. Abhintropffen. Hisp. *Distilar ò gotear.* Angl. *To droppe downe by litle an litle.*} Virg. 3. *Georg.*

——— Lentum distillat ab inguine virus.

Columell. Hoc autem erit quod distillauerit antequam nimium calcetur vua.

Distillatio, quam Græci catarrhum, κατάῤῥουν, coryzam, vel blanchum vocant. {Angl. *A reume or catarre.*} Plin. *libr. 20. cap. 6.* Sanguinem verò excreantibus, & phthisicis distillationibus longis, vel succus, vel ex ipso cibus prodest. Senec. *epist. 79.* & Sueton. *in August. cap. 81.*

Distillarius, ij, Concinnator, siue venditor distillationum. Senec. Iam librarij varias exclamationes, & botularium, & distillarium, & omnes popinarum institores mercem suam quadam insignita modulatione vendentes.

‖Distina, Diastema vnius temporis, quantum in sonis spatium facit pyrrhichius, vel maius hemitonium. Vide *Enginum.*‖

Distineo, es, Impedio, impeditum teneo. {ἀσχολῶ. Gall. *Occuper, empescher.* Ital. *Tenere impedito.* Germ. Auffhalten/ mit geschäfften beladen vnd verhindern. Hisp. *Detener empachado.* Angl. *To hinder to staye withhold.*} Cic. *Mario*, Nos hic multitudine & celebritate iudiciorum, & nouis legibus ita distinemur, vt quotidie vota faciamus ne intercaletur, vt quamprimum te videre possimus. Lucret. *lib. 5.* Et mare, quod latè terrarum distinet oras, id est, occupat, & tenet. ¶ Item arcere, repellere, ἀπείργειν. Virg. *lib. 11.*

——— dum distinet hostem

Agger murorum, neque inundant sanguine fossæ.

Distinguo, is, Diuido, discerno, à Dis, & tingendo, quia diuersis tincta coloribus facile separantur atque dignoscuntur. {הבדיל *hibdil* הפריד *hipridh.* διορίζω, διακρίνω, χωρίζω, διαλαμβάνω, ἀφορίζω. Gall. *Distinguer, remarquer, separer, mettre à part.* Ital. *Distinguere.* Germ. Underscheiden. Hisp. *Distinguir ò apartar ò hazer diferencia vna cosa de otra.* Angl. *To distinguish, to put difference, to put a sunder.*} Col. *lib. 1.* Sed & lateribus distinguuntur granaria, vt separatim quæque legumina ponantur. Cicer. *in Paradox.* Causa igitur hæc, non natura distinguit. Idem *6. Verr.* Sed ea quo pacto distinguere, ac separare possim, nescio. ¶ Aliquando idem quod variare, siue exornare. Idem *de natur.* Quorum omnium multitudo insatiabili varietate distinguitur. *Ibidem*, Cælum astris distinctum & ornatum. *Ad Heren.* Varietate orationem distinguere. Distinguere à, vel ab. Cic. 4. *Acad.* Qui distingues artificem ab inscio? Plin. *lib. 11. cap. 51.* Sed ante omnia explanatio animi, quæ nos distinxit à feris. Distinguere grauiora opera lusibus iocisque, hoc est, quasi alternare, inquit Budæus. Plin. *epist 174.* Qua ratione ductus, grauiora opera lusibus, iocisque distinguo. Item, Notulis quibusdam notare. Plin. *lib. 18. cap. 18.* Albis maculis rutilum colorem distinguentibus.

Distinctus, participium. {מובדל *mubdal* מופרד *muphrádh.* διωρισμένος. Gall. *Distinct, separé.* Ital. *Distinto, separato.* Germ. Underscheiden. Hisp. *Apartado.* Angl. *Distinguished, made different.*} Cic. *de nat. deor.* Quorúmque operibus, agri, insulæ, littoráque collucent distincta tectis & vrbibus.

Distinctio, nis, Diuisio, separatio. {הבדל *hébhdel.* ἀφορισμός. Gall. *Distinction, marque, difference, diuersité, separation.* Ital. *Differentia, diuersità, separatione.* Germ. Underscheidung. Hisp. *Apartamiento, diferencia.* Angl. *A distinction, a separation.*} Cic. 1. *de Legib.* Lex est distinctio iustorum & iniustorum.

Distinctus, us, ui. Tacit. *lib. 5.* Ore, ac distinctu pennarum à cæteris auibus diuersum. Stat. *lib. 1. Syl.*

——— quum regula longo

Synnada distinctu variat.

Distinctè, aduerb. Separatim, diuisim. {διωρισμένως. Gall. *Distinctement, separement.* Ital. *Separatamente, distintamente.* Germ. Underscheidenlich. Hisp. *Apartadamente.* Angl. *Distinctlie or with distinction or putting of difference.*} Cic. 1. *Tusc.* Sed quia profitentur ipsi illi, qui eos scribunt, se neque distinctè, neque distributè, neque eleganter, neque ornatè scribere, lectionem sine vlla delectatione negligo.

‖Distisum, pertisum olim, quod nunc distæsum & pertæsum.‖

Disto, as, differo. {רחק *rachák.* διαφέρω. Gall. *Estre loin, estre separé, different, ou dissemblable.* Ital. *Esser distante, differente.* Germ. Dauon stehen/ dauon sein. Hisp. *Alexarse de lugar, estar apartado.* Angl. *To be distant to differre.*} Cicer. 2. *Offic.* Quibus rebus exculta hominum vita tantùm distat à victu, & cultu bestiarum. Lactant. *lib. 2.* Alioqui inter Deum hominémque distaret nihil, si consilia & dispositiones illius maiestatis æternæ, cogitatio assequeretur humana. Ouid. *Eleg. 1. lib. 1. Trist.*

Distat & à meriti tempore pœna sui.

Idem *ibid.*

Tessera quos habeant numeros distante vocato. Ibid.

Crede mihi, distant mores à carmine nostro.

Idem *Eleg. 12. lib. 3. Trist.*

Scena fauet, studiisque fauor distantibus ardet.

Curatio distans, id est, differens. Cels. *lib. 5. cap. de cur. mors. serpent.* ¶ Propriè autem significabat abesse, longè positum esse & disiunctum. ἀπέχειν, διεστάναι, ἀφεστάναι, δίχα εἶναι. Hirt. 4. *bel. Alex.* Quum hi tam paruo spatio distarent ab ipsis. Plin. Quod circiter quinque millia passuum distat ab vrbe.

Distantia, differentia, interuallum. {מרחק *merchák.* διαφορά, διάστημα, διαχώρησις. Gall. *Difference, distance, lointaineté.* Ital. *La distanza, l'essere remoto, la differenza.* Germ. Ein weite/ vnderscheid. Hisp. *Apartamiento, espacio de lugar, diferencia.* Angl. *Space betwene, distance.*} Cic. *de Amic.* Nec ob aliam causam vllam boni improbis, improbi bonis amici esse non possunt, nisi quòd tanta est inter eos, quanta maxima potest esse, morum studiorúmque distantia. Quint. Distantia, pro differentia.

Distito, as, frequentatiuum. διίστημι. Col. *lib. 7.* Distitent inter se aliquanto spatio, ne in collectatione alter alteri noceat.

Distorqueo, es, In diuersum torqueo. {עקש *hikkésch* השזיר *hischzir.* διαστρέφω. Gall. *Destordre, tordre d'autre costé.* Ital. *Distorcere.* Germ. Verdrähen/ verkrümmen. Hisp. *Torcere al contrario, ò destorcer.* Angl. *To sett awrie, to wrest a side.*} Terent. *in Eunuch.* Ah illud vide, os vt sibi carnifex distorsit. Cic. *de Orat.* Demonstrauit digito pictum gallum in Mariano scuto Cimbrico sub nodis distortum. Idem *pro Muren.* Solos sapientes si distortissimi sint, formosissimos: si mendicissimi, diuites.

Distortio, nis. {מעקש *mahakásch.* διαστροφή. Gall. *Destorse, torture, tortuosité.* Ital. *Torcimento.* Germ. Verkrümbt/ umbbiegeboogen. Hisp. *Torcedura.* Angl. *A setting awrie, a wresting a side.*} Cic. 4. *Tusc. & 5. de finib.* In quibus si peccetur distortione, & deprauatione, aut motu, statúve deformis, &c.

Distortus, a, um, Contortus, nomen ex participio. {Angl. *wrested aside.*} Cic. *pro Murena*, Solos sapientes si distortissimi sint, formosissimos: si mendicissimi, diuites.

Distraho, Diuersè traho, diuello, disiigo. {פרק *parkáb.* ἀποσπάω, ἀφέλκω, διασπάω. Gall. *Detirer, tirer en diuerses parties.* Ital. *Tirare en diuerse parti.* Germ. Zerziehen/ zertheylen. Hisp. *Distraher, arrastrar por partes.* Angl. *To drawe a sunder.*} Terent. *Phorm.* Quòd si eò meæ fortunæ redeunt, Phanium abs te vt distrahar. Plaut. *Curc. sc. 1. a. 2.* Pulmones distrahuntur, cruciatur iecur. Distrahi aciem (id est, distendi, dissipari, pro differre,) Cæsar *lib. 1. de bell. ciuil.* Virg. *lib. 6.*

Turbatis distractus equis.

¶ Refertur plerunque ad animum, quum ad varias sententias & occupationes trahitur. Cic. 1. *Offic.* Distrahitur in deliberando animus ¶ Ponitur etiam pro vendo. {שבר *schabar* מכר *machár.* πιπράσκω διαπωλεῖν. Gall. *Vendre, aliener.* Ital. *Vendere, alienare.* Germ. Verkauffen/ vnd vertreiben. Hisp. *Vender mal, enagenar.* Angl. *To sell.*} Vlp. *de transact.* Si vni pluribúsve fundus ad alimenta fuerit relictus, velintque eum distrahere, necesse est Prætorem de eius distractione & transactione arbitrari. Apul. *lib. 1.* Caseus recens erat, & scitè saporis, admodum commodus pretio distrahi. Gell. *cap. 1. lib. 10.* Bona venum distrahuntur. ¶ Item pro compono, sedo, finio διαλύω. Cic. *pro Cæcil.* Ideo quòd omnia iudicio aut distrahendarum controuersiarum, aut puniendorum maleficiorum causa reperta sunt. Et apud Suet. *in Cæsar. c. 85.* Distrahere controuersias iureiurando.

Distractio, verbale, Separatio, alienatio, disiunctio. {הבזר *hébhzer.* διασπασμός. Gall. *Separation, alienation, estrangement.* Ital. *Separatione, alienatione.* Germ. Zerziehung/ zertrennung. Hisp. *Apartamiento, enagenamiento.* Angl. *A selling or a drawing a sunder.*} Cic. 3. *Offic.* Nulla enim nobis tyrannis societas est, sed potius summa distractio. Plaut. *Pseud. sc. 1. a. 1.* Harum mihi voluptatum, & itidem tibi distractio, discidium vastities venit. ¶ Distractio, Venditio. Vlp. *D. lib. 19. tit. vlt. lib. 15.* Et societas non videtur contracta in eo quòd te non admisit socium distractioni, sed sibi certum pretium excepit.

‖Distratum, bistratum, biuium. L. g. b.

Distria, clauæ ferreæ. Idem.‖

Distribuo, is, Diuido, partior, tribuo. {חלק *chalák* פלג *pilégh.* διανέμω. Gall. *Distribuer, departir, diuiser çà & là.* Ital. *Distribuire,*

Dispensare. GERM. Außtheylen oder zertheylen. HISP. *Distribuir, partir.* ANGL. *To distribute, to deuide into sundry partes.* } Ter. *in Adelph.* Argentum annumeratum illico. Dedit præterea in sumptum dimidium minæ. Id distributum est sanè ex sententia Cæs. *1. bell. Gall.* Ut nusquam plures ciuitates consisterent, quærendam sibi, ac latius distributum exercitum putauit. Plin. *Epist.* 149. Distribuamus illos in ea ministeria, quæ non longè à pœna sunt.

Distributè, aduerbium, Distinctè, partitè. { διανεμητικῶς, διῃρημένως. GALL. *Distinctement, auec partitions & diuisions, par parties.* ITAL. *Per parti, distintamente.* GERM. Zertheilt. HISP. *Con repartimiento, en partes, apartadamente.* ANGL. *Distinctelie, by partes.* } Cic. *2. Inst.* Sed quia profitentur illi ipsi, qui eos scribunt, se neque distinctè, neque distributè, neque eleganter, neque ornate scribere, lectionem sine ulla delectatione negligo. Idem *2. de inuent.* Sin distributius tractare quis volet, partiatur in animam & corpus, & extraneas res licebit.

Distributor, is. { חלק *chólek* מפלג *mephallegh.* διανομεύς, διαιρέτης. GALL. *Partisseur, distributeur.* ITAL. *Distributore, partitore.* GERM. Ein zertheyler oder außtheyler. HISP. *El que reparte por diuersos.* ANGL. *A deuider.* } Cic. *in Pison.* Hoc certè video, quod indicant tabulæ publicæ vos rogatores, vos distributores, vos custodes fuisse tabularum: nonnulli tamen hoc loco, & rectè, legant *Diribitores.*

Distributio, nis, Diuisio, partitio, descriptio. { מחלקת *machalóketh* חלקה *chaluķķah* פלגה *pelugàh.* διανομή, διαίρεσις. GALL. *Distribution, departissement, diuision.* ITAL. *Partimento, diuisione, distributione.* GERM. Ein zertheylung oder außtheylung. HISP. *Repartimiento en partes.* ANGL. *A deuiding or parting in partes.* } Cicer. *pro Cluent.* Itaque mihi certum est, hanc eandem distributionem inuidiæ & criminum sic in defensione seruare, &c. ¶ Distributio à rhetoribus appellatur figura quæ à Græcis vocatur μερισμός, quum singulis rebus suam proprietatem tribuimus: vt, Lycurgus, cuius omnes partes corporis ad nequitiam sunt appositissimæ, oculi ad petulantem lasciuiam, manus ad rapinam, dentes ad auiditatem, virilis naturæ membra (quæ non possumus honestè appellare) ad omne genus corruptelæ, pedes ad fugam prorsus, vt aut ex hoc vitia, aut ipse ex vitiis ortus videatur.

[Distrigare, consummare. Gl. Isid.]

DISTRINGO, Arctè stringo, constringo. { צרר *tsarar* צר *tsar* בצר *Batsár* חסם *chasám* בלם *balám.* διασφίγγω, διασφίζω. GALL. *Estreindre, serrer estroittement.* ITAL. *Stringere strettamente.* GERM. Vestricken, hart zusammen ziehen. HISP. *Estregar, estreñir estrechamente.* ANGL. *To streyne, to bend hard or streitl.* } Cicer. *lib. 3. Offic.* Fraus distringit, non dissoluit periurium. ¶ Quandoque defrico, seu radendo sordes detergo. { מרט *marát* קלקל *ķilķél.* ξύω, ἀποξύω. } Vnde distringere sese dicuntur, qui in balneis sudores, & sordes à corpore abradunt: quem in vsum etiam strigiles habere solent. στλεγγίς. Mart. *lib. 14.*

Pergamus has misit: curuo distringere ferro:
Non tam sæpe teret lintea fullo tibi.

Plin. *lib. 34. c. 8. de Lysippo,* Plurima ex omnibus signa fecit fœcundissimæ artis, inter quæ distringentem se, quem M. Agrippa ante thermas suas dicauit. ¶ Distringere gladium, est nudare & vagina eximere. { שלף *schalaph.* ξίφος σπάσασθαι. } Cicer. *lib. 3. Offic.* At ille vt ingressus est, confestim gladium distrinxit, iurauitque se illum statim interfecturum. ¶ Quandoque colligere. { קסס *koses.* συλλέγειν. } Col. *lib. ult.* Sereno cœlo manibus distringi oliua oportet, & substratis tegetibus, aut cannis cribrari & purgari. Hieron. Amos propheta, pastor & rusticus, mora ruborum distringens, paucis verbis explicari non potest. Item, Distringere, siue destringere frondem immaturam. Metaph. Quint. Et Ouid. *Eleg. 1. lib. 2. Trist.*

Non ergo mordaci distrinxi carmine quemquam,

(id est, læsi, infamaui.) Liu. *lib. 5 d. 4.* Annibalem sine mora mittendum in Africam ad distringendos Romanos. Idem *lib. 4. d. 5.* Distringere copias regias populatione. Item, Distringi spe, curis, labore. Quint. ¶ Quandoque distraho, siue impeditum teneo. ἀσχολῶ. Idem Quint. Quibus componendis paulò plusquam biennium, tot alioqui negotiis districtus, impendi: id est, distractus & impeditus. Districtus pro coarctatus: Cic. *ad Cælium lib. 2. c. 14.* Districtus enim mihi videris esse, quod & bonus ciuis & bonus amicus es. hoc est, ita in angustum redactus, vt nescias, quo te vertas, quasi dicat, nescis vtrum fauas Reip. partibus, an amicorum tuorum, qui eam perturbant. Item pro seuero & nihil remittente. Vnde districtam seueratricem vocauit Valerius *lib. 8. c. 2.* Ouid. *Eleg. 1. lib. 2. Trist.*

Districtus minimo, nec tamen ille nota,

(nempe Propert. ob amandi præcepta.) Senec. *c. 16. de vita beat.* Alij alligati, alij adstricti, alij districti. ¶ Districtus potest & sine vinculis esse. Obligatus etiam nodis vinculorum in loco intelligitur. Plus est ergo obligatum esse, quàm districtum. Ascon.

Districtè, aduerb. { ἀκριβῶς, στερρῶς. GALL. *Estroittement.* ITAL. *Strettamente.* GERM. Eingezogenlich, bestiglich. HISP. *Estrechamente.* ANGL. *Streytly.* Plin. *lib. 9. Epist. ad Sabin.* Iungam tamen tantò plenius & effusius, quantò ipsum acriùs, seueriusque corripui, districtè minatus, nunquam me postea rogaturum. Vlp. *l. 7. D. de minor.* Et districtè probandum est in rebus quæ fortuitis casibus subiecta sunt, non esse minoris aduersus emptorem succurrendum. ¶ Districtè idem quoque aliquando quod præcisè, perfractè. Vlp. *l. 13. D. de prec.* Hæc neque passim admittenda sunt, neque districtè neganda.

Districtiùs, comparat. Magis districtè. { ANGL. *More streictly.* } Apul. *in Apol.* Quanquam etsi districtiùs magnum me dixisset vidett.

Districtim, idem quod districtè. { ANGL. *Streictly.* } Senec. *controuers. lib. 7.* Malè de se existimare eum, qui ire iudicem districtum innocens nollet.

Districtio, nis, Difficultas, anxietas. { δυσκολία. GALL. *Difficulté, malaisance, empeschement.* ITAL. *Difficultà.* GERM. Ein schrodte. HISP. *Difficultad de hazer alguna cosa.* ANGL. *A letting or cumbring.* } Paulus *l. 16. de recept. arbitr.* Quod sine vlla districtione ipsius interdum futurum est, id est, difficultate, aut impedimento. Hotoman.

DISTRUNCO, as, compositum à trunco, idem est quod mutilo, vel in partes diseco. { διακόπτω. GALL. *Couper & oster iusques au tronc.* ITAL. *Troncare.* GERM. Abhawen. HISP. *Destroncar, partir por medio.* ANGL. *To loppe or shred boughes of trees.* } Plaut. *in Trucul.* Ego te hic agnum faciam, & medium distruncabo.

DISTRUO, is, seorsim, vel separatim struo. { διασκευάζω. GALL. *Bastir à l'escart.* ITAL. *Struggere.* GERM. Nebenfich bawen. HISP. *Componer o edificar.* ANGL. *To build a sunder.* } Sueton. *in Calig.* Distructis ac instructis pro loci dignitate compluribus cellis.

DISTURBO, Dirimo, dissuo, diruto. { נתץ *nathás* נתש *nathásch* נתש *natásch.* διαταράττω, συγχέω. GALL. *Destourber, demolir, ruiner, ruer ius, ruiner & abatre.* ITAL. *Disturbare.* GERM. Zerstörmen, zerstören, zerbrechen vnd eines hie das ander dort hinauswerffen. HISP. *Destaratar.* ANGL. *To cast or beate downe, to lett or disturbe.* } Cic. *pro domo sua.* Etiam se videre distrahi à complexu suorum, disturbari tecta, diripi fortunas. Idem *pro Sext. Rosc.* Qui idem lædit, quantum in ipso est disturbat humanæ vitæ societatem. Rus te hodie constitutam. S. At nunc disturba, quas statuisti machinas. Plaut. *Pseud. sc. 5. a. 1.*

Disturbatio, nis. { מהפכה *mahpecháh.* ἀνάστασις, διαφθορά. GALL. *Demolition, abatement.* ITAL. *Ruina, abattimento.* GERM. Zerstörung, zerwerffung. HISP. *Ruyna, destrucion.* ANGL. *A casting or beating downe deadlong.* } Cic. *3. Offic.* Sed vtilitatis specie in Repub. sæpissimè peccatur, in Corinthi disturbatione nostri.

Dīsulcŭs, à veteribus porcus dicebatur diuisas in ceruice setas habens. Festus.

Ditesco, vide *Dis.*

DĪTHYRĂMBŬS, διθύραμβος. Viri Thebani nomen, qui primus hymnos inuenisse creditur, qui in honorem Bacchi solent decantari: à cuius nomine ipsi etiam hymni dithyrambi creduntur appellari. Hor. *lib. 4. Carm.* Seu per audaces noua dithyrambos Verba deuoluit, numerisque fertur Lege solutis. Quanquam & ipse Bacchus Dithyrambus est cognominatus, ἀπὸ τοῦ διὰ δύο θύρας ἀναβαίνειν: quòd per duas veluti portas in vitam ascenderit. Bis enim natus creditur, ex vtero matris Semeles & femore Iouis. ¶ Hinc locus factus prouerbio, Non est dithyrambus si bibat aquam, οὐκ ἔστι διθύραμβος ἂν ὕδωρ πίνῃ. Non adest hilaritas quum deest vinum. ¶ Sumptum & illud à poëtis dithyrambicis, qui Bacchio afflati furebant: Minus habes mentis, quàm dithyramborum poëtæ: διθυραμβοποιῶν νοῦν ἔχεις ἐλάττονα; in stupidos ac furiosos torquebatur.

[Dithyrambicus, a, um, ad Dithyrambos pertinens. Dithyrambica audacia, seu licentia, i. e. magna.]

Dĭtĭo, nis, significat imperium, dominium. { ממשלה *memschaláh.* ἐπικράτεια. GALL. *Seigneurie, autorité, maistrise, demaine, empire.* ITAL. *Giurisditione, imperio, signoria.* GERM. Ein gebiet oder herrschafft. HISP. *Iurisdicion y señorio.* ANGL. *Impyre, dominion, power, rule.* } Plaut. *in Mil.* Loquere, aureis meas profectò dedo in ditionem tuam. Plin. *lib. 34. c. 20.* Alexandria in ditionem redacta. Cic. *2. de Leg.* Ditione atque numine deorum geruntur res. Hoc nomen quamuis à dis, ditis deriuari videatur: tamen contra naturam primitiui corripit primam. Senec. *Epist. 39.* Extra ius & ditionem fortunæ. Velleius, Se Tigranes ditioni Pompeij permisit. Item Plaut. *Amph.* Dedunt se in ditionem & arbitratum Thebano populo. In ditionem domini seruum redire. Sueton. *in Claud. cap. 25.*

Dĭto, as, & ditesco. Vide *Dis.*

Ditrŏchæŭs, διτρόχαιος: pes constans ex duobus trochæis: hoc est, ex longa & breui, & iterum longa & breui, vt Cantilena.

DĪŪ, aduerb. pro die, à quo fit interdiu. { יומם *jomám.* μεθ' ἡμέραν. GALL. *De iour.* ITAL. *Di giorno.* GERM. Den tags oder am tag. HISP. *De dia.* ANGL. *In tyme of day.* } Plautus. Nec noctu, nec diu quietus. ¶ Interdum significat longo tempore. { בארך ימין *beorech jamin* לעלם *leolám.* δηρόν, πολὺν χρόνον, μέχρι, μακράν. GALL. *Long temps, longuement.* ITAL. *Longamente.* GERM. Lang, langezeit. HISP. *Largo tiempo, largos años.* ANGL. *Long tyme, a great whyle.* } Horat. *in Epist.* Quo semel est imbuta recens seruabit odorem Testa diu. Cicer. *de senect.* Quanquam (ò dij boni) quid est in hominis vita diu? Se mœnibus hostes continuere diu, (id est, per annos nouem.) Ouid. *3. Metam.* Expectata diu flamina. *Ibid.* Iam reuortar, diu est iam mihi. Plaut. *Mostell. sc. 4. a. 1.* Multum diúque cogitaui. *Ibid. sc. 2. a. 1.* Iamdiu scio quis is fuit. Idem *Pseud.* Nimis diu abstineo manum. Idem *Mostell. sc. 3. a. 1.* Nimium consultas diu. Idem *Curc. sc. 3. a. 1.* P. Iam bibes. A. Diu fit. *Ibid. sc. 2. a. 1.* Nisi qui sat diu vixisse se arbitrabatur. Idem *Capt. sc. 1. a. 4.* ¶ Habet autem frequenter post se particulam *quum.* Idem *in Mercat.* Nam illi quidem haud sane diu est quum dentes exciderunt. Interdum etiam *quòd. Ibid.* Syra non redit, quem accersitum patrem haud diu est quòd miseram. Iam diu est factum quum discessi ab hero. Idem *Asin. sc. 1. a. 1.*

Diutilè, vel potiùs diutulè. { GALL. *Assez long temps, assez bonne piece.* } Gell. *c. 10. lib. 5.* Postea quum diutilè auditor assectatórque Protagoræ fuisset. Idem *c. 16. lib. 11.* Cùm diutilè tacitus in cogitando fuissem. His locis *Diutilè* legit Passer. cùm exemplaria correcta habeant *diutulè,* quod magis probo.

Diutiùs, & Diutissimè, Iamdiu & quamdiu: de quibus suis locis.

Diuturnus, a, um, vide suprà in *Dies.*

DĪVĂGŎR, Oberro, huc illuc vagor. { נדד *nadhádh.* πλανῶμαι. GALL. *Vagabonder, estre vagabond.* ITAL. *Vagare, andare vagabondo.* GERM. Vmbschweyffen. HISP. *Vagar, andar vagabundo.* ANGL. *To go a stray and wander hither and thither.* } Lactant. *lib. 5.* Vbi animus in multa dispersus, huc atque illuc diuagatur.

DĪVĀRĬCO, as, Extendo, diuido. { פשק *pisék.* διαβαίνω. GALL. *Estendre, escarquiller.* ITAL. *Allargar qualche cosa.* GERM. Außstrecken von einander thun. HISP. *Estender.* ANGL. *To straddle, to go wide with the bones and legges.* } & propriè de iis dicitur, qui crura in diuersas partes extendunt: vnde & tibias diuaricatas dicimus, in diuersas partes directas. Quanquam etiam de aliis rebus dicitur. Cato, Arbores hoc modo putentur: ramos diuaricentur, quos relinques. hoc est, in diuersas partes brachia disponantur. Nonius, Diuaricari dictum est distendi, ab his qui vitio naturæ ita sunt, pedibus directis, vt eos in diuersum habeant separatos. Huius simplex est Varico: de quo suo loco.

[Diuellio. σπήλαιον. Gloss. quasi à diuellendo. GERM. Spaltung.]

DĪVELLO, is, diuulsi, diuulsum, Abstraho, auello, disiungo, distraho, sepa-

ro. {פרק nachák. [illegible]. Gall. *Arracher & desioindre, oster & rauir.* Ital. *Diuellere, cauar per forza.* Germ. Abreissen, voneinanderreissen, ausreissen. Hisp. *Arrancar apartando.* Angl. *To drawe or pluck a sonder.* } Sal. Rapi virgines, pueros, diuelli liberos à complexu parentum. Seneca, Cum triginta tyranni diuellerent Atheniensium ciuitatem. Cic. 2. *Offic.* Eâque est summa ratio & sapientia boni ciuis, commoda ciuium defendere, non diuellere, atque omnes æquitate eadem continere. Idem *de senect.* Iam omnis conglutinatio recens ægrè, inueterata facilè diuellitur. Idem *de Arusp. respon.* Consensus ordinum est diuulsus. Membra diuulsa. Ouid. 3. *Trist. Eleg.* 9.

Atque ita diuellas, diuulsaque membra per agros Dissipat.

Vnda diuulsa remis, idem 8. *Metam.*

DIVĒNDO, is, ere, Vendo, abalieno, distraho. {מכר machár שבר schabar. [illegible]. Gall. *Vendre à plusieurs.* Ital. *Vendere à diuersi.* Germ. Hin vnd her verkauffen. Hisp. *Vender à diuersos.* Angl. *To sett to sayle, or to sell often.* } Cicer. *de leg. Agrar.* Hic permittit lege sua vt Decemuiri bona populi Romani possint diuendere.

DIVĔRBĔRO, as, are, Scindo. {[illegible], διαχέω. Gall. *Frapper à trauers, donner dedans.* Ital. *Fendere, percuotere.* Germ. Zerschlagen, mit schlagen zertheilen. Hisp. *Hender, açotar.* Angl. *To strike through or asonder.* } Virg. 5. *Æneid.*

Primaque per cælum neruo stridente sagitta
Hyrtacidæ iuuenis volucres diuerberat auras.

Idem 6. *Æneid.*

———*Ferro diuerberat umbras.*

Diuērbĭă, partes comœdiarum vbi plures personæ versantur: à personarum varietate dicta, [illegible]. Liuius, Inde ad manum cantari histrionibus cœptum, diuerbiáque tantùm ipsorum voci relicta. Seruius aliter, Diuerbium, inquit, primus actus comœdiæ, Græcè protasis: nam quælibet comœdia diuiditur in prologum, protasin, epitasin, catastrophen. ¶ Alij autem volunt esse notabilem sententiam, tanquam sit verbum in multorum ora diuisum, & [illegible].

Diuergium, amnis, quia in diuersum vergit. Frontin.

DIVĔRTO, is, & Diuertor, eris, Ab itinere deflecto, de via recedo. {נטה natáh. [illegible]. Gall. *Se destourner, tourner son chemin en quelque part.* Ital. *Diuertire, tornare in strada.* Germ. Abkehren oder abtretten, sich etwan hinwenden. Hisp. *Apartarse del camino.* Angl. *To turne his way some where, to go out of his purpose.* } Cic. 6. *Phil.* Nuntiant te Pompeij conueniendi causa diuertisse Massiliam. Idem *Att. lib.* 1. Sed itineris causa vt diuertas primum est deuium. Idem *pro Fonteio*, Qui Cobiacho diuerterentur, neque Tholosam ire vellent. Plaut. *Men. sc.* 3. *a.* 4. Vt dudum diuorti abs te (in turba) redeo nunc demum domum. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 2. Diuortor extra portam apud anum Chrysidem. Idem *sc.* 2. *a.* 4. In id angiportum me diuerti, (aliàs *diuorti*) iusseras. Idem *Men. sc.* 1. *a.* 2. Nemo ferè (in Epidamnum) sine damno diuortitur. Idem *in Milit. sc.* 1. *a.* 2. Is in proximo diuortitur apud paternum hospitem. Idem *in Amph.* Diuertendum est mihi in popinam. ¶ Pro diuortium facere. Gell. *cap.* 5. *lib.* 4. Nullis diuertentibus matrimoniis: id est, nullis coniugibus diuortium facientibus. *ri matrimonia* enim pro coniugibus hic sumitur, vt notauit Passer. ¶ Per translationem accipitur pro digredi: & expatiari in oratione, παρεκβαίνειν. Cic. *lib.* 12. *Epist.* Sed redeamus ad illud vnde diuertimus. Lactant. *lib.* 9. Sed huc necessariò diuertendum erat, vt ostenderem tot & tanta ingenia in rebus falsis esse consumpta. ¶ Est item Diuertere in diuersorium, vel hospitium se recipere. {נטה natáh חסה chasáh לין lún. [illegible]. Gall. *Se retirer & aller loger en quelque lieu.* Ital. *Albergare.* Germ. Einkehren in ein herberg. Hisp. *Aposentarse en posada, recogerse.* Angl. *To go and lodge in some place.* } In qua significatione ferè habet accusatiuum cum præpositione ad, vel in: nisi fortè accusatiuus ex eorum sit genere, qui verbis motum significantibus sine præpositione iungi solent: cuiusmodi sunt propria minorum locorum nomina, & ex appellatiuis duo, rus & domum. Cicer. Quum duo quidam vnà iter facerent, alter ad cauponem diuertit, alter ad hospitem. Idem *pro Milone*, Clodium suspicari debuit ad villam suam diuersurum. Idem 1. *Offic.* Cimon imperauit villicis suis, vt omnia præberent, quicunque Laciades in villam suam diuertisset. Idem *pro Deiotaro*, Quum domum regis hospitis tui diuertisses. ¶ Huic finitimum est Diuersor: quod tamen nullum importat motum: vnde etiam accusatiuum exigit cum præpositione apud: vel ablatiuum cum præpositione in: non enim dicimus, Diuersari ad hospitem, vel Domum alicuius diuersari. Et contrà, Ad hospitem, vel domum cuiuspiam diuertere dicimus, non apud hospitem, vel domi alicuius. Cum Apud, legitur apud Liu. *lib.* 2. *dec.* 5. Domus eorum hospitibus patebant, apud quos ipsis diuerti mos esset. Et Plaut. *in Milite*, Aduolat adolescens, atque in proximo diuertitur apud hospitem paternum. Diuertere, actiua signific. Lucanus *lib.* 2.

———*victor cedentibus instat*
Diuertitque acies,

id est, auertit, abducit. ¶ Diuertunt mores virgini longè ac lupæ. id est, multum differunt inter se mores virginis & meretricis. Plaut. *in Epid.*

DIVĔRSŎR, aris, Hospitio excipior, hospitio alicuius vtor, hospes sum. {נטה natáh חסה chasáh לין lún. [illegible]. Gall. *Se retirer & loger en quelque lieu, y hanter.* Ital. *Albergare, alloggiare.* Germ. Zu herberg sein oder ligen. Hisp. *Aposentar en meson.* Angl. *To lodge or haunte in a place.* } Cic. 3. *Verr.* Rubrium delicias suas parum lautè diuersari dicit. Idem 5. *Tuscul.* Quum Athenis apud eum diuersaret. Idem 2. *Verr.* Domus in qua iste diuersabatur. Accipitur & pro conuersor. Valer. Max. *lib.* 1. Tabernamque in qua is diuersabatur, petere conatus

Diuersito, as, frequentatiuum à diuerto pro deflecto. [illegible]. Gell. *c.* 10. *lib.* 17. Ad ipsa Platonis penetralia, ipsarúmque rerum pondera & dignitates pergendum est: non ad vocularum eius amœnitatem, nec ad verborum venustates diuersitandum.

Diuersor, is, Hospes, qui in caupona diuersatur. {לין lún. [illegible]. Gall. *Celuy qui va en une hostelerie pour loger, un hoste qu'on loge.* Ital. *Albergatore.* Germ. Ein einkehrender gast. Hisp. *El que se aposenta en posada, hospedarse.* Angl. *He that is lodged, a gest.* } Cic. *lib.* 1. *de Inuent.* Caupo cum quibusdam diuersoribus, illum qui antè exierat consequitur, in itinere hominem comprehendit.

Diuersōrium, à diuertendo, Hospitium, caupona, aliúsve locus, ad quem non habitandi, sed ad tempus commorandi causa diuertimus. {מלון malón. [illegible]. Gall. *Hostelerie, logis.* Ital. *Albergo, alloggiamento.* Germ. Ein herberg, wirtshauss. Hisp. *Posada, ò meson.* Angl. *Any lodging place.* } Cicer. *in Catone*, Ex vita ista discedo tanquam ex hospitio, non tanquam ex domo: commorandi enim natura diuersorium nobis, non habitandi dedit. Idem *Fabio Gallo*, Næ ego libentiùs emerim diuersorium Tarracinæ, ne semper hospiti molestus sim. Idem 2. *Orat.* Quiescam in Cæsaris sermone, quasi in aliquo opportuno diuersorio.

Diuersōriolum, diminutiuum. {[illegible]. Gall. *Un petit logis, une petite hostelerie.* Ital. *Hosteria picciola.* Germ. Ein herberglin, wirtsheuslin. Hisp. *Posada pequeña.* Angl. *A litle lodging place or inne.* } Cicer. *ad Cornific.* Nisi quòd Sinuessanum diuersoriolum contempsisti.

Diuersōrius, a, um, vt Taberna diuersoria, id est, caupona. {[illegible]. Gall. *De logis, d'hostelerie.* Ital. *De hosteria.* Germ. Das zu der herberg gehört. Hisp. *Casa de posada.* Angl. *Of a lodging or inne.* } Plaut. *Menæch. sc.* 4. *a.* 2. Abduc istos in tabernam diuersoriam. Idem *Trucul.* In Tabernam ducor diuersoriam, vbi male accipiat mea mihi pecunia. Sueton. *in Neron. cap.* 27. Dispositæ per litora & ripas diuersoriæ tabernæ.

Diuerticŭlum, est via per quam à militari via, siue de itinere nostro aliò diuertimus, flexio de via, anfractus. {נתיבה netibáh. [illegible]. Gall. *Destour de chemin.* Ital. *Sentiero, diuigimento.* Germ. Ein abwäglin von der landstrass. Hisp. *Apartamiento de camino, senda.* Angl. *A litle turning path going out of the highway.* } Terent. *in Eunuch.* Cùm sensi, redeo rursum: malè verò me habens. Vbi ad ipsum veni diuerticulum constiti. Seruius, Diuerticula sunt semitæ transuersæ, quæ sunt à latere viæ militaris. Diuerticula eloquendi apud poetas. Et, Diuerticula, anfractus, suffugia. Item, Diuerticula delitiæ Quint. Quodam quasi diuerticulo significationis. ¶ Diuerticula etiam dicuntur domicilia propè viam ad quæ diuertimus. {מלון malón. [illegible]. Angl. *An inne or lodging by the way to baite at.* } Liu. 1. *ab Vrb.* Quum gladij abditi ex omnibus locis diuerticuli protraherentur. Fraudis & insidiarum diuerticulum. Cic. *pro Rosc. Com.* Hoc quum sentit Saturius esse apertum, resistere & repugnare contra veritatem non audet: aliud fraudis & insidiarum in eodem vestigio diuerticulum reperit.

Dīuērsŭs, a, um, adiectiuum: Separatus, vel in varias partes distributus. {שונה scionéh. [illegible]. Gall. *Diuers, different, tout autre, changé.* Ital. *Diuerso, separato.* Germ. Abgewendt, anders wohin kehrt. Hisp. *Cosa partida en partes diuersas, diuersa cosa.* Angl. *Diuerse, different, vnlike.* } Cæs. 2. *bell. Afric.* Quum Numidas diuersos dissipatósque in omnes partes fugere vidissent. Plaut. *in Rud.* Sed quum inde suam quisque ibant diuersi domum. Tib. *lib.* 4. Nam seu diuersi fremat inconstantia vulgi. Ouid. 13. *Metam.* Diuersásque vrbes, (in Achillis clypeo.) Velleius, duplicis ad diuersissimi hominis exemplum. Quint. Diuersa pars. Idem, Is qui ex diuerso agit. ¶ Diuersus item, contrarius, aduersarius. Suet. *de clar. Gram.* Interrogatus diu à Varr. diuersæ partis aduocato, quidnam ageret, & quo artificio vteretur. Sueton. *in Aug. c.* 51. Diuersarum partium, (i. contrariarum.) Suet. *in Cæs. c.* 1. Et e parte diuersa. Idem *in Cæs. c.* 29. Diuersa factio. Idem *in Tib. c.* 3. Diuersa sectio. Idem *in Neron. cap.* 34.

———*Oculos diuersa tuentes.*

Ouid. *lib.* 1. *Fast.* ¶ Interdum idem quod alius, vel dissimilis, [illegible], Cic. 4. *Acad.* Certa igitur cum illo, qui à te totus diuersus est.

Diuersior, Dissimilior. Plin. *lib.* 12. Pretia nulli diuersiora. Claud. 1. *Paneg.* Populus nunquam diuersior confluxit.

Diuersĭtas, atis, Repugnantia, dissimilitudo. {גזר ghézer הפך hephéch. [illegible]. Gall. *Diuersité, difference, varieté.* Ital. *Diuersità, dissimilitudine.* Germ. Vngleiche. Hisp. *Diuersidad de las cosas.* Angl. *Diuersitie, vnlyknesse.* } Plin. *in Epistol.* Sed tamen imitarer & sequerer quantum aut diuersitas ingeniorum maximi & minimi, aut causæ dissimilitudo pateretur.

Diuersissimus, superl. Patercul. *Hist. lib.* 2. In eodem homine duplicis ac diuersissimi animi conspiceretur exemplum. Suet. *in Calig. c.* 8. Diuersitas tradentium. (i. auctorum.)

Dīuersē, aduerbium, Diuersis partibus, variè. {[illegible]. Gall. *En diuerses parties, en diuerses manieres.* Ital. *In diuerse parti.* Germ. An vilen orten, hin vnd wider. Hisp. *Diuersamente.* Angl. *In diuerse sortes and maners.* } Hirt. 5. *bell. Afric.* Horum corpora toto campo prostrata diuersè iacent. Plaut. *in Amphitr.* Tot me impediunt curæ, quæ meum animum diuersè trahunt. ¶ Diuersum, pro diuersè. Idem *Mil.* Vbi lubet dispendite hominem diuersum, & distendite. E diuerso. Suet. *in Aug. cap.* 27.

Diuersius, Compar. Salust. *in fine Catilinarij*, Pauci autem, quos medios cohors prætoria disiecerat, paulo diuersius.

Diuersissimè. Sueton. *in Tiberio*, Quibus quidem diuersissimè afficiebatur.

Diuortium. Plaut. *Aul. sc.* 4. *a.* 1. Si quid diuortij fuat.

DĪVĔS, itis, à diuo fieri dicitur, secundum Varronem: quòd qui diues est, quasi Deus nullo indigere videtur. {עשיר hascir. [illegible]. Gall. *Riche, abondant, copieux.* Ital. *Ricco, copioso.* Germ. Reich. Hisp. *Rico, abundante, copioso.* Angl. *Riche, wealthie.* } Liuius *lib.* 7. *d.* 4. Diues & gloriosa victoria. Item, Bonam famam mihi seruato, sat ero diues. Plaut. *Mostell. sc.* 3. *a.* 3. Nemini credo, qui largè blandus est diues pauperi. Item, Haud temerarium est, vbi diues blandè appellat pauperem. Idem *Aulul. sc.* 4. *a.* 1. Mihi satis est Leon? Tum tu igitur diues es factus. Idem *Asin sc.* 2. *a.* 1. Virtute Deûm, &c. diues sum satis. Idem *Aulul. sc.* 5. *a.* 1. & *Capt. sc.* 2. *a.* 2. Sibi diuitias habeant diuites. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 1. Ouid. 5 *Fastor.* Si benè floruerint segetes, erit area diues. Cicer. *in Paradox.* Quem intelligimus diuitem? aut hoc verbum in quo homine ponemus? Opinor in eo, cui tanta possessio est, vt ad liberaliter viuendum facilè contentus sit. Et modo construitur cum genitiuo. Virg. 2. *Georg.*

Diues

———*Diues opum variarum.*
Idem 9. *Æneid.*
———*Diues pictai vestis, & auri.*
Modò cum ablatiuo. Cicer. *lib.* 2. *Offic.* Publius Crassus tum cognomine Diues, tum copiis, functus est ædilitio maximo munere. Est autem generis omnis. facit enim accusatiuum diuitem, & hoc diues. Ouid. *lib.* 1. *de Arte,*
Addidit externo marmore diues opus.
Valer. *lib.* 2. *cap.* 1. Diues & præpotens naturæ regnum scrutatus, initiatam stylum tam nostræ Vrbis, quàm cæterarum gentium priscis ac memorabilibus. Epistolam diuitem vocat Ouid. quæ multa pollicetur & magna. *Epist.* 16. Munera tanta quidem promittit epistola diues, Vt possint ipsos illa mouere deos. Ingenium diues. id est, fœcundum. Idem Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*
Diuitis ingeny est, ingentia Cæsaris acta
Scribere.
¶ Hinc Diuitior comparatiuum. Cic. *de Orat.* Inde ille licentior & diuitior fluxit dithyrambus. Plaut. *Aul. sc.* 6. *a.* 4. Quadrilibrem aulam auro onustam habeo: quis me est diuitior? Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 5. Numquam hinc eris numo diuitior.
Diuitiæ, arum, numero tantùm multitudinis, opes, amplæ fortunæ, & rerum abundantia. {עשר *hóscher* רכוש *recúsch*. πλοῦτος. GALL. *Richesses.* ITAL. *Richezza.* GERM. *Reichthumb.* HISP. *Riquezas.* ANGL. *Riches, wealth.*} Cicero distinctionem videtur facere inter diuitias & opes. Sunt ergo (inquit) diuitiæ ad necessarium vsum: opes verò ad magnificentiam. Plaut. *in Epid.* Quid tibi, cui diuitiæ domi maximæ sunt, numum hic nullum habes? Cic. 1. *Offic.* Expetuntur autem diuitiæ tum ad vsus vitæ necessarios, tum ad perfruendas voluptates. Idem *ad Attic. lib.* 1. Quod si assequor, supero Crassum diuitiis, atque omnium vicos ac prata contemno. Ouid. *Eleg.* 10. *lib.* 5. *Trist.*
Rus in opes parua, pecus & stridentia plaustra,
Et quas diuitias incola pauper habet.
Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 1. Sibi diuitias habeant diuites. Et *Capt. sc.* 4. *a.* 5. In diuitias faxo venies. Idem *Aul. sc.* 1. *a.* 5. Reperi diuitias nimias. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 1. Prognatum genere summo, & summis diuitiis.
Ditissimè, πλουσιώτατα. Apuleius *de Deo Socratis*, Planè quidem villas opiparè extruunt, & domos ditissimè exornant.
Diuito, as, Diuitem facio, dito. {העשיר *hehescbir*. πλουτίζω. GALL. *Faire riche, enrichir.* ITAL. *Far ricco.* GERM. *Reich machen.* HISP. *Enriquecer.* ANGL. *To mak riche or wealthie.*} Accius, apud Gell. *cap.* 2. *lib.* 14. Nihil credo auguribus, qui aures verbis diuitant Alienas, suas vt auro locupletent domos.
Diuexo, as, Variis modis affligo. {כתש *katásh*. ἄγω καὶ φέρω, λυμαίνω. GALL. *Fort tormenter.* ITAL. *Inquietare, affligare in varij modi.* GERM. *Hefftig plagen, allenthalben vbel beleidigen.* HISP. *Fatigar en diuersas maneras.* ANGL. *To trouble or vexe greatlie.*} Lact. *lib.* 7. Vt si qui fortè tum fuerint boni, prædæ sint sceleratis, ac diuexentur vndique. Cicer. 11. *Phil.* Impetúmque furentis, atque omnia diuexare & diripere cupientis, vitæ, &c.
Diuidia, Diuidicula, vide *Diuido.*
Diuido, is, diuisi, diuisum, ex Di seu δὶς & video: vel ab iduare, voce Hetruscorum, quæ sic dicta q. ὶς διὰ. Hinc Idus dictæ, & ouis Idulis, quæ omnibus Idibus Ioui mactabatur. Separo, partior. {חלק *chaláck* פלג *pilágh*. διαιρῶ, διανέμω. GALL. *Diuiser, departir, distribuer, partir en pieces.* ITAL. *Diuidere, separare.* GERM. *Zertheylen.* HISP. *Partir en partes.* ANGL. *To deuide, to parte.*} Hirt. 3. *bell. Ciuil.* Cæsar copias suas diuisit. Cic. *ad Attic.* Sextus pater eius numos vobis diuidere solebat. Virg. *in Epigrammate quodam,*
Diuisum imperium cum Ioue Cæsar habet.
¶ Ponitur & pro prædicare. Plaut. *in Aul. sc.* 1. *a.* 2. Me quidem hercle (dicam palàm) non diues, id est, πλούσιε. Me haud pœnitet boni dimidium diuidere cum Ioue. Idem *Amph. sc.* 1. *a.* 5. Diuidere argenti dixit nummos in viros. Idem *Aul. sc.* 2.
Gran lia diuide mecum præmia,
(id est, da partem.) Ouid. 4. *Fastor.* Diuidere dolorem & dispensare inter multos. Senec. *de consolat. ad Polyb.* Diuidere cum fratre & diuidere agrum. Idem *cap.* 16. *de consolat. ad Mart.* Vbi res malè diuisit fortuna, mox exæquat omnia. *Ibid. cap.* 20. Diuidite (arma) & pars sit maior Diomedis in illis. Ouid. 13. *Metam.* Idem *Eleg.* 3. *lib.* 1. *Trist.* Diuidor haud aliter, quàm si mea membra relinquam. ¶ Diuidere sententiam, διαιρεῖν τὴν γνώμην. forensis est locutio, quam Asconius Pædianus interpretatur his verbis, Quum aliquis (inquit) in dicenda sententia duas, pluresve partes complectitur, si non omnes probantur, postulatur vt diuidantur, id est, vt de singulis rebus sensum referatur, vt pars altera, si ita opus fuerit, approbetur, altera repudietur. Cicer. 1. *Epist.* 1. Itaque quum sententia Bibuli prima pronunciata esset, vt tres legati regem reducerent: secunda Hortensii, vt tu sine exercitu reduceres: tertia Vocatii, vt Pompeius reduceret, postulatum est vt Bibuli sententia diuideretur: quatenus de religione dicebat, cui rei quia obsisti non poterat, Bibulo assensum est: de tribus legatis, frequentes ierunt in alia omnia. Ex hoc Ciceronis exemplo facilè ostendi potest quid sit Sententiam diuidere. Bibuli enim sententia duo habebat membra, vt scilicet sine exercitu rex reduceretur, deinde vt à tribus legatis reduceretur: quorum quum alterum nonnullis placuisset, alterum displicuisset, postulatum est vt sententia illa bimembris diuideretur, hoc est, in duas partes secaretur, vt de vtrisque parte seorsum posset referri. ¶ Oscula diuidere, id est, impartiri, distribuere. Horat. *in Carm. Ode* 36.
Nulli plura tamen diuidunt oscula,
Quam dulci Lamia.
¶ Diuidere carmina cithara, i. partiri per citharæ neruos, aut auditoribus distribuere. Idem Horat.
Imbelli cithara carmina diuides.
[Diuiduus, separatus. Non.]
Diuisio, us, ui, Diuisio, partitio, distributio. {מחלקת *machalóketh* מפלגה *miphlaggah*. פלגה *peluggah*. διαμερισμός. GALL. *Partiment, distribution, diuision.* ITAL. *Diuisione, separatione.* GERM. *Zertheylung.* HISP. *Repartimiento.* ANGL. *Deuiding parting in to partes.*} Liu. 3. *bell. Maced.* Vectigalia publica partim negligentia dilabebantur, partim prædæ, ac diuitum principum quibusdam & magistratibus erant. Idem *lib.* 5. *d.* 5.
Diuisè, (id est, duobus verbis.) Gell. *cap.* 22. *lib.* 1.
Diuisio, Sectio, partitio, distributio. {מחלקת *machalóketh* חלקה *chelukah*. διαίρεσις, διανομή. GALL. *Diuision, departement, separation.* ITAL. *Diuisione, separatione.* GERM. *Theylung, zertheylung.* HISP. *Repartimento.* ANGL. *A deuiding, or parting in partes.*} Cic. 1 *de nat. Deor.* Diuisione trium regnorum, cæli, maris, & inferorum. Velleius, Qui iusta diuisione prædiorum agros amiserant. ¶ Apud Rhetores Diuisio est, (vt scribit autor ad Herennium) per quam aperimus quid conueniat, quid in controuersia sit, vel per quam exponimus quibus de rebus dicturi sumus. Inter diuisionem & partitionem hoc interesse putatur, quòd Diuisio est generis in species: partitio autem totius in partes distributio. Quint. *lib.* 7. Sit igitur diuisio rerum plurium in singulas: partitio singularum totum in partes discretus ordo. Cic. 3 *de nat. Deor.* Quadripartita (inquit) fuit diuisio tua. Primùm, vt velles docere deos esse: deinde quales essent: tum ab his mundum regi: postremò consulere eos rebus humanis.
Diuisor, is, Qui diuidit, distributor. {מחלק *chelék*. μεριστής. GALL. *Distributeur, diuiseur, partisseur.* ITAL. *Diuiditore, partitore.* HISP. *Repartidor.* ANGL. *A deuider, he that parteth.*} Cicer. *in Anton.* Nicula & Lento Italiæ diuisores ea lege quam Senatus per vim latam iudicauit. Diuisores item vocabantur, qui pecunia inter tribus viritim candidatorum nomine diuidebant in creandis magistratibus, quos Plautus Curiatum magistros vocat. Consueuerant enim petitores magistratuum apud Romanos, pecunia, largitionéque sibi studia conciliare suffragatorum, & per centurias tribúsque diuidere numos. Cicer. *pro Planc.* Quam tibi commodum est vnam tribum delige: tu doce id quod debes, per quem sequestrem, quo diuisore corrupta sit. ¶ Diuisores operæque campestres. Sueton. *in August. cap.* 3. ¶ Est & Diuisor, qui præpostera venere pueros corrumpit. Cic. *Pato*, Quid enim? num honestum est verbum Diuisor? at inest obscœnum: cui respondet intercapedo.
Diuisura, æ, Diuisio, vel incisio. {גזרה *gehzér*. διαίρεσις. GALL. *Coupeure, incision, separation.* ITAL. *Diuisione, separatione, taglio.* GERM. *Zertheylung.* HISP. *Cortadura, partimiento, apartamiento.* ANGL. *A deuiding, or cutting in partes.*} Plin. *lib.* 12. *cap.* 26. Ab hac ferula differt quæ vocatur spondilion, foliis tantùm, quia sunt minora, & platani diuisura. Idem *lib.* 14. *cap.* 3. Folio paruo & rotundo, siue diuisuris, quas incisuras multis aliis locis appellat.
Diuiduus, a, um, quod separabile, aut separatum est. {מחלק *mechelák*. ἀμέριστος, διαιρετός. GALL. *Qui se peut diuiser ou partir.* ITAL. *Separabile.* GERM. *Zertheylt, oder das gut zutheylen ist.* HISP. *Cosa que se puede partir en partes.* ANGL. *That may be diuided or parted.*} Cuius contrarium est Indiuiduum quod diuidi non potest. ἀδιαίρετος, ἄτομος. Plaut. *in Rud.* Diuiduum talentum faciant: id est, in duas partes diuisum. Cicer. *de Vniuers.* Ex ea materia quæ indiuidua est, & quæ semper vnius modi, suique similis, & ex ea quæ corporibus diuidua gignitur. Terent. *in Adelph.* Potius quàm venias in periculum Sannio, Seruésne an perdas, totum diuiduum face. Colum. *in Præfat. lib.* 11. Nihil conspiciebatur in domo diuiduum. Ouid. 1. *Fast.* Insula diuidua quam premit amnis aqua. id est, quam ambit fluuius ab vtraque parte. ¶ Apud Nonium est *diuidus*, pro diuiduus. Accius *in Andromeda*, Nósque vt seorsum diuidos lecto offerres.
Diuiduè, aduerb. {בשוה *battâveeh*. ἐμμερίστως. GALL. *Par la moitié.* ITAL. *Per la metà.* GERM. *In mitten entzwey.* HISP. *Per la mitad ò medio.*} Plaut. *in Cas.* Nam quod tibi ægre est, idem mihi est diuiduè.
Diuiduitas, pro diuisione. Caius *in l. si is qui. ff. ad leg. Falcid.* Hæc itaque legata, quæ diuiduitatem non recipiunt, tota ad legatarium pertinent.
Diuidia, æ, Tædium, & molestia: sic enim Nonius interpretatur. {עצב *hetseb*. ἀδημονία. GALL. *Ennui, chagrin.* ITAL. *Tedio, noia.* GERM. *Verdruß.* HISP. *Enojo, enfado.* ANGL. *wearinesse, traunesse of mynd.*} Plaut. *Bacch.* Nam illæc res magnæ diuidiæ est mihi. Accius *in iudicio armorum*, Huius me diuidia cogit plus quàm par est loqui. Festus diuidiam, discordiam interpretatur, cuius tamen significationis nullum profert testimonium. Nos igitur beneficio Iulij Scaligeri testimonium ex Accio proferemus: Vicissitatémque imperitanti tradidit, Ne eorum diuidiæ discordes dissipent, Disturbent tantas & tam optimas ciuium diuitias.
Diuidicula, teste Festo, dicuntur castella ex quibus à riuo communi aquam quisque in suum fundum ducit.
Diuine, Diuinipotens, Diuinitus, Diuinus, Diuino, vide *Diui.*
[Diuio, *Dyon*, vrbs primaria Ducatus Burgundiæ, & Parlamenti à Ludouico XII. Galliæ Rege instituti sedes.
Diuodunum Mediomatricum, Metz, V.E. sub A. Treuerensi, olim regni Lotharingiæ caput, nunc Parlamenti in tractu Mosellæ sub Francis sedes.
Dium munitissima regni Cambaiæ vrbs, à Lusitanis iam olim occupata.]
Diuus, adiectiuum. {קדוש *kadósch*. GALL. *Diuin, genereux.* ITAL. *Diuino, generoso.* GERM. *Göttlich, hochgeboren.* HISP. *Cosa diuina, generoso.* ANGL. *Diuine.*} Dicitur generosus, diuinus, tanquam ἀπὸ τοῦ Διὸς, id est, ab Ioue genus ducens. Virg. *lib.* 11.
———*quas ipsa decus sibi dia Camilla*
Delegit.
Pers. *Satyr.* 1.
Romulidæ saturi, quid dia poëmata narrent.
Dium, substantiuum, formatum à genitiuo Græco Διὸς, à nominatiuo Ζεὺς. {ANGL. *The day light vender the firmament.*} Vnde sub dio aliquid fieri dicimus, hoc est, sub Ioue, siue sub cælo, quod non fit sub tecto. Horat. *lib.* 3. *Carm.*
Nec te, candide Bassareu, Sub diuum rapiam.
Idem,
———*vitamque sub dio*

Et tristis agat in rebus.

Cic. *lib.* 5. *Verr.* In sylua denique posita sub dio vidimus. ¶ Dium in antiquo Lexico, ὕπαιθρον. Vide *Dyonu.*

DIVVS, a, um, Diuinus. { קדוש *kadosch.* θεῖος. GALL. *Diuin, sainct.* ITAL. *Diuo, diuino, santo.* GERM. Göttlich. HISP. *Dios hecho de hombre, ò canonizado.* ANGL. *Diuine, holie.* } ἀπὸ τοῦ Διὸς, hoc est, à Ioue genitum, vel quia veteres in singulari dium quasi dicebant quem nos Deum. Vnde nunc quoque in plurali dicimus diui, dij, dijs: vnde illud frequens Ciceroni, Si diis placet: quod indignitatem denotat. Ouid. 13. *Metamorph.*

Denegat hoc genitor diuisque irascitur ipsis.

Item, O magni diui. Idem *Eleg.* 3. *lib.* 3. *Trist.* Vtinam me dij adaxint ad suspendium, Plaut. *Aul. sc.* 1. *a.* 1. Quasi nesciam vos scire qui diuus siem. (verba sunt Mercurij in prologo Amphitruonis Plauti, &c.) Seruius inter deos & diuos ita distinguit, vt dij dicantur æterni: diui autem qui ex hominibus fiunt. Vnde etiam hac appellatione quidam Romanorum Imperatores post mortem decorati sunt, à quibus in vita insignia profecta essent in Rempub. merita: quanquam postea crescente in dies adulatione, plerique ne viui quidem id honoris aspernati sunt. ¶ Horum etiam vxores diuæ appellatæ sunt, tanquam suis, vel virorum meritis deorum numero adscriptæ. ¶ Diuum, pro aëre. Horatius,

Sub diuo morieris

Victima nil miserantis Orci, id est, sub aëre.

Plin. *lib.* 14. *c.* 21. Campaniæ vina nobilissima exposita sub diuo in cadis verberari sole, luna, imbre, ac ventis aptissimum videtur. Sunt qui vtrobique legant *sub dio.*

Diuālis, e, adiectiuum. Vt diuale nomen, Spartianus *in Caracalla*, Qui Faustinæ templum, & diuale nomen eripuit. ¶ Diualis, vox Imperatorum est, & sanctis Patribus vsurpata. Etenim *Diuus* apud Sanctos nihil aliud sonat, quàm ipsum Imperatorem consecratum ex ritu Rom. Ecclesiæ.

DĪVĪNVS, a, um, quod est Dei, vel quod ad Deum pertinet. { קדוש *kadosch.* θεῖος. GALL. *Diuin, de Dieu, appartenant à Dieu.* ITAL. *Cosa di Dio, ò à Dio pertinente.* GERM. Göttlich, heylig. HISP. *Cosa de Dios, ò pertenesciente à Dios.* ANGL. *Belonging to god, diuine.* } vt, Opus diuinum, Res diuina. Plaut. *Curc. sc.* 2. *a.* 4. Nunc rei diuinæ operam dabo: certum est bene me curare. Suprà, supplicabo. Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 5. Neque diuini, neque mihi humani quicquam accreduas. Idem *Amphitr. sc.* 3. *a.* 3. Re diuina facta mecum prandeat. Purgari iusserat vasa vt rem diuinam faceres. Idem *sc.* 3. *a.* 4. Lauabo vt rem diuinam faciam. Idem *Aulul. sc.* 2. *a.* 4. Ad rem diuinam vasis sacris vtitur. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 2. Postquam rem diuinam feci. Idem *Curc. sc.* 4. *a.* 4. Rem potius diuinam deferam si sacrificem. Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. An tu condimentis diuinis vtere? *Ibidem sc.* 2. *a.* 3. ¶ Diuina manu adnotat Cuiacius dictum esse de rescriptis Imperialibus, quæ propria manu Imperatoria obsignabantur.

Diuinæ rei operam dare, & Rem diuinam facere, est diis sacrificare. Cicer. 6. *Verr.* Res illum diuinas apud eos deos in suo sacrario propè quotidie facere vidisti. Diuina verba, pro piacularibus quibusdam verbis quibus prodigia solent procurari. Cato *de re rustic.* Si de cælo villa tacta siet, de ea re verba diuina vt fiant, procuret. Cic. 1. *de Diuin.* Aristoteles quidem eos etiam qui valetudinis vitio furerent, & melancholici dicerentur, censebat aliquid in animis præsagiens atque diuinum. *Ibidem*, Quid hoc somnio dici diuinius potest? ¶ Diuinum interdum vocamus eximium, & humana sorte quodammodo maiorem. Cicer. *post red. ab exilio*, Cn. Pisonis diuina quædam, & inaudita virtus. Idem *Quint. frat. lib.* 2. Idibus Maiis, Senatus frequens diuinus fuit in supplicatione Gabinio deneganda. Virg. *Eclog.* 3.

——Diuini opus Alcimedontis.

Diuīnus, substantiuum, qui diuinat, prædicit, vates. { קוסם *kosem.* μάντις, προφήτης. GALL. *Deuin, qui predit, predisseur.* ITAL. *Indeuino, che predice le cose occulte. Diuino.* GERM. Ein warsager. HISP. *El que adeuina.* ANGL. *That gesseth, a soothsayer or teller of thinges to come.* } Plaut. *Amphitr. sc.* 2. *a.* 2. Nunc tu diuine fac huc adsis Sosia (de Mercurio.) Martial. Non sum diuinus, sed scio quid facias. Cicer. *de Fato*, Hoc loco Chrysippus æstuans, falli sperat Chaldæos, cæterósque diuinos. ¶ Auis diuina imbrium: id est, diuinatrix & præsuntia. Horat. *lib.* 3. *Carm.* Antequam stantes repetat paludes Imbrium diuina auis imminentium Cornicem intelligit, imminentium imbrium præsciam, vel, Virgilio teste, Tum cornix plena pluuiam vocat improba voce. ¶ Diuini gerebant laurum & lucernam. Senec. *cap.* 27. *de vita beat.*

Diuīnĭpŏtens, qui in diuinis potestatem habet. θεοκρατής. Apuleius, Saga & diuinipotens cælum deponere.

Diuīno, as, Vaticinor, auguror, coniicio, futura significo, præsagio. { קסם *kasam* נחש *nichesch.* μαντεύομαι. GALL. *Deuiner, predire les choses à venir.* ITAL. *Indeuinare.* GERM. Warsagen, rathen. HISP. *Adeuinar.* ANGL. *To coniecture, to soothsay, to tell thinges to come.* } Dictum videtur à nomine diuinus, quia diuinum quiddam, & supra mortalis sagacitatis sortem esse videtur, futura prædicere, aut occulta in lucem proferre. Ter. *in Hecyr.* Planè hic diuinat. Cicer. *de senect.* Cuius sermone ita tum capido fruebar quasi iam diuinarem id quod euenit, illo extincto fore vnde discerem, neminem. Ouid. *Eleg.* 8. *lib.* 1. *Trist.*

Hæc diuinaui, nostiamque tuli.

Idem *ibid. Eleg.* 4. *lib.* 4.

Si auium quondam non diuinante futura

Optabam, &c.

Quis in tam obscura veritate diuinat, verum, &c. Sen. *cap.* 10. *de consol. ad Polyb.* ¶ Diuinare, Deum facere. Delrius ¶ Huius composita, Addiuino, Prædiuino, quod Plin. posuit pro præsentio, quum ait *lib.* 18. Tum vniuersæ prouolant, si dies mitis futurus est: prædiuinant enim ventos, imbrésque, & tunc se continent tectis.

Diuīnatus, participium passiuum. { ANGL. *Gessed, deemed.* } Ouid. *de Nuce*,

Vt diuinatas auferat augur opes.

Diuīnātĭo, Augurium, vaticinatio, prædictio, præsensio, rerum futurarum scientia. { קסם *kesem* נחש *nachasch.* μαντεία, χρησμός. GALL. *Deuinement, prediction des choses à aduenir.* ITAL. *Indiuinamente.* GERM. Ein weissagung, warsagung, fürsehung künfftiger ding. HISP. *Adeuinacion.* ANGL. *Soothsaying, telling of thinges to come.* } Cicer. *de Diuinat.* Veteri quondam inter homines diuinationem, quam Græci μαντικὴν appellant, id est, præsensionem, & scientiam rerum futurarum. Chrysippus diuinationem definit esse vim cognoscentem, & videntem, & explicantem signa quæ à diis hominibus portenduntur. Officium autem esse eius, præcognoscere dij erga homines mente qua sint, quidque significent, quemadmodumque ea procurentur atque expientur. Hæc Cicer. *de Diuinat. lib.* 2. ¶ Dicitur etiam diuinatio, iudicium, siue cognitio de constitutione accusatoris, quum scilicet ex duobus, pluribusve accusationem ambientibus, deligendus est qui maxime sit idoneus. Quemadmodum in accusatione Verris certamen erat inter M. Tullium & Cæcilium quendam vter in accusando deberet præferri. Vnde etiam prima illa inter Verrinas oratio Diuinatio appellatur. Ratio nominis hæc est, quia in aliis iudiciis iudex ea quæ testibus, tabulis, vel argumentis probata sunt, sequi debet. Quum autem accusator est eligendus, ex leuibus quibusdam & exilibus indiciis & coniecturis iudicare debet, & pene diuinare quis ad accusandum maxime sit idoneus. Vide Fabium *cap.* 12. *lib.* 4.

Diuīnĭtas, atis, Numen, maiestas diuina) (Humanitas. { θειότης. GALL. *Diuinité.* ITAL. *Diuinità.* GERM. Gottheit. HISP. *Diuinidad.* ANGL. *Diuinitie, godhead.* } Plin. *lib.* 19. *c.* 12. Opus ingens, occultumque diuinitatis, & quo nullum reperiri possit maius. ¶ Item, Diuinitas dicitur consecratio, siue relatio inter Deos, quæ à Græcis ἀποθέωσις vocatur. Suet. *in Aug. cap.* 97. Mors eius diuinitásque post mortem euidentissimis ostentis præcognita est.

Diuīnè, aduerbium, Ad deorum similitudinem, deorum more, & supra humanas vires, quasi diuini numinis instinctu. { θείως, θεῖως. GALL. *Diuinement.* ITAL. & HISP. *Diuinamente.* GERM. Göttlich. ANGL. *Godly, by inspiration.* } Cic. *Att. lib.* 4. Præclara igitur conscientia sustentor, quum cogito me de Republic. aut meruisse optime, quum potuerim: aut certè nunquam nisi de ea diuinè cogitasse. Quint. *lib.* 1. *cap.* 10. Quæ Tullius in Oratore diuinè, vt omnia, exequitur.

Diuīnĭtus, aduerbium à Deo, hoc à diuis. { מיהוה *meadhonai.* θεόθεν. GALL. *De Dieu, venant de Dieu, diuinement.* ITAL. *Da Dio, diuinamente.* GERM. Von oben herab. HISP. *Diuinamente.* ANGL. *Frome God, by goddes will.* } sicut humanitus, ab hominibus, cælitus à cælo. Virgil. 4. *Georg.*

Haud equidem credo, quia sit diuinitus illis

Ingenium.

Cic. 2. *de Orat.* Quæ diuinitus accedunt. *Ibid.* Diuinitus ad nos delatum. ¶ Interdum idem est quod diuinè, hoc est, deorum, vel diuorum more, insigniter & quasi humanis viribus excellentius. θείως. Cic. 2. *de Orat.* Ille locus inductus est à me diuinitus. Idem *Att. lib.* 1. Varro mihi satisfacit: Pompeius loquitur diuinitus.

Diuortium, Diremptio matrimonij inter virum & vxorem. { διαζευγμός. GALL. *Diuorce, separation de mariage.* ITAL. *Rifiuto.* GERM. Die verschaydung eines eheweibs, ein eheschaydung. HISP. *El desecho, diuorcio.* ANGL. *A diuorce, a putting away of ones wife.* } A diuersitate mentium dictum est. vel, vt ait Paulus *lib.* 50. *Pandectarum*, Diuortium dictum est, quia in diuersas partes eunt qui discedunt, hoc est, qui distrahunt matrimonium. Interest autem inter diuortium & repudium, quòd diuortium fit inter coniuges, repudium inter sponsos. Cæterum, Diuortium deflexum esse de via Nonius scribit, à diuertendo, &c. Diuortij formula valeas: tibi habeas res tuas, redde meas. Plaut. *Amph.*

Dĭūrnus, Diurno, vide *Dies.*

Dĭūtĭus, Diutile, vel potiùs diutulè. Diutinus, Diutissimè, Diuturnus. Vide *Dies.*

DIVVLGO, as, est Vulgò notum facere, vel rem aliquam in vulgus spargere. { הודיע *hodiah.* διαφημίζω, διαγγέλλω. GALL. *Diuulguer, publier quelque chose.* ITAL. *Diuulgare, publicare.* GERM. Gemein machen vnder das gemeine volck aussbringen. HISP. *Diuulgar o publicar.* ANGL. *To publish, to make knowen abroade.* } Cic. *Fabio*, Quare visum est occultius agendum, neque vllo modo diuulgandum. Quo in loco quidam corruptis exemplaribus decepti legunt, *Deuulgandum.* Idem 2. *Philipp.* Quam multa ferri, nec tamen vllo modo diuulganda.

Diuulgatus, nomen ex participio. { ANGL. *Made common, published.* } Cicer. *Fam. lib.* 10. Te adipiscendi magistratus leuissimi, & diuulgatissimi, si ita adipiscare vt plerique, præpropera festinatio abducet à laudibus.

Diuūs, vide *Diuus.*

Dixo, is, vide *Dico.*

Dizeres, vide χεῖ, in Steph.

Dizērus, Δίζηρος. Vrbs Illyriæ, dicta nimirum ἀπὸ τοῦ δίζεσθαι τὴν μήδειαν, quod illic quæsita sit Medea. Steph.

D O

Do, das, dedi, datum, dare, à δίω, hinc dos, donos, donum. { נתן *nathan.* δίδωμι. GALL. *Donner.* ITAL. *Dare.* GERM. Geben. HISP. *Dar.* ANGL. *To giue.* } cuius composita si sint ex monosyllabis præpositionibus, sunt tertiæ coniugationis, & præteritum geminant: vt, Reddo, is, reddidi. Perdo, is, perdidi. Cætera simplicis seruant declinationem: vt Circundo, as, circundedi, datum: Pessundo, as, pessundedi, datum. ¶ Variam habet constructionem. Quandoque duos datiuos exigit, pro adscribere, seu imputare: quamuis alter eorum non semper ponatur, sed nonnunquam subintelligatur. Cic. *lib.* 1. *Offic.* Nec Marco quidem Seio vitio datum, quòd in caritate annonæ asse modium dedit populo. Terent. vnum tantum expressit, Nunc quam rem vitio dent, quæso, animaduertite, subintelligitur poetæ. Plautus *Amphitr.* Nunc tibi hanc pateram, quæ dono mihi ob virtutem data est. Maumena tibi condono Aliquando vltra datiuum ponitur accusatiuus cum præpositione ad. Cic. *Creuss.* Literas ad te nunquam habui cui darem, quin dederim. Idem *ad Quint. fratrem.* Oculos autem natura nobis, vt equo & leoni setas & caudam, & aures ad motus animorum declarandos dedit. Aliquando præter datiuum ponitur accusatiuus cum præpositione In. Terent. *in Phorm.* Dic quid velis dari tibi in manum, vt herus his desistat litibus.

bus. Nonnunquam loco datiui ponitur accusatiuus cum præpositione ad. Cicer. 2. *Philip.* Ad sepulturam corpus vitrici sui negat a me datum. Interdum accusatiuus cum præpositione in. Plaut. *in Capt.* Hoc si faxit, dabo in Caueam. Cicer. *Terent.* In viam quod te des hoc tempore, nihil est. id est, non est causa quare te viæ committas. ¶ Dare ciuitatem alicui. Idem 3. *de finib.* Itaque mihi videris Latinè docere Philosophiam, & ei quasi ciuitatem dare. id est, ciuem facere. ¶ Dare cuipiam pecuniam a trapezita, est pecuniam à trapezita sumere, & alteri dare, vel per manus trapezitæ alicui pecuniam dare. διαγράφειν χρήματα. Plaut. *in Capt.* Sequere me hac, viaticum vt dem à trapezita tibi. ¶ Qui dant, quique accipiunt fœnore. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 4. Da ab Delphio cantharum circum. Idem *Mostell. sc.* 4. *a.* 1. ¶ Dare mancupio, (id est, vendere.) Vide *Mancupium.* Dare statuam faciendam, (id est, locare.) Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 4. Item, Da aures facundas. Idem *Men. sc.* 5. *a.* 3. Istuc aliis dare condidici. (id est, adulari.) Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 4. Dedit librum eius nominis, (id est, dicauit.) Gell. *c.* 18. *lib.* 2. ¶ Do tibi hanc animam & Reipub. id est, deuoueo. Idem *cap.* 7. *lib.* 3 Dedi (pecuniam) dum fuit. Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. ¶ Dare 30 minas, quas apud te deposui, (id est, reddere.) ¶ Dare sententiam, pro dicere. Liu. *lib.* 8. *ab Vrb.* Dabatur miles infrequens, (id est, dicebatur. Gell. *cap.* 4. *lib.* 16. ¶ Incoctum non expromit: benè coctum dabit. (id est, reddet.) Plaut. *Milit. sc.* 2. *a.* 2. Item, Dare, pro legare. Iustè ab iustis iustus orator datus, (id est, legatus: vt do lego. ¶ Dare defensum. Virg. 12. *Æneid.* Dabo hanc mactatum victimam Manibus. Liu. *lib.* 4. *ab vrb. &* 2. *bell. Pun.* Dare emptum, vide *Emptum.* Dare nuptum, vide *Nube.* Dato me excruciatum. Plaut. *Milit. sc.* 3. *a.* 2. Dare vendendum, vide *Vter.* ¶ Dare aduocationem, vide *Aduocatio.* Dare inferias Manibus. Dare impressionem. Liu. *lib.* 4. *ab Vrb.* Dare impetum. Idem, Dare ictus. Idem *lib.* 5. *d.* 4. Dare letho, vide *Lethum.* Dare exitio, vide *Exitium.* ¶ Dare summam rerum in aleam. Idem 2. *d.* 5. Dare se conuiuio frequenti. Sueton. *in Cæs. cap.* 30. Datus est sermo per vrbem. Idem 2. *ab Vrb.* Dare aliquid delectationis. Quintil. Dabimus te in omnem memoriam. Senec. *cap.* 14. *de Tranquill.*

———*Dare ignibus scripta,*

Ouid. *Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.* Dari ad supplicium. Suet. *in Calig. cap.* 11. Dare supplicium, vide *Supplicium.* ¶ Dare absentibus secundùm præsentes, (id est, iudicare.) Sueton. *in Claud. cap.* 15. Datum memoriæ, (id est, mandatum.) Gell. *cap.* 1. *lib.* 7. Hæc data sunt in nomen Democriti. Idem *cap.* 12. *lib.* 10. Quin te mihi das hilarem? Plaut. *Asin. sc.* 1. *a.* 5. Roga me. Dabin? Dabo. (Stipulationis periphrasis.) Idem Dare iusiurandum, vide *Iusiurandum.* Dare nomen, vide *Nomen.* Dare dono, vide *Donum.* Do Iouem testem tibi. Idem *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Conuiuis cœnam conditam dabo. *Ibid. sc.* 2. *a.* 3. Te ad Carnificem dabo. Idem *Capt. sc. vlt. a.* 3. Te ad pistores dabo. Idem *Asin. sc.* 4. *a.* 3. Priusquam animam meum isti dedi (amicæ.) *Ibid. sc.* 2. *a.* 1. Nisi nos mauult crucibus contubernales dari. Idem *Milit. sc.* 2. *a.* 2. His legibus, si quam dare vult vxorem ducam. Idem *Aul. sc.* 3. *a.* 2. In suborem te totum dabo. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 5. Dare insidias alicui, vide *Insidia.* Dare pensum, vide *Pensum.* Dare suauium, vide *Suauium.* Dare operam concioni. Idem *Men. sc.* 1. *a.* 3. Da puere ab summo, paulò antè, Iube dare vinum. Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 5. Mortuum me mauelim, quàm non illi dem insidias seni. Idem *Aul. sc.* 3. *a.* 4. Si non est quod dem, vise dem me ipse in pedes. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 1. Æstimatum hunc mihi des, quem mittam ad patrem. *Ibid. sc.* 2. *a.* 2. Imbransus miles astat: æs censet dari. (id est, datum iri.) Idem *Aul. sc.* 5. *a.* 3.

———*Vedi qui perdere posset Hectora,*

Ouid. 13. *Metam.* ¶ Quandoque plures habet accusatiuos, à diuersis pendentibus præpositionibus. Colum. *lib.* 9. Ascensus deinde auibus ad tabulata per vtranque cellam datur. Sæpiùs tamen post accusatiuum regit datiuum, & hoc variis artibus applicari solet. Plaut. *in Epid.* Si æquum sit, me plus sapere quàm vos, dederim vobis consilium cautum quod laudetis. Idem *in Curc.* Nunc rei diuinæ operam dabo. Idem *in Merc.* Me toxico morti dabo. Idem *Capt.* Do tibi operam si quid est quod me velis. Gellius, Cretenses quoque prælia ingredi solitos memoriæ datum est, &c. ¶ Item pro offerre, obiicere, παρέχειν. Terent. *in Hecyr.* Profectò hoc sic est, vt puto, Omnibus nobis vt res dant sese, ita magni atque humiles sumus. Item inferre, inducere. Virgil. 11. *Æneid.*

———*Magnam dabit ille ruinam*
Arboribus.

Item dicere, φράζειν. Terent. *in Heaut.* Nunc quamobrem has partes didicerim, paucis dabo. ¶ Item obtemperare, ἐνδιδόναι, & ὑπείκειν. Terent. *in Adelph.* Da te mihi, id est, accommoda te meæ voluntati. ¶ Dare etiam mulieres dicuntur, quum copiam sui faciunt, παρέχειν. Martialis, Casta igitur nulla est? castæ sunt mille, quid ergo? Casta fuit, non dat, non tamen illa negat. Idem, Non solet accipere, quid solet ergo? dare. Dare se dicit Ennius, vide *Datatim.* Item, Dare corpus in vulgus, Gell. *cap.* 7. *lib.* 6. Sed Acca Laurentia corpus in vulgus dabat. Dare etiam dicuntur viri, qui se stupro mutuo contaminant. Cic. apud Suet. *in Cæs. cap.* 49. loquens de Nicomede rege & Cæsare: Notum est, & quid ille tibi, & quid illi tu dederis. ¶ Item facere. Terent. *in Adelph.* O Æschine, pol haud paternum istuc dedisti. ¶ Item citare, vt apud eundem *in Eunuch.* Ludum iocùmque dices fuisse illum alterum, prout huius rabies quæ dabit, ... ¶ Dare manus, est se victum fateri, τὰ χεῖρε ... ¶ Dare pœnas, & sustinere, δίκην τίνειν. Lactant. *lib.* 8. Sed tamen docent nos Sanctæ literæ quemadmodum pœnas impij sunt daturi. ¶ Dare veniam, interdum est agnoscere, interdum concedere, quod petitur. συγγνώμην διδόναι. Terentius, Da veniam quæso filio tuo. Cic. *de Orat.* Dabis hanc veniam, mi frater. ¶ Dare operam, est adiuuare, inseruire, σπουδάζειν. Terentius *in Phorm.* Nos operam dabam... etiam inuigilare, vt quum dicimus, Literis operam... est rem in alterius arbitrio permittere... suarum omnium rerum potestatem auunculo dederat. Pro quo etiam eleganter dicimus, Facere potestatem. ¶ Dare fidem, est aliquid sanctè promittere, πίστιν διδόναι, ... Cic. *de Amic.* & Terent. *Eunuch.* ¶ Dare actionem, vel iudicium, est actorem ad intendendam actionem admittere. Cic. 4. *Verr.* Si quis eum pulsasset, edixit se iudicium iniuriarum non daturum. quicquid ab eo peteretur, iudicem de sua cohorte daturum: ipsi autem nullius rei actionem sese daturum. ¶ Dare pro indere, immittere, imponere. Cels. *lib.* 7. *cap.* 26. Digiti ad vlteriam vesicam dantur. *Ibid.* manibus ad suos poplites datis. ¶ Dare linteamentum in plagam, est lintei scissi lintei in vulnus inserere, cum oleo, aliáve medicamenta lanugines, quæ Græci ἔμμοτα appellant. Celsus *lib.* 7. *cap.* 9. Vlteriores verò, lunatasque in plaga linteamentum dandum est, vt caro increscens, vulnus impleat. Dare ludum. Plaut. *Bacch.* Sed nimis nolo desidiæ ei dare ludum. Hor. 3. *Carm. Ode* 12.

Miserarum est nec amori dari ludum.

Dare in manum, significat de manu in manum tradere, ἐγχειρίζειν. Terentius *in Andr.* Hanc mihi in manum dat. ¶ Dare se in disciplinam, est se alicui instituendum permittere. Gell. *lib.* 5. *cap.* 10. Is in disciplinam Protagoræ sese dedit. ¶ Dare verba alicui, est decipere. Plaut. *Aul.* nimisque ego hanc metuo malè. Ne mihi ex insidiis verba imprudenti duit. ¶ Datum est, id est, fato decretóque concessum est. δέδοται. Terent. *Eunuch.* Et istuc datum profectò, vt grata mihi sint quæ facio omnia. Sic Virg. 7. *Æneid.*

Non dabitur regnis (esto) prohibere Latinis.

Dare bibere, quod aliqui impropriè propinare dicunt: quum propinare, propriè præbibere sit, vel prægustare. Terent. *Andr.* Post deinde quod iussi, ei date bibere. Vbi Donatus, Dare bibere, consuetudine magis quàm ratione dixit, pro Dare ei potionem. Lucilius *in Sexto.* Dare bibere summo. Nam duo verba actiua nullam habent significationem sine nomine, aut pronomine, vt si dicas, Dic facere. Cato *de re rustic. cap.* 89. Bis in die farciat & meridie bibere dato. de gallinaceis & anseribus farciendis dixit. Liuius *initio lib.* 3. Dare agrum diuidere. Plaut. *Amph.* Si datur hodie illum apprehendere, (id est, si possum.) ¶ Datur cernere, id est, potest cerni, vel licet cernere. Plinius *Epist.* 10. Quantum mihi tamen cernere datur, multa in Euphrate sic eminent & elucent, vt mediocriter quoque doctos aduertant & afficiant. ¶ Duint pro dent, vel dederint. Terent. *in Andr.* At tibi Dij dignum factis exitium duint. Plaut. *Amph.* Siue qui ipse ambisset, siue per internuntium. Siut adeò Ædiles perfidiosè cui duint. Duit, pro Det. Idem *Aul.* Ne mihi ex insidiis verba imprudenti duit. Duas pro Des. *Ibidem,* At nihil est doris quod dem mine duas. Danunt, pro dant. Idem *Curc.* Nam tibi amantes propinantes vinum danunt. Liuius *lib.* 10. *ab vrb.* Bellona si victoriam duis. Ast ego tibi templum voueo. ¶ Dabunt, pro dent. Plaut. *Asin. sc.* 3. *a.* 3. Dabunt Dijque quæ velitis. ¶ Huius verb. composita sunt Abdo, Addo, Condo, Circundo, Cedo, Dedo, Edo, Indo, Obdo, Perdo, Prodo, Prædo, Reddo, Subdo, Satisdo, Pessundo, Trado, Venundo, Sedo & Mando (quæ falsò inter composita huius verbi erant relata) huc non pertinent: sunt enim simplicia, quod vel ex eo solo constat, quòd altera significatiua primæ coniugationis, quæ in compositis verbi Do corripitur, in his duobus producatur.

Dătŭs, participium. {נתן *nathán.* δοθείς, διδόμενος. GALL. *Donné.* ITAL. *Donato.* GERM. Gegeben. HISP. *Dado, donado.* ANGL. *Geuen.* } vt, Reddere data. Ouid. *de arte amand.* Multa rogant tradenda sibi, data reddere nolunt. Plaut. *in prolog. Amphitr.* Mihi concessum & datum est ab Diis aliis, nunciis vt præsim & lucro. Gell. *cap.* 10. *lib.* 3. Datum semen in veterum, (id est, emissum.) *Ibid. cap.* 11. Hæc data sunt in nomen Democriti. Senec. *cap.* 15. *de consol. ad Helu.* Concessum mulieribus, Imò datum ius in lachrymas. Gell. *cap.* 1. *lib.* 7. Datum memoriæ mandatum. Quintilian. Datus tandem rebus humanis (perfectus Orator.) Quo dato erasset, (sup. in lusu scruporum.) Idem & Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Non est vsui amator, nisi qui perpetuat data, (id est, munera.) Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 1. Non suppetunt dictis data. *Ibid. sc.* 3. *a.* 1. Hac lege dum superes datis. *Ibid. sc.* 2. *a.* 3. An verba blanda esse rere dicta docta. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 4. Datum denegant quod datum, (i. solutum & creditum.) Vide *Datum,* infrà.

Dătŭs, us, ui. {מתנה *mattanáh.* δόσις, δῶρον. GALL. *Donaison, don.* ITAL. *Donatione.* GERM. Gebung. HISP. *Don, dadiua, donacion.* ANGL. *A geuing.* } Plaut. *Trin.* nimis pergraphicus sycophanta: Is mille nummûm se aurum meo datu tibi ferre, & gnato Lesbonico aiebat meo.

Dătum, i, substantiuum, Expensum ✕ Acceptum. {נתון *nathún.* δοθὲν, δεδομένον, δόσις. GALL. *Chose donnée ou baillée.* ITAL. *Cosa donata.* GERM. Ein gab, das einem gegeben ist. HISP. *Don, dadiua.* ANGL. *A gift or a thing geuen.* } Cic. *de Amic.* Hoc quidem est nimis exiguè & exiliter ad calculos vocare amicitiam, vt par sit ratio acceptorum & datorum. Vide *Datus.*

Dătuīri, vetustè, apud Iureconsultos reperitur pro datum iri. Vlpian. *de verb. oblig.* Si quis stipulatus à Mæuio fuerit, fundum Titio datuiri. Hotomanus.

Dato, as, are, frequentatiuum. Plaut. *Mostell.* Tu solus credo fœnore argentum dătas. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Argentum accepto, expenso, cui debet, dato.

Dătŏr, is. {נותן *nothén.* δότης, vel δοτήρ. GALL. *Donneur.* ITAL. *Donatore.* GERM. Ein geber. HISP. *Donador.* ANGL. *A giuer.* } Plaut. *Trucul.* Semper datores nouos. Virg. 1. *Æneid.* Adsit lætitiæ Bacchus dator, & bona Iuno. Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 1. Et datores & factores subdam sub solum. (de lusu pilæ.)

Dătĭo, nis. {מתנה *mattanáh.* δόσις, δόμησις. GALL. *Donaison, donnement.* ITAL. *Donamento, donatione.* GERM. Ein gab. HISP. *Donacion.* ANGL. *A geuing.* } Cic. *pro lege Agr.* Cuius iudicium, legúmque datio, captorum agrorum ipsius virtute cognitio tollitur. ¶ Datio indultam significat in Flodoardo.

Dătārius, a, um, Gratuitum, aut quod gratis datur. {δωρεάν, χαριστικός.} Plaut. *Pseud.* Eho annoa prius salutas. s. nulla est salus mihi dataria.

Dătātim, aduerbium. {ἀντιδιδόντες. GALL. *En s'entredonnant & baillant l'un à l'autre.* ITAL. *Dando à vicenda.* GERM. Mit gebung. HISP. *Dando à vezes.* ANGL. *By geuig one to another.* } Ludere datatim, hoc est, inuicem dando: quemadmodum qui pila lusitant quæ vicissim mittitur, & remittitur. Et datores sunt qui pilam dant. factores verò, qui feriunt, & in factiones diuisi sunt, quas partes vocamus. Plaut. *in Curcul.* Tum illi

isti qui ludunt datatim serui scurrarum in via: & datores & factores omnes subdam sub solum. Inde illa translatio Ennij de muliere quæ sui copiam faciebat, cùm etiam mulieres impudicæ dare (vt Græcè χαρίζεσθαι) dicerentur, vt ex Martiale satis notum. Ergo Ennius, Quasi in choropila, Ludens datatim dat se, & communem facit, Alium tenet, alij nutat, alibi manus est occupata. Genera autem ludendi erant datatim, raptim, & expulsim. Nonius *Exodio*. In molis non ludunt raptim pila, datatim morso. Lepidè indicat seruos solere inter molendum de polenta rapere, & inuicem alium alij dare. Raptim autem ludi in harpasto solet. Varro, Purgatum scito, quia videbis Romæ in foro ante lanienas pueros pila expulsim ludere.

[Do, pro domus, per apocopen, dixit Enn. vt Pa, pro patre, doricè. Turneb.

Doāna, tam terræ, quàm maris. *Doana*. C.Il.antiq.

Doarium, vsusfructus certæ portionis mariti bonorum vxori concessus. Balduin.Lex.iur.ciu.]

Doberus, Δόβηρος. Vrbs Pæoniæ. Steph.

Dŏcĕo, es, ui, ctum, à δοκῶ. Vnde δόγματα sapientum. Instituo, erudio, præcepta do. Vel à dicco, es, Varro *lib*. 5. *de ling. Latina*. {לִמֵּד *limmadh* אִלֵּף *alléph* הוֹרָה *horah*. διδάσκω, διδάσκω. GALL. *Enseigner*. ITAL. *Insegnare*. GERM. lehren, vnderweisen. HISP. *Enseñar*. ANGL. *To teache*.} Construitur autem cum duobus accusatiuis: vt, Doceo te literas. Hoc ipsius magister me docuit. (sup. verberibus.) Plaut. *Aul. sc*. 1. *a*. 3. Id mea me multis docuit Regina querelis, Catull. *de com. Beren*. Cur me docuere parentes. Aliquando cum vno tantùm, licèt aliter possit intelligi Ouid. *Eleg*. 1. *lib*. 2. *Trist*.

Quódque parum nouit nemo docere potest.

Plaut. *Mostell. sc*. 2. *a*. 1. Expoliunt liberos, docent literas. Idem *Milit. sc*. 4. *a*. 2. Ne doceto malas, vt sint malæ. Gell. *cap*. 21. *lib*. 17. Docere fabulas. Pretium autem quod à discipulo exoluitur doctori, ponitur in ablatiuo. Excipiuntur hi quatuor genitiui, tanti, quanti, pluris, & minoris, cum ipsorum compositis. Cic. 2. *Philip*. Iam inuideo magistro tuo, qui te tanta mercede, quanta iam proferam, nihil sapere docuit. Iuuenalis, Chrysogonus quanti doceat, vel Pollio quanti. Aliquando cum ablatiuo. Cic. *Pato*, Socratem fidibus docuit. Vbi nonnulli volunt intelligi verbum Canere, vel aliquod simile. ¶ Interdum idem est quod ostendere, vel declarare. Virg. 5. *Æneid*.

——— docuit pòst exitus ingens.

Plaut. *Aul. sc*. 4. *a*. 1. Noui, ne doceas, (id est, probes. *Ibid. sc*. 2. *a*. 3. Ne doce, noui. ¶ Interdum idem, quod monere, siue certiorem reddere, παραινεῖν, Salust. *in Iugurtha*, Tametsi legatos miserat qui Senatum de cæde fratris, déque fortunis suis docerent. Cicer. *Appio Pul*. Ne literas quidem vllas accepi quæ me docerent quid ageres, aut vbi te visurus essem. ¶ Huius composita sunt, Addoceo, Dedoceo, Edoceo, Perdoceo, quæ ambo significant perfectè doceo, ἐκδιδάσκω. Salust. *in Catil*. Cicero per legatos cuncta edoctus. Plaut. *in Stich*. Nam illa omnes artes perdocet. Prædoceo, priùs doceo, προδιδάσκω. Salust. *in Iugurth*. Cæterùm illi qui Centuriis præerant prædocti à duce arma ornatúmque mutauerunt. Subdoceo, loco alicuius doceo, ὑποδιδάσκω. Cic. *ad Att. lib*. 8. Ciceronésque nostros potius meo labore subdoceri, quàm me alium magistrum quærere.

[Doctitat, frequenter docet. Gloss. Isid.]

Dŏctŭs, a, um, Scientia imbutus, literatus, doctrina excultus, eruditus, intelligens. {מְלֻמָּד *melummádh* לִמּוּד *limmúdh* נָבוֹן *nabón*. ὁ ἐν τοῖς λόγοις πεπαιδευμένος, πεπαιδευμένος. GALL. *Enseigné, bien apris, docte, sçauant*. ITAL. *Dotto*. GERM. Gelert. HISP. *Docto y enseñado*. ANGL. *Theached, learned, cunning*.} Cic. *lib*. 2. *Offic*. Nec me angoribus dedidi quibus essem confectus, nisi his restitissem: nec rursus indignis docto nomine voluptatibus. Idem *in Orat*. Itaque & doctis eloquentia popularis, & disertis elegans doctrina defuit. Sueton. *de claris Grammat*. Fuisse dicitur ingenij magni, memoriæ singularis, nec minus Græcè, quàm Latinè doctus. Artes doctæ, Ouid. 9. *Metamorph*. Dicta docta, Lucret. *lib*. 2.

——— & doctis rationem reddere dictis.

Docti doli, Plaut. *Mil*. Ei nos factitiis fabricis, & doctis dolis Glaucomo ob oculos obiiciemus. Facies docta, Ouid. 2. *Amor*.

O facies oculos docta tenere meos.

Catull. *ad Ortal*.

Cura sonocat à doctis Ortale virginibus.

Tibul. *lib*. 4.

Seu me finget equum rigidos percurrere campos
Doctum.

Plaut. *Most. sc*. 1. *a*. 2. Id videndum. Id viri docti est opus. *Ibidem*, Eam catam, doctam, & benè eductam fecere stulti. Idem *Pseud. sc*. 8. *a*. 4. Nimis est doctus, versutus, malus. Idem *Asin. sc*. 1. *a*. 3. Dicta docta pro datis. Idem *Mil. sc*. 2. *a*. 2. Nimis doctum! *Ibid. sc*. 4. *a*. 2. Cedo vel doctas docebo. Idem *Most. sc*. 3. *a*. 1. Nihil hac docta doctius. ¶ Doctus sagittarum pro sagittandi. Sextus Aurel. Victor *in Domitiano*, Sagittarum tam doctus fuit, vt inter patentes digitos extentæ manus viri procul positi spicula transuolarent. ¶ Dicitur autem doctus qui rationem rei tantùm tenet: peritus, qui cum ratione experientiam, & consuetudinem tenet, ἀπὸ τῆς πείρας, id est, experientia. Itaque minus est doctus, quàm peritus. Cicer. *in Salust*. Satis doctè atque peritè fecisti. Idem *lib*. 3. *Offic*. Itaque quum sint docti à peritis, facilè desciscunt à sententia. Maiorem tamen vim habet doctus, quàm eruditus. Idem *lib*. 1. *Offic*. Nec solùm viui, ac præsentes, studiosos discendi erudiunt, atque docent, sed hoc idem etiam pòst monumentis literarum assequuntur. Nec mirum est quòd minus sit eruditus, quàm doctus: quoniam rudis & eruditus contraria sunt. Plinius, Sedere cœpit sententia hæc, pariterque & eruditum vulgus, & rude in eam cursu vadit. Quint. *lib*. 1. A pædagogis exigit vt sint eruditi, quò adolescentes erudire queant: aut si se non eruditos esse sciant, ne quippiam tradant cuius ipsi sunt ignari, quódque postea sit dedocendum. ¶ Est autem doctus in hac significatione nomen, non participium: nullum enim importat tempus. ¶ Hinc fit compositum Indoctus, ἀπαίδευτος, quod quum verbo careat, participium esse non potest: quemadmodum & Semidoctus, ἡμιμαθής. Cic. *Cornelio*. Sed proximè scripsi de optimo genere dicendi, in quo sæpè suspicatus sum te à iudicio nostro: sicut doctum hominem à non indocto, paulum dissidere. Plaut. *in Asin*. Tua ista culpa est, quæ discipulum semidoctum abs te remittes.

Doctior & doctius Ouid. *Eleg*. 1. *lib*. 2. *Trist*.

Ad delinquendum doctior esse potest

Plaut. *Most. sc*. 3. *a*. 1. Nihil hac docta doctius.

Dŏctē, aduerbium, Scitè & eleganter. {ἐπιστημόνως. GALL. *Doctement, sauamment*. ITAL. *Dottamente*. GERM. Künstlich, artlich, weißlich. HISP. *Doctamente, y enseñadamente*. ANGL. *Cunningly, learnedly*.} Plaut. *Capt. prolog*. Expediet hanc doctè fallaciam. *Ibidem sc*. 1. *a*. 2. Accuratè, doctè, diligenter, hoc agitur. Idem *sc*. 2. *a*. 2. Hanc tibi doctè perductam dabo. *Ibid. sc*. 5. *a*. 2. Vt orationem doctè duint, & callide verba dent. Idem *Pseud. sc*. 1. *a*. 4. Meditati doli doctè. *Ibidem sc*. 7. *a*. 4. Vt doctè dolum conuentus est. Cicer. *lib*. 3. *de Orator*. Tum ad te ludibunda doctè, & delicatè detulit. Doctè & peritè facere, idem *in Salustium*. Plaut. *Mostell. sc*. 3. *a*. 1. Vt perdoctè cuncta callet! ¶ Item, *Doctiusculè*. Gell. *cap*. 16. *lib*. 6. Cùm esset verbum Deprecor doctiusculè positum in Catulli carmine.

Doctissimè eruditus. Salust. *Iugurth*. 131. Literis Græcis iuxtà atque Latinis doctissimè eruditus.

Dŏcĭlĭs, Qui facilè disciplinam apprehendit, aptus ad disciplinam. {לִמּוּד *limmúdh*. εὐμαθής. GALL. *Qui apprend aisement, qui se laisse enseigner*. ITAL. *Che apprende facilmente*. GERM. Gelirnig. HISP. *Habil para ser enseñado*. ANGL. *Apt to learning*.} Cic. *Trebatio lib*. 7. *Epistol*. O medicum suauem, atque docilem ad hanc disciplinam. Idem 2. *Tusc*. Dehinc ad hanc eneruatam, muliebrémque sententiam satis docilem se Epicurus præbuit. Lactant. *de Opif*. Nam si te in literis, nihil aliud quàm linguam instruentibus, auditorem satis strenuum præbuit: quantò magis in his veris, & ad vitam pertinentibus docilior esse debebis? Varr. *lib*. 1. *de re rust*. Cassius scribit hæc, operarios parandos esse qui laborem ferre possint, nec minores annorum vigintiduorum & ad agriculturam dociles. Cic. 3. *de Orat*. Iubent enim exordiri ita vt eum qui audiat, beneuolum nobis faciamus. Docilem autem facio, non tum quum polliceor me demonstraturum, sed tum quum doceo & explano. Docilis, cum genitiuo. Hor. 4. *Carm. Ode* 6.

Reddidi carmen docilis modorum
Vatis Horatij.

Sic 1. *Serm. satyr*. 1.

Parebit, praui docilis Romana iuuentus.

Dŏcĭbĭlĭs, e, Qui idoneus est vt doceatur. {לִמּוּד *limmúdh*. διδακτός. GALL. *Aisé à enseigner*. ITAL. *Habile à insegnarsi ò maestreuole*. GERM. Geschickt vnnd taugenlich gelert zuwerden. HISP. *Cosa que presto se puede enseñar*. ANGL. *Apt to be traught*.} Hieronymus, Ingenium docile, & sine doctore docibile est. Sic Cyprianus, Docibilis est, qui est ad discendi patientiam lenis & mitis. Nec facilè reperias, nisi apud Ecclesiasticos. Priscianus autem vult significare docibile id quod facilè discitur: pro quo nos perceptibile dicimus potiùs. Valla *lib*. 6. *cap*. 10.

Docibiliter, Diomedes *lib*. 1.

Dŏcĭlĭtās, atis, Apprehendendæ doctrinæ facilitas, discendi facilitas. {εὐμάθεια. GALL. *Docilité, bonté d'esprit qui est duit à apprendre*. ITAL. *Bonta di spirito, l'esser dobito ad imparare, dispositione d'ingegno ad imparare*. GERM. Ein gelirnige art ein ding bald zuergreiffen. HISP. *Habilidad para ser enseñado*. ANGL. *Aptnesse in learning*.} Cic. *pro Sestio*, Ij perfecto genere humanæ docilitatis, atque ingenij dissipatos vnum in locum congregauerunt. Idem *lib*. 5. *de fin*. Prioris generis est docilitas, memoria: quas virtutes qui habent, ingeniosi vocantur.

Dŏctrīnă, Eruditio, quatenus à præceptore proficiscitur. {לֶקַח *lékach*. διδασκαλία. GALL. *Doctrine, instruction, enseignement*. ITAL. *Dottrina*. GERM. Lehr, vnderweisung. HISP. *Doctrina ò enseñança*. ANGL. *Doctrine, teaching*.} Nam vt à discipulo apprehenditur, dicitur disciplina. Cicer. *pro Arch. poëta*. Ego multos homines excellenti animo & virtute fuisse, & sine doctrina, naturæ ipsius habitu propè diuino, per seipsos & moderatos, & graues extitisse fateor: etiam illud adiungo, sæpiùs ad laudem atque virtutem naturam sine doctrina, quàm sine natura valuisse doctrinam. Idem *in Orat*. Quo fit vt veram illam & absolutam eloquentiam nemo consequatur, quòd alia intelligendi, alia dicendi disciplina est: & ab illis rerum, ab illis verborum doctrina quæritur. Gell. *cap*. 25. *lib*. 13. In disciplinis doctrinarum præcellens. Plaut. *Mostell. sc*. 2. *a*. 1. Optimi quique expetebant eam doctrinam sibi. (paulo antè, *disciplinam*.)

Dŏcŭmentum, à præterito docui, sicut à monui monumentum. Idem quod admonitio, probatio, exemplum, quod nos aut doctiores reddit, aut certiores, aut prudentiores. {אוֹת *oth*. δεῖγμα. GALL. *Enseignement, exemple, monstre, experience*. ITAL. *Documento, amaestramento*. GERM. Lehr, erweisung, ein beyspil das vns etwas lehrt. HISP. *Enseñança*. ANGL. *A lesson, a proofe, an experiment*.} Cicer. 6. *Philip*. Ex quo nimirum nos documentum capere fortuna voluit, quid esset victis extimescendum. Sal. Quarum rerum ego maximè hæc documenta habeo, quòd in bello sæpiùs vindicatum est in eos, qui contra imperium in hostem pugnauerant. Plaut. *Capt. sc*. 5. *a*. 3. Ego in altis captiuis documentum dabo. Liu. *lib*. 5. *d*. 5. Documentum eloquentiæ dare. Suet. *in Aug. cap*. 51. Documenta clementiæ, (id est, indicia.) Idem *in Galba cap*. 14. Quàm multa documenta egregij principis daret.

Dŏctŏr, verbale, qui docet, magister, præceptor, interpres. {מְלַמֵּד *melammédh* רַב *rab*. διδάσκαλος. GALL. *Docteur, maistre, enseigneur*. ITAL. *Dottore, maestro*. GERM. Ein lehrer. HISP. *Enseñador*. ANGL. *A teacher, a maister*.} Plin. *in Paneg*. Quem honorem dicendi magistris, quam dignitatem sapientiæ doctoribus habes? Tacit. *lib*. 24. Etiam sapientiæ doctoribus tempus impartiebat, hoc est, Philosophis. Ouid. *Eleg*. 1. *lib*. 2. *Trist*.

Argue [illegible]

Doctore [illegible]

Dŏctrix, icis, [illegible], magistra. Apuleius *lib. de philosophia*, Illæ verò vitiorum doctrices, iracundia & libido, ratione sub regum missa dominantur.

Dōchĭmŭs, i, δόχμιος, [rectius Dochmius, δόχμιος,] Pedis genus in numeris

numeris oratoriis: de quo Cicer. *in Orat.* Dochimus (inquit) è quinque constat syllabis, breui, duabus longis, breui, longa: vt est hoc, Amicos tenes: item hoc, Rempublicae. Quotus locoque opus est, datur: mel ponatur: iteratus, aut continuatus, numerum apertum, & nimis insignem facit.

Docimeum, Δοκίμειον, vrbs Phrygiae, Stephanus. Vide *Sinada & Synnada.*

Doclea, Δόκλεα, ciuitas mediterranea Dalmatiae apud Ptolemaeum *lib. 2. cap. vii.* Huius incolae dictae sunt Docleatae, quorum meminit Plin. *lib. 3. cap. 22.*

Dōcūs, {דכ bab. δοκός. GALL. *Une poultre ou solive, vn sommier.* ITAL. *Traue.* GERM. Ein balk. HISP. *Viga.* ANGL. *A beame, any great piece of timber.*} Latinis trabem significat: vnde igneae quaedam acris impressio-nes oblongae, trabis similitudinem referentes, δοκοὶ a Graecis appellantur: qua voce etiam vtitur Plin. *lib. 2. cap. 26.* Tamen & ... modo quas docos vocant, quales quum Lacedaemonij classe victi imperium Graeciae amiserant.

¶Dodecaeteris, tempus δωδεκαετὶς, decennium.

Dodecatemorium, δωδεκατημόριον, est duodecima pars vnius integri.¶

Dodecatheus, δωδεκάθεος. Herbae genus proximam à moly Homerico authoritatem obtinens. Folia habet septem, lactucae foliis simillima, à lutea radice exeuntia. Autor Plin. *lib. 25. cap. 4.* ¶ Dodecatheus item à Suet. *in Augusto* appellatur conuiuium quoddam Octauij secretius, et duodecim constans conuiuis vtriusque sexus, ad imitationem caelestis conuiuij, cui Iupiter parem deorum dearumque numerum fertur adhibere. Verba Suetonij sunt haec. Coena quoque eius secretior in fabulis fuit, quae vulgo δωδεκάθεος vocabatur.¶ ¶Dodecathei, dij maiores. Iupiter, Iuno, Neptunus, Ceres, Mercurius, Vulcanus, Minerua, Apollo, Diana, Vesta, Mars, Venus, dicti maiorum gentium dij.¶

Dōdōna, Δωδώνη, ciuitas in Chaonia, regione Epiri, iuxta quam propinquum erat nemus Ioui sacrum, querneum totum, vbi Iouis Dodonaei templum fuisse narratur, & in eo oraculum omnium quae apud Graecos fuerunt vetustissimum. In hoc duas columbas consulentibus responsum dedisse quidam fabulantur, quarum altera Delphos, altera verò in Ammonis Iouis templum volauit: alij arbores ipsas vocales fuisse volunt, & consulentibus oracula edere solitas. Ouid. *Eleg. 8. lib. 4. Trist.*

Haec mihi si Delphos, Dodonaque diceret ipsa.

¶Dictam autem volunt Dodonam à nympha quadam marina eius nominis: aut, vt aliis placet, à Dodone quodam Iouis & Europae filio. Vide Steph.

Dōdōnaeus, a, um, Δωδωναῖος, vt Dodonaeus Iupiter, qui in Dodonaeo nemore colebatur. ¶ Item Dodonaeum aes, Δωδωναῖον χαλκεῖον, tintinnabuli quoddam genus die noctúque continuò crepitans: vnde & ad homines iusto loquaciores prouerbio transferri solet. Ausonius, Nec Dodonaei cessat tinnitus aheni.

Dōdōnides, Δωδωνίδες, Nymphae (vt Pherecydes ait) dicuntur Liberi patris nutrices, à Dodona Epiri ciuitate. Hae & Atlantides vocantur, quarum nomina sunt, Ambrosia, Eudora, Pasithoe, Coronis, Plexaura, Pytho, Tyche.

Dodonius, Adiect. Δωδώνιος. Claud. *1. de rapt. Proserp.*

Vnde data fruges populis & glande relicta,
Inuentis Cereris Dodonia quercus aristis.

Dodra, potionis genus, quae ex nouem rebus fiebat. Ausonius.

Dodra, ex dodrante est: sic collige, ius, aqua, vinum,
Sal, oleum, panis, mel, piper, herba, nouem.

Dodracum, Holandiae vrbs, vulgò *Dodrecht.*

Dōdrāns, pondus, vel mensura constans ex nouem vnciis: ita dictum quòd ad conficiendum assem desit quadrans. {τετρημόριον. GALL. *Les trois parts, comme neuf onces de douze.* ITAL. *Noue oncie.* GERM. Drey quart oder viertheil eines jeden gewichts / oder maß. HISP. *Nueue onças.* ANGL. *The thrid parte, as nyne ounces ofte twelfe.*} Martial. *lib. 8.*

Soluere dodrantem nuper tibi Quinte volebat.

Dōdrantālis, e, ὁ τετρημοριαῖος. vt, Dodrantalis stirps apud Col. *lib. 11. c. 3.* hoc est trium palmorum, seu digitorum duodecim, cui scilicet ad perficiendam pedis mensuram deest quadrans.

Doeantes, Δοίαντος, Campus Phrygiae. Æmonem enim & Doeantem fratres fuisse aiunt, à quibus Doeantium & Æmonium nemora dicta sunt. Stephan.

Doga, ae, dolij vasisque genus, vulgò *botte*, à Graeco δοχεῖον: & Dogarius in antiquo Lexico est ... In quo & Vagus, seu cuppa, ... Dicitur etiam vulgò *bouteille*, sed eiusdem originis. Vopiscus, Facta erat ratio dogae, capparum, nautum, & operum.

Dogarius, vide *Doga.*

Dōgmă, tis, Decretum, praeceptum, scitum, placitum. {חק chok. δόγμα. GALL. *Decret, opinion & sentence en propos delibere, conclue & arrestee qu'on n'ose desdire.* ITAL. *Dottrina affermata da Filosofi, opinione ferma d'una setta, Cosa deliberata per giuditio.* GERM. Ein gesatzte sonderbare selbs erwölte meinung die ein jede sect hat. HISP. *Deliberado decreto.* ANGL. *A decree or commaundement open and concluded.*} Sunt dogmata vniuscuiusque sectae decreta, quae (vt inquit Cicero) prodere scelus est, non minus quàm patriam hoc quibus nec sectae Philosophorum, nec religionum vitae constare possunt. Vnde Laertius ait sectam eam non appellari, quae dogmata non habet. Cic. *4. Tusc.* Quoniam id enim haberent Academici decretum (sentitis enim iam hoc me dogma dicere) nihil posse percipi, &c. Idem *4. Acad.* Sapiens verò quid futurum est, quae neque de sceptis dubitare debet, neque de suis decretis quae Philosophi dogmata vocant Graeci etiam ... & δόγματα dicunt, teste Budaeo. Habent & caeterae artes sua dogmata: in re medica alia Hippocratis, alia Asclepiadis, alia Themisonis dogmata fuerunt. A Plinio frequenter placita appellantur: vt, placita Magorum, & placita Babyloniorum, *lib. 2.* Dicitur autem ... à δοκεῖν, quod opinari significat.

Dogmătistes, qui sibi dogmata praescribit, ... à verbo Graeco δογματίζω, quod est decreta praescribo, dogmata trado. Hieronymus, Nunc verò quum interpres magis Apostoli fuerim, quàm dogmatistes.

¶Dola, Dôle, vrbs primaria Comitatus Burgundiae, in D. Vesontinensi sita, habet Academiam a Philippo Bono Burgundiae Duce ac Comite institutam. In eadem vrbe residet prouinciae Senatus, spectatque ad gentem Auriacam.¶

Dolabella, Dolatura, vide *Dolo.*

Doliche, Δολίχη. Vrbs Aridaeae. Steph.

Dolenter, Dolentia, Doleo, vide *Dolor.*

Dolia, orum, à dolando, vasa maiora, vino seruando praecipuè idonea, quae olim fictilia potissimùm erant. {... *πίθοι.* GALL. *Vaisseaux à serrer le vin, tonneaux.* ITAL. *Botte, dogli.* GERM. Fässer. HISP. *Tinajas ò vasijas grandes de barro.* ANGL. *Tunnes, great vessels.*} ¶Tibull.

In caua Lethaeas dolia portat aquas.¶

Plaut. *Pseud.* 1. 3. a. 1. In pertusum ingerimus dicta dolium, operam ludimus. Idem *Capt.* Dabitur tibi amphora vna, & vna tenetta, comes vnus, vinum ahenum, & octo dolia. Terent. *in Heaut.* Releui omnia dolia, omnes serias. ¶ Veteres dolia fictilia in cellis vinariis terra obruebant, quae solitas aures haberent, dictae dicebantur. Iurisconsulti scribunt, Vino legato cum vasis, dolia legata non videri: quia scilicet ea mente vinum in dolia condimus, vt ex his postea in amphoras, vel cados diffundamus: quod deinde vinum diffusum nominatur. Iuuen. Ille capillato diffusum Consule potat. Cic. *de clar. Orat.* Num igitur qui hoc sentiat, si is potare velit, de dolio sibi hauriendum putet? Vnde etiam E dolio haurire, ἐκ πίθου ἀντλεῖν, prouerbio olim dicebatur, qui abundabat rebus optatis. ¶ Inexplebile dolium, ἄπληστος πίθος. Varius est huius adagij vsus. Quadrat enim primùm εἰς τοὺς ἀδδηφάγους: hoc est, in gulosos edacésque. Quadrabit & in obliuiosum, cui si quid eruditionis infundas, protinus effluit, quique prius obliuiscatur, quàm didicerit. Competet etiam in homines praeter modum profusos. Arist. *Oeconom. 1.* Congruit item in auaros, quorum cupiditatibus nihil est satis: verùm quò magis implentur opibus, hoc magis inanes esse videntur. ¶ Voluitur dolium, κυλίνδεται ὁ πίθος. In eum qui commouetur alieno exemplo sine instinctu ad stulte quid faciendum. Nam dolium facili impulsu quò velis voluitur: at sapiens semper fixus est immotus.

Doliola, diminutiuum è doliis {πιθάκνια. GALL. *Petits muys ou tonnelets.* ITAL. *Botticini.* GERM. Fäßlin. HISP. *Tinajuelas.* ANGL. *Litle tunnes, or hogsheades.*} Locus in vrbe fuit sic vocatus, eo quòd post Alliensem cladem Gallis Vrbem inuadentibus, doliola in quibus sacra Romanorum Pontifices condiderant, eo in loco fuerint defossa à flamine Quirinali, sicut T. Liu. *lib. 5.* scribit. Qua de causa in eodem loco ne despuere quidem alicui licebat. Festus.

Dōliāris, e, quod dolij capacitatem habet. {πιθώδης, ὁ ἐ πίθου. GALL. *De tonneau ou de muy.* ITAL. *Ciò ch' appartiene à doglio.* GERM. Das zu den fässern gehört. HISP. *Cosa de tinaja.* ANGL. *That belongeth to a tunne.*} Plaut. *in Pseud.* Festiuiter appellat anum ventricosam, doliarem, Ego duortos extra portam, huc in tabernam tertiam, Apud anum illam doliarem, claudam, crassam. id est, suffarcinatam, obesam, & dolij modo turnidam & ventricosam. ¶ Doliare vinum, vide *Vinum.* ¶ Vita doliaris, ζωὴ πίθου, Prouerbio dicitur vita frugalis, parca, ab omni strepitu atque ambitione remota, breuiter qualem Diogenes nobilis ille Cynicus Athenis egisse legitur: poterit torqueri & in eos, qui nimium sordidè, nimis durè atque immundè viuunt. ¶ Vinum doliare, quod adhuc in dolio est, necdum diffusum cuius vendendi legem Cato *de re rust. cap. 148.* exponit. Huius fit mentio *in l. 1. §. vlt. D. de peric. & com.* Si doliare vinum emeris, nec de tradendo eo quicquam conuenerit, &c.

Dōliārius, significat eum, qui dolia facit, & componit. {πιθοποιός, κεραμεύς, κεραμεύς. GALL. *Celuy qui fait muys ou tonneaux.* ITAL. *Bottaro.* GERM. Ein küffer. HISP. *El que haze tinajas ò pipas.* ANGL. *He that maketh tunnes, a cooper.*} Plin *lib. 3. cap. 6.* Ænaria insula à statione nauium Æneae, Homero Inarime dicta, Graecis Pythecusa, non à simiarum multitudine, vt aliqui existimant, sed à figlinis doliariorum.

Dōliārium, ij, substantiuum. Apud Iureconsultos pro ipsis doliis, vel cella in qua dolia vinaria sunt. {πιθεών. ANGL. *A wine celler.*} Si (inquit) ex doliario pars vini venierit.

Doliche, Δολίχη, vulgò *Nicaria*, insula est XVII. M. passuum à Naxo distans, tantundem ipsa in longitudinem patens cum oppidis duobus, tertio amisso, quae prius Icaro dicebatur: vnde nonnulli nomen mari inditum putant potius, quàm ab Icaro Daedali filio. Ea etiam Macris, & Ichthyoëssa aliquando vocata est. Plin. *lib. 4. cap. 12.*

Dolichene, Δολιχήνη, vrbs Comagenae, Steph.

Dolichiste, Δολιχίστη Ptolemaeo. Insula est in mari Lycio, contra Chimaeram promontorium. Plin. *lib. 5. cap. 31.*

¶Dolichaurus, δολίχουρος, longam habens caudam, δολιχὴν οὐρὰν: versus hypermeter.¶

Dolichus, δόλιχος. Spatium est duodecim stadiorum, vel (vt Suidas tradit) viginti quatuor. Iulius Pollux, Dolichon in gymnicis certaminibus docet fuisse curriculum omnium maximum: in quo qui decertabant, dolichodromi dicebantur. ¶ Est praeterea dolichus, leguminis genus, Caule tenerrimo: sed si perticam adiunctam habeat, in miram altitudinem ascendente, alioqui vitiosum & infrugiferum. Alij eicerculam interpretantur, alij phaseolum. Vide Galen. *lib. 1. de alim. facult.*

Dolionēs, Δολίονες, incolae Cyzici, aliàs Dolici, vel Dolini, Steph. Vide *Scyrmus.*

Dŏlo, as, à polio. Dolabra, siue ascia leuigo, vel caelo, sculpo. {פסל pasal. ξέω, ξυλίζω. GALL. *Doler, vnir, esbaucher.* ITAL. *Dolare, pulire.* GERM. Schlecht glatt machen. HISP. *Dolar, allanar.* ANGL. *To cutt or hew with an axe or other instrumente, to cut; to square.*} Propert. Stipes acernus etam properanti falce dolatus. Cic. *4. Acad.* Non enim est ex saxo sculptum, aut ebore dolatum. Colum. *lib. 1. cap. 2.* Materies si roborea est, ab vno fabro dolari ad vnguem per quadrata debet pedum XX. Idem *lib. 8. cap. 3.* Dolare perticam in quadrum. ¶ Apud antiquos etiam to-

GERM. Hinweggehen hinweichen. HISP. *Partirse de lugar.* ANGL. *To go or passe away, to depart.*} Plin. Facessite hinc, atque à nobis discedite. Plaut. *Asin.sc.3.a.3.* Pedem ab ista non discedat, si licessit. Idem *Asin. sc.1.a.1.* Iampridem videtur factum cum discessi ab hero. ¶ Interdum ponitur pro excipere, [illegible], vt si dicam, Quum discessi à parentibus, nemo est mihi te charior, id est, parentibus exceptis. Cicer. *Lentulo,* Sic tamen existimare te velim: quum à vobis salutis meæ autoribus discesserim, neminem esse cuius officiis me tam esse deuinctum non solùm confiteor, sed etiam gaudeam. Interdum pro distendi, diuidi, χαίνειν, διαιρεῖσθαι. Idem *lib.3.Offic.* Hinc ille Gyges inducitur à Platone, qui quum terra discessisset magnis quibusdam imbribus, in illum hiatum descendit. ¶ Discedere in sententiam, est alterius sententiam approbare, [illegible]. Mos enim fuit antiquorum, quum in tanto Senatorum numerum longum foret singulorum sententias audire, eos tantum qui cæteris dignitate antecellebant, sententiam rogare. Deinde dictis sententiis, reliqui ad eos quorum iudicio subscribebant, discedebant. ¶ Discedere, non est semper de loco abire: nam *lib.11.ad Atticum,* Si possum, inquit, discedere, ne causa optima in senatu pereat, id est, si possum consequi, si hunc exitum res habere potest. Idem dicitur, cum ad eandem sententiam transtulit. Terent. apud quem testis idem ait Geta seruus *in Phormione:* Modò vt hoc consilio possit ita loqui, vt istam ducat. Ex Aldi *Comment. ad Attic.* ¶ Discedimus, pro discessimus. Varro, Scal.

Discessio, verbale, Abitus, discessus. {לכתה léchecth פרוד farúh. ἀποχώρησις. GALL. *Departement, separation.* ITAL. *Il partirsi, la partita.* GERM. Hinweichung, hingang. HISP. *La partida de lugar.* ANGL. *A going away, a departing.*} Cic.2. *Off.* Eorum neque accessione melior vita fit, neque discessione peior. ¶ Ponitur interdum discessio pro diuortio. Ter. *in Andr.* Nempe incommoditas denique huc omnis redit. Si eueniat (quod dij prohibeant) discessio. ¶ In foro quoque dicimus Discessionem fieri in sententiam alicuius, quum Senatores è sua sede ad eum transeunt, cuius sententiam approbant. Cic.6. *Verr.* Atque adeò quum iam non solùm discessio facta esset, sed etiam perscriptum, atque in tabulas relatum. Per discessionem quomodo fit SC. Gell. *c.18.lib.13.* & *c.7.lib.14.* Vide *Senatusconsultum.*

Discessus, us, ui, verbale à discedo, Discessio, {לכתה léchecth פרוד farúh. ἀποχώρησις. GALL. *Departement.* ITAL. *Dipartimento, la partita.* GERM. Hingang, hinfart. HISP. *La partida de lugar.* ANGL. *A going away, a departing.*} Senec. *c.7. de consol. ad Mart.* In discessu, non solùm amissione carissimorum morsus est necessarius. Cic.5. *de fin.* Quinetiam quum decreuerit esse moriendum, tamen discessu à suis, atque ipsa relinquenda luce moueatur. Discessum è vita, pro morte posuit idem Cic. *lib.1. de Diuin.* O præclarum (inquit) discessum è vita. ¶ Discessus terræ, pro terræ hiatu, & chasmate accipitur. Item Discessus cæli, pro subita cæli disruptione, qualem nobis videmur videre, quum fulgura, aut coruscationes apparent. Idem Cic. *2. de Diuin.* Ita te nec terræ fremitus, nec cæli discessus, nec lapideus, aut sanguineus imber, nec traiectæ stellæ nec faces visæ terrebunt.

Discessurus, a, um, particip. futuri temporis, ἀποχωρήσων. Plin. *lib.20.c.24.* Sed discessuri ab hortensibus vnam compositionem ex his clarissimam subtexemus. hoc est, prius quàm discedamus ab hortensium herbarum tractatione.

DISCEPTO, as, Disputo, contendo, decerto. {רב rab נשפט nischpát הוכיח hoochiach פלל pillél. διαγωνίζομαι, ἀμφισβητῶ. GALL. *Debatre & disputer de quelque different.* ITAL. *Disputare, contendere.* GERM. Zancken, streiten. HISP. *Contender disputando.* ANGL. *To dispute or reasone of any thing, to contend.*} Cic. *fam.4.* Postquam armis disceptari cœptum est de iure publico. ¶ Aliquando etiam moderor, compono, διαλαμβάνειν, quod ad verbum è Græco dictum esse videtur. διαιρεῖσθαι, διορίζεσθαι, διαγνώναι, vel (vt alij exponunt) iudico, arbitror, cognosco. In qua significatione accusatiuum regit. Idem Cicer. *pro Milone,* Et isti est præpositus quæstioni, qui hæc iustè, sapientérque disceptet. Liuius *lib.1. d.5.* Disceptare controuersias. ¶ Est etiam alius huius verbi elegans vsus apud Cicer. *famil.10. ad Plancum Imper.* Quamobrem, inquit, quanquam in vno prælio omnis fortuna R. P. disceptat, quod quidem quum hæc legeres, iam decretum arbitrabar fore: tamen ipsa fama, quæ de tua voluntate percrebuit, magnam es laudem consecutus. Id est, quanquam omnis Reipub. fortuna de tui prælij exitu pendet.

Disceptator, Rei sententiæque arbiter, iudex. {פלילי pelili מוכיח mochiach. διαιτητής. GALL. *Iuge ou arbitre.* ITAL. *Giudice ò arbitro.* GERM. Ein schidmann / der ein handel entscheydt. HISP. *Contendedor que disputa, juez arbitro, arbitrador.* ANGL. *A iudge or arbitreur, a dayes man.*} vt docet Cicer. *in part. ad filium,* Nam aut auscultator est (inquit) qui audiuit, aut disceptator: id est, rei sententiæque moderator. Idem *ad Sulpit. lib.13.* Vt omnibus in rebus, & quæ in aliquam controuersiam vocarentur, te arbitro: & quod commodo tuo fieri posset, te disceptatore vterentur.

Disceptatrix, {פליליה pelilíth מוכחת mochácath. ἡ διαιτητής, διαγνώμων. GALL. *Celle qui iuge.* ITAL. *Donna che giudica.* GERM. Richterin. HISP. *Contendedera, que disputa, arbitradera.* ANGL. *She that iudgeth or is arbitreur.*} Cic.4. *Acad.* Dialecticam inuentam esse dicitis veri & falsi quasi disceptatricem & iudicem.

Disceptatio, Causa & lis. {פליליה pelilijjáh. διαμφισβήτησις, διάγνωσις. GALL. *Debat en paroles, dispute, controuerse.* ITAL. *Contentione.* GERM. Ein span oder streitiger handel. HISP. *Aquella contienda disputando.* ANGL. *A striuing in wordes, controuersie.*} Cic.2. *de Diuin.* cum quibus omnis ferè nobis disputatio contentióque est. Disceptatio pro arbitratu & cognitione. Vlpian. *l. quum 4.§. si cui. ff. de transact.* Hæc omnia habent disceptationem Prætoris: & pro vtilitate alimentarij accipienda sunt.

Disceptatiuncula, diminut. à disceptatio Gell. *lib.20.c.vlt.* Ea omnia subcisiua & subsecundaria tempora ad colligendas huiusmodi memoriarum disceptatiunculas contuli.

DISCERNO, is, discreui, discretum, Separo, diuido, diiudico, distinguo, dispicio. {חקר chakar בחן bachán הכיר hichchir הבדיל hibdil. διακρίνω, διαγιγνώσκω. GALL. *Discerner, separer, & cognoistre l'un de l'autre, diuiser.* ITAL. *Diuidere, separare.* GERM. Vnderscheiden. HISP. *Apartar.* ANGL. *To separate, to discerne or knowe one frome an other.*} Cic.5. *In Tusc.* Democritus alba & nigra discernere non potuit. Discernere à Cicer. *pro Fonteio.* Quid est igitur vbi elucere possit prudentia? vbi discerni stultus auditor & credulus ab ingenioso & sapienti iudice. ¶ Quandoque distinctè cognosco. Terent. *in Adelph.* Quid hoc malum, infelicitatis? nequeo satis discernere, Nisi me credo huic esse natum rei, ferundis miseriis. ¶ Discernere Item. Virg. *12. Æneid.*

Saxum antiquum, ingens, campo qui fortè iacebat,
Limes agro positus, litem vt discerneret aruis.

Discretus, a, um, particip. passiuæ significationis à discernor. {מובדל mubdál. διακεκριμένος. GALL. *Separé & diuisé.* ITAL. *Separato.* GERM. Vnderscheidet. HISP. *Apartado.* ANGL. *Seuered, separated.*} vt, Discreta semina apud Colum. id est, separata. Plin. *lib.15.c.30.* Discretæ suis nominibus syluæ. Huius compositum protulit Plin. Indiscreta propè specie fuere, id est, indifferenti. ἀπαράλλακτα. Valla exponit actiue, vt sit Discretus, qui qualitates personarum ac rerum momenta discernit. Sed nullum attulit exemplum, nec vllum afferri posse arbitror, nisi in passiua significatione.

Discretio, nis, verb. Separatio, distinctio. {גזר gezér. διάκρισις. GALL. *Discretion, distinction, separation.* ITAL. *Diuisione, separatione.* GERM. Vnderscheidung, absünderung. HISP. *Apartamiento.* ANGL. *A separating, a seuering.*} Lactant. *lib.7.* Quum vis aliqua vtrumque discreuerit: quæ discretio mors vocatur. Autor ad Heren. *lib.4.* sic definit, Discretio vocatur quæ rerum consequentium continet perspicuam & dilucidam cum grauitate expositionem. Aliquando pro delectu, κρίσις.

Discretè, aduerb. non significat prouidè, aut sapienter (vt nonnulli existimant,) sed separatim & distinctè ✕ confusè, perturbatè. {χωρίς. GALL. *Separément, distinctement.* ITAL. *Separatamente.* GERM. Vnderscheidenlich. HISP. *Apartadamente.* ANGL. *A sunder, seuerally.*} Cicer. 1. *de Inuent.* In præsentia tantummodo numeros & modos, & partes argumentandi confusè & permistè dispersimus: pòst discretè & electè in genus quodque causæ, quid cuique conueniat, ex copia hac digeremus.

Discretim, aliud aduerb. Varr. *de re rust. lib.1.c.3.* Quoniam discretim de his rebus dicendum est.

DISCRIMEN, Separatio, differentia. {מחלקת machalóketh גזר gezer. διαφορά. GALL. *Difference.* ITAL. *Differenza.* GERM. Vnderscheid. HISP. *Diferencia.* ANGL. *Difference, diuersitie.*} Cicer. Totúmque discrimen summi boni in ea rerum comparatione positum putat. Salust. Laudamus diuitias, prosequimur inertiam, inter bonos & malos nullum est discrimen. Nullo discrimine, id est, facilè. Cicer.4. *Acad.* Vera à falsis nullo discrimine separantur. ¶ Accipitur etiam pro interuallo, siue distantia. Idem Cicer. *de lege Agrar. contra Rullum,* Duo maria pertenui discrimine separata. Quintil. Inter discrimina dentium efflare litteram f. ¶ Item pro diuisione & capillorum exornatione, siue compositione quæ fit discerniculo. {מקשה mikschéh. κόσμησις. GALL. *Separation.* ITAL. *Separatione.* GERM. Schaidung des hars. HISP. *Apartamiento.* ANGL. *A seuering and crisping of the heare.*} ¶ Et Discrimen, certamen, κρίσις. Virg. *5. Æneid.*

——Post hos æquo discrimine Pistrix
Centaurúsque locum tendunt superare priorem.

Quint. Veri discriminis facies in foro, (id est, certaminis.) ¶ Rursus discrimen periculum dicitur. {אסון ason משכנות mischenúth. κίνδυνος, ἀγών. GALL. *Danger, peril.* ITAL. *Pericolo.* GERM. Ein gefahr. HISP. *Peligro.* ANGL. *Danger, perill.*} Virg. *lib.1.*

——Per tot discrimina rerum
Tendimus in Latium.

Cæs. *6. bell. Gall.* Videt imminere hostes, atque in summo rem esse discrimine. Velleius, Discrimine vestro me subtraham.

Discrimino, as, Diuido, separo, distinguo. {הבדיל hebdel. διορίζομαι, διαχωρίζω, διαιρέω. GALL. *Separer, distinguer, discerner.* ITAL. *Diuidere, dipartire.* GERM. Vnderscheiden. HISP. *Apartar.* ANGL. *To make difference, to seuer.*} Cicer. *in Philip.* Hetruriam discriminat Cassia. Lucret. *lib. 2.*

——Sed fortè putes animalia sola teneri
Legibus his: quædam ratio discriminat omnes.

Discriminatus, particip. Distinctus. {מובדל mubdál. διακεχωρισμένος. GALL. *Distingué, separé.* ITAL. *Distinto.* GERM. Vnderscheid. HISP. *Apartado.* ANGL. *Seuered, separated one frome another.*} Liu. *1. bell. Pun.* Vigiliarum somnique nec die nec nocte discriminata tempora.

Discriminatim, aduerbium, significat differenter. {διακεχωρισμένως. GALL. *Differemment, en diuerses sortes, separément.* ITAL. *Differentemente.* GERM. Vnderschidlich. HISP. *Diuersa, ò, apartadamente.* ANGL. *Seuerally, à sunder.*} Varr. *1. de re rust.* Eadem de causa sunt quæ non possunt viuere, nisi in loco aquoso, aut etiam in aqua, & discriminatim: & alia in lacubus, vt arundines in Aretino: aliæ fluminibus, vt in Epiro arbores alni.

Discriminator, is. {διαιρέτης. ANGL. *A seuerer.*} Apul. de mundo: Axis est dictus diuisor & discriminator mundi.

Discriminatio, Separatio. {διαίρεσις. ANGL. *A seuering or separating.*} Diomed Grammat. *lib.1.* Nomen est quo Deus, aut homo propria duntaxat discriminatione pronuntiatur. *Ibidem,* Sine speciali discriminatione.

Discriminale, acus est quæ crines diuidit ad concinnandum capút. {חרט charit. ἀκαλίς. GALL. *Vn peinson de quoi vsent les femmes à faire les creilles de leurs cheueux.* ITAL. *Scriminale.* GERM. Ein pfriemb mit welchem die weiber das har scheiden. HISP. *Partidor de los cabellos.* ANGL. *A pinne of wood or iuory to trimme and crispe the heare with.*} vt apud Iesaiam, Discriminalia & periscelides, & murænulas & olfactoriola.

Discerniculum, Instrumentũ quo mulierum capillus discernitur. {חרט charit. ἀκαλίς. GALL. *Vn peinçon dont vsent les femmes à faire les cresles de leurs cheueux.* ITAL. *Scriminale.* GERM. Ein instrument mit welchem die weiber die scheytel machen. HISP. *El partidor de los cabellos.* ANGL. *A pinne of wood or iuory to crispe and trimme the heare with.*} Varr. *lib.4.*

de

de L. L. Discerniculum est quo discernitur capillus. Nonius. Discerniculum acus quæ capillos mulierum ante frontem diuidit: dictum à discernendo. Transumitur ad quamuis differentiam, seu discrimen. διάφορα. Gell. *lib.* 7. Eum comperi duas species habebere esse, discerniculo coloris insignes, candidi & nigri.

DISCERPO, is, psi, ptum, ex dis & carpo, Distraho, discindo, dilacero, dinello. {[illegible] *taráph.* διασπαράσσω, διασπάω. GALL. *Mettre en pieces, deschirer.* ITAL. *Stracciare, squarciare.* GERM. Zerreissen, zerzerren. HISP. *Partir y despedaçar en partes.* ANGL. *To dismember, to teare in pieces.*} Cicer. *in Topicis*, Quum res quæ proposita est, quasi in membra discerpitur. Varro, Diabolus quasi à linotis quadrigis alligatum corpus, equis in diuersum iter concitatis, discerpere.

Discerptus, participium. {[illegible] *nitráph.* διεσπασμένος, διαφορηθείς. GALL. *Depecé, rompu en pieces, deschiré.* ITAL. *Straciato, stracciato in pezzi.* GERM. Zerrissen, zerzerrt. HISP. *Despedaçado.* ANGL. *Torent or torne in pieces.*} Cicer. 3. *de Orat.* Quæ complecti tota nequeant, hæc facilius diuulsa & quasi discerpta contrectant. Liu. *lib.* 1. *ab Vrbe*, Fuisse tum quoque aliquos, qui discerptum regem patrum manibus tunc quoque arguerent. Gell. *cap.* 18. *lib.* 7. Vulgò contempti discerptique, (id est, diffamati.)

DISCERTO, as, are. Plaut. *Men. sc.* 1. *a.* 5. Dic mihi istuc quod discertatis vt sciam (Sic vetus liber.) Alias *disertatu*.

Discéus, à Plin. *lib.* 2. *cap.* 25. accipi videtur pro cometa, siue simili aliqua aëris impressione: Eadem (inquit) breuiores & in mucronem fastigiatas, xiphias vocauere, quæ sunt omnium pallidissimæ, & quodam gladij nitore ac sine vllis radijs, quos disceus suo nomini similis, colorem autem electro, rarò è margine emittit.

DISCINDO, is, discidi, à dis & scindo. {[illegible] *karáh.* σχίζω, διασχίζω. GALL. *Fendre, separer en coupant.* ITAL. *Fendere.* GERM. Zerschneiden, zerspalten. HISP. *Hender.* ANGL. *To cutte sunder or in pieces.*} Terent. *in Adelph.* Vide vt discidit mihi labrum. Idem *in Eunuch.* Vestem omnem miserè discidit. Cic. *pro Cælio*, Discidit vestem: resarcietur! Suet. *in Calig. cap.* 33. Cunctantem Tragœdum flagellis discidit. ¶ Discindere amicitias. Cicer. *de Amic.* Tales igitur amicitiæ sunt remissione vsus leuandæ, & (vt Catonem dicere audiui) dissuendæ magis quàm discindendæ sunt.

Discissus, particip. {[illegible] *karúah.* διεσχισμένος. GALL. *Deschiré, deboré & rompu.* ITAL. *Stracciato.* GERM. Zerrissen, zerschnitten. HISP. *Cortado, despedaçado.* ANGL. *Cut, rent, torne in pieces.*} Virg. 3. *Georg.*

Discissos nudis laniabant dentibus artus.

Stat. 1. *Syl.*

Nunc neque discissis cœpissent Pergama muris.

Discidium, diuisio. Solinus *cap.* 36. Atlanticus æstus in nostrum mare discidium orbis immittit. Vide *Dissidium.*

DISCINGO, is, xi, ctum, Quod cinctum erat dissoluo, (Cingo. {[illegible] *pittach.* διαζώννυμι. GALL. *Desceindre, deschaindre.* ITAL. *Scingere.* GERM. Entgürten oder aufgürten. HISP. *Desceñir.* ANGL. *To vngirde.*} Martial. *lib.* 9. Peltatam Scythico discinxit Amazona nodo. ¶ Nonnunquam etiam per translationem pro enervare, seu confutare, vel etiam retundere accipitur. Vide discingere dolos ratione, dixit Sil. *lib.* 7. pro eo quod dicimus dolos ratione & consilio retundere. Discinxit (inquit) ratione dolos, fraudesque resoluit. Iuuenal. *Satyr.* 8.

Cum tenues nuper Marius discinxerit Afros.

Et Vellelus, Discalceari & discingi, (vt eas cubitum.)

Discinctus, particip. {[illegible] *mephattach.* ἄζωστος. GALL. *Deceint, desarmé.* ITAL. *Discinto.* GERM. Vngürtet. HISP. *Sin cenidero, que no es ceñido.* ANGL. *A vngirded.*} Liu. 8. *bell. Pun.* Districtis gladijs discinctos destituit. Antiqui negligentes & desides appellabant discinctos & intemperantes, ἀπεριζώστους. contrà, Accinctos, solertes, strenuos vocabant, quod à re ipsa deductum est. Molles enim demissis, discinctisque vestibus vti solent strenui verò atque industrij, quo sint ad res exequendas promptiores, succincti incedunt. Persius *Satyr.* 3. Non pudet ad morem discincti viuere Nacæ? Nepos discinctus, id est, omni luxuria diffluens Horat. *Epod. Ode* 1. Ouid. 1. *Amor.*

Ipse ego segnis eram, discinctaque in otia natus.
Molliérant animos lectus & vmbra meos.

Liu. *bell. Macedon.* Nihil primo aspectu contemptius: equi homines que paululi, & graciles, discinctus & inermis eques. Seru. Discincti, inhabiles sunt militiæ: omnes enim qui militant cincti sunt: vnde discincti, mediocres & ignaui dicuntur: sicut è contrario præcinctos vocamus [illegible]. Sueton. *in August. cap.* 100. Tunicati & discincti legerunt ossa.

DISCLUDO, is, Excludo, separo, distinguo. {[illegible] *chalák* [illegible] *hibdil.* διακλείω. GALL. *Desunir, separer.* ITAL. *Separare, chiudere.* GERM. Ausschliessen von einander abtheilen. HISP. *Echar de fuera.* ANGL. *To foore out, to dissere.*} Cic. *Tuscul.* Perturbationes semotas à mente & disclusas putat. Lucret. Cum paribus iungi res, & discludere mundum. Cæsar 7. *bell. Gall.* Qui Aruernos ab Heluetijs discludit: id est, disiungit. Cic. 1. *Tusc.* Duas partes separare voluit, iram & cupiditatem, quas locis suis disclusit: iram in pectore, cupiditatem subter præcordia locauit. Varr. 3. *de re rust. c.* 17. Hi loculatas habent piscinas, vbi dispares disclusos habent pisces.

Disclusio, nis, διάκλεισις. Apul. *lib. de Deo Socratis*, Fac intelligas non modò loci disclusione, verum etiam naturæ dignitate.

DISCO, is, didici, à δίω, δάσκω. Percipio, disciplinam accipio, cognosco, perdisco. {[illegible] *lamade* [illegible] *aláph.* μανθάνω. GALL. *Apprendre.* ITAL. *Imparare.* GERM. Lehrnen. *Deprender, aprender de nueuo.* ANGL. *To learne.*} Plaut. *in Truculent.* Litteras didicisti: quando scis, sine alios discere. Cic. 4. *Academ.* Ab eo enim Stoico Dialecticam didicerat. Terent. *in Adelph.* Puter esse disce ab alijs, qui verè sciunt. Hic & colla iugo discit summittere Taurus. Tibul. *lib.* 4. Nequiter ferire malum malè discat manus. Plaut. *Amphitr.* Faciam vt verum discas dicere. *Ibid. sc.* 1. *a.* 1. Cur negas? Quia vera didici dicere. Alc. Haud æque facit qui quod didicit, id dediscit. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 5. Vbi discimus aliquid benè euenisse, (id est, scimus, audiuimus.) Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 2. ¶ Hinc composita sunt Addisco, Condisco, Dedisco, Edisco, Perdisco, præfecte, seu valde disco: vide suis locis.

‖Discentes, discipuli. Tertull.‖

Disciplina, Ars, doctrina. {[illegible] *lekach.* παιδεία, μάθησις, ἀγωγή. GALL. *Discipline, enseignement, reglement, obseruance.* ITAL. *Dottrina, disciplina.* GERM. Lehr oder vnderweisung so einer von seinem lehrmeister nimpt. HISP. *Doctrina o enseñança.* ANGL. *Doctrine, knowledg, rule which schollers of teachers haue.*} Doctrina est pro ea à doctore traditur. μάθημα. ¶ In disciplinam recipere, id est, instituendum suscipere. Sueton. *de illustrib. Gramm.* In vita Taberij, Vt temporibus Syllanis proscriptorum liberos gratis, & sine mercede vlla in disciplinam receperit. ¶ Accipitur autem & in malam partem, Plaut. *in Bacch.* Eadémne erat hæc disciplina olim, quum tu adolescens eras? *Ibid.* Tua disciplina nec mihi prodest, nec tibi. Et in bonam pro bono viuendi modo in Rep. Vnde Cicero queritur se incidisse in perturbationem veteris disciplinæ. Sic apud Valerium Maximum caput est de militari disciplina: id est, de obseruatione bonorum morum inter milites. ¶ Disciplina pro instituto. Plaut. *in Asin.* Eadem nos disciplina vtimur. ¶ Disciplina pro secta Philosophorum, poëtis: Cicer. 5. *Tuscul.* Omnes ferè Philosophi omnium disciplinarum, nisi quos à recta ratione natura vitiosa detorsisset, hoc eodem animo esse potuerunt. Doctus ex disciplina Stoicorum, Cic. *de clar. Orat.* ¶ Disciplina pro exemplo. Plaut. *in Mostell. sc.* 2. *a.* 1. Disciplinæ alijs eram. Ex disciplina Ionica perdidici, (saltare.) Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 5. Pater autem & disciplinam obtineat colorem. (de impudentia meretricia.) Idem *Mil. sc.* 2. *a.* 1. Eadem nos disciplina vtimur, (id est, damus mercem, si datur pecunia.) Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 1. In disciplinis doctrinarum præcellens, Gell. *c.* 25. *lib.* 13. Ita militaris disciplina est, Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 4. Non tantùm militandi, sed dolendi disciplina seruanda, Senec. *cap.* 15. *de consol. ad Polyb.* Hæc incommoda accepta debere esse pro disciplina ac præceptis, vt reliquos casus timerent, Cæsar *lib.* 3. *de bell. ciuil.* Disciplina, pro displicentia apud Plaut. *in Cistell.* Verbum (inquit) ad te gaudeo ecastor, ita nunc hodie hic si accepta sumus Suauibus modis, nisi hæc disciplina apud te quicquam fuit, Quo mihi placet.

Disciplinabilis, e, διδακτός, μαθητικός, ἀγωγικός, [illegible] ad Heren. *lib.* 2. Aut si qua in re cohortabimur aliquem, cuius rei aliquam disciplinabilem scientiam poterimus habere, & quomodo, aut qua quidque ratione fieri oporteat, ostendemus, id est, quæ disciplina percipi potest.

‖Disciplinatus, disciplinator. Tertull.

Disciplinabile, quod præceptionibus continetur. Tur.‖

Discipulus, & in fœm. Discipula, Auditor, qui se alicui in disciplinam tradit. {[illegible] *talmidh.* φοιτητής, μαθητής, ἀκροατής. GALL. *Disciple, apprentif, celuy qui apprend.* ITAL. *Discepolo.* GERM. Ein lehrjung, lehrmeidlin. HISP. *Discipulo.* ANGL. *A disciple, a scholler or apprentis.*} Cic. 2. *Offic.* Orator parum vehemens, dulcis tamen, vt Theophrasti discipulum posses agnoscere. Plaut. *in Bacchid.* Magistróne quenquam discipulum minitarier? Nihil moror discipulos mihi esse tam plenos sanguinis. Plin. *lib.* 10. *cap.* 29. Audit discipula intentione magna & reddit. Plaut. *Aul.* Continuò hercle ego te dedam discipulam cruci. Discipulum à te semidoctum sermones. Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 1. Me & meos discipulos fustibus male contuderunt. *Ibid. sc.* 1. *a.* 3. Tu id discipulis dato. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 3.

‖Discipula, æ, quæ discit.

Discipulatus, edocti. Gloss. Isid.

Discipulatus, us, tempus disciplinæ. Tertull.‖

Disciplinosus, dicitur qui tam bonas, quàm malas artes facilè discit. εὐμαθής. Hinc in reprehensione dictus est disciplinosus gladiator à Catone. Ex Perotto. ¶ Disciplinosus, verbum Marci Catonis, teste Gell. *lib.* 4. *cap.* 9. Disciplinosus, consiliosus, victoriosus, quæ M. Cato ita effigurauit.

‖Discobinare, sanciare, deradere. Varro.‖

Discobolus, δισκοβόλος. Qui discum iaculatur, ἀπὸ τοῦ βάλλειν τὸν δίσκον: id est, à iaciendo disco. Quintil. *lib.* 2. Quid tam distortum & elaboratum, quàm est ille discobolus Myronis?

‖Discocalymma, lancis operculum. L. g. b.

Discœlis, vide *Dyscolus*.‖

Discolor, adiect. Quod est diuersorum colorum. {[illegible] *tsabúah.* ποικίλος. GALL. *De diuerse couleur, different en couleur.* ITAL. *De diuersi colori.* GERM. Von mancherley farben. HISP. *De diuersos colores.* ANGL. *Of sundrie colours.*} Martial. *lib.* 14. Discolor hic gemino calculus hoste perit. ¶ Per translationem etiam accipitur pro dissimili. Horat. *li.* 1. *Epist.* Et matrona meretrici dispar erit, atque discolor, infido scurræ distabit.

Discolor, vt recto grassetur limite miles.

(sup. in ludo latrunculorum.) Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

DISCONVENIO, Non conuenio. {[illegible] *nechelák.* διαφωνέω. GALL. *Estre different, & ne conuenir ou s'assembler point.* ITAL. *Disconuenire.* GERM. Nicht vbereinkommen, missehellen. HISP. *Desconuenir.* ANGL. *To dissagree or differ.*} Horat. 1. *Epist.*

——— *Et vita disconuenit ordine toto.*

Idem,

Non eadem miramur, eò disconuenit inter
Meque, & te.

‖Discophorus, ab Hieronymo *in prolog. Danielis* dicitur Abacuc, qui Danieli prandium portauit. δίσκος est vas ibi pro esca.‖

DISCOQVO, is, ere, Coquo, decoquo. {[illegible] *aphah* [illegible] *bischschél.* ἀφέψω. GALL. *Faire cuire.* ITAL. *Cuocere.* GERM. Kochen, oder verkochen. HISP. *Cocer.* ANGL. *To seeth.*} Plin. *lib.* 22. *c.* 25. Nostri præcipiunt ante tinum in aqua cum sale decoquere. *Ibid.* Alumen vsus in cibo, magisque discocta cælesti aqua.

DISCORS, discordis, ex Dis, & cor. Dissentiens, discordans. {[illegible] *nechelák.* διχογνώμων. GALL. *Discordant, mal accordant.* ITAL. *Discorde.* GERM. Zwyträchtig, vneins. HISP. *Cosa discorde.* ANGL. *That discordeth or agreeth not.*} Sic Secum ipsa discors, apud Liu. 1. *ab Vrbe.* Cicer. 2. *de lege Agrar.* Non ambitione, non contentione discordes. Ouid. 3. *Amor.*

Quid tibi discordes addere in arma viros?

Velleius, Discors patri filius. Idem, Discordante à seipsa fortuna. ¶ Antiqui

¶ Antiqui dicebant Discordis, huius discordis. Pomp. Blanda, fallax, impotens, superba, discordis.

Discordo, as, are, Dissideo, dissentio, discrepo. {נבדלה necbelah. ἀσυμφωνῶ, στασιάζω. GALL. Discorder, mal accorder. ITAL. Discordare. GERM. Zwyträchtig oder uneins sein. HISP. Discordar. ANGL. To discord, to disagree, or to beas variance.} Cic. 1. de fin. Sed intus etiam in animis inclusæ, inter se dissident atque discordant. Col. lib. 9. cap. 11. Domino mortuo familia nimia licentia discordat. Terent. Andr. Qui scis eos nunc discordare inter se?

Discordia, Dissidium, dissensio, seditio. {מחלקת machaloketh מדון madhon. διχοστασία. GALL. Discord, dissention. ITAL. & HISP. Discordia. GERM. Zwytracht, uneinigkeit. ANGL. Discorde, disagring, or strife.} Cic. 4. Tusc. Discordia est ira acerbior intimo odio, & corde concepta. Idem de Amicit. Quanta vis amicitiæ concordiæque sit, ex dissensionibus atque discordiis percipi potest. Veteres autem pro discordia dixere discordias, & inde discorditer aduerbium.

Discordabilis, e, quod discordat, & disconuenit. {נבדלת necbelas. διάφορος, ἀσύμφωνος. GALL. Noisif, aisé à mettre ou faire mettre en discord. ITAL. Discordeuole. GERM. Das zwytrāchtig ist, nicht wol zusammen stimpt. HISP. Cosa discorde. ANGL. That discordeth.} Plaut. in Capt. sc. 3. a. 2. Me hic valere, & tute audacter dicito Tyndaro inter nos fuisse ingenio haud discordabili.

Discordialis, qui discordiam excitat & parit. {διχοστατικός, στασιοποιός. GALL. Qui a fait ou engendre discorde. ITAL. Che genera discordia. GERM. Der zanck vnd vneinigkeit macht. HISP. El que engendra discordia. ANGL. That moueth discorde and striffe.} Plin. lib. 37. c. 10. Hyenæ pelle similem abominantur discordialem domibus.

Discordiosus, qui discordiam seminat & lites serit, discordialis. {φιλόνεικος, ὁ ἐρίζων. GALL. Noisif, querelleux. ITAL. Chi semina discordie. GERM. Zänckisch, auffrürisch, der vol zanck oder zwytracht steckt. HISP. Lleno de discordia. ANGL. A sower of discorde or striffe.} Vulgus discordiosum. Salust. in Iug. Nam vulgus (vti plerunque solet, & maximè Numidarum) ingenio mobili, seditiosum, atque discordiosum erat, cupidum nouarum rerum quieti & otio aduersum.

[Discredo, barbarè, i.e. non credo.]

Discrepo, as, Discordo, dissentio, discrepans sum, quasi diuerso modo crepo. {נבדל necbelah. διαφωνῶ, διίσταμαι, διαφέρομαι. GALL. Desaccorder, n'estre point d'accord. ITAL. Discordare, non essere d'accordo. GERM. Anderst lauten, misshellen. HISP. Discordar. ANGL. To disagre, to jarre.} Cic. lib. 1. Offic. Vt in fidibus, aut in tibiis, quamuis paulum discrepent, tamen id à scienti animaduerti solet. Idem Rull. A meis rationibus tuæ discrepant. Liu. lib. 38. posuit impersonale, Nec inter scriptorem rerum discrepat solùm, sed oratores quoque, si modò ipsorum sunt quæ feruntur.

Discrepito, as, frequentatiuum. συχνὰ διαφωνῶ. Lucret. lib. 2.

Si non omnia sint, aut multo maxima pars est
Consimilis, verùm positura discrepitant res.

Discrepans, antis, particip. διαφωνῶν. Cic. 1. de legibus, Interpresque est mentis oratio verbis discrepans, sententiis congruens.

Discrepantia, æ, Dissensio, discordia. {מחלקת machaloketh גזר ghezer. διαφορά. GALL. Difference. ITAL. Differenza. GERM. Vnderschheid, misshallung. HISP. Diferencia. ANGL. Difference, disagreing, variance.} Cic. 1. Offic. In actiones omnémque vitam, nullam discrepantiam conferre debemus. Idem 3. de finib. Maiorem multò habere Stoicos à Peripateticos rerum omnium discrepantiam, quàm verborum.

Discretio, Discretus, Discrimen, Discriminale, Discrimino, Discriminatim, vide Discerno.

[Discriptor, qui populum per centurias, & tribus diuidit. Cl. A.L.]

Discrucio, eiusdem significationis est cum suo simplici, & tam ad animum, quàm ad corpus refertur. {דאב daab בצר batsab. ἀνιῶμαι. GALL. Tourmenter en plusieurs sortes. ITAL. Affligere, cruciare. GERM. Übel geplagt werden, sere gepeinigt werden. HISP. Atormentar, fatigar. ANGL. To be sore tormented, vexed or greued.} Cicer. 11. Philip. Vt ille Trebonium, & (si posset) etiam Brutum, discruciatos necaret. Plaut. in Aulul. Discrucior animi, quia domo abeundum est mihi. In quo exemplo etiam illud obseruatione dignum est, quòd Discrucior apud veteres cum genitiuo coniungi solebat, more Græco: hodie autem cum ablatiuo. Plaut. in Cas. Ego discrucior miser amore.

[Discruciatus, us, varij dolores, tormenta. Prud.]

Discumbo, is, Accumbo. {ישב iaschab. κατακλίνομαι, ἀνάκειμαι. GALL. Se coucher, s'en aller dormir, ou s'assoir pour manger à la mode ancienne. ITAL. Sedere à mensa. GERM. Zu tisch sitzen. HISP. Assentarse à la mesa. ANGL. To sitte downe at table, to go ly, to go bedde.} Gell. Apud cœnam Fauorini philosophi quum discubitum fuerat, cœptúsque apponi cibus, seruus assistens mensæ legere inceptabat. Discumbitur, Impersonale. Cic. 3. Verr. Maturè veniunt, discumbitur: fit sermo inter eos & inuitatio, vt more Græco biberetur.

Discubitorius lectus, apud Plin. in quo, vel super quo discumbebant antiqui cœnaturi, vt differret à culcitra, quæ in cubiculis erimus.

Discuneatus, Quasi immisso cuneo apertus ac patens, sicut ligna diducta fiunt, & hiantia aliadtis caneis. {διεσχισμένος σφηνί. GALL. Fendu auec vn coing, entr'ouuert. ITAL. Aperto con conio. GERM. Mit einem weggen gespalten, oder von einander getriben. HISP. Hendido ò abierto con cuñas. ANGL. Clouen with a wedge.} Plin. lib. 9. cap. 30. Carent conchæ vsu, omnique sensu alio, quàm cibi & periculi. Insidiantur ergo polybi apertis, impositóque lapillo extra corpus, ne palpitatu eiiciatur, ita tecuri grassantur, extrahúntque carnes: illæ se contrahunt, sed frustrà discuneatæ.

Discupio, est valde cupio. {התאוה hitvah. ἐπιθυμῶ. GALL. Fort desirer. ITAL. Desiderar grandemente. GERM. Hefftig begeren. HISP. Mucho codiciar. ANGL. To couet greatlie.} Catull. Cum puero bello præconem qui videt esse, Quid credat, nisi se vendere discupere? Cælius Ciceroni, Peream si minima causa est properandi isto mihi, quòd te videre, & omnia intima conferre discupio.

Discurro, In diuersas partes curro. {שוט schat διατρέχω. GALL. Courir çà & là. ITAL. Correre in diuerse parti. GERM. Hin vnd her lauffen. HISP. Correr en diuersas partes. ANGL. To runne in sundrie partes, to runne hither and thither.} Liu. lib. 1. Signo dato iuuentus Romana ad rapiendas virgines discurrit. Ouid. 2. Fast.

Ipse Deus velox (Pan) discurrere gaudet in altis
Montibus.

Tib. lib. 4.

Magna Deûm proles leuibus discurreret vmbris.

(id est, velitaret & vagaretur.)

Discurso, as, are. Quint. Discursare in agendo.

Discursio, nis. {שוט schot. διαδρομή. GALL. Course deçà & delà. ITAL. Corso desordinato. GERM. Ein vnordenlich gelauff. HISP. Corrida en diuersas partes. ANGL. A running hither an thither in diuerse partes.} Lact. de opif. Totos dies in huiusmodi discursione consumunt.

Discursus, Discursio. {שוט schot. διαδρομή. GALL. Course deçà & delà. ITAL. Discorso, corso disordinato. GERM. Das hin vnd her lauffen. HISP. Corrida en partes diuersas. ANGL. A running hitter and thiter in diuerse partes.} Cæsar bell. Gall. Magno clamore discursuque passim se fugæ mandant. Et apud Plin. lib. 2. cap. 36. Discursus stellarum. Ouid. 2. Fastor.

Sic Fabij vallem latis discursibus implent.

Sen. c. 7. de consol. ad Marc. Discursus equarum vagus, & amens in desiderio pullorum. Ibid. cap. 18. Discursus siderum. Ibid. cap. 6. Discursus est assiduus humani generis (mutandi sedes.)

Discursitatio, nis. Sen. de vita breuitate, c. 3. Agedum ad computationem ætatem tuam reuoca. Dic quantum ex isto tempore creditor abstulerit, quantum officiosa per vrbem discursitatio.

Discus, à di & seco, {קערה kearah. δίσκος. GALL. Vn plat. ITAL. Piatto grande. GERM. Ein blatten, ein fleischteller. HISP. Vn gran plato. ANGL. A dishe.} Vas latum, vt Iulius Pollux inquit, ad portandas carnes aptum, fortè lanx. Cic. de Orat. Quorum auditores discum audire malunt, quàm philosophum: qui simul, vt increpuit, philosophum disputantem relinquunt. Vnde ab Hieronymo, dictus est Discophorus ille, qui Danieli prandium portauit: Talem enim, inquit, discophorum inedia meruerat hebdomadis. ¶ Est & Discus, rotunda quædam moles saxea, vel plumbea, siue ferrea, cuius iactu iuuenes inter se certabant, victórque euadebat, qui aut altiùs in sublime, aut longiùs in tractu vltra designatum spatium proiecisset. Plaut. Mostell. sc. 2. a. 1. Arte gymnastica, disco, hasta, pila. Mart. lib. 14. Epigr. 164.

Splendida quum volitent Spartani pondera disci
Este procul pueri, sit semel ille nocens.

Alludit poeta ad mortem Hyacinthi pueri, qui iactu disci ab Apolline est interfectus, & in florem sui nomine mutatus. de quo vide Ouid. 10. Metam. Huiusmodi disco videntur hodie vti nostri mimi & histriones, qui quæstus gratia coram populo gesticulantur, dum nescio quid ad formam disci rotundum & æreum iaculantur in aerem, deinde virga excipiunt, quos discobolos appellat Plin. lib. 10. c. 1. hoc est, disci iactatores. Disci autem figura videtur fuisse plena & rotunda, vt nobis corpus Solis apparet. Ideo etiam Græci solare corpus discum dicunt. ¶ Hinc locus prouerbio apud Cic. lib. de Orat. 2. Discum, quàm Philosophum audire malunt. Vulgus enim hominum propensius est ad quasuis ineptas voluptates, quàm ad frugiferas. Per iocum transferri potest ad discum escarium, cuius crepitum multi libentius audiunt, quàm vocem Philosophi.

Discobolos, vox Græca, qui discum iacit. Vtitur Quint. lib. 2. cap. 14. Quid tam distortum & elaboratum, quàm est ille discobolos Myronis? Plin. lib. 34. c. 8. Fecit & canem & discobolon, & Persea. de Artemone artifice æratio.

Discutio, is, discussi, discussum, ex Dis & quatio. Propriè in diuersas partes reiicio, dispello. {דחה dachah הדף hadaph הלם halam. διασείω, διαφορῶ. GALL. Esbranler, pousser, & faire en aller, dissoudre, resoudre. ITAL. Scuotere, dibattere. GERM. Erschütten, zerschütten. HISP. Sacudir en diuersas partes. ANGL. To shak or striue of.} Ouid. 2. Metam. Tempora discussit claro caua malleus ictu. ¶ Discutere est diuersis partibus quatiendo diruere & demoliri. Liu. Tribus arietibus aliquantum muri discussit. Sic Cels. de ossis cranij testa loquens, quæ malleolo per scalprum discutitur, lib. 8. cap. 3. Subaudi ei subijcitur, quod scalpro discutiendum. ¶ Per translationem modò ponitur pro remoueo, seu resoluo διαλύω. Cicer. 12. Philipp. Discussa est illa caligo, quam paulò antè dixi duxit, pater, videmus omnia. Colum. lib. 7. Etiam languor & nausea discutitur, si integrum gallinaceum crudum ouum ieiuni faucibus inferas. Cels. lib. 1. cap. 8. Nisi interdum iam hórrore discusso. Liuius lib. 4. d. 4. Eam rem litteræ Sempronij discusserunt. Sueton. in Cæs. cap. 79. Discutere infamiam. Velleius, contationem regiam Romana discussit constantia. Vide Dissipo. ¶ Discutere, medicis est vicus, siue collectionem citra suppurationem dissipare, & discutere, διαφορεῖν. Hinc discussoria medicamenta, διαφορητικά, & vis discussoria. Plin. lib. 30. cap. 10. Et per se cinis inanium cochlearum ceræ nullus discussoriam vim habet. ¶ Modò vanis modis examino, inuestigo. {חקר chakar. ἐξετάζω, ἀνακρίνω.} Cicer. 4. Acad. Oportet igitur nos esse armatos, vt occurrere possimus interrogationibus eorum, captionesque discutere. Lactant. Hæc enim prauitatis est causa ignoratio sui: quam si quis cognita veritate discusserit, sciet quemadmodum ibi vita degenda sit.

Discussus, a, um. Velleius. Sepultum ac discussum bellum eius aduentu. Idem, Discussa seditio seueritate, Ouid. Eleg. 1. lib. 2. Trist.

Purum discussis aera reddit aquis.

Discussor, is, Calculator. λογιστής. Iul. Firmicus Matheseos lib. 3. Exactores Imperatorum, & qui annuas fiscaliorum præstationes repetunt, discussores, rationales, &c. Discussor alias pro inuestigator, inspector. Macrob. comment. lib. 1. c. 11. Hoc loco diligens rerum discussor inueniet quod requirat.

Discussio, nis, Solutio, inquisitio, διάλυσις. Macrob. comment. lib. 1. cap. 16. Sequitur illa discussio, quid sit, quod adtrecit. ¶ Alias Discussio est percussio in diuersas partes, vt Senec. quæst. natur. lib. 6. cap. 19. Quomodo in dolio cantantis vox per totum cum quadam discussione percurrit ac resonat.

Discussum, quod examinatum, aut iudicatum est. Et actus ipse Discussio, ἀνάκρισις. Et discussor, qui discutit, ἐξεταστής.

Discidia

Disdiapâson, Symphonia ex duobus constans, diapason. Pap.
Disdonat, diuersa donat. Gloss. Isid.
Disertus, Diserte, vide Disero.
Disertiones, diuisiones patrimoniorum inter consortes. Fest.
Disgargalis, equus difficilis, intractabilis, seu tactum non patiens. Rh.
Disgredior, verbum militare, disgredi, idem quod e pugna discedere, seu recedere.
Disgregæ, dissimiles. Capella.
Disgrex, segregus. Gl. Isid.
Disgruit, disconuenit. Cath.
DISIICIO, is, In diuersas partes iacio, dispergo. {נפץ naphâts נתץ nathâts. [illegible]. GALL. Ietter par terre ça & là, faire escarter. ITAL. Gettare in diuerse parti. GERM. Hin vnd her werffen. HISP. Derramar echando, ò echar en diuersas partes. ANGL. To cast à sunder, to scatter.} Virg. 1. Æneid. Disiicitque rates. Liu. 1. ab Vrbe. At primò tentata res est, si dispositis clientibus abstinendo singulos à concionibus, concilijsque, disiicere rem possent. Disiicere oracula. Suet. in Tib. c. 63. Disiicere expectationem. Idem in Cæs. c. 42.
Disiectus, participium, Dispersus. {נתוץ nathûts. [illegible]. GALL. Ietté ça & là, espars. ITAL. Gittato quà & là. GERM. Zerstrewet/ hin vnd her geworffen. HISP. Derramado, echado, ò echado en diuersas partes. ANGL. Cast à sunder, scattered.} Cicer. Attic. lib. 3. Nos disiecta manu aduersariis pares esse non possumus. Horatius in Carm.

——— tectaque Penthei disiecta non leni ruina.

Tib. lib. 4.

Pannonius gelidas passim disiectus in Alpes.

Disiecto, as, are, frequentatiuum. {[illegible]. ANGL. To disparkle often.} Lucr. lib. 2.

Sed quasi naufragiis magnis, ventisque coortis
Disiectare solet magnum mare transtra, carinas,
Antennas, proram, &c.

DISIVNGO, Separo. {הבדיל hibdil חלק chalák. [illegible]. GALL. Dissembler, descoupler, separer. ITAL. Disiungere, separare. GERM. Von einander fügen/ absöndern. HISP. Desunir ò apartar. ANGL. To vnioyne, to separat, to vnyoke.} Cic. Lentul. Nam ab orationibus disiungo me, refero que ad mansuetiores Musas. Ter. in Hecyr. Atqui ea res multò maximè disiungit illum ab illa. Cic. 2. Philip. Ipse eum Pompeium à mea familiaritate disiunxit.
Disiunctus, participium. {מבדל mibdál. [illegible]. GALL. Desceinct, descouplé, separé. ITAL. Separato, disgiunto. GERM. Abgesöndert/ von einander gelägt. HISP. Desunido, ò apartado. ANGL. Vnyoked, vncoupled.} Cic. pro Rosc. Amer. Quæ vita maximè disiuncta à cupiditate, & cum officio coniuncta. Idem 2. Philip. Opera mea Pompeium Cæsaris amicitia esse disiunctum.
Disiunctius, nomen ex participio. {ANGL. A fare of, a sunder.} Cicer. pro Marcell. Nec verò disiunctissimas terras citius passibus cuiusquam potuisse peragrari, quàm tuis non dicam cursibus, &c. Idem 4. Acad. Nihil est enim ab ea cogitatione, quam habemus de grauitate sapientis, errore, leuitate, temeritate, disiunctius.
Disiunctum in Syllogismo, & proloquium disiunctiuum. Gellius cap. 11. lib. 5.
Disiunctio, Separatio. {גזר gézer. [illegible]. GALL. Desioignement, separation. ITAL. Separatione. GERM. Absönderung. HISP. Apartamiento. ANGL. A separating, a vnyoking.} Cic. Neque enim non potest mihi non molestissima esse disiunctio nostra, in tanta rerum omnium varietate. ¶ Hinc etiam disiunctiuæ coniunctiones, [illegible], quæ res, vel personas, vel tempora distinguunt: vt, Hoc, vel illud meum, vel tuum erit.
Disiunctiuus, [illegible], vt disiunctiuus modus. Papin. D. lib. 35. tit. 1. l. 78. Disiunctiuo modo conditionibus ascriptis. ¶ Hinc disiunctiuæ conditiones, quæ copulatiuis opponuntur, apud Probum.
Disiunctiuè, aduerbium, [illegible]. Vlpian. D. lib. 30. tit. 1. l. 34. At si coniuncti disiunctiuè commixti sint, vnius personæ potestate funguntur.
Disligo, soluo. Gloss. A. L.
DISPALESCERE, est palam omnibus innotescere. {הודע hodhá. [illegible]. GALL. Estre diuulgué. ITAL. Palesare. GERM. Jederman kundtbar werden. HISP. Diuulgarse. ANGL. To be common or knowen by all.} Plaut. in Bacch. Si plus pendendum sit, periisse suauius est, Quàm illud flagitium vulgò dispalescere.
DISPALOR, aris, idem quod separo, teste Nonio, à præpositione Dis, & verbo palare, quod est errare, & vagari. {נפץ naphâts הפיץ hephits. [illegible]. GALL. Estre deuulgué & manifesté, s'espandre çà & là, vaguer par les champs. ITAL. Separare, andar errando. GERM. Hin vnd her schweiffen. HISP. Derramar, derramarse huyendo. ANGL. To wander or stray, to be commune or knowein.} Huius passiuum est dispalor. Sisen. lib. 3. Hist. vt citat Nonius, Tanto passu dispalantur. Et apud eundem, Dispalati, ab signis digressi omnes, ac dissipati. Gell. lib. 1. Ea præcentione tranquilla & venerabili, ad quandam quasi militaris musicæ disciplinam, vis & impetus militum, ne sparsi dispalatique proruerent, cohibebatur.
DISPANDO, is, ere, Extendere. {נטה natáh רקע rakah פרש parâs מתח mathach. [illegible]. GALL. Estendre, ouurir & desployer. ITAL. Spandere. GERM. Außspannen/ zerthun. HISP. Tender en partes. ANGL. To streth out to open abroade.} Plin. lib. 9. c. 4. In Gaditano Oceano arbor in tantum vastis dispansa ramis, vt ex causa fretum nunquam intrasse credatur. Lucret. lib. 1. Denique fluctifrago suspensæ in littore vestes Vuescunt, eædem dispansæ in sole serescunt. Plaut. in Mil. dispessis per e scribit, Eundem actutum extra portam dispessis manibus.
Dispessus, a, um, Expansus, extensus, participium ab hoc verbo dispando. {פרוש parus. [illegible]. GALL. Estendu, desployé. ITAL. Spanso. GERM. Außgespannt/ außgestreckt. HISP. Tendido en partes. ANGL. Spread or strecheth out abroade.} Plaut. in Milite. sc. 4. a. 2. eundem actutum extra portam dispessis manibus patibulum cùm habebis.
DISPAR, is, Inæqualis, dissimilis, impar, diuersus, {[illegible]. GALL. Dissemblable, qui n'est point pareil. ITAL. Dispare. GERM. Vngleich. HISP. Desigual. ANGL. Disalyk, vnequall, vnmeete.} Cicer. de Amicit. Dispares enim mores disparia studia sequuntur, quorum dissimilitudo dissociat amicitias. Idem pro Front. O fortunam longè disparem M. Fonteio, &c. Idem pro Muren. Et quoniam ostendi, iudices, parem dignitatem ad Consulatus petitionem, disparem fortunam prouincialium negotiorum in Murena atque Sulpitio fuisse, &c. Virg. 2. Eclog.

Est mihi disparibus septem compacta cicutis Fistula.

Ouid. 8. Metamorphoseon.

Fistula disparibus paulatim surgit auenis.

Dispar animorum, dicitur cui cum aliis non conuenit, aut qui non est animo æque forti. Silius lib. 8. quum numerasset quosdam qui Scipionem ad bellum sequebantur, addit etiam istos: Brutus haud dispar animorum, &c. id est, animo non minus magno & præsenti, quàm quos iam recensui.
Disparilis, e, Dispar. {[illegible]. ANGL. Vnmeet, vnequall.} Varr. de re rustic. Et pabulum disparile non vsquequaque idem fit. Cicer. de Diuin. Quæ omnia fiunt ex cæli varietate, & ex disparili aspiratione terrarum.
Disparilitas, [illegible]. Macrob. Satur. lib. 1. c. 1. Nec indigestè tanquam in aceruum congessimus digna memoratu, sed variarum rerum disparilitas ab autoribus diuersis confusa temporibus, ita in quoddam digesta corpus est. Vide Gell. lib. 20. c. 11. & lib. 7. c. 3.
Disparilitèr, Aduerb. Varr. de re rust. lib. 1. c. 6. Hæc atque huiusmodi tria fastigia agri ad colendum disparilitèr habent momentum.
Disparo, as, are, Separo, & seiungo. {הבדיל hibdil. [illegible]. GALL. Separer. ITAL. Separare. GERM. Söndern/ von einander scheiden. HISP. Apartar en diuersos lugares. ANGL. To put a parte, to seuer.} Plaut. Amph. Qui est Imperator diuûm atque hominum, Iupiter: Is nos pergentes alium in alia disparat. Gell. lib. 11. cap. 12. Tot sententias in eandem rem, quasi aliud atque aliud diceret, disparauit. Plaut. Amphitr. Atque quanto nox fuisti longior hac proxima, tantò breuior dies vt fiat faciam, vt æquè disparet. ¶ Hinc disparata vocant Dialectici quæ negatiuè opponuntur. Cic. 1. de Inuent. Disparatum est autem id, quod ab aliqua re per oppositionem negationis separatur, hoc modo, sapere, & non sapere.
Dispartio, vide Dispertio.
Dispasilio, distribuo. Gloss. A. L.
DISPELLO, is, dispuli, dispulsum, In varia loca pello, discutio, disiicio. {נפץ naphâts הפיץ hephits הדף dachâph. [illegible]. GALL. Debouter, dechasser. ITAL. Scacciare in diuerse parti. GERM. Zertreiben/ von einander iagen. HISP. Echar en partes. ANGL. To put or expell in-to sundrie partes.} Liuius lib. 5. Quum equitem passim liberi frænis dispulissent equi, Veientium maxima pars Tyberim effusi petunt. Cicer. lib. 1. Tusc. Eandémque ab animo tanquam ab oculis caliginem dispulit. Virg. 1. Æneid.

Dementrúmque alios, ater quos æquore turbo
Dispulerat. id est, deiecerat, siue segregauerat.

Dispulsus, a, um. Plaut. Asin. sc. 4. a. 3. Qui amores nostros dispulsos compulit.
DISPENDO, is, Destineo, siue occupatum teneo. {[illegible]. GALL. Detenir, tenir occupé. ITAL. Tener occupato. GERM. Zuschaffen geben/ oder mit geschäfften auffhalten. HISP. Detener. ANGL. To lett with diuerse businesse, to withhold or staye.} Colum. lib. 8. cap. 2. Parandi autem modus est, ducentorum capitum, quæ pastoris vnius dispendat curam. ¶ Aliquando idem est, quod expendo, erogo, distribuo: vnde fit nomen dispendium, de quo mox dicemus. Dispenso frequentatiuum, idem ferè quod distribuo. {GALL. Despendre, employer. ITAL. Spendere. GERM. Außtheilen/ außgeben. HISP. Despender. ANGL. To spend or bestowe.} Columell. lib. 4. Cælestes admittet imbres, eósque alendis seminibus dispenset. ¶ Aliquando significat expando, [illegible], & tunc non à pendo, sed à pando componitur. Plaut. Vbi lubet, dispendite hominem diuersum, atque distendite.
Dispendium, ij, est sumptus incuriâ, vel negligentiâ, aut immoderatione factus. {[illegible]. GALL. Despense & perte, dommage, degast. ITAL. Spesa. GERM. Verlust/ vnkosten. HISP. El gasto. ANGL. Expense, losse.} Plaut. Men. sc. 2. a. 3. Minore nusquam benè fui dispendio. Plin. Magno id lignorum dispendio fit. ¶ Aliquando idem est quod damnum, vel detrimentum. {[illegible]. GALL. Dommage. ITAL. Danno. GERM. Schad. HISP. Daño. ANGL. Domage, losse.} cui opponitur compendium, quod lucrum, vel vtilitatem significat. Terent. Hecyr. Quid est quod mihi malim, quàm quod huic intelligo euenire, vt gratiam ineat sine suo dispendio, & mihi prosit. Plaut. in Mercat. Amorem multos illexisse in dispendium. Virg. 3. Æneid. Hic tibi ne qua moræ fuerint dispendia tanti. ¶ Dispendium etiam via obliqua, & quæ per ambages eò ducit, quo ire tendimus, contraria Compendio. Lucr. lib. 8.

Iam super Herculeas fauces nemorosaque Tempe.
Æmonia deserta petens dispendia sylua. &c.

Dispendiosus, a, um, Damnosus. {[illegible]. GALL. Qui porte dommage, dommageable. ITAL. Dannoso. GERM. Schädlich/ das schaden bringt. HISP. Dañoso, lo que haze daño ò menoscabo. ANGL. That bringeth great domage or losse.} Col. lib. 2. Nam dispendiosa est cunctatio. ¶ Accipitur etiam pro sumptuoso. [illegible]. cui opponitur parcus.
DISPENDO, is, Expando. {פרש parás. [illegible].} tractum à pennis & volatu auium, vt inquit Nonius. Plaut. in Milit. Vbi lubet dispendite hominem diuersum, & distendite. Sic enim Nonius legit: quanquam vulgariter iam dispendite, legatur. Est autem hæc consuetudo loquendi Plauto familiaris, ita enim depectere, defloccare aliquem dicit.
Dispennere. Dispennere est brachia expandere ad instar volantis auis: q. à pennis duceretur: vt vult Non.
Dispenso, as, frequentatiuum, quod frequentior in vsu est, Dispendo, dispono, procuro. {חלק chalák סכן sachán. [illegible]. GALL. Gouuerner, dispenser, ou distribuer vne chose par raison. ITAL. Dispensare. GERM. Außtheilen. HISP. Dispensar. ANGL. To lay out money for another, to distribute.} Plaut. in Bacch. Nunc alteris etiam ducentis vsus est: Qui dispensentur ludo capto. Cels. lib. 3. c. 6. Sine quibus illa dispensari non possunt.

possant. Liu. 3. *ab Vrbe.* Intercalares mensibus interponendo ita dispensauit, vt, &c. Cic. *ad Att. lib.* 11. ex quo iste nihil potuit de nostris domesticis rebus, de quibus acerbissimè afflictor, quod quidem dispensauit, neque adest illic, neque vbi terrarum sit, scio. Dispensare dolorem, & diuidere inter multos, Sen. c. 12. *de consl. ad Polyb.* Dispensandum humanum pectus in metus & dolores, idem *cap.* 10. *de consl. ad Mart.* Dispensare victoriam, Liu. *lib.* 8. *d.* 4.

Dispensator, qui familiæ necessaria dispensat, & distribuit: cuiusmodi sunt obsonatores, quorum officium est coëmere quæ vsus domesticus expostulat. {סכן *soeben.* [illegible]. GALL. *Despensier, celuy qui a la charge de manier, dispenser ou distribuer le bien de son maistre.* ITAL. *Dispensatore.* GERM. Ein schaffner/haußhalter/einkauffer. HISP. *Despensero.* ANGL. *He that layeth out or distributeth money, a steward.*} Martial. *lib.* 6. Dispensatoris nobile cernis opus. Iuuenal. Præfixa quanta illic dispensatore videbis Armigeros? ¶ De seruo, qui rationes administrat, hic dispensatur. Sueton. *in August. cap.* 67. vt loquitur de Diomede dispensatore. Idem *in Neron. cap.* 44. *& cap.* 12. *in Galba,* Dispensatoribus exceptis.

Dispensātĭo, Procuratio, administratio. {פקודה *pekuddáh.* οἰκονομία. GALL. *La charge & maniement de quelque chose, office de despensier.* ITAL. *Officio di dispensiero.* GERM. Außtheilung/verwaltung. HISP. *Oficio de despensero.* ANGL. *The charge or laying out of money for another, distribution.*} Sueton. *in Othon. cap.* 5. Ante paucos dies seruo Cæsaris pro impetrata dispensatione decies sestertium expresserat. Cicer. *ad Attic. lib.* 15. Profectionem meam, vt video, Erotis dispensatio impedit. Hodie dispensationem accipiunt Iurisperiti pro communis iuris relaxatione necessitatis, aut certè maioris alicuius vtilitatis causa cuipiam concessa. Verùm quoniam in ea significatione apud classicos scriptores non legitur, nihil est quòd plura hic de ea agamus, præsertim quum præsentis instituti sit, Latinas voces, non Barbarorum fæces huc congerere.

Dispĕrdo, is, Consumo, dissipo. {שחרה *schichéth* אבד *ibbádh.* ἀπόλλυμι, [illegible]. GALL. *Perdre & gaster, degaster, destruire.* ITAL. *Consumare, disperdere.* GERM. Verderben/schladen zu nicht machen. HISP. *Desperdiciar, deshazer.* ANGL. *To lose, to marre or kill.*} Plaut. *Cas.* Imò age vt lubet, ede, bibe, disperde rem. Cic. *pro lege Agrar.* Videte nunc proximo capite, vt impurus helluo turbet Remp. vt à maioribus nostris possessiones relictas disperdat & dissipet. Plaut. *Pœn.* Dij immortales meum herum seruatum volunt, & hunc lenonem disperditum.

Dispĕrdĭtĭo, nis. Deletio, perditio. {אבדון *abbadhón.* ἐξολόθρευσις. GALL. *Degast, destruction, perdition.* ITAL. *Consumamento, distruttione.* GERM. Verderbnuß. HISP. *Disperdiciamiento.* ANGL. *A marring, a losing.*} Cic. 3. *Philip.* Quum exercitu Romam sit ad interitum nostrum, & ad disperditionem vrbis venire conatus.

Dispĕrĕo, is, ex Dis, & pereo componitur, significátque vario modo, aut in totum pereo, & deficio. {אבד *abadh.* ἀπόλλυμι, ἔρρω. GALL. *Estre perdu & gasté, deperir.* ITAL. *Perire à fatto.* GERM. Verderben/zu nichts werden. HISP. *Perecer en todo, ò diuersas maneras.* ANGL. *To perish, to be lost.*} Plaut. *Aul. sc.* 4. *a.* 1. Prô Iuppiter, non ego disperij? id est, compilatus sum. Disperij nisi, &c. minantis. Idem *Mil. sc.* 2. *a.* 2. At ego disperij. Idem *Most. sc.* 1. *a.* 2. Varr. 1. *de re rust.* Fructus solent disperire. Idem *lib.* 3. Prouidendum vehementer ne propter æstum, aut propter frigus dispereant. ¶ Dispeream iurantis vox. Idem *in Amph.* Dispeream, si aut intus adhuc fui, aut si hunc miserim.

Dispargo, is, dispersi, sum, In diuersas partes spargo, disiicio, dissipo. {פזר *pazár.* διασκεδάζω. GALL. *Espandre, semer çà & là.* ITAL. *Sparsare in diuerse parti.* GERM. Zerstrewen. HISP. *Esparzir en partes, derramar.* ANGL. *To scatter or spread abroad.*} Cicer. 4. *Acad.* Cur mortifera tam multa perniciosa terra marique dispersesit. Terent. *in Adelph.* An tibi manis cerebrum dispergi hic? Cicer. *de nat. Deor.* Puerum interea obtruncat, membráque particulatim diuidit, pérque agros passim dispergit corpus, &c.

Dispersūs, particip. disiectus, fusus. {פזור *pazúr.* διεσπαρμένος, [illegible]. GALL. *Espars, semé çà & là.* ITAL. *Sparso.* GERM. Zerstrewt. HISP. *Esparzido en partes, derramado.* ANGL. *Scattered or spread abroade.*} Cic. 1. *de Orat.* Omnia ferè quæ sunt conclusa nunc auribus, dispersa quondam fuerunt, vt in musicis numeri, & voces, & modi.

Dispersūs, us, ui. {התפוצצות *hithputsáth.* διασκορπισμός, [illegible]. GALL. *Espar-sement.* ITAL. *Spargimento.* GERM. Zerstrewen. HISP. *Esparzimiento en partes.* ANGL. *A scattering or spreading abroade.*} Cicer. *Attic. lib.* 9. Quòd Consules laudas, ego quoque animum laudo, sed consilium reprehendo: dispersu enim illorum actio de pace sublata est, quam quidem ego meditabar.

Dispersē, & dispersim, Aduerbia, diffusè. {[illegible], διασπαρμένως. GALL. *Par cy par là, separément, en diuers lieux.* ITAL. *Sparsatamente, per quà & per là.* GERM. Hin vnd her zerstrewt. HISP. *Esparzidamente en partes.* ANGL. *By scattering hither and thither.*} Cicer. *Verr.* Nunc iam illa omitto, quæ dispersè à me multis locis dicentur, ac dicta sunt. Varr. *de re rust. lib.* 1. *cap.* 1. Qui Græcè scripserunt dispersim alius de alia re, sunt plus quinquaginta. Suet. *in Cæsar. c.* 80. Consilia dispersim habita.

Dispertĭo, is, & Dispertior, itis, deponens, ex Dis, & partio: In diuersas partes diuido, huic & illi partes do. {חלק *chalák* פלג *pillagh.* διαμερίζω. GALL. *Departir, diuiser.* ITAL. *Partire, diuidere.* GERM. Zertheilen/außtheilen. HISP. *Partir ò diuidir en diuersas partes.* ANGL. *To deuide, to parte.*} Plaut. *in Aulul.* Hercule iniuria dispertiuisti, pinguiorem agnum isti habent. Idem *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Populo viritim id potuit dispertirier (quod fecisti flagitij sup.) Idem *Amphitr. sc.* 1. *a.* 1. Dispertiti viri, dispertiti ordines. Idem *Aulul. sc.* 1. *a.* 1. Vt dispertirem obsonium bifariam. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 1. Etiam dispertimini? id est, discedite ab amplexu. Sic dispertire exercitum per oppida, Liu. 9. *bell. Pun.* Dispertire tyrones inter legiones, Hirt. 5. *belli Afri.* Cic. 7. *Verr.* A quibus initia vitæ atque victus, legum, morum, mansuetudinis, humanitatis exempla hominibus & ciuitatibus data, ac dispertita esse dicuntur. Idem *Metell. lib.* 5. Quod quum dicerem, illud adiunxi, mihi tecum ita dispertitum officium fuisse in Reip. salute retinenda, vt ego, &c.

Dispēsco, is, ui, Separo, disiungo, quasi pecus à pastione arceo. {הבדיל *hibdíl.* διαχωρίζω, [illegible]. GALL. *Separer, diuiser.* ITAL. *Separare.* GERM. Söndern/theylen. HISP. *Apartar, como del pasto el ganado.* ANGL. *To seuer, to separat.*} Plin. *lib.* 5. *cap.* 9. Inde Africam ab Æthiopia dispescens. Dispescere (inquit Festus Pompeius, propriè est pecus à pastione deducere. vt Compescere, vnà pascere, & in vno loco continere.

Dispessus. Vide Gell. *cap.* 15. *lib.* 15.

‖Dispex, [illegible], GERM. [illegible] à dispiciendo.‖

Disphemia, δυσφημία. q. d. mala fama. Item, infamia, maledicentia, conuitium. GALL. *Mauuais renom, mauuais bruit.* Item, *Infamie, iniure.* Sueton. *in August. cap.* 93. Nihil in hoc quidem aliud deuitans, quam δυσφημίαν nominis. Ita restituit doctus Casaubonus. Vulgati libri habent, *Dispicimia.*

Dispĭcĭo, is, Discerno. {השגיח *hisghiach* חקר *chakar.* διορῶ. GALL. *Discerner, considerer diligemment.* ITAL. *Discernere.* GERM. Entscheiden. HISP. *Discernir ò juzgar.* ANGL. *To discerne, to consider with diligence.*} Quint. *lib.* 2. Nam proprietates ingeniorum dispicere prorsus necessarium. ¶ Item diuersè, diligenterve inquirere, considerare, seu mente circumspicere, & prouidere, & tanquam in omnem partem lumina mentis intendere. {[illegible], [illegible]. GALL. *Regarder d'vn costé & d'autre.* ITAL. *Guardar da ogni banda.* GERM. Fleissig beschawen/fleissig vnd in alle weg wol erwegen oder betrachten. HISP. *Mirar à partes diuersas y todas.* ANGL. *To looke and beholde frome the one side and the other.*} Cic. *lib.* 1. *Tusc.* Tamen acie mentis dispicere cupiebant. Col. *in Præf. Operis.* At ego quum aut magnitudinem totius rei, quasi quandam vastitatem corporis, aut partium eius velut singulorum fertilitatem dispicio, vereor ne supremus ante me dies occupet, quam vniuersam disciplinam ruris possim cognoscere. Sueton. *in Neron. c.* 19. Tanta caligo orta, vt dispicere non posset.

Omnia qui magni dispexit lumina Mundi,

Catull. *de com. Beren.*

Dispectūs, us, ui, Discretio, delectus, {משגח *mashgach.* [illegible], [illegible]. GALL. *Regard d'vn costé & d'autre, esgard.* ITAL. *Riguardo, rispetto.* GERM. Entscheidung/anschawung/betrachtung. HISP. *Miramiento en partes diuersas.* ANGL. *Lookin frome one part to another.*} Senec. 3. *de Ira.* Quid si pueris, quod neglecto dispectu officiorum, ad lusus & ineptos æqualium iocos spectent, quis irascatur, &c.

Dispicientia. Circumspectio, & prouidentia, vel consideratio diligens, atque discretio, [illegible].

‖Displacidus, morosus Gl. Isid. Pap.‖

Displĭcĕo, es, compositum est à placeo, Odiosus sum, iniucundus sum. ✕Placeo. {רע *ráh.* ἀπαρέσκω. GALL. *Desplaire.* ITAL. *Dispiacere.* GERM. Mißfallen. HISP. *Desagradar.* ANGL. *To displease, to misslike.*} Nihil enim aliud est displicere, quàm non placere. Cic. *ad Att. lib.* 2. Displiceo mihi, nec scribo sine summo dolore. Ouid. *Eleg.* 2. *lib.* 2. *Trist.*

Nulla pæna grauior, quàm tanto displicuisse viro.

Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 4. Si tibi displiceo, patiundum: At placuero huic Erotio.

Displicitus, a, um. Gell. c. 21. *lib.* 1. Atque ei statim displicita esset insolentia, &c. (pro displicuisset.)

Displĭcentia. {געל *gaball.* δυσαρέστησις. GALL. *Desplaisance, chagrin.* ITAL. *Dispiacimento.* GERM. Mißfallung. HISP. *Desagradamiento.* ANGL. *A displeasing, a misliking.*} quo vsus est Senec. *de tranquil. vitæ.* Hinc illud tædium & displicentia sui, & nunquam residentis animi volutatio. Apud Plaut. *in Cistel.* etiam legitur *Displicina.* Venturo (inquit) ad te gaudeo ecastor, ita nunc hodie hic acceptæ sumus Suauibus modis, nisi hæc displicina apud te quicquam fuit, Quin mihi placet. Verbum est soli Plauto vsurpatum.

Dispĭco, as, Explico, dilato, extendo. {פשט *pascháṭ* נטה *natáh.* [illegible], [illegible]. GALL. *Desployer, estandre.* ITAL. *Dispiegare.* GERM. Auffwicklen/etwas zusammen gelegts von einander thun. HISP. *Despliegar.* ANGL. *To open out, to vnfolde.*} Vnde displicatæ volucres dicuntur à Varr. quæ disgregatæ sunt, & latius dispersæ. Ita enim ait *de re rustic. lib.* 3. Si quando displicatæ sunt, cymbalis, & plausibus numero reducunt in eundem locum.

Displōdo, is, vel displaudo, Cum crepitu rumpo. {המם *humám* [illegible]. GALL. *Faire grand bruit.* ITAL. *Rompere con strepito.* GERM. Mit einem knall oder getöß zersprengen. HISP. *Romper con sonido.* ANGL. *To break and mak a great stoure.*} Horat. *in Epod.*

Et vesica sonat quantum displosa, pepedi

Displōsus, particip. Lucr. *lib.* 2. *cap.* 6.

——Quum plena animæ vesicula parua

Sæpe ita dat pariter sonitum displosa repente. id est, disrupta.

Displuuium, & Displuuiatum, à Vitruuio dicitur figura quædam cauedij, qui *lib.* 6. *cap.* 13. sic ait, Displuuiata autem sunt, in quibus deliquiæ arcam sustinentes, stillicidia reiiciunt: hæc tabernaculis maximas præstant vtilitates, quòd compluuia eorum erecta, non obstant luminibus tricliniorum.

‖Dispodia, saltationis species. Suid.‖

Dispŏlĭo, Spolio. {שלל *schalál* פשט *paschát* בזז *bazáz.* λῃστεύω, ἐκδύω. GALL. *Despouiller.* ITAL. *Spogliare.* GERM. Berauben. HISP. *Despojar.* ANGL. *To spoile.*} Terent. *in Andr.* Clamitent, me sycophantam hæreditatem persequi, Mendicum, tum ipsam dispoliare non licet. Senec. *cap.* 24. *de consol. ad Marc.* Dispoliatus oneribus, (id est, corpore.

Dispolīabŭlum, verb. {שלל *schalál.* τὸ ἀποσύλημα, [illegible].} quo Plaut. vsus est pro dispoliatione. Egone (inquit *in Bacch.*) vt hæc clausa gestem clanculum, vt celem patrem damna Pistoclere flagitia, aut damna, aut dispoliabula.

Dispondeūs, διαπόνδειος. quasi bis spondeus, pes qui constat ex quatuor syllabis longis, vt Oratores.

Dispōno, is, Ordino. {הכן *hechen* תכן *ticchén* ערך *aráck.* διατάσσω. GALL. *Disposer.* ITAL. *Disporre.* GERM. Ordnen. HISP. *Disponer.* ANGL. *To put in order, to array.*} Plin. *ad Enchum. lib.* 9. *Epist.* Quæris quemadmodum in Tuscis diem æstate disponam. Disponere suo quidque ordine, Colum. *lib.* 12. *cap.* 2. Quintus Cicero *de petit. consul.* hac vt planè iis hominibus quos deuinctos tenes, descriptum ac dispositum suum quique

quique munus sit. Cic. *ad Att. lib.* 4. Postea verò quàm Tyrannio mihi libros disposuit, &c. Disponit his operibus milites. Cæs. *lib. 1. de bell. civ.* Disponere diem, (pro statuere quid eo die sis acturus) Suet. *in Tib. cap.* 11. Disponere male sua bona. Idem *in Ner. cap.* 39. Et quinque in partes (i. zonas) totus disponitur orbis. Tib. *lib.* 4. Disponere semina & plantas. Senec. *c.* 15. *de consol. ad Mart.* Immortalia cogitat, & in nepotes pronepotesque disponit. Idem *ibid. c.* 11. Tot tibi disponendi libelli. Senec. *cap.* 7. *ad Polyb.*

Dispositus, a, um. Senec. *cap. vlt. de consol. ad Mart.* Quicquid ex disposito lucet, (i. Mundus.)

Dispositus, us, verbale, Dispositio. {מתכונת *mathchóneth* ערך *Hérech*. [illegible]. GALL. *Disposition, ordre, ordonnance.* ITAL. *Dispositione, ordine.* GERM. Geordnet ordentlich bestelt. HISP. *Orden, disposicion.* ANGL. *An order or due placing.*} Tacit. *lib.* 18. Dispositu, provisuque rerum civilium peritus.

Disposite, Apté, concinnè, distinctè. {[illegible]. GALL. *Par ordre, à point.* ITAL. *Dispositamente.* GERM. Ordenlich. HISP. *Ordenadamente.* ANGL. *with good order, orderly.*} Cic. 6. *Ver.* Non possum disposite istum accusare, si cupiam: opus est non solum ingenio, verum etiam artificio quodam singulari.

Dispositius, comparat. à dispositus. Sen. *quæst. natural. lib.* 1. *in Præfat.* Quo neque formosius est quicquam, nec dispositius.

Dispositio, nis, Ordinatio, collocatio. {מתכונת *mathchóneth* ערך *Hérech*. [illegible]. GALL. *Disposition, ordre, ordonnance.* ITAL. *Dispositione.* GERM. Ordnung. HISP. *Disposicion.* ANGL. *A due placing of thinges in order.*} Col. *lib.* 12. *cap.* 2. Quis enim dubitet nihil esse pulchrius in omni ratione vitæ, dispositione atque ordine? Cic. 2. *de Orat.* Qui ordo tibi placet, inquit Catulus, & quæ dispositio argumentorum, in qua tu mihi semper Deus videri soles.

Dispositor, is, {מכין *mechín* מתכן *methachen*. [illegible]. GALL. *Celuy qui dispose & met ordre, gouverneur.* ITAL. *Dispositore, acconciatore.* GERM. Ein ordner. HISP. *El que dispone y mete en partes.* ANGL. *He that setteth thinges in good order and array.*} Senec. *lib.* 5. *nat. quæst.* Nimirum in hac providentia dispositor ille mundi Deus aëra ventis exercendum dedit.

Dispudet, dispuduit, vel dispuditum est, impersonale, pro simplici accipitur cum quodam augmento, Multis modis pudet. {[illegible]. GALL. *Avoir grand honte.* ITAL. *Vergognarsi grandemente.* GERM. Sich vbel schämen. HISP. *Aver mucha vergüenza.* ANGL. *To blushe and to take great shame.*} Terent. *in Eunuch.* Dispudet mihi sic data esse verba. Plaut. *in Bacch.* Nam alia memorare quæ illum facere vidi dispudet.

Dispulvero, as, In pulverem redigo. [illegible]. Nebulas, saxa, sylvas, lapides, montes diruens, dispulveras. Non.

Dispumo, as, Spumas eiicio, spumis purgo. {[illegible]. GALL. *Faire escumer, mettre & reduire en escume.* ITAL. *Levar le schiume.* GERM. Abschaumen, verschaumen. HISP. *Espumar, o quitar la espuma.* ANGL. *To scumme or take away the some.*} Colum. *lib.* 12. *cap.* 34. Aut si non dulce mustum, ad tertias dispumetur. Alij legunt *despumetur*. Vide *Despumo.*

Dispungo, is, xi, ctum, Expungere, delere. {מחה *machah*. [illegible]. GALL. *Casser, annuler une escriture.* ITAL. *Cancellare.* GERM. Durchthun. HISP. *Cancelar, cassar ò raer.* ANGL. *To put out a worde in wryting with prikinge it about, to prick or crosse out.*} ¶ Accipitur etiam pro supputare, sive numerare, quasi puncto notare, & accepta cum datis conferre. {[illegible]. GALL. *Examiner un compte.* ITAL. *Essaminare un conto.* GERM. Zellen oder rechnen. HISP. *Cassar o rayar la cuenta.* ANGL. *To examine and crosse out a compte.*} Senec. *de brevitate vitæ*, Dispunge & recense vitæ tuæ dies, paucos & ridiculos apud te residuos videbis: inde dicimus Dispungere rationes, pro eo quod vulgus vocat *Examinare calculum.* Papin. *ff. de verb. sign.* Dispungere est conferre accepta & data. ‖¶ Item pro donare, compensare. Gloss. Isid.‖ ¶ Accipitur præterea pro absolvere. Tert. *adversus Iudæos*, Itaque specialiter dispungamus ordinem cœptum: id est, absolvamus, teste Rhen. Velleius, Intervalla negociorum dispungere.

Dispunctio, nis, verb. Interdum idem est quod expunctio, sive deletio. {ANGL. *pricking or crossing out.*} Interdum idem quod supputatio: h. e. datorum & acceptorum collatio, [illegible]. Vlp. *l. quum plures. ff. de bon. aut. iud. poss.* An recognitio & dispunctio concedenda sit creditori. ¶ Interdum idem quod compensatio & remuneratio. Tertul. *lib.* 5. *adversus Marc.* Dispunctionem boni & mali operis: id est, compensationem remunerationemque. ‖¶ Dispunctio vitæ, mors. Gl. Isid.

Dispunctores, qui dona militibus donant. Salmas. Item qui alium ab hæreditate expellunt. Cath.‖

Disputo, as, ex præpositione Dis, & verbo puto, quod valet purum facio. Nempe quia rationibus & argumentis res pura & puta redditur. {הוכיח *hochíach* נוכח *nochách* נשפט *nischpát*. [illegible]. GALL. *Disputer, debatre de quelque chose.* ITAL. *Disputare.* GERM. Beharren, fechten. Item disputieren, sich miteinander vnderreden. HISP. *Disputar.* ANGL. *To dispute, to reasone of any purpose.*} Vnde disputare (inquit Varro) valde putum facere, & per translationem disputare, disserere est. Plaut. *in Mil.* sc. 1. 1. Eam rem volutavi, & diu disputavi, hominem cuius rei, Quando natus est, similem esse arbitror. ¶ Item disputare rationem cum aliquo. Idem *in Aulul.* dixit, æs petit, Istuc putatur ratio cum argentario. Vbi disputata est ratio cum argentario, etiam plus ipsus debet argentario. ¶ Disputare item significat rem aliquam agitare, ita vt verum tandem cognoscatur. Cic. *de Amic.* Catonem induxi senem disputantem: quia nulla aptior videbatur persona, quę de illa ætate loqueretur. Lact. *lib.* 7. Immortales esse animas Pherecydes & Plato disputaverunt. De aliquo disputare. Cic. 13. *Philipp.* Eas dum recito, dumque de singulis sententiis breviter disputo. Quint. *lib.* 1. *cap.* 5. Circa hoc disputatum est. Disputatur, Impersonale. Cic. 2. *de finib.* Perpetua oratione contra disputatur.

Disputatio. {[illegible]. GALL. *Dispute.* ITAL. & HISP. *Disputa.* GERM. Ein gesprech, ein red, ein disputation. ANGL. *A disputing or reasoning.*} Cic. *Lentulo.* Scripsi igitur Aristotelico more (quemadmodum quidem volui) tres libros in disputatione ac dialogo de Oratore. Liberior in vtramque partem disputatio. Quint. *lib.* 7. *c.* 3.

Disputatiuncula, æ, Sen. *Epist.* 18. Hoc est sapere, non disceptatiunculis minutis subtilitatem vanissimam agitare.

Disputator, is, {[illegible]. GALL. *Disputeur, qui fait disputer.* ITAL. *Disputatore.* GERM. Ein disputierer, der sich mit einem andern vnderredt. HISP. *Disputador.* ANGL. *A disputer or reasoner.*} Cic. 1. *Off.* Nisi forte Demetrius Phalereus in hoc numero haberi potest, disputator subtilis, orator parum vehemens.

Disputatrix, à Quint. Dialectica dicitur, [illegible].

Disputabilis, e. [illegible]. Senec. *ad L.* [illegible]. Res disputabilis in vtramque partem.

Disquamatus, vide *Desquamo.*

Disquiro, is, Per omnes partes quæro, inquiro, investigo, quæro, disputo. {חפש *chapháss* בקר *biker*. [illegible]. GALL. *Cercher diligemment.* ITAL. *Investigare, cercare diligentemente.* GERM. Fleissig durchsuchen, hin vnd wider suchen. HISP. *Buscar curiosamente en diversas partes.* ANGL. *To seek, and searche about for diligently.*} Horat. 2. *Carm.*

Verùm hic impransi mecum, disquirite.

Disquisitio, Inquisitio, investigatio, disputatio, disceptatio; iudicium, {חפש *chephesch* בקרת *bikkoreth*. [illegible]. GALL. *Cerchement soigneux, diligente recerche.* ITAL. *Il ricercare diligentemente.* GERM. Ein fleissige ersuchung, ein erforschung was ieder gesinnt sey. HISP. *Aquella busca curiosa.* ANGL. *Inquisition or triall of a thing.*} Suet. *in Cæsare.* Primo præturæ die Q. Catulum de refectione Capitolij ad disquisitionem populi vocavit. Idem *in Neron. cap.* 2. Livius, Sed non quid ego fecerim, in disquisitionem venit, sed quid isti pati debuerint, id est, in disceptationem. Cic. *de Arusp. resp.* Quanquam ad facinoris disquisitionem interest adesse quamplurimos.

Disraro, as, significat castro, & diversis modis quod densum erat ratum facio. {[illegible]. GALL. *Chastrer.* ITAL. *Castrare.* GERM. Dünner machen, etwas das dick ist, erharen vnd dünn machen. HISP. *Castrar.* ANGL. *To geld.*} Col. *lib.* 5. Sed illud de integro refodi debet: hoc potest intercidi & disrarari: quod opus rustici *Castrationem* vocant.

Disrumpo, vide *Dirumpo.*

Dissuavior, Suavior, osculor. {נשק *naschák*. [illegible]. GALL. *Baiser par grand ioye & affection.* ITAL. *Baciare con piacere.* GERM. Mit wollust küssen. HISP. *Besar con gusto.* ANGL. *To kisse through ioye and love.*} Suavior autem à Suavium, sive suavium per diminutionem. Gell. *lib.* 3. Et quum ibi tres eum (Diagoram) adulescentes amplexi, coronis suis in caput patris positis, suaviarentur. Cic. *Tironi*, Ego vos ad quartum Calend. videbo, tuósque oculos etiam si te veniens in medio foro videro, dissuaviabor: id est, multum, sive sæpius suaviabor.

Disseco, as, dissecui, dissectum, Dilanio & variis modis seco, sive in varias partes divido. {גזר *ghazár* בתר *bitter* נתח *nitách* שרט *scharát*. [illegible]. GALL. *Couper en pieces, desfendre, diviser.* ITAL. *Tagliare in pezzi.* GERM. Zerhawen, zerschneiden. HISP. *Cortar en partes diversas.* ANGL. *To cut sor each in small pieces.*} Plin. *lib.* 11. *cap.* 37. Tertio capto Lacedæmonij pectus dissecuere caussa videndi. Sueton. *in Calig. cap.* 27. Multos honesti ordinis, aut medios serra dissecuit, &c.

Dissectus, a, um, Quod est per anatomem divisum. {מבותר *mebuttár* מנותח *menuttách*. [illegible]. GALL. *Coupé en pieces, fendu.* ITAL. *Tagliato in pezze.* GERM. Zerhawen, zerschnitten. HISP. *Cortado en partes.* ANGL. *Hacked or cutt in pieces.*} Quod enim Græci [illegible], nos dissectionem vocamus: vt apud Plinium & Celsum videri potest.

Dissemino, Spargo, divulgo, dispergo, dissipo. {פזר *pazár*. [illegible]. GALL. *Semer çà & là, espardre.* ITAL. *Disseminare.* GERM. Hin vnd her säen. HISP. *Sembrar en partes diversas.* ANGL. *To sowe hither, and thither, to spread abroade and divulgate.*} Cicer. *in Catil.* Latius opinione disseminatum est malum. Idem *pro Planc.* Ne disseminato dispersóque sermoni fortunas innocentium subiiciendas putetis. Idem *pro Arch.* Ego verò omnia quæ gerebam, iam tum in agendo spargere me ac disseminare arbitrabar in orbis terræ memoriam sempiternam.

Dissentio, is, vel Dissentior, iris, Diversum ab aliis sentio. {נחלק *nichelák*. [illegible]. GALL. *Dissentir, estre d'autre & diverse opinion, n'accorder point.* ITAL. *Non accordarsi, non consentire.* GERM. Einer andern meinung sein, ein andern sinn haben. HISP. *No accordar en sentencia, desacordar.* ANGL. *To discorde, to desagree, to be of an other opinion.*} Cic. *de Amic.* Ab iis qui pecudum ritu ad voluptatem omnia referunt, longè dissentimus. Idem *pro lege Manil.* Sed in hoc ipse ab eo vehementissimè dissentio. Gell. *c.* 11. *lib.* 3. De patria quoque Homeri multò maximè dissensum est.

Dissensio, verbale, Sententiarũ diversitas, dissidium, contentio, {מחלקת *machalóketh* גזר *gézer* מדון *madhón*. [illegible]. GALL. *Dissension, discorde, noise.* ITAL. *Discordia, dissensione.* GERM. Mißhellung, vneinigkeit. HISP. *Desacuerdo de sentencia.* ANGL. *Disagreement, discord, dissention.*} Cicer. *pro Sylla*, Vt hoc dissidio ac dissensione facta oppidum in sua potestate posset, & Pompeianos habere.

Dissensus, us, ui, Dissensio. Cicer. *post reditum.* Non enim Marius deprecatione rediit, sed in dissensu civium armis se & exercitu revocavit.

Dissentaneum, Dissentiens, non conveniens ✕ Consentaneum. {נחלק *nechalák*. [illegible]. GALL. *Different, non convenable, d'autre sorte.* ITAL. *Non correspondente.* GERM. Vnbequem, nit gleichförmig. HISP. *Cosa de desacuerdo en sentencia.* ANGL. *That disagreeth or discordeth.*} Nigidius, Eum locum facit dissentaneum. Cic. *in partit.* Aut consentanea, aut dissentanea.

Dissepio, dissepsi, disseptum, quod septum erat dirimo & disiicio. {[illegible]. GALL. *Separer & diviser.* ITAL. *Guastare.* GERM. Den hag oder zaun abbrechen. HISP. *Derribar lo que es cercado con seto.* ANGL. *To disparke.*} Statius 10. *Thebaid.*

—— Assiliunt postes, tectique trementis
Saxea frena labant, disseptóque aggere rursum
Velitur. & truncas rupes in templa domósque
Præcipitat.

Dissepimentum, i, quo res illa dissepitur & dividitur. Vnde membranularum

Iam illam in uice intermediam dissepimentum vocari autor est Festus: διάφραγμα.

Dissepium, i. siue dissepitum. {διάφραγμα. ANGL. *The midriffe which deuideth the heart and lightes from the other bowels.*} Septum transuersum. Macrob. *comment. lib.* 1. *c.* 6. Dissepium vocatur quod ventrem & cætera intestina [illegible].

Disserēno, as, Serenum [illegible] *lib.* 9 *bell. Maced.* Quum vndique disserenasset [illegible] vt cacumina parata sunt, disserenabit, inquit Plin. *lib.* 18. *c.* [illegible]

Dissĕro, is, [illegible] Sero. {זרע zarah. ἐπισπείρω, [illegible]. GALL. *Semer* [illegible] *semant.* ITAL. *Seminare.* GERM. *Hin vnd her säen.* [illegible] ANGL. *T. sowe hither and thither.*} Col. *lib.* 11. *c.* 3. Fauas [illegible] HISP. *Sembrar* [illegible], lens & fabacia terra, tantum differitur. Vtroque [illegible]

Dissĕro, [illegible], Disputo, enarro, declaro. {הוכיח hocbiach [illegible] διαλέγομαι, διαλογίζομαι, διηγέομαι. GALL. *Disputer & traitter quelque chose.* ITAL. *Disputare, dichiarare.* GERM. *Ein red halten, etwas [illegible] Disputieren.* HISP. *Disputar, declarar.* ANGL. *To dispute, to reason.*} Cicer. *de Amic.* C. Lælij persona visa est idonea fuisse, quæ de amicitia ea ipsa dissereret, quæ disputata ab eo meminisset magister meus Scæuola *Ibid.* Audite me optimi viri ea quæ inter me & Scipionem de amicitia disserebantur. Liu. *lib.* 1. *d.* 5. Ad disserendas res quas gessissent.

Dissērto, as, frequentatiuum. {הוכיח hocbiach נכח nochach. διαλέγομαι, διαλογίζομαι. GALL. *Disputer & traiter de quelque chose.* ITAL. *Disputare ò contradire parlando.* GERM. Vil reden treiben, [illegible]. HISP. *Disputar ò declarar con palabras.* ANGL. *To dispute or reason a matter often.*} Gell. Quum de antiquitate quorundam verborum dissertaremus: hoc est, dissertationibus contenderemus. Tacit. *lib.* 11. Vbi hæc atque alia dissertauere, incipit orationem Cæsar de fastigio Romano. Plaut. *Menæch. sc.* 1. *a.* 5. Dic mihi istuc quid est quod vos dissertatis vt sciam.

Dissertātio. {διαλογισμός. GALL. *Dispute & traitement de quelque matiere.* ITAL. *Trattamento di qualche materia.* GERM. Ein lange vnderredung oder handlung einer sach. HISP. *Aquella declaracion con palabras.* ANGL. *Disputing or reasoning vehemently.*} Plin. *lib.* 10. *cap.* 68. Quapropter ingenium prædictorum, & reliqua subtexat dissertatio. Gell. *cap.* 2 *lib.* 1. Dissertationes Epicteti. Idem alio modo *c.* 3. *eiusdem lib.* Quoniam profectò caussas scientiæ, corporum varietates, differentiarumque, & differentiarum ignorantes, &c. Idem *cap.* 13. *lib.* 17. *& 12 lib.* 19.

Dissertābundus. Gell. Eúmque in corona astantium dissertabundum inuenimus.

Disertus, a, um, Ornatè dicens, probè & verbis ornatissimis disserens. {מדבר צחות medabber tsachoth מליץ melits. λόγιος, εὐεπής, εὐγλωσσος. GALL. *Disert, eloquent.* ITAL. *Eloquente, bel parlatore.* GERM. Wolberedt, gesprech. HISP. *Eloquente, facundo, expedido en la lengua.* ANGL. *Eloquent, well spoken.*} Differt disertus ab Eloquente, quòd in diserto verborum elegantia tantùm sit & copia: in eloquente verò præter illa grauitas sententiarum: vnde M. Antonius apud Ciceronem ait à se disertos visos esse multos, eloquentem verò neminem. Ouid. *Eleg.* 11. *lib.* 3 *Trist.*

Soluat & in mores ora diserta meos.
In caussa facili cuiuis licet esse diserto.

Idem *lib.* 13. *Metam.*

——— Dolor ipse disertum Fecerat.

Ibid.

——— Tulit arma disertus.

Cicer. *ad Attic. lib.* 10. Celer tuus disertus est magis, quàm sapiens. Idem *pro M. Cælio,* Quàm volent in conuiuiis faceti, dicaces, nonnunquam etiam ad vinum diserti sint: alia fori vis est, alia triclinij: alia subselliorum ratio, alia lectorum: non idem iudicum comessatorúmque conspectus. Horatius,

Fœcundi calices quem non fecere disertum.

Disertitūdo. Fabius Victorinus *in* 1. *Rhetor.* Cicer. Attendamus tamen vt cum suprà pro eloquentia, aut copiam dicendi, aut disertitudinem nominauerit.

Disertè, aduerb. modò significat Facundè, ornatè. {λογίως, εὐεπῶς. GALL. *Disertement, distinctement & elegamment en sorte qu'on est bien aisément entendu, clairement.* ITAL. *Eloquente, facundamente, con gratia.* GERM. Mit außgetruckten worten, [illegible]. HISP. *Esparzidamente en la lengua, elegantemente.* ANGL. *Eloquently.*} vt apud Cic. *lib.* 1. *de Orat.* Denique et prudentibus disertè, stultis etiam verè dicere videaris. Modò pro distinctè, & expressè. Liu. *lib.* 31. Quum in fœdere Luctatij disertè adscriptum esset, id ita ratum fore si populus censuisset. Idem euidentiùs *lib.* 4. *dec.* 4. vbi quod suprà dictum erat distinctè, paulò infrà ait disertè. Idem etiam *lib.* 6. *d.* 4. & Plaut. *Amph.* Satin' hoc planè, satin' disertè here nunc videor tibi loquutus?

Dissicio, in multis auctoribus factis pro disicio est. Paulin. *lib.* 2. *de vita Martini.*

Scindens aëria mendacia tegmina tela,
Disiciénsque cauas fluitantia vellera nubis.

Disseco, as, pro disseco. Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 3. Clypeatus Elephantum vbi machæra dissicit.

Dissĭdeo, es, Discordo, dissentio. {נחלק nechelak. στασιάζω, διαφέρομαι, διχονοέω. GALL. *Discorder, estre en different, tenir vn autre parti.* ITAL. *Discordare, esser differente, discordante.* GERM. Zweytrechtig sein, [illegible] oder [illegible]. HISP. *Desacordar.* ANGL. *To disagree, to be at variance.*} Cic. *in Lælio,* Quam is Tribunus plebis capitali odio à Q. Pompeio dissideret, qui tum erat consul. ¶ Dissedit pro diuortium fecit positum apud Suet. *in Tib. c.* 7. Cum Iulia primò concorditer & amore mutuo vixit, mox dissedit, &c. ¶ Transfertur etiam ad inanimata Plin. *lib.* 37. Adamas dissidet cum magnete lapide in tantum, vt iuxta positus ferrum non patiatur abstrahi.

Dissĭdium, Segregatio, discordia. {מחלקת machalketh גזר gézer מדון madhon. στάσις, διχοστασία. GALL. *Dissension, separation.* ITAL. *Separatione, discordia.* GERM. Trennung, zertrennung, spaltung. HISP. *Desacuerdo, apartamiento de vna cosa con otra.* ANGL. *Discorde, dissention.*} Terent. *Andr.* Valeant qui inter nos dissidium quærunt. Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Harum voluptatum omnium distractio, dissidium, (alias discidium) venit. Catul. [illegible]

At tu [illegible] in [illegible] deserta [illegible]
Sed [illegible] flebile dissidium.

Cic. *de Amic.* Quæ enim domus tam stabilis, quæ tam firma ciuitas, quæ non odijs atque dissidiis funditus possit euerti. Ouid. *lib.* 14 *Metam.* pro discessu positum, à recessu [illegible] quando [illegible] Non bene dissidium Phrygis latura mariti ¶ Significat & separationem corporum, Cic. *in Orat. ad Pontif.* & multis alijs locis. ¶ [illegible] dissidium, quasi à discindo.

Dissĭdentia, dissensio, discordia. {מחלקת machalkéth גזר gézer מדון madhon. διχόνοια, διάστασις. GALL. *Discord, different.* ITAL. *Discordanza.* GERM. [illegible]. HISP. *Desacuerdo.* ANGL. *Discorde.*} Plin *lib.* 29. *cap.* 4. Dominante illa eadem rerum dissidentia.

Dissĭlio, is, ex Dis, & salio, significat Loco moueor. {נתר nitter. ἀποπηδάω. GALL. *Saillir deçà & delà, ressaillir.* ITAL. *Saltare.* GERM. Von dannen springen, von einander springen. HISP. *Saltar.* ANGL. *To leape here and there.*} Apuleius, Vestibulo ella dissiliebant. Proprie autem est in diuersas partes salire. Plin. *lib.* 36. Lunensem silicem terra secari, at Tusculanum dissilire igni. Aliquando pro crepare, frangi. Virg. 3. *Georg.*

Æraque dissiliunt vulgo, vestésque rigescunt.

Ouid. *Eleg.* 6. *lib.* 4.

Dissiluit vnde pressa bis vna pede.

Dissulto, as, frequentatiuum, In diuersas partes salio. {נתר nitter. [illegible] διαπηδάω, ἀποπηδάω, πολὺς ἀποπηδῶ. GALL. *Ressaillir & sortir d'où on est, rejaillir çà & là.* ITAL. *Saltare in diuerse parti.* GERM. Hin vnd her springen. HISP. *Saltar en diuersas partes.* ANGL. *To leap in to sundrie partes, or hither and thither.*} Plin. *lib.* 37. Incudibus deprehenduntur ita respuentes ictum, vt ferrum vtrinque resultet, incudésque ipsæ dissiliant.

Dissĭmĭlis, e, Absimilis, dispar, dissimilitudinem habens. {ἀνόμοιος. GALL. *Dissemblable, diuers.* ITAL. *Dissimile.* GERM. Vngleich. HISP. *Desemejante.* ANGL. *Vnlyk.*} Terent. *in Prolog. Andr.* Non ita dissimili sunt argumento: sed tamen Dissimili oratione sunt factæ ac stylo. Cicer. *de Diuin.* Eos qui nascuntur eodem tempore, posse in dissimiles incidere naturas propter cæli dissimilitudinem. Idem *de claris Orat.* Quum sint ipsi dissimillimi inter se. *Ibid.* Sui dissimilior videbatur fieri quotidie. Heus dissimilis est. Suprà, Tam consimilis, quàm potest. Plaut. *Men. sc.* 9 *a.* 5.

Dissimiles illu [illegible] sic nec [illegible] mihi.

Ouid. *El.* 8. *lib.* 1. *Trist.* Fide dissimillimus patri Sext. Pompeius forma dissimilis in dominum. (id est, domino.) Tacitus *lib.* 1.

Dissimiliter, diuersimodè, Dissimili ratione. {ἀνομοίως. GALL. *Dissemblablement, diuersement, en diuerses sortes.* ITAL. *Dissimilmente.* GERM. Vngleichlich. HISP. *Desemejantemente.* ANGL. *In a diuerse fashion.*} Cic. 4. *Tuscul.* Cæterique dissimiliter morbi, ægrotationésque morborum nascuntur.

Dissimilitūdo, inis, Varietas, distantia, differentia. {ἀνομοιότης. GALL. *Dissimilitude, diuersité, difference.* ITAL. *Dissimilitudine, diuersità.* GERM. Vngleichnuß. HISP. *Desemejança, diuersidad.* ANGL. *Vnlyknes, difference.*} Cicer. 3. *Verr.* Vides eandem æstimationem propter temporis dissimilitudinem, in illo laudis causam habere, in te criminis.

Dissimilāres partes, ἀνόμοια μέρη, ὀργανικά, à Medicis appellantur partes corporis compositæ, quæ scilicet ὁμοιομερῆ, hoc est, similares non sunt, sed ex iis constituuntur, & in eas possunt resolui.

Dissĭmŭlo, as, Diligenter & astutè celo, nequid nosci possit, occulto, contineo. {חנף chanéph כחד chichédh. μὴ προσποιέομαι. GALL. *Dissimuler, ne faire pas semblant.* ITAL. *Dissimulare.* GERM. Verleugnen, verhälen. HISP. *Dissimular lo que es ò se haze.* ANGL. *To dissemble, to cloke.*} Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 4. Sed dissimulat malus. *Ibid.* ò hominem malum: vt dissimulat. Ouid. 5. *Fast.*

Parent promissis, dissimulántque Deos.

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist.*

Nomina [illegible] dissimulare iubet.

Idem *Eleg.* 5. *lib.* 4. *Trist.*

——— Nec nomen dissimulare viri.

Ibid. *Eleg.* 1. *lib.* 3.

Nec domini fortuna mei est vt debeat illam
Infelix [illegible] dissimulare [illegible].

Idem *Eleg.* 4. *lib.* 4. *& Eleg.* 1 *lib.* 5. *& Eleg.* 5 *lib.* 3. *& Eleg.* 1. *lib.* 1. *Trist.* Plaut. *in Mil.* Dissimulabo hos quasi non videam. Terent. *in Andr.* Bene dissimulatum amorem & celatum indicas. Cicer. *pro Cluent.* Neque id obscurè ferebat, nec dissimulare vllo modo poterat. Ouid. *lib.* 3. *Fast.*

Iam satis est virtus dissimulata diu.

✠ Simulo, προσποιέομαι. Idem Ouid.

Quod non est simulo, dissimuloque quod est.

Simulamus enim falsa, dissimulamus vera. Simulamus esse quæ non sunt: dissimulamus non esse quæ sunt. Plaut. *Milit. sc.* 5. *a.* 1. Planè ea est: sed quomodo dissimulabat. (i. fingebat se non esse.) Ouid. 13. *Metam.* Dissimulat cultu natum.

Dissimulatus, a, um. Petr. Arbiter,

Vera redit facies, dissimulata perit. (i. simulata.)

Et Ouid. 6. *Fast.*

At pœ ira pietas dissimulata foret.

Idem *ibidem,*

Dissimulata Deam Latias Saturnia [illegible]
Instimulat.

Dissimulanter, dissimulantia. εἰρωνικῶς. Apul. *Florid. lib.* 1. Musæ cum Minerua dissimulanter gratia iudices astitere.

Dissimulantia, Dissimulatio. {חנף chóneph חנפות chanuphah. εἰρωνεία. GALL. *Dissimulation, ne faire pas semblant de rien.* ITAL. *Dissimulatione.* GERM. Verhälung. HISP. *Dissimulacion.* ANGL. *A dissembling.*} Cic. 2. *de Orat.* Socratem opinor in hac ironia, dissimulantiaque longè lepore & humanitate omnibus præstitisse.

Dissimulātor, verbale. {מחנף mechanéph. εἴρων, μὴ προσποιούμενος. GALL.

GALL. *Dissimulateur*. ITAL. *Dissimulatore*. GERM. Ein verhäler der wie der gleichen thut als ob ein ding nit were das doch ist. HISP. *El que dissimula, dissimulador*. ANGL. *A dissembler*.} Cic. 2. *de Orat*. Vt qui dissimulatores studiorum fuerint.

Dissimulatio, nis, Dissimulantia. {... } GALL. *Dissimulation*. ITAL. *Dissimulatione*. GERM. Vergleissnung/verhälung. HISP. *Dissimulacion*. ANGL. *A dissembling*.} Cic. 3. *Off*. Ex omni vita dissimulatio tollenda est. Idem 4. *Acad*. Libenter vti solitus est ea dissimulatione quam Græci εἰρωνείαν vocant.

Dissimulanter, Dissimulatim, Aduerbia, Obscurè ✕ Apertè, {...} GALL. *Sans faire semblant de rien*. ITAL. *Senza far sembiante*. GERM. Verdeckter oder vergleissnender weiß. HISP. *Dissimulando*. ANGL. *By dissembling, dissemblingly*.} Cic. *de clar. Orat*. Non apertè, nec eodem modo semper, sed variè dissimulanterque conclusis. Quintil. *lib*. 10. *cap*. 1. Sæpe præparat dissimulatum insidias Orator. Liu. *lib*. 10. *dec*. 4.

Dissimulabilis, vnde Indissimulabilis apud Gell. *lib*. 10. *c*. 22. Cum quadam indissimulabili veritate disseruit.

Dissipium, ij, autore Macrob. *lib*. 1. *in somnium Scipionis*, Intestinum est quod ventrem & cætera intestina secernit.

Dissipo, as, Significat dispergo, diffundo, disperdo, consumo, diuulgo. {... } GALL. *Espardre çà & là, mettre en pieces çà & là, dissiper, rompre & separer, despendre, gaster*. ITAL. *Dissipare, dispergere*. GERM. Zerstrewen/zerspreyten/zerbrechen. HISP. *Dissipar y destruir*. ANGL. *To scatter or cast abroad, to sprinkle or sprede abrode*.} Colum. *lib*. 2. Sin autem proximæ messis occupandum erit restibile, desectis stramentis quatuor & viginti vehes stercoris in iugerum disponemus, dissipabimusque. Cicer. *pro lege Manil*. Vt ex eodem Ponto Medea illa quondam profugisse dicitur: quàm prædicant in fuga fratris sui membra in his locis, quà se parens persequeretur, dissipauisse. Senec. *cap*. 11. *de consol. ad Mart*. Dissipari & solui, (loquitur de morte.) Ouid. *Eleg*. 9. *lib*. 3. *Trist*.

——— Diuulsaque membra per agros Dissipat.

Cels. *lib*. 8. *cap*. 1. in multa & tenuia foramina dissipantur, id est, distribuuntur. ¶ Dissipare, pro eo quod est concreta resoluere, discutere. Idem Cels. *lib*. 5. *cap*. 17. Acetum quamuis refrigerandi vim habet, tamen habet etiam dissipandi. Vbi & discutere dixit spissescentem humorem. Et Plin. *lib*. 27. *cap*. 1. de Aceto, conglobatum sanguinem discutit. Et ea concreta digeri dicuntur. ¶ Dicimus etiam dissipare famam alicuius rei, dissipare rumorem, dissipare sermones, hoc est, diuulgare, & dilatare. Cic. *pro Flac*. Primum quod distributis partibus sermo est tota Asia dissipatus. Et Rumores dissipare. Suet. *in Galb. cap*. 19. Sed extractus rumoribus falsis, quos conspirati de industria dissiparant. Cic. *Cælio lib*. 2. Multi occisi, multi capti, reliqui dissipati. ¶ Dissipare humorem, est quod verbo alio dicitur, Degerere humorem. Celsus *lib*. 3. *cap*. 28. de strumarum curatione. Et medicamenta imponuntur, quæ humorem vel educant, vel dissipent.

Dissipatio, nis, Dissolutio. {... } GALL. *Dissipation, degastement*. ITAL. *Dissipatione, consumamento*. HISP. *Rompimiento, gasto*. ANGL. *A scattering or spreading abroad*.} Cicer. 1. *de nat. deor*. Idem facit in natura deorum, dum indiuiduorum corporum concretionem fugit, ne interitus & dissipatio consequatur, negat esse corpus deorum, sed tanquam corpus, &c.

Dissipabilis, e, quod dispergi, aut separari facilè potest. {... } ANGL. *That may be scattered or sprinkled abroade*.} Cic. 3. *de nat. deor*. Ignis verò & aër omni impulsu facillimè pellitur, naturàque cedens est maximè & dissipabilis.

[Dissipimentum, nauci, membranula in medio nucis. Fest.]

Dissitus, Distans, remotus, procul situs: cuius contrarium est Adsitus, quod est iuxtà situs. {... } GALL. *Espars loin l'un de l'autre, esloigné, desioint*. ITAL. *Distante, remoto, disgiunto*. GERM. Weit gelägen. HISP. *Puesto a lexos, ò puesto en diuersos lugares*. ANGL. *Distant, far of one frome an other*.} Apul. *in Flor*. hæc duo velut inter se contraria opposuit atque dissepauit, sic scribens, Homines neque longulè dissita, neque proximè adsita possumus cernere.

Dissocio, as, are, Separare, dissoluere & à societate disiungere. {... } GALL. *Dessembler, separer, desioindre*. ITAL. *Scompagnare*. GERM. Von einander sündern/absündern. HISP. *Desacompañar*. ANGL. *To seuer, to bring frome fellowship or companie*.} Cic. *de Amicit*. Dispares enim mores disparia studia sequuntur: quorum dissimilitudo dissociat amicitias. Martial. *lib*. 7.

Et Ledæ poteras dissociare genus.

Dissociatio, nis, Disiunctio, discordia. {... } GALL. *Separation, dessaicte de compagnie*. ITAL. *Separatione*. GERM. Absünderung. HISP. *Desacompañamiento*. ANGL. *A bringing frome fellowship of others*.} Plin. *lib*. 2. *c*. 21. Aquas respuit, perfusum mersumve sicco similè est, tanta dissociatio deprehenditur.

Dissociabilis, e, quod sociari, coniungique non potest. {... } ANGL. *That can not be broght to the fellowshippe of others*.} Tacit. *in vita Agricolæ*, Et quanquam primò statim beatissimi seculi ortu res olim dissociabilis miscuerit, principatum & libertatem.

[Dissologia, duplex locutio. Pap.]

Dissolvo, is, quod ligatum erat soluo, aperio, recludo. {... } GALL. *Deslier, dissoudre, desioindre, dessassembler, destacher*. ITAL. *Dissoluere, disgiongere, disfare*. GERM. Auflösen/entbinden. HISP. *Desatar*. ANGL. *To lewse, to vnbinde, to dissolue*.} Plaut. *Pœn*. Si autoritatem postea defugeris, vbi dissolutus tu sies, ego pendeam. Cic. *de senect*. Opus ipsa suum eadem quæ coagmentauit, natura optimè dissoluit. Catull. *de com. Beren*.

Pristina vota nouo munere dissoluo.

¶ Dissoluere amicitias Cic. *de Amic*. Nam si vtilitas amicitias conglutinaret, eadem commutata dissolueret. Sueton. *in Aug. cap*. 32. collegia dissoluere. ¶ Dissoluere interrogationes Cicer. 4. *Academ*. Quum eas dissoluere non possunt, deiiciuntur à veritate. ¶ Est etiam dissoluere, expedire. Terent. *in Heaut*. Dissolui me ocyùs, operam vt tibi darem. Ita Dissoluere aliquem, id est, absoluere, non diu suspensum tenere, paucis quod volumus dicere. Plaut. *Merc*. Obsecro dissolue iam Me, nimis diu enim pendeo. ¶ Item ponitur aliquando pro soluere & persoluere. Cicer. *lib*. 2. *Offic*. Nunquam nec maius æs alienum fuit, nec melius, nec faciliùs dissolutum. ¶ Dissolui, pro mori. Salust. *in Iugurth*. Plerosque omnes senectus dissoluit.

Dissolutus, a, um, participium, aut nomen ex participio: quod ligatum non est. {... } GALL. *Dissolu, deslié, desioint*. ITAL. *Sciolto, disunito, disgionto*. GERM. Auffgelöst. HISP. *Suelto*. ANGL. *Lewsed, dissolued*.} Plin. *lib*. 28. *c*. 7. Alibi seruatur vt medii pedibus erant, capillo, cinctùque dissoluto. ¶ Ponitur aliquando pro effeminatis & luxuriosis, quos Græci ἀσώτους dicunt. Cic. 6. *Verr*. Negligentes ac dissoluti si cupiamus esse, qui possumus? Idem 1. *Off*. Nam negligere quid de se quisque sentiat, non solùm arrogantis est, sed etiam omnino dissoluti.

Dissolutè, aduerbium, Remissè, negligenter, ignauè. {... } GALL. *En maniere nonchalante, lachement, mollement, dissoluement*. ITAL. *Dissolutamente, scioltamente*. GERM. Liederlich/ohn sorg vnd ernst. HISP. *Sueltamente, floxamente*. ANGL. *Slakelie, negligentlie*.} Cicer. *pro Cæcin*. Nec contenderit aliud quàm ne ius suum dissolutè relinquere videretur.

Dissolutio, verbale ✕ Coniunctio. {... } GALL. *Dissolution, separation, disionction*. ITAL. *Dissolutione, separatione, disgiuntione*. GERM. Auflösung. HISP. *Dispartimiento y dissolucion*. ANGL. *A lewsing, a dissoluing*.} Cic. *in Partit*. Constructióque verborum tum coniunctionibus copuletur, tum dissolutionibus relaxetur.

Dissolubilis, e, quod facilè dissolui potest. {... } GALL. *Aisé à deslier, à desrompre, à dissoudre*. ITAL. *Dissolubile, che si puo dissoluere facilmente*. GERM. Das leichtlich auffzulösen oder von einander zufügen ist. HISP. *Cosa que se puede desatar*. ANGL. *That may be easilie lewsed, disioyned or dissolued*.} Cic. *de nat. deor*. Animal mortale, dissolubile & diuiduum est Coagmentatio dissolubilis, *ibid. lib*. 1.

Dissonus, a, um, Dissimiliter sonans. {... } GALL. *Desaccordant, different*. ITAL. *Discordante*. GERM. Mißhällend/vngleich lautend. HISP. *Cosa que desacuerda en son*. ANGL. *Disagreand, vntunable*.} Liu. 4. *ab Vrbe*. Dictator autem parte altera subsidia & secundam aciem adortus, circumagenti se ad dissonos clamores ac subitos tumultus, hosti vndique obiecerat victorem peditem, equitémque.

Dissono, as, Discordo, dissideo, non conuenio. {... } GALL. *Desaccorder, ne convenir pas*. ITAL. *Discordare*. GERM. Mißhällen. HISP. *Desacordar*. ANGL. *To desagree in tune*.} Colum. *lib*. 1. *cap*. 1. An vniuersa quæ maiores prodiderunt, huius temporis culturæ respondeant, an aliqua dissonent. Dissonantia hæc sunt, (i. discrepantia.) Quintil.

[Dissortes, ... Gloss. qui distinctam sortem habent.]

Dissuadeo, es, Dehortor, ✕ Suadeo. {... } GALL. *Dissuader, desenhorter, desconseiller*. ITAL. *Dissuadere, sconfortare*. GERM. Mißrahten/widerrhaten. HISP. *Dissuadir*. ANGL. *To dissuade, to giue a conseyle to leaue any thing vndoone*.} Plaut. *in Cistel*. Modò quod suasit, dissuadet: quod dissuasit, id ostentat. Ouid. 1. *Metam*.

——— Pudor est qui suadeat illinc,
Hinc dissuadet amor.

Cic. 3. *Offic*. Qui non modò non censuerit captiuos remittendos, verùm etiam dissuaserit.

Dissuasor, verbale, qui dissuadet. {... } GALL. *Desconseilleur, desenhorteur, destourneur*. ITAL. *Chi dissuade ò desconforta*. GERM. Ein widerrahter. HISP. *El que dissuade con razones*. ANGL. *A dissuader*.} Cic. *ad Brut*. Itaque in medio Achaico cursu, quum Etesiarum diebus Auster me in Italiam, quasi dissuasor mei consilij retulisset, te vidi Veliæ. Sic Lucan. *lib*. 4. gladium vocat Dissuasorem iusti, quòd nos mortis metu à iustitia & honestate deterreat.

Dissuauior, aris, siue Dissauior, vide *Dissauior*. {... } GALL. *Baiser par grand stye & affection*. ITAL. *Baciare grandemente*. GERM. Mit grosser begird küssen. HISP. *Mucho besar*. ANGL. *To kisse strong loue*.} Cic. *Tironi*, Ego vos ad quartum Kal. videbo, tuósque oculos etiamsi te veniens in medio foro videro, dissuauiabor.

Dissulcus, vide *Disulcus*.

[Dissum, ... Gloss. Phil. Legitur & *bissum*. Hic, inquit Vulcanius, ... est res minima. Puto esse Germanicum Bissen eit portiuncula, qualis mordendo auferri solet, morsiuncula. Gloss. Arab. habet *Bissa* corrigia, frustulum scil. corij, quo vincimus calceos. Martin.]

Dissuo, propriè significat id quod sutum erat dissoluo, Sensim paulatimque dissoluo. {... } GALL. *Descoudre, deffaire & rompre peu à peu*. ITAL. *Discucire*. GERM. Zertrennen/oder auffttrennen. HISP. *Descoser lo cosido*. ANGL. *To rippe and vndoo that was sewed*.} Vnde dissuere amicitias per translationem dixit Cic. 1. *Offic*. Vt amicitias quæ minus delectent, & minus probentur, magis decere censent sapientes sensim dissuere, quàm repentè præcidere.

Distabesco, is, apud Cato. *de re rust. cap*. 24. legitur pro simplici tabesco. {... } GALL. *Se fendre & consumer*. ITAL. *Strugger, disfarsi*. GERM. Verschmeinen. HISP. *Derretirse*. ANGL. *To pine or wither away*.} Hunc (inquit) in fiscellam suspendito, finito cum musto distabescat.

Distædet, Multùm & vehementer tædet. {... } GALL. *S'ennuyer, se fascher*. ITAL. *Rincrescere forte*. GERM. Es verdreußt mich sehr. HISP. *Auer mucho pesar ò enojo*. ANGL. *To be loath to do a thing*.} Terent. *in Phorm*. Demipho te appello: nam me cum hoc ipso distædet loqui. Plaut. *Amph*. Pol haud quòd tui me, neque domi distædeat.

[Distamos, dubietas, dubium. L. g. b.]

Distantia, vide *Disto*.

[Distegus, ..., duo tecta, seu contignationes habens. ... tectum.]

Distendo, is, In diuersas partes tendo. {... } GALL. *Estendre çà & là*. ITAL. *Distendere*. GERM. Aufspannen/von einander strecken. HISP. *Estender en diuersas maneras*. ANGL. *To stretche out hither and thither*.} Colum. *lib*. 5. Stabilior est vinea quæ ex vtraque parte iugo deuincta, pari libramento, velut anchoris quibusdam distenditur. ¶ Est & Distendere, idem quod implere. {... ANGL.

Angl. *To stouffe, to strout.*} tractum ab vtre, qui quum plenus est, tenditur: quum vacuus, relaxatur. Virg. 4. *Georg.*

——— & dulci distendunt nectare cellas.

Distentus, Repletus. {διατεταμένος. Gall. *Estendu de toutes parts, plein de tous costez.* Ital. *Pieno, ripieno.* Germ. Außgefült/zerspannen. Hisp. *Lleno.* Angl. *Stretched or stuffed out, full on all partes.*} Plin. Distentus solitaria cœna. ¶ Nonnunquam idem significat quod occupatus, vel destrictus, à verbo Distineor. {ἀσχολούμενος. Gall. *Occupé, empesché.* Ital. *Occupato.* Germ. Bekümmert/mit geschäfften beladen. Hisp. *Detenido.*} Sed in hac significatione participium est à verbo Distineor. Cicer. *ad Attic.* Breuitate epistolæ scire poteris eum valde esse distentum.

Distentissimus, pro occupatissimo, apud Cic. *lib. 3 de nat. Deor. & ad Att. lib. 13.*

Distentio, verbale. {רקוע rikkúah. διάτασις, διάστασις. Gall. *Estente, eslargissement.* Ital. *Stendimento.* Germ. Zerspannung/außstreckung. Hisp. *Tendimiento.* Angl. *A streighting or stouffing.*} Cels. *lib. 2. c. 8.* Si verò in tenuiore intestino morbus est, vomitus, singultus, neruorum distentio, delirium, mala sunt.

Distentus, us, aliud verb. {ἔντασις. Angl. *A stretching or strecting out.*} Plin. *lib. 8. c. 38.* Alia solertia in metu melibus, sufflatæ cutis distentu ictus hominum & morsus canum arcent.

Distento, as, are, διατείνω, frequentatiuum. {Angl. *To stouffe a thing and mak it strowte.*} Virg. 9. *Eclog.*

Sic cytiso pastæ distentent vbera vaccæ.

Tib. *lib. 2. Eclog. 6.*

Distentet spicis horrea plena Ceres.

[Distennere, expandere, vt rete. Vide *Tenno.*]

Distermino, idem est quod separo, vel diuersas res termino. {הבדיל hibdil. ὁρίζω. Gall. *Diuiser, separer, borner entre deux.* Ital. *Separare.* Germ. Zertheylen/von einander außtheylen/vnderscheiden. Hisp. *Destindar los terminos, apartar.* Angl. *To bounde place frome place.*} Plin. *lib. 12. c. 21.* Arabia Iudæam ab Ægypto disterminat. Lucret. *lib. 1.*

——— & Gallica certus

Limes ab Ausonijs disterminat arua colonis.

Disterminus, διαφεῤῥόμενος (dicitur vt conterminus) terminis finibúsque separatus.

Distero, is, Multùm, siue crebrò tero. {שבר schibbér. συντρίβω. Gall. *Fort broyer & menuiser.* Ital. *Tritare sottilmente, frustare.* Germ. Gantz zerreiben oder zerstossen. Hisp. *Trillar mucho.* Angl. *To break small, to pounde or braye in a morter.*} Cato *de re rust. c. 75.* Libum hoc modo facito, Casei pondo duo bene distere in mortario.

Distichon, Carmen duorum versuum, δίστιχον. Nam στίχος Græcis versus est. Sic Tetrastichon, τετράστιχον dicimus quatuor versus: Hexastichon, ἑξάστιχον, sex.

[Distichum scil. hordeum, cuius spicæ binis granorum versibus, id est, ordinibus constant. Adiectiuum est δίστιχος, ον, habens duos στίχους. στίχος est ordo, versus.]

Distillo, as, Paulatim fluo. {נטף natáph. ἀποστάζω, ἀποσταλάζω. Gall. *Distiller, degoutter.* Ital. *Distillare.* Germ. Abhintropffen. Hisp. *Distillar à gotear.* Angl. *To droppe downe by litle an litle.*} Virg. 3. *Georg.*

——— Lentum distillat ab inguine virus.

Columell. Hoc autem erit quod distillauerit antequam nimium calcetur vua.

Distillatio, quam Græci catarrhum, κατάῤῥουν, coryzam, vel blanchum vocant. {Angl. *A rewme or catarre.*} Plin. *libr. 20. cap. 6.* Sanguinem verò excreantibus, & phthisicis distillationibus longis, vel succus, vel ex ipso cibus prodest. Senec. *epist. 79.* & Sueton. *in August. cap. 81.*

Distillarius, ij, Concinnator, siue venditor distillationum. Senec. Iam librarij varias exclamationes, & botularium, & distillarium, & omnes popinarum institores mercem suam quadam insignita modulatione videntes.

[Distina, Diastema vnius temporis, quantum in sonis spatium facit pyrrhichius, vel maius hemitonium. Vide *Engium.*]

Distineo, es, Impedio, impeditum teneo. {ἀσχολῶ. Gall. *Occuper, empescher.* Ital. *Tenere impedito* Germ. Auffhalten/mit geschäfften beladen vnd verhindern. Hisp. *Detener empachado.* Angl. *To hinder to staye withheld.*} Cic. *Mario.* Nos hic multitudine & celebritate iudiciorum, & nouis legibus ita distinemur, vt quotidie vota faciamus ne intercaletur, vt quamprimum te videre possimus. Lucret. *lib. 5.* Et mare, quod latè terrarum distinet oras: id est, occupat, & tenet. ¶ Item arcere, repellere, ἀπείργειν. Virg. *lib. 11.*

——— dum distinet hostem

Agger murorum, neque inundant sanguine fossæ.

Distinguo, is, Diuido, discerno, à Dis, & tingendo, quia diuersis tincta coloribus facile separantur atque dignoscuntur. {הבדיל hibdil הפריד hiphrîdh. διορίζω, διακρίνω, χωρίζω, διαλαμβάνω, ἀφορίζω. Gall. *Distinguer, remarquer, separer, mettre à part.* Ital. *Distinguere.* Germ. Vnderscheiden. Hisp. *Distinguir ò apartar ò hazer diferencia vna cosa de otra.* Angl. *To distinguish, to put difference, to put a sunder.*} Col. *lib. 1.* Sed & lateribus distinguuntur granaria, vt separatim quæque legumina ponantur. Cicer. *in Paradox.* Causa igitur hæc, non natura distinguit. Idem *6. Verr.* Sed ea quo pacto distinguere, ac separare possim, nescio. ¶ Aliquando idem quod variare, siue exornare. Idem *de natur.* Quorum omnium multitudo insatiabili varietate distinguitur. *Ibidem*, Cælum astris distinctum & ornatum. *Ad Heren.* Varietate orationem distinguere. Distinguere à, vel ab. Cic. 4. *Acad.* Qui distinguet artificem ab inscito. Plin. *lib. 11. cap. 51.* Sed ante omnia explanatio animi, quæ nos distinxit à feris. Distinguere grauiora opera lusibus iocísque, hoc est, quasi alternare, inquit Budæus. Plin. *epist. 174.* Qua ratione ductus, grauiora opera lusibus, iocísque distinguo. Item, Notulis quibusdam notare. Plin. *lib. 18. cap. 12.* Albis maculis rutilum colorem distinguentibus.

Distinctus, participium. {מובדל mubdal מופרד muphrádh. διωρισμένος. Gall. *Distinct, separé.* Ital. *Distinto, separato.* Germ. Vnderscheiden. Hisp. *Apartado.* Angl. *Distinguished, made different.*} Cic. *de nat. deor.* Quorúmque operibus, agri, insulæ, littoráque collucent distincta tectis & vrbibus.

Distinctio, onis, Diuisio, separatio {פרוד phérez. ἀφορισμὸς. Gall. *Distinction, marque, difference, diuersité, separation.* Ital. *Differentia, diuersità, separatione.* Germ. Vnderscheidung. Hisp. *Apartamiento, diferencia.* Angl. *A distinction, a separation.*} Cic. 1. *de Legib.* Lex est distinctio iustorum & iniustorum.

Distinctus, us, ui. Tacit. *lib. 5.* Ore, ac distinctu pennarum à cæteris auibus diuersum. Stat. *lib. 1. Syl.*

——— quum regula longo

Synnada distinctu varius.

Distinctè, aduerb. Separatim, diuisim. {διωρισμένως. Gall. *Distinctement, separement.* Ital. *Separatamente, distintamente.* Germ. Vnderscheidenlich. Hisp. *Apartadamente.* Angl. *Distinctlie or with distinction or putting of difference.*} Cic. 1. *Tusc.* Sed quia profiteantur ipsi illi, qui eos scribunt, se neque distinctè, neque distributè, neque eleganter, neque ornate scribere, lectionem sine vlla delectatione negligo.

[Distisum, pertisum olim, quod nunc distæsum & pertæsum.]

Disto, as, disto, {רחק rachák. διαφέρω. Gall. *Estre loin, estre separé, different, ou dissemblable.* Ital. *Essere distante, differente.* Germ. Daruon stehen/daruon sein. Hisp. *Alexarse de lugar, estar apartado.* Angl. *To be distant to differre.*} Cicer. 2. *Offic.* Quibus rebus exculta hominum vita tantùm distat à victu, & cultu bestiarum. Lactant. *lib. 2.* Alioqui inter Deum hominémque distaret nihil, si consilia & dispositiones illius maiestatis æternæ, cogitatio assequeretur humana. Ouid. *Eleg. 1. lib. 1. Trist.*

Distat & à meriti tempore pœna sui.

Idem *ibid.*

Tessera quos habeat numeros distante vocato. Ibid.

Crede mihi, distant mores à carmine nostro.

Idem *Eleg. 12. lib. 5. Trist.*

Scena fauet, studiisque fauor distantibus ardet.

Curatio distans, id est, differens. Cels. *lib. 5. cap. de cur. mors. serpent.* ¶ Propriè autem significabat abesse, longè positum esse & disiunctum. ἀπέχειν, διεστάναι, ἀφίστασθαι, διέχειν. Hirt. 4. *bel. Alex.* Quum hi tam paruo spatio distarent ab ipsis. Plin. Quod circiter quinque millia passuum distat ab vrbe.

Distantia, differentia, interuallum. {מרחק merchák. διάστημα, διαφορὰ, διαχώρησις. Gall. *Difference, distance, lointaineté.* Ital. *La distanza, l'essere remoto, la differenza.* Germ. Ein weite/vnderscheid. Hisp. *Apartamiento, espacio de lugar, diferencia.* Angl. *Space betwene, distance.*} Cic. *de Amic.* Nec ob aliam causam vllam boni improbis, improbi bonis amici esse non possunt, nisi quòd tanta est inter eos, quanta maxima potest esse, morum studiorúmque distantia. Quint. Distantia, pro differentia.

Distito, as, frequentatiuum. διέστω. Col. *lib. 7.* Distitent inter se aliquanto spatio, ne in collectatione alter alteri noceat.

Distorqueo, es, In diuersum torqueo. {עקש ikkésch הוריר kischxir. διαστρέφω. Gall. *Destordre, tordre d'autre costé.* Ital. *Distorcere.* Germ. Verträhen/verkrümmen. Hisp. *Torcere al contrario, ò destorcer.* Angl. *To sett awrie, to wrest a side.*} Terent. *in Eunuch.* Ah illud vide, os vt sibi carnifex distorsit. Cic. *de Orat.* Demonstrauit digito pictum gallum in Mariano scuto Cimbrico sub nodis distortum. Idem *pro Muren.* Solos sapientes si distortissimi sint, formosissimos: si mendicissimi, diuites.

Distortio, nis. {מעקש maákásch. διαστροφή. Gall. *Destorse, torture, tortuosité.* Ital. *Torcimento.* Germ. Verkrümbt/vmbhingebogen. Hisp. *Torcedura.* Angl. *A setting awrie, awresting a side.*} Cic. 4. *Tusc. & 5. de finib.* In quibus si peccetur distortione, & deprauatione, aut motu, statúve deformis, &c.

Distortus, a, um, Contortus, nomen ex participio. {Angl. *wrested aside.*} Cic. *pro Murena*, Solos sapientes si distortissimi sint, formosissimos: si mendicissimi, diuites.

Distraho, Diuersè traho, diuello, disiungo. {סחב sachâb. διασπάω, ἀφέλκω, διασπάω. Gall. *Destirer, tirer en diuerses parties.* Ital. *Tirare en diuerse parti.* Germ. Zerziehen/zertheylen. Hisp. *Distraher, arrastrar por partes.* Angl. *To drawe a sunder.*} Terent. *Phorm.* Quòd si eò meæ fortunæ redeunt, Phanium abs te vt distrahar. Plaut. *Curc. sc. 1. a. 2.* Pulmones distrahuntur, cruciatur iecur. Distrahi aciem (id est, distendi, dissipari, pro differre,) Cæsar *lib. 1. de bell. ciuil.* Virg. *lib. 6.*

Turbatis distractus equis.

¶ Refertur plerunque ad animum, quum ad varias sententias & occupationes trahitur. Cic. 1. *Offic.* Distrahitur in deliberando animus. ¶ Ponitur etiam pro vendo. {שבר schabar מכר machár. ἀπεμπολῶ διαπιπράσκω. Gall. *Vendre, aliener.* Ital. *Vendere, alienare* Germ. Verkauffen vnd vertreiben. Hisp. *Vender mal, enagenar.* Angl. *To sell.*} Vlp. *de transact.* Si vni pluribúsve fundus ad alimenta fuerit relictus, velintque eum distrahere, necesse est Prætorem de eius distractione & transactione arbitrari. Apul. *lib. 1.* Caseus recens erat, & scitè saporis, admodum commodus pretio distrahi. Gell. *cap. 1. lib. 20.* Bona venum distrahuntur. ¶ Item pro compono, sedo, finio διαλύω. Cic. *pro Cæcil.* Ideo quòd omnia iudicia aut distrahendarum controuersiarum, aut puniendorum maleficiorum causa reperta sunt. Et apud Suet. *in Cæsar. c. 85.* Distrahere controuersias iureiurando.

Distractio, verbale, Separatio, alienatio, disiunctio. {פרוד phérez. διαχωρισμός. Gall. *Separation, alienation, estrangement.* Ital. *Separatione, alienatione.* Germ. Zerziehung/zertrennung. Hisp. *Apartamiento, enagenamiento.* Angl. *A selling or a drawing a sunder.*} Cic. 3. *Offic.* Nulla enim nobis cum tyrannis societas est, sed potius summa distractio. Plaut. *Pseud. sc. 1. a. 1.* Harum mihi voluptatum, & itidem tibi distractio, discidium vastities venit. ¶ Distractio, Venditio. Vlp. *D. lib. 19. tit. vlt. lib. 15.* Et societas non videtur contracta in eo quòd te non admisit socium distractioni, sed ubi certum pretium excepit.

[Distratum bistratum, biuium. L. g. b.

Distria, claux fecte. Idem.]

Distribuo, is, Diuido, partior, tribuo. {חלק chalák פלג pilâgh. διανέμω. Gall. *Distribuer, departir, diuiser çà & là.* Ital. *Distribuire,*

Dispen

Dispensare. GERM. Außtheylen oder zertheylen. HISP. *Distribuir, partir.* ANGL. *To distribute, to deuide into sundrie partes.*} Ter. *in Adelph.* Argentum annumerauit illico: Dedit præterea in sumptum dimidium minæ. Id distributum est sane ex sententia Cæs. *4. bell. Gall.* Et aliquam plures ciuitates conspirarent, partiendum sibi, ac latius distribuendum exercitum putauit. Plin. *Epist.* 149. Distribuamus illos in ea ministeria, quæ non longe a pœna sint.

Distributé, aduerbium, Distincte, partite. {[illegible]. GALL. *Distinctement, auec partitions & diuisions, par parties.* ITAL. *Per parti, distintamente.* GERM. Zertheylt. HISP. *Con repartimiento, en partes, apartadamente.* ANGL. *Distinctlie, by partes.*} Cic. *1. Tusc.* Sed quum profiteantur illi ipsi, qui eos scribant, se neque distincte, neque distribute, neque eleganter, neque ornate scribere, lectionem sine vlla delectatione negligo. Idem *2. de Invent.* Sin distribuendis tractare quis volet, partiatur in animum & corpus, & extraneas res licebit.

Distributor, is. {מחלק *machalek* מפלג *mephalleg.* [illegible]. GALL. *Partisseur, distributeur.* ITAL. *Distributore, partitore.* GERM. Ein zertheyler oder außtheyler. HISP. *El que reparte por diuersos.* ANGL. *A deuider.*} Cic. *in Pison.* Hoc certe video, quod indicant tabulæ publicæ vos rogatores, vos distributores, vos custodes fuisse tabularum: nonnulli tamen hoc loco, & recte, legunt *Diribitores.*

Distribûtio, nis, Diuisio, partitio, descriptio. {מחלקת *machaloketh* חלקה *chalukkáh* פלגיגה *pelugigáh.* [illegible]. GALL. *Distribution, departissement, diuision.* ITAL. *Partimiento, diuisione, distributione.* GERM. Ein zertheylung oder außtheylung. HISP. *Repartimiento en partes.* ANGL. *A deuiding or parting in partes.*} Cicer. *pro Cluent.* Itaque mihi certum est, hanc eandem distributionem inuidiæ & criminum sic in defensione seruare, &c. ¶ Distributio à rhetoribus appellatur figura quæ a Græcis vocatur μερισμὸς, quum singulis rebus suam proprietatem tribuimus: vt, Lycurgus, cuius omnes partes corporis ad nequitiam sunt appositissimæ, oculi ad petulantem lasciuiam, manus ad rapinam, dentes ad auiditatem, virilis naturæ membra (quæ non possumus honeste appellare) ad omne genus corruptelæ, pedes ad fugam prorsus, vt aut ex hoc vitia, aut ipse ex vitiis ortus videatur.

‖Districare, consummare. Gl. Isid.‖

DISTRINGO, Arctè stringo, constringo. {צרר *tsarar* צר *tsar* עצר *hatsár* חסם *chasám* בלם *balám.* [illegible]. GALL. *Estreindre, serrer estroitement.* ITAL. *Stringere strettamente.* GERM. Bestricken, hart zusammen ziehen. HISP. *Estregar, estreñir estrechamente.* ANGL. *To streyne, to bend hard or streitly.*} Cicer. *lib. 3. Offic.* Fraus distringit, non dissoluit periurium. ¶ Quandoque defrico, seu radendo sordes detergo. {מרק *marák* קלקל *kilkál.* [illegible].} Vnde distringere sese dicuntur, qui in balneis sudores, & sordes à corpore abradunt: quem in vsum etiam strigiles habere solent. [illegible]. Mart. *lib.* 14.

Pergamus has misit: curuo distringere ferro:
Non tam sæpe teret lintea fullo sibi.

Plin. *lib. 34. c. 8. de Lysippo.* Plurima ex omnibus signa fecit fœcundissimæ artis, inter quæ destringentem se, quem M. Agrippa ante thermas suas dicauit. ¶ Distringere gladium, est nudare & vagina eximere. {שלף *shalaph.* [illegible].} Cicer. *lib. 3. Offic.* At ille vt ingressus est, confestim gladium distrinxit, iurauitque se illum statim interfecturum. ¶ Quandoque colligere. {סםפ *kúé.* [illegible].} Col. *lib. vlt.* Sereno cælo manibus distringi oliua oportet, & substratis tegetibus aut cannis cribrari & purgari. Hieron. Amos propheta, pastor & rusticus, mora ruborum destringens, paucis verbis explicari non potest. Item, Distringere, siue destringere frondem immaturam. Metaph. Quint. Et Ouid. *Eleg. 1. lib. 2. Trist.*

Non ergo mordaci distrinxi carmine quemquam,

(id est, læsi, infamaui.) Liu. *lib. 5. d. 4.* Annibalem sine mora mittendum in Africam ad distringendos Romanos. Idem *lib. 4. d. 5.* Distringere copias regias populatione. Item, Distringi spe, curis, labore. Quint. ¶ Quandoque distraho, siue impeditum teneo. [illegible]. Idem Quint. Quibus componendis paulò plusquam biennium, tot alioqui negotiis districtus, impendi: id est, distractus & impeditus. Districtus pro coactus. Cic. *ad Cælium lib. 2. c. 14.* Districtus enim mihi videris esse, quòd & bonus ciuis & bonus amicus es, hoc est, ita in angustum redactus, vt nescias, quo te vertas, quasi dicat, nescis verùm faueas Reip. partibus, an amicorum tuorum, qui eam perturbant. Item pro seuero & nihil remittente. Vnde districtam fœneratricem vocauit Valerius *lib. 8. c. 2.* Ouid. *Eleg. 1. lib. 2. Trist.*

Districtus minima, nec tamen ille nota,

(nempe Propert. ob amandi præcepta.) Senec. *c. 16. de vita beat.* Alij alligati: alij adstricti: alij districti. ¶ Districtus potest & sine vinculis esse: Obligatus etiam nodis vinculorum in loco intelligitur. Plus est ergo obligatum esse, quàm districtum. Ascon.

Districtè, aduerb. {[illegible]. GALL. *Estroitement.* ITAL. *Strettamente.* GERM. Einzogenlich / benglich. HISP. *Estrechamente.* ANGL. *Streitly.* Plin. *lib. 9. Epist. ad Sabin.* Longam tamen tantò plenius & effusius, quantò ipsum acriùs, seueriùsque corripui, districte minatus, nunquam me postea rogaturum. Vlp. *l. 7. D. de minor.* Et districte probandum est in rebus quæ fortuitis casibus subiecta sunt, non esse minori aduersus emptorem succurrendum. ¶ Districte idem quoque aliquando quod præcisè, præfractè. Vlp. *l. 13. D. de prec.* Hæc neque passim admittenda sunt, neque districtè neganda.

Districtius, comparat. Magis districtè. {ANGL. *More streitly.*} Apul. *in Apol.* Quanquam etsi districtius magnum me diuisset videri.

Districtim, idem quod districtè. {ANGL. *Streitly.*} Senec. *controuers. lib. 7.* Malè de se existimare eum, qui ne iudicem districtum innocens nollet.

Districtio, nis, Difficultas, anxietas. {[illegible]. GALL. *Difficulté, malaisance, empeschement.* ITAL. *Difficultà.* GERM. Die schwere. HISP. *Difficultad de hazer alguna cosa.* ANGL. *A lettinge or cumbring.*} Paulus *l. 16. de recept. arbitr.* Quod sine vlla districtione ipsius interdum futurum est, id est, difficultate aut impedimento. Hotoman.

DISTRVNCO, as, compositum à trunco, idem est quod mutilo, vel in partes diuido. {[illegible]. GALL. *Couper & oster en pieces au tronc.* ITAL. *Troncare.* GERM. Abhawen. HISP. *Destroncar, partir por medio.* ANGL. *To loppe or shred boughes of trees.*} Plaut. *in Trucul.* Ego te hic agnum faciam, & medium distruncabo.

DISTRVO, is, seorsim, vel separatim struo. {[illegible]. GALL. *Bastir à l'escart.* ITAL. *Strutturare.* GERM. Nebensich bawen. HISP. *Componer o edificar.* ANGL. *To build a sunder.*} Sueton. *in Calig.* Districtis ac instructis pro loci dignitate compluribus cellis.

DISTVRBO, Disiicio, diruo, diuerto. {נתש *nathás* נתץ *nathátz* נתוש *natusch.* [illegible]. GALL. *Destourber, demolir, ruiner, ruer ius, ruiner & abatre.* ITAL. *Disturbare.* GERM. Zerstürmen, zerstören, zerbrechen, vnd eines hie das ander dort hinauß werffen. HISP. *Desbaratar.* ANGL. *To cast or beate downe, to lett or disturbe.*} Cic. *pro domo sua* Etiam se videre distrahi à complexu suorum, disturbari tecta, diripi fortunas. Idem *pro Sext. Rosc.* Qui fidem lædit, quantum in ipso est disturbat humanæ vitæ societatem. Rus ire hodie constitueram. S. At nunc disturba, quas statuisti machinas. Plaut. *Pseud. sc. 5. a. 1.*

Disturbatio, nis. {מהפכה *mahpecah.* [illegible]. GALL. *Demolition, abatement.* ITAL. *Ruina, abattimento.* GERM. Zerstörung, zerwerffung. HISP. *Ruyna, destruccion.* ANGL. *A casting or beating downe deadlong.*} Cic. *3. Offic.* Sed vtilitatis specie in Repub. sæpissime peccatur, in Corinthi disturbatione nostri.

Disulcus, à veteribus porcus dicebatur diuisas in ceruice setas habens. Festus.

Ditesco, vide *Dis.*

DITHYRAMBVS, [illegible]. Viri Thebani nomen, qui primus hymnos inuenisse creditur, qui in honorem Bacchi solent decantari: à cuius nomine ipsi etiam hymni dithyrambi creduntur appellari. Hor. *lib. 4. Carm.* Seu per audaces noua dithyrambos Verba deuoluit, numerisque fertur Lege solutis. Quanquam & ipse Bacchus Dithyrambus est cognominatus, [illegible]: quòd per duas veluti portas in vitam ascenderit. Bis enim natus creditur, ex vtero matris Semeles & femore Iouis. ¶ Hinc locus factus prouerbio, Non est dithyrambus si bibat aquam, [illegible]. Non adest hilaritas quum deest vinum. ¶ Sumptum & illud à poëtis dithyrambicis, qui Baccho afflati furebant: Minus habes mentis, quàm dithyramborum poëtæ: [illegible]: in stupidos ac furiosos torquebatur.

‖Dithyrambicus, a, um, ad Dithyrambos pertinens. Dithyrambica audacia, seu licentia, i. e. magna.‖

Ditio, nis, significat imperium, dominium. {ממשלה *memschaláh.* [illegible]. GALL. *Seigneurie, autorité, maistrise, domaine, empire.* ITAL. *Giurisdittione, imperio, signoria.* GERM. Ein gebiet oder herrschafft. HISP. *Iurisdicion y señorio.* ANGL. *Empyre, dominion, power, rule.*} Plaut. *in Mil.* Loquere, aureis meas profectò dedo in ditionem tuam. Plin. *lib. 34. c. 10.* Alexandria in ditionem redacta. Cic. *2. de Leg.* Ditione atque numine deorum geruntur res. Hoc nomen quamuis a dis, ditis deriuari videatur: tamen contra naturam primitiui corripit primam. Senec. *Epist. 39.* Extra ius & ditionem fortunæ. Velleius, Se Tigranes ditioni Pompeij permisit. Item Plaut. *Amph.* Dedunt se in ditionem & arbitratum Thebano populo. In ditionem domini seruum redire. Sueton. *in Claud. cap. 25.*

Dito, as, & ditesco. Vide *Dis.*

Ditrochæus, [illegible]: pes constans ex duobus trochæis: hoc est, ex longa & breui, & iterum longa & breui, vt Cantilena.

DIV, aduerb. pro die, à quo fit interdiu. {יומם *jomám.* [illegible]. GALL. *De iour.* ITAL. *Di giorno.* GERM. Des tags, oder am tag. HISP. *De dia.* ANGL. *In tyme of day.*} Plautus. Nec noctu, nec diu quietus. ¶ Interdum significat longo tempore. {בארך הימן *beeréch hajemán* לעולם *leholám.* [illegible]. GALL. *Long temps, longuement.* ITAL. *Longamente.* GERM. Lang, langezeit. HISP. *Largo tiempo, larges años.* ANGL. *Long tyme, a great whyle.*} Horat. *in Epist.* Quo semel est imbuta recens seruabit odorem Testa diu. Cicer. *de senect.* Quanquam (ò dij boni) quid est in hominis vita diu? Se mœnibus hostes continuere diu, (id est, per annos nouem.) Ouid. 3. *Metam.* Expectata diu stamina. *Ibid.* Iam teneo te, diu est id iam mihi. Plaut. *Mostell. sc. 4. a. 1.* Multum diùque cogitaui. *Ibid. sc. 2. a. 1.* Iamdiu scio quis is fuit. Idem *Pseud.* Nimis diu abstineo manum. Idem *Mostell. sc. 3. a. 1.* Nimium consultas diu. Idem *Curc. sc. 3. a. 1.* P. Iam bibes. A. Diu fit. *Ibid. sc. 2. a. 1.* Nisi qui sat diu vixisse se arbitrabatur. Idem *Capt. sc. 1. a. 4.* ¶ Habet autem frequenter post se particulam *quum.* Idem *in Mercat.* Nam illi quidem haud sane diu est quum dentes exciderunt. Interdum etiam *quòd. Ibid.* Syra non redit, quem accersitum patrem haud diu est quòd miseram. Iam diu est factum quum discesti ab hero. Idem *Asin. sc. 2. a. 1.*

Diutilè, vel potiùs diutulè. {GALL. *Assez long temps, assez bonne piece.*} Gell. *c. 10. lib. 5.* Postea quum diutilè auditor assectatórque Protagoræ fuisset. Idem *c. 16. lib. 11.* Cum diutilè tacitus in cogitando fuissem. His locis *Diutilè* legit Passer. cùm exemplaria correcta habeant *diutulè,* quod magis probo.

Diutius & Diutissimè, Iamdiu & quandiu: de quibus suis locis.

Diuturnus, a, um, vide suprà in *Dies.*

DIVAGOR, Oberro, huc illuc vagor. {נדד *nadhádh.* [illegible]. GALL. *Vagabonder, estre vagabond.* ITAL. *Vagare, andare vagabondo.* GERM. Vmbschweiffen. HISP. *Vagar, andar vagabundo.* ANGL. *To go a stray and wander hither and thither.*} Lactant. *lib. 5.* Vbi animus in multa dispersus, huc atque illuc diuagatur.

DIVARICO, as, Extendo, diuido. {פשק *pissék.* [illegible]. GALL. *Estendre, escarquiller.* ITAL. *Allargar qualche cosa.* GERM. Außstrecken, von einander thun. HISP. *Estender.* ANGL. *To straddle, to go wide with the knees and legges.*} & propriè de iis dicitur, qui crura in diuersas partes extendunt: vnde & tibias diuaricatas dicimus, in diuersas partes diductas. Quanquam etiam de aliis rebus dicitur. Cato, Arbores hoc modo putentur: rami diuaricentur, quos relinques. hoc est, in diuersas partes brachia disponantur. Nonius. Diuaricari dictum est distendi, ab his qui vitio naturæ ita sunt; cruribus discretis, vt eos in diuersum habeant separatos. Huius simplex est Varico: de quo suo loco.

‖Diuellio, [illegible]. Gloss. quasi à diuellendo. GERM. Spaltung.‖

DIVELLO, is, diuulsi, diuulsum, Abstraho, auello, disiungo, distraho, sepa-

ro. {נתש nathàs. σπάω, σπαράζω, ἀποσπάω, ἀφαιρέω. GALL. Arracher & deſsendre, oſter & rauir. ITAL. Diuellere, cauar per forza. GERM. Abreiſſen voneinanderreiſſen, auſzrupffen. HISP. Arrancar apartando. ANGL. To drawe or pluck a ſonder.} Sal. Rapi virgines, pueros, diuelli liberos à complexu parentum. Seneca, Cum triginta tyranni diuellerent Athenienſium ciuitatem. Cic. 2. Offic. Eáque eſt ſumma ratio & ſapientia boni ciuis, commoda ciuium defendere, non diuellere, atque omnes æquitate eadem continere. Idem de ſenect. Iam omnis conglutinatio recens ægrè, inueterata facilè diuellitur. Idem de Aruſp. reſpon. Conſenſus ordinum eſt diuulſus. Membra diuulſa. Ouid. 3. Triſt. Eleg. 9.

Atque ita diuellat, diuulſáque membra per agros Diſſipat.

Vnda diuulſa remis, idem 8. Metam.

DIVĒNDO, is, ere, Vendo, abalieno, diſtraho. {מכר machár שבר ſchabar. Ἀξαπωλέω. GALL. Vendre à pluſieurs. ITAL. Vendere à diuerſi. GERM. Hin vnd her verkauffen. HISP. Vender à diuerſos. ANGL. To ſell to ſayle, or to ſell often.} Cicer. de leg. Agrar. Hic permittit lege ſua vt Decemuiri bona populi Romani poſſint diuendere.

DIVĒRBERO, as, are, Scindo. {ἀπομάσσω, διαμαστίζω. GALL. Frapper à trauers, donner dedans. ITAL. Fendere, percuotere. GERM. Serſchlagen mit ſchlagen zertheilen. HISP. Hender, açotar. ANGL. To ſtrike through or atwirle.} Virg. 5. Æneid.

Primaque per cælum neruo ſtridente ſagitta

Hyrtacidæ iuuenis volucres diuerberat auras.

Idem 6. Æneid.

———Ferro diuerberat vmbras.

Diuerbia, partes comœdiarum vbi plures perſonæ verſantur: à perſonarum varietate dicta, διάλογοι. Liuius, Inde ad manum cantari hiſtrionibus cœptum, diuerbiáque tantùm ipſorum voci relicta. Seruius aliter, Diuerbium, inquit, primus actus comœdiæ, Græcè protalis: nam quælibet comœdia diuiditur in prologum, protaſin, epitaſin, cataſtrophen. ¶ Alij autem volunt eſſe notabilem ſententiam, tanquam ſit verbum in multorum ora diuiſum, & πολυθρύλητον.

Diuergium, amnis, quia in diuerſum vergit. Feſtus.

DIVĒRTO, is, & Diuertor, eris, Ab itinere deflecto, de via recedo. {נטה natáh. ἐκτρέπομαι. GALL. Se deſtourner, tourner ſon chemin en quelque part. ITAL. Diuertire, tornare in ſtrada. GERM. Abtretten oder abweichen von ſeinem fürnemmen. HISP. Apartarſe del camino. ANGL. To turne his way ſome whether, to goe out of his purpoſe.} Cic. 6. Phil. Nuntiant te Pompeij conuenendi cauſa diuertiſſe Maſſiliam. Idem Att. lib. 1. Sed itineris cauſa vt diuertar primum eſt deuium. Idem pro Fonteio, Qui Cobiacho diuerterentur, neque Tholoſam ire vellent. Plaut. Men. ſc. 2 a. 4. Vt dudum diuorti abs te (in turba) redeo nunc demum domum. Idem Pſeud. ſc. 2. a. 2. Diuortor extra portam apud anum Chryſidem. Idem ſc. 2. a. 4. In id angiportum me diuerti, (aliàs diuorti) ſuſſeras. Idem Men. ſc. 1. a. 2. Nemo ferè (in Epidamnum) ſine damno diuortitur. Idem in Milit. ſc. 1. a. 2. Is in proximo diuortitur apud paternum hoſpitem. Idem in Amph. Diuertendum eſt mihi in popinam. ¶ Pro diuortium facere. Gell. cap. 3. lib. 4. Nullis diuertentibus matrimoniis: id eſt, nullis coniugibus diuortium facientibus. vt matrimoniis enim pro coniugibus hic ſumitur, vt notauit Paſſer. ¶ Per tranſlationem accipitur pro digredi: & expatiari in oratione, παρεκβαίνειν. Cic. lib. 12. Epiſt. Sed redeamus ad illud vnde diuertimus. Lactant. lib. 9. Sed huc neceſſariò diuertendum erat, vt oſtenderem tot & tanta ingenia in rebus falſis eſſe conſumpta. ¶ Eſt item Diuertere in diuerſorium, vel hoſpitium ſe recipere. {נטה natáh מלון chalah לן lán. καταλύειν. GALL. Se retirer & aller loger en quelque lieu. ITAL. Albergare. GERM. Einkehren in ein herberg. HISP. Apoſentarſe en poſada, recogerſe. ANGL. To go and lodge in ſome place.} In qua ſignificatione ferè habet accuſatiuum cum præpoſitione ad, vel miniſ fortè accuſatiuus ex eorum ſit genere, qui verbis motum ſignificantibus ſine præpoſitione iungi ſolent: cuiuſmodi ſunt propria minorum locorum nomina, & ex appellatiuis duo, rus & domum. Cicer. Quum duo quidam vnà iter facerent, alter ad cauponem diuertit, alter ad hoſpitem. Idem pro Milone, Clodium ſuſpicari debuit ad villam ſuam diuerſurum. Idem 1. Offic. Cimon imperauit villicis ſuis, vt omnia præberent, quicunque Laciades in villam ſuam diuertiſſet. Idem pro Deiotaro, Quum domum regis hoſpitis tui diuertiſſes. ¶ Huic finitimum eſt Diuerſor: quod tamen nullum importat motum: vnde etiam accuſatiuum exigit cum præpoſitione apud: vel ablatiuum cum præpoſitione in: non enim dicimus, Diuerſari ad hoſpitem, vel Domum alicuius diuerſari. Et contrà, Ad hoſpitem, vel domum cuiuſpiam diuertere dicimus, non apud hoſpitem, vel domi alicuius. Cum Apud, legitur apud Liu. lib. 2. dec. 5. Domus eorum hoſpitibus patebant, apud quos ipſis diuerti mos eſſet. Et Plaut. in Milite, Adueſar adoleſcens, atque in proximo diuertitur apud hoſpitem paternum. Diuertere, active ſignific. Lucanus lib. 2.

———victor cedentibus inſtas

Diuertitque acies.

id eſt, auertit, abducit. ¶ Diuertunt mores virgini longè ac lupæ. id eſt, multum differunt inter ſe mores virginis & meretricis. Plaut. in Epid.

DIVĒRSOR, aris, Hoſpitio excipior, hoſpitio alicuius vtor, hoſpes ſum. {נטה natáh מלון chalah לן lán. καταλύω, ξενίζομαι, ξενοδοχέω. GALL. Se retirer & loger en quelque lieu, y hanter. ITAL. Albergare, alloggiare. GERM. Zu herberg ſein oder ligen. HISP. Apoſentar en meſon. ANGL. To lodge or haunte in a place.} Cic. 5. Verr. Rubrium delicias ſuas patum lautè diuerſari dicit. Idem 5. Tuſcul. Quum Athenis apud eum diuerſaretur. Idem 1. Verr. Domus in qua ille diuerſabatur. Accipitur & pro conuerſor. Valer. Max. lib. 1. Tabernamque in qua is diuerſabatur, petere conatus.

Diuerſito, as, frequentatiuum à diuerto pro deflecto. ἐκτρέπομαι. Gell. c. 20. lib. 17. Ad ipſa Platonis penetralia, ipſarúmque rerum pondera & dignitates pergendum eſt: non ad vocularum eius amœnitatem, nec ad verborum venuſtates diuerſitandum.

Diuerſor, is, Hoſpes, qui in caupona diuerſatur. {לן lán. καταλύτης. GALL. Celuy qui va à vne hoſtelerie pour loger, vn hoſte qui va loger. ITAL. Albergatore. GERM. Ein einkehrender gaſt. HISP. El que ſe apoſenta en poſada, hoſpedarſe. ANGL. He that is lodged, a gueſt.} Cic. lib. 1. de Inuent. Caupo cum quibuſdam diuerſoribus, illum qui antè exierat conſequitur, in itinere hominem comprehendit.

Diuerſorium, à diuertendo, Hoſpitium, caupona, aliúſve locus, ad quem non habitandi, ſed ad tempus commorandi cauſa diuertimus. {מלון malón. καταγώγιον, καταλυμα. GALL. Hoſtelerie, logis. ITAL. Albergo, alloggiamento. GERM. Ein herberg, wirtshauß. HISP. Poſada, ò meſon. ANGL. Any lodging place.} Cicer. in Catone, Ex vita iſta diſcedo tanquam ex hoſpitio, non tanquam ex domo: commorandi enim natura diuerſorium nobis, non habitandi dedit. Idem Fabio Gallo, Næ ego libentiùs emerim diuerſorium Tarracinæ, ne ſemper hoſpiti moleſtus ſim. Idem 2. Orat. Quieſcam in Cæſaris ſermone, quaſi in aliquo opportuno diuerſorio.

Diuerſoriolum, diminutiuum. {καταγώγιον, καταλυμάτιον. GALL. Vn petit logis, vne petite hoſtelerie. ITAL. Hoſteria piccola. GERM. Ein herberglin, wirtshäußlin. HISP. Poſada pequeña. ANGL. A litle lodging place or inne.} Cicer. ad Corniſic. Niſi quòd Sinueſſanum diuerſoriolum contempſiſti.

Diuerſorius, a, um, vt Taberna diuerſoria, id eſt, caupona. {καταγώγιος. GALL. Le logis, d'hoſtelerie. ITAL. De hoſteria. GERM. Das zu der herberg gehört. HISP. Coſa de poſada. ANGL. Of a lodging or inne.} Plaut. Menæch. ſc. 4. a. 2. Abduc iſtos in tabernam diuerſoriam. Idem Trucul. In Tabernam ducor diuerſoriam, vbi malè accipiar mea mihi pecunia. Sueton. in Neron. cap. 27. Diſpoſitæ per litora & ripas diuerſoriæ tabernæ.

Diuerticulum, eſt via per quam à militari via, ſiue de itinere noſtro aliò diuertimus, flexio de via, anfractus. {נתיבה netibáh. ἐκτροπή. GALL. Deſtour de chemin. ITAL. Sentiero, diuiſione. GERM. Ein abweglin von der landtſtraß. HISP. Apartamiento de camino, ſenda. ANGL. A little turning path going out of the high way.} Terent. in Eunuch. Cùm ſenſi, tedeo rus ſummaſe verò me habens. Vbi ad ipſum veni diuerticulum conſtiti. Seruius, Diuerticula ſunt ſemitæ tranſuerſæ, quæ ſunt à latere viæ militaris. Diuerticula eloquendi apud poëtas. Et, Diuerticula, anfractus, ſuffugia. Item, Diuerticula deſidiæ. Quint. Quodam quaſi diuerticulo ſignificationis. ¶ Diuerticula etiam dicuntur domicilia propè viam ad quæ diuertimus. {מלון malón. καταγώγια. ANGL. An inne or lodging by the way to batte at.} Liu. 1. ab Vrb. Quum gladij abditi ex omnibus locis diuerticuli protraherentur. Fraudis & inſidiarum diuerticulum. Cic. pro Roſc. Com. Hoc quum fecit Saturius eſſe apertum, teſiſtere & repugnare contra veritatem non audet: aliud fraudis & inſidiarum in eodem veſtigio diuerticulum reperit.

Diuerſus, a, um, adiectiuum: Separatus, vel in varias partes diſtributus. {שונה ſchonéh. διάφορος. GALL. Diuers, differens, tout autre, changé. ITAL. Diuerſo, ſeparato. GERM. Abgeſondert, anders, wohin fehrt. HISP. Coſa partida en partes diuerſas, diuerſa coſa. ANGL. Diuerſe, different, vnlik.} Cæſ. 2. bell. Afric. Quum Numidas diuerſos diſſipatóſque in omnes partes fugere vidiſſent. Plaut. in Rud. Sed quum inde ſuam quiſque ibant diuerſi domum. Tib. lib. 4. Nam ſeu diuerſi fremat inconſtantia vulgi. Ouid. 13. Metam. Diuerſáſque vrbes, (in Achillis clypeo.) Velleius, duplicis ad diuerſiſſimi hominis exemplum. Quint. Diuerſa pars. Idem, Is qui ex diuerſo agit. ¶ Diuerſus item, contrarius, aduerſarius. Suet. de clar. Gram. Interrogatus diu à Varr. diuerſæ partis aduocato, quidnam ageret, & quo artificio vteretur. Sueton. in Aug. c. 51. Diuerſarum partium, (i. contrariarum.) Suet. in Cæſ. c. 1. Et è parte diuerſa. Idem in Cæſ. c. 29. Diuerſa factio. Idem in Tib. c. 3. Diuerſa actio. Idem in Neron. cap. 34.

———Oculos diuerſa tuentes.

Ouid. lib. 1. Faſt. ¶ Interdum idem quod alius, vel diſſimilis, ἀλλοῖος, Cic. 4. Acad. Certa igitur cum illo, qui à te totus diuerſus eſt.

Diuerſior, Diſſimilior. Plin. lib. 18. Pretia nulli diuerſiora. Claud. 1. Paneg. Populus nunquam diuerſior conſluxit.

Diuerſitas, atis, Repugnantia, diſſimilitudo. {חלוק ghéleq הפך hephéch. διαφορά, ἐναντίωσις. GALL. Diuerſité, difference, varieté. ITAL. Diuerſità, diſſimilitudine. GERM. Vngleiche. HISP. Diuerſidad de las coſas. ANGL. Diuerſitie, vnlykneſſe.} Plin. in Epiſtol. Sed tamen imitarer & ſequerer quantum aut diuerſitas ingeniorum maxim & minimi, aut cauſæ diſſimilitudo pateretur.

Diuerſiſſimus, ſuperl. Paterc. Hiſt. lib. 2. In eodem homine duplicis ac diuerſiſſimi animi conſpiceretur exemplum. Suet. in Calig. c. 8. Diuerſitas tradentium. (i. auctorum.)

Diuersè, aduerbium, Diuerſis partibus, variè. {διαφόρως, ποικίλως. GALL. En diuerſes partes, en diuerſes manieres. ITAL. In diuerſe parti. GERM. In vilen orten hin vnd wider. HISP. Diuerſamente. ANGL. In diuerſe ſortes and maners.} Hirt. 5. bell. Afric. Horum corpora toto campo proſtrata diuersè iacent. Plaut. in Amphitr. Tot me impediunt curæ, quæ meum animum diuersè trahunt. ¶ Diuerſum, pro diuersè. Idem Mil. Vbi lubet diſpendite hominem diuerſum, & diſtendite. E diuerſo. Suet. in Aug. cap. 27.

Diuerſius, Compar. Saluſt. in fine Catilinariæ, Pauci autem, quos medios cohors prætoria diſiectat, paulo diuerſius.

Diuerſiſſimè. Sueton. in Tiberio. Quibus quidem diuerſiſſimè afficiebatur.

Diuortium. Plaut. Aul. ſc. 4. a. 1. Si quid diuortij fuat.

DIVES, itis, à diuo fieri dicitur, ſecundum Varronem: quòd qui diues eſt, quaſi Deus nullo indigere videtur. {עשיר ʿaſchir. πλούσιος, χρήματα ἔχων. GALL. Riche, abondant, copieux. ITAL. Ricco, copioſo. GERM. Reich. HISP. Rico, abundante, copioſo. ANGL. Riche, wealthie.} Liuius lib. 7. d. 4. Diues & glorioſa victoria. Item, Bonam famam mihi ſeruato, ſat ero diues. Plaut. Moſtell. ſc. 3. a. 1. Nemini credo, qui largè blandus eſt diues pauperi. Item, Haud temerarium eſt, vbi diues blandè appellat pauperem. Idem Aulul. ſc. 4. a. 1. Mihi ſatis eſt Leo. Tum tu igitur diues es factus. Idem Aſin ſc. 2. a. 2. Virtute Deûm, &c. diues ſum ſatis. Idem Aulul. ſc. 3. a. 1 & Capt. ſc. 1. a. 2. Sibi diuitias habeant diuites. Idem Curc. ſc. 3. a. 1. Ouid. 5. Faſtor. Si benè floruerint ſegetes, erit area diues. Cicer. in Paradox. Quem intelligimus diuitem? aut hoc verbum in quo homine ponemus? Opinor in eo, cui tanta poſſeſſio eſt, vt ad liberaliter viuendum facilè contentus ſit. Et modo conſtruitur cum genitiuo. Virg. 2. Georg.

——Diues opum variarum.

Idem 7. *Æneid.*

——Diues pictas vestis, & auri.

Modò cum ablatiuo. Cicer. *lib.* 2. *Offic.* Publius Crassus tum cognomine Diues, tum copiis, functus est ædilitio maximo munere. Est autem generis omnis: facit enim accusatiuum diuitem, & hoc diues. Ouid. *lib.* 1. *de Arte,*

Addidit externo marmore diues opus.

Valer. *lib.* 2. *cap.* 1. Diues & præpotens naturæ regonum scrutatus, initiam stylum tam nostræ Vrbis, quàm cæterarum gentium priscis ac memorabilibus. Epistolam diuitem vocat Ouid. quæ multa pollicetur & magna. *Epist.* 16. Munera tanta quidem promittit epistola diues, Vt possint ipsos illa mouere deos. Ingenium diues. id est, fecundum. Idem Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Diuitis ingenij est, ingentia Cæsaris acta
Scribere.

¶ Hinc Diuitior comparatiuum. Cic. *de Orat.* Inde ille licentior & diuitior fluxit dithyrambus. Plaut. *Aul. sc.* 6. *a.* 4. Quadrilibrem aulam auro onustam habeo: quis me est diuitior? Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 5. Nunquam hinc eris numo diuitior.

Diuitiæ, arum, numero tantum multitudinis, opes, amplæ fortunæ, & rerum abundantia. {עשר höscher רכוש rechûsch. πλοῦτος. GALL. *Richesses.* ITAL. *Ricchezza.* GERM. Reichthumb. HISP. *Riquezas.* ANGL. *Riches, wealth.*} Cicero discrimen videtur facere inter diuitias & opes. Sunt ergo (inquit) diuitiæ ad necessarium vsum: opes verò ad magnificentiam. Plaut. *in Epid.* Quid tibi, cui diuitiæ domi maximæ sunt, numum hic nullum habes? Cic. 1. *Offic.* Expetuntur autem diuitiæ cum ad vsus vitæ necessarios, tum ad perfruendas voluptates. Idem *ad Attic. lib.* 1. Quod si assequor, supero Crassum diuitiis, atque omnium vicos ac prata contemno. Ouid. *Eleg.* 10. *lib.* 3. *Trist.*

Ruris opes paruæ, pecus & stridentia plaustra,
Et quas diuitias incola pauper habet.

Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 1. Sibi diuitias habeant diuites. Et *Capt. sc.* 4. *a.* 5. In diuitias faxo venies. Idem *Aul. sc.* 1. *a.* 5. Reperi diuitias nimias. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 1. Prognatum genere summo, & summis diuitiis.

Diuitissimè, πλουσιώτατα. Apuleius *de Deo Socratis*, Planè quidem villas opiparè extruunt, & domos ditissimè exornant.

Diuito, as, Diuitem facio, dito. {העשיר heheschir. πλουτίζω. GALL. *Faire riche, enrichir.* ITAL. *Farricco.* GERM. Reich machen. HISP. *Enriquecer.* ANGL. *To mak riche or wealthie.*} Accius, apud Gell. *cap.* 1. *lib.* 14. Nihil credo auguribus, qui aures verbis diuitant Alienas, suas vt auro locupletent domos.

DIVEXO, as, Variis modis affligo. {טרף haráph. ἄγω καὶ φέρω, διαφορῶ. GALL. *Fort tormenter.* ITAL. *Inquietare, affligere in varij modi.* GERM. Heftig plagen/allenthalben vbel beleydigen. HISP. *Fatigar en diuersas maneras.* ANGL. *To trouble or vexe greatlie.*} Lact. *lib.* 7. Vt si qui fortè tum fuerint boni, prædæ sint sceleratis, ac diuexentur vndique. Cicer. 11. *Phil.* Impetúmque furentis, atque omnia diuexare & diripere cupientis, vitæ, &c.

Diuidia, Diuidicula, vide *Diuido.*

DIVIDO, is, diuisi, diuisum, ex Di seu δὶς & video: vel ab iduare, voce Hetruscorum, quæ sic dicta q. ἐν δύο. Hinc Idus dictæ. & ouis Idulis, quæ omnibus Idibus Ioui mactabatur. Separo, partior. {חלק chalách פלג pillágé. διαιρῶ, διανέμω. GALL. *Diuiser, separer, distribuer, partir en pieces.* ITAL. *Diuidere, separare.* GERM. Zertheylen. HISP. *Partir en partes.* ANGL. *To deuide, to parte.*} Hirt. 3. *bell. Ciuil.* Cæsar copias suas diuisit. Cic. *ad Attic.* Sextus pater eius numos vobis diuidere solebat. Virg. *in Epigrammate quodam,*

Diuisum imperium cum Ioue Cæsar habet.

¶ Ponitur & pro prædicare, Plaut. *in Aul. sc.* 1. *a.* 2. Me quidem hercle (dicam palàm) non diues, id est, πλούσιος. Me haud pœnitet boni dimidium diuidere cum Ioue. Idem *Amph. sc.* 1. *a.* 5. Diuidere argenti dixit nummos in viros. Idem *Aul. sc.* 2.

Grandia diuide metum præmia,

(id est, da partem.) Ouid. 4. *Fastor.* Diuidere dolorem & dispensare inter multos. Senec. *de consolat. ad Polyb.* Diuidere cum fratre & diuidere agrum. Idem *cap.* 16. *de consolat. ad Mart.* Vbi res malè diuisit fortuna, mors exæquat omnia. *Ibid. cap.* 20. Diuidite (arma) & pars sit maior Diomedis in illis, Ouid. 13. *Metam.* Idem *Eleg.* 3. *lib.* 1. *Trist.* Diuidor, haud aliter, quàm si mea membra relinquam. ¶ Diuidere sententiam, διαιρεῖν τὴν γνώμην, forensis est locutio, quam Asconius Pædianus interpretatur his verbis, Quum aliquis (inquit) in dicenda sententia duas, pluresve partes complectitur, si non omnes probantur, postulatur vt diuidantur, id est, vt de singulis rebus seorsum referatur, vt pars altera, si ita opus fuerit, approbetur, altera repudietur. Cicer. 1. *Epist.* 1. Itaque quum sententia Bibuli prima pronunciata esset, vt tres legati regem reducerent: secunda Hortensii, vt tu sine exercitu reduceres: tertia Vocatij, vt Pompeius reduceret, postulatum est vt Bibuli sententia diuideretur: quatenus de religione dicebat, cui rei quia obsisti non poterat, Bibulo assensum est: de tribus legatis, frequentes ierunt in alia omnia. Ex hoc Ciceronis exemplo facilè ostendi potest quid sit Sententiam diuidere. Bibuli enim sententia duo habebat membra, vt scilicet sine exercitu rex reduceretur, deinde vt à tribus legatis reduceretur: quorum quum alterum nonnullis placuisset, alterum displicuisset, postulatum est vt sententia illa bimembris diuideretur, hoc est, in duas partes secaretur, vt de vtraque parte seorsum posset referri. ¶ Oscula diuidere, id est, impartiri, distribuere. Horat. *in Carm. Ode* 36.

Nulli plura tamen diuidunt oscula,
Quàm dulci Lamiæ.

¶ Diuidere carmina cithara, i. partiri per citharæ neruos, aut auditoribus distribuere. Idem Horat.

Imbelli cithara carmina diuides.

[Diuiduus, separatus. Non.]

Diuisio, us, ui, Diuisio, partitio, distributio. {מחלקת machaléketh חלוקה chalukáh פלגה pelugháh. διανέμησις. GALL. *Partiement, distribution, diuision.* ITAL. *Diuisione, separatione.* GERM. Zertheylung. HISP. *Repartimiento.* ANGL. *Deuiding parting in to partes.*} Liu. 3. *Bell. Maced.* Vectigalia publica partim negligentia dilabebantur, partim prædæ, ac diuisui principum quibusdam & magistratibus erant. Idem *lib.* 5. *d.* 5.

Diuisè, id est, duobus verbis. Gell. *cap.* 12. *lib.* 1.

Diuisio, Sectio, partitio, distributio. {מחלקת machaléketh חלקה chalukáh פלגה pelughah. διαίρεσις. GALL. *Diuision, departement, separation.* ITAL. *Diuisione, separatione.* GERM. Theilung, zertheylung. HISP. *Repartimiento.* ANGL. *A deuiding, or parting in partes.*} Cic. 1. *de nat. Deor.* Diuisio triam regnorum, cæli, maris, & inferorum. Velleius, Qui falsa diuisione prædiorum agros amiserant. ¶ Apud Rhetores Diuisio est, (vt scribit autor ad Herennium) per quam aperimus quid conueniat, quid in controuersia sit, vel per quam exponimus quibus de rebus dicturi sumus. Inter diuisionem & partitionem hoc interesse putatur, quòd Diuisio est generis in species: partitio autem totius in partes distributio. Quint. *lib.* 7. Sit igitur diuisio rerum plurium in singulas: partitio singularum rerum in partes discretus ordo. Cic. 3. *de nat. Deor.* Quadripartita (inquit) fuit diuisio tua. Primum, vt velles docere deos esse: deinde quales essent: tum ab his mundum regi: postremò consulere eos rebus humanis.

Diuisor, is, Qui diuidit, distributor. {חלק cholék. διαιρέτης. GALL. *Distributeur, diuiseur, partisseur.* ITAL. *Diuiditore, partitore.* HISP. *Repartidor.* ANGL. *A deuider, he that parteth.*} Cicer. *in Anton.* Nucula & Lento Italiæ diuisores ea lege quam Senatus per vim latam iudicauit. Diuisores item vocabantur, qui pecunia inter tribus viritim candidatorum nomine diuidebant in creandis magistratibus, quos Plautus Curiarum magistros vocat. Consueuerant enim petitores magistratuum apud Romanos, pecunia, largitionéque sibi studia conciliare suffragatorum, & per centurias tribusque diuidere numos. Cicer. *pro Planc.* Quam tibi commodum est vnam tribum delige: tu doce id quod debes, per quem sequestrem, quo diuisore corrupta sit. ¶ Diuisores operæque campestres. Sueton. *in August. cap.* 3. ¶ Est & Diuisor, qui præpostera venere pueros corrumpit. Cic. *Paro*, Quid enim? num honestum est verbum Diuisor? at inest obscœnum: cui respondet intercapedo.

Diuisura, æ, Diuisio, vel incisio. {גזרה gezérá. διαίρεσις. GALL. *Couppeure, incision, separation.* ITAL. *Diuisione, separatione, taglio.* GERM. Zertheylung. HISP. *Cortadura, partimiento, apartamiento.* ANGL. *A deuiding, or cutting in partes.*} Plin. *lib.* 12. *cap.* 16. Ab hac ferula differt quæ vocatur spondilion, foliis tantùm, quia sunt minora, & platani diuisura. Idem *lib.* 14. *cap.* 3. Folio paruo & rotundo, siue diuisuris, quas incisuras multis aliis locis appellat.

Diuiduus, a, um, quod separabile, aut separatum est. {נחלק nechelák. διαιρετός, διαίρετος. GALL. *Qui se peut diuiser ou partir.* ITAL. *Separabile.* GERM. Zertheylt/oder das zu zertheylen ist. HISP. *Cosa que se puede partir en partes.* ANGL. *That may be diuided or parted.*} Cuius contrarium est Indiuiduum quod diuidi non potest. ἀδιαίρετος, ἄτομος. Plaut. *in Rud.* Diuiduum talentum faciant: id est, in duas partes diuisum. Cicer. *de Vniuers.* Ex ea materia quæ indiuidua est, & quæ semper vnius modi, suique similis, & ex ea quæ corporibus diuidua gignitur. Terent. *in Adelph.* Potius quàm venias in periculum Sannio, Seruésne an perdas, totum diuiduum face. Colum. *in Proœm. lib.* 11. Nihil conspiciebatur in domo diuiduum. Ouid. 5. *Fast.* Insula diuidua quam premit amnis aqua. id est, quam ambit fluuius ab vtraque parte. ¶ Apud Nonium est *diuidus*, pro diuiduus. Accius *in Andromeda*, Nósque vt seorsum diuidos leto offerres.

Diuiduè, aduerb. {בחצי bechátsi. ἡμισέως. GALL. *Par la moitié.* ITAL. *Per la metà.* GERM. In mitten entzwey. HISP. *Por la mitad ò medio.*} Plaut. *in Cas.* Nam quod tibi ægre est, idem mihi est diuiduè.

Diuiduitas, pro diuisione. Caius *in l. si is qui. ff. ad leg. Falcid.* Hæc itaque legata, quæ diuiduitatem non recipiunt, tota ad legatarium pertinent.

Diuidia, æ, Tædium, & molestia: sic enim Nonius interpretatur. {עצב hetséb, ἀλγηδών. GALL. *Ennui, chagrin.* ITAL. *Tedio, noia.* GERM. Verdruß. HISP. *Enojo, enfado.* ANGL. *wearinesse, heauinesse of mynd.*} Plaut. *Bacch.* Nam illæc res magnæ diuidiæ est mihi. Accius *in iudicio armorum*, Huius me diuidia cogit plus quàm par est loqui. Festus diuidiam, discordiam interpretatur, cuius tamen significationis nullum profert testimonium. Nos igitur beneficio Iulij Scaligeri testimonium ex Accio proferemus: Vicissitatémque imperitanti tradidit, Ne eorum diuidiæ discordes dissipent, Disturbent tantas & tam optimas ciuium diuitias.

Diuidicula, teste Festo, dicuntur castella ex quibus à riuo communi aquam quisque in suum fundum ducit.

Diuinè, Diuinipotens, Diuinitus, Diuinus, Diuino, vide *Diuus.*

[Diuio, *Dijon*, vrbs primaria Ducatus Burgundiæ, & Parlamenti à Ludouico XII. Galliæ Rege instituti sedes.

Diuodurum Mediomatricum, Metz, V.E. sub A. Treuerensi, olim regni Lotharingiæ caput, nunc Parlamenti in tractu Mosellæ sub Francis sedes.

Dium municissima regni Cambaiæ vrbs, à Lusitanis iam olim occupata.]

DIVVS, adiectiuum. {קדוש kadósch. GALL. *Diuin, genereux.* ITAL. *Diuino, generoso.* GERM. Göttlich/hochgeboren. HISP. *Cosa diuina, generosa.* ANGL. *Diuine.*} Dicitur generosus, diuinus, tanquam ἀπὸ τοῦ Διὸς, id est, ab Ioue genus ducens. Virg. *lib.* 11.

——quas ipsa decus sibi dia Camilla
Delegit.

Pers. *Satyr.* 1.

Romulidæ saturi, quid dia poëmata narrent.

Dium, substantiuum, formatum à genitiuo Græco Διὸς, à nominatiuo Ζεὺς. {ANGL. *The day light vnder the firmament.*} Vnde sub dio aliquid fieri dicimus, hoc est, sub Ioue, siue sub cælo, quod non fit sub tecto. Horat. *lib.* 1. *Carm.*

Nec te, candide Bassareu, Sub diuum rapiam.

Idem,

——vitamque sub dio

Et trepidis agat in rebus.

Cic *lib.* 3. *Verr.* In sylua denique posita sub dio vidimus. ¶ Dium in antiquo Lexico, ὄψιμον. Vide *Dyonu.*

Dīvus,a,um, Diuinus. {קדוש kadosch. Θεῖος. Gall. *Diuin, sainct.* Ital. *Diuo, diuino, santo.* Germ. Göttlich. Hisp. *Dios hecho de hombre, ò canonizado.* Angl. *Diuine, holie.*} ἀπὸ τοῦ Διός, hoc est, à Ioue genitum, vel quia veteres in singulari dium quasi dicebant quem nos Deum. Vnde nunc quoque in plurali dicimus diui, dij, dîs: vnde illud frequens Ciceroni, Si diis placet: quod indignitatem denotat. Ouid. 13. *Metamorph.*

Denegat hoc genitor diuisque irascitur ipsis.

Item, O magni diui. Idem *Eleg.* 3. *lib.* 3. *Trist.* Vtinam me dij adaxint ad suspendium, Plaut. *Aul. sc.* 1. *a.* 1. Quasi nesciam vos scire qui diuus siem. (verba sunt Mercurij in prologo Amphitruonis Plauti, &c.) Seruius inter deos & diuos ita distinguit, vt dij dicantur æterni: diui autem qui ex hominibus fiunt. Vnde etiam hac appellatione quidam Romanorum Imperatores post mortem decorati sunt, à quibus in vita insignia profectò essent in Rempub. merita: quanquam postea crescente in dies adulatione, plerique ne viui quidem id honoris aspernati sunt. ¶ Horum etiam vxores diuæ appellatæ sunt, tanquam suis, vel virorum meritis dearum numero ascriptæ. ¶ Diuum, pro aëre. Horatius,

Sub diuo moriens

Victima nil miserantis Orci, id est, sub aëre.

Plin. *lib.* 14. *c.* 21. Campaniæ vina nobilissima exposita sub diuo in cadis verberari sole, luna, imbre, ac ventis aptissimum videtur. Sunt qui vtrobique legant *sub dio.*

Diuālis, e, adiectiuum. Vt diuale nomen, Spartianus *in Caracalla,* Qui Faustinæ templum, & diuale nomen eripuit. ¶ Diualis, vox Imperatorum est, & sanctis Patribus vsurpata. Etenim *Diuus* apud Sanctos nihil aliud sonat, quàm ipsum Imperatorem consecratum ex ritu Rom. Ecclesiæ.

Dīvīnus, a, um, quod est Dei, vel quod ad Deum pertinet. {קדוש kadosch. Θεῖος. Gall. *Diuin, de Dieu, appartenant à Dieu.* Ital. *Cosa di Dio, ò à Dio pertinente.* Germ. Göttlich, heylig. Hisp. *Cosa de Dios, ò pertenesciente à Dios.* Angl. *Belonging to god, diuin.*} vt, Opus diuinum, Res diuina. Plaut. *Curc. sc.* 2. *a.* 4. Nunc rei diuinæ operam dabo: certum est bene me curare. Suprà, supplicabo. Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 5. Neque diuini, neque mihi humani quicquam accreduas. Idem *Amphitr. sc.* 3. *a.* 3. Re diuina facta mecum prandeat. Purgati iusseras vasa vt rem diuinam faceres. Idem *sc.* 3. *a.* 4. Lauabo vt rem diuinam faciam. Idem *Aulul. sc.* 2. *a.* 4. Ad rem diuinam vasis sacris vtitur. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 2. Postquam rem diuinam feci. Idem *Curc. sc.* 4. *a.* 4. Rem potiùs diuinam deseram si sacrificem. Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. An tu condimentis diuinis vtere? *Ibidem sc.* 2. *a.* 3. ¶ Diuina manu adnotat Cuiacius dictum esse de rescriptis Imperialibus, quæ propria manu Imperatoria obsignabantur.

Diuinæ rei operam dare, & Rem diuinam facere, est diis sacrificare. Cicer. 6. *Verr.* Res illum diuinas apud eos deos in suo sacrario propè quotidie facere vidisti. Diuina verba, pro piacularibus quibusdam verbis quibus prodigia solent procurari. Cato *de re rustic.* Si de cælo villa tacta siet, de ea re verba diuina vt fiant, procuret. Cic. 1. *de Diuin.* Aristoteles quidem eos etiam qui valetudinis vitio furerent, & melancholici dicerentur, censebat aliquid in animis præsagiens atque diuinum. *Ibidem,* Quid hoc somnio dici diuinius potest? ¶ Diuinum interdum vocamus eximium, & humana sorte quodammodo maiorem. Cicer. *post red. ab exilio,* Cn. Pisonis diuina quædam, & inaudita virtus. Idem *Quint. frat. lib.* 2. Idibus Maiis, Senatus frequens diuinus fuit in supplicatione Gabinio deneganda. Virg. *Eclog.* 3.

———*Diuini opus Alcimedontis.*

Diuīnus, substantiuum, qui diuinat, prædicit, vates. {קוסם kosem. μάντις, προφήτης. Gall. *Deuin, qui predit, predisseur.* Ital. *Indouino, che predice le cose occulte.* *Diuino.* Germ. Ein warsager. Hisp. *El que adeuina.* Angl. *That gesseth, a southsayer or teller of thinges, to come.*} Plaut. *Amphitr. sc.* 2. *a.* 1. Nunc tu diuine fac huc adsis Sosia (de Mercurio.) Martial. Non sum diuinus, sed scio quid facias. Cicer. *de Fato,* Hoc loco Chrysippus æstuans, falsi sperat Chaldæos, cæterósque diuinos. ¶ Auis diuina imbrium: id est, diuinatrix & prænuntia. Horat. *lib.* 3. *Carm.* Antequam stantes repetat paludes Imbrium diuina auis imminentium Corniccm intelligit, imminentium imbrium præsciam, vel, Virgilio teste, Tum cornix plena pluuiam vocat improba voce. ¶ Diuini gerebant laurum & lucernam. Senec. *cap.* 27. *de vita beat.*

Diuinipŏtens, qui in diuinis potestatem habet. Θεοκρατής. Apuleius, Saga & diuinipotens cælum deponere.

Diuino, as, Vaticinor, auguror, conijcio, futura significo, præsagio. {קסם kasam נחש nichésch. μαντεύω, προλέγω. Gall. *Deuiner, predire les choses à venir.* Ital. *Indouinare.* Germ. Warsagen rathen. Hisp. *Adeuinar.* Angl. *To coniecture, to southsay, to tell thinges to come.*} Dictum videtur à nomine diuinus, quia diuinum quiddam, & supra mortalis sagacitatis sortem esse videtur, futura prædicere, aut occulta in lucem proferre. Ter. *in Hecyr.* Planè hic diuinat. Cicer. *de senect.* Cuius sermone ita tum cupidè fruebar quasi iam diuinarem id quod euenit, illo extincto fore vnde discerem, neminem. Ouid. *Eleg.* 8. *lib.* 1. *Trist.*

Hæc diuinaui, vtitiámque tuli.

Idem *ibid. Eleg.* 4. *lib.* 4.

Si animo quondam non diuinante futura

Optabam, &c.

Quis in tam obscura veritate diuinat, verum, &c. Sen. *cap.* 10. *de consol. ad Polyb.* ¶ Diuinare, Deum facere. Delrius. ¶ Huius composita, Addiuino, Prædiuino, quod Plin. posuit pro præsentio, quum ait *lib.* 10. Tum vniuersæ prouolant, si dies mitis futurus est: prædiuinant enim ventos, imbrésque, & tunc se continent tectis.

Diuinātus, participium passiuum. {Angl. *Gessed, deemed.*} Ouid. *de Nuce,*

Vt diuinatas auferat augur opes.

Diuinātio, Augurium, vaticinatio, prædictio, præsensio, rerum futurarum scientia. {קסם kesem נחש náchasch. μαντεία, προφητεία. Gall. *Deuinement, prediction des choses à aduenir.* Ital. *Indouinamento.* Germ. Ein weyssagung, warsagung, fürschung künfftiger ding. Hisp. *Adeuinacion.* Angl. *Southsaying, telling of thinges to come.*} Cic. 1. *de Diuinat.* Veteri quidam inter homines diuinationem, quam Græci μαντικὴν appellant, id est, præsensionem, & scientiam rerum futurarum. Chrysippus diuinationem definit esse vim cognoscentem, & videntem, & explicantem signa quæ à diis hominibus portenduntur. Officium autem esse eius, præcognoscere dij erga homines mente qua sint, quidque significent, quemadmodumque ea procurentur atque expientur. Hæc Cicer. *de Diuinat. lib.* 2. ¶ Dicitur etiam diuinatio, iudicium, siue cognitio de constituendo accusatore, quum scilicet ex duobus, pluribúsve accusatoribus ambientibus, deligendus est qui maximè sit idoneus. Quemadmodum in accusatione Verris certamen erat inter M. Tullium & Cæcilium quendam vter in accusando deberet præferri. Vnde etiam prima illa inter Verrinas oratio Diuinatio appellatur. Ratio nominis hæc est, quia in aliis iudiciis iudex ea quæ testibus, tabulis, vel argumentis probata sunt, sequi debet. Quum autem accusator est eligendus, ex quibusdam & coniecturis indicare debet, & penè diuinare quis ad accusandum maximè sit idoneus. Vide Fabium *cap.* 12. *lib.* 4.

Diuinĭtas, atis, Numen, maiestas diuina. ✠ Humanitas. Θειότης. Gall. *Diuinité.* Ital. *Diuinità.* Germ. Gottheit. Hisp. *Diuinidad.* Angl. *Diuinitie, godhead.*} Plin. *lib.* 19. *c.* 11. Opus ingens, occultúmque diuinitatis, & quo nullum reperiri possit maius. ¶ Item, Diuinitas dicitur consecratio, siue relatio inter Deos, quæ à Græcis ἀποθέωσις vocatur. Suet. *in Aug. cap.* 97. Mors eius diuinitasque post mortem euidentissimis ostentis præcognita est.

Diuinè, aduerbium, Ad deorum similitudinem, deorum more, & supra humanas vires, quasi diuini numinis instinctu. {Θείως, θεόθεν. Gall. *Diuinement.* Ital. & Hisp. *Diuinamente.* Germ. Göttlich. Angl. *Godly, by inspiration.*} Cic. *Att. lib.* 4. Præclara igitur conscientia sustentor, quum cogito me de Republic. aut meruisse optimè, quum potuerim: aut certè nunquam nisi de ea diuinè cogitasse. Quint. *lib.* 1. *cap.* 10. Quæ Tullius in Oratore diuinè, vt omnia, exequitur.

Diuinĭtŭs, aduerbium à Deo, siue à diuis. {מאת יהוה meadhonai. Θεόθεν. Gall. *De Dieu, venant de Dieu, diuinement.* Ital. *Da Dio, diuinamente.* Germ. Von oben herab. Hisp. *Diuinamente.* Angl. *From God, by goddes wil.*} sicut humanitus, ab hominibus, cælitus à cælo. Virgil. 4. *Georg.*

Haud equidem credo, quia sit diuinitus illis

Ingenium.

Cic. 2. *de Orat.* Quæ diuinitus accedunt. *Ibid.* Diuinitus ad nos delatum. ¶ Interdum idem est quod diuinè, hoc est, deorum, vel diuorum more, insigniter & quasi humanis viribus excellentius, θείως. Cic. 2. *de Orat.* Ille locus inductus est à me diuinitus. Idem *Att. lib.* 1. Varro mihi satisfacit: Pompeius loquitur diuinitus.

Diuortium, Diremptio matrimonij inter virum & vxorem. {ἀποπομπή. Gall. *Diuorce, separation de mariage.* Ital. *Rifiuto.* Germ. Die verschupfung eines eheweibs, ein ehescheydung. Hisp. *El desecho, diuorcio.* Angl. *A diuorce, a putting away of ones wife.*} A diuersitate mentium dictum est, vel, vt ait Paulus *lib.* 50. *Pandectarum,* Diuortium dictum est, quia in diuersas partes eunt qui discedunt, hoc est, qui distrahunt matrimonium. Interest autem inter diuortium & repudium, quod diuortium fit inter coniuges, repudium inter sponsos. Cæterum, Diuortium deflexum esse de via Nonius scribit, à diuertendo, &c. Diuortij formula valeas; tibi habeas res tuas, redde meas. Plaut. *Amph.*

Diūrnus, Diurno, vide *Dies.*

Diūtiŭs, Diutile, vel potiùs diutulè. Diutinus, Diutissimè, Diuturnus. Vide *Dies.*

Dīvŭlgo, as, est Vulgò notum facere, vel rem aliquam in vulgus spargere. {פרסם hodiáh. διαγγέλλω, δημοσιεύω. Gall. *Diuulguer, publier quelque chose.* Ital. *Diuulgare, publicare.* Germ. Gemein machen vnder den gemeinen volck außbringen. Hisp. *Diuulgar, publicar.* Angl. *To publish, to make knowen abroade.*} Cic. *Balbo,* Quare vitium est occultius agendum, neque vllo modo diuulgandum. Quo in loco quidam corruptis exemplaribus decepti legunt, *Diuulgandam.* Idem 2. *Philipp.* Quam multa ferra, nec tamen vllo modo diuulganda.

Diuulgatus, nomen ex participio. {Angl. *Made common, published.*} Cicer. *Famil. lib.* 10. Te adipiscendi magistratus leuissimi, & diuulgatissimi, si ita adipiscare vt plærique, præpropera festinatio abducet à laudibus.

Diuus, vide *Dius.*

Dixo, is, vide *Dico.*

Dizeres, vide ξεί, in Steph.

Dizērus, Δίζηρος. Vrbs Illyriæ, dicta nimirum ἀπὸ τοῦ δίζεσθαι τὴν μήδειαν, quòd illic quæsita sit Medea. Steph.

D O

Do, das, dedi, datum, dare, à δῶ, hinc dos, donos, donum. {נתן nathán. δίδωμι. Gall. *Donner.* Ital. *Dare.* Germ. Geben. Hisp. *Dar.* Angl. *To giue.*} cuius composita si sint ex monosyllabis præpositionibus, sunt tertiæ coniugationis, & præteritum geminant: vt, Reddo, is, reddidi. Perdo, is, perdidi. Cætera simplicis seruant declinationem: vt Circundo, as, circundedi, datum: Satisdo, as, pessundedi, datum. ¶ Variam habet constructionem. Quandoque duos datiuos exigit, pro adscribere, seu imputare: quamuis alter eorum non semper ponatur, sed nonnunquam subintelligatur. Cic. *lib.* 2. *Offic.* Nec Marco quidem Seio vitio datum, quod in caritate annonæ ad modium dedit populo. Terent. vnum tantum expressit, Nunc quam rem vitio dent, quæso, animaduertite, subintelligitur poetæ. Plautus *in Amphit.* Nunc tibi hanc pateram, quæ dono mihi ob virtutem data est, Pterela tibi condono. Aliquando vltra datiuum ponitur accusatiuus cum præpositione ad. Cic. *Cornif.* Literas ad te nunquam habui cui darem, quia dederim. Idem *ad Quint. fratrem.* Oculos autem natura nobis, vt equo & leoni setas & caudam, & aures ad motus animorum declarandos dedit. Aliquando præter datiuum ponitur accusatiuus cum præpositione In. Terent. *in Phorm.* Dic quid velis dari tibi in manum, vt herus his desistat litibus.

bus. Nonnunquam loco datiui ponitur accusatiuus cum præpositione ad. Cicer. 2. *Philip.* Ad sepulturam corpus vitrici sui negat a me datum. Interdum accusatiuus cum præpositione in. Plaut. *in Capt.* Hæc si faxis, dabo in Causam. Cicer. *Terent.* In viam quod te des hoc tempore, nihil est. id est, non est causa quare te viæ committas. ¶ Dare ciuitatem alicui. Idem 3. *de finib.* Itaque mihi videris Latinè docere Philosophiam, & ei quasi ciuitatem dare. id est, ciuem facere. ¶ Dare cuipiam pecuniam a trapezita, est pecuniam à trapezita sumere, & alteri dare, vel per manus trapezitæ alicui pecuniam dare. [illegible] Plaut. *in Capt.* Sequere me hac, viaticum vt dem à trapezita tibi. ¶ Qui dant, quique accipiunt fœnore. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 4. Da ab Delphio cantharum circum. Idem *Mostell. sc.* 4. *a.* 1. ¶ Dare mancupio, (id est, vendere.) Vide *Mancupium.* Dare statuam faciundam, (id est, locare.) Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 4. Item, Da aures facundas. Idem *Men. sc.* 3. *a.* 3. Istuc aliis dare condidici. (id est, adulari.) Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 4. Dedit librum eius nominis, (id est, dicauit.) Gell. *c.* 18. *lib.* 2. ¶ Do tibi hanc animam & Reipub. (id est, deuoueo.) Idem *cap.* 7. *lib.* 5. Dedi (pecuniam) dum fuit. Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. ¶ Dare 30. minas, quas apud te deposui, (id est, reddere.) ¶ Dare sententiam, pro dicere. Liu. *lib.* 8. *ab Vrb.* Dabatur miles infrequens, (id est, dicebatur.) Gell. *cap.* 4. *lib.* 16. ¶ Incoctum non expromit: benè coctum dabit. (id est, reddet.) Plaut. *Milit. sc.* 2. *a.* 2. Item, Dare, pro legare. Iustè ab iustis iustus orator datus, (id est, legatus: vt do lego. ¶ Dare defensum. Virg. 12. *Æneid.* Dabo hanc mactatam victimam Manibus. Liu. *lib.* 4. *ab vrb.* & 2. *bell. Pun.* Dare emptum, vide *Emptus.* Dare nuptum, vide *Nubo.* Dato me excruciatum. Plaut. *Milit. sc.* 3. *a.* 2. Dare vendum, vide *Veer.* ¶ Dare aduocationem, vide *Aduocatio.* Dare inferias Manibus. Dare impressionem. Liu. *lib.* 4. *ab Vrb.* Dare impetum. Idem, Dare ictus. Idem *lib.* 5. *d.* 4. Dare letho, vide *Lethum.* Dare exitio, vide *Exitium.* ¶ Dare summam rerum in aleam. Idem 2. *d.* 5. Dare se conuiuio frequenti. Sueton. *in Cæs. cap.* 30. Datus est sermo per vrbem. Idem 2. *ab Vrb.* Dare aliquid delectationis. Quintil. Dabimus te in omnem memoriam. Senec. *cap.* 14 *de Tranquill.*

——Dare ignibus scripta,

Ouid. *Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.* Dati ad supplicium. Suet. *in Calig. cap.* 11. Dare supplicium, vide *Supplicium.* ¶ Dare absentibus secundum præsentes, (id est, iudicare.) Sueton. *in Claud. cap.* 15. Datum memoriæ, (id est, mandatum.) Gell. *cap.* 1. *lib.* 7. Hæc data sunt in nomen Democriti. Idem *cap.* 12. *lib.* 10. Quin te mihi das hilarem? Plaut. *Asin. sc.* 1. *a.* 5. Roga me. D[illegible] Dabo. (Stipulationis periphrasis.) Idem Dare iusiurandum, vide *Iusiurandum.* Dare nomen, vide *Nomen.* Dare dono, vide *Donum.* Do Iouem testem tibi. Idem *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Conuiuiis cœnam conditam dabo. *Ibid. sc.* 2. *a.* 3. Te ad Carnificem dabo. Idem *Capt. sc. vlt. a.* 5. Te ad pistores dabo. Idem *Asin. sc.* 4. *a.* 3. Priusquam animum meum illi dedi (amicæ.) *Ibid. sc.* 2. *a.* 1. Nisi nos mauult crucibus contubernale dari. Idem *Milit. sc.* 2. *a.* 1. His legibus si quam dare vult vxorem ducam. Idem *Aul. sc.* 3. *a.* 2. In ruborem te totum dabo. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 5. Dare insidias alicui, vide *Insidiæ.* Dare pensum, vide *Pensum.* Dare suauium, vide *Suauium.* Dare operam concioni. Idem *Men. sc.* 1. *a.* 3. Da puere ab summo. paulò antè, Iube dare vinum. Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 5. Mortuum me mauelim, quàm non illi dem insidias seni. Idem *Aul. sc.* 3. *a.* 4. Si non est quod dem, visne dem me ipso in pedes. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 1. Æstimatum hunc mihi des, quem mittam ad patrem. *Ibid. sc.* 2. *a.* 2. Impransus miles astat: æs censet dari. (id est, datum iri.) Idem *Aul. sc.* 5. *a.* 3.

——Dedi qui perdere posset Hectora,

Ouid. 13. *Metam.* ¶ Quandoque plures habet accusatiuos, à diuersis pendentibus præpositionibus. Colum. *lib.* 9. Ascensus deinde auibus ad tabulata per vtranque cellam datur. Sæpiùs tamen post accusatiuum regit datiuum, & hoc variis artibus applicari solet. Plaut. *in Epid.* Si æquum sit, me plus sapere quàm vos, dederim vobis consilium cautum quod laudetis. Idem *in Curc.* Nunc rei diuinæ operam dabo. Idem *in Merc.* Me toxico morti dabo. Idem *Capt.* Do tibi operam si quid est quod me velis. Gellius, Cretenses quoque prælia ingredi solitos memoriæ datum est, &c. ¶ Item pro offerre, obiicere, [illegible]. Terent. *in Hecyr.* Profectò hoc sic est, vt puto, Omnibus nobis vt res dant sese, ita magni atque humiles sumus. Item inferre, inducere. Virgil. 12. *Æneid.*

——Magnam dabit ille ruinam

Arboribus.

Item dicere, [illegible]. Terent. *in Heaut.* Nunc quamobrem has partes didicerim, paucis dabo. ¶ Item obtemperare, [illegible]. Terent. *in Adelph.* Da te mihi, id est, accommoda te meæ voluntati. ¶ Dare etiam mulieres dicuntur, quum copiam sui faciunt, [illegible]. Martialis, Casta igitur nulla est? castæ sunt mille, quid ergo? Casta fuit, non dat, non tamen illa negat. Idem, Non solet accipere, quid solet ergo? dare. Dare se dicit Ennius, vide *Datatim.* Item, Dare corpus in vulgus, Gell. *cap.* 7. *lib.* 6. Sed Acca Laurentia corpus in vulgus dabat. Dare etiam dicuntur viri, qui se stupro mutuo contaminant. Cic. apud Suet. *in Cæs. cap.* 49. loquens de Nicomede rege & Cæsare: Notum est, & quid ille tibi, & quid illi tu dederis. ¶ Item facere. Terent. *in Adelph.* O Æschine, pol haud paternum istuc dedisti. ¶ Item citare, vt apud eundem *in Eunuch.* Ludum iocúmque dices fuisse illum alterum, prout huius rabies quæ dabit, [illegible]. ¶ Dare manus, est se victum fateri, [illegible]. ¶ Dare pœnas, & sustinere, [illegible]. Lactant. *lib.* 5. Sed tamen docent nos Sanctæ literæ quemadmodum pœnas impij sunt daturi. ¶ Dare veniam, interdum est agnoscere, interdum concedere, quod petitur, [illegible]. Terentius, Da veniam quæso filio tuo. Cic. *de Orat.* Dabis hanc veniam, mi frater. ¶ Dare operam, est adiuuare, inseruire, [illegible]. Terentius *in Phorm.* Nos operam dabam[illegible] etiam inuigilare, vt quum dicimus, Literis oper[illegible] est rem in alterius arbitrio permittere, [illegible] suarum omnium rerum potestatem [illegible] dederat. Pro quo etiam eleganter dicimus, Facere potestatem. ¶ Dare fidem, est aliquid sanctè promittere, [illegible]. Cic. *de Amic.* & Terent. *Eunuch.* ¶ Dare actionem, vel iudicium, est actorem ad intendendam actionem admittere. Cic. *in*

Verr. Si quis eum pulsasset, edixit se iudicium iniuriarum non daturum. quicquid ab eo peteretur, iudicem de sua cohorte daturum: ipsi autem nullius rei actionem sese daturum. ¶ Dare pro indere, immittere, imponere. Gell. *lib.* 7. *cap.* 14. [illegible] *Ibid.* [illegible] ¶ Dare linteamentum in plagam, est [illegible] cum oleo, aliisve medicamentis liquidis, quæ Græci [illegible] appellant. Celsus *lib.* [illegible] *cap.* 9. Vlteriores verò [illegible] in plaga linteamentum dandum est, vt [illegible] naplexat. Dare ludum. Plaut. *Bacch.* Sed nimis nolo desidiæ ei dare ludum. Hor. 3. *Carm. Ode* 12.

Miserarum est nec amori dari ludum,

Dare in manum, significat de manu in manum tradere, [illegible]. Terentius *in Andr.* Hanc mihi in manum dat. ¶ Dare se in disciplinam, est se alicui instituendum permittere. Gell. *lib.* 5. *cap.* 10. Is in disciplinam Protagoræ sese dedit. ¶ Dare verba alicui, est decipere. Plaut. *Aul.* [illegible] ego hanc metuo male. Ne mihi ex insidiis verba imprudenti dait. ¶ Datum est, id est, fato decretóque concessum est. [illegible]. Terent. *Eunuch.* Est istuc datum profectò, vt grata mihi sint quæ facio omnia. Sic Virg. 7. *Æneid.*

Non dabitur regnis (esto) prohibere Latinis.

Dare bibere, quod aliqui impropriè propinare dicunt: quum propinare, propriè præbibere sit, vel prægustare. Terent. *Andr.* Post deinde quod iussi, ei date bibere. Vbi Donatus, Dare bibere, consuetudine magis quàm ratione dixit, pro Dare ei potionem. Lucilius *in Sexto.* Dare bibere summo. Nam duo verba actiua nullam habent significationem sine nomine, aut pronomine, vt si dicas, Dic facere. Cato *de re rustic. cap.* 89. Bis in die farciat & meridie bibere dato. de gallinaceis & anseribus farciendis dicit. Liuius *initio lib.* 3. Dare agrum diuidere. Plaut. *Amph.* Si datur hodie illum apprehendere, (id est, si possum.) ¶ Datur cernere, id est, potest cerni, vel licet cernere. Plinius *Epist.* 10. Quantum mihi tamen cernere datur, multa in Euphrate sic eminent & elucent, vt mediocriter quoque doctos aduertant & afficiant. ¶ Duint pro dent, vel dederint. Terent. *in Andr.* At tibi Dij dignum factis exitium duint. Plaut. *Amph.* Siue qui ipse ambisset, siue per internuntium. Siue adeò Ædiles perfidiosè cui duint. Duit, pro Det. Idem *Aul.* Ne mihi ex insidiis verba imprudenti duit. Duas pro Des. *Ibidem,* At nihil est dotis quod dem. [illegible] duas. Danunt, pro dant. Idem *Curc.* Nam tibi amantes propinantes vinum danunt. Liuius *lib.* 10. *ab vrb.* Bellona si victoriam duis. Ast ego tibi templum voueo. ¶ Dabunt, pro dent. Plaut. *Asin. sc.* 3. *a.* 3. Dabunt Dij quæ velitis. ¶ Huius verb. composita sunt Abdo, Addo, Condo, Circundo, Cedo, Dedo, Edo, Indo, Obdo, Perdo, Prodo, Prædo, Reddo, Subdo, Satisdo, Pessundo, Trado, Venundo, Sedo & Mando (quæ falsò inter composita huius verbi erant relata) huc non pertinent: sunt enim simplicia, quod vel ex eo solo constat, quod altera significatiua primæ coniugationis, quæ in compositis verbi Do corripitur, in his duobus producatur.

Dătŭs, participium. {[illegible] *nathún.* [illegible]. GALL. *Donné.* ITAL. *Donato.* GERM. Gegeben. HISP. *Dado, donado.* ANGL. *Geuen.*} vt, Reddere data. Ouid. *de arte amand.* Multa rogant tradenda sibi, data reddere nolunt. Plaut. *in prolog. Amphitr.* Mihi concessum & datum est ab Diis aliis, nunciis vt præsim & lucro. Gell. *cap.* 10. *lib.* 3. Datum semen in vterum, (id est, emissum.) *Ibid. cap.* 12. Hæc data sunt in nomen Democriti. Senec. *cap.* 15. *de consol. ad Helu.* Concessum mulieribus, Imò datum ius in lachrymas. Gell. *cap.* 1. *lib.* 7. Datum memoriæ mandatum. Quintilian. Datus tandem rebus humanis (perfectus Orator.) Quo dato errasset, (sup. in lusu scruporum.) Idem & Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Non est vsui amator, nisi qui perpetuat data, (id est, munera.) Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 1. Non suppetunt dictis data. *Ibid. sc.* 3. *a.* 1. Hac lege dum superes datis. *Ibid. sc.* 2. *a.* 3. An verba blanda esse rere dicta docta. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 4. Datum denegant quod datum, (i. solutum & creditum.) Vide *Datum,* infrà.

Dătŭs, us, m. {[illegible] *mattanáh.* [illegible]. GALL. *Donaison, don.* ITAL. *Donatione.* GERM. Gebung. HISP. *Don, dadiua, donacion.* ANGL. *A geuing.*} Plaut. *Trin.* nimis pergraphicus sycophanta: Is mille nummûm se aurum meo datu tibi ferre, & gnato Lesbonico aiebat meo.

Dătum, i, substantiuum, Expensum ⚹ Acceptum. {[illegible] *nathún.* [illegible]. GALL. *Chose donnée ou baillée.* ITAL. *Cosa donata.* GERM. Ein gab das einem gegeben ist. HISP. *Don, dadiua.* ANGL. *A gift or a thing geuen.*} Cic. *de Amic.* Hoc quidem est nimis exiguè & exiliter ad calculos vocare amicitiam, vt par sit ratio acceptorum & datorum. Vide *Datus.*

Dătuiri, vetustè, apud Iureconsultos reperitur pro datum iri. Vlpian. *de verb. oblig.* Si quis stipulatus à Mæuio fuerit, fundum Titio datuiri. Hotomanus.

Dăto, as, are, frequentatiuum. Plaut. *Mostell.* Tu solus credo fœnore argentum datas. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 2. Argentum accepto, expenso, cui debet, dato.

Dătŏr, is. {[illegible] *nothén.* [illegible], vel [illegible]. GALL. *Donneur.* ITAL. *Donatore.* GERM. Ein geber. HISP. *Donador.* ANGL. *A giuer.*} Plaut. *Trucul.* Semper datores nouos. Virg. 1. *Æneid.* Adsit lætitiæ Bacchus dator, & bona Iuno. Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 2. Et datores & factores subdam sub solum. (de lusu pilæ.)

Dătĭo, nis. {[illegible] *mattanáh.* [illegible]. GALL. *Donaison, donnement.* ITAL. *Donamento, donatione.* GERM. Ein gab. HISP. *Donacion.* ANGL. *A geuing.*} Cic. *pro lege Agr.* Cuius iudicium, legúmque datio, captorum agrorum ipsius virtute cognitio tollitur. ¶ Datio indultam significat in Flodoardo.

Dătārĭus, a, um, Gratuitum, aut quod gratis datur. {[illegible]} Plaut. *Pseud.* Eho annon prius salutas. S. nulla est salus mihi dataria.

Dătātim, aduerbium. {[illegible]. GALL. *En s'entredonnant & baillant l'un à l'autre.* ITAL. *Dando à vicenda.* GERM. Mit gebung. HISP. *Dando à vezes.* ANGL. *By geuig one to another.*} Ludere datatim, hoc est, inuicem dando: quemadmodum qui pila lusitant, quæ vicissim mittitur, & remittitur. Et datores sunt qui pilam dant: factores verò, qui feriunt, & in factiones diuisi sunt, quas partes vocamus. Plaut. *in Curcul.* Tum

istæ

isti qui ludunt datatim serui scurratum in via: & datores & factores omnes subdam sub solum. Inde illa translatio Ennij de muliere quæ sui copiam faciebat, cum etiam mulieres impudicæ dare (vt Græcè χαρίζεσθαι) dicerentur, vt ex Martiale satis notum. Ergo Ennius, Quasi in choropila, Ludens datatim dat se, & communem facit, Alium tenet, alij nutat, alibi manus est occupata. Genera autem ludendi erant datatim, raptim, & expulsim. Nonius *Exodio*. In molis non ludunt raptim pila, datatim morso. Lepidè indicat seruos solere inter molendum de polenta rapere, & inuicem alium alij dare. Raptim autem ludi in harpasto solet. Varro, Purgatum scito, quia videbis Romæ in foro ante lanienas pueros pila expulsim ludere.

[Do, pro domus, per apocopen, dixit Enn. vt Pa, pro patre, doricè. Turneb.

Doāna, tam terræ, quàm maris. *Doana*. Gl. antiq.

Doarium, vsusfructus certæ portionis mariti bonorum vxori concessus. Balduin. Lex. iur. ciu.]

Doberus, Δόβηρος. Vrbs Pæoniæ. Steph.

Dŏcĕo, es, ui, ctum, à δοκεῖν. Vnde δόγματα sapientum. Instituo, erudio, præcepta do. Vel à dicco, es, Varro *lib*. 5. *de ling. Latina*. {למד *limmadh* אלף *alléph* הורה *horah*. *μαθάνω*, *διδάσκω*. Gall. *Enseigner*. Ital. *Insegnare*. Germ. Lehren/vnderweisen. Hisp. *Enseñar*. Angl. *To teache*.} Construitur autem cum duobus accusatiuis: vt, Doceo te literas. Hoc ipsius magister me docuit. (sup. verberibus.) Plaut. *Aul. sc*. 2. *a*. 3. Id mea me multis docuit Regina querelis, Catull. *de com. Beren*. Cur me docuere parentes. Aliquando cum vno tantùm, licèt alter possit intelligi. Ouid. *Eleg*. 1. *lib*. 2. *Trist*.

Quódque parum nouit nemo docere potest.

Plaut. *Mostell. sc*. 1. *a*. 1. Expoliunt liberos, docent literas. Idem *Milit. sc*. 4. *a*. 2. Ne doceto malas, vt sint malæ. Gell. *cap*. 21. *lib*. 17. Docere fabulas. Pretium autem quod à discipulo exoluitur doctori, ponitur in ablatiuo. Excipiuntur hi quatuor genitiui, tanti, quanti, pluris, & minoris, cum ipsorum compositis. Cic. 2. *Philip*. Iam inuideo magistro tuo, qui te tanta mercede, quanta iam proferam, nihil sapere docuit. Iuuenalis, Chrysogonus quanti doceat, vel Pollio quanti. Aliquando cum ablatiuo. Cic. *Pato*, Socratem fidibus docuit. Vbi nonnulli volunt intelligi verbum Canere, vel aliquod simile. ¶ Interdum idem est quod ostendere, vel declarare. Virg. 5. *Æneid*.

——— docuit pòst exitus ingens.

Plaut. *Aul. sc*. 4. *a*. 1. Noui, ne doceas, (id est, probes. *Ibid. sc*. 2. *a*. 3. Ne doce, noui. ¶ Interdum idem, quod monere, siue certiorem reddere, παραινεῖν, Salust. *in Iugurtha*. Tametsi legatos miserat qui Senatum de cæde fratris, déque fortunis suis docerent. Cicer. *Appio Pul*. Ne literas quidem vllas accepi quæ me docerent quid ageres, aut vbi te visurus essem. ¶ Huius composita sunt, Addoceo, Dedoceo, Edoceo, Perdoceo, quæ ambo significant perfectè doceo, ἐκδιδάσκω. Salust. *in Catil*. Cicero per legatos cuncta edoctus. Plaut. *in Stich*. Nam illa omnes artes perdocet. Prædoceo, priùs doceo, προδιδάσκω. Salust. *in Iugurth*. Cæterùm illi qui Centuriis præerant prædocti à duce arma ornatúmque mutauerunt. Subdoceo, loco alicuius doceo, ὑποδιδάσκω. Cic. *ad Att. lib*. 8. Ciceronésque nostros potius meo labore subdoceri, quàm me alium magistrum quærere.

[Doctitat, frequenter docet. Gloss. Isid.]

Dŏctŭs, a, um, Scientia imbutus, literatus, doctrina excultus, eruditus, intelligens. {מלמד *melummádh* למוד *limmúdh* נבון *nabón*. ὁ ἐν τοῖς λόγοις ἐξητασμένος, πεπαιδευμένος. Gall. *Enseigné, bien apris, docte, sçauant*. Ital. *Dotto*. Germ. Gelert. Hisp. *Docto y enseñado*. Angl. *Theached, learned, cunning*.} Cic. *lib*. 2. *Offic*. Nec me angoribus dedidi quibus essem confectus, nisi his restitissem: nec rursus indignis docto homine voluptatibus. Idem *in Orat*. Itaque & doctis eloquentia popularis, & disertis elegans doctrina defuit. Sueton. *de claris Grammat*. Fuisse dicitur ingenij magni, memoriæ singularis, nec minus Græcè, quàm Latinè doctus. Artes doctæ, Ouid. 9. *Metamorph*. Dicta docta, Lucret. *lib*. 1.

——— & doctis rationem reddere dictis.

Docti doli, Plaut. *Mil*. Ei nos factitiis fabricis, & doctis dolis Glaucomo ob oculos obiiciemus. Facies docta, Ouid. 2. *Amor*.

O facies oculos docta tenere meos.

Catull. *ad Ortal*.

Cura seuocat à doctis Ortale virginibus.

Tibul. *lib*. 4.

Seu me finget equum rigides percurrere campos
Doctum.

Plaut. *Most. sc*. 1. *a*. 2. Id videndum. Id viri docti est opus. *Ibidem*, Eam catam, doctam, & benè eductam fecere stulti. Idem *Pseud. sc*. 8. *a*. 4. Nimis est doctus, versutus, malus. Idem *Asin. sc*. 1. *a*. 3. Dicta docta pro datis. Idem *Mil. sc*. 2. *a*. 2. Nimis doctum! *Ibid. sc*. 4. *a*. 2. Cedo vel doctas docebo. Idem *Most. sc*. 3. *a*. 1. Nihil hac docta doctius. ¶ Doctus sagittarum pro sagittandi. Sextus Aurel. Victor *in Domitiano*, Sagittarum tam doctus fuit, vt inter patentes digitos extentæ manus viri procul positi spicula transuolarent. ¶ Dicitur autem doctus qui rationem rei tantùm tenet: peritus, qui cum ratione experientiam, & consuetudinem tenet, ἀπὸ τῆς πείρας, id est, experientia. Itaque minus est doctus, quàm peritus. Cicer. *in Salust*. Satis doctè atque peritè fecisti. Idem *lib*. 3. *Offic*. Itaque quum sint docti à peritis, facile desciscunt à sententia. Maiorem tamen vim habet doctus, quàm eruditus. Idem *lib*. 1. *Offic*. Nec solùm viui, ac præsentes, studiosos discendi erudiunt, atque docent, sed hoc idem etiam pòst monumentis literarum assequuntur. Nec mirum est quòd minus sit eruditus, quàm doctus: quoniam rudis & eruditus contraria sunt. Plinius, Sedere cœpit sententia hæc, pariterque & eruditum vulgus, & rude in eam cursu vadit. Quint. *lib*. 1. A pædagogis exigit vt sint eruditi, quò adolescentes erudire queant: aut si se non eruditos esse sciant, ne quippiam tradant cuius ipsi sunt ignari, quódque postea sit dedocendum. ¶ Est autem doctus in hac significatione nomen, non participium: nullum enim importat tempus. ¶ Hinc fit compositum Indoctus, ἀμαθής, quod quum verbo careat, participium esse non potest: quemadmodum & Semidoctus, ἡμιμαθής. Cic. *Cornelio*. Sed proximè scripsi de optimo genere dicendi, in quo sæpè suspicatus sum te à iudicio nostro: sicut doctum hominem à non indocto, paulùm dissidere. Plaut. *in Asin*. Tua illa culpa est, quæ discipulum semidoctum abs te remoues.

Doctior & doctius. Ouid. *Eleg*. 1. *lib*. 2. *Trist*.

Ad delinquendum doctior esse potest.

Plaut. *Most. sc*. 3. *a*. 1. Nihil hac docta doctius.

Dōctè, aduerbium, Scitè & eleganter. {ἐπιστημόνως. Gall. *Doctement, sauamment*. Ital. *Dottamente*. Germ. Künstlich/ anlich/ weißlich. Hisp. *Doctamente, y enseñadamente*. Angl. *Cuningly, learnedly*.} Plaut. *Capt. prolog*. Expediet hanc doctè fallaciam. *Ibidem sc*. 2. *a*. 2. Accuratè, doctè, diligenter, hoc agitur. Idem *sc*. 2. *a*. 3. Hanc tibi doctè perdoctam dabo. *Ibid. sc*. 5. *a*. 2. Vt orationem doctè duint, & callide verba dent. Idem *Pseud. sc*. 1. *a*. 4. Meditati doli doctè. *Ibidem sc*. 7. *a*. 4. Vt doctè dolum conuentus est. Cicer. *lib*. 3. *de Orator*. Tum ad te ludibunda doctè, & delicatè detulit. Doctè & peritè facere, idem *in Saluitium*. Plaut. *Mostell. sc*. 3. *a*. 1. Vt perdoctè cuncta callet! ¶ Item, *Doctiusculè*. Gell. *cap*. 16. *lib*. 6. Cùm esset verbum Deprecor doctiusculè positum in Catulli carmine.

Doctissimè eruditus. Salust. *Iugurth*. 131. Literis Græcis iuxtà atque Latinis doctissimè eruditus.

Dŏcĭlĭs, Qui facilè disciplinam apprehendit, aptus ad disciplinam. {למוד *limmúdh*. εὐμαθής. Gall. *Qui apprend aisément, qui se laisse enseigner*. Ital. *Che apprende facilmente*. Germ. Gelirnig. Hisp. *Habil para ser enseñado*. Angl. *Apt to learning*.} Cic. *Trebatio lib*. 7. *Epistol*. O medicum suauem, méque docilem ad hanc disciplinam. Idem 2. *Tusc*. Dehinc ad hanc eneruatam, muliebrémque sententiam satis docilem se Epicurus præbuit. Lactant. *de Opif*. Nam si te in literis, nihil aliud quàm linguam instruentibus, auditorem satis strenuum præbuit: quantò magis in his veris, & ad vitam pertinentibus docilior esse debebis? Varr. *lib*. 1. *de re rust*. Cassius scribit hæc, operarios parandos esse qui laborem ferre possint, nec minores annorum vigintiduorum & ad agriculturam dociles. Cic. 3. *de Orat*. Iubent enim exordiri ita vt eum qui audiat, beneuolum nobis faciamus. Docilem autem facio, non tum quum pollliceor me demonstraturum, sed tum quum doceo & explano. Docilis, cum genitiuo. Hor. 4. *Carm. Ode* 6.

Reddidi carmen docilis modorum
Vatis Horatij.

Sic 1. *Serm. satyr*. 1.

Parebit, praui docilis Romana iuuentus.

Dŏcĭbĭlĭs, e, Qui idoneus est vt doceatur. {למוד *limmúdh*. διδακτός. Gall. *Aisé à enseigner*. Ital. *Habile à ensegnarsi ò maestreuole*. Germ. Geschickt vnnd taugenlich gelert zuwerden. Hisp. *Cosa que presto se puede enseñar*. Angl. *Apt to be traught*.} Hieronymus, Ingenium docile, & sine doctore docibile est. Sic Cyprianus, Docibilis est, qui est ad discendi patientiam lenis & mitis. Nec facilè reperias, nisi apud Ecclesiasticos. Priscianus autem vult significare docibile id quod facilè discitur: pro quo nos perceptibile dicimus potiùs. Valla *lib*. 6. *cap*. 20.

Docibiliter, Diomedes *lib*. 1.

Dŏcĭlĭtās, atis, Apprehendendæ doctrinæ facilitas, discendi facilitas. {εὐμάθεια. Gall. *Docilité, bonté d'esprit qui est duit à apprendre*. Ital. *Bonta di spirito, l'esser dabito ad imparare, dispositione d'ingegno ad imparare*. Germ. Ein gelirnige art ein ding bald zuergreiffen. Hisp. *Habilidad para ser enseñado*. Angl. *Aptnesse in learning*.} Cic. *pro Sestio*, Ij perfecto genere humanæ docilitatis, atque ingenij dissipatos vnum in locum congregauerunt. Idem *lib*. 5. *de fin*. Prioris generis est docilitas, memoria: quas virtutes qui habent, ingeniosi vocantur.

Dŏctrīnă, Eruditio, quatenus à præceptore proficiscitur. {לקח *lékach*. διδασκαλία. Gall. *Doctrine, instruction, enseignement*. Ital. *Dottrina*. Germ. Lehr/vnderweisung. Hisp. *Doctrina ò enseñança*. Angl. *Doctrine, teaching*.} Nam vt à discipulo apprehenditur, dicitur disciplina. Cicer. *pro Arch. poëta*. Ego multos homines excellenti animo & virtute fuisse, & sine doctrina, naturæ ipsius habitu propè diuino, per seipsos & moderatos, & graues extitisse fateor: etiam illud adiungo, sæpiùs ad laudem atque virtutem naturam sine doctrina, quàm sine natura valuisse doctrinam. Idem *in Orat*. Quo fit vt veram illam & absolutam eloquentiam nemo consequatur, quod alia intelligendi, alia dicendi disciplina est: & ab illis rerum, ab illis verborum doctrina quæritur. Gell. *cap*. 25. *lib*. 13. In disciplinis doctrinarum præcellens. Plaut. *Mostell. sc*. 2. *a*. 1. Optimi quique expetebant eam doctrinam sibi. (paulo antè, *disciplinam*.)

Dŏcŭmentum, à præterito docui, sicut à monui monumentum. Idem quod admonitio, probatio, exemplum, quod nos aut doctiores reddit, aut certiores, aut prudentiores. {אות *oth*. δίδαγμα. Gall. *Enseignement, exemple, monstre, experience*. Ital. *Documento, amaestramento*. Germ. Lehr/ erweisung/ ein beyspil das vns etwas lehrt. Hisp. *Enseñança*. Angl. *A lesson, a proefe, an experiment*.} Cicer. 6. *Philip*. Ex quo nimirum nos documentum capere fortuna voluit, quid esset victis extimescendum. Sal. Quarum rerum ego maximè hæc documenta habeo, quòd in bello sæpiùs vindicatum est in eos, qui contra imperium in hostem pugnauerant. Plaut. *Capt. sc*. 5. *a*. 3. Ego in aliis captiuis documentum dabo. Liu. *lib*. 5. *d*. 5. Documentum eloquentiæ dare. Suet. *in Aug. cap*. 31. Documenta clementiæ, (id est, indicia.) Idem *in Galba cap*. 14. Quàm multa documenta egregij principis daret.

Dŏctŏr, verbale, qui docet, magister, præceptor, interpres. {מלמד *melammédh* רב *rab*. διδάσκαλος. Gall. *Docteur, maistre, enseigneur*. Ital. *Dottore, maestro*. Germ. Ein lehrer. Hisp. *Enseñador*. Angl. *A teacher, a master*.} Plin. *in Paneg*. Quem honorem dicendi magistris, quam dignitatem sapientiæ doctoribus habes! Tacit. *lib*. 24. Etiam sapientiæ doctoribus tempus impartiebat, hoc est, Philosophis. Ouid. *Eleg*. 1. *lib*. 2. *Trist*.

Arguer [illegible]

Doctores [illegible]

Doctrix, [illegible], magistra. Apuleius *lib. de philosophia*, Illæ vero vitiorum doctrices, iracundia & libido, ratione sub iugum missa dominantur.

Dŏchimus, i, δόχιμος, [rectiùs Dochmius, δόχμιος,] Pedis genus in numeris

numeris oratoriis: de quo Cicer. *in Orat.* Dochmius (inquit) è quinque constat syllabis, breui, duabus longis, breui, longa: vt est hoc, Amicos tenes. item hoc, Reipublicæ. Qui quouis loco aptus est, dum semel ponatur: iteratus, aut continuatus, numerum apertum, & nimis insignem facit.

Docimeum, δοκίμειον, vrbs Phrygiæ, Stephanus. Vide *Sinada* & *Synnada*.

Doclea, Δόκλεια, ciuitas mediterranea Dalmatiæ apud Ptolemæum *lib. 2. cap. vlt.* Huius incolæ dictæ sunt Docleatæ, quorum meminit Plin. *lib. 3. cap. 22.*

Docus, {דב bab. δοκός. GALL. *Vne poultre ou soliue, vn soumier.* ITAL. *Traue.* GERM. Ein balk. HISP. *Viga.* ANGL. *A beame, any great piece of timber.*} Latinis trabem significat: vnde & meteora quædam aëris impressiones oblongæ, trabis similitudinem referentes, δοκίδες à Græcis appellantur: qua voce etiam vsus est Plin. *lib. 2. cap. 26.* Eruntam & [illegible] hunc modo quas docos vocant, quales quum Lacedæmonij classe victi imperium Græciæ amiserunt.

‖Dodecaëteris, tempus δωδεκαετηρίς, decennium.

Dodecatemorium, δωδεκατημόριον, est duodecima pars vnius integri.‖

Dodecatheus, δωδεκάθεος. Herbæ genus proximam à moly Homerico authoritatem obtinens. Folia habet septem, lactucæ foliis simillima, à lutea radice exeuntia. Autor Plin. *lib. 25. cap. 4.* ¶ Dodecatheus item à Suet. *in Augusto*, appellatur conuiuium quoddam Octauij secretius, ex duodecim constans conuiuis vtriusque sexus, ad imitationem cælestis conuiuij, cui Iupiter parem deorum dearúmque numerum fertur adhibere. Verba Suetonij sunt hæc, Cœna quoque eius secretior in fabulis fuit, quæ vulgò δωδεκάθεος vocabatur. ‖¶ Dodecathei, dij maiores. Iupiter, Iuno, Neptunus, Ceres, Mercurius, Vulcanus, Minerua, Apollo, Diana, Vesta, Mars, Venus. dicti maiorum gentium dij.‖

Dōdōnă, Δωδώνη, ciuitas in Chaonia, regione Epiri, iuxta quam propinquum erat nemus Ioui sacrum, quercuum totum, vbi Iouis Dodonæi templum fuisse narratur, & in eo oraculum omnium quæ apud Græcos fuerunt vetustissimum. In hoc duas columbas consulentibus responsum dedisse quidam fabulantur, quarum altera Delphos, altera verò in Ammonis Iouis templum volauit: alij arbores ipsas vocales fuisse volunt, & consulentibus oracula edere solitas. Ouid. *Eleg. 8. lib. 4. Trist.*

Hæc mihi si Delphos, Dodonaque diceret ipsa.

¶ Dictam autem volunt Dodonam à nympha quadam marina eius nominis: aut, vt aliis placet, à Dodone quodam Iouis & Europæ filio. Vide Steph.

Dodōnæŭs, a, um, Δωδωναῖος, vt Dodonæus Iupiter, qui in Dodonæo nemore colebatur. ¶ Item Dodonæum æs, Δωδωναῖον χαλκεῖον, tintinnabuli quoddam genus die noctúque continuò crepitans: vnde & ad homines iusto loquaciores prouerbio transferri solet. Ausonius, Nec Dodonæi cessat tinnitus aheni.

Dōdōnĭdes, Δωδωνίδες, Nymphæ (vt Pherecydes ait) dicuntur Liberi patris nutrices, à Dodona Epiri ciuitate. Hæ & Atlantides vocantur, quarum nomina sunt, Ambrosia, Eudōra, Pasithoë, Coronis, Plexaura, Pytho, Tyche.

Dodonius, Adiect. Δωδώνιος. Claud. 1. *de rapt. Proserp.*

Vnde data fruges populis & glande relicta,
Inuentis Cereris Dodonia quercus aristis.

Dōdră, potionis genus, quæ ex nouem rebus fiebat. Ausonius.

Dodra, ex dodrante est: sic collige, ius, aqua, vinum,
Sal, oleum, panis, mel, piper, herba, nouem.

Dodracum, Holandiæ vrbs, vulgò *Dodrech.*

Dodrans, pondus, vel mensura constans ex nouem vnciis: ita dictum quòd ad conficiendum assem desit quadrans. {τετράμοιρον. GALL. *Les trois parts, comme neuf onces de douze.* ITAL. *Noue oncie.* GERM. Drey quart oder viertheil eines jeden gewichts / oder maß. HISP. *Nueue onças.* ANGL. *The thrid parte, as nyne ounces of twelfe.*} Martial. *lib. 8.*

Soluere dodrantem nuper tibi Quinte volebat.

Dōdrāntālis, e, τετραμοιριαῖος, vt, Dodrantalis stirps apud Col. *lib. 11. c. 3.* hoc est trium palmorum, seu digitorum duodecim, cui scilicet ad perficiendam pedis mensuram desit quadrans.

Doeantes, Δοίαντος. Campus Phrygiæ. Æmonem enim & Dœantem fratres fuisse aiunt, à quibus Dœantium & Æmonium nemora dicta sunt. Stephan.

Doga, æ, dolij vasisque genus, vulgò *botte*, à Græco δοχεῖον: & Dogarius in antiquo Lexico est δοχεῖον. In quo & Vagna, seu coppa, [illegible]. Duella quæ vulgò *bouteille*, sed eiusdem originis. Vopiscus, Facta erat ratio dogæ, cupparum, nauium, & operum.

Dogarius, vide *Doga.*

Dŏgmă, tis, Decretum, præceptum, scitum, placitum. {פתחוק *chok.* δόγμα. GALL. *Decret, opinion & sentence en proposition deliberee, conclue & arrestee qu'on n'ose desdire.* ITAL. *Dottrina affermata da Filosofi, opinione ferma d'vna setta, Cosa deliberata per giudicio.* GERM. Ein gesatz ein sonderbare sach erwöllt meinung die ein jede sect hat. HISP. *Dottrina ò decreto.* ANGL. *A decree or opinion agreed vpon and concluded.*} Sunt dogmata vniuscuiusque sectæ decreta: quæ (vt inquit Cicero) prodere scelus est, non minus quàm patriam: sine quibus nec sectæ Philosophorum, nec religionum vires constare possunt. Vnde Laertius ait sectam eam non appellari, quæ dogmata non habet. Cic. 4. *Tusc.* Quoniam id enim haberent Academici decretum (sentitis enim iam hoc me dogma dicere) nihil posse percipi, &c. Idem 4. *Acad.* Sapientem verò quid futurum est, quæ neque de seipsa dubitare debet, neque de suis decretis quæ Philosophi dogmata vocant Græce etiam [illegible], & [illegible] dicuntur, teste Budæo. Habent & cæteræ artes sua dogmata, vt in re medica alia Hippocratis, alia Asclepiadis, alia Themisonis dogmata fuerunt. A Plinio frequenter placita appellantur: vt placita Magorum, & placita Babyloniorum, *lib. 1.* Dicitur autem Dogma, ἀπὸ τοῦ δοκεῖν, quod opinari significat.

Dŏgmătistēs, qui aliis dogmata præscribit, δογματιστής, à verbo Græco δογματίζω, quod est decreta præscribo, dogmata trado. Hieronymus, Nunc verò quum interpres magis Apostoli fuerim, quàm dogmatistes.

‖Dola, Dole, vrbs primaria Comitatus Burgundiæ, in D. Vesontinensi sita, habet Academiam à Philippo Bono Burgundiæ Duce ac Comite institutam. In eadem vrbe residet prouinciæ Senatus: spectatque ad gentem Austriacam.‖

Dolabella, Dolabra, vide *Dolo.*

Dolia, Δολία. Vrbs Adriaticæ. Steph.

Dolones, Dolentia, Doleo, vide *Dolor.*

Dolia, orum, à dolando, vasa maiora, vino seruando præcipuè idonea, quæ olim fictilia potissimùm erant. {[illegible] πίθοι. GALL. *Vaisseaux à serrer le vin, tonneaux.* ITAL. *Botte, dogli.* GERM. Fässer. HISP. *Tinajas o vasijas grandes de barro.* ANGL. *Tunnes, great vessels.*} ‖Tibull.

In vana Lethæus dolia portat aquas.‖

Plaut. *Pseud. sc. 3. a. 1.* In pertusum ingerimus dicta dolium, operam ludimus. Idem *Cas.* Dabitur tibi amphora vna, & vna semita, fons vnus, vnum ahenum, & octo dolia. Terent. *in Heaut.* Releui omnia dolia, omnes serias. ¶ Veteres dolia fictilia in cellis vinariis seruabant, quæ si duas aures haberent, diotæ dicebantur. Iureconsulti scribunt, Vino legato cum vasis, dolia legata non videri: quia scilicet ea mente vinum in dolia condimus, vt ex his postea in amphoras, vel cados diffundamus: quod deinde vinum diffusum nominatur. Iuuen. Ille capillato diffusum Consule potat. Cic. *de clar. Orat.* Num igitur qui hoc sentiat, si is potare velit, de dolio sibi hauriendum putet? Vnde etiam E dolio haurire, ἐκ πίθου ἀντλεῖν, prouerbio olim dicebatur, qui abundabat rebus optatis. ¶ Inexplebile dolium, ἄπληστος πίθος. Varius est huius adagij vsus. Quadrat enim primùm εἰς τοὺς ἀδηφάγους: hoc est, in gulosos edacésque. Quadrabit & in obliuiosum, cui si quid eruditionis infundas, protinus effluit, quique prius obliuiscatur, quàm didicerit. Competet etiam in homines præter modum profusos. Aristot. *Œconom. 1.* Congruit item in auaros, quorum cupiditatibus nihil est satis: verùm quò magis implentur opibus, hoc magis inanes esse videntur. ¶ Voluitur dolium, κυλίνδεται ὁ πίθος. In eum qui commouetur alieno exemplo sine instinctu ad stultè quid faciendum. Nam dolium facili impulsu quò velis voluitur: at sapiens semper fixus est immotus.

Dōlĭŏlă, diminutiuum è doliis. {πιθάκνοι. GALL. *Petits muys ou tonnelets.* ITAL. *Botticini.* GERM. Fäßlin. HISP. *Tinajuelas.* ANGL. *Litle tunnes, or hogsheades.*} Locus in vrbe fuit sic vocatus, eo quòd post Alliensem cladem Gallis Vrbem inuadentibus, doliola in quibus sacra Romanorum Pontifices condiderant, eo in loco fuerint defossa à flamine Quirinali, sicut T. Liu. *lib. 5.* scribit. Qua de causa in eodem loco ne despuere quidem alicui licebat. Festus.

Dōlĭārĭs, e, quod dolij capacitatem habet. {πιθώδης, ὁ τοῦ πίθου. GALL. *De tonneau ou de muy.* ITAL. *Ciò ch' appartiene à doglio.* GERM. Das zu den fässern gehört. HISP. *Cosa de tinaja.* ANGL. *That belongeth to a tunne.*} Plaut. in *Pseud.* Festiuiter appellat anum ventricosam, doliarem, Ego diuortor extra portam, huc in tabernam tertiam, Apud anum illam doliarem, claudam, crassam. id est, suffarcinatam, obesam, & dolij modo tumidam & ventricosam. ¶ Doliare vinum, vide *Vinum.* ¶ Vita doliaris, ζωὴ πίθου, Prouerbio dicitur vita frugalis, parca, ab omni strepitu atque ambitione semota, breuiter qualem Diogenes nobilis ille Cynicus Athenis egisse legitur: poterit torqueri & in eos, qui nimium sordidè, nimis durè atque immundè viuunt ¶ Vinum doliare, quod adhuc in dolio est, necdum diffusum: cuius vendendi legem Cato *de re rust. cap. 148.* exponit. Huius fit mentio *in l. 1. §. vlt. D. de peric. & com.* Si doliare vinum emeris, nec de tradendo eo quicquam conuenerit, &c.

Doliarius, significat eum, qui dolia facit, & componit. {πιθοποιός, κεραμεύς, κεραμουργός. GALL. *Celuy qui fait muys ou tonneaux.* ITAL. *Bottaro.* GERM. Ein kieffer. HISP. *El que haze tinajas à pipas.* ANGL. *He that maketh tunnes, à cooper.*} Plin. *lib. 3. cap. 6.* Ænaria insula à statione nauium Æneæ, Homero Inarime dicta, Græcis Pythecusa, non à simiarum multitudine, vt aliqui existimant, sed à figlinis doliariorum.

Dōlĭārĭum, ij, substantiuum. Apud Iureconsultos pro ipsis doliis, vel cella in qua dolia vinaria sunt. {πιθεών. ANGL. *A wine celler.*} Si (inquit) ex doliario pars vini venierit.

Doliche, Δολίχη, vulgò *Nicaria*, insula est XVII. M. passuum à Naxo distans, tantundem ipsa in longitudinem patens cum oppidis duobus, tertio amisso, quæ priùs Icaro dicebatur: vnde nonnulli nomen mari inditum putant potius, quàm ab Icaro Dædali filio. Ea etiam Macris, & Ichthyoessa aliquando vocata est. Plin. *lib. 4. cap. 12.*

Dolichene, Δολιχήνη, vrbs Comagenæ, Steph.

Dolichiste, Δολιχίστη Ptolemæo. Insula est in mari Lycio, contra Chimæram promontorium. Plin. *lib. 5. cap. 31.*

‖Dolichurus, δολίχουρος, longam habens caudam, δολιχὴν οὐράν: versus hypermeter.‖

Dolichus, Δόλιχος. Spatium est duodecim stadiorum, vel (vt Suidas tradit) viginti quatuor. Iulius Pollux, Dolichon in gymnicis certaminibus docet fuisse curriculum omnium maximum: in quo qui decertabant, dolichodromi dicebantur. ¶ Est præterea dolichus, leguminis genus, Caule tenerrimo: sed si perticam adiunctam habeat, in miram altitudinem ascendente, alioqui vitiosum & infrugiferum. Alij cicerculam interpretantur, alij phaseolum. Vide Galen. *lib. 1. de alim. facult.*

Dōlĭŏnēs, Δολίονες, incolæ Cyzici, aliàs Dolici, vel Dolini, Steph. Vide *Scymnus.*

Dŏlo, as, à polio. Dolabra, siue ascia læuigo, vel cælo, sculpo. {פסל *pasal.* ξέω, λεαίνω. GALL. *Doler, vnir, esbaucher.* ITAL. *Dolare, polire.* GERM. Hobeln glatt machen. HISP. *Dolar, alisar.* ANGL. *To cutt or hew with an axe or other instrument, to chip, to square.*} Propert. Sepes acernus eram properanti falce dolatus. Cic. 4. *Acad.* Non enim est ex saxo sculptus, aut è robore dolatus. Colum. *lib. 1. cap. 2.* Materies si roborea est, ab vno fabro dolari ad vnguem per quadrata debet pedum XX. Idem *lib. 8. cap. 3.* Dolate perticam in quadrum. ¶ Apud antiquos etiam in

vsu

vsus fuit Dolio,is, iui, itum. Varr. *in Agathone*, vt citat Nonius, Nummum cælatus in manu dextera scyphus, cælo dolitus, artem ostentat Mentoris: Huius verò composita sunt, Dedolo, & Edolo, de quibus locis suis.

Dolitus, aut dolatus, participium pass. dolabra scalpeus. Varro, Nummum cælatus in manu dextera scyphus, cælo dolitus, artem ostentat Mentoris? Cicer. 4. *Acad. lib.* 4. Non enim est ex saxo sculptus, aut ebore dolatus.

Dolābrā, æ, seu Dolatoria, vti positum in vita S. Remigij ab Hincmaro. Instrumentum fabrorum quo ligna dolant. { מעצד mahatsâdh קרדם kardôm. ἀξίνη. GALL. *Doloire, hache.* ITAL. *L'ascia.* GERM. Ein bÿhel. HISP. *Segureon à acha para dolar.* ANGL. *An instrument to pearse with, a carpenters axe, a chipaxe, a wumbell.* } Colum. *lib.* 3. Quæ falce amputari non possunt, acuta dolabra abradito. Paul. *in l. quum de lanionis. de fund. instr. & instrum. leg.* vocat etiam hoc nomine instrumentum lanionum, quo carnes dissecant. Liu. *lib.* 9. Dolabræ calonibus diuiduntur ad proruendum vallum. Idem *lib.* 1. *dec.* 3. Dolabræ ad subruendum murum.

Dŏlābellă, diminutiuum à dolabra. { ἀξινάριον. GALL. *Petite doloire ou hachette, hachon.* ITAL. *Picciola ascia.* GERM. Ein bÿhelin. HISP. *Achuela.* ANGL. *A litle chip axe or pearsing instrument.* } Columell. *lib.* 5. Semper circa crus dolabella dimouenda est terra. Hoc etiam cognomine vsa est familia Cornelia, ex qua fuit Cornelius Dolabella Ciceronis gener.

Dolabelliānă, pyra longissimi pediculi, ab insitore Dolabella sic dicta. Plin. *lib.* 15. *cap.* 15.

Dolon, genus sicæ, quo vtuntur latrones. Plutarch. *in Graecis.*

Dolon. Δόλων. Proprium nomen viri Troiani, egregia pedum pernicitate præditi, qui quum in castra Græcorum speculator missus esset, à Diomede & Vlysse deprehensus consilia Troianorum spe conseruandæ vitæ illis aperuit: quem tamen vt proditorem, falsa spe delusum occiderunt. Virg. 12. *Æneid.*

Antiqui proles bello praclara Dolonis.

Ouid. 13. *Metam.*

Conferat his Ithacus Rhesum, imbellémque Dolona.

Ibidem, De gente Dolona. Dolonis meminit Suet. *in Claud. cap.* 13. ¶ Idem Dolon dicitur Dolus à Plauto *in Pseud. sc.* 8. *a.* 4.

Dŏlōnēs, δόλωνες, ita dicti à fallendo, quòd ingentes conti, ferro breuissimo, quum speciem præferant ligni, intus ferrum acutum habeant. Virg. *lib.* 7. Pila manu, sæuósque gerunt in bella dolones. Seruius ait dolonem flagellum esse, intra cuius virgam lateat pugio. Plutarch. *in Tiberio*, δόλωνα, interpretatur sicam latronum. Verba eius sunt hæc. αἱ ... δόλωνα ... ¶ Apud Suetonium Dolon pro gladiolo. Claud. *cap.* 13. Reperti & equestris ordinis duo in publico cum dolone ac venatorio cultro præstolantes. In instrumento autem nauali Dolones dicuntur vela minora, quæ supra acatia, (eo enim nomine vela maiora dicuntur,) celeritatis causa solent erigi. Liu. *lib.* 46. Dolonibus erectis altum petere contendit. *Ibid.* Sublatis dolonibus effusè effugere contendit.

Dŏlōncī, Δολόγκοι. Populi Thraciæ, ita dicti à Dolonco fratre Bithyni. Stephan.

Dolopes, Δόλοπες. Populi Thessaliæ, in extremis finibus Pthiotidis, quibus Peleus (cuius imperio parebant) Troiani belli tempore Phœnicem præposuit: vt ex Homeri sententia refert Strab. *lib.* 9. Virgil. *lib.* 2. *Æneid.*

——quis talia fando

Myrmidonum, Dolopúmve, aut duri miles Vlyssi

Temperet à lachrymis? &c.

Plin. *lib.* 4. *cap.* 2. Dolopas in Ætolia constituit.

Dolopeius, a, um, Valerius 2. *Argonaut.*

——vidisse putant Dolopeia busta.

Dŏlor, est animi, vel corporis cruciatus. { מכאוב machôb דאבון deabôn. ἄλγος, vel. GALL. *Douleur, fascherie, ennuy.* ITAL. *Dolore, doglia.* GERM. Schmertz, leyd. HISP. *Dolor.* ANGL. *The ache or paine of body or mynd.* } Cic. 2. *Tusc.* Dolor est motus asper in corpore, à sensibus alienus. Terent. *in Andr.* Eius labore, atque eius dolore gnato vt medicarer tuo. Cic. *Sulpitio lib.* 4. Est omnino vix consolabilis dolor tanta est omnium rerum amissio, & desperatio recuperandi. Senec. *cap.* 3. *de consol. ad Helu.* Dolore dolorem vincere. Ouid. 13. *Metam.*

——Dolor ipse disertum

Fecerat.

Catull. *ad Ortal.*

——Assiduo confectum cura dolore.

Plaut. *Amph. sc.* 1. *a.* 3. Pariat sine doloribus. *Ibid. sc.* 1. *a.* 5. Vbi vtero exorti dolores, vt solent puerperæ. Idem *Asin.* Pietas oculis dolorem prohibet. Ouid. *Eleg.* 8. *lib.* 3. *Trist.*

Et nunquam queruli causa doloris abest.

Idem *Eleg.* 3. *lib.* 4. *Trist.*

——Vt incubuit iussis mens agra dolori.

Ibidem,

Expletur lachrymis egeritúrque dolor.

Ibid. Eleg. 9.

Induet infelix arma coacta dolor.

Strangulat inclusus dolor.

Ibid. Eleg. 1. *lib.* 5.

Dolentia, antiquis fuit in vsu pro dolore. Gell. *cap.* 7. *lib.* 19. { מכאוב machôb דאבון deabôn ἀλγηδών. } Cuius compositum est Indolentia, hoc est, absentia doloris: in qua Philosophorum nonnulli summam felicitatem posuerunt. Cic. Vt qui rem expetendam vel voluptate, vel indolentia metiuntur.

Doleo, es, ui, itum, à dolus, Dolore afficior, corpore, vel animo crucior. { כאב caab. ἀλγέω. GALL. *Se douloir, estre dolent, estre fasché & desplaisant.* ITAL. *Dolere.* GERM. Schmertzen leiden. HISP. *Doler à dolerse.* ANGL. *To be sorie.* } Terent. *in Eunuch.* Dolet dictum imprudenti adolescenti, & libero. Cicero *in Vatin.* Quis tum non ingemuit, quis non doluit Reipublic. casum? Hoc verbum, si ad corpus referatur, neutrum acquisitum est a ve. Oculi dolent vitio tuo. Plautus *in Amphitr.* Mihi etiam misero nunc malæ dolent. Sin de rebus alienis, assectiuum est: vt, Doleo tuis rebus aduersis, id est, propter res tuas aduersas, ἄχθομαι.

Foláque iactati corpore ossa dolent.

Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 4. *Trist.* Heu nec at, senex dolent. Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 2. Cor dolet. Scio quam illud doluerit cordi meo. Idem *Amph.* Caput dolet, neque audio, neque prorsus satis. *Ibidem*, Huic illi dolet quod nunc dolebit, non tibi si quid male fecero. Idem *Men. sc.* 4. *a.* 2. Satis iam dolui ex animo. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 3. Heu heu! Desine, doleo. Ne dolores tu animo: ego doleo corpore, & virgis. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 5. Quid nunc? doletne? ferentis. *Ibid. sc.* 2. *a.* 1. Lumbi sedendo, oculi spectando dolent. Idem *Men. sc.* 3. *a.* 5. ¶ Aliquando etiam cum accusatiuo: vt, Doleo tuam miseriam. Doleo tuum vicem, ... Doleo vicem Reipub. ... Salust. Quasi dolens eius casum. Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 4. *Trist.*

In vero tua damna dole.

¶ Dolens, qui dolorem facit. Salust. *Iugurth.* 118. Dictitare alia præterea magnifica per se, & illis dolentia. ¶ Huius composita sunt Condoleo, quod est simul, vel in totum doleo, ... Plaut. *in Truculent.* Date iam soleas, atque mitto me ducite actutum. Nam mihi de vento miserè condoluit caput. Dedoleo, de quo alibi.

Dolens, entis, Participium. Cicer. *in Parad.* Soli igitur hoc contingit sapienti, vt nihil faciat inuitus, nihil dolens, nihil coactus. Doliturus, Particip. futuri temporis, Liuius 9. *bell. Macedon.* Ignominiane sua quemquam doliturum censeret? Dolendus, Adiect. Cicero *ad Cornific. lib.* 12. 23. Neque enim quæ tu propter magnitudinem & animi & ingenij moderatè fers, à te non vlciscenda sunt, etiamsi non sunt dolenda.

Dolentér, aduerbium. { ἀλγεινῶς, ἀνιαρῶς. GALL. *Dolentement, par douleur, en tristesse.* ITAL. *Dolentemente, con dolore, tristezza & affanno.* GERM. Mit schmertzen mit betrübnusz. HISP. *Dolienda je à dolorosamente.* ANGL. *Woefully, sorfully.* } Plancus Cic. *lib.* 10. Sed quicquid tibi scribo, dolenter mehercule magis, quam inimicè facio. Plin. *Epist.* 85. Vnicè probo quòd Pompeij Quintiani morte tam dolenter afficeris, vt amici charitatem desiderio extendas. Ouid. 4 *Metam.*

Nil illo fertur volucrum moderatior equorum

Post Phaëthonteos vidisse dolentius ignes.

Dŏlōrĭfĭcus, a, um, quod dolorem fecit. ἀλγυντικός.

[Dolum, *Dol*, V. E. regni Franciæ, sub A. Toronensi, in Britannia Armorica.]

Dŏlŭs, i, δόλος, quod est ab antiquo δέλω: vnde δέλεαρ, Fraus, fallacia, machinatio, insidiæ. { מרמה mirmâh. δόλος. GALL. *Dol, fraude, tromperie, cautelle, finesse.* ITAL. *Inganno, frande.* GERM. Ein list/beschiss oder betrug. HISP. *Astucia, à engaño.* ANGL. *Guille, deceit, falsehede.* } Plaut. *in Capt. sc.* 1. *a.* 2. Nam doli non doli sunt, ni astu colas. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Hic mihi intus est: hinc procudam multos dolos. *Ibid. sc.* 1. *a.* 2. In pectore paraui copias duplices, triplices, dolos, perfidias. *Ibidem*, Non dicam dolo. Idem *Men. sc.* 1. *a.* 2. Fallere minis, & dolis incessere. Idem *Amph.* Inter sese confinxerunt dolum. Idem *Capt. prolog.* Insiste in dolos. Idem *Mil. sc.* 4. *a.* 2. Non est diuerticulum dolis. Idem *Capt. sc.* 3. *a.* 3. Facetiis & doctis dolis. Idem *Mil. sc.* 1. *a.* 2. Aperitur dolus. *Ibid. sc.* 6. *a.* 2. Per doctos dolos. Idem *Pseud. sc.* 5. *a.* 3. ¶ Item Dolus pro dolone viro Troiano dicitur apud eundem *in Pseud. sc.* 8. *a.* 4. Terent. *Andr.* Simul sceleratus Dauus, si quid consilij Habet, vt consumat nunc, quum nihil obsint doli. Cicero *pro domo sua*, Illud in primis, ne qua calumnia, ne qua fraus, ne quis dolus adhibeatur. Veteres etiam in bonam partem accipiebant, pro solertia & calliditate, vnde dolum malum dixerunt discriminis causa, quòd & bonus quidam dolus diceretur. ... Terentius *in Eunuch.* Iam tum erat suspicio dolo malo hæc fieri omnia. Vlpian. *de dolo malo*, *l.* 1. Dolum malum Seruius quidem ita definit, machinationem quandam alterius decipiendi causa, quum aliud simulatur, & aliud agitur. Cic. 3. *Offic.* Nondum enim Aquilius collega, & familiaris meus protulerat formulas, in quibus ipsis quum ex eo quæreretur quid esset dolus malus, respondebat, quum aliud simulatum est, aliud actum. Dolus medium verbum, Gell. *cap.* 9. *lib.* 18.

Dŏlōsus, Fraudulentus, malitiosus. { איש מרמה isch mirmâh. δολερός. GALL. *Trompeur, cauteleux, plein de finesse.* ITAL. *Ingannatore, cauteloso.* GERM. Betrüglich/voll list. HISP. *Engañoso, astuto.* ANGL. *A deceiuer, full of guiles.* } Plaut. *in Epid.* Ego aliquam parabo dolosam fidicinam, numero conducta quæ sit. Cic. *pro Rab. Posthum.* Palus interea regno Ptolemæus dolosis consiliis, Romam venit. Ouid. 15. *Metam.* Artes dolosæ. Plaut. *Mil. sc.* 1. *a.* 2. Dolum doloso contra conseruo parem. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 5. Luctator dolosus est vinum.

Dŏlōsē, aduerbium, Fraudulenter, malitiosè. { δολερῶς, δολίως. GALL. *Par tromperie, cauteleusement.* ITAL. *Con inganno.* GERM. Betrüglich. HISP. *Astuta y enguñosamente.* ANGL. *Deceitfully, with guile.* } Cic. 3. *Offic.* Quum dicitur inter bonos benè agier, quicquam agi dolose an malitiosè potest?

[Dolamen, delubrum. Gl. Isid.]

Dōma, tis, { גג gag. δῶμα, δωμα, δόμος. GALL. *Toict, couuert.* ITAL. *Tetto piano.* GERM. Ein tach das eben und nit hochdechs oder spitzig ist. HISP. *Casa o tejado de casa.* ANGL. *The roofe of and house.* } Hieronymo vsitatum verbum.

Domābilis, vide *Domo, as, in Domus.*

Domesticatim, Domesticus, vide *Domus.*

[Dominicopolis, hoc Dominici ciuitas, *San Domingo*, V. A. in Hispaniolâ insula apud Indos Occidentales.]

Domitij, plures apud Romanos. Cn. Domitius L. Domitius, Domitius Nero, Domitius Ænobarbus. Vide Suet. *in Nerone.*

[Domitiopolis, V. E. sub M. Seleuciensi Tyrio & Leoni Imp. nota.]

Domiseilium, Domicænium, Dominium, Dominor, Dominus, vide *Domus.*

Domiporta, Cochlea dicitur, quòd domum suam perpetuò circumferat: vnde etiam Græci φερέοικον vocant. Cicer. 2. *de Diuinat.* Vt si quis medicus ægroto imperet vt sumat terrigenam, tardigradam,

dam, domiportam, sanguine cassam, potius quàm hominum more cochleam.

Domitij ciuitas, [illegible], in Isauria est. Steph.

Domitor, Domitura, vide *Domo, domas*, in *Domus*.

Domo, domas, vide *Domus*.

[Domus & Helmaham, duæ olim sedes Episcopales Anglorum Orientalium.]

Dŏmŭs, à [illegible], propriè ædificium ad habitandum factum, quod ex tecto & parietibus constat. Impropriè pro quocunque habitaculo. {בית *báyth*. [illegible]. GALL. *Maison*. ITAL. & HISP. *Casa*. GERM. Ein hauß. ANGL. *An house*.} Vnde & templa, & auium nidi, domus dicuntur. [illegible]. Virg. *lib.* 6.

Ostia iámque domus patuêre ingentia centum
Sponte sua.

Idem 8. *Æneid.*

Antiquásque domos auium cum stirpibus imis
Eruit.

Domum prosequi aliquem, Velleius.

Grata domus Cereri. (Sicilia.)

Ouid. 4. *Fast.*

———*Quòd me domus illa recepit* (vestra.).

Idem *Eleg.* 4. *lib.* 4. *Trist.* Saltem credo intromittat domum, Plaut. *Men. sc.* 5. *a.* 5. Malis lupos oues linquere, quàm hos domi custodes. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Palla periit domo. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 4.

Ille mea domui protinus hospes erit.

Ouid. *Eleg.* 12. *lib.* 3. *Trist.* Domum properare propero. Plaut. *Men. sc.* 7. *a.* 5. Neque domi, neque apud amicam mihi quicquam creditur. *Ibidem sc.* 3. *a.* 4. Domo, abs te affecto. Idem *Aul. sc.* 2. *a.* 1. Ducere domum vxorem, pro ducere tantùm. *Ibid. sc.* 3. *a.* 1. (bis.) Item *sc.* 3. *a.* 5. & *Men. sc.* 2. *a.* 1. Portitorem duxi domum. Item, Fuge domum, quantum potes. *Ibid. sc.* 2. *a.* 5. Benè & pudicè me domi (suæ) habuit. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 5. Eduxit, *ibid. sc.* 2. *a.* 4. Postquam in ædes, ad se deduxit domum. (sup. herus nouum seruum.) Vbi ter idem dicit, in ædes, ad se, domum. Idem *Milit. sc.* 1. *a.* 2. Domum ire iussit (verba dimittentis cum contumelia.) Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 3. Surge amator, i domum. *Ibid. sc.* 2. *a.* 5. Domo surripuit pallam. Idem *Men. sc.* 1. *a.* 4. Domo surrepta palla. *Ibid. sc.* 2. *a.* 4. Nihil est quod perdam domi. *Ibidem*, Quæ domi duellique malè fecisti. Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 3. Domi duellíque duellatores optimi. Idem *Capt. prol.* Neque iuuat quod edo domi, quod foris, id beat. *Ibid. sc.* 2. *a.* 1. Domi habet animum falsiloquum, domi dolos, &c. domi hortum. (Metaphor. Idem *Milit. sc.* 2. *a.* 2. Ad domum prosequuti eum funus. Gell. *cap.* 1. *lib.* 12. Ab domo abeundum est mihi. Plaut. *Aul. sc.* 2. *a.* 2. Reconciliare filium domum. Idem *Capt. prolog.* id est, reducere, siue Penatibus restituere.) Pallam & aurum domo suppilas vxori tuæ. Idem *Men. sc.* 1. *a.* 5. & *sc.* 2. *a.* 5. A domo missi. Liuius *lib.* 5 *dec.* 4. In domo non est (ab alio adoptatus.) Reddit argentum domo, (id est, à se.) Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 5. Imperator eram domi in patria mea. Idem *Pseud. sc.* 7. *a.* 4. Nam mihi cum magnis opibus domus alta nitteret, Tibull. *lib.* 4. ¶ Aliquando domus dicitur familia. [illegible]. Idem *lib.* 5. Sergestúsque, domus tenet à quo Sergia nomen. ¶ Aliquando sumitur pro tota aliqua gente. Idem 1. *Æneid.* Quam domus Assaraci, volens intelligi Romanos, qui ab Assaraco per Troianos originem ducunt. ¶ Aliquando pro patria. Idem 3. *Æneid.*

Da propriam Tymbræe domum, da mœnia fessis.

¶ Facit autem genitiuum, domus, & domi, datiuum domui, accusatiuum domum, vocatiuum domus, ablatiuum domo. Differunt tamen duo hi genitiui, domi & domus, vt Domus ædificium ipsum significet quod ex tecto & parietibus constat. Aptè itaque dicemus partem domus sum demolitus: non, partem domi. Pro eodem etiam apud veteres legitur Domuis. Varro, Perrexit in interiorem partem domuis. Domi maneo, [illegible]. Terentius *Adelph.* Quid ais bone vir, est frater domi? ¶ Inuenitur tamen nonnunquam apud antiquos genitiuus domi pro domus. Plaut. *in Trinummo*, Non fugitiuus est homo: commeminit domi. ¶ In numero plurali facit nominatiuum domus, datiuum & ablatiuum domibus, & accusatiuum domos, vel domus, genitiuum domorum, & nonnunquam domuum. Plin. *lib.* 8. *cap.* 57. Quo in genere multi & homincolas domum posuère mures. Legitur etiam nonnunquam in ablatiuo singulari domu. Plaut. *in Milite*, Ait sese Athenas fugere cupere ex hac domu. Domi, & in domo, idem significat, [illegible]. Quintil. In domo furtum factum ab eo, qui domi non fuit. ¶ Reuertor domum, & ad domum, [illegible]. Exeo domo, vel è domo, [illegible]. ¶ Domum limittere. Salust. *Iugurth.* 90 Quos item Consul, vti priores illectos ad proditionem domum dimittebat. ¶ Admittunt autem obliqui huius nominis aduerbialiter positi sex tantùm adiectiua, Mea, Tua, Sua, Nostra, Vestra, & Aliena: vt, Eram domi meæ. Tu eras domi tuæ, & sic de cæteris. Cic. *pro domo sua*, Quid tibi necesse fuit anili superstitione, homo phanatice, sacrificium, quod alienæ domi fieret, inuisere? Aliquando non solent apponi, sed subintelligi: vt, Domi ero, scilicet meæ. Domi & militiæ, genitiui aduerbiales: id est, absolutè positi, pro eo quod est, In pace & in bello: hoc est, pacis & belli tempore. In his obseruatum est, vt ferè per coniunctionem & vel que connectantur. Terent. *Adelph.* —vna semper militiæ & domi fuimus. Cic. *de senect.* An censes, (vt de me ipso aliquid more senum glorier) me tanto labores diurnos nocturnósque domi militiæque suscepturum fuisse. ¶ Domus amica, domus optima, [illegible]. Nusquam commodiùs, nusquam liberiùs, nusquam lautiùs hominem videre contingit, quàm domi. ¶ Domi coniecturam facere, [illegible]. Quod non aliunde petitur, id domi fieri dicitur, Plaut. *Cistell.* ¶ Domi pugnans more galli. In eum qui semper domi desidens, non audet vel in bellum, vel in certamina proficisci foris. Nam hoc animal pugnacissimum quidem est, sed domi. ¶ Vna domus non alit duos canes, [illegible]. Prouerbio iactatus senarius in eos, inter quos parum conuenit propter idem lucrum, quod communiter expetunt. Refertur ab Aristophanis interprete. ¶ Domi manere oportet bellè fortunatum, [illegible]. Cui suppetit copia facultatum, is si velit fortunatam agere vitam, domi viuat. ¶ Domus pro Ecclesia absolutè, non, Domus Dei, id enim clarum, ponitur à Gregorio *lib.* 9. *epist.* 15. ¶ Ad eandem pertinet metaphoram, Domi habere. ¶ Huius nominis diminutiua sunt, Domuscula, Domuncula, [illegible].

Dŏmŭncŭla, æ, diminutiuum: [illegible]. Vlpianus D. *lib.* 47. *tit.* 12. *l.* 3. Si domunculam habeat, &c.

Dŏmestĭcus, a, um, quod ad domum pertinet, quódque ex domo nostra est. {איש ביתי *ish baythi*. [illegible]. GALL. *Domestique, de la maison.* ITAL. *Domestico, di casa.* GERM. Ein hausgnoß oder heimischer. HISP. *Cosa casera, o de casa, domestico.* ANGL. *Perteining to house holde.*} vt, Domestica negotia, domestica exempla, domesticum lenocinium, Domesticus vsus & consuetudo, apud Ciceronem. Domesticum funus, domestica furta, domesticum testimonium. ¶ Aliquando domesticus dicitur mansuetus ac mitis. [illegible]. Plinius, Mite animal, atque domesticum. ¶ Domesticum iudicium, (de conscientia.) Cæsar 3. *bell. ciuil.* ¶ Domestici apud Procop. *lib.* 3. *de bell. Vand.* dicuntur homines, *Officiers de l'Empire*.

Domĕstĭcus, i, qui in eadem domo nobiscum habitat. [illegible].

Domĕstĭcatim, aduerbium, significat per varias domos, siue per domesticos. {[illegible]. GALL. *De maison en maison, par les maisons.* ITAL. *Di casa in casa, per le case.* GERM. Von hauß zu hauß. HISP. *De casa en casa.* ANGL. *Frome house to house.*} Suet. *in Cæs.* Quatum vt quàm maxima expectatio esset, ea quæ ad epulum pertinerent, quamuis macellariis oblocata, etiam domesticatim apparabat.

Dŏmĭcœnium, Cœna quæ fit domi. [illegible]. Apud Martial. *lib.* 5.

Si tristi domicœnio laboras Torani, potes esurire mecum.

Domitus, Aduerb. domi. Plaut. *in Menæch.* Domi dominus fui vsque cum charis meis.

Dŏmŭĭtĭo, {GALL. *Retour en la maison.* ITAL. *Ritornata à casa.* GERM. Heimgang. HISP. *Tornada à casa.* ANGL. *A returning home or to the house.*} Dictio composita ex domo, & itio, quasi reuersio ad domum. Cic. *lib.* 1. *de Diuin.* Sed Rhodiorum classi propinquum reditum, ac domuitionem dari. Apul. *lib.* 3. Denique nec larem requiro, nec domuitionem paro. Itiones autem dici, sicut reditiones, & abitiones, testis est Terentius, qui *in Phormione* ait, Hæccine erant itiones crebræ, & mansiones diutinæ? Sic tamen scribitur apud Cornificium *in Rhetor.* Hoc erit, iam domitionem reges. Pacuu. Iam domitionem reges Atridæ parant.

Domicella, vox Alano vsitata, quam pro sanctis Virginibus capit.

Dŏmĭcĭlĭum, a Domus & colo, is, Habitatio longi temporis, vnà cum omnibus suis rebus & fortunis. Itaque domicilium non domus aut habitatio facit, sed vbi quis larem, rerúmque suarum summam constituit, vnde rursus non sit discessurus. {מעון *mahón*. [illegible]. GALL. *Domicile, le lieu de la demeure ou habitation.* ITAL. *Domicilio, habitatione di longo tempo.* GERM. Ein behausung, langwirige wohnung. HISP. *La casa, ò la morada de largo tiempo.* ANGL. *A dwelling place.*} Vnde mutare domicilium dicuntur qui migrant, vt aliam vrbem habitent, tanquam illius ciues futuri. nam qui ad tempus habitat, mox inde discessurus, domum quidem potest habere quam conduxit, domicilium autem non habet. Cic. 7. *Verr.* Sedem antiquam diuinámque domicilium nocturno latrocinio atque impetu compilauit. Gellius, Qui domicilium in Italia non haberet. Cicer. *de senect.* Animus cælestis ex altissimo domicilio depressus, & quasi demersus in terram. Domicilio diguissimo inclusus animus Vatinij, Velleius. Domicilia animi (de cerebro.) Gell. *cap.* 15. *lib.* 17. Non nostrum hoc domicilium est: domus est Athenis. Plaut. *Milit. sc.* 5. *a.* 2. ¶ Domicilia ciborum, (id est, patriæ, siue loca, vnde aduehuntur, vt Pauus è Samo, &c. Gell. *cap.* 16. *lib.* 7.

[Domiporta, cochlea, quòd domum suam perpetuò circumferat.]

Dŏmo, as, ui, domitum, & interdum domaui, domatum, olim tertiæ coniugationis fuit, si Prisciano credimus, quemadmodum & omnia primæ coniugationis verba quæ præteritum faciunt per ui, diuisas syllabas. Inde manserunt domui, domitum, & domitor, à [illegible]. Mansuefacio, condocefacio, edomo. {[illegible] *kinnáh* כבש *chabásch* למד *limmádh*. [illegible]. GALL. *Domter, surmonter, rendre subiet.* ITAL. *Domare, sottomettere, far suggeto.* GERM. [illegible]. HISP. *Domar.* ANGL. *To subdue, tame or van quishe.*} Plaut. *Amphitr.* Si in me exercitus (pugnos,) quæso in parietem vt primum domes. Plaut. *Men. sc.* 1. *a.* 1. Domi domitus fui. (sup. fame) vsque cum caris meis, (id est, liberis meis.) Hic autem ita legendum putat Passerat. Domi dom intus fui. Antiqui enim dom, pro dum scribebant. Idem *Milit. sc.* 6. *a.* 2. Seruos homines oportet domitos habere oculos & manus. Et domitus fræno sæpè repugnat equus. Ouid. *Eleg.* 6. *lib.* 4. *Trist.* Virg. 3. *Georg.* Talis Amyclæi domitus Pollucis habenis Cyllarus, & quorum Graij meminère Poëtæ, Martis equi biiuges. Plaut. *in Cas.* Sed quid ais? iam domuisti animum? Plin. *de viris illustr.* Prætor Galliam domuit, Consul Hispaniam, altero Consulatu Sardiniam. Hinc domitos hostes dicimus, id est, victos: & domitos populos, in potestatem redactos. Cic. *de prouinc. Consul.* Atque hanc Macedoniam domitis iam gentibus finitimis, barbariaque compressa, pacatam ipsam per se, & quietam. ¶ Equorum domitores. [illegible]. Virg. 7. *Æneid.*

Lausum equùm domitor, debellatórque ferarum.

Domiti equi, [illegible]: atque Indomiti, [illegible]. Indomitæ gentes feroces. Idem 1. *Æneid.*

———*raptu concurrunt vndique telis*
Indomiti agricolæ.

& 8. *Æneid.* Indomitique Daci. Hinc componitur Perdŏmo, quod est valde domo, vel ad finem domo. Mart. *lib.* 1.

Herculea laudis numeretur gloria plus est,
Bis domuisse pariter perdomuisse feras.

Dŏmĭtūră, æ, Domandi actus. {[illegible]. GALL. *Dontement, apriuoisement.* ITAL. *Domatione, domamento.* GERM. Zemmung, zammachung. HISP. *Domadura, aquella obra de domar.* ANGL. *A taming or breaking.*} Plin. *lib.* 8. *cap.* 46. Domitura boum in trimatu, postea sera, antea præmatura. Col. *lib.* 6. Curandum ne in domitura, bos calce, aut cornu quemquam contingat.

Dŏmĭtŭs, us, ui, eiusdem significationis. {ANGL. *A taming.*} Cic. *lib.* 2. *de nat. Deor.* Efficimus etiam domitu nostro quadrupedum vectiones.

Domitor,

Dŏmĭtŏr, is, qui domat, hoc est, cicurem, & mansuetum reddit. {מכבש *mehabbes*. *δαμαστής, δαμαστήρ*. GALL. *Dompteur, qui dompte*. ITAL. *Domatore*. GERM. Ein zämer/ der einen zempt vnd zam macht. HISP. *El domador*. ANGL. *He that tameth.*} Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Quid tibi de tetrico referam domitore Chimaera?

Gell. *cap.* 11. *lib.* 16. Domitores serpentum Marsi. Pro eodem etiam legitur Domator. Tibullus,

——— *Conuersus terga domator.*

Dŏmĭtrix, icis. {*δαμάστειρα, δαμάζουσα*. GALL. *Celle qui dompte*. ITAL. *Donna che doma, vince & supera*. GERM. Ein zämerin. HISP. *Domadera*. ANGL. *She that tameth.*} Virg. 3. *Georg.*

———*domitrixque Epidaurus equorum.*

Dŏmăbĭlis, e, qui est aptus ad domandum. {*εὐδάμαστος*. GALL. *Domtable, aisé à dompter*. ITAL. *Cosa che si può domare*. GERM. Zämig/ das wol zů zwingen vnd zuzämen ist. HISP. *Cosa que se puede domar*. ANGL. *Easie to be ouercome or tamed.*} Horat. *lib.* 4. *Carm. Ode* 14.

Te Cantaber non antè domabilis Miratur.

Ouid. 9. *Met.*

Atque immune necis nullǽque domabile flammæ.

Domiturus, a, um, Particip. futuri temp. Virg. 4. *Georg.*

Dulcia mella premes: nec tantum dulcia, quantum
Et liquida, & durum Bacchi domitura saporem.

Dŏmĭto, as, are, frequentatiuum. {*συχνὰ δαμάζω*. ANGL. *To mak tame to subdue.*} Virg. 1. *Georg.*

Et prensos domitare boues.

Idem 7. *Æneid.*

———*domitant in puluere currus.*

DŎMĬNVS, à domo, as; vel à domus: & is propriè dicitur, qui domui præest, & qui in familiam imperium habet. Imò Dominus dicitur, qui domi vnus imperat. {אדון *adón* בעל *bahal*. *κύριος, δεσπότης*. GALL. *Seigneur, maistre*. ITAL. *Patrone, signore*. GERM. Ein Herr/ Haußherr. HISP. *Señor como de sieruos*. ANGL. *A maister, a lord.*} Sunt enim dominus & seruus *τῶν πρός τι*, hoc est, ex iis quæ ad aliquid referuntur. Terent. *in Eunuch.* Apparet seruum hunc esse domini pauperis. Plaut. *in Cistel.* Quis istic habitat? L. Demipho dominus meus. Ouid. *Eleg. vlt. lib.* 3. *Trist.* ——— *Libellis,*

Qui domini pœnam non meruere sui.

(id est, parentis & auctoris.) Idem 13. *Metam.*

———*domini non sede madebit Ensis.*

Idem *Pseud. sc.* 7. *a.* 4. Dominum ædium quærito. Idem *Most. sc.* 2. *a.* 2. Dominus (ædium) indigens. ¶ Item Domini appellatio ad eos extenditur, qui rei alicuius proprietatem habent, etiamsi vsusfructus alienus sit. Abusiuè tamen & filiisfamiliàs, & cæteri liberi, qui in potestate sunt, & vsufructuarij, domini dicuntur. Hæc ex Vlpiano. ¶ Item Dominus vocatur qui in regnum, vel ciuitatem imperium habet, & cui populi sunt. Virg. 1. *Æneid.*

Romanos rerum dominos, gentémque togatam.

¶ Dominus etiam vocabulum odiosum, vt Tyrannus. Salust. *Iugurth.* 122. Namque, cùm tute per mollitiem agas, exercitum supplicio cogere, id est, dominum, non imperatorem esse. ¶ Rursus Dominus dicitur maritus. Idem *lib.* 4.

———*connubia nostra*
Reppulit, ac dominum Ænean in regna recepit.

Item, Domini mariti & patres, Liuius *lib.* 34. ¶ Sunt etiam amantium verba dominus & domina, blanditiis apta. Ouid.

Hæc tibi sub domino est Pyrrhe puella suo.

Et iterum,

Nam furor in dominam temeraria brachia mouit.

¶ Item ponitur pro conuiuij exhibitore. Varro, aut dominum, aut vinum, aut aliud quid laudato. Cic. *in Vatin.* Quum ipse epuli dominus Qu. Appius albatus esset. ¶ Dominus conuiuij qualis esse dicitur, Gell. *cap.* 11. *lib.* 13. Dominus quoque & domina, sumi solent pro deo ac dea. Ouid.

———*Et domino soluere vota Ioui.*

¶ Dominus simpliciter appellatur in Iure Ciuili, qui quoquo tempore vsu cepit. *l. si finit. §. Iulianus. de damno infecto.* Quamuis & veteres honoris causa dominum aliquem dicere solebant, vt quum Nesennius ad Paulum scribens, *l. Nesenn. ad L. Falc.* Ex facto, inquit, Domine talis species incidit. Sic & mariti vxores suas, & maritos illæ quandoque appellant. Sic & Plinius, Traianum dominum eadem scilicet consuetudine, cuius & Martialis quoque & Sen. meminerunt. Dominus fit is, cui traditur ex causa emptionis, donationis, dotis, mutui, legati, hæreditatis, solutionis, transactionis, sententiæ, vel similibus. *l. traditionibus. C. de pact. l. nunquam nuda. de acquirendo rerum dom.* ¶ Domini noui, Emptores, apud Ouid. *lib.* 5. *Fast.* ¶ Domini appellationem, vt maledictum & opprobrium semper exhorruit. Domini appellatio, à domo deducitur, *οἰκεῖος*, proprium Græci vocant, & à domo deriuant. Vlp. *in tit. Instit. de hæred. qual. & differ.* Domini appellatio ad eos extenditur, qui rei alicuius proprietatem habent, etiamsi vsusfructus alienus sit. Idem, Domini abusiuè dicuntur filiifamiliàs, & cæteri liberi qui in potestate sunt, & vsufructuarij. Ex eodem. ¶ Domini factionum. Suet. *in Neron. cap.* 5. & 22.

‖Domicellus, a, diminut. à dominus, a: vt dicunt Germani, Juncker/ Jungher/ Jungfraw/ Juncker.‖

Dominædius in Paullino significat dominum ædis, seu basilicæ Nolanæ. In Natali septimo,

———*quam quod mihi testis*
Ipse meis quibus est, idem Dominædius egit.

Dŏmĭnă, æ, Hera, domini vxor, quæ in familiam, aliámve rem imperium habet. {בעלה *bahaláh*. *δέσποινα*. GALL. *Dame, maistresse*. ITAL. *La signora, la maistra*. GERM. Ein fraw/ herrin. HISP. *Señora como de sieruos*. ANGL. *A ladie or maistres.*} Cic *in Parad.* Cupiditas honoris, dura domina. Idem *lib.* 2. *de finibus*, Dominæ rerum omnium virtutes. Virg. *lib.* 3. *Æneid.*

Et vincti curru dominæ subiere leones.

Cic. *lib.* 3. *Offic.* Hæc enim vna virtus omnium est domina & regina virtutum. de iustitia loquitur. ¶ Domina, *κατ' ἐξοχὴν* quandoque pro Proserpina legitur. Imò pro vxore. Virg. 6. *Æneid.*

Hi dominam Ditis thalamo deducere adorti.

Dominæ nouem, (id est, Deæ, siue Musæ.) Martial *Epigr.* 3. *lib.* 12. Vt negligens domina mancipiorum domina fortuna. Senec. *cap.* 10. *de consol. ad Mart.* Suet. *in Claud. cap.* 39. Cur domina non veniret, requisiuit.

‖Dominalis, inuincibilis, GL. A. L.‖

Dominicus, deriuatum, *κυριακός*. ¶ Dominicæ habitationes, apud Col. *lib.* 9. *c.* 1. Et, Rationes dominicas pecuarias conficere, apud Varr. *lib.* 2. *de re rust. cap.* 10. ¶ Dominicus dies à Christo rerum omnium Domino mutuatus est nomen, cùm prius *Dies Solis* diceretur. ¶ Dominica Orthodoxiæ, est prima Dominica Quadragesimæ.

Dŏmĭnŏr, aris, Ius & imperium in rem aliquam habeo, rerum potior, regno, dominatum teneo. {רדה *radáh* שר *sar* משל *maschal*. *δεσπόζω, κυριεύω*. GALL. *Maistriser, dominer*. ITAL. *Signoreggiare*. GERM. Herrschen. HISP. *Enseñorear*. ANGL. *To haue dominion or maister ship, to beare rule.*} & frequentissimè habet datiuum. Virg. 1. *Æneid.*

———*victis dominabitur Argis.*

Modò accusatiuum, cum *in* præpositione. Ouid. *lib.* 1. *Metam.* & quòd dominari in cætera posset. Cic. *in Cat.* Felix senectus, si vsque ad vltimum spiritum dominatur in suos. Modò ablatiuum cum præpositione *in*. Sulpit. *Cic.* Quum casus & natura in bonis dominatur. Virg. *lib.* 2. *Æneid.*

———*Incensa Danai dominantur in vrbe.*

¶ Interdum etiam cum genitiuo inuenitur, sed nonnisi in sacris literis. ¶ Dominor aliquando passiuè accipitur. Cic. 1. *Offic.* O domus antiqua, quàm dispari domino dominaris.

Dominans, Participium, qui dominatur. Cic. 2. *de finibus*, Maximas verò virtutes iacère omnes necesse est voluptate dominante. Dominantior, Comparat. Lucretius *lib* 3.

Et magis est animus vitai claustra coërcens,
Vt dominantior, ad vitam, quàm vis animai.

Dŏmĭnātus, Principatus, {משרה *misráh* ממשלה *memschaláh* עצר *hótser*. *δυναστεία*. GALL. *Domination, seigneurie, maistrise*. ITAL. *Signoria, tirannide*. GERM. Ein Herrschafft. HISP. *Señorio*. ANGL. *Dominion, lordship, maistership.*} Cic. 4. *de finibus*, Quum autem assumpta ratio est, tanto in dominatu locatur, vt omnia illa prima naturæ huius tutelæ subiiciantur. Idem 1. *de Diuinat.* Quæ erat vrbs in Thessalia, tum admodum nobilis, ab Alexandro autem tyranno crudeli dominatu tenebatur.

Dŏmĭnātor, is. {מושל *moschél* שר *sar*. *κυριεύων, κρατῶν*. GALL. *Dominateur & seigneur*. ITAL. *Il Signore*. GERM. Ein Herrschender. HISP. *El señor*. ANGL. *That hath dominion, a lord.*} Cic. 2. *de nat. deor.* Dominator rerum Deus.

Dŏmĭnātrix. {שרה *saráh*. *κυρία, κρατοῦσα*. GALL. *Celle qui domine*. ITAL. *Donna che signoreggia*. GERM. Ein Herrscherin. HISP. *La que enseñorea*. ANGL. *She that hat dominion.*} Cic. 1. *de Inuent.* Cæca ac temeraria dominatrix animi cupiditas.

Dŏmĭnātio, Imperium. {משרה *misráh* ממשלה *memschaláh* עצר *hótser*. *δυναστεία*. GALL. *Seigneurie, domination*. ITAL. *Signoria, dominio*. GERM. Beherrschung oder herrschafft. HISP. *Señorio*. ANGL. *Lord ship, maister shipe impire.*} Cic. 5. *Verr.* Qua impudentia putatis eum in dominatione fuisse, qui in fuga tam improbus sit? Tacit. *lib.* 13. Quæ cunctis malis dominationis cupidinibus flagrans, &c. Cic. 2. *de inuent.* Dominatio rationis in libidinem. ¶ Dominatio etiam dicitur, cùm filiusfam. vt patriæ potestatis exit, suique dominij, & iuris, paterque fam. efficitur. Festus, Regalia exta appellantur, quæ potentibus inspectum honorem pollicentur: priuatis & humilioribus hæreditates, filiofamiliæ dominationem.

Dominium, ij, Imperium, & principatus. {משרה *misráh* ממשלה *memschaláh* עצר *hetser*. *δεσποτεία*. GALL. *Seigneurie, domination, maistrise*. ITAL. *Dominio, signoria*. GERM. Herrschafft. HISP. *Señorio*. ANGL. *Lordship, impire, domination, rule.*} Varr. 2. *de re rust. cap.* 6. In mercando item, (vt cæteræ pecudes) emptionibus, traditionibus dominium mutant.

Dŏmĭnĭum, ij. Senec. *cap.* 2. *de consol. ad Mart.* Date longum dominium malis suis in se. & Velleius, Vita rerúmque suarum dominium ei concessa sunt. Dominium autem est Ius de re corporali perfectè (quod salua Legum prohibitione fiat) disponendi. Alciat. *l. traditionibus. C. de pact.* Dominium, inquit Bartol. est ius de re corporali perfectè disponendi, nisi lege prohibeatur. Appelleus noster Plin. definiit hoc modo: Est ius de re corporali perfectè disponendi, si rei copiam habeas, sin minus vendicandi: nisi vel lege, vel conuentione prohibeatis. Est etenim dominium ipsissima causa rei vendicationis, quum videlicet alius quispiam nobis inuitis, vel possidet, vel detinet. Dominium diuiditur in directum, & vtile. *l.* 1. *§. final. ff. si ager vectigal. vel emphyt. pet.* Partitur in proprietatem & vsumfructum, *l.* 4. *de vsufru. l. l. qui vsumfructum. de verborum obligat.* Sed & alias in Iure inuenies dominij species, indicat Alciatus *in Parergis*. Quoddam enim dominium est *κατ' ἐλπίδα*, id est, in spe, vt quum *in l. in suis. de lib. & posthum.* filiusfamiliàs rerum paternarum dominus vocatur, vnde & sui hæredes dicuntur, tanquam sibi ipsis succedant: erant enim viuente quoque patre quodammodo domini. Aliud est dominium, quod *κατὰ πρόληψιν*, id est, per anticipationem dicere possumus, vt quum mulier rei suæ in dotem traditæ domina dicitur, *l. in rebus. C. de iur. dotium.* Aliud est Dominium quod vidua habet, quam maritus relictis liberis decedens, in testamento iussit esse dominam vsufructuariam, administratricem (dominium enim illud, *ἀσχημάτιστον*, & imaginarium est) eam solum in domo præeminentiam consecuta, quam viuente marito habebat: ideóque ad alimenta tantùm contrahitur: est igitur & hoc dominium *ἐγκοσμητικόν*. Aliud est quod summum, seu maius dominium vocant: quædam scilicet maiestas, cuius obseruationem fœderati supremo Principi, vel Reipublic. debent, *l. non dubito. de capt. & postlim. reu.* Effectus autem maioris dominij, quos non paucos referunt, ab interpretibus petendi sunt. Dominium item diuidit ut in id quod Iure Gentium acquiritur, & in id quod Iure Ciuili. Prius sine possessione acquiri non potest, posterius potest maximè, *l. à Titio, in fin. de furt. l. quum hæredes. in princip. de acquirend. possessione. l. facta, ad SC. Trebellian. l.* 1. *de bon. possession. §.* 1. *Institut. de acquis.*

acquis. per adrog. & tit. proximè sequenti cum similibus. Dominium, proprietas, & vsusfructus, quæ duo sunt partes dominij, & non minus perfectiones, quàm dominium ipsum, sunt ex pluribus causis. *l. ij. §. ex pluribus. de acquirend. possess. l. non vt ex pluribus de regul. iur. §. sic itaque discretis. Institut. de actionibus.* Quasi dominium ius in re, & obligatio, sæpenumerò sunt ex pluribus causis *l. & an eadem. l. perult. de except. rei iudic. d. l. non vt ex pluribus*, quum sint quædam imperfectionis. Dominium acquiritur tum Iure Gentium, tum Iure Ciuili. Iure gentium, occupatione, inuentione, alluuione, traditione, &c. Iure ciuili autem, vsucapione, præscriptione, legato, aditione hæreditatis, arrogatione, & nonnullis aliis modis Quod tamen ad traditionem attinet, requiritur ipsius traditionis iusta caussa. Dominium, quasi dominium, & ius in re specificum, affinia sunt inter se, & species distinctæ ipsius iuris in re generici, Directum verò & vtile species ipsius dominij. Dominij duo esse officia Bartol. *in l. 1. ff. de acquir. possess.* explicando possessionis definitionem tradit, vnum disponendi, alterum vendicandi, per *l. in rem actio, de rei vendic. l. si quis vi. §. differentia. d. tit. de acquir. possess.*

Domnus pro Dominus vsu Ecclesiastico valuit, & vix est vllus Patrum, qui non vsurpet.

Dōn, Δῶν. Fluuius, à quo Dodonam aliqui dictam putant. Stephan. *in Dodona.*

Donettini, Δονεττῖνοι. Gens Molossiæ, Steph.

Donaria, Donatiuum, vide *Donum.*

Dōnātus, participium à Donor. Vide *Dono* in *Donum.*

Dŏnăx, δόναξ. ANGL. *An angling rodde of a cane.* Est calamus crassiore ligno, & tenui foramine, quem totum fungosa replet medulla, fruticosissimus, & nonnisi in aquaticis nascens, sagittis aptissimus. Longissima internodia habet, & dum calefactus est, facilè flectitur. Hinc apud Plin. *lib. 16. cap. 36.* Calamus fruticosissimus donax dictus est. Est & piscis arundinis instar augustus & oblongus.

Dōnĕc, aduerbium, à δόσκε, ἕως, significat, quoad, vel quousque. {עַד *hadh.* ἕως, ἐς' ἀνάχρις ἕ. GALL. *Iusques à ce que, tandis que.* ITAL. *Fin che, mentre che.* GERM. Biß das. HISP. *Hasta que.* ANGL. *Vntill.*} Terent. *in Andr.* Nunquam destitit orate vsque adeò donec perpulit. Ibo odorans vsque donec persecutus ero. Plaut. *Milit. sc. 2. a. 2.* Ouid. *Eleg. 8. lib. 1. Trist.*

Donec eris felix.

Ibid. Eleg. 6. lib 3.

Donec enim licuit.

Idem 13. *Met.*

——Donec Laërtius heros

Assitit.

¶ Iungitur autem tam indicatiuo modo, quàm subiunctiuo, & cuiuis etiam tempori. De præsenti exemplum est apud Plaut. *in Cistell.* non destiti Instare vsque adeò donec adiurat se anus, &c. De præterito suprà positum est exemplum ex Terent. Exempla futuri nusquam non occurrunt. Virg. 1. *Æneid.*

——Donec regina sacerdos

Marte grauis, geminam partu dabit

Ilia prolem.

Ad eundem etiam modum cum omnibus subiunctiui temporibus iungitur. Colum. Donec ea aqua, quam adieceris, decoquatur. Cato *de re rust.* Donec pecuniam satisfecerit, aut delegarit, pecus & familia quæ illic erit pignori sunto. Terent. *in Phorm.* Donec tibi quod pollicitus sum effecero. ¶ Accipitur etiam Donec pro quandiu. Ouid. *de Ponte lib. 3.*

Donec eris felix, multos numerabis amicos.

¶ Donec pro quando ὅτε. Cels. *lib. 7. c. de calculi curat.* Finisque eius fomenti est, donec infirmando offendat. ¶ Veteres pro Donec dixerunt Donicum Cato *de re rust.* Sed vsque licebit vellas, donicum semen videris ire. Liuius quoque ita vsurpat, Ibi manens sedeto, donicum videbis me carpento vehentem domum venisse. Plaut. Inimicus esto, donicum ego reuenero. Donicum parietes ruunt. Idem *Most. sc. 2. a. 1.* Si respexis donicum iussero. Idem *Aul. sc. 1. a. 1.* Donicum ille redierit Idem *Capt. sc. 2. a. 2. & Ps. sc. 7. a. 4.* Item, apud Diomedem *lib. 1.*

Dōnum, i, Ex Græco est (inquit Festus) quod illi vocant δῶρον. {מִנְחָה *minchàh* שַׁי *schai* שֹׁחַד *schochadh.* GALL. *Don, present.* ITAL. *Dono, presente.* GERM. Ein schenck oder gab. HISP. *Don que se da, como quiera.* ANGL. *A gift or present.*} Plin *lib. 35. cap. 14.* Græci enim (ait) antiqui dōron palmum vocabant, & ideo dōra munera, quia manu darentur. Est autem donum, quæ aut propitiandis Diis datur, aut hominibus pro benefactis, quòd nulla necessitate iuris, sed sponte præstantur. Ouid. *de Arte,*

Munera, crede mihi, placant hominésque Deósque:

Placatur donis Iuppiter ipse datis.

Dona promissa reddere templis,

Idem *Eleg. 2. lib. 4. Trist.* Quid cessant mihi dona conferre gratulantes. Plaut. *Men. sc. 2. a. 1.* Detulisti verà ad me, dedisti dono mihi. *Ibid. sc. 3. a. 4.*

Cœlestia dona, artificis tanta (arma Achillis.)

Ouid. 13. *Metam.* Nihil horum dono datur: (vt opes, liberi) commodata sunt. Senec. *cap. 10. de consol. ad Mart.* Donum decúsque amoris Plaut. *Asin. sc. 3. a. 3.* Quæ tibi dona dabo & faciam. Idem *Pseud. sc. 1. a. 4.* Hanc tibi noctem, honoris caussa gratis dono dabo. Idem *Asin. sc. 3. a. 1.* Dono dedit viginti minas. *Ibidem sc. 1. a. 4.* Habeto mulierem dono tibi. Idem *Pseud. sc. 6. a. 4.*

Etiam Phœbo gratissima dona.

Tibull. *lib. 4.* Differt donum à præmio, vt præmium sit quod datur ex præcedenti merito: donum, quoduis munus quocunque modo datum. ¶ Donatus *in illud Terentij in Eunuch.* Quoduis donum & præmium à me optato, id optatum feres: distinguit donum à munere, vt donum deorum sit, munus, hominum: quæ tamen differentia nullo modo obseruatur. Nam & dona dicuntur, quæ dantur hominibus, & munera quæ diis offeruntur. Itaque vera differentia hæc videtur, vt Donum dicatur maiorum esse rerum: munus verò minorum. Nam & regna, & regiones, & oppida, & prædia, cæteráque res immobiles, dono dari possunt legimus: munera dari non item. ¶ Aliquando donum dicitur de rebus petitoriis. Virg. *Eclog. 6.*

Quas illi Philomela dapes, quæ dona pararit.

¶ Donum honorarium, id est, quod datur patrono, ab honore dictum, quod huiusmodi muneribus clientes patronos suos solerent honorare. Neque enim, vt hodie, ita olim patroni mercede conducti clientum negotia suscipiebant, quod illo tempore ignominiosissimum putabatur: gratis tamen clientis erat acceptam à patrono beneficium munusculo aliquo remetiri: quod illi donum honorarium vocabant. Nostri autem seculi aduocati (vt non taceat ait Budæus, arbitraria, non honoraria dona accipiunt: quippe qui pro suo arbitrio litigatoribus mercedem præscribunt, nullumque suæ capacitati faciunt modum.

Dono, as, Donum in aliquem confero, largior, munere afficio, munus do. {נָתַן *natan* זָבַד *zabhadh* חָנַן *chanan* שָׁחַד *schachadh.* δωρέομαι. GALL. *Donner.* ITAL. *Donare.* GERM. Schencken, begaben. HISP. *Dar graciosamente.* ANGL. *To giue or present a gift.*} Dono te ob istud dictum, vt expers sis metu. Plaut. *Asin. sc. 1. a. 2.* Dij quibus & quantis me donatis gaudiis? Idem *Aul. sc. 6. a. 5.* Ob hoc verbum donabo te hodie alicui. Idem *Most. sc. 3. a. 1.*

Quod (munus) sibi si populi donauerit error Achiui.

Ouid. 13. *Metam.*

Me quoque donari iam rude tempus erat.

Idem *Eleg. 8. lib. 4. Trist.* Plaut. *in Aul.* Ab eo donatur auro, vxore & filio. Idem *in Amphitr. prolog.* Quo pacto sit donis donatus plurimis. Cicer. 1. *de Orat.* Inferi quidem & donari ab arte non possunt: omnia sunt enim illa dona naturæ. Sen. *de benefic. lib. 3. cap. 14.* Vt circumspectius donaremus, circumspectiùs eligeremus eos, in quos merita conferuntur. Cicer. *in Pis.* Mihi populus Rom. vniuersus illa in concione non vnius diei gratulationem, sed æternitatem, immortalitatémque donauit. ¶ Donare ciuitate, est efficere ciues, & iura ciuium dare. πολίτην ποιεῖν, πολιτογραφεῖν, μεταδοῦναι τῆς πολιτείας. Cic. *pro Archia Poëta*, Quid à Qu. Metello Pio familiarissimo suo, qui ciuitate multos donauit, neque per se, neque per Lucullos impetrauisset? ¶ Huius verbi compositum est, Condono, quod quandoque pro simplici vsurpatur, quandoque significat quicquam ad alterum petitionem donare, quandoque ignosco. συγχωρεῖν. Terent. *in Phorm.* Argentum quod habes condonamus tibi. Salust. Haud facilè alterius libidini malefacta condonabam.

Dōnātus, participium, Munere affectus, cui aliquid donatum est. {נָתוּן *nathun.* δωρητός.} Virg. 5. *Æneid.* Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit. ¶ Huius contrarium Indonatus, ἀδώρητος.

Dōnātio, est doni alicuius in alterum collatio, & propriè ea, quæ nullo vrgente iure, sed ex mera liberalitate fit, idque ea quidem mente, vt statim qui dat velit accipientis fieri, nec vllo casu ad se reuerti. {מַתָּנָה *mattanàh.* δόσις, δωρεά. GALL. *Donaison.* ITAL. *Donatione.* GERM. Ein freye vbergebung, da man ein ding vbergibt zu eygen. HISP. *Donacion.* ANGL. *The presenting or geuing of a gift.*} Quod si sub conditione fiat, non est vera donatio. Cic. *in Orat.* Vt corona aurea donaretur, eáque donatio fieret in theatro populo conuocato. Dicimus autem, dono tibi munus, & dono te munere.

Dōnāria, Sunt ipsa (vt Valla docet) dona, quæ Deo offeruntur. {מִנְחָה *minchàh* שַׁי *schai* זֶבֶד *zebedh.* ἀναθήματα, ἀφιερώματα. ANGL. *Giftes and presentes or sacrifices offerend to god.*} quæ scilicet dicata diis, ex tholis, aut parietibus, aut etiam columnis suspenduntur. Macrob. Ornamenta verò sunt clypei, coronæ, & huiusmodi donaria. Nonnunquam locus est, in quo dona reponuntur, & pro ipso etiam templo. Virg. *lib. 3.*

Tempore non alio dicunt regionibus illis

Quæsitas ad sacra boues Iunonis & vrist

Imparibus ductos alta ad donaria currus.

Gell. *lib. 2. cap. 10.* Vbi reponi solerent signa vetera, quæ ex eo templo collapsa essent, & alia quædam religiosè donariis consecrata. Apul. Ibi donarium deæ perquam opulentum, plurima auri & argenti ratio in lancibus, speculis, poculis, & huiusmodi vtensilibus. Quod est contra Laurent. Vallam, qui Seruium reprehendit, quòd donaria interpretetur loca, in quibus dona suspenduntur. Ouid. 3. *Fast.*

Si tua contigimus manibus donaria puris.

Dōnātiuum, Munus quod à principe, vel Imperatore militibus donatur. {מִנְחָה *minchàh* שַׁי *schai* זֶבֶד *zebedh* ὀψώνιον. GALL. *Largesse de Prince, donnaison generale.* ITAL. *Dono fatto da vn Principe.* GERM. Ein gaab oder verehrung so ein Fürst oder Hauptman seinen kriegsleuten thut. HISP. *Donecho de Principe.* ANGL. *A gift or dole of a prince, or noble man.*} Suet. *in Domitiano*, An duplum donatiuum militi donaret. Plin. *in Pan.* Nam mihi cogitanti eundem te collationes remisisse, donatiuum reddidisse, congiarium obtulisse, &c. Tacit. *lib. 20.* Et aduentu quintanorum quintadecimorúmque auctæ legiones, donatiuum poscunt. Dabatur illud ob victoriam, aut adoptionem Cæsaris, aut auspicia imperij item & auctoratis in ipso tyrocinio Hieron. Ecce Donatiuum quod militaturus acceperas, hostilia castra suspirant.

Dōnātiuus creditor, qui donationem facit. Paulus Iurec. Si de duobus debitoribus, mortis causa donatiuus creditor vni acceptum tulit, & conualuerit, eligere potest vtri condicat.

Dōnāticæ coronæ, dicebantur quibus victores in ludis donabantur: quæ postea magnificentiæ causa institutæ sunt, super modum aptatæ capitibus, quasi amplitudine fiunt, quum lares ornantur. Festus.

Donaticæ hastæ, quæ militibus ob virtutem dabantur. Scalig. *in Fest.*

Dŏnūsă, Δονουσία, Δόνουσα, insula parua Rhodi, in quam Dionysius Ariadnam ex Naxo transtulit, quùm Minos pater eam persequeretur. Vnde corruptum vocabulum videtur pro Dionysia. Stephanus.

Dŏnysa, Δόνυσα, insula est in mari Ægeo, vna Sporadum, cuius meminit Virg. *lib. 3. Æneid.*

Linquimus Ortygiæ portus, pelagóque volamus,

Bacchatámque iugis Naxon, viridémque Donysam.

Dŏră, Δῶρα, insula est in Persico, Steph.

Dŏrcas, Dorcadis. {צְבִי *tsebhiah.* δορκάς. ANGL. *Areo.*} Dama, seu caprea, ἀπὸ τοῦ δέρκειν, hoc est, ab eo quod acutè videat. Plin. *lib. 28. cap. 8.* Dorcadis pelle collo suspensa. Mart. *lib. 13.*

Delicium paruo donabis dorcada nato.

Dorceus, Δορκεύς, ab Ouid. 3. *Metam.* numeratur inter canes Actæonis,

Inde (inquit) ruunt alij rapida velocius aura,
Pamphagus, & Dorceus, & Oribasus, Arcades omnes.

¶Dorias, vide *Doris*, idis.

Doridrepanon, hasta falcata. L.g.b.¶

Dorscum, Δόρσκον. Phrygiæ ciuitas. Steph.

Dorion, Δώριον. Oppidum est Peloponnesi, iuxta quod Thamyras citharœdus Musas ad cantus certamen prouocauit. Meminit huius oppidi Plin. *lib.* 4. *cap.* 5. Item Lucanus *lib.* 6.

———*Pteleos, & Dorion irâ*
Nobile Pieridum.

¶ Est & eiusdem nominis oppidum in Magnesia apud eundem *lib.* 4. *cap.* 10. ¶ Tertium item in Ionia, minoris Asiæ regione, apud eundem *lib.* 5. *cap.* 16.

Doris, idis, {Δωρίς. GERM. Ein Landtschafft in Griechenland.} Græciæ regio est iuxta sinum Meleacum, quæ à tergo habet OEtam montem: à qua incolæ Dorij, vel Doricenses, vel etiam Dories, Δωριεῖς, appellantur. ¶ Inde denominatiuum Doricus: vt, lingua Dorica, qua regionis eius populi vtebantur. Dories antè Achiui dicebantur: postea Dories dicti è Dorico quodam (vt Plato autor est 3. *de Legib.*) qui eius regionis exules restituit: aut, (vt Seruio placet) à Doro Neptuni filio, aut certè à Doride Oceani & Tethyos filia. Ab his originem traxerunt Asiæ populi, in ora Cariæ, ad mare Carpathium, quorum regio etiam Doris appellata est.

Dorij, Δωριεῖς, & Dorienses, siue Dories, Δωριεῖς. Populi sunt Achaiæ, sic dicti à Doride regione Græciæ iuxta Maleacum sinum, cuius à tergo mons est OEta. ¶ Sunt & eiusdem nominis populi in Asia Caribus vicini, ad Carpathium mare, à superioribus oriundi, quorum frequens est mentio apud Herodot. *lib.* 1.

Doris, idis, Δωρίς, herba est anchusæ similis, lanuginosior tamen, & minus pinguis, tenuioribus foliis & languidioribus. Radix oleum non fundit, sed rubentem succum, & in hoc ab anchusa distinguitur. Hæc Plin. *lib.* 22. *cap.* 5.

Doris, Δωρίς, Nympha maris, Oceani & Tethyos filia, quæ Nereo fratri nupta immensam vim marinarum Nympharum peperit, quæ à nomine patris Nereides appellatæ sunt. ¶ Nonnunquam pro ipso mari. Virg. *in Gallo*,

Sic tibi quum fluctus subterlabère Sicanos,
Doris amara suam non intermisceat vndam.

Doriscus, Δορίσκος. Locus littoralis Thraciæ, ferè ex opposito Samothraciæ, à Doride nympha appellatus, cuius capacitate Xerxes numerauit, aut potiùs demensus est exercitus sui multitudinem. Erat enim capax cxx. M. hominum. Autor Plin. *lib.* 4. *cap.* 11. & Herod. *lib.* 7.

Dorius, Lusitaniæ fluuius, ad quem portus est, & ciuitas, vt est apud Ptolemæum.

Dormio, is, verbum absolutum, ἀπὸ τῆς δορᾶς. Initio n. veteres dicebant *Dermio*, & pellibus incubabant. Somnium capio, sopitus sum. {ישן iasnah. κοιμῶμαι, καθεύδω. GALL. *Dormir*. ITAL. *Dormire*. GERM. Schlaffen. HISP. *Dormir*. ANGL. *To sleepe, to be a sleepe.*} Plaut. *in Trin.* Egomet autem quum extemplò arcum Mihi & pharetram & sagittas sumpsero, cassidem in caput, dormibo Placidè in tabernaculo. Aliquando cum accusatiuo, & præpositione *in*. Plin. *in Epist.* Nihil est quod in dextram aurem fiducia mei dormias: non impunè cessatur. ¶ Dormire in vtramuis aurem, est animo otioso, securo, vacuóque esse. Terentius *in Heaut.* Ademptum tibi iam faxo omnem metum, In aurem vtramuis otiosè vt dormias. ¶ Dormire in vtrumuis oculum idem significat. Plaut. *in Pseud.* De ista re in oculum vtrumuis conquiesco. ¶ Dormire alicui, dicitur is qui non inseruit ei, neque per omnia gerit morem. Cic. *ad Fab. Gall.* 7. 25. Caprius (opinor) olim, Non omnibus dormio: hic ego, Non omnibus, mi Galle, seruio. ¶ Dormit sol, quando non lucet. Plaut. *Amph.* Credo equidem dormire solem, atque appotum probè.

Dormiens, Particip. Qui dormit. Significat etiam cessantem, siue cessatorem. Terentius *Adelph.* Quid credebas? dormienti hæc tibi confecturos deos? Dormiam ego iam (ebrius scilicet.) Plaut. *Most. sc.* 1. *a.* 1. Dormiens excubat. Suet. *in Claud. c.* 37. Dormitum abeas. Abeas. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 2. Qui vigilans dormiat. *Ibidem sc.* 3. *a.* 1. Nisi ambulaui dormiens in tegulis. Idem *Milit. sc.* 3. *a.* 2. Quod hac noctu somniaui dormiens. Idem *Curt. sc.* 1. *a.* 2. Pugnis faciet hodie vt dormiam. Idem *Amphitr.* Dormitis interea domi. Idem *Asin. sc.* 4. *a.* 2. Metaph. Quin tu is dormitum? Ph. Dormio. Idem *Curt. sc.* 3. *a.* 1. Abiit ambulatum, vel dormit. Idem *Milit. sc.* 2. *a.* 2. Vide vt dormiunt pessumi, neque se commouent. Idem *Curt. sc.* 2. *a.* 1. Nequid animæ amittat dormiens, (follis.) Idem *Aul. sc.* 1. *a.* 2.

Dormito, as, frequentatiuum est: quamuis diminutionis significatum quandoque habeat. {נום nam. νυστάζω, ἀπονυστάζω. GALL. *Sommeiller, auoir enuie de dormir.* ITAL. *Hauer sonno.* GERM. Häfftig schlaffen. HISP. *Entre dormir y velar.* ANGL. *To sleep often, to haue a desire of sleeping, to slumber.*} Horat.

Quandoque bonus dormitat Homerus.

Est autem propriè Dormitare, somno detineri. Plaut. *in Amphitr.* Te dormitare aiebas, mensa ablata est, cubitum hinc abimus. Fabius. Quintil. *cap.* 5. *lib.* 7. Dormitare Ciceroni videtur Demosthenes. Plaut. *Aul. sc.* 1. *a.* 4. Sin dormitet, ita dormitet, vt seruus se esse sentiat. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 2.

Dormisco, is, Dormio. καθεύδω, κοιμῶμαι. Plaut. *Curc.* Caput deponit, quum dormiscit, ei subduco anulum.

Dormitator, qui solet dormire, & omnia negligentiùs agere. {נום nam נרדם nirdám. νυστακτής. GALL. *Dormeur, dormart, endormi & negligent en ses affaires, songeart.* ITAL. *Dormiglione da poco.* GERM. Ein schläffeniger / der so liederlich zu seinen sachen thut / als wann er schlieffe. HISP. *Dormidor.* ANGL. *A sleeper, a sluggard, a slumberer.*} Plaut. *in Trin.*—mira sunt, Ni illic homo est, aut Dormitator, aut sector zonarius. vbi κλέπτης dormitator denotat, i. furem, quòd interdiu dormiat, noctu vigilet ad furandum.

Dormitorius, a, um, adiect. vt, Cubiculum dormitorium, vbi dormitur. {κοιτών. GALL. *De dormir, qui sert à dormir.* ITAL. *Che serue à dormire.* GERM. Das zum schlaffen gehört. HISP. *Cosa pertenesciente à dormir.* ANGL. *That serueth for sleeping.*} Plin. iun. *in Epist.* Est in hac diæta dormitorium cubiculum, quod diem, clamorem, sonum excludit.

Dormitorium, substantiue. Dormitorium cubiculum. {τὸ κοιμητήριον, τὸ κοιτών. GALL. *Dortoir, lieu où on dort.* ITAL. *Luoco da dormire, dormitorio.* GERM. Ein schlaffkammer. HISP. *El dormitorio.* ANGL. *A dortour, a bed chamber.*} Plin. *lib.* 30. *cap.* 6. Post hæc iubent eum in pariete dormitorij, tectóve includi.

¶Dorobernia, seu Durobernum, hodie Cantuaria, *Canterburie*, V. A. Angliæ, & sedes Primatis illius regni.

Dorocestria, villa in pago Oxenfordensi, & Episcopi olim sedes, quæ inde Lincolniam translata est.¶

Dorocutterus, Δοροκούττορον, vrbs Galatarum Aquilonarium, Steph.

Dōron, {מנחה minchah שחד schochad. δῶρον. GALL. *Don, present.* ITAL. *Dono.* GERM. Ein gab / oder schäncke. HISP. *Don.* ANGL. *A gift, a present.*} Donum à Græcis dicitur, quòd munera ferè manu dentur. Apud antiquos enim Græcæ linguæ scriptores, δῶρον pro palmo, hoc manu inuenitur. Plin. *lib.* 35. *cap.* 14. Græci (inquit) antiqui dōron palmum vocabant, & ideo dōra, munera, quia manu darentur. Vnde Antidota, ἀντίδωρα, remunerationes. Vetus autem illa significatio adhuc remansit in compositis, Didōron, Tetradōron, & Pentadōron, quibus lateres in structuris ædificiorum significantur, qui duorum, quatuor, aut quinque palmorum longitudinem habent. Palmi autem nomine mensuram intelligimus duodecim digitorum, quem palmum maiorem, hoc dodrantem vocant.

Dorsum, i, [& veteribus dorsus, ac dossum,] q. Deorsum, Tota posterior corporis pars, à collo vsque ad os sacrum. In qua significatione legitur & dorsus mascul. gen. {גב gab. νῶτον. GALL. *Dos, eschine.* ITAL. *Dosso, schiena.* GERM. Der rucken. HISP. *El espinazo, ò el lomo.* ANGL. *The backe.*} Plaut. *in Milite, sc.* 4. *a.* 2. Timeo quid rerum gesserim: ita dorsus totus prurit. Non solùm autem dicitur de hominibus, cæterísque animalibus, sed etiam de inanimatis, vt de littoribus, aquis, montibus, & huiusmodi. Virg. 1. *Æneid.*

Nauis inflicta vadis, dorso dum pendet iniquo.

Quibus in locis significat duriorem arenam (vt inquit Seruius) quæ meantibus vltro citróque fluctibus densatur: quod à nautis puluinus vocatur. Liuius *lib.* 2. *dec.* 5. Dorsum montis. Idem *lib.* 4. *dec.* 5. Iugum montis in angustum, dorsum cuneatim. ¶ Antiqui tamen dossum dicebant quod nunc dorsum dicimus. Vnde dossuaria iumenta à Varrone *d. lib.* 20. *cap.* 10. quæ dorso vehunt. Ad quam rem (inquit) habent iumenta dossuaria domini, alij equas, alij pro his quid aliud, quod onus dorso ferre possit.

Dorsualia, Tegumenta quibus equi & boues teguntur. {ἐπινώτια. GALL. *Counertures de cheual.* ITAL. *Coperte da caualli.* GERM. Ein Ruckendecke / Reitdecke. HISP. *Las coberturas de los bueyes ò cauallos.* ANGL. *Sadle clothes.*} Iulius Capit. Processerunt centeni albi boues, cornibus auro iugatis, & dorsualibus apricis discoloribus præfulgentes.

Dorsuosus, Adiect. Solin. *cap.* 40. Ita incertis molibus nunc in breuia rescinditur dorsuosa, nec æstibus inundatur inquietis.

Dortium, Δόρτιον, Ptolemæo *cap.* 9. *lib.* 13. Mœsiæ superioris vrbs est, ad Danubium.

Dōrus, Δῶρος, Neptuni filius, qui in Doride Græciæ regione regnauit, à quo ipsi etiam populi, Dorij appellati putantur, vt ait Seruius in illud Virg. 2. *Æneid.*

———*iuuat ire, & Dorica castra,*
Desertósque, &c.

¶ Est etiam eo nomine vrbs quædam Phœnices, apud Iosephum: cuius ciues Doritæ appellantur, teste Stephano: qui in Caria eiusdem nominis vrbem collocat.

Dorycnium, δορύκνιον, Strychni genus est Theophrasto, radice candida, longa, cubitali, cauáque, folio erucæ maiusculo, caule quadricubitali, capite gethyi maiore, pilosioreque, pilulæ platani non absimili. Drachmæ pondere datur, vt sibi quis placeat, & pulcherrimum se existimet: duplicatum pondus maiorem insaniam creat, spectris vanis animo obseruantibus: triplicatum perpetuas gignit furias: cui ponderi si quid adiiciatur, præsentem necem affert. Ab his effectibus à quibusdam manicon est appellatum. Dorycnium autem putatur, quòd lancearum cuspides in prælio eo tingerentur.

Doryclus, Δόρυκλος. Filius Priami nothus, vt scribit Hom. *lib.* 11. *Iliad.* quem Aiax interemit. ¶ Aliter fuit Doryclus, frater Phinei regis Thraciæ, de quo Virg. *lib.* 5.

Fit Beroe Ismarij coniunx longæua Dorycli.

Et paulò pòst,

———*non hæc Rhœteia, matres,*
Et Dorycli coniunx, &c.

Dorylæum, Δορύλαιον Stephano, teste Plin. *lib.* 5. *cap.* 29. oppidum est Phrygiæ, non procul ab Hermi auriferi fluminis fonte: cuius meminit Plin. *lib.* 5. *cap.* 29.

Dorylas, Δορύλας, nomen Nasamonis cuiusdam potentissimi, vnius ex iis qui Perseo in Aula Cephei vim inferre conati, ab illo sunt interfecti Ouid. 5. *Metam.*

Et Nasamoniaci Dorylas ditissimus agri,
Diues agri Dorylas, quo non possederat alter
Latius, aut totidem tollebat farris aceruos.

¶ Est item Dorylas Centauri nomen, apud Ouid. 12. *Metam.*

Dorylaus, Δορύλαος. Vir Cretensis, rei militaris peritissimus, & Mithridati cognomento Euergetæ magna familiaritate deuinctus: cuius res gestas vide apud Strab. *lib.* 10.

Doryphorus, {δορυφόρος. ANGL. *A gentle man about a prince that beareth a speare.*} Satelles qui lanceam, aut spiculum gestans, tuetur corpus principis. Nam δόρυ lancea est, vel spiculum. Curt. *lib.* 30. Cognatorum Darij, regis turbam quindecim millia hominum fuisse muliebriter propemodum cultam, luxu magis, quam decoris armis conspicuam: doryphori vocabantur. Peculiare enim erat illius agminis insigne. ¶ Est etiam viri proprium, apud Quint.

Dōs, tis, propriè dicitur quod marito cū vxore datur. {מהר mōhar. προίξ. GALL. *Douaire, le mariage d'vne fille.* ITAL. *Dote.* GERM. Ein ehesteur / oder

oder heimsteur. HISP. *Dote del casamiento.* ANGL. *The dowrie which the woman doth giue vnto her husbande.*} Plaut. *in Amph.* Non ego illam mihi dotem duco esse quæ dos dicitur: Sed pudicitiam,&c. Terentius *in Andr.* Dos est Pamphile decem talenta. Idem *in Adelph.* Vxor sine dote veniet: intus psaltria est. Dote fretæ feroces postulant sibi subseruire viros. Plaut. *Men.sc.vt etiam* Idem *Aul.sc.5.a.2.* Quo lubeat nubant, dum dos ne fiat comes. ¶ Quæ in magnis dotibus sint incommoditates, vide apud eundem *Aul.sc.5.a.3.* Cum illa dote, quam tibi dixi. *Ibidem sc.4. a.1.*

Sena manet dotes grandis amice tuas, (ingenij.)

Ouid. *Eleg.8. lib.1. Trist.*

Et raras dotes, ingeniúmque dedit, (natura.)

Idem *Eleg.7. lib.3. Trist.* Nulla dicat, dotem ad te attuli maiorem, quàm tua erat pecunia. Plaut. *Aul.sc.5.a.3.* Mores meliores pro dote ferant. *Ibidem.* Argentum accepi, dote imperium vendidi. Idem *Asin.sc.1.a.1.* Quam maxima possum tibi dare dote, (vxorem.) Idem *Aul.sc.3. a.5.* Dotes Dapsiles, quæ vt seruiturem sumptibus redigunt viros. *Ibid.* Dote cassam & inlocabilem. *Ibid.sc.4. a.1.* Memineris conuenisse, vt ne quid dotis afferret. *Ibidem*, Desponde huic sororem, ego dotem dabo. Idem *Curc.sc.2.a.5.* T. Quid dotis? C. Vt semper me alat. *Ibid.* In dotem incitamentúmque sceleris, (id est, mercedem.) Velleius. Omnibus belli togæque dotibus, idem. Dotem inter auspices consignare. Sueton. *in Claud.cap.24.* Dotis tabellas consignare. *Ibid.cap.29.* Dotem receperunt ex ærario Scipionis filiæ. Idem *cap.12. de consol.ad Helu.* ¶ Duo autem dotium genera enumerantur à Iurisconsultis, profectitia scillicet, & aduentitia. Profectitia dos est, quæ à parentibus profecta de bonis est eorum: Aduentitia verò, quæ aliunde aduenerit: vt si quis patri certam pecuniam dederit quàm filiæ nubenti reddat. ¶ Transsumitur præterea latiùs huius nominis significatio pro omni eo quod alicui datum est, vel à natura, vel ab hominibus. τὰ ἀγαθά. Vnde dotes animi dicuntur, prudentia, iustitia, fortitudo, & huiusmodi: & dotes corporis, pulchritudo, robur, incolumitas, & his similia. Martial. *lib.13.* Nec poteris similæ dotes numerare, nec vsus. Cic. *lib.1.Orat.* Cuius artem quum indotatam esse, atque incomitatam, & incomptam videres, verborum eam dote locupletasti, & ornasti. Ouid. 3. *Trist.* Nam tibi quum facilis mores natura pudicos, Et raras dotes, ingeniúmque dedit. ¶ Dotes etiam prædiorum dicuntur pro aduentitiis emolumentis quibusdam & aliunde quæsitis, non ipsis innatis: quæ inde appellationem sumpserunt, quòd prædiorum oneribus ac sumptibus tolerandis attributa sunt, vt dotes in matrimoniis. Ex Hotomano.

Dōtālis, e, quod ad dotem pertinet, vel in quo dos consistit. {προικῷος, ὁ τῆς προικός. GALL. *Doüairier, de doüaire.* ITAL. *Dotale.* GERM. Das zu der Ehesteur gehört. HISP. *Cosa que se da en dote y casamiento.* ANGL. *Pertaining to dowrie.*} Vnde Dotalia bona, Dotales fundi. Plaut. *in Asin. sc.1.a.1.* Dotalem seruum Suarium vxor tua Adduxit, cui plus in manu sit, quàm tibi. Idem *in Mil.* Hasce ædes dicas dotales tuas. Liu. *lib.26.* Hæc tibi à me dotalia dona accedent. Ouid. 5. *Fast.*

Est mihi fœcundus dotalibus hortus in agris.

Ibid.lib.6.

Et caput, & regnum, factum est dotale parentis.

Dōto, as, dotem do. {מהר *mahár.* ἐπιδίδωμι. GALL. *Doüer.* ITAL. *Dotare, dar dote.* GERM. Außsteuren, mit einer Ehesteur begaben. HISP. *Dotar la muger en casamiento.* ANGL. *To giue dowrie, to endowe.*} Suet. *in Vesp.* Vitellij hostis sui filiam splendidissimè maritauit, dotauitque etiam, & instruxit.

Dōtātus, a, um, adiectiuum. Vnde Dotatam mulierem dicimus, quæ dotem habet: & indotatam, quæ dotis ad maritum nihil attulit, {ἄπροικος. ANGL. *Endowed, which giueth dowrie to hir husband.*} Plaut. *in Aul.sc.3. a.3.* Hæ sunt, atque aliæ multæ in magnis dotibus incommoditates, sumptúsque intolerabiles. Nam quæ indotata est, ea in potestate est viri: dotatæ mulctant & damno & malo viros. Idem *Asin.sc.2.a.5.* Intelliget quid sit dotatæ vxori conuitium dicere. Idem *Aul. sc.4. a.1.* Dummodò morata rectè veniat, dotata est satis. ¶ Dotatum etiam latiùs intelligimus eum, qui bonis quibusdam animi, corporis, aut fortunæ præditus est. Manil. *lib.vlt.* Tertia Pleiadas dotabit forma sorores. Ouid. 11. *Metam.*

Nata erat huic Chione, quæ dotatissima forma
Mille procis placuit.

Dōsis, δόσις, à verbo Græco δίδωμι, quod est dare. Hac voce nostri hodie medici vtuntur pro portione simplicium medicamentorum compositionem ingredientium.

‖Dossuarius, id est dorsuarius.‖

Dothiēn, is, δοθιήν. Abscessus cum tumore qui ex crassis humoribus in carnosis plerunque locis fit, mitis, quum in sola cute coierit: maleficus autem, nec facilè curabilis, quum ex alto in summam cutem emerserit. Vide Marcellum Virg. in Dioscor. *lib.2.*

Dōtium, Δώτιον, vrbs Thessaliæ, in quam Gnidij migrarunt, quorum regio Gnidia vocatur, à Dotia Elati filia, sic dicta, vel à Dotide, vel Dotho, Steph.

‖Doxa, δόξα, opinio, dignitas, gloria apud plures. à δοκέω puto, videor.‖

D R

Drăbē, δράβη. Herba est cubiti altitudine, gracilibus virgulis, quarum latera vtrinque vestiunt folia, quæ planè Lepidij viderentur, nisi teneriora essent, candidioráque. In cacumine sambuci vmbellam gerit, in qua candidi flores emicant. Hanc nonnulli herbarum periti Orientale Nasturtium, alij Babylonium vocauerunt. Vide Ruell. *lib.1. cap.89.*

Drăbēscus, Δραβῆσκος, Thraciæ regiuncula, Steph.

Drăcænă, δράκαινα, cum diphth. draconis fœmina: sicut leonis fœmina, leæna.

Drăchmă, {דרכמון *darchemón* אדרכן *adharcón.* δραχμή. GALL. *Dragme, huictiéme partie d'vne once.* ITAL. *Dragma, denaro.* GERM. Ein quintlein, der vierte theil eines lodts. HISP. *Drama peso, ò adarme.* ANGL. *A dramme, the eight part of an ounce.*} Genus ponderis ex decem & octo siliquis, id est, tribus scrupulis constans. ¶ Est & genus numismatis, denarium valens Romanum, hoc est, (vt Budæus docet) solidos Turonenses tres cum semisse. Terent. *in Andr.* Vix, inquit, drachmis obsonatus est decem. Cic. *1. de Diuin.* Quibus diuitias pollicentur, ab his drachmas ipsi petunt. Drachma vnde dicta, & eam æstimari sex obolis. Plutarch. *in Lys.* Nisi tu illi drachmis fleueris argenteis. Plaut. *Pseud.sc.1. a.1.* Quid de drachma facere vis? C. Restim volo mihi emere. Item, Quis mihi drachmam reddet? Idem *ibid.* Sed potes nunc mutuam drachmam dare mihi vnam. *Ibid.* Illi (coqui) tristent drachmis, ego non minoris numo. Idem *Pseud.sc.2.a.5.*

‖Drachmalis vsura, centesima: drachma enim centesima pars assis. Bud.‖

Draco, Δράκων. Antiquissimus Atheniensium legislator, cuius leges Solon, præterquam quæ de cæde erant constitutæ, abrogandas curauit, propter seueritatem. Nam vna omnibus pœna constituta erat, vt etiam qui desidiæ damnati essent: aut qui olera surripuissent, capite plecterentur. Ob quam causam Demades dicere solebat, Draconem non atramento, sed sanguine leges scripsisse. De Draconis legibus Plutarch. in *Solon.* vbi plura. Item Gellius *cap.18. lib.11.*

Drăco, nis. {תנין *tannin.* δράκων. ANGL. *A dragon.*} Serpens annosus, qui multa ætate in insolitam magnitudinem excreuit: ita dictus ἀπὸ τοῦ δέρκειν, quòd hoc animal acutissimi visus esse credatur: vnde etiam à Poetis thesaurorum custodiis fingitur præesse. Plin. *lib.8.cap.11.* autor est, Dracones in India in tantam excrescere magnitudinem, vt perpetuum cum elephantis bellum gerant. Nunc ego Medeæ cuperem frænare dracones, Ouidius. ¶ Serpens draco, Sueton. *in Tiber. cap.72.* ¶ Dracones etiam dicuntur à Plin. *lib.17.cap.23.* à tortuositatis similitudine palmites emeriti, pluribúsque annis indurati: Nuper (inquit) repertum draconem serere iuxta arborem: ita palmitem appellamus emeritum, pluribúsque induratum annis. ¶ Draco marinus etiam piscis est, qui & Araneus piscis vocatur. de quo Plin. *lib.9.cap.48.* Vide *Araneus.*

Draco signum in bello. Ionas *de cultu imag.* Labarum, quem dicunt Draconem, in speciem crucis Dominicæ exaptat. Modestus *de vocab. rei milit.* Dracones etiam per singulas cohortes à Draconariis feruntur ad prœlium. Inde pro signifero legimus Dracontioforum. Glossæ veteres Græco-Latinæ, δρακοντοφόρος, draconarius.

Drăcōnĭgenæ, δρακοντογενεῖς. Ex dracone geniti: quo epitheto à Poëtis notantur Thebani Bœotiæ populi: propterea quòd ij qui Cadmo in ea vrbe ædificanda adiutores fuerunt, ex satis draconis dentibus nati feruntur. Ouid. 3. *Metam.*

Draconis insula, δράκοντος νῆσος, in Libya est, Steph.

Drăcōnītēs, δρακοντίτης, siue Dracontias, gemma est quæ fit ex cerebro draconum, sed non nisi viuentibus abscissa gemmescit, inuidia animalis mori se sentientis: quapropter mos est amputare caput dormientibus. Est autem colore translucido, nec poliri potest, aut artem admittere. Plin. *lib.37. cap.10.*

‖Dracontarium, corona confecta ex dracontiâ herba contra venena, aut ex gemmis draconilibus. Tertull. Palm.‖

Drăcōntium, {δρακόντιον. GALL. *Herbe appellée serpentine.* ITAL. *Dragontea.* GERM. Trachenwurtz. HISP. *Dragontia.* ANGL. *Dragons or dragonwort.*} Herba hortensis est, teste Dioscoride, folio hederæ magno, & candidis notis insigni, caule recto, bicubitali, versicolore, maculis respersо purpureis, ita vt anguem planè referat. Officinæ *Serpentariam* & *Columbinam* appellant. ¶ Est etiam hoc nomine genus vitis apud Col. *lib.3.c.2.* quod vini generositate cum Aminneis conferri possit. Vnam (inquit) vitem præcoquam, nobis ante hoc tempus incognitam, Græcâ consuetudine *dracontion* vocari comperimus, quæ fœcunditate iucunditatéque, arcellatæ, basilicæque & Bituricæ comparari posset: generositate vini, Aminneæ.

Draconum, Δράκανον, mons & ciuitas in Icaria insula, Steph.

Drăcūncŭlus, δρακοντίον, herbæ genus est, quod *dracontion* Græci pharmacopolæ *Serpentariam* appellant: vtroque nomine à caulis figura deducto, qui maculis quibusdam variegatus, quandam serpentis similitudinem referre videtur. Vide paulò antè in dictione *Dracontion.* ¶ Est etiam Dracunculus piscis ex concharum genere. Plin. *lib.32. cap.11.*

Dracus, Achæorum dux, à L. Mumio Romanorum duce victus. Epitom. Liuij *lib.52.* Cum Achæis (inquit) qui in auxilium Bœotios & Chalcidenses habebant, Quintil. Cæcil. Metellus ad Thermophylas bello conflixit: quibus victis, dux eorum Critolaus, veneno sibi mortem consciuit. In cuius locum Dracus, Achaici motus primus autor, ab Achæis dux creatus, ad Isthmon à L. Mumio consule victus est. Hæc Liu. *lib.52.*

Drāgmă, atis, {δράγμα. ANGL. *A handfull, a bundell.*} Apud Græcos dicitur quod nos rapinam, aut manipulum dicimus, hoc est, quantum vna manu comprehendere possumus.

Dragmus, Δράγμος, vrbs Cretæ, Steph.

‖Dragomenus, vel dragumanus, in historia Græca est interpres exoticarum linguarum.

Drama, M. sub P. Constantinopolitano.‖

Drāmă, tis, δρᾶμα. Est actus, vel repræsentatio fabularum, in quibus Poëtæ persona non admiscetur.

Drapeta, æ. Conferunt sermones Drapetæ (id est, fugitiui.) Plaut. *Curc. sc.3. a.2.*

Drāmătĭcus stylus. Dicitur qui mixtus non est, vbi Poëta nusquam loquitur: vt sunt comœdiæ & tragœdiæ: Exegematicus, in quo solus Poëta: Mixtus, vbi promiscuè & Poëta & persona. Dictus dramaticus, δραματικός, quasi actiuus, à δράω ago.

Drāncēs, Δράγκης. Orator Latini regis, infestissimus Turno Rutulorum regi, vt est videre apud Maronem *lib.11.* Tum Drances idem infensus, &c.

Drāngæ, Δράγγαι, populi sunt Persiæ, vnde fœmininum Drangeis, Δραγγηΐς, & regio Drangana, Δραγγανή, Steph.

Drangiana, Δραγγιανή. Prouincia in Asia maiori, quam Ptolomæus ab Occasu & Septentrione Aria & Bagoo monte terminari ait, ab Oriente Arachosia. Vide ipsum *lib.6. cap.19.*

Drausi, Thraciæ populi sunt, qui puerorum recenter natorum futuram calamitatem deflent, commemorantes omnia mala quæ vitam ingressos necesse est perpeti: contrà autem, defunctorum exequias summa celebrant alacritate, gratulantes illis quòd tot malorum myriadibus semel sint defuncti. Autor Herodotus.

Drĕpănē, δρεπάνη . . . bs Lyciæ. Et Drepana in plurali numero, vrbs Siciliæ. Steph.

Drĕpănē, δρεπάνη, Phæacia. ¶ Est etiam Drepane in Bithynia iuxta Astacenum: item mons Æthiopiæ. Bithynicam sic dictam aiunt, à falce Saturni. Steph.

Drĕpănis, Arist. δρεπανίς, hirundo marina. Plin. *lib.* 10. *cap.* 30. & *lib.* 30. *cap.* 4. Item *lib.* 11. *cap.* 47. Vide *Hirundo.*

Drepanum, δρέπανον, vrbs Libyæ: sunt & duæ insulæ circa Lebinthum. Stephan.

Drĕpănum, δρέπανον, vulgò Trapani. Vrbs est Siciliæ trans Lilybæum promontorium, non procul ab Eryce monte: ita dicta à curuo situ instar falcis: δρέπανον enim falx dicitur: vel ab eo quòd Saturnus amputatis viribus paternis, illuc falcem proiecerit. Ouid. *lib.* 3. *Fast.*

Quique locus curua nomina falcis habet.

Virg. 3. *Æneid.*

Hinc Drepani portus, & illatabilis ora,

Accipit, &c.

Dresda, vrbs Misniæ, Electoris Saxonici sedes, vulgò *Dresen.*

Dresia, δρησία, vrbs Phrygiæ, Steph.

Drilon, Δρίλων, Fluuius est Dalmatiæ, ex Scardonio monte ortum trahens, circa medium superioris Mysiæ. Vide Ptolem. *lib.* 2. *cap.* 17. & Plin. *lib.* 3. *cap.* 22.

Drilonius, δριλώνιος, vrbs magna, vltima Celticarum, Steph.

‖Drista, sub S. Constantinopolitano.

Driuastum, seu Triuastum, *Driuaste*, V. E. sub M. Antibarensi, Turcis seruit.‖

Drŏmăs, adis. {בִּכְרָה *biehrâh.* δρομάς.} Cameli species est, à velocitate cursus nomen habens. Liu. *lib.* 7. *bell. Maced.* Ante hunc equitatum falcatæ quadrigæ, & cameli, quos appellant Dromadas.

‖Dromedarius. Dromedarij Madian & Epha, Isa. 60. 6. Gesnerus *in histor. anim.* Dromedarij nomen pleræque gentes vsurpant, Itali, Galli, Germani, Hispani. Græci Dromadem solùm fœminino genere vsurpant, nec vnquam, quod sciam, sine cameli nomine apposito. Tamen talia in ᾶς aliquando vt adiectiua vsurpantur: sicut ὄρνις. Ita δρομὰς illic est cursorius, a. Igitur Dromedarius est à *Dromeda*: *Dromeda* autem pro Dromada, nominatiuus ex accusatiuo.

Dromedus, masc. & Dromeda, æ, fœm. quoddam genus camelorum, minoris quidem staturæ, sed velocioris. Ita vet. Vocab.‖

Dromo, nomen serui. Plaut. *Asin. sc.* 4. *a.* 2. Item nomen Coqui, apud eundem *in Aul. sc.* 6. *a.* 2.

Drŏmones, genus piscium est apud Plin. *lib.* 32. *cap. vlt.* à pernicitate ita appellatum, δρομῶνες. Dromones item nauigia celerrima, quasi cursoria Iustiniano vocantur *in l.* 2. *C. de offic. præf. prat. Afr.* quos celoces Latini appellant à celeritate, vt scribit Nonius. Milites, inquit, constituas, qui possint & ipsum traiectum seruare, & omnia quæcunque in partibus Hispaniæ, vel Galliæ, siue Francorum aguntur, viro spectabili duce, denuntiare. In quo traiecto etiam Dromones quantos prouideris ordinari facias.

Drŏmŭs, δρόμος. Latinè cursus: quamuis nonnunquam accipiatur pro loco ipso in quo curritur. ¶ Hinc Catadromus, de quo suo loco.

Drongilon, δρογγίλον, regiuncula Thessaliæ. Steph.

Drŏpăx, acis, δρῶπαξ. Vnguenti genus est quod ad euellendos è corpore pilos solet adhiberi. Vnde δρωπακίζειν Græci dicunt pro eo quod est vnguentis adhibitis corpus glabrum reddere. Mart. *lib.* 3.

Psilothro faciémque leuas, & dropace caluam.

Idem *lib.* 10. Leuis dropace tu quotidiano.

Drūentiă, æ. Fluuius prouinciæ Narbonensis, in Rhodanum influens. Plin. *lib.* 3. *cap.* 4.

‖Druidæ, Gallorum magi. vide *Bardiaci.*

Drumoria, siue Dromaria, *Drummore*, V. E. Hiberniæ, sub A. Armachano.‖

Drungus, i, globus hostium. Vegetius *de re milit. lib.* 3. Scire dux debet contra quos Drungos (in impressis deprauatè *Drumos*) hoc est, globos hostium, quos equites oporteat ponere. Vopiscus *in Probo*, Triumphauit de Germanis & Blemiis, omnium gentium Drungos vsque ad quingenarios homines ante triumphum duxit.

Drupæ, δρυπεπεῖς. Baccæ oleæ iam nigrescentes, & mox ab arbore casuræ: vnde & nomen apud Græcos acceperunt. παρὰ τὸ πίπτειν ἐκ τῆς δρυός.

Drūsŏmăgŭs, δρουσόμαγος, Rhætorum oppidum est, apud Ptol. *lib.* 2. *cap.* 12. {GERM. Memmingen}

Drusilla, vxor Caligulæ fuit. Suet. *in Calig. cap.* 24.

Drūsŭs, δροῦσος. Vir Romanus, genere & eloquentia magnus, sed ambitiosus & superbus, Catonis auus, de quo sic Cic. 4. *de fin.* Conferam autem, inquit, auum tuum Drusum cum C. Graccho eius ferè æquali. Ædilis munus magnificentissimum dedit: Quæstor in Asia nullis insignibus vti voluit, ne quid ipso esset insignius. Tribunus plebis Latinis ciuitatem, plebi agros, Equitibus curiam, Senatui iudicia permisit. Dictus autem est Drusus à Drauso hostium duce trucidato. Sueton. *in Tib. cap.* 3. ¶ Fuit & ante hunc M. Liuius Drusus, cognomento Salinator, qui vnà cum Cl. Nerone collega suo in Consulatu Asdrubalem vicit. Virg. 6. *Æneid.* Quin Decios, Drusósque procul, &c. ¶ Drusus item alius Ciceronis sodalis, de quo 3. *de nat. deor.* sic scribit, Cur sodalis meus interfectus domi suæ Drusus, &c. ¶ Fuit & hoc nomine Liuiæ Augustæ filius, qui in Germania periit: de cuius morte extat Ouidij carmen consolatorium ad Liuiam matrem.

Dryas, δρύας. Filius Hippolochi, & pater Lycurgi, qui in bello Thebano Eteoclis partes sequutus, quum in pugna Parthenopæum lethali ictu vulnerasset, à Diana sagittis occisus est. Statius,

Horrendúmque Dryanta mouet, &c.

Dryădĕs, {δρυάδες. GERM. Waldgöttin.} Nymphæ syluarum præsides, ita dictæ à Græco nomine δρῦς, quod quamuis propriè quercum significet, accipitur tamen pro quauis arbore. Virg. 1. *Georg.*

Ferte simul Faunique pedem, Dryadésque puellæ.

Hamadryades autem dicuntur singularum arborum nymphæ, quæ cum iis vnà nasci & occidere dicuntur: cuiusmodi describit Ouid. *lib.* 8. *Met.* quercu annosa ab Erisichthone succisa interemptam.

Dryantiădes, δρυαντιάδης, dictus est Lycurgus, Thraciæ rex, à patre. Ouid. *in Ibin.*

Neue Dryantiade Rhodopeia regna tenenti.

Dryĭdæ, δρυΐδαι, siue Druidæ, siue etiam Druides, dicti sunt Gallorum sacerdotes, apud quos totius gentis controuersia constitueb ant. Nomen habere creduntur à dictione δρῦς, quæ olim quamuis arborem, hodie verò peculiariter quercum significat, quod maximè in lucis versabantur. Plin. *lib.* 16. *cap.* 44. Nihil habent Dryidæ (ita enim Galli suos appellant magos) visco, &c. Cæs. *lib.* 6. *bell. Gall.* Druidæ rebus diuinis intersunt, sacrificia publica ac priuata procurant, religiones interpretantur. Ad hos magnus adolescentium numerus disciplinæ causa concurrit, magnóque sunt apud eos in honore: nam ferè de omnibus controuersiis publicis priuatisque constituunt. Et si quod est admissum facinus, si cædes facta, si de hæreditate, de finibus controuersia est, iidem decernunt, præmia pœnásque constituunt. Vide de his plura apud Cæsarem, quæ hic breuitatis causa omittimus. Hanc religionem (inquit Suetonius) *in Claudio cap.* 25. sub Augusto interdictam, Claudius Imperator quintus penitus aboleuit. Pro iisdem etiam dicimus Druides, Druidum, per tertiam declinationem. Cæsar *bell. Gall. lib.* 6. Sed his duobus generibus alterum est Druidum, alterum Equitum. Et *paulo post*, His autem omnibus Druidibus præest vnus, qui summam inter eos habet autoritatem.

Drylon, vide *Drilon.*

Drylæ, δρυλαί, vicus, κωμόπολις, procul à Pontica Trapezunte. Steph.

Dryme, δρυμή, vrbs Libyæ, Steph.

Drymia, δρυμία, vrbs Phocidis, Steph.

Drymusa, δρυμοῦσα, insula Ionix, Steph.

Drymodis, Peloponnesi regio mediterranea, postea Pelasgis, & nouissimè Arcadia dicta. Plin. *lib.* 4. *cap.* 6.

Dryophyte, es, ranæ genus est apud Plin. *lib.* 32. *cap.* 7. Ranæ (inquit) quas dryophytas & calamitas vocant. Item *cap.* 10. Iecur ranæ dryophytes, aut calamitæ in pellicula gruis alligatum. Quibus tamen in locis eruditiores malunt legere diopetes & diopetas: vt ranas illas intelligas, quæ aut cum pluuia de cælo decidunt, aut certè ex pluuia nascuntur. Græci enim διοπετὲς vocant quicquid ex aëre est delapsum, quasi à Ioue missum.

Dryope, δρυόπη, vel δρύοπις, vrbs circa Hæmoniam, Dryopes autem circa OEtam, à Dryope Eurypili filia dicti sunt. Steph.

Dryŏpĕs, δρύοπες. Populi Epirotici, de quibus Strabo *lib.* 8. & 13. Virg. 4. *Æneid.*

Cretésque, Dryopésque fremunt, pictique Agathyrsi.

Dryŏphŏnŏn, δρυόφονον. Herba est dryopteri similis, cauliculis tenuibus, cubitalibus, circundatis vtrinque foliis oxymyrsinæ similibus, sed candidioribus & mollioribus, flore sambuci. Edunt decoctos cauliculos, semine verò pro pipere vtuntur. Officinæ *Nemoralem myrtum* appellant.

Dryopia, δρυοπία, δρύοπις, regio Dryopon circa Trachinam, Steph. Vide *Cytinus.*

Dryŏs hyphĕăr, δρυὸς ὕφεαρ. Genus visci est, copiosissimè in quercu nascens: vnde & nomen accepit. Est autem sui generis planta fruticosa, sesquipedalis, lenta, semper virens, grauis odoris, buxi folio, baccis exiguis, sine flore, tactum sequiens, nunquam in terra nascens. Vide Plin. *lib.* 16. *cap. vlt.*

Dryŏptĕrĭs, δρυοπτερίς. Herba est filici similis, in arboribus nascens, tenui foliorum subdulcium incisura, radice hirsuta. Plin. *lib.* 27. *cap.* 9. Vulgus *Osmundam arboream* appellat.

Drypĕtæ, δρυπετεῖς, vel drupæ, æ. Oliuæ sunt maturæ & adultæ: ita dictæ à πίπτειν καὶ δρῦς, quasi iam ex arbore decidentes.

Drus, δροῦς, vrbs Thraciæ, & alia OEnotrorum, item vicus Lyciæ circa Arum fluuium, Steph.

Drysus, vir quidam Troianus, apud Homer. *in Iliade.*

Dryusa, δρυοῦσα, Samos olim dicta est, Steph.

D V

Dŭō, neut. gen. veteres dixerunt pro duo vetustum. *Ni.* Quint. *lib.* 1. *cap.* 10. Dua pondo & trepondo vsque ad nostram ætatem dictum est, & rectè dici Messala confirmat. Sic etiam apud Cic. *in Orat.* Video sepulchra dua, duorum corporum. Propert. Et quæ monstri dua littora.

‖Duacum, *Douay*, ad Scarpum fl. oppidum Flandriæ, in D. Atrebatensi situm, habet Academiam ann. 1562. auspicijs Philippi II. Regis Catholici Belgarúmque Principis institutam.‖

Dŭālis, quod est duorum, {δυϊκός. GALL. Duel, qui signifie deux, de deux. ITAL. Numo di due. GERM. Zweyig/zweyfach. HISP. Numero de dos. ANGL. Of tweo.} Seruius in illud Virg. 1. *Æneid.* Conticuere omnes, Conticuere (inquit) pro conticuerunt: nec est, (vt quidam dicunt) dualis numerus: qui apud Latinos nusquam penitus inuenitur.

Dubenus, teste Festo, pro domino vetere: dixerunt. Pacuu. Tum dubenus seruos ligatos pessimè verberat.

‖Dubienus, apud antiquos dicebatur, qui nunc dubius, vt ab alio alienus, à socio socienus, à dubio dubienus. & sanè *dubenus dicas.* Gloss.‖

Dŭbĭo, as, apud antiquos legitur pro dubito, siue in dubio sum. διστάζω. Plautus, Dubiat quid agat.

Dubis, Galliæ fluuius, Vesuntionem Sequanorum oppidum medium secans, Dolámque alluens. Meminit eius Cæsar *lib.* 1. *bell. Gall.* A nonnullis *Asdua dubis* appellatur.

Dubitapes, fictor egregius, qui vasa ex rubra creta primus finxit.

Dŭbĭŭs, dicitur qui duas vias habet, & vtram eligat, nescit: sicut ambiguum, quod in ambas agi partes possit. {תָּלוּי *talui.* ἀμφίβολος, ἀμφίβολος. GALL. Douteux, incertain. ITAL. Dubbio. GERM. Zweifelhafftig. HISP. Cosa dudosa. ANGL. Doubtefull, uncertaine.} Liu. *ab Vrbe*, Quum equites procul visi non sine terrore ab dubiis quinam essent, mox cogniti, &c. Virg. 2. *Æneid.*

Nec dubia ea signa dedit.

Terentius, Non dubium est quin mihi magnum ex hac re sit malum. *Lib.* 1. *ad Heren.* Dubium genus est, quum habet in se causa & honestatis, & turpitudinis partem. Tibul. *lib.* 4.

At non per dubias errant mea carmina laudes. Item,

Dubium est sitne, an scelerata.

Ouid. *Eleg.* 4. *lib.* 4. *Trist.* Dubium cautiórne, an audentior. Sueton. *in Cæs. cap.* 58. & *in August. cap.* 13. & *in Tib. cap.* 10. Haud pro dubio. Liu. *lib.* 6. *ab Vrb.* Dubio impendite cælo. Senec. *epist.* 34. Dubie & incipiente

cipiente morbo. Idem *ibidem*. Dúmque ego sum vitæ dubius. Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 1.

Vt dubius vitæ sit pater ille meus.

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

——*& dubium me quoque mentis habet.*

Idem 6. *Fast.*

Constituit dubia templa propinqua Dea, (id est, fortunæ.)

Dubium se mediúmque partibus præstare, Velleius. Dubia fides Rhodiorum, idem. Plancus dubia, (id est, sua fide.) Idem. ¶ Nonnunquam etiam dubium accipitur pro ancipiti periculo. Vnde in dubium venire, idem est quod in discrimen adduci. Terent. *in Adelphis*, Tua fama & gnatæ vita in dubium veniet. Sic Salutem dubiam dixit Cic. *in Epist. ad Ligarium*, pro ea quæ à periculo versatur. ¶ Cœna dubia dicitur, quum tanta apponitur ciborum copia, vt cogaris dubitare quid potissimum debeas sumere. Terent. *in Phorm.* Ille ringitur, tu rideas: Prior bibas, prior decumbas; cœna dubia apponitur. G. Quid istuc verbi est? 2. Vbi tu dubites quid sumas potissimum. ¶ Dubium argentum, id est, pecunia de cuius pondere, vel bonitate dubitari potest. Plaut. *Epid. sc.* 1. *a.* 5. Accipe argentum hoc Danista, hic sunt quadraginta minæ: Si quid erit dubium, immutabo. Dubium nisui, Salust. *in Iugurth.* Deinde ipse cum illorum armis sequi, quæ dubia nisui videbantur, potissimum tentare. Cum genitiuo: vt, Vitæ dubius, Ouid. 3. *Trist.* Dubius animi, Virg. 3. *Georg.*

Dŭbĭē, aduerbium. {ἀμφιβόλως. Gall. *Doutensement, en doute, incertainement.* Ital. *Dubiosamente.* Germ. Zweyfelhafftiglich. Hisp. *Dudosamente.* Angl. *Doubtfully.*} Cic. 1. *de Diuin.* Potest autem accidere, vt aliquod signum dubie datum, pro certo sit acceptum. Liu. 2. *ab Vrbe*, Nec dubiè ludibrio esse miserias suas. Huius contrarium est indubiè, ἀναμφιβόλως, sine dubio.

Dŭbĭōsŭs, a, um, adiectiuum, Incertus, dubius. {תלוי *talúi*. ἀμφίβολος, ἀμφίβολος. Gall. *Douteux, plein de doute.* Ital. *Dubbioso.* Germ. Voll zweyfel / vngewiß. Hisp. *Dudoso.* Angl. *Very doubtfull or vncertaine.*} Gell. *lib.* 3. *cap.* 3. Quas à cæteris segregauit, quoniam dubiosæ non erant. Idem *lib.* 5. *cap.* 10. Dubiosum hoc, inexplicabiléque.

Dŭbĭto, as, q. duas vias habeo: vel ex duo, & ito: vel à verbo dubio, as, de quo Festus, Dubiat, Dubitat. Dubius sum. {תלה *taláh* פן *pan*. ἀμφιβάλλω, διστάζω. Gall. *Douter.* Ital. *Dubbitare.* Germ. Zweyfeln. Hisp. *Dudar.* Angl. *To doubte.*} Cic. 4. *Acad.* Ne vinolenti quidem quæ faciunt, eadem approbatione faciunt qua sobrij: dubitant, hæsitant, reuocant se interdum. Idem *lib.* 10. *epist.* Nam de tua erga me voluntate non dubitant. Non dubito quin. Terent. *Andr.* Hic nunc non dubitat, quin te ducturum neges. Quid dubitas quin sit paratum nomen puero Posthumus? Plaut. *Aul. sc.* 3. *a.* 1. At etiam dubitaui hos homines emere (corripientis seipsum.) Idem *Capt. sc.* 4. *a.* 2. Neque quod dubitem, neque quod timeam (est.) Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Quid dubitas dare? (argentum istuc mihi.) *Ibid. sc.* 2. *a.* 2. *& sc.* 2. *a.* 5.

——*Quid dubitas ingentem euertere Troiam?*

Ouid. 13. *Met.* Quid statis, quid dubitatis? Plaut. *Men. sc.* 6. *a.* 5. Cic. *de senect.* Quod si acciderit, non dubitat quin breui Troia sit peritura. Dubitare an & vtrum. Plaut. *Capt.* At etiam dubitaui, hos homines emerem, an non emerem, diu. Cic. 5. *Verr.* Infinité dubitare vtrum sit vtilius, propter multos improbos vni parcere, an, &c. ¶ Dubitare pro Cogitare. Virg. 9. *Æneid.*

——*percipe porrò*

Quid dubitem, & quæ nunc animo sententia surgat.

id est, cogitem. Omnis enim cogitatio in dubitatione est ante sententiam. Seruius. ¶ Dubitare item ponitur pro vereri, cunctari. διστάζειν. Plaut. *in Epid.* Quid istuc dubitas dicere? hoc est, Quid times, aut vereris? Ouid. 3. *Fast.*

Effuge, ne dubita, mœstum foror effuge tectum,

(id est, ne cunctare.) Item, Liu. *lib.* 1. *dec.* 3. Si fortuna dubitauit, id est, si varia & anceps erit. Cic. *de Amicitia*, Nec dubitare illum in omni sermone appellare sapientem. Iuuen. *Sat.* 7.

——*Quis tam*

Perditus, vt dubitet Senecam præferre Neroni?

¶ Huius composita sunt Abdubito, Subdubito, quorum significata vide suis locis.

Dubitatur, impersonale. Cic. 4. *Verr.* Idem *Attic. lib.* 4. Sed vtrùm fronte, an mente dubitatur.

Dubitans, particip. {תולה *toléh* פן *pan*. διστάζων, ἀμφιβάλλων. Gall. *Doutant, qui doute ou est en doute.* Ital. *Dubitante.* Germ. Zweyfelend. Hisp. *Dudando.* Angl. *That doubteth, doubting.*} Cic. *pro domo sua*, Identidem se ipse reuocando dubitans, timens, hæsitans, omnia aliter ac vos in monimentis habetis, & pronuntiarit & fecerit.

Dŭbĭtātus, partic. διστασθείς. Ouid. 2. *Met.* Venit, & intrauit dubitati tecta parentis. Dubitatus amor, apud eundem ad Liuiam.

Dŭbĭtatio, Hæsitatio, scrupulus. {δισταγμός. Gall. *Doute.* Ital. *Dubitatione.* Germ. Zweyflung. Hisp. *Duda.* Angl. *Doubt.*} Cic. 2. *de Orat.* Quis timor, quæ dubitatio? quanta hæsitatio, tractatúsque verborum! Idem *ad Trebonium*, Nullam enim dubitationem apud me reliquisti quantum me amares.

Dubietas, atis, idem quod dubitatio. Adrenaldus *cap.* 9. Super qua re, non minima eorum animos dubietas occupauerat.

Dŭbĭtāntĕr, quod est à dubitans: Dubitatim à dubitatus, Dubiè, timidè. {ἐνδοιαστῶς. Gall. *Douteusement.* Ital. *Dubbiosamente.* Germ. Mit zweyfel. Hisp. *Dudosamente.* Angl. *VVithout hope or doubtfully.*} Cæcil. Imperator clamat de medio, vt milites à sinistro cornu remoueant, & Gallis non dubitanter immittant. Sisenna apud Nonium. Quòd hostem non dubitanter cum pluteis & scalis iter facere cernebat.

Dubitabilis, e, [illegible], ἀμφίβολος. Ouid. 13. *Met.*

Atque ego si virtus in me dubitabilis esset, *Nobilitate potens essem.*

Idem *lib.* 1.

——*nec erit dubitabile verum.*

[Dublinium, Dublinia, vrbs Hiberniæ metropolis, & Proregis sedes, titulo Archiepiscopali ornata est anno 1152. auctoritate Eugenij III. Papæ Academia, seu Vniuersitas, vt vulgò vocant, in eâ vrbe anno 1320. instituta est.]

Ducatus, vide *Dux*.

Dŭcēnī, æ, a. Plin. *lib.* 16. *cap.* 40. Anni ducenti ante excidium Troiæ. Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 2. Etiam ducentas plagas prægnantes dabo. Liu. 3. *d.* 4. Ducenti peditum, nisi mendum sit.

Ducenties, Aduerb. Cic. 2. *Philip.* Ego enim amplius ducenties acceptum hæreditatibus retuli.

Ducenus, a, um, Bis centum: vt, Duceni pedes. Plin. *lib.* 6. *cap.* 26. Et Duceni anni, apud Plaut. *in Pseud. sc.* 2. *a.* 3. Ducenos annos viuere. Et Suet. *in Aug. cap.* 41. Duceni numi.

Dŭcēnārĭus, qui duas centurias, id est, ducentos milites ducebat in acie secunda, qui & primus hastatus dicebatur. {διακοσιάρχης. Gall. *Capitaine de deux cents hommes.* Ital. *Capitano di ducento soldati.* Germ. Ein Hauptman vber zweyhundert kriegsknecht. Hisp. *Capitan de dozientos hombres armados.* Angl. *A Capitane of two hundred men.*} Apud Suetonium legitur quartam iudicum decuriam ab Augusto additam esse, quæ Ducenariorum diceretur, iudicarétque de leuioribus summis. Apud eundem in Claud. *cap.* 24. Ducenarij procuratores. Ducenarij autem videntur nominati à censu ducentorum sestertiorum.

Dŭcēnārĭus, a, um, adiectiuum, quod constat ducentis. {διακοσιαῖος. Gall. *De deux cents.* Ital. *Di dugente.* Germ. Das zweyhundert hatt. Hisp. *De dozientos.* Angl. *Of two hundred.*} vt, Ducenaria pondera, hoc est, ducentarum librarum, apud Plin. *lib.* 7. *cap.* 20.

Ducentesimus, a, um. {διακοσιοστός, ή, όν. Gall. *Le Deux-centieme.*} Suet. *in Calig. cap.* 16. Ducentesimam auctionum Italiæ remisit. Ita legit Passerat. Alij *centesimam*.

Dūco, is, duxi, ductum, à δύω. Deduco, capio, sumo. {נהג *nahágh* נהל *nahál* נחה *nacháh*. ἄγειν, συμπαράγειν. Gall. *Mener, conduire, garder.* Ital. *Guidare, condurre.* Germ. Führen. Hisp. *Guiar, lleuar guiando.* Angl. *To lead, or guide.*} Propriè ducimus volentes, trahimus inuitos. Seneca, Fata volentem ducunt, nolentem trahunt. Ducite vbi capiat compedes. Plaut. *Capt. sc.* 5. *a.* 3. Duc me quò vis, (te sequar.) Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 5.

——*Secúmque Deos in prælia ducit.*

Ouid. 13. *Metam.* Duce me amabo, (ebrium.) Plaut. *Most. sc.* 4. *a.* 1. Ducit nescio quem secum simul, (id est, adduxit.) Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Abiit ad amicam, neque me voluit ducere,) ad prandium.) Idem *Men. sc.* 1. *a.* 3. Ego ad Regem rectâ me ducam, (id est, conferam.) Idem *Amph. scen.* 4. *act.* 4. Duci te iussi, (ad mortem.) Senec. *cap.* 14. *de tranquill.* Libet potare, amare, scorta ducere. Plaut. *Mostell. sc.* 1. *a.* 1. Ducam te per exempla. Senec. *cap.* 14. *de consol. ad Mart.* Orcus vobis ducit pedes. Suet. *in Ner. cap.* 39. Ducit Lembum directum nauis prædatoria. Plaut. *Men. sc.* 4. *a.* 2. ¶ Postducere, i. postponere. Salust. *Iugurth.* 110. Et sua necessaria post illius honorem ducerent. ¶ Quandoque significat respicere, iudicare, existimare, ἄγειν quoque Græcis & ἡγεῖσθαι. Cic. *Trebatio*, Ego si mei commodi rationem ducerem, te mecum esse maximè vellem. Virg. 10. *Æneid.*

——*tantón' me crimine dignum Duxisti?*

Nec sumptus ibi sumptui esse ducunt. Plaut. *Most. sc.* 2. *a.* 4. Non illam mihi dotem esse duco, quæ dos dicitur. Idem *Amph.* Nemo ne probro ducet Alcmenæ. *Ibid.* Laudo malum tuum ducis malum, idem *Capt. sc.* 2. *a.* 1. ¶ Quandoque in passiuo significat delector, afficior. Cic. *in Verr. act.* 2. Si quis honore, aut gloria ducitur, ἄγεται. ¶ Quandoque voluere, pertractare. Virg. *lib.* 6. *Æneid.*

Sic equidem ducebam animo, rebárque futurum.

¶ Quandoque nudare, educere, ἑλκειν. Idem *lib.* 12. Ille tamen clypeo obiecto conuersus in hostem Ibat, & auxilium ducto mucrone petebat. ¶ Quandoque contrahere. συνάγειν. Idem 9. *Eclog.* Astrum quo segetes gauderent frugibus, & quo Duceret apricis in collibus vua colorem. ¶ Ducere somnos, est dormire. Idem 4. *Æneid.*

Nate dea, potes hoc sub casu ducere somnos?

Ducere muros, est struere. τειχίζειν. Idem 1. *Æneid.*

——*pars ducere muros,* *Molirique arcem.*

Tibull. *lib.* 4. Quemque locum ducto melius sit claudere vallo. ¶ Item, Ducere vxorem domum. ¶ Ducere classem, ducere familiam. Quintilian. Ducere callum. Senec. *cap.* 8. *de consol. ad Mart.* Ducere cicatricem. Ducere colorem. Idem *cap.* 1. *de tranq.* Huc iam rem duxerat. Cæsar *lib.* 2. *bell. ciu.* Ars ducendi vasa è luto. Quint. Facito vt Acherunti ducas gloriam: vt, Ducere triumphum. Plaut. *Capt. sc.* 5. *a.* 1. ¶ Quandoque contraho, συνάγω. Martialis,

Quid ducis vultum, & non legis ista libenter.

¶ Quandoque in longum protrahere. ἀναβάλλειν. Cic. *ad Cæsarem iun. lib.* 1. Ne res duceretur, fecimus vt Hercules Antianus in alium locum transferretur, ex Nonio. ¶ Quandoque demittere, descendere. Plaut. *in Aul. sc.* 5. *a.* 4. Vbi ille abit, ego me duco deorsum ab arbore. ¶ Quandoque gerere. Virg. *lib.* 9. *Æneid.*

Hi bellum assiduè ducunt cum gente Latina.

¶ Quandoque cædere, vt, Ducere colaphum alicui. Quint. ¶ Item fundere, vel ducere statuam. Sen. *Epist.* 66. Ducti forte. Suet. *in Aug. cap.* 35. Duci in aduocationem, Quint. ¶ Ducta Matrix, (id est, obducta.) Liu. *lib.* 9. *bell. Pun.* Ducere carmen, Ouid. *Eleg. vlt. lib.* 3. *Trist. & El.* 10. *lib.* 1. *ibid.* Ducere pugnum, pro Cædere pugno. Paul. *l.* 4. *de iniurijs*, Si cum seruo meo pugnum ducere vellem, in proximo astantem inuitus percussero, iniuriarum non teneor. ¶ Dicitur & de re obscœna, virilia sua turpiter contrectare. Plaut. Si tenderis, ducite, ne disrumpamini. ¶ Item de funeribus, vt Ducere funus idem sit quod efferre. Virg. 4. *Georg.*

——*& tristia funera ducunt,*

vt scribit Seruius illud Persij *Satyr.* 2.

——*Nerio iam tertia ducitur vxor,*

in eadem significatione intelligendum esse. ¶ Dicitur etiam in condemnatis, in addictis, & in iis quibus à magistratu manus iniecta esset. Terent. Ducent damnatum domum. Cic. *in Tull.* Ego is consul qui concionem metuam, qui Tribunos pleb. perhorrescam? sæpe & sine causa tumultuer? qui timeam ne mihi in carcere habitandum sit, si tribuni plebis duci iussissent. ¶ Hinc & genus locutionis quo vxorem ducere aliquis dicitur, ortum. Coemptio enim inter virum & vxorem fiebat: & in auctionibus emptori dicebatur, vt rem emptam sibi quo addictam

addictam duceret. ¶ Huius verbi composita sunt Abduco, Adduco, quæ sunt contraria: Conduco, Circunduco, Deduco, Diduco, Educo, Induco, Introduco, Obduco, Perduco, Produco, Reduco, Seduco, Subduco, Superduco, & Traduco: quorum singula vide suis locis. ¶ Duco, vetus locutio fuit: ducere se, pro latenter abire ac discedere. Terent. *in Hecyra.* Vxor, inquit, vbi me ad filiam ire sensit, se duxit foras. & Plaut. *in Aulul. sc. 5. a. 4.* Ego me deorsum duco de arbore. & *in Bacchidibus,* Duc te ab arbore. & Asinius *in Epist. ad Cic.* Balbus quæstor, magno pondere auri, maiore argenti coacto de publicis exactionibus, ne stipendio quidem militibus reddito, duxit se à Gadibus. Ex Aldi scholiis *in epist. fam.* Duce pro Duc. Plaut. *Mostell.* Lepida es, duce me amabo.

Dŭcātŭs, us, Præfectura, imperium militare, dignitas ducis. {מנהג *minhágh.* ἡγεμονία, στρατηγία. GALL. *Charge, conduite, gouvernement.* ITAL. *Carico, condutta, gouerno.* GERM. Ein Hauptmanschafft / ein Fürstenthumb. HISP. *La guia ò acaudillamiento.* ANGL. *A duckedome or duchie.*} Suet. *in Nerone,* Priuignum Rufinum Crispinum Poppæa natum, impuberem adhuc, quia ferebatur ducatus & imperia ludere, mergendum mari dum piscaretur, seruis ipsius demandauit. Scribit Lampridius, Heliogabalum Præposituras, & Ducatus & officia palatina vendidisse. ¶ Pro ducatu & imperio. Suet. *in Tib. cap. 19.* In omni ducatu expertissimo.

Dŭcātio, nis, ducatus. Tertull. *de coron. milit.* Vel ipse hæc præstruxerim, & cæteras officialium coronarum causas, quibus familiarissima ista ducatio necessitatis.

Dŭcātor, is, pro duce, apud eundem Tertullianum.

Ductio, nis, ducendi actus. Ductio alui, i. solutio alui quæ medicamentis procuratur. Cels. *lib. 3. cap. 12.* Ductiones & reductiones in Ariete machina exposuit Vitruuius, ἀναγωγὰς apud Athenæum.

Dūcto, as, Huc illuc duco. {נהג *nihég.* ἄγω, ἡγεμονεύω. GALL. *Mener, conduire souuent.* ITAL. *Menar en quella en quella parte.* GERM. Hin vnd her füren. HISP. *Guiar à menudo ò en diuersas partes.* ANGL. *To lead here and there.*} Salust. Huc accedebat, quòd Lucius Sylla exercitum, quem in Asia ductauerat, quo sibi fidem faceret, contra morem maiorum, luxuriosè, nimisque liberaliter habuerat. Plaut. *in Capt. sc. 4. a. 3.* Me vti libitum est, ductaui dolis. ¶ Ductare etiam est rem Veneream exercere: vnde Plaut. ludens in voce ambigua, Errabo potius, inquit, quàm quis me ductet. Terent. *in Phorm.* Vt phaleratis dictis ducat me, & meam ductet gratis. Plaut. *Asin. sc. 2. a. 5.* —qui quidem cum filio Potet vnà, atque vnam amicam ductet decrepitus senex. Hic ille est senex ductus, (i. deceptus.) Idem *Capt. sc. 1. a. 4.* Multa alia ad bonam frugem ducentia, (pro conducentia.) Gell. *cap. 26. lib. 13.* Ducenda verba præbuit Tigris. Ouid. *Eleg. 7. lib. 1. Trist.* Ducere os. Quint. (de inepto gestu.) Solus si ductem, referre gratiam nunquam potes: Solus ductato, si semper solus quod poscam dabis. Item, Quid modi est ductando, amando, &c. (de scorto.) Plaut. *Asin. sc. 3. a. 1.* Suis me ductarent dolis. Idem *Capt. sc. 5. a. 3.* Meretrices labiis dum ductant eum. Idem *Mil. sc. 1. a. 2.* Frustrà me ductare non potes. (i. sine argento.) Idem *Men. sc. 3. a. 4.* Ad hanc item significationem respicit Quint. quum ait, Ductare exercitum, non sine rubore dici.

Dŭctĭto, as, aliud frequentatinum, Sæpe circunduco. ἀνάγω. Terent. *in Adelph.* Tu inter eas restim ductitans saltabis.

Dūx, ducis, communis generis, qui ducit. {נגיד *naghid* שליש *schalisch* פקיד *pakidh.* ἀγωγὸς, ἡγεμών. GALL. *Capitaine, conducteur, celuy ou celle qui meine ou conduit.* ITAL. *Capitano, guida.* GERM. Ein fürer oder fürerin. HISP. *Duque, capitan, guiador.* ANGL. *A capitane, he or she that leadeth or guideth.*} Plaut. *in Cas.* Iis præstigiis dux fuit vxor: ea hanc inuenit rimam. Virg. 1. *Æneid.*

———portantur auari
Pygmalionis opes pelago: dux fœmina facta.
Tu dux & comes es (ò Musa.)

Ouid. *Eleg. vlt. lib. 4. Trist.*

———Hic
Dux fueras belli: proximus ille duci.

Idem *Eleg. 2. lib. 4. Trist.*

Vtque pater gnata, dùxque coméſque fui.

Idem *Eleg. 7. lib. 3. Trist.*

Trepida dùxque coméſque fuga.

Idem *Eleg. 9. lib. 1. Trist.* Scelerum caput: Hic dux, hic ille est pædagogus. Plaut. *Pseud. sc. 5. a. 1.* Oblitus Regisque ducisque, meique. i. Agamemnonis, Menelai, & Vlyssis. Ouid. 13. *Met.*

———Oriente die duce fertilis anni.

Liu. *lib. 4. ab Vrb.* Nec ducem nouimus, nisi cuius auspicio bellum geritur. Cic. *in Verr.* Sed tunc inopes relicti & duce, præfectóque classis, eundem necessariò cursum tenere cœperunt. Idem 1. *Tusc.* Mortem, non interitum esse omnia tollentem, atque delentem: sed quandam quasi migrationem, commutationémque vitæ quæ in claris viris & fœminis dux in cœlum soleret esse, in cæteris humi retineretur, & permaneret tamen. Ouid. 4. *de Pont.*

Primus vt auderem committere carmina famæ
Impulit: ingenij dux fuit ille mei.

Senec. *Hippol.* Fœmina dux malorum & scelerum artifex.

Dŭctor, is, qui præest exercitui, imperator, dux. {נגיד *naghid* שליש *schalisch* פקיד *pakidh.* ἀρχὸς, στρατηγός. GALL. *Conducteur, meneur, capitaine.* ITAL. *Conduttiere, capitano.* GERM. Ein hauptman. HISP. *Guia.* ANGL. *A capitane, guyde, or leader.*} Virg. 2. *Æneid.*

———fracti bello, fatiſque repulſi Ductores Danaûm.

Cic. 1. *Tusc.* Quoties non modo ductores nostri, sed vniuersi etiam exercitus, ad non dubiam mortem concurrere?

Dŭctus, us, numen, Imperium, præfectura. {מנהג *minhágh* פקדה *pekudbáh.* ἀγωγή. GALL. *Conduit, conduitte.* ITAL. *Condotta.* GERM. Ein fürung oder leytung. HISP. *Guia, obra de guiar.* ANGL. *A guyding or leading.*} Liu. 4. *ab Vrbe.* Ductu Fabij, cui forte ea prouincia euenerat, nihil dignum memoratu actum. Ductu Germanici, (recepta signa) auspiciis Tiberij. Tacit *lib. 2.* Partim ductu, partim auspiciis suis. Suet. *in Aug. cap. 21.* Vt gesserit Remp. ductu, imperio, auspicio suo. Est quidam velut ductus in narrando. Quint. *pag. 204.* Ductus litterarum sequuntur pueri. Idem *pag. 535.* ¶ Ductus aquarum. Cic. 2. *Offic.* Adde ductus aquarum, deriuationes fluminum. Idem 2. *de Leg.* Ductus vero aquarum quos isti tubos & euripos vocant, quis non, quum hæc videat, irriserit? Dicitur & aquæductus pro eodem.

Dūctio, nis ductus, ἀγωγή. vt aquæ ductio. Pomponius *D. lib. 43. tit. 20. l. 3.* Quia locus totus fluminis seruiat ductioni. Vlp. *D. lib. 43. tit. 20. l. 3.* Hoc autem interdictum pertinet ad ductionem, vt ducere quis possit eos, in quos habet ius ductionis.

Dūctārius, a, um, adiect. qui ducit, ἀγωγός, ἀγωγαῖος. Vnde ductarius funis, quo in trochleis vtimur, & qui per orbiculos trochleæ traiicitur. Apud Catonem & Vitruuium *lib. 10. cap. 2. & 3. & 5.* {GALL. *La corde d'vne polie.* ITAL. *Fune da tirare per vna tirella.* GERM. Zugseil / Flaschenseil. HISP. *Maroma ò cuerda para alçar.* ANGL. *That leadeth or guideth.*}

Dūctĭlis, e, Quod facilè ducitur, attenuatúrque. {משכך *mischéch.* ἐλατὸς, εὐάγωγος. GALL. *Aiſé à mener & conduire.* ITAL. *Atto da condurre.* GERM. Zügig / das leicht zuziehen ist. HISP. *Coſa que ligeramente ſe puede boluer.* ANGL. *That is easily guideth as one pleaseth, that may be made thinne.*} Vnde Æs ductile, quod malleis obsequitur, attenuatúrque in laminas. Plin. *lib. 34. cap. 8.* In Cypro æs coronarium, & regulare est: vtrumque ductile. ¶ Ductilis scena dicebatur, quum tractis tabulatis hac atque illac species picturæ interior videbatur. Ductile flumen. Martial. *lib. 12.*

———hic rigua ductile flumen aqua.

Dūctim, aduerbium, Paulatim & cum mora. {ἑλκτικῶς. GALL. *Peu à peu.* ITAL. & HISP. *Poco à poco.* GERM. Langsam. ANGL. *By litle and litle, piece and piece.*} Plaut. *in Curc.* Immergere in me liquores tuos sino ductim. Colum. *lib. 4. cap. 25.* Maior autem pars operis in vineam ductim potius quàm cæsim facienda est: hoc est, potius ductu falcis, quàm ictu. ¶ Ductim bibere, ἀμυστί.

Dūdum, à duco, q. ductum: nisi malis ex diu, & dudum de exiguo tempore dicitur, teste Valla, dimidiæ scilicet horæ, vel horæ vnius, duarum, vel trium: ita tamen vt tempus vnius diei raro excedat. {כבר *chebar.* πάλαι, ὑπάλαι. GALL. *Pieça, il y a aſſez long-temps, auparauant.* ITAL. *Poco fa, pur hora.* GERM. Vor langst. HISP. *Agora poco ha, de aqui à poco.* ANGL. *Long a go, a great while bygone.*} vt, Dudum intraui, Dudum te expecto, id est, hora est, vel tres, ex quo intraui, & ex quo te expecto. Modestior prout dudum fuit. (nuper.) bis. Plaut. *Men. sc. 5. a. 5.* Dudum tecum venit. (i. nuper) bis, térque. *Ibid. sc. 4. a. 2.* Vt dudum diuorti à te, nunc demum redeo domo. *Ibid. sc. 2. a. 4.* Nimis stultè dudum feci. *Ibid. sc. 1. a. 5.* (i. nuper.) Quàm dudum videtur factum? Iamdudum, pridem, modò. Idem *Amph. sc. 4. a. 4.* Coctum, non vapulatum dudum conductus fui, (i. nuper.) Meministi me dudum dicere. (i. nuper.) Idem *Pseud. sc. 6. a. 4.* Dudum hoc planum quidem est. Idem *sc. 4. a. 2.* Dudum adueniens dedi symbolum. (i. nuper.) Idem *Pseud. sc. 7. a. 4.* ¶ Quandoque etiam transcendit diem. Plin. *lib. 4.* Fabri qui dudum assueti apud Pœnos. Et *lib. 9.* Nam dudum ex eadem Hispania zoelicum venit in Italiam, plagis vtilissimum. Terent. *in Andr.* Quàm maximè abs te postulo atque oro Chreme vt beneficium verbis initum dudum, nunc re comprobes.

Dŭēllă, duæ sextulæ sunt: hoc est, tertia pars vnciæ.

Duellonam, Bellonam antiqui appellabant, teste Varrone *lib. 4. de lingua Latina.* ἐνυώ.

DVĒLLVM, i, à duobus ab antiquis dicebatur quod postea dictum bellum. {מלחמה *milchamáh* קרב *keráb.* πόλεμος. GALL. *Guerre.* ITAL. & HISP. *Guerra.* GERM. Ein krieg zweyer partheyen. ANGL. *A combat, fighting of two to hand.*} Liu. 6. *bell. Maced.* Quòd populus Rom. eo tempore duellum iussisset cum rege Antiocho esse. Cicer. *de leg.* Nam æs, atque ferrum duelli instrumenta, non fani. Idem *ad Orat.* Antiqui nomina contrahebant, quo essent aptiora, vt duellum bellum. Duello extincto maximo atque internecatis hostibus. Plaut. *Amph.* Nolim Amphitruonem duello perdere. *Ibid. sc. 4. a. 4.* Quæ domi duellique malefecisti. Idem *Asin. sc. 2. a. 3.* Idem *Capt. prolog.* Hinc perduellis, & Perduellio: quæ videbis suo loco.

Dŭĕllo, as, Bello. {נלחם *nilchám.* πολεμῶ. GALL. *Guerroyer, combattre.* ITAL. *Combattere, guerreggiare.* GERM. Kriegen / streiten. HISP. *Guerrear, pelear.* ANGL. *To combat, to fight hand to hand.*} Vnde Duellator, qui Duellum peragit. {πολεμιστής. GALL. *Guerroyeur, combattant.* ITAL. *Combattente, guerriere.* HISP. *Guerreador, peleador.* ANGL. *That fighteth hand to hand.*} Plaut. *in Capt.* Domi, bellique duellatores optimi.

Duellator, is. Plaut. *Capt. prolog.* Domi bellique duellatores optimi. Vide *Duello, as, are.*

Dŭēllĭcŭs, a, um, Bellicus. {πολεμικός. GALL. *Bellique de guerre.* ITAL. *Di guerra.* GERM. Kriegisch. HISP. *Coſa de guerra.* ANGL. *Warlyke, perteining to warre.*} Plaut. *in Epid.* nempe quem in adolescentia Memorant apud reges armis, arte duellica Diuitias magnas sibi adeptum.

Ducona, Δουκόνα, vrbs Cadurcorum in Gallia Aquitanica, apud Ptolem. *lib. 2. cap. 8.*

[Duere, dare, vincere. Pap.]

Duicēnsĭs (inquit Festus) cum altero, hoc est, cum filio census.

Duidens, Hostia antiqua ab antiquis appellata est, quam nos bidentem dicimus. Festus.

Duīlĭus, siue (vt alij vocant) Duellius. Nomen ciuis Romani, qui primus Romæ nauali certamine triumphauit. Is iam senex & trementi corpore, in quodam iurgio audiuit exprobrari sibi os fœtidum, & tristis se domum contulit. Quúmque vxori questus esset quare nunquam se monuisset, vt huic vitio mederetur, Fecissem (inquit illa) nisi putassem omnibus viris sic os olere. Cic. *in Orat.* Quid verò licentius quam quòd hominum etiam nomina contrahebant, quò essent aptiora? nam vt Duellum, bellum, & Duis, bis: sic Duelium eum qui Pœnos classe deuicit, Bellium nominauerunt, quum superiores semper appellati essent Duelij.

[Duim, dem. Duent, dent antiq. Turn.]

Duis, & Duint, antiquitus dicere pro dederis, & dederint. Plaut. *Capt.* At mihi libellum pro eo argenti ne duis. Ne mihi damnum in Epidamno duis, alias duas. Idem *Asin. sc. 1. a. 2.* Tantum bonum Dij duint. Idem *Pseud. sc. 1. a. 4.* Libellam argenti ne duis. Idem *Capt. sc. 1. a. 5.* Mihi præterea vnum nummum ne duis. *Ibid. sc. 2. a. 1.* Nihil dotis quod dem C. Ne duis. Idem *Aul. sc. 4. a. 1.* Non magni pendo, ne duit, (id est, det.) Idem

Asin.

Asin.sc.4.a.2. Ne verba mihi imprudens duit. (i.det.) Idem *Aul.sc.1.a.1.* Tam duim, quàm perduim, *ibid.sc.3.a.4.* Vide *Do* das.

‖Dulamus, vestis interior. L.g.b.‖

Dulcacidus, Dulcifluus, vide *Dulcis*.

‖Dulcinium, siue Dulcignum, *Dolcigno*, V.E. Illyrici, sub A. Antiparensi, tenetur à Turcis.‖

DŬLCĬS,e, à γλυκύς, Suauis, charus, iucundus, quod quidam à delicio deducunt, quod dulcia maximè alliciant. {מתוק *mathok*. γλυκερὸς, γλυκύ. GALL. *Doux*. ITAL. *Dolce, soaue*. GERM. Süß. HISP. *Dulce*. ANGL. *Sweete in taist*.} Plaut. *in Truc.* Nunc postquam scio dulce atque amarum quid sit ex pecunia, &c. O melle dulci dulcior. Plaut. *Asin.sc.3.a.3.* Et dulcia & amara tibi sum elocutus omnia. Scis amorem, scis laborem. Idem *Pseud.sc.4.a.2.*

Dulcia conuictus membra fuere mei,

Ouid. *Eleg. ult. lib.4. Trist.*

Inuenies toto carmine dulce nihil,

ibid. Eleg.1. lib.5.

Nec potis es dulces Musarum expromere foetus,

Catull. *ad Ortall.* Homo fandi dulcissimus. Gell. *cap.3. lib.16.* Cic. *2. de nat. deor.* Omne enim animal sensus habet: sentit igitur & calida & frigida, dulcia & amara. Idem *3. de Legib.* Nostra autem causa, quæ optimè & dulcissimè frater incidit in Tribunitiam potestatem, &c. Idem *Attic. lib.15.* Longiori epistolæ superiorique respondi: nunc breuiori, propiorique quid respondeam, nisi eam fuisse dulcissimam? Eius composita sunt Prædulce, valde dulce, πάγγλυκυ. Subdulce, aliquantum dulce, ὑπόγλυκυ.

DŬLCĬCŬLŬS, a, um, diminutiuum est à dulci. {מתוק *mothek*. ὑπόγλυκυς. GALL. *Doulcet*. ITAL. *Dolceto*. GERM. Süßlech. HISP. *Dulce vn poco*. ANGL. *Sweetish, or somewhat sweete*.} vt, Dulciculus caseus, Plautus Dulcicula potio, Cic. *3. Tusc.* Demus scutellam dulciculæ potionis.

Dulciferus, a, um. Plaut. *Pseud.sc.1.a.5.* Dulciferum Cantharum.

DŬLCĒDO, Dulcitas, Dulcitudo, & Dulcor, in eodem sensu accipiuntur. {מתק *mothek*. γλυκύτης. GALL. *Douceur*. ITAL. *Dolcezza*. GERM. Süßigkeit. HISP. *Dulçura*. ANGL. *Sweetnesse*.} Plin. Contrectata dulcorem amittit. Næuius, O suauis linguæ sonitus, ô dulcitas, conspirium animæ. Accius, Tanta huic inuasit in corda dulcedo. Cicer. *3. Orat.* Quinetiam gustatus, qui est sensus ex omnibus maximè voluptuarius, quique dulcedine præter cæteros sensus commouetur. Ouid. *1. de Ponto*,

Nescio qua natale solum dulcedine cunctos
Ducit, & immemores non sinit esse sui.

Cic. *3. de Orat.* Nam vrbanitatis, & mollitudo humanitatis, & murmur maris, & dulcedo & odor orationis, sunt ducta à cæteris sensibus. Dulcedo mollissima carminum. Velleius.

DŬLCĬĀRĬŬS, a, um, adiectiuum: vt, Dulciarius panis, qui conficitur ex saccharo & nucibus pineis, vel amygdalis ad ientacula: vt est qui vulgò apud Italos dicitur *Marza pane*. ζαχαρῖνος ἄρτος. ¶ Pistor dulciarius. {πλακουντοποιός. GALL. *Pastissier*. ITAL. *Chi fa confiture, pastissiere*. GERM. Ein süßkuchen/pasteten macher. HISP. *Confitero, pastelero*. ANGL. *A baker of sweete meates*.} Qui panes, & mellita concinnat edulia. Mart. *lib.14. Epigram.222.*

Mille tibi dulces operum manus ista figuras
Extruit: huic vni parca laborat apis.

Lamprid. *de Heliogabalo*. Dulciarios habuit, qui de dulcibus exhiberent, quæcunque coqui de diuersis eduliis exhibuissent. Vbi dulciarius substantiuè accipitur pro concinnatore eduliorum mellitorum.

DŬLCĔO, es, ui, à quo dulcesco, is, Dulcis fio. {מתק *matak* ערב *harab*. γλυκαίνομαι. GALL. *Deuenir doux, s'adoucir*. ITAL. *Farsi dolce, addolcirsi*. GERM. Süß werden. HISP. *Endulcecerse*. ANGL. *To waxe sweete*.} Cic. *in Cato.* Primò vua est peracerba gustatu, deinde maturata dulcescit. ¶ Huius compositum est Obdulesco, quod est dulcis fio.

DŬLCĔ, & dulciter, aduerbia. {γλυκερῶς, γλυκέως. GALL. *Doucement*. ITAL. *Dolcemente*. GERM. Süßiglich. HISP. *Dulcemente*. ANGL. *Sweetely*.} Quintil. Dulciter dicere. Plaut. *in Mil.* Hercle astitit & dulce & commodicè. Cic. *de clar. Orat.* Tum historia quædam scripta dulcissimè. Idem *1. de finib.* Aut enim eam voluptatem tueretur quam Aristippus, id est, quæ sensus dulciter, ac iucundè mouet.

Dulcacidus, a, um. Vox est Qu. Sereno admodum familiaris, pro eo quod mistum quendam saporem habet ex acido & dulci, cuiusmodi sunt quædam ex malorum punicorum genere.

DŬLCĬFLŬŬS, a, um, quod dulciter & suauiter fluit, γλυκύῤῥοος.

DŬLCĬLŎQUŬS, qui suauiter loquitur, μελίγηρυς.

DŬLCĬSŎNŬS, Suauiter sonans, γλυκύθροος.

DŬLCO, as, Dulce efficio. {המתיק *himtik*. γλυκαίνω. GALL. *Adoucir, faire doux*. ITAL. *Addolcire*. GERM. Süß machen. HISP. *Endulçar ò hazer dulce à otra cosa*. ANGL. *To mak sweete*.} Sidon. Apollinaris *ad Agricolam*, Parco libens, laudaturus vitæ tam dulcatæ solicitiùs ingenuitatem. ¶ Hinc edulco, as, quod est ex acerbo, aut amaro, dulce & suaue reddo. Cn. Marius, Quapropter edulcare conuenit vitam, curásque acerbas sensim gubernare.

Dulcoro, edulcoro, indulcoro, adnotanda tria hæc verba. Ambrosius *de inst. virg. cap.5.* Fons Marà per lignum dulcoratus. Martius apud Agell. & Nonium, edulcorate conuenit vitam. Tertull. *aduers. Iudæos.* Hoc enim lignum tunc in sacramento erat, quo Moses aquam amaram indulcorauit.

DŬLĒA, {עבדות *habodhuth*. δουλεία. GALL. *Seruitude*. ITAL. *Seruitu*. GERM. Knechtschafft/Dienstbarkeit. HISP. *Seruidumbre*. ANGL. *Seruitude, seruice*.} Seruitus, siue cultus, qualem serui domino exhibent. ¶ Accipitur item pro ipsis seruis, quemadmodum & apud Latinos Seruitij vocabulum.

‖Dulice, δουλικῶς, seruiliter.

Dulocratia, δουλοκρατία, dominatus seruorum, à δοῦλος & κράτος: licentia dominos accusandi.‖

Dulichium, Δουλίχιον. Insula est in mari Ionio, non procul ab Ithaca, vna ex iis quibus Vlysses imperabat. Virg. *3. Æneid.*

In medio apparet fluctu nemorosa Zacynthos,
Dulichiúmque, Saméque, & Neritos ardua saxis.

DŬLĬCHĬŬS, a, um. Propertius,

At quum Dulichias Pallas spatiatur ad aras.

Ouid. *13. Metam.*

Sed neque Dulichius sub Achillis cassido vertex
Pondera tanta feret.

Dulopolis, Δουλόπολις, ἢ δούλων πόλις, id est, Seruorum ciuitas in Libya est. {GERM. Knechtstatt in Libyen gelägen.} Alia Hierodolutum est, in qua vnicus liber est. Aiunt & in Creta Dulopolin esse mille virorum. Est etiam parua regio in Ægypto huius nominis. Steph.

Dumatha, Δούμαθα, vrbs Arabiæ. Steph.

Dum, ἕως & ὄφρα, aduerbium temporale est, & modò pro quando ponitur. {עד *hadh*. ἕως. GALL. *Quand, cependant que, iusques à ce que, mais que, pourueu que*. ITAL. *Mentre che, fin che*. GERM. Dieweil/biß. HISP. *Mientras que, hasta que*. ANGL. *VVhen, or vntill*.} Ausculato argumenta dum dico ad eam rem. Plaut. *Most.sc.2.a.1.* Dum quod erit præbeas, nunquam aufugiet. *Ibid.sc.1.a.1.* (bis.) Cunctare dum veniet aura mollior. Ouid. *Eleg.5. lib.4. Trist.* Nunc dum libet, licétque pota & perderem. Plaut. *Most.sc.1.a.1.* Vidi dum tu terga dares, Ouid. *12. Met.* Nunquam cuiquam supplicabo dum viues. Plaut. *Pseud.sc.5.a.1.* Dedi dum fuit pecunia. Ducito, quando habebis. *Ibid.sc.3.a.1.* Iam illum comesurus es? Dum recens est, dum calet? *Ibid.sc.7.a.4.* Quid id refert tua dum argentum accipias. (i. modò.) Idem *Curc.sc.1.a.3.* Mane sis dum huic coniicio somnium. *Ibid.sc.2.a.2.* Est pedica, neque dum cubitat cum viris. *Ibid.sc.1.a.1.* Dum pereas nihil interdico, dicant viuere. Idem *Capt.sc.5.a.3.* Dum modò morata veniat dotata est satis. Idem *Aul.sc.4.a.1.* Hac lege dum superes datis, (i. dummodo.) Idem *Asin.sc.3.a.1.* Quid cessas abire, dum saluo licet. Idem *Men.sc.3.a.5.* Manendo medicum dum se ex opere recipiat. *Ibidem*, Triduum absens dum reperiam qui, (i. vsque eo dum.) *Ibid.sc.4.a.2.* Dum hæc aguntur voce clara exclamat vxorem tuam. Idem *Amph.sc.1.a.5.* Metuo ne redeat herus etiam dum à foro, (i. nunc.) Idem *Pseud.sc.3.a.4.* Inde huc exij crapulam dum amouerem. *Ibid.sc.1.a.5.* Nihil etiam dum harpagunt. *Ibid.sc.1.a.4.* Aufugiam aliquò dum hæ consilescunt turbæ. Idem *Mil.sc.6.a.2.* Dum hic egreditur commonstrabo. (i. donec egredi possit.) Idem *Curc.sc.1.a.3.* Dum ob malefacta peream, parui æstimo. Idem *Capt.sc.5.a.3.* Quid dum? (pro cur.) Idem *Men.sc.2.a.1.* & qui dum. Idem *Amph.sc.2.a.4.* bis. Dum ne, sæpè pro (modò ne.) Idem *Curc.sc.1.a.1.* & *Capt.sc.5.a.3.* Primùm dum. Idem *Mil.sc.2.a.1.* Mane dum. Idem *Asin.sc.2.a.3.* Nunc dum salsura sat bona est. (i. etiam.) Idem *Curc.sc.1.a.2.* Interea dum. Idem *Amph.sc.4.a.4.* Vsque dum. Idem *Most.sc.2.a.5.* Dum interea sic sit. *Ibid.sc.1.a.1.* Circumspice dum. *Ibid.sc.2.a.1.* Omnium primum dum. Vide *Primum*. Ne pigeat proloqui. E. Dum quidem ne quid percontere quod non lubeat loqui, (i. dummodo.) Idem *Aul.sc.4.a.1.* Quòd lubeat nubant, dum dos ne fiat comes. *Ibid.sc.5.a.3.* Qui dum id quæris? Idem *Capt.sc.1.a.1.* Agedum, excute dum pallium. Idem *Aul.sc.3.a.4.* Qui dum id quæris? Idem *Capt.sc.2.a.1.* Nihil pretio par sit filio dum pareeret, (i. dummodo.) *Ibid. prol.* Dum id impetrant boni sunt. *Ibid.sc.2.a.1.* (i. donec.) Cedo dum huc marsupium. Idem *Men.sc.1.a.2.* Sine me dum hanc compellare. *Ibid.sc.4.a.2.* Sit labor illius tua dum facundia maior. ¶ Item Nedum, pro Ne, & sedum, pro sed, vide suis locis. Plin. *lib.7. cap.53.* Nullis euidentibus causis obiere, dum calceantur matutinò duo Cæsares. ¶ Modò pro donec, ἕως. Terent. *in Eunuch.* Expectabo dum veniat. ¶ Modò pro postquam. Martial. Audieris dum grande sophos, id est, postquam audieris. ¶ Quando autem in compositione ponitur post nec, vel non, vel haud, semper aduerbium temporis est, πω, vt, necdum, nondum, hauddum, pro non adhuc, μήπω, οὔπω. ¶ Est etiam coniunctio, & significat modò, vel dummodo. Salust. *in Iugurth.* Neque id quibus modis assequeretur, dum sibi regnum pareret, quicquam pensi habebat. Idem *in Catil.* Postremò neque sumptui, neque modestiæ suæ parcere, dum illos obnoxios fidósque sibi faceret. Dum, pro cùm: reuersus dum fueris. ¶ Interdum etiam syllabica est adiectio. Terent. Adesdum, paucis te volo. ¶ Componitur cum qui, vt quidum: cum age, vt agedum: cum modò, vt Dummodo: & cum taxat: vt Duntaxat.

‖Dumblanum, *Dumblain*. V.E. Scotiæ, sub A. Andreopolitano.

Dumium, prope Bracaram in Lusitania, illustre monasterium à S. Martino Dumiensi Abbate circa ann. 567. constructum, quod in Episcopatum postea transformatum est, ac demum cum Bracarensi Ecclesia copulatum, eique contributum.‖

DŪMŬS, q. δύμος, gen. masc. Dicitur omnis spina. {סירים *sir* קוץ *kots* סנה *seneh*. φρύγανον. GALL. *Buisson ou espinal*. ITAL. *Spino, spina*. GERM. Ein dorn heck. HISP. *Espinal, ò breña, ò mata aspera*. ANGL. *A bushe of thornes*.} Cic. *5. Tusc.* Animaduerti columellam non multum è dumis eminentem, in qua inerat sphæræ figura. Ouid. *13. Met.*

——*solidóque reuellere dumo*
Annosam pinum magno molimine tentat.

DŪMŌSŬS, a, um, Frondosus, spinosus, vepribus plenus. {ὁ καὶ ἡ ἀκανθώδης, ὁ καὶ ἡ βάτοις ἐμπλεως. GALL. *Buissonneux, plein d'espines & buissons*. ITAL. *Pieno di spine & rovi*. GERM. Dörnechtig/hecklechtig. HISP. *Lleno de espinal, ò breña ò mata aspera*. ANGL. *Full of bushes and thornes*.} Virg. *1. Eclog.*

Non ego vos posthac viridi proiectus in antro,
Dumosa pendere procul de rupe videbo.

Antiqui per interpositionem vnius literæ pro eodem dixerunt *dusmosus*: sicut *cosmittere* pro committere, *casmillus* pro camillus, & *casmena* pro camœna.

Dumesco, Diomedes *lib.1.*

DŪMĒTUM, i. Locus est dumis, hoc est, spinis obsitus. {φρυγανὼν, ἀκανθών. GALL. *Vne buissonniere, vn lieu couuert de buissons*. ITAL. *Spineto*. GERM. Ein ort da vil dören vnd hecken stehn. HISP. *Espinal ò bosque aspero*. ANGL. *A ground full of bushes and brambles*.} Huiusmodi loca, autore Festo, antiqui appellabant *dumecta*, quasi dumiceta, quæ postea sublatis per syncopen duabus literis dicta sunt *dumeta*. Cic. *5. Tusc.* Septum vndique & vestitum vepribus & dumetis. Idem *4. Acad.* Quum sit enim campus in quo exultare possit oratio, cur eam tantas in angustias, & Stoicorum dumeta compellimus?

‖Dunckelda, *Dunckeld*, V.E. Scotiæ, sub A. Andreopolitano.

Dunelmum, *Durham*, V.E. Angliæ sub A. Eboracensi.‖

Dūnium, Δούνιον Ptolemæo, vrbs est Britanniæ, inter Austrum, & Occasum sita.

Dūntăxăt, ex dum aduerbio, & taxo, as, pro æstimo: & significat solùm, saltem, dummodo. {רק rak. μόνον, γε δή, μόνον. GALL. Seulement. ITAL. & HISP. Solamente. GERM. Allein. ANGL. Only.} Cic. pro Deiot. Quòd ipsum etsi non iniquum est, in tuo duntaxat periculo. Delicta duntaxat modica perpessus. Sueton. in August. cap. 66. ¶ Interdum etiam (quod aliqui negauerunt) habet ante se negationem, & post se, Sed etiam, aut Verum etiam. Liuius lib. 46. Nec animum nobis duntaxat fidelem, ac bonum præstitit, sed omnibus interfuit bellis, quæ gessistis. ‖Compendiosè duntaxat scribitur DT.

Dunum, Casaub. in 4. Strabon. Quotquot ferè Galliæ oppida in dunum terminantur (sunt autem multa) omnia in collibus & locis editis sita reperiuntur. Idque nomen ipsum indicat. Dunum veteri Gallorum lingua collem significat, siue montem. Scal. anim. in Euseb. A colle dictum est Lugdunum. Causam reddit Plutarchus περὶ ποταμῶν, quia, quum iacerentur fundamenta, corui quidam visi sunt. λοῦγος enim, inquit, significat τὸν κόρακα lingua Celtica, δοῦνον δὲ τὸν ἐξέχοντα. De priori voce viderint alij. De altera non dubium est, dunum olim & nunc quoque in Belgio significare collem, aut eminentiam.

Dunum, Downe, vel Down-Phadrick, id est, dunum S. Patricij, V.E. Hiberniæ, sub A. Armacano.‖

Dŭo, {שנים schenájim. δύο, vel δύω, Atticè. GALL. Deux. ITAL. Due. GERM. Zween/zwo/zwey. HISP. Dos en numero. ANGL. Twoo.} & Ambo, sicuti docet Priscianus, genitiuos & accusatiuos per secundam declinationem proferunt duorum, amborum, duos, ambos. Datiuus autem & ablatiuus tertiam inflexionem sequuntur. In genitiuo frequens est syncopa duûm pro duorum. Plaut. Men. sc. 3. a. 3. Inaures da mihi faciundas pondo duûm nummûm. Liu. lib. 4. dec. 5. Torquis duo pondo. ¶ Inuenitur etiam accusatiuus masculinorum quandoque similis nominatiuo, proferturque in o, more Græco. Horatius,

——— Duo si discordia vexet inertes.

Virg. 11. Æneid.

Si duo præterea tales Idæa tulisset
Terra viros, id est, duos.

Duo pares (eramus ætate) & gemini. Plaut. Men. sc. vlt. 1. a. 5. Fratres germanos geminos, duo vno patre, vna matre, vno die natos. Ibidem, Hi sunt gemini germani duo. Ibid. Quæ inter nos duo conuenit. Idem Pseud. sc. 2. a. 4. Vt dicamur nos duo omnium dignissimi esse quo cruciatus confluant. Idem Asin. sc. 2. a. 2. Duobus his oculis vidi. Idem Milit sc. 3. a. 2. An pax est inter vos duo. Idem Amph. Sc. Amphitruo, Nescio quid velitati estis inter vos duo. Idem Men. sc. 1. a. 5. Duo gnati, (i. Gemini.) Idem Pseud. sc. 2. a. 1. Hodie illa pariet filios geminos duo. Idem Amph. Duobus his oculis vidi. Idem Mil. sc. 3. a. 2. Mulieres duæ peiores vnâ. Idem Curc. sc. 1. a. 5. Anno duo & vicesimo, bis dixit Fabius lib. 5. Annalium, vt autor est Gell. cap. 4. lib. 5. pro Anno duodeuigesimo. Item, Duo greges adegero, pro duos. Plaut. Pseud. sc. 3. a. 1.

Qui duo corporibus mentibus vnus erant.

Ouid. Eleg. 4. lib. 4. Trist. Quid vos duæ hic agitis. Plaut. Mostell. scen. 3. act. 1.

Atque duæ gelido vastantur frigore semper (zonæ.)

Tib. lib. 4.

‖Duo, do antiq. Lips.‖

Dŭŏdĕcim. {שנים עשר schenêm hásar. δώδεκα, δυοκαίδεκα. GALL. Douze. ITAL. Dodici. GERM. Zwölff. HISP. Doze en numero. ANGL. Twelue.} Cicer. 2. de Legib. Discebamus enim pueri duodecim, vt carmen necessarium.

Duodecies, Aduerb. Cic. in Salust. Ne causam diceret, sestertio duodecies cum Cæsare paciscitur. Liu. 8. bell. Maced. Tyberis duodecies campum Martium, planáque vrbis inundauit.

Dŭŏdĕcĭmŭs, & duodenus. {שנים עשר schenêm hásar. δωδέκατος. GALL. Douziesme. ITAL. Dodecimo. GERM. Der zwölffte. HISP. Dozeno in orden. ANGL. The twelfth in order.} Plin. Nec tota sua ætate generant, ferè anno duodecimo desinentes. Cæs. 5. bell. Gall. Vxores habent deni, duodenique inter se communes.

Dŭŏdēnārĭus, Duodeuiginti, δυοῖν δέοντα εἴκοσιν, & huiusmodi, Ducenties, Ducentenus, Duodecies. Liu. 8. bell. Maced. Tyberis duodecies campum Martium, planáque vrbis inundauit. ¶Duodenarius idem quod duodenus. Pomponius Lætus de Sacerdote Romano, Ab hoc numero duodenario aruorum sacerdotes duodecim esse voluit.

Duodeni, Adiectiuum plur num. Idem quod duodecim. Cæs. 5. bell. Gall. Vxores habent deni, duodenique inter se communes. Astra duodena, Virg. 1. Georg.

Dŭŏdēuĭcēsĭmŭs, Duodeuigesimus, Ducentesimus.

Dŭŏdētrĭcēsĭmŭs, Gell. lib. 3. cap. 10.

‖Duode viginti dicendi consuetudinem à Græcis traxisse videmus, qui sic enuntiant δυοδέοντα & εἰκοσιδέοντα. Fest. vide Vndecim.‖

Dŭŏnum, {טוב tob. ἀγαθός. GALL. Bon. ITAL. Buono. GERM. Gut. HISP. Bueno. ANGL. Good.} Veteres pro bono dixerunt, sicut duellum pro bello. Festus. ‖Sic Gott & gut Germanis affinia. Senec. epist. 66. donum omne diuinum est. Sed potius est literæ mutatio. Scalig. lib. 3. de poët. c. 1. Quemadmodum dis bis, duonum donum bonum, duellum bellum.

Dupia, ... Gl. vnde fortè Germanicum duppe, olla.‖

Duplaris numus, vide Duplus.

Dŭplex, icis, cuius duæ sunt partes. {משנה mischnéh. διπλοῦς, δίπλαξ. GALL. Double, le double. ITAL. Doppio. GERM. Zweyfach. HISP. Doblado ò doble. ANGL. Double, twofold.} Virg. 1. Æneid.

——— Duplicem gemmis, auróque coronam.

Liu. lib. 4. dec. 4. Duplex oratio. (i. in duas diuisa partes.) Velleius, Duplicis & diuersissimi hominis exemplum Sylla. ¶ Nonnunquam etiam pro duobus accipitur: vt apud Cic. 1. Tusc. Itaque disseruit duas esse vias, duplicésque cursus animorum è corpore discedentium. Virg. 1. Æneid.

——— duplices tendens ad sidera palmas.

¶ Quandoque latum. Idem 3. Georg.

——— duplex agitur per lumbos spina.

Idem 3. Georg.

At duplex agitur per lumbos spina.

Vbi Seruius, Aut reuera duplex, aut lata. Sic Duplex ficus, i. maior, vberior, & amplior, qualis est Marisca. Plin. lib. 20. Diocles hydropicis cum centaurea, aut duplici fico. Horat.

Et mox ornabat mensas cum duplice ficu.

Vegetius veterin. lib. 1. Addísque nouem duplices ficus. Iterum, ficus duplices viginti, tutæ fasciculum. ¶ Duplices tantùm numero plurali, generis masculini, tabellarum genus est, in quibus literæ secretiores, & amatoriæ scribi solebant: quæ quidem aliquando etiam triplices erant. Martialis,

Tunc triplices nostros, non vilia dona putabis,
Quum se venturam scribet amica tibi.

Suet. in Aug. c. 17. Tabulæ duplices veste tectæ. Sic Duplices, Triplices, Quadruplices, & Quintuplices porticus dicuntur, in quibus ordines columnarum duplicati, triplicati, quadruplicati, & quintuplicati sunt. Vitr. lib. 5. duplici palæstrarum porticu collocanda complura membra.

Dŭplĭcĭtĕr, aduerbium, Duobus modis, bipertitò. {δίχα, διπλῶς, διχῶς. GALL. Doublement, en deux sortes. ITAL. Doppiamente. GERM. Auff zween weg. HISP. Dobladamente. ANGL. Twoofold or twowise.} Cic. ad Parum, Dupliciter delectatus sum tuis literis. Dupliciter paratum tibi periculum. Plaut. Mil. sc. 3. a. 2.

Dŭplĭcārĭi, vel (vt aliis placet) Dupliciarij, milites erant, qui duplum accipiebant stipendium. διμοιρῖται. Liuius 2. ab Vrbe, Ad hoc centuriones, duplicariósque qui reliquerant ordines, virgis cæsos securi percutiebat.

Dŭplĭco, as, Duplicem facio, gemino. {כפל chaphál. διπλόω. GALL. Doubler, redoubler. ITAL. Doppiare, raddoppiare. GERM. Zweyfach machen. HISP. Doblar. ANGL. To double.} vt, Duplicare numerum. Cic. 1. de nat. Deor. Quum sæpiùs duplicaret numerum dierum, &c. Vnde & pro augere. Salust. Et Maurus victus duplicauerat bellum. Virg. in Bucolic.

——— & sol crescentes duplicat vmbras.

Cæs. lib. 3. de bell. ciu. Duplicato eius diei itinere. ¶ Hinc Adduplico, Conduplico, & Reduplico.

Duplicatio, verbale, διπλασιασμός; apud Senec. q. 4. Horum duplicatio proxima à terris calefacit.

Dŭplĭcātō, aduerbium. {δίχα. GALL. Doublement, au double. ITAL. Doppiamente, doppio. GERM. Zwyfaltiglich. HISP. Dobladamente. ANGL. Double, two wyse or maners.} Plin. lib. 2. cap. 17. Rursus Saturni & Iouis (Stellæ) duplicatò digrediuntur.

Dŭplĭōnem, veteres dixerunt mulctam dupli, eadem forma qua Talionem dicimus pœnam, qua qui ad simile damnum condemnatur, quale alteri intulerit. {ζημία τοῦ διπλασίου. GALL. Le double, deux fois autant, peine du double. ITAL. Pena di doppio. GERM. Zweyfache straff. HISP. Pena del doble. ANGL. The double, twise so much.} Plin. lib. 17. cap. 3. Noxámve, duplionémve Prætoris arbitratu decerni.

Dŭplŭs, a, um, Alterum tantum. {משנה mischnéh. διπλάσιος. GALL. Double, encor autant. ITAL. Doppio, due volte tanto. GERM. Zweyfaltig/ noch ein mal als vil / oder als groß. HISP. Doblado, dos vezes tanto. ANGL. Double, twise so much.} Vnde verbum Duplo, διπλόω, idem est, quod Duplico. Plaut. in Pœn. Duplum pro furto mihi opus est. Idem in Capt. sc. 2. a. 4. Qui locant cædundos agnos, & duplam agninam danunt, id est, qui sub nomine agninæ carnis ouillam quoque vendunt, & ita duplum, hoc est, duplicatam & duorum generum agninam præbent, mentientes agninam esse. vide Decuplus.

Dŭplă, æ, pro Duplum, vnde duplæ cautio, quum emptor stipulabatur à venditore duplum pretium rei, si euincerentur, quod in pretiosarum rerum venditionibus fieri solebat. Varr. lib. 2. de re rust. Si res mancipio non datur, dupla promitti solet: aut si ita pacti, simpla.

Dŭplum, i, substantiuum. {משנה mischnéh. τὸ διπλάσιον. GALL. Le double. ITAL. Doppio. GERM. Zweyfach/doppelt. HISP. El doble. ANGL. The double.} vt, Condemnati dupli, ea forma dictum qua condemnari capitis. Cato de re rust. in præfatione, Maiores enim nostri sic habuere, & ita legibus posuere, furem dupli condemnari, fœneratorem quadrupli, id est, vt bis tantum reddat, quantum furatus est. Sic pœna dupli, apud Cic. lib. 3. Officiorum. Sueton. in August. cap. 41. Cauere in duplum.

Dŭplārĭs numerus, dicitur in quo minor bis numeratur, διπλοῦς. Duplariæ, siue duplares actiones, dicuntur à Iurisconsultis, quæ in duplum dabantur: sicut quadruplariæ, quæ in quadruplum. ¶ Duplares milites, in veteri militia dicebantur, qui torque aureo ob virtutem donati, duplam annonam accipiebant amplius quàm cæteri: quemadmodum simplarij, qui annonam simplam accipiebant, præter eam, quæ in singula militum capita distribuebatur: ita dicti, quòd duplam & simplam annonam extra ordinem accipiebant. Veget. lib. 2. Torquati, inquit, duplares, & torquati simplares erant, quibus torquis aureus solidus virtutis præmium fuit: quem qui meruisset, præter laudem interdum duas consequebatur annonas: duplares duas, simplares vnam.

Dŭplārī, Duplicari. Gaius D. lib. 38. tit. 10. l. 3. Admonendi tamen sumus parentium libertorúmque personas semper duplari.

Dŭplārĭo, Duplipœna, duplio. Paulus D. lib. 9. tit. 4. l. 31. Certè non tantùm duplationis, sed & conditionis rationem habendam Iulianus putat.

Dŭpondĭŭs, vide Dipondius.

Dūră, æ, {דורא dura. Δοῦρα Steph.} Oppidum Mesopotamiæ, cuius incolæ dicuntur Dureni, Δουρηνοί.

Duracinæ vuæ, & duracina persica: vide in Durus, infrà.

Duram, Δοῦρα Steph. Quidam putant esse nomen fluuij, circa quem gigantes turrim Babel fecerunt. Alij volunt esse campum. Vnde est apud Danielem, In Campo Duram statuit Nabuchodonosor statuam.

Dūrāmĕn, Duramentum, vide Durus, infrà.

Dūrātĕŭs, a, um, Ligneus, {δουράτεος. GALL. De bois, ou dur comme bois. ITAL. Ligneo, de legno. GERM. Hültzin. HISP. Cosa de madera ò de leña. ANGL. Of woode.} Lucret. lib. 1.

Nec clàm durateus Troianis Pergama partu
Inflammasset equus nocturno Graiugenarum.

Adiect. est Græcum. Illi enim Durata, δοῦρα vocant, quæ nos ligna.

Durius, a, um, Durateus, id est, ligneus. Inde Nox duria, apud Valerium Flacc. 2. Argonaut.

manet

—— manet immotis nox duria fatis.

Pro ea nocte qua durius equus à Troianis exceptus fuit, & in vrbem admissus. Cæl. Rhodig. *lib.* 27. *Antiq. lect. cap.* 25. ait, Equos durios ex poetica historia posse dici magnos staturosque, à magnitudine videlicet equi illius Troiani.

Dūtĕra, Hispanica vox est, qua illi significare solent vas illud amplum in balneis, in quo sedentes lauamur: Latini *solium* vocant. Sueton. *in Augusto*. At quoties neruorum causa marinis, albulisque calidis vtendum esset, contentus hoc erat, vt insidens ligneo solio, (quod ipse Hispanico verbo Duretam appellabat) manus ac pedes alternis iactaret.

Dūrĭă, siue Durias, Δουρίας Straboni, fluuius est Edetanorum, in tractu Tarraconensis Hispaniæ, Valentiam præterfluens, & in sinum Sucronensem se exonerans. Plin. *lib.* 3. *c.* 3. & Pompon. *lib.* 2. Salust. Turiam vocat, *lib.* 4. *Histor.* Inter læua mœnium dextrum flumen Turia, quod Valentiam paruo interuallo præterfluit. Quam scripturæ rationem in Claudiano quoque obseruauimus; qui sic habet, Floribus & roseis formosus Turia ripis. Phocas, aliique nonnulli non incelebres Grammatici, nomen hoc neutro genere efferendum contendunt, quemadmodum & Mulucha, pro Africæ fluuio. ¶ Est & alter eiusdem nominis fluuius in latere Occidentali Hispaniæ, per Vectones, & Vaccæos in Oceanum influens, teste Strab. *lib.* 3. Ptol. *lib.* 2. *c.* 6. Doriam appellat. Plin. item *lib.* 3. *c.* 6. Durias duos commemorat ex Apennino ortos, & in Padum influentes. Item alium in finibus Germaniæ, Sueuos à Carnutis dirimentem, *lib.* 4. *cap.* 12.

Duriopus, Δουριωπός, vrbs & regio Macedoniæ. Steph.

Durocortorum, Δουροκόρτορον, *Reims en Champagne*, Galliæ Belgicæ vrbs est, Rhemorum metropolis, apud Ptol. *lib.* 2. *c.* 9.

Dūrus, a, um, à δόρυ, Solidus, firmus, & difficile cedens tactui. ✕ Mollis. {קשה *kasheh.* σκληρός, ἀντίτυπος. Gall. *Dur & aspre.* Ital. *Duro.* Germ. Hart. Hisp. *Cosa dura, cruel ò dificil.* Angl. *Harde.*} Virg. 4. *Æneid.*

—— sed duris genuit te cautibus horrens Caucasus.

Ouid. 15. *Metam.*

—— Duri fugientem munera belli.

Ibid.

Duraque iubent Agamemnona fortes (mactare natam.)

Quaque lacu duro non fodiantur aqua, (id est, glaciato.)

Idem *Eleg.* 12. *lib.* 3. *Trist.* Durum iter. Quintil.

— — Durum calcauimus æquor, (i. conglaciatum.)

Ouid. *Eleg.* 12. *lib.* 3.

Dura hiems, (id est, glacies.)

Dura cultu terra. Item, Dura prælia facta. Liu. *lib.* 10. *d.* 4. Durior memoria. Quintil. Duræ magis, quàm fortis prudentiæ. (Stoici.) Senec. *c.* 18. *de cons. ad Polyb.* Formulam scribam tibi quòd caput durum habeas. Quintil. Nunquam vestrum tergum durius erit, quàm, &c. Soléntne oculi tibi duri fieri, Plaut. *Men. sc.* 5. *a.* 5.

Tu fletus inhibes durior hoste meos,

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 5. *Trist.* ¶ Duriùs accipere sermones. Cæs. *lib.* 2. *de bell. ciu.* Si quid durius acciderit, idem *lib.* 3. *de bell. ciu.* ¶ Nemo est ingenio tam duro, nec tam firmo pectore, qui non sibi benefaciat. Idem *Asin. in fin.* Item, Pugnis rem poscant. Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 3. Si quis poscat duriùs, *ibidem.* ¶ Per translationem capitur modò pro patiente, ac tolerante laborum. Virg. 2. *Georg.* Scipiadas duros bello. & 6. *Æneid.*

—— gens dura atque aspera cultu.

Aliquando pro sæuo, crudeli, aspero. Idem 3. *Georg.*

Quid iuuenis, magnum cui versat in ossibus ignem

Durus amor?

Cic. 7. *Verr.* Quis tam fuit illo tempore durus & ferreus, quis tam inhumanus præter vnum te, &c. Terent. *Phorm.* Adeóne ingenio te esse duro, atque inexorabili, Vt neque misericordia, neque precibus molliri queas? ¶ Accipitur item pro noxio. Virg. 2. *Georg.* Aut durum tinex genus. ¶ Durus ad studia, qui studiorum delectatione non capitur. Cic. *pro Archia*, Nam & Cimbricas res adolescens attigit, & ipsi illi C. Mario qui durus ad hæc studia videbatur, iucundus fuit. ¶ Durus, pro hirto & piloso. Sidon.

Dūriuscŭlus, diminutiuum, {ὑπόσκληρος. Gall. *Duret, vn peu dur.* Ital. *Aliquanto duro.* Germ. Hartlech. Hisp. *Cosa vn poco dura.* Angl. *Somewhat harde.*} Plin. *in præfat.* Ille enim, vt scis, permutatis prioribus syllabis duriusculum se fecit.

Dure, & Duriter, aduerbia, inter se differunt: quòd duriter sit, sine sensu laboris: Durè, crudeliter, vt illud ad laborem, hoc ad sæuitiam referatur. {σκληρῶς. Gall. *Durement.* Ital. & Hisp. *Duramente.* Germ. Hartiglich. Angl. *Hardely.*} ¶ Præterea durè in alterum, duriter in nos aliquid facimus. Terent. *in Andr.* Primum hæc pudicè vitam parcè ac duriter Agebat, lana ac tela victum quæritans. Sed hæc differentia, vt pleræque aliæ, à scriptoribus nullo pacto obseruatur. Ter. *in Adelph.* —Factum à vobis duriter, Immisericorditérque est, atque etiam, si est, pater, Dicendum magis apertè, illiberaliter. Verba sunt Æschinis ad Mitionem patrem, quibus cum illo expostulat, quòd ipse, & simulatus ille hospes Milesius nimis duriter consuluisset, non de se ipsis, sed de virgine illa, & eius amatore.

Dūrĭtĭă, æ, & durities, iei, Firmitas & soliditas. {קשי *keschi.* σκληρότης, ἀντιτυπία. Gall. *Dureté.* Ital. *Fermezza, saldezza, durezza, crudeltà.* Germ. Harte. Hisp. *Dureza, crueldad.* Angl. *Hardenesse.*} Plin. *lib.* 9. *c.* 36. Tanta duritia aculeo est. Idem *lib.* 13. *c.* 9. Duritiæ firmæ lignum. ¶ Accipitur pro morbo, siue inualitudine. Suet. *in Ner. c.* 34. Ex duritia alui cubat. ¶ Duritia legum, quæ opponitur æquo & bono: apud Suet. *in Claud. cap.* 14. Accipitur & pro asperitate, crudelitatéque. Terent. *in Heaut.* —tunc hoc timet, Ne tua duritia illa antiqua etiam adaucta sit. Cic. *in Partitio.* Et fortitudinem audacia imitatur, & patientiam duritia immanis. Plin. *lib.* 13. *cap.* 15. Duritie & maturitate incorrupta spissari. Cic. *in Cat.* Quanta in altero comitas, in altero durities. Ferri frangere duritiem Catul. *de com. Ber.* Duritia inhumana non affici dolore' animis carentibus.) Senec. *c.* 15. *de cons. ad Helu.* Parsimonia & duritia aliis etiam disciplinæ, Plaut. *Most. sc.* 2. *a.* 1. Vincite hoc (Bagrum) duritia tergi. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Vbi ad languorem tua duritia dederis octo lictores. Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 3.

Dūrĭtās, atis. Duritia, σκληρότης. Cic. *in Orat.* Alij duritatem & seueritatem quandam verbis, & orationis quasi incestitiam sequuntur.

Durido, inis, Gellius *cap.* 2. *lib.* 17. testatur eo verbo M. Catonem vsum fuisse.

Dūrābĭlĭs, e. quod durare potest. {διαρκής. Gall. *Qui est de durée.* Ital. *Durabile, che può durare.* Germ. langwirig, werhafft. Hisp. *Durable, cosa que puede durar.* Angl. *Durable.*} Ouid.

Quod caret alterna requie, durabile non est.

Plin. *lib.* 9. *c.* 43. Durabilia ac sectilia, quæ modicè humida.

Sed durata riget densam in glaciem niuémque (vnda.)

Tibull. *lib.* 4. Vinere non possum hic, nec durare vllo modo. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 5. & *Asin. sc.* 2. *a.* 5. Mihi te æquum est parcere, vt tibi durem diu. Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 1.

Cæruleos ventus latices durantibus Ister

Congelat.

Ouid. *Eleg.* 10. *lib.* 3. *Trist.* Nequeo durare quin herum accusem meum. Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 1. Idem *Capt. sc.* 4. *a.* 3. Sed enim nequeo continere. Ouid. 1. *Fast.*

Sub Ioue durabant, & corpora nuda ferebant.

Item,

Sub Ioue pars durat, pauci tentoria ponunt.

Idem *lib.* 3. *Fast.*

Sub Ioue durabit multis immota diebus.

Idem 4. *Fast.* Durare meliore parte sui. (post mortem.) Senec. *cap.* 2. *de consol. ad Polyb.* Durandum est, quia cœpimus. (i. omnia tædia perferenda & labores.) Quint. Sine durare post ingenium tuum. Senec. *ibid.* Memoriam, quæ durauerant ex antiquitate ædificia, afferunt. Sueton. *in Neron.* 38. Durare exercitum patientia laborum. Velleius, Durati vsu armorum populi. Liu. 7. *ab Vrb.* Durari gelu aquas. Gell. *cap.* 8. *lib.* 17. Durant adhuc illa & ostenduntur. Suet. *in Tiber. cap.* 6. Durauit luctus per festos dies. Idem *in Calig. cap.* 6. Durari muria pisces. Quintilian.

Dūrāmĕn, & Duramentum, Brachium vitis. {σκληρωμα. Gall. *Durée, ou ce qui est de durée: le sep ou bras de vigne prochain de la souche.* Ital. *Ramo de la vite, tralci confirmatione.* Germ. Das hart rebschoß so zu nächst dem stock steht. Hisp. *Endurecimiento, perca ò hoja de la vid.* Angl. *The boughe of the vine tree nigh the stump or stocke.*} Columell. *lib.* 5. *cap.* 11. Sed vt caput trunci, pedali ferè spatio sit inferius iugo, quaternis brachiis, quæ duramenta quidam vocant, diuidatur in totidem partes. Idem *cap.* 22. Considerandum erit cuius longitudinis sint duramina, quæ excedant prædictam mensuram. ¶ Duramentum etiam pro confirmatione & firmitate. Senec. *cap.* 2. *de tranquil. vitæ*, Dices tenera esse virtutum principia, tempore ipsis duramentum & robur accedere. Valer. *lib.* 2. *cap.* 2. Efficacissimum igitur virtutis duramentum necessitas.

Dūrăcĭnă persica, δωράκινα Ægineta, Quorum corpus ligno adhæret, auellique nequit. {Gall. *Qui ont l'escorce ou la peau dure.* Ital. *Persici che non si spiccono da l'osso.* Germ. Pfersich die noch hart anstehen. Hisp. *Duraznos.* Angl. *That hath an harde vtter hard skinne.*} Plin. *lib.* 15. *c.* 21. Sed persicorum palma duracinis. Idem *lib.* 15. *c.* 28. Quædam statim à ligno recedunt, vt nuces & palmæ: quædam adhærent, vt oliuæ, laurique: quorundam generi vtraque est natura, vt persicis. Etenim duracinis adhæret corpus, è lignóque auelli nequit, quum in cæteris facilè separetur.

Dūrăcĭnæ, vuæ dicuntur, quæ duram & firmam corticem habent, à duritie, vel à duris acinis. Plin. *lib.* 14. *cap.* 1. Vua non alibi gratior callo, vt inde possit inuenisse nomen duracini durus acinus. Suet. *ex Epist. August.* Dum lectica ex regia redeo, panis vnciam cum paucis acinis vuæ duracinæ comedi.

Dūrĭcŏrĭă, dicuntur quæ sunt duri corij. {σκληρόδερμα. Gall. *Qui ont le cuir dur.* Ital. *Che hanno il cuoio duro.* Germ. Die ein harte oder dicke haut haben. Hisp. *Cosa que tiene el cuero duro.* Angl. *That hath an harde hide.*} Vnde Ficus duricoriæ, quæ habent durum corticem: meminit Plin. *lib.* 15. *cap.* 18.

Dūro, as, Durum facio, firmo, solido. {הקשה *hiksckah* חזק *chizzek.* σκληρύνω. Gall. *Durcir, endurcir.* Ital. *Far duro, fermo.* Germ. Hart machen. Hisp. *Endurecer à alguna cosa.* Angl. *To mak harde.*} Colum. *lib.* 7. Annicula mula rectè à matre repellitur, & amota montibus, aut feris locis pascitur, vt vngulas duret, sitque postea longis itineribus habilis. Cæs. 6. *bell. Gall.* Hoc se labore durant adolescentes. Mart. *lib.* 13.

Sorba sumus, molles nimium durantia ventres.

Liu. 1. *bell. Pun.* Nec erat difficile opus, quòd cæmenta non calce durata erant. ¶ Quint. *lib.* 1. per translationem posuit pro confirmare, Multa (inquit) linguæ vitia, nisi primis eximuntur annis, inemendabili in posterum prauitate durantur. ¶ Aliquando significat tolerare, καρτερεῖν. Virg. 1. *Æneid.*

—— durate, & vosmet rebus seruate secundis.

In qua significatione quandoque contra naturam iungitur accusatiuus, maximè apud poëtas Horat. *lib.* 1. *Carm.*

Vix durare carinæ possunt imperiosius æquor.

¶ Item persistere, perseuerare, diu permanere, παραμένειν, διαμένειν. Plaut. *in Amph.* Durare nequeo in ædibus ita me probri, stupri, dedecoris à viro argutam meo. Terent. *in Adelph.* Non hercle hic quidem durare quisquam, si sic sit, potest. Huius composita sunt, Eduro, Induro, Obduro, Præduro, Perduro, Reduro, quæ vide suis locis.

Dūrātrix, icis, verbale fœm. gen. Plin. *lib.* 14. *cap.* 1. Additque acinis eandem, quàm in doliis amphorisve duritricem illam firmitatem austeritas picis infusa pediculo.

Dūresco, es, ui, Durus fio. {קשה *kaschah.* σκληρύνομαι. Gall. *S'endurcir, deuenir dur.* Ital. *Indurire, indurare.* Germ. Hart sein. Hisp. *Endurecerse.* Angl. *To be harde or to waxe hard.*} à quo Duresco, durus fio. Cic. 2. *de nat. deor.* Itaque & Aquilonibus reliquísque frigoribus adiectis durescit humor. Ouid. 2. *Metam.*

Oraque durauerant, signúmque exsangue sedebat.

Col. *lib.* 9. Plumulæ sub cauda clunibus detrahendæ, ne stercore coinquinatæ durescant. Quintilian. Necesse est deteratur fulgor, & durescat articulus. ¶ Composita à Dureo rarò sunt in vsu, quemadmodum & ipsum simplex, sed eorum loco vtimur compositis à Duresco, vt Indureo vix dicimus, frequentissimè autem Induresco, Obduresco, vndique durus fio, ἀποσκληρύνομαι. Perduresco, valde Durus fio: quæ vide suis in locis.

Dusare, Δουσαρή, Scopulus & vertex altissimus Arabiæ, sic dictus à Dusaro deo, qui apud Arabes & Dacharenos colitur. Gentile, Dusareni. Steph.

[Dusius. Dusij dæmones. August. *lib.* 15. *de ciuit. Dei, c.* 23. Incubi erant, & impudicitiam cum mulieribus peragebant.]

Dŭŭmvĭr, duumuiri, eadem forma dictus est qua Triumuir, quòd scilicet duo tantùm in eo officio essent. { ANGL. *Officers in Rome which had equall authoritie ouer prisons, as the sheriffes in England.* } Erant autem in coloniis & municipiis summi magistratus, item vt Romæ Consules: de quorum officio & potestatis consule Lexicon Hotom. Vlp. *l. si quis vxori. §. si fugitiuum. ff. de furt.* Si fugitiuum meum quis quasi suum, à Duumuiro, vel aliis qui potestatem habent de carcere, vel de custodia dimittendi, acceperit, an is furti teneatur. Cic. *in Orat.* Planéque Duumuirorum iudicium, aut Triumuirorum capitalium, aut Decemuirorum litibus iudicandis dico nunquam. ¶ Duumuiri item creabantur vsitata lege, qui de perduellione iudicarent, de quibus Liuius *lib.* 1. Duumuiri, inquit, perduellionem iudicent: si à duumuiris prouocarit, prouocatione certato, &c. ¶ Duumuiri nauales. Liu. 9. *ab Vrbe*, alterum, vt Duumuiros nauales classis ordinandæ reficiendæque causa idem populus iuberet.

Dŭŭmuĭrātŭs, us, Dignitas duumuirorum. { ANGL. *A sheriffshipe of equall autoritie.* } Plin. *lib.* 4. *Epist. ad Sempronium*, Hunc Agonem Trebonius in Duumuiratu suo tollendum curauit. Paulus *l. honores. ff. de decur.* Is qui non sit decurio, duumuiratu, vel aliis honoribus ciuilibus fungi non potest.

Dŭŭmuĭrālĭs, e, quod ad duumuiratus munus pertinet. { ANGL. *Belonging to a sherifshipe of equall autoritie.* } vt, Dignitas duumuiralis, Iudicium duumuirale. ¶ Quando verò de homine dicitur, eum significat qui aliquando duumuiratum gessit: sicut Consularem vocamus, qui Consulatu perfunctus est, & Triumphalem, qui triumphum peregit. Vlpian. *l.* 1. *ff. de albo scrib.* Qui duumuiratum gesserunt (si hic honor præcellat) & inter duumuirales antiquissimus quisque prior.

Dūx, vide *Duco.*

D Y

Dyăs, δυάς, numerus est binarius, sicuti decas numerus est denarius.

Dymās, Virg. 2. *Æneid.*

Iphitus oblatam per Lunam Hispanisque Dymásque.

Διμοιρας, ὁ κατὰ γλῶσσαν διλαλος. Dymbrius, vide *Thymbria.*

Dyme, Δύμη, vrbs Achaiæ vltima ad Occasum, quam Antimachus Cauconidem à Caucone fluuio cognominat. Steph.

[Dymămĕnē, es, Δυναμένη, Nympha marina, Nerei & Doridis filia, ita dicta ab eo, quòd in mari plurimum polleat. Hesiod. *in Theog.* Δωτώ τε, Πρωτώ τε, Φέρουσά τε, Δυναμένη τε.]

Dynamis, Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Dynamim habent domi maximam.

Dynāstēs, æ, δυνάστης, qui in magistratu est, aut qui in ciuitate plurimùm pollet. { ANGL. *A great lord, or noble man of great power* } ita dictus à verbo Græco δύναμαι quod posse significat, siue potentem esse. Scribit Strabo, reges Dynastas vocari propterea quòd plurimùm possint, polleántque, & populos quo velint, aut vi, aut persuasione perducant. Cic. *ad Atticum*, Erit nebulo cum istis dynastis in gratia. Idem 11. *Philipp.* Idem si cæteri reges, tetrarchæ, dynastæque fecissent. Velleius, Dynastæ & Tetrarchæ. ¶ Horum dignitas Dynastia, δυναστεία, vocatur.

Dynastiam esse vocem Ægyptiam facilè persuademur ex istis Gregorij Turonens. *cap.* 17. *lib.* 1. *hist.* Apud Ægyptios autem sextadecima erat, quàm sua lingua Dynastiam vocabant.

Dyndasum, Δύνδασον, vrbs Cariæ. Steph.

Dyŏta, æ, siue Diota, Διώτη, ἢ Διώτα. Vtroque enim modo scriptum inuenimus, dolij fictilis genus, vino conseruando idoneum: à duabus auribus, hoc est, ansis, ita appellatum. Vide suprà *Diota.*

Dyrbæi, Δυρβαῖοι. Populi ad Bactros & Indiam pertinentes. Vide plura apud Steph.

Dyrrhăchĭum, Δυῤῥάχιον, vulgò *Durazzo.* Vrbs est in ea parte Macedoniæ quæ mari Adriatico incumbit, distans à Brundusio ccxx. M. pass. traiectu. Dictum autem volunt Dyrrhachium à nomine eius, qui vrbi portum adiecit: nam antea Epidamus vocabatur, teste Plinio *lib.* 3. *cap.* 23. Hanc vrbem Cicero exilij sui tempore amicissimam expertus est, & officiosissimam, in qua commoratus est, donec Senatusconsulto reuocaretur. vide plura apud Steph. cui alia huius nominis Laconiæ vrbs est, vna ex centum: & Illyriæ regio Dysrachia, cuius incolæ Dysrachij & Disracheni.

[Dyscœlius, δυσκοίλιος, qui malè affecta aluo est, aluo astrictior.]

Dyscŏlŭs, { קשה *kasheh.* δύσκολος. GALL. *Difficile, fascheux.* ITAL. *Difficile, fastidioso.* GERM. Vngeschlacht, vnholdselig. HISP. *Dificil, el que haze, ò da hastio.* ANGL. *Panefull, troublous.* } Difficilis & morosus: quod vitij genus à Græcis δυσκολία appellatur.

Dysentĕrĭă, { δυσεντερία. GALL. *Trenchee de ventre, auec flux de sang par exulceration des boyeaux.* ITAL. *Dolore di ventre con fluxo di sangue.* GERM. Die rote rur, oder der rote schaden. HISP. *Camaras de sangre.* ANGL. *The blodie flixe with gnawing of the bowels.* } Intestinorum exulceratio cum inflammatione & excretione sanguinolenta, ventrem magnis doloribus torminibúsque exercens. Quidam intestinorum difficultatem, Celsus tormina interpretatur. Cicer. *Gallo lib.* 7. *Epist.* Sanè δυσεντερίαν pertimueram. Plinius *lib.* 22. *cap.* 25. Ad dysenteriam bibitur cum absinthio. Hinc dysentericus, δυσεντερικός, dicitur qui hoc morbo laborat. Plin. *lib.* 20. *cap.* 2. Auxiliatur dysentericis semen cucumeris.

[Dysentericus, a, um, ad dysenteriam spectans.]

Dyspĕpsiă, { δυσπεψία. GALL. *Difficile digestion, indigestion.* ITAL. *Crudita di stomacho, indigestione.* GERM. Böse theuwung. HISP. *El ahito de lo no digerido, indigestion.* ANGL. *Ill digestion, rawnesse of stomack.* } Difficilis & ægra concoctio: à δυς particula quæ difficultatem, vel deprauationem importat, & πέψις coctio. Galenus *lib. de sympt. differens.* tria ponit læsæ coctionis genera, ἀπεψίαν, βραδυπεψίαν, καὶ δυσπεψίαν: inter quæ hanc ponit differentiam, vt apepsia dicatur quum cibus non mutatur, sed talis omnino permanet, qualis est ingestus. Et hanc Latini propriè cruditatem appellant. Bradypepsia autem quum cibus quidem immutatur, sed ægriùs, seriùs, & imperfectiùs: nos imbecillam, vel tardam coctionem dicere possumus. Dyspepsia verò dicitur, quum cibus mutatur in alienam qualitatem naturæ nostræ non conuenientem. Hanc medici nostri coctionem deprauatam dicere solent. Hanc tamen differentiam ne ipsi quidem medici obseruant: vt qui vno dyspepsiæ nomine sæpenumero omnia coctionis vitia intelligant.

Dysphĭlŭs, δύσφιλος. Amicus parum syncerus. { ANGL. *An freind not vpright.* } Iuuenal. *Satyr.* 3. Non est Romano cuiquam locus hic vbi regnat Protogenes aliquis, vel Dysphilus. Castigatiora exemplaria habent *Diphilus*, & ita omnino legendum. Videtur enim Iuuenalis ibi notare Græculum quempiam nomine Diphilum.

Dyspnœă, { δύσπνοια. GALL. *Difficulté d'haleine.* ITAL. *Difficultà di spirare.* GERM. Engbrüstigkeit, schwäre des athems. HISP. *El acezo.* ANGL. *Difficultie of breating pursynesse.* } Spirandi difficultas: quod vitij genus senibus solet esse familiare, teste Hippocrate: vnde & Virg. senes anhelos vocat. Tres autem à medicis enumerantur morbi in difficultate spirandi consistentes. Nam quum ea modica est, δύσπνοια: quum vehementior, ἆσθμα vocatur. Quum verò euenit vt nisi recta ceruice spiritus trahi non possit, orthopnœa appellatur.

Dyspnŏĭcus, { δυσπνοϊκός. GALL. *Qui ne peut auoir son haleine à son aise.* ITAL. *Chi spira con difficultà.* GERM. Der da schwerlich athmet. HISP. *El que aceza.* ANGL. *That breatheth painefullie, pursey.* } Qui dyspnœa laborat. Plin. *lib.* 24. *cap.* 6. Ammoniacum prodest dyspnoicis, pleureticis, &c.

Dyspōntĭum, Δυσπόντιον, vrbs Pisææ, à Dyspontio Pelopis filio. Steph.

Dysūrĭă, { δυσουρία. GALL. *Difficulté de pisser.* ITAL. *Difficultà di pisciare.* GERM. Harnstrenge, harte zu harnen. HISP. *Difficuldad de mear.* ANGL. *Difficultie in pissing.* } à δυς & οὖρον vrina, lotium. Difficultas, & suppressio vrinæ, calculo, vel materia quapiam crassa, aut caruncula meatum obstruente. Hoc vitium Cato significat, quum ait, Quibus ægrè lotium it. Cicero *Gallo lib.* 7. Epicurum tuum Stoici male accipiunt, quia dicat δυσουρικὰ καὶ δυσεντερικὰ πάθη sibi molesta esse: quorum alterum morbum edacitatis esse putant, alterum etiam turpioris intemperantiæ. Stranguria autem, morbus est à dysuria diuersus, quem nonnulli vrinæ stillicidium appellant, quum scilicet tanta est vel vrinæ acrimonia, vel vesicæ imbecillitas, vt quicquid in eam illabitur, statim excernatur.

[Dysuricus, a, um, Dysuriâ laborans.]

NOTÆ ANTIQVORVM.

D. Decius, Diuus, Deuotus, Dicauit, Diebus.

D.A. Diuus Augustus. DA. dona. D.Æ. de ærario. D.A.M.S.AV. de auibus malè senserunt augures. D.AVG. Deo Augusto. Diuo Augusto. D.C.D.C.D.E. diebus Cæsaris dictatoris causa dicata est. D.B.DD. de bonis dixerunt, vel dederunt. D.B.S.F. de bonis suis fecit. D.B.N. de bonis nostris; de benè notaris. D.B.MB. de benè merentibus. D.B.C. de benè consulentibus, vel de bono communi. D.B.I. Diis benè iuuantibus. de bono iudicio.

D.B.IN. de bonis incertis. D.B. Decius Brutus. D.C.N.N.B.D. de Cæsare nemo non bene dicat.

D.C.CÆS. Diuus Caius Cæsar. D.C.A. Diuus Cæsar Augustus. D.C.S. de consulum sententiâ, vel de consulis, consilij sententia. DCT. detractum. D.S.D. de suo deferebatur, D.M. dedimus mercedem. D.D. dandis dedicauerunt, D.D.D.A.A.A. dedicarunt dederunt dono auro, argento, ære. DD.M.V. dies mali venerunt.

D.D. Deo dicauit. D.D.N.M.P. dare de nutu mihi parat. D.B.V. de bonis virginis. D.D. Dotis datio. Diis dantibus. Donodedit, dedicauit. Damnum dedit. Dies dedit.

DD.E.H.L. IO. LIB. DN. MAR. PV. ET. LI. P. dedicatus est hic locus Ioui liberatori, deinde Marti pugnatori. & Libero patri. D.D.Q.O.H.L.S.E.V. Diis, deabusq. omnibus hunc locum sacrum esse voluerunt. D. Decus. D.D. donum dedit, dotis datio, Deus dedit D.D.D. datus decreto Decurionum. Dono dedit, dicauit. D.DD. dono dederunt. D.D.D.D. dignum Deo donum dicauit. D. D. L. M. dono dedit libero munere. DD.NN. domini nostri. D.DQ. dedit, donauitque. D.DQ.S. Diis Deabusque sacrum. D.M.S. Diis Manibus sacrum, dormiunt mortui securi. D.F. dotem fecit.

D.F. Decij filius.

D.G. dedit gratis.

DICT. dictator. DIG.M. dignus memoria. DIEB. diebus. DIL. dilectus. D.I.L.IV.A. de isto lapide inuenies aurum. D.IN.M.S. Diis inferis malè sacrum. DD. IMM. S. Diis immortalibus sacrum. D. IPS. de ipsis. D. V. BB. dilutum vinum bibebant. D. L. D. P. Diis locum dedit publicè.

D.L. donauit locum. dono legauit. dedit legem. DL. delego. D.L. de loco. D.C.D.P. dies cum dedit publicè. D.L.S. Diis Laribus sacrum. D.M. Diis Manibus, domus mortis. Diuus maximus. Diis maximis dolum malum. donauit monumentum.

D.M.Æ. Deo magno æterno. D.M.B.F. Diis Manibus benè merentibus fecit. D.M.FV.C. dolo malo, fraudisve causâ. D.M.L. de malè loquentibus. D. M. M Diis Manibus Mæuorum. D.N.G. diutius non gaudebis. D.M. S. C. S. RPP. T. DEINV. CR. dies malus sequitur cras, si ruperis tonitrua deinuenies carbones. D.M.S.C.P. dies malus sequitur, cras peius.

D.N. dominus noster. DN. dominus. D.N.M.Q. deuotus numini, maiestatique.

ftatique. D.N.P.F.S. de numeratá pecuniá facies facrum. DNN. domini.

D.O. Deo optimo Diis omnibus DOMS COS.XIII LVD.SÆC.F.C. Dominus Conful XIII. ludos fæculares faciendos curauit. DO.TRA. vel TRIN Diuo Traiano. DO.VAL. Diuo Valeriano. DOT. dotem. DOT. R. dotem recuperauit. D.P. Diuus pius: Diis penatibus, dotis promiffio. doté petit deuota perfona. D.PEC.R. de pecuniis repetundis. D.P.F. denuntiandi poteftatem fecit. D.PP. Deo perpetuo. DPO. depofitio. D.PF. de Præfecto. D.P.ORT. de parte Orientis. D.PS. de principibus. D.PF. de præfecto. D.P.OCC. de parte Occidentali. DPS. difcipulus. D.P.S.D.L. D.P. Deo pofuit fibi Diis locum dedit publicè. D.Q. Diis Quirinalibus, vel Diifque. D.Q.R. de quare. D.Q.S. de quo fupra, vel dic, quo fupra.

DR. Drufus. DR.P. dare promittit. D.RS. de regibus. D.RM. de Romanis. D.R.P. de Republicá. D.T.S.P. diem tertium, fiue perendie. DS. Deus. Diis. D.S.P.O. de fuá pecuniá obiit. D.SP.S.P. de fapientia fua perfecit. D.SVP.P. de fupina pila. D.S. dato folo. D.SP. de fapientibus. DT. dumtaxat, durat. D.TB. de tribubus. D.TRIB.TL.S. de tribunali tulit fententiam. D.T.G.Q.S. de tuo genio quod fentis. D.T.S.P. diem tertium, fiue perendinum.

D. V. deuotus vir. Diis volentibus. deuotus Vefte. Dies quintus. DVC. DVC. ducum ductor. ductorum ductor. DVL. vel DOL. vel DVLCISS. dulciffimus. D.VIIII. diebus nouem. DV.I.S. Deuotus iftorū feruator. DV. vel DVS. deuotus. DVL. dulcis. DVLMS. dulciffimus. D.V.M.T. dolo, vel malo tuo. D.VS. Deæ virginis, de virtutibus. de verbis.

E

E suapte natura non ita refonat, ficut A.O. neque tam promptè os diducit, iftúque magis languido circa afteriam prodit, rictum fuperiorem aliquo modo deprimit, fonum tamen & auget. & minuit ea ratione qua & A, vbi fatis abundè dictum eft. In fine dictionis corripitur, præter quando in Græcis vocibus fcribitur per η, vt in Penelope. Ablatiui etiam quintæ declinationis producuntur, die, re. Imperatiui fingulares fecundæ coniugationis, doce. Monofyllaba: vt, me, te, præter que coniunctio, vt, ne, quum fignificat an. Aduerbia in e, ab adiectiuis, us, a, um, vt doctè. ¶ E, ex i, fæpe immutari docet Gell. *cap.* 24. *lib.* 10. Item, E, pro u, vel o, vt Occecucurri, pro occucurri, & memordi, pro momordi, apud eundem *cap.* 9. *lib.* 7. Betet & bitet. Plaut. *in Curc. fc.* 1. *a.* 1. Vide *Betet*. Item, Excedat, pro Excidat. Idem *ibid. fc.* 1. *a.* 1. Vide *Excido*. Ita Diffecere pro diffecare. de quibus vide fuis locis. ‖¶ In quibufdam fcribuntur promifcuè: vt eis iis, deis diis: fic e & o, vertex vortex. ¶ Veteres etiam aliquando e pro æ fcribebant: vt etas pro ætas. Vide Scalig. *initio coniect. in lib.* 5. *Varr.* ‖

E & Ex. {מן *min* ἐκ, ἐξ. GALL. *De*. ITAL. *Di*. GERM. Von/oder auß. HISP. *De*. ANGL. *Of*.} Præpofitiones funt quæ & feparantur, & componuntur. Separatæ, modò temporales funt: vt, Ex illo celebratus honos, hoc eft, poft illud tempus. Modò locales: vt, E cælo. Modò ponuntur pro à, vel ab: vt, Audiui è patre meo. ¶ Modò fignificant pro, vel ad, (ἀντὶ cum genitiuo,) vt, Ex dignitate, ex vfu, ex vtilitate, hoc eft, pro dignitate, vel ad dignitatem. E re, id eft, ad vtilitatem. συμφέρον. vt, E Republ. id eft, commodo Reipubl. ¶ Modò fecundum, κατά: vt, Ex Platonis fententia, id eft, fecundùm Platonis fententiam. ¶ Modò in, Cic. E renibus laborabat, id eft, morbum patiebatur in renibus. Auguftin. *in Breuiario*, Qua ex de pecunia, (geminata præpofitione.) Plaut. *Men. fc.* 2. *a.* 4. E re tua feceris. Catull. *de com. Beren.* Plaut. *Capt. fc.* 4. *a.* 3. Vtinam te Dij prius perderent, quàm perifti è patria. Item, Hinc è próximo amat meretricem. Idem *Men. fc.* 2. *a.* 5. & *Afin. fc.* 1. *a.* 1. Item *in Aulul. fc.* 5. *a.* 3. E meo quidem animo. Sueton. *in August. c.* 84. E libello fermones habere. Velleius, Ex ellore apparatus triumphi Africani. ¶ Compofitæ, quandoque priuationem indicant, vt Elinguis, Exanguis. Quandoque vehementiam, vel perfectionem, vt Eludo, Exoro. Quandoque extra, vt Educo, Excludo. ¶ Componitur autem E, cum b, vt Ebibo: d, vt Educo: g, vt egredior: i, vt eiicio: l, vt eludo: m, vt emitto: n, vt enitor: r, vt erigo: u, vt euehe. ¶ Ex verò cum a, vt exaudio: c, vt excurro: e, vt exeo: f, vt efficio: o, vt exoleo: p, vt expello: q, vt exquiro: f, vt exequor: t, vt extendo: u, vt exuto: Verùm quando poft ex, fequitur f, mutatur x in f, vt effundo. Quam vero fequitur f, abiicitur f, vt exequor, & exiccor: in aliis integra manet. ¶ Econtrariò, {ἐναντίας, ἐμπαλιν, ἐξ ἐναντίας. GALL. *Au contraire*. ITAL. *Al incontro*. GERM. Im gegentheil/herwiderumb. HISP. *El contrario*. ANGL. *On the contrarie*.} aduerbium, fignificat ediuerfo, contrà. Cic. 3. *de fin.* Econtrario moderati habitus. Suet. *in Aug. c.* 27. E diuerfo. Quint. è contrario.

‖E, me, diis iurantes præponebant: vt, ecaftor, me caftor.‖

E A

Ea, eadem, propterea, &c. Plaut. *Capt. fc.* 3. *act.* 2. Tu te tibi ea tuopte ingenio prodes plurimum. *Ibidem*, (i. ea re, ea de cauffa.) Idem *Milit. fc.* 3. *a.* 2. Vife intrò, hic te operiar, eadem, (fub. via, vel ratione) illi infidias dabo. Sic idem *in Pfeud. fc.* 3. *a.* 1. Eadem duo greges adegero. & *Menaech. fc.* 4. *a.* 2. Eadem ignorabitur, (fub. opera & via.) Idem *Capt. fc.* 3. *a.* 2. Inuifo captiuos: Eadem percontabor ecquis eum nouerit.

‖Eabus, eis, fœmin. Cato.‖

Eale, fera eft in Æthiopia nafcens, magnitudine equi fluuialis, cauda elephanti, colore nigra, vel fulua, maxillas habens apri, & maiora cubitalibus cornua, mobilia, quæ alterna in pugna fiftit, variátque infefta, aut obliqua, vtrunque ratio monftrabit. Hæc Plin. *lib.* 8. *cap.* 21.

‖Eampfe, eam ipfam. Palm.‖

Eanthes, nomen proprium hiftorici Cyziceni, qui fuit eadem ætate, qua Pygmalion in Oriente regnabat.

Eanus, à veteribus dictus eft, qui poftea Ianus, qui ineunti anno credebatur præfidere. Sæpe enim antiqui fecundam vocalem pro tertia vfurparunt, quod & ipfum teftatur Quint. *lib.* 5. *c.* 4. Quidnon e quoque, i loco fuit, vt Menerua, & Leber, & Magefter, &c.

Eapfe, Ea ipfa. Plaut. *Curc. fc.* 3. *a.* 1. Eapfe merx condidicit bibere. *Ibid. fc.* 3. *a.* 4. Eapfe illa iracundia. Et *Milit. fc.* 1. *a.* 2. Quòd nemo nifi eapfe inferret pedem. ‖Sic reapfe, eft reipfa.

Ear, ver. Tertull.‖

Earinus, ἠαρινός, Adolefcentis formofi nomen apud Martialem, à Vere dictum, quod Græci ἔαρ appellant.

Eafo, nis, Promontorium Pyrenæi montis. Item oppidum Vafconum. Vtriufque autor Ptolem. *lib.* 2. *cap.* 6.

Eatenus, ea fcilic. parte tenus: cui refpondent Quatenus, Vfquequó, Quoad, Vt, Qua, Nequid. {עד *ʿad*. μέχρι τοσούτου, τοσοῦτον, ταύτῃ, GALL. *Iufques là, entant*. ITAL. *Fin à tanto*. GERM. Nur alfo fern/alfo weit/vnd fouil. HISP. *Hafta aquello, ò aquel modo*. ANGL. *So farre*.} Caius *de inftitoria actione*, Eatenus dabitur in eum actio, quatenus ex ea re locupletior factus eft. Cicer. 1. *de Legibus*, fed hoc ciuile, quod vocant, eatenus exercuerunt, quoad populo præftare voluerunt. Idem *de opt. gen. orat.* Verba perfequens eatenus, vt ea non abhorreant à more noftro. Colum. *lib.* 12. *cap.* 9. Caules lactucæ ab imo depurgatos, eatenus quà tenera folia videbuntur. Sueton. *in Tiber.* Ac primò eatenus interueniebant, nequid perperam fieret. Eatenus abeunt à fabris: mox, Ad id vfque.

E B

Ebacchari, valde bacchari. Lampridius *in Heliogabalo*: Martius deinde facra accepit, & adeò ebacchatus eft, vt typum eriperet.

Ebenus, vel Ebenum, {הבנים *hobnim*. ἔβενος, καὶ ἔβενον, Suidæ. GALL. *Ebene, vn certain arbre qui croift ès Indes*. ITAL. *Ebano*. Ein baum in India der fchwartz holtz hat. HISP. *Ebano arbor peregrino a nofotros*. ANGL. *A tree which groweth in Inde named Ebene*.} Lignum eft intus nigrum, foris buxi afpectu, adeò folidum & ponderofum, vt in aqua non fuperfluitet. Creditur tamen tenuis effe (vt Aëtius tradit) fubftantiæ & abftergentis virtutis. Vnde oculorum caliginem difcutere creditur, & aliis oculorum medicamentis mifcetur. Hæc arbor nafcitur in India, & cæfa durefcit in lapidem, vritúrque odore iucundo. Virg. *lib.* 2. *Georg.*

——— fola India nigrum
Fert ebenum.

Vbi Seruius, Atqui & in Ægypto nafcitur; fed Indiam, omnem plagam Æthiopiæ accipimus. Vide Plin. *lib.* 12. *c.* 4. Sunt qui per afpirationem fcribant hebenum.

‖Ebeo, ἀπομακαρίζω. Onom. Perotti *in epigr.* 115. Mart. exponit, *Ebeo*, beatitudine priuo, cuius paffiuum *ebeor*. à quo *ebeati* dicuntur, qui felicitate aliqua ceciderunt.

Eberodunum Alpium maritimarum. fiue Ebredunum, vel Ebrodunum Caturigum, *Ambrun*, vel *Embrun*, V.A. Eberodunenfis, fiue Ebredunenfis, in Gallia.‖

Ebibo, is, Bibendo euacuo. {ἐκπίνω. GALL. *Boire tout, ne rien laiffer*. ITAL. *Bere il tutto*. GERM. Außtrincken. HISP. *Mucho beuer, ò hafta al cabo*. ANGL. *To drinck vp all at ones*.} Plaut. *Amphitr.* Factum illud eft, vt ego illic vini cirneam ebiberem meri? Terent. *Heaut.* Quid comedent? quid ebibent? Plaut. *Curc. fc.* 3. *a.* 1. Propino magnum poculum. Ille ebibit. *Ibid. fc.* 2. *a.* 1. (Amica) quæ mihi mifero amanti ebibit fanguinem. Ouid. 3. *Faft.*

Inuenies illic, qui Neftoris ebibat annos.

Per tranflationem Ebibere, ponitur pro confumere. Plaut. *Amph.* Non ego cum vino fimul ebibi imperium tuum.

Eblandior, iris, Blanditiis aliquid extorqueo, impetro. {ἐξαπατάω. GALL. *Auoir par belles paroles, impetrer par douceur*. ITAL. *Togliere per lufinghe*. GERM. Etwas mit fchmeychlen von einem bringen/einem etwas mit glatten worten abfchwetzen. HISP. *Mucho halagar ò quitar por halages*. ANGL. *To get a thing by flatterie*.} Liu. *lib.* 7. *bell. Pun.* Neque enim omnia emebat, aut eblandiebatur, fed vim etiam flagitiis adhibebat.

Eblanditus, a, um, participium. {ANGL. *Gotten by faire wordes*.} Vnde Eblandita fuffragia dicuntur, quæ precibus & blanditiis impetrantur, apud Cic. *pro Cn. Plancio*. ¶ Eblanditæ preces, Blandis precibus impetrata teftimonia. Plin. *in Paneg.* Volo ego qui prouinciam rexerit, non tantùm codicillos amicorum, nec vrbana coniuratione eblanditas preces, fed decreta coloniarum, decreta ciuitatum alleget. Gell. *cap.* 15. *lib.* 11. Eblandita oratio.

Eboracum, Ἐβόρακον Ptolemæo, Britanniæ ciuitas eft, quam illi fua lingua vocant *Iorke*.

Eboreus, vide *Ebur*.

Ebofus, vide *Ebufus*.

‖Ebreodunum, caftrum in finibus Heluetiorum, vulgò *yuerdun*, in prouincia Lugdunenfi quinta.‖

Ebria, æ, vas vinarium eft, inquit Sofipater, atque inde Ebrius, & Ebriofus

dicitur,

dicitur, sicut à negotio, negotiosus. Scribit autem ille per aspirationem, quam consuetudo repudiauit.

Ebrĭŭs, a, um, ab hebria, vase vinario: vel q è bria, quæ vox itidem notat vas vinarium. Qui nimio potu mente alienatus est, temulentus, vinolentus, vino languidus, vino obrutus. {שכור schichchor. [illegible]. Gall. Yure, enyuré. Ital. Ebrio, ebriaco. Germ. Trunckenvoll weins. Hisp. Embriago, borracho. Angl. Cuppe shotte, drunken.} Plaut. *Amph.* Homo hic ebrius est, vt opinor. De eo id dicitur, qui mera monstra narrat. Huius antitheton est Sobrius, quasi sine ebrietate. Cicer. *Papyrio Pæto lib.9.* Habuisti enim in tua potestate ex quo vel ex sobrio, vel certè ex ebrio scire posses. Vnde, Non sobrius, pro ebrio sumitur. Martial.

——— & non sobria verba subnotasti.

Interdum ebrius ponitur pro pleno & abundanti. Plaut. Facite mihi cœna vt ebria sit, id est, abundans, & opiparè parata. Vbi obdormiuit ebrius. Idem *Curc. sc.1. a.3.* Cum corona ebrium Pseudolum. Idem *Pseud. sc.2. a.5.* (bis.) Vnde homo ebrius? Idem *Most. sc.4. a.1.* Ebrio amanti quiduis impune licet. Idem *Aul. sc.6. a.4.* Insana, aut ebria hæc mulier, idem *Men. sc.4. a.2.* Pater me offendet miserum aduenions ebrium. Idem *Most. sc.2. a.2.* ¶ Ebria lana conchæ sanguine. Martial. *Epigr.154. lib.14.* ¶ Ebrius translatè, vt ebrios ocellos: nempe amore, dixit Catullus.

Ebrĭŏlŭs, diminutiuum ab ebrius. {ὑπομέθυσος. Gall. Yurengnet. Ital. *Alquanto imbriaco.* Germ. Ziemlich truncken. Hisp. *Vn poco embriago.* Angl. *A litle drunken.*} Plautus, *Curc. sc.3. act.2.* Tristes atque ebrioli incedunt.

Ebrĭōsŭs, qui sæpe fit ebrius. {שכור schichchór. οἰνόφλυξ. Gall. *Yurongne, subiet au vin.* Ital. *Che spesso è briaco.* Germ. Ein truncken boltz, ein voller zapff. Hisp. *Borracho, que à menudo se embriaga.* Angl. *Muche geuen to drunkenesse.*} Cicer. *de Fato*, Hunc scribunt ipsius familiares & ebriosum, & mulierosum fuisse. Plin. *lib.30. c.14.* Ebriosis oua noctuæ per triduum data in vino, tædium eius adducunt. A quo ebriositas, propensio in ebrietatem. οἰνοφλυγία. Cic. 4. *Tusc.* Vt inter ebrietatem, & ebriositatem interest, aliúdque est esse amatorem, aliud amantem. ¶ Huius contrarium est Sobriosus, sobrietatis affectator, quo vsus est Cyprian. ¶ Inter ebrium & ebriosum hoc interest, quòd ebrius actum præsentem designet: ebriosus habitum & procliuitatem. Potest enim quis esse ebrius, qui natura tamen & consuetudine ab hoc vitio maximè abhorreat: & contrà, ebriosus quis esse potest etiam tum, quum vini nihil gustauerit. Vide Senec. *epist.84.*

Ebrĭĕtās, quam Cato dicebat nihil aliud esse, quàm insaniam voluntariam. {שכרון schichcharón. μέθη. Gall. *Enyurement.* Ital. *Ebrezza.* Germ. Trunckenheit. Hisp. *Embriaguez.* Angl. *Surfetting drunkennesse.*} Plin. *lib.3. c.14.* Ebrietatem arcet pecudum assus pulmo præsumptus. Ouid. 12. *Metam.*

——— & ebrietas geminata libidine regnat.

Ebrĭŭlo, as, Ebrium facio. {μεθύσκω. Gall. *Enyurer.* Ital. *Far ebrio, imbriacare.* Germ. Truncken machen. Hisp. *Embriagar à otro.* Angl. *To make drunken.*} Laber. Ebriulati mentem hilarem accipiunt. Nonius.

Ebrĭăcŭs, a, um, antiquis, teste Nonio, in vsu erat pro ebrio, vel inebriato. {שכר schichchur השכיר hischchir. μεθύων, μεθυσθείς.} Plaut. *in Aulul.* Homo ebriacus somno sanari solet. Ita enim legit Nonius. Alij tamen ibi *Ebriatus* legendum contendunt: vt sit à verbo ebrio, cuius compositum est Inebrio.

Ebrĭāre, μεθύειν. Macrob. *comment. lib.1. c.12.* Antequam materialis influuio in corpus venientes animas ebriaret.

Ebron, [illegible], vrbs in Chananæa Iudææ, gentile Ebronius, Steph.

[Ebroicensis ciuitas, E. in Normannia, sub A. Rothomagensi, vulgò *Eureux.*

Ebora, *Ebora.* V. A & Academiæ Lusitaniæ.

Eboracum, Yorcke, V. A. Angliæ.]

Ebrōn, [illegible], mons Palæstinorum, haud longè à Gaza Syriæ ciuitate.

Ebrus, vide *Hebrus.*

Ebrium, dicimus qui illam sentit animi tarditatem & stuporem, qui hallucinantibus plerunque vsu venit, autoritate Festi Pomp.

Ebŭdēs, insulæ sunt quinque numero in Oceano Britannico, angusto freto diuisæ, quarum incolæ (vt scribit Solinus) lacte solùm & piscibus vitam agunt. A Plinio *Hebudes* dicuntur: à Stephano [illegible], diphthongo non aspirata.

Ebullĭo, is, Efferuesco, & inter bulliendum effundor: sicut aqua quæ in aheno feruet. {רתח rittách. [illegible]. Gall. *Bouillir & sortir dehors.* Ital. *Bollire.* Germ. Auffwallen, vom sieden strodlen. Hisp. *Bullir mucho, ò heruir.* Angl. *To bubble vp.*} Per metaphoram accipitur pro iactabundè aliquid ostento. Cic. 3. *de fin.* Dixerit Epicurus, semper beatum esse sapientem: quòd quidem solet ebullire nonnunquam, (id est, vi veritatis incitatus dicere.) Idem 3. *Tusc.* Qui si virtutes ebullire volent & sapientias, nihil aliud dicent, nisi eam viam, qua efficiantur hæ voluptates, quas suprà dixi. id est, cum ostentatione & pompa efflare, & quasi pleno ore detonare, vel crepare. ¶ Hinc verbale, Ebullitio, id est, feruor, ἀναζέσις.

Ebullio, as, vide in simplici *Bulla.*

Ebulum, siue Ebulus, frutex ex sambuco foliis & baccis simillimus, in tantam tamen altitudinem non assurgens, neque arborescens. Græci Chamæacten appellant, quasi pumilam sambucum. {χαμαιάκτη. Gall. *Hieble.* Ital. *Ebulo.* Germ. Attichstaub. Hisp. *Yezgo yerua mora.* Angl. *Daynewort or walwort.*} Virg. *in Sileno,*

Sanguineis ebuli baccis.

Columell. *lib.2.* Sed citra hoc experimentum multa sunt, quæ & dulcem terram & frumentis habilem significent: vt iuncus, & calamus, gramen & trifolium, ebulum, rubi, pruni syluestres, & alia complura. Idem,

——— & rutilas ebuli creat vuida baccas.

Ebur, oris, Dens elephanti, quasi è barro: sic enim elephantum vocabant veteres, à barriendo. {שן schen. ἐλέφας. Gall. *Iuoire.* Ital. *Auorio.* Germ. Helffenbein. Hisp. *Marfil diente de elephante.* Angl. *Iuory.*} Cic. 4. *Acad.* Non enim est è saxo sculptus, aut ebore dolatus. ¶ Ebur pro vasis, aut aliis rebus ex ebore dolatis. Horat. *lib.2. Carm. Ode 18.*

Non ebur, neque aureum
Mea renidet in domo lacunar.

Cic. 4. *Verr.* Vt omne ebur ex ædibus sacris, deorum, denique simulacra quæ vellet, auferret. Ebur atramento candefacere, est genus scommatis: cultum atque ornatum externum inducere, quo decus illud natiuum obscuretur magis, quàm illustretur. Proinde lena Plautina in *Most.* Plaut. *sc.3. a.1.* puellæ naturali formæ præditæ, tamen cerussam ad obtinendas malas postulanti, Vna, inquit, opera ebur atramento candefacere postules. Propterea quod omne lenocinium rebus natura pulchris, dehonestamentum affert, non venustatem. Hæc Erasmus. ¶ Antiquis in vsu fuit nominatiuus *ebor*, à quo remansit genitiuus eboris, & adiectiuum eboreus.

Ebŭrnus, a, um, quod est ex ebore. {ἐλεφάντινος. Gall. *D'yuoire.* Ital. *D'auorio.* Germ. Helffenbeinin. Hisp. *Cosa de Marfil.* Angl. *Of iuory.*} Plin. *lib.36. c.5.* Iouem fecit eburneum in Metelli æde, qua campus petitur. ¶ Aut quod instar eboris album est: vt, Eburnea facies. Ouid. 3. *Metam.*

Impubésque genas, & eburnea colla, &c.

Ebŭrnĕŏlus, diminutiuum. {ὁ μικροῖς μορίοις ἐλεφαντίνοις κεκοσμημένος. Gall. *Marqueté en marqué de petits morceaux d'yuoire.* Ital. *Coperto d'auorio.* Germ. Das mit helffenbein verziert ist. Hisp. *Cubierto de marfil.* Angl. *Sett with litle pieces of iuory.*} Cicer. 3. *de Orat.* Quem seruum sibi habuit ille ad manum, cum eburneola solitus est canere fistula.

Ebŭrnŭs, a, um, Eburneus. {Angl. *Of iuory.*} Tibull.

Hunc primum veniens plectro modulatur eburno.

Lucret. *lib.2.*

Legitimaque faces, gradibúsque acclinis eburnis.

Ouid. *Eleg.2. lib.4. Trist.*

Inueniés que animus, quà currus spectet eburnos.

Idem *Eleg.1. lib.2. Trist.*

——— Eburneus Tantalides.

Ebŭrātus, a, um, quod extrinsecus ex ebore est, quod ebore est obductum. {ἐλεφαντωτός. Gall. *Couuert ou enrichi d'yuoire.* Ital. *Coperto d'auorio.* Germ. Mit helffenbein vberzogen. Hisp. *Cosa cubierta de marfil.* Angl. *Couered or made trim ne with iuory.*} Plaut. *in Persa*, Lectos eburatos, auratos. Idem *in Aulul.* Clamores, imperia, eburata vehicula, pallas, nihil moror.

Ebŏrĕus, a, um, ab antiquo nominatiuo *ebor* fit: sicut à marmor marmoreus: eburneus verò, & eburnus ab ebur. {ἐλεφάντινος. Angl. *Made of iuory.*} Significant autem hæc tria, quod est ex solido ebore. Quintil. *lib.6.* Quum in triumpho Cæsaris eborea oppida essent translata.

Ebura, [illegible] Ptolemæo, [illegible] Stephano, oppidum est Hispaniæ Bæticæ, cuius meminit & Plin. *lib.3. cap.1.*

Eburones, [illegible], populi Galliæ Belgicæ, qui per fraudem multos ex Cæsaris exercitu trucidarunt. Hodie *Leodienses*, à Leodio vrbe, vulgò *Liege.* {Germ. Luttich.}

Eburonices, populi sunt inter Celtas Aulercis, Lexouiis, & Vnellis, reliquísque maritimis ciuitatibus vicini.

Eburum, [illegible] Ptolemæo, Morauiæ oppidum est. Germani vocant Olmutz in Merhen.

Ebŭsŭs, [illegible], vulgò *Ibizza.* Insula est in mari Balearico, altera Pytiusarum, nullum animal noxium gignens. Plin. *lib.3. c.5.* Ebusi terra fugat serpentes, Colubrariæ parit: ideo infesta omnibus, nisi Ebusitanam terram inferentibus. Habet hæc insula oppidum, eiusdem nominis, à Phœnicibus (vt putatur) conditum, aut certè à Pœnis, qui à Phœnicibus originem duxerunt. Silius *lib.3.*

Iámque Ebusus Phœnissa mouet, iámque Artabus arma.

[Ebuuit, exbuuit. Vide *Bur.*]

E C

[Ec in compositione aliquando occurrit: vt eccubi, ecquis, ecquando. Videtur esse ab *&*, sicut ex *quidquid* facimus quicquid, vt *ecquis* sit & quis? Sic sanè potius videtur, quàm ab *en*: quod tamen etiam in *ec* transit, vt ecce.]

Ecameda, siue potiùs Hecameda, [illegible], apud Homerum *lib. 11. Iliad.* nomen est filiæ Arsinoi, quæ capta Tenedo, Nestori in prædam cessit.

Ecastor, aduerbium iurandi. Donatus, Ecastor, per Castorem & Pollucem, ornatiua sunt iurandi, apta fœminis. Plaut. *in Amph.* Ecastor te experior quanti facias vxorem tuam. Ecastor tu quidem inscita es. Idem *Mostell. sc.3. a.1.* Ecastor vapulabis. *Ibidem.* Iampridem Ecastor [illegible] non iam magis libenter. *Ibidem*, Ecastor erras. *Ibid. sc.1. a.5.* Ecastor equidem. Idem *Men. sc.2. a.4.* Ecastor haud inuita fecero. *Ibid. sc.4. a.1.* Ecastor beneficiis tuis me florentem facis. *Ibidem*, Ecastor licet. *Ibid. sc.3. a.1.* Idem *Milit. sc.4. a.2. & sc.5. a.2.* Terent. *in Andria*, Per ecastor scitus puer natus est Pamphilo. Sunt qui per diphthongum malint scribere, quod ex æde compositum putent, vt Æcastor dictum sit quasi per ædem Castoris. Hoc iuramento (vt autor est Macrobius) viri non vtebantur, quemadmodum nec mulieres per Herculem iurabant: ædepol autem iuramentum erat, tam mulieribus, quàm viris commune.

Ecbăsis, ἔκβασις, figura est, quæ Latinè dici potest excursus, παρὰ τὸ ἐκβαίνειν, quod est egredi, siue expatiari. Exemplum est apud Virg. *lib.1. Georg.* quum describit tempestatem à rusticis præcauendam.

Ecbatana, [illegible], numero plurali, metropolis est maioris Mediæ, à Seleuco condita, teste Plin. *lib.6. c.14.* Strab. *lib.11.* Media in duas partes diuisa, quarum alteram maiorem vocant, cuius metropolis fuit Ecbatana ciuitas, & Medici imperij caput, nunc etiam Parthi Regia vtuntur. Huius vrbis meminit & Cic. *in Oratione pro Lege Manilia*, de Mithridate loquens, Vsque in Hispaniam, inquit, Ecbatanis legatos misit ad eos duces quibuscum tum bellum gerebamus. ¶ Fuit & in ora Syriæ eiusdem nominis oppidum in monte situm, postea Carmelum appellatum, cuius meminit Plin. *lib.5. cap. 19.*

[Ecbolas, ădis, sicut faciens abortum: ab ἐκβάλλω, eiicio.]

Ecbolia, orum, ἐκβόλια, siue Ecbolicæ, arum, siue Ecbolades medicamenta sunt quibus medici vtuntur abigendis infantibus in vtero enectis,

quæ & plethoria dicantur. Latinè dici possunt eiectoria, vel eiectrices medicinæ. Ex Budæo.

Ecca, est pronomen demonstratiuum, fœm generis. Plaut. *Men. sc. 2. a. 2. in fine*, Hercle ab se ecca exit, (id est, Certè ecce ea à domo sua exit.) Vide *Eccum* infrà.

Ecce, Aduerbium, rem improuisam subitóque demonstrans. {הנה *hinnéh*. ἰδοὺ. GALL. *Voicy, voila, soudainement, tout soudain.* ITAL. *Ecco.* GERM. Sihe schaw zu nun wol. HISP. *Mira ò ata, he ai aqui.* ANGL. *Beholde.* Virg. 2. *Æneid.*

Ecce autem gemini à Tenedo, tranquilla per alta, &c.

Ouid. *Eleg. 1. lib. 2. Trist.*

Ecce canis formas alius, tactúsque pilarum.

Idem *initio Eleg. 13. lib. 3. Trist.*

Ecce natalis adest.

Idem 13. *Metam.*

Ecce leuis monitu Rex iubet, &c.

Ibidem,

Ecce ferunt Troës.

Plaut. *Most. sc. Habes*, Sed ecce quæ ille ait. Idem *Men. sc. 5. a. 5.* Egomet hæc te vidi facere: Egomet ecce te arguo. *Ibid. sc. 2. a. 5.* Ecce Apollo mihi imperat, vt ei oculos exuram. Ecce Apollo me iubes. *Ibid.* Ecce autem litigium. *Ibid.* Ecce omitto. Idem *Milit. sc. 5. a. 2.* Audin' etiam. L. Ecce, (id est, audio, adsum.) Idem *Asin. sc. 1. a. 2.* Ecce autem bibit arcus pluet. Idem *Curc. sc. 2. a. 1.* Ecce me tibi sisto, (verba vadimonij.) Scribit Asconius etiam hoc proprium esse Ciceronis, vt in rebus improuisis hac particula vtatur: vt in Oratione pro Cluentio, Ecce tibi eiusmodi sortitio, vt in primis Bulbo esset iudicandum. Idem 6. *Verr.* Ecce tibi noua turba, atque rixa. Idem *in Pisonem*, Ecce tibi alter effusa, &c. ¶ Nonnunquam etiam in rebus lætis hac particula vtimur. Ouid. 3. *Amor.*

Ecce Corinna venit.

Modò nominatiuum, modò accusatiuum assumit. Cic. *ad Attic. lib. 2.* Ecce aliæ deliciæ Equitum. Idem 2. *de finib.* Ecce miserum hominem, si dolor summum malum est.

Eccistam, pro ecce istam. Plaut. *Curc. sc. 2. a. 5.* Certè eccistam video.

Eccillam, Plaut. *Aulul. sc. 5. act. 4.* Eccillam filiam domi, (id est, ecce illam.)

Eccŭbī, ἐκεῖ. per duplex cc, & componitur ex ecce & vbi, idémque significat quod Nuncubi.

Eccum, eccam, eccos, eccas, aduerbia sunt demonstrandi, quæ nonnulli voluerunt idem significare quod ecce eum, eos, eas: quos Laurentius reprehendit eo argumento, quòd non semel apud Comicos legamus subiectum accusatiuum, vt Eccum me, Eccum Parmenonem: vbi certè non possumus interpretari, Ecce eum me: aut, Ecce eum Parmenonem. Meliùs itaque Vallam sequemur, qui harum dictionum significationem per aduerbia interpretatur: vt Eccum sit idem quod Ecce hîc, intellige virum de quo agebamus. Eccam, ecce hîc, subintellige fœminam de qua agebamus. Ellum, ecce illic, scilicet virum resóluendo per aduerbia, non per nomina. Ex his itaque non obscurum est, quid discriminis sit inter Eccum & Ellum: quod scilicet Eccum demonstrat hominem, qui non procul abest à loco in quo sumus: vt Eccum Parmenonem, hoc est, Ecce hîc Parmenonem: contrà, Ellum, eum qui longiùs abest. Plaut. *Men. sc. 4. a. 5.* Eccum ipsum hominem. Sed eccum video. *Ibid. sc. 2. a. 5.* Eccum quem quærebam. Idem *Curc. sc. 2. a. 5.* Eccam, quam coronam habuit. Idem *Men. sc. 2. a. 4.* Eccum hunc in vidulo saluum fero. *Ibid. sc. 2. a. 2.* Eccum affinem meum. Idem *Aul. sc. 5. a. 3.* Sed eccum Menæchmum video. Idem *Men. sc. 2. a. 1.* Nam pater meus intus nauem est. Idem *Ampo. prol.* Atque Eccum incedit. Idem *Men. sc. 2. a. 5.* Eccum qui me certam faciat. Idem *Pseud. sc. 2. a. 4.* Sed eccum video verbeream statuam. *Ibid. sc. 1. a. 4.* Herus eccum recipit. *Ibid. sc. 4. a. 2.* Venit eccum Callidorus. *Ibid. sc. 3. a. 2.* Eccam scis filium tibicinam amare? *Ibid. sc. 5. a. 1.* Philocomasium eccam domi. Idem *Mil. sc. 3. a. 2.* & *sc. 6. a. 2.* Eccum Lenonem incedit Thesaurum meum. Idem *Curc. sc. 2. a. 5.* ¶ Ab se ecca exit. Idem *Men. sc. 2. a. 1.* Vbi ea est? Eccam, in cera cubat. Idem *Ps. sc. 1. a. 1.* ¶ Tres eccos nummos habes? *Ibid. sc. 4. a. 1.* Eccos prædæ participes petunt. Idem *Most. sc. 3. a. 1.* Nam eccum hic adolescentem captiuum habeo. Idem *Capt. sc. 2. a. 1.* Atque eccam illecebra exit. Idem *Asin. sc. 2. a. 1.* Vbi est? eccum illum. Idem *Amph. sc. 3. a. 4.* Eccum eam ipsam ante ædes video. Idem *Men. sc. 2. a. 5.* &c. Vbi tu es? A. Eccum, (id est, ecce me.) Idem *Mil. sc. 1. a. 1.* Hem tibi pateram, Eccam. Idem *Amph. sc. 3. a. 1.*

Ecce re, pro omnia & summatim tibi narrani. Plaut. *Men. sc. vlt. a. 1.* Prandi intuani, inde egressus huc, te conueni. Ecce re, &c. Ita legit & exposuit Passerat. Alij æcere, id est, per ædem Cereris. Alij eccere vno verbo: alij ecce rem.

Eccĕrē, iusiurandum, acsi iures, per Cererem, ὡς τὴν Δήμητρα, vt, Æcastor, Ædepol. Alij Eccere accipiunt pro Ecce. Plaut. *in Amph.* Eccere, iam tu autem facis, vt tuis nulla apud te sit fides. Idem *Mil. sc. 2. a. 2.* Eccere autem capite nutat.

Ecclēsĭă, Cœtus, concilium, concio, congregatio. {עדה *hedhâh* קהל *kahál*. ἐκκλησία. GALL. *Assemblée.* ITAL. *Adunanza.* GERM. Ein versamlung, gemeine kirch. HISP. *Ajuntamiento.* ANGL. *A congregation, or assemble.*} Inde fidelium omnium qui per orbem sparsi sunt, vniuersitas, à Christianis Ecclesia dicitur. Sic dicimus Christum esse caput Ecclesiæ. Athenis hoc nomine vocabant conuentum ciuium, qui Reipub. causa conueniebant: nam quùm ad spectaculum aliquod populus ex agro vocabitur, Διάκλησις propriè dicebatur. ¶ Ecclesia apud veteres Poëtas primam corripit contra Gentiles Poëtas. Inde Paulinus *lib. 2. de Martino*,

——— *Mater Ecclesia templis.*

& infrà *lib. 4.*

——— *Claudebat Ecclesia plebem.*

& *in Natali 4. Felicis*,

Cùm pia sacrilego quateretur Ecclesia bello.

Malè enim corrigunt —*quateretur regula bello*. Tertull. *lib. 3. aduersus Marcionem*,

Esse caput Christum, sunt enim Ecclesia membra.

‖Ecclesiarcha, ἐκκλησιάρχης, Ecclesiæ præfectus. ab ἀρχὴ principatus.‖

Ecclesiastēs, {קהלת *kohéleth*. ἐκκλησιαστής. GALL. *Prescheur.* ITAL. *Predicatore.* GERM. Ein prediger so einer gmeind vorstat. HISP. *Predicador.* ANGL. *A preacher.*} Concionator: ab eo ἐκκλησιάζειν, quod est concionem habere, vel ad concionem conuocare.

‖Ecclesiasticus, a, um, pertinens ad Ecclesiasten.‖

Eccum, vide *Ecce*.

‖Eccyclema, machina lignea in theatro, quâ circumactâ ostendebatur spectatoribus quicquid in scena secretè agebatur. Poll.‖

Ecdicus, {ἔκδικος. GALL. *Defendeur, procureur de ville.* ITAL. *Defensore, vendicatore.* GERM. Ein schirmer. HISP. *Defensor, vengador.* ANGL. *An aduocat in defending a commune cause of societie.*} Latinè defensor, vel vindex. Erant autem Ecdici, teste Budæo, in municipiis, qui Romæ Tribuni plebis causam aduersus iniuriam optimatum tuebantur. Cicero *ad Thermum, lib. 13. Epist. fam.* Dixerat mihi Euthydemus, quum Ephesi essem, se curaturum vt Ecdici Milesii Romam mitterentur: id factum non est: Legatos audio missos esse: sed malo Ecdicos, vt aliquid confici possit. Quare peto à te, vt eos & Alabandenses iubeas Ecdicos Romam mittere.

Ĕchĕmōn, Ἐχέμων, Priami filius, à Diomede occisus, Homer. *Iliad. 5.*

Ĕchĕnēūs, per quatuor syllabas, & Ἐχένηος, omnium Phæacum generosissimus, teste Homer. *lib. 7. Odyss.*

Ĕchĕmythĭă, {דומיה *dumijáh* חרש *cherésch*. ἐχεμυθία, ab ἐχέμυθεῖν. GALL. *Silence.* ITAL. *Taciturnità, silentio.* GERM. Stillschweigenheit. HISP. *Obra de callar, silencio.* ANGL. *Sylence.*} Latinè taciturnitas dicitur & auscultatio: quo nomine vocatum fuit silentium illud discipulorum Pythagoræ, teste Gell. *lib. 1. c. 9.* Vnde

Echemythos à Græcis dictos censet Budæus auscultatores, & censendi immunitatem habentes in senatu, qui & ἀκουσμοὶ dicuntur. Idem alio loco interpretatur echemythos, cunctatores, & sermonis homines parcissimos, qui aures duas habere se, vnicam linguam in causis etiam publicis meminerint.

Ĕchĕneis, idis, {ἐχενηίς. GALL. *Un petit poisson, que s'il s'attache contre vn nauire, il l'arreste & garde de nager & remuer.* ITAL. *Pesce picciolo, che ferma le naui, auanti lequali s'attaca.* GERM. Ein fisch der ein schiff in seinem lauff auffhelt wann er sich an das selbig henckt. HISP. *Pece pequeño que detiene las naues.* ANGL. *A litle fishe that stayeth a shippe vnder sayle.*} Genus pisciculi, quem Latini Remoram appellant: vtroque nomine ab re imposito. Ferunt enim hunc piscem nauim cui adhæserit, sistere, quantumuis velis & remis incitatam. Hinc echeneis dicta, παρὰ τὸ ἔχειν τὴν ναῦν, hoc est, à tenenda naui: ὅ ἐστι τοῦ ἔχεσθαι τῇ νηί, id est, ab eo quod naui adhæreat. Plin. *lib. 9.* Est paruus admodum piscis, assuetus petris, echeneis appellatus, hoc carinis adhærente, naues tardiùs ire creduntur, inde nomine imposito. Ob quam rem à Græcis ἐχενηίς dicitur, à nostris Remora à remorando nominatur. Lucret. *lib. 6.*

Non puppim retinens, Euro tendente rudentes,

In medijs echeneis aquis.

Ferunt hunc piscem fluxus in grauidarum vtero sistere, partúsque ad puerperium continere.

Echetia, Ἐχετία, vrbs Italiæ, Steph.

Echetla, Ἐχέτλα, vrbs Siciliæ.

Echetra, Ἐχέτρα, vrbs Italiæ. Steph.

Ĕchĭdnă, {אפעה *ephhéh*. ἔχιδνα. ANGL. *A vipre, a kind or serpent.*} Idem serpens esse creditur, qui à Latinis Vipera dicitur, quod & ipsum etymologia videtur indicare. Apparet enim echidnam dictam, παρὰ τὸ ἔχειν ἐν ἑαυτῇ τὴν γονὴν ἄχρι θανάτου, quòd scilicet ad interitum vsque fœtum intra se contineat, donec pullis nimiam moram pertæsis, eroso matris vtero, paterntéque necata, erumpant. ¶ A Poëtis accipitur pro quouis serpente, & præcipuè pro hydra illa Lernæa, quæ ab Hercule interfecta est. Ouid. *lib. 3. Fast.*

Sanguine Centauri Lernea sanguis Echidnæ

Mistus ad auxilium tempora nulla dabat.

Vide in dictione *Excetra*.

Ĕchĭnădĕs, Ἐχινάδες. Exiguæ sunt insulæ, Acarnaniæ adiacentes, ex aduerso ostij Acheloi fluminis, natæ ex arena & limo impetu Acheloi conuecto, teste Plin. *lib. 2. c. 85.* De Echinadibus pulchrè Thucyd. *lib. 2.* vbi de Acheloo. Ouid. *lib. Metam. 8.* inuolucro fabulæ verum occuluit, & ex Naiadibus factas insulas tradidit, quoniam hæ terræ fluuio adgestæ fuerunt. Stat. *lib. 2. Theb.*

Turbidus obiectas Achelous Echinades exit.

Lucanus,

——— *Crassis oblimat Echinades vndis.*

Seneca *in Troade* declinat Echina, æ. Quolibet vento faciles Echinæ. Lege Dulichium in Stephan. Qui etiam has insulas circa Ætoliam esse scribit: & hoc nomen sortitas ab asperitate, vel Echinorum copia, vel Echino vate.

Echineis, insula in mari Ægeo. Cic. *in Arato*,

——— *excelsis errans in collibus amens,*

Quos tenet Ægeo defixa in gurgite Echineis.

Echinon, Thraciæ vrbs est ad Pegaseum sinum. Pompon. Mela *lib. 2.* in Thraciæ descriptione.

Ĕchĭnŏmētră, ἐχινομήτρα, Echinorum genus, quorum spinæ longissimæ, calices minimi, nec omnibus iidem, rufus & vitreus color. Plin. *lib. 9. cap. 31.*

Ĕchĭnūs, Ἐχῖνος, & Ἐχινοῦς Stephano. Oppidum est Acarnaniæ, non procul ab ostio Acheloi, quod Echinadibus insulis nomen fecisse putatur. Meminit huius oppidi Plin. *lib. 4. c. 1.* ¶ Est item echinus, oppidum in ora Phthiotidis ad Maliacum sinum, circa quod Sperchius in mare influit. De hoc Cicero *in Arato*,

Dicitur excelsis errans in collibus amens,

Quos tenet Ægæo defixa in gurgite Echinus.

Recensetur etiam à Ptolemæo *lib. 3. c. 13.*

Ĕchĭnus, ἐχῖνος, ab ἔχω. {GALL. *La premiere couuerture piquante, dedans laquelle premierement croissent les chastaignes.* ITAL. *La coperta spinosa delle castagne.* GERM. Die stächlige haut oder rind, in welcher die kesten wachsen.

wachsen. HISP. *Erizo de la castaña.* ANGL. *The outward barke or couering of a chestnut.*} Tegmen spinosum quo seruantur castaneæ. Vnde castaneæ echinatæ dicuntur. Plin. *lib.* 15. *cap.* 23. Nuces vocamus & castaneas, quanquam accommodiores glandium generi: armatum his echinato cortice vallum est. ¶ Ab huius tegminis similitudine dictus est echinus piscis, quem Plin. *lib.* 9. *cap.* 31. scribit esse ex cancrorum genere, cui spinæ pro pedibus sunt, cui ingredi, est in orbem volui, capitur ferè inter saxa, vbi se continet ne a fluctibus iactetur. Martialis *lib.* 13.

Iste licèt digitos testudine pungat acuta,
Cortice deposito mollis echinus erit.

¶ Est & echinus apud Græcos terrestre animal, cui est apud nostros nomen hericio, siue herinaceo, aut etiam herici: æquè spinis hirtus est, atque marinus echinus. {ANGL. *An hedghod, an irching.*} de quo Ambrosius *lib. Hexaem.* Echinus iste terrenus, quem vulgò hericium vocant, si quid insidiarum præsenserit, spinis suis clauditur, atque in sua arma se colligit. ¶ Præterea echinus genus vasis ænei est, in quo calices lauantur, quem alij ampullam dicunt esse vitream. Horatius *lib.* 1. *Serm. satyr.* 6.

Pocula cum cyatho duo sustinet, astat echinus.

¶ Athenis item echini nomine intelligebatur scrinium forense, in quod dicta testium, & totius litis acta coniiciebantur. Vnde in echinum coniicere, εἰς ἐχῖνον ἐμβάλλειν, dicebant pro acta in iudicio proferre. ¶ Totus echinus asper, πᾶς ἐχῖνος τραχύς, prouerbiali figura dicebatur, in morosos & iniucundis moribus, cum quibus nulla ratione agere possis citra litem. ¶ Simili figura dicitur, Echino asperior, ἐχίνου τραχύτερος: in hominem intractabilem & insuauibus moribus. ¶ Prius duo echini amicitiam inierint, alter è mari, alter è terra, πρὶν δύο ἐχῖνοι εἰς φιλίαν ἔλθωσιν, ὁ μὲν ἐκ πελάγους, ὁ δ' ἐκ χέρσου: de iis qui moribus ac studiis sunt inter se discrepantiores, quàm vt spes sit, aliquando inter eos necessitudinem coituram. Suidas.

Ĕchinātŭs, Adiectiuum. {ἐχινώδης. GALL. *Couuert d'aiguillons, comme vn herisson.* ITAL. *Coperto di spine come il riccio.* GERM. Das ein stächende oder dornechtige rinden hatt. HISP. *Cosa cubierta como de erizo.* ANGL. *Couered or sett with prickes or strings as an irchin.*} vt, echinata castanea. Plin. *lib.* 27. *cap.* 9. In cacumine capitula sunt echinata spinis.

Ĕchinŏphŏră, genus conchæ. Plin. *lib.* 32. *cap.* 11.

Echion, ἐχίων. Vnus fuit illorum, quorum opera adiutus Cadmus, Thebas ædificauit: de quo Ouid. 3. *Metam.* Hinc etiam ipsi Thebani à Poetis Echionidæ & Echionij passim appellantur.

Ĕchĭon, ἔχιον, medicamentum quoddam, dictum à vipera, quam Græci ἔχιν nominant. Plin. *lib.* 29. *c.* 6. Viperam viuam in fictili nouo comburere, addito fœniculi succo ad cyathum vnum, & thuris manna vna, atque ita oculorum suffusiones, & caligines inungere vtilissimum est. Medicamentum id echion vocatur. Hæc ille.

Ĕchītēs, ἐχίτης, gemma est colore viridi subobscuro, quandam viperæ similitudinem referens. Plin. *lib.* 37. *cap.* 11.

Echite, tes, ἐχίτη, herba est similis scammonio. Plin. *lib.* 24. *c.* 15.

Echĭŭm, vulgò *Buglossus syluestris,* id est, Lingua bouis, Gallis *Borrage,* quasi Corrago, q. d. *Baillant courage.* Nam buglossum vino iniectum, lætitiæ & hilaritatis causa est, vnde εὐφρόσυνον à Græcis dicitur. ‖Hadr. Iun. in Homer. ἔχις, est vipera. Eadem herba ἐχιδνίον Apuleio.‖

Ĕcho, Soni, vel vocis repercussio. {ἠχώ. GALL. *Echo, le son & retentissement de la voix, comme respondant à celuy de qui est celle voix.* ITAL. *Echo, la voce che risponde al principio della parolla.* GERM. Widerhollung/ das wider tönen in den wälden. HISP. *La voz que redunda y resuena.* ANGL. *An echoe, the answering againe of the voce.*} à verbo Græco ἠχῶ, quod est resono. Ouid. *lib.* 3. *Metam.*

Planxerunt Dryades, plangentibus assonat echo.

Fit præcipuè in conuallibus, & locis concameratis, vbi scinditur resultans aër, & acceptæ voces numerosiore repercussu multiplicantur: noménque echo eiusmodi voci à Græcis datum est, vt Plinius scribit, quoniam non est vagandi liberrimus campus, sed obiectu reflectitur. Quæ res etiam multas voces multis in locis reciprocas facit: sicut in vrbe Cyzico turres septem acceptas voces multiplicant. Et Olympiæ porticus fuit, quam heptaphonon appellabant: quoniam septies eadem vox ibi reddebatur. In hanc sententiam ait Lucretius,

Sex etiam ac septem loca vidi reddere voces,
Vnam quum faceres: ita colles collibus ipsi
Verba repulsantes, iterabant verba referre.

¶ Eadem à Latinis dicitur imago. Valer. Flacc. *lib.* 3. *Argon.*

Rursus Hylan, & rursus Hylan per longa reclamat
Auia, responsant syluæ, & vaga certat imago.

Horat.

Quem deûm cuius recinit iocosa
Nomen imago.

¶ Scribit Ouid. *lib.* 3. *Metam.* Echo nympham fuisse, quæ quum à Narcisso, cuius amore deperibat, sperneretur, longo mœrore contabuit, & corpore demum in saxum conuerso nihil nisi vocem retinuit. ¶ Græci item concauas rupes, & valles argutas, in quibus sonus reflectitur, ἠχὼ vocant, teste Col. *lib.* 9. *c.* 5.

Ĕclĭgmă, atis, ἔκλειγμα. Frequentissimum medicis Græcis vocabulum, quod Latinè Linctum vertimus. Sunt enim ecligmata quæ fiunt lingendi gratia, non edendi, aut deuorandi: hoc est, quum aliquid in ore tenentes, paulatim distillando sorbemus, ἀπὸ τοῦ ἐκ, & λείχω. Vulgus medicorum electuarium vocat. Plin. *lib.* 2. *de Thymo,* Diutinæ tussi ecligma te faciles excreationes facere existimatur.

Ĕclīpsĭs, ἔκλειψις. Figura qua in oratione aliquid reticemus quod ad eius absolutionem sit necessarium. Latinè defectionem vertere possumus, ἀπὸ τοῦ ἐκλείπειν, quod est deficere. Ter. *in Andr.* Verbum vnum caue de nuptiis, deest, dicas. ¶ Eclipsis lunæ, hoc est, defectus lunæ: quum sol per interpositionem terræ ita lunæ opponitur, vt illam luminare non queat. De Eclipsi lunæ. Plut. in Dione, & in Paulo Æmylio, & in Nicia ¶ Eclipsis Solis, quum Solis radij aliqua ex parte à nobis auferuntur, propter intercessum & interpositum lunæ. De Eclipsi Solis Plutarch. in Dione, & in Paulo Æmylio. Periphrasis Eclipsis Solis, apud Catull. *de com. Beren.*

Flammeus, vt reperi, Solis nitor obscuretur.

{ANGL. *The eclypse of the sunne or moone.*}

Ĕclīptĭcŭs, a, um, ἐκλειπτικός, Defectiuus. Plin. *lib.* 2. *c.* 16. Conuenit stellas in Occasu vespertino proximas esse terræ & latitudine & altitudine, exortúsque matutinos in initio cuiusque fieri stationes, in medijs latitudinum articulis, quæ vocant ecliptica.

Ĕclŏgă, ἐκλογή, Electio, electus, explanatio: ab ἐκλέγω, quod est eligo. Dicitur & sermocinatio, seu colloquium. Vnde Eclogæ Virgilij.

Eclogarij apud Cicer. *ad Attic. lib.* 16. 2. sermocinatores, vel auditores sermonum.

‖Eclogus, ἔκλογος, est narratio, recitatio, quia ἐκλέγω etiam est eloquor, exigo.‖

Ĕcnĕphĭās, ἐκνεφίας, procellæ genus. Plin. *lib.* 2. *c.* 48. quæ ex siccæ nubis discissione erumpit, hoc est, sine pluuiis: nam quæ cum imbribus nubes frangunt, exhydriæ vocantur.

‖Eco, vide *Ego.*‖

Econ, vide *Icon.*

‖Ecolismensis E. in Gallia, vel Engolismensis, *Engoulesme,* vel *Angolesme.* Eculisma, Ausonio: Enculisma, siue Eccolisma, alus *Engoulesme,* V. E. sub A. Burdigalensi.‖

Econtra, & ĕcōntrārĭo, vide è præpositionem. vbi Cic. & Quintil.

Ĕcphrăsĭs, ἔκφρασις, est mera puraque rei gestæ enarratio ἀπὸ τοῦ ἐκφράζειν, quod est exprimere, clarè & euidenter explicare. {ANGL. *The plane declaration of a thing.*} Hesychius, λόγον ἐναργῆ, hoc est, sermonem euidentem interpretatur.

Ĕcquāndo, Nunquando, vel an aliquando. {מתי *matái.* ἆρα ποτέ. GALL. *Mais quand? & quand?* ITAL. *Quando mai.* GERM. Vnd wann? HISP. *Por ventura en ningun tiempo.* ANGL. *But when.*} Cic. *de lege Agrar.* Quæro à populari tribuno plebis, ecquando nisi per triginta tribus creati sint. Velleius: Ecquandóne ciuem similem habebit Respub.

Ĕcquis, Nunquis. {ἆρα τις. GALL. *Qui donc? & qui donc?* ITAL. *Echi?* HISP. *Por ventura alguno?* ANGL. *Whoe then?*} Ecquis dicitur, pro Enquis. Prisc. *lib.* 1. Ex en, pro ecce, & quis: vbi n, ratione q, sequentis, mutatur in c. ex quo ostenditur eandem vim habere c & q. Terent. *in Eunuch.* Ecquid nos amas de fidicina isthac? id est, nónne me amas propter fidicinam? Ouid. *lib.* 2. *Fast.*

Ecquid in officio torus est socialis? & ecquid
Coniugibus nostris mutua cura sumus?

Plaut. *Most. sc.* 4. *a.* 1. Ecquid videor mammam adire. Item, Ecquis homo est qui cupiat facere aliquantum lucri, *ibid. sc.* 1. *a.* 2. Ecquid sentis? Idem *Men. sc.* 5. *a.* 5. Ecquid possis facere coniecturam pro annon. *Ibid. sc.* 2. *a.* 1. Ecquid audes de tuo addere? *Ibidem.* Ecqua pars inest in hac præda mihi *ibid.* Ecquid argutus est? Idem *Pseud. sc.* 4. *a.* 2. Ecquis hic est. Idem *Mostell. sc.* 4. *a.* 1. Heus, Ecquis hic est ianitor? Idem *Men. sc.* 2. *a.* 4. Insit me percontarier, Ecquem nouerim Demænetum. Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 2. Heus tu ecquid audis? Idem *Aul. sc.* 5. *a.* 1. Ecquid est salutis. *Ibid. sc.* 3. *a.* 3. Ecquis audet mihi suppetias ferre. Idem *Men. sc.* 6. *a.* 5. Cœpi obseruare, Ecquid maiorem mihi honorem haberet. Idem *prologo Aul.* Rogo ecquis omnium nouerit Philocratem. *Ibidem sc.* 2. *a.* 3. Ecquid lubet? Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 1. Ecquis est qui mihi commonstret Phædromum? *Ibidem sc.* 3. *a.* 2. Rogat ecquem Lyconem nouerim. *Ibidem,* & *Pseud. sc.* 2. *a.* 4. Ecquid das? C. Malum. Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 4. Ecquid meministi? A. Memini. Idem *Mil. sc.* 2. *a.* 1. Ecquam scis filium tibinam meum amare? Idem *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. (bis.) Heus ecquis istas aperit fores. Idem *Mostell. sc.* 2. *a.* 2. Ecquis mihi aperit ostium. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 4.

Ecquid in officio torus est socialis? & ecquid
Coniugibus nostris mutua cura sumus,

Ouid. 2. & 5. *Fast.*

——— *Hac gressus ecqua puella tulit?* (percontantis.)

Item 4. *Fast.* ¶ Ecquid, vt initio, idem *Eleg.* 2. *lib.* 5. *Trist.* Item, Ecquid aliena fabulor? pro quid.

Ecquisnam, pro eodem. Cicer. *in Topicis,* Ecquidnam honestum sit, ecquid æquum re vera, an hæc tantùm opinione sint. Idem 4. *de fin.* Ecquænam fieri possit accessio?

Ĕcstăsĭs, {תרדמה *tardemáh* תמהון *thimmahón* חרדה *charadáh.* ἔκστασις. GALL. *Estonnement tel qu'on ne se sent point ne ce qu'on fait, pasmoison.* ITAL. *Stupore.* GERM. Erstummung/ entzuckung/ oder verzuckung deß gemüts. HISP. *Pasmo ò espanto.* ANGL. *A great astonishment, a swouning.*} Latinè stupor, siue mentis emotio ex re aliqua repentè oblata: vt quum subitum amici conspectum prorsus obstupescimus. Dionysius sic vocat abstractionem mentis à corpore ad contemplanda cælestia, quæ etiam ἀναγωγή dicitur. Quidam definiunt ὀλιγοχρόνιον μανίαν, teste Galeno *de definitionibus medicis,* hoc est, insaniam non diu perseuerantem. Dicta est autem ecstasis, ἀπὸ τοῦ ἐξίστασθαι, quod qui hanc patitur, extra seipsum quodammodo constitutus sit. ¶ Hinc

Ecstatici, ἐκστατικοί, dicuntur qui ecstasi correpti sunt, quos mente commotos vocat Plin.

Ĕctăsĭs, ἔκτασις, dici potest productio. Figura est qua syllaba naturaliter correpta, producitur: ab ἐκτείνω, extendo, produco: vt, Italiam fato profugus. Vbi prima syllaba in dictione Italiam, quæ natura breuis est, metri necessitate producitur.

Ĕcthlipsĭs, ἔκθλιψις, Latinè elisionem, vel exclusionem sonat: ἀπὸ τοῦ ἐκθλίβειν, quod est elidere, vel excludere. Hoc autem nomine peculiariter vocant Grammatici elisionem m literæ finalis, quæ subsequente vocali in carmine ferè semper absumitur.

‖Ecthyma, ἔκθυμα, papulæ per cutem erumpentes: sic dictæ ἀπὸ τοῦ ἐκθύειν, quod significat ἐξορμᾶν, h. e. cum impetu ferri & erumpere.‖

Ĕctrăpĕli, ἐκτράπελοι, Horrentes, & auersati communem & vsitatum naturæ modum. Apud Hermogenem ἐκτράπελοι interpretantur, οἱ ἐκτετραμμένοι τῆς ὁδοῦ, καὶ ἐκβεβηκότες τὸ ὁμολογούμενον: quasi diceris exorbitantia. In qua significatione etiam Plinius accepit *lib.* 7. *cap.* 16.

Ĕctrōmă. Quid hoc nomine scriptores Ecclesiastici significent, indicat Hieronymus *in Amos com.* 1. cum ait, Valentinum hæreticum ex æonibus

bus suis extremum, hoc est, trigesimum, Christum vocare Ectroma, hoc est, abortiuum. Vtitur hac voce Tert. *de Praes. aduersus haeret.*

[Ectrope, ἐκτροπή, diuerticulum, ab ἐκτρέπομαι diuerto, deflecto.]

Ectropium, siue Ectropia, ἐκτρόπιον, ἐκτροπία, dicitur dimum palpebrarum, quum scilicet inferior palpebra non satis sursum attollitur, sed pendens hiat, nec cum superiore committitur, Lagophthalmos verò quum superior palpebra non descendit.

[Ectyloticum, medicamentum, seu vnguentum, quo calli exteruntur. ἐκτυλωτικόν esset callo libero. τύλος callus.]

Ectypa, ἔκτυπα, dicuntur opera quae ex ipsis typis formata sint. Gall. *matrices.* Plin. *lib.* 37. *cap.* 10. Hae sunt gemmae quae ad ectypas scalpturas aptantur.

Eculeus, ἱππάριον. Vide *Equuleus.*

Ecuola, sunt reiecta quaedam, & quorum nullus est vsus, ab ἐκβολή, quod est eiectio, siue expulsio. Porrò *ecbola* facilior est pronunciatio, sed quia β, Graecum gerit vicem v, vt apparet in βίος, qui *vita* est, ideo in S. Augustino scribitur *ecuola.*

E D

[Eda, basterna: vehiculi itinerarii genus. Gloss. Isid.]

Edax, Edacitas, vide *Edo, es.*

Eddana, Ἔδδανα. Vrbs est ad Euphratem, à Phoenicibus habitata: ita dicta ab Eddano duce. Steph.

[Edecimatus. Edecimata electa. Fest. quasi edecimare sit decimum quodque e pluribus eligere.

Edenburgum, *Edenburg,* regni Scotiae Metropolis, ac regia, itemque Senatus sedes.]

Edentare, edentulum facere excussis dentibus. {ἀνοδοντῶσαι. Gall. *Edenter.* Ital. *Sdentare.* Germ. Zanlosz machen. Hisp. *Desdentar, quitar ò sacar los dientes.* Angl. *To mak teethlesse.*} Plaut. *in Rud.* Nimis velim improbissimo homini malas edentauerint.

Edentatus, Dentibus priuatus. {ἀνοδόντωτος. Gall. *Edenté.* Ital. *Sdentato.* Germ. Zanlosz, der keine zän hat. Hisp. *Desdentado.* Angl. *Which hath lost the teeth, toothlesse.*}

Edentulus, qui sine dentibus est. {νωδός. Gall. *Edenté, sans dents.* Ital. *Senza denti.* Germ. Zanlosz. Hisp. *Sin dientes.* Angl. *Teethlesse.*} Plaut. *in Cas.* Propter operam illius improbi edentuli. Idem *Menaech. sc.* 2. *a.* 5. Leonem vetulum, edentulum. Idem *Mostell. sc.* 3. *a.* 1. Vetulae edentulae, &c.

[Edera, vide *Hedera.*]

Edessa, Ἔδεσσα. Ciuitas est Mesopotamiae, siue (vt Plinius mauult) Syriae Coeles, olim Rages dicta, teste Hieronym. *de traditionib. Hebraeis.* In hac Abagarus Toparcha regnauit, cuius extat ad Christum epistola, & Christi ad eundem responsio: vt videre est apud Eusebium *in hist. Eccles. lib.* 1. Haec olim etiam Bambyce dicta est. Strabo, Trans Euphratem est Bambyce, quam & Edessam & Hieropolim vocant: in qua Atergatim Syriam deam colunt.

Edesseni, Ἐδεσσηνοί, Ἐδεσσαῖοι, dicti sunt Edessae ciues.

Edi, Ἔδοι, populi Scythiae. Steph.

Edico, is, edixi, edictum, Denuntio propriè vt quid fiat, aut non fiat: & est propriè magistratuum. Halicarn. *lib.* 5. τά τε ἐπιτάγματα, καὶ τὰς διαγραφὰς τῶν δικαίων καὶ ἀδίκων, ἃ δὴ καλοῦσι Ῥωμαῖοι ἔδικτα. Praecepta enim ac praescripta rerum iustarum atque iniustarum, Edicta Romani appellant. Ex Hottomano. {צוה *tsivvâh* דבר *dibbér* אמר *amár.* προαγορεύω. Gall. *Ordonner, commander.* Ital. *Commandare, ordinare.* Germ. Außkünden ein mandat lassen außgehn. Hisp. *Proponer edicto, mandar como señor ò juez.* Angl. *To command or publishe by nayling up of a writing or comaundement to mak to knawe, to denounce.*} Edicere multam. Liu. 2. *ab vrb.* Ne quisquam credat nummum, edicam omnibus. Plaut. *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Edico omnibus quemque videritis hunc deturbatore in via. (sunt verba heri.) Idem *Mil. sc.* 2. *a.* 2. Priùs edico, ne quis capiat, continete vos domi. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Herus edixit mihi, vt dispartirem hoc opsonium. Idem *Aul. sc.* 1. *a.* 2. Tu, qui meus es, edico, tibi, vt idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 3. ¶ Item edicere pro denunciare, siue praemonere. *Ibid. sc.* 1. *a.* 1. Omnibus amicis & notis edico vt caueant. Gell. *cap.* 17. *lib.* 15. Edicere concilium & concilia. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 5. Quoties tandem edixi tibi vt neuter iretis ad me cum querimonia. Item Sueton. *in August. c.* 44. Edixit, non placere. Idem *in Calig. c.* 26. Edicere diem natalem. Plaut. *in Truculent.* Edico priùs, ne duplices habeatis linguas, ne ego bilingues vos necem. Terent. *in Hecyra,* Ibo intrò, atque edicam seruis ne quoquam efferre sinant. Cicer. 2. *de finibus bonorum,* Est etiam tibi edicendum quae sis obseruaturus in iure dicendo. Vnde & Edicere diem ad conueniendum, edicere conuentum, edicere militibus praedam, apud Liu. *lib.* 8. *ab vrb. & alibi.* ¶ Ponitur pro dicere. Plaut. *Trin.* Sanus si videar, edicam. ¶ Edictus Senatus Id. Mart. in Curiam Pompeii. Suet. *in Caes. cap.* 80.

Edicto, as, are, Eloquor, enuntio: frequentatiuum est ab edico, quod interdum pro simplici accipi, suprà ostendimus. {צוה *tsivvâh* דבר *dibbér* אמר *amár.* ἐκφάσκω. Gall. *Dire, publier.* Ital. *Dire, parlare.* Germ. Außkündigen. Hisp. *Dezir, hablar.* Angl. *To publishe, to ordine and commande.*} Plaut. *in Epid.* Atque amorum summam edictaui tibi. Idem *in Amph.* Tute edictas facta tua. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 4. Edictaui illi omnia, quando non vis ipse profiteri.

Edicta, quae sunt Consulum, Praetorum, & Aedilium literae, quibus aliquid imperatur. {דת *dath* מצוה *mitsváh.* διατάγματα, προγράμματα, διαγράμματα. Gall. *Edits, ordonnances, commandements.* Ital. *Ordenanze, commandamenti del principe ò magistrato.* Germ. Ein mandat oder ordnung, so ein oberkeit offentlich last außgehn. Hisp. *Los edictos que propone el juez.* Angl. *Edictes, commandementes, proclamations.*} Cic. *pro Quintio.* Quod Praetor non fieri, sed ex edicto suo fieri iubet. Edicti formulam vide apud Sueton. *in August. cap.* 28. Ita mihi saluam ac sospitem Rempub. &c. per edictum notos libros facere. Idem *ibid. c.* 88. ¶ Edicti tralatitii verba Gell. *cap.* 18. *lib.* 3. ¶ Edicti Aedilium Curulium verba. Idem *cap.* 2. *lib.* 4. ¶ Edicti Censorii verba. Idem Gell. *c.* 11. *lib.* 15. Imperium mutat demutat atque edictum Apollinis. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 5. Edicto exprobrauit turpitudinem & impudentiam. Sueton. *in August. cap.* 42. ¶ Est etiam edictum priuati hominis. Terent. *Heaut.*

Primùm hoc te oro, ne quid credas me aduersùs edictum tuum facere esse ausum.

Edictio, onis, Edictum, mandatum, imperium. πρόσταγμα, διάταγμα. Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Basilicas edictiones atque imperiosas habet. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Nisi hanc edictionem animaduorteris. Idem *ibid.* Vobis hanc habeo edictionem.

Edictales, dicebantur, qui annum vnum in legum studio versari, alterum etiam adiungebant: ducta scilicet appellatione ab edicto, cui cognoscendo tum operam dabant.

Edictalis, e, quod ex edicto fit, vt edictales bonorum possessiones dicebantur quae ex Praetoris edicto sine causae cognitione de plano dabantur. *l.* 1. *D. si tab. testam. l.* 30. *D. de acq. haered.*

Edilis, e. Vide *Edo, es.*

Edisco, is, Memoria complector, memoriae mando. {למד *lamád* אלף *aláph.* ἀπομνημονεύω τι, μανθάνω. Gall. *Apprendre par coeur.* Ital. *Imparare à mente.* Germ. Außwendig lehrnen. Hisp. *Deprender de memoria.* Angl. *To learne perfectlie.*} Cic. 2. *Tusc.* Ita sunt deinde dulces, vt non legantur modò, sed etiam ediscantur. Virg. 6. *Eclog.*

Audijt Eurotas, iussitque ediscere lauros.

Plaut. *Aul. sc.* 1. *a.* 4. Seruus herile imperium ediscat.

Ediscendus ad verbum libellus. Cic. 4. *Acad.*

Edissero, is, Explano, declaro. {פרש *paràsch* פתר *pathàr.* διηγέομαι, καὶ διέξειμι, ἐκδιηγοῦμαι. Gall. *Declarer & bailler à entendre.* Ital. *Dichiarare.* Germ. Außlegen, erleutern. Hisp. *Declarar lo escuro.* Angl. *To declaire, to mak plane, and rehearse.*} Pacuuius, Edissere fabulam hanc. Virg. *lib.* 8. *Aeneid.*

——— *mihique edissere vera roganti.*

Plaut. *in Capt.* Iam animaduorte, haec mihi, quae dicam, edissere. Cicer. *de clar. Orat.* Quis docendo, edisserendóque subtilior.

Edisserto, as, frequentatiuum. ἐκδιηγέομαι, πολλάκις καὶ συχνὰ διέξειμι. Plaut. *in Amph.* Ordine omne, vt quicquid actum est, dum apud hostes sedimus, edissertauit.

Edititius, Editus, vide *Edo, is.*

Editi, Ptolemaeo insula est iuxta Orientalem plagam Hiberniae, Andros Plinio dicta.

Edo, es, est, edi, esum, vel estum: vel Edo, edis, ab ἔδω, significat vescor. {אכל *achál.* ἐσθίω, τρώγω. Gall. *Manger.* Ital. *Mangiare.* Germ. Essen. Hisp. *Comer.* Angl. *To eate, or chew meate.*} Bibe, es, fuge, (pro ede.) Plaut. *in Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Volo esse (pro edere.) Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 2. E nuce qui volt esse nucleum, frangit nucem. *Ibid. sc.* 1. *a.* 1. Non placet me hoc noctis esse. Idem *Amph.* Purpureum, an luteum panem esse soleam, (id est, edere.) Idem *Menaech. sc.* 5. *a.* 5. Miserrimus, qui cùm esse cupit, quod edat non habet. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 3. Scis benè esse, si sit vnde. *Ibid. sc.* 1. *a.* 4. Si pauxillum potes contentus esse, (id est, edere ambiguè.) Item, Biberent quando esse nollent. Sueton. *in Tib. cap.* 2. Es, pota. Plaut. *Mostell. sc.* 1. *a.* 1. Bibite, pergraecamini, est. *Ibidem.* Item, Mensam quando edo, detergeo. Idem *Menaech. sc.* 1. *a.* 1. Dum talem me facies assiduè edes. (de parasito.) Idem *Milit. sc.* 1. *a.* 4. ¶ Edim, is, it. Idem *Aul. sc.* 3. *a.* 4. Quod edim tam duim, quàm perduim, (id est, edat.) Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 3. Miser qui quod edit quaerit, pro edat. Miserrimus qui cùm esse cupit, quod edis non habet, id est, edat.) *Ibid.* Virgil. 4. *Aeneid.*

——— *est mollis flamma medullas.*

Cic *ad Attic. lib.* 13. Itaque & edit, & bibit ἀδεῶς, & iucundè, opiparè, sanè, & apparatè. Infinitiuum facit duplicem. Esse, ab Edo, es: Edere, ab edo, edis. Cic. 2. *de Orat.* Quem quum Catulus nuper audisset, foenum alios aiebat esse oportere. ¶ Quandoque edo significat consumo. Horat. *lib.* 1. *Epist.*

Quae laedunt oculos, festinas demere, si quid
Est animum, differs curandi tempus in annum.

¶ Huius composita Adedo, Ambedo, Comedo, Exedo, Obedo, Peredo, & Superedo, quae habent de quibus vide suis locis. ¶ Frequentatiuum eius est Esito, desideratiuum Esurio.

Edendus, participium. {Angl. *To be eaten.*} Cic. *de Amic.* Multos modios salis simul edendos esse, vt amicitiae munus expletum sit.

[Edones, bibones, edaces, bibaces. Varro.]

Edor, eris, estur, praeteritum Esus sum. Plin. *lib.* 10. *cap.* 9. Et in Aegypto propter eius amaritudinem non estur. ¶ Estur, impersonale. Plaut. *Most.* Iam ista quidem absumpta res erit, quando dies noctésque estur, bibitur. Item Ouid. 1. *de Pont.*

Estur vt à scabra positum rubigine ferrum.

Edito, as, frequentatiuum est à supino Esum formatum. {τρωγαλίζω, πολυφαγέω. Gall. *Mangeoter, manger en plusieurs fois.* Ital. *Mangiare spesso.* Germ. Dapffer essen, essen eins essens. Hisp. *Comer à menudo.* Angl. *To eate often.*} Gell. *lib.* 4. *cap.* 11. Pythagoram philosophum non esitauisse ex animalibus. *Ibidem,* Videtur autem de cyamo non esitato causam erroris fuisse. Cato *de re rustica cap.* 157. Lotium conseruato eius qui brassicam esitauerit. Gell. *cap.* 7. *lib.* 11. Esitare panem.

Edax, adiectiuum, idem quod vorax. {זולל *zolél.* ἀδηφάγος. Gall. *Grand mangeur, gourmand.* Ital. *Ingordo, mangiatore.* Germ. Fräßig. Hisp. *Mucho comedor y gastador, tragon.* Angl. *A great eater, a glutton.*} Cic. *pro Flacc.* Edax hospes. Terent. *In Phorm.* Alere nolunt hominem edacem. Senec. *cap.* 9. *de consol. ad Polyb.* Edax inuidia. Ouid. *Eleg.* 5. *lib.* 1. *Trist.*

Aut vt edax vultur.

¶ Edax cursus, qui multum vnguinis, siue ceromatis absumit. Et Edaces triremes, quòd magnis constent impendiis. Tempus edax rerum, quòd omnia spacii longitudine atterat & consumat.

Estrix, icis, ab Edo, es, est. {זוללה *zolelâh.* ἐδωδός, ἡ βορὸς, ἡ ἀδηφάγος. Gall. *Mangeresse, grande mangeuse, gourmande.* Ital. *Mangiatrice.* Germ. Fresserin, schlemmerin. Hisp. *Comedora.* Angl. *She that eateth much.*} Plaut. *Cas.* Ego noui ambas illas estrices, corbitant, vbi comesse possunt.

Edacitas, pro ingluuie, voracitate. {ἀδηφαγία. Gall. *Gourmandise, quand on mange beaucoup & auidemment.* Ital. *Mangiare [illegible].* Germ. Gfrässigkeit oder fresserey. Hisp. *La garganteza, vicio de tragar.* Angl. *A gredy eating.*} Plautus, *in Pers.* Neque edacitate eos quisquam

quisquam poterat vincere. Cicer. *ad Quint. fratr.* Edacitatem pueri pertimesco.

[Eduli, voratores, degulantes. Gl. Isid.]

Esŭrĭo, is, esuriui, itum, ire, Cibum appeto, fame premor. {רעב *rabéb.* πεινάω, ῶ, βουλιμιάω, ῶ. GALL. *Auoir faim, desirer de manger.* ITAL. *Hauer fame.* GERM. Hungern. HISP. *Auer gana de comer.* ANGL. *To be hungrie.*} Est autem absolutum: quanquam & cum accusatiuo inueniatur. Plaut. *in Curcul. sc.* 1. *a.* 5. Qui homo maturè quæsiuit pecuniam, Nisi eam maturè parsit, maturè esuriet. Iup. Esurio. S. Here si tu esuris, ego satur pugnis ad te volito. Idem *Amphitr.* Item, H. Esurire mihi videre. E. Mihi esurio, non tibi. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Quando esurio, tum crepant (intestina.) Idem *Menæch. sc.* 5. *a.* 5. Terent. *in Heaut.* Modò liceat viuere, est spes. CL. Quæ? s. Nos esuritoros satis. Cæl. *Cic.* Vestras copias non noui: nostri valdè depugnare, & facilè algere, & esurire consueuerunt.

Esurior, pass. Ouid. 1 *de Ponto, eleg.* 11.

Quod mare, quod tellus, appone quod educat aër,
Nil ibi quod nobis esuriatur erit.

Esuriens, Particip. Ouid. *lib.* 2. *de remed. amoris.*

Non facilè esuriens posita retinebere mensa.

Esuriens dominus pro Auaro. Horat. 2. *Serm.*

——— *neque illinc*
Audeat esuriens dominus contingere granum.

Esuriens lupus, vide *Lupus.*

Esurīālēs, feriæ dicuntur à Plauto *in Capt.* quibus ab edendo feriamur. Neque ieiuniosiorem, (inquit) neque magis effractum fame vidi, &c. Ita venter, gutturque resident esuriales ferias.

Esūrio, nis, qui esurit. {רעב *rabéb.* πεινατικός. GALL. *Affamé, qui a grand faim.* ITAL. *Chi a fame.* GERM. Ein hungeriger. HISP. *Hambriento ò ganoso de comer.* ANGL. *He that is hungrie.*} Plaut. *in Persa.* O Saturio, opportunè aduenisti mihi. S. Mendacium ædepol dicis, atque haud te decet. Nam esurio venio, non aduenio saturio.

Esūritor, {רעב *rabéb.* πεινητής.} Martial. *lib.* 3. Romam petebat esuritor Churius.

Esuries, ei, Esuritio, nis, & Esurigo, inis, Fames, edendi auiditas. {רעב *raháb.* πεῖνα. GALL. *Faim, famine.* ITAL. *Fame.* GERM. Hunger. HISP. *Hambre.* ANGL. *Famine, hunger.*} Varro, Vbi lubet, ite licet accubitum, accedo strenuosus, stimulans quod esurigo findebat costas. Catull. 20. *Epigr.* Aureli pater esuritionum. Gellius *lib.* 16. *c.* 3. Esuritionem faciunt inanes patentésque intestinorum fibræ.

Esŭs, us, ui, Actus edendi. {אכילה *achiláh.* ἐδωδή, βρῶσις. GALL. *Mangerie, mangement.* ITAL. *Mangiare.* GERM. Das essen. HISP. *El comer.* ANGL. *Atheeting or eating.*} vt, Pomum immaturum, necdum esui idoneum. Plin. *lib.* 20. *cap.* 7. Stomachos dissolutos adiuuant esu.

Edĭlĭs, e, pluraliter Edilia: vel Edulis, vel Edulia, per quintam vocalem. Dicuntur omnia quæ ad esum pertinent. {ἐδώδιμος, βρώσιμος. GALL. *Bon à manger, qu'on peut manger.* ITAL. *Cosa da mangiare.* GERM. Das zum essen gehört. HISP. *Cosa para comer, ò que se suele comer.* ANGL. *Any thing that may be eaten, or perteining to eaten.*} Gell. *lib.* 7. *cap.* 11. Quod ex salutis vsu foret, vt edilia quidem omnia defenderet ab asteria, depelleretque in stomachum, & pulmonem. Horat. *lib.* 2. *Serm. Satyr.* 4.

Vinea submittit capreas non semper edules.

Edūlĭum, dicitur quicquid ad prandium cœnámque edendi gratia apponitur & sumitur præter panem. {מאכל *machal.* ἔδεσμα, ἐδωδή. GALL. *Manger, ou mangeaille, tout ce qu'on mange.* ITAL. *Companatico.* GERM. Essige speyß. HISP. *Manjar ò comida que se suele comer.* ANGL. *Any thing to be eaten, foode.*} Hieronymus, Cuius edulio primogenita perdidit. Edulia. Gell. *cap.* 11. *lib.* 17.

Edulitas de carnis annona. Lamprid. *in Alexand. Seuer.*

Edo, nis, Edax, manduco. {זולל *zolél.* φάγος. GALL. *Grand mangeur, gourmand, goulu.* ITAL. *Mangione, diuoratore.* GERM. Ein esser/oder ein fraß. HISP. *Comilon ò tragon.* ANGL. *A great greede eater, a glutton.*} Nonius, Edones, & phagones, ab edacitate: vnum Latinum, aliud Græcum. Varro, Edones Romam, vt turba intendat annona: sed propter phagones ficedulam pinguem, aut turdum, nisi volantem non video.

Edo, edis, edit, priore producta, edidi, editum, ab e & do. Emitto, foras do, profero, in apertum profero, expromo. {אכל *nobál.* ἐκδίδωμι. GALL. *Mettre hors, produire.* ITAL. *Mandar fuori, dar' in luce.* GERM. Herfür thun/ außlassen gehen. HISP. *Enbiar de fuera, publicar la escritura.* ANGL. *To put fowrth, to vtter.*} vnde Edere librum, est librum publicè legendum emittere. Cicer. Nec se tenuit quin contra doctorem suum librum ederet. Suet. *in Aug. c.* 94. Edere genituram suam. Liu. *lib.* 3 *d.* 4. Edere prælium. Item Edere operam. Idem *lib.* 5 *ab Vrb.* Suet. *in Tiber. c.* 35. *& in Neron. c.* 12. ¶ Edere census, idem *in Calig. c.* 38. Carminaque edideram. Ouid. *Eleg.* 1 *lib.* 2. *Trist.*

——— *Celerem super edere corpus*
Gaudet equum,

(id est, insilire. Tib. *lib.* 4. Iam aliquid pugnæ edidit. Plaut. *Capt. sc.* 4. *a.* 3. Pro se id quod quisque potest & valet, edit, ferro ferit. Idem *Amph. sc.* 1. *a.* 1. & Liu. *lib.* 7. *d.* 4. Quibus diis ediderint, decemuiri sacrificarent. ¶ Et quoniam quæ generantur, ex vtero in lucem prodeunt, edi etiam pro nasci accipitur. Horat. *lib.* 1. *Carm.*

Mecœnas atauis edite regibus.

Senec. *cap.* 4. *de consol. ad Polyb.* Hoc principio edimur (in lucem.) Plaut. *Aulul. sc.* 5. *a.* 2. Postquam hanc rationem cordi ventríque edidi, accessit animus ad meam sententiam. ¶ Edere sæpe significat exhibere: vt, Edere spectacula: edere munus gladiatorium. Idem Plaut. Edit quisque quod potest, id est, profert & agit. ¶ Edere animam pro mori. Cicer. *pro Sestio.* At si tum P. Sestius, Iudices, in templo Castoris animam, quam vix retinuit, edidisset: non dubito quin, &c. Sic edere vitam. ¶ Edere frondem, siue fructum, dicitur arbor apud Columell. Sic edere herbas campi dicuntur. ¶ Edere leges, est conscribere, & statuere, vel promulgare. ¶ Edere nomen, pro imponere. Liu. *lib.* 1. *ab Vrbe.* Domicilióque illi comparato, L. Tarquinium Priscum edidere nomen.

¶ Est etiam Edere, nomen proferre, vel afferre nomen suum, vt describatur, & veluti nomen profiteri in actis, quem manumissuri sumus: quod fiebat ante cognitionem consulis. Quin etiam Edere nomina hodie dicere possumus quod Procuratores apud acta curiæ *Presentare* dicunt. ¶ Edere oraculum est diuinare. ¶ Edere rationes, est rationum tabulas proferre. Cic. *ad Attic. lib.* 7. Sed ego mihi ab illo non rationes expectabam, quas tibi edidit. ¶ Edere scelus, committere, patrare. Liu. *lib.* 3. *ab Vrb.* ¶ Edere testes, proferre, producere. ¶ Edere actionem, est copiam describendi facere, vel in libello complecti, & dare, vel dictare. Item aduersarium nostrum ad album producere, & demonstrare qua actione acturi simus. Edere iudicium, idem quod edere actionem. ¶ Edere operas dicitur libertus pro dare, præstare & præbere operas. Ex Hotomano.

Edĭtŭs, participium. {נולד *nolâdh.*} vt, Editus Iouis satu, apud Cicer. *Offic.* 1. Διογενής, Διὸς παῖς γενόμενος. Edita in vulgus opinio. Cæsar *lib.* 3. *de bell. ciuil.* Editis iam comitiis. Sueton. *in Cæs. cap.* 18. Ætate edita, id est, confecta & vltima. Gell. *cap.* 15 *lib.* 3. Editus hinc ego sub (Sulmone) Ouid. *Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.* Editi, vel amitti. Senec. *cap.* 16. *de consol. ad Martiam.*

Edĭtŭs, a, um, Altus, excelsus. {רם *ram* גבוה *ghaboah.* ὑψηλός. GALL. *Qui apparoit, fort haut, esleué.* ITAL. *Alto, sublime.* GERM. Hoch/ansichtig/darumb daß es in der höhe ist. HISP. *Alto, ensalçado.* ANGL. *High a lofte.*} vt, Edita loca dicuntur alta, & sese edentia, hoc est, ostendentia. Liuius, Tumulo editissimo communierunt. Editi atque asperi colles, apud Cæsarem 7. *bell. ciuil.* Est locus in edito. Sueton. *in August. cap.* 72. ¶ Horatius metaphoricôs pro Forti vsurpauit, *lib.* 1. *Serm. satyr.* 3.

Viribus editior cadebat, vt in grege taurus.

Edĭtĭtĭus, adiectiuum. ἐκδότος. Iudex edititius, quem altera pars tantùm edit, id est, elegit. {ἐκδότος. GALL. *Iuge produit & nommé par vne partie.* ITAL. *Giudice eletto da vna parte.* GERM. Ein richter so nur ein partey außerwölt vnd benambset. HISP. *El juez que las partes eligen.* ANGL. *A iudge chosen & named by one partie.*} Cicer. *pro Planco.* Neque enim quicquam aliud in hac lege nisi edititios iudices es secutus.

Editio, verbale. {ἔκδοσις. GALL. *Publication d'vn liure.* ITAL. *Publicatione.* GERM. Eröffnung/die publicierung vnnd an tag gebung eines buchs. HISP. *La publicacion de la escritura.* ANGL. *The forth setting of a book, or edition.*} vt editio librorum. Quint. *in Proœm. lib.* 1. Sed nimium amantes mei iuuenes librum temerario editionis honore vulgauerant. ¶ Editio multiplex, pro varia & dissona traditione. Liu. 4. *ab Vrbe,* Valerius Antias, & Qu. Tubero M. Manlium & Qu. Sulpitium coss. in eum annum edunt. Cæterùm in tam discrepanti editione & Tubero & Macer libros linteos autores profitentur. ¶ Editio idem aliquando quod natiuitas. Vlp. *l.* 2. *D. de decurionibus.* Si conceptus sit à plebeio, mox ante editionem pater eius Decurionatum adeptus, ante editionem amiserit, &c.

Edĭtor, is, qui edit. Lucan. *lib.* 2.

———*delabitur inde*
Vulturnúsque celer, nocturnaque editor auræ
Sarnus.

Edĭtŭs, us, ui, pro stercore quod ab armentis editur, id est, egeritur. Vlp. *de leg. & fideic. lib.* 32. In quibusdam prouinciis & editu boum, ad hanc rem vtuntur.

Edŏcĕo, es, Diligenter doceo. {למד *limmádh* אלף *illéph.* διδάσκω. GALL. *Enseigner parfaitement.* ITAL. *Insegnare con diligenza.* GERM. Fleissig lehren. HISP. *Enseñar mucho y con diligencia.* ANGL. *To teach perfectlie.*} Plaut. *Epid.* Eadem hæc intus edocebo quæ ego scio. Stat. 3. *Thebaid.*

——— *non te cælestia frustrà*
Edocuit, lauróque sua dignatus Apollo est.

Cicer. 3. *Tuscul.* Edocuit tamen ratio, vt mihi quidem videtur, &c. Salust. *in Catil.* Senatum edocet de itinere hostium. Ouid. *Eleg.* 4. *lib. Trist.*

Vsibus edocto si quicquam credis amico.

Edocenter, διδασκαλικῶς, docendi more. Gell. 8. *lib.* 16. Sed in eo nihil edocenter, neque ad instituendum explanatè scriptum est.

Edŏlo, as, Perfectè dolo, polio. {ἀποξέω. GALL. *Acheuer de doler, poler ce qui est dolé, ou bien esbaucher vn ouurage.* ITAL. *Polire perfettamente.* GERM. Wol behoblen oder glätten. HISP. *Mucho y bien dolar.* ANGL. *To cut smooth, to polish and mank perfect.*} Nonius, Edolare, fabrorū est verum verbum, quum materiarum complanatur asperitas. Vsi sunt eo verbo laudandi scriptores vetustatis, etiam ad alias fabricas rerum. Varro. Vnum ego libellum non edolem? Cicer. *ad Att. lib.* 13. Quod in manibus habebabam, abieci: quod iusseras, edolaui.

Edom. {אדום *Edóm.* ἰδώμ.} Esau dictus est, ob coctionem rufæ lentis, cuius edulio primogenita perdidit. Hebræi namque (vt Iosephus *lib.* 2. scribit,) Edom rubeum dicunt. Vnde & regio, in qua regnabat Esau, Edom dicta est, quam Græci, deflexo nonnihil nomine, Idumæam, Ἰδουμαίαν, denominauerunt. Hæc nunc regio (inquit Hieronymus) Gebalena dicitur, quæ est in finibus Eutheropoleos, vbi habitabant antè Chorræi, qui interpretantur liberi: vnde & ipsa vrbs postea sortita vocabulum est. Nunc viculus Palæstinæ est à conditore sic imposito nomine.

Edŏmo, as, Domo. {עגה *hinnáh* כבש *chibbésch* לגר *limmád.* δαμάζω. GALL. *Dompter du tout, vaincre.* ITAL. *Domare.* GERM. Wol bemmen vnd paschgen. HISP. *Domar.* ANGL. *To mak very tame, to subdue vtterlie.*} Cic. *pro Sylla,* Improbi ac perditi ciues edomiti atque victi. Idem *de Fato.* Scribunt vitiosam naturam ab eo sic edomitam, & compressam esse doctrina, vt, &c. Horat. 4 *Carm Ode* 5.

Mos & lex maculosum edomuit nefas.

Ouid. 4. *Faltor.*

———*Edomito sustulit orbe caput.* (Roma.)

Edōn, ἠδών, teste Seruio, Mons est Thraciæ, aut certè Macedoniæ quæ Thraciæ proxima est, qui à Plin. *lib.* 4. *c.* 11. appellatur Edonus.

Edŏnii, vel Edoni, pen. longa (apud Græcos enim per ω scribitur) Populi Edoni monti vicini. Horat. *lib.* 2. *carm. Ode* 7.

——— *Non*

——*Non ego sanius*
Bacchabor Edonis: recepto
Dulce mihi furere est amico.

Edonius, & Edonus, adiectiua: idem significant quod Thracius. Virg. 12. Æneid.
Ac velut Edoni Boreæ quum spiritus alto
Insonat Ægæo.
Ad hunc etiam modum Statius dixit Edonas hyemes, pro frigore acerrimo, quale est in finibus Thraciæ.

Edonides, ἠδωνίδες, Mulieres bacchantes, quæ furore diuino agitatæ, mysteria Bacchi celebrabant. {GERM. Vnsinnige weiber welche dem Baccho feine fest hielten.} Variis autem nominibus appellabantur: nam Euantes, & Thyades, & Mimellonides, & Mænades, & Bussarides dictæ sunt. De his Ouidius,
Protinus in sylvis matres Edonidas omnes,
Quæ videre nefas, torta radice ligauit.

Edonis, idis, ἠδωνίς, ciuitas Phrygiæ, Cimmeriorum olim sedes, postea Antandros dicta. Steph.

Edor, ab antiquis appellatum fuit far, quod postea ador vocauerunt, teste Festo. Dictum ab edendo, eo quòd pop. Romanus trecentis propemodum annis ex omni frumenti genere solo farre vsus fuerit, vt ex Verrij sententia refert Plin. *lib.* 18. *c.* 7.

EDORMIO, is, Dormio ad satietatem. {נִרְדָּם *nirddam.* ἐξυπνίζομαι, ἐκκοιμάομαι. GALL. *Se dormir tout à fait, en dormant paracheuer à digerer.* ITAL. *Dormire à satietà.* GERM. Außschlaffen. HISP. *Acabar de dormir.* ANGL. *To sleep out surfet es, to sleepe.*} Cicer. 4. *Academ.* Quicunque edormiuerunt, illa visa quàm leuia fuerint intelligunt. ¶ Edormire vinum, siue crapulam, est dormiendo conficere, & concoquere. Cicer. 2. *Philipp.* Edormi crapulam, inquam, & exhala. Gell. *lib.* 6. *cap.* 10. Eóque ibi sedere atque operiri propè ad meridiem, donec discipuli nocturnum omne vinum edormiant.

Edormisco, scis, Edormio. Plaut. *in Amphitr.* —paulisper mane Dum edormiscat vnum somnum, quæ ne vigilans somniat. Idem *Rud.* Quin abeo hinc in Veneris fanum, vt edormiscam hanc crapulam? Terent. *Adelph.* —interea in angulum Aliquò abeam atque edormiscam hoc villi.

EDVCO, is, eduxi, eductum, Extra duco. {הוֹצִיא *hotzi.* ἐξάγω. GALL. *Mener hors, tirer hors.* ITAL. *Menar fuori.* GERM. Außziehen oder führen. HISP. *Sacar à fuera guiando.* ANGL. *To lead or bringe forthe.*} Plaut. *Amphitr.* Contrà Telebœæ ex oppido legiones educunt suas. Liu. *lib.* 1. In aciem copias eduxit. Virg. pro extraho posuit, *lib.* 10.
——*Eduxit corpore telum.*
¶ Educere pro ebibere. Plaut. *Amph.* Eam ego, vt matre fuerat natum vini eduxi meri. Ouid. 13. *Metam.*
Nec valuere manus infixum educere telum,
Expulit ipse cruor.
Sen. *c.* 22. *de consol. ad Mart.* Educere prædam è faucibus luporum. ¶ Educere è domo in ius. ¶ Aliquando est erigere. Virg. *lib.* 6.
——*aramque sepulchri*
Congerere arboribus, cœlóque educere certant.
hoc est, erigere vsque ad cælum. ¶ Aliquando nutrire, ἀνάγειν. Terent. *in Adelph.* Inde ego hunc maiorem adoptaui mihi, eduxi à paruulo, habui, amaui pro meo. Eductus disciplina, pro educatus & institutus. Tacit. *lib.* 5. Cassius plebei Romæ generis, verùm antiqui, honoratique, & seuera patris disciplina eductus, facilitate sæpius quàm industria commendabatur. ¶ Educere, verbum est forense, apud Ciceronem 5. *in Verrem*, Aditum est ad Metellum, eductus est Apronius, eduxit vir primarius C. Gallius Senator è L. Metello, vt ex edicto suo iudicium daret in Apronium, quod per vim ac metum abstulisset. Budæus.

EDVCO, as, are, Nutrire. {גִּדֵּל *giddel* אָמַן *aman.* τρέφω, ἀνάγω. GALL. *Nourrir, éleuer.* ITAL. *Nutrire, alleuare.* GERM. Auffertziehen/ erziehen. HISP. *Criar, mantener, gouernar.* ANGL. *To norishe or bring vp.*} Varr. *de lib. educ.* Educit enim obstetrix, educat nutrix, instituit pædagogus. Liu. 2. *ab Vrbe*, Pauperes satis stipendij pendere, si liberos educent. Plaut. *ibid. sc.* 1. *a.* 1. Illic homo homines non alit, verùm educat. Idem *Men. sc.* 5. *a.* 5. Meo cibo & sumptu est educatus parasitus. Benè pudicéque à puero puer mecum educatus. Idem *Capt. sc.* 3. *a.* 5.

Educatus, a, um, participium. {מְגֻדָּל *meguddal.* ἐκτεθραμμένος, ἀνατεθραμμένος. GALL. *Nourri, esleué.* ITAL. *Nutrito.* GERM. Aufferzogen vnd erneehrt. HISP. *Criado.* ANGL. *Nourished, broght vp.*} Cic. 3. *de finib.* Quis autem honesta in familia institutus, & educatus ingenuè, non ipsa turpitudine, etiamsi eum læsura non sit, offenditur? Terent. *in Adelph.* —vnà à pueris paruuli Sumus educati. Educatus ad. Cicer. 5. *Verr.* Atque ab Apronio, iudices, homine in dedecore nato, ad turpitudinem educato. Educatus in. Idem *de clar. Orat.* Legimus epistolas Corneliæ matris Gracchorum: apparet filios non tam in gremio educatos, quàm in sermone matris.

Educatio, verbale, quod tam institutionem, quàm nutritionem complectitur. Græci vocant παίδων ἀγωγήν. {מִחְיָה *michjah.* GALL. *Nourriture.* ITAL. *Educatione, creanza.* GERM. Aufferziehung vnd erneehrung. HISP. *Aquella crianza de niños.* ANGL. *A bringing vp.*} Quint. *lib.* 1. *Institut.* Mollis, inquit, illa educatio quam indulgentiam vocamus, neruos omnes & mentis & corporis frangit. Cicer. 3. *de finib.* Atque etiam in bestiis vis naturæ inspici potest: quarum in fœtu & educatione laborem quum cernimus, naturæ ipsius vocem videmur audire. Idem 5. *de finib.* Earum etiam rerum quas terra gignit, educatio quædam & perfectio est. Senec. *cap.* 22. *de consol. ad Mart.* Ex educatione liberorum fructus & voluptates.

Educatus, us, Ipsa educatio. Tertul. *de resur. car.* decessuro concubitu, & fœtu, & educatu.

Educator, is, Nutritor. {אֹמֵן *omen.* τροφεύς. GALL. *Nourrissier.* ITAL. *Chi nutrisce, & da creanza.* GERM. Ein aufferziehet vnd erneehrer. HISP. *El ayo que assi cria los niños.* ANGL. *A nurisher, that bringeth vp.*} Cicer. 2. *de nat. deor.* Omnium autem rerum quæ natura administrantur, seminator & sator, & parens (vt ita dicam) atque educator & altor est mundus. Idem *pro Plancio.* Quis est nostrûm liberaliter educatus, cui non educatores, cui non magistri sui atque doctores, cui non locus ille mutus: vbi ipse altus, aut doctus est, cum grata recordatione in mente versetur?

Educatrix, fœm. gen. Nutrix. {מְיַנֶּקֶת *meineketh.* τροφός, ἡ. GALL. *Nourrisse.* ITAL. *Donna che nutrisce.* GERM. Ein erneehrerin. HISP. *El ama que cria.* ANGL. *She that bringeth vp, a nource.*} Cic. 1. *de fin.* Earum rerum parens est, educatrixque sapientia.

EDVLCO, as, are, Dulce facio. {הִמְתִּיק *himtik.* γλυκαίνω. GALL. *Adoucir, faire doulx.* ITAL. *Addolcire, far dolce.* GERM. Süß machen. HISP. *Endulçar ò hazer algo dulce.* ANGL. *To mak sweet.*} C. Martius apud Nonium, Quapropter edulcare conuenit vitam, curásque acerbas sensibus gubernare. Hæc eadem verba à Gellio referuntur *cap.* 25. *lib.* 15.

Edulis, vel Edulium, vide in *Edo*, es.

Edumæi, ἰδουμαῖοι, vel ἰδυμαῖοι, Populi Arabici, Steph. Vide *Edom*, & *Idumaa.*

‖Eduorum ciuitas, h. e. Augustodunum, *Austum*, vel *Ostum*, V. E. sub A. Lugdunensi.

EDVRO, as, are, Durum efficio, & ad laborem assuefacio. Gell. *cap.* 1. *lib.* 14. {הִקְשִׁיחַ *hikschiah* חִזֵּק *chizzek.* σκληρύνω, σκληραγωγέω. GALL. *Endurcir, rendre dur.* ITAL. *Indurare.* GERM. Erhertten. HISP. *Endurecer alguna cosa.* ANGL. *To mak hard.*} Columell. *lib.* 11. *cap.* 1. Qua re docendus, & à pueritia rusticis operibus edurandus futurus villicus. Nunc legunt *educandus.*

Edurare, neutrum, pro perdurare. Senec. *de breu. vitæ*, Aiunt animalibus tantùm indulsisse naturam, vt quina, aut dena secula edurent.

Edurus, Non durus, quasi extra durum. Diomedes *lib.* 1. {ἀσκληρος. GALL. *Mol, qui n'est point dur.* ITAL. *Molle, non duro.* GERM. Nit hart/ weich. HISP. *Muelle y no duro.* ANGL. *That is not hard, soft.*} Ibi enim (e) priuationem significat, vt in adiectiuo enodis. Virg. *lib.* 2. *Georg.*
——*plantis edura coryli nascuntur.*
Alij sic habent, *Plantis & duræ.* Vtranque lectionem Seruius agnoscit. Plin. *lib.* 14. *cap.* 3. In pergulis verò seruntur escariæ appellatæ, eduræ acinis, albæ, nigræque. ¶ Interdum etiam edurum inuenimus, pro valde duro. Virg. 4. *Georg.*
Eduramque pyrum, & spinos iam pruna ferentes.
Vbi eduram pyrum, teste Seruio, vocat Poëta valde duram.

Edurè, aduerbium, Durè, asperè. {ἀπαραλλάκτως, ἀπηνῶς. GALL. *Fort rudement, rigoureusement.* ITAL. *Duramente, rozzamente.* GERM. Hertiglich. HISP. *Muy duramente.* ANGL. *Very hardlie.*} Ouid. 3. *de arte amand.*
Nec tamen edurè quod petit ille, nego.

Edusam, ab edendo dixerunt veteres deam quæ esui præerat, quemadmodum Potinam, quæ potui. Autor Nonius.

Edyia, ἠδυῖα, apud Hesiodum *in Theogon.* Nymphæ nomen est, Oceani & Tethyos filiæ.

Edyme, ἐδύμη, Vrbs Cariæ. Steph.

E E

Eetion, is, ἠετίων, Pater fuit Andromaches, & socer Hectoris, qui apud Thebas Ciliciæ imperabat, teste Homer. *lib.* 22. *Iliad.* ¶ Hinc deducitur adiectiuum Eetioneus, ἠετιώνειος. Ouid. 12. *Metam.*
Eetioneas implerat sanguine Thebas.

Eetionea, ἠετιώνεια, alterum ex Piræi promontoriis. Steph.

E F

‖Effæco, à fæcibus repurgo.

Effafilatum exsertum, id est, extra vestimentum filo contextum. Fest. ibi Scal. Vox nihili, inquit. legendum *exfiliatum.* Poterat & *exafflatum.*‖

EFFARCIO, is, effarsi, effartum, Maximè impleo. {מִלֵּא *millé.* ἐμπλήσσω. GALL. *Farcir & remplir.* ITAL. *Empir bene.* GERM. Voll stecken/ außfüllen. HISP. *Hinchir mucho.* ANGL. *To fill, to stuff hard.*} Cæsar *lib.* 7. *de bell. Gall.* Hæc autem quæ diximus, interualla, grandibus in fronte saxis effarciuntur. Plaut. *Mostell. sc.* 1. *a.* 1. Bibite, este, effarcite vos, ab effercio. Effarcite vos, id est, distendite & saginate epulis, vt aues quæ saginari solent, quæque farcies dicuntur à Varrone: vnde & fartores, Græcis σιτευταί.

Effartus, a, um, Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 3. Dies effartus fame.

EFFARI, Eloqui. {דִּבֵּר *dibbér* אָמַר *amar.* ἐκφαίνειν, ἀποφθέγγεσθαι. GALL. *Dire & parler, proferer.* ITAL. *Parlare, proferire.* GERM. Außsprechen/ herauß reden. HISP. *Hablar esparzidamente.* ANGL. *To speak and vtter.*} Liuius 3. *ab Vrbe*, Fœdus, multisque id verbis quæ longo effata carmine non operæ est referre, peragit. Cic. *pro domo sua.* Neque verbum vllum solemne potuit effari. Virg. 2. *Æneid.*
——*sic ore effata recepit*
Ad sese, & sacra longæuum in sede locauit.
¶ Effari etiam Augures dicebantur, quum vltimas augurij sui preces proferebant. Vnde effata, sunt vltimæ precationes Augurum, quas post fines auspiciorum extra vrbem effabantur, vt Varro & Seruius aiunt. Cic. 2. *de Legib.* Alterum quod interpretatur fatidicorum & vatum effata incognita. ¶ Effari templum. Cic. *ad Attic. lib.* 13. Opinor Augures nihil habere ad templum effandum. In hanc sententiam Liu. *lib.* 10. *ab Vrb.* fanum, id est, locus templo effatus. ¶ Effari precationes dicitur sacerdos sacris operans, cui chorus respondet, Amen.

Effatus ager. Seruius in illud 6. *Æneid.*
——*sic effatus vestigia pressit.*
Propriè, inquit, effata sunt Augurum preces. Vnde ager post pomœria, vbi captabantur auguria, dicebatur effatus. Gell. *c.* 14. *lib.* 13. Pomerium locus est intra agrum effatum. *Ibid.* Effati vrbis fines.

Effatum, pronunciatum, enunciatio. {דִּבְרָה *dabberah.*} Cicer. 4. *Acad.* Nempe fundamentum Dialecticæ est, quicquid enuncietur, (id autem appellant ἀξίωμα, quod est quasi effatum,) aut verum esse, aut falsum.

Effabilis, e, adiect. Dictu effabilis, φατός. Virg. *Æneid.*
Nec visu facilis, nec dictu effabilis vlli. de Polyphemo.
Locus Virgilij aliàs affabilis, non effabilis. Apul. *in Apol.* vbi de Deo, Nec vlla vice comprehensus eóque paucis cogitabilis, nemini effabilis.

‖Effatui, vaniloqui sine affectu. Gl. Isid.‖

Effascĭno,as,Fascino. {חשף chasshaph. ἐπηρεάζω. Gall. Ensorceler. Ital. Ammaliare. Germ. Verzaubern. Hisp. Aojar, encantar, echizar. Angl. To bewitche.} Solinus, Quædam in terra Africa hominum familiæ sunt, voce atque lingua effascinantes, quæ si impensiùs forte laudauerint pulchras arbores, segetes lætiores, infantes amœniores, egregios equos, pecudes, cultu atque pastu opimas, emoriantur repentè. Est itaque effascinare nihil aliud quàm noxio visu, & fictis laudationibus exitium afferre. Plin. natural. hist. lib. 7. cap. 2. apud Gellium cap. 4. lib. 9. refert esse quasdam in terra Africa familias hominum voce & lingua effascinantium. Plin. cap. 4 lib. 7. refert ex Cicer. mares fœminásque omnes quæ duplices habent pupillas oculis fascinum circunferre, vel, vt loquitur Gell. cap. 4. lib. 9. interimere videndo.

Effascĭnātio, verbale. {חשף chasshaph. ἐπηρεασμὸς, Baskania. Gall. Ensorcellement. Ital. Ammaliamento. Germ. Verzauberung. Hisp. Aojadura, echizo. Angl. A bewitching, a charme.} Plin. lib. 37. c. 10. Eam contra effascinationes auxiliari volunt.

Effāxillo, as, ab axilla fit, & significat exero, quòd exerto brachio axilla ostendatur. Festus.

Efferre pedem portâ. Suet. in Tib. cap. 38.

Effĕro, effers, Extrà fero. {נשא nasá. ἐκφέρω. Gall. Porter hors, leuer, enleuer. Ital. Portar fuori, inalzare. Germ. Außtragen. Hisp. Sacar afuera, ensalçar. Angl. To bring forth, to lift vp.} Plaut. in Amph. Sed vide efferantur ex nauibus. Clamorem vtrinque efferunt. (id est, tollunt.) Plaut. Amph. sc. 1. a. 1. Ite, efferte lora. Idem Capt. sc. 4. a. 3. Efferte mihi intus clauem laconicam. Idem Most. sc. 1. a. 2. (de morte) vtinam sic efferamur. Idem Asin. sc. 3. a. 3. Cædundum illum (agnum) conduxi. E. Loces efferundum, Nam mortuus est. Idem Aul. sc. 5. a. 3. Terent. in Adelphis. Nunquidnam effert? occidi. ¶ Efferre pedem, idem quod egredi. Plaut. in Bacch. Nego tibi annis fuisse viginti primis copiam, pedem vt efferres ex ædibus. Virg. lib. 2.

Méne efferre pedem genitor?

¶ Hinc efferri cadauer dicitur, quum celebratur funus, vel dum sepelitur, quasi extra vrbem ferri, κηδεύεσθαι, ἐκκομίζεσθαι, ἐκφέρεσθαι, καθαίρεσθαι. Siquidem apud veteres solebant extra vrbem sepeliri, nisi qui gessissent magistratus: honestiores tamen circa vias. Vnde frequenter epitaphia ad viatores diriguntur. Liu. Depugnabunt pro te ipsi, ac morientur, ac te vltrò efferent. Idem 2. ab Vrb. Nihil aliud ad eum nuntium à proposito auersus, quàm vt cadauer efferri iuberet. Sen. c. 13. de consol. ad Mart. & cap. 16. ad Heluiam. Efferre filios (mortuos) (id est, amittere.) Ouid. Eleg. 8. lib. 1. Trist.

Siue per ingenuas aliquis caput extulit artes.

Tibull. lib. 4.

Splendidior liquidis cùm Sol caput extulit vndis.

Item Efferre virum naufragum, (suprà euehere è mari ad sepulturam.) Senec. cap. 17. de consol. ad Helu. Corpus efferri, capite velato, (contra morem.) Velleius.

Eripere ade Deam raptámque efferre per hostes,

Ouid. 13. Metamorph. Ne corpus pedem efferat sine custode. Plaut. Capt. sc. 3. act. 2. ¶ Interdum Efferre, est prouehere, exaltare. ἐξάγω. Virg.

Extulit has Decios, Marios, magnósque Camillos.

¶ Interdum laudare, ἄγειν διὰ κράτους. quamuis ad idem reduci possit: nam quem laudamus, quodammodo ab inferiori & humiliori gradu ad summam dignitatem euehimus. ¶ Nonnunquam etiam accipitur pro extollere, siue in altum leuare. Virg. 5. Æneid.

Ostendit dextram insurgens Entellus, & altè

Extulit. id est, in altum leuauit.

¶ Interdum proferre, vt apud eundem,

Vt belli signum Laurenti Turnus ab arce

Extulit.

¶ Interdum eleuare, minueréque, quasi extra ferre, hoc est, euacuare. Cicer. de Orator. Illa autem quæ aut conciliationis causa leniter, aut permotionis vehementer aguntur, contrariis commotionibus efferenda sunt, vt odio, beneuolentia, misericordia, inuidia tollantur. ¶ Aliquando etiam accipitur efferre pro diuulgare, & manifestum facere. Terentius in Phorm. Vides tuum peccatum elatum esse foras, Neque iam id celare posse te vxorem tuam. ¶ Efferre sæpe ponitur pro afficere. Cicer. de finib. Si vincunt, efferunt se lætitia, victi debilitantur animósque remittunt.

Ēlātus, partic. Sublatus. {נשא nissá. ἐξαρθεὶς, ἐπαρθεὶς. Gall. Haut, esleué. Ital. Alto, eleuato. Germ. Erhebt. Hisp. Alto, ensalçado. Angl. Lifted vp.} Liu. 7. ab Vrb. Coruus è conspectu elatus, Orientem petit.

Ēlātus, adiectiuum, Superbus, arrogans, inflatus. {גבוה gebóah. ὑψηλόφρων, μετέωρος, ὑπερήφανος. Gall. Superbe, esleué, hautain, enflé d'orgueil. Ital. Superbo, arrogante, gonfio. Germ. Stoltz oder hochtragen. Hisp. Soberuio. Angl. Loftie, high, hautie.} Cic. de lege Agrar. Orator. 2. Quibus illi rebus elati & inflati, &c. Elatus arrogantia, superbia, insolentia, Cæsar 3. bell. ciuil.

Ēlātē, aduerbium, Superbè, arroganter, altè, alta voce. {ὑπερηφάνως, ἀλαζονικῶς. Gall. Hautement, hautainement, orgueilleusement. Ital. Altamente, granamente, superbamente. Germ. Hochtragenlich, prächtlich. Hisp. Soberuamiente, altiuamente. Angl. Loftily, hautily prowdly.} Cic. in Orat. Ita fit, vt Demosthenes certè possit summissè dicere: elatè Lysias fortasse non possit.

Elatio, nis, verb. ἔπαρσις. vt, Elatio animi, pro nimia lætitia, Cic. 4. Tusc. Elatio atque altitudo orationis alicuius. Idem de clar. Orat.

Effertus, a, um: (id est, pinguis, plenus,) vnde

Effertissimus, a, um. Plaut. Asin. sc. 2. a. 2. maximas opportunitates, gaudióque effertissimas pariet. Ab effercio, is, si, tum. Gall. Farcir, Remplir.

Effĕrus, a, um. Valde ferus, crudelis. {אכזר achzár. θηριώδης. Gall. Cruel, forcené, feroce & agreste. Ital. Crudele. Germ. Gantz grimmig vnd grausam. Hisp. Brauo y cruel. Angl. Cruell, woode, madde.} Seneca in Hippolyto. Laniatu effero dispersa membra. Virg. 8. Æneid.

——— simul omnis tumultu

Conturat trepido Latium, sæuitque iuuentus

Effera.

Idem 10. Æneid.

——— vbi nunc Mezentius acer, & illa

Effera vis animi?

Efferatior, & efferatius, ἀγριώτερος. Gell. cap. 1. lib. 10. Quid enim videri potest efferatius, quid ab hominis ingenio diuersius, quàm, &c.

Effĕro, as, Efferum, & crudelem facio, feritatem induco, ferum reddo. {ἀγριόω, ἐκθηριόω. Gall. Rendre fierce & cruel comme vne beste, faire sauuage. Ital. Incrudelire. Germ. Grimm machen. Hisp. Embrauecer. Angl. To make woode, cruell.} Liu. lib. 2. Obsita erat squalore vestis, fœdior corporis habitus pallore ac macie peremptis. ad hæc promissa barba & capilli efferauerant speciem oris. Lactant. lib. 3. Nam si homo ad aspectum alterius hominis efferaretur, quod facere videmus animantes, quarum natura solituaga est, nulla esset hominum societas. Plin. lib. 10. c. 63. Fœminæ sues in tantum efferantur, vt hominem lacerent. Cic. 1. de nat. deor. Equidem arbitror multas esse gentes sic immanitate efferatas, vt apud eas nulla suspicio deorum sit. Liu. 4. bell. Mac. Linguam tantùm Græcorum habent, sicut speciem hominum: moribus & ritibus efferationibus quàm vlli Barbari, imò quàm rapacissimè belluæ vtantur. Efferari dicitur terra, id est, vastari. Cic. de nat. deor. Quid iam de hominum genere dicam, qui quasi cultores terræ constituti non patiuntur eam nec immanitate belluarum efferari, nec stirpium asperitate vastari?

Effĕrvĕo, es, efferbui, vel Efferuo, is, efferui, est vehementer feruere, ebullire. {רתח rittách. ἐκζέω, ἀναβράζω. Gall. Bouillir iusques par dessus, & iusques à respendre. Ital. Bollire. Germ. Sieden daß es oben außhin wallet. Hisp. Heruir. Angl. To boyle ouer.} Virg. lib. 1. Georgic.

———quoties Cyclopum efferuere in agros

Vidimus vndantem ruptis fornacibus Ætnam,

ibidem lib. 4.

Efferuens & efferuentior. Gell. lib. 2. c. 27. Lætitia dicitur exultatio quædam animi cum gaudio efferuentiore.

Efferuesco, Ebullio, æstu exundo. {Angl. To boyle ouer, to be heate or chafed.} Colum. lib. 12. cap. 25. Vt in efferuescendo vinum se bene purget. ¶ Per metaphoram accipitur pro vehementer commoueri. Cicer. pro Plancio, Campus atque illæ vndæ comitiorum, vt mare profundum, & immensum, sic efferuescunt quodam quasi æstu. ¶ Nonnunquam etiam pro erumpere. Idem de prouinc. Consularibus, Totúmque Pontum armatum efferuescentem in Asiam, atque erumpentem ægrè repulsum, & ceruicibus interclusum suis sustinerent. ¶ Efferuescere significat ardore animi excitari: aut quum homo ira excandescit, ✕ Deferuescere. Vlpian. in l. quis sit fugitiuus. §. idem ait, de ædil. edict. Si autem in hoc tantum latuissent, quòd iracundia dominorum efferuesceret. Hoc ideò adscripsi, quòd Accurs. efferuesceret, id est, humiliaret, interpretatus est. Senec. cap. 8. de consol. ad Mart. Efferuescens contra remedia dolor.

Effĭcax, vide Efficio.

Effĭcĭo, Perficio, faciendo assequor, præsto. {עשה hasáh פעל pahál. διαπράττω. Gall. Parfaire & paracheuer, faire, accomplir, mettre en effect. Ital. Finire, far con effetto. Germ. Verschaffen, zuwegen bringen. Hisp. Acabar de hazer obra. Angl. To accomplish, to bring to effect, to doe.} Terent. in Andr. Quid est quod tibi mea ars efficere hoc possit amplius? Plautus in Pseud. Neque hoc opus quod ego volui, ego hodie efficiam. ¶ Pro eodem, Effectum reddere. Terent. in Andr. Hoc ego profectò tibi effectum reddam. Ouid. 13. Metam.

Qui licèt eloquio fidum quoque Nestora vincas,

Haud tamen efficies desertum vt Nestora crimen

Esse rear nullum.

Idem Eleg. 1. lib. 5. Trist.

Efficis (canendo) tacitum ne mihi funus eat.

Plaut. Pseud. sc. 8. a. 4. Viginti minas promisi si effecisset (sup. quod ipse promiserat.) Idem Aulul. sc. 3. a. 4. Vt istuc quod oras efficiam tibi. Idem Asin. sc. 1. a. 1. Si id hodie effeceris, (id est, inueneris pecuniam, & surripueris alienam.) Ibid. sc. 4. a. 4. Vt opus sibi locatum efficeret. Ibid. sc. 3. a. 3. Certum est in me eadem quæ tu me facis, (de violenta morte.) Idem Curc. sc. 3. a. 2. Laudo. C. laudato, quando id quod cupis effecero. Ibid. sc. 1. a. 3. Ego hoc effectum lepide tibi tradam. Idem Ps. sc. 3. a. 1. Qui imperata effecta. Idem sc. 5. a. 1. Effectum hoc vtrumque reddam. Ibid. sc. 2. a. 5. Effecta reddidi quæ dixi tibi. Idem Men. sc. vlt. a. 5. Vtinam efficere, quod polliceris, possies. Inde effectum, id est, ex præda collectum. Liu. lib. 5 d. 4. ¶ Efficitur, Impersonale. Cic. 4. Acad. Rationes omnes descripserit eas, quibus efficitur multis partibus solem maiorem esse quam terram, &c. id est, argumento probatur. Effexis pro effeceris. Antiquum, quo vtitur Plaut. in Casin. — at blandè orato, vt soles: sed audin? si Effexis hoc, ego soleas tibi dabo, & annulum in digito aureum. Effectiua ars. Quintil.

[Efficabilis, in omnibus expeditus. Gloss. Isid.]

Efficiens, tis, Conficiens, quod efficit. Cicer. Topic. Efficiens causa, aliter conficiens. Item in Offic. Cyrenaici virtutem censuerunt esse laudandam, quod efficiens esset voluptatis.

Effĭcĭentĭa, æ, Vis efficiendi. {כח cóach. ἐνέργεια, ἐνεργεία. Gall. Vertu & pouuoir de faire quelque chose, effect. Ital. Virtu & potentia di far qualche cosa, effetto. Germ. Würckung oder vermögung etwas zuthun. Hisp. La obra de hazer alguna cosa, effeto. Angl. The vertue or power to do.} Cic. lib. 2. de nat. deorum, Aspexissentque Solem, eiúsque cùm magnitudinem, pulchritudinémque, tum etiam efficientiam cognouissent, quòd is diem efficeret toto cælo luce diffusa.

Effĭcĭentĕr, aduerbium, {ἐνεργητικῶς, ἐνεργῶς. Gall. En faisant, par effet, effectiuement. Ital. Con effetto. Germ. Würcklich. Hisp. Con effeto. Angl. By effect, by doing.} Cic. de Fato. Non sic causa intelligi debet, vt quod cuique antecedat, idem causa sit: sed quod cuique efficienter antecedat.

Effectus, us, nomen. {מפעל miphhál. ἀποτέλεσμα, ἐνέργεια. Gall. Effect. Ital. Effetto. Germ. Würckung oder außgang eines dings. Hisp. Hecho. Angl. The effect.} Plin. in Paneg. Perge modò Cæsar, & vim effectúmque censuræ tuum propositum, tui actus obtineant. In actu, non in effectu posita est. Quintil. motus sine effectu. Liu. 4. d. 4. ¶ Effectus est id quod

quod aut verum, aut falsum sit rebus sumptis. Cicer. 4. *Acad.* Sunt qui putant effectum & officium animi habentibus esse propriissimam differentiam: vt quemadmodum differentia hominis est rationale: ita sit differentia ipsius iustitiæ, Suum cuique tribuere: ipsius temperantiæ, frugaliter viuere. Legis virtus, siue officium est imperare, vetare, punire, permittere. *l. legis virtus. de legibus.*

Effector. {עשה *hoseh* פעל *pohél.* ποιητὴς, δημιουργός. GALL. *Faiseur, ouurier, qui fait quelque chose.* ITAL. *Chi fa qualche cosa.* GERM. Ein verschaffer wircker. HISP. *El que acaba de hazer alguna cosa.* ANGL. *A worker, or maker.*} Cic. *de Diuin.* Magna stultitia est earum rerum deos facere effectores.

Effectrix. {עושה *hosah* פועלת *pohéleth.* ποιήτρια, δημιουργός. GALL. *Celle qui fait & qui est cause de quelque chose.* ITAL. *Donna che fa, ò è causa di qualche opera.* GERM. Die etwas thut/vnd in das werck bringt. HISP. *La que acaba de hazer la obra.* ANGL. *She that maketh or bringeth to passe.*} Cic. *lib. de fin.* Amicitiæ non modò fautrices fidelissimæ, sed etiam effectrices sunt voluptatum tam amicis, quàm sibi.

Effectio. {מעשה *mahaseh* פעלה *pehullah.* ποίησις, ἐνέργεια, δημιουργία. GALL. *Facture, ouurage.* ITAL. *Operatione, fattura.* GERM. Machung/ wirckung. HISP. *El cabo de aquella obra, hechura.* ANGL. *A bringing to effect.*} Cic. 3. *de finib.* Effectio artis. *Ibidem,* Sic recta effectio, κατόρθωσιν ita appello.

Efficax, acis, quod ad agendum aliquid vim habet, ac maximè conducit, quod multum habet efficacitatis. {חזק *chazák.* ἐνεργὴς, δραστικός. GALL. *Efficace, qui a force & vertu à faire quelque chose.* ITAL. *Efficace, potente ad vna impresa.* GERM. Krefftig. HISP. *Cosa efectiua, ò que tiene eficacia.* ANGL. *That hath power to doe, effectuall.*} Plin. *lib.* 24. *c.* 16. Efficacibus docuit exemplis non maria plus temerata conferre mercatori, quàm sedulum rutri laborem. *Ibidem,* Aduersùs serpentes, ac præcipuè aspides, ex aceto pota efficax. Cælius *ad Ciceronem*, Nosti Marcellum, quàm tardus, & parum efficax sit, hoc est, promptus & paratus, dum res expostulat. Item ad. Plin. *in Paneg.* Vtrum sit efficacius ad rectè viuendum bene institui, aut feliciter nasci. ¶ Senec. *c.* 8. *de consol. ad Marc.* Efficacissimum ferociæ mitigandæ tempus. Et Suet. *in Othon. c.* 2. Quo efficaciùs eam coleret, diligere simulauit.

Efficientia, id est, vis efficiendi. {כח *cóach.* ἐνέργεια. ANGL. *Force, strength, vertue.*} Plin. *lib.* 11. *cap.* 5. Quos efficaciæ industriæque tantæ comparemus neruos?

Efficacitas, efficacia. {ANGL. *Force, strenth.*} Cicer. 4. *Tuscul.* Itémque viribus corporis & neruis, & efficacitati similes, similibúsque verbis animi nominantur. Qu. Cicero *de petit. consul.* Qui tantum habet audaciæ, tantum nequitiæ, tantum denique in libidine artis, & efficacitatis, vt, &c.

Efficaciter, aduerbium. {δραστικῶς, ἐνεργῶς. GALL. *Auec effect.* ITAL. *Efficacemente, con effetto.* GERM. Krefftiglich. HISP. *Eficazmente.* ANGL. *Effectuallie, with effect.*} Plin. *lib.* 28. *cap.* 51. Capitis vlcera manantia, vrina tauri efficaciter sanat. Idem 18. *c.* 6. Id efficacissimè contingit, germinantis ramis baculo decussis.

Effigies, ei, Signum ad alterius viuam similitudinem, verámque imaginem factum, tam in picturis, quàm in sculpturis. Valla *lib.* 5. {תמונה *temunáh* סמל *semel.* εἰκόνισμα, εἰκὼν, ἀπεικόνισμα. GALL. *Image, semblance, pourtraict fait sur le vif, phantosme.* ITAL. *Effigie, sembianza.* GERM. Ein bildnuß von einem andern abgemacht/ ein ebenbild. HISP. *Imagen è semejança.* ANGL. *The forme or shape of a thing.*} Plin. *lib.* 10. *c.* 44. Vnde origo fabulæ, Diomedis socios in earum effigies mutatos. Senec. *c.* 24. *de consol. ad Marc.* Imago & effigies filij, tantum periit, (id est, corpus.) Ouid. *Eleg.* 6. *lib.* 1. *Trist.*

Effigiémque meam fuluo complexus in auro.

(id est, in annulo) suprà, in imagine. Item pro vmbra, siue anima. Nec defuit vir prætorius qui se effigiem cremati euntem in cælum vidisse iuraret. ¶ Effigies humanitatis & probitatis patris filius. apud Cicer. *lib.* 2. *de finib.* ¶ Dicitur etiam Effigia. Plaut. *in Rud.* Veneris effigia hæc quidem est.

Effigiatus, Figuratus, εἰκονισμένος. Apuleius *in Apologia* 1. Aut quid sibi statuæ & imagines variis artibus effigiatæ volunt? id est, expressæ.

Effigio, as, Ad effigiem formo. {יצר *jatsár* תאר *teér.* εἰκονίζω. GALL. *Figurer.* ITAL. *Figurare.* GERM. Abbilden nach eines andern bildenuß gestalt. HISP. *Hazer la imagen de alguno.* ANGL. *To drawe or make the shape of a thing.*} Aug. *lib.* 7. *de ciuit.* vsus est. ¶ Effigiare, pro effingere eleganter dictum. Paulinus:

Fecit ipse Vulcanum chordis, vel pectine Phœbum,
Effigians clypeo insanam cristisque Mineruam.

Prudentius *in Peristeph.*

——— num vîscera limo Effigiant.

Sidonius Apoll. *lib.* 6. *c.* 12. Sacrauit templis, formauit statuis, effigiauit imaginibus. Hoc sensu dictum est *imaginare*. Lactantius *lib.* 5. *c.* 14. Sed terram digitis suis imaginatam mirantur & adorent. & Gregor. Turon. *lib.* 5. *de gloria Martyr. c.* 65. Imaginatam adhibentes picturam. Itaque par verbum *imaginare*, & *effigiare*.

Effingo, est effigiem rei alicuius ad viuum exprimo, vel ad alterius formam fingo, & qualem volo fingendo formam repræsento, exprimo. {יצר *jatsár* תאר *teér.* ἀπεικάζω, ἀπομάσσω, ἐκμιμοῦμαι. GALL. *Tailler en pourtraire, ou autrement exprimer & representer au vif, faire à la semblance.* ITAL. *Figurare, retirare.* GERM. Nachbilden/ abmachen/ oder nache machen. HISP. *Dibuxar, hazer la imagen de alguno.* ANGL. *To make lyke, to deuise or liuenese.*} Cic. 1. *Tusc.* Quæ porrò tam immensa magnitudo quæ illa multa possit effingere? Quint. Nam mihi videtur M. Tullius, quum se totum ad imitationem Græcorum contulisset, effinxisse vim Demosthenis, copiam Platonis, iucunditatem Isocratis. Vide plura apud Vallam *lib.* 5. *c.* 46. ¶ Effingere pro tergere. Cic. *pro Sextio*, Sanguinem spongiis effinge, vt legit Seruius, vbi mendosè *effundi*. Cato *de re rust.* Fiscinas spongia effingat.

Effictus, participium, Expressus. {נוצר *notsár* מתאר *methoár* ἐξεικονισθεὶς, ἀπομαχθεὶς, ἀπεικασθείς. GALL. *Representé, tiré au vif.* ITAL. *Representato.* GERM. Nach einem andern gebilt oder gemacht. HISP. *Dibuxado.* ANGL. *Drawen and made after the shape of another.*} Cicer. *pro Roscio*, Etenim hæc conficta arbitror à Poëtis, vt effictos nostros mores in alienis personis, expressámque imaginem nostram vitæ quotidianæ videremus.

Effictio, onis. {יצר *jetsér.* χαρακτηρισμός. ANGL. *An expressing or representing.*} Ad Heren. *lib.* 4. Effictio, est quum exprimitur & effingitur verbis corporis cuiuspiam forma, quoad satis sit ad intelligendum.

Effio, Fio, Perficior. Plaut. *Persa*, Vt fiant quorum opera hæc mihi facilia, factu facta sunt, Quæ volueris effieri.

Efflagito, as, Cum clamore, seu cum magna instantia flagito, magnopere postulo. {בקש *bikkésch* שאל *schaál.* ἀπαιτῶ. GALL. *Requerir instamment, presser en demandant, demander à toute force.* ITAL. *Demandare con instanza.* GERM. Trungenlich bitten/ mit ernstlichem anhalten begehren. HISP. *Demandar o pedir con importunidad.* ANGL. *To request importunatlie.*} Virg. 12. *Æneid.*

Ille simul fugiens, Rutulos simul increpat omnes,
Nomine quenque vocans, notúmque efflagitat ensem.

Quintil. *ad Tryphon.* Efflagitasti quotidiano conuicio, vt libros quos de institutione oratoria scripseram, iam emittere inciperem. ¶ Efflagitare pro flagitando impetrare. Cic. 3. *in Verr.* Cùm iste à Dolabella efflagitasset.

Efflagitatus, us, nomen, Vehemens postulatio. {בקשה *bakkáscha* שאלה *scheeláh.* ἐξαίτησις, ἀπαίτησις. GALL. *Requeste auec instance.* ITAL. *Dimanda con instanza.* GERM. Ein trungenliche bitt. HISP. *Demanda importuna.* ANGL. *An importunat requesting.*} Cic. 7. *Verr.* In iudicio coactu, atque efflagitatu meo producere ad ignotos, &c.

Efflagitatio, onis, idem. Cic. *ad Brut.* Quia neminem magis decet quàm te Remp. amare, libertatísque defensorem esse, vel ingenio, vel rebus gestis, vel studio atque efflagitatione omnium.

Effleo, es, ere, Flendo consumere. {ἐκδακρύω, ἀποκλαίω. GALL. *Pleurer iusques à perdre les yeux.* ITAL. *Consumar piangendo.* GERM. Mitt weynen verzehren/ außgreinen. HISP. *Llorar demasiado, perder los ojos de mucho llorar.* ANGL. *To weepe vehementlie.*} Vnde efflere oculos dixit Quint. *lib.* 6. *Declamat.* pro nimio fletu se excæcare: Audita (inquit) mea calamitate cari vxor exempli, & prorsus talis filij mater effleuit oculos.

Effligo, is, efflixi, efflictum, idem significat, quod Affligere. {הכה *hiccáh.* GALL. *Perdre & gaster, traiter mal, vexer & tormenter.* ITAL. *Affligere.* GERM. Plagen. HISP. *Mucho affligir.* ANGL. *To afflict, to torment.*} Plaut. *in Asin. sc.* 2. *a.* 4. Quam tu propediem (nisi quidem illa antè occupassit te) effliges scio. Idem *Cistell.* Et equidem hercle perdam te tertio, omnes efflixero.

Efflictim, aduerbium, pro valdè & vehementer. {ἐκτεθυμωμένως. GALL. *Ardemment, iusques au mourir.* ITAL. *Ardentemente, fin' alla morte.* GERM. Hefftig/ innigklich. HISP. *Mucho y con passion.* ANGL. *Vehementlie, greatlie.*} Plaut. *in Amph.* Sic efflictim amare perinde vt hic te efflictim deperit. Næuius *in Corollaria*, Nolo ego hanc te efflictim amare, diu viuat volo, vt mihi prodesse possit.

Efflo, as, Flatu abigo, expiro, emitto, ago. {נשב *nischschéb.* ἐκφυσάω. GALL. *Ietter hors en soufflant, souffler hors.* ITAL. *Cacciare col fiato.* GERM. Außhin blasen. HISP. *Soplar à fuera, hechar con el soplo.* ANGL. *To blowe out or awaie.*} Varro *lib.* 1. *de re rustica*, Præterea quòd ab sole toto die illustratur, salubrior est, quod est bestiolæ, si quæ propè nascuntur, aut inferuntur, aut efflantur, aut aritudine citò pereunt. ¶ Inde efflare animam, ἐκπνεῖν, dicimus pro mori. Cicer. *pro Mil.* Quem pridie hora tertia animam efflantem reliquisset. Gell. *cap.* 15. *lib.* 3. Efflare animam. Quintil. Efflanda est anima inter discrimina dentium. Item Ouid. 5. *Fast.*

Dum loquitur, vernas efflat ab ore rosas.

Suet. *in Aug. c.* 99. Vnum autem ante efflatam animam signum alienæ mentis ostendit.

Effloresco, is, Valde floreo: & per translationem vigeo, excello. {הנצו *henitz.* ἐξανθέω. GALL. *Fleurir, produire sa fleur, croistre.* ITAL. *Fiorire grandemente.* GERM. Anheben zuerblüen/ oder fast zublüen. HISP. *Mucho florecer.* ANGL. *To florish greatlie, to be lustie.*} Cic. *in Lælio*, Quæ tamen efflorescit amicitia, etiamsi tu eam minus sequutus sis.

Effluo, Extra fluo, effundor, elabor, excido, emano, abeo. {נזל *nazál.* ἀπορρέω, ἐκρέω. GALL. *Couler hors, s'escouler.* ITAL. *Spargersi fuori.* GERM. Außfliessen/ außrinnen. HISP. *Correr lo liquido à fuera.* ANGL. *To flowe or runne out, to be forgotten.*} Cato *de re rust. cap.* 2. Si habebis aquam, vinum effluet, aqua manebit. Cicer. 2. *Tuscul.* Num tu ingemuisse Epaminondam putas, quum vnà cum sanguine vitam effluere sentiret? Lactant. *lib.* 1. Siue igitur à Melisseo (sicut Dydimus tradidit) colendorum deorum ritus effluxit. Liuius *lib.* 7. *ab vrb.* Effluent lassitudine vires. Senec. *cap.* 9. *de tranquill.* Effluat libido, qua necesse est. Catull. *ad Ortalum*,

Effluxisse meo forte putes animo.

¶ Effluere, per translationem accipitur pro palàm fieri, siue diuulgari. Terent. *in Eunuch.* Vtrunque hoc falsum est, effluet, hoc est, non tacebitur, sed diuulgabitur. ¶ Effluere etiam alicui dicitur, quod illi è memoria excidit. Cic. 2. *de fin.* Bona præterita non effluere sapienti, mala meminisse non oportet.

Effluentia, æ, idem quod effluxus. {זוב *zób.* ἀπορροή. GALL. *Escoulement.* ITAL. *Spandimento, spargimento.* GERM. Außrinnung/ außlauffung. HISP. *Aquella corrida.* ANGL. *A flowing out, a running ouer.*} Plin. *lib.* 26. *c.* 10. Illita quoque radix genitalibus, inhibebit non solùm venerem, sed effluentiam genituræ.

Effluuium, ij, Ipse effluendi actus {ἀπορροὴ, ὁ ἔκρους, &c. ANGL. *A flowing out, a running ouer.*} Plin. *lib.* 7. *c.* 51. Profundi humoris è corpore effluuium. Tacit. *lib.* 12. Quum & conuiuium effluuio locus appositum magna formidine cunctos affecit, quia vis aquarum erumpens proxima trahebat, conuulsis vlterioribus, &c.

Effoco, as, are, Suffoco. {חנק *chanák* חנק *nakar.* πνίγω, ἄγχω. GALL. *Suffoquer.* ITAL. *Suffocare.* GERM. Ersticken. HISP. *Ahogar.* ANGL. *To choke, to strangle.*} Senec. *de breuit. vitæ.* Aspice illos ad quorum felicitatem concurritur bonis suis effocantur.

Effodio, is, Fodiendo eruo. {נקר *nakar.* ἐξορύττω, ἐξορύσσω. GALL. *Tirer hors en fouissant, deterrer, fouir, & creuser.* ITAL. *Far fosse, cauare.* GERM. Außgraben/ herauß graben. HISP. *Cauar para sacar algo.* ANGL. *To digge out.*} Plaut. *in Cas.* Ex flexquilinio effossa tua illæc præda est.

Idem in *Pseud. sc. 4. a. 1.* Ex hoc sepulchro vetere vnguenti minas Effodiam ego hodie. ¶ Effodere alicui oculos, pro confodere & excauare. Plaut. *Trinummo*, Oculum tibi effodiam, si verbum addideris. Effodito mihi oculum persolum. Idem *Menaech. sc. 2. a. 1.* effodere alicui oculos. Senec. *Epistol. 89.* Metaphoricè. Et Plaut. *Capt. sc. 1. a. 3.* Huic diei oculos effodiam libens. Item, Effodere lapides octonos quotidie. Et *Milit. sc. 2. a. 2.* Iubeo tibi oculos effodiri. Idem *Curc. sc. 1. a. 3.* Aula quassa cum cinere effossus oculus. Ouid. *Eleg. 10. lib. 3. Trist.*

Dúque lacu fragiles effodiantur aquæ.

Effodere aliquem defixum in angulo (exulem.) Senec. *c. 9. de consol. ad Polyb.* Effossis domibus. Cæs. *lib. 3. de bell. ciuil.* Effodit illius memoria pectus meum. Cic. *pro Marcello*, Omnium Marcellorum meum pectus memoria effodit. Id est, grauissimum dolorem mihi infligit, quasi pectore penetrato, aperto & vulnerato.

Effœmino, as, In muliebrem mollitiem atque lasciuiam conuerto, eneruo, mollio. {ἀποθηλύνω. GALL. *Effeminer, ester le cœur & hardiesse d'un homme, & le faire mol & pusillanime comme une femme.* ITAL. *Effeminare, far molle.* GERM. Weibisch machen. HISP. *Debilitar ò enflaquecer à otro.* ANGL. *To effeminat, to mak wanton delicat, or nice.*} Salust. Ea quasi venenis malis imbuta, corpus animúmque virilem effœminat. Cic. *1. Tusc.* Cogitationibus molestissimis effœminantur. Cæs. *lib. 1. bell. ciuil.* Remollescere homines atque effœminari ea re arbitrantur. Senec. *c. 9. de consol. ad Mart.* Error hic te effœminat.

[Effœminatorium, domus meretricum. Gl. Isid.]

Effœminatus, Mollis & lasciuus dicitur, qui animum gerit muliebrem. {ἐκτεθηλυμμένος, θηλυδρίας. GALL. *Effeminé.* ITAL. *Effeminato.* GERM. Weibisch weych. HISP. *Debilitado ò enflaquecido.* ANGL. *Effeminat, delicat, dice, womanlike.*} Cic. *3. Philipp.* Quum autem omnis seruitus misera, tum verò intolerabile est seruire impuro, impudico, effœminato, nunquam ne in metu quidem sobrio. Idem *4. Tusc.* Nam videndum est in vtrisque nequid humile, summissum, molle, effœminatum, fractum, abiectúmque faciamus.

Effœminatissimus, Apuleius *in Apologia*, Tunc effœminatissime, tua manu cuiquam viro mortem minaris!

Effœminatè, aduerb. Muliebriter. {θηλυδρίως, γυναικωδῶς, μαλακῶς. GALL. *Laschement & delicatement, en maniere de femme, en effeminé.* ITAL. *Delicatemente, à foggia di femina.* GERM. Nach weibischer gattung. HISP. *Enflaquecidamente, a guisa de muger.* ANGL. *Effeminatlie, womanly.*} Cic. *1. Offic.* Cauendúmque nequid indecorè effœminateve faciat. Senec. *c. 17. de consol. ad Polyb.* Effœminatè ferre.

Effœtus, a, um, dicitur qui iam fœtum edidit. {[Hebrew] *bal. ca...* GALL. *Qui est deliuré de sa portée.* ITAL. *Quella chosa ch' habbia mandato fuori il suo parto.* GERM. Das schon geboren hatt. HISP. *Cosa que ha parido, el parto.* ANGL. *That hath latelie hatched or brought forth.*} Col. *lib. 7. c. 12.* Primus effœtæ partus amouendus est, quoniam tyruncula nec rectè nutrit. ¶ Item sumitur effœtus pro fœtu qui emissus est. Idem *lib. 8. cap. 5.* Pullos non oportet singulos, vt quisque natus sit tollere, sed vno die in cubili sinere cum matre, & aqua cibóque abstinere dum omnes excludantur. Postero die quum grex fuerit effœtus, hoc modo deponatur. Effœta quoque dicitur quæ parere desiit, quasi frequenti partu lassata. {ἄγονος. ANGL. *which is past bringing forth any more.*} Plin. *lib. 10. c. 53.* Est autem tanta gallinis fœcunditas, vt aliquæ sexagena pariant oua, aliquæ quotidie, aliquæ bis die, aliquæ in tantum, vt effœtæ moriantur. Effœtas dixit gallinas, fœtu destitutas, eneruatas, exhaustas & lassatas: à similitudine mulierum, quas partus debiles reddit. ¶ Effœtæ vires per translationem dicuntur, quæ iam defloruerunt, vigoréque pristino amisso elanguerunt. Virg. *5. Æneid.*

——— *frigétque effœta in corpore vires.*

Similiter effœtam tellurem dicimus, vt idem *lib. 1. Georg.*

Effœtos cinerem immundum & iactare per agros.

Vbi Seruius, Continua fertilitate lassatos, sicuti etiam frequenti partu effœta dicitur mulier. Col. *in præf. 2. lib.* Quod existiment vbertate nimia prioris æui fatigatum, & effœtum solum, nequire pristina benignitate præbere mortalibus alimenta. Cic. *in Cat.* Libidinosa & intemperans adolescentia effœtum corpus tradit senectuti, id est, debile & infirmum, quia vacuum viribus & eneruatum.

Effœtè, aduerbium. Mart. *lib. 2.* Effœtè, grauiter, citè, nequiter euge, beatè. {ἀδυνάτως, ἀδόξως. GALL. *Debilement, vainement.* ITAL. *Debilmente.* GERM. Schwächlich. HISP. *Enflaquecidamente, vanamente.* ANGL. *Barrainlie.*}

Effor, vide *Effari.*

Effŏro, as, Perforo. {נקב *nakáb.* τετραίνω, διορύττω. GALL. *Percer & forer tout outre.* ITAL. *Forare.* GERM. Durchboren. HISP. *Horadar.* ANGL. *To bore pearse trough.*} Col. *lib. 9. c. 1.* Erit filiis stipes, compluribus locis per latus efforatus.

Effrænātus, Dicitur qui frœnum detrectat, & pro arbitrio nostro regi non potest, profectus, præceps, indomitus. {ἀχάλινος, ἀκατάσχετος. GALL. *Effrené, qui n'a ne frain ne bride.* ITAL. *Sfrenato, senza regola ò misura ò freno.* GERM. Vngezäumpt, ein wilder vnd mutwilliger der sich nit weisen läßt. HISP. *Desenfrenado.* ANGL. *Rash, fierce, vnbridled.*} vnde per translationem dicitur de re quæ omnem egreditur modum. Cic. *de Arusp. resp.* Cuius ego de effrænato & præcipiti furore quid dicam? Idem *3. de finib.* Vt ægritudo quasi morsum aliquem doloris efficiat, metus recessum quendam animi & fugam, lætitia profusam hilaritatem, libido effrænatam appetentiam.

Effrænatissimus, superlat. Item Effrænissimus. Sen. *Epist. 86.* Effrænatissimus moderatior & humilior maior. Idem *cap. 3. de consol. ad Polyb.* Quod effrænissimum est animo tuo.

Effrænatè, aduerbium, Dissolutè, temerè. {ἀχαλινώτως. GALL. *Desmesurément, effrenément.* ITAL. *Sfrenatamente, senza misura.* GERM. Vngestümlich mit verhengtem zaum. HISP. *Desenfrenadamente.* ANGL. *Rashly, fiercely.*} Cicer. *4. Tuscul.* An propter infinitum odium tyranni effrænatius in Aruntem inuaserit. Idem *de senectut.* Nullam capitaliorem pestem, quàm voluptatem corporis hominibus dicebat à natura datam, cuius voluptatis auidæ libidines temerè & effrænatè ad potiundum incitarentur.

Effrænatio, nis, Impotentia, insolentia. {ἀκράτεια. GALL. *Desmesurement, desordonement de raison.* ITAL. *Dissolutione.* GERM. Vnbändigkeit, mutwille. HISP. *Desenfrenamiente.* ANGL. *Vnruly headinesse.*} Cic. *3. Philipp.* Quæ effrænatio impotentis animi!

Effrænus, a, um, vel effrænis, effræne, Carens fræno, {ἀχάλινος. GALL. *Sans frain & sans bride, desmesuré, qui on ne peut tenir.* ITAL. *Chè non ha freno.* GERM. Vngezäumpt, frech, wild. HISP. *Desenfrenado.* ANGL. *Vnbridled, vnruly.*} Liu. *4. ab Vrb.* Frænos vt detrahant equis, imperat: & ipse princeps calcaribus subditis euectus, effræno equo in medios ignes infertur.

Effrĭco, as, Fricando excutio. {ἀποτρίβω. GALL. *Oster & abbatre en frottant.* ITAL. *Fregare.* GERM. Dennußtrauen/ oder abtrauen. HISP. *Fregar.* ANGL. *To tak away bi rubbing.*} Seneca *epist. 96.* At illis aut hebetibus & obnoxiis, aut mala consuetudine obsessis, diu rubigo animorum effricanda est.

Effrĭngo, is, est vi quadam & impetu frango, perstringo. {שבר *schibber.* διαρρήγνυμι. GALL. *Rompre en pieces, briser.* ITAL. *Frangere.* GERM. Mit gewalt zerbrechen/ aufbrechen. HISP. *Quebrantar.* ANGL. *To break to pieces, to burst violently.*} Terent. *in Adelph.* Fores effregit, atque in alienas ædes irruit. Plaut. *Amphitr.* Pæne effregisti foribus cardines.

Effractus, particip. {משבר *meschubbar.* διαρρηγμένος. GALL. *Rompu & brisé.* ITAL. *Rotto, fatto in pezzi.* GERM. Aufgebrochen. HISP. *Quebrado.* ANGL. *Broken to pieces.*} Cic. *pro Muren.* Eamque vrbem sibi Mithridates Asiæ ianuam fore putauisset, qua effracta, & reuulsa, tota pateret prouincia. Plaut. *Capt. sc. 1. a. 3.* vbi legendum *effarta* notat Pall. Neque ieiunosiorem, neque magis effractum fame vidi.

Effractor. {משבר *meschabbér.* διαρρήκτης, διορυκτής. GALL. *Vn briseur & rompeur.* ITAL. *Rompitore.* GERM. Ein hausaufbrecher. HISP. *Quebrantador como de puertas.* ANGL. *A breaker, a brasier.*} Dicitur qui fracto ostio, aut sera in ædes, vel arcam alienam irrumpit. Paul. *in l. 3. ff. de off. præf. vigil.* Cognoscit Præfectus vigilum de incendiariis, effractoribus, furibus. Vlpian. *l. 1. de effract.* Sed enim diuus Marcus effractorem equitem Romanum, qui effracto perforatóque pariete pecuniam abstulerat, quinquennio abstinere iussit prouincia Africa, vnde erat, & vrbe, & Italia.

Effractarius, ij, qui effringit, διαρρήκτης. Senec. *Epist. 69.* Vile videtur quicquid patet: aperta effractarius præterit.

Effractura, æ, ipse effringendi actus. {שבר *schebér.* διάρρηξις, τοιχωρυχία. GALL. *Froissement de muraille à vys en maison pour desrober.* ITAL. *Rompimento di porta per robbare.* GERM. Aufbrechung. HISP. *Tal quebrantamiento.* ANGL. *A bursting vp or breaking.*} Paul. *in l. 3. D. de off. præf. vig.* Effracturæ fiunt plerumque in insulis horreisque, vbi homines pretiosissimam partem fortunarum reponunt.

[Effruticat, in fruticem euadit. Tertull.]

Effŭgio, is, Fugio, euado, vito, elabor. {נס *nas* ברח *barách* נמלט *nimlát.* διαφεύγω. GALL. *Fuir, eschaper, euiter.* ITAL. *Fuggire.* GERM. Entfliehen. HISP. *Huir de algun lugar.* ANGL. *To escape, to eschewe.*} Virgil. *3. Eclog.*

Nunquam hodie effugies: veniam quocunque vocaris.

Plautus *Merc.* Clam patrem patria hac effugiam, aut aliquid capiam consilij. Terentius *in Andr.* Nullón' ego Chremetis pacto affinitatem effugere potero? Cicer. *3. Verr.* In quibus non dubito, quin offensionem negligentiæ vitare atque effugere possim. Horat. *2. Serm. Satyra 3.*

Effugiet tamen hæc sceleratus vincula Proteus.

¶ Interdum celeriter transeo. Virg. *3. Æneid.*

Effugimus scopulos Ithacæ, Laërtia regna.

Vbi etiam inde effugi foras, Plaut. *Most. sc. 3. a. 1.* Quadrigas si nunc inscendas Iouis, atque hinc fugias, vix poteris effugere infortunium. Idem *Amph.* Malam rem effugies nusquam, idem *Asin. sc. 4. a. 1.* Pauca effugiam (mala.) Idem *Capt. sc. 1. a. 3.*

Effugiunt curas inferiora tuas,

Ouid. *Eleg. 1. lib. 2. Trist.* Effugisti casus, liuorem, morbum, (de morte.) Senec. *cap. 15. de Tranq.* Effugere videbatur Cordus accusatores (morte.)

Effugium, ij, Profugium, refugium. {מנוס *manós.* διαφυγή. GALL. *Fuite, ouuerture par ou on peut fuir & eschapper.* ITAL. *Scampo.* GERM. Ein außflucht oder entrünnung. HISP. *La huida de algun lugar.* ANGL. *Refuge, fligh.*} Liu. *4. bell. Pun.* Vt si effugium patuisset in publicum, impleturæ vrbem tumultu fuerint. Si, inquit, patuisset effugium, hoc est, via, vel modus vllus euadendi, vel effugiendi. Cic. *2. de nat. deor.* Alias esse cornibus armatas, alias habere effugia pennarum.

[Effugus, fugitiuus. Cath.

Effugo, as, est expello, ab ex & fugo.]

Effulcio, is, Fulcio. {סמך *samach.* סעד *sahád.* ὑποστηρίζω, ἐρείδω. GALL. *Appuyer, affermir.* ITAL. *Sostentare.* GERM. Aufenthalten. HISP. *Sustentar.* ANGL. *To prope vp, to vnderset.*} Virg. *7. Æneid.*

Centum lanigeras mactabat ritè bidentes,

Atque harum effultus tergo, stratisque iacebat

Velleribus.

Effulgeo, es, Vehementer fulgeo. {נגה *nagháh* הלל *hál.* ἐκλάμπω. GALL. *Ietter vne lueur, resplendir.* ITAL. *Resplendere grandemente.* GERM. Heftig scheinen/ ein grossen glantz von im herauß geben. HISP. *Mucho resplandecer.* ANGL. *To shyne or glitter.*} Liu. *5. bell. Pun.* Nisi ex vehementi sole, qualis inter graues imbre nubes effulget, tanta vis aquæ, &c. Virg. *8. Æneid.*

——— *instructo Marte videres,*

Feruere Leucaten, auróque effulgere fluctus.

Plin. *lib. 4. c. 1.* Omnis Græciæ fabulositas, sicut & litterarum claritas, ex hoc primùm sinu effulsit.

Effundo, is, Extra spargo, profundo, emitto. {שפך *schapháh.* ἐκχέω, ἐκχύνω. GALL. *Verser, espandre en abondance.* ITAL. *Spargere, gittare.* GERM. Außgiessen. HISP. *Derramar à fuera.* ANGL. *To poure out.*} Plaut. *in Asin.* Totámque effudit hic hæc, id est, sparsit quicquid in fiscelia erat. Cic. *pro Planc.* Nunc timeo ne nihil tibi præter lachrymas queam reddere, quas tu in meis acerbitatibus plurimas effudisti. ¶ Effundere caput

in gremium alicuius. Cels. *lib.* 7. *cap.* 7. Vel sic auersus, vt in gremium eius caput resupinus effundatur. id est, effuse caput reclinet. ¶ Per translationem, consumere. { ANGL. *To wast or spend ryotously.* } Cic. *lib.* 3. *Off.* Multi patrimonia effuderunt, inconsulte largiendo. Sic effundere ærarium dixit idem Cic. 3. *Tusc.* pro exhaurire & inane reddere. Gracchus (inquit) quum largitiones maximas fecisset, & effudisset ærarium, verbis tamen defendebat ærarium. ¶ Nonnunquam accipitur pro erumpere, & magna cupiditate egredi. Idem *ad Brutum*, Timore quodam perculsa ciuitas, tota ad te se cum coniugibus & liberis effundebat. ¶ Quandoque emittere. Virg. 3. *Georg.*

——ruúntque effusi carcere currus.

¶ Quandoque prosternere, profligare. Salust. Effuso ac profligato peditatu paulatim retroducere cœperunt. Effunditur stomachus in vomitiones. Plin. *lib.* 23. *cap.* 1. Item contra inflationes torsionesque præcordiorum, & quorum stomachus in vomitiones effunditur. Hoc est, quibus stomachi facultas, quam retentricem vocamus, est corrupta, aut imbecilla. Mulieres effundi ad luxuriam. Liu. *lib.* 34. Et, se effundere in publicum. *Ibid.* Effunde hoc in barathrum (de vino.) Plaut. *Curc. sc.* 2. *a.* 1. Effundere (de obuiam euntibus.) Suet. *in Calig. c.* 4. Daci se in pontum effuderant. Idem *in Cæs. cap.* 44. Vuas in terram proiiceret vt effunderet. (GALL. *Pour les faire creuer.*) Vlp. *l. si seruus seruum.* §. 16. *ad l. Aquil.* Effusus in venerem. Liu. *lib.* 29. *bell. Pun.* Effusus in cachinnos. Suet. *in Calig. cap.* 32. In iocos effusus. Idem *in August. c.* 98. ¶ Effusum lumen, (de oculo effuso.) Velleius. Ab effusa licentia. Liu. *lib.* 4. *d.* 5. Effusus in iram, Gell. *cap. vlt. lib.* 1. Effusus in officium lugubre, &c. Senec. *cap.* 3. *de consol. ad Marc.*

Multaque in aduersos effudit verba Penates.

Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 1. *Trist.* ¶ Effusissimis habenis. Liu. *lib.* 7. *d.* 4. Certantes athletas effusissimo studio spectauit. Item, Munificentia effusissimus (Cæsar,) Velleius. Effusissimus seruus Adriatici maris, idem.

Effusio, nis, quod interdum significat ipsum effundendi actum, vt quum effusionem aquæ dicimus. { שפך *schephéch.* ἔκχυσις. GALL. *Espandement, effusion.* ITAL. *Spargimento.* GERM. Außgiessung. HISP. *Derramamiento à fuera.* ANGL. *A powring out.* } Cicer. *de nat. deor.* Atque aquæ etiam admixtum esse calorem primum ipse loquor, tum aquæ declarat effusio: quæ neque conglaciaret frigoribus, neque niue pruináque concresceret, nisi eadem se admixto calore liquefacta & dilapsa, diffunderet. Interdum ponitur pro largitione & prodigalitate. Idem *pro Rosc. Amer.* In hac vita, iudices, quos sumptus quotidianos, quas effusiones fieri putatis?

Effusè, Sueton. *in August. cap.* 71. Cùm effusè in lusu liberalis fuissem. Idem *in Neron. cap.* 12. Effusiùs excipi, (id est, nimia blanditia.) Idem *in Neron. cap.* 22.

Effutio, is, Ineptè & inconsultè loquor. { בטא *bitté.* ματαιολογέω, ἐξαγορεύω, ψευδολογέω. GALL. *Parler indiscretement & à la volée, ne pouuoir tenir secret ce qu'on sçait.* ITAL. *Parlare impudentemente, vaneggiare parlando.* GERM. Außbladeren, vnd vnbesinnt geschwätz treiben. HISP. *Hablar vanidades.* ANGL. *To speak vain and foolie.* } Translatio sumpta à vase futili, quod patulo ore, fundo acuto, instabile, nihil in se continet. Ter. *in Phorm.* Eò perperam olim dixi, ne vos forte imprudentes foris Effutiretis. Horatius *in Arte poëtica*,

Effutire leues indigna tragœdia versus.

Varro, Euax verbum nihil significat, sed effutitum naturaliter est. Nonius effutire exponit pro dicere cum mendacio: adducitque Cicer. 5. *Tusc.* Nec hoc sic agit, vt ex tempore quasi effutire videatur.

Effutire laudes, Gell. *cap.* 1. *lib.* 5.

Effutitus, particip. { מבטא *mebutta.* ψευδολογηθείς. } Cic. 2. *de Diuin.* Quorum partim ficta apertè, partim effutita temere, nunquam me mediocriter quidem cuiquam, non modò prudenti probata sunt.

E G

‖Egara, vel Exara, V. olim E. sub A. Tarraconensi: fortè *Gea de los Canalleros*, prope Cæsaraugustam. Extat Concilium Egarense antiquum.

Egabro, vel Ægabro, *Cabra*, V. olim E. sub M. Hispalensi, in Hispania.

Egerator, hortator nauis, à mari Egeo. Gloss. Isid. Hoc autem Ægeum scribitur. Sed rectum est *Agrator*, ab *agea*.‖

Egelasta, æ, Ἐγέλαστα, oppidum est citerioris Hispaniæ, natiui salis fodinis nobilitatum. Plin. *lib.* 31. *cap.* 7. In Hispania quoque citeriore Egelastæ exeditur glebis penè translucentibus, cui iampridem palma inter omnia salis genera à plerisque medicis perhibetur.

Egelido, as, quod gelatum est dissoluo. { ἀποψύχω. GALL. *Desgeler.* ITAL. *Digiacciare, dileguare.* GERM. Erlösen. HISP. *Entibiar la cosa fria.* ANGL. *To thawe, to relent.* } Sidonius, Egelidarentur fibræ glaciales.

Egelidus, a, um, quod de summo gelu aliquid remisit. { χλιαρός. GALL. *Desgelé, qui n'est pas froid, ne aussi chaud, mais tiede.* ITAL. *Tepido.* GERM. Das kalt ist, vnd doch nicht auß das hitzige. HISP. *Cosa tebia primero caliente.* ANGL. *warmen, thawed.* } Suet. *in Aug.* Vngebatur sæpius, sudabat ad flammam, deinde profundebatur egelida aqua, vel sole multo tepefacta. Ouid. apud Senec. *controuers.* 3. *lib.* 1. *controuers.*

Sed gelidum Boream, egelidúmque Notum.

Colum. *lib.* 10.

Nunc est ver gelidum, nunc est mollissimus annus.

Seruius valde gelidum interpretatur, explicans locum illum Virg. 8. *Æneid.*

Et procul egelido secretum flumine vidit.

Egens, egentis, omn. gen. Qui eget, pauper, tenuis. { אביון *ebjón.* ἐνδεής, ἄπορος. GALL. *Qui a faute & disette, disetteux, souffreteux.* ITAL. *Bisognoso.* GERM. Dürfftig, mangelhafft, arm. HISP. *Pobre, ò menesteroso.* ANGL. *Poore, needie.* } Terent. *Phorm.* Egens relicta est misera, ignoratur parens. Cic. *de Amicit.* Quocirca & absentes adsunt, & egentes abundant, & imbecilli valent. Idem *ad Attic. lib.* 14. Seruique & egentes in tecta nostra cum facibus immissi. Plaut. *Bacch.* nequius nihil est Quàm egens consilii seruus. Ouid. *Eleg.* 2. *lib.* 2. *Trist.*

Qui legit Electram, & egentem mentis Orestem.

Egentior, & egentissimus. Cicer. *Attic. lib.* 6. Nihil illo regno spoliatius, nihil rege egentius. Ad eundem *lib.* 9. Egestates tot egentissimorum hominum.

Egeo, es, ui, ab egus, quod remansit in composito indigus. Egus autem est ab ἔχω, κατ' ἀντίφρασιν. Alicuius rei inopia laboro, indigeo. { חסר *chaser.* δέομαι, χρήζω. GALL. *Auoir faute & disette, auoir besoing, estre en indigence & pauureté.* ITAL. *Hauer bisogno.* GERM. Mangel haben, dürfftig sein. HISP. *Auer menester.* ANGL. *To neede, to lak, to be in extreame pouertie.* } Plaut. *Capt.* Quia tute ipse eges in patria: nec tibi qui viuas, domi est. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 1. Qui amat, si eget, multa afficitur ærumna. Idem *Amphitr.* Saltem tute si pudoris egeas, sumas mutuum. Idem *Asinar. sc.* 3. *a.* 3. A. Cur me retentas? P. Quia tui amans abeuntis egeo. Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 2. Quid agitur? C. Amatur atque egetur acriter. Ouid. *Eleg.* 5. *lib.* 4. *Trist.*

Cuius eram censu non me sensurus egentem.

Idem 13. *Metam.*

Ingenium est quod eget moderamine nostro.

Ibidem,

En eget auxilio, qui non tulit.

Pater vænibit potius, quàm te sinam aut egere, aut mendicare. Cic. 1. *de finib.* Qui consumptis patrimoniis egeant. Idem 2. *de Diuin.* Magnificum illud etiam, Romanisque nominibus gloriosum, vt Græcis de philosophia literis non egeant. Idem 2. *de nat. Deor.* Quæ non modò, vt ferent, ratione eguerant: sed intelligi qualia sint, sine summa ratione non possunt. ¶ Hinc componitur indigeo, δέομαι.

Egenus, Pauper, tenuis. { אביון *ebjón*, חסר *chasér.* ἄπορος. GALL. *Pauure, indigent.* ITAL. *Bisognoso.* GERM. Dürfftig, arm. HISP. *Pobre ò menesteroso.* ANGL. *Needie, lacking, poore.* } Liu. 9. *ab Vrb.* Omnium egena corpori humi prostrauerunt. Plaut. *in Pœn.* Sæpe ego res multas tibi mandaui, Milphio, Dubias, egenas, inopinosas consilii. Virg. 8. *Æneid.*

——& te quoque dignum,

Finge Deo, rebúsque veni non asper egenis.

Idem 6. *Æneid.*

——quum tu simplex in rebus egenis,

Quas gentes Italûm, aut quas non oraueris vrbes?

Plaut. *Capt. sc.* 3. *a.* 2. Rebus in dubiis, egenis.

Egestas, Paupertas, inopia, mendicitas, tenuitas. { מחסור *machsór.* ἔνδεια. GALL. *Indigence, pauureté.* ITAL. *Pouertà, bisogno.* GERM. Dürfftigkeit, armut, mangel. HISP. *Pobreza ò menester.* ANGL. *Pouertie, needinesse, lacke.* } Virg. 1. *Georgic.*

——labor omnia vincit

Improbus, & duris vrgens in rebus egestas.

Cicer. *in Parad.* Itaque istam paupertatem, vel potiùs egestatem, ac mendicitatem tuam, nunquam obscurè tulisti. Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 1. Redigam te eò vnde orta es ad egestatis terminos. *Ibid. sc.* 3. *a.* 1. Te solitudine & ab egestate abituli. Senec. *epist.* 159. Paupertas verborum, imò egestas.

Egeria, (inquit Festus) Nympha fuit, cui sacrificabant prægnantes, quòd eam putabant, facilè fœtum vtero egerere. { GERM. Ein göttin der schwangern weiber. } Vide Ouid. *lib.* 3. *Fast.* Vide *Ægeria*.

Egero, egessi, egestum. { הוציא *hotsi.* ἐκφορέω, ἐκφέρω. GALL. *Vuider & porter dehors.* ITAL. *Portar fuori.* GERM. Außtragen, außführen. HISP. *Sacar à fuera.* ANGL. *To beare or cary out, to cast out.* } Columell. *lib.* 1. Auium primum habetur stercus quod ex columbariis egeritur. Plin. *epistol.* 101. Contrà fons egerit aquam, & recipit. Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 4. *Trist.*

Expletur lacrymis egeritúrque dolor.

Liu. *lib.* 10. *bell. Punic.* Pecuniam ex ærario clam egessisse Scribæ viatoresque ædilitii per indicem comperti.

Egestus, a, um, Liu. *lib.* 50. *ab Vrb.* Asportatæ egestæque opes. Suet. *in Ner. cap.* 48. egestæ harenæ.

Egestus, us, { הוצאה *tsóah, hotse.* ἐκφορά, ἐκφόρησις. GALL. *Emportement d'vn lieu, transport, vuidange.* ITAL. *Votamento.* GERM. Außtragung, außführung. HISP. *Sacamiento à fuera.* ANGL. *A conueyghing or bearing out.* } Sen. 3. *natural. quæst.* Quemadmodum corpora nostra ad egestum venter exhaurit, &c.

‖Egestum, i, fimus ventris, egeries, quam pecus egerit.‖

Egestio, nis, ἐκφόρησις, ἐκφορά. Plin. *epist.* 159. Si Pallantis facultates adiuuare publicarum opum egestione contingeret. De clystere, apud Sueton. *in Claud. cap.* 44. Incertum pultine addito (veneno,) an per clysterem immisso, vt quasi abundantia laboranti etiam hoc genere egestionis subueniretur. Idem *in Neron. cap.* 38. Egestio ruderum, cùm extrà portantur.

Egeries, ei, fœmin. gener. idem. Solin. *epist.* 159. Hoc tunc votum Senatus, hoc præcipuum gaudium populi, hæc liberalitatis materia gratissima, Pallantis facultates adiuuare publicarum opum egestione contingeret.

Egermino, as, Germino, germina emitto. { הצמיח *tsamách.* ἐκβλαστάνω, βλαστάνω. GALL. *Germer & bouter dehors, bourgeonner.* ITAL. *Germogliare.* GERM. Herauß sprossen, herfür wachsen. HISP. *Brotar y echar renueuo los arboles.* ANGL. *To budde out.* } Col. *lib.* 5. *c.* 5. Bipedaneis scrobibus malleolus deponitur: qui cùm egerminauerit ad vnam materiam reuocato. Idem *lib.* 4. *c.* 17. Quæ infra trunci caput egerminauerint.

Egesinus, Philosophus, Euandri auditor, cuius meminit Cicer. *Academ. quæst. lib.* 14.

Egesta, Ἔγεστα, ciuitas in Sicilia, quam Æneas condidit, & ab Acestis matre Egestam nominauit. Erat autem Egesta filia Hippotæ Troiani, quam pater, ne marinæ belluæ traderetur, impositam nauteulæ diis & ventis commisit, quæ tandem in Siciliam delata, à Crimiso amne compressa, Acesten edidit. Hæc postea Segesta dicta fuit: & Segestani incolæ: quorum meminit Plin. *lib.* 3 *cap.* 8.

‖Egesta, Ægesta, machina bellica telorum propugnatrix. Suid.‖

Egestas, vide *Egeo* in *Egens*.

‖Egestatius, qui frequenter ægrotat. Gloss. Isid.‖

Egion, vrbs inter Ætolos & Peloponesiacos, autor Pomp.

‖Egitania, rectiùs Igeditania, vel Igedita, V. olim E. sub M. Bracarensi, in Lusitania: nunc vicus obscurus Eidonia dictus. Episcopi sedes translata est Guardiam.‖

Egnantia, Ἐγνατία Ptolemæo, vrbs est Apuliæ, ad mare Ionium, quæ hodie *Iunnatium* dicitur.

Egea, Αἴγεια Stephano, oppidum Arabiæ, ad ſinum Elaniticum. Alia eſt eiuſdem nominis in Germania.

Ego, mei, vel mis, mihi, me, à me, pronomen primæ perſonæ. {אני ani. ἐγὼ, ἐγών.} Tractum à Græcis. {ἐγώ. Gall. Ie, moy. Ital. Io. Germ. Ich. Hisp. Yo. Angl. I.} Ego & tu: Quid ego & tu perimus? Plaut. *Moſt. ſc.2.a.2.* Quid tibi ego feci? Idem *Men. ſc.2.a.5.* Per ego vobis Deos dico. *Ibid ſc.7.a.5.* Næ ego mecaſtor mulier miſera. *Ibid. ſc.2.a.4.* Quid ego ni fleam? Idem *Pſeud ſc.1.a.1.* Quid ego ni teneam? *Ibid ſc.2.a.2.* Inſanis. Egóne? Tu. Idem *Men. ſc.5.a.5.* Sanus non es. H. Egóne? An tu magis? *Ibid.* Quid ego, extra numerum es. *Ibid. ſc.2.a.1.* Ille ego ſum. Ouid. *Eleg.5.lib.4.Triſt.*

Sed iſtum quem quæris, ego ſum, &c.

Sal. *in proœmio Catil.* Sed multi mortales dediti ventri atque ſomno, indocti incultique vitam ſicuti peregrinantes tranſegere. Quibus profectò contra naturam corpus voluptati, anima oneri fuit. Eorum ego vitam mortemque iuxtà æſtimo. Quaſi dicat, Hæc eſt mea ſententia, vel, Quod ad me attinet.

Egomet ἔγωγε, ego ipſe. Plaut. *in Amph.* Egomet memet verberaui. Túne attuliſti? Egomet. Idem *Pſeud. ſc.2. a.2.* Vidi. P. Túne? S. Egomet. Idem *Milit. ſc.3.a.2.* An egomet me illic reliqui, ſi fortè oblitus fui. Idem *Amphitr.* Quis te verberauit? Egomet memet qui nunc ſum domi. Idem *ibidem.* Ecquem hic nouiſti? Egomet me. Idem *Pſeud. ſc.2. a.4.* Non lac lacti magis eſt ſimile, quàm ille ego ſimilis eſt mei. Idem *Amphitr.*

[Egones ſacerdotes ruſtici. Gloſſ. Iſid. vbi & Econes. Scribe *Ægones*, ab αἰξ capra.]

Egrĕdĭŏr, deris, Extrà gradior, exeo, prodeo. {יצא iatsá. ἐκβαίνω, ἐξέρχομαι. Gall. Sortir hors. Ital. Vſcir fuori. Germ. Außgehen. Hisp. Salir fuera de lugar. Angl. To go forth or abrode.} Exi foras, egredere ex ædibus. Plaut. *Moſt. ſc.1.a.1.* Sed quid túte egrederis? *Ibid. ſc.1.a.2.* Oras Italicas, quà egreditur mare. Idem *Men. ſc.1.a.2.* Atque ipſe egreditur. Idem *Pſeud. ſc.1.a.1.* Egreſſus fortunam hominis Pompeius. Velleius. Egreſſus pueritiam. Suet. *in Aug. c.65.*

Occupat egreſſas (portu) *quamlibet ante rates,*

Ouid. *El.9.lib.1.Triſt.* Terent. *in Andr.* Vnde egreditur? *Ibid.* Egreditur ab ea, id eſt, de domo eius. Cic. *Senatui lib.15.* Erat enim magna ſuſpicio, Parthos ſi ex Syria egredi atque irrumpere in meam prouinciam conarentur, &c. Idem *1. in Catil.* Ipſum egredientem vrbe proſecuti ſumus. Idem *ad Att. lib.13.* Quo facilius ſuſtentari nos poſſemus, pedem è villa adhuc egreſſi non ſumus. ¶ Dicimúſque Egredior templo, & è templo, & templum, id eſt, gradior extra templum.

Egrĕſſus, & Egreſſio. {מוצא motſá. ἡ ἀπόβασις. Gall. Sortement, ſortie, iſſue. Ital. Vſcita. Germ. Außgang. Hisp. Aquella ſalida a fuera. Angl. A going forth.} Cic. *in Piſon.* Itaq; credo minus frequentia ſua veſtrum egreſſum ornando atque celebrando, ac hominibus ſaltem bonis, vt Conſules, non triſtiſſimis, vt hoſtes, aut proſequebantur.

[Egreſſorium Noæ, Beroſ. *lib.3.* locus, vbi Noa egreſſus eſt ex arca.]

Egrĕgĭŭs, a, um, Quaſi ex toto grege electus, excellens, eminens, & præſtans. {נכבד nichbádh. ἐξαίρετος, ἐκκριτος, ἔκκριτος. Gall. *Qui eſt ſeparé du troupeau, excellent.* Ital. *Egregio, ſcielto.* Germ. Außbündig/ fürtreffenlich/ außerleſen. Hisp. *Noble, y principal ſeñalado.* Angl. *Excellent, paſſing good.*} Terent. *in Andr.* Forma egregia, & ætate integra. Proprium comparatiuum non habet: quo tamen vſi ſunt veteres. Lucr. *lib.4.*

Nam nihil egregius quàm res ſecernere apertas
A dubiis.

Iuuenalis etiam, Lucretium imitatus, ab egregiè aduerbio formauit comparatiuum egregiùs, pro magis egregie,

Egregiùs (inquit) cœnat, meliúſque miſerrimus.

Egrĕgĭē, aduerbium, Excellenter, præclarè: quamuis etiam vſurpetur pro valdè. {ἐξαιρέτως. Gall. *Excellemment.* Ital. *Egregiamente.* Germ. Fürtreffenlich. Hisp. *Señaladamente.* Angl. *Paſſingly well.*} vt apud Terent. *in Andr.* Horum ille nihil egregiè præter cætera ſtudebat. Cic. *Attic.* Dolabellam tibi valde placere video, mihi egregiè. Gell. *cap.1. lib.10.* Egregiè improbus homo.

[Egrex, eximius, eminens. Gloſſ. Iſid.]

Egŭlă, genus ſulphuris, lanis ſuffitu, mollitiem candorémque inducens. Plin. *lib.37. c.15.* Tertio quoque generi vnus tantùm eſt vſus ad ſuffiendas lanas: quoniam candorem tantùm, mollitiémque confert. Egula vocatur hoc genus.

Egŭrgĭto, as, Exhaurio. {שאב ſchaáb. ἐκφορέω. Gall. *Vuider, euacuer, tirer dehors.* Ital. *Vacuare, cauar fuora.* Germ. Außlären/ außſchöpffen. Hisp. *Vaziar, deſembrear.* Angl. *To mak voyde, to emptie.*} Plaut. *Epid.* Atque egurgitem domo proſſus.

E H

[Ehe, Interiectio conſternatæ mentis. Enn. Ehe ipſe clypeus cecidit.]

Ehem, Interiectio eſt ſubito aliquid deprehendentis: cuius frequens eſt vſus apud Comicos. ὦ. Ter. *in Eunuch.* Quis hic loquitur? ehem, túne eras hic mi Phædria? Idem *in Adelph.* Ehem opportunè, teipſum quærito. Ehem iſtoc verbo vindictam para. (Admonentis.) Plaut. *Curc. ſc.3. a.1.* Ehem optumè quandudum aduenisti? Idem *Aſin. ſc.4.a.2.* Ehem eſt illuc patrem eſſe. Idem *Pſeud. ſc.5.a.1.*

Eheu, Interiectio eſt dolentis. {אהה ahacħ. αἰ. Gall. *Helas.* Ital. *Ha, hai.* Germ. Ach/ach/o weh. Hisp. *Ay me.* Angl. *Ach, allace.*} Virg. *2. Eclog.*

Eheu quid volui miſero mihi?

Cicer. *antequam iret in exilium,* Eheu conditionem temporis huius. ¶ Heu, more Eheu. Sæpe apud Plaut. vt *Pſ. ſc.1.a.1.* Eheu cùm illi plus feci mali, quàm æquum fuit. Idem *Capt. ſc.3.a.5.* Vide *Heu* ſeu.

Ehŏ, Interiectio eſt ad ſe vocantis. {הוי hoi. ὦ, ἆ.} Interdum etiam excitatiua particula eſt, qua attentionem nobis paramus eius cum quo loquimur. Plaut. *Amph.* Eho, dic mihi, quis tibi videor. Idem *Aſin. ſc.4. a.3.* Eho, quis reſoluit pro vectura olim. (iraſcentis.) Idem *Mil. ſc.5. a.1.* Qui igitur vocare? Idem *Pſeud. ſc.2.a.5.* Eho, duc me quò vis. *Ibid. ſc.7.a.4.* Eho, mitte *Ibid. ſc.3.a.1.* Eho an mortuus eſt? *Ibid.* Eho an te penitet? *Ibid. ſc.2.a.1.* Eho an tu etiam veneficus? *Ibid. ſc.1.a.4* Eho, an non ſalutas? (iraſcentis.) Terent. Eho dic mihi ſi omnes coniectum hunc in nuptias inimici vellent, quod niſi hoc conſilium darent? Idem *in Eunucho,* Ehodum dic mihi, eſtne, vt fertur forma? Idem *in Andria,* Ehodum ad me. ¶ Aliàs interiectio admirantis: vt apud eundem *in Andria,* Eho an túte intellexiſti hoc aſſimulari?

[Ehodum, eſt vocantis ab *eho*, addito *dum* enclitico, explendi interiectioni cauſâ alicubi vſitato, vt *quiddum*.]

E I

Ei, datiuus ab is, ea, id, *ei*, αὐτῷ. Aliquando habet qualitatis vim. Terent *in Andr.* Eine ego vt aduerſer? hoc eſt, tali tam bono. Plaut. *Pſ. ſc.2.a.3.* Ei homines cœnas ſibi coquunt, pro ij homines.) ¶ Item Eij, pro ei, ab is, idem *Prolog. Aulul.* Agri reliquit eij non magnum modum. Et *in Curc. ſc.5.a.4.* Eij reddidi. Ita ibi legit & ſcribit Palleræt. ¶ In metro plerunque monoſyllaba dictio eſt, ſicut Cui & Huic. licèt quandocunque etiam duarum ſyllabarum reperiatur: (e) modò corripitur, modò producitur. Iuuen.

——— *Iuuenes hortantur, vt illam*
Ire viam pergant, & eidem incumbere ſectæ.

Lucr. *lib.6.*

Scilicet & fluuius qui viſus maximus ei.

Eiă, {הבה habáh. εἶα. Gall. *Là, çà hay ſus, auant, or çà, or bien, hay auant, ſus auant.* Ital. *Hor ſu, or via.* Germ. Wolanhin.} Modò adhortantis eſt. Martialis *lib.2.* Eia age rumpe moras. Plaut. *in Epid.* Eia verò age dic. Interdum corripientis. Ter. *in Eunucho* Eia haud ſic decet. Plaut. *Pſ. ſc.3.a.1.* Eia, ſcimus te qualis ſis. Idem *Men. ſc.4.a.2.* Eia delicias facit. Idem *Capt. ſc.2.a.5.* Eia credo imperito minitaris. Idem *Amph.* Inimicos auſa ſum obtueri. A. Eia inimicos. Idem *Aul. ſc.3.a.1.* Eia hoc face quod te iubet ſoror. Varios prætereà vſus habet, quos ex ipſis paſſim autoribus non difficile eſt deprehendere.

Eiăcŭlŏr, aris, deponens, & Eiaculo actiuum, eminus & longè iaculor. {רמה ramah. ἀκοντίζω, ἐξακοντίζω. Gall. *Darder & ietter au loing.* Ital. *Lanciare.* Germ. Außſchieſſen/in die weite werffen. Hisp. *Tirar ò lançar.* Angl. *To ſhoote à farre of.*} Plin. *lib.4.cap.11.* In cuius forum ſolſtitio Athos eiaculatur vmbram. Gell. *lib.16.c.19.* Se in ſalum eiaculauerat. Ouid. *4. Metam.*

——— *vitiato fiſtula plumbo*
Sciditur, & tenui ſtridente foramine longas
Eiaculatur aquas.

Eiĕro, vide *Eiuro.*

Eiĭcĭo, Expello, extrudo, detrudo. {גירש geriſch נדף nadháph. ἐκβάλλω. Gall. *Ietter hors.* Ital. *Scacciare fuori.* Germ. Außwerffen/ außſtoſſen. Hisp. *Hechar à fuera.* Angl. *To caſt out.*} Cicer. Terent. *lib.14.* Eiicere nos magnum fuit: excludere facile. Terent. *in Eunuch.* —hoc nunc dices Eiectos hinc nos: omnium rerum heus, viciſſitudo eſt. Virgil. *8. Æneid.*

Necnon Tarquinium eiectum Porſena iubebat
Accipere.

Eiicere ſe porta. Liu. *lib.6. ab Vrb.* Velis datis naues eiicere. Cæſ. *lib.3. bell. ciuil.* Naues eiicere. Seſe ex caſtris eiecit. *Ibid.* Idem. Siccine hoc fit? foras ædibus me eiici? Plaut. *Aſin. ſc.2.a.1.* Me eiicis domo? *Ibid. ſc.3.a.1.*

Vltima perpetior medios eiectus in hoſtes,

Ouid. *El.1.lib.2.Triſt.* ¶ Eiici quid ſit propriè, Senec. *Epiſt.55.* Et, Eiici è vita, non exire. ¶ Quandoque extendo. Virg. *10. Æneid.*

——— *eiectoque incumbit cernuus armo.*

¶ Eiectum quoque pro naufrago idem poſuit, aut certè pro eo qui vi tempeſtatis ad litus aliquod compulſus eſt. Idem *lib.4. Æneid.*

——— *eiectum, litore egentem Excepi.*

¶ Eiicere abſolutè ponitur pro abortire, vt intelligas *Partum.* Vlp. *l. ſi ſeruum, D. ad leg. Aquil.* Si mulier pugno, vel equa ictu à te percuſſa eiecerit, Brutus ait Aquilia teneri.

Eiecto, as, are, frequentatiuum. {ῥοιπὶζ ἐκβάλλω, ἐκβάλλω. Gall. *Ietter ſouuent hors.* Ital. *Gittar ſpeſſo fuori.* Germ. Offt oder vill außwerffen. Hisp. *Echar à fuera muchas vezes.* Angl. *To caſt out often.*} Plaut. *Merc.* Ne hic te opprimeret imprudentem atque eiectaret. Fauilla eiectata. Ouid. *2. Metam.* Arenas eiectare. Idem *quinto Metam.*

Eiectio, nis. {מגרש migráſch. ἐκβολή, ἐξορισμός. Gall. *Iettement dehors, banniſſement.* Ital. *Eſſegittar fuori.* Germ. Außwerffung/ verſtoſſung. Hisp. *Echamiento, obra de echar fuera.* Angl. *A caſting or trowing out.*} Cic. *ad Att. lib.2.* Tenemur vndique: neque iam quominus ſeruiamus, recuſamus: ſed mortem & eiectionem quaſi maiora tenemus, quæ multò ſunt maiora.

Eiectamentum, i, pro excremento. {ἐκβρασμα, ἐκβολή. Gall. *Ce qui ſe reiette, comme ce que la mer iette au bord.* Ital. *Coſa gittata, come del mare al lito.* Germ. Außwerffen/ als man das meer an das land außwirfft. Hisp. *Coſa que ſe echa fuera.* Angl. *Purging or ſuch thing which the ſea doee caſt to land.*} Tacitus *de morib. German.* Diu quin etiam inter cætera eiectamenta maris iacebat. (de ſuccino loquitur.)

Eiectitius, a, um, ἐκβόλιμος. Plin. *lib.11.* Vulua eiectitio partu melior quàm edito: eiectitia vocatur illa, hæc porcaria.

Eion, nis, ἠιών, locus eſt in Taurica Cherroneſo, cuius meminit Plin. *lib.4. c.6.* ¶ Stephano item Eion oppidum eſt Macedoniæ iuxta Pieriam, quæ alio nomine Amphipolis dicitur.

Eioneus, Ἠιονεύς. Vnus è Græcorum principibus qui ad Troiam profecti ſunt, ab Hectore interfectus, teſte Homer. *lib.8. Iliad.* ¶ Alter fuit eiuſdem nominis Thrax, & pater Rheſi regis, qui noctu à Diomede & Vlyſſe interfectus eſt, eodem Homero teſte *lib. Iliad.10.*

[Eiſtadium, Aichſtet/ V. E. Germaniæ, ſub A. Moguntino.

Eiucatum, ὑδρία ἐν ὠτίοις. Gl. ibi Vulcan. Fortè bucatum. Ita Hiſpani hodie vocant vas figulinum anſatum, aptum bibendæ aquæ.]

Eiŭlo, as, are, ab eia, παρ' ἀπὸ τοῦ εἶα. Ploro. {הליל helil. ὀλολύζω, ὀδύρομαι. Gall. *Crier & braire en ſe plaignant, plourer à haute voix.* Ital. *Gridare piangendo.* Germ. Heulen. Hisp. *Gritar lamentando y gemiendo.* Angl. *To yelle, to wayle.*} Plaut. *in Aul.* Inis tibi poſtulare plorans, eiulans. Cic. *2. Tuſc.* Ipſum enim Herculem videras in Œta magnitudine dolorum eiulantem. Plaut. *Aulul. ſc.6 a.4.* E Hei mihi. L. Cur eiulas? *Ibid* Quis hic conqueritur eiulans, mœrens?

Eiulatio, & eiulatus, Lamentatio, planctus. {יללה jelaláh. ὀλολυγμός. Gall. *Brayement, pleurement en criant.* Ital. *Piacere ad alta voce.*

Germ.

GERM. *Heulung.* HISP. *Obrar de gritar lamentando.* ANGL. *A wayling, a yelling.* } Plaut. *Capt. sc.* 1 *a.* 2. Oh, oh, oh. L. Eiulatione haud opus est, oculis multa miseria conditis. Cic. *de Arusp. resp.* Non sunt illi eiulatus & gemitus Philoctetæ. Idem 2. *Tusc.* Ingemiscere nonnunquam viro concessum est, idque raro: eiulatus verò ne mulieri quidem.

Eiuncidus, a, um, Adiect. (a iunci gracilitate & mollitie) valde iunceus, languidus, mollis & imbecillis. Varro *de re rust.* Quæ ostenderent fœtas nostras, quæ in conopeis iacent dies aliquot, esse eiuncidas (corruptè editum *ieiuncidas*) & contemnendas.

EIVRO, as, are, Eiero, iuramento reiicio, detestor. { ἐξομνύω, ἀπαυδάω. GALL. *Recuser auec serment, refuser, resigner, & quitter solennellement.* ITAL. *Giurare, sacramentare.* GERM. *Verschweeren/mit dem aidschwur abkünden.* HISP. *Negar por iuramento.* ANGL. *To refuse, to requyr by an othe.* } Vnde Eiurare iudicem iniquum, est interposito iuramento sibi iudicem suspectum esse nomine iniquitatis, eius iurisdictionem declinare. Cicer. 12. *Philipp.* Itaque alacres & læti, spe pacis oblata, inter se impij ciues, quasi vicissent gratulabantur: sic me iniquum eiurabant, de me querebantur, diffidebant etiam Seruilio. ¶ Sic etiam eiurare forum iniquum, est iurisdictionem fori alicuius detrectare, interposito prius iuramento, se in eo foro ius suum tueri non posse. Cicer. 5. *Verr.* Negotiatores putant esse turpe id forum sibi in quo negotiantur, iniquum eiurare: iste totam prouinciam suam sibi iniquam eiurat. ¶ Ad hunc etiam modum Cicer. *in Epist. ad Pætum.* Tu autem, inquit, quòd mihi bonam copiam eiures, nihil est. Vbi eiurare bonam copiam accepit Cic. pro iurare sibi non suppetere copiam, aut facultates ad faciendum impendium cœnæ, quam Cicero per iocum ab eo petebat. ¶ Pro eodem etiam legitur Eierare. Idem 3. *de Orat.* Eiero, (inquit,) iniquus est: quum esset admurmuratum, ah, inquit P. C. non ego illum mihi iniquum eiero, verùm omnibus. Sunt tamen qui hoc in loco legant *eiuro*: item alij qui deiero.

Eiusmodi, & per interpositionem vnius syllabæ, eiuscemodi, nomina sunt indeclinabilia, ex duobus genitiuis composita, idem significantia quod talis, { כזאת *chazoth.* τοιοῦτος, τοιουτότροπος. GALL. *De telle maniere ou façon, de mesme sorte.* ITAL. *Di cotal maniera.* GERM. *Sollich/also/der gestalt.* HISP. *Desta manera.* ANGL. *Suchlike, of the same sorte.* } Terent. *in Andria,* Nam qui cum ingeniis conflictatur eiusmodi, &c.

E L

ELĀBŎR, eris, vel ere, Effugio, excido, euado. { נמלט *nimlat* נס *nas.* διεξολισθαίνω, ἐξολισθαίνω. GALL. *S'escouler, eschapper secretement, se desrober.* ITAL. *Fuggire, sdrucciolare, scorrere.* GERM. *Entrinnen/entwüschen.* HISP. *Huir è escabullir de lugar.* ANGL. *To slide or slipe away, to escape.* } Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 4. C. Quid cum manifesto tenetur? Ch. Anguilla est, elabitur. Virg. 2. *Æneid.*

Ecce autem elapsus Pyrrhi de cæde Polites.

Idem 1. *Æneid.*

Antenor potuit medijs elapsus Achiuis
Illyricos penetrare sinus.

Significanter dixit *Elapsus*, quum vellet significare eum è manibus per Græcorum ipsum comprehendentium euasisse. Sic Plaut. *in Capt.* Ea spes elapsa est, id effugit. Plaut. *ad Cic.* Magno cum labore participatum elapsus sum iis. Ad Heren. *lib.* 3. Nec hoc alia de causa potest accidere, nisi quòd vsitatæ res facilè è memoria elabuntur, insignes & nouæ diutius in animo manent.

Ēlapsus, participium. { נמלט *nimlat.* ἐξολισθήσας. GALL. *Eschappé.* ITAL. *Scampato.* GERM. *Entrunnen/entwüscht.* HISP. *Escabullido de lugar.* ANGL. *Escaped.* } Cicer. *in somnio Scipionis.* Nam eorum animi qui se corporis voluptatibus dediderunt, corporibus elapsi circum terram ipsam voluntantur. Plaut. *Capt. sc.* 3. *a.* 3. Ea spes elapsa est.

ĒLĀBŌRO, as, are, Valde laboro, operam do, contendo, enitor. { התרשש *hithrasch* יגע *iagha.* ἐξεργάζομαι, ἐκπονέω, ἐξανύω, φιλοπονέω. GALL. *Prendre grand labeur & trauail à faire quelque chose.* ITAL. *Affatticarsi grandemente.* GERM. *Bearbeiten/etwas mit ernstiger arbeit zuwegen bringen.* HISP. *Mucho trabajar.* ANGL. *To indeuour or labour diligently, to tak paine.* } Cic. *Capitoni,* Apud hominem facillimum atque humanissimum Plancum enitere, elabora, vel potiùs eblandire, effice, vt Plancus quem spero optimum esse, sit etiam melior opera tua. Idem 1. *Offic.* Ad quas igitur res aptissimi erimus, in his potissimum elaborabimus. Idem *de Senect.* Hæ sunt exercitationes ingenij, hæc curricula mentis: in his desudans atque elaborans, corporis vires non magnopere desidero. Idem 1. *Philipp.* Omne enim curriculum industriæ in foro, in curia, in amicorum periculis propulsandis elaboratum est. Plin. *lib.* 34. *cap.* 3. Priuatim Ægina candelabrorum superficiem duntaxat elaborauit. Elaboratus amor. Horat. *Epod.* 14.

Qui persæpe caua testudine fleuit amorem,
Non elaboratum ad pedum.

Elacatenes, ἠλακατῆνες. Athenæo pisces cetacei et Thunnorum genere ad saliendum idonei, quæ salsamenta melandrya vocantur. Est verò pelamydes thunnus magnus, siue Orcinus. Plin. *lib.* 6. *cap.* 15. Apud Festum, Elacatena, siue vt aliis placet, Elacata, genus est salsamenti quod vulgo vocatur *melandrea.* Colum. *lib.* 8. *cap.* 19. Scombri, & tharchari, elacatæque ventriculos: & ne per singula enumerem, salsamentorum omnium purgamenta, &c. Plin. *lib.* 32. *cap. vlt.* elacatenas inter pisces recenset.

Elacatæum, ἠλακάταιον, mons Thessaliæ Iouis Elacatæi templum habens. Stephanus.

‖Elactare, lacte tollere. Pap.‖

ELĀCTĒSCO, est album fieri ad modum lactis. { λευκαίνομαι. GALL. *Se faire blanc, deuenir blanc comme laict.* ITAL. *Imbianchire.* GERM. *Weiß wie milch werden.* HISP. *Emblanquecer, blanco como leche.* ANGL. *To waxe white, to be turned into milk.* } Plin. *lib.* 24. *cap.* 21. Mirum aquam radice addita, addentari sub dio, atque elactescere. Nonnulli legunt *lactescere.*

Ēlæā, ἐλαία, ciuitatis nomen est in Creta insula, cuius meminit Plin. *lib.* 4. *c.* 12. ¶ Est etiam insula quædam hoc nomine in Propontide, contra Rhyndaci amnis ostium, vt refert idem Plin. *cap. vlt. lib.* 6. ¶ Est item Elæa, ἐλαία, Æolidis oppidum, non procul à Caico flumio, inter Myrinam & Pitanam, teste Pomponio *lib.* 1. & Plin. *lib.* 5. *c.* 30.

Ēlæōpōlĭā, id est, olei publicè coëmendi cura. Iurisc. *in l. fin. §. patrimonium, de mun. & hon.* Elæemporia & Osprionia (hoc est, leguminum comparandorum cura) apud Alexandrini patrimonij munus existimatur. Bud. *in Pand.*

Elæeus, ἐλαιεύς, vicus in tribu Hippothoontide, cuius incolæ Eleusij, vt etiam ab Elæunte. Steph.

Elæomeli, vide *Oleum Syriacum.*

Elaites. ἐλαΐτης, Gentile est, possessiuum, Elaiticus.

‖Elæogarum, ἐλαιόγαρον gari species, quæ & garelæum.‖

Ēlæōn, { שמן *schemen.* ἔλαιον. GALL. *Huile.* ITAL. *Oglio.* GERM. *Oel.* HISP. *Azeite.* ANGL. *Oyle.* } Latini oleum vocant. Ex quo componitur Elæomeli, ἐλαιόμελι. Oleum in Syria sponte ex ipsis oleis manans, sapore melleo, aluum mollit, bilem detrahit. Vide Plin. *lib.* 23. *cap.* 4. ¶ Est etiam elæon idem quod oliuetum. Sed in ea significatione apud Græcos scribitur, ἐλαιών per ω oxytonum: & declinatur Elæon, is: vt Platon, is.

Ēlæothesium, ἐλαιοθέσιον, Latinè vnctorium, & sumitur pro loco vbi vnctores corpora vngere solebant post lauationem.

Elæutichos, ἐλαίου τεῖχος, i. Olei murus, vrbs est Lyciæ. Steph.

Elæūs, ἐλαιοῦς, vrbs in Hellesponto, & alia in Argo: incolæ Eleusij, vt ab Elæo. Steph.

Elæūssā, ἐλαιοῦσσα, insula Ciliciæ post Epirum, quæ nunc Sebaste, iuxta Cyzicum. Sunt & aliæ insulæ septem. Gentile Elæusius. Steph.

Elamitæ, { עילם *Helam.* ἐλαμῖται. } Dicti sunt Persarum principes, ab Elam filio Sem, vt ait Iosephus. { GERM. *Fürsten in Persia.* } ¶ Sunt item Elamitæ, populi ad sinum Arabicum, quorum meminit Plin. *lib.* 6. *cap.* 8.

ĒLĀNGVĔO, es, languore conficior, tabesco, langoesco. { נמס *names* נמוג *namogh.* ἐκμαραίνω, χαλάω. GALL. *N'en pouuoir plus, deuenir debile, perdre courage.* ITAL. *Languire.* GERM. *Erligen/schwach und vnmögend werden.* HISP. *Enflaquecer.* ANGL. *To pine and weather away.* } Plin. *de viris illustrib.* Quùmque vrbem capere posset, in Campaniam diuertit, cuius delicijs elanguit. Liu. 3. *bell. Pun.* Neque tamen elanguit cura hominum ea mora. Idem 5. *ab Vrbe,* Differendo deinde languit res. Arborem ab ipso institutam elanguisse, Suet. *in Galba c.* 1. Item, Elanguit appetitio (edendi.) Gell. *c.* 3. *lib.* 16.

Ēlānguēsco, scis, Elangueo. { נמס *names* נמוג *namogh.* ἐκμαραίνομαι, ἀποχαλάομαι. ANGL. *To pine and weather away.* } Gell. *lib.* 2. Negotiis se plerunque vmbraticis & variis quæstionibus intentos habent: in quibus eorum omnis vigor animi, corporisque elanguescit, & quod Salustius ait, effœminatur. Liu. 2. *ab Vrbe,* Vt elanguescendum aliena ignauia esset. Cornus elanguescens & iam casura. Silius *lib.* 4.

Ēlăphēbŏlĭōn, ἐλαφηβολιών Mensis est nomen apud Græcos, qui nostro Decembri ferè respondet: ita dictus à ceruorum venatione, qui ex consuetudine, Dianæ eo mense offerebantur. Gaza tamen Februarium vertit.

Ēlăphŏbŏscŏn, ἐλαφόβοσκον, herba est ferulacea, teste Plin. *lib.* 22. *cap.* 22. genicula à digiti crassitudine, semine corymbi, dependentibus foliis olusatri, commendata in cibis, contra serpentium omniúmque aculeatorum ictus. Fama est, ceruos herbæ huius pabulo serpentum morsibus resistere: vndè & nomen accepit. Nam ἔλαφος, Græcis ceruum, siue ceruam significat, βοσκὴ verò pabulum.

Ēlăpē, genus serpentis. Plin. *lib.* 2 9. *c.* 5. Salsamentorum cibus prodest à serpente percussis, & contra bestiarum ictus, mero subinde hausto, ita vt sub vesperam cibus vomitione reddatur: peculiariter à chalcide, cerastæ, aut quas sepas vocant, aut elape, dipsadéve percussis.

Elaphonesus, ἐλαφόνησος, vna Sporadum insularum, cum vrbe eiusdem nominis. Steph.

Elaphus, mons. Vide in *Arginussa.*

Elaphusa, ἐλαφοῦσσα, insula in Adriatico. Vide *Bretteria.*

ĒLĂPĬDO, Lapidibus purgo. { סקל *sikkel.* ἀπολιθολογέω, λίθους ἐξαίρω. GALL. *Espierrer, oster & ietter les pierres d'un lieu.* ITAL. *Nettare vn campo da pietre.* GERM. *Von steinen saubern oder rammen.* HISP. *Desempedrar la tierra.* ANGL. *To ridde a place of stones.* } Plin. *lib.* 17. *cap.* 4. At in Syracusano agro aduena cultor elapidato luto sole perdidit fruges, donec regessit lapides.

ĒLĀRGĬŎR, iris, Largior. { חן *chan.* διαδίδωμι, διανέμω. GALL. *Faire largesse, donner largement.* ITAL. *Donare.* GERM. *Außgeben.* HISP. *Dar largamente.* ANGL. *To giue liberallie, to lashe out and wast.* } Liu. Possessores, & magna pars patrum Tribunitiis se iactare actionibus, principem ciuitatis elargiendo de alieno, popularem fieri quærentes.

‖Elasmata, laminæ. Turneb.‖

ĒLĀSSĒSCO, is, ere, Lassus fio. { לאה *laah.* ἀποκάμνω, ἀπαυδάω. GALL. *Se lasser, deuenir las.* ITAL. *Stancarsi.* GERM. *Müd/oder lass werden.* HISP. *Cansarse.* ANGL. *To waxe wearie, to decaie.* } Plin. *lib.* 16. *c.* 25. In arboribus tamen nimia germinatio elassescit.

Ēlāte, es, ἐλάτη. Plin. *lib.* 12. *cap. vlt.* Species est abietis vnguentis nascens, quam alij *palmam*, alij *spathen* appellant. Dioscorides verò, Galenus, Ægineta & Hesychius *elaten* vocant tenerum palmæ germen, quodámque prosilientis fructus operimentum. Quorum sententia videtur verisimilior. Nam qui cum Plinio abietem inter vnguentorum materias enumerauit, non facilè inueniat.

Elatea, ἐλάτεια, vrbs maxima Phocidis ab Elato quodam. Alia Thessaliæ, & alia Thesprotiæ, quam etiam vocant Elatriam. Steph.

Ēlātērium, ἐλατήριον. Medicamenti genus est ex siluestri cucumere confectum ad purgandam aluum accommodatum. Vnde etiam à nostris medicis agitatorium dicitur, quòd ventrem vehementer exagitet. Plin. *lib.* 20. *c.* 1. Cucumim syluestrem esse diximus multò infra magnitudinem satiui: ex eo fit medicamentum quod vocatur *elaterium*, succo expresso ex semine.

‖Elatinus, a, um, ἐλάτινος, η, ον, abiegnus, a, um.‖

Ēlătīne, es, fœm. gener. ἐλατίνη. Herba, quæ folia helxines habet, pusilla, pilosa, rotunda, semipedalibus ramulis quinis senisve, à radice statim foliosis: nascitur in segetibus, acerba gustu. Plin. *lib.* 27. *cap.* 9. Vulgus, teste Ruellio, vocat *Rapistrum campestre.* { ANGL. *Renning backe, or bing corne.* }

Ělātĭtēs, æ, ἐλατίτης. Lapis est ex genere hæmatitarum, ambustis præcipuè vtilis, ita dictus quandiu crudus est: nam coctus, Miltites appellatur. Autor Plin. *lib.* 36.*c.*20.

Ēlātro, as, quasi quodam cum latratu eloquor, & canina quadam mordacitate in lucem profero {ἐξυλακτεῖν. GALL. *Abbayer.* ITAL. *Baiare.* GERM. Mit grossem geschrey als mit hundsbellen etwas reden. HISP. *Ladrar como los perros.* ANGL. *To bark to speak aloude* } Horat. *lib.* 1. *Epistol. ad Lollium,*

Alter rixatur de lana sæpe caprina:
Propugnat nugis armatus: scilicet, vt non
Sit mihi prima fides & verè, quod placet, vt non
Acriter elatrem.

Ēlātŭs, vide *Effero,* effers.

Elatus, pater fuit Cæni, vnde Elateius dicitur. Ouid. *lib.* 12.

——————*manet imperfossus ab omni,*
Inque cruentatus Caneus Elateius ictu.

Stephanus *in Dotio,* Elati filiam Dotiam nominat.

Elatia, ἐλατία, populi Libyæ, Steph.

Ēlăvo, Eluo, lauo. {רחץ *rachats.* ἐκπλύνειν. GALL. *Reinser, lauer ou nettoyer.* ITAL. *Lauare.* GERM. Außwäschen. HISP. *Lauar.* ANGL. *To wash, to rinse or wash cleane.* } Colum. *lib.* 12. *cap.* 50. Sed quum fuerit oliua elota, reliqua sicut suprà præcipimus fieri debebunt. ¶ Elauare se bonis, per translationem pro denudare & spoliare. Plaut. *in Asin.* Nam mare haud mare est: vos mare acerrimum. Nam in mari repeti, hic elaui bonis.

Elbestij, ἐλβέστιοι, populi Libyæ, Steph.

Elbo, ἔλβω, insula quædam, Steph.

Elbonthis, ἐλβωνθίς, vrbs inter Ægyptum & Cyrenen. Steph.

Elbora, vide *Libora.*

Elcebus, Ptolemæo Galliæ vrbs.

Eldana, ἐλδάνα, oppidum Vaccæorum, qui sunt populi Tarraconensis Hispaniæ. Ptol. *lib.* 2. *cap.* 6.

Ělĕă, ἐλέα, Strab. *lib.* 9. ciuitas est Lucaniæ à Phocensibus condita, Parmenidis & Zenonis Pythagoricorum patria: qui ab ea Eleatæ dicuntur, Romani primùm Heliam, deinde Veliam vocauêre.

Eleatæ, ἐλεάται, populi Lucaniæ Eleam vrbem incolentes, quæ & Helia, postremò Velia dicta est. Vide *Elea & Velia.*

Ēlĕcebræ argentariæ, dictæ sunt ab antiquis meretrices, teste Festo, ab eliciendo argento. Locus est apud Plautum *in Menech.* vbi nunc legitur, *Illecebra argentaria.*

Ēlēctĭo, nis, Elector, is, vide *Eligo.*

Electo, as, vide *Elicio.*

Ēlēctrĭdēs, ἠλεκτρίδες. Insulæ sunt in mari Adriatico, ad ostium Padi, ita dictæ à Græcis, quòd electrum in illis ex arboribus defluere putabant: quod falsissimum esse, hodie etiam imperitissimis notum est. Prouenit enim electrum in quadam Germanici Oceani insula, vnde lunari Oceani incremento eiicitur ad litus Germanicum, haud exiguum principibus qui locis maritimis imperant, præstans vectigal. Vide *Electrum.*

Ēlectra, ἠλέκτρα, teste Hesiodo, Nympha & Tethyos filia vxórque Atlantis: cuius filia Ioui Dardanum peperit. Virg. *lib.* 8.

Dardanus Iliacæ primus pater vrbis & autor,
Electra, vt Graij perhibent, Atlantide cretus.

Et subdit,

——— *Electram maximus Atlas*
Edidit, æthereos humero qui sustinet orbes.

Vide Ouid. *lib.* 4. *Fast.* ¶ Alia fuit Electra Orestis soror, filia Agamemnonis, quæ cœlibem ad multum ætatis vitam egit. vnde etiam ab Helena apud Euripidem πολυχρόνιος παρθένος, hoc est, annosa virgo per contumeliam appellatur. Inde aliqui Electram dictam volunt, quasi ἄλεκτρον, hoc est, sine thalamo: quanquam aliis magis placet à flauo colore, electrúmque referente ita fuisse appellatam.

[Electria, gemma in galli ventriculo. Pap.]

Ēlectrĭŭs, a, um: vt, Electria tellus, id est, Samos: ab Electra Dardani, matre filia Atlantis. Val. Flac. *Argon.* 2.

Tunc tenuis Lemnos, transitque Electria tellus
Threicius arcana sacris.

Ēlĕctrvm, {ἤλεκτρον. GALL. *Ambre, c'est aussi vn certain metail d'or auec la cinquiesme partie d'argent.* ITAL. *Ambro, metallo fato d'oro con la quinta parte d'argento.* GERM. Agstein. HISP. *Ambre, y oro de veynte quilates.* ANGL. *Amber, also an metall made of gold and the fyft part of syluer.* } Gummi, siue lachryma: succúsve creditus est ex arboribus pinei generis profluens. A Latinis succinum dicitur. Multum laborant veteres vbinam electrum nasceretur. Aliis dicentibus ad Padum fluuium esse populos arbores, ex quibus deflueret: aliis credentibus in insulis quibusdam maris Adriatici gigni, quas idcirco Electridas vocauerint. Hodie verò notissimum est, electrum prouenire in insula maris Germanici, non procul à littore Prutenico, quam Germani sua lingua *Sudaw* appellant. Ex cuius insulæ scopulis in mare delapsum partim Oceani æstu ad litus eiicitur, partim rusticorum operâ (quibus principes pro seruis vtuntur) in ipso mari colligitur: atque vniuersum ad principem ordinis refertur, ad quem non exiguum ex eo quotannis redit vectigal. Neque tamen verum est ex arboribus defluere; sed ex saxis. Primò autem quum emanat, liquidum est, sed maris, aërísque frigiditate in eam quam videmus duritiam concrescit. Est itaque electrum, siue succinum, nihil aliud quàm bituminis genus, maris regionísque frigore ex liquida consistentia in duritiam commutatum. ¶ Ab huius similitudine verisimile est dictum esse quoddam metalli genus, quod ex parte quadam auri & argenti commistione conficitur. Plin. *lib.* 33. *cap.* 4. Aurum in quo quinta argenti portio est, electrum vocatur. Hoc autem modò naturale est, modò cura efficitur. Quod si quintam argenti portionem excedat, incudibus non resistit. Plin. *ibidem.* ¶ Electro lucidior, ἠλέκτρου διαυγέστερος, de re magnopere dilucida, aut de forma supra modum nitida, quòd electrum miro quodam more pellucet. Ex Luciano.

Ēlectrĭnus, a, um, ex electro, vt vasa electrina. *D. lib.* 34. *tit.* 2. *l.* 32. Spartianus, *in Quinto,* patera electrina.

Ēlĕctryōn, ἠλεκτρύων, Amphitryonis frater, & filius Alcei, vt testis est Hesiodus *in Aspide.* Plaut. *in Amphitr.* Electryonem perdiderant (Taphij,) &c. loquitur ibi Amphitruo. Idem *in Amphit. prologo,* Electri filia Alcmena.

Ēlēctus, vide *Eligo.*

Ēleēmŏsynă, munus quod inopi datur. {צדקה *tsedhakádh.* ἐλεημοσύνη. GALL. *Aumosne.* ITAL. *Elemosina, limosina.* GERM. Ein almusen. HISP. *Limosna.* ANGL. *Almesse.* } Ab ἔλεος, quod miserationem significat. Spartianus *de Caracalla,* Non tenax in largitionem, non lentus in eleemosynam.

[Elefrons, mons. Cath.]

Ēlĕgāns, vide *Eligo.*

Ēlĕgīă, siue Elegeia per quinque syllabas. {ἐλεγεία, ἐλεγεῖον. GALL. *Vne elegie, vers elegiaques, vers pitoyables.* ITAL. *Elegia, verso miserabile.* GERM. Ein trawrlied/ oder klaglied. HISP. *El cantar de cosas tristes.* ANGL. *Lamentables verses.* } Latinè sonat carmen miserabile, ab ἐλεῶ misereor, quòd hoc potissimum genere carminis miserabiles hominum ærumnæ, & amoris querimoniæ soleant decantari. Vnde etiam à Poetis, lachrymabilis & flebilis elegia perpetuis epithetis appellatur: quanquam postea etiam rebus lætis seruire didicerit, vt testatur Horatius *de Arte Poetica,*

Versibus (inquit) impariter iunctis querimonia primùm,
Pòst etiam inclusa est voti sententia compos.

¶ Ad huius vocis etymologiam non obscurè alludit Ouid. *in Epicedio Tibulli,* his versibus,

Flebilis indignos elegia solue capillos:
Ah nimis ex vero nunc tibi nomen erit.

Hoc est, quemadmodum à miseratione nomen habes, ità miserabile nacta es argumentum.

Ēlĕgīdĭon, diminutiuum, ἐλεγείδιον. Pers. *Satyr.* 1.

———*non si qua elegidia crudi*
Dictauerunt proceres.

Ēlĕgīăcus, adiectiuum, ἐλεγειακὸς, vt Elegiacum carmen, & Elegiographus, elegiarum scriptor, qui scilicet poemata conscribit alternis versibus hexametris & pentametris. Quo in genere poematis primam apud Græcos palmam meritus est Callimachus, apud Latinos Ouidius.

Ēlĕgīă, orum, pluralis numeri, pro carminibus elegis. Plaut. *Mercat.* Occentent noctu ad ostium, meæ impleantur carbonibus elegiorum fores.

Ēlĕgŭs, a, um, adiectiuum, vt, Elegus versus flebilis. Horat. *libr.* 1. *Carm. Ode* 33.

——— *ne doleas plus nimio, memor*
Immitis Glyceræ, neu miserabiles
Decantes elegos.

Ēlĕgŭs, ἔλεγος, ἐλεγεία. Idem quod elegia, siue carmen elegiacum. Ouid. 3. *Fast.*

Nunc primùm velis elegi maioribus itis.

Ēlei, ἠλεῖοι. Populi in Peloponneso, Elidem incolentes, clarissimi propter delubrum Iouis Olympij, ludósque Olympicos, quorum præfecturam Elei habuerunt. Vnde Elei equi, & Eleus carcer sæpe leguntur. Lucanus *lib.* 1.

——— *quantum clamore iuuatur*
Eleus sonipes.

¶ Hinc Eliades equæ dicuntur, quæ ex Olympico certamine palmam referunt. Virg. 1. *Georg.*

Eliadum palmas Epeirus equarum.

Ēlĕlēĭs, idis, ἐλελεΐς, mulier bacchans, quæ & Thyas, & Mænas dicitur: ἀπὸ τοῦ ἐλελίζειν, hoc est, à vociferando. Ouid. 4. *Fast.*

Nunc feror, vt Bacchi furiis Eleleides actæ,
Quæque sub Idæo tympana colle mouent.

Ēlĕlēus, per tres syllabas ἐλελεὺς, dictus est Sol, ἀπὸ τοῦ ἐλελίζεσθαι περὶ τὴν γῆν, quod æterno circa terram meatu volui videatur. Autor Macrob. *lib.* 1. *Satur. c.* 17. ¶ Est etiam Eleleus vnum ex Bacchi cognominibus, ab ἐλελίζω verbo Græco, quod significat vociferari, quemadmodum in bello consueuerunt. Ouid. *lib.* 4. *Metam.* vbi Bacchi nomina enumerat, etiam Elelei meminit,

Nyctelius que (inquit) Eleleúsque parens: & Iacchus, & Euan.

[Elelisphacum, saluia. ἐλελίσφακος. est omnino à σφάκος, quod etiam exponitur *Saluia.*]

Ēlĕmēnta, orum, à λαμπάδια, vulgò q. alimenta: aliis ab ὕλη q. hylementa. Sunt principia omnium rerum, ex quibus reliqua omnia componuntur, & in quæ resoluuntur. {יסודים *jesodhim.* στοιχεῖα. GALL. *Elemens, commencemens de toutes choses.* ITAL. *Elementi.* GERM. Die element/die ersten anfäng eines dings/auß welchen es zu seinem wesen kompt. HISP. *El principio materiale de que alguna cosa se compone.* ANGL. *The elementes.* } Et à Philosophis numerantur quatuor, ignis, aer, aqua, & terra. Cicer. 2. *de nat. deor.* Omne corpus aut aqua, aut ignis, aut aer, aut terra, aut quæ ex iis componuntur. Idem 4. *Acad.* Ergo illa initia, & (vt è Græco vertam) elementa dicuntur, è quibus aer & ignis mouendi vim habent, & efficiendi: reliquæ partes, accipiendi, & quasi patiendi. Ouid. *lib.* 3. *Fast.*

Parua fuit, si prima velis elementa referre. (Roma.) Ibid.

——— *Hæc prima elementa fuerunt*
Cæsaris vlcisci iusta per arma, patrem.

¶ Horum similitudine etiam notas literarum elementa vocamus, quòd ex iis primùm syllabæ, deinde ex syllabis dictiones construuntur. Sicut enim illa coeuntia omne corpus efficiunt: sic hæ coniunctæ literarum vocem quasi corpus aliquod componunt. Inde elementariæ literæ dicuntur prima literarum rudimenta. Iulius Capit. Puer, inquit, literis elementariis & calculo imbutus. ¶ Elementa mundi, τὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου, apud scriptores Theologicos, & præsertim Apostolum, sunt rudimenta quibus Deus Ecclesiam suam in veteri lege quasi sub pædagogo erudiuit, id est, Iudaismus, siue Mosaici ritus.

Ēlĕmentārius senex, à Seneca dicitur qui adhuc in primis elementis instituitur. Ita enim ait *lib.* 5. *Epist.* 36. Turpis & ridicula res est elementarius senex, ὁ γέρων, γραμματικὸς ἀπρεπὴς καὶ χεῖρον ἀναλφάβητος.

Ēlæmpŏrĭă, Elæempona, Olei coemendi cura. Arcad. *l. vlt.* §. 2. *D. de muner.*

ner. & hon. Elemporia & ofpratura apud Alexandrinos patrimonij munus exiſtimatur.

‖Elena, vide *Elna.*‖

ELENCHUS, i. {*hat'amâh.* ἔλεγχος. GALL. *Argument.* ITAL. *Argomento.* GERM. Ein beweiſung/argument. Item, ein zeichen eines dinges innhalt begreiffe. HISP. *Argumento.* ANGL. *An argument.*} Latine dici poteſt argumentum, ab ἐλέγχειν, argumentor. Plerumque tamen pro argumento ſophiſtico ponitur cauillatorio. ¶ Eſt etiam elenchus index libri, quem vulgò vocamus *Tabulam.* {ANGL. *The table of a booke.*} ab ἐλέγχω, quod aliquando inuestigo ſignificat, vel exploro. Indicis enim adminiculo inquirimus quicquid toto opere continetur. ¶ Sunt etiam elenchi margaritæ maiores, faſtigiata longitudine. Plin. *lib.* 9. *cap.* 35. Et proceribus ſua gratia eſt (elenchos appellant) faſtigiata longitudine, alabaſtrorum figura in pleniorem orbem deſinentes. Hos digitis ſuſpendere & binos & ternos auribus, fœminarum gloria eſt. Iuuen. *Satyr.* 6.

> ——— *turpe putat nil,*
> *Quum virides gemmas collo circundedit, & cum*
> *Auribus extenſis magnos commiſit elenchos.*

Elencticus, a, um: vt Elenctici libri. Quintil. *lib.* 2. *cap.* 6. Sed alij ſunt eius ſermones ad coarguendos qui contra diſputant, compoſiti, quos ἐλεγκτικοὺς vocant: alij ad præcipiendum, qui ὑφηγητικοὶ appellantur.

Eleo, es, maculo. {μιαίνω, κηλιδόω. GALL. *Maculer.* ITAL. *Macchiare.* GERM. Vermaſigen/beſudlen. HISP. *Manchar, ò manzillar.* ANGL. *To distayne, to ſoyle.*} ‖Non. Eleuit, maculauit. Lucil. *lib.* 6. Si hic veſtimenta eleuit luto, ab eo riſum magnum ad cachinnum imprudens ſubiicit.

Eleos, ἐλεός, apud Ariſt. *hiſt. lib.* 8. *cap.* 3. Gazæ Aluco: auis eſt nocturna, vnguibus aduncis, quæ mures, talpáſque venatur. Verſatur in deſertis ædificiis ac montibus.

‖Eleoſis, ſtomachi exulceratio. Pap.

ELEPHANTIAS, ſerpentis genus. Iſid. *lib.* 12. *cap.* 4. quòd is, quem momorderit, elephante morbo afficiatur. Eliota Anglus.‖

Elephantiaſis. {ἐλεφαντίασις. GALL. *Ladrerie, lepre, meſellerie.* ITAL. *Lepra, ò ſtizza.* GERM. Ein kranckheit wie der Auſſatz oder Malatzey/ da der leib beſteckt vnd vol ſchupen würdt/vnd auffgeblaſen. HISP. *Cierta eſpecie de lepra.* ANGL. *Leaprie.*} Morbus eſt, quem vulgus medicorum *Lepram* vocat: ita vt alium eſſe intelligamus à lepra Græcorum, quæ ſcabiei ſpecies eſt, cutem manifeſtis cruſtis obducens. Oritur elephantiaſis à ſanguine atræ bilis naturam habente, qui temporis proceſſu in atram bilem planè conuertitur. Rationem huius nominis referunt ad elephanti naturam, cuius cutis vlceroſis quibuſdam vallibus infeſtatur. Differt à cancro, quòd hic partem corporis depaſcat: elephantia per totum corpus diffundatur. Plin. *lib.* 26. autor eſt, elephantiaſin in Italia ante Cn. Pompeij tempora non fuiſſe.‖ Idem morbus & *Elephantia* dicitur Celſo.‖

Elephantiacus, {ἐλεφαντιῶν, ἐλεφαντιακός. ANGL. *Leaperous.*} Qui morbo elephantiæ laborat. ¶ Lactant. *lib.* 4. *diuin. inſtitut. cap.* 26. hos Elephanticos vocat, Leproſi (inquit) verè atque elephantici debent haberi, quos vel infinitæ cupiditates ad ſcelera, vel inſatiabiles voluptates ad flagitia compellunt.

Elephantina, ἐλεφαντίνη, inſula Nili ſupra Syenen, oppidum habens eiuſdem nominis, & puteum ad Nili ripam ex eodem ſaxo, in quo Nili incrementa ſolent incidi. Vide Strab. *lib.* 7.

ELEPHAS, elephantis, & Elephantus, i. à λόφος, magnus: vel ab ἐλαύνω, lædo: vel à λάφυρα. {ἐλέφας. GALL. *Elephant, ou yuoire, qui eſt la dent d'vn elephant.* GERM. Ein elephant/oder helffant. ITAL. & HISP. *Elephante.* ANGL. *An elephant.*} Animal eſt omnium terreſtrium maximum, Europæ incognitum, niſi ex Aſia, aut Africa inuectum. Duos habet dentes, ſiue potiùs cornua, ex quibus fiunt opera eburnea. Cic. *de ſenect.* Nec nunc equidem vires deſidero adoleſcentis: non plus quàm adoleſcens tauri, aut elephantis deſiderabam. Idem 2. *de nat. Deor.* Manus etiam data elephantis, quia propter magnitudinem corporis difficiles aditus habebant ad paſtum. Idem 9. *Philipp.* Romani nepotem Antiochi elephantos alere prohibuerunt. Elephanto ſtipem porrigere. Sueton. *in Auguſt. cap.* 53. Elephanto in India perfregiſti brachium. Plaut. *Milit. ſc.* 1. *a.* 1. Per os Elephanto brachium tranſmitteres. *Ibidem.* Herus meus elephanti corio circumtectus eſt, non ſuo. *Ibid. ſc.* 2. *a.* 2. Inda bellua (elephas) ſui magiſtri iuſſis obtemperat. Ouid. *Eleg.* 6. *lib.* 4. *Triſt.* ¶ Poetæ nonnunquam elephantum pro ebore poſuerunt, more Græcorum, qui τῷ ἐλέφαντος appellatione & belluam, & ebur intelligunt. Virg. *lib.* 3. *Georg.*

> *In foribus pugnam ex auro, ſolidóque elephanto.*

Elephanti funambuli. Sueton. *in Galb. cap.* 6. Elephantos funambulos edidit. ¶ Elephanti biennio vtero graueſcunt, nec ampliùs quàm ſemel gignunt, nec plures quàm ſingulos: viuunt annos trecentos. Hos primùm vidit Italia, Pyrrhi regis bello in Lucanis: vnde & boues Lucas nominauit: quoniam Itali maximam quadrupedem quam haberent, vocarent bouem. ¶ Elephantus etiam inter belluas marinas recenſetur: de quo Plin. *lib.* 19. *cap.* 5. & *lib.* 32. *cap. vlt.* ¶ Elephantus quoque, aſtacus, è ſpecie locuſtarum. Idem *lib.* 32. *cap. vlt.* Elephanti locuſtarum generis nigri, pedibus quaternis biſulcis, &c. ¶ Elephantus non capit murem, ἐλέφας μῦν οὐχ ἁλίσκει. Generoſus & excelſus animus negligit prædas viles & lucella minuta. Vir egregiè doctus non inſectatur minutulos iſtos literatorum ſimios. ¶ Homo præpotens non offenditur iniuriolis tenuium. ¶ Elephantum ex muſca facis. ἐλέφαντα ἐκ μυίας ποιεῖς. Res exiguas verbis attollis atque amplificas. Lucianus *in muſcæ encomio.* ¶ Nihil ab elephante differs, οὐδὲν ἐλέφαντος διαφέρεις. In magnos & ſtupidos dicebatur: etiamſi primam ingenij laudem Plin. tribuit elephantis, ſed inter bruta: verùm corporis moles & formæ fœditas adagio locum fecit. ¶ Nec elephantus quidem ebiberet, οὐδ' ἂν ἐλέφας ἐκπίοι, de poculo prægrandi: quum elephantus proboſcide immenſam aquarum vim quum libet hauriat. Athenæus.

Elephantinus, a, um. {ἐλεφάντινος. ANGL. *Of an elephant.*} Nomen poſſeſſiuum: vt Pellis elephantina. ¶ Elephantinum emplaſtrum deſcribit Celſus *lib.* 5. *cap.* 19. ſic dictum, eodem teſte, quòd ſit percandidum, quaſi eburneum. ¶ Elephantini libri, apud priſcos fuerunt, in quibus ſenatuſconſulta ſcribebantur, quæ ad principes pertinebant.

Elephantographi, ἐλεφαντογράφοι, à Plutarcho *in Periclis vita*, vocantur pictores qui in ebore pingunt.

Elephantis, idis, ἐλεφαντίς, nomen poetæ, qui libellos ſcripſit, quibus varia genera concubitus, varióſque coeundi modos complexus eſt. Mart. *lib.* 12.

> ——— *nec molles Elephantidis libelli.*

¶ Eſt etiam Elephantis Nili inſula, infra vltimam eius fluuij cataractam, vbi finis eſt Ægyptiæ nauigationis. Autor Plin. *lib.* 5. *cap.* 9. Strab. Elephantinam appellat.

‖Eleſmot, liber fictus Exodus. Cath.‖

ELEVO, as, Surſum leuo, in altum tollo, ſubleuo. Cæſ. 1. *de bell. ciu.* {*naſá* *herim.* μετεωρίζω, ἐπαίρω. GALL. *Leuer en haut.* ITAL. *Leuare, alzare.* GERM. Erheben in die höhe. HISP. *Alçar ò ſolimiar de abaxo arriba.* ANGL. *To lift vp, to heaue aloft.*} Plaut. Cape dum lapidem hunc atque eleua. Item rem aliquam minuo, extenuo, & verbis deprimo. {ἐκφαυλίζω, εὐτελίζω, ἀτιμάζω. GALL. *Extenuer, alleger, attenuer, faire moindre, deſcharger.* ITAL. *Abbaſſare, ſprezzare.* GERM. Verachten/verkleinern/ring ſchetzen. HISP. *Adelgazar, deſmenuſar.* ANGL. *To mak lighter, to eaſe of griefe and ſorowe.*} Tractum à re ponderoſa, quæ vt ferri poſſet eleuatur, id eſt, imminuitur. Liu. 3. *ab Vrbe*, Maior (inquit) ſi vana noſtra P. C. autoritas ad plebem eſt, vos eleuatis eam, quippe quia plebs ſenatuſconſultum in continuandis magiſtratibus ſoluit. Idem *lib.* 28. Poſt receptam totam Hiſpaniam, ita vt veſtigium belli nuſquam reliquum ſit, eleuare meas res geſtas. Quint. *lib.* 5. Gentium ſimul vniuerſarum eleuata teſtimonia ab oratoribus ſcimus. Eleuare autoritatem, dignitatem, iudicium, vel teſtimonium alicuius, hoc eſt, verbis imminuere & extenuare. Liuius *lib.* 47. *ab Vrbe.* Cuius autoritatem perpetuo vitæ tenore partam, toga candida eleuabat. Sueton. *in Tiber. cap.* 52. Germanico vſque adeò obtrectauit, vt & præclara facta eius pro ſuperuacuis eleuaret, & glorioſiſſimas victorias, ceu damnoſas Reip. increparet. Et Senec. *cap.* 15. *de tranq.* Eleuanda omnia, (i. minora facienda.) Eleuare autoritatem, Quint.

Eleuatio, nis. {ἐλάττωσις. ANGL. *A leaſing or heauing vp.*} Quint. *lib.* 9. Et illæ eleuationes videlicet, O dij boni.

Eleus, untis, ſiue potiùs Eleus, ἐλαιοῦς. Steph. Oppidum eſt in Thracia Cherroneſo, non procul à Maſtuſia promontorio. Autor Plin. *lib.* 4. *cap.* 11.

Eleuntij huius incolæ dicuntur, ſiue Elæuſij, ἐλαιούσιοι.

Eleuſa, ſiue potiùs Elæuſa, ἐλαιοῦσα, inſula eſt Ciciliæ adiacens, non procul à Cypro: cuius meminit Plin. *lib.* 5. *cap.* 31.

ELEVSIS, ἐλευσίς, & Eleuſin, ἐλευσίν, ciuitas in Attica prouincia, non longè ab Athenis, in qua regnauit Eleuſinus, qui quum Cererem filiam quærentem liberaliſſimè hoſpitio ſuſcepiſſet, illa pro munere oſtendit ei omne genus agriculturæ: filium etiam eius Triptolemum recens natum, per noctem igne fouit, per diem diuino lacte nutriuit: quùmque grandiuſculus factus eſſet, currui ſuo, quem alati trahebant ſerpentes, impoſitum per totum orbem miſit ad vſum frumentorum hominibus indicandum. Ob cuius beneficij memoriam, Eleuſini Cereri ſolemnia ſacra inſtituerunt, quæ Theſmophoria appellantur. Huius vrbis meminit Strabo *lib.* 8. his verbis: Eleuſin ciuitas eſt in Attica, vbi Eleuſinæ Cereris templum extat, & phanum myſticum quod Ictinus extruxit, turbæ theatralis capaciſſimum.

Eleuſinus, adiect. ἐλευσίνιος. Stephano: vt Eleuſina mater, id eſt, Ceres. Virg. 1. *Georg.*

> *Tardaque Eleuſinæ matris voluentia plauſtra.*

Suet. *in Neron. cap.* 34.) Eleuſinis ſacris voce præconis ſcelerati ſubmouebantur.

Eleuſius, vide *Eleuſis.*

Eleuthera, ἐλευθέρα, ciuitas Cretæ, ab Eleuthere vno Curetum, Saorus aliàs dicta, Steph. vide *Eleuthera*, & *Eleutherna*, & *Oaxus.*

Eleuthera, Clini patria, ciuitas Cretæ, poſtea Apollonia dicta, Steph.

Eleuthera Cilicia, ἐλευθέρα, id eſt, libera Cilicia, cuius partes diuerſis in locis recenſentur. Gentiles, Eleutherocilices. Steph.

Eleutheræ, ἐλευθεραί, vrbs Bœotiæ ab Eleuthere Apollinis filio, & alia Cretæ, ab Eleuthero vno Curetum, quæ etiam Satrus vocabatur (vide Eleuthera) à Saora nympha. Eſt & alia iuxta Iſtrum fluuium in Ponto, ſic dicta quòd Iaſon Æten fugiens, timore illic liberatus ſit. Eſt etiam Lyciæ vrbs à nympha quadam. Steph.

‖Eleutheriopolis, V. E. ſub P. Ieroſolymitano.‖

Eleutherius, ἐλευθέριος, nomen viri, quo ſignificatur apud nos liberalis, ingenuus, ſeruator, liberatórque. Eleutheria, ἐλευθέρια, pluraliter, quaſi liberatoria. id eſt, libertatis ſolemnia. Plaut. *in Perſa*, Baſilicè agito eleutheria.

Eleutherium, ἐλευθέριον, oppidum Myſiæ. Steph.

‖Eleutherium, ἐλευθέριον, i. e. monile, ſignum libertatis & ingenuitatis.‖

Eleutheris, ἐλευθερίς. Vrbs Bœotiæ Otopi, prope Cothum & Encleum. Steph.

Eleutherſee, ἐλευθέραι, vrbs Macedoniæ.

Eleutherna, vrbs Cretæ, ab vno Curetum dicta, Steph. vide *Eleuthera & Satra.*

Eleutherus, Latinè dicitur Liberalis, ingenuus, ſeruator, liberatórque. Hinc Eleutherius Iouis cognomentum, ab eo impoſitum, quòd depulſa Medorum dominatione, Græcos libertati reſtituiſſet. Suidas.

Eleutheria, orum, ἐλευθέρια, Sacra quædam apud Samios. τῷ ἔρωτι, hoc eſt, Amori Deo dedicata. ¶ Eleutheria item dicebantur lætiores epulæ, quas ſerui libertate donati celebrabant. Plaut. *in Perſa*, Baſilicè agito eleutheria.

Eleutheros, ἐλεύθερος, flumen eſt iuxta Orthoſiam vrbem, quæ eſt in radice Libani montis. Plin. *lib.* 9. *cap.* 10. Teſtudines in Phœnico mari vltrò veniunt ſtatuto tempore anni in amnem Eleutherum effuſa multitudine.

Eleutij, ἐλεύτιοι, populi Apuliæ, gens quam Parthenius Elephantidem vocat. Gentilia, à priore Elephantinus, ab Elephantide Elephantites, Steph. Sed ſuſpicor aliquid deeſſe.

Elgos, Ἔλγος, oppidum Lydiæ. Steph.

Eli, vide *Heli*.

Eliberis, siue Eliberris, in ea Bœticæ parte sita fuit, vbi nunc Granata. ‖

Elibyrge, vrbs Tartessi. Steph.

Elice, vide *Helice*.

Elicio, is, cui, citum, Educo, extraho, allicio. {הוציא hotsi. ἐξάγω. GALL. *Attraire, tirer hors.* ITAL. *Trar fuori.* GERM. Herausführen, herfür reissen. HISP. *Atraer por fuerça, sacar à fuera.* ANGL. *To pike or draw out, to allure.*} Plaut. *in Bacch.* Vt cum ex lutulento cœno Properè hinc eliciat foras. Idem *Men. sc. 6. a. 5.* Neque vtrum (illum) ex hoc saltu damni saluum eliciam foras scio. Suet. *in Calig. cap.* 10. eligere aliquem ad querelas. Plin. *lib.* 19. *cap.* 5. Sapor autem asper & medicamenti instar ad eliciendas alueos. Ouidius,

Credibile est lachrymas eliciuisse Deo.

Cicer. 1. *de Orat.* Verbum ex eo nunquam elicere potui de vi ac ratione dicendi. Elicere cœlo.

Eliciunt cœlo te Iuppiter,

Ouid. 3. *Fast.* Suscitare & elicere fontem. Plin. *epist.* 95. *lib.* 4. Nam nescio quod libramentum abditum & cæcum, quod quum exinanitum est, suscitat & eligit fontem: quum repletur, moratur & strangulat. Literas ab aliquo elicere. Cic. *Att. lib.* 9. 171. Tuas volo elicere literas, maximeque consilium. Elicere & inuitare. Plin. *epist.* 195. Ipse igitur exhibes negotium tibi, qui elicis & inuitas vt quamplurima communicare tecum velim.

Electo, as, frequentatiuum formatum à verbo Elicio. {ἐπιλαμβάνω, ἐπισπάω.} Plaut. *in Asin.* Ibo aduersum, atque electabo quicquid illud sit, hoc est, eliciam.

Elicitor, verbum elegans, ab eliciendo dictum, quemadmodum Elicius Iupiter, qui fulminator erat. Ouid. 3. *Fast.*

Eliciunt cœlo te Iuppiter: vnde minores

Nunc quoque te celebrant, Eliciúmque vocant.

Elices, Sulci aquarij per quos aqua collecta ex agro educitur, ab eliciendo dicti. {ἀγωγοί ὑδάτων. GALL. *Petits fossez ou rayes autour en dans vn champ pour en tirer l'eau dehors.* ITAL. *Fossi d'intorno à campi.* GERM. Wasser furchen in den äckern. HISP. *Sulcos grandes para desaguar la tierra.* ANGL. *Gutters or forowes to conueigh water.*} Colum. *lib.* 2. *cap.* 8. Sed quamuis tempestiuè sementis confecta erit, cauebitur tamen, vt patentes liras, crebrósque sulcos aquarios, quos nonnulli elices vocant, faciamus, & omnem humorem in colliquias, atque inde extra segetes deriuemus.

Elicius Iupiter in Auentino colebatur, ab eliciendis & euocandis fulminibus dictus. Ouid. 3. *Fast.*

Eliciunt cœlo te Iuppiter: vnde minores

Nunc quoque te celebrant, Eliciúmque vocant.

Elido, is, elisi, elisum, Incido, frango, occido, elicio. {רצץ ritsfáts. ἐκθλίβω. GALL. *Rompre & casser, escacher, presser & faire sortir.* ITAL. *Fracassare, rompere.* GERM. Außschlagen, außstossen, zerbrechen. HISP. *Quebrar, ò lisiar.* ANGL. *To dash or beate against, some thing, to bruise.*} Cicer. 3. *Tusc.* Atqui stirpibus sunt ægritudines quàm multæ, quàm amaræ, quæ ipso trunco euerso omnes elidendæ sunt. Plaut. *in Rud.* Iubeo oculos elidere. Idem *Mil. sc. 2. a. 2.* Eiidi talos iussit conseruis meis. (suprà defringi.) Senec. *cap.* 16. *de cons. ad Helu.* Elidere (in vtero) spes conceptas liberorum. Virg. 8. *Æneid.*

———*vt prima nouerca*

Monstra manu, geminósque premens eliserit angues.

Plin. *lib.* 11. *cap.* 37. Cæteris ossibus leonis est tanta duritia, vt ignis eludatur velut è silice. ¶ Elidere sibilum. Cels. *lib.* 4. *cap. de difficultate spirandi.* Propter angustias, per quas spiritus euadit, sibilum elidit. Spiritum elidere, i. suffocare. Idem *lib.* 5. *cap. de carbunculo.*

‖Elis, vrbs primaria Elidis prouinciæ in Peloponneso.‖

Elisus, particip. {רצוץ merutsáts. ἐκτεθλιμμένος. GALL. *Rompu, cassé, escaché.* ITAL. *Rotto, fracassato.* GERM. Zerbrochen / zerstossen. HISP. *Quebrado ò lisiado.* ANGL. *Dashed to or against, beaten, striken.*} Sueton. *in Cæs.* Ac sæpe præ turba, elisi, exanimatique sunt. Ouid. 6. *Metamorph.*

Exiliántque cauis elisi nubibus ignes.

Elisæ fauces, Velleius.

Eligo, is, Legio, deligo, opto. {בחר bachár. ἐκλέγω, αἱρέομαι. GALL. *Eslire, choisir.* ITAL. *Eleggere, far elettione.* GERM. Außlesen, erwöhlen. HISP. *Elegir ò escoger.* ANGL. *To choose, to elect and pike out.*} Senec. *cap.* 16. *de consol. ad Martiam,* Non tantum filios eripuit fortuna, sed elegit, (quos eriperet.) Cic. 4. *Acad.* Quam potissimùm sententiam & disciplinam meliùs eliget? Idem 1. *Verr.* Quoties ille tibi potestatem optionémque facturus sit, vt eligas verum velis. Idem *Oclanio,* E duobus autem malis quum maius fugiendum sit, leuius est eligendum. Varro *de re rust.* De asinis quemque amplissimum, & formosissimum quem possunt eligunt. Plaut. *Aul. sc. 3. a. 1.* Nulla fœmina optima potest eligi. Ouid. 13. *Metam.*

———*pugnandi tempora mecum*

Eligit Atrides.

¶ Deligere verò significat ex magis idoneis aliquem legere ad aliquid agendum. Delegit sibi sæpe pop. Roman. Imperatorem ad bella, vt Pompeium ad bellum Mithridaticum. Imperator quoque deligit milites, non eligit, ad rem videlicet bellicam idoneos: & inter eos agit delectum, quum despicit quinam rei militari magis sint accommodati. Et agricola delectum agit inter tauros, quos scindendo solo, quósque procreandæ soboli destinet. At si ex multis daretur optio, quem sibi vellet eligeret, non deligeret. Ideoque semper ferè dicitur in eodem sensu, Datur, tibi optio: &, Datur tibi electio. ¶ Hinc delectus, a, um, participium: & Delectus, us, nomen. Valla *lib.* 5. *cap.* 63.

Elector, is. {בוחר bocher. ἐκλογεύς, ἐκλέκτωρ. GALL. *Electeur, eliseur, choisisseur.* ITAL. *Elettore.* GERM. Ein erwöhler. HISP. *Eletor.* ANGL. *A choser, a piker out.*} Ad Heren. *lib.* 4. Postremò in eo vim artificij consumat, vt ipsi ab aliis potius eligendi, quam aliorum boni electores existimentur.

Electio, nis, Selectio, delectus. {מבחר mibchár. ἐκλογή, αἵρεσις. GALL. *Election, eslite, choix.* ITAL. *Elettione, eletta.* GERM. Ein wahl oder erwöhlung. HISP. *Obra de elegir.* ANGL. *A choosing or piking out.*} Cicer. *in Orat.* Iudicium electioque verborum. Idem 3. *de finib.* Initia quorum ex electione virtus potest existere. Senec. *cap.* 12. *de consol. ad Mart.* Si ponatur electio, verum, &c. Velleius, Cum fortuna non electionem daret.

Electus, {נבחר nibchár. ἐκλεκτός, ἐκλελεγμένος. GALL. *Esleu, choisi.* ITAL. *Eletto.* GERM. Erwölt, außerlesen. HISP. *Elegido.* ANGL. *Chosed, elected.*} Cic. 1. *de finib.* Electis verbis dictæ res. Sen. *cap.* 12. *de cons. ad Mart.* Electam te à Diis cui frui non liceret filio. (in malam partem.) ¶ Electissimus quisque Senatorum. Suet. *in Calig. cap.* 49.

Electus, us, ui, {ANGL. *A choise.*} Ouid. *Epist.* 2.

In necu electu parua futura mora est.

Electitij iudices sunt qui etiam electi dicuntur, qui ex litigantium voluntate iudicant.

Elegans, nomen est, non participium, ab hoc verbo eligo deductum, vt Cicer. de optimo dicendi genere, innuere videtur, quum inquit: Nam si vt in epulatum apparatu magnificentia recedens, non se parcum solùm, sed etiam elegantem videri volet, eliget quibus vtatur. Sunt enim pleræque aptæ huius ipsius oratoris, de quo loquor, parsimoniæ. Est igitur elegans idem quod cultus, ornatus, politus. {טוב ṭób יפה iapeh. φιλόκαλος, κομψός, καθαρὸς μιμητικός. GALL. *De chois, beau, iolis, orné.* ITAL. *Elegante, polito.* GERM. Wolgeziert, schön. HISP. *Lindo, galano y gentil.* ANGL. *Neat, feate, gay prentie trike, and trimme.*} Velleius: Elegans auctor, & admirator doctrinæ Scipio. Idem de eodem: nemo elegantius interualla negotiorum dispunxit. Cic. 2. *de finib.* Nemo nostrum istuc generis asotos iucundè putat viuere, mundos, elegantes, optimis cocis, pistoribus, piscatu, aucupio, venatione, &c. Terent. *Eunuch.* Regem elegantem narras. Idem, Quùm me ipsum noris, quàm elegans formatum spectator siem. Vbi Donatus, Elegans spectator est qui sit cunctantis & fastidiosi iudicij, cui non quod placet facile. Cic. 6. *Verr.* Vide ne ille non solùm temperantia, sed etiam intelligentia te atque istos, qui se elegantes dici volunt, vicerit. ¶ Apud antiquos vsque ad Catonis tempora elegans non honoris, vt hodie, vocabulum erat, sed reprehensionis, & vitij. Gell. *lib.* 11. *cap.* 2. Elegans homo non dicebatur cum laude, sed id ferè verbum ad ætatem D. Catonis, vitij, non laudis fuit. Cato *lib. de moribus,* Auaritiam omnia vitia habere putabant: sumptuosus, cupidus, elegans, vitiosus, irritus, qui habebatur, is laudabatur. ¶ Ideò Marc. Tullius Lucio Crasso & Scæuolæ non meram elegantiam, sed multa parsimonia mistam laudi dedit, *in lib. de clar. Orat.*

Elegantia, Munditia, lautitia, cultus, ornatus: ab eligendo, vt putatur, dicta. {תפארת tiphcéreth. φιλοκαλία, κομψότης. GALL. *Bonne grace, elegance, magnificence, honnesteté.* ITAL. *Eleganza, politezza, nettezza.* GERM. Schöne zierligkeit. HISP. *Lindeza, gala, y gentileza.* ANGL. *Prattinesse, trimmenesse, &c.*} Cic. *in Orat.* Fucati verò medicamenta candoris & ruboris omnia repellentur: elegantia modò & munditia remanebit. Idem 2. *de finibus,* Contemnit etiam disserendi elegantiam, confusè loquitur. Idem 3. *de finibus,* Agricultura quæ abhorret ab omni politiore elegantia. Senec. *cap.* 9. *de tranq.* Non fuit illa regum elegantia, sed studiosa luxuria. (loquitur de Bibliotheca Alexandrina.) Idem *c.* 8. *de consol. ad Mart.* Elegantia morum. Hæc tamen apud veteres non ad ingenij opera, sed duntaxat ad nimis amœnum, lautúmque cultum ac victum applicabatur, nec sine vitio erat: nunc elegans solùm laudando dicitur: vt, Elegans oratio. Est enim elegantia orationis virtus quæ facit vt vnumquodque verbum purè apertéque dici videatur. Huius duæ sunt partes, latinitas & explanatio. Latinitas quæ sermonem purum seruat ab omni vitio. Explanatio est quæ reddit apertam & dilucidam orationem. Ea duabus rebus comparatur, scilicet vt vsitatis verbis vtamur & propriis. Vsitata sunt quæ versantur in consuetudine quotidiana. Propria sunt, quæ eius rei, de qua loquimur, verba sunt, aut esse possunt.

Eleganter, aduerbium, Politè & propriè. {κομψῶς. GALL. *Elegamment, de bonne grace, iolimènt, mignonnement.* ITAL. *Elegantemente, politamente.* GERM. Zierlich fein. HISP. *Linda, galana y gentilmente.* ANGL. *Neatly, trimmely.*} Vt eleganter disputatc. Cic. 4. *Acad.* Idem 2. *de finibus.* Hoc ipsum elegantiùs poni meliúsque potuit. Idem *ad Brutum,* Tibi is exponet qui & optimè omnia nouit, & elegantissimè expedire, & deferre ad te potest. Idem *Lucceio lib.* 5. Ad consolandum autem cum illa valent, quæ eleganter copiosèque collegisti. Eleganter acceptus, hoc est, laute & opiparè, apud eundem *ad Attic. lib.* 13. 298. Liberis lautis, seruisque nihil defuit: nam lautiores eleganter accepti. Liu. *lib.* 5. *d.* 4. Magnæ ob eleganter actam vitam auctoritatis. ¶ Elegantius facere. Liu. *lib.* 7. *d.* 4.

Elimia, Ἐλίμεια, vrbs Macedoniæ ab Elimo heroe, vel Heleno, vel Elyma Tuscorum rege. Steph.

‖Elimis, ἄοικος, ἀπερίγειος, qui est extra limen, aut limites.‖

Elimino, as, Extra limen eiicio, excludo. {הוציא hotsi. ἐξωθέω, ἐκβάλλω. GALL. *Faire sortir hors de la maison, ietter de l'entrée.* ITAL. *Cacciare di casa, mandar fuori.* GERM. Zum hauß hinauß stossen, für die thür hinauß stossen. HISP. *Desterrar ò echar de casa.* ANGL. *To kntle or thrust, out of doores.*} Pompon. *ad Nonium,* Eliminabo extra ædes coniugem. Ennius *Medea,* Exule antiqua herilis, fida custos corporis, quid sic extra ædes eliminatur. ¶ Eliminare dicta, dixit Horat. *lib. epist.* pro enuntiare, quasi extra limen efferre?

———*ne* (inquit) *fides inter amicos*

Sit, qui dicta foras eliminet.

Eliminare gradus, de qua locutione dicit Fab. *lib.* 8. *cap.* 3. Se iuuene inter Pomponium & Senecam fuisse Præfationibus tractatum, an apud Accium in Tragœdiis dici oporteret.

Elimo, as, Lima polio, perpolio. {ἐκλεπτύνω. GALL. *Limer, eslimer, polir à la lime, ou mettre en limaille.* ITAL. *Limare, lauorare con la lima.* GERM. Außfeilen, ausfeilen. HISP. *Limar o obrar con lima.* ANGL. *To cut of with a file, to polishe and make smoothe.*} Ouid 4. *Metam.*

———*exempli graciles ex ære catenas*

Retiaque & laqueos qua lumina fallere possent,

Elimat.

¶ Inde

¶ Inde per translationem, dicimus elimare opus aliquod ornatè & absoluté conficere. Cicer. *Attic. lib.* 16. Velim ... aliquod elimes ad me. ¶ Accipitur etiam interdum elimare pro lima ... Plin. *lib.* 34. *cap.* 18. Alij elimatam scobem in fictili crudo coquunt in caminis.

Elimator, is, Politor, ab elimando, hoc est, expoliendo. Tertull. *lib.* 4. *adversus Marcionem*, Significantis Christum esse verum disceptatorem & elimatorem macularum humanarum.

Elinguātus, qui linguam non habet. {ἄγλωττος. GALL. *Qui n'a point de langue.* ITAL. *Senza lingua.* GERM. Zunglosz/der stumm vnd on ein zungen. HISP. *Deslenguado, ò sin lingua.* ANGL. *Tongueless.*} Cornelius Fronto *de different. vocabulorum*, Elinguis habet linguam, sed vsu eius caret: Elinguatus amisit.

Elinguis, e, qui mutus est & loqui non potest, etiam si linguam habeat. {ἄφωνος, ἄναυδος. ANGL. *Dumme, that can not speake.*} Cic. *pro Flacco*, Conticit & elinguem reddidit. Idem *de claris Oratoribus*, Præsertim quum Fannius nunquam sit habitus elinguis. Plin. *in Epist.* Idem propter timorem cattam, sed cattam trepidam & elinguem: quum dicere quod vellet, periculosum, quod nollet, miserum esset. Gell. *cap.* 9. *lib.* 5. Mutus & elinguis, & infans. Crœsi filius.

Elinguo, as, linguam extraho, seu lingua priuo. {ἐκγλωττίζω. GALL. *Esflanguer, oster la langue.* ITAL. *Priuare della lingua.* GERM. Einem die zungen ausziehen/abhauwen. HISP. *Deslenguar, ò cortar la lengua.* ANGL. *To mak tongueless.*} Plaut. *in Aul. sc.* 4. 4. 1. Si hercle ego te non elinguandam dedero vsque ab radicibus, Impero, autórque sum, vt me cuiuis castrandum loces.

¶Eliocrota, vide *Elæona.*¶

Eliquo, as, Liquidum facio: vt quum aurum, argentum, vel plumbum igni dissoluimus. {המס hemás. τήκω, ἐκτήκω. GALL. *Faire fondre & mettre en liqueur, passer & couler vne liqueur.* ITAL. *Far liquide.* GERM. Schmeltzen. HISP. *Hazer puro ò claro sin hez.* ANGL. *To melt.*} Sen. *lib.* 3. *de natur. quæst.* Est in Chersoneso Rhodiorum fons, qui post aliquantum interuallum temporis fœda quædam turbidus ex intimo fundat, donec liberatus eliquatúsque est. ¶ Est etiam eliquare, molliter canere, & cum lenocinio quodam vocis, vt inquit Cornutus, pronuntiare. Pers. *Satyr.* 1.

———plorabile si quid

Eliquat & tenero supplantat verba palato.

¶ Præterea aliquando idem quod consumere. Cornutus *in Pers. Sat.* 5. Eliquare, & consumere annos.

Eliquāmen, quod eliquatum est ex re aliqua; vt ex carnibus, aut piscibus, vulgus *Salmuriam* vocat. {המס temés. ἐκχύλισμα. GALL. *La liqueur espraincte & desgouttée de quelque chose.* ITAL. *Liquore spremuto, scolato.* GERM. Die ausgeschmeltzte oder ausgesotne feiste. HISP. *La manteca de cosa derretida.* ANGL. *Dripping tryed, suet melten.*} Col. *lib.* 3. *cap.* 14. Abstineátque ferè ab omnibus redolentibus esculentis: vt sunt salsamenta, eorum omnia eliquamina.

Eliquesco, is, Liquidus fio. {נמס namés. ἐκτήκομαι, ἐκχυλίζομαι. GALL. *Se fondre & venir en liqueur.* ITAL. *Fondersi, liquefarsi.* GERM. Zerschmeltzen/ weich als das wasser werden. HISP. *Derretirse, hazerse claro, sin hez.* ANGL. *To melt, to be about to melt.*} Varr. 1. *de re rust. de olea loquens.* Alia ad cibum eligitur, alia vt eliquescat, ac non solùm corpus intus vngat, sed etiam extrinsecus.

Elis, ἦλις, oppidum in Occidentali tractu Peloponnesi, non procul ab Alpheo fluuio, iuxta quod certamen Olympicum celebrari solet. Autor Plin. *lib.* 5. *in descriptione Achaia.* Ptol. quoque *lib.* 3. *cap.* 16. regionem omnem circumiacentem Elidem appellat.

Eleus, a, um, ἠλεῖος. Virg. *lib.* 3. *Georg.*

Hic vel ab Elei metas & maxima campi

Sudabit spatia.

Elias, dis, Patronymicum fœmininum, vt Equæ Eliades, quæ apud Eliadem certamine curuli palmas merentur. Seruius in illud Virgilij 1. *Georg.*

———Eliadum palmas Epirus equarum.

Elisa, ἔλισσα, Beli Phœnicum regis filia, Dido cognomento, quòd complura supra animi muliebris fortitudinem gesserit. Nam & fratris insidias fugiens, Carthaginem condidit: quúmque à suis ciuibus cogeretur Iarbæ nouæ vrbi bellum inferenti nubere, morte spontanea se à secundis nuptiis liberauit, vt notat Seruius.

Elixus, a, um, Aqua coctus. {בשל baschél. ἑφθός. GALL. *Cuit en eau, bouilli.* ITAL. *Lesso, alesso.* GERM. Gesotten. HISP. *Cozida en agua.* ANGL. *Sodden in water, boyled.*} Elixum (inquit Nonius) est quicquid aqua mollitur, vel decoquitur. Nam lixam aquam veteres dixerunt, vnde & lixæ dicti, qui militibus aquam ad castra, vel ad tentoria solent ferre. Horat. 2. Serm. *Satyr.* 2.

———at simul assis

Miscueris elixa, simul conchylia turdis.

Ouid. 4. *Fast.*

Candidus elixæ miscetur caseus herba.

Plaut. *Pœnulo*, Milphio, heus Milphio, vbi es? M. Assum apud te, eccum. AG. At ego elixum volo. ¶ Varro autem per translationem Calceos elixos scribit, quasi madefactos: vt est caro quæ elixatur. In pauimento (inquit) non audes facere lacunam: at in humum calceos facis elixos.

Elixo, as, Aqua coquo. {בשל bischschél. ἕψω, ἑψέω. GALL. *Cuire en eau, bouillir.* ITAL. *Lessare, cuocere à lesso.* GERM. Sieden/kochen. HISP. *Cozer en agua.* ANGL. *To seeth in water, to boyle.*} L. Valla, Quod in prandio carnes quasdam parum elixasset.

Elleborine, teste Plinio *lib.* 7. *cap.* 9. Herba est exiguis foliis, quæ alio nomine Epipactis dicitur.

Elleborus, Elleborum, {ἐλλέβορος, ου. GALL. *Herbe appellée des Latins Veratrum.* ITAL. *Veratro herba.* GERM. Nieszwurtz. HISP. *El vedegambre.* ANGL. *The beare foote, an hearbe so called.*} Herba est insignem purgandi vim habens, quam Latini *veratrum* appellant. Eius duæ sunt species, album, & nigrum. Elleborum album, ἐλλέβορος λευκὸς, folia habet plantaginis, aut betæ syluestris, sed breuiora, nigrioráque, & canalium dorso rubentia, caulem quincuncialem, ferulaceum, bulborum tunicis obuolutum, radicem cepæ modo multis fibris capillatam. Vide Gell. *cap.* 15. *lib.* 17. Præstantissimum nascitur in Anticyra insula, vbi & tutissimè sumebatur, cerebri purgandi gratia. Vnde factum est vt quos cerebro minus sano esse velimus significare, Anticyram nauigare iubeamus. Elleborum nigrum, ἐλλέβορος μέλας, Romanis veratrum nigrum dicitur, à Græcis etiam Melampodium, à Melampode quodam ouium pastore, qui eo Prœtidas furentes fertur persanasse. Folia habet Platani, sed minora, & spondylio proxima, pluribus incisuris, nigrioráque & subaspera, caulem scabrum, florem ex purpureo candidantem, & vuæ modo racemosum: semen cnici, quod Sesamoides vocatur. ¶ Bibe elleborum, πῖθ' ἐλλέβορον, quo adagio Aristophanes in Vespis significat insanire quempiam. Vnde ἐλλεβορᾶν, & ἐλλεβορίζειν pro insanire. Qui ergo parum animo constant, ἐλλεβόρου δεῖσθαι, id est, elleboro opus habere dicuntur: quòd elleborum purgare cerebrum, ideóque curare insaniam, antiquis creditum sit. Non potest hæc res Ellebori iugere obtinerier. Plaut. *Menæch. sc.* 4. *a.* 5. Elleborum potabis aliquos viginti dies. Idem *ibid.*

¶Ellipsis, ἔλλειψις, defectus, omissio vocis: ab ἐλλείπω prætermitto, deficio, quod ex ἐν & λείπω. Est etiam defectus, qui excessui opponitur.¶

Ellum, vide *Eccum.*

Ellychnium, {ἐλλύχνιον, θρυαλλίς. GALL. *La mesche d'une lampe ou chandelle, lumignon.* ITAL. *Stoppino, lucignolo.* GERM. Der dacht in einem liecht. HISP. *Mecha del candil.* ANGL. *The weeke or metch of a candle.*} Dicitur funiculus ille papyraceus, seu sparteus, canabinúsve, aut stupeus in lychno, qui oleo affuso lumen præbet. Plinius, Et è medullis eius elegantium lucernarum ellychnia fiunt. Idem *lib.* 23. *cap.* 4. Ellychnia ex vua fiunt claritatis præcipuæ: ex oleo lumen obscurum propter nimiam pinguedinem.

Ellobia, ἐλλόβια. Genus inaurium (inquit Iulius Pollux) à fibris aurium, quas Græci λοβοὺς, vocant.

Ellopia, ἐλλοπία. Regio Eubææ, & ipsa insula, ab Ellope Iouis filio. Sic etiam dicebatur regio, iuxta Donatum, cuius incolæ Elli, & Selli. Est etiam vrbs circa Dolopiam, & regio circa Thespias. Steph.

Ellopium, ἐλλόπιον, vrbs Ætoliæ. Steph.

¶Ellops, ἔλλοψ, piscis, quia squamosus, λεπιδωτός: ab ἐν & λεπὶς squama.

Ellotia, ἐλλώτια, festum Europæ in Creta. ἐλλωτὶς Europæ corona plexa, (ex myrto scil.) Cubitorum viginti. Hes.

Ellum. Donat. *in Andr.* 5. 2. Veteres quod nos *illum* dicimus, vel *ellum* vel *ollum* dicebant.

Ellychnium, ἐλλύχνιον, funiculus qui fistulæ in lucerna inditus vritur.¶

Elmantica, ἐλμαντική, vrbs est Iberiæ, iuxta Iberum fluuium. Steph. Vide an sit Salmantica Ptolemæo dicta.

Elminthes, ἕλμινθες, vermes ex genere lumbricorum. Sunt autem in duplici differentia, teretes & lati: vt docet Gal. *lib. vlt. method. cap. vlt.* Nominatiuus singularis est Elmis.

¶Elmos, galea. Anon. L. g. b.¶

Eloco, as, are, est pretio aliquid vtendum do, loco. {ἐκμισθόω. GALL. *Faire changer de lieu & place, oster d'un lieu & transporter, loer.* ITAL. *Allogare, affittare.* GERM. Außleihen. HISP. *Arrendar o otro por alquiler.* ANGL. *To giue, or to lette out to hire.*} vt Elocare fundum, est certo pretio eius vsum alicui concedere. Cic. 5. *Verr.* Xenon ad se pertinere negabat: fundum elocatum esse dicebat. Elocare boues. Col. *lib.* 1. *cap.* 7. Et maximè vexant serui qui boues elocant, eosdémque & cætera pecora malè pascunt. Elocare sese curandum Plin. *lib.* 26. *cap.* 1. Si quidem certum est Manilium Cornutum ex prætoriis legatum Aquitanicæ prouinciæ HS. CC. elocasse in eo morbo curandum sese. ¶ Elocare funus. Plin. *lib.* 31. Asses ergo contulit populus & funus elocauit. Elocare filiam est eam viro tradere.

¶Eloco, aduerb. antiquum pro *illico.*¶

Elocutio, vide *Eloquor.*

Elogium, {הודעה hodáhah. ἐλόγιον, μαρτυρία. GALL. *Tesmoignage & rapport qu'on fait d'aucun inscript ou du monument.* ITAL. *Testimonio, testimonianza.* GERM. Ein fürnemliche zeugnuß, ein herliche vnd löbliche zeugnuß. HISP. *Testimonio o testificacion que se da en honra ò vituperio de alguno.* ANGL. *A report to the praise or dispraise of a thing.*} Testificatio de aliquo honoris, vel vituperationis causa. Vituperationis, Quintil. Non est, iudices, quòd putetis ideo nullum adiectum ad exhæredationem inuenis elogium, quia de scelere constaret. Idem, Exhæredati filij elogium, quod meretricem amarit. Spartian. Sub elogio præconis cædere fustibus aliquem. Lamprid. *in Seuero*, Donauit Eunuchos amicis, addito elogio, vt si non redissent ad bonos mores, liceret occidi. Sueton. *in Calig. cap.* 27. Elogium addebatur custodiis, (id est, reis.) Honoris. Cicero *in Catone*, Quanta an Attilio Calatino, in quem illud elogium vnicum complurimæ consentiunt gentes, populi primarium fuisse virum. Seneca, Decessit negotiator, testamento omnium bonorum suorum reliquit formosam vxorem hæredem, & adiecit elogium, Quia pudicam comperi. Cic. 1. *Tuscul.* Quid ipsa sepulchrorum monumenta, quid elogia significant, nisi nos futura etiam cogitare? Calpurn. *declamat.* 18. Inferam maiorum sepulchris, & elogio nomen inscribam. ¶ Aliquando accipitur pro simplici testificatione sententiæ. Cic. *in Cat.* Solonis quidem sapientis elogium est, quo se negat velle suam mortem dolore amicorum & lachrymis vacare.

¶Elohim, Deus, plurale à singulari *Eloáh.*

Eloi, ἐλωί, *Marci* 15. 34. אלהי *eloha* Hebraicè esset Deus, per omnes scilicet casus singulares.¶

Elone, ἐλώνη, vrbs Perrhebica, quæ & Limone à Preto dicitur. Steph.

Elongo, as, Protraho, differo. {האריך heerich הרחק rachék. ἀφίστημι. GALL. *Alonger, faire plus long.* ITAL. *Differire, prolongare.* GERM. Verlengern. HISP. *Alengar.* ANGL. *To mak longer.*} Plin. Quo maximè tempore dies elongantur.

Elops, ἔλοψ. Piscis apud antiquos nobilissimus habitus; vnius omnium squamis ad os versis, contra aquam nando meat: à nonnullis Acipenser dictus. Plin. *lib.* 9. *cap.* 17. Et Gell. *lib.* 7. *cap.* 16. Elops Rhodius optimus. ¶ Est & Centauri nomen proprium, apud Ouid. 12. *Metam.*

ELOQVOR, Clarè & apertè propriisque verbis animi sensa explico. {דבר *dibber* ילץ *belits*. ἐκλαλέω, ἀποφθέγγομαι. GALL. *Dire, parler clairement & donner à entendre, declarer son dire proprement*. ITAL. *Parlare apertamente*. GERM. Außsprechen / heiter außreden wan einem umb das hertz ist. HISP. *Hablar esplicadamente y bien*. ANGL. *To speak out, to utter eloquentlie*.} Quintil. Eloquor, quum omnia quæ mente conceperim promo, atque ad audientes profero. Virg. 3. *Æneid*.

Eloquar, an sileam?

Plaut. *in Amph.* Rémque vt facta est, eloquar. Ter. *Phorm.* —atque id, si potes, verbo expedi. G. Faciam. A. Eloquere. G. Modò apud portum, &c. Qui sum, paucis eloquar. Plaut. *Aul. prol.* Eloquar nomen meum. Idem *Amph. prolog.* Item, Quam rem oratum huc veni, primum eloquar: &, Post huius argumentum eloquar tragœdiæ. *Ibid.* Audita eloquar. *Ibid. sc. 1. a. 1.* S. Quid Amphitruoni datum est? M. patera aurea. S. Eloquutus est. Rem vt est eloquamur. Idem *Asin. sc. 4. a. 3.* Eloquere obsecro vbi sunt spes meæ? Idem *Curc. sc. 3. a. 2.* Eloquere vt quod nescio, secum sciam. Idem *Pseud. sc. 1. a. 1.* Non me istuc curare oportet. Quem igitur? Eloquar. Idem *Most. sc. 3. a. 1.* Dulcia & amara apud te elocutus eram. Idem *Pseud. sc. 4. a. 2.* Cur hæc celata me sunt? Ps. Eloquar. *Ibid. sc. 5. a. 1.* Nihil habeo certi quod eloquar. (i. affirmem.) Idem *Milit. sc. 4. a. 2.* Necesse est mihi rem omnem eloqui, quicquid ago. Idem *Men. sc. 2. a. 1.* Elocuta sum conuiuas. *Ibid. sc. 4. a. 1.* Eloquar vxori rem omnem vti gesta. *Ibid. sc. 4. a. 3.* Elocuta sum conuiuas. *Ibid. sc. 4. a. 1.* ¶ Aliquando eloqui est dicere: quod proprium est Oratoris. {φράζειν. GALL. *Raisonner, discourir*. ITAL. *Ragionare*. HISP. *Razonar*.} Cicer. 1. *de Orat.* Oratoris est compositè, ornatè, copiosè eloqui. Idem 1. *Offic.* Copiosè eloqui, modò prudenter, melius est quàm vel acutissimè sine eloquentia cogitare.

Eloquens, dicitur qui in dicendi ratione perfectus est, copiosè sapientérque dicens, in dicendo suauis, ornatus & grauis. {מדבר צחות *medabbér tsahóth* מליץ *melits*. λόγιος, εὔγλωττος, δεινὸς εἰπεῖν. GALL. *Eloquent, beau parleur*. ITAL. *Eloquente, ben parlante*. GERM. Wolberedt. HISP. *Eloquente, el que habla copiosamente y esparcidamente*. ANGL. *Eloquent, à faire utterer*.} Vnde Anton. apud Cic. dicit se disertos vidisse plurimos, eloquentem neminem: quasi dicat, se plurimos eximios Oratores vidisse, perfectum autem Oratorem in quo nihil desideraretur, neminem. Cic. 1. *de Orat.* Quamobrem mirari desinamus quæ causa sit eolquentium paucitatis: quum iis rebus vniuersis eloquentia constet quibus in singulis elaborare permagnum est. Idem *in Orat. in Brutum*, Is erit igitur eloquens qui poterit parua summissè, modica temperatè, magna grauiter dicere.

Eloquentia, dictio ex omni parte perfecta, perfecta dicendi vis & copia. {מליצה *melitsáh*. λογιότης. GALL. *Eloquence, beau parler*. ITAL. *Eloquenza, bel parlare*. GERM. Wolredenheit. HISP. *Eloquencia, elegante y fecunda habla*. ANGL. *Eloquence, a grace in readie speaking*.} Cic. *in Partit.* Nihil aliud est eloquentia, quàm copiosè loquens sapientia. Ter. *in Eunuch.* Dixine ego in hoc esse vobis Atticam Eloquentiam? Suet. *in Cæs. cap. 55.* Eloquentia militaris. Velleius, Eloquentia prosa. Quint. Eloquentia, (id est, elocutio) pars Rhetoricæ. Cic. *de optimo genere.* Eloquentia constat ex verbis & sententiis: ideo perficiendum est, vt purè & emendatè loquentes, quod est Latinè, verborum præterea propriorum & translatorum elegantiam persequamur. Idem 1. *de Orat.* Quinque faciunt Græci quasi membra eloquentiæ: inuenire quid dicas, inuenta disponere, deinde ornare verbis, pòst memoriæ mandare, tum ad extremum agere ac pronuntiare. Idem *ibid.* In dicendo facultatis tres sunt rationes: vna conciliandorum hominum, altera docendorum, tertia mouendorum: harum trium partium prima lenitatem orationis, secunda ac tertia vim desiderant. Vide *Dicere*. *Ibid.* Is erit ergo eloquens, qui ad id quodcunque decebit, poterit accommodare orationem, & in foro causisque ciuilibus ita decet, vt probet, vt delectet, vt flectat: probare necessitatis est, delectare suauitatis, flectere victoriæ. *Paulò pòst*, Is erit igitur eloquens (vt illud iteremus) qui poterit parua summissè, modica temperatè, magna grauiter dicere. *Ibid.* Esse igitur perfectè eloquentis puto, non eam solùm facultatem habere, quæ sit eius propria, fusè latéque dicendi: sed etiam vicinam eius atque finitimam Dialecticorum scientiam sumere.

Eloquentissimè, Aduerb. Plin. *Epist. lib. 2. Arriano*, Respondet Cornel. Tacit. eloquentissimè.

[Eloqueret, pro eloqueretur. Enn. antiq.]

Eloquium, sermo, oratio. {דברה *dobberáh*. λόγιον. GALL. *Elegance en parler*. ITAL. *Ragginamento, parlamento*. GERM. Die redsprach oder wolberedte. HISP. *Habla fecunda*. ANGL. *Eloquent speakè or speach*.} Plaut. Dulci ac blando eloquio amicam solatus. Apul. Platonis eloquio monitus, non nobis solis nos natos esse. Ouid. 2. *de Ponto*,

Nunc tibi & eloquij nitor ille domesticus adsit.

Idem *Eleg. 8. lib. 1. Trist.*

Qualibet eloquio fit bona causa tuo.

Idem 13. *Metam.*

Qui licèt eloquio fidum quoque Nestora vincat. Ibidem,

Eloquióque virum furentem molliet.

Elocutio, {מליצה *melitsáh*.} Pars est Rhetoricæ, quæ à Cic. *de Inuent.* definitur esse idoneorum verborum ac sententiarum ad inuentionem accommodatio. ἑρμηνεία.

Elocutrix, icis, quæ eloquitur. Quint. *lib. 2. cap. 15.* Nam oratoria sic efferetur, vt elocutoria: oratrix, vt elocutrix. de Rhetorice loquitur.

Elorus, ἔλωρος. Vulgò *Labiso*. Siciliæ vrbs est, Pachyno promontorio proxima: ita dicta ab Eloro amne, qui adiacentibus campis superfunditur, sicut Nilus, in quo pisces cibum è manu capiunt. Plin. *lib. 32. cap. 2.* De hoc Silius Sidonius, Drepane, atque vada clamosus Elorus. Virg. *lib. 3.*

Exupero præpingue solum stagnantis Elori.

Elotæ, εἵλωτες, seu Elotia, εἱλωτεία, publica appellant mancipia Lacedæmonii, id est, publicos ministros, vt sunt apparitores, lictores qui apud Thessalos dicuntur Penestæ.

[Elorona, vel Eliocrota, V. olim E. sub A. Toletano: à Gothis, aut aliis euersa, hodie *Lorca* dicitur: estque sedes eius Episcopalis cum Carthaginensi vnita.]

Elpenor, ἐλπήνωρ. Nomen comitis Vlyssis, qui à Circe cum aliis sociis in porcum conuersus fuit: & deinde pristinæ formæ restitutus, delapsus de scalis, ceruicem fregit. Autor Homerus 10. *Odyss.* Iuuenalis *Satyr. 15.*

Et cum remigibus grunnisse Elpenora porcis.

Elpia, ἐλπία, vrbs in Dauniis, à Rhodiis condita. Steph.

Elpis, ἐλπὶς, nomen proprium Boëthij vxoris.

[Elua insula, vide *Ilua*.

ELVCEO, es, Lucidus sum, appareo, exto, emineo, eniteo. {נגה *nagahch*. ἐκφαίνομαι. GALL. *Reluire, estre apparent & manifeste*. ITAL. *Rilucere, essere lucido, manifesto, apparente*. GERM. Schinen / kundtbar und offenbar sein. HISP. *Mucho luzir*. ANGL. *To be bright to shyne, to be apparant*.} Virg. 2. *Georg.*

——— *elucent aliæ, & fulgore coruscant.*

Cic. 1. *de diuinat.* Vt illa tertia pars rationis & mentis eluceat. Eluceat animi excellentia in despiciendis opibus, idem 1. *Offic.* Idem *pro Rosc. Amer.* Eo magis eluceat, quo magis occultatur. Tibull. *lib. 4.*

Lætior eluxit structos super ignis aceruos.

¶ Eluxit (id est, apparuit.) Suet. *in Tib. cap. 57.*

Elucesco, significat magis lucidum fieri. {נגה *nagháh*. ἐκλάμπω. GALL. *Deuenir ou estre clair*. ITAL. *Essere chiaro*. GERM. Heiter oder scheinbarer werden. HISP. *Ser claro*. ANGL. *To waxe bright and apparant*.} Hieron. Quod vt clariùs elucescat, sumamus exemplum ab his corporalibus sensibus.

ELVCIFICO, as, Luce priuo. {ζοφόω. GALL. *Priuer de lumiere*. ITAL. *Priuar de luce*. GERM. Des liechts berauben. HISP. *Priuar de la luz*. ANGL. *To spoile of light*.} Quamuis Nonius interpretatur lucidatam. Laberius *apud Gell. lib. 10. cap. 17.* Volo elucificare exitum ætatis meæ. Inducitur enim diues auarus propinationem filij deplorans, qui ait velle se Democriti exemplo luminibus oculorum priuare, ne videat filium luxu patrimonium prodigentem. Verbum est à Laberio confictum, aliisque omnibus scriptoribus inusitatum, vt pleraque alia eiusdem autoris.

ELVCTOR, aris, luctando vinco, supero, vel euado. {נפתל *niphtál*. ἐκπαλαίω, διαδύομαι. GALL. *Tascher à vaincre en luitant, vaincre, eschapper & sortir à force*. ITAL. *Vincere à la lotta*. GERM. Mit ringen uberwinden / uberringen: item heraußtringen. HISP. *Luchar y vencer luchando*. ANGL. *To vanquish by strugging, to eschape by force*.} Plin. *lib. 34. cap. 10.* Tenuissima est in ipso ore fornacium, qua flammæ eluctantur: hoc est, vi & quodammodo luctando exeunt. Liu. 4. *bell. Pun.* Tenentibúsque, quum tot ac tam validæ eluctandæ manus essent, sese eripuerunt. Virg. 2. *Georg.*

——— *aqua eluctabitur omnis.*

Locorum difficultates eluctatus, Tacit. *in vita Agricolæ*. Niues eluctari. Idem *lib. 9.* Lucan. *lib. 2.*

Tandem Tyrrhenas vix eluctatus in vndas.

ELVCVBRO, as, & Elucubror deponens, est Lucubrationibus, hoc est, vigiliis conficio. {συναγρυπνῶ. GALL. *Faire quelque chose soigneusement & en veillant la nuict*. ITAL. *Vegliare per operar qualche cosa*. GERM. In nacht etwas arbeiten. HISP. *Velar trabajando à la candela*. ANGL. *To deuise a thing by candle*.} Cic. *ad Att. lib. 7.* Nihil habeo quod ad te scribam: quinetiam eam epistolam quam eram elucubratus, ad te non dedi. Col. *lib. 10. cap. 1.* Quare quicquid est istud quod elucubrauimus. Cic. *de clar. Orat.* Deinceps inde multæ, quas non minus diligenter elaboratas etiam, quàm elucubratas afferebamus.

Elucum. Veteres languidum, vel hallucinatorem, aut nugarum amatorem, siue halonem, hoc est, hesterno vino languentem, vocauerunt. Autor Varr. *de lingua Latina lib. 5.* Vide *Heluum*. & Gell. *cap. 12. lib. 16.*

ELVDO, is, Derideo, decipio, fallo. {צחק *tsichék* התל *hethél* פתה *pittah*. διαπαίζω. GALL. *Abuser quelqu'vn, & se moquer de luy*. ITAL. *Beffare, ingannare*. GERM. Verspotten / fatzwerck treiben. HISP. *Burlar y escarnecer*. ANGL. *To mocke, to shifte of*.} Plaut. *Amph.* Quando imago est in me, certum est hominem eludere. Idem *Curc. sc. 2. a. 5.* Elusi militem (inquam) in alea. (de annulo surrepto.) *Ibidem.* Vnde habeas anulum, quem hic te elusit. Liu. *lib. 7. bell. Punic.* Eluditur pugna missilibus. Quintilian. Qui cursu parùm valent, flexu eludunt. Item, Eludere vim legis. Suet. *in August. cap. 33.* Cicer. 4. *Academ.* Sed vos ab illo irridemini, & ipsi illum vicissim eluditis. Terent. *in Eunuch.* Eludet, vbi te victum senserit. Cic. *in Catil.* Quandiu nos etiam furor iste tuus eludet? Idem *pro Rosc. Amer.* Nósque ab isto nebulone facetiùs eludemur. Quint. Menander eludit fidem Atticæ terræ, (id est, eleuat.) Et Liuius *lib. 8. bell. Pun.* Eludere gloriam alicuius, id est, eleuare. Senec. Eum non pacisci, sed eludere. Cæsar *lib. 1. de bell. ciuil.* Eludebant nostros celeritate nauium.

Eludens, entis, Particip. act. qui eludit. ἐμπαίζων. Cic. 2. *de Diuin.* Quæ est ars coniectoris, eludentis ingenio.

Elusus, particip. {הותל *huthál* נפתה *niphtáh*. ἐμπαιχθείς. GALL. *Abusé & moqué*. ITAL. *Schernito, beffato*. GERM. Verspott / betrogen. HISP. *Burlado y escarnecido*. ANGL. *Mocked*.} Ouid. 6. *Metam.*

Mæonis elusam designat imagine tauri

Europam.

Liu. *lib. 3. ab Vrb.* His artibus elusa lex. Idem *ibid. lib. 6.* His miraculis nunquam ab ipso elusa fides est.

[Eluenaca, vitis inter generosas. Colum. *lib. 5. 5.*

Eluensis, vel Elluensis E. in Gallia, *Eaule*, sub A. Narbonensi.]

ELVGEO, es, Lugere desino, luctum depono tempore iusti luctus expleto. {πενθῶ ἀπολέγω. GALL. *Cesser de pleurer, laisser le dueil*. ITAL. *Lasciare il pianto, deponer le lagrime*. GERM. Vertrauren. HISP. *Quitar luto*. ANGL. *To cease frome mourning*.} Tempus iusti luctus erat apud Romanos totius anni. Vnde matrona apud illos erat infamis, quæ secundas habebat nuptias priusquam virum eluxisset, hoc est, quæ ante expletum annum luctus secundò nubebat. Liu. 4. *bell. Maced.* Quid aliud in luctu quàm purpuram, atque aurum deponunt? quid aliud quum eluxerunt, sumunt? Elugere luctum, Gell. *cap. 5. lib. 7.* ¶ Accipitur etiam pro simplici verbo lugeo. Cic. *ad Papyrium.* Patriam eluxi iam & grauius & diutius, quàm mater vnicum filium.

[Eluicorum,

¶Eluicorum ciuitas, id est, Aventicum, *Auanches*, V. olim E. sub M. Veiontionensi.¶

Eluina, dicta est Ceres ab Eluio oppido, vel ab Eluide flumio in quo colebatur. Iuuenal. *Satyr.* 3.

Ne quoque ad Eluinam Cererem, vestrámque Dianam.

¶Elul, אלול est nomen vltimi mensis Hebræorum in anno ciuili, quem annum à nouilunio Septembris inchoabant. itaque Elul respondet nostro Augusto. *Elil* est Hebræis nihilum. inde forte mensis ille dictus, quòd eo ius terræ nitor in nihilum abire incipiat.¶

Elumbis, & Elumbis, qui elumbum habet lumbum, vel qui præ lumbi debilitate sese erigere non potest. { ὁ τὴν ὀσφῦν κατεαγώς. Gall. *Ereiné, qui a les reins rompus.* Ital. *Dilombato.* Germ. Dem die lende ab ist, Schwach. Hisp. *Flaco.* Angl. *He that hath feble loynes.* } Per translationem accipitur pro molli & effeminato.

Eluo, ui, utum, significat lauo, seu lauando purgo, diluo, deleo, abstergeo. { רחץ rachátz כבס cabbés: ἐκπλύνω. Gall. *Lauer, rinser, nettoyer.* Ital. *Lauare, purgare lauando.* Germ. Außwäschen. Hisp. *Lauar, deslauar.* Angl. *To rinse, to wash cleane.* } Col. *lib.* 1. Quod etiam venenati liquoris eluit perniciem. Idem, Villica debet curam adhibere, vt si quæ fæces, aut amurcæ in fundis vasorum subsederint, statim emundentur, & non calidissima lixiuia, ne vasa ceram remittant, semel atque iterum eluantur. Ouid. 11. *Metam.*

Subde caput, corpúsque simul, simul elue crimen.

Cicer. 7. *Verr.* Errabas, Verres, & vehementer errabas, quum te maculas furtorum & flagitiorum tuorum sociorum innocentium sanguine eluere arbitrabare. Plaut. *Aul. sc.* 5. *a.* 1. Vasa intus purè propera, atque elue. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Iube abstergi aulas, patinas elui. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Tu argentum eluito: idem exstruito.

Elūtus, participium, vel ex participio nomen. { רחוץ ruchátz מכבס mecubbás: ἐκπλυθείς. Gall. *Lavé & nettoyé d'eau ou d'autre liqueur.* Ital. *Lauato, mondato con aqua.* Germ. Außgewäschen/ außgeschwenckt. Hisp. *Lauado.* Angl. *Rinsed, washed cleane.* } vt, Eluta, & siccata vinaria vasa, apud Col. *lib.* 9. *cap.* 34. Horat. 2. *serm. Satyr.* 4.

———*irriguo nihil est elutius horto.*

¶Elusa, *Euse*, V. olim E. Vasconiæ, in qua hodiéque ædes Episcopales habet Archiepiscopus Ausciorum.

Elutia, orum. Plin. *lib.* 34. 16. *de plumbo*, Inuenitur & in aurariis metallis (quæ elutia vocant) aqua immissa eluente calculos nigros, paulum candore variatos. Ergo *elutia*, quòd elui soleant per aquas, vt, sordibus diluendo discussis, metallum ostendatur.¶

Ellūies, ei, vel Eluuio, onis, est vorago, vel terra aquarum impetu hausta. { βάραθρον, διάβρωσις. Gall. *Lauage, l'eau dequoy on nettoye quelque ordure, esgoust d'immondices.* Ital. *Voragine, inghiottimento, cava di aqua fangosa.* Germ. Wassergaß / so alles vberschwemt. Hisp. *Aluañar adonde acuden las priuadas.* Angl. *A breaking and washing away of the earth by a great flude.* } Curt. *lib.* 6. Torrentésque atque eluuies iter morabantur. Idem, Ab altera parte voragines eluuiésque prææruptæ sunt: nec alia pugnandi patebat via quàm vt replerentur. Cic. *somn. Scip.* Propter eluuiones exustionésque terrarum, quas accidere tempore certo necesse est. ¶ Ponitur etiam eluuies pro macula & contagione. { Angl. *A contagious mischiefe.* } Cicer. *pro domo sua*, Ideirco tu ad illam labem atque eluuiem ciuitatis sine summa vi peruenire potuisti? Eluuiem Plinius accipit pro egestione sordium ex vrbe, qualis est quæ fit per cloacas publicas, *lib.* 3. *cap.* 12. Quod in certis notatur oppidis, quæ nimis quatiuntur crebris ad eluuiem cuniculis cauata.

Eluri, Ἔλουροι. Populi Scythici. Steph.

¶Elus, elera, pro olus, olera veteres dicebabant.¶

Elusa, Ἔλουσα, vrbs non quidem Palæstinæ tertiæ, olim verò Arabiæ. Stephan.

Eluscare, est luscum facere. hoc est, alterius oculi lumine spoliare. { μονόφθαλμον ποιεῖν. Gall. *Faire borgne, creuer ou gaster vn oeil à quelqu'vn.* Ital. *Far losco.* Germ. Einäugig machen. Hisp. *Hazer menguado de vn ojo.* Angl. *To make blind.* } Apud Iureconsultos ad legem Aquil. scribitur, Aquilia eum teneri qui eluscauerit discipulum in disciplina. Hinc, Eluscatio, actio ipsa priuandi altero oculo. Vlpian. *de adil. edict. l. idem Ofilius.* Elucatique eum quidam putant, vbi hoc lumine adhibito nihil videt, qui id dixerunt, non sunt audiendi, quia nulla sit et autoritate id dicitur.

Elutrio, as, de vase in vas transfero. { μεταγγίζω. Gall. *Verser d'vn vaisseau en autre.* Ital. *Tramutare di vno in vn' altro vaso.* Germ. Ablassen/ auß einem geschirr in das ander schütten. Hisp. *Echar de vn vaso en otro.* Angl. *To powre out of one vessell into an other.* } ab eluendo, i.e. exhauriendo. ¶Plin. *lib.* 14 *cap.* 17. Susteruefactis deciès, mox elutriatis atque ita inueteratis. ¶ Elutriare dolia dictum a Laberio: vt autor est Gell. *cap.* 7. *lib.* 16.

¶Eluuies, & eluuio, est actio aquæ eluentis terram: & deinde vorago terræ, facta eluendo. Est etiam egestio sordium.

Eluus, niger candidusque color. Gloss. A.L.

Eluvo, est luxando emoueo.¶

Eluxatus, idem est quod simplex luxatus. { נקע iekéah מקוע mukáh. ἐξαρθρωθείς. Gall. *Desmis de son lieu, deshanché, desloué, dellors.* Ital. *Dislocato.* Germ. Verrenckt. Hisp. *Desencaxado.* Angl. *Put out of ioynt.* } Plin. *lib.* 20. *cap.* 9. Si etiam fistulas eluxatas & tumores reuocant, quæque discuti opus sit.

Eluxuriari, Luxuriari, { פרח faráh. ὑπερανθεῖν, ἐξυβρίζειν. Gall. *Abonder outre mesure.* Ital. *Lussuriare, sopra abondare.* Germ. Vergeilen/ als wann sich die blum vbertragen/ oder zu vil holtz vberkommen. Hisp. *Sobrar.* Angl. *To be giuen to riote, or grow to rankely.* } Ad arbores translatum. Col. *de Arbor. cap.* 3. Quòd si pingui agro validas vites deposueris, pampinis magis eluxuriabuntur, & qualemcunque fructum tulerint, ad maturitatem non perducent.

Elymais, idis, { עילם helám, Ἐλυμαΐς. } Regio ad sinum Persicum, ab ipsa Perside Orati flumine discreta. Autor Plin. *lib.* 6. *cap.* 25.

Elymæi, Ἐλυμαῖοι. Regio Assyriorum iuxta Persiam prope Susidem. Steph.

¶Elymas magus vertitur *Act.* 13. 18. Vox est Arabum, quibus עלים sapiens, ex עלם nouit, sciuit. Sic Germanis Weissager/ quasi sapienter loquens.¶

Elymnium, Ἐλύμνιον, insula in Eubœa, cum ciuitate: dicitur etiam Ἐλυμνία, Steph.

Elymnus, Ἔλυμνος, Heros, Elymiæ ciuitati Macedoniæ nomen dedisse putatur. Steph.

¶Elymus, ἔλυμος, tibiæ summa pars, aut tibia, semen quoddam (nempe panicum) citharæ, aut teli theca. ἔλυμος est inuolucrum, ab ἐλύω, i.e. εἰλύω inuoluo.¶

Elyrus, Ἔλυρος, vrbs Cretæ, Steph. qui & alibi Syriam nauale eius appellat.

Elysium, Ἠλύσιον, locus vbi piorum animæ habitant: ἀπὸ τῆς λύσεως, à solutione. Nam animæ post solutionem vinculi corporei deueniunt ad Elysios campos. Virg. 5. *Æneid.*

———*sed amœna piorum*

Concilia, Elysiúmque colo.

¶ Sunt & Elysij campi in Bœotia circa Thebas, vt inquit Lycophron, de quibus sensisse videtur Virg. *lib.* 1. *Georg.* quum ait,

Quamuis Elysios miretur Græcia campos.

Vide Plutarch. *in Sertor.*

E M

¶Em, im, id est, eum, ex is. *emem* eundem, q. eum eum. Hes. ἐν αὐτὸν αὐτόν. ex ἕ, vnde ἐ sui.¶

Emacero, pro emacio. Senec. *de consol. ad Marciam cap.* 10. Aliorum morborum variis generibus emaceratos diu inter vitam mortémque detinebit.

Emacio, as, are, Macrum, siue aridum reddo. { ἰσχναίνω. Gall. *Amaigrir, faire deuenir maigre.* Ital. *Smagrare, dimagrare.* Germ. Außmageren. Hisp. *Enmagrecer à otra cosa.* Angl. *To make leane* } Col. *lib.* 2. *cap.* 14. Sed ex omnibus quæ retuli seminibus, idem Saserna putat aliis iuuari, & stercorari agros, aliis rursus peruri & emaciari. Idem *lib.* 4. *cap.* 24. Quæ nec spem vindemiæ destituit, emacient stirpem suam.

Emaciatus, particip. vt Emaciatæ vites, apud Col. *lib.* 2. *cap.* 10.

Emacitas, vide *Emo.*

Emacresco, valde macresco. Cels. *lib.* 3. *cap.* 25. quasi squamis quibusdam exasperatur, corpus emacrescit.

Emacror, Extenuari, macrum fieri. { כחש cheháschr רזה razáh. ἰσχναίνεσθαι. Gall. *Deuenir maigre, s'amaigrir.* Ital. *Diuenir magro.* Germ. Mager werden. Hisp. *Enflaquecer.* Angl. *To waxe leane, to make leane.* } Plin. *lib.* 18. *cap.* 19. Terram amacrari hoc satu existimantes.

Emaculo, as, est maculas aufero. { מחה machâh. ἐκκαθαίρω. Gall. *Oster vne tasche, nettoyer.* Ital. *Leuar le macchie.* Germ. Masen vertreiben/ säubern. Hisp. *Quitar las manchas ò manzillas.* Angl. *To take away spottes.* } Plin. *lib.* 21. *cap.* 19. de Narcisso herba, Nigras vitiligines emaculat. ¶ Excoctum & emaculatum argentum. Gell. *cap.* 6. *lib.* 6.

¶Emanceps, famulus, à seruitute liberatus. Gl. Isid.¶

Emancipatio, nis, Gell. *cap.* 27. *lib.* 15. Per familiæ emancipationem, cui æs & libra adhiberetur, facere testamentum.

Emancipo, as. Est eum quem in potestate habemus, sui iuris efficere, quasi extra mancipium, hoc est, extra dominium nostrum ponere. { חפש chippésch. ἐκποιεῖν. Gall. *Emanciper, mettre hors de sa puissance.* Ital. *Emancipare, liberare.* Germ. Freyen/ auß seinem gewalt vnd von handen gäben. Hisp. *Delibrar el padre al hijo de su poder.* Angl. *To sett at libertie, to enfranchise.* } Vnde pater dicitur emancipare filium, quum eum paterno iure liberat, & sui iuris efficit. Quod quibus modis fieri soleat, vide librum Institut. *tit. de adopt. & emancip.* Plin. *epist.* 67. Regulus filium amisit, hoc vno malo indignus, quòd nescio an malum putet: erat puer acris ingenij, sed ambigui: qui tamen posset recta sectari si patrem non referret: hunc Regulus emancipauit vt hæres matris existeret. Liberos propriè emancipari, seruos manumitti dicimus. Inde Emancipati, qui ex patris iure excesserunt, & sui iuris facti sunt, ἐκποίητοι. Qui autem eo ex mancipio suo emittunt, emancipatores dicuntur. Emancipati (inquit Festus) duobus modis intelliguntur, aut ij qui ex patris iure exierunt: aut ij qui aliorum fiunt dominij: quorum vtrunque fit emancipatione. Emancipare se alicui, siue (vt veteres loquebantur) emancupare, est se totum alicui tradere, & veluti in mancipium, hoc est, dominium illius transferre. Plaut. *in Bacch.* Nunc mulier tibi me emancupo: tuus sum, tibi do operam. ¶ Hinc emancipatum alicui dicimus, qui alterius dominio imperióque subiectus est, & in ius mancipiúmque eius est transcriptus: quamquam etiam per translationem latiùs accipitur, pro eo qui quouis modo alteri obnoxius est & addictus. Cic. *in Catone*, Ita senectus nimis honesta est si seipsam defendit, si ius suum retinet, si nemini emancipata est, si vsque ad vltimum spiritum dominatur in suos. Horat. *Epod.*

Romanus (eheu posteri negabitis)

Emancipatus fœmina,

Fert vallum & arma miles.

¶ Emancipatus ad omne facinus. Apul. *lib.* 10. Assumpto statim nequissimo, & ad omne facinus emancipato quodam dotali seruulo, præsidiæ suæ communicat. ¶ Emancipare veteres quoque dicebant pro vendere & alienare. Cic. *Philipp.* 2. Tum iste venditum atque emancipatum tribunatum consiliis vestris opposuit. Plin. 7. *Epist.* Nam quo quingentis millibus nummûm, quæ in alimenta ingenuorum ingenuarúmque promiseram, agrum ex meis longè pluris actori publico emancipaui: eundémque vectigali imposito recepi. Vbi Plin. Emancipare, non pro vendere posuit, sed pro alienare: quum enim vellet vectigal publicè donare in alimenta puerorum, (id est, *rentam* constituere, vt verbis vulgi loquar) fundum suum imaginaria venditione Reipublicæ donauit, & subinde vectigalem recepit. Ex Budæo. Item, Emancipare agrum, dixit Suet. *in Othone cap.* 4.

Emanco, as, are. Manus præcido, mancum facio. { τὰς χεῖρας κόπτω, χειροκοπῶ. Gall. *Faire manchet, couper les mains.* Ital. *Tagliare le mani.* Germ. Die hand abhawen. Hisp. *Cortar las manos.* Angl. *To mayme.* } Labienus apud Senecam *lib. controuers.* 6. Cedo lota, gaudeo me non omnes emancasse.

Emando, Amando, mitto: { Angl. *To send away.* } Cic. *ad Attic.* de Ciceronibus nostris dubito quid agam: nam mihi interdum emandandi videntur

deatur in Græciam. In nonnullis tamen exemplaribus legitur *Amendando*.

EMĂNĔO, verbum est militare. {ἔξω ἀπολείπω, ἔξω ἀπομένω. GALL. *Demeurre dehors.* ITAL. *Stare di fuori.* GERM. Da aussen (ein)zu lang aussen bleiben. HISP. *Tardar quien se fue, estar de fuera.* ANGL. *To tary out of a place.*} Proprie enim dicuntur emanere milites, qui diutius sine legitimo Imperatoris commeatu absunt a castris. Modest. *l. desertorem. D. de re milit.* Is qui in exploratione emanet hostibus insistentibus, aut qui à fossa tunc recedit, capite puniendus est. Inde Emansior, de quo mox.

Emansor, {ὁ ἀπολειπόμενος, ὁ πολὺν χρόνον ἔξω πορευθεὶς ... ἀπολείπων ... *Gall.* *Un gendarme qui fait la renardiere de se trouuer au camp.* ITAL. *Venturiero, vagabondo, che non torna ad tempo assignatoli.* GERM. Ein Kriegsman der lenger ausserthalb dem leger ist dan man im erlaubt hat. HISP. *El que se fue, y no boluio.* ANGL. *A man of warre that lurketh in corner, a truand.*} proprie (vt inquit Modest. *l. 1. §. desertorem ff. de re milit.*) dicitur miles qui vltra tempus commeatus ab Imperatore impetrati, abest à castris: Desertor autem, qui per tempus longum vagatus reducitur: Erroneus, qui non quidem fugit, sed frequenter sine causa vagatur, & temporibus in res nugatorias consumptis, serius ad dominum redit.

EMĀNO, as, Extra maneo, effluo, exeo. {ἐκρέω, ἀπορρέω, ἐκχέομαι, ἐκρέω. GALL. *Issir hors, sortir.* ITAL. *Vscire, destillare.* GERM. Ausrinnen ausfliessen. HISP. *Manar ò proceder de algun lugar.* ANGL. *To annode, flowe, or go runne out.*} Col. *lib.* 5. Et sale cum adipe defricatur, dum sanies vis emanet. Plin. *lib.* 20. *cap.* 6. Et in angulo oculi perpetim humor emanans. Quint. Emanat per oculos animus. Item Liu. 7. *ab vrb.* Emanarunt consilia. ¶ Interdum etiam actiue ponitur pro emitto. Idem *lib.* 2. *cap.* 3. Vestis & saniem emanantibus. ¶ Emanare res aliqua dicitur, quum rescitur, & spargitur in vulgus. Liu. *lib.* 9. *bell. Punic.* Periculum erat, ne vera eo ipso quod celarentur, sua sponte magis emanarent. Cic. *ad Attic. lib.* 3. Scripsi equidem olim ei iratius quod ille prior scripserat: sed ita compresseram, vt nunquam emanatura putarem. Idem 2. *Verr.* Quæ fama non ideirco solùm emanarat, &c. ¶ Emanare in, vel ad vulgus, ἐκφέρεσθαι, ἐκπίπτειν ἔξω. Idem *pro Rosc. Amer.* Ego etiamsi omnia quæ dicenda sunt, liberè dixero, nequaquam tamen similiter oratio mea exire atque in vulgus emanare poterit. Suet. *in Neron. cap.* 6. Emanare in vulgus. Emanare indiciis. Liu. 3. *ab Vrbe*, Multis enim emanabat indiciis, neque fratrem Volscij, ex quo semel fuerit æger, vnquam modò visum in publico, sed ne assurrexisse quidem ex morbo.

[Emanus, vide *Eminus*.]

Emarcum, teste Colum. *lib.* 3. *cap.* 2. Est genus vuæ à Gallis sic appellatæ.

EMARGĬNO, as. Significat crustas & pulsillos & margines vlcerum adimo, {ἀπομαργίζω. GALL. *Oster la marge, le bord, la crouste, l'esquierre.* ITAL. *Scrostare, leuar la crosta.* GERM. Die rufen von einem geschwede thun. HISP. *Quitar los margines à las erillas.* ANGL. *To tak awaye the borders or margentis.*} Plin. *lib.* 28. *cap.* 9. Item equarum, præterquam virginum, erodit, emarginat vlcera.

EMASCŬLO, as, Castro & virilitatem aufero. {ἐκτομίζω. GALL. *Chastrer.* ITAL. *Castrare.* GERM. München/ die mannheit nemmen. HISP. *Castrar el animal.* ANGL. *To geld.*} Seruius ait, apud quosdam populos sacerdotes solitos se quibusdam herbis emasculare, vt Venerem arcerent, & coire non possent.

Emasculator, is, pædico, & draucus. {γυναικωτής, & Apostolo ἀρσενοκοίτης.} Apul. *in Apol.* Olim in pueritia priusquam isto caluitio deformaretur emasculatoribus suis ad omnia infanda morigerus.

Emath, חמת *chamáth*. Nomen fuit duarum Syriæ vrbium: quarum maior, Antiochia, minor appellatur Epiphania. Vnde etiam hodie proficiscentibus in Mesopotamiam prima mansio Emas dicitur, corrupto quidem vocabulo, sed pristini nominis vestigia retinente. Hemath verò in principio aspiratum, regio Allophylorum est.

Emathia, Ἠμαθία Stephano & Suidæ, Nobilis Europæ regio, Thraciæ finitima, postea Macedonia appellata. {GERM. Die landtschafft in Macedonia.} ita dicta (quidam existimant) ab Emathione rege, fratre Memnonis, Tithoni & Auroræ filij. Plin. *lib.* 4. *c.* 16. Macedonia centum quinquaginta populorum, duobus inclyta regibus, quondámque terrarum imperio, Emathia antè dicta. Poetæ Emathiam aliquando vsurpant pro Thessalia, suo quodam iure vicinorum locorum appellationes confundentes, Virg. 1. *Georg.*

Nec fuit indignum superis, bis sanguine nostro
Emathiam, & latos Hæmi pinguescere campos.

Lucan. *lib.* 1. Bella per Emathios plusquam ciuilia campos: hoc est, per campos Pharsalicos. Campi Pharsalici in Thessalia sunt, teste Plin. *lib.* 4. *cap.* 8. Ouid. *Eleg.* 5. *lib.* 3. *Trist.*

Qua ducis Emathij fuerit clementia, (id est, Alexandri.)

EMATŪRESCO, is, ere, Maturum fieri. {בשל *bashál*, ἀπωριμάζω. GALL. *Se meurir, estre meur.* ITAL. *Diuenir maturo.* GERM. Zeitig werden. HISP. *Madurar.* ANGL. *To waxe ripe.*} Plin. *lib.* 25. *cap.* 4. Nonnunquam ante candidum rufescit, si non ematuruit, improbatúrque. Ouid. 2. *Trist. Eleg. vnica.*

Atque ea sic lapsa est, vt surgere, si modo lassæ
Ematuruerit Cæsaris ira, queat.

Gellius *cap.* 19. *lib.* 1. Vides hæc ematuruisse.

[Embadum, area, à circumposita terra segregata. Pap.

Embamentica. Ita legitur vulgò apud Tull. *lib.* 8. *epist.* 1. exponitur à quibusdam *emalentaria*.

Embaleaticum, emphyteuticum. Turn.]

Embămma, atis. {ἔμβαμμα. GALL. *Sausse, saupiquet.* ITAL. *Guazzetto, sapore.* GERM. Ein schlechtbrüh/ die man über ein speiß macht/ dan sie lieblich/ und wolgeschmackt werd/ in welche man dunckt. HISP. *Adobo de manjares.* ANGL. *Sauce.*} Condimentum quod ad condienda obsonia fit. Col. *lib.* 12. *cap.* 57. Hoc sinapi ad embammata non solùm idoneum, sed etiam speciosum erit. ¶ Quidam embammata intelligunt immersiones, quando intingimus vel panem, vel obsonium, in vasculis repletis re liquida, à Græco ἐμβάπτω fieri videtur, quod est immergere, intingere. vnde & Latinè intinctus dicuntur. Vulgus Italorum *Sapores* vocat, quibus etiam hodie ad irritandam gulam vtimur. Alex ab Alex. *lib.* 5. *cap.* 2.

[Embas, adis, ἐμβάς, cothurnus.

Embata, calcei, vel cothurni, aliis socci. Poll.]

Embatæ, naues quidam putant appellari quæ solis vectoribus traijciendis sunt destinatæ, citantes locum Vlpiani ex *l.* 1. *de exercit. act.* vbi sic legunt. Quædam enim naues onerariæ, quædam (vt ipsi dicunt) embatæ sunt. Alii ἐμβάδες, aut certe ἐμβάται, non *embatæ*, legendum ostendunt. ¶ Embateutici iuris appellatione, ceu generali, ius se emanit Vlpian. *in l.* 3. §. *fin. de rebus eorum qui sub tut.* Alciato tradente, ius intelligi potest, quod & quandam detentionem recipit, & rei possidendæ facultatem, tametsi proprietas vera ad alium pertineat. Quale est ius Superficiarij, vel eius qui fundum vectigalem possidet, vel Emphyteutarij. *l. bonorum. de verb. sig. l. fin. de superfic. l.* 1. *si ager vectigalis.* Erunt forte, quibus magis arridebit ius embateuticon intelligere, quod vulgo *Pedagium*, quod alioqui ad Regalia solet pertinere. Sed Alciat. eam interpretationem magis probat, quæ in Etymologico magno est, vbi ille Grammaticus, ἐμβατεῦσαι, inquit, nunc & ἐμβατεία, dicitur ad ius quod creditor in bonis sibi pignoratis retinuit, propria authoritate ea ingrediendi.

[Embater, ἐμβατήρ. Vitr. *lib.* 1. 2. Embatere balistæ foramine, quod Græcè ... vocant, quia scil. in illud aliquid ἐμβαίνει.]

Embateria, ἐμβατήρια μέλη, erat carmina, ad quæ armati saltabant.

Embateuticum, siue Emphyteuticum, ius superficiarium, eius, qui fundum vectigalem possidet. Alciat.

Embathmi, ordinarij, & publici iudices. Lex I.C.

Embaticum, Aditiale, honorarium, quod Patriarchæ, & sacerdotes, cum munus suum aggrederentur, pro delegatione soluebant. Malax. Lex gr. b.

Embatus, a, um, Græcè ἐμβατός, ὁ, ἡ, quod ingredi possumus: quod potest ascendi: ab eod. verbo, ἐμβαίνω, ingredior, adeo, pedem pono: exquiro, perpendo.]

Embatum, ἔμβατον, locus Erythrææ, id est, maris rubri. Steph.

EMBLĒMA, atis, {ἔμβλημα. GALL. *Entrelassemens, entrelassement, attache: pour enrichir & embellir quelques vases.* ITAL. *Opra di musaico, opra intersiata.* GERM. Eingelegte künstliche arbeit. HISP. *Obra de esmalte o talladura.* ANGL. *Pictures, work of wrode fixe or metal fynelie set in diuers colours.*} Dicantur opera elegantiora ex tessellis, segmentisque ita coagmentatis, vt rei alicuius imaginem tanquam penicillo depictam repræsentent: cuiusmodi sunt, quæ in parietibus camerisque vermiculata in pauimentis tessellata, in lignis segmentata dicuntur. Dicta emblemata ἀπὸ τοῦ ἐμβάλλειν, hoc est, ab inferendo: eò quod est tessellis, siue segmentis infixitis constarent. Budæus *in Annot.* Emblemata, inquit, vermiculatum opus significant ex tessellis infititiis aptatum atque consertum. Inde illud Ciceronis *in Bruto* de Marci Calidij oratione, Nullum nisi loco positum, & tanquam in vermiculato emblemate (vt ait Lucilius) structum verbum videres. Et *in Oratore perfecto*, de collatione verborum loquens, ex Lucilio, Quàm lepidè λέξεις compostæ, vt tesserulæ omnes Arte, pauimento, atque emblemate vermiculato: λέξεις, inquit, id est, dictiones in oratione tam lepidè compositæ, quàm in vermicularis operibus tessellæ, quæ etiam in pauimentis tanta arte coagmentabantur, vt rerum animaliúmque effigiem referrent, teste Plin. *lib.* 35. Huiusmodi pauimentorum pulcherrimum etiam hodie visitur in æde Senensi. ¶ Emblemata etiam in vasis argenteis, aureisque, & Corinthiis ornamenta erant apud antiquos exemptilia quum libitum erat: commodi ætas ista non nouit, vt arbitror. Id autem ex M. Tullio intelligi facile potest in *Verr. actione* 5. in qua Verrem Siciliæ Prætorem refert, Haluntinos vasa omnia quæcum apud Haluntium erant, in vnum aceruum conferre coëgisse: quo pacto, Verrem ex omnibus vasculis emblemata, id est, pretiosissimam partem reuellisse, ita vt Haluntini domum pura ferè, dique vasa referrent, id est, emblematis abstersis: & toreumata, id est, exculptæ, & emblemata apud Verrem remanerent, impudentissimo latrocinio: propter quod factum, Verrem per paronomasiam euerriculum appellat. Verba Ciceronis hæc sunt, Vasa autem ad Verrem deferuntur: Cybiratæ fratres vocantur, pauca improbant: quæ probarent, iis crustæ, aut emblemata detrahebantur. Sic Haluntini excussis deliciis cum argento puro domum reuertuntur. Quod vnquam, iudices, huiusmodi euerriculum in illa prouincia fuit? Et *paulò post*, Tum illa ex thuribulis & patellis quæ vellerat, ita scitè in aureis poculis illigabat, ita aptè in scyphis aureis includebat, vt ea ad illam rem nata esse diceres. ¶ Quoniam vero emblema infertum quid, & infitum significat, tanquamque, ideò factum est vt emblema pro oratione temperata & exemplis ponatur. Inde illud Fabij *lib.* 2. *Institutionis oratoriæ*, de locis communibus loquentis: Hoc, inquit, adeò manifestum est ad forenses actiones pertinere, vt quidam nec ignobiles in officiis ciuilibus, scriptos eos, memoriæque diligentissimè mandatos in promptu haberent, vt quoties esset occasio, extemporales eorum dictiones his velut emblematis exornarentur. Hæc omnia penè ad verbum descripta sunt ex annotationibus Budæi *in Pandectas*.

EMBŎLA, ἐμβολή, *in l.* 10. *C. de sacrosan. Eccles.* pro transuectione annonæ sumitur. Iubemus nullam nauem ante felicem embolam, vel publicarum specierum transuectionem publicis vtilitatibus subtractam excusari posse.]¶ Embola, dicteria, in media fabula interposita. Embolaria mulier, scenica, quæ ... vnde *Empala*. Salmas. ¶ Embola item, incurio ingrediantibus, ostium fluminis. item rostra nauium, agri ex lato in acutum desinentes. Rh.

Embola sacra, certus frumenti modus, quem Ægyptus Romæ necessariò tolerandum istabat. Cassiod. *ad Fl. Vijer.*

Embolaria. Scal. *in Manil.* Dicteria tractare fabulam erant, dicebantur ἐμβόλια: si in media fabula interpretarentur. ἐμβόλια (vnde mulier embolaria Plinio à ...) sin ... fabulæ, exodia.

Embole, porreus: hinc inde plateatum. Ibid.

Embolicæ, Anabolicæ, dictæ, quibus oneratæ naues quotannis Romam mittebantur ex Ægypto, annuo vectigali. Turn.

Embolimus, a, um, ἐμβόλιμος, insertus.

Embolimus

Embolimus mensis, in quo fit intercalatio, Februarius.

Embolima carmina, ἐμβόλιμα, interposita. Rh.

Embolimata, diuersi panni hinc inde consuti. Rh.‖

Embolium, ij, {ἐμβόλιον. Gall. *Argument ou entree de comedie.* Ital. *Argumento, introito della comedia.* Germ. Das argument oder eingang eines spils. Hisp. *Argumento, y entrada de comedia.* Angl. *The argument or entrie of a comedie.*} à veteribus dicebatur argumentum & ingressus scenicus, ἀπὸ τοῦ ἐμβάλλειν, quod præter alia significat ingredior. Huiusmodi fuit illud argumentum de Pasiphae à tauro compressa, quod Domitiani temporibus in scena repræsentatum fuit, vt testatur Martialis his versibus:

Iunctam Pasiphaen Dictæo, credite, tauro
Vidimus: accepit fabula prisca fidem.

Cic. *ad Att.* Embolium nouum cogito. Idem *pro Sext.* Ex te igitur Scaure potissimum quæro qui ludos apparatissimos magnificentissimósque fecisti, &c. cur ille ipse maxime ludius, non solum spectator, sed actor & acroama, qui omnia sororis embolia nouit, qui in cœtum mulierum pro psaltria adducitur: nec tuos ludos aspexit in illo ardenti tribunatu suo, &c. Ergo saltatores & psaltrias quos introduci solitus in scenam Polybius Athenæúsque testantur, & alia ridiculorum genera, embolia dici possunt: qualia complura in scenam introducta feruntur à L. Anicio ludis illis quos maximos fecit, capto cum liberis Gentio Illyriorum rege. ¶ Fibula etiam rotatum axibus firmandis immitti solita, quam rustici clauiculam appellant, Græce embolium est.

Embolismus, i, ἐμβολισμός, dicitur intercalatio quæ fieri solebat vt annorum ratio cum Solis cursu conueniret. ἐμβολισμὸς vero atque etiam ἐμβολισμαῖος, Latinè intercularis & insititius dicitur. Intercalare etiam interserere est, teste Macrobio *lib.* 1. *Saturn.* Vnde etiam mensis Februarius intercalaris dicitur, quòd ei vnus dies interseratur.

‖Embolus, ἔμβολος, paxillus, cuneus, qui immittitur in aliquid: vt cunei instar rostrum.‖

Embractum, intriti genus, apud Apitium *lib.* 9. Embractum Baianum: Hesychius, ἔμβραμμα, τὸ ... ὁ ... Φασί.

Embryo, nis, vel Embryum, i. {גלם *ghôlém.* ἔμβρυον, ὁ ἔμβρυος. Angl. *The childe in the mothers wombe before it haue perfecte shape.*} Fœtus est in vtero conceptus, antequam lineamenta suæ speciei accipiat, quod ferè solet accidere circa quadragesimum secundum à conceptu diem, quo tempore & anima infundi illi creditur. Hunc enim in procreatione hominis ordinem esse volunt, vt sex primis à conceptu diebus semen in vtero conceptum lacti simile existat: nouem proximis, in sanguinem vertatur: duodecim deinde aliis, in carnem: postremo quindecim aliis, speciei suæ lineamenta omnia acquirat, iisque expletis anima rationali animetur. Itaque vsque ad quadragesimum secundum diem propriè embryo dicitur, παρὰ τὸ ἔσω βρύειν: hoc est, ab eo quòd intus in vtero alatur non secus ac fructus à sua arbore. ¶ Et imperfectus partus dicitur nuper genitus infans, vel crudus & indigestus. Suidas.

‖Embryorectes (legitur apud Tertull. *lib. de anima*) vncinus educendo mortuo fœtui comparatus: ab ἔμβρυον & ῥήσσω rumpo.

Embryothlastes, ἐμβρυοθλάστης, vocatur, & simpliciter θλάστης & θλάσις (Conuario contusorium) à contundendo, quod est θλᾶν.

Emda, siue Embda, *Embden*, emporium celebre ad Amisiæ fl. ostium, caput Emdani comitatus, seu Frisiæ Occidentalis in Germania.

Emedium, vehiculum. Gl. Isid.‖

Emedullo, as, medullam eximo. {ἐκμυελίζω. Gall. *Esmoëller, oster la moëlle.* Ital. *Leuar la midella.* Germ. Ausmärgeln. Hisp. *Quitar el tuetano.* Angl. *To tak away the marrow.*} Plin. *de limonio*, Item alarum grauеolentiam emendat radicis emedullatæ vncia, in vini falerni heminis tribus decocta. Per translationem accipitur pro declaro. Plin. Narra iam rem nobis, atque emedulla.

‖Emelia, Sicinnis, Cordace. Saltatio triplex Bacchica. Cerda.

Emem, eundem, antiqui dicebant. Fest.

Ememor, oblitus. Cath.‖

Emendico, as, significat more mendicantium aliquid peto. {שאל *schaal.* ἐπαιτίζω, ἐπαιτίζομαι, ἐπαιτέω. Gall. *Mendier.* Ital. *Mendicare, domandare come fanno i mendici.* Germ. Abbetteln / erbetteln. Hisp. *Mendigar.* Angl. *To begge.*} Sueton. *in Cæsar.* In Hispania à proconsule & à sociis pecunias accepit, emendicatas in auxilium æris alieni.

Emendicatus, {Angl. *Begged, gotten with much intreatie.*} Emendicata suffragia, dicuntur quæ alibi etiam corrogata vocari diximus: quæ scilicet abiectis & humilibus precibus extorquentur. *l. singuli. C. de accus.* Singuli vniuersique iudices agnoscant in publicis criminibus non oportere emendicatis suffragiis decretorum, aut relationibus à publicis personis destinandis credere. Honos emendicatus. *l.* 1. *C. vbi quis decurialis vel coh.* Penitúsque emendicati honoris præscriptione submota à iudice, &c. Suet. *in Cæsar. cap.* 54. Emendicatæ in auxilium æris alieni pecuniæ.

Emendo, as, Corrigo, quasi à menda purgo. {יסר *jissér* תקן *tikkén.* ἐπανορθῶ. Gall. *Amender, corriger, guarir & recouurir vne faute.* Ital. *Emendare, correggere.* Germ. Bessern. Hisp. *Emendar, corregir.* Angl. *To correct, to mak amendes, to heale or cure a disease.*} Plin. *lib.* 24. *cap.* 10. Succus hederæ tædia narium, grauеolentiámque emendat, præcipuè albæ satiuæ. Cic. *Att. lib.* 2. Ita rursus remittit, vt me roget vt annales suos emendem & edam. Idem 3. *de Leg.* Vt enim cupiditatibus principum & vitiis infici solet tota ciuitas, sic corrigi & emendari continentia. Emendare iudicium, Quintil.

——Emendet facta priora nouis,

Ouid. 4. *Fast.* Emendare iniuriam, vel redimere. Senec. *cap.* 18. *de consol. ad Polyb.*

Emendaturus (carmen) si licuisset erat,

Ouid. *Eleg. lib.* 1. *Trist.*

Emendaturus ignibus ipse.

Idem *Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.*

Emendatus, partic. Castigatus, correctus. {מיוסר *mejussár* מתקן *methukkán.* ἐπανωρθωμένος. Gall. *Corrigé, amendé.* Ital. *Corretto, emendato.* Germ. Gebessert. Hisp. *Emendado, corregido.* Angl. *Amended, made better.*} Mores emendati dicuntur à Cic. *de Amic.* His ego finibus vtendum arbitror, vt quum emendati mores amicorum sint, tum sit inter eos omnium rerum, consiliorum & voluntatum sine vlla exceptione communitas.

Emendate, aduerbium, Purè. {ἐπανορθωμένως. Gall. *Correctement.* Ital. *Correttamente.* Germ. Ein idl. Hisp. *Corregidamente, emendadamente.* Angl. *Correctly.*} Cicer. *de opt. genere orat.* Nam quoniam eloquentia constat ex verbis & sententiis, perficiendum est, vt purè & emendatè loquentes, quod est Latinè: verborum præterea & propriorum & translatorum elegantiam persequamur.

Emendator, is, Castigator. {מיסר *mejasser* מתקן *methakkén.* ἐπανορθωτής. Gall. *Correcteur, ou corrigeur, radoubeur.* Ital. *Correttore, racconciatore.* Germ. Ein verbesserer. Hisp. *Corretor, emendador.* Angl. *A amender, a corrector.*} Cic. *pro Corn. Balb.* O præclarum interpretem iuris, autorem antiquitatis, correctorem atque emendatorem nostræ ciuitatis.

Emendatrix, {מיסרת *mejasseráh* מתקנת *methakkenáh.* ἐπανορθώτρια. Gall. *Celle qui corrige & fait amender.* Ital. *Donna che corregge & racconcia.* Germ. Welche etwas bessert vnnd zu recht bringt. Hisp. *Correctora.* Angl. *That amendeth.*} Cic. 1. *de Leg.* Quoniam vitiorum emendatricem legem esse oportet, commodatricemque virtutum.

Emendabilis, Senec. 2. *de Clement. cap. vlt.* Aliquem verbis tantùm admonebit: Pœna non afficiet ætatem eius emendabilem intuens.

Emendatio, onis, Correctio. {מוסר *musar.* ἐπανόρθωσις. Gall. *Correction, radoubement, amendement.* Ital. *Correttione, accenciamento.* Germ. Verbesserung. Hisp. *Correcion, castigamiento.* Angl. *An amending, a making better.*} Cic. 4. *de fin.* Hæc videlicet est correctio philosophiæ veteris, & emendatio. Quintilian. Vt malorum caussa bellum, emendatio pax.

Ementior, Mentior, confingo, comminiscor. {כחש *chichésh* שקר *schikker.* ψευδολογῶ, ψεύδομαι. Gall. *Mentir apertement, controuuer, feindre.* Ital. *Mentir, dir buggie.* Germ. Erliegen. Hisp. *Mentir.* Angl. *To lie, to faine, to counterfait.*} Cicer. *in Partit.* Alij ementiti sunt in eos quos oderant. Plaut. *in Amphitr.* quæque dixisti modò omnia ementitus. ¶ Accipitur etiam non ineleganter pro simulare, vel falsò aliquid exprimere. προσποιοῦμαι. Plaut. *in Trinum.* Quis ille quem ementitus es, ego sum. Cicer. *pro domo sua.* Quid desperatius, qui ne ementiendò quidem potueris autorem adumbrare meliorem? Ouidius 5. *Metamorph.*

A Nileus qui se genitum septemplice Nilo
Ementitus erat.

Sic dicitur ementiri vocem, vel manum alicuius, pro assimulare & effingere. Ementiri autoritatem. Cic. *pro domo sua*, Satisne tibi videtur à Senatu iudicatum me non modò non ementitum esse autoritatem eius ordinis, sed etiam, &c.

Ementiens, partic. Cic. *de Diuin.* Videmus hæc signa nunquam ferè ementientia.

Ementitus, aliud participium. {ψευδόμενος. Angl. *Falsely fained.*} Cic. 2. *Tuscul.* Ita fit sensum cogitantibus, vt quantum sit ementita opinio appareat.

‖Ementum, excogitatio. Eminiscitur, in memoriam reducit. Gloss. Isid. ab e & meniscor.‖

Emercor, aris, atus sum. Tacit. *lib.* 2. Missis corruptionibus exuendam ad fidem hostes emercari.

Emereo, es, ui, Emereor, & tam in bonam, quàm in malam partem accipitur. {μισθοφορέω, μισθοδοτέομαι. Gall. *Meriter.* Ital. *Meritare.* Germ. Verdienen. Hisp. *Merecer.* Angl. *To deserue, to earne wages.*} Plaut. *Aul.* Quid egó emerui adolescens mali, Quamobrem ita faceres? Propert. *lib.* 4. *Eleg.*

Et tamen emerui generosos vestis honores.

Emeruerat pecuniam ex eo quæstu, (id est, meretricio.) Gell. *cap.* 7. *lib.* 6.

Dixit & emeruit vocis habere fidem,

Ouid. 4. *Fast.*

——Admoniti esse,
Æquantem superes emeruisse virum;

(pro demerere, & vobis conciliare, ne vobis irascatur, vt mihi.) Idem *Eleg.* 8. *lib.* 4. *Trist.* Anni quæ vos dolo emeruerunt, (i. emeritos & fractos reddiderunt.) Sic legit Passerat. & ita apud Tibull. *Eleg.* 9. *lib.* 1.

——Vel plures emeruisse viros.

Emereor, eris, itus, Mereor. {ἀντιμισθοῦμαι, μισθοφορῶ, ἀξιοῦμαι, ... προσποιοῦμαι. Gall. *Deseruir, meriter.* Ital. *Meritare.* Germ. Verdienen. Hisp. *Merecer.* Angl. *To deserue, to earne wages.*} Cicer. *Attic. lib.* 6. Annuæ enim mihi operæ III. Calend. Sextil. emerentur. Emereri iudicium hominum. Quint. Emereri fauorem. Idem.

Emeritus, particip. vnde Emeriti milites nominantur, qui militia perfuncti, ab eáque liberati vacationem iam habent. {οἱ πάσας τὰς στρατείας ... μισθοφορῶν ... } Lucan. *lib.* 1.

Quæ sedes erit emeritis? quæ rura dabuntur,
Quæ noster veteranus aret? quæ mœnia fessis?

¶ Emerita arma, id est, victricia & finem bellis imponentia. Ouid. 4. *Trist.*

Miles vt emeritis non est satis vtilis armis.

¶ Emeritum stipendium, passiuè dicitur (inquit Budæus) quod peractum est, quum iam milites emissionem vt veterani impetrauerunt. Emeritus iustissimus triumphus. Velleius, Emeritum stipendium. Plaut. *Most. sc.* 2. *a.* 1. Item, Emeritæ militiæ commoda. Suet. *in Calig. cap.* 44. ¶ Emeritos boues. Virg. per translationem appellat pro defessis & opere ac labore solutis. ¶ Emeriti senes vocantur à Val. *lib.* 5. qui solent habere alios qui pro se laborent: iique dicuntur pro alio opus agere. ¶ Emeritæ apes. Plin. *lib.* 11. *cap.* 11. Sunt autem fuci sine aculeo imperfectæ apes: nouissimæque à fessis & iam emeritis inchoatæ. ¶ Emeriti anni, id est, iam effœti. Martial. *lib.* 7.

Emeritos Musis & Phœbo tradidit annos.

Ouid. 3. *Fast.*

Quominus emeritis exiret cursibus annus.

Idem 4. *Fast.*

Demferat emeritis iam iuga Phœbus equis.

Nomen emeritum. Claud. *de torpedine,*

Quis non indomitam mira torpedinis artem

Audit, & emerito signatas nomine vires? id est, merito.

Emeritum, Emolumentum & commodum quod veteranis, & emeritis militibus dari solebat, Modest. *l.3. D. de re milit.* Qui militiæ tempus in desertione impleuit, emerito priuatur. Et *paulò pòst,* Etsi expleto militiæ tempore redeat, vt veteranus restituetur & emerita accipiet.

Emerita Augusta, ἠμερίτα, vulgò *Merida la grande,* ad Anam fl. Hispaniæ oppidum est, ad Lusitaniam spectans. Est hæc vrbs cocco celebris, quod est rubrum granum, cuius succo vellera tinguntur: Tyrio splendori neutiquam cedentia, vt Plin. scribit *lib.9. cap.41.*

‖Emerita, in India Occidentali. vide *Merida.*‖

EMERGO, Exeo ※ Mergo, {צָף *tsaph* יָצָא *jatsá.* ἀναδύομαι. GALL. *S'apparoir & monstrer, sourdre & se monstrer, sortir hors.* ITAL. *Sorgere.* GERM. Herfür kommen / auß der tieffe des wassers empor kommen. HISP. *Salir debaxo del agua.* ANGL. *To swymme out and appeare.*} Propriè enim emergere dicitur qui subter aquam mersus, rursus in lucem redit: quemadmodum vrinatores facere consueuerunt. Cic. 2. *de nat. deor.* Legi etiam scriptum esse, auem quandam quæ Platalea nominaretur, eam sibi cibum quærere aduolantem ad eas aues, quæ se in mari mergerent: quæ cùm emersissent, piscémque cepissent, vsque eo premere earum capita mordicus, &c. Idem *de Arusp. resp.* Iam ista serpens quæ hic delitescit, tunc se emergit & fertur illuc, &c. Terent. *Eunuch.* Quid gestiam, aut quid lætus sim? quò pergam, vnde emergam? ¶ Accipitur etiam emergere pro ex occulto loco in lucem prodire, & ad hominum cognitionem venire: vt in trita illa sententia, Veritas vbi diu delituit tandem emergit. ¶ Sic etiam dicimus emergere ex calamitate, aut morbo, pro euadere à morbo, aut calamitate. Liu. 5. *bell. Pun.* Emersura virtus ex omni sæuitia fortunæ. Cicer. *pro Cluent.* Hoc modo, iudices, sæpe multorum improbitate depressa veritas emergit: innocentiæ defensio interclusa respirat. Idem *pro Cælio.* Equidem multos vidi in hac ciuitate qui totam adolescentiam voluptatibus dedissent, emersisse aliquando, & se ad frugem bonam, vt dicitur, recepisse: grauésque & illustres fuisse. Corn. Nepos *in vita Attici*, Quibus ex malis vt se emersérat, nihil aliud egit, quàm vt plurimis quibus rebus posset, esset auxilio. Velleius, in quod emersissent fastigium partes Pompeianæ.

Emergi, impersonale. Terent. *Adelph.* Tot res repentè circumuallant, vnde emergi non potest.

Emersus, a, um, Adiect. Cic. 2. *de Diuinat.* Tibi autem de me cum sollicitudine cogitanti subitò sum visus emersus è flumine. Emersus ab admiratione animus, id est, qui se recipit. Liu. *lib.8.* Ouid. 3. *Fast.*

Tertia lux emersa suos vbi mouerit ortus.

EMETIOR, itis, emensus sum, Metior. {מָדַד *madhádh.* διαμετρέω. GALL. *Mesurer.* ITAL. *Misurare.* GERM. Messen/ausmessen. HISP. *Medir.* ANGL. *To measure.*} Hinc emetiri iter, per translationem pro conficere iter, & emeriti labores, quod alio modo dicimus exantlare, vel deuorare labores. Liu. *lib.5. bell. Pun.* Et inde vna nocte ignaris hostibus, & ob id quietis aliquantum emensus est iter. Gell. *cap. 16. lib. 10.* Emetiri iter pedibus. Cicer. *de claris Orat.* Ego autem voluntatem tibi profectò emetiar, sed rem ipsam nondum posse videor, idque vt ignoscas peto.

Emensus, passiuè. {מָדוּד *madhúdh.* διαμετρηθείς. GALL. *Mesuré.* ITAL. *Misurato.* GERM. Gemessen. HISP. *Medido.* ANGL. *Measured.*} Liuius 1. *bell. Pun.* Postquam multo maiorem partem itineris emensam cernunt. Virg. 1. *Georg.*

——*emenso cùm iam decedet Olympo.*

Liuius 5. *dec.* 5.

‖Emetica, quæ vomitum prouitant. ἐμέω est vomo. ἐμετικός est vomitorius.‖

EMETO, is, Meto. {קָצַר *katsár.* θερίζω, ἀμάω. GALL. *Moissonner, aceuiller, prendre & cueillir le fruict.* ITAL. *Mietere.* GERM. Schneiden. HISP. *Segar.* ANGL. *To ripe or mowe.*} Horat. *in Epist.*

——*Emetit cretus*

Grandia cumparuis, non exorabilis auro.

EMICO, as, Effulgeo, resplendeo. {נָגַהּ *nagháh* בָּרַק *barák* הוֹפִיעַ *hophîah.* διαφαίνω. GALL. *Apparoistre, se monstrer, resplendir, reluire.* ITAL. *Resplendere, mostrarsi.* GERM. Herfürglantzen. HISP. *Resplandecer, saltar fuera de algun lugar.* ANGL. *To shyne brightly.*} Plaut. ex oculis, quasi radij emicant Solis. ¶ Emicare, extrà salire, exilire, subitò apparere. Plaut. *Aul. sc.3. a.4.* Cor cepit artem facere ludicram, atque in pectus emicare. Virg. 6. *Æneid.*

——*iuuenum manus emicat ardens*

Litus in Hesperium.

Plin. *lib.31. cap.37.* Cecinnæ Volaterrano dracones emicuisse de extis læto prodigio traditur. ¶ Emicare in iugum, pro attollere sese & erigere. Col. *lib.4. cap.20.* Nam quæ vel infirma, vel breuis est, ad duas gemmas recidenda est, quam vehementiorem fundat materiam, quæ protinus emicet in iugum. Liu. Saxa tormento emicantia. ¶ Emicare pro excellere, ἐξέχειν. Plin. *lib.35. cap.11.* Post eum emicuit longè ante omnes Euphranor Isthmius.

——*Præ omnibus emicat.... Nisus,*

Virg. 2. *Æneid.*

Emicatio, nis, ἐκλαμψις, ἔμφασις. Apul. *lib. de Mundo.* His oppositi sunt torrentium cursus & humores vndarum emicationésque syluarum, id est, exortus.

‖Emicantim, emicanter. Tertull.

Emicatim, splendenter. Sidon.

Emigraneus, vermis capitis. Cath.‖

EMIGRO, as, Migro, discedo, exceedo. {עָלָה *halâh.* μετοικίζω. GALL. *Se partir d'vn lieu, changer de lieu, aller autre part.* ITAL. *Andar ad habitar altroue.* GERM. Außweichen / auß einem ort in das ander ziehen. HISP. *Mudar casa de lugar à lugar.* ANGL. *To go frome one place to an other to dwowell, to flitte.*} Cic. 4. *Verr.* Ex illa domo sic emigrabat, vt, &c. Plaut. *Most. sc.2. a.2.* pedem intrò retulit, semel vt emigrauimus. Idem *Men. sc.1. a.5.* Nisi quod hac nocte emigrasti. *Itidem,* Non hinc emigrasti. ¶ Emigrare è vita, id est, mori: μεταναστῆναι τοῦ βίου. Cic. 3. *de leg.* nulla est enim persona, quæ ad vicem eius, qui è vita emigrarit, propius accedat. ¶ Emigrare pro exire. Titinius, Quot pestes, senia, & iurgia semper diebus emigrarunt.

EMINEO, es, ui, ab e præpositione, & verbo maneo, Extro, excedo, emineo appareo. {רָם *ram* גָּבַהּ *gbahah* נִרְאָה *nirah* הוֹפִיעַ *hophiah* φαίνομαι, ὑπερέχω, ἐξέχω. GALL. *Saillir dehors & sortir, & surpasser les autres, se monstrer & apparoir.* ITAL. *Soprastare, mostrarsi fuori, passar auanti à gli altri.* GERM. Herauß gehn, vberragen. HISP. *Estar en cima de otras cosas, aparecer.* ANGL. *To be apparant, to be higher than others, to shewe it self aboue others.*} Plin. *lib.16. cap. 31.* Ficulus quantum corpore eminet, tantum radice descendit. Cæs. *bell. ciu. lib.2.* Ita capita tignorum extrema parietum structura tegerentur, ne quid emineret vbi ignis hostium adhærescerer. Interdum adiunctam habet præpositionem e, vel ex Cic. 1. *Tusc.* Globus terræ eminens è mari. Idem *lib. 5.* Ego autem quum omnia collustrarem oculis (est enim ad portas Argaginas magna frequentia sepulchrorum) animaduerti columellam non multum è dumis eminentem, in qua inerat sphæræ figura, & cylinder. Quint. Eminere quædam in pictura, vel recessisse videtur. Velleius, Virtute eminet, patria latet. Plaut. *Capt. sc.2. a.3.* Vix è gratulando eminebam, id est, emergebam. Nonnunquam præpositionem extra. Plin. *lib 17. cap.23.* Et in fico quidem dodrantales pastini solo patefacto feruntur, sic vt descendat quæ proxima arbori fuerit duo oculi extra terram emineant. Interdum præpositionem per. Liu. vt, Eminet ferrum per costas. ¶ Ponitur frequenter pro excello & supero, ἐξέχειν. Cic. 3. *Verr.* Toto ex ore crudelitas eminebat. Idem *pro Cluentio,* Illi quorum eminet audacia atque proiecta est, à consiliis malitiæ deferuntur. Et *Tusc. 2.* Amplitudo animi maximè eminet contemnendis doloribus. Sic eminere aliquis dicitur, qui cæteris antecellit. Idem *in Orat.* In quo tantum abest vt nostra miremur, vt vsque eò difficiles ac morosi simus, vt nobis non satisfaciat ipse Demosthenes: qui quanquam vnus eminet inter omnes in omni genere dicendi, tamen non semper implet aures meas: ita sunt auidæ, & capaces, & semper aliquid immensum infinitumque desiderant. Liu. 1 *ab Vrb.* Necdum a singulis, quia nemo magnopere eminebat in nouo populo, peruenerant factiones. Ex his omnibus satis, opinor, apparet eminere de omnibus siue personis, siue rebus dici, quæ aliquam partem habent cæteris altiorem, aut magis expositam, idque commodè transferri posse ad quascunque res aliis excellentiores.

‖Emin' tu? eminés ne tu, Palm.‖

Eminens, nomen ex participio, Editus, excellens. {רָם *ram* גִּבּוֹר *gbhôah* נִרְאֶה *nireéh.* ἐξέχων. GALL. *Eminent, qui surpasse les autres, apparent par dessus.* ITAL. *Apparente, soprastante.* GERM. Herfür gehend, vberstreffend. HISP. *Eminente, el que parece sobre los otros.* ANGL. *High, excellent, that sheweth the self aboue others.*} Velleius, Eminentia, & Eminentissima ingenia. Item, Eminentia non carent inuidia. Idem Velleius & Quintil. Eminentiora alia, alia reductiora, (in pictura.) Velleius, Eminentissimi & excellentissimi viri. Idem, Eminentissima Romanarum Liuia. Idem, Ingenij eminentissimus sui sæculi. Idem, Eminentissimæ simplicitatis vir. Cæsar *bell. ciuil. 2.* Has trabes paulò longiores atque eminentiores quàm extrema parietum erant effecerunt. Columell. *lib.3. cap.8.* Sed & Meuaniæ bos humilis, & Liguriæ nonnunquam taurus eminentis staturæ conspicitur. Cic. *Tusc.3.* Eminens effigies virtutis. Suet. *in Calig. cap.50.* Statura fuit eminenti, pallido colore, &c.

EMINENTIA, Excellentia. {יֶתֶר *jéther.* ἐξοχή. GALL. *Saillie, outrepasse, esleuement en bosse.* ITAL. *Il trapassamento, excellenza.* GERM. Fürtrefflenheit. HISP. *Eminencia sobre otras cosas.* ANGL. *Excellency, passing aboue others.*} Cic. 1. *de nat. deorum.* Nam si tantummodo ad cogitationem valent, nec habent vllam soliditatem, nec eminentiam: quid interest vtrùm de hippocentauro, an de Deo cogitemus. Idem *lib.2. Acad.* Quis est quin cernat quanta vis sit in sensibus? Quàm multa vident pictores in vmbris & eminentia, quæ nos non videmus? Velleius, Eminentia cuiusque operis. Vide Gell. *cap.3. lib.14.*

‖Eminiscitur, in memoriam reducit. Gl. Isid. Pap.‖

EMINULUS, Parum eminens. {ὑπερέχων. GALL. *Vn peu esleué, vn peu plus haut & apparent.* ITAL. *Poco eminente, vn puoco alto.* GERM. Hoche lecht für andere. HISP. *Cosa que parece vn poco sobre las otras.* ANGL. *A litle higher, or that sheweth it self a litle aboue others.*} Varr. *lib.2. cap.5.* Vt habeat inferiorem partem frequentibus pilis subcrispam, compastis cruribus, potius breuioribus, quàm longis, rectis genibus & eminulis, distantibus inter se. Idem *de canibus,* Spina neque eminula, neque curua.

EMINOR, aris, Minor. {ἀπειλέω. GALL. *Menacer.* ITAL. *Minacciare.* GERM. Trawen. HISP. *Amenazar.* ANGL. *To threaten.*} Plaut. *Capt. sc.1. a.4.* Eminor, interminórque ne quis obstiterit obuiam.

EMINATIO, {ἀπείλησις. GALL. *Menace.* ITAL. *Minaccie.* GERM. Trawung. HISP. *Amenazar, obra de amenazar.* ANGL. *A threatening.*} Plaut. *Capt. sc.1. a.4.* Dentilegos omnes mortales faciam, quemque offendero. ARG. Quæ illæc eminatio est? nequeo mirari satis.

EMINUS, ‖& Eminus apud Scal.‖ A longinquo loco. {מֵרָחוֹק *merachók.* πόρρωθεν, τηλόθεν. GALL. *De loin.* ITAL. *Da lungi.* GERM. Von weitem, von fernem. HISP. *De lexos, ò à lexos.* ANGL. *A farre of.*} & differt à longè quod non rectè dixeris, eminus habito, vt longe habito: sed bene, eminus iaculor. Importat enim eminus tacitum quendam motum de loco. Cæs. *lib.1. bell. ciuil.* Sic quotidie vtrinque eminus fundis, sagittis, reliquisque telis pugnabatur. Ouid. 13. *Metam.*

Eminus ingenti resupinum pondere fudi.

¶ Similiter cominus, à loco propinquo, non in loco propinquo, neque propriè, ἐγγύθεν, ἐκ χειρὸς, vt, Cominus te percutiam, non cominus sedeo. Valla *in Rauden.*

Emio, orno, decoro: vnde *redimio* compositum volunt. Hoc quidam legi volunt apud Ouid. *lib.1. Heroid.*

Quid tibi donaui, perfide, litus emi.

Emiror, aris, atus sum, Valde miror. Horat. 1. *Carm. Ode 5.*

——*& aspera Nigris æquora ventis*

Emirabitur

Emirabitur insolens.

Emisa, Ἔμισα, alias Ἔμεσα, licèt Dionysius corripiat, vrbs Phœniciæ Licaniæ. Gentile, Emisenus, vel Emesenus. Emisa fœmininum est, licèt Dionysius declinare videatur, Ἔμισον, τό. Steph.

Emitto, is, emisi, emissum, Foras emitto. {שלח *schilléach*. ἐκπέμπω, ἀφίημι, ἐκβάλλω. Gall. *Mettre hors, laisser aller, lascher, enuoyer*. Ital. *Mandar fuori*. Germ. Außlassen / außschicken. Hisp. *Embiar ò echar fuera*. Angl. *To send or put forth, to let go, to send abroade*.} Cic. 3. *Catil.* Vt abs te non emissus ex vrbe, sed in vrbem immissus videatur. Idem 6. *Verr.* Quæram, cur hunc eundem repentè è carcere iusserit emitti. Emittere aquam ex piscina, vel lacu. Cic. *Attic. lib.* 4. Lacus Velinus à M. Curio emissus. ¶ Emittere librum, pro edere. Suet. *in Claud. cap.* 33. De cuius arte librum emisit. ¶ Varij præterea sunt verbi huius vsus, qui subiectis patebunt exemplis. Plaut. *in Merc.* Gradus grandit, emittit oculos, circumfert se, obstipat verticem. Autor ad Heren. 4. Quòd si nunc hæc vrbs inuictissima vocem emittat, non hoc pacto loquatur? Idem *de Diuin. lib.* 2. Si autem nubium conflictu ardor expressus se emiserit, id esse fulmen. ¶ Sic etiam emittere arcu sagittas, aut tela. Plin. *lib.* 9. *cap.* 8. *de delphinis*, Nam quum fame confecti, fugientem in vada ima persecuti piscem, diutiùs spiritum continuere, vt arcu emissi ad respirandum emicant, tantaque vi exiliunt, vt plerunque vela nauium transuolent. Idem *lib.* 10. *cap.* 33. *de hirundinibus*, Notabili munditia egerunt excrementa pullorum, adultioresque circumagi docent, & foris saturitatem emittere, id est, ventrem purgare. Idem *lib.* 11. *cap.* 24. *de araneis*, Pariunt autem oua ea in telas expensa, quia saliunt, atque ita emittunt. Et *lib.* 25. *cap.* 5. Quippe alia dare soliti, quæ concitarent vomitiones, ipsumque elleborum extraherent medicamentis, aut clysteribus, sæpe etiam sanguine venis emisso. ¶ Admittit quoque & præpositiones. Cic. *pro Planc.* Emissus aliquis è carcere. Et *lib.* 2. *Epist. ad Attic.* Emittat ad me Publius qui obsignent. Cæs. 1. *bell. ciu.* Emittunt noctu per vallum. Liu. 4. *bell. Pun.* Primos equites clamore sublato in hostem emisit. Senec. *cap.* 2. *de consol. ad Helu.* Emittere nepotes ex sinu. Idem *cap.* 11. *de consol. ad Polyb.* Alium exire (è vita) cupientem vix emittit. ¶ Emittere manu aliquem pro manumittere, & libertate donare ἀφιέναι. Terent. *Adelph.* Haud dubium est quin emitti æquum siet, id est, liberum fieri. Si rectè facias, me emittas manu. Plaut. *Men. sc.* 7. *a.* 5. Quem emisi manu. *Ibid.* Ancilla libera vt sit, quam ego nunquam emisi manu. Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 5. Nunquam erit tam auarus, quin te gratis emittat manu. Idem *sc.* 3. *a.* 2. Emisti (pro emisisti) ex vinculis herum. Idem *ibid.* Mihi emisisti Philocratem fallaciis. *Ibid. sc.* 5. *a.* 3. Emitteres nécne eum manu. Idem *Capt. sc.* 5. *a.* 3. Nunquam ad Prætorem æquè cursim curreat, vt emittat manu. Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Quin tu mulierem mihi emittis. *Ibid. sc.* 7. *a.* 4. (id est, tradis vt abducam.) ¶ Ponitur etiam aliquando pro manifestare, edere, ἐκδιδόναι. Cic. *Volumnio, fam. lib.* 7. Vt etiam si quando aliquid dignum nostro nomine emisimus, ingemiscamus. Senec. *cap.* 4. *de cons. ad Mart.* Quæ emittuntur in publicum, ei nota sunt.

Emissio, nis, Iactus, ictus. {משלחת *mischláchath*. ἐκπομπή, ἐξαποστολή. Gall. *Enuoy, chasse, iettement*. Ital. *Esso mandar fuori*. Germ. Außlassung. Hisp. *Obra de embiar ò echar fuera*. Angl. *A sending forth, a shoote*.} Cic. 2. *Tuscul.* Vt enim balistæ lapidum & reliqua tormenta telorum eò grauiores emissiones habent, quò sunt contenta atque adducta vehementiùs.

Emissus, a, um. Plaut. *Men. sc.* 5. *a.* 5. Postquam emissus es (carcere,) exfemus agis sub furca scio. Cic. 3. *Catilin.* Emissus ex vrbe. Item, Emissus è carcere. Idem *ad Atticum*. & Plin. *cap.* 5. *lib.* 25. Emisso venis sanguine Suet. *in Claud. cap.* 32. Pænè submersus, cùm emissa impetu aqua redundasset.

Emissarius, ij, Excursor. {Gall. *Vn qu'on enuoy çà & là, quand & où on veut, messager, un espie ou escoute*. Ital. *Spia, vn messaggiero che va quà & là à la volontà d'altri*. Germ. Ein bottenlauffer / der sich läßt hin vnd wider schicken. Hisp. *Mensagero mirador, varon para embiar delante*. Angl. *A messinger, a post*.} Qui ante exercitum emittitur, προπομπός, vel ad explorandum, ἀπόκοπος, κατάσκοπος, vel ad prælium lacessendum, πρόμαχος, vel qui dominum circumstat vt eius iussis obtemperet, & præstò est vt emitti possit. ¶ Emissarius etiam à probatissimis autoribus appellatur calumniator submissus, & subornatus ab inimicis. Cic. *Mario, lib.* 7. *epist.* Persuaseratque nonnullis inuidis meis, in me emissarium semper fore. ¶ Item furtorum conciliator (sicut Asconius docet) qui scilicet emittitur vt exploret res furto opportunas. Cic. 3. *Verr.* Timarchides quidam istius excursor, & emissarius, homo omnium ex illo conuentu quadruplatorum teterrimus. Idem *Verr.* 5. Dubitaturum quenquam existimas, quin illis emissariis hæc tibi omnis pecunia quæsita sit? Velleius, Per emissarios factionis suæ eum interfecit. Sueton. *in Galba cap.* 15. Emissarij Neronis. Emissarius autem vocatur equus, aries, & huiusmodi qui emissus sit in solitudinem, vel qui ad generandam sobolem emittitur. Sed videtur ratio postulare vt dicatur admissarius, quod ad sobolem procreandam fœminæ adiungatur. {ἀναβάτης. Gall. *Vn estalon*. Ital. *Stalone*. Hisp. *El cauallo garañon*. Angl. *A stallion, a horse keept to horse mares*.} Vnde admissura, quando mares brutorum ad fœminas admittuntur, ὀχεία. Plinius emissarium appellat palmitem, qui emissus ex deputatione infertur imis scamnis, vt per singulos annos ad superiora scandat. Sic enim *lib.* 17. *cap.* 23. scribit, Relicto semper duramento in singulis tabulatis, & emissario vno qui subeat vsquequò placuerit.

Emissarium, locus per quem aqua è lacu, aut stagno emittitur. {διώρυξ. Gall. *Vn conduit par où l'eau s'escoule, canal*. Ital. *Condutto da scolar acque*. Germ. Ein außlaß eines sees oder wassers. Hisp. *Pagrandera para vaziar agua*. Angl. *A sluce or place to let water out of a ponde*.} Suet. *in Claud.* Fecit & emissarium Fucini lacus, portúmque Ostiensem. Et rursus idem *ibidem cap.* 32. Conuiuatus & super emissarium Fucini lacus, & pænè submersus, cum emissa impetu aqua, &c. Cic. *ad Tironem*, Helluo spurcissimus hic. 14. dabat nullo aprico horto, nullo emissario, nulla maceria, nulla casa.

Emissitius, a, um, qui ad explorandum emittitur. {ἀποστατικός, προπεμπτικός. Gall. *Espie, qu'on iette pour espier*. Ital. *Spia, spione*. Germ. Ein geschickter / außspäher. Hisp. *Atalaya, espia, saledizo afuera*. Angl. *An send out to espye*.} Et oculi emissitij extrà educti, & foras porrecti. Plaut. *in Aul.* Excundum hercle tibi hinc foras, Conspectatrix cum oculis emissitiis.

¶Emissa, siue Emessa, Arabibus hodie *Hamza*, Turcis *Hamen*, teste Bellonio: vrbs Cælesyriæ, sericeo stamine abundans.

Emlia, Emmeley, V. E. Hiberniæ, sub A. Cassiliensi.¶

Emmanuel, {עמנואל *himmanuél*.} Hebraica dictio, quam si interpreteris, nobis sonat, Nobiscum Deus, Græcè, μεθ' ἡμῶν ὁ θεός.

Emmaus, mai, Plinio, siue Emmaus, úntis, Ἐμμαοῦς Ptolemæo, Castellum, siue oppidum Palæstinæ. alio nomine Nicopolis appellatum, vbi Christus à duobus discipulis panem frangens fuit agitus. Plin. *lib.* 5. *cap.* 14. Hierichuntem palmetis consitam, fontibus irriguam Emmaum.

¶Emmelia, ἐμμέλεια, modulatio, concinnitas. ab ἐμμελής concinnus: ab ἐν, in, & μέλος cantus. ¶ Deinde est saltationis species.

Emmēna, quæ infra mensem fiunt purgationes, menstrua mulierum. Idem sacra Græcorum. Stuck.

Emmoton. ἔμμοτον, quæ curationem per concerpta linamenta requirunt, vt vlcera caua, quæ medicamenta linamentis excepta in sinus recondunt. ἔμμοτοι verò dicuntur, qui linamentis indigent.¶

Emo, is, emi, emptum, à πρίαμαι. Pecuniis aliquid mihi comparo: construitúrque cum ablatiuo, vel genitiuo horum nominum, tanti, quanti, pluris, minoris, & huiusmodi. {קנה *kanáh*. ὠνέομαι, ἀγοράζω. Gall. *Acheter*. Ital. *Comprare*. Germ. Kauffen. Hisp. *Comprar*. Angl. *To bie*.} Cic. *lib.* 3. *Offic.* Emit homo cupidus tanti, quanti Pythius voluit. Gellius, Libros plurimos ære pauco emi. Vnde emisti? Plaut. *Curc. sc.* 2. *a.* 5. Tibi hunc eme isto argento, idem *Asin. sc.* 3. *a.* 3. Non emam vitam tuam vitiosa nuce. Idem *Mil. sc.* 3. *a.* 2. Thalem talento non emam. Milesium. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 2. Noui te hominem molestum, quíve emas litigium. Idem *Amphitr.* Beneficiis emere gnatum suum sibi. Idem *in Asin. sc.* 1. *a.* 1. Diem, aquam, noctem argento non emo. *Ibid. sc.* 3. *a.* 1. Herus dicto me emit audiendum, haud imperatorem sibi. Idem *Men. sc.* 4. *a.* 1. H. Age sis roga, (id est, stipulare.) Eo Emptum nisi quis meliorem afferat conditionem. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 1. Ne quid emat, nisi quod tibi placere intelligat. Idem *Most. sc.* 3. *a.* 1. Emere malo, quam rogare. Idem *Curc. sc.* 5. *a.* 1. ¶ Emere sibi, pro accipere. Liu. *lib. vlt. in fine.* Emere antiqui etiam accipiebant pro sumere, autore Festo. ¶ Emere idem est aliquando quod conducere, aut redimere. Cic. *Verr.* 5. Emere decumas, vectigalia, id est, conducere & redimere à populo. ¶ Bene emere, i. carè emere. Meliùs emere pro cariùs emere, vt apud Suet. *in Cæs.* Martialis, Adeò bene emit, inquis, imò non soluit. ¶ Emere & redimere, etiam locare erat. Festus. ¶ Eius composita sunt, Abemo, Ademo, Coëmo, simul emo, vel ex omnibus locis emo: Eximo, Interimo, Perimo, & Redimo, quæ habent penultimam correptam. Item frequentatiuum Emptitare, de quo mox: & Empsitare, apud Plaut. *in Cas.* Non ego istud verbum tittiuillitio empsitem: quanquam alij hoc in loco legant *emptitem*.

Emptus, participium. {נקנה *nikneh*. ἐωνημένος. Gall. *Acheté*. Ital. *Comprato*. Germ. Gekaufft. Hisp. *Comprado*. Angl. *Boght*.} Horat. 1. *Epist.*

Sperne voluptates, nocet empta dolore voluptas.

Ex empto, id est, ex emptione. Cicer. 3. *de nat. deor.* Reliqua quæ ex empto, aut vendito, aut conducto, aut locato contra fidem fiunt. Plaut. *Pseud. sc.* 7. *a.* 7. Mea hæc habeo meo peculio empta. Idem *Most. sc.* 3. *a.* 1. Næ emptum tibi dare hoc verbum volo. (Vbi ita legit Passerat. Volo istuc benè emptum tibi dare.)

Emptio, nis. {מקנת *miknáth*. ὠνή. Gall. *Achet, achettement*. Ital. *Compra, il comprare*. Germ. Kauff. Hisp. *Compra*. Angl. *A bying*.} Cic. *Attic. lib.* 12. Quid Cæsar? tres habet conditiones, aut emptiones ob hastam, &c. Emptio successit permutationi, inuenta moneta, *l.* 1. *de contrahend. empt.* Emptionem vertit, quamcunque alienationem continuari. Albericus autè monuit, citans *l. statuliberi, ad fin. ff. de statulib.* Præterea omnem quo dominium transfertur, contractum. *l. sicut. §. venditur. quibus modis pignus, vel hypoth. soluitur.* Idem indicauit emptionis & venditionis vocabulis veteres vsos indiscriminatim. *l. veteres. de act. empt. l. cùm apparebit. ff. loc.* Emptio imaginaria dicitur, quæ simulatur, quum in veritate non sit emptio. Zas. *§. item si quis. Institut. de action.*

Emptito, as, Frequenter emo, vel frequenter mercandi, seu acquirendi vsum habeo. {ὠνέομαι. Gall. *Achetter souuent*. Ital. *Comprar spesso*. Germ. Emsig kauffen. Hisp. *Compar à menudo*. Angl. *To bie often, to vse to bie*.} Plin. *lib.* 33. *cap.* 1. Alios coriis boum, alios ferro, captiuísque rebus emptitasse tradit. Colum. *lib.* 8. *cap.* 10. M. Terentius ternis sæpe denariis singulos emptitatos esse significat: pro eodem etiam legitur Empsitare: de quo vide pauló ante in verbo *Emo*.

Empturio, Cupio emere. {ὠνητιάω, ἀγοραστιάω. Gall. *Desirer d'acheter*. Ital. *Bramar di comprare*. Germ. Lust haben zukauffen oder mercken. Hisp. *Auer gana de comprar*. Angl. *To desyre to bie*.} Varr. *in Proœm. lib.* 2. *de re rust.* Propterea quòd te empturientem in campos mactos ad mercatum adducunt crebrò pedes.

¶Empturitio, desiderium sæpe emendi. Digest.¶

Emptor, is, qui emit. {קונה *konéh*. ὠνητής. Gall. *Acheteur*. Ital. *Compratore*. Germ. Ein kauffer. Hisp. *Comprador*. Angl. *A bier*.} Cic. 3. *Offic.* Nequid omnino quod venditor norit emptor ignoret. Suet. *in Ner. c.* 4. Emptor familiæ, Plaut. *Men. sc. vlt. a.* 5. Venibit vxor quoque si quis emptor venerit. Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 1. Si quis emptor venerit, non potest auferre verbum philippeis aureis.

Emptionalis, e, qui frequens est in emptionibus & proscriptionibus bonorum. ὠνητικός. Cæl. *Ciceroni*, Quod quidem si inter vos senes emptionales venale proscripserit. Quo in loco antiquissima exemplaria habent concionales senes.

Emptitius, qui est de numero eorum qui empti sunt, siue emi solent. {ὠνητός. Gall. *Qu'on a acheté, qui est acheté, ou pour acheter*. Ital. *Compratitio*,

prætiosæ. GERM. Gekaufft oder der kauffe. HISP. Cosa comprada. ANGL. That is bought, or to be bought.} Varr. lib. 3. de re rust. Hic aptum glans quum pascit emptitia facit pinguem, illic gratuita exilem. Ibid. cap. 17. Præterea salsamenta in eas piscinas emptitia coniiciebat.

Emax, gen. communis, qui facile inclinatur ad amendum. { ὠνητικός. GALL. Grand acheteur, qui aime à acheter. ITAL. Facile à comprare. GERM. Käuffig, der gern kaufft vnnd krämelt. HISP. Quien con mucha gana compra. ANGL. Giuen to bie, a great bier.} Cato de re rust. cap. 2. Patremfamiliàs vendacem, non emacem esse oportet. Cicer. in Parad. Non esse cupidum pecuniæ, non esse emacem, vectigal est.

‖Emaculus, aliquantum emax. Cath.‖

Emacitas, Facilitas & inclinatio voluntaria emendi. {τὸ ὠνητικόν. GALL. Grand desir & faim d'acheter. ITAL. Desio di comprare. GERM. Kauffgirigkeit. HISP. Gana y vicio de mucho comprar. ANGL. A will to bie.} Col. lib. 5. Quosdam emacitas in armentis, quosdam exercet in comparandis mancipiis cura, de tuendis nulla cura tangit. Plin. Epist. 51. Erat φιλώνης, vsque ad emacitatis reprehensionem.

EMŎDŬLŎR, Modulor. {זמר zimmer. μελῳδέω. GALL. Chanter & composer vers par mesure, melodieusement chanter. ITAL. Componere è cantare con misura. GERM. Im schlag singen, oder ein lied dichten. HISP. Cantar suauemente, y con medida derecha. ANGL. To sing in measure or proportion.} Ouid. lib. 1. Amorum,

Musa per vndenos emodulanda pedes.

Emōdūs, ἤμωδος, mons qui circa finem Indiæ in duos ramos diuiditur, alteri Ottorocaras nomen est, alteri Smantinus. Vide Ptolem. lib. 6. cap. 15.

‖Emola, vas coquinarium, quasi ænea olla. Vocab. Eccl.‖

EMOLIOR, iris, iri, Elicio, expello. {גרש gerasch. ἐκβάλλω. GALL. Mettre hors auec effort. ITAL. Scacciare. GERM. Hinausstossen oder werffen. HISP. Empuxar à fuera. ANGL. To put fort by force.} Cels. lib. 4. cap. 6. de pleuritide. Interdum sicca tussis est, quæ nihil emolitur. Idem lib. 7. cap. 26. Res verò interdum cogit emoliri manu vrinam, cum illa non redditur. Colum. lib. 8. cap. 5. Dum eos amaritudo cogat per nares emoliri pituitæ nauseam.

EMŎLLĬO, is, Mollio, molle facio. {רכך kerach. μαλακύνω, ἐκμαλθάσσω, ἐκθηλύνω. GALL. Attendrir, mollifier, effeminer, rendre mol & delicat. ITAL. Mollificare, intenerire, effeminare, far delicato. GERM. Erweichen, weich machen. HISP. Amollentar otra cosa. ANGL. To mak soft, nice or wanton.} Liu. 7. bell. Maced. Humor arcus, fundásque, & iaculorum amenta emollierat. ¶ Vnde emollire aluum, est laxare. Plin. lib. 10. c. 9. Aluum leuiter emollit lapsana, ibid. cap. 2. Pepones qui vocantur, refrigerant, maxime in cibo, & emolliunt aluum. ¶ Quando in hominem transfertur, significat, mollem & effœminatum reddo. Liu. 7. bell. Pun. Simul metuens ne suum quoque exercitum, sicut Annibalis, nimia vrbis amœnitas emolliret. Idem lib. 2. bell. Maced. Degener & emollitus amœnitate Asiæ hostis.

Emollĭdŭs, a, um, adiectiuum, Mollis. {רך rach. μαλθακός, μαλακός. GALL. Mol, effeminé. ITAL. Molle. GERM. Erweycht. HISP. Amollentado. ANGL. Soft, nice, wanton.} Liu. 4. bell. Maced. Labor & æstus emollida & fluida corpora Gallorum reddit. Quamquam sint qui mollia hoc loco contendant legendum.

EMOLO, is, ere, Perfectè molo, vel molendo consumo. Persius Sat. 6.

———& granaria, fac est,

Emole: quid metuis? occa, & seges altera in herba est.

Emŏlŭmentum, i, Vtilitas quam ex opera & labore assequimur: nam à molimine descendit. {יתרון jithron. ὠφέλεια, ἐπίκερδος. GALL. Vtilité, profit, gain. ITAL. Vtilità. GERM. Nutz. HISP. Ganancia ò prouecho. ANGL. Gaine, profite.} Col. lib. 3. Offic. Si sic erimus affecti vt propter suum quisque emolumentum spoliet, aut violet alterum, disrumpi necesse est eam, quæ maximè secundùm naturam humani generis est, societatem. Plautus Trinum. Etsi sine dote duxeris, tibi sint emolumentum honoris, mihi Quod obiectent, siet. Cic. 1. de finib. Plúsque in ipsa iniuria detrimenti est, quàm in his rebus emolumenti quæ pariuntur iniuria. Iuuen. Sat. 6.

Præmia nunc alia, atque alia emolumenta notemus

Sacramentorum.

‖EMOLOGARE, confirmare, laudare. Lex. I. C. Vide Homologare.‖

EMŎNĔo, es, Moneo. {הזהיר hizhhir. νουθετέω. GALL. Aduertir, admonester. ITAL. Auertire. GERM. Mahnen. HISP. Amonestar, auisar. ANGL. To warne, to aduertish.} Plaut. Asin. Hunc politare, illam expilare iam emore.

EMŎRĬŎR, Morior, obeo, } מות meth. ἀποθνήσκω. GALL. Mourir. ITAL. Morire. GERM. Gestorben. HISP. Morir. ANGL. To die.} Quintil. Euanescunt hæc (dicta) atque emoriuntur. Plaut. Aul. sc. 3. a. 1. In tem meam est vt emoriar priusquam ducam. Et, Emortuum me mauelim leto malo. Ibid. Idem Pseud. sc. 3. a. 2. Non est ex te tua, vt ego emoriar. Ibid. sc. 7. a. 4. Haud te sinam emoriri, nisi mihi argentum redditur. Idem in Mercat. Paucis pòst diebus Tarenti emortuus est. Idem in Asin. Emori me malim, quàm hæc non eius vxori, &c. Quintilian. Cùm spes emoritur. ¶ Legitur etiam infinitiuus emoriri, per quartam coniugationem. Terent. in Eunuch. Ritu omnes qui aderant emoriri.

Emortualis dies, quo quis mortuus est. {θανάσιμος. GALL. Mortuaire, le iour que l'on se meurt. ITAL. Il giorno che alcuno è morto. GERM. Der tag eines tödtlichen abgangs. HISP. El dia del morterio. ANGL. The day when one dieth.} Sicut Natalis, quo quis natus est. Plaut. in Pseud. Certum est mihi hunc emortualem facere ex natali die.

EMŎVĔO, es, loco moueo. {הניע heniah. ἐκκινέω, μεταφέρω. GALL. Mouuoir, remouuoir, remuer, oster d'vn lieu. ITAL. Mouere. GERM. Herausbewegen, dannen thun, verrucken. HISP. Mouer de lugar. ANGL. To put out of the place or abide.} Liu. 6. ab Vrbe, tum percitus ira Camillus, lictorem qui plebem de medio emoueret, misit. Virgil. 2. Æneid.

———emoti cardine postes.

Emouere, pro Euertere, seu in apertum producere. Ouid. 3. Fast.

Dum loquitur, totum iam sol emouerat orbem.

id est, suas tua rotunditate apparebat. Gell. cap. 4. lib. 19. Emouere latus. Liu. lib. 6. bell. Pun. Emouere semel atque iterum.

Emōtŭs, particip. Loco motus. {מונח munách. ἐκκινηθείς, ἀπωσθείς. GALL. Remué, osté de son lieu. ITAL. Remosso, tolto via. GERM. Verruckt, außbewegt. HISP. Mouido de lugar. ANGL. Put out of the place or abide.} vt, Axis cardine emotus, Stat. 1. Thebaid. Curæ emotæ, Virgil. 6. Æneid. Emotis deinde cura legatis, Liu. 10. bell. Punic. Emota mens, (pro planè mota loco.) Senec. cap. 18. de consol. ad Polyb.

Empandà, Paganorum Dea fuit, teste Festo: ita dicta quòd parentibus pagis, non clausis vrbibus præesset.

‖Empasma, gradus. Cl. gr. h.‖

Empedŏclēs, Ἐμπεδοκλῆς. { GERM. Ein Philosophus natürlicher dingen hoch erfaren.} Nomen est Philosophi Agrigentini, quem inter veteres Poëtas, ac inter Philosophos annumerat, quippe qui rerum naturam elegantissimo carmine explicuit, vt apud Romanos Lucretius. Hic (vt autor est Hieronymus) omne quod viuit & mouetur, non putauit edendum, sicut & Pythagoras: & ex concordia amicitiáque elementorum cuncta constare affirmabat, & eorum inimicitia & discordia aliquando dissolutum iri. Prima item elementorum complexione segregatum aëra contendebat: & post eum ignem erupisse, cùmque cum alium locum non reperiret, sursum à frigore aëris esse repulsum. Circa terram autem duos circumiectos dimidiatos orbes: alterum ex igne totum, alterum ex aëre maximè, ac ex igne admodum exiguo: & illum diem, hunc noctem esse putat. Solem naturâ non esse ignem, sed ignis repercussionem ei similem, quam in aquis fieri cernimus: Lunam ex relicto ab igne aëre congelatam, sicut grando congelatur, & per se factam, lucem à Sole recipere. Mentem non in capite, nec in pectore, sed in sanguine disseminatam esse, ac illis partibus homines magis sentire quibus plus sanguinis inest. De huius morte nonnulli memoriæ tradiderunt, clàm relictis sociis Ætnam Siciliæ montem ascendisse, & in ardentem eius craterem se coniecisse, eo consilio, vt quum nusquam appareret, crederetur factus esse immortalis: sed eiectis impetu ignis ferreis crepidis, rem fuisse deprehensam. De empedocle extat honestissimum illud Lucretij elogium,

Carmina quin etiam diuini pectoris eius

Vociferantur, & exponunt præclara reperta,

Vt vix humana videatur stirpe creatus.

¶ Empedoclis simultas. Ἐμπεδοκλέους ἔχθρα, dicebatur pertinax & irreconciliabilis. Empedoclem enim aiunt iis fuisse moribus, vt assiduè simultates cum aliquibus susciperet, easque pertinacissimè exerceret. Quadrabit etiam vbi quis leui de causa ex amico fit inimicus. Hinc

Empedocleus, a, um, Adiect. Cicer. Quint. fratr. lib. 13. Quum veneris, virum te putabo: si Salustij Empedoclea legeris, hominem non putabo.

Empetron, { ἔμπετρον. GALL. Vne herbe appellée perce-pierre, rompt-pierre. ITAL. Herba sassifraga. GERM. Steinbrech ein kraut. HISP. La saxifraga, hierua conocida.} A Græcis dicitur herba ea quæ a Latinis calcifraga appellatur, locis maritimis ferè gaudens, & haud temerè alibi, quam nudo saxo nascens: vnde & nomen accepit. Plin. lib. 27. cap. 29. Empetron, quam nostri calcifragam appellant, nascitur in montibus maritimis, ferè in saxo: quò propiùs mari fuerit, minus salsa est. Vulgus Saxifragam appellat.

‖Emphanistica, ἐμφανιστικά, quæ Clerici soluebant in clerum allecti. eadem ἐμφανιστικά. Olim in omnibus Ecclesiis ea præstabant, postea non nisi in magna Constantinopolitana.‖

Emphăsis, ἔμφασις. Expressio, significatio, demonstratio. Figura est, cùm tacita verbis subest significantia, quæ pronunciatione indicatur. Eius duo sunt genera: alterum, quo plus significatur quàm dicitur: vt, Cantando tu illum? quasi dicat, indoctus peritissimum? Item, Itáne. Cretensi fidem habes? vbi non simpliciter in Creta natum significamus, sed hominem pro gentis ingenio perfidum. Alterum quo etiam illud significatur quod non dicitur: vt apud Virg. lib. 1. Georgic.

Quum iam glandes atque arbuta sacræ Deficerent sylue:

hoc est, non solum sylue, sed etiam sacræ.

‖Emphotum, interuallum, distantia. L. g. b.‖

EMPHYTEVSIS, {נטע mattah. ἐμφύτευσις. GALL. Entement, enture, meilleurement. ITAL. Piantagione, miglioramento. GERM. Impfung, pflantzung. HISP. Plantacion, mejoramiento. ANGL. A graffing, a imping.} Latinè insitionem significat, siue plantationem: à verbo Græco ἐμφυτεύω, quod est insero, vel consero. Vnde fundum in emphyteusim dare, frequens est apud Iurisconsultos, pro eo quod est, ea conditione alicui tradere vt accipiens eum colat, eòque vtatur, fruatur, quandiu mercedem soluit. Hic autem contractus, vt ex verbi origine apparet, tum esse cœpit, quum agri deserti, atque inculti non facile colonum reperiebant. Hinc

Emphyteutes, siue Emphyteuta, ἐμφυτευτής, dicitur, qui fundum, agrúmve ea lege à domino accipit, vt eum conserat, melioremque efficiat.

‖Emphyteuticarius, idem quod emphyteuticus. Substantiuè is, qui habet ius emphyteuticum.

Emphyteuticus, a, um, ad emphyteutam, vel emphyteusim pertinens.‖

Emphracta, orum. Nonnulli dici putauerunt naues tectas, citantes illud Vlpiani ex l. 1. de exercit. act. Quædam enim naues onerariæ, quædam (vt ipsi dicunt) emphractæ sunt. Quo tamen in loco castigatiora exemplaria ἐμφάδες, aut certè ἐμβάδες, non emphracta legendum docent. Naues autem tectas, siue constratas, Græco vocabulo κατάφρακτα vocari, suo loco ostendimus.

‖Emphractus, a, um, ἐμφραγμένος, tectus ἐμφράσσω obstruo, tego.

EMPIRIA, experientia, peritia, ἐμπειρία, qui habet πεῖραν, vsum, qui per multa transiuit. πεῖρα est transitus.‖

Empirice, ἐμπειρική, dicta est medicinæ pars quæ sola experientia curat. Tres enim fuerunt præcipuæ medicorum sectæ: Rationalium, quorum princeps extitit Hippocrates: Methodicorum, quorum primus fuit Themison Laodiceus, quem postea secutus Thessalus Trallianus,

liamus, sectam eam absoluit: & Empiricorum, qui Philinum Coum sequuntur, qui primus eam partem à rationali separauit. Plin. *lib.* 29. *cap.* 1. Alia factio ab experimentis se cognominans empiricen, cœpit in Sicilia.

Empiricus, {ἐμπειρικός. GALL. *Celuy qui fait medecine, ou autre science par experience & long vsage.* ITAL. *Sperimentatore, che medica solamente con la sperienza.* GERM. Ein artzt so sein kunst allein auß der erfarung hat. HISP. *Experimentador.* ANGL. *He that maketh a thing by experience, or long vse.*} Medicus qui sola experientia medicinam tractat, neque hominum naturam cognitam habens, neque morborum causas inuestigans, ἀπὸ τῆς ἐμπειρίας: hoc est, ab experientia dictus.

EMPLASTRUM, i, {מזור mazór. ἔμπλαστρον, ὁ ἔμπλαστρος. GALL. *Emplastre.* ITAL. *Empiastro.* GERM. Ein pflaster. HISP. *Emplastro.* ANGL. *A plaister.*} Medicamentum ex variis rebus, præsertim metallicis constans, accuratè tritis, quod liquore aliquo præmollitum vulneri imponi solet. Dictum à verbo ἐμπλάττειν, quod est subigo, & versando mollio. Hodie vulgò *Vnguentum* dicitur. Id verò quod vulgò *Emplastrum* dicitur, à doctis vocatur cataplasma. Plin. *lib.* 2. *cap.* 24. Imponuntur emplastra vulneribus, malagmata super integram cutem iniiciuntur: pastilli autem illinuntur, aut alicui molliori ceraso miscentur. Sunt & alia horum inter se discrimina. Vide Celsum *lib.* 5. *cap.* 17. Laberius apud Gell. *cap.* 7. *lib.* 16. Quid est iusiurandum? Emplastrum æris alieni.

Emplastro, as, {חבש chibbésch. ἐνοφθαλμίζω, ἐμφυτεύω. GALL. *Enter vn arbre, y appliquer vne greffe en ente.* ITAL. *Figgiar d'innestare.* GERM. Verpflastern/wie man den schossen thut so man zweigt. HISP. *Emplastrar ò enxerir.* ANGL. *To greffe.*} Colum. *lib.* 11. *cap.* 2. Possunt, inquit, si iam librum remittunt, inseri oleæ, vel emplastrari, cæteræque pomiferæ arbores eodem emplastrationis genere inseri.

Emplastratio, nis, in arboribus dicitur, quum cortex eximitur inoculationis gratia, vt aptari queat cortex par ex altera arbore. {ἐμφύτευσις. GALL. *Entement en escusson.* ITAL. *Innestamento.* GERM. Zweigung/ein einbindung eines zweigs. HISP. *Obra de emplastrar o enxerir.* ANGL. *A greffing.*} Col. *lib.* 5. *de arbor. c.* 26. Tertium genus, quùm gemma cum exiguo cortice in partem sui delibratam recepit, quàm vocant agricolæ emplastrationem, vel (vt quidam) inoculationem.

Emplastraturus, part. quo Col. vsus est, *lib.* 5. *cap.* 11. Delibrato (inquit) item alteram arborem, quam emplastraturus es.

[Empola, captura, quæstus. Vnde Empolaria mulier, scenica, quæstuaria. Salmas.

Emponema, ἐμπόνημα, labor rei alicui impensus: item expensæ vtiles & necessariæ bona fide factæ: & ius, quod emphyteuta acquirit per culturam agri. ἐμπονεῖν ad verbum illaboro, quo Tacitus vtitur; laborem impendo.

Emporiæ, apud Plinium, siue Emporiæ, *Ἀμπουρίας*, V. E. maritima, olim ante Maurorum in Hispaniam irruptionem, & nunc sub A. Tarraconensi. ¶ Est item V. E. Sardiniæ insulæ, sub A. Turritano.]

EMPORIUM. Mercatus, vel locus vbi mercatus fit. {ἐμπόριον. GALL. *Le marché, le lieu ou on tient vne foire.* ITAL. *Mercato, fiera.* GERM. Ein groß statt/da man kaufft vnd verkaufft. HISP. *Lugar de feria ò trato de mercaduria.* ANGL. *The place where a faire is kept, a market towne.*} Plaut. *in Amph.* Apud emporium, atque in macello, in palæstra, atque in foro. Cic. *Attic. lib.* 5. Quum per emporium Puteolanorum iter facerem. Dictum emporium ἀπὸ τῆς ἐμπορίας, hoc est, à negotiando, siue mercando: vnde & ἔμπορον Græci mercatorem vocant, & ἐμπορίαν ipsam negotiationem.

Emporeticus, a, um, Mercatorius, ἐμπορετικός. vt, Emporetica charta. {ἐμπορετικὸς χάρτης. GALL. *Papier brouillard, dequoy on enuelope les autres marchandises.* ITAL. *Carta da inuolger mercantie.* GERM. Krämer papeir in welchem sie ihre waren einwicklen. HISP. *Papel de straça.* ANGL. *Papier wherein merchandes do put thair wares, as browne or wast paper.*} dicta est qua merces inuoluuntur à mercatoribus, inutilis ad scribendum. Plin. *lib.* 13. *cap.* 12. Nam emporetica inutilis scribendo, inuolucris chartarum segestriùmque in mercibus vsum præbet.

Emporiæ, vrbs Hispaniæ Tarraconensis, Ptolemæo. Vulgò *Castellum Dempurias.* Phocaicæ Emporiæ. Silius *lib.* 3.

Dat Carti ago vire Teucro fundamenta vetusto,
Phocaicæ dant Emporiæ, dat Tarrace pubem.

Emporium, ἐμπόριον, oppidum, quod aliàs Tanais, iuxta Tanaidis fluuij ostia in Mæotin. Steph.

Emporium, ἐμπόριον, vrbs Celticæ, à Massiliensibus condita: altera est Macedoniæ, tertia Siciliæ, quarta Campaniæ, Steph.

[Empos, impos. Cath.]

Emporion, quod hic pro herbæ nomine corruptè legebatur, vide *Emperró.*

Emprosthotonus, ἐμπροσθότονος. Affectus est spinæ, quum scilicet illa obriguit, & inflexibilis facta est, atque ita anteriorem partem incuruatur, vt omnino erigi non possit. Huic affectus similes sunt tetanus & opisthotonus: in hoc tamen differunt, quod emprosthotonos dicitur, quum in anteriorem partem spina sit inflexa: opisthotonos, quum ea in partem posteriorem est incuruata: tetanus autem quum recta obriguit, ita vt neque in anteriorem, neque in posteriorem partem flecti queat.

[Emprosthocurbion, anterior sellæ crepido. Anon. L. g. b.]

Emptitos, Emptito, vide *Emo.*

Empusa, ἔμπουσα, genus laruæ & terriculamenti, dicatum Hecatæ, vno pede incedens: vnde & nomen. Autor Eustathius. Vide Cælium Rhodig. *lib.* 8. *c.* 38. *lect. antiq.* & Erasmum in prouerbio, Protheo mutabilior.

Empyi, ἔμπυοι, à medicis dicuntur qui abscessu thoracis laborantes, pus excreant, quorum affectus etiam empyema, ἐμπύημα, appellatur: nos purulentam excreationem dicere possumus. Qui verò hunc morbum patitur, emphyicus, ἐμπυϊκός, dicitur.

EMPYREUS, a, um, vel empyrius, ignitus.

Empyreum cælum, ἐμπύριος οὐρανός. Appellatur à Theologis (nam philosophi cæli huius nusquam meminerunt) vndecimum cælum, primum mobile ambitu suo complectens, Dei & Beatorum sedes: Ita dictum, quasi igniturm, non quòd reuera tale sit, sed quòd puritate sua reliquis cælis, vt igni, cæteris elementis, antecellat.

[Empyus, ἔμπυος, in quo pus est suppuratum.]

Emucidus, adiect. {עבש *ubasch*. ἐμμυδαλέος, ὁ ἢ ἡ μυδῶν, ὁ ἢ ἡ σηπόμενος. GALL. *Moisi ou tout humide.* ITAL. *Muffo, muffolento.* GERM. Schimlig. HISP. *Vn poco mohoso.* ANGL. *Very filthie, mouldy, or wenned.*} vt, Vitis emucida. Plin. *lib.* 17. *cap.* 22. Simili modo & secundo anno recisa tum, vtrâque concipit, & intra se pascit, suffectura onera, quum alias festinatione pariendi gracilescat, ac emucida (ni cohibeatur castigatione talis) in fœtum exeat tota.

EMUGIO, is, Cum mugitu profero. {געה *gaháh.* ἐκμυκάομαι. GALL. *Mugir comme vn taureau, parler gros.* ITAL. *Mugire de buoi.* GERM. Lüyen/schreyen wie ein stier. HISP. *Mucho bramar, ò dar bozes.* ANGL. *To bellowe out.*} Quint. *lib.* 2. *cap.* 12. Nam & clamant vbique, & omnia leuata, (vt ipsi vocant) manu emugiunt.

EMULGEO, es, emulsi, vel emulxi, emulsum, vel emulctum, Mulgeo, mulgendo tollo. {מצה *matsáh.* ἐξαμέλγω. GALL. *Traire le laict d'vne mammelle.* ITAL. *Mungere il latte.* GERM. Außmelcken. HISP. *Ordeñar, ò chupar.* ANGL. *To milke or strake.*} Col. *lib.* 7. *cap.* 3. Sed priusquam hoc fiat, exiguum emulgendum est, quod pastores colastram vocant.

EMUNDARE Mundare. Col. *lib.* 3. *cap.* 15. {טהר *tiher* פנה *pinnáh.* ἐκκαθαρίζειν. GALL. *Oster ses immondices, nettoyer.* ITAL. *Nettare.* GERM. Außsäubern. HISP. *Mucho limpiar.* ANGL. *To wipe & to make cleane.*} Seritur ergo priùs in emundata pastinatione. Idem Colum. *lib.* 2.

EMUNGO, is, nxi, nctum, Nares purgo. {מצץ *matsats* מצה *matsah.* ἀπομύσσω. GALL. *Moucher son nez.* ITAL. *Nettarse il naso, suffiarsi il naso, moccicar.* GERM. Die nasen butzen. HISP. *Limpiar las narizes.* ANGL. *To wipe the nose, to snuffe a candell.*} Mucus verò est cerebri excrementum ex naribus profluens. Emungere lucernam, vel candelam, est extremam ellychnij partem, quæ iam exusta lumini officit, instrumentum auferre. Instrumentum quoque, quo ad eam rem vtimur, emunctorium vocari potest. ¶ Per translationem sæpe ponitur emungere pro spoliare, seu fraude extorquere. Terent. *in Phorm.* Emunxi argento senes. ¶ Cubito se emungere, prouerbium, quod in eos dici consueuit, qui artem aliquam immundam exercent: illi enim quum manus semper habeant inquinatas, cubito digitorum loco vtuntur. Autor ad Heren. *lib.* 4. Tota res relinquitur in suspicione: vt si salsamentarij filio dicas, Quiesce tu, cuius pater cubito se emungere solebat.

Emunctus, participium, Exhaustus, & pecunia denudatus. {נמצה *nimtsch.* ἀπομυχθείς.} Plaut. *in Bacch.* Miserum me auro esse emunctum. ¶ Emunctæ naris homo (vt docet Erasmus *in Adagijs*) dicitur is qui acri exactóque est iudicio, qui nares habet perpurgatas, mucóque emunctas. Horat. 1. *Serm. sat.* 4.

Emunctæ naris, durus componere versus.

Quint. Limati & emuncti Attici. Diomed. *lib.* 1. Emunctus assem, assis, & asse.

Emunctio, nis. {מיץ *mits.* ἀπόμυξις. GALL. *Mouchement.* ITAL. *Mocamento.* GERM. Die nasen butzung. HISP. *Obra de limpiar las narizes.* ANGL. *A wiping of the nose.*} Quintil. *lib.* 11. *cap.* 3. de narium gestu loquens, Quum emunctio etiam frequentior non sine causa reprehendatur.

[Emunctorium, instrumentum, quo candelam emungimus, forceps.]

EMUNIO, nis, ui, itum. Munio. {בצר *bitsér.* περιφράττω, ὀχυρόω. GALL. *Fortifier, remparer.* ITAL. *Fortificare.* GERM. Befestigen/fest vnnd bewart machen. HISP. *Fortalecer.* ANGL. *To fence, to fortifie, to make stronge.*} vt, Emunitus in modum arcis, Liuius 2. *bell. Pun.* Tacit. *in vita Agric.* Corpora ipsa, ac manus, syluis ac paludibus emuniendis, verba inter ac contumelias, conterunt. Emunire vites ab iniuria pecoris. Colum. *lib.* 5. *cap.* 6.

[Emunitas, immunitas. Conc. Ticin. Cod. ll. antiq.

Emuralamij, signiferi Turcici. L. g. b.]

Emusco, as, Purgo, & muscum adimo. {ἐκβρύω. GALL. *Emousser, oster la mousse d'vn arbre.* ITAL. *Leuar la muffa d'vn' albero.* GERM. Von dem mieß seubern. HISP. *Quitar el moho de los arboles.* ANGL. *To rubbe of mosse.*} Col. *lib.* 11. *c.* 2. Iisdem diebus, vbi prægelidum & pluuium cælum est, oleæ putantur & emuscantur, id est, muscus illis adimitur.

EMUTIO, is, iui, itum, Mutio. {γρύζω. GALL. *Grondir.* ITAL. *Mutire, mutirsi.* GERM. Gyksen/ein wenig muren. HISP. *Hablar como entre dientes.* ANGL. *To mutter, or whisper.*} Qua voce vtitur Plautus *in Mercatore.* Etiam emutis? omnia commonstrabo.

Emuto, as, Muto, immuto. {המיר *hemir.* ἐξαλλάττω. GALL. *Changer, muer.* ITAL. *Cangiare, mutare.* GERM. Verendern. HISP. *Cambiar, mudar.* ANGL. *To change.*} Quint. *lib.* 8. *cap.* 2. Quidam emutatis in peruersum dictis de figuris, idem vitium consequuntur.

E N

En, ab ἤν. Significat ecce, & tam nominatiuo, quàm accusatiuo iungitur: eóque vtimur in commonstrando aliquid. {ἰδού, ἤν. GALL. *Voicy, voilà.* ITAL. *Ecco.* GERM. Sihe/schaw. HISP. *Cata, ò mira.* ANGL. *Behold.*} vt, En Priamus. Vel exprobrando: vt, En agros, & quam bello Troiane petisti, Hesperiam metire iacens. Oratores per nominatiuum frequentiùs. Cic. *pro Deiotaro rege.* En crimen, en causa, cur regem fugitiuus, dominum seruus accuset. Cedò manum. Et tene: (aliàs hem.) Plaut. *Most. sc.* 4. *a.* 1.

Alloquor, en absens,

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 5. *Trist.* En tectum, en tegulam, en ludificatum herum, Plaut. *Amph.* En testis ampliter qui cum venio. Idem *ibid.* En tibi hominem. Idem *Capt. sc.* 3. *a.* 2. En tibi. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 1.

En eget auxilio qui non tulit.

Ouid. 13. *Metam.*

Pendimus, en profugi (satia tua pectora) pœnas.

Idem *Eleg.* 11. *lib.* 3. *Trist.* ¶ En vnquam pro vnquámne, éstque archaismus. Virg. *in Bucol. Ecl.* 1.

En vnquam patrios longo post tempore fines.

¶ En iam, verba sunt absoluentis perficientísque aliquid. Plaut. *in Pœnulo*, Neque vnquam lauando, neque fricando scimus facere en iam: Mendosè impressis *enuam.*] ¶ En, ἐν, est præpositio Græca, significans *in*, id quod quietis est Latinis. Ea præpositio *en* occurrit in multis vocibus, quæ in Latinam ciuitatem sunt receptæ.

Enacratum. Vinum, merum. L. g. b. forsassè OEnocratum.

[illegible], A medicis vocatur illud, quod in vrina circa medium [illegible] quoniam [illegible] tamen [illegible] parte [illegible] quod [illegible] subsidit, [illegible]. Nomen acceptum verbo [illegible], quid ad medium [illegible] [illegible] ibi quodammodo maneat [illegible].

Enalus, [illegible], Lesbius adolescens, qui [illegible] puellæ cuiusdam gratia se in mare [illegible] [illegible], ad continentem translatus est. Autor Plutarchus *in symposio septem sapientum.*

Enargia, æ, Græcè ἐνάργεια. Latinè euidentia, siue repræsentatio, illustratioque, quum res ita describitur, vt cerni videatur. {[illegible] mareth. GALL. Euidence, [illegible] ITAL. Representatione. GERM. [illegible] HISP. Manifestacion y representacion. ANGL. [illegible], euidentie.} Quintil. lib. 4. cap. 2. Sunt qui adiiciunt his euidentiam, quæ ἐνάργεια Græcè vocatur. ¶ Est & energia, per secundam vocalem in antepenultima, ἐνέργεια, quod nobis efficaciam sonat: de quo infra suo loco.

ENARRO, Perfectè, vel ad finem narro, explano. {[illegible] *sipper* [illegible] *higgid* [illegible] *parasch* [illegible], ἐξηγοῦμαι, διηγοῦμαι. GALL. Raconter, reciter, expliquer, declarer. ITAL. Narrare, [illegible]. GERM. Erzelen. HISP. Declarar, [illegible]. ANGL. To make plane and tell at large.} Pacti enarrabo mea flagitia. Plaut. Men. sc. 1. a. 5. Ea tibi omnia enarraui Idem *Amph.* Ne operæ quidem pretium te ea enarrare. Idem *Milit.* sc. 1. a. 1. Enarrare argumentum. *Ibidem sc. 2. a. 1.* Ibidem eloquar. Cic. *pro Marcello.* Nulli dicendi, aut scribendi tanta vis, aut copia, quæ non dicam exornare, sed enarrare res tuas gestas possit. Ter. *Adelph.* omnem modò seni, Quo pacto se haberet, enarrauimus ordine. Gellius *cap. 12. lib. 13.* in M. Varronis *lib. 21.* rerum humanarum enarratius scriptum est.

Enarratio, nis. {[illegible] *perascheh.* ἐξήγησις. GALL. Exposition, declaration, interpretation. ITAL. Espositione, interpretatione. GERM. Erzelung. HISP. Aquella declaracion ò cuento. ANGL. A plane declaration, or telling at length.} Quint. *lib. 1. c. 9.* Exigitur à Grammaticis Poëtarum enarratio. Gell. *cap. 4. lib. 18.* Enarrator & lector Salustij.

Enarrabilis, e, quod enarrari potest. {[illegible], φραστός. GALL. Qui se peut raconter, qu'on peut dire. ITAL. Che si puo narrare. GERM. Das leicht [illegible]. HISP. Cosa que se puede declarar. ANGL. That may be declared.} Quint. *lib. 6. cap. 4.* Motu animi quodam, nescio an enarrabili, [illegible].

Enascor, eris, Nascor, siue ex alio nascor. {[illegible] *nolado*, [illegible]. GALL. Naistre, sortir d'vn autre, surcroistre. ITAL. Nascere, sorgere. GERM. Heraus wachsen. HISP. Nacer. ANGL. To be borne or to spring of an other.} Varro 1. *de re rust. cap. 41.* Simili de causa oleæ semen quum sit nucleus, quòd ex eo tardiùs enascebatur coliculus, quàm ex taleis: ideo, &c. Idem 2. *de re rust. cap. 9.* Enatis duobus dentibus, dextra & sinistra, &c. Cic. *ad Attic.* Ex multis meis miserrimis curis est vna enata.

Enato, as, are, Natando euado, vel ad destinatum locum natando peruenio. {[illegible] *naph.* ἐκνήχομαι. GALL. Passer en nageant, nager iusques au [illegible] eschapper en nageant. ITAL. Natare oltre, [illegible]. GERM. Ausschwimmen. HISP. Salir del agua nadando. ANGL. To swimme out.} Hircius *lib. 4.* Sequi per molem in mare præcipitauerunt, & [illegible] passuum spatio ad oppidum enatauerunt. Cic. 5. *Tusc.* Reliqui habere se videntur angustius: enatant tamen Epicurus, Hieronymus, &c. hoc est, euadunt.

Enauigo, as, are, ad finem vsque nauigare, vel nauigando euadere. {ἐκναυτῶ. GALL. Passer en bateau ou nauire, aller par eau & paruenir iusques où on veut aller. ITAL. Nauigare, nauigare al luogo destinato. GERM. Aufschiffen, zuland auß der tieffe schiffen. HISP. Nauegar hasta el cabo. ANGL. To sayle out, or to land.} Plin. *lib. 6. cap. 17.* Proditur Alexandrum magnum nullo die minus stadia DC. nauigasse in Indo, nec potuisse ante menses quinque enauigare. Cic. 4. *Tusc.* E quibus tanquam e scopulosis cotibus enauigauit oratio. Suet. *in Tib.* Tantùm non aduersis tempestatibus Rhodum enauigauit. Plin. *lib. 9. cap. 3.* Sinus duodecim dierum & noctium remigio enauigatus Ptolemæo regi.

Enauigandus, a, um, partic. fut. temp. Horat. 2. *Carm. Ode* 14.

——qui ter amplum
Geryonem, Tityùmque tristi
Compescit vnda, scilicet omnibus
Quicunque terræ munere vescimur, Enauiganda.

Enauo, as, Nauo. {[illegible]. GALL. Employer sa peine à acheuer quelque œuure. ITAL. Adoperare ogni sua possanza. GERM. Fleiß anwenden. HISP. Trabajar para acabar alguna cosa. ANGL. To employe with all his power, to endeuour with all his force.} Nauo opera enauata, Tacit. *lib. 19.* [illegible] opera [illegible] petebant.

Encænia, orum [illegible], Innouatio. {[illegible] *chanuccah.* [illegible]. GALL. [illegible], innouation. ITAL. Innouatione. GERM. Ernewerung. HISP. Innouacion ò comienço. ANGL. An innouation.} Apud [illegible] Encænia [illegible] dedicationis templi. Græcè enim καινὸς, [illegible]. Quandocunque enim nouum aliquid fuerit dedicatum, encænia vocatur.

Encanthis, [illegible]. Morbus oculorum, quum in maiori ipsorum angulo tuberculum enascitur, quod oculum [illegible] patitur diduci. Nomen habet [illegible] angulos κανθοὺς appellant.

Encardia, [illegible], gemma est à cordis effigie sic dicta. Huius tria enumerantur genera: primum in quo [illegible] effigies cordis eminet: secundum [illegible], cordis effigiem repræsentans: tertium nigrum cor ostendens, [illegible] parte candidum. Autor Plin. *lib. 37. cap. 10.*

[Encarpa, [illegible], apud Vitruu. *lib. 4. cap. 1.* Turneb. *lib. 21. 4.* putat esse [illegible] [illegible] habentes, aut [illegible] [illegible] Græcis, aut [illegible] [illegible] fuisse.

Encaustum, [illegible] [illegible] depictum cera, [illegible] [illegible]]

Encaustice, [illegible] [illegible] adhibito igne fiebat, colori [illegible] [illegible] Anglic. Enameling.} Apul. Encaustice [illegible] [illegible] & duos alios sustentabat.

Encaustes, æ. {[illegible]. ANGL. An enameler.} Latine inustor dici potest, hoc est, pictor, qui coloribus [illegible], & cera igne resoluta rerum effigies exprimunt. A verbo Græco [illegible], quod est vro. Vitruu. [illegible] ab encauste didicerat. Plin. *lib. 35 cap. 11.* Lysippus quoque Æginæ picturæ suæ inscripsit encausten: quod profectò non fecisset, nisi encaustica inuenta.

Encaustus, a, um, adiect. Encausto pictum. {ANGL. Enameled, wrought with fier.} Martial. *lib. 4.*

Encaustus Phaëton tabula tibi pictus in hac est:
Quid tibi [illegible] dipyrum, qui Phaëthonta facis?

Encaustum, i, neut. gen. {[illegible]. ANGL. [illegible], enamel, or other like picture wrought with fier.} Materia [illegible], ad picturam apta [illegible] [illegible] opus encausto pinxit. Latine dicitur inustum. Hoc genus picturæ primus Nicias in vsu habuit. Vide Hermolaum *in castigat.*

Encausticus, a, um, aliud adiectiuum, vt, Encaustica pictura. Plin. *lib. 35. cap. 11.* Sed aliquanto vetustiores Encausticæ picturæ exstitere.

Encauste, es, apud Plin. *lib. 35. cap. 11.* Lysippus quoque Æginæ picturæ suæ inscripsit encausten: quod profectò non fecisset, nisi encaustica inuenta. Alia exemplaria habent encaustem.

Enceladus, Ἐγκέλαδος, Gigantum maximus, Titanis & Terræ filius, quem Iupiter fulmine ictum Ætnæ monti supposuit. Virg. *lib. 3. Æneid.*

Fama est Enceladi semiustum fulmine corpus
Vrgeri mole hac.

Enchelex, [illegible] Stephano oppidum in Illyride, iuxta quod Cadmus & eiusdem vxor in serpentes versi sunt. Lucan. *lib. 3.*

——& nomine prisco
Encheleæ versi testantes funera Cadmi.

Meminit huius oppidi & Plin. *lib. 3. cap. 22.*

Enchiridium, ἐγχειρίδιον. GALL. Liure qui se peut tenir en la main, manuel. ITAL. Cosa che si puo tenere in mano. GERM. Ein handbüchlein. HISP. Libro manual, y que se puede tener en la mano. ANGL. A booke meete to be borne in the hand.} [illegible] quiuis libellus, ita dictus quòd ad manum semper haberi debeat, siue quod manu nullo negotio possit circumferri. ¶ Sed & gladiolum, seu mucronem pugiunculum, & tamen partem illam quam nautæ manu comprehendunt, enchiridion vocari Iulius Pollux tradit.

[Enchordus, a, um, ἔγχορδος, α, ον. Enchorda organa quæ chordis intenduntur. [illegible]]

Enchorion, [illegible], dicunt indigenam, hoc est, in eo ipso loco, in quo agit, genitum: vnde Enchoriæ aues dicuntur nostrates, quibus opponuntur exoticæ, seu peregrinæ.

Enchrista, ἔγχριστα. Apud Celsum, Medicamenta sunt liquida, quæ illinuntur.

Enchrysa, [illegible]. Herba est similis anchusæ (vnde & Pseudanchusa nominatur) sed [illegible] & minus pinguis, tenuioribus foliis, & languidioribus. Radix non fundit oleum, sed rubentem succum, qua nota ab anchusa discernitur. Autor Plin. *lib. 22. cap. 20.*

[Enchytus, um. Nomen per se est generale, *infusum*, aut qui infundi solet. [illegible] ab infundo. Sed substantiuè [illegible] est nomen placentæ, subaudiendo [illegible].

Enclutie, dies sepultis Senatoris. L. g. b.]

Enclisis, ἔγκλισις, Inclinatio: & vnum de accidentibus verbi, quod Latini modum dicunt.

Encliticus, a, um, ἐγκλιτικός, Inclinatiuus, vt Encliticæ coniunctiones, que, ve, ne, quoniam inclinant ad se accentum.

Encolpiæ, ἐγκολπίαι, vt ait Arist. venti sunt qui è mari veniunt per sinus. Nam κόλπον Græci sinum vocant.

Encolpium, ἐγκόλπιον, quod è collo gestatur in pectore, seu in sinu, [illegible].

Encomboma. Encomboma & parnacidæ ex Varronis fragmentis citantur pro generibus vestium puellarum.]

ENCOMIVM, {[illegible] *tehillah.* ἐγκώμιον. GALL. Louange, tesmoignage d'honneur. ITAL. Laude. GERM. Ein herrlich lob. HISP. Alabança y loor. ANGL. Lauding, praise.} Laus, vel præconium alicuius, & propriè, quod ex multis eius virtutibus compingitur. Nam quæ vnam tantùm singularemque spectant virtutem, vt si quis iustum Aristidem prædicet, Græci [illegible] potiùs appellant. Solebant autem encomia cani, vel dici victoribus (quæ inde etiam epinicia dicebantur) in quibus occasione recentis meriti repetere solebant, quicquid illi in vita laude dignum gessissent. ¶ Encomium ante victoriam canis, [illegible]. In eum qui præpropere gloriatur, re nondum confecta. Nam apud Græcos qui strenuè rem gessissent in bello, [illegible] aut carmine laudabantur: quæ laudatio propriè encomium dicitur. Plato in *Lyside.*

Encomiastes, ἐγκωμιαστής, dicitur laudator, qui alterius celebrat encomiũ.

[Encomiabre, cantilenæ species, quâ præstantium virorum præcinebantur laudes. Rh.

Encomiasticum, laudatiuum, demonstratiuum.

Encrasicholi, ἐγκρασίχολοι, apuarum genus.

Encrides, ἐγκρίδες, [illegible], quod in oleo coquitur, & melle addito fit dulce.]

Encryphias, ἐγκρυφίας. Dicitur panis subcinericius, [illegible], quod dum coquitur, sub cineribus absconditur.

Encyclius, {ἐγκύκλιος. GALL. Circulaire, orbiculaire, rond. ITAL. Circolare, rotondo. GERM. Rund. HISP. Cosa de cerco, ò [illegible], redonda. ANGL. Rounde.} Adiectiuum est apud Græcos, quod [illegible] orbicularem interpretari possimus. Vnde [illegible], circularem, & ex omnium disciplinarum orbe confectam scientiam [illegible] etiam Latini nunc [illegible] nulla mutata à Græcis voce Encyclium [illegible]. Vitruu. *lib. 1. cap. 1.* Encyclios disciplina, vti corpus vnum ex his membris est composita. Rursus idem *in Præfat. lib. 6.* gratias agit parentibus quod se erudiendum curauerint encyclia doctrinarum omnium disciplina. ¶ Encyclias commentationes, [illegible], Aristoteles in *Ethicis* [illegible] intelligit, quas Cælius exoterias, hoc est exoticas vocat. Marcianus cyclicas nominat: & Problematum [illegible], [illegible] Cicerone & Themistio quæstiones appellantur, quod de rebus omnibus tanquam in circulo positis quærerentur.

Encyclicæ, literæ circulares, quæ ad plures iisdem verbis scribuntur.

Encyclopædia, { ἐγκυκλοπαιδεία. Gall. Vn sçauoir profond & intelligence de toutes les sciences. Ital. Scientia vniuersale. Germ. Der zirckel aller guten künsten, da eine an der andern hangt. Hisp. Sciencia vniuersal. Angl. A perfect knowledge of all artes and sciences. } Latinè dici potest circularis, vel orbicularis scientia. Est enim omnium artium & disciplinarum perfecta scientia. Ratio nominis proculdubio tracta est à circularis figuræ perfectione.

Endelechia, ἐνδελέχεια, vide *Entelechia*.

Endeploro, as, antiqui dixerunt, teste Festo, pro Imploro. quod est cum questu inclamo, & cum fletu rogo, quod est propriè vapulantis.

Endiadys, ἓν διὰ δυοῖν. Figura quum vna res metri causa in duas diuiditur, vt apud Virg.

Molemque & montes insuper altos, id est, molem montium.

Sic alibi,

——*pateris libamus & auro*, pro pateris aureis.

Huius figuræ meminit Seruius *in* 1. *Æneid.* vbi tamen omnium penè doctorum sententia corruptè legitur pro ἓν διὰ δυοῖν, hoc est, vnum per duo, cui contraria figura legitur apud Donat. *in Adriam Terentij*, quam vocat δύο δι' ἑνός, id est, duo per vnum.

¶Endixum, foramen in naui, per quod emittitur sentina. ¶ Item lineum filum, quod medici in extremo clysterij linquunt, per quod clysmus, id est, lolium, emittitur. Test. Turn.¶

Endo, antiquè idem est quod In. Endo procinctu, pro In procinctu. Significat autem quum ex castris in prælium exitum est. Nam veteres togis incincti pugnabant, autore Festo. Gell. *lib.* 1. *cap.* 19. Velitis iubeatis Quirites, &c. vti ei vitæ necisque in eum potestas siet, vti patri endo filio est. Sic enim doctissimus vir Franc. Hotomanus legendum existimat.

¶Endofesto, infesto. Gloss. *item*. *Endo*, est *in*.

Endoitium, initium.

Endopecisco, id est, impesco, ἰσλαμι. Gl.

Endoplorato, implorato.

Endoriguus, id est, irriguus.

Endomatica, ἐνδημητικά, erant, quæ, Imperatorum permissione, præter publica vectigalia, sibi priuatim publicani exigebant.¶

Endromis, idis, { שער אדרת addéreth sebár, ἐνδρομίς. Angl. An yrish mantle, a course winter gowne. } Vestis genus hirsutum, longiorisque villi, venti, pluuiæque iniuriis arcendis in primis accommodatum. Primus eorum vsus inuentus creditur apud Lacedæmonios, quamuis postea, etiam in Gallia fieri cœperint. Dicta endromis ab eo quòd ἐν δρόμῳ, hoc est, in cursu, ea maximè vterentur. Martial. *epigr. lib.* 14. *&* *lib.* 4. endromidis vsus elegantissimo Epigrammate exequitur.

Sordida, sed gelido non aspernanda Decembri
Dona, peregrinam mittimus endromidem.

Iuuenalis *Satyr.* 6. mulieres Romanas taxat, quòd endromide purpurea vterentur:

Endromidas (inquit) *Tyrias, & fœmineum ceroma*
Quis nescit?

Endymion, ἐνδυμίων, nomen proprium eius, qui primus Lunæ cursum inuenit. Apollon. *lib.* 4. *Argon.* Οὐκ ἄρ' ἐγὼ μούνη μετὰ Λάτμιον ἄντρον ἀλύσκω, Οὐδ' οἴη καλῷ περιδαίομαι Ἐνδυμίωνι. Hinc origo fabulæ quam Cicero tangit 1. *Tusc.* Endymionem à Luna adamatum fuisse, & ab ea in Latmio Cariæ monte fuisse sopitum, non aliam ob causam, quàm vt illum semel exoscularetur. Endymion (inquit) si fabulas audire volumus, nescio quando in Latmio obdormiuit: qui est mons Cariæ, nondum (opinor) experrectus. Num igitur eum curare censes quum Luna laboret, à qua consopitus putatur, vt eum dormientem oscularetur? Hactenus Cic. Plut. *in Num.* Endymiona amatum à diis fabulantur Arcades. ¶ Hinc natum prouerbium, Endymionis somnum dormis, Ἐνδυμίωνος ὕπνον καθεύδεις. In eos quadrabit qui sese immodico somno saginant, aut qui diuturno in ocio versantur, nec vllis se negotiis exercent, sed mollem feriatámque agunt vitam.

¶Endyte, supremum sacræ mensæ instratum. L.g.b.

Enebræ, vide *Inebræ*.¶

Eneco, as, enecui, enectum, Neco, interficio, occido, { המית hemith קטל katal אבד ibbádh. ἀποκτείνω, ἀπολλύω. Gall. Tuer, faire mourir. Ital. Occidere. Germ. Ertödten, vmbbringen. Hisp. Matar. Angl. To kill, to slay. } Plaut. *in Amph.* Puer ambas angues enecat. Col. *lib.* 11. *cap.* 3. Ne herbis enecetur nita. Plaut. *Amph.* vxore me dedecore & stupro plena enecat. Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 3. Odio me enecauit. Idem *Mostell. sc.* 3. *a.* 1. vt enecem scelestam simulatricem. Idem *Aulul. sc.* 6. *act.* 4. Vt apud me te in neruo enecem, (id est, ad necem vsque detineam.) Idem *ibidem*, *act. vlt. versu vlt.* vel hercle eneca, nunquam hinc feres à me. Idem *Mostell. scen.* 3. *act.* 1. Perij ni hanc pessimis exemplis enicasso. *Ibidem*, Ni scapham enicasso. ¶ Aliquando enecare simpliciter accipitur pro molestum esse, vnde frequens est apud Comicos, Enecas me, hoc est, obtundis me, siue grauis & molestus es mihi. ¶ Veteres etiam Enico dicebant. Terent. Eho, tu consobrinum tuum notas? Dem. Enicas. & postea, Satin' etiam si te delibutum gaudio reddo? Ant. Enicas, &c.

Enectus, participium. { ממות mumáth חלוש chaláh. διεφθαρμένος, νεκρωθείς, ἐκλελυμένος. Gall. Tué, recreu, gasté & perdu, trauaillé iusques à mourir. Ital. Ammazzato, trauagliato estremamente, mezzo morto. Germ. Ertödt. Hisp. Cosa muerta, ò muy trabajada, ò medio muerta. Angl. Kylled, slayne. } Non tam mortuus, quàm propemodum mortuus. Valla *lib.* 6. *cap.* 27. Vt, enectus fame, Cic. 2. *de Diuin.* Plenus, & enectus, contraria. *Ibidem.* Sueton. *in Calig. cap.* 49. Enecti veneno pisces, quos æstus in proxima littora eiecerat. Item, Bos est enectus arando. Enecta fame & siti prouincia. Cic. *ad Attic. lib.* 6. Siti enectus Tantalus, idem 1. *Tuscul.* Enecatus, a, um, Plin. *cap.* 13. *lib.* 18. Flaccida & in horreis enecata rapacia.

¶Enclata, ἔγκλαστα, ligna recta, in quæ desiguntur & adiguntur gradus scalæ, aut ipsi gradus, item paxilli, qui infiguntur axi ad retinendas rotas.

Enclysia, orum, ἐγκλύσια, bidental, id est, locus, in quem fulmen incubuit: ab ἐν & κλύζω.

Enema, ἔνεμα, quod immittitur, quod per inferna in aluum infunditur.¶

Energia, { כח choach ἐνέργεια. Gall. Energie, efficace. Ital. & Hisp. Efficacia. Germ. Wirckung, kraft. Angl. Efficacie, force. } Latinè efficacia, siue operatio. Hieron. Habet nescio quid latentis energiæ, viuæ vocis actus. Fit ab adiectiuo Græco ἐνεργός, efficax. Vnde & verbum ἐνεργέω, quod est efficio, siue operor. Energia itaque est quædam quasi actio & operatio interior, quæ est veluti via ac dux ad exteriorem corporis actum.

¶Energema, ἐνέργημα, est opus, operatione productum. ab ἐνεργέω, in opere sum, operor. Est etiam vocatio dæmonum.

Energumenus, a, um, ἐνεργούμενος, η, ον, qui agitur.¶

Eneruo, as, Debilito, quasi neruis & robore spolio. { חלש chalásch. ἐκνευρίζω. Gall. Oster la force, debiliter. Ital. Indebolire, sneruare. Germ. Krafftloß machen. Hisp. Quitar los nieruos y fuerça. Angl. To make weak or feble. } Cic. *de senect.* Sed tamen vt vos videtis, non planè me eneruauit, non afflixit senectus. Lactant. *lib.* 5. Hæc præsentia terræ bona virtuti contraria sunt, & vigorem mentis eneruant.

Eneruatus, participium. { חלוש chalúsch. ἐκνενευρισμένος. Gall. Debilité, qui a perdu sa force & comme ses nerfs. Ital. Snervato, effeminato, non virile. Germ. Geschwecht. Hisp. Cosa flaca y sin nieruos. Angl. Made weak. } vt, Eneruati & exangues homines. Cic. *pro Sest.* Languidus & eneruatus Philosophus. Idem 1. *de Orat.* Eneruata & muliebris sententia. Idem 2. *Tusc.* Eneruatus amore animus, Velleius.

Eneruis, e, vel Eneruus, a, um, Debilis, mollis, effœminatus, quasi sine neruo. { חלש chalásch. ἄνευρος. Gall. Mol & effeminé, n'ayant aucune virilité. Ital. Debole, molle, snervato. Germ. Schwach, weibisch. Hisp. Flaco sin nieruos. Angl. VVeake, feble. } Vnde enerua saltatio apud Apuleium, quæ sinuosis flexibus, & corpore plicatili fit, quasi effœminata, mollis. Plin. *in Paneg.* Visum est spectaculum inde non eneruе, nec fluxum, nec quod animos virorum molliret, & frangeret. Quint. *lib.* 9. *cap.* 4. In vniuersum autem si sit necesse duram potiùs atque asperam compositionem malim esse, quàm effœminatam & eneruem. ¶ Eneruari pro mollibus ac delicatis, Sex. Aurel. Victor. *in Tito*, Eneruatorum greges abire præcepit.

Eneti, ἐνετοί, habitabant olim iuxta Paphlagoniam: inde Homerus syluestres mulos educi scribit. Dicuntur & equæ Enetides. Enetus, ἐνετός, etiam possessiuum est, & ciuitas Myrmecis dialectici patria. Steph. Vide *Heneti*.

Engaddum, { עין גדי hen gedhi. } In tribu Iudæ (vt scribit Hieronymus) vocatur vsque hodie vicus prægrandis Iudæorum, iuxta mare mortuum vbi opobalsamum prouenit, quas vineas Engaldi Salomon in Cantico nominat. Idem *alibi*, Engaddum ager est terræ Iudææ, non tam vineis, quàm balsamis florens.

Engelanes, populi Illyriæ, idem qui Enchelex, ἐγχελεῖς, Steph.

Engonasis, ἐγγόνασις. Signum cæleste, quod Latinè ingeniculus vocatur: is Hercules est, qui dextro genu nixus, sinistro pede capitis draconis dextram partem opprimere conatur. Vide Hyginum *lib.* 1. *&* 3. Iulium Firm. *lib.* 7. *Mathes.* Oriente ingeniculo, (quem *engonasin* Græci appellant) nati cum testimonio Martis & Lunæ, erunt funambuli, oribatæ, & neurobatæ, & qui talia pertractant.

Engyon, ἔγγυον, vrbs Siciliæ. Steph.

¶Engytheca, vide *Enthеca*.¶

Enhydris, { ἐνυδρίς. Gall. Serpent ou couleuure viuant en l'eau. Ital. Serpente di acqua. Germ. Ein wasserschlang. Hisp. La culebra que viue en el agua. Angl. A water snaike. } Bestiola ex eo nuncupata, quòd in aquis versetur, & maximè in Nilo. Quæ si inuenerit dormientem crocodilum, volutat se in lutum primum, & intrat per os eius in ventrem, & carpens omnia interranea eius, exit viua de visceribus crocodili, ipso mortuo. Plin. *lib.* 30. *cap.* 3. Dentium doloribus medetur, draconis osè spina: item enhydris. Est autem serpens masculus, & albus, Herodotus *in Melpomene*, pro lutra accepisse videtur. Ἐν ᾗ ἐνύδριες θηρεύονται, καὶ κάστορες. Quo in loco Valla ἐνυδρίας, lutras vertit.

Enhydris, ἔνυδρος, lapillus absolutæ rotunditatis, & cum candore læuitatem habens, liquorem intus continens ad motum fluctuantem, vt albumen in ouis. Autor Plin. *lib.* 37. *cap.* 11.

Enim, ab ἐπεί. Coniunctio causam subiungens, & secundum locum ferè in oratione obtinens. Nam, nanque. { כי chi. γάρ. Gall. Car, certes. Ital. Imperoche. Germ. Dann. Hisp. Porque. Angl. For. } vt, Cole pudicitiam: hæc enim hominem vindicat à scelere.

——*Quid enim nisi vota supersunt*,

Ouid. *Eleg.* 2. *lib.* 1. *Trist.*

——*Quid enim fuit vtile nasci?*

Idem *Eleg.* 13. *lib.* 3. *Trist.* Nunc enim, pro nunc autem. Gell. *cap.* 16. *lib.* 6. S. Nolo faciat. C. At enim ne quicquam ne vis. Plaut. *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Quid iam? B. Quia enim vænalem non habeo. *Ibidem sc.* 3. *a.* 1. P. Quid metuis? Sc. enim ne nos perdiderimus, (i. nempe.) Idem *Mil. sc.* 5. *a.* 2. L. Quamobrem. C. Quia enim Persas subegit. (bis.) Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 3. Quid vrbes barbaricas iuras? Quia n. ita asperæ sunt. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 4. S. Quia enim Alcmenam stare ante ædes saturam intelligo. Item M. Sacrufico ego tibi. A. Qui? M. Quia enim te macto infortunio. *Ibidem.* ¶ Enim pro certè, idem *Milit. sc.* 3. *a.* 2. Non enim faciam, quin scias. (i. certè.) Idem *Aul. sc.* 5. *a.* 3. Enim mihi quidem æquum est purpuram atque aurum dare. (i. certè, vel igitur,) vbi inceptiua particula est, sicut apud Valerium Max. Quid ais? Id enim quod tu vis. (i. certè.) Idem *Men. sc.* 2. *a.* 1. *& sc.* 1. *a.* 2. ¶ Compositum autem cum verò, significat certè. Cic. 5. *Verr.* Enimuerò ferendum hoc non est. Plaut. *in Trin.* Eho tu is es? Ch. Is enim verò sum. Idem *in Persa*, Ain' verò verbereum caput? P. Aio enimuerò. Cic. 6. *Verr.* Ille enimuero negat. Liuius, Tunc enimuero deorum ira admonuit. Ita enimuerò. Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 2. Aio enimuerò, idem *Amphitr. sc.* 1. *a.* 1. Nunc enimuerò occidi. Idem *Capt. sc.* 4. *a.* 3. Enimuerò Dij nos quasi pilas homines habent. *Ibid. prol.* Imò enimuerò. Vide *Imò.* Enimuerò nequeo durare quin herum accusem. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 1. Enimuerò irascor. *Ibidem sc.* 2. *act.* 5. Enimuerò nisi occupo aliquod consilium me domum ad se auferent. Idem *Menæch. sc.* 2. *a.* 5. Enimuerò illud præcauendum mihi. *Ibid.* Enimuerò æquum postulas. *Ibid. sc.* 9. *a.* 5. Tune is es? Ego enimuerò (sum.) Idem *Pseud. sc.* 2. *act.* 4. ¶ Pro scilicet: Tu inuentus enim qui me superes, (i. sc.) Idem *Capt. sc.* 4. *a.* 3. Compositum item cum aduersatiuis particulis

at & sed: vt Atenim, Sedenim, quæ & ipsa aduersandi vim habent. Virg. 1. *Æneid.*

Progeniem sed enim Troiana à sanguine duci
Audierat.

Terent. *in Adelph.* At enim non sinam. Plaut. *Capt. sc. 4. a. 3.* Sed enim nequeo contineri. Idem *Pseud. sc. 5. a. 1.* Nolo faciat. C. Atenim ne quicquam neuis. ¶ Sed enim, i. autem, vel tamen, irascentis. Ouid. 5. *Met. in fabula Semeles.* Nihil enim, Plaut. *Mostell.* Quid tu tecum? TR. nihil enim. Verùm enim. Terent. Verùm enim quando bene promeruit fiat, suum ius postulat. Idem *in Eunucho,* Verba dum sint: verùm enim si ad rem conferentur, vapulabit. Imò enim Terent. *in Andr.* Imò enim quàm maximè abs te postulo atque oro Chreme. Imò enimuerò. Idem *in Eun.*—dum sequor hanc, fit mihi obuiam. P. Incommodè herclè. CH. Imò enimuerò infeliciter.

Eniŏchī, vide *Heniochi.*

Eniŏpeūs, Ἠνιοπεύς, Hectoris auriga fuit, à Diomede lancea confixus. Autor Homer. 8. *Iliadis.*

Enipeūs, Ἐνιπεύς, fluuius Thessaliæ campos Pharsalicos irrigans, iuxta quem Cæsar vicit Pompeium. Lucan. *lib. 7.*

Sanguine Romano, quàm turbidus ibit Enipeus.

¶ Est & alter huius nominis fluuius in Elide, in Alphum illabens, qui recentiore nomine *Barnichius* dicitur, teste Strab. *lib. 8.*

Enispē, Ἐνισπὴ, vrbs Arcadiæ quæ non amplius extat. Quidam Cleotriæ, alij Phocidi annumerant.

ENĪTEO, es, Valde niteo, clareo, emineo. {נצח tsach נזהר morát. Διαλάμπω, ἐπιφαίνομαι. GALL. *Estre poli & orné, estre clair & beau.* ITAL. *Risplendere.* GERM. Scheinen heftig glantzen. HISP. *Resplandecer.* ANGL. *To shine cleerlie, to waxe famous and renowmed.* } Vnde Enitesco, scis, nitidior & clarior fio. Autor ad Heren. *lib. 1.* Quæ cum summa laude prodita vetustate, summa cum laude enitescit. Salust. Postremò Cæsar bellum exoptabat, vbi virtus eius enitescere posset. Quintil. Enitescit veluti pabulo lætiore facundia.

Enitŏr, eris, enisus, vel enixus, Pario. {יגבה jagbáh עולל hélel. Ἀπολύομαι. GALL. *S'efforcer de parfaire auec peine & difficulté, acheuer quelque chose.* ITAL. *Partorire, forzarsi.* GERM. Gebären. Item, etwas mit sonderbarem fleiß vnderstehn. HISP. *Parir la muger, forzarse.* ANGL. *To trauell, to enforce ones selfe to do a thing.* } Plaut. *in Amph.* Geminos Alcmena enititur. Enixa plures partus. Liu. 10. *d. 4.* Eniti, de ascensu. Cæs. 3. *de bell. ciu.* Enixo studio. Liu. 2. *d. 5.* & Suet. *in Calig. c. 25.* Eniti in puerperio. Gell. *c. 23. lib. 2.* Dum enitor surgere, inquinaui pallium teneto. Plaut. *Pseud. sc. 1. a. 5.* Varr. *lib. 2. de re rust.* Faciendaque septa secreta ab aliis, quò enitentes secludere possis. Ex quibus intelligitur alienam esse Nonij sententiam, qui enixas mulieres ex eo dictas esse scribit, quòd vinculis quibusdam periculi & nexo solutæ sint. ¶ Interdum idem quod conari, & allaborare, διαπονεῖσθαι. Salust. *in Iugurth.* Ab adolescentia ita se enixum, vt ab optimo quoque probaretur. ¶ Ponitur etiam passiuè. Idem Salust. *Iugurth. 71.* Sed ab iisdem illis regis fautoribus summa ope enisum est, ne tale decretum fieret.

Enixus, us, ui, ipse enitendi, seu pariendi actus. Plin. *lib. 10. cap. 63.* Equæ post vnum annum ab enixu vtiliter admittuntur. Sic idem *lib. 8. c. 16.*

Enixè & enixim, Studiosè, & cum magno conatu. {GALL. *En s'efforçant, de tout son pouuoir.* ITAL. *Studiosamente.* GERM. Mit allem fleiß, treuwlich. HISP. *Instantemente, con instancia.* ANGL. *With teeth and naile, with all might & power.* } Plaut. *in Trinum.* Tibi relinqui ob eam rem enixè expeto. Cic. *pro Sextio,* Meam causam boni omnes enixè susceperant. Enixim pro enixè. Sisenna *lib. 4. histor.* Ego illos malos & audaces semper enixim contra fortunas atque honores huius ordinis omnia fecisse sentio. Enixiùs, Sueton. *in Tiber. cap. 50.* Populúmque & milites, quò enixiùs opem ferrent, adhortatam, &c. Enixissimè etiam dixit Seruius. & Sueton. *in Cæsar.* Cuius vim Sylla diminuerat enixissimè iuuit.

Enisus, a, um, Particip. id est, conatus. Cic. *Qu. fr. lib. 3.* Angit vnus Milo, sed velim finem afferat consulatus: in quo enitar non minus quàm sum enisus in nostro.

Ennă, Ἔννα. Ciuitas Siciliæ edito in loco & vndique præcipiti situ, à Syracusanis (Stephano teste) condita, quæ vmbilicus Siciliæ dicitur, quòd in medio insulæ constituta sit. { GERM. Ein statt mitten in Sicilia gelägen / jetz Anna genant. } Imminet subiacentibus campis, vbertate & florum varietate conspicuis olim templum Cereris (vt Strabo testatur) habuit vetustissimum, vbi dea præcipua veneratione colebatur, ad quam propitiandam, quindecim viros legatos misêre Romani. Hinc raptam à Plutone Proserpinam, Cereris filiam, dixit antiquitas. Vulgus hodie *Annam* appellat, vbi qui regis locum tenet, ob loci commoditatem, totius insulæ solet conuentum habere. Cic. *in Verr.* Vetus est (inquit) opinio, iudices, quæ constat ex antiquissimis Græcorum literis atque monimentis, insulam Siciliam totam esse Cereri & Liberæ consecratam. Hoc cùm cæteræ gentes sic arbitrantur, tum ipsis Siculis tam persuasum est, vt animis eorum insitum atque innatum esse videatur: nam & natas esse has in iis terris deas, & fruges in ea terra primùm repertas arbitrantur: & raptam esse Liberam, quam eandem Proserpinam vocant, ex Ennensium nemore, qui locus quòd in media insula est situs, vmbilicus Siciliæ nominatur. Hactenus Cic.

Ennæus, a, um, Ἐνναῖος, vt, Ennæa Ceres, quæ augustissimo in templo apud Ennam colebatur; cuius simulachrum tanto erat effectum artificio, vt qui illud intuerentur, aut ipsam videre se Cererem, aut effigiem Cereris non humana manu factam, sed cælo delapsam arbitrarentur. Autor Cic. 7. *Verr.*

Ennam, antiqui dixerunt pro etiamne, teste Festo, τὸ γάρ.

Enneacrunos, Ἐννεάκρουνος, nomen fontis apud Athenas, à Pisistrato conditi: à numero fistularum dictus, quos Græci κρουνοὺς appellant, nostri verò *Salientes.*

¶Enneadecaeteris, tempus ἐννεακαιδεκαετής, nouendecim annorum ¶

Enneaphyllon, ἐννεάφυλλον. Herba est quæ longa folia nouena habet, causticæ naturæ. Imponitur lana circundata, ne vrat latus: continuò enim pustulas excitat, lumborum doloribus & coxendicum vtilissima. Plin. *lib. 27. cap. 9.*

Enneaphthongos, ἐννεάφθογγος. Quod nouem edit voces: vt Enneaphthongos chelys, apud Martialem. Pro eodem etiam ἐννεάφωνος dicunt Græci.

Enneăs, ados, ἐννεάς, est numerus nouenarius, sicut Decas denarius.

Ennianista: pro eo, qui in theatro legebat poëtam Ennium. Gell. *cap. 5. lib. 18.* Eamus, inquit, auditum nescio quem illum Ennianistam.

ENNĬŬS, Ἔννιος, Poeta antiquissimus apud Romanos. Quint. Valerio & C. Manilio coss. natus fertur. {GERM. Ein walter lateinischer Poet. } Hic Tarentinus (si Eusebio credimus) fuit. At Pompon. Mela scribit, Rudias Apuliæ, seu Calabriæ oppidum, Ennio ciue esse nobile. Cui astipulatur Silius,

Miserunt Calabri, Rudiæ genuere vetustæ.

Quin ipse etiam Cicero *in Oratione pro Archia Poëta,* Ennium, Rudium hominem vocat. Eusebius dicit Ennium à Catone Quæstore Romam translatum, in Auentino habitasse, ac vnius ancillæ ministerio contentum fuisse. Scipionis etiam Africani familiaris erat, quem in bellis semper comitabatur: vnde & in sepulchro Scipionum putatur esse constitutus. Sequutus est M. Fuluium Nobiliorem ad bellum Ætolicum, cuius filium erudiit. Ab hoc & Cato iam senex dicitur Græcas literas didicisse. Scripsit plurima, inter quæ Annales, bellum Punicum secundum hexametris, quæ omnia penitus interciderunt, exceptis versibus aliquot, quos Macrobius ostendit ab eo desumpsisse Virgilium, & paucis immutatis in suos transtulisse. Sententiarum grauitate in primis excelluit, sed cui verborum cultus minimè responderet. Vnde interrogatus aliquando Virgilius quid ageret, aurum se ex Ennij stercore colligere respondit. Periit articulari morbo, quem ex immodico vini vsu contraxerat. Horatius,

Ennius ipse pater numquam nisi potus ad arma
Prosiluit dicenda, &c.

Ennius tria corda habuisse dicitur, & cur. Vide apud Gell. *cap. 17. lib. 17.* Ennius alter fuit Grammaticus, qui duos libros de literis ac syllabis & metris conscripsit. Autor est Tranquillus.

¶Enniancistæ, Ennij imitatores. Casaub.

Ennœa, ἔννοια, cogitatio, quum aliquid ἐν νῷ concipimus: notio, intelligentia, coniectura.

Ennomio, γραφόμενα ἀναγορευόμενα, Gloss. videtur dici, quod ἔννομα scribat, i. e. legitima. vide *Legitima.* ¶

Enosigæus, Ἐνοσίγαιος, dictus est Neptunus, quòd terram quatiat. {GERM. Ein erschütter deß erdbodens / ein zunam Neptuni. } Vnde etiam Enosichthon, ἐνοσίχθων dicitur. Extra carmen meliùs vnico n, scribitur. Dicitur enim ἀπὸ τοῦ ἐνοσις τῆς γῆς, hoc est, à terræ concussione. Iuuen. *Sat. 10.* de Xerxe,

Ipsum compedibus qui vinxerat Ennosigæum.

ENO, as, are, Natatione euado, vel nando aliquò peruenio, enato. {נפה naph. ἐκνήχομαι. GALL. *Nager dehors, se sauuer en nageant.* ITAL. *Nuotare, peruenire à qualche luogo nuotando.* GERM. Außschwimmen. HISP. *Salir del agua nadando.* ANGL. *To swimme out and escape.* } Liu. 3. *bell. Maced.* Multæ naues eiectæ, multæ ita haustæ mari, vt nemo ad terram enauerit. Virg. 6. *Æneid.*

Insuetum per iter gelidas enauit ad Arctos.

Enŏdĭă, Ἐνοδία, Hecate, quòd in via inuenta sit ab Inacho. Stephan. *in Troadis.*

ENŌDO, as, Nodis purgo, nodos reseco. { ἐξαρθρόω. GALL. *Oster les nœuds, esclaircir, declarer.* ITAL. *Snodare.* GERM. Von knöpfen säubern / die knorren abhauwen. HISP. *Desatar, desañudar.* ANGL. *To expoune clearlie, to tak away knottes.* } Col. *lib. 5. cap. 5.* Quæ vlmus à positione bene prouenerit, eius summæ virgæ falce debent enodari. ¶ Per metaphoram accipitur pro declarare, siue explicare. Autor ad Heren. *lib. 2.* Deinde contrariæ legis enodabimus voluntatem, & eam trahemus ad nostræ causæ commodum. Gell. *cap. 10. lib. 13.* Enodare laqueos iuris.

Enōdātĭo, nis, Explicatio, expositio. {פרשה paráschah פתרון pithrón פשר pésther. ἐξαρμήνευσις, διασάφησις, δήλωσις. GALL. *Declaration.* ITAL. *Dichiaratione.* GERM. Außlösung / erklärung. HISP. *Declaration de lo escuro.* ANGL. *A plaine declaring, or expounding.* } Cic. *in Topic.* Ea est insita, & antè præcepta cuiusque formæ cognitio enodationis indigens. Idem 3. *de nat. deor.* Quid vos delectat illa explicatio fabularum & enodatio nominum?

Enōdātŭs, partic. {מבאר חיטב meboár hetéb. ἀναπτυχθεὶς, ἐξηπλωμένος. GALL. *Declaré.* ITAL. *Dichiarato.* GERM. Außgelößt / erklärt. HISP. *Declarado.* ANGL. *Declared, made manifest.* } Cic. 2. *de Inuent.* Præcepta magna conquisita cura, perspicuè conscripsit, atque enodata diligenter exposuit.

Enōdātē, aduerb. Clarè, perspicuè. { באר חיטב baér hetéb. δήλως. GALL. *Clairement, apertement, sans nœud.* ITAL. *Chiaramente, senza scrupulo.* GERM. Klärlich. HISP. *Claramente, sin nudo.* ANGL. *Clearlie, plainlie.* } Cic. 3. *de finib.* Hæc igitur nobis explicanda sunt: sed si enodatius, vos ignoscetis. Idem 2. *de Inuent.* Quæ illius erunt, leuiter attingendo, sua diligenter & enodatè narrando.

Enōdĭs, e, Planum, sine nodo. {ἀγόγγυλος, ἄδεσμος. GALL. *Sans nœuds.* ITAL. *Senza nodi.* GERM. One knöpf / glatt. HISP. *Sin nudos, o desañudado.* ANGL. *Without knottes.* } Virg. 2. *Georg.*

Aut rursum enodes trunci resecantur.

Plin. *lib. 12. c. 14.* Quibus credi potest, matrem quoque teretem & enodi fruticare trunco. ¶ Per metaphoram Enode etiam dicitur quod sine difficultate est. Plin. *Epist.* Recitabat ἐξηγήσεις, eruditam sane luculentámque materiam (scriptæ legis erat) fluentibus, & teneris, & enodibus, sublimibus etiam vt populeis locus.

Enona, æ, oppidum in ora Liburniæ, apud Plin. *lib. 3. cap. 21.*

Enŏpē, Ἐνόπη Steph. Vrbs Peloponnesi, in tractu Messenaico, iuxta Pylum sub ditione Agamemnonis, teste Hom. *lib. 9. Iliad.*

Enŏrchis, ἔνορχις, gemma est candida, quæ diuisa fragmentis testium effigiem repræsentat. Autor Plin. *lib. 37. cap. 10.*

Eordæ, Ἐορδαῖαι, duæ regiones Mygdoniæ, item aliæ duæ, vna Iberiæ, altera Thraciæ, ab Eordo quodam. Gentilia, Eordæus, Eordus, Eorditês. Steph.

Eŏrdi, Ἐορδοί, populi Thessaliæ. Steph. *in Amyro.*

ENŌRMĬS, e, dicitur magnum, sine mensura, nimium: eo quod normam & mensuram excedat. {ἄμετρος, ὑπέρμετρος. GALL. *Desmesuré, desreiglé,* sans

sans mesure, desreiglé. ITAL. *Enorme, smisurato.* GERM. Unmässig gross ungestalt. HISP. *Mas grande, sin medida.* ANGL. *Without measure an order.*} Plin. *in Epist.* Omnis enim aduertis quod eminet & extat sed acri intentione diiudicandum est immodicum sit, an grande, altum, an enorme. Idem *lib.* 17. *cap.* 12. Ex dem enormes cerasis, lauris. Suet. *in Calig. cap.* 50. Enormis corpore. Galli dicunt, *Mal baiti, mal faict.*

Enormitas, ἀμετρία Spart. *in Caracall.* Sed enormitate stipendij militibus, vt solet, placatis. Quint. In saxorum rudium collocatione, etiam ipsa enormitas inuenit cui applicari possit.

Enormiter, aduerb. {ἀμέτρως, ἐκτόπως. GALL. *Desmesurement, sans mesure, desreiglement.* ITAL. *Fuor di regola, fuor di misura.* GERM. Unmässiglich / uber die mass. HISP. *Sin medida.* ANGL. *Out of measure an rule.*} Plin. *lib.* 37. *cap.* 6. Simili modo, si ex alio colore in se admittat aliquid enormiter.

Enotesco, is, Innotesco, Notus fio. {נודע nodháh. γνωρίζομαι. GALL. *Venir en cognoissance.* ITAL. *Farsi noto.* GERM. Bekant werden. HISP. *Hazerse conocer.* ANGL. *To be knowen abroad.*} Plin. *in epist.* Enotuerunt quidam versus tui, & multo te claustra refregerunt. Suet. *in Othon.* Qui tamen sic quoque hoc disticho enotuit.

Enotare pro scribere. Quint. *lib.* 1. *cap.* 13.

[Enoticum, edictum de vnione Ecclesiarum. Enosis, vnio. L.g.b.]

Ens, & Entia, à verbo Sum deducta, τὸ ὄν, τὰ ὄντα, voces sunt solis penè Philosophis vsurpatæ. Quint. *lib.* 8. *cap.* 3. Multa ex Græco formata noua, ac plurima Sergio Flauio, quorum dura quædam admodum videntur, vt Ens & Essentia: quæ cur tantoperè aspernemur, nihil video, nisi quod iniqui iudices nos sumus, ideóque paupertatem sermonis laboramus.

Ensis, ac ξίφος, Gladius, mucro. {חרב chéreb. ξίφος. GALL. *Espée.* ITAL. *Spada.* GERM. Ein schwerdt. HISP. *Cuchillo, ò espada, ò daga.* ANGL. *A sword.*} Cic. 2. *de nat. deor.*

Aufaque funestum prima est fabricarier ensem.

Virgilius,

Et curuæ rigidum falces conflantur in ensem.

Ouid. 3. *Fast.*

Ensibus exertis bellica læta dea est.

Perque feros enses intrasset mœnia Troiæ,

idem 13. *Met.*

———*Querar*, &c.

Quòd non offensas vindicet ense suas.

Idem *Eleg.* 8. *lib.* 3. *Trist.*

———*Letalem* (in pectus) *condidit ensem*: mox, *telum*,

Idem 13. *Metam.*

———*Arripit ensem*,

ibidem. Ab ensis fit diminutiuum Ensiculus ξιφίδιον. Plaut. *in Rud.* In eo ensiculo literatum quid est? ¶ Per que enses, pérque ignem oportet irrumpere, διὰ καὶ μαχαιρῶν καὶ πυρὸς βαδίζειν δεῖ. quum significamus quiduis periculi subeundum.

Ensifer, {ξιφηφόρος, ξιφοφόρος. GALL. *Qui porte espée.* ITAL. *Chi porta spada.* GERM. Ein schwertträger. HISP. *El que trae cuchillo ò espada.* ANGL. *That beareth a swerde.*} Ouid. 2. *de Arte,*

Ensifer Orion aspiciendus erit.

Idem 4 *Fast.*

Entelechia, ἐντελέχεια, Perfectio, vis ex se mouens, agitatio, siue energia. Aristoteles animam ita appellauit, *lib.* 2. *de Anima.* Cicero continuatam quandam & perennem motionem interpretatur, 1. *Tusc. quæst.* Quintum genus adhibet vacans nomine, & sic ipsum animum entelechiam appellat nouo nomine, quasi quandam continuatam motionem & perennem. Sunt qui *endelechiam* per d scribendum existiment: sed per t, pluribus probatur. Corinthus Grammaticus autor est Atticos ἐντελέχειαν per τ, ἀντὶ τοῦ ἐνδελεχείας scribere consueuisse. Idem apud Lucianum in iudicio vocalium queritur δ de suis sedibus pulsum à τ, in hac ipsa voce.

Entella, Ἔντελλα, Siciliæ vrbs à Campanis habitata, Carthaginensium primi belli Punici tempore socia. Stephanus. Vulgò *Castro vetrano.*

[Enterata, ἐξεντερισμένα, Gloss. vide *Exentero.*]

Enterocele, {ἐντεροκήλη. ANGL. *The disease of burstyng when the gut is fallen downe in to the coddes.*} Species herniæ, quum intestina decidant in scrotum: quemadmodum epiplocele, ἐπιπλοκήλη, quum eòdem delabitur omentum: & hydrocele, ὑδροκήλη, quum in alterum è testibus humor confluit. Omnesque has species, nostri vocant hernias, inquit Celsus. Ramices verò qui sequuntur, Porocela, πωροκήλη, quum ex abscessu aliquo circa scrotum materia subduruit: Sarcocela, σαρκοκήλη, quum in ipso scroto concreuit caro. Cirsocela, κιρσοκήλη, quum venæ intumuerunt, tunicis testium integris, vel in ipso scroto: Bubonocele est tumor testiculi ex inflammatione febrem afferens, vel tumor in inguine ex repletione neruij, ex quo testiculus dependet. Est tamen vbi Plin. enterocelam dixerit ramicem, vt in medicinis eupteśsi.

Enterocelicus, qui enterocela laborat. Plin. *lib.* 25. *cap.* 8. Enterocelitis datur ex aqua, & illitur vesicæ vitiis.

Enteron, ἔντερον. Latinè intestinum. Hinc quidam exenterare, ἐξεντερίζειν, pro exsecare, & intestina detrahere, deduci putant. Vide suo loco.

[Entheca, ἐνθήκη, in decretis canonicis eadem pene significatione ponitur, quà apotheca, & horreum. ¶ Item entheca apud Græcos sunt prædiorum dotes. ¶ Entheca appellantur, cum non instructa legantur, à legatario non præstanda. ¶ Item instrumenta & ferramenta rei, agri, quæ tanquam eius dos sunt. ¶ Entheca etiam est pecunia a mensariis deposita. Libanio: item onus naui impositum. Lex. Iuridic.]

Enthemata, ἐνθήματα, à medicis vocantur quæ vulneribus recentibus imponuntur, ad reprimendum sanguinem & humorem effluxum. ¶ In insitionibus item enthemata vocantur surculi qui in fissuram trunci inseruntur.

Entheus, a, um, ἔνθεος, ος, ον, Numine diuino plenus. Stat. *Syl.* 2.

———*Hic tripodes, hic antea lauro*

Tempora, Musea ermeret premit ille corona.

Entheatus, a, um, Diuino numine afflatus, vt Entheata vatum pectora, apud Mart. *lib.* 6.

Enthusiasmus, ἐνθουσιασμός. Est diuinus quidam vigor, qualem habent dicta, aut scripta eorum, qui diuino numine sunt afflati: ab ἐνθουσιάζω, quod significat afflor numine.

Enthymema, tis, & Enthymematum, i, ἐνθύμημα, ἀπὸ τοῦ ἐνθυμεῖν, quod est mente concipere, animaduertere, considerare. Commentum, vel commentationem Quint. interpretatur: quòd mentis actio omnis atque sententia, enthymema nominetur: sicut docet Cic. *in Topic.* inquiens: Ex hoc illa Rhetorum sunt ex contrariis conclusa, quæ ipsi enthymemata appellant. Enthymema (inquit Rufinianus) dicitur quum periodus orationis ex contrariis sententiis astringitur: quale est illud Cic. *in Diuin.* Tamen his operam tuam pollicere, qui te neque velle sua causa, nec si velis, posse arbitrantur? Dialecticis enthymema est syllogismus imperfectus in quo ex vnico enuntiato infertur conclusio: vt, Castitas virtus est, ergo amplectenda. Nam ad perfectionem syllogismi deest prior enuntiatio, quam maiorem vocant, virtus omnis est amplectenda. Iuuen. *Sat.* 3.

———*aut curtum sermone rotato*

Torqueat enthymema.

[Entymesis, cogitatio, commentatio. Tertull.

Entolina, ἐντόλια, præscripta, quæ legati à Principibus suis accipiunt, in quibus legationis capita continentur. Gloss. Meurs. est Luitprando, ab ἐντολὴ mandatum, & ἐντέλλομαι mando.]

Entoma, ἔντομα à Græcis appellantur quæ nos vocamus insecta, cuiusmodi sunt muscæ, crabrones, apes, & eiusmodi: ratione nominis inde (vt opinor) ducta, quòd pleraque ex iis circa medium sui incisa sunt, adeò vt posterior pars tenui admodum discrimine adhæreat priori.

Entribæ, Ἐντρίβαι, populi Thraciæ à Steph. commemorati.

Enubo, is, {ἐκγαμίζω. GALL. *Espouser vn homme, prendre mari.* ITAL. *Maritare.* GERM. Mannen / ein man nemmen. HISP. *Casar se fuera su estado.* ANGL. *To be maried to one man.*} à Liu. videtur vsurpatum pro extra suum ordinem nubere: ita enim ait *lib.* 10. *ab Vrb.* Virginiam Auli filiam patritiam plebeio nuptam L. Volumnio cos. matronæ, quòd è patribus enupsisset, sacris arcuerunt. Idem *lib.* 4. *dec.* 1. Nec ducendo è plebe, neque vestras filias sororésque enubere sinendo è patribus.

Enuptio, Liu. *lib.* 9. *decad.* 4. vt Hispalæ Fecenniæ datio, diminutio, gentis enuptio, tutoris optio ita esset, quasi ei vir testamento dedisset.

Enucleo, as, Aperio & nucleum è calice extraho. Nucleus verò dicitur quod tenerum in nuce includitur. {πυρηνίζω ἐκπυρηνίζω. GALL. *Cerner, mettre hors le noyau, descouurir & mettre en euidence.* ITAL. *Aprire, cauare il nocciolo della natta, & l'ostriga del guscio.* GERM. Ein nuss aussthun / ein nusskern auss der schalen thun. Item, erklären. HISP. *Abrir ò sacar el meollo, ò pepita de la fruta.* ANGL. *To take the kernell of a nutte out of the shell, to declare.*} ¶ Per translationem enucleare significat declarare, & explanare. σαφηνίζειν, δηλοῦν. Cic. *in Partit.* Nec quicquam in amplificatione nimis enucleandum est. Gell. *cap.* 3. *lib.* 7. Tenues & enucleatæ reprehensiones.

Enucleatus, participium, {ἐκπυρηνισθείς, διασαφηθείς. GALL. *Escerné, & descouuert, mis en euidence & declaré.* ITAL. *Dichiarato, aperto, manifesto.* GERM. Erklärt, eröffnet. HISP. *Abierto, declarado, manifesto.* ANGL. *Declared, where of the kernell is taken out of the shell.*} Cic. *pro Planc.* In quo primum illud debes putare: comitiis, præsertim ædilitiis, studium esse populi, non iudicium: blandita illa, non enucleata esse suffragia. Idem *de Orat.* Genus dicendi acre, acutum, enucleatum.

Enucleatè, aduerbium, expurgatè, exquisitè, clarè, ac sine asperitate. {διασαφηνῶς. GALL. *Clairement, apertement.* ITAL. *Chiaramente.* GERM. Offentlich / klärlich. HISP. *Claramente.* ANGL. *Clearlie, pa(n)yli.*} Cicero *lib.* 4. *Tuscul.* Habes ea quæ de perturbationibus enucleatè disputant.

Enudo, as, are, Nudo. {ערה harah. γυμνόω. GALL. *Desnuer, exposer.* ITAL. *Nudare, sponere.* GERM. Entblössen. Item, erklären. HISP. *Desnudar lo vestido, declarar.* ANGL. *To mak naked, to vncouer.*} Et per translationem, exponere, ac veluti intellectui aperire, hoc est, interpretari. Cic. 1. *de Legib.* Et rerum plurimarum obscuras & necessarias intelligentias enudauit, quasi fundamenta quædam scientiæ.

Enumero, as, are, Numero, recenseo. {ספר sippér הפקיד hipkkidh. ἐξαριθμέω, καταλέγειν. GALL. *Denombrer, nombrer & conter.* ITAL. *Noverare.* GERM. Erzehlen. HISP. *Contar por numeros.* ANGL. *To number, to compte, to recken.*} Cic. 4. *Verr.* Dixi iam antea me non omnia istius, quæ in hoc genere essent, enumeraturum. Colum. *lib.* 8. *cap.* 17. Et ne per singulas enumerem salsamentorum omnium purgamenta. Propert. *lib.* 2. *Eleg.*

Enumerat miles vulnera, pastor oues.

Terent. *in Adelph.* Iámne enumerasti quod ad te rediturum putes. Non potest peculium enumerari, Plaut. *Asin. sc.* 4. *a.* 3.

Enumeratio, est ipse enumerandi actus. {ספר sephar. καταλογισμός. GALL. *Denombrement, nombre & conte.* ITAL. *Esso annumerare.* GERM. Erzehlung. HISP. *Aquella cuenta por numeros.* ANGL. *A compting, or reckening.*} Præterea est argumenti genus frequens apud Oratores, quum plurimis rebus expositis, & cæteris infirmatis, vna reliqua necessariò confirmatur, hoc pacto, Necesse est, aut inimicitiarum causa ab hoc esse occisum, aut metus, aut spei, aut alicuius amici gratia: aut si horum nihil est, ab hoc non esse occisum. Cic. 1. *de Inuent.* Enumeratio est per quam res dispersè & diffusè dictæ, vnum in locum coguntur, & reminiscendi causa vnum sub aspectum subiiciuntur. Idem *pro Cluent.* Verùm quum habeam rem non dubiam, sed apertam atque manifestam, enumeratio singulorum argumentorum non est necessaria. ¶ Est etiam enumeratio pars epilogi, quum argumenta aut omnia, aut præcipua per totam orationem sparsa, in fine repetuntur, vt altiùs memoriæ insideant. de qua multa *in Rhetoricis ad Herennium.*

[Enundinare, mercari. Tertull.]

Enuntio, as, Eloquor, effero, exprimo, profero, pronuntio, dico, significo. {דבר dibbér הגיד higgidh חביע hibbiah בטא bitté. διηγέομαι, ἀποφαίνομαι. GALL. *Diuulguer, reueler, dire, prononcer, proferer.* ITAL. *Pronunciare, proferire, parlare, esprimere.* GERM. Aussründen / aussprechen. HISP. *Pronunciar, declarar.* ANGL. *To vtter, to pronunce.*} Cic. 1. *de fin.* Grauissimæ sunt ad beatè viuendum breuiter enuntiatæ sententiæ. Suetonius *in Tiber. cap.* 71. Enuntiare rem per ambitum verborum.

¶ Ponitur etiam pro simplici nunciare, vel è longinquo significare. Cic. *Epist. ad Atticum lib.* 1. Cossinius hic, cui dedi literas, valde mihi bonus homo, & non leuis, & amans tui visus est, & talis qualem esse eum tuæ mihi literæ enuntiarant. ¶ Elegantissimus præterea huius verbi visus est pro diuulgare, & quod arcanum erat, retegere: vt, Enuntiare aduersariis amicorum consilia. Idem *pro Roscio Amerino.* Enuntiare mysteria dicendi. Idem 1. *de Orat.* Enuntiare consilia quid, Quintilianus *declamation.* 272.

Enūntiātus, part. {מדבר *medbubbár* מבטא *mebutiá.* ἐκφωνηθείς. GALL. *Profere, prononcé.* ITAL. *Proferito, pronunciato.* GERM. Gesagt/außgesprochen. HISP. *Pronunciado, declarado.* ANGL. *Vttered, pronounced.*} Quint. *lib.* 2. *cap.* 5. Sermo rectus & secundùm naturam enuntiatus.

Enūntiātum, i, Oratio perfecta, verum, aut falsum significans, effatum, pronuntiatum, enuntiatio. {אֲרֶשֶׁת *aréscheth.* ἀξίωμα. GALL. *Vne proposition.* ITAL. *Propositione.* GERM. Ein volkommer heiterer spruch der etwan bestätigt oder verneint. HISP. *Proposicion.* ANGL. *Annunciation.*} Nostræ ætatis Dialectici propositionem vocant. Cicero *de Fato,* Nec si omne enuntiatum aut verum est, aut falsum, sequitur illico causas esse immutabiles.

Enūntiātiuus, a, um, {ἀποφαντικός, ἀξιωματικός. GALL. *Declaratif.* ITAL. *Dichiaratiuo.* GERM. Das zuerklären vnd außzulegen ist. HISP. *Cosa que denuncia ò declara.* ANGL. *Declaratiue.*} Senec. *Epist.* 118. Sequuntur deinde motus animorum, enuntiatiui corporum. *Ibid.* Aliquid est enuntiatiuum de corpore, quòd alij effatum dicunt, alij enuntiatum, alij edictum.

Enūntiātiuē, vel enarratiuè deduci dicitur, quum similiter aliqua res sine mysterio, sine momento deducitur, vt quum dico: Peto à Titio, qui est hæres Seij. ista verba, Qui est hæres, enuntiatiua sunt. Vnde etiamsi non est hæres Seij, tamen procedit libellus. Casus est, vt aiunt in terminis, in *l. qua familia,* quem tex. vt singularem, secundùm præceptorem meum D. Zasium, omnes Doctores exclamant. *ff. famil. ercisc.* Dispositiuè autem narrata vim habent & obligandi & disponendi causam, adeò vt ea quæ medullas respiciunt, mutari emendatiue nequeant, maximè si pro reo faciant. Per text. elegantem *in l. cùm precum. C. de lib. caus.*

Enūntiātio, nis, Enuntiatum, effatum, pronuntiatum. {אֲרֶשֶׁת *aréscheth.* ἀξίωμα.} Cic. *de Fato,* Omnis enuntiatio (quod ἀξίωμα Dialectici appellant) aut vera, aut falsa est. *Ibid.* Explicanda vis, ratióque enuntiationum, quæ Græci ἀξιώματα vocant.

Enūntiātrix, icis, fœm. gen. {מדברת *medhabberáh.* ἀποφαίνουσα, ἀποφθεγγομένη.} Quint. *lib.* 2. *cap.* 15. Ars inuentrix, & iudicatrix, & enuntiatrix.

Enūtrio, is, Nutrio, alo, sustento. {גדל *giddél* כלכל *chilchél.* ἐκτρέφω. GALL. *Nourrir & esleuer entierement.* ITAL. *Nutrire.* GERM. Ernehren/aufferziehen. HISP. *Criar.* ANGL. *To nourish, to bring vp.*} Plin. *lib.* 12. *cap.* 1. Tantum postea honoris increuit vt mero infuso enutriantur. De platano. Col. *lib.* 3. *cap.* 3. Deinde sata non ita enutriunt, vt ante conualescant ac prosiliant, quàm retorrescant.

Enyalius, ἐνυάλιος. Vnum est ex Martis cognominibus, teste Macrobio *lib.* 1. *Saturn. cap.* 19. qui Enyalius dicitur quasi ἐνυοῦς υἱὸς, hoc est, Bellonæ filius. Accipitur & pro bellicoso.

Enyo, ἐνυώ. Bellona dea, bellorum præses: quamquam etiam figuratè pro ipso bello, siue prælio accipitur. Mart. *lib.* 1.

Nec te decipiat ratibus naualis Enyo:

hoc est, prælium nauale.

E O

Eo, is, iui, itum, notæ significationis est. {הלך *halách.* πορεύομαι, εἶμι. GALL. *Aller.* ITAL. *Andare.* GERM. Gehen. HISP. *Ir, andar.* ANGL. *To go, to walk.*} Ire redire, contraria. Mart. *lib.* 6.

Et Capitolinas itque reditque vias.

Ouid. *Epist.* 10.

Anxius huc illuc dissimulanter eo.

¶ Interdum significat venire, βαδίζειν. Terent. *in Adelph.* Quæso vt vnà mecum ad matrem virginis eas. ¶ Ire pedibus. Plaut. *Stich.* Nam pedibus ire non queo. ¶ Ire in sententiam pedibus, est alterius sententiæ non verbo, sed corpore accedere. ψηφίζειν. Liu. *lib.* 7. *ab Vrbe.* Qui hoc sentitis, in dexteram partem pedibus transite: quæ maior pars erit, eo stabitur consilio. Deinde frequentes omnes in dexteram pedibus transierunt. Hæc ratio inuenta est, quòd nonnunquam longum esset audire singulos, in magno, præsertim Senatorum, vel iudicum consessu. Quum igitur duæ tresve sententiæ dictæ erant ab iis qui primi rogabantur, reliqui in illorum cum quibus sentiebant, sedilia transibant, vt res expeditiores fierent. Aliquando ne pedibus quidem præ multitudine ad sententiam ire poterant, ideóque manu sententiam significabant: quod Quintil. intelligit, vbi ait, Manibus pedibúsque imus in sententiam necessitatis. Huic contrarium est, Ire in alia omnia, hoc est, ab autore sententiæ alicuius dissentire, & in aliorum sententiam discedere. Cic. *Lentul. lib.* 1. *Epist.* Quatenus de religione dicebat, ei rei quia obsisti nõn poterat, Bibulo assensum est: de tribus legatis frequentes ierunt in alia omnia. ¶ Nauibus instructis ire. Virg. 2. *Æneid.*

Et iam Argiua phalanx instructis nauibus ibat.

Cic. *ad Attic. lib.* 10. Nauigio isse te iterum trans mare, credere non possum. ¶ Ire rectis sensibus. Idem 13. *Philipp.* Si me rectis sensibus euntem dij immortales, vt spero, adiuuerint. ¶ Ire inficias, negare. Terent. *in Adelph.* —hoc reliquum est, Si inficias ibit, testis mecum est anulus quem amiserat. ¶ Ire in aciem, pro militare. Quint. *lib.* 9. *cap.* 2. Qui aliquando fortiter fecerat, & alio bello perierat, vt militia vacaret ex lege, quòd quinquagenarius esset, aduersante filio ire in aciem coactus, defecit. ¶ Ire in articulum dicitur seges, quum nodos veluti articulos quosdam acquirit. Plin. *lib.* 18. *cap.* 17. Si in articulum seges ire cœperit. ¶ It dies, pro præterit, & elabitur. Plaut. *Rud.* Verba facimus, it dies. ¶ It res, pro succedit. Cic. *Attic. lib.* 14. Incipit res melius ire, quàm putaram. Ire in consilium iudices dicuntur, quum aut capita conferunt, aut in interiore consilio instrumenta litis percensere aggrediuntur, quum processisse esse super, bacellum dicitur, id est, in medium positas. Idem *pro Cluent.* In consilium irum iudices triginta duo, sententiis decem & sex absolutio confici poterat, Budæus. Iter per. Ouid. 14. *Metam.*

——fatis est inamabile regnum

Aspexisse semel, Stygios semel isse per amnes.

Eunt depressum pro Deprimunt. Plaut. *Cist.* —frigidam Subdolè suffundunt, viris cum suis nos solere prædicant. Suas pellices esse aiunt, eunt depressum, quia nos sumus libertinæ.

Vastatum fines iueras Assyrios,

Catull. *de com. beren.* Quid de te commerui, quamobrem me meósque perditum ires libero. Plaut. *Aul. sc.* 6. *a.* 4. I hac intrò mecum. *Ibid. sc.* 5. *a.* 4. I, gladium affer. Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Ianitorem clamat, si vides quem ire ad se calcitronem. i. venire. Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 2. In ius te voco. L. non eo. *Ibid. sc.* 4. *a.* 2. Ambula in ius. T. Non eo. Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 5. Itur, putatur ratio cum argentario. Idem *Aul. sc.* 5. *a.* 3. Eas in maximam malam crucem. C. Ire te melius est intro, idem *Men. sc.* 2. *a.* 2. Ad fratrem quò ire dixeram, mox iuero. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 1. Abduce illum in crucem. P. Ille ibit potiùs, (i. abducetur.) Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 5. Nemo ire prohibet via publica. *Ibid. sc.* 1. *a.* 1.

Efficio tacitum ne mihi funus eat,

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 5. *Trist.* Rogitanti me serui quò eam? Dico me ire quò saturi solent. Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 2.

Ire per excubias, & se committere nocti,

Ouid. 12. *Metam.* ¶ Ire in amplexus, vide *Amplexus.* Ire in corpus, vide *Corpus.* Ire visere, vide *Viso.* Ire sub amplexus, vide *Amplexus.* Item, meæ noctes quas instructum ornatúmque ilti. i. cupiuisti, voluisti. Gell. *cap.* 6. *lib.* 14. (bis, *in fine & principio dicti cap.*)

Nec mihi parua fides annos hanc esse priores, (i. cœpisse,)

Ouid. 3. *Fast.*

Dixit & in litem studio certaminis issent, idem 6. *Fast.*

——Furijs in scelus isse pudet,

ibidem. Ire in tabem, Senec. *cap.* 11. *de consol. ad Mart.* It in orbem ista tempestas, *ibid. cap.* 15. Ire in rixam, Quintil. Age, id est, simul, Plaut. *Most. sc.* 4. *a.* 3. (i. veni mecum.) Ire vestigia alicuius, Senec. *de cons. ad Polyb. cap.* 17. Vltum ire scelera, Quintil. Nunc ibo domum, & ibo in Tabernam. Plaut. *Men. sc.*.. Ire per plures discipulos vnus præceptor potest, Quint. Ire per omnes affectus, idem. Ire per disciplinas, vel circa eas hærere, idem *cap.* 13. *lib.* 1. Ire per singulas partes, idem. Ire per singula, idem. Eat omnis inter luctus dies, Senec. *cap.* 6. *de cons. ad Mart.* Eunt vi sua fata, *ibid. cap.* 10. Ire per totas materias, Quint.

—— ——Nepotes

Per tua pérque tui facta parentis eant,

Ouid *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Nostra per immensas ibunt praeconia mensas.

ibid. Eleg. 9. *lib.* 4. Ire per omnes species, Quint. *cap.* 5. *lib.* 2. Eat nunc (insultantis & cum contemptu loquentis.) Suet. *in Neron. cap.* 35.

Nube solet pulsa candidus ire dies, (i. redire,)

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* I tu præ virgo, Plaut. *Curc. sc.* 2. *a.* 4. Cùm it dormitum follem obstringit ob gulam, idem *Aul. sc.* 1. *a.* 2. Si opulentus it petitum pauperioris gratiam, *ibidem sc.* 4. *act.* 1. eunt obuiam, gratulantur (pro veniunt,) idem *Capt. sc.* 2. *a.* 1. It sedatum sitim, (i. venit.) Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 1. I tu, vt decet dominum, ante me ito inanis, idem *sc.* 3. *a.* 2. Eunt ad te hostes, (id est, aggrediuntur,) idem *Capt. sc.* 4. *a.* 3. Vbi estis vos? ite actutum, *ibidem. sc.* 1. *a.* 5. Benè ego ab hoc prædatus ibo, idem *Pseud. sc.* 7. *a.* 4. Illa alio ibit. (de scorto.) C. Pacem ab Æsculapio petas. C. Ibo atque orabo, idem *Curc. sc.* 2. *a.* 2. Ibat in vigiliam miles, idem *Pseud. sc.* 7. *a.* 4. Ite hac triumphi ad cantharum recta via, *ibidem.* Iam isses ad forum, (i. peruenisses.) *Ibid.* Ire licebit tibi tempori, *ibid.* ¶ Ire agere coniunctim à Iurisconsultis dicitur, pro disiunctim. Aliud enim est ire, aliud agere. Ire hominis est: agere, iumenti. Qui actum habet, iter habet, at non contra. Ergo ire agere semper coniunguntur, vt tres seruitutes compendio sermonis comprehendantur. Iter, via & actus. Nam sub verbo agere, tacitè quoque vehere comprehenditur. Hæc ex Hotomano. ¶ Hoc verbum præter naturam aliorum verborum quartæ coniugationis, facit futurum in bo: vt, Eo, ibo, quemadmodum & queo, quibo. Inuenitur tamen etiam nonnunquam I am, vt apud Terent. *Eunuch.* Quid igitur faciam? non eam ne nunc quidem Quum accersor vltrò? ¶ Composita ab eo, is, quamuis simplex sit neutrum, aliqua tamen sunt actiua, vt, Adeo, adeor: obeo, obeor: intereo, intereor: subeo, subeor. Iuuenal.

——quod si subeuntur prospera castra.

Claud. *Quadrig.* Pugna acriter commissa, ac multis vtrinque interitis. Virg. *lib.* 10.

Morte obita, quales fama est volitare figuras.

¶ Componitur, Eo cum ab: vt, abeo: ad, adeo: am, ambio, in quo b interponitur euphoniæ causa, & e vertitur in i: ante, anteeo: circum, circumeo: con, coeo, in quo abiicitur n: contrà, contraeo: ex, exeo: in, ineo: inter, intereo, intro, introeo, ob, obeo, per, pereo: pro, prodeo, in quo d interponitur sonoritatis gratia: præ, præeo: de quo latiùs suo loco: præter, prætereo: re, redeo: sub, subeo: super, superbio, vbi interponitur b, & e mutatur in i: trans, transeo: venum, veneo. ¶ A supino itum, itu, fit itus, us, & itio. {הליכה *halichah.* πορεία. GALL. *Allée, voyage.* ITAL. *Andamenta, gita camino.* GERM. Das geen/gang. HISP. *Obra de andar, andadura.* ANGL. *A going or walking.*} Cic. *Attic. lib.* 15. Quis porrò noster itus, reditus, vultus, incessus inter istos? Suet. *in Tib. cap.* 38. Ad extremum vota pro itu & reditu suo suscipi passus, vt vulgò iam per iocum Callipedes vocaretur. Ter. *Phor.* Hæccine erant itiones crebræ, & mansiones diutinæ Lemni? Cic. *Attic.* De obuiam itione ita faciam vt suades. Itum est ad arma. Velleius.

Itūr, impersonale. Terent. *in Andr.* Ea quoniam nemini obtrudi potest, Itur ad me.

Itio, nis verbale. Cic. *de Diuin.* Sed Rhodiorum classi propinquum reditum, ac domum itionem dari. Idem *ad Attic.* De obuiam itione faciam vt suades.

Itūs, us, idem quod itio. Cic. *ad Attic.* Quis porrò noster itus, reditus, vultus, incessus inter istos? Varr. *ling. Lat.* 4. Iter ab itu appellatum est. Item Titinnius poeta,

Itum, gestum, amictum qui videbant eius.

Ito, as, frequentatiuum, Frequenter eo. {φοιτάω, ῶ, πολλάκις ἔρχομαι. GALL. *Aller souuent.* ITAL. *Andar spesso.* GERM. Oft vnd emsig gehen. HISP.

Hisp. *Andar muchas vezes.* Angl. *To go often.*} Plaut. *Most.sc.1.a.1.* Ad legionem cum irant. Idem *Men.sc.7.a.5.* Expetit me filia ad se se vt itemus, sic legit Paller. Itare ad cœnam, Gell. *cap.24.lib.2.* Suet. *de clar. Rhet.* Maiores nostri quæ liberos suos discere, & quos in ludos itare vellent, instituerunt. Gell. *cap.6.lib.6.* Itare ad Grammaticos. Idem *cap.11.lib.15.*

Eò, pro tanto, sicut & quò, pro quanto ponitur. τοσούτῳ. vt, Eò magis, quò magis. Salust. *in proœmio Catil.* Statui res gestas populi Romani carptim, vt quæque memoriæ dignæ videbuntur perscribere, eóque magis, quod mihi à spe, metu, partibus Reip. animus liber erat. Non mihi ipsi credis. R. Eò fit, quia mihi ipse plurimum credo. Plaut. *Amphitr.* Non eò quin cupiam quæ velis. Idem *Asin.sc.1.a.5.* Id eò dico, ne me thesaurum reperisse censeas. Idem *Aulul.sc.4.a.1.* Id eò fit, quia hic leno ægrotus incubat. Idem *Curc.sc.1.a.1.* Eò interdum pro ad eum locum. Catull. *de com. Beren.*

——— Eò famulum legarat.

¶ Quandoque ponitur pro ideo, vel propterea, ἐπὶ τούτῳ. Terent. *in Eunuch.* Eone es ferox, quia habes imperium in belluas? *Ibid.* Eò ad eam non admissa sum. ¶ Aliquando significat vsque illuc. Liu. 2. Ipsa vestigia quærentem dominum eò deductura erant. ¶ Aliquando significat ad id, vel vsque ad id, ἐς τοσοῦτο. vt apud eundem in proœmio operis, Quæ ab exiguis profecta initiis, eò creuit, vt iam magnitudine laboret sua. Sed dicimus, Eò magnitudinis, quod est, Ad eam magnitudinem. Eò sapientiæ deuenit, id est, ad eam sapientiam. ἐς τοσοῦτο σοφίας. ¶ Eò pro ad id, vt hoc eò spectat, eò pertinet. Cels. *lib.8. cap.11.* Multum autem eò confert & corporis, & neruorum habitus. ¶ Eousque, in tantum, ἐπὶ τοσοῦτον. Valer. Max. *lib.1.* Natam vitam eousque creuisse, donec cunctas dominationis suæ partes inumbraret.

Eodem, Plaut. *Curc.sc.2. act.4.* Eodem vos pono, (i. Ibidem, vel eodem loco & numero.) ¶ Eopte: *ibid.sc.3 act.4.* Eopte illo infortunio, (aliàs *Eopse.*)

¶Eolus, varius. Gloss. intellige αἰόλος.¶

Ēōs, {שחר *schácbar.* ἠώς. Gall. *Aurore, le poinct du iour, l'aube du iour.* Ital. *L'aurora.* Germ. Morgenröte, der herbrächend tag. Hisp. *Alua.* Angl. *The break of the day.* - Priori longa à Græcis vocatur, quam nos dicimus auroram. Ouid. 3. *Fast.*

Tres vbi luciferos veniens præmiserat Eos.

Idem 4. *Fast.*

Proxima victricem quum Romam inspexerit Eos.

Ēōus, a, um, {ἑῷος. Gall. *Oriental, d'Orient.* Ital. *Orientale.* Germ. Das zu dem morgen gehört, morgenlich. Hisp. *De Oriente.* Angl. *Fast.*} Adiectiuum est, idem significans quod Orientalis, habétque primam syllabam indifferentem: quanquam sæpiùs producitur. Deriuatur enim ab ἠώς, dictione Græca, quæ illi auroram significat: quæ quamuis frequentiùs per η scribatur, inuenitur tamen quandoque scripta per ε. Productionis exempla nusquam non occurrunt. Reliquum est vt aliquot exemplis doceamus posse breuiari. Lucan. *lib.8.*

Aut Arabum portus mercis mutator Eoæ.

Idem,

Claudimus Hesperias gentes, aperimus Eoas.

Propert. *lib.1.*

Siue illam Hesperiis, siue illam ostendet Eois.

Virg. 2. *Æneid.*

Confligunt Zephyrúsque, Notúsque, & lætus Eoïs
Eurus equis.

Ouid. 1. *Amorum,*

Gallus & Hesperiis, & Gallus notus Eois.

Idem *Eleg.9. lib.4. Trist.*

Testis & Hesperia vocis Eous erit.

Ĕōus, substantiuum, ἑῷος, prima vocali per ε, vnde primam syllabam corripit. Vnus ex equis Solis. Ouid. 2. *Met.* Vide *Æthon.*

Ĕōusque, vide *Eo.*

E P

Ĕpăcriă, Ἐπακρία, Attici agri oppidum, vnum ex iis quæ à Cecrope in ciuitatis formam sunt redacta. Autor Steph.

¶Epactæ, ἐπακταὶ sc. ἡμέραι, inter calares dies.

Epactra, piscatorum remigia. Rh. Bayf.

Epactres, piscatores. Iidem.¶

Ĕpăgo, nis, ἐπαγών, Artemo nauis, siue trochlea qua funes ductarij, & cætera nauis armamenta explicantur: quáque maiora onera ex portu in nauem attolluntur. Vitruuius Ergatas videtur appellare.

Ĕpăgōge, es, ἐπαγωγή. Argumentationis genus ex concessis sensim laqueos texens ad irretiendum eum, qui se semel interrogandum præbuit, aliis atque aliis percontationibus sese mutuò excipientibus. Vide Commentaria Budæi.

Epagris, Ἐπαγρίς, insula vna ex Cycladibus, quæ notiore nomine Andros appellatur, teste Plin. *lib.4. cap.12.*

¶Epæcla, vel epæcla ἐπαίκλα, vel ἐπάικλα, vel ἐπαίκλεια, aut ἐπαίκλεια, bellaria, quæ à cœna apponuntur. ab ἐπὶ post, & αἶκλον, quod est δεῖπνον, vox Dorica.¶

Ĕpāmīnōndās, Ἐπαμεινώνδας, Nobilis Thebanus, Polymni filius, singulari modestia, prudentia, & grauitate præditus, rei militaris peritus, manu strenuus, animo maximè: adeò autem amans veritatis, vt ne ioco quidem mentiretur. Adhæc multiplici artium cognitione eximius fuit. Nam & fidibus nouit, & ad earum sonum accinere: qua in re præceptorem habuit Dionysium. Tibiarum autem artem ab Olympiodoro hausit, quemadmodum saltationem à Calliphrone. In Philosophia verò Lysiæ Pythagoreo operam dedit. Hic quum apud Leuctram Lacedæmonios plaga pestifera adeo affecisset, vt ex eo tempore Lacedæmoniorum opes corruerint, & principatum Græciæ amissum vltra reparare nequiuerint, dicere solebat, orbum se, non tamen sine liberis mori, & ex se natam relinquere pugnam Leuctricam. Hic post clarissima facinora edita, extremo tempore apud Mantineam, cum acie instructa, & ducis optimi, & militis fortissimi officio fungitur, ipsam, agresti telo, percussus ictu mortifero, relatúsque in castra semianimis, requisiuit à circunstantibus, saluúsne esset clypeus: quum saluum esse flentes sui respondissent, allatum, veluti socium laborum gloriæque osculatus est. Iterum quæsiuit, essentne fusi hostes. quum id quoque vt cupiebat audiuisset, euelli eum denique spiculum iussit: atque ita multo sanguine profuso, in lætitia & in victoria mortuus est. Cuius morte Thebanorum vires ita hebetatæ sunt, vt non tam illum amisisse, quam cum illo interiisse omnes viderentur. Nam ante Epaminondam Thebani alieno imperio paruerant, & post interitum eiusdem in seruitutem pristinam reuoluti sunt: vt manifestum sit gloriam Thebanam cum illo natam, & cum illo extinctam fuisse. Vide Xenophontem *lib. vlt. rerum Græcarum.*

Ĕpănădĭplōsĭs, ἐπαναδίπλωσις. Figura est quæ fit quum eâdem dictione versus clauditur à qua exordium sumpsit. Virg. 1. *Æneid.*

Multa super Priamo rogitans, super Hectore multa.

Ĕpănălēpsĭs, ἐπανάληψις est repetitio sententiæ, vt iterum audita altiùs insideat auditoribus. Cic. *pro Rab.* Libenter si esset integrum, profiterer idem, Saturninum C. Rabirij manu interfectum. Nihil me iste clamor commouet. Et deinde subdit, Libenter, inquam, profiterer.

Ĕpănăphŏră, ἐπαναφορὰ Latinè, repetitio: figura est quum ab eâdem dictione plures sententiæ inchoantur: qualis est apud Virgilium *in Gallo,*

Hic gelidi fontes, hic mollia prata Lycori,
Hic nemus, hic ipso tecum consumerer æuo.

¶Epanastrophe, ἐπαναστροφὴ, reuersio est, quum recto ordine restituimus sententiam.

Epanconismos, ἐπαγκωνισμὸς, q.d. incubitatio.¶

Ĕpănŏdŏs, ἐπάνοδος. Schema est διάνοιας, quum ad id regredimur, vnde semel discessimus: vt Principatus bonus, non autem qui in tyrannidem commutatur.

¶Epaonum, *Besme*, in Comitatu Burgundiæ, vbi Concilium est celebratum sub Sigismundo Burgundiæ Rege.¶

Ĕpăphrŏdītŭs, Ἐπαφρόδιτος, Grammaticus patria Chæroneus, Archiæ Grammatici alumnus, & discipulus, quem Modestus Ægypti Præses sibi coëmit, cuique filium Petelinum idem in disciplinam tradidit, quem ille Romæ instituit sub Nerone. Mortuus est hydropisi. Reliqua vide apud Suidam.

Ĕpăphŭs, Ἔπαφος, Iouis filius ex Io, qui Memphim in Ægypto condidit. Ouid. 1. *Metam.* Postquam fabulam Ius in vaccam conuersæ recitauit, subdit,

Hinc Epaphus magni genitus de semine tandem
Creditur esse Iouis.

¶Epar, vide *Hepar.*¶

Ĕparchĭă, {פלך *schilsón.* ἐπαρχία.} à Græcis dicitur, quam Latini prouinciam, siue præfecturam appellant: vnde

Eparchus, ἔπαρχος, præses, præfectus. ab ἐπάρχω impero. ¶ Erat Eparchi dignitas apud Græcos Imperatores media inter magnum pappiam, & magnum drungarium biglæ. Gloss. Meurs.

Eparchiotes, ἐπαρχιώτης, prouincialis.¶

Eparitæ, Ἐπαρῖται, populi Arcadiæ, quorum ciuitas Eparis dici debebat: non reperitur tamen id nomen. Steph.

Ĕpectăsĭs, ἐπέκτασις, dici potest porrectio: figura qua in medio dictionis littera, vel syllaba interponitur: vt, Induperator, pro imperator. A verbo Græco ἐπεκτείνω, quod est porrigo, vel vlteriùs extendo.

¶Epensare, expensum ferre in rationibus factitandis. Bud.¶

Ĕpĕnthĕsĭs, ἐπένθεσις, Interpositio literæ, vel syllabæ ad medium dictionis, vt longior fiat numero syllabarum, vel temporum. A verbo Græco ἐπεντιθέναι, quod est interserere: vt, Relligio pro religio, alituum pro alitum.

Ĕpēŭs, Ἐπειός, nomen proprium Endymionis filij, & Pæonis fratris qui primus in muralibus machinis equum reperit, qui & aries dicitur. Plin. *lib.7. cap.56.* quæ res locum fecit fabulæ, Epeum fabricatorem fuisse equi lignei quo Troia prodita est. Epeo timidior, Ἐπειοῦ δειλότερος. de magnopere pauido dicebatur: ab Epeo quopiam ductum, notæ timiditatis homine.

Ĕpēi, Ἐπειοί. Populi in occidentali ora Peloponnesi, alio nomine Eli dicti, teste Plin. *lib.4. cap.5.* Cuius sententiæ etiam Stephan. subscribit. Homerus tamen in Catalogo nauium Epeorum vrbem diuersam facit ab Helide, quam videtur Epeorum iuri subiicere. Vide Strab. *lib. 8.*

¶Epexegesis, ἐπεξήγησις enarratio, quum aliquid breuius, aut obscurius dictum addita explicatione insuper dilucidamus.

Epha איפה mensura quædam.

Epharmosis, ἐφάρμοσις, adaptatio, species comparationis.¶

Ĕphēbŭs, Pubes. {נער *naâar* עלם *Bélem.* ἔφηβος. Gall. *Ieune iouuenceau, & qui commence à venir la barbe.* Ital. *Giouanetto di prima barba.* Germ. Ein jüngling vber vierzehen jaren, dem der erste bart anfacht zuo wachsen. Hisp. *Iouen, moço desbarbado.* Angl. *A stripeling of xv. yeares.*} ex ἐπὶ, & ἥβη, pubertas. Iunen.

Armenius Zelotes cunctis narratur ephebis.

Terent. *in Andr.* Nam is postquam excessit ex ephebis, Sosia, Liberiùs viuendi fuit potestas. id est, postquam excessit ex ea ætate, qua pubem primò emisit. Cic. 1. *de nat. deor.* Athenis quum essem è gregibus epheborum, vix singuli reperiebantur. Suet. *in Aug. c.98.* Spectauit assiduè exercentes Ephebos.

Ĕphēbīă, Pubertas. {נעורים *neôurim* עלומים *Balumim.* ἐφηβία. Gall. *Adolescence.* Ital. *Giouanezza che commencia d'anni quindici.* Germ. Das alter der angehenden jugent. Hisp. *Mocedad.* Angl. *stryplinge age.*} Prima ætas adolescentiæ & extrema pueritiæ, vt tradit Donatus. Censorinus *de die natali, cap.5.* ita distinguit, vt decimo quinto ætatis anno, quum primum pueritiam egredi sumus, dicamur μελλέφηβοι, hoc est, futuri ephebi: decimosexto ἔφηβοι: decimoseptimo ἐξέφηβοι, quasi ephebiam egressi.

Ĕphēbĭum, {ἐφηβεῖον. Gall. *Le lieu où les adolescens s'exerceient.* Ital. *Il luoco doue s'essercitano i giouenci.* Germ. Das ort oder der platz an dem sich die jugent übt. Hisp. *Lugar donde se exercitan los moços.* Angl. *A place to yongemento play or exercise game in.*} Dictus palæstræ locus, in quo ephebi exercentur: de quo Vitruu. *lib.5.* sic inquit, In duplici

posticu collocentur hæc membra, ephebium in medio: hoc autem est exedra amplissima, &c.

[Ephectici, Philosophi, qui de rebus dubitant, *sceptici* dicti, cunctatores, hæsitatores, nil deliberantes. Suid. Bud.]

Ephĕdră, æ, ἐφέδρα, Dioscoridi. Herba est aliis nominibus *caucon*, & *anabasis* appellata. Nascitur ventoso ferè tractu, scandens arbores, & ex ramis propendens, folio nullo, cirris numerosis, qui sunt iunci geniculati. Hæc Plin. *lib.26.cap.13.* Hac mulierculæ vtuntur ad vasa lignea emundanda, pectinúmque opifices ad buxi scabritiem expoliendam, vulgò *Prelam* vocant.

Ephĕgĕsis, ἐφήγησις, Causæ, vel iudicij genus, quum accusabatur is, cui regione aliqua interdictum erat, vt exuli, aut homicidæ.

Ephēlis, ἐφηλίς, Tuberculum, seu asperedo cutis in facie, ex ardore Solis prognata.

EPHĒMĔRĂ, siue Ephemeros, ἐφήμερος. Febris est vnius diei, quam & Latini diariam appellant, eo quòd diei vnius (quantum in ipsa est) spatio terminetur.

Ephēmĕris, idis. Liber, seu commentarius in quem quotidiana acta referuntur. {ἐφημερίς. GALL. *Registre & papier iournal.* ITAL. *Giornale, registro.* GERM. Ein denckbüchlin in welches tägliche handlungen verzeichnet werden. HISP. *Historia que procede de dia en dia.* ANGL. *A regiſter, reckening book wherein thinges daylie doene be written.*} Liber in quo res gestæ per singulos dies scribuntur, Latinè Acta diurna, & Diarium dicitur: ab ἐπί, & ἡμέρα, dies. Mos fuit Romanis vt singuli rerum suarum tabulam conficerent: vnde Iuuenalis accipit pro libro in quo diurnales diuinationes erant,

In cuius manibus, ceu pinguia succina, tritas
Cernis ephemeridas.

Propertius pro libro fœneratoris sumpsit, in quo summas pecuniæ mutuatitiæ fœneratitiæque perscribit, ratiunculam per singulos dies expensi acceptique subducit, & lucra damnaque computat,

Me miseram, his aliquis rationem scribit auari,
Et ponit duras inter ephemeridas.

Cicero *pro Quintio*, Discedens in memoriam rediit Quintius, quo die Roma in Galliam profectus sit: ad ephemeridem reuertitur, inuenitur dies profectionis. Calendarium à Seneca dicitur: Aduersaria à Cicerone. Vide *Aduersaria*. Ephemeris, quid & quomodo Latinè, vide apud Gell. *cap.18. lib.5.*

[Ephemerus, a, um, ἐφήμερος, ον, diarius, diem durans. Hinc ephemera febris, ἐφήμερος πυρετός.]

Ephēmĕrŏn, ἐφήμερον. Animal nascens apud Hypanim fluuium, qui influit in Bosphorum, eodem quo nascitur die intereins, Arist. *lib.5. Animalium.* ¶ Hinc natum adagium, Ephemeri vita, Ἐφημέρου ζωή. de iis qui statim emoriuntur, aut pereunt.

Ephēmĕrŏn, ἐφήμερον. Duarum herbarum nomen est Dioscoridi, quarum alteri folia tribuit lilij, sed tenuiora, caulem parem, florem candidum, amarum, semen molle, radicem vnam digitali crassitudine, odore non iniucundo: traditque in locis præcipuè opacis nasci. Hæc hodie herba esse creditur, quæ flosculos candidos gignit, gratissimi odoris, quos vulgus *Lilia conuallium* appellat. Dictum autem ephemeron putatur, quòd florem habeat fugacissimum, & qui vnico die marcescat. ¶ Alterum ephemeri genus ab eodem Colchicum appellatur, à quibusdam etiam bulbus agrestis, sub Autumni exitum florem fundens croceo similem, folia habens pinguiora quàm bulbus, caulem semipedalem, semen rufum, radicem ex nigra rufescentem, quæ desquamata intus albicet, succúmque lacteum fundat. Vulgus *Caninecam*, quòd gustatum canes enecet. Quinetiam homines bulbi similitudine inuitatos more fungorum strangulat. Vnde etiam ephemeron appellatum existimant, quòd die vno perimat.

Ephestiades, vide *Phaliades*.

EPHĒSTĬĪ, ἐφέστιοι, à Græcis dij appellantur qui à nobis Penates, & Lares, quòd aris & focis præsidere putarentur. Appellatione enim τῆς ἑστίας, Græci focum, seu larem intelligunt.

Ephestris, idis, ἐφεστρίς, vestis quæ supra arma indui solet. Baysius putat eandem fuisse, quam Romani paludamentum appellarunt.

EPHĔSŬS, { ἔφεσος. vulgò *Foglie o Epheso.* } Vrbs Ioniæ, celeberrimo Dianæ templo clara, ab Amazonibus condita. Hoc templum ducentis viginti annis à tota Asia factum fuit, in solo palustri, ne terræmotus sentiret. In eo centum viginti septem columnæ fuerunt, singulæ à singulis regibus factæ, sexaginta pedum altitudine, inter quas triginta sex cælatæ fuerunt miro artificio. Hoc templum impensa non facilè æstimanda ab Herostrato quodam (qui hac potissimum via sibi nominis immortalitatem venabatur) incensum totum conflagrauit, eadem Olympiade, qua Alexander Magnus natus fuit. Hæc vrbs nauale & portum habuit, & loci opportunitate multum creuit, & maximum citerioris Asiæ emporium fuit. Ex Epheso Heraclitus cognomento Scotinus fuit, & Hermodorus, qui propter excellentiam ingenij, & doctrinæ, vitæque probitatem in exilium missus fuit. Præterea Hipponax poeta, & Parrhasius pictor, & Apelles, & Alexander orator, & Theodotion Iudæus, qui sacram Scripturam interpretatus est. ¶ Ephesus, inquit Steph. vrbs Ioniæ clarissima, vel, vt Herodotus, Lydiæ, & portus in sinu. Dicta olim Trichia, & Onygia, & Ptelea (πτελέα, vnde Ptelexus, & Pteleates) & Samorna ab vna Amazonum, quam & reginam & Dianæ sacerdotem fuisse tradunt, & filiam habuisse Amazonem, à qua Amazones dictæ sint. Hæc ciuitas in loco cauo olim habitata, diluuium passa est: quo cùm plurimi extincti essent, Lysimachus ciuitatem in eum locum, vbi nunc est, transtulit, & ab vxoris nomine Arsinoën vocauit: eo mortuo, pristinum nomen receptum est. In hoc diluuium Duridis elegans tetrastichon Steph. recitat. Est & Ephesus insula Nili, vt etiam Chius, & Lesbus, &c. Steph. Plaut. *Mil. sc.1. a.1.* Hoc oppidum est Ephesus. *Ibidem*, in Ephesum illam huc auehit.

Ephesinus, Adiect. vt Ephesina. Cic. 3. *Philipp.*

Ephesius, ἐφέσιος, adiectiuum. Cic. *1. de Diuin.* Qua nocte templum Ephesiæ Dianæ deflagrauit. Plaut. *Mil. sc.5. a.2.* Ephesia Diana. Vide *Diana*. ¶ Ephesiæ literæ, Ἐφέσια γράμματα. Dictum videtur de iis, qui mira felicitate, tanquam diuina virgula quicquid optarant, assequerentur. Aiunt enim, Ephesiis notulas quasdam & voces magicas fuisse, quibus vtentes, in omni negotio victores euaderent.

Ephetæ, Plut. *in Solon.* Ephetæ iudices Athenis.

[Ephetinda, ἐφετίνδα, ludus, quando pila altò protenditur, aliorsum autem iacitur. ab ἐφίημι immitto.]

Ĕphĭaltēs, ἐφιάλτης, à nostris dicitur incubus. Est autem morbus quiescentes in lecto plurimum infestans, quum velut ingenti pondere nobis superincumbente premi videmur. Dictus ἀπὸ τοῦ ἐφάλλεσθαι, hoc est, à conscendendo, siue insiliendo. Generatur autem (vt nonnulli medicorum tradiderunt) ex voracitate & cruditate, euaporatione scilicet in caput redundante. ¶ Dictus est etiam hoc nomine quidam ex Neptuni filiis, qui quum singulis mensibus nouem digitos cresceret, in tantam altitudinem creuit, vt statura sua fretus vna cum fratre Oto superis bellum inferret: quapropter à Ioue fulmine ictus, ad inferos est detrusus. Virg. *in Culice*,

Nam victus sedet immanis serpentibus Otos
Deuinctus, mœstum procul aspiciens Ephialten.

[Ephialtia, vel Ephialtion pæonia, quod aduersùs ephialten sit remedio.]

ĔPHIPPĬĀ, orum, propriè tegmina, seu stragula quibus equi sternuntur, vel sellæ equis ad insidendum impositæ. {τὰ ἐφίππια, ἀπὸ τοῦ ἐπὶ ἵππῳ. GALL. *Selles ou autres couvertures de cheuaux, comme housses & autres choses.* ITAL. *Selle di caualli e simili ornamenti.* GERM. Sattel. HISP. *Sillas ò cubiertas de cauallos.* ANGL. *Horſe harneis.*} Cato, siue Varro, siue alius quisquis is est, qui de liberis educandis librum conscripsit, Mihi puero modica fuit vna tunica & toga sine fasciis calceamenti, equus sine ephippio. Horat. *in Epist.*

Optat ephippia bos piger, optat arare caballus.

Vide Mart. *Epig.86. cap.14.*

Ephippĭāti equites, qui ephippia habent in equis. Cæsar 4. *bell. Gall.* Non eorum moribus turpius, aut inertius habetur, quam ephippiis vti: itaque ad quemuis numerum ephippiatorum, quamuis pauci, adire audent.

Ephippĭārĭi equi, quibus sellæ imponuntur propter molliorem vecturam. Vide in dictione *Strata*.

[Ephod, amiculum, quod supra aliam vestem induebatur, sacerdotibus in V.T. vsitatum, leue & tenue ex lino, pro vulgaribus, sed pro summo sacerdote ex aureo filo.]

Ĕphŏrŭs, ἔφορος. Historicus fuit Cumæus, Isocratis auditor, & condiscipulus Theopompi: cuius vitam & scripta vide apud Suid. ¶ Ephori item apud Lacedæmonios magistratus eiusmodi fuerunt, quales apud Romanos Tribuni plebis, qui à Teopompo sic appositi Regibus sunt, vt apud Romanos Consulibus Tribuni. Vt enim à Consulibus ad Tribunos prouocare quisque poterat, sic Lacedæmonij à Regibus ad Ephoros. Satis constat ab Ephoris Reges alios eiectos fuisse, alios interemptos. De iis Plutarch. *in Lycurgo, & in Aristide, & in Agide.* Olim pro ministris Regum fuerunt: paulatim deinde omnem potentiam in se transferentes, ad id licentiæ peruenerunt, vt sensim à Rege magistratum proprium constituerent, nomine Ephoriam. Ita dicti ἀπὸ τοῦ ἐφορᾶν, quod est intueri, quòd ad ciuitatis salutem oculos intentos haberent.

[Ephpheta, *Marc.7.34.* Dominus noster surdum & mutum curaturus dixit ἐφφαθά, quod exponitur διανοίχθητι adaperire.]

Ephydrŏn, ἔφυδρον. Herba, quæ & *equisetum*, & *hippuris*, & *anabasis* appellatur. Vulgus *Prelam* vocat. Vide *Hippuris*.

Ephyră, vulgò *Coranto*, vrbs Peloponnesi, in ipso sita Isthmo, quæ alio nomine Corinthus dicta est. Ephyræ autem nomen accepisse volunt ab Ephyra nympha, Oceani et Tethyos filia: cuius meminit Virg. 4. *Georg.* Lucan. *lib.9.*

Aut Pelopis latis Ephyren erumpere regnis.

Ephyræus, a, um, ἐφυραῖος, hoc est, Corinthius. Propertius,

Non ita complebant Ephyreæ Laidos ædes.

Lucan. *lib.6.*

Insedit castris, Ephyræaque mœnia seruat.

Virg. *2. Georg.* Ephræius per quinque syllabas extulit,

Illusas auro vestes, Ephyreiaque æra.

¶ Fuit & alia eiusdem nominis vrbs in Epiro, aliæque rursus in finibus Thessaliæ: item aliæ nonnullæ, quas vide apud Steph.

Ephyreias, adis, quæ est ex Ephyra. Claud. *de bello Getico*,

Scilicet Argolicas, Ephyreiadesque puellas
Cœperat & pulchras iam fastidire Lacænas.

[Epi, ἐπί, est præpositio Græca quæ significat cum genitiuo *in, supra, apud*: cum accusatiuo *ad, versus, denique*: cum ablatiuo *in, penes, sub*, &c. Est frequens in compositione, & in multis vocabulis, quæ Latinus sermo admisit. Sequente vocali, solet abiici, &, si ea vocalis sit aspirata, etiam in φ mutari.]

Epĭălŏs, ἠπίαλος, genus febris est ex pituita frigida, vel vitrea, putrefactáque. Nomen dedit ei placida pellacia Ponti subdola, quam Græci ἅλα ἠπίαλον. quoniam agitatum ex tranquillo difficillimum efficitur, vel ἀπὸ τοῦ ἠπίως ἀλεαίνειν, quòd blandè ac modicè calefaciat.

Epibădes, Naues vectoribus solùm transuehendis accommodatæ. Vlpian. *l.1.§. igitur propositio. ff. de exer. act.* Quædam enim naues oneraiæ, quædam (vt ipsi dicunt) ἐπιβάδες sunt. Et plerosque mandare scio ne vectores recipiant: & sic vt certa regione, & certo mari negotientur. Baysius, Epibades, inquit, dictæ, vt opinor, quasi epibatides, ad epibatas solùm, id est, vectores, traiiciendos. Et fortasse legendum apud Iureconsultum, *epibatides*.

[Epibaterium. Scal. *lib.3. poët. cap.106.* Quum quis longam post peregrinationem, aut diuturno postliminio in patriam reuersus esset, certâ die ciuibus conuocatis aut habebat orationem, aut canebat carmen. Id poematis genus ἐπιβατήριον dicebatur.]

Epibatæ, ἐπιβάται. Sunt bellatores in re nauali. Hirtius *de bello Alex.* Capta est vna hostium quadriremis, depressa est altera: alteraque perturbata: deinde omnes epibatis nudatæ. Idem *lib. de bell. Afric.* Ibique Getulis remigibus, epibatisque complet. Dicti epibatæ ἀπὸ τοῦ ἐπιβαίνειν, hoc est, à conscendendo, vnde etiam generaliter eo nomine

nomine omnes intelliguntur, qui nauim conscendunt, vt aliquò ea vehantur.

Ĕpĭbāthrā, æ, ἐπιβάθρα. Scalæ nauticæ, quibus in nauim conscenditur.

‖Epicamison, tunica. L. g. b.‖

Epicauma, atis, ἐπίκαυμα. Oculi vlcus crustosum, sordidum & impurum, humore fœdo iugiter emanante. Ita dictum à quadam adustionis similitudine.

Ĕpĭcēdium, {ἐπικήδειον. GALL. *Chant de dueil.* ITAL. *Verso funebre.* GERM. Ein lied dan man bey einer leich zu ehren dem abgestorbnen singt. HISP. *Versos funebres.* ANGL. *A verse of a dirge.*} Carmen est, quod in laudem defuncti, corpore nondum humato, cani solet: aliter nænia, vel monodia dictum. Quod verò corpore iam sepulto, tumulo inscribitur, dicitur epitaphium.

Ĕpicerdes, Ἐπικέρδης, vir Cyrenensis, qui ob singularem suam in populum Atheniensem liberalitatem, amplissimis vicissim ab illo honoribus est affectus. Vide Demosthenem *in Oratione aduersus Leptinem.*

Ĕpĭchārmŭs, Ἐπίχαρμος, Philosophus Syracusanus, Pythagoræ auditor, Tityri (vt Suidas scribit,) vel Chimari filius, vir multa eruditione clarus, comœdiæ autor. Horat. *lib. 2. Epist.*

Plautus ad exemplar Siculi properare Epicharmi.

Scripsit de natura rerum & medicina commentarios. Huius mentionem facit Cic. *lib. 1. Tusc. quæst.*

Ĕpĭchērēmătă, ἐπιχειρήματα, quæ dicantur ostendit Quint. *lib. 5. cap. 10.* his verbis, Epicherema Valgius aggressionem vocat: Celsus autem indicat non nostram administrationem, sed ipsam rem, quam aggredimur, id est, argumentum quo aliquid probaturi sumus, etiamsi nondum verbis explanatum, iam tamen mente conceptum, epicherema dici. Quidam epicherema rationem vocant: Cic. meliùs ratiocinationem. Item c. 14. *eiusdem libri.* Epicherema autem nullo differt à syllogismis, nisi quòd illi & plures habent species, & vera colligunt veris: Epicherematis frequentior circa credibilia est vsus.

Ĕpĭchristă, ἐπίχριστα, apud Galenum in eundem ferè vsum accipiunt, quo circumlitiones, quas Dioscorides περιχρίσματα, & ἐπαλείμματα appellat à circumlinire, quod est expolire. Nam & in pictura circumlitionem vocant, quum operibus iam perfectis, manus admouetur vltima, quæ illa ipsa properanter, lambentéque penicillo circumlegat, atque reuisitet.

Ĕpĭchysis, ἐπίχυσις, vasis genus, teste Varr. *lib. 4 de ling. Lat.* è Græcia primùm aduectum, nomen habens ἀπὸ τοῦ ἐπιχεῖν, ab infundendo. Vnde nonnulli etiam infundibulum hoc nomine appellant.

Epici, Ἐπικοί, Italiæ populi, Steph. in ἔθνικα.

Ĕpĭcĭthărismă, tis, pars erat fabulæ postrema. Quum enim olim fabulæ recensebantur publicè ad demulcendos spectatorum animos, qui tædio longæ narrationis iam languebant, in fine priusquam dimitterentur Citharœdus aliquis prodibat, & quod auditoribus præludebat, epicitharisma vocabatur. Hinc apud Tertul. *lib. aduers. Valent.* prouerbij loco ponitur Epicitharisma post fabulam. Dictum ἀπὸ τοῦ κιθαρίζειν, sicut ἐπῳδός, aut ἐπιφώνημα.

Epicnemidij, Ἐπικνημίδιοι, pars Locrorum. Vide *Ocela.*

Ĕpĭcœnum, {ἐπίκοινον. GALL. *Meslé.* ITAL. *Mescolato.* GERM. Vermischt. HISP. *Mesclado.* ANGL. *Mixed, or mingled.*} Græcis idem est quod promiscuum. Vnde epicœnum genus à Grammaticis appellatur, quod sub vno articulo promiscuè vtrunque significat sexum. Interest autem inter genus commune & epicœnum, quòd in genere communi & homines sunt, & pecora, in epicœno pecora tantùm. Quis autem huius generis sit vsus, intelligi potest hoc modo: Nomina enim brutorum animalium, quæ sub vna terminatione & marem significant, & fœminam, aut facilè sexum discernunt, aut difficilè: si facilè marem à fœmina distinguas, erunt communis generis, duobúsque declinabuntur articulis, vt hic & hæc bos. Sin difficilè, erunt epicœna, vnóque erunt contenta articulo, quem ex terminatione deprehendimus: vt passer, epicœni generis est sub articulo hic, quia terminationem sortitur masculinam: aquila item epicœni generis est sub articulo hæc, quia terminationem habet fœmininam. Quint. *lib. 1. c. 4.* Nec statim diligentem putabo, qui promiscua, quæ & epicœna dicuntur, ostenderit, in quibus sexus vterque per alterum apparet.

‖Epicombia, ἐπικόμβια dicebantur, quæ Imperator festo coronationis, vel nuptiarum die spargebat in populum.

Epicomion, mensa coquinaria. Eusth. Lex. gr. b.‖

Ĕpĭcrŏcum, Genus vestimenti croceo colore infectum, tenue & pellucidum. Autor Festus.

Ĕpĭctētŭs, Ἐπίκτητος. Nomen Philosophi Stoici, qui ex Hierapoli Phrygiæ vrbe originem ducens, Romæ Epaphrodito cuidam Neroni familiari seruiuit, atque ad Marci vsque Antonini tempora peruenit. Domitiano autem imperante, eius dominatu offensus, Romá Hierapolim migrauit, ratus verum esse quod est apud Tragicum, patriam esse cuiusque vbi quis rectè ageret. Tanta verò apud omnes homines eius vitæ admiratio extitit, vt Lucianus Syrus Epicteti lucernam fictilem tribus drachmarum millibus, ob eius autoritatem vænisse tradat. Scripsit Enchiridion, opus vtile, quod Angelus Politianus Latinum fecit.

Ĕpĭcūrŭs, Ἐπίκουρος, eius sectæ autor fuit, quæ ab eo Epicurea dicta est. Summum bonum in voluptate ponebat, non tamen in voluptate corporis, quemadmodum Aristippus: sed in voluptate animi, hoc est, in absentia dolorum omnium. Dialecticam damnabat, quòd Philosophiam simplicibus verbis affirmaret posse comprehendi. Deorum prouidentiam è rebus humanis tollebat. Huic Lucretius tantum tribuit, vt non dubitet affirmare Epicurum reliquorum omnium philosophorum lumen obscurasse, quemadmodum Sol suo splendore aliorum cœlestium corporum claritatem obtenebrat. Traditur fuisse continentissimæ vitæ: nomen tamen illud voluptatis, in qua summum bonum ponebat, effecit vt ab eo homines voluptatij, Epicurei dicantur.

‖Epicureus, a, um, ad Epicurum pertinens. Epicuri sectator.‖

Epicurius, aliud Adiect. pro, Epicureus. Autor Priap. Vt credas Epicurios citari Phalecucium est.

Ĕpĭcŭs, a, um, ἐπικός, adiectiuum est deductum à Græco nomine ἔπος, quod carmen significat, & propriè Hexametron: vnde Epicus poëta, ἐποποιός, dicitur carminis heroici scriptor. Cic. *de opt. gen. Orat.* Itaque licet dicere & Ennium summum epicum poetam, si cui ita videtur, & Pacuuium tragicum, & Cæcilium fortasse comicum. Epicum poema. Cic. *de opt. gen. Orat.* Poematis enim tragici, comici, epici, melici etiam, ac dithyrambici, quod magis est tractatum à Latinis, suum quoduis est diuersum à reliquis. Vide Cæl. Rhodig. *lib. 27. c. 20.*

EPIDAMNVS, siue Epidamnum, Ἐπίδαμνος, vulgò *Durazzo.* Oppidum in ea parte Macedoniæ quæ Adriatico mari incumbit, tritissimo è Græcia in Italiam traiectu, nulli non cognitum. Epidamnum dictum ab Epidamno rege Barbarorum. Sed Romani eò coloniam deducentes (inquit Plin. *lib. 4. cap. 27.*) Dyrrachium dicere maluerunt, propter inauspicatum nomen Epidamni, tanquam à damno dicatur Epidamnum. Ad quod alludens Plaut. *in Men. sc. 1. a. 2.* inquit, Ne mihi damnum in Epidamno duas, tanquam nomen inditum sit Epidamno, quòd illuc nemo sine damno diuertat. Legit ibi Passerat. *diuertitur.* Idem Plaut. *ibid.* Quamobrem Epidamnum venimus. De hac Lucanus *lib. 10.*

Ad campos Epidamne tuos.

Appianus sic habet, Epidamnus rex vrbem condidit, quæ ab ipso nomen assumpsit. Huius ex filia nepos Dyrrachus portum vrbi adiecit, quod Dyrrachium appellatur.

Epidamnius, a, um, Plaut. *Men. sc. 6. a. 5.* Epidamnij ciues. *Ibid. sc. 1. a. 2.* Epidamnia, siue Epidamnea natio hominum, potatores, palpatores. Idem *sc. 6. a. 5.* Epidamnienses subuenite ciues.

Ĕpĭdăphnē, Ἐπιδάφνη, vrbs insignis Syriæ, ad Orontem fluuium, vna earum, quæ Tetrapolim efficiunt: alio nomine Antiochia appellata, ab Antiocho Seleuci Nicatoris patre. Epidaphne verò dicta à Daphne vicino suburbano, quod locum habebat amœnissimum, octoginta stadiorum, & fanum Apollinis, cum Dianæ delubro. Iulius Cap. Verùm postea quam in Syriam venit, in delicijs apud Antiochiam & Daphnem vixit. Ammianus, apud Daphnem amœnum illud & ambitiosum Antiochiæ suburbanum.

Ĕpĭdaurŭs, Ἐπίδαυρος, siue Epidaurum. Vrbs in Peloponneso, Æsculapij templo celeberrima: de qua Plin. *lib. 4. c. 5.* in Saronico (inquit) Epidaurum oppidum, Æsculapij delubro celebre. Fuit hic Podalirij & Machaonis parens, medicus maximus & doctissimus: ob quę artis præstantiam, in deorum numerum relatus, quem Apollinis filius existimatus esset. Vetustas ei dicauit anguem, quòd multa huic animali remedia insint, vt scribit Plin. *lib. 29. c. 4.* Inde fertur Romanos quum graui pestilentia laborarent, consultóque oraculo iuberentur Æsculapium Romam aduehere, triremem cum legatis ea de causa Epidaurum misisse. Verùm quum Epidaurij deum opiferum à se inuiti dimitterent, ferunt illis cunctantibus ingentem anguem ad Romanorum triremem adnauisse, seséque in puppi in gyrum complicuisse: quem illi Æsculapium arbitrati, magna cum veneratione Romam aduexerunt. ¶ In Epidauro, pro Epidauri. Plaut. *Curc. sc. 1. a. 2. & sc. 1. a. 3. & sc. 4. a. 4. Ibidem,* Saluus cum aduenis & Epidaurum, &c. In illa fabula frequens Epidauri mentio est. ¶ Hoc etiam nomine dicta fuit vrbs Dalmatiæ, ad Illyricum mare sita, de qua Lucanus *lib. 2.*

Illyris Ionias vergens Epidaurus in vndas.

Pausaniæ & Straboni Lymira cognominata, quòd sit portuosa: diruta à Gothis, è cuius ruinis Ragusia iuxtà ædificata. Raph. Volaterranus.

EPIDEMIA, est accessus ad ciuitatem aliquam obseruari plerunque solitus. Hæc Budæus *in Pandect.* Epidemiam vocant medici morbum populariter vagantem, siue populariter sparsum.

Epidemetici, de quibus titulus est apud Iustinianum, sunt hospitiorum metatores in vrbe, hoc est, qui in valuis ianuarum faciunt inscriptiones, quibus significatur quis in ea domo sit hospitaturus. nam ἐπιδημῶ idem valet quod ad ciuitatem in rem præsentem venio. Hæc Alciat. *in 3. poster. lib. Codicis.* Meminit & Cælius *lib. 7. c. 24.*

Ĕpĭdermis, is, ἐπιδερμίς. Cuticula est exterior in animantis corpore è vera cute veluti efflorescens, adeò tenuis, vt vel atterendo, vel scalpendo facilè possit lacerari. Nomen inde habet, quòd ἐπὶ τῷ δέρματι, hoc est, super veram cutem sita sit.

Ĕpĭdictĭcōn, ἐπιδεικτικόν. Causæ genus est apud Rhetores, à Latinis laudatiuum dictum, quòd præcipue in laudando & vituperando versetur. Ad verbum transfertur Demonstratiuum. Ἐπιδείκνυμι enim Latinè est demonstrare. Cicer. *de Orat.* Dulce igitur orationis genus, & solutum, & effluens, sententiis argutum, verbis sonans est in illo epidictico genere.

Ĕpĭdipnĭdēs, ἐπιδειπνίδες καὶ ἐπίδειπνα. Sunt epulæ quæ in extrema cœna, vel prandio adferuntur: vnde etiam proprio quodam epitheto feræ epidipnides vocantur. Mart. *lib. 11.*

Hinc feras epidipnidas parabit.

Ĕpĭdrŏmĭdes, ἐπιδρομίδες. Plagarum funiculi sunt, teste Polluce, quibus retia panduntur contracta, & retrahuntur expansa: ita dicti quòd retium plagæ per ea discurrant. Plin. *lib. 19. cap. 1.* vsus est ablatiuo epidromis, velut à nominatiuo epidromos, vel epidrome. Videmus, (inquit) plagas canæ tenuitatis, vt anulum hominis cum epidromis transirent.

Ĕpĭdrŏmŭs, ἐπίδρομος. Veli genus quod in puppi panditur. Nautæ *Mezanam* vocant. Sunt enim tria velorum genera, acation, quod maximum præcipuúmque nauis velum est: dolon, quod supra acation attollitur, quum maxima celeritate opus est: & epidromos, quod circa puppim tenditur. Autor est Iulius Pollux.

Ĕpĭgămĭă, æ, ἐπιγαμία, connubium, affinitas cum aliis gentibus.

Epigenes, Ἐπιγένης, nomen Philosophi Byzantini. Item Poëtæ cuiusdam Comici, cuius fabulæ recensentur à Suida.

Ĕpĭgāstrĭŏn, ἐπιγάστριον. A rei anatomicæ peritis vocatur extima totius ventris pars, totúmque illud quod intestina tegit, ex cute, adipe, musculis octo, & peritonæo compactum, totum illud spatium comprehendens quod est à cartilagine mucronata, nothísque costis, vsque ad ilia, atque ad ipsum vsque os pubis. Cels. *lib. 4. cap. 1.* abdomen appellat.

‖Epigeum,

[Epigeum, ἐπίγειον, ad verbum, quod est supra terram, vt apogeum, ἀπόγειον, remotum à terra.]

Epiglōssis, seu Epiglottis. Lingua est quæ asperæ arteriæ meatum obstruit, ne cibus, aut potus per œsophagum ad pulmonem descendat. {ἐπιγλωττίς. GALL. *Languette ou petite langue, comme celle qui garde que ce qu'on boit & mange ne tombe ès poulmons.* ITAL. *La linguetta che cuopre il collo o la bocca del polmone.* GERM. Das zäpflin im halß/so die lufftrören beschleüßt. HISP. *El gatillo.* ANGL. *A litle tongue as that which keepeth meate to pas into the wide pipe.*} Plin. *lib.* 11. *cap.* 37. Tonsillæ in homine, in sue glandulæ. Quod inter eas vuæ nomine vltimo dependet palato, homini tantùm est. Sub ea minor lingua epiglossis appellata, nulli oua generantium. Opera eius gemina, duabus interposita fistulis, exterior earum appellatur arteria, ad pulmonem atque cor pertinens. Hanc operit in epulando, ne spiritu ac voce illac meante, si potus cibúsve in alienum deerrauerit tramitem, torqueat. Altera interior appellatur sanè gula, qua cibus atque potus deuoratur. Tendit hæc ad stomachum, inde ad ventrem. Hanc per vices operit, quùm spiritus tantùm, aut vox commeat: ne restagnatio intempestiua alui obstrepat.

[Epigonatium, genuale. L.g.b.]

Epígoni, ἐπίγονοι, dicti sunt autores secundi belli Thebani, quasi fœtus illorum, qui primum confecerant bellum. {GERM. Die anfänger deß andern Thebanischen kriegs.} Græcè enim ἐπίγονοι posteri appellantur. Inde Euripides tragicus fabulam hoc argumento compositam, Epigonos inscripsit, quæ agi exposcebat voce magna scenicorum, & sonora. Ob hoc dixit Cic. *lib.* 1. *Offic.* quòd histriones voce freti, agunt Epigonos, Medeámque. Errant qui existimant Epigonos apud Strabonem esse populos, à quibus fabulæ nomen inditum sit: quum Epigoni dicti sint generali vocabulo omnes illi, qui ex diuersis populis conflati, secundum bellum Thebanum duce Alcmæone confecerunt: quasi pòst geniti, & filij eorum, qui in primo bello ad Thebas mortem oppetierant. Nam ex Statij lectione constant nomina ducum, qui in eo loco occubuerunt: quorum filij vt mortem parentum vlciscerentur, communi consilio contra Thebanos iterum arma mouerunt. Acceperant enim responsum ab Apolline, eam se ciuitatem expugnaturos si Alcmæonem Amphiarai filium Imperatorem rei bellicæ fecissent. Igitur Alcmæon exercitu ex Græcis collecto, contra Thebas duxit copias, acerriméque commissa pugna potitus est victoria, & Thebæ captæ ac dirutæ sunt. ¶ Epigoni etiam dicti sunt successores Macedonum veteranorum, qui sub Alexandro Magno ex Asiaticis fœminis sobolem susceperant: quæ soboles (vt historici memorant) nomen habuit Epigonorum qui in castris nati, in armis educati, à paruula ætate periculis exercitati, laboribus durati, prorsus inuicti extiterunt.

EPĬGRĀMMĂ, tis, Ἐπίγραμμα, seu Epigrammatum, i, dicitur inscriptio, vel superscriptio: ἀπὸ τοῦ ἐπιγράφειν, quod est superscribere. Cic. *pro Archia poëta*, Quòd epigramma in eum fecisset, tantummodo, alternis versibus longiusculis. Idem *in Attic. lib.* 1. *Epist.* 16. Epigrammatis tuis quæ in Amaltheo posuisti, contenti erimus.

Ĕpigrămmătŏgrăphus, Epigrammatum scriptor.

Ĕpigrăphē. {ἐπιγραφή. ANGL. *A title or inscription.*} Titulus, inscriptio: item census, id est, dinumeratio ciuium: & lustrum.

[Epigrus. Gloss. Isid. Epigri, claui lignei sunt, quibus lignum ligno adhæret.

Epiicia, epiiceia, epiaia æquitas, summi iuris moderatio. Bud.]

Epiicidæ, Ἐπιεικίδαι, vicus in tribu Cecropide. Steph.

[Epilenia, emplastrum, quod super lema, id est, voraginem vulneris imponitur. Cath.]

Ĕpĭlēpsĭă, {Ἐπιληψία. GALL. *Mal caduc, le mal sainct Iean.* ITAL. *Male caduco.* GERM. Die fallende sucht oder siechtag. HISP. *Gota coral.* ANGL. *The falling sicknesse.*} Morbus est, quem Latini comitialem appellant, propterea quòd comitia dirimeret, si quis eo in campo fuisset correptus. Epilepsiæ autem nomen à Græco ἐπιλαμβάνεσθαι deductum est, quòd in eo capiantur, & vincantur sensus, adeò vt à mortuis nihil absint. Nam vnà cum conuulsione totius corporis principes cerebri operationes auferuntur, toto videlicet cerebro, vel duobus eius præcipuis ventribus affecto. Hinc etiam ἱερὰν νόσον, hoc est, sacrum morbum quidam ex Græcis appellarunt, quòd cerebrum sanctissimam nostri portionem, quoddámque mentis veluti sacellum, peculiariter infestet. Quidam etiam Herculem, ab Hercule, quem morbo huic obnoxium fuisse tradunt. ¶ Qui hunc morbum patiuntur, epileptici, ἐπιληπτικοί, dicuntur.

Epileucadij, Ἐπιλευκάδιοι, vrbs post Acarnaniam, Steph.

ĔPĬLŎGĬSMŬS, ἐπιλογισμός, Cogitatio, computatio: à verbo Græco ἐπιλογίζομαι, quod est excogito & rationem subduco.

Ĕpĭlŏgŭs, Peroratio, conclusio, postrema orationis pars. {ἐπίλογος. GALL. *Conclusion.* ITAL. *Conchiusione.* GERM. Die beschlußred. HISP. *Conclusion.* ANGL. *A conclusion.*} Cic. 4. *Tusc.* Num etiam Rhetorum epilogum desideramus? Rhetores tripartitum epilogum faciunt, constantem enumeratione, amplificatione, & commiseratione. Per enumerationem fit rerum repetitio, quæ Græcè dicitur ἀνακεφαλαίωσις, id est, recapitulatio: per amplificationem concitantur animi auditorum: per commiserationem flectuntur ad misericordiam.

Epimachus, Ἐπίμαχος, nomen proprium viri, & Latinè facilis expugnatu dicitur.

[Epimanicion, super manicale, ornatus manicæ sacerdotis, in dextro brachio, cui intexta effigies Seruatoris. L.g.b.]

Ĕpĭmēdion, ἐπιμήδιον. Caulis est non magnus, hederæ foliis denis duodenísve, neque florem, neque fructum ferens, radice tenui, nigra, graui odore. Romani *Vindictam* appellant.

Epimelas, gemma candida est, nigricante supernè colore. Plin. *lib.* 37. *cap.* 10.

[Epimelia, Agrypnia, cura, vigilia. Capella.]

Epimēlis, idis, ἐπιμηλίς. Mespili genus est mali magnitudine, folio tantùm minore, pomum ferens rotundum, esculentúmque, fundo in latitudinem resimo, astringentis naturæ, & tardè maturescentis. Galenus τρίπυρον vocari testatur, à tribus granis siue ossibus quæ in se continet.

[Epimenia, xenia, dona data per singulos menses post nouilunium. Cath.]

Ĕpĭmenĭdium (vt Plin. *lib.* 27. *cap.* 9. scribit) est tertium bulbi genus, cibis gratum, angustius folio, minutíque aspero, quam cæteræ scillæ species.

Ĕpĭmĕnĭdēs, Ἐπιμενίδης, Poëta Epicus fuit, patria Cretensis, teste Apul. *lib.* 2. *Florid.* qui à patre Agiasarcho in agrum ad custodiendum pecus missus, in quodam antro obdormiuit annos LXXV. Vnde emanauit prouerbium, vltra Epimenidis somnum dormisti, ὑπὲρ τὸν Ἐπιμενίδην κεκοίμησαι. In eos dictum, qui perpetuum agunt otium. Lucianus *in Timone.* ¶ Epimenidium corium. Ἐπιμενίδειον δέρμα. de re reposita, miraculíque loco seruata. Hic idem Atheniensibus pestilentia laborantibus dixit ciuitatem purgari expiaríque oportere. Itaque quum rogatus eò venisset, iussit oues albas atque nigras apud Areopagum immolari. Reuertens deinde domum, oblatam ab eis pecuniam retinuit. Meminit huius Plato *in* 1. *&* 3. *de Legibus.* & Plut. *in Solone.*

Ĕpĭmētheūs, per quatuor syllabas, Ἐπιμηθεύς, à poëtis Iapeti filius fuisse fertur, & frater Promethei, qui ingenio valens, hominis statuam primus ex luto finxit: qua re indignatus Iupiter, eum vertit in simiam, atque in insulas Pithecusas relegauit. Hic pater fuit Pyrrhæ vxoris Deucalionis, quæ ab illo Epimethis dicitur. Ouid.

Inde Promethides placidis Epimethida dictis
Mulcet, &c.

Vide infrà de Prometheo, Pandora, & Pithecusis insulis.

Ĕpĭmŏnē, Græca vox, Latinè perseuerantia. {ἐπιμονή. GALL. *Perseuerance.* ITAL. *Perseueranza.* GERM. Verzug oder Beharrung. HISP. *Continuacion, perseuerancia.* ANGL. *Perseuerance, stedfastnesse.*} Figura quando ad maiorem affectum denotandum in eadem dictione perseueratur. vt Virg.

——— *sic sic iuuat ire sub vmbras.*

Hæc etiam Epizeuxis, ἐπίζευξις vocatur.

Ĕpĭmythĭŏn, ἐπιμύθιον. Fabulæ est expositio, eiúsque vtilitas: vt quum apologi rationem & sententiam autores mythologici attexunt: vt sunt apud Æsopum appendices fabularum quasi affabulationes. Budæus.

Ĕpĭnīcĭă, orum. {ἐπινίκια. GALL. *Vers, loüanges, feste & celebrité, qu'on dit, chante, ou fait pour la victoire gaignée, comme les feux de ioye.* ITAL. *Giuochi & feste per le vittorie.* GERM. Ein fest oder gesang so man auß freuden eines erlangten sigs helt. HISP. *Cantos ò juegos publicos hechos por alguna vittoria como fuegos de alegria.* ANGL. *Verses or songes of triumphe.*} Græci vocant celebritates pro parta victoria: ab ἐπί, & νίκη. cuiusmodi sunt ignes nocturni, pyræque quæ ad primum statim victoriæ nuntium in testimonium publicæ lætitiæ accenduntur: solennes præterea supplicationes, & aliæ id genus solennitates, quibus partæ victoriæ gaudium solemus testari. Sueton. accipit pro carminibus in laudem victoris compositis, *in Nerone.* Sequenti, inquit, die lætum inter lætos cantaturum epinicia quæ iam nunc sibi componi oporteret.

Ĕpĭnyctĭdēs, ἐπινυκτίδες. Pustulæ minutæ, seu vari dicti à nocte, in qua maximè proueniunt. Iulius Pollux, Epinyctis pustula subliuida, modicè tumescens, & plena sanguinis in tibiis, & pedibus. Accipitur etiam pro oculorum morbo. Plin. *lib.* 20. *c.* 6. Illitis foliis sanantur & ambusta, & epinyctides: ita vocatur hulcus aciem hebetans, & in angulo oculi perpetuo humore manans. vbi vereor ne ἐπινυκτίδας dicere hic debuerit. Quidam eodem nomine appellant pustulas liuentes, ac noctibus inquietantes.

[Epipedon, superficies, ἐπίπεδος, qui est super solo, planus. vide solum.]

Ĕpĭphănēs, Ἐπιφανής. Cognomen Antiochi regis, qui Antiochiam Syriæ vrbem condidit, quæ etiam à cognomine eius Epiphania appellata est. Dictus Epiphanes, quasi illustris, à rerum gestarum claritate.

Ĕpĭphănīă, ἐπιφάνεια. Apparitio, seu manifestatio dicitur, ἀπὸ τοῦ ἐπιφαίνεσθαι, hoc est, ab apparendo. Inde Epiphania, orum, à Christianis dicuntur festa, quæ nos Apparitionem Domini vocare possumus. Hieron. Dies epiphaniorum Græco sermone sic vocatur. Quod enim apud nos apparitionem, vel ostensionem dicimus, Græci epiphaniam vocant. Hoc autem ideo, quia Dominus noster eo die Seruator apparuit è tenebris. Licèt enim olim natus esset ex Maria, & triginta annorum explesset ætatem, tamen ignorabatur à mundo. ¶ Epiphania quoque vocatur, quum latitudio mensuratur cum longitudine. Vide in dictione *Gramme.*

Epiphania, Ἐπιφάνεια, vrbs Syriæ iuxta Raphaneas, in confinio Aradi, vbi natus est Euphrates Stoicus: altera Ciliciæ: tertia Bithyniæ: quarta iuxta Tigrim. Vocata est etiam Arcesicerta, vtpote ab Arcesio condita. Stephan. Epiphanias, non solùm Epiphaniam, vsurpat Cæsarius *lib.* 8. *cap.* 7.

Ĕpĭphōnēmă, ἐπιφώνημα, rei narratæ, vel probatæ summa acclamatio. Epiphonematis post rem narratam exemplum est apud Virg. *lib.* 1. *Æneid.*

Tantæ molis erat Romanam condere gentem.

Post rem autem probatam apud Cic. *pro Ligario.* Quorum igitur Cæsar impunitas tuæ clementiæ laus est, eorum te ipsorum ad crudelitatem acuet oratio? ¶ Dicitur etiam epiphonema clausula arguta, quæ in fine posita aurem ferit, quales plerumque solent esse clausulæ quæ epigrammata claudunt.

Ĕpĭphŏră, ἐπιφορά, morbus oculorum quem vulgò *Lachrymam* vocant, quum descensus humoris cuiusdam mordacis oculos angit: ἀπὸ τοῦ ἐπιφέρειν, hoc est, ab inferendo. Plin. *lib.* 20. *c.* 1. Caro peponum epiphoris oculorum, & doloribus imponitur. Colum. *lib.* 6. *c.* 16. de magudari, Eadem radix contusa, & cum oleo lentisci iuncta, vitium oculorum expurgat, epiphoram supprimit, polenta conspersa multa aqua. Dicitur & de aliis membris. Plin. *lib.* 20. *c.* 13. Tertium verò epiphoris cum ramis laureæ teneris adeò peculiaris est, &c.

[Epiphyllis, Gl. ἐπιφυλλίς, racemus.]

Ĕpĭplŏcēlē, ἐπιπλοκήλη. Herniæ species, quum omentum descendit in scrotum. Vide *Enterocele.*

Epipolæ, ἐπιπολαί, regiuncula prærupta, iuxta Syracusas. Steph. Vide Euryalus & Labdalum.

Epipoli, ἐπίπολοι, vide Euryalus.

Epirhedium, vehiculi genus non dissimile benæ: compositum nomen ex ἐπὶ, & rheda. Iuuen. Sat. 8.

——— triteque trahunt epirhedia colli.

Epirus, ἤπειρος. Regio est Græciæ in qua olim Pyrrhus regnauit: hæc primum Molossia dicta est, & à Chaone Heleni fratre Chaonia, nunc verò Albania vocatur. Quondam vrbibus populisque fuit frequentissima, sed à Romanis subacta, ipsum sapius deinceps pene in solitudinem redacta est. De ea multa Strab. lib. 8. Ouid. 8. Metam.

Misit apros, quanto maiores herbida tauros
Non habet Epirus, &c.

Terminatur Epirus à Septentrione Macedonia, ab Oriente, Achaia: ab Occidente, Ionio mari. In ea sunt ciuitates Nicopolis, & Ambracia.

Epirotæ, ἠπειρῶται, qui est ex Epiro. Liu. lib. 2. decad. 5. Marcius & Atilius ad Citanes Epiri oppidum decem millia ab mari quum ascenderent, concilio Epirotarum habito, cum magno omnium assensu auditi sunt.

Epiroticus, a, um, ἠπειρωτικός. Cic. Attic. lib. 12. Hodie tuas literas expectabamus matutinas: erunt fortasse alteræ pomeridianæ, nisi te Epiroticæ literæ impediant, quas ego non interpello. Epirotici boues, qui ex Epiro sunt. Varr. 2. de re rust. c. 5. Transmarini Epirotici non solum meliores totius Græciæ, sed etiam Italiæ. Epirotica mala, ἠπειρωτικὰ μῆλα, dicuntur, quæ in Epiro Græciæ regione nascuntur: à nostris dicuntur orbiculata, à figura orbis in rotunditatem circumacti. Plaut. Amph. Tellus Epirotica vidit Cadmum, &c.

Epischidion, ἐπισχίδιον. GALL. Coin pour fendre bois. ITAL. Conio da fender legni. GERM. Ein wegg mit dem man das holtz spalt. HISP. Cuña ò cuño para hender. ANGL. A wedge to cleaue woode. Apud Vitruu. accipitur pro cuneo quo ligna finduntur. Nam σχίζειν Græcis est findere.

[Epischunium, Supercilium. Tertull. Tum.

EPISCOPATVS, ἐπισκοπή, Episcopi munus & dignitas.]

Episcopus, {אפסכופ escophós. ἐπίσκοπος. GALL. Euesque, Prelat, qui a la superintendance en quelque lieu. ITAL. Vescouo. GERM. Ein Bischoff oder auffseher. HISP. Obispo, Perlado de Yglesia. ANGL. A bishope.} Magistratus nomen fuit apud veteres, cuius officium erat panis & cæterarum rerum, quæ ad cibum pertinent, curam habere: vt colligi potest ex verbis Arcadii ff. de muner. & honor. Latinè interpretatur speculator, ab ἐπισκοπεῖν, quod speculor significat, vel considero. Vnde etiam hodie ad Antistites translatum est, quòd illorum præcipuè munus sit, gregis sibi commissi vitam explorare. Hac voce vsus est Cic. lib. 7. Epist. ad Attic. Vult enim (inquit) Pompeius me esse, quem tota hæc Campania, & maritima ora habeat Episcopum, ad quem delectus & negotij summa referatur.

Episcopium, {ἐπισκοπεῖον. GALL. Maison episcopale, Eueschè. ITAL. Vescouato. GERM. Eines Bischoffshoff, die wohnung eines auffsehers oder wächters. HISP. Obispado, morada del Obispo. ANGL. A bishopes house or mansion place.} Episcopi habitatio dicitur: sicut Prætorium appellatur, vbi Prætor ius reddit.

Episcopius, a, um, Exploratorius, speculatorius. {ἐπισκόπιος. GALL. Brigantin. ITAL. Brigantino. GERM. Das zu dem auffsehen oder wachen gehört. HISP. Barca para espiar, bergantin. ANGL. Belonging to an espiall, a brigantine.} Cicer. ad Attic. Quinto Non. conscendens ab hortis Cluuianis in phaselum episcopium, id est, nauim exploratoriam.

Episcopor. Alanus: Euangelizare misit me Dominus, non episcopari.

Epispastica, ἐπισπαστικά, medicamenta quæ pertinent ad hulcus purgandum, púsque extrahendum: dicta à verbo Græco ἐπισπάω, quod idem est quod attraho.

Epistates, {משק בן ben méschek. ἐπιστάτης. GALL. Grangier, procureur de maison. ITAL. Castaldo, procuratore. GERM. Ein schaffner. HISP. Mayordomo, procurador. ANGL. A steward, a baily.} Græcè dicitur qui à nobis villicus, procuratórque ac præpositus rei faciendæ vocatur. In fœminino genere epistatria, villica dicitur, quæ præest diligenter familiæ custodiendæ: qua voce vtitur Cato de re rust. c. 56.

[Epistemonarches, doctrinæ Ecclesiasticæ præsul. L. g. b.]

Epistola, æ. {ספר sepher. ἐπιστολή. GALL. Epistre, missiue, lettres. ITAL. Epistola. GERM. Ein sendbrieff. HISP. Carta mensajera. ANGL. A missiue, a writing.} Literæ ἀπὸ τοῦ ἐπιστέλλειν, quod est mittere, quia ad absentes mittitur. Plaut. in Epid. Quia quotidie ipse ad me è legione epistolas Mittebat. Idem in Pseud. Herus me tibi salutem multam voluit dicere: Hanc epistolam accipe à me, hanc me tibi iussit dare. Miles Lenoni epistolam conscriptam mittit. Ibidem sc. 2. a. 4. Ne epistola vlla vspiam sit in ædibus. Idem Asin. sc. 1. a. 4. Libri de rebus per epistolam quæsitis. Gell. c. 4. lib. 12. Vide quid hæc epistola narret. Plaut. Pseud. sc. 2. a. 4. Peregrè allata epistola. Idem Asin. sc. 1. a. 4. Epistola olim non nisi transuersa charta scribebatur, sed Cæsar primus formam mutauit. Vide Suet. in Cæs. c. 56. Cic. Quinto fratri lib. 1. Illud quod est epistolæ proprium, vt is ad quem scribitur, de his rebus quas ignorat, certior fiat, prætermittendum esse non puto.

[Epistoleus, epistolarum scriptor, & magister. Item Optio Protocarabi, qui secundas tenet. L. g. b.]

Epistolium. {ἐπιστόλιον. GALL. Petites lettres, petites missiues. ITAL. Epistoletta. GERM. Ein sendbrieflein. HISP. Pequeña carta mensajera. ANGL. A litle letter.} Parua epistola. Catullus,

Conscriptum hoc lachrymis mittis epistolium.

Epistolaris, e, quod ad epistolam pertinet. {ἐπιστολιμαῖος. GALL. Des appartenances, ou seruans aux missiues. ITAL. Cosa pertinente à lettere missiue. GERM. Das zu einem sendbrieff gehört. HISP. Cosa perteneciente à carta mensajera. ANGL. That belongeth to wrytinges.} vt, Epistolaris charta, Martial. lib. 14. Hieronymus, Neque enim epistolaris angustia quam longius patiebatur.

Epistomium, ἐπιστόμιον, dicitur instrumentum illud æneum, quo in fontibus ora salientium obturantur, vertibulum in medio pertusum habens, quod admittit, vel arcet aquam: Galli sua lingua Robinet vocant. Hoc etiam instrumento vinum ad vinum ex dolio haurire solent. Seneca ad Lucil. Epist. 86. Nisi argentea epistomia effuderint: & adhuc plebeias fistulas eloquor. Varro lib. 3. de re rust. Quinto & aqua calida & frigida ex orbe ligneo, mensaque quam dixi in primis radiati est, epistomiis versis ad vnumquemque aditum, ita vt influat in conuiuium. Vitruu. lib. 10. De hydraulicis organis loquens, accipit epistomium pro eo obturaculo, quod in musicis organis spiritum continet, & laxat vt opus est. Motiones, inquit, vectium vehementiore spiritus vehementes compressus, epistomiorum aperturis influit, & replet animis canales.

[Epistomizo, contineo, suffrœno. Bud.]

Epistropheus, ἐπιστροφεύς, à rei anatomicæ peritis dicitur prima ex septem colli vertebris, omnium vt latissima, ita & tenuissima, duplicem habens concauitatem, capitis conuexitatem, hoc procedens recipientem: cuius articulationis beneficio caput ad latera circumagitur. A quo vsu vertebra hæc epistropheus appellatur, à verbo Græco ἐπιστρέφω, quod inter cætera significat conuerto, circumago.

Epistrophus, ἐπίστροφος, Nobilis fuit Phocensis, Iphiti Naubolidæ filius, qui vna cum fratre Schedio Phocensibus præfuit in bello Troiano. Autor Homer. in Catalog. nauium.

Epistrophe, ἐπιστροφή, Rutiliano figura est λέξεως, quum eadem in verba plures desinunt sententiæ. Rutilius tamen Lupus hanc inter schemata sententiarum refert, eiusque photamque appellat.

Epistylium, {כתרת chothéreth. ἐπιστύλιον GALL. Le chapiteau d'une colomne ou pilier. ITAL. Capitello. GERM. Ein deckel oder knopff so man oben auff ein saul setzt. HISP. Chapitel. ANGL. The chapter of a piller, a litle piller set vpon a greater.} Capitellum quod super columnam ponitur. Corpus enim columnæ, scapum vocant: fundamentum, basim: illud verò quod columnæ superponitur, epistylium appellant. Vide multa de epistyliis apud Vitruuium.

Episynalœphe, ἐπισυναλοιφή, figura est dictionis, eadem cum synæresi, qua duæ syllabæ iisdem literis remanentibus, in vnam conglutinantur, vt, Æripidem ceruam apud Virgilium, pro Æeripidem. Huic opponitur diæresis, qua vna syllaba in duas resoluitur: vt, Syluæ, trissyllabum, apud Horatium, pro dissyllabo Syluæ. Inter episynalœphen & synalœphen hoc interest, quod synalœphe propriè fiat in diuersis dictionibus, prima sequentis dictionis vocali vltimam præcedentis absumente: vt, Carthag' Italiam. Episynalœpha verò nonnisi in eadem fit dictione, nulla litera pereunte: sed duabus tantùm in vnam coalescentibus.

Epitalium, ἐπιτάλιον, vrbs Tryphaliæ, Steph.

Epitaphium, ij. {ἐπιτάφιον. GALL. Epitaphe, l'escripture qu'en met sur vne tombe. ITAL. Epitafio di sepoltura. GERM. Ein grabschrifft. HISP. Epitaphio. ANGL. An epitaphie, or scripture on a graue.} Dicitur inscriptio quam sepulchris incidi videmus in laudem defunctorum: quale est illud apud Virg. in Daphnide.

Daphnis ego in syluis, hinc vsque ad sydera notus,
Formosi pecoris custos, formosior ipse.

Item illud apud Ouid. in Epist. Phyllidis,

Phyllida Demophoon leto dedit hospes amantem
Ille necis causam præbuit, illa manum.

Dictum epitaphium, quòd humato iam corpore, ἐπὶ τῷ τάφῳ, hoc est, in sepulchro soleat inscribi. Nam quod cadauere nondum humato in defuncti laudem accinebatur, epicedium dici consueuit.

Epitasis, ἐπίτασις, in Comœdia vehementissimus actus, qui catastrophen præcedit, in quo omnia quasi fuerunt & æstuant inter spem & metum. Apud Grammaticos etiam pro exaggeratione sumitur.

Epithalamium, ἐπιθαλάμιον. Sacer hymnus, qui in nuptiis canitur. Nam ἐπιθαλάμιος Græcis idem est quod coniugalis. ¶ Epithalamium propriè canebatur à virginibus, cùm iam noua nupta in lecto viri collocata esset.

[Epitheca, ἐπιθήκη, est additio, impositio.]

Epithemata, ἐπιθέματα. Medicamenta sunt, quæ parti affectæ foris adhibentur, panniculo, aut linteo illita: ita dicta à verbo Græco ἐπιτίθημι, quod est imponere.

Epitherapeusis, vbi non emendatio dicti atrocissimi, sed confirmatio ponitur rectè dixisse caussa subiecta cum quadam acrimonia. Asconius.

Epithesis, is, ἐπίθεσις, præter vulgatas illas apud Græcos significationes, quibus pro impensione, siue aggressione sumitur, apud Iurisconsultos etiam vsurpatur pro inscriptione quadam appositicia, in contumeliam fraudémve alicuius facta. Vlp. l. lex Cornelia. ff. de iniur. & fam. li. libellis, Eadem pœna ex Senatusconsulto tenetur is qui epithesin, aliudve quid, siue scripturam in aliorum notam produxerit.

Epitheton, ἐπίθετον. A Quintiliano dicitur appositum, ab aliis adiectiuum: παρὰ τὸ ἐπιτίθεσθαι τῷ ὑποκειμένῳ, hoc est, ab eo quòd substantiuo apponatur. Epitheta tribus de causis nominibus adduntur: Discretionis: vt, Phrygiæ molimur montibus Idæ. Est enim & Ida Cretæ mons. Proprietatis: vt, Terribili implexum setaque & dentibus atris. Ornatus, vt, Alma Venus. Differt autem epitheton ab antonomasia, quòd illud nunquam solum ponitur, sed nomini proprio alicuius adiicitur: antonomasia autem per se proprij nominis vice ponitur.

Epithymia, æ. {ἐπιθυμία. GALL. Concupiscence, desir. ITAL. Concupiscenza, voglia ardente, brama. GERM. Begird. HISP. Codicia. ANGL. Concupiscence.} Latinè dicitur concupiscentia, desiderium: à verbo ἐπιθυμέω, quod est concupisco.

Epitimia, ἐπιτιμία. Fama vniuscuiusque integra, nulla infamiæ nota labefactata. Vtitur hac voce Modest. l. scire. D. de tut. & curat. Siquis (inquit) à parentibus prohibitus fuerit tutor esse, neque creari hunc oportet: & si creatus fuerit, nec recusauerit, prohiberi eum esse tutorem manente epitimia, hoc est, famæ integritate. Huic opponitur ἀτιμία, hoc est, infamia, vel ignominia.

Epitogium, genus pallij quod supra togam ferebatur. {ANGL. An hode that couereth the shulders.} ab ἐπὶ & toga. Quint. lib. 1. c. 5.

Epitome, es, & Epitoma, æ, {ἐπιτομή. ANGL. An extract or short draught.}

Breuiarium, abbreuiatio: à verbo Græco ἐπιτέμνω, quod est abbreuio. Cicer. *ad Attic. lib.* 13. Epitomen Bruti Cælianorum velim mihi mittas. *Eadem lib.* 12. In Bruti epitoma Fanniorum scripsi quod erat in extremo.

Epitonia, orum, ἐπιτόνια ab ἐπιτείνω, sunt instrumenta, quibus funes intendimus, rota instructa & putei adplumbata, eo ordine, vt terni & quaterni simul aquam eodem ex puteo haurire possint, funiculo per rotam ducendo. Vlpian. *l.* 17. §. 5. *D. de act. empt.* Castella plumbea, putea, opercula puteorum, epitonia fistulis adplumbata, aut quæ terra continentur, quamuis non sint affixa, ædium esse constat. Hotomanus *in Lexico*.

Epitoxis apud Vitruuium in catapultæ descriptione, i. canus qui sagittam recipit.

¶ Epitrachelium, collarium Patriarchæ, & Archidiaconi. Codin. Lex. gr. lb. ¶

Epitragias, ἐπιτραγίας, piscis genus, à fœdo hirci odore ita dictum.

Epitragi, ἐπίτραγοι, vermes vitibus infestissimi dicti quòd hircorum more vitium frondes prærodant.

Epitrapezia, ἐπιτραπέζια, dicuntur generaliter mensis apta, quæ sunt vascula & potoria & escaria, vel, vt loquitur Gell. *c.* 1. *lib.* 4. vascula poculenta, esculenta. ab ἐπὶ & τράπεζα.

Epitritus, ἐπίτριτος. Pes, ex quatuor syllabis constans, quarum vna semper ab aliis tribus discrepat. Est autem in quadruplici differentia. Primus constat ex iambo & spondeo: id est, ex prima breui & tribus longis: vt sacerdotes. Secundus ex trochæo & spondeo: id est, ex secunda breui, aliis longis: vt, conditores. Tertius ex spondeo & iambo: id est, tertia breui, aliis longis: vt, hæreditas. Quartus ex spondeo & trochæo, id est, ex quarta breui, cæteris longis: vt, Præcellinus. ¶ Epitritus etiam proportio dicitur, continens aliquem numerum, & eius partem tertiam: vt quatuor epitriti proportionem habent ad tria: duodecim, ad nouem: quadraginta, ad triginta. Gell. *c.* 14. *lib.* 18.

Epitrochasmus, ἐπιτροχασμός. Figura est sententiarum, teste Aquila, qua plura inter [illegible] distantia velociter percurrimus, eo consilio vt aduersarium perturbemus. A verbo ἐπιτροχάζω, quod est velociter percurro.

Epitrope, es, ἐπιτροπή, Schema est διανοίας, teste Rutilio, quum rei alioqui vehementer confidentes, iudici permittimus, vt quemadmodum illi visum fuerit, constituat, eique nos parituros pollicemur. Rufinus epitropen esse ait, quum alicui figuratè permittimus, vt faciat quod velit, quum tamen id minimè sentiamus, profértque exemplum ex 4. *Æneid.*

I, sequere Italiam ventis, pete regna per vndas.

Ibi enim Dido, quamuis liberum abitum Æneæ permittere videatur, re tamen ipsa maximè dehortatur, difficultatem ei & pericula ob oculos ponens: dicta epitrope, à verbo Græco ἐπιτρέπω, quod est rem alicuius arbitrio permitto, Latinè concessionem vocare possumus.

Epityrum, ἐπίτυρον, genus est edulij, Siciliæ frequentius, quàm Italiæ, teste Varr. *lib.* 6. *de ling. Lat.* Plaut. *in Milite* Siuenum epityrum edam apud illum, esuriens insanè. Quidam existimarunt cibi caseati genus esse, ab eo quòd Græci τυρὸν, caseum appellant. Quibus apertè refragatur Columellæ autoritas, qui epityrum in oliuis conditura genus esse docet, in Græcis ciuitatibus potissimum vsurpatum, docetque rationem qua id fieri soleat. Idem sentit & Cato, qui *lib. de re rust. cap.* 119. eius confectionem præscribit his verbis, Epityrum album, nigrum, variúmque sic facito. Ex oleis albis, nigris, variísque nucleos eiicito, sic condito: concidito ipsas: addito oleum, acetum, coriandrum, cyminum, fœniculum, rutam, mentham. In orculam condito: oleum supra siet: ita vtitor. Sunt qui hoc conditura genus pityrum vocare malint: itáque tam apud Catonem, quàm Columellam legendum censeant: vocis originem repetentes à pityri oliuæ genere, conditura huiusmodi aptissimo. Verùm hi parum diligenter Catonis verba videntur expendisse, qui non ex certo quopiam oliuæ genere, cui pityris nomen fuerit, epityrum, siue pityrum fieri docuit: sed ex quauis oliua tam alba, quàm nigra, aut varia. Columella quoque ex pausia, vel orchite ante maturitatem decerpta conficiendum præcepit, nulla pityris facta mentione. Potiùs itaque iis assentiendum putauerim, qui genus hoc conditura ἀπὸ τοῦ πιτύρου, hoc est, à furfure dictum existimant, quius similitudinem quandam referre videntur tum cymini, coriandri, fœniculi, & lentisci semina, tum rutæ menthæque folia minutim concisa.

Epiurus, subscus est, & tabella annectens duo ligna.

Epizephyrij, ἐπιζεφύριοι, populi in extrema ora Italiæ, quæ olim magna Græcia dicta est: à Locris, qui Crisæum accolunt sinum, originem trahentes. Dicti Epizephyrij, quòd supra Zephyrium promontorium inhabitarent. Vide Strab. *lib.* 6.

Epizeuxis, ἐπίζευξις, Combinatio, figura, quum dictio in versu absque medio aliarum combinatur. Virg. 9. *Æneid.*

——— *Me me adsum qui feci.*

& apud Terent. *in Andr.* O Mysis Mysis.

Epizygis apud Vitruu. in ballist. descriptione, ἡ ἐπιζυγίς, axiculus, vel cuneolus qui tendit.

¶ Epobelia, sexta pars mulctæ, quam accusator dabat, reo non conuicto. Budæus.

Epochæ, ἐποχαὶ interualla dicuntur, quòd in illis sistantur & terminentur mensuræ temporum. ¶

Epodus, vide *Epos*.

Epona, Dea equorum. Iuuenal. *Satyr.* 8.

Epops, ἔποψ, auicula sordidissima est, éaque cristata, vnde & λοφίτις ὄρνις à Græcis appellatur. { Angl. *A lapwincke, a bastard or blak plouuer.* } Latini à sono quem edit, confecto nomine Vpupam vocant.

Epoptæ, ἐπόπται, in sacris dicebantur mystæ, qui totum iam annum initiati, ad spectanda sacra admittebantur. A verbo ἐποπτεύω, quod est spectare, siue inspicere. Vnde & sacrorum inspectionem ἐποπτείαν Græci appellant.

Epope, es, ἐπωπὴ Stephanus, Corinthiorum arx, quæ & Acrocorinthus dicitur. Epope dicta, à verbo Græco ἐπωπᾶν, quod est inspicere. Illinc enim fertur Sisyphus Iouem conspexisse Æginam rapientem.

Eporedia, Ἐπορεδία Ptolemæo, Iurea, Salassiorum oppidum in Gallia transpadana, olim ex Sibyllinorum librorum oraculo à Romanis conditum, & ab Eporediis (eo nomine Galli præstantes equorum domitores sua lingua appellabant) nominatum, vt non obscurè innuit Plin. *lib.* 3. *cap.* 16.

Epos, ἔπος, quamuis Græcis generale sit nomen, modò verbum significans, modò versum κατ' ἐξοχὴν tamen pro carmine heroico accipitur, quod & Longum Ennius appellauit. Diomedes, Epos (inquit) est carmen exametron, diuinarum rerum & heroicarum, humanarumque comprehensio. Martialis,

Scribebamus epos, cœpisti scribere, cessi:
Æmula ne starent carmina nostra tuis.

Horat. 1. *Serm. satyr.* 10.

——— *forte epos acer*
Vt nemo, Varius ducit.

Epodus, i, ἐπῳδός. Est genus carminis in quo singulis versibus singulæ clausulæ subiiciuntur, & veluti accinuntur: idque fere alio genere carminis, & plerunque breuiori: cuiusmodi sunt pleraque apud Horat. Iambico dimetro post heroicum, aut trimetrum Iambicum statim succedente Quint. *lib.* 10. *cap.* 1. Iambus non sanè à Romanis celebratus est, vt proprium opus à quibusdam interpolatus, cuius acerbitas in Catullo, Bibaculo, Horatio: quanquam illic epodos intercurrente non reperiatur.

¶ Epostracismus, lusus, quo testulam aut lamellam siue lapillum destringunt super aquæ æquor, numerumque saltuum, quos facit, priusquam desidat, ineunt, victoria penes illum relicta, qui saltuum multitudine superet ἐποστρακισμός. Hadr. Iun.

Epotica, primaria quæstio. Pap. ¶

Epoto, as, are, Potando exhaurio. { ἐκπίνω. Gall. *Boire tout, ne rien laisser.* Ital. *Votar beuendo, beuer tutto.* Germ. Außtrincken, außsauffen. Hisp. *Vaziar beuiendo, beuer todo.* Angl. *To drink out all at ones.* } Plaut. *Men. sc.* 1. *a.* 3. Vino epoto, parasito excluso foras. Martial. *lib.* 1.

Quæque Tyron toties epotauere lacernæ.

Plaut. *Menech.* Confecto prandio, vinóque epoto. Cicer. *pro Cluent.* Quem statim epoto poculo mortuum esse dixisti. Liu. 8. *ab Vrbe*, Epoto medicamento suamet ipsi fraude perierunt. Venenum epotum, Cicer. *pro Cluent.* Epotus equus, pro sanguine equi epoto, Mart. *lib.* 1.

Venit & epoto Sarmata pastus equo.

Vide Plin. *lib.* 18. *cap.* 10.

Epuia, Ἐπυία. Vrbs quæ nunc Ambracia dicitur, priùs Paralia, Steph.

¶ Epula, pro *Epulæ*, id vide. ¶

Epulæ, arum, quasi edipulæ. Sunt cibi in quotidianum hominum vsum comparati. { מטעמים *mathammim*. ὄψα. Gall. *Viandes.* Ital. *Viuande.* Germ. Speiß. Hisp. *Manjar, è comida.* Angl. *Daylie meate, or foode.* } Cic. 3. *Philipp.* Vino & epulis retentus & alea est. si epulæ potiùs quàm popinæ nominandæ sunt. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

His epulis leges hospitióque dedit.

Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 3. Quibus solebam menstruales epulas adipisci. *Ibid. sc.* 1. *a.* 4 Laridum atque epulas foueri iube. Item *Amph.* Sacrificia quæ volebat ad epulam conduxit. (i. re diuina facta volt prandere.) Senec. *Epist.* 74. Epulum capitur manu. ¶ Epulæ etiam bestiarum cibus quotidianus dicitur. Virg. 4. *Æneid.*

——— *epulásque draconi*
Quæ dabat.

Horat. 2. *Serm. sat.* 3.

——— *cui stragula vestis*
Blattarum ac tinearum epulæ, putrescat in arca.

¶ Epulum verò propriè publicum conuiuium, significat, quale exhiberi solebat aliquando ciuibus vel à triumphantibus, vel in honore magni alicuius ciuis mortui, vel in dedicatione templi. { משתה *mischteh*. ἑστίασις, δημοθοινία. Gall. *Banquet, festin.* Ital. *Conuito solenne.* Germ. Ein bancket ein herrliche offne malzeit. Hisp. *El combite publico.* Angl. *A bankett, or daintie fare.* } Iuuen. *Satyr.* 3.

Vnde epulum possis centum dare Pythagoreis.

Cic. *pro Muren.* Is quum epulum Q. Maximus Africani patrui sui nomine populo Romano daret rogatus est. Sed confunduntur quandoque: nam epulum pro priuato conuiuio inuenitur, & epulæ pro conuiuio publico & communi. Cicer. *pro Cn. Plancio*, Sepulchrum L. Catilinæ floribus ornatum, hominum audacissimorum ac domesticorum hostium conuentu epulísque celebratum est. Idem *de clar. Orat.* Carmina in epulis cantata à singulis conuiuis de clarorum virorum laudibus. ¶ Epulam quoque in singulari numero veteres dixere, teste Festo Pompeio.

Epulones, dicti sunt apud antiquos, teste Liuio *lib.* 3. *bell. Maced.* Triumuiri, quorum munus erat Ioui, cæterísque diis epulas instruere. ὀψοποιοὶ, Romæ (inquit) eo anno primum Triumuiri epulones facti: hi epulas Ioui cæterísque diis instituendi potestatem habebant. Cic. *de Arusp. resp.* Patres conscripti, vósque Pontifices, ad quos epulones Iouis opt. max. si quid est prætermissum, aut commissum afferunt: quorum sententia illa eadem renouata atque instaurata, celebratur. Aug. *lib. de ciuit.* asserit epulones perpetuos fuisse, qui ad auream Iouis mensam statuæ oppositam perpetui erant conuiuæ, vt mimorum potiùs & parasitorum contubernia, quàm Dei sacra celebrarentur. ¶ Dicuntur etiam epulones qualescunque conuiuæ qui epulis intersunt, quos etiam veteres epulones dixerunt, per secundam inflexionem. { Angl. *Gulliguttes, gluttons.* } Inde Coepulonus, dicitur conuictor, & iisdem epulis vescens, Plaut. *Persa*, O mi Iupiter terrestris & coepulonus.

Epulari, est in conuiuio esse, seu conuiuari. { εὐωχεῖσθαι, ἑστιᾶσθαι. Gall. *Banqueter, manger en banquet.* Ital. *Mangiar in conuito.* Germ. Zächen. Hisp. *Comer en combite.* Angl. *To eat at feastes, to banket.* } Liu. *lib.* 25. Vulgò aperti ianuis in propatulis epulati sunt. Cic. 2. *de fin.* Quàm in voluptate sint qui epulentur. Idem *de senect.* Epulabar igitur cum sodalibus omninò modicè: sed erat tamen quidam feruor ætatis.

Ĕpŭlātŭs,particip. {Εὐωχηθείς. GALL. *Qui a fait bonnechere, qui a mangé & prus son repas.* ITAL. *Chi a mangiato.* GERM. Der gessen hat. HISP. *El que a comido.* ANGL. *That hath made good cheere.*} Cic.1. *Tuscul.* Post epulatos cum matre adolescentes somno se dedisse. Liu. *lib.5. bell. Pun.* Epulatis vinóque satiatis.

Ĕpŭlātĭo,nis, Conuiuium, vicbus. {ἑστίασις. GALL. *Banquetement.* ITAL. *Il far de conuiti.* GERM. Zechung/gasthaltung. HISP. *Aquella obra de comer à banete combite.* ANGL. *A banketting a feasting.*} Col. *lib.12.c.3.* Quæ ad mensam quotidianam atque epulationem pertinerent. Et Suet. *in Calig.c.18.* Qua epulatione equiti Romano contra se hilariùs auidiúsque vescenti, partes suas misit.

Ĕpŭlāris,e, quod ad epulas pertinet. {Συμποσιακός. GALL. *De banquet, appartenant à festin ou banquet.* ITAL. *Chi è che à viuande conuiene.* GERM. Das zu einer zech oder gastmal gehört. HISP. *Cosa que se come ò pertenece à ella.* ANGL. *That belongeth to bankett.*} vt, Epulare sacrificium: epularis sermo, qui in conuiuio fit. Cic.3. *de Orat.* Quum essent ipsi à Numa, vt etiam illud ludorum epulare sacrificium facerent, instituti. Apul. Iam illaris luminibus epularis sermo percrebuit. ¶ Epulares etiam vocabantur, qui in sacris epulabantur ἐπὶ θυσίας. Varr. Dum epulares nocte epularentur.

Ĕpŭlātōrĭŭs,a,um, quod aptum est, vt in epulis comedatur. {Συμποσιακός. GALL. *Ce qu'on peut manger.* ITAL. *Cosa mangiatiua.* GERM. Das zur speiß füglich ist. HISP. *Cosa que se puede comer.* ANGL. *That serueth for banketting.*}

Ĕpŭlĭs,idis, ἐπουλίς. Dicitur quoties iuxta dentes in gingiuis caro excreuit. Paulus Æginetta paruum abscessum esse ait circa gingiuas, qui nisi discutiatur, suppuratur.

Ĕpŭlo, Virg 12. *Æneid.*

Archetium Murſlbent. Epulonem obtruncat Achates.

Ĕpŭlōtĭcă medicamenta, ἐπουλωτικὰ φάρμακα, à medicis appellantur quæ cicatricem obducunt. Nam ἐπουλοῦν, Græcis est ad cicatricem perducere.

Epytus, Albæ filius, Rex Albanorum. Ouid. 4. *Fast.*

Epy, nomen vrbis. Scribendum est *Æpy*, vt suprà.

Ĕpylŭs. Ouid. 4. *Fast.*

Proximus est titulis Epylus alba tuis.

E Q

Ĕquă,æ. Equarius, Eques, Equester, &c. Vide *Equus.*

[Equæ, puellæ deformes. Nouarr.]

Ĕquăpium. Nonnulli appellatunt herbam, quam Latini olus atrum nominant, existimantes ita transferri posse Græcam vocem, ἱπποσέλινον. Quam nomenclaturam apud idoneum scriptorem non facilè reperias. Neque ἱπποσέλινον, tam equinum, quàm magnum, aut prægrande apium sonat. Nam ἵππος, & βοῦς, in compositione sæpe vocabulorum significata intendunt, amplitudinémque & magnitudinem important.

Ĕquĕstris, vide *Equus.*

Equestris Colonia, Galliæ Belgicæ oppidum est, apud Plin. *lib.4.c.17.*

[Equestrium ciuitas, id est, Neuiduacum, *Nion.* inter Geneuam & Lausanam.]

Ĕquĭcĕrvŭs, animal in Oriente habens cornua & iubas post collum descendentes vsque ad scapulas, & barbam sub mento, vngulas, & corpus ad cerui quantitatem. ἱππέλαφος. Vritur hac voce Aristotelis interpres *in lib de Animalibus.*

Ĕquidem, affirmatiua coniunctio est, Certè. {אך *ach.* γέ, ἤ, μήν. GALL. *Quant à moy, certes, certainement.* ITAL. *Da vero, certamente.* GERM. Zwar/fürwar/warlich. HISP. *Cierto, ciertamente, en verdad.* ANGL. *Surelie, truelie.*} Cic. *de Amic.* Equidem ex omnibus rebus quas mihi aut fortuna, aut natura tribuit, nihil habeo, quod cum amicitia Scipionis possit comparari. Imò equidem non postulo tibi occupare patrem. Plaut. *Men. sc. vlt. a.5.* Nusquam equidem deliqui. *Ibid. sc.2. a.5.* Equidem pol te miror. Idem *Mostell. sc.3. a.1.* Equidem Ecastor. Idem *Men. sc.2. a.3.* Credo ædepol equidem dormire Solem. Idem *Amphitr.* Certè equidem noster sum. Idem *Milit. sc.5. a.2.* Credo equidem te potesse ebibere. Idem *Pseud. sc.2. a.5.*

Nunc equidem fateor.

Ouid. 13. *Metam.* Sunt qui existiment compositum esse ab ego & quidem, quod frequentissimè inueniatur iunctum cum verbis primæ personæ: vt apud Virg. 12. *Æneid.*

——— *equidem merui, nec deprecor, inquit.*

Quo in loco equidem item videtur significare, quod ego quidem. Hoc tamen nihil vrget, quum semper in verbo primæ personæ, singularis numeri, intelligatur nominatiuus ego. Præterea quum inueniatur coniunctum cum verbis cuiuslis personæ in vtroque numero, constat certè vbique non posse exponi per ego Persius *Satyr.5.* Non equidem hoc dubites amborum fœdere certo Consentire dies. Vbi cum secunda persona coniunctum est. Idem etiam cum verbo tertiæ personæ posuit, *Sat.1.* Per me equidem sint omnia protinus alba. Plaut. *Men. sc.2. a.3.* Qui cum hæc mulier loquitur? R. Equidem tecum (sup. loquitur.) Cic *ad Attic.* Sic ages igitur equidem id erit primum proximum Clodiæ. Huc accedit quod interdum inuenitur simul positum in oratione cum ego, vt apud Salust. Ego equidem sic existimo. Quo in loco si velis equidem explicare per ego & quidem, ineptissimam confeceris perissologiam. Satiùs itaque erit dicere equidem nihil aliud significare quàm quidem.

Ĕquŭs, ἵππος. Latini mutabant π in q, aut c. Animal, nemini non notum. {סוס *sus.* ἵππος. GALL. *Cheual.* ITAL. & HISP. *Cauallo.* GERM. Ein roß oder pferd. ANGL. *An horse.*} Sunt qui ab æqualitate dictum putent, quasi æquum detracta prima litera, quæ diphthongum efficiebat: quod equi pares eligi solerent, qui bigis, quadrigisque iungerentur. Sed hæc etymologia vt pleræque aliæ, admodum videtur friuola.

Hostis equo pollens,

Ouid. *Eleg.10. lib.3. Trist.*

Vulnere tardus equi Nestor,

Idem 13. *Metam.*

——— *Equum rigidos percurrere campos Doctum.*

Tibul. *lib.4.*

Castoridos ales equus,

Catull. *de com. Beren.* (Exerceri) disco, pila, hastis, cursu, armis, equo, Plaut. *Most. sc.2. a.3.*

——— *Equo admisso Lucifer hæc afferat,*

Ouid. *Eleg.5. lib.3. Trist.*

——— *Equus alatus æthera carpet,*

idem 3. *Fast.* Agite equi facite sonitus vngularum appareant. Plaut. *Men. sc.2. a.5.* Neque te equo equus est vllus magis sapiens, idem *Asin. sc.3. a.3.* Muli pretio qui superant equos, idem *Aul. sc.5. a.5.* Equum traducere, Quint. ¶ Ad equum rescribere legionem. Cæs. 1. *de bel. Gal.* Equo decendere dubio marte, Velleius.

——— *Legitimo quique merebat equo,*

Ouid. 3. *Fast.* Equus tuus speciosius instratus erit, quàm vxor tua vestita? Liu. *lib.34.* Me equos iunctos iubere capere indomitos. Et, equis iunctis minari. Plaut. *Men. sc.2. a.5.*

Et quis equum, celerémve arcto compescere freno

Possit, & effusis tardo permittere habenas,

Tibul. *lib.4.* ¶ Equo descendebant honoris caussa. Senec. *Epist.65.* Cic. *de Amic.* Nemo est qui non equo quo consueuit, libentius vtatur, quàm intractato & nouo. Idem *in Verr.* Eum nemo vnquam sedentem in equo vidit. Virg. 2. *Æneid.*

——— *& equorum agitator Achilles.*

Ouid. 3. *Metam.*

Vt fremit acer equus, cùm bellicus ore cruento

Signa dedit tubicen.

¶ Equorum alij gradarij, qui molli gradu, & sine succussura incedunt: contrà, succussores sessorem frequenter inquietant. Alij dicuntur veredi, in cursu velocissimi, quibus maiores vsi sunt in venatione. ¶ Equus Troianus, prouerbium, de occultis latebris, conspirationibúsque ad perniciem alicuius tendentibus. Cic. *pro Muren.* Intus, intus, inquam, est equus Troianus, à quo nunquam me consule dormientes opprimemini. ¶ Equis & quadrigis, id est, omni conatu. Cic. *ad Quint. fratr. lib.2.* Sic ego qui in isto homine colendo tam indormiui diu, te mehercule sæpe excitante, cursu corrigam tarditatem, cùm equis, tum verò (quoniam scribis poëma ab eo nostrum probari) quadrigis poëticis. ¶ Velis equisque. Cic. 2. *Offic.* Cum his velis equisque (vt dicitur) si honestatem tueri ac retinere sententia est, decertandum est. Quo tamen in loco nonnulli malunt legere, viris equisque. ¶ In planitiem equum, εἰς πεδίον τὸν ἵππον. Quoties quis ad id prouocatur, in quo plurimum valet, quóque vel maximè gaudet. Equus in campo, tanquam in sua est arena. Lucian. *in Capt.* & Plat. *in Theæt.* Translatum videtur à militia. Nam quoties res est peditı cum equite, pedes fugit campestria, sectatúrque loca impeditiora. ¶ Equi senectus, ἵππου γῆρας. Prouerbium in eos dici solitum, qui præclarè rebus gestis in iuuenta, posteaquam consenuerint, ad sordidas curas semet abiiciunt. Sumptum à generosis equis, qui senio fracti, in pistrinum aut currum, aut aliud id genus opus detruduntur, olim in pretio habiti, dum integris viribus essent. Plutarch. *lib. qui inscri. ἐπι. Sacer.* Equus stella: de qua Cicer. 2. *de nat. deor.*

Huic equus ille iubam quatiens fulgore micanti

Summum contingit caput aluo, stellaque iungens

Vna,

ex Arato. Equus, machina bellica. Plin. *lib.7. cap.56.* Equum, qui nunc aries appellatur, in muralibus machinis Epeum ad Troiam, subaudi, inuenisse dicunt. ¶ Equus emissarius, adagium est, quo significamus hominem libidini deditum.

Ĕquă,æ, in datiuo & ablatiuo pluralibus equabus, Equini generis fœmina. {סוסה *susáh.* ἵππος, ἡ. GALL. *Iument.* ITAL. *Caualla.* GERM. Ein studt. HISP. *Yegua.* ANGL. *A mare.*} Ouid. 2. *Met.*

Nobilibúsque greges custos seruabat equarum.

Ibid. *lib.9.*

Nec vaccam vacca, nec equas amor vrit equarum.

Ĕquĕs, gen. comm. Insidens equo. {פרש *parásch.* ἱππεύς. GALL. *Cheuaucheur, qui est à cheual, cheualier, homme d'armes.* ITAL. *Cauallier, caualcatore che è a cauallo, caualliero, huomo d'arme.* GERM. Ein reuter. HISP. *Varon ò muger à cauallo, cauallero.* ANGL. *A man of armes, an anhorse man, a knight.*} —In neutrum conspicendus eques, Ouid. *Eleg.1. lib.2. Trist.*

———*Hoc dedimus nos tibi nomen eques,*

Idem 2. *Fast.*

———*Pisæa vinctus oliua*

Abstulerat decies præmia victor eques,

Idem *El. vlt. lib.4. Trist.* Plaut. *Milit. sc.5. a.2.* Neque eques, neque pedes præfectus quisquam tanta audacia est, Qui æquè faciat confidenter, quàm mulieres faciunt. Virg. 8. *Æneid.*

Interea præmissi equites ex vrbe Latina.

¶ Sumitur quandoque pro equo. Virg. 3. *Georg.*

Impositi dorso atque equitem docuere sub armis

Insultare solo, & gressus glomerare superbos.

Vide Gell. *c.5. lib.18.* & apud Cæsarem *lib.3. de bell. ciu.* Nuntij per dispositos equites allati. Dixerat enim *eodem lib.* mutatis ad celeritatem iumentis. Item, Eques quadrupes, pro equo quadrupede. Ennius apud Gell. *loco citato.* ¶ Equites pedarij, qui, idem Gell. *c.18. lib.3.* ¶ Equites etiam dicebantur à Romanis qui Equestrem dignitatem erant adepti, aut ex equestri ordine progenati: quorum ordo, quamuis dignitate Senatoria aliquanto erat inferior, proximam tamen ab illa obtinebat dignitatem. Neque solùm dignitate, verùm etiam censu distinguebantur equites à senatoribus. Census enim Senatorius duplo maior erat censu Equestri. Nam ante Augusti tempora census Senatorius erat octingentorum millium, hoc est, coronatorum xx. M. Census autem equestris quadringentorum millium, hoc est, coronatorum x. M. quanquam postea pro arbitrio principum sæpiùs auctus fuit census, & imminutus Mart. *lib.8.*

Vescitur omnis Eques tecum populúsque Patrésque.

¶ Eques, Tria genera loquendi Latini scriptores vsurpant. eques, equestris ordinis, equestri loco natus, quæ vtrùm idem significent, an verò differant,

differant,& quatenus differant,considerandum. Eques & equestris ordinis,idem sunt. nam & eques quicunque est,& dicitur,idem equestris ordinis & est,& dicitur.& contrà. Quod si eques patre natus est equite,qui nunquam senator fuerit: is equestri loco natus dicitur, sin patre natus est senatore: eques quidem,sed non equestri loco natus: qui porrò, quum eques fuisset,in senatum est allectus, eques non amplius dicitur, sed assumpto nobilioris ordinis nomine senator: ornamenta tamen retinet equestria anulum aureum, & equum publicum. Itaque M. Cicero quum equite Romano natus esset,nunquam postea quàm in senatum peruenit,eques appellatur,sed senator atque ipse suis in scriptis, quum de ordine senatorio loquitur, nostrum appellat: quum de equestri,non item. is igitur non eques,neque equestris,sed senator, & senatorij ordinis iure dicebatur. Ac mihi venit in mentem, quod in quadam epistola scripsit M.Cæl. ad Cicer. Nostri, inquit, equites nisi acutiùs vidissent. *nostri* ob eam causam dixit,quia vterque patre equite Romano natus erat. Potest igitur esse eques equestri loco natus.& eques non equestri loco natus.itémque potest esse senator equestri loco natus, & senator non equestri loco natus. cuius verò pater eques fuit, is, si senator factus est,desinit appellari eques, & equestris ordinis,eadem tamen retinet insignia, nisi ea, ignominiæ causa notatus à Censoribus,amisit. Ex Aldi obseruationibus.¶ Eques,pro ordine equestri,Mart. *Epigr.* 17.*lib.*5.

Noster eques(i. ordo equester.)

Et Suet.*in Aug.c.*18.& Ouid.*Eleg.*2.*lib.*4.*Trist.*

——— *Plebs & Senatus,*

Fœnaque cuius eram pars ego nuper,eques.

Ibid. *Eleg. vlt.*

——— *Vsque à proauis ordinis hæres,*

Non modò fortunæ munere factus eques.

Idem *Eleg.*1. *lib.*2.*Trist.*

———*Cum te delicta notantem*

Preterij toties irrequitus eques.

Ĕquĕstĕr, Equestris, & hic & hæc Equestris, & hoc Equestre: ab eques fit, Quod pertinet ad equitem. {ἱππικός. Gall. *De cheual ou cheualier, des appartenances d'hommes d'arme, ou de gens à cheual.* Ital. *Equestre ciò che à caualleria si conuiene.* Germ. Reuterisch/ das zu den rossen vnd der reuterey gehört. Hisp. *Cosa de caualleria.* Angl. *Of an horse, that belongeth to knightes or horsemen.*} vt, Equestres copiæ. Cic.2.*de fin.* Equestris disciplina, 6. *Verr.* Equestris ordo, *ad Brutum,* Equestris ordinis princeps. Equestrem verò ordinem ἱππικὸν τάγμα, medium fuisse constat inter patritios & plebem: hi olim sub Romulo regibúsque Celeres dicebantur,teste Plin. *lib.*33.*c.*2. à Celere vt quidam putant)Remi interfectore: deinde à flectendis equis, Flexumines vocitati: postea Trossuli,à Trossulo oppido Tusciæ, quòd id sine vllo peditum adiumento equites cepissent. ¶ Huius ordinis ornamenta & insignia fuerunt, equus publicè datus, & anulus aureus. Census item ad hunc ordinem obtinendum requirebatur 40000. nummûm, quæ omnia dignitas, splendor & ornamentum equestris ordinis dicebantur. Vnde illud Cic.*in Sextiana de quodam Gellio.* Ornamēta confecit equestris ordinis,nomen retinet. Equestri statua donata Lælia(mox,equo.) Senec.*c.*15.*de cons.ad Mart.* Item Caius Cæsar iuuenis, Velleius. Equestrium statuarum turma Romæ,vbi Velleius.¶Qui census & index illius ordinis,vide apud Suet.*in Cæs.c.*33.

Ĕquĕstrĭă,um,erant quatuordecim ordines graduum in Orchestra, in quibus sedebant equites, ἱππικά. Senec. *lib.*7. *de benef.* Equestria omnia Equitum Romanorum sunt. Et iterum, Sed quum in theatrum veni, si plena sunt equestria, &c. Sic popularia dicebantur, vbi plebs ipsa in theatro sedebat. Suet.*in Domit.* Et quia pars maior intra popularia deciderat, quinquagenas tesseras in singulos cuneos Equestris ac Senatorij ordinis pronuntiauit.

Ĕquĭto,as,Equo iter facio. {רכב *rachab.* ἱππεύω, ἱππάζομαι. Gall. *Cheuaucher, aller à cheual.* Ital. *Caualcare.* Germ. Reitten. Hisp. *Caualgar.* Angl. *To be on horsebach, to ride.*} Horat. *Serm.sat.*3.

Ludere par impar, equitare in arundine longa.

Cic. *pro domo sua*, Quum is in illo nostro exercitu equitaret cum suis delectis equitibus. Idem 2.*Tusc.* Apud quos autem venandi & equitandi laus viget. Macrob. *Saturn.lib.*6.*c.*9. autor est. Itémque Gell.*cap.*5. *lib.* 18. veteres etiam equitare de ipso equo dixisse, & equitem pro equo nonnunquam acceptum inueniri. Lucil.

Nempe hunc currere equum nos, atque equitare videmus.

Quanquam alij distinctionem post dictionem equum faciant, vt nos, sit accusatiuus, ad hunc modum, Nempe hunc currere equum, nos atque equitare videmus: vt sit sensus, Videmus equum currere, & nos equitare. ¶ Equitare in equo, apud Cicer. equitare in equileis. Iauol. D.*lib.*9.*tit.*2.*l.vlt.* Equum tibi commodaui: in eo cùm tu equitares,& vnà cùm plures equitarent. ¶ Huius composita sunt, Adequito, Obequito, & Perequito, de quibus vide suis locis. ¶ Equitandi peritus ne cantet, ἱππικὸν ᾄδειν μὴ θέλε. Sumptum à poëta quopiam, in eum qui professus res serias versatur in nugis. Greg. Thol. *in Epist.ad Eudoxium Rhetorem.*

Ĕquĭtāri, passiuè. Plin. *lib.*8.*cap.*18. Omnes autem in iis terris iumentorum dorso funguntur, atque etiam equitantur in prœliis. de camelis loquens.

Ĕquĭtātĭo,nis. {ἱππεία, ἱππασία, ἔλασις. Gall. *Cheuauchement.* Ital. *Esso caualcare.* Germ. Reitung reit. Hisp. *Obra de caualgar.* Angl. *Ariding.*} Plin *lib.*28.*c.*4. Equitatio stomacho & coxis vtilissima.

Ĕquĭtātŭs,us, Equitum manus & turmæ,)(Peditatus, copiæ. {τὸ ἱππικόν. Gall. *Cheualerie, gendarmerie, gens à cheual.* Ital. *Caualleria.* Germ. Ein reisiger zeug oder reuterey. Hisp. *Caualleria, ò gente de cauallo.* Angl. *A companie of horseman.*} Tacit. *lib.*19. Nutantem exercitum victor equitatus incursit. Idem *lib.*33. Quinetiam ipsum equitum nomen sæpe variatum est, iis quoque qui ad equitandum trahebantur. ¶ Ponitur aliquando pro equitatione, siue equitandi actu. Plin. *lib.*33. Fœmina equitatu atteri & aduri solet.

Ĕquārĭus,a, um, quod ad equum pertinet: vt Equarius medicus, qui equis medetur. {ἱππιατρός. Gall. *De cheuaux, seruant à cheuaux.* Ital. *Qualunque cosa che serue à caualli.* Germ. Das zu dem roß gehört. Hisp. *Cosa que sirue ò pertenece à cauallos.* Angl. *That serueth for an horse.*} Valer. Maxim. *lib.vlt.* Herophilus equarius medicus, C. Marium septies consulem auum sibi vendicando, se extulit.

Ĕquārĭă, & Equaritia, Magnus equorum grex est. {τὸ ἱπποφόρβιον, τὸ ἱπποβόσκιον. Gall. *Vn haras, vn troupeau de cheuaux ou iuments.* Ital. *Gregge de caualli ò caualle.* Germ. Ein hauffen roß. Hisp. *El hato de cauallos ò yeguas.* Angl. *A great flock of horses or mares.*} Varro *in Proœm.* 2.*de re rust.* Quod & ipse pecuarias habui grandes, in Apulia ouiarias, in Reatino equarias.

Ĕquĭfĕrus,i, Equus ferus, id est, non mansuetus. {ἵππος ἄγριος. Gall. *Cheual sauuage.* Ital. *Cauallo seluatico.* Germ. Ein wild roß. Hisp. *Cauallo brauo, fiero, y syluestre.* Angl. *A wyld horse.*} Cuiusmodi in Septentrionalibus regionibus nasci autor est Plin. *lib.*8.*c.*15. Idem *lib.*26.*c.*6. In primis efficax equiferorum sanguis, & *ibid.c.*10. De equiferis non scripserunt Græci.

Ĕquĭmēntum, merces quæ datur pro admissura equi. {ὁ μισθὸς τοῦ ἵππου ὀχεύοντος. Gall. *Le salaire d'vn estallon qui a sailli vne iument.* Ital. *Prezzo del stallone, che cuopre vna caualla.* Germ. Der lohn so man gibt/ wann man den hengst zu der städt gelassen hatt. Hisp. *Iornal de garañon cauallo.* Angl. *The reward of a stalion that hes leppend mare.*} Varr. An si equam emisses quadrupedem, vt meo asino Reatino admitteres, quantum poposcisses dedissem equimenti!

Ĕquīlĕ, Stabulum equorum. {ἱππῶνες, ἱππωνεῖον. Gall. *Estable à cheuaux, escuyrie.* Ital. *Stalla de caualli.* Germ. Ein roß stall. Hisp. *Caualleriza ò establo de cauallos.* Angl. *An horse stable.*} Sicut ab oue ouile. Varr. *de re rust. lib.*2.*c.*7. suadet frænos in equili suspendere, vt oculi equuleorum consuescant videre eorum faciem,& è motu crepitus audire Suet. *in Calig.cap.*55.

Ĕquīnŭs,a,um, possessiuum, quod est equi, quod pertinet ad equum. {ἵππειος. Gall. *De cheual, qui est d'vn cheual.* Ital. *Di caualli, cauallino.* Germ. Rossin oder das dess rosss ist. Hisp. *Cosa de cauallos.* Angl. *Of an horse.*} Horat. *in principio de Arte poët.*

Humano capiti ceruicem pictor equinam

Iungere si velit.

Idem 1. *Epist.*

Vtor permisso, caudæque pilos vt equinæ

Paulatim vello.

Virg. 10. *Æneid.*

Ære caput fulgens, cristáque hirsutus equina.

Ĕquĭsessŏr,is, {ἱπποβάτης. Angl. *Arider.*} qui ambulat pedibus equinis, id est, qui equitat: sicut qui in lectica gestatus, ambulat pedibus lecticariorum. Hunc melius simplici voce sessorem vocamus.

Ĕquĭsētum, i, herba est à caudæ equinæ similitudine nomen habens, aliis nominis ephedra, & anabasis appellata. {ἵππουρις. Gall. *Queuë de cheual, asprele, ou prele.* Ital. *Coda di cauallo, asprella.* Germ. Schaffthew. Hisp. *Cola de mula, rabo de mula.*} Vulgus *Prelam* appellat pectinum opificibus in primis cognitam, qui ea buxum expoliunt, & muliereculis, quæ vasa lignea ea extergunt. Vide Plin. *lib.*26.*cap.*13.

Ĕquĭso, nis, qui equorum curam gerit, eósque instituit. {ἱπποκόμος. Gall. *Donteur & piqueur de cheuaux, escuyer.* Ital. *Cozzone de caualli.* Germ. Ein roß zämer/der die pferd mit bereiten anfürt/ marstaller. Hisp. *Caualleriso de cauallos.* Angl. *An horse breaker or keeper.*} Varr. Nam vt equus qui ad vehendum est natus, tamen traditur magistro, vt equiso doceat tollutim incedere. Veteres autem (vt Nonius annotauit) non modò equorum magistrum, sed aliarum etiam rerum, gubernatorem equisonem vocabant. Vt equisones nautici dicebantur, qui nauim ducebant.

Ĕquĭtābĭlĭs,e, Equiti peruius. {ἱππάσιμος. Gall. *Cheuauchable, qui aisément on peut cheuaucher.* Ital. *Luogo doue si può caualcare.* Germ. Da man wol reiten mag. Hisp. *Lugar donde se puede caualgar.* Angl. *Easie to ride.*} Vt locus equitabilis in quo equi facilè inambulare possunt. Liuius, Opportuna explicandis copiis regio erat equitabilis, & vasta planities. Huius contrarium est inequitabilis. Idem, Imber violentius quàm aliàs fusus, campos lubricos inequitabilésque fecerat.

Ĕquĭtĭum, ij, Equorum armentum. {ἱπποφόρβιον. Gall. *Vne troupe de cheuaux, vn haras.* Ital. *Mandra de caualli.* Germ. Ein schaar roß/ ein hauffen pferd. Hisp. *Manada de cauallos ò yeguas.* Angl. *An heard or race of horses.*} Vlpian. *l.plenum.§.equitij, ff. de vsufructu legato*, Equitij vsu legato videndum an & donare possit, & ad vehendum sub iugo vti. Tacit. *de Germania*, Mos est ciuitatibus vltrò equitum conferre principibus.

Ĕquŭlĕŭs, i, Pullus equinus. {ἱππάριον. Gall. *Cheualet, poulain.* Ital. *Poledro, poledrino.* Germ. Ein fuly. Hisp. *Pequeño cauallo, potro.* Angl. *A colte or yon horse.*} Cic. *in Orat.* Vt igitur domitores equorum non verbera solùm adhibent ad domandum, sed cibum etiam sæpè subtrahunt, vt fame debilitetur equuleorum nimis effrænata vis. Idem *in Verr.* Equuleos argenteos nobilis qui Qu. Maximi fuerunt, aufert. Gellius *c.*13.*lib.*19. Equulei humiliores qui,& nani.¶ Equuleus, ξύλον βασανιστήριον Sozomeno, machina lignea equo similis, cui imponebantur qui torquebantur. eius frequens mentio apud Senecam, & Marcellinum. Cic. *pro Deiotaro*, Facti enim in equuleo quæstio iuris in iudicio. Idem 7.*Philipp.* Ponite ante oculos vincula, verbera, equuleum, carnificem, tortorémque. Senec. *lib.*2. *Epist.* Sæuitia commenta est equuleos, cruces, vncum & tunicam illam alimentis ignium illitam, & intextam. Cic. 5.*Tusc.* Hæc etiam in equuleum iniiciuntur, quò vita non aspirat beata. Idem *lib.*4. *de finib.* Nec si ille sapiens ad tortoris equuleum à tyranno ire cogatur, similem habeat vultum ac si ampullam perdidisset. Dicitur etiam noxialis stipes. Prudentius,

Iubet amoueri noxialemque stipitem.

Antè dixerat,

——— ——— *Iusserat*

Euiscerandum corpus eculeo eminus

Pendere, & vncis inculisque crescere.

Sed in hac significatione alij malunt scriberee culeus per c.

Ĕquŭlŭs, diminutiuum ab equus. {ἱππάριον. Gall. *Cheualet, poulain.* Ital. *Cauallino.* Germ. Rößlin/klein roß. Hisp. *Pequeño cauallo, potro.*

Angl.

Angl. *A litle horse, a nage.*} Cic. *lib.* 2. *de nat. deor.* Omnia in perfectis & maturis docet esse meliora: vt in equo, quàm in equulo: in cane, quàm in catulo: in viro, quàm in puero. Varr. 2. *de re rust. cap.* 7. scribit equulum post annum & sex menses domari posse.

Equula, æ, paruam equam significat, sicut equulus, paruum equum. {τὸ ἱππάριον, ἡ πῶλος. Gall. *Petite ou ieune iument.* Ital. *Cauallina.* Germ. Ein junge oder kleine stude. Hisp. *Pequeña yegua.* Angl. *A litle mare.*} Varr. Nemo est tam negligens, quin summa diligentia eligat asinum qui saliat equulam.

Equio, is, de equis dicitur quum coitum appetunt, sicut catulio de canibus, & suio de suibus. {ἱππομανῶ. Gall. *Quand la iument demande le cheual, quand elle est chaude.* Ital. *Quando i caualli vanno in salto.* Germ. Wan die ross leüfig oder reitig sind. Hisp. *Quando los cauallos y las yeguas son en amores.* Angl. *To do the act of generation betwene horses and mares.*} Col. *lib.* 7. Equienti mulæ cruda brassica datur. Plin. *lib.* 8. *c.* 63. Equas domitas sexaginta diebus equire.

Equitius, nomen viri proprium, & cognomen familiæ Romanæ ab equo deductum.

Equiria, ἱπποδρόμια Aristopheni, Ludi curules, à Romulo in honorem Martis instituti. Hi in campo Martio celebrabantur tertias Calend. Martias. Ouid. 2. *Fast.*

Iámque duæ restant noctes de mense secundo,
Mársque citos iunctis curribus vrget equos:
Ex vero positum permansit equitia nomen.

Idem 3. *Fast.*

Altera equiria.

‖Equirine, iusiurandum per Quirinum. Fest.

Equoro, as, nauigo. Gl. A. L.

Equorus, vità priuatus. Gl. Isid.‖

E R

‖Era, terra antiquis. Cerda.

Era, vel Æra, singulorum annorum nota ab Augusto constituta, quando primum exegit. Vide *Æra*.‖

Eradico, as, Propriè significat vnà cum radice euello. {שרש *Sakar* שרש *schereseh.* ἐκριζόω. Gall. *Arracher, oster.* Ital. *Stirpare, cauar fuori insieme con la radice.* Germ. Außreutzen, mit der wurtzel außziehen. Hisp. *Quitar ò arrancar hasta la rayz.* Angl. *To pluck vp by the rootes.*} ¶ Per translationem pro radicitùs, & omnibus modis perdo. Terent. *in Andr.* Dij te eradicent, ita me miseram territas. Plaut. *Aul. sc.* 1. *a.* 2. Suam rem periisse, séque eradicarier clamat.

Erado, is, ere, Expungere. {יגרד *hikstah.* ἀποξέω, ἐξαλείφω. Gall. *Racler, effacer en raclant.* Ital. *Radere, leuar via, cancellare.* Germ. Außstreichen. Hisp. *Raer ò borrar.* Angl. *To scrape out or away.*} Col. *lib.* 3. Postea surculos quos inserere voles, eradito tam altè quàm cuneum immisisti, sed ita ne medullam, néve alterius partis corticem lædas. ¶ Vnde eradere aliquem ex albo Senatorum, est ex Senatorum numero expungere. Tacit. *lib.* 4. Apidium Merulam, quòd in Acta Diui Augusti non iurauerat, Senatorio albo erasit.

———*cupiásque eradere vita*
Tempora si possis Tisiphonea tua,

Ouid. *Eleg.* 9. *lib.* 4. *Trist.*

Erasus, partic. {מקצע *muktsah.* ἀποξυσθείς. Gall. *Raclé.* Ital. *Raduto.* Germ. Außgekratzt, abgeschabt. Hisp. *Raido.* Angl. *Scraped out or away.*} Plin. *in Paneg.* Datum est iis qui post edictum tuum in locum erasorum subditi fuerant, æquatique sunt cæteris illi etiam, quibus erat non promissum. Erasorum, id est, deletorum é numero eorum, qui accipiebant congiarium. Budæus.

Eranarches, is, Collector & exactor tributorum. ἐρανάρχης, ἀπὸ τοῦ ἐράνου, id est, à contributione. Alciat. *Pareg. lib.* 11.

Erania pecunia, quid, & corruptè hactenus *herosa* apud Iurisconsultum *in l. creditor. de solut.* lectum esse Alciat. ostendit eleganti *cap.* 25. *lib. Dispunct.* 2. Catanæus apud Plin. secundum, vocem Eranos interpretatur Exactores, per collationem dicens, sic Pollucem, Athenæum & cos secundùm Ammon. interpretari.

‖Eranus, ἔρανος, cœna collatitia, stips, quæ confertur ad amicos pauperes subleuandos: in genere contributio. Habebant olim in Græcia hoc institutum, vt, si quis in paupertatem delaberetur, ἔρανον ab amicis posset suo iure exigere, subleuandæ inopiæ suæ. Vide Casaub. *in Ath. lib.* 7. *c.* 5. Germ. Steuwer, steweren contribuere.‖

Eraphiotes, ἐραφιώτης, Bacchus dictus est, ab inducenda contentione, quoniam vinum, iram, atque certamen inducit. ἔρις enim contentio: φαίνειν ostendere.

Erasinus, ἐρασῖνος. Fluuius est ex Stymphalide Arcadiæ lacu profluens, qui deinde terra occultatus in agro Argiuo denuò erumpit, & in sinum Argolicum illabitur. ¶ Est & alius eiusdem nominis, iuxta Buræ ruinas, in sinum Corinthium illabens. ¶ Item alius in Eubœa insula, iuxta Eretriam vrbem. Rursus alius in Attica iuxta Brauronem. Autor Strab. *lib.* 8.

Erasistratus, ἐρασίστρατος. Nomen medici eximij, ex Aristotelis familia nati: in quem non rarò inuehitur Galenus. Huius etiam frequens est mentio apud Plinium.

Erate, tes, ἐρατή. Nympha Oceani & Tethyos filia: ἀπὸ τοῦ ἔρωτος, hoc est, ab amore nomen habens.

Erathemis, anthyllis. Diosc. *lib.* 3. *c.* 154.

Erato, ἐρατώ, vna Musarum, ab amore dicta, quòd præsit his qui amoris face sapiuntur. Virg. *lib.* 7.

Nunc age, qui reges Erato, quæ tempora rerum,
Quis Latio antiquo fuerit status.

Ouid. 4. *Fast.*

Sic ego, sic Erato, mensis, &c.

Eratosthenes, ἐρατοσθένης, Cyrenæus, Aristonis Chij & Callimachi poëtæ discipulus, Plato minor à quibusdam ob doctrinam vocitatus: præfuit bibliothecæ regiæ: cosmographus insignis, qui primus vniuersum totius orbis circulum ducentorum quinquaginta duorum millium stadiorum esse prodidit, vnde & orbis terrarum mensor appellatus est. Scripsit præter philosophicas historias astronomica, de sectis dialogos, & poëmata quædam, autore Suida. Obiit anno ætatis octogesimo

primo, quem annum maximum climactera, & humanæ vitæ periculosissimum veteres crediderunt: est enim numerus quadratus constans ex nouem nouenariis. Eodem etiam ætatis anno decessit Plato, & Diogenes Cynicus, & Xenocrates Platonicus.

Erbessus, ἔρβησσος, vrbs. Steph.

‖Ercto videtur nonnullis in vsu fuisse: ex eo quòd *coërceo & exerceo* dicitur. Sed illa ad *arceo* referuntur ab aliis. Vide *Erctum*.‖

Ercinia sylua, vide *Hercinia*.

Ercisco, prisca lingua significat diuidere. {חלק *halák.* Gall. *Diuiser, partir.* Ital. *Diuidere, partire.* Germ. Theilen, abtheilen. Hisp. *Partir.* Angl. *To deuyde.*} Apud Cic. 1. *de Orator.* Ercisceri in secunda coniugatione legitur: Nec si parui nauigij & magni eadem est in gubernando scientia: idcirco qui quibus verbis erciscerì oporteat, nesciat, idem erciscundæ familiæ causam agere non potest. ¶ Inde iudicium familiæ erciscundæ, id est, rei familiaris diuidendæ. Idem *pro Cæcinna*, In possessione bonorum quum esset, & quum ipse sextulam suam nimium exaggeraret, nomine heredis arbitrum familiæ erciscundæ postulauit. ¶ Sunt qui hercisco per aspirationem scribant, eius originem reducentes ad verbum Græcum ἑρκίζειν, quod significat intersepire. ¶ Hinc Erctum patrimonium diuisum, apud Festum, Erctum citúmque fit inter consortes, vt in libris legum Romanorum legitur. Erctum à coërcendo, Citum à ciendo. Hæc Festus. In quibusdam tamen exemplaribus legitur *Erectum*, malè. Nam Erctum dicitur, quod quum hæreditas diuisa est, alter ab alteriùs parte exercetus.

Erceus, Iupiter, vide *Herceus*.

‖Erctum citum fit inter consortes, ait Festus, i. e. cohæredes, ad quos eadem sors pertinet. *Erctum* à coërcendo dictum vult: citum à ciendo in Lex. Iurid. habetur: Dicitur ab ercendo. Erctum citum, est hæreditas diuisa, Scal.‖

Erebidæ, ἐρεβίδαι, pars Lotophagorum, Steph.

Erebus, ἔρεβος. Fluuius inferorum. Virg. 6. *Æneid.*

———*magnos Erebi tranauimus amnes.*

¶ Quandoque pro obscurissima inferorum parte. vt, imas Erebi descendit ad vmbras. Varro, ex Erebo natam Noctem ait. Vnde & illud, Erebo creata fuscis crinibus Nox te innoco. Hæc Festus. ¶ Alij malunt Noctem Erebi vxorem fuisse ex quibus est Cic. *de natura deorum.* Amor, (inquit) dolus, metus, senectus, labor, inuidentia, fatum, mors, tenebræ, miseria, querela, gratia, fraus, pertinacia, parcæ, hesperides, somnia: quos omnes Erebo & nocte natos ferunt. ¶ Frequentissimè autem Erebus pro ipsa inferorum sede accipitur. Vnde etiam Proserpina ab Ouid. *lib.* 5. *Metam.* Regina Erebi vocatur. Hinc Adiect.

Erebeus, a, um, ἐρέβειος. Ouid. *in Ibin.*

Pectoraque vnxerunt Erebea felle colubræ.

Erechites, Senecio, apud Diosc. *lib.* 4. *cap.* 98.

Erechtheus, ἐρεχθεύς, Atheniensium rex fuit, cuius filiæ mortem pro patria contempserunt. Cic. *pro Sestio*, Mortem quam etiam virgines Athenis regis (opinor) Erechthei filiæ pro patria contempsisse dicuntur, ego vir Consularis tantis rebus gestis timerem?

Erechthia, ἐρεχθία, vicus Atticæ in Ægide tribu, ab Erecthèo, qui Cererem hospitio suscepit.

Eregione, Ex aduerso. {נגד *négbed* בנגד *bénégbed.* ἄντικρυ, ἐξ ἐναντίας. Gall. *Vis à vis, tout deuant.* Ital. *All'incontro.* Germ. Gerad vor über. Hisp. *Enfrente de algun lugar.* Angl. *Right against.*} Cic. 2. *de Diuin.* Videt è constantissimo motu lunæ, quando illa è regione Solis facta incurrat in vmbram terræ, quæ est meta noctis, vt eam obscurari necesse sit. Budæus.

Erenata, significat ex occasione rei præsentis capto consilium, αὐτοσχεδίως, παραχρῆμα, ἐκ τῶν παρόντων, ἐξ ὧν τὸ πρᾶγμα ἀφορμᾷ. Et aliquando dicitur absolutè, è re nata: & aliquãdo cum coniunctio: vt, Erenatum exordium dixit Quintilianus, hoc est, subitò inuentum. Apul. Erenata fallacia: significatur enim muliebris dolus ad fallendum subitò excogitatus, non domi antè compositus, sed ex ipsa re & negotio expromptus.

Erembi, ἐρεμβοί. Populi in Arabia, quæ prærupta saxa nudi inhabitant. Autor Strab. *lib.* 16.

Eremea, ἀπὸ τοῦ, ἐκ τῆς. E re tua. Vide suprà in *E & Ex.*

Eremigo, as, are, Enauigo, emetior. {ἐκπεριπλεῖν, κώπαις ἐλαύνειν. Gall. *Nauiguer tout outre, passer tout à trauers vne mer ou vn fleuue.* Ital. *Remigare, nauigar con i remi.* Germ. Durchrudern, durchschiffen. Hisp. *Nauegar remando.* Angl. *To rowe ouer.*} Plin. *lib.* 2. *cap.* 67. Circa Caspium quoque multa Oceani littora explorata, paruóque breuius quàm totus hinc, aut illinc Septentrio eremigatus.

Eremodicium, ἐρημοδίκιον. Apud Iurecõsultos *de minoribus, l. ait Prætor*, dicitur, quasi desolatum ac desertum iudicium, seu desertio causæ: quum vel actor, vel reus in iudicio abest, quasi ἐρήμη δίκη, id est, causa deserta, vel vadimonium desertum. In vulgatis editionibus corruptè legitur *hermodicium*.

Eremus, i, gen. fœm. Solitudo. {שממה *schemamáh* מדבר *midbhár.* ἔρημος. Gall. *Desert, lieu solitaire.* Ital. *Eremo, luogo solitario.* Germ. Ein öde. Hisp. *Yermo, desierto.* Angl. *Desert, wildernesse.*}

‖Eremicola, qui colit eremum. Pap.

Eremipeta, qui petit eremum. Idem.

Eremia, deserta. Idem.

Eremita, solitarius ob vitæ sanctitatem. Sidon.‖

Erepo, is, ere, Ex loco abdito in lucem repo. {זחל *zachál* שרץ *schara* רמש *ramasch.* ἐξέρπω. Gall. *Sortir en grimpant & grauissant, grimper hors, grauir hors.* Ital. *Arrapparsi, salir cosa alta e difficile.* Germ. Außhinkriechen, herfürkriechen. Hisp. *Gatear sobre algun lugar.* Angl. *To creepe out.*} Plaut. *Aulul.* Foras lumbrice qui sub terras erepsisti modò. Interdum idem est quod ad loca alta & prærupta euado, vbi non modò pedibus, verumetiam manibus ad ascendendum opus sit. Sueton. *in Tiberio*, Tertius quòd is à tergo insulæ erepsisset ad se.

Erepto, ab Erepo frequent. Senec. *epist.* 102. Pecunia quoque circa paupertatem plurimum moræ habet dum ex illa ereptat.

Eresichthon, vide *Erisichthon*.

Eretria, æ, ἐρέτρια, oppidum est Eubœæ insulæ, circa quod effoditur terra in medicinæ vsu præstantissima, quam ab ea Eretriam vocant.

Eius Dioscorides duas facit species: vnam vehementer albam, alteram ad cineris colorem vergentem. Plin. etiam Eretriam terram inter pictorum colores enumerat, *lib.35. cap.6.* Huius vrbis meminit & Homer. 2. *Iliad. in Catal. nauium.*

Erētum, Ἤρητον, oppidulum est Sabinorum, non procul à Tyberi, in colle situm, quem etiam veteres montem Eretum vocauerunt: hodie Italorum vulgus corrupto vocabulo *Montem rotundum* vocat. Eius meminit Virg. *lib.7.*

Ereti manus omnis, oliuiferaque Mutuscæ.

Erenatis, Ἐρηνάτις, vrbs Libyæ, à Renasse & Eleuthera, Steph.

Ereuthalion, Ἐρευθαλίων, viri proprium quem Nestor interemit, dixitque cùm miraculo corporis, tum excellentia armorum præcipuum in bello Pyliorum & Arcadum fuisse.

[Erfurdia, vel Erfurtum, Erdfurt, Thuringiæ vrbs primaria, totius Germaniæ maxima, ad Getam fl.]

Ergā, præpositio, licèt eandem vim habere videatur quam contra, beneuolentiæ tamen est. {לקבל *kal. ortis.* GALL. *Enuers.* ITAL. *Inuerso.* GERM. Gegen. HISP. *Cerca en amor y voluntad.* ANGL. *Towardes.*} vt, Pro meo summo erga te amore onus subeo. Cic. *ad Lent. Epist.* 1. Ego omni officio, ac potiùs pietate erga te cæteris satisfacio omnibus. Terent. *in Heaut.* Timet omnia, patris iram, & animum amicæ se erga vt sit suæ. Vt vt erga me merita est, (i. de me.) Plaut. *Amph. sc.1. a.3.* Erga hunc rem geras fideliter. Idem *Capt. sc.3. a.2.* Si quid erga te imprudens peccaui. Idem *Aul. sc.6. a.4.* Si quid me d'erga dixeris (i. mihi.) Idem *Asin. sc.1. a.1.* Metuo ne malus erga me sit. Idem *Pseud. sc.3. a.4.*

Ergasylus, nomen proprium viri, Tortelio.

Ergăstĕriă, orum, Ἐργαστήρια. Vicus insignis inter Pergamum & Cyzicum, quadringentis & quadraginta stadiis à Pergamo distans, metallorum fodinis nobilis, à quibus & nomen accepit. Celebratur hic vicus à Galeno *lib.9 simpl. medicam.*

[ERGASTER, ἐργαστὴς, operarius, opifex: ab ἐργάζομαι operor, fabricor.]

Ergăstērium, ij, {חנות *chánuth.* ἐργαστήριον. GALL. *Boutique.* ITAL. *Bottega.* GERM. Werckstatt. HISP. *Tienda de oficiales.* ANGL. *A shoppe.*} Officinæ fabrorum atque opificum, itémque tabernæ in quibus merces venduntur. *l. 12. de cohort. & in decretis dist. 44.*

[Ergasteriarcha, ἐργαστηριάρχης manceps officinæ, qui ei præest; quod est ἀρχός.

Ergasteriacum, ἐργαστηριακὸν, tributum, quod pro officinis suis soluebant officinatores. Gl. Meurs.]

Ergăstŭlŭm, i, {חנות *chánuth.* ἐργαστήριον. GALL. *Le lieu où on enserroit & enchainoit anciennement les serfs & esclaues: & les faisoit-on trauailler, vne prison.* ITAL. *Bottega, doue si rinchiudeuano i serui incatenati à lauorare, prigionia.* GERM. Ein ort da man die knecht gebunden zu schwärer arbeit braucht, als in einem steinbruch oder erzgruben. HISP. *Carcel de siruos en el campo.* ANGL. *A place where slaues were bound to work, a gail or prison.*} Taberna, vel officina vbi lapides metallàve fodiuntur, vel aliud quippiam operis à victis seruis fit: dictum ab ἐργάζομαι, operor. Liu. 2. *ab Vrbe*, ductum se à creditore non in seruitium, sed in ergastulum & carnificinam esse. Iuuen. *Satyr.* 8.

Quid facias talem sortitus Pontice seruum?

Nempe in Lucanos, aut Tusca ergastula mittas.

Suet. *in Aug. c.32.* Serui ergastulis possessorum supprimebantur. (i. abripiebantur à grassatoribus.) *Ibid.* Ergastula recognouit. Et *in Tib. c.8.* Ergastula totâ Italiâ repurgauit. ¶ Accipitur etiam nonnunquam ergastulum pro illis qui ergastulis sunt inclusi. Varro, Misitque mox eò virum, qui tota ergastula libertate donaret.

Ergăstŭlŭs, i, dicitur seruus qui ergastulo inclusus, vel ex vinculis, aut compedibus opus facit. {ἐργαστήριος δοῦλος. GALL. *Vn serf ainsi enserré & enchainé.* ITAL. *Seruo rinchiuso à lauorare.* GERM. Ein knecht der gebunden arbeiten muß. HISP. *Sieruo encerrado en la tal carcel.* ANGL. *A seruant put in prison or bound to work.*} Plin. Coli rura ergastulis pessimum est, vt quicquid agitur à desperantibus.

Ergăstŭlārĭŭs, ij, qui præest ergastulis. {ὁ τῶν ἐργαστηρίων ἐπιστάτης. GALL. *Celuy qui a la garde des serfs ou esclaues emprisonnez ou enchainez, geolier.* ITAL. *Guardiano di prigioni.* GERM. Ein verwalter der vber solche arbeitsame knecht gesetzt ist. HISP. *El tal carcelero.* ANGL. *A gailour or keeper of the prisoners.*} Columell. *lib.1. cap.8.* docet quomodo ergastuli ab ergastulariis tractari debeant. Ergastularij serui, ἐργάσιμοι, ἐργαστήριοι δοῦλοι.

[Ergata, machina tractoria axe recto, quæ obnitentibus & in orbem euntibus vectiariis versatur: qualis est, quâ in emolienda anchora vtuntur in onerariis nauibus. Iunius *in Nomencl.* GERM. Wendebaum: Wellbaum. quasi dicas arbor, seu lignum factum ad vertendum, vel voluendum.

Ergates, ἐργάτης, operarius, qui aliquod opus facit. fœm. est ἐργάτις operaria.

Ergaticus, ἐργατικὸς, operarius, adiectiuè.]

Erganica, Ἐργανικά, oppidum Hispaniæ Tarraconensis, in tractu Vasconum, teste Ptolem. *lib.2. c.6.* Plin quoque *lib.3. c.3.* Ergauicenses populos enumerat in eodem Hispaniæ tractu.

Ergĕtium, Ἐργέτιον, oppidum Siciliæ, cuius incolæ dicuntur Ergetini, Ἐργετῖνοι, quorum meminit & Plin. *lib.3. c.8.*

Ergĭnus, Ἐργῖνος, Tyrannus fuit qui ab Hercule & Minyis Orchomeni vrbe expulsus, & postea extinctus est ¶ Erginus Thraciæ fluuius, autoribus Plin *lib.4. c.11.* & Pompon. Mela *lib.2. in descriptione Thraciæ.*

Ergo, illatiua, siue completiua coniunctio est, quæ minoribus adhibetur clausulis, sicut Igitur. {לכן *lachen.* ἄρα, οὖν. GALL. *Donques, donc.* ITAL. *Dunque, adunque.* GERM. Derhalben, darumb. HISP. *Assi que, pues luego.* ANGL. *Then, therefore.*} Aliquando inceptiua est, conueniens maximè indignationi, οὖν. vt in carmine illo Augusti Cæsaris, quo Virgilij poemata vetat aboleri,

Ergóne supremæ potuit vox improba vobis

Tam dirum mandare nefas? Item,

Ergo operum quoniam nudum certamen habetur,

Ouid. 13. *Metam.*

Ergo opera illius mea sunt,

Ibid. Ergo ædepol, si rectè facias me emittas manu, Plaut. *Men. sc.7. a.5.*

Ergo aut exilio vires subduxit Achiuis,

Ouid. 13. *Metam.*

Ergo vir delituit, pro autem.

Idem *Eleg.10. lib.3. Trist.* Ergo mirabar quod scapulæ gestibant, (id est, ideo.) Plaut. *Asin sc.2. a.2.*

Ergo vbi præclaros poscent tua facta triumphos,

Tibull. *lib.4.* Ergo sunt quæ exoptas. Plaut. *Asin. sc.1. a.5.* Ergo pulcher est, inquit, (i. sanè.) Idem *Mil. sc.1. a.1.* Ergo ob hoc verbum donabo profectò alicui. Idem *Most. sc.3. a.2.* (pro Atqui.) ¶ Quid ergo est? Senec. *cap.11. de tranq.* Ecastor ergo haud falsum somnium. Plaut. *Mil. sc.4. a.2.* Nulla ergo dicat, dotem attuli, (i.) tum, igitur. Idem *Aul. sc.5. a.3.* Ergo quin legis? Idem *Pseud. sc.1. a.1.*

Non ergo presso tellus consurgit aratro, (i. autem.)

Tibull. *lib.4.* Iam ergo hæc madebunt, (i. verò, vel autem.) Plaut. *Men. sc.2. a.2.* Itaque ergo. Liu. *lib.9. d.4.*

Ergo age tam longas, sed supprime Musa querelas.

(Mutantis sermonem.) Ouid. *lib.4. Fast.* ¶ Aliquando hortatius, ἀλλ' ἄγε. Virg. 2. *Æneid.*

Ergo age chare pater.

¶ Aliquando vim nominis habet, accipitùrque pro ablatiuo causa, siue gratia. ἕνεκα, in qua significatione circumflectit posteriorem, perpetuóque eam producit: quam alias habet indifferentem. Virg. 6. *Æneid.*

—— —— —illius ergò

Venimus, & magnos Erebi tranauimus amnes.

Sisenna *lib.3.* Milites vt lex Calphurnia concesserat, virtutis ergò ciuitate donati.

[Ergolabŭs, ἐργολάβος, qui opus faciendum suscipit, seu conducit, redemptor. ἐργολαβεῖν est redempturam facere.]

Ĕribœă, Ἐρίβοια. Dicta ab Homero Iuno, quasi buculæ molestia, quòd Io in bouem versam multis affecerit molestiis. Nam ἔρις contentionem, litem, siue molestiam significat: βοῦς, bouem. ¶ Est etiam hoc nomine vrbs Macedoniæ, teste Ptolemæo *lib.3. c.13.* Vulgò *Pressa.*

[Erica, frutex huius nominis, qui bis in anno floret.

Ericæus, a, um. Mel ericæum (ἐρείκαιον) quod ex erica colligitur.]

Ĕrĭcātēs, Viri cuiusdam Lycaonij nomen, à Messapo Turni comite interfecti, vt Virgilio placet, 10. *Æneid.*

Cædibus Alcathoum obtruncat, Sacrator Hydaspen:

Messapus Cloniúmque Lycaoniúmque Ericetem.

Interpretari potest, ira confractus. ἔρις ira, ἀγνύω, infringo.

Ericea, Ἐρίκεια Vicus Athenis in tribu Ægyde. Steph.

Ĕrīcē, es, vel Erica, æ, {ἐρείκη. ANGL. *Heath to make broomes on.*} Frutex est non multum à myrice differens, colore rorismarini, & folio non admodum dissimili. Flores emittit Autumni tempore, quum reliquæ omnes herbæ, & virgulta deflorucrunt, quare ab apibus præ florum aliorum inopia, maximè appetantur: fitque ex iis mel quod ericæum vocatur, syluestrem, & minimè probatum saporem referens. Autor Plin. *lib.24. c.9. & lib.11. c.16.*

Ĕrichtheŭs, Ἐρεχθεὺς, nomen proprium fuit Athenarum regis, quem Minerua è rure vbi natus erat, suscepit, educauit, & Atheniensi populo pro rege tradidit. Ab eo Athenæ Erichtheæ dictæ sunt. Virg. *in Ciri:*

Qualis Erichtheis olim portatur Athenis.

Ĕrichthŏnĭŭs, Ἐριχθόνιος, qui etiam Erichtheus dictus est, Atheniensium Rex, fuit ex semine Vulcani in terram proiecto editus. Vnde & nomen habet, ἀπὸ τῆς ἔριδος, καὶ χθονὸς, id est, ex certamine, atque humo. Nam quum Vulcanus diis arma fecisset, eique Iupiter optionem dedisset præmij quod vellet postulandi, iurasséque per infernam paludem se nihil negaturum: tum ille Mineruæ nuptias postulauit, quas quum Iupiter iuramento obstrictus, ei negare non posset, Mineruam tamen monuit repugnare, pudicitiámque defendere. Tum in illa colluctatione Vulcanum in terram profudisse aiunt semen, atque inde editum fuisse puerum draconum pedibus nomine Erichthonium: qui quum adoleuisset, vt pedum deformitatem tegeret, primus currus vsum adinuenit. Ouid. *Eleg. 1. lib.2. Trist.*

————natum de crimine virgo

Sustulerit quare matres Erichthonium.

Hanc fabulam refert Seruius in illud Virg. *Georg.*

Primus Erichthonius currus, & quatuor ausus

Iungere equos, rapidísque rotis insistere victor.

Ab eo populus Atheniensis Erichthonius dictus est. ¶ Erichthonius Dardani filius, pater Trois. Ouid. 4. *Fast.*

Ĕrichthō, Ἐριχθὼ, mulieris Thessalæ nomen est apud Lucanum *lib.6.* multitudine veneficiorum famosæ. Eo nomine vsus est Ouid. *in Epist. Sapphûs*, pro Furiæ cuiusdam infernalis nomine.

Illuc (inquit Sappho) *mentis inops, vt quam furialis Erichtho*

Impulit, in collo crine iacente feror.

Ericis portus. Ptolem. Liguriæ oppidum, Plinio Delphini portus.

Ericius, vide *Eritium.*

[Ericusa, Ptolemæo, insula Æonij maris, non procul à Corcyra, hodie *Paxo*, iuxta Bellonium *lib.2. Obseru. c.10.*]

Ĕrĭdănŭs, Ἠριδανός. Vulgò *Po.* Italiæ fluuius in Vesulo monte nascens, & per agrum Gallicum in mare Adriaticum influens. Hodie notiore nomine Padus appellatur. Eridanum autem dictum volunt ab Eridano Apollinis & Clymenes filio, qui à luce illius incendij quod bonam terrarum partem excussit Phaëthon cognominatus est. Hunc poetæ fabulantur, quum paternum currum regendum suscepisset, aurigandique imperitia orbem terrarum in discrimen adduceret, à Ioue fulmine ictum in Padum fluuium decidisse, eique Eridano nomen fecisse. Virg. quòd Italicorum omnium maximus sit, regem fluuiorum appellat. ¶ Est item Eridanus cœleste signum Arieti proximum. Cicer. ex Arato,

Namque etiam Eridanum cernes in parte locatum Cœli.

Ērīgĕrŏn, {ἠριγέρων. GALL. *Seneçon.* ITAL. *Cardoncello, spelicusa.* GERM. Creutzwurtz oder grindkraut. HISP. *Buen varon.* ANGL. *Ground' ell.*} Herba est cauliculis subrubicundis, specie & mollitia, trissaginem referens: ita dicta quòd Vere canescat, & quàm citissimè in albam quandam lanuginem abeat. Sonat enim erigeron Latinè Vernum senem. Vnde etiam hodie nonnulli *senecionem* vocant.

Ērĭgŏnē, Ἠριγόνη, Icarij filia fuit, teste Hygino, quæ ex dolore paternæ

necis

necis quem rustici temulenti occiderant, se ipsam suspendit, deorúmque miseratione in cælum translata, Virginis nomen obtinuit. Virg. 2. Georg.

Qua locus Erigonem inter, Chelásque sequentes
Panditur.

Erigŏnēĭus, adiectiuum, ἠριγόνειος: vt, Canis Erigoneius, apud Ouid. *lib. 5. Fast.*

Nocte sequente diem Canis Erigoneius exit.

id est, oritur Canis sydus cœleste. Vide Hyginum. Et canis erigones vocabatur Chimæra. Porrò quum eius vmbra regionem illam infestaret, ad iram mitigandam imagunculas ex cera confectas arboribus appenderunt, quod in Bacchi sacrificiis fieri consuetum est. Vnde Virg. *lib. 2. Georg.*

——————tibique
Oscilla ex alta suspendunt mollia pinu.

Erĭgo, is, erexi, erectum, ere, ab è & rego compositum, Eleuo, attollo, extollo, excito. {הקים *hokim.* ἀνίστημι, ἀνορθόω, ῶ. GALL. *Esleuer, hausser, dresser.* ITAL. *Drizzare, inalzare.* GERM. *Aufrichten.* HISP. *Alçar.* ANGL. *To raise vp, to lift vp, to aduance.*} Cicer. *pro Rosc. Amer.* Quem simul atque attigi, statim homo se erexit. Idem 1. *de Legibus.* Nam quum cæteras animantes abiecisset ad pastum, solum hominem erexit, & ad cœli quasi cognitionis, domiciliique pristini conspectum excitauit. ¶ Erigere manum, pro pugnare. Quint. ¶ Item, Erigor, pallium. Ouid. 13. *Metam.*

Erigor (animo) *& trepidos ciues exhortor in hostes.*

¶ Per translationem accipitur pro consolari & subleuare. Cic. *pro lege Manil.* Diffidentémque rebus suis confirmauit, afflictum erexit, perditúmque recreauit. ¶ Erigere ad spem, & in spem. Idem *pro domo sua,* Ciuitatémque fractam malis, metam, debilitatam, abiectam metu, ad aliquam spem libertatis & pristinæ dignitatis erexit. Sic 3. *Philipp.* Liu. 19. *bell. Pun.* Iis honoribus mollitus regis animus, erectúsque in spem propinquam sublato Syphace. Sic 3. *ab Vrbe,* Agrarij se in spem libertatis erexerant. ¶ Aliquem erigere, Ad diuitias & honores extollere. Ouid. *ad Pison.*

Mecœnas tragico quatientem pulpita gestu
Erexit Varium.

¶ Patriam erigere, id est, Celebrem reddere. Claud. 8. *Pan.*

Scilicet illa tui patriam præcepta Platonis
Erexêre magis, quàm, &c.

¶ In digitos erigi. Quint. *lib. 2. c. 3.* Vt statura breues in digitos eriguntur, & plura infirmi minantur.

Erectus, part. {מקום *mukám.* ὀρθωθείς, ἀνωρθωμένος. GALL. *Esleué, dressé.* ITAL. *Erto, dirizzato.* GERM. *Aufgericht.* HISP. *Leuantado, enhestado.* ANGL. *Raised vp, lifted vp right.*} Cicer. Ego vos ardentes & erectos ad libertatem recuperandam adhortabor. Idem *ad Brut.* Erectior senatus erat non sententiis solùm nostris, sed cohortationibus excitatus.

¶Erim Fest. Nec erim nec eum. Ergo *erim* pro eu, vt ancerem pro ancem, antiquo declinatu.¶

Erimantus, qui lites disseminando diuinat, ἔρις, lis, μάντις, diuinus. Iuuen.

————aut Dyspilus, aut Erimantus.

Erimum, ἔρειμον. Vrbs Oenotrorum in mediterraneis. Steph.

Erineos, ἐρινεός. Locus asper sub Ilij mœnibus à caprificorum, quos Græci ἐρινεοὺς appellant, multitudine dictus. Meminit huius loci Andromache, apud Hom. *Iliad.*

Erineum, ἐρινεόν. Vrbs in Doride à caprifico dicta, vt autor est Strab. ἐρινεός Steph. vrbs Doriensium sub Parnasso, dicitur etiam, ἐρινεοῦς. Est & alia Italiæ, & Achaiæ.

Erinna, ἤριννα, nomen poetriæ ex Teno vrbe Laconica, quæ floruit circa Olympiadem centesimam septimam.

Erinnys, ἐριννύς, vna Furiarum ita dicta, ἀπὸ τοῦ ἐρύειν τὸν νοῦν, hoc est, à corrumpenda mente. Virg. 1. *Æneid.*

————quò tristis Erinnys,
Quo fremitus vocat.

¶Erinnys ex tragœdia, Ἐριννὺς ἐκ τραγῳδίας: de fœdis auiculis, quales exibant è scena, repræsentantes Erinnyn. Ex Aristoph. Pluto.

Erionia, ἐριωνία. Regio circa Sardes quæ & Asia. Steph.

¶Eriophorus, laniger.

Eriopolium, ἐριοπώλιον, emporium lanæ, forum vbi lanum venditur.¶

Erioxylon, ἐριόξυλον, lana est quæ ab arboribus producitur. Vlp. *l. si cui lana. ff. de leg.* 3. Lana (inquit) legata, etiam leporinam lanam & anserinam, & caprinam credo contineri: & de ligno, quam Græci ἐριόξυλον, hoc est, lineam lanam appellant.

Eriphia, venéficæ & fascinatricis cuiusdam nomen fuit, de qua vide Erasmum *in Adagijs.*

Eriphia, ἐριφία, herba est septem lanuginosis ramulis apij modo foliata, purpureo flore, & eo quidem pereuni, semine fabaceo, totidem radiculis, quot ramis. Hanc magi prodidêre in auenas carabeum habere, sursum deorsúmque decurrentem cum sono hœdi: vnde & nomen accepit. Vide Plin. *lib. 24. cap. 18.*

Eriphyle, es, vel Eriphyla, æ ἐριφύλη. Nomen vxoris Amphiarai, & sororis Adrasti: quæ accepto à Polynice aureo monili, maritum latentem, ne ad bellum Thebanum, vbi se moriturum sciebat, proficisci cogeretur, Polynici prodidit. Virg. 6. *Æneid.*

His Phædram, Procrinque locis, mœstámque Eriphylen.

Cicer. 6. *Verr.* Eriphylam accepimus in fabulis ea fuisse cupiditate, vt quum vidisset monile ex auro, vt opinor, & gemmis, pulchritudine eius incensa, salutem viri proderet. Iuuen. *Satyr. 6.*

Occurrent multæ tibi Belides, atque Eriphylæ.

Eriphyssa, ἐρίφυσσα, insula vna ex Æoliis. Strab. *lib. 6.*

Erĭpĭo, is, Vt tollo, &c, vt ait Pomponius Iurisconsultus, aufero, adimo, extorqueo. {גזל *millit* חטף *hiffil.* ἐξαρπάζω, ἐξαιρέομαι. GALL. *Rauir, oster par force.* ITAL. *Rapire, torre per forza.* GERM. *Hinweg reissen, mit gewalt auß den händen zucken.* HISP. *Arrebatar.* ANGL. *To snatch and pluck away by force.*} Terent. *in Heaut.* Crucior bolum tantum mihi ereptum, tam subito de faucibus. Duplicem omnino habet constructionem. Interdum enim cum accusatiuo habet datiuum: & tunc ferè in malam partem accipitur, vt Vallæ placet. Eripere se contumeliis. Suet. *in Neron. cap. 48.*

Eripere ede Deam raptámque auferre per hostes.

Ouid. 13. *Met.* Eripiat me vobis supremus dies; Suet. *in Tib. c. 67.*

At postquam eripui eum ex hoste, fugit.

Ouid. 13. *Metam.* Eripe oculum isti, ab humero qui te tenet; Plaut. *Aten. sc. 2. a. 5.* Libertatem hostilis eripuit manus. Idem *Capt. sc. 2. a. 3.* Pulmentum ei pridem eripuit miluius. Idem *Aul. sc. 1. a. 1.* Eripui homines qui te ferebant sublimem. (i. Eripui te hominibus, qui homines te ferebant sublimem.) Ita Lambin. & Pareus. explicant hunc locum Plauti *in Men. sc. 8. a. 5.* Accurro, téque eripio vi pugnando, in gratiis. *Ibid.* Legibus eripere reum, (i. è reorum numero) Sueton. *in Neron.* Eripiet me vobis summus dies. Idem *in Tib. c. 67.* ¶ Aliquando verò cum accusatiuo habet ablatiuum, præcedente aliqua præpositione: & tunc sæpius in bonam partem accipitur, nonnunquam tamen etiam in malam. Sed hæc Vallæ differentia non est omnino vera. Nihil enim vsitatius est his locutionibus, Eripere aliquem morti, periculo, damno, dolis, & similibus, vbi certè quamuis accusatiuum habeat cum datiuo, in bonam tamen partem accipitur. Virg. 12. *Æneid.*

Accelera, & fratrem, si quis modus, eripe morti.

Plin. *in Epist.* Eripe me huic tormento. Eripere simpliciter vsurpatum, pro De periculis eripere. Virg. 3. *Æneid.*

Hos Helenus scopulos, hæc saxa horrenda canebat,
Eripite ô socij, pariterque insurgite remis.

Ereptus, a, um, Part. ἐξηρπασμένος, Cic. *pro Rosc. Amer.* Ipse assiduitate, consilio, authoritate, diligentia perfecit, vt S. Roscij vita erepta de manibus sectorū, sententiis iudicū permitteretur. Ereptus mortuus. Ou. *ad Liu.*

Obuia turba ruit, lachrymisque rigantibus ora,
Consulis erepti publica damna refert.

Sil. *lib. 1.* Erepto trepidus ductore exercitus. Ereptus filius (matri exilio.) Senec. *c. 14. de consol. ad Helu.* Ereptorum desiderio sumus iniquiores aduersùs relicta. Idem *c. 16. de consol. ad Mart.*

Erepti nobis ius habes illa loci. (illa sup. mens.)

Ouid. *Eleg. 2. lib. 4. Trist.*

Troia Rhœteo quem subter littore tellus
Ereptum nostris obterit ex oculis. (de mortuo.)

Catullus *ad Ortalum.*

¶Ereptum ire, pro eripere. Salust. *Iugurth. 113.*

Eris, ἔρις, litium Dea contentionis, quam fingunt.¶

Erisichthon, ἐρυσίχθων, vir impius fuit in Thessalia, qui quum Cereri nemus consecratum, præcipuè verò quercum in qua Nympha quædam succidisset, irata Ceres famem ad eum misit, quæ toto exhausto patrimonio, eō coëgit etiam vt propria membra ipse absumeret. Huic erat filia puella præstanti forma, nomine Metra, quam vbi prostituisset, adolescentes qui commeabant ad illam, varia munera deferebant: alius equos, alius boues, alius veruecès: nam id temporis nondum auri, argenti, gemmarúmve erat vsus. Porrò Thessali per iocum dicebant Metram Erisichthonis verti in eo ea omnia, quæ illi ab amatoribus filiæ donabantur. Atque hinc prouerbium, Mutabilior Metra Erisichthonis, μεταβλητικώτερος μήτρας τ' Ἐρυσίχθονος. In eum congruit, qui secum non constat, sed subinde aliam atque aliam personam sumit. Fabulam Erichthonis tractat Ouid. *lib. Metam. 6.*

¶Erisma, tis, ἔρεισμα, fulcrum obnitens, ab ἐρείδω fulcio.

Erithace, quo fauos extremos inter se apes conglutinant, Varro *lib. 3. de R. R. cap. 16.*¶

Erithăcus, i, {ἐριθακὸς. ANGL. *Robin redbrest.*} Auis est solitaria, formam & colorem mutans, cum nomine. Nam hyeme tantùm erithacus, æstate phœnicurus appellatur à puniceo caudæ colore. Autor Plin. *lib. 10. c. 20.* Theodorus ex Arist. *rubeculam* vertit.

Erithales, ἐριθαλὲς, herba est semper virens, quæ alio nomine sedum, siue sempeiuiuum minus appellatur. Vide Plin. *lib. 25. c. 13.*

Eritius, siue Ericius, vel potiùs Hetitius ἀπὸ τοῦ ἐρείω, i. attendo, id est, ὑπομένω, potiùs pendulæ Liuio, vnde vulgò *vne herce vel porte couliße*. Cæsar *de bell. ciu. lib. 3.* Erat obiectus portis Ericius. Salust. Saxaque ingentia & axe vincti orbes per produm incitabantur, axibúsque eminebant in modum Eritij militaris veruta binum pedum. Vbi à Grammaticis tamen exponitur machina militaris infestis vndique horrens telis, vt aculeis echinus.

Erithrotaones. Suet. *in Calig. c. 22.* (aliàs, tetraones).

Eritius, apud Cæsarem *lib. 3. de bell. ciu.* Cuius verba sunt apud Non. videtur fuisse munitionis genus, quum aut humi, aut aliqua in materia tela palive desigebantur non valdè remota à terra.

Erĭuo, as, Riuis factis educo, euacuo. {ἐξοχετεύω. GALL. *Enacuer & faire escouler par ruisseaux.* ITAL. *Scolare per condutti, vuotare.* GERM. *Das wasser in gräblin hinauß richten.* HISP. *Vaziar legua.* ANGL. *To mak empty and voyd by a riuer.*} Plin. *lib. 17. c. 20.* Cæterùm maiore in parte orbis etiam pluuias Autumni aquas eriuari conuenit.

Ero, ἡρώ, puella formosissima ex Sesto Thraciæ vrbe, ad Hellespontum sita, & Veneris sacerdos: cuius mutuo amore correptus Leander Abydenus adolescens, noctu eius causa Hellespontum solebat traiicere. Verùm quum aliquando nimio amatæ desiderio, mari tempestatibus agitato se commisisset, viribus destitutus, submersus est. Cuius cadauer quum fluctuum impulsu Sestum esset delatum, Ero doloris impatientia ex editissima sese specula in mare præcipitauit. Musæus horum amores elegantissimo carmine exequitur.

Erodius, ἐρωδιὸς Homero, auis est quæ in coitu sanguinem exudat: vnde nomen impositum creditur. Quænam tamen auis sit, non satis conuenit inter scriptores. Suidas enim ciconiam putat esse, aut aliquam ciconiæ similem, putátque erodion dictam quasi elodion, quòd scilicet in paludibus versetur. August. fulicam esse credit, Theodorus ardeolam.

Erōdo, is, ere, Rodo. {ἀποτρώγω, ἐκτρώγω, διατρώγω. GALL. *Ronger autour.* ITAL. *Rodere.* GERM. *Benagen.* HISP. *Roer.* ANGL. *To gnaw of.*} Plin. *lib. 11. c. 29.* Omnia verò morsu erodunt. Col. *lib. 10.* Nec solùm teneras audens erodere frondes. Erosus sale, Plin. *lib. 12. c. 9.*

Erœadæ, ἐροιάδαι, vicus in tribus Hippothoontide. Steph.

Erŏgenĕton, ἐρωγένητον, herba est sic dicta quòd amatoriis conueniat, γεννάω enim, & γεννάω gigno & ἔρως amor dicitur.

Erogito,as,are. Vehementer rogito. Plaut. *Capt. sc. 2. a. 5.* Volo erogitare ex hoc quid factum filio.

Ĕrŏgo,as, Distribuo,& expendo. {חלק *chalák.* διαδίδωμι. Gall. *Eslargir, distribuer, donner à celuy qui demande.* Ital. *Distribuire, spendere.* Germ. Außgeben/außspenden. Hisp. *Distribuir y dar al que ruega.* Angl. *To giue or bestowe, to spend, to laye out.*} Plin. *Epist. 240.* Deinde quam ipsi erogare in oleum soliti, parati sunt in operibus balinei conferre. Erogare pecunias ex ærario. Cic. *in Vatinium,* Vnde in eos sumptus pecunia erogaretur, Liu. 1. *ab Vrbe.* ¶ Inuenitur etiam exrogare, quod est (vt Festus inquit) ex lege vetere per nouam legem eximere.

Ĕrŏgātŭs, particip. {מחלק *nechálak.* ἐκδοθείς, ἐξοδιασθείς. Gall. *Distribué.* Ital. *Distribuito.* Germ. Außgegeben/außgetheilt. Hisp. *Distribuido.* Angl. *Spended, bestowed.*} Vt pecunia publica ex ærario erogata. Cic. *Verr. 5.*

Ĕrŏgĭtŏ, as, {עתר *hathár.* ἐπιδέομαι, ἐκλιπαρέω. Gall. *Fort prier & souuent.* Ital. *Pregare instantemente.* Germ. Hefftig vnd trungenlich bitten. Hisp. *Con instancia y muchas vezes rogar.* Angl. *To pray or requeste much or often.*} Vehementer rogo. Plaut. *Capt.*—interibi ego ex hac statua verucea volo Erogitare meo minori quid sit factum filio.

Ĕrŏgātĭo, verbale, distributio. {מחלקת *machalokéth.* ἔκδοσις, ἐξοδιασμός. Gall. *Distribution, donaison, despense, largesse.* Ital. *Distributione, despensa.* Germ. Außgebung/außtheilung/außspendung. Hisp. *Aquella distribucion al que ruega.* Angl. *A geuing or bestowing.*} Vt erogatio pecuniæ. Cicer. *ad Attic. lib. 15.* Plin. *in Paneg.* Vt tot impendiis, tot erogationibus sola sufficiat. Atque hic in malum sumitur, quemadmodum apud Suet. plerisque in locis, nempe pro largitionibus & profusionibus pecuniarum.

‖Eroina, A. xxxi. sub P. Constantinopolitano.‖

Eropia, insula, vna ex Cycladibus, aliter Acis: & postea Syphnus appellata.

Eropolistides, nomen apud Plautum, quo significatur ob amorem vendita, ἔρως, amor, πωλῶ vendo.

Ĕrōs, {עגבה *haghbáh.* ἔρως. Gall. *Amour.* Ital. *Amore.* Germ. Liebe. Hisp. *Amor.* Angl. *Loue.*} Amor, Latinè. vnde erotica carmina, id est, amatoria. ¶ Fuit etiam nomen Comœdi, huius meminit Cicero *in Oratione pro Roscio Comœdo.*

Ĕrōtēmă, atis, Græca dictio, Latinè Interrogatio. {ἐρώτημα. Gall. *Interrogation.* Ital. *Interrogatione.* Germ. Ein frag. Hisp. *Pregunta de respuesta.* Angl. *An interrogation.*} ¶ Est item Erotema Aquilæ figura quædam, quam Cic. interrogatum vertit: qua vtimur, vbi exacerbando aliquid interrogamus vt exaugeamus rei inuidiam. Differtque à pysmate, hoc est, à quæsito, quòd ad erotema vna voce responderi possit negando, vel confitendo: ad pysma verò nonnisi pluribus.

Ĕrōtĭum, ij, ἐρώτιον, mulierculæ nomen est apud Plautum per diminutionem: ἀπὸ τοῦ ἔρωτος, hoc est, ab amore detortum. ¶ Erotium item Græcis Cupidinis imaginunculam significat.

Ĕrōtylus, ἐρώτυλος, gemma eadem quæ mepicoros, & hieromnemon dicitur: à Democrito præcipuè laudata in argumentis diuinationum. Autor Plin. *lib. 37. cap. 10.*

‖Errhinum, ἔρρινον, quod naribus inditur.‖

Erro, as, are, ab ἔρρειν. Ἔρρω, est ægrè eo, Vagor, labor, errore ducor, pecco, offendo. {תעה *tahâh* נדד *nadhádh* נוד *nudh* שגה *schagháh.* ἀποπλανάω, πλανάω. Gall. *Aller çà & là, s'esgarer, se forvoyer.* Ital. *Errare, fallire.* Germ. Irren/oder irr gehn. Hisp. *Errar.* Angl. *To stray abrode or, erre, to wander, to be deceiued.*} Virg. 1. *Æneid.*

——Heus, (inquit) iuuenes, monstrate, mearum
Vidistis si quam hic errantem fortè sororum.

Cic. 3. *Tuscul.* ex Homero,

Qui miser in campis mœrens errabat Aleis.
At non per dubias errant mea carmina laudes.

Tibull. *lib. 4.*

Ille per ignotas audax errauerit vrbes,

Ibid. Ecastor erras, quæ illum expectes virum, Plaut. *Mostell. sc. 3. a. 1.* Errauerunt sæpe circa nos pericula, Senec. *c. 11. de tranquill.* Ne erres, non rupturus sum, Plaut. *Capt. prolog.* Ne tu erres, præter hac mihi non facies moram. Idem *Mostell. sc. 1. a. 1.* Ne erretis, hæc duarum feret imaginem. Idem *Milit. sc. 1. a. 2.* Adulescens, erras. Quid erro? Idem *Men. sc. 7. a. 5.* Eam sentio errare. *Ibid. sc. 2. a. 3.*

——Errantes fértque refértque pedes,

Ouid. 6. *Fast.*

Sed tamen errabant etiam tunc tempora, (de ordinatione anni.)

Idem 3. *Fast.*

Protinus erratis læti vescuntur in agris,

Ibidem,

Quò feror? Immensum est erratas dicere terras,

idem 4. *Fast.* ¶ Erraturi postero die per eadem vestigia (discursando.) Senec. *c. 12. de tranquill.* ¶ Sed quoniam pecudes errando, id est, vagando pascuntur, errare ponitur pro pascere. Virg. 3. *Eclog.*

Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ.

Erroris egò illos & dementiæ complebo. Plaut. *Amph.* Reduxit me ex errore in viam (suo viatico.) Metaph. Idem *Pseud. sc. 3. a. 2.*

——Qui me deceperit error, Dicite,

Ouid. *Eleg. 7. lib. 1. Trist.*

Principiúmque mei criminis error habet,

idem *Eleg. 6.*

Nec tamen errori vita negata meo est,

idem *Eleg. 8. lib. 4. Trist.*

——Mihi longis erroribus acto,

Idem *Eleg. vlt. lib. 4. Trist.* ¶ Errare aliquando est putare, vel approbare verum esse quod falsum est, vel falsum esse quod verum est: vel certum pro incerto, siue falsum, siue verum sit, σφάλλεσθαι, πλανᾶσθαι. Vnde sciendum quòd licet quis absque ignorantia errare nequeat, non continuò qui aliquid nescit, errare: sed qui se existimat scire quod nescit, & falsum pro vero, siue incertum pro certo approbat. Quæ tamen significatio metaphorica est. Cic. 12. *Philipp.* Cuiusuis est hominis errare, nullius nisi insipientis perseuerare in errore. Idem 5. *Verr.* Errauit, an potiùs insaniuit Apronius? Ter. *Andr.* Huic, non tibi habeo, ne erres. Idem *in Eunuch.* Quid tu his rebus credis fieri? tota erras via. Erratur, pass. Cic. 4. *de fin.* Si aut res ignoratur, aut erratur in nomine. Hinc Erratus, a, um, Particip. pass. Virg. 3. *Æneid.*

Talia monstrabat relegens errata retrorsum
Littora Achamenides.

Ouid. 3. *Fast.*

Protinus erratis læti vescuntur in agris,

id est, quos errando lustrauerant. ¶ Composita sunt Aberro, Deerro, Oberro, Pererro, Exerro: quorum significata vide suis locis.

Ĕrrŏr, is, vt scribit D. Augustinus *in Ench.* est existimatio, vel approbatio veri pro falso, & certi pro incerto, vel è conuerso. {נדוד *nedhúdh* שלו *schalú* משגה *mischghéh.* πλάνη. Gall. *Erreur, esgarement, fouruoyement, faute faite par ignorance.* Ital. *Errore, fallo.* Germ. Irrthumb/fehl. Hisp. *Error.* Angl. *An errour, a straying abrode.*} Cicer. 1. *Acad.* Omnes enim qui ad illa arma fato sumus nescio quo Reipub. misero, funestóque compulsi: etsi aliqua culpa tenemur erroris humani, à scelere certè liberati sumus. Horat. *in art.*

Quid deceat, quid non: quò virtus, quò ferat error.

¶ Propriè autem error est deflectio à via, quum scilicet viæ ignari, extra iter institutum deflectimus. ¶ Inter errorem & errationem hoc interesse Donatus existimat, quòd error animi sit: erratio, pedum, ἀποπλάνησις. Terent. *in Adelph.* Sanè hàc multò propiùs ibis, & minor est erratio, id est, minus est spatij quo erres. Cicer. *de Vniuers.* Itaque cum ab omni erratione liberauit.

Ĕrrābundŭs, i, Affatim, vel valdè errans, vagabundus. {נודד *nodhédh* נד *nádh.* πλανώμενος, ἀλητεύων. Gall. *Vagabond, qui va errant çà & là.* Ital. *Errabondo, vagabondo.* Germ. Irrend/vmbschweiffend. Hisp. *Vagamundo, erradizo.* Angl. *That wandreth much, a vagabond.*} Liu. 1. *ab Vrbe,* Quum nunc in liminibus starent, nunc errabundi domos suas, vltimùm illas visuri, peruagarentur. Virg. 6. *Eclog.*

Si quà fortè ferant oculis sese obuia nostris
Errabunda bouis vestigia.

Vide Gellium *cap. 15. lib. 11.*

Ĕrrātĭcus, a, um, Vagabundus, qui scilicet certa sede carens, errat & vagatur. {נודד *nodhédh* נד *nadh.* πλανητικός. Gall. *Errant, vagant çà & là.* Ital. *Erratico, errante.* Germ. Vmbschweiffig. Hisp. *Erradizo.* Angl. *That wandreth or strayeth much.*} Gell. *lib. 2. cap. 2.* Interibi aliquot ex iis quæ aderant, erraticum esse hominem dicere, & nullius rei, incolámque sordentium ganearum. Hinc etiam herbæ erraticæ, & frutices erratici dicuntur qui non sunt satiui, sed vbique sua sponte latè serpunt. Plin. *lib. 19. c. 8.* Est & erraticum intubum quod in Ægypto cichorium vocant. Sic Erratica brassica apud Colum. Erraticæ stellæ, Gell. *cap. 10. lib. 3. & cap. 1. lib. 14.*

‖Erratica, febris quæ extra horas consuetas inuadit.‖

Ĕrrātum, i, Peccatum. {שלו *schalú* אשם *aschám.* σφάλμα, πλάνημα. Gall. *Faute promptement prouenue par ignorance.* Ital. *Errore, peccato.* Germ. Ein sünd/fehl. Hisp. *Yerro, y error.* Angl. *A fault comming of ignorance.*} Cic. *Tironi,* Tantum mihi dolorem cruciatúmque attulerunt errata meæ ætatis, vt non solùm animus à factis, sed aures quoque à commemoratione abhorreant. Idem 2. *de lege Agrar.* Cui errato nulla venia, rectè facto exigua laus.

Ĕrrātĭo, verb. Error, {מנוד *menód* נדוד *nedúdh.* τὸ πλάνημα, ἡ πλάνησις. Gall. *Fouruoyement, esgarement.* Ital. *Esso errare.* Germ. Irrthumb/mißtritt. Hisp. *Obra de errar.* Angl. *A wandring, a straying abrode.*} Terent. *Adelph.* Sanè hàc multò propiùs ibis, & minor est erratio. Cic. 2. *de nat. deor.* Nulla igitur in cælo nec fortuna, nec temeritas, nec erratio, nec vanitas inest: contráque omnis ordo, veritas, ratio, constantia. Idem *de Vniuers.*

Errantia, æ, idem. Accius *Neoptolemo,* Satis iam dictum est, neque ego errantia animi prauè morigerabor. Nonius. Antiquum.

Ĕrrōnēs, qui incertis sedibus vagantur. {נודדים *nadhim.* πλανῆται, ἀποπλανώμενοι, ἀλῆται. Gall. *Vagabonds, errans.* Ital. *Vagabondi, vaghi, erranti.* Germ. Vmbschweiffer, vaganten. Hisp. *Vagamundos, erradizos.* Angl. *Vagabondes.*} Tibullus,

Atque iterum erronem sub tua signa voco.

Sappho apud Ouid. *in Epist.*

Nec vos erronem tellure admittite nostrum.

Vlpiano Errones appellantur serui qui non quidem fugiunt, sed frequenter sine causa vagantur, & tempore in res nugatorias consumpto, seriùs ad dominum redeunt. Errones, stellæ erraticæ dicuntur. Gell. *cap. 10. lib. 3. & cap. 1. lib. 14.*

Ĕrrōnĕŭs, qui vagatur, erro. {נודד *nodhédh* נד *nadh.* πλανήτης, πλάνης. Gall. *Vagabond.* Ital. *Vagabondo.* Germ. Vmbschweyffer. Hisp. *Vagamundo.* Angl. *A vagabond.*} Col. *lib. 7. c. 12.* Maximè autem debent in custodia vigilaces conspici, nec erronei, sed assidui & circumspecti magis, quàm temerarij. de canibus loquitur. Vlpian. *in l. ædiles, de ædilit. edict.* Si aleator erroneus, vel vinarius sit factus.

Ĕrŭbēsco, is, propriè significat rubore suffundor, rubeo. {בוש *bosch* חפר *chaphár.* ἐρυθριάω. Gall. *Rougir de honte, auoir honte & vergongne.* Ital. *Arrossire.* Germ. Schamrot werden. Hisp. *Vergonçarse.* Angl. *To blushe or be ashamed.* Ouid. 2. *Amor. Eleg. 6.*

Sensi te totus erubuisse genis.

Idem *Eleg. 1. lib. 3. Trist.*

Erubui domino cultior esse meo.

¶ Et quia quos alicuius rei pudet, ferè rubore suffunduntur, factum est vt erubescere accipiatur pro pudore suffundi. Cicer. 1. *de legib.* Erubescunt pudici etiam loqui de pudicitia.

Ērūcă, æ, ab erodendo, vel ab esu, vel ab vrendo, vel ab hærendo. Genus vermis qui in olerum folia repit, abroditque, præsertim brassicas. {גזם *ghazám.* κάμπη. Gall. *Chenille, chatepelouse.* Ital. *Ruga verme.* Germ. Ein raup/grasswurm. Hisp. *La oruga, gusano.* Angl. *A canker a worme that commonly eateth colewortes.*} Vnde etiam ab erodendo eruca appellata est. Colum. *lib. 11.* Vbi verò apricis regionibus, post pluuias, noxia incrèscerunt animalia, quæ à nobis appellantur Erucæ, Græcè autem κάμπαι nominantur, vel manu colligi debent, vel matutinis temporibus frutices olerum concuti. Sic enim adhuc torpent

nocturno

nocturno frigore, si deciderint, non amplius in superiorem partem prorepant. ¶ Est etiam herba quædam virtutis calidæ, quæ Venerem excitat. {εὔζωμον. GALL. *Herbe nommee Requette.* ITAL. *Ruchetta.* HISP. *Oruga yerua.*} Ouid. *de remedio amor.*

Nec minùs erucas iubeo vitare salaces.

Colum. *lib.*10.

Excitet vt veneri tardos eruca maritos.

ĒRŪCTO, as, est frequentatiuum verbi erugo, is. {יַבִּיעַ *hibbiah.* ἐξερεύγω. GALL. *Roter, ietter & mettre hors.* ITAL. *Ruttare, ruttezziare.* GERM. Herauß gölbsen. HISP. *Echar regoldando.* ANGL. *To bealke or break vynde out of the stomache, to cast out.*} Erugere enim (vt Festus docet) semel factum significat, eructare, sæpiùs. Est autem eructare, ructando aliquid eiicere. Horum omnium primitiuum est vetus verbum rugo, is, ruxi, ructum. Vnde fit ructus, us, quod crudi stomachi sonitum significat, quem edere solent qui plus æquo onerarunt ventriculum. ἐρυγή. Item Ructo, ctas, quod est sonitum eiusmodi edere. ἐρεύγω. Iuuenal.

Si benè ructauit, si rectè minxit amicus.

¶ Pro eodem etiam nonnunquam inuenimus Ructor deponens. Horat.

Hic dum sublimes versus ructatur.

¶ Hinc rursus fit secundum frequentatiuum ructito. Col. *lib.*7. Gemitus exprimit, locóque stare non patitur: sæpe decumbere & ructitare cœpit, caudámque crebriùs agere. ¶ Eructare autem propriè (vt iam diximus) significat ructando aliquid emittere, vel eiicere. Virg. 3. *Æn.* de Polyphemo,

——— *Saniem eructans, ac frusta cruento*

Per somnum commista mero.

¶ Per translationem tamen accipitur pro quouis modo eiicere. Virg. 6. *Æneid.* de Acheronte,

——— *vastáque voragine gurges*

Æstuat, atque omnem Cocyto eructat arenam.

¶ A ructo fit etiam alterum compositum Irructo.

Ēructātio, ἐρυγή vel ἐξερευγμός. Iulius Firmicus *lib.*4. *Mathes.* Quos intrinsecus dolor collectus assidua eructatione discruciat.

Eructus, a, um, Gell. *cap.*7. *lib.*11. Furfureum panem esitare, vinum eructum & fœtidum potare, (id est, fæcem vini. GALL. *Les lies ou bassieres du vin.*)

ĒRŪDĔRO, as, Ruderibus expurgo. {סִקֵּל *sikkél.* ἐξερειπόω. GALL. *Nettoyer de toutes pierres, plastras & autres matieres de vieux edifices.* ITAL. *Purgare, nettare vn campo di pietre & altre lordure.* GERM. Säubern vom vnrath vnnd gemüsel so ein alt zerbrochen gmeür gibt als stein/kalch/ &c. HISP. *Limpiar la vassura ò pozo, despedrar.* ANGL. *To tak away rubbell or rubbish of auld houses.*} Sunt autem rudera, purgamenta, puta, cæmentum, lapides confracti, arena, calx, & huiusmodi ex ruinis congesta. Hinc ruderatur ager, qui veterum ædificiorum materiâ scatet. Euderare itaque est purgare, & rudera eiicere. 2. *de re rust. cap.* 12. Solum oportet esse eruderatum, & procliuum, vt euerri facile possit.

ĒRŪDĬO, is. Ex rudi decoctum facio, doceo, instituo, expolio, imbuo. {לִמֵּד *limmádh* אִלֵּף *illéph* הִשְׂכִּיל *hischkil* יִסֵּר *jisár.* στοιχειόω, παιδεύω. GALL. *Enseigner, endoctriner, instruire.* ITAL. *Ammaestrare, instruire.* GERM. Vnderweisen/lehren. HISP. *Enseñar doctrina.* ANGL. *To teach, to instruct.*} Cic. 1. *Tusc.* Philosophia verò omnium mater artium quid est aliud nisi, vt Plato ait, donum: vt ego, inuentum deorum? Hæc nos primùm ad illorum cultum, deinde ad ius hominum, quod situm est in generis humani societate, tum ad modestiam, magnitudinémque animi erudiuit. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

——— *Romanas erudiúntque nurus,* (i. amare docent.)

Idem 3. *Fast.*

Illa etiam stantes radio percurrere telas

Erudit, (i. docet.)

Ērŭdītio, Doctrina, institutio. {אֻלְפָן *lekách.* παίδευσις, παιδεία. GALL. *Erudition, sçauoir, instruction, enseignement.* ITAL. *Dottrina, scienza.* GERM. Verständigkeit/kunst/erste lehr. HISP. *Enseñança de doctrina.* ANGL. *Erudition, cunning.*} Cicer. 1. *de finib.* Nullam eruditionem esse duxit, nisi quæ beatæ vitæ disciplinam iuuaret. Idem 1. *Academ.* Sine eruditione Græca intelligi non possunt. Idem 2. *de Orat.* Omnis eruditionis expers, atque ignarus.

Ērŭdītus, particip. Edoctus, institutus. {מְלֻמָּד *melummádh.* πεπαιδευμένος, ἐπιστήμων. GALL. *Appris, sçauant, endoctriné, instruict.* ITAL. *Ammaestrato.* GERM. Gelehrt. *Enseñado en doctrina.* ANGL. *Instructed, taught.*} Cic. *Qu. Fratri, lib.* 1. Sic verò fallaces sunt permulti, & leues, & diuturna seruitute ad nimiam assentationem eruditi. Idem 3. *de Orat.* Nónne Socraticis erant disputationibus eruditi? Gell. *c.*21. *lib.* 2. Græcas res eruditi.

Ērŭdītŭs, nomen, Doctus, sciens, literatus. {לִמּוּד *limmúdh.* πεπαιδευμένος, λόγιος, ἀστεῖος. ANGL. *Learned cunning.*} vt, Erudita operatio, id est, scitè facta. Plin. *lib.*11. *c.*24. Tertium araneorum genus erudita operatione conspicuum. Eruditus puluis pro Mathematicis disciplinis. Disciplina iuris ciuilis eruditissimus, Cic. 1. *de Orat.* Colum. *lib.* 8. *c.* 16. Doctáque & erudita palata fastidire docuit fluuialem lupum. Quintil. *lib.*1. *c.*5. Hoc eruditiùs quæritur. Vide *Doctus* in *Doceo.*

Ērŭdītē, & Eruditiùs aduerbia. {ANGL. *Learnedly, cunningly.*} Columell. *Agricultura lib.* 1. *cap.* 1. Duo volumina similium præceptorum de vineis Iulius Græcinus conscripta facetiùs & eruditiùs posteritati tradenda curauit.

Ērŭdītŭlus, i, diminutiuum. {ANGL. *Somewhat learned, a litle smat terer in learning.*} Catull. *in Mamurra & Cæs.*

Morbosi pariter, gemelli vtrique

Vno in lectulo, erudituli ambo.

ĒRŪGO, as, are; Cutem extendo, & rugas tollo. {ἐκρυτιδόω. GALL. *Oster & faire en aller les plis & rides.* ITAL. *Distendere, leuar via le grinze.* GERM. Die runtzlen vertreiben. HISP. *Desarrugar, quitar arrugas.* ANGL. *To tak away wrinckles.*} Plin. *lib.*21. *c.*19. Lichenas, & lepras, & furfures in facie emendant: erugant corpora.

Ērūgātio, verbale, quo vsus est Plin. *lib.*28. *c.*21. {ἐκρυτίδωσις. GALL. *Desridement, ostement de rides.* ITAL. *Esso cacciare la rugine.* GERM. Vertreibung der runtzlen oder rumpfen. HISP. *Obra de desarrugar y quitar las arrugas, desarrugamiento.* ANGL. *A taking away of wrinkles.*}

Ēruilia, æ, genus est leguminis, folio quam faba longiore, flore apibus gratissimo: ideo rei rusticæ scriptores circa aluearia seri præcipiunt, ὄροβος. Colum. *lib.* 1. Saserna putat agros stercorari lupino, faba, vicia, eruilia.

ĒRUMPO, is, cum impetu egredior, eruptionem facio. {בִּלְקַע *bilkach* פָּרַץ *parats.* ἐξορμάω. GALL. *Saillir, & sortir auec violence & impetuosité, faire vne saillie.* ITAL. *Vscire fuori con impeto.* GERM. Außhin brechen/hinauß fallen. HISP. *Salir con impetu.* ANGL. *To brust out or to break out with force.*} Cæs. 1. *bell. ciuil.* Quò paratiores essent ad insequendum omnes, siue noctu, siue interdiu erumperent. Cæs. 2. *de bell. ciu.* Si se foras erumpunt. In eas (naues) doloris iracundia. Idem 3. *de bell. ciuil.* Per obstantia erumpit lumen dicendi. Quint. Cic. 1. *in Catilinam,* Sed nescio quo pacto omnium scelerum, ac veteris furoris, & audaciæ maturitas in nostri consulatus tempus erupit. Erumpere ad pugnam. Col. *lib.* 9. *c.* 4. *de Apibus.* Erumpere ab aliquo. Ouid. *in Ibin,*

——— *Stygiis erumpere nitar ab oris.*

¶ Erumpere ex. Cic. *pro Sylla,* Coniuratio ex latebris atque ex tenebris erupit. ¶ Erumpet in neruum isthæc fortitudo. Terent. *Phorm.* O vir fortis atque amicus: verùm hoc sæpe Phormio Vereor, ne isthæc fortitudo in neruum erumpat. Vbi Donatus, Ex consuetudine Romana dixit, quia sæpe in neruum conciiciebantur ex aliquo maleficio in carcerem missi. An prouerbium à sagittariis natum est, quod immoderatè plerumque vires, adducendo arcu non telum incitent, sed neruum rumpant? an ex eo quòd sæpe fortiùs ferientes, neruum sibi aliquem lædant? Ergo fortitudine nimia sæpe vinci, sæpe decipi contingit. Inuenitur interdum actiuè positum cum accusatiuo à tergo. Terent. *in Eunucho,* Iámne erumpere hoc licet mihi gaudium?

Ērūptĭo, verbale, quæ propriè dicitur cùm milites ex vrbe, vel ex castris impetum in hostes faciunt. {פֶּרֶץ *perets.* ἐξορμή, ἐκδρομή. GALL. *Saillie ou sortie auec impetuosité.* ITAL. *Lo assalire con impeto.* GERM. Ein außbruch/das außhin fallen. HISP. *Aquella obra de salir con impetu.* ANGL. *A brusting or breaking out.*} Cæsar 2. *bell. ciu.* Non solùm ab eruptionibus caueant, sed etiam singulorum hominum occultos exitus obseruent. Quint. Velut eruptione pugnare.

Ērunco, as, Herbas noxias & spinas, frutetaque euello. {ἐκβοτανίζω. GALL. *Sarcler, arracher les herbes inutiles qui croissent en quelque champ parmi les bonnes.* ITAL. *Purgare, ò tirar via l'erbe.* GERM. Außreuten. HISP. *Roçar ò arrancar las yeruas.* ANGL. *To weede or pluk up weedes.*} Antiqui enim, teste Festo, runcam dicebant quæ deinde runcina cœpit vocari, hoc est, instrumentum ferratum quo radices spinæque in agris solent excindi. Hinc verbum runcare, & compositum eruncare.

ĒRŪO, is, eiicio, extraho. {הוֹצִיא *hotsi* חִלֵּץ *chilléts.* ἐξερύω, ἐξορύσσω. GALL. *Tirer hors, arracher de parmi, demolir.* ITAL. *Cauare, strare.* GERM. Außreissen/außziehen/herfürziehen. HISP. *Sacar à fuera lo escondido.* ANGL. *To drawe out with force by the rootes.*} Col. *lib.* 7. *c.* 5. Subluuies & intertrigo pice per se liquida, vel alumine & sulphure atque aceto mistis ritè eruentur. Plin. *lib.* 11. *cap.* 37. Certè nulli sine redundantia eius eruitur oculus. Senec. Eruentur tibi oculi. ¶ Eruere aliquem in eloquentiam & libertatem. (i. eius scripta edere.) Idem *c.* 1. *de cons. ad Mart.* & Suet. *c.* 9. Eadem illa carmina sacerdos Iouis Cluniæ ex penetrali somnio monitus eruerat. ¶ Interdum est in totum destruere. ἀνατρέπω. Lact. *lib.* 7. Eruentur funditùs ciuitates. Virg. 2. *Æneid.*

——— *Troianas vt opes, & lamentabile regnum*

Eruerint Danai.

¶ Est etiam eruere, perscrutando inuenire, & veluti ex abditissimis latebris in lucem proferre. Cicer. *pro Murena,* Ex animalium vetustate eruenda est memoria nobilitatis tuæ. Sic idem 2. *de Orat.* dixit, Cura & cogitatione aliquid eruere: hoc est, inuestigare & inuenire. Idem 1. *Tusc.* Si verò scrutari vetera, & iis ea, quæ scriptores Græciæ prodiderunt, eruere coner, &c.

[Erus, seruus, ab antiquo Græco. ἔρος.]

Eruum, ab ἐρέβινθος, authore Festo. {GALL. *Ers.* ITAL. *Mocho.* GERM. Rosswicke. HISP. *Yeruos, hieruos, cizilaon, euilluqua.*} Genus leguminis, siliqua cylindracea, fructu lignoso, nec lenticulæ dissimili: cuius duo sunt genera, alterum candidum: alterum rufum. Candidum dulcedine præstat. Vtrunque in siliquis grana sine septo habet, quæ se inuicem ipsa tangant. Siliquæ forma teres, & ad rationem grani clyndracea. Patientissimum vetustatis est: in eo tamen phalangium innascitur. Col. Eruum lætatur loco macro, nec humido: quia plerunque corrumpitur. Virg. 1. *Eclog.*

Eheu quàm pingui macer est mihi taurus in eruo.

Plaut. *Most. sc.* 1. *a.* 1. Eruum datur in eitis bubus quod feram. *Ibid.* Eruum tibi cras aliquis feret. Dictum eruum ab eruendo: capitur enim & manu vellitur. Hoc semen à Delphinatibus, apud quos abundat, illorum lingua vocatur *Des ers.*

Ērycīnus, ἔρυξ, à Cicer. 4. *Verrina* appellatur Siciliæ mons quem Strabo & alij Erycem vocant. Non enim (inquit) Quæstor petit (vt est consuetudo) is qui Erycum montem obtinebat. Et *paulò pòst in eadem actione,* Hoc de homine, ac de huius bonis etiam in Eryco monte monumentum posuisti. Vide plura in dictione *Eryx.*

Ērycīna, æ, Ἐρυκίνη, Veneris cognomentum est ab Eryco Siciliæ monte, in quo religiosissimè colebatur. Ouid. 2. *Amorum,*

Quid geminas Erycina meos sine fine dolores?

Vide Cic. *in Diuin. in Verrem.*

Erygion, Aloe, Dioscor. *lib.* 3. *cap.* 4.

Ērymanthus, Ἐρύμανθος, mons Arcadiæ, in quo aprum agrorum vastatorem Hercules domuit, viuúmque in humeris ad Eurystheum detulit, quo conspectu, Eurystheus in æreo se vase abscondit. Virg. *lib.* 8. *Æneid.*

Fixerit æripedem ceruam licet, aut Erymanthi

Placarit nemora, & Lernam tremefecerit arcu.

¶ Est & fluuius hoc nomine in Alpheū defluens, vt ostēdit Plin. *lib.* 4. *c.* 6.

Ērymanthēus, a, um: vt, Monstrum Erymantheum. Valer. 1. *in Arg.* Quique Erymanthei sudantem pondere monstri Amphitryoniadem, &c.

Ērymanthĭus, a, um, vt Aper Erymanthius: Cic. 6. *Verr.* Aiebant in labores

Herculis non minus hunc immanissimum Verrem, quàm illum aprum Erymanthium referri oportere.

Erymanthis,idos,aliquando legitur pro ipsa Arcadia.Ouid.2. *Metam.*

Nexilibúsque plagis syluas Erymanthidas ambit.

¶Erymanthis vrsa,dicta est Callisto Lycaonis filia,quæ versa est in vrsam:vt docet Ouid.*lib.2.Metam.*¶ Custos Erymanthidos vrsæ,Arctophylax.Idem 2.*Trist.Eleg.*3.

Tingitur Oceano custos Erymanthidos vrsæ.
Æquoreásque suo sidere turbat aquas.

Idem *Eleg.*10.*lib.*1.*Trist.*

Fuscabátque diem custos Erymanthidos vrsæ.

Idem *Eleg.*20.*lib.*1.*Trist.*

Proxima sideribus tellus Erymanthidos vrsæ.

Idem *ibidem Eleg.*4.*lib.*5.

Suppositum scelus Erymanthidos vrsæ.

Erymna, ἐρύμνα, vrbs Lydiæ,Trallis postea dicta.Steph.

Erymnæ, ἐρυμναί, vrbs Lyciæ, Steph.

Eryngium,siue Eryngc. {ἠρύγγιον. GALL. *Panicaut ou chardon rollan.* ITAL. *Cento capi.* GERM. Manstrew oder brachendistel/ein kraut. HISP. *Cardo corredor.*} Herba ex genere aculeatarum, passim in campestribus nascens, quam alio nomine à capitulorum multitudine Centum capita appellant. Vide Plinium *lib.*22.*c.*7.*& lib.*21.*c.*15.*&* 16.

Erysimon , ἐρύσιμον , semen est non dissimile sesamo, teste Galeno *lib.*1. *de aliment. facult.* sed deterius, parciúsque nutriens. Romani irionem vocant,teste Plin.*lib.*22.*c.vlt.*¶Alij genus herbæ esse volunt,vt Diosc. *lib.*2. Alij agreste nasturcium. Alij cum frugibus annumerant:alij cum oleribus.

Erysipelas,atis,neutri generis, ἐρυσίπελας , à Celso , vlceris genus, quum super inflammationem rubor vlcus ambit , ísque cum dolore procedit. Nascitur ex intemperie composita primarum qualitatem cum affluxu flauæ bilis,teste Galeno *lib.*1.*de different.morbo.*

Erysthea, ἐρυσθεία, vrbs Cypri in quo Apollo Hylates colitur. Steph.

Erysice, ἐρυσίχη, vide OE*niadæ*.vrbs Acarnaniæ,quæ postea OEniadæ nominata est : aliqui totam OEniadarum regionem Erysicem nominarunt,ab Acheloi filia. Gentile Erysicæus,Steph.

Erythăcē, ἐρυθάκη, herba quam alij sandaracham , alij cerinthum nominant. Hic est apum,dum operantur,cibus,qui sæpe in fauorem inanitatibus inuenitur sepositus, saporis amari, sed plenus humoris. Varr.3. *de re rust.cap.*16. Erythacen vocant, qua fauos extremos inter se conglutinant. Erythace à coloris rubedine dicitur. Græcè enim ἐρύθημα, rubor appellatur.

Erythacus,vide *Erithacus.*

Erytheus, ἐρυθεύς , Rex fuit Athenarum , Orithyiæ pater , quam Boreas rapuit,& in Thraciam deduxit.

Erythia,ἐρύθεια. {GERM. Die Insel Caliz.} Insula est in Oceano,proxima Gadibus, in qua olim Geryones regnasse creduntur. In ea tanta aëris benignitas esse fertur,vt homines pariat penè immortales.Strab.*lib.*5. & Plin. *lib.*4.*cap.vlt.*

Erythini, ἐρυθῖνοι, vrbs Paphlagoniæ, παρὰ τὸ ἐρυθρὸν. Apollonius ἐρυθίνους dixit. Steph.

Erythinus , siue Erythrinus , ἐρυθῖνος , vel ἐρυθρῖνος Oppiano. Piscis est Phagio simillimus,rubescentis coloris, excepto ventre candido, cuius oculi guttis aureis distinguuntur.De eo Arist.*hist.lib.*8.*c.*13 Oppianus 1.*Halieut.* Plin.*lib.*32.*c.vlt.lib.*8.*c.*16.In quodam genere omnino non sunt mares,sicuti in Erythrinis,& channis: omnes enim oues grauidæ capiuntur,quod est desumptum ex Arist. *hist.lib.*4.*&* 6.

Erythra, ἐρυθρὰ, vrbs Ionum, quæ & Cnopupolis , κνωπούπολις , à Cnopo vocabatur. Alia est Libyæ,& alia Locridis, alia Bœotiæ, & alia Cypri, quæ nunc Paphas,Steph.

Erythra acra , ἐρυθρὰ ἄκρα , Promontorium est Libyæ , Stephano ἐρυθρὰ βῶλος, quasi dicas glebam rubram,vrbs Ægypti.

Erythra,Melissophyllon,Diosc.*lib.*2.*cap.*117.

Erythræ, ἐρυθραί, vulgò *Cabo bianco* , ciuitas Asiæ,non longè à Chio, ex qua Sibylla fuit,quam à patria Erythræam nominauerunt:antiqua sanè mulier,& diuinatrix,tempore Alexandri.

[Erythræus,lapillus,margarita:quòd ab Erythræo mari peteretur.]

Erythranon,à calore acinorum, Hederæ genus,de quo vide Bar.*in Coroll.*

Erythranum,Satyrium,Diosc.*lib.*5.*c.*146.

Erythrĕum mare,pars Oceani, Arabiam à Meridie alluens : ad Occidentem , Arabico : ad Ortum , Persico sinu terminata. {ים סוף *iamsuph.* ἐρυθρὰ θάλασσα.} Ratio nominis variè traditur à scriptoribus. Proximè tamen ad veritatem videntur accessisse,qui ab Erythra rege,Persei & Andromedes filio, dictum putant:cui etiam opinioni subscribit Arrianus , *gestorum Alexandri lib.* 8. Reliquas opiniones hic breuitatis causa omisimus.Strab.*lib.*16. A Latinis autem per errorem videtur appellatum Mare rubrum.Nam quum audirent à Græcis Erythreum vocari , existimantes à rubedine aquarum ita dictum , ipsi quoque Mare rubrum dixerunt.

[Erythrinus , piscis , qui Latinè rubellio , à rubro colore , qui Græcis ἐρυθρὸς.]

Erythrodanum, {ἐρυθρόδανον. GALL. *Garance.* ITAL. *Robbia da tingere.* GERM. Ferberröte/ein kraut. HISP. *La ruuia.* ANGL. *Madder herbe to die or colour with.*} Herba est rubram habens radicem , qua tinguntur lanæ. Latini rubiam tinctorum appellant. Vide Plin. *lib.*24.*c.*11.

Erythrŏs, {ἐρυθρὸς. GALL. & ITAL. *Sumach.* GERM. Ein harter roter sam in der Apoteck. HISP. *Sumayre sumach.*} Frutex , alio nomine thus appellatus,cuius folio coriarij in condensandis pellibus vtuntur. Vnde & excoriarium fruticem quidam appellarunt. Vide Plin.*lib.*24.*c.*11.Galli *Vinram* vocant.

Erythrotaones, ἐρυθροταῶνες. Ex anserum genere volucres, in quibus nitor eximius absolutaque nigritia,& in superciliis cocci rubor : ita dicti,quasi ἐρυθροὶ ταῶνες, hoc est,rubri pauones.

Eryx. {Ein berg in Sicilien/ ten Monte di S. Giuliano genant.} Nomen montis in Sicilia ab Eryce ibi sepulto , nomen ciuitatis in eo sitæ , in quo templum Veneri construxit Eryx eius filius. Ouid.2.*de Arte*,

Sed dea nec patitur sic ad sua munera cogi,
Colle sub vmbroso,quem tenet altus Eryx.

Pomp. Montium Erix maximè memoratur ob delubrum Veneris. Vnde Venus Erycina dicta est. ἐρυκίνη. Ouid.2. *Amor.*

Quid geminas Erycina meos sine fine dolores?

Sueton. *in Claud. cap.* 25. Templum quoque in Sicilia Veneris Erycinæ vetustate collapsum , ex ærario Populi Roman. reficeretur , auctor fuit.

E S

Es,pro ede. Virg. Bibe,es,fuge. Plaut. *Ps.sc.*2.*a.*1.*& in Milit.sc.*1.*a.*3. Es, bibe, animo obsequere.

Es,pro esto. Plaut. *Ps.sc.*3.*a.*1.Liquido es animo. *Ibidem*, Animo bono es.

Esalon,vide *Æsalon.*

Esaū, {עשו *hesau.* ἡσαῦ.} Nomen filij Isaac , qui Edom, hoc est, rufus: Seir,quod pilosum significat,appellatus est.

Esca,ab edendo dicta. Cibus non solum hominum,verùm etiam omnium animalium. {מאכל *machál.* βρῶμα. GALL. *Viande, mangeaille, amorse, past.* ITAL. *Esca, cibo.* GERM. Speiß oder aß. HISP. *Manjar ò yesca, como del yuge.* ANGL. *A bayte fayde.*} Ouid.2. *Amor. Eleg.*6.

Nux erat esca tibi, causáque papauera somni.

Cic.2.*de nat.deorum*, Sus verò quid habet præter escam? Esca est meretrix,amatores aues,Plaut. *Asin.sc.*3.*a.*1. Nunquam hodie ex ista nassa escam petam. Idem *Milit.sc.*6.*a.*2. Qui eas esitabunt escas,quas condiuero,idem *Pseud.sc.*2.*a.*3. Esca & potione vinciri decet fugitiuos,idem *Menæch.sc.*1.*a.*1. Adolescens est escæ maximæ,(id est,cibi multi.) *Ibid.* Affatim est hominum qui singulas escas edunt , *ibid.sc.*1.*a.*3.¶ Accipitur præterea pro eo quod datur auibus,piscibúsve decipiendi gratia. Cic. *de senect.* Diuinè enim Plato escam malorum,voluptatem appellat,quòd ea videlicet homines capiantur, vt hamo pisces. ¶ Vnde inesco,as,est porrecta esca decipere aues,vel pisces,& per translationem, homines aliqua illecebra in perniciem abducere. Terent. *in Adelph.* Nunquam rem facies,abi,nescis inescare homines,Sannio.

Escārĭŭs,a,um, quod ad escam pertinet : vt escaria vasa. {σιτηρὸς. GALL. *Appartenant à viandes.* ITAL. *Cio che à viuande appartiene.* GERM. Das zur speiß gehört. HISP. *Cosa de comer.* ANGL. *That belongeth to foode.*} Plin.*lib.*6.*c.*36. Ad escaria vasa totum rubens vitrum,non translucens. Escaria mensa,teste Festo, dicitur quadrata,in quo homines epulantur. Vincula escaria,Plaut. *Menæch.* Facilè asseruabis dum illo vinclo vinces. Ista isthæc nimis lenta vincula sunt escaria.

Escālĭs,e,σιτηρὸς. Paul.*in l.quum quidem ff.de supell.leg.* Escale autem,vel potorium argentum non deberi.

[Escatilis, instar escæ. Tertull.]

Escŭlēntŭs,a,um, quod esui aptum est. {τρώξιμος, βρώσιμος. GALL. *Bon à manger.* ITAL. *Mangiatiuo.* GERM. Aessig/das gut zu essen ist. HISP. *Cosa de comer.* ANGL. *Any thing to be eaten.*} Plin.*lib.*10.*cap.*10. Notatum miluos nihil esculenti rapere vnquam ex funerum ferculis. Cicer.2.*de nat.deor.* Atque ita eligere ex iis quæ sunt esculenta. *Ibid.* Iam gustatus, qui sentire eorum quibus vescimur,genera deberet,habitat in ea parte oris,qua esculentis & poculentis iter natura patefecit.¶ Omnia esculenta obsessis, ἅπαντα γὰρ τοῖς βρωτὰ πολιορκουμένοις. Quum vrget necessitas nihil non facimus : & vehementer famelicis nullus non suauis est cibus. Gell.*c.*1.*lib.*4. Esculenta & poculenta.

Esco,as,are,Solinus vsurpat *c.*53. *ad finem.* Noceri eis omnibus quidem locis nefas ducunt, sed in Thessalia vel maximè,vbi serpentum immanis copia est, quosdam escandi gratia insectantur, regionibus Thessalicis plurimum mali detrahunt. de ciconiis.

Escendo,is, Senec.*cap.*12.*de consol.ad Mart.* In humeros non imponi, sed escendere.

Ĕschără , ἐσχάρα. Græcis dicitur crusta, siue durities illa , quæ vulneribus per cauteria quædam induci solet , quum sanguis aliter sisti non potest.

Escharotica medicamenta, ἐσχαρωτικὰ φάρμακα, dicuntur caustica , quæ vim habent escharam,hoc est,crustam inducendi.

[Escit,pro erit.antiq.

Esculentia,pinguedo.Gl. Isid.]

Ĕscŭlŭs,arbor est ex genere glandiferarum,eadem cum illa (vt nonnulli existimant) quam Theophrastus πλατύφυλλον, id est, latifoliam appellat. Est autem fago magnitudine,& glande inferior , duplicem ferens gallam,alteram quernæ non dissimilem, sed nulli rei vtilem : alteram nigram , tingendis lanis vtiliorem. Dicta esculus , teste Seruio *in* 2. *Georg.* quod primi mortales , nondum inuentis frugibus , glande eius pro esca vterentur. Idem tamen Seruius autor est principium huius vocis diphthongo scribi consueuisse : cui tamen consuetudini hodie doctiores non obtemperant,plus originis rationi,quàm Seruij autoritati tribuentes. Virg.2.*Georg.*

Altiùs ac penitus terra defigitur arbos,
Esculus in primis,quæ quantum vertice ad auras
Æthereas,tantum radice ad tartara tendit.

De hac arbore vide plura apud Plinium *lib.*12. *cap.*1.*& lib.*16. *cap.*4. *& lib.*17.*cap.*20.

Ĕscŭlĕŭs,a,um, πλατυφύλλινος. quod est ex esculo. Pallad.*lib.*1.*c.*9. Deinde vt axes quernæ cum esculeis non misceantur. Ouid.1.*Metam.*

Ĕscŭlētum,i, πλατυφυλλών. Locus esculis consitus. Horat.1. *Car.* Quale portentum neque militaris Daunia in latis alit esculetis. Fuit autem locus in vrbe,qui nomen accepit ab esculis quæ ibi excisæ sunt quemadmodum Fagutal à fagis , Lauretum à Lauris , Cornetà à corneis. Varro.

[Esopia. Meursius in Plaut. *Truc.*2. 8. legit : Quo pacto excludis quæso esopiis plenius ? & exponit : Quo pacto me planius sedibus eiicies & sedes mutare,id est, migrare coges. Veteres autem, inquit, esopia appellabant , sedes , quæ in augurali & saliari carmine sesopia sunt, de quibus Festus.

Esopon lactucæ genus.

Esox,piscis magnus, quem in Rheno esse annotat Plin. *lib.*9.*c.*15. Aliter legitur Exos,& meliùs,quòd ossibus careat. GERM. Lachs. ANGL. *Lax.* Belg. *Last.*]

Ĕsis,pro fluuij nomine. Vide *Æsis.*

Esito,vide *Edo*,es.

[Esdra,compositio valens aduersùs ægritudinem cerebri.]

Esquiliæ, vide *Exquiliæ*.

Essedum, {ἄμαξα, ἢ ὄχημα γαλατικόν. Angl. *A chariot or wagon.*} Vehiculum Gallorum, Britannorúmque, apud Belgas primò repertum. Cic. *ad Attic. lib.* 6. Hic Vedius venit mihi obuiam cum duobus essedis, & rheda equis iuncta, & lectica, & familia magna. Virg. 3. *Georg.*

Belgica vel molli melius feret esseda collo.

Sueton. *in Claud. cap.* 16. Essedum argenteum sumptuosè fabricatum ac vænale ad sigillaria, redimi concidique coràm imperauit. Idem *in Aug. c.* 76. Nos in essedo panem & palmulas gustauimus. Et *in Calig. c.* 26. Quosdam summis honoribus functos, ad essedum sibi occurrere togatos per aliquot passuum millia, & passus est. *Ibid. c.* 19. Et in essedis cohorte amicorum (sup. comitante.) ¶ Legitur etiam Esseda genere fœminino. Sen. *Epist.* 57. In iis quæ me sine euocatione circumstrepunt, essedas transcurrentes pono. ¶ Hinc dicti essedarij, qui esseda regunt, aut qui ex essedis pugnant. Cic. *Trebatio.* Tu qui cæteris cauere didicisti, in Britannia ne ab essedariis decipiaris, caueto. Cæs. *lib.* 5. *bell. Gall.* Equites hostium, essedariique acriter prælio cum equitatu nostro in itinere conflixerunt. Essedarij item gladiatores. Suet. *in Calig. cap.* 35. Idem *Claud. cap.* 21. & Senec. *epist.* 29.

Esse, infinitiuus, vide *Sum* infrà. Item *Est*, ibidem.

Essēdŏnēs, ἰσσηδόνες, teste Plinio *lib.* 4. *cap.* 10. populi sunt Asiæ, vtramque Scythiam incolentes, super Mæotim lacum non procul à Riphæis montibus, quibus (teste Herod. *lib.* 4. *hist.*) mos fuit parentum funera cantu prosequi, & congregatis proximis, cadauera ipsa pecudum admistis carnibus comedere: os autem capitis, quod cranium vocamus, auro cingere, & ad poculi vsum asseruare.

Essæi, ἐσσαῖοι, vna ex tribus religiosioribus Iudæorum sectis: quæ omnino tres erant, teste Iosepho, Pharisæorum, Essæorum, & Sadducæorum. Ex his Essæi vxoribus & vino, & carnibus abstinebant, quotidianúmque ieiunium vertebant in naturam.

‖Esperinus, hymnus in Ecclesiâ cani solitus horâ decima. L. g. b.‖

Essentĭă, {οὐσία. Gall. *Essence.* Ital. *Essenza.* Germ. *Wäsenheit.* Hisp. *Essencia.* Angl. *Essence, the being of any thyng.*} Vocabulum est religiosis quidem Latinæ linguæ obseruatoribus non vsitatum, à Philosophis tamen melioris inopia in vsum receptum, pro ipso esse cuiusuis rei, quam οὐσίαν Græci appellant. Augustinus *lib.* 12. *de Ciuitate Dei.* Sicut ab eo quod est sapere, vocatur sapientia: sic ab eo quod est esse, vocatur essentia, nouo quidem nomine, quo vsi veteres non sunt Latini sermonis autores, sed iam nostris temporibus vsitato, ne deesset etiam linguæ nostræ quod Græci appellant οὐσίαν, hoc enim verbum è verbo expressum est, vt diceretur essentia. Quint. *lib.* 8. *c.* 3. Quorum dura quædam admodum, vt ens, & essentia, quæ cur tantopere aspernemur non video, nisi quòd iniqui iudices aduersùs nos sumus: ideóque paupertate sermonis laboramus. Hinc essentiale, οὐσιώδης, quod est essentiæ: & Essentialiter, οὐσιωδῶς, secundum essentiam. Vocabula sunt solis Philosophis, & Theologis vsurpata.

‖Essentiale, οὐσιώδης, quod ad essentiam pertinet.‖

Essus, ἐσσός, vrbs Locridis, Steph.

Esto, vide *Sum*.

Estrix, Esurio, Esuritio, Esuritor, vide *Edo*, es.

Esula, æ. Huius varia genera à perito rei herbariæ distinguenda erunt. Euonymus, vulgò apud Barbaros, item Gallos & Italos Fusaria, vel fusanus appellatur ab vsu fusorum, propter materiæ soliditatem: à nonnullis Serota sacerdotum, à figura fructus. Tragus *tomo* 3. fusariam nulla ratione euonymum esse negans, carpinum facit. Gesnerus *in Capra, lit. C.* Coqui etiam verucula transfigendis lardo carnibus ex ea conficiunt.

E T

Ĕt, {καὶ, ἢ ὡς. Gall. *Et mesmes.* Ital. *Et, e.* Germ. *Vnd.* Hisp. *Y.* Angl. *And.*} Coniunctio est Græca ετ, quam Latini inuersione literarum suam effecerunt. Ouid. 13. *Metam.*

Desine Tydidem vultúque & murmure nobis
Ostentare meum.

Suet. *in Cæs. c.* 7. Et eripuit occultauítque.

——— *Et se mihi comparat Aiax?*

Ouid. 13. *Met.* Plaut. *Capt. sc.* 3. *a.* 2. Et tua ornatus reueniam ex sententia. Idem *Mostell. sc.* 3. *a.* 1. Potare tecum mihi collibitum est, lubet & ædepol mihi tecum. Idem *Men. sc.* 7. *a.* 5. Tibi suppetias adueni. M. Et tibi adolescens dij semper faciant benè, (pro quoque, vel vicissim.) Ouid. 5. *Fast.*

Iámque decem menses, & puer ortus erat.

Plaut. *Menæch. sc.* 3. *a.* 3. Et istud & aliud, (i. quod volet) curabo. Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 4. Et nunc idem dico, (i. etiam nunc.) Idem *Milit. sc.* 5. *a.* 2. Certè noster sum. P. & pol ego, (i. etiam.) Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 2. Deus omnia & videt. Velleius, Credere & auunculo & Cæsari. Est autem copulatiua: vt, Cicero eloquens fuit, & Philosophus. Duplicatúrque interdum, ac completiua est in diuersis rebus: vt, Te admirantur & ciues & hospites. Virg. 1. *Æneid.*

——— *multùm ille & terris iactatus & alto.*

¶ Modò accipitur pro etiam. Idem 2. *Æneid.*

——— *quorum Iphitus æuo*
Iam grauior, Pelias & vulnere tardus Vlyssi.

Modò interrogatiua, seu expletiua. Idem 1. *Eclog.*

Et quæ tanta fuit Romam tibi causa videndi?

Modò indignatiua, ἔτι. Idem 1. *Æneid.*

——— *& quisquam numen Iunonis adoret?*

Cicer. *pro Milone*, Et sunt qui de Appia loquantur, taceant de Curia? Virg. 6. *Æneid.*

Et dubitamus adhuc virtutem extendere factis?

Ponitur interdum ἐξηγητικῶς, pro hoc est, siue id est, Plaut. Annos natus iam sexaginta, & senex. ¶ Interdum pro Nam, vel quia. Virg. *in Buc.*

Audieras, & fama fuit.

Quint. *lib.* 1. *cap.* 1. Has primùm audiet puer, harum verba effingere imitando conabitur: & natura tenacissimi sumus eorum, quæ mollibus animis percipimus. ex Valla *lib.* 2. Plerunque sententiarum initiis competit, quemadmodum & Græcis καί. Quint. Et finitæ quidem sunt partes duæ, quas hæc professio, &c. ¶ Interdum ponitur pro aduerbio ornandi. Virg.

—*corpúsque lauant frigentis, & vngunt.* id est, deinde vngunt.

¶ Item pro quamuis, siue tamen. Cic. *de senect.* Defendi legem Voconiam magna voce, bonísque lateribus, & videtis annos meos, id est, tamen videtis quàm sim iam senex. ¶ Item interdum pro quod; si sequatur, si. Cic. *Catilin.* 3. Et si non minùs nobis iucundi atque illustres sunt ij dies, quibus conseruamur, quàm ij, quibus nascimur: profectò apud vos in honore debebit is, qui eandem hanc vrbem conditam amplificatámque seruauit. Terent. *in Phorm.* Et si tibi res sit cum eo lænone. Vbi Donat. Et, inquit, non connexiua, sed inceptiua particula est. ¶ Et, non semper similes orationis partes coniungit, sed aliquando dissimiles. Cels. *lib.* 3. *cap.* 15. cibum & validum & fortiter assumere. Vlpian. *D. lib.* 9. *tit.* 1. *l.* 1. Cùm arietes, vel boues commisissent, & alter alterum occidit, Qu. Mutius distinxit, pro *occidisset*. Huius composita sunt, etsi, εἰ καί, & tametsi.

Etæi, ἐταῖοι, vrbs est Laconica. Steph.

‖Etæriarches, capitaneus. Buleng.‖

Etăxalŭs, ἐτάξαλος, insula est iuxta sinum Persicum, cuius meminit Plin. *lib.* 6. *cap.* 28.

Etĕărchŭs, i, ἐτέαρχος, Oaxi ciuitatis Creticæ rex fuit, qui amissa vxore filiæ suæ Phronimæ nouercam superinduxit, quæ domum ingressa, vt erat, ita re ipsâ se nouercam præstitit, cùm lædendo, atque omne iniuriarum genus excogitando, tum ad extremam impudicitiam impingendo. Etearchus criminationibus vxoris fidem habens, Themisonem quendam Theræum iureiurando astringit, vt acceptam Phronimam in mari demergeret. Qui quum se neque Etearchi crudelitatis ministrum præbere vellet, neque rursus iusiurandum violare, reuinctam funibus puellam demisit in pelagus, eáque subito retracta, Theram peruenit: vbi Polymnestus vir inter Theræos spectatus, in concubinatum Phronimam accipit: qui ex ea Battum genuit Cyrenarum in Africa conditorem. Autor Herodotus.

Ĕtĕnim, Nam, enim, quia: & ferè primum sibi in oratione locum vendicat. {τὸ γάρ. ἀμέλει, ἢ γάρ. Gall. *Pource, car.* Ital. *Certo, percioche, perche.* Germ. *Dann.* Hisp. *Porque, ciertamente.* Angl. *For, becaus.*} Cic. 4. *Verr.* Etenim quoniam numerum iniuriarum vobis non possum exponere, sigillatim autem de vniuscuiusque incommodo dicere infinitum est, genera ipsa iniuriarum quæso cognoscite. Idem 2. *de Diuin.* Etenim ex diuisione hoc secundum est. Plin. Etenim multa de hac Magi prodiderunt, quæ non sunt nobis commemoranda. Inuenitur tamen & secundo loco. Seneca, Quis etenim inter tot corporis cruciatus, felicem quenquam esse posse existimat? ¶ Accipitur aliquando pro quippe. Cic. *pro Flacco*, Neque in toto Æmonensium testimonio commouebor: etnim quibus ego istam laudationem remittam. id est, quippe quibus, &c. ¶ Nonnunquam diuisa compositione per duas dictiones effertur, vocula aliqua in medio interiecta. Idem *de clar. Orat.* Et dicere enim benè nemo potest. hoc est, etenim dicere bene.

Ĕtĕŏclēs, ἐτεοκλῆς, OEdipi filius, ex nefando Iocastæ matris concubitu editus: cui cum fratre Polynice ita conuenerat, vt alternis annis regnarent. Exacto deinde primo anno, quum Eteocles qui quòd maior natu esset, primo anno regnarat, renueret fratri regno cedere: Polynices adiutus à Tydeo Adrasto socero, fratri bellum intulit, in quo ambo mutuis vulneribus ceciderunt. Impositis deinde cadaueribus eidem rogo, flamma se diuisisse traditur, tanquam odium illud quod inter viuos fuerat, ne morte quidem finire potuerit. Interpretatur autem Eteocles vera gloria, ab ἐτεὸς quod verum significat, & κλέος gloria. Vnde etiam sine aspiratione scribendum est.

Eteoneus, ἐτεωνεύς, vrbs EubϾ, ἐτεωνός, ab Eteoneo quodam, nunc Scarphen vocant, in colle sita, λόφῳ enim lego, non λάφῳ. Steph.

Ĕtēsĭæ, ἐτησίαι. Venti qui certo anni tempore flant. Hos Strab. *lib.* 3. Subsolanos vocat, hoc est, Euros. Hi quotannis in vigore æstatis perflant XL. diebus post Caniculæ exortum. {Wind so järlich in den hundstagen wähen.} Dicti Etesiæ, id est, annui: (ἔτος enim annus, ἐτήσιος annuus) quòd ex omnibus ventis hi maximè stati sint, & singulis annis eodem tempore redeant. De his Plin. *lib.* 37. *c.* 5. & Gell. *lib.* 2. *cap.* 18. Liu. *lib.* 7. *d.* 4. Etesiæ iidem cum fauoniis.

Ethalia, αἰθαλία, insula in Ligustico mari, Populoniæ vrbi opposita, ab Ethalio qui ei præfuit, sic dicta. Quidam hoc nomen cum diphthongo scribunt. Vide *Æthalia*.

Ethanion, ἠθάνιον, vasis ænei genus est, quo Ægyptij vti consueuerunt. Nam (teste Athenæo) in Ægyptiorum omnibus pene domibus tria erant vasa ænea, cyathus, phiala, & ethanium.

Ethecusa, insula est in ora Cariæ, non procul ab Argiis insulis. Plin. *lib.* 5. *cap.* 31.

Etheleum, fluuius minoris Asiæ, olim Troadis & Mysiæ terminus, cuius meminit Plin. *lib.* 5. *cap. vlt.*

Ethemon, nomen viri proprium, de quo Virg. *lib.* 10. *Æneid.* meminit, quum ait,

Et clarus Ethemon Lycia comitatur ab alto.

Ethesios, teste Plin. *lib.* 36. *cap.* 25. lapis est ex quo confici solent mortaria.

Ēthĭcē, es, vel Ethica, æ, pars philosophiæ ad mores pertinens, De moribus, moralis. {ἠθική. Gall. *Philosophie morale.* Ital. *Filosofia morale.* Germ. *Der theil der Philosophy von den sitten.* Hisp. *Philosophia moral.* Angl. *Morall philosophie.*} Cicer. *de Fato*, Quia pertinet ad mores, quos ἤθη Græci vocant, nos eam partem philosophiæ de moribus appellare solemus: sed decet augentem linguam Latinam, nominare moralem.

Ēthĭcŭs, Moralis. {ἠθικός. Gall. *Moral.* Ital. *Morale.* Germ. *Sittlich, das zu den sitten gehört.* Hisp. *Moral, y pertenesciente à costumbres.* Angl. *Morale.*} Cic. *in Orat.* Duo sunt etiam quæ benè tractata ab Oratore, admirabilem eloquentiam faciant: quorum alterum est quod Græci ἠθικὸν vocant, ad naturam & ad mores, & ad omnem vitæ consuetudinem accommodatum.

Ēthĭcă, orum, ἠθικά, opus moralem tractans philosophiam: quo nomine Arist. libros de moribus inscripsit.

Ethici, Africæ populi, apud Plin. *lib.* 5. *cap.* 4.

Ethmoides, id est, colatoria: vocantur narium meatus, quibus, olfactus percipitur, Gal. *lib. 2. de olfactus sensorio.*

Ethnarches, æ, ἐθνάρχης, Gentis princeps.

Ethnarchia, Principatus, vel Præfectura.

Ethnestæ, ἐθνεσταί, populi, Thessaliæ, ab Ethnesto Neoptolemi filio, Stephano.

Ethnicus, {גוי *goi.* ἐθνικός. Angl. *Anethnick.*} Gentilis, ab ἔθνος, quod gentem significat. Hieronymus *contra Iouinianum.* Et si ducendæ essent vxores, Christianas tantùm accipi iubere, an & Ethnicas?

Ethŏlŏgus, {ἠθολόγος. Gall. *Bouffon, farceur, badin.* Ital. *Histrione, buffone.* Germ. Der die sitten eines andern außtrucken/ vnd an sich nemmen kan/ mit worten vnd geberden. Hisp. *Representador ò fingidor de persona agena, como quien representa comedias y tragedias.* Angl. Angl. *A sawcie scoffer, à flatteringiester.*} Morum expressor qui gestu ipso corporis, & sono vocis ita exprimit mores hominum, vt gestibus loqui videatur. Cicer. 2. *de Orat.* Mimorum est enim & ethologorum si nimia est imitatio, sicut obscœnitas, &c. Quibus verbis Cicer. nimiam in Oratore imitationem reprehendit, quasi mimicam, non oratoriam. Budæus.

Ethologia, æ, ἠθολογία, est affectuum, morúmque personæ alicuius effictio. Quint. *lib. 1. c. 9.* Ethologia personis continetur. ¶ Ethologia Rutilio Lupo figura est sententiarum, quum verbis sonóque vocis exprimitur, ac describitur hominis consuetudo & mos.

Ethŏpoei, ἠθοποιοί, dicuntur histriones qui mores & gestus imitantur eius personæ quam sustinent.

Ethopœia, {ἠθοποιία. Gall. *Representation des façons & manieres d'autruy.* Ital. *Imitatione delle maniere d'altri.* Germ. Außtruckung eines andern weise vnd gebärden. Hisp. *Representacion de maneras y costumbres de alguno.* Angl. *A representation of an otheris maneris.*} Est morum, affectuúmque alicuius expressio, quæ ethologia à nonnullis appellatur. Differt à prosopopœia, teste Aquila, quòd in hac personas fingimus quæ non sunt: in Ethopœia verò certis quibusdam personis vel ad improbitatem, vel ad dignitatem sermonem accommodatè effingimus.

Ethos, (vt inquit Quintilianus) vno verbo Latinè dici non potest, hoc enim omnes mentis habitus continentur, à quo pictores quidam & statuarij Ethici dicti sunt. Budæus.

Ethusa, olim insula fuit in mari Myrtoo, quæ deinde continenti apud Myndum accreuit. Plin. *lib. 16. cap. 89.*

Etia, ἴτια, vicus Laconiæ, aut Cretæ ciuitas, patria Mysonis, vnius ex septem sapientibus, vnde Etius nominatus. Steph.

Etiam, Coniunctio est idem significans quod quoque. Plautus, Tune etiam id rescisti miser? Nunc etiam volo dicere. Idem *Most. sc. 2. a. 1.* ¶ Etiam vigilas, (pro quin vigilas.) *Ibid. sc. 1. a. 2.* Vix cauet cùm etiam cauet. Idem *Capt. sc. 2. a. 2.* Non iuuat quod edo domi, foris aliquantulum etiam quod gusto, beat. Idem, Quid? Nunc etiam mihi despondes filiam? Idem *Aulul. sc. 4. a. 2.* Etiam audes reuerti? Idem *Menæch. sc. 3. a. 4.* Etiam parasitum manes? *Ibid. sc. 4. a. 2.* ¶ Etiámne astas? *Ibid. sc. 3. a. 4.* Dic mihi hoc etiam. *Ibid. sc. 5. a. 5.* Quid tibi nos tactio est? E. etiam rogitas? Idem *Aulul. sc. 2. a. 3.* ¶ Etiam tu taces? (i. non adhuc taces.) Etiam. Idem *Amphitr.* Neque meum pedem huc intuli etiam in ædes, (i. adhuc.) *Ibid.* Nemo etiam tetigit, (i. adhuc.) Idem *Asin. sc. 3. a. 2.* Age vsque exterea. D. Etiámne. L. Etiam amplius. *Ibid. sc. 1. a. 1.* ¶ Vel etiam matrem quoque, (tangas.) Idem *Pseud. sc. 1. a. 1. & sc. 4. a. 1.* Etiam illa quoque iterari multa possunt. Idem *Asin. sc. 1. a. 3.* Atque ego quoque etiam qui Iouis sum filius. Idem *in prolog. Amphitr.* Concede huc à foribus fiat. Etiam huc. Etiam nunc. Et matrem vendidisse etiam scio. Idem *Menæch. sc. 5. a. 5.* Etiam adhuc. Idem *Amphitr. sc. 1. a. 1.* Etiam tu quoque assentaris huic. *Ibid. sc. 2. a. 2.* Etiam quoque lubet. Idem *Curc. sc. 2. a. 1.* Etiam derides? Idem *Menæch. sc. 2. a. 3.* ¶ Etiámne ambulas? Idem *Asin. sc. 1. a. 1.* Audin' etiam. D. Ecce. *Ibidem.* ¶ Etiam tu herum istum abs te amoues? (pro nónne, vel ne non?) *Ibid. sc. 3. a. 3.* ¶ Et etiam dispertimini? (pro nōdúmne.) Idem *Curc. sc. 3. a. 1.* Abscede etiam nunc, etiam nunc, cur non? Etiam. Ohe nunc. Idem *sc. 1. a. 1.* Hoc etiam est quamobrem cupiam viuere. Idem *Curc. sc. 3. a. 1.* Vtere vel tu, vel vxor tua, vel etiam in oculos, (compingite.) Idem *Menæch. sc. 3. a. 4.* Ob istanc industriam amabit etiam amplius. *Ibid. sc. 2. a. 5.* ¶ Redde etiam argentum, aut virginem, (i. statim.) Idem *Curc. sc. 2. a. 5.* Ob hanc istam industriam amabit etiam amplius. Idem *Menæch. sc. 2. a. 5.* Quin etiam nunc habet pallam. *Ibid. sc. 2. a. 5.* ¶ Aliquando significat adhuc. {גם *gham.* ἔτι. Gall. *Aussi, d'auantage, encor.* Ital. *Ancho, anchora, etiamdio.* Germ. Auch noch. Hisp. *Tambien.* Angl. *Also, moreouer.*} Terent. *in Andr.* Nihil suspicans etiam mali. *Ibid.* Non satis me pernosti etiam qualis sim, Simo. ¶ Aliquando præterea. Idem *in Andr.* Etiam puerum inde abiens conueni Chremis. *Ibid.* Imò etiam, quo tu minus scis ærumnas meas, Hæ nuptiæ non apparabantur mihi. Etiam, responsio est affirmatiua, quemadmodum & ita. Plin. Tacito, Studes, inquam? Respondit, Etiam. Vbi? Mediolani. ¶ Aliquando & affirmandi vim habet, nulla tamen præeunte interrogatione: vt idem sit quod sic. Cicer. *pro Rosc. Comœd.* Si non, quomodo tabulas conficis? Si etiam, quamobrem quum cætera nomina in ordinem referebas, hoc nomen triennio amplius, quod erat in primis magnum, in aduersariis relinquebas? Accipitur & pro quin potiùs. Plin. *in Panegyr.* Nullius ab eo magistratus ius, nullius autoritas imminuta est, aucta etiam. ¶ Ponitur quoque interdum ita, vt ab eo intelligatur non solùm. Cic. *ad Lent.* Quúmque ea contentio mihi magnum etiam foris fructum tulisset, hoc est, non solùm domi & in vrbe, sed foris etiam & extra vrbem Idem *Att. lib. 9.* Etiam hæc me solicitant, quasi dicat, non solùm maxima ista, sed etiam minima. ¶ Etiam atque etiam pro valdè, summopere. Cicer. *6. de finib.* Atqui iste locus est Pilo tibi etiam atque etiam confirmandus. ¶ Etiamdum, pro adhuc. Terent. Hoc ego, mali non pridem inueni, atque etiam dum scit pater. Plaut. *Pseud. sc. 2. a. 4.* Nihil etiamdum harpagaui. *Ibid. sc. 3. a. 4.* Metuo ne redeat herus etiam dum à foro nunc. Etiamne. Idem *in Asin.* Téque obsecro hercle, vt quæ loquutus, despuas. D. Fiat, geratur mos tibi. L. age exterea. D. Etiámne? L. Age quæso hercle vsque ex penitis faucibus. D. Etiam. L. Amplius. D. Nam quousque? L. vsque ad mortem volo. Cicer. *Attic. lib. 10.* Etiámne Balbus in Senatum venire cogitet? Plaut. *Mostell. sc. 3. a. 1.* Etiámne vnguentis vngendam censes. Idem *Pseud. sc. 3. a. 1.* Quia viginti minas etiam non dedit. (i. nondum adhuc.) Quin etiam illi hoc dicto tafturum me vt ne etiam aspicere ædes audeat. Idem *Most. sc. 1. a. 2.* Etiamnum idem quod Adhuc, vel ad hoc vsque tempus. Idem *Trucul.* Mihi etiamnum quid sit negotii, falsus, incertúsque sum, nisi quia Timeo tamen. ¶ Pro eodem etiam legimus Etiamnum, id est, etiamnunc. Idem *in Amph.* Lassus sum hercle è naui, & vectus huc sum, etiamnunc nauseo. ¶ Ponitur & pro statim, illico, vel extemplo. Idem *in Aulul.* Abscede hinc etiamnunc. Ouid. 3. *Fast.*

Plebs vetus & nullis etiamnunc tuta tribunis. (pro etiam nunc.) & Suet. *in Othon. c. 9.* Ouid. 13. *Metam.*

Nec Telamoniades etiamnunc hiscere quicquam Audet?

¶ Etiam tum, pro vsque tunc, vel vsque ad id tempus, vel tunc adhuc. Terent. *in Hecyr.* Me educit foras, narrátque vt virgo ab se integra etiam tum siet. Cicer. *de Orat.* omnes etiam tum retinebant illum Periclis succum. Adria. Cardin. Quod multi, inquit, inscitè quidem & minùs Latinè dicunt, vsque nunc, vsque tunc, vsque ad id tempus perfecti illi Romani sermonis parentes, etiamnunc, etiam tunc, vel etiamnum, etiamtum, dicebant.

Etsi, {אף כי *aph chi.* ἐάν καί. Gall. *Combien que, iaçoit que, toutesfois que.* Ital. *Benche, tanto che, anchorche.* Germ. Wiewol/ ob schon. Hisp. *Aunque.* Angl. *Albeit, suppose.*} Coniunctio aduersatiua est, indicatiuum exigens, quemadmodum & quanquam: quum tamen quamuis & licèt magis subiunctiuo gaudeant. Plaut. *in Trinum.* ibo huc Quò mihi imperatum est, etsi odi hanc domum. Terent. *in Andr.* Ibi: etsi hercle sæpe iam me spes hæc frustrata est. Cicer. *pro Milone*, Etsi vereor Iudices, &c. Plaut. *Milit. sc. 4. a. 2.* Non vidi eam, etsi vidi (pro quamuis viderim.) *Ibid. sc. 6. a. 2.* Etsi ea est, non ea. Catull. *ad Ortal.* Etsi me assiduo, &c. (Initium Elegiæ.) ¶ Interdum etiam cum subiunctiuo inuenitur. Cicer. *de Amic.* Etsi illis planè orbatus essem. ¶ Nonnunquam etiam interrogatiuè profertur. Idem *Attic.* Do, do pœnas temeritatis meæ: etsi quæ fuit illa temeritas? ¶ Interdum Etsi inuenitur iunctum cum quamuis. Idem *ad Attic. lib. 16.* Etsi quamuis non fueris suasor & impulsor profectionis meæ, approbator certè fuisti. Etsi nihilominus. Cels. *lib. 4. cap. 4.* Sanguis mittendus est, etsi nihilominus ex ore processit.

[Etruria, siue Tuscia, *Toscana*, ferè tota paret magno Etruriæ Duci, suntque in ea tres vrbes Archiepiscopales, Florentia, Sena, & Pisa.]

Etymŏlŏgĭa, ἐτυμολογία, Latinè veriloquium sonat: ab ἔτυμος verus, & λόγος sermo, vel loquutio. Cicer. 1. *Acad.* Verborum etiam explicatio probatur, id est, qua de causa quæque essent ita nominata, quam Etymologiam appellant. Sed quia veriloquium (vt inquit Boëthius *in Topica Ciceronis*) minùs in vsu Latini sermonis habetur, Cicero etymologiam vocat notationem, quia notam facit rem de qua prædicatur. Aristoteles symbolum nominat: quidam etiam originationem, teste Fabio.

Etymŏn, ἔτυμον, verum, idem quod etymologia. Varro *de re rust. c. 48.* de gluma loquens, videtur vocabulum etymon habere à glubendo, quod eo folliculo deglubatur granum.

Etymŏlŏgus, ἐτυμολόγος, qui rationem verborum indagare solitus est.

Etymŏlŏgĭcus, ἐτυμολογικός, vt Etymologica ratio. Gell. *lib. 1. c. 18.* Resoluit in voces Latinas ratione etymologica falsa.

E V

Eu, Interiectio exultantis. Plaut. *Most. sc. 4. a. 1.* Eu Philolaches, salue. Idem *in Persa*, Omnem rem, Eu probe.

Eua, εὔα, vrbs Arcadiæ: gentile Euæus, Steph.

Euăcŭārĕ, Exinanire. {הריק *herah* הריק *herik* פנה *pinnah.* κενόω. Gall. *Vuider hors, euacuer.* Ital. *Euacuare, votare.* Germ. Außlären. Hisp. *Vaziar, euacuar.* Angl. *To emptie, to make voyde.*} Vnde euacuare aluum. Plin. *lib. 20. c. 6.* Diocles hydropicis cum centaurea, aut in fico duplici ad euacuandum aluum.

Ēvādo, is, si, sum, Effugio, exeo, erumpo. {נמלט *nimlat* נס *nas.* διαφεύγω, ἐκφεύγω. Gall. *Passer outre, paruenir, venir au dessus, eschapper.* Ital. *Scampare, fuggire.* Germ. Entgehn/ entrinnen. Hisp. *Escapar de peligro, salir hecha alguna cosa.* Angl. *To escape, to passe without danger.*} Virg. *Æneid. 9.*

——— nostrásne euadere demens

Sperasti te posse manus?

Plaut. *Amph.* Si molestus sis euades nunquam quin te sacrificem. *Ibid. sc. 3. a. 4.* Ne te sacrificem nusquam euades. Cic *pro Cælio*, Potuerúntne meliori tempore prosilire, quàm cum Licinius venisset, quum in manu teneret veneni pyxidem? quæ quum iam erat tradita seruis, si euasissent subitò ex balneis mulieris amici, Liciniúmque comprehendissent, &c. id est, si è balneis erupissent. Cæsar, reliquos equites consectati, paucos qui fuga euaserant, reliquerunt. Si euadere è manibus hostium, apud Liuium &, Euadere ex iudicio aliquo, apud Ciceronem, liberationem quandam præ se ferre videtur: quemadmodum & Salustius dixit, At ni Marius signa inferre, atque euadere oppidò properauisset, profectò cuncti, aut magna pars fidem mutauissent. ἀπαλλάττω, ἐξέρχομαι. Cic. 1. *Tusc.* Accedit, vt eò faciliùs animus euadat ex hoc aere. Idem *de senect.* Mihi quidem nunquam persuaderi potuit, animos dum in corporibus essent mortalibus, viuere, quum exiissent, ex iis, emori: nec verò non animum esse insipientem, quum ex insipienti corpore euasisset. ¶ Ponitur etiam hoc verbum pro eo quod est ad finem perduci, vel exitum habere. Terent. *in Andr.* Quàm timeo quorsum euadas, id est, ad quem finem perueniat oratio tua. *Ibid.* Et heri semper lenitas verebar quorsum euaderet. Cic. *Att. lib. 16.* Tu quidem & prudenter, & amicè suades, vt in his locis sim potissimùm, quoad audiamus hæc, quæ commota sunt, quorsum euadant. Plaut. *in Asin.* Demiror quid sit, & quò euadat sum in metu. ¶ Item pro fieri, ἀποβαίνειν. Cic. *in Verr.* Tu eiusmodi euasisti, in furtis ac flagitiis disciplina educatus. Idem *in Brut.* In dicendo pauci digni nomine euadunt. Liu. *lib. 1. ab vrbe.* Iuuenis euasit verè indolis regiæ. ¶ Euadere in muros, vel in cacumen montis, est ascendere, siue potiùs scandendo peruenire, ἀνέρχεσθαι, βαίνειν. Virg. 2. *Æneid.*

Euado ad summi fastigia culminis.

¶ Euadere

¶ Euadere ardua apud Liuium. ¶ Euadere ante oculos, pro apparere. Virg. 2. *Æneid.*

Vt tandem ante oculos euasit, & ora parentis.

¶ Euadere ad coniecturam, id est, consequi coniectura. Plaut. Nunquam hodie quivi ad coniecturam euadere. ¶ Euadere in malum. Ter. in *Adelpo*, verum nimia illæc licentia Profecto euadet in aliquod magnum malum.

Euadnē, per d ante n, Εὐάδνη, Martis filia ex Thebe vxore Asopi, & coniunx Capanei, quæ illum incredibili amore dilexit. Itaque quum audisset illum apud Thebas cecidisse, fere in mortis stuporem deriguit: deinde quum celebraretur funus, se in rogum proiecit. Eius meminit Virg. 6. *Æneid.*

Euadnénque, & Pasiphaēn, &c.

Euæmōn, Εὐαίμων, pater fuit Eurypyli, qui cum Græcis ad Troiam profectus cum quadraginta nauibus, præfuit Ormenus. Autor Hom. *in Catalogo nauium.*

Euænētus, Εὐαίνετος, nomen regis Lacedæmoniorum, qui ad custodiendum introitum Thessaliæ contra Xerxem, vnà cum Themistocle Atheniensium duce, à Græcis constitutus fertur.

EVĂGŎR, aris, Latiùs vagor, exspatior. {נדד *nadhádh* צעה *tsahâh*. περιπλανάομαι, ἐκτρέπομαι. GALL. *Sortir de son lieu, ordre ou place, vaguer çà & là, sortir de propos.* ITAL. *Vagare, andare vagabondo.* GERM. Ausschweiffen. HISP. *Andar fuera vagando.* ANGL. *To wander abroade.* } Liu. 2. *bell. Pun.* Frontibus enim aduersis concurrendum erat, quippe nullo circà ad euagandum relicto spatio. ¶ Per metaphoram euagari est aliquid extra propositum dicere, & veluti à via instituta digredi. Quint. *lib.* 2. Verùm hactenus euagari satis fuerit.

Euāgātio, verbale. {נדוד *nadhudh*. περιπλάνησις. ANGL. *A roming or wandering abroade.* } Plin. *lib.* 2. *cap.* 17. Ac spatia longitudinis, latitudinum euagatione pensat.

EVĀGĪNO, as, Vagina diripio atque educo. { ANGL. *To drawe a weapen out of the sheath or scarberd.* } Iustinus *histor. lib.* 1. Gladio sua sponte euaginato in femore grauiter vulneratus occubuit.

Euagoras, ad quem Isocrates scripsit.

Eualeni, Εὐαληνοί, populi quorum meminit Glaucus *lib.* 2. *de Arabia.*

EVĂLĔO, es, Validior, & potentior fio. { גבר *ghabár* חזק *chazák* אמץ *amáts*. ἰσχύειν, ἐπικρατεῖν. GALL. *Pouuoir.* ITAL. *Ingagliardirsi.* GERM. Vermüglich sein. HISP. *Mucho poder.* ANGL. *To waxe more strong and beall.* } Stat. 5. *Syl.*

——tibine illa nefanda
Pocula lethaléisque manu componere succos
Eualuit?

Lucan. *lib.* 1. Ouid. *Epist.* 14. ¶ Eualuit hoc feliciter. Quint. (i. vsu receptum est.) ¶ Eualere dicitur de pretio, & significat vt valere simplex. Macrob. *lib.* 3. *Satur. cap.* 17. Cùm ipsa margarita centies sestertiûm sine contentione eualuisset. { GALL. *Fut esualuée, appretiée, estimée.*

Eualēsco, Robur & vires acquiro. { גבר *ghabár* חזק *chazák* אמץ *amáts*. ἀναρρώννυμαι. GALL. *Retourner en vigueur.* ITAL. *Rinforarsi, ripigliar forza & vigore.* GERM. Starck werden. HISP. *Tornar en fuerça.* ANGL. *To recouer health or strength.* } Plin. *lib.* 55. Quæ postquam eualuit flaccescente patritia Marsico bello, languida autoritatis Patrum facta est, ac paulatim in sterilitatem emarcuit maiestas. Quint. *lib.* 2. *cap.* 9. Adiuta cura natura magis eualescit.

EVĀLLO, as, Excludo, & quasi extra vallum eiicio. {גרש *gheréſch*. ἐκβάλλω, ἐξελαύνω τοῦ χάρακος. GALL. *Chasser dehors.* ITAL. *Cacciar fuori.* GERM. Außhin stossen oder werffen. HISP. *Echar à fuera.* ANGL. *To exclude or shute out.* } Verbum est obsoletum. Titin. *Pralia*, Quia ego hodie extorrem hanc domo faciam, pilatricem pallij euallauero pulcrè. Varro *apud Nonium*, Donec foras nos intus euallauerunt.

EVĀLLO, is, est purgare frumentum. {הניף *heniph* זרה *zeráh*. GALL. *Vanner, criller.* ITAL. *Vagliare, criuellare.* GERM. Das korn wannen oder seubern. HISP. *Crinar, acrinar.* ANGL. *To cleanse wheat, or to winnowe.* } Plin. *lib.* 18. *cap.* 10. Et ipsa quæ euelluntur, variam pisturarum rationem habent. *Ibid.* Triticum autem perfundi aqua multa iubet, postea eualli, deinde Sole siccatum pilo repeti.

Euān, vnum est ex Bacchi cognominibus. Ouid. *lib.* 4. *Metam.*

Nyseliúsque, Elaleúsque parens, & Iacchus, & Euan.

¶ Inde Euantes, dictæ sunt Bacchæ, quæ Liberi patris Orgia celebrantes, Euantis nomen identidem acclamabant. Virg. 5. *Æneid.*

——Euantes Orgia circum
Ducebat Phrygias.

EVĀNDĒR, Εὔανδρος, proprium nomen Mercurij & Nicostratæ, seu Carmentis filij, qui quum patrem imprudens occidisset, relicta Arcadia in Latium sese contulit, atque pulsis Aboriginibus, in Palatino monte consedit, vbi oppidum Pallanteum fundauit, à nomine Pallantis (vt Virgilio placet) proaui sui. Idem 8. *Æneid.*

Arcades his oris, genus à Pallante profectum,
Qui regem Euandrum comites, qui signa secuti
Delegêre locum, & posuêre in montibus vrbem,
Pallantis proaui de nomine Pallanteum.

Gell. *cap.* 10. *lib.* 1. Quasi cum matre Euandri loqui. ¶ Legitur & nominatiuus Euandrus. Virg. 8. *Æneid.*

Tum pater Euandri dextram complexus euntis
Haret.

¶ Fuit etiam eiusdem nominis plastes ac cælator egregius Atheniensis, à M. Antonio Alexandriam perductus, eoque victo, inter captiuos Romam aduectus, autore Acrone in illud Hor. 1. *Serm. Sat.* 18.

——manusve catillum
Euandri manibus tritum deiecit. i. calicem nobiliter cælatum.

Euandrĭus, a, um, adiectiuum: vt Euandria regna. Sil. *lib.* 7.

Qui Carmentis opes, & regna Euandria seruas.

Virg. *lib.* 2. *Æneid.*

Nam tibi Tymbre caput Euandrius abstulit ensis.

EVĀNĔO, es, à quo Euanesco, quod est pereo, E conspectu abeo. {הבל *habál* עלף *haláph*. ἀφανίζομαι. GALL. *Deuenir à neant, se perdre, s'esuanouir.* ITAL. *Suanire, farsi vano, sparire.* GERM. Vergehn, verschwinden. HISP. *Desuanecerse, desaparecer.* ANGL. *To come to nothing, to vanish away.* } Plin. *lib.* 9. *cap.* 51. Verè pectines, limaces, hirundines eodem tempore euanescunt. Cic. *de clar. Orat.* Isque & orationes reliquit quæ iam euanuerunt. Idem *ad Attic. lib.* 3. Postquam extenuari & euanescere spem nostram vidi, mutaui consilium.

¶Euanesco, admodum vanesco, vanus fio, inanis, pereo, sicut fumus, quum dispareт. ¶

Euanĭdus, a, um, Inanis, caducus, & citò periturus. {הבל *hebel*. ἀφανής, ἐξίτηλος. GALL. *Qui n'a point de vertu, qui soudain s'esuanouit.* ITAL. *Caduco, suanito.* GERM. Unstetig, zergenglich. HISP. *Desuanecido.* ANGL. *Vaine, frayle, that will none sone.* } Colum. *lib. de Arbor. cap.* 17. Nam quæ in proceritatem extenduntur, euanidæ fiunt, parum fructus ferunt. Plin. 37. *cap.* 5. Quædam ex iis senescunt, paulatim viriditate euanida. Ouid. 5. *Metam.*

Pectoraque in tenues abeunt euanida riuos.

Senec. *epist.* 34. Gaudium leue & euanidum.

EVĀNGĔLĬVM, {בשורה *besoráh*. εὐαγγέλιον. GALL. *Euangile, bonne nouuelle.* ITAL. *Euangelio, buona noua.* GERM. Ein gute botschafft. HISP. *Euangelio, ò buen mensage.* ANGL. *To gospell.* } Lætus nuntius: vnde non immeritò à Christianis Euangelium appellatum est, salutiferum illud nuntium, à Christo veracissimo Patris nuntio nobis allatum.

Euangelĭa, orum, pluraliter, & neutro genere, dicuntur sacrificia & supplicationes quæ pro iucundo nuntio decerni consueuerunt: vel etiam merces allati iucundi nuntij. Cicer. *Att. lib.* 2. O suaues duas epistolas, quibus euangelia deberi fateor. Idem *ad eundem*, Itane nuntiat Brutus, illum ad bonos viros euangelia? sed vbi eos nisi fortè se suspendit. Vlp. *in l. falsus. ff. de furt.* Ego si ea quæ dicunt Græci euangelia, petat, id est, mercedem pro rei inuentæ, vel repertæ nuntio.

¶Euangelismus, εὐαγγελισμός, ad verbum est læta annunciatio: ab εὐαγγελίζομαι, quod est læta nuncio. In historia Ecclesiæ Euangelismus est festus dies, in quo recolitur memoria lætæ annunciationis.

Euangelista, εὐαγγελιστής, qui læta annuntiat, quasi Latina formâ dicatur *Euangelizator.*

Euangelizo, euangelium defero, læta nuncio.

Euangelicus, a, um, pertinens ad Euangelium. ¶

Euangelus, Bona nuntians. Vitruu. *lib.* 10. Honores ei decreuerunt, & nomen mutauerunt, vt euangelus nominaretur.

EVĀNNO, is, ere, Vanni motu euentilo. {הניף *heniph* זרה *zeráh*. διαλικμάω. GALL. *Vanner & getter hors en vannant.* ITAL. *Sventolare.* GERM. Außwannen. HISP. *Hazer ayre ò auentar.* ANGL. *To fanne or winnowe.* } Varro 1. *de re rust.* Ita fit, vt quod leuissimum est in eo, atque appellatur acus, euannatur foras extra aream. ¶ Per translationem sumitur pro amouere. Pompon. *ex Pannuceatis*, Dixi ego illud futurum: in prima valua est; vix hæret misera, euannetur, & mea opera ■ fiat fecero. ¶ Apud Nonium legitur euannetur, vt ventiletur, tanquam esset ordinis primi, quemadmodum etiam vsque adhuc creditum fuit. Sed si quis simplex vanno consideret, de quo infrà exempla posuimus, videbit pro euannetur, euannatur apud eundem legendum esse.

Euapōrātĭo, onis, Vaporis expiratio. {איד *éd* קיטור *kitór*. ἐξάτμισμός. GALL. *Euaporation.* ITAL. *Vapore.* GERM. Ein außdempfung, verriechung. HISP. *Obra de abahar.* ANGL. *Alteeming, a breathing or euaporation.* } Senec. *lib.* 1. *nat. quæst.* Nec mirum, si terris omnis generis & varia euaporatio est. Idem *lib.* 3. Nec trahit saporem euaporatio, quia clausa perlabitur.

Euarchus, fluuius est Scythiæ Europææ. Valer. 6. *Argon.*

——Tanais niueúmque ferax Euarchus olorum.

EVĀSTO, as, are, Vasto. {נתש *nathásch* נתץ *nathats* שמם *sch* שדד *schadhádh* השחית *heschchit*. διαφθείρω. GALL. *Dessouire, gaster.* ITAL. *Guastare, dare il guasto.* GERM. Verwüsten, zerstören. HISP. *Desolar, ò mucho destruir.* ANGL. *To destroye, to waste.* } Liu. 10. *ab Vrbe*, Ibi duo Consulares exercitus diuersis vagati partibus, omnia quinque mensium spatio euastauerunt.

¶Euat, prouocat. Pap. Euare, bacchari. Cerda. ¶

Euāx, εὐαί, Interiectio exultantis. Diomedes *lib.* 1. & Plaut. *Curc. sc.* 2 *a.* 1. Idem *in Menach. sc.* 2. *a.* 1. Euax, iurgio vxorem tandem abegi. ¶ Fuit etiam nomen regis Indiæ, qui de virtutibus gemmarum scripsit ad Neronem.

Eubius, Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Eubius impuræ conditor historiæ.

¶Eube, oleo. Gloss. Isid.

Eūbœa, Εὔβοια. Nomen insulæ est in mari Ægæo tam angusto euripo à Bœotia diuisa, vt ponte illi coniungatur, ¶ cui vrbs primaria Chalcis olim dicta, hodie *Negro ponte* vocatur, vt & insula tota. Turcæ eam Venetis eripuerunt circa annum 1471. ¶ insignis tribus promontoriis; Geresto scilicet ad Atticam vergente: ad Hellespontum Caphareo, exitio Græcæ classis notissimo: ad Septentrionem, Cænco, teste Plin. *lib.* 4. *cap.* 12.

Eūbœĭs, a, um, adiectiuum: vt, Plebs Eubœa. Stat. *lib.* 1. *Syl.*

——stupuit primana ad carmina plebes Eubœa.

Eubŏĭcus, a, um: vt carmen Euboicum. Ouid. 4. *Fast.*

Carminis Euboici fatalia verba sacerdos
Inspicit.

Sibylla Euboica, id est, Cumana. Stat. 1. *Syl.*

——Euboica carmen legit ille Sibylla.

Ouid. 13. *Metam.*

Aulidaque Euboicam complerunt mille carina.

¶Hinc Euboicum mare, Εὐβοϊκὸν πέλαγος, quod duplex esse dicitur: alterum in Ægæo mari, alterum in Campano, seu Tusco, quod in Ægæo, Eubœæ adiacet insulæ, à qua denominatum est: quod autem in Tusco, Cumarum, Baiarúmque alluit oram, ab Euboicis aduenis & Cumarum conditoribus nuncupatum.

¶Eubolus, εὔβολος, qui felix est in iactu tesseræ: ab εὖ bene, & βόλος, iactus. ¶

Eūbūlus, Εὔβουλος. Atheniensis ciuis fuit, contrarias ferè Demostheni in Reipubl. administratione partes fouens. ¶ Fuit & Eubulus mediæ comœdiæ poëta, vt scribit Suidas. ¶ Eubulus præterea nomen fuit historici, qui historiam Mithræ multis voluminibus explicuit.

Eucæriă, Græca dictio, Latinè opportunitas. {εὐκαιρία. GALL. *Opportunité, occasion*. ITAL. *Opportunità, occasione*. GERM. Gelegenheit, komlichteit, guter anlaß. HISP. *Sazon, occasion*. ANGL. *Occasion, opportunitie*.} Cic. 2. *de finibus*. Et quemadmodum opportunitas (sic enim appellamus εὐκαιρίαν) non fit maior productione temporis. Idem 1. *Offic*. occasionem interpretatur.

Eucārpiă, Εὐκαρπία, vrbs Phrygiæ, in qua racemi feracitate ac magnitudine spectabiles sunt: vnde & nomen, quasi vber fructuum prouentus. Meminit huius oppidi Strab. *lib.* 12. Eucarpia Stephano, vicus est minoris Phrygiæ, in qua, Metrophane teste, racemus tantus prouenit, vt currus medius præ onere aliquando rumpatur. Hanc regionem Barbari Iouem Cereri & Baccho fœcunditatis gratia donasse fabulantur. ¶ Est etiam Eucarpia castellum Siciliæ, inter Timæos.

‖EVCHARIS, gratiosus. Pap.‖

Euchāristiă, {תודה *thodah*. εὐχαριστία.} Vox est Græca, quam nos Gratiarum actionem vertere possumus: vnde & εὐχαριστεῖν Græci dicunt pro gratias agere.

‖Eucharistius, a, um, id est, quo gratiæ aguntur: item ad eucharistiam pertinens.

Eucharisto, gratulor. Cath.‖

Euchydæ, prodigiosa celeritas. Plut. *in Arist*.

Euchylă, εὔχυλα, dicuntur quæ sunt boni succi: vt carnes aniculárum montanarum, & piscium saxatilium. His opponuntur κακόχυλα, quæ malum generant succum: vt caseus vetus & salsamenta. χυλὸς Græcis succus est, siue liquor.

Euchymă, εὔχυμα, Græca appellatione dicuntur quæ boni sunt succi, siue præstantis saporis. Nam χυμὸς Græcis modò succum significat, modò saporem.

Euclīdēs, Εὐκλείδης, Philosophus fuit Megarensis, Socratis auditor, ad quem belli tempore assumpta muliebri veste sæpiùs commeasse traditur. Defuncto verò Socrate in patriam sese contulit, ibique celebri auditorio (in quo etiam Plato fuisse perhibetur) Philosophiam professus est. Scripsit dialogos quàm plurimos, quorum nomina recensent Suidas & Diogenes Laertius. ¶ Fuit & alter eiusdem nominis Platonicus philosophus, & geometra insignis, tempore primi Ptolemæi, posterior aliquanto his qui Platonis temporibus vixerunt: antiquior verò Eratosthene, & Archimede. Hic multa de Geometria & Musica conscripsit, quæ etiam hodie omnium manibus teruntur.

Eucratida, vrbs Bactrorum (Stephan. ex Strab.) ab imperante cognominata.

Eucteria, orum, sunt loci, in quibus orationes actáque prouinciarum continentur. Alc. *in l. immunitatis, C. de agricolis & censitis lib.* 11.

Eudæmōn, ŏnis. Εὐδαίμων, Ægyptius Grammaticus, teste Suida, patria Pelusiotes, Libanij sophistæ contemporaneus. Scripsit varia poëmata, item artem Grammaticam, & de recta scribendi ratione.

‖Eudæmonia, εὐδαιμονία, felicitas.‖

Eudēmŭs, Εὔδημος, Orator fuit Megalopolitanus, Philopœmenis præceptor. Autor est Plutarchus *in vita Philopœmenis*.

Eudāmĭdēs, Εὐδαμίδας, nomen filij Archidami, & fratris Agidis Lacedæmoniorum regis.

Eudixon, lineum filum, quod medici extremo in clisterio relinquunt, per quod clysmos emittitur. Festus Pompeius. Græci sic nauis foramen vocant, per quod sentina egeritur. Inde translatio.

Eudīpnē, Εὐδείπνη, insula Libyæ Phœnicum, Steph.

Eudōră, Εὐδώρα, Nympha Oceani & Tethios filia, vt placet Hesiodo *in Theogonia*. ¶ Item vna ex Atlantibus, quæ septem numero esse perhibentur, Ambrosia, Eudora, Pasithoe, Coronis, Plexora, Pitho, Tyche.

Eudōrŭs, Εὔδωρος, Mercurij filius fuit ex Polymela Phylantis filia, qui Achillem ad bellum Troianum sequutus est, vt est videre apud Hom. 2. *Iliad*.

Eudōxŭs, Εὔδοξος, peritissimus Astrologus fuit & Geometra, filius Æschinis, patria Gnidius, qui primus apud Græcos annum ad Lunæ cursum ordinauit. Lucan. *lib.* 10.

Nec meus Eudoxi vincetur fastibus annus.

Scripsit leges, & de Geometria atque Astrologia libros edidit. Cic. 2. *de Diuinat*. Ad Chaldæorum, inquit, monstra veniamus, de quibus Eudoxus, Platonis auditor in Astrologia iudicio doctissimorum hominum facilè princeps, sic opinatur (id quod scriptum reliquit) Chaldæis in prædictione & notatione cuiusque vitæ ex natali die, minimè esse credendum. ¶ Fuit & alius Eudoxus Rhodius historicus: alius Siculus, filius Agathoclis, poëta comicus.

‖EVDOXVS, εὔδοξος, est celebris, cuius δόξα, i.e. gloria, fama εὖ ἔχει, bene habet.‖

Eudōxiă, {שם טוב *schem tob*. εὐδοξία. GALL. *Bonne renommée*. ITAL. *Buona fama*. GERM. Ein gut Lob, ein guter leumbd. HISP. *Buena fama*. ANGL. *Goode renowme*.} Claritas nominis, laus, existimatio, & bona fama. Cic. 3. *de fin*. De bona autem fama, quam appellant εὐδοξίαν: aptius enim est hoc loco bonam famam appellare, quàm gloriam.

Ēvĕho, is, Extra veho, asporto, aufero. {נשא *nasa*. טעם *hamas*. ἐξάγω. GALL. *Enleuer, porter hors*. ITAL. *Condur fuori, portar fuori*. GERM. Außführen. HISP. *Elleuar à fuera*. ANGL. *To cary, out*.} Varro *lib.* 1. *de re rust*. Quartò eundem fructuosiorem faciunt vecturæ, si viæ sunt qua plaustra agi facilè possint, aut flumina propinqua quæ nauigari possint, quibus vtrisque euehi atque inuehi inulta ad prædia scimus. Liu. 5 *bell. Pun*. Vbi primùm tranquillitas maris in altum euexisset. Et *lib.* 1. *ab Vrbe*, Vt in collem Exquiliarum eueheretur. Euictis tempestatibus, naufraga, corpus sui viri euexit. Senec. *cap.* 17. *de consol. ad Helu*. In id euectus Pompeius supra quod ascendi non potest. Velleius. ¶ Per translationem significat extollo. {נשא *nasa*. αἴρω. GALL. *Hausser, esleuer*. ITAL. *Inalzare*. GERM. Erheben, fürhin ziehen und hoch daran bringen. HISP. *Alçar arriba*. ANGL. *To lifte vp*.} Virg. 6. *Æneid*.

——pauci quos æquus amauit
Iuppiter, aut ardens euexit ad æthera virtus,
Dis geniti potuere.

Ēvectio, Euehendi actus. {משא *massa* תרומה *terumah*. ἐξαγωγή. GALL. *Portement dehors*. ITAL. *Portamento di fuori*. GERM. Hinaußführung. HISP. *Obra de lleuar afuera*. ANGL. *A carying out*.} Euectiones etiam, teste Budæo, dicuntur diplomata, siue Chartulæ signo principis obsignatæ, quibus potestas permittitur aliquid euehendi. Vnde C. *de cursu public*. cautum, vt euectiones ab omnibus postulentur. ‖ ¶ Euectiones, litteræ, & diplomata, quibus adlecti, vel legati ad cursum publicum vtuntur. ‖

Ēvectŭs, us, Euectio & portatio, quæ fit vel nauibus, vel curribus in aliquem locum. {ANGL. *A carying away to any place*.} Plin. *lib.* 18 *cap.* 5. Malus est ager cum quo dominus luctatur, Cato inter prima spectari iubet, num solùm sua virtute valeat qua dictum est positione, vt operariorum copia propè sit, oppidúmque validum, vt nauigiorum euectus, vel itinerum.

Ēvĕlātum, veteres dixere pro euentilato. {מזורה *mezoreh*. GALL. *Esuenté*. ITAL. *Sventolato*. GERM. Erlüfft, Erlüfftert. HISP. *Auentado*. ANGL. *winnowed*.} Vnde velabra dicuntur quibus frumenta euentilantur. Autor Festus.

ĒVELLO, is, euelli, & eulsi, eulsum, Extraho, extirpo. {נתש *nathas*. נתק *nathak*. ἀποτίλλω, ἐκσπάω. GALL. *Arracher*. ITAL. *Stirpare, suellere*. GERM. Außrupfen, außreissen. HISP. *Arrancar algo de lugar*. ANGL. *To pluck vp or away*.} vt, Euellere sibi capillum præ luctu, apud Cicer. 3. *Tuscul*. Idem *ad Attic*. 5. Excisa enim est arbor, non eulsa: itaque quàm fruticetur vides. Sic, Euellere se ex complexu apud eundem: &, Euellere sese ex cœno, apud Plin. *lib.* 8. *cap.* 42. ¶ Per translationem Euellere sibi scrupulum ex animo. Cic. *pro Rosc. & pro Cluentio*, Euellere opinionem aliquam ex animis hominum.

Ēvulsio, verbale. {נסיחה *nasiach*. ἐκτιλμός, ἀφαίρεσις. GALL. *Arrachement*. ITAL. *Esso suellere*. GERM. Außrupfung, außreissung. HISP. *Obra de arrancar algo de lugar*. ANGL. *A plucking vp, a pulling away*.} Cicer. *de nat. deor*. Qui primus purgationes alui, dentisque eulsionem inuenit.

Ēvĕmĕrŭs, Εὐήμερος. Nomen historici, de quo Lactantius: Euemerus, inquit, antiquus autor fuit è ciuitate Messana. Res gestas Iouis, & cæterorum qui dij putantur, collegit, historiámque contexuit è titulis, & inscriptionibus sacris quæ in antiquissimis templis habebantur. Hanc historiam interpretatus est Ennius, & sequutus.

Euenetus, Lucedæmoniorum dux fuit, qui ad arcendum Thessaliæ finibus Xerxem, Themistocli adiutor fertur. Autor Herod. *lib.* 7.

ĒVĔNĬO, is, eueni, euentum. Venire, accedere. {קרה *karah*. ἀποβαίνω. συμβαίνω. GALL. *Aduenir*. ITAL. *Venire, accostarsi, accadere, auenire*. GERM. Begegnen, widerfahren. HISP. *Acontecer*. ANGL. *To appen by chaunce, to come to passe*.} Plaut. *Casina*, Sine modò rus eueniat, remittam ad te virum. ¶ Nonnunquam etiam significat euadere, hoc est, per quamcunque difficultatem ad aliquid peruenire, exitum habere. Idem *in Most*. Hei mihi, commista hæc blanda dicta quò eueniat, madeo metu. Idem *in Epid*. Expectando exedor miser, atque exenteror, quo mihi Epidici blanda edicta eueniant: nimis diu macetor. ¶ Sæpiùs tamen ponitur pro contingere, accidere, συμβαίνειν, ἀποβαίνειν, & tam in malam, quàm in bonam partem accipi solet. Idem *in Asin*. Opto id quod vt contingat tibi, VIS. AR. Quid si optaro? LE. Eueniet. Idem *in Persa*, Quid agitur? TO. Viuitur. S. Satin' ergo ex sententia? V. Si eueniunt quæ opto, satis. Idem *in Mercat*. Omnia mihi hodie eueniunt præter sententiam: non viuam vesperi. Nisi illanc à me selectam abigam. Cicer. 3. *Offic*. Quod autem in poëmatibus, & in picturis vsu euenit, in alijsque compluribus, vt delectentur imperiti. Idem *fam*. 2. Ex quo vereor, ne idem eueniat in meas litteras. Virtute formæ id euenit vt deceat quicquid habeas. Plaut. *Most. sc.* 3. *a.* 1. Hæc euenerunt nobis ex sententia. Idem *Menæch. sc. vlt*. Gaudeo si quid propter me tibi euenit boni. *Ibid. sc. vlt. a.* 5. Hæc mihi euenit seruitus. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 2. Haud falsum mihi euenit somnium. Idem *Milit. sc.* 4. *a.* 2. Seruitus si euenit, ei morigerari decet. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 1. Quod mihi ne eueniat periculum est. *Ibid. sc.* 1. *a.* 2. Meritò tibi ea euenerunt à me, (id est, collata sunt in te.) *Ibid. sc.* 3. *a.* 2. Infecta dicta te eueniant tua. Idem *Amphitr*. Mihi haud sæpè eueniunt tales hæreditates. Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 1. Vbi euenit hinc occasio. Idem *Milit. sc.* 1. *a.* 2. Isthæc quo eueniant madeo metu. Idem *Mostell. sc.* 1. *a.* 2. *& sc.* 2. *a.* 1. ¶ Quandoque est obuenire, & sorte alicui obtingere. Salust. *in Iugurth*. Metellus & Syllanus coss. designati prouinciam inter se partiuerant, Metellóque Numidia euenit.

Ēvĕnit, impersonaliter pro ita accidit. Ter. *in Andr*. Quid tu Athenas insolens? C. Euenit.

Ēventum, i, neutro genere, quod in plurali euenta facit. {מקרה *mikreh*. ἀποβαῖνον, συμβεβηκός. GALL. *Euenement, la fin & issue de quelque chose*. ITAL. *Riuscimento di qualche cosa*. GERM. Zutragung eines dings, eine beschehung eines handels. HISP. *Acontecimiento, ò la salida de lo que acontece*. ANGL. *The end euent, that followeth of*.} Lucr. *lib.* 1.

Euentum dici poterit quodcunque erit actum.

Cicer. *in Partition*. Si cuiusque facti, & euenti causa ponetur. Idem *in Diu*. Si euenta quærimus, quæ exquiruntur auibus. Idem *ad Atticum*, Semper causæ euentorum magis mouent, quàm ipsa euenta. ¶ Euentum præstare, est periculum alicuius rei in se recipere, ἐγγυᾶσθαι τὸ πέρας ἐπάγει.

Ēventŭs, gen. mascul. & quarti ordinis, tam in plurali numero, quàm in singulari dicitur quod casu, aut fortuna nobis euenit, tam in bonum, quàm in malum. {מקרה *mikreh*. συμβαῖνον, ἀποβαῖνον. GALL. *Euenement*. ITAL. *Euento, accidente, caso*. GERM. Der außgang oder außgang. HISP. *Acontecimiento*. ANGL. *Happe, chaunce, successe, that followeth of any thing*.} Cic. *lib.* 1. *de Orat*. Vt enim quisque optimè dicit, ita maximè dicendi difficultatem, variósque euentus orationis expectationémque hominum pertimescit. Virg. 6. *Æneid*.

——casúsque volutat
Euentus animo secum.

Ouid. 2. *de Ponto*,

Nam timor euentus deterioris abest.

Idem in *Epist. Phyllidis*,

——careat successibus opto,
Quisquis ab euentu facta notanda putat.

Euentus rebus in omnibus, velut bonæ messis, magni fit. Plaut. *Mostell. sc.* 3. *a.* 1.

Cuius

Cuius in euentu pœnæ clementia tanta,

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* Eucatus in manu fortenæ, Sueton. *in Neron. cap.* 23.

EVENTILO, as, Ventilatione purgo. {זרה *zeráh.* λικμάω. GALL. *Esuenter.* ITAL. *Crinellare, sueniollare.* GERM. Mit wetffen oder wannen erschuben. HISP. *Menear alguna cosa con el aire, auentar.* ANGL. *To cleanse by winnowing, to fanne corne.*} Col. *lib.* 1. Et celeriter frumenta deterantur, non cedente solo pulsibus vngularum, tribularúmque: & eadem euentilata, mundiora sunt.

Euenus, {εὔηνος. GERM. Ein fluss in Aetolia.} Fluuius est Ætoliæ in Calidromo monte nascens, & iuxta Calydonem in mare Ionium influens: ita dictus ab Eueno Martis filio, & Marpeisæ patre, qui se in hunc fluuium præcipitauit. Ouid. *lib.* 9. *Metam.*

Nanque noua repetens patrios cum coniuge muros,
Venerat Eueni rapidas Ioue natus ad vndas.

Lucan.

Et Meleagream maculatus sanguine Nessi,
Euenus Calydona secat, &c.

Euenus, εὔηνος, Philosophus, qui famem optimum ciborum condimentum esse dicere solebat, vt refert Plutarch. ¶ Fuerunt item Eueni duo Parij, Elegiarum scriptores: quorum meminit Suidas.

EVERBERO, Verbero. {חבט *bichcháb.* τύπτω, μαστίζω. GALL. *Battre.* ITAL. *Battere, percuotere.* GERM. Schlagen, schwingen. HISP. *Herir, ò açotar.* ANGL. *To scourge, to whippe.*} Quint. *lib.* 2. *cap.* 4. An credibile sit, super caput Valerij pugnantis sedisse coruum, qui os oculósque hostis Galli rostro atque alis euerberaret? Ouid. 14. *Metam.*

——— & cineres pulsis euerberat alis.

Gell. *cap.* 23. *lib.* 1. Euerberare animum alicuius ad inquirendum.

‖Energaneus. Hadr. Iun. in Nomencl. Trabes energaneæ affabrè factæ, δοκοὶ εὐεργεῖς, fein hüpsch gearbeitete balcken.

Euerge, tudicula. Poll.‖

Euergetes, εὐεργέτης, cognomen Ptolemæi Ægyptiorum regis, qui Philadelpho successit, à maximis eius in Græcas ciuitates meritis impositum. Nam εὐεργέτης, à Græcis dicitur quem nos beneficum, vel bene meritum appellamus. ¶ Euergetæ item dicti sunt populi Scythiæ, qui & Arimaspi, quòd benefici fuerint in Argonautas maris tempestate ad eorum littora delatos. Steph.

EVERGO, is, Emitto. {שלח *schillách.* ἐκχέω. GALL. *Enuoyer dehors.* ITAL. *Mandar fuori.* GERM. Herfürgeben. HISP. *Embiar à fuera.* ANGL. *To send forth.*} Liu. *lib.* 45. Montes ingentis altitudinis spem faciebant, eò magis quòd nullos apertos euergerunt riuos, occultos continere latices quorum venæ in mare permanantes, vnde miscerentur.

EVERRO, is, euerri, euersum, Scopis expurgo. {טאטא *teté* בער *bihér.* ἐκσαρόω, ἐκκορέω. GALL. *Balier & nettoyer.* ITAL. *Spazzare.* GERM. Auss wüschen. HISP. *Barrer.* ANGL. *To sweepe cleane away.*} Col. *lib.* 8. Stabula frequenter euerrenda & purganda, humórque omnis vrinæ deuerrendus est. ¶ Per translationem accipitur pro spolio, expilo. Cic. 3. *Verr.* O Verrea præclara, quoquam pro accessisti, quo non attuleris istum diem. Etenim quam tu domum, quam tu vrbem adiisti, quod fanum denique, quod non euersum atque extersum reliqueris? Euerrere sermones, pro curiosè excutere. Senec. 3. *de Ira,* Qui malignos sermones, etiamsi secretò habiti sint, euerrit, se ipse inquietat.

Euerriator, dicitur is, qui iure accepta hæreditate, iusta facere defuncto debet: quæ si non fecerit, seu quid in ea re turbauerit, suo capite luat. Id nomen ductum à verrendo: nam Euerræ, sunt purgationes quædam domus, ex qua mortuus ad sepulturam ferendus est, quæ fit per euerriatorem, certo genere scoparum adhibito, ab extra verrendo dictæ.

‖EVERRICVLO, as, verriculo corradere, compilare. Bud.‖

Euerriculum, i, rete est piscatorium à Græcis dictum: & à verrenda aqua sic appellatum. {חרם *chérem.* σαγήνη. GALL. *Filé, verueil, seine.* ITAL. *Rete da pescare.* GERM. Ein zuggarn der fischer. HISP. *La red barredera de pescadores.* ANGL. *A dragnet.*} Varro 3. *de re rust. cap.* 17. Quum neque euerriculo illi in littus educere possent viuam saginam plebei cœnæ pisces. Cic. 6. *Verr.* expilatorem Siciliæ Verrem, euerriculum appellat. Quòd vnquam (inquit) iudices, huiuscemodi euerriculum in illa prouincia fuit? Idem *lib.* 3. *de nat. deor.* doli mali actionem euerriculum appellat omnium malitiarum: quòd scilicet eà euerrantur omnes fraudes è vita hominum ciuili. Est enim ea actio prodita ad terrorem hominum subdolorum, qui ignominiam eius iudicij reformidant. Verba Ciceronis sunt hæc, Inde euerriculum malitiarum omnium, iudicium de dolo malo quod C. Aquilius familiaris noster protulit: quem dolum idem Aquilius tum teneri putat, quum aliud sit simulatum, aliud actum. Hæc Budæus.

EVERTO, is, euerti, euersum, Excindo, diruo, demolior. {הרס *harás* נתש *nathás.* καταβάλλω, ἀνατρέπω, ἀνασκάπτω. GALL. *Renuerser ce qui est dessus dessous, abolir, destruire.* ITAL. *Rouinare, volgere sotto sopra.* GERM. Vmbkeren. HISP. *Rebolver ò trastornar, subuertir, destruyr.* ANGL. *To turne vp syde downe, to euerthrowe.*} Cic. *lib.* 1. *Offic.* De euertendis diripiendísque vrbibus valde illud considerandum est. Virg. 3. *Æneid.*

——— Priamique euertere gentem
Immeritam visum superis.

Idem 1. *Æneid.*

Disiecitque rates, euertitque æquora ventis.

Cic. 3. *Verr.* Nec per summam iniuriam pupillum Iunium fortunis patris conetur euertere. Idem 1. *de Orat.* Qui duorum scalmorum nauiculam in portu euerterit. Catull. *de com. Beren.*

Ille quoque euersus mons est.

Ouid. *lib.* 13. *Metam.*

——— Quid dubitas ingentem euertere Troiam.

Euersio, verb. Ruina, casus, pernicies. {מהפכה *mahpecháh.* ἀνατροπή, καταστροφή, ἀνάστασις, καθαίρεσις. GALL. *Renuersement, destruction.* ITAL. *Abbatimento, distruttione.* GERM. Vmbkerung, vmbwerffung. HISP. *Obra de trastornar alguna cosa.* ANGL. *An euerthrowing, a turning vpside downe.*} Plin. *lib.* 22. *c.* 17. Euersiones vehiculorum. Cic. *de senect.* Hinc Reipub. euersiones. Euersio vitæ. Idem 4. *Acad.* ¶ Euersionem patrimonij facere, Iul. Firmicus *Mathes. lib.* 3. alibi, Patrimonij labem facere.

Euersus, a, um, Dirutus, destructus. {נהפך *nehpháech.* ἀνατετραμμένος, κατεστραμμένος, ἀνάστατος. GALL. *Renuersé, ietté par terre, destruit.* ITAL. *Atterrato, distrutto.* GERM. Vmbkert. HISP. *Trastornado, destruydo.* ANGL. *Ouerthrowen, turned vpside downe.*} Vt euersa vitis, Plin. *lib.* 15. *cap.* 18. Euersus fortunis, Cic. *pro Flacco.* Euersæ ceruices dicuntur cuius curuices non amplius erectæ sunt, sed depressæ. Terent. *Heaut.* Ego te autem noui quàm esse soleas impotens, Inuersa verba, euersas ceruices tuas. Fasces euersi, Consulatus fato amissus. Ouid. *ad Liu.*

Quos primum vidi fasces, in funere vidi,
Et vidi euersos, incidiúmque mali.

Euersor, is, {הפכן *hiphcéch* נתש *nothés.* ἀνατροπεύς. GALL. *Renuerseur, destruiseur.* ITAL. *Destruttore.* GERM. Ein vmbkerer oder zerstörer. HISP. *Trastornador, destruydor.* ANGL. *A destroyer, an euerthrower.*} Cic. *pro domo sua,* Euersor huius imperij. Virg. 12. *Æneid.*

——— Priami regnorum euersor Achilles.

¶ Euersor item pro prodigo & dissoluto ponitur, qui patrimonium suum profundit. Caius *lib. Instit.* 1. Sub curatore sunt minores ætate, maiores euersores insani: qui euersores, aut insani sunt, omni vitæ tempore sub curatore sunt.

Euestigatus, Senec. *contrrouers. lib.* 2. Tu Crasse post euestigata illa fugitiuorum arma vrbis Romanæ ditissimus.

EVESTIGIO, aduerbium, Confestim, properanter: vnica dictio est composita, aut certè duæ dictiones per subunionem coniunctæ. {פתאם *pitheóm.* παραχρῆμα, αὐτίκα. GALL. *Tout incontinent apres, tout soudain, subit.* ITAL. *Incontinente, subito.* GERM. Eilends, von stund an, auff dem fußtrab. HISP. *Luego, sin algun medio.* ANGL. *Forthwith, by and by, quickelie.*} Cic. *fam. lib.* 4. Postea se à Marcello ad me missum esse qui hæc nuntiaret, & rogaret vti cogerem medicos: coëgi, & euestigio eò sum profectus prima luce. Plin. *in Epist.* Nunquam sum magis de occupationibus meis questus, quæ me non sunt passæ aut proficiscentem te valetudinis causa in Campaniam prosequi, aut profectum euestigio subsequi.

‖Eugalacton. Plin. *lib.* 27. 9. Glaux antiquitus eugalacton vocabatur, cytiso & lenticulæ foliis similis.‖

Euganei, εὐγάνεοι, populi fuerunt ad intimum maris Adriatici sinum, Alpes versus: qui deinde à Troianis & Henetis, qui Antenore duce in eam Italiæ partem venerant, sedibus suis pulsi, Alpes Graias tenuerunt. Liu. *lib.* 1. *ab Vrbe,* Casibus deinde variis Antenorem cum multitudine Henetûm, qui seditione ex Paphlagonia pulsi, & sedes & ducem, rege Pylemene ad Troiam amisso, quærebant, venisse in intimum maris Adriatici sinum, Euganeisque qui inter Alpes maréque incolebant, pulsis, Henetos Troianósque, eas tenuisse terras, & in quem primum egressi sunt locum, Troia vocatur, pagóque inde Troiano nomen est. Gens vniuersa Veneti appellati. Hæc ille. Dicti autem sunt Euganei ἀπὸ τῆς εὐγενείας, hoc est, à generis nobilitate, teste Plin. *lib.* 3. *cap.* 20. Hinc Euganeus, a, um. Iuuenalis,

——— Euganea quantumuis mollior agna.

Lucanus,

Euganeo (si vera fides memorantibus) augur
Colle sedens, Aponus vbi terris fumifer exit,
Atque Antenorei dispergitur vnda Timaui.

Euge, {האח *habáh* נאה *heæch.* εὖγε.} Interiectio assentientis, laudantis & gratulantis. Plaut. *in Epid.* Euge, corpulentior videre atque agilior. Idem *in Mercatore*. Euge mi Demipho salue. Euge homo lepidissime. Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Lepidè dictum. Euge plaudo Scaphæ. Idem *Most. sc.* 3. *a.* 1. Euge oculus meus. (exultantis.) *Ibid.* Euge, euge, lepidè laudo commentum tuum. Idem *Milit. sc.* 2. *a.* 2. Euge ædilitias edictiones habet. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Euge, Thalem non emam talento. *Ibid. sc.* 2. *a.* 2. Eas legiones copiásque summus, euge, potiti. Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 3. S. Euge, optime, nunc exquire. (hortantis.) Idem *Amphitr. sc.* 3. *a.* 2. Euge, euge, Dij me seruatum volunt. Idem *Aul. sc.* 3. *a.* 4. Sed ædes occluserunt Eugepæ! Idem *sc.* 2. *a.* 4.

Eugeniæ, Vuæ quædam sunt à generositate sic dictæ. Nam εὐγένεια à Græcis dicitur nobilitas. Col. *lib.* 3. *cap.* 2. Frigidum solum ac roscidum cælum commodissimè sustinent, sicut eugeniæ dum sunt in Albano colle. Nam mutato loco, vix nomini suo respondent.

‖Eugepæ, interiectio gestientis lætitia, ab euge.‖

Eugia, εὔγεια, regiuncula Arcadiæ. Steph.

Eugium, pellicula quædam in pudendo muliebri, quam primo coitu rumpi nonnulli ex antiquis putauerunt. ὑμήν. Quamuis reuera constet inter Anatomicæ rei peritos pelliculam eiusmodi commentitiam esse, & in virginum dissectionibus non inueniri. Nonius, Eugium, inquit, pars media inter naturalia muliebria. Næuius, Sine eugio puellam inuenit. Laberius, Quare tam arduum ascendis? an concupiscis eugium scindere? Idem, Quænam mens, quæ delitias vos suppellitores facit cum cano eugio puellitari. vbi sic vetulæ naturam appellauit.‖ ¶ Est etiam nota silentij in Musicis.

Eugubium, *Vgubbio*, V. E. Vmbriæ, lanificio & corpore S. Vbaldi clara, sub A. & ducatu Vrbinate.‖

Euhoe, εὐοῖ, vox Bacchantis. Plaut. *Menaech. sc.* 2. *a.* 5. Euhoë atque cheu Bromie quò me in syluam venatum vocas? Fortasse rectius scriberetur *euohe*. Acron. in Horat. 2. *Carm. Ode* 11. Apud Plaut. *eodem* alij ita legunt: Evoe, evie, Bromie, &c. Vide infrà in *Euæ*.

Euhyus, εὔιος. Vnum ex Bacchi cognominibus, à Ioue illi inditum eo in bello quod Gygantes cum diis gesserunt. Fabulantur enim Poetæ, cæteris diis perterritis, Liberum patrem se in leonem conuertisse, vnumque ex Gygantibus interfecisse, & ob rem ta[illegible], Euhyon, hoc est, bonum filium à Ioue fuisse salutatum. Stat. *lib.* 2.

Et tunc fortè dies noto signata tenaui.
Fulminat, præcepti cùm te tenet Euhye partus.

¶ Inde fit fœmininum Euhyas, Bacchi sacerdos. Horat. *lib.* 3. *Carm.*

Non secus in iugis ex-somnis stupet Euhyas,
Hebrum prospiciens, & niue candidam Thracen.

Euibro, as, are, ἀναπάλλω, Gell. *lib.* 1. *cap.* 11. Excitarentur, atque euibrarentur animi.

EVIDENS, Clarus, apertus, perspicuus. {נראה *niréch* ברור *barúr* צח *tsacó* צחיח *tsechiách.* ἐμφανής, σαφής. GALL. *Euident, clair, manifeste.* ITAL. *Euidente.*

Euidente. GERM. Scheinbar/klar vnd heyter. HISP. *Visibile, claro y manifiesto*. ANGL. *Plane, manifeste*. } Cic. *de Vniuers*. At vt esset mensura quædam euidens, quæ in istis octo cursibus celeritates, tarditatésque declararet. Sic euidens ratio, euidens argumentum. Gell. *cap*. 6. *lib*. 17. Ea sunt euidentia.

Euidentia, Perspicuitas. { ראי *rei* מראה *mareéh*. GALL. *Euidence*. ITAL. *Euidenza*. GERM. Klarheit/ heytere einen dings. HISP. *Aquella claridado manifestacion*. ANGL. *Planenesse, clearnesse*. } Claritas, perspicuitas, quo nomine figura quædam sententiarum à Rhetoribus dicitur, quæ & ἐνάργεια à Græcis appellatur, quum scilicet res ita oculis subiicitur vt coram geri, non commemorari videatur. Cic. 4. *Acad*. Propterea quòd nihil clarius ἐναργείᾳ, vt Græci, perspicuitatem, aut euidentiam nos, si placet, nominemus, fabricemúsque, si opus erit, verba.

Euidenter, aduerbium, Clarè perspicuè. { ἐναργῶς. GALL. *Euidemment, clairement*. ITAL. *Euidentemente, chiaramente, manifestamente*. GERM. Klarlich/augenscheinlich. HISP. *Claramente y manifestamente*. ANGL. *Planely, clearly*. } Liu. 6. *ab Vrbe*, vel fateri nobis ea, quum tam euidenter pœnituerit, tutum censemus.

Euidentissimè, Aduerb. Paulus *D. lib*. 50. *tit*. 1. *l*. 33. Siquidem euidentissimè apparuerit.

EVIGILO, as, Expergiscor, excitor. { עור *hur*. ἐγρήγορα. GALL. *Veiller, ne dormir plus*. Item, *estre esueillé, se reueiller*. ITAL. *Destarsi, suegliarsi*. GERM. Auffwachen/ erwachen. HISP. *Velar despues del sueño*. ANGL. *To wake, to take paine or be diligent*. } Suet. *in Galba cap*. 2. Somniauit fortunam dicentem, &c. vsque euigilauit, &c. Plin. *Epist*. 5. Euigilaueram: nuntius à Spurina, &c. Stat. 5. *Sylua*.

——Gnaruis qua puppe magister.
Excidit, & medijs miser euigilauit in vndis.

¶ Nonnunquam significat elucubro, & elaboro, siue vigiliis conficio. Ouid. *Eleg*. 1. *lib*. 1. *Trist. ad librum*,

Aspicies illic positos ex ordine fratres,
Quos studium cunctos euigilauit idem.

Cicer. *ad Attic. lib*. 9. At quàm honesta, at quàm expedita tua consilia, quàm euigilata tuis cogitationibus. Quintil. Pythagoreorum mos cùm euigilassent. Gell. *cap*. 7. *lib*. 1. Pleraque litterarum meditata euigilataque erant.

Euij, populi Liguriæ, Steph.

Euila. { חוילה *chauiláh*. } Regio ad Orientem vergens, sacris literis celebrata, quam circuit de Paradiso Phison egrediens, quem nostri mutato nomine Gangem vocant. In ea aurum purissimum, quod Hebraicè *Zaab*, & gemmæ pretiosissimæ, carbunculus, smaragdúsque nascuntur.

EVILESCO, Vilesco, vilis fio, & in contemptum abeo. { נבל *nabál*. ἐξευτελίζομαι. GALL. *Auilir, deuenir vil*. ITAL. *Deuenir vile, auilire*. GERM. Veracht werden. HISP. *Valer poco, ir à menosprecio*. ANGL. *To become vyle*. } Suet. *in Claud. Cæs. cap*. 15. Propter quæ vsque eò euiluit, vt passim ac propalàm contemptui esset.

EVINCIO, is, ere, Vincio, ligo, circunligo, corono. { אסר *asár*. ἀναδεσμέω, ἀναδέω. GALL. *Lier & serrer*. ITAL. *Ligare*. GERM. Binden/knüpfen. HISP. *Atar*. ANGL. *To bind, to knit hard*. } Virg. 8. *Æneid*.

——Euincti tempora ramis.

Tacit. *lib*. 5. Surena patrio more Tiridatem insigni regio euinxit.

Euinctus, participium. { אסור *asúr*. ἀναδετός. GALL. *A qui on a lié & accouplé quelque chose, lié*. ITAL. *Ligato, cinto*. GERM. Gebunden. HISP. *Atado*. ANGL. *Bound hard*. } Virg. 5. *Æneid*.

Ipse caput tonsæ foliis euinctus oliuæ.

Ibidem,

Puniceis ibant euincti tempora tæniis.

Idem 7. *Eclog*.

——Leui de marmore tota
Puniceo stabis suras euincta cothurno.

Ouid. *Eleg*. 4. *lib*. 4.

Pectinus euincti tristem ducuntur ad aram.

Gell. *cap*. 1. *cap*. 14. Omnia quasi sideribus euicta duci & regi.

EVINCO, Vinco, conuinco, vel vincendo extorqueo. { נצח *nitsfedeh* הוכיח *hochiach*. ἐκνικάω. GALL. *Conuaincre fermenter, vaincre*. ITAL. *Vincere*. GERM. Vberwinden. HISP. *Vencer*. ANGL. *To ouercome, to vanquishe*. } Liu. 2. *ab Vrbe*. Omne id tempus cum coniuratis consultando absumunt, euincuntque mittando vt literæ sibi ad Tarquinios darentur. Horat. 2. *Serm. Satyr*. 3.

Si puerilius his ratio esse euincet amare.

Col. *lib*. 6. *cap*. 5. Euincendi sunt autem, quamuis pestiferi morbis, & exquisitis remediis populsandi. ¶ Euincere item apud Iurisconsultos, est eandem rem quam aduersarius iure legitimo acquisierat, per iudicem recuperare. Hinc Euictio, talis recuperatio. Itaque propter periculum euictionis moris fuit olim vt si res non Quiritum, sed Gentium iure abalienaretur, is qui eam acquirebat duplam, aut simplam stipularetur sibi ab autore dari, si ea sibi iudicio adimeretur: quemadmodum ex Varr. *lib*. 10. *de re rust*. intelligitur.

Euictus, participium, Victus, conuictus. { נכבש *noebách*. ἐκνικηθείς. GALL. *Conuaincu, vaincu*. ITAL. *Conuinto*. GERM. Vberwunden/ vberzeugt. HISP. *Vencido*. ANGL. *Vanquished*. } Cic. 2. *Verr*. Qui tam nefariis criminibus, tam multis testibus euictus, ora iudicum aspicere, atque os suum populo Romano ostendere auderet. Virg. 4. *Æneid*.

Tu lacrymis euicta meis, tu prima furentem
His germana malis oneras, atque obijcis hosti.

Suet. *in Tib. cap*. 57. Euictus precibus. Euicti tempestatibus naufraga euexit corpus viri. Senec. *cap*. 17. *de consol. ad Helu*.

Euictus longo tempore Cæsar erit,

Ouid. *Eleg*. 1. *lib*. 3. *Trist*.

Euippe, εὐίππη, vicus Cariæ. Steph.

EVIRO, as, Castro, virilitatem execo. { נתק *nathák*. εὐνουχίζω. GALL. *Chastrer, effeminer, oster la virilité*. ITAL. *Castrare, tagliare i genitali*. GERM. Außbauwen/ münchen. HISP. *Capar è castrar*. ANGL. *To geld*. } Et per translationem, mollem & effœminatum reddo ἐκθηλύνω. Varr. *Marcipore*, vt citat Nonius, Euirauit omnes Veneri vaga pueros.

Euiratus, Castratus, quasi virilibus spoliatus. { נתוק *nathúk*. ἐξευνουχισμένος. GALL. *Chastré, effeminé*. ITAL. *Castrato, priuato de i genitali*. GERM. Dem außgebauwen ist. HISP. *Capado o castrado*. ANGL. *Gelded*. } Per metaphoram accipitur pro molli & effœminato. Plaut. Adolescens euiratus ac mollis. Martial. *lib*. 5.

Spadone quum sis euiratior fluxo.

Euiratio, nis, Virilium exectio, & per translationem, effœminatio. { ἀνανδρία, εὐνουχισμός. GALL. *Chastrement*. ITAL. *Il castrare*. GERM. Münchung/ außbauwung. HISP. *Aquella obra de castrar o capar*. ANGL. *A gelding*. } ¶ Euirationem pilorum, dixit Plin. *lib*. 29. *cap*. 1. pro depilatione qua corpus glabrum & molle redditur more fœminarum. Nam viros hirsuta decent corpora, ij enim robustiores sunt, & naturæ calidioris. Senec. *cap*. 26. *de vita beata*. Euiratio bonæ spei est lacessere virtutem.

Euiresco, is, { רטב *ratáb*. εὐθαλέω, ἀναχλωρίζω, ἀνθέω. GALL. *Deuenir verd, verdoyer*. ITAL. *Diuenir verde, ò verdeggiare*. GERM. Grünen/ grün werden. HISP. *Reuerdecer*. ANGL. *To waxe grene*. } Viride fieri. Varro *Promethee, lib*. 15.

Et exangui calore euirescat colos.

EVISCERO, as, Visceribus spolio. { ἐκσπλαγχνίζω. GALL. *Esboeller, oster les entrailles & le dedans*. ITAL. *Suiscerare, suentrare*. GERM. Entweyden/ das eingeweyd außnemmen. HISP. *Quitar las entrañas*. ANGL. *To pull out the garbishe or guttes, to bowell*. } Virg. 11. *Æneid*.

Compressámque tenet, pedibúsque euiscerat vncis.

Cicer. 1. *Tuscul*. ex Ennio, Ipse summis saxis fixus asperis, euisceratus latere pendet.

EVITO, as, compositum à vito, Effugio, vito, deuito. } ברח *barách* נשמר *nischmar*. ἐκκλίνειν, φυλάττομαι. GALL. *Fuir, euiter*. ITAL. *Schifare*. GERM. Vermeiden. HISP. *Esquiuar*. ANGL. *To eschewe, to auoyde*. } Cicer. *de Amic*. Est enim varius & multiplex vsus amicitiæ, multæque causæ suspicionum, offensionúmque damnantur, quas tum euitare, tum leuare, tum ferre sapientis est. Horat. *lib*. 1. *Carm*.

——metáque feruidis
Euitata rotis.

Cælius *Ciceroni*, Periculosam, & grauem illam dimicationem euitarent. ¶ Legitur & Euito apud antiquos pro vitam eripio, occido, ἀναιρέω. Cic. 3. *Tuscul*. ex vetusto quopiam Poeta, Hæc omnia vidi inflammari, Priamo vitam euitari.

Euitatio, nis, { משמר *mischmár*. ἔκκλισις, ἀποφυγή. GALL. *Euitement, eschreuement, fuite*. ITAL. *Schitamento*. GERM. Vermeidung/ fliehung. HISP. *Esquiuamiento*. ANGL. *An eschewing*. } Quint. Malorum euitationem, & liberationem, &c.

Euitabilis, e. { εὐφύλακτος, εὐφύλακτος. GALL. *Euitable, qu'on peut euiter*. ITAL. *Che si puo schifare*. GERM. Das zu vermeiden ist. HISP. *Cosa que se puede esquiuar*. ANGL. *Easie to be eschewe*. } Non euitabile telum, apud Ouid. 6. *Metam*.

[Eulabes, negotiorum susceptor.]

EVLOGIA, { ברכה *beracháh*. εὐλογία. GALL. *Benediction, louange*. ITAL. *Benedittione*. GERM. Ein segen/ bedeyung. HISP. *Bendicion, razonamiento, obra de razonar*. ANGL. *A blissing, a lauding*. } Benedictio, munificentia, beneficentia, vel etiam rationabilitas: ἀπὸ τοῦ εὐλόγου, quòd significat rationabile. Cic. *ad Attic. lib*. 13. Locum non sanè probo, quòd est hominibus desertior, sed habet εὐλογίαν.] ¶ Eulogia sunt etiam breues chartulæ, eorum qui dabunt militibus stellaturam, seu tesseram annonariam, loco stipendij. Scriban.]

Eumæus, εὔμαιος, Subulcus fuit Vlyssis, qui dominum à bello Troiano reducem opera sua adiuuit contra procos vxoris. Homer. *lib*. 22. *Odyss*.

Eumeces, Balsami genus læui cortice: ita dictum quòd cæteris sit procerius. εὐμήκης enim Græcè, procerus & prolixus dicitur. Plin. *lib*. 12. *cap*. 25.

Eumelus, εὔμηλος. Admeti regis Thessaliæ ex Alcesti vxore filius.

Eumenes, εὐμένης, vir Cardianus ex intimis Philippi & Alexandri familiaribus, qui cura, diligentia, patria calliditate, & celeritate omnes Macedones superauit: de quo multa à Græcis historicis traduntur. ¶ Fuit præterea hoc nomine Pergami rex, qui Antiochum apud Sardeis ingenti prælio superauit: de quo vide Strab. *lib*. 13. & *infrà* in dictione *Pergamus*.

Eumenia, εὐμένεια, vrbs Phrygiæ quam Attalus ab Eumene Philadelpho sic vocauit: aut Hylas, quòd bene in ea mansisset, sic eam appellauit. Alia est Cariæ, tertia in Hyrcania.

Eumenides, εὐμενίδες, Furiæ, κατ' ἀντίφρασιν dictæ, quòd minimè beneuolæ sint, εὐμενὴς enim beneuolum significat. { GERM. Wütende vnd vngütige hellische weiber. } Has autem tres ferunt fuisse, Acherontis & Noctis filias, vno partu editas. Et apud inferos vocantur Canes: vnde Lucanus,

——iam vos ego nomine vero
Eliciam, Stygiásque canes in luce superna
Destituam.

Apud mortales, Furiæ ab effectu. Cic. 2. *de legib*. Agitant & insectantur impios Furiæ non ardentibus tædis (sicut est in fabulis,) sed angore conscientiæ, & fraudis cruciatu. Apud Superos dicuntur Diræ. Virg. *lib*. 12. *Æneid*.

At procul vt Diræ stridorem agnouit & alas,
Infelix crines scindit Iuturna solutos.

Vocantur & Volucres, vt apud eundem,

Iamiam linquo acies, ne me terrete timentem
Obscœnæ volucres, alarum verbera nosco.

Eumetris, gemma est apud Bactros nascens, silici similis, quæ capiti supposita nocturna visa ad oraculi similitudinem reddit. Plin. *lib*. 37. *cap*. 10.

EVMOLPVS, εὔμολπος. Nomen viri Atheniensis, quem Suidas Musæi poëtæ filium fuisse scribit, & Pithiorum victorem. Alij Orphei vatis filium fuisse credunt, qui Poëta fuit ipso etiam Homero antiquior. Ab hoc Eumolpidas, sacrorum quorundam præsides dictos volunt, quorum meminit Æschines in oratione contra Ctesiphontem.

Eumolpidæ, εὐμολπίδαι. Dicti sunt sacerdotes, seu magistratus Athenis, in

memoriam & humorem Eumolpi regis, quem Ægytij generis fuisse Diodorus refert.

Eumonīdēs, εὐμολπίδης. Nomen proprium viri Thebani, cuius meminit Plutarchus.

Eunæ, Εὐναί, vrbs Cariæ, in qua fluuius est Eunæus. est etiam Eunæ vrbs Argûs, quam habitabant Cyrenæi. Steph.

Euneus, εὔνεως, Iasonis filius ex Hypsipyle filia Thoantis regis Lemni, teste Homero *lib.7. Iliad.*

Eunŏmĭă, æ, εὐνομία. Est recta iuris legúmque constitutio, quo nomine Dea illa vocatur, quam Demosthenes alteram iudiciorum præsidem facit: duplex est Eunomia, vna quidem recta iuris constitutio: altera verò rectè constituta iuri obtemperatio: & εὔνομοι eunomi populi dicuntur, qui recta legum institutorúmque ratione vtuntur. Budæus.

Eunonymitæ, Εὐωνυμῖται, populi Ægyptij iuxta Æthiopiam. Steph.

Eunūchus, {סריס saris. εὐνοῦχος, εὔνουχος. Gall. *Eunuque, chastré dés son ieune aage.* Ital. *Eunucho, castrato, senza genitale.* Germ. Ein verschnittner. Hisp. *Capado, ò castrado.* Angl. *A gelded man.* } Castratus: ab εὐνή, quod est cubile, & ἔχω custodio: quia id hominum genus adhibebatur seruandis cubilibus regum, quasi Eunæchus, & per synæresin Eunuchus. Cic. *in Orat.* Eunuchi in Syria Ægyptóque, &c. Iuuenal. *Satyr.10.*

——decidere iactu
Cœpit cum ventis, imitatus castora, qui se
Eunuchum ipse facit, cupiens euadere damno
Testiculorum.

Gell. *cap.2. lib.4.* Eunuchus morbosúsve.

[Eunuchias, εὐνουχίας, est sicyopepon, ad differentiam spermatiæ. Hi erant compacti & breuiores: illi flura carne & in longum producta figura, qualis fuit cucumeris scytalici.

Eunuchium, εὐνούχιον, lactucæ genus, quòd maximè refragetur Veneri. Gorth.

Eunuchinus, a, um. Hieron. *de custod. virg. ad Eustoch.* Aliæ, inquit, virili habitu, veste mutatâ erubescunt esse, quòd natæ sunt, crinem amputant, & impudenter erigunt facies eunuchinas.]

Eunūchizo, as, {נתק nathák. εὐνουχίζω. Gall. *Chastrer.* Ital. *Castrare, Cauare i genitali.* Germ. München verschneiden/ außhawen. Hisp. *Castrar, Capar.* Angl. *To geld.* } Castro, Hieronymus *contra Iouin.* Sunt Eunuchi qui de vtero matris ita nati sunt, & sunt eunuchi qui ab hominibus eunuchizati sunt, & sunt eunuchi qui se castrauerunt propter regnum cælorum.

Eunūcho, as, eiusdem significationis. {נתק nathák. εὐνουχίζω. Angl. *To geld.* } Varro *in lege Mænia* apud Nonium, Sic quidem patriam maiorem parentem extinguit in eo est culpa: quod facit pro sua parte is qui se eunuchat, aut alibi liberos producit.

Evŏco, as, Extra voco. { קרא kará זעק zahák. ἐκκαλέω, προσκαλέω. Gall. *Hucher pour venir dehors, appeller.* Ital. *Chiamar fuori.* Germ. Hinauß berüffen. Hisp. *Atraer y llamar à fuera.* Angl. *To call forth.* } Plaut. *in Amphitr.* Euocate huc Sosiam. Terent. *in Eunuch.* Num quem euocari hic vis foras? Plaut. *in Amphitr.* Tu gubernatorem è naui huc euoca meis verbis Blepharonem, vt re diuina facta mecum prandeat. Pectus digitis pultat. Cor credo euocaturus est foras. Idem *Milit. sc.1. a.1.* Ostium pultabo, & intus aliquem euocabo foras. Idem *Pseud. sc.1. a.2. & sc.7. a.4.* ¶ Sic euocare ad cœnam, euocare ad colloquium, euocare ad pugnam, &c. Cicer. *Attic. lib.1.* Tuas Numesio literas dedi, sic te his euocabam, vt nihil acrius, neque incitatius fieri posset. Euocare aliquem Romam, aut aliam ad vrbem accersere. Sic qui in prouinciis erant, sæpe ad dicendam causam Romam euocabantur. Cicer. *3. Verr.* Pericles Ephesius homo nobilissimus Romam euocatus est, quòd autor iniuriæ illius fuisse argueretur. Euocare spiritum, id est, aërem flatúmque conceptum cucurbitulis educere. Cels. *lib.4. cap.13.* Ex cæteris spiritum euocare abundè est. ¶ Euocare item est ad subitam tumultuariámque malitiam vocare. Cæsar *1. bell. ciuil.* Magnus numerus Equitum Romanorum & Decurionum, quos ex municipiis Domitius euocauerat. ¶ Euocare deos, siue sacra, veteres dicebant pro precibus elicere nomina illa in quorum tutela vrbs obsessa esse putabatur, vt ea relicta, in eorum qui obsidebant, vrbem transirent. Nefas enim ducebant, vrbem aliquam nisi priùs euocatis diis tutelaribus, oppugnare: ne aut aduersùs deos pugnare, aut capta vrbe ipsos etiam deos captiuos habere viderentur. Huiusmodi autem euocationes fiebant conceptis verbis, & crimine quodam in eum vsum composito, cuius formulam describit Macrobius *Satur. lib.3. cap.9.* ¶ Per translationem ponitur pro auerto, ἀποτρέπω. Cic. *1. Tuscul.* Nam quid aliud agimus, quum à voluptate, id est, à corpore, quum à re familiari, quæ est ministra & famula corporis, quum à Republ. quum à negotio omni euocamus animum? Quo tamen in loco potiùs legendum videtur *auocamus.*

Euocatur, verbale. Cic. *in Catil.* Principem coniurationis, euocatorem & seruorum & ciuium perditorum exire patieris?

Euŏcāti, dicuntur non qui iusti milites sunt, sed qui repentina aliqua necessitate ex agris in bellum tumultuariè vocantur. { קרואים keruim נקים zaqi bakim. ἔκκλητοι. Gall. *Appellez à la guerre par necessité.* Ital. *Chiamati à bisogni per soldati.* Germ. Kriegsleut die man eilends in der not von heimet in das feld hinauß berüfft. Hisp. *Llamados todos à la guerra.* Angl. *Souldiers chosen & called to warre of necessitie.* } Hi pro militibus ducebantur. Suet. *in Galb.* Delegit & equestris ordinis iuuenes, qui manente anulorum aureorum vsu, euocati appellarentur, excubiásque circa cubiculum suum vice militum agerent. Idem *in Aug. c.56.* Affuit clientibus: sicut Scutario cuidam euocato quondam suo, qui postulabatur iniuriarum. Cic. *ad Appium*, Antonium præfectum euocatorum misit ad te, cui si videbitur, cohortes traderes. ¶ Immò Euocati sunt ἀνάκλητοι, (vt scribit Dio) i. reuocati, nempe homines militia perfuncti, & emeritis stipendiis, qui tamen rursus militatum euocantur. Eorum honestus erat ordo in re militari, vt ex inscriptionibus constat. Nam Euocatum Cæsaris, aut Augusti fuisse ambitiose incisum conspicimus. Salust. *in Catilin.* Reliqua signa in subsidiis arctiùs collocat, ab his centuriones omneis lectos & euocatos. Cæsar *lib. bell. ciu.* pollicetur quadraginta in singulos iugera, & pro rata parte centurionibus, euocatisque. Rursus *lib.3.* Ex Pompeianis concidisse reperiebamus, euocatósque & centuriones complures.

Euŏcātĭo. Hirtius *de bello Alexandrino*, Edictum tota prouincia proposuerat, vt quibus pecunias imperasset, neque contulisset si adirent: quæ euocatio vehementer omnes turbauit.

Euœ, per duas syllabas, εὐοῖ. Interiectio bacchantis est, quam in Liberi patris Orgiis identidem inculcabant Bacchæ. Ouid. *6. Metamorph.*

Exululant, euœque sonant.

Dicitur & Euohe trisyl. Virg. *7. Æneid.*

Euohe Bacche fremens.

Ouid. *4. Metam.*

Téque ferens paruum nudis Melicerta lacertis
Euohe Bacche sonat.

Et sine aspiratione, apud Plaut. *Men. sc.1. a.5.* Euoe atque euie Bromie, quò me in syluam venatum vocas? Vide supra *in Euhoë.*

Evŏlo, as, are, Extra, vel in altum volo, deuolo, auolo. {עף hagh נדד nadádh. ἀποπέτομαι. Gall. *S'ennoler, voler hors.* Ital. *Volar fuori, volar in alto.* Germ. Außfliegen/darvon fliegen. Hisp. *Volar de vn lugar à otro.* Angl. *To flee out or away, to escape.* } Plin. *lib.10.* Vultur, & ferè grauiores, nisi ex procursu, aut altiore tumulo immissæ non euolant. Cicer. *de clar. Orat.* Itaque tantos processus efficiebat, vt euolare, non excurrere videretur. Idem *1. de Legibus.* Quare glandifera illa quercus, ex qua olim euolauit Nuntia fulua Iouis miranda visa figura, nunc sit hæc. ¶ Et per translationem ponitur pro effugere. Cicer. *3. Verr.* Ille qui sua cupiditate tantos tumultus concitatos videret cupere aliquò euolare si posset. ¶ Euolare pœnam, Cic. *de prouin. Consul.* Quam pœnam si tum aliorum opibus, non suis, iniquissimis vobis euolarent: at aliam multò maiorem grauiorémque subierunt.

Euŏlĭto, as, are, frequentatiuum. { συχνῶς ἐκπέτομαι, πολλάκις ἀποπέτομαι. Gall. *S'ennoler souuent.* Ital. *Spesso volare.* Germ. Offt außfliegen. Hisp. *Volar muchas vezes de vn lugar à otro.* Angl. *To flee out or away often.* } Colum. *lib.6. cap.8.* Patentibus fenestris per quas ad requirendos cibos euolitat.

Euŏlātĭcus, a, um, {ἀποπτάμενος. Gall. *Volage, qui vole.* Ital. *Volatile.* Germ. Außflügig. Hisp. *Cosa que vuela.* Angl. *That fleeth away.* } vt, Euolatici homines. Plaut. *Pœnulo*, Ita vt occœpi dicere de illac pugna pentethronica, qua sexaginta hominum vno die euolaticorum manibus occidi meis, &c.

Evŏlo, as, are, à vola, æ, Furari, rapere, quasi in volam recipere. {גזל ghazál פשפשת pischfchét. ἁρπάζω. Gall. *Desrober, voler.* Ital. *Rubbare, inuolare.* Germ. Rauben/ stälen/ mit krummen händen ein ding angreiffen. Hisp. *Robar, arrebatar.* Angl. *To steall, to tak away by stealth.* } Plaut. *Cistell.* Quid quæritas? o. cistellam adolescens hic mihi euolauit.

Evŏlvo, is, ere, de loco voluo. {גלל ghalál. ἀποκυλίω, ἐξελίσσω. Gall. *Desrouiller, desplier.* Ital. *Voltare.* Germ. Außwelgen oder trolen. Hisp. *Sacar voluiendo.* Angl. *To tromble or roll out of place.* } Lucret. *lib.3.*

——nudis euoluunt saxa lacertis.

Ouid. *11. Metam.*

——modò se super aëre frustrà
Tollere conatur, iactásque euoluere syluas.

Plin. *lib.4. cap.12.* Euoluitur in Pontum sex fluminibus Danubius. Terent. *Eunuch.* Hac re & omni te turba euolues, & illi gratum feceris. Plaut. *Pseud. sc.3. a.1.* Aut terra, aut mari, euoluam id argentum tibi. Ouid. *Eleg.1. lib.2. Trist.*

Nec tamen est facinus versus euoluere molles.

Ibidem, ——— ——— *Miror*

Vnquam te nostros euoluisse iocos.

Quint. Euoluere rem aliquam, (pro exoluere, expedire.) ¶ Ponitur etiam pro explico & expono. Cic. *ad Att.* Euolui velamen epistolarum tuarum. Idem *in Offic.* Si quis voluerit animi sui complicatam rationem euoluere. Et translatè pro perlego & diligenter perpendo. Cic. *1. Tuscul.* Euolue diligenter eius eum librum qui est de animo. Virg. *4. Georg.*

Fleuisse, & gelidis hæc euoluisse sub antris.

Euŏlūtus, participium. { נגלל nagból. ἀνελιγμένος. Gall. *Desuelopé, desployé.* Ital. *Dispiegato, suelupato.* Germ. Außgewickelt/außgewickelt. Hisp. *Desembuelto, desplegado.* Angl. *Rolled out.* } Liu. *lib.26.* de angue, Interuentúque hominum euolutam repentè, atque ex oculis elapsam. Euoluta telludo rebus omnibus, quibus ignis. Item, Euoluti bonis homines. Senec. *epist.75.*

Euŏlūtĭo, nis, Lectio. {ἐξελιγμός. Gall. *Desployement, explication.* Ital. *Dispiegamento, suelgimento.* Germ. Außwickelung. Hisp. *Obra de sacar voluiendo.* Angl. *Rolling out or vnfolding.* } Cic. *lib.1. de fin.* Quid historiæ cognitióque rerum? quid Poëtarum euolutio? quid tanta tot verborum memoria voluptatis affert.

Evŏmo, is, ere. Vomendo eiicio. {קאה kaáh הקיא heki. ἐξεμέω, ἀποβλύζω. Gall. *Vomir & ietter dehors, se desgorger, rendre sa gorge.* Ital. *Vomitare.* Germ. Außkotzen. Hisp. *Vomitando rendir.* Angl. *To vomite, to cast out his gorge, to parebrake.* } Cic. *2. de nat. deor.* Eadémque hæc auis scribitur conchis se solere implere: eásque quum stomacho concoxerit, euomere, atque ita eligere ex his quæ sunt esculentæ. Plaut. *Pseud. sc.1. a.4.* Animo malè est ædibus. Quid iam? Quia ipsum lenonem euomunt ex ædibus. Terent. *in Adelph.* Vt iram hanc in eos euomam omnem, dum ægritudo hæc est recens. Cic. *de Amicit.* Apud quem euomat virus acerbitatis suæ.

Euōnymŏs, εὐώνυμος. Vulgò *Lustoga*, insula est vna ex Vulcaniis, ita dicta quòd è Lipara in Siciliam nauigantibus sinistra offeratur. Nam εὐώνυμα Græci κατ' ἀντίφρασιν vocant sinistra. Autor Strab. *lib.6.* ¶ Est item Euonymos Theophrasto, arbor infelix, malo Punicæ similis, in Lesbo insula potissimùm prouenieus, pecori gustatu lethalis. Vide Plin. *lib.13. cap.22.*

Eupalia, Εὐπάλιον, nomen vrbis in Locride, apud Plin. *lib.4. cap.3.*

Eupătōrĭum, εὐπατόριον, siue Eupatoria. Herba est ab officinis *Agrimonia* appellata: cuius descriptionem vide apud Plin. *lib.25. cap.6.* ¶ Eupatorium

rium aquaticum, quidam trifolium ceruinum cognominant. Gesnerus *in Cervo.* Dicta est autem Eupatoria ab Eupatore rege eius inuentore, ex quo eam regiam habere dignitatem scribit Plin.*lib.*25.*cap.*6. Vide quoque Diosc.*lib.*4. *cap.*38.

Eupatria, εὐπατρία, vrbs Lydorum. Steph.

Eupelatus, εὐπέλατος, gemma est, quatuor habens colores, igneum, cæruleum, minij, & mali. autor Plin.*lib.*37. *cap.*10.

‖Eupetalos, lauri genus. Plin.*lib.*15.*cap.*10. εὐπέταλος est, pulchra folia habens. πέταλον folium ‖

Euphēmē, εὐφήμη, mulieris nomen, nutricis Musarum, & Croci matris.

Euphēmĭă, εὐφημία, vxor Iustini Imperatoris, cuius meminit Suidas. ¶ Græcis item Euphemia, faustam acclamationem significat, qualis fieri solet principibus recens inauguratis.

‖Euphemismus, εὐφημισμὸς dicitur quum vox vel oratio odiosa, quæ offendere possit, mutatur in eam, quæ non offendat: breuiter, bona dictio mutatio: fauorabilis locutio. ‖

Euphōnĭă, æ, {εὐφωνία. GALL. *Bon accord, harmonie.* ITAL. *Buona consonanza.* GERM. Wollautung/gute töne. HISP. *Canto, accordo.* ANGL. *A good agreing or tune.* } Vocalitas, siue sonoritas vocis, iucunda verborum prolatio: quæ quibus adest, εὔφωνοι à Græcis dicuntur.

Euphorbĭum, ij, εὐφόρβιον Dioscoridi, siue, vt apud Plinium legitur, Euphorbia, æ. Arbor est in Mauritania nascens, non procul ab Atlante monte, ferulæ speciem referens, succum verò habens tantæ acrimoniæ, vt accolæ eam expauescentes, ouillos vteres elutos arbori circumligent, & eminùs caulem contis incidant. Quo facto, statim è plaga copiosus humor profluit, lacti similis, qui & ipse euphorbium dicitur. Quod nomen ei imposuisse putatur Iuba Mauritaniæ rex, à nomine Euphorbi medici sui, qui frater fuit Antonij Musæ, cuius ope Augustu m seruatum fuisse tradit Plin.*lib.*25. *cap.*8.

Euphorbŭs, εὔφορβος, viri Troiani nomen est, à Menelao occisi. Ouid. *lib. vlt. Metamorph.*

Ipse ego (nam memini) Troiani tempore belli
Panthoides Euphorbus eram, cui pectore quondam
Hæsit in aduerso grauis hasta minoris Atridæ.

Sunt verba Pythagoræ, qui suo exemplo nititur probare, animas à corporibus separatas in alia atque alia corpora commigrare, quòd tempore belli Troiani ipse fuerit Euphorbus à Menelao interfectus, suúmque clypeum agnouit à Menelao in templo Dianæ suspensum.

Euphorĭōn, εὐφορίων, nomen Poëtæ Chalcidensis, quem transtulit Cornelius Gallus. Meminit Cic.2.*de nat. deor.* Quid (inquit) poëta nemo? nemo physicus obscurus? ille verò nimis etiam obscurus Euphorion? at non Homerus.

Euphrānōr, εὐφράνωρ, nomen statuarij laudatissimi Isthmij, qui de symmetria & coloribus aliquot volumina conscripsit. Floruit centesima quarta Olympiade, plurimáque signa nobilissima ex ære confecit, quæ enumerantur à Plinio *lib.* 34. *cap.* 8. { Ein kunstreicher bildhawer vnd maler. } Idem & pictor, & marmorarius fuit in vnoquoque genere excellens, sibique æqualis, teste Plin.*lib.*35. *cap.* 11. Huius meminit & Quintilianus *Instit. Orat. lib.*12. Item Iuuen.*Satyr.*3.

Hic aliquid præclarum Euphranoris & Polycleti, &c.

Euphranta, εὐφράντα, vrbs Libyca. Steph.

Euphrantis, εὐφραντὶς, regio eadem quæ Syria à vicino fluuio Euphrate, qui cum Araxe fratre ex Niphate monte Armeniæ profluit. Steph.

‖Euphrasia, herba, quinque folium album. ‖

Euphrātēs, is, { פרת *perath.* εὐφράτης, hodie *Pharat.* } Fluuius Mesopotamiæ, quem Strabo scribit ex Niphate monte Armeniæ, magnum, profundum, & celerem nasci: influere autem in Mare rubrum, priùs tamen Babyloniam per medium diuidere, & Tigri coniunctum Mesopotamiam facere. Salustius quoque certissimus autor asserit, tam Tigris, quàm Euphratis in Armenia fontes demonstrari. Cui etiam astipulatur Plin.*lib.*6.*cap.*24. vbi Euphratem in Carantide, Armeniæ maioris præfectura, nasci tradit. Quorum testimoniorum consensu adductus Hieronymus, locum Geneseos de Paradiso, quatuórque fluminibus eum irrigantibus, (inter quos enumeratur & Euphrates) secus intelligendum esse existimat quàm verba ipsa videantur sonare. Dictus autem putatur Euphrates (quod & Ambrosius annotauit, ἀπὸ τοῦ εὐφραίνειν, hoc est, à lætificando: quòd circumiacentem agrum restagnationibus suis adeò lætum fœcundúmque reddat, vt sequente anno sponte restibilis fiat seges, impressos tantùm vestigio seminibus. Qua de re vide Plin.*lib* 18.*c.*15. & 16. ¶ Fuit etiam hoc nomine Philosophus Adriani temporibus, qui tædio senectutis & perpetui morbi, impetrata priùs ab Adriano media, ne sibi ignominiæ esset, cicutam bibit, sibique voluntariam mortem attulit.

Euphrŏsynă, æ, & Euphrosyne, es, εὐφροσύνη, vna ex tribus Gratiis, ab hilaritate, seu lætitia (id enim Græcis sonat εὐφροσύνη) nomen habens.

Euphrosynum, {εὐφρόσυνον. ANGL. *Bourage, or buglosse.* } Herba est, quam notiori nomine buglossam vocamus: ita dicta ἀπὸ τοῦ εὐφραίνειν, quod est lætificare, quod scilicet in vinum deiecta, animi curas pellat, hilaritatémque inducat. Autor Plin.*lib.*25. *cap.*2.

Eupilis, lacus Cisalpinæ Galliæ, per quem Lambrus in Padum defluit. Autor Plin.*lib.*3.*cap.*19. Vulgò *Lago di Pusiano.*

Eupŏlis, εὔπολις, priscæ comœdiæ scriptor, reprehendendis hominum vitiis liberrimus. Vnde etiam Persius iratum Eupolidem vocat, quasi hominum vitiis vehementer infensum. Scripsit Comœdias septemdecim, ex quibus nouem victoriam meruerunt. Periit in prælio nauali inter Lacedæmonios & Athenienses iuxta Hellespontum commisso. Cuius mors quantum ciuitati luctum attulerit, vel illud vnum abundè magno documento esse potest, quòd publico edicto cautum est, ne Poëtæ in posterum militare liceret.

Eupompus, εὔπομπος. Pictor nobilis, patria Sicyonius, Parrhasij & Zeuxidis æqualis, tantæ inter ætatis suæ artifices autoritatis, vt genus quoddam picturæ, ab eo Sicyonium fuerit appellatum. Huius discipulus fuit Pamphilus Macedo, qui Apellem instituit.

Euporia, εὐπορία, vrbs Macedoniæ ab Alexandro Magno condita, & à soli fertilitate nomen sortita. Autor Steph.

Euporus, εὔπορος, C. Gracchi seruus fuit, qui dominum ex Auentino fugientem, quandiu potuit tutatus est: occiso deinde domino super eius cadauer prostratus, sibi quoque mortem consciuit. Autor Valer.*lib.*6. *cap.* 8.

Euprosopon, εὐπρόσωπον, promontorium est Phœnices ad Byblon oppidum, ita dictum ab aspectus iucunditate. Nam εὐπρόσωπος interpretatur iucundus aspectus.

Euranium, ij, εὐράνιον, Cariæ oppidum est, Halicarnasseorum iurisdictioni ab Alexandro magno attributum. Plin *lib.*5. *cap.*29.

Eureos, gemma est nucleo oliuæ similis, striatáque modo concharum, minus tamen habens candoris. Autor Plin.*lib.*37. *cap.*10.

‖Eurhythmia decens corporis motus. Quintil. *lib.* 1. 10. ῥυθμὸς rhythmus. ‖

Eurīpĭdēs, {εὐριπίδης. GERM. Ein fürtrefflicher Griechischer tragedischreiber von Athen bürtig. } Insignis poëta tragicus fuit natus eo die quo numerosus ille Xerxis exercitus ab Atheniensibus fusus est. Floruit tempore Archelai Macedonum regis, à quo etiam summo in honore est habitus. Scripsit fabulas LXXV. ex quibus quinque tantùm victoriam meruerunt. Castitate autem vitæ tanta fuit, vt vulgo, μισογύνης, hoc est, mulierum osor fuerit cognominatus. Periit noctu, ab Archelai canibus, vt fertur, discerptus. Ossa eius Regis iussu Pellam sunt translata, repulsis Atheniensium precibus, qui sæpe per legatos tentauerant, vt ciuis sui reliquias sibi in patriam referre liceret. De Euripide, & genere eius, vide Gellium *cap.*20. *lib.*15.

‖Euripidium, metrum ex trochaicis: vt Ἡ τύχη ναί τε δωρεῖ. Fors dat & tollit datum. ‖

Euripidius, εὐριπίδειος, numerus in talis quadragenarius ab Euripide inuentus eo tempore quo exactis triginta tyrannis, quadraginta principes Atheniensium Remp. administrabant. Legitur & Euripides in eadem significatione. Vide Cælium Rhodig.*lib.*20. *cap.*27.

Eurīpus, εὔριπος. Dicitur fretum, id est, mare angustum, inter Aulidem Bœotiæ portum, & Eubœam insulam, quod vnius diei & noctis spatio septies recurrit eo impetu, vt nauigia repugnantibus ventis plena secum rapiat. Autor Mela. Sen.*epist.*84. In Euripum saltare. Inde locus factus prouerbio, Homo Euripus, Εὔριπος ἄνθρωπος. In inconstantibus ac moribus inæqualibus homines dicitur. Quadrat & in fortunæ vices, quæ res mortalium, velut æstu quodam sursum ac deorsum iactat. ¶ Sunt item Euripi, canales, seu ductus aquarum aliunde deductarum in sublime salientium, si paulò minutiores sint, quos intra domos Romani per pratum ducebant: si autem maiusculi sint, nili dicuntur. Cic.*lib.*2. *de legibus.* Ductus aquarum, quos isti nilos, euripósque vocant, quis quum viderit, non irriserit? Euripi quoque sunt fossæ in ludis circundatæ pro septis, quorum loco temporaria priùs claustra fuerunt. Autore Plinio.

‖Euroaquilo, ventus *Act.*27.14. ventus typhonius, qui vocatur euroaquilo, in Græco est εὐροκλύδων.

Euroclydon, εὐροκλύδων, ventus Eurus tempestuosus, procellosus, qui mare turbat fluctibus. κλύδων, est æstus, gurges, vnda. ‖

Eurōme, es, Oppidum est Cariæ, apud Plin.*lib.*5.*cap.*29. Stephan. εὔρωμος appellatur.

Eurōtias, æ, εὐρωτίας, gemma est quæ situ videtur operire nigritiem, ita dicta à Græco verbo εὐρωτιᾶν, quod est situm trahere. de hac Plin. *lib.*37. *cap.*10.

Euronotus, εὐρόνοτος, ventus inter Eurum & Notum flans. A Latinis vocatur Vulturnus, vt autor est Gell.*cap.*22. *lib.*2. Eius quoque venti meminit Plin.*lib.*2.*cap.*47. {GALL. *Susuest.* ITAL. *Xaloque medio giorno.* GERM. Der wind so zwischen Mittag vnd dem winters auffgang herwehet. }

Eurōpă, εὐρώπη, tertia pars orbis, ab Asia Tanaide fluuio: ab Africa Mediterraneo mari discreta. Ita dicta ab Europa, Agenoris Phœnicum regis filia, quam Iupiter (vt poëtæ fabulantur) in bouem transformatus, raptam abduxit in Cretam. Habet quatuor sinus magnos: quorum primus est à Gaditano freto ad Lacinium vsque promontorium Italiæ in Locris. Secundus à Lacinio ad ipsa Epiri acroceraunia. Tertius inde ad Hellespontum. Quartus ab Hellesponto ad Mæotidis ostia. Plaut, *Ampr. sc.*3. *a.*4. Magnus Europæ quæstor. ¶ Est item Europa, nymphæ nomen Oceani & Tethyos filia: cuius meminit Hesiodus *in Theogonia.*

Europus, i, εὔρωπος, oppidum Macedoniæ ad Axium amnem, teste Plin. *lib.*4 *cap.*10. ita dictum (si Stephano credimus) ab Europo Macedonis & Orithyæ filio.

Europum, εὔρωπον, Syriæ vrbs, olim Thapascum, postea Amphipolis appellata. Autor Plin.*lib.*5.*cap.*24. ¶ Est item eiusdem nominis oppidum apud Parthos, cognomento Nomadaticuius meminit idem Plin. *lib.*6. *cap.* 25.

Eurōtās, εὐρώτας, fluuius Laconiæ, Spartam alluens, qui abundat lauris. Nomen sumpsit à quodam Eurota, Myletis filio, qui stagnantes per eam regionem aquas fossa perduxit in mare. Liu.*lib.* 34. *bell. Maced.* ripásque habens frequentibus lauris consitas. De hoc Virgil. *in Sileno,*

Omnia quæ Phœbo quondam meditante beatus
Audijt Eurotas, iussitque ediscere lauros.

Eurus, εὖρος, ventus spirans ab ortu brumali, quem Latini Vulturnum appellant. Imò à Romanis nauticis Subsolanus cognominatur, vt testatur Gellius *cap.*22. *lib.* 2. Porrò vnde oriatur, vnde dicatur Eurus, & de eius variis appellationibus, vide apud Gell. *loco citato.* { ITAL. *Xaloque leuante.* ANGL. *The north east winde.* } Plin *lib.*2. *cap.*47. Ab Oriente æquinoctiali Subsolanus: ab oriente brumali Vulturnus: illum Apelioten, hunc Græci Eurum appellant. Colum.*lib.*5. *cap.*5. Quum plerunque siderus Caniculæ tempore quædam partes eius regionis sic infestantur Euro (quem incolæ Vulturnum appellant) vt nisi tegminibus vites opacentur, velut halitu flammeo fructus vrantur. Ouid. 1. *Metamorph.*

Eurus ad Auroram, Nabathæaque regna recessit,
Persidaque & radijs iuga subdita matutinis.

Eurus pro parte Orientali Valer 1. *Argonaut.*

Iampridem regis, quæ virgine æquor ad Helles:
Et Tanaim tenus immenso descendit ab Euro,

Vndat equis, floretque viris. intelligit Asiam.

Eurinus, a, um, Aliē. apud Col. *lib.* 11. *cap.* 2. Ventus Eurinus, & interdum Auster cum grandine est.

Euryăle, εὐρυάλη, fuit regis Minois filia, quæ Neptuno Orionem peperit. ¶ Alia fuit Proeti Argiuorum regis filia. Tertia ex Gorgonibus vna: quæ tres fuerunt in extrema Africa circa Atlantem montem: quæ omnes vnum oculum habebant, quo vtentes quoscunque aspiciebant, conuertebant in saxa. Harum nomina Medusa, Stheno, & Euriale. Seruius eximia parique pulchritudine virgines fuisse tradit, quarum solo aspectu adolescentes obstupescebant, quam rem fabulæ occasionem subministrasse existimat, vt dicerentur quoscunque aspexissent, in saxa transmutare. Hæc ille, enarrans illud Virgilij *lib.* 6. *Æneid.*

Gorgones Harpyiæque, & forma tricorporis vmbra.

Euryălus, εὐρύαλος, vnus ex principibus Peloponnesiacis, qui Argos & propinquas vrbes incolebant, & ad Troiam cum octoginta nauibus venerunt: vt tradit Homerus *in Catal.* ¶ Fuit etiam hoc nomine Troianus, arctissimo amicitiæ vinculo cum Niso coniunctus, Virgilioque carmine notissimus. ¶ Fuit & nomen histrionis. Iuuenal.

Nobilis Euryalum, aut Mirmillonem exprimat infans.

Euryalus, εὐρύαλος, vocabatur metropolis Epipolorum. Est autem oppidum Syracusanum in loco prærupto. Steph. Vide *Epipola.*

Euryampus, i, εὐρύαμπος Oppidum Magnesiæ, apud Steph.

Eurynaissa, æ, εὐρυνάσσα, insula est maris Ægæi, è regione Ioniæ, non procul ab Arginusa. Autor Plin. *lib.* 5. *cap.* 31.

Eurybates, εὐρυβάτης, nomen viri Ithaci, Vlyssis præco, ab Agamemnone missus, vt ab Achille auferret Briseidem. Ouid. *in Epist.* Briseidis ad Achillem,

Nam simul Eurybatesque Talthybiusque vocarunt,

Eurybati data sum, Talthybioque comes.

Eurybatus, {εὐρύβατος. GERM. Ein geschwinder vnd gescheider hauß dieb.} Fur insigni astutia, qui aliquando à custodibus in furto deprehensus, quum illi videre cuperent quo ingenio domos conscenderet, stimulis quibusdam ferreis, & funibus irrepsit in parietem, illisque intuentibus, expeditamque hominis agilitatem admirantibus, per tegulas aufugiens, periculum euasit. Vnde prouerbialiter Eurybatissare, εὐρυβατίζειν dicitur aliquis, qui in re manifesta deprehensus aliqua tamen arte elabitur.

Eurybiades, æ, εὐρυβιάδης, Lacedæmonius quidam nobilis fuit, Euryclidæ filius, vniuersæ Græcorum classis dux à Lacedæmoniis constitutus aduersus Xerxem. Vide Herod. *lib.* 8.

Euryclēa, εὐρύκλεια, Opos Pisenoridæ filia pulcherrima, quam Laërtes in prima existens pubertate viginti boum pretio emit, ac honore parem vxori domi habuit, Vlyssemque nutriendum dedit, quem & prima in patriam redeuntem agnouit. Vide Homer. *lib.* 1. & 19. *Odyss.*

Eurycles, εὐρυκλῆς vatis nomen qui de suis incommodis semper aliquid diuinabat. Hinc factum est ex prouerbiali quadam figura omnes diuinatores Euryclidæ dicerentur, vt refert Cælius *antiq. lect. lib.* 5. *cap.* 10.

Eurycratidas, εὐρυκρατίδας, vir Lacedæmonius, de quo Plutarchus.

Eurydămas, antis, εὐρυδάμας, vir fuit Troianus somniorum interpres. {Ein Troianischer traumausleger.} Ouid. *in Ibin,*

Vtque vel Eurydamas ter circum busta Trasylli,

Est Larissæis tractus ab hoste rotis.

Vbi per Eurydamanta intelligunt Hectorem qui virtute cuncta domitabat, εὐρὺ enim Græcis latè significat: & δαμάζω, domo.

Eurydame, es, εὐρυδάμη, Dictatoris Lacedæmonij filia fuit & soror Menij, vxor autem Leotychidæ Lacedæmoniorum regis, ex qua ille Lampito filiam suscepit, quam Archidamo Zeuxidami filio in matrimonium tradidit. Autor Herod. *lib.* 6.

Eurydice, εὐρυδίκη, vxor Orphei, cuius amore captus Aristæus, quum vim inferre pararet, illa per auia fugiens, incidit in colubrum in herba delitescentem, cuius morsu interiit. Orpheus autem vxoris mortem ægerrimè ferens, accepta cithara inferos adiit, vbi Plutonem Proserpinamque tam suaui carmine demulsit, vt ei vxorem ab inferis reducendam permitterent: ea tamen conditione, ne prius eam quàm ad superos rediisset, intueretur. Quam legem cùm ille amoris impatientia esset præuaricatus, Eurydice denuò ad inferos est retracta. Virg. *lib.* 4. *Georg.*

Restitit. Eurydicémque suam iam luce sub ipsa

Immemor, heu, victúsque animi respexit, &c.

¶ Alia item fuit, Eurydice, Clymeni filia, vxor Nestoris, ex qua ille septem filios, & vnicam filiam suscepit. Autor Homer. *Odyss. lib.* 3.

Eurydomene, εὐρυδομένη, Nympha marina, ἀπὸ τοῦ εὐρὺ καὶ διδόναι, hoc est, abundanter do. Perhibent hanc matrem gratiarum fuisse, quam alij Eurymedusam, à verbo Græco μέδω, quod rego significat, vocant.

Eurylochus, εὐρύλοχος, Phlegyarum rex, & conditor Thebarum, quas postea Cadmus instaurauit. ¶ Fuit etiam hoc nomine vnus sociorum Vlyssis, qui solus Circes pocula non gustauit, neque in suis figuram transmutatus est. Ouid. 14. *Metamorphoseon,*

——— suis solùm caruisse figura

Vidimus Eurylochum, solus data pocula fugit.

Eurymedon, tis, εὐρυμέδων, pater Peribœæ, ex qua Neptunus Nausithoum suscepit, regem Phæacum & Alcinoi patrem. Autor Homer. *lib.* 7. *Odyss.* ¶ Est item Eurymedon, Pamphyliæ fluuius, iuxta quem Athenienses Cimone duce Medos profligarunt. Autor Thucyd. *lib.* 1.

Eurymachus, εὐρύμαχος, Thebanorum potentissimus fuit: qui cùm Plateas noctu per proditionem cepisset, rebellantibus deinde ciuibus, viuus in hostium potestatem peruenit, vnáque cum suis omnibus supplicio affectus est. Autor Thucyd. *lib.* 2.

Eurymides, εὐρυμίδης, Telemus Eurymi filius inter Cyclopas vates fuit egregius, qui Polyphemo prædixerat omnia quæcunque ab Vlysse passus est. Ouid. 13. *Metam.*

Telemus Eurymides, quem nulla fefellerat ales,

Terribilem Polyphemon adit, lumenque quod vnum

Fronte geris media, rapiet tibi (dixit) Vlysses.

Risit, &, O vatum stolidissime, falleris, inquit.

Eurynome, εὐρυνόμη, Nympha, Oceani & Tethyos filia, mater Leucothoes quam Apollo assumpta matris illius effigie compressit. ¶ Alia fuit Apollinis filia, quæ Adrastum Argiuorum regem, & Eriphylen Amphiarai coniugem peperit.

Eurynoe, Amyntæ Macedonum regis filia, quæ patrem à matris insidiis liberauit.

Eurypylus, εὐρύπυλος, Herculis filius qui regnauit in Co insula, & cunctorum Græcorum augur peritissimus est habitus. Virgil. *lib.* 2. *Æneid.*

Suspensi Eurypylum scitatum oracula Phœbi

Mittimus.

Eurysaces, filius Aiacis. Plut. *initio Alcibiadis, & in Solon.*

Eurystheus, εὐρυσθεύς Suidæ, fuit Stheneli Mycenarum regis filius, qui Iunonis instinctu imperabat Herculi, vt varia monstra superaret, quò posset perire. Vnde durus Euristheus vocatur à Virg. *lib.* 3. *Georg.* quod nullis Herculis laboribus potuerit mitigari,

——— quis, (inquit) aut Eurysthea durum,

Aut illaudati nescit Busiridis aras?

Eurytion, is, εὐρυτίων, faber insignis fuit, qui Pallanti Euandri filio arma fabricauit. Virg. 10. *Æneid.*

Quæ bonus Eurytion multo cælauerat auro.

Eurytus, Vnus fuit ex Centauris, qui quum Hippodamiam vi rapere vellet, à Theseo est occisus. {Einer auß den Centauris welcher vom Theseo vmbgebracht worden.} Alius fuit Eurythus, Oechaliæ rex, qui Ioles filiæ suæ nuptias pollicebatur, quicunque sagittandi arte se, vel, vt alij tradunt, filios suos vicisset. nam ab Apolline hanc artem dono acceperat. Ab Hercule igitur victus, filiam illi negauit, quapropter Hercules iratus Euryti vrbem diripuit, Iolénque occiso patre abduxit. Hinc Eurytis patronymicum fœm. Ouid.

Eurytidos Ioles,

Et insani Alcidæ.

Vide *Eurythus.* Stephan. *in Feretris*, Melaneum Euryti patrem nominat.

Eurythmĭa, εὐρυθμία, decens & aptus corporis motus. Quintil. *lib.* 1. *cap.* 30. Corporis quoque decens & aptus motus, qui dicitur εὐρυθμία, est necessarius.

Euscheme, Plaut. *Milit. sc.* 2. *a.* 2. Euge euge, euschemè mehercule astitit. εὐσχημῶς.

Eusebes, gemma ex qua Tyri in Herculis templo facta sedes, ex qua facilè dij surgebant. Plin. *lib.* 37. *cap.* 10.

Eusebia, εὐσέβεια, ciuitas Cappadociæ, Cæsarea pòst dicta.

Eusebius, εὐσέβιος, Episcopus Cæsariensis, firmissimo amicitiæ fœdere cum Pamphylo martyre coniunctus: à quo & Pamphyli cognomen mutuatus est. Floruit temporibus Constantij & Constantini Cæsarum. Scripta multa reliquit, quorum catalogum vide apud Suidam.

Eustathius, εὐστάθιος, nomen fuit Grammatici Constantinopolitani, cuius extant Commentaria in Homerum, quemadmodum Seruij in Virgil. ¶ Eustathius alius fuit Epiphanæus, qui temporum Epitomen, ab Ænea Troiano vsque ad Anastasium principem, sub quo vixit, septem voluminibus conscripsit. Autor Suidas. ¶ Eustathius alius genere Pamphilus, præsul Antiochenus, aduersus dogma multa composuit sub Constant. principe: pulsus demum est in exilium Traianopolim Thraciæ ciuitatem, vbi & sepultus est. Sunt quoque ipsius volumina de anima, epistolæque complures. Hieron. ¶ Præter hos fuit Eustathius martyr inter aulicos Traiani principis, Placidus antea vocatus: qui quum in venatione ceruum sectaretur, conspecto inter eius cornua crucis simulachro, & voce ferè eiusdem audita, Cur me persequeris? domi vxori Theophystæ & filiis rem manifestauit: qui verbis eius fidem adhibentes, Christo nomen dederunt: martyrii palmam accepit sub Adriano vnà cum vxore, æneo in tauro exustus. Volaterranus *lib.* 15.

Eustephius, εὐστέφιος, Aphrodiseus sophista, scripsit declamationes. Suidas.

Eustochius, εὐστόχιος, Cappadox sophista, scripsit ad Constantem principem de Cappadociæ aliarúmque gentium antiquitate. Volater. *lib.* 15.

Eustratius, εὐστράτιος, nomen philosophi, qui in Ethica Aristotelis commentarios scripsit.

Eutæa, εὔταια, vrbs Arcadiæ, Steph.

Euterpe, εὐτέρπη Vna ex nouem Musis quæ mathemata, vel, vt aliis placet, tibias inuenit, à contentus suauitate nomen trahens. est enim εὖ bene & τέρπειν delectare. Virg. *in Epigram.* de Musarum inuentis,

Dulciloquis calamos Euterpe flatibus implet.

Euthenæ, εὐθηναί, vrbis Cariæ. Steph.

Euthydemus, εὐθύδημος, Philosophus fuit Tarsensis, Apollonij Tyanei præceptor: de quo vide plura apud Suid.

Euthymus, εὔθυμος, pugil insignis, in Locris Italiæ, qui Epizephyrii cognominantur, ortus Astycleo patre, vel (vt indigenis persuasum est) Cæcino amne genitus, qui Locros à Rheginis diuidit. Hunc tradit Pausanias perpetuum fuisse Olympiorum victorem: semelque tantum fuisse superatum à Theagene Thasio, non tamen illo quidem certamine, sed circumuentum dolo: vnde nec Theageni decretus honor, imo vero damnatus vt mulctæ nomine talentum Euthymo repræsentaret. Rursus inde in Italiam, cum Temesæo heroe congressus (cui oppidani quotannis eximia forma virginem tributi loco pendebant) victoria potitus est, Temesæósque tributo liberauit, virginémque illi destinatam vxorem duxit: quo nomine diuinos honores etiam viuus meruit. Vide hæc fusius apud Suidam. Meminit huius & Ælianus *varia hist. lib.* 8. Euthymus (inquit) Locrus ex Italia, pyctes inuictus, & robore insigni fuit: lapidem gestabat ingenti magnitudine qui Locris ostenditur: & Temesæum heroa, quod cuique per vim abstulerat, reddere coëgit etiam cum fœnore: vnde natum sit adagium iis qui sordidos & iniustos quæstus faciunt, adfore Temesæum genium. Post hæc Euthymus ad amnem Cæcinum oculis hominum apparere desiit. Meminit eius & Plin. *lib.* 7. *cap.* 47.

Euthymĭa, εὐθυμία. GALL. *Tranquillité d'esprit.* ITAL. *Tranquillità d'animo.* GERM. Ein guter mut, ruwigkeit des gemüts. HISP. *Sossiego de animo.*

ANGL.

ANGL. *Quietnesse of mind.*} Animi tranquillitas. Laërtius *in vita Democriti*, definit Euthymiam esse rectum quietúmque animi statum, dum nullo metu, nulla superstitione, aut aliqua quauis perturbatione agitatur. Cic. *lib.5. de finibus*. Democriti autem securitas, quæ est animi tanquam tranquillitas, quam appellant εὐθυμίαν, eò separanda fuit ab hac disputatione, quia ista animi tranquillitas est ipsa vita beata.

Euthyōria, εὐθυωρία. Rectæ lineæ porrectio & mensura non per diuerticula itinerum (quæ obiectu montium, & interuentu conuallium, aut fluminum flexu plerunque necessaria sunt,) sed in directum acta.

Eutocus, autore Bocacio *lib.5.* Apollinis & Cyrenes filius, qui fratribus ex Africa redeuntibus, Cyrenis dicitur remansisse, & iis imperasse, qui vnà secum ibidem remansere.

EVTRAPĔLVS, εὐτράπελος, apud Hor. *lib.1. Epist.* Viri cuiusdam nomen est in circumueniendis hominibus callidissimi. Eutrapelus, inquit, cuicunque nocere volebat, vestimenta dabat pretiosa. Vox est Græca idem significans, quod vrbanus, salsus & facetus.

Eutrăpĕlĭă, æ, εὐτραπελία. Dictio est Græca, idem ferè significans, quod apud nos vrbanitas, lepor, festiuitas. {ANGL. *Gentlenesse in speach and behauiour, pleasant iesting.*} Aristoteles *in Rhetoricis* εὐτραπελίαν interpretatur πεπαιδευμένην ὕβριν: hoc est, eruditum conuicium.

Eutresium, εὐτρήσιον, vrbs Arcadiæ, Steph.

Eutresis, εὔτρησις. Pagus inter Thespias & Platæas situs, quem Zethus & Amphisus muris cinxerunt: sic dictus quòd multis ῥήγμασι, hoc est, vlis, seu vicis priùs vsus, & quasi perforatus fuerit. Hinc Eutresites Apollo, cuius templum & oraculum ibi celeberrimum fuit. Steph.

Eutychiă, εὐτυχία, insula est Thessaliæ adiacens, ante sinum Pagasicum. Autor Plin. *lib.4. cap.12.*

Eutychē, es, εὐτυχή, mulier Tralliana, triginta partus enixa, & à viginti liberis rogo illata. Autor Plin. *lib.7. cap.3.*

Eutychēs, Constantinopolitanus abbas, tertius post Manetem & Apollinarem, aliud affirmabat esse Christum, aliud verbum Dei. Negabátque Christi carnem nostræ similem, nec in parte duas in eodem supposito naturas esse. Sed de cœlo corpus descendisse dictitabat, ac in virginis vterum tanquam Solis radios penetrasse, vt visum sit sanè ex muliere generatum, quamuis verè generatum non sit. Autor Suidas.

Eutychīdēs, εὐτυχίδης, insignis fuit statuarius, qui Olympiade centesima vigesima floruit, teste Plin. *lib.34. cap.8.*

EVVLGO, as, are, In vulgus edo, occulta omnibus prodo. {ἐξαγγέλλω. ANGL. *To publishe, or make knowen abrode.*} Liu. *lib.9. ab Vrbe*, Ciuile ius repositum in penetralibus Pontificum, euulgauit.

Euxinus pontus, εὔξεινος πόντος, Mare illud est, quod incipiens à Bosphoro Thracio, vergit in Orientem & Septentrionem, priùs Pontus Axenus dictus: ἄξενος, hoc est, inhospitalis, propter immanitatem eorum, qui eius maris littora incolebant. Illi enim & hospites immolare solebant (vt autor est Strabo *lib.7.*) & carnibus peresis, ex caluis eorum sibi pocula conficere. Postea verò quum in locis maritimis Iones aliquot oppida condidissent, cohibito Scytharum assueto latrocinio, recepróque Græcorum hominum commercio, pro Axeno Euxinus, hoc est, hospitalis appellatus est. Idem pene de huius nominis origine tradit Ouid. *de Ponto*,

Frigida (inquit) *me cohibent Euxini littora ponti,*
Dictus ab antiquis Axenus ille fuit.

Idem *Eleg.8. lib.4. Trist.*

Quæ maris Euxini terra sinistra iacet.

Ibid. Eleg.3. lib.5. Trist. Euxini littora æquoris.

Euzōmŏs, siue Euzōmon, εὔζωμος, ὁ εὔζωμον. Eruca herba, ita dicta, quòd iuris saporem commendet. ζωμὸν enim ius appellant Græci. Plin. *lib.20. cap.13.* In condiendis obsoniis tanta erucæ est suauitas, vt Græci Euzomon appellauerint.

E X

EX. {מן *min*, ἐκ, ἐξ. GALL. *De, par, depuis, selon.* ITAL. *Da, de, di.* GERM. *Auß, von.* HISP. *De.* ANGL. *Of, frome, according.*} Præpositio: vt aliis atque aliis verbis iungitur, ita aliam atque aliam sortitur significationem. ¶ Interdum enim significat locum: vt, Ex cælo, apud Catullum,

Spectatum ex cælo Mars pater ipse veni.

¶ Interdum tempus, vt idem sit quod post. Cic. *1. Philipp.* Ex eo die, quo in ædem Telluris conuocati sumus. Sic etiam dicimus, Ex illo, hoc est, post illud tempus. Virg. *2. Æneid.*

Ex illo fluere, & retro sublapsa referri
Spes Danaûm.

¶ Nonnunquam etiam personam: vt quum dicimus, Audiui ex patre meo. ¶ Aliquando causam, vt ferè idem sit quod propter, Senec. *de benefic.* Si quis patriæ meæ pecuniam crediderit, non dicam me illius debitorem, nec ex hoc æs alienum profitebor, id est, non propterea profitebor æs alienum. ¶ Nonnunquam etiam accipitur pro cum. Plaut. *in Mercat.* Resinam ex melle Ægyptiam vorato, saluum feceris. Quod locutionis genus frequens est apud Medicos. Emortualem facere ex natali die. Plaut. *Pseud. sc.7. a.4.* Medea fecit rursum ex sene adolescentulum. *Ibid. sc.2. a.3.* Fartum facere ex hostibus. Idem *Men. sc.1. a.1.* Ex disciplina Ionica perdidici (saltare.) Idem *Pseud. sc.1. a.5.* Hostes viuos soleo rapere ex acie: Ex hoc mihi nomen est. *Ibidem sc.2. a.2.* Ex te faciam pilum catapultarum. Idem *Curc. sc.3. a.5.* Satis dolui ex animo. Idem *Capt. sc.1. a.5.* Vix ex gratulando eminebam. *Ibid. sc.2. a.3.* Clamare hinc ex crumena. Idem *Asin. sc.3. a.3.* Non est ex re tua, vt emoriar. Idem *Pseud. sc.3. a.1.* Ex proximo, vide *Proximus*. Ex bonis sunt pessimi, (id est, existunt.) Idem *Capt. sc.1. a.2.* Illic qui ex ædibus herus est, (exit.) Idem *Amphitr. sc.4. a.4.* Ex amore huius corruptus oppidò. Idem *Asin. sc.2. a.5.* Ex amore tantum est homini incendium. *Ibidem.* Ex paupertate nemo est parcior illo. Idem *Aulul. sc.4. a.1.* Iámne abierunt ex conspectu meo? Idem *Menaech. sc.2. a.5.* Neque adæquè parcius iuuentute ex omni Attica. Idem *Most. sc.1. a.1.* Vin' te faciam ex lætante lætantem magis. Idem *Pseud. sc.1. a.1.* Ex transuerso cedit quasi cancer. Idem *ibid. sc.1. a.4.* Herilem filium video corruptum ex adolescente optimo. Idem *Mostell. sc.1. a.1.* Ex periculo petita verba. Quint. Ex superuacuo laborare. Senec. *cap.11. de tranquill.* Ex æquo diuidere. Idem *cap.15. de consol. ad Mart.* Is ex se hunc reliquit, qui hic habitat, filium. Plaut. *Aulul. prolog.* Filiam ex te tu habes. *Ibid. sc.6. a.4.* Ex me hanc rem audiet. Idem *Capt. sc.1. a.4.* Vnum ex omnibus magnificat. Idem *Menaech. sc.4. a.2.* Expressam in cera ex anulo suam imaginem. Idem *Pseud. sc.1. a.1.* Opsonaui ex mea sententia. Idem *Menaech. sc.2. a.1.* Ex alto reddere iudicium, (id est, de tribunali.) Velleius. Ex alto nautæ terram conspiciunt. Plaut. *Menaech. sc.1. 2.* Apollo mihi ex oraculo imperat, vt ei oculos exuram. *Ibid. sc.2. a.5.* Ex oculis abscedat in crucem, idem *Men. sc.4. a.5.* Illi ex omnibus optime volo, idem *Most. sc.4. a.1.* Ex prouocatione hostem occidit, Velleius. ¶ Ex magnis rupibus nactus planiciem, (i. post magnas rupes.) Cæs. *lib.1. de bell. ciuil.* Ex animo, vel è fato miser. Gell. *cap.1. lib.14.* Ex lingua eius captis, vbi ex vacat. Idem *cap.3. lib.16.* Ex litteris refert, pro de litteris. Cæsar *initio lib.1. de bell. ciu.* Aliud ex alio, (bis.) Senec. *cap.28. de vita beata.* Ex duritia alui cubare. Sueton. *in Neron. cap.34.* Ex situ squalere. Gell. *cap.4. lib.9.* Ex metu signa dimittere, (i. propter metum.) Cæs. *lib.3. de bell. ciuil.* ¶ Senatores ex equitibus Rom. creauit, (hoc est, pro equitibus.) Suet. *in August. cap.40.* Ex summa ope niti, (vbi ex vacat.) Gell. *cap.3. lib.7.* ¶ Ex contraria specie, (pro ex contrario.) Idem *cap.2. lib.9.* Cum diis ex pari viuit sapiens, (i. ex æquo.) Senec. *Epist.60.*

Ex vero positum permansit Equiria nomen,

Ouid. *2. Fast.*

Non ex difficili cognita caussa fuit, idem *5. Fast.*

¶ Ex toto proiice dolorem. Senec. *cap.5. de consol. ad Polyb.* Ex toto mœrere. *Ibid. cap.18.* Ex toto auferre. Idem *cap.16. de cons. ad Mart.* Ex toto includi. Idem *cap.10. de consol. ad Mart.* Ex inopinato ferimur. Idem *cap.9. de consol. ad Mart.* ¶ Ex consuetudine magis, quàm ex desiderio fluentes oculi. Idem *cap.1. de cons. ad Mart.* Ex disposito lucet, (mundus.) *Ibid. cap. vlt.* Ex facili mobilia. Idem *cap.25. de consol. ad Mart.* Ex sordido lucens ignis viuacior. Idem *cap.23. de cons. ad Mart.* Omnium ex vero peritus. *Ibid. cap.25.* Brutus ex obuio victus. Quint. Ex tuto audere, i. non temerè. Sueton. *in Tib. cap.73.* C. Cato repetundarum ex Macedonia damnatus, &c. ¶ Alias præterea infinitas habet significationes pro ratione adiuncti: vt, Ex abundanti, idem est quod præter necessitatem, vel plus quàm necesse erat. Quint. *lib.5. cap.6.* Adiicit ex abundanti hanc quoque fiduciam. ¶ Ex æquo, idem est quod æqualiter. Tacit. *lib.18.* Discrimen ac periculum ex æquo partiemur. Vel ex æquitate. Liu. *lib.2. quinta decad.* Et si in animum inducerent, vt ex æquo fœdus fieret, & se visurum quid sibi faciendum esset. ¶ Ex animo, hoc est, non simulatè. Terent. *in Eunuch.* Vtinam istuc verbum ex animo, ac verè diceres. ¶ Ex animi sententia, idem est quod pro voto. ¶ Ex animo, vel ex animi sententia iurare, pro syncerè, liquidò, & ex animo, ac sine dolo malo. Liu. *lib.22.* Ex animi mei sententia iuro, vt ego Remp. non deseram, neque alium ciuem deserere patiar. Cicer. *Academ.* 11. Maiores primùm iurare ex animi sententia quenque voluerunt, deinde ita teneri si sciens falleret. Hotomanus. ¶ Ex ante diem Nonarum, hoc est, ante Diem Nonarum finitum. Cic. *Attic. lib.3.* De Quinto fratre nuntij nobis tristes, nec varij venerant, ex ante diem Nonarum Iuniarum, vsque ad pridie Kalend. Septembres. ¶ Ex composito, hoc est, vt compositum erat, vel vt conuenerat, vel dedita opera. Liuius *lib.1. ab Vrbe*, Tum ex composito orta vis, signóque dato, iuuentus Romana ad rapiendas virgines discurrit. ¶ Ex commodo, vbi commodum, ex opportunitate. Senec. *epist.46.* Librum tuum quem mihi promiseras, accepi, & tanquam lecturus ex commodo adaperui, ac tantùm degustare volui. ¶ Ex consuetudine, hoc est, secundùm consuetudinem. Plin. *Epist. lib.2.* Hunc oro ex consuetudine tua & legas, & relegas. ¶ Ex continenti, idem est quod statim. Iustinus *lib.1.* Septem tantùm huius coniurationis conscij fuerunt, quæ ex continenti, ne dato in pœnitentiam spatio, res per quenquam enarraretur, &c. ¶ Ex dignitate, hoc est, pro dignitate, vel vt dignitas postulat. Cicer. *Licinio lib.5. Epistol.* Quamobrem tu, quantum tuo iudicio nobis tribuendum esse putes, statues ipse: & vt spero, statues ex nostra dignitate. ¶ Ex facili idem est quod facilè. Plin *lib.22. cap.15.* Hippocrates tantùm sorbitionis gratia laudauit, quoniam lubrica ex facili hauriretur. ¶ Ex fide, hoc est, fideliter. Suet. *in Galb. cap.9.* Numulario non ex fide versanti pecunias, manus amputauit. ¶ Ex industria, hoc est, dedita opera. Liu. *1. ab Vrbe*, Ego ex industria factus ad imitationem stultitiæ, quum se, suáque prædæ esse regi sineret. ¶ Ex insperato, id est, præter spem & opinionem. Idem *lib.8. bel. Pun.* Quem ex insperato repentè misistis nobis huc P. Scipionem. ¶ Ex integro, vel De integro, quod barbari dicunt. *De nouo.* Plinius *in Epist.* Ego quia sciebam acta Bassi rescissa, datúmque à Senatu ius omnibus de quibus ille aliquid constituisset, ex integro agendi. ¶ Ex professo, id est, seriò, consultò, non dissimulatè, & quasi ex professione. Quintil. *lib.12. cap.2.* Ex professo Philosophiam ostentantibus parum decori sunt plerique orationis ortus. ¶ Ex præscripto, hoc est, secundùm id quod nobis præscriptum est. Col. *lib.1. cap.1.* Neque enim semper eundem velut ex præscripto habitum gerunt. ¶ Ex quo, id est, postquam, vel post quod tempus. Liuius *lib.1. ab Vrbe*, Duodequadragesimo fermè anno ex quo regnare cœperat. ¶ Ex tempore aliud agere, vel dicere, hoc est, absque vlla præcedente præmeditatione. Plin. *in Epist.* Dicit semper ex tempore, sed tanquam diu scripserit. ¶ Ex vicini, pro ex fundo vicini. Vlpian. *l.1. de aquæd.* Aquam superficientem in suum ex vicini deriuare. ¶ Ex iure manu consertum vocare. id est, ad conserendum. Verbum est antiqui iuris. Varr. *2. de ling. Lat.* Conserere manu dicimus cum hoste. inde ex iure manu consertum vocant. Quid autem sit manu consertum, Gellius docet *lib.20. cap.9.* ¶ Ex hoc solicita. id est, propterea. Terentius *Andr.* Laborat è dolore: atque ex hoc misera solicita est. ¶ Ex pedibus laborare, pro laborare podagra. Cic. *Papyrio Pæto, lib.9.* Etsi M. Cepatius quum mihi in sylua Gallinaria obuiam venisset, quæsissémque quid ageret, dixit se in lecto esse, quòd ex pedibus laboraret. ¶ Vnus ex omnibus ciuibus probus. hoc est, inter omnes. Plin *epist.156.* Librum quem nouissimè tibi misi, ex omnibus meis, vel maximè placere significas. ¶ Aliquando inter Ex & eius casum aliquid interponitur: vt, éxque eo. Cell. *lib.5. cap. de fistul.* Exque eo collyrium fieri debet.

EXĂCĔRBO, as, are, Irrito, & ad iracundiam prouoco. {הכעיס *hicheis*. παροξύνω. GALL. *Irriter, faire courroucer & aigrir.* ITAL. *Acerbare, prouocare ad ira.* GERM. *Erbittern, erzürnen.* HISP. *Molestar, exasperar.* ANGL.

ANGL. *To mak angrie, to kendle wrath.* } Liuius 8. *ab Vrbe.* Quum omnes affirmarent inscitiùs Papyrium exarsurum, agitatum contentione ipsa, exacerbatúmque, clam ex castris Romam profugit. Suetonius *in Galba, cap.* 16. Atque eo quidem nomine omnes, qui vbique erant, exacerbauit.

EXACERBATUS, irritatus, παροξυνθεὶς. Suetonius *in Tiber. cap.* 60. Auxit intenditque sæuitiam, exacerbatus indicio de morte filij sui Drusi.

EXACERBESCO, is, Valde acerbus, id est, asper fio. { מר *mar.* πικραίνομαι, παροξύνομαι. GALL. *Deuenir aspre, s'enaigrir.* ITAL. *Inacerbire, farsi aspro.* GERM. Völlig verbittert oder erzürnt machen. HISP. *Exasperarse, hazerse aspero.* ANGL. *To waxe angrie or sower.* } Quod ab exacerbeo, es, fieri constat, licèt acerbeo rarò inueniatur. Apul. *in Apol.* Quis est tam mitis, quin exacerbescat?

EXACESCO, is, ere, Acidum fieri. { סר *sar.* ἐξοξύνομαι. GALL. *Deuenir aigre, s'enaigrir.* ITAL. *Inacetire.* GERM. Saur werden zu essig werden. HISP. *Hazerse agrio.* ANGL. *To waxe sowre, eger or tarte.* } Col. *lib.* 12. *cap.* 17. In dolium, vel in amphoras conditur: deinde quum exacuit, & remisit liquorem, quicquid est aceti, diligenter colatur, &c.

Exacon, secunda centaurij species à Gallis appellata est, quòd omnia mala medicamenta exigat per alium, κάτω ἐξάγειν. Dicitur & fel terræ, ob insignem amaritudinem. Autor Plin. *lib.* 25. *cap.* 6.

EXACTOR, Exactio, Exactus, vide *Exigo.*

EXACUO, Acuo, acutum facio. { לטש *latásch* שן *schan.* ὀξύνω. GALL. *Aiguiser, faire agu ou pointu.* ITAL. *Aguzzare.* GERM. Aufwetzen, aufspitzen. HISP. *Aguzar.* ANGL. *To whete, to mak sharpe.* } Virgil. 3. *Georg.*

Ipse ruit, dentésque Sabellicus exacuit sus.

¶ Ad hominem translatum, idem ferè est quod incitare, vel inflammare. Claudian. *de bell. Getico,*

At iuuenem stimulis immanibus æmula virtus
Exacuit.

¶ Exacuere animum, est acutiorem, & perspicaciorem reddere. Plin. *lib.* 20. *cap.* 13. Nasturtium venerem inhibet, animum exacuit.

EXACUTUS, nomen ex partic. { שנון *schanún* מלוטש *latúsch.* ἀπεξυμμένος, ἀπεξυσμένος. GALL. *Aiguisé.* ITAL. *Molto acuto.* GERM. Außgeschärpfft, angespitzt. HISP. *Aguzado.* ANGL. *Whetted, sharpe edged.* } Plinius *lib.* 18. *cap.* 18. Latior hæc quarto generi, sed exacutior mucronem fastigiata.

EXACUTIO, nis, { ἀποξυσμός. GALL. *Aiguisement.* ITAL. *Esso far acuto.* GERM. Außspitzung, auswetzung. HISP. *Aguzamiento, obra de aguzar.* ANGL. *The making of a thing sharpe.* } Plin. *lib.* 17. *cap.* 14. Calami exacutio medullam ne nudet.

EXADUERSUM, secunda acuta, Gell. *cap.* 7. *lib.* 7. Vnica est dictio, Ex opposito, e regione. { נוכח *nocbah* נגד *neghed.* ἀντικρύ. GALL. *A l'opposite, au contraire.* ITAL. *All' incontro.* GERM. Gegen vber, strackes dargegen. HISP. *Enfrente.* ANGL. *Against, right against.* } Terent. *in Phorm.* In quo hæc discebat ludo, exaduersum ei loco Tonstrina erat quædam. ¶ Pro eodem etiam legimus Exaduerso. Plaut. *in Mercat.* Respice huc ad dexteram Charine, nónne exaduerso vides? Plin. *lib.* 4. *cap.* 13. Exaduerso intrantibus gemino cernebantur.

EXÆDIFICO, as, are, Ædifico, domum construo. { בנה *banáh.* ἐξοικοδομέω. GALL. *Edifier & bastir, achener de bastir.* ITAL. *Edificare, fabricare compitamente.* GERM. Aufsbawen. HISP. *Edificar hasta el cabo.* ANGL. *To build vp.* } Cæsar 1. *bell. Ciuilis.* Quod oppidum Labienus constituerat, suáque pecunia exædificauerat. Cicer. 1. *de Orat.* Non grauare exædificare id opus quod instituisti. ¶ Aliquando significat domo priuo, domo eiicio. Plaut. *in Trinum.* Nam exædificasset me ex his ædibus, si absque te foret. ¶ Exædificare inchoatam ignauiam, per translationem, hoc est, augere, perficere, & ad summam perducere. Plaut. *ibidem,* Quid interest, dare te in manus argentum amanti homini adolescentulo, animi impoti, Qui exædificaret suam inchoatam ignauiam?

EXÆDIFICATIO, verbale. { בנין *binján.* ἀνοικοδόμησις, ἐξοικοδόμησις. GALL. *Edification, bastissage, achenement de bastir.* ITAL. *Edificatione.* GERM. Aufsbawung. HISP. *Aquella obra de edificar.* ANGL. *A building vp.* } Cic. 1. *de Orat.*

EXÆQUO, as, Æqualem facio. { השוה *bischváh.* ἐξισόω, ἐξομαλίζω. GALL. *Egaler, faire tout vn, applanir.* ITAL. *Agguagliare, far eguale.* GERM. Gleychmachen. HISP. *Ygualar vna cosa à otra.* ANGL. *To mak smoth or plane, to pullische.* } Cæsar 1. *bell. Ciuilis,* Ipse Pompeius ab inimicis Cæsaris incitatus, quòd neminem dignitate secum exæquari volebat, totum se ab eius amicitia auerterat. Cic. *post reditum in Senatum,* Propterea quod superiorem esse contra improbos, minus est negotij, quàm bonis exæquari. Salustius, In primis arduùm videtur res gestas scribere: primùm, quòd facta dictis exæquanda sint. Senec. *cap.* 11. *de cons. ad Marc.* Vnus exæquat omnia ciuis. Item, mors, *ibid. cap.* 10. ¶ Exæquare, implere. *lib.* 3. ad Heren. Quod negotio diminutum fuerit, exæquabimus industria. Sumptum à mensuris, quæ cùm impletæ sunt, æquatæ dicuntur: cùm abundant, cumulatæ.

EXÆQUATUS, a, um. { משוה *muschvéh.* ἐξομαλισθείς. GALL. *Esgal, applani.* ITAL. *Agguagliato, egualato.* GERM. Vergleicht. HISP. *Hecho ygual.* ANGL. *Made smoth or plane.* } Lucretius,

Exæquatáque sunt creperi certamina belli.

EXÆQUATIO, verbale. { ἐξίσωσις, ἐξομάλισις. GALL. *Esgalement, esgalation, perequation.* ITAL. *Agguagliamento.* GERM. Gleichmachung. HISP. *Obra de ygualar.* ANGL. *A making plane or smoth.* } Liu. 4. *bell. Maced.* Hanc, inquit, ipsam exæquationem non fero, illa locuplex, &c.

Exærambus, (ita legit Passerat. apud Plaut. *in Asin. sc.* 4. *a.* 2. vbi tamen vulgò legitur *Exarcambus.*) Nomen est Trapezitæ.

EXÆSTUO, as, are, { זעף *zaháph.* ἀναβράζω, ὑπερζέω. GALL. *Ietter vndes, se desborder, bouillir par dessus.* ITAL. *Ondeggiare.* GERM. Vngestüm sein von hitz vnd bewegung vberlauffen. HISP. *Heruer, rebosar.* ANGL. *To boile, to cast vp great waues and sourges.* } Æstum emitto & exhalo. Liu. 6. *bell. Pun.* Incertæ altitudinis vtcunque exæstuat mare. Plin. *lib.* 37. *cap.* 2. Exæstuante Oceano. Exæstuat mens ira, Virg. 9. *Æneid.* Item Suet. *in Augusto cap.* 18.

EXAUIO, Desæuio, sæuire desino. { ἀποθηριόω, ἀγριαίνειν παύομαι. GALL. *Passer sa fureur, s'appaisser, cesser d'estre rigoureux & cruel.* ITAL. *Lasciar la crudeltà, discrudelire.* GERM. Verwüten, außtoben. HISP. *Dexar de ser cruel.* ANGL. *To cease to be angrie.* } Liuius, Consulem Claudium atrox vix tempestas adorta, in metum ingentem adegit. Populoneos inde quàm peruenisset, stetit ibi dum reliquum tempestatis exæuiret.

EXAGGERO, as, idem est quod in vnum veluti aggerem congero, & coacerno. { צבר *tsabár* אסף *asaph.* συσσωρεύω. GALL. *Mettre en vn tas, entasser, augmenter.* ITAL. *Accrescere, amplificare, accumulare.* GERM. Auffhauffen, zusammen hauffen. HISP. *Amontonar vna cosa à otra, multiplicar.* ANGL. *To heap vp together.* } Plin. *lib.* 19. *c.* 8. Exaggerando aliam accumules. ¶ Est præterea exaggerare idem quod amplificare, & verbis extollere, ✕ extenuare. Cic. 5. *Tusc.* Xenocratem illum grauissimum Philosophorum exaggerantem tantoperè virtutem, & extenuantem cætera. Vsus est bis Gell. *cap.* 24. *lib.* 13. Exaggeratus virtutibus animus, Cic. *in Paradoxis.*

EXAGGERATIO, nis, Magna coaceruatio. { אספה *asupháh.* σώρευσις. GALL. *Amoncelement, accroissement.* ITAL. *Accrescimento, amplificatione.* GERM. Auffhauffung. Item, Erhebung. HISP. *Aquella obra de amontonar, multiplicar.* ANGL. *Heaping vp together.* } Ponitúrque pro altitudine & excellentia, translatione sumpta à terra quæ in aggerem erecta, sustollitur in fastigium. Cicer. *lib.* 2. *Tuscul.* Hoc igitur tibi propone, amplitudinem animi, & quasi quandam exaggerationem quam altissimam animi, quæ maximè eminet in contemnendis & despiciendis doloribus, vnam esse omnium rem pulcherrimam. ¶ Oratores exaggerationem (δείνωσιν, ὑπερβολὴν) facere dicuntur, quando pluribus verbis vnam eandémque rem vehementer dicunt, quæ res maximè venustat orationem. Apud Catonem luculenta illa exaggeratio est, Succidas humanas facis, decem funera facis, decem capita libera interficis, decem hominibus vitam eripis, Indicta causa, iniudicatis, indemnatis. ¶ Exaggeratio aggeris constructio. Iustinus *histor. lib.* 2. Quæ sine exaggerationibus regum sint.

EXAGITO, as, Vexo, diuexo, insector, exerceor, iacto. { ענה *binnáh.* σπαράττω. GALL. *Tourmenter, trauailler quelqu'vn, persecuter.* ITAL. *Inquietare, turbare.* GERM. Vmbtreiben, vnrüwig machen, einem zuschaffen machen. HISP. *Commouer y conturbar y molestar.* ANGL. *To vexe, to tosse.* } Plaut. *in Merc.* Malabilis cruciat me atque exagitat. Cic. 5 *Verr.* Spoliati, & exagitati aratores. Lact. *lib.* 6. Poëtæ, tres Furias esse dixerunt quæ mentes hominum exagitent.

Exagitant & Lar, & turba Dianis fures,

Ouid. 5. *Fast.* ¶ Nonnunquàm sumitur pro exaspero, siue ad iram prouoco. παροξύνω. Salust. *in Catil.* Tamen quia in tali tempore tanta vis hominis magis lenienda, quàm exagitanda videbatur. ¶ Ponitur etiam nonnunquàm pro excutere. Cic. *pro Cluentio,* Exagitabantur omnes eius fraudes, atque fallaciæ: omnis vita in eiusmodi ratione versata aperiebatur.

EXAGITATUS, particip. { מעונה *mehunnéh.* διασπαραχθείς, ἐλαυνόμενος. GALL. *Trauaillé & vexé.* ITAL. *Trauagliato, vexato.* GERM. Hin vnd wider getriben, wol bemühet. HISP. *Trabajado y molestado.* ANGL. *Vexed, toxed.* } Cicero *post reditum in Senatum,* Qui causam Senatus exagitatam concionibus improborum, sic sua diligentia multitudini commendauit, &c.

EXAGITATOR, Vexator. { מענה *mehannéh.* ὀχλητικός. GALL. *Tourmenteur d'egens.* ITAL. *Cui da dafare ad vn' altro & lo trauaglia.* GERM. Ein vmbtreiber, der ein vexiert vnd einem zuschaffen macht. HISP. *Conturbador.* ANGL. *A vexer, a tormenter.* } Cic. *in Orat.* At ea de seniore scribit Plato, & scribit æqualis, & quidem exagitator omnium Rhetorum: hunc miratur vnum.

Exagium, genus ponderis, vt in Nouellis Theodosij & Valentiniani *lib.* 13. De ponderibus quoque vt fraus omnis amputetur penitus, à nobis aguntur exagia, quòd sub interminatione superiùs comprobata sine fraude debeant custodiri. In glossis Græco-Latinis explicatur ἐξάγιον, pensatio. ‖Cuiacius exagium exponit trutinam & certæ ponderationis genus, quod constabat siliquis 24. *in l fin. C. de suar. & suscept. vin.*‖

EXAGOGA, æ, masc. generis. { ἐξαγωγεύς. GALL. *Qui porte dehors.* ITAL. *Colui che porta fuori.* GERM. Ein außträger oder außführer. HISP. *El que saca afuera.* ANGL. *A carier out.* } Qui educit & exportat. Exagoga bonorum. Plaut. *in Trucul.* Ite hac simul mulieri damnigeruli foras gertones, Bonorum exagogæ. ¶ Exagoga fœmin. gener. { ἐξαγωγή. ANGL. *Carying out.* } Exportatio, euectio, eductio, prouentus, reditus. *Ibidem,* — iste dum sic faciat domum Ad te exagogam. Idem *in Rud.* téque oro & quæso, si speras tibi Hoc anno multum futurum sirpe & lacerpitium, Eámque euenturam exagogam, saluam & sospitem.

‖Exagogica vectigalia, quæ soluebantur, mercibus ex agricolatione importatis.

Exagonius, a, um, ἐξαγώνιος, ον, ad certamen & causam non pertinens.‖

EXALBESCO, is, ere, Pallesco, expallesco, extimesco. { הלבין *hilbín.* ὑπολευκαίνομαι. GALL. *Blemir, deuenir bleme: paslir, deuenir pasle.* ITAL. *Impallidire, diuentar bianco.* GERM. Weiß werden, Erbleichen. HISP. *Hazerse blanco.* ANGL. *To waxe pale or white.* } Cic. 4. *Acad.* Si qui fremerent, & exalbescerent. Idem 1. *de Orat.* Equidem & in vobis animaduertere soleo, & in meipso sæpissimè experior, vt exalbescam in principiis dicendi, tota mente, atque omnibus artubus contremiscam. Exalbescere metu, Cic. 3. *de Orat.* Gell. *cap.* 1. *lib.* 12. Exalbuit lac à spiritu & calore.

EXALBIDUS, a, um, Albidus. { לבן *laban.* ὑπόλευκος. GALL. *Bleme, blanchastre, pasle.* ITAL. *Bianco.* GERM. Weißlechtig. HISP. *Emblanquecido, ò vn poco blanco.* ANGL. *Somewhate white, pale.* } Plin. *lib.* 24. *cap.* 19. Folia verticæ in medio exalbida, eadem procedente corpore tota rubentia.

EXALBURNO, as, are, Alburnum detraho. { פצל *pitsltsél.* τὸ τοῦ ξύλου ἐξαιρῶ, ἀφαιρῶ μελάνδρυον. GALL. *Oster l'aubier ou l'aubour d'vn bois.* ITAL. *Tor via il bianco da vn ligno con arte, come chi facesse.* GERM. Den spint eines baums abschinden oder abstreyffen. HISP. *Deballar la madera.* ANGL. *To tak away the sap or white of a tree.* } Est autem alburnum ea arborum pars quæ proxima est cortici. Plin. *lib.* 16. *cap.* 40.

c.40. Et reliquis arboribus siccissima lotos, quæ Romæ ita appellatur. Deinde robur exalburnatum: & huic nigricans color. Solent autem robora exalburnari, hoc est, alburno suo spoliari, eo quòd ea pars materiæ sit inutilis, propterea quòd facillimè cariem sentiat: eo autem detracto, quod reliquum est, aduersus omnem corruptionis iniuriam se præbet inuictum. Id nonnulli esse existimant, quod à Theophrasto μελάνδρυον appellatur: quanquam ille hoc nomine potiùs quandam roboris speciem videtur designasse.

Exalto, as, Eleuo, extollo. {הרים *herim* נשא *nasá*. μετεωρίζω, ἀνυψόω. Gall. *Esleuer haut & par dessus*. Ital. *Essaltare, eleuare, inalzare.* Germ. Erhöhen. Hisp. *Enalçar de abaxo arriba.* Angl. *To exalt, to lift vp.*} Col. *lib.* 3. *cap.* 13. Sensim pedum latitudinis sulcos dirigunt fodiuntque & exaltant in tres pedes. ¶ Per translationem significat magnificè laudo.

Exalūminātus, a, um, Denominatiuum ab alumine. {ὁ μὴ συνλευκώθεις. vt, Vnio exaluminatus. Gall. *Perle qui ne tire point sur l'alum.* Ital. *Perla ch' a bel colore, senza punto di alume.* Germ. Ein schön lauter bärle, das sich nit auff weiß trübe farb zeucht. Hisp. *La perla desbastada y limpia.* Angl. *A pearle of the colour of alme.*} Plin. *lib.* 9. *cap.* 35. de vnionibus. Summa laus coloris est, exaluminatos vocari, id est, ad colorem aluminis accedentes.

Exāmen, inis, ab exigo. vt à leuatum leuamen, sic ab exactum examen, nisi malis à Græco ἐξίεναι. Noua apum soboles: quam parentes ex suis aluearibus ad nouas sedes quærendas exire cogunt: quòd hæ ita vniantur, vt simul ligatæ videantur. {עדה *hedáh*. ἑσμός, σμῆνος. Gall. *Vn iecton de mousches à miel.* Ital. *Schiera d'api.* Germ. Ein immen schwarm. Hisp. *Enxambre de las abejas.* Angl. *A swarme of bees.*} Cic. *de senect.* Nec verò segetibus solùm, & pratis, & vineis, & arbustis res rusticæ lætæ sunt: sed hortis etiam & pomariis, tum pecudum pastu, & apum examinibus, & florum omnium varietate. ¶ Nec solùm de apibus dicitur, sed etiam ad alia refertur: vt, Examina piscium. Plin. *lib.* 31. *cap.* 1. Rapiunt eò secum piscium examina. Examina infantium. Idem *in Paneg.* Aduentante congiarij die, obseruare principis egressum in publicum, insedere examina infantium, &c. Examina seruorum. Cic. Examina ciuium. Liu. *lib.* 8. *d.* 4. Rursus examen, stylus est in lance, siue staterа, qui quò pondus se vergit, exit. {γνώμη. Gall. *La languette d'vne balance.* Ital. *Lingua della bilancia.* Germ. Das zünglin oben in der wag. Hisp. *La fiel ò lengua de la balança.* Angl. *The tounge of a balance.*} Virg. 10. *Æneid.*

Iuppiter ipse duas æquato examine lances Sustinet.

Hæc ab aliis, bilancis, seu stateræ lingua: ab aliis æquamentum, ab aliis libramentum, ab aliis æquilibrium & trutina dicitur. Vnde metaphoricè ponitur pro exacto iudicio, & pensiculata alicuius rei inuestigatione. {ἀνάκρισις. Angl. *A triall or proofe.*} Persius,

——Examénque improbum in illa Castiges trutina.

Exāmĭno, Scrutor, inuestigo, perpendo, expendo, pondero, excutio. {חקר *chakar* בחר *bachar* צרף *tsaraph*. ἐξετάζω, δοκιμάζω. Gall. *Examiner, peser, enquerir diligemment.* Ital. *Essaminare, inuestigare.* Germ. Erforschen, erdauren. Hisp. *Examinar, iuzgar, pezar.* Angl. *To searche, to weigh, to trye.*} Plin. *in Epist.* Examina singula verba, & expende. Cicer. 2. *de Orat.* Ad ea probanda quæ non aurificis statera, sed quadam populari trutina examinantur. ¶ Examinare dicuntur apes, id est, vernare. Colum. *lib.* 11. *cap.* 14. Ab exortu Vergiliarum, ad solstitium examinant alui.

Exāmĭnātio, verbale, idem quod examen & inuestigatio. ¶ Item examinatio pro iudicio priuato & pecuniario ponitur. Vlp. *l.* 1. *D. de abigeis.* Qui pecora, de quorum proprietate faciebat controuersiam, abegit, ad examinationem ciuilem remittendus est.

Examo, as, are, ὑπερφιλέω, Valdè amo. Plaut. *Trinummo*, Vt ego me rutitam examauerim patulum moueri.

Exampæus, ἐξαμπαῖος, Scythiæ locus est inter Borysthenem & Hydanium fluuios, fontem habens eiusdem nominis vsque adeò amarum, vt Hypanis aquas in quem influit, reddat impotabiles. Autor Herod. *lib.* 4.

Exāmurcari oleum, dicitur, quando sublata amurca defæcatum fit. {ἀπαμοργίζω. Gall. *Oster la lie de l'huyle.* Ital. *Leuar la fece de l'oglio.* Germ. Die trusen vnd grobe matery vom öl thun. Hisp. *Quitar el alpechin del azeyte.* Angl. *To tak away the lies of oyle.*} Apuleius *lib.* 4. Ac dum cælestis vaporis flammis examurcatur.

Exāmussim, vide *Amussis*.

Exanclo, as, siue potius Exantlo, Prisciano docente, verbum Græcum est, idem significans quod exhaurio. {שאב *schaáb*. ἐξαντλάω. Gall. *Espuiser, surmonter en endurant.* Ital. *Cauar fuori, superare.* Germ. Erschöpfen, & metaph. vberwinden, erdulden, leiden. Hisp. *Sacar afuera, padecer hasta el cabo, vencer.* Angl. *To pumppe water out of a shippe.*} Plaut. *in Stich.* Næ iste ædepol vinum poculo pauxillulo Sæpe exantlauit. Idem *Amphitr.* Clades exantlatem impatibiles. Inde per metaphoram accipitur pro superare, perpeti, & perfungi. Cicer. *lib.* 1. *Tusc.* Quod quum exanthlauisset omnes labores, tum incideret in mortis malum sempiternum. Lucil. *lib.* 30. Quantásque modò ærumnas quantósque labores exantlatis. ¶ Aliquando perficere. Pacuuius *in Peribœa*, vt Nonius citat, Non potest Menalippe hic sine sua opera exantlari clauus.

‖Exangelus, ἐξάγγελος, qui ea, quæ intus fiunt, extimis prodit: index.‖

Exanguis, e, quod sine sanguine est, exanimatus. {ἐξαιμος, ἄναιμος. Gall. *Sans sang, qui n'a point de sang.* Ital. *Senza sangue, e sangue.* Germ. Ohn blut bleulos. Hisp. *Cosa sin sangre ò muerta.* Angl. *Without bloode, pale for anger.*} Cic. 7. *Verr.* Ne denique etiam exanguium corpora mortuorum, ne mœror, &c. Idem *pro Sestio*, Quem quum iacentem & concisum pluribus vulneribus extremo spiritu exanguem & confectum viderent, &c. Liu. 2. *bell. Pun.* Prope exanguis ruina superincidentium. Gell. *cap.* 19. *lib.* 13. Exilis & exanguis vox. ¶ Accipitur etiam pro pallido, quòd pallentes videantur sanguine carere, quum sanguis per extrema diffusus, sit causa ruboris: contra recedente sanguine, subitò pallescimus, vt in metu videmus accidere, quum sanguis se recipit ad interiora. Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 1. *Trist.*

Aspicis exangui chartam pallere colore.

Sic etiam Horat. cuminum dixit exangue, quod semen illius epotum pallidos reddat bibentes, *Epist.* 1. quòd si pallerem casu, biberémque exangue cuminum.

Exănĭmus, a, um, & Exanimis, e, & Exanimatus, a, um, ambo. duplicem, eandemque significationem habent, licèt Seruius voluerit hæc inter se differre. {ἄψυχος. Gall. *Sans ame, sans vie, mort, à demy mort, estonné, espouuanté.* Ital. *Sbigottito, spauentato, morto.* Germ. Todt, oder vor forcht halb todt. Hisp. *Desmayado, medio muerto, ò del todo muerto.* Angl. *Dead, half dead for feare, astonied.*} Nam vt exanimus, siue exanimis, modò idem est quod mortuus, vt apud Liuium *lib.* 8. Vt vno ictu exanimem equo præcipitaret. Virg. 1. *Æneid.*

Exanimúmque auro corpus vendebat Achilles.

Modò idem est quod exterritus, & veluti animi deliquio consternatus. Idem *lib.* 4.

Audijt exanimis, trepidóque exterrita cursu,
Vnguibus ora soror fœdans, & pectora pugnis, Per medios ruit.

Apud Cic. 4. *Tusc.* Tum pauor sapientiam mihi omnem exanimo expectorat, valet exanimato & perterrito. ¶ Sic & exanimatus, ἐκπλαγείς, πτοηθείς, non solùm pro exterrito, siue perturbato. Terent. *in Andr.* Ibi tum exanimatus Pamphilus Bene dissimulatum amorem, & celatum indicat: sed etiam pro mortuo accipitur, vt apud Liu. *lib.* 22. Vnam in ipsa porta sospite filio repentè oblato, in conspectu eius expirasse ferunt: alteram, cui mors filij falsò nuntiata erat, mœstam sedentem ad primum conspectum redeuntis filij gaudio nimio exanimatam. Lucretius *lib.* 6.

Exanimis pueris super exanimata parentum
Corpora nonnunquam posses, retróque videre.

Exanimalis, quod non est animal, vel quod est sine anima. {ἄψυχος. Gall. *Sans ame, mort.* Ital. *Senza anima, non animale.* Germ. Das kein leben hatt. Hisp. *Sin anima, non animal.* Angl. *Dead, without life.*} Plaut. *in Bacch.* Nam neque Bellona mihi vnquam, neque mars creduat, ni illum exanimalem faxo, nive exhæredem fecero vitæ suæ. Idem etiam *in Ruden.* posuit pro eo quod animam eripit, Ita (inquit) malè viuo, ita mulctæ in pectore Sunt curæ exanimales.

Exănĭmo, as, Perterreo, perturbo. {בהל *bihél*. ἐκπλήσσω, ἐκπλήττω. Gall. *Oster le cœur, troubler grandement. Perdre l'haleine.* Ital. *Spauentare, perturbare, sbigottire.* Germ. Heftig erschrecken, bis auff den todt erschrecken. Hisp. *Desmayar à otro.* Angl. *To make afraide, to astonish that one can not tell what todo.*} Cæs. *lib.* 3. *de bell. ciu.* Exanimari cursu. Gall. *Perdre l'halaine en courant.* Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 2. Quid est quòd exanimatus gestas tabellas tecum. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 2. Quid illuc quod exanimatus currit hic Leonida? Idem *Aul. sc.* 4. *a.* 1. Nimis malè metui, Exanimatus fui. Ouid. *lib.* 1. *Fast.*

Scortea non illi fas est inferre sacello,
Ne violant puros exanimata focos.

Terent. *in Andr.* Oratio hæc me miseram exanimauit metu. Quando verò ab anima est, significat animam priuo, siue neco. ἀποψύχω. Curtius, Multos exanimauit rigor insolitus niuis, multorum adussit pedes, plurimorúmque oculis præcipuè perniciabilis fuit. Gellius *lib.* 3. *cap.* 15. Anus repentè filio viso, copia atque turba, & quasi ruina incidentis inopinanti gaudij oppressa, exanimataque est. Liuius *lib.* 7. *dec.* 4.

Exănĭmātio, nis, Perturbatio, metus. {בהלה *behaláh*. ἔκπληξις, ἀψυχία. Gall. *Troublement d'esprit auec grande peur & frayeur.* Ital. *Turbamento di spirito, con gran timore.* Germ. Bestürtzung, wann einer von im selbs kompt. Hisp. *Aquella obra de desmayar a otro, desmayo.* Angl. *Troubling of mynd, astonying.*} Cic. 1. *Offic.* Ne in perturbationes, atque exanimationes incidamus. Idem *lib.* 4. *Tusc.* Exanimatio est metus subsequens, & quasi comes pauoris.

Exănio, as, legend. Exsanio, est saniem, vel pus, aut alium quemuis inutilem liquorem exprimo. {ἐκπυόω, ἰχῶρα κενόω, ἢ ἐκπυΐζω. Gall. *Faire sortir le sang ou la boue d'vne playe.* Ital. *Cauar fuori la marcia.* Germ. Den eyter reinigen, oder seubern, den eyter außtrucken. Hisp. *Sacar la sangueza ò podre.* Angl. *To presse and thrust matter out of a wound.*} Col. *lib. vlt.* Vt omnem amaritudinem eius pallore exaniet. Et *alibi*, Patimur autem nonnunquam tota nocte, & postero die baccam velut exaniari. Et apud Cels. *lib.* 5. *cap.* 27. pro saniem educere.

Exanthēmăta, ἐξανθήματα. A medicis appellantur tumores, siue pabulæ per totam cutem efflorescentes, præcipuè in pueris, idque beneficio naturæ corporis profunda expurgantis. Horum duo sunt genera, Sublimia, quæ cutem in manifestum attollunt tumorem, eamque exulcerant, & pruritum excitant. Vulgus *Morbillos* appellat. Et Lata, quæ exiguum quidem faciunt tumorem, non tamen exulcerant, neque pruritum excitant. Vulgò *Variola* dicuntur, quòd maculis per totum corpus sparsis, variis cutem inficiant coloribus. {Angl. *The smalle pockes.*}

Exantlo, vide *Exanclo*.

‖Exapsalmon, senio, seu numerus senarius Psalmorum, quos canebant in matutinis. L. g. b.‖

Exaptus, Aptus. {מוכן *muchón*. ἐξημμένος. Gall. *Apte, conuenant.* Ital. *Atto.* Germ. Fast geschickt, gantz füglich. Hisp. *Idoneo y atauiado.* Angl. *Apt, conuenient, meete.*} Lucr. *lib.* 4.

Brachia nec porrò validis exapta lacertis
Esse, manusque datas vtraque à parte sinistras,
Vt facere ad vitam possimus, quæ foret vsus.

‖Exaquescere, diluuio mundum purgare. Delr.

Exar, vide *Egera*.

Exarchiatri, qui Archiatri dignitate perfuncti sunt dimissi à palatio, seu comitatu. Cuiac.

Exarchus, ἔξαρχος, inceptor, dux, princeps. Gloss. ἔξαρχοι proceres, principes. Deinde exarchus est princeps eximius. Erat etiam ecclesiastica dignitas.‖

Exardĕo, es, Inflammor, incendor. {דלק *dalák* יקד *iakádh*. ἐκφλέγομαι. Gall. *Ardre, estre enflammé.* Ital. *Ardere grandemente, essere inflammato fuor di misura.* Germ. Hefftig brennen, entbrinnen. Hisp. *Mucho arder.* Angl. *To be hoate, to be on fyre.*} Transfertur ad multas res, vt si dicatur in aliquo exardere iniuriam, dolorem, ambitionem. ¶ Item exardere aliquem ira, & indignatione: siue exardere in iram vt

vt apud Mart. quod est veluti excandescere. Cic. 5. *Tusc.* Contra quorum disciplinam ingenium eius exarserat. Idem 4. *Verr.* Exarsit iracundia ac stomacho. Idem *Attic. lib.* 2. Nunc verò sibilis vulgi, sermonibus honestorum, fremitu Italiæ vereor ne exarserint. Idem *pro Rab. Posthumo*, Etiam ad innocentium periculum tempus illud exarserat. Corinthiorum vasorum pretia exarserunt in immensum, Sueton. *in Tiber. cap.*...

EXARDESCO, is, ere, Inflammor. {דלק *dalák* יקד *jakádh.* [illegible]. GALL. *S'allumer & brusler.* ITAL. *Farsi ardente.* GERM. Brünnend werden. HISP. *Arder mucho.* ANGL. *To be inflammed, to waxe one fyre.*} Cic. 2. *Orat.* Nulla materies tam facilis est ad exardescendum, quæ nisi admoto igni, ignem concipere possit. Plin. *lib.* 13. *cap.* 15. In igne autem vt ferrum exardescentes. ¶ Transfertur etiam ad animum pro accendi, & inflammari. Cic. 3. *Verr.* Homo vt hæc audiuit, sic exarsit, ad id quod non modò ipse nunquam viderat. Sic exarsit, inquit, hoc est, tanto amore inflammatus est. Idem *de Amicit.* Ex quo eorum exardescit siue amor, siue amicitia.

Exarcambus, vel, vt Passerat. legit, Exerambus, nomen est Trapezitæ, apud Plaut. *Asin. sc.* 4. *a.* 2.

EXARESCO, Exaresco, aridus fio, exiccor, exhaurior. {יבש *jabésch* חרב *charáb.* [illegible]. GALL. *Deuenir sec, tarir.* ITAL. *Diuenire arido, seccarsi.* GERM. Außdorren. HISP. *Secarse.* ANGL. *To be made drye.*} Nisi quod exarefio, passionem quandam videtur importare, quam non habet exaresco: vt exarescere dicatur quod sponte sua aridum fit: exarefieri, quod vi aliqua externa redditur aridum. Sed hæ differentiæ à Doctoribus traduntur magis, quàm obseruantur. Plinius *lib.* 26. De fuco marino, Sed omnibus articulis morborum impositis, antequam exarescat.

Exaresco, aridus fio. {יבש *jabésch* חרב *charáb.* [illegible]. GALL. *Deuenir sec, tarir.* ITAL. *Seccarsi.* GERM. Dürr werden. HISP. *Secarse.* ANGL. *To waxe drye, to be made drye.*} Col. *lib.* 4. Et sole, ac vento penitus siccari, atque exarescere. Cic. *Papyr.* Deinde ipsa illa, si qua fuit in me facultas orationis, nisi me ad has exercitationes retulissem, exaruisset. hoc est, omnino arida fuisset. Exarescere ex amore. Plaut. *Mil.* Neque dum exarui ex amore rebúsque voluptariis.

EXARENO, as, are, est, expurgare, & veluti arenas auferre. {[illegible]. GALL. *Oster l'arene & le sablon.* ITAL. *Purgare della arena.* GERM. Vom sand seubern. HISP. *Quitar la arena.* ANGL. *To purge frome sand.*} Plin. *lib.* 33. *c.* 3. Postea exarenatur, an satis decoctum sit splendore deprehendente, iterúmque exhalatur igni.

EXARMO, armis spolio. {ἀφοπλίζω. GALL. *Desarmer.* ITAL. *Disarmare.* GERM. Wehrloß machen. HISP. *Desarmar la armada.* ANGL. *To vnarme, to tak harnesse frome.*} Suet. *in Domit.* Mineruam, quam superstitiosè colebat, somniauit excedere sacrario, negantem vltrà se eum tueri posse, quòd exarmata esset à Ioue. ¶ Exarmare feras, hoc est, dentes, vngues ei adimere, & ex feris mansuetas reddere. [illegible]. Vnde Exarmatæ bestiæ, pro cicuribus & mansuefactis accipiuntur. Lamprid. *in Heliogabal.* Habuit leones & leopardos exarmatos in deliciis. Exarmare accusationem. Plin. *lib.* 3. *epist.* metaphoricῶs dixit pro debilitare & infirmare. Senec. *epist.* 30. Exarmare (pro exarmatam esse nauem) videtur vsurpare.

Exarmatus, a, um. Velleius, Exarmatum eum dimisit. Senec. *cap.* 17. *de consol. ad Helu.* Exarmata nauis (in naufragio.) Velleius, Exarmati, id est, depositis animis.

EXARO, as, are, Arando eruo. {חרש *haráscb* רשם *raschám.* ἐξαρόω. GALL. *Labourer, en labeur recueillir.* ITAL. *Arare, cauar fuori arando.* GERM. Herfür æren/außhin æren. HISP. *Arar, sacar afuera arando.* ANGL. *To eare or ploughe land.*} Cic. 2. *de Diuin.* Estne quisquam ita desipiens, qui credat exaratum esse, Deum dicam, an hominem, hoc est, aratro erutum fuisse, vel inter arandum è sulco emersisse. Loquitur de Tage quodam, quem antiquitas fabulata est in agro Tarquiniensi aratro altius impacto, repentè ex sulco emersisse. Plin. *lib.* 17. *cap.* 19. Qui oliuetum sæpiùs miscebit, is tenuissimas radices exarabit. ¶ Est etiam exaro idem quod ex aratione percipio. Cic. 5. *Verr.* Quum ex agris tres fratres consortes profugissent, quòd iis plus frumenti imparabatur, quàm quantum exararant. *Ibidem*, Nónne plus lucri nomine eripitur, quàm quantum frumenti omnino exararant? ¶ Per translationem significat scribo. {[illegible]. ANGL. *To drawe with the penne, to writte.*} Qui enim stylo scribunt in codicillis, hi quasi sulcos more aratorum ducere videntur. Inest autem in hoc verbo tacita quædam festinationis & breuitatis significatio, quum scilicet paucis & obiter aliquid scribimus. Cic. *Cornific.* Hæc quum essem in Senatu, exaraui. Idem *Attic. lib.* 12. Vndecimo die postquam à te discesseram, hoc litterulatum exaraui, egrediens è villa ante lucem. ¶ Exarare idem aliquando quod excindere & delere, ductum ex more aratri ducendi dirutis vrbibus. Idem *de leg.* 11. Quum multa in eo loco sepulchra fuissent, exarata sunt, id est, excisa & deleta. Paul. *l.* 4. §. 4. *D. fin. regund.* Si dicantur termini deiecti, vel exarati, iudex qui de crimine cognoscit, etiam de finibus cognoscere potest.

Exartum. In chartulario Rhemensi: Si noualia, quæ exarta vocant, ibi sunt. Exarta ergo noualia sunt.

EXASCIO, as, are, Dedolo, dolabra & ascia paro. {פסל *pasál.* [illegible]. GALL. *Esbaucher, faire le gros de quelque besongne.* ITAL. *Pulire, pianare.* GERM. Behawen/rauch wercken. HISP. *Dolar y labrar de segurem ò azuela.* ANGL. *To cuit out grossely to rough hew.*} Translatio à fabris lignariis sumpta, qui ligna prius dolant, deinde poliunt. Plaut. *in Asin.* Iam hoc opus est exasciatum, id est, vtcunque dolatum, nondum tamen vndequaque expolitum.

EXASPERO, as, Exacuo, valde asperum facio. {המר *hemár.* [illegible]. GALL. *Faire aspre & rude, irriter & courroucer.* ITAL. *Esasperare, inasprire, incrudelire.* GERM. Scharpff oder rauch machen. HISP. *Exasperar ò ensañar à otro.* ANGL. *To mak rough, to prouck and stirre vp to anger.*} Silius,

———saxóque exasperat ensem.

Tacit. Saxo exasperatum ferrum. ¶ Exasperare fauces, est asperas & inæquales reddere. Plin *lib.* 23. *cap.* 4. Fauces exasperat & venena omnia hebetat. ¶ Per metaphoram pro irritare, siue concitare ponitur. [illegible]. Colum. *lib.* 9. *cap.* 15. Neque enim conuenit æstu medio exasperatas apes lacessiri. Liuius 8. *bell. Punic.* Ad quorum primum aduentum exasperati animo, mox ipsis placido sermone permulcentibus notos, cum quibus congressi erant, leniti sunt. Quintil. Rem verbis exasperauit.

[Exastria, locus aëri expositus. Gl. gr. b.]

EXATIO, as, Satio, exsaturo. {השביע *hisbiah.* [illegible]. GALL. *Rassasier, assouuir, saouler, contenter.* ITAL. *Satiare, satollare, contentare.* GERM. Ersettigen/erfüllen. HISP. *Hartar y embastiar.* ANGL. *To fill.*} Liu. *lib.* 8. *bell. Maced.* Populum Romanum ne morte quidem Scipionis exatiari, nisi & ipsius fama sepulti laceretur.

EXATURO, as, are, Saturo. {ANGL. *To satisfie and fill him self with meate.*} Ouid. 5. *Metam.*

Sed quæ visceribus veniebat bellua ponti
Exsaturanda meis.

Translate apud Cic. 7. *Verr.* Quum eius cruciatu atque supplicio pascere oculos animúmque exaturare vellent, potestas auspiciendi nemini facta est. Idem 6. *Tusc.* de Sardanapalo. Hæc habui quæ edi, quæque exaturata libido hausit.

EXAUDIO, Audio, admitto. {ענה *hanáh* שמע *schamáh.* ἐξακούω. GALL. *Ouyr entierement, exaucer.* ITAL. *Essaudire, concedere vna dimanda.* GERM. Erhören. HISP. *Bien oyr, consentir à lo que se dize.* ANGL. *To heare enteirly.*} Virg. 2. *Æneid.*

———& nulli exaudita deorum
Vota, precésque meæ.

Ouid. 2. *de Pont. Eleg.* 9.

Supplicis exaudi iuuenem mitissime vocem.

Liuius *lib.* 6. Equitem clara increpans voce, vt hostes exaudirent, redire in prælium iubet. Ter. *in Hecyr.* Vereor si clamorem eius hic crebrò exaudiat, ne parturire intelligat.

Exauditus, particip. Auditus. {נשמע *nischmáh.* [illegible], ἐξακουσθείς. GALL. *Exaucé.* ITAL. *Essaudito, chi a ottenuto.* GERM. Erhört. HISP. *Oydo, consentiendo.* ANGL. *Heard.*} Clamores exauditi. Cicer. *Attic.* 1. Vox naturæ exaudita. Idem 1. *de fin.* Vox exaudita per lucos.

EXAUGEO, es, Augeo. {הרבה *hirbáh.* ἐξαύξω, ἐπαύξω. GALL. *Accroistre, augmenter.* ITAL. *Accrescere grandemente.* GERM. Hefftig mehren. HISP. *Mucho acrecentar.* ANGL. *To increase, to augment.*} Plaut. *Stich.* —egenti heræ subueni, benefacta maiorum tuorum exauge. Terent. *Heaut.* Concurrunt multæ opiniones quæ mihi animum exaugeant, Locus, occasio ætas.

EXAUGURO, as, {[illegible], ἐξ ἱεροῦ βέβηλον ποιῶ. GALL. *Dessacrer, degarder.* ITAL. *Disconsecrare.* GERM. Entweihen/degradieren. HISP. *Desconsagrar, desagradar.* ANGL. *To vnhallow, to disgrade.*} Propriè significat ex sacro profanum facio ✠ Inauguro, per augurium sacrum facio. Non solebant enim veteres nisi addicente augurio, templum dedicare, aut sacerdotem consecrare: neque etiam quod sacrum fuit, nisi addicentibus auibus profanare. Liu. 1. *ab Vrbe*, Et vt libera à cæteris religionibus area esset, tota Iouis templíque eius quod inædificaretur, exaugurare fana sacellaque statuit: quæ aliquot ibi à Tatio rege primùm in ipso discrimine aduersùs Romulum pugnæ vota consecrata inaugurataque postea fuerant. Et *paulò pòst*, Nam quum omnium sacellorum exaugurationes admitterent aues, in Termini fano non addixere.

EXAUSPICO, as, [illegible]. Plaut. *Capt.* Exauspicaui ex vinculis, nunc intelligo Redauspicandum hunc esse in catenas denuò. Id est, malo auspicio huc processi, vtique qui à vinculis, in quibus eram, initium viæ cepi: propterea redauspicare, hoc est, regredi in catenas, quasi iterum auspicandum, & feliciorem viam inceptandam mihi necesse video.

EXAUTORO, as, significat ab autoramento, hoc est, obligatione militari, & iuramento soluo & libero. {ἀφίημι. GALL. *Casser gens de guerre, quitter le serment à celuy qui a iuré.* ITAL. *Disobligare, cassare i soldati.* GERM. Vrlauben/den eyds erlassen. HISP. *Soltar el iuramento al que juro.* ANGL. *To discharge of his orders.*} Quod barbari dicunt, *quitare iuramentum.* Vnde exautorati milites dicuntur, qui missionem habuerunt. [illegible]. Et quamuis frequentes cum dedecore exautorare dicatur, persæpe tamen significat missos facere à militia milites citra vituperationem: vt apud Suet. *in Aug. cap.* 24. Alias legiones immodestè missionem postulantes exauctorauit. Idem *in Tib. cap.* 30. Legere, vel exauctorare militem. Liu. *lib.* 25. Volonum exercitus qui viuo Graccho summa fide stipendia fecerat, velut exautoratus morte ducis, ab signis discessit. Et *lib.* 26. Postera die concione aduocata de rebus à se gestis quum disseruisset, exautoratos dimisit. Vlpian. Exautorare interpretatur insignia militaria detrahere, quod cum infamia conficitur: vt est apud Lampridium: qui scribit Alexandrum tumultuantes legiones exautorauisse.

Exautoratus, id est, militia remotus, *in l.* 29. *D. de liber. caus. tit.* 12. *lib.* 40.

Exballisto, as, significat ballista prosterno, & metaphoricῶs decipio. [illegible]. Plaut. *in Pseud. sc.* 1. *a.* 2. Ego hunc communem meum atque nostrum omnium hostem exballistabo probè.

[Exbuæ, quæ ebiberunt, quasi epotæ. Fest. ita vocantur quoque infantes ablactati.

Exbuo, exinanio, exhaurio.]

EXCÆCO, as, visum eripio, luminibus orbo. {עור *hivvér.* τυφλόω. GALL. *Aueugler, creuer ou oster les yeux.* ITAL. *Accecare, cauare gli occhi.* GERM. Blind machen. HISP. *Cegar à otra persona.* ANGL. *To mak blind.*} Cic. 1. *Acad.* Num ergo is excæcat nos, aut orbat sensibus? ¶ Excæcatum iter, translatè pro clauso atque obturato. Cornel. Cels. *lib.* 7. *cap. de pituita ocul.* Id etiam signum est quasi excæcatorum itinerum, per quæ humor ferebatur.

EXCALCEO, as, Calceos detraho. {נשל נעל *naschál nahál.* [illegible]. GALL. *Deschausser.* ITAL. *Scalzare.* GERM. Entschuhen. HISP. *Descalzar.* ANGL. *To vnshooe, to tak of the shoors.*} Suet. *in Vitell. c.* 2. Claudium vxoribus, libertisque addictum, ne qua non arte demereretur, pro maximo munere à Messalina petiit vt sibi pedes præberet excalceandos. Velleius, Excalceati, aut discingi.

Excalefacio, aut detracta e litera Excalfacio, Calefacio, calidum reddo. {חמם *chimmém.* [illegible]. GALL. *Eschauffer.* ITAL. *Scaldare, riscaldare.* GERM. Erwermen. HISP. *Calentar à vero.* ANGL. *To mak very hoate.*} Plin. *lib.* 21. *cap.* 20. Vrinas magis excalefacit, quàm crocum ipsum. *Ibidem.* Modicè his tamen vtendum est, quoniam excalfaciunt.

Excalfio, {חם *cham.* [illegible]. GALL. *S'eschauffer.* ITAL. *Scaldarsi.* GERM. Erwermen. HISP. *Calentarse.* ANGL. *To be made hoat.*} Plin. *lib.* 24. *cap.* 7. Quum siccari excalfierive opus sit.

Excalfactio, {[illegible]. GALL. *Eschauffement.* ITAL. *Esso scaldarsi.* GERM. Erwermung. HISP. *Calentamiento.* ANGL. *A making very hoate.*} Plin. *lib.* 1. *cap.* 9.

Excalfactorius. {מחמם *mechammém.* [illegible]. GALL. *Qui à vertu d'eschauffer, eschauffant.* ITAL. *Ch' a vigore di scaldare.* GERM. Das erwermen oder erhitzigen kan. HISP. *Cosa para calentar.* ANGL. *That hath force to heate.*} Excalfactoria vis apud Plinium.

[EXCALO, elicio cautionibus, è loco dimoueo. Gl. A. L.]

Excalpo, [vel potiùs exscalpo, is,] Scalpo, excauo. {חק *chak* פתח *pittách.* [illegible]. GALL. *Entailler, engrauer.* ITAL. *Sculpire.* GERM. Außhölen. HISP. *Esculpir.* ANGL. *To graue or entaile.*} Cato *cap.* 18. Arbores crassas pedes duos, altas pedes nouem cum cardinibus: foramina longa pedes tres semis, & excalpta digitos sex.

Excandefacio, Candens & ignitum reddo. {הלבין *helbin* להט *lihát.* [illegible]. GALL. *Eschauffer tant vne chose qu'on la face deuenir blanche.* ITAL. *Infocare, infiamare, scaldare vna cosa fin che diuenga bianca.* GERM. Gluend machen. HISP. *Enflamar.* ANGL. *To mak burning hoate or angrie.*} Excandefacere frumentum, vel annonam, & caritatem eius augere, & in pretium immoderatum extollere. Varr. 3. *de re rust. c.* 2. Sed vt ad hunc bolum venias, opus tibi aut epulum, aut triumphus alicuius, vt nunc Scipionis, Metelli, aut collegiorum cœnæ, quæ tunc innumerabiles excandefaciebant annonam. Vbi excandefacere annonam, est pro eo quod paulò pòst dixit, Incendere annonam. Quotus quisque, inquit, est annus, quo non videas epulum, aut triumphum, aut collegia epulari, quæ nunc innumerabiles incendunt annonas.

Excandesco, is, excandui, ab Excandeo, significat incendor, inflammor, exardesco. {חילבין *hilbin.* [illegible]. GALL. *S'enflamber, se courroucer aspremennt.* ITAL. *Ardere, infiammarsi.* GERM. Entzünde werden zürnen. HISP. *Encenderse.* ANGL. *To be redde hoate, to be very angrie.*} Cato *de re rust. cap.* 95. Nam si in tecto coquas, quum bitumen & sulphur additum est, excandescet. ¶ Per translationem accipitur pro irasci, quòd ira veluti igne quodam animus soleat incendi, [illegible]. Cælius *Cic. lib.* 8. *Epist.* Id postquam rescit, excanduit, & me causam inimicitiarum quærere clamitauit.

Excandescentia, æ, ab Apuleio *lib. de dogmatibus Platonis*, appellatur ea animæ pars quæ irritabilis est, habens domicilium in corde: quam alio nomine Irascentiam nominat, qua scilicet subitò ad iracundiam incendimur. {חמה *chemáh.* [illegible]. GALL. *Enflambement, courroux aspre & aigre.* ITAL. *Infiammatione.* GERM. Entzündung mit gähem zorn. HISP. *Encendimiento por ira.* ANGL. *Great wrat and anger.*} Cicer. 4. *Tusc.* Excandescentia autem fit ira modò nascens, & modò existens, quæ [illegible] Græcè dicitur: odium, ira inueterata: inimicitia, ira vlciscendi tempus obseruans: discordia, ira acerbior, intimo odio & corde concepta.

Excanto, as, are, Incanto, siue perniciem incantationibus affero. {לחש *lichésch* כשף *chischscheph.* [illegible]. GALL. *Enchanter.* ITAL. *Incantare, ammaliare.* GERM. Verzaubern. HISP. *Encantar.* ANGL. *To charme, to inchant.*} Plin. *lib.* 28. *cap.* 2. Qui fruges excantasset. Plaut. *in Amphitr.* Præstigiator fortè, aut veneficus excantat tibi familiam. ¶ Ponitur etiam aliquando pro Incantatione è loco aliquo euocare. Propert. *lib.* 3. *Eleg.* 3.

Vt per te clausas sciat excantare puellas,
Qui volet austeros arte ferire viros.

Horat. *Epod.* 5.

Quæ sidera excantata voce Thessala,
Lunámque cælo deripit.

Excantare, Excludere, inquit Nonius. Plaut. *Bacch.* Nam credo cuiuis excantare cor potest. Lucil. *Satyr. lib.* 1. Quæ ego nunc Æmylio præcanto, atque exigo, atque excanto. Varr. *Eudamenibus*, Vbi vident se cantando ex ara excantare non posse, diripere incipiunt. Antiquum.

Excarnifico, Dilanio, in partes seco, quod proprium est laniorum, & carnificum. {נתח *nittáh.* [illegible]. GALL. *Faire mourir en bourreau, & hacher piece à piece, bailler plusieurs tourments.* ITAL. *Stracciare, tagliare en pezzi.* GERM. Zu stucken hawen / außmartern. HISP. *Atormentar haziendo sangre, encarnizar.* ANGL. *To tent or cutt in pieces.*} Sueton. *in Vitel.* Apud Gemonias minutissimis ictibus excarnificatus, atque confectus est. [illegible]. Cic. 3. *de nat. deor.* Anaxarchum Democriteum à Cyprio tyranno excarnificatum accepimus. ¶ Per translationem pro excruciare ponitur. Terent. *in Heauton.* Vt te omnes equidem dij deæque, quantum est Syre, Cum isto inuento, cúmque incœpto perdunt. Huiusmodi mihi res semper comminiscere, vbi me excarnifices.

Excastratus, Passerat. et Gell. *cap.* 9. *lib.* 9.

Excauo, as, are, Cauo. {כרה *charáh* חתר *chatár.* [illegible]. GALL. *Cauer, creuser.* ITAL. *Cauare, far cauerna.* GERM. Außhölen. HISP. *Cauar como piedra ò madera.* ANGL. *To mak holow.*} Cic. 6. *Verr.* Erat etiam vas vinarium ex vna gemma prægrandi, trulla excauata cum manubrio aureo. Varr. 3. *de re rust. cap.* 5. Circum natalitia sunt excauata anatum stabula. Senec. 4. *de natur. quæst.* Stillicidij casus lapidem cauat, & hæc ipsa excauatio rotunda fit.

Excauatio, verbale. {[illegible]. GALL. *Cauement, creusement.* ITAL. *Cauamento.* GERM. Außhölung. HISP. *Aquella obra de cauar assi.* ANGL. *The making of a thing olow.*} Senec. 4. *nat. quæst.* Stillicidij casus lapidem cauat: & hæc ipsa excauatio rotunda fit.

Excedo, is, Discedo, egredior. {הלך *halach* עלה *haláh.* [illegible]. GALL. *Se partir, ceder & partir, s'en aller, se deloger.* ITAL. *Partirsi, andarsi.* GERM. Außziehen / hinweichen. HISP. *Partir de algun lugar.* ANGL. *To depart, to go forth.*} Cæs. 4. *bell. Gall.* Nam cum omnibus suis domo excesserant, Rhenúmque transierant. *Ibidem.* Aurigæ interim paulum è prælio excedunt. Plaut. *in Aul.* Illic adesto, si hercle tu ex isto loco digitum transuersum, aut vnguem latum excesseris. Liuius *initio lib.* 34. Excessit res in magnam certamen. ¶ Cursum excessit quarto casu. ¶ Item supero, antecello. {נצח *netsséach* הותיר *hothir.* [illegible]. GALL. *Exceder, surmonter.* ITAL. *Superare, eccedere.* GERM. Vbertreffen / höcher vnd grösser sein / übergehn. HISP. *Sobrepujar.* ANGL. *To passe or surmonte.*} vt Cicero facile excedit omnes eloquentia. Velleius, Excessit ita principiis in hoc vt, &c. Excedere è vita, idem est quod mori. Cic. *de clar. Orat.* Sed ad eos si placet, qui è vita excesserunt, reuertamur. In qua significatione etiam dicimus Excedere absolutè. Idem *in Orat. in Senatu habita post reditum*, Quo quidem tempore, quum is excessisset, qui cædi & flammæ vobis autoribus restiterat. & Suet. *in Neron. cap.* 6. Item Velleius, Excessit ad Deos Hercules. Sic, Excedere natura sua. (i. clementia.) Idem.

Excessus, us, ui, verbale. {[illegible]. GALL. *Deslogement, despartement.* ITAL. *Dipartita, morte.* GERM. Der tödtlich abscheid auß disem leben. HISP. *Partida de lugar.* ANGL. *A going away, a departing.*} vt, Excessus è vita. Cic. *de finib.* In his excessum è vita, & in vita mansionem. Excessus vitæ, idem 1. *Tusc.* Neque excessu vitæ sic deleri hominem. ¶ Et excessus absolutè etiam pro morte positum inuenitur. Idem 1. *de Legib.* Certè non longè à tuis ædibus inambulans, post excessum suum Romulus Iulio Proculo dixerit se Deum esse.

Excello, is, vel excelleo, es, excellui, excelsũ, supero, præsto, antesto, emineo. {הותיר *hothir.* [illegible]. GALL. *Exceller, entrepasser, surmonter.* ITAL. *Superare, sopràuanzare.* GERM. Vbertreffen. HISP. *Sobrepujar.* ANGL. *To excell, to passe and surmonte.*} Construitur tam cum datiuo, quàm cum accusatiuo. Cic. *pro Pomp.* Vt is qui dignitate principibus excellit, facilitate infimis par esse videatur. Lactant. *lib.* 7. Qui omnes licèt eloquentia excelluerit. Cic. *pro lege Manil.* Hic miramur hunc hominem tantum excellere cæteris. Sed hæc significatio videtur esse translatitia. Nam propriè excellere, est altitudine, vel statura eminere. ¶ Excellere animum, (i. superbire.) Cato apud Gellium *cap.* 23. *lib.* 13.

Excellens, participium. {מותיר *mothir.* [illegible]. GALL. *Excellent.* ITAL. *Excellente.* GERM. Vbertreffend oder fürtreffend. HISP. *Excelente.* ANGL. *Excellent, passing.*} Vnde cumulum, vel montem excellentem dicimus, qui inter cæteros eminet. Cic. *antequam iret in exilium*, Dij, deæque immortales, qui excellenti tumulo ciuitatis sedem Capitolij in saxo incolitis constitutam.

Excellentia, æ, Eminentia, magnitudo, præstantia, nobilitas. {יתרון *jithron.* [illegible]. GALL. *Excellence.* ITAL. *Excellenza.* GERM. Fürtreffenheit. HISP. *Sobrepujança, excelencia.* ANGL. *Excellencie, standing aboue, other passing.*} Cic. 1. *Offic.* Nobis autem personam imposuit ipsa natura magna cum excellentia, præstantiáque animantium reliquorum.

Excellenter, aduerb. Magnificè, excelsè. {[illegible]. GALL. *Excellemment, excellentement.* ITAL. *Excellentemente.* GERM. Fürtreffenlich. HISP. *Excelentemente, y altamente.* ANGL. *Excellently, passingly.*} Cic. 1. *Offic.* Quæ magno animo & elato fortiter, excellentérque gesta sunt.

Excelsus, nomen ex participio, Altus, procerus, editus. {רם *ram* גבוה *gabóah* עליון *heljón.* [illegible]. GALL. *Haut, esleué.* ITAL. *Alto, eleuato.* GERM. Hoch. HISP. *Cosa alta y ensalçada.* ANGL. *Hight.*} Cic. 2. *Tusc.* Te natura excelsum quendam, videlicet, & altum, & humana despicientem genuit. Aul. Gell. *lib.* 1. Tanto fuisse Herculem corpore excelsiorem. Velleius, Excelsissimi & eminentissimi viri.

Excelsitas, Altitudo. {מרום *maróm* גבהה *gebóah* גבהות *gabhúth.* [illegible]. GALL. *Hautesse.* ITAL. *Altezza.* GERM. Hoche, hochheit. HISP. *Altura.* ANGL. *Highnesse, the hight.*} Plin. *lib.* 21. *cap.* 5. A lapide quadragesimo ad eam excelsitatem, vt in omnibus vrbis montes leuarentur. Cic. 3. *Offic.* Etenim multò magis est secundum naturam excelsitas animi, & magnitudo, &c.

Excelse, aduerbium, Altè, excellenter. {[illegible]. GALL. *Hautement.* ITAL. & HISP. *Altamente.* GERM. Höchlich / höcher. ANGL. *Highly.*} Colum. *lib.* 4. *cap.* 1. Si modò scandit excelsius, plus alimenti, terræque desiderat. Cicer. *in Orat.* Omnia profectò, quum se à cœlestibus rebus referret ad humanas, excelsius magnificentiúsque & dicet & sentiet.

Excelsissime, Aduerbium. Velleius Paterculus *hist. lib.* 1. Cuius quàm diu Sparta diligens fuit, excelsissimè floruit.

Exceptio, Excepto, as, vide *Excipio.*

Excerebro, as, cerebrum eripio. {[illegible]. GALL. *Escerueller.* ITAL. *Disceruellare.* GERM. Das hirne außnemmen. HISP. *Descalabrar, ò quebrar los sesos, priuar de cerebro.* ANGL. *To knock out the braines.*} Qui mactat pecus, quasi qui excerebret. Interpres bibliorum.

Excerno, is, excreui, excretum, Purgo. {נקה *nikkáh* פנה *pinnáh* הבדיל *hibdil* הבריר *hibhridh.* [illegible]. GALL. *Separer, purger & oster le mauuais.* ITAL. *Purgare, cernere.* GERM. Außsondern / scheissen. HISP. *Apartar lo limpio, purgar.* ANGL. *To seuer, and tak the good frome the euill.*} Colum. *lib.* 2. Itaque in area detrita frumenta sic aggerenda, vt omni flatu possent excerni. Itaque dicimus excernere aluum, vel simpliciter excernere, pro onus ventris deijcere. Cels. *lib.* 4. Quoniam potiùs modò in inferiores partes, ea quæ excreturi sumus emittit.

Excrementum, quod egeritur ex cibo, potúque. {צואה *tseáh.* [illegible]. GALL. *L'ordure du corps qu'on iette hors.* ITAL. *Il purgamento del corpo.* GERM. Allerley kaat vnd vnraht so vom leib geht. HISP. *Superfluidad del cuerpo.* ANGL. *The offall, the refuse of any thing sifted.*} Et est duplex, siccum scilicet, & humidum: conceptaculum humidi dicitur, vesica: conceptaculum sicci, aluus nominatur. Oris excrementum. Tacit. *lib.* 20. Precabatúrque principem, vt genas, & oculorum orbes dignaretur respergere oris excremento. Plin. *lib.* 10. *cap.* 43. Scribit coruum, quòd excrementis suis calceamenta fœdasset, à mancipe proximæ sutrinæ fuisse exanimatum.

Excretus, a, um, participium à verbo excernor, Egestus, expurgatus. {[illegible]. GALL. *Purgé, separé d'autre.* ITAL. *Purgato.* GERM. Außgescheiden. HISP. *Purgado, limpiado.* ANGL. *Cleansed, sifted, seuered.*}

fpuered.} Col.*lib.*8. Furfures à farina excreti. Vnde excreta tritici, dicuntur vulgo grana, quæ ex incerniculo pro mundandis feponuntur. *Ibid.* Vbi annona eft carior, excreta tritici minuta commodè dantur gallinis, hoc eft, furfures à farina excreti.

Excrētum, i, fubftantiuum, Purgamentum quod ex cerniculo à frumento feparatur. { סוס *moes.* ἀποκρίσεις, τὸ ἀποκριθὲν, ἰαυγάρ, ἀπόκριμα. GALL. *Criblure, qu'on iette en purgeant.* ITAL. *Purgamento che fi caua fuori del frumento.* GERM. Wuft das man vom korn außreutert. HISP. *Purgacion del trigo con el criuo ò cedaço.* ANGL. *The offall or refufe of a thing fifted.*} Col.*lib.*8.*cap.*4. Vbi annona eft carior, excreta tritici minuta commodè dantur gallinis.

Excērpo, is, pfi, ptum, Decerpo, deligo. { אָרָה *aráh* בחר *bachár.* ἐκλέγω, ἀπολέγομαι. GALL. *Extraire, cueillir par eflite.* ITAL. *Cauar fuori cernendo carpire.* GERM. Außklauben/außlefen. HISP. *Coger rompiendo.* ANGL. *To picke out, to gather here & there the beft.*} Terent. *in Phorm.* Tu id quod boni eft excerpis, dicis quod mali eft. Cic. 3. *Offic.* Excerperes ex his ipfis fiquid ineft boni. Quint. Excerpere auctores. Idem, Excerpere quædam ex orationibus. ¶ Vnde excerpta dicimus quæ ex libris velut flofculos extrahimus. ἀνάλεκτα. ¶ Eft etiam excerpere idem quod eximere. ἐξαιρεῖν. Vnde excerpere aliquem de numero Poëtarum, eft eum inter Poëtas non numerare. Horat. *Serm. fatyr.* 4.

> *Primum ego me illorum dederim quibus effe Poëtas*
> *Excerpam numero.*

Senec. *in Calig. cap.* 17. *de confol. ad Polyb.* Excerptus è numero Cæfarum. Liu. *lib.* 4. *bell. Pun.* Excerpere ex tabulis nomina. Sic excerpere fe hominum confuetudine dixit Seneca *in Epift.* pro fecedere ab hominum congreffu. Excerpere fe vulgò. Idem *de tranq. vitæ*, Excerpe te vulgo Pauline, &c.

Excerptio, nis, { GALL. *Recueil, amas, chofe recueillies des liures, & hiftoires.*} Gell. *cap.* 23. *lib.* 17. Excerpebamus ex libris, qui Chronici appellantur, &c. Eáfque nunc excerptiones noftras variis diuerfifque in locis factas digeffimus, &c.

Excēffŭs, vide *Excedo.*

Excĕtră, æ, Dicta eft hydra Lernæa, quòd vno cæfo capite tria excrefcebant. ἔχιδνα. Plaut. *in Perfa*, Nam cum leone, & cum excetra, cum ceruo, & cum apro Ætolico, cum auibus Stymphalicis, cum Antæo deluctari mauelim, Quàm cum amore. Ouidius,

> *Pars quota Lernææ ferpens eris vnus echidnæ?*

Scribit Diodorus, Herculem debellaffe hydram non folùm ferro, fed etiam flammis, adhibito Iolao, qui incifam ceruicem ardente face eueftigio inureret. Conftat (fecundùm hiftoricos) hydram in Lerna Argiuorum regione paludem extitiffe, aquas euomentem quæ vaftabant vicinas ciuitates, in qua vno meatu claufo, multi erumpebant. Quod Hercules videns loca ipfa exuffit, & fic aquæ meatus claufit. Nam hydra, ἀπὸ τοῦ ὕδατος, id eft, ab aqua, nomen accepit. Plato afferit *in Euthydemo*, hydram fuiffe callidiffimum fophiftam, cui præter fapientiam, pro vno fermonis capite amputato, multa repullulabant.

Excetra, nomen meretriculæ. Plaut. *Pfeud. fc.* 2. *a.* 1. En Excetra tu, quæ tibi amicos tot habes, tam probè oleo onuftos. (Vbi quidam libri habent, exergato.) Idem etiam nomen vfurpauit pro meretrice Liuius *lib.* 9. *dec.* 4.

Exchālcĭo, as, are, verbum à dictione Græca χαλκὸς formatum, fignificat ære fpoliare, & auferre nummos. Vnde Porphyrio in Horatium, *lib.* 1. *Serm. fatyr.* 8. Voranus, inquit, Q. Luctatij Catuli libertus omni loco, omni tempore furaciffimus fuiffe dicitur. De quo etiam illud traditur, quum deprehenfus à nummulario effet, de cuius menfa nummos fubtractos in calceos fibi infarcierat: quidam iocans, Bellè, inquit, te nummularius ille exchalciauit, cum afpiratione fcilicet fecundæ fyllabæ: fimul vt chalcon, id eft, æs, ablatum ex calceamento obiiceret. Vide etiam Cælium Rhodig. *antiq. lect. lib.* 19. *cap.* 9.

Excĭdo, is, ab ex & cado, a in i mutata, præteritum excidi, fupinum excafum facit: E loco, vel re aliqua fublimiori cado, Elabor, fluo, defluo. { נפל *naphál.* ἐκπίπτω. GALL. *Choir de quelque lieu.* ITAL. *Cadere.* GERM. Außfallen. HISP. *Caer.* ANGL. *To fall out of any place.*} Virg. 2. *Georg.*

> *Nam fæpe incautis pafloribus excidit ignis.*

Plaut. *Men. fc.* 2. *a.* 4. Me planè excidiffe ex hac familia intelligo. Catull. *de com. Beren.*

> *Vt tibi tunc toto pectore folicita*
> *Senfibus ereptis mens excidit.*

Ouid. 5. *Faft.*

> *Dum fenior fatis excidit arce Deum.* (pulfus Olympo Saturnus.)

Ibidem,

> *Excidit officium trifti mihi, &c.*

¶ Excidere in rifum & lachrymas. Senec. *cap.* 15. *de tranquill.* ¶ Vnde per tranflationem Excidere animo, id eft, obliuifci. Virg. 1. *Æneid.*

> *Necdum etiam caufa irarum, fæuique dolores*
> *Exciderant animo.*

Cic. *de prouinc. Confil.* Nónne nobis videor, & vltimi temporis recordatione, & proximi memoria, medium illud triftiffimum tempus debere, fi ex rerum natura non poffe euellere, ex animo quidem certè excidere? Et Quintilian. Excidentes (memoria) vnius admonitione verbi in memoriam reponuntur. ¶ Interdum diffentire. Lucil. *lib.* 27. Ego ab Archiloco excido. ¶ Excidit nobis aliquod verbum, quum quod alioqui dicturi non eramus, imprudentes proferimus. Cic. *pro Sylla*, Verbum ecquod vnquam ex huius ore excidit, vnde quifquam poffet offendi? Sunt & aliæ non inuenuftæ huius verbi tranflationes: vt quum nobis victoriam, aut fpem aliquam è manibus excidiffe dicimus, quum fignificare volumus nos amififfe quod propemodum tenebamus. Cic. *ad Brutum*, Deinde ita multa peccata, vt quodammodo victoria excideret è manibus. Ouid. *Eleg.* 5. *lib.* 4.

> *Excidit heu nomen quàm mihi penè tuum!*

¶ Excidere vxore, eft ambitæ vxoris fpem amittere. Terent. *Andr.* Herus, quantum intelligo, vxore excidit. Quintil. Excidere fine fuo. Suet. *in Claud. cap.* 14.

Excīdo, is, excidi, excifum. Compofitum à cædo, Excindo, eruo. { כרת *charath* קרץ *kerêts.* ἐκτέμνω, ἐκκόπτω. GALL. *Couper & ofter quelque chofe.* ITAL. *Tagliare fenlere, deftruire.* GERM. Außhawen. HISP. *Cortar, tajar, romper, deftruir.* ANGL. *To cuit downe to deftroy, to cuts of.* } Cic. *lib.* 2. *Offic.* Nec lapides ex terra exciderentur ad vfum noftrum neceffarij. ¶ Item penitus deftruo. Idem *in Catone*, Quomodo Carthagini malè iamdiu cogitanti bellum inferatur, multo tempore antè denuntio: de qua vereri non ante defínam, quàm illam excifam cognouero. ¶ Pro occidere, Cæf. *lib.* 3. *bell. ciuil.* Excifo Exitio. (i. occifo.) Item Ouid. 4. *Faft.*

> *Cur igitur Gallos qui fe excidere vocamus?*

¶ Quintilian. Excidere virilitatem (pro virilia amputare.)

Excidio, nis, Plaut. *Curc. fc.* 3. *a.* 4. Excidionem facere oppidis, vbi alij libri habent exfcidionem ab efcindo breui fecunda fyllaba, vt conftet verfus. Excidio enim ab excido, (quod fit ab ex & cædo) fecundam producit. Oppido autem exfcidionem facere, eft oppidum exfcindere, funditus euertere, delere.

Excĭdĭum, ij, Ab excido deduci manifeftum eft, pro euerfione & ruina vrbis, prouinciæ. { קרץ *kerêts.* ἀνάστασις, ἄλωσις. GALL. *Deftruction, ruinement.* ITAL. *Efterminio, ruina.* GERM. Ein zerfchleiffung/zerftörung. HISP. *Cayda, ò deftruycion.* ANGL. *The facking, raifing or deftroying of a citie.*} Liuius 7. *bell. Punic.* Magnum fe excidio eius vrbis terrorem cæteris earum iniecturum. Plin. *lib.* 19. *cap.* 39. Fuitque arbor fatalis excidio vrbis.

Excīfo, as, Lanio, vulnero. { פרט *parát* שרט *fará* קרע *kará.* διαιτμήγω. GALL. *Couper, defchirer & defcouper.* ITAL. *Stracciare, ferire.* GERM. Außhawen/verwunden. HISP. *Defpedaçar, herir.* ANGL. *To teare and cuts of.*} Nonius, Excifatum, laniatum, vulneratum. Plaut. *Ciftell.* Capillo fciffo, atque excifatis auribus.

Excifio, nis, verbale, Actus ipfe excidendi, vt Excifio tectorum. Cic. *pro domo fua.*

Excĭndo, is, Excido, Euerto, diruo, deleo. { כרת *charáth* קרץ *karêts.* GALL. *Couper & gafter, deftruire & ruiner.* ITAL. *Diftruggere, ruinare.* GERM. Zerftöeren/außreuten. HISP. *Deftruir, cortar.* ANGL. *To fack deftroy, or ouer trowe.*} Cic. *pro Planc.* Vrbem vnam mihi amiciffimam declinaui, quæ fe vel potius excindi, quàm è fuo complexu vt eriperet, facilè pateretur.

Excīsōrĭus, a, um. { כרת *chêrêth.* ἐκτομεύς.} vt, Excifiorius fcalper, quo cariofa exciditur caro, apud Celfum *lib.* 8. *cap.* 3.

Excĭo, is, iui, itum, vel Excieo, es, iui, itum, Euoco, excito, incito, allicio, concito, ftimulo, commoueo, elicio. { קרא *kara* זעק *zábak.* ἐκκαλεῖν. GALL. *Efmouuoir, faire leuer & fortir, bucher.* ITAL. *Chiamare, fuegliare, incitare.* GERM. Hinauß berüffen. HISP. *Llamar, mouer ò defpertar à otro.* ANGL. *To prouok, to call out, to waxen.*} Plaut. *in Epid.* Quid eft pater, quòd me exciuifti ante ædes? P. Vt matrem tuam videas, id eft, euocafti. Liuius *lib.* 1. Hercules ad primam auroram fomno excitus. Idem *lib.* 4. *ab Vrbe*, Sed dictatorem quoque ex fomno exciuit. Sic excire cubilibus. Idem *lib.* 5. *ab Vrbe*, Extremos tamen pauor cubilibus fuis excitos, quæ aut vnde vis effet ignaros, in fugam, & quofdam in hoftem ipfum improuidos intulit. Excire animas fepulchris, Virg. 4. *Æneid.* Plaut. *in Ciftel.* Et mihi exciuifti lacrymas? Ita excire tumultum, excire aliquem ad cupiditatem difcendi, Liu. 1. *ab Vrbe.* Plaut. *Pfeud. fc.* 2. *a.* 3. Vox viri peffimi me exciet.

Excĭto, as, frequentatiuum, eadem fignificatione eft cum verbo excio, nam aliquando fignificat commouere ad virtutem. { העיר *heBír.* ἀνεγείρειν, παροτρύνω, παροξύνω. GALL. *Efmouuoir, exciter, inciter.* ITAL. *Eccitare, commouere, ftimolare.* GERM. Bewegen/erwecken. HISP. *Mouer, defpertar.* ANGL. *To vaken, to ftirre vp, to raife.*} Cæfar 7. *bell. Gall.* Excitare ad arma ciuitatem. Cic. 1. *de Diuinat.* Terent. *in Heaut.* Non vides quantum mali ex ea re excites? ¶ Aliquando expergefacere. ἐξεγείρειν. Liuius 5. *bell. Punic.* Scipiones me ambo dies noctéfque curis infomniifque agitant, & excitant fæpe fomno. Cic. *pro Sylla*, Excutient tibi iftam verborum iactationem, & te ex fomno fæpe excitabunt. Plaut. *Amph.* Hoc noctis me à portu ingratis excitauit. ¶ Mortuos ab inferis excitare. Cic. *in Orat. & in Topicis.* ¶ Excitare ædificium, pro erigere. Senec. *epift.* 35. Puta duo ædificia excitata effe: ambo paria, atque excelfa, ac magnifica. Suet. *in Claud. cap.* 1. Exercitus honorarium ei tumulum excitauit. Cæf. *lib.* 1. *de bell. ciu.* Turres binorum tabulatorum excitare. Excitare templum, Sueton. *in Auguft. cap.* 29. *& Calig. cap.* 45. ¶ Excitare aliquem de fpectaculis, & aliquem ludos fpectantem loco depellere: quod decoctoribus accidere folebat, qui quòd Equeftrem cenfum habere defiiffent, à quatuordecim gradibus arcebantur. Quint. *lib.* 3. *cap.* 6. Si excitatus fuerit de fpectaculis, & iniuriarum aget, depulfio actoris erit. Suet. *in Cæf. cap.* 77. Excitare fedentem in 14. gradibus. Item Quint. Excitari (è 14. gradibus) theatrali lege.

Excĭtāri, paffiuè. Cicer. 5. *de finib.* Excitantur fpe gloriæ quæ habet formam honeftatis & fimilitudinem. Miles truci excitatur claffico, Horat. *Epod.* 1.

Excĭtātus, nomen ex participio. { מעור *muhár* נעור *nehór.* ἐξεγηγερμένος. GALL. *Efmeu, incité.* ITAL. *Smoffo, incitato.* GERM. Bewegt/erweckt. HISP. *Mouido.* ANGL. *Stirred or moued vp.*} Plin. *lib.* 10. *cap.* 17. Optimum quàm excitatiffimi odoris, & quàm nigerrimum, hoc eft, odoris vehementiffimi. ¶ Excitatus homo. Cic. 2. *de nat. deor.* Quæ primùm eos humo excitatos, celfos, & erectos conftituit, vt deorum cognitionem, cælum intuentes, capere poffent. Quintilian. Excitatiora lumina dicendi. ¶ Excitatum caput: mentum excitatum, i. eleuatum, fublatum, apud Celf. *lib.* 8. *cap.* 12. Cuius motus caufa externa, ab alteróque fit.

Excĭtātē, aduerb. Hoc eft, vehementer, & lucidè. { ἐξεγηγερμένως, σφοδρῶς. GALL. *Fort impetueufement.* ITAL. *Con vehementia, grandemente.* GERM. Häfftig/geyfer. HISP. *Grande ò fuertemente.* ANGL. *Strongly.*} Plin. *lib.* 37. *cap.* 7. Et in his autem mares excitatiùs fulgent: fœminæ pinguiores funt, & craffiùs nitent, hoc eft, maiorem fulgoris vim habent, & quodammodo excitatiorem aliis. ¶ Excitatius, Quintilian.

Excĭpĭo, is, Accipio, recipio. { קבל *kibbél.* ὑπολαμβάνω. GALL. *Receuoir,*

extraire.

extraire, recueillir. ITAL. *Eccettuare, ricettere.* GERM. Empfahen, aufnemmen, &c. HISP. *Sacar de regla, recebir con honra ò buena voluntad.* ANGL. *To tak out, to receiue, to entretaine, to welcome.*} Plaut. *Aul.* Súmne ego scelestus, qui illuc hodie excepi vidulum? aut quum excepi, qui non alicubi in solo abstrusi loco? Senec. *cap. 19. de cons. ad Mart.* Excepit illum (mortuum) pax æterna. Velleius, Superbè excipit Antonius Octauium. Plaut. *Milit. sc. 1. a. 2.* Hic senex talos elidi iussit conseruis meis: Sed me excepit. ¶ Pro suscipere, Suet. *in Cæs. c. 75.* Simultates nullas tam graues excepit vnquam, vt non occasione oblata libens deponeret. Eóque sensu vsus est Propertius. ¶ Aliquando significat idem quod demo, eximo numero, ἐξαιρέω. Cic. 4. *Acad.* Nihil excepit de quo non profiteatur. Idem *lib. 1. Tusc.* Nam si solùm eos diceres miseros, quibus moriendum esset, neminem quidem eorum qui viuerent exciperes. ¶ Aliquando idem est quod recipio, præcipuè afflictos, ἀναδέχομαι. Virg. 3. *Æneid.*

Heu quis te casus deiectam coniuge tanto
Excipit?

¶ Aliquando inquirere. Cic. *de Orat.* Quædam dari ex hac vita ad pertrahendos animos hominum, & ad excipiendas eorum voluntates. ¶ Aliquando separare. Virg. *lib. 9.*

Ipsum illum clypeum, cristásque rubentes,
Excipiam sorti.

¶ Aliquando per dolum capere, opprimere, intercipere, comprehendere incautum. Cic. *Attic. lib. 8.* Admoniti sumus vt caueremus, ne exciperemus à Cæsare: quòd is in eadem loca quæ nos petebamus, celerius etiam quàm nos possemus eò quò intenderat, venturus esset. Cæs. 6. *bel. Gall.* Multos ex fuga dispersos excipiunt. (Apertè idem Cæs. *lib. 3. de bell. ciu.*) Virg. 1. *Æneid.*

Excipit incautum, patriásque obtruncat ad aras.

¶ Aliquando colligere, ἐκδέχομαι. Martialis,

Ventris onus misero (nec te pudet) excipis auro.

Suet. *in Neron. cap. 34.* Excipere lanuginem. Item, Nares deprehendunt deprehensásque excipiunt. Cæs. *lib. 1. de bell. ciu.* ¶ Aliquando abscondere. Plaut. *in Aul. sc. 6. a. 4.* Nec partem tibi ab eo indipisces, neque furem excipies. ¶ Aliquando compositè & sine tumultu obsistere: δέχομαι, ἐκδέχομαι. ¶ Aliquando educo, ἐκδέχομαι, διαδέχομαι, ὑπολαμβάνω. ¶ Excipere brachiis. Col. *lib. 9. cap. 15.* Excipere clamoribus, pro applaudere. Plin. *Epist. 38.* Pudet referre quæ quàm fracta pronuntiatione dicantur, quibus quàm teneris clamoribus excipiantur. Gremio alicuius excipi. Claudianus *Paneg. 6.*

——— *quum genitoris amictu*
Exceptus gremio mediam veherere per vrbem.

¶ Excipere osculo. Plinius *in Paneg.* Gratum erat omnibus quòd Senatum osculo exciperes. ¶ Excipere, pro audire. Plautus *Amphitr.* Quid memorem hinc excipiam, ne propterea. ¶ Excipere auidis auribus, Plin. *epist. 84.* ¶ Subire & excipere tela. Cic. *de prouinc. Consul.* Excipere cicatrices aduerso corpore. Idem *7. Verr.* Excipere gladio. Qu. Curt. *lib. 9.* E quibus duos gladio ita excepit, vt ante ipsum exanimes procumberent. ¶ Excipere ictus, pro infringere, siue auertere. Cæsar *lib. 1. bell. ciu.* & Liu. *lib. 6. d. 4.* Exceptos declinabant ictus. Idem Liu. *lib. 1. dec. 5.* Exceptum amnem multorum dierum opere nouo alueo auertit. Cæsar *lib. 1. de bell. ciuil.* Suberant montes quos itinera difficilia excipiebant. ¶ Exceptus, &c. Senec. *cap. 1. de cons. ad Mart.* Excepto eo quod. Ouid. *Eleg. 6. lib. 3. Trist.* Suet. *in Cæs. c. 80.* Verúmne Cæsarem è ponte deiicerent, & exceptum trucidarent, &c. Idem *in Tiber.* quasi exceptos supprimerent. Et *cap. 21.* Id à proximis aliter exceptum est. (i. auditum.) Idem *cap. 21.* Vox Augusti, per cubicularios excepta. (i. audita.) Gell. *cap. 7. lib. 12.* Exceptum insidiis occidere (veneno.) Idem *cap. 9. lib. 17.* Exceptæ ab hostibus literæ. Excipere item dicuntur qui alio dictante aliquid describunt. Sueton. *de Tito.* E pluribus comperi notis quæque excipere velocissimè solitum: & cum amanuensibus suis per ludum, iocúmque certantem, imitari chirographa quæcunque vidisset. ¶ Excipere se in genua, pro erigere. Senec. *Epist. 67.* Qui succisis poplitibus in genua se excepit. ¶ Excipere se in pedes, & excipere se pedibus, illud apud Liuium, hoc apud Curt. Liuius *4. ab Vrbe.* Confestim & ipse hasta innixus, se in pedes excipit. Curt. *lib. 9.* Sed fortè ita librauerat corpus, vt se pedibus exciperet. ¶ Excipere item est, opponere aliquid actori, quó minùs id quod petit auferat.

‖Exceptaculum, quo aliquid excipimus. Tertull.‖

Exceptio, nis, Exemptio. {παραγραφή. GALL. *Exception, clause qui restraint vne generalité.* ITAL. *Eccettione, clausula che restringe vna generalità.* GERM. Außnemmung/ vorbehaltung. HISP. *Excepcion de la regla.* ANGL. *An exception.*} Cicer. *de Amicit.* Tum sit inter eos omnium rerum, consiliorum, & voluntatum, sine vlla exceptione communitas. ¶ Exceptio item dicitur quæ à reo opponitur aduersùs petitionem actoris. Idem *2. de Inuent.* Nam & prætoriis exceptionibus multæ excluduntur actiones. Vlpian. *l. 2. ff. de except.* Exceptio dicta est quasi quædam exclusio quæ interponitur actioni cuiuslibet rei, ad excludendum id quod in intentionem, condemnationémque deductum est. Senec. *epist. 49.* Exceptiones & præscriptiones Iurisconsultorum & Philosophorum.

Exceptiuncula, diminut. Senec. *epist. 1. lib. 3.* licèt illam exceptiunculam non adiiciam, vt rectum sit quod velis.

Exceptor, Amanuensis. ὑπογραφεύς, qui dictata excipit. Iulius Firmicus *Mathes. lib. 3.* Si Mercurius cum Saturno fuerit inuentus, sole cum iis in eodem loco constituto, malitiosos facit, maleuolos, pessimos in omnibus actibus, & aut aduocatos, aut Iurisperitos, aut scribas, aut exceptores.

Excepto, as, Identidem eximo, & ad me traho. {ἐξαιρέω, ἀναλαμβάνω. GALL. *Prendre souuent, recueillir, tirer à soy.* ITAL. *Eccettuare, trar à se, trar fuori.* GERM. Außnemmen zu sich nemmen. HISP. *Sacar fuera de numero, traher hazi a si.* ANGL. *To tak to me often.*} Cic. *in Paradox.* Et videat aliquem summis populi beneficiis vsum, barbatulos mullulos exceptantem de piscina, & pertractantem. Virg. *lib. 3. Georg.*

Ore omnes versæ in Zephyrum, stant rupibus altis,
Exceptántque leues auras, & sæpe sine vllis
Coniugiis vento grauidæ, mirabile dictu.

Cæsar 7. *bell. Gall.* Eos ipsos rursus singulos exceptans in murum extulit.

Exceptorius, a, um, Adiect. Vlp. *in l. in instrumento. ff. de instructo vel instrumento leg.* Quasi vindemiatorii, exceptoriique.

Excepticius, a, um. ἐξαιρετός, ἐκλεκτός. GALL. *D'eslite, de reserue.* ITAL. *Cosa eletta, & da raccogliere.* GERM. Das man außnimpt oder zu sich nimpt/ vnd empfacht. HISP. *Cosa digna de ser recebida.* ANGL. *Excepted, and sett a part.*} Qui excipitur. Plin. *lib. 18. cap. 10.* Adiiciuntur his genera, bromos, siligo excepticia, & tragos. Vocat autem siliginem excepticiam Laconicam, quæ ab alia siligine excipitur, eo quòd sine arista crescit.

Excipulus, i, ab excipio, Instrumentum quo aliquid excipitur, hoc est, intercipitur, & incautum comprehenditur, vt est septum ex viminibus aliáve materia contextum, ad capiendos pisces. {ὑποδοχεῖον. GALL. *Vn vaisseau ou autre chose pour receuoir vne autre chose, vn receptacle.* ITAL. *Cosa che serue à riceuerne vn' altra.* GERM. Ein instrument oder geschirr mit dem man etwas empfacht oder auffahet. HISP. *Cosa que recibe ò acoge vna otra.* ANGL. *An engyne to tak any thing vnwares.*} Plinius *lib. 9. cap. 22.* Hyemato lacu fluctibus glomeratæ voluuntur anguillæ, in tantum mirabili multitudine, vt in excipulis eius fluminis ob hoc ipsum fabricatis, singulorum millium globi reperiantur. Idem *lib. 25. cap. 7.* Videtur accipere pro genere vasis quo succus ex arboribus defluens excipitur. Vix (inquit) tanta est, vt è longinquo succus excipiatur. Incisæ conto subditur excipulus ventriculo hœdino: humor lactis videtur effluere. Loquitur de Euphorbia herba, à Iuba inuenta.

‖Excipulum, promptuarium venabulum. Gloss. A. L. Item ad excipiendum sanguinem è vena. Iun.‖

Excipuus, a, um, quod excipitur: sicut præcipuum, quod antè capitur. Festus.

Exciso, as, vide *Excido.*

Excito, vide *Excido.*

Exclamare, Vociferari, & quasi è medio pectore vocem maximè emittere: quod aut indignationis, aut doloris causa fieri solet. {זעק zahak. ἀνακράζειν, ἐκβοᾶν, ἀναβοᾶν. GALL. *Crier, s'escrier.* ITAL. *Gridare, chiamare ad alta voce.* GERM. Außschreyen/ lautschreyen. HISP. *Llamar dando vozes, gritar.* ANGL. *To crie out alowde.*} Terent. *in Phorm.* Itaque plenè hercle exclamaui gaudio. Cic. 2. *de Orat.* Non enim possum quin exclamem, vt ait ille *in Trinummo.* Plaut. *Mostell. sc. 2. a. 2.* Atque ille exclamat derepentè maximum. Idem *Amph. sc. 1. a. 5.* Dum hæc aguntur voce clara exclamat vxorem tuam, (i. inclamat, appellat.) *Ibidem sc. 1. a. 5.* Idem *Capt. sc. 2. a. 3.* Te exclamat suum sodalem. Et Quint. Verba quæ optimè exclamant. Idem *de declamationibus,* Multa illi exclamauerunt, &c.

Exclamatio, pro actu exclamandi. {זעקה zehakah. ἐκφώνησις. GALL. *Cri, escri.* ITAL. *Grido.* GERM. Außschreyung. HISP. *Grito, obra de llamar assi.* ANGL. *A crying out.*} Autor ad Heren. *lib. 3.* Acutas vocis exclamationes vitare debemus: ictus enim fit, & vulnerantur arteriæ acuta atque attenuata nimis acclamatione. ¶ Est & exclamatio, schema rhetoricum. Idem *lib. 4.* Exclamatio est quæ conficit significationem doloris, aut indignationis alicuius per hominis, aut vrbis, aut loci, aut rei cuiuspiam compellationem, hoc modo, Te nunc alloquor Africane, cuius mortui quoque nomen decori est & splendori ciuitati.

EXCLVDO, is, exclusi, sum, Extra claudo, prohibeo, portas alicui claudo. {הוציא hotsi דחה dachah גרש geresch. ἀποκλείω. GALL. *Enfermer dehors, mettre hors, forclorre.* ITAL. *Escluder, serrar fuori.* GERM. Außschliessen/ außstossen. HISP. *Echar à fuera.* ANGL. *To debarre or shut out.*} Plaut. *Men. sc. 7. a. 5.* Alii me excludunt foras. *Ibid. sc. 2. a. 4.* Vxor me excludit foras. Et, Excludit a se vxor me. Cæs. 2. *de bell. ciu.* Excludere ab acie milites. Plaut. *Asin. sc. 3. a. 5.* Homo exclusus est foras. *Ibidem sc. 2. a. 2.* Homo hercle hic exclusus est foras. Idem *Menæch.* Alii me pernegant eum esse qui sum, atque excludunt foras. ¶ Per translationem ponitur pro liberare. Accius *apud Nonium,* Qua virtute hic se seruitute exclusit? Plaut. *Pseud. sc. 2. a. 1.* Excludito herclè oculum, si dedero. (i. oculum extra ædes suas, & locum suum eiicito, eruito, exculpito.) ¶ Item pro incubando pullum emittere. Columell. *lib. 9.* Veteranas aues ad rem eligi oportebit, quæ iam sæpiùs id fecerint, moresque earum maximè prænosci, quoniam aliæ meliùs excludant, aliæ editos pullos commodiùs educent. Idem, Columbæ excludunt vigesimo die. ¶ Excludi tempore, aut temporis spatiis, est impediri ne quis quid possit agere propter temporis angustiam. Cicero *in Verrem,* Angustiis temporis excluduntur omnes. Idem *7. Verr.* Hi postquam temporibus Pop. Rom. exclusi, per Senatum agere quæ voluerant, non potuerunt. ¶ Excludere, pro repudiare, non admittere quod postulatur, aut petitur, sed reiicere. Cicer. *de Arusp. respons.* Quod anno antè frater Metellus & concors etiam tum Senatus principi Cn. Pompeio sententiam dicenti, excluserat, acerrimeque vna voce ac mente restiterat.

Exclusus, participium. {מוצא motsa. ἀποκεκλεισμένος, ἐκκλεισθείς. GALL. *Forclos, ietté hors.* ITAL. *Gittato fuori, escluso.* GERM. Außgeschlossen/ außgestossen. HISP. *Echado fuera.* ANGL. *Shut out, debarred.*} Cic. *pro Cluent.* Quum vagus & exul erraret, atque vndique exclusus, &c. Idem *2. Philipp.* Itaque exclusis tuis vocibus, & ad te, & ad prædas milites misit. Plaut. *Men. sc. 2. a. 3.* Vino epoto, parasito excluso foras. Idem *Asin. sc. 2. a. 2.* Si ille prius argentum affert, nos exclusi sumus. Senec. *cap. 10. de cons. ad Marc.* Exclusorum Clientium turba.

Exclusio, ἀποκλεισμός. Vlp. D. *lib. 44. tit. 1. l. 2.* Exceptio dicta est quasi quædam exclusio.

Exclusissimus, nomen ex participio. Plaut. *Men. sc. 2. a. 4.* Abiit intro ocyus in ædes, nunc ego sum exclusissimus, Neque domi, neque apud amicam mihi iam quicquam creditur.

Exclusorius, a, um, Adiect. Vlp. *in l. exceptio. ff. de except.* Illud tenendum est, omnem exceptionem, vel replicationem exclusoriam esse.

EXCODICARE apud Festum in voce *sepaliman,* est arbores & virgulta effodere. At in cæteris rei rusticæ scriptoribus, circum codices & stipites arborum ablaqueare, vt apud Palladium. Vulgò id vocamus *essarter,* i. excodicare, caudicibus locum liberare & repurgare.

EXCOGITO,

Excogito, as, Cogitando inuenio, machinor, fingo, meditor. {חשב chaschab ברא bada. ἐπινοέω, ἐξευρίσκω. Gall. Excogiter, pourpenser, inuenter en songeant. Ital. Imaginare, ritrouar pensando. Germ. Erdencken. Hisp. Hallar algo pensando. Angl. To deuise.} Cic. 6. Verr. Nouum ac singulare supplicij genus excogitauit. Idem 1. de Catil. Quid enim mali, aut sceleris fingi, aut excogitari potest quod non ille conceperit? ¶ Excogito, pro vehementer cogito. Idem Attic. lib. 9. Ad hæc igitur cogita mi Attice, vel potiùs excogita, quemuis euentum fortiùs feram, quàm hunc dolorem.

Excogitatus, participium, Inuentus, confictus. {נחשב nechschab. ἐπινοηθείς, ἐξευρεθείς. Gall. Excogité, pensé, examiné. Ital. Imaginato, ritrouato pensando. Germ. Bedacht oder erdacht. Hisp. Hallado pensando. Angl. Deuised, musted vpon.} Cic. pro Cluent. Ratio excogitata Latini est, res translata Romam. ¶ Excogitatus, nomen, pro exquisito. Suetonius in Calig. Templum etiam numini suo proprium, & sacerdotes & excogitatissimas hostias instituit.

Excogitatio, nis. {מחשבת machaschébeth. ἐπίνοια, εὕρεσις. Gall. Pourpensement, pensée soigneuse, inuention. Ital. Inuentione fatta con gran pensiero. Germ. Erdenckung, erfindung. Hisp. Aquella obra de hallar pensando. Angl. A deuysing.} Cic. 2. de Orat. Quæ ab oratore patiuntur, excogitationem non habent difficilem, explicationem magis illustrem perpolitámque desiderant.

Excogitator, is. {חשב choschéb. ἐπινοητής, ἐφευρετής. Gall. Controuueur, inuenteur. Ital. Inuentore. Germ. Ein erdencker oder erdichter. Hisp. Hallador pensando. Angl. A deuiser.} Quintilian. declamat. 10. Sic magnum protinus, nescia matre, excogitator hic mortis alterius aduocat.

Excolo, is, excolui, excultum, Orno, polio, exorno, expolio. {עבד babádh. ἐκκοσμέω, ἐξεργάζομαι. Gall. E verner, cultiuer, reparer, orner. Ital. Ornare, polire, abellire. Germ. Wol bauwen, in ebren haben. Hisp. Componer, dolar, ornar. Angl. To garnish deke or trimme vp.} Plin. in Epist. Emas marmora, quibus solum, quibus parietes excolantur. Cicero in Orat. An victus hominum Atheniensium beneficio excoli potuit, oratio non potuit? Idem in Parad. Nihil est tam incredibile quod non dicendo fiat probabile: nihil tam horridum, tam incultum, quod non splendescat oratione, & tanquam excolatur. Senec. cap. 16. de cons. ad Helu. Excolere dignitatem. (i. seruire honoribus.) Ouid. Eleg. vlt. lib. 4. Trist.

Excultus, participium. {נעבד nehebádh. ἐκκοσμηθείς. Gall. Cultiué, reparé, orné. Ital. Cultiuato, ornato. Germ. Wol ge[illegible] erbawet. Hisp. Ornado, compuesto, labrado. Angl. Garnished, trim[illegible], decked.} Cic. 2. de Legib. Tum nihil melius illis mysteriis, quibus ex agresti, immanique vita, exculti ad humanitatem & mitigati sumus. Idem in Orat. Nihil enim est feracius ingeniis, iis præsertim quæ disciplinis exculta sunt.

Excommunicatio, {חרם cherém. Gall. Excommuniement. Ital. Scommunica. Germ. Außsünderung, verbannung. Hisp. Descommunion. Angl. Excommunication.} (vt in Decret. 3. quæst. 4.) distinguitur ab anathemate, tanquam excommunicatio sit minor, anathema maius. Vnde Anathematizati, ab Ecclesia omnino separantur, cum talibus neque sermone congressus, neque cibus communicatur. Hos Cyprianus abstentos vocat eleganti vocabulo.

Excondico, purgare se & excusare. Hincmarus in epist. ad Nepotem: Quòd Hadulpho missaticum tuum commiseras, de quo missatico non se excondixit, id est, non purgauit se.

Exconsul, & Exquestor in Codice Iustiniani leguntur pro Consulari & Quæstorio, qui scil. aliquando Consulatus, aut quæsturæ honore functus est. Ita enim habet l. 2. C. de veteri iure enucleando. Omne studium Triboniano viro excelso, Magistro officiorum, Exquæstori sacri nostri palatij, & Exconsuli credidimus.

Exconsularis, quo vsus est compilator Codicis l. vij. de prox. sacrorum scriniorum. Consulari, inquit, honore functi inter electos habeantur, húncque honorem dignitatis teneant, qui Exconsularibus deferri consueuit.

Excoquo, is, ere, Valde coquo. {ἀφέψω, ἐκπέσσω. Gall. Cuire parfaitement. Ital. Cocere molto. Germ. Außkochen, wol kochen. Hisp. Mucho cozer. Angl. To boyle fully.} Terent. in Adelph. Tam excoctam reddam atque atram, quàm carbo est. Colum. Vis frigoris excoquit terram. Idem, Succus excocti lupini. Virg. 1. Georg.

> ——— siue illis omne per ignem
> Excoquitur vitium: atque exudat inutilis humor.

Gell. c. 5 lib. 6. Expuratum & excoctum argentum. Plaut. Capt. sc. 2. a. 2. Diuitiæ tantæ opinor? Ph. vnde excoquat sebum senex. Idem Persa, —vsque dum domi excoquo, dum excoxero lenoni malum. id est, excogitauero, & ad tempus præparauero.

Excors, dis, Insipiens, stultus, amans: quasi sine corde. {חסר לב chasar leb. ἄκαρδος. Gall. Qui n'a ne sens, n'entendement, vne beste. Ital. Stolto, pazzo, sciocco. Germ. Thorecht, vnuernünfftig. Hisp. Descorazonado loco sin seso, ajeno de coraçon. Angl. A hartelesse dolte.} Non desuerunt enim qui cor in homine, mentis domicilium esse putauerint: quanquam verior est eorum opinio qui eam in cerebro collocauerunt. Cicero de Amicit. Apertè adulantem nemo non videt, nisi qui admodum est excors. Idem 5. Philipp. Hoc qui non videt, excors: qui quum videt, non decernit, impius. Idem pro domo sua, Neque tu etas tam excors támque demens, vt nescires hunc Clodium esse, qui contra leges faceret. Me fuisse arbitror excordem, cæcum, incogitabilem. Plaut. Milit. sc. 2. a. 2.

Excrementum, vide Excerno.

Excreo, as, est quadam vi expuo. {רק rak. ἐκπτύω, χρέμπτομαι. Gall. Cracher. Ital. Sputare, spurgare. Germ. Außspeyen, mit dem speichel auswerffen. Hisp. Escupir o gargajear. Angl. To spette out with retching.} Plaut. in Amph. Si minusculo digito increpuerint fores, hac regula, Tuum diminuam caput, vt cum dentibus linguam excreet. Cels. Et interdum aliquid purulenti excreat. Age age, vsque excrea, (paulò antè dispuis) Plaut. Asin. sc. 1. a. 1. Excreare non ausus inter agendum. Suet. in Neron. cap. 24.

Excreatio. {χρέμψις, ἔκπτυσις. Gall. Crachement. Ital. Sputamento. Germ. Außspeyung. Hisp. Aquella obra de escupir o gargajear. Angl. A spetting out with retching.} vt, Sanguinis excreationes. Plin. lib. 24. cap. 14. Excreationes faciles facit in cibo sumptum sinapi. Idem lib. 2. cap. 12.

Excreabilis, e, adiectiuum, quod excreari potest. {ἀναπτυστός, ἐκπτυστός. Gall. Qu'on peut facilement cracher. Ital. Cosa que si sputa facilmente. Germ. Das man außspeyen mag. Hisp. Cosa que assi se puede escupir. Angl. That may be easilie spetted out.} Plin. lib. 20. cap. 14. Pulmonum vitia excreabilia facit.

Excresco, is, re, Valde, siue in altum crescere. {גדל gadhál. ἐκφύω, ὑπεραυξάνω. Gall. Creistre par dessus, paroistre. Ital. Crescere in alto. Germ. Heffting wachsen, in die höhe wachsen. Hisp. Crescer mucho. Angl. To growe vp and waxe more.} Col. lib. 5. Si satis excreuerint, iugo supponantur. Lucan. lib. 4.

> Colla tument medico, lenique excreuit in altum
> Pingue solum tumulo.

Quint. lib. 1. cap. 4. Nec minùs euitanda est immodica eius longitudo, ne in caput excreuisse videatur, Oratio sup.

Excretus, a, um, ab excresco, nomen adiectiuum: vel participium absque verbi origine. {מגדל megbuddál. ἐκφυείς. Gall. Parcreu, deuenu grand. Ital. Cresciuto. Germ. Erwachsen. Hisp. Crescido. Angl. Growen vp, growen to full age.} Nam excrescor, à quo deduci posset, Latinum non est. Idem autem penè est excretus quod adultus, aut qui multùm creuit. Virg. lib. 1. Georg. Multi iam excretos prohibent a matribus hœdos.

Excretum, vide Excerno.

Excrucio, as, are, Cruciatu enneco, crucio, conficio, interimo. {צער haßab בעתה bidheth. βασανίζω, στρεβλόω. Gall. Fort tourmenter, vexer & affliger griefuement. Ital. Cruciare molto. Germ. Vbel peinigen, martern. Hisp. Affligir o atormentar. Angl. To torment, to grieue much.} Cic. 3. Verr. Socium atque amicum fumo excruciatum semiuiuum reliquit. Idem pro lege Manil. Omni supplicio necatum excruciauit. Terentius Heauton. Proin tu solicitudinem istam falsam quæ te excruciat omittas. Excruciare animi. Idem Phorm. Eheu me miserum, cùm mihi pauto, tum me Antipho excruciat animi. Plaut. Mil. Vide ne sis in expectatione, ne animi illam excrucies. Qui sese excruciari meam vicem possit. Idem Mostell. sc. 1. a. 2. Hunc ego cupio excruciari. Idem Pseud. sc. 5. a. 1. Ne hunc excruciatum miserum facias. Idem Amphitr. Quando te exemplis pessimis excruciauero. Idem Capt. sc. 5. a. 3. Dato me excruciatum si mutiuero. Idem Mil. sc. 8. a. 2. Leno me excruciat. Idem Curc. sc. 1. a. 1. Ipsus se excruciat. Ibid. sc. 3. a. 1.

Excruciabilis, e, Dignus qui [illegible] excrucietur. {βασανιστός, τιμωρητέος. Gall. Digne d'estre tourmenté. Ital. Degno da essere cruciato. Germ. Marter würdig. Hisp. Digno de ser atormentado. Angl. VVorthie of torment.} Plaut. Cist. Nullam ego me vidisse credo magis anum excruciabilem Quàm illæc est.

Excubo, as, excubui, tum, Vigilo, vigilias ago, vigilans sum. {שקד schakádh שמר schamár. ἀγρυπνέω, φυλάσσω, φρουρέω. Gall. Faire le guet, estre au guet. Ital. Vegghiare, far guardia. Germ. Wachen, hüten. Hisp. Velar, escuchar de noche en el campo. Angl. To watch as in warre or a princes garde.} Salust. in Iugurth. Neque secus quàm si iter faceret, castra munire, excubitum in porta, cohortes ex legionibus, pro castris equites auxiliarios mittere. Liuius, Ptolemæum ac Leonatum excubantes ad cubiculi limen excitauerunt. Cic. de Diuinatione, Ab Anaximandro Physico moniti Lacedæmonij sunt, vt vrbem & tecta linquerent, armatique in agro excubarent, quòd terræmotus instaret. ¶ Excubare animo, pro vigilare. Cic. 4. Tusc. Qui semper animo sic excubat, vt ei nihil improuisum accidere possit, nihil opinatum, nihil omnino nouum. Idem 6. Philipp. Quamobrem Quirites, consilio quantum potero, labore plus penè, quàm potero, excubabo, vigilabóque pro vobis. Suet. in Claud. cap. 37. Excubat dormiens. Idem in Neron. cap. 21. Excubare de die.

Excubatio, nis. {אשמורה aschmuráh. νυκτοφυλακία, ἀγρυπνία. Gall. Guet, veille pour garder quelqu'vn. Ital. Vigilia, guardia. Germ. Wacht, wachthaltung. Hisp. Velada de noche como en el campo escucha. Angl. A watching.} Valer. Maxim. lib. 4. de Amicitia, Pro dignitate & salute amicorum perpetuam excubationem.

Excubicularius, qui cubicularij munere functus est. Impp. l. 13. de excusat. mun. lib. 10. Cod. Maximarum culmina dignitatum consistoriani quoque comites, notarij etiam nostri & cubicularij omnes, atque excubicularij, ab omnibus sordidis muneribus vindicentur.

Excubitor, qui excubat, vigil. {שמר schomér. ἀγρυπνος, φρουρός. Gall. Qui fait le guet, sentinelle. Ital. Svegliatore. Germ. Ein wächter. Hisp. Escuchador o velador. Angl. He that keepeth watch or warde.} Vnde gallus dicitur excubitor, qui peruigil cantu horas indicat. Cæs. 7. bell. Gall. Hæc eadem noctu excubitoribus ac firmis præsidiis tenebantur. Col. lib. 7. cap. 12. de canibus loquens, Quis (inquit) custos incorruptior, quis excubitor inueniri potest vigilantior?

Excubiæ, arum, Vigiliæ. {אשמורת aschmóreth. φυλακή. Gall. Le guet de nuict. Ital. Vigilie, veghie. Germ. Die wachten. Hisp. Aquellas escuchas, velas de noche. Angl. VVatche by day or night.} Licèt vigiliæ tantùm nocturnæ dicantur: excubiæ, & diurnæ & nocturnæ. Plin. lib. 10. cap. 23. Excubias habent nocturnis temporibus, lapillum pede sustinentes, qui lassati somno decidens, indigentiam tono coarguat: de quibus loquens Cicero Marcel. Non modo (inquit) excubias & custodias, sed etiam laterum nostrorum oppositus & corporum pollicemur. Ouid. Eleg. 8. lib. 1. Trist.

> Ire per excubias, & se committere nocti.

Suet. in August. cap. 23. Excubias per vrbem indixit, ne tumultus fieret. ¶ Excubias agere, aut ditari, φυλάττειν ἢ φρουρεῖν. De iis dicebatur qui amplites facerent sumptu de alieno. Tractum ab Atheniensibus qui excubiis agendis insulares magno stipendio conducere solebant. ¶ Excubiarum causa canens, φρουρῶν ᾄδω. Dicebatur olim in hominem vigilantem ac diligentem: inde ductum quòd qui excubias agunt, canere consueuerunt, vel vti vigilarum tædium cantu solentur, vel ne interim obdormiscant. ¶ Nudo mandas excubias, γυμνῷ φυλάττειν ἱμάτιον. Quoties negotij quippiam mandatur ei, cui deest præstandi facultas,

facultas, obeundæque prouinciæ propter inopiam neutiquam idoneus est.

Excubitus, us, ui, pro excubiis. {אשמורה aschmuráh. νυκτοφυλακίας.} Oppius *de bell. Hisp.* Partim vt pedestres copiæ in statione & excubitu castris præsidio essent.

Excudo, is, excudi, excusum. Cudendo elicio. {צור tsur. ἐκκόπτω, ἐκτυπόω. GALL. *Faire en forgeant ou frappant, forger.* ITAL. *Percuotendo trar fuori.* GERM. Außschmiden, heraußschlagen. HISP. *Heriendo sacar afuera, hallar trabajando.* ANGL. *To beat out, to forge with an hammer.*} Virg. *lib.* 1. *Æneid.*

At primùm silicis scintillam excudit Achates.

Idem 1. *Georg.*

Et silicis venis abstrusum excuderet ignem.

¶ Accipitur etiam excudo pro cudendo conficio. Idem 1. *Æneid.*

Excudent alij spirantia molliùs æra.

¶ Hinc per translationem excudere opus accipitur pro scribere, vel potiùs scriptum absoluere. Cic. *Attic. lib.* 15. Librum tibi celeriter mittam, de gloria excudam aliquid, ἀρχαλαιδικόν, quod lateat in thesauris tuis. Virg. 1. *Georg.*

Vt varias vsus meditando excuderet artes.

Vbi Seruius, Excuderet, inquit, hoc est, studiosè inueniret. ¶ Ponitur etiam excudere pro vi, vel precibus aliquid extorquere. Colum. *lib.* 11. *cap.* 1. Excudit mihi, cultus hortorum prosa vt oratione conscriberem, id est, vehementi flagitatione à me impetrauit. ¶ Excudere etiam dicuntur gallinæ oua, quando ex illis pulli nascuntur, quod & excludere dicimus. Idem *lib.* 9. Negatur anser aliena excudere oua, nisi subiecta sua quoque habuerit. Varro *de re rustica lib.* 3. *cap.* 9. *de gallinis loquens*, Incubare oportet, incipere secundùm lunam nouam. Diebus ferè viginti excudunt. Et *paulò antè*, De his qui ornithoboscion instituere volunt, hæc quinque animaduertant oportet: de emptione, cuiusmodi & quàm multas parent: de fœtura, quemadmodum incubent, & pariant: de ouis, quemadmodum incubent, & excudant.

Excusor, qui aliquid excudit. {צר tsar. χαλκεὺς, χαλκουργὸς. GALL. *Forgeur, forgeron.* ITAL. *Fabricatore.* GERM. Schmid, der ein kunstlich werck schmidt. HISP. *Impressor.* ANGL. *A beater out of any work.*} Quintilian. pro vasculario videtur posuisse, qui ex metallo aliquo vascula excudit, *lib.* 2. *cap.* 21. Nam si quæram quæ sit materia statuarij, dicetur æs: si quæram quæ sit excusoris, id est, eius fabricæ quam Græci χαλκευτικὴν vocant, similiter æs respondeant. ¶ Excusores etiam vocare possumus quos Græcè vocamus τυπογράφους, quòd miro quodam ingenio omne genus librorum typis excudant. {GALL. *Imprimeurs.* ITAL. *Stampatori.* GERM. Buchtrucker, truckerherren. HISP. *Impressores de libros.*}

Exculco, as, are, Calcando exprimo. {דרך darách. ἀποθλίβω, ἐκπατέω. GALL. *Ietter du pié, chasser auec le pié, fouler aux pieds.* ITAL. *Calpestare, far vscir fuori calcando.* GERM. Zertretten, außtretten mit den füssen. HISP. *Acoçear ò hollar.* ANGL. *To treade or trample out, to wring out.*} Plautus *in Captiueis*, Eorum si cuiusquam scrofam in publico conspexero, Et ipsis dominis meis pugnis exculcabo furfures. ¶ Accipitur interdum pro explodo, siue pedum plausu eiicio. Exculcatus, participium, quod pro obsoleto vsurpauit Gellius *lib.* 21. *cap.* 7. Verbis, inquit, obsoletis, exculcatisque. Idem alibi inuulgata, sordentiáque vocat.

Exculcatores, ij, qui missilia, & lapides, & glandes exculcant & eiiciunt. In Rom. Imperij comment. exculcatores seniores appellantur, vt refert Turn. *aduers. lib.* 24. 12.

Exculcatus, calcando expressit, vsu protritus, sordidus, obsoletus. Turn.

Exculens, importunus. Gl. A. L.

Exculpo, is, vel (vt alij legunt) Excalpo, Perfectè scalpo, vel scalpendo conficio. {פתח pittéach חקק chak. διαγλύφω. GALL. *Entailler & grauer, tirer sur vne chose dure.* ITAL. *Sculpire, scalpellare.* GERM. Außgraben, außstächen. HISP. *Esculpir ò dolar.* ANGL. *To graue and carue, to entaille.*} Cic. *Attic. lib.* 13. Tamen nescio quid è quercu exculpseram quod videretur simile simulachri. Quint. *lib.* 2. *cap.* 19. Et si Praxiteles signum aliquod ex molari lapide conatus esset exculpere. ¶ Exculpere alicui oculum, est alicui oculum eruere. Terent. *in Phorm.* Vel oculum exculpe: est vbi vos vlciscar locus. ¶ Nonnunquam accipitur pro extorquere. {ANGL. *To wrest frome one.*} Idem *in Eunuch.* Possúmne hodie ex te exculpere verum? Plaut. *Cist.* Quot amouit fabricas, & quot fallacias. In quæstione? vix exculpsi vt diceret? Exculpere prædam. Lucil. Vti esurienti leoni ex ore exculperet prædam. Nonius. Quint. Sit vnde exculpi (in stylo) possit.

Excuneati Apuleio, quibus sedendi locus non fuit in cuneis confertis.

Excuratus, a, um, participium ab inusitato verbo excuro, Exquisitus, quasi cum cura paratus. {ἐπιμελῶς παρεσκευασμένος, ἐξητασμένος. GALL. *Diligemment accoustré, fait soigneusement.* ITAL. *Exquisito, scielto.* GERM. Wol versorgt, wol zubereyt. HISP. *Aparejado con diligencia.* ANGL. *Dressed diligentlie, made fine.*} Vnde victus excuratus. Plaut. *in Pseud.* Ita excurato victu, ita magnis deliciis. Excuratus homo. Idem *Cas.* Lepidè incessit excuratus.

Excurio, as, verbum à curia, quasi extra curiam eiicio. Varro, Apollonium ideo excuriant, quia nihil habebat. Nonius.

Excuriati, exterminatique apud Varronem & Tullium leguntur vocabulis sanè probis, pro iis, qui curia & terminis exacti sunt. Spieg.

Excurro, is, excurri, vel interdum etiam apud antiquos excucurri, Extra curro, vel præcurro. {רץ rats. ἐκτρέχω. GALL. *Faire vne saillie, saillir & courir hors.* ITAL. *Scorrere, transcorrere.* GERM. Hinauß lauffen. HISP. *Correr afuera.* ANGL. *To runne out to lye out in lenght.*} Plaut. *in Mostell. sc.* 1. *a.* 2. Ego dabo ei talentum qui primus excurrerit. Liu. 2. *ab Vrbe*, Quum plures igni quàm ferro, armati excucurrissent. Quintilian. Cicero quoque in hos studiorum secessus excurrit. Suet. *in Galba, cap.* 18. Cùm Tusculum excurrisset, (id est, raptim iuisset.) ¶ Per translationem etiam excurrere dicitur, quicquid ordinem, aut modum, i. mensuram, numerúmve egreditur. Vnde Summa aliqua dicitur excurrere, quando ad maiorem summam accedit paruula quædam summa: vt si dicamus, centum aureos, & quindecim solidos, vel decem talenta, & aliquot drachmas. Paul. *l. Publia Mania. D. depos. vel contrà*, Debetis mihi decem, quos apud Titium deposuistis. item προσφορὰν decem: item ex ratione patris vestri decem, & quod excurrit. Summa autem in qua nihil excurrit, quadrans vocatur, & verbum quadrare, contrarium est verbo excurrere, quo verbo semel atque iterum vtitur Cic. 3. *Verr.* ¶ Sic etiam excurrere dicitur littus, vel peninsula, quum aliqua sui parte in mare protenditur. Liu. 6. *bell. Pun.* Ab intimo sinu peninsula excurrit. ¶ Oratio etiam dicitur excurrere, quando clausulæ legitimis rhythmis sunt productiores. Cic. *in Orat.* Mutila sentit quædam, & quædam decurtata, quibus tanquam debito fraudetur, offenditur: productiora alia, & quasi immoderatiùs excurrentia, quæ magis etiam aspernantur aures. ¶ Excurrere etiam dicuntur milites, quando non iusto prælio, sed latrocinantium more agrum hostium populantur. Liu. 1. *ab Vrbe*, In fines Romanos excurrerunt populabundi magis, quàm iusti more belli. Hinc subitæ irruptiones excursiones dicuntur. Cic. *pro lege Manilia*, Quum vna excursio equitatus perbreui tempore totius anni vectigal auferre posset. Idem *ad Attic. lib.* 1. Heluetij sine dubio sunt in armis, excursionésque in prouinciam faciunt. Mercatores etiam aliquando excurrere dicuntur per contumeliam, aliquando non. Idem 4. *Verr.* Excursio item ipse excurrendi actus. Idem *de senect.* Nec enim excursione, nec saltu vteretur. ¶ Excursio orationis. Idem 2. *de Diuin.* Sed hæc fuerit nobis tanquam leuis armaturæ prima orationis excursio, nunc comminus agamus, experiamúrque si possumus cornua commouere disputationis tuæ.

Excursus, particip. {מרוץ murâts. οἷον ὁ ἐκδεδραμημένος. GALL. *Couru.* ITAL. *Corso.* GERM. Außgelauffen, oder durchgelauffen. HISP. *Corrido.* ANGL. *Runne out, passed ouer.*} Terent. *Adelph.* Propè iam excurso spatio, mitto: id quamobrem, reipsa reperi.

Excursus, us, ui, Excursio, incursio. {מרוצה merutsáh. παρέκβασις. GALL. *Course.* ITAL. *Correria.* GERM. Ein außlauffung. HISP. *Aquella obra de correr assi corrida.* ANGL. *A running or lying out in lenght.*} Plin. *epist.* 101. Vides vt Aratus minutissima etiam sidera consectetur & colligat: modum tamen seruat: non enim excursus hic eius, sed opus ipsum est. Virg. 4. *Georg.*

Excursúsque breues tentant.

Excursor, is, qui excurrit. {רץ rats. ἐκδρομεύς, ὀκτρέχων. GALL. *Coureur.* ITAL. *Corritore.* GERM. Ein läuffer, der etwan herauß laufft. HISP. *Corriente assi.* ANGL. *He that runneth out, a skirmisher.*} Cic. 4. *Philipp.* Est igitur Quirites, populo Romano victori omnium gentium omne certamen cum excursore, cum latrone, cum Spartaco. Idem 4. *Verr.* Petit Næuius T[illegible]o quidam istius excursor & emissarius.

Excuso, as, a[illegible] & caussa. Obiectum crimen purgo & à me repello, purgo, excusatione vtor, excusationem affero, satisfacio. {התנצל hithnatsêl. ἀπολογοῦμαι, σκήπτομαι. GALL. *Excuser, alleguer pour excuse.* ITAL. *Escusare, purgare l'errore.* GERM. Entschuldigen. HISP. *Escusa trayendo causas.* ANGL. *To essoine, to excuse.*} Cic. *Bruto*, Collegæ mandasti vt te mihi per literas excusaret. Ouid. *Eleg. vlt. lib.* 3. *Trist.*

——*Libellum*

Sortis, & excusa conditione meæ.

Idem *Eleg.* 7. *lib.* 4. *Trist.*

Excusent ne te semper amice mihi.

Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 4. Vxori excuses te & dicas senem. Idem *Aul. sc.* 6. *a.* 4. Excusamus ebrios nos fecisse. *Ibid.* Si istuc excusare sic possis. ¶ Excusari. Ouid. *Eleg.* 8. *lib.* 1. *Trist.*

Ergo vt defendi nullo mea posse colore,
Sic excusari crimina posse puto.

¶ Quandoquidem idem est quod afferre id, quod peccandi causam præbuit. σκήψασθαι, quod potiùs per accuso dici debere videtur: veluti si latrones, aut flumina impedimento fuerunt ne ad diem adesse possem. Quint. Tu tamen si interpellatus tempestatibus seriùs venisses, excusares mare & ambiguos flatus, id est, mare in excusationem adduceres. Liu. *de Torquato*, Oculorum valetudinem excusauit. Suet. *in Calig. cap.* 27. Excusare valetudinem.

Excusatus, a, um, Particip. Martial.

Excusatum habeas me rogo, cœno domi.

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist.*

Excusata (scripta) *suo tempore Lector habe.*

Excusatio, nis, Purgatio, satisfactio, causa. {ἀπολόγημα. GALL. *Excuse.* ITAL. *Scusa.* GERM. Entschuldigung. HISP. *Escusa.* ANGL. *An excuse.*} Cic. *de Amic.* Nulla est igitur excusatio peccati, si amici causa peccaueris. Idem *Cornific. lib.* 12. Quòd te mihi de Sempronio purgas, accipio excusationem. Suet. *in Othon. cap.* 6. Alicui excusationem mandare. {GALL. *Donner charge à quelqu'vn de nous excuser.*} Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 3. Dies summus apud me inopiæ excusatio.

Excusatissimus, superlat. Seneca *de vita beata, cap.* 29. Et tamen excusatissimus essem, etiamsi non præcepta illorum sequerer, sed exempla.

Excusatè, aduerb. {ἀπροφασίστως ἴσως, συγγνωστῶς. GALL. *Auec bonne excuse.* ITAL. *Senza riprensione ò biasmo.* GERM. Mit entschuldigung, ohne schuld. HISP. *Con buena excusa.* ANGL. *VVith an goode excuse.*} Quint. *cap.* 1. *lib.* 2. Et fieri id videtur excusatè, id est, citra culpam, ait Budæus. Plin. *epist.* 198. Licebit rursus irasci si meruerit quod exoratus excusatiùs facies. Senec. *Epist.* 96. Excusatius est in illis peccare.

Excusabile, quod excusatione dignum est. {συγγνωστόν. GALL. *Excusable, qu'on peut excuser.* ITAL. *Scusabile, degno di scusa.* GERM. Entschuldigens wirdt. HISP. *Cosa que buenamente se puede escusar.* ANGL. *That may be essoyned, excusable.*} Ouid. 1. *de Pont. Eleg.* 8.

Quod nisi delicti pars excusabilis esset. &c.

Idem 4. *de Pont. Eleg.* 11.

Gallice crimen erit vix excusabile nobis,
Carmine te nomen non habuisse meo.

Excusatorius, a, um, quod ad excusationem pertinet. {ἀπολογητικός. GALL. *Chose qui appartient à excuse.* ITAL. *Cosa pertinente à scusa.* GERM. Das zu der entschuldigung gehört. HISP. *Cosa pertenesciente à escusa.* ANGL. *That perteineth to an excuse.*} vt, Excusatoria epistola.

Excutio, is, excussi, ssum, ab ex & quatio. significat propriè quatiendo eiicio, vel eiicio, deiicio, prosterno. {נער nahar נפל . . . . GALL. *Secouer & faire cheoir.* ITAL. *Scotere.* GERM. Außschütteln, außschlagen. HISP. *Sacudir.* ANGL. *To shake of or out.*} Persius Satyr 6

calidúmque

——— *calidúmque trientem*
Excutit è manibus.

Ouid. *de Nuce,*

Atque vtinam subita raperent mea poma procella:
Aut possem similes excutere ipsa meos.

Cic. 2. *de nat. deor.* Hoc qui existimat fieri potuisse, non intelligo cur non idem putet: si innumerabiles vnius viginti formæ literarum vel aureæ, vel qualeslibet aliquò conijciantur, posse ex his in terram excussis, Annales Ennij, vt deinceps legi possint, effici. Plinius *lib. 6. cap. 140.* Quoniam ad excutiendum ignem non semper lapidis occasio est. Ouid. 1. *Fast.*

Ipse genu nixus, flammas excussit ab aura.

Senec. *c. 18. de cons. ab Polyb.* Excussisset illis fortuna sapientiam. ¶ Excutere oculos apud Plautum, pro eruere. Et Suet. *in Cæs. c. 68. & in Tiber. cap. 53.* Et, Excutere clauum lapide, apud eundem *Menæch. sc. 1. a. 1.* pro expellere. Idem *in Aulul.* Quia mihi misero cerebrum excutiunt tua dicta soror: lapides loqueris, id est, concutiunt, feriunt, quatiunt, commouent. Idem *Capt. sc. 4. a. 3.* Lapidem habere, vt cerebrum illi excutiam. Idem *ibid. Capt. sc. 3. a. 2.* Vt lacrymas excutiunt mihi. Idem dixit, Nauem malleo excussam, id est, percussam. Terent. *in Heaut.* Lacrymas excussit miser, id est, elicuit, fecitque vt subitæ exciderent. Cic. *pro Syl.* Noli aculeos orationis meæ, qui reconditi sunt, excussos arbitrari, id est, eiectos, euulsos. Excutere metum, pro deponere. Excutere mentem, pro adiicere. Excutere iugum, pro nolle obedire. Plin. Excusso Circensibus auriga, hoc est, de curru deiecto, & in terram prostrato. Virg. 7. *Æneid.*

Quinetiam patria excussos infesta per vndas
Ausa sequi.

Vbi excussos dixit, pro expulsis. Ouid. 4. *Fast.*

——— *Optime regum*
A nato sceptris excutiere tuis.

¶ Excutere aliquem, pro spoliare, & in alicuius facultates inquirere. Cic. *de Arusp. resp.* Non ignouit, mihi crede, non nisi fortè ignotum putas, quòd te iudices dimiserunt excussum & exhaustum, id est, spoliatum pecuniis, quibus eos corrupisti: & (vt vulgò dicitur) deplumem te reliquerunt, nihil tibi reliqui fecerunt. Paulus Iureconsult. Non prius pupillus ad magistratus reuerti potest, quàm omnes tutores excussi fuerint, id est, quàm actione tutelæ expertus sit an ab eis suum ius seruare possit. Plinius *Epist.* Tusci grandine excussi, in regione Transpadana summa abundantia, sed par vtilitas nunciatur. ¶ Aliquando inest in hoc verbo diligens quædam inquisitio, & scrutatio. Suet. *in Claud.* Neque ægrum quemquam visitauit, nisi explorato priùs cubiculo, culcitrisque & stragulis prætentatis & excussis, id est, diligenter contrectatis & diuentilatis, vt si in eis gladius tegeretur, excideret. Plautus *in Aulul. sc. 3. a. 4.* Quid abstulisti hinc? EV. Dij me perdant, si ego quicquam abstuli, Neve adeò abstulisse vellem. EV. Agedum, excute dum pallium. Quintilianus *lib. 7. cap. 2.* Excusserunt illi patrem, & aurum in sinu eius inuenerant. Cicer. *pro Roscio Amer.* Nihil est Glaucia quod metuas: non excutio te, id est, non inquiro ea diligentia qua possem. Vlpian. *l. si mandauero. ff. mandati.* Si tibi mandauero vt vires excuteres hæreditatis, id est, diligentiùs æstimares, exactiùs expenderes. Cicero 2. *Offic.* Explica atque excute intelligentiam tuam, id est, ingenium tuum, sensúsque omnes ad intelligentiam collige, & excita. ¶ Excutere debitorem, frequens est apud Iurisconsultos, pro eo quod est auctionem bonorum eius facere, & experiri an sit soluendo. Vnde iure nouissimo sancitum est, ne fideiussori molesti simus, nisi priùs excusso debitore.

Excŭssĭo, Diligens inquisitio est, ac detentio rerum bonorúmque principalis debitoris per iudicem vsque ad peram (vt vocant) & sacculum, id est, nouissimum quadrantem effecta. {ANGL. *A diligent searching or trying.*}

Excŭssŭs, participium. {נעור *naghúr* נוכבאת *necbebát*. ἐκτεθιναγμένος, ἀπορριφθείς. GALL. *Secoüé, chassé hors.* ITAL. *Spinto, lacciato fuori.* GERM. Außgeschlagen. HISP. *Sacudido, echado fuera.* ANGL. *Shaken of or out.*} vt, Excussus pectore nostro is dicitur cuius obliti sumus. Virg. 5. *Æneid.*

——— *piget incœpti lucísque, suósque*
Mutata agnoscunt, excussaque pectore Iuno est.

Ouid. *Eleg. 1. lib. 1. Trist.*

——— *Si qua*
Excussa est auidi dentibus agna lupi.

Plaut. *Men. sc. 4. a. 1.* Nauem sæpè tritam, sæpè fixam, sæpè excussam malleo.

Excŭssè, Aduerbium. {ἐκτεθιναγμένως. GALL. *Auec force & violence.* ITAL. *Con forza.* GERM. Außschüttlung/ außschlagung. HISP. *Con fuerça.* ANGL. *With force.*} Senec. *de benef. lib. 2. c. 17.* Si cum tyrone & indocto non tam rigidè, nec tam excussè, sed languidiùs, & in ipsam eius dirigentes manum remissè occurremus.

Excŭssōrĭŭs, a, um, quod ad excutiendum pertinet. {ἐκτιναχτικός. GALL. *Degnoy on secoüé & fait cheoir.* ITAL. *Instrumento da scuotere, scotitoio.* GERM. Das zu dem außschwingen oder außschlagen gehört. HISP. *Cosa para sacudir.* ANGL. *That wherewith any thing is shaken out.*} vt, Excussorium cribrum, quod excutit, & transmittit farinam ignobiliorem, ex qua fit panis secundarius. Pollinarium verò tenuius est flori farinæ accommodum: nam farinam, in pollinem, & secundarium, & furfures partitur. Plin. *lib. 18. c. 11.* Cribrorum genera Galli ex setis equorum inuenêre, Hispani è lino excussoria & pollinaria: Ægyptus è papyro atque iunco.

Excutia. Lambin. *in Curcul. act. 2. a. 4.* vbi alij legunt *axicia*, legit excutia, & interpretatur paruas scopas, quibus excutitur puluis è vestibus.

Exdĕcĭmo, as, ἀποδεκατόω, Decimum quenque eligo, interprete Festo: à verbo Decimo, quod est decimam partem detraho.

Exdŏrsŭo, as, Dorsum confringo, exosso, verba Plautina. {ἀπονωτίζω. GALL. *Rompre le dos, l'esschiner.* ITAL. *Rompere il dosso, sfallare.* GERM. Den rucken brechen oder öffnen. ITAL. *Quebrar el espinazo, ò huesso.* ANGL. *To breake the backe.*} Plaut. *in Aulul.* Tu Mechærio, congruum, murænam exdorsua quantum potes. Hæc duo præter regulam componuntur cum ex. Alioqui enim non ex, sed e, componitur cum d, vt Educo.

Exsĕco, as, ab ex & seco, Seco, reseco. {כרת *caráth* חתך *chatáb* גזר *gazár*. ἀποτέμνω. GALL. *Couper, fendre, inciser, rogner.* ITAL. *Tagliar via.* GERM. Außschneiden/ außhawen. HISP. *Cortar.* ANGL. *To cuit of.*} Colum. *lib. 3.* Arborem quam inserere voles, diligenter execato ea parte quæ maximè nitida, & sine cicatrice est, dabisque operam ne librum lædas. Sic execare linguam, idem est quod excindere. Cicero *pro Cluent.* Nam Stratonem quidem, iudices, in crucem actum esse execta scitote lingua. Execare testes, est virilia amputare. Vnde execti dicuntur quibus detracti sunt testes. Idem *de nat. deor.* Nam vetus hæc opinio Græciam oppleuit, scilicet exectum Cælum à filio Saturno. ¶ Execti etiam dicuntur quos veteres cæsares, aut cæsones vocauerunt, qui scilicet ex matris mortuæ secto vtero sunt extracti. Paulus *in l. anniculus. ff. de verborum & rerum signif.* ¶ Exectus honore. Plin. *epist. 36.* Quid enim miserius, quàm exectum exemptúmque honoribus Senatoriis, laboribus & molestia non carere?

Exĕctĭo, verbale. {גזר *gezer*. ἀποτομή, ἐκτομή. GALL. *Coupeure, coupement.* ITAL. *Esso tagliare, taglio.* GERM. Außschneidung. HISP. *Cortadura.* ANGL. *A cutting of.*} Cic. *pro Cluent.* Quum exectio illa fundi in armario animaduerteretur, &c.

Exĕcror, aris, deponens, significat detestor, imprecor, malè precor. {אלה *aláh* ארר *ar*. καταράομαι, ἀράομαι, ἐπεύχομαι τὰς κατάρας ... GALL. *Maudire, execrer, auoir en horreur.* ITAL. *Maledire, bestemmiare, augurare male.* GERM. Verfluchen. HISP. *Aborrecer y maldezir.* ANGL. *To curse, to make an execrable othe.*} Virg. 3. *Æneid.*

Et terram altricem sæui execramur Vlyssis.

Cic. 3. *Offic.* Itaque accepimus Socratem execrari solitum eos, qui primùm hæc natura cohærentia distraxissent. Liu. *lib. 9. dec. 4.* Execratus Annibal in caput regnúmque Prusiæ. Et Senec. *c. 16. de consol. ad Helu.* Execrari factum alicuius. Ouid. 13. *Metam.*

——— *Liceat execrere, meúmque*
Deuoueas sine fine caput.

Exĕcrātĭo, Imprecatio, malæ preces. {אלה *aláh* מארה *meráh*. κατάρα, βδέλυγμα. GALL. *Malediction, execration, serment & iurement execrable.* ITAL. *Maledittione, sacramento execrabile.* GERM. Verfluchung/ fluch. HISP. *Aquella maldicion.* ANGL. *A cursing, an execrable othe.*} Salustius *in Catil.* Fuere ea tempestate qui Catilinam oratione habita dicerent, quum ad iusiurandum populares sceleris sui adigeret, humani corporis sanguinem vino permistum in pateris circumtulisse: inde quum post execrationem omnes degustauissent, (sicut in solennibus sacris fieri consueuit) aperuisse consilium suum, atque eò dictam rem fecisse, quò inter se magis fidi forent alius alij. Vbi significat Salustius, Catilinam cum suis dira quædam verba & imprecatoria protulisse, quibus caput suum deuouerent: hoc est, (vt vulgus loquitur) maledictionem quandam execrabilem fecisse, cui esset obnoxius, siquis in ea coniuratione fidem falleret, proditorque esset.

Exĕcrābĭlis, & Execrandus, Detestandus, detestabilis. {נאלה *neeláh*. ἐπικατάρατος, βδελυκτός. GALL. *Horrible, execrable, detestable.* ITAL. *Horribile, esecrabile, detestabile.* GERM. Verfluchet/ greulich. HISP. *Cosa abominable, maldita.* ANGL. *Execrable.*} Cic. 2. *Philipp.* Deinde quum Pompeij sector esses, non te execrandum popul. Romano, non detestabilem, non omnes tibi deos, omnes homines tibi inimicos esse & futuros sciebas? Liu. 6. *bell. Pun.* Vetus atque vsitata res est in oppugnanda hostium vrbe, labores & pericula pati: illud iræ atque odij execrabilis indicium est. Idem Liu. *lib. 10. dec. 4.* Execrabilis atque inuisus. Execrabilis pro duro. Plin. *lib. 99. c. 48.* Sed nullum vsquam execrabilius quàm radius per caudam eminens.

Exĕcrābĭlĭtās. Apuleius *lib. de Philosophia*. Quapropter pessimo deterrimóque non ea tantùm vitia quæ secundùm naturam sunt, pariunt execrabilitatem, vt est inuidia.

Exĕcrātŭs, participium, aut nomen ex participio. {נאלה *neeléb*. βδελυχθείς. GALL. *Maudit & execré.* ITAL. *Maledetto.* GERM. Verflucht. HISP. *Cosa maldita.* ANGL. *Cursed.*} Horat. *Epod. 16.*

Nulla sit hac potior sententia: Phocæorum
Velut profugit execrata ciuitas.

Plin. *lib. 8. cap. 2.* Et sunt condita auguria, quid loquenti, cogitantive id acciderit, inter execratissima.

Exĕdo, is, exedit, vel exes, exest, pro Erodo. Consumo, conficio, corrodo. {אכל *acbál*. κατεσθίω, κατατρώγω. GALL. *Manger tout, ronger, consumer.* ITAL. *Mangiare, rodere, consumare.* GERM. Auffessen/ zernagen. HISP. *Gastar comiendo.* ANGL. *To eat vp, to wast.*} Plin. *lib. 26.* Nascuntur quoque in sanguine ipso hominis, animalia exesura corpus. Cic. 1. *Tusc.* Ægritudo lacerat, exest animam, planéque conficit. Idem 1. *de finib.* Animi autem morbi sunt cupiditates immensæ & inanes diuitiarum, gloriæ, dominationis, libidinosarum etiam voluptatum, accedunt ægritudines, molestiæ, mœrores qui animos exedunt, conficiúntque curis. Lucret. *lib. 3.*

Sed Tityus nobis hic est, in amore iacentem
Quem volucres lacerant, atque exest anxius angor.

¶ Aliquando exedere accipitur pro peredere, & totum absumere. κατεσθίειν. Terent. *in Phorm.* Tu tibi hoc intriuisti, tibi omne est exedendum.

Exēsus, participium. {נאכל *neecbál*. βρωθείς, καταβρωθείς. GALL. *Mangé, rongé.* ITAL. *Mangiato, roso.* GERM. Auffgessen/ verzert. HISP. *Gastado comiendo.* ANGL. *Eaten vp.*} Cic. 5. *Tusc.* Apparebat epigramma, exesis posterioribus partibus versiculorum dimidiatis ferè. Idem *in Topic.* Si ædes exesæ corruerunt, vitiúmve fecerunt, quarum vsusfructus legatus est, hæres restituere non debet.

Exēsor, is. {אוכל *ocbél*. ἐδωδός, καταβρωτικός. GALL. *Mangeur, rongeur.* ITAL. *Mangiatore, roditore.* GERM. Verfresser. HISP. *Comedor, gastador comiendo.* ANGL. *A great eater.*} Lucret. *lib. 4:*

——— *altus ab vndis*
Æquoris exesor murorum littora circum.

Exĕdra, ἐξέδρα, apud veteres locus erat in porticibus patens, & Soli peruius, plurimas habens sedes, in quibus Philosophi, Rhetores & reli-

qui, qui studiis delectantur, solebant disputare Vitruuius *lib.* 5. Constituantur autem in tribus porticibus exedræ spatiosæ. Budæus *in annot. in Pand.* ostendit exedra hodie non ineptè dici posse loca illa in monachorum, aut canonicorum peristyliis, quæ illi barbarè *Capitula* vocant. Dicta est autem exedra à sedium frequentia, & sedendi commoditate, quòd huiusmodi loca circumquaque suas habebant sedes. Cic. *lib.* 3. *de Orat.* tunc dedita opera quiescentibus aliis, quum in eam iam exedram venissem, in qua Crassus posito lectulo requieuisset. Vide Alex. ab Alex. *genial. dier. lib.* 5. *cap.* 11.

¶ Exedum. Plin. *lib.* 24. *cap.* 19. de herba, quæ Veneris pecten, Veternosa, inquit, curat, quæ Exedum vocatur. vbi *in annot.* 1. Exedum acris herba videtur fuisse ab exedendo dicta. ‖

Exēgēmaticus character, ἐξηγηματικὸς χαρακτήρ, Latinè narratiuus, vel expositiuus dici potest, quum scilicet narrationis series nullius personæ interpellatione interrumpitur. Cuiusmodi est apud Virgilium *in tribus primis libris Georg. & in duabus Eclogis*, quarum initia sunt, Sicelides Musæ, paulò maiora canamus: &, Prima Syracusio dignata est ludere versu. Dictus ἐξηγηματικός, ἀπὸ τοῦ ἐξηγεῖσθαι, quod inter cætera significat narrare, siue exponere.

¶ Exegesis, enarratio, explicatio.

Exegētes, sacerdos, sacrorum interpres in Ægypto. Bud.

Exegetica, orum, libri Pontificales de iure Pontificum.

Exegeticum, narratiuum.

Exegus, qui pubertatem transit, anno scil. xvi. ‖

Exemplum, ab ex, & amplus: vel ab ex, & emendo, id est, sumendo quod ab aliquo sumitur ad imitandum, vel fugiendum. {דמיון *dimijón* משל *mascbál.* παράδειγμα, δεῖγμα. Gall. *Exemple, patron, monstre, eschantillon.* Ital. *Essempio, mostra di qualche saggio ò mercantia.* Germ. Ein exempel oder beyspiel. Hisp. *Exemplo que se toma de otra cosa.* Angl. *An exemple, patern.*} vt Valla docet *lib.* 6. Est virtus, vel vitium, vel aliud quiduis quod in alio nobis imitandum, vel vitandum proponitur. Ille autem in quo sunt huiusmodi virtutes, vel vitia, dicitur exemplar. Cicer. 7. *Verr.* Vetus est quod dicam, & propter seueritatem exempli nemini fortasse vestrùm inauditum. Idem *pro Flacco*, In hoc ego, ne quod perniciosum exemplum prodatur pertimescam? Idem *pro Cæcinna*, Falcula exempla antiquæ regionis. *in Salustium*, Eius enim patris exemplar erat Salustius. Nonnunquam tanquam confunduntur. Ouidius *ad Liuiam*,

Occidit exemplum iuuenis venerabile morum.

Quo in loco Drusum ipsum vocat exemplum morum. Terentius *in Adelphis*, Exemplum omnibus curarem vt essem. Exempla fœminarum, (de moribus.) Sueton. *in Tib. c.* 2. In exemplum sibi aliquem proponere. Quintilian. Vir exempli recti domi militiæque. Liu. *lib.* 3. *ab Vrbe.* Exempli mali res. Idem *lib.* 4. *dec.* 4. Pleraque pessimi exempli correxit. Suet. *in August. c.* 32. Exempli nullius non boni fautor. Idem *in Calig. cap.* 16. Sic etiam Cicero *pro Murena*, pro eodem dixit exemplum & exemplar. Nam quum antea dixisset, Domesticum te exemplum habere dixi ad imitandum: subdit paulò pòst, Ad imitandum verò tam mihi propositum est exemplar illud, quàm tibi. Festus ita distinxit exemplar ab exemplo, vt exemplum sit illud quod nobis proponimus vt sequamur, aut vitemus, παράδειγμα: Exemplar, ex quo simile faciamus ἀρχέτυπον. Plin. *lib.* 35. Sunt qui Venerem Anadiomenem illo pictam exemplari putant. Sed sæpe confunduntur, vt Exemplum sit ex quo simile faciamus. Plaut. *Most. sc.* 2. *a.* 1. Sibi quisque exemplum expetunt, (id est, exemplar faciendis ædibus.) Sequitur, sibi quisque simile. Quintil. *lib.* 10. Sic litterarum ductus, vt scribendi fiat vsus, pueri sequuntur: sic Musici vocem dicentium, pictores opera priorum, rustici probatam experimento culturam in exemplum intuentur.

Me quoque si fas est exemplis ire Deorum,

Ouid. *Eleg.* 4. *lib.* 5. *Trist.*

Pluribus exemplis scripta fuisse reor. (ea carmina,)

idem *Eleg.* 6. *lib.* 1. *Trist.* Exemplum facit, quod in se recidat. Quintilian. Ad id exemplum quàm simile somnium somniauit. Plaut. *Mil. sc.* 4. *a.* 2. Ingenium sine exemplo maximum. Velleius, Hic quoque exemplum eius (symboli) reliquit. suprà similem symbolum. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 2.

Exemplúmque mihi coniugis esto bona,

Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 4. *Trist.* Ducam te per innumerabilia exempla, Senec. *cap.* 14. *de consol. ad Martiam.* Proscriptionis exemplum primus inuenit Sylla, Velleius. Si hoc exemplo omnibus respondebis, Plaut. *Asin. sc.* 3. *a.* 2. (i. more & modo.) Hic quoque exemplum eius (symboli) reliquit. (suprà similem symbolum.) Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 2. ¶ Exemplis non purgari peccata, docet Gell. *cap.* 16. *lib.* 10. ¶ Ad hoc exemplum. i. huiusmodi, idem *cap.* 13. *lib.* 18. Erant autem captiones ad hoc ferè exemplum, Velleius. Exemplo inutili, facto salutari cæsus Clodius, Cæsar *lib.* 1. *de bell. ciuil.* ¶ Exemplum transferre. Cels. *lib.* 7. *cap.* 21. Neque verò si discisso (sic legend. pro *discusso* corruptè impressis) ventre id prolapsum forfice præciditur, cum & emortuum sit, nec & aliter tutius auelli non possit, inde huc exemplum transferendum est. ¶ Ponitur etiam aliquando exemplum pro exscriptione, quam barbari *Copiam* vocant. Salustius *in Catil.* Literas quas sibi nomine Catilinæ redditas dicebat, exemplum earum infrà scriptum est. Cicer. *Appio*, Ex literis, quarum ad me exemplum misisti. Ouid. *de Trist.*

Pluribus exemplis scripta fuisse reor.

Gell. *c.* 6. *lib.* 4. Senatusconsultum factum est, eiúsque exemplum hoc est. ¶ Quandoque pro graui pœna, quæ potest cæteris documento esse. Terentius *in Eunuch.* Quæ futura esse debent exempla in eum indigna. Idem, vtrisque in te exempla edent. Vbi Donatus, noua ac mira tormenta quæ pro exemplis narrantur, aut quæ documenta sint cæteris ne delinquant, exempla dicuntur. Cic. *ad Quintum fratrem, lib.* 1. Simile in superiore parte prouinciæ edere exemplum seueritatis tuæ voluisse. Plaut. *Capt. sc.* 5. *a.* 3. Quando ego te exemplis pessimis excruciauero. Item, Gell. *cap.* 4. *lib.* 6. Nouis exemplorum modis excruciari. Cæsar *bell. ciuil. lib.* 1. Obsides nobilissimi cuiusque hi eos poscere, & in eos omnia exempla cruciatus edere, siqua res non ad nutum, aut voluntatem eius facta sit. Vide Gell. *cap.* 14. *lib.* 6. vbi eius rei ratio redditur.

¶ Rursus dicimus illud quod adhibetur rei aut probandæ, aut ornandæ causa. Vnde pars probationis vocatur ab exemplis: & in elocutione, exemplum inter ornamenta numeratur, pro quo exemplar dici non potest. Quint. *lib.* 10. *cap.* 2. Iis quæ in exemplum assumimus subest natura & vera vis. ¶ Similiter exemplum dicimus specimen alicuius rei, quam venalem habemus: vt quum ex aceruo frumenti aliquantulum in vasculo aliquo afferimus, ex quo reliquum emptor possit æstimare. δεῖγμα, δεῖξις. Autor ad Herennium *lib.* 1. Si quis purpuram, aut aliud quippiam vendens dicat, Sume à me: sed huius exemplum aliunde rogabo, tibi quod ostendam, aut si aceruos dicant se tritici habere, & eorum exemplum pugno non habent quod ostendant. ¶ Exempli causa, & exempli gratia. Cicer. *in Officiis.* Exempli causa ponatur aliquid quod pateat latiùs. Idem. Exempli causa paucos nominaui. Plin. *lib.* 2. *c.* 17. Multa promi amplius circa hæc possunt, secreta naturæ legésque quibus ipsa seruiat: exempli gratia, in Martis sydere, cuius, &c. ¶ Exemplum continentiæ, disciplinæ, innocentiæ, apud Terentium & Ciceronem, Singularis exempli mulier, Rarissimi viri exempli, Singularis exempli iuuenis, &c. ¶ Exemplum, id quod aliquando fuit. Tacitus, Omnia quæ nunc vetustissima creduntur, noua fuere: inueterascet hoc quoque, & quod hodie exemplis tuemur, inter exempla erit. Plinius *lib.* 28. *cap.* 9. Sunt inter exempla, qui asininum lac bibendo liberati sunt podagra, chiragráve, id est, scriptum legimus aliquos fuisse. Si meum exemplum esset: id est, Si primus illud excogitassem. Martialis *lib.* 1. Lasciuam verborum licentiam, id est, epigrammatôn linguam excusarem, si meum esset exemplum, sic scripsit Catullus, sic Marsus, sic Pedo, sic Getulicus, sic quicunque perlegitur. ¶ Exemplar, pro eo quod ex aliquo scripto transcribitur. {נשתון *nischteuán.* ἀντίγραφον. Gall. *Le double ou copie de quelque chose.* Ital. *Copia.* Germ. Ein abschrifft, oder copey. Hisp. *La copia y lo que se saca del original.*} Plin. *Epistol.* 291. Exemplar testamenti, quanquam mendosum, misit tibi. Asin. Pollio *Ciceroni*. Ex literis, quas Pansæ misi, cognosces omnia: nam tibi earum exemplar misi. Senec. *cap.* 1. *de consol. ad Marc.* Exemplar morum. Quint. Vox mentis index, & velut exemplar.

Exēmplārĕ, is, pro exemplar. Lucret. *lib.* 2.

Duntaxat rerum magnarum parua potest res

Exemplare dare, & vestigia notitiai.

¶ Exemplare, rescribere, & traducere, ludibrio exponere. Item Exemplatum, exemplabile. S. Aug. ‖

Exēmplārium, ii, pro exemplo reperitur. Valla *lib.* 6.

Exemptus, Exemptilis, vide *Eximo.*

Exentĕro, as, Interiora aufero: quod propriè de piscibus dicitur quum apparantur. {ἐξεντερίζω. Gall. *Oster le dedans, comme les entrailles d'vne beste, euentrer.* Ital. *Sventrare, tor via l'interiora.* Germ. Das eingeweyd außnemmen. Hisp. *Sacar las tripas.* Angl. *To tak out the guttes of a beast, to bowell.*} Sic per translationem dixit Plaut. *in Epidem.*

—acutum cultrum habeo, Qui seni exenterem marsupium. ¶ Exenteror, pro angor, & crucior. *Ibidem*, Expectando exedor miser, atque exenteror.

Exĕo, is, Extrà eo, egredior, prodeo, progredior, pedem effero. {יצא *jatzá.* ἐξέρχομαι, ἔξειμι. Gall. *Sortir hors, issir.* Ital. *Vscire fuori.* Germ. Außgehen. Hisp. *Salir afuera.* Angl. *To forth or abroade.*} Terent. *Adelph.* Fieri potis est vt nequa exeat. Idem *in Eunuch.* Exi foras sceleste. Plaut. *Mostell. sc.* 1. *a.* 1. Exi è culina, sis foras, mastigia, egredere, Exi, inquam, nidor è culina. Idem *initiis scena* 2. *a.* 1. *Pseud.* Exite, ite, agite. Et construitur tam cum accusatiuo, quàm cum ablatiuo: vt, Exeo domum, & Exeo domo. ¶ Per translationem est liberari. Cicer. vt tandem ex tot ærumnis atque miseriis exeamus. ¶ Item vitare. Virgil. 5. *Æneid.*

Corpore tela modò, atque oculis vigilantibus exit.

¶ Item erumpere, vt apud eundem 2. *Æneid.*

Non sic aggeribus ruptis quum spumeus amnis

Exit. ἐξάγεται.

Dicitur etiam, Exit in laudem, exit in vituperationem, exit in acta, exit in fabellas, & similia, id est, fit, vel efficitur. Plin. *lib.* 7. Exit hic animi tenor aliquando in rigorem quendam, toruitatémque naturæ duram & inflexibilem. ¶ Exire in tertium diem. Plinius iunior dixit, pro differri. Huius (inquit) actionem vespera inclusit: non tamen sic, vt abrumperet. Itaque in tertium diem probationes exierunt. Ouid. 5. *Fastor.*

Circus in hunc (mensem) *exit, clamataque palma theatris.*

Ibid. *lib.* 4.

Exit & Maius festum florale Kalendas,

¶ Annum exire. Idem 3. *Fast.*

Quominus emeritis exiret cursibus annus.

Senec. *c.* 12. *de consol. ad Mart.* Non durat, nec ad vltimum exit, nisi lenta felicitas. ¶ Exire de potestate, significat mentis impotem fieri. ἐξίστασθαι. Cic. *lib.* 4. *Tusc.* Itaque iratos propriè dicimus exire de potestate, id est, de consilio, de ratione, de mente. ¶ Exire in altitudinem dicitur arbor. Plin. *lib.* 13. *c.* 4. Religant comas, vt in altitudinem exeant. Virg. 2. *Georg.*

Exijt ad cœlum ramis felicibus arbos.

¶ Exiit dies, pro præteriit. Liu. *lib.* 5. Induciæ inde, non pax facta, quarum & dies exierat, & ante diem rebellauerant. ¶ Exeunt libri. Cicer. *ad Attic. lib.* 13. Libri quidem ita exierunt (nisi forte me communis φιλαυτία decipit) vt in tali genere ne apud Græcos quidem simile quiddam. id est, editi sunt, & in lucem emissi. Exire è vita, pro mori. Cicer. 1. *de finib.* Æquo animo e vita, quum ea non placeat, tanquam è theatro exeamus. Senec. *cap.* 11. *de consol. ad Polyb.* Exire cupientem (senem) vix emittit fatum. ¶ Studium ad æs exit, (i. ars mercenaria.) Sen. *Epist.* 89. Item,

Spiritus hic per te patrias exisset in auras.

Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 4. *Trist.* De suo tigillo fumus si qua exit foras. Plaut. *Aul. sc.* 2. *a.* 2. Inde huc exi, (i. è conuiuio.) Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 5. ¶ Exite hominem (pro obite.) Solinus apud Priscian. *lib.* 8. Et exire aliquem (pro exuere eius formam.) Apuleius. ¶ Exiit opinio, (i. vulgata,) Suetonius *in Neron. cap.* 53. ¶ Exire in easdem literas, id est, terminari.

nari. Quint. *lib.* 1. *cap.* 5. Quia hoc nostris nominibus accedebat, quorum prima positio in easdem quas i aliter, alteras exit. ¶ Sors exit. Cicer. *Attic. lib.* 1. Quum de Consularibus mea prima sors exisset, vna voce Senatus frequens retinendum me in Vrbe censuit. ¶ Exire de Patriciis, est ex patricio plebeium fieri. cuius exemplum habes apud Cic. *in Orat. pro domo sua.* ¶ Exire telum, i. vitare, effugere. Virg. *in Æneid.*

Corpore tela modo, atque oculis vigilantibus exit

vt apud Cic. corpore effugere. Exitur, Impersonale, Plaut. *Casin.* Crepuit ostium, exitur foras. Postquam vtrinque exitum est maxima copia, idem *Ampo.*

Exiens, euntis, participium. {[illegible] *iotsé.* [illegible].} Cic. 1. *de Diuin.* Quinto autem anno exeunte, quum esset ex illo somno, &c.

Exitus, aliud participium apud antiquos: vnde apud Festum, Ad exitam ætatem, ad vltimam ætatem. [Gothofr. legit. *ad extimam.* sed & illud rectum.]

Exitus, us, ui, Egressio, euentus, casus. {[illegible] *motsá.* [illegible], [illegible]. GALL. *Issue, sortie, la fin.* ITAL. *Vscita, successo, riuscimento, fine.* GERM. Ausgang. HISP. *El fin ò salida de lo incierto.* ANGL. *A going forth, an issue or end.*} Cic. *Sulpit. lib.* 4. Neque solùm ea perspicis quæ geruntur, quæque iam gesta sunt: sed etiam qui cursus rerum, qui exitus futurus sit. Idem *Tuscul.* 1. Quomodo initium nobis rerum omnium ortus noster afferat, sic exitum mors. Idem *pro lege Manil.* Huius autem orationis difficilius est exitum, quàm principium inuenire. ¶ Felix exitus. Idem *Cælio lib.* 2. Hæc ætas habuit hunc exitum satis felicem: ea quæ sequitur magno est in timore. Sueton. *in Tiber. cap.* 4. Cum exitu anni discordia inter Triumuiros exorta esset. Et Liuius *lib.* 4. *dec.* 4. Exitu huius anni. Idem *lib.* 5. *bell. Pun.* In exitu annus erat. ¶ Incertus exitus, & anceps fortuna belli, Cic. *pro Marcello.* Horat. 4. *Carm. Ode* 14.

Fortuna lustro prospera tertio
Belli secundos reddidit exitus.

¶ Exitus pro morte. Tacit. *lib* 4. Atrociore semper fama erga dominantium exitus. Idem *lib.* 15. Quod clam ad omen ac dolum sui exitus verteret. Et *lib.* 18. Exitu demum Neronis positis odiis in medium consuluere. Velleius: Hunc habuere vitæ mortisque exitum. Plaut. *Ps. sc.* 1. *a.* 1. Prope adest exitium mihi atque heri filiæ. Idem *Capt. sc.* 3. *a.* 3. Neque exitium exitio est, (i. bono.) Exitium legum, Dionysius Tyrannus. Exitus aluearum. Plin. *lib.* 11. *c.* 14. Aluearum, quum mel eximuntur, illinc oportet exitus.

Exitium, ij, Calamitas, pernicies, clades, mors: ab exeundo, vt Festus innuit. {[illegible] *edh* [illegible] *schebher.* [illegible]. GALL. *Malencontre, piteuse & mauuaise fin, & issue de quelque chose.* ITAL. *Calamità, ruuina, morte.* GERM. Verderbnuß. HISP. *Desastre, aduersidad, tormento, ò muerte.* ANGL. *Vtter decay, ruine.*} Antiqui enim (inquit) exitium pro exitu ponebant. nunc exitium, pessimum exitum dicimus. Terent. *Phorm.* Quod ego nunc subito huic exitio remedium inueniam miser? Colum. *lib.* 1. Sic emunita sola, & latera horreorum prohibent curculionem. quod genus exitij quum incidit, multi opinantur arceri posse, si erosæ fruges in horreo ventilentur & quasi refrigerentur. Cic. *in Catil.* Qui de nostro omnium interitu, qui de huius vrbis, atque adeò orbis terrarum exitio cogitent.

Exitiale, is, Mortiferum, calamitosum, damnosum. {[illegible]. GALL. *Mortel, pernicieux, qui tue & fait mourir.* ITAL. *Mortifero, dannoso, calamitoso.* GERM. Verderblich/tödtlich. HISP. *Cosa assi desastrada.* ANGL. *That causeth death or destruction, deadlie.*} Plin. *lib.* 8. Ille contra vrinam spargit prudens, hanc quoque leoni exitialem. Virg. *lib.* 6. *Æneid.*

Sed me fata mea, & scelus exitiale Lacænæ,
His mersere malis.

Idem 2. *Æneid.*

Pars stupet innuptæ donum exitiale Mineruæ.

Exitialis tempestas. Velleius.

Exitiabilis, e, Exitialis. {[illegible], [illegible]. ANGL. *That causeth death or destruction.*} Liu. 7. *bell. Pun.* Exitiabilis prodigiorum euentus venit. Plaut. *Epid.* Si inuentam, exitiabilem ego illi faciam vt hunc sciat diem. Ouid. *lib.* 6. *Metam.*

Dumque manu tentat trahere exitiabile ferrum.

Suet. *in Aug. c.* 13. Exitiabile bellum.

Exitiosus, a, um, aliud Adiect. idem. Cic. *in Catil.* Exitiosa coniuratio. Et *ad Attic. lib.* 16. Exitiosum bellum.

[Exephebus, qui pubertatem exuit.]

Exequor, Perficio. {[illegible] *pahal* [illegible] *hasáh.* [illegible], [illegible], [illegible]. GALL. *Executer, mettre en execution, paracheuer.* ITAL. *Esequire, finire, compire, mandare ad esecutione.* GERM. Vollstrecken/ außrichten/ vollführen. HISP. *Acabar, poner en execucion.* ANGL. *To execute, to put to execution, to end.*} Plaut. *in Truc.* Nullam rem oportet aggredi dolose, nisi astute, accuratéque exequare. Si quid opus est, impera, Imperium exequar. Idem *Amphitr.* Pergam heri Imperium exequi. *Ibid.* Iam illud non placet principium de osculo, pergam exequi. (i. interrogare & continuare sermonem.) *Ibid. sc.* 3. *a.* 1. Te vt merita es tractare exequar. Idem in *Asin. sc.* 3. *a.* 1. Dij immortales id voluerunt vos hanc ærumnam exequi. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 2. Necesse est eras mortem exequi. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 4. (i. obire.) ¶ Scribendum exequor. Priscian. *lib.* 1. Apuleius, Neque in tenebris, sed in propatulo iussa domini exequebar. ¶ Accipitur etiam nonnunquam pro persequi: vnde Exequor iniurias, idem est quod persequor, vel vlciscor. Plin. *lib.* 3. *Epist.* Veniebat in mentem, priores nostros esse singulorum hospitum iniurias accusationibus variis executos. Sic exequi verbis, idem est quod exprimere. [illegible]. Cic. *Verr.* Habeo multo occultiora quæ vix verbis exequi possum. Exequi delicta pro vlcisci. Sueton. *in Cæsar. cap.* 67. Liu. 5. *ab Vrb.* Deorum hominumque simul violata iura exequemur. Item, Nec sibi rem tam atrocem per consules superiorum annorum exequi licuisse. Idem *lib.* 3. *ab Vrb.* ¶ Exequi officium, i. fungi officio. Salust. *in Catil.* Strenui militis, & boni Imperatoris officia simul exequebatur.

Exequens, nomen ex particip. [illegible]. Gell. *lib.* 10. *cap.* 12. Philosophus memoriarum veterum exequentissimus: & *cap.* 24. *eiusdem lib.* 10.

Executio, id est, actio iudicati, quam tertius, quod mirari possis, impedire potest, ratione interesse quod prætendit. Et dicitur vulgò ille casus Contradictionis, qui & causa emergens appellatur, vt Zasius indicauit. Executio sententiæ, nunc officio iudicis, nunc actione in factum fieri dicitur, *l. iniura. de re iudic.* Vbi Bart. quandoque & vtili actione. *l. fin. eodem.*

Executio, nis, perfectio, confectio. {[illegible] *pohël* [illegible] *hasîh.* [illegible], [illegible]. GALL. *Execution, poursuite & acheuement de quelque entreprise.* ITAL. *Esecutione.* GERM. Vollstreckung/ außrichtung. HISP. *Aquella obra de executar, de execucion.* ANGL. *Execution, an achieuing of any thing.*} Tacit. *lib.* 3. Executionem eius negotij lubens suscepit.

Executor, is. {[illegible], [illegible]. GALL. *Executeur, paracheueur.* ITAL. *Esecutore.* GERM. Ein volstrecker der einem ding nachgeth/ vnd lugt daß es geschehe. HISP. *El executor.* ANGL. *An executour.*} Suet. *in Vesp.* Inimicitiarum & offensarum minimè memor, executorve. ¶ Executor item dicitur qui post sententiam prolatam rei iudicatæ vigorem ad effectum perducit. *l. penult. C. de execut. l.* 3. *D. de negot. gest.* &c. ¶ Executores negotiorum in iure dicuntur viatores, qui quæ ad iudicium constituendum, exercendam & exequendam pertinebant, agere solebant, *l. vlt. D. de testib.* & multis aliis in locis qui recensentur in Commentario de verbis Iuris Hotomani.

Exequiæ, arum, Funebre officium, quod scilicet in funere exequimur: ab eo dictæ quòd homines pompam post sequuntur. {[illegible] *lebhuráh.* [illegible]. GALL. *Funerailles.* ITAL. *Esequie, pompe funerali.* GERM. Gebägnuß/ leichbegleitung. HISP. *Exequias, honra de los muertos.* ANGL. *Funerailes or burialles, offices done to the dead, derge.*} Cic. 2. *de Legib.* Sepulturâ, ac iustis exequiarum caruerunt. Terent. *in Phorm.* Exequias Chremeti, quibus est commodum ire, iam tempus est. Carere exequiis. Ouidius *ad Liu.*

Exequiis caruit Liuia pene suis.

Exequias celebrare, apud Liuium 1. *ab Vrbe*, Cohonestare exequias. Cic. *pro Quinctio*, Si funus id habendum sit, quo non amici conueniunt ad exequias cohonestandas, sed bonorum emptores, vt carnifices, ad reliquias vitæ lacerandas & distrahendas. Ducere exequias, Plin. *lib.* 8. *cap.* 42. Prosequi exequias funeris. Cic. *pro Cluent.* Exequias immaturas fax & cereus præcedebant, Senec. *c.* 11. *de tranq.*

——— *Ab exequiis carmina rapta meis.*

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 1. *Trist.*

———*Neque exequias prosequere meas,*

idem *Eleg.* 7. *lib.* 1. *Trist.*

Fertur in exequias animi matrona virilis,

Idem 2. *Fast.* Exequiæ tot duxerunt præter domum, Senec. *c.* 9. *de consol. ad Marc.*

Exequialis, adiectiuum. {[illegible]. GALL. *Des appartenances de funerailles.* ITAL. *Funerale di mortorio.* GERM. Das zu der leychvolge gehört. HISP. *Cosa de exequias.* ANGL. *That perteineth to funeralles.*} vt, Carmen exequiale, Ouid. 14. *Metam.*

Carmina iam moriens canit exequialia cygnus.

Exequior, quod est exequias facio. {[illegible]. GALL. *Faire funerailles.* ITAL. *Far esequie.* GERM. Begrebnuß oder leychvolge halten/bestatten. HISP. *Hazer exequias ò cumplir en aquellas.* ANGL. *To make funeralles.*} Varr. Ipsum propter ius liberti seruiatrati exequiantur, hæc etiam parentalia & iusta dicebantur.

Exerceo, es, ui, itum, ab ex & arceo, quasi ex me arceo ignauiam, vecordiam. Item, premo, fatigo. {[illegible] *iyaghuéah* [illegible] *heghiah* [illegible] *hirghil* [illegible] *lilhamadu.* [illegible]. GALL. *Exercer, tourmenter, trauailler.* ITAL. *Esercitare, tormentare, trauagliare.* GERM. üben/ treyben/ müd machen. HISP. *Exercitar ò fatigar.* ANGL. *To exercise, or do a thing often.*} Terent. *in Adelph.* I sanè, ego te exercebo hodie, vt dignus es, silicernum. Hæc nos scita est exercendo scorto conducta male. Plaut. *Amph.* Si in me exercitu(r)us (pugnos) quæso in parietem vt primùm domes. Idem *ibid.*

Debita Traianis exercet spicula fatis,

Ouid. 13. *Metam.*

———*Nullo exercente refugit.* (ingenij vena.)

Idem *Eleg. vlt. lib.* 3. *Trist.* ¶ Exercere legem. GALL. *Faire garder ou obseruer la loy.* ¶ Exercere sumptum dixit Ambrosius pro eo, quod Græci dicunt [illegible], exercere vitam. ¶ Quandoque est in opus cogere: quod vulgò dicitur *facere laborare.* {[illegible]. GERM. Etwas thun/ arbeiten.} Virg. *lib.* 3. *Georg.*

Exercete viri tauros.

¶ Quandoque tractare. [illegible]. Columell. *lib.* 4. Qui vrbanas & delicatas artes exercuerit. ¶ Quandoque habere. Salust. *in Proœmio Iugurtha.* Iurgia, discordias, simultates cum hostibus exercebat. ¶ Quandoque lucrari. Terent. *in Heaut.* Ancillas, seruos, nisi eos qui opere rustico faciundo facilè sumptum exercent suum, Omnes produxi, ac vendidi. ¶ Quandoque probè terram colere. [illegible]. Virg. *lib.* 1. *Georg.*

Exercétque frequens tellurem atque imperat aruis.

¶ Quandoque insequi. [illegible]. Idem *lib.* 4. *Æneid.*

Tum vos, ô Tyrij stirpem & genus omne futurum
Exercete odiis.

¶ Exerceri per manus. Cels. *lib.* 3. *cap.* 22. Sole vitato per manus quoque exerceri.

Exercitus, a, um, participium: vt, Homo exercitus, qui multis negotiis assuetus sit, & experientia doctus, & dexter. {[illegible] *iah* [illegible] *limmudh.* [illegible], [illegible]. GALL. *Exercé, vsité, rompu, façonné aux affaires, & duit, rusé, trauaillé.* ITAL. *Esercitato.* GERM. Geübt/ wolgeübt. HISP. *Exercitado.* ANGL. *Exercised, practised.*} Plin. *in Ep.* Vidistine vnquam quenquam tam laboriosum, tam exercitum, quam Varenum meum. Cic. *lib.* 5. *Tusc.* vsus est Inexercitus, [illegible], pro non exercitato, quum ait, Asclepiadem ferunt non ignobilem, nec inexercitatum philosophum. ¶ Aliquando sumitur pro fatigato, indurato, & in laboribus perferendis assueto, perito denique & experto. Virg. *lib.* 3. *Æn.*

——— nate

—— nate Iliacis exercite fatis.

Cic. *pro Planc.* Quo quidem etiam magis sum non dicam miser, sed certè exercitus. Exercitus in re aliqua. Idem *pro Fonteio*, Postremò ipse, cùm in omnibus vitæ partibus honestus atque integer, tum in re militari cum summi consilij & maximi animi, tum verò vsu quoque bellorum gerendorum, in primis eorum hominum, qui nunc sunt, exercitus. Gell. *c. vlt. lib.* 10. In veterum litterarum tractatione exercitis nota res. Idem *c.* 7. *lib.* 1. Exercitus multâ lectione.

Exercitor, qui alterum in re aliqua exercet. {מרגיל *marghil* מלמד *melammédh.* γυμναστής, ἀσκητής. Gall. *Qui exerce, qui duit & vsite à quelque chose.* Ital. *Chi esercita ò auezza vno à qualche cosa.* Germ. Der einen übt vnd braucht. Hisp. *El que exercita.* Angl. *An exerciser, an practiser.*} Plaut. *in Trin.* —hic quisquis est, Curculio est exercitoris hunc hominem cursuram docet. ¶ Est etiam exercitor, teste Vlpian. *l.* 1. *ff. de exercit. actione*, ad quem reditus & obuentiones nauis perueniunt, siue is sit dominus nauis, siue à domino nauem per auersionem conduxit, vel ad tempus, vel in perpetuum.

Exercitorius, adiectiuum est formatum à nomine exercitor, quo significatur quicquid ad exercitorem attinet. {γυμναστικός, ἀσκητικός. Gall. *D'exercice.* Ital. *Cosa ch' appartiene à esercitatione & vso.* Germ. Was zu einem geüebtinger gehört. Hisp. *Cosa de exercitio.* Angl. *That perteineth to an exerciser.*} Nauis exercitoria. Actio exercitoria. Afric. *in l.* 1. § *exercitorem. ff. de exercit. act.* Quæsitum est annon aliter L. Titius exercitoria teneretur.

Exercitium, Exercitatio, actio. {γυμνασία, ἄσκησις, ἐπιτήδευμα. Gall. *Exercice, trauail.* Ital. *Esercitio.* Germ. Ein übung. Hisp. *Aquella obra de exercitar.* Angl. *Exercise, vse, custome.*} Gell. *lib.* 17. *c.* 2. Erat hoc sanè quàm vtile exercitium ad conciliandas nobis, vbi venisset vsus, verum, sententiarúmque elegantium recordationes.

Exercitio, verbale, ἄσκησις, ἐπιτήδευσις. Idem quod exercitium. {Angl. *Exercise, vse, custome.*} Vlp. *in l. si tamen, ff. de exercitoria actione.* Si tamen plures per se nauem exerceant, proportionibus exercitionis conueniuntur.

Exercitus, us, nomen, Manus, copiæ militum: ab exercendo: quia (vt inquit Varro) exercendo fit melior. {צבא *tsaba.* στρατός, στρατιά. Gall. *Ost de gens de guerre, exercite.* Ital. *Esercito da guerra.* Germ. Ein kriegsheer. Hisp. *La hueste, exercito.* Angl. *An armie, an hoste.*} Veget. *lib.* 2. numerus militum exercitatur, vnde & re ipsa atque opere exercitus nomen accepit, vt ei nunquam liceret obliuisci quod vocabatur. Solebant enim Romani milites, tam veterani, quàm tyrones exerceri ad omne genus armorum. Vt autem exercitus dicatur, teste Vlpiano, opus est magno militum numero. Neque enim vna, aut altera cohors, sed plurimæ coniunctæ exercitum conficiunt. Virg. 9. *Æneid.*

Iámque omnis campis exercitus ibat apertis.

Cic *de prouinc. consul.* Iam verò exercitus noster ille superbissimo delectu, & durissima conquisitione delectus omnis interiit. Exercitu magni, pro præsidio. Cæs. *lib.* 3. *de bell. ciu.* Circumduci exercitum. Plaut. *Mil. sc.* 2. *a.* 2. Metaphoricè. De finibus suis exercitus deducerent. (i. exercitum.) Idem *Amph.* eas legiones, copias exercitúsque eorum vi pugnando cepimus. Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 3. Meum exercitum ad oppidum obducam. Metaphoric. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 2. Effuso exercitu prædari; Salust. *Iugurth.* 97.

Exercito, as, frequentatiuum, {הרגיל *hirghil* למד *limmédh.* γυμνάζω. Gall. *Exerciter, accoustumer.* Ital. *Esercitare, auezzare, accostumare.* Germ. Heftig oder streng üben. Hisp. *Exercitar.* Angl. *To exercise often.*} Cic. *pro Cluent.* Homo in primis ingeniosus, & in dicendo exercitatus. Terent. *in Hecyr.* O fortuna, vt nunquam perpetuò es bona: sed iam prior amor me ad hanc rem exercitatum reddidit. Liu. 5. *ab Vrbe*, & tum iam non promptus ingenio tantùm, sed vsu etiam exercitatus talem orationem habuit. ¶ Exercitatus, pro exercitus & laboriosus. Suet. *in Tib. c.* 6. Habuit infantiam & pueritiam luxuriosam & exercitam.

Exercitatior, Exercitatissimus. {מרגל *murghál* מלמד *melummádh* למוד *limmúdh.* Angl. *Of better practise, more exercised.*} Cic. 2. *Offic.* Deinde consuetudine beneficentiæ paratiores erant, & tanquam exercitatiores ad bene de multis promerendum. Idem *pro lege Manil.* Omnibus naualibus pugnis Carthaginenses, homines in maritimis rebus exercitatissimósque, vicerunt.

Exercitator, is. {מרגיל *marghil* מלמד *melammédh.* ἀσκητής, γυμναστής. Gall. *Qui duit & vsite quelqu'vn à faire quelque chose, le maistre de quelque exercice & art.* Ital. *Chi vsa di fare qualche cosa.* Germ. Ein üeber der einen übt vnd braucht. Hisp. *El que exercita.* Angl. *The maister of any exercise.*} Plin. *lib.* 35. *cap.* 11. Lecythion agilitatis exercitator.

Exercitatrix, icis. {מרגלת *marghelèth* מלמדת *melammédheth.* γυμναστική, ἀσκητική.} Quint. *lib.* 2. *c.* 15. Quòd duas partes ciuitas corpori assignet, medicinam & quam interpretantur exercitatricem. bis *ibidem.*

Exercitatio, Vsus, tractatio, actio, meditatio, commentatio, consuetudo quotidiana. {הרגל *hirghghel.* γυμνασία, μελέτη. Gall. *Exercitation, vsage, exercice.* Ital. *Exercitatione, vso.* Germ. Ein übung. Hisp. *Obra de exercitar.* Angl. *Exercise, vse, custome.*} Cicer. 2. *de nat. deor.* Motu & exercitatione recalescunt corpora nostra. Quint. *lib.* 1. *c.* 1. Nam & maximè necessaria est oratori memoria, & ea præcipuè firmatur atque alitur exercitatione.

[Exercipes, γυμνόπους, Gloss. vet. qui exercet pedes.

Exercirent, apud Fest. exponitur, *Sarcirent*. quasi sit ab ex, & sarcio.

Exermis, exermus, exarmatus. Cath.]

Exero, is, exerui, exertum: ab ex, & sero, Emitto, produco. {הוציא *hotsi.* ἐξάγω, ἐξείρω. Gall. *Tirer hors, mettre hors.* Ital. *Cauar fuori.* Germ. Außziehen, herfürstrecken. Hisp. *Sacar fuera.* Angl. *To drawe or pull out.*} Statius,

—— falcentémque exerit ensem. Ouid. *lib.* 1. *Fast.*

Credibile est illos pariter vitiísque iocísque
Altius humanis exeruisse caput.

Plin. *lib.* 10. *c.* 23. Glottis prælongam exerit linguam, vnde ei nomen. Ouid. 2. *Fastor.*

—— Custodem protinus vrsæ
Aspicies geminos exeruisse pedes.

Item,

Exerit è tepida molle cacumen humo (herba,)

idem *Eleg.* 12. *lib.* 3. *Trist.* ¶ Digitum exerere, τὸν δάκτυλον ἐκτείνειν, i. Digitum extendere. Persius *Satyr.* 5.

Nil tibi concessit ratio, digitum exere, peccas.

Exertus, a, um, particip. {מוצא *mutsa.* προφανής. Gall. *Sorti & mis hors, sortans & apparoissant dehors.* Ital. *Spinto in fuori.* Germ. Außgezogen, herfürgestreckt. Hisp. *Cosa salida afuera.* Angl. *Putforth, shewed.*} vnde Exerti dentes dicuntur extra os producti, vt apro. προβλῆτες. Plin. *lib.* 11. *c.* 37. Dentes exerti sunt apro, hippopotamo, elephanto. Quintilian. Exerti brachij gestus. Ouid. 3. *Fast.*

Ensibus exertis bellica læta Dea est.

Exertissimè, id est, grauiter aut admodum. Spart. *in Seuero.* Tribunatum seuerissimè exertissiméque egit. Legendum fortè *expertissimè.*

Exerto, as, frequentatiuum. {הוציא *hotsi* הראה *herāáh.* προφαίνω, προφαίνομαι. Gall. *Tirer & mettre hors, monstrer & faire apparoir dehors.* Ital. *Scoprire, monstrare, cauar spesso fuori.* Germ. Strecken oder offt herfürstrecken. Hisp. *Sacar a fuera muchas vezes, hazer aparecer afuera.* Angl. *To put forth and shew often.*} Virg. 3. *Æneid.*

At Scyllam cæcis cohibet spelunca latebris
Ora exertantem, & naues in saxa trahentem.

Stat. 1. *Theb.*

Exertare humeros nudámque lacessere pugnam.

Exertare linguam, Gell. *c.* 23. *lib.* 9.

[Exesto, extra esto. Sic enim lictor in quibusdam sacris clamitabat: Hostis, vinctus, mulier, virgo exesto, scil. interesse prohibebatur. Fest.

Exeurema, solers inuentum.]

Exfio, Purgo. {נקה *nikáh* נקי *ikkék.* ἐκθυμιάω. Gall. *Purger, perfumer.* Ital. *Purgare, profumare.* Germ. Außseubern. Hisp. *Purgar.* Angl. *To purge.*} à quo fit exfitus, us, pro purgatione. Veteres quoque Exfit pro purgamento posuêre, teste Festo.

[Exfit, purgamentum.

Exfociunt, exfugiunt antiq. Lips.]

Exfodio, is, fodendo eruo. {כרה *charáh* חפר *chaphár* חתר *chathár.* ἐξορύσσω. Gall. *Tirer hors en fouyssant, deterrer.* Ital. *Cauare la terra.* Germ. Außgraben, fürhingraben. Hisp. *Cauar para sacar algo.* Angl. *To delue vp, to digge out.*} Plaut. *Aul.* Exfodio aulam auri plenam.

[Exfretat, vltra nauigat. Gl. Isid.]

Exfundo, as, are, A fundo euertere. Cælius Antipater *lib.* 7. Respub. amisso exfundato pulcherrimo oppido.

[Exfuti, pro exfusi: vt *mersat* pro mersat.]

Exgrumo, as, are, dicuntur cochleæ grumos eruentes, & ex grumis exilientes. ἀναβρωμάω. Grumus enim, terræ collectio est, à congerie dicta, Varr. 3. *de re rust. c.* 14. Denique ipsæ exgrumantes ad propalam vitam diu producunt, quum ad eam rem pauca laurea folia interiiciant, & aspergant furfures non multos.

Exgurgitare, {הקיא *heki.* Gall. *Vomir, regorger.* Ital. *Vomitare, ruttare.* Germ. Außkotzen. Hisp. *Vomitar, regoldar.* Angl. *To parbreake, to vomite.*} Per metaphoram Plaut. *in Epidico* dicit Expurgitare pecuniam domo. Proh deûm atque hominum fidem, quid ego Lenocinium facio, qui quidem habeam alienos domi, Atque argentum exurgitem domo prorsum?

Exgyius, ἐξγυιος. Vrbs Siciliæ, dicta ἀπὸ τοῦ ἐξ ὑγιοῦς ἐλθεῖν Steph. Etymon videtur corruptum.

Exhæredo, as, are, Exhæredem aliquem scribo, hæreditate aliquem priuo, ad quem ab intestato ea ventura erat. {ἀποκληρονομέω. Gall. *Desheriter, priuer d'heritage & succession.* Ital. *Difredare, priuare della heredità.* Germ. Enterben. Hisp. *Desheredar.* Angl. *To disherite.*} Cicer. *pro Cluent.* Ille quum filium exhæredaret quem oderat, ei filio homines alienissimos cohæredes coniunxit. Mart. *lib.* 3.

Exhæredauit te Philomuse pater.

Cic. 1. *Philip.* Igitur fratrem exhæredans, te faciebat hæredem. Ad Herenn. *lib.* 4. Sed à necessariis omnibus exhæredatus est. Quint. *lib.* 7. *c.* 2. Tu impiè fecisti, quum exhæredationem meruisti.

Exhæres, is, com. gen. Qui priuatus est hæreditate quæ ad eum pertinebat. {ἀποκληρος. Gall. *Desherité, priué de succession.* Ital. *Priuato della heredità.* Germ. Enterbt. Hisp. *Desheredado.* Angl. *One that is disherided.*} Cic. 1. *de Orat.* Nempe in ea causa quæsitum est de iure ciuili, possétne paternorum bonorum exhæres esse filius, quem pater testamento neque hæredem, neque exhæredem scripsisset nominatim. Plaut. *Most.* —vtinam nunc meus mortuus pater nuncietur, Vt ego exhæredem meis me bonis faciam, atque hæc sit hæres. ¶ Exhæredem vitæ suæ facere aliquem, per translationem dictum à Plaut. *Bacchid.* pro occidere.

Exhæredatio, legis implet voluptatem, præteritio secus. Illa solidat testamentum, ista infirmat: illa lege permittitur, ista prohibetur. Salom. *in l. Gallus. ff. de lib. & posthum.* {Angl. *A disheriting.*}

Exhæresimus, dies dicitur. ἐξαιρέσιμος ἡμέρα. id est, exemptibilis: propterea sic dictus, quòd ex mense eximi solebat, vt annus cum Solis ac Lunæ ratione congrueret. Cic. 4. *Verr.* Cosuetudo Siculorum est cæterorúmque Græcorum, quòd suos dies mensésque congruere volunt cum Solis Lunæque ratione, vt nonnunquam si quid discrepet, eximant vnum aliquem diem, aut summum biduum ex mense, quos illi exhæresimos dies nominant. Bud. *in Annotat.*

Exhalo, as, Expiro, & veluti per halitum aërem emitto. {הפיח *hippiach* עשן *âschán.* ἐξατμίζω, ἐκπνέω. Gall. *Halener, ietter hors vn vent, esprit, fumée ou vapeur.* Ital. *Esalare, spirare.* Germ. Außdempfen, herauß athmen, außblasen. Hisp. *Echar de si vapor ò baho.* Angl. *To puffe or breath out.*} Virg. *lib.* 7.

—— sæuámque exhalat opaca Mephitin.

Plin. *lib.* 17. *c.* 4. Quæ tenues exhalat nebulas. Cic. 5. *Verr.* Veniendum erat ad eos contra Apronium, qui nondum etiam Aproniani conuiuij crapulam exhalassent. Idem 2. *Philipp.* Quanquam tu quidem (vt tui familiarissimi dictitant) vini exhalandi, non acuendi ingenij declamitas. ¶ Exhalare animam, est mori. Ouid. 6. *Metam.*

—— *simul suprema iacentes*
Lumina versarunt, animam simul exhalarunt.

Idem 13 *Metam.*

In ventos anima exhalata recessit.

Pro exhalare vitam Virg 2. *Æneid.*

Vt regem aequaeuum crudeli vulnere vidi
Vitam exhalantem.

Exhālātio, Expiratio. {נשב *maschab* [illegible]. Gall. *Vapeur & exhalation.* Ital. *Vapore, esalatione.* Germ. Ein Dampf. Hisp. *Aquella obra de echar baho, baho.* Angl. *An exhalation or fume risen vp.*} Plin. *lib.* 31. *c.* 3. Certior multò nebulosa exhalatio est. Exhalationes terrae, sunt tenues spiritus, qui per aestum maximum terra diffusa exhalantur, & sursum in aera feruntur. Cic. 1. *Tusc.* Quod & humidum & caliginosum est propter exhalationes terrae.

Exhaurio, is, exhausi, exhaustum, Humorem euacuo, ebibo, exinanio, exicco. {שאב *schaab* דלה *dalah* דלל *dalal* [illegible]. Gall. *Espuiser, vuider.* Ital. *Vacuare, trar fuora, cauare.* Germ. Erschöpfen, ausleeren, ausschöpfen. Hisp. *Sacar o vaziar.* Angl. *To drawe out, to emptie.*} Diciturque exhauriri tam ipse humor, quàm id quo humor continetur. Aequè enim vsitatè dicimus, Exhaurire vinum, & exhaurire dolium. Cic. 2. *Philipp.* Tu istis faucibus, istis lateribus, ista gladiatoria totius corporis firmitate tantum vini in Hippiae nuptiis exhauseras, vt tibi necesse esset in populi Romani conspectu vomere postridie. Exhaurire poculum, Liuius. ¶ Exhaurire aegrum, i. exinanire nimisque vacuare. Cels. *lib.* 7. *c.* 2. Cubantémque aegrum siuens aluus exhausit, neque per alimenta quicquam corpori accedit. Habet hoc verbum multas elegantes translationes. Cic. *pro Sext.* M. Crassus eadem sibi manu vitam exhausit, qua mortem saepe obtulit hostibus. Idem *in Vatin.* Aerarium exhaurire, Remp. compilare. Et *in Pisonem.* Ciuitates omnibus rebus exhaustae. *Ad Attic. lib.* 2. Tantus fuit amor, vt exhauriri nulla posset iniuria, id est, deleri. *Ad Qu. fratr.* 1. exhaustus n. est sermo hominum, id est, de ea re iam loqui est desitum. Et *ad Attic. lib.* 1. Multa enim sunt quae me solicitant, anguntque, quae mihi videor, aures nactus tuas, vnius ambulationis sermone exhaurire posse, id est, deponere. *Ad eundem* 5. Reliquum est, vt antequam proficiscare, mandata nostra exhaurias, id est, exequaris. Virg. 4. *Æneid.*

—— *heu quibus ille*
Iactatus fatis, quae bella exhausta canebat?

id est, finita, & quasi exantlata. Senec. *cap.* 5. *de consol. ad Polyb. & c.* 10. *de consol. ad Mart.* Conturbat tibi & oculos. Idem *cap.* 15. *de consol. ad Mart.* Exhausta Caesarum turba. (morte.) Sueton. *in Caes. cap.* 42. Exhausta vrbs. (i. vbi rariores sunt ciues.) Idem *in Calig. cap.* 38. Exhaustus atque egens ad rapinas. Liu. 7. *ab Vrbe*, Exhausta vis ingens aeris alieni conuertit animum. Idem *lib.* 5. *ab Vrbe*, Tantum laboris exhaustum. Ouid. 5. *Fast.*

Venerat Alcides exhausta parte laborum.

Liu. 1. *d.* 3. Quies inter labores aut iam exhaustos, aut mox exhauriendos renouant corpora. ¶ Exhaurire vitam. Cic. *pro Sestio.* Ne videret victorem viuus inimicum, eadem sibi manu vitam exhausisse qua mortem saepe hostibus obtulisset.

‖Exhausto, as, effero. Fest.‖

Exhaustum, i, substantiuum. {נדלה *nidlâch* דל *dal.* [illegible].} Virg. 2. *Georg.*

Est etiam ille labor curandis vitibus alter,
Cui nunquam exhausti satis est.

Exhausti, id est (inquit Seruius) exhaustionis, finitionis: quod quia asperum visum est, se ad figuram transtulit, & ait, Exhausti, vt Seruantissimus aequi, pro aequitatis, Inexhaustus, [illegible], pro infinito: quasi (vt ita dicam) inexhauribilis.

Exebenus, i, [illegible], gemma speciosa, & candida, qua artifices aurum poliunt, vt ex Zoroastris sententia tradit Plin. *lib.* 37. *c.* 10.

Exherbare, est herbas extirpare. {[illegible]. Gall. *Arracher & oster les herbes de quelque lieu.* Ital. *Stirpare l'herbe, suegliere, sbarbare.* Germ. Graß außreuten. Hisp. *Arrancar, quitar las yeruas.* Angl. *To plucke vp the grasse by the rootes.*} Col. *lib.* 5. Et quum germinauit ad vnam perticam summittitur, crebróque foditur, atque exherbatur, nec minus quàm vinea pampinatur. Et *alibi*, Exherbandus est locus.

Exhibeo, es, Profero in publicum, deduco, ostendo. {הוציא *hotsi* [illegible] *hereib.* [illegible]. Gall. *Exhiber, bailler, representer, monstrer, presenter.* Ital. *Dare in publico, rappresentare, mostrare.* Germ. Außgeben, Dargeben, erzeugen. Hisp. *Dar, traer publicamente.* Angl. *To giue, to shewe, to offer, to represent.* Senec. *cap.* 7. *de consol. ad Mart.* Ferrum in omni corpore exhibet secandi potentiam. Exhibere (se) virum ciuilem. Quint.

Exhibuit geminas ore sonante sonos. (i. edidit, praestitit,)

Ouid. *Eleg.* 11. *lib.* 3. *Trist.* ¶ Exhibere negotium, molestiam. Plaut. *Men. sc.* 9. *a.* 5. Huic exhibui negotium, id est, molestus fui. Idem *Amphitr.* Illi dudum meus amor negotium insontis exhibuit. Item *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Vt sciat alieno naso quam exhibeat molestiam. Idem *Most. sc.* 1. *a.* 1. Quae mihi inter patinas exhibes argutias. Paulus, Exhibere est facere in publicum potestatem, vt ei qui agit, experiundi sit copia. Cic. 7. *Verr.* Is omnino seruus in familia non erat, cum statim exhiberi iubet. Exhibere reum, locutio est Iurisconsultis familiaris, pro sistere. Si quis (inquit Iurisconsultus. *l. si quis. de exhib. reor.*) reum criminis de quo satisdedit, non exhibuerit, poena pecuniaria plectitur, puto tamen si dolo malo non exhibeat, etiam extra ordinem esse damnandum. Plaut. *Mil. sc.* 6. *a.* 2. Herum exhibeas volo. (i. sistas.) Idem *Asin. sc.* 4. *a.* 2. Da meo periculo, rem saluam exhibebo. ¶ Item, Exhibere ad ferrum, (de gladiatoribus & ludis.) Suet. *in Neron. c.* 12. Exhibere se adorandum, Idem *in Calig. c.* 22. Exhibere liberam concionem, Liu. *lib.* 4. *dec.* 4. Exhibere in loca aliena, Senec. *epist.* 42. ¶ Vtuntur etiam Iurisconsulti hoc verbo in alia significatione pro vitae necessaria suppeditare. Paul. *in l. Nesennius. ff. de negot. gest.* Vt... peregrè patrem eius abiisse, & matrem dum in patriam transtereretur, tam filium, quàm filiam eius exhibuisse. Vlp. *in l.* 1. *D. de off. praefect. vrb.* Sed & patronos egentes de suis libertis quaerentes audiet, maximè si aegros se esse dicant, desiderentque à libertis exhiberi. ¶ Exhibere negotium, est labore, vel molestia afficere. [illegible] Cic. *lib.* 3. *Offic.* Quod quum audiuisset adolescens, negotium exhiberi patri. Sic exhibere laborem: Exhibere molestiam, &c. Vide paulò ante.

Exhibitus, a, um, Participium, vt Toti exhibitus. Ouid. *Epist.* 16.

Hypsipyle testis, testis Minoia virgo,
In non exhibitum vtraque iuncta torum.

Exhibitio, nis. {מצגה *metsâ...* [illegible]. Gall. *Representation, exhibition.* Ital. *Rappresentatione.* Germ. Dargebung, Erhaltung, Darstellung. Hisp. *Presentation como persona.* Angl. *A representing or offering.*} Gellius *cap.* 2. *lib.* 14. Probari apud me debere pecuniam datam consuetis modis, expensi latione, mensae rationibus, chirographi exhibitionibus.

Exhĭlăro, as, Laetum & hilarem reddo, idem quod simplex hilaro. {שמח *schimmeách.* [illegible]. Gall. *Esioujr, recreer.* Ital. *Rallegrare, far allegro.* Germ. Frölich machen. Hisp. *Alegrar à otra persona.* Angl. *To delight, to make merrie.*} Columell. *lib.* 6. *cap.* 24. Quoniam nimietate verni pabuli pecudes exhilaratae lasciuiunt. Plin. *lib.* 17. *cap.* 25. Nam neque ilex, picea, larix, pinus vno flore exhilarantur, nataeue pomorum recursus annuos versicolori nuntio promittunt. ¶ Exhilaratus particip. Cicero *Paeto lib.* 9. Mirari tam exhilaratam esse seruitutem nostram.

‖Exholcismus, ossis translatio à superficie in profundum.‖

Exhorreo, es, à quo Exhorresco, pro expauesco, prae timore horreo, & contremisco. {רגז *raghaz* חרד *charad.* [illegible]. Gall. *Auoir grand frayeur & frisson, craindre fort, se herissonner.* Ital. *Tremare di paura.* Germ. [illegible]. Hisp. *Temer algun mal.* Angl. *To quake for dreade and feare so that ones heares stare withall.*} Plancus *Ciceroni*, Sed non possum non exhorrescere, si quid intra cutem subest vulneris, quod prius noscere potest, quàm sciri curarique possit. Sueton. *in August. cap.* 52. Exhorrere appellationem Domini. ¶ Nonnunquam etiam ponitur actiuè cum accusatiuo à tergo. Virgil. 7. *Æneid.*

Adueniat, vultus néue exhorrescat amicos.

Exhorrescere, pro fremere. Ouid. 4. *Metaph.*

—— *exhorruit aequoris instar,*
Quod fremit, exigua quum summum stringitur aura.

Exhortor, aris, vehementer hortor. {בקיר *hebir* הוזיר *hizhir* הוחיה *hechiah* פתח *pittach.* [illegible]. Gall. *Exhorter, enhorter.* Ital. *Esortare.* Germ. Vermanen, anhalten. Hisp. *Induzir con razones.* Angl. *To exhorte, to encourage, to cherishe, to cheere.*} Cicer. 1. *Academ.* Omnis eius oratio tum in virtute laudanda, & in hominibus omnibus ad virtutis studium exhortandis consumebatur. Ouid. 3. & 13. *Metam.*

Erigit, & trepidos ciues exhortor in hostem.

Exhortans, antis, participium act. Stat. 8. *Thebaid.*

Ipsum exhortantem cuneos, capitisque superbi
Insignem fulgore iubet.

Gellius c. 13. *lib.* 12. Ad exhortandam parsimoniam nil valet.

Exhortātus, participium. {מוסר *mussâr.* [illegible]. Gall. *Qui exhorte.* Ital. *Che esorta.* Germ. Der vermant. Hisp. *El que induze por razones.* Angl. *That exhorteth or encourageth.*} Virg. 12. *Æneid.*

—— *sic exhortata relinquit*
Incertam, & tristi turbatam vulnere mentis.

{[illegible]. Gall. *Exhorté, admonesté.* Ital. *Esshortato.* Germ. Der vermant wirt. Hisp. *Induzido por razones.*} Cicer. *in Catone*, Ille enim quum esset Consul in Gallia, exhortatus est in conuiuio à scorto, vt securi feriret aliquem eorum.

Exhortatio, verbale. {[illegible]. Gall. *Exhortement, admonestement.* Ital. *Esortatione.* Germ. Vermanung. Hisp. *Aquel induzimiento con razones.* Angl. *An encouraging or exhortation.*} Quint. *lib.* 1. *cap.* 3. Exhortatio docentium.

Exŭbĕro, as, Abundo. {הותיר *hothir* הרבה *rabah* רב *rab.* [illegible]. Gall. *Abonder.* Ital. *Abundare.* Germ. Vberflüssig sein. Hisp. *Abundar, sobrar.* Angl. *To abunde.*} Col. *in Praefat. lib.* 1. In Asia Mysiáque densa & glutinosa terra maximè exuberat. ¶ Nonnunquam etiam accipitur actiuè. Col. *lib.* 9. *c.* 4. Quae fauorum ceras exuberant, hoc est, vberes reddunt.

Exuberantia, ae. Gell. *c.* 7. *lib.* 8. Alia quaedam de exuberantia, aut interitu (memoriae) lecta auditáque.

‖Exhydatōsis, corruptio sanguinis in substantiam aqueam. L. M.

Exhydrix, venti aquatores, cum pluuiis multis grassantes. Onom. m.‖

Exībĭlo, as, Significat cum sono vocis tumultuariáque sibilatione expello, derideo, explodo. {[illegible]. Gall. *Chasser & reietter en sifflant, siffler contre quelqu'vn.* Ital. *Sibilare, fischiare beffando.* Germ. Außpfeiffen, mit pfeiffen außtreiben, verlachen. Hisp. *Siluar, echar fuera reyendo.* Angl. *To driue out by hissing.*} Cic. *in Parad.* Histrio si paulum se moueat extra numerum, aut si versus pronuntiatus est vna syllaba breuior, aut longior, exibilatur atque exploditur. Suet. *in August. c.* 45. Pyladem, quod spectatorem, à quo exibilabatur, demonstrasset digito, Italia submouit.

Exicco, as, Exhaurio. {החריב *hecherib* יבש *ibbesch.* [illegible]. Gall. *Secher, dessecher, oster l'humeur.* Ital. *Seccare, ò molto seccare.* Germ. Außtrücknen. Hisp. *Secar ò mucho secar.* Angl. *To be made drie.*} Cic. 2. *de Diuin.* Arboréique vt hyemali tempore cum luna simul senescentes, quia cum exiccatae sunt, tempestiuè caedi putentur. Plin. *lib.* 8. *cap.* 16. Quintius Cic. *Tironi. lib.* 16. *Epist. famil.* Te quidem exiccо scribens.

Exiccātus, particip. {חרב *chereb* מיבש *meiubbâsch.* [illegible]. Gall. *Seché.* Ital. *Seccato.* Germ. Außgetrücknet. Hisp. *Secado.* Angl. *Without iuyce, dryed vp.*} Cic. *de clar. Orat.* Siccatum genus orationis. Stat. 5. *Syluar.*

Exĭgo, is, exegi, exactum, Excludo, eiicio, expello, quasi extra ago. {גרש *gereśch* הדיח *hiddiach.* [illegible]. Gall. *Chasser hors, deschasser.* Ital. *Escludere, serrar fuori.* Germ. Außtreiben. Hisp. *Echar de fuera.* Angl. *To driue or chase away.*} Plaut. *in Aul. sc.* 4. *a.* 2. Omnes exegit foras onustos fustibus. ¶ Est praeterea exigo, rem aliquam iure mihi debitam peto. {נגש *nagbas* [illegible]. Angl. *To require.*} Cicer.

Cassio, Longiores expectabo, vel potiùs exigam. Hinc exigere pecuniam dicimus quæ nobis debetur. Plaut. *Asin.sc.4.a.1.* Quam credidi (pecuniam) vix anno pòst exegi. ¶ Item, Exigere sibi vias verri à plebe. Suet. *in Galb.c.43.* ¶ Exigere opus. de Ædilibus dictum apud Liu. *lib.6. ab vrb.* ¶ Exegit etiam vt quoties Consulatus sibi daretur, binos pro singulis collegas haberet, nec obtinuit, &c. (i. petiit, vel voluit fieri.) Suet. *in Aug.c.37.* Idem *in Claud.c.14.* Exegit precariò, vt id sibi liceret. Et *in Aug.c.66.* Exegit & ipse ab amicis beneuolentiam mutuam. ¶ Exigere seuerissimè certationes & pugnas gladiatorum. Idem *ibid. cap.45.* Et, Exigere disciplinam. Idem *in Tib.cap.18.* aliàs 19. initio. ¶ Exigere Consulatum. Idem *in Calig.c.8.* Exacto Consulatu. GALL. *Le temps du Consulat acheue, fini, &c.* Exigere ad omnem legem Innocentiam, vide *Exigo.* ¶ Exigere aliquem iuris, vide *Exactus* infrà. ¶ Interdum est conuenienter postulare. {שאל *schaál.* ἐξαιτεῖν. ANG. *To require so demand.*} ¶ Interdum agere, seu traducere. {השלים *hischlim* התם *hetham.* ἄγειν.} Terent. *in Hecyr.* Illique exopto vt reliquam exigat vitam. Ouid. *Eleg.3.lib.4.Trist.*

Tempus & à nostris exige triste malis. (i. traducas.)

Plaut. *Aulul.sc.1.a.1.* Vt te dignam mala malam ætatem exiges. Idem *Capt.sc.5. act.3.* Qui cum vna puer ætatem exegeram. Ouid. *Eleg.4. lib.3.Trist.*

——Mollésque inglorius annos
Exige.

¶ Interdum perdiscere, inquirere. ἀναζητεῖν, ἐξετάζειν. Virg. 1. *Æneid.*

Quærere constituit, sociisque exacta referre.

Suet. *in Cal.* Britanniam petiisse spe margaritarum, quarum amplitudinem conferentem, interdum sua manu exegisse pondus. ¶ Interdum facere. Virg. 6. *Æneid.*

——quos improba ventris
Exegit caeci rabies.

¶ Interdum definire, constituere. Idem 4. *Æneid.*

Decreuitque mori, tempus secum ipsa, modúmque
Exegit.

¶ Interdum complere. πληροῦν. Plaut. *in Amph.sc.2.a.1.* Menses iam tibi exactos esse vides. ¶ Aliquando extorquere. Cic. *pro Fronteio.* Itaque Titurium Tolosæ quaternos denarios in singulas vini amphoras portorij nomine exegisse. ¶ Interdum expellere. Plaut. *in Aul.* Is vxorem suam suas sibi res habere iussit, exegit. ¶ Exigere pœnam, est sumere pœnam. Ouid. 4 *Metam.*

Exigit indicij memorem Cythereia pœnam.

Idem *Epist.8.*

Perfidiæ pœnas exigit ille locus.

Exigere à se pœnas. Senec. *cap.3. de consol. ad Mart.* ¶ Exigere aliquem ad suam formulam. Idem *cap.24. de vita beata.* Sueton. *in August. cap.45.* Certationes & gladiatorias pugnas seuerissimè semper exegit. ¶ Exigere viam, dicuntur magistratus, cùm viciniam cogunt munire quàm diligentissimè sumptu facto. Ascon. *Ped.3.Verr.* exponens illud Cicer. Quam tu viam Tensarum & pompæ eiusmodi exegisti. ¶ Exigor portorium, pro exigitur de me portorium, dixit Cæcilius apud Gell. *cap.14.lib.15.* Item, Exactus est aliquis pecuniam, pro exacta est ab aliquo pecunia, dici posse Latinè, idem *ibid.* probat ex oratione Qu. Metelli Numidici aduersùs Messalam, ita loquentis: Socios ad Senatum questum flentes venisse sese maximas pecunias exactos esse, (sup. à Val. Messala) pro de sese pecunias exactas esse. & Plaut. *Trinum.sc.4.a.2.* Quas (drachmas) sponsione tu nuper exactus es (id est, quæ abs te nuper exactæ sunt.)

Exāctŭs, participium, Præteritus, eiectus, expulsus. {נדה *niddáh* נגרש *nigorásch* משלח *muschlám* תם *thám.* [illegible] GALL. *Passé, parfaict, acheué.* ITAL. *Fornito, passato.* GERM. *Verschlissen, vergangen, ausgetriben.* HISP. *Perfecto ò passado.* ANGL. *Passed ouer demanded, perfetly doone and finished.*} Liu. 2. *bell. Pun.* Exacta erat media æstas. Terent. *in Adelph.* Nunc exacta ætate hoc fructi pro labore ab his fero Odium. Cic. 7. *Verr.* Hoc tantùm exacta ætate laboris, itinerisque suscepit. Virg. 3. *Georg.*

At tribus exactis, vbi quarta accesserit æstas.

Exacti reges, expulsi. Cic. 1. *de Or.* Exactum tempus, mensis, ætas, anni, vita, &c. i. Elapsum, finitum, traductum tempus, &c. Vide *Exigo.* Plaut. *Amph.sc.3.a.1.* Menses tibi exactos vides. (de grauida. i. completos.) Suet. *in Calig.c.8.* Exacto Consulatu. ¶ Exacta ad omnem legem Innocentia. (i. redacta, effecta, siue examinata.) Senec. *c.3. de cons. ad Polyb.* ¶ Exactus furiis suis Orestes; Ouid. *Eleg.4.lib.4.Trist.* ¶ Exactus pecuniam. Vide *Exigo.*

Exāctŭs, exactior, exactissimus, Diligens, absolutus, ad vnguem factus. ἀκριβὴς, ἐξειργασμένος. Mart. *lib.4.* Exhortor, moneóque te libelle, vt docto placeas Apollinari: Nil exactius, eruditiúsque. Plin. *Epist.176.* Quod ille obsequium Seruiano exactissimo viro præstitit?

Exāctŭs, pro venditione: quia merx dum venditur, exigitur à nobis, id est, emittitur. {ἐξαγωγὴ, ἐξέλασις. ANGL. *A sole or vtterance of ware.*} Quint. *declam.19.* Sacrosanctus mercator opportunum mercis exactum puto inuenit: si tam bene vendideras, miror cur pecuniam non reddideris.

Exāctor, is, Qui pecunias publicas exigit. {מדיח *maddiach* מגרש *megharésch* נגש [illegible] GALL. *Exacteur.* ITAL. *Riscotitore.* GERM. *Ein schuldfordeter, einzieher.* HISP. *Cobrador de las rentas y pedidos.* ANGL. *A gatherer of taxes.*} Cæs. 3. *bell. ciu.* Erat plena lictorum, & imperatorum prouincia, conferta præfectis & exactoribus. Exactores Regum, id est, expulsores. Liu. 9. *ab Vrbe*, Ita reges gesserant bella, ita deinde exactores Regum Iunij, Valeriique. ¶ Exactor supplicij. Idem *lib.9 dec.4* Exactor disciplinæ. Suet. *in Cæs.c....* *Qui fait garder & obseruer les loix militaires, & punit les transgresseurs d'icelles.*

Exāctĭo, nis. {[illegible], ἐξέλασις. GALL. *Exaction, comme leuement & recouurement de deniers.* ITAL. *Rescottimento.* GERM. *Außtreibung.* HISP. *Aquella obra de cobrar las rentas, cogimiento.* ANGL. *A pilling, a sacking.*} Col. *lib.1.c.8.* Nulla est autem maior vel nequissimi hominis custodia, quam operis exactio. Cic. 2. *de legib.* Eaque pecunia non minor esset facta cum superiore exactione.

Exĭgŭŭs, a, um, Paruus, modicus. Fortassè ab exigendo, quia quæ opera locata exigimus, in iis minima quæque præstari volumus. {קטן *katón* מעט *mehat* דק *dak.* ὀλίγος. GALL. *Petit.* ITAL. *Poco, picciolo.* GERM. *Klein.* HISP. *Pequeño.* ANGL. *Small, litle.*} Cicer. *pro Deiot.* Antea quidem maiores copias alere poterat, nunc exiguas vix tueri potest. Virg. 4. *Georg.*

Pulueris exigui iactu compressa quiescunt.

Plin. *in Epist.* Qui nunc exiguissima legata, theatralis operæ corollarium, accipient ab hærede. Horat. 1. *Carm. Ode 18.*

Quum fas atque nefas exiguo fine libidinum
Discernunt auidi.

¶ Exiguus animi Claud. *in Eutrop.*

Acer in absentes linguæ iactator: abundans
Corporis, exiguúsque animi.

¶ Exiguum, substantiuum.

Exiguum pleno de mare demat aqua.

id est, particulam malorum. Ouid. *Eleg.2.lib.5.Trist.* ¶ Exiguum aliquando pro exiguè aduerbium. Plin. *Epist.50.* Quantum ego sapio, qui fortasse in omni re, in hac certè perquam exiguum sapio. ¶ Exiguum, pro parum, Ouid. *Eleg.11.lib.3.Trist.*

Vtque sit exiguum pœnæ.

¶ Exiguum temporis. Liu. *lib.10.d.4.*

Scilicet exiguis prodest annosa vetustas
Grandibus accedunt tempore damna malis.

Ouid. *Eleg.2.lib.5.Trist.*

Par fuit exigui similisque licentia Calui.

Idem *ibid. Eleg.lib.2.*

Exiguo pòst, id est, paulò pòst. Plin. *lib.31.c.2.* Exiguo post obitum ipsius de Cicerone. Exiguissimus, Superlat. Ouid. *epist.14.*

De fratrum turba pars exiguissima restat.

Exĭguē, aduerbium, parcè, tenuiter, exiliter. {מעט *mehat.* μικρῶς ἢ μικρὸν GALL. *Petitement.* ITAL. *Picciolmente.* GERM. *Wenig, schlächtlich.* HISP. *Pequeña y escassamente.* ANGL. *Smally.*} Terent. *Heaut.* Præbens exiguè sumptum: & ea sunt tamen ad virtutem omnia. Cic. 3. *de Orat.* celeriter exiguéque dixisses, duas tibi reliquas feceras. Cic. *ad Attic. lib.11.* A te enim est peccatum, vt me ista epistola nihil consoletur. nam & exiguè scripta hæc est, & suspiciones magnas habet.

Exĭgŭĭtās, atis. {מעט *mehat* דלה *dallah.* ὀλιγότης, τὸ ὀλίγον, μικρότης. GALL. *Petitesse.* ITAL. *Picciolezza, poco.* GERM. *Wenigheit, lützelheit.* HISP. *Pequeñeza, escasseza.* ANGL. *Smalnesse, litlenesse.*} vt exiguitas copiarum. Cælius Cicer. *lib.8.* Nunc hæc exiguitas copiarum recessum, non dimicationem mihi tuam præsagiebat. Exiguitas lactis. Varr. Exiguitas cibi. Col. Exiguitas temporis, Liu. Exiguitas corporis, Cæs. Exiguitas fisci, Suet. *in Claud.c.28.*

Exĭlĭo, is, Ab ex, & salio, significat saltando egredior, vel erumpo. {רקד *rakado* נתר *nittér.* ἐκπηδᾶν. GALL. *Saulter hors, sortir, tressaillir.* ITAL. *Saltar fuori.* GERM. *Herausspringen.* HISP. *Saltar à defuera.* ANGL. *To* [illegible]} Lucan. *lib.5.*

——sic fata relictis
Exiluit stratis.

Ouid. 9. *Metam.*

Exilijt, iunctásque manus patefacta remisit.

Cic. 4. *Verr.* Ita properans de sella exiliuit. Plaut. *Amph.* Citus è cunis exilit. Ouid. *lib.5. Fast.*

Et vos lunares exiluistis equi.

Accipitur etiam pro vehementer gaudere, & pro gaudio salire, ἀναπηδᾶν, [illegible]. Cic. *Tironi.* Mihi crede, tuis & illius literis perlectis, exilui gaudio. Terent. *in Heaut.* non aduorti primò: sed postquam aspexi, illicò Cognoui, ad te exilui, hoc est, veluti saliendo & gestiendo cucurri. Huius frequentatiuum est Exulto. ἀγαλλιάζομαι.

Exĭlĭs, e, Tenuis. {דל *dal* דק *dak.* λεπτὸς. GALL. *Menu, gresle.* ITAL. *Tenue, sottile.* GERM. *Klein, rahn.* HISP. *Sotil, y delgado.* ANGL. *Small, leane, bare, slender.*} vt, Exilis vox, Plin. *lib.11.c.51.* Bubus tantùm fœminis vox grauior, omni in alio genere exilior quàm maribus. Varro 3. *de re rust. cap.2.* Et hic aprum glans quum pascet empticia, facit pinguem: illic gratuita, exilem, hoc est, gracilem & malè sagitatum. Cicer. 4. *de fin.* Illorum verò ista ipsa quàm exilia de virtutis vi, &c. Gell. *cap.2. lib.14.* Exilia argumenta. ¶ Exiles, & ilia, inquit Festus Pompeius, à tenuitate viarum (ponendum ex MS. codice *ilearum*, i. ἰλεῶν) quas Græci in chartis ita appellant, videntur esse dicta. Alibi dicit, Ilia dicta ab ina, quæ pars chartæ est tenuissima. At quis non videt, Ilia ab εἰλεὸς (immutata tamen significatione) deductum esse? Et exilem ob id tenuem dici, quòd in equis strigosis atque emaciatis ilia subsidant, vt absque ilibus esse videantur: cùm in obesis procumberent & maximè comparerent?

Exĭlĭtās, Tenuitas, ieiunitas. {דלה *dallah.* λεπτότης, ἰσχνότης. GALL. *Menuesse, greslesse, tenuité.* ITAL. *La minutezza, la sottigliezza.* GERM. *Kleine, dünne.* HISP. *Sotileza y delgadeza.* ANGL. *Slendernesse, smallenesse.*} vt Foliorum exilitas. Plin. *lib.11.c.6.* Foliorum exilitate vsque in fila extenuata. Col. *lib.5.c.5.* Ne oneretur exilitas vitis.

Exĭlĭtĕr, aduerbium, Tenuiter, ieiunè. {λεπτῶς, ἰσχνῶς. GALL. *Petitement, deliement.* ITAL. *Sottilmente, picciolmente.* GERM. *Kleinfüglich, oder schlächtlich.* HISP. *Delgadamente.* ANGL. *Slenderlye, thynnely.*} Cic. 1. *de Orat.* Etenim videmus iisdem de rebus ieiunè quosdam & exiliter, vt eum quem acutissimum ferunt Chrysippum disputauisse.

Exilium, vide *Exul.*

{Eximequi, proxenetæ. Gl. Isid.}

Exĭmo, is, Ab ex & emo. significat excipio, seu aufero. {נשא *nasa* הסיר *hesir* אצל *asal.* ἐξαιρεῖν, [illegible], ἀφαιρεῖσθαι, [illegible]. GALL. *Oster, deliurer, retirer.* ITAL. *Cauar fuori, eccettuare.* GERM. *Außnemmen, hinnemmen.* HISP. *Sacar fuera de numero.* ANGL. *To descharge, to except or take away.*} Plaut. *Amphitr.* Pateram tu exemisti, (i. deprompsisti è cistula.) Cato *cap.112.* Vbi triduum præterierit, eximito de dolio. Plaut. Nunquam ædepol omnes balneæ mihi hanc lassitudinem eximent. Credidi ex seruitute me exemisse filium. Idem *Capt. sc.5.a.3.* Hæc sunt quæ nos eximant opinionibus vulgi. Quintilian. Me è vinclis eximis. Plaut. *Capt.sc.2.a.2.* pigeat herum si vos eximat vinclis. *Ibid.sc.1.a.2.* Exemit è manu manubrium. Prouerb. Idem *Asi.sc.4.a.3.*

Sub

Sub terra lapides eximet; (paulò antè, effodiet.) Idem *Capt. sc. 5. a. 3.* Tam se è catenis eximunt aliquo modo. Idem *Men. sc. 1. a. 1.* E miseriis plurimis me exemerant. Idem *Capt. sc. 1. a. 5.* Eximet tibi ætas tristitiam. Senec. *cap. 8. de consol. ad Mart.* Eximere reum, est quouis modo auferre & impedire ne in iudicio se sistat. Pomp. *atus lurisc.* Eripere, est de manibus auferre per raptum: eximere verò, quoquo modo auferre: vtputa si quis non raperet aliquem, sed moram faceret quò minùs in iudicium veniret, vt actionis dies exiret, vel res tempore amitteretur, videtur exemisse, quamuis corpus non exemerit. ¶ Eximi de reis dicitur, cuius nomen, quum ipse in reos relatus esset, deletum est. Quod cùm aliis causis, tum præcipuè propter accusatoris absentiam fieri solebat. Cic. 4. *Verr.* Quo tempore omnis ista mea festinatio fuit cum periculo capitis, ob eam causam ne tu ex reis eximerere, si ego ad diem non affuissem. Et Pædian. *in Cornel.* Postero die quum P. Cassius assedisset, & citati accusatores non adessent, exemptum nomen est de reis Cornelij. ¶ Eximere diem, est extrahere. Cic. *ad Quint. fratr.* Cùm Clodius rogatus, diem dicendo eximere cœpit. Capito apud Gellium *cap. 10. lib. 14.* Cato rem quam consulebatur quoniam non è Repub. videbatur, perfici nolebat: eius rei gratia ducendæ, longa oratione vtebatur, eximebátque dicendo diem. Erat enim ius Senatori vt sententiam rogatus, diceret antè quicquid vellet alterius rei, & quoad vellet. Sic Eximere horam. Cic. 5. *Philipp.* Horam eximere nullam in tali ciue liberando, sine scelere non possumus. Et eximere tempus. Suet. *in Othon. c. 6.* Medium quoque tempus religio & Seleucus exemit. ¶ Aliquando cum datiuo construitur: vt eximere noxæ, est pro absoluto habere, vel pœnam remittere, aut gratiam criminis facere: hoc est, *remissionem* (vt vocant) *dare.* Liuius 5. *ab Vrbe*, Bene habet, inquit Dictator, Quirites, vicit disciplina militaris, vicit populi maiestas: non noxæ eximitur Fabius qui cōtra edictum Imperatoris pugnauit. Eximere noxæ, remittere infamiam. Gell. *lib. 4. c. 20.* Sed cùm ille deierasset, inuitissimum sese oscitatione victum, tenerique eo vitio quod *oscedo* dicitur, noxæ iam destinatæ exemptus est à Censoribus. Eximere honoribus, id est, priuare. Plin. *in Epist.* Quid enim miserius quàm exactum, & exemptum honoribus Senatoriis laboribus & molestia non carere? ¶ Eximere numero, quod est reiicere, & tanquam indignum ab aliorum numero excludere. Quint. *lib. 1.* Autores alios in ordinem redegerint, alios omnino exemerint numero. Senec. *c. 3. de consol. ad Marc.* Eximere se numero viuorum. Liu. *lib. 6. ab Vrbe*, Eximere se arbitrio populi. Idem *lib. 1. bell. Maced.* Eximere obsidione, & passim vbique, vt *lib. 6. & 7. dec. 4.* ¶ Memoriæ eximere. Suet. *in Claud. cap. 41.* ¶ Eximere metu, est metu liberare. Plaut. *in Rudent.* Exime hoc miseram metu.

Exemptus, participium, Consumptus, liberatus. {נִסָּע *nisfá* נוסר *nusár* נחצל *neeṡṡál* גרוע *garruah.* ἐξῃρημένος, Gall. *Osté, excepté, & retiré.* Ital. *Tratto fuori del generale, eccettuato.* Germ. Außgenommen oder hingenommen. Hisp. *Sacado à fuera.* Angl. *Excepted, taken away.*} Cic. *ad Quint. fratr. lib. 10.* Cato concionatus est comitia haberi non futurum, si sibi cum populo dies agendi essent exempti. ¶ Exemptus apud Iurisconsultos dicitur, qui à suo iudice, siue iurisdictione ordinarij subductus est. {Angl. *Enfranchised.*} Exemptus est rebus humanis, id est, mortuus est. Exempta actio quæ perempta est, quum desiit quis agere posse. *l. 1. & l. 26. D. quibus ex causis maior.* Senec. *c. 3. de consol. ad Marc.* Exemptus est. (i. mortuus, ademptus.) Idem *de consol. ad Mart. cap. 17.* Exempto discrimine.

Exemptus, us, ui. Nomen, id est, detractio, ἀφαίρεσις, cui adiectus, siue adiectio opponitur. Vitruu. *lib. 9. c. 9.* Quarum breuitates, aut crescentias cunctorum adiectus, aut exemptus in singulis diebus & mensibus perficere cogit.

Exemptilis, quod auferri & eximi potest. {ἐξαιρετικός. Gall. *Facile à oster.* Ital. *Facile da leuar via.* Germ. Das man außnemmen oder hinnemmen kan. Hisp. *Cosa que se puede sacar afuera.* Angl. *That is easily exemed or taken away.*} Colum. *lib. 9.* Quadratæ perticæ paxillis sint exemptiles, vt quum res exigit, à paxillis deductæ, liberum aditum conuertentibus stabulum præbeant.

Exemptio, nis, {מגרעה *migraehah.* ἐξαίρεσις, ἐξοχή. Gall. *Ostement, retirement de parmy autre.* Ital. *Il leuar via.* Germ. Außnemmung. Hisp. *Quitamiento, ò la de sacar afuera.* Angl. *A taking away, exception or exempting.*} Col. *lib. 3. c. 18.* Quum enim per exemptionem imæ partes earum perfractæ sint, apertæ medullæ deponuntur.

Exemptor, is. {נושא *nose* מסיר *mesir* אצר *otsir.* ἐξαιρέτης, ἐξαιρέτης. Gall. *Osteur, comme vn carrier qui oste les pierres de la carriere.* Ital. *Chi leua & toglie.* Germ. Ein außnemmer, ein steinbrecher, so die stein auß der gruben nimpt oder zeücht. Hisp. *El que saca afuera, como el cantero.* Angl. *A taker away.*} Plin. *lib. 36. c. 15.* Et inter plurima alia Italiæ miracula, ipsa marmora in lapidicinis crescere autor est Papyrius Fabianus, naturæ rerum peritissimus: Exemptores quoque affirmant, compleri sponte illa montium vlcera ibi. Exemptores vocat qui eximunt lapides sub terra.

Eximius, a, um, Excellens, egregius, præstans, ab eximendo. {אדיר *addir* נכבד *nicbadh.* [illegible] Gall. *Excellent, singulier, prime, choisi.* Ital. *Eccellente, egregio, eccettuato da gli altri.* Germ. Fürtreffenlich, fürnem, außbündig. Hisp. *Notable, reputado, grande, escogido.* Angl. *Singuler, passing goode.*} Eximii porci dicebantur maiores, qui ad sacrificium electi erant, signati macula, aut nota, sicut egregiæ oues è grege electæ. Et quia id quod à cæteris eligitur & eximitur, non vulgare esse solet, factum est, vt eximium ponatur pro insigni. Virg. *lib. 4. Georg.*

Quatuor eximios præstanti corpore tauros.

¶ Eximius videtur dici Liuio *lib. 9.* Appius, qui vnus non teneretur lege: vt à Cic. *in Diuin.* Te vnum eximium fuisse. ¶ Sumitur & in malam partem. Cic. *in Verr.* Sin hanc vos in rege tam eximiam iniuriam, tam acerbam neglexisse. Idem *ad Lentulum lib. 1.* Lentulum eximia spe, summæ virtutis adolescentem, cum cæteris artibus quibus studuisti, semper ipse, tum in primis imitatione tui fac erudias.

Eximiè, aduerbium, Excellenter, egregiè. {διαφερόντως. Gall. *Par excellence, excellemment.* Ital. *Eccellentemente.* Germ. Fürtreffenlich, herrlich. Hisp. *Notable y señaladamente.* Angl. *Excellentlye, passing well.*} Plin. *lib. 22. c. 22.* Picris ab insigni amaritudine cognominatur, vt diximus, rotundo folio, tollit eximie verrucas. Eximiè ornatum templum, Liu. Eximiè diligere. Cic.

[Eximietas, præstantia, sublimitas. Gloss. Isid.]

Exin, per apocopen, siue Exinde, aduerbia sunt ordinis, idem significantia quod deinde. {אחר כן *achar ken.* ἐντεῦθεν. Gall. *En apres.* Ital. *Dopo, dapoi.* Germ. Darnach, dannenhin. Hisp. *Desde ò despues.* Angl. *Sence that tyme, afterwardes, fromb thence forth.*} Liu. *lib. 1.* Vt igitur paulò antè animum inter Fidenatem Romanámque rem ancipitem gessisti, ita iam corpus passim distrahendum dabis. Exin duabus admotis quadrigis, in currus earum distentum illigat Metium.

Exinde. Plaut. *Pseud. sc. 3. a. 2.* Exinde sapere, (id est, ex eo, ob eam rem.) Gell. *c. 4. lib. 9.* Exinde quædam carpsi (i. ex iis libris.) Plaut. *Most. sc. 3. a. 1.* Vt fama est homini, exinde solet pecuniam inuenire. Idem *Curc. sc. 3. a. 1.* Ostium vbi conspexi, Exinde, (i. ex ostio) me illicò protenam dedi. Suet. *in Neron. c. 7.* Scutum sua manu prætulit: exinde patri gratias in Senatu egit.

Exinanio, is, ab ex & inanio, Euacuo, exhaurio, exonero. {הריק *herik* פנה *pinnah.* κενόω. Gall. *Vuider & ne rien laisser.* Ital. *Vacuare, menouare, assottigliare, ridurre à niente.* Germ. Außlährem. Hisp. *Vaziar ò menguar.* Angl. *To emptie or mak voyde.*} Plin. *lib. 10. cap. 60.* Oua sale exinaniri creduntur. Cicer. 7. *Verr.* Nox illa tota exinanienda naui consumitur. Ventrem exinanire, Cels. *lib. 4. cap. 11.* ¶ Hinc Exinanitio, κένωσις. Plin. *lib. 13. cap. 22.* Succurrit aliquando præceps alui exinanitio.

Exinanitus, a, um, Particip. ἐκκενωθείς. Cic. 2. *pro lege Agrar.* Vectigalibus abalienatis, sociis vexatis, regibus atque omnibus gentibus exinanitis, illi pecunias habebunt, vos agros non habebitis. Cæs. *lib. 1. de bell. ciu.* Exinanitæ ciuitates frumentis.

[Exinfulabat, exinfibulabat, exerebat. Infulos enim sacerdotum filamenta vocabant. Fest.]

Exinsperatò, aduerbium, præter spem. {[illegible] ἀνελπίστως, ἐξ ἀπροσδοκήτου. Gall. *Hors d'esperance.* Ital. *Fuor di speranza.* Germ. Vnuerhofft, vnuersehenlich. Hisp. *Fuera de esperança.* Angl. *Vnlooked for, beside all hope or expectation.*} Liu. *lib. 1.* Tum clamore, qualis exinsperatò fauentium solet, Romani adiuuant militem suum.

[Ex integro, denuo.]

Existimo, as, ab ex & æstimo. hoc autem est ab æs, q. æs timo. Puto, iudico, & quasi ex æstimatione statuo, atque decerno. {חשב *chaschab* שער *schaher.* ὑπολαμβάνω, λογίζομαι, οἴομαι. Gall. *Estimer, & penser, faire iugement de quelque chose.* Ital. *Estimare, pensare, giudicare.* Germ. Meinen achten schetzen. Hisp. *Iuzgar ò pensar estimando.* Angl. *To suppose or think.*} Quint. Ex præteritis existimari solent præsentia. Cic. 4. *Verr.* Certissimum accipite argumentum, quò faciliùs de singulari eius impudentia existimare possitis. Plaut. *Aul. sc. 1. a. 2.* Ain' tu ita esse? Tute existuma. (i. hinc fac coniecturam.)

Existimatus, a, um, pro reprehensus, a, um, Gell. *c. 23. lib. 10.* Sed M. Cato non solùm existimatas, sed mulctatas quoque à iudice mulieres refert, non minus si vinum bibissent, quàm si probrum, aut adulterium admisissent.

Existimans, antis, Particip. act. Cicer. *in Orat.* Orationis subtilitas inimitabilis illa quidem videtur esse existimanti: sed nihil est experienti minus.

Existimatio, quæ ferè semper passiuæ significationis est, & pro reputatione ac bona fama capitur: vt, Homo magnæ existimationis, id est, de quo omnes bene opinantur. {יקר *iekar.* δόξα, ἀξίωσις. Gall. *Reputation, renommée.* Ital. *Riputatione, fama.* Germ. Achtbarkeit, ein guter leumbd. Hisp. *Buena fama, la estima que en alguno es tenida.* Angl. *A supposell, reputation.*} Paulus Iurecons. Existimatio est dignitatis illæsæ status, legibus ac moribus comprobatus: quæ ex delicto nostro, autoritate legum aut minuitur, aut consumitur. Minuitur quoties manente libertate, circa statum dignitatis pœna plectimur: sicut quum relegatur quis, vel cum ordine mouetur, vel quum prohibetur honoribus publicis fungi, vel quum plebeius fustibus cæditur, vel in opus publicum datur, vel quum in eam causam quis incidit, quæ edicto perpetuo infamiæ causa memoratur. Consumitur verò, quoties magna capitis diminutio interuenit, id est, quum libertas amittitur, veluti quum aqua & igni interdicitur. Albinus Consul apud Gell. *c. 8. lib. 11.* ita loquitur: Sum homo Romanus, natus in Latio: Græca oratio à nobis alienissima est. Ideóque veniā gratiámque malæ existimationis, si quid esset erratum, postulauit. ¶ Accipitur etiam nonnunquam actiue pro opinione hominum quam de nobis conceperunt. {מחשבה *machaschabah.* ὑπόληψις, δόξα. Gall. *Pensement ou iugement qu'on fait de quelque chose, estime.* Ital. *Pensamento, giudicio, stima.* Germ. Achtung, ein vrtheil so man von einem ding helt. Hisp. *Aquella obra de iuzgar ò pensar, pensamiento.* Angl. *An opinion or iudgement that one conceiueth.*} Cicer. *pro Cælio*, Nam quod de pietate dixistis, est ita quidem nostra existimatio, sed iudicium certè parentis.

Existimator, is, Iudex, opinator. {חשב *chascheb* שער *schoher* מוקיר *mokir.* δοξαστής. Gall. *Priseur & estimeur, estimateur de quelque chose.* Ital. *Giudice, stimatore di qualche cosa.* Germ. Ein richter, schetzer. Hisp. *Estimador, tassador.* Angl. *That speaketh and supposeth after he hath thought vpon it.*} Cic. *in Orat.* Meminerimus nihil nos præcipiendi causa esse dicturos: atque ita potiùs acturos, vt existimatores videamur loqui, non magistri.

Existo, is, Appareo, emineo, prodeo, exurgo, exorior. {היה *haiah* נראה *nirrah* קם *kam.* [illegible] Gall. *Estre euident & se monstrer, apparoir, sourdre, estre en veuë.* Ital. *Essere, apparere.* Germ. Entstehn, entspringen, herfürkommen. Hisp. *Estar se, aparecer.* Angl. *To be, to appeare, to be aduanced or sett vp.*} Valla *lib. 5.* Existit, atque extat, quorum verborum vnum atque idem præteritum est, simile quiddam significans, quod est, eminet, & superest. Sed primum cum motu, alterum sine motu: vt illud sit prodit, vel exurgit: hoc verò superstat. Cic. 2. *de nat. deor.* Quicquid enim oritur, qualecunque est, causam habeat à natura necesse est: vt etiamsi præter consuetudinem extiterit, præter naturam tamen non possit existere. Idem 1. *de Diuinat.* Submersus equus voraginibus non extitit. Et

iterum,

iterum, Extitit hoc loco quæstio subdifficilis. Et *lib.* 2. *Offic.* Atqui eo tempore tantæ discordiæ sequutæ sunt, & vt tyranni existerent, & optimates exterminarentur, id est, exurgerent, vel emergerent. ¶ Extitisse Arionem cum fidibus, (pro repentè apparuisse,) dixit Gellius *sub finem lib.* 16.

[Exiteria, exangelia, dies quâ quis magistratum deponebat Athenis.]

Exiūro, as, Iuramento assero, & affirmo. {נִשְׁבַּע *nischbah.* ὄμνυμι, ἐπόμνυμι. Gall. *Iurer auec serment.* Ital. *Affirmare con giuramento.* Germ. Mitt schwehren bestätigen. Hisp. *Mucho iurar y con iuramento.* Angl. *To sweare with an othe.*} Plaut. *Amph.* Quando exiurasti te mihi dixisse per iocum.

Exlēx, Expers legis, qui sine lege, vel extra legem viuit, qui non tenetur lege. {בְּלִיַּעַל *beliahal.* ἄνομος. Gall. *Qui n'a point de loy, qui vit sans loy, desreiglé.* Ital. *Senza legge.* Germ. Der ohn ein gesatz ist. Hisp. *Cosa que esta fuera de ley.* Angl. *He that lyeth without any law or out law.*} Lucilius *Satyr.* 2. Non dico, vincat licèt, & vagus exulet, erret exlex. Varr. Postremò quæro, parebis legibus, an non? An non exlex solus viuis? Cic. *pro Cluent.* Non quo illi exlegem aut esse Syllam, aut causam pecuniæ publicæ contemptam atque obiectam putarent, sed, &c. Horat. *in Arte*,

——— *& potus & exlex.*

Exlŏquŏr, vetus est verbum pro eloquor. {דִּבֵּר *dibber.* ἐκφάναι. Gall. *Parler bien & eloquemment.* Ital. *Parlar bene.* Germ. Außreden/außsprechen. Hisp. *Hablar bien, hablar eloquentemente.* Angl. *To speak out, to vtter eloquentlie.*} Plaut. *in Milite*, Nempe ludificari militem tuum herum vis? PA. Exlocuta es.

[Exmares, castrati. Arnob.

Exobigla, extremæ excubiæ, & remotiùs positæ. L.g.b.]

Exōbsĕcro, as, are. Pro valde obsecro vsurpauit Plaut. *in Asin.* Supplicabo, exobsecrabo, vt quenque amicum videro. {בִּקֵּשׁ *bikkisch.* λιταρῶ, ἀντιβολῶ. Gall. *Fort prier & requerir, supplier affectueusement.* Ital. *Pregare con instancia.* Germ. Zeungenlich bitten. Hisp. *Rogar mucho.* Angl. *To request much.*}

[Exocatacœli, secretorum Ecclesiasticorum præfecti.]

Exochē, es, {מַעֲלָה *mahalah* יְקָר *iekar.* ἐξοχή. Gall. *Excellence, grandeur.* Ital. *Eccellenza, grandezza.* Germ. Fürtreffenheit. Hisp. *Excelencia, eminencia sobre otra cosa.* Angl. *Excellencie.*} Eminentia, vel excellentia. Vnde κατ' ἐξοχὴν aliquid nominari dicitur, quod præstantiæ, siue excellentiæ causa nominatur, Seru. in illud Virg. 1. *Georg.*

Nec Pelusiacæ curam aspernabere lentis,

Pelusium, inquit, vnum est de septem ostiis Nili, vbi optima lens nascitur, vnde κατ' ἐξοχὴν locutus est.

Exocætus, piscis est qui & Adonis: similis mœnis iam fœtis, aut gobionibus cui semipedalis magnitudo, forma teres, color subfuluus. de quo Plin. *lib.* 9. *cap.* 19.

Exŏcŭlo, as, are, Oculum eruo, effodio. {עִוֵּר *hiwer.* ἐξοφθαλμίζω. Gall. *Oster les yeux.* Ital. *Acciare, cauar gl' occhi.* Germ. Die augen außstechen. Hisp. *Quebrar ò sacar à otro los ojos.* Angl. *To tear or pike out the ayes.*} Apuleius, Cæcam & prorsus exoculatam esse fortunam.

Exŏcŭlāsso, is, ere, idem quod exoculare. Plaut. *Rud.* Vos adeò, vbi ego inuenero, si non ei caput oxoculassitis, Quasi myrtetа iuncis, item ego vos virgis circumuinciam.

Exŏdĭum, ii, ἐξόδιον, Carmen erat ridiculum quod in exitu chori cantabatur à iuuentute in fine fabularum Atellanarum. Suet. *in Tib. c.* 45. Vnde nota, (i. dictum acre) in Atellanico exodio, proximis ludis, assensu maximo, excepta, percrebuit, &c. Vide & Adr. Turneb. *cap.* 17. *lib.* 3. *Aduersar.* Tractum est vocabulum ἀπὸ τῆς ἐξόδου, hoc est, ab exitu, quòd in fine fabulæ ab exeunte iuuenum choro iactabatur. Vnde etiam veteres exodium pro exitu & fine vniuscuiusque rei acceperunt. Varr. Quum in vinculis publicis esset, & iam bibisset κώνειον in exodium vitæ. Idem, Vitæ cursum vt cognoscere possem, & quæ seruitutis & libertatis ab origine ad exodium ductæ. Apul. Nullum ego eius rei exodium inueniebam. ¶ Sunt qui exodium arbitrabantur dici ab ἔξω extra, & ᾠδὴ cantus, quòd sine cantu soleant iactari: quorum tamen opinio refellitur testimonio poëtarum, qui antepenultimam semper corripiunt: quæ proculdubiò si ἀπὸ τῆς ᾠδῆς deduceretur, ratione ω deberet produci. Iuuenal. *Satyr.* 6.

Vrbicus exodio risum mouet Attellanæ

Gestibus Autonoes.

Idem,

——— *tandémque redit ad pulpita notum*

Exodium.

Exodiarius, actor exodij. Ammianus Marcellin. Vt in omni spectaculo, exodiario, venatori, aurigæ, & histrionum generi omni.

[Exodiastes, dispensator ritus exequiarum. Euchol.

Exodoratum, odore destitutum. Tertull.]

Exodus, ἔξοδος, via, qua alicunde exitur, exitus. Sic vocatur liber secundus Mosis, vbi abinitio describitur exitus Israëlitarum ex Ægypto.]

Exŏlēsco, is, ui, eui, etum, Excresco, ad finem incrementi pertingo: pro quo & exoleo antiqui dixerunt. {Gall. *Auoir atteint sa croissance, son croistre, ne croistre plus en hauteur, comme ceux qui ont atteint 25. ans ou enuiron.* Sic Exoleta virgo dicitur à Plauto quæ adulta est, exolescendi, i. crescendi modum excessit. Vide *Exoletus* infrà. {עָתַק *hathak* בָּלָה *balah* חָסֵר *chaser.* ἀρχαΐζω, ἐκπαλαιόω, παλαιόω. Gall. *Se passer, defaillir, n'estre plus en vsage.* Ital. *Cessare di crescere, inuecchiare.* Germ. Außwachsen/außhören wachsen/veralten. Hisp. *Dexar de crescer, desacostumbrarse, hazerse viejo.* Angl. *To passe growing, to waxe out of vse.*} ¶ Aliquando exolescere, est inueterascere, siue obsolescere, in vsu esse desinere, temporis progressu deterioris conditionis fieri, siue deficere, ἀπαρχαιοῦσθαι. Cic. *in Salust.* Posteaquam ætas tua iam ad ea patienda quæ alteri collibuissent, exoleuerat. Agretius, Adolescere augmenti est, molescere coagmenti, exolescere euanescentis. Plinius *lib.* 3. Chalcedonia nescio an in totum exoleuerint, postquam metalla æris defecerunt. Colum. *lib.* 2. Nam multa sunt (vt dixi) quæ negligentia exolescant, & fiant sterilia. Liuius *lib.* 2. *ab Vrb.* Haud exoleuerat fauor.

Exŏlētŭs, a, um, id est, adultus, puber iustæque staturæ altitudinem iam adeptus. {עָתִיק *hattik* עָתֵק *hattek.*} Plaut. *Trinummo*, Reliqui domi exoletam virginem.

Exŏlētŭs, Vetustus, & ab vsu remotus. {נוֹשָׁן *noschan* עָתִיק *hattik.* ἀπηρχαιωμένος, παρηκμακώς, ἐξίτηλος, ἀχρεῖος. Gall. *Vieil & ancien & tout passé, qui n'est plus en vsage, aboli.* Ital. *Inuecchiato, non piu in vso.* Germ. Veraltet/das nit mehr im brauch ist. Hisp. *Cosa desaccostumbrada.* Angl. *Past growing, out of vse.*} Quint. *lib.* 8. Obscuritas fit in verbis etiam ab vsu remotis, vt si commentarios quis Pontificum, & vetustissima fœdera, & exoletos scrutatus autores, id ipsum petat. Liu. Arte agendum, exoleto iam vetustate odio. Idem *lib.* 7. *bell. Pun.* Exoleta vetustate exempla.

Exŏlēti, dicuntur scorta mascula, quæ iam prouectioris sunt ætatis, quàm vt amari sint idonea. {קְדֵשִׁים *kadheschim.* ἔξωροι.} quod genus non paucos circum se habuisse Heliogabalum ferunt: quos deinde Alexander Seuerus rerum potitus partim in insulas deportandos, partim naufragio mergendos curauit. Suet. *in Cæs. c.* 76. Exoleto suo id demandauit. Cicero *pro Milone*, Clodius semper secum scorta, semper exoletos, semper lupas ducebat. Dicuntur & Exoleta scorta, Plaut. *in Curc. sc.* 1. *a.* 4. Ibidem, (i. apud Cloacinæ sacrum) erunt scorta exoleta, quique stipulari solent.

Exŏlvo, is, Quod ligatum erat soluo, expedio, libero. {פָּתַח *patach* שִׁחְרֵר *schahrer.* ἀπολύω. Gall. *Deliurer, deslier.* Ital. *Sciorre, slegare.* Germ. Außlösen. Hisp. *Desatar, ò pagar.* Angl. *To vnbind, to paye all cleerelye.*} Construitúrque aliquando cum accusatiuo solo. Plaut. *in Amph.* Agedum eam solue cistulam. S. Quid ego istam exoluam? obsignata est rectè. Aliquando præter accusatiuum habet & ablatiuum. Cic. *lib.* 3. *Epist.* Si me occupationibus relaxato: nam vt iis me planè exoluam, non postulo, &c. Ter. *in Hecyr.* Illas errore, & te simul suspicione exoluas, i. liberes, explices. Plaut. *Amph.* Quæ vota voui, ea exsoluam omnia. Idem *Men. sc.* 6. *a.* 5. Quod strenuè faciam, herus pretium exsoluet. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 3. Iussi hunc exsolui (vinclis.) ¶ Item, Exoluit pœnas malè consultorum. Velleius. Accipitur pro satisfacio. ἐκτίνω. Cic. *in Verr.* Ille tantum decumanis, quantum iste imperauit, exoluit. Plin. *in Epist.* Pecuniam etiam, qua illi tunc ampliore opus erat vt æs alienum exolueret contractum, ex pulcherrimis causis mutuatus, ipse gratuitam dedit. ¶ Exoluere aliquem religione, est illi religionis scrupulum adimere, & omni prorsus religione liberare. Liu. 1. *ab Vrbe, lib.* 9. Dedamur per Feciales nudi, vinctique exoluamus religione populum Romanum, si qua obligauimus. Suet. *in Tib. cap.* 35. Exoluere iure ac dignitate matronali. Exolui, tetrasyllabum. Ouid. 4. *Fast.*

Longámque imprudens exoluisse fidem,

fertur sup. hic autem puto legendum *famem*. Exolutus, a, um, Participium, vt Compede exoluta Stat. 1. *Sylu.*

Saturnus mihi compede exoluta,

Et multo grauidus mero December

Adsuit, &c.

Exolutio, Integra & plena solutio. Scæuola *D. lib.* 10. *tit.* 1. *l.* 31. Si cùm in exolutione vectigalis tam debitor quàm creditor cessassent.

[Exomantium, exterius mantellum, siue pallium. Gloss. gr. b.

Exomerālis, actio poscendi obsides.]

Exōmĭdes, {ἐξωμίδες. Gall. *Robbes sans manches.* Ital. *Veste senza maniche.* Germ. Ein rock oder ander kleid ohn ermel/da man zu den löchern die arm hinauß stossen muß. Hisp. *Vellidura sin mangas.* Angl. *Iackets or cotes without sleaues.*} Appellantur vestes substrictæ & breues (teste Gell. *c.* 12. *lib.* 7. *noct. Attic.*) sine manicis, & circa humerum desinentes. Talibus vsi sunt monachi, qui hodiéque pinguntur exertis extra vestem brachiis. Quod genus vestium & colobia nuncupant, quasi truncata, & mutilata sine manicis. Meminit huius vestis & Plutarchus *in Catone*, Ἐπανελθὼν δὲ (inquit) εἰς τὸ χωρίον, εἰ μὲν ἦν χειμών, ἐξωμίδα λαβὼν ἤργει, θέρους δὲ, γυμνὸς εἰργάζετο μετὰ τῶν οἰκετῶν, hoc est, Reuersus autem in agrum, siquidem hyems erat, exomida sumebat: sin autem æstas, nudus cum seruis operabatur. Dictæ exomides, siue quod expeditæ essent (id enim ἐξώμους dicunt Græci,) siue quòd circa humeros (quos iidem ὤμους appellant) desinerent.

[Exomidium, superhumerale, ex humeris dependens.

Exomis, ἐξωμίς, breuis substricta tunica, circa humerum desinens: ab ἐξ & ὦμος humerus.]

Exŏmnis, Sine somno, ἄυπνος. Velleius Paterculus *histor.* 2. C. Mecænas vir, vbi res vigiliam exigeret, sanè exomnis prouidens atque agendi sciens.

Exomologesis, ἐξομολόγησις, confessio: confessio religionis: prædicatio. ἐξομολογέω, confiteor.

Exomonites, presbyter forensis. L.g.b.]

Exŏmphalŏn, ἐξόμφαλον, Vmbilici vitium, quum plus æquo extat. Celsus Vmbilicum prominentem, Plinius prociduum appellat.

[Exonaba, fortè Ossonoba, V. olim E. Lusitaniæ, sub M. Emerita.]

Exŏnĕro, as, are, Onere leuo, onus detraho. {הֵקֵל *hehekal.* ἀποφορτίζω. Gall. *Descharger.* Ital. *Scaricare.* Germ. Entladen/den last oder bürde abnemmen. Hisp. *Descargar.* Angl. *To vnlade.*} Terent. *Hecyr.* Ego nunc mihi cesso, quin hunc humerum exonerem pallio? ¶ Item, Exonerare colos. (Gall. *Vuider les quenouilles chargées de lin ou filace.*) Ouid. 3. *Faster.*

Plenas exonerare colos.

¶ Exonerare fidem. Liu. *lib.* 1. *d.* 5. ¶ Exonerauit vrbes (de colonis.) Senec. *c.* 6. *de consol. ad Helu.* ¶ Per translationem accipitur pro eo quod est molestia quapiam aliquem liberare. *Ibid.* Nos quoque amicos eius exonerastis metu. Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 1. *Trist.*

Attamen hanc odiis exonerate fugam.

¶ Exonerare item sese in mare amnes dicuntur, quum aquas alioqui ripas egressuras paulatim in mare emittunt. ¶ Exonerare ventrem. Mart. *lib.* 10.

Exoneraturas ventrem mihi Villica maluas

Attulit, & varias quas habet hortus, opes.

Exonerari pro Depon. Tacit. *lib.* 8. Exundantem per Egitum multitudinem ducibus Ierosolymo ac Iuda proximas in terras exoneratam.

[Exonia.

‖Exonia, Excester, V.E. Angliæ, sub A. Cantuariensi.
Exophthalmus, qui oculis est prominentibus.
Exopiastus, qui pullos non alit, Ornitus. L.g.b.‖
Exopinatò, aduerbium. {ANGL. *Vnlooked for, beside all hope and expectation.*} Hoc est, insperatò, & præter spem. Liu. 4. *ab Vrbe*, Ipse parte copiarum paruo circuitu locum maximè secretum ab tumultu petit, inde nec exopinatò aduersum hostem inuadat.
‖Exoporton, porta exterior. L.g.b.
Exoprosia, tributum pro iis quæ exportantur. Buleng.‖
EXŎPTO, as, are, Valde expeto, valde desidero. {אוה chamádh אוּה ivuách יחפש chaphéts. ἐύχομαι. GALL. *Souhaitter, desirer.* ITAL. *Desiderare grandemente, bramare.* GERM. Erwünschen. HISP. *Mucho dessear ò elegir.* ANGL. *To wishe, to desire feruentlie.*} Terent. *Andr.* Sed quem ego potissimum exoptem nunc mihi, cui hæc narrem, dari? Cic. 2. *Offic.* Quæque maiori parti pulcherrima videntur, ea maximè exoptant. Si exoptem tibi quantum dignus. Plaut. *Pseud. sc. 1. a. 4.* Exopta id quod vis maximè tibi euenire. Idem *Asin. sc. 3. a. 3.* Ergo sinit quæ exoptas, mihi quæ exoptem volo. *Ibid. sc. 1. a. 5.* Sanúsne es, qui istuc exoptes. Idem *Men. sc. 2. a. 5.*
Exōptātus, participium & nomen, Expectatus, desideratus. {נאוה naavéh נחמד nechmádh. ἐπιπόθητος. GALL. *Souhaité, desiré.* ITAL. *Desiderato.* GERM. Erwünscht. HISP. *Codiciado, mucho desseado.* ANGL. *Wished, desyred earnestly.*} Cic. *pro Rosc. Amer.* Non modò vt exoptatum inimico nuntium primum afferret, sed etiam cruorem inimici, &c. Virg. 2. *Æneid.*

Nec mihi iam patriam antiquam spes vlla videndi,
Nec dulces natos, exoptatúmque parentem.

Ædepol me exoptatum vxori credo aduenturum domum. Plaut. *Amph.* Salue exoptate gnate mi. Idem *Capt. sc. 4. a. 5.* Facile exoptata obtingent. Idem *Asin. sc. 3. a. 3.* Curculio exoptate salue. Idem *Curc. sc. 3. a. 2.* Cic. *ad Attic. lib. 5.* Nihil exoptatius aduentu meo, nihil charius. Exoptissima gratulatio, Cicero *ad Attic. lib. 4.*
Exōptābilis, e, adiectiuum, Iucundus, suauis, qui exoptatur. {נאוה naavéh נחמד nechmádh. ἐπιπόθητος, ὁ ἐπιποθεῖσθαι. GALL. *Desirable.* ITAL. *Desiderabile.* GERM. Das zu erwünschen ist. HISP. *Desseable.* ANGL. *Greatly to be wished.*} Tempus exoptabile. Silius *lib. 11.*

Nec Venerem interea fugit exoptabile tempus.

Exōrābula, orum, plur. num. Ab Apuleio vocantur omnia artificialia argumenta, quibus orator per vim eloquentiæ iudices exorat. ἀναπειστήρια.
Exōrbĕo, es, exorbui, exorbitum, vel exorpsi, exorptum. Est sorbendo exhaurio. {בלע balàh לע làh עלק Billeah. ἐκροφέω. GALL. *Humer & aualler sans gouster, comme vn breuuage.* ITAL. *Sorbire.* GERM. Außsupfen. HISP. *Sorber.* ANGL. *To suppe vp all.*} Plaut. *in Epid.* Iam ego me vertam in hirundinem, atque horum exorbebo sanguinem. Iuuen. *Satyr. 6.*

At tibi nunc curruca places, lachrymásque labellis
Exorbes.

Idem *Satyr. 18.* per metaphoram in fœda significatione vsus est, quum ait,

———quæ longa viros exorbeat vno
Maura die.

Exorbere ciuilem sanguinem, per translationem, pro auidè haurire, & copiosè effundere. Cic. 2. *Philipp.* Custaras ciuilem sanguinem, vel potius exorbueras.
Exōrbo, as, Priuo orbe oculorum, vel cæcum reddo. {שבר schibchebél. ἐκτυφλόω. GALL. *Aueugler, creuer ou oster les yeux.* ITAL. *Orbare, acciecare.* GERM. Blind machen. HISP. *Cegar, ò priuar otro de los ojos.* ANGL. *To make blind, to pull out the eyes.*} Exorbare animam dixit Plaut. *in Bacchide*, pro occidere. Iam (inquit) ego animam amborum exorbabo oppidò.
Exōrbito, as, Ab eo quod rectum est aberro, quasi ex orbita recedo. {תעה tahàh. ἐκτρέπομαι, ἀποπλανῶμαι τῆς ὁδοῦ. GALL. *Se desuoyer du droit chemin.* ITAL. *Suiarsi dal sentiero, dalla dritta via.* GERM. Von dem rechten weg tretten. HISP. *Declinar ò errar y salir fuera del camino.* ANGL. *To go a stray, to wander out of the right way.*} Aug. *lib. 9. de Ciuit.* Non eis edentes ad aliquid approbandum, vel perpetrandum quod exorbitet ab itinere sapientiæ & lege iustitiæ.
EXŌRCĬSO, idem quod adiuro. {השביע hischbiah. ἐξορκίζω. ANGL. *To coniure and chase away the deuill by adiuration and inuocation of the name of god.*} Vocabulum magorum & impostorum. Vlpian. *l. 1. D. de extraor. cogn.* Non tamen si incantauit, si imprecatus est, & si, vt vulgari verbo impostorum vtar, exorcisauit. Non sunt ista medicinæ genera, tametsi sint qui hos sibi profuisse cum prædicatione affirment. Talium imprecationum meminit Plin. *lib. 28. c. 2.*
Exorcismus, i, Adiuratio: quum scilicet homini, dæmonive cuipiam magico carmine, necessitas imponitur proloquendi ea de quibus rogatur. {ἐξορκισμός. ANGL. *Coniuration.*} Quo genere adiurationis qui vtuntur, Exorcistæ, ἐξορκισταί, Græco vocabulo appellantur: ἀπὸ τοῦ ἐξορκίζειν, quod est adiurare: pro quo & exorcizare nonnulli vsurpatunt: quod verbum in sacra Scriptura aliquoties occurrit. Exorcisauit apud Vlpian. *in l. 1. de var. cogn.* qui ibidem indicat, vt vulgare fuisse impostorum verbum: quod propriè significat obstringere religione, hoc est, alicuius animo religionem iniicere, id est, metu religionis temeratæ percellere, aut perterrefacere, quod & religione implere dicitur.
Exorcista, adiurator. Vide *Exorcismus*.
Exōrdĭnè, sine intermissione. {תמיד tamídh. ἑξῆς. GALL. *Par ordre, sans internalle.* ITAL. *Senza interpositione.* GERM. Ordentlich nacheinander. HISP. *Sin entrepuesto.* ANGL. *Orderly, without interruption.*} Virg. *lib. 4. Georg.*

Septem illum totos perhibent ex ordine menses
Fleuisse.

EXŌRDĬVM, ij, Initium, principium, exorsus, proœmium. {תחלה techillàch. προοίμιον, ἀρχή. GALL. *Commencement, prologue, entrée.* ITAL. *Essordio, principio, commenciamento.* GERM. Anfang. HISP. *Comienço.* ANGL. *A beginning, or entrance.*} Cicer. 1. *de Inuent.* Atque huius quoque exordium mali, quoniam principium boni diximus, explicemus. Est etiam exordium apud Rhetores prima pars orationis qua auditoris attentio captatur, beneuolentia, & docilitas. Græci vocant προοίμιον. Autor ad Heren. *lib. 1.* Exordium est principium orationis, per quod animus auditoris, vel iudicis constituitur, vel apparatur ad audiendum. ¶ Pro eodem etiam legitur Exorsum in neutr. genere. Virg. 2. *Georg.*

———non hic te carmine ficto,
Atque per ambages, & longa exorsa tenebo.

Exordium est oratio animum auditoris idoneè comparans ad reliquam dictionem: quod euenit si eum beneuolum, attentum, docilem fecerit. Exordiorum vitia. Vitia verò exordiorum hæc certissima, quæ summopere vitare oportebit, Vulgare, Commune, Commutabile, Longum, Separatum, Translatum, Contra præcepta. Vulgare exordium est, quod in plures causas potest accommodari, vt conuenire videatur. Commutabile, est quod ab aduersario potest leuiter mutatum ex contraria parte dici. Commune est, quod nihilominus in hanc quàm in contrariam partem causæ potest conuenire. Longum est, quod pluribus verbis, aut sententiis vltrà quàm satis producitur. Separatum est, quod non ex ipsa causa ductum est, nec sicut aliquod membrum annexum orationi. Translatum est, quod aliud conficit quàm causæ genus postulat, vt si quis docilem facit auditorem, quum beneuolentiam causa desiderat, aut si principio vtatur, quum insinuationem postulat. Contra præcepta, est quod nihil eorum efficit quorum causa de exordiis præcepta traduntur, hoc est, quod quum qui audit, neque beneuolum, neque attentum, neque docilem reddit, aut quo profectò nihil peius est, vt contrà fit facit, Cic. *de Inuent. lib. 1.*
Exordesco, is, Gell. *cap. 2. lib. 9.* Cur ergo nos patimur nomen philosophiæ illustrissimum in hominibus deterrimis exordescere? (id est, sordescere.)
Exōrdior, iris, exorsus, Incipio, auspicor, ordior, exordium capio. {החל hechel. ἄρχομαι. GALL. *Commencer.* ITAL. *Comminciare, dar principio.* GERM. Anfahen, anheben. HISP. *Ordir y començar.* ANGL. *To beginne.*} Plaut. *in Asin. sc. 1. a. 1.* Pergam quò occepi, & ibi consilia exordiar. Nunc argumentum exordiar. (i. enarrare incipiam.) Idem *Mil. sc. 1. a. 2.* Teneat consilia nostra, quemadmodum exorsi sumus. *Ibid. sc. 2. a. 2.* Neque exordiri primùm vnde occipias habes, neque ad detexendam telam certos terminos. Idem *Pseud. sc. 4. a. 1.* ¶ Est etiam hoc verbum Rhetoribus frequens, pro orationem auspicari, vel proœmio vti. προοιμιάζω, ἀπάρχομαι. Cic. *de Orat.* Qui non timidè ad dicendum accedunt, neque in exordienda oratione perturbantur, penè videntur impudentes. Idem 2. *de Orat.* Iubent exordiri ita, vt eum qui audiat beneuolum nobis faciamus & docilem, & attentum. Sed hæ significationes translatæ videntur. Propriè enim exordiri textores dicuntur, quum telæ futuræ stamen instruunt: quo fit vt apud Cicer. duo hæc, exordiri & pertexere, in eadem oratione sæpe coniuncta videamus: vt *in 3. de Orat.* Pertexe modò Antoni quod exorsus es. Item, Ea quibus antè exorsa, & propè pertexta retexantur. ¶ Exordiri, cum infinitiuo. Cic. 1. *de finib.* Tunc dicere exorsus est.
Exōrsus, participium. {מחל machél. ὁ προοιμιασάμενος, ἀρξάμενος, ἀρξάμενος. GALL. *Qui a commencé.* ITAL. *Chi a cominciato.* GERM. Angefangen. HISP. *El que comiença.* ANGL. *That hath begunne.*} Cic. *pro Cal.* Quid tumultuaris soror? quid insanis? quid clamore exorsa verbis paruam rem magnam facis? Plaut. *Persa*, Hanc ego rem exorsus sum & facetè & callidè.
Exorsa, orum, in plur. num. Substantiuum, ἀρχαί. Virg. 10. *Æneid.*

———sua cuique exorsa laborem
Fortunámque ferent.

Exorsa (inquit Seruius,) id est, Initia, actus hodiernæ diei. Idem 2. *Georg.*

———non hic te carmine ficto,
Atque per ambages & longa exorsa tenebo.

id est, simpliciter vniuersa describam: neque vt in Æneide, aliquibus figmentis, aut vilis vtar ambagibus. Longa autem exorsa vocat Proœmia longè repetita: quæ constat esse vitiosa. Seruius.
Exōrsus, us, mascul. gen. Principium, exordium. {תחלה techillàh. ἀρχή, προοίμιον. GALL. *Commencent.* ITAL. *Cominciamento.* GERM. Anfang, anhebung. HISP. *Comiençamiento.* ANGL. *A beginning.*} Cic. *pro lege Manil.* Sed pro vestri imperij dignitate atque gloria (quoniam is est exorsus orationis meæ) videte quem vobis animum suscipiendum putetis.
EXŌRĬŎR, is, per quartam coniugationem, vel Exoreris, per tertiam, Nascor, emergo, exurgo. {זרח caràch צמח tsamách. ἀνατέλλω, ἐξορμάω, ἀναφαίνομαι. GALL. *Se leuer & sourdre, naistre.* ITAL. *Nascere, vscir fuori.* GERM. Entstehen, auffgehen, entspringen. HISP. *Nacer saliendo à fuera.* ANGL. *To rise vp, to growe or spring vp.*} Virg. 11. *Æneid.*

Exoritur clamórque virûm, clangórque tubarum.

Idem 12. *Æneid.*

Exoritur trepidos inter discordia ciues.

Idem 4. *Æneid.*

Exoriare aliquis nostris ex ossibus vltor.

¶ Aliquando pro recreari. Cicer. *ad Attic. lib. 7.* Nunc venit idem vsu mihi quod tu tibi scribis, quoties exorior: ego enim nunc paulum exorior, & maximè quidem his literis quæ Romà afferuntur. ¶ Exoriri item dicitur, quod repentè, & præter opinionem fit. Cicer. *contra Rullum*, Repentinus Sylla nobis exoritur. Plaut. *Curc. sc. 2. a. 5.* Exoritur ventus turbo. (id est, repentè existit.) Idem *Ps. sc. 1. a. 1.* Quasi solstitialis herba paullisper fui, repentè exortus sum, repentino occidi. Idem *Men. sc. 2. a. 5.* Vt viridis exoritur color ex temporibus. Cic. 3. *Offic.* Sed repentè anuli beneficio rex exortus est Lydiæ. Exorta sunt hæc omnia à te. id est, à te proueniunt. Terent. *in Hecyr.* A Myrrhina hæc sunt mea vtore exorta omnia. ¶ Sidera quoque, dies, & aurora exoriri dicuntur, quum in nostro hemisphærio incipiunt apparere. Cic. *de Diuin.* Post solstitium Canicula exoritur. Catullus,

Aurora exoriente vagi sub limina Solis.

Exōrtus, participium. {זרוח zarúach צמח tsemách. ἀνατέλλων, ἀναφανείς. GALL. *Né, leué, venu, & sorti.* ITAL. *Nato, leuato, venuto.* GERM. Entstanden. HISP. *Nacido, salido afuera.* ANGL. *That is risen or appeareth.*} Cic. 2. *de nat. deor.* ex Poeta quodam,

Foentalum verò proles exorta repentè est.

Plaut. *Amph.* vbi vtero exorti dolores, vt solent puerperæ. Idem *Men. sc.*7.*a.*5. Nimia mira mihi hodie exorta sunt.

Exŏrtus, us, m. Ortus. { מזרח *mizrách.* ἀνατολή. Gall. *Naissance, leuement, & source.* Ital. *Nascimento.* Germ. Auffgang. Hisp. *Nacimiento y salida afuera.* Angl. *A rising vp.* } Ad Herennium *lib.* 3. Solis exortus, cursus, occasus nemo admiratur, propterea quòd quotidie fiunt.

Exortiuus, a, um, adiectiuum, Orientalis. { קדמוני *kadmoni.* ἀνατολικός. Gall. *Oriental, du costé d'Orient.* Ital. *Orientale.* Germ. Deß auffgangs. Hisp. *Oriental, de donde nace el sol.* Angl. *East, frome the east.* } Plin. *lib.* 18. *c.* 34. A parte exortiua solstitialem habebit exortum. Idem *lib.* 7. *c.* 43. Negauerunt illi quenquam nonaginta partium exortiuam mensuram (quod anaphoras vocant) transgredi, de varietate nascendi loquitur. Exortiuam igitur mensuram, id est, eam quæ ortus nostri spatium complectitur.

Exŏrno, Diligenter orno, magnificè apparo, instruo. { פאר *peér* עדר *hadhàh.* διακοσμέω, ἀνακοσμέω, ἐπικοσμέω. Gall. *Parer, orner & accoustrer honnestement, embellir.* Item, *Instruire, faire la bouche à quelqu'vn de ce qu'il doit respondre.* Ital. *Apparechiare, adornare, apparare.* Germ. Zierendtlich außbutzen. Hisp. *Componer y afeytar.* Angl. *To deck, to trimme vp.* } Cic. *Fabio Gallo lib.* 7. *Epist.* Ea enim signa ego emere soleo quæ ad similitudinem gymnasiorum, exornent mihi in palæstra locum. Plaut. *Mostell. sc.* 3. *a.* 1. Tibi me exorno, vt placeam. Idem *Pseud. sc.* 4. *a.* 2. Scies vbi hominem exornauero, (id est, dixero, quæ fieri oportet, & veste ac machæra instruxero.) *Ibid sc.* 1. *a.* 4. Pseudolus hominem exornauit. Idem *Mostell. sc.* 3. *a.* 1. Quin tu te exornas moribus lepidis, cum lepida tute es. *Ibid.* Nequicquam exornata est benè, si morata est malè. Idem *Aulul. sc.* 6. *a.* 4. Rebus paratis & exornatis nuptiis. Terent. *in Eunuch.* Ita visus est dudum, quia varia veste exornatus fuit. ¶ Ponitur aliquando pro suborno. Cicer. 1. *de Inuent.* Et vtrumne aliquem exornari oportuit, qui ista prohiberet, ac fieri non fineret, an non?

Exŏrnātŏr, is. { מפאר *mephaér* עדה *hodhéh.* κοσμητής, κοσμήτωρ. Gall. *Qui pare & orne, embellit & accoustre quelque chose.* Ital. *Chi orna & rassetta qualche cosa.* Germ. Ein zierer. Hisp. *Afeitador.* Angl. *He that decked thinges.* } Cic. 2. *de Orat.* Cæteri non exornatores rerum, sed tantummodo narratores fuerunt.

Exŏrnātio, nis, Ornamentum, vel ipse exornandi actus. { עדי *hadhi* תפארת *tipheéreth.* διακόσμησις, κόσμησις. Gall. *Ornement, parement.* Ital. *Ornamento, rassettamento.* Germ. Zierung. Hisp. *Atauio, obra de componer y afeytar.* Angl. *A decking, trimming or apparelling.* } Vox est Rhetoribus vsitata, qui duplicem constituunt exornationem, rerum scilicet & verborum. Autor ad Heren. *lib.* 4. Dignitas est elocutionis forma, quæ reddit ornatam orationem varietate distinguens. Hæc in verborum & sententiarum exornationem diuiditur. Deinde subdit: Verborum exornatio est quæ ipsius sermonis insignita continetur perpolitione. Sententiarum exornatio est quæ non in verbis, sed in ipsis rebus quandam habet dignitatem.

‖Exornatus, ornatus spoliatus. Tertull.‖

Exōro, Orando induco, seu orando impetro. { עתר *hathàr.* δυσωπέω, ἐξιλάσκω, ἐκδυσωπέω, αἰδέομαι. Gall. *Obtenir sa requeste, impetrer.* Ital. *Impetrare pregando.* Germ. Erbitten mit bitten erlangen. Hisp. *Impetrar ò alcançar lo que pedimos.* Angl. *To entreate and obtene by request.* } Terent. *in Phorm.* Neque te exorare vt maneat triduum hoc. Cicer. *Philipp.* Antè deterrere te ne popularis esses, non poteramus, vt nunc si popularis, exorare non possumus. Idem *Octauio*, Ille ea tamen exorabat quæ volebat auferre: tu extorques. Vnum exorate vos hunc nos. Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 2. Nequeo lacrymam exorare, vt expuant vnam modò. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Nunquam quisquam me exorabit, quin omnem rem vxori eloquar. Idem *Menæch. sc.* 2. *a.* 3. Si possum exorare, vt pallam reddat. *Ibid. sc.* 7. *a.* 3. Amandóne exorarier te vis, an osculando? Idem *Aulul. sc.* 3. *a.* 3. Argyrippus exorari poterit. Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 5. (sequitur, impetrare.) Item Ouid. *Eleg.* 13. *lib.* 3. *Trist.*

Nec dare thura libet, nil exorantia diuos.

Plaut. *Aulul. sc.* 5. *a.* 2. Censen' talentum magnum exorari posse ab istoc sene vt det, qui fiamus liberi. ¶ Inuenitur etiam aliquando, pro vehementer orare. Idem *in Milite.*—Veneri pol habeo gratiam, Tandémque exoro & quæso, vt eius mihi sit copia Quem amo, quémque expetisso.

Exōrātus, participium. { נעתר *nehtár.* ἐκδυσωπηθείς, ἐξιλασθείς, ἱκετευθείς. Gall. *Impetré, obtenu par priere.* Ital. *Ottenuto con preghi.* Germ. Erbitten, erlangt mit bitt. Hisp. *Impetrado ò alcançado con ruegos.* Angl. *Obteined by request.* } Cicer. *pro Cluent.* Pòst exoratus, initiò permagnam pecuniam poposcit.

Exōrātŏr, verbale, qui orando impetrat. { עתר *hothér.* ἐκδυσωπητής, ἐξιλαστής. Gall. *Impetrant, obtenant sa requeste.* Ital. *Impetrante, che ottiene.* Germ. Ein erbitter der mit bitten etwas erlangt. Hisp. *Aquel que assi alcança rogando.* Angl. *He that obteineth by request.* } Ter. *in Prologo Hecyræ*, Orator ad vos venio ornatu prologi, Sinite exorator vt siem.

Exōrābilis, e, qui exorari potest, placabilis. { נעתר *nehtár.* εὐπαράιτητος, εὐπαράκλητος, αἰδέσιμος, εὐάγωγος. Gall. *De qui aisément s'impetre ce qu'on demande.* Ital. *Da chi s'ottiene facilmente.* Germ. Wol zuerbitten. Hisp. *El del qual se alcança facilmente lo que pedimos.* Angl. *Of whome a thing is easily gotten by intreatie.* } Cic. *ad Quint. fratr. lib.* 1. Nam si iracundiæ summa est acerbitas: sin autem exorabilis, summa est leuitas: quæ tamen (vt in malis) acerbitati anteponenda est. Inexorabilis, Horat. *in Arte*,

——honoratum si fortè reponis Achillem,
Impiger, iracundus, inexorabilis, acer,
Iura neget sibi nata.

Exōrābilitas [illegible] Senec. *lib.* 11. *de Clement. c.* 20.

Exor[illegible] Apuleius *Florid. lib.* 4. Igitur Enatheus, post[illegible] fabula iudicantium, & decipulas adulterantium, [illegible] perdidit.

Exors, tis, extra sortem. { ἄκληρος. Gall. *Qui est sans, qui n'a point.* Ital. *Non participe.* Germ. Vngeneßig der eines dings nicht theilhafftig ist. Hisp. *Cosa fuera de suerte.* Angl. *Peerles, without a matche.* } Cui contrarium est Consors. ἐξαίρετος. Extra sortem donari honorificentissimum atque amplissimum fuit. Virg. *in Æneid.*

Ducunt exortem Æneæ, quem fulua leonis
Pellis obit totum.

Rursus 5. *Æneid.*

———nam te voluit rex magnus Olympi
Talibus auspiciis exortem ducere honorem.

Liu. 4. *bell. Pun.* Vnum esse exortem Punicæ amicitiæ, fœderisque secum facti. Sic Exors culpæ, apud eundem *lib.* 2. *bell. Pun.* Exors interdum optimum & præcipuum significat. Virg. 8. *Æneid.*

Dantur equi Teucris, Tyrrhena petentibus arua:
Ducunt exortem Æneæ, quem fulua leonis
Pellis obit totum, præfulgens vnguibus aureis. Seruius.

Exorsus, vide *Exordium.*

Exortus, vide *Exorior.*

Exos, exossis, sine osse. { ἀνόστεος. Gall. *Sans os, qui n'a point d'os.* Ital. *Senza ossa.* Germ. Ohne bein. Hisp. *Cosa sin huessos.* Angl. *Boneles, without bones.* } Lucr. *lib.* 3.

Exos & exanguis tumidus perfluctuat artus.

Plaut. *in Menæch.* Faciam quod iubes, securim capiam ancipitem, atque hunc ego Senem exossem reddam.

Exosso, as, Ossa detraho. { גרם *gerem* ἐξοστεόω. Gall. *Rompre ou oster les os.* Ital. *Dissossare, cauar l'ossa.* Germ. Entgraten die bein außnemmen. Hisp. *Deshuessar ò sacar los huessos.* Angl. *To breake or take away the bones.* } Ter. *in Adelph.* Congrum istum maximum in aqua sinito ludere Paulisper: vbi ego venero, exossabitur. Apuleius, Exquamatus atque exossatus piscis vix palpitat amplius. Colum. *lib.* 12. *cap.* 53. Ergo sitientem suem quum occideris, bene exossato: nam ea res minus vitiosam, & magis durabilem salsuram facit. Item, Omnia dum absum hinc exossata fac sint. (Paulò antè Exdorsua.) Plaut. *Aul. sc.* 6. *a.* 2. Exossabo similiter huic vt Murænam coquus. Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. ¶ Interdum significat ossa comminuere, vel confringere. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 5. Hunc senem exossabo. Supra, Ossa comminuam. Idem *in Amphitr.* Exossatum esse oportet quem probè percusseris. ¶ Exossatus etiam significat aliquando ossibus plenus. Persius *Sat.* 6.

———an prohibes? dic clarius, audet, inquis.
Exossatus ager iuxtà est.

Hic enim Cornutus antiquus Persij interpres scribit exossatum agrum dici lapidibus plenum, propterea quòd lapides ossa terræ putentur, teste Ouid. *lib.* 1. *Metam.*

———lapides in corpore terræ,
Ossa reor dici.

Exōscŭlŏr, aris. { נשק *naschák.* καταφιλέω. Gall. *Baiser.* Ital. *Basciare.* Germ. Küssen oder geküßt werden. Hisp. *Besar.* Angl. *To kisse.* } Idem quod osculari. ¶ Exosculari scientiam: & verborum elegantiam alicuius, Gell. *cap.* 26. *lib.* 2. Item, Exosculari fidem & ingenium alicuius, idem *cap.* 23. *lib.* 1.

Exōscŭlātio, verbale. { נשיקה *neschikáh.* καταφίλησις, κύσις. Gall. *Vn baiser, baisement.* Ital. *Basciamento.* Germ. Küssung. Hisp. *El beso.* Angl. *A kissing.* } Plin. *lib.* 10. *cap.* 12. Aristoteles negat non hercule magis quàm in Ægypto ibin: sed illam exosculationem quæ sæpe cernitur, qualem in columbis esse.

‖Exostæ, ἐξῶσται, meniana, quasi proiectores, quod est ab ἐξωθεῖν expello. Alij legunt ἐξῶστρα, quòd ἔξω ὠθεῖ extra porticum sint.

Exostra, ἐξώστρα, sedes erat sublicis elata, strata longuriis, super quibus sella. Destinabatur locus is ad ea recitanda, quæ secretè parata essent in ædibus: qualia in OEdipo Sophoclis, Plauti Amphitruone & Casina. Aliter πεύκαλαμος.

Exostracismus, ostracismus, exilium decennale in certum locum sine bonorum amissione.

Exoterica, scripta triuialia.‖

Exōsus, a, um, ferè actiuè dicitur de eo qui odio habet. { שונא *sonu.* μισῶν. Gall. *Qui hait, haineux, ou qui est hay.* Ital. *Che odia che è odiato.* Germ. Ein verhasseter oder verhaßter. Hisp. *Cosa que aborresce, ò cosa aborrecida.* Angl. *That hateth or detesteth, or is hated.* } Virg. 5. *Æneid.*

Iuppiter omnipotens, si nondum exosus ad vnum,
Troianos, si quid pietas, &c.

Accipitur aliquando & passiue, vt apud Gellium *lib.* 2. *c.* 18. Eius Epicteti etiam de se scripti duo versus feruntur, ex quibus latenter intelligas, non omnes modò diis exosos esse.

Exōtĭcus, a, um, Peregrinus, aduentitius. { נכרי *nochri* נכר *necbár* גר *ger.* ἐξωτικός. Gall. *Qui est, vient, ou est apporté d'estrange pays, estranger.* Ital. *Forestiere.* Germ. Außländisch. Hisp. *Peregrino o estrangero.* Angl. *Stranger, brought out of a strange countrey.* } Plaut. *in Mostell.* Non omnes possunt olere vnguenta exotica, hoc est, aliunde apportata. Dictum exoticum ab ἔξω Græca præpositione, quæ foras, vel peregrè significat. Plaut. *Menæch.* Istros, Hispanos, Massilienses, Illyricos, Mare superum omne, Græciamque exoticam, Oráque Italicas omnes sumus circumuecti. Ad differentiam magnæ Græciæ sic vocat. ¶ Exotica vina. Gell. *cap.* 5. *lib.* 13.

Expallĕo, es, Pallidus sum, vel fio. { חור *chauár* הלבין *hilbin.* ὠχριάω, ἐξωχριάω. Gall. *Deuenir ou estre palle, pallir.* Ital. *Diuenir pallide.* Germ. Erbleichen. Hisp. *Hazerse amarillo.* Angl. *To waxe pale.* } Plin. *Epist.* 5. Expalluit notabiliter quamuis palleat semper. Ouid. 6. *Metam.*

Horruit infelix, totóque expalluit ore.

Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 2. Viden' vt expalluit, (de eo qui animo malè erat.)

Expallĭo, as, are, Pallium auferre. { ἀφαιρέω, ἱμάτιον ἢ τρίβωνα ἀποδύω. Gall. *Oster la robbe, desrober.* Ital. *Leuar la vesta, spogliare.* Germ. Den rock oder mantel einem leen oder hinnemmen. Hisp. *Quitar la capa ò manto.* Angl. *To strippe one of clothes.* } Plaut. *in Cas.* Neque quibus modis purgem scio me, vt ne expalliatus sum miser.

Expalpo, as, Eblandior, & quasi palpationibus extorqueo. { פתה *pittáh.* ἐκψηλαφάω. Gall. *Flatter & amadouer pour impetrer quelque chose,*

tirer par flatterie. Ital. *Tor qualche cosa da qualqu'uno con inganno.* Germ. Mit schmeichlen vnd flattieren etwas auß einem bringen. Hisp. *Alcançar alguna cosa con lisonjas.* Angl. *To flatter and gett any thing by flatterie.*} Plaut. *in Aulul.* Nunc seruus Argentum à patre expalpabit. Idem *Pam.* Quid faciam? AG. Exora, blandire, expalpa. M. Faciam sedulò.

Expando, is, di, sum, Extendo, aperio, explico. Vnde Expassum. Vide Gell. *cap.*15.*lib.*15. {פרש *parasch* פרס *paras.* ἐξαπλόω, ἀναπετάννυμι. Gall. *Espandre, estendre, desployer.* Ital. *Spandere, aprire, spiegare.* Germ. Außstrecken/ außspannen. Hisp. *Abrir, ò tender hazia fuera.* Angl. *To displaye, to spred abroade.*} Colum. *lib.*12.*cap.*13. Hæ herbæ diligenter purgantur, & sub vmbram expanduntur. ¶ Expandere dictis, explicare. Lucret. *lib.*1.

——— *& rerum naturam expandere dictis.*

Hinc particip. Expassus, apud Tacit. *lib.*21. Expassæ repentè delubri fores.

Expanditor, verbale. {פורש *porés* פורץ *poréts.*} Plin. *in Paneg.* Neque enim solùm vt vagus ille expanditor amnis intra vsurpata semper collium substiterat, atque hæserat. Amnem expanditorem dixit, qui se extra alueum suum expandit & effundit.

Expango, is, ere, Figo, constituo. {תקע *taká* קים *kajám.* ... Gall. *Ficher & attacher, mettre contre.* Ital. *Constituire.* Germ. Nach ordnung hefften oder setzen. Hisp. *Constituyr.* Angl. *To orne, to fasten or sett.*} Plin. *lib.*2.*c.*26. Itémque ausus rem etiam Deo improbam, annumerare posteris stellas, ac sydera ad normam expangere: organis excogitatis, per quæ singularum loca, & magnitudines signarem. loquitur de Hipparcho.

Expapillo, as, Vsque ad papillam denudo: vnde brachium expapillatum dicitur, id est, exercitum, inquit Festus. {μαζὸν γυμνῶ, ... Gall. *Descouurir la mamelle.* Ital. *Scoprire fin alle mammelle.* Germ. Die brust entblössen. Hisp. *Despechugar ò sacar fuera las tetas.* Angl. *To vn couer the breast.*} Plaut. *Mil.* Idem & cum nexu in humero, læuo expapillato brachio.

[Expapillatum brachium, exertum: quod cùm sit papilla nudatur, vt Festo placet: vel, vsque ad papillam renudatur, vt Nonio. Alij exsipulato pro exsibulato: alij exfilato, vel exafilato: alij expalliato; apud Plaut. *in Milit. glor. act.*4.4.]

Expatior, aris, Aberro, vel latiùs egredior, quasi spatium transeo. {התהלך *hithhalléch.* περιπατέω. Gall. *Se pourmener.* Ital. *Passeggiare, spatiare, vagare.* Germ. Außspacieren/ fürhin trätten. Item, sich spreyten. Hisp. *Passearse, ò esparcirse.* Angl. *To walk abroade.*} Quint. *lib.*2.*c.*10. Ex poëtica (vt verè dixerim) pueris themata tractare permittemus, vt expatientur. Ouid. 15. *Metam.*

Ne tamen oblitis ad metam tendere longè
Expatiemur equis.

Plin. *lib.*16.*c.*36. Hanc in insulis fluitantibus natam: illam in ripis expatiantis lacus. Ouid. 1. *Metam.*

Expatiata ruunt per apertos flumina campos.

Expatritius, qui patritius fuit. Zeno *l.*3.*C. de senat. vel patr.* Quoties viro fortè patritio, vel expatritio, &c. Hotoman.

Expatro, as, Patro, perficio. {השלים *hischilim* התם *hethém.* ... Gall. *Achever.* Ital. *Fornire.* Germ. Volbringen/ begehn. Hisp. *Acabar.* Angl. *To perfite and end.*} Catull. *in Cæs.* Quid est? an hæc sinistra liberalitas pattim expatrauit?

Expaueo, es, expaui, siue Expauesco, is, Terreor. {חרד *charadh* פחד *pachádh.* ... Gall. *Estre espouuanté, auoir peur.* Ital. *Spasimare.* Germ. Erschrecken/ mitt jetern sich förchten. Hisp. *Temer con miedo.* Angl. *To be afrayde or abashed.*} Liu. 9. *ab Vrbe*, Quam ad id moris eius insueta expauisset minor Fabia, risui sorori fuit. Plin. *lib.*13.*cap.*24. Non æstuum, non frigorum, non grandinum, aut niuis iniuriam expauescit. Sueton. *in Aug. cap.*71. Non expauit rumores.

Expauefacio, Terreo, terrefacio. φοβῶ. Senec. *Epist.*86. Certi sunt domitores ferarum qui suauissima animalia, & ad occursum expauefacientia hominem, cogant pati iugum.

Expauidus, a, um, id est, perterrefactus. Gell. *c.*8.*lib.*1. Tali petulantia mulieris, atque pecuniæ magnitudine ictus, expauidúsque Demosthenes, auertit iter.

Expato, as, In locum patentem me do, vt interpretatur Festus, vel in spatium me confero. Pacuuius, Expatant se omnes, publicéque ostendunt.

Expecto, as, Maneo, operior, metuo: ab ex & specto. Quia qui operitur, aut cupit, subinde respicit, & qui metuit quoque: inde tres illæ significationes. {קוה *kauáh* יחל *jichél.* ... Gall. *Attendre, desirer.* Ital. *Espettare, attendere.* Germ. Warten. Hisp. *Esperar lo que ha de venir.* Angl. *To tary or abide looking for.*} Solemus enim aliquid expectantes sæpiùs exspicere anne veniat. Cic. *de Amicit.* Amicorum causa honesta faciamus: ne expectemus quidem dum rogemur. Terent. *in Phorm.* Semen quoad exspectatis vestrum. Amica expectat me, scio, (parato prandio.) Plaut. *Men. sc.*2.*a.*4. Magnum inceptas, si id expectas quod nusquam est. Idem *Curc. sc.*1.*a.*1. Proculeius inquit filio: Expectas mortem meam? Cui ille: non expecto pater. At, inquit, rogo expectes. Quintil. Ne expectetis dum hac domum redeam via. Plaut. *Pseud. sc.*7.*a.*4. Colligatis vasis, expectat, vt aufugiat. *Ibid. sc.*3.*a.*4. famem expectat obambulans. Idem *Amphit.* Dum eius expectamus mortem. Idem *Asin. sc.*4.*a.*3. Pater me expectat, aut aliquem nuntium. Idem *Capt. sc.*3.*a.*2. ¶ Ponitur pro desiderare: quoniam quæ desideramus, expectamus. ποθῶ. Cicer. 14. *Philipp.* Antè verò quàm ea res quam auidissimè ciuitas expectabat, allata sit, lætitiæ, &c. Terent. *in Andria.* Expecto quid velis, id est, desidero scire quid velis. Æcastor erras, quæ illum expectes vnum. mox, vnum inseruire amantem. Plaut. *Mostell. sc.*3.*a.*1. ¶ Item pro sperare, προσδοκάω. Virg. *lib.*1. *Georgic.*

——— *sed illos,*
Expectata seges vanis elusit aristis.

¶ Expectare, metuere. Cic. *de Amicitia.* De C. Gracchi autem tribunatu quid expectem non libet augurari.

Expectatus, nomen ex participio, Cupitus, desideratus, exoptatus. {מיוחל *mejuchal* מקוה *mekuuéh.* προσδοκητὸς, ἀπόθητος. Gall. *Attendu, desiré.* Ital. *Aspettato, desiderato.* Germ. Mit sonderbarer begird. Hisp. *Esperado lo que ha de venir, dessedo.* Angl. *Desyred, wished and looked for.*} Cicer. *Tironi lib.*16. Nemo nos amat, qui te non diligat: charus omnibus expectatúsque venies. Idem, Nihil vnquam expectatius fuit. Idem *Planco lib.*10. Intellexi enim te laborare, vt ad me mihi expectatissimæ literæ perferrentur. ¶ Expectatus, pro odioso, vt, Expectati parentes, inquit Donatus, dicuntur malæ vitæ & odio digni, quorum mors in dies singulos expectanda sit. Ter. *in Adelph.* —si esses homo, Sineres nunc facere dum per ætatem licet, Potius quàm vbi te expectatum eiecisset foras. Ante expectatum, vt apud Ouid. 4. *Metam.*

Ante expectatum tacuit.

id est, ex inopinato & citiùs expectatione. Idem *lib.*7.

Ante expectatum portus tenuere petitos.

Expectatio, Desiderium, spes. {תוחלת *tochéleth* תקוה *tikuáh.* προσδοκία, ..., ποθή, ... Gall. *Attente, desir.* Ital. *Aspettatione, desiderio.* Germ. Wartung mit begird. Hisp. *Aquella obra de esperar assi, esperanza desseo.* Angl. *A desir, a looking for.*} Cic. *ad Atticum lib.*2. Quantam tu mihi moues expectationem de sermone Bibuli! Vincere expectationem omnium, hoc est, opinionem & existimationem superare. Cic. 7. *in Verrem.* Expectationis & spei discrimen apud Liuium *lib.*3. *ab vrb.* Profectus cum exercitu ab vrbe expectatione hominum maiore, quàm spe. Gell. *cap.*1.*lib.*14. Expectatio spei te suspensum fatigabit. ¶ Expectationem disiicere, & mouere. Suet. *in Cæsar. cap.*42. De pecuniis mutuis, disiecta nouarum tabularum expectatione quæ crebrò mouebatur, &c. Liu. 2. *d.*5.

Expectabilis, Tacitus *lib.*16. Quódque iuuenalium ludicro parum expectabilem operam præbuerat.

Expectoro, as, Extra pectus eiicio. {ἀποστηθίζω. Gall. *Ietter & mettre hors de l'estomac, decharger son cœur.* Ital. *Mandar fuori del petto.* Germ. Auß dem hertzen entladen/ vom hertzen schlagen. Hisp. *Echar fuera del pecho.* Angl. *To cast out of the breast, or stomacke.*} Cic. *lib.*3. *de Orat.* Tum pauor mihi sapientiam omnem ex animo expectorat. Accius *Epigono*, Eloquere propriè, ac pauorem hunc meum expectora. ex Nonio.

Expeculiati serui à Plauto dicuntur qui peculio sunt exhausti.

Expedio, is, Extrico, libero, & quasi pedum ligamenta dissoluo. {פרק *perik* התר *hittíràh* פתח *pittéach* הציל *hitstsil* חלץ *chalátz.* ἀπολύω, ἀπαλλάσσω. Gall. *Despestrer, deliurer, despecher.* Ital. *Spedire, finire, schogliere.* Germ. Entledigen/ ledig machen/ entwickeln. Hisp. *Desembaraçar, desempachar, despachar.* Angl. *To dispatch, to rid, to sett in readinesse.*} Sisen. *lib.*3 *histor.* Inermes amat, impeditos expedit. Terentius *in Andr.* Viden' me tuis consiliis Miserum impeditum esse? D. At iam expediam. Idem *Hecyr.* —Qui te expedias iis ærumnis? ¶ Aliquando pro extra fero, profero. Virg. 1. *Æneid.*

——— *Cereremque canistris*
Expediunt.

Expedire virgas, id est, proferre. Cic. 7. *Verr.* Quum repentè hominem proripi, atque in foro medio nudari ac deligari, & virgas expediri iubet. ¶ Expediunt sese equites, Cæs. *lib.*1. *bell. ciuil.* (id est, parant & accingunt sese.) Bene expedire res & rationes, Plaut. *Amph. prolog.* Cingitur, Expedit se ad pugnam. Idem. ¶ Expedire rem frumentariam. Cæs. *lib.*1 *de bell. ciuil.* Expedire tela animósque. ¶ Non expediebat fatis caussam aduentus, Liuius *lib.*4. *dec.*4. Expediet hanc doctè fallaciam. Plaut. *Capt. Prol.* Expediebat eius facto Cæsarem Tyrannum vocari. Velleius. Expediuit ex seruitute filium. Plaut. *Capt. sc.*3.*a.*2. Nulla fides est nisi cùm expedit. Senec. *c.*15. *de tranq.* profectò expediet huic fabulæ operam dare. Plaut. *Capt. Prolog.*

Expediit studijs lumen abesse meis,

Ouid. *Eleg.*8.*lib.*1. *Trist.* Expedire nomen, vide *Ratio.* ¶ Aliquando pro extollo. Virg. 12. *Æneid.*

Tum verò augurium Rutuli clamore salutant,
Expediúntque manus.

¶ Expedire item, est vtile, seu bonum, ac necessarium esse. συμφέρει. Sed hoc tantùm in tertia persona singularis, vel pluralis numeri. Ter. *in Heauton.* Expedit bonis esse vobis. Idem *in Phorm.* Nostrate culpa facimus vt malos expediat esse, Dum nimium dici nos bonos studemus atque benignos. ¶ Est etiam euentum habere. ἀνύειν. Plaut. *in Amphitr.* Nequiter penè expediuit. Expedire, pro Paucis verbis dicere. Terent. *Eunucho*, —agedum hoc mihi expedi. Primùm, istam, quam habes, vnde habes vestem? taces. Plaut. *Amph. sc.*1.*a.*5. Agedum expedi. (id est, paucis loquere.) Item, Cur dixisti, inquies, ego expediam. Virg. 4. *Georg.* & Lucr. *lib.*4.

Multa tibi expediam doctis solatia dictis.

Altiùs expediam. Virg. 4. *Georg.*

———*altius omnem*
Expediam, prima repetens ab origine famam.

¶ Expedibo, pro Expediam, antiquè. Plaut. *in Truculento.*

Expeditus, a, um, nomen ex participio, Promptus, paratus, nullis impedimentis oneratus. {מורק *murak* מעתד *meúttádh* מפתח *mephuttách* מצל *mutstsál* חלוץ *chalúts.* εὔζωνος, ἕτοιμος. Gall. *Prest & appareillé.* Ital. *Spedito, prompto.* Germ. Fertig/ gerüst/ vnuerhindert. Hisp. *Aparejado, despachado.* Angl. *Readie, in readinesse, not letted, dispatched.*} Cic. *pro Mil.* Fit ei obuiam Clodius, expeditus in equo, nulla rheda, nullis impedimentis. Idem 11. *Philipp.* Expedito nobis homine, & parato P.C. opus est. Expedita cœna, breuis & succincta, apud Plinium *in Epistol.* ¶ Expeditum iter. Cic. *ad Att. lib.*16. Omnibus copiis te implicet, ne ad me iter expeditum tibi sit. ¶ Expedita via, hoc est, facilis, nihilque habens impedimenti, aut obstaculi. Idem *de Amic.* Reditus in cælum optimo cuique expeditissimus est. ¶ Expeditior labor, facilior, apud Col. *lib.*2.*c.*4. ¶ Expediti milites, dicuntur leuioris armaturæ & sine impedimentis, γυμνῆτες, εὔζωνοι, ἕτοιμοι. Salust. *in Iugurth.* Legionem cum qua hyemabat, & quamplurimos potest Numidas equites pariter cum occasu Solis expeditos educit. Expedita legio, expeditus exercitus, expedita subsidia, in quibus milites sunt leuis armaturæ, & qui facilè huc illuc perducuntur. Liu. 4. *bell. Pun.* Cum legione expedita profectus. Cicer. *ad Caton. lib.*14. *Epistol.* Quum aduesperasceret, expedito exercitu

citu ita noctu iter feci, vt, &c. Quintilian. Promptum hoc & in expedito positum.

Expedite, aduerbium, Celeriter, facilè. {ῥᾳδίως, εὐζώνως. Gall. *Facilement, sans empeschement, aisément.* Ital. *Facilmente, speditamente.* Germ. Fügklich/ leichtlich. Hisp. *Ligeramente.* Angl. *without cumbrance, quickilie.*} Cicer. 2. *de Inuen.* Sed vt expeditiùs ratio tradatur, ea quæ proposuimus, breui nominabuntur. Colum. *lib. 2. c. 10.* Et sine vento purgari expeditissimè sic poterit. Plaut. *Menach. sc. 2. a. 1.* Expeditè fabulatus. Senec. *cap. 14. de tranquill.* Iubet me fortuna expeditiùs philosophari.

Expeditio, nis, Exercitus, apparatus belli, bellum. {גדוד *gedhûdh.* ἐκστρατεία, ἐξόδια. Gall. *Vne despeche, vn voyage de guerre.* Ital. *Speditione, viaggio da guerra.* Germ. Ein kriegsrüstung/ein zug. Hisp. *El exercito, ò la hueste, ò la ida à la guerra.* Angl. *A setting forth towar des warres, a voyage.*} Curtius 8. *bell. Gall.* Deinde omne impedimentorum agmen, quod tamen erat mediocre, vt in expeditionibus esse consueuit. Et suscipere expeditionem [illegible]. Senec. *cap. vlt. de tranquill.* Ab expeditione redeuntium militum mox immunis. ¶ Ponitur aliquando pro confectio. Autor ad Heren. Habet paucis comprehensa breuitas multarum rerum expeditionem.

Expeditionalis, Spartianus *in Nigro*. Hic fuit tantæ seueritatis, vt cùm milites quosdam in cauco argenteo expeditionis tempore viuere vidisset, iusserit omne argentum semoueri de vsu expeditionali.

Expello, is, expuli, Eiicio. {גרש *geresch* הדיח *hiddiach.* ἐξωθεῖν, ἐκβάλλειν. Gall. *Ietter en bouter hors par force.* Ital. *Cacciar fuori, scacciare.* Germ. Außtreiben Hisp. *Empuxar à fuera.* Angl. *To put or thrust out, to driue away.*} Plaut. Ancillam domo expulit. Cæsar 3. *bell. ciuil.* Magnis copiis cum sorore Cleopatra gerens bellum, quam paucis antè mensibus per suos propinquos atque amicos regno expulerat. Horat. 2. *Epist. 2.*

Expulit helleboro morbum, bilémque meraco. Idem,
Naturam expellas furcâ, tamen vsque recurret.

Ouid. *lib. 8. Metam.*

Vt verò est expulsa quies, furit ardor edendi.

Expulsus, a, um. Ouid. *Eleg. 2. lib. 4 Trist.*

Nos procul expulsos communia gaudia fallunt.

Expulsio, nis, {מדוח *maddûach.* ἐκβολή. Gall. *Dechassement, repoussement.* Ital. *Essa cacciare fuori.* Germ. Außtreibung. Hisp. *Empuxamiento afuera.* Angl. *A trusting or driuing out.*} Cic. *Parad.* Qui expulsiones vicinorum, qui latrocinia in agris, &c.

Expulsor, verbale, {מדיח *maddiach* גרש *gereseh.* ἐλατήρ, διώκτης, ἀπωθητής, ἐξελαστής. Gall. *Celuy qui iette & pousse hors, deschasseur.* Ital. *Chi caccia fuori.* Germ. Ein außtreiber. Hisp. *El que empuxa afuera, empuxador.* Angl. *He that putteth out.*} Cic. *pro Quintio,* iste bonorum possessor, expulsor, ereptor.

Expulsim, aduerbium à frequenti pulsu. Varro, Purgatum scito, quoniam videbis Romæ in foro ante lanienas pueros pila expulsim ludentes. Nigidius Gram. Cuiusmodi genus aduerbiorum motu quodam venit, vt expulsim, cursim. Ex Nonio.

Expultrix, {מדחת *maddûchath* גרשת *geréscheth.* ἡ ἀπωθοῦσα, ἡ ἐλάτειρα. Gall. *Celle qui chasse dehors.* Ital. *Donna che caccia fuori.* Germ. Ein außtreiberin/außfegerin. Hisp. *La que empuxa afuera, empuxadora.* Angl. *She that putteth forth.*} Cicer. 5. *Tuscul.* Philosophia expultrix vitiorum.

Expulso, as, {διωθίζω, ἐξωθίζω, πρὸς ἐλαύνω.} Frequentat. Martial.

Si me nobilibus scis expulsare sinistris,
Sunt tua: si nescis rustice, redde pilam.

Expendo, is, i, sum, Pondero. {תכן *tachán.* σταθμάω. Gall. *Poiser, paser, examiner.* Ital. *Misurare à peso, pesare.* Germ. Außwägen/erwägen. Hisp. *Pesar, medir al peso.* Angl. *To weiph, to examine streictlye, to spend money, to paye.*} Plaut. *in Asin. sc. 2. a. 2.* Quot pondo te censes esse nudum? At pol ego qui te expendi scio, nudus vinctus centum pondo es, per pedes quando pendes. Idem *Rud.* Aurum auro expendetur, argentum argento exæquabimus. ¶ Quandoque significat exactè examino, considero. λογίζομαι, ἐξετάζω. Cic. 1. *Offic.* Quæ contemplantes expendere oportebit quid quisque habeat sui, eadémque moderari. Ouid. 13. *Metam.*

——— *Meritis expendite caussam.*

¶ Quandoque luere, exoluere. [illegible]. Virg. 2. *Æneid.*

———*& scelus expendisse merentem*
Laocoonta ferunt. id est, persoluisse.

Sic expendere pœnas scelerum. Idem 11. *Æneid.*

Supplicia, & scelerum pœnas expendimus omnes.

¶ Aliquando idem est quod erogo, consumo. ἀναλίσκω, [illegible]. Vnde expensa vocamus in rationibus, id est, in vsum aliquem erogata, de quibus paulò pòst.

Expensus, particip. Datus ✕ acceptus. {נתכן *nithchán.* σταθμηθείς, ἀναλωθείς. Gall. *Pesé, examiné, consideré.* Ital. *Pesato, essaminato, considerato* Germ. Gewägen/betrachtet. Hisp. *Pesado, considerado.* Angl. *weighed, considered.*} Aurum expensum. Cic. *pro Flac.*

Expensa, æ, & Expensum, i, Sumptus, hoc est, quod in vsum aliquem erogatur. {δαπάνη. Gall. *Despense, employte.* Ital. *Spesa.* Germ. Das außgeben/vnkost. Hisp. *El gasto, ò expensa.* Angl. *Expence, cost, charge layed out.*} Plaut. *in Trucul.* Vsuraria accipiat illico expensa. Plin. *lib. 33. c. 3.* Et adhuc expensa in rationibus dicuntur. ¶ Expensum ferre, est scribere se pecuniam dedisse, vt scribit Asconius: vt quum per singula expensi nomina summam quandam expensam adscribimus. Nomina autem vocantur in rationibus, quos nunc *articulos* dicimus. Cic. 3. *Verr.* Homo stultissime & amentissime tabulas quum conficeres, satis te elapsurum omni suspicione arbitrare, si quibus pecuniam credebas, iis expensum non ferres, neque in tuas tabulas vllum non referres? Idem, Quum tot tibi nominibus acceptum Curtii referrent, quid prodérat tibi expensum illis non tulisse? Neque solum de pecunia, sed etiam de aliis rebus dicitur. Cælius *Ciceroni*. Mentio facta est de legione ea quam expensam tulit Caio Cæsari Pompeius. Iauolenus *de supell. leg. l. 10.* qui vestem omnem, & res plurium generum supellectilis nomine expenso ferre solitus erat. Acceptum referre alicui, nihil aliud est quàm in tabulas referre, (id est, scribere se ab aliquo accepisse) vt expensum ferre alicui, est scribere se & dedisse, & appendisse. Plaut. *Most. sc. 3. a. 1.* Expensi & accepti ratio bene inter nos conuenit.

Expensare, apud Iurisconsultos, est expensam pecuniam consignare ac tradere. Scæuola *D. lib. 40. tit. 5. l. 41.* Cupito exactionem commiserunt, iisque nummos redactos expensauit eisdem tutoribus. Plaut. *Pseud. sc. 2. a. 1.* Argentum, accepto, expenso, & dato. ¶ Interdum expensare est compensare. Macrob. *Satur. lib. 1. c. 13.* Alternis ternos vicinósque intercalares expensabant intercalationibus quatuor.

Expensilatio, vel diuisim Expensi latio, vt apud Gell. *c. 2. lib. 14.* Probari apud me debere pecuniam datam Consuetis modis, Expensi latione, Mensæ rationibus, &c.

Expergo, is, expersi, expersum. {נזה *nazáh* זרק *zarák.* ῥαίνω, διαχέω, βρέχω. Gall. *Faire fondre, faire leuer, esueiller, exciter.* Ital. *Aspergere, bagnare, spruzzare.* Germ. Auß sprützen/ mit besprengen naß machen. Hisp. *Mojar, e ruciar.* Angl. *To ouer sprinkle with licour.*} Compositum à spargo, idem est quod madefacio, vt docet Seruius in illud Virg. 3. *Æneid.*

———*Sanièque expersa natarent Limina.*

Expergo, is, rectum, Quasi exporrigo, à somno excito. {העיר *hehir.* ἀνεγείρω, διεγείρω. Gall. *Esueiller.* Ital. *Suegliare, excitare.* Germ. Aufwecken/erwecken. Hisp. *Despertar.* Angl. *To waken.*} Accius *in Antig.* Heu vigiles properate, expergite pectora tarda sopore. Gell. *lib. 6. c. 10.* Ista te animos iuuenum expergebat.

[Expergitus, ab alio excitatus, quem solemus dicere expergefactum. Fest. ab *experge.*

Expergitè. Apul. *lib. 2.* Vide oro, quàm expergitè munus obeas. Et *lib. 8.* Expergite mihi ausculta.]

Experrectus, {נעור *nehór.* διεγερθείς. Gall. *Esueillé.* Ital. *Suegliato.* Germ. Aufferweckt. Hisp. *Despertado.* Angl. *That wakeneth him self.*} Participium, vt quibusdam placet: quanquam rectiùs videtur sensisse Diomedes, qui hoc à verbo expergiscor deduci maluit, cuius etiam significationem retinet. Experrectus enim dicitur, teste Festo, qui sponte euigilauit. Cic. 1. *de Diuinat.* Quum autem experrectus esses hora secunda ferè, &c.

Experrectus, nomen, vt, Experrecta nobilitas. {Angl. *wakened.*} Cic. *pro Sext. Rosc.* Idcircóne experrecta nobilitas armis atque ferro Remp. recuperauit, &c. Colum. *lib. 9. cap. 7.* Vt apricum habeant apes matutinum egressum, & sint experrectiores.

Expergor, passiuum. Vide quid sit apud Diomed. *lib. 1.* {Angl. *To be awakened.*} Lucret. *lib. 3.* expergi quo possit vis animai. Lucil. Ego è somno pueros, quum mane expergitur, clamo.

Expergitus, participium. {נעור *nehór.* διυπνισθείς, ἐξυπνισθείς. Gall. *Esueillé, resuscité.* Ital. *Suegliato, resuscitato.* Germ. Erweckt. Hisp. *Despertado.* Angl. *wakened out of a sleape.*} Lucret. *lib. 3.*

———*Nec quisquam expergitus extat,*
Frigida quem semel est vitai caussa secuta.

Verbum est antiquitate obsoletum, pro quo, vt inquit Festus, expergefactus dicere solemus. Vsus quoque Varro est *lib. 6. de L. L.* Quum, inquit, non modò Epimenides post annos quinquaginta expergitus, à multis non cognosceretur.

Expergisco, is, à pergisco, inusit. quod à per, & rego, & Expergefacio, & Expergifico, actiuam significationem habent pro excitare. {העיר *hehir.* ἀνεγείρω. Gall. *Esueiller, exciter.* Ital. *Eccitare, suegliare, destare.* Germ. Erwecken. Hisp. *Despertar à otro.* Angl. *To awak one out of his sleape, to raise vp.*} Plin. *lib. 22. cap. 13.* Vrtica lethargicos expergiscit tactis cruribus, magisque fronte. Sic enim legit Perottus, & Perottum sequutus Calepinus: quanquam bona pars exemplarium, quæ hodie in manibus versantur, expergisci modo infinito legendum ostendunt, vt dependeat à Cogit, superioris clausulæ verbo: vt sit sensus, Vrtica cogit expergisci &c. Aulus Gellius *cap. 12. lib. 17.* Infames materias. Ingenio expergificando ratus idoneas. Plaut. *Curc.* Magnum flagitium probrúmque expergefacis Phædrome. Autor ad Heren. *lib. 4.* Terrore subito expergefacit Italiam tumultus. Plaut. *Milit. sc. 2. a. 2.* Vigila, expergiscere. Suprà, Age, si quid agis: Ne somno stude. Idem *Asin. sc. 1. a. 2.* Hercle verò Libane, nunc te melius expergiscier. ¶ Expergiscor autem passiuam habet significationem, quemadmodum expergefio, aut certe neutralem absolutam. Cic. expergiscimini aliquando, atque exurgite. ¶ Ab expergiscor fit Experrectus secundùm Diomedem: expergitus autem ab expergor: & expergefactus ab expergefio. Festus ita distinguit, vt experrectus sit, qui per se euigilare cœpit: expergitus, ab alio exercitatus, quem solemus dicere expergefactum. ¶ Legitur & expergisco, neutrum absolutum pro expergiscor. Pomponius Agamemnone supposito, vt citat Nonius. Ne quis miraretur, quum tam clarè tonuerit, vt si quis dormitaret, expergisceret.

Expergefacio, is, Excito è somno. {העיר *hehir.* ἀνεγείρω. Gall. *Esueiller.* Ital. *Eccitare dal sonno, destare.* Germ. Aufwecken vom schlaff. Hisp. *Despertar.* Angl. *To awake one out of his sleepe.*} Cic. 6. *Verr.* Si fortè expergefacere te posses. Autor ad Heren. *lib. 4.* Italiam tumultus hic expergefecit metu subito. Plaut. *Curc. sc. 3. a. 1.* Magnum flagitium probrúmque Phædrome expergefacis.

Expergefactus, a, um, excitatus. {Angl. *wakened out of sleepe.*} Sueton. *in Cal. cap. 58.* Gloriatúsque est expergefactæ somno Cæsoniæ, quantum egisset, dum ea meridiaret.

Expergefico, as, vide suprà in *Expergisco.*

Experior, iris, expertus, ab antiquo perio, perior. quod è πειράω. vnde periculum. Probo, tento, periculum facio. {נחש *nichésch* נסה *nissáh* חקר *chakár.* δοκιμάζω, πειράομαι, πειράζω. Gall. *Experimenter, esprouuer, essayer.* Ital. *Prouare, fare sperienza.* Germ. Erfaren/versuchen. Hisp. *Experimentar.* Angl. *To assay, to trie, to proue.*} Plaut. *in Amphit.* Experiri istuc mauelim me, quàm mihi memorarier. Cic. *Attic. lib. 7.* Itaque omnia experiar: &, vt spero, assequar. Ter. *in Eunuch.* Omnia prius experiri consilio, quàm armis, sapientem decet. Experiri pueros. Cic. *de Diuinat.* Nam quod aiunt, quadringenta septuaginta annorum in periclitandis, experiundisque pueris quicunque essent nati, Babylonios posuisse, fallunt. In te certum est principium vt sim parcus experiri. Plaut. *Mostell. sc. 3. a. 1.* Hodie experiar, quæ mihi liberta futura. Idem

Pseud.

Pseud.sc.2.a.1. Nunc demum experior ob oculos, mihi caliginem obtigisse. Idem *Milit.sc.4.a.2.* Opera experitier, id est, reipsa. Idem *Ps.sc.2.a.4.* Opera experiar persequi. Idem *Capt.sc.3.a.2.* Ista dicta experiri factis volo. *Ibid.sc.3.a.1.* Huius ego experiar fidem. *Ibid.* Experiri illuc mauellem, quàm mihi memoratier, id est, sentire an me tantum ames.) Idem *Amphitr.sc.3.a.1.* Te experior quanti facias vxorem tuam. *Ibid.* Nunc te experiar quid ames. Idem *Pseud.sc.1.a.1.*

Magna fides auium est, experiamur aues,

Ouid.4. *Faster.* Nam ipsam experior de me. (id est, de meo sensu iudico.) Idem *ibid.* Dignos indignos adire atque experiri certum est mihi. (de fide amicorum.) Idem *Asin.sc.vlt.a.1.* Experiar opibus omni copia. eodem sensu. *Ibid.* Quibus mihi ad hoc exemplum experior non potest vsura vsurpari. Idem *Pseud. sc.2.a.1.* (Ambiguè de verberibus seruorum.) Item, penè vim dominationis experti sunt. Velleius (id est, puniti sunt.) Exempla sibi quisque experiri potest. Quintilian. Modò terra, modò mari se experitur infesta leuitas (de mutatione locorum.) Senec. *cap.2. de tranquill.* Experiri fortunam. *Ibid. cap.15.* Argentariis male & benè credi dico, Id adeò hodie expertus sum. Plaut. *Curc.sc.3.a.5.* Experire, pro Experiri, antiquè apud eundem *in Asin.* — vt quenque amicum videro, Dignos indignos adire, atque experire certum est mihi. ¶ Item experiri simpliciter, vel experiri ius, vel experiri iure, est lege agere, & actionem intendere. ἀγωνίζομαι, δίκην λαγχάνειν. inde ducto verbo, quòd qui rem aliquam iudicio petunt, ij quod iuris se ad eam rem petendam habere arbitrantur, id ad iudices tentandi & experiundi causa exponunt. Cicer. *pro Quintio*, Fuit procurator qui cum experiri posset. Idem *pro Q. Roscio*, Experiri summo iure. Vlpian. *l. Praetor ait. ff. de vi bon. rapt.* In eum in anno quo primùm experiendi potestas fuit, in duplum: post annum, in simplum actionem dabo.

Expĕrĭēns, nomen ex participio, Expertus, peritus. {מנחש *menachésch* מנסה *menasséh* חקר *chokér.* ἐμπειρότατος. Gall. *Qui experimente.* Ital. *Esperimentante.* Germ. Erfaren. Hisp. *Experimentador.* Angl. *Expert, skilfull.*} Horat. 1. *Epist.*

Et decus & pretium rectè petit experiens vir.

Ouid. 1. *Amor.*

———ingeny est experientis amor.

Cic. 5. *Verr.* Nympho est Centuripinus: homo gnauus & industrius, experientissimus ac diligentissimus arator. Item vir experiens: vt Cicer. *pro Aul. Cur.* Quas literas A. Aurius vir fortis & experiens, & domi nobilis, M. illius Aurij propinquus in foro palàm multis audientibus quum adesset Oppianicus recitat.

‖ Experitos. imperitos, exponit Festus: tanquam peritiâ exutos. ‖

Expĕrtŭs, participium, siue nomen ex participio, quòd ferè actiuè accipitur. {מנחש *menachésch* מנסה *menasséh* חקר *chokér.* πεπειραμένος, ἔμπειρος. Gall. *Expert, esprouué, experimenté, rusé.* Ital. *Prouato, esperimentato.* Germ. Erfaren. Hisp. *Experimentado.* Angl. *Expert, that hath experience, practised.*} Senec. *in Thyeste.* Venenum in auro bibitur: loquor expertus. Virg. 1. *Æneid.*

———vos & Cyclopea saxa

Experti, reuocate animos.

¶ Expertus de pace. Cæsar 3. *de bell. ciuil.* Cic. 2. *de Orat.* Dicam enim tibi Catule non tam doctus, quàm (id quod est maius) expertus. Aliquando etiam passiuè. Plin. *lib.6. cap.13.* Experta prodimus, hoc est, vsu cognita. Virtus experta, pro explorata. Tacit. *lib.3.* Proponitque Centuriones virtutis expertæ. Tibull. *lib.4.* Bella experta cano, Et expertum id atque obseruatum. Gell. *cap.7. lib.15.* Legitur etiam *Expretus* antiquè, vt infrà suo loco. Hinc fit compositum Inexpertus, intentatus. ἀπείρατος, ἄπειρος. Virg. 4. *Æneid.*

Ne quid inexpertum frustra moritura relinquat.

Expĕrtĭssĭmŭs, superlatiuus. Suet. *in Tib. c.19.* Confidens vt aiebat ostento sibi, ac maioribus suis in omni ducatu expertissimo. ἐμπειροτάτῳ, siue passiuè.

Expĕrĭentĭa, Cognitio nullo docente per vsum reperta, & propriè singularium, ars enim vniuersalium est, teste Aristot. *lib.1. Met.* Periclitatio, vsus, exemplum. {חקר *chekér.* ἐμπειρία, δοκιμασία. Gall. *Experience, essay, esprenue, preuue.* Ital. *Sperienza.* Germ. Erfarung. Hisp. *La experiencia.* Angl. *Experience, practise.*} Mant. *lib.1.*

Per varios vsus artem experientia fecit

Exemplo monstrante viam.

Planc. *ad Cic. lib.18.* Quæ si aduentus meus repressserit, agam gratias fortunæ, constantiæque meæ, quæ ad hanc experientiam excitauit. Virg. 1. *Georg.*

———atque apibus quanta experientia parcis.

Expĕrĭmĕntum, i, Experientia. {חקר *cheker.* δοκιμασία. Angl. *A traill or proofe.*} Suet. *in Calig. c.57.* Experimentum artis dare. Plin. *in Paneg.* Discat igitur Ægyptus, credátque experimento, non alimenta se nobis, sed tributa præstare. Idem *in Epist.* Inde abortus, & ignorati vteri triste experimentum. Quint. *lib.5. c.8.* Quia facillimè ad consentiendum homines ducuntur experimentis.

Expernor, aris, pro aspernari. Plaut. *Mostell. sc.3. a.2. ex v.l.* Expernari alios.

Expĕrs, is, Carens, seu vacuus, quique rei alicuius nullam habet partem. {חסר *chasér.* ἄμοιρος. Gall. *Qui n'a point, qui est sans.* Ital. *Senza parte, non partecipe.* Germ. Vntheilhafftig/nit genössig. Hisp. *Cosa que no toca alguna parte.* Angl. *without experience.*} Cic. 2. *de Orat.* Antonium omnino omnis eruditionis expertem atque ignarum fuisse. Plaut. *in Amph.* Diues operis, & laboris expers. Idem *Asin. sc.1. a.3.* Vt expers matris imperij sies. Idem *Pseud. sc.5. a.1.* Animaduerte quapropter te amoris gnati expertem habuerim. Item, Expers belli propter ætatem. Sueton. *in August. cap.8.* Cic. 6. *Verr.* His quidem temporibus in omni orbe terrarum vacui, expertes, soluti, ac liberi fuerunt ab omni sumptuum molestia. Apul. Homo rudis, omnium bonarum artium expers. Sic expers doloris, qui non sentit dolorem. Expers mortis, qui non moritur. Expers lucis, qui non habet lucem. ¶ Iungitur etiam ablatiuo. Plaut. *Persa,* Ea res me domo expertem facit, id est, me abesse domo facit. Idem *in Asinar. sc.1. a.1.* Dono te ob istud dictum vt expers sis metu. Plaut. *Amph.* Eo more expertem te factam aduenions offendi domi.

Salust. *in Catil.* Neque quo periculum aliis faceremus: sed vti corpora nostra ab iniuria tuta forent, qui miseri, egentes, violentia atque crudelitate fœneratorum plerique patria, sed omnes fama atque fortunis expertes sumus.

Ēxpes, Spe omni destitutus: ab ex, & spes, sed s abiicitur. {ἄελπις. Gall. *Qui a perdu toute esperance, sans espoir, desesperé.* Ital. *Senza speranza, disperato.* Germ. Ohne hoffnung. Hisp. *Cosa sin esperança.* Angl. *Destitute of all hope.*} Horat. *in Arte Poet.*

———quid hoc, si fractis enatat expes

Nauibus, are dato qui pingitur.

Tacit. *lib.5.* Mox vbi expes vitæ fuit, meditatis compositisque diris imperabatur. Ouid. *Epist.6.*

Erret inops, expes, cæde cruenta sua.

Ēxpĕto, is, Auidè cupio, opto, desidero. {חמד *chamádh* אוה *iuuáh* חפץ *chaphéts.* ἐφίεμαι. Gall. *Demander & desirer fort, conuoiter & requerir.* Ital. *Desiderare auidamente.* Germ. Fast begären oder heischen. Hisp. *Dessear, codiciar.* Angl. *To desire much, to endeuour to gett.*} Cicer. 1. *Offic.* Expetuntur diuitiæ cùm ad vsus vitæ necessarios, tum ad perfruendas voluptates. Plaut. *Amphit. sc.1. a.5.* Vt multis hostiis Iouis supremi pacem expetam. Idem *Pseud. sc.1. a.1.* Salutem mittit, & salutem à te expetit. Plin. *lib.12. cap.24.* Aspalathi radix expetitur vnguentis. Optimi quique expetebant eam doctrinam sibi. Plaut. *Mil. sc.2. a.1.* Inde sibi quisque exemplum expetunt. *Ibid.* Quid hoc sit quòd filia sic repentè expetit ad sese me. Idem *Menaech. sc.2. a.5.* Me haud pœnitet, tuàne expetam. Idem *Aulul. sc.2. a.3.* (id est, appetam.) ¶ Expetere pœnas ab aliquo. Cicer. *pro lege Manil.* Vt mihi quidem videantur dij immortales, etiam si pœnas à populo Rom. ob aliquod delictum expetiuerint, &c. ¶ Expetere preces a Deo, pro precari Deum. Plaut. *Rud.* Qui sunt qui à patrona preces meas expetunt sunt? ¶ Supplicium expetere. Liu. 6. *bell. Pun.* Tanta auiditas supplicij expetendi, tanta sanguinis nostri hauriendi est sitis. ¶ Accipitur aliquando expetere, pro euenire: sicut appetere, pro aduentare. Plaut. *in Amphit. sc.1. a.1.* Ergo in seruitute expetunt multa iniqua. (id est, eueniunt.) Satis eadem vigilanti expetunt quæ in somnis visa memorat (id est, eueniunt.) Plaut. *Milit. sc.4. a.2.* Nequiter penè expetiuit prima parasitatio, (id est, euenit, successit.) Ita legit Passer. non *expediuit.* Plaut. *Amphit.* Insonti mihi illius ita in hanc & maledicta expetent. *Ibid. sc.2. a.3.*

Ēxpĕtens, participium. {מתאוה *mithaavéh* חמד *chomédh.* ἐφιέμενος, ὀρεγόμενος. Gall. *Desireux.* Ital. *Desideroso.* Germ. Begärend/wünschend. Hisp. *Codicioso.* Angl. *That desyreth much, desyrous.*} Plin. *lib.12. c.17.* Capræ maleficum frondibus animal, odoratorum verò fruticum expetentius. Consilia sana expetens. Senec. *Hippol.*

Ēxpĕtītŭs, participium, Cupitus, desideratus. {נחמד *nechmádh* נאוה *naauéh.* ἐπιθυμητός, ἐραστός. Gall. *Desiré, conuoité.* Ital. *Desiderato. bramato.* Germ. Begärt/oder erwünscht. Hisp. *Desseado, codiciado.* Angl. *Desired greatly.*} Vt Complexus expetiti, Senec. *Thyest.*

Expetendens, a, um, Dignus qui expetatur. Plaut. *in Persa,* Forma expetenda liberalem mulierem.

Ēxpĕtīsco, is, ere, Vehementer desidero. {חמד *chamédh* אוה *iuuáh.* ἐφίεμαι. Gall. *Conuoiter, desirer fort.* Ital. *Desiderare grandemente, bramare.* Germ. Hefftig begären. Hisp. *Mucho dessear.* Angl. *To couet and desire earnestlie.*} Plaut. *in Milit.* A luculenta, atque festiua fœmina, Quæ te amat, tum quæ expetiscit pulchram pulchritudinem.

Ēxpĕtĕsso, is, ere, Petere, desiderare. {חמד *chamédh* אוה *iuuáh.* ἐπιθυμῶ. Gall. *Demander, requerir, desirer.* Ital. *Chiedere, desiderare, demandare.* Germ. Begeren. Hisp. *Dessear, demandar.* Angl. *To requir.*} Plaut. *in Trinum.* —sed hoc non liquet, Nec satis cogitatum vtram potiùs harum mihi artem expetessem. Idem *in Asin.* Vltrò amat, vltrò expetessis, vltrò ad te accersi iubes.

Ēxpīlo, as, Diripio, spolio. {שלל *schalál* בזז *bazaz* שסה *schasah.* ἀποσυλάω, ἀφαρπάζω. Gall. *Piller tout, desrober furtiuement.* Ital. *Fraudare, rubbare con inganno.* Germ. Gäntzlich berauben auf plündern. Hisp. *Robar, ò saltear.* Angl. *To pill or pelle, to tak by extortion.*} à Græco πιλῶ, id est, complano. Quòd qui è domo supellectilem detrahunt, æquare ac complanare omnia videantur. Inde apud Iurisconsultum titulus est de crimine expilatæ hæreditatis: cuius criminis conuicti, extraordinariè solent coërceri. Cic. *in Part.* Si socios spolias, ærarium expilas. Ouid. *lib.3. Metam.*

Expilátque genis oculos.

Iul. Matern. Si luna à Mercurio defluens feratur ad Martem in diurna genitura, faciet effractores, fures, & qui templa semper sacrilego furore expilent. Cicer. 6. *Verr.* Quum in suspicionem venissent sub ciuibus, fanum expilasse Apollinis. ¶ Expilare vxorem. Plaut. *Asinar. sc.3. a.4.*

Ēxpīlātŭs, participium. {בזוז *bazúz* שסוי *schasúi.* ἀποσυληθείς. Gall. *Pillé.* Ital. *Rubbato.* Germ. Beraubt/ausgeplündert. Hisp. *Robado, ò salteado.* Angl. *Robbed, pilled.*} Cic. 3. *de Orat.* Quæ quoniam iam aliunde non possumus, sumenda sunt nobis ab iis ipsis, à quibus expilati sumus. Idem *pro Cluent.* Armarium expilatum pecunia ablata.

Expilari cubilia ferarum. Senec. *c.7. de cons. ad Mart.*

Ēxpīlātio, nis. {ביזה *bizzáh* משסה *meschissáh.* ἀποσύλησις, διαρπαγή. Gall. *Pillement, pillerie.* Ital. *Pillamento, robbamento.* Germ. Beraubung/plünderung. Hisp. *Aquella obra de robar ò saltear robamiento.* Angl. *A spoyling, a robbing.*} Cic. 2. *Offic.* Tanta sublatis legibus & iudiciis expilatio, direptióque sociorum.

Expīlātor, is, Fur, deprædator, direptor. {בוזז *bozéz* שוסה *schoséh.* συλητής, συλαγωγός, διαρπάζων. Gall. *Pillard, pilleur.* Ital. *Ladro, rubbatore.* Germ. Ein reuber/der einen außplündert. Hisp. *Robador, ò salteador.* Angl. *A spoyler, a robber.*} Cic. *ad Quint. frat. lib.1.* Quum vrbs custodem, non tyrannum: domus hospitem, non expilatorem recepisse videatur. Expilatores (inquit Asconius Pædianus) sunt fures atrociores, qui ne pilum quidem relinquunt in corpore spoliatorum. Innuens nimirum expilatores à pilis euellendis dictos. Cui tamen sententiæ refragatur pi syllabæ quantitas, quæ in verbis expilo, & compilo producitur, quum in nomine *pilus* corripiatur.

Expingo, is, Pingo. {חק *chak* חקק *chikkák.* ἐκζωγραφῶ, ἀπεικονίζω. Gall.

Gall. Depeindre. Ital. Dipingere. Germ. Mahlen. Hisp. Pintar. Angl. *To paynte, and drawe out the shape of a thing.* } Cic. 5. *Tusc.* Qui motus hominum, qui ferarum, quum ita expictus est, vt quæ ipse non viderit, nos vt videremus effecerit. Plin. *lib.* 33. *c.* 7. Quoniam & pericula expingimus, ne quis miretur & rogos pingi.

Expingere, ornare. Tertull. *de cultu fœmin.* Et, Expictæ mulieres. *Ibidem.*

Expĭo, as, are, Purgo, mundum ac putum facio, placo. { כִּפֵּר *chippér* חִטֵּא *chitté* נִקָּה *nikkah.* ... Gall. *Purger, reparer.* Ital. *Purgare, mondare, nettare.* Germ. Reinigen. Item, Büssen. Hisp. *Purgar, ò limpiar por sacrificio.* Angl. *To purge by sacrifice.* } Liu. *lib.* 1. *ab Vrbe,* Itaque vt cædes manifesta aliquo tamen piaculo lueretur, imperatum patri, vt filium expiaret pecunia publica. Plin. *in Epist.* Dum se prægnantem esse puellariter nescit, ac per hoc quædam custodienda prægnantibus omittit, facit omittenda: quem errorem magnis documentis expiauit, in summum periculum adducta. Plaut. *Mostell. sc.* 2. *act.* 2. Vereor te & istos expiare vt possies. Item, Expiare somnium, Sueton. *in Galb. cap.* 18. *&c.* ¶ Expiare scelera, id est, punire, Cicer. *in Pisonem,* Tua scelera dij immortales in nostros milites expiauerunt. id est, propter te afflixerunt nostros. Salust. *de Rep. const. ad Cæsarem,* Neque barbaro ritu cæde cædem, & sanguine sanguinem expiandum.

Expiātus, part. Purgatus. { מְכֻפָּר *mechupper* מְחֻטָּא *mechuttá* מְנֻקֶּה *nichappér* כֻּפַּר *chuppar* מְנֻקֶּה *menukkéh.* ... Gall. *Purgé.* Ital. *Purgato.* Germ. Gereiniget / versöhnet. Hisp. *Purgado, limpiado.* Angl. *Cleared by sacrifice purged.* } Cic. 1. *Philipp.* Quem potes recordari in vita tibi alluxisse diem latiorem, quàm quum expiato foro, dissipato concursu impiorum, &c.

Expiātio, nis. { כִּפּוּר *chippûr* חַטָּאת *chattáth.* ἁγνισμός. Gall. *Purgation.* Ital. *Purgatione.* Germ. Reinigung / büssung. Hisp. *Aquella obra de limpiar assi, purgacion.* Angl. *A cleensing, a purgation.* } Cicer. 1. *de legib.* At verò scelerum in homines atque impietatum nulla expiatio est.

Expiābĭlis, e, Purgabilis & facilis expiatu. { ... Gall. *Purgatif, qui se peut purger.* Ital. *Che si puo purgare.* Germ. Leichtlich zureinigen oder zubüssen. Hisp. *Cosa que se puede purgar por sacrificio.* Angl. *That may be purged.* } vt, Expiabilis religio, apud Cic. 4. *Tusc.* Bellum expiabile. Idem 13. *Philipp.* Sed hoc primum videndum est. p. c. cùm omnibúsne pax esse possit, an sit aliquod bellum expiabile, in quo pacto pacis lex sit seruitutis. id est, necessarium, & expiandi gratia susceptum piaculo admisso. Budæus.

Expiāmentum, i, Expiatio. { Angl. *A purging by sacrifice.* } Expiationis autem necis humanæ ab imprudentibus admissæ exemplum videre licet apud Herod. *lib.* 1. quo in loco Crœsi meminit nuptias filij sui celebrantis. Quum autem (inquit) filij nuptias Crœsus in manibus haberet, aduenit Sardeis quidam calamitate præditus, manibúsque impuris, natione Phryx. Hic quum ad Crœsi ædeis accessisset, gentilique instituto, rituque patrio postulasset sibi vt liceret expiamenti optati compotem esse, Crœsus cum expiauit. Budæus.

Expīro, as, are, Spiritum emitto, efflo, exhalo. { גָּוַע *ghauáh* הִפִּיחַ *hippiach.* ... Gall. *Rendre l'esprit, ietter l'haleine en vent dehors.* Ital. *Spirare, mandar fuori il fiato.* Germ. Außathmen / außblasen. Item, sterben. Hisp. *Soplar, espirar, ò embiar afuera el espiritu.* Angl. *To breath out, to die, to yeelde the ghoste.* } Lucil. *lib.* 3.

Expirans animam pulmonibus æger agebat.

Aliquando per se plenum est, vt, Expirauit, id est, mortuus est. ... Liu. 2. *ab vrb.* Inter primam curationem expirauit. Item, Expirare animam gaudio. Gell. *cap.* 15. *lib.* 3. Animam expirauit equus. Idem *cap.* 2. *lib.* 15. Et Sueton. *in Tib. cap.* 21. Ne si te languere audierimus, & ego, & mater tua exspiremus. sunt verba Augusti ad Tiberium. Idem Liuius *lib.* 5. *decad* 4. ¶ Translatè Plin. *in Paneg.* Ita verò quæ ciuitas quinquies, atque etiam sexies Consules vidit, non illos qui expirante iam libertate, per vim ac tumultum creabantur, hoc est, declinante libertate, ac pessum eunte. Expiratur, Impersonale. Plin. *lib.* 11. *cap.* 37. Eandem esse ei naturam quam cerebro colligunt, quoniam prætenui eius membrana modò incisa statim perspiretur. de spina lumborum ossea.

Expīrans, participium. { גּוֹוֵעַ *ghoueáh* מַפִּיחַ *mappiach.* ... Gall. *Qui rend l'esprit.* Ital. *Chi gitta fuori il vento o fiato.* Germ. Außblasend / außathmend. Hisp. *El che espira ò echa y embia el espiritu.* Angl. *Yeelding the ghoste.* } Lucret. *lib.* 2.

Sanguinis expirans calidum de pectore flumen.

Expīrātio, nis. { מַפָּח *mappach.* ... Gall. *Expiration, exhalation.* Ital. *Espiratione, suasperamento.* Germ. Außblasung / außathmung. Hisp. *Echamiento del espiritu.* Angl. *A yeelding of the ghoste.* } Cic. 2. *de nat. Deor.* Eiusdémque expirationibus aër alitur & æther, & omnia supera.

Expiscŏr, aris, Indagor, percontor, diligenter inquiro: translatione à piscatoribus tracta, qui piscium latebras diligenter perscrutantur. { חָקַר *chakár* בִּקֵּשׁ *bikkésch.* ... Gall. *S'enquerir soigneusement.* Ital. *Pescare, inuestigare.* Germ. Erforschen / mit fleissiger nachfrag erkundigen. Hisp. *Pescar, buscar.* Angl. *To searche diligente.* } Terent. *in Phorm.* Perinde expiscare, quasi non noris. ¶ Quandoque lucrifacio, elicio. ... Plaut. Tandémque nescio quid ab eo expiscatur.

Expisso, as, are, Spissum facio, denso, constipo. { ... Gall. *Faire ou rendre espès.* Ital. *Spessire.* Germ. Dick machen. Hisp. *Espessar, hazer espesso.* Angl. *To make thick.* } Plin. *lib.* 5. *c.* 13. Semine trito expressus, & Sole densatus in pastillos, necat sanguinem expissando. Idem *lib.* 20. *c.* 7. Expissatum est.

Explăno, as, Planum facio. { ... *bibbáh* יִשַּׁר *iischschér* ... *fal brér* פָּרַשׁ *paráseh.* ... Gall. *Aplanir & vnir, declarer, donner à entendre.* Ital. *Spianare, manifestare, dichiarare.* Germ. Glatten / ebnen. Item, erkandlich machen. Hisp. *Declarar, ò allanar lo aspero, ò escuro.* Angl. *To mak plane and euen.* } vt, Explanatus in denos pedes cortex, apud Plin. *lib.* 16. *c.* 8. ¶ Explanare etiam est declarare, manifestare, exponere. ... Ter. *in Phorm.* Quem amicum tuum ait fuisse istum, explana mihi. Cic. 7. *Verr.* Explanandum est enim diligentiùs eorum causa qui locum ignorant. Idem 3. *Tusc.* Non enim verbo solum posuit voluptatem, sed explanauit quid diceret. Salust. *in Catil.* De causis moribus hominis pauca prius explananda sunt, quàm initium narrandi faciam. Cicer. *Acad.* Post argumentis, & quasi rerum notis ducibus vtebantur ad probandum & concludendum id, quod explanari volebant. Idem 1. *Offic.* Qualis differentia sit honesti & decori, facilius intelligi quàm explanari potest.

Explānātus, participium. { מְפֹרָשׁ *mepherásch.* ... Gall. *Declaré.* Ital. *Dichiarato.* Germ. Erklärt / erleutert. Hisp. *Declarado.* Angl. *Declared, made smoth.* } Cic. 1. *Acad.* In lingua etiam explanatam vocum impressionem ponebant.

Explānātē, aduerbium, Apertè. { חֵיטֵב בָּאֵר *heteb baér.* ... Gall. *Clairement, manifestement.* Ital. *Chiaramente, manifestamente.* Germ. Klärlich / heyter. Hisp. *Claramente y manifestamente.* Angl. *Planelie, cleerlie.* } Cic. *in Orat.* Erit igitur hæc facultas in eo quem volumus esse eloquentem, vt definire rem possit: neque id faciat tam pressè & angustè, quàm in illis eruditissimis disputationibus fieri solet: sed cùm explanatius, tum etiam vberius, & ad commune iudicium popularemque intelligentiam accommodatius.

Explānātor, is, qui interpretatur & exponit. { מְבָאֵר *mebaér* פּוֹרֵשׁ *porésch.* ... Gall. *Expositeur, qui declare & donne à entendre.* Ital. *Chi dichiara, dichiaratore.* Germ. Ein erklärer / außleger. Hisp. *Declarador y llanador.* Angl. *An expounder.* } Cic. 2. *de Diuin.* Sunt enim explanatores, vt Grammatici Poëtarum.

Explānātio, nis, Explicatio, enodatio, intepretatio. { פָּרָשָׁה *paraschah.* ... Gall. *Declaration, exposition.* Ital. *Dichiaratione, espositione.* Germ. Erklärung / erleuterung / außlegung. Hisp. *Declaramiento, llanamiento.* Angl. *A declaring, a making manifest.* } Cic. 1. *de Diuin.* Item igitur somniis, vaticinationibus, oraculis quod erant multa obscura, multa ambigua, explanationibus adhibitæ sunt interpretum. ¶ Explanatio item figura est Rhetorum, de qua vide autorem ad Heren. *lib.* 4.

Explānābĭlis, Senec. *lib.* 1. *de Ira,* Et vox est quidem, sed non explanabilis, & perturbata & inefficax. de animalium voce.

Explanto, as, are, Plantas euello. { ... Gall. *Desplanter, transplanter ce qui est planté d'vn lieu en autre.* Ital. *Spiantare, suellere.* Germ. Außreüten / außpflantzen. Hisp. *Desplantar, arrancar plantas.* Ang. *To pull vp that is sett.* } Colum. *lib.* 4. *cap.* 14. Pampini se capreolis illigent suis, ne ventis explantentur. Idem *lib.* 5. *c.* 9. Antequam explantes arbusculam, &c.

Explendesco, is, ere. Luceo, emineo. { נָגַהּ *naghah.* ... Gall. *Resplendir, reluire.* Ital. *Risplendere.* Germ. Außscheinen. Hisp. *Resplandecer.* Angl. *To shyne, to giue light.* } Sueton. *in Tib. Vesp. c.* 2. In puero statim corporis animique dotes exsplenduerunt: magis ac magis deinceps per ætatis gradus forma egregia.

Explĕo, es, Impleo, compleo, saturo, sapio. { מָלֵא *malé* הִשְׂבִּיעַ *hisbiah.* ... Gall. *Remplir, combler, assouuir, contenter.* Ital. *Satiare, impire, compire.* Germ. Erfüllen. Hisp. *Henchir, hartar.* Angl. *To fil, to satisfie.* } Componitur à præpositione ex & verbo pleo, quod aliquando in vsu fuit, factum ex nomine Græco πλέος, siue πλεῖος. Cicer. *de Orat.* Neque inferciens verbo, quasi rimas expleat. Virg. *lib.* 4. *Georg.*

Improbus ingluuiem ranisque loquacibus explet.

Salust. Neque prius iugulandi finis fuit, quàm Sylla omnes suis diuitiis expleuit. Explere consilium. Cæs. *lib.* 1. *de bell. ciuil.* Expleri tempus cœperat. Suet. *in Cæs. c.* 26. Explere spem, cui opponitur destituere expectationem. Liu. *lib.* 5. *dec.* 4. Explete vacantem locum filij. Senec. *c.* 16. *de consol. ad Mart.* Istoc nomine, dum scribo, expleui totas ceras quatuor. Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 3.

Vtque sitim nostro possis explere cruore.

Ouid. *Eleg.* 11. *lib.* 3. *Trist.* Qui modus dandi? Nam tu quidem nunquam expleri potes. Le. Quid modi est ductando, & amando nunquámne expleri potes? Plaut. *Asin. sc.* 3. *a.* 1. ¶ Hic me intus expleui probè (i. saturaui.) Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 3. Explere nomen numerumque filij. Senec. *cap.* 11. *de consol. ad Marc.* Non expleuit auctoritatem Deorum (in statuis) Polycletus. Quintilian. Expletur lacrymis, egeritúrque dolor. ¶ Interdum compleo, perficio. Cæsar *lib.* 1. *de bell. ciu.* Explere munitiones. (id est, perficere.) Explera decem millia. Liu. *lib.* 6 *dec.* 4. Explere locum totum, pro occupare, Cæs. *lib.* 1. *de bell. ciu.* Expectationem explere. Suet. *in Cæs. c.* 30. Virg. 6. *Æneid.*

Discedam, explebo numerum, reddarque tenebris.

Plin. *lib.* 36. Vlcera eorum purgant leniter, explentque cicatrices, & emendant. ¶ Interdum consolor. Terentius *in Heauton.* Hem tot mei solius solliciti sunt causa, vt me vnum expleant. ¶ Interdum exonero: nam ex, quandoque priuatiua est. Ennius, Nauibus explebant sese, terrísque replebant. Vide Seruium. Explere animum cuius pro exonerare. Terentius *in Hecyra,* exple animum, téque hoc crimine expedi. ¶ Explere animum, pro satisfacere animo. Terentius *in Andr.* Dum tempus ad eam rem tulit, qui animum vt expleret suum. Explere aliquando pro Minuere vsurpatur. Nam ex, præpositio nonnunquam priuatiua particula est. Ennius, Nauibus explebant sese, terrísque replebant.

Explētus, participium, Completus, perfectus, { מָלֵא *malé.* ... Gall. *Rempli, plein, parfaict.* Ital. *Pieno, fornito, perfetto.* Germ. Erfült. Hisp. *Henchido, lleno, perfetto.* Angl. *Filled, made full.* } Cic. 2. *de finib.* Habes vndique expletam, & perfectam Torquate formam honestatis.

Explētio, nis, Impletio, perfectio, { מִלּוֹא *miló.* ... Gall. *Remplissement, perfection.* Ital. *Impimento, perfettione.* Germ. Erfüllung. Hisp. *Hinchimiento, perficion.* Angl. *A filing, aperfiting.* } Cicer. 5. *de finib.* In eáque expletione naturæ summi boni finem consistere. Ouid. 3. *Fastor.*

Expletum patrio corpore matris onus.

Explēmentum, i, { מִלּוֹא *meló.* ... } Idem. Senec. *Epist.* 111. Si scietis cacumina arborum, explementum esse ventris.

Explēbĭlis, e, quod expleri potest, { ... Gall. *Aisé à remplir,*

plir, assouuir & contenter. ITAL. *Cosa che si può impire, contentate.* GERM. Das gut zuerfüllen ist. HISP. *Cosa que se puede hinchir y contentar.* ANGL. *That may be filled or satisfied.*} Cicer. 4. *Tuscul.* Indigentia, libido explebilis.

Explēnūnt, pro explent, scripserunt veteres, vt annotauit Festus Pompeius.

Explĭco, as, explicui, & explicaui, explicitum, & explicatum, Extendo, euoluo: & propriè de iis rebus dicitur, quæ plicis inuolutæ sunt. {גלל galal פשט paschát פרש parás. ἀναπλόω, ἀναπτύσσω. GALL. *Desployer, estendre, mettre au large.* ITAL. *Disuolgere, piegare.* GERM. Außwicklen/zerthun/auffthun. HISP. *Desplegar.* ANGL. *To display, to vn folde.*} Explicare vestes, Cicer. Explicare velum, Plaut. Explicare plagas. Martial.

¶ Dicitur & de aliis rebus. Virg. 2. *Georg.*

Sed trudit gemmas, & frondes explicat omnes.

Martial. de pauone, *lib.* 13.

Miraris quoties gemmantes explicat alas.

Ouidius,

——atque explicat ensem.

¶ Explicare aciem, siue ordines, siue agmen. ἐξελίσσειν, τὴν φάλαγγα, dicuntur Imperatores quum milites suos in patentem locum exponunt ad concertationem ineundam. Liu. 4. *ab Vrbe*, Planitiem in medio non paruis modò excursionibus ad prælia, sed vel ad explicandas vtrinque acies satis amplam habebant. Senec. *cap.* 7. *de consol. ad Polyb.* Explicant cursus suos sidera. Et Velleius, Explicatis classibus ad pugnam. ¶ Explicare literas, siue epistolam pro aperire, & clausam reserare, apud Cic. ad Quintum Fratr. *lib.* 3. ¶ Explicatam esse vrbem in plano loco, pro dispositam esse & descriptam. ¶ Explicare & diffundere vmbram, id est, reddere. Mart. *lib.* 1.

Claudia diffusas vbi porticus explicat vmbras.

¶ Explicare negotium aliquod, siue mandatum, pro absoluere, expedire, exequi. Explicare se laqueis, & periculis, pro liberare. Plaut. *Pseud.* *sc.* 1. *a.* 4. pulchrè explicatam tibi hanc rem dabo. (i. affectam.) ¶ Explicare ægrum, id est, morbo liberare. Cels. *lib.* 3. *cap.* 9. Ac si moueat sudorem, explicuisse se ægrum indicabat. ¶ Explicatur sermo, id est, profertur atque editur. Idem Cels. *lib.* 7. *cap.* 9. Quia minus facile & cibus assumitur (nempe contractis labris,) & sermo explicatur. ¶ Explicare, interdum idem est quod curare, vt explicare pecuniam annonam. Calistrat. *l.* 31. *ff. de re iudic.* Si qui tamen per contumaciam magis quàm quia non possint explicare pecuniam, differant solutionem. Sic explicare annonam, curare est, vt in promptu sit. Cæs. *lib.* 1. *bell. Gal.* Legiones quartamdecimam & sextam ex hybernis ab Arari educit, quas ibi explicandæ rei frumentariæ causa relictas superiore commentario demonstrauimus. id est, vt per eos faciliorem haberent rem frumentariam. ¶ Transfertur etiam ad res obscuras & difficiles & pro explanare, atque clarius reddere ponitur. {באר beér פרש paràsch. διασαφέω, διασαφηνίζω. GALL. *Expliquer, declarer.* ITAL. *Dichiarare, esponere, esplicare.* GERM. Erklären/außlegen. HISP. *Declarar lo escuro.* ANGL. *To declare, or expone.*} Cicer. *ad Attic. lib.* 13. Quòd me hortatis, vt eos dies consumam in Philosophia explicanda, id est, in scribendo aliquid planiùs in Philosophia. Ad eundem *lib.* 10. Meas cogitationes omnes explicaui tibi superioribus literis. ¶ Explicare mare intelligitur apud Senecam Tragœdiarum scriptorem pro Turbatum componere & serenare, & quasi corrugatum explicare. Sic enim apud illud legimus *Hercule OEth.*

Vernare iussi frigore in medio nemus:
Missúmque fulmen stare: concussi fretum
Cessante vento: turbidum explicui mare.

[Explicit, i. e. desinit, ex plicis quasi solutum.]

Explĭcĭtūs, partic. Explicatus, explanatus. {מפרש mephorásch תם tám שלם schalém. ἀναπτυγμένος, διαπτυγμένος. GALL. *Exposé, accompli, achevé, parfaict.* ITAL. *Perfetto, fornito.* GERM. Erklärt. HISP. *Expuesto, acabado y perfecto.* ANGL. *Displayed, exponed, ended.*} Cicer. *Attic. lib.* 9. Quanquam à te eius quoque rei iusta defensio est explicita, hoc est, explanata. ¶ Explicitus liber, pro absoluto. Mart. *lib.* 4.

Quo vis cunque loco potes nunc finire libellum,
Versibus explicitum est omne duobus opus.

¶ Item, expliciti valetudine aduersa. Senec. *c.* 1. *de tranq.*

Explĭcĭtĭŭs, comparat. ab explicitus nomine. Cæs. *bell. ciu.* Sed ex propositis consiliis duobus, explicitius videbatur ad Ilerdam reuerti.

Explĭcātĭo, Explicandi actus. {מפרש miphrás. ἀνάπτυξις. GALL. *Desployement.* ITAL. *Spiegamento.* GERM. Erklärung/außlegung. HISP. *Aquella desplegadura.* ANGL. *An vnfolding, an exposition.*} vt, Rudentis explicatio, Cicer. 1. *de Diuinat.* ¶ Explicatio, declaratio. {פרשה paraschah. διάνοια.} Idem 3. *de finib.* Multúmque ad ea quæ quærimus explicatio tua ista profecerit.

Explĭcātŭs, us, aliud verbale eiusdem significationis. {ANGL. *An vnfolding or opening out.*} Cicer. *de nat. deor. lib.* 3. Quibus non vulgaris in cursu gradus, sed mollis alterno crurum explicatu glomeratio. Idem, Hæc ferè dicere habui de natura deorum, non vt eam tollerem, sed vt intelligeretis, quàm esset obscura, & quàm difficiles explicatus haberet.

Explĭcātŏr, is, qui aliquid explicat, aut exponit. {פרש peràsch מבאר mebaér. ἐξηγητής, διασαφητής. GALL. *Qui declare & donne à entendre.* ITAL. *Chi dichiara & fa intendere.* GERM. Ein erklärer. HISP. *Declarador, el que declara lo escuro.* ANGL. *He that exponeth or declaret.*} Cicer. *in Orat.* At laudatus est ab omnibus, fateor: sed ita vt rerum explicator, prudens, seuerus, grauis: non vt in iudiciis versaret causas, sed vt in historiis bella narraret.

Explĭcātrix, fœmin. gener. {פורשת peréschetb מבארת mebaéreth. ἀναπτύκτρια. GALL. *Celle qui declare & donne à entendre.* ITAL. *Donna che dichiara.* GERM. Ein erklärerin. HISP. *Declaradora, la que declara.* ANGL. *She that exponed.*} vt, Explicatrix orationis perpetuæ, est vis dicendi. Cicer. 1. *Acad.*

Explĭcābĭlĭs, e. {εὐανάπτυκτος. GALL. *Facile & aisé à declarer & expliquer.* ITAL. *Facile da dichiarare.* GERM. Das man leichtlich erklären mag. HISP. *Cosa que fácilmente se puede declarar.* ANGL. *That may be declared.*} vt, Explicabilis mensura. Plin. *lib.* 4. *cap.* 13. Toto autem hoc mari ad Scaldim vsque fluuium Germanicæ accolunt gentes, haud explicabili mensura.

Explĭcābĭlĭtĕr, Aduerbium, explicatè. Diomedes Grammaticus *lib.* 1.

Explĭcātē, aduerbium, pro clarè & apertè. {היטב באר hetéb baér. λίαν, σαφῶς, τρανῶς. GALL. *Clairement, apertement.* ITAL. *Chiaramente, apertemente.* GERM. Klärlich/heyter. HISP. *Clara y desplegadamente.* ANGL. *Planely, cleerly.*} Cic. 3. *de Orat.* Qui distinctè, qui explicatè, qui abundanter, qui illuminatè, & rebus & verbis dicunt.

Explōdo, explosi, explosum: ab ex & plodo, cum sono eiicio, quod fit quum rem quæ non placuit, clamore, & gestu, ac strepitu damnamus. {ἐκκρούω. GALL. *Chasser & mettre hors en claquetant des mains.* ITAL. *Cacciare via con strepito.* GERM. Mit einem gestöß außtreiben oder verwerffen. HISP. *Patear en disfauor, echar con estruendo.* ANGL. *To driue out with chapping of handes.*} Cic. 1. *de Orat.* Itaque nos raucos sæpè attentissime audiri video (tenet enim res ipsa, atque causa) vt Æsopum, si paulùm irraucuerit explodi. Idem *pro Cluent.* Te verò illud idem quod tum explosum & eiectum est, nunc retulisse demiror. Cicer. 2. *de Diuin.* Sed hoc genus diuinationis vita iam communis explosit. Senec. *cap.* 10. *de consol. ad Mart.* Ne in arenam quidem aut littus explodet (naufragos.)

Explōro, as, Antiqui vtebantur pro exclamo, siue eiulo. {צעק tzahák. ἀνακράζω, οἰμώζω. GALL. *Crier.* ITAL. *Gridare.* GERM. Schreyen/heulen/weynen. HISP. *Gritar.* ANGL. *To crye.*} Varro, Gemit, explorat, turbam omnem concitat. Exploro antiqui pro exclamare vsi sunt: sed postea pro prospicere, & sagaciter inquirere. {חקר chakar רגל righghel תר tar. κατασκοπέω, κατοπτεύω. GALL. *S'enquerir soigneusement, guetter.* ITAL. *Cercare con diligenza.* GERM. Außspähen/erkundigen. HISP. *Buscar, espiar.* ANGL. *To viewe, watch or espie.*} Virgil. *lib.* 1. *Æneid.*

Vt primùm lux alma data est, exire, locósque
Explorare nouos, quas vento accesserit oras,
Quærere constituit.

Plin. *in Epist.* Locus suspectus, & mollis quem ego interim explorari modico impendio iussi, an recipere, & sustinere opus possit. ¶ Interdum idem est quod obseruare. Virg. 9. *Æneid.*

Necnon & trepidi Troes formidine portas
Explorant.

¶ Interdum deliberare, σκέπτομαι. Idem 1. *Æneid.*

——tuus ô regina quod optas
Explorare labor.

¶ Interdum siccare. Idem *lib.* 4. *Georg.*

Et suspensa focis exploras robora fumo.

Explōrātŭs, nomē ex participio, Certus, apertus, perspicuus. {נחקר nechkár. δοκιμασθείς, ὁ σαφής. GALL. *Certain & asseuré.* ITAL. *Cosa certa, indubitata.* GERM. Erkundigt/gewiß. HISP. *Cosa cierta y non dudada ni dudosa.* ANGL. *Certaine, sure.*} vt, Explorata salus: cuius contrarium, Salus deplorata. Cicer. *ad Appium*, vt consolarer fortem virum atque sapientem, quàm vt exploratam spem salutis ostenderem, &c. ¶ Exploratum est mihi, vel exploratum habeo, id est, certò scio, liquidò noui. Cic. *de senect.* Quis est tam stultus, quamuis sit adolescens, cui sit exploratum, se ad vesperam vsque esse victurum? Idem *Attico*, Quid enim exploratius esse possit, quàm illius animus in Rempublicam? Idem *post reditum*, Quum mihi esset exploratissimum P. Lentulum proximo anno Consulem futurum. Idem *Attico*, Cæsarem hoc idem probaturum exploratum habeo. Plaut. *Capt. sc.* 4. *a.* 3. Exploratum dico hoc & prouisum tibi (paulò antè exquisitum.) Gell. *cap.* 7. *lib.* 1. Explorata aure. Velleius, Exploratissima aure.

Explōrātē, aduerbium, Certè, planè. {βεβαίως, διηκριβωμένως. GALL. *Certainement, veritablement.* ITAL. *Certamente, veramente.* GERM. Gewißlich. HISP. *Ciertamente, en verdad.* ANGL. *For a suretie, for a certaintie.*} Cic. *ad Quint. Fratr.* Hæc ita sentio, iudico, ad te exploratè scribo. Planc. *ad Senatum*, Non solùm benè sperare de nobis homines, sed exploratè iudicare volumus.

Explōrātĭo, probatio. ἐξέτασις, δοκιμασία. Macrobius *Saturnal. libr.* 2. *cap.* 2. Quod non infacetè in adulterij explorationem ambiguitatè conuertit.

Explōrātŏr, verb. Speculator. {תר tar מרגל meraghghél. ὁ διερευνητής, ἐξεταστής, σκοπός, κατάσκοπος. GALL. *Espion, vne guette ou espie, guetteur.* ITAL. *Spione, inuestigatore.* GERM. Ein außspäher/erkundiger. HISP. *La espia ò assechador de los enemigos.* ANGL. *An espy or priuie, searcher.*} Qui explorat & obseruat, Cæs. 3. *bell. Gall.* Plaut. *Pseud.* Exploratorem hunc ludo faciamus suppositicium. Plin. *lib.* 16. *cap.* 9. Scribit in recenti ad duces explorator, &c. Sueton. *in Tiber. cap.* 60. Explorator vix.

Explōrātōrēs, um, qui secreta nuntiant hostibus, proditores sunt, & capitis pœnas luunt, Arrianus *in l. omne delictum. de re milit.*

Explōrātōrĭŭs, Exploratoriæ coronæ. Sueton. *in Caligula cap.* 45. Comites autem & principes victoriæ nouo genere, ac nomine Coronarum donauit: quas distinctas Solis ac lunæ syderúmque specie, exploratorias appellauit. [¶ Exploratoriæ naues, speculatoriæ. Bays.]

Explōrātō, ablatiuus participij absolutè positus. Tacit. *lib.* 18. Et explorato iam profectos amicos, noctem quietam, vtque affirmatur, non insomnem egit, id est, postquam exploratum est illi & cognitum.

Expŏlĭo, as, are, Spolio, priuo. {שלל schalál. λαφυραγωγεῖν, συλάω. GALL. *Despouiller, desgarnir, oster.* ITAL. *Spogliare.* GERM. Gar berauben oder außziehen. HISP. *Despojar.* ANGL. *To spoile or robbe.*} Cicer. *pro Deiotaro*, Quo tum erga te rex animo fuit, qui auxionatus sit, seséque & filium suum expoliare maluerit, quàm tibi pecuniam non subministrare? Expoliare honorem & dignitatem Cæsaris. Hirtius 8. *bell. Gall.* Expoliari, Zasius inquit, eleganti figura dicuntur qui sunt priuati, qui iacturam in bonis passi sunt. Ita Iurisconsu. *in l.* 1. *ff. de donat. inter virum & vxorem*, dixit donationem esse prohibitam inter coniuges, ne se mutuo amore spoliarent. Sic *l.* 1. *de b. n. dam.* Is qui detruditur in carcerem propter crimen, non debet spoliari bonis, antequam feratur sententia, id est, priuari. Et quod Iustinianus *in* §. *compensationes. Institutionib. de actionib.* dicit, Expoliatum bonis. Iurisconsu. *in l. finali ad fin. de his quæ in fraud.* dicit, Exutum bonis, vt paria sint, Exui bo-

nis, & Expoliari bonis, id est, iacturam bonorum pati. Vnde interpretes *dicti* §. *compensationes*, verbi expoliatus elegantiam non intelligentes, alienum, ridiculum, & planè impium, vt Zasiano vtar verbo, sensum inuexerunt.

Expŏlĭo, is, ire, Exornare, absoluere, extremam manum imponere. {מרק *marák* מרט *marát* לטש *latásch* השלים *hischlím*. ἐπισκευάζω, ἐξεργάζομαι, καλλωπίζω. GALL. *Polir & accoustrer pour le dernier*. ITAL. *Polire, adornare*. GERM. Außbalieren, außbutzen, zieren. HISP. *Mucho polir*. ANGL. *To burnishe, to trumme, to polishe*.} Plaut. *in Milite*, Meum opus ita dabo expolitum, vt improbare non queas. Cicer. *de Inuentione, lib.* 2. Nihil simplici in genere omni ex parte perfectum natura expoliuit. Senec. *cap.* 9. *de Tranquill.* Expolitur Bibliotheca, vt necessarium domus ornamentum. Plaut. *Mostell. sc.* 2. *a.* 1. Expoliunt, docent litteras.

Expŏlītus, participium. {מרוט *marút*. ἐξησκημένος. GALL. *Poli, accoustré*. ITAL. *Polito, lisciato*. GERM. Außgebaliert, hüpsch, außgebutzt. HISP. *Mucho polido*. ANGL. *Polished, trimmed, burnished*.} Pictum atque expolitum orationis genus. Cic. *in Orat.* Deus expolitior, Catullus. Libellus pumice expolitus. Idem. Plaut. *Mostell. sc.* 2. *a.* Ædes paratæ, expolitæ, factæ probè.

Expŏlītĭo, nis, Exornatio, explicatio. {תמרוק *tamrúk*. ἐξεργασία. GALL. *Polissement, polissure*. ITAL. *Esso polire, lisciare*. GERM. Außbutzung, ein zierliche zubereitung. HISP. *Polideza, obra de polir*. ANGL. *A polishing, a burnishing*.} Cicer. *ad Quint. Fratr.* Vrbanam expolitionem viget ille quidem & Philotimus, &c. expolitio quoque exornatio quædam sententiarum apud Heren. cùm in eodem loco manemus, & aliud atque aliud dicere videmur.

Expŏlītissĭmus, superlatiuus. Gell. *lib.* 2. *cap.* 20. vbi agros optimè cultos, & villas expolitissimas vidisset. Verba Scipionis contra Claudium Asellum.

‖Expompare, vituperari, detestati. Cath.‖

Expōno, is, ere, Exprimo, profero. {פרש *parás* פרש *parásch* באר *beér*. ἐκτίθημι. GALL. *Exposer, mettre en vn lieu & laisser là*. ITAL. *Mettere fuori*. GERM. Außlegen, außthun. HISP. *Poner defuera*. ANGL. *To expone, to set forth, to set out to hazarde*.} vt, Exponere vasa, Cicer. Exponere in Sole fœnum, vt siccescat, Columell. Exponere in terram copias, Liuius. Exponere in nauibus milites, Cæsar. Et Virg. 11. *Æneid.*

——socios de puppibus altis
Pontibus exponunt.

Plaut. *in Trucul.* Nunc ego istos mundulos vrbanos amasios Hoc ictu exponam. ¶ Aliquando significat abiicere, & sorti ac fortunæ committere. Vnde infantes abiecti & commissi fortunæ, expositi dicuntur. Ter. *in Heaut.* Quum exponendam do illi, de digito annulum detraho, & eum dico, vt vnà cum puella exponeret. Liu. 1. *ab Vrbe*, In proxima alluuie, vbi nunc ficus ruminalis est, pueros exponunt. Plaut. *in Cistell.* Dat eam puellam ei seruo exponendam ad necem. Plin. iunior, Epistola omnibus commendationibus destituta, malignitati interpretantium exponitur. Cic. 3. *Verr.* Quum tibi exposita esset omnis Pamphylia ad prædandum Ouid. *Eleg.* 8. *lib.* 4. *Trist.*

——Qui (Dij) me terráque marique
Iactum Sarmaticis exposuere locis.

Senec. *cap.* 9. *de consol. ad Marsiam.* Exponi ad omnes ictus fortunæ. ¶ Aliquando significat declarare, explicare, interpretari. {ἐξηγέομαι, διηγέομαι, ἑρμηνεύω. GALL. *Exposer, declarer*. ITAL. *Dichiarare*. GERM. Außlegen oder erklären. HISP. *Declarar lo escuro*. ANGL. *To shewe and declare*.} Cicer. 1. *Philip.* Antequam de Repub. scribam, P.C. exponam vobis breuiter consilium profectionis, & reuersionis meæ. ¶ Ponitur etiam interdum pro expendo, ἐκτίθημι. Solinus, Quum magnam is pecuniam exposuisset. Senec. *cap.* 9. *de consol. ad Polyb.* Expositum mare in omnes tempestates. Item, Expositus in fronte spectaculorum conspicietur. Suet. *in Claud. cap.* 4.

Expŏsĭtē, Aduerbium, explicatè. {ἐκθετικῶς, ἀναπτύκτως. } Gell. *lib.* 3. *cap.* 2. Virgilius quoque idipsum ostenderit non exposité atque apertè, sed (vt hominem decuit poëticas res agentem) recondita, & quasi operta veteris ritus significatione.

Expŏsĭtĭo, nis, Explicatio. {פרשה *parascháh*. ἔκθεσις. GALL. *Declaration, exposition*. ITAL. *Dichiaratione, espositione*. GERM. Außlegung, erklärung. HISP. *Declaracion de lo escuro*. ANGL. *An exposition or declaring*.} Autor ad Heren. *lib.* 1. Narratio defensoris breuem & simplicem expositionem habere debet. Expositio, apud Oratores pro propositione quæ & intentio dicitur, & est prima propositio ratiocinationis. Quint. *in Proœmio lib.* 8. *de officio Oratoris.* Ex quibus ad docendum expositio, argumentatio ad mouendum affectus pertinet.

Expŏsĭtītĭus, adiect. {ἐκθετικός. ANGL. *That is cast or put forth to hazarde*.} Qui est abiectus vt pereat. Plaut. Reuertar ad illam puellam expositiriam.

Expŏpŭlor, aris, Populor, deprædor. {בזז *bazáz* שס *schas* שסס *schasás* שדד *schadhádh*. διαρπάζω. GALL. *Despeupler, piller*. ITAL. *Depredare*. GERM. Gar verderben vnd verwüsten. HISP. *Robar y destruyr el campo*. ANGL. *To spoile, to wast*.}

Expŏpŭlātĭo, nis. {בזה *bizzáh* משסה *meschisáh*. ἐξαλάπαξις. GALL. *Saccagement, depeuplement, degast*. ITAL. *Saccheggiamento*. GERM. Verheerung, verwüstung. HISP. *Robamiento assi*. ANGL. *A spoiling, wasting*.} Col. *lib.* 5. *c.* 2. Pluuiis, ventísque, & apibus afferunt prædam: quarum vocabulo propter hanc expopulationem cognominantur.

Expŏrrĭgo, is, vel per syncopen Expergo, extendo, quasi porrò ago. {נטה *natáh*. ἐκτείνω. GALL. *Estendre, eslonger, ou eslargir*. ITAL. *Spargere, stendere, allargare*. GERM. Außstrecken. HISP. *Estender lo encogido*. ANGL. *To reache, to streche or spread out, to offer*.} Hirt. 5. *bell. Africani*, Postero die eorum aciem propiùs instituit exporrigere munitiones. Plaut. *Pseud.* Exporgi meliùs est lumbos, atque exurier. ¶ Exporrigere frontem, est hilarescere: sicut contrahere frontem, est ringi. Terent. *in Adelph.* Da te hodie mihi: exporrige frontem. Exporrigere. Prorogare. Senec. *de breuit. vitæ*, Quid menses tibi & annos & longam temporis seriem exporrigis?

Expŏrto, as, are, Extra porto, aufero. {נשא *nasá* נטל *natál* לקח *lakách*. ἐκφορέω. GALL. *Porter dehors, emporter, transporter*. ITAL. *Portar fuori*. GERM. Außtragen oder führen. HISP. *Lleuar a fuera*. ANGL. *To bear or carie out*.} Cic. 6. *Verr.* Per illos quæ volebat, in nauem clàm imponenda, occultè exportanda curabat. Exportare ex oppido, *ibid.* Ex prouincia secum exportare, idem 7. *Verr.*

Expŏrtātĭo, nis, ✱ Inuectio. {משאה *massaáh*. ἡ ἐκκομιδή, ἐξαγωγή. GALL. *Transport, emportement*. ITAL. *Esso portar fuori*. GERM. Außtragung oder führung. HISP. *Aquella obra de lleuar fuera, lleuamiento*. ANGL. *A bearing or carying out*.} Cicer. 2. *Offic.* Iam verò earum rerum quibus abundaremus, exportatio, & earum quibus egeremus, inuectio certè nulla esset. ¶ Exportatio, pro exilio. Senec. *de tranquil. vitæ*, Quæ dignitas cuius non prætextam, & augurale, & loca patritia comitentur, & sordes, & exportatio, &c.

Expōsco, is, est enixè, & cum instantia aliquid peto. {שאל *schaál* בקר *bakáh* בקש *bikkésch*. ἐξαιτέω. GALL. *Demander instamment, requerir*. ITAL. *Dimandare con instanza*. GERM. Hefftig begeren, trungenlich auffs heischen. HISP. *Demandar ò pedir mucho*. ANGL. *To require & desire instantlie*.} Cic. *pro Milone*, Misericordiam ipse non implorat, ego autem repugnante hoc & imploro, & exposco. Virg. 3. *Æneid.*

Sed votis precibúsque iubent exposcere pacem.

Ouid. *Eleg.* 10. *lib.* 1. *Trist.*

Exposcit votis immemor artis opem.

Item Liu. *lib.* 7. *ab Vrb.* Pacis Deûm exposcendæ causa lectisternium fuit. ¶ Exposcere, vel deposcere aliquem, est petere eum ad pœnam dedi. Liu. 8. *bell. Maced.* Legatos deinde misit ad deposcendos autores defectionis. ¶ Exposcit audire. Virg. 4. *Æneid.*

Iliacósque iterum demens audire labores
Exposcit.

Expōstŭlo, as, Vehementer peto, exposco. {שאל *schaál* בקר *bakáh* בקש *bikkésch*. ἐξαιτέω. GALL. *Faire requeste à aucun, le requerir & prier, demander instamment*. ITAL. *Dimandare con instanza*. GERM. Außfordern. HISP. *Demandar con instancia*. ANGL. *To require or to aske instantlie*.} Cicer. *pro Q. Roscio*, Vix medius fidius, tu Fanni hoc à Ballione expostulare auderes. Sæpiùs accipitur pro conqueror cum eo ipso qui fecit iniuriam, eum obiurgo. {נלון *nalón*. ἐγκαλῶ, διαμεμφομαι, μέμφομαι. GALL. *Se plaindre*. ITAL. *Lamentarsi*. GERM. Beklagen. HISP. *Quexarse de alguno, querellarse*. ANGL. *To quarell*.} Terent. *in Adelph.* Nisi si me in illo credidisti esse hominum numero qui ita putant Sibi fieri iniuriam: vltrò si quam fecere ipsi, expostulant, Et vltrò accusant. Habet autem ferè post se ablatiuum personæ, mediante præpositione cum, aut (quod perinde existimari debet) has particulas, mecum, tecum, secum, nobiscum, vobiscum. Cic. *lib.* 1. *Epist.* Sed locus alienus videtur tecum expostulandi. Nonnunquam præter hunc ablatiuum personæ, habet & ablatiuum rei de qua quis expostulat, idque mediante præpositione de. Cicer. *Metel.* Lenis & facilis à te existimari debeo, qui mihi tecum de his ipsis rebus expostulem. Loco cuius tamen ablatiui nonnunquam legitur accusatiuus dependens à præpositione ob, vel propter, subaudita: quod frequens est apud Comicos. Ter. *in Andr.* —sed quid agam? Adeámne, & cum eo iniuriam hanc expostulem? hoc est, propter iniuriam.

Expōstŭlātĭo, verbale, Criminatio, quædam accusatio. {תלונה *telunáh*. ἐγκλημα, σχετλιασμός, ἐγκλήσεις, μέμψις. GALL. *Requeste, plainte enuers aucun du tort & iniure qu'on nous a fait*. ITAL. *Querela di danno riceuuto*. GERM. Verweisung. HISP. *Aquella obra de quexarse de alguno, quexa*. ANGL. *A quarelling*.} Cic. *ad Quint. Frat. lib.* 2. Fuère nonnulli aculei in C. Cæsarem, contumeliæ in Gellium, expostulationes cum absente Pompeio.

Expōstŭlātor, qui expostulat. {ἐγκληματικός. ANGL. *A quareller*.}

Expōtus, veteres dixerunt pro epotus. Plaut. *in Trinummo*, Quid factum est eo? Comesum, expotum, exutum, elotum in balneis.

Exprǣcepto. Col. *lib.* 2. *c.* 1. Sacrificia nisi ex præcepto domini facere nesciat, id est, nisi dominus præceperit.

‖Expræfectus, præfecturâ functus.

Exprætor, præturâ perfunctus.‖

Exprǣpărāto, vice aduerbij ponitur. Liu. *lib.* 1. Tumultuario prælio ac præcursu magis militum, quàm expræparato, aut iussu Imperatorum orto. id est, dedita opera.

Expretus, pro expertus antiquè dicebatur. Festus Pomp. Expreta antiqui dicebant, quasi ex paritia habita. Plaut. *in Bacch.* It magister quasi lucerna, expretus vncto linteo.

Exprĭmo, is, Premendo extraho, & elicio. {מצה *matsáh* מץ *mats*. ἐκθλίβω, ἐκπιέζω, ἐκβιάζομαι. GALL. *Exprimer, espreindre*. ITAL. *Esprimere di sorte che n' esca il liquore*. GERM. Außtrucken. HISP. *Exprimir*. ANGL. *To wringe out*.} vt, Exprimere oleum, exprimere liquorem. Plin. *lib.* 14. Expresso vino infunditur aqua vinaceis. Idem *lib.* 28. *c.* 9. Dein liquata per lintea exprimuntur, ac reponuntur in fictili locis frigidis, id est, transcolantur. Item, Supprimet mores (fortuna) & nouas rupes exprimet. Senec. *c. vlt. de cons. ad Marc.* & Ouid. *El.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Sic quæ concubitus varios Venerísque figuras
Exprimit.

Sueton. *in Tiber. cap.* 19. Tormentis expressa confessio. ¶ Aliquando declaro, manifesto, {פרש *parásch* באר *beér*. διαφράζω, ἐξηγέομαι. GALL. *Declarer*. ITAL. *Dichiarare*. GERM. Heiter vnd außtrucklich machen. HISP. *Declarar*. ANGL. *To declaire and mak manifest*.} Plin. *in Epistol.* Possumus apud Prusenses area, quam vacare scribis, vti: illud tamen paturu expressisti. Gell. *cap.* 16. *lib.* 11. Verbum de verbo expressum, vt dicitur. ¶ Aliquando repræsentare, effingere. {חקה *chák* חקה *chikkáh*. ἀπεικονίζω, ἐκτυπόω. GALL. *Representer, tirer au vif*. ITAL. *Representare, ritrar naturalmente*. GERM. Abbilden, ein bildnuß außtrucken, abconterfeien. HISP. *Representar*. ANGL. *To mak or expresse the likenesse of a thing*.} Plin. *in Epist.* Nam si esse nobis curæ solet, vt facies nostra ab optimo quoque artifice exprimatur, nónne debemus, &c. ¶ Exprimere inter alia etiam hoc significat, vi impetrare, quod & extorquere dicimus. {ANGL. *To mak to do by force*.} Cic. *pro Quint.* Extorquendum est inuito: atque ingratis quod non debet, eripiendum atque exprimendum est, de fortunis omnibus P. Quintius deturbandus est.

Vnde

Vnde expressa Senatusconsulta, apud Tranquillum, teste Budæo, id est, extrusa & extorta. *In Augusto c.57.* Omitto Senatusconsulta, quæ possint videri vel necessitate expressa, vel verecundia. Idem *in Othon. c.5.* pro impetrata dispensatione decies sestertiúm expresserat. Item exprimere confessionem victis. Liu. *lib.6. dec.4.* ¶ Exprimere formulas, pro conficere. Cic. *pro Rosc. Com.* Expressæ sunt enim ex vniuscuiusque damno, dolore, incommodo, calamitate, iniuria, publicæ à Prætore formulæ, ad quas priuata lis accommodatur.

Exprēssus, a, um, nomen ex participio. {חקוק *chakúk* מחוקק *mechukkéb.* ἐκπιεσμένος. GALL. *Tiré & fait au vif, exprimé sur vn patron naifuement.* ITAL. *Rittratto natiuamente, molto simile al naturale.* GERM. Außgetruckt / eigentlich abgebildt. HISP. *Representado.* ANGL. *Lynelie made, wrong out by force.* } Cicer. *pro Cælio*, Habuit enim ille sicuti meminisse vos arbitror, permulta maximarum non expressa signa, sed adumbrata virtutum. Idem *Lentulo*, Hæc profectò vides quantò expressiora, quantóque illustriora futura sint. Plin. *Epist.* 100. Quia omni genere laudis ad exemplar antiquitatis expressius. Catullus *ad Ortal.*

Mitto hæc expressa tibi carmina Battiadæ.

Plaut. *Pseud. sc.1. a.1.* Expressam in cera ex anulo imaginem. Quint. In narratione pleni atque expressi esse debemus.

Exprēssio, vulgò, quo Plin. & Celsus in ea vtuntur significatione, in qua barbari medici *Colaturam* vsurpant. { מיץ *mits.* ἐκπιεσμός. GALL. *Esprainte.* ITAL. *Espressione.* GERM. Außtruckung. HISP. *Obra de exprimir.* ANGL. *A wringing out.* }

Exprēssē, aduerbium, Manifestè, apertè. {ἐμφανῶς, διαῤῥήδην. GALL. *Expressement, euidemment.* ITAL. *Chiaramente, espressamente.* GERM. Außtrucklich. HISP. *Expressa y claramente.* ANGL. *Expreslie, namely.* } Plin. *in Epistol.* Vt mihi Attilius noster expressè dixisse videatur, sic in foro pueros à centumuiralibus causis explicari, vt ab Homero in scholis.

Exprēssim, idem quod expressè, disertè, nominatim. Paul. *l.98. de sol.* Quod ita potest admitti, si hoc ipsum expressim agebatur.

EXPRŌBRO, as, Obiicio, probro & vitio do. {חרף *chereph* גדף *ghiddhéph.* ἐξονειδίζω. GALL. *Reprocher, tourner à honte & reproche.* ITAL. *Rimprouerare, gittare in occhio.* GERM. Verweisen/einen zuschmach aufheben. HISP. *Dar en denuesto, improperar.* ANGL. *To vpbrayde, to lay in reproche, to twite.* } Terent. *in Andr.* Nam isthæc commemoratio, Quasi exprobratio est immemoris benefici. Cicer. *de Amicit.* Odiosum sanè genus hominum officia exprobrantium: quæ meminisse debet is, in quem collata sunt, non commemorare qui contulit. Plaut. *in Amphitr. prologo*, Non fuit illi mos, vt exprobraret quod bonis faceret boni. Idem *Most. sc.3. a.1.* Triginta minas pro capite tuo dedi: Cur exprobras? Egóne id exprobrem, qui mihi cupio id exprobrarier. ¶ Exprobrans sonus, Quint. Dulcis debet esse, non exprobrans sonus. (sup. vocis.) Senec. *c.16. de consol. ad Helu.* Non te fœcunditatis tuæ, (quasi exprobraret ætatem,) puduit. Ouid. *lib.12. Metam.*

——trepidóque fugam exprobrauit amico.

Plaut. *in Capt. sc.4. a.3.* Bergin' seruum me exprobrare esse, quod vi hostili obtigit? ¶ Aliquando est obiicere culpam non verbis, sed re, & aliquo facto, προφέρειν, ἐμφανίζειν, ἀνειδίζειν. Plin. *in Epistol.* Nam mala emptio semper ingrata, eo quód exprobrare stultitiam domino videtur.

Exprōbrātrix, fœmin. quæ exprobrat. Senec. *de benefic. lib.7. cap.22.* vt hæc nimia & exprobatrix memoria subsideret, obliuisci eum qui dedit iussimus.

Exprōbrātio, {גדוף *giddúph* חרפה *cherpáh.* ὀνειδισμός, ὀνειδισμός. GALL. *Reproche.* ITAL. *Rinfacciamento.* GERM. Verweisung / aufhebung. HISP. *Aquella obra de zaherir y dar en denuesto, zahermiento.* ANGL. *An vpbraiding.* } Plin. *lib.19. cap.4.* Terent. *And.* —nam istæc commemoratio Quasi exprobratio est immemoris benefici. Esse in exprobratione, id est, vitio verti. Plin. Nam pari desiderio etiam erant in exprobratione.

EXPRŌMĬTTO, is, ere, Est pro alio promittere, hoc est, fideiubere. {ערב *haráb.* ἐξεγγυάω. GALL. *Promettre & s'obliger pour vn autre, respondre pour luy, le pleger.* ITAL. *Promittere per altri.* GERM. Für ein andern versprechen/verbürgen. HISP. *Prometer por otro.* ANGL. *To promise or vndertake for an other.* } Vlpian. *de iure dot.* Debitor mulieris iussu eius pecuniam viro suo expromisit. Idem *de donat.* Si quis seruo suo grandem pecuniam crediderit, deinde liber factus eam expromiserit. ¶ Aliàs expromitto idem est quod simplex promitto. Pompon. *lib.14. tit.vlt. l.fin.* Si is, cui dum in potestate patris esset, mutua pecunia data fuerat, paterfamiliàs factus, per ignorantiam facti, nouatione facta eam pecuniam expromisit, si petatur ex ea stipulatione, in factum excipiendum erit.

Exprōmissŏr. {ערב *horéb.* ἐξεγγυητής.} Pompon. *de verborum obligationibus l.5.* Satis acceptio est stipulatio, quæ ita obligat promissorem, vt expromissores quoque ab eo petantur. Expromissores sunt hi, qui pro eo promittunt qui ipse efficaciter obligatus non est: vt qui pro seruo promittit centum domino, si eum manumiserit: nec enim cum seruo contrahitur vera obligatio. Quo verò expromissor à mandatore, fideiussore, sponsore, constitutore, & principaliter obligato differat annotatum est *in Authentic. de fideiussor. in princip.* Accedit §. *satis acceptio. l.5. ff. de verborum obligationib. & l. si quis accepto, de condict. ob caus.* Spiegel.

EXPRŌMO, is, Extra promo, profero, expono. {הוציא *hotsi.* ἐκφέρω. GALL. *Tirer hors, produire, mettre hors.* ITAL. *Trar fuori, producere.* GERM. Aufnemmen/fürziehen. HISP. *Sacar à fuera.* ANGL. *To drawe forth, to vtter.* } Plaut. *in Mil.* Neque equidem heminas octo exprompsi in vrceum. Varr. *2. de re rust. cap.2.* Quum emptor dixit, Tanti sunt mihi emptæ, & ille respondet: Sunt: & exprompsit nummos. Cic. *pro Milon.* Expromere crudelitatem. ¶ Expromere interdum idem est quod eloqui, & animi sensa efferre. Cic. *4. Acad.* Expromam primùm illa inuidiosa, quòd eos omnes qui, &c. Liu. *9. bell. Pun.* Expromerent quid sentirent, cum bona venia se auditurum. Catull. *ad Ortal.*

Nec potis est dulces Musarum expromere fœtus
Mens animi.

Plaut. *Milit. sc.2. a.2.* Quicquid est incoctum non expromit, benè coctum dabit. (de Consilio & de dolo.)

Exprōmĭtur, passiuè. Cic. *2. in Cat.* Quorum omnis industria vitæ, & vigilandi labor in antelucanis cœnis expromitur.

Exprōmptus, participium, In medium prolatus, inquit Donatus. {מוצא *mutsa.* ἐκφερόμενος. GALL. *Tiré hors, produit, mis hors.* ITAL. *Messo fuori.* GERM. Herfürgenommen / oder herfürgelegt. HISP. *Sacado afuera.* ANGL. *Drawen forth, taken forth.* } Terent. *in And.* —Mysis, nunc opus est tua Mihi ad hanc rem exprompta memoria.

[Exproximus, qui proximi dignitate perfunctus est.
Expudoratus, impudens. Gloss. Isid.]

EXPŪGNO, as, Pugnando capio. {צר *tsar* תפש *taphás.* ἐκπορθῶ, ἐκπολιορκῶ. GALL. *Gaigner en bonne guerre, vaincre par force, forcer.* ITAL. *Prendere combattendo.* GERM. Bestreiten / mit streitten erobern. HISP. *Coger combatiendo.* ANGL. *To winne by assaute, to conquere.* } Terent. *Eunuch.* Primùm ædes expugnabo. Cæs. *4. bell. Gall.* Compluribus expugnatis oppidis. Cicer. *1. Verr.* Nihil esse tam sanctum, quod non violari, nihil tam munitum, quod non expugnari pecunia possit. Plaut. *Pseud. sc.4. a.1.* ..faxo expugnatum hoc erit oppidum. Idem *Pseud. sc.7. a.4.* An expugnauit ille carcerem patriam tuam? & metaphoricè, idem *ibid. sc.2. a.7.* Hoc oppidum expugno. Idem *Amphitr.* Id vi & virtute militum victum & expugnatum oppidum. (de dedito.) & Sueton. *in Tiber. cap.21.* Expugnatus precibus. ¶ Expugnare pro pugnando & contendendo obtinere & impetrare. Cicer. *3. in Verr.* Quibus allegationibus illam sibi legationem expugnauit. [Expugnare, exorare. Casaub.] ¶ Expugnare aurum ab aliquo, metaphoricè, pro Extorquere nummos ab aliquo. Plaut. *Bacchid.* Expugnaui amanti herili filio aurum ab suo patre. id est, technis tantum effeci, vt pater daret pecunias filio. ¶ Cœpta expugnare, id est, expugnando & instando assiduè incœpta perficere. Ouid. *9. Metam.* ¶ Expugnare pudicitiam puellæ. Cic. *pro Cælio*, Vtrum hic tibi L. Herennij adulter, an amator, expugnare pudicitiam, an explere libidinem voluisse videatur?

Expugnassere. Plaut. *Amph.* Sese igitur summa vi virísque eorum oppidum expugnassere.

Expūgnātio, nis. { מצור *matsor.* ἐκπολιόρκησις. GALL. *Forcement, prinse d'assaut.* ITAL. *Forzamento, vittoria.* GERM. Eroberung. HISP. *Aquella obra de tomar por combate.* ANGL. *A winning by assaute, a vanquishing.* } Cicer. *pro lege Manil.* Non multùm ab hostili expugnatione differunt.

Expūgnātŏr, is, {צר *tsar.* πολιορκητής. GALL. *Forceur, vainqueur.* ITAL. *Forzatore, vincitore.* GERM. Ein eroberer/ein Sieger im streit / ein vberwinder. HISP. *Vencedor, tomador, por combate y por fuerça.* ANGL. *A vanquisher, an ouercomer.* } vt, Expugnator pudicitiæ. Cicer. *3. Verr.*

Expūgnābĭlis, e, {εὐπολιόρκητος. GALL. *Qu'on peut vaincre.* ITAL. *Cosa che si può vincere.* GERM. Wol durch streitung zuerobern. HISP. *Cosa que se puede vencer.* ANGL. *That may be vanquished or ouercome.* } Statius *4. Theb.*

——& nullo ruis expugnabilis astro.

EXPVMO, as, are, In modum spumæ emano. { ἐξαφρίζομαι. GALL. *Escumer, rendre & ietter escume.* ITAL. *Schiumare.* GERM. Verschaumen/ aufschaumen. HISP. *Espumar echando la espuma.* ANGL. *To cast out fome.* } Cels. *lib.6. cap.7.* Si ex grauedine est, purgare autem oportet, & spiritum continere, donec inde humor aliquis expumet.

EXPŪMĬCO, as, expurgo, expolio: verbum formatum à pumice, cuius vsus est in chartis leuigandis, & sordibus pedum abradendis in balneis. Tertull. *aduersus Valent.* Et ab omnibus iniuriis passionis expumicat.

EXPŪNGO, is, quod scriptum est deleo, deleo, induco. { מחה *machah.* ἐξαλείφω. GALL. *Effacer & oster, casser, annuler, abolir vne escriture.* ITAL. *Cancellare, annullare, cassare.* GERM. Außthun/ außtilgen/ durchstreichen. HISP. *Cassar la escritura ò la cuenta.* ANGL. *To pricke or crosse out a worde or sentence written.* } Plaut. *in Cist.* Nunc quod reliquum restat, volo persoluere, Vt expungatur nomen, ne quid debeam. Vnde etiam milites expungi dicuntur à militia, quum nomina eorum ex albo eraduntur. Et expuncti milites dicti sunt deleti, & à militia remoti. Vide interpretem Persij. Plaut. *in Curc.* Miles pulchrè centuriatus est expuncto in manipulo. Expungi dicuntur Iudices, quando amouentur à iudicando, veluti erasi ex albo Iudicum. ἐξαλείφεσθαι, διαγράφεσθαι, ἀπαλείφεσθαι, ἐκκρίνεσθαι. Persius *Satyr.2.* per translationem posuit pro expellere, & loco mouere, Pupillúmve vtinam quem proximus hæres Impello, expungam: namque est scabiosus, & acri Bile tumet. Plaut. *Amphit.* Vt metuo ne victis hostibus Dij partam expungant gloriam. Item Suet. *in Claud. cap.15.* Cùm decurias rerum actu expungeret. ¶ Expungere rationes, est vltimam manum calculo imponere. Hermog. *de diuers. temp. præscript.* Reipublicæ rationes subscriptæ & expunctæ aduersùs eum quidem qui administrauerit, vltra viginti: aduersùs verò hæredem, vltra decem annos retractari non possunt. Tracta est locutio à more supputantium, qui semel atque iterum dispuncto calculo, vbi minores omnes summas in vnam contraxerint, reliqua omnia solent expungere. ¶ Dispungere verò rationes (vt suo loco dictum est,) est expensa & accepta conferre.

[Expuncta fibræ pectorum. Gloss. Isid.
Expunctores, dispunctores, qui alios ab hæreditate expungunt.
Expunctus miles, ære dirutus, ex albo deletus, exauctoratus.]

EXPVO, is, Saliuam aliúdve quid ex ore eiicio. {רק *rak.* ἐκπτύω, ἀποπτύω. GALL. *Cracher, getter hors.* ITAL. *Sputare.* GERM. Außspeyen. HISP. *Escupir.* ANGL. *To spette out, to voide out.* } Plin. *lib.7. cap.23.* Anaxarchus, quum simili de causa torqueretur, præerosam dentibus linguam, vnámque spem indicij in eos tyranni expuit. Terentius per translationem *in Eunucho* dixit, Vbi illam expuerit miseriam ex animo. Plaut. *Pseud. sc.1. a.1.* Nequeo lacrumam exorare vt expuant vnam modò. (sup. oculi.)

Expūĭtio. {רק *rok.* ἀπόπτυσις. GALL. *Crachement, crachat.* ITAL. *Sputamento.* GERM. Außspeyung. HISP. *Escupidura.* ANGL. *A spetting out.* } Plin. *lib.23. cap.1.* Et ad expuitionem sanguinis quoque adhibent.

EXPVRGO, as, purgo, vel perfectè purgo. {ברר *berér* נקה *nikkáh.* ἀποκαθαίρω.

ϐαίρω. GALL. *Purger, nettoyer, esmonder.* ITAL. *Purgar.* GERM. Außseuberen/ wol reinigen. HISP. *Alimpiar.* ANGL. *To clense, to mak cleane.* } Cicer. *de clar. Orat.* Quò magis expurgandus est sermo. Gell. *cap.* 3. *lib.* 7. Expurgare fidem. ¶ Expurgare se à criminis alicuius suspicione, est se innocentem probare. Plaut. *in Milit. sc.* 6. *a.* 2. Expurgare volo me. PE. Túne expurges mihi, Qui facinus tantum, támque indignum feceris? Idem *Capt. sc.* 4. *a.* 3. Hoc volo expurgare tibi. Salust. *Iugurth.* 108. Turpilius iussus à Metello causam dicere, postquam sese parum expurgat, condemnatus, verberatúsque pœnas capite soluit.

Expūrgātĭo, verbale. { נקיון *nikkájon* טהרה *taboráh.* ἐκκάθαρσις, ἀποκάθαρσις. GALL. *Purgation, nettoyement.* ITAL. *Purgamento, nettamento.* GERM. Außseuberung/reinigung. HISP. *Purgacion, obra de alimpiar.* ANGL. *A purgation or cleensing.* } Expurgationem habere, id est, se purgare, Plaut. *Amph. sc.* 3. *a.* 3.

EXPŪTO, as, Ab ex, & puto compositum, significat ramos superfluentes ex arboribus, vel sarmenta ex vitibus runca resecare. { זמר *zamár* סעף *schéph.* ἀφαιρέω, τεμῶ, κλαδεύω. GALL. *Tailler ce qui est superflu, couper, poner.* ITAL. *Tagliare, podare.* GERM. Außhawen/ außschneiden. HISP. *Podar.* ANGL. *To loppe trees, to cutt of boughes.* } Col. *lib.* 11. Palos, vna opera cædere, & exputatos acuere centum numero potest. Et *lib.* 3. *cap.* 15. Deinde velut veteranam vitem totam exputare, & ad vnam materiam firmissimam redigere. ¶ Per translationem ponitur pro reputare, & mente voluere. ἀναλογίζομαι. Planc. *Ciceroni,* Quæ mens eum, aut quorum consilia, tanta gloria, sibi verò etiam necessaria ac salutaria auocarint, & ad cogitationem Consulatus bimestris, summo cum terrore hominum, & insulsa cum efflagitatione transtulerim, exputare non possum, id est, apud me perpendere, & ratiocinari. ¶ Exputatum & excoctum argentum. Gell. *cap.* 5. *lib.* 6.

EXPŪTRĒSCO, is, apud Plaut. *in Curc. sc.* 1. *a.* 2. legitur pro penitus putresio. { רקב *rakáb* נאלח *neelách.* κατασήπομαι. GALL. *Se pourrir & gaster.* ITAL. *Putrefarsi.* GERM. Gar erfaulen. HISP. *Podrirse.* ANGL. *To rott, to putrefie, to waxe rotten.* } Quin (inquit) tu aliquot dies perdura, dum intestina exputrescunt tibi.

Exquæstor, is, Iustinian. *lib.* 1. *Institut.* Dicitur is qui quæsturæ functus est munere: quemadmodum Exconsul, qui consulatu. Iustinian. *in Lat. præfat. Pandectarum.*

EXQVĪLĪÆ, arum, tantùm plurale. Mons Romæ, dictus ab excubiis regiis Tullij Hostilij, qui hunc collem vrbi adiecit, (vt autor est Liuius 1. *ab Vrbe,*) & in eum, vt frequentiùs habitaretur, domicilium suum transtulit. } Ouid. *lib.* 1. *Fast.*

Adde quòd excubias vbi rex Romanus agebat,
Qui nunc Exquilias nomine collis habet.

Sunt qui ab excolendo, Exquilias dictas volunt, quòd ea pars vrbis quum antea neglecta iacuisset, à Tullo rege fuerit exculta. Quicquid id est, constat certè per x, & sine diphthongo scribendum esse, contra receptum abusum.

Exquĭlīnŭs, a, um, quod in Exquiliis est, aut ad Exquilias pertinet: vt Exquilina porta, Mons Exquilinus. Varro, Exquilinus mons septiceps apud ædem Iunonis Lucinæ, vbi æditus habitare solet.

Exquilius, a, um. Ouid. 2. *Fastor.*

Monte sub exquilio multis incæduus annis,
Iunonis magna nomine lucus erat.

EXQVĪRO, is, Diligenter inquiro, secerno, eligo. { בקש *bikkésch* דרש *daràsch* בקר *bikker* חפש *chaphásch* בחר *bachár.* βασανίζω, ἐξετάζω. GALL. *S'enquerir diligemment.* ITAL. *Cercare diligentemente.* GERM. Fleissig nachsuchen. HISP. *Buscar con diligencia.* ANGL. *To seeke, search or trie out.* } Cic. 4. *Academ.* Neque nos studium exquirendi defatigati relinquimus. Terent. *in Andr.* — nunc ea me exquirere Iniqui patris est. Plaut. *in Amphitr.* Te certè heri aduenientem illicò & salutaui, & valuissésne vsque exquisiui. Satius est adire atque exquirere sintne ea vera. Idem *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Ex multis exquire vnum amicum certum. *Ibidem sc.* 3. *a.* 1. Id dicam si me exquiret (id est, ex me quæret.) Idem *Mil. sc.* 2. *a.* 2. Si ex iis, quæ volo, exquisiuero. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 2. Qui id exquiris tu? id est, rogas, percontaris.) Idem *Amphitr.* I intrò, exquire, sitne ita, vt prædico. Idem *Aul. sc.* 6. *a.* 4. Dabo ei spatium exquirendi meum factum. *Ibid.* Istuc patrem exquisito est opus. Idem *Amph. sc.* 1. *a.* 2. *& sc.* 3. *a.* 2. Idem *Capt. sc.* 4. *a.* 3. Satin mihi exquisitum est fuisse hunc seruum. ¶ Exquirere fidiculis. Suet. *in Calig. cap.* 33. (de quæstione.) Exquirere in exemplum. Liu. *lib.* 4. *bell. Pun.*

Ēxquīsītŭs, a, um, nomen ex participio. Accuratus, lectus, excellens. { מחפש *mechpas* נבחר *nibchár.* ἐξηκριβωμένος, ἐξητασμένος, ἐξειλεγμένος. GALL. *Exquis, excellent.* ITAL. *Exquisito, excellente.* GERM. Ersucht/ außerlåsen. HISP. *Buscado con diligencia, excelente.* ANGL. *Much, searched for fine, deintie, singulier, pikedh.* } vt, Exquisita doctrina Philosophus: exquisita verba, exquisita opera, ἐξηκριβωμένα. apud Cic. Exquisita ingenia: exquisitæ epulæ, apud Plin. Tacit. *lib.* 12. Cæterùm actæ principi grates exquisitiore in Domitium adulatione. ¶ Exquisita tormenta, Suet. *in Tib. cap.* 62. Item, Exquisitis modis os ducere, Quint. de inepto gestu.

Ēxquīsītīssĭmŭs, superlatiuus. Suet. *in Calig. cap.* 38. Vario & exquisitissimo calumniarum & actionum & vectigalium genere. Idem *in Othon. cap.* 3. ad auertendas suspiciones cœnam vtrique exquisitissimæ comitatis dedit.

Ēxquīsītē, aduerbium, Diligenter, accuratè. { ἀκριβῶς. GALL. *Soigneusement, auec soin & diligence.* ITAL. *Con gran consideratione & diligentia.* GERM. Fleissiglich. HISP. *Diligentemente.* ANGL. *Finelye, passingly.* } Cic. *de clar. Orat.* De crimine accuratè atque exquisitè disputare. Colligere exquisitiùs aliquas rationes, idem 1. *Tusc.*

Ēxquīsītīssĭmē, Aduerbium, valdè exquisitè. Gell. *lib.* 10. *cap.* 1. Eam rem Pompeius exquisitissimè retulit ad doctissimos ciuitatis. Vide eundem *lib.* 13. *cap.* 7.

Ēxquīsītim, aliud aduerbium, Varr. *Aiace,* vt citat Nonius, Æger medicos exquisitim conuocabat, vt conualesceret.

EXRĀDĪCO, Vnà cum radice euello. { עקר *hakár* שרש *scherésch.* ἐκριζόω, ῶ. GALL. *Arracher, easter.* ITAL. *Sradicare, suellere insieme con la radice.* GERM. Außwurtzlen/ mit der wurtzel außreissen. HISP. *Desarraigar, arrancar.* ANGL. *To pluk vp by the rootes.* } Varro *lib.* 1. *de re rustica, cap.* 27. Terram rudem proscindere oportet: quæ sunt ex enata prius, quàm ex iis quid seminis cadat, vt sint exradicata. Plura vide in verbo *Eradico.*

ĒXRŎGO, as, ἀφαιρέω. Ex lege veteri aliquid eximo per legem nouam. Festus.

ĒXSACRĬFĬCO, as, Sacrifico, verbum antiquum. { זבח *zabách.* θύειν. GALL. *Sacrifier, immoler.* ITAL. *Sacrificare, immolare.* GERM. Auffopfern. HISP. *Hazer sacrificio.* ANGL. *To sacrifice.* } Cic. 1. *de Diuinat.* ex Ennio, Exsacrificat hostiis balantibus.

EXSÆVIO, is, ire, Liuio *lib.* 10. *bell. Pun.* Exsæuire dicitur tempestas, *quand elle passe sa fureur.*

‖Exsanio, id est, saniem, aut alium quemuis inutilem liquorem, exprimo.‖

EXSCENDO, is, idem quod descendo, vnde particip. Exscendens, apud Liuium *lib.* 5. *d.* 5.

Ēxscensŭs, us, idem quod descensus. { מורד *morádh.* ἀπόβασις, ἔκβασις, καταβάσεις. GALL. *Descente.* ITAL. *Scendentia.* GERM. Ein außgang oder nidergang. HISP. *Descendimiento, baxada.* ANGL. *A downe going.* } Liu. 2. *bell. Punic.* Itaque ad Honoscam classe prouecti, exscensu è nauibus in terram facto quum vi vrbem cœpissent, captámque diripuissent, Carthaginem inde petunt. Ab exscendo verbale.

Exscensio, vel (vt quidam libri habent) Extensio, Liu. *lib.* 7. *&* 8. *bell. Punic.*

ĒXSCRĪBO, is, Transcribere, describere. Exempla transferre. Asconius 3. *Verrin.* { העתיק *hehethik.* ἀπογράφειν. GALL. *Transcrire, copier, extraire.* ITAL. *Transcriuere.* GERM. Außschreiben. HISP. *Trasladar escritura.* ANGL. *To copie, to vrit out of a copie.* } Cic. 3. *Verr.* Perinde quasi exscribendi potestatem non haberet. Exscribere tabulas. Idem 4. *Verr.* Col. *lib.* 12. *cap.* 3. Hæc primò tradidimus, & loca singulis demonstrauimus, & cuique sua annumerauimus, & annumerata ipsi exscripsimus, cúmque admonuimus, &c. ¶ Exscribere patrem similitudinem. Plin. *epist.* 3. *lib.* 5. Amisit enim filiam quæ non minus mores eius, quàm os, vultúmque referebat, totúmque patrem mira similitudine exscripserat. id est, effinxerat, & viuam patris effigiem reddiderat.

‖Exscubo, as, excubias facio.

Exscūdo, is, malleo fabrico.

Exsculpo, extorqueo. Lucil.‖

Ēxsēmĭnāto, id est, stirpitus. Sic Vlp. interpretatur *in l. vitem. §. quod quis. ff. arb furt. cæs.*

Ēxsēnsŭs, a, um, id est, sine sensu, ἀναίσθητος, Næuius *in Alcest.* apud Gell. *lib.* 19. *cap.* 7. Corpore, pectoréque vndique obeso, ac mente exsensa, tardigemulo senio oppressum. aliàs, mente extensa.

Ēxsĭgnātē, Signare. { חתם *chatham.* σφραγίζειν. GALL. *Marquer, & signer, ou cacheter, contremarquer.* ITAL. *Segnare.* GERM. Außzeichen. HISP. *Señalar.* ANGL. *To mark or sealle.* } Liu. 1. *ab Vrbe,* Eique sacra omnia exscripta exsignatáque attribuit.

‖Exsinuare, è sinu emittere.

Exsoluo, persoluo.

Exsolutè, Absolutè, indubiè. Innoc.

Exsolutio, integra & plena solutio.

Exsomnis, somno priuatus.

Exspicio, video, à verbo, Specio, quod est augurum.

Exspes, sine spe.‖

ĒXSŌRDĒSCO, is, Sordidus & abiectus fio. { נמאס *tamé.* ἀνελίζομαι. GALL. *Deuenir ord & sale, estre vilené & honni.* ITAL. *Diuenir sordido.* GERM. Gar vnflätig werden/ zu einem wust werden. HISP. *Ensuziarse.* ANGL. *To waxe filthie or foule.* } Gell. *lib.* 6. *cap.* 2. Cur ergo nos patimur nomen Philosophi illustrissimum in hominibus deterrimis exsordescere?

‖Exsortia, extra sortem, præstantissima. Cerda.‖

ĒXTĂ, orum, plurali tantùm numero, & neutro genere, q. exsecta: vel ab extando, dicuntur viscera in corpore animantis maximè extantia, ex quibus aruspices futura prænoscebant. { מעים *mehajim.* ἱερά, σπλάγχνα. GALL. *Les entrailles.* ITAL. *L'interiora.* GERM. Das eingeweid/oder gehenck. HISP. *La assadura, entrañas.* ANGL. *The in wardes or entrailles of beasttes.* } Exta (inquit Festus) dicta quòd ea diis prosecentur, quæ maximè extant emanéntque. Plin. *lib.* 11. *cap.* 3. Exta homini ab inferiore viscerum parte separantur membranis, quæ præcordia appellant, quia cordi prætenduntur. Virg. 2. *Georgic.*

Pinguiaque in verubus torrebimus exta colurnis.

Plaut. *Aul. sc.* 5. *a.* 3. Qui ossa atque pellis, totus est, ita cura macet: Quin exta inspicere in sole etiam viuo licet, Ita is pellucet, quasi laterna Punica. Cic. 1. *de Diuinat.* Quæ est autem gens, aut quæ ciuitas, quæ non aut extis pecudum, aut monstra, aut fulgura interpretantium, aut augurum, aut astrologorum, aut sortium, aut somniorum, aut vaticinationum prædictione moueatur? Idem 2. *de Diu.* Concedam hoc ipsum si vis, etsi magnam iacturam causæ fecero, si vllam esse conuenientiam naturæ cum extis concessero. Ouid. 4. *Fast.*

Sectaque fumosis exta dedere focis.

Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Si sacrificem & in manibus exta teneam. Idem *ibid.* Nolo victimas, Agninis me extis placari volo. ¶ Exta contraria Diti patri potiora, Suet. *in Othon. cap.* 8.

ĒXTĀBĒSCO, is, Tabe conficior, tabesco, marcesco. { נמה *namé* נמק *namák.* ἐκτήκομαι. GALL. *Deuenir sec & ethique, deuenir en langueur.* ITAL. *Ammarcire.* GERM. Verschweinen/ außdorren. HISP. *Desleirse.* ANGL. *To pine or wether away.* } Cicer. 2. *Tusc.* Refugêre oculi, corpus macie extabuit. Idem 2. *de natur. deor.* per translationem posuit pro euanescere. Etenim, inquit, videmus cæteras opiniones fictas, atque vanas diuturnitate extabuisse. Suet. *in Galb.* 17. Extabescere fame.

‖Extalis, ἀρχὸς. Gloss. V. an, quòd extet, at extuberes ἀρχὸς ?

Extar, olla, vbi exta coquebantur. Gloss. vet.

Extelare, ἐκλαθραῖον. Gl. V. videtur esse ex telis liberare.‖

Ēxtēmplo, aduerbium, Statim, Illicò, continuò. { פתאם *pitheóm.* αὐτίκα. GALL. *Soudain, incontinent.* ITAL. *Subito, incontinente.* GERM. Von stunde an/ geschwind. HISP. *A des hora, luego.* ANGL. *Incontinent, forth with, by and by.* } Varro *lib.* 5. *de de lingua Latina,* Extemplo (inquit) id est, continuò, quòd omne templum debeat esse continuò septum, nec plusquam vnum introitum habere. Plaut. *Amphitr.* — se exercitum extemplò

domo

domo Reductarum. Liu. *lib.3. ab Vrbe condit.* Secundæque belli res extemplò vrbanos motus excitauerunt. Extemplo simul, pro simul ac. Liu. *lib.34.* Item, Ædes cum extemplò paratæ sunt, (i. simul ac.) Plaut. *Most. sc.2. a.1.* Cùm extemplò veniunt conductum coquum. (i. simul ac.) Idem *Pseud. sc.2. a.3.* Cùm extemplò aduenit à foro. Idem *Mil. sc.6. a.2.* Cùm extemplò in forum aduenero. (i. simul ac.) Idem *Capt. sc.1. a.4.* Cùm extemplò aduentum apporto illicò, Amphitruo fio. (i. simul ac.) Idem *Amphitr.* Pro monstro extemplò est, quando qui sudat, tremit. Idem *Asin. sc.1. a.2.* Extemplò se applicant. Idem *Men. sc.1. a.2.* Quam extemplò mihi operam das. Idem *Asin. sc.4. a.2.* Nam si ignis viuet, tu extinguere extempulò. Idem *Aul. sc.2. a.1.* Ne tu me ignores, cùm extemplò meo è conspectu abscesseris. Idem *Capt. sc.3. a.2.* Eáque extempulò vbi vino has conspersi fores. Idem *Curc. sc.1. a.1.* Eam obtruncabo extemplò, idem *Mil. sc.5. a.2.*

Extēmpŏrē, Eximprouiso, & inpræmeditatè. {מיד *myjádh.* [illegible] GALL. *Tout sur le champ, incontinent.* ITAL. *Immantenente, all' improuiso, subito.* GERM. Einsmals, vnbedächtlich, vnuerzogenlich. HISP. *Derepente, y de improuiso.* ANGL. *V pon a sodaine, at vnwares.*} Cic. 2. *Offic.* Quos credimus expedire rem, & consilium ex tempore capere posse. Ex tempore, & à cura opponuntur. Suet. *in Tib. cap.70.* ¶ Aliquando ex tempore, pro temporis conditione. [illegible] Cic. *lib.3. Offic.* Huius generis quæstiones sunt hæ omnes in quibus ex tempore officium quæritur.

Extĕmpŏrālĭs, e, Ex tempore factus, immediatus. {αὐτοσχέδιος, ἀμελέτητος. GALL. *Soudain, subit, faict à l'improuiste, & sur le champ.* ITAL. *Cosa fatta all' improuiso.* GERM. Das in einer eil ohn verzug vnd vnbedächtlich geschicht. HISP. *Cosa hecha de repente.* ANGL. *Doone, said or made vpon a sodaine.*} vt, Extemporalis oratio, impræmeditata, Quint. *lib.4. cap.1.* Extemporalis actio, apud eundem *lib.10. cap.7.* Extemporalis actio frequenter excitatur. Extemporalis Rhetor, qui ex tempore dicit, Mart. *lib.5.* Extemporalis garrulitas: & extemporalis temeritas, apud Quintilianum. Extemporalis facultas, Suet. *in Aug. cap.84.*

Extĕmpŏrālĭtās, extemporalitatis, Promptitudo, siue facultas ex tempore aliquid dicendi, faciendive. {[illegible] GALL. *Promptitude soudaine.* ITAL. *Prontezza fuor di tempo, senza considerarui.* GERM. Vnuerzogenheit, behendigkeit, von stunden etwas zuthun. HISP. *Aquella obra subita.* ANGL. *A sodaine ablenesse in doing a thing.*} Suet. *in Tito, cap.3.* Latinæ Græcæque linguæ vel in orando, vel in fingendis poematibus promptus, facilisque, vel ad extemporalitatem vsque.

Extĕmpŏrānĕum, pro subitaneo accipimus, ἀμελέτητος, αὐτοσχέδιος.

Extempulò. Vide suprà *Extemplò.*

EXTĒNDO, is, di, sum, vel extentum, Porrigo, protraho, explico. {נטה *natáh* רקע *rakáh* [illegible] GALL. *Estendre.* ITAL. *Distendere, porgere.* GERM. Außstrecken, außspannen. HISP. *Estender.* ANGL. *To streich out.*} Col. *lib.5.* Quare quum ad summum palum recta vitis extenta est, capistro constringitur. Liu. *lib.4. d.5.* Quantum extendere iter posset, in castra properaret. Plin. *Epist.37.* Extenderem preces, nisi tu diu rogari nolles. Liu. *7. ab Vrbe*, Quum cerneret metu tenendos quos fide non tenuisset, extendere omnes imperij vires Consules dilectu habendo iussit. Virg. *6. Æneid.*

Et dubitamus adhuc virtutem extendere factis.

¶ Extendere aures dicitur oratio, quæ nimis lenta est: obruere, quæ nimis rapidè voluitur. Sen. *epist.40.* Æquè stillare orationem nolo, quàm currere. Nec extendat aures, nec obruat. ¶ Se extendere supra vires. (de pauperibus.) Liu. *lib.34.* ¶ Extendere somnum in partem diei. Senec. *cap.6. de cons. ad Polyb.* Extendit illa suam gratiam pro me. Idem *cap.17. de cons. ad Helu.* Quò magis vincla extendas, tantò astringunt arctius. Plaut. *Men. sc.1. a.1.* Et Cæsar *lib.3. de bell. ciu.* Cùm se magnis itineribus extenderet. ¶ Extendere pretia, Suet. *in Calig. cap.38.* Eo vsque extendens pretia, vt, &c. Item, Extendere ceruicem, Velleius.

Extendens, participium. Suet. *in Cal. cap.38.* posuit pro intendens: Exquirens per se precia, & vsque eò intendens, &c.

[Extensio, regio. Gloss. Isid.]

Extēnsŭs, participium. {נטוי *natúi* מרקע *merukkáb.* [illegible] GALL. *Estendu.* ITAL. *Steso.* GERM. Außgestreckt, außgespannt. HISP. *Estendido.* ANGL. *Streetched out.*} Cic. *4. Acad.* Cum extensis digitis aduersam manum ostenderat.

Extensiuŭs, a, um. [illegible] Paulus *D. l.8. tit. vlt. l.6.* Propter hæc verba, si nemo filiorum volet hæreditatem suscipere quia extensiua sunt. Et cùm verba extensiua sint, pœnitentia eius vsque ad annum admittenda sit.

Extĕntŭs, aliud participium, idem. {נטוי *natúi* מרקע *merukkáb.* [illegible]} Cicer. *2. de Orat.* Per statuas verò quum dixit, & extento brachio paululum etiam de gestu addidit, vehementer risimus. Ouid. *de Arte,*

Hac mones arte latus, tunicisque fluentibus auras
Excipis, extentos fertque superba pedes.

¶ Extenta itinera pro magnis. Liu. *lib.10. bell. Pun.* Mago proximæ noctis silentio profectus, quantum pati vix per vulnus poterat, itineribus extentis ad mare in Ligures Ingaunos peruenit. Ouid. *Eleg.6. lib.4. Trist.*

Tempus vt extentis tumeat facit vua racemis.

Velleius, Extentam ceruicem præbere.

Extēnto, as, are, frequentatiuum. {[illegible] GALL. *Estendre fort souuent.* ITAL. *Stendere spesso.* GERM. Offt außstrecken. HISP. *Estender mucho.* ANGL. *To streth out often.*} Plaut. *Bacch.* Quæ te mala crux agitat, qui ad istunc modum Alieno vires tuas extentas ostio?

Extĕnŭo, as, Minuo, attenuo, deprimo. {דקק *bedhák* כחש *chachásch.* [illegible] GALL. *Attenuer, menuiser, faire menu & deslié.* ITAL. *Menorare, assottigliar, estenuare.* GERM. Klein machen, verkleinern. HISP. *Adelgazar.* ANGL. *To diminuhe, to mak leane, lesse or slenderer.*} Cicer. *2. de natura deorum*, Dentibus autem in ore constructis manditur, atque ab his extenuatur & molitur cibus. ¶ Extenuare mala ferendo, est fortitudine & æquanimitate leniora reddere. Ouid. *3. Trist.*

Quod potes extenua, forti mala corde ferendo.

Idem *Eleg.4. lib.1. Trist.*

Spiritus hic vacuas prius extenuandus in auras Ibit.

¶ Extenuare rem aliquam verbis, deprimere, & minorem facere, quàm reuera sit, eleuare. [illegible] Cic. *2. de Offic.* Neque verò verbis auget munus suum, si quo forte fungitur, sed extenuat. Sic extenuare cantum. Autor ad Her. *lib.2.* Defensor autem causam fuisse negabit, si poterit, aut eam vehementer extenuabit.

Extĕnŭātŭs, participium, cui opponitur concretus. {דל *dal.* [illegible] GALL. *Extenué, amoindri, appetissé.* ITAL. *Extenuato, indebolito.* GERM. Dünn oder subtil gemacht. HISP. *Adelgazado.* ANGL. *Dimnished, made leane or slender.*} Cicer. *2. de natura deorum*, Ex in mari finitimus aer die ac nocte distinguitur: isque tum fusus & extenuatus sublimè fertur, tùm autem concretus in nubes cogitur. Brutus *Ciceroni*, Recurri ad meas copiolas: sic enim ferè eas appellare possum: sunt enim extenuatissimæ, & inopia omnium rerum pessimè acceptæ.

Extĕnŭātĭo, nis. {דלה *dalláh* כחש *chachásch.* [illegible] GALL. *Amoindrissement, rabais.* ITAL. *Extenuatione, smagrimento.* GERM. Verkleinerung. HISP. *Adelgazamiento.* ANGL. *A diminishing or appayring.*} Cicer. *3. de Orator.* Significatio, & distinctè concisa breuitas, & extenuatio)(exaggeratio.

Extenuissimè, Aduerb. Senec. *lib.1. cap.4.* Extenuissimè maritus, & dedit adulteris locum.

Extĕr, vel Exterus, a, um. Idem externus. {נכרי *nochri* נכר *nechár.* [illegible] GALL. *Estranger.* ITAL. *Straniero, forestiere.* GERM. Außländisch. HISP. *Estrangero, forestero.* ANGL. *Foreyne, strange.*} Stat. Exter hostis dixit pro extraneo. Cic. *in Cat.* Exterus hostis atque longinquus. Idem *in Verr.* Exteræ nationes & gentes.

EXTĔRCŎRO, as, Purgo. {פנה *pinnáh* נקה *nikkáh.* [illegible] GALL. *Purger, curer & nettoyer.* ITAL. *Purgare, nettare.* GERM. Außseubern von kaht vnnd dreck. HISP. *Purgar, alimpiar.* ANGL. *To purge, to cleense.*}

EXTĔRĔBRO, as, Terebrando extraho. {[illegible] GALL. *Percer tout outre, pertuiser.* ITAL. *Triuellare, pertuggiare.* GERM. Außboren. HISP. *Barrenar, ò horadar.* ANGL. *To pearse or make hole through.*} Cic. *1. de Diuinat.* Itaque ex eo auro quod exterebratum esset bubulam curasse faciendam. ¶ Per translationem significat aliquid extorqueo. Plaut. *in Persa.* Nunquam hercle exterebrabit tu, vt sis prior, Quam ego siem. ¶ Nonnunquam idem quod perquirere, seu perscrutari. Varro, atque omnes adeò perquirit, atque exterebrat artes.

EXTĔRGO, is, extersi, extersum, Tergendo purgo. {מרק *marák.* [illegible] GALL. *Torcher & faire net, essuyer.* ITAL. *Nettare, forbire.* GERM. Außwüschen. HISP. *Alimpiar, enxugar.* ANGL. *To wipe cleane.*} Cato *de re rust.* Post diem omnino duodecim pernas eximito, & salem omnino detergito, & suspendito in ventum biduum, tertio extergito. Plaut. *Most. sc.3. a.1.* Linteum cape, atque exterge tibi manus.) ¶ Pro eodem etiam dicimus extergeo per secundam inflectionem. Plaut. *in Rud.* Ita quanto magis extergeo, rutilum atque tenuius fit. Cato *de re rust. cap.162.* Die tertio extergito spongia bene.

Extērsŭs, participium, idem quod expolitus. {מרק *morak.* [illegible] GALL. *Torché poli & nettoyé, essuyé.* ITAL. *Forbito, nettato.* GERM. Außgewüscht, außgebutzt, außgesäubert. HISP. *Alimpiado, enxugado.* ANGL. *wiped cleane.*} Plin. *lib.34. c.9.* Æra extersa, rubiginem celerius trahunt, quàm neglecta, nisi oleo perungas. Plaut. *Curc. sc.4. a.4.* Linteum (e tersum in supellectile lenonia.)

EXTĔRMĬNO, as, Extra terminos eiicio, expello. {גרש *geréschs* נדח *nadhach.* ἐξορίζω. GALL. *Exterminer, bannir & chasser hors des fins & limites, perdre, gaster.* ITAL. *Esterminare, cacciar fuori, bandire, cacciar fuori de confini.* GERM. Vber die marcken außtreiben, veriagen. HISP. *Exterminar, enagenar, desterrar, sacar desus terminos.* ANGL. *To banish, to driue out of the boundes.*} Cic. *lib.3. Offic.* Atque omne genus pestiferum, atque impium, ex hominum communitate exterminandum est. Exterminare vrbe, atque agro, Cic. *1. de nat. deor.* ¶ Exterminare morbum, est abigere, seu depellere. Plin. *lib.31. c.10.* Regium quoque morbum, in vino exterminat potum. ¶ Aliquando exterminare ponitur pro demoliri, & euertere. Cic. *post redit. ad Quirit.* Itaque neque republica exterminata mihi locum in hac vrbe esse duxi.

Extĕrmĭnātŏr, Euersor, expulsor. {גרש *garésch* שדד *schodhédh* הרס *herés.* [illegible] GALL. *Exterminateur, destruiseur, gasteur.* ITAL. *Esterminatore, guastatore.* GERM. Ein vertreiber, zerstörer. HISP. *Exterminador, guastador.* ANGL. *One that destroyeth.*} Cic. *pro domo sua.* Tamen obuersamur ante oculos exterminatoris sui.

Exterminium, verbale. Ruricius *epist.47.* Vnde nec à tinea poteris pertimescere exterminium, nec à fure formidare dispendium.

EXTĔRNO, [vel potiùs exsterno, as,] ab ex, & sterno, Mente exturbo, dementem facio. {חתת *chath* המם *hamam*, [illegible] GALL. *Mettre hors du bon sens, descourager, troubler.* ITAL. *Far impazzire.* GERM. Von sinnen bringen, entsinnig machen. HISP. *Espantar, hazer loco.* ANGL. *To abash greatlie and discourage.*} Pacuuius, Sed eccam miseram, quam frequens luctus externauit. Catullus *in Argon.*

Ah miseram, assiduis quàm luctibus externauit
Spinosas Erycina serens in pectore curas.

Extĕrnātŭs, participium. {חת *chath* נדהם *nidham.* [illegible] GALL. *Esperdu, hors du sens.* ITAL. *Fuori di se, perduto.* GERM. Erstaunet, von sinnen gebracht. HISP. *Espantado, hecho loco.* ANGL. *Abashed, and discouraged.*} Catullus,

Sed quid ego ignaris nequicquam conqueror auris
Externata malo?

¶ Equi externati, id est, consternati, & perterriti. Ouid. *in Ibin.* Idem *11. Metam.*

Sic quæcunque solo defixa cohæserat harum,
Externata fugam frustrà tentabat.

Extĕrnŭs, a, um, ab extra præpositione, Extraneus, extrarius, exterus. {נכרי *nochri* נכר *nechar.* [illegible] GALL. *Estranger.* ITAL. *Forastiere, quello che è dalla parte di fuori.* GERM. Außländisch. HISP. *Estraño è estrangero.* ANGL. *Out ward, a foreiner, estranger.*} cui opponitur internus. Vnde externa pars corporis dicitur quæ foris apparet: & externa vis, quæ aliunde ingruit. Liu. *lib.1.* Timor deinde Patres incessit, ne ciuitatem

uitatem sine imperio, exercitum sine duce multarum circa ciuitatum irritatis animis, vis aliqua externa adoriretur. Sic etiam externi homines dicuntur exteri, & alienigenæ. Cic. 2. *Offic.* Homines externos non egere, ornamento est reipublicæ.

EXTĔRO, is, Terendo excutio, comminuo. { הקצה *hiktsah* הדק *hedkak.* ἐκτρίβω, ἀποτρίβω. GALL. *User à force de fretter, oster en frottant.* ITAL. *Consumar fregando, far minuzzole.* GERM. Ausreiben/ausstrochen. HISP. *Trillar, gastar vsando.* ANGL. *To grinde, to tak away by rubbing.* } Col. *lib.* 2. Quum rursus amplior mellis prouenerit, quicquid exteretur, capisterio expurgandum erit. Varro *lib.* 1. *de re rust.* Apud alios exteritur grege iumentorum inacto, & ibi agitato perticis, quoad vngulis è spica exteruntur grana. Quintil. Opus poliat limâ, non exterat. ¶ Exterere etiam dicimus aciem ferri pro acuere. Exterere literam, est eam expungere, & delere. Varro 2. *de re rust. cap.* 1. A quo post Balare dicunt, extrita e litera, vt fit in multis. Exterere cibum, pro conficere & digerere.

Extrītus, particip. { מקצב *muktséb.* ἐκτετριμμένος, ἐκτριβείς. } Vt ignis extritus. Lucr. *lib.* 5. *de fulgure.*

Extĕrus, a, um, siue Exter, à præpositione extra, Quod alibi natum est, vel quod aliunde aduenit. { נכרי *nochri* נכר *necear.* ἐξωτερικός, ἐξωτικός. GALL. *Estranger.* ITAL. *Forestiere, d'altro paese.* GERM. Frembdling/frembd. HISP. *Estrangero, forastero.* ANGL. *Foreine, strange, of an other cuntrey.* } Cicer. *in Catil.* Exterus hostis, atque longinquus. Virgil. *lib.* 4.

—— *& nos fas extera quærere regna.*

Extĕrĭor, Extimus, vide *Extra.*

Extĕrrānĕus, Aduena, quasi ex alia terra. { נכרי *nochri* נכר *nechar.* ἀλλόφυλος. GALL. *Estranger, né en terre estrange.* ITAL. *Straniere, nato altrone.* GERM. Ein ausländischer. HISP. *Estrangero, de tierra estraña.* ANGL. *Strange, foreyne.* } Vide *Exterricineum.*

EXTERRĔO, es, ui, itum, idem quod simplex terreo. { בהל *bihél.* φοβεῖν, ἐκπλήττειν. GALL. *Espouuanter.* ITAL. *Spauentare, sbigottire.* GERM. Erschrecken. HISP. *Espantar.* ANGL. *To mak afearde, to put in feare.* } Cic. 2. *Offic.* Et dolorum quum admouentur faces, præter modum plerique exterrentur. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Nunc vbi detonuit strepitúque exterruit orbem.

¶ Exterreri metu. Liu. 4. *ab Vrbe.*

Exterricineus, ἠλιτόμηνος, (qualis Eurystheus apud Homerum) qui ante tempus natus, vt tradit Festus Pompeius, vel potiùs eiectus est. Dictus autem exterricineus (mendosè scribitur *exterraneus*) quod cum mater exterrita aluo eiecit.

Extĕrrĭtus, Territus, perterritus. { נבהל *nibhál.* ἐκπεπληγμένος. GALL. *Espouuanté.* ITAL. *Sbigottito.* GERM. Erschrocken. HISP. *Espantado.* ANGL. *Put in great feare, a frayd.* } Virg.

—— *plausúmque exterrita pennis*

Dat tecto ingentem.

Idem 3. *Georg.*

Sæuit agris, aspérque siti, atque exterritus æstu.

Quo in loco quidam exponunt *exterritus*, pro inflammatus, & incensus Loquitur enim Poëta de angue, qui nimio æstu sitibundus per agros oberrat. Sed illi nimis longè recedunt à prima significatione.

‖Extestinus, extraneus, alienæ gentis. Pap.‖

EXTĔXO, is, Retexo quod textum est. { ἀνυφαίνω. GALL. *Destistre, desfaire ou rompre ce qui est faict.* ITAL. *Disfare quello che è tessuto.* GERM. Das gewobben widerumb auflösen. HISP. *Detexer, deshazer lo texido.* ANGL. *To vnweaue, to vntwist or vntwinde.* } Plaut. *in Bacch.* per translationem posuit pro auertere quempiam ab eo quod cogitauit, Extexam (inquit) ego eum pulchrè iam, si dij volunt.

EXTĪLLO, as, are, est guttatim effluere. { נטף *natáph.* ἐκσταλάζω. GALL. *Degoutter, distiller.* ITAL. *Stilare, lambicare.* GERM. Austropfen. HISP. *Destilar.* ANGL. *To drop out.* } Col. *lib.* 12. *cap.* 48. Sicque triginta dies pati exudascere, atque omnem amurcam extillare. Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 5. Sinapi, oculi vt extillent, facit. ¶ Extillare lachrymis, est totum in lachrymas dissolui. Ter. *in Phorm.* Hisce ego dictis illam tibi incensam dabo, Vt ne restinguas, lachrymis si extillaueris.

EXTĪMĒSCO, ab extimeo, Valde timeo. { ירא *jaré* רגז *ragház.* ὑποδέω, ἐκδειμαίνω. GALL. *Auoir grand peur, craindre fort.* ITAL. *Temer grandemente.* GERM. Sich seer auff das hinderist föerchten vnd entsetzen. HISP. *Mucho temer.* ANGL. *To feare greatlie.* } Et modò absolutè accipitur. Terent. *in Hec.* Extimui illicò. Plaut. *in Cistell.* Extimuit tum illa. Modò actiuè. Cicer. *in Catil.* Quod igitur adulescentes, & hi quidem non solùm indocti, sed etiam rustici contemnunt, indocti senes extimescent? Cæsar 3. *bell. Gall.* Quarum rerum omnium nostris nauibus casus erat extimescendus.

EXTĬMŬLO, Stimulo, hoc est, veluti stimulis quibusdam incito. { בעיר *behir* הסית *hesith.* παροξύνω. GALL. *Esguillonner, esmouuoir, inciter.* ITAL. *Stimolare.* GERM. Stupffen/treiben. HISP. *Herir con aguyon.* ANGL. *To edge or prouocke, to prick forward.* } Colum. *lib.* 6. *cap.* 27. Id præcipuè armentum, si prohibeas libidines, extimulatur furiis. Plin. *lib.* 3. *cap.* 36. Quoties errantium accessu impulsi, aut coniectu radiorum extimulata sunt, &c.

—— *Tigris fame extimulata,*

Ouid. *lib.* 6. *Metam.* Extimulare aliquem dictis. Idem *lib.* 6. *Fast.* Idem *Eleg.* 2. *lib.* 3. *Trist.*

Extimulare precor cessantia fata.

Extĭmŭlātor, { מבעיר *mebir* מסית *mesith.* κέντρων, οἰστρος. GALL. *Esguillonneur.* ITAL. *Stimulatore.* GERM. Ein treiber/anreitzer. HISP. *Herildor con aguyon.* ANGL. *A pricker for ward.* } vt, Extimulator acerrimus. Tacit. *lib.* 3.

‖Extimum, extremum significat, ita vt intimo sit contrarium.‖

EXTINGVO, is, ab ex, & tinguo. Propriè dicitur de iis quæ incensa sunt. { כבה *chibbah.* σβέννυμι, ἀποσβέννυμι. GALL. *Esteindre.* ITAL. *Estinguere, ammorzare, spegnere.* GERM. Außlöschen. HISP. *Apagar, como fuego.* ANGL. *To quencke, to put out any thing that burneth.* } Plaut. *in Asin.* Neque illa vlli homini nutet, nictet, annuat. Post id lucerna extincta sit, ne quid, &c. Idem *in Persa,* Da illi cantharum, extingue ignem, si cor vritur, Caput ne ardescat. Senec. *cap.* 7. *de consol. ad Mart.* Extinguunt rabiem (desiderij) feræ. Idem *cap. de consol. ad Mart.* Plaut. *Most. sc.* 2. *a.* 2. Lucernam fortè oblitus fueram extinguere. Idem *Aulul. sc.* 2. *a.* 1. Extingui (ignem) volo. Nam si ignis viuet: Tu extinguito extemplò. Item, Extinguere vocem silentio. Liu. 3. *bell. Pun.* ¶ Per translationem verò accipitur pro opprimo, sic tamen vt minorem in se vim habeat, quàm opprimo. Cic. *in Lælio,* Primùm danda opera est, ne qua amicorum dissidia fiant: sin tale aliquid euenerit, vt extinctæ potius amicitiæ, quàm oppressæ videantur. ¶ Aliquando pro occidere, destruere. διαφθείρειν. Lactant. *lib.* 3. Cælestes animas vnà cum corporibus extinguunt. Idem *lib.* 4. Iudæorum nomen & gentem Vespasianus extinxit, i. deleuit. Terent. *in Adelph.* Seni animam primùm extinguerem ipsi, qui illud produxit scelus. Virg. 4. *Æneid.*

Implessémque foros flammis, natúmque patrémque

Cum genere extinxem.

¶ Aquam dissipatam riuis extinguere, Liu. *lib.* 5. *dec.* 1. ¶ Extingui, mori. Cic. *de sen.* Extingui hominem suo tempore optabile est. ¶ Aliquando est perfectè distinguere. ἀφανίζειν. Cic. *in Hortens.* Quam si subtraxeris, qui extingues artificem ab inscio?

Extinctus, particip. { כבה *chobeh.* ἀπεσβεσμένος. GALL. *Esteint, desteint.* ITAL. *Estinto.* GERM. Außgelöscht/erloschen. HISP. *Apagado.* ANGL. *Quenched.* } Cic. *pro Cornel. Balb.* Quum duo fulmina nostri imperij subitò in Hispania, Cn. & P. Scipiones extincti occidissent. Idem 1. *de nat. deor.* Refrigerato, & extincto calore occidimus ipsi, & extinguimur. Plaut. *Asin. sc.* 1. *a.* 4. Si lucerna extincta sit. Idem *Amphit.* Duello extincto maximo, atque internecatis hostibus. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 3. Dij me seruatum velint, & Lenonem extinctum. Cel. *lib.* 1. *de bell. ciu.* Extincti tumores.

Extinctor, is. { מכבה *mecabbéh.* σβεστήρ, ἀποσβεστήρ. GALL. *Esteigneur, destruiseur.* ITAL. *Chi estingue ò stingge.* GERM. Ein außlöscher. HISP. *Apagador, destruidor.* ANGL. *A destroyer, he that quencheth.* } Belli domestici extinctor. Cic. *de Arusp.* ¶ Extinctor incendij. Idem ad Pisonem, πυρὸς σβεστήρ. ¶ Extinctor patriæ, idem *Sylla,* id est, euersor & destructor.

Extinctio, nis. { אבדון *abaddón.* σβέσις, ἀπόσβεσις. GALL. *Esteinte, extinction.* ITAL. *Estintione.* GERM. Außlöschung. HISP. *Apagamiento.* ANGL. *A quenching a putting out.* } Cicer. 1. *Tusc.* Nam si supremus ille dies non extinctionem, sed commutationem affert loci, quid optabilius?

Extinctus, us, ui, verbale, idem quod Extinctio. Plin. *lib.* 7. *cap.* 7. Miseret atque etiam pudet æstimantem quàm sit friuola animalium superbissimi origo, quum plerunque abortus causa fiat odor à lucernarum extinctu.

EXTĪRPO, propriè est vnà cum stirpe euello, extraho, eradico. { נתק *natak* נתש *nathásch* שרש *scheresch.* ἐκριζόω. GALL. *Arracher les racines, desraciner.* ITAL. *Stirpare, suellere.* GERM. Außreutten/außwurtzlen. HISP. *Arrancar de raiz.* ANGL. *To pluck vp by the rootes.* } Colum. *lib.* 2. *cap.* 2. Et extirpandis radicibus. Mart. *lib.* 6.

Extirpare pilos corporis.

¶ Per translationem accipitur pro funditus extinguo. Cic. *de Amicit.* Quamobrem si cadit in sapientem animi dolor (qui profectò cadit, nisi ex eius animo humanitatem extirpatam arbitremur) quæ causa est, vt amicitiam funditus tollamus è vita? Extirpare perturbationes, Cic. 4. *Tusc.* Extirpare & funditus tollere vitia, idem *de Fato.*

Extirpātio, nis, Eradicatio. { נסח *masságh.* ἐκρίζωσις. GALL. *Desracinement, arrachement iusques és racines.* ITAL. *Diradicatione.* GERM. Außreutung. HISP. *Arrancamiento hasta a la raiz.* ANGL. *A plucking vp by the rootes.* } Col. *lib.* 2. *cap.* 2. Filicis frequens extirpatio vel aratro fieri potest.

EXTĪSPĬCĒS, dicti sunt haruspices, qui extis inspectis futura prædicunt. σπλαγχνοσκόποι, ἱεροσκόποι. Varro *Sarrano,* Te consilium mihi pelui cedere subsilio, & hostia: sed extispici disputandi relinquo. Cic. 2. *de Diuin.* Artificiosa diuinationis illa ferè genera ponebas extispicum, eorúmque qui fulguribus ostentísque prædicerent.

Extispĭcĭum, & Extispicina, Ipsa extorum inspectio, quæ alio nomine haruspicium dicitur, vel haruspicina. σπλαγχνοσκοπία. Accius *in Medea.* Principio extispicium ex prodigiis congruens ars te arguit. Sueton. *in Neron. cap.* 56. Attendit & extispicio, nec vnquam litauit.

EXTO, as, extiti, supinum extitum, & nonnunquam extatum: vnde participium extaturus, vel extiturus, Emineo, supersum, appareo, consto, sum. { היה *hajah* נראה *nirrah.* ἐξέχω, ἀναφαίνομαι. GALL. *Apparoistre hors, se monstrer, estre encores.* ITAL. *Stare, Soprestare, essere eminente.* GERM. Fürgehn/ vberig sein/ vorhanden sein. HISP. *Estar, encima de otra cosa.* ANGL. *To be apparant, to be heigher, to remaine.* } Virgil. 3. *Georg.*

Torpent mole noua, & summis vix cornibus extant.

Colum. *lib.* 5. *cap.* 10. Fasciculos sarmentorum brachij crassitudinis demittito, ita vt supra terram paululum extent. ¶ Extare etiam dicitur id quod nondum intercidit. Vnde opus extare dicitur, quod non deperiit. Cicer. *ad Metel.* Iam illud Senatusconsultum, quod illo die factum est, ea præscriptione est, vt dum id extabit, officium meum in te obscurum esse non possit. Idem, Quæ (vt scis,) extat oratio. Ouid. *Eleg.* 6. *lib.* 1. *Trist.*

Quæ (carmina) quoniam non sunt penitus sublata, sed extant.

Idem *Eleg.* 3. *lib.* 4. *Trist.*

Vester ab intacta circulus extet humo.

Idem *lib.* 4. *Fast.*

Testes extant, &c.

¶ Sæpissimè præterea extare accipitur loco verbi substantiui esse. Cicer. *ad Brutum,* Quales tibi sæpe scripsi, Consules extiterunt. Idem *pro Archia,* Ego multos homines excellenti animo, ac virtute fuisse, & sine doctrina naturæ ipsius habitu propè diuino, per seipsos & moderatos & graues extitisse fateor. Extans, antis, Sueton. *in Ner. cap.* 49. In ea voce defecit, extantibus rigentibúsque oculis, &c. (id est, conniuentibus, in morte.)

Extātūrus, participium. Plin. *lib.* 17. *cap.* 22. Extatura etiamnum duabus gemmis.

Extantĭa, ἐξοχή, ὑπεροχή. Col. *lib.* 5. *c.* 5. Ipsa capita sine vlla extantia, neque aratro, neque bubus obnoxia sunt.

‖Extogatus,

[Extogatus, non amplius togatus. Casaub.]

EXTŎLLO, is, tuli, elatum, In altum eleuo, educo, effero. {נשא nasá הרים herim. ἐξαίρω. GALL. Esleuer, hausser, extoller. ITAL. Inalzare, accrescere. GERM. Erheben/in die höhe auffheben. HISP. Ensalçar. ANGL. To aduance, to praise highly, to lifte vp on high.} Plaut. in Amph. Deuoluunt angues iubati deorsum in impluuium duo maximi: continuò extollunt ambo capita. Idem Mostell. sc. 3. a. 1. Eho, Mauis falso vituperari, quàm vero extolli? (id est, laudari) bis. Senec. cap. 16. de consol. ad Polyb. Studia optimam felicitatem extollunt, & minuunt calamitatem. Plaut. Most. sc. 2. a. 1. Parentes fundamentum substruunt liberorum: extruunt, (vt ædes) parant, &c. ¶ Per translationem accipitur pro exaggerare, amplificare. Salust. Iugurth. Ita eorum qui ea fecere, virtus tanta habetur, quantum ea verbis potuere extollere præclara ingenia. Apud antiquos etiam lectum est pro differre. Cæcilius Plotio, Ito intrò, atque istæc aufer: tamen hodie extollet nuptias.

EXTŎRQVĔO, es, torsi, tum. Est tormentis, vel alia quauis vi aliquid aufero, eripio, {ἐξαιμίζω, βασανίζω, ἐκβασανίζω. GALL. Oster par force, tirer & auoir par force. ITAL. Rapire per forza. GERM. Mit gewalt herauss bringen/abtringen. HISP. Sacar atormentando. ANGL. To wrest or take away by force, to constreine to confesse.} Vnde extorquere veritatem, est adhibitis tormentis veram confessionem exprimere. Donatus, Torquemus homines, extorquemus veritatem. Velleius, Extorquere confessionem parendi (à victis.) Idem, Extorserat ei legiones. Et Sueton. in August. Extorquere possessoribus domos. Ad hunc etiam modum dicimus extorquere errorem ex animo, extorquere regnum, vel pecuniam. Cicer. in Cat. Nec mihi hunc errorem, dum viuo, extorqueri volo. Liu lib. 2. Neque ambigitur quin Brutus, qui tantùm gloriæ superbo, exacto rege meruit, pessimo publico id facturus fuerit, si libertatis immaturæ cupedine, priorum regum alicui regnum extorsisset. ¶ Extorquere pro Luxare. Senec epist. 18. Fregit aliquis crus, aut extorsit articulum: non nauem conscendit, sed medicum aduocat, vt fracta pars iungatur, vt luxata in locum reponatur. Sic, Extorsisse talum dicimus. {GALL. L'auoir demis, l'auoir deboeté.} Senec. epist. 54. Cæsar dicit, Intorquere.

EXTŎRTŬS, participium. {ἐκβιασθείς. GALL. Osté par force, violentement arraché ou tiré, raui. ITAL. Tolto à forza. GERM. Mit gewalt genommen. HISP. Sacado por fuerça. ANGL. Constreined by tormentes, wrasted by violence.} Cic. pro Milone, Extorta est confitenti sica de manibus. ¶ Extortus, pro excruciato. Senec. epistol. 67. His oppone ferro transfossos, aut exanimatos serpentum morsu, aut fractos ruina: aut per longam neruorum contractionem extortos minutatim. Iuuenal. Sat. 8.

———Prauam extortámque puellam.

EXTŎRTŎR, is. {βιαστής. GALL. Forceur, qui oste par force. ITAL. Chi toglie à forza. GERM. Ein abtringer/der mit gewalt etwas auss einem bringt/oder sunst nimpt HISP. El que saca algo por tormento. ANGL. He that constraineth by tormentis, or taketh by force.} Qui vi rapit, & aufert. Ter. Phorm. Bonorum extortor, legum contentor.

EXTŎRRĬS, is, qui est extra terram, id est, patriam, exul. {נד nad מרחק tschêh. ἄπατρις, ἐξόριστος. GALL. Banni hors du pays. ITAL. Scacciato della sua patria, fuor' vscito. GERM. Ein vertribner eines landts/ein bandit. HISP. Desterrado, fuera de su tierra. ANGL. An out lawe or he that is banished.} Cic. 4. Verr. Hinc centum patresfamilias extorres profugerunt. Gell. Exul, extorrísque esto. Liu. Extorrem vrbe, domo penatibus, foro congressu æqualium. Idem lib. 2. ab vrbe, ne se ortum eiusdem sanguinis extorrem, egentem ex tanto modò regno cum liberis adolescentibus ante oculos suos, perire sinerent.

EXtra, ab ex. hinc exterus, externus. Præpositio separata seruiens casui accusatiuo. {חוץ chúts. ἔξω, ἐκτός, cui contraria est intra, ἔσω. GALL. Hors. ITAL. Fuori. GERM. Ausserhalb/draussen. HISP. Defuera. ANGL. without, forth.} Cic. 2. de finib. Et in corpore, & extrà esse quædam bona. Idem de Vniuers. Sic in omni mundo partes omnes collocatæ sunt, vt nulla pars huiusce generis excederet extrà. Idem 1. Offic. Cauendum autem, præsertim si ipse ædifices, ne extra domum sumptu & magnificentia prodeas. Extra portam currendum, Inde lanios arcessam. Plaut. Pseud. sc. 3. a. 1. & sc. 2. a. 2. & Milit. sc. 4. a. 2. Extra portam, &c. Item Menæch. sc. 2. a. 1. Quid ego? Extra numerum es mihi. Idem Aul. sc. 5. a. 4. Declinaui me paululum extra viam. Idem Capt. prolog. foris extra scenam fient prælia. Ibidem sc. 1. a. 1. Extra portam ire. ¶ Extra pro præter, exceptionis gratia elegantissimè ponitur. Idem Amph. Vt mihi extra vnum te, mortalis nemo corpore Contingit, qui me impudicam faceret. Idem Milit. sc. 2. a. 2. Edico quemque videritis, extra vnum Palestrionem, deturbatore in via. Mox, Sed me excepit. Terent. Phorm. Neque cognatus extra vnam aniculam, quisquam aderat. ¶ Extra iocum dicebant antiqui, quum quid seriò, non ioco dicere sese velle significabant. Cicer. Trebatio, Sed me hercule extra iocum homo bellus es. ¶ Extrà quam, pro nisi, in exceptionibus concipiendis ponebatur. Idem 2. de Inuent. Agit is cui manus præcisa est, iniuriarum: postulat is qui cum agitur, à Prætore exceptionem, extra quam in reum capitis præiudicium fiat. Vbi Si particula deesse videtur. Extra quàm si, vt Vlpianus in l. 1. §. Labeo scribit. ff. de flumin. Sed ita excipiendum ait extra quàm si quid ita factum sit, vti de lege fieri licuit. Hæc Bud. Liu. 3. decad lib. 4. Campanos omnes, Atellanos, Calatinos, Sabatinos, extrà quàm qui eorum aut ipsi, aut parentes eorum apud hostes essent, liberos esse iusserunt. ¶ Ab extra deducuntur exter, exterus, extraneus, extrarius, extrinsecus, extrorsum, ἐκ τοῦ ἔξω, extremus, extimus, & Extrare verbum obsoletum, quo antiqui vtebantur pro egredi. de quibus mox.

[Extrabunt, exibunt. Afran.

Extrabundus, extra focum, & Sacramenta.]

EXTRĂCLŪSŬS ager dicebatur, qui intra finitimam lineam & centurias interiacebat: ideóque extraclusus, quia vltra limites finitima linea clauderetur. & extraclusa loca sunt æquè iuris subseciuorum, vltra limites, & vltra finitimam lineam. quod genus agrorum si Reipubl. populi Romani, aut ipsius coloniæ, cuius fine circundatur, siue peregrinæ vrbi, aut locis sacris, aut religiosis, æquè ad populum Romanum pertinentibus datum non est, iure subseciuorum in eius, qui assignare potuerit, remanet potestate. Ex Frontino de agrorum qualitate.

[Extraculus, foras versus. Gloss. Isid.

Extracantus, idem.

Extrabiatus, exerto humero, quasi extra filum manus exerens. Pap.]

Extrăĕo, ire, Exire est. Afran. in Auct. Simul limen intrabo, illi extrabunt illico. Nonius.

EXTRĂHO, is, extraxi, extractum, extrahere, Extra trahere, elicere. {משך maschach דלה dalah גרר garar. ἐξέλκω. GALL. Tirer hors. ITAL. Trar fuori. GERM. Ausziehen. HISP. Sacar à fuera. ANGL. To draw out.} vt, Extrahere serpentes cantu: extrahere venena corpori, apud Plinium. Cicer. pro Cluent. Extrahitur domo Oppianicus à Manilio. Liuius lib. 6. bell. Punic. Ni venirent in Senatum circa domos eorum ituros se, & in publicum omnes vi extracturos esse. ¶ Extrahere diem, est diem consumere, quod & eximere diem dicimus. Cæs lib. 1. bell. ciuil. Catone verò acerrimè repugnante, & pristina consuetudine dicendi mora dies extrahente, vt sui ratio absentis haberetur, &c. Et pauli post, Sic triduum disputationibus, excusationibúsque extrahitur. Liuius lib. 7. d. 4. Extrahere tempus. Sueton. in Tib. cap. 37. Extrahere aliquem, pro euocare è regno. Et Senec. cap. 3. de tranquill. Qui candidatos extrahit. ¶ Extrahere iudicium, producere est, prorogare, proferre Paulus lib. 10. D. ad exhibend. Si optione intra certum tempus data iudicium id in tempus extractum est, quò frustrà exhibetur, &c. ¶ Extrahere aliquem, pro inducere, & vehementer solicitare vt aliquid faciat. Liu lib. 2. bell. Punic. Volgus etiam extrahere ad Consulatum nitebantur. ¶ Extrahere se ex aliquo negotio. Terent. Phorm. Ita nunc imparatum subitò tanta te impendent mala. Quæ neque vti diuitem scio, neque quo modo me inde extraham. Extrahere scelus aliquod in lucem ex occultis tenebris, id est, prodere, & manifestare. Liu. 9. bell. Maced. Omnia diis propitiis, volentibúsque ea faciemus, qui quia suum nomen sceleribus, libidinibúsque contaminari indignè ferebant, ex occultis ea tenebris in lucem extraxerunt. Senec. cap. vlt. de tranq. Extrahendus animus in libertatem.

EXTRĂCTŬS, participium, Productus, prorogatus. {נמשך nimschach. διατεταμένος, ἀφελκυσθείς. GALL. Tire hors, differé, prolongé. ITAL. Tirato fuori, differito, prolongato. GERM. Aussgezogen. HISP. Sacado à fuera dilatado en tiempo, alongado. ANGL. Drawen out, differred.} Cic. Qu. fr. lib. 2. Sed per obtrectatores Lentuli res calumnia extracta est.

EXTRĂCTŌRĬŬS, a, um, ἀφελκτικός. Plin. lib. 24. cap. 11. Vulgaris arundo extractoriam vim habet: hoc est, vacuatoriam & eductoriam.

Extrămūrānŭs qui opponitur intramurano. Lamprid in Heliogab. Iusserat & lenonem P. R. vinus aput meretricibus, lenonibus exoletis intramuranis dari, & extramuranis alia.

Extraōrdinārĭŭs, a, um, quod extra ordinem fit. {ἔκτακτος, παράταξις. GALL. Extraordinaire, hors la façon accoustumee. ITAL. Straordinario. GERM. Ausser der ordnung oder gewonheit. HISP. Cosa fuera de orden. ANGL. Extraordinaire, besyde vse and custome.} Brutus Cic. Quare tum & facilitatem & prouidentiam laudabo tuam, quum exploratum habere cœpero, Cæsarem honoribus quos acceperit extraordinariis fore contentum. Idem 7. Verr. Vt omnia semper quæ iucunda videntur esse, non modò his extraordinariis cupiditatibus, sed etiam ipsi naturæ ac necessitati denegarem. Sic apud eundem Præsidium extraordinarium, potestas extraordinaria, reus extraordinarius, milites extraordinarij. ἐπίλεκτοι. Vide Liuium. Velleius, Extraordinaria Imperia Pompeij. Extraordinaria bella, Sueton. in Tib. cap. 30. Extraordinarium munus, Liuius lib. 7. dec. 4. Extraordinarium Imperium, Suet. in Cæs. cap. 11.

EXTRĀRĬŬS, a, um, Alienus, aut alienigena, hoc est, qui ex ea, in qua agimus ciuitate, oriundus non est, aut etiam qui ex nostra familia non est. {נכרי nochri נכר nechár. ἀλλότριος. GALL. Estranger, de dehors. ITAL. Straniere, alieno, forastiere. GERM. Aussländisch. HISP. Cosa estraña y de fuera. ANGL. Y Strange, foreyne.} Pomponius, Præterea minabatur si extraneo nupsisset, nihil se filiis eius ex paternis eorum bonis testamento relicturum. ¶ Canis extrarius, pro non domestico, apud Sueton. in Vespas. Extraria lux Lucret. lib 4. ἡ ἔξω φῶς. Atque vt penitus huius nominis vis intelligatur, idem est quod exterus, externus, & extraneus, siue alienus: hæc enim omnia vnum ferè idémque significant: quanquam Corn. Fronto originem magis quàm autorum consuetudinem secutus hæc ita distinguit: Extraneus, inquit, est qui extra eandem ianuam est. Extrarius, qui extra eandem aream est. Exterus, & externus, qui extra illam terram alterius cuiusdam gentis est. Alienus autem nullo loco, sed re differt.

Extrārium, dicitur quicquid est extra rem de qua agitur. Quintil. lib. 7. cap. 2. Quum in personam certam transfertur accusatio, aut in extrarium, &c.

Extrānĕŭs, Alienus, nullo propinquitatis gradu nobis coniunctus: quasi exterraneus. {נכרי necri נכר nechár. ἀλλότριος, ὀθνεῖος. GALL. Estranger. ITAL. Straniere, alieno, forastiere. GERM. Aussländiger/frembder. HISP. Estrangero, forastero. ANGL. Y Stranger, of an other countrey.} Vnde extraneus hæres, apud Sueton. in Claudio Cæsare cap. 4. Nec dubium est quid posthæc Augustus constituerit, & reliquerit eum nullo præter auguralis sacerdotij honore impertitum: ac ne hæredem quidem, nisi inter tertios, ac penè extraneos, e parte sexta nuncuparet. ¶ Extraneus, & Domesticus, contraria. Cicer. antequam iret in exil. Pax & concordia extraneis gignetur, quum iam domesticis non insideat, sed publicè prouidenti eripiatur. ¶ Bona extranea, id est, externa, neque animæ, neque corpori propria, quæ & bona fortunæ dicuntur. Autor ad Heren. lib. 4. Hoc pacto non inordinatè poterimus & in laudando, & in lædendo, aut in corpore, aut in animo, aut in extraneis.

Extĕrĭŏr, comparatiuum sicut ab inferius, inferior, infimus. {חיצון chitson. ἐξώτερος. GALL. Qui est plus dehors, exterieur. ITAL. Piu di fuori, esteriore. GERM. Der ausserthalb ist. HISP. Mas adefuera. ANGL. That is further out.} Cic. de Vniuers. Atque ita quum alterum esset exteriorem amplexus orbem, &c. Plaut. Milit. sc. 2 a. 2. Exterior sis. (i. claude mihi latus læuum.) Idem Menæch. Exterior sis, obseruato modo. ¶ Comes exterior, id est, inferiore indigni oreque loco incedens, Horat. 2. Serm.

[Extrauagan

‖Extrauagantes, sunt aliquot sanctiones Principum, ita dictæ quòd extra librorum iuris ciuilis contextum frequentatæ sint. Lex.1.C.

EXTRĒMŬS, a, um, Vltimus, postremus. {אחרון *acharón*. ἔσχατος, ἄκρος. GALL. *Tout le dernier*. ITAL. & HISP. *Extremo, vltimo*. GERM. Der letst/hindest. ANGL. *The furthest, the last*.} Cicer. *de Amic.* Cuius disputationis fuit extremum ferè de immortalitate animorum. Virgil. 10. *Eclog.*

Extremum hunc Arethusa mihi concede laborem.
——Extremum missus in orbem.

Ouid. *Eleg. 9. lib. 4. Trist.*

Sæpe per extremas profugus pater exulat oras,

Idem *Eleg. vlt. lib. 3. Trist.* Gratum extremum sermonem oris haurire. Senec. *cap. 3. de cons. ad Mart.* & Tibull. *lib. 4.*

Qua maris extremis tellus includitur vndis.

¶ Extremo eius anni. Liu. *lib. 5. dec. 2.* Et, Extremo hiemis, *ibid.* Idem 9. *dec. 4.* ¶ Extremi ingenij homo. Idem 2. *bell. Pun.* Extremi homines, id est, infimi, humillimi. Idem 6. *bell. Pun.* ¶ Extremum ius tetinere. Cæs. *lib. 1. bell. ciu.* ¶ Extrema metuentes. (i. mortem.) Sueton. *in Calig. cap. 54.* Item, Extremis suis rebus frustrà requirere. Idem *in Neron. cap. 6.* ¶ Ponitur nonnunquam pro perditissimo ac nequissimo, quasi à consortio humanitatis remoto. Virg. 4. *Æneid.* Illam terra parens, ira irritata deorum, Extremam (vt perhibent) Cœo Enceladóque sororem Progenuit, hoc est, pessimam. Senec. In hoc summa bonitas, in illo extrema malitia, id est, maxima, & vltra quam nulla sit malitia maior. Quod non sine ratione esse videtur, quandoquidem medici affirmant, deteriores cæteris esse, qui vltimi nascuntur. Apul. *lib. 3.* Fateor, Quirites, extremos latrones fugare atque proterere aggressus sum. ¶ Extremum etiam aliquando initium alicuius rei significat. Plaut. Ab extremo narrare incipiam, hoc est, à principio. ¶ Ad extremum, pro In extrema parte. Liu. *lib. 1. decad.* Missile telum hastili oblongo, & cætera tereti, præterquam ad extremum, vnde ferrum extabat. ¶ Extremus dies, vide *Dies.* ¶ In extremo situs, i. in summa rerum inopia constitutus. Salust. Vbi intelligit omnes suas fortunas in extremo sitas, *in Iugurth.* 70.

Extĭmŭs, i,)(citimus, {ἐξώτατος. GALL. *Tout le dernier, & le plus reculé ou eslongné de tous.* ITAL. *Piu vltimo, piu indietro.* GERM. Der eussersst/ferrist/weytest. HISP. *Vltimo, ò cabero.* ANGL. *The last of all, the furthest.*} Plin. *lib. 2. cap. 78.* Iisdem imperia quæ nunquam extimis gentibus fuerint. Extimum promontorium apud eundem *lib. 6. cap. 28.* Gell. *cap. 10. lib. 3.* extimum atem tangere.

Extrēmō, aduerbium. {באחרונה *baacharonáh.* ὕστατον, τὸ ἔσχατον. GALL. *Au dernier, à la parfin.* ITAL. & HISP. *Vltimamente, finalmente.* GERM. Letzlichen/ zum hindersten. ANGL. *Last of all.*} Cicer. *ad Attic. lib. 12.* Quod enim scribis extremò, vide ne is ipse locus sit, cuius causa, &c.

Extremūm, idem quod extremò. Ouid. *Eleg. 3. lib. 1. Trist.*

Alloquor extremum mœstos abiturus amicos.

‖ Extremius, magis extremum.‖

Extremĭtās, atis, est id quod in quaque re extremum est, ora. {קצה *katséh.* πέρας, ἐσχατιά, τὸ ἄκρον. GALL. *La fin, le bout, le bord, le coing.* ITAL. *La fine, l'estremo, l'vltimo di qualche cosa.* GERM. Das end vnd eusserste theil eines yeden dings. HISP. *El fin y cabo de alguna cosa.* ANGL. *The extremitie, end, or bordour.*} vt, Extremitas lintei, sudarij, strophioli, mappæ, sudarioli. {GALL. *Le coing d'vn drap ou linceul, d'vn mouchoir, d'vne mappe, d'vne seruiette.*} D. Erasmus Roter. *in interpretatione c. 10. Actor. v. 11.* Et videt (Petrus) cœlum apertum, ac descendens ad se vas quoddam, velut linteum magnum, quatuor extremitatibus alligatum. {GALL. *Comme vn grand linceul lié par les quatres coings.*} Extremitas circuli. Plin. *lib. 2. cap. 17.* Cæli extremitas, Cic. *de Vniuersit.* Idem 2. *de finibus*, Hæc non erunt eius, qui innumerabiles mundos, infinitásque regiones, quarum nulla esset hora, nulla extremitas, mente peragrauisset. Quint. Inter has extremitates (grandis vocis & exiguæ) mediæ sunt species. ¶ Extremitas, in agro ita definitur ab Aggeno, Extremitas finitima linea est, quæ interuenit, aut per iter publicum, quod transcendi non potest, secundùm legem colonicam: quia omnis limes itineri publico seruire debet: aut per limites siue terminos, aliáque signa quibus territoria finiuntur: aut vbi insoluta loca remanserunt. hæc autem sunt loca quæ insoluta dicuntur, quæ aut in saxosis, aut sterilibus locis sunt, aut in paludibus, vbi nulla potuit exerceri cultura: quia, dum non esset quod excoli potuisset, nullis necesse fuit limitum regulis obligari. Ex Aggeno *de limitibus.*

‖Extreus, abortiuus. Pap.‖

Extrīnsĕcŭs, aduerbium, Externè, foris, aliunde, ab exteriori parte. {מחוץ *michúts.* ἔξωθεν. GALL. *Au dernier, à la parfin.* ITAL. *Di fuori.* GERM. Ausserthalb/von aussen. HISP. *Defuera ò hazia fuera.* ANGL. *On the other side, outwardly, from without.*} Cic. 1. *de Orat.* Adhibita est igitur quædam extrinsecus ex alio genere quodam. Varr. *lib. 2. de re rust. cap. 41.* Vt non denudes medullam, ne extrinsecus imbres noceant. Cicer. 4. *Acad.* Irrumpunt extrinsecus in animos nostros per corpus imagines, nobis dormientibus. Senec. *cap. 10. de tranq.* Extrinsecus diuersas facies habentia introrsus vana.

Extro, as, verbum obsoletum est, quo antiqui vtebantur pro exeo,)(intro. {ἐξιέναι. GALL. *Sortir.* ITAL. *Vscire.* GERM. Ausgehn. HISP. *Salir à fuera.* ANGL. *To go forth.*} Afranius, Simul limen intrabo, illi extrabunt illicò.

Extrōrsum, Versus exteriorem partem. {החוצה *hachutsáh.* ὡς τὸ ἔξω. GALL. *Vers le dehors.* ITAL. *Verso la parte di fuori.* GERM. Auswerts. HISP. *Hazia fuera.* ANGL. *To wardes the outward part.*} Sicut introrsum, versus interiorem.

EXTRĪCO, as, Verbum est à tricis deductum, Explico, expedio, libero. {ἐκλύω, ἀναλύω. GALL. *Desempestrer, desmesler, desuelopper.* ITAL. *Distrigare, disuilupare.* GERM. Entwirren/auflösen. HISP. *Desemboluer, ò desenredar.* ANGL. *To vnfetter, to ridde.*} Sunt autem tricæ capilli, vel aliæ quæuis res tenues, quæ gallinarum pedibus nonnunquam adhærent, eorúmque gressum impediunt: quamuis etiam pro quibusuis rebus minutissimis accipiantur. Plaut. *in Epid.* Aliqua ope exoluam, extricabor aliqua. ¶ Extricare locum aliquem pro purgare, & mundare. Col. *lib. 4.* Syluestris ager præcipuè est eligendus, qui etsi frutetis, aut arboribus obsessus est, facilè extricatur.

Extrĭcābĭlĕ, à quo quis se facilè potest extricare, hoc est, eximere, vel expedire. {ANGL. *Of the which any may ridde him self.*} Cuius contrarium est Inextricabile, ex quo se quis extricare non queat. Plin. *lib. 36. cap. 16.* Intus labyrinthum extricabilem, quò si quis improperet sine glomere lini, exitum inuenire nequeat.

Extrĭlĭdŭs, idem est quod exalbidus, Gell. *lib. 19. c. 1.* Atque ibi hominem conspicimus impauidum, & extrilidum, ploratus quidem nullos, sicut cæteri omnes, nec vllas eiusmodi voces cientem: sed coloris & vultus turbatione non multum à cæteris differentem.

EXTRĬNGO, is, inxi, inctum, Stringo. {σφίγγω. GALL. *Estraindre.* ITAL. *Stringere.* GERM. Zusammen trucken. HISP. *Apretar.* ANGL. *To straine, to wring.*} Cicer. 6. *Acad.* Deinde quum paulùm digitos extrinxerat, Assensus huiusmodi. Quo in loco, ex vetustis exemplaribus legitur *contraxerat*, non autem extrinxerat.

Extrinsĕcŭs, Extro, Extrorsum, vide *Extra.*

‖Extro, exeo. ab extra. Afran.

Extronius, extroneus, extremus. Gloss. Isid.

Extrorsum, versus exteriorem partem.

Extructio, exornatio, expictio. Tertull.‖

EXTRŪDO, is, Extra trudo, per vim expello. {הדיח *biddiách.* ἐξωθέω. GALL. *Pousser hors, chasser.* ITAL. *Cacciar fuori.* GERM. Ausstrucken/ausstossen. HISP. *Echar fuera forcejando.* ANGL. *To thrust or driue out violently.*} Plaut. *Casin.* —illæ autem senem Incœnem extrudere cupiunt ex ædibus: Vt ipsæ solæ ventres distendant suos. Ter. *in Hecyr.* Eò amantem inuitum Pamphilum extrudit. Plaut. *Aulul. prolog.* Anum foras extrudit, ne sit conscia. *Ibid. sc. 1. a. 1.* Nam qua nunc me causa extrusisti ex his ædibus? Accipitur nonnunquam pro vendere, vel alienare. Horat. 1. *Epist.*

Laudat venales qui vult extrudere merces.

Galli dicunt, *qui s'en veut defaire, desempresser, desblier.* Extrudere tabellarios, pro Accelerare ad iter. Cicer. *ad Brut.* Ego autem quum ad me de Ciceronis abs te discessu scripsisses, statim extrusi tabellarios, literásque ad Ciceronem. Idem *Terentia lib. 14.* Pollicem, si adhuc non est profectus, quamprimum fac extrudas.

‖Extruncis, arbor truncata. Gl. Isid.‖

EXTRŬO, is, Ædifico, construo. {בנה *banáh.* ἀνοικοδομέω. GALL. *Bastir, esleuer vn monceau de quelque chose.* ITAL. *Edificare, fabricare.* GERM. Auffbawen. HISP. *Edificar, ò componer.* ANGL. *To buil, vp.*} Cæs. 3. *belli Gall.* Omnem eam materiam quæ erat cæsa, conuersam ad hostem collocabat, & pro vallo ad vtrunque latus extruebat. Extruere ædificium in alieno apud Ciceronem *pro Mil.* Extruere stramenta in aceruum, apud Colum. *lib. 6. cap. 3.* Extruere mensas epulis, & poculis. Cic. 1. *Tusc.* Plaut. *Men. sc. 1. a. 1.* Cereales cœnas dat, ita mensas extruit. Idem *Pseud. sc. 2. a. 1.* Tu argentum eluito atque extruito. Ouid. *Eleg. 3. lib. 1. Trist.*

Contigit extructos ore tremente focos.

Extrūctŭs, participium. {בנוי *banuí.* ἀνῳκοδομημένος, ἐξῳκοδομημένος. GALL. *Edifié, basti.* ITAL. *Edificato.* GERM. Auffgebawen/zugerüstet. HISP. *Edificado.* ANGL. *Bulded vp.*} Cic. *in Pisonem*, Extructa mensa non conchylis, aut piscibus, sed multa carne subrancida.

Extrūctissĭmŭs, superlat. Apul. *de Deo Socratis*, Villæ extructissimæ.

Extrūctĭo, nis. {בנין *binján* מבנה *mibnéh.* οἰκοδομία, οἰκοδόμημα. GALL. *Bastiment, entassement.* ITAL. *Edificio.* GERM. Auffbawung. HISP. *Aquella obra de edificar.* ANGL. *Building vp.*} Cic. 14. *Philip.* Eáque extructione quæ sit ad memoriam æternitatis.

EXTŪBĔRO, as, Intumesco, excresco. {צבה *tsabáh.* ἐξοιδαίνω, ὦ, ἐμφυσάω. GALL. *S'enfler, & esleuer en façon de vessie.* ITAL. *Confiare enfiare.* GERM. Ein knorren herfür gewünnen/ auffgeschwollen/ aufflauffen oder sich erheben wie ein beulen. HISP. *Hincharse.* ANGL. *To swel, to rise vp lik a botche.*} Plin. *lib. 25. cap. 13.* Neque in omnibus terris est, radice foliosa, ex qua media veluti extuberat. Item *lib. 37.* Causæ aut exuberantes videntur viliores æqualibus loquitur de gemmis. ¶ Nonnunquam etiam actiuè ponitur pro tuberibus æquale aliquid reddere. Senec. *lib. 6. natur. quæst.* Defert montes, subigit plana, valles extuberat, nouas in profundo insulas erigit.

Extūbĕrātĭo, Tumor. {שאת *seéth.* ὑπέροχη, ὑπεροίδησις. GALL. *Esleuement, ou enfleure en façon de bosse, ou de vessie.* ITAL. *Confiatura, enfiatura.* GERM. Auffgeschwollung/ auffborzung. HISP. *Hinchazon.* ANGL. *A swelling like botch.*} Plin. *lib. 31. cap. 9.* Luxatis imponitur cum farina & melle, item exuberationibus, hoc est, per corpus enascentibus.

‖Extulo veteres in præsenti dicebant: vnde extuli. vide *Tulo.*‖

EXTŬMĔO, & extumesco, Tumesco, in tumorem redigor. {צבה *tsabáh.* ἐξοιδίσκομαι. GALL. *S'enfler.* ITAL. *Confiare.* GERM. Geschwellen/auffgeblasen werden. HISP. *Hincharse.* ANGL. *To swel.*} Plin. *lib. 37. cap. 5.* Democritus in hoc genere posuit Armenios, & Persicos illos extumescentes pinguiter.

Extŭmĭdŭs, a, um. {צבה *tsabéh.* οἰδαλέος, οἰδηματώδης. GALL. *Enflé.* ITAL. *Confiato, infiato.* GERM. Auffgeblasen/bauchächtig. HISP. *Hinchado.* ANGL. *Swelled.*} Varr. 1. *de re rustic. cap. 51.* Hanc esse modicam pro magnitudine segetis potissimùm rotundam, & mediam paulo extumidam.

‖Extunc, ex illa hora.‖

EXTŪNDO, is, tudi, tusum, Vi, vel blanditiis aliquid extorqueo. {ἐκθλάω, ἐκπιέζω. GALL. *Faire sortir quelque chose à force coups, obtenir par force ou par amour.* ITAL. *Cacciar per forza o vero per prieghi.* GERM. Aussstossen/ ausspoldern/ mit müh herfürbringen. HISP. *Empuxar por fuerça ò por amor.* ANGL. *To beate out, to finde out with labour and paine.*} Suet. Nec vt appeteret, compelli, nisi à matre potuit: ea demum extudit magis conuitio, quàm precibus. Plaut. *Most. sc. 4. a. 1.* Eundem animum gratum mihi esse oportet vt Impetraui atque olim fui. Senec. *cap. 18. de cons. ad Polyb.* Extudisset illis fortuna sapientiam. (aliàs *excussisset.*) ¶ Extendere, studiosè facere. Virg. 8. *Æneid.*

Lanigerósque apices, & lapsa ancilia cælo
Extuderant.

Idem 1. *Georg.*

Vt varios vſus meditando extunderet artes.

Ita enim legit Nonius, licèt ibi nonnulli legant *extuderet.*

EXTVRBO, as, Eloco, deiicio, extra turbo, expello, deiicio, vi eiicio. {הדיח *hiddiach* השליך *hiſchlich.* ἐκταράττειν. GALL. *Oſter violentement de ſa place.* ITAL. *Stacciare, præcipitare, diſturbare.* GERM. Hinauß ſtürmen/vngeſtümiglich hinauß ſtoſſen. HISP. *Arrojar ò echar confundiendo.* ANGL. *To put out or frome by violence.*} Cicer. *pro Cluent.* Lectum illum genialem quem biennio antè filiæ ſuæ nubenti ſtrauerat, in eadem domo ſibi ornari & ſterni, expulſa atque exturbata filia, iubet. Plaut. *in Curc.* Si rectè facias Phædrome, auſcultes mihi, atque iſtam exturbes ex animo ægritudinem. Colum. *lib.* 18. *cap.* 17. Et in tranquillo conſiſtens piſcis, ſedibus ſuis non exturbatur. ¶ Exturbare calculos, pro eiicere, expellere. Plin. *lib.* 20. *cap.* 10. de aſparago loquens. Radix quoque plurimorum prædicatione trita, & in vino albo pota, calculos quoque exturbat. Exturbare oculos alicui, pro Exculpere, ſiue effodere. Plaut. *Pœnulo,* Non ego homo trioboli ſum, niſi ego illi maſtigiæ Exturbo oculos atque dentes.

EXTVRBATVS, participium. {מגרש *megoraſch* משולח *meſchullach.* ἐξωσθείς, ἐκβληθείς. GALL. *Ietté par force, chaſſé.* ITAL. *Spinto à forza.* GERM. Außgeſtoſſen oder geruſen. HISP. *Arrojado ò echado por fuerça.* ANGL. *Put out by force.* Catull.

Eruit illa procul radicibus exturbata.

EXTVSSIO, is, ire, Tuſſiendo aliquid eiicio. {ἐκβήσσειν. GALL. *Cracher & ietter hors en touſſant.* ITAL. *Toſſire gettar fuori qualche coſa con toſſe.* GERM. Außhuſten oder kodern/ außwerfen. HISP. *Echar alguna coſa toſſiendo, toſſir.* ANGL. *To cough out.*} Plin. *lib.* 35. *cap.* 15. Puluienta quoque extuſſientibus, & contra ſcorpionum ictus. Idem *lib.* 23. *cap.* 3. Et radice oleæ quàm tenerrimè cortex deraſus, in melle crebro guſtatu medetur ſanguinem reiicientibus & ſuppuratè extuſſientibus.

EXVBERO, as, Aſſluo, abundo: ab adiectiuo vber quod plenum, fœcundum, & fertile ſignificat. {הותיר *hothir.* εὐθηνεῖν. GALL. *Abonder, eſtre abondant & fertile.* ITAL. *Abundare, ſoprabundare.* GERM. Vberflüßig ſein/ voll ſein. HISP. *Mucho abundar.* ANGL. *To bewealthie and fertile, to abound.*} Col. *in Præfat.* In Aſia Myſiáque denſa & glutinoſa terra maximè exuberat. Virg. 8. *Georg.*

———pomiſque exuberat arbor.

Suet. *in Calig. cap.* 40. Vectigalia noua atque inaudita, primùm per publicanos, deinde quia exuberabat, per Centuriones Tribunóſque prætorianos exercuit. Aliqui per h ſcribunt Exhubero.

Exhuberans, antis. Quintilian. Exuberantis hoc eſt operis.

EXVBERANTISSIMVS, Superlatiuus. Gell. *lib.* 3. *cap.* 1. Hunc equum C. Baſſus vidiſſe ſe Argis refert, haud credibili pulchritudine vigoréque, ac colore exuberantiſſimo.

‖Exuberes, infantes ablactati. Feſt.‖

EXVCCVS, a, um, quod eſt ſine ſucco. {ἄχυμος, ἄχυλος. GALL. *Sec, ſans ſuc, ſans humeur.* ITAL. *Secco, ſenza ſucco & humore.* GERM. One ſafft oder feuchtigkeit/ dürr. HISP. *Seco, ſin çumo.* ANGL. *without ſap or humour.*} Senec. *in Epiſtol.* Scis illum infirmi ſemper & exucci corporis fuiſſe. Quintil. *lib.* 12. *cap.* 10. Vnde nunc quoque aridi, & exucci, & exangues.

EXVDO, as, Veluti per ſudorem emitto. {ἀφιδροῦν, ἐξιδροῦν. GALL. *Degoutter de ſueur, rendre ſueur.* ITAL. *Sudar, mandar fuori con ſudore.* GERM. Außſchwitzen/ außlauffen. HISP. *Sudar, echar alguna coſa ſudando.* ANGL. *To ſend out licour, to ſweat out.*} Plin. *lib.* 24. *cap.* 9. Eſt autem trium generum: vnum arbor ipſa exudat gummi modo: alterum manat in plaga quum floret. Virg. *lib. Georg.*

———exudat inutilis humor.

dixit abſolutè, pro ſudando effluit, nouo locutionis genere: nam ipſe humor propriè non dicitur ſudare, vel exudare, ſed id quod humorem emittit. Col. *lib.* 12. *cap.* 48. Quum oliua quicquid habuit amurcæ exudauit. Eodem modo vſus eſt Perſius *Satyr.* 3.

——— —& ægris

Faucibus exudat grauis halitus.

¶ Exudare cauſas, pro magno labore agere. Horat. 1. *Serm. Satyr.* 10. Liuius *lib.* 4. *ab vrb.* Ingens exudandum præmium. *Ibid. lib.* 5. Nouus exudetur labor.

Exueho, is, Exporto. *D. lib.* 10. *tit.* 4. *l.* 5. Celſus ſcribit, ſi quis merces quas exuehendas conduxit, in horreo poſuit, cum conductore ad exhibendum agi poteſt.

EXVERRÆ, Purgatio quædam domus ex qua mortuus ad ſepulturam ferebatur, quæ purgatio fiebat per euerriatorem, certo genere ſcoparum adhibito: ab extra verrendo dictæ. Autor Feſtus. ἐκσαρώσεις.

EXVPERO, is, exuerti, exuerſum, ere, Præuenire, præoccupare. {קדם *kiddém.* φθάνειν. GALL. *Preuenir, anticiper.* ITAL. *Preuenire.* GERM. Fürkommen. HISP. *Ir delante d'anticipar.* ANGL. *To preuenire.*} Plaut. *Pan.* I in malam rem. M. I tu, & herus tuus. S. Verùm enim qui bene eum norit, citò homo euerti poteſt.

EXVGO, is, xi, ctum, quod & Exugeo, es, Sugendo elicio. {מצץ *matſáh* ינק *janák.* ἐκθηλάζειν, ἐκμυζᾶν. GALL. *Eſſucer, Succer tout l'humeur.* ITAL. *Succiare.* GERM. Außſaugen. HISP. *Chupar ò mamar.* ANGL. *To ſucke vp or out.*} Plaut. *in Epid.* Iam ego me conuertam in hirundinem, atque eorum exugebo ſanguinem. Idem *in Rud.* Ni hunc amittis, exugebo quicquid humoris tibi eſt. Idem *in Pœnulo.* Iam nunc ego illi egrediendi ſanguinem exugam procul. Col. *lib.* 4. *cap.* 24. Sed ab vno latere exugitur.

EXVCTVS, particip. {נמצץ *nimitſéh.* ἐκμυζηθείς, ἐκμυζηθείς. GALL. *Tout eſſucé, ſans ſuc & humeur.* ITAL. *Senza ſugo, ſucciato.* GERM. Außgeſogen. HISP. *Chupado del todo, ſin çumo.* ANGL. *Al ſucked out.*} Gell. *cap.* 7. *lib.* 20. Exucta oſtrea. {GALL. *Huiſtres ſans eau, ſans humeur.*}

‖Exuicarius, vicariatu perfunctus.

Exuito, as, euito, depello. Gloſſ. Iſid.‖

EXVL, is, ſi Nonio Marcel. credimus, dicitur quaſi extra ſolum eiectus, quaſi ſolo patrio expulſus. Quintilian. *declamat.* 366. {עצב *tſéeb* נד *nádh.* φυγάς, ἄπολις. GALL. *Banni, enuoyé en exil.* ITAL. *Bandito, eſule, fuor' uſcito.* GERM. Ein vertribner auß ſeinem vatterland. HISP. *Deſterrado y fuera de ſu tierra.* ANGL. *A baniſhed man.*} Cicer. *pro Aul. Cæcin.* Exilium non eſt ſupplicium, ſed profugium, portúſque ſupplicij: Nam qui volunt pœnam aliquam ſubterfugere, aut calamitatem, eo ſolum vertunt: hoc eſt, ſedem & locum mutant. Itaque in nulla noſtra lege reperietur, vt apud cæteras ciuitates maleficium vllum exilio eſſe multatum, ſed quum omnes vincula, neces, ignominiáſque vitant quæ ſunt legibus conſtitutæ, confugiunt quaſi ad aram, in exilium: qui ſi in ciuitate legis vim ſubire vellent, non prius ciuitatem quàm vitam amitterent. Hæc Cic. Solum (inquit Feſtus) quin ſignificet locum, quis dubitet, quum exules quoque dicantur loco patriæ ſuæ pulſi? Cic. *pro domo ſua,* Hunc tu etiam portentoſa peſtis, exulem appellare auſus es, quum tantis ſceleribus eſſes & factis notatus! Et iterum, Quid enim exul? Ipſum per ſe nomen calamitatis, non turpitudinis. Apud Iureconſultum, Exules hi propriè ſunt, quibus aqua & igni interdictum eſt: cæteræ non exilia, ſed relegationes ſunt. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Triſt.*

Quippe relegatus, non exſul dicor in illo (edicto.)

Idem *Eleg.* 3. *lib.* 5.

———————Nec exſul

Edicti verbis nominor ipſe tui.

Idem *Eleg.* 3. *lib.* 3. *Triſt.*

Sic ego non etiam mortuus exul ero.

Idem 13. *Metam.*

Nec in his (maioribus) *quiſquam damnatus & exul.*

Idem *Eleg.* 3. *lib.* 4. *Triſt.*

———Cùm diceris exulis vxor,

Auertis vultus.

Vide ſequentia.

EXILIVM, ij, patriæ priuatio, & natalis ſoli mutatio. {גלות *ghaluth* גולה *gholáh.* φυγή, φυγαδεία. GALL. *Exil, banniſſement.* ITAL. *Eſſilio, bando.* GERM. Vertreibung oder verweiſung in das elend. HISP. *El deſtierro, fuera de ſu tierra.* ANGL. *Baniſhment.*} Senec. *in lib. de conſolatione ad Heluiam cap.* 6. Exilium, nempe, loci commutatio eſt. Hanc commutationem loci aliquando ſequuntur incommoda paupertas, ignominia, contemptus: quibus detractis, nihil eſt quod magnopere exilium ſit pertimeſcendum, nec commutatio loci oneroſa. Aſſiduus enim eſt humani generis diſcurſus, & naturalis quædam irritatio animis mortalium ineſſe creditur commutandi ſedes, & transferendi domicilia. Cicer. 5. *Tuſcul.* Exilium credo, quod in maximis malis ducitur. Et *paulò pòſt,* Iam verò exilium ſi rerum naturam, non ignominiam nominis quærimus, quantum demum à perpetua peregrinatione differt? Triplex autem numeratur exilij genus. Nam aut certorum locorum interdictio eſt: aut lata fuga, vt omnium præter certum locum: aut relegatio in inſulam. Erat autem exilium pœna capitalis: & exilio mulctatus, capite damnatus dicebatur. Exulis enim caput de ciuitate eximi dicitur. Quoties autem ciuitas retinetur, relegatio propriè, non exilium dicitur. Senec. *cap.* 6. *de conſ. ad Helu.* docet quid ſit Exilium. Idem *ibidem,* Exilia publica ſunt populorum tranſportationes. Plaut. *Capt. ſc.* 3. *a.* 3. Neque exilium exitio eſt. Obſcurè. ¶ Exilium æternum pro morte. Horat. *Ode* 3. *lib.* 2.

‖Exilica cauſa, quæ aduersùs exulem agitur. Feſt.‖

EXVLO, as, Patria priuatus ſum, exul ſum. {גלה *ghaláh.* φεύγω, ἄπολις εἶναι. GALL. *Eſtre banni, eſtre en exil.* ITAL. *Eſſere in eſſilio, eſſer in bando.* GERM. Im elend ſein/ein vertribner ſein. HISP. *Eſtar deſterrado ò fuera de ſu tierra.* ANGL. *To be baniſhed.*} Ex duobus modis dicitur, ſcilicet de loco in quo exul eſt, & de quo eiectus eſt. Terent. *in Eunuch.* Petij, nam domo exulo. Plaut. *in Moſtell.* An id mauis, vt habeat foras vrbem, exuléque à patria ſua, cauſa tui? Idem *Pſeud. ſc.* 3. *a.* 4. Vt exulatum ex pectore (cor) effugiat meo. Idem *Curc. ſc.* 4. *a.* 4. Ne trapezita exulatum abierit. Ouid. *Eleg.* 4. *lib.* 3. *Triſt.*

Naſoniſque tui quod adhuc non exulat vnum,

Nomen ama.

Idem *Eleg. vlt. lib.* 3. *Triſt.*

Sæpe per externas profugus pater exulat oras:

Vrbe tamen natis exulis eſſe licet.

Liu. *lib.* 9. *ab vrb.* Exulat ignominia animi. Exulat auaritia ex vrbe, per tranſlationem. Plaut. *Perſa.* —pulchrè munit arbitror, Perfidia & peculatus ex vrbe: & auaritia ſi exulant.

EXVLANS, exulantis, participium. {עצב *tſebéb* גולה *gholéh.* φυγαδεύων.} Cic. 2. *de Diuinat.* Rex Pruſias quum Annibali apud eum exulanti depugnare placeret, negabat ſe audere quòd exta prohiberent.

EXVLCERO, as, ſiue potiùs Exhulcero. Vlcus facio. {מחץ *machats.* ἑλκόω. GALL. *Exulcerer, bleſſer & entamer la peau.* ITAL. *Impiagare, tagliare la pelle.* GERM. Die haut verſeren oder ſchwärend machen. HISP. *Llagar ò encomar la llaga tratandola.* ANGL. *To mak ſore, to break the ſkinne.*} Plin. *lib.* 20. *cap.* 6. Lepras, lichenas, lentigines exulcerat. Varr. *lib.* 2. *de re ruſt. cap.* 9. de canibus loquens. Quidam nucibus Græcis in aqua tritis perungunt aures, & inter digitos, quò muſcæ, ricini, & pulices ſoleant (ſi hoc vnguine non ſis vſus) ea exulcerare. Senec. *cap.* 15. *de tranquill.* Exulcerat quod percuratum non eſt. ¶ Per tranſlationem accipitur pro exaſperare, vel exacerbare. Cic. 2. *de Orat.* Aut ea quæ ſanare nequeunt exulcerant. Idem *pro Deiot.* Fore putabant, vt in exulcerato animo facilè fictum crimen reſideret.

EXVLCERATIO, nis. {מחץ *machats.* ἕλκωσις. GALL. *Nauraure, bleſſeure, entameure de peau.* ITAL. *Eſſe ferire, impiagare.* GERM. Verſerung der haut. HISP. *Llaga, ò obra de encomar la aſſi.* ANGL. *A making of a botche.*} Plin. *lib.* 20. *cap.* 3. Sed omnium conſenſu, ſtomacho vtiliſſimæ iudicantur, & interaneorum veſicarúmque exulcerationibus. Senec. *cap.* 1. *de conſ. ad Marc.* Non conſolatio, ſed exulceratio.

EXVLCERATORIVS, a, um, Exulcerandi vim habens. {ἑλκωτικός. GALL. *Qui naure ou a vertu d'entamer la peau.* ITAL. *Che ha virtu d'impiagare.* GERM. Das die haut verſert vnd ſchwärend macht. HISP. *Lo que llaga ò puede encomar la llaga.* ANGL. *That hath power to mak a botche.*} vt, Exulceratorium medicamentum. Plin. *lib.* 32. *cap.* 7.

EXVLCERATRIX, icis. {מחצצת *mechótſeth.* ἐξελκοῦσα. GALL. *Qui entame & naure.* ITAL. *Donna che impiaga.* GERM. Ein geſchwärmacherin. HISP. *La que llaga, ò encoma la llaga.* ANGL. *That hath power to mak ſore, eat and frete.*} Plin. *lib.* 27. *cap.* 12. Vis ei ſtiptica, & exulceratrix.

EXVLTO, as, are, ab ex & ſalto, a in i mutata, Immoderatè iacto, voluptate

&

& lætitia nimia gestio. { עלץ *halátz* גל *ghal.* ἀγάλλομαι, γαυριάω, ἀναχαίνομαι, τῇ ψυχῇ πλίζομαι. GALL. *Sauter & tressaillir de ioye, s'exalter & glorifier.* ITAL. *Allegrarsi grandemente, gioire.* GERM. Auffspringen vor freud. HISP. *Saltar de allegria ò plazer, alegrarse.* ANGL. *To leap for ioye, to glorifie and boast foolishly.* } Cic. *lib. de Repub.* Est igitur quiddam turbulentum in hominibus singulis, quod vel exultat voluptate, aut molestia frangitur. Idem *in Catone*, Annibalem iuueniliter exultantem patientia sua molliebat, hoc est, iactantia iuuenili gloriantem. Virg. *lib. 5.*

——exultantiaque haurit

Cor pauor.

Cicer. *lib. 4. de Repub.* Quæ sanguine alitur, quæ omni crudelitate sic exultat, vt vix hominum acerbis vulneribus satietur. Quo in loco (vt Nonius interpretatur) accipitur pro sæuire: quamuis alij malint ibi pro gaudere & delectari accipi. *Exsulto* scribendum, & cætera ab eodem deducta. Illud esset exultantissimum (in oratione.) Quintilian.

Exultātio, nis. { עליצות *halitsúth.* σκίρτημα, ἀγαλλίασις. GALL. *Sautement de ioye, ou autrement.* ITAL. *Gioia, piacere.* GERM. Grosse freud/freudesprung/frolockung. HISP. *Aquella alegria.* ANGL. *A leaping through ioye, a triumphing.* } Plin. *lib. 8. cap. 54.* Mutianus luna caua tristes esse, quibus in eo genere cauda sit, nouam exultatione adorare. Indecora exultatio. Quint. *lib. 2. cap. 2.* Senec. *cap. vlt. de tranq.* In libertatem exultationémque extrahendus animus.

Exultantiă, æ, Exultatio. Gell. *lib. 12. cap. 5.* Cum petulantia morbi dolorísque exultantia collectantem.

Exultāntĕr, aduerbium. { σκιρτητικῶς, ἀγαλλιασμένως. GALL. *En sautant de ioye.* ITAL. *Saltando di contento & gioia.* GERM. Mit sonderbarer freudigkeit. HISP. *Saltando por alegria, alegramente.* ANGL. *Braggingly, as it were leaping for ioye, ioyously.* } Plin. *epist. 62.* Quum ea potius quæ pressiùs & astrictius, quàm illa quæ hilarius & quasi exultantius scripsi, possint videri accersita, & inducta.

Exultim, aduerbium, id est, exultando. { σκιρτηδόν, γαυριωδῶς. GALL. *En sautant, en tressaillant.* ITAL. *Saltando di gioia.* GERM. Mit auffspringen. HISP. *Alegrandosi saltando.* ANGL. *By reioysing and leaping.* } Hor. 3 *Carm. Ode 11.*

Quæ, velut latis equa trima campis,
Ludit exultim, metuitque tangi,
Nuptiarum expers, & adhuc proteruo
Cruda marito.

EXVLVLO, as, Valde vlulo. { ὀλολύζω. GALL. *Vrler & crier comme vn loup & telles bestes.* ITAL. *Vrlare, gridar forte.* GERM. Sehr heulen. HISP. *Aular.* ANGL. *To howllik a dogge or wolf.* } Ouid. *lib. 1. Metam.*

Territus ipse fugit, nactúsque silentia ruris
Exululat.

Idem 4. *Fastor.*

Exululant comites, furiosaque Libia flatur.

Exululātus, particip. voce passiua actiuè significans. Ouid. *El. 1. lib. 4. Trist.*

Vtque suum Bacche non sentit saucia vulnus,
Dum stupet Idæis exululata iugis.

Ibidem, *——Feretur*

Vrbis per medias exululata vias.

Exum, Extra sum. { ἄπειμι. GALL. *Estre dehors.* ITAL. *Essere fuori.* GERM. Aussen sein. HISP. *Estar y ser de fuera.* ANGL. *To be forth.* } Sic enim lictor in quibusdam sacris clamitare solebat, Hostis victus, mulier, virgo exesto. hoc est, non introito, quia scilicet ingredi ea sacra prohibebantur.

[Exumptuauit, pauperauit. Gloss. Isid.]

EXVNDO, as, Alueum exeo, siue extra alueum vndas effundo, inundo. { πλημμυρέω, ὑπερβλύζω. GALL. *Se desborder, s'escouler par dessus.* ITAL. *Inondare, vscire delle riue.* GERM. Vberlauffen/vberfliessen. HISP. *Manar ò rebossar lo liquido.* ANGL. *To ouerflow, to surrounde.* } Plin. *lib. 2. cap. 103.* In Tenedo insula fons semper à tertia noctis hora in sextam ab æstiuo solstitio exundat. Col. *lib. 8. c. 16.* Verùm meminisse oportebit, vt riuis per quos exundat piscina, præfigantur ænei foraminibus exiguis cancelli, quibus impediatur piscium fuga. Transfertur etiam ad alia. Tacitus *in Dialogo de oratoribus*, Exundat, atque exuberat admirabilis illa eloquentia. hoc est, abundanter effluit.

Exundātio, nis, Inundatio, eluuio. { שבפה *schéphah.* πλημμύρα. GALL. *Desbordement d'ondes.* ITAL. *Spargimento, inondatione.* GERM. Außgiessung/außfliessung. HISP. *Aquella obra de manar ò rebossar.* ANGL. *A Surrounding, an ouerflowing.* } Plin. *lib. 19. cap. 3.* Negant nasci, nisi exundatione fluminum inuecto semine ab Tiaris.

Exungo, is, ere, Vngo, inundo. { משח *maschách.* χρίω. GALL. *Oindre.* ITAL. *Vngere.* GERM. Wol salben. HISP. *Vntar.* ANGL. *To besmere or anoynt.* } Plaut. *in Rud.* ante pœnitet In mari quod delaui, ne hic in terra quoque eluam? s. Eluas tu, an exungare siccus?

[Exunguare, pensitatè & ad vnguem examinare. item exangulare. ¶ Exunguare vinum, vim per colationem frangere. Iun.

Exunguis, exedentula, excornis, muræna sine vnguibus, dentibus & cornibus. Tertull.]

EXVNGVLO, as, are, Vngues aufero. { ἐξονυχίζω. GALL. *Couper ou oster les ongles.* ITAL. *Tagliar l'vngie.* GERM. Die klawen oder negel von dannen thun. HISP. *Cortar las vñas.* ANGL. *To tak away the nayles or hoofes.* } Plaut. *in Trucul.* Hem, tuos exungula, malè viuitis.

EXVO, is, exui, exutum, propriè est indumenta detraho. { פשט *paschát.* ἀποδύω. GALL. *Desuestir, despouiller.* ITAL. *Spogliare.* GERM. Außziehen. HISP. *Desnudar el vestido, despojar.* ANGL. *To vncloth, to despoye.* } Lactant. *lib. 1.* Exuuntur etiam vestibus flagitante populo. Exuere se fortunis paternis, idem est quod spoliare. Liu. *lib. 1.* Primò se agro paterno, auitóque exuisse, deinde reliquis fortunis. ¶ Sæpe etiam accipitur pro soluo, λύω. Virg. 2. *Æneid.*

Sustulit exutas vinclis ad sidera palmas.

¶ Quandoque etiam accipitur pro denudo, γυμνόω. Idem 5. *Æneid.*

——magna ossa, lacertósque Exuit.

¶ Exuere castris hostem, pro Expellere. Liu. 9. *bell. Pun.* Nec ante abscessum est, quàm castris quoque exuerunt hostem. Exuere se ex laqueis, pro Liberare. Cicer. 7. *Verr.* Si me Hercule (id quod fieri intelligo non posse) ex his laqueis te exueris, ac te aliqua vi ac ratione explicaris, in illas tibi maiores plagas incidendum est. Exuere castris, Vell. Exuere mentitum colorem, Quint. Exuere Consulem exercitu, Vell. Exutus nauibus fugit Pompeius. Idem, Exuitur feritas, &c. Ouid. 3. *Fast.* Nunquam saluis suis exuitur seruitus muliebris, Liu. *lib. 34.*

——Exuta senectam Roma,

Mart. *Epigr. 7. lib. 5.* Timore vano quietem exuere, Liuius *lib. 8. dec. 4.* Item si non saltas, Exue igitur (sup. pallam.) Plaut. *Men. sc. 3. a. 1.* Exuere virtutes, Tacit. *lib. 1.*

EXVPERO, as, ab ex, & supero, Supero, excello. { השתרע *hischtareáh* נצח *nitsteach* הותיר *hothir.* ὑπερβάλλω, ὑπερέχω. GALL. *Surpasser, surmonter, outrepasser.* ITAL. *Superare, auanzare.* GERM. Vbertreffen. HISP. *Sobrar, vencer, sobrepujar à otro.* ANGL. *To passe, to excede, to surmount.* } Plaut. *in Milit.* Metuo ne prædicatio tua nunc meam formam exuperet. Cic. 4. *Tuscul.* Quis homo te exuperauit vnquam gentium impudentia? Ouid. 6. *Fast.*

Etsi non poterant exsuperare, cadant. (pro superare.)

Idem *Eleg. 4. lib. 4. Trist.*

Exuperas morum nobilitate genus.

Gell. *cap. 3. lib. 14.* Vter esset exuperantior. (i. præstantior.) Idem *cap. 8. lib. 6.* Exuperanti forma virgo. { GALL. *Qui est des belles l'outrepasse: de beauté non-pareille.* } ¶ Exuperare anima, cui Mortuum esse opponitur. Cic. *post red. in Sen.* Quapropter memoriam vestri beneficij colam beneuolentia sempiterna, non solùm dum anima exuperabo mea, sed etiam cum mortuo monimenta vestri in me beneficij permanebunt, id est, quandiu viuam. Vbi ex vetusto codice legitur *superero.*

Exūpĕrāntiă, pro eminentia. { שפעה *sciéphah* יתרון *jithrón.* ἐξοχή, ὑπερβολή. GALL. *Surmontement, outrepassé, excellence par dessus.* ITAL. *Trapassamento, auenzamento.* GERM. Vbertreffenheit. HISP. *Sobrepujança, excelencia.* ANGL. *Surmonting, a passing.* } Cicer. 5. *Tuscul.* Nónne omnem exuperantiam virtutis oderunt? Gell. *cap. 1. lib. 14.* exuperantia splendoris.

Exūpĕrātio, nis, Superlatio. { מותר *mothár* יתרון *jithrón.* ὑπεροχή, ὑπερβολή. Ad Herenn. *lib. 4.* Significatio est, quæ plus in suspicione relinquit, quàm positum est in oratione: ea fit per exuperationem. Et *paulò pòst*, Per exuperationem quum plus dictum est, quàm patitur veritas, augendæ suspicionis causa.

Exūpĕrābĭlis, e, qui potest superari. { ὑπερβλητός, ἡττητός. GALL. *Qui peut estre surmonté.* ITAL. *Cosa che si può vincere.* GERM. Das vbertroffen werden mag. HISP. *Cosa que se puede subrepujar.* ANGL. *That may be surmonted and passed.* } Statius 1. *Thebaid.*

——nec exuperabile dirus

Ingenium mortale queror.

Vallum non exuperabile, Claudianus. ¶ Pro Insuperabili. Gell. *cap. 2. lib. 17.* Cuius (Manlij) operam apud Gallos fortem atque exuperabilem Respub. sensit, &c. (vbi Apud pro aduersùs notabis: loquitur enim de M. Manlio qui Capitolium seruauit à Gallis.) ¶ Exuperabile, significatione actiua, quod potest superare. Virg. 3. *Georg.*

——tortósque Ixionis angues,

Immanémque rotam, & non exuperabile saxum. Seruius.

Exūpĕrātus, particip. Superatus, victus. { מנוצח *menutsách.* ὑπερβληθείς. GALL. *Outrepassé, vaincu.* ITAL. *Trapassato, vinto.* GERM. Vbertroffen. HISP. *Sobrepujado, vencido.* ANGL. *Surmounted, ouercomed.* } Lucil. *lib. 2.* Sed citiùs cædunt grauioribus exuperatæ.

Exūpĕrāntissĭmus, Superlat. ἐξοχώτατος. Apuleius *in Hermetis Asclepio*, Gratias tibi agimus summe & exuperatissime.

[Exuperatorius, mensis Decembris à Commodo dictus.]

EXVRDO, as, actiuum, Surdum reddo. { ἐκκωφόω. GALL. *Assourdir, faire sourd.* ITAL. *Assordare.* GERM. Dumm machen. HISP. *Ensordar à otro.* ANGL. *To mak de asse.* } cuius passiuum posuit Valerius Max. *lib. 2.* Græcis actionibus aures curiæ exurdantur, id est, obtunduntur. Plin. *lib. 32. cap. 10.* Paniculæ flos, si aures intrauerit, exurdat. ¶ Exurdare palatum, dixit Horatius pro sensu gestus spoliare, & stupefacere. Serm. *lib. 2. Satyr. 8.*

Feruida quòd subtile exurdant vina palatum.

[EXVRGEO, extra vrgeo, premo, ἐκπιέζω.

Exurgito, exhaurio. Isid.]

EXVRGO, is, Surgo. { קום *kam.* ἀνίσταμαι. GALL. *Se leuer, sourdre.* ITAL. *Leuarsi.* GERM. Aufstehn. HISP. *Leuantarse.* ANGL. *To arise out of some place.* } Plaut. *in Mostell. sc. 1. a. 2.* de dormiente. Quæso exurge, pater aduenit. Idem *Epid.* Lumbos extollite, atque exurgite. Cic. *pro Cluent.* Paulisper exurge, & perfer hunc dolorem commemorationis non necessariæ. Per translationem ponitur pro erigere se & recreare, ex diutina afflictione. ἀναφέρω. Cic. *pro Lege Agrar.* Hæc quæ procul erant à conspectu imperij, non solùm afflixerunt, sed etiam ne quando recreata exurgere, atque erigere se possent, funditus (vt dij) sustulerunt. Idem *ad Attic.* Nos autem vbi exurgere poterimus, aut quando? Idem *ad Cassium*, Autoritate vestra Respublica exurget, & in aliquo tolerabili statu consistet, *Exsurge* scribendum. Tibull. *lib. 4.*

Quinetiam structis exurgunt oppida muris.

Plaut. *Mil. sc. 1. a. 2.* Qui auscultare nollet, exurgat foras. Idem *ibid. sc. 1. a. 5.* Postquam exsurrexi. (sup. è conuiuio.) Idem *Mostell. sc. 1. a. 1.* Exurgere (ex marcore.) Senec. *cap. 16. de consol. ad Helu.*

EXVRO, is, exustum, Igne prorsus consumo, comburo. { יקד *jakád* שרף *saráph.* ἐκπυρόω. GALL. *Brusler.* ITAL. *Abbruggiare.* GERM. Verbrennen/außbrennen. HISP. *Mucho quemar.* ANGL. *To burne out.* } Cic. *in Pison.* Epirus excisa, Locri, Phocij, Bœotij, exusti. Ex animo exuri. Idem 3. *de nat. deor.* Mihi quidem ex animo exuri non potest, esse deos. Sed fortè legendum *exui*, aut *erui.* Igni exuritur scelus. Virg. 6. *Æneid.*

——alijs sub gurgite vasto

Infectum eluitur scelus, aut exuritur igni.

Plaut. *Men. sc. 2. a. 5.* Vt ego illi oculos exuram lampadibus ardentibus. Perij, minatur mihi oculos exurere. *Ibid.*

Exūstus, participium, Combustus, igne planè consumptus. { שרוף *saráph.* ἐκπυρωθείς, κατακαυθείς. GALL. *Bruslé, ars.* ITAL. *Abbruggiato, arso.* GERM. Gar verbrunnen. HISP. *Quemado mucho.* ANGL. *Burned, parched, Arsi.* }

Plin.

Plin. *lib.*2. *cap.*68. Media verò terrarum, quà Solis orbita est, exusta flammis, & cremata. Tibull. *lib.*4.

Nulla nec exustas habitant animalia partes.

Viuus exustus est. Cic. 5. *Verr.*

Ager exustus morientibus æstuat herbis,

Virg. 1. *Georg.* Exustus Sole caseus. Col. *lib.*7. *cap.*8. Quorum vitiorum primum solet accidere si parum pressus: secundum, si nimio sale sit imbutus: tertium, si Sole exustus est.

Exūstio, nis. {שרפה *ſerephah* חקיר *hekir* חרר *horer.* ἐκπύρωσις, ἐμπύρωσις. GALL. *Bruslement.* ITAL. *Esso ardere, abbruggiamento.* GERM. Brunst/ außbrennung. HISP. *Aquella obra de mucho quemar, quemadura.* ANGL. *A burning out.*} Cic. *In som. Scip.* Propter eluuiones exustionesque terrarum, quas accipere tempore certo necesse est, &c. Exustio Solis, Plin. *lib.*14. *cap.*24.

Exūscĭto, as, Suscito, {הקים *hekim.* ἐγείρω. GALL. *Faire dresser, faire leuer, esueiller.* ITAL. *Suscitare, far leuare, drizzare, destare.* GERM. Auferwecken. HISP. *Despertar.* ANGL. *To mak to arise, to wak from sleepe.*} Cic. *pro Muren.* Te gallorum, illum buccinarum cantus exuscitat. Idem *lib.*1. *Offic.* Quæ cura exuscitat etiam animos, & maiores ad rem gerendam facit. Plaut. *Curc. sc.*1. *a.*1. Exuscitate vestram huc custodem mihi. ¶ Exuscitare se. Brut. *ad Cic.* Quare non Octauius est rogandus vt velit nos saluos esse, magis tu te exuscita, vt eam ciuitatem, in qua maxima gessisti, liberam atque honestam fore putes.

‖Exuthenismus, figura, cùm rem aliquam extenuamus, & contemptam facimus.‖

Exuuiæ, arum, Spolia hosti detracta: ita dicta, ab exeundo. {שלל *ſchalál.* σκῦλα, λάφυρα. GALL. *Despouilles de l'ennemi, la peau & despouille d'vne beste.* ITAL. *Spoglie nimiche, & la pelle di vna bestia.* GERM. Die außgezogene kleider der feinde. HISP. *Los despojos, como de enemigos y de bestias.* ANGL. *Spoile taken frome ennemeis, bootie, te hid of a beast.*} sicut induuiæ, ab induendo. Cic. *pro lege Man.* Quum eum vobis maiores vestri exuuiis nauticis, & classium spoliis ornatū reliquissent. Virg. 2. *Æneid.*

——*qui redit exuuias indutus Achilli.*

Plaut. *Men. sc.*3. *a.*1. Quid hoc est? M. Induuiæ tuæ, & vxoris exuuiæ. (de palla surrepta.) Idem *ibid.* Exuuias facere quas voui volo. (i. Exuere pallam, & ea induere amicam, & tanquam opima spolia ei dicare.) Catull. *de com. Beren.*

Dulcia nocturna portans vestigia rixa,

Quam de virgineis gesserat exuuijs. (i. pudicitia.)

Suet. *in Aug. cap.*94. Exuuiæ Iouis pro ornatu. ¶ Et non solùm hominum tegmina, aut vestes dicuntur, sed etiam cæterorum animalium. Virg. *lib.*2. *de serpente,*

Quum positis nouus exuuijs, nitidúsque iuuenta

Voluitur.

Plaut. *in Mostell.* Manè castigabit eos exuuiis bubulis.

‖Exuuiat, prorogat. Gloss. Isid.

Exypnistæ, qui fratres dormientes in Ecclesia excitabant. L. gr. b.‖

NOTÆ ANTIQVORVM.

E. Est, ens, eius.
E. Æ. eius ætas.
E. B. eius bona.
E. C. è comitio, è capitolio. E. CONV. è conuiuio. E. C. S. AB. eius causa senatus abdicauit.
E. D. ABSC. P. edidit abscondita pecunia. E. D. eius dominus.
EE. N. P. esse non potest. E. E. ex edicto. EE. I. P. esse in potestate, vel in posterum. EE. MG. P. esse magnus potest. esse magister potest. EE. M. F. I. esse magis fieri iussit. EE. N. P. esse non potest. E. ERG. R. eius ergo rex.
E. F. eius filius.
E. H. eius hæres.
EIMO. eiusmodi. E. I. M. C. V. ex iure manu consertum vocauit.
E. L. edita lex. ELG. B. EI. elanguit bonitas eius.
E. M. vel EIM, eiusmodi. E. M. ex more. E. M. D. eius memoria dixit. EMP. emptor.
E. N. etiam nunc.
EOR. eorum.
E. P. edendum parcè. EPM. epitaphium. EP. epulatio. E. P. è publico. EP. epistola. E. P. M. epistolam mittit. E. P. R. & præparat. EPS. Episcopus.
E. Q. C. equestris cohors. EQ. M. SP. POM. Equitum magister Sp. Pompeianus. EQ. P. equus publicus. EQ. R. eques Romanus. EQ. COH. equestris cohortis.
ER. erunt, erit. ERG. ergo. ERP. eripiet. ER. P. erit pater. E. R. B. eius regis bona. E. R. A. ea res agitur.
E. S. è Senatu. E. S. Æ. MR. è sacra æde Martis. ESS. VDD. MM. R. esse videndum monumentum regis.
ET. etiam. ET. NC. & nunc.
EV. eius. E. V. V. N. V. V. E. ede vt viuas, ne viue vt edas.
EX. exigitur, exactus. EX. C. ex consuetudine, ex concione, ex conditione. EXCVR. excursus. EX. D. A. vel EX. D. AVG. ex domo Augusti. EX. M. ex malitiâ. EX. RR. exactis regibus.

F

F LITERA à Prisciano inter mutas numeratur, ab aliis inter semiuocales, eo quòd à vocali incipiat, & in seipsam terminetur. Hæc alio nomine dicta digamma Æolicum, quòd duplex gamma imagine referat. F digamma, cur reperta, docet Gell. *cap.*5. *lib.*14. Eundem sonum habet quem apud Græcos φ. Vnde etiam dictiones aliquot Græcæ, in Latinorum vsum receptæ, quæ apud illos per φ, scribuntur apud Latinos per F: vt, Fama, Fanum, & similia. Vetustissimi hac litera loco aspirationis vti solebant. Dicebant enim Fordeum, trafo, vefo. pro hordeum, traho, veho. Confirmat id Terent. Scaurus *de Orthogr.* his verbis: F olim erat in multis nominibus, quibus h successit, vt fordeum, fœdus, fariolus, &c. quod nunc hordeum, hœdus, hariolus, &c. Vnde fircus, qui postea hircus. Idem *ibid.* Fuerunt præterea apud antiquissimos, qui loco literæ f vtebantur b, Bruges dicentes, pro quo posteri fruges dicere maluerunt. Hanc Claudius Cæsar inuersam, vt consonantis vicem voluit præstare: quod etiam hodie in plerisque vetustis monumentis conspicitur; nunquam tamen efficere potuit, vt omnium consensu reciperetur. Sonat aliquando asperius quàm v, consonans: auget sonum & minuit pro qualitate loci, & alterius literæ subsequentis. ‖ Vulgò Germani F, V & PH, confundunt. Differentia verò quæ sit inter F & φ seu PH, sentietur, si separatim sonus animaduertatur. Diomedes aliam inter F & P differentiam facere non videtur, nisi quòd F in Latina voce, PH in Græca adhibeatur.‖

F A

Făbă, æ, q. faga: à φάγειν. Genus leguminis, notius quàm vt egeat descriptione. {פול *pol.* κύαμος. GALL. *Vne feue.* ITAL. *Faua.* GERM. Ein bon. HISP. *La haua.* ANGL. *A beane.*} A Faliscis hoc vocabulum Latini sumpserunt vna immutata litera. Dicebant enim illi Habam: quam Latini Fabam propter cognominationem literarum F. & H. Qu. Ter. Scaur. *de Ortograph.* Terent. *Eunuch.* Atenim istæc in me cudetur faba. ¶ Faba Græca λωτὸς dicitur. Plin. *lib.*16. *cap.*30. Faba Græca quam Romæ à suauitate fructus syluestris quidam, sed cerasorum penè natura, loton appellant. ¶ Faba porcina, herba quam vulgus vocabulo deprauato vocat Iusquiamum, ὑοσκύαμος. Vide latiùs in dictione *Hyoscyamus.* ¶ Fabarum arrosor, κυαμοτρὼξ, prouerbio dicebatur, qui in creandis magistratibus vendebat sua suffragia, eóque quæstus gratia sedulò versabatur in Comitiis. ¶ Faba nigra signum damnationis: alba absolutionis. Plutarch. *in Alcibiad.* Faba pertusa signum damnationis. Plutarch. *in Lyc.* ¶ De fabarum suffragiis Plutarch. *in Arist.* Item, Plaut. *Aul. sc.*1. *a.*5. Reperi non quòd pueri clamitant se in faba repperisse. Qui circa fabam & salem, περὶ ἅλα καὶ κύαμον. In eos dicebatur, qui se simularent scire quod nescirent. ¶ In me hæc cudetur faba, Ter. *in Eunuch.* Donato interprete, hoc est, in me hæc vindicabitur culpa, in me malum hoc recidet. Faba nummus: dictum est olim fabis ferri solita suffragia: quod innuisse Pythagoram existimant, quum vetaret edere fabas. Corrupta itaque suffragia hoc lepidissimo tropo significauit M. Tull. *lib.*6. *epist.*1. ‖ ¶ Est etiam faba inscriptio mimi. Turneb.‖

Făbŭlă, diminut. {τὸ κυάμιον. GALL. *Petite feue.* ITAL. *Picciola faua.* GERM. Ein bönle. HISP. *Pequeña haua.* ANGL. *A litle beane.*} Plaut. *in Stich.* Pro opibus nostris satis commodulè, nucibus, fabulis, ficulis, &c.

‖Faba Ægyptia, colocasia. Rondel.‖

Fabulum, pro faba, apud Gell. *lib.*4. *cap.*11. Opinio vetus falsa occupauit, & conualuit, Pythagoram philosophum non esitauisse ex animalibus, item abstinuisse fabulo, quem κύαμον Græci appellant. Cic. 1. *de Diuin.* ex quo etiam Pythagoricis interdictum putatur, ne faba vescerentur, quòd habet inflammationem magnam in cibis, tranquillitati mentis quærenti vera contrariam.

Făbāgĭnŭs, a, um, adiect. quod est ex fabis. {κυάμινος. GALL. *De feues.* ITAL. *Di faua.* GERM. Das von bonen ist. HISP. *Cosa de materia de hauas.* ANGL. *Of beanes.*} vt Fabaginum acus, apud Catonem *de re rust. cap.*54.

Făbārĭŭs, a, um, adiect. quod ad fabam pertinet. {κυαμικός. GALL. *Propre & conuenable à feues.* ITAL. *Che à faua si conuiene.* GERM. Das zu den bonen gehört. HISP. *Cosa perteneciente à las hauas.* ANGL. *That belongeth to a beane.*} vt, Fabariæ calendæ, hoc est, calendæ Iuniæ, quia hoc mense adultæ fabæ diuinis rebus adhibebantur, teste Macrob. *in Satur.* Pilum fabarium, apud Catonem *cap.*12.

‖Fabaria pila, vas concauum, ad fabam fresam pinsandam.‖

Fabarij dicti sunt apud Gentiles cantores. Vnde Isid. *lib.*2. *de diuin. offic.* Psallentes legumina in caussa vocis assiduè vtebantur. Itaque Fortunatiani admonitio est, Firmam efficit vocem & suauem obseruantia cibi, & potus & ventris continentia.

Făbālĭa, ium, sunt stipulæ fabarum, hoc est, culmi illi ex quibus siliquæ fabaceæ dependent. {κυαμόκαρπα τῶν κυάμων. GALL. *Vn fanas de feues.* ITAL. *Stoppie de faue.* GERM. Bonenstraw. HISP. *Las cañas de hauas.* ANGL. *The stalkes of beanes.*} Plin. *lib.* 18. *cap.* 12. Sed maior pars malunt fabalia maturæ sationis, quàm trimestrem fructum eius: nam siliquæ, caulésque gratissimi sunt pabulo pecori. Col. *lib.*2. veteres rusticos plerunque dicentes audio, malle se matura fabalia, quàm fructum trimestrem.

Făbālis, e, adiect. {κυάμινος. GALL. *De feues.* ITAL. *Fauale.* GERM. Das von bonen ist. HISP. *De hauas.* ANGL. *Of beanes.*} vt, Stipula fabalis. Ouid. *lib.*6. *Fast.*

Certè ego de vitulo cinere, ſtipulámque fabalem
Sæpe tuli plena februa tosta manu.

Ac paulò pòſt declarat quid ſit ſtipula fabalis.

Sanguis equi ſuffimen erit, vituliqúe fauilla,
Tertia res duræ culmen inane fabæ.

Culmen verò pro ſtipula vſurpauit. Sicut autem cinis vituli & vituli fauilla res eſt eadem: ſic culmen fabæ & ſtipula fabalis, quæ & fabalia ſubſtantiuè dicuntur. Plin.*lib.22.c.25*. Fabalium etiam ſiliquarum cinis ad coxendices & neruorum veteres dolores cum adipis ſuilli vetuſtate prodeſt.

[Fabale abſolutè, plurali ferè fabalia, ſtipula fabæ: quæ quia valde caua eſt, poſſit & faba duci à כבה, id eſt cauitas.]

Fābăcĭă, æ, à veteribus dicebatur genus libi ex fabis. {κυαμῖνος. Gall. *Vne ſorte de gaſteau ou torteau fait de feues.* Ital. *Fauata, focaccia, torta di faua.* Germ. Ein gattung kuchen von bonen gemacht. Hisp. *Manjar ò potaje de hauas.* Angl. *A king of bread made of beanes.*} Plin.*lib.18. cap.12.* Quin, & priſco ritu fabacia ſuæ religionis diis in ſacro eſt.

[Fabana, vox barbara, pro fabato, id eſt, pulte ex fabis.]

Fabaria, inſula eſt in mari Germanico, non procul à Cimbrica Cherroneſo: alio nomine Burchana dicta. Fabaria à Romanis dicta, propter ſimilitudinem frugis ſponte ibi prouenientis. Author Plin.

Fabāris, Fluuius in Sabinis, cuius meminit Virg.*7.Æneid.*

Qui Tyberim Fabarimque bibunt.

Alio nomine vocatur Farfarum, authore Seruio. Plautus, Diſſipabo te tanquam folia farfari. Ouid.

——— *& amœna Farfarus vnda.*

Fabatarium, ij, vas, vel patella, in qua puls fabata ponitur. Lampridius, vt pro naſcentis apiaſtri faſce Laribus & fœno Græco exhiberet plenis fabatariis & diſcis.

[Fabatum, puls fabata. Græci poſteriores etiam ſuum fecerunt φαβάτον.]

Făbĕr, à facio: vt à fine liber. {חרש cheréſch. δημιουργὸς, τεχνίτης, τέκτων. Gall. *Tout ouurier beſongnant en dure matiere, comme en bois, fer, pierre, & ſemblables choſes.* Ital. *Fabro, artefice di coſe dure, come legno, ferro, pietre.* Germ. Ein werckman in harter matery als da iſt eiſen/ſtein/holtz/ wie da ſind ſchmid/ſteinmetz/ zimmerman. Hisp. *Oficial de qualquier arte.* Angl. *All craftes man that worketh in hard ſtuffe, as yron, woode, ſtone.*} Generale eſt nomen, communéque iis omnibus qui circa duram verſantur materiam, in opificióque ſuo malleo vtuntur: quæ tamen ſignificationis amplitudo reſtringitur ex ſignificatione adiectiui adiuncti. Eſt enim faber ferrarius, qui aliquid ex ferro conficit, σιδηρουργὸς, faber tignarius, qui tigna ad ædificia exaptat, οἰκοδόμος τεκτονικός. faber aurarius qui ex auro aliquid excudit, χρυσοποιὸς, χρυσουργὸς, χρυσοχόος, & ſic de cæteris. Qui verò ex gypſo, argilla, cera, aliâve molli materia aliquid conficiunt, plaſtæ dicuntur, Plaut.*Moſt. ſc.2.a.1.* Venit imber, lauat parietes, perpluunt tigna, putrefacítque operam fabri: nequior tam factus eſt Vſus ædium, atque fabri culpa. Idem *in Rud.*—vt fortunati ſint fabri ferrarij. Qui apud carbones aſſident, ſemper calent. Idem *Moſt.* Taceſis faber, qui cudere ſolos noſti plumbeos nummos. *Ibid. ſc.2.a.4.* Laudant fabrum (qui fecit ædes.) Idem *Capt.ſc.5.a.3.* Abducite iſtum ad Hippolytum fabrum: iubete huic craſſas compedes impingier. De ea re, idem *Menæch.ſc.1.a.1.* Item idem *ibid.ſc.3.a.5.* Cogito vtrum me dicam ducere Medicum, an fabrum: qui obligaſſe ait crus fractum Æſculapio, & Apollini brachium. Idem *Capt.ſc.4.a.5.* Acceſſatur faber, qui iſtas compedes tibi adimat. ¶ Fabri pro genitoribus, ſiue parentibus. Idem *Moſtell.ſc.2.a.1.* In fabrorum poteſtate dum fui. (i. parentum.) Abeunt à fabris. (i. à parentibus.) *Ibidem.* Parentes fabri ſunt liberûm, & quomodo, vide *ibid.* Horat.*2.epiſt.1.*

Marmoris, aut eboris fabros, aut æris amauit.

Cicer.*de clar. Orat.* Ego me Phidiam eſſe malim, quàm vel optimum fabrum tignarium. ¶ Faber quum ſis, opera haud facis fabrilia, τέκτων γὰρ ὢν, οὐκ ἐργάζῃ ξυλουργικά. Congruet in eum, qui tentat ad quæ non eſt idoneus, vel, ob imperitiam, vel ob naturam alienam. ¶ Faber etiam piſcis eſt, qui & zeus χαλκεὺς Athenæo *lib.2.* Eſt planus, cui pinnæ nigricant, latera aurea, in medio corpore vtrinque fuſca macula nummuli inſtar, lineâque obliquè à capite ad caudam protenta eſt. Colum.*lib.8.* Faber qui in noſtro Gadium municipio generoſiſſimis piſcibus annumeratur, eùmque priſca conſuetudine zeum appellamus. Dalmatæ Fabrum vocant, quia in eo omnia fabrilia inſtrumenta reperiantur.

Faber, a, um, i. fabrilis. Adiectiuum priſcis vſitatum, & quo etiam vſus eſt Ouid.*lib.8. Metam.*

Dedalus ingenio fabræ celeberrimus artis.

Idem 3. *Faſtor.*

Marmoreus morum, fabræne exactior artis,
Difficile eſt illi dicere, clauſit opus.

Apuleius *Apol.1.* Læuitas fabra ſpeculi. Hinc faberrimus, ſuperlat. Idem *2. Florid.* Et anulum, in læua aureum faberrimo ſignaculo.

Fabrûm in genitiuo plurali, vſitatius erat Ciceronis ætate, quàm fabrorum. Cicer.*in Orat.* Fabrûm & procûm audeo dicere, non fabrorum & procorum. Idem *ad Attic. lib.5.* Iam duo præfecti fabrûm Pompeij in meam poteſtatem venerunt.

Fabrĕ, aduerbium, idem quod artificioſè, affabrè, ſcitè. {ἐντέχνως. Gall. *Artificieuſement, ingenieuſement, de main de maiſtre.* Ital. & Hisp. *Artificioſamente.* Germ. Wercklich/meiſterlich/künſtlich. Angl. *Cuningly, craftily, workmanly.*} Plaut. *in Pœnul.* Baſilice exornatus incedit, & fabrè ad fallaciam. Idem *in Menæch. ſc.1.a.1.* Hoc facinus pulchrum eſt, hoc probum eſt, hoc lepidum eſt, hoc factum eſt fabrè. Hodie vſitatius eſt compoſitum eius Affabrè, quod eiuſdem eſt ſignificationis.)(Infabrè. Pacuuius, Barbaricam, inquit, peſtem noſtris manibus obtulit, noua figura factam, commiſſam infabrè, hoc eſt, fœde & turpiter, vt interpretatur Nonius. ¶ Omnia hæc originem ducunt ab antiquo adiect. Faber, fa, rum, pro fabrili, & hoc fabrile, de quo paulo ante.

Fabrĕfăcĭo, is, Ædifico, artificioſe compono. {τεχνάζω, τεκταίνω, κατασκευάζω. Gall. *Faire artificieuſement, beſongner en maiſtre & ingenieuſement.* Ital. *Fabricare, edificare, comporre, lauorare con arte.* Germ. Wercklich machen/künſtlich bawen. Hisp. *Edificar, obrar por artificio, componer.* Angl. *To builde and worke or make a thing cuningly or workmanly.*} Plaut. *in Capt.* Nec fallaciam aſtutiorem vllus fecit poeta, atque vt hæc eſt fabrefacta à nobis. Plin. *de viris illuſtr.* Quum videret eos multum mari poſſe, claſſem magis validam quàm decoram fabrefecit, hoc eſt, ædificauit. Vnde fabrefactum opus, id eſt, artificioſè factum. τεχνητὸν, κατεσκευασμένον.

Fabrĭco, as, & fabricor, aris, deponens, fabrili arte aliquid conficio, architecto. {בנה banah. τεκταίνομαι, κατασκευάζω, δημιουργέω. Gall. *Forger, faire baſtir.* Ital. *Fabricare, edificare.* Germ. Schmiden/ zimmern/ machen. Hisp. *Fabricar, obrar por artificio.* Angl. *To forge or frame.*} Ouid.*lib.13. Metam.*

Craterem Æneæ quem iam fabricauerat Alcon.

Cicer. 3. *de Orat.* Capitolij faſtigium illud & cæterarum ædium non venuſtas, ſed neceſſitas ipſa fabricata eſt. Quint.*lib.3. cap.2.* Niſi quis dicit, etiam gladium fabricatum ab eo, prius qui ferrum in tutelam ſui, quàm in perniciem alterius comparauit. ¶ Transfertur etiam ad animum. Curtius, Multa interea fabricatus ingenio, quomodo auertere inde hoſtem poſſet. Plaut. *Aſin.ſc.1. act.1.* Fabricare quiduis, quiduis comminiſcere.

Fabrĭcātŭs, particip. {עשוי haſúi. κατεσκευασμένος. Gall. *Fait, forgé, edifié.* Ital. *Edificato, fabricato.* Germ. Geſchmidet/ gezimmert/ gemacht. Hisp. *Obrado por artificio, edificado.* Angl. *Forged, framed, wroght.*} Cicer. *1. de Vniuerſ.* Et globoſus eſt fabricatus, quod σφαιροειδὲς Græci vocant.

[Fabricateria, ornatus, aut locus fabrorum. Cath.]

Fabrĭcātŏr, is, Ædificator, architectus, artifex. {עושה hoſéh פעל pohél. τεχνίτης, κτίστης. Gall. *Forgeur, ouurier.* Ital. *Fabricatore, operatore.* Germ. Ein ſchmid der etwas auß harter matery macht. Hisp. *El que artificioſamente obra.* Angl. *A forger a framer.*} Quint.*lib.2.c.16.* Et hercle Deus ille princeps, parens rerum, fabricatorque mundi, nullo magis hominem ſeparauit à cæteris, quæ quidem mortalia eſſent, animalibus, quàm dicendi facultate.

Fabrĭcātĭo, nis, Fabrica. {מעשה mahaſéh מפעל miphhal. δημιουργία, κτίσις, ποίησις. Gall. *Forgement, façon, edifice.* Ital. *Fabrica, edificio.* Germ. Schmidung/ machung. Hisp. *Aquella obra de fabricar.* Angl. *A framing or making.*} Cic. *2. de nat. Deorum,* Si erit tota hominis fabricatio perſpecta.

[Fabricatura, fabrica. Cod. ll. antiq.]

Fabrĭcă, æ, propriè fabri lignarij officina, quamuis & de aliis officinis dicatur. {ἐργαστήριον, τεκτονεῖον. Gall. *Baſtiment, ouurage, vne forge.* Ital. *Bottega del lignaiuolo, fabrica.* Germ. Ein werckſtatt. Hisp. *Botica, ò tienda de carpintero, fabrica.* Angl. *A forge or shope where in any thing is forged or framed.*} Nam fabricam ferream dixit Plin.*lib.7.cap.56.* Fabricam ferream inuenere Cyclopes. Plaut. *Milit. ſc.1.a.2.* Facetis fabricis & doctis dolis. Item Quint. *cap.18. lib.2.* Nec fabrica ſit ars: Caſas enim priùs illi ſine arte fecerunt. ¶ Ponitur pro ipſa fabricatione, ſiue arte fabrili. {τεχνουργία. Angl. *A working in hard ſtuffe.*} Vnde & ædificium fabricam dicimus & machinationem. Plaut. *in Pœn.* Nunc hoc conſilium capio, & hanc fabricam apparo, vt filias dicas tuas. Cicer. *2. Offic.* pro coagmentatione, ſiue compactione ſumpſit. Hanc (inquit) tam diligentem naturæ fabricam imitata eſt hominum verecundia.

Fabricus, a, um, Adiectiuum, quo vſus eſt Paulus IC. *in l.ſi mancipia. ff. de inſtructo vel inſtrumento legato,* quum ait, Seruum verò arte fabrica peritum.

[Fabricenſis, qui in publicis fabricis bellica arma fabricat, ὁπλοποιός.

Fabricium, idem quod fabricatura.]

Fabrĭlĭs, e, quod eſt fabri, ſiue quod ad fabrum pertinet. {τεχνικός. Gall. *Appartenant à vn forgeur.* Ital. *Fabrile, pertinente à magnano.* Germ. Das zu einem ſchmid oder andern dergleichen werckmann gehört/ ſchmidzeug. Hisp. *Coſa pertenaciente à tal obra.* Angl. *Belonging to a ſmith or carpenter.*} Horat.*lib.2. Epiſt.*

——— *quod medicorum eſt*
Promittunt medici, tractant fabrilia fabri.

Fabrile ſcalprum. Liu. 8. *bell. Pun.* Fabrile erratum, Cic. *ad Attic. lib.6.* Fabrile glutinum. Plin.*lib.28. cap.11.* & Celſ.*lib.8.cap.5.* id eſt, ταυροκόλλα Dioſcoridi. Fabrilis manus, Mart.*lib.11.*

Factaque fabrili dedolat oſſa manu.

[Fabriliter, more fabri. Prud.]

Fabianus, Φαβιανός, Martyris nomen, qui vnà cum Sebaſtiano, quòd Chriſtum profiteretur, ſupplicio affectus eſt.

Fabiorum familia Romæ nobiliſſima fuit, cognomen hoc ſortita ab eo tempore, quo Romani penè omnes nobiliſſimi agriculturam exercebant: quòd primus qui hoc nomen adeptus eſt in faba ferenda excelleret: ſicut etiam Cicerones, Piſones, & Lentuli dicti ſunt à lente, cicere & ipſis bene ſerendis. Horum tanta Romæ potentia fuit, vt bellum aduersùs Veientes, ſoli cum ſuis clientibus & ſeruis in ſeſe receperint: quûmque ex leuibus aliquot prœliis ſæpiùs victoriam reportaſſent, tandem ad Alliam fluuium inſidiis circunuenti, ad vnum omnes cæſi ſunt. Ouid.*lib.2. Faſt.*

Vna dies Fabios ad bellum miſerat omnes:
Ad bellum miſſos abſtulit vna dies.

Ex tanta fabiorum clade vnus tantùm ſuperfuit: qui nondum armis per ætatem idoneus, in vrbe relictus erat: ex cuius ſanguine per longam nepotum ſeriem natus Fabius ille Maximus eſt, qui Dictator aduersùs Annibalem creatus, cunctabunda quadam prudentia rem Rom. aliorum Imperatorum temeritate labefactatam, primus reſtituit. Fabij dicti olim Fodij, à fodiendo. & cur, vide apud Plutarch. *in Fabio.* ¶ Fuit & Fabius Rullus, *ibid.* ¶ Fuit & alius Fabius, Allobrox cognominatus, à rege Allobrogum ad Iſaram flumen intercepto. ¶ Fabius pictor homo nobiliſſimus, iuris & literarum antiquitatis bene peritus, vt autor eſt Cic. *in Bruto.*

Fabianus, a, um, denominat. Arcus Fabianus, Romæ erat iuxta regiam, in via ſacra. Suet. *in Aug. c.40.* Fabiani tribules.

Fabius, a, um, aliud adiectiuum: vt gens Fabia. Ouid. 3 *de Ponto.*

Fabrateria, Φαβρατερία. Oppidum Campaniæ ad Terum fluuium. Iuuenal.*Satyr.3.*

——optima Sora

Aut Fabrateria domus, aut Frusinone paratur.

Meminit huius oppidi & Silius *lib.*8. Hinc deducitur, denominatiuum, Fabraternus, a, um.

Fabrè, Fabricatio, Fabrica, vide *Faber.*

Fabricius, ij, Φαβρίκιος. Nomen Romani ciuis frugalissimi, qui in tenuissimo censu, Samnitum munera forti animo spreuit. Vide Plutarch. *in Pyrrho.* Hic vnicum frugalitatis exemplar fuit apud Romanos, patellam & salinum ex argento tantùm colendorum deorum causa domi habuit, ita tamen vt patella corneo pediculo sustineretur. Huius filiæ ob paupertatem ex publico dotatæ, ad maritos ierunt portantes gloriam domesticam, pecuniam publicam. Hic aduersùs Pyrrhum Epirotarum regem & Samnites grauissima bella gessit: aduersùs quos, vt bello inuictum, ita muneribus se præstitit incorruptum. Regis etiam medicum domini sui mortem per venenum pollicentem, vinctum ad regem remisit.

Fabricianus, Φαβρικιανὸς, Fabriciani filius, qui matrem Fabiam interfecit, quòd illa maritum suum occidisset, vt liberiùs adulterium cum Petronio adolescente committeret. Autor Dositheus apud Plutarchum.

Fabrico, Fabrile, vide *Faber.*

FĀBŬLĂ, æ, propriè est sermo & rumor populi, & res passim diuulgata, à fando dicta. {משל *machál* שנינה *schenináh.* μῦθος. GALL. *Fable, conte, deuis, bruit, rumeur, discours, farce, comedie, tragedie.* ITAL. *Fauola nouella.* GERM. Ein fabel, ein gemeine gassenred, ein erdichte red. HISP. *Ficion, ò nouela fingida.* ANGL. *A tale, a fable.*} Pro sermonibus & colloquiis. Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Nolo bis iterare: sat sic sunt longæ fabulæ. (i. sermones, colloquia.) ¶ In fabulis esse, id est, in ore, siue sermone populi. Suet. *in August. cap.* 70. Cœna secretior eius in fabulis fuit. Iuuenal.

It noua, nec tristis per cunctas fabula cœnas.

Martial. *lib.* 1.

Quòd nunquam maribus iunctam te Bassa videbam,
Quòdque tibi mœchum fabula nulla dabat,
Esse videbaris, fateor, Lucretia nobis.

Terent. *Hecyr.*——odiosa hæc est ætas adolescentulis: E medio æquum est excedere: postremò iam nos fabulæ sumus, Pamphile, senex atque anus. ¶ Hem tibi omnem fabulam, (i. rem, commentum, dolum.) Plaut. *Pseud. sc.* 4. *a.* 2. Ne temere hanc tollas fabulam. (i. ne differas & vulges, quod te vidisse dicis & fingis.) Idem *Mil. sc.* 3. *a.* 2. Aliam occipis fabulam. Idem *Men. sc.* 5. *a.* 5. ¶ Pro Comœdia, idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 5. Si vultis approbare hunc gregem & fabulam. Idem *Menach. sc.* 5. *a.* 5. Aliam occipis fabulam. Idem *Capt. prolog.* Expediet fabulæ huic operam dare. Idem *Men. sc. vlt. a.* 5. Quæ hæc est fabula? Ouid. *Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.*

Nomine sub nostro fabula nulla fuit.

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 1. *Trist.*

Sic ego delicias & mollia carmina feci,
Strinxerit vt nomen fabula nulla meum.

Plaut. *Capt. prolog.* Hæc res agetur nobis, vobis fabula. & Gell. *cap.* 21. *lib.* 17. Fabulas apud populum dare, & fabulas docere. *Ibidem*, & Tibull. *lib.* 4.

Atque hac seu nostras intersunt cognita terras,
Fabula siue nouum dedit his erroribus orbem.

¶ Dicitur etiam fabula, ‖pactum conditionis. ¶ Item‖ narratio ad delectationem inuenta, rerum nec verarum, nec verisimilium: vt quòd Daphne versa sit in laurum, & Tantalus apud inferos fugientia captet flumina. Horat. *in Serm. satyr.* 1.

——Quid rides? mutato nomine de te
Fabula narratur.

Cicer. 3. *de nat. deor.* Iam verò quid vos illa delectat explicatio fabularum, & enodatio nominum: exectum à filio Cælum, vinctum itidem à filio Saturnum? ¶ Apologus autem differt à fabula, vt species à genere. Dicuntur enim apologi fabulæ quæ sub tectorio ridiculæ alicuius narrationis, & inter bruta animantia colloquij, recondit aliquid, quod ad vitam & mores pertineat, quales sunt fabellæ illæ quæ Æsopi nomine circunferuntur, quamuis ab Hesiodo primùm profectas constet. Comœdiæ & Tragœdiæ fabulæ sunt, non apologi. Huiusmodi autem fabulæ diuersa sortiuntur nomina pro habitu & qualitate personarum. Aliæ enim togatæ dicebantur, quarum personæ togis & Romanorum cultu erant ornatæ. Aliæ palliatæ, cùm personæ Græco more palliis inductæ, in scenam prodibant. Erat enim pallium Græcis peculiare, quemadmodum Romanis toga. Togatarum genera quatuor. Sunt enim togatæ quæ prætextatæ dicuntur, in quibus reges Romani, vel duces inducuntur, personarum dignitate & sublimitate Tragœdiis similes. Prætextatæ autem dicuntur, quia ferè regum, vel magistratuum prætexta vtentium in huiusmodi fabulis personæ introducebantur. Secundum genus togatarum, tabernariæ dicuntur, humilitate personarum & argumentorum similitudine Comœdiis pares: in quibus non magistratus, sed humiles & priuatæ personæ induci solebant: quales ferè sunt Mercatores, aut institores, qui in tabernis merces suas vendere consueuerunt. Erant præterea fabulæ Attelanæ, iocis & salibus quàm proximè ad Satyram accedentes: ab Attelis Campaniæ oppido, in qua plurimùm actitatæ sunt, nomen sortitæ. Aliæ erant planipediæ, à planis actorum pedibus dictæ, qui ob humilitatem argumenti, & vtilitatem personarum neque cothurnis vtebantur, neque soccis. ¶ Sine capite fabula, ἀκέφαλος μῦθος, dicitur imperfectus ac mutilus sermo. Zenodotus ex Platone & Plutarcho. Fabulæ, Verbum in responsione poni solitum, quum negamus verum esse quod quis dicit, veluti per tædium. Terentius *Heaut.* Si tibi narrem quamobrem id faciam, vera causa est. CL. fabulæ.

Fābĕlla, diminutiuum est à fabula. {τὸ μυθάριον. GALL. *Petite fable: petite farce.* ITAL. *Fauoletta, fauoluccia, nouelletta.* GERM. Ein märle. HISP. *Pequeña ficion, ò nouela fingida.* ANGL. *A litle fable.*} Cic. *pro Cælio*, Verùm hæc tota vetus, & plurimarum fabellarum poëtriæ. Idem 5. *de finib. &* 1. *de Diuin.* Nihil debet esse in philosophia commentitiis fabellis loci.

‖Fabello, as, fabulo, fabulor. Petr. Cell.‖

Fābŭlŏr, aris, à fando deriuat. & significat loqui. {שעשע *schaháh* השתעשע *hischtahah* ספר *sippér.* μυθολογεῖν, ὁμιλεῖν. GALL. *Conter des fables, deuiser, caqueter, babiller.* ITAL. *Ragionare, fauellare, fauolegiare.* GERM. Schwetzen, reden. HISP. *Dezir ò contar nouelas.* ANGL. *To batle, to pratte or chatter.*} Plaut. *in Capt.* Quid fabulabor? quid negabo? aut quid fatebor? Idem *in Cistell.* Hæc nostram rem fabulatur, hanc scire oportet, filia tua vbi sit. id est, de re nostra loquitur. Idem *in Merc.* Quid illud quòd solus secum fabulatur filius? Item, Satin' hoc rectè fabulor. Idem *Men. sc.* 1. *a.* 5. Expeditè fabulatus. *Ibid. sc.* 2. *a.* 1. Nunc quomodo, & verbis quibus me deceat fabularier, priùs ipse mecum etiam volo hic meditari: sic hoc proloquar. Idem *Amph.* Clare aduorsum fabulabor. *Ibid.* Vigilans video, vigilans fabulor. Idem *ibidem*, Vigilo & vigilans id quod factum est fabulor. *Ibidem*, Video cum illa fabularier. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. ¶ De fabula poëtica loquens, idem *Amphitr. sc.* 4. *act.* 4. Verùm quod olim auditum est fabularier. ¶ Fabulari pro ineptè garrire. Liu. *lib.* 5. *decad.* 5. & tu centurio, miles, quid de Imperatore Paulo Senatus decreuit, potius, quàm quid Sergius Galba fabuletur, audi. Plaut. *Capt. scen.* 3. *act.* 3. Nec tu quod fabuletur in aures immittas tuas. (Mox, garriuit.) ¶ Inuenitur & fabulo, as, are. Idem *Milit. sc.* 4. *act.* 2. Nimis stulta sum & mora, quæ cum insano fabulem. ¶ Eius compositum est Confabulor. ¶ Item, pro confabulari interdum vsurpatur. Gellius *cap.* 13. *lib.* 19. Stabant fortè vnà in vestibulo palatij fabulantes Fronto Cornelius, & Festus Posthumius.

Fābŭlo in actiua voce, pro eodem. Plaut. *in Milite*, Mala es. P. Imò ecastor stulta multum, Quæ vobiscum confabulem.

Fābŭlātŏr, is. {משעשע *schehéh* משתעשע *mischtahéh* מספר *mesappér.* μυθιστής, λογοποιός. GALL. *Vn faiseur de contes, raconteur de fables.* ITAL. *Narratore di fauole.* GERM. Ein schwetzer, sandtrer, märlesager. HISP. *El dezidor y contador de nouelas.* ANGL. *A babler or prater.*} Facetus colloquutor. Suet. *in Aug.* Si interruptum somnum recuperare, vt euenit, non posset, lectoribus, aut fabulatoribus accersitis resumebat, producebátque vltra primam sæpe lucem.

Fābŭlāris, are, adiectiuum, Fabulosus, μυθώδης. vt, Historia fabularis, in qua multa falsa, & minimè verè vera scribuntur. Sueton. *in Tiberio*, Maximè tamen curauit historiæ fabularis notitiam vsque ad ineptias & derisum.

Fābŭlōsus, a, um, dicitur quod commentitium est: vel quod fabulis & figmentis celebratur: vel de quo multa finguntur. {μυθώδης. GALL. *Fabuleux.* ITAL. *Fabuloso.* GERM. Erdicht, dauon man vil sagt, vnd aber erdichte fabelwerck ist. HISP. *Fingido.* ANGL. *Full of fables or inuentiones, fayned.*} Horat. *lib.* 1. *Carm.* Vel quæ loca fabulosus lambit Hydaspes. Plin. *lib.* 10 *cap.* 49. Pegasos equino capite volucres, & gryphas auritos aduncitate rostri, fabulosos reor. ¶ Fabulosior. Idem *lib.* 33. *cap.* 1. Midæ quidem annulum, quo circumacto habentem nemo cerneret, quis non etiam fabulosiorem fateatur?

Fābŭlōsē, aduerbium, Falsò, vel per fabulas. {μυθωδῶς, ψευδῶς. GALL. *Par mensonge, fabuleusement.* ITAL. *Fauolosamente.* GERM. Fälschlich, lugenhafftiglich. HISP. *Fingidamente.* ANGL. *Feynedlie.*} Plin. *lib.* 32. *cap.* 11. Accedat his Taprobane, insulæque aliæ Oceani fabulosè narratæ. Idem *lib.* 5. *cap.* 1. Colonia à Claudio Cæsare facta Lixos, vel fabulosissimè ab antiquis narrata.

Fābŭlōsĭtās, atis, hoc est, fabulantium vanitas. {τὸ μυθῶδες. GALL. *Conte, menterie, mensonge.* ITAL. *Il contar fauole, menzogne.* GERM. Ein erdichtung, fabelwerck. HISP. *Aquella obra de fingir.* ANGL. *A telling of fables or lies.*} Plin. *lib.* 36. *cap.* 13. Sed quum excedat omnia fabulositas, vtemur ipsius M. Varronis in expositione eius verbis. Idem *lib.* 7. *cap.* 52. Reperimus inter exempla, Aristæi etiam visam euolantem ex ore animam in Proconneso corui effigie, magna quidem fabulositate.

Fābŭlīnus, deus, qui pueris primò fari incipientibus præesse putabatur: cui etiam Romani sacrificabant, quum primùm liberi eorum fari incipiebant. {Der sprach herrgot bey den Römern, welchem sie opfferten als bald ire kinder anfiengen reden.} Autor Nonius, citans testimonium Varronis de liberis educandis.

Fabulum, vide *Faba.*

‖Faccio, adulando impedio.

Facella, facela, acetarium. Salmas. ¶ Item faculæ in actis. Thrac. Mart.

Facellarium vas, in quo reponitur acetarium.‖

Făcesso, vide *Facio.*

FĂCĒTŬS, i, dicitur qui salibus & sermonis vrbanitate, citra scurrilitatem tamen, abundat, Salsus, vrbanus, venustus, scitus, concinnus, festiuus, argutus, dicax. {εὐτράπελος, ἀστεῖος. GALL. *Facetieux, plaisanteur, railleur, recreatif en paroles.* ITAL. *Faceto, piaceuole, chi ragiona piaceuolmente per ridere.* GERM. Schimpflich, höflich vnd kurtzweilig mit reden. HISP. *Donoso.* ANGL. *That speaketh or doeth to mak, men laughe, merie, pleasant.*} Cic. *ad Quint. fratrem*, Eam neque parum facetus scurra Sextus Nouius. Plaut. *Mil.* Cauillator facetus, vel commodus conuiua item ero. *Ibid. sc.* 1. *a.* 2. Facetus, fabricis & doctis dolis. Idem *Asin. sc.* 1. *act.* 2. Facio me facetum ac magnificum virum. Cicer. *lib.* 2. *de legibus*, Facetissimus Poëta veteris comœdiæ Aristophanes. Quidam à faciendo deriuant, vt is sit, qui gestibus, aut verbis ita alium imitatur, vt se illum faciat. Alij à fando deducunt. Cic. *de clar. Orat.* Acuti, elegantes, faceti, breues homines. ¶ Veteres facetum dixerunt quicquid venustum esset, & elegans. Horat. facetum dicendi genus Catoni, Virgilio decens tribuit.

Făcētē, aduerbium, Eleganter, vrbanè. {εὐτραπέλως, χαριέντως. GALL. *Plaisamment, par raillerie.* ITAL. *Piaceuolmente.* GERM. Schimpflich mit höflichen worten. HISP. *Donosa y graciosamente.* ANGL. *Pleasantly, merely.*} Sic decet facetè verba dari custodi catè. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 1. Non vidi magis facetè ludificari, idem *Mil. sc.* 6. *a.* 2. H. Te ad cœnam vocari volo. E. Facetè dictum. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 1. Vt facetè orationem ad seruitutem contulit? *Ibid.* Facetè aduortis animum tuum ad animum meum. Idem *Mil. sc.* 1. *a.* 1. Cic. 6. *Verr.* Nunquam tantum mali est Siculis, quin aliquid facetè & commodè dicant. Idem *pro Rosc. Amer.* Nósque ab isto nebulone facetiùs eludimur.

Făcētiæ,arum, sunt quasi deliciæ quædam sermonis, & dicta vrbana sine scurrilitate, iocus, sal, lepos, vrbanitas, festiuitas, argutiæ. { εὐτραπελίαι, τὰ γελοῖα. GALL. *Plaisanteries, ioyensetez de paroles, railleries.* ITAL. *Facetie, burle piaceuole.* GERM. Schimpfreden/ höfflichkeit mit reden. HISP. *Los donayres de palabras.* ANGL. *Merie gestes or conceites.* } Plautus *in Milite*, Nam tu quemuis potis es facere vt fluat facetiis. Catullus,

Est enim leporum Disertus pater, & facetiarum.

Cic. 1. *Offic.* Sale verò & facetiis Cæsar Catuli patris frater vicit omnes. Idem 2. *de Orat.* Etenim quum duo genera sint facetiarum: alterum æquabiliter in omni sermone fusum: alterum peracutum, & breue: illa à veteribus superior cauillatio, hæc altera dicacitas nominata est. Gell. *cap.6. lib.6.* Facetias nebulonis risi. (i. ineptias.) Idem *cap.8. lib.15.* Facetiæ (cœnæ.) Velleius, Leporis Latini facetiæ. ¶ Reperitur & in singulari *facetia*, apud Apuleium *in Apologia*: Atque ego scio nonnullos, & cum primis Æmilianum istum facetiæ sibi facere res diuinas deridere.

Făcētōsŭs,a,um, Iucundus, facetiis abundans. { εὐτράπελος, εὐτραπελώδης. GALL. *Facetieux, plein de plaisanteries & railleries.* ITAL. *Pieno di piaceuolezza.* GERM. Vol schimpfflicher vnd kurtzweiliger reden. HISP. *Lleno de gracias y donayres.* ANGL. *Ful of merie conceites.* } Cic. 2. *de fin.* Quos quidem dies quemadmodum agatis & in quantam hominum facetosam vrbanitatem incurratis non dico. Quanquam alij hanc lectionem apud Ciceronem suspectam habent, & pro ea *facetorum vrbanitatem* legendum censent.

[Facialis, linteum, quo facies sudore tergitur. Gloss. Isid.]

Făcĭēs, ei, à faciendo: quia est omnis forma totius corporis. Species oris. { פנים *panim.* GALL. *La face, le visage.* ITAL. *Faccia.* GERM. Das angesicht. HISP. *La cara ò frente.* ANGL. *The face, the visage.* { πρόσωπον, & vultus, πρόσοψις, differunt, quòd vultus, voluntatis indicium sit, quod pro motu animi in facie ostenditur. Vnde Seruius, Vultus est voluntatis indicium, qui pro voluntatis varietate mutatur. Virg. 4. *Æneid.*

Spem vultu simulat, premit altum corde dolorem.

Facies est pars anterior capitis humani, constans ex fronte, oculis, naso, malis, ore, & mento. Salust. *in Catil.* Prorsus in facie, vultúque vecordia inerat. ¶ Sumitur tamen facies pro totius corporis forma. Terent. *in Eunuch.* O faciem pulchram! Vt enim ab aspectu species, à fingendo figura: ita à faciendo, vel à factura corporis dicitur facies. Est enim facere, propriè in opere esse, id est, rei alicui faciem inducere: vt qui facit vas, vasis illi faciem imponit, qui gladium, gladij, &c. id est, formam, siue figuram. Plaut. *in Pœnulo*, Sed earum nutrix qua sit facie, mihi expedi. M. Statura non magna, corpore aquilino. P. Atque ipsa est. M. Specie venusta, ore paruo, atque oculis peregris. Salust. *in Iugurth.* præclara facies, i. venusta forma. ¶ Neque solùm de hominibus dicitur, sed etiam de rebus inanimatis. Idem *lib.1. histor.* Sardinia in Aphrico mari facie vestigij humani, in Occidentem, quàm in Orientem latior. Idem, Quibus rebus permota ciuitas, atque immutata vrbis facies erat. Faciem illam rerum vltimam promis. (i. funeris imaginem.) Senec. *cap. 15. de consol. ad Mart.* Item, In faciem pulueris. (i. formam & modum.) Gell. *cap.18. lib.10.* { GALL. *En façon, forme, & maniere de pouldre.* } Item,

Vrbis abest facies,

Ouid. *Eleg.6. lib.4. Trist.*

Hac facies Troia, cùm caperetur, erat,

ibid. Eleg.5. lib.1. Nomen quod appellationis Græcæ vim habeat, non faciem, Senec. *cap.2. de tranq.* Ista facie ingenij blandiuntur, Quint. In eadem facie (orationis) quasi vultus mutandus, idem. Facies plures eloquentiæ & genera dicendi, idem. Belli facies, Salust. *Iugurth.* 90. ¶ Accipitur tamen nonnunquam vultus pro facie, præsertim apud Poëtas: qui pro eodem dicunt, Fœdato vultu, & fœdata facie. ¶ Quandoque etiam facies, pro specie dicitur: εἶδος. Virg. *lib.6. Æneid.*

Quæ scelerum facies, ò virgo effare!

Idem *lib.1. Georg.*

——tot bella per orbem,
Tam multa scelerum facies.

¶ Facies etiam pro corporis longitudine ponitur, Pacuuius *in Niptra*, Ætate integra, feroci ingenio, facie procera. Vide Gell. *lib.12. cap.28.* ¶ Antiqui declinabant, hæc facies, huius facies, vel facij, pro faciei, vt testimoniis aliquot docet Gell. *lib.9. cap.13.* ¶ Facies quid propriè, & vnde, idem *cap.28. lib.13.* Est totius corporis forma, non vultus tantùm. ¶ Facies pro statura, totiúsque corporis figura. & apud Plaut. & Quadrigarium. *Ibidem, & cap.9. lib.13.* ¶ Peregrina facies hominis. Idem *Pseud. sc.2. a.4.* Qua facie vis hominem? Malum, callidum. *Ibid. sc.4. a.2.* Qua facie est? macilento ore. Idem *Capt. sc.4. a.3.* Faciem cùm aspicias, haud videntur mali. Idem *Pseud. sc.2. a.1.* Ego Sauream non noui, neque qua facie sit, scio. Idem *Asin. sc.2. & 3. a.1.* Qua facie est? Subniger, rufus, ventriosus, acuto capite, magnis pedibus. Idem *Pseud. sc.7. a.4.* ¶ Vertere se in omnes facies, id est, experiri omnia consilia, aut vires. Virg. *lib.11. Æneid.*

Verte omnes tete in facies, & contrahe quicquid
Siue animis, siue arte vales.

¶ Faciem alicuius ignorare, Salust. *Iugurth.* 104. ¶ De facie nosse, est leuiter cognitum habere, quasi quem semel atque iterum videris duntaxat: non quicum sis familiariter versatus. Id si transferatur ad res animi, fiet venustius. Cic. *in Pis.* Habet hoc ipsa virtus, quam tu ne facie quidem nosti, id est, ne tenuiter quidem. ¶ Simile huic est prima facie, pro primo aspectu, & priusquam pressiùs ac diligentiùs consideres. ¶ Faciem prouerbio perfricuisse dicuntur, qui pudorem omnem dedidicerunt, velut absterso manu à vultu pudore. Plin.

[Faciecula, parua facies. Cath.]

Faciestergium, pro faciali.

Făcĭlĭs, Făcĭlĭtās, Facinus, vide *Facio.*

Făcĭo, is, feci, factum, cuius passiuum est fio à φύω. Præficio, præfectus, & præfectus. Fecialis, apud quem belli & pacis faciendæ ius erat. { עשה *hasah.* ποιεῖν, δρᾶν, πράττειν. GALL. *Faire.* ITAL. *Fare.* GERM. Machen/thun. HISP. *Hazer.* ANGL. *To mak any thing, to do.* } Apud antiquissimos in vsu fuit *facior*, quod adhuc remansit in verbis iis quæ ex præpositionibus fiunt: vt Afficio, passiuum facit Afficior: Conficio, conficior, & sic de reliquis. Quæ verò ex aliis partibus componuntur, passiua faciunt per verbum fio: vt Labrefacio, labrefio: Madefacio, madefio. Sic etiam pinguefacio, assuefacio, calefacio, candefacio, excandefacio, condocefacio, commonefacio, frigefacio, feruefacio, consuefacio, tepefacio, dissuefacio, mansuefacio, stupefacio, satisfacio, vacuefacio, patefacio, putrefacio, pudefacio, labefacio, expergefacio, torrefacio, & si qua alia reperiantur. Vbi illud obiter notandum est, composita à facio, habentia e ante f, quæ fiunt ex verbis secundæ coniugationis, habere quartam à fine indifferentem. Horat. *lib.2. Serm.*

In matris iugulo ferrum tepefecit acutum.

Catullus,

Alta tepefaciet permista flumina cæde.

Est autem facere propriè, in opere esse, id est, rei alicui faciem quandam inducere. Vnde etiam facies dicitur. Qui enim facit vas, vasis faciem illi imponit: qui vestimentum, vestimenti faciem. ¶ Interdum sumitur pro scribere, id est, componere, ποιεῖν. Donatus *in Terentium*, Facit qui materiam componit, vt Menander. Hinc litteras facere super re aliqua. (i. scribere.) Gell. *cap.15. lib.6.* & Plaut. *Asin. sc.1. a.4.* Ne sit illi cera, vbi facere possit litteras. ¶ Facere etiam verbum est circense (vnde factiones 4. & in lapsu pilæ factores dixit Plaut.) vt apud Cic. *in Bruto*, Aut si auditor omnino tanquam equus non facit. Equus verò non facit, qui segnis & ignauus est, qui non in partem ad victoriam adiuuat, nec in curriculo corripit, spatium atque aurigam audit. ¶ Pro æstimare, ποιεῖσθαι. Plaut. *in Curc.* Migrare certum iam nunc è fano foras, Quando Æsculapij ita sentio sententiam, Vt me nihil faciat, nec me saluum velit. Sic magni facio, περὶ πολλοῦ ποιοῦμαι. Parui facio, περὶ ὀλίγου ποιοῦμαι, παρ' οὐδὲν ἡγοῦμαι. Idem *Asin. sc.1. a.1.* Te ipsum haud facio magni. Tanti facio, magno pretio æstimo, nullius æstimo, tanti æstimo. Nec composita sunt hæc, quum manifestè diuisa inueniantur. Idem *in Curc.* Respicio vos nihil meam gratiam facere. Idem *in Rud.* Minacias ego istas flocci non facio tuas. Cic. *Cecin.* Vtebar familiarissimè Cæsare, Pompeium faciebam plurimi. ¶ Iungitur & cum genitiuis lucri, & sumpti: vt Lucrifacio idem sit quod facio lucrum. κερδαίνω, & sumpti facere, idem quod facere sumptum: ἀναλίσκω. Plaut. *in Persa*, Non ædepol trecentis cara est, fecisti lucri. Idem *in Casin.* Si nunc me suspendo, meam operam luserim, & præter operam restim sumpti fecerim. ¶ Transfertur porrò verbum facio ad innumeros propemodum vsus. Nam & facere verba dicimus, id est, loqui: ποιεῖσθαι λόγους. Facere iter, est ire. ὁδοιπορεῖν. Facere aliquem certiorem, est significare alicui rem aliquam. Facere gratum, χάριν φέρειν. Facere ludos, exhibere. Facere lucrum, lucrari. ¶ Facere etiam, pati est: vt, Facere iacturam, damnum, naufragium: ζημίαν ὀφλεῖν. Non facit ad aulam contumacia. Senec. *cap.4. de tranquill.* Non bene facit ad forensem puluerem vestis versicolor. Quintilian. Faciunt hæc ad inclinationem causæ. (i. prosunt.) Idem.

Non facit ad stomachum nostra lagena tuum,

Mart. *Epigr.45. lib.10.*

Non facit ad saeuos ceruix nisi prima leones,

idem *Epigr.19. lib.1.* Mirè hoc facit ad pullatum circulum. Quintil. *cap.13. lib.2.* Nihil æquè facit ad viperæ morsum. (id est, prodest.) Sueton. *in Claudio cap.16.* { GALL. *Il n'y a rien de si bon, & de si souuerain pour la morsure d'vn serpent.* } Quintilianus. Alij (canes) ad aprum, alij ad ceruum faciunt. (id est, apti sunt.) ¶ Mixtus loquendi modus diligenter notandus. Plaut. *Aul. sc.6.* (aliàs 10.) *a.4.* Quem ego auum feci vt esses hodie. Idem *in Pseud. sc.6. a.4.* Quid cesso Pseudolum facere, vt det nomen ad molas. Idem *Amph.* Me meus herus fecit vt vigilarem. Idem *Most. sc.1. a.2.* Aduenientem patrem faciam ne introeat. Idem *Pseud. sc.2. a.1.* Pernam, callum facito, in aqua iaceant. Ita etiam Gellius *cap.12. lib.14.* Faceret me vt essem prudentior. & *cap.13. lib.19.* Fac me vt sim certus. In quibus loquutionibus Accusatiui illi auum, Pseudolum, pernam me, &c. per suos nominatiuos auus, perna, &c. resoluuntur. ¶ Item facere pro sacrificare: ἱερουργεῖν, ἱεροποιεῖν. Virg. 3. *Eclog.*

Quum faciam vitula pro frugibus, ipse venito,

id est, quum sacrificabo. Cic. *pro Muren.* Nolite à sacris patriis Iunonis sospitæ, cui omnes Consules facere necesse est, domesticum & suum Consulem potissimum auellere. Plaut. Plenam faciam tibi fideliam, id est, implebo. ¶ Item, rem obscœnam facere. Idem, Mauult ancillæ facere, quàm liberæ. Idem *Most. sc.4. a.1.* Si tibi cordi est facere, (i. amplecti amicam) licet. Facere consuetudinem stupri cum aliqua. Suet. *in Calig. c.24.* ¶ Complectere. Ph. facio lubens. Plaut. *Asin. sc.3. a.3.* Facere damnum & flagitium. Idem *Pseud. sc.5. a.1.* Et factum flagitium, vide infrà in *Factum.* Gell. *cap.12. lib.7.* Fecit quod Cinædi facere solent. ¶ Facere matres, vide *Mater.* Facere Auum, vide *Auus.* Hic senex clàm vxore animo suo fecit volupe. Plaut. *Asin.* Item, Ouid. *Eleg.1. lib.2. Trist.*

Detexit varijs qui sua facta modis. (i. adultera.)

¶ Pertinet & ad pecuniam, quæ fieri dicitur, quum cogitur, seu colligitur. Salust. *Iugurth.* Quæ pecunia ad Hispaniense bellum Metello facta erat. ¶ Denique facere (vt Papinianus inquit) omnem omnino faciendi causam complectitur, dandi, soluendi, numerandi, iudicandi, ambulandi, reddendi. Vnde qui otiosus sedet, si rogetur quid faciat: rectè respondere poterit se nihil facere, quandoquidem otiosus est. Rectè etiam se sedere: quoniam & sedere ipsum aliquid facere est: vt iacere, nauigare, quiescere. ¶ Faciam te vt plurimum amem, id est, plurimum amabo. Faciam vt tibi prosim, id est, tibi prodero. ¶ Plaut. *Mil. sc.6. a.2.* Arbitramini quiduis licere facere vobis? Idem *Aul. sc.6. a.2.* Dedecoris plenum faciam herum istum. ¶ Facere delicias, vide *Delicia.* Tu facito vt venias aduorsum. Idem *Men. sc.4. a.2.* Hoc serui facinus frugi, quod facere persequor. Idem *Aul. sc.2. a.4.* Faciam vestra latera lorea. Idem *Mil. sc.1. a.2.* Facere sementem, vide *Sementis.* ¶ Fac te esse qui sum, id est, finge te esse me, vel pone te eum esse qui sum. πλάσον. ¶ Facto opus est, fieri opus est. ποιεῖν δεῖ, πρακτέον. quod etiam dicimus, Opus est factu. ¶ Contumeliam facere alicui, idem *Asin. sc.4. a.2.* Tu contumeliam alteri facias tibi non dicatur. ¶ Factum iri audio illi

iniuriam,

iniuriam, hoc est, audio futurum vt illi fiat iniuria. Factum itur mihi contumelia. Cato pro se contra Cassium, apud Gell. *cap.* 14. *lib.* 10. Atque euenit ita Quirites, vt in hac contumelia quæ mihi propter huiusmodi petulantiam factum itur, Rei quoque publicæ medius fidius miseseat Quirites. ¶ A facio item fiunt verba primæ coniugationis in eo terminata, quæ propriè infinita sunt: vt Sacrifico, magnifico, deifico, clarifico, ædifico, viuifico, mortifico, iustifico, fallifico, & huiusmodi. ¶ Facere are, apud Lucretium *lib.* 6. pro arefacere, ξηραίνειν. Principio terram sol excoquit, & facit are. ¶ Factum, in responsione affirmatiua, pro Ita, siue etiam. Terent. *in Eunuch.* Chæreæne tuam vestem detraxit tibi? no. Factum. PH. Et ea est indutus? po. Factum *Ibidem*, Dic mihi, aufugit? ... Hera, factum. Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Furcifer. s. Factum optumè: (assentientis.) Sic idem *Curc. sc.* 2. *a.* 5. Benè facis. Mox, lepidè facis, (quia annuit petenti.) Vide *Benignè.*

——— Da facto gaudia lucro.

Ouid. 5. *Fast.* Vt de Claudio factum palam est, (i. de morte. Sueton. *in Neron. cap.* 8. Factis vicibus. Vide *Vicem.* ¶ Facere ægrè alicui, hoc est, facere alicui rem molestam. Terent. *in Eunuch.* Miles verò sibi putare adductum ante oculos æmulum: Voluit facere contra huic ægrè. ¶ Facere animum alicui, est incitare, & animum alicui augere. Liu. 5. *bell. Pun.* Missum a Metaponto præsidium, Romanis fecit animum, vt nocte ex improuiso opera hostium inuaderent. Ouid. 5. *Trist.*

Quæ tibi res animos in me facit improbe?

¶ Facere argentariam, est facere quæstum argentarij, hoc est, trapezitæ, siue mensarij. Cic. 7. *Verr.* Is quem ille argentariam Lepti fecisse dicit. Facere auspicium dicitur auis è qua auspicium capitur. Liu. 1. *ab Vrbe*, Eam alitem ea regione cœli, & eius diei nuntiam venisse, circa summum culmen hominis auspicium fecisse. Item, Facere pecuariam, Suet. *in Cæs. cap.* 42. & Plaut. *Aul. sc.* 3. *a.* 4. Cor cœpit artem ludicram facere. Idem *Amph. prol.* Iouem facere histrioniam. Facere medicinam pro mederi. Vide *Medicinam.* Facere scriptum pro scribam esse. Gell. *cap.* 9. *lib.* 6. ¶ Facere cadauer, occidere, Apul. *lib.* 8. Cadauer quod ipse fecerat, auidè complexus est. Gell. *cap.* 23. *lib.* 13. ex oratione M. Catonis: Succidias humanas facere, funera facere, (i. occidere.) ¶ Facere vulnera, Ouid. 4. *Fast.* Velleius, Quin tu hoc facis? (de eo qui imitat ad mortem exemplo suo.) Facere paucos dies cum aliquo, Senec. *epist.* 67. ¶ Facere damnum & flagitium. Plaut. *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Facere orbum. Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 3. Acerbum funus filiæ faciet, si te carendum est, (id est, immaturæ morti dabit filiam, &c.) & *Men. sc.* 2. *a.* 3. Fecisti funus absente me, prandio, (i. sepeleuisti prandium.) *Vous auez encoffré, Acoustré le disner.* Metaphor. ¶ Haud caussa, quin tu quod voluisti facere, quin facias mihi, (i. occidere, mergere.) Idem *Most. sc.* 2. *a.* 2. Facere facinus. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 1. ¶ Facere copiam & potestatem alicui. Idem *Capt.* —gratiam habeo tibi, Quum copiam istam mihi, & potestatem facis, Vt ego ad parentes hunc remittam nuntium. ¶ Facere cum aliquo, est partes illius fouere, aut sequi. Gellius *lib.* 15. *cap.* 22. Ex iis nationibus quæ cum Sertorio faciebant, quum multis prælijs superatus esset, neminem vnquam ab eo desciuisse. Cic. *pro Quint.* Quum veritas cum hoc faciat, &c. Ouid. *Eleg.* 2. *lib.* 4. *Trist.*

——— Poenam

Cæsare cum magno cætera turba facit. (i. consentit.)

¶ Minus quàm æquum erat feci. Plaut. *Aul. sc.* 2. *a.* 3. Facere compendium psallendi, Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 2. Facere obsequelam liberis. (i. obsequi.) Idem *Asinar. sc.* 1. *a.* 1. Dij tibi faciant bene. Idem *Mil. sc.* 6. *a.* 2. ¶ Sermoni finem face tuo. Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 3. ¶ Facere exuuias, (i. exuere.) Vide *Exuuias.* ¶ Quid me facturum putatis? (pro facturam.) *Ibidem*, Aliquid facere certum alicui. (pro reddere.) Idem *Men. sc.* 1. *a.* 2. ¶ Fac esse permittentis & concedentis est locutio, ac si dicas, esto, vel pone ita esse. Cic. *in Verr.* Fac ita esse, tamen hoc ferendum nullo modo est. ¶ Facere fidem, est facere vt quis credat, persuadere: πιστοποιεῖν, vel πορίζειν. Cic. *in Catil.* Vt quoniam auribus vestris propter incredibilem magnitudinem sceleris minorem fidem faceret oratio mea. ¶ Facere gradum est ambulare. Idem *de Orat.* Quin prodis mi Spinti, vt quotiescunque gradum facias, toties tibi totarum virtutum veniat in mentem? Plaut. *in Curc.* Sed grandiorem gradum ergo fac ad me obsecro, id est, propera ad me accedere. Gradum ad aliquid facere, est per quosdam veluti gradus ab vna re paulatim ad aliam transitum facere. Quint. *lib.* 5. *c.* 6. Namque & illud frequens est, vt ea quibus minus confidimus, quum tractata sint, omittamus: interim sponte nostra veluti donantes, & ad ea quæ sunt potentiora gradum ex his fecisse contenti. ¶ Facere gradum, pro promouere. Liu. 6. *ab Vrbe*, Accingendum ad eam cogitationem esse, consulendo, agendóque, iam eo gradum fecisse plebeio: vnde si porrò annitantur, peruenire ad summa, & patribus æquari tam honore, quàm virtute polleant. ¶ Facere gratiam iurisiurandi, id est, soluere vinculo iusiurandi. Plaut. *in Rud.* Nihil hercle hic tibi est, ne tu speres: iurisiurandi volo gratiam facias. Facere gratiam pro onus quod subire quis tenetur, ei remittere, priuilegióque ab eo eximere. Suet. *in Aug. cap.* 38. Mox reddendi equi gratiam fecit eis, qui maiores annorum quinque triginta retinere eum nollent. ¶ Facere gratiam delicti, pro ignoscere, Salust. *in Iugurtha*, Cæterum Baccho, quoniam pœnitet delicti, gratiam facit. id est, ignoscit. ¶ Facere gratum pro gratificari. Terent. *in Eunuch.* Hac re, & omni te turba euolues, & illi gratum feceris. ¶ Facere iniuriam, est, verbo factóve aliquem iniustè lædere, ἀδικεῖν. Plaut. *Mercat.* Filio suo innocenti qui fecit tantam iniuriam. ¶ Facere initium, incipere, ἀρχὴν ποιεῖσθαι, ἄρχειν. Cic. *ad Attic. lib.* 9. Si hic qua ratione initium fecit, eadem cætera aget syncerè, temperatè, prudenter, valde videro. ¶ Facere largitionem, seu largitiones, est largiri, & profundere, ac dissipare. Idem 3. *Tusc.* Et quidem C. Gracchus quum largitiones maximas fecisset, & effudisset ærarium, verbis tamen defendebat ærarium. ¶ Facere literas. i. scribere. Plaut. *in Asin.* Ne vlla sit cera, vbi facere possit literas. Idem *in Rud.* alter dixit, neque quicquam melius est mihi, vt opinor, quàm ex me vt vna te faciam literam Longam, laqueo collum quando obstrinxero. Hic translatè pro se suspendere. ¶ Ne longum faciam, id est, vt breuiter dicam, quod Horat. 1. *Serm. sat.* 3. ¶ Facere ludos, irridere, ... Plaut. *in Aul.* Quem tu ... ætate ludos facias ¶ Experior te quanti facias vxorem tuam. Idem *Ampl.* ¶ Facere magni, est magni æstimare. ... Idem *in Asin.* Nunc neque quid velim facias magni pessimæ. ¶ Facere maximi. Terent. *in Phorm.* Merito te semper maximi feci Chreme. ¶ Nihili facere, est nihili æstimare. ... ¶ Facere parui. Plaut. *Rudente*, Illos scelestos, qui tuum fecerunt fanum parui, & aùsi sunt violare nos. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 4. Pauci istuc faciunt. Item, Facito vt memineris, & facito vti pretio peruincas. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 1. Et, Equi facite vt in flexu sit pedum pernicitas. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 5. ¶ Facere verba, vide *Verba.* Idem *ibid. sc.* 5. *a.* 5. Propere quicquid sis facturus, face. Idem *Asin sc.* 2. *a.* 2. Facio me facetum, magnificum virum. Idem *Capt. prol. g.* Reducem faciet liberum in patriam. Idem *Men. sc.* 1. *a.* 1. Nunc adeo vt facturus dicam. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 3. Boues conuiuas faciunt. ¶ Ne pili quidem facere. Catullus,

Ludere hanc sinis vt lubet, nec pili facit vni.

¶ Pluris facere, Cic. *Attic. lib.* 8. Ego pro Pompeio libenter emori possum, facio pluris omnium hominum neminem. Totum in animum amate, hoc est, quod herus facit. Plaut. *Capt. sc.* 3. *a.* 1. Facere turbas, vide *Turba.* Facere moram, vide *Mora.* ¶ Facere manum, pro colligere milites. Cic. *in Verr.* Illi nocte, facta manu armataque veniunt. Idem *pro Cecinna*, Quum manum fecerit, copias parauit, &c. Facere bellum Liu. *lib.* 3. *d.* 4. Facere terrorem. Idem 8. *d.* 4. ¶ Facere silentium. Plaut. *Prol. Amph.* Ita huic facietis fabulæ silentium. Facit sensum adiectio syllabæ. Facere viam Liu. *lib.* 6. *d.* 4. Facere semitam, per fundum. Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 1. Facere opus, vide *Opus.* Facere reducem, vide *Redux.* ¶ Facere somnum. Ouid. 4. *Fast.*

——— Vino somnum faciente iacebant.

& 3. *Fast.*

——— Volucrésque canoræ

Fecerunt somnos.

Celsus *cap.* 39. *lib.* 3. Quæ quia leuat morbum, potest etiam facere somnum. ¶ Facere negotium alicui, Gell. *cap.* 16. *lib.* 3. Item, Face id, vt tam paratum sit, Plaut. *Asin. sc.* 1. *a.* 1. ¶ Facit mecum, hoc est, sentit mecum, ac meæ est opinionis. Ouid.

Vt fatear, mecum sola Corinna facit.

Horatius,

Et sapit, & mecum facit, & Ioue iudicat æquo.

Ad eum etiam modum dicimus, tecum, secum, nobiscum, aut vobiscum facere. Cic. *pro Sylla*, Quid tum? Crassus si respondisset idem sentire, & secum facere Syllam. Idem *pro A. Cecinn.* Videatis autoritatem sapientissimorum hominum facere nobiscum. Facere mentionem, commemorare. Idem *de senect.* Lysandrum Lacedæmonium (cuius modò mentionem feci) dicere hoc solitum, Lacedæmone esse honestissimum domicilium senectutis. Facere missum idem quod dimittere. Idem 3. *Offic.* Iurauitque se illum statim interfecturum, nisi iusiurandum dedisset se patrem missum esse facturum. Missiones facere veteranorum, facere intercessiones. Gell. *cap.* 12. *lib.* 13. ¶ Facere testes. Ouid. 5. *Fast.*

Sint ego te feci testem, falsóve citaui.

Facere testationes, Quintil.

——— Facit omnia festa, lætitia.)

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 3. *Trist.* Facere iudicium pro iudicare, vide *Iudicium.* ¶ Fecit hominem frugi vt facere oportuit. Plaut. *Capt. sc.* 2. *a.* 1. ¶ Facere modum alicuius rei, est sibi temperare, & modum non egredi. Cic. *de legib.* Ipsisque magnopere autorem fuisse, vt aliquando controuersiarum aliquem facerent modum. ¶ Facere modos, est inter actus fabularum intercinere. Terent. *in prologo Andr.* Flaccus Claudij filius modos fecit tibijs paribus, dextris & sinistris. Cic. *de Orat.* Neque id actores prius viderunt, quàm ipsi poetæ, quàm denique illi etiam qui fecerunt modos. ¶ Facere mutuum & proprium cum aliquo. Plaut. *Trin.* Benè vult tibi si Ædepol mutuum mecum facit. Idem *Curc. sc.* 11. *a.* 1. ea me deperit: Ego autem cum illa nolo facere mutuum, id est, nolo eam deperire, vt me deperit. ¶ Naufragium facere. Cic. *ad Tironem*, Qui cupidè profecti sunt, multi naufragia fecerunt. ¶ Facere nomen, est nominare. Liu. 8. *ab Vrbe*, Scelerato campo, credo ab incesto id ei loco nomen factum. Ouid. 6. *Fast.*

Tum sibi Callaico Brutus cognomen ab hoste Fecit.

Plaut. *Men. sc. vlt. a.* 5. Quomodo nomen factum Menæchmo tibi. *Ibid.* Fecit mihi nomen, quod tibi est, & alibi, Iuuentus fecit mihi nomen Peniculo. ¶ Facere scriptum, pro scribam esse. Gell. *cap.* 9. *lib.* 6. Neque sibi placere, qui scriptum faceret, eum Ædilem fieri. Paulò antè, qui Ædili appararet. Idem. ¶ Facere pro aptum esse. Quint. Alij canes ad aprum, alij ad ceruum faciunt; (i. apti sunt.) Item, Nupsisti eius patri? Dij melius faciant. Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Facite, coquite, festinate. Idem *Aul. sc.* 3. *a.* 3. ¶ Pro ostentare, idem *Mil. sc.* 4. *a.* 2. Dum te fidelem facere hero voluisti. ¶ Faciebam me gloriosum, (i. iactabam.) Idem *Pseud. sc.* 4. *a.* 2. Facere nomen alicuius amplum, est conciliare famam & celebritatem. Liu. 8. *bell. Pun.* Vbi per aliquot annos maximis rebus gerendis amplissimum nomen apud exteras gentes, popul. Rom. familiæque vestræ fecerant. ¶ Facere nomina, idem quod debitorem se constituere. Sen. *cap.* 1. *lib.* 1. *de benef. & cap.* 24. *de vita beata.* Cic. 3. *Offic.* Emit homo cupidus & locuples, tanti quanti Pythius voluit, & emit instructos: nomina facit, negotium conficit. ¶ Accipitur etiam pro pecuniam mutuam dare, aut alias debitorem sibi aliquem facere. Idem *Galb. lib.* 7. Accepi Auiani literas, in quibus hoc inerat liberalissimum, nomina se facturum qua ego vellem die. id est, pecuniam crediturum, in eam diem soluendam, quam ego postulassem. ¶ Facere nomen cum vineis, hoc est, facere supputationem reditus vinearum. Colum. *lib.* 3. *cap.* 3. Quod quasi nomen si vt fœnerator cum debitore, ita rusticus cum vineis suis fecerit, eius summæ, vt in perpetuum, &c. ¶ Facere otium, id est, dare. Virg. 1. *Eclog.*

O Melibœe, Deus nobis hæc otia fecit.

Facere spem, Sueton. *in Tib. cap.* 24. Item, Facere multa indicia violenti amoris. (de Artemisia.) Gell. *cap.* 18. *lib.* 10. ¶ Facere pro fore. Ouid. *Eleg.* 5. *lib.* 9. *Trist.*

Spes igitur superest facturum vt molliat ipsum. (i. fore, vel futurum esse.)

¶ Facere oua pro parere. Varr. 4. *de re rust. cap.* 9. Neque fere in villis oua

ac pullos facient, sed in syluis. ¶ Facere par. Plaut. *Trinum.* Feceris par tuis cæteris factis, patrem Tuum si percoles. ¶ Facere periculum, est tentare, & experiri. Terent. *Andr.* Qui scis ergo istuc, nisi periculum feceris? ¶ Facere potestatem, permittere, concedere. Cic. *in Catil.* Siquid de his rebus dicere vellet, feci potestatem. Facere potestatem, siue copiam sui, est aditum ad se præbere, & permittere vt secum agatur. vt, Facere omnibus sui conueniendi potestatem. Idem 8. *Philipp.* ¶ Facere impetum in aliquem. Plaut. *Amphitr.* Facit recta in angues impetum. ¶ Facere auctionem, (GALL. *Faire vn encan ou vendue.*) Idem *Men. sc. vlt.* Facere compendii, vide *Compendium.* ¶ Facere fortunatum. Idem *Aul. sc.* 5. *a.* 1. Vt Fortunatis faciat lar gnatæ nuptias. ¶ Facere recognitionem mutuam, *Faire recognoissance mutuelle, s'entre-cognoistre l'vn l'autre.* Gell. *cap.* 14 *lib.* 5. De Leone cauda & lingua Androdo benefactori suo blandiente, Tum (inquit) quasi mutua recognitione facta, &c. ¶ Facere progressum in studiis. Cic. 4. *Tusc.* Philosophiæ denique ipsius principes nunquam in suis studiis tantos progressus sine flagranti cupiditate facere potuissent. ¶ Facere prouentum maiorem, hoc est, vberiores fructus dare. Col. *lib.* 2. *cap.* 15. Nec solùm ea res maiorem facit prouentum, sed etiam saporem & odorem vini pomorúmque, reddit meliorem. ¶ Facere puluerem. Cels. *lib.* 5. *cap.* 18. Pulueris paulum, quem ex lapide molari contrito fecit. ¶ Facere quæstum, lucrari. Plaut. *Capt.* Ægrè est mihi hunc facere quæstum carcerarium propter sui gnati miseriam. Quæstum suo corpore facere, id quod meretricis est. Liu. 6. *bell. Pun.* Quid tu huic homini facias? Idem *pro Cæcin.* ¶ Facere ratione, hoc est, ob aliquam certam causam. Cic. *ad Attic. lib.* 12. Quòd domi te inclusisti, ratione fecisti. ¶ Ratum facere, est confirmare. Liu. 8. *bell. Pun* Quæ nobis Imperatores vestri commoda tribuerunt, ea rata atque perpetua vestra autoritate facietis. ¶ Facere rem, est opes quærere & parare. Terent. *in Adelph.* Nunquam rem facies: abi, nescis inescare homines Sannio. Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 2. Hinc ego rem meis ciuibus faciam. ¶ Mei tergi facio hoc, non tui fiducia. Idem *Most. sc.* 1. *act.* 2. ¶ Facere rem diuinam, sacrificare, idem *in Amph.* Ego rem diuinam intus faciam, vota quæ sunt. ¶ Facere reum, hoc est, accusare, siue reum agere. Tacit. *lib.* 1. Violatorem fœderis vestri Arminium, apud Varum qui tum exercitui præsidebat, reum feci. ¶ Facere sacrificium, & sacra. Cic. *de clar. Orat.* Licet aliquid etiam de M. Popilij ingenio suspicari, qui quum Consul esset, eodémque tempore sacrificium publicum cum læna faceret. Liu. 1. *ab Vrbe,* Qui sacra publica pop. Rom. faceret. ¶ Facere sanguinem pro effundere. Idem 5. *bell. Maced.* Nondum indicto bello, aut ita commisso, vt strictos gladios, aut sanguinem vsquam factum audissent. ¶ Facere satis, est debitum persoluere. Plaut. *Asin.* Sed vina quæ vendidi heri vinario Exærambo. Iam pro his satisfecit Sciboni. Fecisse satis opinor, id est, soluisse. ¶ Facere satis alicui, pro eius voluntati obtemperare. Cic. 1. *de clar. Orat.* Ego verò, inquam, si potero, faciam vobis satis. ¶ Facere somnum, i. somnum conciliare. Cels. *lib.* 3. *cap.* 18. Quæ quia leuat morbum, potest etiam somnum facere. ¶ Facere stipendia sub aliquo, idem quod militare. Plin. *de viris illustr.* Sub Oreste in Sardinia stipendia fecit. Facere stipendiarios, est cogere ad soluendum tributum. Cæs. 1. *bell. Gall.* Heduos sibi quoniam belli fortunam tentassent, & armis congressi & superati essent, stipendiarios sibi factos. Facere excidionem oppidis pro oppida excindere. Plaut. *Curc. sc.* 2. *a.* 4 ¶ Facere intercessiones. Gell. *cap.* 12. *lib.* 13. Intercessionibus faciundis, &c. Facere amolitionem, pro amoliri. Idem *cap.* 1. *lib.* 12. vbi facta infantis amolitio est. {GALL. *Quand on a enuoyé l'enfant en nourrice.* ¶ Facere testes. Ouid. 5. *Fast.*

Siue ego te feci testem, falsóve citaui.

Facere coniecturam, vide *Coniectura.* Facere capital, vide *Capital.* Item, Fac niteant ædes: propera, habes quod facias. Plaut. *Pseud. sc.* 1. *act.* 1. ¶ Item, Iamdudum factum est, cùm primùm bibi. Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 5. Iamdiu factum est, cùm discessisti ab hero, *Ibid. sc.* 1. *a.* 2. Iampridem videtur factum, quòd. Idem *Amphitr.* Quamdudum factum est istuc? & Nunquam factum est. *Ibidem sc.* 2. *a.* 2. Factum est illud, vt ego vini hirneam ebiberim meri. *Ibidem.* ¶ Facere stomachum alicui, est commouere aliquem, & bilem excitare. Cic. *Lent. lib.* 1. *epist.* Non illi quidem, vt mihi stomachum facerent. ¶ Facere sumptum, quod aliàs facere expensas, vel expendere dicitur. Plaut. *Capt.* Quin ita faciam, vt te cupias facere sumptum, etsi ego vetem. ¶ Facere vadimonium, pro promittere. Idem *Epid.* Ilicet, vt vadimonium mihi hic vltrò facit. ¶ Facere vela, id est, velificare. Virg. 5. *Æneid.*

Vela facit tamen, & plenis subit ostia velis.

¶ Facere vestigium, ambulare & progredi. Cic. *pro Rab. Posthum.* Hic vos aliud nihil orat, nisi vt rectis oculis hanc vrbem sibi intueri, atque in hoc foro vestigium facere liceat. ¶ Facere vitium, est corruere, vel vitiari, & aliqua parte labefactari: & propriè de ædificiis dicitur. Idem *in Topic.* Si ædes excelsæ corruerunt, vitiúmve fecerunt. Facere vitium, pro vitiare & corrumpere. Vitruuius, Si venti frigidi sunt, læduntsi calidi, vitiant: si humidi, nocent: iidem faciunt vitia pauimentis. ¶ Facere volupe animo suo. Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 5 & *Most. sc.* 4. *a.* 1. Hic senex si quid clam vxore suo animo fecit volupe, Neque nouum, neque mirum fecit, nec secus quàm alij solent. ¶ Facere vota, est supplicare. Plin. *lib.* 17. *cap.* 2. Ergo qui dixit hyemes serenas optandas, pro arboribus vota fecit. ¶ Facere vrinam est meiere. Colum. *lib.* 6. *cap.* 30. Plerunque iumenta morbos concipiunt lassitudine & æstu: nonnunquam & frigore, & quum suo tempore vrinam non fecerint. ¶ Quid faciemus hoc homine? huc puero? pecunia? Loquendi mos est perelegans, & veteribus solum vsitatus, in quo ellipsis esse videtur præpositionis, cum. Plaut. *Most. sc.* 4. *a.* 1. Quid hoc nomine faciam postea. Idem *Mil. sc.* 5 *a.* 3. Quid facies ea machæra? Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 5. Quid meo minore factum sit filio. Terent. *in Andr.* Quid me faciam? nescio. Cicer. *lib.* 6. *ad Attic.* Quid iis fiet, si huc Paulus venerit? ¶ Interdum tamen præpositio (de) exprimitur, vt apud Plaut. *Pseud. sc.* 1 *a.* 1. Quid de drachma facere vis? Et Cic. *lib.* 6. *ad Att.* Quid de B. Clodio fiat, rescribe. Terent. Neutra in re vobis à me difficultas erit. Sed quid faciemus puero? Cic. Quid factum est Strabone & Nicostrato? quid te futurum putas? Facere vnguentariam, pro illinere oleo & vnguentis, quod balneatores vel ante balneum, vel post balneum facere solebant. Vnguenta autem vocabant antiqui omnia olea composita. Plaut. *Pœn.* Ibi te replebo vsque vnguentorum è zeugmatis. Quid multa verba faciam? vbi tu laueris, ibi vt balneator faciat vnguentariam. ¶ Faciundus, a, um, idem *Curc. sc.* 1. *a.* 2. Date faciundam statuam. & Gell. *cap.* 11. *lib.* 15. Visum est faciundum vt ostenderemus. Faciundum fuit: hoc est, factum oportuit. Terent. *Eunuche,* Non pol quò quenquam plus amem, aut plus diligam, Eo feci: sed ita res erat, faciendum fuit. ¶ Factu id optimum. Plaut. *Aul. sc.* 5. *a.* 3.

[Face, fac. Enn.

Faciem, faciam antiquè. Lips.

Facitur, fit. Titin. Non.

Factio, ipsa *ποίησις,* eius motus, qui est in opere. ¶ Factio item astronomicum vocabulum, de quo Scaliger in Manilianum illud *lib.* 2.

——— mittunt in tempora signum.

Tralatio, inquit, à prætore, qui circensibus signum mittendi, cursus dat, præeunte lineâ albâ à carceribus ad metam.

Factionarius, qui ex factione aurigaria erat: item dominus factionum.]

Factus, a, um. Facta ad pudicos mores fabula. Plaut. *Capt. sc. vlt. a.* 5. Facta parens, vide *Parens.* Facta ruina, vide *ruina.* Ego sum in vsu factus nimio nequior. Idem *Most. sc.* 2. *act.* 1. Factus nequior vsus ædium. *Ibid.*

Notaque non tardè facta Thaleia mea est,

Ouid. *Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.* Virtute id factum tua, Plaut. *Most. sc.* 2. *a.* 2.

Fert bene præcipites nauis modò facta procellas,

Ouid. *Eleg.* 6. *lib.* 4. Moribus præfectum mulierum hunc factum velim. Plaut. *Aul sc.* 5. *a.* 3. Ædes factæ probe examussim. Idem *Most. sc.* 2. *a.* 1. Facta est pugna in gallo gallinaceo. Idem *Aul sc.* 4. *a.* 3.

Fāctum, i, substantiuum, Res gesta. { מעשה *mahasch* מפעל *mephhal.* ἔργον. GALL. *Vn faict, vne chose faicte.* ITAL. *Fatto.* GERM. Ein that. HISP. *El hecho.* ANGL. *A thing doone, a deed.*} Virg. *lib.* 1. *Æneid.*

Fortia facta patrum.

Terent. *in Andr.* Dictum ac factum inuenerit Aliquam causam, quamobrem eiiciat oppido. Vtinam dictis facta supperant. Plaut. *sc.* 1. *a.* 1. Dicto non audebat, facto nunc lædat, licet. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 2. pro claris factis diris aguntur malis. Idem *Amph.* Vxor me insanum facit fœdis suis factis. *Ibidem.* Eorum alter suis factis, immortali te afficiet gloria. *Ibid. sc.* 1. *a.* 5. Magis percipimus linguâ dici, quàm factis fore. Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 1. Matronarum hic facta pernouit probè. Item, Hoc factum est optimum. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Tibull. *lib.* 4.

Ergò vbi præclaros poscent tua facta triumphos.

¶ Factum pro beneficio, Plaut. *Asin. sc.* 1. *a.* 5. Isto me facto deuinxisti. Idem *Milit. sc.* 3. *a.* 3. Neque scis herum tuis factis sospitare. (id est, beneficiis.) Catull. *de com. Beren.*

Quæis ego pro factis. (i. meritis, vel euentis.)

¶ Pro flagitio. Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 5. Hoc facto sese ostendit. Idem *Aul.* Dabo illi spatium exquirendi meum factum. ¶ Factum mutare, pro sententiam mutare. Terent. *in Andr.* Haud muto factum. ¶ Bonum factum. Veteres hoc in edictis præfari solebant boni ominis causa. Suet. *in Cæs.* Bonum factum, ne quis Senatori nouo curiam monstrare velit. Plaut. *in Pœn.* Bonum factum est, edicta vt seruetis mea. Tertull. O edictum, cui adscribi non poterit bonum factum.

Fāctūs, us, Confectio. { פעלה *pehullah* מעשה *mahaséh.* ποίησις. GALL. *Vne chose faicte.* ITAL. *Fatto.* GERM. Ein gemächt. HISP. *El hecho.* ANGL. *A doing or making.*} Vnde factus olei dicitur, quantum vna vice conficitur. Cato *de re rust. cap.* 67. Factoribus det in singulos factus olei sextarios, & in lucernam quod opus siet, hoc est, in singulas olei confectiones, vel quoties oleum conficitur. Varro *de re rust. lib.* 1. *cap.* 24. Hostum vocant, quod ex vno facto olei reficitur: Factum dicunt quod vno tempore conficitur. ¶ Factus villæ, pro structura, opere, & ædificatione, Varro *lib.* 3. *de re rust. cap.* 1 Ego quoque quò exornatior villa esse posset fructu, quàm factu, hæc ad te misi.

Făcesso, is, facessi, supinum in vsu non est: legitur tamen participium facessitus, tanquam supinum esset facessitum. Cic. *in Verr.* Quum audisset sibi negotium facessitum. Significat autem propriè, ad faciendum eo; viso, ad videndum eo. { עשות *lasúh.* GALL. *Faire aller, aller faire.* ITAL. *Andar à fare.* GERM. Thun/machen/hingehn zuthun. HISP. *Andar para hazer.* ANGL. *To go about to doee.*} Virg. 4. *Georg.*

Haud mora, continuò matris præcepta facessit.

¶ Interdum est discedere. { הלך *halách.* ἀπελθεῖν, ἀπίτω.} Terent. *in Phorm.* Dic quid velis dari tibi in manum, vt herus his desistat litibus. Hæc hinc facessat. id est, sua curatum abeat. Donatus, Facessat, pro hinc se faciat. id est, abeat. Cic. *in Hortens.* Facessant igitur qui docere nihil possunt quo meliùs sapientiúsque viuamus. ¶ Negotium facesse, est cuipiam molestum esse. { הציק *hetsik* צרר *tsarár.* πράγματα παρέχειν. GALL. *Molester, fascher, ennuyer, bailler des affaires à quelqu'vn.* ITAL. *Essere molesto, molestare.* GERM. Zuschaffen machen/zuthun geben. HISP. *Molestar ò enojar à alguno.* ANGL. *To vexe with businesse.*} Cic. *Appio Pulchr.* Quum est nobis allatum de temeritate eorum, qui sibi negotium facesserent. Et periculum alicui facessere, id est, creare, parare. Cic. *in Verr.* Profectò metuere incipies ne innocenti periculum facesseris. ¶ Huius passiuum extulit Cicer. *pro Cluent.* Sed hoc polliceor omnibus, sicuti fortè hac lege negotium facesseretur: qui lege non teneatur: si is vti me defensore voluerit, me eius causam legis præsidio defensurum. Plaut. *Men. sc.* 1. *a.* 2. Dictum facessas doctum, & discaueas malo.

[Facillo, Gloss. Facillare, φονεύειν, id est, strangulare. ergo quasi faucillare, à fauce.]

Fāctito, as, Sæpè facio. { ποιεῖν. GALL. *Faire souuent.* ITAL. *Fare spesso.* GERM. Offt machen. HISP. *Hazer a menudo.* ANGL. *To make or do often.*} Cic. *lib.* 2. *Offic.* Hæc apud maiores nostros factitata. Terent. *in Eunuch.* Idem hoc Pyrrhus factitauit. Horat. *in Arte,*

Nec satis apparet cur versus factitet.

Quint. Factitare medicinam. Gell. *cap.* 3. *lib.* 5. Factitare corpore vecturas onerum. (id est, baiulum esse.)

Fāctĭtātor, is, apud Tertull. aduersus Valent. significat conditorem creatorémque. ergo & factum intelligebat & factitatorem facti esse quemcunque. *Ibidem mox,* Saltem suspectus de aliquo factitatore?

Fāctĭtātio, nis, apud eundem Tertull. *aduersus Hermog.* creatio, conditio. An & hæc in nominis factitatione censeamus?

Factor,

Factŏr, oris, nomen à verbo facio, Qui aliquid facit. {עשה boseh poiel. ποιητής. GALL. Faiseur, manouure. ITAL. Fattore. GERM. Ein macher. HISP. Hazedor. ANGL. A dober or maker.} Cato de re rust. cap. 13. Lectum stratum: vbi duo custodes libere cubent, & tertius seruus vna cum factoribus vbi cubet. Idem cap. 64. Legulii volunt vti olea caduca quàm plurima sit, quo plus legatur: factores, vt in tabulatu diu sit, vt fracida sit, quò faciliùs oleum efficiant. Plaut. Curc. sc. 3. a. 2. Et datores & factores subdam sub solum, (de lusu pilæ.) ¶ Factores item pro criminum autoribus ponuntur. Macer l. 7. D. de custod. & exhib. reor. Solent præsides prouinciarum, in quibus delictum est, scribere ad collegas suos, vbi factores agere dicuntur.

Factĭtius, a, um, quod arte aliqua effectum est, hoc est, quod naturale non est. {עשוי hasui. ἐνδιάθετος, χειροποίητος, ποιητικός. GALL. Faitis, qui est fait de main, non de nature. ITAL. Fatto à mano, non da natura. GERM. Gemacht mit handen. HISP. Cosa hecha à hechiza. ANGL. Made to the likenesse of another thing.} vt, Vinum factitium, Color factitius, Sol factitius. Plin. lib. 12. cap. 17. Ergo in vtraque gente bina laudatur genera, terrenum & factitium. Plaut. Milit. sc. 1. a. 2. Factitiis fabricis. (aliàs facetis.) ¶ Factitia verba dicuntur quæ & fictitia appellantur, quæ ad soni alicuius similitudinem efficta sunt: vt Crocire, Hinnire, Classis, Tintinnabulum & similia.

Factio, nis, ab initio (vt autor est Festus) honestum vocabulum fuit. ποίησις. vnde factiones histrionum, & quadrigariorum dicebantur. Nunc verò (inquit) nomine factionis seditio, & arma dicuntur. {קשר kêscher חבר chebér. στάσις. GALL. Vne bande & ligue, vne faction, vne secte. ITAL. Fattioni, parti, congiura, setta. GERM. Ein rottierung/Meuterey. HISP. Vando en la ciudad. ANGL. A bande or faction of one opinion.} Nam est diuisio ciuium in diuersa studia, quum aliqui se principes in ciuitate efficere conantur, inter quos est æmulatio: vterque quàm maximam corradere potest, ciuium trahente multitudinem, quos clientes vocant. Suet. in Tib. cap. 3. in fine, Reliquit filium, quem diuersa factio per fraudem interemit. (i. diuersæ partes.) Idem in Claud. cap. 13. Per factionem & ciuili denique bello infestatus. Nonius, Factio dicitur malorum consensus, & conspiratio. Salust. de bell. Iug. Inter bonos amicitia, inter malos factio. Qui autem huiusmodi factiones exercent, factiosi appellantur. ¶ Factio interdum etiam in bonam partem sumitur, vt apud Liuium lib. 4. d. 4. ¶ Factio pro eo quod est, consensio quædam & amicitia. Cato, vtrinde itam, vtrinde factiones tibi pares. ¶ Interdum factio est potentia, & autoritas alicuius in ciuitate: quod & Nonius annotauit, Titinnij loco, Sed iam hercle metuo ne nimis stultè fecerim, qui ex tanta factione atque opibus ca ausus sum aggredi. Plaut. in Aul. Istas magnas factiones, dotes dapsiles nihil moror. Idem in Cistell. Neque nos tanta factione sumus, neque opes nostræ tam sunt validæ. ¶ Quatuor apud antiquos ferunt aurigantium factiones, Veneta, Prasina, Alba, Rosea, à coloribus nominatæ. Cassiodorus quatuor colores harum factionum, cum partibus anni quaternis assimilat. Prasinus virenti veri dicatus erat: Roseus, flammeæ æstati: Venetus, nubilæ hyemi: Albus pruinoso autumno. Sueton. in Domitian. cap. 7. scribit his addidisse Domitianum duas, alteram Aurati, alteram Purpurei panni. Hæ certamine curuli & pernicitate cursus inter se decertabant, fauoréque populari, siue Imperatorio, victoriæ præmia adiudicabantur eis qui vicissent. Sueton. in Calig. cap. 55. Prasinæ factionis meminit: Prasinæ, inquit, factioni ita addictus & deditus, vt cœnaret in stabulo, & maneret. ¶ Factiones Pantomimorum, cum ipsis relegatæ. Suet. in Neron. cap. 16. ¶ Domini factionum. (i. Aurigantes.) Ibid. cap. 5. & 22. ¶ Factio interdum est ius faciendi: vnde factionem testamenti dicimus pro iure, seu potestate conficiendi testamenti. Cic. Topic. Quas is instituisset, cui testamenti factio nulla esset, hoc est, qui conficiendi testamenti non haberet potestatem. ¶ Testamenti autem factio non modò testamenti faciendi, sed etiam capiendi ex testamento facultatem significat, quam Iurisconsulti testamenti factionem passiuam vocant.

Factĭōsŭs, i, appellatur qui procliuis est ad factionem, id est, discordiam & seditionem. {איש גדודים isch geddudhim. στασιαστής, θιάσωτης, στασιώτης. GALL. Seditieux, factieux, faiseur de menées. ITAL. Seditioso. GERM. Aufrürisch. HISP. Alborotador. ANGL. Geuen to sedition seditiouse.} Salust. in Catil. Cn. Piso adolescens nobilis summæ audaciæ, egens, factiosus: quem ad perturbandam Rempub. inopia, atque mali mores stimulabant. ¶ Factiosus, diues & potens. Plaut. in Aul. Venit hoc mihi in mentem Megadore, te esse hominem diuitem, Factiosum: me item esse hominem pauperem, pauperimum. ¶ Factiosus, ad faciendum paratus, actuosus. Plaut. in Bacch. Lingua factiosi, inertes opera, i. lingua prompti ad promittendum se aliorum causa quicquam lubentissimè facturos esse, qui tamen cùm ad rem ventum est, opera inertes sunt, nec fidem & diligentiam amico promissam præstant.

Factĭōsissĭmŭs, superlatiuus. Plin. Epist. lib. 4. Vrso: Dicerem causas, quibus factiosissimum quemque, & illum ipsum Theophanem offendissem.

Factūră, æ, Compositio rei quam facimus. {מעשה mahaseh מפעל mipháal. ποίησις. GALL. Facture, façon, ouurage. ITAL. Opera fatta per bisogno. GERM. Ein gemächt machung. HISP. Hechura. ANGL. The making of any thing.} Plin. lib. 34. cap. 14. Aliubi vena bonitatem hanc præstat, aliubi factura, vt Sulmone aqua, vt diximus. Gell. cap. 28. lib. 13. Facies, est forma omnis, & modus, & factum totius corporis, à facienda dicta, &c. ¶ Faxim, & faciam, pro fiet, eueniet. Plaut. in Aul. Ego faxim muli pretio qui superant soient viliores gallicis canteriis. Et in Persa, Si id fiat, ne isti faxim nusquam appareant. Et alibi, Si erit, ego faciam vt pugnam inspectet non bonam.

Factūrio, is, ποιησείω. Facere desidero, quod nonnulli ad rem veneream transferunt. Plautus, Facturire postquam ancillam aspexerit: hoc est, coire cupit.

Faxo, is, pro faciam, ποιήσω. Virg. 12. Æneid.

——Ego fœdera faxo

Firma manu.

Verbum est defectiuum, quod tantùm habet futurum indicatiui, nec id omnino integrum. Faxo, is, it: & in futuro optatiui, & præsenti subiunctiui, Faxim, is, it, faximus, itis, faxint. Terent. Heaut. Vtinam dij faxint. Ennius apud Cic. de sen. Nemo me lachrymis decoret, nec funera faxit. Plaut. Amphitr. Familiaris faxo accipiare haud familiariter. Idem in Asin. sc. 2. act. 1. Ibo ad tres viros, ibique vestra nomina faxo erunt. Idem Amphitr. Ego faxim te Amphitruonem esse malis, quàm Iouem.

Facĭlĭs, e, Quod expeditum est, & nullius negotij, procliuis, expeditus. {נקל nakel. εὐχερής, εὔκολος, ῥᾴδιος. GALL. Facile, aisé à faire. ITAL. Facile, ageuole. GERM. Leicht/geting zuthun. HISP. Cosa que ligeramente se puede hazer, facil, tratable. ANGL. That may be doone easily or lightly.} Terent. in Heaut. —faciet omnia. s. hæc dum incipias grauia sunt, dúmque ignores: vbi cognoris, facilia. Ibidem, Bonam atque iustam tem oppidò numeras, & factu facilem. Ouid. Eleg. 5. lib. 3. Trist.

Et faciles motus mens generosa capit.

Plaut. Curc sc. 1. a. 2. Facile est miserum irridere. ¶ Facilis legi epistola. (i. lectu.) Gell. cap. 9. lib. 17.

Vt facilisque tuus aditus sit, & arduus hosti,

Tibull. lib. 4. Huius contrarium est difficilis, hoc est, multum habens negotij & molestiæ. χαλεπός. Vnde difficiles terræ dicuntur, quæ non sine labore fructum producunt. Virg. 1. Georg.

Difficiles primùm terræ, collésque maligni.

¶ Facilis vteros, Qui facilè exerit quicquid continet. Plin. lib. 8. cap. 31. Fœminæ ante partum purgantur herba quadam, quæ seselis dicitur, faciliore ea vtentes vtero. ¶ Facilis ad. Cic. Tusc. Quod non modò facile ad credendum est, &c. ¶ Aliquando facilis ponitur pro exorabilis, lenis & placabilis. Virg. 4. Georg.

———faciles venerare Napæas.

Terent. in Heaut. Mihi si vnquam filius erit, næ ille facili me vtetur patre. Plin. lib. 7. cap. 6. Melior color matrem ferenti & facilior partus. Ibidem cap. 16. Incipiente autem hoc statu, aut desinente, conceptus facillimi traduntur. ¶ Ex facili, pro facilè. ῥᾳδίως. Senec. cap. 1. de tranquill. Colum. lib. 6. cap. 1. Quæ vitanda non ex facili dixerim. Plinius lib. 36. Eorundem cinis excesis dentibus coniectus, ex facili eos cadere cogit. ¶ In facili, Liuius lib. 5. ab Vrb. Cum exitus haud in facili esset.

Făcĭlĕ, aduerbium, Nullo negotio, nullo labore. {ῥᾳδίως, εὐχερῶς. GALL. Facilement, aisement. ITAL. Facilmente, ageuolmente. GERM. Leichtlich. HISP. Ligeramente, facilmente. ANGL. Easily, lightly.} Cic. lib. 1. Epist. Cæteris iniuriis quæ propositæ sunt à Catone, facilè, spero, resistemus. Facilè est cui vis facere nequiter. Plaut. Mostell. sc. 1. a. 2. Faciliù' tu dormis curans? (pro facilè.) Idem Men. sc. 5. a. 5. Facilè fungitur munus octo hominum perfunctus. Ibid. sc. 4. a. 1. Tam facilè noui, quàm me. Idem Curc. sc. 2. a. 5. (i. bene.) Ibid. sc. 1. a. 1. Facilè asseruabis. Suprà, Rectè dum illo vinclo vincies. Ibidem. ¶ Haud sum falsus, quàm facile sit properare. (sup. parum, vel non.) Idem Men. sc. 2. a. 5. ¶ Comparatiuus est facilius. Idem Most. sc. 6. a. 5. Magis multò faciliùs patior verba, verbera ego odi. Idem Pseud. sc. 3. a. 1. Nimio facilius fertur quod pudet, quàm quòd piget. ¶ Est etiam confirmantis aduerbium, significans haud dubiè, liquidò, certò, nullo aduersante, εὐχερῶς. longitúrque eleganter cum nomine Princeps. Cic. lib. 3. epist. Tu qui esses ordinis tui facilè princeps. ¶ Admittit & superlatiuum, vt, Facilè doctissimus, facilè primus. Item adiectiua diuersitatem importantia: vt, Facilè dissimilis. ¶ Aliquando & verba cum præpositione Præ composita: vt facilè præstat æqualibus. ¶ Nonnunquam accipitur pro libenter. Cic. 4. Tusc. Sed te abertare proposito facile patiebar, id est, non inuitus. ¶ Antiqui pro facilè facul & faculter dixerunt, vt suprà ostendimus in dictione Difficilis.

Făcĭlĭtās, atis, est inclinatio quædam & propensio ad aliquid promptè dicendum faciendúmve: ferèque in meliorem partem accipitur: nam propensio in deteriorem partem vitiatus procliuitas dicitur. {ῥᾳστώνη. GALL. Facilité, aisance. ITAL. Facilità, ageuolezza. GERM. Leichtfertigkeit. HISP. Facilidad, aquella ligereza de hazer algo. ANGL. Gentlenesse, easinesse, readinesse.} Cicer. 4. Tusc. Procliuitas ad ægrotandum: sed hæc in bonis rebus, quòd alij ad alia bona sunt aptiores, facilitas nominetur: in malis procliuitas, vt significet lapsionem. Sic facilitatem ingenij dicimus, qua aliquid facilè apprehendimus. ¶ Facilitas carminis, vel orationis, est perspicuitas quædam & claritas, qua mentem scribentis facilè assequimur. ¶ Accipitur etiam pro lenitate & humanitate. Terent. in Hecyr. Etsi ego meis me omnibus scio etiam adprimè obsequentem, Sed non adeò vt facilitas mea illorum corrumpat animos.

FACVL. aduerb. antiquitate obsoletum. Lucil. Peccare impunè rati sunt posse, & nobilitate facul propellere iniquos. Afranius, Haud facul fœmina inuenitur bona. Huic contrarium est difficul.

Făcultās, atis, propriè facilitas agendi. {כח כחב ריעיון risch jon. δύναμις. GALL. Faculté, pouuoir & puissance, aisance. ITAL. Facultà, arbitrio, potestà. GERM. Vermögenheit oder leichte etwas zuthun. HISP. La hazienda ò possibilidad. ANGL. Facultie, habilitie power.} Terent. Andr. —dij date facultatem obsecro. Huic pariundi, atque illi in aliis potiùs peccandi locum. Cuius contrarium est difficultas. ¶ Aliquando pro potestate, seu commoditate, ἐξουσία. Plin. Si mihi facultas daretur vtrum mallem eligendi. Ouid. Eleg. 9. lib. 4. Trist.

Denique vindicta si sit mihi nulla facultas.

Velleius, Facultatibus & licentia vitia aluntur. (Aliàs, facilitatibus.) Cæs. lib. 1. de bell. ciu. Si qua facultas daretur, ad se veniret. ¶ Præterea facultas est vis quædam quæ facit, vt id faciliùs fieri posset, quod de vnaquaque arte præcipitur. δύναμις. Est enim genus omnium artium, quo in omnium artium definitione vti possumus: vt quum dicimus, Dialectica est facultas disserendi: Rhetorica est facultas dicendi, & sic de aliis. ¶ Facultates quoque in plurali tantùm numero dicuntur opes: quoniam quum diues quis existit, facilè quod vult agit. Cicer. ad Attic. lib. 11. Si quas habuimus facultates, eas tum Pompeio, quum id videbamur sapienter facere, detulimus. Itaque tum à tuo villico sumsimus, & aliunde mutuati sumus, &c. Cæsar 6. bell. Gall. Tantas videri Italiæ facultates, vt si quid esset in bello detrimenti acceptum, non modò, &c. ¶ Quare non absque ratione facultates à nonnullis ita dictæ putantur, quòd rerum omnium facultatem ac veluti quandam facilitatem præbeant, Græcorum imitatione,

qui facultatem & opulentiam vno verbo significant. Hinc ait Horat. *lib.2. Serm.satyr.2.*

——— omnis enim res
Diuitijs paret, quas qui construxerit, ille
Clarus erit, fortis, iustus, sapiens, etiam rex.

¶ Facultatem à facilitate distinguit Plin. illam vocans vim & energiam eloquentiæ: hanc promptitudinem duntaxat. Sic enim *epist.115.* inquit, Quia scilicet nimia assiduitate facilitas magis, quàm facultas: nec fiducia, sed temeritas paratur. ¶ Omnem facultatem indutus est, ἅπασαν τὴν οὐσίαν ἀμφιέννυται. De paupere qui præter vestitum nihil præterea rerum possidet: alioqui ἄοικος καὶ ἀνέστιος.

Făcĭnŭs, oris, A facio est deductum. vocabulum est medium, quo tam in bonam, quàm malam partem vti possumus. Gell. *cap.9. lib.12.* Est enim facinus insigne aliquod factum, siue bonum, siue malum. { מעשה *mahaséh* פעל *pohál.* GALL. *Vne entreprinse, vn haut faict.* ITAL. *Fatto vileunto, così in buona come in mala parte.* GERM. Ein nammhafftige that/ sie sey gut oder böß. HISP. *La hazaña en buena y en mala parte.* ANGL. *A fact or deed.* } In bonam partem accipitur apud Salustium, pro virili & strenuo facto, quod Græci ἀνδραγαθήματα appellant. Et apud Catull. Anne bonum oblita es facinus? Et Gell. *cap.2. lib.5.* Facinora facere fortia. Et Plaut. *Men. sc.2. a.1.* Vin' tu facinus luculentum inspicere. Idem *Aul. sc.1. a.4.* Hoc est serui facinus frugi. Idem *Pseud. sc.1. a.2.* Stultitia est facinus magnum timido cordi credere. Qui aliquo negotio intenti, præclari facinoris, aut bonæ artis famam quærunt. Sæpius in malam, πανούργημα. Cic. *lib.3. Offic.* Ab hoc nulla fraus, nullum facinus aberit. Terent. *in Adelph.* Proh dij immortales, facinus indignum. Idem *in Heautont.* —is mihi vbi adbibit plus paulo, sua quæ narrat facinora? O facinus indignum! Plaut. *Men. sc.6. a.5.* Proh facinus indignum. Senec. Facinus fecit audax (mulier.) Idem *Mil. sc.3. a.2.* Qui facinus tantum, támque indignum feceris. *Ibid. sc.6. a.2.* Facinus audax incipit, qui pauper cum opulento cœpit habere negotium. Idem *Aul. sc.4. a.5.* Facinus apud nos natum bonum. (de stupro.) Idem *Mil. sc.3. a.2.* Sequitur impudicum. Item, Haud decorum facinus tuis factis facis. Idem *Aul. sc.4. a.1.* Me insimulat falsum facinus. Idem *Amphitr.* Si abstulerit (à me argentum) mirum & magnum feceris facinus. Idem *Pseud. sc.5. a.1.* Num tu (quod genere indignum sit tuo) facis, aut inceptas facere facinus? Idem *Curc. sc.1. a.1.* Me hæc tanta facinora promittere. (de dolis.) Idem *Pseud. sc.5. a.1.* Nunquam facinus feci peius, nec scelestum. Idem *Men. sc.1. a.3.* Ecquid argutus est! Malorum facinorum sæpissimè. Idem *Pseud. sc.4. a.1.* Facinus istud non est mihi conducibile. id est, Non profuerit mihi si istud egero. Idem *Bacch.*

Făcĭnŏrōsus, a, um, Scelestus & flagitiosus. { רשע *rascháh.* πανοῦργος. GALL. *Plein de toute meschanceté.* ITAL. *Scelerato, maluagio, seditioso.* GERM. Ein lasterhafftiger schalck. HISP. *Hazañoso en mala parte, lleno de pecado y destruycion para otros.* ANGL. *Wicked, naughtie, mischieuous.* } Cicer. *in Catilin.* Quintum genus est parricidarum, sicariorum, denique omnium facinorosorum. Vita facinorosa. Idem 1. *de Legibus.*

Facula, Facularij, vide *Fax.*

[Faculentus, lucidus, clarus.]

FĂCŪNDVS, I, Disertus: à fando, quòd ea quæ mente conceperit, ad audientes facilè & ornatè fatur, effatur, edisserit, ac profert. { מליץ *melits.* εὐπρόσωπος, εὔφραδής. GALL. *Facond, eloquent, qui parle bien.* ITAL. *Facundo, eloquente.* GERM. Wolberedt. HISP. *Elegante.* ANGL. *Eloquent, well spoken.* } Ouid. *de Arte,*

Non formosus erat, sed erat facundus Vlysses.

Quintilian. *lib.12.* In omnibus gentibus alius alio facundior habetur, & in eloquendo dulcis magis. Velleius, Facundus malo publico Curio.

Făcūndĭă, Eloquentia, orationis elegantia. { מליצה *melitsáh.* λογιότης. GALL. *Grace de bien parler, eloquence, faconde.* ITAL. *Gratia di ben dire.* GERM. Wolredenheit/geschicklichkeit zu reden. HISP. *Elegancia en las palabras.* ANGL. *Eloquence, a good grace in speaking.* } Plin. *lib.7. c.30.* Facundiæ, Latinarúmque literarum parens Cicero. Gell. *cap.7. lib.3.* Facundiarum Græcarum magniloquentia. Salust. *in Iugurth.* de Memmio, Cuius facundia clara polléns que fuit.

Făcūnde, aduerb. Disertè. { εὐφραδῶς, λογίως. GALL. *Facondement, de bonne grace.* ITAL. *Con eloquentia.* GERM. Mit zierlicher feiner red. HISP. *Elegantemente.* ANGL. *Eloquently, with a good grace and readely.* } Liu. 8. *bell. Pun.* Tanta autem inerat comitas Scipioni, atque ad omnia naturalis ingenij dexteritas, vt non Syphacem modò barbarum, insuetúmque moribus Romanis, sed hostem etiam infestissimum facundè alloquendo sibi conciliaret.

Făcūndissĭmē, aduerb. Gell. *lib.13. c.78.* Nihil enim fieri posse indignius, neque intolerantius dicebat, quàm quòd homines ignaui ad desides operti barba & pallio, mores & emolumenta philosophiæ in linguæ verborúmque artes converterent, & vitia facundissimè accusarent, intercutibus vitiis ipsi madentes.

Făcūndĭōsus, adiect. Sempron. *Asel.* referente Gellio *lib.4. cap.9.* Facta sua expectare oportere, dicta non, si minus facundiosa essent.

[Faderfium, dos. Cod. ll. antiq.]

Fadius, Pompeianus miles, cuius meminit Asinius Pollio apud Cicero. *lib.10. Epist.*

FAEX, fæcis, per æ diphth. vt Apul. docet, vt differat in datiuo à præt. huius facio: & ex excrementum cuiuscunque rei: cuius diminutiuum est fæcula, deducitúrque à facio. { שמר *schemér.* τρύξ, ὑποστάθμη. GALL. *Lie, fondrille, bourbe ou limon.* ITAL. *Feccia, l'ordura di qualche cosa.* GERM. Trusen/hefen. HISP. *La hez.* ANGL. *The dregges, lies or groundes.* } Horat. 1. *Carm. Od. 35.*

Diffugiunt cadis cum fæce siccatis amici.

Fæces vnguenti est materia crassior, ex qua expressum est vnguentum: magmata Græco vocabulo appellantur, teste Plin. *lib.13. cap.1.* Fæcem ciuitatis (τὴν ὑποστάθμην) homines viles & abiectos, quòd vitam agant sordidam & abiectam, vocamus. Cic. *pro Flac.* Opifices & tabernarios, atque illam omnem fæcem ciuitatum quid est negotij concitare? Sordes & fæx vrbis. Cic. *Attic. lib.1.* Fæx Romuli, pro plebe Romuli, quam ideò fæcem vocat Cicer. quòd collecta esset ex confusa & turbulenta multitudine, *Attic. lib.2. Epist.1.* Loquitur enim illic de Catone, quem reprehendit, quòd ita se gereret quasi esset in Republ. Platonis, & non in fæce, hoc est, Romuli fæculenta plebe. ¶ Mali bibunt improbitatis fæcem, οἱ πονηροὶ πίνουσι τὴν πονηρίας τρύγα. Dici solitum vbi pœna maleficis digna meritis contigisset. Translatum apparet ab iis, qui vino limpido epoto, tandem ad fæcem vsque perueniunt. ¶ De fæce haurire, figura nimirum prouerbiali. Cic. *in Catalog. illustrium orator.* dixit pro eo quod est, sordida quæpiam ac plebeia, nimisque humilia persequi.

Fæcariæ sportæ, apud Catonem *de re rust.* quibus inclusa fæx prelo supponitur, vt vinum fæcatum exprimatur, quod Catonis *cap. 133.* declaratur.

[Fæcula, condimentum à fæce vini factum acidum. Turn. ¶ Item parua fæx. ¶ Item vua pinguis decocta vsque ad crassitudinem mellis.]

Fæcŭlentus, a, um, quod est fæcis plenum. { τρυγώδης. GALL. *Plein de lie, de frondilles, bourbe ou limon.* ITAL. *Feccioso, pieno di feccia.* GERM. Voll trusen/hefechtig. HISP. *Lleno de hezes o borras.* ANGL. *Full of lies or dregges.* } Vt fæculenta aqua, apud Plin. *lib.31.*

Fæcatum vinum, quod è fæcibus est expressum. { τρυγίας οἶνος. GALL. *Du vinot, vin de despense.* ITAL. *Vino mal purgato.* GERM. Trusechtiger trüber wein. HISP. *Vino no purgado.* ANGL. *Wine vnfiled or not fined.* } Cato *de re rustica cap.154.* Vinum fæcatum sic facito, Fiscinas olearias Campanicas duas illi rei habeto: eas fæcis impleto, sub prælúmque subdito, exprimitóque. Plinius *lib.14. cap.10.* de vini operarij generibus agens. Tertium, inquit, est fæcibus vini pressum, quod fæcatum Cato appellat.

Fæcūtinus, Fæcatus. { τρύγινος. GALL. *Plein de lie.* ITAL. *Pieno di feccia, non purgato dalla feccia.* GERM. Vnlauter von trusen. HISP. *Cosa llena de hezes ò borras.* ANGL. *Full of lies or dregges.* } Gell. *lib.13. cap.19.* Non eas finitiones prætrancidas, neque fæcutinas grammaticas spectaueris: sed aurem tuam interroga, quo quid loco conueniat dicere.

Fæcinæ vuæ, dictæ sunt quæ plus quàm cæteræ fæcis afferunt, τρυγηφόροι σταφυλαί. Alio nomine à colore rubellanæ vocantur: & à loco Nomentanæ, autore Col. *lib.3. cap.2.*

[FAGEA, glandis genus. Plin. Pabuli genus instar glandis fagineæ. Iun.]

Fāgŭs, i. { φηγός. GALL. *Vn arbre qu'aucuns appellent fau, les autres fousteau, & les autres hestre.* ITAL. *Faggio.* GERM. Ein buchbaum. HISP. *La haya arbol conocido.* ANGL. *A beeche tree.* } Arbor est glandifera, quam rustici in Gallia vocant *vn fau*, ita dicta ἀπὸ τοῦ φάγειν, hoc est, à comedendo, quòd ante inuentas fruges (vt fabulantur poëtæ) homines eius arboris glandibus solerent victitare. ¶ Sunt qui scribant *Phagus*, ad Græcam originem spectantes: id tamen magis superstitiosum est, quàm necessarium: est enim hæc dictio ita iam apud Latinos recepta, vt meritò Latinorum more scribi possit.

Fāgĭnĕus, Faginus, & Fageus, qui ex fago est. { GALL. *Qui est de fau, de fausteau, ou de hestre.* ITAL. *Di faggio.* GERM. Büchin/ von buchbaum. HISP. *Cosa de haya.* ANGL. *Of the beeche tree.* } Ouid. 4. *Fast.*

Bis sua faginea tempora fronde tegit.

Sic faginus axis, apud Virg. 3. *Georg.*

Pòst valido nitens sub pondere faginus axis.

Et pocula fagina, apud eundem 3. *Eclog.* Glans fagea, apud Plin. *lib.16. cap.5.* Aliæ fageæ glandis figura, alia querneæ.

[Fagopyrum, frumenti species, tanquam Latinè dicas fagotriticum, quod vocant frumentum Saracenicum.]

Fagutal, fuit Romæ sacellum Iouis, in quo erat fagus arbor, quæ Ioui sacra habebatur. Plin. *lib.16. cap.10.* A Plin. videtur dissentire Varro, qui *lib. de ling. Lat.* Fagutal locum fuisse scribit vrbis in regione Esquilina, cui nomen à fagis, vt laureto à lauris, esculeto ab esculis. In hoc tamen loco templum est Iouis fagutalis.

[Faia, glans, Cod. ll. antiq.]

Faida, grauis & aperta inimicitia ob cædem ferè aliquam suscepta, vnde & vindictam mortis interpretantur.

Falacrium, Φαλάκριον, Ptol. 7. Europæ tabula, promontorium est Siciliæ, quod nonnulli idem esse credunt quòd vulgò hodie appellatur *Melazo*, vel *Rasoculmo.*

Falæ, Turres ligneæ, ob altitudinem dictæ, quibus in oppidorum oppugnationibus, & in spectaculis vtebantur, à falando: Tusci enim falandum cælum vocabant.

[Falantum, vel falandum, molliore pronuntiatu cœlum erat Hetruscis, Græcum est Φαλαντὸν, quod iugum & celsitatem significat. à φάλα.]

Falarica, vide *Phalarica.*

[Falaris, quæ & Faleria veteribus, hodie Falare, V. olim E. Faliscorum, à paucis hodie rusticis incolitur.]

Falcarius, Falcatus, Falcata, vide *Falx.*

Falcidia lex, Φαλκίδιος νόμος, quæ amputat legata, quando ad minimum quarta pars bonorum non superest hæredibus.

[Falcito à falce. Gloss. Isid. Falcitat, putat, secat, æstimat.]

Falco, nis, à falce, quam imitantur illius vngues. { Græcè ἱέραξ. GALL. *Vn faucon.* ITAL. *Falcone.* GERM. Ein falck. HISP. *Falcon.* ANGL. *A falcon.* } Auis est ex accipitrum genere: ita dicta (vt Festus inquit) quòd vngues more falcis habeat introrsum flexos. Auis huius volatus à veteribus in auguriis maximè obseruabatur. Felicissimum siquidem omen ad res agendas putabant, si falco à sinistra volasset: vnde & à Græcis ἱέραξ, quasi sacra auis vocatur. Campani *capyn* olim vocabant: à qua etiam nonnulli volunt Capuæ nomen esse impositum, quòd ex volatu falconis, de ea ædificanda sumptum fuerit augurium. Sunt autem falcones omnes (vt hodie à principum aucupibus obseruatum est) fœminæ: mares verò sunt quos vulgus hodie vocat *Moscardinos.*

[Falda, bellum. in ll. Longobard. Est & *fal* Belgis nota vox, fel, crudelis, truculentus, immisericors. & Gallis *felle*, iracundus, biliosus, impotens.]

Falere, neutri generis. Varr. *de re rust. c.5.* Intra rete aues sunt omne genus, maximè cantrices, vt lusciniolæ ac merulæ, quibus aqua ministratur per canaliculum, cibus obiicitur sub rete. Subter columnarum stylobaten est lapis à falere, pedem & dodrantem altus, ipsum falere ad duos

duos pedes altum à stagno, latum ad quinque, &c. Verbum architecturæ nobis hodie incognitum.

‖Faleræ, *ἐμπλήματα*. Glossar. i. e. equorum ornamenta. Item phaleræ *φάλαρα*.

Falerij, orum, *Φαλέριοι*, oppidum fuit Faliscorum in Tusciæ mediterraneis. Autor Ptol. *lib.* 3. *cap.* 1.

‖Falernum, vinum nobile, dicitur à Falerno agro, qui, ‖teste Plinio *lib.* 14. *cap.* 5. Campaniæ tractus est, à ponte Campano incipiebat læua petentibus vrbanam coloniam Syllanam. Totus hic tractus vitiferos habet colles, generosissimo vino nobiles, quod à regionis nomine etiam falernum est appellatum. Huic inter generosa Italiæ vina, secunda nobilitas tribuebatur. Prima etiam laus dabatur Pucino: quod à Græcis Pictanum appellabatur. Nequaquam verò mirum videri debet, si hoc vini genus hodie aut prorsus ignotum sit, aut minus celebre, quum etiam Plinij seculo (vt ipse testatur) exolesceret, culpa agricolarum, copiæ magis studentium, quàm bonitati. Pro vino frequentissimè neutr. generis est. Tibullus tamen in masculino genere vsurpauit,

Nunc, inquit, *mihi fumosos veteres proferte falernos.*

Falisci, *Φαλίσκοι*, populi Hetruriæ fuerunt, quorum oppidum Falerij, *Φαλέριοι* Stephan. vocabatur. Ouid.

Adde senem Tatium, Iunonicolásque Faliscos.

Vulgò *Monte Fiasco*. Terent. Scaurus *de Orthograph.* eorum meminit, Falisca, inquit, Habam dixerunt, quam nos Fabam.

Falisca, æ, vulgò *ratelier*, in qua ponitur pabulum gramineum & herbaceum, vt fœnum, farrago, reliqua. Cato *de R. R.* bonas præsepeis, faliscas clatratas. *Præsepeis* vocat, quas vulgò *les mangeoires*, vel *auges*, quibus pabula minuta, vt auena, hordeum, & id genus iumentis obijciuntur.

Faliscus venter, non dissimilis Lucanicis, inuentus primò in Faliscis. Papinian. *lib.* 4. *Syluarum*, Non Lucanica, non graues Falisci. Martial. *libr.* 1.

Et lucanica ventre cum Falisco.

‖Falisia, stabuli locus, vbi fœnum, & pabulum ponitur: præsepe, vbi hordeum. Turn.

Falla, fallacia. Næuius Decumis: Me non vocauit, ob eam rem hanc feci fallam.‖

Fāllō, is, fefelli, Decipio, induco, fraudo. {פתה *pittáh* בגד *baghádh* התל *hethél*. *ἐξαπατάω*, *παραλογίζομαι*. GALL. *Deceuoir, abuser & tromper*. ITAL. *Ingannare, gabbare*. GERM. Betriegen. HISP. *Engañar*. ANGL. *To abuse a man, to deceiue, to beguile.*} A fando deductum verbum, vt inquit Varro: quum contra quàm diximus, facimus: nam si quis te decipit, impropriè fallere dicitur. Terent. *in Heaut.* Per alium quemuis vt des, Falli te sinas Technis per seruulum. Idem *in Andr.* Quidam cupio, dum ne ab hoc me falli Comperiar. Cic. *pro Rosc. Amer.* Perditissimi est igitur hominis, simul & amicitiam dissoluere, & fallere eum, qui læsus non esset, nisi credidisset. ¶ Fallere tempus, GALL. *Passer le temps.* Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 3. *Trist.*

———*Non qui labentia tardè*

Tempora narrando fallat amicus adest.

Idem *ibid. Eleg.* 1. *lib.* 4.

Cantantis fallitur, decipitúrque labor.

Ibid. *Eleg.* 2. *lib.* 3.

Fallebat curas ægraque corda labor.

¶ Pro fugere, vel latere. Idem *Eleg.* 2. *lib.* 4. *Trist.*

Nos procul expulsos communia gaudia fallunt, (i. fugiunt & latent.)

¶ Pro decipere, & illudere. Plaut. *Amphitr. sc.* 3. *a.* 4. Ostendam quid sit iterum fallere minis, & dolis incessere. (dixerat antè, territare minis. i. illudere.) Ouid. 5. *Fast.*

Siue Deum prudens alium diuámve fefelli.

Plaut. *Amph. sc.* 2. *a.* 3. Id ego si fallo, tum me summe Iuppiter, &c. *Ibid. sc.* 1. *a.* 1. S. Quid si falles? M. Tum Mercurius Sosiæ iratus fiet. & *Aul. sc.* 6. *a.* 4. Quid si fallis? L. Tum me, quod volt, faciat Iuppiter, &c. Sen. *c.* 14. *ad Polyb.* Aut me omnia fallunt, ait.

Fallor? an hi fient ingentia mœnia montes.

Ouid. 1. *Fast.*

Fallimur? an veris prænuncia venit hirundo,

Idem 2. *Fast.* Item,

Fallor? an arma sonant? Non fallimur, arma sonabant.

¶ Ponitur & pro lateo, *λανθάνω*. Liu. Speculator Carthaginensis, qui per biennium fefellerat, Romæ deprehensus præcisis manibus dimittitur. ¶ Fallit me, id est, ignoro. Cic. *de Orat.* Neque hoc te Crasse fallit. Et *in Orat.* Quem quæso nostrûm fefellit, ita vos esse facturos? Idem *Attic. lib.* 2. Tamen in lege nulla esse huiusmodi capita, te non fallit. Tacit. *lib.* 12. Quæ mutatio neque Neronem fefellit. ¶ Fallere spem, fallere opinionem, est secùs facere quàm quis opinatus fuerit. Cic. *in Catil.* Si vis improborum spem meam fefellerit. Idem *Lentulo lib.* 1. *Epist.* Non fallam opinionem tuam. ¶ Fallere promissum, pro non implere. Fallere aliquem omnia, pro Fallere in omnibus. Senec. *epist.* 96. Amici omnia me fallunt. Fallunt opera. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. At faciem quum aspicias eorum, haud videntur mali, opera fallunt, id est, ipsorum operibus apparet eos esse deceptores. Fallens, entis, Particip. act. ⋈ Constans. Cicer. *de finib.* His initiis inducti, omnia vera diligimus: id est, fidelia, simplicia, constantia: cum vana, falsa, fallentia odimus, vt fraudem, &c.

Falsus sum, Deceptus sum, lapsus sum. {ANGL. *Beguyled, deceiued.*} Terentius *Andr.* Heu me miserum, qui tuum animum ex animo spectaui meo. P. Falsus es, id est, erras, aliter est atque tu putas. Plautus *in Trucul.* Mihi etiamnum quid sit negotij, falsus incertúsque sum: nisi quia timeo tamen. Huius compositum est Refello. ¶ Falsus eris. Ouid. 5. *Fast.* à Passeratio exponitur *falleris*. Item, Haud falsus quàm mihi hoc facile. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 5. Item, Haud falsa sum nos odiosas haberi. Idem *Aul. sc.* 3. *a.* 1. (i. non me fugit, haud me latet, siue fallit. Lambin. in eum locum.)

Falsus, a, um, nomen actiuè accipitur, Quod fallit, adulterinus, inanis, mendax, vanus. {כחש *chechásch* כזב *chozéb* התל *huthál*. *ψευδής*. GALL. *Faux*. ITAL. *Falso*. GERM. Falsch. HISP. *Engañoso*. ANGL. *False.*} Terent. *Eunuch.* Quæ vera audiui taceo, & contineo optimè: Sin falsum, aut vanum, aut fictum est, continuò palàm est. Catullus *de com. Beren.*

———*An ne parentum*

Frustrantur falsis gaudia lacrymulis.

Plaut. *Asin. sc.* 1. *a.* 1. Si quid erga me falsum dixeris. ¶ Gell. *cap.* 3. *lib.* 1. Falsum deierare. ¶ Falsiiurius animus. Plaut. *Milit. sc.* 2. *a.* 2. Item, Vera illi obsunt, Falsa prosunt. Idem *Capt. sc.* 5. *a.* 3. Illic, (i. ille) obsequiauit meæ falsæ fallaciæ. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 2. Qui sæpe falso testimonio perdidit ciuem innocentem. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 5. Siccine insimulare falsum facinus eam malum. Idem *Amph.* Iniusta es, falsum nomen possidere postulas. Idem *Mil. sc.* 5. *a.* 2. Ouid. 13. *Metam.*

———*An falso Palamedem*

Turpe est accusasse mihi, vobis damnasse decorum.

Idem *Eleg.* 13. *lib.* 3. *Trist.*

———*Euxinus falso nomine dictus.*

Et *Eleg.* 1. *lib.* 2.

Fœmina cui falsum Lesbia nomen erat.

Idem *Eleg.* 11. *lib.* 3. *Trist.*

Qui falsum lento torruit igne bouem.

¶ Falsus pro impudico, siue adultero. Plaut. *Amph.* Vir ego tuus sim? Ne me appella falsa falso nomine. (i. impudica. Omne enim falsum, inquit Tertull. adulterium est.) Plaut. *in Milit.* Æcastor ergo mihi haud falsum euenit somnium. Sic falsus tutor dicitur, qui se pro tutore gerit, quum verus tutor non sit. Falsum testamentum, quod supposititium est, vel corruptum. Sic falsum iudicium, Falsam sententiam, Falsum nomen dicimus, pro eo quod verum non est: non quòd fallendi gratia aut dictum, aut factum sit: sed quòd hominum opinionem fallat. Quando verò participium est, passiuè accipitur pro deceptus. Terent. *in Andr.* Falsus es, hoc est, deciperis, vt interpretatur Donatus. Salust. *Iugurth.* 110. Næ illi falsi sunt. Falsus animi dicitur is, cui longè aliter cecidit atque opinabatur. Terent. *in Eunuch.* sed quid videtur. Hoc mihi mancipium? P. non malum hercle. C. verò hominem: vt falsus animi est.

Falsum habere, est fallere. *παραλογίζομαι*. Salust. *in Iugurtha.* Neque ea res me falsum habuit.

Falsō, aduerbium, Falsè, fallaciter. {*ψευδῶς*. GALL. *Faussement, à tort.* ITAL. *A torto, falsamente.* GERM. Fälschlich. HISP. *Falsamente, engañosamente.* ANGL. *Falselye.*} Salustius *in Proœmio Iugurthæ*, Falsò queritur de natura sua genus humanum. Plaut. *in Bacchid.* Non maneo, neque tu me habebis falsò suspectum. Falsò insimulatam probri. Idem *Amph. sc.* 2. *a.* 3. Si falsò eam insimulas, hoc peieris. Idem *Milit. sc.* 3. *a.* 2. Sequitur, Si id verum est & innocentem falsò insimulauit. *Ibidem sc.* 4. *a.* 2. Item, Perperam falsò insimulata. *Ibidem.* Et *Men. sc.* 4. *a.* 2. Haud falsò prædicas. Et *Mostell. sc.* 3. *a.* 1. Falsò vituperare, & verò laudare. Ouid. 5. *Fast.*

Siue ego te feci testem falsóve citaui,

Non audituri numina vana Iouis.

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 1. *Trist.*

Et falsò moui pectus amore meum.

Falsē, aliud aduerbium. Plaut. *in Capt.* Tace modò, ego Philocrates Falsè faciam, vt verus hodie reperiare Tyndarus.

Falsidĭcus, i, Falsiloquus. Qui falsa loqui consueuit ⋈ Veridicus. {כחש *chechásch* כזב *chozéb* התל *huthál*. *ψευδολόγος*, *ψευδηγόρος*. GALL. *Qui dit & raconte choses fausses*. ITAL. *Huomo che dice il falso*. GERM. Ein lügner/der falsche ding sagt. HISP. *El que dize falsedad.* ANGL. *A false sayer, a lier.*} Plaut. *in Capt.* Me meámque rem, quod in te vno fuit Tuis scelestis falsidicis fallaciis dilacerauisti. Idem, Quarum rerum te falsiloquum mihi esse nolo.

Falsifĭcus, qui facit fallacias. {התל *huthál* עקב *hakób*. *ψευδοποιός*. GALL. *Qui fait faussetez, faussaire*. ITAL. *Falsario*. GERM. Ein falschmacher/der mit betrug vmbgehet. HISP. *El que haze la falsedad.* ANGL. *That worketh deceat and guile.*} Plaut. *in Milite*, Domi habet animum falsiloquum, falsificum, falsiiurium.

Falsiiūrius, a, um. {*ἐπίορκος*, *ψευδόρκος*. GALL. *Pariure*. ITAL. *Spergiuro*. GERM. Meineydiger. HISP. *El que jura falsedad.* ANGL. *That forsweareth.*} Plaut. *Mil. sc.* 2. *a.* 2. Falsiiurius animus.

Falsilŏquus, a, um. {*ψευδολόγος*. GALL. *Qui dit faussetez*. ITAL. *Chi parla il falso*. GERM. Der falschheit fürgibt. HISP. *El que habla falsedad.* ANGL. *A false speaker, a lier.*} Plaut. *Milit.* Idem *Capt.* Quarum rerum te falsiloquum mihi esse nolo. Et *Milit. sc.* 2. *a.* 1. Falsiloquus animus.

Falsimōnium, ij, Fraus, fallacia. {מרמה *mirmáh* תוך *toch*. *ἐξαπάτη*. GALL. *Fraude, dol, fallace*. ITAL. *Fraude, fallacia*. GERM. Falschheit/betrug. HISP. *Engaño*. ANGL. *Fraude, guile.*} Plaut. *in Bacchid.* Multi more isto atque exemplo viuunt: quos quum censeas Tibi amicos, repeiuntur falsimoniis.

Falsipărens, entis, qui falsum habet parentem: hoc est, cuius pater is esse creditur, qui minimè tamen est *ψευδοπάτωρ*, *τὸν γονέα ψευδής*. Sic Catullus vocat Herculem, quem ex Ioue & Alcmena natum plurimi credebant, Amphitryonis esse filium, qui verus erat Alcmenæ maritus. Catull. *ad Mallium, epigram.* 63. Quod quondam cæsis montis fodisse medullis Ausus falsiparens Amphitryoniades.

Falsĭtas, atis, Vanitas, mendacium, ⋈ Veritas. {שקר *schéker*. *ψεῦδος*. GALL. *Fausseté*. ITAL. *Falsità*. GERM. Falschluge. HISP. *Falsedad*. ANGL. *Falsheode falnesse.*} Cui contraria est veritas, qui ostendit id quod est. Cicer. *pro Cluent.* Etenim sicut aliis in locis parum firmamenti, & parum virium falsitas habet: sic in hoc loco falsa inuidia imbecilla esse debet.

Fallax, acis, Fraudulentus, mendax. {*ἀπατεών*. GALL. *Trompeur, deceueur, faux*. ITAL. *Fallace, ingannatore, gabbatore*. GERM. Betrüglich. HISP. *Engañoso*. ANGL. *Deceat full, beguiling.*} vt, Fallax interpres, apud Cicer. *ad Brutum*. Plin. *lib.* 22. *cap.* 23. Quoniam in his naturam esse apparet, in illis coniecturam sæpiùs fallacem. Mart. *lib.* 1.

Sic auidis fallax indulget piscibus hamus.

Cic. *de Amic.* Nouitates autem si spem afferunt, vt tanquam in herbis

bis non fallacibus fructus appareat, non sunt illæ quidem repudiandæ. Ouid. *Eleg.1.lib.1.Trist.*

Quum leto fallax hospita pene dedit.

Tibull. *lib.4*

Testis quoque fallax Pannonius.

Fallacia, æ, & Fraus, præstigiæ, dolus malus, laqueus. {מרמה *mirmáh* תוך *toch* מהתלות *mahatalóth* עקבה *hokbáh*. ἀπάτη, ἐξαπάτη. GALL. *Fallaces, tromperies.* ITAL. *Fallacie, inganni.* GERM. Betrug, beschiß. HISP. *Engaños.* ANGL. *Deceat, guile.*} Ouid. 13. *Metam.*

Sumptaque fallacia veste deceperat omnes.

Abduxit naucleio ornatu per fallaciam. Plaut. *Asin.sc.1.a.1.* Idem *ibid.sc.1.a.2.* Argento comparando fingere fallaciam. Idem *Capt.prolog.* Expediet hanc doctè fallaciam. *Ibidem.* Sua sibi fallacia finxerant dolum. Idem *Pseud.sc.4.a.2.* Doctè ferat hanc fallaciam. Idem *Asin.sc.1.a.2.ver.vlt.* Obscæuauit meæ fallaciæ, id est, malum omen obtulit. Scæua enim omen est siue bonum, siue malum. Et Suet. *in Tib.c.62.* Larga meri potione aliquem per fallaciam onerare. (Quæstionis, siue cruciatus. Plaut. *Pseud.sc.7.a.4.* Te fallaciam docuit, vt fallaciis à me mulierem abduceres. Cic. *de Diuin.* Tota res est inuenta fallaciis, aut ad quæstum, aut ad superstitionem, aut ad errorem. Terent. *in Andr.* Fallacia alia aliam trudit. Col. *lib.11.c.2.* Sed hæc ipsa res habet aliquam fallaciam.

Fallacitĕr, Fraudulenter, malitiosè. {δολίως. GALL. *Faussement, par deception & tromperie.* ITAL. *Fallacemente, fraudolentemente.* GERM. Betrüglicher weyß. HISP. *Engañosamente.* ANGL. *Deceatfullye, falsly.*} Cic. 1. *de Diuin.* Fallaciter portenta interpretari. Idem 3. *Offic.* Ratio igitur hoc postulat, nequid insidiosè, nequid simulatè, nequid fallaciter. Vindicare te alicui fallacissimè, Cic. *de Aruisp.resp.*

Fallāciōsus, a, um, Fallaciis plenus. {מתהל *hothál* עקב *hakób*. ἀπατηλός. GALL. *Plein de fallaces.* ITAL. *Pieno d'inganni.* GERM. Vol list vnd betrug. HISP. *Lleno de engaños.* ANGL. *Full of falsnesse.*} Gell. Veterum testimonia quibus huiusmodi ambages fallaciosæ confutantur.

Fallāciloquentia, æ, Cicero *de finib. lib.2.* Quæ diligentissimè contra Aristonem dicuntur à Chrysippo ex ea difficultate illæ fallaciloquentiæ.

Falso, as, falsum facio. {νοθεύω, παραχαράττω. GALL. *Fausser, faire faux.* ITAL. *Falsare.* GERM. Falsch machen, felschen. HISP. *Falsar.* ANGL. *To mak false.*} Modest. *l. pen. ff. ad l. Corn. de fals.* Decretóque diui Adriani præceptum est in insulam eos relegari, qui pondera, aut mensuras falsent.

Falsārius, ij, qui falsa in scripta publica, & instrumenta refert. {παραχαράκτης, ῥᾳδιουργός. GALL. *Faussaire.* ITAL. *Falsario.* GERM. Ein felscher. HISP. *El que en la escritura haze falsedad.* ANGL. *A forger of wrytinges.*} Suet. *in Neron.c.17.* Aduersus falsarios tum primùm repertum, ne tabulæ, nisi pertusæ, ac ter lino per foramina traiecto obsignarentur. Suet. *in Claud.c.15.* Falsario præcidendæ manus.

‖Falsones, deceptores. Gloss. Isid.

Falsosus, circumuentosus, deceptosus. Gloss. A.L.

Falsum habuit, fefellit. Salust. *Iugurth.*

Faluus, fuluus, eluus color. Pap.‖

Falx, à Syriaco Palca, Ferramentum aduncum quo segetes & herbæ secantur: item illud quo vites & arbores putantur. {מגל *maghghal* חרמש *chermésch*. δρέπανον, ἅρπη. GALL. *Vne faux ou faucille, vne serpe.* ITAL. *Falce.* GERM. Ein sichel, räbmesser, oder ein ander krumb schneidmesser. HISP. *Hoz.* ANGL. *A sickle, an hook.*} Varro *lib.1. de re rustic. cap.50.* In Vmbria falce secundùm terram succidunt stramentum. Virg. *Eclog.*

Tum credo, quum me arbustum vidêre Myconis,
Atque mala vites incidere falce nouellas.

Quintilian. Falcem reformidant frondes terrenæ. Plin. *lib.8. cap.18.* Falcium duo genera: Italicem breuius, ac inter veptes quoque tractabile: Galliarum latifundia maioris compendij, quippe medias cedunt herbas, breuioréśque prætereunt. Cic. 5. *Tuscul.* Immissi cum falcibus multi purgarunt, & aperuerunt locum. Falces in Campania, seculæ dicuntur à secando. ¶ Falcium varia enumerantur genera à Catone, *cap.110. & 131.* Sunt enim falces quædam fœnariæ, quædam stramentariæ, quædam arborariæ, aliæ vineaticæ, syluaticæ, & ruscariæ. ¶ Falx etiam appellabatur bellica machina quæ adunco præfigebatur ferro: sic dicta quòd incuruata esset ad similitudinem falcis, vt ex muris lapides extraherentur. Cæsar 3. *bell. Gall.* Vna erat magno vsui res præparata à nostris falces præacutæ, insertæ, affixæque longuriis, non absimili forma muralium falcium. ¶ Falces postulabam, ἄρχας ἀπῄτουν. In eos qui respondent id quod ad rem nihil attinet. Videtur hinc natum, quòd agricolæ cuipiam à vicino falcem commodato petenti, negauerit ille sibi ligonem esse domi. Plutarch. Zenodotus, & Suidas referunt.

Falcula, æ, diminutiuum, Parua falx. {δρεπάνιον, δρεπανίς. GALL. *Vn faucille, serpe, serpillon, vn crochet.* ITAL. *Falcetta, sega, coltellaccio da bruscare.* GERM. Ein kleine sichel oder räbmesserlin. HISP. *Pequeña hoz, hocezilla.* ANGL. *A litle sickle or hooke.*} Col. *lib.12. cap.18.* Nec minus falculæ, & vngues ferri quamplurimi parandi. Cato *cap.54.* Quod falcula secueris non renascetur. ¶ Falculæ vineaticæ, apud Caton. *de R.R.* & falculæ ruscariæ, apud Varron. quibus ruscus, rubi sentésque secantur. ¶ Dicuntur etiam falculæ, pardorum & pantherarum extremitates vnguium in formam incuruatæ, quibus dum appetunt, integra corpora dilaniant, à quibus falculis falcones dictos putat Festus. Plinius *lib.8.cap.15.* Mirum pardos, pantheráśque, leones, & similia, condito in corporis vaginas vnguium mucrone ne refringantur, hebeténtúrque, ingredi, auersísque falculis currere, nec nisi appetendo, protendere.

Falcarius, a, um, quod ad falcem pertinet. {δρεπανικός. GALL. *Appartenant à vne faulx.* ITAL. *Pertinente à falce.* GERM. Das zu den sicheln oder räbmessern gehört. HISP. *Cosa perteneciente à hoz.* ANGL. *That perteineth to a sickle.*} vt Cotes falcariæ quibus falces acuuntur.

Falcārii, Homines falcibus armati: quemadmodum à sica dicuntur sicarij. δρεπανηφόροι. Cicer. 1. *Catil.* Dico te prima nocte venisse inter falcarios.

Falcātus, a, um, quod formam falcis habet. {δρεπανοειδής. GALL. *Courbé comme vne faulx ou faucille.* ITAL. *Che a forma di falce.* GERM. Krumb wie ein sichel. HISP. *Cosa encornada en manera de hoz.* ANGL. *Hooked, or crooked like a sickle.*} Plin. *lib.10.c.21.* de gallo loquens, Sola, inquit, volucrum in cælum aspicit crebrò, in sublime volucrum caudam quoque falcatam erigens. Amygdalæ falcatæ, apud Plin. *lib.17.c.10.* ¶ Rursus falcatum, dicitur falcibus instructum: vnde falcati currus dicti sunt, quos Macrob. per circumloquutionem, Currus cum falcibus appellat, quum ait, Inducebat etiam currus cum falcibus, & elephantos cum turribus. Stat. *lib.10. Thebaid.*

Antea falcato lustrantem mœnia curru
Desuper Ogygia pepulit grauis impetus hasta.

Et Liuius *lib.8. dec.4.* De asseribus falcatis pinnas detergere.

Falcĭfĕr, Falcem ferens. {δρεπανηφόρος. GALL. *Qui porte vne faux ou faucille.* ITAL. *Che porta la falce.* GERM. Ein sichelträger. HISP. *Cosa que trae hoz.* ANGL. *That beareth a sickle.*} Vnde perpetuo epitheto Saturnus falcifer à poëtis appellatur: cui idcirco falx tribuitur, quòd primus in Italia agriculturæ vsum credatur indicasse, autor Macrob. *lib.1. Satur.* Mart. *lib.5.*

Nam si falciferi defendere templa Tonantis.

Fāmă, æ, à fando, dictio media. {שמע *schmah*. φήμη. GALL. *Renommée, bruit, renom.* ITAL. & HISP. *Fama.* GERM. Ein geschrey, ein red so von einem ding außgeht. ANGL. *Fame, brute.*} Est enim quicquid de aliquo diuulgatur, siue in bonum, siue in malum. Virg. *lib.4.*

Neque enim specie famàve mouetur. id est, infamia, vt exponit Non. Idem 4. *Æneid.*

Fama malum, quo non aliud velocius vllum,
Mobilitate viget, viréśque acquirit eundo.

Terent. *in Andr.* —omnes vno ore omnia bona dicere, & laudare fortunas meas, Qui gnatum haberem tali ingenio præditum. Quid verbis opus est? Hac fama impulsus Chremes Vltrò ad me venit. Cic. 14. *Philipp.* Hoc triduo, vel quatriduo tristis à Mutina fama manarat. Si bonam famam mihi seruasso sat ero diues. Plaut. *Mostell.sc.3.a.1.* Vt fama est homini, exinde solet pecuniam inuenire. *Ibidem.* Hæc famam ingenij faciunt. Quintil.

Siue fauore tuli, siue hanc ego carmine famam,

Ouid. *Eleg.vlt.lib.4.Trist.* Famam in tuto collocare. Quintil.

Requiéśque mihi, non fama petita est,

Ouid. *Eleg.12.lib.3.Trist.*

Et fieri fama párśque gradúśque potest,

idem *Eleg.12.lib.3.Trist.*

Famaque tam longè non nisi parua venit,

idem *Eleg.2.lib.4.Trist.*

Non fuit ingenio fama maligna meo. (suprà, liuor.)

Idem *Eleg.vlt.lib.4.Trist.* Item,

Ingenio stimulos subdere fama solet,

idem *Eleg.1. lib.5.* Cæs. *lib.3. de bell.ciu.* Fama plerunque in nouitate antecedit. ¶ De fama victoriarum, Plutarch. *in Paulo Æmilio.* ¶ Idem autem sunt, rumor & fama, præterquam quòd alterum Latinum est, alterum verò, è Græco, testatur Valla. ¶ Et fama fuit, & eras, —ἤκουε κακῶς, καὶ ἦσθα, id est, & dicebaris eráśque. Hemistichion prouerbiale, quoties facta respondent opinioni. Suidas è poeta quopiam. ¶ Fama obtinet. Liu. *lib.1.* Salust. *Iugurth.65.* Quanquam ab ea fama, quæ plerosque (al. *apud plerosque*) obtinet, diuersum est. ¶ Fama etiam dicitur de re inueterata, firmataque in hominum opinione, quamuis incerta Mart. *lib.1.*

Quicquid fama canit, donat arena tibi.

Quintilianus, Fama est, olim Iouem in imbrem aureum conuersum, puellæ in gremium descendisse. Plin. iunior *in Epist.* Huc cum liberalitatis tuæ fama perduxerat. Sic fama Scipionum, fama Camilli, id est, laus, celebritas. Virg. 1. *Æneid.*

Sum pius Æneas fama super æthera notus.

Famæ in plurali. Plaut. *Trinumm.* —hem mea malefacta, hem meam Auaritiam tibi. hascine me propter res maledictas Famas ferunt? ¶ A fama diffamo, & infamo deducuntur, de quibus alibi. ¶ Homo fama æquabili atque inuiolata. Salust. *Iugurth.87.*

‖Famella, diminut. parua fama. Fest.

Famægerulus, nuncians. Pap.

Famen, φάμα, λέξις Onomast. id est, sermo, id quod famur.‖

Fāmōsĭtās, atis, in bonam partem pro celebritas. Apul. *lib.9.* Hic vxorem generosam, & eximia famositate prædicam. Vide tamen ne *formositate* legendum sit, vel reclamantibus codicibus.

Fāmōsus, a, um. Frequentiùs in deteriorem partem accipitur, pro infami. {διαβόητος. GALL. *Fameux, fort renommé, soit en bien ou en mal.* ITAL. *Famoso, di gran fama.* GERM. Berümpt, oder verschreyt vnd verleumbdet. HISP. *Famoso en buena y mala parte.* ANGL. *Much spoken of, either for goode or euill.*} Salust. Largitionem famosam, impudentémque. Inde famosa mulier, quæ est famæ parum integræ, hoc est, quæ impudicitiæ nomine male audit. Cicer. 2. *de Orat. ex Poëta*, quid tu Ægilia mea, Quando ad me venis, cum tua colu & lana? Non pol, inquit, audeo: Nam me ad famosas vetuit mater accedere. Quem locum in id expendit Nonius Marcell. Ita Sueton. *in Tiber.cap.35.* Fœminæ famosæ vt ad euitandas legum pœnas iure ac dignitate matronali exoluerentur, lenocinium profiteri cœperant. Et famosus adulteriis, Sueton. *in Claud.cap.16.* &, famosa epigrammata. Idem *in Cæs.cap.73.* &c. Martial. *lib.2. Epig.39.*

Coccina famosæ donas, & ianthyna mœchæ.

Et rursus *Epig.47.*

Subdola famosæ (moneo) fuge retia mœchæ.

¶ Interdum in actiua significatione accipitur pro eo quod vulgo dicunt *Diffamatorium*. Vnde famosi libelli apud Iurisconsultos, qui alicuius famam lædunt. ¶ Et famosa iudicia, quæ & turpia dicuntur, quòd turpitudinem damnatis adferant, vt iudicium tutelæ, fiduciæ, societatis, &c. ¶ Suet. *in Tib.c.35.* Famosi iudicij notam sponte subibat. Et famosa causa, *in l. sed si hac §. prætor ait ff. de dol. mal.* Et famosum interdictum, *in l. neque. ff. de vi arma.* Sic famosum carmen dicitur apud Horat. *lib.1. Epist.20. ad Mecænatem,*

Nos

Nec sponsa laqueum famoso carmine nexit.

Et Suet. *in Tib.* 28, Famosa carmina dixit. Eadem ratione famosi versus apud Horat. *lib.* 2. *Serm. satyr.* 1.

Famosisque lupo cooperto versibus.

Et famosa Epigrammata, apud Sueton. *in Cæs. cap.* 75. Famosa scripta, apud eundem *in Domitiano.* Famosi libelli, apud eundem *in August. cap.* 54. Famosi gladiatores, apud Apul. *lib.* 10. *Metamorph.* ¶ Inuenitur interdum in bonam partem acceptum, præsertim apud Plin. iuniorem, & eius seculi scriptores. Nam Ciceronis seculo vix quisquam aliter, quàm in malam partem vsus est. Plin. *lib.* 6. *epist.* Impensè petit vt causam tuam pertinentem ad curam tuam, pulchram alioqui & famosam faciam. Tacit. *lib.* 21. Sed quia famosæ vrbis (de Hierosolyma loquitur turpi & vili) supremam diem tradituri sumus, congruum videtur primordia eius aperire. Sueton. *in Calig. cap.* 19. Famosi equi, id est, nobiles victoria.

Fāmōsissĭmŭs, in superlatiuo. Lactant. *lib.* 13. *cap.* 15. vbi de Aristippo loquens, Quid ergo interfuit quo animo Philosophus ad meretricem famosissimam conueniret? Gell. *cap.* 3. *lib.* 7. Superbia Rhodiensium famosissima. {GALL. *Tres-fameuse, tres-renommee, cogneuë & diuulguée par tout le monde.*

Fāmĭgĕro, as, Diuulgo. {הִשְׁמִיעַ *hischmiáh.* διαφημίζω. GALL. *Diuulguer.* ITAL. *Diuulgare.* GERM. Ein geschrey außbringen. HISP. *Derramar, ò diuulgar fama.* ANGL. *To mak or forge newes.*} Famigeratus, diuulgatus, fama celebratus. διαβοητός.

Fāmĭgĕrātŏr, qui rei alicuius famam spargit. {מַשְׁמִיעַ *meschmiaḥ.* διαφημιστής. GALL. *Semeur ou porteur de bruit.* ITAL. *Quello che diuulga la fama di qualche cosa.* GERM. Einer der ein new geschrey außbringt. HISP. *Aquel diuulgador de fama.* ANGL. *A forger of newes.*} Plaut. *in Trinummo.* Ego de verbis eorum famigeratorum insciens prosiliui.

Fāmĭgĕrātĭo, nis, Famæ disseminatio. {הַשְׁמָעַת *haschmaáth.* διαφήμισις. GALL. *Bruit semé ou porté çà & là.* ITAL. *Diuulgatione di fama.* GERM. Außpreittung einer sag oder leumbdens. HISP. *Aquella obra de derramar ò diuulgar fama.* ANGL. *A forging of newes.*} Plaut. *in Trin.* Hæc famigeratio te honestat, mecum confutulet.

Fāmĭgĕrābĭlis, e, Celebris, clarus, famâ notus. {אִישׁ הַשֵּׁם *isch haschem.* διαβόητος. GALL. *Bien famé, renommé.* ITAL. *Celebre, illustre, conosciuto per fama.* GERM. Berümpt. HISP. *Bien enfamado, solenne, famoso.* ANGL. *Famous, renowmed.*} Apul. *de Asin. aureo*, Satis famigerabilis confector.

Fāmĭgĕrātus, fama celebratus. διαφημισθείς. Apul. *Florid. lib.* 2. Fanum Iunonis antiquitùs famigeratum.

[Famaugusta, *Famagosta.* V. E. insulæ Cypri, sub A. Nicosiensi, olim Tamassus dicta, à Turcis anno 1570. obsessa, & vi expugnata cum vniuersa insula.]

Fămēs, is, & olim famij. Gell. *cap.* 14. *lib.* 9. edendi cupiditas. {רָעָב *raháb.* λιμός, ὄρεξις. GALL. *Faim, famine.* ITAL. *Fame.* GERM. Hunger. HISP. *Hambre.* ANGL. *Famine, hunger.*} à φάγω, edo: & differt ab inedia, quòd fames est semper cum cupiditate edendi, inedia etiam sine appetitu, vt in ægrotis. Est enim propriè inedia, abstinentia à cibo, ab edendo dicta, ἀσιτία. Vnde summos aliquot viros legimus aliquot dierum inedia se enecuisse. Cic. *pro Aul. Cluent.* Iam hoc ignoratis, iudices, vt etiam bestiæ, fame dominante, plerunque ad eum locum vbi pastæ aliquando sint, reuertantur. ¶ Accipitur interdum fames, pro caritate et annonæ penuria, quum scilicet plerique aliquo in loco alimento deficiente de vita periclitantur. Idem Cic. *pro Flacc.* In fame frumentum erat exportare ausus. Multa docet fames, πολλῶν ὁ λιμὸς γίγνεται διδάσκαλος.

——Fractus morbóque faméque (Philoctetes,)

Ouid. 13. *Met.* Periculum ne nos moriamur fame. Plaut. *Asin. sc.* 1. *a.* 3. Nisi hanc anum interfecero fame & algu. Idem *Most. sc.* 3. *a.* 1. Item, Verbera, compedes, molæ, fames, frigúsque durum. Idem *Men. sc.* 6. *a.* 5. Hunc leonem fames iam occiderit. Idem *Ps. sc.* 3. *a.* 1. Hic dies mihi famem & pauperiem obtulit. Idem *Aul. sc.* 6. *a.* 4. Reddam te ex fera fame mansuetam. Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 1. Fames & mora bilem in nasum conciunt. Idem *Amph.* Famem expectat obambulans. Idem *ibid.* Item, Fame lippiunt fauces. Et de fame plura apud eundem *in Curc. sc.* 3. *a.* 2. ¶ Fames Melia, λιμὸς μήλιος, de fame extrema, déque rebus difficillimis. Est enim Melus oppidum Thessaliæ quod Nicias Atheniensium dux obsedit expugnauitque, non tam machinis bellicis, quàm fame. Suidas ex Aristoph.

Fămēlĭcus, a, um, qui fame laborat. {רָעֵב *raheb.* βουλιμώδης, βουλιμιάζων. GALL. *Affamé, qui a faim.* ITAL. *Famelico, affamato.* GERM. Hungerig, oder hungersnötig. HISP. *Hambriento.* ANGL. *Hungrie, hunger storuen.*} Plaut. *in Casin.* Post id quum lassus fueris & famelicus, Noctu vt condignè recubes, curabitur. Terent. *Eunuch.* Ille vbi miser famelicus videt me esse in tantum honorem, Et tam facilè victum quærere, ibi homo, &c. Plaut. *Pseud.* Dúmque ridebunt saturi, mordebunt famelici.

Fămēlĭcōsus, a, um, qui frequenter fame conflictatur. {βουλιμιάδης. ANGL. *That is very or often hungrie.*} Vnde famelicosam terram palustrem veteres vocabant, teste Festo.

[Famelia, vide *Familia.*]

Famulia, æ, vel familias. Vocabulum Oscum.

FĂMĪLĬA appellatione comprehenduntur tam liberi, quàm serui vtriusque sexus, vnius, quem patremfamiliâs vocamus, iuri subiecti. {מִשְׁפָּחָה *mischpacháh* בַּיִת *bayith.* οἰκία. GALL. *Famille.* ITAL. *Famiglia.* GERM. Haußgesind. HISP. *La familia, casa y personas de casa.* ANGL. *A familie, a houshold.*} Apud antiquissimos *famelia* scribebatur per e literam, tantúmque de seruis dicebatur: ab Osca dictione *Famel*, qua illi seruum appellabant, vt autor est Festus: postea commutata e in i, familia appellata est. Quo vocabulo Varronis etiam seculo serui significabantur. Ita enim ait, *lib.* 1. *c.* 16. Si ab fundo longiùs absunt oppida, aut vici, fabros parent quos habeant in villa: sic cæteros necessarios artifices: ne de fundo familia ab opere discedat, ac profestis diebus ambulet, feriata potius, quàm opere faciundo agrum fructuosiorem reddat. Hinc emptor familiæ, apud Suet. *in Claud. c.* 4. Et, familiæ emancipatio: vide *Emancipatio.* Deinde tamen paulatim inualuit vsus, vt etiam liberi familiæ nomine, & quicunque sub vnius patrisfamiliâs iure viuerent, comprehenderentur. Plaut. *in Truc.* Hæc vna opera circumit per familias, puerum vestigat. Homo indiligens cum pigra familia. Idem *Most. sc.* 1. *a.* 1. Fui imperator familiæ, (i. paterfamilias.) Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 2. Ego Lar sum familiaris ex hac familia, vnde me exeuntem aspexisti. (i. domo.) Idem *Aul.* Ex hac familia me planè excidisse intelligo. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 4. Filiafamilias, mater Senecæ, Senec. *c.* 14. *de cons. ad Helu.* Familia alienari, (i. abdicari.) Quint. In familiam redire. Idem. ¶ Post hæc ad eos quoque translatum est, qui ex eadem sunt cognitione: vt Cæsarum familia, Scipionum familia. Suet. *in Nerone.* Ex gente Domitia duæ familiæ claruerunt, Coruinorum, & Ænobarborum. Velleius, Familia Porcia. (i. gens.) Idem. Item, Iuliorum familia. Idem. ¶ Familia pro Secta, αἵρεσις. Cic. 2. *de Diuin.* Magnus locus, philosophiæque proprius à Platone, Aristotele, Theophrasto, totâque Peripateticorum familia tractatus vberrimè. ¶ Vnicus verò seruus familiæ nomine non continetur, nec duo faciunt familiam. Est enim collectiuum nomen, pluralitatem in se continens. Vide latiùs nominis huius significationem apud Paulum Iurisconsultum *l. pronunciare. ff. de verb. signif.*

Fămĭlĭāris, quando adiectiuum est, significat quod ad familiam pertinet, quod est familiæ. {οἰκονομικός, οἰκεῖος. GALL. *Familier, domestique, de la maison.* ITAL. *Famigliare di casa.* GERM. Das zu dem haußgesind gehört. HISP. *Familiar.* ANGL. *That belongeth to the familie, familier, houshold.*} Vnde familiaria negotia, res familiares. Epistolæ familiares, res domestica. Autor ad Herenn. *in operis præfatione.* Credo expectatus veniam familiaribus. Plaut. *Mostell. sc.* 2. *a.* 2. Vt se domi videant familiares. Idem *Milit. sc.* 2. *a.* 2. Familiaris faxo accipiare haud familiariter. Idem *Amphitr.* Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 1. Subuenire familiari filio. Idem *ibid.* Item, Minus familiari vultu respicere aliquem. Sueton. *in Cæsar. cap.* 78. Familiaris epistola. Quintil. & Macrob. *cap.* 4. *lib.* 2. *Satur.* Familiaribus litteris aliquem euocare. Suet. *in Tiber. cap.* 62. ¶ Flatu non familiaris auræ morbidus homo. Senec. *cap.* 11. *de consol. ad Mart.* ¶ Etsi negotiis familiaribus impediti, vix satis otij studiis suppeditare possumus. Gell. *lib.* 3. *cap.* 17. Memoriæ mandatum est, Platonem Philosophum tenui admodum pecunia familiari fuisse. Idem *cap.* 1. *lib.* 18. Liuius *lib.* 8. *ab vrb.* Caput iecinoris à familiari parte cæsum. ¶ Familiaris focus, Columell. *lib.* 11. *cap.* 1. Consuescat rusticos circa larem domini focúmque familiarem semper epulari. ¶ Sepulchra familiaria, quæ quis sibi ac familiæ suæ constituit: quemadmodum hæreditaria dicuntur quæ quis sibi & hæredibus extruit. Autor Caius Iurisconsultus, *l. familiaria. de relig. & sumpt. funerum.* ¶ Interdum idem est quod necessarius, amicus, intimus, arctáque familiaritate coniunctus. {רֵעֶה *rehéh.* συνήθης, οἰκεῖος, γνώριμος, ἑταῖρος, συνουσιαστής. GALL. *Familier, amy & priué, qui hante souuent auec.* ITAL. *Famigliare, amico.* GERM. Ein geheimer vnd guter freund auß beywohnung her. HISP. *Familiar, ò amigo de casa.* ANGL. *A freind, one with whome another haunteth.*} Cic. *Att.* Homo familiarissimus mihi, & omnibus in rebus coniunctus. Idem *de Amic.* Vidimus P. Æmilium C. Luscinio familiarem fuisse. Idem *pro Cal.* Mulier illa quadrataria permutatione familiaris facta erat balneatori. ¶ Familiares etiam olim dicebantur, qui serui erant. Postea dicti mimi. Senec. *epist.* 47. Me arguere familiaris meus visus est. (i. seruus ex nostra familia.) Plaut. *Milit. sc.* 4. *a.* 2. Inspectauit nescio quis familiarium, (mox, conseruus.) *Ibid. sc.* 2. *a.* 2. Ne qui essem, familiares quærerem, (mox, conserui.) Idem *Amphitr. prolog.* Item, Hæc sola sanam mentem gestat meorum familiarium. (i. seruorum.) Quantum hic familiarium est, (i. omnes conserui.) *Milit. sc.* 3. *a.* 2. ¶ Item, Lar familiaris sum ex hac familia. Idem *prolog. Aulul.* ¶ Aduenisse familiares dicito, (i. conciues.) Idem *Amphitr.* Macrob. *lib.* 1. *cap.* 2. Nam & nostri maiores omnem dominis inuidiam, omnem contumeliam seruis detrahentes, Dominum patremfamiliâs, Seruos familiares vocabant. Idem scribit Senec. *lib. Epist.* 6. *epist.* 47. ¶ Arbor familiaris Italiæ, id est, protrita, & passim nascens, apud Plin. *lib.* 23. *cap.* 5. ¶ Quandoque hoc nomine intelliguntur domestici, qui ve sunt ex familia. Plautus *in Amphitr.* Ne qui essem, familiares quærerent, Versari crebrò hic quum viderent me domi. ¶ Familiaris sella, à veteribus appellata fuit sella perforata, eiiciendi alui excrementis accommodata. ἀφεδρών. Varro 1. *de re rustic. cap.* 13. Itaque periti, vt eò aqua influat, eo nomine faciunt: quidam & sellas familiares ponunt. Familiaris filius, pro familiâ. Plaut. *Capt. sc.* 2. *a.* 2. quanquam non multum fuit molesta seruitus: Nec mihi secus erat, quàm si essem familiaris filius. Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 2. *vers.* Vbi ego nunc Libanum requiram, aut familiarem filium. (i. herum minorem.) Passerat interprete.

[Familiaricus, a, um, ad familiam pertinens.]

Fămĭlĭārĭtas, atis, Consuetudo ipsa, quæ est inter familiares & amicos. {συνήθεια. GALL. *Accointance, familiarité, amitié familiere & priuée, priuauté.* ITAL. *Famigliarità, domestichezza.* GERM. Freundschafft, Beywohnung, geheime. HISP. *Familiaridad.* ANGL. *Familiaritie, acquaintance.*} Quid sit propriè familiaritas, Cicero docet *in Orat. pro Milon.* Terent. *in Heaut.* Mihi magna cum eo iam inde vsque à pueritia semper fuit familiaritas. Cicer. *de Amic.* Sic quum accepissemus à patribus, maximè memorabilem C. Lælij, & P. Scipionis familiaritatem.

Fămĭlĭārĭtĕr, aduerbium, liberè, amicè. {συνήθως. GALL. *Familierement, priuément.* ITAL. *Famigliarmente, domesticamente.* GERM. Freundtlich, heimlich. HISP. *Amigable y familiarmente.* ANGL. *Familiarlye, by acquaintance.*} Plaut. *Men. sc.* 4. *a.* 2. Quæ hominem ignotum compelles tam familiariter. Idem *in Rud.* Ah nimium familiariter me attrectas. Terent. *in Heaut.* Tamen vel virtus tua me, vel vicinitas, (quod ego in propinqua parte amicitiæ puto,) Facit vt te audacter moneam, & familiariter. Cicer. 6. *Verr.* Præsertim quum is L. Sisenna defensore tuo tam familiariter vteretur. Familiariter ferre mortem alicuius, id est, grauiter & molestè: nam quæ sunt nobis familiaria, ea animo nostro sunt chara, inquit Donatus. Terent. *in Andr.* Huius mortem tam fert familiariter. Senec. *cap.* 3. *de cons. ad Mart.* Familiariter eam coluisti.

Familiarica, φαμιλιαρικά, dicuntur ea, quæ militibus dantur ad familiam

liam alendam, quæ familiarici titulo dantur cuique militi. Mauritius *lib.2. stratag.* Inde Familiaricè, φαμιλιαρικῶς. Cedrenus & Georgius Codinus.

Familiarium, quod seruo competit: vt sagum, gladius.

Fammo, dicito. Fest.

Fāmōsūs, vide *Fama*.

Fămŭlūs, i, originem habet ab Oscis Italiæ populis, apud quos seruus *famul* dicebatur. { עבד *hebedh* משרת *mescharesh*, ὑπηρέτης. GALL. *Seruiteur, valet*. ITAL. *Famiglio, seruitore, famigliare*. GERM. Ein knecht oder diener. HISP. *Seruidor*. ANGL. *A seruande, a houshold seruand that attendeth on his maisters businesse.* } Martial.

Argolicæ famulum non te seruire tyranno
Vidissent gentes, saeuaque regna pati.

Lucr. *lib.3.*

Ossa dedit terra, proinde ac famul infimus esset.

Item vsus est Ennius *famul* pro famulo, vt autor est Nonius.

——mortalem summum fortuna repentè
Reddidit, vt summo regno famul optimus esset.

Ouid. *Eleg. vlt. lib.4. Trist.*

Quid referam comitúmque nefas famulósque nocentes?

Catull. *de com. Beren.*

Ipsa eò famulum legarat. (i. equum suum.)

Fămŭlūs, a, um, adiectiuum. Idem quod famularis. { δουλικός. GALL. *Appartenant à vn seruiteur ou seruante*. ITAL. *Pertinente à seruitore*. GERM. Das der diener ist/oder zu den knechten gehört. HISP. *Cosa pertenecciente à seruidor*. ANGL. *That belongeth to a seruand.* } Ouid. 3. *de Pont.*

Nec dedignata est abiectis Illyris armis
Cæsareum famulo vertice ferre pedem.

Idem 1. *Fast.*

Tradiderat famulas iam tibi Rhenus aquas.

Fămŭlā, æ, Ancilla. { שפחה *schiphchah* אמה *amáh*, ὑπηρέτις. GALL. *Chambriere, seruante*. ITAL. *Serua, fantesca*. GERM. Ein dienerin/dienstmagt. HISP. *Sierua*. ANGL. *A maid seruant that attendeth on hir maistresse.* } Cic. 5. *Tusc.* Sin autem virtus subiecta sub varios incertósque casus, famula Fortunæ est. Virg. 8. *Æneid.*

Noctem addens operi, famulásque ad lumina longo
Exercet penso.

Fămŭlŏr, aris, Famuli officio fungor, seruio. { עבד *habádh*. ὑπηρετεῖν. GALL. *Seruir*. ITAL. *Seruire*. GERM. Dienen. HISP. *Seruir el que es libre*. ANGL. *To serue.* } Plin. *lib.2. c.63.* Vt alimentis nostris famuletur. *Ibid. c.7.* Famulantur æternis sacris. Fortuna famulante aliquid agere, id est, adiuuante fortuna. Claud. *de bell. Get.*

A magno Stilicone caue, qui semper iniquos
Fortuna famulante premit.

Fămŭlārē, in actiua significatione. Papinius *in suo Hercule Surrentino*,

Pacatus mitisque veni, nec turbidus ira
Nec famulare timens.

¶ Et Tert. *aduersus gentes*. Elementa ipsa famulant.

Fămŭlāntĕr, aduerbium, Suppliciter & in modum famuli. { ἱκετικῶς, ὑπηρετικῶς. GALL. *Seruilement, humblement*. ITAL. *Supplicheuolmente, humilmente*. GERM. Dienstlich/ vnderthänigklich. HISP. *Seruilmente, humilmente*. ANGL. *After the maner of a houshold seruand.* } Nonius, Famulanter, suppliciter. Accius *Tereo*, Sémela natum astare, & famulanter pete.

Fămŭlārĭs, e, quod pertinet ad famulum, siue famulam, seruilis. } δουλικός. GALL. *Appartenant à seruiteur, ou seruante*. ITAL. *Pertinente à seruitore*. GERM. Das zu einem dienstknecht oder dienstmagt gehört. HISP. *Cosa pertenecciente à seruidor*. ANGL. *That belongeth to a manseruand or maidseruand.* } Cic. 1. *Tusc.* Qui se in medios immisit hostes famulari veste, ne posset agnosci si esset ornatu regio. ¶ Iura famularia dare, pro imperare populo regia potestate. Ouid. 13. *Metam.*

Si Romam intrarit, famularia iura daturum.

Manus famularis, Senec. *Herc. OEtæ.*

Turba famularis mensas instruit.

Stat. 1. *Achil.*

Fămĭlĭārĭum, is, Cornelius Fronto *lib. de nominum verborúmque differ.* Familiarium est quod seruo competit, vt sagum, gladius, &c.

Fămŭlārĕ, neutrum pro aduerbio, seruiliter. Stat. 3. *Syl.*

——— nec turbidus ira,
Nec famulare timens.

id est, more famuli.

Fămŭlātŭs, us, & Famulitium, seruitus. { עבודה *habodháh*. δουλεία. GALL. *Seruitude, seruage*. ITAL. *Seruitù*. GERM. Dienst oder dienstbarkeit. HISP. *Seruidumbre*. ANGL. *The seruice of houshold seruandes.* } Cic. *de Amic.* Qui aliquandiu propter ignorantiam stirpis & generis in famulatu fuerint. Idem 3. *Offic.* Quàm miser virtutis famulatus seruientis voluptati. Varro, apud ignauum dominum duro famulitio adstrictus. ¶ Dicitur etiam famulitium, seruorum copia. { עבודה *habodháh*. τὸ οἰκετικόν, τὸ ὑπηρετικόν, ἡ ὑπηρεσία. GALL. *Compagnie de seruiteurs*. ITAL. *Multitudine de serui*. GERM. Vile der knecht. HISP. *Aquellos mismos seruidores*. ANGL. *The whole company of houshold seruandes.* } Macrobius, Vnus è famulitio cui prouincia erat, admittere volentes dominum conuenire. ¶ Item famulitas pro seruitute antiqui dixerunt. Accius *in Andromeda*, Nam postquam patua vos oppressit famulitas, vis atque egestas, fama, formido, pudor. Pacuuius, Quæ famulitas.

Fămulātio, Famulorum, famularúmque multitudo. { עבודה *habodháh*. θεραπεία. GALL. *Compagnie de seruiteurs*. ITAL. *Moltitudine di serui*. GERM. Ein hauffen knecht. HISP. *Los seruidores*. ANGL. *The whole companie of houshold seruandes.* } Apul. *lib.2.* Et ecce mulierem quampiam frequenti famulatione.

Famulosus, seruitus. Gloss. Isid. obsequiosus, seruilis. Gell.

Fanaticus, vide *Fanum*.

Fāndūs, vide *Faro*.

Fanesi, populi in Oceano Septentrionali, qui (vt ait Plin. *lib.4. c.13.*) tales habent aures, vt eorum nuda corpora his tegantur.

Fanēstrĭs, colonia, Pomponio Vmbriæ, siue agri Gallici oppidum est, non procul à Pisauro vrbe, & Metauro amne. quod à Plin. *lib.3. cap.14.* Fanum fortunæ appellatur, id vide, vulgo *Fano*.

Fānnĭā lex, Φάννιος νόμος, à Macrob. *lib.2. c.14.* numeratur inter leges sumptuarias quæ ad annuum conuiuiorum luxum compescendum à Fannio consule lata fuit, anno post Vrbem conditam quingentesimo octauo. Hæc ludis Romanis, item ludis plebeis, Saturnalibus, & aliis quibusdam diebus in singulos dies centenos æris insumi concessit, decémque aliis diebus in singulis mensibus tricenos: cæteris autem omnibus diebus denos. Vide & Gell. *lib.2. c.24.*

Fānnĭānā pyra, vide *Fanoniana*.

Fānnĭūs, duorum oratorum nomen, quorum meminit Cic. *in Bruto*, Horum (inquit) ætatibus adiuncti sunt duo C. Fannij, Marci filij: quorum C. Fannius, qui Consul cum Domitio fuit, vnam orationem de sociis & nomine Latino contra Gracchum reliquit, sanè & bonam, & nobilem. Alter autem C. Fannius, M.F.C. Lælij gener, & moribus & ipso dicendi genere durior. Hæc ille.

Fānum fortunæ, Φάνα Steph. Agri Gallici vrbs est, teste Plin. *lib.. c.14.* in litore Adriatico, inter Pisaurum & Senogalliam, non longè à Metauro amne sita: sic dicta, quòd in ea pulcherrimum Fortunæ templum fuerit. Huius vrbis incolæ, Fanenses: & colonia ipsa, Fanestris à Pomponio appellatur. Vide *Panestru colonia*, & verb. *Panoty*.

Fānum, i, Templum. { במה *bamah*. ναός, νεώς. GALL. *Temple*. ITAL. *Tempio, chiesa*. GERM. Ein tempel/ein kirch. HISP. *Templo donde se dauan respuestas*. ANGL. *A temple, a church.* } à Faunis Latinorum diis, qui indormientibus responsa dare solebant, vt ait Martianus Capella: vel à Fauno, qui (autore Probo Grammatico) primus oraculi conditor fuit. Festus. Fanum à Fauno, vel à fando, quòd Pontifex in dedicatione templi certa verba præfari solebat. Fanum religiosissimum templum, vnde fata petuntur. Ascon. 3. *Verrin.* Liu. *lib.10. ab vrb.* Fanum, (i. locus templo effatus.) Plaut. *Aulul. sc.5. a.3.* Te auferam (aula) in fidei fanum. *Ibid. sc.2. a.4.* In luco fanóque fidei situm. Idem *Curc. sc.1.1.* In fano Æsculapij ægrotus incubat. Cicer. 2. *de Legibus*, Illud vitiosum Athenis quòd Cylonio scelere expiato, Epimenide Crete suadente, fecerunt Contumeliæ fanum, & Impudentiæ. Sunt tamen qui hoc nomen per ph scribant, ἀπὸ τοῦ φαίνειν, quod significat manifestum, quòd è phano aperta responsa dabantur. Differunt autem, fanum, templum, sacellum, delubrum & lucus, quòd fanum sit locus Fauno consecratus: Templum in loco augurato: Sacellum paruulum ædificium diis consecratum: Delubrum in quo homines pericula sua diluunt: Lucus locus fulmine ictus & arboribus tectus. Corn. Fronto *de differ. vocab.* ¶ Ab hoc nomine adiectiuum deducitur profanus, siue prophanus, a, um, id est, nulla religione obstrictus, tanquam porro fanum, id est, procul à fano.

Fānātĭcŭs, a, um, adiectiuum à fano deductum. { משגע *meschughah*. ANGL. *Mad or possed with a prophesie or some euill spirite.* } Dicuntur autem fanatici quos Græci vocant ἐνθέους, aut θεοφορήτους, quod non sua sponte, sed diuino numine ferri credantur. Fanatici autem dicti sunt idcirco quòd in fanis, hoc est, in templis sacerdotes oraculum edituri, huiusmodi furore corripiebantur. Virg. 6. *Æneid.* & Lucan. *Phars. lib.5.* Liu. *lib.8. bell. Maced.* Galli Matris magnæ à Pessinunte occurrère cum insignibus suis, vaticinantes fanatico carmine, deam Romanis viam belli & victoriam dare. Quint. *lib.11.* Frequens etiam capitis nutus non caret vitio: adeò caput iactare, & comas excutientem rotare fanaticum est. Iuuen. *sat.2.*

——— & crine senex fanaticus albo,
Sacrorum antistes.

Cic. *pro domo sua.* Quid tibi necesse fuit anili superstitione, homo fanatice, sacrificium, &c.

Fānĭs, Deus qui eunctibus præerat, vel deus anni: cuius imaginem quum Phœnices vellent exprimere, draconem finxerunt in orbem reductum, caudamque suam deuorantem, vt appareat mundum in se reuolui. Macrob.

Fār, farris, olim generale nomen fuit ad omnia genera frumenti: ita dictum à ferendo, quòd à terra proferatur: siue (vt Varr placet) à faciendo, quòd in pistrino fieret, id est, præpararetur & comminueretur. Hinc triticeum far, pro tritico veteres dixerunt, & hordeaceum far pro hordeo: & far adoreum pro certo frumenti genere, quod alio nomine *ador* appellabatur. Col. *lib.8. c.5.* Post hæc cauea cum matre claudendi sunt, & farre hordeaceo cum aqua incocto, vel adoreo farre vino resperso modicè alendi. Et *paulò post*, Vua labrusca de vepribus immatura lecta cum farre triticeo minuto cocta obiicitur esurientibus. ¶ Propriè autem farris nomine certum quoddam frumenti genus intelligamus, quod primum ab edendo *edor*, deinde literæ primæ immutatione *ador* appellatum fuit, quódque paulò ante etiam far adoreum dici indicauimus. { חטה *chittah*. GALL. *Toute sorte de blé, mais principalement froment*. ITAL. *Farro*. GERM. Dinckel/ römerkern. HISP. *Farro, ò escandia*. ANGL. *All maner of corne properly meale of wheate and barley.* } Plin. *lib.18. cap 8.* Vulgatissima frumenti genera, far quod adoreum veteres appellauère, siligo & triticum. Et *paulò post*, Qui zea vtuntur, non habent far. Et rursum, & omni genere durissimum far, & contra hyemes firmissimum: primus antiquo Latio cibus. Et iterum *lib. eodem cap.7.* Populum Romanum farre tantum è frumento ccc. annis vsum, Verrius tradidit. Far etiam pium dicitur quod adhiberatur in sacrificiis. Vide in dictione *Nefarium*. ¶ Farris quatuor genera, clusinum, vermiculum duplex, & trimestre, quod & alicastrum vocatur. Vide Colum. *lib.2. cap.6.* Far vernaculum. Idem *lib.11. cap.2.* Eodémque mense ante Calendas Februas serendæ segetes autumnales, sunc illæ seminis adorei sunt, (quod quidam far vernaculum vocant,) seu tritici. ¶ Far pro farina, & Farreus pro farinaceus. Serenus Sammonicus *de prurigine*,

Aut acido Baccho miscebis farra lupini.

Et *cap. de porrigine*,

Dispart interea glomerari farrea nubes.

Farraria pila, apud Cat. *de re rust.* pila ad pinsendum far, vt fabaria ad fabam facta.

Farreus, a, um, quicquid ex farre confectum est. { σιταρός, ὁ τοῦ ζειᾶς, ζεῖνος. GALL.

GALL. *De froment.* ITAL. *Di formento.* GERM. *Korn/ auß kernen oder dinckel gemacht.* HISP. *Cosa de farro ò escandia.* ANGL. *Meade of wheate or corne.*} vt, Panis farreus, Col. *lib.7.c.12.* Farreo, vel tritico pane faciandi sunt ¶ Farreus pro farinaceus, vide *Far.*

Farraceus, a, um, ζειαῖος. Idem quod farreus, vt farraceum pollem. Plin. *lib.24.cap.7.*

Farreum, i, genus libi ex farre factum. {τὸ σησαμῶν, τὸ ἐκ τῆς ζειᾶς. GALL. *Gasteau de froment.* ITAL. *Foccacia di formento.* GERM. *Ein kuchen auß kern gemacht.* HISP. *La hogaza ò torta de farro ò trigo.* ANGL. *A wheaten cake.*} Plin. *lib.18.c.3.* Nouæ nuptæ farreum præferebant. ¶ Farreum quoque veteres vocabant horreum à farre: sicut granarium à grano, & hordeum ab hordeo.

Farreatio, genus sacrificij erat quo sacerdotum nuptiæ confirmabantur. Nam (vt autor est Boëthius *in Topica Ciceronis*) tria erant genera vxorum: vnum quum vxor tantùm in lecti partem veniebat, quam matronam vocabant: alterum quum in manum mancipiúmque viri conueniebat, omniúmque eius fortunarum fiebat particeps, & marito suo intestato vt hæres succedebat, & maritus vicissim illi: cuiusmodi vxores matresfamiliâs vocabantur. Tertium quum adhibito libo farreo, certa sacrificij solennitate nuptiæ contrahebantur. Sed eiusmodi solennitate in contrahendis nuptiis soli sacerdotes vtebantur. Porrò matrimonium per farreationem contractum, nonnisi per diffarreationem poterat dissolui. Erat autem diffarreatio aliud sacrificij genus, quo nuptiæ per confarreationem contractæ, contrariæ ritu dissoluebantur.

Farrago, inis, quod ex multis satis, vt hordeo, vicia, & leguminibus fit, pabuli causa. {מספוא mispô בליל belil. χιλός, ἀχυρμοί. GALL. *Meslange, dragée pour les bestes.* ITAL. *Commistione de diuerse biada.* GERM. *Ein gemischt futer dem vichs/ auß kern/ haber/ wicken/* &c. HISP. *Herren de centeno y otras cosas.* ANGL. *A folder for beastes mingled an made of diuerse sortes of cornes.*} Varro, Inde quod far ferro cæsum, farrago dictum, aut quòd primùm in farracea segete seri cœptum sit. ¶ Diuersarum quoque rerum commistio farrago dici potest. Iuuen. *Satyr.19.*

Quicquid agunt homines, votum, timor, ira, voluptas,
Gaudia, discursus, nostri est farrago libelli.

Pers. autem *Sat.5.* Farraginem pro farre, vel frumento posuit.

Vappa & lippus & in tenui farragine mendax.

Farraginaria, pluraliter. Col. *11.c.2.* Nam & napinæ, itémque rapinæ, siccaneis locis per hos dies fiunt. Farraginaria quoque pecori futura per hyemem præsidio.

Farina, æ, Frumentum mola comminutum, & in puluerem redactum. {קמח kemach. ἄλευρον, ἄλφιτον. GALL. *Farine.* ITAL. *Farina.* GERM. *Mäl.* HISP. *Harina.* ANGL. *Meale.*} Quod nomen à farre deductum tradit Plin. *lib.18.c.9.* Nam (inquit) quæ sicca moluntur, plus farinæ reddunt: quæ salsa aqua sparsa, candidiorem medullam: verùm plus retinent in furfure. Farinam à farre dictam, ex nomine ipso apparet. Hæc ille. Scribitur tamen vnico r, quamuis far in obliquis, r geminet. Corripit enim primam syllabam Martial. *lib.13.*

Pascitur & dulci facilis gallina farina.

Ouid. *de Med. faciei.*

Nam quæ puluerea fuerint confusa farina.

Pers. *Satyr.3.*

——— cribro decussa farina.

¶ Quid ad farinas? τί πρὸς τὰ ἄλφιτα, id est, quid attinet ad parandas facultates? Concupiuit assam farinam, ἐπεθύμησεν ὀπτῶν ἀλεύρων. In eum dicebatur, qui domesticam tenuitatem pertæsus, apud alios lautiorem victum quæsisset. Theocritus *in Cyniscis.* farinam assam, nouam & lautiorem victus rationem vocat, propterea quòd priscos illos pulte duntaxat victitasse legimus, videlicet clibano coquendi panis vsu nondum reperto. Mart. *epigr.16. lib.18.* Et panem facis, & facis farinam: ambiguè. Et Persius *Satyr.5.*

——— Nostra paulò antè farina.

¶ Exigit è statuis farinas, αἰτεῖ γε, καὶ τοὺς ἀνδριάντας ἄλφιτα. In eum dicebatur qui nullius misertus, vndecunque quod potest auellit, vel ab ipsis mortuorum statuis. ¶ Nostræ farinæ dicuntur inter quos est indiscreta similitudo, Persius *in 5. Satyr.* ¶ Ne verba pro farina, μὴ λόγοι ἀντὶ ἀλφίτων, id est, ne verba pro farinis. Aduersus eos iaciebatur, qui beneficium verbis, non re dabant. Qui ferè magnatum mos est, vti suos splendidis promissis alant.

[Farinula, exigua farina. Cath.]

Farinaceus, a, um, quod factum est ex farina. {ἀλεύρινος. GALL. *De farine.* ITAL. *Di farina.* GERM. *Auß mäl gemacht.* HISP. *Cosa de materia de harina.* ANGL. *Of meale.*}

Farinarium, locus vbi seruatur farina. {ἀλευρών. GALL. *Lieu pour garder la farine.* ITAL. *Luogo de tener farina.* GERM. *Ein mälkasten oder da man das mäl behalt.* HISP. *Lugar donde se guarda la harina.* ANGL. *A place wherein meale may be keept, a boulting house.*}

Farinarius, a, um, quod ad farinam pertinet. {ὁ τῶν ἀλεύρων, ἀλευρικὸς, ὁ τῶν ἀλφίτων. GALL. *Seruant à farine.* ITAL. *Che serue à farina.* GERM. *Das zu dem mäl gehört.* HISP. *Cosa perteneciente à harina.* ANGL. *That belongeth to meale.*} Plin. *lib.18.* Farinario cribro succernunt.

[Farinulentus, farinæ plenus. Apul.]

Faran, {פארן parán. Φαράν.} Oppidum trans Arabiam, Sarracenis iunctum, qui in solitudine vagi errant. Pharan (inquit Steph.) oppidum est inter Ægyptum & Arabiam: à quo fit gentile Pharanites, Φαρανίτης, & possessiuum Pharaniticus, Φαρανιτικός.

Farcio, is, farsi, fartum, à far. q. farre impleo. Sagino, pinguefacio, saturo. {הבריא hibriá מלא bitri מלא mille. συμπλήσσω, πιλόω. GALL. *Farcir, remplir.* ITAL. *Ingrassare, impire.* GERM. *Füllen/ mesten.* HISP. *Embutir ò recalcar.* ANGL. *To fill, to stuff, to fatt, or cramme.*} Col. *lib.8.c.7.* Hæc enim ferè communis est cura farcientium: nam illi qui volunt non solùm opimas, sed etiam teneras aues facere, mulsas recente aqua prædicti generis farinam conspergunt & ita farciunt. ¶ Significat & quouis modo implere, idque per metaphoram. Plin. *in Epist.* Præterea architectus sanè æmulus eius, à quo opus inchoatum est, affirmat parietes (quanquam viginti & duos pedes latos) imposita onera sustinere non posse: quia sint cæmento medij farti, nec testaceo opere præcincti. ¶ Farcire alicui centones. Plaut. *Epid.* hic non est locus. Quin tu alium quæras cui centones farcias, id est, quem tu gloriosis mendaciis, & confarcinatis fabulamentis expleas. Farcire pannum in os, pro inserere. Senec. *3 de ira.* Dum spongiæ non reperientur, scindi vestimenta miserorum, & in os farcire imperauit. ¶ Huius verbi composita sunt Confercio, Effercio, Infercio, Offercio, Refercio. quorum significata vide suis locis.

[Farsum, pro fartum, antiquis: vt Farsura, pro fartura.]

Fartus, seu Farctus, participium. {מלא malé. ἐμφορηθεὶς, πιλωθεὶς, σεσαγμένος. GALL. *Farci, rempli.* ITAL. *Guarnito, piempito.* GERM. *Gefült/ voll gestopft.* HISP. *Embutido ò recalcado.* ANGL. *Stuffed, crammed.*} Cic. *7. Verr.* Lectica octophoro ferebatur, in qua puluinus erat pellucidus, Melitensi rosa farctus. Martial *lib.5.*

Hic farta premitur angulo Ceres omni.

Plin. *lib.19.c.5.* Fartus ventriculus coriandro.

Farcimen, inis, Intestinum variè ac minutim concisa carne refertum. {ἀλλᾶς. GALL. *Saucisse, andouille, ou boudin.* ITAL. *Salcitcia, lucanica.* GERM. *Ein wurst.* HISP. *Longaniza, salcicia, ò relleno.* ANGL. *A sausige, a pudding.*} Varr. *lib.6. de ling. Lat.* Ab eadem fartura farcimina extis appellata.

[Farctum, ficorum pulpa. Rh.

Farcturæ, materia lapidea, vel cæmentitia farciens.]

Fartores, qui farcimina faciunt ex insecta carne & adipe & huiusmodi. {ἀλλαντοποιοί. GALL. *Pastissiers, faiseurs de saucisses.* ITAL. *Salcitcciarï, chi fanno salcicie.* GERM. *Wurstmacher.* HISP. *Los que hazen salcicias.* ANGL. *Pudding makers, crammers of geese or capons.*} Aut certè aues macras ab aucupibus emptas, lucri gratia farciunt, hoc est, saginant. σιτευταί. Terent. *in Eunuch.* Cupidinarij omnes, cetarij, lanij, coqui, fartores, aucupes. Col. *lib.8.c.7.* Pinguem quoque facere gallinam, quamuis fartoris, non rustici sit officium. ¶ Hoc etiam vocabulo, autore Festo, appellati sunt nomenclatores, quòd obuiorum nomina candidatis in aurem infarcirent.

Fartilis, e, Fartus. {בריא bari. σιτιστός. GALL. *Engraissé, farci.* ITAL. *Ingrassato.* GERM. *Gemest.* HISP. *Embutido, relleno, recalcado.* ANGL. *Made fatt, francked or crammed.*} Plin. *lib.10.c.22.* de anseribus & eorum iecore loquens, Nostri sapientiores, qui eos iecoris bonitate nouêre, fartilibus in magnam amplitudinem crescit. Vbi fartiles anseres vocat fartos & saginatos.

Fartum, i, genus libi, à farciendo dictum: quòd multis variis rebus farciretur. Pers. *Sat.2.*

Attamen hic extis & opimo vincere farto
Contendit.

Veteres enim, (vt Cato *de re rust.* scribit) struem farris, tritici, hordei, fabæ, seminis rapacij, turè ac vino additis, ante messem parabant in porcæ præcidaneæ immolatione, Ianóque & Ioui ac Iunoni sacrificabant: quæ diuersarum rerum congeries fartum appellabatur. Scribitur etiam fertum, & Cornutus dici putat à ferendo: quod genus hoc libi diis inferretur à Pontificibus: quanquam nonnulli (vt inquit idem) vas putant esse quod ornatum certis speciebus & refertum sacris diis inferretur. ¶ Est & fartum quo quid farcitur, vel fartum est. {τὸ ἐμφόρημα, τὸ πίλημα, τὸ ἔνθημα. ANGL. *Suffe wherewith any thing is stuffed.*} Columell. *lib.3.* Semper proderit, simul ac folia agere cœperit ficus, rubricam amurca diluere, & cum stercore humano ad radicem infundere: ea res efficit vberiorem fructum & fartum fici speciosius & plenius. Plaut. *Amphitr.* Quid iubes illam pro Cerrita circumferri? A. Quid facto opus est. Idem *Milit. sc.1.a.1.* Quæ (machæra) gestit fartum facere ex hostibus. ¶ Fartum vestis pro ipso corpore posuit. Idem *Mil. sc.3.a.1.* Non vestem amatores mulieris amant, sed vestis fartum. i. corpus quod vestem farcit impletque, h. e. mulierem ipsam.

[Farticula, parua farta, seu farcimina. Turn.]

Fartura, æ, dicitur actus modúsve faciendi altilia. {ἐμφόρησις, ἔνθημα, σίτευσις. GALL. *Engraissement.* ITAL. *Ingrassamento di bestie.* GERM. *Füllung mestung.* HISP. *A puella obra de embutir, relleno.* ANGL. *A cramming or making fatt.*} Col. *lib.9.* Sed si fastidiet cibum, totidem diebus minuere oportebit, quot iam farturæ præcesserunt.

Fartim, aduerbium, penè idem quod aceruatim, accumulatim. {כמרים כמרים chomarim ch. marim. σωρηδὸν. GALL. *A monceaux.* ITAL. *A mucchi, à montoni.* GERM. *Hauffechtig/ schochtig.* HISP. *A montones.* ANGL. *By heapes.*} Apul. Parabat fiscum fartim concisum. Fariolus, i. GALL. *Un Deuin.* Terent. Scaurus *de Orthograph.* Fariolus pro hariolo apud veteres, vt fordeum, & fœdus, pro hordeo & hædo.

[Farfara, tussilago, herba. Iun.]

Farfarus, siue Farfar, Syriæ fluuius, qui ex radicibus Libani montis emittitur, & per Antiochiam fluens Syriaco miscetur mari. Farfarus etiam dictus est fluuius per Sabinos fluens, de quo Ouid.

——— & amœna Farfarus vnda.

Alio nomine dicitur Fabaris. Virg. *lib.7.*

Qui Tybrim Fabarimque bibunt.

¶ Farfarum vocat Plaut. *in Pœnulo* arborem populum, Prosternebam, inquit, eos vt folia farfari, quæ leui pulsu venti alicuius, Autumno vniuersa aliquando cadunt.

Farfenum, Virgulti genus est, inquit Festus.

Farfugium, ij, herba est nymphææ non absimilis, circa fluuios nascens, populi folio, sed ampliore, [illegible], alio nomine farranum dicitur, Vide Plin. *lib.4.cap.15.*

[Fario, piscis est in Ausonij Mosella. Trutta aliter dicitur. Scribit:

Qui nec dum salmo, nec iam salar, ambiguusque
Amborum, medio fario intercepte sub æuo.

Farior. Cuius legis meminit Gellius *lib.15.13.* Eam Iacobus Rævardus *lib. sing. ad ll. XII. tabularum cap.10.* sic legit: Qui se sierit testarier, libripensve fuerit, in testimonium fariatur, improbus intestabilisve esto. Sic autem explicat: Qui se vocari in testem passus est libripensve fuit: si de perhibito testimonio rogatus, illud fari, eiusque approbare fidem non voluerit, improbus intestabilisque esto.

Farlegani.

Farlegani. In antiquis Frisiorum legibus est titulus *De Farleganis*. Cl. Siccama legendum putat, *De Horleganis*, tanquam sit, hoerleggera id est, de concubinis, seu cubantibus cum scortis.

Faria, verba multa. Isid. Gloss. A.L.

Farnus, arbor è genere quercuum.]

FARI, vel fare, fatur, fatus. A Fero deductum est: quod inter alia significata significat loqui. {דבר *dibbér*. φάναι. GALL. *Parler*. ITAL. *Parlare*. GERM. Reden. HISP. *Hablar*. ANGL. *To speak*.} Quanquam fari, teste Varrone, minus sit, quàm loqui. Pueri enim quum primùm vocem edere incipiunt, quæ intelligi potest, fari dicuntur. Plin. *lib.* 11. *cap.* 1. Qui celeriùs fari cœpêre, tardiùs ingredi incipiunt. Loqui autem nemo dicitur, nisi qui seruato quodam verborum ordine perfectè quæ sentit efferre potest. Vnde pueri qui nondum fari didicerunt, infantes dicuntur. Hæc tamen Varronis differentia non obseruatur. Virg. *lib.* 6.

Sic fatur lacrymans, classique immittit habenas.

Legitur & in significatione passiua. Suetonius, Prætorum fasti dies sunt quibus ius fatur, id est, dicitur, sicut nefasti, quibus non dicitur, λέγεται. Huius verbi prima persona deberet esse for, vt inquit Prisc. quæ tamen non est in vsu. [¶ Faris item pro farris. inscr. antiq.] ¶ Eius composita sunt Effari, eloqui, Affari, alloqui, προσειπεῖν. Cicer. *in Cat.* Licet mihi iisdem versibus affari te, ô Attice, quibus affatur Flaminium ille vir. Præfari antè fari. προλέγειν. Colum. *in Præfatione*, Quos ordine suo tunc demum persequar quum præfatus fuero, quæ reor ad vniuersam disciplinam maximè pertinere. Profari idem quod effari. Virg. 1. *Æneid.*

Tum breuiter Dido vultum demissa profatur.

Fandi Gerundium Gell. c. 3. *lib.* 16. Homo fandi dulcissimus.

Fando, gerundium. Plaut. *Amphitr.* —quæ neque fieri possunt, neque fando vnquam accepit quisquam, profers Carnifex. Cicer. *pro Quintio*, Non denique vlla vnquam intercessit postulatio, omitto æqua, verùm ante hoc tempus ne fando quidem audita. Sæpè occurrit apud Liuium.

Fans, participium. {דבר *dobér* מדבר *medhabbér*. φὰς, λέγων. GALL. *Parlant, qui dit*. ITAL. *Parlante*. GERM. Redend. HISP. *El que habla*. ANGL. *That speaketh.*} Propert. *lib.* 3. *Eleg.* 7.

Subtrahit hac fantem torta vertigine fluctus.

Fatus, particip. εἰπών, φάμενος. Virg. 6. *Æneid.*

—*Sic fatus: deinde comantem*
Androgei galeam, clypeique insigne decorum
Induitur.

Fandus, a, um, quamuis ratione originis videatur significare quod fatu dignum est: ferè semper tamen accipitur pro eo quod iustum, æquum, rectúmque est. {ῥητὸς, φατὸς, φατὸς, ῥηθεὶς. GALL. *Qu'on doit, ou qu'on peut dire*. ITAL. *Cosa degna di dire se ne parli*. GERM. Das wirdig oder billich ist da von man rede. HISP. *Cosa de hablar*. ANGL. *VVeich may or ough to speake, lawfull, meate.*} Quemadmodum è contrario infandum, & nefandum dicimus, quod iniustum est, & minimè rectum. Liuius,

Ita respersa fando, nefandóque sanguine ara.

Cic. 1. *de Diuin.* ex vetusto Poeta. Neque me Apollo fatis fandis inuitam ciet. Virg. 1. *Æneid.*

At sperate deos memores fandi, atque nefandi.

hoc est, iusti atque iniusti, interprete Seruio. Vide *Fandi, & fando*, paulò antè.

[Farnus, arbor è genere quercuum.]

Farrago, Farreatio, Farreum, Farina, Farinaceus, Farinarius, vide *Far*.

Fartilis, Fartim, Fartores, Fartum, Fartura, vide *Farcio*.

FAS, nomen est defectiuum, tres tantùm casus habens, eósque in singulari numero, nominatiuum videlicet, accusatiuum & vocatiuum. Est autem Fas, idem quod ius, quod pium, & fando dignum: & putant referri ad deos, quemadmodum iustum ad homines. {θέμις, ὅσιον. GALL. *Ce qui est loisible, licite & permis*. ITAL. *Ciò che è giusto, lecito & honesto*. GERM. Göttlich, billich vnnd recht. HISP. *Lo que es licito por religion*. ANGL. *Lawful, standing with te lawe.*}

Fas prohibet quemquam Latio de sanguine natum
Vincla pati,

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Si fas est homini cum Ioue posse loqui,

ibid. *Eleg.* 3. *lib.* 5. ¶ Pro potest, idem *Eleg.* 5. *lib.* 3. *Trist.*

—*Sine hoc contingere fas est.*

Idem *Eleg.* 3. *lib.* 5. *Trist.*

Fas etiam fieri solitis ætate priorum
Nomina, &c. (i. fieri potest, vt, &c.)

Idem *Eleg.* 2. *lib.* 1. *Trist.*

—*Nec fásve, piúmve puto.* (i. iustum, honestum.)
Nec vos mihi fallere fas est, ô Manes. (i. pium.)

Virg. 1. *Georg.*

Fas & iura sinunt, id est, diuina & humana iura permittunt.

& *paulò post*;

Quippe vbi fas versum, atque nefas, tot bella per orbem,
Tam multæ scelerum facies.

¶ Fas est, id est, licitum, siue pium. Plaut. *in Asin. sc.* 1. *a.* 3. Neque pol te accuso, neque id me facere fas, id est, pium, existimo. Cicer. *pro Mil.* Clodium nihil delectat quod aut per naturam fas sit, aut per leges liceat. Tacit. *lib.* 14. Ex hominum fibris consulere deos fas habebam. Quint. *lib.* 3. c. 8. In iudiciis enim vulgò fas habetur, indulgere aliquid studio suo. Huius contrarium est Nefas, quod est impium & execrabile. ἀθέμιτον.

Fasceatim, Quintilian.

Fascelis, idis, dicta est Diana, à fasce lignorum, in quo absconditum eius simulachrum Orestes & Iphigenia ex Taurica regione Ariciam attulerunt.

FASCIA, æ, à φάσκια, genus linteoli quo pueri, vel aliud quid ligari solet. {חתלה *chathulláh* חתול *chittúl*. ἐπίδεσμος, σπάργανον. GALL. *Vne bande, ou autre piece de linge, comme pour emmailloter les petits enfans, ou vn gorgias ou bauette, ou vn brayer, ou des guestres*. ITAL. *Fascia*. GERM. Ein wiegenband/ winden. HISP. *Faxa*. ANGL. *A bande lyk vnto that where with litle babes arbound in thair swaddling clothes.*} Cic. 2. *de Diuin.* Defert ad coniectorem quidam somniasse se ouum pendere ex fascia lecti sui cubicularis. ¶ Et propriè, pro tegumento crurum pedúmque fasciæ poni consueuerunt: ideoque crurules, pedulésque dicuntur. Vlpianus, Fasciæ crurules, pedulesque vestis loco sunt, quia partem corporis vestiunt. Scribit Plin. *lib.* 8. Mures portendisse exitium Carboni Imperatori, arrosis fasciis quibus in calceatu vtebatur. Columell. *lib.* 7. Rectè genibus applicantur ac fasciis circundantur. ¶ Fascia pectoralis, qua mulieres mammas tegunt. Martialis *lib.* 14. ¶ Item fasciæ dicuntur sectiones quædam orbis, quæ ab Astrologis zonæ, siue plagæ appellantur. Idem, Orbis terræ in quinque zonas, siue meliùs fascias discernitur. ¶ Est quoque fascia insigne regum. Senec. *epist.* 81. & Sueton. *in Cæs. cap.* 79. Cùm quidam, inquit, è turba statuæ eius (Cæsaris) coronam lauream candida fascia præligatam imposuisset. Et *paulò infrà*, Ex eo infamiam affectati regni discutere voluit, &c. Item *in Calig. cap.* 17. Viris, pueris, ac fœminis fascias purpuræ ac conchylii distribuit. ¶ Item Quintilian. Fasciæ sunt quibus crura vestiuntur ægrorum. Item Sueton. *cap.* 21. Fascia carnem quæ excreuit, substringere. ¶ Ponitur pro nube, in modum fasciæ cælum percurrente. Iuuen. *Sat.* 14.

Nil color hic cæli, nil fascia nigra minatur.

Fasciola, diminut. Parua fascia. {ταινίδιον. GALL. *Bandelette, petit gorgias, drappeau*. ITAL. *Picciola fascia*. GERM. Ein bindle HISP. *Pequeña faxa*. ANGL. *A litle bande, a garter.*} Cic. *de Arusp. resp.* P. Clodius à crocota, à mitra, à muliebribus soleis, purpureísque fasciolis, à strophio, à psalterio, à flagitio, à stupro est factus repentè popularis. Horatius *lib.* 2. *Serm. satyr.* 3.

—*penas insignia morbi,*
Fasciolas, cubital, focalia.

Fascio, as, are, est fascia ligare. {חתל *hechthil* חבש *chabasch*. σπαργανόω. GALL. *Bander, emmailloter, lier des bandes, enuelopper*. ITAL. *Fasciare, bendare*. GERM. Binden, einbinden. HISP. *Faxar ò embeluer al cuerpo la faxa*. ANGL. *The knitt or binde with a bande, to swalde.*} Spartianus *de Antonino Pio*, Sed quum esset longus & senex, incuruatúsque tiliaciis tabulis in pectore positis fasciabatur, vt rectiùs incederet. Mart. *lib.* 11.

Nec fasciato naufragus loquax trunco.

Fasciculus, vide *Fascis*.

FASCINVM, Quoddam incantationis genus, quo homines ita ligantur, vt liberi non sint, nec mentis compotes, sæpéque ad extremam maciem deueniant. Vnde dictum docet Gellius c. 12. *lib.* 16. כשף *chasschéph*. βασκανία, γοητεία. GALL. *Sorcelerie, enchanterie, enchantement*. ITAL. *Malia, incantamento*. GERM. Verzauberung. HISP. *Ojo, encantacion, ojadura, hechizo*. ANGL. *An inchantement, bewitching.*} Horat. pro virili membro posuit *in Epod. Ode* 8.

Illiterati num minus nerui rigent,
Minúsve languet fascinum?

Fascino, as, Fascino noceo. Vnde dicatur vide apud Gell. c. 12. *lib.* 16. {כשף *chischschéph*. βασκαίνω. GALL. *Ensorceler, enchanter*. ITAL. *Amaliare, strigare*. GERM. Verzauberen. HISP. *Aojar con mal ojo*. ANGL. *To bewitch, to forespeak.*} Virg. 3. *Eclog.*

Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos.

Lingua mala fascinare aliquid, Catull. *ad Lesb.* Fit autem à verbo Græco βασκαίνω, quod significat inuideo, indignor, irascor, accuso. Huius compositum est Effascino.

Fascinans, tis, particip. {מכשף *mechaschchéph*. βασκαίνων. GALL. *Ensorceleur, sorcier*. ITAL. *Strigante, ammaliante*. GERM. Verzaubern. HISP. *El que aoja, ò hechizante*. ANGL. *One that bewitcheth or forespeaketh.*} Plin. *lib.* 13. *cap.* 4. Dente contra fascinantes religione politum.

Fascinatio, nis. {כשף *chaschaph*. βασκανία, γοητεία. GALL. *Ensorcellement, sorcelerie*. ITAL. *Lo strigare & ammaliare, ammaliamento*. GERM. Verzauberung. HISP. *Aquella obra de aojar con mal ojo, aojadura, hechizo*. ANGL. *A bewitching, a forespeaking.*} Plin. *lib.* 28. c. 2. Cur & fascinationibus adoratione peculiari occurrimus? Idem *lib.* 19. c. 4. Hortósque & fores tantùm contra inuidentium fascinationes dicari videmus. Gell. *cap.* 4. *lib.* 9. Fascinationes fieri oculis.

Fascinus, i, Dei nomen apud veteres. Plin. *lib.* 28. *cap.* 4. Religione muratur & fascinus, imperatorum quoque non solùm infantium custos, qui deus inter sacra Romana à Vestalibus colitur, & currus triumphantium sub his pendens defendit medicus inuidiæ, iubétque eosdem recipere.

FASCIS, is, masculini generis, Lignorum aliarúmve rerum colligatarum congeries. {אגדה *aguddáh*. δέσμη. GALL. *Vn faisseau de quelque chose que ce soit, vn paquet, fardeau ou botte*. ITAL. *Fascio, fardello*. GERM. Ein büschel von holtz oder ein ander ding. HISP. *Haz, embolstorio, ò carga como de leña*. ANGL. *A fagot, a shaffe of arrowes.*} Vnde fascem coculorum vocare possumus id quod Parisienses vocant, *Bourrée*. Nam cocula (vt Festus ait) sunt ligna minuta quibus facilè coquuntur obsonia. Cæsar 8. *bell. Gall.* Fasces stramentorum, ac virgultorum. Sic fasces calamorum, apud Martialem *lib.* 14. ¶ Per translationem quandoque ponitur pro onere. ἄχθος. Nam fasces lignorum, seu aliarum rerum, graues sunt portantibus. Virg. *in Bucol.*

—*ego hoc te fasce leuabo.*

Item 3. *Georg.*

—*non secus, ac patriis acer Romanus in armis*
Iniusto sub fasce viam dum carpit.

¶ Vno fasce complecti, legitur apud Plinium *in Epist.* pro eadem opera & coniunctim agere, non separatim. Id Græcè dicunt συλλήβδην, id est, comprehensim. ¶ Erant præterea fasces, apud Romanos magistratuum insignia, quæ illis à lictoribus præferebantur: Consulibus quidem duodeni, Proconsulibus autem & Prætoribus seni. {ῥάβδοι σὺν τοῖς πελέκεσι τῶν ὑπάτων. GALL. *Petits trousseaux de verges à l'entour des haches d'armes, qu'au temps passé on portoit deuant les magistrats*. ITAL. *Insigne portato anticamente auanti y magistrati Romani*. GERM.

Buschel

Büschel ruten umb ein axt gebunden/so man vor zeitten zu Rom den Burgermeistern vorgetragen hat. Hisp. *Las insignias del consul Romano.* Angl. *Signes or tokens of honours borne in olde tymes before the magistrats of Rome.*} Fiebant autem ex betula arbore in eum vsum ex Gallia in Italiam translata. Figura fascium erat huiusmodi, Detractis ex betula arbore virgis,ita includebatur securis,vt acies ferri in summitate emineret,reliqua pars circunducto loro tegeretur. Quod eo consilio à maioribus fuit excogitatum,(vt docet Plutarchus *in Problematibus*) vt ostenderent magistratuum iram in sumendo supplicio non debere esse præcipitem, eósque fasces habere,sed tamen ligatos: quique sine iusta causa non debeant dissolui. Præterea si subitò in aliquem magistratus excanduisset,vt ea mora,dum virgæ,aut securis expedirentur,furor ille aliqua in parte subsideret. Duo autem videbant esse facinorosorum genera,quorum alterum sperabatur posse emendari,alterum planè erat deploratum. Qui igitur corrigi poterant, virgis castigabantur:maliria vero deplorata securi amputabatur.¶ Quoniam vero fasces erant magistratuum insignia, factum est, vt pro ipsis etiam magistratibus ponantur. Virg.*lib.2.Georg.*

Non illum populi fasces,non purpura regum
Flexit.

Hinc Summittere fasces, est autoritatem vímque imperij, maiori atque augustiori imperio submittere. ὑφεῖναι τὰς ῥάβδους τῷ ἀξιώματι τῆς τιμῆς. Sic Publicola,autore Plutarch.*in Valer.*& Liu.*lib.2.ab Vrb.* Cum populo Romano acturus,eius maiestati fasces submisit, hoc est,lictores,cæteráque magistratus insignia à se recedere iussit,vt veluti priuatus populi iudicium subiret. Vocato,inquit,ad concilium populo,summissis fascibus in concionem ascendit. Ad hunc etiam modum intelligendum est illud Plin. *lib.7.cap.30.* Cneus Pompeius confecto Mithridatico bello, intraturus Possidonij sapientiæ professione clari domum,fores percuti de more à lictore vetuit: & fasces lictorios ianuæ submisit is,cui se Oriens,Occidénsque submiserat,hoc est,lictores suos ad ianuam subsistere iussit, vt veluti priuatus familiariter cum Possidonio colloqueretur.

Fascĭŏlus,& Făscĭcŭlus,i,diminutiuum,Paruus fascis. {[illegible] *agudda*. δέσμη. Gall. *Vn petit fasseau ou fardeau, paquet.* Ital. *Picciolo fascio, fardello.* Germ. Ein burdelen/ büschelein. Hisp. *Pequeño haz, emboltorio.* Angl. *A litle faqot,or fardell.*} vt,Fasciculus literarum, Cic. *ad Quintum fratr.lib.2.* Idem *ad Tironem,*Quod fasciculus alter ad me iam sine tuis literis perlatus est.¶ Accipitur & pro olfactoriolo. ἀνθοδέσμιον. Cic. *lib.3. Tuscul.* Fasciculum ad nares admouebis,incendes odores,& sertis redimiri iubebis,& rosa.

Fāscĕātim, Quint. *lib.1.c.4.* Adiiciebant & asseuerationem,vt heu:& attractionem,vt fasceatim:quæ mihi non approbantur.

Fāsēlŭs, Vide *Phaselus.*

Fāsĕŏlus,i. {φασήολος. Gall. *Des faseoles, vne espece de pois.* Ital. *Fagiuolo.*Germ. Ein hülsen frucht/ Fäselen. Hisp. *Fasoles legumbre.* Angl. *A king of pulse.*} Genus leguminis siliquam ferens longiorem quàm fœnogræcum, quæ vnà cum semine manditur viridis ex oleo & garo. Colum. *lib.2.c.15.* Faseoli modij quatuor obruuntur totidem operis. ¶ Legitur & Faselus,i,per tres syllabas.Virg.*1.Georg.*

Si verò viciámque feres, viléınque faselum.

Galen. *lib.de aliment.facult.* faseolos distinguit à faselis: vúltque faseolum plantam hortensem esse eandem cum smilace, cuius fructus lobi dicuntur, & dolichi Theophrasto: Faselum autem eundem esse cum cicercula,aut certè eius speciem,quæ etiam hodie *Fasillorum* nomen apud vulgus retinet.

Fāsti dies. Dicti sunt quibus Prætoribus licebat tria verba fari, do, dico, abdico. {αἱ ἐνθέσμοι, ἐκδήμοι ἡμέραι. Gall. *Iours plaidoyables.* Ital. *Gironi da litigare & lauorare.* Germ. Gerichtstag an denen man gericht halten darff. Hisp. *Dias en los quales se puede pleytear.* Angl. *Dayes of assise,or pleadible dayes in the which iudges did sitte.*} & Nefasti, quibus non licebat fari. Ouid. *lib.1.Fast.*

Ille nefastus erit, per quem tria verba silentur.
Fastus erit per quem lege licebit agi.

¶ Fasti etiam libri,omnium dierum totius anni rationem,& numerum continentes. {ἐφημερίς, ἡμερολόγιον. Gall. *Calendrier, par lequel on pouuoit cognoistre les iours festez, plaidoyables & non plaidoyables.* Ital. *Calendario da cognoscer i giorni festiui da gli altri,& quando si litiga ò no.* Germ. Kalender oder bücher auß welchen man die feyrtag oder andere gebottene oder verbottene tag erlerne. Hisp. *Libro de los annales,el calendario para conocer las fiestas.* Angl. *An almanak to knowe holy or pleadible dayes.*} Pro eodem etiam legimus Fastus, huius Fastus, per quartam declinationem. Lucan. *lib.10.*

Nec meus Eudoxi vincetur Fastibus annus.

Et,vt autor est Priscianus,eadem forma dicitur fastus,vel fasti,qua senatus,vel senati,ornatus,vel ornati,apparatus,vel apparati. Ante tempora Appij Cæci,Romani fastos non habebant,paucique sciebant,posset lege agi,necne,donec Cn. Flauius Appij scriba,compilatis patroni scriniis,fastos populo publicè legendos proposuit: quod adeò gratum popul. Romano extitit,vt illum primùm Tribunum plebis,deinde etiam Ædilem curulem designarint. Senec.*c.14.de consol.ad Polyb.* Ad fastos & annales te perducam publicos. Et Suet.*in Tib.c.5.* In fastos actaque publica relatum.

Fastidio, Fastidium, vide *Fastus,* pro superbia.

Fāstīgĭum,ij,à fastus:vt à lis litigium. Altitudo,& summitas operis,quæ latitudine surgere incipiens, paulatim tollitur in acumen. {[illegible] *rosch.* ἀκρότης. Gall. *Le coupet ou sommet,le comble ou cime.* Ital. *Fastigio,sommità,acutezza.* Germ. Ein spitzgipfel oder gibelein fürst. Hisp. *Cumbre ò altura de alguna cosa.* Angl. *The ridge of an house,the toppe or hight of a thing.*} Hinc illam formam & quacunque re fastigium dixere, ἀέτωμα. Virg.*lib.2. Æneid.*

——— & fastigia suspicit vrbis.

Cæsar *7.bell.Gall.* Mediocri interiecto spatio,pari altitudinis fastigio. Plin. *in Paneg.* Excessurósque templorum fastigium titulos.¶ Quandoque est quod vulgus *Statum* vocat: vnde apud Liuium,Ciues eiusdem fastigij,hoc est,eiusdem status,sortis, conditionis,aut dignitatis: ἀνθρώπων. Curtius,humanum fastigium excederis,id est,humanæ conditionis modum.μείζονας, ἢ κατ᾽ ἄνθρωπον γενέσθαι. Hinc attollere fastigium,id est,augere nomen,existimationémque. Suet. *in Calig.c.22.* Fastigium principum & regum.Et *in Cæs.c.76.* ampliores humano fastigio.Item Cæs.*lib.2.de bell.ciu.* Fastigio leuiore,& molliore fastigio. Et Senec.*c.4.de const.ad Mart.* In fastigio collocatis. (i.principibus.)& Velleius,Principale fastigium. (de Metello.) Idem,In quod fastigium emeruissent partes Pompeianæ. Quintilian. In fastigio eloquentiæ stetit Cicero. Idem, Quantum fastigium accepit eloquentia à Demosthene,& Cicerone.¶ Vsurpauit pro profunditate,siue altitudine.Virg. *lib.2.Georg.*

Forsitan & scrobibus quæ sint fastigia, quæras.

¶ Per translationem etiam pro cuiuslibet rei fine & extrema manu quæ operi imponitur. Cic. *lib.3.Offic.* Sed quoniam operi inchoato, propè tamen absoluto,tanquam fastigium imponimus. Facta est metaphora à ratione ædificiorum quibus acuminatum illud tectum quod propriè fastigium vocatur,vltimo loco imponitur. ¶ Fastigia Diomedi Grammat. *lib.2.* sunt accentus, qui capitibus literarum apponuntur. Accentus,inquit,quidam fastigia vocauerunt,quòd capitibus literarum apponerentur. Fastigium, idem quod genus *de re rustic. lib.1. cap.6.* Igitur quum tria genera sint à specie simplicia agrorum, campestre,collinum,& montanum:est ex iis tribus quartum, vt in eo fundo in quo hæc duo,vel tria sunt, vt multis locis licet videri. E quibus tribus fastigiis simplicibus,sine dubio tamen alia cultura aptior quàm summis,quod hæc candidiora,quàm summa: sic collinis, quòd ea tepidiora,quàm infima,aut summa. *Paulò post,* Propter hæc tria fastigia formæ, discrimina quædam fiunt sationum. *Ibid. ad ad finem capitis,* Hæc atque huiusce modi tria fastigia agri ad colendum dispariter habent momentum.

Fāstīgĭo, as. Acumino, & quasi in fastigium erigo. {ὀξύνω. Gall. *Faire en pointe,aiguiser par le haut.* Ital. *Aguzzare,tirare in punta.* Germ. Spitzen/in die höhe wie ein gibel auffrichten. Hisp. *Enhestar ò encumbrar ò empinar.* Angl. *To mak a thing sharpe to wardes the toppe.*} Plinius *lib.18.c.7.* Frumenta hyeme in herba sunt, verno tempore fastigiantur in stipulam, quæ sunt hyberni temporis. Sic dicimus fastigiatum in metam,quòd summa sui parte acutius quàm ima, metæ habet similitudinem:& fastigiatum in mucronem, quod summa sui parte cuspidata mucronem refert. Vsus est & Cæsar *lib.2. de bell.ciuil.* Liu.*7. bell. Maced.* Ipse collis est in modum metæ in acutum cacumen fundo satis lato fastigiatus.

Fāstīgo,as, Silius *lib.5.*

——— mediámque per aluum
Sensum fastigans, compressa cacumina nectit.

Fāstīgātĭo,verbale. {ἀποξύσματα. Gall. *Aiguisement & amenuisement en pointe.* Ital. *Sommita, agguzzamento.* Germ. Spitz. Hisp. *Aquella obra de encumbrar ò empinar, encumbramiento.* Angl. *A making sharpe in the toppe.*} Plin. *lib.17.c.14.* Calami exacutio medullam ne nudet: tenui tamen fistula detegat, vt fastigatio læui descendat cuneo, tribus non amplius digitis.

Fāstŭs,us,masc.gen.à φάσκω,φασὶς. Superbia,& elatio quædam cum iactantia verborum. {[illegible] *gaauah* [illegible] *geüth* [illegible] *zadhón.* τῦφος. Gall. *Arrogance, vantaincete, orgueil.* Ital. *L'arroganza, l'orgoglio, la propria presuntione.* Germ. Pracht/hochfart/hochmut. Hisp. *Fasto,soberuia, altiuez.* Angl. *Pryde,loftinesse,hawtinesse.*} Plin. *lib.11.c.37.* Hæc maximè indicant fastus. Idem *lib.9.c.35.* Superbo simul ac procaci fastu, vt regina meretrix. Ouid.*1. Fast.*

Fastus inest pulchris.

Fāstōsŭs,a,um, qui magno fastu alterum contemnit. {[illegible] *zadh.* ὑπερήφανος, ὑπεροπτικός. Gall. *Arrogant,desdaigneux,hautin.* Ital. *Arrogante, altiero,sdegnoso.* Germ Prächtig/Stoltz/hochtragend. Hisp. *Soberuio ò altiuo.* Angl. *Hawtie,that proudly disdayneth other.*} Mart.*epig.13. lib.10.*

Ad nocturna iacet fastosa limina mœcha.

¶ Fastosus maximus, τῦφος κρατιστος. In eum dicebatur qui sibi plus satis arrogasset in sapientia. Sumptum à moribus Maximi cuiuspiam arrogantis,& sibi immodicè placentis. Diogen. Collect.

Fāstīdĭo,is,iui,itum,à fastus & odium. Nam propriè fastidio, est cum fastu quodam contemno,fastidio afficior, fastidium ad rem habeo, ἀποσιτέομαι. cum accusatiuo. {[illegible] *bats* [illegible] *maas* [illegible] *kahál.* ἀηδίζω, παρορῶ τι, δυσχεραίνω. Gall. *Reietter auec desdain,ne tenir conte,mespriser, desdaigner.* Ital. *Hauer in fastidio, fastidire.* Germ. Ein vnwillen haben/ verachten. Hisp. *Enfadar, hazer hastio.* Angl. *To contemne with disdaine,to lothe.*} Virg.*3. Eclog.*

Inuenies alium, si te hic fastidit Alexis.

Fastidire preces alienius. Liu. *lib.34.* Et,Fastidire gloriosos. Plaut. *Curc. sc.2.a.5.* Vt fastidit gloriosus! Idem *Men.sc.2.a.1.* Olfacta penicule lepide vt fastidis. Idem *Capt.sc.2.a.4.* Nactus(alium) vbi cœnes,eo fastidis.(i.non vis apud me cœnare.) Dicitur etiam de stomacho, quum cibum aliquem respuit: construitúrque sæpissimè cum accusatiuo, interdum etiam cum genitiuo. Horatius *in Serm.* Num esuriens fastidis omnia,præter pauonem,rhombúmque? Plaut. *in Aul.* Abiit, neque me certiorem fecit, fastidit mei. Lucilius *lib.7.* Difficiles sumus, fastidimus honorum. Fastidiendo. Quintilianus. Quasi fastidiendo calcare quæ refutare non possis. Fastidire,cum infinitiuo,pro Recusare, Quint. *lib.5. cap.11.* Philosophi quanquam inferiora omnia præceptis suis ac literis credunt, repetere tamen authoritatem à plurimis litteris non fastidiunt. Idem,Idque fieri,quia fastidiant præstare hanc inferioribus curam.

[Fastidibile,fastidium gerens. Tertull.]

Fāstīdītŭs, Fastidio habitus. {[illegible] *nibzál.* παροφθείς, ἀποδοκιμασθείς. Gall. *Mesprisé,contemné.* Ital. *Fastidito.* Germ. Veracht/ab dem man ein vnwillen getragen. Hisp. *Enfadado,ò menospreciado.* Angl. *Hathed, lothed, disdained.*} Lucan.

——— pari magno Senatus
Fastidita iacet.

Plin. *in Præfat.* Res ardua vetustis nouitatem dare, nouis autoritatem, obsoletis nitorem, obscuris lucem, fastiditis gratiam, dubiis fidem. Verba fastidita repellere. Ouid. *4.de Ponto.* Domus fastidita. Idem *2.de remed.amor.* Idem *Eleg.1.lib.2.Trist.*

——— Et

——— *Et audet*(me)
Non fastidicu annumerare viris.
Ibid. *Eleg.6.lib.1.*
Non fastiditus si tibi lector erit.

Fāstidium, ij, Contemptus, tædium. {גועל *goǎl.* ὑπερφρόνησις. GALL. *Desprisement, mespris, contemnement, desgoustement.* ITAL. *Fastidio, tedio, sprezzamento.* GERM. Maßleidigkeit/ verdruß/ verachtung. HISP. *Hastio ò aborrecimiento, enfado.* ANGL. *Disdaine, loth somnesse.*} Cic.12.*Philip.* Si essent arrogantes, non possem ferre fastidium. Quint. *lib.2.c.4.* Fastidium mouent vt frigidi & repositi cibi. Suet. *in Tib.c.49.* Ad fastidium vitæ adigere. Idem *in Aug.c.86.* Pari fastidio spreuit cacozelos. Idem *in Tib.c.10.* An vxoris tædio, an assiduitatis fastidio vitato, &c. Idem *in Neron.c.44.* Ingenti fastidio exigere tributum. Quint. *lib.9.c.3.* Quotidiani & semper eodem modo formati sermonis fastidium leuat. ¶ Fastidium meum, quo ego alios fastidio: fastidium mei, quo ab aliis fastidior. Idem, Ceu mulier omnibus exposita mortalibus, vanitatem fastidio mei, despectúque captauit. Ad hunc etiam modum, Fastidium stomachi dicimus, quum nos ciborum nausea capit & satietas. Plin. *lib.7. cap.6.* Fastidium in cibis, redundatio stomachi, indicia sunt hominis inchoati.

Fāstīdiōsús, qui omnia fastidit, ambitiosus, superbus. {זד *zedh.* δύσκολος, ὑπερήφανος, ὑπερόφρων. GALL. *Qui est tout degousté, difficile, & desdaigneux.* ITAL. *Fastidioso.* GERM. Maßleidig/ verdrüßig/ verächtig. HISP. *Cosa que haze, ò da hastio, ò enfado.* ANGL. *Disdaine full.*} Cic. *de clar. Orat.* Propterea quòd Antonius, qui maxime expetebatur, facilis in causis recipiendis erat, fastidiosior Crassus, sed tamen recipiebat. Cum genitiuo. Idem *ibid.* C. Memmius L. filius perfectus literi, sed Græcis, fastidiosus sanè Latinarum, argutus orator, &c.

Fāstīdiōsē, aduerbium, Ambitiosè. {בזדון *bezadhón.* ὑπερηφάνως, ἀηδῶς. GALL. *Arrogamment par desdain, dedaigneusement.* ITAL. *Arrogantemente, con sdegno, fieramente.* GERM. Verächtlich/ stoltzlich/ verdrüßlich. HISP. *Hastiosamente, y con hastio.* ANGL. *Prowdely, disdainefully.*} Cicero 1. *de Orator.* Quàm diligenter, quàm sæpe fastidiosè indicamus? Idem *de Orat.* Nolo enim dicere de tam suaui homine fastidiosius.

Fāstīdīlĭter quoque veteres dixerunt pro fastidiosè. Varro. Cras credo, hodie nihil. Quibus instabilis animus ardens, mirabiliter non habere fastidiliter inconstanti pectore.

[Fatæ, fatuæ, Dryades, mulieres diuinatrices. Salmas.]

Fatālis, vide *Fatum.*

Fătĕŏr, eris, fassus, à for, faris. Confiteor, verum esse concedo. {הודה *hodhah.* ἀνθομολογοῦμαι, συμφημί, ὁμολογεῖν. GALL. *Confesser, accorder, consentir au dire de quelqu'vn.* ITAL. *Confessare, affermare.* GERM. Bekennen/ verjähen. HISP. *Confessar por su voluntad.* ANGL. *To confesse, to acknowledge.*} Terent. *in Andr.* Ego me amare hanc fateor: si id peccare est, fateor id quoque. Martialis *lib.5.*

Ingenium, studiúmque tibi moréśque genúsque
Sunt Equitis, fateor, cætera plebis habes.

Virg.4. *Æneid.*

Anna (fatebor enim) miseri post fata Sichæi, &c.

Donatus item, Fateri non testis est, sed rei. Terent. *in Eunuch.* Vidistin fratrem Chæream? Non potest sine malo fateri, video. Cic.3. *Tusc.* Vt victum se quando esse fateatur. Pro ostendere. Iuuenal. *Satyr.10.*

——— *Mors sola fatetur*
Quantula sint hominum corpuscula, (id est, ostendit, arguit.)

Ouid.6. *Fast.*

Horrueram tacitóque animum pallere fatebar. (id est, ostendebam.)

Item,

Præmia magna peti fateor,

Ouid.13. *Met.* & Plaut. *Men.sc.vlt.a.5.* Est tibi Menæch. nomen. M. Fateor. Idem *Mil.sc.6.a.2.* S. Fateor. P. Quidni fatear ego quod viderim. Idem *Capt.sc.2.a.2.* Hic fassus est mihi. Et Ouid. *Eleg.1.lib.2.Trist.*

——— *Sæpe legenti*
Delicias versu fassus es ipse tuas.

Ibidem *Eleg.1.lib.2.*

Déque mea fassa est pars quoque victa fide.
Vtque sedet vultu fassus Telamonius iram, (id est, ostendens, arguens,)

idem *Eleg.1.lib.2.Trist.* ¶ Huius composita sunt, Confiteor, Diffiteor, Infiteor, Profiteor: vide suis locis.

Făssŭs, participium. {מודה *modheh.* ὁμολογηκώς, ὁμολογήσας, ὁμολογημένος. GALL. *Qui a confessé.* ITAL. *Chi a confessato.* GERM. Bekennt. HISP. *El que a confessado.* ANGL. *That hath confessed.*} vt,

——— *Ignoscere fasso,*

Ouid.13. *Metam.*

Da veniam fasso,

idem *de Ponto eleg.8.*

Faticanus, Fatidicus, Fatifer, Fatiloquus, vide *Fatum.*

Fătīgo, as, q. fatim ago. Lasso, siue ad lassitudinem perduco: quasi fatim ago. {הטריח *hitriach* הלאה *heleách.* κάμνω ποιῶ, κοπιάω. GALL. *Lasser, trauailler, matter.* ITAL. *Faticare.* GERM. Bemühen/ müd machen. HISP. *Acossar, cansar ò fatigar à otro.* ANGL. *To weary or tire.*} Est autem *fatim* aduerbium eiusdem significationis cum suo composito affatim, hoc est, valde, seu vehementer. Virg.5. *Æneid.*

Veloces iaculo ceruos, cursúque fatigat.

Liu.8. *ab Vrbe.* Qui aliquandiu pugna atroci quum & semetipsi fatigassent, & hastas aut præfregissent, aut hebetassent. Gell *c.1.lib.14.* Expectatio spei te suspensum fatigabit. Liu. *lib.6.ab Vrb.* Fatigare interrogando. Idem *lib.7. bell. Pun.* Matronæ suppliciis votísque fatigauere Deos. Idem *lib.5.dec.4.* Fatigare aliquem precibus. Item, Fatigare rogando & allegando, idem *lib.6.dec.4.* ¶ Pro arare, colere, fodere, exercere, Arnob. *lib.1.* Cura sit ista, quam fatigatis, terra. ¶ Aliquando percutio. Virg.9. *Æneid.*

——— *versáque iuuencûm*
Terga fatigamus hasta.

¶ Aliquando perturbo, commoueo, ἐνοχλέω, ἐλαύνω. Idem 1. *Æneid.*

Quæ mare nunc, terrásque metu, cælúmque fatigat.

¶ Aliquando excito. Idem,

——— *sociósque fatigas:*
Præcipites vigilate viri.

¶ Aliquando cohibeo. εἴργω. Cic. *lib.3.Offic.* Qui non verbis sunt & disputatione Philosophorum, sed vinculis & carcere fatigandi. ¶ Huius compositum est Defatigo, valdè fatigo. Terent. *in Adelph.* Vtinam quidem (quod cum salute eius fiat) ita se defatigarit velim, vt triduo hoc perpetuo prorsus lecto nequeat surgere.

Fătīgātŭs, participium. {נלאה *neleéh.* κεκμηκώς, ὀχληθείς, κεκοπιακώς. GALL. *Lassé, trauaillé.* ITAL. *Stancato, trauagliato.* GERM. Müd gemacht. HISP. *Acossado, cansado.* ANGL. *Wearied, tyred.*} Vt, somno fatigatus, Horat.3. *Carm. Ode 4.* Fatigatum corpore dicimus, animo verò fessum, Seruius. Seneca *cap.1.de consol. ad Mart.* Fatigatæ allocutiones amicorum.

Fătīgātĭo, {תלאה *telaáh.* κόπος, κάματος, ὄχλησις. GALL. *Lasseté, trauail.* ITAL. *Stanchezza, trauaglio.* GERM. Müde/ müdmachung. HISP. *Aquella obra de cansar à otro, cansamiento.* ANGL. *Wearinesse.*} Colum. *lib.4.c.18.* Quinetiam ipsa hortorum descriptio, quantò est minoribus modulis consita, fatigationem veluti minuit, &c. Quintil. *lib.1.cap.12.* Minus afficit sensus fatigatio, quàm cogitatio.

Fătim, aduerbium est antiquum, idem significans quod abundè, copiosè, à fando, seu multiloquentia. {ברוב *berob.* ἀφθόνως, δαψιλῶς. GALL. *Abondamment, copieusement.* ITAL. *Abondeuolmente, copiosamente.* GERM. Gnugsamlich/ oberflüssiglich. HISP. *Abundantemente, copiosamente.* ANGL. *Abundantly.*} A quo affatim mediâ correptâ, vt tradit Agellius, compositum eiusdem significationis, & verba, fatisco, & fatigo: quæ vide suo loco.

Fătīsco, is, ere, est abundanter aperior, quasi fatim hisco. {נפתח *niphtáh.* χαίνω. GALL. *Baailler, s'ouurir.* ITAL. *Aprirsi grandemente.* GERM. Häfftig auffklecken/ auffspalten. HISP. *Henderse ò abrirse mucho.* ANGL. *To gape, to chinke.*} Virg.1. *Æneid.*

Accipiunt inimicum imbrem, rimísque fatiscunt.

Fatim enim, abundanter veteres dixerunt: vnde & affatim: hiscere autem aperiri. ¶ Fatisco à Fateor deduci notauit Aulus Gell. *lib.17.c.2.* ex Qu. Claudij *Annalium lib.1.* Fatiscere etiam sæpe accipitur pro deficere. ἀπαγορεύω, ἀποκάμνω, πρὸς πόνον. Col. *lib.2.c.14.* Sed omni solo quod prædictorum leguminum segetibus fatiscit, vna præsens medicina est, vt stercore adiuues, & absumptas vires hoc velut pabulo refoueas. Virg.1. *Georg.*

——— *neu puluere victa fatiscat.*

Tacit. *lib.14.* Ipse, exercitúsque eius per inopiam & labores fatiscebant, carne pecudum propulsare famem adacti.

Fātŏr, aris, Multum loquor. {πολυλογέω. GALL. *Parler beaucoup.* ITAL. *Parlar molto.* GERM. Vil reden. HISP. *Hablar mucho.* ANGL. *To speak muche.*} Est enim frequentatiuum à verbo fari. Festus, Fatantur, id est, multa fantur.

Fātŭă, Deæ nomen erat, cui à Romanis matronis in operto sacra fiebant nocturno tempore. Viri autem tanta cura ab eius sacris arcebantur, vt vel in ædem eius inspexisse, capitale haberetur. Rationem huius affert Macrob. *lib.1.Saturn.c.12.* Fatuam dum inter homines ageret, Fauni vxorem fuisse tanta pudicitia, vt perpetuò gynæcio, hoc est, mulierum conclaui inclusa, nullum vnquam virum præter maritum aspexerit. Varro eandem esse existimat quæ & Telluris & terræ nomine à Romanis colebatur. ¶ Fatuæ autem nomine à fando deductum volunt, quòd infantes partu editi, non prius vocem edunt quàm terram attigerint. Eadem & bona dea vocata est, quòd omnium nobis ad victum bonorum causa est: & Fauni, quod omni vsu animantium fauet: & Ops, quòd ipsius ope vita constat.

Fătŭĭtās, vide *Fatuus.*

Fātum, i, à participio fatus, (teste Prisciano) deducitur, quòd fatum nihil aliud sit quàm dictum & iussum diuinum. {εἱμαρμένη, τὸ πεπρωμένον. GALL. *Destinée, ordonnance diuine, à laquelle on ne peut contreuenir.* ITAL. *Fato, destino, ordine diuino, infallibile.* GERM. Ein schickung oder ordnung Gottes/ verhengnuß Gottes. HISP. *Hado que es la voluntad de Dios.* ANGL. *Destenie, goddes prouidence, a perpetuall order of things es following one vpon another.*} Cic. *lib.1.de Diuinat.* Fieri igitur omnia à fato, ratio cogit fateri. Fatum autem id appello, quod Græci εἱμαρμένην, id est, ordinem, seriémque causarum, cùm causæ causa nexa, rem ex se gignit. Ea est ex omni æternitate fluens veritas sempiterna. Quod quum ita sit, nihil est factum quod non futurum fuerit: eodémque modo nihil est futurum, cuius non causas id ipsum efficientes natura contineat. Ex quo intelligitur, vt fatum sit non id quod superstitiosè, sed id quod physicè causa æterna rerum appellatur, cur & ea quæ præterierunt facta sint: & quæ instant, fiant: & quæ sequuntur, futura sint. Chrysippus, referente Gellio *c.26.lib.6.* definit fatum esse sempiternam quandam, & indeclinabilem rerum seriem. Senec. *in quæst. natur.* Quid intelligis fatum? Existimo necessitates rerum omnium, actionúmque quas nulla vis rumpat. ¶ Apud poëtas fatum quandoque capitur pro natura, vt docet Aulus Gellius *lib.13. cap.1.* exponens hunc locum Ciceronis ex 1. *Philipp.* Multa autem impendere videntur præter naturam etiam, prætérque fatum. Et *pro Cælio,* Nolite iudices aut hunc iam natura ipsa occidentem, velle maturius extingui vulnere vestro, quàm suo fato. Vbi morti naturali & fatali, violenta opponitur. Sic εἱμαρμένη accipitur ab Aphrodisæo. Virg.4. *Æneid.*

Nam quia nec fato, meritâ nec morte peribat.

Tibull. *lib.4.*

Seu natura diem fato properat mihi mortem.

Catull. *de com. Beren.*

Abiuncta paulò antè coma mea fata sorores
Lugebant.

Tibull. *lib.4.*

Nulla mihi statuent te fata canendi.

Ouid. *Eleg.4.lib.5.*

Dum me mea fata sinebant.

Gell. *cap.9 lib.3.* Et fato, siue fortuna fuit ille equus. Senec. *cap.10. de cons. ad Mart.* Hoc fatum ab vtero eum prosequebatur. Idem *cap.15. & 16.de cons. ad Helu.* Crudele fatum, supra fortunam. Plaut. *Amphitr.*

Sic statuit Iupiter, sic fatum habet. *Ibid.* Fata istæc me premunt. Ouid. *Eleg.4.lib.3.*

Dignus es & fato candidiore frui.

Senec. *c.14. de consol. ad Mart.* Fata publica secum duxit Iulia Cæsaris filia. Ouid. *Eleg.2.lib.3.Trist.*

Extimulate precor cessantia fata.

Idem *Eleg. vlt. lib.4. Trist.*

Cùm cecidit fato consul vterque pari.

Ibidem,

Et iam compleras genitor sua fata.

¶ Pro fortuna. Idem *Eleg.1.lib.5.Trist.*

Nec mea sunt fati verba, sed ista mei. (suprà, fortuna.)

Idem *ibid.*

Tristia, quo possum carmine, fata leuo.

Idem *Eleg.4.lib.3.*

——Mea fata gementem.

¶ Quandoque pro oraculo, quod dij fantur, λόγια. Virg. *lib.5. Æneid.*

Oblitus fatorum. Italasne capesseret oras.

¶ Quandoque pro morte: quippe quum nihil tam necessarium impendeat homini, quàm mors: vnde fato concedit, qui moritur, pro quo etiam fungi fato dicimus. Plin. *in Panegyr.* In principe enim qui electo successore fato concessit, vna eadémque certissima diuinitatis fides est, bonus successor. Quæ huius verbi significatio inde sine dubio dicitur, quòd crederent veteres, quo temporis puncto quis nasceretur, eo ipso fataliter constitui de morte atque interitu ipsius, quod indicat versiculus Manlij,

Nascentes morimur, finisque ab origine pendet.

Et illud Senecæ, Primus dies dedit extremum. Fato functus, Sueton. *Calig.cap.6.*

Fātālĭs, e, quidquid nobis ex fato accidit, siue bonum sit, siue malum. {μοιρίδιος, εἱμαρμένος, πεπρωμένος. GALL. *Fatal, fee, chose qui doit venir par necessité ou ordonnance de Dieu.* ITAL. *Fatale, che viene per ordine diuino.* GERM. Von Gott zugeordnet oder verhengt. HISP. *Cosa hadada, ò que no puede no ser.* ANGL. *Fatall, that perteineth, to destenie.*} Gell. *cap.2.lib.14.* Fatales rerum omnium stellæ. Suet. *in Neron.c.49.* Fatalis hora. Item, Fatalis victoria, Velleius. & Ouid. *Eleg.1.lib.5.Trist.*

Est aliquid fatale malum per verba leuare.

Idem 13. *Metam.*

——& ostendis signum fatale Mineruæ.

Item, Fatales libri (qui etiam infrà fatidici dicuntur.) Sueton. *in Cæs. cap. 79.* Cicero 2. *de Diuinat.* Si enim prouideri nihil potest futurum esse eorum, quæ casu fiunt, quia esse certa non possunt, diuinatio nulla est. Sin autem idcirco possunt prouideri, quia certa sunt & fatalia, rursus diuinatio nulla. Fatale remedium. Valer. *lib.1.* Eò legatis missis, vnicam fatalis remedij opem imperaturam se credit. ¶ Accipitur nonnunquam fatalis pro eo quod fatum, hoc est, mortem affert. Inde fatalem ensem dicimus, & fatale cicutæ poculum.

Fātālĭtĕr, aduerbium, Necessariò. {μοιριδίως, εἱμαρμένως, κατὰ μοῖραν. GALL. *Par destinée, par ordonnance diuine.* ITAL. *Per fato, per ordinatione diuina.* GERM. Durch die ordnung oder verhengnuß Gottes. HISP. *Por y con hados y voluntad de Dios.* ANGL. *By destenie.*} Cicer. *de Diuin.* Et omnia quæ fiunt, quæque futura sunt, ex omni æternitate definita dicis esse fataliter.

Fātĭcănŭs, qui fata canit, id est, futura prædicit. {χρησμολόγος. GALL. *Qui chante & qui dit les destinées & fortunes qui aduiendront.* ITAL. *Che predice le cose future.* GERM. Ein weissager zukünfftiger dingen. HISP. *El que canta los hados.* ANGL. *That fore sheweth destinies.*} Ouid. *lib.9. Metam.*

Hac vbi faticano venturi præscia dixit

Ore Themis, &c.

Fātĭcĭnŭs, i, eiusdem significationis. Ouid. 5. *Metam.*

——sic dicere vates

Faticinasque ferunt sortes.

Fātĭdĭcŭs, i, qui nobis fata, id est, decreta deorum exponit. {θεσπιῳδός, μάντις, λόγιος, χρησμολόγος. GALL. *Deuin, qui predit les destinées.* ITAL. *Che dice la ventura.* GERM. Ein warsager/ eröfner der ordnung Gottes. HISP. *El que dice los hados de lo venidero.* ANGL. *A fore shewer of thinges to come.*} Vnde fatidici libri, qui continent fata populorum, quales erant Romæ Sibyllini libri, qui & ab historicis fatales appellantur. ¶ Fatidici vates, & fatidica Manto nominatur, quoniam erat fatiloqua, hoc est, futurorum præscia, & vaticinatrix. Virgil. 8. *Æneid.*

Quam memorant nymphæ priscum Carmentis honorem:

Vatis fatidicæ, cecinit quæ prima futuros

Æneadas magnos.

Plin. *in Epist.* Præsens numen, atque etiam fatidicum indicant sortes. ¶ Fatidici libri. Sueton. *in August. cap.30.* Et, Fatidica puella. Idem *in Galb.cap.9.*

Fātĭfĕr, a, um, idem quod mortiferum, quasi fatum, hoc est, mortem afferens. {μοιρηγός. GALL. *Qui apporte la destinée.* ITAL. *Che apporta la morte.* GERM. Tödtlich/ das den todt bringt. HISP. *Cosa que acarrea la muerte.* ANGL. *Deadly, that causeth death.*} Virg. 8. *Æneid.*

——intérque manus & brachia versat

Terribilem cristis galeam, flammásque vomentem,

Fatiferúmque ensem.

Fātĭlŏquŭs, a, um, adiectiuum: idem quod fatidicus. {χρησμολόγος. GALL. *Deuin, qui predit les destinées & auentures.* ITAL. *Che dice le cose che hanno da venire.* GERM. Warsager/ der da anzeigt was vber einen kommen soll. HISP. *El que habla lo venidero, ò hades.* ANGL. *A fore shewer of thinges to come.*} Liu. 1. *ab Vrbe*, Venerabilior diuinitate credita Carmentæ matris, quam fatiloquam ante Sibyllæ in Italiam aduentum miratæ hæ gentes fuerant.

Fătŭŭs, adiectiuum, Insipidus, & propriè de cibis dicitur, qui quùm non sapiunt, fatui dicuntur. {פתי *pethi* כסל *kesil.* ἄνοος. GALL. *Fade, sot en paroles & faits, niais.* ITAL. *Senza sapore, sciocco.* GERM. Vngeschmackt/ ein speiß/ blinder welcher kein krafft ist. HISP. *Loco, soso, desabrido.* ANGL. *That is vnsauerie.*} Mart. *in Distichis*,

Vt sapiant fatuæ fabrorum prandia betæ,

O quàm sæpe petet vina pipérque coquus.

¶ Quoties autem ad homines transfertur, significat stultum, amentem & stolidum. {ἀνόητος, ἠλίθιος, μωρός. GERM. Ein thorecht tölpel. ANGL. *Foolishe, vnwise.*} Plaut. *Amph.* Penè effregisti, fatue, cardines. Senec. *epist.51.* Harpaste fatua vxoris meæ. Item, Fatuis delectari. *Ibid.* Ter. *in Eunuch.* Fatuus est, insulsus, tardus. Vbi Donatus, fatuus, inepta loquens: à fando fatuus dicitur. Inde Fauni Fatui, & Nymphæ Fatuæ dictæ sunt. Et iterum, Fatui sunt qui verbis & dictis stulti sunt: Insulsi verò corde & animo. Fatuus à Fando, inquit Varro, qui fatur, quòd puer primò fatur, hoc est, qui inepta loquitur. Cicer. 2. *de Orat.* Hoc præceptum est, magísque monitoris non fatui, quàm eruditi magistri.

Fătŭĭtās, atis, à φάτης, vates. Insipientia, stultitia, ineptia, stoliditas. {פתיות *pethaijuth* תהלות *tiehluth.* ἀβελτηρία, μωρία. GALL. *Sottise, niaiseté, sottie.* ITAL. *Sciochezza.* GERM. Torheit/ narrheit. HISP. *Locura, ò desatinamiento.* ANGL. *Foolishnesse, follie.*} Cic. *ad Attic. lib.11.* Ego huius miserrima fatuitate conflictor. Idem 2. *de Inuent.* Non hanc imprudentiam, aut necessitudinem, sed inertiam, negligentiam, fatuitatem nominari oportere.

Fătŭŏr, aris, Ineptio, nugor. {פתה *patáh* סכל *sackal.* ἠλιθιάζω, ληρέω. GALL. *Faire le sot, solaiser.* ITAL. *Dir sciocchezze.* GERM. Den narren treiben/ als narren weiß vmbgehn. HISP. *Enloquecerse, hazer niñerias.* ANGL. *To playe the foole or idiote.*} Seneca *de morte Claudij*, Audi me, & desine fatuari. Nonnunquam idem est quod diuino furore corripi, quemadmodum fanatici solent. Iustin. *lib.43.* Fauno fuit vxor nomine Fatua, quæ assiduè diuino spiritu impleta velut per furorem futura præmonebat: vnde adhuc qui inspirari solent, fatuari dicuntur.

Fătŭēlĭs, qui & Faunus dictus est, Pici Latinorum regis filius, cuius vxor Fatua, vel Fauna dicta fuit. Vide Seru. in illud Virg. *lib.7. Æneid.*

Hunc Fauno & Nympha genitum Laurente Marica

Accipimus: Fauno Picus pater.

Făuentĭă, Φαυεντία Stephano, ciuitas in octaua regione Italiæ, quam hodie Itali sua lingua vocant *Faenza.* Eius incolæ vocantur Fauentini, Fidentinis finitimi, teste Plin. *lib.3. cap.15.*

Făuĕo, es, faui, fautum, à φάω, ἐπιφαύσκω. hinc Fauonius nomen venti. Alicui bene cupio. {רצה *ratsáh.* εὐνοέω, συμπράττω, σπουδάζω. GALL. *Fauoriser, supporter, porter faueur.* ITAL. *Fauoreggiare.* GERM. Gönnen/ günstig sein. HISP. *Fauorecer.* ANGL. *To fauour, to beare good will.*} Terent. *in Eunuch.* Bene ædepol narras: nam illi faueo virgini. ¶ Fauere, etiam tacere est, vt docet Donatus. Terent. *in Andr.* Fauete, adeste æquo animo. Fauere faucibus antiqui dixerunt pro silere. Cic. 2. *de Diuin.* Qui quidem silentio noctis (vt ait Ennius) fauent faucibus: rursus cantu plausúque premunt alas. Loquitur de gallis. Alij legunt, *fauent faucibus russis cantu.* &c. exponúntque hic pro canere. ¶ Fauere linguis, id est, fausta loqui, εὐφημεῖν, aut tacere, quod & olim pascere linguam dicebatur. Cic. 3. *de Diuin.* Idcirco omnibus rebus agendis quod bonum, faustum, felix, fortunatúmque esset, præfabantur, rebúsque diuinis quæ publicè fierent, vt fauerent linguis imperabatur, inque feriis imperandis vt litibus & iurgiis se abstinerent. Ouid. 15. *Metam.*

——animis linguísque fauete.

Tibullus,

Vos itidem & linguis quisque fauete suis.

Ad eundem modum dixit Virg. 5. *Æneid.*

Ore fauete omnes.

Vbi Seruius, Fauet ore quis per taciturnitatem. Seneca *epist 53.* Tacete, fauete, præbete vos curationi. Quintil. Fauet ingenio suo auditor. ¶ Ventis fauentibus nauigare, Ouid. 15. *Metam.*

——Ventis cælo pelagóque fauentes.

idem *Epist.2.*

Fauens, entis. Ouid. *Eleg.3.lib.4.*

Addebat veris multa fauentis amor.

Idem *Eleg.13.lib.3.Trist.*

Concipiámque bonas, ore fauente, preces.

Idem *Eleg.2.lib.4.Trist.*

Inde petes arcem, & delubra fauentia votis.

Făuētŭr, impersonaliter. {ANGL. *Men fauour.*} Cui contrarium est inuidetur. Cic. 2. *de Orat.* Inuidetur enim commodis hominum ipsorum: studiis autem eorum cæteris commodandi fauetur. Idem *lib.2. Offic.* Quod eo firmiore animo facient, quia non modò non inuidetur illi ætati, verùm etiam fauetur.

Fauturus, a, um, Particip. futuri temporis. Cic. *pro Cn. Plancio*, Quum autem aditem meos partim inimicos, partim inuidos, huic accusationi esse fauturos, eandémque rem aduersariam esse in iudicio Cn. Plancio, quæ in petitione fuisset adiutrix.

Făuŏr, oris, voluntas, studium. {רצון *ratsón* חן *chén.* εὔνοια. GALL. *Fauour, support.* ITAL. *Fauore.* GERM. Gunst. HISP. *Fauor, alabança.* ANGL. *Fauour, goodwill.*} Vox Ciceronis tempore noua, id quod ex Sextiana intelligitur. Et, inquit, qui pendet à rebus leuissimis, qui rumore, & (vt ipsi loquuntur) fauore populi tenetur & ducitur, plausum immortalitatem, sibilum mortem videri necesse est. (Vide Quint. *lib.8.c.3.*) Sed tamen ab ipso Cicerone & optimis quibusque & poëtis & oratoribus recepta. Ouid. *in Ibin.*

Sit quoque, (quod rarum est) solito defecta fauore

Fortuna facies inuidiosa tua.

Idem *Eleg.1.lib.1.*

Non sunt, vt quondam plena fauoris erant. (carmina.)

Idem *Eleg.1.lib.2.Trist.*

Plauditur, & magno palma fauore datur.

Idem *Eleg. vlt. lib.4. Trist.*

Siue fauore tuli, siue hanc ego carmine famam.

¶ Fauor etiam dicitur de amplexu & osculis in abeuntem. Idem *El.5. lib.3.Trist.*

——Manifesta signa fauoris.

Plin *lib.* 14.*c.*4. Maiórque etiam fauore hominum fama. Cic. *pro Rosc. Comœdo*, Quam expectationem, quod studium, quem fauorem secum in scenam attulit Panurgus?

Fauorabilis, dicitur qui gratiosus, ac fauoris plenus est apud omnes. {רצוי ratsui, ἐνμενής. GALL. *Fauorable, fauorisé, fauori.* ITAL. *Fauoreuole, gratioso.* GERM. Gunstreich/angenäm. HISP. *Fauorable, ò digno de fauor.* ANGL. *In great fauour.*} Sueton. *in Calig.* Sic vulgò fauorabilis, vt plurimi tradunt, quoties aliquò adueniret, vel sicundè discederet, præ turba occurrentium prosequentiúmve nonnunquam eum discrimen vitæ adiisse. Quintil. *lib.* 11.*c.*1. Aliter enim pro alio sæpe dicendum est, vt quisque honestus, inuidiosus, fauorabilis erit. Idem, fauorabilis in caussis. Velleius, fauorabilis reditus Pompeij. ¶ Dicitur etiam fauorabilis actiuè pro eo qui fauet. Liuius 2. *bell. Pun.* Iam ad consulatus spem quum attolleret animos, haud parùm callidè auram fauorabilis populi ex dictatoria inuidia petit. ¶ Fauorabilior, apud Quintilian.

Fauorabiliter, aduerbium, Plausibiliter. {ἐπευφημίως, φιλικῶς. GALL. *Fauorablement.* ITAL. *Fauorabilmente.* GERM. Gunstiglich/mit gunst. HISP. *Fauorablemente.* ANGL. *Fauorablye, freindly.*} Quintil. *lib.* 4. *de egressione.* Plerisque moris est, prolato rerum ordine protinus vtique in aliquem lætum atque plausibilem locum, quàm maximè possint fauorabiliter excurrere. Suet. *in Neron. c.*7. Circensibus ludis Troiam constantissimè fauorabilitérque lusit.

Fautor, ris, Studiosus, qui alteri bene cupit. {רוצה rotséh. εὐνοικός. GALL. *Fauteur, qui porte faueur.* ITAL. *Fautore.* GERM. Ein gönner. HISP. *El que fauorece.* ANGL. *A faueurer, a supporter.*} Cic. *pro Planc.* Multi sunt cupidi tui, multi fautores laudis tuæ. Idem *lib.* 1. *Epist.* Cuius ego ab adolescentia adiutor atque fautor extiti. Suet. *in Calig. cap.* 16. fautor exempli boni. Idem *in Aug. c.* 48. fautor affinitatis.

Fautorem, Antiqui dicebant pro fautore. εὐνοϊκόν. quod & Nonius annotauit, citans locum Lucilij ex *lib.* 19. Fautorem me tibi, amicum, amatorem putes. Plaut. *in Amph. prolog.* Si cui fautores viderint. Idem *ibid.* Sat habet fautorum semper qui rectè facit. *Ibidem*, Virtute ambire decet, non fautoribus.

[Fautorius, fauorabilis, qui fauet. Cath.]

Fautrix, amica. {רוצה rotsáh. εὔνους, εὐνοοῦσα, ἐραστής. GALL. *Celle qui supporte & fauorise.* ITAL. *Donna che fauorisce, & intratiene.* GERM. Ein gönnerin. HISP. *La que fauorece.* ANGL. *She that fauoureth or manteineth.*} Terent. *in Eunuch.* —nihil est Thaide tua dignius, Quod ametur, ita nostræ est omnis fautrix familiæ. Fautrix suorum regio. Cic. *pro Planc.* Idem 1. *de finib.* Amicitiæ non modò fautrices fidelissimæ, sed etiam effectrices sunt voluptatum tam amicis, quàm sibi.

Fauij, ante Fouij à familiæ authore dicti, qui ex ea natus fuit cum qua Hercules in fouea concubuit. Quamuis alij putent ita vocitatum, quòd primus ostenderit quemadmodum vrsi & lupi foueis caperentur. Vtcunque sit, constat à fouea dictos fuisse. Vnde Fouij: non Fauij primum appellati sunt.

Fauilla, æ, à foco. q. focilla. Propriè est scintilla igne destituta: cuiusmodi flammæ impetu solent egeri: quanquam etiam indifferenter pro quouis cinere accipitur. {פיח piach. αἰθάλη, σποδός. GALL. *Cendre chaude, brasier esteint.* ITAL. *Fauilla, cenere calda senza fuoco.* GERM. Ein erlöschter genst/feule. HISP. *La morcella de centella muerta.* ANGL. *The white ashes remaining vpon the quicke coles.*} Plin. *lib.* 36. *cap.* 25. Dein spissis calcatis carbonibus inducitur sabulo, calce ac fauilla mistis. Idem *lib.* 18. *cap.* 35. Quum contectus ignis à se fauillam discutit. Scintilla verò propriè est quæ è silice, cùm is cæditur, exilire solet. σπινθήρ. Virg. *lib.* 1. *Æneid.*

Ac primùm silicis scintillam excudit Achates.

Fauillaceus, a, um. {τεφρώδης, αἰθαλώδης. GALL. *Cendreux, de cendre.* ITAL. *Di cenere, cenerose.* GERM. Aschechtig. HISP. *Cosa de morcella de centella muerta.* ANGL. *Of ashe.*} Solin. *c.* 48. Nam fuliginem extrinsecus fauillaceam ambitio tantùm extimæ cutis cohibet, quæ vel leui tactu pressa, fumum exhalat.

Fauissæ, Cellæ quædam & cisternæ in area Capitolina, vbi reponi solebant signa, & thesauri, & alia quædam religiosa donariis consecrata: autor Gell. *lib.* 2. *c.* 10. θησαυρός. Dictæ fauissæ quòd in eis non rude æs, argentúmque, sed flata signatáque pecunia conderetur. Vnde & à priscis Latinis flauissas dictas fuisse comperitur, quas Græci thesauros appellant. Vide *Flauissa* in *Flo.*

Fauna, vide *Fatuelus.*

Fauni, agrorum & syluarum putati sunt dij, qui post prolixum tempus moriuntur: quo è terra geniti sint. {Feldgötter/oder waldgötter.} Ouid. 1. *Metam.*

Sunt mihi semidei, sunt rustica nomina Fauni,
Et Nymphæ, Satyrique, & monticolæ Syluani.

Qui Pan Græcis, Faunus est Latinis. ¶ Faunorum ludibria, ἐφιάλτης, incubus. Plin. Hæc medetur & Faunorum in quiete ludibriis, quod dixit Dioscorides, καὶ πρὸς τοὺς ἐφιαλτῶν συνεργούς. Credebant illa ludibria à Faunis immitti.

Faunus, Φαῦνος, filius Pici & pater Latini, antiquissimus Aboriginum rex, Deus post mortem habitus, qui regnauit in Latio. Is genuisse etiam fertur Faunos, Satyros, Panes, & Syluanos rusticorum numina, quos Poetæ fingunt & cornigeros, & caprinis pedibus. Picus & Faunus vincti à Numa, & qui, Plaut. *in Numa.* [¶ Faunus ficarius. Incubus faunorum in quiete ludibrium.]

Fauonius, ventus ab Occasu æquinoctiali spirans, contra Subsolanum, teste Plin. *lib.* 2. *cap.* 47. {Der westwind.} A fouendo dictus, quòd cuncta foueat. Ζέφυρος. Est enim genitalis spiritus mundi, quo plantæ hyberno rigore enectæ, reuiuiscunt. Vnde etiam à Græcis Zephyrus dicitur, quasi ζωὴν φέρων, hoc est, vitam afferens. Vide Gellium *c.* 22. *lib.* 2. [¶ Fauonios appellabant spurios, quia quædam animalia, fauonio spiritu haustu, concipere existimantur. Isid. *lib.* 9. *c.* 5. ¶ Fauonia odia, quæ Græcè ὑπηνέμια dicuntur, ea sunt, quæ sine initu maris concepta sunt. Fauonij igitur, qui sine patre. Scal. *ad Fest.* ¶ Fauonium, odium leue & sine causa velut à vento collectum. Gloss. Isid. ¶ Fauoniana pira. Plin. *lib.* 15. *cap.* 15. Dicta putant, quòd, Fauonio flante, statim formentur. Alij à Fauonio quodam colono, seu institore.]

Fauorabilis, vide *Faueo.*

Fauorinus, Φαβωρῖνος. Nomen Philosophi, de quo fit frequens mentio apud Gellium. Oriundus fuit Arelate celebri Galliæ Narbonensis oppido. Inde in Græciam profectus, sub Dione philosophiæ operam dedit. Hic tria præcipuè in se solebat admirari, quòd Gallus quum esset, Græcissaret: quúmque eunuchus esset, in adulterij tamen suspicionem aliquibus veniret: & quum Imperatorem inimicum haberet, adhuc tamen viueret. Erat enim Adriano Cæsari infensissimus. Hunc Herodes Atticus patrem solebat appellare, hærésque librorum ab eo factus est. Hæc ex Philostrato. Ælianus *de varia historia*, dicit hunc quandoque in disputatione quadam Adriano cessisse, admirantibúsque proximis, Nónne cedam, inquit, ei qui viginti habeat legiones?

[Fausina, vide *Phausania.*]

Faustianum vinum, dicebatur quod in mediis collibus Falerni agri gignebatur. Nam quod in summis iugis nascebatur, Gauranum vocabant, quod in mediis collibus, Faustianum: quódque in ima radice gignebatur, Falernum appellabant. Autor Plin. *lib.* 14. *c.* 6.

Faustulus, Pastor, Remi & Romuli nutritor, vide Liu. *lib.* 1. *ab Vrbe.*

Faustus, L. Syllæ Dictatoris cognomen fuit, quod sibi ille ob perpetuam in rebus gerendis felicitatem arrogauit. ¶ Faustus Quintilius Senator sub Iuliano principe fuit. Fuerunt & alij hoc nomine, quorum catalogum vide apud Volaterranum.

Faustus, a, um, à fauore, Prosper, felix, fortunatus. {אשרי aschré. εὐτυχής. GALL. *Heureux.* ITAL. *Fausto, prospero, felice.* GERM. Glückselig oder glückhafftig. HISP. *Dichoso, ò de buena ventura.* ANGL. *Happie or luckie.*} Terent. *in Andr.* O faustum & felicem hunc diem. Cic. 1. *Tusc.* Eodem tamen simus animo, vt horribilem illum diem aliis, nobis faustum putemus. O nox illa fausta huic vrbi. Idem *pro Flacc.* Faustum omen. Liuius 7. *ab Vrbe*, Huius contrarium est infaustum & horribile. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Omine non fausto.

Et Senec. *c.* 15. *de cons. ad Marc.* Fausta nuncupans (dicantis) faustum vocant Romani quod prosperè succedit, vnde Faustus. Plutarch. *in Sylla.* Suet. *in Aug. c.* 58. Faustis ominibus, &c.

[Faustulus, porcellorum fœtura porcorum. Fest.]

Faustè, aduerbium, Fortunatè, feliciter. {αἰσίως, εὐτυχῶς. GALL. *Heureusement.* ITAL. *Felicemente.* GERM. Glückseliglich/glücklich. HISP. *Dichosamente y bien auenturadamente.* ANGL. *Happelie, luckelie.*} Cic. *pro Mur.* Idem ego sum precatus, vt his quoque hominibus, quibus hic consulatus me rogante datus esset, ea res faustè, feliciter, prosperéque eueniret. Huic contrarium est infaustè.

Faustitas, atis, felicitas. {אשר aschér. εὐτυχία. GALL. *Bonne auenture, bonne fortune, bon heur.* ITAL. *Felicita.* GERM. Glückseligkeit. HISP. *Aquella dicha ò bien auenturança.* ANGL. *Good happe and lucke.*} Horat. 4. *Carm. Ode* 5.

Nutrit rura Ceres, almaque Faustitas.

Fauus, à faueo. Apum domus & cellulæ: à fouendo quòd in his sobolem foueat. {צוף tsuph נפת nópheth. κηρίον. GALL. *Vn bornal ou rayon de miel, vn couteau de cire ayant des troux, dans lesquels les mouches font le miel.* ITAL. *Cera piena di mele, fauo di mele.* GERM. Ein waben der ymen/Ein honig roß. HISP. *Pañal de la miel.* ANGL. *A honie combe.*} Plin. *lib.* 11. *c.* 5. Primùm itaque fauos construunt, ceram fingunt. Virg. 4. *Georg.*

Prima fauis ponunt fundamina, deinde tenaces
Suspendunt ceras.

Cic. 1. *Offic.* Apum examina non fingendorum fauorum causa congregantur: sed quum congregabilia natura sint, fingunt fauos. Huius diminutiuum est Fauulus. Plaut. Meus dulciculus fauulus. [¶ Est etiam Fauus tumor quidam in cute consistens, eamque maioribus foraminibus perrodens, ex quibus humor, melli similis, excernitur. ¶ Estque fauus hexogona tegula in sex angulos excurrens.]

Faux, cis, vel potiùs in plurali numero Fauces. (nam singularis numerus rarò est in vsu.) à φάω, inserto υ. q. φαύω. hinc suffoco. Superior pars gulæ mento propinqua, sed interior vbi os angustatur. {גרון garón. λάρυγξ. GALL. *La gorge.* ITAL. *Parte superiore della gola.* GERM. Schlund/rachen. HISP. *La garganta, tragadero del animal.* ANGL. *The chawes or iawes.*} Plin. *lib.* 11. Summum gulæ fauces vocantur: postremum, stomachus. Cic. 1. *Tusc.* Has tamen imagines loqui volunt: quod fieri nec sine lingua, nec sine palato, nec sine faucium laterúmve & pulmonum vi & figura potest. Plaut. *Most. sc.* 3. *a.* 1. Velim in anginam verti, vt illi veneficæ fauces prehendam. Idem *ibid. sc.* 1. *a.* 2. Miserum est opus fodere puteum vbi sitis fauces tenet. Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 1. Ingurgitat in se merum plenis faucibus. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 1. Excrea vsque ex penitis faucibus. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 2. Lupiunt fauces fame. ¶ Fauces per translationem dicuntur stricti ingressus vallium, seu alterius loci: vt, Fauces Orci. Virg. 6. *Æneid.*

Vestibulum ante ipsum, primisque in Faucibus Orci.

Florus *de bello Ligustico*, De sub Alpibus, hoc est, de sub ipsis Italiæ faucibus. Fauces, Ora, siue ostia fluuiorum, quibus in mare se exonerant. Plin. de Nilo verba faciens *lib.* 5. *c.* 9. Multis quamuis faucibus in Ægyptium mare se euomit. Fauces portus. Cæs. 3. *de bell. ciu.* ¶ Hinc deducuntur, Suffoco, Præfoco, & Obfoco, diphthongo au, in o longum mutata, de quibus suis locis. ¶ Bolus è faucibus eripi dicitur, quoties commoditas aliqua quæ iam propemodum tenebatur, præter expectationem subitò præripitur. Terent. *in Heaut.* ¶ Statuam faucibus colas, ἀνδριάντα γαργαλίζεις. De re maiorem in modum absurda, quæque fieri nullo modo possit. Veluti si quis hominem præpotentem & inuictum frustrà conetur opprimere, nec enim liquescit statua.

Fax, acis, à φάω, luceo. Fustis incisus, & cera, vel oleo inunctus, ad lumen faciendum tæda. {לפיד lappidh. δᾳΐς. GALL. *Vn flambeau, vne torche, ou vn fallot.* ITAL. *Face, torchio.* GERM. Ein fackel/Torischen. HISP. *La hacha de cera, ò tea encendida.* ANGL. *A torche, a fier brande.*} Fitque præcipuè ex arundinibus aridis, & picei generis arboribus: cuiusmodi sunt teda, & larix. Varro *de vita pop. Rom. lib.* 2. Quum à noua nupta ignis in face afferretur, de foco eius sumptus, fax ex pinu ablota esset, vt eam puer ingenuus afferret. Seneca *cap.* 11. *de tranq.* fax cereúsque præcedebat exequias immaturas. ¶ Per translationem accipitur pro incitatore & autore alicuius facinoris. Plin. *in Epist.* Ruto succelit Theophanes,

vnus ex legatis, princeps, fax accusationis, & origo, id est, autor & incitamentum, siue (vt Nonius inquit) suscitabulum. Velleius, facem flagrantissimam bello subiecit Curio. Cic. *pro domo sua*, Nónne senatui prouidendum fuit, sic in hanc tantam materiam seditionis ista funesta fax seditionis adhæresceret? ¶ Addere faces alicui, est eum incitare, incendere, inflammare ad aliquid agendum. Tacit. *lib.* 17. Flagrantibus iam militum animis veluti faces addiderat Maximus, &c. ¶ Primam facem veteres, noctis principium vocitabant, quòd tum primùm vti face incipiamus. Gell. *c.* 2. *lib.* 3. Sed quum iam prima fax noctis, & densiores esse tenebræ cœpissent, discessimus. ¶ Facem in nuptiis præferre solebant, siue ad obseruandam antiquam consuetudinem, quòd non nisi noctu duci nouas nuptas à sponsis mos erat: siue in honorem Cereris, quæ facem in quærenda Proserpina gestauerat: siue vt noua nupta ignem & aquam, quæ duo sunt in vita maximè necessaria, cum viro communicare videretur. Etenim aqua quoque aspergi solebat, vt casta puráque ad sponsum duceretur. ¶ Fax genus teli, Gell. *c.* 25. *lib.* 10. Hinc Trifax, & Bifax apud Festum.

Făcŭlă, diminutiuum, Parua fax, hoc est, tæda ex arboribus pinei generis, sæpiùs dissecta, vt faciliùs ardeat: quanquam & ex cera, & ex pice fieri posset. {δᾳδίον, λαμπάδιον. GALL. *Petit flambeau, petite torche.* ITAL. *Facella.* GERM. Ein kleine fackel. HISP. *La raja.* ANGL. *A litle fier brand.*} Propert. *lib.* 2. *Eleg.* 10.

Quorum alij faculas, alij retinere sagittas, &c.

Făcŭlārĭi, dicuntur qui faculas gestant. {δᾳδοῦχοι. GALL. *Porteur de torches.* ITAL. *Quelli che portano le facelle tercie.* GERM. Fackeltrager oder torschen träger. HISP. *Los que lleuan antorchas.*}

Faxo. Plaut. *Curc. sc.* 4. *a.* 4. Quingentos pro vno faxo reperias. Iam faxo hic erit. Idem *Mil. sc.* 5. *a.* 2. Ex tabellis faxo scies. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Hæc iam madebunt faxo. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 2. Ob istanc industriam faxo, amabit amplius. *Ibid. sc.* 2. *a.* 5. Faxo referetur palla. *Ibid. sc.* 2. *a.* 4. Hæc palla & spinther faxo referantur simul. *Ibid. sc.* 3. *a.* 3. Faxo scias quid tristis sit. *Ibid. sc.* 2. *a.* 4. Faxo haud inultum prandium comederis. *Ibid. sc.* 2. *a.* 3. Si vllum verbum faxo, nisi quod iusseris. *Ibid. sc.* 2. *a.* 1. Helleborum potabis faxo aliquos viginti dies. *Ibid. sc.* 5. *a.* 5. Iam faxo manifestò hominem opprimas. Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 5. Siquid tale posthæc faxis, faxo vt vidua visas patrem. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 1. ¶ Faxim, faxis, faxit, faxint. Idem *in Aul.* Ego faxim nulli pretio qui superant equos sint viliores gallicis canteriis. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 2. Caue tu idem faxis, alij quod serui solent. *Ibid. sc.* 3. *a.* 3. Caue verbum faxis verbero. *Ibid.* Si istuc quod dicis faxis certum est in me efficere omnia, quæ tu in in te faxis. Idem *Aul. sc.* 3. *a.* 1. Quod tibi salutare sit. M. Ita Dij faxint. *Ibid. sc.* 4. *a.* 5. Dij istuc bene vertant. M. Ita faxint. *Ibid. sc.* 5. *a.* 3. Ita Dij, deæque faxint. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 1. Item, Ne tuum animum auariorem faxint diuitiæ meæ. *Ibid. sc.* 2. *a.* 2. ¶ Faxem, pro fecissem. Idem *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Pristinum in mundo scibam, si id faxem, mihi.

F E

FEBRĬS, is, à feritate morbi, vel (sicuti Seruius docet,) à feruore: vel à φοῖβος q. φοιβηρὸς: vt à φοῖβος φοιβερός. Est (vt medici docent) intemperies calida totius corporis. {קדחת *kaddáchath.* πυρετός. GALL. *Fieure.* ITAL. *Febre.* GERM. Das fieber oder kaltwee. HISP. *Fiebre, callentura.* ANGL. *An ague or feuer.*} Cic. *ad Tironem*, Is etsi mihi nuntiauit te planè febri carere, & bellè habere, &c. Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 1. Caruitne febris te hodie? Idem *in Ps. sc.* 1. *a.* 2. Scio hoc tibi febrim esse, quia non licet huc iniicere vngulas! Febris quartana, vide *Quartana.* Cels. *lib.* 2. *c.* 8. Febris assidua, quæ & cibi tempora eripit, & siti affligit. Plin. *lib.* 23. *c.* 8. Febres frigidas leuiores facit agaricum potum in calida aqua. Idem *lib.* 7. *c.* 51. Antipater Sidonius poëta, omnibus annis vno die tantùm natali corripiebatur febre, & ea consumptus est, satis longa senecta. Febres periodicæ, quæ stati temporis periodo accedunt & recedunt, cuiusmodi sunt quotidianæ, tertianæ, & quartanæ. Plin. *lib.* 20. *c.* 3. Semina eius si fuerint pari numero adalligata febribus, sanare dicuntur, quas Græci periodicas vocant. Sunt & alia febrium genera, quæ quoniam ad nostrum institutum nihil conducunt, rei medicæ studiosis ex libro Galeni, quo ex professo febrium differentias tractat, petenda relinquimus. Valetudo febrium. Idem *lib.* 23. *cap.* 1. Quod ad febrium valetudines attinet, certum est non dandum in febre, nisi veteribus, ægris vinum: nec nisi declinante morbo. Celsus *lib.* 3. *c.* 5. Quum verò febris instet, incipiat, augeatur, consistat, decedat: deinde in decessione consistat, aut finiatur: scire licet, optimum cibo tempus esse febre finita: deinde quum decessio eius consistit: tertium si necesse est, quandocunque decedit, cætera omnia periculosa esse. Si tamen propter infirmitatem necessitas vrget, satius esse consistente iam incremento febris, aliquid offerre, quàm increscente. Satius esse instante, quàm incipiente. ‖ ¶ Febris Querquera, dura, grauis, seu frigida, aut tremens. Seal. ‖

Febrĭcŭlă, æ, diminutiuum, Parua febris. {πυρέτιον. GALL. *Petite fieure.* ITAL. *Febricella.* GERM. Ein klein fieber. HISP. *Pequeña fiebre.* ANGL. *A litle feuer.*} Plancus *Cic.* Qui ex labore in febriculam incidit assiduam, & satis molestam. Celsus *lib.* 3. *c.* 22. Ex phthisi febricula leuis fit: quæ etiam cùm quieuit, tamen & repetit.

Febrĭcŭlōsŭs, Febri subiectus, qui febrem sæpe habet. {πυρετώδης. GALL. *Fieureux, qui a grande fieure.* ITAL. *Chi a molta febre, febricitante.* GERM. Voll fieber oder kaltwee. HISP. *Calenturoso, che tiene mucha fiebre.* ANGL. *Subiect to the feuer.*} Gell. Non morbus hic febriculosus, aut nimium grauis.

Febrīlis, e, Quasi ad febrem pertinens. {πυρετικός. GALL. *De fieure.* ITAL. *Di febre.* GERM. Das des fiebers ist. HISP. *De fiebre.* ANGL. *Of the feuer.*} Apuleius, ardore æstuans febrili.

Febrĭo, is, iui, itum, Febrem patior. {πυρέττω. GALL. *Auoir la fieure.* ITAL. *Hauer la fiebre.* GERM. Das fieber oder kaltwee haben. HISP. *Tener fiebre.* ANGL. *To haue the feuer.*} Macer, Hæc nondum tremulo potanda dabis febrienti. Cels. *lib.* 6. *cap.* 11. Potiones, si febriat puer, aquæ: si sine febre est, vini diluti. Colum. *lib.* 6. *cap. vlt.* Mulæ febrienti cruda brassica datur.

Febrĭcĭto, as, Febre laboro. {πυρέττω. GALL. *Estre en fieure, auoir la fieure.* ITAL. *Hauer febre.* GERM. Das kaltwee haben. HISP. *Tener fiebre.* ANGL. *To be sick of the feuer or ague.*} Col. *lib.* 2. *cap.* 7. Febricitanti boui

conuenit abstinere cibo vno die. Cels. *lib.* 2. *cap.* 7. Febricitauit aliquis, aut inhorruit.

‖ Febricitas, febris. Tertull.

Febriculosus, febri subiectus. ‖

Febrifuga, Matricaria, & centuria minor. Diosc. *lib.* 2. *c.* 8. & Coniza apud eundem *lib.* 3. *cap.* 23. & 35.

FEBRŬO, as, Lustro, purgo, à ferueo: hoc enim adolendo, & flammis feruentibus fieri solebat. {טהר *tihár* נקה *nikkah.* καθαίρω, ἁγνίζω. GALL. *Purger par sacrifices.* ITAL. *Lustrare, purgare.* GERM. Reynigen. HISP. *Purgar, limpiar.* ANGL. *To purge by sacrifice.*} Vel à Sabinorum lingua, qui februum, purgamentum dicunt. Varro *de vita pop. Rom.* In eorum enim sacris liba quum sint facta, incerni solent farris semine, ac dicere se ea februare, id est, pura facere. Hinc

Februarius mensis dictus est, quòd tum, id est, extremo anni mense, populus februaretur, id est, purgaretur. Per duodecim enim dies continuos Februarij celebrabantur februa: hísque diebus pro impetranda mortuorum manibus quiete, omnis populus piaculis, sacrificiisque circa sepulchra accensis facibus cereisque intentus erat. {אדר *adhár.* Φεβρουάριος. GALL. *Le mois de Feurier.* ITAL. *Febraro mense.* GERM. Hornung. HISP. *El mes de Febrero.* ANGL. *The moneth Februare.*} Et Iuno Februata, siue Februalis, quòd ei hoc mense sacra fiebant: eiúsque feriæ erant Lupercalia.

Februă, orum, dicebantur quæcunque purgamenti causa in quibuscunque sacrificiis adhibebantur. καθάρματα. Plin. Vulgata priscis temporibus opinio obtinuit, Februa esse omnia quibus malefactorum conscientiæ purgarentur, delerentúrque peccata, aut Manes defunctorum placidi redderentur. Ouid. 2. *Fast.*

Februa Romani dixere piamina patres:
Nunc quoque dant verbo plurima signa fidem.

& paulò pòst,

Denique quodcunque est quo corpora nostra piantur,
Hoc apud intonsos nomen habebat auos.

Februŭs, dictus est Pluto, vel Dis pater, inferorum Deus, quòd ei mense Februario sacrificaretur. ᾅδης. Vide Macrob. *lib.* 1 *Saturn.*

FĒCIĀLĒS, dicti à faciendo, (vt autor est Festus) quòd belli pacísque faciendæ penes eos ius erat, φετιαλεῖς. Neque enim licebat bellum inferre nisi hi & iusta causa susceptum declarauissent, & priùs indixissent. Varro, & priusquam indiceretur bellum iis à quibus iniurias factas sciebant, feciales legatos res repetitum mittebant quatuor, quos Oratores vocabant. Cic. 7. *Verr.* Habemus hominem in fecialium manibus educatum: vnum præter cæteros, in publicis religionibus fœderum sanctum ac diligentem.

Fecialium Collegium à Numa Pompilio institutum, qui de bello Pacísque iure consulerentur. ¶ Fecialium verba in bello indicendo, vide apud Gell. *cap.* 4. *lib.* 16. De eorum munere Plutarch. *in Num.* & *in Camil.*

Fēciālis, e, adiectiuum. Quod ad feciales pertinet. Cic. 1. *Offic.* Belli quidem æquitas sanctissime feciali populo Romano iure perscripta est.

Fecutinus, a, um. Gell. *cap.* 19. *lib.* 15. finitiones illæ, præternealæ & fecutinæ, &c.

‖ Fedus, pro pacto, vide *Fœdus.*

Feida, vel faida, est aperta inimicitia in legibus Longobardicis. Vide *Feudum.* ‖

FEL, fellis, {מררה *merorâh.* χολή. GALL. *Fiel.* ITAL. *Fele.* GERM. Die gall. HISP. *Hiel.* ANGL. *The gall.*} Humor est flauus in corpore, in ima hepatis parte, in vesicula quadam contentus, quam appellant χοληδόχον. Humor autem ipse à medicis flaua bilis appellatur. Bilis autem atra est, quam Græci melancholiam vocant, insaniam generans. Plaut *in Amph.* Delirat vxor, atra bili percita est. Dicitur in plurali Fella. Q. Serenus *cap. de felle.*

——— ac tali auxilio fella horrida purgat.

¶ Aliquando fel, quòd sit amarissimus humor, pro animi amaritudine ponitur. Plaut. *in Truc.* In melle sunt linguæ sitæ vestræ atque orationes: Corda in felle sunt sita, atque acerbo aceto. Linguis dicta dulcia datis, corde amarè facitis amantes ‖ quid non danunt. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Candidus à salibus suffusis felle refugi.

¶ Fel terræ, genus herbæ, quæ & centaurion, teste Plin. *lib.* 25. *c.* 6. propter amaritudinem summam appellatur.

Fellĕŭs, a, um. {χολώδης. GALL. *De fiel.* ITAL. *Di felle.* GERM. Gallechtig von der gall. HISP. *De hiel.* ANGL. *Of gall.*} Plin. *lib.* 26. *c.* 12. Sudores enim felleos mouent. ἱδρῶτας χολώδεις.

‖ Feliatum, curuatum. Gloss. Isid. ‖

FĒLĬS, is, mascul. gen. à fel: aut à fallendo murem. Animal quadrupes, quod domi alimus ad murium venatum, vulgò *Catus* dicitur ab insigni astutia. {αἴλουρος, γαλῆ. GALL. *Vn chat.* ITAL. *Gatto.* GERM. Ein katz. HISP. *Gato.* ANGL. *A cat.*} Veteres enim catos dicebant eos, qui cauti & astuti erant: vnde etiam Catones primò volunt appellatos. Quod etiamnum apud Germanos in vsu est: sic enim de astuto homine verba facientes dicunt, Er ist ein listige katz. Plin. *lib.* 10. *cap.* 73. Feles quo silentio, quàm leuibus vestigiis, quàm multo speculatu in musculos exiliunt: excrementa sua obruunt terra, intelligentes odorem illum, indicem sui esse. Varr. *lib.* 3. Omnes parietes tectorio læuigantur, ne felis aliáve bestia introire ad nocendum possit. Senec. *lib.* 20. *epist.* Quid est quare tam pauonem, quàm anserem gallina non fugiat: ac tantò minorem eis, nec totum sibi accipitrem? quare felem pulli timeant, canem non timeant? De animalis huius natura sic scribit Ælian. *lib.* 7. *cap.* 40. Quemadmodum ex felibus mas est libidinosissimus, sic amantissima catulorum fœmina: quæ veneream ideirco maris consuetudinem refugit, quòd is calidissimum, ignísque simile semen emittat genitale vt fœminam adurat. Eiusce rei mas non ignarus, communes catulos interimit. Hæc autem nouorum catulorum desiderio permota, eius libidini morem gerit. Quòd autem ab omni tetro odore feles abhorreant, eò excrementa sua, fossa priùs facta, in terra occultant. Hæc ille. ¶ Felis virginalis à Plauto dicitur virginum raptor. Felis pullaria, raptor puerorum & corruptor. Auson.

Quis Marcus? felis nuper pullaria dictus.

¶ Sunt & feles feræ, domesticis aliquantò maiores, pelle nigris maculis variegata, ex quibus domesticum nostrum animal videtur propagatum. ¶ Feli crocoton, γαλῆ κροκωτόν, subaudiendum das, aut addis. Dici solitum quoties honos additur indignis, & quos haudquaquam decet: aut quum datur quippiam iis, qui munere non norunt vti. Veluti si quis à Musis alienissimo bellissimum donaret librum. Crocoton vestis genus est rotundæ ac fimbriatæ, qua diuites vtebantur Matronæ. ¶ Mineruæ felem, αἴλουρον τῇ Ἀθηνᾷ, subaudiendum comparas. Quum multò inferiora cum præstantioribus comparantur, quòd leuicula quadam in re conueniant. Quid enim habet Minerua dea cum fele, præter glaucoma oculorum? Refertur à Zenodoto & Suida.

Felinus, Adiect. à Felis. Cels. *lib.* 5. in Malagmate 2. ad strumas, felini stercoris meminit, si mendosus non est codex.

FELIX, icis, ab ἀλίξ, ἀλιαία: aliis à fœtu. Prosper, beatus, fortunatus. {אשרי *ashrê*. ὄλβιος, εὐτυχής, μακάριος. GALL. *Heureux*. ITAL. *Felice, fortunato*. GERM. Sälig/ glückselig. HISP. *Bienauenturado dichoso*. ANGL. *Happe blessed, lucke*.} Virg. 3. *Æneid*.

Viuite felices, quibus est fortuna peracta
Iam sua.

¶ Interdum propitium significat, qui scilicet alios felices reddit. Idem 1. *Æneid*.

Sis felix, nostrúmque leues quæcunque laborem.

Vbi Seruius, Felix, propitia. Felix enim dicitur & qui habet felicitatem, & qui facit esse felicem. Vnde & deos felices, vel infelices dicimus ex rebus quas præstant. Idem *in Daphnide*.

Sis bonus ô, felix tuis.

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 5. *Trist.*

Felix qui patitur quæ numerare potest.

Senec. *c.* 15. *de tranq.* Circumcurrit tot scelerum felicium turba. Ouid. *Eleg.* 10. *lib.* 3. *Trist.*

Heu loca felici non adeunda viro.

Ibid *Eleg. vlt. lib.* 4.

Felices ambo, tempestiuéque sepulti.

Idem *Eleg.* 3. *lib.* 4. *Trist.*

Hectora quis nosset, felix si Troia fuisset?

¶ Aliquando idem est quod vtilis, siue commodus. σύμφορος. Martial.

Illa manus quondam studiorum fida meorum,
Et felix domino, notaque Cæsaribus.

¶ Aliquando pinguis, fœcundus, ferax, fertilis. εὔγεως, εὔφορος. Virg. 2. *Georg.*

Exijt ad cælum ramis felicibus arbos.

Martial. *lib.* 13.

Hos Amiternus ager felicibus educat hortis.

¶ Felix arbor, quæ fert fructum. Liu. *lib.* 6. *ab Vrb.* Nulla felix arbor, nihil frugiferum in agro relictum. Et Gell. *cap.* 12. *lib.* 19. Virgulta felicia pomis gignendis. ¶ Huius contrarium est Infelix, infortunatus, δυστυχής. Cic. 4. *Philipp.* Si quis Reipublicæ sit infelix, is felix esse non potest. Accipitur pro aduersario. Virg. 7. *Æneid.*

Ast ge iis igna sunt, omnino nil linquere inausum
Quæ posset infelix.

Vbi Seruius, Infelix, id est, aduersa Troianis. Aliquando pro sterili & infœcundo. Virg.

Infelix lolium & steriles dominantur auenæ.

Felicitas, atis, Prosperitas, beatitudo {אשר *ésher*. εὐδαιμονία. GALL. *Bonheur, prosperité*. ITAL. *Felicità, prosperità*. GERM. Glückseligkeit-wolstand. HISP. *Bienauenturança, felicidad*. ANGL. *Happinesse, prosperitie*.} Cicer. *pro Fonteio*. Videor hoc leuiter vobis pro mea autoritate præcipere posse, vt ex eo genere homines, quorum industria, virtus, felicitas cognita in re militari sit, diligenter vobis retinendos existimetis. ¶ Felicitas terræ, fœcunditas, fertilitas, apud Plin. *in Epist.* εὐφορία. ¶ Erat & Dea apud Romanos hoc nomine, cui ad impetrandum prosperos rerum institutarum successus sacra fiebant. August. 4. *de ciuit.* Quid felicitas? Dea est, ædem accepit, aram meruit, sacra ei congrua instituta sunt. Huius contrarium est infelicitas. ¶ A Deo felicitas, Θεῶν δ' ἐκ χειρῶν εὐτυχεῖς βροτοί, id est, felicitas datur Deûm homini munere. Vt res nostræ benè cedant, id in nobis situm non est, sed à superûm arbitrio pendet. Hominum est conatus, Dei est euentus. ¶ Felicitas multos habet amicos, εὐτυχία πολύφιλος. Finitimum est illi, τῷ εὐτυχοῦντι πάντες εἰσὶ συγγενεῖς. id est, felicibus cognatus est, vel quilibet. Notior est sententia quàm vt requirat interpretem. ¶ Felicitas rarò inuidiam effugit. Senec. *cap.* 2. *de consol. ad Polyb.* felicitatem suam non continuit Oceano Iul. Cæsar. Idem *cap.* 14. *de consol. ad Marc.* felicitatis simulachrum. Suet. *in Tib. cap.* 4.

Feliciter, aduerbium, Prosperè, beatè, fortunatè. {εὐδαιμόνως, εὐτυχῶς. GALL. *Heureusement*. ITAL. *Felicemente*. GERM. Glücklich/oder glückseliglich. HISP. *Bienauenturada y fertilmente*. ANGL. *Prosperouslie, happelie, with good lucke*.} Cic. 3 *de finibus*. Necessariò sequitur omnes sapientes semper feliciter, absolutè, fortunatè viuere, nulla re impediri, nulla re prohiberi, nulla egere. Plaut. *Mercat.* Feliciter is sapit, qui alieno periculo sapit. Virg. 1. *Georg.*

Hic segetes, illic veniunt felicius vuæ.

Suet. *in Claud. c.* 7. Acclamante populo Feliciter. Plaut. *Aulul sc.* 6. *a.* 4. Quæ res tibi benè feliciterque vertat.

Felicito, as, Felicem ac beatum facio. {אשר *ishêsher*. εὐδαιμονίζω. GALL. *Rendre heureux, faire heureux*. ITAL. *Felicitare, far felice*. GERM. Glückselig machen. HISP. *Hazer bienauenturado*. ANGL. *To make happie*.} ※ Infelicito, hoc est, bonis omnibus spolio, infelicem reddo, de quo suo loco.

‖Felico, as, felicem facio. Catb.‖

Fellebris, à fellando, i. fugendo deductum. Solinus de Boa, Longo seculo ita fellebri satietate vltimo exuberatus, vt obsistere magnitudini eius nulla vis queat, i. fellando ac fugendo vbera, emulgendoque quamlibet sagina & mole.

FELLO, as, Lac exugo. {ינק *janák* θηλάζω. GALL. *Tetter*. ITAL. *Tettare, poppare*. GERM. Saugen/oder ammelen. HISP. *Mamar leche*. ANGL. *To sucke milke out of a dugge*.} Solinus *in Collect.* Nequaquam mater pullo præbet vbera fellicanda. Alij legunt *fellitanda*. Nam fellare primùm fuit honestum verbum. Apud Nonium est *fellare* pro exugere. Varro, Tum cum ad quem veniunt in hospitium lac humanum fellasse.

‖Felonia, perfidia, ingratitudo, improbitas vasalli.‖

Felsina, vulgò *Bologna*. Vrbs Italiæ, postea Bononia appellata, vt scribit Plin. *lib.* 3. *cap.* 15. in descriptione octauæ regionis Italiæ, Intus, inquit) colonia Bononia, Felsina vocitata, quum princeps Hetruriæ esset.

‖Feltrum, filtrum, quia ex pilis & filis animalium fit *feltro*, vnde *feltratus*. Cod. ll. antiquatum feltriæ vestes. Calcag.

Feltria, *Feltre*, V. E. ditionis Venetæ, sub P. Aquileiensi. Antonino est vrbs Rhœtiæ.‖

FEMEN, inis, sumitur in eadem significatione qua femur. {ירך *jarech*. μηρός. GALL. *Le dedans de la cuisse*. ITAL. *La parte dentro della coscia che si tocca con l'altra*. GERM. Das inner theil am schenckel bey der scham. HISP. *El muslo por la parte de dentro*. ANGL. *The inne parte of the thigh*.} Propriè tamen femina, teste Valla *lib.* 4. sunt interiores partes, femora exteriores: femina posteriores, femora anteriores. Plin. *lib.* 11. sic de apibus scribit, Prioribus pedibus femina onerant propter matura scabra. Et *lib.* 28. Femina, inquit, atteri adurique equitatu notum est. Femina enim interiora equitando atteruntur, non exteriora. Hæc duo tamen interdum confunduntur femen & femur. Plaut. *Milit. sc.* 2. *a.* 2. In femine habet læuam manum. Mox, feriens femur dexterum. Lucret. *lib.* 4.

——— *ideo fastigia posse*
Surarum ac feminum pedibus fundata plicari.

¶ Hinc Apuleius finxit vocabulum, Interfemineum, pro pudendis muliebribus, veluti positis inter femina. Col. *lib.* 7. Vrile quoque & sub femina manum subijcere, ne ad huiusmodi tactum postmodum pauescant. ¶ Existimat Seruius femen in nominatiuo non reperiri. Priscianus docet in raro vsu. ¶ Femina etiam inferiores partes significant: nam à flexu dicta videntur. Vbi igitur iunctura cum flexu pedis est, femina dicuntur. Plaut. *in Asin.* Sed tamen tu nempe eos asinos prædicas, vetulos, claudos, quibus obtritæ ad femina erant vngulæ. Colum. *lib.* 6. Femina secari, & interdum inuri solent.

Feminalia, Tegumenta feminum, & subligacula. {περιζώματα. GALL. *Le dedans de la cuisse*. ITAL. *Le brache*. GERM. Badehr/schurtztuch mit welchem die weiber ihr scham bedecken. HISP. *Las bragas* ANGL. *Breeches or ouer stockes*.} Suet. *in August.* Vide dictionem sequentem.

FEMVR, oris, quod & Femor dicitur secundùm Phocam à ferendo, quòd his præcipuè partibus sustineatur animal, atque feratur. {ירך *jaréch*. μηρός. GALL. *La cuisse, ou le dehors de la cuisse*. ITAL. *Il difuor de la coscia*. GERM. Die außwendige dicke des schenckels/von oben herab bis auff die knie. HISP. *El muslo por la parte de fuera*. ANGL. *The outwarde part of the tight, the hamme*.} Vide latiùs in dictione Femen. Plaut. *in Milit. sc.* 2. *a.* 2. Ecce autem aduortit, nixus læua, in femore habet manum: Dextera digitis rationem computat, feriens femur dexterum. Liuius 4. *bell. Pun.* Scipionis femur tragula confixum. Velleius, Ad femur alligare pugionem. Plaut. *Mil. sc.* 1. *a.* 1. Elephanto perfregisti brachium. P. Quid brachium? Illud volui dicere femur.

Femoralia, femorum tegmina, subligaculum. {מכנסים *michnesajim*. περιζώματα. GALL. *Des brayes, haut de chausses*. ITAL. *brache*. GERM. Ein bruch/ niderkleid. HISP. *Las bragas, muslos de calças*. ANGL. *Sleves or ouer stockes, breeches*.} Suet. *de Augusto*, Quare quasi ito corpore neque frigora, neque æstus facilè tolerabat hyeme quaternis cum pingui toga tunicis, & subucula, & thorace laneo & femoralibus, & tibialibus muniebatur. Legitur & feminalibus.

‖Fen, פן vox Arabica, est doctrina.

Fenna רמז articulus, particula.

Fendo. Hoc simplex ponitur, quia sunt cōposita, defendo, offendo, infensus.‖

FENESTRA, æ, à φαίνω. antique dicebatur *festra*. Locus apertus ad lumen accipiendum. {חלון *challon*. διὰ τὸ φαίνειν, lucere, θυρίς. GALL. *Fenestre*. ITAL. *Finestra*. GERM. Ein fenster/ tagloch. HISP. *La ventana*. ANGL. *A windowe*.} Ouid.

Quâ lumen thalamis parua fenestra dabat.

¶ Interdum ponitur pro aditu, & via, & occasione. Terent. *in Heaut.* Huic quantam fenestram ad nequitiam patefeceris. Plaut. *Milit. sc.* 4. *a.* 2. Neque solarium, neque fenestra quasi clathrata. Ouid. 6. *Fast.* per fenestram ire.

Fenestrinula, Parua fenestra. Hieron. Sic autem vna, vel plures fenestrinulæ, iuxta dispositionem Episcopi. Et per detractionem mediæ syllabæ, fenestra, quod est ostium paruum in sacrario, vt ait Macrob. ¶ Fenestram aperire. metaphor. Suet. *in Tib. c.* 28.

Fenestella, & Fenestricula, diminutiua sunt à fenestra. {θυρίδιον. GALL. *Petite fenestre*. ITAL. *Finestretta*. GERM. Ein fensterlein. HISP. *Ventanilla*. ANGL. *A litle windowe*.} Col. *lib.* 1. *cap.* 1. Granaria modicis fenestellis Aquilonibus inspirentur. ¶ Est etiam *Fenestella* nomen proprium historici, sæpius a Plinio citati, qui nouissimo tempore Tiberij Cæsaris claruit: de hoc nomine ita Alciat. *in lib.* 11 *parergon*, Latini (inquit) veteres caluos in medio capitis Fenestellas vocabant, quòd ea caluities fenestræ similitudinem præ se ferret: hincque historici Fenestellæ nomen apud Plinium, quòd ea corporis parte glaber autor eius familiæ fuisset. ¶ Fenestella item alius fuit, cuius de magistratibus Romanorum liber extat.

Fenestro, as, {θυρόω, θυρίδας ποιῶ. GALL. *Faire fenestres & ouurir quelque chose*. ITAL. *Aprire qualche cosa, far vna finestra*. GERM. Ein fenster machen/ ein tagloch machen. HISP. *Abrir alguna cosa, hazer ventanas*. ANGL. *To make windowes*.} Plin. *lib.* 11. *c.* 37. Media oculorum cornea fenestrauit pupilla.

Fenestratus, a, um, Fenestris ornatus & abundans, perforatus. {θυριδωτός, θυρίδας ἔχων. GALL. *Fenestré*. ITAL. *Aperto, fatto a finestre*. GERM. Durchbrochen oder das fenster hat. HISP. *Cosa con ventanas*. ANGL. *That hath windowes, bored through*.} Plaut. Nulla est fenestratior domus.

Fenestralis, e, adiectiuum. {θυρίδιος, ὁ τῆς θυρίδος. GALL. *De fenestre*. ITAL. *Cosa de finestra*. GERM. Das zu den fenstern gehöret/oder von fenstern den nahmen hat HISP. *Cosa de ventana*. ANGL. *Of windowes*.} Vt, porta fenestralis, Ouid. 6. *Fast.*

Ferabites, dicitur agrestis. Sisenna apud Nonium, partim ferabite, partim

partim lauro ac pinu abundant. Legendum *feranitis*, i. labrusca, quæ ἄμπελος ἀγρία.

Feræ, atum, à ferendo dictæ sunt, quòd cum impetu, & sine ratione ferantur: aut quòd naturali vtantur libertate, & pro desiderio ferantur. {חיות *chaiiáh*. θῆρες. GALL. *Bestes sauuages*. ITAL. *Fiere, bestie saluatiche*. GERM. Wilde thier. HISP. *Las bestias brauas y fieras*. ANGL. *wylde beastes.*} Propriè autem feræ dicuntur quæ ferocitatem habent, vt leones, pardi, lupi, quæ vbi mansuefactæ sunt, cicures appellantur. Ouid. *in Epist. Ariad.*

Mitiùs inueni quàm te genus omne ferarum.

Idem 1. *Metam.*

Vastarúmque videt trepidus simulachra ferarum.

Quint. *lib. 1. cap.* 10. Non feras modò, sed saxa etiam, syluásque duxisse memoriæ proditum. ¶ Feræ bestiæ. Liu. 6. *bell. Pun. & lib. 1. d. 4. lib. 6. d. 5.* ¶ Fera tellus. Tibull. *lib.* 4.

Nec fera Therao tellus possessa colono.

Et, fera bestia, luxuria. Liu *lib.* 34.

Magna minórque fera. (id est, vtsæ.)

Ouid. *Eleg.* 3 *lib.* 4. *Trist.* ¶ Interdum feræ significatio latiùs extenditur, vt omnia ferè bruta terrestria complectantur. Cic. 1. *Offic.* Expertes rationis & orationis feræ. ¶ De fera comedisti, ἀγρίαν βέβρωκας. dicebatur olim oscitanti. Nam vulgò creditum, carnem ferinam comesam crebras oscitationes excitare. Venustius erit, si commodè transferatur ad supinos, oscitabundos, & negligentes.

Ferinus, a, um, Feralis, quod est ferarum. {θήρειος, θηριώδης. GALL. *De beste sauuage, comme beste sauuage*. ITAL. *Ferino*. GERM. Thierisch das von wilden thieren ist/ oder jhnen gleich ist. HISP. *Cosa perteneciente à fiera*. ANGL. *Of a wilde beaste, resembling à wilde beaste.*} Apuleius, Ferino, ac beluino ritu. Salust. *in Iugurth.* Getulis cibus erat caro ferina. *Ibidem*, Numidæ plerumque lacte & ferina carne vescebantur. Colum. *lib.* 10. *in Proæm.* Largior tamen pauperibus fuit vsus lactis copia, ferináque, ac domesticarum pecudum carne. Cic. 1. *de inuent.* Nam fuit quoddam tempus quum in agris homines passim bestiarum more vagabantur, & sibi victu ferino vitam propagabant. Ouid. *Eleg.* 11. *lib.* 3. *Trist.*

Natus es è scopulis, nutritus lacte ferino.

Idem 5. *Fast.*

Vberaque expositis illa ferina dedit. (Lupæ.)

¶ Ferina absolutè aliquando vsurpatum: & subintelligitur caro. Virg. 1. *Æneid.*

Implentur veteris Bacchi, pinguísque ferinæ.

Ferus, a, um, à θὴρ. Agrestis, & indomitus. {פרא *pere* פרר *forér*. ἄγριος. GALL. *Sauuage, farouche, cruel*. ITAL. *Fiero, saluatico, indomito*. GERM. Grimm/wild/grausam. HISP. *Fiero, brauo y cruel*. ANGL. *wyld, cruell, fierce.*} Cui opponitur cicur: & per translationem atrox, sæuus, qui ferinum animum habet, vel qui durioris est vitæ & animi crudelioris, Virg. 2. *Æneid.*

——*ferus omnia Iuppiter Argos*

Transtulit.

Cic. *ad Attic. lib.* 12. O fera tempora, quum dubitet Curtius consulatum petere. Ouid. 13. *Metam.*

Pérque feros enses.

Idem *Eleg.* 3. *lib.* 3. *Trist.* feri Manes: & vmbræ Sarmaticæ. Idem *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Ah ferus & nobis nimium crudeliter hostis.

Ibid. *Eleg.* 1. *lib.* 1.

Me fera iactat hiems.

& *Eleg.* 1. *lib.* 2.

Parce, precor, fulmenque tuum, fera tela reconde.

Idem 3. *Fastor.*

Nec vos turba feri censu fraudate magistri, (id est, Lanistæ.)

Ibidem,

Qui fera bella canunt.

Idem *Eleg.* 2. *lib.* 4. *Trist.* fera Germania. *Ibid.* feræ cædis plena. ¶ Fera flumina. Tibull. *lib.* 4.

Et fera discordes tenuerunt flumina venti.

¶ Ferus absque adiuncto pro equo, Virg. *lib.* 2. *Æneid.* & pro ceruo, idem *lib.* 7. ¶ A ferus componitur Semiferus. Vnde semifera dicuntur animalia, quæ ex fero placidóque nascuntur, vt ex apro & sue: aut certè quæ nec placida, nec fera sunt, sed mediæ inter vtrunque naturæ, vt in volucribus hirundines: in campo lepores, cuniculi: in mari, delphini. Perferus, valde ferus. παντάγριος. Varro *lib.* 2. *de re rust.* Boues perferi etiam nunc multi sunt in Dardania, & Media, & Thracia. ¶ Et per translationem, fera vlcera, fera scabies, feræ papulæ, quæ manu chirurgica non possunt perdomari.

Feritas, atis, Immanitas, naturæ asperitas ⁜ Mansuetudo. {ἀγριότης. GALL. *Farouche & sauuage maintien, brutiueté & cruauté sauuage*. ITAL. *Fierezza, crudeltà*. GERM. Wilde/grimmigkeit/grausamkeit. HISP. *Fiereza, braueza, ò crueldad*. ANGL. *wyldnesse, crueltie, fiercenesse.*} Cæsar 8. *bell. Gall.* Cultu & feritate non multum à Germanis differebant. Martial. *lib.* 1.

Postquam inter nos est, plus feritatis inest.

Liuius 4. *bell. Maced.* Lacetanos deuiam, & syluestrem gentem cùm insita feritas continebat in armis, tum, &c. Ouid. 4. *Fast.*

Deposita sequitur taurus feritate iuuencam,

Quem toti saltus, quem nemus omne tremit.

Idem *Eleg.* 6. *lib.* 4. *Trist.*

Nec feritas animo (Leonum) *quæ fuit antè manet.*

Feralia, ium, Feriæ erant Romanis, diis Manibus sacratæ: ita dictæ à ferendis ad tumulum epulis. {νεκύσια, [illegible]. GALL. *Iour dedié ès morts*. ITAL. *Giorni dedicati ad officy mortory*. GERM. Ein feyertag/ oder opffertag den Höllischen Göttern oder Geistern. HISP. *Dia consegrado à los muertos*. ANGL. *Allsoules day, a day dedicated to godde for the dead.*} Ouid. 2. *Fast.*

Hanc quia iusta ferunt, dixere Feralia lucem,

Vltima placandis Manibus illa fuit.

Cicer. *Attic. lib.* 7. Eodem enim die video Cæsarem à Corfinio post meridiem profectum esse, id est, feralibus, quo Canusio mane Pompeium.

Feralis, e, adiectiuum, Funestus, dirus, exitialis: à feralibus diebus, quibus epulæ in mortuorum sepulchra inferebantur. {θανάσιμος, [illegible], [illegible]. GALL. *Mortel, pestiferé, pernicieux*. ITAL. *Mortale, crudele*. GERM. Das zu der todten feyrtag gehört/tödlich/kläglich/grausam. HISP. *Mortal, cruel*. ANGL. *Deadlie, mortall.*} Virg. 4. *Æneid.*

Soláque culminibus ferali carmine bubo

Visa queri.

Ouid. *Eleg.* 13. *lib.* 3. *Trist.*

Funeris ara mihi ferali cincta cupresso

Conuenit.

Idem *Eleg.* 3. *lib.* 3. *Trist.*

Tu tamen extincto feralia munera semper Dato.

Idem *lib.* 5. *Fast.*

Vt nunc ferali tempore operta vides. (templa.)

Generaliter dicitur de omni re ad defunctos pertinente. Vnde Ferales vittæ, quæ sunt funeri accommodatæ. Feralia amicula, sunt vestimenta quibus cadauera defunctorum vestita sepulchro conduntur. Feralia fœdera, Tedæ ferales, & arma feralia, hoc est, mortifera. Feralia officia, quæ inferis & defunctis exhibentur. Feralis cultus, pro funebri & lugubri. Feralis item arbor. Plin. *lib.* 16. *cap.* 10. Picea montes amat, atque frigora, feralis arbor, & funebri indicio ad fores posita. Et ferales præcones, quos anteambulones atratos Latinè appellare possumus, ex quorum grege sunt funerum indictores. Budæus.

Ferax, Ferculum, vide *Fero*.

Ferbeo, ui, Bullio. {ζέω. ANGL. *To buble as water in seeting.*} Horat. 1. *Carm.*

Velatúmque stola mea cùm deferbuit ira.

Vnde & Ferbesco, scis. Huius composita sunt Deferbeo, quod est à bulliendo cesso. Gell. propriè, Puer interea venerat, & olla deferbuerat, tempúsque esse cœperat edendi. Effervesco, ἀναζέω. Extrà & valdè bullio. Vide *Ferueo*.

[Ferdaria, vide *Fridaria*.]

Ferè, aduerbium, à fero quia quod fertur ferè adest. Fermè, propè, propemodum, penè, quasi. {כמעט *chimhat*. σχεδὸν, μικροῦ, ὀλίγου. GALL. *Presque, il ne s'en faut gueres*. ITAL. *Quasi*. GERM. Schier/beinahe. HISP. *Quasi, ò poco mas, ò menos*. ANGL. *Almost.*} vt, Ferè hominem occidisti: id est, parum abfuit, quin hominem occideris. ¶ Ferè, pro plerunque. Terent. *Phorm.* —quippe homo iam grandior, Pauper, cui opera vita erat, ruri ferè sese continebat: id est, non semper, sed plerumque. Quint. *lib.* 2. *c.* 5. Nam in omnibus ferè minus valent præcepta, quàm experimenta. Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 2. Maxima pars ferè morem hunc homines habet. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist.*

Sentit amans sua damna, ferè tamen hæret in illis.

¶ Interdum in oratione ita construitur, vt intelligatur quædam vniuersitas. πᾶς. Quintil. Hæ ferè sunt emendatæ loquendi scribendique partes. id est, ferè omnes. Cicer. *de Amic.* Meminit in eum sermonem incidere qui tum ferè multis erat in ore. id est, fere semper, vel ferè omnibus. Ferè (inquit Valla *lib.* 2.) de loco, de tempore, similibúsque dicitur, vt vtor ferè hac veste in faciendis sacris. id est, omni ferè tempore. Ferè Romani orbem subegerunt. id est, ferè totum orbem. Ferè fit vt iuuenes ament. id est, ferè vbique. Liu. 1. *ab Vrbe*, Contrahit celeriter similitudo eos (vt ferè fit) malum malo aptissimum.

Ferentarii, vide *Fero*.

Ferentinum, Φερεντῖνον Ptolemæo, *Fiorentino*, oppidum est Tuscorum, iuxta Fesulas, non procul ab Arno fluuio. Cuius oppidi incolæ dicuntur Ferentini, Φερεντῖνοι. Autor Plin. *lib.* 3. *cap.* 5. & Pomp. Mela *lib.* 2. ¶ Ferentinates autem, Latij populi sunt, apud eundem Plin. *loco iam citato*, quorum oppidum Ferentinum commemoratur à Strab. *lib.* 4. Ferentina porta Romæ. Plutarch. *in Romul.*

[Ferentum, quod & Ferentium, & Ferentia, *Ferento*, patria Othonis Imperatoris, V. olim E. Etruriæ, inter Faleriam, & Viterbium, ob hæresin à Viterbiensibus, solo æquata iacet. Eius ruinæ inter Vicorchiam & montem Flasconium spectantur, & vulgò *Ferento* nuncupantur.]

Fereola, æ, vitis cuiusdam genus est, apud Columell. *lib.* 3. *cap.* 2. Irtiolam (inquit) fereolámque non facilè asseuerem quo gradu habendæ sint.

Feretrius, Φερέτριος, dictus est Iupiter non à pace ferenda (vt quibusdam visum est,) sed à ferendis spoliis. Nam Romulus deuictis Ceninensibus hostium spolia ferculo ad id facto, in Capitolium detulit, ibíque ex quercu suspensa, Ioui consecrauit, eodémque in loco Ioui Feretrio templum condidit, autórque fuit posteris, vt eò capta ex hostibus spolia deferrent. Vide Plut. *in Romul. & in Marc.* Liu. *lib.* 1. *ab vrbe*, Inde exercitu victore reducto, ipse cum factis vir magnificus, tum factorum ostentator haud minor, spolia ducis hostium cæsi suspensa, fabricato ad id ferculo gerens, in Capitolium ascendit: ibíque ea quum ad quercum pastoribus sacram deposuisset, simul cum domo designauit Iouis templo fines, cognoménque addidit Deo: Iupiter Feretri, inquit, hæc tibi victor Romulus Rex regia arma fero: templúmque iis regionibus, quas modò animo metatus sum, dedico: sedem opimis spoliis quæ regibus, ducibúsque hostium cæsis me autorem sequentes posteri ferent. Hæc templi est origo, quòd primum omnium Romæ sacratum est. Ita deinde diis visum, nec irritam conditoris vocem esse, qua laturos eò spolia posteros nuncupauit: nec multitudine compotum eius doni vulgatem laudem. Bina postea inter tot annos, tot bella, opima parta sunt spolia: adeò rara eius fortuna decoris fuit.] ¶ Est præterea Feretrius, vel Feretranus Mons, *Monte Feltro*. prouincia ditionis hodie Vrbinensis, cuius caput est S. Leonis opidum munitissimum, quod habet Episcopum Vrbinensi A. Suffraganeum. Vide *Leopolis*. Episcopus vulgò dicitur Montis Feltri.]

Feretrum, vide *Fero*.

Feriæ, arum, q. festæ, à festus. Dies cessationum ab opere: ita dicti vel à feriendis victimis, vel ab epulis ferendis: in his enim epulæ fiebant ex pecorum, frugúmque prouentibus. {עצרת *hatséreth* שבת *shabbáth* [illegible]. ἱερομηνία. GALL. *Feries, festes, iours de festes*. ITAL. *Ferie, iorni*

omni quiete. GERM. Feyrtag/festtag. HISP. *La fiesta dias de guardar.* ANGL. *Holy dayes, dayes vacant frome labour.*} Cic. *de legibus*, Feriis iurgia amouento. Festus, Ferias antiqui festa vocabant: & aliæ erant sine die festo, vt nundinæ: aliæ cum festo, vt Saturnalia: quibus adiungebantur epulationes ex prouentu fœtus, pecorum, frugúmque ¶ Feriæ præcidaneæ quid, docet Gell. *cap.6. lib.4.* Ferias seruare. Idem *cap.28. lib.2.* Idem *Capt. sc.1. a.4.* Lucrum, ludum, iocum, festiuitatem, ferias. ¶ Esuriales feriæ, vide *Esuriales.* ¶ Feriæ vindemiales excusant militem. Gell. *c.4. lib.16.* Feriarum æstiuarum tempus. Idem *cap.15. lib.9.* ¶ Feriarum autem apud antiquos multa erant genera quæ pollui dicebantur, si in his aliquod opus fieret. Erant enim inter ferias aliæ publicæ, aliæ familiis quibusdam propriæ. Feriarum publicarum quatuor erant genera, vt docet Macrobius *lib.1. Saturn. c.16.* Statiuæ, vniuerso populo communes, quæ certis & constitutis diebus fiebant, in quibus præcipuè seruabantur Agonalia, Carmentaria, Lupercalia. Conceptiuæ, quæ quotannis à magistratibus, vel sacerdotibus concipiebantur in certos, siue incertos dies, vt Latinæ, Sementinæ, Paganalia, Compitalia. Cic. 1. *de nat. deor.* Nam quum feriis latinis ad eum ipsius rogatu, accersitúque venissem. Ferias autem Compitalia, quomodò prætor concipiebat, vide apud Gell. *cap.24. lib.10.* Imperatiuæ, quas Consules, vel prætores pro arbitrio indicebant extra ordinem pro salute Reipublicæ, aut principis, aut ob rem feliciter gestam. Nundinæ paganorum erant ac rusticorum, quibus ad negotia & merces conueniebant. Erant prætere a propriæ familiarum feriæ quas quæque familia ex vsu domesticæ celebritatis obseruabat, vt Claudiæ feriæ, & Æmiliæ. Item singulorum, vt natalium dierum, quæ Natalicia dicuntur, & fulgurum & funerum expiationis. ¶ A feriis festi dies dicti sunt Feriati, hoc est, in quibus feriæ celebrabantur. ¶ Ignauis semper feriæ sunt, *ἀεργοῖς ἀεὶ ἑορτή.* Aptè accommodabitur in eos, qui nunquam non causantur aliquid quò sint in otio, quique optant dies festos, quò liceat otiari, ventrique & voluptatibus indulgere.

Férĭo, & Ferior, aris, deponens. Vaco ab opere, cesso, quiesco. {שבת *schabath* חג *chagh.* *σχολάζω, σχολὴν ἄγω.* GALL. *Cesser, se reposer, fester, ne faire rien.* ITAL. *Far feria, far vacanza.* GERM. Feyren. HISP. *Guardar sin obra la fiesta.* ANGL. *To keepe holy day to be vnoccupied.*} Vacare ab aliquo opere, vel studio. Vt feriari ab studiis. Tribon. ad Cic. *lib. Epist.12.*

Fēriātŭs, a, um, Quietus, otiosus, nihil agens. {שבת *schobéth* חגג *chogheg.* *σχολαῖος.* GALL. *Qui fait la feste, qui ne fait rien, qui est oiseux.* ITAL. *Otioso, che non fa nulla.* GERM. Gefeyret müssig. HISP. *El que es de fiesta, ocioso y sin obra.* ANGL. *That keepeth holy day, idle.*} Trebonius *Ciceroni*, Illud quoque nobis erit curæ, vt Cratippus vnà cum eo sit, ne putes in Asia feriatum illum ab iis studiis in quæ tua cohortatione incitatur, futurum. Plaut. *in Milit.* Tibi ego dico, feriatus ne sis. Martial.

Nec feriatus ibat ante carrucam.

Cicer. 1. *de natura deorum*, Deum sic feriatum volumus cessatione torpere. ¶ Feriati dies, in quibus feriæ aguntur. *ἑορταί.* Gell. *cap.20. lib.19.* Die feriato, &c. Plin. *in Epistol.* Nam & menstruum meum Calendis Septembris finitur, & sequens mensis complures dies feriatos habet. Idem *lib.18. cap.6.* malum patrem familias quisquis interdiu faceret quod noctu posset, nisi tempestate cæli: peiorem qui profestis diebus ageret quod feriatis deberet: pessimum, qui sereno die, sub tecto potius operaretur, quam in agro. Contrà, Profesti dicuntur, qui feriati non sunt. Feriata machæra, qua quis non vtitur. Plaut. *Milit. sc.3. act.1.* —hanc machæram mihi consolari volo. Ne lamentetur, néve animum despondeat, Quia se iampridem feriatam gestitem. Quæ misera gestit fractum facere ex hostibus. Malè feriatus, id est, Ignauus, inutili otio vacans, ait Budæus. Et, malè feriati homines dicti sunt à Gellio *cap.22. lib.10.* ij pseudophilosophi qui abutentes bono otio, in tricis & futili argutiarum puerilium meditatione, nihil ad vitam vel tuendam, vel ordinandam promouentium consenescunt. Malè feriati Troes. Horat. 4. *Carm. Ode 6.*

Fĕrĭātĭcŭs, idem quod feriatus, vel festus, vt dies feriatici, pro feriati. Vlpian. *lib.2. de ferijs.* Diuus Marcus effecit de aliis speciebus Prætorem adiri, etiam feriaticis.

Fĕrĭo, is, ire, sine præterito & supino, idem quod percutio. à *φέρω.* {הכה *hicchcáh* כרת *charáth.* *παίω, τύπτω.* GALL. *Ferir, frapper.* ITAL. *Percuotere, ferire.* GERM. Schlagen. HISP. *Herir.* ANGL. *To strike or smite.*} Virg. 9. *Eclog.*

Occursare capro, cornu ferit ille, caueto.

Plautus *in Amphitryone*, Non tu scis Bacchæ bacchanti si vis aduorsaries, Ex insana insaniorem facies, feriet sæpiùs. Idem *Menæch. 2. a.1.* Fores ferio? feri, placidè pulta. Idem *Prolog. Amphitr.* Adest, ferit. (id est, pulsat ostium.) Idem *Milit. sc.1. a.2.* feriens femur dextrum. Senec. *epist.89.* Ea, quæ oculos feriunt, maximè mouent. Quintil. feriri simili ictu. (de repentino vulnere orbitatis.) Idem, feriunt animum sententiæ. Plaut. *Pseud. sc.2. a.4.* Quos dum ferias tibi plus noceas. Senec. *cap.9. de consol. ad Marc.* ferimur à fortuna ex inopinato. Ouid. *Eleg. vlt. lib.4. Trist.*

Dum ferit Ausonia carmina culta lyra.

¶ Ferire item, & sancire, firmare. Vnde ferire fœdus dicimus. Virgil. 10. *Æneid.*

———haud mora, Tarchon
Iungit opes, fœdúsque ferit.

Cicer. *pro domo sua*, Sed vno tempore cautiones fiebant pecuniarum, fœdera feriebantur prouinciarum. Origo harum locutionum inde tracta est, quòd antiqui fœdus & pacem solemni pompa cum hostibus ineuntes, porcam saxo silice feriebant, id constat ex *lib.1.* Liuij, vbi vetustissimi fœderis ritus describit. ¶ Ferire item pulsare est, *κρούειν.* Plautus *in Amphitr. sc.1. a.4.* Feriam fores, aperite. Ferire iugulum, est inferre mortem, iugulare. ¶ Ferire munere, est mulctare munere, seu munus emungere. Terentius *Phorm.* Porro autem Geta ferietur alio munere, vbi hera pepererit: porrò autem alio, vbi erit puero natalis dies. ¶ Spectris feriantur oculi, Cicer. *Cassio lib.15. epist.* Ferire aures, pro excitare. Quint. *lib.9. cap.3.* Quæ etiam si fuerint crebriores, aures consuetas minùs ferient. ¶ Huius compositum est Referio, quod est repercutio, *ἀντιπαίω.* Plaut. *in Asin.* Patitor tu idem quum ego te referiam.

Fērĭo, as, vide *Feria.*

Ferĭtas, vide *Ferus.*

Fermē, & fermi, à ferè: vt à gero germen: vel ab *ἄγχι.* Ferè, penè, propè, propemodum. {כמעט *chimmáth.* *σχεδόν.* GALL. *Presque, peu s'en faut, à peu pres.* ITAL. *Quasi, poco meno.* GERM. Schier/gar noch. HISP. *Quasi ò poco mas à menos.* ANGL. *Almost.*} Terent. *in Andr.* Iam ferme moriens me vocat, id est, quum parum abesset, quin moreretur. ¶ Ponitur quandoque pro facilè, *ῥᾳδίως.* Terent. *in Andria*, fidelem haud fermè mulieri inuenias virum. vbi Donatus *fermè* pro facile posuit: ferme facilitatem significat: quia sunt aduerbia extenuationis. Plaut. *Pœnul.* Facio quod manifestè deprehensi mœchi haud fermè solent.

Fĕrmĕntum, i, à ferueo. Farina quæ subigitur priusquam addatur sal, ad pultis modum decocta, & relicta donec acescat. {שאר *seor.* *ζύμη, ζύμωμα.* GALL. *Leuain.* ITAL. *Lieuito.* GERM. Hefel/saurteig. HISP. *La leuadura.* ANGL. *Leauen or sower dowgh.*} Dictum quasi feruentum quòd feruendo crescat. Plin. *lib.18. cap.7.* Spuma ita concreta pro fermento vtuntur. Iacere in fermento, *ἐν τῇ ζύμῃ κεῖσθαι*, per translationem dicebantur qui animo essent ægro, quique iracundia turgerent. Plaut. *in Merc.* Nam mea vxor propter illum tota in fermento iacet, id est, inflata est & irata. Idem *in Cas.*—dij te seruassint mihi. Nunc in fermento tota est, ita turget mihi. Ædepol ego illam mediam diruptam velim. ¶ Fermentum translatum ad terram, id significat quod glebas resoluit, tumidámque terram ac raram reddit: quemadmodum conspersionem rarefacit fermentum. Col. *lib.3. c.11.* parum quod superest inferioris soli, rastris licet effodere, & in fermentum congerere atque componere. Idem *lib.4. c.1.* Repastinata humus, dum est recens, soluta, laxatáque, velut fermento quodam intumescit.

Fĕrmĕnto, as, Fermento misceo, seu crescere facio. {חמץ *chamátz.* *ζυμόω.* GALL. *Mettre du leuain, faire leuer ou enfler la paste, assaisonner de leuain.* ITAL. *Far lieuitar la pasta.* GERM. Hefen/versewren. HISP. *Leuadar.* ANGL. *To leauen, to mixe leauen with dowe.*} Plin. Quum fieret panis hordeaceus ciceruclæ farinæ admistione, fermentabatur. ¶ Transfertur etiam hoc verbum ad terræ culturam, quæ tunc fermentari dicitur, quum rarefit & spissæ illæ glebæ resoluuntur & augentur, & veluti inflantur: quemadmodum conspersio, hoc est, farina illa subacta, & in massam redacta, intumescit, addito fermento. Varro *lib. 1. de re rustic. cap.38.* Stercus optimum scribit esse Cassius volucrum, præter palustrium, ac nantium. De hisce præstare columbinum, quòd calidissimum sit, & fermentare possit terram. Colum. *lib.2. cap.15.* Maximè tamen columbinum probamus, quod modicè sparsum, terram fermentare comperimus. Quo in loco nonnulli exposuerunt fermentare pro stercorare, & pinguefacere, quòd viderent Columellam de stercore columbino loqui, quo agrum pinguiorem reddi credunt. Sed eam non esse mentem autoris ex diuersis eius locis facilè potest deprehendi. Ita enim habet *lib.4. cap.1.* Quid quòd repastinata humus, dum est recens, soluta, laxatáque, velut fermento quodam intumescit: quum deinde non longissimam cepit vetustatem, condensata subsidit. Quo in loco vocat terram fermento intumescentem, quam alibi vocat fermentatam. Pro eodem etiam dixit Humum resolutam, eique opposuit densam, *lib.2. cap.2.* Sed ex his nihil non melius resoluta humo quàm densa prouenit. Quod noster quoque Virgilius, quum & alias fœcundi arui laudes retulisset, adiecit, Et cui putre solum: namque hoc imitatur arando. Neque enim aliud est colere quàm resoluere & fermentare. Ex quibus Columellæ verbis clarissimum est, fermentare terram, nihil aliud esse, quàm diligenti cultura, pastinatione, siue etiam calidis stercoribus, quale est columbinum, terram putrefacere, resoluere, & rationem reddere.

Fĕrmĕntēscere, est crescere, & rarescere addito fermento: & propriè de pane dicitur. {בצק *batsék.* *ζυμοῦσθαι.* GALL. *Estre leué ou enflé de leuain, s'enfler ou leuer comme la paste.* ITAL. *Lieuitarsi, enfiare.* GERM. Aufgehn oder geschwellen von dem saurteig. HISP. *Leuadar.* ANGL. *To swell by leauen.*} Quamuis etiam ad terram transferatur, quæ tunc fermentescere dicitur, quum densitas illa glebarum rarefit, & resoluitur. Plin. *lib.18. cap.8.* Quum teratur inter digitos, fermentescens. Idem *lib.17. cap.2.* Tellus quoque illo modo fermentescit, & succi plena, ac lactescententibus satis non effœta, quum tempus aperit, tepidis arridet horis.

‖Ferna, *Ferns*, V.E. Hiberniæ, sub A. Cassiliensi.‖

Fĕro, fers, tuli, latum, à *φέρω.* Propriè significat porto. {נשא *nasa* סבל *sabál.* *φέρω.* GALL. *Porter.* ITAL. *Portare.* GERM. Tragen. HISP. *Lleuar ò traer.* ANGL. *To carie, to beare.*} Virg. *lib.5. Æneid.*

Vix illam famuli Phlegeus Sagarisque ferebant.

¶ Facit etiam præteritum tetuli, vt apud Terent. teste Diomede *lib.1. Grammat.* Huc tetulissem pedem. ¶ Ferre annos dicitur vinum. Quintilian. *cap.4. lib.2.* Item, Ferre ætatem. Plinius. Catull. *de com. Beren.*

Digna ferat si quis inaniter adiurarit.

Ouid. *Eleg.2. lib.1. Trist.*

Hac ratione diuinant notitiámque tuli. (i. adeptus sum.)

Idem *Eleg.1. lib.1. Trist.*

Ingeniique minor laude ferere mei. (i. diceris.)

¶ Ferri ordine, (id est, ordinem sequi.) Idem *Eleg.1. lib.2. Trist.* ¶ Pro accipere. Plaut. Hinc dimidium, aut plus feres.

———Lares delubra tulerunt,

Ouid. 6. *Fastor.* ¶ Pro ire, Sueton. *in Aug. cap.32.* sese ferebant succincti ferro. Pro afferre Gell. *c.1. lib.5.* Ferre medicinas. Et Plaut. *Aulul. sc.5. a.3.* Mores pro dote ferant & *Asin. sc.2. a.1.* Feras argentum, id est, auferas, accipias. Ouid. 13. *Metam.*

Quidve domum fertis decimo, nisi dedecus, anno,

Tibull. *lib.4.*

(Sol) *æstiuum fertur in orbem.*

¶ Ferri, pro funere efferri. Plaut. *Aulul. sc.3. a.1.* Cras veniat, perendie feratur forás. Et Ouid. *Eleg.3. lib.1. Trist.* sine funere ferri. (id est, auferri.) ¶ Pro dignari. Idem *in Epist.*

Sermus erat, ferus nubere Nympha tuli.

¶ Aliquando pro Inferre. Liuius *lib.4.bell.Pun.* Vitandæ, non inferendæ fraudis caussa, hoc consilij capimus. ¶ Pro auferre, siue accipere. Ouid.13. *Metam.*

Ipse tulit pretium, iam nunc certaminis huius.

Item Sueton. *in Tiber. cap. 16.* Ferre pretium perseuerantiæ. ¶ Aliquando tolero, patior. Terentius *in Heauton.* Nam quem ferret, si parentem non ferret suum? Aliquando duco, dirigo. ἄγω. Liuius *lib.1.* Pergit ad proximam speluncam, si fortè eò vestigia ferrent. Virg.6. *Æneid.*

Hinc via tartarei quæ fert Acherontis ad vndas.

Cels. *lib.7.cap.4.* si intus fistula fert, i. tendit, fertur. ¶ Sæpe etiam accipitur pro dicere; præsertim in tertiis personis. λέγω. vt, Sic ferunt homines, hoc est, sic loquuntur, aut dicunt. Tacit. *lib.1.* Ex Caio Cæsare se genitum ferebat. Liu. *lib.1.ab Vrbe*, Faustulo fuisse nomen fertur. Cicer. *de Amic.* Quod Tarquinium dixisse fertur tum quum esset exul. Virg.1. *Æneid.*

Quam Iuno fertur terris magis omnibus vnam
Posthabita coluisse Samo.

¶ Aliquando exhibeo. Idem 3. *Æneid.*

Sacra Dionæ matri, diuisque ferebam.

¶ Aliquando concupisco, γλίχομαι, ἐπιθυμῶ. Salust. *in Catil.* Tunc Catilina polliceri tabulas nouas, proscriptiones locupletum, magistratus, sacerdotia, rapinas, atque alia omnia quæ bellum & libido victorem fert. Lucan. *lib.1.*

Fert animus causas tantarum expouere rerum.

Ouid. 1. *Metamorph.*

In noua fert animus mutatas dicere formas
Corpora.

¶ Aliquando extollo. αἴρω. Salust. Consulares omnes itémque Senatus magna pars sententiam eius laudant, virtutem animi ad cœlum ferunt.

¶ Aliquando gigno, produco. γεννάω. Virg. 11. *Æneid.*

Si duo præterea tales Idæa tulisset
Terra viros.

Suet. *in Aug.c.63.* Ex Liuia nihil liberorum tulit. Idem *in Tib.c.47.* & *in Calig.c.7.* ¶ Aliquando habeo. Virg. 5. *Æneid.*

Ferre sui dederat monumentum & pignus amoris.

¶ Aliquando affero. Idem 11. *Æneid.*

Legati responsa ferunt.

¶ Aliquando confero. συμφέρω. Idem 3. *Æneid.*

——quibus acer Eryx in prælia suetus
Ferre manum.

¶ Aliquando disturbo. διαφέρω. Idem *lib.1. Æneid.*

Quippe ferant rapidi secum, vertántque per auras.

¶ Aliquando ostento. ἐνδείκνυμι. Idem 11. *Æneid.*

——captiua siue vt ferret in auro,
Venatrix.

¶ Aliquando consulo, χρηματίζω. vt Pompeius tulit ad populum. Sic ferre ad Senatum, est Senatum aliqua de re consulere. ἀναφέρειν πρὸς τὴν σύγκλητον. ¶ Aliquando aufero, ἀποφέρω Virg. *in Daphnide.*

——postquam te fata tulerunt.

Idem 9. *Eclog.*

Omnia fert ætas, id est, aufert.

¶ Aliquando refero, seu recipio. Terent. *in Adelph.* Pro labore ab his fero odium, id est, φέρω, ἢ φέρομαι φθόνον. ¶ Aliquando assequor. Ter. *in Eunucho*, Hoc si efferis, quoduis donum & præmium à me optato, id optatum feres. Et *in Adelphis*, Ni faciant quod illos æquum est, haud sic ferent, id est, obtinebunt. ¶ Quòd si cum hoc verbo, præ me, præ te, vel præ se, addatur, significat dicto, vel facto, vel gestu aliquid ostendo, confiteor. δηλόω, ἐνδείκνυμαι, vt, Præ te fers iram. Quintil. Fiduciam igitur præ se ferat orator, sempérque ita dicat tanquam de caussa optimè sentiat, id est, ex ipso aspectu oratoris, ex ipsa voce, ex ipsa oratione eluceat fiducia: quemadmodum qui pugnaturi sunt, in vultu & gestu indicant tacitam vel formidinem, vel fiduciam, hoc est, præ se ferunt fiduciam, formidinémve. Cicero, Nam ille qui accipit iniuriam, meminit, & præ se fert, id est, se mentem persequendæ iniuriæ habere ostendit. ¶ Ferre autem est assuescere aëris varietati quæ obest. Virg. *lib.2.Georg.*

Quæ semel hæserunt aruis, aurásque tulerunt.

¶ Ferre tribum, ferre centuriam dicitur is qui tribum, vel centuriam habuit sibi suffragantem. Cicer. *pro Plancio*, An tandem vna centuria prærogatiua tantum habet authoritatis, vt nemo vnquam prior eam tulerit, quin renunciatus sit? Idem 4. *Philipp.* An tum quum es factus, vnam tribum sine Curione ferre potuisses? Ferre suffragium, est suffragari, iudicare, sententiam ferre. Cic. *Attic lib.1.* Idemque refert vt vniuersus populus in campo Martio suffragium de cæde. P. Clodij ferat. ¶ Ferre sententiam, est pronuntiare. Idem *pro Cluentio*, Vos autem Iudices de hominum fortunis sententiam fertis. ¶ Ferre fortunam, pro vti, χρᾶσθαι τῇ τύχῃ. ¶ Ferre expensum, est id quod alicui dederis, in rationes referre. Cui opponitur referre acceptum, quod est, id quod acceperis ab aliquo, in rationes referre inter accepta. Qui plura ea de re nosse cupit, videat Adrian. Cardinalem, qui diligentissimè hæc explicuit. ¶ Ferre iudicem alicui, pro iudicio aliquem lacessere, & iudicem offerre. Cicer. *pro Q. Roscio*, Quem ego si ferrem iudicem refugere non deberet, quum testem producam reprehendere audebit? ¶ Ferre conditionem pro offerre & præscribere. Idem *pro Quintio*, Conditionem tuli, si vellet pecuniam petere, Quintium iudicatum solui, satis daturum. Idem *pro S.R.* Hanc conditionem misero ferunt. Ferre annos & vetustatem, siue perferre, dicuntur vina propriè: quod ad alia quoque transfertur, & significat, Vetustate non exolescere. Quintil. *lib.2.cap.4.* Quare mihi ne maturitas quidem festinet, ac musta in lacum statim austera sint: sic & annos ferent, & vetustate proficient. Idem *lib 10.c.1.* Paucos enim, vel potiùs vix vllum ex iis qui vetustatem pertulerint, existimo posse reperiri, qui iudicium adhibentibus non allaturus sit vtilitatis aliquid. Sumpta à vinis metaphora quæ non fugiunt. ¶ Fert natura, id est, Per naturam licet. Cæsar 3. *belli ciuil.* ¶ Natura fert vt extrema ex altera parte grauiter, ex altera autem acutè sonent. id est, natura comparatum. Cicer. *in somnio Scip.* Quintil. Si res in contrarium tulit. Senec. *cap.16. de consol. ad Mart.* Si benè fers amissum filium. Ouid. 5. *Fastor.*

——Si quid fert impetus, ora.
Omne feres.

Senec. *cap. 16. de consol. ad Mart.* Si benè fers (amissum filium) magna solatia reliſti nepotes: si malè, magna onera. Ouidius *Eleg. 1. lib.4. Trist.*

Et tulerit quò me casus, & vnde subit.

¶ Ferre se pro ciue. Liu. *lib.4.d.4.* ¶ Composita sunt Affero, aufero, antefero, confero, circumfero, superfero, transfero, quæ habent penultimam correptam. Tetuli Plaut. *Amph.* Et manum prehendi, & osculum tetuli tibi. ¶ Ferens, entis. Ouid. *Eleg.2.lib.1.Trist.*

Vt mare subsidat ventisque ferentis vtar.

¶ Latus, a, um. Plaut. *Amph.* Diuinitus non metuo, quin vxori latæ suppetiæ sint. Lātŏr, is, verbale. {נשׂא *nose* סבל *sobel.* φορεὺς, κομιστής. GALL. *Porteur.* ITAL. *Latore, portatore.* GERM. Ein träger. HISP. *El portador.* ANGL. *A caryer, or bearer.*} vt, Lator legis, qui & legislator vno verbo dicitur, ille est qui promulgauit, vel instituit, vel tulit legem. νομοθέτης. Cicer. 1. *de natura deorum*, Ferrétne ciuitas vlla latorem istiusmodi legis, vt condemnaretur filius, &c. Aliquando ponitur pro tabellario, γραμματοφόρος. Sueton. *in Caligula*, Quasi vniuersa tradita insula magnificas Romam literas misit, monitis sæpe latoribus, vehiculo ad forum vsque & curiam pertenderent. Latorius, adiect. vt, Latoria lex, Cicer. 3. *Offic.* Atque iste dolus malus etiam legibus erat vendicatus, vt tutela 12. tab. & circumscriptio adolescentium lege latoria. Quo in loco antiquissimi codices scriptum habent lege Pletoria, à Pletoro lata. Latio, nis. Liu. *lib.8.dec.4.* Latio suffragij.

[Ferraculum, feraculum, instrumentum ferendo aptum. Vlp.]

FĔRĀX, acis, Fertilis, fœcundus. {פורה *poreh.* εὔφορος. GALL. *Qui porte & raporte beaucoup, fertile, de grand rapport.* ITAL. *Fertile, fecundo, abundante.* GERM. Fruchtbar. HISP. *Cosa fertil.* ANGL. *Fertile, fruitfull, rancke.*} Plaut. *in Epidic.* Nullum esse agrum opinor in agro Attico Æquè feracem, quàm hic noster Periphanes. Colum. *lib.1.cap.3.* Nullus feracior, & vberior locus, &c. Plin. Vt tam ferax bonarum artium seculum videremus.

Fĕrācissimŭs, superlatiuus, Fertilissimus. εὐφορώτατος. Plin. *in Panegyrico*, Tantis segetibus induebatur, vt cum feracissimis terris quasi nunquam cessura certaret.

[Feraculus, aliquantum ferax. Cath.]

Fĕrācĭtās, atis, Fertilitas, fœcunditas. {שׂבע *sobâ.* εὐφορία. GALL. *Fertilité, planté, abondance,* ITAL. *Fertilita, abondanza.* GERM. Fruchtbarkeit. HISP. *Fertilidad.* ANGL. *Fertilitie or fruitfulnesse.*} Colum. *lib.3.cap.2.* Vbi nihil erit, aut non multum quod propter feracitatem, potiùs sequemur, &c.

[Feritas, fertilitas à ferendo dicta. Tertull.]

Fertĭlĭs, e, adiectiuum, Ferax. {פורה *poreh.* εὔφορος. GALL. *Fertile, abondant, de grand rapport.* ITAL. *Fertile, abondante, grasso, fruttuoso.* GERM. Fruchtbar, das vil tregt. HISP. *Fertile, abondante, frutuoso.* ANGL. *Fertile or fruitfull, rancke.*} Col. *lib.4.* Vt ex his partibus trunci summoueantur, quæ & genitales sunt, & maximè fertiles. Vberrimos, maximéque fertiles agros incolere. Cic. 1. *de Diuinat.* Virg. 2. *Georg.*

—— hic fertilis vua,
Hic latices, qualem pateris libamus & auro.

Plin. *lib.14. in Proœm.* Tanto priscorum cura fertilior, aut industria felicior fuit. Ouid. 4. *de Pont.*

Fertile pectus habes, intérque Helicona colentes
Vberius nulli prouenit ista seges.

Tibull. *lib.4.*

——Dum terna per orbem
Secula fertilibus Titan decurrerit horis.

Plin. Captatio in quæstu fertilissimo. Ouid. 1. *de arte,*

Fertilior seges est alienis semper in agris.

Hinc

Fertĭlĭtās, sicut à ferax feracitas, vbertas agrorum, bonitas agrorum. {שׂבע *sobâ* מיטב *metab.* εὐετηρία, εὐθηνία, εὐφορία. GALL. *Fertilité, abondance.* ITAL. *Fertillita, abondanza.* GERM. Fruchtbarkeit. HISP. *Fertilidad.* ANGL. *Fertilitie, pleintie, abundance.*} Columell. Id enim non accidit palmitis fertilitate. Fertilitas loci. Cæsar 2. *bell.Gall.* Cicer. 1. *de Diuinat.* Quæ fit vel sterilitas agrorum, vel fertilitas futura. Ouid. *Eleg.1.lib.2.Trist.*

Magna fertilitatis opus. (i. res Augusti.)

Fĕrentārĭi, orum, Leuis armaturæ milites, auxiliatores ferendo auxilio, vt quicquid opus esset, auxilio ferrent, ex cursu leues, armis grauibus non impediti, sed ense & telis tantùm instructi. Hæc Nonius. ἀκροβολισταί. Varro autem ferentarios vocat milites, qui fundis, lapidibúsque pugnabant: quæ tela feruntur, non tenentur. Salust. *in Catil.* Postquam eò ventum est, vnde à ferentariis prælium committi posset: Hi & velati vocabantur, vt inquit Festus, quòd vestiti inermes sequerentur exercitum.

Fĕrcŭlum, teste Nonio, Missus cibi, ita dictus quòd ad mensam inferatur. {τραπεζοφόρος, τραπεζοφόρημα, τράπεζα. GALL. *Vn mets de viande, qu'on porte & met sur la table.* ITAL. *Viuanda, che si porta in tauola.* GERM. Ein tracht. HISP. *Manjar ò cosa que se lleua en plato.* ANGL. *A messe or dish of meate borne to the table.*} Iuuen. *Satyr.1.*

——quis fercula septem
Secretò cœnauit auus.

Horat. 2. *Sermon. Satyr.6.*

Multaque de magna superessent fercula cœna.

¶ Aliquando sumitur pro gestamine, quod pompa deferri solet. φορημα. Suet. *in Cæsare*, Pontico triumpho, inter pompæ fercula trium verborum prætulit titulum, *Veni, Vidi, Vici.* Hoc est, inter pompæ triumphalis gestamina. Quo nomine continentur simulachra oppidorum, spolia hostium, coronæ, machinæ, & id genus alia quæ fieri solent in pompa triumphali: sicut fercula ludorum quæ in ludis: sacrorum, quæ in sacris. Acron etiam docet fercula esse pulpita, in quibus deorum

simulachra reponebantur, quia in pompa Circensi (hoc est, celebritate ludorum Circensium) huiusmodi simulachra deorum ferebantur. Cic. *lib.* 1. *Offic.* Cauendum est ne tarditatibus vtamur in ingressu mollioribus, ut similes pomparum ferculis esse videamur. Liu. *lib.* 1. *ab vrb.* ferculum fabricatum ad ferenda spolia. Senec. *cap.* 15. *de vita beat.* In ferculum alienum imponi, (sup. captiuum.) Item Sueton. *in Cæs. cap.* 76. Theusam & ferculum Circensi pompa, (sup. decerni sibi passus est.) Et Senec. *cap.* 5. *de tranquill.* Fercula illi pro congiariis numerant. Item, fercula de funere, Suet. *in Calig. c.* 15.

Fĕretrum, i, à fero, Lectus, vel quid aliud quo mortuus efferri solet, capulus. {φέρετρον. GALL. *Vn cercueil, ou biere à porter les morts, lictiere.* ITAL. *Feretro, barca, cataletto.* GERM. Ein todtenbahr. HISP. *Las andas para lleuar muertos.* ANGL. *A bier or cophin where on de ad menar caried.*} Plin. *lib.* 7. *c.* 52. Varro quoque autor est xx. viris agros diuidentibus Capuæ, quendam qui efferretur feretro, domum remeasse pedibus. ¶ Feretra item dicebantur, quibus fercula spoliáve in pompis gestabantur. Liu. 1. *ab Vrbe*, Spolia ducis suspensa, fabricato ad id aptè feretro, gerens, in Capitolium descendit.

Fer[illegible]ia, æ, Φερωνία. Nemorum dea, à ferendis arboribus. {Ein waldgöttin.} Virg. 7. *Æneid.*

—— & viridi gaudens Feronia luco.

Tradunt enim cùm lucus eius fortuito arsisset incendio, & ob id transferre inde deæ simulachrum incolæ vellent, nemus subitò euiruisse. ¶ Fuit & Feronia ciuitas sub monte Soracte, in qua eiusdem nominis dea erat, quam finitimi mira religione venerabantur.

Fĕrōx, ocis, à ferus. Elatus, sæuus, crudelis, vehemẽs, immanis. {[illegible] *pére* [illegible] *acezar* [illegible] *zedh* [illegible] *forér.* ἄγριος, θρασύς, [illegible]. GALL. *Fier, courageux, orgueilleux, farouche.* ITAL. *Feroce, fero, coraggioso.* GERM. Frech stoltz grimm. HISP. *Brauo y fiero.* ANGL. *Fierce, cruell, outrageous.*} Horatius,

Vrbes gentésque & Latium ferox.

Salustius, Ille animo feroci negat se fusum toties Numidam pertimescere. Virg. 4. *Æneid.*

Stat sonipes, & fræna ferox spumantia mandit.

Φρενομανής. Ferox animo. Plaut. *in Mil.* Et quia tecum eram: propterea animo eram ferocior. Sueton. *in August. cap.* 65. Ingenium sordidum ac ferox Plaut. *Menech. sc.* 2. *a.* 5. Iunctos equos capere, indomitos, feroces. Ouid. 13. *Metam.*

—— Ego marte feroci

In acie valeo.

Idem *Eleg* 2. *lib.* 4. *Trist.*

Ille ferox, & adhuc oculis hostilibus ardens.

Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 4. Nec te mihi facias ferocem. Idem *Asin. sc.* 4. *a.* 2. Ferox est viginti minas tractare se.

Fĕrōcŭlus, adiectiuum. {ὑπάγριος. GALL. *Vn peu trop fier & orgueilleux.* ITAL. *Al quanto feroce.* GERM. Stoltzechtig etwas frech. HISP. *Brauo vn poco.* ANGL. *Somewath fierce.*} Hircius *de bell. Afric.* Quid tu, inquit, miles tyro tam feroculus es.

Fĕrōcĭă, æ, Ferocitas. {[illegible] *achzeryjúth.* θράσος. GALL. *Fierté & orgueil.* ITAL. *Ferocita, crudelta.* GERM. Grimme stoltze. HISP. *Braueza sin tino.* ANGL. *Fiercenesse, crueltie.*} Cicer. *lib.* 6. *de Repub.* Qui comprimit eius vim, & effrænatam illam ferociam. Idem *de Arusp. resp.* Duobus inceptis verbis omnem impetum gladiatoris, ferociámque compressi. Tacit. *lib.* 2. Per communes liberos orauit, exueret ferociam. Senec. *cap.* 8 *de consol. ad Mart.* Ferociæ mitigandæ tempus efficacissimum. (i. dolori insano.)

Fĕrōcĭtās, atis, Superbia, elatio animi, crudelitas, sæuitia, & (vt inquit Speusippus) excessus audaciæ, haud metuens quæ metuenda sunt. {[illegible] *achzeryjúth.* θράσος. GALL. *Fierté, orgueil.* ITAL. *Ferocita, fierezza, orgoglio.* GERM. Hochmuth, frächeit, grimmigkeit. HISP. *Braueza con desatino.* ANGL. *Fiercenesse, arrogance in shewing, crueltie.*} Cic. 1. *Offic.* Sicut equos propter crebras contentiones, præliorum ferocitate exultantes domitoribus tradere solent, vt his facilioribus possint vti, &c. Idem *in Vatin.* Ferocitatem tuam istam comprimerem, & audaciam frangerem. Et *de sen.* Infirmitas puerorum, ferocitas iuuenum, & grauitas iam constantis ætatis.

Fero[illegible]ter, Superbè, elatè, immaniter. {ἀγρίως, θρασέως. ANGL. *Fierce[illegible]lie, cruellie.*} Plaut. *in Amphitr.* Superbi nimis ferociter legatos nostros increpant, Liuius 3. *ab Vrbe*, Legatíque caput ferociter ostentantes. Idem 3. *bell. Punic.* Cum quo ferocissimè pro Romana societate aduersùs Punicum fœdus steterat. Multò ferocius, Cicer. *Quint. F*[illegible].

Fĕr[illegible]o, is, iui, vel ferocij, itum, Ferox fio, vel ferociam exerceo. {[illegible] *ferer.* ἀγριαίνω, ἀγριαίνομαι. GALL. *Estre fier & farouche.* ITAL. *Farsi fe[illegible] incrudelire.* GERM. Frech seyn grimm vnd vngestüm sein. HISP. *Embra[illegible]er.* ANGL. *To waxe fierce, cruell or ballie.*} Gell. *lib.* 1. Nihil adeò in [illegible]grediendis hostibus, atque in principiis præliorum ad salutem, vir[illegible]que aptius rati, quàm si permulti sonis mitioribus, non immodicè ferocirent. Ouid.

Disce bonas artes, nullis assueta iuuentus

Mox intractati more ferocit equi.

Fĕrrārĭă, vulgò *Ferra.* {Ferraren.} Nomen vrbis celeberrimæ in Italia circumpadana. Item promontorium in Hispania non procul à Carthagine noua, ita nominatum quod habeat ferri fodinas ferasissimas. Vide Melam *lib.* 2.

Fĕrrŭm, i, vel à ferendo, quòd in agro colendi gratia feratur: vel à feriendo, quòd cætera eo feriantur, hoc est, domentur. Sua enim sæuitia feriendo domat reliqua metalla, attenuat, & extendit. {[illegible] *barzel.* σίδηρος. GALL. *Fer, ferrement, ferraille.* ITAL. *Ferro.* GERM. Eisen. HISP. *Hierro.* ANGL. *Yron.*} Plin. *lib.* 12. *cap.* 25. Ferro lædi vitalia odit. Cic. *de nat. Deor.* Nos ex terræ cauernis ferrum elicimus, rem ad colendos agros necessariam. Quintil. *lib.* 2. *cap.* 4 Quod etiam rusticis notum est, qui frondibus teneris non putant adhibendam esse falcem, quia reformidare ferrum videntur, & nondum cicatricem pati posse. ¶ Ferrum aliquando pro gladio accipitur. Cicer. 1. *Tuscul.* In seruorum ferrum & manus incidisset. Idem *pro Rosc. Amer.* Vulneratus ferro Phrygio Ouid. 13. *Metam.* Ferro deuastare. Senec. *c.* 11. *de tranquill.* Ad se ferrum recipere. Apud Gell. *cap.* 2. *lib.* 11. Ferro similem esse vitam docet Cato. Catull. *de com. Beren.*

Quid facient crines cum ferro talia cedant?

Ibidem, ferri frangere duritiem. ¶ In ferrum atque in vincula coniecti. Cicer. 7. *Verr.* Vbi ferrum videtur posuisse pro compedibus ferreis. ¶ Ferro & flamma rem geri, quadam prouerbij specie dicimus, quum exitiale bellum significamus. Idem *pro Luc. Flac.* O dij immortales, quid hoc miserius, nos qui P. Lentulo ferrum & flammam de manibus extorsimus, imperitæ multitudinis iudicio confidimus. Sic *pro Sylla.* ¶ Ferrum natare doces, σίδηρον νεῖν διδάσκεις. de iis qui rem conantur, quæ repugnante natura nequaquam fieri possit. ¶ Ferro damnati & ad ferrum dicuntur non qui ad bestias damnantur, sed qui damnantur vt cum gladiatoribus pugnent. Itaque Sueton. de munere gladiatorio loquens *in Nerone cap.* 12. Exhibuit (inquit) ad ferrum etiam quadringentos Senatores.

Fĕrrĕus, a, um, quod ex ferro est. {σιδήρεος. GALL. *De fer.* ITAL. *Di ferro.* GERM. Eisin. HISP. *Cosa de materia de hierro.* ANGL. *Of yron.*} vt Massa ferrea, Annulus ferreus. Plin. *lib.* 10. *c.* 42. Hæc quum loqui diceret, ferreo verberatur radio: non sentit aliter ictus, Ferream fabricam inuenere Cyclopes. Plin. *lib.* 7. *c.* 56. Virg. 3. *Æneid.*

—— confixum ferrea texit

Telorum seges.

Idem *lib.* 12.

—— it toto turbida cælo

Tempestas telorum ac ferreus ingruit imber.

¶ Ferreus per translationem pro duro, & inexorabili. Cic. *ad Treb.* Ferreus essem si te non amarem. Idem *ad Attic. lib.* 13. O te ferreum, qui illius periculis non moueris. Liu. *lib.* 9. *d.* 4. Ferrei corporis & animi M. Cato. Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 1. Delicatum te faciam cum catello vt accubes ferreo. Ouid. *Eleg.* 4 *lib.* 5. *Trist.*

Ferrea sors vitæ difficilisque premit.

Fĕrrārĭŭs, a, um, quod ad ferrum pertinet. {σιδηρικός. GALL. *Des appartenances de fer.* ITAL. *Cioche à ferro si appartiene.* GERM. Das zu dem eisen gehört. HISP. *Cosa pertenaciente à hierro.* ANGL. *That belongeth to yron.*} vt, Faber ferrarius, fodina ferraria, officinæ ferrariæ, metalla ferraria. Plin. *lib.* 34. *c.* 14. Quum ferraria metalla in his locis non sint. ¶ Ferraria aqua, qua vtuntur fabri ferrarij ad extinguendum candens ferrum. Idem *lib.* 28. *cap.* 16. Quidam vrinam equi aquæ ferrariæ ex officinis miscent.

Fĕrrārĭă, æ, substantiuum. Locus in quo ferrum foditur. {σιδηρεία. GALL. *Vne mine de fer, vne forge.* ITAL. *Minera del ferro.* GERM. Ein eisengrub. HISP. *Herreria, lugar donde se haze y labra el hierro.* ANGL. *Anyron mine.*} sicut auraria, argentaria, æraria, in quibus aurum, argentum & æs effoditur. Cæsar *lib.* 7. *bell. Gall.* Apud eos magnæ sunt ferrariæ. Liu. 4. *bell. Maced.* Parata prouincia, vectigalia instituit ex ferrariis, argentariisque.

Ferratilis, e. Plaut. *Mostell. sc.* 1. *act.* 1. Ruri augebis numerum genus ferratile.

Fĕrrātŭs, a, um, nomen est, non participium, quum verbi originem non habeat, sicut tunicatus, manicatus, & similia: significátque id cui ferrum inductum est. {σιδηρόδετος. GALL. *Ferré.* ITAL. *Ferrato.* GERM. Mit eisen beschlagen. HISP. *Cosa herrada por defuera.* ANGL. *Hauing yron vpon it.*} Vnde ferrata spicula & ferratas lanceas dicimus. Virg. *lib.* 3. *Georg.*

Vndique iam tergo ferratos sustinet orbes.

Iuuenal. *Satyr.* 1.

—— Quantum ferrata distet ab arca Sacculus.

¶ Huius compositum est Præferratus, de quo suo loco.

Fĕrrāmĕntum, i, Instrumentum ex ferro. {σιδήριον. GALL. *Instrument de fer, ferraille, fermemẽt.* ITAL. *Ferramento, instromento fatto di ferro.* GERM. Eisen werck eisen werckzeug. HISP. *Herramiento ò instrumento de hierro.* ANGL. *An instrument or toole of yron.*} Vnde ferramenta fabrilia, & ferramenta tonsoria. Cic. 1. *de natura.* Quæ molitio, quæ ferramenta, qui vectes, quæ machinæ, qui ministri tanti muneris fuerunt? Col. *lib.* 5. Nonnunquam etiam quum frondere cœperint arbores, cacumina fici acutissimo ferramento summa amputare prodest. Hinc Ferramentarius faber, ferramentorum confector.

‖Ferraria, *Ferrara*, Academia, & vrbs Episcopali, & Ducali titulo illustris, quam Principes Atestini diu tenuerunt, nunc ditionis est Pontificiæ, nimirum ab anno Christi 1597. quo Alphonsus II. Estensis, Dux Ferrariæ, obiit, filio legitimo non relicto.‖ Vide supra.

Ferricrepidinæ Insulæ. Plaut. *Asin. sc.* 1. *a.* 1.

‖Ferriterium, vbi ferrum teritur vt in carcere & catenis. vox ficta à Plauto *Mostell.* 3. 2. alij legunt *ferriteritium.* Sic &

Ferritribax, qui ferrum τρίβει, i. terit: ferreis vinculis compeditus. Plaut. *Mostell.* 2. 1.‖

Fĕrrūgo, inis, Rubigo ferri. {ἰὸς σιδήρου. GALL. *Rouilleure de fer.* ITAL. *Ruggine del ferro.* GERM. Eysen rost. HISP. *Orin, color morado, oscuro ò de hierro.* ANGL. *The rust of yron.*} sicut ærugo æris. Plin. *lib.* 23. *c.* 8. Sudor virgæ corni arboris, lamina candente ferrea exceptus, non contingente ligno, illitáque inde ferrugo, incipientes lichenas sanat ¶ Per translationem ferrugo color rufus dicitur nigrioris rubedinis, similitudine coloris ferri rubigine exesi. Virg. *lib.* 9.

Pictus acu chlamydem, & ferrugine clarus Ibera.

Fĕrrūgĭnĕŭs, a, um, quod refert colorem ferruginis. {σιδηρώδης. GALL. *Ressemblant le fer enrouillé, soit en couleur ou autrement, persumé.* ITAL. *Di color di ruggine, ferrigno.* GERM. Rostfarbig eisenfarbig. HISP. *Cosa de aquel color morado, negro.* ANGL. *Rowllie colour.*} Talis est color quem Galli sua lingua *Persumarum*, veteres (vt opinior) *impluniatum* dixerunt: aut certè is est quem hodie colorem regium vocamus, qui à superiori non ita multum distat. Quid quod Ouid. 13. *Metam.* dixit,

—— viridem ferrugine barbam.

Sunt qui velint ferrugineum colorem eum esse, quem alio nomine vocamus cæruleum: adducti, opinor, autoritate Plaut. *in Milit.* qui eundem colorem thalassicum vocat & ferrugineum. Sed non idcirco Plaut. vocat colorem ferrugineum thalassicum quòd maris colorem referat, sed quòd nautæ eiusmodi colore soleant vti in mari. Iubet enim

enim ibi Palæstrio Pleusidem, qui meretricem abducturus erat, ferruginea veste exornatum venire, vt faciliùs persuadeat militi se esse nauclerum. Verba eius, vt res faciliùs intelligi possit, ascribemus. Facito (inquit Palæstrio) vt venias ornatu huc nauclerico, causiam habeas ferrugineam, culturam ad oculos laneam: Palliolum habeas ferrugineum: nam is color est thalassicus: hoc est, mari, & nautis qui in mari versantur, idoneus. Non absimilis error est eorum, qui ferrugineum colorem arbitrantur esse colorem hyacinthi: eò quòd Virg. 4. *Georg.* hyacinthos vocat ferrugineos. Constat enim vel Ouidij testimonio, florem hyacinthum purpurei coloris esse, vtpotè qui Hyacinthi pueri sanguinem ex quo enatus fertur, dicatur referre. Certum est itaque Virgilium hyacinthum non dixisse ferrugineum, quòd ferrugineum colorem imitetur: sed eadem ratione qua 6. *Æneid.* cymbam Charontis dicit esse ferrugineam, quòd scilicet funesta putabatur & luctuosa. Solent enim lugentes vestibus ferruginei coloris vti quòd is color fuscus sit, & subobscurus. Sic etiam Virg. hyacinthum florem vocat ferrugineum, hoc est, lugubrem & funestum, alludens nimirum ad fabulam illam, qua fertur hunc florem ex sanguine Hyacinthi pueri ab Apolline iactu disci occisi, primùm fuisse enatum. Hæc paulò verbosiùs visum est discutere, quòd videamus eruditos nostri seculi tam discrepantia de hoc colore tradidisse, vt quid de eo sentire debeamus, non facilè fuerit constituere. Sed certè verisimile est hunc colorem eum esse, quem suprà diximus, qui scilicet ferruginis (à qua nomen habet) colorem imitatur: húncque eundem esse quem veteres appellauerunt Bæticum, seu Hispanum. Quod etiam non obscurè ostendit Virg. *lib.* 9. *Æneid.* quum vocat ferruginem Iberam, hoc est, Hispanicam. Quo coloris genere etiam hodie nautæ Hispani, atque adeò omnes tenuiores vtuntur: vt non immeritò Plautus colorem hunc videatur appellasse thalassicum, hoc est, mari maximè conuenientem. Nam quum hic color sit natiuus, & penè terræ similis, neque facilè mutat colorem, neque maculæ in eo apparent. Constat autem hunc colorem fuisse vilissimum vel eo argumento, quòd Plautus in loco iam citato ferrugineas vestes piscatoribus tribuit. Nam quum iussisset Pleusidem aduenire exornatum causia & palliolo ferrugineo, vt probè nauclerum ementiretur, subdit, Atque apud hunc senem omnia hæc sunt, nam is piscatores habet. Huc accedit, quòd Plin. *lib.* 29. *cap.* 6. scribit lacertas virides ferrugineis maculis esse distinctas. Lacertæ autem maculas eius esse coloris, quem iam indicauimus, nemo addubitat qui vel semel lacertam viderit. Non tamen infietias iuerim, pro ea verborum inopia, quæ est apud Latinos in distinguendis coloribus, vel ipso Plinio teste, colores aliqua ex parte ad hunc accedentes, etiam ferruginis nomine fuisse appellatos. Hinc etiam apud Claudianum *lib.* 2. *de raptu Proserpinæ*, violas etiam ferrugineas inuenimus appellari, & à magnæ autoritatis scriptoribus colorem ferrugineum inter gratissimos colores numerari. Quamobrem vt non magnopere repugnauerim iis, qui hunc colorem Gallorum lingua *Tanneum*, aut *Castaneum* interpretantur, pro intentione, aut dilutione obscuræ rubedinis, aliis atque aliis appellantes nominibus: ita plurimum ab iis dissentio, qui hunc eundem faciunt cum colore cæruleo, quem alio nomine Venetum appellant. Quorum errorem manasse arbitror ex loco Vegetij *lib.* 5. *cap.* 37. male intellecto, quòd ibi Vegetius nautis videatur tribuere colorem cæruleum, siue Venetum, quibus (vt suprà ostendimus) Plautus assignat vestes ferrugineas. Arbitrati sunt itaque eundem esse colorem quem Plautus ferrugineum, & Vegetius cæruleum, siue Venetum vocat. Sed hoc argumentum quàm falsis innitatur fundamentis, facilè diiudicabit, qui citatum Vegetij locum non oscitanter excusserit. Neque enim ibi cæruleum colorem nautis omnibus attribuit, sed iis tantùm, qui in bello nauali scaphis quibusdam exploratoriis hostium consili[a] inuestigant, quibus etiam velum nauis, atque ipsos adeò rudentes cæruleo colore tinctos esse iubet, vt aquæ marinæ similitudine, hostium oculos faciliùs fallant.

Fērrūmĕn, inis, quoddam quasi gluten, iunctura, seu ligatura, qua metalla, siue etiam aliæ res consolidari solent. {דבק *débek.* κόλλα, συνάφή. GALL. *Soudure, liaison de metaux ensemble.* ITAL. *Saldatura, colla, ligamento de metalli.* GERM. Lötmetall. HISP. *Saldadura.* ANGL. *Solder, glue, or any such thing where with mettallé or other thing is fastened together.* } Plin. *lib.* 36. *cap.* 23. Ruinarum vrbis ex maxima causa, quòd furto calcis sine ferrumine suo cæmenta componuntur. Calcem vocat ferrumen cæmentorum, id est, lapidum, quòd illa consolidentur & conglutinentur cæmenta. Ferrumen auri (vt suo loco diximus) vocatur chrysocolla: Gell. *cap.* 25. *lib.* 13. Tanquam ferrumine immisso fucatior versus. Cels. *lib.* 7. *cap.* 7. de pilis palpebr. Et imponendum medicamentum, quo ferramen quoque (mendosè *foramen* in impressis) glutinetur. infrà vocat gluten quo pilus vinctus est.

Fērrūmĭno, as, Iungo, consolido: propriè de metallis dicitur, quamuis & ad alia transferatur. {הדביק *hidbbik.* συγκολλάω, συνάπτω. GALL. *Souder, & ioindre ou coller ensemble.* ITAL. *Saldare, congiugnere.* GERM. Löten/zusammen löten. HISP. *Saldar la mesma materia, como hierro.* ANGL. *To gluer or solder.* } Pompon. Iureconsultus, si tuum scyphum alieno plumbo plumbaueris, argento ferruminaueris, non dubitatur tuum scyphum esse. Plinius pro glutinare posuit *lib.* 36. Vitrum sulphuri incoctum ferruminatur in lapides, hoc est, glutinatur in formam lapidis. Et *lib.* 35. Calcis quoque vsum bitumen præbuit, ita ferruminatis Babylonis muris.

Fērrūmĭnātĭo, {דבק *débek.* Also aliàs à suo [illegible] [illegible], συνάφή, συνάφεια. GALL. *Soudure ou collure de metaux.* ITAL. *Saldamento, saldatura, incollatura.* GERM. Zusammen lötung. HISP. *Saldadura.* ANGL. *A souldering.* } Paul. *l. in rem actio.* §. *item quæcunque, ff. de rei vend.* Ferruminatio per eandem materiam facit confusionem, plumbatum verò non idem efficit.

Fērtĭlĭs, vide *Fero.*

‖Fertor. Gloss. Isid. Fertores ferto libantes.‖

Fertum, i, pro libi genere, vide *Fartum.*

Fērvĕo, vel ferbeo, es, ferui, vel ferbui, à θέρω. ‖ quod & antiquis *feruo*, item *ferbeo.*‖ Igne supposito caleo, ebullio. {רתח *rathach.* ζέω. GALL. *Bouillir.* ITAL. *Bollire.* GERM. Heiß sein/sieding sein. HISP. *Heruir, bullir.* ANGL. *To seet, to be chaufed.* } Inde aqua propriè feruere dicitur, quum vi ignis commouetur & agitatur: quod etiam bullire dicimus. ¶ Transfertur tamen ad ea, quæ quouis modo calefiunt, siue aliquo æstu agitantur. Sic vinum feruere dicimus, quod ex musto transit in vinum. Plinius *lib.* 14. *cap.* 9. Medium inter dulcia vinum est, quod Græci ἀεὶγλευκὲς vocant, hoc est, semper mustum. Id euenit cura, quoniam feruere prohibetur, sic enim vocant musti in vina transitum. Sic etiam mare feruere dicitur quum æstu & fluctibus agitatur: vnde & fretum appellatum volunt. Ouid. 11. *Metam.*

——pontus vertigine feruet.

¶ Feruere opus dicimus, dum studio & diligentia elaboratur. Hominem quoque ira, odio, aut calore feruere dicimus, dum ira, aut odio, aut calore incensus est. Cicer. *pro Quintio.* Vsque eò feruet ferúsque auaritia, vt de suis cómmodis velit aliquam partem admittere, ne quam partem huic propinquo suo illius ornamenti relinquat. Horat. 1. *Epist.* 1.

Pectus auaritiâ, miseróque cupidine feruet.

Ouid. 2. *Metam.*

——vtque animus tumida feruebat ab ira,
Arma assueta capit.

Martialis,

——fora litibus omnia feruent.

¶ Huius contrarium est Deferuere, quod est mitescere, & placidum fieri, seu à calore deficere. Composita à ferueo sunt Deferueo, Efferueo. Referueo. A quibus deferuesco, & Referuesco. Vide suis locis.

Fĕruēns, participium, quod bullit, aut calidum est. {רותח *rothéach.* ζέων, ζεστός, βράζων. GALL. *Bouillant, fort chaud, feruent.* ITAL. *Bogliente, calidissimo.* GERM. Siedend. HISP. *Cosa herviente ò que hierue.* ANGL. *That seethed, or very heat.* } Plin. *lib.* 7. *cap.* 2. Ferúntque istas salius, vt feruentis aquæ contactum fugere. Plaut. *Curc. sc.* 2. *act.* 4. Quasi aquam frigidam feruentem ita esse putatis leges. Idem *in Amphit.* facere aliquem feruentem flagris. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 4. Epulas fouere foculis feruentibus. ¶ Migrat interdum in nomen, admittítque comparationem. Horat. 1. *Serm. satyr.* 10.

Quale fuit, Crassi rapido feruentius amni
Ingenium.

Columella *lib.* 12. *cap.* 59. Ad præsidium aquæ calidæ curritur: sed id non feruentissima fieri oportet. Cicer. 1. *Officiorum*, Nam fortis animus & magnus in homine non perfecto, nec sapiente feruentior plerunque est.

Fĕruēntĕr, aduerbium. Vehementer. {θερμοτέρως, θερμῶς. GALL. *Feruemment, ardemment.* ITAL. *Ardentemente.* GERM. Hitziglich. HISP. *Heruientemente.* ANGL. *Hately, earnestly, hastely.* } Cælius *Ciceroni*, Quòd Pilius necessarius Attici nostri de repetundis eum postulauit, magna illico fama surrexit, & de damnatione feruenter loqui est cœptum.

Fĕruēsco, is, Ferueo. (GALL. *S'eschauffer, deuenir chaud, commencer à bouillir.*) {רתח *ratách.* ANGL. *To boyle ouer.* } vt, Terræ feruescunt sole, Lucret. *lib.* 6. Ventus mobilitate sua feruescit, apud eundem. Plaut. *Capt. sc. vlt. a.* 4. Posséatne feriæ feruescere?

Fĕruo, is, ui, eiusdem significationis est cum ferueo. {רתח *rathach.* ἀναχλάζω, βράζω. GALL. *Bouillir.* ITAL. *Bollire.* GERM. Heiß sein/siedend. HISP. *Heruir.* ANGL. *To seeth, to be chaufed.* } Propert.

Incipit & sicco feruere terra Cane.

Gellius *lib.* 2. *cap.* 29. Dominus quos rogauerat opperitur, sol feruit, & fit nihil. Terentius *in Adelph.* Ego illius sensum pulchrè calleo, quum feruit maximè, tam placidum, quàm ouem reddo. Virg. 3. *Georg.*

Omnia tunc pariter vento, nimbisque videbis
Feruere.

Fĕruĕfăcio, is, vt ferueat efficio. {הרתיח *hirtíach.* θερμαίνω. GALL. *Faire bouillir.* ITAL. *Far bollire.* GERM. Sieden machen. HISP. *Hazer heruir ò bullir.* ANGL. *To cause to seeth, to make scaldinth heate.* } Cato *de re rust.* Et potionem polentæ eodem addito, & oleum feruefacito. Idem *c.* 123. Eam feruefacito cum congio vini veteris. ¶ Feruefacio, pro calefacio. Plaut. *Pseud.* Ex ipsæ se patinæ feruefaciunt illicò. Feruefacta iacula. Cæsar 5. *bell. Gall.* ¶ Hinc componitur Inferuefacio, quod est, in re aliqua operam do, vt quid ferueat. Cato, Sumito brassicam, conicito in aquam feruentem, coquito paulisper, vti subcruda siet: postea aquam defundito, non omnem: eo addito oleum benè, & salem, & cumini paululum, inferuefacito paulisper.

Fĕruĭdŭs, a, um, Feruens, maximè calidus, ardens. {רותח *rothéach.* θερμός. GALL. *Fort ardent, & bruslant, bouillant.* ITAL. *Bolliente.* GERM. Heiß/siedentig. HISP. *Cosa heruiente ò que hierue.* ANGL. *Scalding heat.* } Plin. *lib.* 13. *cap.* 4. Nulla est in Italia sponte genita, nec in alia parte terrarum, nisi in calida: frugifera verò nusquam nisi in feruida. Cicer. *de natur. deor.* Iam verò reliqua quarta pars mundi: ea & ipsa tota natura feruida est, hoc est, ardens maximè. Ouid. *Eleg.* 10. *lib.* 3. *Trist.*

Nec cumulant altos feruida musta lacus.

¶ Ponitur & translatè pro vehementi, feroci, diligenti. Liu. 7. *bell. Pun.* Quum toto eo bello damnosa, præpropera, ac feruida ingenia Imperatorum fuissent. Et Cicer. *de clar. Orat.* Appij Claudij volubilis, sed paulò feruidior erat oratio. Hinc fermentum dictum est, quòd feruendo crescat.

Fĕruĭdē, Aduerbium. {ζεστῶς, θερμῶς. GALL. *Feruemment, ardemment.* ITAL. *Feruentemente, ardentemente.* GERM. Hitzigmut eifer. HISP. *Heruientemente.* ANGL. *Heatlie, ardentlie.* } Plaut. *Trucul.* feruidè vt tota floret, vt oleum Nitidè nitet.

Fĕruŏr, is. Calor vehemens, qualis est ignis, vel Solis æstus. {חום *chom.* ζέσις. GALL. *Ardeur, ferueur, grande chaleur.* ITAL. *Bellore, ardore, feruore.* GERM. Hitz. HISP. *Heruor, obra de heruor.* ANGL. *A burning heat or vehemencie.* } Plin. *lib.* 11. *c.* 31. Indi furantur æstiuo feruore aurum erutum à formicis tempore hyberno. Horat. 1. *Carm. Ode* 16.

——me quoque pectoris
Tentauit in dulci iuuenta
Feruor, & in celeres iambos
Misit furentem.

Lucret. *lib.* 5.

——Nimijs torret feruoribus ætherius sol.

¶ Maris feruor. Cic. *de Prou. Consul.*

Siccis aer feruoribus vstus.

Ouid. 1. *Metam.* ¶ Feruor, vt ardor pro æthere, vide in *Ardor*.

FĔRŬLĂ, æ, à feriendo. Baculus, siue virga qua puerorum manus feriuntur, vnde & nomen habet: quamquam sint qui à ferendo malint deducere, quòd propter leuitatem senes ferula pro scipione solent vti. {שבט *schebéth.* νάρθηξ. GALL. *Baguette, verge.* ITAL. *Bacchetta, sferza.* GERM. Ein stabsteck oder ruht. HISP. *Cajado ò palmatoria.* ANGL. *A rodde to strike children on the palme of ther handes.*} Suet. *in Calig. cap.* 20. Obiurgare scripta mala ferulis. Iuuen. *Satyr.* 1.

Et nos ergo manum ferulæ subduximus.

Martial. *lib.* 10.

Ferulæque tristes sceptra pædagogorum
Cessent.

Columell.

Nec manibus mites ferulas.

Item,

——*ferulæque minaces*
Plantantur.

Græcè νάρθηξ: & per diminutionem ναρθήκιον dicitur. Inde apud Platonem *in Phædone*, ναρθηκοφόροι, ministri Bacchi, quasi feruligeri nominantur. Baccho enim ferulæ assignantur, quæ asinis gratæ sunt in pabulo. Ideo asinus grata hostia Baccho cadit. Seneca in Apocolocynthesi, Et proximo munere inter nouos auctoratos ferulis vapulare placet. Martial.

Denique videas an te delectet contra retiarum ferula.

Ferula annumerata est inter externos frutices à Plinio, lignum corticis loco habet, ligni autem loco fungosam intus medullam, quemadmodum caulis fœniculi, quamuis in multò maiorem altitudinem & crassitudinem exerescat. Nascitur in locis calidissimis: & vix alibi quàm in Africa. Nulli fruticum leuitas maior, ob id gestata, faciliùs baculorum vsum senectuti præbet. Col. *lib.* 5. In quo scrobe destinaueris nuces serere, terram minutam in modum semipedis ponito, ibique semen ferulæ facito: quum ferula fuerit enata, eam findito, & in medulla eius nucem Græcam, vel auellanam abscondito. Frangere ferulas dicitur, in quo ferulæ franguntur. Iuuen. *Satyr.* 6.

——*hic frangit ferulas, rubet ille flagellis.*

Fĕrŭlāceŭs, a, um, ναρθηκώδης. Plin. *lib.* 18. At milium & paniculum in culmen geniculatum & concauum: zizania verò, in ferulaceum scilicet fastigiatur.

Fĕrŭlă, sylnestris rapsia, Dioscor. *lib.* 4. *cap.* 159. Ferulæ descriptionem lege apud Dioscor. *lib.* 3. *cap.* 75. Plin. *lib.* 13. *cap.* 22. *lib.* 20. *cap.* 22. & *lib.* 24. *cap.* 1.

Fĕrŭlāgo, casia, Diosc. *lib.* 4. *cap.* 152.

Fĕrŭs, vide *Fera*.

Fĕscĕnnini versus, vt autor est Festus, Carminis genus erat omni obscœnitate & flagitio plenum, ita dictum quòd ex Fescennia vrbe primùm fuerit allatum: siue quòd fascinum arcere putabatur, quasi fascininum. Macrob. *lib.* 2. *Satur.* Temporibus Triumuiralibus, Pollio quum fescenninos in eum Augustus scripsisset, ait, At ego taceo. Non est enim facile in eum scribere, qui potest proscribere.

Fĕscĕnnĭă, teste Plin. *lib.* 3. *cap.* 5. Hetruriæ ciuitas est, cuius populi originem trahunt ab Atheniensibus. {Ein statt in Hetruria jetz Castellana genannt.}

Fĕscĕnnīnŭs, a, um, Virg. 7. *Æneid.*

——*hi Fescenninas acies, æquósque Faliscos.*

‖Fescennina clausibilis vallatio circa castra, Gloss. Isid. Vulcanus legit *fascina*, tanquam à fasce dicatur.

Fescum, seu Viscum, *Viseo*, V. E. Lusitaniæ, olim & nunc sub A. Bracarensi.

Fesnoe vocabantur, qui depellere fascinum credebantur. Fest. Scaliger legit, fascinoë, i. e. fascini, vt olim oe erat pro i, populoë, pro *populi*. ‖

Fĕssŭs, a, um, à fatisco. Fatigatus: & tam ad animum, quàm ad corpus refertur, vt autor est Valla *lib.* 4. *Elegant.* de quo in dictione *Defetiscor*. {נלאה *nileéh* יגע *iagéph.* κεκμηκώς, ἀπειρηκώς. GALL. *Lassé, trauaillé, qui n'en peut plus.* ITAL. *Stanco, lasso, stracco.* GERM. Ermüdt. HISP. *Cansado.* ANGL. *wearied, tyred.*} Virg. 1. *Æneid.*

Tum Cererem corruptam vndis, Cerealiáque arma
Expediunt fessi rerum.

Vbi Seruius, fessi rerum, hoc est, penuria fatigati. Idem 2. *Eclog.*

Thestylis & rapido fessis messoribus æstu
Allia, serpyllúmque herbas contundit olentes.

Plin. *lib.* 7. *cap.* 52. Puerum æstu & itinere fessum. Ouid. 13. *Metam.*

Fessus senilibus annis.

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 3. *Trist.*

Da placidam fesso, Lector amice, manum.

FĔSTĪNO, as, à festum: quia celeritas hic requirebatur. hinc confestim. Propero, maturo, celero, accelero. {מהר *mihér* חפז *chaphàz.* σπεύδω. GALL. *Se haster, s'auancer, diligenter.* ITAL. *Affrettare, affrettarsi.* GERM. Eilen. HISP. *Apressurarse, darse priessa.* ANGL. *To mak haste, to speede.*} Quid sit, & vnde, & quid differat festinare à properare, docet Gellius *cap.* 14. *lib.* 16. Plaut. *Aulul. sc.* 3. *a.* 3. Coquite, facite, festinate. Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 3. Qui nunc festinat, atque ab ea minatur abire. Virg. 2. *Æneid.*

Festinate viri: nam quæ tam sera moratur
Segnities?

Plin. *de viris illustr.* Sed quum ad Camerinam ab hostibus obsessam festinaret, à Pœnis in angustiis clausus est. Plaut. in *Asin.* Remigio, velóque quantum poteris, festina, & fuge. ¶ Item pro Festinanter conficere. Ouid. 11. *Metam.*

——*& iam quas induat illa*
Festinat vestes.

Sic Virg. 4. *Æneid.* dixit festinare fugam. ¶ Cum infinitiuo. Plin. *lib.* 9. *cap.* 8. Solúmque locum pandendis retibus habilem effugere festinant. Quint. *lib.* 9. *cap.* 4. Finem imponere egresso destinatum modum voluminí festino. ¶ Interdum festinare est trepidare, & turbari. Salust. Festinantibus in summa inopia patribus. Terent. *in Adelph.* Quid festinas, mi Geta? animum recipe. Idem *in Eunuch.* Quid istuc? quid festinas? aut quem quæris Pythia?

Fĕstīnŏr, aris, passiuum. Tacit. *de moribus Germ.* Nec virgines festinantur, id est, citò ad coniugium arripiuntur.

Fĕstīnātŭs, participium. {נחפז *nechpáz* מבהל *mebohál.* ἐσπευσμένος, ὁ σπεύδων ἐπειγόμενος. GALL. *Hasté & auancé, fait en haste.* ITAL. *Affrettato.* GERM. Geeilt. HISP. *Apressurado, aquexado.* ANGL. *That is doone in haste, hasted.*} Plin. *in Paneg.* Quinimò festinatis honoribus amplificat, atque auget, & maioribus suis reddit. Tacit. *in vita Agricolæ*, Ita festinatæ mortis grande solatium tulit.

Fĕstīnāntĭă, & Festinatio, Properatio. {חפזון *chippazón.* σπουδή. GALL. *Haste, hastiuité.* ITAL. *Velocità, fretta.* GERM. Eilung, eil. HISP. *Priessa ò quexura.* ANGL. *Hastinesse, speedinesse.*} Cic. *pro Milone.* Quæ causa, cur Romam properaret? cur in noctem se conijceret? quid afferebat festinationem? Col. *lib.* 11. *cap.* 2. Quo cautior villicus vel abstinere possit operibus, vel festinationem adhibere.

Fĕstīnāntĕr, aduerbium à festinans, Celeriter, & citò. {מהרה *meheráh.* σπουδῇ. GALL. *Hastiuement, en diligence, soudainement.* ITAL. *Frettolosamente.* GERM. Eilens, schnell. HISP. *Apressuradamente.* ANGL. *with speede, hastelie, quickelie.*} Cic. 5. *de finib.* Illud mihi à te nimium festinanter dictum videtur, Sapientes omnes esse beatos. ¶ Festinantiùs, Suet. *in Aug. cap.* 29. Festinantiùs publicatum cautúmque est. Plin. *lib.* 17. *cap.* 11. Quia festinantiùs germinant.

Fĕstīnātō, aduerbium à festinatus. {מהרה *meheráh.* ἐπειγόντως. GALL. *Hastiuement.* ITAL. *Frettolosamente.* GERM. In eil. HISP. *Apressuradamente.* ANGL. *Hastelie, with speede.*} Plinius *lib.* 18. *cap.* 10. Quòd nisi festinatò peragatur, lurido colore mucescere. Quintil. *lib.* 4. *cap.* 1. Quàm nihil preparatò, nihil festinatò fecisse videtur Milo. Sueton. *in Cæs. cap.* 16. Festinatò coactus senatus. ¶ Dicitur & Festinatè. Vnde comparat. Festinatiùs. Tacit. *lib.* 15. *in princ.* Occulto præcepto, compositiùs cuncta, quàm festinatiùs agerent: quippe bellum habere, quàm agere malebant.

Fēstīnŭs, Celer, properans. {מהיר *mahir.* ταχύς. GALL. *Hastif, soudain.* ITAL. *Veloce.* GERM. Eilend. HISP. *Presto y pressuroso.* ANGL. *Hastie, quicke or speedie.*} Cicer. *Att. lib.* 19. Festino enim simillimus decursu, atque in decursu θέσεις meas commentari non desino. Ouid. 11. *Metamorph.*

——*cursu festinus anhelo*
Aduolat armenti custos Phocæus Anetor.

Fĕstīnē, Aduerb. {מהרה *meheráh.* σπουδαίως, ταχέως, ἐν τάχει. GALL. *Hastiuement.* ITAL. *Frettolosamente.* GERM. Eilends, flux. HISP. *Apressuradamente.* ANGL. *Hastelie, quickelie.*} Cic. *Attic. lib.* 4. Si quid forté de comitiis, de Republica (soles enim tu hæc festiué odorari) scribas ad me.

Fēstĭuĭtās, festiuitatis, vide *Festus*.

Fēstră, Ostium minusculum in sacrario, ab fenestra per detractionem mediæ syllabæ. Festus.

FĔSTŪCĂ, æ, à festino. Minima quæque res, & leuissima. {קש *mots.* κάρφος. GALL. *Vn festu, vn ietton & scion d'arbre.* ITAL. *Ramuscello, festuca.* GERM. Ein ägel, stupfel. HISP. *La paja ò palillo ò cosa semejante.* ANGL. *A festu, a greasse or yonge sette of a tree.*} Col. *lib.* 8. *cap.* 15. Per quos festucæ, surculique in auiariis passim spargendi sunt. Plin. *lib.* 19. *cap.* 10. Fœminam coitum fugere, donec mas festucam aliquam imponat auersæ. ¶ Festuca, virga Prætoria quæ imponebatur seruo, quem dominus apud Prætorem manumittebat: vnde & vindicta dicebatur, quòd ea in libertatem vindicaretur, vt colligi potest ex Plutarchi libello, quem de Sera numinis vindicta inscripsit. Plaut. *in Milit.* Quid ea? ingenua, aut festuca facta? serua, an libera est? Pers. *Sat.* 5.

Non in festuca lictor quam iactet ineptus.

¶ Ne moue festucam, μὴ κάρφος κίνει. Prouerbium, vbi quis omnis strepitus impatiens est.

Fēstūcārĭŭs, adiectiuum. {καρφαλέος, καρφηρός. GALL. *De festu, de ietton.* ITAL. *Di ramuscello, di festuca.* GERM. Das von der ägel ist. HISP. *Cosa de paja ò palillo.* ANGL. *Of a festu or younge sette.*} Gell. *cap.* 10. *lib.* 3. Idcirco Ennius significare volens bellum non vt ad Prætorem solitum est, legitimis actionibus, neque ex iure manu consertum, sed bello, ferróque, & vera vi, atque solida: quod videtur dixisse, conferens vim illam ciuilem, & festucariam, quæ verbo diceretur, non quæ manu fieret, cum vi bellica, & cruenta.

Fēstŭs, ab ἑστία, dea, quæ ab Hebræo Esch dicta: vel ab ἑστιάω Domitiani amicus, qui dum mentagra vsque ad desperationem laboraret, gladio se traiecit: prius tamen amicos consolatus. Eius mortem Martial. *lib.* 1. describsit.

FĒSTŬS, a, um, Dies festus, feriatus, feriæ. {ἑορτάσιμος, ἑορτινός. GALL. *Festé, celebré, solemnel.* ITAL. *Festa, di festino, di festa.* GERM. Feyrtäglich/ zu einem fäst gehörend. HISP. *Cosa de fiesta que es de guardar.* ANGL. *A festiuall day when one maketh good cheere.*} Vnde festi dies, in quibus vel sacrificia diis offerebantur, vel epulationes celebrabantur, vel ludi in honorem deorum agebantur, vel feriæ obseruabantur ἑορτή. Plaut. *in Aul. sc.* 5. *a.* 2. —festo die si quid prodegeris, Profesto egere liceat, nisi peperceris. Virg. 1. *Georg.*

Quippe etiam festis quædam exercere diebus
Fas & iura sinunt.

Idem *lib.* 6. *Æneid.*

——*festósque dies de nomine Phœbi*
Instituam.

Sen. *cap.* 15. *lib.* 5. *de tranq.* Per ludos & festa tempora tripudiare. Ouid. *Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.*

Hæc (dies) *est armigeræ festa de quinque Mineruæ.*

¶ Festum solemne. Idem 2. *Fast.*

Forte Ioui Phœbus festum solemne parabat. (mox, pia facta.)

Idem 3. *Fast.*

Idibus est Annæ festum geniale, &c.

¶ Huius compositum & contrarium est, Profestus: vt, Profesti dies, qui hominibus ad rem vel priuatam, vel publicam administrandam concessi

cessi erant. Quandoque festus dicitur ad festum diem pertinens: vt, Festæ frondes, quæ festis adhibentur.

Festatus est semper Dialis. Gell. cap. 15. lib. 10.

Festīvus, a, um, à fando. Lepidus, vrbanus, facetus. {ghâl. ἀστεῖος, χαρίεις. GALL. Plaisant, ioly, recreatif. ITAL. Piaceuole, facete. GERM. Lustig, lieblich. HISP. Cosa bien criada y donosa. ANGL. Pleasant in talk mirie, prettie.} vt, Festiua oratio, dictum festiuum. Cic. lib. 1. Offic. de Græcis, dulcem & facetum, festiuique sermonis. Plaut. Pseud. sc. 2. a. 5. In festiuo loco festiuè accepti sumus. Idem Curc. sc. 1. a. 1. Festiuæ fores, suprà bellissimum ostium. Ibid. Aperiuntur ædes festiuissimæ. Plaut. in Milit. sc. 6. a. 2. Nimium festiua mulier operam præbuit. Terent. in Adelph. O mi pater festiuissime. Quidam etiam festiuum pro festo accipiunt, siue ad festum pertinente: vt, Festiua gaudia. In hac tamen significatione apud veteres non inuenies. Festiua veste indutus, Interpres Iuuenal.

Festiuè, aduerbium, Bellè, facetè. {χαριέντως, ἀστείως. GALL. Plaisamment, ioyeusement, iolyment. ITAL. Piaceuolmente, allegramente. GERM. Lieblich, holdseliglich. HISP. Con buena criança y donayre. ANGL. Ioyfully merely.} Cic. ad Quint. fratr. lib. 2. Quanquam à te actam fabellam video esse festiuè, nullo modo probaui. Idem ad Att. lib. 4. Soles enim tu hæc festiuè odorari.

Festiuitèr, aduerb. χαριέντως. Festiuè. Gell. lib. 1. cap. 2. Seuerè simul ac festiuiter se vinxit.

Festiuissimè, χαριεστάτως. Gell. lib. 8. cap. 5. Atque ibi Iulianus festiuissimè, nolite quærere, inquit, quid sentiam.

Festiuitas, atis, Lepor, & vrbanitas sermonis. {ghil. ἀστειότης, [illegible]. GALL. Plaisance, ioyeuseté, iolyneté, recreation. ITAL. Piaceuolezza, gentilezza. GERM. Lieblichkeit, holdseligkeit. HISP. Aquella buena criança y donayre. ANGL. Mirth, ioy fulnesse, ioylytie.} Sueton. in Calig. cap. 7. Insigni festiuitate pueri. Autor ad Heren. lib. 1. Illud genus narrationis quod in personis positum est, debet habere festiuitatem. Cic. de clar. Orat. Festiuitate igitur & facetiis, inquam, C. Iulius L. F. & superioribus & æqualibus suis omnibus præstitit. Plaut. Capt. Lucrum, ludum, iocum, festiuitatem, ferias, &c. Terent. Eunuch. An fortunam collaudem, quæ gubernatrix fuit? An mei patris festiuitatem, & facilitatem? ¶ Festiuitates vocum. Gell. cap. 1. lib. 5.

Fesulæ, arum. Olim Hetruriæ insignis ciuitas fuit: hodie modicus vicus non procul à Florentia: conditam autem volunt ab Atlante Mauritaniæ rege.

‖Fetialis, vide *Fecialis*.

Fetutina. Non. cap. 1. Moletrina à molendo, quo pistrinum dicimus: vt fetatrina, fetutina. videtur esse locus fœtidus.‖

Feudum, feodum, à fide, seu fidelitate, aut fœdere: siue, vt alij, à Longobardico & Italico *fede*, vel *faide*, aut *pheden*, seu Germanico Fede/ & Vogthey/ præfectura. Barbarum vocabulum à Gottis ortum, quo significatur genus clientelæ, quo vel dignitas, vel vectigal, vel prædium aliquod ea lege alicui datur, vt ipse & ipsius posteri atque hæredes beneficij autorem perpetuò agnoscant, & quasi pro patrono colant: eiúsque caput, existimationem, & fortunas tueantur.

F I

‖Fi imperatiuus ex *fio*: sed rarus. Plaut. Curc. 1. 1. Fi mihi obsequens. Fite mihi volentes propitiæ. Horat. 2. Sat. 5.

——si cognitor ipse.

Fi, fi, vocula, quâ fœtidos abigimus. vide *Fu*.

Fiatola, piscis marinus. Rondel.

Fibebella, lumina Solis ortus, vel Lunæ. Pap.

Fiber, Varro lib. 4 de L. L. Fiber, ab extrema ora fluminis dextra & sinistra maximè quòd solet videri. & antiqui fibrum dicebant extremum: vnde & in sagis extrema fimbriæ, & in iecore extremum fibra. Hinc fiber dictus. Ergo

Fiber, a, um, est adiectiuum, i. e. extremus. ¶ Et fiber substant. animal, aliàs castor. {GERM. Biber. sicut aliæ gentes hanc vocem ferè retinent, leui tantùm mutatione: vt ITAL. Biuaro. HISP. Biuerio. GALL. Bieure.} Ratio nominis est, quia fibra, id est, extremitates amnium colit. vide paulo antè *Fiber*. ¶ Est & fiber, genus vespæ quadrupes incitatissimum, teste Festo. Plaut. Sic me subis quotidie, quasi fiber salicem.

Fibrinus, a, um, Plin lib. 17. cap. 28. Fibrina pelle detergunt.

Fibræ, arum, Fibra, æ, à fine. Nam in sagis & extis extrema dicuntur fibræ. Omnium extremitates rerum. Ab antiquo adiectiuo Fiber, a, um, quod idem erat quod extremum, Varr. teste 4. de ling. Lat. factum, vt arbitror, à verbo finio, eodem modo quo à tumeo tuber, à suo suber, à craceo craber. {ἶνες, λοβοί. GALL. Petites veines & menues comme vn cheueux, petis filets, extremité de toutes choses. ITAL. L'estremità di tutte le cose. GERM. Der äusserste theil einen iedern dings als an der leber die zäserle / an welchen die Aderlin so dadurch gehen / an den wurtzeln die kleinen würtzeln vnd haar. &c. HISP. La parte cabera de todas causas. ANGL. Small veines like heares, or the bordes of any thing.} Vnde & iecoris, & cordis, & cuiuscunque visceris extremæ partes, fibræ dicuntur. Suet. in Aug. cap. 95. Ab ima fibra replicata iecinoris. Virg. lib. 6.

——nec fibris requies datur vlla renatis.

Et Celsus pulmonis fibras nominat, lib. 4. cap. 1. Pulmo spongiosus, ideóque spiritus capax, & à tergo spinæ ipsi iunctus, in duas fibras vngulæ bubulæ modo diuiditur. Plin. lib. 11. cap. 37. Murium iecusculis, fibræ, ad numerum Lunæ dierum in mense congruere dicuntur, totidémque inueniri. Quin & minuta radicum in arboribus herbísque capillamenta, hoc nomine appellantur, ἶνες. Idem lib. 17. c. 10. de arborum sationibus ait, solum eligi oportere quàm maximè rimosum, ne penetrans sol exurat fibras. Virg. 1. Georg.

——& amaris intuba fibris.

Columella de allio. Quum ternas, inquit, fibras emiserint spicæ, sarriantur. Idem lib. vlt. de rapis, Post tertiam diem mediam fibram rapi gustato, si receperit salem. Cicer. 1. de Diuinat. Similiter quid fissum in extis, quid fibra valeat accipio: quæ causa sit nescio. Persius Satyr. 1.

——nec enim mihi cornea fibra est.

id est, non sunt ita dura præcordia, vt laudis amore non capiar, inquit Budæus. Idem Satyr. 5.

Quod latet arcana non enarrabile fibra.

‖Fibella, parua fibra.‖

Fibrātus, a, um, adiectiuum. {ἰνώδης. ANGL. That hath small thinges lik heare, as in onyons.} vt, Fibrata radix cæparum modo. Plinius lib. 25. cap. 5.

Fibŭla, æ, à figo, fixum, vt à fatum fabula. Propriè ornamentum cinguli ad vestem subligandam. {chabeh. πόρπη, περόνη. GALL. Vne boucle ou agrafe. ITAL. Fibia. GERM. Ein hafft/ das beschleust an einem gürtel. HISP. La heuilla de la cinta ò vestidura. ANGL. A buckle or claspe.} Virg. 4. Æneid.

Aurea purpuream subnectit fibula vestem.

¶ Ponitur quandoque pro circulo æneo quo adulescentulorum virilia solent coërceri, conseruandæ vocis gratia, quo ex veneris vsu debilior reddi solet, & asperior. Solet etiam huiusmodi fibula Comœdorum, Histrionúmque pudendis adhiberi: quòd illi potissimum hominum generi vocalitas sit necessaria. Mart. lib. 7.

Menophili penem tam grandis fibula vestit,
Vt sit Comœdis omnibus vna satis.

Idem lib. 14.

Dic mihi simpliciter,
Comœdis & Citharœdis
Fibula quid præstat? Cariùs vt futuant.

Hinc deducitur verbum Fibulo, & eius compositum Infibulo, hoc est, circulum æneum peni induco. Item, Refibulare, hoc est, fibulam huiusmodi soluere. Vide plura de fibula apud Corn. Cels. lib. 7. cap. 25. Col. lib. 6. cap. 5. de Bobus sic habet, Ænea fibula pars auriculæ latissima circumscribitur: ita vt manante sanguine, tanquam o literæ ductus appareat orbiculus. In emendatioribus exemplaribus subula legitur, non fibula. Aurea fibula donabantur antiquitus milites. Liu. 27. Tum puero annulum aureum, tunicam lato clauo, cum Hispano sagulo & aurea fibula equúmque ornatum donat. Idem 9. bell. Maced. Quintius alter Prætor suos equites catellis, ac fibulis donauit. ¶ Fibulæ item in ædificiis dicuntur ferramenta quibus tigni coniunguntur. Cæs. 4. bell. Gall. Hæc vtraque insuper bipedalibus trabibus immissis quantum eorum tignorum iunctum distabat, binis vtrinque fibulis, ab extrema parte distinebantur. Ab hoc nomine dicitur Suffibulum vestimentum album, prætextum, quadrangulum, oblongum, quod in capite Vestales sacrificantes habebant, idque fibula comprehendebatur.

Fibŭlo, as, are, Fulcire, coniungere, {chibbér hidbbik. ἐμπερονᾶν. GALL. Boucler, agrafer, conioindre auec vne boucle ou agrafe. ITAL. Affibiare. GERM. Zusammen hefften/ den ring einthun. HISP. Poner heuilla, hayuntar. ANGL. To buckle or fasten together.} Colum. lib. 1. Omnésque parietum & soli iuncturæ testaceis puluinis fibulantur: quoniam ferè quum his partibus ædificia rimas egerunt, caua præbent, ac latebras subterraneis animalibus. ¶ Huius composita sunt, Confibulo, Diffibulo, refibulo, & infibulo. Est autem infibulare, super glandem penis, fibulam, hoc est, circulum æneum inducere: quod fiebat duabus de causis, vel vocis seruandæ gratia, vel valetudinis, ut quod iam dictum est. Vide de hoc Corn. Cels. lib. 7. cap. 25. Refibulare, est fibulam tollere, siue soluere. Mart. lib. 7.

Et cuius refibulauit turgidum faber penem.

Idem significat diffibulare. Papinius,

Emicat & torta chlamydem diffibulat auro.

Ficārius, vide *Ficus*.

Ficedŭla, {συκαλίς, Hesychio συκίς. GALL. Roussette, Becquefigue. ITAL. Becquafigo, Piccafico. GERM. Ein schnepf. HISP. El tordo, ò aue comedora de higos. ANGL. A nightingale, a birde that eateth figges.} Auis est, lusciniæ colore ac magnitudine similis. Ficedula autem & Atricapilla vicibus commutantur. Fit enim ineunte autumno ficedula: ab autumno protinus atricapilla. nec inter eas discrimen, nisi coloris ac vocis. Plin. lib. 10. cap. 29. Alia ratio ficedulis. Nam formam simul colorémque mutant. Hoc nomen nonnisi autumno habent, postea Melancoryphi vocantur. Atricapilla, melancoryphus, {μελαγκόρυφος. GALL. Pinsone. ITAL. Capanero.} Gapisulcula: in Creta Melancephalo. Festus. Melancoryphi genus auium, quæ Latinè vocantur Atricapillæ, eo quòd summa earum capita nigra sint. Est & ficedulæ syluestris species, [illegible] Aristophani: Lotharingis vulgò Tarier. Rursus ex ficedulis ficedula torquata, [illegible] Aristophanis.

Ficedulenses. Plaut. Capt. sc. 3. a. 1. Ficedulensibus opus militibus.

Fīcus, à σῦκον. {tenáh. GALL. Figue. ITAL. Fico. GERM. Ein feige. HISP. Higo fruta. ANGL. A figge.} Tria omnino significat, fructum scilicet notissimum, quem Græci σῦκον vocant, deinde arborem ipsam quæ hunc fructum profert, quam illi συκῆν appellant: tertiò viceris genus in locis pilosis nascens, à similitudine fici fructus ita appellatum. Pro hac significationum varietate diuersa habet genera & declinationes. Nam quum pro fructu accipitur, tam secundæ declinationis est, quàm quartæ. In secunda tamen declinatione tam masculini generis est, quàm fœminini: in quarta verò solùm fœminini generis. De secunda declinatione hæc extant exempla. Sueton. in Augusto cap. 7. ficos virides, biferas maximè appetebat, vescebatúrque & ante cœnam. Plin. lib. 16 cap. 26. Fici mirabiles sunt, & abortiui, qui nunquam maturescunt. Macrob. lib. 3. cap. 10. Grossi appellantur fici qui non maturescunt. Quanquam Plinij lectio hodie sic habet, in ficis mirabiles sunt & abortiui qui nunquam maturescunt. Item apud Macrobium hodie sic legitur, Grossi appellantur fici quæ non maturescunt. Et (vt ingenuè quod sentio, proferam) nulla, aut certè paucissima de genere masculino possunt adduci testimonia: hisce præsertim duobus locis immutatis, quibus maximè innitebantur qui in masculino inueniri asserunt. Valla tamen in secunda declinatione tam masculinum, quàm fœmininum esse credit: quòd etiam ex hoc apparet, quòd hoc nomine pro morbo, qui à fructus similitudine dictus est, in masculino genere vtamur. Huc accedit diminutiuum ficulus, quod quum sit masculini generis, videtur ipsum etiam primitiuum eiusdem esse generis. Solent enim ferè semper diminutiua eius esse generis, cuius sunt primitiua: quanquam

quanquam hoc nonnunquam fallat. Quicquid id est, frequentiùs certè fœmininum est: vt apud Varr. *lib.1. de re rust.* Fici (inquit) semen naturale intus in ea fico quam edimus. Et *paulò pòst*, Quum enim testiculas per ficos quam edimus, maturas, & eas quum maturuerint, complicant. Plin. *lib.15. cap.* 18. E reliquo genere pomorum ficus amplissima est. De quarta declinatione etiam frequentia occurrunt exempla. Iuuen. *Satyr.* 14.

——si vis aliam decerpere ficum.

Martial.

Res mira est, ficus non habet vnus ager.

¶ Ficus pro arbore, gen. fœm. est, & secundæ, vel quartæ declinationis. {συκῆ. GALL. *Figuier.* ITAL. *Fico.* GERM. Ein feigenbaum. HISP. *La higuera arbol.*} Plin. *lib.* 16. Quidam breuitate radicum senescere celerius arbores putant: quod coarguunt fici, quarum radices longissimæ sunt, & senectus ocyssima. Iuuen.

—— —— ad quæ

Discutienda valent sterilis mala robora fici.

Cicer. *de Orator.* per quartam declinationem inflexit. Cui, quum familiaris quidam quereretur, quòd diceret vxorem suam suspendisse se de ficu: Amabo te, inquit, da mihi ex ista arbore quos seram surculos. ¶ Ficus pro morbo masculini generis, & secundæ declinationis, σῦκος. aliter marisca, Germanis Feigwartz / quasi verruca fici: est tuberculum in ano ad fici similitudinem. Martial. *lib.* 1.

Dicemus ficos Cæciliane tuos.

Sunt qui hoc loco ficus, quarta declinatione legant. Nascitur hoc vitium ferè in capite, tum in capillo, tum in barba, & locis obscœnis, quæ pilis teguntur. Celsus *lib.6. cap.* 3. Est etiam vlcus, quod à fici similitudine σύκωσις à Græcis nominatur. Caro excrescit: & id quidem generale est. Sub eo verò duæ species sunt, nam alterum vlcus durum & rotundum: alterum humidum & inæquale. Ex duro exiguum quiddam & glutinosum exit: ex humido, pus mali odoris, fitque in his partibus quæ pilis conteguntur: sed id quod humidum, præcipuè est in capillo, atque ano ex attritu, quem cinædi patiuntur. In ficorum genere sunt Chalcidicæ, Chiæ, purpureæ chelidoniæ, mariscæ, callistruthiæ, Liuiæ, Libysiæ, Flauiæ, & reliquæ. ¶ Ficus duplex, vide *Duplex.* ¶ Ficum petit, σῦκα αἰτεῖ. In eum dicebatur qui commoditatis alicuius gratia blandiebatur. Inde natum tradunt, quòd olim Athenienses agricolis blandiri solerent, vt ab illis ficos præcoquos acciperent. Aristophan *in Vespis.* ¶ Ficos diuidere, σῦκα μερίζειν, prouerbialiter dicuntur, qui impendio parci ac sordidi sunt etiam si ditissimi. Marr. Ficus ficus, ligonem ligonem vocat, τὰ σῦκα σῦκα, τὴν σκάφην σκάφην λέγων. Quadrat in eum qui simplici & rusticana vtens veritate, rem vt est, narrat, nullis verborum ambagibus ac phaleris obuoluens. Ficum Mercurio, σῦκον ἐφ' Ἑρμῇ. de prompto & quibuslibet exposito beneficio dicebatur. Nam antiquis mors erat, sicubi ficus repertus fuisset, eum veluti Mercurio sacrum suspendere. ¶ Vt fici oculis incumbat, ὥσπερ τὰ σῦκ' ἐπὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς ἰδεῖν. De iis dicebatur qui pertinaciter vrgerent premerentque negotium aliquod. Sumpta similitudine à ficis, hoc est, à vitio quod oculis innascitur, nec facilè potest euelli oculo incolumi. Aristoph. *in Ranis.* ¶ Similior ficu, ὁμοιότερος σύκου, per iocum dicebatur de vehementer inter se similibus. Ducta metaphora ficorum inter ipsas similitudine. Plutarchus.

Ficŭlŭs, diminutiuum est. {συκίον. ANGL. *A litle figge.*} Plaut. *in Sticho,* Nucibus, fabulis, ficulis.

Ficetum, i. Locus vbi ficus consitæ sunt. {συκών. GALL. *Figueraye, lieu complanté de figuiers.* ITAL. *Ficareto, luoco piantato di fichi.* GERM. Ein feigengarten. HISP. *Figueral, arbeleda de higueras.* ANGL. *A figge yard, a place where figge trees growe.*} Varr. Ficúsque densa materia non est, ideo sequitur calorem: quo fit vt in locis frigidis ficeta fieri non possint. Mart. iocum captans ex ambiguo ficetum posuit pro obscœnis partibus ficosis, hoc est, multis vlceribus quæ ficos vocant, obsitis. Sic enim habet *lib.* 12.

Vt pueros emeret Labienus, vendidit hortum,
Nil nisi ficetum nunc Labienus habet.

Fĭcārĭŭs, a, um, quod ex ficu est, aut ad ficum attinet. {σύκινος. GALL. *De figuier ou figue.* ITAL. *De fico.* GERM. Das zu den feigen gehört. HISP. *Cosa pertenceciente a higuera.* ANGL. *Of a figge, or figge tree.*} Plin. *lib.* 11. *cap.* 35. Ficarios culices caprificus generat. Cato *cap.* 48. Eò sarmenta, aut fi[illegible]ias crates imponito, quæ frigus arceant & solem. Vide Θυλακίδιον in Lexico Constantini.

Fĭcārĭă, æ. Locus est ficis arboribus consitus. {συκών. GALL. *Lieu complanté de figuiers.* ITAL. *Luogo doue sono molti fichi.* GERM. Ein ort da viel feigenbäum gepflantzt sind. HISP. *Higueral ò arboleda de higueras.* ANGL. *A place planted with figge trees.*} Pallad. *lib.* 4. Aliqui inter ficarias caprifici arborem serunt.

Ficātum iecur, suillum maximè, quod Græci συκωτὸν appellant, à sue fico pasta.

[Ficitas, fructus fici.]

Ficĭtōr, Ficorum amator, seu ficorum collector. {συκολόγος. GALL. *Qui aime les figues ou les amasse.* ITAL. *Chi ama ò raccoglie fichi.* GERM. Der gern feigen hat / oder feigen brecher. HISP. *El que ama ò coge los higos.* ANGL. *A lickerous eater of figges.*} Næuius apud Non. Ficitores omnes cupiunt ficitatem.

[Ficocle, hodie Ceruia, *Ceruia,* V.E. Æmiliæ, seu Galliæ Togatæ, salis copiâ nobilis, sub A. Rauennate.

Ficola, palus ficulneus. Fest.

Ficosus, ficis plenus: συκώδης. Onom. intellige de vitiis corporis.]

Fĭcŭlnĕŭs, a, um, siue Ficulnus. {σύκινος. GALL. *De figue, ou figuier.* ITAL. *Di fico.* GERM. Feigenbäumin. HISP. *Cosa de higuera.* ANGL. *Of or belonging to a figge tree.*} Quod est ex ficu arbore. Plin. *lib.* 15. *cap.* 18. Sunt & ficulnei caules. Horat. 1. *Serm. satyr.* 8.

Olim truncus eras ficulnus, inutile lignum.

Eadem autem forma ficulnus & ficulneus dicimus, qua salignus, & saligneus, ilignus & iligneus. Cato fibulæ vnde fiant aridæ, ligneæ, vlmeæ, nuceæ, ficulneæ, face vt in stercus, aut in aquam coniiciantur. Ficulnea arbor. Col. *lib.* 5. *cap.* 11. Ad eius arboris ficulneæ religa.

Fictĭlĭs, Fictitius, Fictor, Fictus, vide *Finge.*

Fĭdĕĭcōmmissum, Fideiubeo, Fideiussio, Fideiussor, vide *Fides, ei.*

Fĭdēlĭă, æ, à fideliter continendo. Genus vasis Samij, teste Nonio, ad vsus plurimos accommodati. {חמת *chemeth.* πιθάκνη. GALL. *Vaisseau de terre.* ITAL. *Vaso di terra.* GERM. Ein gattung eines irdinen geschirr/ein hafen oder krug. HISP. *Vaso de barro.* ANGL. *A vessel of earth.*} Persius,

Disce, nec inuideas, quòd multa fidelia putet
In locuplete penu.

Plaut. *in Aul.* Multi congialem plenam faciam tibi fideliam. Colum. *lib.* 12. *cap.* 38. In fictili fidelia sacro loco reponuntur. Pers. *Sat.* 5.

———tumet alba fidelia vino.

¶ De eadem fidelia duos dealbare parietes, est eadem opera duos velle demereri. Curtius *Ciceroni,* Sed oro te, amice magne, noli hanc epistolam Attico ostendere: sine eum me virum bonum esse putare, nec solere duos parietes de eadem dealbare fidelia. Metaphora tracta videtur ab iis qui parietibus albarium inducturi colores habent in fictilibus præparatos. Vide Erasmi Adagia.

Fidelis, vide *Fides,* ei.

Fidēnă, æ, Φιδήνα, Φιδῆναι Stephano, & Fidenæ, arum, Φιδῆναι Straboni, Vrbs Latinorum mediterranea. Virg. 6. *Æneid.*

Hi tibi Nomentum Gabios, vrbémque Fidenam.

Iuuen. *Satyr.* 6.

Viuat Fidenis, & agello cede paterno.

Fĭdēnātēs, Φιδηναῖοι, Φιδηνάται Stephano. Dicti sunt Fidenatum incolæ: quorum meminit Plin. *lib.* 3. *cap.* 5.

Fĭdēntĭă, æ, Φιδεντία. Vulgò *Fiorenzola.* Oppidum est in octaua regione Italiæ, cuius incolæ dicuntur Fidentini, quorum meminit Plin. *lib.* 5. *cap.* 15. ¶ Est Fidentia, Hispaniæ Bæticæ vrbs, inter Bætin amnem & Oceanum sita, alio nomine Iulia appellata, autore eodem Plin. *lib.* 3. *cap.* 1.

FĬDĒS, ei, à πίστις, πέποιθα, πείθω. Nisi malis cum Cicerone à fio: quia fit quod dicitur. {אמונה *emunah.* πίστις. GALL. *Foy, loyauté.* ITAL. *Fede.* GERM. Glaub/ warheit/ treuw. HISP. *La fé.* ANGL. *beleiffe, trust, faith.*} Dictorum est & conuentorum constantia & veritas, quia fiat quod dictum est sic appellata. Cicer. 1. *Offic.* Fundamentum autem iustitiæ est fides, id est, Dictorum, conuentorúmque constantia & veritas: ex quo (quamquam hoc videtur fortasse cuipiam durius, tamen vt videamur imitari Stoicos, qui studiosè exquirunt vnde verba sint ducta) credamus, quia fiat quod dictum est, appellatam fidem. Ter. *Heaut.* Sed video, eccos quos volebam. c. O Iupiter, vbinam est fides? ¶ Fides est quod vulgò conscientiam dicimus. Cicer. *pro Cælio,* Sed vestræ sapientiæ tamen est, Iudices, non si causa iusta est viris fortibus oppugnandi M. Cœlium, ideo vobis quoque vos causam putare esse iustam alieno dolori potius quàm vestræ fidei consulendi. Idem *pro Archia poëta,* Adest vir summa authoritate, & religione, & fide L. Lucullus, qui se non opinari, sed scire: non audiuisse, sed vidisse: non interfuisse, sed egisse dicit. Hæc Budæus. ¶ Obstinatio fidei in bonam partem, pro obfirmatione & constantia. Tacit. *lib.* 19. Bleso super claritatem natalium, & elegantia morum, & fidei obstinatio fuit. Idem *lib.* 21. vocat fidem obstinatam pro obfirmata & constante. ¶ Fide Græca pro bona fide dicebant Græci, de sua gente bene existimantes, quod decori gratia seruauit Plaut. in palliata Comœdia: sic enim *in Asin.* At, Græca mercamur fide. i. optima, repræsentata pecunia. ¶ Constans fidei. Tacit. *lib.* 10. Neque fidei constans, neque strenuus in perfidia. Fidei plenus. Cic. *de senect.* Licet enim versibus iisdem mihi affari te Attice, quibus affatur Flaminium ille vir haud magna cum re, sed fidei plenus. ¶ Fides tabularum, id est, autoritas. Cic. *pro Archia,* Quum Appij tabulæ negligentiùs asseruatæ dicerentur, Gabinij quandiu incolumis fuit, leuitas, post damnationem calamitas, omnem tabularum fidem resignasset. Bonæ fidei possessor, qui ignorauit rem quam emit, alienam esse, aut putauit eum qui vendidit, ius vendendi habere. Budæus. Bona fide, id est, seriò. Plaut. *Anlul. sc.* 6. *a.* 7. Dic bona fide, tu id aurum non surripuisti. ¶ Dare fidem idem est quod sanctè promittere. ἐγγυᾶν. Cicer. 2. *de finib.* Nec dubitat isti vestro beato M. Regulum anteponere: quem quidem quum sua voluntate, nulla vi coactus, propter fidem quam dederat hosti, ex patria Carthaginem reuertisset: tum ipsum, quum vigiliis & fame cruciaretur, clamat virtus beatiorem fuisse quàm potantem in rosa Thorium. Fides muliebris, id est, inconstans, dubia, siue mala. Plaut. *Milit. sc.* 5. *a.* 2. Muliebri fecisti fide. ¶ Fides pro fiducia. Idem *Aulul. sc.* 2. *a.* 4. Fides tuæ fidei credidit aurum. *Ibid.* ¶ Pro periculo. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 2. Mittam hunc æstimatum tua fide, (paulò antè dixerat tuo periculo.) ¶ In fide alicuius esse, (i. in tutela.) Cæsar *lib.* 1. *de bell. ciuili.* ¶ Accipere fidem & dare, πίστιν δέδεγμαι καὶ δίδωμι. Virg. 8. *Æneid.*

Accipe, dáque fidem, sunt nobis fortia bello
Pectora.

¶ Dare fidem publicam, est publico nomine securitatem, vel impunitatem promittere. Cicer. 3. *in Catil.* Introduxi Vulturium sine Gallis, fidem ei publicam iussu Senatus dedi: hortatus sum vt ea quæ sciret, sine metu indicaret. Accipere fidem publicam, est id quod dicunt. Impetrare saluum conductum. {πίστιν ἔχειν, seu λαβεῖν. GALL. *Impetrer saufconduit & seureté publique.* ITAL. *Ottenere saluo condutto y securta publica.* GERM. Ein sicher frey geleyt erlangen. HISP. *Alcançar saluo conduto y seguridad del principe.*} Sic interponere fidem publicam, est alicui fidem publicam dare. Salust. *in Iugurtha,* C. Memmius Pop. Rom. persuadet, vti L. Cassius, qui tum Prætor erat, ad Iugurtham mitteretur, eúmque interposita fide publica Romam duceret. Venire fide publica. Salustius *ibidem,* Comes eius qui Romam fide publica venerat. ¶ Fides penes. Idem *Iugurth.* 65. Cæterùm fides eius rei penes auctores erit. ¶ Affecta fides. Tacit. *lib.* 19. Et credebatur affectam eius fidem præiuisse, id est, fidem læsam, sicuti Liuius dixit res affectas *lib.* 6. *decad.* 1. Quorum legati opem rebus affectis orantes. Hanc eandem *lib.* 17. appellat afflictam fidem. ¶ Non ex fide versare pecunias. Suet. *in Galba cap.* 9. ¶ Fidei templum struxit Numa, sanctissimúmque esse voluit Iusiurandum per fidem. ¶ Fidem lædere. Cæsar *lib.* 2. *de bell. ciu.* ¶ Fideicommissum accipere exercitum. ¶ Fidem autem apud antiquos in

vtramque partem appellatam esse, videre est apud Cic. *lib.* 3. *Offic.* ¶ Habere fidem alicui, est credere. Plaut. *Pseud.* Vt mihi cauerem à Pseudolo seruo suo, Ne ei fidem haberem. Ter. *Andr.* Propemodum habeo iam tibi fidem. ¶ Implorare fidem alicuius, id est, auxilium. Terent. *Adelph.* Illa fidem nunc vestram implorat Demea. ¶ Ciere fidem, idem quod implorare. Iuuen. *Satyr.* 5.

Nec hominum diuûmque fidem clamore ciemus.

¶ Interponere fidem. Cic. *de clar. Orat.* Quæ quidem vis tum maximè cognita est, Lusitanis à Ser. Galba Prætore, contra interpositam, vt existimabatur, fidem interfectis. ¶ Fidem liberare, est promissis stare, hoc est, præstare quod quis pollicitus est, & propriè dicitur de fideiussore, quum creditoribus satisfacit. Idem *pro Flacco*, Pecunia petitur ab Hermippo, Hermippus ab Heraclita petiit: ipse tamen Fufiis satisfacit absentibus, & fidem suam liberat. ¶ Mutare fidem, est pactum rescindere, & violare promissum. Salustius *in Iugurth.* Profectò cuncti, aut magna pars Cirthensium fidem mutauissent, tanta mobilitate sese Numidæ gerunt. ¶ Fallere fidem, est quod quis sua fide promisit non seruare. Cic. 1. *Offic.* Ad supplicium redire maluit, quàm fidem hosti datam fallere. ¶ Præstare fidem. Idem *ad Attic. lib.* 9. Itaque nunc Romæ omnia negotia Lentuli procuro, sustineo, meúmque officium, fidem, pietatem iis præsto. Ouid. 3. *Fastorum,*

Bacche fidem præsta, nec præfer amoribus vllam
Coniugis.

¶ Fidem exonerare, Liuius *lib.* 2. *dec.* 5. ¶ Fidem decipere, Seneca. ¶ Fidem abrogare. {GALL. *Perdre le credit.*} Liu. *lib.* 6. *ab Vrb.* ¶ Item bonæ fidei homo vocatur, cui res tutò creditur, vel qui rem sibi creditam fideliter seruat, aut etiam qui fideliter præstat quod promisit. Sueton. *in August. cap.* 42. Populo promissum congiarium reposcenti, bonæ se fidei esse respondit. {GALL. *Qu'il estoit homme de promesse.*} Cic. *Lent. lib.* 1. fidem pro promissione, & quasi sponsione posuit, Pompeij fidem, quam de me Cæsari dederat. ¶ Fide alicuius sumere: sub. argentum. id est, non sua, sed aliena cautione. Cicer. *pro Flacc.* Nam hunc Hermippum hominem eruditum, ciuem suum, cui debeat esse notissimus, percussit: eius enim fide sumpsit à Fufiis Securus Hermippus, Temnum proficiscitur, quum iste sese pecuniam, quam huius fide sumpserat à discipulis suis, diceret Fufiis persoluturum. Budæus. ¶ Dubia fides Rhodiorum. Velleius. Planeus dubia, id est, sua fide. Idem Ouid. *Eleg.* 7. *lib.* 1. *Trist.*

Et nihil est de quo non sit habenda fides. (i. quod non credi possit.)

Plaut. *Curc. sc.* 2. *a.* 4. Rem fidémque perdere eos aiunt, qui consistunt cum Lenonibus. ¶ Facere fidem, est rem per argumenta, tabulas, aut testes probare: πίστιν διδόναι, πιστοῦν. Cicer. 2. *de lege Agr.* Fac fidem: te nihil nisi populi vtilitatem quærere. ¶ In alicuius fide esse, pro in tutela & protectione alicuius esse, dixit Cæs. *lib.* 1. *de bell. ciuil.* Est aliquem soli dominum agnoscere, ac patronum. Cicer. *pro Plancio.* Eorúmque preces & vota de meo reditu exaudiens Dyrrachium quod erat in fide mea, petere contendi. Budæus. ¶ Vbi eius rei fides est, id est, vbi fides constitit, vt loquitur Columella, vbi certum atque exploratum: vbi fides facta est sensuum experientia, apud Cels. *lib.* 7. *cap.* 26. vbi de calculo. Quod an inciderit, digitis quoque, sicut in curatione docebo, demissis cognoscitur. Vbi eius rei fides est, pridie, &c. ¶ Fidei causa, id est, fidei faciendæ gratia. Salust. *Iugurth.* 111. Non possum fidei causas, imagines, atque triumphos, aut consulatus maiorum meorum ostentare. ¶ Accipitur interdum fides pro fiducia. Terent. *in Andr.* Tristis seueritas inest in vultu, atque in verbis fides. ¶ Est item fides vocabulum negotiatoribus proprium, pro constantia illa promissorum, qua debitores suo loco & tempore præstant quod promiserunt. Cicer. *pro Fonteio*, Scimus Romæ solutione impedita fidem concidisse. Idem *Attic. lib.* 11. Huius pecuniæ permutatione fidem nostram facilè tuebere. Cæsar 3. *bell. Gall.* Quum fides tota Italia esset angustior, neque creditæ pecuniæ soluerentur. ¶ Fidei pen. prod. apud Lucretium *lib.* 5. via qua munita fidei, &c. ¶ Fide pro fidei, apud Horat. 3. *Carm. Ode* 7.

Thyna merce beatum,
Constantis iuuenem fide Gygen.

Idem 1. *Serm. satyr.* 19.

Fidei, Multi versum Paulini hunc,

Quod si maiueris trepida cautela fidei,

qui habetur *lib.* 1. in vita S. Martini, emendant & corrigunt, cùm certum sit, non emendandum. Nam quamuis in nomine *fides*, penultimam sæpe in genitiuo corripiat, tamen sæpe producit, nec est cur mendum aliquis suspicetur in eo versu, neque in aliis, quos pro arbitrio mutant, in iis optimus furetur. ita *lib.* 1.

——— non inuenitur ille fidêi.

& *lib.* 2. *——— simul & virtute fidêi.*
& *——— tanto terrore fidêi*
& *——— signacula certa fidêi.*

& in Panegyrico de Celsi obitu,

Præscribens veteri legemque modúmque fidêi.

& in natali Felicis *lib.* 8.

Nudata fides armata
Deo est, virtute fidêi
Fortior Ezechias.

quibus locis, & aliis infinitis fidêi penultimam producit, nec est cur temere corrigatur.

FIDĔIVBĔO, es, ere, Pro aliquo promitto, fidem meam pro alio interpono, promitto. {ערב *harâb.* ἐγγυάω. GALL. *Pleiger ou respondre.* ITAL. *Far sicurtà.* GERM. Verheissen/ für ein andern verbürgen/sich versprechen. HISP. *Fiar por alguno.* ANGL. *To be suretie for, to vndertak.*} Vlpianus *l. si dubitet.* § *Si mulier famil. ff. de fideiuss.* Filiusfamilias pro patre poterit fideiubere, nec erit sine effectu hæc fideiussio. ¶ Fide mea iubeo. Scæuola *D. lib.* 17. *tit. mandati l.* 60. Quare scias quodcunque ab ea ex hac causa stipulatus fueris, id me mea fide esse iussisse saluum te habiturum.

Fidĕiūssĭo, nis, Sponsio pro alio facta. {ערבות *harrubáh.* ἐγγύη, ἐγγύησις. GALL. *Pleigement, respons, caution.* ITAL. *Sigurtà.* GERM. Verheissung/verbürgung. HISP. *Fiança por alguno.* ANGL. *Suertiship, vndertaking.*} Iabol. *l. sed etsi. ff. de fideiuss.* Quum seruos fideiussionis nomine obligari non prodest.

Fideiussor, Sponsor, qui pro alio fideiubet, & fidem suam interponit. {ערב *harêb.* μεσεγγυητής, ἐγγυητής. GALL. *Pleige ou respondant.* ITAL. *Mallevadore, chi responde & promette per altri.* GERM. Ein verheisser/bürg. HISP. *Fiador por alguna persona.* ANGL. *A suertie or borrow.*} Donatus, Fideiussor est autor credendi alium aliquid daturum facturúmve, sua fide, suóque periculo promittens. Vlpianus *in tractatu de fideiussor.* Si quis Stichum stipulatus fuerit, & fideiussorem ita acceperit: Stichum aut decem fide tua esse iubes. Vbi illud obiter animaduertendum est, pro eodem dici, Fideiubeo: & diuisis dictionibus, fide mea esse iubeo. Paulus *l. vbi autem. ff. de verb. obligat.* Si filiusfamiliàs ita stipulatus fuerit, Quantam pecuniam Titio credidero, fide tua esse iubes.

Fidĕiussōrĭus, adiectiuum. *D. de minoribus. l.* 7. Vtputa si fideiussorio nomine se, vel rem suam obligauit.

FIDĔICŎMMISSVS, a, um, adiect. [Greek], [Greek]. vt, Libertas fideicommissa, id est, fideicommisso relicta. Vlpian. *l. Titius. ff. de actionibus empti.* Cæteri quoque serui cognita voluntate defuncti, fideicommissam libertatem petissent. Cæsar *lib.* 8. *de bell. ciu.* Fideicommissum accipiet exercitum.

Fidĕicŏmmissum. {GALL. *Ce dont nous auons charge, & qui nous est baillé en garde de bonne foy.* ITAL. *Fidecommisso.* GERM. Das einem andern trew vnnd glauben zubehalten oder auszurichten vbergeben vnd vertrawt ist. HISP. *Cosa que se comete à la fe de otro.* ANGL. *Afeoffement of trust, a putting of a thing in our handes to dispose vpon te auly credite of his honestie.*} Est species dispositionis vltimæ voluntatis, quum testator alicuius fidei aliquid committit quod alteri sit traditurus. quod ideirco Fideicommissum dictum est quod ex fide eius cui committebatur, pendebat. Postea tamen Fideicommissa vt omnis fraudi humanæ occasio amputaretur, à diuo Augusto ad necessitatem iuris sunt retracta, iustisque legatis exæquata. ¶ Iurisdictio de fideicommissis etiam potestatibus, id est, præsidibus prouinciarum à Claudio demandata.

Fidĕicŏmmissārĭus, ij, habet passiuam significationem: nam is dicitur qui Fideicommissionem accepit. {[Greek]. ANGL. *A feoffere of trust, one put in trust to dispose a thinge.*} Vlp. *l. fideicommissa, de leg.* 3. Paulatim igitur admittemus, etsi ex parte pecuniæ rem comparauit, quam non hoc anno exegit, vt Fideicommissarium priuaret Fideicommisso, posse adhuc Fideicommissi petitionem superesse.

FĪDO, is, fisus, Fidem habeo, credo, spem fiduciámque in aliquo repositam habeo: & tam cum ablatiuo, quàm cum datiuo construitur. {בטח *batach* האמין *heemin.* Πείθω, πιστεύω. GALL. *Se fier & croire à quelqu'vn.* ITAL. *Confidarsi fidarsi.* GERM. Trawen/glauben. HISP. *Confiarse de alguno.* ANGL. *To trust, or beleue.*} Iuuen.

Fidimus eloquio Ciceronis.

Virg. 6. *Æneid.*

——— & sidere nocti.

Plin. *in Epist.* Liber fuit, & opusculis varius & metris: ita solemus qui ingenio parum fidimus, satietatis periculum fugere. ¶ Huius composita sunt, Confido & Diffido, pen. prod. quæ sunt contraria. Nam confidere, idem est quod fidere. Cicer. *ad Attic.* Itaque accusabat ab eo, quòd parùm constantiæ suæ confiderem. Contrà, diffidere est fidem non habere, ἀπιστεῖν. Sen. Nec secundis rebus nimis fidendum, nec aduersis diffidendum est.

Fidens, entis, Suet. *in August. cap.* 65. Lætum eum atque fidentem sobole fortuna destituit. Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 3. Vbi fidentem fraudaueris. Mox, fideli infidus fueris.

Fidēntĕr, aduerb. intrepidè & cum fiducia, confidenter, audacter. {לבטח *labetach.* πεποιθότως. GALL. *Asseurement, hardiment.* ITAL. *Fidatamente con fidanza.* GERM. Vertröstlich/sicherlich. HISP. *Confiando, con buena fe.* ANGL. *Boldlie, with trust and assurance.*} Cic. 2. *de Orat.* Tum ille fidenter homo peritissimus confirmare, ita se rem habere vt respondissent. Idem 2. *de Diu.* Timidè fortasse signifer euellebat quod fidenter infixerat. Fidentius scribere alicui. Id. in *ad Att. lib.* 6.

Fidēntĭă, æ, Firma animi confisio, & fortitudinis pars, per quam animus multum in se fiduciæ cum certa spe collocauit. {מבטח *mibtach* πεποίθησις. GALL. *Fiance, confiance.* ITAL. *Fidanza.* GERM. Trawung/gewisse zuuersicht. HISP. *Confiança.* ANGL. *Boldenesse, trust, confidence.*} Ponitur autem in laude, quemadmodum & fidens, vnde deducitur. Θαρραλέος. Confidens autem & confidentia plerumque in malam partem. Cicer. 3. *Tusc.* Qui fortis est fidens, quoniam confidens mala loquendi consuetudine in vitio ponitur: ductum verbum à confidendo, quod laudis est: qui autem est fidens, is profectò non extimescit. Idem 2. *de inuen.* ait, fidentiam partem esse fortitudinis, per quam magnis & honestis in rebus, multum ipse animus in se fiduciæ cum certa spe collocauit. Idem 4. *Tusc.* Et si fidentia, id est, firma animi confisio, scientia quædam est & opinio grauis, non temerè assentiens. metus quoque est diffidentia expectati & impendentis mali.

Fīdēlis, e, à fide. Qui seruat fidem, vel cui tutò fidem adhibere possumus, fide præditus, fidem suam præstans. {נאמן *neeman.* πιστός. GALL. *Fidele, loyal, feal, seur, feable.* ITAL. *Fedele.* GERM. Trew/dem wol zuglauben ist. HISP. *Cosa fiel.* ANGL. *Trustie, faithful, true harted.*} Nec fideliorem mittere potest, nec cui plus credas. Plaut. *Capt. sc.* 2. *a.* 1. *Ibid.* Vbi amicæ, quàm amico fueris magis fidelis. Idem *Capt. sc.* 4. *a.* 2. fac fidelis sis fideli. Idem *Milit. sc.* 4. *a.* 2. Dum te fidelem facere serò voluisti. Terent. *in Hecyra*, Pol quàm paucos reperias meretricibus fideles euenire amatores Syra. Cic. *ad Seru.* Aut si quem tuorum fidelium voles, ad me mittas. *Ibid. Qu. fratri*, Græcorum familiaritates parùm fideles sunt. ¶ Fidele consilium. Liu. *lib.* 2. & 7. *dec.* 4. Ter. *in Hecyra.* Quàm fideli animo, & benigno in illam, & clementi fui. ¶ Transfertur etiam ad inanimata. Plin. *lib.* 16. *cap.* 36. de arundinum comis. Aut enim pro pluma cauponarum strata replet: aut vbi limosiore callo induruit, sicut in Belgis, contusa & interiecta nauium commissuris ferruminat textus, glutino tenacior, rimisque explendis fidelior pice. ¶ Fidelior, Plaut. *Milit. sc.* 5. *a.* 3. mihi quàm illi fuisti fidelior.

Fīdēlĭtās, Obseruatio fidei. {אמון *emun.* πιστότης. GALL. *Fidelité, loyauté, feauté, asseurance.* ITAL. *Fidelità.* GERM. Glaubenhaltung/trew. HISP.

Fieldad

Fieldad. ANGL. *Truſtineſſe, loyaltie, faithfulneſſe.*} Cic. *ad Qu. fratr. lib.* 1. Quibus in rebus etiam ſi fidelitas ſumma eſt, quod prorſus credo, &c. Idem *ad Att. lib.* 9. In hac enim fortuna perutilis eius & opera & fidelitas eſſet.

Fidelĭtĕr, aduerb. {πιςῶς. GALL. *Fidelement, fealement, loyaument, ou loyalement*. ITAL. *Fedelmente*. GERM. *Treüwlich*. HISP. *Fielmente*. ANGL. *Faithfully, truely.*} Plaut. *Capt. ſc.* 2. *a.* 2. Vult te herus domino dare operam fideliter. Quintil. Reddere fideliter, quæ ſis animo complexus. Plaut. *Curc. ſc.* 2. *a.* 2. Fideliter ſibi eſſe argenti inopiam reſpondit. Liu. 3. *bell. Maced.* Conſtanter & fideliter permanere in amicitia populi Romani. Horat. 5. *epiſt.*

Percontatorem fugito: nam garrulus idem eſt.
Nec retinent patula commiſſa fideliter aures.

¶ Fidelius. Gell. *cap.* 13. *lib.* 17. Fideliùs conſtantiuſque valent quartanam paſſi.

Fidelè, aliud aduerb. Plaut. *in Capt.* Fac fidelè, ſis fidelis; caue fidem fluxam geras.

Fidŭs, a, um, fidelis. {נאמן *neemán*. πιςός. GALL. *Seur, loyal, feal*. ITAL. *Fido, fidato, fidele*. GERM. *Treüw/dem wol zuvertrauwen iſt*. HISP. *Fiel de quien ſe puede fiar*. ANGL. *True, barted, truſtie, faithfull.*} Cicer. *de Amicit.* Quod Tarquinium dixiſſe fertur, quum exul eſſet ſe intellexiſſe quos fidos amicos habuiſſet, & quos infidos. Idem 2. *de finib.* Ineſt ad humanam ſocietatem iuſtitia fida cuſtodia. Ouid. *Eleg.* 5. *lib.* 2. *Triſt.*

———*Mali fidus rebus acerbis.*

¶ Huius compoſitum & contrarium eſt Infidus, pen. prod. ἄπιςος, nam Perfidus, pen. corr. à fides fit. Liu. 1. *ab Vrbe*, Infidia regni ſocietas.

Fidior, comparatiuus. Iuſtin. *hiſt. lib.* 6. Vt eos ſibi fidiores & dominis infeſtiores redderet.

Fidè, aduerbium, Fideliter. {πιςῶς. GALL. *Fidelement*. ITAL. *Fidelmente*. GERM. *Treüwlich*. HISP. *Fielmente*. ANGL. *Faithfully, truely.*} Cicer. *Cal. lib.* 2. Nec me iſta terrent, quæ mihi à te ad timorem fidiſſimè atque amantiſſimè proponuntur.

‖Fidamen, pro fiducia, apud Tertull.‖

Fīdūcĭă, æ, fidentia, hoc eſt, certa quædam opinio & ſpes de ſe, vel de alio concepta. {מבטח *mibtach* בטחון *bittachôn*. πεποίθησις, θάῤῥος. GALL. *Fiance & aſſeurance*. ITAL. *Fiducia, fede, fedanza*. GERM. *Vertrawung/zuverſicht*. HISP. *Confianſa*. ANGL. *Confidence, truſt.*} Sumiturque tam in meliorem partem, quàm in deteriorem. Cic. 2. *Verr.* Habeo hominem præpotentem, cuius fiducia prouinciam ſpolio. Idem *Qu. Fratr.* Nihil eſt quod poſthac artis noſtræ fiducia conturbes. Idem *de Amicitia*, Vita tyrannorum in qua nulla ſtabilis beneuolentiæ poſſit eſſe fiducia. Virg. 1. *Æneid.*

Tantane vos generis tenuit fiducia veſtri?

Idem 9. *Æneid.*

Cernis, qua Rutulos habeat fiducia rerum.

Plaut. *Aul. ſc.* 5. *a.* 3 fretus tuâ fide, fiduciâ. Idem *Moſt. ſc.* 1. *a.* 1. Mei tergi hoc facio, non tui fiduciâ. Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 5. *Triſt.*

Pax tamen interdum eſt, pacis fiducia nunquam.

¶ Accipitur etiam fiducia pro contractu quo fidem alterius ſecuti, rem ei aliquam ſimulandi tantùm cauſa mancipamus: inde ducta appellatione quòd fide ac probitate emptoris freti eam venditionem interpoſuimus. Boethius *in* 4. *comment. Topic.* Fiduciam (inquit) accepiſſe dicitur, cuicunque res aliqua ea lege mancipatur, vt mancipanti aliquando remancipet: veluti ſiquis tempus illud dubium timens, amico potentiori fundum mancipet, redditurо quum tempus illud dubium præterierit. Cicer. *pro Flac.* Pecuniam adoleſcentulo grandi fœnore, fiducia tamen accepta occupaſti. Hanc fiduciam tibi commiſſam tenes hodie atque poſſides. Credidiſti, inquit, adoleſcentulo grandem pecuniam fœneratitiam, accepto tamen fundo fiduciario, quem reſtituas quum tibi pecunia vnà cum vſura fuerit reddita. Inde fiduciariam mancipationem veteres vocauerunt, quam hodie dicimus *Venditionem cum regreſſu*, ſiue ſub redimendi poteſtate contractam: & rem ipſam fiduciariam, quæ alteri ea lege traditur, vt poſtea reddatur ei qui mancipârit. Liu. 2. *de bell. Maced.* Optimum ratus eam Nabidi Lacedæmoniorum tyranno, velut fiduciariam dare, vt victori ſibi reſtitueret, ſi quid aduerſi accidiſſet, vt ipſe haberet. Loquitur de Corintho, quam Philippus bellum Romanis illaturus, Nabidi ea lege dederat, vt ſi victor ex bello rediiſſet, ſibi reſtitueretur. Inde fiduciarius hæres vocatur ab Iaboleno *in l. Seius, ad Trebell.* quem aliàs vocamus fideicommiſſarium, quòd hæreditatem velut fiduciariam videtur accepiſſe, quam mox alteri ſit traditurus. Ad hunc etiam modum Cæſar *bell. ciuil. lib.* 2. operam Legati vocat fiduciariam: quia Legatus poteſtatem ſuam ab Imperatore accipit, quam redeunti ad exercitum Imperatori debet cedere.

‖Fiducialis, e, ad fiduciam pertinens. Inde

Fiducialiter, i. e. cum fiducia.

Fiduciarius, qui aliquid fiducia accipit.

Fiduciati, qui pignus ſeu fiduciam dedere, recepturi vbi ſoluiſſent. Tertull.

Fiduſtus. Feſt. Fiduſta à fide denominata, ex quæ maximæ fidei erant.‖

Fĭdēs, ium, abὸ φίδω, cano. Lyra, cithara, inſtrumentum muſicum neruis inſtructum. {מיתרים *methárim* כנור *cinnór*. λύρα, χέλυς, κιθάρα. GALL. *Vne harpe, ou les cordes qui y ſont*. ITAL. *Lira o vero altro inſtrumento che habbia harmonia nelle corde*. GERM. *Seyten ſpil oder ſeyten auff ſolchen inſtrumenten*. HISP. *Inſtrumento muſico de cuerdas*. ANGL. *An harpe, gittern, fidle.*} Cic. 2. *de legib.* Seuera illa Lacedæmon neruos iuſſit quòd plures quàm ſeptem haberet, in Timothei fidibus inde demi. Idem *de Orat.* Omnes voces, vt nerui in fidibus, ita ſonant vt à motu animi ſunt pulſæ. ¶ Legitur & in ſing. num. fides, is, quod non temerè alibi repertas quàm apud poëtas. Cic. *in Arat.*

Cedit clara fides Cyllenia.

Perſius *Satyr.* 6.

Atque marem ſtrepitum fidis intendiſſe Latinæ.

Ouid. 5 *Faſt.*

Inuenies curua ſuribus apte fidis.

¶ Nihil ad fides, Ouid. οὐδὲν πρὸς τὴν χορδήν. In eos, quorum vita vehementer eſt inæqualis, quorúmve mores ab oratione diſſident, ex Lucian. & Plutarch. ¶ In hac ſignificatione Soſipater maſculini generis eſſe contendit, *lib.* 1. *Inſt. Gramm.* quod tamen falſiſſimum eſſe Latine loquentium vſus oſtendit.

‖Fidis etiam fidus eſt. Colum. *lib.* 11. 2. Pridie idus Auguſti fidis occidit manè, & autumnis incipit.‖

Fĭdĭcŭlă, æ, diminut. parua lyra, parua fides. {λυρίδιον. GALL. *Vne petite harpe ou petite corde*. ITAL. *Cetcrina, ceteretta*. GERM. *Ein geigen oder harpfen*. HISP. *Trato de cuerda*. ANGL. *A litle harpe, a gittern, or rebeke.*} Gell. *lib.* 1. Sic enim Achæos Homerus pugnam indipiſci ait, non fidicularum tibiarúmque concentu conſpiratam. Cic. *lib.* 2. *de nat. deor.* Quid ſi platani fidiculas ferent numeroſè ſonantes, idem ſcilicet cenſeres, in platanis ineſſe muſicam? ¶ Eſt & *Fidicula* inter aſtra conſtituta, quæ Fides à Col. ab Higino Lyra nominatur. Plin. *lib.* 18. Fidiculæ occaſus Autumnum inchoat. ¶ Præterea fidiculæ, numero tantum plurali, ſumitur pro inſtrumento torquendi, ex duobus, vt putatur, obliquatis lignis compactо: ab extorquenda veritate, ac fide: vel à neruis funibus quibus homines torquendi ligabantur. ... Sueton. *in Tib. cap.* 62. Excogitauerat inter genera cruciatus, vt repente veteris deligatis, fidicularum ſimul vrinæque tormento diſtenderet. Idem *in Calig. cap.* 33. vel fidiculis ſe exquiſiturum de Cæſonia ſua cur tantopere diligeret.

Fĭdĭcĕn, qui cithara lyráve canit. {κιθαρῳδός, κιθαριςής, λυρῳδός. GALL. *Ioüeur de harpe, harpeur*. ITAL. *Sunatore di tale inſtrumento*. GERM. *Der auff ſeyten ſpilen kan/ſeyten ſchlager/harpfen ſchlager*. HISP. *El que tañe inſtrumento de cuerdas*. ANGL. *An harper.*} Cic. *Fato*, Socratem fidibus docuit nobiliſſimus fidicen. Horat. 4. *Carm. Ode* 3.

Romanæ fidicen lyræ.

Fĭdĭcĭnĭŭs, a, um, quod ad fidicinem pertinet. {κιθαρῳδικός. ANGL. *Belonging to an harper.*} Plaut. *in Rud.* Eam vidit ire è ludo fidicinio domum.

Fidiculanus Falcula, Senator leuiſſimus, quem Cicer. *in Orat. pro Cec.* ſplendorem ordinis Equeſtris, decus iudiciorum & exemplar antiquæ religionis per ironiam appellat.

Fĭdĭŭs, Iouis filius fuiſſe creditus eſt, quem vt fidei præſidem colebant. ὅρκιος. Plaut. *Aſin. ſc.* 1. *a.* 1. per Deum fidium quæris? Neceſſe eſt eloqui iurato mihi. Ita legit hunc locum Paſſ. Vnde dicimus Medius fidius. de quo ſuo loco.

Fido, is, Fiducia, Fidus, vide *Fides*, ei.

Figites, vt ait Plin. Sunt animalia Æthiopiæ, fuſci coloris, mamillas geminas in pectore habentia, ſicut homo: nec fera multum, vt quæ domari non poſſint, nec ita manſueta, vt nocentibus non noceant.

Figmentum, vide *Fingo*.

Fīgo, is, xi, xum, à fingo. q. valde fingo. Immitto, planto, affigo, adhærere facio. {תקע *takáb* מכה *makách*. πήγνυμι, ἐρείδω. GALL. *Ficher, attacher*. ITAL. *Ficcare*. GERM. *Heften/ſtecken*. HISP. *Hincar*. ANGL. *To thruſtin, to faſten.*} Col. Palum humi fixit. Virg. 4. *Georg.*

———*ipſe feraces*
Figat humi plantas.

Cic. *ad Attic. lib.* 3. Aſt tute ſcripſiſti ad me, quoddam caput legis Clodium in Curiæ poſte fixiſſe, ne referri, néve dici liceret. Senec. *cap.* 1. *de tranq.* Ne figat altius in me vitium conſuetudo. Idem *cap.* 6. *de conſ. ad Mart.* Contrà fige ſtabilem gradum. *Ibid. cap.* 9. Quæ alios tela fixerunt, circa te vibraſſe. ¶ Figere per tranſlationem pro firmare, ſiue ſtabilire. Cic. *ad Att. lib.* 8. Et ſimul ſcito labare meum conſilium, illud quod iam ſatis fixum videbatur. ¶ Interdum pro percutere, ferire, Iuuen. *Satyr.* 1.

Quum tener vxorem ducat ſpado, Meuia Tuſcum
Figat aprum, & nuda teneat venabula mamma.

¶ Figere aliquem maledictis, per tranſlationem. Cicer. 1. *de nat. deor.* Zeno quidem non eos ſolum, qui tum erant, Apollodorum Syllum, cæteros figebant maledictis: ſed Socratem, &c. ‖ ¶ Figere ceruos, eſt infixo telo vulnerare, vt capiantur.

———*Fixit leges precio atque refixit.*

ideo *An.* 6. dicitur, quia inciſæ in æreis tabulis leges affigebantur parietibus. Seru. ¶ In Bibliis *figere* ſubinde teorotis vſurpatur, vbi Hebr. תקע, LXX. σημαίνω, vertitur enim σαλπίζειν, ἠχεῖν. Frequentiùs autem σαλπίζειν, quando cum *tuba* iungitur. quia ſic canere, eſt os in tubam infigere & ſtare. ‖ ¶ Figere arma dicebantur gladiatores iam emeriti, quum arma ad templi parietem, aut columnam ſuſpendebant. Horat. 1. *Epiſt.*

——— *Veſanius armis*
Herculis ad poſtem fixis latet abditus agro.

¶ Figere ſpem in aliquo, eſt omnem ſpem ſuam in eo repoſitam habere. ¶ Figere beneficium clauo trabali, prouerbialis loquutio eſt, idem ſignificans quod operam dare vt perpetua beneficij extet memoria. Cicer. 7. *in Verr.* Et vt hoc beneficium quemadmodum dicitur, trabali clauo figeret: cum conſilio cauſam Mamertinorum cognoſcit: & de conſilij ſententia Mamertinis ſe frumentum non imperare pronuntiat. Vide Eraſmi Adagia. ¶ Huius compoſita ſunt, Affigo, Configo, Infigo, Præfigo, & Transfigo, quorum ſignificata vide ſuis locis.

Fixus, a, um, Senec. *cap.* 20. *de conſol. ad Mart.* Fixus cuique vitæ terminus. Plaut. *Aſin. ſc.* 3. *a.* 1. Tuus animus apud nos eſt fixus clauo cupedinis. Idem *Menaech. ſc.* 4. *a.* 2. Nauis ſæpe trita, ſæpe fixa, ſæpe excuſſa malleo.

Filictum, Filicula, vide *Filix*.

Figŭlo, as, fingo, facio, ceu figulus aliquid efficio. Tert. *aduerſ. Valent.* Figulat in hominem Demiurgus, & de afflatu ſuo animat.

Figlina, Figulus, Figura, vide *Fingo*.

Filiaſter, vide *Filius*.

Fīlĭŭs, ij. {בן *ben*. υἱός. GALL. *Fils*. ITAL. *Figliolo, figliuolo*. GERM. *Ein ſohn*. HISP. *Hyo legitimo ò natural*. ANGL. *A ſonne.*} Notæ ſignificationis nomen eſt, ἀπὸ τοῦ φιλεῖν, hoc eſt ab amore dictum: quod omnium conſtantiſſimus amor ſit parentum in filios. Imò, vt Paſſ. conijcit, filius dictus eſt, quaſi fidius, quòd filiis fidunt parentes potius quàm ſeruis. vel, vt idem ait, à filo & linea mentis oriique paterni. Cicer. 1. *de finib.* Effigies probitatis paternæ filius. Idem *Cacinnæ lib.* 6. Imago animi & corporis

corporis filius. Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 2. Geminos in ventre videor habere filios. Idem *Pseud. sc.* 5. *act.* 1. Istuc est patrem esse, vt æquum est filio. Idem *Amphit.* Atque illam geminos filios pueros peperisse conspicor. Idem *Men. sc. vlt. a.* 5. Vestrûm patri filij quot eratis? Duo. Gell. *cap.* 1. *lib.* 12. Auctus nato filio. Plaut. *Curc. sc.* 2. *a.* 5. Anulum mihi dedit, tanquam filio suo, vt æquum fuerat. ¶ Filiusfamiliaris, vide *Familiaris*, suprà, & apud Plaut. *Capt. sc.* 2. *a.* 2. *&* *Asin. sc.* 2. *a.* 2. Item, Herilis filius adolescens. Idem *Most. sc.* 1. *a.* 1. Ex improbo patre probum filium nasci. Cic. *pro Quint. Rosc.* ¶ Appellatione filiorum (vt Iureconsulti consentiunt) etiam filiæ continentur, sed non econtrario. Adi Suet. *in Calig. cap.* 38. dignus locus est qui legatur. ¶ Fratris filius, Ter. *in Phorm.* Phædriam mei fratris video filium mihi ire obuiam. Cæs. 5. *bell. Gall.* Quódque ei & filius, & fratris filius ab Cæsare remisissent. ¶ Dicitur etiam de brutis. Col. *lib.* 6. *cap.* 37. Eiusmodi admissarius nepotibus, quàm filiis vtilior. Terræ filij, dicuntur obscuro, ignotóque genere nati, siue quòd terra sit omnium communis parens, siue quòd, vt poëtæ fabulantur, Gigantum genus ignobilissimum è terra procreatum dicatur. Vnde etiam apud Iuuenalem, Fraterculus Gigantum pro homine ignobili legitur. Cic. *ad Att. lib.* 1. Sed hæc ad te scribam aliàs subtilius: nam neque adhuc mihi satis nota sunt, & huic terræ filio, nescio cui, committere epistolam tantis de rebus non audebam. ¶ Fortunæ filius cui omnia prospero fortunæ euentu succedunt. Horat. 2. *Serm. satyr.* 6.

Luserat in campo fortunæ filius omnes.

¶ Filiifamiliàs, Liberi patrisfamiliàs potestati subditi. Cic. *pro Cælio*, Illum filiumfamiliàs patre parco & tenaci habere tuis copiis deuinctum non potes. Filiifamiliarum, Tacit. *lib.* 1. Nunquámne, nisi ad se, filiosfamiliarum venturos? Idem *lib.* 3. Exceptum comiter iuuenem, sueta erga filiosfamiliarum liberalitate. ¶ Filij Belial, dicuntur prouerbio quodam omnes iniusti, blasphemi, criminosi, & verè pestilentes.

Filiŏlus, i, diminut. {υἱδιον. GALL. *Vn petit fils.* ITAL. *Figliuoletto.* GERM. Ein junger sohn. HISP. *Pequeño hijo.* ANGL. *A litle sonne.*} Cic. *ad Attic. lib.* 1. Filiolo me auctum scito, salua Terentia. Iuuen. *Satyr.* 4.

Quòd tibi filiolus, vel filia nascitur ex me.

Plaut. *Capt. sc.* 2. *a.* 4. Surripuit quadrimum filiolum.

[Filiaster πρόγονος. Onom. Filiaster priuignus, qui antè natus est. Perott. Sunt huiusmodi nomina, in aster & astra & astrum desinentia, non diminutiua (vt aliqui putant,) sed potiùs imitatiua. Filiaster, quo quidam pro priuigno vtuntur, non paruus filius, sed qui imitatur filium. Aurelius philosophastrum dicit non paruum philosophum, sed quasi imitatorem philosophorum: & filiastram priuignam, quasi filiam imitantem. Germanis stieffohn: sicut stieftochter stiefvatter, stiefmutter. illud stief est à steif rigidus, durus. Notatur illa voce aliquid ἄστοργον: vnde nouerca dicitur iniusta, sæua, immanis, cruda.]

Filĭă, æ, Proles fœmina. {בת bath. θυγάτηρ. GALL. *Fille.* ITAL. *Figliuola.* GERM. Ein dochter. HISP. *Hija.* ANGL. *A daughter.*} Virg. 7. *Æneid.*

Sola domum & tantas seruabat filia sedes,
Iam matura viro, iam plenis nubilis annis.

Tacit. *in vita Agric.* Auctus est ibi filia in subsidium & solatium simul. Idem *lib.* 5. Post quos Sext. Marius Hispaniarum ditissimus, defertur incestasse filiam, & saxo Tarpeio deiicitur. Plaut. *Aul. sc.* 6 *a.* 4. Filiam ex te tu habes. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 5. Concede huc filia. Vnica filia duos parare generos. Adagium est, quo vti licebit, vbi quis idem beneficium duobus simul pollicetur, aut pro eodem officio quod alteri præstiterit à duobus gratiam reposcit.

Filiŏlă, æ, diminut. {θυγάτριον. GALL. *Fillette.* ITAL. *Figliuolina.* GERM. Ein döchterlein. HISP. *Pequeña hija.* ANGL. *A litle daughter.*} Plaut. *Rud.* Filiolam ego vnam habui, eamque vnam perdidi. Cic. 1. *de Diuin.* Filiolam suam Tertiam, quæ tum erat admodum parua, exosculans, animaduertit tristiculam.

[Filialis, e, ad filium pertinens. vox Theologis crebra.]

FILIX, icis, ex fio & lix, quòd fiat ex aquâ corruptâ. Herba est sine caule, sine flore, sine semine. {πτέρις. GALL. *Feuchere, ou fougere.* ITAL. *Filice, felce.* GERM. Farnkraut. HISP. *Helecho.* ANGL. *A fer or brake herb.*} Duo eius sunt genera: mas scilicet, & fœmina. Filix mas, quæ propriè Græcis πτέρις appellatur, folia habet cubitali longitudine, ex vno pediculo exeuntia, incisa, & alarum auium modo explicata, odore subgrauia: radicem verò in terræ superficie foris nigram, crassam, oblongam, adnascentias appendicésve multas habentem. Filix fœmina, quæ Græcis θηλυπτέρις dicitur, folia habet mari similia, non tamen vno singularique pediculo hærentia, sed adnascentes ramulos multos altiorésque habentia. Radix illi longa, obliqua, in nigro colore subflaua, aliquando verò rubescens. Vtraque species montibus, syluis, & locis saxosis gaudet: effoditurque occidentibus vergiliis. Radix quatuor drachmarum pondere sumpta, latos lumbricos enecat. Mulieribus tamen non danda, quòd in grauidis abortum, in cæteris sterilitatem facere credatur. Herba est agricolis in primis inuisa, quòd & latissimè sese per agros diffundat, & ægerrimè extirpetur. Virg. 2. *Georg.*

Et filicem curuis inuisam pascit aratris.

Atque eam ob causam prouerbio dicitur, filicem nullo mansuescere aratro de re quæ emendari & corrigi non potest. Pers. *Satyr.* 4. Non tamen ista filix vllo mansuescit aratro.

Filicatus, a, um, Adiect. Festus Pompeius, filicata patera dicta, quòd ad filicis herbæ speciem sit cælata. Caper Gramm. Filicem, non felicem dicendum, vnde & filicata opera, priores dixerunt cælata, à filice: vnde & filix, quam ita credo dictam, quòd sit minus felix aruis.

Filĭcŭlă, æ, herba est similis filici, radice pilosa, colore intus herbaceo, crassitudine digiti minimi, acetabulis cauernosis, cuiusmodi sunt polyporum cirri: subdulcis, in petris nascens, aut sub arboribus vetustis. {πολυπόδιον. GALL. *Polypode.* ITAL. *Polypodio.* GERM. Engelsüß. HISP. *Filizadio, polipodia.* ANGL. *wallferne, polypodie.*} Plin. *lib.* 26. *cap.* 8.

Filictum, i, locus est filice herba obsitus. {τόπος πτερίδας πολλὰς ἔχων, ἐν ᾧ πτέριδες φύονται. GALL. *Fougeraye, lieu où il croist force fougere.* ITAL. *Filicato, piantato di felici.* GERM. Ein ort da vil Farnkraut wachßt. HISP. *Lugar donde nasce el helecho.* ANGL. *A ferny ground.*} Col. *lib* 2. *cap.* 2. Iuncóne sit, an gramine vestitus, an filictis, aliisve frutetis impeditus.

FILVM, i, à fio. hinc filameum, q. filameum. Propriè quod ex lino lanâve trahendo ducitur. {חוט chut. νῆμα, μίτος. GALL. *Fil ou filet, trait, ligne.* ITAL. *Filo.* GERM. Ein faden. HISP. *El hilo que se hila.* ANGL. *A thread, a line.*} Lucilius, Surge mulier, duce filum non malum. Ouid. 4. *Met.*

E quibus vna leui deducens pollice filum.

Idem 1. *Amor.*

——— Deducit aranea filum (pede.)

Horat. 2. *Carm. Ode* 3.

Dum res, & ætas, & sororum
Fila trium patiuntur atra. id est, Parcarum.

¶ Aliquando ponitur pro linea sartorum. Varro, Sumptóque atramento sutorio filum duxit. ¶ Aliquando pro lineamentis faciei. Pictores nostri etiam dicunt *le profil.* Lucr.

——— specie confusa videntur
Quàm minimum filum.

Rursus,

Priuarum quoddam interdum mutare videtur,
Alterutrum partem filum.

Gell *lib* 14. *cap.* 4. Forma ac filo virginali dixit imagine iustitiæ fieri solitam. Idem *lib.* 1. *cap.* 9. tradit Pythagoram explorare solitum discipulos ex totius corporis filo atque habitu. ¶ Transfertur & ad stylum & piratum orationis. Gell. *lib.* 12. *cap.* 4. Amaui in vtraque epistola breuitati, eleganti filum tenuissimum. Idem *cap.* 19. *lib.* 16. filo vocum tereti, & candido fabulam scribere. Idem 4. *lib.* 14. Virginali forma, & filo pingitur Iustitia.

——— Septena putaris
Pleiadum numero fila dedisse lyra.

Ouid. 5. *Fast.* Horat. 2. *Epist.* 1.

——— tenui deducta poëmata filo.

Tracta est metaphora à textoribus, qui telam tenuissimo filo texentes, probatissimam conficiunt. Cic. *de Amic.* Nos autem te potiùs, quanquam etiam ab istis sæpe quæsiui & audiui, sed aliud quoddam experimus filum orationis tuæ. ¶ De filo pendere, prouerbium de re vehementer periculosa. Tenui filo, pro stylo subtiliori minúsque grandiloqua oratione.

Filatim, Aduerb. κατὰ νήματα. Lucr. *lib.* 2.

——— Phœniceúsque color clarissimus multo,
Filatim quum distrahitur, disperditur omnis.

[Filtrum. Vet. Diction. Filtrum dicitur à filum, quia ex filis, i. pilis animalium fit. inde *Filtratus, a, um.* ¶ Filtrum etiam dicitur quædam herba venenosa, vnde & sæpe inuenitur pro veneno acutissimo positum. vide suprà *Feltrum.* Sed philtrum, φίλτρον, confundit cum Filtro. Vide infrà *Philtrum.* GALL. *Feultrer* est firmo & spisso panno munire. Vide Bayf. *de re vestiar. cap.* 21.

Fimbri, bambyles. Gloss. A. L.]

FIMBRIA, a fine, quòd sit extrema. Vestium ora dicebatur, quæ incisuras habebat serræ dentibus non absimiles. {שול shul חנף chanaph ציצית tsitsith. κράσπεδον, θύσανος. GALL. *Frange, bord.* ITAL. *Le bande, le frange.* GERM. Ein zerschnitner saum einen kleids. ein belege. HISP. *La bordadura de la vestidura.* ANGL. *A fringe, a hemme, a garde of a garment, a welte.*} Plin. *lib.* 17. *cap.* 51. Iam signa lethalia: in furoris morbo, risum: sapientiæ verò ægritudine, fimbriarum curam, & stragulæ vestis plicaturas. Nonius cuiuslibet rei extremitatem hoc nomine significari tradit: vnde & cincinnorum fimbrias dixit Cicer. *in Pisonem*, Erant, inquit, illi compti capilli, & madentes cincinnorum fimbriæ, & fluentes cerussatæque buccæ. Samonicus *cap. de vulneribus.*

——— vel fimbria porri id est, fibræ & capillamenta.

¶ E fimbria de texto iudico, ἐκ τοῦ κρασπέδου τὸ ὕφασμα γνώσῃ. hoc est, ex vno aliquo pusillo reliquorum facio coniecturam. Translatum à negotiatoribus, qui inspecta texti margine facilè de vniuerso, cuiusmodi sit, iudicant.

Fimbriătus, Per ambitum incisus. {θυσανωτός, κροσσωτός. GALL. *Bordé, frangé, ou crenné.* ITAL. *Frangiato, fregiato.* GERM. Zerschnitten oder zerschnitten an dem saum. HISP. *Bordado.* ANGL. *That hath a fringe or hemme.*} Suet. *in Cæs.* Vsum fertunt lato clauo ad manus fimbriato. Fimbriata vtricæ folia scribit esse. Plin. ex quo colligimus, qualis fuerit positura, & flexura fimbriarum.

Fimbriă, nomen fuit Romani ciuis crudelitate insignis, qui quum Scæuolæ, quem grauiter vulnerauerat, diem dixisset, quærentibus quid in Scæuola esset accusaturus, Quòd, inquit, non totum corpore ferrum receperit. De fimbriæ nece Plutarch. *in Sylla.*

FIMVS, i, à fumus. Lætamen dicitur, & excrementa animalium, quibus agri stercorantur. {דמן dómen. κόπρος, ἀφόδευμα, ὄνθος, ἀπόπατος. GALL. *Fiens, fiente.* ITAL. *Letame.* GERM. Mist. GERM. *La hianda estercol del animal.* ANGL. *Dunge of cattel or of man.*} Apuleius, Fimo fistula excusso. Plin. *lib.* 17. *cap.* 9. M. Varro principatum dat turdorum fimo ex auiariis. Virg. 2. *Georg.*

——— arida tantùm
Ne saturare fimo pingui pudeat sola.

¶ Legitur & fimum neutri generis. Plin. *lib.* 29. *c.* 6. Columbarum fimum cum aceto ad epiphoras laudatur. Et *paulò pòst*, Turturis fimum albugines extenuat. Apuleius & feminino genere vtitur quum ait, Liquida fimo strictim egesta. Apud fimum odorum vaporem spargis, ἐν κόπρῳ θυμιᾷς. Nam perit omnis fragrantia fimique fœtore vincitur. Conuenict in eos qui rem egregiam indignis adhibent. Suidas.

Fimetum, i, Sterquilinium quo fimus congeritur. {דמן dómen. κοπρών. GALL. *Fumier.* ITAL. *Letamaio.* GERM. Ein mistgrub. HISP. *Muladar de aquel stercol.* ANGL. *A donghill. amixen.*} Plin. *lib.* 24. *cap.* 2. Fimeta sub dio concauo loco, & qui humorem colligat, intecta stramento, ne in sole arescant, palo à robore depacto fieri iubet Virgilius.

Finālis, vide *Finis.*

FINDO, is, fidi, fissum, per duplex ss, à σχίζω. Scindo, & diuido. {קרע karát בקע bikkáh. σχίζω. GALL. *Fendre.* ITAL. *Spezzare, fendere.* GERM. Spalten. HISP. *Hender.* ANGL. *To cleaue.*} Col. *lib.* 3. Curabis vt præacutissima falce, ab ea parte, qua bifurca est findas eam. Ouid. 1. *Trist. Eleg.* 7.

Terra feret stellas, cælum findetur aratro,
Vnda dabit flammas, & dabit ignis aquas.

Plaut.

Plaut. *Bacch.* Heu cor meum & cerebrum Nicobole finditur, Istius hominis vbi fit quæque mentio. ¶ Findere freta classe. Propert. *lib.* 3. Rura finduntur vomere, Claudian. 1. *in Eutrop.* Virg. 6. *Æneid.*

Hic locus est, partes vbi se via findit in ambas.

Quintil. finditur spiritus, & scinditur vox. ¶ Composita sunt Diffindo, & Infindo. Vide suis locis.

Fissus, part. {קרוע *karuáh* נבקע *nibkah.* ἐσχισμένος, διεσχισμένος. GALL. *Fendu.* ITAL. *Fesso.* GERM. Gespalten. HISP. *Hendido.* ANGL. *Clouen, clefte, chincked.*} vt, Lignum fissum, Virg. 9. *Æneid.* Paries fissus tenui rima, Ouid. 4. *Metamorph.*

Fissus, us, ui, Pro fissura, & diuisura. {בקיע *bekiáh* קרע *kérah.* σχίσμα, σχισμή. GALL. *Fente, fendement, creuasse.* ITAL. *Fessura, apertura.* GERM. Ein spalt/klack. HISP. *Hendedura.* ANGL. *A clef, a cutt.*} Cic. 2. *de nat. deor.* Vnde porrò ista diuinatio? quis inuenit fissum iecoris? quis cornicis cantum notauit.

Fissio, nis, Findendi actus. {בקיע *bekiáh* קרע *kérah.* διάσχισις. GALL. *Fendement.* ITAL. *Fendimento.* GERM. Spaltung. HISP. *Hendedura, obra de hender.* ANGL. *A cleauing.*} Cic. 2. *de nat. deor.* Quibus quum terræ subigerentur fissione glebarum ab illo aureo genere, vt poetæ loquuntur, vis nulla vnquam afferebatur.

Fissilis, e, Quod fissum est, aut findi potest: vt, Fissile robur, fissile lignum. {σχιστὸς, σχίζα. GALL. *Aisé à fendre.* ITAL. *Quel che si puo fender ò spezzar.* GERM. Gespalten/oder daß sich gern spalten läßt/spaltig. HISP. *Cosa que ligeramente se pueda hender.* ANGL. *That may be clouen or slitte.*} Col. *lib.* 9. *cap.* 1. Erit fissilis stirpes. Virg. 1. *Georg.*

——— *fissile lignum Scinditur.*

Plaut. *Aul. sc.* 3. *a.* 2. Non fissile haberes caput.

Fissura, æ, Rima, vel diuisio quæ fit findendo. {בקיע *bekiáh* נקיק *nekik.* σχίσμα. GALL. *Fente.* ITAL. *Fessura, apertura.* GERM. Ein spalt. HISP. *Hendedura.* ANGL. *A clefte.*} Col. *lib.* 5. *cap.* 10. Fissuram cuneo tædæ pineæ adigito. Plin. *lib.* 10. *cap.* 63. Quorum in digitos pedum fissura diuisa est, ea numerosiora in fœtu. ¶ Hinc fiunt Bifidus & Trifidus, pro eo quod est in duas, vel tres partes diuisum. Vnde orbis à poëtis eleganti epitheto dicitur trifidus, quòd in tres partes sectus sit.

Fissum, i, substantiuè pro fissura, rima. {τὸ σχίσμα. ANGL. *A clefte.*} vt, Fissum ani, id est, rima in ano. Cels. *lib.* 5. *cap.* 21.

Fingo, is, xi, ctum, à φιγγῶ. Formo, informo. {יצר *jatsár* ברא *badhá* חולל *cholél.* πλάττω, σχηματίζω. GALL. *Feindre, faire & former.* ITAL. *Fingere, formare.* GERM. Machen/gestalten/formieren. HISP. *Hazer cosa de barro, componer.* ANGL. *To faine, to forme and make.*} Vnde & figuli dicuntur: & vas fictile, quod formatur ex argilla, aut creta. Plaut. *Amph.* Hic me interpolabit, meúmque os finget denuò. Sal. *in Catil.* Quæ natura ventri prona, atque obedientia finxit. Lactant. *lib.* 1. Itaque homines eorum simulachra finxerunt, vt haberent aliquod ex imaginum contemplatione solatium. Est enim generale vocabulum in omnia quæ ingenio manúque artificiosè formantur: vt apud Ciceronem *lib.* 1. *Offic.* Apum examina, non fingendorum fauorum causa congregantur, sed quum congregabilia natura sint, fingunt fauos. Virg. 8. *Æneid.*

——— *& corpora fingere lingua*, hoc est, lambendo formare.

¶ Aliquando significat simulare, προσποιεῖν. Cicer. *in epist.* Suscipe meas partes & eum te esse finge, qui ego sum. Aliquando ponitur pro excogito, & comminiscor. Cic. *pro Quint.* Hæc causa à te per summam malitiam ficta est.

Fingite me dignum tali nece.

Ouid. *Eleg.* 2. *lib.* 1. *Trist.* Sen. *cap.* 15. *de tranq.* Flere in alienis malis, & frontem suam fingere. Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 5. Peiorem non vidi, neque audiui, neque dici, aut fingi potest. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 2. Finge fallaciam. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 2. At fugam fingitis. Tibull. *lib.* 4.

Seu me finges equum (vita altera.)

¶ Fingere ex sua natura cæteros: hoc est, cæteros ex suo ingenio iudicare. Cic. *pro Amerino*, Homines antiqui, qui ex sua natura cæteros finxerunt. ¶ Fingit causas ne det, i. cauillatur. Ter. *Eunuch.* —postquam sensit me tecum quoque Rem habere, fingit causas ne det, sedulò. ¶ Fingere sermonem ad voluptatem alterius. hoc est, componere & accommodare. Cic. *de Amicitia*, Hos delectat assentatio, his fictus ad ipsorum voluptatem sermo quum adhibetur, orationem illam vanam testimonium esse laudum suarum putant. ¶ Huius verbi composita sunt, Affingo, quod est fingendo aliquid addo, προσπλάττω, ἐπιπλάττω. Lact. *lib.* 3. Nihil nos affingimus, nihil nos addimus. Habebant hæc, qui fecerunt: legebant, in quos hæc dicta sunt. Confingo, simul fingo, simulo, συμπλάττω. Ter. *in Phorm.* Omnia hæc confingam, quod erit mihi bonum, atque commodum: Quum tu horum nihil refelles, vnicam scilicet. Diffingo, quod fictum simatúmque fuerat, destruo, ἀναπλάττω. Hor. *lib.* 2. *Carm.*

Neque diffinget, infectúmque reddet.

Senec. Dissipatum instaurat, atque diffingit, id est, in diuersas formas fingit. Effingo, de quo suprà.

Fictus, quum participium est, à verbo passiuo fingor, idem est quod formatus. {נוצר *notsár.* πλαστὸς, πεπλασμένος. GALL. *Feint, contrefait, controuué.* ITAL. *Formato, finto, simulato.* GERM. Gemacht/gestalt. HISP. *Fingido ò simulado.* ANGL. *Fayned, counter faite.*} Cic. *in Pison.* Ex argilla & luto fictus homulus. Idem 1. *de Orat.* Sunt autem quidam ita naturæ muneribus in iisdem rebus habiles, ita ornati, vt non nati, sed ab aliquo Deo ficti esse videantur. ¶ Aliquando ex participio fit nomen, & tunc idem significat quod falsus, aut simulatus, πλασματικὸς, ἐπίπλαστος. Ter. *in Eunuch.* Quæ vera audiui, taceo, & contineo optimè: Sin falsum, aut vanum, aut fictum est, continuò palam est. Cic. *de Amic.* In amicitia autem nihil fictum, nihil simulatum: & quicquid in ea est, idem verum & voluntarium est. Ouid. 13. *Metam.*

Prodere rem damnum finxit, fictúmque probauit.

Ibid. Detrectauit furore militiam ficto. Idem *ibid.*

Tutius est igitur fictis contendere verbis,
Quàm pugnare manu.

Plaut. *Asin. sc.* 3. *a.* 1. Nam neque fictum, neque pictum, neque scriptum in poematis.

Fictè, aduerb. simulatè. {πεπλασμένως, προσποιητῶς. GALL. *Feintement, par fiction & feintise.* ITAL. *Fintamente.* GERM. Erdichtlich/fälschlich. HISP. *Fingiendo.* ANGL. *Faynedlie.*} Cic. *Ap. Pul. lib.* 3. Nam vt vetus nostra simultas antea stimulabat me vt cauerem, ne cui suspicionem fictè reconciliatæ gratiæ darem. Idem *pro domo sua*, Ius à maioribus nostris qui non fictè & fallaciter populares, sed verè & sapienter fuerunt, ita comparatum est, &c. Fictè & simulatè loqui, Cic. *Quint. fratr. lib.* 1. πλασματικῶς, ἢ πλασματώδη λόγον λέγειν.

Fictio, nis, verbale. {יצר *jetsér.* πλάσις, πλάσμα, τὸ πλάσσειν.} Vt, Illa adhuc audaciora fictiones personarum, quæ προσωποποιΐαι. Quintil.

Fictrix, icis. {יוצרת *jotseréth.* ἡ πλάστειρα, ποιήτρια.} Cic. 3. *de nat. deor.* Eius autem vniuersæ fictricem & moderatricem, diuinam esse prouidentiam.

Fictor, is, Figulus, qui ex creta atque argilla opera facit. {יוצר *jotsér.* πλάστης. GALL. *Celuy qui fait & baille forme, comme vn potier, celuy qui forme & cree.* ITAL. *Quello che fa vasi di terra.* GERM. Ein dichter/hafner. HISP. *El que labra de barro.* ANGL. *A former or maker of any thing, as a potter.*} Cic. 1. *de nat. deor.* Reliquos deos ea facie nouimus qua pictores, fictorésque voluerunt. Plin. *lib.* 37. *cap.* 2. Quum antea seculo fictores nobiles esse desiissent.

Figmentum, quod fictum est: à fingo, is. {יצר *jétser.* πλάσμα. GALL. *Feintise, chose feinte & controuuee.* ITAL. *Fintione, cosa finta.* GERM. Ein gedicht oder erdichtung. HISP. *Fingimiento.* ANGL. *A faynedlie, a forged tale.*} Plin. *lib.* 10. *cap.* 54. Quædam & circa incubitum sponte natura gignit, vt in Ægypti figmentis est scriptum. Cic. 2. *de Orat.* Iam integræ sententiæ, tam veræ, tam nouæ, tam sine figmentis fucóque puerili, &c. ¶ Figmentum capræ (de statua & imagine.) Gell. *cap.* 11. *lib.* 5.

FIGVLVS, Fictor dicitur, qui ex creta atque argilla opera facit. {יוצר *iotsér.* κεραμεὺς, κοροπλάθος. GALL. *Potier ou faiseur d'images de terre.* ITAL. *Vasaio, che fa vasi di terra.* GERM. Ein hafner. HISP. *El que haze alguna cosa de barro.* ANGL. *A potter, a worker of imagines in earth.*} Plin. *lib.* 35. *cap.* 12. Dibutades Sicyonius figulus primus plasticen inuenit Corinthi, filiæ opera. Col. *lib.* 11. *cap.* 1. Tam docendus est futurus villicus, quàm futurus figulus, aut faber.

Figuli opes, κεραμέως πλοῦτος. de rebus incertis, ac neutiquam duraturis. Quemadmodum figulorum vasa facilè comminuuntur quolibet casu. Refertur à Diogeniano.

Figulina, æ, seu quod magis à doctis vsurpatur per syncopen, figlina. Officina figuli. {κεραμεῖον. GALL. *Vne poterie.* ITAL. *Bottega di vasaio.* GERM. Das hafners werckstatt. HISP. *La casa donde algo se haze de barro.* ANGL. *A potters workhouse.*} Plin. *lib.* 7. *cap.* 56. Figlinas primus Chorœbus Atheniensis inuenit. Varr. 1. *de re rust. cap.* 2.

Figlina, dicitur ars figulorum. {ἡ κεραμική, ἡ κεραμεία. GALL. *L'art de poterie ou de faire images de terre.* ITAL. *Arte de far vasi & imagini di terra.* GERM. Die hafnerkunst. HISP. *Arte de hazer vasos de barro.* ANGL. *The potters craft or occupation.*} Plin. *lib.* 35. *cap.* 12. Figlinarum opera imbricibus tubulis tegulísque ad balineas hamatis, vel ad tecta coctilibus laterculis frontatísque aut quæ tota fiunt.

Figlinus, a, um, adiect. {κεραμικὸς, κεραμεοῦς. GALL. *De potier de terre.* ITAL. *Pertinente à maestre de vasi di terra.* GERM. Das zu deß hafners kunst gehört. HISP. *Cosa pertenesciente à maestro que haze vasos de barro.* ANGL. *Of a potter.*} vt, Figlina creta, qua figuli vtuntur. Plin. *lib.* 10. *cap.* 21. & Varr. 3. *de re rust. cap.* 9. Figlinum opus. Plin. *lib.* 32. *cap.* 3. Olliísque è figlino opere crudis.

Figularis, e, quod ad figulum pertinet. {κεραμικός. ANGL. *That belongeth to a potter.*} Plaut. *in Epid.* Versutior es quàm rota figuralis. Creta figuralis, qua vtuntur figuli. Col. *lib.* 6. *cap.* 16. Soles etiam ipsum animauium creta figulari circundari.

Figlinum, i, Opus ipsum figuli. {κεράμιον. GALL. *Ouurage de terre.* ITAL. *Opera di terra.* GERM. Hafners werck/irdin geschir. HISP. *Obra de barro.* ANGL. *The potters werk.*} Plin. *lib.* 34. *cap.* 18. Alij climatam scobem in fictili crudo coquunt in caminis, donec percoquatur figlinum.

Fictilis, e, quod est factum à figulo, quod ex terra, vel ex alia materia fictum est, vt, Fictilia vasa. {πλαστός. GALL. *Fait de terre à potier.* ITAL. *Di terra, cosa fatta de vaso.* GERM. Irdin/vom hafner gemacht. HISP. *Cosa hecha de barro.* ANGL. *That is made by the potter or of potters clay.*} Plin. *lib.* 35. *cap.* 12. Quin & defunctos sese multi fictilibus doliis condi maluerunt. Vina fictilis, Cicer. *in Parad.* Pocula fictilia, Tibull. *lib.* 1. *Eleg.* Fictilia vasa, Cic. *ad Attic. lib.* 6. Dij fictiles, Propert. *lib.* 4. *Eleg.* 1.

Fictile, sub. vas. {חרש *cherés.* κεράμιον, ὀστράκιον. GALL. *Vn vaisseau de terre.* ITAL. *Vaso di terra.* GERM. Hafnergeschirr/auß erden gemacht. HISP. *Vaso de barro.* ANGL. *A vessel of earth.*} Iuuen. *Satyr.* 11.

Et quadringentis nummis condire gulosum
Fictile.

Idem *Satyr.* 3.

Fictilibus cœnare pudet.

Auson.

Fictilibus cœnasse ferunt Agathoclea regem.

Plin. *lib.* 35. *c.* 13. Quoniam eò peruenit luxuria, vt etiam fictilia pluris constent, quàm murrhina. ¶ Fictilibus tantùm certo die diuites vtebantur. Senec. *cap.* 12. *de consol. ad Heluiam.*

Fictitius, a, um, quod fictum est, & simulatum. {πλασματώδης. GALL. *Feint, controuué.* ITAL. *Cosa finta & simulta.* GERM. Erdicht. HISP. *Cosa fingida y simulada.* ANGL. *That is fayned.*} vt, Ratio fictitia, quæ ficta est & falsò excogitata.

Figura, Forma, species. {תאר *tóar* תמונה *temunáh.* εἶδος, σχῆμα, τύπος. GALL. *Figure, trait, façon.* ITAL. *Figura, aspetto.* GERM. Ein figur/oder gestalt. HISP. *La figura ò imagen de alguna cosa.* ANGL. *A forme or fashion.*} Figura autem dicta est à fingendo, vt autor est Gell. *cap.* 28. *lib.* 3. Cic. *lib.* 1. *Offic.* Principiò corporis nostri magnam natura ipsa videtur habuisse rationem, quæ formam nostram reliquamque figuram in qua esset species honesta, eam posuit in promptu. Idem 5. *de finibus*, Figura est forma & statura corporis nostri ad naturam apta. Terent. *in Eunuch.* Noua figura oris, color verus, corpus solidum & succi plenum. Ouid. 2. *Metamorph.*

———*adimam tibi namque figuram,*
Qua tibi, quáque places nostro importuna marito.

Idem *Eleg.1. lib.2. Trist.*

Sic qua concubitus varios, Venerisque figuras,
Exprimit, est aliquo parua tabella loco.

Tibull. *lib.4.*

———*apta vel herbis,*
Aptaque vel cantu veteres mutare figuras.

Figura (inquit Asconius) est circa gestum, sitúmque membrorum: status, circa ornatum & habitum vestis. ¶ Figuræ etiam apud Grammaticos & Rhetores vocantur flosculi quidam orationis, à consueto loquendi vsu recedentes. Quintil. *lib.9. cap.1.* Figura est conformatio quædam orationis remota à communi, & primùm se offerente ratione. Figura pro scommatibus. Sueton. *in Vesp.* Amicorum libertatem, causidicorum figuras, Philosophorum contumaciam lenissimè tulit. ¶ Paruæ figuræ (vt apud Aristot. μικρὰ σχήματα) pro atomis indiuiduísque corpusculis. Lucret.

Dicere enim possis cœlestis fulminis ignem
Subtilem magis & paruis constare figuris.

Figūro, as, Formo, & figuram induco. {תאר *téár* חק *chák* חקה *chikkáh* צר *tsár*. σχηματίζω. GALL. *Figurer, former, façonner.* ITAL. *Figurare, formare.* GERM. Gestalten, ein form geben. HISP. *Figurar, hazer figura ò imagen.* ANGL. *To forme or fashion.*} Cic. *de Vniuers.* Mundum Deus ea forma figurauit, qua vna omnes reliquæ formæ concluduntur. Colum. *lib.6. cap.27.* Assidua & nimia cupiditate figurantes sibi ipsæ Venerem. Figurare os pueri, per translationem, Horat. 2. *Epist.1.*

———*os pueri tenerum, balbúmque figuret.*

hoc est, optimo sermoni assuefaciat. Figurare, item imaginari. Quint. *in gladiatore,* Est quidem felicibus difficilis miseriarum vera æstimatio. Figurare tamen potestis qui tunc animus mihi, quæ cogitatio fuerit. Certius *lib.7.* Vtinam prudentiùs esset solicita pro filio, & non inanes quoque species anxio animo figuraret. Figurare orationem, Figuris distinguere & aspergere. Quintil. *lib.9. cap.1.* Illud tamen notandum, coire frequenter in easdem sententias & tropum & figuram. Tam enim translatis verbis, quàm propriis figuratur oratio. ¶ Figurari pro in figuram aliquam (vt est rectum esse, iacere, vel resupinari) conformari atque statui. De situque dicitur. Cels. *lib.7. cap.26.* Homo tum resupinus, eo modo quo in curatione ani figuratur, super subsellium, aut lectum collocandus est. ¶ Composita sunt, Configuro, quod est compono, & simul formo. σχηματίζω. Lactant. *lib.7.* Quoniam homo ex rebus diuersis, ac repugnantibus configuratus est, anima & corpore. Præfiguro, de quo infrà.

Figūrātus, part. Formatus. {מתאר *metóar* מחקה *mechukkéh*. ἐσχηματισμένος. GALL. *Figuré, façonné.* ITAL. *Figurato, formato.* GERM. Gestaltet. HISP. *Figurado.* ANGL. *Formed, fashioned.*} Cic. *de nat. Deor.* Quid de duobus loquar, quorum ipsa tergia declarant non esse se ad onus accipiendum figurata? Oratio figurata, quæ figurarum coloribus, velut flosculis quibusdam est exornata. λόγος ἐσχηματισμένος.

Figūrātio, {תאר *tóar* תמונה *temunáh*. σχημάτισις. GALL. *Figurement, façon.* ITAL. *Figuramento, fazzone.* GERM. Gestaltung. HISP. *Aquella obra de figura ò hazer imagen.* ANGL. *A forming, or fashioning.*} Plin. *lib.11. cap. 37.* Vt in vnoquoque posceit figuratio. ¶ Figuratio pro imaginatione. Quint. *decl. 6.* Si quisquam figuratione quadam in malorum conditione iudicem ponat, &c. id est, imaginetur.

Figūrātē, aduerb. significat per figuram.

Figuranter, σχηματικῶς, idem quod figuratè. Diomedes *Gramm. lib. 1.* Albesco enim non habet albeo, licèt figuranter. Virgilius,

———*campique ingentes ossibus albent.*

Fīnĭs, is, generis vtriusque, à φίνος. dicebant enim olim fœnire, φοίνιον μετρεῖν, nunc finire. {קץ *kets* סוף *soph* גבול *ghebúl*. τέλος, πέρας. GALL. *Fin, extremité, bout & acheuement.* ITAL. *Fine, termine* GERM. Das end. HISP. *El fin ò termino ò cabo de obra.* ANGL. *The end of any thing.*} Virg. 1. *Æneid.*

———*quem das ad finem Rex magne laborum?*

Ibidem *lib.3.*

Hæc finis Priami fatorum.

Est autem finis terminus, siue extremitas in vnaquaque re: hoc est, id quo vnaquæque terminatur res. πέρας. Varij autem sunt huius dictionis vsus. Multis enim modis dicimus quippiam esse finem rei alicuius. Est enim finis terminationis: vt pratum dicitur finiri, vbi terminatur. Finis consummationis: vt domus finitur, quando consummatur: vt vestis finita est, quando consuta est vt indui possit. Rursus est finis consumptionis. Sic dicimus cibum esse finitum, & candelam finitam, quando consumpta est. Ouid. 13. *Metam.*

———*Memnonque*
Deuoueas sine fine caput.

Velleius, finis imperij (Tigranis sup.) terminatus Armenia. Ouid. *Eleg.8. lib.4. Trist.*

———*Posito fine laborum*
Viuere.

Idem *Eleg.1. lib.1. Trist.*

Non ego diuitias auidus sine fine parandi.

Sen. *c.11. de cons. ad Mart.* Decessit filius tuus, i. decurrit ad eum finem, ad quem omnia properant. Vellei. Nec finis, nec modus ambitus. ¶ Fini pro fine. Gell. *cap.3. lib.1.* Quatenus quáque fini. *Ibid.* Hac fini amandum est. Vide plura *infrà.* Velleius, Felix Sylla si eundem vincendi & viuendi finem habuisset. Ouid. 13. *Metam.*

Iam bellum in fine est.

Plaut. *Asin. sc.3. a.3.* Sermoni finem face tuo. Idem Catull. *de com. Beren.*

Captam Asiam Ægypti finibus adijceret.

(id est, terminis, limitibus.) Plaut. *Amph.* Properè de finibus suis exercitum deducerent. Est etiam finis intentionis, hoc est, intentio operarij. σκοπός. Hinc artifices finem vocant id, ad quod omnia referuntur, & cuius gratia cætera fiunt: vt, Finis medici, est curare: finis oratoris, est aptè ad persuadendum dicere. ¶ Non statim finis apparet. Herodotus *in Polymnia,* καὶ τὸ παλαιὸν ἔπος ὡς εὖ εἴρηται, τὸ μὴ ἅμα ἀρχῇ πᾶν τέλος καταφαίνεσθαι, id est, Et vetus adagium, quo rectè dictum est, non statim cum initio apparere finem. Conueniet in quorundam præproperas spes, qui negotio vix cœpto, statim arbitrantur se rem factam habere: quum sæpe exitus non respondeat initiis.

Fini ablatiuus apud Iureconsultos vsitatus, pro vsque ad finem, aut vsque ad modum & quantitatem. Papin. *l.1. D. de pign.* Pacto placuit, vt ad diem vsuris non solutis, fructus hypothecarum vsuris compensaret fini legitimæ vsuræ. Hotomanus. Plaut. *Men. sc.2. a.5.* Osse fini dedolabo, (i. osse tenus.) Ita vet. lib. & Passer. Et Gell. *cap.19. lib. 13.* Hac fini hominem dimisit, (i. tum demum.) Vide alia exempla suprà in *Finis.*

Fīnēs, ium, sæpiùs in plurali numero, pro terminis, & limitibus. {ANGL. *Bounds or marches.*} Ter. *in Heaut.*— Simus & Crito vicini nostri hic ambigunt de finibus, Me cepêre arbitrum. Cæs. 1. *bell. Gall.* Quorum per fines ierant. habes exempla alia, suprà in *Finis.* ¶ Nonnunquam etiam in singulari numero inuenitur in hac significatione: licèt rariùs. Liu. *lib.33.* Redeuntes inde Ligurum extremo fine, cum agresti præda, in agmen incidunt Romanum. Idem, Ligurum duo millia ferè ad extremum finem prouinciæ Gallicæ, vbi castra Marcellus habebat, venerunt. Tacit. *lib.16.* Apud finem Ligurum id temporis erat. ¶ Hinc composita sunt, Affinis, & Confinis, pen. prod. Vnde Confines agri dicuntur, qui eodem loco fiunt. ὅμοροι.

Finalis, e, quod pertinet ad finem, vel quod finem significat. Sic Finalis causa à Dialecticis dicitur, propter quam quæque res fit. Et finalis quæstio à Iurisconsultis, quæ de finibus est, in qua de finibus regundis agitur.

Fīnĭo, is, iui, itum, perficio, absoluo. {סוף *saph* גמר *gamár* כלה *chilláh* השלים *hischlim*. περαίνω, τελέω. GALL. *Finer ou finir, arrester, faire fin & conclusion.* ITAL. *Finire, compire.* GERM. Enden, vollenden, ausmachen. HISP. *Fenecer y acabar.* ANGL. *To finish or end.*} Apul. Sine opus sit iam quod incœpi. Plin. *de viris illustr.* Quum inter Romanos & Albanos bellum fuisset exortum, ducibus Hodilio & Suffetio, placuit rem paucorum certamine finire. Quintil. *lib.8. cap.6.* Quod ex genere cœperis translationis, hoc desinas. Multi enim quum initium à tempestate sumpserint, incendio, aut ruina finiunt. Sen. *cap.14. de cons. ad Mart.* Finire citò luctum. Ouid. *Eleg.7. lib.3. Trist.*

Quilibet hanc sæuo vitam mihi finiat ense.

Ibid. Eleg.2. lib.3. Trist.

Vt via finita est.

Quintilian. (vt semel finiam.) Ouid. *Eleg.4. lib.4. Trist.*

Finies olim hanc fugam.

Idem *lib.13. Metam.*

Finierat Telamone satus. (i. dixerat.)

Tib. *lib.4.*

———*regna vago Tomyris finiuit Araxe.*

¶ Animam finiuit, Ouid. 7. *Met.* Dolores finire. Virg. 12. *Æneid.* Gladio finire dolorem, Ouid. 1. *de Pont.* ¶ Aliquando est terminum ponere, metari. {גבל *gabál*. ὁρίζειν.} Sic dicimus finire alicui prouinciam certo tempore, pro præscribere alicui tempus administrandæ prouinciæ, quo elapso de prouincia debeat decedere. Cic. *Attic. lib.8.* Marcellóque Consuli finienti prouincias Gallicas Calend. Martiis, restitit. Sic etiam finire regiones animo dicebantur augures, quum fines templi animo designabant. Liu. 1. *ab Vrbe,* Signum contra longissimè conspectu oculi ferebant, animo finiuit. Finire agros, est cuilibet agri sui fines præscribere. ¶ Finire libidinem muliebrem, (id est, modum ei statuere.) Liu. *lib.34.* ¶ Accipitur etiam finire pro definire. Quint. *lib.2.* Ante omnia, quid sit Rhetorice, quæ finitur quidem variè. Idem, Qui à nobis finitur Orator. Sic finis & definitiò pro eodem accipiuntur. Idem *lib.2. cap.16.* Hic igitur frequentissimus finis, Rhetoricem esse vim persuadendi. Sic sæpius eodem capite. ¶ Finire, absolutè, pro vita decedere. Tacit. *lib.5.* Sic Tiberius finiuit octauo & septuagesimo ætatis anno.

Fīnītōrēs, dicuntur terræ mensores, mercatores, decempedatores, qui agrorum terminos constituunt. {γεωμέτραι. GALL. *Mesureurs de terre, borneurs.* ITAL. *Misuratori di terreni.* GERM. Außzieler, scheidbeiten, marcklein. HISP. *Medidores de las tierras.* ANGL. *Bounders of landes, setters of marches.*} Plaut. *in Pœnul.* Eius nunc regiones, limites, confinia Determinabo. ei rei factus finitor sum ego. Cicer. *pro lege Agr. contra Rul.* Quæstori permittant, finitorem mittant: ratum sit quod finitor vni illi à quo missus erit, renuntiauerit. Finitor rerum maximus, Statius 8. *Theb.* ¶ Finitorem item vocant Latini, quem Græci ὁρίζοντα, hoc est, circulum, partem cæli conspicuam nobis à non conspicua dirimentem.

Fīnītio, nis, definitio. {ὁρισμός, ὅρος. GALL. *Definition, determination.* ITAL. *Definitione, determinatione.* GERM. Außzielung, beschreibung. HISP. *Definicion, ò determinacion.* ANGL. *A setting of marches, à bounding.*} Quint. *lib.5. cap.13.* Finitio posset esse pro nobis. Idem *lib.10. cap.16.* Huic substantiæ maximè conuenit finitio. Idem *lib.5. cap.10.* Propriis confirmatur finitio, differentibus soluitur. Et in ea significatione vsus est Gell. *cap.9. lib.55. & cap.19. lib.13.*

Fīnītūs, part. quod cessauit, atque desijt esse. {סף *saph* מכלה *mechulléh*. συντετελεσμένος, πεπερασμένος. GALL. *Fini, cessé, acheué.* ITAL. *Finito, cessato.* GERM. Geendet, außgehört. HISP. *Fenecido, acabado.* ANGL. *Finished, ended.*} Plin. *lib.18. cap.27.* Dabitur & aliud finiti frigoris indicium.

Fīnītē, aduerbium. {πεπερασμένως. GALL. *Auec mesures & bornes determinement, distinctement.* ITAL. *Determinatamẽte.* GERM. Endtlich, mit außzielung. HISP. *Con medida, feneciendo.* ANGL. *Expresselye, determinatlie.*} Cic. 2. *de finib.* Ergo & auarus erit, sed finitè, & adulter, verùm habebit modum: & luxuriosus eodem modo.

Fīnĭtĭmŭs, a, um, Vicinus, seu propinquus, hoc est, fines nostros attingens. {מגבל *mighbál* שכן *schachen*. ὅμορος. GALL. *Voisin, prochain.* ITAL. *Vicino, finitimo.* GERM. Ein anstosser, nahgelägner. HISP. *Cosa cercana ò comarcana.* ANGL. *Night, or bordering vpon.*} Liu. *lib.1.* Iam res Romana adeò erat valida, vt cuilibet finitimarum ciuitatum bello par esset. Mari finitimus est aër. Cicer. 2. *de nat. Deor.* Falsa veris finitima sunt. Idem 4. *Acad.* Inferre bellum finitimis. Idem *pro lege Manilia.* Ouid. *Eleg. vlt. lib.4.*

———*finitimis circumsonat armis.*

Idem *Eleg.* 3. *lib.* 5. *Trist.*

——— finitimo cinctus premor vndique Marte.

Fīo, fis, factus, à φύω. Significationem passiuam habet, quamuis vocem habeat verbi neutri: vnde etiam inter neutra passiua à Grammaticis numeratur. {נעשה *nehesáh* היה *hayáh*. γίνομαι. GALL. *Estre fait, deuenir.* ITAL. *Essere fatto, diuenire.* GERM. Werden. HISP. *Ser hecho.* ANGL. *To be made.*} Veteres facior dicebant voce passiua. Vnde apud Catonem legitur, Græco ritu faciebantur Saturnalia. Hinc manet præteritum factus sum. In præsenti optatiui, & præterito imperfecto subiunctiui contra morem verborum quartæ coniugationis assumit literam inter i & e, vt fierem dicimus pro firem, & fieri pro firi: in reliquis temporibus à præsenti formatis sequitur inflexionem verborum quartæ coniugationis. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 5. Nunquam ratus sum fore, vt tibi fierem supplex. Idem *Most. sc.* 1. *a.* 1. Quid vis fieri? Non omnes possunt olere vnguenta exotica. Idem *Men. sc. vlt. a.* 5. Manè auctio fiet. Item, Soléntne oculi tibi duri fieri. *Ibid. sc.* 5. *a.* 5. Item *Curc. sc.* 2. *a.* 1. Iam bibes. A. Diu fit. *& in Aulul. sc.* 1. *a.* 4. Vt quæ fierent, fieret particeps. Idem *Amph. sc.* 4. *a.* 4. Amphitruones fiote gemini. *& in Curc. sc.* 1. *a.* 1. esti, & fite propitiæ. *Ibid sc.* 1. *a.* 1. Fite caussa mea Lydij barbari. (i. Italici.) Idem *in Amph.* Pater curauit vno vt fœtu fieret. (fieret prima longa.) *& in Pseud. sc.* 5. *a.* 1. fiat, geratur mos tibi. Idem *Aulul. sc.* 4. *a.* 1. M. Desponde (mihi filiam.) E. fiat. Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 5. Da hanc huic vxorem T. fiat. Idem *Men. sc.* 2. Quis hic est, qui aduersum fit mihi? Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 5. Vt vis, fiat. Horat. *lib.* 1. *epist.* 1.

Nunc agilis fio.

Idem 4. *Carm. Ode* 13.

——— Fis anus, & tamen
Vis formosa videri,
Ludísque & bibis impudens.

Terent. *in Eunuch.* —biduum Saltem vt concedas solùm. PH. Siquidem biduum. Verùm ne fiant isti viginti dies. Cicer. *pro Domo sua*, Quid te aut fieri, aut fingi dementius potest? Compositum eius est Confio. Item Infit & Defit, quæ vix aliter quàm in tertia persona leguntur. Componitur prætereà fio penè cum omnibus dictionibus, cum quibus componitur facio, exceptis præpositionibus, cum quibus tardò componitur: vt, Calefacio, calefio: Tepefacio, tepefio, &c. ¶ Ponitur quandoque fio pro æstimari. ἀξιοῦσθαι. Cic. *in Lælio*, Tertius verò ille finis teterrimus, vt quanti quisque ipse se faciat, tanti fiat ab amicis. ¶ In tertia persona quandoque pro euenit, contingit. συμβαίνει. Cic. *lib.* 1. *Offic.* Fit autem interdum vt nonnulli omissa imitatione maiorum, suum quoddam institutum consequantur. ¶ Fiet tibi acceptum, pro referetur. Plin. *epist.* 120. Sed licet cessauerint illæ tempestate detentæ: tu tamen meruisti vt acceptum tibi fieret: quod quominùs non exhiberes, non per te stetit. ¶ Fient in illum exempla. Ter. *in Eunuch.* Quid ais? in quem exempla fient? ¶ Fieri obuiam, Cicer. *Attic. lib.* 6. Obuiam mihi fit tabellarius. ¶ Fiat, particula est permittentis ac concedentis, aut annuentis aliquid. Plaut. *Pseud.* Agite amouemini hinc vos intrò nunc iam, Ac meis vicissim date locum fallaciis. S. Fiat, geratur mos tibi. ¶ Fieri potest, ἐνδέχεται. Cic. *de Amic.* Neque fieri possit vt non statim alienatio, disiunctióque facienda sit. ¶ Fieri pro sacrificari. Liu. *lib.* 7. *dec.* 4. Decemuiri vt fieret ediderunt. (i. vt sacrificaretur.) ideò facere, pro sacrificare, suprà in facio. ¶ Fiere pro fieri, vide apud Gell. *cap.* 7. *lib* 19.

Fircus olim dicebatur, qui postea Hircus dictus est. Terent. Scaur. *de Orthogr.*

Firmus, adiectiuum Stabilis, constans: à ferendo, quòd constanter omnia ferat. {נאמן *naemán* נכון *nachón* חזק *cazák*. ἰσχυρός, βέβαιος, ἑδραῖος. GALL. *Ferme, stable, asseuré.* ITAL. *Fermo, stabile.* GERM. Steiff/vest/bestendig. HISP. *Cosa firme y fuerte.* ANGL. *Sure, stable.*} Plaut. *in fine Asin.* Nemo est ingenio tam duro, neque firmo pectore, quin sibi benefaciat. Terent. *in Hecyr.* Adeon' pernicaci esse animo, vt puerum præoptares perire, Ex quo firmiorem inter nos fore amicitiam posthac scires? ¶ Firma fides. Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 5. Hæc reperta fides firma nobis. ¶ Vxor firma, cuius pudicitia in tuto est. Ouid. *Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.*

——— ——— Vxor
Non tamen in nostro firma futura rero.

Item, firmus proposito, Velleius, & Ouid. *Eleg.* 8. *lib.* 4. *Trist.*

Nihil adeò validum vt maneat firmius igne
Iouis.

Suet. *in Tib. cap.* 18. firmus & patiens. ¶ Firmus cibus dicitur qui validus est, &, vt Varro *de re rust. lib.* 2. *cap.* 11. loquitur, alibilis. Firma potio, id est, multi nutrimenti. Celsus *lib.* 2. *cap.* 18. Firmior ex frumento potio est, quo firmius fuit ipsum frumentum: firmior ex eo vino quod bono solo, quàm quod tenui natum est. Firma valetudo, dicitur integra, valida & robusta. Et qui robusta est corporis habitudine, firmus dicitur. Cic. *Tironi*, Te penitus rogo, ne te tam longæ nauigationi & viæ per hyemem, nisi bene firmum, committas. ¶ Item firmus, dicitur munitus, instructus, paratus. ἕτοιμος. Plancus *Ciceroni*, Me vt venirem, copiásque coniungerem rogauit, eóque magis, quòd & Antonius ab equitatu firmus esse dicebatur, & Lepidus non mediocrem quidem equitatum habebat. Cæsar *lib.* 1. *de bell. ciu.* Firmissima totius Prouinciæ ciuitas. Suet. *in Calig. cap.* 5. firmiora de aliquo iudicia & maiora. Firmum vinum dicitur quod durabile & firmum est. Virg. 2. *Georg.*

Sunt etiam Aminneæ vites, firmissima vina.

Gell. *cap.* 5. *lib.* 13. firmum hercle vinum & iucundum (Rhodium sup.) Hinc firmitas vini dicitur, quam vulgus *potentiam & durabilitatem* vocat. Plin. *lib.* 14. *cap.* 2. Principatus datur Aminneis propter firmitatem, senióque proficientem vini eius vbique naturam. ¶ Alioqui firmitas idem est quod stabilitas, aut constantia. {אמנה *amanáh* חזקה *chezkáh* βεβαιότης, καρτερία. GALL. *Fermeté, constance.* ITAL. *Fermezza.* GERM. Standhafftigkeit/bestendigkeit. HISP. *Firmeza.*} Cic. 2. *de finib.* Firmitatem tamen & constantiam, si modò fuit aliquando in nobis, eandem cognosces quam reliquisti. ¶ Firmitas, soliditas. Cic. 3. *Philip.* Gladiatoria corporis firmitas, (de Anton. Plaut. *in Most.* Age specta postes cuiusmodi? Quanta firmitate facti, & quanta crassitudine. *Ibid. sc.* 2. *a.* 1. Parant sedulò infirmitatem, (sup. ædes & liberos.) &c. Huic opponitur Infirmitas, hoc est, imbecillitas, ab infirmus, quod imbecillum significat.

Firmitas, atis, quid sit, vide in dictione præcedenti.

Firmĭtūdo, inis, firmitas. {אמנה *amanáh* חזקה *chezkáh*. στερεότης, βεβαιότης. GALL. *Fermeté, constance.* ITAL. *Firmezza.* GERM. Steiffe/bestendigkeit. HISP. *Firmeza.* ANGL. *Suernesse, stablenesse.*} Plaut. *Asin.* Si istam animi firmitudinem obtines, salui sumus. Cicer. *ad Attic. lib.* 10. Per enim magni æstimo tibi firmitudinem animi nostri, & factum nostrum probari. Vocis firmitudo, ad Heren. *lib.* 3. Minus firmitudinis habere, Cic. 1. *de Inuent.*

Firmē, aduerbium, constanter, inconcussè. {בחוזקה *bechozkáh*. ἰσχυρῶς, βεβαίως. GALL. *Fermement, asseurement.* ITAL. *Fermamente.* GERM. Steiff/standthafftigklich/bestendigklich. HISP. *Firme y fuertemente.* ANGL. *Firmelie, stedfastlie.*} vt, Firmè accurare rem suam id est, non segniter, sed acri & diligenti animo. Plaut. *Persa*, Atque æquè ol firmè vt quisque rem accurat suam, sic ei procedit. Asseuerare aliquid firmissimè, Cic. *Att. lib.* 11. Satis firmè animo concipere & comprehendere aliquid. Idem 2. *de finib.*

Fīrmĭtĕr, aliud aduerbium, firmè. {בחוזקה *bechezkáh*. βεβαίως, στερεῶς.} Gell. *lib.* 8. *cap.* 13. firmiter meminisse. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 3. Eum promisisse firmiter dixit mihi. Varr. 3. *de re rust. cap.* 9. Circum omnia posita sunt cubilia gallinarum, aut exculpta, aut affixa firmiter.

Firmo, as, à fero: vel ab ἔρμα, fulcrum. Stabilio, munio, firmum facio, sancio. {הכין *hechin* קים *kyjám* הקים *hekim*. στηρίζω, κυρόω, κρατύνω, στερεόω. GALL. *Affirmer, fortifier, asseurer, confirmer.* ITAL. *Fermare, stabilire.* GERM. Steiff vnd vest machen/beuestigen. HISP. *Firmar, fundar, ò establecer.* ANGL. *To mak suer, to establish.*} Cæsar *lib.* 3. *de bell. ciu.* Firmauit nostros milites. & Plin. Firmare fidem. Liu. Firmabatque eum Africis maximè præsidiis. Lactant. *lib.* 4. Superest vt verbis facta firmentur. Plin. *lib.* 14. *c.* 18. Est contra in Lycia quæ solutam aluum firmat. Cæsar, His rebus pace firmata. Ter. *Hecyr.* Aliud si scirem, qui firmare meam apud vos possem fidem sanctius, quàm iusiurandum, id pollicerer tibi Laches. Tacit. *lib.* 4. Vetustum asylum vt firmaretur petentibus, id est, confirmaretur. ¶ Firmare pro Asseuerare. Tacit. *lib.* 1. Vix quicquam firmare ausim. Idem *lib.* 4. Lacedæmonij firmabant annalium memoria. Huius composita sunt, Affirmo, Confirmo, Infirmo, Refirmo, & Obfirmo: quorum significationes vide suis locis.

Firmātŭs, part. {נאמן *neemán* מוכן *muchán* הוכן *huchán*. βεβαιωθείς, στερεωθείς. GALL. *Confirmé.* ITAL. *Confermato.* GERM. Beuestiget/gesterckt. HISP. *Confirmado.* ANGL. *Made suer or stedfast.*} Cic. *pro Cluent.* Consilio, & ratione nondum firmatus adolescentis animus. Virg. 4. *Ecl.*

Hinc vbi iam firmata virum te fecerit ætas.

¶ Firmata fides. Plaut. *Milit. sc.* 5. *a.* 2. Nisi das firmatam fidem te introituram.

Fīrmātor, {מקים *mekim* מכין *mechin*. βεβαιωτής. GALL. *Confirmateur.* ITAL. *Confermatore.* GERM. Ein beuestiger oder bestätter. HISP. *Confirmador.* ANGL. *He yat establisheth and maketh sure.*} Tacit. *lib.* 2. Missus tamen Drusius vt retulimus pacis firmator.

Fīrmāmĕn, inis, firmamentum. {אמנה *amanáh* חזקה *chezkáh* כוח *chóach*. στήριγμα. GALL. *Fermeté, appuy, force.* ITAL. *Fermezza.* GERM. Die Vestigkeit. HISP. *Firmeza.* ANGL. *Establishment.*} Ouid. 10. *Metam.*

——— raptéque obliqua per vngues
Porrigitur radix longi firmamina trunci.

Fīrmāmĕntum, Soliditas, stabilimentum, robur, vires. {אמנה *amanáh* חזקה *chezkáh* כוח *chóach*. στήριγμα, κῦρος. GALL. *Fermeté, appuy, force.* ITAL. *Firmamento, fermezza.* GERM. Beuestigung. HISP. *Firmeza.* ANGL. *Establishement, strenth.*} Cicer. *de Amic.* Stabilitatis, constantiæque eius quam in amicitia quærimus firmamentum est fides. Vnde etiam Gell. *lib.* 13. *cap.* 21. neruos vocat firmamenta membrorum quòd in illis constat totius corporis robur & soliditas. Idem *cap.* 1. *lib.* 2. Ad patientiæ vices firmamentum facere, (i. durare, Passer. interprete.) ¶ Rhetores firmamentum appellant, quod à Quint. vocatur continens causæ, à Græcis συνέχον, hoc est, cardinem illum, circa quem totius causæ decisio versatur. Nostri hodie Iurisconf. vocant Punctum decisorium litis. Autor ad Heren. *lib.* 1. Nam in ea nec ratio quare fecerit, quæritur, nec firmamentum quæritur, quoniam non subest ratio.

Firmum castellum, Pomponio & Straboni: Firmum, Ptolemæo: Firmanorum castellum, Plinio. Est vrbs Italiæ in Piceno, vulgo, *Ferino.*

Fĭscŭs, i, masc. gen. Ascon. Fisci, fiscinæ, fiscellæ, spartea sunt vtensilia, ad maioris summæ pecunias capiendas. {סל חרי *sal chori*. κάλαθος, κόφινος. GALL. *Vn panier d'osier, ou vne corbeille.* ITAL. *Paniere, cesto.* GERM. Ein gelt korb. HISP. *Espuerta texida de esparto, la canasta, vn vaso de vimbres.* ANGL. *A baskett of twigges.*} Vnde quia maior summa est pecuniæ publicæ, quàm priuatæ, factum est vt fiscus pro pecunia publica dicatur. Hæc Asconius. {φίσκος, ταμεῖον. GALL. *Le reuenu ou le domaine d'vn prince ou d'vne republique, le fisc.* ITAL. *Entrata di principe.* GERM. Des gemeinen guts seckel/der schatz einer oberkeit/oder eines Fürsten. HISP. *La hazienda publica, ò perteneciente al Rey.* ANGL. *The escheker or exchequer, a kinges treasure.*} Alij malunt fiscum, principis dici: ærarium verò, publicum. Plin. *ad Traianum*, At fortasse non eadem seueritate fiscum, qua ærarium cohibes: imò tantò maiore, quantò plus tibi licere de tuo, quàm de publico credis. Cicer. 2. *Verr.* Ei quoque negotio fisci Sicilienses minabantur. Corn. Tacit. *lib.* 1. Primam ac vicesimam legionem Cecinna legatus in ciuitatem Vbiorum reduxit turpi agmine, quum fisci de Imperatore rapti inter signa, intérque aquilas veherentur. Inde Confiscare pro in ærarium redigere. Suet. *in Augusto.* Deuictis his & confiscatis, promissa veteranis præmia soluerentur. ¶ Fiscus item pro qualo oleario, qui ceruici torcularis supponitur, ne fæces in lacum cum oleo defluant: vel etiam in quo oliuæ ponuntur, quum subiiciuntur prelo, vt amurca, id est, olei fæx, aliquantisper exanietur, id est, exudet, & per vimina perfluat. Colum. *lib.* 12. *cap.* 47. Postero die cribratur, & nouo fisco inclusa, prelo supponitur, vehementérque premitur, vt exudet quantulumcunque habet amurcæ. Eadem *lib. cap.* 49. Deinde intrita oliua nouo fisco includitur, & prelo subiicitur, vt tota nocte exprimatur. Idem *cap.* 50. Sereno cælo manu distringi oliuam oportet, & substratis tegetibus, aut cannis cribrari &

purgari : tum diligenter mundatam protinus in torcular deferri, & integram in fiscis nouis includi, prelisque subiici, vt quantum possit paulisper exprimatur.

Fiscalis, e, quod ad fiscum pertinet. ἐκ τ̃ φίσκου, ὁ ἐχων δημοσίω ταμιείῳ. GALL. *Fiscal, des appartenances du fisc.* ITAL. *Pertinente al fisco.* GERM. Das zu dem gmeinen seckel oder einem Fürsten schatz gehört. HISP. *Cosa pertenesciente à la hazienda del Rey.* ANGL. *Belonging to the kinges treasure.*} vt, lus fiscale, fiscalis causa. Fiscales calumniæ dicebantur delatorum, quòd qui alios accusabant, nonnunquam ex fisco eis dabatur pars mulctæ qua accusati mulctabantur.

[Fiscarius, qui fisci curam habet, exactor publicarum pecuniarum, qui annuas præstationes repetit.]

Fiscina, æ, à φάσκῳ, etsi diminutiuum esse videtur à fiscus, eiusdem tamen est significationis. {סל סלכרי *salchori.* κάλαθος. GALL. *Vn petit panier ou corbeille faicte de ionc, d'osier, ou autre semblable matiere.* ANGL. *A basket, or such like thing of twigges.*} Varr. *de re rust. lib.*1. *cap.*22. Ista sunt ferè quæ ex viminibus materiáque rustica fiunt, vt corbes, fiscinæ, tribula, malleoli, rastelli. Fiebant etiam fiscellæ ex sparto, quod iunci genus est apud Hispanos frequentissimum circa Carthaginem nouam. Colum. *lib.*11. *cap.* 2. Siue regio ferulæ, vel corticis ferax est, apibus aluearia fieri debent: siue palmæ spartive vt fœcunda est, fiscinæ, sportæve, seu virgultorum corbes ex vimine. ¶ Denique fiscinæ nomine comprehenditur omne vasis genus quod ex vimine, aut iunco, aut simili materia contextum est. Cic. *in Oratione pro Flacco* posuit pro calathis illis iunceis, in quibus ficus inclusæ in alias regiones transuehuntur. Homini (inquit) Phrygi qui arborem fici nunquam vidisset fiscinam ficorum obiecisti. Ouid. *lib.*4. *Fast.*

Seu mea falx ramo lucum spoliauit opaco,
Vnde data est ægræ fiscina frondis oui.

Fiscella, æ, diminut. Vas vimineum, aut ex iunceis, quo lac coagulatur dum caseus exprimitur, vel in quo caséi formantur. {ταλαρίσκος. GALL. *Petit panier d'osier.* ITAL. *Cestello, paniere.* GERM. Ein körblein oder kräßlein/ käßkörblein. HISP. *El capacho.* ANGL. *A litle basket of twigges, a cheese fatt.*} Tibull. *lib.*2.

Tunc fiscella leui detexta est vimine iunci,
Raraque per nexus est via facta sero.

¶ Item fiscella dicitur qua boum ora, faucesque iumentorum capistrantur. φιμός. {GALL. *Vne museliere faicte ou de cuir, ou de corde, ou d'osier que l'on pend au museau des mulets, bœuf, cheuaux, &c. de peur qu'ils ne facent mal.*} Plin. *lib.* 18. *cap.*19. Fiscellis capistrari boues oportet, ne germinum tenera decerpant. Cato *de re rust. cap.*54. Boues nisi per hyemem quum non arabunt, pasci non oportet. nam viride quum edunt, semper id expectant: & fiscellas habere oportet, ne herbas sectentur quum arabunt.

Fiscellus, pro eodem. Col. *lib.*11. *cap.*38. Mox fiscello ligneo inclusas exprimito.] ¶ Fiscellus casei mollis appetitor: vt casillones casillorum liguritores. Dici ita videtur, quòd ex ipsa fiscella caseum recentem appetat.

Fiscum, quasi fisculum, à colando oleum dictum, vel quasi fiscella olei. Isid. *lib.*20. 14.

Fissiculo as. Apul. de Deo Socratis, de Platonicis dæmonibus loquens: Eorum de numero prædiri curant singula eorum, proinde vt est cuique tributa prouincia vel somniis conformandis, vel extis fissiculandis, vel præpetibus gubernandis. Fissiculare igitur est aperire viscera, rimari exta, findendo.]

Fissilis, vide *Findo.*

Fistuca, æ, Machina est qua pauitores vtuntur, vtrinque ansata, qua pali magna vi in terram adiguntur. {κόπανον ὁ ἄγεται τ̃ ἐδαφῶν ἐπιστρώσεις. GALL. *Vne hie de quoy on enfonce les pilotis en terre.* ITAL. *Machina da ficcare i pali nel fiume. & quello instrumento da battere sopra i fossi quando s'acconciano le strade per farglí pari, becco, machina.* GERM. Ein schlegel / mit welchem man die pfeiler in die tieffe eines wassers hinab treibt. HISP. *Maço grande, ingenio para hincar vigas, ò ingenio de dos ansas para maçonnar.* ANGL. *An instrument to driue piles of woode in to the ground, a rammer.*} Vitr. *lib.* 7. Si plano pede erit ruderandum, quæratur solum si sit perpetuò solidum, & ita exæquetur, & inducatur cum statumine rudus: sin autem omnis, aut ex parte congestitius locus fuerit, fistucationibus cum magna cura solidetur. Vtitur & hac voce Plin. *lib.*36. ¶ Fistuca alia est, magnæ molis qua trabalis materies in terram pangitur, aut in alueum fluminis, quæ funibus tollitur, & pondere suo remissa illiditur: cuiusmodi Parisiis sæpe vidimus. Cuius generis intelligendum est fuisse illud Cæsaris 3. *de bell. Gall.* Hæc cum machinationibus immissa in flumen defixerat, fistucisque adegerat, non sublicæ modo directæ, &c.

Fistucatum, dicitur fistuca exæquatum: vnde & Fistucatio, apud Vitruu. *loco iam citato*, pro ea exæquatione area accipitur, quam suprà descripsimus. Plin. *lib.*17. *cap.*11. Sicuti terram circa radices fistucato spissandam. Hæc Budæus *in annotationibus in Pandect.*

Fistula, æ, propriè dicitur, vt Pomponius ait, per quam aqua educitur fusa, à fundendo, siue ferendo: sicut tubi à tumore, & canales à canna, quòd ad earum similitudinem facti sint. {חליל אבוב *chalil* *tsinnor.* σύριγξ. GALL. *Tuyau, fleuste, fistule.* ITAL. *Fistola.* GERM. Ein teuchel. HISP. *Flauta ò caña para tañer.* ANGL. *A pipe to conueigh water, also a pipe.*} Sunt tamen qui Græcum esse putent, credántque deduci à verbo φυσάω, hoc est, inflo, vel inspiro. Cic. *pro Rabir.* Etsi C. Marius quòd fistulas quibus aqua suppeditabatur Iouis Optimi Maximi templis ac sedibus, præcidi imperarat, &c. Ita apud Varr. *lib.*3. *de re rust. cap.*5. Suet. *in Ner. cap.*31. Ex fistulis flores spargere. ¶ Ab huius similitudine dictum est instrumentum musicum, quo flatu canitur, cuius Pan dicitur inuentor fuisse, vt refert Plin. *lib.*7. *cap.*56. {Ein pfeiff.} Virg. 2. *Eclog.*

Est mihi disparibus septem compacta cicutis
Fistula.

Pastoritia fistula apud Cic. *de Orat.* id est, rustica & syluestris Manilio. ¶ Fistula etiam οὐρήθρα, iter vrinæ, siue canalis quo mingendo meat lotium. Cels. *lib.*7. *cap.*30. Nam qui meatum fistulæ, quam illo loco οὐρήθραν Græci vocant, parum patefaciunt, cum maiore periculo eòdem reuoluuntur. Vide *Iter.* ¶ Fistulæ item à medicis appellantur vlcera manantia, angusta, callosa, & sinuosa, ex abscessibus ferè malè curatis ortum trahentia. Plin. *lib.*20. *cap.*6. Extrahit fistulis vitia cum sulphure & resina, etiam arundines cum pice. *Ibid. cap.*9. Sic etiam fistulas eluxatas, & tumores reuocari, quæque discuti opus sit. ¶ Est etiam fistula in homine per quam spiratur, seu cibus descitur. Nam duas esse fistulas constat, spiritalem scilicet, & cibalem: illa spiritum meare, hæc cibum potiùmque descendere. Spiritalem Celsus asperam arteriam nominat, Græci vocant τραχεῖαν. Interior vocatur gula, στόμαχος. Plin. *lib.*9. *c.*7. Branchiæ non sunt balenis, nec delphinis hæc duo genera fistulis spirant, quæ ad pulmonem pertinent. Gell. *cap. vlt. lib.*17. scribit Erasistratum medicum dicere duas esse quasi canaliculas quasdam, vel fistulas, easque ab oris faucibus proficisci deorsum, &c. Adi ipsum Gellium.

Fistulator, is, Accipitur pro tibicine, vt est apud Gellium, *cap.*11. *lib.*1. & Cicer. *de Orat.* Sed fistulatorem domi relinquetis. {חלל *chalel.* ὀργανικός. GALL. *Fleutteur, ioueur de fleustes.* ITAL. *Trombetta.* GERM. Ein pfeiffer. HISP. *Aquel que tañe flautas, como de cañas.* ANGL. *A piper or fluter.*}

Fistulo, as, Fistulam ago, & in modum spongiæ cauernulas habeo. {συριγγόομαι, σηραγγώδης γίνομαι. GALL. *Se trouer & deuenir plein de trous.* ITAL. *Far piu cauerne, diuenir cauernoso como le spongie.* GERM. Durchboren/oder voll löcher sein wie ein schwamm. HISP. *Hazer fistulas, ser afistolado.* ANGL. *To pipe.*} Plin. *lib.*18. *cap.*11. Gratia terræ eius pulueréa summa inferior bibula, & pumicis fistulans vice.

[Fistulor, aris, sibilo. Gloss. A. L.]

Fistulosus, a, um, quod est spongiæ instar factum, hoc est, foraminibus plenum. {σηραγγώδης. GALL. *Plein de trous comme l'esponge.* ITAL. *Cauernoso come la spongia.* GERM. Löcheretcht als ein schwamm. HISP. *Cosa afistolada.* ANGL. *Full of holes lyk a sponge.*} Vnde caseus fistulosus apud Col. *lib.*7. *cap.*8. quum est parum pressus. Fistulosa terra, Plin. *lib.*17. *cap.*5. Fistulosus cancer, morbus, Cato *cap.*157.

Fite, fitote, vide *Fio,* suprà.

[Fitialis, facetus, eloquens, vrbanus. Gloss. Arabicol. à fando, vt creditur.

Fitilla, vide *Fritilla.*

Fitus, pro fit. Cato.

Fiuere, frigere antiq. Fest.

Fiuit, fugit, Fest.]

Fixulam, à fingendo, pro Fibula veteres vsurparunt. Festus.

Fixus, a, um, participium, vide *Figo.*

F L

Flabellum, Flabellifer, Flabilis, Flabrum, vide *Flo.*

Flacceo, es, ui, Langueo, {נבל *nabal.* χαλάω. GALL. *Se flestrir, se faner, deuenir flestri & fané.* ITAL. *Diuenir languido, fiacco.* GERM. Welck sein/ ludenlecht oder lampecht sein. HISP. *Marcitarse, enflaquecerse.* ANGL. *To be withered, to fadde, to fayle.*} à quo Flaccesco, Languidus fio, χαλάω. Columell. *lib.*3. Paucisque horis dum flaccescat, in sole habeto: deinde in vmbra assiccato, & ita condito. ¶ Flaccescit oratio per translationem, quæ nullas habet dicendi vires. Cicer. *de clar. Orator. Sermo Galbæ*, Dein quum otiosus stylum prehenderat, motúsque omnis animi, tanquam ventus hominem defecerat, flaccescebat oratio. ¶ Compositum est Conflaccesco, quo vsus est Gell. *lib.*2. pro detumesco. Nam fluctus qui flante Aquilone maximi & crebrissimi excitantur, simulac ventus se posuit, sternuntur & conflaccescunt, & mox fluctus esse desinunt.

Flaccidus, a, um, Languidus. {נבל *nabel.* χαλαρός. GALL. *Flestri, fané.* ITAL. *Languido, fiacco.* GERM. Welck lampechtig ludenlechtig. HISP. *Marchito, flaco.* ANGL. *Lolling, flagging.*} Plin. *lib.*15. *cap.*39. Hanc esse folio maximo, flaccidóque, & albicante. Vnde flaccidi, siue flacci dicuntur, quorum aures pendulæ & non arrectæ. Idem *lib.*8. *cap.*51. Col. *lib.* 8. Caper flaccidis & prægrauantibus auribus, exiguo capite habetur optimus. Hinc cognomen familiæ Romanæ deductum est, quòd primus in ea gente aures haberet deorsum pendentes.

Flacci dicebantur, qui aures latas habecent, & ob magnitudinem deorsum reflexas, Cic. *lib.*1. *de natur. deor.* Redeo ad deos: quos insignitos strabones, aut petulos esse arbitramur, acquos næuum habere, ecquos silos, flaccos, frontones, capitones, quæ sunt in nobis? Flacco habere, inquit Sipontinus, pro Ad terendum habere. Plaut. Perij: flacco habebit iam illic homo lumbos meos.

Flaces, vide *Fraces.*

Flagellum, orum, parum flagrum. {שוט יונקות *ionekoth.* βλαστοί. GALL. *Les verges & scions ou bouts menus & deslies des branches d'arbres.* ITAL. *Tralci, capi di viti.* GERM. Die kleinen zweiglein an den räben/die jungen schößlein so von den gärten oder alten stöcken herfür wachsen. HISP. *Ramos altos de la vid.* ANGL. *The small and long twigges of a tree.*} In vitibus dicuntur teneriores palmites, ex anniculis farmentis enati: prius flabella (vt quibusdam placet) à ventorum flatu & agitatione dicta: quanquam alij à flagris potiùs deduci malunt, quæ longitudine & flexibilitate referre videntur. Colum. *lib.*5. At certè in ordinariis vitibus vtique obtinendum est, ne pluribus flagellis emacientur, nisi propaginibus futuris prospiciemus. Virg. 2. *Georg.*

Neve inter vites corylum sere, neve flagella
Summa pete, aut summas destringe ex arbore plantas.

¶ Frequentissimè accipitur pro loro, siue alio quouis verbere, quibus seruos nudatos cædere solebant. {שוט *sebet.* μάστιξ. GALL. *Fleau, fouet.* ITAL. *Virga da battere i tristi.* GERM. Ein geissel. HISP. *Açote.* ANGL. *A scourge, a whippe.*} quod pœnæ genus grauius erat, quàm fustibus cædi. Marcell. *l. in seruorum. ff. de pœnis.* Ex quibus causis liber fustibus cæditur, ex his serui flagellis cædi, & domino reddi iubentur. Cic. *pro Rab.* Porcia lex virgas ab omnium ciuium Romanorum corpore amouit: hic misericors flagella retulit. ¶ Flagella præterea sunt quibus aurigæ vtuntur, quæ excussa clarum reddunt sonum. Mart. *lib.*4.

Proficies nihil, hoc cædas licèt vsque flagello.

Virg. 5. *Æneid.*

——signum clamore paratis
Epirides longè dedit, insonuitque flagello.

Flagello, as, are, Flagello cædo, sicut verbero à verbere, & fustigo à fuste. {הכה *bichebhah* יסר *jisser.* μαστιγόω. GALL. *Fouëtter, flageller, battre.* ITAL. *Flagellare, battere, sferzare.* GERM. Geißlen/mit geißlen schlagen.

schlagen. Hisp. *Açotar, ò herir, ò hostigar.* Angl. *To scourg, to whippe.*} Mart. *lib.* 1.

Lumina syderibus certent, mollésque flagellent
Colla comæ.

Plin. *lib.* 18. *cap.* 30. Messis ita alibi tribulis in area, alibi equorum gressibus exteritur, alibi perticis flagellatur. Suet. *in Calig. cap.* 26. Flagellauit quæstorem veste detracta. ¶ In tergum flagellare, de vitioso gestu manus dixit Quintilian. ¶ Item increpare atque personare. Et Martialis *Epigr.* 13. *lib.* 5.

Arca flagellat opes.

¶ Flagellare annonam est annonam duriorem facere, vt Hermolaus scribit: ob id à Græcis ὠμοτιμίδας appellari, quasi pretio non parcentes, propter quod annona ingrauescere solet. Plin. *lib.* 33. *cap.* 13. Aut aliquis præualens manceps annonam flagellet.

Flāgĭtĭum, ij, à flagito: vitium flagitatione dignum. Crimen grauius cum turpitudine & dedecore coniunctum: à flagitando (vt putatur) dictum, siue à flagris: quod vel flagitatione, hoc est, expostulatione, vel flagris dignum sit. {שערורה schaharurâh רשעה rischhâl. ὕβρις, μοχθηρία, πλημμέλεια, Gall. *Meschanceté, comme paillardise & tels vices.* Ital. *Sceleraggine, ribalderia.* Germ. Ein groß laster oder schandtliche missethat die straff wirdig ist. Hisp. *Pecado como la luxuria.* Angl. *A mischieuous deed, a mischeuesse.*} Cic. *in Catone*, Stupra verò & adulteria, & omne tale flagitium, nullis aliis illecebris excitari, nisi voluptatis. Idem, Tantámne obliuionem in scripto præsertim, vt ne legens quidem senserit quantum flagitij admisisset? ¶ Pro lenocinio. Plaut. *Mil. sc.* 6. *a.* 2. Insimulare me ausus es summi flagitij, (i. lenocinij.) Gellius *cap.* 1. *lib.* 1. Vitia flagitiis leuiora sunt. Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 5. Filio sciente id facere flagitium patrem, (de adulterio, seu stupro.) Idem *Curc. sc.* 3. *act.* 1. Magnum flagitium probrúmque expergefacis, bene monstrantem pugnis cædis. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 4. Clanculum hæc flagitia facere te censebas posse. *Ibid. sc.* 1. *a.* 5. Isthæc flagitia non possum perpeti. Mox, Tua flagitia pati? & *in Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Quod damni fecisti & flagitij in adolescentia. ¶ Pro formidine. Idem *Men. sc.* 5. *a.* 5. Qui me compleuit formidinis. (i. flagitij.) ¶ Pro culpa. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 5. *vers.* 5. Nam si cecidero, vestrum erit flagitium (ô pedes) i. vestra erit culpa, vobis erit turpe. Ibi enim seruus ebrius suos alloquitur pedes. Flagitium pro errore. Cic. *de natur. deor.* Ista enim flagitia Democriti, siue etiam antè Leucippi, esse corpuscula quædam leuia, alia aspera, rotunda alia, partim autem angulata, curuata quædam, & quasi adunca: ex his effectum esse cælum atque terram, nulla cogente natura, sed concursu quodam fortuito. Salust. *Iugurth.* 96. Id neque flagitium militiæ ducitur: ita se mores habent. ¶ Flagitium aliquando periculum significat, vt vult Nonius. Lucil. *lib.* 29. Quiete poscente minus, & præbent rectiùs multò, & sine flagitio. Plaut. *in Epid.* abiero: flagitio cum maiore pòst reddes tamen. Hic apud Plaut. damnum, siue dispendium videtur significare.

Flāgĭtĭōsŭs, a, um, Sceleratus, flagitiis contaminatus, fœdus, turpis. {רשע raschâh. ὑβριστής, λωβητός, μοχθηρός. Gall. *Meschant, plein de toutes paillardises & autres meschancetez.* Ital. *Scelerato, maluagio.* Germ. Lasterhafftig. Hisp. *Vicioso, luxurioso, criminoso.* Angl. *Vengeable full of naughtinesse.*} Salust. *in Catil.* In tanta, támque corrupta ciuitate, id quod factu facillimum erat, omnium flagitiosorum atque facinorosorum circum se, tanquam stipatorum cateruas habebat. Cic. *de Amic.* Itaque videas rebus iniustis iustos maximè dolere, imbecillibus fortes, flagitiosis modestos. Flagitiosa vita. Cic. 6. *de finib.* Flagitiosæ libidines, idem 4. *Verr.*

Flāgĭtĭōsē, aduerb. Iniquè, sceleratè. {αἰσχρῶς, ὑβριστικῶς, ἀτίμως. Gall. *Meschamment, meschantement, laschement.* Ital. *Sceleratamente, malnagiamente.* Germ. Lasterlich/ boßhafftiglich. Hisp. *Luxuriosa, y viciosamente.* Angl. *Mischieuouslie, wickedlie.*} Cicer. 2. *Verr.* Patres conscriptos iudicia malè & flagitiosè tueri. Idem 5. *de finib.* Flagitiosè deficiunt à Stoicis propter oculorum dolorem. Impurè ac flagitiosè viuere. Idem 5. *de finib.* Flagitiosissimè inseruire aliorum amori, idem *in Catil.*

Flāgĭto, as, à flagro, as. Instanter peto, exigo, requiro, & quasi iure quodam meo deposco: habétque in se maiorem vim quàm postulo: & quandoque accusatiuo tantum iungitur. {בקש bikkesch שאל schaál פצר patsár. ἀπαιτέω, ὀχλέω, ἀξιόω. Gall. *Demander quelque chose affectueusement, ou importunément.* Ital. *Demandare con instanza.* Germ. Mit anhalten erfodern/ernstlich begeren. Hisp. *Demandar con importunidad.* Angl. *To ask importunatlie or without cease.*} Cic. *pro Quin.* Tametsi causa postulat, tamen quia postulat, non flagitat, prætereo. Quandoque habet accusatiuum cum ablatiuo mediante præpositione. Cæs. 1. *bell. Gall.* Interim quotidie Cæsar ab Heduis frumentum quod essent polliciti, flagitat. Quandoque etiam construitur cum duobus accusatiuis: vt apud Suet. *in Vitell.* Tum fœneratorum & stipulatorum, publicanorúmque, qui vnquam se aut Romæ debitum, aut in via portorium flagitassent, vix vlli pepercit. ¶ Flagitare, pro accusare. Tacit. *lib.* 17. Mox compertum pecuniam publicam auertisse, vt peculatorem flagitari iussit. Plaut. *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Si non dabis clamore magno & multum flagitabere. Idem *ibid. sc.* 7. *a.* 4. Flagitare sæpè clamore in foro cum libella nusquam est. Item, Flagitare & sectari, dixit de Creditore. Gell. *cap.* 6. *lib.* 17. ‖ ¶ Pro infamare. Cato: Intercutibus stupris flagitatus. h. e. vt Scaliger in Fest. ad *occentare* exponit, intestinis probris infamatus. ‖ ¶ Huius composita sunt, Conflagito. Plin. *lib.* 34. Tanta populi Romani contumacia fuit, vt magnis theatri clamoribus reponi apoxyomenon conflagitauerit. Efflagito, de quo suprà.

Flagitans, Particip. Cic. *de Arusp. resp.* Ecce iisdem autoribus, Pompeio principe, qui cupientem Italiam, flagitantes vos, Pop. Romanum desiderantem, non autoritate sua solùm, sed etiam precibus ad meam salutem excitauit, restituti sumus.

Flāgĭtātŏr, verbale, qui assiduè petit. {מבקש mebakkesch שואל schoél פצר petser. ἀπαιτητής, ἐνοχλητής. Gall. *Demandeur importun, qui demande sans cesse.* Ital. *Chi dimanda con importunita.* Germ. Ein ernsthaffter begerer/ein gytziger/ein ubelduldiger heuscher. Hisp. *Demandador con importunidad.* Angl. *He that asketh importunatlie.*} Plaut. *in Most.* Sol semper hic est vsque à mane ad vesperum, quasi flagitator astat vsque ad ostium. ¶ Accipitur etiam pro creditore repetente pecuniam sibi debitam. Plaut. *in Casin.* Ducite ex animo curam, atque alienum æs, Nequis formidet flagitatorem suum. Gell. *cap.* 6. *lib.* 17. Flagitatorem apponere, (qui repetat creditum.)

Flagratores, Flagriones, vide *Flagro.*

Flāgro, as, are, Ardeo: à flamma, vel à flatu quo alitur incendium, quando flatu excitatur ignis. {דלק dalák בער bahár. φλέγεσθαι. Gall. *Ardre, brusler, estre embrasé.* Ital. *Ardere.* Germ. Brünnen. Hisp. *Arder ò ser encendido.* Angl. *To burne withi a flamme of fier.*} Virg. 1. *Æneid.*

Flagrantisque Dei vultus.

Plin. *lib.* 14. *cap.* 20. Fæx vini siccata recepit ignes ac sine alimento per se flagrat. Ouid. 6. *Fast.*

Flagrabant sancti sceleratis ignibus ignes.

¶ Transfertur quandoque ad desyderium amoris, odij, iræ, virtutis, aut vitij. Lactantius *lib.* 1. Quid Apollo pater eius, nónne ob amorem quo flagrabat, turpissimè gregem pauit alienum? Et *lib.* 7. qui auaritiâ opum inexplebili quadam siti flagrant. Liuius *lib.* 2. Ciuitas secum ipsa discors, intestino inter patres plebémque flagrabat odio. Ouid. *Eleg.* 9. *lib.* 4. *Trist.*

——*Flagrant odio tua pectora nostro.*

Flāgrāns, participium, siue nomen ex participio. {דלק delék בער boher. φλεγόμενος, πυρίφλεκτος. Gall. *Ardant, bruslant.* Ital. *Ardente.* Germ. Brünnend. Hisp. *Encendido.* Angl. *Burning, in a flamme of fier.*} vt, Flagrans pinus, Virg. *lib.* 9. *Æneid.* Flagrans cupiditas, Cicero 4. *Tusc.* Eximio literarum amore flagrans, Quintil. *in proœm. lib.* 2. Flagrantissimus homo, Cic. *de Fato.* Suet. *in Claud. cap.* 36. Flagrantissimum amorem Messalinæ abiecit. Et Velleius, Nemo flagrantiorem facem subiecit bello.

Flāgrāntĕr, aduerbium. {διαπύρως. Gall. *Ardamment, desiréement.* Ital. *Molto ardentemente.* Germ. Einbrünstiglich. Hisp. *Encendidamente.* Angl. *Exceeding earnestlie.*} Tacit. *lib.* 1. Destinare Consules specie recusantis flagrantissimè cupiuerat.

Flāgrāntĭă, æ, Ardor. {בערה beherâh תבערה tabherâh. φλογμός. Gall. *Ardeur, bruslement.* Ital. *Ardore.* Germ. Brunst. Hisp. *Ardor ò encendimiento.* Angl. *Burning bright, ardent desire.*} Gell. *lib.* 17. *cap.* 10. propriè est vsus, Quod de natura atque flagrantia montis eius compositum est. Propriè enim dicitur de rebus, quæ per se ardent, flagrant: itaque propriè dicitur, flagrantia fæcis vini naturalis est, quia fæx vini exsiccata, recipit ignes, & sine alimento per se suáque natura flagrat, vt autor est Plinius *lib.* 20. *cap.* 14. Flagrantia oculorum, pro ardore. Translatè. Cic. *pro Cælio.* Si denique ita se gerer, non incessu solùm, ornatu, atque comitatu, flagrantia oculorum, libertate sermonis, sed etiam, &c. Item Gell. *cap.* 1. *lib.* 12. Vigor maternæ flagrantiæ.

Flāgrum, i, à flagro, are, quo cædi consueuerunt serui. {שוט schot. μάστιξ. Gall. *Fouët, verges.* Ital. *Flagello.* Germ. Ein geissel/ruten. Hisp. *Açote cruel para açotar.* Angl. *A scourge, a whippe.*} Plaut. *in Amph.* Inde cras è promptuaria cella depromat ad flagrum. Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 2. Gymnasium flagri salueto. Idem *in Amphitr.* Quem ego ob isthæc dicta faciam feruentem flagri. Idem *Pseud. sc.* 8. *act.* 4. Stimulis, aut flagris insidiantur seruis. Senec. Flagra iussit adferri. (in conuiuio.) Iuuen. *Sat.* 5.

——*nec dura timebis*
Flagra pati.

Liu. 8. *bell. Pun.* Ob quam causam cæsa flagro est Vestalis. Hinc Flagellum diminutiuum.

Flāgrātōrēs, dicebantur illi, qui mercede flagris cædi se permittebant. Autor Festus.

Flāgrīōnēs, dicti sunt serui, quod flagris subiecti sunt. {μαστιγίαι. Angl. *Knaues worthie to be scourged.*} vt, Verberones à verbere. Nonius. vide *Mastigia.*

Flagritribæ. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Eo ingenio sunt isti flagritribæ.

Flāmĕn, neutri generis, vide *Flo.*

Flāmĕn, inis, masculino genere, sacerdotem significat. {Germ. Ein pfaff oder priester. Angl. *A preist.*} Dicti sunt flamines, quasi Filamines, quia Græcis πῖλος Petasi genus est, Plutarch. *in Num.* & Persicum capitis ornamentum, Xenophon. Lucian. Sumebant autem Flamines ab eo Deo cognomen, cui sacra faciebant: vt, Flamen Dialis, ἀπὸ τοῦ Διὸς, hoc est, à Ioue, quasi Iouialis: Martialis à Marte: & Quirinalis à Quirino, hoc est, à Romulo. Ratio autem nominis tracta est à filo, quo caput cinctum habebant: vt docet Seruius his verbis, Flamines in capite habebant pileum: quod quum per æstus ferre non possent, filo tantùm capita religare cœperunt: nam nudis penitus capitibus incedere nefas erant: vnde à filo quo vtebantur, Flamines dicti sunt, quasi filamines. Plin. *lib.* 18. *cap.* 11. Varro Flaminem faba non vesci tradit. ‖ Cicer. 2. *de Legibus*, Diuisique aliis alij Sacerdotes, omnibus Pontifices, singulis flamines sunto.

Flāmĭnĭă, Flaminis domus. Gell. *lib.* 10. *c.* 15. Ignem è flaminia, id est, Flaminis Dialis domo, nisi sacrum, efferri ius non est. Ouid. 2. *Fast.*

Ipse ego flaminiam poscentem februa vidi.

Flāmĭnĭcă, Flaminis vxor erat. Gell. *lib.* 10. *c.* 15. Eædem fermè ceremoniæ sunt quas Flaminicas sacerdotissas Diales seorsum aiunt obseruitare. Hoc etiam nomine appellabantur virgines Flaminicæ Dialis præministræ. Autor Festus.

‖ Flaminius, a, um, ad flaminem pertinens. Flaminium ὠμὸν. Videtur legendum *flammeum*. Tamen & *flamineum* esse potest, quòd flaminia perpetuò vteretur flameo vestimento, vt est apud Fest. ‖

Flāmĭnĭum, ij, est Flaminis dignitas, siue sacerdotium. Liu. 6. *bell. Pun.* C. Claudius flamen Dialis, quòd exta perperam dederat, Flaminio abiit. Gell. *lib.* 10. *cap.* 15. Vxorem si amisit, Flaminio decedit. Hic nota, Abire, & decedere Flaminio, eo modo dictum quo abire magistratu, officio, &c.

Flāmĭnĭus lictor, (inquit Festus) dicitur qui Flamini Diali sacrorum causa præsto erat. ¶ Flaminius Camillus, puer patrimus & matrimus, qui Flamini Diali in sacrificiis præministrabat. Antiqui enim ministros Camillos dicebant. Autor Festus.

Flāmĭnĭōrum, nobilis fuit Romæ familia: ex qua fuit T. Flaminius, qui ad Thrasimenum lacum ab Annibale cum vniuersis pene copiis deletus

tus est. Hic viam Flaminiam strauit à Roma Ariminum vsque. ¶ Fuit præterea T. Quintius Flaminius superioris filius, cuius vitam latè exequitur Plutarchus. Hic in suo Consulatu Macedonum Regem Philippum acie victum eò necessitatis compulit, vt Demetrium filium obsidem dare, Græciæque ciuitatibus quæ illius iugo parebant, abstinere cogeretur. Huic frater fuit L. Flaminius fratri dissimillimus, qui à Catone tum Censore per ignominiam Senatu fuit eiectus, quòd quum Galliæ prouinciæ præesset, in gratiam pueri quem turpiter à se amatum per omnem prouinciam circumuexerat, Gallum quendam in conuiuio suis manibus interemisset. Autor Liuius.

Flāmĭnĭă via, quæ per portam Flaminiam ad Tyberim sitam Ariminum vsque ducit. Sueton. *in August. cap.* 10. Nomen habet à Flaminio consule qui eam strauit: à quo & Circus Flaminius, & Forum Flaminium nomen acceperunt. Cicer. 12. *Philipp.* Tres ergo, vt dixi, viæ: a supero mari Flaminia, ab infero Aurelia, media Cassia. Ouid. 1. *de Ponto, Eleg.* 9.

Spectat Flaminia Claudia iuncta via.

Flāmmă, æ, aliter flama, est fumus accensus, à Græco φλέγω, ardeo. {להב *lábab*. φλόξ. Gall. *Flambe*. Ital. *Fiamma*. Germ. Ein feürflamm. Hisp. *Llama del fuego*. Angl. *A flamme of fyre.*} Virg. 8. *Eclog.*

Aspice, corripuit, tremulis altaria flammis
Sponte sua.

Tibull. *lib.* 4.

Vel paruum Ætnæ corpus committere flammæ.

Item, Sudare ad flammam. Suet. *in Aug. cap.* 82. ¶ Ponitur interdum metaphoricè flamma pro periculo. Cic. 2. *Tusc.* Quid de cupiditate honorum loquar? flamma est, per quam non concurrerint hi, qui hæc olim punctis singulis colligebant? Idem *in Bruto* dixit, Galbam eripuisse sese de flamma iudicij, quum significare vellet eum liberatum esse à periculo iudicialis damnationis. Terent. *in Eunuch.* E flamma te petere cibum posse arbitror. Quod ad dapes referendum, quæ pro inferiis in rogum mittebantur: vnde Catullus scripsit,

Vidistis ipso carpere è rogo cœnam.

Et hæc est cœna funeris. Persius,

——*sed cœnam funeris hæres*
Negliget iratus.

¶ Præcipitare se ex fumo in flammam, est ita se expedire minore periculo, vt in maximum discrimen se quis coniiciat. Flamma fumo est proxima. Plaut. *Curc. sc.* 1. 4. 1. Commonet adagium, periculum maturè fugiendum esse, quique malum euitare cupiat, ei vitandam priùs occasionem.

Flāmmĕă viola, Flos coronarij generis, odoris prorsus expers, colore tantùm flammeo in coronamenta expetitus. φλόξ, φλόγιον. Vide Ruell. *lib.* 2. *cap.* 137.

Flāmmŭlă, æ, diminutiuum est à flamma. {φλόγιον. Gall. *Petite flambe*. Ital. *Fiammella*. Germ. Ein feürflämlin. Hisp. *Pequeña llama*. Angl. *A litle flamme.*} Col. *lib.* 4. *cap.* 14. Vndique papiliones concurrunt, dúmque circa flammulam volitant, aduruntur. ‖ Flammula, vela, signa rubra imposita hastis, vt milites discernantur. Buleng. ¶ Flammula aquatica, herba palustris. H.P. ‖

Flāmmĕŭs, a, um, Ignitus, accensus, flammæ colorem referens. {φλόγινος, φλογωπός. Gall. *De flambe ou couleur de flambe*. Ital. *Di fiamma, fiammeggiante*. Germ. Flammächtig / feürig. Hisp. *Cosa toda de llama*. Angl. *Burning, yat is of the coulour of a flamme of fyre.*} Cicer. 1. *de Diuin.* ex Accio poëta, Dextrorsum orbem flammeum Radiatum Solis liqueri cursu nouo. Col. *lib.* 5. *cap.* 5. Quædam partes eius regionis sic infestantur Euro, quem incolæ Vulturnum appellant, vt nisi vites tegminibus opacentur, velut halitu flammeo fructus vrantur. Cic. 2. *de nat. deor.* Sunt autem stellæ naturâ flammeæ. Catull. *de com. Beren.*

Flammeus vt rapidi Solis nitor obscuretur.

¶ Interdum & flammeum dicimus quod flammæ colorem refert, hoc est, ardens & lucidum: vnde flammearij dicti sunt, qui flammeum colorem tingebant: vt violarij, qui violaceum.

Flāmmĕum, i, Hermolao genus est veli lutei, seu crocei, quod à nouis nuptiis gestabatur. {κρόκινον νυμφικόν. Gall. *Vn voile iaune, que portoient les nouuelles espouses*. Ital. *Velo portato d'alle spose*. Germ. Ein gattung eines gälben schleiers so vor zeiten die brdut eintweg nach der hochzeit trugen. Hisp. *El antifaz amarillo de la nouia*. Angl. *A tippit.*} sic dictum quòd eo assiduè vtebatur Flaminica, id est, Flaminis vxor. Et quia Flamini non erat permissum cum vxore diuortium facere, institutum est, vt etiam nouæ nuptæ hoc amiculi genere vterentur boni ominis causa, & in signum indissolubilis coniugij. Lucanus de Martia iterum nubente Catoni, Lutea demissos velarunt flammea vultus. Plin. *lib.* 21. *cap.* 8. Lutei video honorem antiquissimum in nuptialibus flammeis totum fœminis concessum. ¶ Huius diminutiuum est Flammeolum. Iuuen. *Sat.* 10.

——*sedet illa parato Flammeolo.*

Flāmmĕārĭŭs, ij, Infector flammei coloris, qui flammeum colorem facit. {Gall. *Teinturier d'escarlatte*. Ital. *Tintore di colore di grana di scarlatto*. Germ. Ein färber solcher schleiern. Hisp. *Tintorero di grána*. Angl. *A dier of scarlett.*} sicut violarius, coloris violacei tinctor, aut certè flammeorum confector, aut venditor. quo amiculi genere nouæ nuptæ vtebantur. κροκοβαφευτής. Plaut. *in Aulul.* Cinifiones, patagiarij, indusiarij, flammearij, violarij, &c.

Flāmmĕŏlŭs, quod flammæ colorem habet, dilutiorem tamen. φλογοειδής. Col. *lib.* 10.

Pressaque flammeola rumpatur fiscina caltha.

Flāmmo, as, Incendo, inflammo: & per metaphoram, incito, exacuo. {לחש *libás* הבעיר *hibhir* הדליק *hidlik* הסית *hesith*. φλογίζω, πυροβολέω. Gall. *Ietter flamme, flamboyer*. Ital. *Infiammare, gittar fiamme, lampeggiare*. Germ. Flammen gäben. Item, Entzünden / brünnig machen. Hisp. *Encender en llama*. Angl. *To kendle, to cast flammes or fier.*} Tacit. *lib.* 18. Namque omnes exercitus flammauerat arrogantia venientium à Vitellio militum, quòd truces corpore, horridi sermone, cæteros vt impares irridebant. Idem *lib.* 20. His inter se vocibus insistenteis flammauère insuper allatæ à Vespasiano literæ. ¶ Interdum flammare, absolutè legitur pro exardere. Vnde flammantia lumina dicuntur, è quibus quidam quasi flammæ color emicat, quod iratis accidere solet. Virg. 3. *Georg.*

Exilit in siccum, & flammantia lumina torquens,
Sæuit agris.

¶ Hinc componitur inflammo, quod est incendo. Cic. *Cur.* Non feci inflammandi tui causa, sed testificandi amoris mei.

Flammandus, flammâ vrendus. Tacitus *lib.* 15. aut crucibus affixi, aut flammandi.

Flāmmātŭs, a, um, Incensus, incitatus. {להט *lobés* דלק *delék*. φλογιζόμενος, φλογωθείς. Gall. *Rouge comme feu, enflammé*. Ital. *Infiamato*. Germ. Entzündt. Hisp. *Encendido en llamas*. Angl. *Glowing redde, inflammed.*} Virg. 1. *Æneid.*

Talia flammato secum dea corde volutans.

Flammatus Iupiter, id est, flammam dextra manu tenens pro sceptro: ita enim apud antiquos pingebatur. Cic. 1. *de Diuin.*

Principio etherio flammatus Iuppiter igni
Vertitur, &c.

Flāmmēscĕrĕ, Est accendi, & flamma corripi. {להט *lathás* דלק *dalák*. φλογοῦσθαι. Gall. *S'enflamber*. Ital. *Infiammarsi*. Germ. Flammend oder feürig werden. Hisp. *Encenderse en llama*. Angl. *To waxe to a flamme.*}

Flāmmĭfĕr, a, um, Flammam afferens, exurens, plus æquo calefaciens, inflammans. {מלהט *melahét*. φλογοφόρος. Gall. *Portant flammes, flamboyant*. Ital. *Che abbruscia, che apporta fiamma*. Germ. Flammengäbend / feürig vnd flammend mache. Hisp. *Cosa que trahe llamas*. Angl. *That bringeth, a flamme.*} Cic. 4. *Acad.* Fer mihi auxilium, pestem abige à me, Flammiferam hanc vim quæ me excruciat.

Flāmmĭgĕr, a, um: vt, Sol flammiger. Valer. 5. *Argon.*

Flāmmĭgĕrārĕ, Flammas emittere. Gell. *lib.* 17. *cap.* 10. Interdiu fumare Ætnam, noctu flammigerare.

Flāmmĭgĕnă, æ, E flamma genitus. φλογογενής.

Flāmmĭuŏmŭs, a, um, quod flammas vomit. πυρεμέτης.

‖ Flamonium, flamonius, honor qui datur Pontifici, flaminium. Gl. Isid. ‖

Flandria, æ, Regio est in finibus Belgarum, ad littora Oceani Septentrionalis posita: in qua sunt vrbes insignes Gandauum & Brugæ, *Flandres.*

‖ Flasca. Isid. *lib.* 20. 6. Flascæ à Græco vocabulo dictæ. Hæ pro vehendis ac recondendis phialis primùm factæ sunt, inde & nuncupatæ sunt. Postea in vsum vini transierunt, manente Græco vocabulo, vnde & sumpserunt initium. Dicitur &

Flasco, nis, masc. g. {Germ. Flasche. Gall. *Flaccon*. Hisp. *Flascon.*} ‖

Flātŏr, Flātŭs, vide *Flo, as,*

Flāuĕo, vide *Flauus.*

Flāuĭă familia, à flauedine capillorum dicta, quæ tres continuos Romano populo Imperatores dedit, Vespasianum, Titum, & Domitianum.

Flāuĭă colonia, Palæstinæ vrbs, primùm ab Herode condita, & in gratiam Tiberij Cæsaris Cæsarea appellata. Postea deducta eò à Flauio Vespasiano colonia, Flauia appellata est. Autor Plin. *lib.* 5. *cap.* 13. {Die statt Cesarea in Palestina.}

Flāuĭālĭs, vt flauialium collegium, apud Suet *in Domitiano*, Assidentibus Diali sacerdote, & collegio Flauialium pari habitu.

Flauiobriga, φλαβιόβριγα. Oppidum Vardulorum in Hispania citerioris cuius meminit Plin. *lib.* 4. *cap.* 20.

Flauiopolis, φλαβιόπολις, Thraciæ oppidum, in eo loco conditum, vbi antea Zela fuerat. Autor Plin. *lib.* 4. *cap.* 11.

Flauissæ, vide *Flo.*

Flauium, φλάβιον, Norici oppidum est, apud Plin. *lib.* 3. *cap.* 24.

Flāuĭnĭum, locus Italiæ in Sabinis sub Soracte monte. Vide Seru. in illud Virg. 7. *Æneid.*

Hi Soractis habent arces, Flauiniaque arua.

Flauissæ, priscis Latinis sunt Thesauri. M. Varro apud Gell. *cap.* 10. *lib.* 2. ait, quos Thesauros Græco nomine appellaremus, priscos Latinos flauissas dixisse.

Flauōna, φλαυὼν Ptolemæo. Oppidum est Illyrici, apud Plin. *lib.* 3. *cap.* 21.

Flāvŭs, a, um, à flammâ. Color ex viridi & rufo & albo concretus: hoc est, fuluo clarior, qualis est color auri, & mellis, & aristarum quum iam maturuerunt. {אדום *adhóm*. ξανθός. Gall. *Iaune*. Ital. *Biondo, di color d'oro*. Germ. Gälb. Hisp. *Ruuio ò roxo*. Angl. *Bright yealow lik a womani heare.*} Flaua mella. Martial. *lib.* 1.

Flauaque de rubro promere mella cado.

Flauus crinis. Virg. 5. *Æneid.*

Nondum illi flauum Proserpina vertice crinem
Abstulerat.

Flaui capilli. Ouid. *lib.* 2. *Fast.*

Forma placet niueúsque color, flauique capilli.

Virg. *lib.* 1. *Georg.*

——— *neque illum*
Flaua Ceres alto nequicquam spectat Olympo.

Vbi Seruius, Flaua Ceres dicitur propter aristarum maturitatem.

Flāuĕo, es, ui, Flauus sum, hoc est, eius coloris cuius est aurum. {אדם *adham* התאדם *bitheaddam*. ξανθίζομαι. Gall. *Iaunir, deuenir iaune*. Ital. *Biondeggiare, essere biondo, di color d'oro*. Germ. Gälb sein. Hisp. *Ser ruuio ò roxo*. Angl. *To be yealow.*} Col. *lib.* 2. *c.* 21. Sed æqualiter flauentibus iam satis, antequam ex toto grana indurescant, cùm rubicundum colorem traxerunt, messis facienda est. Virg. 3. *Georg.*

Turbidus & torquens flauentes Ister arenas.

Idem 10. *Æneid.*

Tu quoque flauentem prima lanugine malas
Dum sequeris Cytium, &c.

Id est, habentem flauentes malas.

Flāuēscĕrĕ, est flauum fieri. {אדם *adhám* התאדם *hitbeaddam*. ξανθίζειν. Gall. *Iaunir, deuenir iaune*. Ital. *Diuenir biondo, di color d'oro*. Germ. Gälb werden. Hisp. *Venir ruuio, ò roxo*. Angl. *To waxe yealow or of golden colour.*} Virg. 4. *Eclog.*

Molli paulatim flauescet campus arista.

Plin. *lib.* 9. *cap.* 35. Herbulæ spicas imitatæ, inanibus aristis, ante messem flauescunt.

FLECTO, is, xi, xum, à flectu. Torqueo, inflecto, moueo. { כפף caphaph ברך barach עוה havah. καμπυλιάζω, κάμπτω. GALL. *Flechir, ployer, tordre, courber.* ITAL. *Piegare, torcere.* GERM. Biegen/krummen. HISP. *Doblegar ò inclinar.* ANGL. *To bowe, to bende.* } Plin. *lib.* 11. *cap.* 45. Elephantus poplites intus flectit hominis modo. Flectere iter aliquò, est cursum eò dirigere, vel iter instituere. Liu. *lib.* 8. *ab Vrbe*, ad Priuernum cos. flexit iter. Idem *lib.* 5. Quod vbi parum processit, ad Brundusium flexit iter, prodi id oppidum ratus. Suet. *in Tib. cap.* 20. Flexere in Capitolium. (de Triumphante.) Flectere Leucaten, pro Dirigere cursum ad Leucaten. Cic. *ad Attic. lib.* 5. Actio maluimus iter facere pedibus, qui incommodissimè nauigassemus: & Leucaten flectere molestum videbatur. Ouid. *Eleg.* 9. *lib.* 1. *Trist.*

Fleximus in lauum cursus.

Senec. *cap.* 15. *de consol. ad Mart.* Fluente populo Romano flexit vultum Tiberius. Idem *cap.* 9. *de tranquill.* Flectendum est interius in Circi spatiis. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 5. *Trist.*

Socios ad publica carmina flexi.

¶ Flectere promontorium, κάμπτειν ἄκραν, i. circum promontorium cursum flectere & nauigare. Cic. *de Diuin.* Qui nauigant, in flectendis promontoriis ventorum mutationes maximas sæpe sentiunt. Rursus, sed Leucaten flectere molestum videbatur. *Ad Attic.* apud Priscianum Ennius, Leucaten campsant. ¶ Per translationem flectere animum est vincere & comprimere. Terent. *in Hecyr.* Istuc est sapere, qui vbicunque opus sit, possis animum flectere. Sueton. *in Calig. cap.* 9. *siue* 10. Tumultuantes milites & in furorem vsque præcipites, solus conspectu suo flexit. ¶ Flectere aliquem precibus, est aliquem exorare, commouere, & in nostram sententiam adducere. Cicer. 4. *Acad.* Si te oratio Luculli flexit, quæ est habita memoriter. ¶ Flectere verbum de Græco. Gell. *lib.* 4. *cap.* 3. Hoc vocabulum est de Græco flexum. ¶ Huius composita sunt, Circunflecto, Deflecto, Inflecto, Reflecto, Offlecto, vide suis locis.

Flexus, particip. { כפוף caphuph. κεκαμμένος, καμπτός. GALL. *Ployé, flechi, tourné.* ITAL. *Piegato, torto.* GERM. Gebogen. HISP. *Doblegado, inclinado, plegado.* ANGL. *Bowed, bended.* } Ouid. *lib.* 4. *Metam.*

——— *flexúmque genu submisit.*

Tacit. *lib.* 3. Cæsar flexo in mœstitiam ore, suam inuidiam tali morte quæsitam, &c.

——— *Flexa ad mitius ira.*

Ouid. *Eleg.* 5. *lib.* 3. *Trist.*

Ad fratrem casu lumina flexa tulit.

Ibid. Eleg. 9. Flexo genu succubuisse (de supplice.) Idem *Eleg.* 2. *lib.* 4. *Trist.* & Plaut. *Menæch. sc.* 2. *act.* 5. Equi facite in flexu sit pedum pernicitas.

Flexus, us, curuatio, inflexio. { עקמ ecbeph. λύγισμα, κάμψις, καμπή. GALL. *Flechissement.* ITAL. *Piega.* GERM. Bug/wendung. HISP. *Plegadura.* ANGL. *A bowing, or bending.* } Quint. *lib.* 7. *c.* 2. Propter flexus capillorum, pars est summa capitis, scilicet vertex. Idem *lib.* 9. *cap.* 2. Qui cursu parum valent, flexu eludunt. ¶ In circo ad metam, qui inflectebatur curriculum, flexus dicebatur, à Græcis καμπτήρ, vt & in stadio: & ipsa quoque flexio & lustratio metæ flexus vocabatur. In lustranda autem curru meta, in ipsóque flexu maxima aurigandi industria erat, maximúmque periculum imperitiæ. *Satyra* 3.

Et meta quàm mollis flexus & vnde.

¶ Flexus ætatis quum ætas vergere incipit, & inclinari. Cic. *in Proœm. de Orat.* Si infinitus forensium rerum labor, & ambitionis occupatio decursu honorum etiam ætatis flexu constitisset. Sic apud Tacit. *lib.* 21. Flexus autumni est, quum autumnus vergere incipit, & inclinari. Item, Mille flexus & artes in defendendo. Quintil.

Flexio, Flexus, anfractus. { עקמ ecbeph. καμπή, κάμψις. GALL. *Flechissement, tournoyement, courbement.* ITAL. *Piegamento, inchinamento, torcimento.* GERM. Biegung. HISP. *Plegadura, obra de doblegar ò inclinar.* ANGL. *A bowing, or bending, a turning.* } Cic. *in Orat.* Idem *in Pis.* Quos tu Mæandros, dum omnes solitudines persequeris: quæ diuerticula flexionésque quæsisti?

Flexibilis, e, quod torqueri, & facilè in quamuis partem curuari potest, tenerum, molle. { εὐκαμπής, λυγηρός. GALL. *Facile à flechir, ployable.* ITAL. *Pieghevole, facile da piegare.* GERM. Biegig/das sich gern bucken oder biegen läßt. HISP. *Lo que se puede doblegar.* ANGL. *Easie to bowe or bend or wreith.* } Ouid. 3. *Amor.*

Nebus flexibiles curuantur Apollinis arcus.

Cic. *pro Milone*, Nihil enim est tam molle, tam tenerum, tam aut fragile, aut flexibile, quàm voluntas erga vos, sensúsque ciuium. Idem 3. *de Orat.* Nihil est tam tenerum, tam flexibile, neque quod tam facilè sequatur quocunque ducas, quàm oratio. ¶ Flexibilis ætas, per translationem, pro molli & tenera, quæque facilè flecti potest in quamcunque partem. Cic. *ad Brutum*, Videtur in eo esse bona indoles, sed flexibilis ætas, multíque ad deprauandum parati.

Flexilis, e, Flexibilis. { λυγώδης, λυγηρός. GALL. *Facile à flechir.* ITAL. *Pieghevole.* GERM. Biegig. HISP. *Lo que se puede doblegar.* ANGL. *Easie to bowe, or wreith.* } Plin. *lib.* 11. *cap.* 37. Sed quibus ceruix è multis, vertebratísque orbiculatim ossibus flexilis ad circunspectum articulorum nodis iungitur. *Ibidem*, Item omnium auriculæ, ad nares quæ modicum eminent flexili mollitia. Cornu flexile, Ouid. 5. *Metam.*

Flexuosus, a, um, quod varios, vel multos habet flexus, tortuosus. { עקלקלות hakalkalòth. σκολιός, ἑλικοειδής. GALL. *Tortu, qui va en tournoyant.* ITAL. *Di molti giri, torto in giro.* GERM. Voll krummen oder wencken. HISP. *Doblegable, doblegado, plegado.* ANGL. *That hath many turninges or windinges.* } vt, Flexuosa vitis, Cato *de re rust. cap.* 33. Plin. *lib.* 9. *cap.* 10. Hæc omnia flexuoso corporum impulsu in mari vtuntur, vt serpentes terra. Flexuosus volatus hirundini, Plin. *lib.* 10. *cap.* 24. Cic. 2. *de nat. deor.* de auditu loquens, Flexuosum iter habet, ne quid intrare possit, si simplex & directum pateret. Plin. *lib.* 11. *cap.* 37. Hominique flexuosissimis orbibus.

Flexuosè, aduerbium, { σκολιῶς, ἑλικοειδῶς. GALL. *Tortuement, en flechissant.* ITAL. *Tortamente.* GERM. In die krumme. HISP. *Doblegablemente.* ANGL. *Crookedlie, winding in and out.* } Plin. *lib.* 10. *cap.* 35. Si flexuosè volitet flamma.

Flexanima oratio, dicitur quæ animum flectere possit. ψυχαγωγός. Cic. 2. *de Orat.* Sed tantam vim habet illa quæ rectè à bono Poeta dicta est flexanima, atque omnium regina rerum oratio, vt non modò inclinantem erigere, aut stantem inclinare: sed etiam aduersantem & repugnantem, vt imperator bonus ac fortis, capere possit.

Flexumines, Equites Romani erant, à flectendis equis dicti. Plin. *lib.* 33. *cap.* 2. Quinetiam ipsum Equitum nomen sæpe variatum est: in his quoque qui ad equitatum trahebantur: celeres sub Romulo, regibúsque appellati sunt: deinde flexumines: postea trossuli, quum oppidum in Tuscis citra Volsinios passuum IX. M. sine vllo peditum adiumento cepissent.

Flexura, Flexus, curuatio. { עקמ ecbef. στροφή, καμπή, λύγισμα. GALL. *Ployement, flechissure, courbement.* Item, *destour de rue.* ITAL. *Tortura, piega.* GERM. Ein biegung/krumme. HISP. *Plegadura.* ANGL. *A bowing or bending, a wrething.* } Col. *lib.* 5. *cap.* 5. Proxima deinde putatione meliùs existimat Celsus ferro abstineri, ipsósque coles in modum coronæ contortos arbori circundari, vt flexura materias profundat. Suet. *in Ner. cap.* 38. Offensus deformitate veterum ædificiorum, & angustiis flexurísque vicorum, incendit vrbem, &c.

Flexiloquus, λοξίας, ἀμφίλογος. Qui ambigua & obscura loquitur, dubius, ambiguus. Cic. 2. *de Diuin.* Tuis enim oraculis Chysippus totum volumen impleuit, partim falsis (vt ego opinor) partim casu veris, vt fit in omni oratione sæpissimè: partim flexiloquis, & obscuris, vt interpres egeat interprete.

Flexipes, edis, qui flexos curuósque pedes habet. βλαισός. Ouid. 10. *Met.*

Vos quoque flexipedes hedera.

Sic in MSS. in editis tamen libris *flexibiles.* hedera errans flexis pedibus ac flagellis perrepant.

Flegmina, siue, vt alij scribunt, Flemina, dicuntur à Festo, quum ex labore viæ sanguis effluit circa talum. Plaut. *Epid.* dum te sequor, præ lassitudine inuaserunt miserum in genua flegmina.

FLEO, es, eui, etum, à κλαίω. Lacrymas emitto, fletum facio, lacrymo. { בכה bachah ספד saphad. δακρύω, κλαίω. GALL. *Pleurer, ou plorer.* ITAL. *Lacrimare, piagnere.* GERM. Weynen/greinen. HISP. *Llorar hechando lagrimas.* ANGL. *To weepe, to wail.* } Ouid. 2. *de remed. amor.*

Vt flerent, oculos erudiere suos.

Idem *in Ibin*,

Non patitur miseri funera flere viri.

Cic. 3. *Verr.* Flebat vterque non de suo supplicio, sed pater de filij morte, de patris filius. Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 4. *Trist.*

Fléque meos casus. Est quædam flere voluptas.

Idem *Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.*

Non aliter flevi (patrem) *quàm me fleturus ademptum*
Ille fuit.

Plaut. *Capt. sc.* 2. *a.* 1. H. Ne fle E. Egóne illum non fleam? Ego illum non defleam. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Nisi tu illi drachmis fleueris argenteis. Ouid. *Eleg.* 11. *lib.* 5. *Trist.*

Carnifici fortuna potest mea flenda videri.

Fletur, impersonale. { ANGL. *They weepe.* } Terent. *in Andr.* In ignem posita est, fletur. Silius *lib.* 5. Longo æuo flebitur. Compositum Defleo, quòd est flendo deploro. καταδακρύω, ἀπολοφύρομαι. Cic. *lib.* 1. *Tuscul.* Non exercitu amisso nudus in seruorum ferrum & manus incidisset, non liberi defleti, non fortunæ omnes à victoribus possiderentur.

Flens, participium. { בוכה bochéh ספד sophéd. κλαίων, δακρύων. GALL. *Qui pleure, pleurant.* ITAL. *Chi piange.* GERM. Weynend. HISP. *El que llora.* ANGL. *VVeeping.* } Ouid. 1. *Trist.*

Vxor amans, flentem, flens acriùs ipsa tenebat.

¶ Fleturus. Idem 4. *Trist.*

Non aliter fleui, quàm me fleturus ademptum
Ille fuit.

Fletus, aliud participium. Deploratus, defletus, cuius causa fletur. { נספד nispad. δεδακρυμένος. ANGL. *VVeeped for, bewailed.* } Virg. 6. *Æneid.*

Hic multum fleti ad superos, bellóque caduci.

id est, nobiles & conspicui, quorum mortem magna lamentatio sequitur.

Fletus, substant. eiulatus, lacrymæ, lacrymatio. { בכי brechi בכות bachúth. κλαυθμός. GALL. *Pleur, pleurement.* ITAL. *Pianto, rammarico.* GERM. Weynung. HISP. *Lloro, obra de llorar con lagrymas.* ANGL. *A weeping.* } Cic. *ad Ter. lib.* 14. Id quod ego maximo cum fletu legi. Idem *pro Rosc. Amer.* Quod Amerinis vsque eò visum est indignum, vt vrbe tota fletus, gemitúsque fieret. Quint. *lib.* 5. *cap.* 11. An verò me de incommodis vitæ differentem non adiuuabit earum persuasio nationum, quæ fletibus natos, lætitia defunctos prosequuntur?

Flebilis, e, quod dignum est vt defleatur. { πολύδακρυς, δακρυώδης. GALL. *Plein de pleurs, qu'on doit pleurer, ou qui incite à pleurer.* ITAL. *Pieno di pianto, ò degno d'esser pianto & lamentato.* GERM. Beweynlich/wirdig zu beweynen/kläglich. HISP. *Cosa digna de ser llorada.* ANGL. *To be weeped for, lamentable.* } Horat. *lib.* 1. *Carm.*

Multis ille quidem flebilis occidit,
Nulli flebilior, quàm tibi Virgili.

Cic. 11. *Philip.* Ponite ante oculos P. C. miseram quidem illam, & flebilem speciem, sed ad incitandos animos vestros necessariam. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 5. *Trist.*

Flebilis vt noster status est, ita flebile carmen.

Idem *Eleg.* 4. *lib.* 3. *Trist.*

Occurri regi flebilis vmbra suo.

Senec. *cap.* 10. *de consolat.* Flebilis est tota vita. Idem *epist.* 89. Doceat qui sint flebiles modi, doce me flebilem vocem emittam. Catullus *de com. Beren.*

Sed fratris cari flebile dissidium.

Flebiliter, aduerb. Miserabiliter. { ὀδυρτικῶς, πενθικῶς. GALL. *En pleurant, tristement.* ITAL. *Piangendo, dolentemente.* GERM. Beweynlich/mit klagen vnd weynen. HISP. *Llorando y gemiendo.* ANGL. *Lamentablie, sorrowfullie.* } Cic. 2. *Tusc.* Vide quàm flebiliter respondeat. Liu. 1. *ab Vrbe*, Soluit crines, & flebiliter nomine sponsum mortuum appellat.

Fleuo, Rheni fluminis ostium, vt scribit Pompon. Mela *lib.* 3. Plin. *lib.* 4. *cap.* 15. alterum ostiorum Rheni, Fleuum: alterum Helinium appellatum scribit. { Einer von den außgängen deß Rheins/ zey die mal genent ist. } Corn. Tacit. *lib.* 3. Fleuum castellum esse ait prope Rheni in Oceanum exitum, à quo ait sumptum nomen, quòd alueo daretur: aut certè priùs ab alueo natum, in castello retentum est.

Fligo, is, xi, ctum, Antiquissimi vsi sunt pro percutio. { הכה *hichcháh.* θλίβω. Gall. *Frapper, donner coups.* Ital. *Percutere.* Germ. Schlagen/ streych geben. Hisp. *Herir.* Angl. *To afflict, to beat.* } Liu. *Andr. in Ægistho*, vt citat Nonius, Ipse se in terram saucius fligit cadens. ¶ Huius composita sunt, Affligo, Confligo, Infligo, & Profligo. quorum significationes vide suis locis.

Flictus, verbale, Ictus. { מכה *mucheháh.* ἀρραγμός, πληγή. Gall. *Coup, frappement.* Ital. *Ferita.* Germ. Ein streych. Hisp. *Herida.* Angl. *A stroke, a stirpe.* } Sil. *lib.* 1.

———galea horrida flictu
Aduersa ardescit galea.

Virg. 9. *Æneid.*

Dant sonitum galea flictu: pugna aspera surgit.

Quo in loco Seruius putat dictum esse flictu, pro afflictu, per aphæresin.

Flictim (vnde efflictim) Aduerb. apud Diomedem *Grammat. lib.* 1.

Flo, as, aui, atum, à φλῶ. Spiro. { נפח *naphách* נשב *naschab* נשף *naschaph.* πνέω. Gall. *Souffler.* Ital. *Spirare, soffiare.* Germ. Blasen. Hisp. *Soplar, respirar.* Angl. *To blowe.* } Plin. *lib.* 27. *cap.* 14. Hinc enim si flauerit circa brumam, exurit frigore, arefaciens. Cæsar 5. *bell. Gall.* Quòd Corus ventus nauigationem impediebat, qui magnam partem omnis temporis in his locis flare consueuit. Cic. *Attic. lib.* 7. Bellè nobis flauit ab Epiro lenissimus Auster. Gell. *cap.* 2. *lib.* 1. Inanes glorias flare, (aliàs efflare.) id est, spirare. ¶ Flare simul & sorbere, prouerbium quum quis duabus rebus diuersissimis, naturâque disiunctis, eodem tempore operam dare velit. Plaut. *Mostell.* Simul flare, sorbereque haud factu facile est: ego hic esse, Et illic simul haud potui. ¶ Aliquando flare, fundere est & conflare, quòd æs, siue argentum flando, hoc est, flatu calefaciendo fundatur. { נתך *natách* צרף *tsaráph.* χωνεύω. } Hinc flatum æs, & flata pecunia dicitur. Gellius *cap.* 10. *lib.* 2. Flata signatáque pecunia. ¶ Huius composita sunt, Afflo, quod est ad aliquid spiro. Cic. *in Catone*, Quum admiraretur Lysander & proceritates arborum & directos in quincuncem ordines, humum subactam atque puram, & suauitatem odorum qui afflarentur à floribus. ¶ Per translationem Lactant. *lib.* 7. Non vidisse, nec comprehendisse Philosophos veritatem, sed ita leuiter odoratos, vt tamen vnde odor ille sapientiæ tam suauis, tam iucundus afflauerit, nullo modo senserint, id est, aduenerit, vel aspersus sit. Virg. 1. *Æneid.*

———namque ipsa decoram
Cæsariem nato genitrix, lumenque iuuentæ
Purpureum, & lætos oculis afflarat honores, id est, afflando dederat.

Difflo, flatu dispergo, disturbo. Plaut. *in Milit.* Cuius tu legiones difflauisti spiritu. Lucil. *lib.* 26. Pars difflatur vento, pars autem obrigescit frigore. Deflo, deorsum, vel valde flo. ἀποφυσάω. Varro, Vas fictile, eò quòd est leuissimum ad summum deflatum, vt traiiciant in alia vasa. Inflo, turgefacio, quales sunt vtres vento distenti, ἐμφυσάω. Inflare calamos, vel tibias, est calamis, vel tibiis canere: quia huiusmodi instrumenta sonum non edunt, nisi flatu expressum. Virg. 6. *Eclog.*

Tu calamos inflare leues, ego dicere versus.

Item, Flare quoque & flari tibia dicitur. Ouid. 4. *Fast.*

Protinus inflexo berecinthia tibia cornu Flabit.

Ibidem,

Furiosaque tibia flatur.

Per metaphoram inflari accipitur pro superbire, & arrogantia turgescere. Cic. *lib.* 1. *Tusc. quæst.* Sic igitur inflatus, & tumens animus in vitio est: sapiens autem animus semper vacat vitio, nunquam turgescit, nunquam tumet. Inflatio, ἐμφύσησις. Perflare, flando percurrere, flatu implere, vel commouere, διαπνεῖν, διαφυσᾶν. Virg. 1. *Æneid.*

———& terras turbine perflant.

¶ Reflo, contrà spiro, ἀντιπνέω. Cic. 1. *Tusc.* Sin autem reflantibus ventis reiiciemur, tum eodem paulò tardiùs referamur necesse est. Idem *lib.* 1. *Offic.* Nam quum prospero flatu eius vtimur, ad exitus prouehimur optatos: & quum reflauerit, affligimur. ¶ Sufflare, idem quod flare, seu flando turgefacere, ὑποφυσᾶν. Nonius, Sufflatum dicitur tumidum, & quasi vento quodam latius factum. A verbo sufflo fiunt alia duo composita, Insufflo, Exsufflo, quæ vide suis locis.

Flatus, us, Spiritus, ventus, flamen. { רוח *ruách* מפח *mappách.* πνοή. Gall. *Soufflement.* Ital. *Fiato, soffio di vento.* Germ. Ein blast/ wind. Hisp. *Obra de soplar viento.* Angl. *A blowing, wind.* } Cic. *in Arato*, Aram quam flatu permulcet spiritus Austri. Et paulò pòst, Æstiferos validis erumpit flatibus ignes. Idem 1. *Offic.* Quum prospero flatu iudiciorum vtimur. ¶ Pro vento secundo. Quint. Si fueris flatus, (id est, ventus secundus,) danda vela sunt.

Flamen, inis, neutri generis. Flatus dicitur à Flo, flas. { רוח *ruách* מפח *mappach.* πνεῦμα. Gall. *Soufflement.* Ital. *Soffiamento.* Germ. Ein blast/ oder wind. Hisp. *Obra de soplar, soplo.* Angl. *A blowing, a gale of wind.* } Horat.

———cur Berecinthiæ
Cessant flamina tibiæ?

Virg. 10. *Æneid.*

———ceu flamina prima
Quum deprensa fremunt syluis, & cæca volutant
Murmura, venturos nautis prodentia ventos.

Ouid. 13. *Met.*

———Nulla aut contraria classi
Flamina erant.

Flabilis, e, Spirabilis. { πνευστός, πνευστικός. Gall. *Soufflable, qu'on peut souffler.* Ital. *Che si puo soffiare.* Germ. Bläßig/ lufftig. Hisp. *Cosa que se sopla, ò puede soplarse.* Angl. *Blowenablilie.* } Cic. 1. *Tusc.* Nihilne aut humidum quidem, aut flabile, aut igneum? Flabile dixit pro aëreo.

¶ Flabarius, custos porcorum. Gloss. Isid. ‡

Flabrum, i, vel potiùs Flabra, orum, pluraliter tantùm, (vt Seruius docet) à verbo Flo, as: sunt flatus, vel flamina ventorum. { רוח *ruách* מפח *mappach.* πνεῦμα, πνοή. Gall. *Esuentement, esuentoir, soufflement.* Ital. *Soffio di venti.* Germ. Blast. Hisp. *El soplo ò viento.* Angl. *A flapper for wind.* } Propert. *lib.* 2.

Neque hic Boreæ flabra neque arma timet, id est, flatus.

Virg. 2. *Georg.*

Ergo, non hyemes illam, non flabra nec imbres
Conuellunt.

Flabellum, i, diminut. Instrumentum quo ventulum æstate excitamus refrigerandi causa, quo etiamnum Itali plurimum vtuntur. { ῥιπίδιον. Gall. *Esuentoir, dequoy on s'esuente par temps de chaleur.* Ital. *Suentole.* Germ. Ein wedel mit dem man ein lufft macht so einem heiß ist. Hisp. *Auanillo.* Angl. *A flapper to gather wind in time of heat.* } Terent. *in Eunuch.* Heus, inquit, Dore, cape hoc flabellum, & ventulum huic sic facito, dum lauamur. Ouid. *de Arte amandi*,

Profecit & tenui ventos mouisse flabello.

‖Vet. dict. Flabellum, muscarium, scil. cum quo muscas abigimus, & flatum facimus, & dicitur à *flabrum*.‖ ¶ Flabellum seditionis, per translationem. Cic. *pro Flacco*, Cuius lingua quasi flabello seditionis, illata est egentium concio ventilata.

Flabellifer, adiectiuum. { ῥιπιδοφόρος. Gall. *Qui porte l'esuentoir.* Ital. *Chi porta ventaglio.* Germ. Wadelträger. Hisp. *El que trae el auanillo.* Angl. *That beareth, a flapper.* } Plaut. *Trinum.* —flabelliferæ, sandaligerulæ, Cantrices, cistellatrices, nuntii, renuntii.

Flator, is, ab antiquis dicebatur quem nos tibicinem vocamus: ab inflatu tibiarum deducta appellatione, autor Festus. { חליל *chelél* מחצצר *machitsr.* αὐλητής. Gall. *Trompette.* Ital. & Hisp. *Trompetta.* Germ. Ein bläser, trommeter. Angl. *He that bloweth the trumpett.* } Apud Pompon. *de origine iuris. D. lib.* 1. pro conflatore & conflatore ponitur: vt, Triumuiri monetales æris, argenti, auri flatores.

Flatura, à quo fit conflatura: apud Plin. χώνευσις. Iulius Firmicus *Mathesios lib.* 6. Falsarios facient, aut qui pecunias publicas flaturarum adulteras artifices imitentur.

‖Flaturarius, qui flando aliquid conficit, χωνευτής, conflator. Gloss. Scal. *in Manil.* citat hæc: In veteri inscriptione Romæ.

FLATVARIVS. AVRI. ET. ARGENTI. MONETAR.

Item in alia:

C. SETILIVS. ONESIMVS. FLATVRAR. DE. VIA. SAC.

Flatularii, non flaturarii editum est *in lib.* 6. *de fals. mon. in Cod. Theodosij.*

Flauidus, flauus, apud Plin. *lib.* 18. *cap.* 13. Sed *flaccidus* commodè legitur.‖

Flauissæ, vocabulum antiquum, quo, vt Varro existimat veteres Latini id appellabant, quod Græci thesaurum. Varro *in Epist. ad Seru. Sulpit.* Quintum Valerium Solanum solitum dicere, quos thesauros Græco nomine appellaremus, priscos Latinos flauissas dixisse, quòd in eas non rude æs, argentúmque, sed flata signatáque pecunia conderetur. Ex Nonio & Gellio *lib.* 2. *cap.* 10. Vide *Fauissæ.*

Floces, Vini, vuarum purgamenta: hoc est, fæx vini ex vinaceis expressa: sicut fraces oliuarum. { שמרים *schemarim.* τρύγες. Gall. *Lie de vin.* Ital. *Feccia de vino.* Germ. Trestr/ wein. Hisp. *Hezes del vino.* Angl. *The lies of wyne, or dreggis.* } Gell. *lib.* 11. *cap.* 7. Item floces audierat prisca voce significare vini fæcem è vinaceis expressam, sicuti fraces ex oleis. Cæcil. *Ædepol.* Ego neque florem, neque floces volo mihi, vinum volo. Gell. Apludam edit, & floces bibit. Vox est obsoleta.

Floccus, i, Lanarum particula diuisa à velleribus inutiliter euolans. { κροκίς. Gall. *Vn lopin ou floquet de laine, qui vole en l'air, ou s'attache en quelque part.* Ital. *Fiocco di lana ò d'altro.* Germ. Wollflocke/ kleine fädle die von der wollen stieben. Hisp. *Floro como de lana ò cosa semejante.* Angl. *A locke of woll.* } Varro, Diligentiores tegeticulis subiectis oues condere solent, ne qui flocci intereant. ¶ In vestibus item flocci dicuntur lanæ particulæ eminentiores, quæ filum tegunt. Vnde Celsus signa mortiferi morbi esse scribit, si quis in febre & acuto morbo manibus in veste floccos legit, (quod Græci κροκιδίζειν appellant) fimbriásve deducit. Plin. *lib.* 10. *c.* 33. Hirundines nidum mollibus plumis floccisque consternunt. ¶ Et quia floccus res est nullius pretii, factum est, vt dicamus Floccifacio, & Floccipendo, pro contemno, & in nulla æstimatione habeo. οὐδὲν ποιεῖσθαι. Plaut. *in Epid.* Dum tibi ego placeam, atque obsequar, meum tergum flocci facio. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 5. Neque ego te flocci facio, ne me territes. Idem *Most. sc.* 1. *a.* 1. Neque quod dixi flocci æstimat. Terent. *in Eunuch.* Inuidere omnes mihi, mordere clanculum, ego non floccipendere. Idem autem significant Floccifacere aliquem, & non facere flocci, diuisa compositione. Cic. *ad Attic. lib.* 4. Totam denique Rempubl. flocci non facere. Idem *ad eundem lib.* 13. Hoc ipsum quantum acceperit, prorsus auco scire: nec tamen floccifacio.

Flocculus, diminutiuum. { τὸ κροκίδιον. Gall. *Vn lopinet ou floquet.* Ital. *Picciolo, fiocco.* Germ. Wollflöcklein. Hisp. *Pequeño flueco.* Angl. *A litle locke of woll, a floke.* } Plin. *lib.* 16. *cap.* 7. Nascuntur in robore pilulæ nucibus non absimiles, intus habentes flocculos molles, lucernarum luminibus aptos: nam & sine oleo flagrant.

Flora, æ, Dea quædam à Romanis in honore habita, quam floribus præesse volebant. Hanc meretricem fuisse aiunt, quæ quum magnas opes corporis quæstu quæsiuisset, populum Romanum scripsit hæredem, certámque pecuniam reliquit, cuius ex annuo fœnore suus natalis dies celebraretur editione ludorum, quos appellant Floralia, siue ludos Florales. Quod quia Senatui flagitiosum tractu temporis videbatur, ab ipso nomine argumentum sumi placuit; vt pudendæ rei quædam dignitas adderetur: deam finxerunt esse quæ floribus præsit, eámque oportere placari, vt fruges cum arboribus, aut vitibus bene prosperéque florescerent. Celebrabantur illi ludi omni cum lasciuia conuenientes memoriæ meretricis: præter verborum licentiam nudabantur flagitante populo meretrices, quæ mimarum functæ officio, in conspectu multitudinis ad satietatem vsque impudicis motibus detinebantur. Hæc à Græcis χλωρίς dicitur. Ouid. 4. *Fast.*

Chloris eram quæ Flora vocor.

Vide eundem *lib.* 5. *Fast.* ¶ Floralium ludorum commissio, apud Suet. *in Galb. cap.* 6.

Flōrālĭă,ium. Dies festi, ludíque in honorem Floræ instituti, quæ florum dea habita fuit, ἀνθεστήρια. Quint. *lib.* 1. *cap.* 9. Quædam tamen & faciem solœcismi habent, & dici vitiosa non possunt: vt, Tragœdia Thyestes, & Ludi Floralia, ac Megalesia. Ouid. 4. *Fast.*

Exit & in Maias festum Florale Calendas.

¶ Floralia etiam dicuntur loca in quibus sunt Flores. Varr. *lib.* 1. *de re rust. cap.* 23. Nec minùs ea discriminanda in conserendo quæ sunt fructuosa, ab iis quæ fiunt propter voluptatem, vt quæ pomaria, aut floralia appellantur.

Flōrālĭcĭus, a, um, adiectiuum à Floribus deductum, quo id significatur quod ad Floralia pertinet, aut quo in Floralibus vtebantur. Martial. *lib.* 8.

Et Floralicias lasset arena feras.

Flōrentĭă, æ, vrbs insignis Hetruriæ, olim Fluentia dicta, quòd sit ad fluentum Arni fluminis, & populi ipsi Fluentini: quorum meminit Cato *in Originibus*, vt refert Angelus Politianus *epist. ad Bartholomæum Scalam.* Vulgò *Fiorenza.* GERM. Florentz. Magni Etruriæ Ducis sedes.

Flōrĭānŭs, Imperator, qui Tacito successit, dolens Probum militiæ peritum à magna exercitus parte electum, sibiipsi venas incidit, effusóque sanguine consumptus est.

Florius, fluuius est Galleciæ in Hispania. Plin. *lib.* 4. *cap.* 20.

Flōs, floris, masc. gen. à Græco nomine φλὸξ, vt quidam putant, quia emicat, scintillátque vt flamma. {פרח *pérach* ניצה *nitsſáh* נצן *nitsſán.* ἄνθος. GALL. *Fleur.* ITAL. *Fiore.* GERM. Ein blum oder blust. HISP. *Flor.* ANGL. *A floure.*} Plin. *lib.* 11. *cap.* 10. Flos arboribus suauitate inenarrabili. Ouid. 9. *Metam.*

Natas hoc pomus, & odore flore repletum,
Sacrarunt.

Virg 4. *Eclog.*

Ipsa tibi blandos fundent cunabula flores.

Ouid. 13. *Metam.*

Purpureum viridi genuit de cespite florem.

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist.*

Vndique iactato flore tegente vias. (in Triumpho.)

Suet. *in Ner. cap.* 57. Floribus vernis & æstiuis ornare tumulum. ¶ Per translationem accipitur pro ornamento, siue decore. Cic. 2. *Philipp.* Nobilitatis, ac flos iuuentutis. Plaut. *in Casin.* Ea tempestate flos poëtarum fuit, id est, excellentissimus inter poëtas. Flos ætatis, id est, vigor, siue integra ætas, qualis est iis, qui iam iustum incrementum sunt adepti. ἀκμὴ τῆς ἡλικίας. Cic. 4. *Philipp.* Gratia non virtute, sed ætatis flore collecta. Flos iuuentæ, apud Virg. 5. *Æneid.*

——— & primo flore iuuenta.

Quintil. Nimiis floribus, & ingenij affluentia malè audiit Cicero. [¶ Flos in facie, ἄνθινον χρῶμα, siue ἄνθηρον, vt apud Catullum,

- ——— Ore floridulo nitens.]

¶ Flos cœnæ, Gell. *cap.* 8. *lib.* 15. ¶ Nonnunquam etiam pro virginitate. Catull. *in Epithalamio,*

Sic virgo dum casta manet, tum chara suis: sed
Quum castum amisit polluto corpore florem,
Nec pueris iucunda manet, nec chara puellis.

¶ Flos vini, dicitur exigua quædam quasi spuma, quæ vino in doliis supernatare solet, in modum pollinis farinæ, eodem ferè tempore, quum in vitibus florent futuri racemi. Plin. *lib* 14 *cap.* 21. Flos vini candidus probatur, rubens triste signum est, si non is vini color sit. Apud Caton. etiam vini flos, i. vinum primæ notæ, quódque primum fluit. Cola, inquit, qui florem demant. Aliquando etiam Flos vini accipitur pro vini odore. Plaut. *in Curc.* Flos veteris vini naribus meis obiectus est. ¶ Flos flammæ, i. flamma corusca. Lucr. *lib.* 1.

Donec flammai fulserunt flore coorto.

Sic Æschylus *in Prometh.* τὸ σὸν γὰρ ἄνθος παντέχνου πυρὸς σέλας. ¶ Flos æris, est portio æris tenuissima, quæ ab ære expuitur, quum frigida affusa extinguitur. χαλκοῦ ἄνθος. Solet autem inueniri in fundo vasorum instar granorum milij, colore æris rubri. Est autem hoc omnino diuersum à chalcantho. Vide Galenum *lib.* 9. *de facult. simplicium medicament.* Flos salis, portio salis leuissima & candidissima, fauillæ ritu efflorescens. ἁλὸς ἄνθος. Hoc præterea nomine ab antiquis dicebatur res à superiori diuersissima, humidiorísque naturæ, & coloris crocei, & salis quasi quædam rubigo, odore quoque ingrato, ceu gari. Inuenitur in Ægypto, Nilo fluuio, & fontibus quibusdam innatans. Naturam habet asperam, excalfactoriam, & stomacho inutilem. Plin. *lib.* 31. *cap.* 7. & Dioscor. *lib.* 5. *cap.* 83. ¶ In ipso Græciæ flore, id est, Quum floreret Græcia. Cic. 3. *de nat. deor.* Quàm multas ante hunc in ipso Græciæ flore Pisistratus, ac Phalaris, ac Apollodorus, pœnas sustulit, &c.

Flōscŭlŭs, diminutiuum. {ἀνθύλλιον, μικρὸν ἢ λεπτὸν ἄνθος. GALL. *Vne fleurette, ou petite fleur.* ITAL. *Fior picciolo.* GERM. Blümlein/ blüstlein. HISP. *Pequeña flor.* ANGL. *A blossome, a litle floure.*} Cic. 2. *Offic.* Ficta omnia celeriter tanquam flosculi decidunt. Quintil. Flosculis nitens oratio. Item, Flosculos partium (orationis) congerere. Idem, Non ille (puer) flosculos, sed deformatos fructus ostendebat. Gell. *cap.* 21. *lib.* 17. Flosculi historiæ.

Flōrĕŭs, a, um, quod est ex floribus. {ἄνθινος. GALL. *De fleurs.* ITAL. *Cosa che sia di fiore.* GERM. Von blumen gemacht. HISP. *Cosa florida.* ANGL. *Of floures.*} vt, Florea corona. Plaut. *in Men. sc.* 2. *a.* 4. Non ego te modò hic ante ædes cum corona florea Vidi astare? Martial.

——— Et cingant florea serta caput.

Plaut. *Aul. sc.* 5. *a.* 2. Emi has floreas coronas.

Flōrĭdŭs, a, um, quod floribus abundat, siue quod ex floribus confectum est. {ἀνθηρός. GALL. *Florissant, plein de fleurs.* ITAL. *Di fiori.* GERM. Blüend/ voll blust/ oder blumen. HISP. *Cosa florida, ò florecida.* ANGL. *Freshe, lustie, florishing.*} Tibull. *lib.* 1. *Eleg.* 2.

——— quum post florida serta darem.

Floridus homo. Cic. *de clar. Orat.* At est floridior, vt ita dicam, quàm Hyperides, quàm Lysias. Floridus color. Plin. *lib.* 5. *c.* 6. Sunt aut colores austeri, aut floridi. ¶ Floridius genus dicendi. Quint.

Flōrĭdŭlŭs, diminutiuum. {ἀνθηρόδης. ANGL. *A litle beautifull or flourishing.*} vt, Ore floridulo nitens. Catull. *in Epithalamio Iuliæ.*

Flōrĭger, & Florifer, ferens flores. {ἀνθοφόρος. GALL. *Portant fleurs.* ITAL. *Che produce fiori.* GERM. Der blumen oder blust tregt. HISP. *Cosa que trae flores.* ANGL. *Bearing floures.*} vt, Saltus floriferi, apud Lucret. *lib.* 3.

Flōrĭlĕgŭs, a, um, qui flores legit: vel qui aliquid ex floribus colligit. {ἀνθολόγος. GALL. *Cueillant fleurs.* ITAL. *Che raguna fiori.* GERM. Das blumen abbricht/ oder auß den blumen zusammen list. HISP. *El que coge flores.* ANGL. *That gathereth floures.*} vt, Apes florilegæ. Ouid. 15. *Met.*

Florilegæ nascuntur apes.

Flōrŭlentŭs, Floribus plenus. {ἀνθηρόμος. GALL. *Plein de fleurs.* ITAL. *Pieno di fiori.* GERM. Voll blust oder blumen. HISP. *Lleno de flores.* ANGL. *Full of floures.*}

Flōrĕo, es, ui, est floridum esse, seu flores producere. {הנץ *henéts* פרח *parách.* ἀνθῶ. GALL. *Fleurir, estre en fleur.* ITAL. *Fiorire.* GERM. Blüen/ grünen. HISP. *Florescer.* ANGL. *To florish, to haue floures.*} Cic. 1. *Tusc.* Segetes largiri fruges, florere omnia, fontes scatere. Seneca *cap.* 1. *de consol. ad Mart.* Legitur, floret. Plin. *lib.* 19. *cap.* 6. Florent verò cum fraxino serpillum, abrotonum, &c. Translatè ponitur pro vigeo, eniteo, emineo, clarus sum. ἀκμάζω, εὐδοκιμέω. Velleius, Sparta excellentissimè floruit. Ouid. 5. *Fast.*

Et monet ætatis specie dum floreat, vti.

Cic. *in Lal.* Magnáque Græcia, quæ nunc quidem deleta est, tum florebat institutis & præceptis. Idem 11. *Philipp.* Nihil enim semper floret: ætas succedit ætati, &c. Ouid. Nos quoque floruimus, sed flos fuit ille caducus. Florentissima fortuna. Cic. *Attic. lib.* 10. Idem 1. *de Leg.* Qua nihil à diis immortalibus vberius, nihil florentius, nihil præstabilius hominum vitæ datum est. ¶ Florens, entis. Gellius *lib.* 6. *cap.* 13. Enthymemata lapida & minuta florentem vno lacessentia. Idem *cap.* 5. *lib.* 5. Florens exercitus armis. Plaut. *Men. sc.* 4. *a.* 1. Me benefactis florentem facis, Ouidius,

Florentibus ara coronis Cingatur.

¶ Huius composita sunt, Defloreo, Effloreo, & Refloreo, de quibus suis locis. ¶ Est & floro, as, ἀνθίζω. Vnde & Præfloro, ἀπανθίζω. Gellius, & expectatio te spei suspensum fatigabit, etsi futuri gaudij fructum spes tibi iam præflorarit.

Flōrēsco, is, ere, est floridum fieri. {הנץ *henéts* פרח *parách.* ἀνθέω. GALL. *Deuenir fleuri, fleurir.* ITAL. *Fiorire.* GERM. In blust kommen/ anfahen blüen. HISP. *Florecer.* ANGL. *To beginne, to florish, to budde.*} Col. *lib.* 5. Ventíque nebulam & rorem pestiferum celeriter assiccant, multúmque ad florescendum & ad bonitatem vini conferunt. Varro *lib.* 1. *de re rust.* Pratum aqua defendi debet ante, quàm florescere incipiat. ¶ Per metaphoram pro augeri, siue crescere. αὐξάνομαι, ἀκμάζειν. Cic. *pro Marcello*, At vero hæc tua iustitia, & lenitas animi florescet quotidie magis, ita vt quantum operibus tuis diuturnitas detrahet, tantum afferat laudibus. Cic. *pro Cælio*, Nolite Iudices hunc nunc primum florescentem firmata iam stirpe virtutis, tanquam turbine aliquo, aut subita tempestate peruertere.

Flōrĭfĕrĭum, Dies erat festus apud Romanos, ita dictus quòd eo die spicæ ad sacrificium ferebantur. Festus. ἀνθοφορία.

[Floropolis, siue Indiciacus, *sainct Flour*, V.E.S. Flori, in monte edito, sub A. Bituricensi.]

Flūctŭārĕ, Fluctuosus, Fluctus, Fluitio, Flumen, vide *Fluo.*

Flūmĕntānă porta, quam Tiberis in vrbem intrans, in sinistræ ripæ parte relinquit: dicta quòd Tiberis quandoque in eam influxerit.

Flŭo, is, xi, xum, à pluo, vel βλύω, βλύζω; vnde quoque pluo. Propriè decurro. {נזל *nazál* זב *zab.* ῥέω, ῥύω. GALL. *Couler, fluer.* ITAL. *Correre, scorrere.* GERM. Fliessen/ rünnen. HISP. *Correr la cosa liquida.* ANGL. *To flowe.*} Virg. *lib.* 1. *Georg.*

Hæc eadem argenti riuos ærisque metalla
Ostendit venis, atque auro plurima fluxit.

Cic. 1. *de Diuinat.* Fluminàque in contrarias partes fluxerunt. Idem 6. *Verr.* Chrysas est amnis, qui per Assorinorum agros fluit. Sen. *Epist.* 63. Nec sicci sint oculi (in lugendo) nec fluant. Idem *cap.* 21. *de consol. ad Mart.* Labuntur ac fluunt humida. ¶ Quique Aër fluit, (i. ventus) ex eadem cœli regione. Gell. *cap. vlt. lib.* 2. ¶ Quoniam verò ea quæ fluunt, latiùs diffundi videntur, fluere quandoque capitur pro latiùs atque vberiùs excrescere. Virg. 2. *Georg.*

——— tum denique dura
Exerce imperia, & ramos compesce fluentes.

¶ Rursus, quia quæ decurrunt, quodammodo minui videntur, fluere pro deficere sumitur. Idem 2. *Æneid.*

Ex illo fluere, ac retrò sublapsa referri Spes Danaûm.

Sic, Liuio *lib.* 10. *ab vrb.* Fluere corpora Gallorum dicuntur, quia vires sensim deficiunt, longiore pugna. Eodémque sensu fluida corpora dixit idem Liu. *lib.* 4. *dec.* 4. & *lib.* 8. *d.* 2. Hinc fluxa dicimus quæ instabilia, ac momentanea sunt, & citò peritura. ¶ Item procedere, nasci. Lactant. *lib.* 2. Ab hac gente proximi quique populi multitudine increscente fluxerunt. ¶ Fluere pro euenire, apud Cicer. 1. *Offic.* Atque etiam in rebus prosperis, & ad voluntatem nostram fluentibus superbiam, fastidium, arrogantiámque magnopere fugiamus. In eandem sententiam dixit Seneca 3. *de Ira*, Fluunt ex destinato proposita nostra. ¶ Huius composita sunt Affluo, Confluo, Defluo, de quibus suprà, Circunfluo, περιῤῥέω. ¶ Diffluo, variè fluo, περιῤῥέω. Lactant. *lib.* 7. Nam si terrenum & fragile corpus, post successum animæ non statim diffluit in terram, tabescitque, ex qua illa origo est. Per translationem luxurior, corrumpor, διαλύομαι, θρύπτομαι. Terent. *in Heaut.* Vt illius animum, qui nunc luxuria, & lasciuia diffluit, retundam, & redigam. ¶ Influo, de quo suo loco. ¶ Interfluo, in medio fluo, μεταῤῥέω. ¶ Perfluo, Transfluo, per medium fluo, non contineo, διαῤῥέω. Terent. *in Eunuch.* Plenus rimarum sum, hac atque illac perfluo. Profluo, de quo alibi. ¶ Præfluo, antè fluo, προῤῥέω, vel præterfluo, Plin. *lib.* 4. *cap.* 5. Præfluente Alphæo amne. Idem *lib.* 5. *c.* 26. Et parte læua in Mesopotamiam vadit, per ipsam Seleuciam, circa eum præfluenti infusus Tigri. ¶ Præterfluo, fluendo prætereo, vel antèfluo, παραῤῥέω. Liu. *lib.* 1. Infima valle præterfluit Tibris. Quintilianus per translationem *lib.* 1. Omnis disciplinæ memoria constat, frustraque docemur, si quicquid audimus, præterfluat. ¶ Refluo, retrò, siue rursus fluo, ἀναῤῥέω. Vnde fluxus, & refluxus pro

pro accessu, & recessu aquæ in Oceani æstuariis. ¶ Superfluo, superabundo, ὑπερβλύω, à quo superfluus, um. Columell. *lib.*4. Per medullam transmittit quicquid aquarum cælestium superfluit. ¶ Supterfluo, inferius fluo, ὑπορρέω. Fluens, entis, partic. Senec. *cap.*1. *de consol. ad Mart.* Exhaustos & fluentes oculos tuos continebo. Velleius, Fluens mollitiis Sardonapalus. Idem, Mollitiis vltra fœminam fluens. Senec. *c.*15. *de tranq.* Incessu ipso vltra muliebrem mollitiem fluentibus. Gell. *c.*9. *lib.*19. Fluentes carminum delicias facere. Et Suet. *in Neron. c.*35. Balneæ marinis fluentes aquis.

[Fluentia, fluxus, actus fluendi.]

Flŭentum, i, Paruum flumen, siue decursus aquæ. {נוזלים *nozelim.* ῥεῖθρον. GALL. *Cours d'eau, petite riuiere ou ruisseau d'eau.* ITAL. *Fiumicello, torrente.* GERM. Ein fluß/wasserrunß. HISP. *El rio ò el corriente del agua.* ANGL. *A riuer or fludde.*} Virg. 4. *Æneid.*

Qualis, vbi hybernam Lyciam Xanthique fluenta
Deserit, ad Delum maternam inuisit Apollo.

Flŭentĭsŏnus, a, um, {המון *homéh.* ῥεῖθρα ἢ κῦμα ἀχοῦντα. GALL. *Qui par abordement d'eau rend grand bruit.* ITAL. *Che fa gran strepito.* GERM. Das von dem fluß tönet. HISP. *Cosa que se suena con aquel chorro.* ANGL. *That giueth the sound of a riuer.*} vt, Littus fluentisonum, apud Catull. *in Argon.* κυματωγὴ, *ἐπὶ ῥείμασιν ἀλιδούπων ἀκτή.*

Flŭctŭs, us, ui, Moles aquæ vi venti concitata, vnda, procella. {גל *ghal.* κῦμα. GALL. *Le flot.* ITAL. *Onda.* GERM. Ein wällen deß wassers. HISP. *La onda de la mar ò del agua.* ANGL. *A waue or seurge of watter stirred by tempeste.*} Cic. 6. *Verr.* Qui fluctu totus operiretur, nisi munitione, ac mole lapidum mari disiunctus esset. Ouid. *Eleg.* 10. *lib.* 1.

Ipse ego nunc miror tantis animique marisque
Fluctibus ingenium non cecidisse meum.

¶ Fluctus cæcus, Homer. κῦμα κωφὸν, id est, cuius non sentitur nec apparet causa, vt cùm venti posuere & quiescunt. Hoc dicendi genere vsus est Lauius, & Sisenna apud Nonium, & Seneca de morte Ciceronis. ¶ Fluctus pro impetu. Cic. *ad Attic. lib.*7. Fluctum enim totius barbariæ vna ferre vrbs non poterat. ¶ Fluctus fortunæ. Plin. *lib.*5. *c.*17. Quos vita fessos ad mores eorum fortunæ fluctus agitat. Fluges etiam dicuntur, & confluges.

Flŭctĭcŭlus, diminutiuum à fluctu. κυμάτιον. Diomedes *Grammat. lib.* 1. Apuleius *in Apologia.* Hæc enim friuola nominatibs, pleraque in littoribus omnibus congestim, & aceruatim iacent, & sine illius opera quamlibet leuiter motis flucticulis vltro foras euoluuntur.

Flŭctĭfrăgus, a, um, {κυματοῤῥαγής. GALL. *Le bord de la mer, qui rompt l'impetuosité des flots.* ITAL. *Che rompe l'onde.* GERM. Das die wällen deß wassers zerschlecht. HISP. *Que quiebra las ondas.* ANGL. *The shore that breaketh the waues.*} vt, Littus fluctifragum, hoc est, fluctus ipsos frangens. κυματωγή. Lucretius, Denique fluctifrago suspensæ in littore vestes. Sic *mari a* frangendo illisos fluctus. Horat.

——— *Quæ nunc punicibus oppositis debilitat mare.*

Flŭctĭuăgus, quod fluctibus vagatur, aut agitatur. {κυματοπλάγκτος. GALL. *Qui vague par les ondes & par la mer.* ITAL. *Cosa che va vagando per l'onde.* GERM. Das in dem wällen hin vnd här fährt/oder das von den wällen hin vnnd wider getriben wirt. HISP. *Cosa que anda por las ondas.* ANGL. *That is tossed by the waues and fliteth.*} Vnde nautæ fluctiuagi, & Vnda fluctiuaga appellantur à Papinio.

Flŭctŭo, as, Fluctibus iactor, agitor, vacillo, fluito. {נגרש *nighrásch* ים *iam.* κυμαίνω, κυματίζω. GALL. *Faire vagues & onds, flotter sur l'eau.* ITAL. *Ondeggiare.* GERM. Schwencken/wällen geben. HISP. *Ondear ò hazer ondas en la mar.* ANGL. *To rise in waues, to flitte.*} Plaut. *in Rud.* Atque huc nunc validè fluctuat mare, nulla nobis spes est. Cicer. 7. *Verr.* Quadriremémque in salo fluctuantem reliquerat. ¶ Per metaphoram etiam pro iactari, dubitare & diuersis cogitationum quasi fluctibus, & veluti marino quodam æstu agitari. {ANGL. *To be wauering in mynd.*} Virg. 8. *Æneid.*

———*magno curarum fluctuat æstu.*

Liu. 3. *bell. Maced.* Ephesi regem est consecutus, fluctuantem adhuc animo, incertúmque de Romano bello. Catull. *ad Ortalum,*

Mens animi tantis fluctuat ipsa malis.

¶ Pro eodem fluctuor deponens. Liu. 3. *bell. Maced.* Fluctuantur incerti animi. Curtius, Fluctuari animo Rex, & modò suum, modò Parmenionis consilium expendere. Senec. *c.*9. *de consol. ad Polyb.* Pendemus, fluctuamur, illidimur. ¶ Accipitur nonnunquam fluctuare pro fluitare & supernatare. Plin. *lib.* 36. *c.*17. Lapidem è Scyro insula integrum fluctuare tradunt, eundem comminutum mergi.

Fluctuans, antis. Gell. *c.*6. *lib.* 10. Turba confluentis & fluctuantis populi. Idem *c.* 14. *lib.* 5. toris, comisque fluctuantibus (leonis sup.)

Flŭctŭātus, particip. {נגרש *nighrasch* ים *mat.* κυμαινόμενος, κυματωθεὶς ἐν κλύδωνι. GALL. *Ietté & agité du flot.* ITAL. *Transgliato d'alle onde.* GERM. Geschwanckt/von den wällen getriben. HISP. *Ondeado, echado por las ondas.* ANGL. *Tossed by the waues.*} Liu. 3. *bell. Pun. & 2. bell. Maced.* Fluctuatus animo fuerat. Plin. *lib.*4. *c.*12. Delos diu fluctuata, vt proditur sola motum terræ non sensit. Idem *lib.* 9. *cap.* 8. Et sopitus (vt apparuit) odoris nouitate, fluctuatúsque similis exanimi, caruit hominum conuersatione.

Flŭctŭātĭo. {מוט *mot.* κύμανσις, ζάλη. GALL. *Agitation du flot çà & là, doute, incertitude.* ITAL. *Ondeggiamento dubio.* GERM. Schwanckung/schwebung. HISP. *Aquella obra de hazer ondas, duda.* ANGL. *A flotting, vncertaintie.*} Fluctuatio stomachi. Plin. *lib.* 20. *c.* 8. Validiùs cocta fluctuationes stomachi sistit, & ventris. ¶ Fluctuatio animorum. Liu. 6. *ab Vrbe.* In ea fluctuatione animorum opprimi incautos posse. Senec. *c.* 1. *de tranq.* Fluctuationem meam, (i. animi) sistas.

Flŭctŭōsus, Vndosus, procellosus, inquietus. {κυματώδης. GALL. *Plein d'ondes & de vagues.* ITAL. *Procelloso, tempestoso.* GERM. Wällechtig/vngestüm. HISP. *Lleno de ondas, ondoso.* ANGL. *Full of waues and seurges.*} vt, Mare fluctuosum, Gemmæ fluctuosæ, quæ maculas habent fluctuum quandam similitudinem referentes. Plin. *lib.* 37. *cap.* 5. Ii sunt fluctuosi & rerum imagines complexi, vt, v.g. papauerum, aut auium, pinnarúmque, vel catulorum, & similium. loquitur de smaragdis.

Flŭctŭātim, aduerb. Iactanter, solutè. {κύματος δίκην, κυματωδῶς. GALL. *En maniere de flot, orgueilleusement.* ITAL. *Ondeggiando, con trauaglio.* GERM. Vngestümmiglich wie ein wällen. HISP. *En guisa de ondas, vanagloriosamente.* ANGL. *By flitting and houering.*} Afranius, Volo fluctuatim ire ad illum. Nonius.

Flŭxus, a, um, quod fluit. {זב *zab* נוזל *nozél.* ῥευστός. GALL. *Qui a coulé, qui est de petite duree & passe legerement.* ITAL. *Che scorre, che passa tosto.* GERM. Flüssig oder fliessig. HISP. *Lo liquido que corre.* ANGL. *That dureth but a while.*} Plin. *lib.* 9. *cap.* 38. Quoniam quum fœtificauere, fluxos habent succos. ¶ Per translationem accipitur pro eo quod est instabile, momentaneum, & citò periturum, ὀλιγοχρόνιος: tracta est metaphora ab aqua fluuiali, quæ nunquam in eodem loco consistit, sed citò præterfluit. Liu. *lib.* 10. *dec.* 4. Fluxa fide homines. Plaut. *Capt. sc.* 3. *a.* 2. Caue fidem fluxam geras. (i. instabilem, non firmam.) Virg. *lib.* 10. *Æneid.*

Nósne tibi fluxas Phrygiæ res vertere fundo
Conamur?

Salust. *in Catil.* Nam diuitiarum & formæ gloria, fluxa & fragilis habetur. ¶ Aliquando capitur pro laxo, ac minime astricto. Vnde Parthorum vestimenta fluxa fuisse Lucanus scribit,

Illic & laxas vestes, & fluxa virorum
Velamenta vides.

Sic Suetonius *in Cæs. cap.* 45. Fluxiore cinctura cingeretur. Et Virg. 1. *Æneid.* vestium sinus fluentes dixit. Apuleius *lib.* 2. accepit passiuè, Fontanos, inquiens, latices, de corporibus humanis fluxos. ¶ Et fluxi dicuntur remissi, soluti, libidinosi, molles, effœminati. Suet. *in Tiberio cap.* 52. Drusus animi fluxioris, remissiorísque vitæ erat. Mart. Cinædo euitatior fluxo.

Flūxē, aduerbium, affluenter, abundanter. {ῥευστῶς, ἀφθόνως. GALL. *En abondance, abondamment, largement.* ITAL. *Abundantemente.* GERM. Vberflüssiglich. HISP. *Abundamente.* ANGL. *Abundantly.*} Varro *lib.* 1. *de re rust. c.* 11. Et eò magis fluxe ex herba, quæ eadem ipsa sumpta, perpurgare corpora nostra solet.

Fluor, is, ῥοὴ, ῥύσις, fluxio. Cels. *lib.* 3. *cap.* 6. Quisquis autem fluore æger est, cùm venit in balneum, priùs vngendus, deinde in solum demittendus est.

Flūxĭo, fluxus, cursus. {זוב *zob.* ῥεῦμα. GALL. *Flux, coulement.* ITAL. *Flusso, colamento.* GERM. Fliessung. HISP. *Corrimiento de lo liquido, fluxo.* ANGL. *A flowing.*} vt, Fluxio aquarum, apud Cic. *lib.* 1. *de Diuin.* & fluxiones sanguinis, apud Plin. *lib.* 20. *cap.* 14.

Flūĭto, as, frequentatiuum, Sæpe, siue continuè fluo. {ἐπιῤῥέω. GALL. *Flotter, nager sur l'eau.* ITAL. *Scorrere di continuo.* GERM. Stätig fliessen. HISP. *Correr continuamente lo liquido.* ANGL. *To flite or houer aboue the water.*} Liu. *lib.* 1. Tenet fama, quum fluitantem alueum in quo expositi erant pueri, tenuis in sicco aqua destituisset. Senec. *cap.* 6. *de consol. ad Mart.* Qui fluitantia vela desecuit. ¶ Nonnunquam etiam accipitur pro supernatare, ἐπιπλεῖν, ἐπινήχεσθαι. Plinius, Omnes pisces, quum sunt extincti, fluitant, exceptis anguillis. Aliquando fluitare est nutare, quod Terentius vocat labascere. Tacit. *lib.* 8. Vnde primùm creditur Cecinnæ fides fluitasse. Horat. 2. *Serm. sat.* 3.

——— *in amore hæc sunt mala, bellum,*
Pax rursum: hæc si quis tempestatis propè ritu
Mobilia, & cæca fluitantia sorte laboret
Reddere certa: sibi nihilo plus explicet, ac si
Insanire paret certa ratione.

¶ Tranquillus & quietus, Immoderatè agitatus & fluitans, contraria. Cic. *de Vniuers.* Quicquid erat quod in cernendi sensum caderet, id sibi assumpsit, non tranquillum & quietum, sed immoderatè agitatum & fluitans.

Flūĭdus, a, um, Liquidus & diffluens. {זב *zab* חלק *chalák.* ῥευματώδης. GALL. *Coulant, qui coule & glisse aisément.* ITAL. *Humido, liquido.* GERM. Flüssig. HISP. *Liquido que corre assi como agua.* ANGL. *Flowing, relented, without stiffenesse, or strenth.*} Plin. *lib.* 9. *cap.* 30. Vnum hoc animal nisi viuum feruenti aqua coquatur, fluida carne non habet callum. Senec. *cap.* 11. *de consol. ad Mart.* Ex fluidis contextus homo. Et, putre & fluidum corpus. ¶ Nonnunquam pro languidus, siue marcidus ponitur. Liu. *lib.* 4. *bell. Maced.* vocat corpora Gallorum emollida & fluida.

Fluor iugis imaginum. Apul. *Apol.* 1.

Flūmĕn, inis, Fluuius, hoc est, aqua continuè decurrens, & perennis: & maior est quàm riuus. {נהר *nahár* יאור *jeór.* ποταμός. GALL. *Vn fleuue, vne riuiere.* ITAL. *Fiume.* GERM. Ein wasserfluß/fluß. HISP. *El rio.* ANGL. *A fludde, a riuer.*} Torrens contrà, qui æstate siccatur. Horat. 2. *Carm. Ode* 6.

Dulce pellitis ouibus Galesi
Flumen, & regnata petam Laconi
Rura Phalanto.

Virg. 4. *Georg.*

At mater sonitum thalamo sub fluminis alti
Sensit.

Ouid. 4. *Fast.*

Ingenij currant flumina quanta tui.

Tibull. *lib.* 4.

Curua nec assuetos egerunt flumina cursus.

¶ Flumen hibernum, χείμαῤῥους, torrens. Horat.

——— ——— *ruebat*
Flumen vt hibernum, fertur quo rara securis,

id est, tam concitata oratione rapidáque decurrebat, quàm torrens hibernus deuolui & præcipitari solet per loca abrupta & abscissa, quò rarò solent lignatores accedere propter arduam & erectam inaccessarum rupium montiúmque eminentiam. ¶ Sed quando hoc nomen genitiuo iungitur, capitur pro fluxu, seu cursu, ῥεῦμα. Plin. Ne flumini eius riui esset impedimento. ¶ Hinc Flumentana porta Romæ, quam Tyberis vrbem intrans, in sinistra ripæ parte relinquit: ita dicta quod pars Tyberis per eam partem vbi nunc hæc porta sita est, fluxisse creditur. Autor Festus. ¶ Magno flumini riuulum indicis, μεγάλῳ ποταμῷ ὀχετὸν ἐπάγεις. id est, maximis rebus pusillum & inutile momentum addis. ¶ Flumen etiam vocabulum est Iurisconsultorum in seruitutis

constitu

constitutione, vt stillicidiorum. Paulus *D. lib. 8. tit. 2. l. 28.* Foramen in imo pariete conclauis, vel triclinij quod est proluendi pauimenti causa, id neque flumen esse, neque tempore acquiri placuit.

Flūmĭnĕūs, a, um, vt, Aqua fluminea, quæ ex flumine est. {ποτάμιος. GALL. *De fleuue ou de riuiere.* ITAL. *Di fiume.* GERM. Dem fluß zugehörig. HISP. *Cosa de rio.* ANGL. *Of a riuer.*} Ouid. 4. *Fast.*

Ne sua fluminea corpora mergat aqua.

Idem 2. *Metam.*

Fluminea volucres medio caluêre Caystro.

Flūmĭnōsŭs, a, um, quod fluminibus abundat. {ποταμώδης. GALL. *Plein de riuieres.* ITAL. *Pieno di fiumi.* GERM. Das viel fluß hatt. HISP. *Lleno de rios.* ANGL. *Full of riuiers.*} vt, Regio fluminosa, id est, fluminibus multis irrigua.

Flŭuĭŭs, quod fluat semper, flumen. {נהר nahár יאור ieór. ποταμός. GALL. *Vn fleuue, vne riuiere.* ITAL. *Fiume.* GERM. Ein fluß. HISP. *El rio.* ANGL. *A fludde, a riuer.*} Plaut. *in Curc. sc. 1. a. 1.* Quisnam hic fluuius est quem non recipiat mare? Virg. 3. *Georg.*

——— *& agri*

Corpore prata fugâ, fluuiósque innare rapaces.

Horat. 4. *Carm. Ode 12.*

Nec fluuij strepunt

Hyberna niue turgidi.

¶ Fluuius cum mari certat: ποταμὸς θαλάττῃ ἐρίζει. Vbi minimi cum maximis certamen suscipiunt. Suidas. ¶ Fluuius non semper fert secures. οὐκ ἀεὶ ποταμὸς ἀξίνας φέρει. Non protinus tibi speres idem quod aliis feliciter cessit. Natum ab Apologo Æsopico: Cuidam syluam cædenti securis è manibus excidit. Mercurius inuocatus reddidit argenteam. ¶ Iuxta fluuium puteum fodit. παρὰ ποταμὸν φρέαρ ὀρύττει. de stultam & inanem sumente operam. Putei enim fodiuntur ob aquarum inopiam. ¶ Fluuius quæ procul absunt irrigat. ποταμὸς τὰ πόῤῥω ποτίζει, τὰ δ' ἐγγὺς παραλείπει. id est, Fluuius quæ longè dissita sunt irrigat: quæ proxima sunt præterit. De iis dici conueniet, qui benè merentur de externis, & nihil ad se pertinentibus, suos negligunt. Apparet inde ductum, quòd vbi fluuius oritur, minor esse solet minúsque argillæ secum trahens: & quò longiùs recessit à fonte, hoc est, copiosior vberiórque. Diogenianus. ¶ Per fluuium traducere, διαβιβάζειν τὸν ποταμὸν, dicebantur qui difficultatem explicabant rei, quam imperitiores, aut inualidiores explicare non poterant. Translatum à torrentibus, aut fluuiis profundioribus, quàm vt cuiuis tutum sit trancere. Plato *lib. de leg. 10.*

Flŭuĭālĭs, e, quod ex fluuio est, fluuiatilis. {ποτάμιος. GALL. *De fleuue, de riuiere.* ITAL. *Fluuiale, di fiume.* GERM. Das auß dem fluß ist. HISP. *Cosa de rio.* ANGL. *Of a fludde or riuer.*} vt, Aqua fluuialis, & fluuialis lupus, hoc est, fluuiatilis, qui in fluuio viuit. Columell. *lib. 8. cap. 16.* Virg. 4. *Æneid.*

Dic corpus properet fluuiali spergere lympha.

Idem 2. *Georg.*

Vimina per syluam, & ripis fluuiali. arundo

Caditur.

Flŭuĭātĭlĭs, e, Fluuialis, quod in fluuio viuit. ποτάμιος. vt, Piscis fluuiatilis, fluuiatilis auis, fluuiatilis arena, quæ in fluuiis est. Plinius *lib. 36. cap. 23.* Arenæ tria sunt genera, fossitia, cui quarta pars calcis addi debet: fluuiatilis, ac marina.

Flŭuĭātĭcus, Fluuiatilis. Colum. *lib. 8. c. 15.* Vbi delitescentibus fluuiaticis animalibus insidientur.

Flŭuĭātŭs, a, um, In flumine maceratus. {ὁ ἐν ποταμῷ διαβεβρεγμένος, ὁ καὶ ἀπαλυνθείς. GALL. *Trempé dans vn fleuue.* ITAL. *Bagnato nel fiume.* GERM. Im fluß geneßt oder geweicht, geröstert. HISP. *Mojado nel rio.* ANGL. *Soked in water, and made leane.*} Plin. *lib. 16. cap. 39.* Abietis quæ pars à terra fuit, enodis est: hácque quam diximus ratione decorticatur. Sic dicere possumus cannabem fluuiatam.

Flŭōnĭă, æ, Iuno, quam mulieres colebant, quòd sanguinis fluorem in conceptu retinere putabatur. Bocatius *in Genealogia deorum.*

Flūstrum, i, {שקט schekét. GALL. *Bonace, calme.* ITAL. *Bonaccia.* GERM. Stille des meers. HISP. *Benança, calma.* ANGL. *Calmenesse of the sea.*} Status & tranquillitas maris, quum fluctibus non agitatur, hanc Græci γαλήνην vocant. Autor Festus.

Flūtæ, arum, Anguillæ, siue murænæ dicebantur in freto Siculo, propterea quòd sole torrefactæ, quum se curuare, aut mergere non possint, aquis superfluant. πλῶται. Macrob. *lib. 3. cap. 15.* Accersebantur murænæ ad piscinas nostræ vrbis ab vsque freto Siculo, quod Rhegium à Messana despicit, Græcè πλῶται vocantur. Latinè flutæ, quòd in summo supernantes, sole torrefactæ, curuare se posse, & in aquam mergere desinunt. Col. *lib. 8. c. 17.* Item flutas, quæ maximè probantur, murænas, & si quæ sunt satiales notæ, quarum pretia vigent.

‖Fluto, pro fluito. Vide *Fluta.*‖

Flŭxĭlĭs, Fluuius, Fluxio, Fluxus, vide *Fluo.*

F O

‖Foca, zythus, vox Arab.

Focalbus, marinus piscis. Pap.‖

Fōcālĕ, is, Genus est ligaminis, & fascia quædam collum ambiens, fauces à frigore defendens, & pronuntiationi conducens. {ὠτογραφίδιον, λάρυγγος σκεπαστήριον. GALL. *Vn linge dequoy on enueloppe la gorge.* ITAL. *Fascia da Inuiluppare la gola.* GERM. Ein binden in welche man den halß verwickelt. HISP. *La beca que rodea el cuello.* ANGL. *A tippit defending the chankes frome cauld, a muffler.*} Dictum focale à faucibus au in o mutata, quod etiam contingit in verbis suffoco, & præfoco. Sen. *lib. 3. natur. quæst.* videbis quosdam graciles, & palliolo, focalíque circundatos, pallentes & ægros. Quint. *lib. 11.* Palliolum, sicut fascias, quibus crura vestiantur, & focalia, & ligamina aurium, sola excusare potest valetudo. Horat. 2. *Serm. sat. 3.*

——— *pona insignia morbi*

Fasciolas, cubital, focalia.

Vide Plutarchum in *Demosthene.*

Fŏcānĕus palmes dicitur, qui ex fauce vitis, hoc est, ex bifurco medius erumpit. Colum. *lib. 4. cap. 24.* Vocatur etiam Focaneus palmes, qui solet in bifurco medius prorepere, & idcirco cum prædicto vocabulo rustici appellant, quòd inter duo brachia, quà se diuidit vitis, enatus, velut fauces obsidet, ac vtriusque duramenti alimenta præripit. Idem *lib. 5. cap. 6.* Focaneus est, qui inter duo brachia velut in furca, de medio nascitur. eum colem deterrimum esse comperi, quòd neque fructum ferat, & vtraque brachia, inter quæ natus est, attenuet: ita tollendus est.

Fŏcĭllo, as, significat calefacio, recreo, instauro, reficio, confirmo. {החיה hacháiah ... [illegible] ... ἀναλαμβάνειν. GALL. *Eschauffer, refaire, recreer, conforter.* ITAL. *Riscaldare, ristorare.* GERM. Erwörmen, erquicken. HISP. *Recrear, calentar.* ANGL. *To keep warme, to cherish, to conforte.*} Plin. *lib. 3. epist. 16.* Focillata dixeram, inquit, vobis inuentura, me quamlibet duram ad mortem viam quando vos facilem negassetis. Suet. *in Aug. c. 16.* Antonij societatem semper dubiam & incertam, variisque reconciliationibus malè focillatam abrupit. ¶ Pro eodem etiam quandoque legitur Focillor deponens, quod & Nonius annotauit Varronis testimonio *de vita populi Romani*: Propter secundas res sublato metu, non in communi spectant, sed suum quisque diuersi commodum focillatur, id est, fouet. Focillo, ablatiuo vno l, apud Ouid. *ad Pisonem,*

Sed miserum parua stipe focilat, vt pudibundos

Exercere sales inter conuiuia possit.

¶ Hinc componitur Refocillo, recreo. Focillationes, inquit Festus, à fouendo dicuntur, hoc est, à calefaciendo.

Focula, Foculus, vide *Focus.*

Focunates, Plin. Populi sunt in Alpibus *lib. 3. c. 20.*

Fŏcŭs, i, à fouendo dicitur, id in quo ignis seruatur. {אח ách מוקד mokedh יקוד iakúdh. ἐσχάρα. GALL. *Le fouyer ou l'on garde le feu.* ITAL. *Focolaro, guarda fuogo.* GERM. Ein herdstatt oder feurstatt. HISP. *El lugar dando se haze fuego.* ANGL. *An hearth.*} Plaut. *Prolog. Aulul.* In medio foco aurum defodit, *ibidem sc. 5. a. 2.* Hæc imponentur in foco nostro Lari. *Ibid. sc. 2. a. 3.* Erat tibi negotium ad focum. (de coquo.) Senec. *epist. 79.* Cum opsoniis focos ipsos coqui non transferunt. Mox culina dicitur. Ouid. *lib. 6. Fast.*

At focus à flammis, & quòd fouet omnia dictus.

Idem,

Ture vacent aræ, sténtque sine igne foci.

Tibullus,

Dum meus assiduo luceat igne focus.

Cato *de re rust.* Folia subdito in loco calido, sub testa coquito leuiter. Ponitur etiam quandoque pro priuatis domibus, sicut ara pro templo. Plaut. *in Amph.* Conuenit, victi veri viri sint eo prælio, Vrbem, agrum, aras, focos, séque vti dederent.

Fŏcŭlŭs, i, diminut. {ἐσχάριον. GALL. *Petit foyer, reschaut.* ITAL. *Focarello.* GERM. Ein kleine feurstatt. HISP. *Pequeño hogar.* ANGL. *A litle hearth.*} Plaut. *Capt. sc. 1. a. 4.* Iube epulas foueri foculis ardentibus. Gell. *lib. 2. cap. 19.* Cum illa foculum coram rege cum igni apposuit, & tres libros ex nouem deurit. Valer. *lib. 1.* Q[u]um carbasum quem optimum habeat, foculo imposuisset, subitò ignis emicuit.

Fōcŭlă, orum, Nutrimenta. {מזון mazón. τροφαί. GALL. *Nourrissemens.* ITAL. *Nodrimenti.* GERM. Nahrung. HISP. *Mantenemientos.* ANGL. *Nurishmentes.*} Plaut. *in Persa,* Nam iam intus ventris fumant focula. Ex Nonio.

‖Foculare est locus, vbi focus statuitur. GERM. Herdstatt.‖

Fŏcārĭŭs panis, qui in foco coquitur. {ἐγκρυφίας ἄρτος. GALL. *Pain cuit sous les cendres, & au foyer.* ITAL. *Pane cotto sotto il cenere.* GERM. Kuchen. HISP. *Pan cozido en padilla ò al hogar.* ANGL. *Bread baken on the hearth.*} qui & subcinericius appellatur, ἐσχαρίτης.

Focaria, æ, à veteribus dicebatur concubina quam domi habebant ad curam rei domesticæ. {פילגש pilegéscb. οἰκίδιον παλλακίς, quasi ... [illegible] GALL. *Concubine ordinaire à pot & à feu.* ITAL. *Concubina.* GERM. Ein köchin, ein magd. HISP. *Manceba abarraganada.* ANGL. *A concubine for the pote and fyre.*} *In l. 3. de donat. inter virum & vxorem.* Si ancillam nummis tuis comparatam esse, præsidi prouinciæ probaueris, donationisque causa focariæ tuæ nomine instrumentum emptionis esse conscriptum: eam tibi restitui iubebit. Nam licèt cessante iure matrimonij, donatio perfici potuerit, milites tamen meos à focariis suis hac ratione, hísque adulationibus spoliari nolo.

Focarij serui, qui focum curant, dicuntur *in l. 1. naut. caup. stabu. l. 12. & 15. D. de institut.*

‖Foculo, foueo, à *Focula.*‖

Fodire, pro fodere dixerunt veteres, teste Festo.

Fŏdĭo, is, fodi, fossum. à βόθρος, βόθυνος, hinc fouea. Pala aliòve ferramento terram, aliúdve quid eruo. {חפר chapbár כרה charah חתר chathar. ὀρύττω. GALL. *Fouir & creuser la terre, percer.* ITAL. *Cauare, fossare.* GERM. Graben. HISP. *Cauar, ò horadar.* ANGL. *To digge or diche.*} Plaut. *Most. sc. 1. a. 2.* Miserum est opus fodere puteum, vbi fauces sitis tenet. Gellius *cap. 6. lib. 6.* Fodere puteum strenue in militia. Ouid. *Eleg. 12. lib. 3. Trist.*

———*iacet duro non fodiantur aqua.*

Plaut. *in Rudent.* Nostro illum puteum periculo & ferramentis fodimus. Liu. 25. *bell. Pun.* In Melessum finibus est sita Hispania gentis ager frugifer: argentum etiam incolæ fodiunt. Sic fodere metallum. Plin. *lib. 2. cap. 63.* Fodere ense iugulum, hoc est, percutere, seu ferire. Mart. *lib. 1.* Fodere stimulis est pungere. Cicer. 2. *Philipp.* & Plaut. *Men. sc. 5. a. 5.* Te pendentem stimulis fodiam 30. dies. Idem *Curc. sc. 1. a. 1.* Stimulo fodere iubet te. Idem *Milit. sc. 4. a. 3.* Non possunt mihi tuis minacus oculi fodiri. Idem *Amphitr.* Agrum sterilem fodiendum locare. Idem *Aulul. sc. 2. a. 3.* Malè factum arbitror, quia non latus fodi. Ouid. *lib. 5. Fastor.*

Cum leuis Aonia vngula (Pegasi) fodit aquas.

Fodere calcaribus. Virg. *Æneid. 6.*

Seu spumantis equi foderet calcaribus armos.

¶ Dicitur etiam fodire per quartam verborum coniugationem. Colum. *lib. 11. cap. 2.* Runcari & adhuc fodire possunt. Idem de arboribus, Sed omnibus annis ante cal. Mart. fodiri & interputari oportet. Hinc *Fouea,* de quo infra. Huius composita sunt, Affodio, vide suo loco. Confodio,

quod

quod est cauo, siue in totum fodio. διορύττω. Plaut. *in Aul.* Hic apud me confodere hortum iussi. Interdum transuerbero, occido. Salust. *in Catil.* Inter confertissimos occurrit, ibique pugnando confoditur, διελαύνεται. ¶ Circumfodio, terram circumquaque fodio, περιορύττω. Colum. *lib.* 1. Arborem quam deposueris, sæpiùs circumfodito. Defodio, κατορύττω, vide suo loco. ¶ Effodio, extrà fodio, vel fodiendo eiicio, ἐξορύττω. Plaut. *in Aulul.* Oculos hercle istos improba effodiam tibi, ne me obseruare possis, si quid rerum geram. ¶ Infodio, intus planto, seu defodiendo sepelio, ἀνορύττω. Col. *lib.* 4. Campestris locus altè duos pedes infodiendus est. Virg. *lib.* 2. *Georg.*

Antè supinatas aquiloni ostendere glebas.

Quàm laetum infodias vitis genus. id est, obruas.

¶ Perfodio, rumpo, ferio, perforo, διορύττω. Plaut. *in Asin.* Vbi parietes perfoderis. Colum. *lib.* 11.

Tu grauibus rastris cunctantia perfode terga.

Lactant. *lib.* 4. Sed tantummodo latus eius perfoderunt. Gell. *lib.* 2. Quadringenti omnes tum vnum perfossi gladiis, aut missilibus operti cadunt. ¶ Præfodio, antè fodio. Plin. *lib.* 17. *cap.* 11. Præfodere scrobes antè, si fieri posset, tantò, donec pingui cespite obducantur. ¶ Refodio, rursus fodio, ἀνορύττω. Plin. Mus marinus in terras, scrobe effossa, parit oua, & rursus obruit terra, tricesima die refossa, parit, fœtúmque in aquam ducit. ¶ Suffodio, subtercauo, ὑπορύττω. Colum. *lib.* 2. Neque suem velimus impasci, quoniam rostro suffodiat & cespites excitet. ¶ Transfodio, transuerbero, ab vno latere ad aliud fodio, διελαύνω, διορύττω. Ouidius,

——Gemino fodit vlcere pectus.

Et omnia habent fo syllabam correptam in omnibus temporibus à præsenti manantibus. Nam quæ à præterito fiunt, eandem producunt.

Fŏdĭco, as, Stimulare, pungere, vellere, siue fodere. {דקר *dikér* מחץ *machátz*. νύττειν. Gall. *Piquer, percer.* Ital. *Stimulare, pungere, cauare.* Germ. Grublen. Hisp. *Punçar, pecilgar, o escauar.* Angl. *To pricke, to pearse.*} Horatius,

——emanus

Qui fodicet latus.

¶ Per translationem accipitur pro angere, siue dolore afficere. Cic. 3. *Tuscul.* Non est enim in nostra potestate, fodicantibus iis rebus quas malas esse opinamur, dissimulatio, vel obliuio. ¶ Fodicare animum. Plautus *Bacch.* quia isthæc lepida sunt memoratu; Eadem in vsu, atque vbi periculum facias aculeata sunt. Animum fodicant, bona distimulant facta, & famam sauciant.

Fŏdĭnă, æ, Locus vbi quid effoditur. {מכרה *mickréh*. μέταλλον. Gall. *Vne mine, vne carriere, où on tire quelque metal ou autre chose.* Ital. *Minera.* Germ. Ein grub in deren man etwas grabt/als ein Erzgrub. Hisp. *Lugar donde algo se saca y se caua.* Angl. *A mine.*} Vt, Auri fodina, vbi foditur aurum: argenti fodina, vbi effoditur argentum. Plin. *lib.* 33. *cap.* 6. Odor ex argenti fodinis inimicus omnibus animalibus, sed maximè canibus.

Fŏssă, æ, locus est vnde effossa est terra. {פחת *pacháth* בור *bór*. ὄρυγμα, βόθρος. Gall. *Fosse, ou fossé.* Ital. *Fosse.* Germ. Ein graben oder ein grub. Hisp. *Caua, ò hoyo.* Angl. *A diche, licke, or meate.*} Columell. *de arbor.* Priusquam pomarium constituas, quàm magnum habere voles, circummunito maceria, aut fossa. Cicer. 5. *Tuscul.* Transitum fossæ ponticulo ligneo coniungere. Vlpianus scribit fossam esse receptaculum aquæ manufactum, ad castra, seu vrbes oppidáve, aut alia huiusmodi munienda. Cicer. *ad Attic. lib.* 4. Pop. Rom. exercitus Cn. Pompeium circumsidet, fossa & vallo septum tenet. Cæsar 2. *bell. Gall.* Castra in altitudinem pedum duodecim, vallo fossáque duodeuiginti muniri iubet. Tibull. *lib.* 4. Qua deceat tutam castris perducere fossam. Ouid. 13. *Metam.*

——Fossas munimine cingo.

¶ Fossæ Marianæ locus, vbi & vnde. Plutarch. *in Mario.*

Fŏssŭlă, diminut. parua fossa. {ὀρυγμάτιον. Gall. *Fossette, petite fosse.* Ital. *Fossitella, fossetta.* Germ. Ein gräblein. Hisp. *Pequeña caua, ò hoyo.* Angl. *A litle diche.*} Cato *de re rustic. cap.* 161. Deinde fossulas facito qua radices asparagi demittas. Columell. *lib.* 11. *cap.* 3. Singulis fossulis disponas.

Fossatum, i, idem quod fossa. Plin. *lib.* 17. *cap.* 21. Fossatum purgari & extendi ne crudum relinquatur. Vegetius *cap.* 16. *lib.* 4.

Fŏssŏr, qui fodit, {חפר *chopér* כורה *coréh*. σκαπανεύς, ὀρυκτής. Gall. *Fouysseur, fossoyeur, pionnier.* Ital. *Zappatore, cauatore.* Germ. Ein graber/ein fucht. Hisp. *Cauador.* Angl. *A dicher.*} Virgil. 2. *Georg.*

Et labefacta mouens robustus iugera fossor.

Rigidus fossor. Mart. *lib.* 7. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 4 *Trist.*

Hoc est cur cantet vinctus quoque compede fossor.

Fŏssĭo, ipsa fodiendi actio. {ὄρυξις. Gall. *Fouyssement.* Ital. *Cauamento.* Germ. Grabung. Hisp. *Cauazon, ò la obra de cauar.* Angl. *A diching.*} Col. *lib.* 5. Deinde malleolo inter ordines posito, crebris fossionibus pastinatum resoluere.

Fŏssūră, æ, Fossio, {ὀρυγμα, διορυγή. Gall. *Fouyssure, fouyssement.* Ital. *Cauatura.* Germ. Grabung. Hisp. *Cauazon, cauadura.* Angl. *A diching.*} Columell. *lib.* 5. Hanc planam fossuram maximè nos probauimus. Numerus autem fossionis, aut idem debet esse qui primi anni, aut vna minus. Suetonius *in Calig. cap.* 37. Complanat fossuris montium iuga, incredibili celeritate, cum moræ culpa capite lueretur.

Fŏssĭlĭs, e, quod foditur, siue quod fodi potest. {ὀρυκτός. Gall. *Qu'on fouyt & tire, ou qu'on peut fouyr & tirer de terre.* Ital. *Che si puo cauare.* Germ. Das gut zugraben ist. Hisp. *Cosa cauadiza.* Angl. *That is or may be digged out of the earth.*} Plin. *lib.* 36. *c.* 18. Theophrastus autor est & ebur fossile candido & nigro colore inueniri, & ossa è terra nasci. Idem *lib.* 33. *c.* 6. Tum salem fossilem adiiciunt, id est, qui foditur. Varr. 1. *de re rust.* Melior fossilis sal, quàm marinus.

Fŏssĭtĭus, a, um, fossilis, quod scilicet è terra effoditur. {ὀρυκτός. Angl. *Digged out of the earth.*} Plin. *lib.* 36. *c.* 23. Arenæ tria genera: fossitiæ, cui quarta pars calcis addi debet, fluuiatilis, aut marinæ tertia.

¶Fodo, as. Fest. fodare, fodere.

Fodrum, vel foderum, vox Longobardica, significat animam.¶

Fœcīālĭs, vide *Fecialis.*

Fœcūndŭs, a, um, ex facio & vnda: vel à copia fœtus. Ferax, fertilis. {פורה *poréh*. εὔφορος. Gall. *Fecond, fertile.* Ital. *Fecundo, fertile, abundante.* Germ. Fruchtbar. Hisp. *Cosa fertil, ò copiosa.* Angl. *Fruit full, fertile, rancke.* Ouid. *lib.* 4. *Fast.*

Forda ferens bos est fœcundaque, dicta ferendo.

Colum. *lib.* 8. *c.* 14. Id neque æquè fœcundum est, nec tam pretiosum. Plaut. *in Cistel.* Namque ecastor amor & melle & felle est fœcundissimus. Ouid. *lib.* 5. *Fast.*

Est mihi fœcundus dotalibus hortus in agris.

Tibull. *lib.* 4.

Horrea fœcundis indeficientia mensis.

Ibidem,

Centum fœcundos Titan renouauerit annos.

¶ Fœcunda negotia. Senec. *cap.* 5. *de tranquill.* Non tam magna, quàm fœcunda negotia. ¶ Fœcunda aqua, pro fœcundo ingenio. Ouid. *Eleg.* 7. *libr.* 3.

Ne malè fœcunda vena periret aqua.

¶ Cum genitiuo sæpiùs iungitur. Annonæ fœcunda prouincia, Tacit. *lib.* 17. Fœcunda metallorum terra. Plin. *lib.* 33. *c.* 4. Italiæ parcitum est vetere interdicto Patrum, vt diximus: alioqui nulla fœcundior metallorum quoque erat tellus. Fœcundam esse, de muliere quoque dicitur, quæ fert vterum. Ouid. 2. *Metam.*

Vt fœcunda fores, fieretque iniuria partu Nota.

Interdum sumitur pro abundanti & pleno. Horat.

Fœcundi calices quem non fecere disertum?

⚹ Infœcundus, id est, non ferax: inde infœcunditas.

Fœcŭndĭtās, Abundantia, vbertas, feracitas. {שבע *sobáh*. πολυθορία, εὐφορία, ἀφθονία. Gall. *Fecondité, fertilité.* Ital. *Fertilità, abondanza.* Germ. Fruchtbarkeit/volle. Hisp. *Fertilidad ò copia.* Angl. *Fruitfulnesse, fertilitie.*} Plin. *lib.* 20. *c.* 6. Fœcunditatem fœminarum hoc cibo augeri. Cic. 1. *de nat. deor.* Aquarum inductionibus terris fœcunditatem damus. Fœcunditas animi. Plin. *in præf. lib.* 3.

Fœcŭndē, aduerb. {εὐφόρως, γονίμως, ἀφθόνως. Gall. *Fertilement, plantureusement, abondamment.* Ital. & Hisp. *Fertilmente, abondantemente.* Angl. *Fertilly, abundantly.*} Plin. *lib.* 6. *cap.* 36. Atque etiam recisa fœcundiùs resurgit.

¶Fœcundi spices, fertiles Dex. Gloss. Isid.¶

Fœcŭndo, as, Abundantem, seu fructiferum facio. {הפרה *hiphráh*. καρπίζω, γονίμους ποιῶ. Gall. *Faire fertile.* Ital. *Far fertile, abundante.* Germ. Fruchtbar machen. Hisp. *Hazer fertile y copioso.* Angl. *To mak fruit full.*} Virg. *lib.* 4. *Georg.*

Et viridem Ægyptum nigra fœcundat arena.

Fœdŭs, eris, vt quibusdam placet, cum œ diphthongo, vt e longa sit, quoniam ferio e breue habeat. {ברית *berith*. σπονδή, συνθήκη, τὸ ἐνσπόνδον. Gall. *Alliance, confederation, appointement, traité de paix.* Ital. *Lega, confederatione.* Germ. Ein bunde/bündnuß. Hisp. *Confederacion ò liga.* Angl. *A league, couenant, or bande of peace.*} Fœdus pro hœdo, veteres dicebant, vt fordeum, pro hordeo, &c. Ter. Scaur. *de Orthograph.* Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Quàm non legitimo fœdere iunctus amor.

Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 5. Ab hero ad herum meum maiorem venio fœdus commemoratum, (i. pactum.) ¶ Reddere fœdus, pro ferire & contrahere, Liu. *lib.* 8. *ab vrb.* Propriè enim fœdus pacem significat, quæ feritur inter dimicantes. Hinc Plaut. *Amphitr. sc.* 1. *a.* 1. Pacem feci, fœdus feci, vera dico. Quidam huius nominis etymologiam manasse putant à Fecialibus per quos fiebant fœdera. Alij à fide, quia in fœdere interponebatur fides. Itaque Ennius, vt est apud Varronem, fidus dixit pro fœdus. Alij à fœdè cædendo, nam ad fœdera sancienda vtrinque Feciales adhibebantur, qui firmato fœdere porcam cædebant silice: eiusmodi exitium imprecantes capiti illius qui prior fœdus violasset: de qua re vide Liu. *lib.* 1. vbi ritum & formulam antiquissimi fœderis inter Pop. Rom. Regem & Albanorum Dictatorem icti, latissimè exequitur. Tangit etiam Suet. *in Claud. c.* 25. cùm ait: Cum regibus fœdus in foro icit, porca cæsa, ac vetere Fecialium præfatione adhibita. Tria autem (vt idem Liuius ostendit *lib.* 34.) erant fœderum genera, quibus populi & reges mutuas amicitias inibant. Vnum, quum bello victis dictis dicebantur leges. Vbi enim omnia ei, qui armis plus posset, dedita essent quæ ex iis habere victos, quibus mulctari eos vellet, victoris arbitrium erat. Alterum quum pares bello, æquo fœdere in pacem atque amicitiam veniebant, redditis per conuentionem iis rebus quarum bello turbata erat possessio. Tertium qui quum hostes nunquam fuissent, ad amicitiam sociali fœdere iungendam coibant. ¶ Accipitur etiam fœdus pro necessitudinis alicuius vinculo: vt fœdera amicitiæ dicimus pro necessitudine illa quæ est inter amicos. Ouid. 3. *Trist. Eleg.* 6.

Fœdus amicitiæ nec vis charissime nostræ:

Nec si fortè velis, dissimulare potes.

¶ Fœdera lecti, pro coniugali vinculo. Lucan. *lib.* 2.

—— da fœdera prisci

Illibata tori, da tantùm nomen inane

Connubij.

Fœdus coniugale. Ouid. 11. *Metam.* ¶ Accipitur etiam quandoque pro lege, vt apud Virg. *lib.* 1. *Æneid.*

——Regémque dedit qui fœdere certo

Et premere & laxas sciret dare iussus habenas.

¶ Facere fœdus cum aliquo. Cic. *de senect.* Quum sententia Senatus inclinaret ad pacem & fœdus faciendum cum Pyrrho, non dubitauit. ¶ Ferire fœdera. Cic. *pro Cælio.* Ideóne ego pacem Pyrrhi diremi, vt tu amorum turpissimorum quotidie fœdera ferires? Firmare fœdera. Virg. *lib.* 11. *Æneid*

——firmabant fœdera dictis.

¶ Fœdus pro fœditate legitur apud Paulum *in l.* 3. *de ritu nupt.* Nec n. honos ei seruatur, quæ se in tantum fœdus deduxit. Nisi rectiùs ibi legatur, *Scelus*, quemadmodum vulgati codices habent.

¶Fœdera

[Fœderaticum, φοιδεράτικον, ſtipendium fœderatorum. Nouell. Iuſt. 147. & Iuſtini 1.]

Fœdifrăgŭs, Qui fœdera fregit. {σπονδοφθόρος. GALL. *Qui rompt l'alliance ou appointement.* ITAL. *Che rompe patti.* GERM. Bundtbrüchtig. HISP. *Que brantador de pazes.* ANGL. *A breaker of leagues.*} Cic. 1. *Offic.* Pœni fœdifragi, crudelis Annibal.

Fœderatus, a, um. GALL. *Confederé, allié.* Vnde Fœderatæ ciuitates: & Fœderati dicuntur populi qui fœdere & amicitia ſunt coniuncti. {אנשי ברית *anſche berith.* ἔνσπονδοι, σύμμαχοι. GALL. *Confederez, alliez.* ITAL. *Confederati, vniti.* GERM. Bundtsgenoſſen/eydtgenoſſen. HISP. *Confederados ò aliados.* ANGL. *Thay hath made aleague together.*} Nanque inter ciuitates prouinciarum, aliæ ciuium Romanorum, aliæ Latinorum veterum, aliæ fœderatorum, aliæ ſtipendiariæ dicebantur, ἔνσπονδοι πόλεις. Suet. *in Calig.* Domi, foriſque ciuilis, libera ac fœderata oppida ſine lictoribus adibat. Cic. 1. *de Orat.* Si quis apud nos ſeruiſſet ex populo fœderato, ſeſéque liberaſſet. Idem 5. *Verr.* Fœderatæ ciuitates duæ ſunt, Mamertina, & Tauromitiana. Idem *pro Archia,* Si qui fœderatis ciuitatibus aſcripti eſſent. ¶ Quaſdam fœderatas vrbes, ad exitium licentiâ præcipites, (Auguſtus) libertate priuauit. Suet. *in Auguſt. cap.* 47.

Fœdero, fœdere facto concilio. Cornel. Tacit. *lib.* 10. Donec egregia erga populum Rom. merita, mox rebelles fœderant.

FOEDŬS, a, um, quod eſt deforme. {שחור *ſchechar* טמא *tamé* צא *tſo.* αἰσχρός, δυσειδής. GALL. *Laid, ord, infect, vilain.* ITAL. *Sozzo, laido, brutto.* GERM. Wüſt/heßlich/unflätig. HISP. *Coſa fea, ò feada.* ANGL. *Loſiled, ieylad, deformed.*} Terent. *in Eunucho.* Nunc eò tibi videtur fœdus, quia illam non habet. Cic. *ad Attic. lib.* 15. Parúmque fœda perſona eſt ſenectutis. Plin. *lib.* 11. *cap.* 19. Odere fœdos odores, proculque fugiunt. ¶ Ponitur quandoque pro execrando. Virg. *lib.* 8.

——— auerſúſque refugit
Fœda miniſteria.

¶ Quandoque pro crudeli. Terent. *in Eunuch.* O facinus fœdum! Donatus, fœdum crudele. Ea enim quæ crudelia ſunt & nefaria, ipſa crudelitate fœda & maculoſa dici poſſunt. Sic dicimus fœdum exemplum, quod crudelitatis, & turpitudinis plenum eſt. Liu. 7. *bell. Pun.* Qui neque magiſtratum continuari ſatis ciuile aiebant, & multò fœdioris exempli eum ipſum creari, qui comitia haberet. Apud Liuium nihil frequentius, quàm fœda clades, peſtilentia, ſtrages.

Fœdo, as, are, Polluere, inquinare. {טמא *timmé* μιαίνειν, μολύνειν. GALL. *Vilener, honnir, enlaidir, maculer, fouiller, deshonnorer.* ITAL. *bruttare, imbrattare.* GERM. Verwüſten/heßlich machen. HISP. *Enſuziar, ò ſuziar lo hermoſo.* ANGL. *To deſyle, to deforme, to work villanie.*} Virg. 2. *Æneid.*

——— quæ cauſa indigna ſerenos
Fœdauit vultus?

Per tranſlationem accipitur pro dehoneſtare. Cato apud Plinium *lib.* 29. *cap.* 1. Nos quoque dictitant Barbaros: & ſpurcius nos, quàm alios Opicos appellatione fœdant, hoc eſt, conſpurcant, & dehoneſtant. ¶ Accipitur etiam pro dilacerare, frangere, vel corrumpere. Virg. 1. *Æneid.*

Impulerat ferro Argolicas fœdare latebras.

Liu. *lib.* 3. *ab Vrbe,* Vis Sabinorum ingens propè ad mœnia vrbis infeſta populatione venit: fœdati agri, terror iniectus vrbi eſt. Plaut. *Amph.* Fœdant & proterunt hoſtium copias. Tibull. *lib.* 4.

Victa Maronæo fœdatus lumina Baccho.

Fœdē, aduerb. Turpiter. {αἰσχρῶς. GALL. *Vilainement, ordement, laidement.* ITAL. *Bruttamente, crudelmente.* GERM. Vnflätig/ſchantlich. HISP. *Feamente y deshoneſtamente, ò cruelmente.* ANGL. *Filthelie.*} Liu. 2. *ab Vrbe,* Non minore motu animorum Siccij cædis memoria renouata, quàm quòd noua fama Virginia adeò fœdè ad libidinem petita accenderat. Fœdè diuexari. Cic. 1. *Tuſc.* Fœdè interemptus, Liu. 3. *bell. Pun.* Admiſſum fœdè, dictúmque ſuperbè, Lucr. *lib.* 5. Fœdiſſimè cauſam agere, Cic. *Attic. lib.* 9.

Fœdĭtās, atis, Turpitudo. {שערורה *ſchaharurah* טמאה *tumeáh.* αἰσχρότης. GALL. *Saleté, laideté ou laideur, vilenie, ordure.* ITAL. *Bruttezza.* GERM. Heßligkeit/wüſte. HISP. *Suziedad, fealdad.* ANGL. *Filthineſſe, dishoneſtie, ill fauoredneſſe.*} Liu. *lib.* 15. Diuiſa à corpore capita, patentiáque viſcera, & fœditatem aliam vulnerum viderent. Cic. *lib.* 3 *de finib.* Niſi eos per ſe fœditate ſua turpitudo ipſa deterreat. Liu. 1. *ab Vrbe.* Auertêre omnes à tanta fœditate ſpectaculi oculos. Quintilian. Inenarrabili fœditate palleſcet. (Luna.)

Fœlix, cum ſuis deriuatis, vide ſuprà in dictione *Felix.*

Fœmĕn, vide *Femen.*

Fœmĭna, æ, Latioris ſignificationis eſt quàm mulier. Nam non ſolùm de hominum genere, verumetiam de brutis & plantis dicitur, deſcenditque a fœtu. {נקבה *nekebah.* γυνή, θήλεια. GALL. *Femelle, femme.* ITAL. *Femmina.* GERM. Ein weibßbild/ein fraw. HISP. *Hembra en todo genero de animales.* ANGL. *The female.*} Velleius, Mollitiis fluens. Plaut. *Mil. ſc.* 6. *a.* 2. Da mihi optima fœmina manum. Liu. *lib.* 34. Fœminæ magiſtratus, & ſacerdotia & triumphi non contingunt. Tamen Cic. apud Gell. *c.* 19. *lib.* 13. Sacerdotes quoque fœminas fuiſſe ſcribit, eáſque Antiſtas appellatas. ¶ Fœminæ vni Tarratiæ datum ius dicendi teſtimonij. Gell. *c.* 7. *lib.* 6. ¶ Fœminæ non poſſunt arrogari. Gell. *cap.* 19. *lib.* 5. Item nulla comitiorum communio eſt cum fœminis. Item, fœminæ ſunt in parentum poteſtate. Idem *ibid.* Plaut. *in Perſa.* —qui Atticam hodie ciuitatem Maiorem feci, atque auxi ciui fœmina. Plin. *in Epiſt.* Habebat illa pantomimos, fouebátque effuſius, quàm principi fœminæ conueniret. ¶ De brutis, Gell. *c.* 2. *lib.* 2. Fœminæ ſues. Idem *c.* 3. *lib.* 4. Agnum fœminam cædito. Plin. *lib.* 9. *c.* 50. Fœmina piſcis coitus tempore marem ſequitur. Idem *lib.* 2. *cap.* 18. de chamæleonte herba, Ex nigris aliqui marem dixere, cui flos purpureus eſſet: & fœminam, cui violaceus. [¶ Fœmina maſcularis, Virago. Tertull.

Fœmĭlla, & fœminula, parua fœmina.

Fœmellarius, mulieroſus, fœminis deditus Gloſſ A.L.]

Fœmĭnal, is, pudendum muliebre, interfemineum. χοῖρος. Apuleius *in Apologia.* Sed enim fœminal nullo pacto reperiens munditer dicere, ad mea ſcripta confugit.

Fœmĭnĕŭs, a, um, & Fœmininus, a, um. {θηλυκός. GALL. *De femelle, ou de femme.* ITAL. *Coſa da femmina.* GERM. Weibiſch. HISP. *Coſa de hembra.* ANGL. *Of the female kinde.*} Virg. 11. *Æneid.*

Fœmineo prædæ & ſpoliorum ardebat amore.

Vbi Seruius, fœmineo, impatienti, irrationabili. *Ibid.* Fœmineum cœli clamorem ad ſydera tollunt. Ouid. 13. *Metam.*

Arma ego fœmineis, &c. Merebitur inferni.

Plin. *lib.* 2. *c.* 101. Fœmineum Lunæ, ac molle ſidus. Quint. *lib.* 1. *cap.* 14. Quæ aut fœminina poſitione mares, aut neutrali fœminas ſignificant. ¶ Diminutiua Fœmella, & fœminula, γυναικίον, γυναικάριον. A fœmina, etiam fit Effœmino, ἐκθηλύνω, de quo ſuo loco.

Fœnārĭŭs, vide *Fœnum.*

Fœnĕbrĭs, Fœneratitius, Fœnero, vide *Fœnus.*

FOENICŬLVM, i, q. ὑπομάραθρον à fœnum. Aliis q. phœnoculum, ex φαίνω & oculus, quòd acuat viſum. Herba eſt nota, à fœnore, vt quidam exiſtimant, dicta quòd ſemen hoc terræ mandatum magno fœnore reddat fructum. {μάραθρον. GALL. *Fenouil.* ITAL. *Finocchio.* GERM. Fenchel. HISP. *Hinojo.* ANGL. *Fenell.*} Plaut. *Pſeud. ſc.* 2. *a.* 3. Indunt Coriandrum, fœniculum, allium. Plin. *lib.* 20. *c.* 23. Fœniculum nobilitauêre ſerpentes, guſtatu ſenectam exuendo, oculorúmque aciem ſucco eius reficiendo. Vnde intellectum eſt hominum quoque caliginem præcipuè eo leuari. Eius iuuamenta lege apud Dioſc. *lib.* 3. *c.* 179.

Fœnum, i, q. boenum, à boue. Herba in pabulum reſecta ita dicta à fœnore, quòd ſine cura fœnus præbeat: vel à fœtu, quòd herbæ eædem manentes quotannis nouas pariant. {חציר *hatzir.* χόρτος. GALL. *Du foin, herbe ſeche & mangeaille pour les beſtes.* ITAL. *Fieno.* GERM. Hew. HISP. *El heno.* ANGL. *Haye.*} Columell. *lib.* 2. *cap.* 19. Sic enim commodiſſimè fœnum defenditur à pluuis. Ouid. 3. *Faſt.* De fœno ſigna & Manipuli. Vide & Martial. *epigr.* 162. Fœnum eſſe, prouerbiali figura dixit Cicer. *lib.* 2. *de Orat.* in indoctos ac brutos homines, qui ſcilicet pecudibus ſunt æquandi: nam fœno victitant boues. ¶ Fœnum habet in cornu. In homines maledicos ac feroces dicitur. Horat. *Satyr.* 4. *lib.* 1. *Serm.*

Fœnum habet in cornu, longè fuge.

Vnde id prouerbium ortum ſit, docet Plutarch. *in Craſſo.* Inde tranſlatum, vt Acroni placet, quòd antiquitùs bubus cornipetis fœnum pro ſigno in cornu appenderetur, quo ſibi cauerent qui fortè occurriſſent.

[Fœnea poſſeſſio. ἀγρὸς εἰς νομήν. à fœno. *l. priuilegia* 17. §. 1. *C. de ſacroſ. Eccl.*]

Fœnea, orum, Simulachra ex fœno, quæ fiebant ad irritandos in ſpectaculis tauros. Aſcon. *in orat. pro Cornelio de Maieſtate.* Budæus.

Fœnārĭŭs, a, um, ὁ τοῦ χόρτου. quod ad fœnum pertinet, vt, Falces fœnariæ, quibus fœnum ſecamus. {χορτοκόποι δρέπανα. GALL. *Faux à faucher le foin.* ITAL. *Falci da fieno.* GERM. Das zu dem hew gehört. HISP. *Las guadañas.* ANGL. *A ſieth to mowe haye with.*}

Fœnĭcŭlārĭum, ij, (vt quidam interpretantur) eſt ipſa fœni reſectio, vel tempus illud quo fœnum ſecatur. {ANGL. *To mowing, or mowing tyme of haye.*} Cic. *lib.* 12. *ad Attic.* Scribe, quæſo, quid referat Celer egiſſe Cæſarem cum candidatis: verùm ipſe in fœnicularium, an in campum Martium cogitet. Quem locum ſic exponit interpres, In fœnicularium. id eſt, in aciem ad exercitum, quando fœnum ſucciditur à militibus falculariam facientibus.

Fœnīlĕ, locus eſt in quo aſſeruatur fœnum. {χορτών. GALL. *Fenil, feniere, où on garde le foin.* ITAL. *Fienile, doue ſi tiene il fieno.* GERM. Ein ſcheuren/ ein ſtadel oder hewhauß. HISP. *El lugar donde ſe guarda el heno.* ANGL. *An haye houſe or loft, an hay mowe or reeke.*} Ouid. 6. *Metam.*

Non ſecus exarſit conſpectâ virgine Tereus,
Quàm ſi quis canis ignem ſuppenat ariſtis,
Aut frondem, poſitáſque cremet fœnilibus herbas.

Virg. 3. *Georg.*

——— nec tota claudas fœnilia bruma.

Columell. *lib.* 6. *cap.* 6. Pars autem fructuaria diuiditur in cellam oleariam, torculariam, cellam vinariam, defrutariam, fœnilia, paleariáque.

Fœnĭſĕx, fœniſecis, qui fœnum ſecat. {χορτοκόπος. GALL. *Faucheur de prez.* ITAL. *Segatore de fieno, fenaiuolo.* GERM. Ein mäyer. HISP. *El que ſiega ò corta el heno.* ANGL. *A mower of haye.*} Plin. *lib.* 18. *c.* 29. Igitur cornu propter oleum ad crus ligato fœniſex incedebat.

Fœnĭſĕcă, æ, idem. {ANGL. *A mower of haye.*} Perſius. *Satyr.* 6.

Fœniſecæ craſſo vitiarunt vnguine pultes.

Varr. *de re ruſt. lib.* 1. *c.* 49. Ita necubi ferramentum fœniſecæ poſſit offendere. Idem *paulò pòſt.* Sicilienda prata, id eſt, falcibus conſectanda, quæ fœniſecæ præterirent.

Fœnĭſĕcĭum, ij, ipſa fœni ſectio, & veluti meſſis fœni. {χορτοκοπία. GALL. *Fauchement de prez, ou la ſaiſon de les faucher.* ITAL. *Raccolta del fieno.* GERM. Der hewet oder mäyen. HISP. *Segazon del heno con guadagna.* ANGL. *The haye harueſt, or haye tyme.*} Varr. *de re ruſt.* Nec primo anno rigari, nec paſci ante ſecunda fœniſecia, ne herbæ vellantur, obtritǽque hebetentur. Col. *lib.* 2. *c.* 18. Altero tamen anno minora pecora pòſt fœniſecia permittemus admitti.

Fœnĭſĭcĭă, æ, Fœniſecium. {ANGL. *The haye harueſt.*} Varro *de re ruſtic. lib.* 1. *cap.* 49. Primùm de pratis ſummiſſis herba quum creſcere deſiit, & æſtibus areſcit, ſubſecari falcibus debet, & quoad peraréſcat, furcillis verſari: quum peraruit, de ea manipulos fieri ac vehi ad villam. Tum de pratis ſtipulam raſtellis eradi, atque addere fœniſiciæ cumulum.

[Fœnitium, vide *Phœnicium.*]

Fœnumgræcum. {τῆλις. GALL. *Vne herbe nommée Senegré.* ITAL. *Fienogreco.* GERM. Griechiſch hew oder bockshorn. HISP. *Las alholuas.*} Genus herbæ eſt, (vt inquit Plin. *lib.* 24. *c. vlt.*) quàm alij telin vocant, alij carphos: aliqui buceras, alij ægoceras, quoniam ſiliquas habet corniculis ſimiles: vnde & ſiliquam vocat Colum. *lib.* 11. *c.* 2.

FOENŬS, oris, (vt oſtendit Gellius *cap.* 12. *lib.* 16. *ex lib.* 3. Varr. *de lingua Latina*) idem eſt quòd vſura, ita dictum à fœtu: quòd ſit fœtura pecuniæ. {נשך *neſchech* תרבית *tarbith.* τόκος. GALL. *Vſure.* ITAL. *Viura.*

GERM.

GERM. Wucher. HISP. *El logro ò renuevo, ò vsura.* ANGL. *Gaine by money lent, vsurie.*} Nihil enim aliud est fœnus, quam fœtus, hoc est, partus pecuniæ. Quidam tamen à fundo, quod cum o, non cum u, apud antiquos scribebatur, quòd prouentus propriè esset ex naturali terræ fructu: postea verò ad vsuram est translatum, quasi pecunia per se fructum producat, sicut terra. Plaut. *in Asin.* Nam si mutuo non potero, certum sumam fœnore. Cicer. *pro Cælio.* Parcat iuuentus pudicitiæ suæ, ne spoliet alienam, ne effundat patrimonium, ne fœnore trucidetur, ne incurrat in alterius domum atque famam. Propert. *lib.* 1. *Elegia* 7.

Sæpe venit magno fœnore tardus amor.

Ouid. 1. *Fast.*

Hordeaque ingenti fœnore reddat ager.

Quærere argentum in fœnus. Plaut. *in Asin. sc.* 4. *a.* 1. Dum reperiam, qui quæritent argentum in fœnus. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 4. Vos fœnore, hi (lenones) malè suadendo, & lustris lacerant homines. *Ibid. sc.* 1. Sub veteribus (tabernis) ibi sunt, qui dant, quique accipiunt fœnore. Item Plaut. *sc.* 1. *a.* 4. Qui fœnore & periuriis habent rem partam, &c. ¶ Reddere cum fœnore quinquagesimo. Plin. *lib.* 17. *cap.* 18. Sic quoque cum quinquagesimo fœnore messes reddit felicitas soli. Nummi positi in fœnore, Horat. *de arte poët.*

Fœnŭscŭlum, i, diminutiuum. {[illegible]. GALL. *Petite vsure.* ITAL. *Picciola vsura.* GERM. Ein kleiner wucher. HISP. *Pequeño logro, ò renueuo, ò vsura.* ANGL. *Small vsurie or gaine.*} Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Ad danistam deuenires, adderes fœnusculum.

Fœnĕro, as, & Fœneror, aris, deponens, quo vsus est Gell. *c.* 12. *lib.* 18. Fœnori do, in fœnore colloco, vulgò ad vsuram do. {נשך *naschàh* לוה *lauáh.* [illegible]. GALL. *Bailler à vsure.* ITAL. *Dare & prestare ad vsura.* GERM. Wuchern/auff wucher außleihen. HISP. *Dar à logro, ò vsura, ò renueuo.* ANGL. *To lende out to vsurie.*} & modò datiuo iunguntur, modò accusatiuo. Plin. *lib.* 2. *cap.* 6. Fœnerat Sol lumen suum cæteris sideribus, id est, mutuat. Cic. *de Amic.* Vt enim benefici liberalesque sumus, non vt exigamus gratiam: neque enim beneficium fœneramur, sed natura propensi ad liberalitatem sumus, id est, fœneri damus. Seneca, Iuba, & Petreius mutuis vulneribus concurrerunt, & mortes fœnerauerunt. Martialis,

Hac sapit, hac omnes fœnerat vna dies.

¶ Fœneror, cum ablatiuo, significat fœnori accipio. {[illegible]. GALL. *Prendre à vsure.* ITAL. *Pigliar ad vsura.* GERM. Auff wucher nemmen. HISP. *Tomar à logro ò vsura.* ANGL. *To borowe or tak money lent to vsurie.*} Sic Iureconsulti *lib. Dig.* 31. Si autem aliquis eorum voluerit vendere partem suam, vel fœnerari super eam, potestatem habeat vendere cohæredi suo, & fœnerari ab eo. ¶ Beneficium fœneratum dicitur quod cum fœnore redditur. Terent. *in Phorm.* Fœneratum istuc beneficium tibi pulchrè dices. Et *paulò pòst* hoc ipsum exponens, Idem hoc tibi quod benè promeritus fueris, conduplicauerit. Vbi Donatus, —Fœneratum, hoc est, cum fœnore redditum, & multiplicatum. ¶ Interdum fœnerare est, cum fœnore reddere, vel refundere. Terentius *Adelph.* Metuisti, si nunc de iure tuo concessisses paululum, atque Adolescenti esses morigeratus, hominum homo stultissime, Ne non tibi istuc fœneraret?

Fœnĕrātŏr, is, qui fœnus exercet. {נשך *noschéh.* [illegible]. GALL. *Vsurier.* ITAL. *Vsuraio.* GERM. Ein wucherer. HISP. *Logrero, ò vsurero.* ANGL. *An vsurer, or lender for gaine.*} Vetrius apud Gell. *c.* 12. *lib.* 16. Fœnerator, (inquit) appellatus est, quasi [illegible], quoniam id genus hominum ostentant speciem humanitatis, & commodi esse videantur inopibus nummos desiderantibus. Hæc Vetrius. Puto autem ibi legendum [illegible], pro [illegible]. Varro contrà, ait fœneratorem dictum esse à fœnore. Quæ sententia Gellio probatur, alia reiicitur. Cic. 1. *Offic.* Primùm improbantur hi quæstus, qui in odia hominum incurrunt, vt portitorum, vt fœneratorum. Idem Sestio *famil. lib.* 5. Nec putant ei nummos deesse posse, qui fœneratores ex obsidione exemerit.

Fœnĕrātio, nis, Fœnoris exercitatio, pecuniæ nundinatio. {[illegible]. GALL. *Vsure.* ITAL. *Vsura.* GERM. Das wuchern/wucher. HISP. *Logro ò obra de dar ò tomar à vsura.* ANGL. *Vsurie, the practise or feate of vsurie.*} Colum. *in præfat.* An fœneratio probabilior sit, etiam iis inuisa quibus succurrere videtur. Cicer. *pro Flacc.* Hæc pecunia ab honoribus translata in quæstum & fœnerationem, recuperata est multis pòst annis.

Fœnĕrātus, us, Fœneratio, id est, mutatio ad vsuram. [illegible].

Fœnĕrātò, aduerbium, cum fœnore. {GALL. *Auec vsure, au double.* ITAL. *Con vsura.* GERM. Mit wucher. HISP. *Con logro.* ANGL. *With vsurie and gaine.*} Fœneratò reddere, [illegible]. Plaut. *in Men. sc.* 2. *a.* 4. Næ illam mecastor fœneratò abstulisti, hoc est, graui vsura, velut à fœneratore, quam multo cum fœnore restituas. Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 5. Equidem fœneratò fundiret.

Fœnĕrātĭtius, a, um, quod datum est fœnori, vel quod ad fœnus pertinet, {[illegible]. GALL. *Donné ou prins à vsure.* ITAL. *Dato ò tolto ad vsura.* GERM. Auff wucher geben oder genommen/das zu dem wucher gehört. HISP. *Pertheneciente à logro, ò vsura, tomado ò prestado à vsura.* ANGL. *That is giuen or taken to vsurie.*} vt, Fœneratitia pecunia, quæ ex vsuris collecta est.

Fœnĕrālĭă, orum, Tempus quo fœnus cessabat, & finiebatur, reddebatúrque pecunia. Liu. 35. Ita libero verò fœnore obruebantur debitores: cuius coercendi quum ratio quæreretur, diem finiri placuit: fœneralia quæ proxima fuissent, vt qui eam diem socij ciuibus Romanis credidissent pecunias, profiterentur, & ex ea die pecuniæ creditæ, quibus debitor vellet legibus creditori ius redderetur.

Fœnebris, e, penultima indifferenti, quod ad fœnus pertinet. {[illegible]. GALL. *D'vsures, des appartenances d'vsure.* ITAL. *Pertinente ad vsura.* GERM. Dem wucher zugehörig. HISP. *Cosa pertenesciente à logro.* ANGL. *That belongeth to vsurie.*} vt, Lex fœnebris, qua fœneratorum auaritia coercetur. Liuius 35. Instabat enim alia quòd ciuitas fœnore laborabat, & quum multis fœnebribus legibus constricta auaritia esset, via fraudis inita erat, vt in socios, qui non tenerentur iis legibus, nomina transcriberent. Fœnebris res, Liu. 7 *ab Vrbe*, Inclinatis semel in concordiam animis, noui Consules fœnebrem quoque rem, quæ distinere vnanimes videbatur, leuare aggressi solutionem alieni æris in publicam curam verterunt. Malum fœnebre. Tacitus *lib.* 5. Sanè vetus Vrbi fœnebre malum. Item, Fœnebris pecunia, apud Sueton. *in Calig. cap.* 41.

Fœteo, es, à fœtus, a, um. Malè oleo {באש *baásch* נאלח *neelách.* [illegible]. GALL. *Puir, sentir mauuais.* ITAL. *Putire, puzzare.* GERM. Stincken. HISP. *Heder.* ANGL. *To stinck, to giue an ill sauour.*} Plaut. *in Asinar. sc.* 2. *a.* 5. Dic amabo, an fœtet anima vxori tuæ? Martialis *lib.* 5.

Fœtere multo Myrtale solet vino.

Fœtĭdŭs, a, um, Malè olens. {נבאש *nibéasch* נאלח *neelách.* [illegible]. GALL. *Puant.* ITAL. *Fetido, puzzolento.* GERM. Stinckend. HISP. *Cosa hedionda.* ANGL. *That stincketh, or sauoureth ill.*} Plaut. *in Merc.* — tanto minus: Quum sis iam ætatis plenus, anima fœtida, Senex hircosus. Idem *in Capt. sc.* 1. *act.* 4. Tum piscatores, qui præbent populo pisces fœtidos. Cicer. *in Pisonem*, Et cum isto ore fœtido teterrimam nobis popinam inhalasses. ¶ Fœtidum vinum. Gellius *cap.* 7. *lib.* 11.

Fœtŭlentŭs, idem quod fœtidus. [illegible]. Apul. *in Apolog.* Quid in crimen haud contemnendum Philosopho nihil in se sordidum sinere, nihil vspiam corporis apertum, immundum pati ac fœtulentum.

Fœtor, is, Malus odor. {סרח *sérach* באש *béesch.* [illegible]. GALL. *Puanteur.* ITAL. *Fetore, puzza, lezzo.* GERM. Gestanck. HISP. *Hedor ò mal olor.* ANGL. *Stinck an euill sauour.*} Colum. *lib.* 12. *cap.* 18. Cella quoque vinaria omni stercore liberanda & bonis odoribus suffienda, ne quem redoleat fœtorem, acorémve. Suet. *in August. c.* 86. Fœtores reconditorum verborum.

Fœtĭdĭtas, Fœtor. {באש *béesch.* [illegible]. GALL. *Puanteur, ou puantise.* ITAL. *Fetore, puzza, lezzo.* GERM. Gestanck. HISP. *Hedor, ò mal olor.* ANGL. *A stink.*} Senec. *Epist.* 111. At mehercule ista solicitè scrutata, variéque condita, quum ventrem subierint, vna atque eadem fœtiditas occupauit.

Fœtutina, & olenticeta. Apul. *Apolog.* 1.

Fœtŭs, us, à fouendo, quoniam & dum in vtero est, & postquam eductus fœtus est, à matre fouetur, vel [illegible]. Frischlinus scribit fetus, & deducit ab inusitato feo, vt suetus à sueo. quo verbo veteres rem veneream significarunt pudenter. vel à forda pecude. Ouid. 4. *Fast.* Vide in *Forda*, & *Horda*, infrà. {גלם *ghólem* צאצא *tseetsá* עול *ûul.* [illegible]. GALL. *Le fruict ou portée des bestes ou plantes.* ITAL. *Il parto, il frutto che le bestie partoriscono.* GERM. Die frucht eines jeden thiers/oder sonst anderer dings. HISP. *El fruto ò lo que la hembra pare.* ANGL. *The young or fruitte of euerie creature that lineth.*} Est autem fœtus generale nomen ad omnia penè quæ nascuntur. Sunt enim fœtus omnium quadrupedum, siue feræ sint, siue cicures: præterea etiam auium & piscium, atque adeò ipsorum etiam hominum. ¶ Pro partu. Plaut. *Amph. sc.* 2. *a.* 1. & *sc.* 1. *a.* 3. Pater curauit vno vt fœtu fieret. (i. vt vno partu duos eniteretur.) Item, Fœtus, pro sexu, quod eius virile fœtus futurum est. (id est, sexus.) Plinius, Legimus mulierem Ægyptiam binos fœtus quater enixam. Idem *lib.* 8. *cap.* 18. Totus tigridis fœtus, qui semper numerosus est, ab insidiatore rapitur equo. Cic. 3. *de finib.* Atque etiam in bestiis vis naturæ inspici potest, quarum in fœtu & educatione laborem quum cernimus, naturæ ipsius vocem videmur audire. ¶ Facere fœtus. Plin. *lib.* 10. *cap.* 31. Oscines præter exceptas, non temere fœtus faciunt ante æquinoctium vernum, aut post autumnale: ante solstitium autem dubios: post solstitium, vitales. ¶ Procreare multiplices fœtus. Cic. 2. *de nat. deor.* ¶ Neque animalium tantùm fœtus dicuntur, verùm etiam inanimatorum. Nam & arborum fœtus passim legimus: & fœnum, terræ fœtum vocamus. Cicer. 2. *de Orat.* Edit fœtus meliores & grandiores ager non semel aratus, sed nouatus & iteratus. Virg. 1 *Georg.*

Hic segetes, illic veniunt feliciùs vuæ.

Arborei fœtus alibi. id est, fructus, vt poma.

Idem 2. *Georg.*

Nec minùs interea fœtu nemus omne grauescit.

Vbi Seruius, Fœtu, id est, vtilitate: nam omnis vtilitas fœtus est. ¶ Fœtus animi, per translationem. Cicer. 5. *Tuscul.* Ex quo triplex ille animi fœtus existet: vnus in cognitione rerum positus, & in explicatione naturæ: alter in descriptione expetendarum, fugiendarúmve rerum: tertius in iudicando, quid cuique rei sit consequens, quid repugnans.

Fœtŭs, a, um, propriè de minore pecore dicitur, {הרה *herâh* עול *ûal.* [illegible]. GALL. *Qui a le ventre plein de petits, gros.* ITAL. *Piena, grauida, pregna.* GERM. Voll jungen/tragend. HISP. *Cosa de hembra, preñada.* ANGL. *That hath the wom be full of young ones.*} vt, Ouis fœta, id est, grauida, & in vtero ferens. Virg. 1. *Eclog.*

Non insueta graues tentabunt pabula fœtas.

Col. *lib.* 8. Huic pecudi nocet æstus, & præcipuè fœtæ, quæ gelicidio hyemis conceptum fecit. ¶ Dicitur & partu liberata, hoc est, quæ peperit. Virg. 9. *Æneid.*

Fecerat & viridi fœtam Mauortis in antro.

Enixam autem fuisse, lac quod pueris præbebatur, ostendit. ¶ Transfertur & ad alia: vt,

——Loca fœta furentibus austris,

apud eundem 1. *Æneid.* id est, plena. ¶ Huius composita sunt, Confœtus. Festus, Confœtus, sus dicebatur, quæ cum omni fœtu adhibebatur ad sacrificium, Defœtus, & Effœtus, de quibus alibi.

Fœtŭōsŭs, a, um, quod est plenum fœtu. [illegible]. Hieronymus contra Iouin. Lippientem iam deformem, atque fœtuosum synagogæ typum prætulisse. Retinet hoc nomen u, quoniam fœtus est quartæ declinationis. Sic sumptuosus, fructuosus, luctuosus, actuosus, quæstuosus: quæ autem veniunt ab aliis declinationibus, non habent u ante o: vt Fabulosus, Dolosus, Vitiosus, Portentosus, & huiusmodi.

Fœtūră, æ, Pecoris prouentus, à fœtando dictus. {צאצא *tseetsa.* [illegible]. GALL. *La portée, ou porture des bestes ou plantes.* ITAL. *Il tempo dal partorire.* GERM. Die gebärung/die zeit deß gebärens. HISP. *Parizon, ò tiempo de parir.* ANGL. *Hatching or bring forth of younge.*} Virg. *Eclog.* 7.

Si fœtura gregem suppleuerit, aureus esto.

Varro *lib.2.de re rust.c.1.* Accipit pro ipsa fœtatione, siue pro illo toto tempore ab admissione vsque ad partum. Secunda (inquit) pars est de fœtura. Nunc appello fœturam à conceptu ad partum. Hi enim prægnationis primi & extremi fines. ¶ Fœtura pro infante in vtero (interprete Passer.) inuenitur apud Gell. *c.16.lib.3.* vbi ita scribit: Quod si ita est, neque vltra decimum mensem fœtura mulierem protolli potest, &c. ¶ Transfertur etiam ad inanimata: vt, Fœtura præterorum. Plin. *in præfat. totius op.* Opus natum apud me proxima fœtura licentiore epistola narrare constitui.

Fœtĭfico, as, Fœtum facio, pario. {הוליד *holidh.* ζῳογονέω. GALL. *Faire ses petits, faonner.* ITAL. *Partorire, far figliuoli.* GERM. Gebären/ junge machen. HISP. *Empreñar ò parir.* ANGL. *To bring forth litlones.*} Plin. *lib.10. cap.8.* Accipitres totius Massiliæ humi fœtificant. Idem *lib.9.cap.38.* Qui quum fœtificauêre, fluxos habent succos. *Ibid.c.15.* Intrant è magno mari in Pontum verno tempore gregatim, nec alibi fœtificant.

Fœtĭfĭcŭs, a, um. {מוליד *holidh.* ζῳογόνος. GALL. *Generatif.* ITAL. *Generatiuo.* GERM. Gebärig oder fruchtbar. HISP. *Cosa que empreña.* ANGL. *That maketh fruitfull.*} Plin. *lib.9.c.51.* Nuper compertum in ostreariis, humorem in fœtificum lactis modo effluere.

Fœtĭfĕr, Adiectiuum. {מוליד *holidh.* ὁ ἢ ἡ καρποφόρος, καρποφόρος, γόνιμος. GALL. *Qui porte fruict, qui donne fecondité.* ITAL. *Che fa generare.* GERM. Das da macht frucht zubringen. HISP. *Cosa que haze engendrar.* ANGL. *Fruitfull.*} Plin. *lib.7. cap.31.* Vbi fœtifer potu Nilus.

Fœto, as, Fœtum emitto. {הוליד *holidh.* τίκτω. GALL. *Faire ses petits.* ITAL. *Partorire.* GERM. Gebären. HISP. *Parir.* ANGL. *To bring out litle ones.*} Colum. *lib.8.* Circa paludes, in quibus plerunque fœtant. *Ibidem c.8.* Minùs enim suas impares diligunt, & ideò nec multùm ineunt, nec sæpiùs fœtant.

‖Folis, minuta pecunia, quadrans. Buleng.‖

FŎLĬŬM, ij. {עלה *haleh.* GALL. *Fueille.* ITAL. *Foglia.* GERM. Ein blatt. HISP. *Hoja.* ANGL. *A leaf of a tree.*} autore Festo, à Græca dictione φύλλον: sed ideo per simplex l, scribitur, quia antiqui non geminabant consonantes. Est autem folium, teste Valla, & arborum, & herbarum, & florum: quum frondes arborum tantùm dicantur. Cic. *3.de Orat.* Quid in arboribus, in quibus non truncus, non rami, non folia sunt denique, nisi ad suam retinendam, conseruandámque naturam? Plin. *lib.21.c.17.* Iasiones vnum folium habet, sed ita implicatum, vt plura videantur. Virg. *2.Georg.*

——— *folia haud vllis labentia ventis.*

Plaut. *Menæch.sc.4.a.2.* Folia nunc cadunt, pòst arbores in te cadent. Idem *Milit.sc.1.a.1.* Cuius tu legiones difflauisti spiritu, quasi ventus folia. Ouid. *Eleg.8.lib.3.*

Est color in folijs quæ noua læsit hyems.

Ibid. *Eleg.3.lib.3.*

Atque ea (ossa) cum folijs & amomi puluere misce.

¶ Folia etiam appellantur chartæ librorum quas reuoluimus: à palmarum foliis, in quibus olim scribi solebat, quæ Græca voce φύλλα appellantur: quarum extremitas margo dicitur: & pagina, vtraque pars folij: nam folium duas paginas habet. σελίς. ¶ ‖Folium item herba dicitur, ex qua conficitur pretiosum vnguentum, quod vocatur foliatum. Vet. Dict.‖ ¶ Hinc componuntur, Trifolium, τρίφυλλον. Quinquefolium, πεντάφυλλον. Latifolium, quod habet lata folia, πλατύφυλλον. Mille folium, μυριόφυλλον, herba, & huiusmodi multa.

Fŏlĭācĕŭs, a, um, quod ex foliis factum est, vel foliis simile est. {φυλλώδης. GALL. *Semblable à fueilles.* ITAL. *Simile à foglie.* GERM. Auß blätter gemacht/oder den blätteren gleich. HISP. *Cosa de materia de hojas, ò semejante à las hojas.* ANGL. *Resembling leafes.*} Plin. *lib.19.c.7.* Paucis sunt semina foliacea & lata vt atriplici sunt semina.

Fŏlĭōsŭs, a, um, Foliis plenus. {φυλλώδης. GALL. *Plein de fueilles, fueillu.* ITAL. *Pieno de foglie, foglioso.* GERM. Voll blätter. HISP. *Lleno de hojas.* ANGL. *Full of leafes.*} Plin. *lib.24.c.15.* Chamæcissos spicata est tritici modo, ramulis quinis ferè foliosa.

Fŏlĭātum, Vnguenti genus, quod & nardinum vocat Plin. à nardi folio, quo confectum est: μαλαβάθρινον. Mart. *lib.11.*

At mea me libram foliati poscat amica.

Idem *epigr.110.lib.14.* Foliata sitis. Hoc Plin. scribit constare omphacio, balanino, iunco, nardo, amomo, myrrha, balsamo. Plaut. *in Curc.* Græca voce vocat petalion. πέταλον enim Græci vocant folium.

Fŏllĭco, as, vide *Follis.*

‖Folleo, inflor follis instar.

Folleralis, numi genus.

Follesco, stultus, vel vanus fio. Vet. Dict. à Gallico *fol*, id est, stultus, vanus, vt follis vani aëris plenus est. Lex. Gall. deriuat à φαῦλος vitiosus. Additur verò: stultus etiam leuis est, vt follis.

Follex θύλακος, φυσητὴρ καμινίου. i.e. camini vter.‖

FŎLLĬS, is, mascul. gen. à φολλίς. Instrumentum quo attrahitur ventus, atque emittitur ad ignem excitandum. {מפוח *mappuach.* φῦσα. GALL. *Souffler, sac, ou sachet de cuir, bourse, bale à iouër, grosse pelotte enflée de vent.* ITAL. *Mantice, folle, soffietto, borsa, sacco, ò altra simile cosa fatta di cuoio.* GERM. Blaßbalg. HISP. *La bolsa, ò zurron para lleuar dinero, ò bola de viento para jugar.* ANGL. *A bellowes.*} Plaut. *Aul.sc.1.a.2.* Quando it dormitum, follem obstringit ob gulam ne quid animæ amittat dormiens. Virg. *8. Æneid.*

——— *alij ventosis follibus auras*
Accipiunt, redduntque.

His vtuntur ferrariæ, argentariæque officinæ. Vtuntur & coqui, sed paruulis, ne opus sit ignem insufflare buccis, quod qui faciunt, sufflatores vocantur. Primus Anacharsis philosophus folles ignis exsuscitatores inuenit, vt refert Strab. *lib.7.* ¶ Est item follis, pilæ genus omnium maximum, constans ex aluta vento inflata: quod etiam hodie Italis plurimo est in vsu: puerorum præcipuè & senum lusibus conueniens, vtpote quo minùs fatigentur ludentes, quàm harpasto. Nam & lentius fertur follis, magisque resilit, tardiúsque descendit, veluti ex industria percussorem expectans. Mart. *epigr.47.lib.14.*

Ite procul iuuenes, mitis mihi conuenit ætas:
Folle decet pueros ludere, folle senes.

Quoniam verò hoc pilæ genus pugno excutitur, pugillatorius follis quandoque vocatur. Plaut. *in Rud.* extemplò hercle ego te follem pugillatorium faciam. Fit autem follis à φολλίς (quod ex aluta veretrum,) vt à πόλος (sic etiam Priapus coriaceus dictus est) pola, i. pila ex aluta. ¶ Quandoque accipitur pro marsupio, receptaculoque numorum, ex pelle, aut corio confecto. Iuuen.

——— *& tenso folle reuerti.*

Nam sicut folles pilæ vento intumescunt, ita crumenæ pecunia turgent: à qua similitudine inditum nomen. Vegetius autor est, disciplinæ militaris consuetudine decem folles, hoc est, decem saccos, per singulas cohortes solere disponi, in quibus militum pecunia condebatur.

Fŏllĭcŭlus, i, paruus follis, & quodcunque turgidum est, & laxum in morem follis. {θυλάκιον. GALL. *Sachet, bourcette, escrot, petite peau ou bourse, ou estuy qui couure le grain des froments, ou autres fruicts.* ITAL. *Sachetto, borsetta, picciola guscia che cuopre il grano del frumento, & altri grani.* GERM. Ein jeden auffgeblasen ding/ als die hülsen seind an dem getraid. Item, die ballen mit welchen man spilt/ &c. HISP. *El fardel, ò talega, ò mechilla del hollejo de panes y legumbre.* ANGL. *A satchell or purse, the small huske that couereth the cornes of wheate and other graynes.*} Vnde frequentissimè accipitur pro theca, seu siliqua leguminum frumenti, vel lini, vel cuiuslibet alterius rei quæ granum continet inuolutum: ἔλυτρον. Col. *lib.2.c.8.* Quoniam folliculum quo continetur, firmum & durabilem aduersùs longioris temporis humorem habet. ¶ Accipitur item folliculus pro maiori pilæ genere: quod ex aluta conficiebatur, solóque implebatur vento: quod & follem frequentius inuenimus appellari. Sueton. *in August.* Post bella ciuilia ad pilam primo, folliculúmque transiit. ¶ Quandoque pro pelle, seu sacculo: vt *lib.1.Rhet.ad Heren.* Malleolus iudicatus est matrem necasse: eo damnato, statim folliculo lupino os obuolutum est, soleæ ligneæ pedibus inductæ. Liu. *9.ab Vrbe*, Eques in castra folliculis frumentum veheret. ¶ Non inuenustè aliquando transfertur ad corpus humanum, siue quod ad follis similitudinem semper attrahat, & emittat spiritum: siue quòd ad facci coriacei similitudinem pelle sit circundatum. Veteres enim saccos ex corio factos folles appellabant. Lucil. *lib.26.* vt citat Nonius, Ego, si qui sum, & quo folliculo nunc sum indutus, non queo.

Follitus, a, um. θυλακωτὸς, Obuolutus corio. Plaut. *Epid.* Para tu ductare, atque ego follitum ductitabo.

Fŏllĭco. {נפח *naphach.* GALL. *Souffler.* ITAL. *Soffiare col naso.* GERM. Durch die nasen schnaufen. HISP. *Soplar.* ANGL. *To snuffe, to fetche the breath louode at the nose.*} Follium more reciproco spiritu nares agito. Apul. *lib.9.Metam.* Nares follicantes languidas. ¶ Est item follium laxitatem & cauitatem imitari. Vnde Hieron. caligas monachorum follicantes dixit, quales hypocritas gestare ait, vt humani cultus contemptores videantur.

Fŏllĭcŭlārĕ, pars remi, quæ folliculo tecta est. A quo vita follicularis dicta est. Autor Festus.

‖Follitim. Plaut. *Epid. 3. 2.* Peratim ductitate: at ego follitim ductitabo.

Folmen, fulmen. Inscr. antiq.

Folonitia vanitas. Gloss. Isid. à folle venti pleno. *Folle* vanus Italis. Vet. Dict. Follitia vel follentia vanitas, superbia, stultitia. Italis *follia*, Gallis *folie* vanitas.

Fomahant, stella. Arabica vox est.‖

Fomes, Fomentum, vide *Foueo.*

FŌNS, fontis, à fundendo, quòd fundat aquam, tantùm masc. gen. {עין *hayn* מעין *mahján.* πηγή, κρήνη. GALL. *Vne fontaine.* ITAL. *Fonte, fontana.* GERM. Ein brunn. HISP. *Fuente.* ANGL. *A spring, a fontaine.*} ¶ Fontes vnde procreentur, & quomodo, Plut. *in Paulo Æmylio.* Plaut. *Aul.sc.5.a.3.* Quæ interbibere Corinthiensem Fontem & Pirenem potest. Ouid. *Eleg.vlt.lib.3.Trist.* Cuius (ingenij)

Fons infœcundus paruaque vena fuit.

Idem *Eleg.8.lib.4.*

Nec siccam Getico fonte leuare sitim.

Idem *Eleg.1.lib.5.Trist.*

Illa mihi plena de fonte ministrat.

Non desunt qui olim etiam fœmininum fuisse velint: cuius tamen rei nullum proferunt testimonium. Plin. *lib.12.c.1.* Nunc est arbor clara in Lycia socia gelidi fontis amœnitate. Hirtius 8. *bell. Gall.* Sub ipsius enim oppidi murum magnus fons prorumpebat. ¶ Fons per translationem accipitur pro origine & causa. Cic. *3. Tusc.* Non rem ipsam causam atque fontem esse mœroris. Idem *ad Brutum*, Nec in Senatu sceleratissimorum consiliorum fontes aperire dubitaui. ¶ Fontem pro aqua fontana posuit Virg. *2. Æneid.* pro parte totum vsurpans,

——— *alij fontémque ignémque ferebant.*

¶ Fontes ipsi sitiunt, prouerbium in eos qui petunt ab aliis quod ipsis affatim abundet domi. Cic. *ad Quint. fratr.* ¶ Ipse sibi mali fontem reperit, αὐτὸς ἑαυτῷ κακοῦ πηγὴν. In eos dici solitum, qui sibiipsis ministrauerint exitij causam. ¶ Omissis fontibus consectari riuulos, non sine prouerbij specie dixit Cic. *2. de Orat.* pro minùs ad rem pertinentia dicere, omisso eo quod est negotij caput.

Fōntĭcŭlŭs, i, diminutiuum, Paruus fons: à quo fonticellus. {κρηνίδιον. GALL. *Petite fontaine.* ITAL. *Fonticelle.* GERM. Ein Brünlein. HISP. *La fuente pequeña.* ANGL. *A litle springe.*} Plin. Vbicunque mouetis humum, fonticuli scatent. Idem *lib.31.c.50.* Lacus est nitrosus, exiliente è medio dulci fonticulo.

‖Fontana, idem quod fons. Dict. Vet. nempe ex Italica. Sic Gallis *fontaine*, quasi fontana aqua.‖

Fontānŭs, a, um, quod ex fonte est. {κρηναῖος. GALL. *De fontaine.* ITAL. *Fontano, di fonte.* GERM. Das vom brunnen ist. HISP. *Cosa de fuente.* ANGL. *Of a fontaine.*} Plin. Fontanæ aquæ cyathos duos. Sic Columell. *lib.12.c.9.* Sed extrinsecus vasa pertegere, & aqua fontana quàm recentissima refrigerare. Ouid. *4. Fast.*

Tu Dea pro nobis fontes, fontanaque placa Numina.

Fontālis.

Fōntālis,e, Fontanus, quod ſcilicet ex fonte eſt. {πηγαῖος. Angl. *Of a ſpring or fontaine.*} Plaut. *in Sticho*. Vide, vtram tibi lubet etiam nunc capere, Cape prouinciam. S. Quid iſtuc eſt prouinciæ. T. Vtrum fontali, An Libero imperium te inhibere mauis? Vbi interpres, id eſt, num velis imperium habere, an præeſſe aquæ, an vino præbendo? Fontalem aquam dixit è fonte ſcaturientem.

Fōntināliă, Varroni: Fontinalia, Feſto. Feriæ erant fontibus dicatæ, quibus & coronæ in fontes coniici, & putei coronari ſolebant.

Fōns Sōlĭs, in deſertis Libyæ eſt, vltra Cyrenaicam regionem: iuxta Iouis Ammonis oraculum, cuius aqua manè & veſperi tepida eſt, meridiano tempore gelidiſſima, ſub mediam noctem feruidiſſima. {ἡλίου πηγή. Germ. Der Sonnen brunnen in der einöde Libye.} Fontem autem Solis appellarunt, quòd à Sole regi videatur, & pro ratione diuerſorum cardinum quos ille perlabitur, calorem tepore, teporémque frigore permutet. Apud Ammonios (inquit Herodotus *lib*. 4.) aqua fontana eſt, quæ ſub matutinum quidem tepet: ſub horam, qua forum frequentiſſimum eſt, frigeſcit: ſub meridiem multò frigidior eſt, eáque hora hortos irrigant. Declinante iam die remittitur frigus, donec Sol occidit: tunc tepeſcit, magis ac magis caleſcens vſque ad mediam noctem, quo tempore feruens exæſtuat: præterita nocte media, ad auroram vſque refrigeſcit. Cognominatur autem Fons Solis. Hæc ille. Meminit huius fontis & Ouid. *lib*. 15. *Metam*. quamuis Ammonis, non Solis fontem appellet,

——medio (inquit) *tua corniger Ammon*
Vnda die gelida eſt, ortúque obitúque caleſcit.

Silius quoque *lib*. 5. Ammonis oraculum deſcribens,

Stat (inquit) *fano vicina nouum & memorabile, lympha,*
Quæ naſcente die, quæ deficiente tepeſcit:
Quaque riget, medium quum Sol aſcendit Olympum.

Plin. *lib*. 2. *c*. 103. duos huius naturæ fontes commemorat, quorum alterum à vicino oraculo, Ammonis fontem appellat: alterum apud Troglodytas collocat, Æthiopiæ populos, eúmque Solis fontem nominat. Verba eius ſunt hæc, Iouis Ammonis fons, interdiu frigidus, noctibus feruet. Deinde ſubdit, in Troglodytis, fons Solis appellatur, dulcis & circa meridiem maximè frigidus: mox paulatim tepeſcens, ad noctis media feruore, & amaritudine infeſtatur.

Fōntēiă, Virgo Veſtalis, Fonteij ſoror, cuius meminit Cicer. *in Orat. pro Fonteio.*

Fōntīnālĭs porta dicta eſt Romæ, quæ alieno nomine Capena dicitur ob propinquitatem ſcaturientium fontium. Iuuen. *Sat*. 3.

Subſtitit ad veteres arcus, madidámque Capenam.

Liu. Ædiles alteram porticum ad portam fontinalem, ad Martis aram, qua in campos iter eſſet, perduxere.

Fora, vaſa, quibus antiqui vtebantur in torcularibus. Col. *lib*. 12. *cap*. 18. Tum lacus vinarij, & torcularij, fora, omniáque vaſa, ſi vicinum eſt mare, aqua marina: ſin minùs, dulci eluenda ſunt, & commundanda, & diligenter aſſiccanda, ne humorem habeant.

‖Foraculum, perforaculum τρύπανον. Gloſſ. id quo aliquid foratur, bôrer.‖

Fŏrāgo, Filum eſt. {Angl. *A ſlippe or hyarne.*} autore Feſto, quo textrices opus diurnum diſtinguunt, à forando dictum.

Fŏrāmĕn, vide *Foro*, as.

Fŏrās, Extrà. {חוץ *chuts* החוצה *chûtſah*. ἔξω, & Foris, ἔξωθεν. Gall. *Hors, dehors*. Ital. *Fuore, fuori*. Germ. Hinauß, auſſen. Hisp. *A fuera, de fuera.* Angl. *Forth abrode, out of the dores.*} Aduerbia loci ſunt à foris, hoc eſt, ſpectaculis deriuata, vt Seruio videtur: ſiue (quod veriſimilius eſt) à foro, quòd domo exeuntes ferè ad interiorem partem vrbis in qua forum eſt, ſoleamus accedere: in qua etiam ſententia eſt Feſtus. Differunt autem inter ſe hæc duo aduerbia, vt foras motum importet ad locum. Plaut. *Moſtell. ſc*. 4. *a*. 1. Illinc vbi fui, inde effugi foras. *Ibid. ſc*. 1. *a*. 1. Exi è culina ſis maſtigia. Idem *Curc. ſc*. 1. *a*. 5. Vix foras me abripui. Idem *Aſin. ſc*. 2. *a*. 1. Siccine hoc fit? Foras ædibus me eiici? *Ibid. ſc*. 3. *a*. 3. Excluſus eſt foras. Idem *Aul. ſc*. 3. *a*. 1. Cras veniat: perendie foras feratur, (id eſt, efferatur mortua.) *Ibidem ſc*. 1. *a*. 2. De ſuo tigillo fumus ſi qua exit foras. Idem *Milit. ſc*. 1. *a*. 2. Ex hoſpitio eduxit ſe foras. Euocare foras: vide *Euoco*. Dare foras vtendam chlamydem, aut pallium, (bis.) apud eundem *Men. ſc*. 2. *a*. 4. (id eſt, commodare vicinis.) Item, Proficiſci foras, idem *Curc. ſc*. 1. *a*. 1. & migrare foras. *Ibid. ſc*. 1. *a*. 2. Et procedere foras, idem *Pſeud. ſc*. 2. *a*. 2. Patronus foribus proceſſit foras. Idem *Curc. ſc*. 2. *a*. 1. Mittite iſtanc foras. Exſurgat foras, qui nolet auſcultare. Idem *Milit. ſc*. 1. *a*. 2. Idem *in Caſ*. Foras tacitus exeo cum ornatu quo vides. Idem *in Amphitr*. Sed quid tu foras egreſſa es? ¶ Foris, motum in loco & de loco ſignificat. Domi foriſque omnia curare, Saluſt. *Iugurth*. 119. Terent. *in Eunuch*. Quæ dum foris ſunt, nihil videtur mundius, Nec magis compoſitum quicquam. Plaut. *in Aſin*. Ille opere foris faciundo laſſus domum noctu aduenit. Idem *Aul. ſc*. 2. *a*. 2. Ligna ne quæras foris. Idem *Capt. prolog*. Foris illic, extra ſcenam, fient prælia. Idem *Milit. ſc*. 3. *a*. 2. Oculos non rogo vtendos foris. & *Moſtell. ſc*. 1. *a*. 2. Ædes occludam hinc foris claui Laconica. Idem *Capt. ſc*. 2. *a*. 1. Foris quod guſto, id beat. *Ibidem ſc*. 2. *a*. 2. Sinito ambulare ſi foris, ſi intus volent. ¶ Nonnunquam etiam iungitur verbis motum ad locum ſignificantibus. Idem *Men. ſc*. 6. *a*. 1. Faxo foris viduã viſas patrem. Plin. *lib*. 9. *c*. 33. Margine in Mucronem emiſſo, foris effuſo, intus replicato. Cic. *in partit*. Illa verò indigent, & nec eo dicuntur ſine arte, quòd ita ſunt, ſed quòd ea non parit Oratoris ars, ſed foris ad ſe delata, tamen arte tractat.

‖Foratica, tributum, quod tranſitorium, vel tractorium dicitur. Cod. ll. antiq.‖

Foris, quandoque paſſim vſurpatur. Cic. *ad Quint. fratr*. Foris valde plauditur: id eſt, non ſolùm in ſenatu, ſed apud cæteros etiam. & *in epiſtola longa ad Lentul*. Quum ea contentio mihi magnum etiam foris fructum tuliſſet. In vulgus idem alibi dixit, eadem ſententia. Ex Aldi commentario ad Quint. fratr.

Forinſecus, Foris, ab exteriori parte. ✠ Intrinſecus, {לחוצין *lachitſon* מבחוץ *machûts*. ἔξωθεν, ἐξωτέρω. Gall. *Par dehors*. Ital. *Eſtrinſeco, cio che è di fuora*. Angl. *Withour.*} Plinius *lib*. 13. *cap*. 81. Lignum omne corticis loco habens, hoc eſt, forinſecus. Columell. *lib*. 8. *cap*. 3. Sed ab hoc cohorte forinſecus prædictis feneſtellis ſcandulæ ſimiliter iungantur.

‖Foratos, furatus. Inſcr. antiq.‖

Foratus, nomen, vide *Foro*, as.

‖Forbanum, proſcriptio. In ll. Ripuariis. vox eſt Germanica verbannen à proſcribere, à ver, quod eſt à *per*, vel à foràs.‖

Fōrbĕă, genus cibi à veteribus dicebatur, quo calido veſci ſolebant. Græci φορβὴν vocant. Feſt.

Forcillare. Plaut. *Pſeud. ſc*. 2. *a*. 2. Væ tibi: Tu inuentus verò meam qui forcilles fidem. ‖ Quaſi mihi non ſexcenta talia ſoleant credier. Eſt autem *forcillare fidem*, eam eleuare, aut tollere: efficere velle, vt non credatur alij.‖

Fōrcĭpēs, quaſi forticapes dictæ ſunt, quòd iis forua, id eſt, calida capiantur. {מלקחים *melkachaijm*. πυράγρα. Gall. *Tenailles, pincettes*. Ital. *Tanaglie, molle da fuoco*. Germ. Zang. Hisp. *Las tenazas ò inſtrumento para aſir*. Angl. *A paire of tonges or pincers.*} Virg. 8. *Æneid.*

Illi inter ſeſe magna vi brachia tollunt
In numerum, verſántque tenaci forcipe maſſam.

Et tam maſculini, quàm fœminini generis, ſecundùm Priſcian. Ouid. 12. *Metam*.

Terribilem ſtridere ſonum dedit, vt dare ferrum
Igne rubens plerunque ſolet, quòd forcipe curua
Quum faber eduxit, lacubus demittit.

Colum. *lib*. 16. *c*. 16. Deinde priuſquam ferrum admoueas, duabus anguſtiis ligneis tegulis, veluti forcipibus apprehendere teſtium neruos. Plin. *lib*. 7. *c*. 56. Autorem & inuentorem forcipis fuiſſe tradit Cinyram Cyprium Agriopæ filium.

Forcus, Φόρκος, nomen viri proprium, qui tres filias habuit Gorgonas, Sthenio ſcilicet, Euryalen & Meduſam, quæ nimis locupletes fuerunt, & Gorgones dicuntur, id eſt, terræ cultrices.

Fōrdă, æ, Bos prægnans, à ferendo. Vel ab horrendo, pro quo poſteriores fordus dixerunt. Hordus autem eſt grauidus. {פרה עלה *baldh*. βοῦς ἐγκύμων, ἢ ἔγκυος. Gall. *Vne vache qui eſt pleine, qui porte veau en ſon ventre*. Ital. *Vacca pregna*. Germ. Ein tragende kuh. Hisp. *Vaca preñada*. Angl. *A cowe with calfe.*} Ouid. 4. *Faſt.*

Forda ferens bos eſt, fœcundaque dicta ferendo.

Colum. *lib*. 6. *cap*. 24. Poſt vnum coitum forda non admittit taurum. ¶ Quæ forda ab Ouidio appellatur, Latini veteres vocabant Hordam, vt teſtatur Varro *cap*. 5. *lib*. 2. *de re ruſt*. his verbis: Quæ ſterilis eſt vacca, taura appellatur: quæ prægnans, Horda. Vide infrà in *Horda*.

Fordeum, pro hordeo veteres dixiſſe, vt fœdum & fariolum, pro hœdo, & hariolo, ſcribit Terent. Scaurus *de Orthogr*.

Fordicidia. Dies feſtus à fordis bubus, hoc eſt, prægnantibus: quòd eo die immolarentur boues prægnantes in curiis: à fordis cædendis fordicidia dicta.

Fŏrem, fores, foret, & in tertia perſona pluralis numeri forent, & in futuro infinitiui fore pro futurum eſſe. Forem autem idem omnino ſignificat quod eſſem. {אהיה *ehjéh*. ἐσοίμην.} Plaut. *Pſeud. ſc*. 2. *a*. 5. & *Capt. ſc*. 2. *a*. 1. Hoc ego nunquam ratus ſum fore. Idem *Moſt. ſc*. 1. *a*. 1. Pol iſtuc tibi credo nomen actutum fore. Idem *Men. ſc. vlt. a*. 5. Vis conclamari auctionem? Fore quidem die ſeptimi. Idem *Pſeud. ſc*. 5. *a*. 4. In priſtinum credo vt conuenit fore. (i. iam eſſe, vel mox futurum eſſe.) Ouid. 13. *Metam*.

Pallentémque metu & trepidantem morte futura.

Ibidem,

Mihi cura futuri eſt.

Plaut. *Moſt. ſc*. 3. *a*. 1. Quid cæteris tuis amatoribus futurum eſt? Catull. *de com. Beren.*

In limite cœli fixa corona foret.

Saluſt. *in Iugurth*. Nam ego quidem vellem, vt & hæc quæ ſcribo, & ea quæ antè in ſenatu queſtus ſum, vana forent. Fore verò habet ſignificationem participij futuri, vnà cum infinito eſſε, ἔσεσθαι. Idem enim eſt fore quod futurum eſſe. Ideo iungitur cum nomine, vel interdum cum participio, quod in nomen tranſmigrauit: vt ſpero te amicum fore: non amaturum fore. Cicer. *Trebatio*, Scribit ad me Cæſar, ſe tibi nondum familiarem eſſe ſatis propter occupationes ſuas, ſed citò fore. Cæſar *de bell. Gall.* Nonnulli etiam Cæſari nuntiabant, quum caſtra moueri, aut ſigna ferri iuſſiſſent, non fore dicto audientes milites. ¶ Compoſita eius ſunt Abfore, Adfore, Confore, Defore, & Profore, quæ ſæpiùs ſola ponuntur, hoc eſt, ſine nomine, aut particip. à tergo. ¶ Abfore quid ſignificet, quemque in oratione vſum habeat, explicuimus ſuprà. ¶ Adfore idem eſt quod adfuturum eſſe. Ouid. 14. *Metam.*

Eſſe quoque in fatis reminiſcitur adfore tempus.

Adforem, adeſſem. Virg. 1. *Æneid.*

Atque vtinam rex ipſe Noto compulſus eodem
Adforet Æneas.

¶ Confore, conuenturum eſſe. συνελεύσεσθαι. Terent. *in Andr*. Reſtat Chremes, qui mihi exorandus eſt, & ſpero confore, id eſt, conuenturos eſſe. ¶ Defore, defuturum eſſe, ἀπέσεσθαι. Cic. *contra Rull.* Verùm arbitrantur non defore qui illam reſtituerent. ¶ Profore, profuturum eſſe, συνοίσειν. Horat. *in epiſt.*

Quæ nocuere ſequar, fugiam quæ profore credam.

Forenſia, Forenſis, vide *Forum*.

Fŏrēs, Propriè (inquit Seruius) quæ foris aperiuntur. {דלתות *delathoth*. θύραι. Gall. *Huis, porte*. Ital. *Porta*. Germ. Thüren. Hisp. *Las puertas con que cerramos la caſa*. Angl. *The gates, the dores.*} Vnde Plutarchus memorat, primùm Valerio Publicolæ fratri, quum de Sabinis triumphaſſet, domum publicè ædificatam, cuius fores extra aperirentur: quum antea cæterarum intrò reſerando impellerentur: vt ex hac conceſſione honoris appareret, quotidie eum domum aliquid admiſſurum. Plaut. *Moſt. ſc*. 1. *a*. 2. Ecquis iſtas aperit fores? Idem *Men. ſc*. 3. *a*. 2. Fores aperiri nolo. Idem *Curc. ſc*. 2. *a*. 1. Quid ſi adeam ad fores, atque occentem. *Ibid*. Prohibe ſonitum forium. *Ibidem*. foribus da aquam quam bibant. Idem *Amph. ſc*. 2. *a*. 4. Quis ad fores eſt? *Ibid*. pene effregiſti fatue

foribus

foribus cardines. *Ibidem*, Hasce (fores) toto demoliar cardine. Idem *Men.sc.4.a.3.* Foribus bullas in splendorem dare. Idem *Capt.sc.1.a.4.* Foribus exitium affero. Seneca *epist.68.* Foribus ornatis excipere res lætas. Idem *cap. vlt. de tranq.* Fores poëticas nemo sui compos pepulit. Ouid.4. *Fast.*

Et tegat ornatus longa corona fores.

Idem *Eleg.4.lib.4.Trist.*

Circundate fores geminas.

Terent. *in Adelph.* Fores effregit? restituentur. Cic. *ad Brut.* In omnibus nouis coniunctionibus interest qualis primus aditus sit, & qua commendatione quasi amicitiæ fores aperiantur. Idem 2. *de nat. deor.* Forésque in liminibus prophanarum ædium, ianuæ nominantur. Valuæ autem dicuntur quæ intus reuoluuntur, quanquam vsus hodie obtinuit, vt omnia ostia fores appellentur. ¶ Hoc nomen etiam singulariter hæc foris, huius foris, declinatur. Ouid. 1. *Amor.*

Difficilem moto cardine pande forem.

Cic. *pro Cornel.* Aperuit forem scalarum. Terent. *in Adelph.* Sed quidnam foris crepuit? Vbi Donatus, foris singularis numeri, nominatiui casus. Plaut. *Amph.* Orationem comprimam, crepuit foris. Idem *Bacchid.* —hanc forem pauxillulum Aperi placidè, ne crepet. Idem *Milit. sc.1.a.2. & sc.3.a.2.* Sed foris concrepuit. Idem *Aul.sc.3.a.4.* Hinc à vicino sene: Atat foris crepuit. ¶ Fores portarum. Liu. *lib.1. ab vrb.* Et fores portæ, Idem 5. *bell. Pun.* Horat. *lib.1. Serm. satyr.2.*

Exclusus fore, quum Longarenus foret intus.

Fores aperire, ἀνοίξαι τὰς θύρας, prouerbio dicebatur qui rei cuiuspiam ingressum initiúmque patefaceret. Plin. *lib.2. c.8.* ¶ In foribus adesse, ἐπὶ ταῖς θύραις, dicitur allegoria prouerbiali, quod instat, iamque in proximo est. Plutarchus, πυρετὸς ἐπὶ θύραις ἕστηκε, id est, Quum febris in foribus adest.

Foriculæ, arum, diminutiuum. {θυρίδες. GALL. *Huisset, guichet, petit huis.* ITAL. *Porticelle.* GERM. Thürlein. HISP. *Pequeñas puertas.* ANGL. *A litle wickettes or dores.*} Varro *lib.1. de re rust. c.59.* Et ideò opotothecas qui faciunt, ad Aquilonem, vt fenestras habeant, atque vt aere perflentur, curant: neque tamen sine foriculis, ne quum humorem amiserint, pertinaci vento vieta fiant.

Forculus, Deus forium, quem foribus præesse gentilitas vana in multiplicandis diis fingebat.

Forefacio, vel forisfacio, pecco: vnde foris factum, aliter forfactum. Vox est Gallis vsitata *forfaire*. *faire* est facere, *for* extra. Gall. Dict. Nicod. *Forfaict*, siue *forfaicture* peccatum. & ducit à foris, i. extra. *Forfaire* peccare Vet. Dict. Lat. Forifacto, id est, offendere, nocere. quasi facere foris, id est, extra rationem.

Foriudico, Gallis *foringer*, est quasi foras iudicare: GERM. Verurtheilen. Est & malè iudicare.

FŌRFĬCĒS, quibus telam, seu fila incidimus. {מלקחים *melkacħajim.* ψαλίδες. GALL. *Ciseaux, forces.* ITAL. *Forbice, forfice, cesoie.* GERM. Schär. HISP. *Las tixeras.* ANGL. *Sheares.*} Seruius, forfices sunt quibus incidimus: forcipes quibus aliquid foruum tenemus, quasi fornicapes: nam foruum est calidum. Col. *lib.12. c.43.* Alij quum legerunt vuam, si qua sunt in ea grana vitiosa forficibus amputant. ¶ Forfices etiam vocabulum militare de instructa acie forficum instar. Gell. *lib.10. c.9.* Vocabula sunt militaria, quibus instructa certo modo acies appellari solet: Frons, subsidia, cuneus, orbis, forfices, serra, alæ, turres.

Fōrfĭcŭlæ, arum, diminutiuum. {ψαλίδια. GALL. *Forcettes, siselets.* ITAL. *Forficette.* GERM. Ein schärlein. HISP. *Pequeñas tixeras.* ANGL. *Litle sheares or sisers.*} Plin. *lib.25. cap.5. de hellebore*, Præterea mirum inuentum est, quód incisum forficulis (vt diximus) cribrant, cortex remanet: hoc inanito, medulla cadit. ¶ Ab huius instrumenti similitudine, etiam forficulæ dicuntur extremitates brachiorum, & veluti manus cancrorum, scorpionum, & quarundam locustarum. Idem *lib.32. cap.11.* Elephanti locustarum generis, nigri pedibus quaternis bisculis: præterea brachia duo, binis articulis: singulisque forficulis, denticulatis. Hæc ab eodem Plinio *lib.9. cap.31.* forcipes vocantur. Fœminæ, inquit, primus pes duplex, mari simplex: præterea bina brachia denticulatis forficibus.

Fŏrī, orum, num. plurali. à φέρω, vel à πόρος. Sunt tabula nauium, vel locus in naui aptior, qui iter nauem perambulantibus præbet: ita dicti (vt Seruio placet & Festo,) quód per os ferantur incessus. {περίπατοι, ζυγά. GALL. *Le tillac ou breisse d'vn nauire.* ITAL. *Tauolati de naui, la corsia, luogo da mirare gli spettacoli.* GERM. Brugken in einem schiff, auff welcher man hin vnd här gehn kan. HISP. *La tilla de la naue.* ANGL. *The hatches of a shippe to walk vpon.*} Fori quid, Diomedes *lib.1.* Cicer. *in Catil.* Quum alij malos scandant, alij per foros cursitent, alij sentinam exhauriant. Virg. 4. *Æneid.*

———Faces in castra tulissem,
Implessémque foros flammis.

Idem 6. *Æneid.*

———laxátque foros, simul accipit alueo
Ingentem Æneam.

¶ Item fori dicuntur Circensia spectacula, id est, loca tecta, vt ex his spectetur. Liuius *lib.1.* Tum primùm Circo, qui maximus dicitur, designatus est locus, diuisa loca patribus, equitibúsque, vbi sibi spectacula quisque faceret, fori appellati. ¶ Fori etiam in hortis sunt angustiores quidam sulci & oblongi, iter præbentes circa porcas, (ita enim vocant terram editiorem inter duos sulcos) quemadmodum fori in nauibus facultatem præbent nautis vltro citróque discurrendi. Colum. *lib 10.* Angustósque foros aduerso limite ducens, Rursus in obliquum distinguat tramite paruo. ¶ Legitur etiam forus in singulari numero pro via illa in nauibus. Ennius,

Multa foro ponens, ageáque longa repletur.

Gellius *lib 17. cap. 10.* Statiq; se in summæ puppis foro, carmen quod Orthium dicitur, voce sublatissima cantauit.

Fŏrŭlī, orum, diminut. Armariola, siue capsula, siue capsulæ in quibus aliquid reponimus. {τὰ βιβλία. GALL. *Coffres à liures, armoiries.* ITAL. *Armari da libri.* GERM. Buchkensterlein. HISP. *Caxas ò fundas de libros.* ANGL. *Cases for bookes.*} Sueton. *in August. cap.31.* Quicquid fatidicorum librorum Græci Latinique generis, nullis vel, &c. ac solos retinuit Sibyllinos: hos quoque delectu habito, condiditque duobus forulis auratis sub palatini Apollinis basi. Beroaldus quoque, apud Suet. *in Calig. c.15.* legit, duobus forulis intulit, vbi alij libri habent duobus ferculis.

FORIA, latrina, secessus.

Fŏrĭa, orum, Stercora liquidiora, quód facilè ferantur foras. {מוצאות *motsaóth.* τὸ ὑγρὸν ἀφόδευμα. GALL. *Foire, excrements de ventre humides.* ITAL. *Sterco liquido.* GERM. Dünn dreck. HISP. *El stiercol liquido y ralo.* ANGL. *Thin ne excrementes.*} Inde conforire verbum, quod est stercore liquido fœdare. Autor Nonius ex Pomponio *in Marso*, Conforisti me. Diomedes.

Forio, is, διαχωρίζω. Onom. hoc Græcum propriè est vasa aufero: deinde abiicio, exonero, & nominatim onus ventris depono.

Fŏrĭŏlŭs, i, cum accentu in antepenult. Qui ventrem solutum habet, & foria facilè emittit. {ὁ χεσείδιος, ὁ χεσείδιος. GALL. *Foireux.* ITAL. *Di ventre sciolo, lubrico, che facilmente si scarica.* GERM. Scheissig, blutterig. HISP. *El que haze estiercol liquido.* ANGL. *Loose the wombe.*} Laberius, Foriolus esse videris, in coleos cacas. Nonius.

Fŏrĭcă, Locus in quem alui stercora deiicimus. {ἀφεδρών. GALL. *Vn retraict public.* ITAL. *Condotto, chi auiggia.* GERM. Ein offen scheißhaus. HISP. *La priuada ò albañar publico.* ANGL. *A common draught.*} Iuuenal. *Satyr.3.*

———inde reuersi
Conducunt foricas.

Et propriè de publicis dicitur, latrina de priuatis, à latendo.

Fŏrĭcārĭŭs, qui foricas eluit. *D. lib.2. tit.1. l.17.* Fiscus ex suis contractibus vsuras non dat, sed ipse accipit, vt solet à foricariis, qui tardius pecuniam inferunt. Budæus tamen legit *fornicarius.*

Fŏrĭcŭlæ, vide *Fores.*

Foriculus, Deus putatur forum præses. {θυραῖος. GERM. Der thürengott.} Sicut Cardinea dea, quæ cardinibus præerat: & Limentinus deus, qui præerat limini.

Fŏrinsĕcŭs, Foris, vide *Foris* aduerbium in *Foras.*

Foris, is, vide *Fores.*

FŌRMĂ, æ, Figura, siue facies vniuscuiusque rei. {תאר *toar.* χαρακτήρ, μορφή, τύπος. GALL. *Forme, pourtrait, patron, beauté.* ITAL. *Forma, bellezza, faccia, apparenza.* GERM. Ein gestalt form. HISP. *La forma de la cosa, la hermosura.* ANGL. *A shape, a forme, beautie.*} Interest tamen, autore Cornelio Frontone, inter figuram & formam, quód figura artis est opus, forma naturæ bonum: vnde etiam formosus dicitur. Cicero 1. *de nat. Deorum*, Omnium animantium formam vincit hominum figura. Idem 2. *de Diuinat.* In nubibus nunquam animaduertisti leonis formam, aut Hippocentauri? Idem 1. *de natura deorum*, Rotunda forma vllam negat esse pulchriorem Plato. Quintil. *lib.1. cap.10.* Quicquid formæ quadrati detraxeris, amplitudini quoque peribit. Idem *lib.1. cap.1.* Neque enim mihi illud saltem placet, quod fieri in plurimis video, vt literarum nomina & contextum priusquam formas paruuli discant. Est autem hoc vocabulum medium, quod modò cum laude, modò cum vituperio dicitur ratione adiuncti. Terent. *Andr.* Et quia erat forma præter cæteras honesta & liberali, &c. Puer egregia forma, Cicer. 4. *Tuscul.* Sic etiam è contrario infelicem, vitiosam & illaudatam formam dicimus pro deformitate. ¶ Forma pro rei alicuius imagine, deformatione & pictura. Frontinus, formas quoque ductuum facere curauimus. ¶ Interdum tamen forma absoluté ponitur pro pulchritudine. Horat. 2. *Carm.*

Mouit Aiacem Telamone natum
Forma captiuæ dominum Tecmessæ.

Virg. 9. *Æneid.*

Sensit læta doli, formæ sibi conscia coniux,

Plaut. *Mostell. sc.3.a.1.* Virtute formæ id euenit, vt te deceat quicquid habeas. Idem *Menæch. sc.1.a.1.* Virum fortem & forma regia. *Ibidem sc.4.a.5.* Meam formam noscito. Velleius, Forma sua reddatur operi nostro. ¶ Interdum forma sumitur pro exemplari, Suet. *in Cæs. cap.30.* Formam quasi ædificaturus erat ludum gladiatorium considerauit. Senec. *epist. 34.* Vt omnia tua facta & dicta vna forma percussa sint. Plaut. *Curc. sc.1.a.2.* De forma noui, de colore non queo nouisse. Virtute, forma & factis inuictissimis. Plaut. *Milit. sc.1.a.1.* ¶ Item, Forma, pro formula, Quintilian. Iudex qui nulla certa pronuntiandi forma, tenetur, (id est, legum formula.) ¶ Stata forma, quæ eadem & vxoria dicitur, est mediocris pulchritudo, & media inter extremam deformitatem, & summam pulchritudinem. Gellius *lib.5. cap.11.* Inter enim pulcherrimam fœminam & deformissimam media quædam forma est, quæ à nimiæ pulchritudinis periculo, à summo deformitatis odio vacat. Qualis à Qu. Ennio *in Menalippa*, perquam eleganti vocabulo stata dicitur, quæ neque κοινὴ futura sit, neque ποινή: quam formam modicam & modestam Fauorinus non mehercle inscite appellat vxoriam. Ennius autem in ista, quam dixit, tragœdia, eas ferè fœminas ait incolumi pudicitia esse, quæ stata forma forent. ¶ Forma regia, apud Plaut. *in Milit.* Est corporis dignitas egregia atque augusta, qualem in Agamemnone miratur Priamus apud Homer. ¶ Forma transfertur ad incorporea pro effigie & spectro quodam, seu idea quam de re quaque mente concipimus. Cicer. *lib.1. Offic.* Formam quidem ipsam, Marce fili, & tanquam faciem honesti vides. Idem *de finibus*, Habes vndique expletam, perfectam, Torquate, formam honestatis, quæ tota ex his quatuor virtutibus, quæ à te quoque commemoratæ sunt, continetur. Tranquillus *in Cæs.* Formam qua ludum gladiatorium erat ædificaturus consyderauit. i. simulachrum, & adumbratum, & effictam speciem: ichnographiam vocat Vitruuius, & orthographiam, vulgò *le modelle*, † τύπον. ¶ Forma etiam dicitur sutorum instrumentum, ad quod calceos conficiunt, vulgò *vne forme.* Horat. *in Epist.*

Si scalpra & formas non sutor.

¶ Forma item Colum. *lib.7. cap.8.* dicitur instrumentum in quo exprimitur caseus. Liquor, inquit, in fiscellas, aut in calathos, vel in formas transferendus est. *Ibidem*, Deinde vbi formis, aut calathis exemptus est. ¶ Forma pro specie frequenter accipitur apud Rhetores: Quintilian. *lib.7. cap.5.* Abdicationum formæ sunt duæ: altera

criminis perfecti, altera imperfecti, &c. ¶ Forma pro regula. Virg. 6. Æneid.

Quam pœnam, aut quæ forma viros fortunave mersit.

Vbi Seruius forma, regula. Singulis enim sceleribus statuta sunt supplicia ex more Romano quem sequitur. ‖¶ Forma etiam de sittulis dicitur & canaliculis, per quos vnda adducitur, aut deriuatur ‖¶ Accipere formam, id est, modum. Quint. lib. 2. c. 4. Ita quum iam formam rectæ, atque emendatæ orationis accipient. Virg. 1. Georg.

Continuo in syluis magna vi flexa domatur
In burim, & curui formam accipit ulmus aratri.

¶ Prouinciæ forma significat fines & contributa loca. Vlpian in l. relegatorum. ff. de interdictis & relegatis. In insulam relegare Præsides prouinciarum possunt: sic tamen, vt siquidem insulam sub se habeant, id est, ad eius prouinciæ formam pertinentem, quam administrant, etiam specialiter insulam adsignare possunt, in eamque relegare. ¶ Ad formam. Plin. lib. 4. cap. 12. Peninsula ad formam gladij in transuersum porrecta. ¶ Forma, delineatio futuri ædificij. Cicer. pro Cælio lib. 2. Ego nec præterita, nec præsentia abs te, sed vt ab homine longè in posterum prospiciente, futura expecto: vt ex tuis literis quum formam Reipublicæ viderim, quale ædificium futurum sit, scire possim. Budæus. ‖¶ Formæ, aquæductus, & conceptacula, quibus aquæductus distinguuntur. Boleng.‖ ¶ Hinc composita fiunt Conformis, ὁμοιογενής, Deformis, Informis, Vniformis, Multiformis, Semiformis, & huiusmodi adiectiua: de quibus vide suis locis.

Fōrmŭlă, æ, diminutiuum. {χαρακτήρ, χαρακτηρίδιον, χαρακτηρίσκιον. GALL. *Maniere, façon, formule.* ITAL. *Maniera, ò fattione.* GERM. Ein gstältlein. HISP. *La forma de cada cosa.* ANGL. *The fashion and forme of a thing.*} Aliquando pulchritudinem significat, cum quadam diminutione, siue blandimento. Plaut. in Persa. Tempori hanc vigilare oportet formulam atque ætatulam, Ne vbi capillus versipellis fuat, fœdè semper seruias. Ad formulam suam exigere aliquem, Senec. cap. 4. de vita beata. Et, Viuere ad formulam, idem cap. 11. de tranquill. Item, ad certam stipendiorum formulam astringere milites. (i. formam.) Sueton. in August. cap. 49. Ex formula dare milites, Liuius 5. lib. 3. bell. Punic. ¶ Aliquando notam. Cicer. 2. de Orator. Sequitur ... cuiusque rei nota quæritur & formula. Velleius, Natio redacta in formulam prouinciæ. ¶ Sueton. in Tiber. cap. 17. Ad certam formulam adstrictus commeatus. Quintilian. Colaphum tibi ducam, & formulam scribam, quòd caput durum habeas. Idem, Index vnus multis & diuersis formulis. Aliquando genus & rationem. Cicer. de opt. orat. Genus & formula dicendi. ¶ Sæpissimè verò ponitur pro certis & solennibus conceptionibus verborum, quales in iudiciis & omnibus publicis actionibus esse solebant. ¶ Etiam formulæ dicuntur quæ nos instrumenta vocamus: vt testamentorum formulæ, apud eundem 2. de Orator. Hinc formulam intendere, apud Sueton. in Vitel. Quum libertino cuidam acerbiùs debitum reposcenti iniuriarum formulam, quasi calce ab eo percussus intendisset. Cadere formula, vel Excidere formula, est aliquid de conceptis formulæ verbis immutare. Erant enim iuris formulæ certis quibusdam verbis conceptæ, à quibus si quis, vel minimum recessisset, cadebat causa, id est, amittebat causam. Quintil. lib. 3. Neque ignoto multa transferri, quum in omnibus ferè causis, in quibus cecidisse quis formula dicitur, hæ sint quæstiones, &c. Sunt qui pro eodem accipiant, Cadere formula, & Cadere causa: quibus facilè assentior: vnum enim sequi solet ex altero. Nam qui formula cadebat, idem etiam cadebat causa. Hinc Sueton. cap. 14. in Claud. Plus petendo excidere formula, pro causa cadere. Senec. epist. 49. Formula cadere. Et Liuius lib. 5. d. 5. Dicere formulam, idem lib. 9. d. 4. Formulam dixit pro iure. ¶ Errare formulā, pro malè agere, dixit Quintilianus declam. 260. Quod & ipsum non obscurè ostendit idem lib. 7. quum ait, Est enim certa seruitus ad certa se verba adstringendi, idque ne fiat in lib. Cicer. de Orator. vetat M. Antonius. Nam est etiam periculosum, quum si vno verbo sit erratum, tota causa cecidisse videamur.

Fōrmŭlārĭŭs, ij, dicebatur causidicus, qui ex formula iuris agere consueuit. {δικολόγος, ἀγοραῖος, ... GALL. *Vn praticien en procés.* ITAL. *Pratico, procuratore, auocato.* GERM. Ein redner so nach form des rechten handelt. HISP. *Abogado de pleitos.* ANGL. *A practiser in the law to drawe writings.*} Quint. lib. 12. Quorum alij ad rubricas, vel ad album se transtulerunt, & formularij, vel (vt ait Cicero) leguleij esse maluerunt. Qui formularij essent, v. *Rubrica.*

Fōrmōsŭs, a, um, Pulcher, Speciosus, bona forma præditus. {יפה iaphéh. εὔμορφος, ὡραῖος. GALL. *Beau.* ITAL. *Bello di forma.* GERM. Wolgestaltet, hübsch. HISP. *Hermoso.* ANGL. *Beautifull, faire, well fauoured.*} Semper enim cum laude dicitur quamuis forma, vnde originem ducit, media sit vocabulum. Cic. 1. de nat. deor. Est tanta vis naturæ, vt homo nemo velit nisi hominis similis esse: sed tamen cuius hominis? quotus enim quisque formosus est? Virg. 2. Eclog.

Formosum pastor Corydon ardebat Alexin.

Cic. 6. Verr. Mulierum nobilium & formosarum gratia. ¶ Seipso formosior, ... Græci dicunt, cùm aliquem esse in flore ætatis significant, ita vt secum collatus nunquam æquè formosus aut fuerit, aut futurus sit. Ouid. 10. Metam.

Iam iuuenis, iam vir, iam se formosior ipso.

Fōrmōsĭtās, atis. {יפי iophí. εὐμορφία, ὡραιότης. GALL. *Beauté.* ITAL. *Belta.* GERM. Wolgestaltung, schöne hübsche. HISP. *Hermosura.* ANGL. *Well fauouredness.*} Cic. 1. Offic. Idque positum est in tribus rebus, formositate, ordine, ornatu ad actionem apto.

Fōrmālis, ... Suet. in Domit. c. 13. Pari arrogantia, quum procuratorum suorum nomine formalem dictaret epistolam, sic cœpit: *Dominus & Deus noster sic fieri iubet.* Epistolam formalem accipit pro ea quæ certa forma quasi dictabatur, excipiebatur à scribis. Pro quo nostri seculi homines dixissent, *Concipere Epistolam.* Alij exponunt formatam epistolam, qua Imperator aliquid edicebat & publicè imperabat, aut publicè ad aliquos scribebat: vt ex eius stilo, forma & exemplari, similes scriberentur. Nam cum habeat eam formam, quam instrumenta publica & edicta, formales epistolæ dicuntur. Plin. lib. 34. c. 9. Appellatur etiamnum & formalis temperatura æris tenerrimi: quoniam nigri plumbi decima portio additur, & argentarij vtecima, maximeque ita colorem bibit, quem Græcanicum vocant.

‖Formalis Philosophis varie vsurpatur. est enim ipsa forma habens formam, constituens rem, & in se constitutum, & accidens etiam est proprium: vnde *formaliter* & *materialiter* opponuntur, quippe quod propriè dicitur, id dicitur secundum formam, seu naturæ conuenientiam & veritatem definitionis.

Formalitas, differentia, ..., notio quia formis res differre noscuntur.

Formaster, formam aut decorem ostentans.

Formastrum, opus pictorum ‖

Formaria, est illa quæ Hispanis *Maestra de Nouicias*, magistra nouitiarum, vel ea, quæ reliquis informandis præest.

‖Formiæ, *Mela*. Vrbs olim F. Campaniæ maritima: cuius loci Episcopatus Caietam vrbem vicinam translatus est ‖

Formiter iuratur, quando cum causa adiecta, vel cum expressione contractus iuratur. Informiter verò, quum causa iuramenti non exprimitur. Zasius de ad. §. item si quis postulante, Instit. de act.

Fōrmo, as, Formam alicui induco, figuro, fingo, effingo. {יצר iatsár תאר toér. χαρακτηρίζω, σχηματίζω, πλάττω, μορφόω. GALL. *Former, façonner.* ITAL. *Formare.* GERM. Formieren, ein gestalt machen. HISP. *Formar, o dar figura à la cosa.* ANGL. *To forme, to fashion.*} Cic. 4. Acad. Parmenides ignem qui moueat terram, quæ ab eo formetur. Plin. lib. 11. c. 93. Quo maius est animal, tanto diutiùs formatur in vtero. Virg. 9. Æneid.

Tempore quo primùm Phrygia formabat in Ida
Æneas classem.

Suet. in Domit. c. 20. Epistolas, orationésque, & edicta alieno formabat ingenio. id est, iis componendis aliena opera vtebatur, siue per alium componebat. Horat. 3. Carm.

—— Eradenda Cupidinis
Praui sunt elementa: & teneræ nimis
Mentes asperioribus
Formandæ studiis.

Seneca c. 6. de consol. ad Helu. Formetur ad tuum exemplum. Idem c. 7. de consolat. ad Polyb. Quintilianus, Formant oculos supercilia. Suet. in Calig. c. 56. Formata commotaque in obscœnum modum. Quintilianus, Sic formata manus (in gestu.) ¶ Formare & condere res alicuius. Senec. c. 7. de consol. ad Polyb. Item, Formatus sermo de hac re in sermo inuentus. Suet. in Ner. c. 7. Item, Formata in gradus coma. Idem ibidem cap. 51. ¶ Formare iuuentutem, & instituere, & veluti à rudiore ingenio ad meliorem quandam formam traducere. Plinius in Panegyr. Quid vitam? quid mores iuuentutis quàm principaliter formas? Quintilianus, Quæ iudicem duci formarique conuenit. Suet. in Aug. c. 89. Nam si quid res exigeret Latinè formabat, vertendúmque alij dabat. Formate studia. Senec. cap. 24. de consol. ad Mart. Item Liuius lib. 4. dec. 5. Ab effusa licentia ad militarem disciplinam formato milite. Senec. c. 26. de consol. ad Mart. Formati ad istum militaris gladij duces. ¶ Huius composita sunt, Conformo, Deformo, Informo, Reformo, Transformo: quorum significata vide suis locis.

Fōrmātus, participium. {נוצר notsár מתאר methoár. μεμορφωμένος, πλασθείς. GALL. *Fait, formé.* ITAL. *Formato, fatto.* GERM. Gemacht, formiert. HISP. *Hecho, formado.* ANGL. *Formed, fashioned.*} Cicero 1. de nat. Deor. Nam Cleanthes, vt dicebat, quatuor modis formatas in animis hominum putat deorum esse notiones. Ouid. 3. Metam.

—— vultu qui immotus eodem
Hæret, vt è Pario formatum marmore signum.

‖Formatæ, seu formales literæ, vel Pacificæ, vel Commendatitiæ, vel Dimissoriæ ita dictæ quòd certa in illis forma seruatur. Cod. li. antiq.

Formatum, formacium, parietes è terra dicta. Gloss. A. L.‖

Fōrmātŏr, qui instruit & format. {יוצר iotsér מתאר methaér. πλάστης, ὁ-...στής. GALL. *Formeur, façonneur, qui instruit.* ITAL. *Chi forma & instituisce.* GERM. Ein gstalter. HISP. *El que forma ò da figura à la cosa.* ANGL. *A shaper or fashioner.*} vt, Formator animi, formator morum. Colum. in præfat. lib. 1. Denique animi sibi quisque formatorem præceptorémque accersat. Plinius in Epistol. Latum clauum in domo mea induerat, suffragio meo adiutus in petendis honoribus fuerat, ad hoc ita me dilexerat, ita verebatur, vt me formatore morum, me quasi magistro vteretur. Senec. cap. 8. de consolat. ad Heluiam, Formator vniuersi (Deus.) Et Quintilian. Formator alienorum ingeniorum.

Fōrmātūră, æ, Conformatio, siue forma vniuscuiusque rei. {תאר toár. μορφωμα, μορφή. GALL. *Façon, façonnement.* ITAL. *Forma, fattione.* GERM. Gestaltung. HISP. *Forma, ò figura.* ANGL. *A fashioning of a thing.*} Lucr. lib. 4.

Formaturaque labrorum pro parte figurat.

Et paulò post.

Seruat enim formaturam, seruátque figuram.

Fōrmiæ, arum, Ὁρμίαι. Vulgò Mola: alijs, *Formie.* Vrbs est Campaniæ maritima iuxta Caietam. Læstrigonum quondam sedes à Laconibus (vt Strabo autor est) condita: à quibus primum Hormiæ dictæ sunt, siue à frequentia bonitatéque τῶν ὅρμων, id est, stationum, vt Festo placet: siue ἀπὸ τῆς ὁρμῆς, id est, ab impetu Læstrigonum, vt Seruio placet) qui anthropophagi fuisse perhibentur. Quicquid id est, primum Hormiæ dictæ putantur: & deinde aspiratione in F, commutata, Formiæ. Verisimile est, illud esse oppidum quod quinto à Caieta lapide situm, vulgò *Molam* vocant.

Fōrmīcă, æ, à ferendis micis dicitur. {נמלה nemaláh. μύρμηξ. GALL. *Fourmy, ou formis.* ITAL. *Formica.* GERM. Ein omeiß. HISP. *Hormiga.* ANGL. *An ant, emmet, or pismire.*} Mica verò propriè est puluisculus ille, qui in arena quasi argentum fulget, à quo & panis, & omnium rerum minimæ partes, micæ dicuntur, quasi minutim cadentes. Vel simpliciter à ferendo, quòd nullum animal frequentius pondera conuehat, neque si mensuram corporis respicias maiora. Cicer. 3. de natura Deorum. Num idcirco existimas formicam anteponendam esse huic pulcherrimæ Vrbi, quòd in Vrbe sensus sit nullus, in formica non modò sensus, sed etiam mens, ratio, memoria? Plaut. Trinum. —quid factum est eo? i. Comesum, expotum, exutum, elotum

in balneis, piscator, pistor abstulit, lanij, coqui, holitores, myropolæ, aucupes, consit cito, Quam si tu obijcias formicis papauerem. Ouid. *Eleg.* 8. *lib.* 1. *Trist.*

Horrea formica tendunt ad inania nunquam.

Plaut. *Curc. sc.* 4. *a.* 4. Faciam vt te formicæ frustillatim differant. Senec. *cap.* 12. *de tranquill.* Inconsultus illis vanúsque cursus est, qualis formicis, quæ inanes per arbusta vagantur. ¶ Inde fit diminutiuum Formicula, μυρμήκιον. ¶ Formicæ Indicæ, μύρμηκες ἰνδικοί, animalia sunt Ægyptij lupi magnitudine, & felium colore, sed cornuta, aurum ex terræ cauernis eruentia, in regione Septentrionalium Indorum qui Dardæ vocantur, eruténque summa cura asseruantia. Accolæ æstiuos feruores maximè obseruant, illisque præ æstu in cuniculis latitantibus, aurum surripiunt. Sæpe tamen odore admonitæ formicæ, è cauernis prouolant, crebróque lacerant, quamuis præ velocibus camelis fugientes. Tanta pernicitas feritásque est cum amore auri. Hæc Plinius *lib.* 11. *cap.* 31. ¶ Formica camelus, μύρμηξ ἡ κάμηλος. De vehementer inæqualibus, & modò minimis, modò maximis, quod perinde sit, quasi repentè camelus in formicam vertatur. Lucian. ¶ Inest & formicæ & serphobilis ira, ἔνεστι καὶ μύρμηκι, καὶ σέρφῳ χολή. Admonet prouerbium non esse contemnendum inimicum quempiam, nec vllum temerè lacessendum: quandoquidem nullum animal est tam minutum, aut imbecillum, quod irritatum non excandescat ira. Quadrabit & in homunculos, nullis præditos viribus, tamen vindictam molientes, ira, vt solet, animos suppeditante. Serphus minutulum animal, non dissimile formicæ.

Fōrmicīnus, a, um, quod ad formicam pertinet. {μυρμήκειος. Gall. *De formis, ou formi.* Ital. *Ciò che a formica s'appartiene.* Germ. Den omeyssen zugehörend. Hisp. *Cosa pertenesciente à la hormiga.* Angl. *Of an emote or ant.*} Plaut. *in Men.*—Nunc cogito Vtrum medicam ducere medicum, aut fabrum: Atque eccum incedit, mouet formicinum gradum, hoc est, incedit more formicæ.

Fōrmicōsus, a, um, Plenum formicis. {μυρμηκώδης. Gall. *Plein de formis, formillant.* Ital. *Pieno di formiche.* Germ. Voll omeyssen. Hisp. *Lleno de hormigas.* Angl. *Full of emtes or antes.*} Plin. *lib.* 10. *cap.* 74. Dissident thoës & leones, & minima æquè ac maxima: formicosam arborem sorices cauant.

Fōrmicātio, nis. {μυρμηκίασις. Gall. *Certaines verrues ès parties du corps, qui formillent & demangent, formulliere.* Ital. *Mal delle formice.* Germ. Die beissige rand. Hisp. *Aquella obra de hormigar el cuerpo.* Angl. *Certaine wartes the in bo die which te chetas the byting of antes.*} Extuberatio quædam est parua & callosa, in summa cute latissimis radicibus inhærens, supernè angustior, quæ inter scalpendum mordentis formicæ sensum præbet: vnde etiam ex Græcis nonnulli hoc mali genus μυρμηκίαν, hoc est, formiculas appellarunt. Plin. *lib.* 8. *cap.* 7. Cinis muliebrium crinium quum fuerint combusti, addito melle sanguinem sistit illico, & formicationem corporum. Inde *lib.* 30. *cap.* 8. Verendorum formicationibus, verrucisque medetur arietini pulmonis inassati sanies.

Fōrmicans pulsus, Exiguus est, debilis, & frequens, omniúmque maximè lethalis. σφυγμὸς μυρμηκίζων. Ita dictus quòd veluti formicas per arteriam discurrentes tactui repræsentet. Plin. *lib.* 7. *c.* 51. Venarum inæquali, aut formicante percussu.

‖Formicoleon, ob hoc vocatus, quia est vel formicarum leo, vel certè formica pariter & leo. Græcum est μυρμηκολέων. Ad Latinam analogiam rectiùs diceretur *Formicoleo*.‖

Fōrmīdo, inis, secunda syllaba producta, à formis, i. spectris: siue ab antiquo formis, i. calidus: sicut à grauis fit grauidus. Metus vehementior, pauor. {יראה *jireáh* פחד *páchad*, φόβος, δέος. Gall. *Crainte, peur.* Ital. *Paura, tema.* Germ. Forcht, schrecken. Hisp. *Miedo ò temor demasiado.* Angl. *Feare, dreade.*} Cic. 4. *Tusc.* Formidinem metum permanentem definiunt. Horat.

Oderunt peccare mali formidine pœna.

Plaut. *in Amphitr.* Neque miser me commouere possum præ formidine. Cicer. *Attic lib.* 8. Omnino intelligo, nullum fuisse tempus post has fugas & formidines, quod magis debuerit mutum esse literis. Virg. 3. *Æneid.*

Tum verò ancipiti mentem formidine pressus
Obstupui.

Ouid. 5. *Fast.*

Dum noua lanugo est pauidos formidine ceruos
Terget.

Plaut. *Amphitr.* Eadem nos formido terrore timidas impulit. Item *Capt. sc.* 4. *a.* 3. Vix asto præ formidine. Idem *Men. sc.* 5. *a.* 5. Me impleuit flagitij & formidinis. ¶ Formidinem ostentare. Salust. *Iugurth.* 70. ¶ Formido in venatione pro linea, quæ vario plumarum nexu discolor, qua terrentur apri, vulpes, lupi, vrsi, imprimísque cerui. Virg. *in Georg.* 3.

Puniceæve agitant timidos formidine pennæ.

Dicitur, & linea. Nemesianus,

Linea quinetiam magnos circundare saltus
Quæ possit, volucrésque metu concludere prædas,
Digerat innexas non vnâ ex alite pinnas.

Oppianus dicit δεῖμα πολύχροον: & alibi, δειμαλέην μήρινθον, i. formidinem multicolorem, & lineam formidolosam.

Fōrmīdo, as, Metuo, timeo. {ירא *jaré* פחד *páchad* חרד *charadh*. φοβοῦμαι, δέδοικα, δειμαίνω. Gall. *Craindre, redouter.* Ital. *Hauer grand paura, temer forte.* Germ. Förcht, fürchten. Hisp. *Temer demasiadamente.* Angl. *To be afrayed, to haue a feare and dread.*} Plaut. *in Capt.* Nimisquer hercle illum male formidabent. Idem *in Cistel.* Nam & totus paueo, & formido. Idem *prolog. Amphitr.* Formidare malum. Idem *in Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Hac mea fide, nisti formidas credere. Formido ne. Idem *in Asin.* Formido miser ne hic me tibi arbitretur Suasisse, tibi ne crederes. ¶ Hinc composita sunt, Afformido, Deformido, & Reformido, quæ vide suis locis.

Fōrmīdans, participium. {ירא *jaré* מפחד *mephachéd*. δεδιὼς, δειμαίνων. Gall. *Craignant.* Ital. *Temente.* Germ. Förchtende. Hisp. *Temeroso, medroso.* Angl. *Fearing.*} Plaut. *Amph.* Ego tunas recessim rursum prorsum trahere & ducere, Metuens pueris, mihi formidans.

Fōrmīdātus, participium, Formidabilis. {נורא *norá* φοβερός. Gall. *Redouté.* Ital. *Temuto.* Germ. Geförchtet. Hisp. *Temido.* Angl. *Dread, feared.*} Horat. 3. *Carm. Ode* 6.

Penè occupatam seditionibus
Deleuit vrbem Dacus & Æthiops.
Hic classe formidatus, ille
Missilibus melior sagittis.

Fōrmīdātio, {יראה *jireáh* חרדה *charadháh*. φόβος, τὸ δέος. Gall. *Crainte.* Ital. *Esso temere.* Germ. Forcht. Hisp. *Aquel temer.* Angl. *Feare, dread.*} Cic. *in Partition.* In suasione autem aut spem, aut formidationem deliberantis. Quædam exemplaria *reformidationem*, alia *reformationem*.

Fōrmīdolosus, a, um, modò actiuè sumitur pro eo qui timet. {חרד *charédh* ירא *iaré*. δειλός. Gall. *Vn homme qui s'estonne, qui craint, craintif.* Ital. *Timoroso, che è temente.* Germ. Forchtsam. Hisp. *Temeroso ò medroso.* Angl. *That feareth or dreadeth much.*} Terent. *Eunuch.* num formidolosus obsecro es mi homo. C. Apagesis, egóne formidolosus? id est, timidus, vel meticulosus. Modò passiuè, pro eo qui formidatur. φοβερός. Gall. *Peur celuy qui est craint, qui estonne, qui fait peur.* Vide Gell. *c.* 12. *lib.* 9. Salustius, Regibus boni quàm mali suspectiores sunt, sempérque his aliena virtus formidolosa est, id est, quæ formidatur. Cic. 4. *Tusc.* Conseruatio stabilis iudicij in iis rebus, quæ formidolosæ videntur. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 3. (Herbas) formidolosas dictu, non esu modò. Idem *Amph.* Mira memoras, nimis formidolosum facinus prædicas. Comparat. Formidolosior, Superlat. Formidolosissimus. Tacit. *lib.* 1. Formidolosior hostium miles. Cic. *pro lege Manil.* Ad bellum maximum formidolosissimúmque pro Consule mitteretur. Sueton. *in August. cap.* 91. Plurima & formidolosissima somnia & vana, & irrita videbat.

Fōrmīdōlōsē, aduerb. {φοβερῶς. Gall. *Auec crainte, en craignant.* Ital. *Con timore.* Germ. Forchtsamiglich. Hisp. *Con miedo y temor.* Angl. *Fearfullye, dreadfullye.*} Cic. *pro Sestio*, Eos qui plurimùm possent opponi omnibus concionibus falsò, sed formidolose tamen autores ad perniciem meam.

Fōrmīdābilis, e, quod est formidandum. {נורא *norá*. φοβερός. Gall. *Qu'on dois craindre, qui est à craindre & redouter.* Ital. *Formidabile, del quale si teme.* Germ. Das zufürchten ist. Hisp. *Cosa que se puede o deue temer.* Angl. *That is to be feared.*} Ouid. 2. *Metam.*

Nulla in fronte minæ, nec formidabile lumen.

Fōrmīdāmina, ab Apuleio vocantur spectra, φάσματα. Apuleius *in Apolog.* Omnia bustorum formidamina.

‖Formis, e, formosus. Sic legunt apud Plaut. *Bacch.* 22. & *Mil.* 43. Aliter *fortis*, quod ideo exponunt formosa.‖

Formio. Vide *Phormio* infrà.

Formio, Ptolem. Istriæ fluuius: hodie Cisanus.

Fōrmo, as, Formosus, Formula, vide *Forma*.

Fōrmiōnes, φορμοί, siue φορμοί. Vlpian. *D. lib.* 33. *tit.* 7. *l.* 12. Formiones, & spongias, & amas, & scopas, contineri plerique & Pegasus aiunt.

‖Formucales forcipes dictæ, quòd forma capiunt, id est, feruentia. *Fest.*

Formus, a, um, calidus, feruidus.‖

Fōrnāx, acis, à fornix. {כבשן *chibhschan* תנור *tannúr*. κάμινος. Gall. *Fournaise.* Ital. *Fornace.* Germ. Ein ofen. Hisp. *Horno ò hornaza.* Angl. *An ouen furnaise, or chymney.*} Quæ rei alicuius coquendæ, aut calefaciendæ gratia igni succenditur: cuiusmodi sunt, quibus calx, aut lateres coquuntur, quibúsque hypocausta calefiunt. Cic. *de natur. deor.* Sunt quædam etiam, quæ igne nasci putentur, apparéntque in ardentibus fornacibus sæpe volitantes. Plin. *lib.* 9. *cap.* 8. Longinquæ fornacis cuniculo.

Fōrnācula, diminut. Iuuen. *Satyr.* 10. Magna est fornacula. {μικρὰ κάμινος. Gall. *Petite fournaise.* Ital. *Fornace picciola.* Hisp. *Pequeño horno, ò hornaza.* Angl. *A litle furnaise or ouen.*} ¶ Fornacula, translatè. Apuleius *in Apologia*, Hic aduocatorum conductor, hic testium exemptor, hic totius calumniæ fornacula.

Fōrnācĕus, a, um, Factum in modum fornacis. {καμινοειδής. Gall. *Fait en façon de fournaise.* Ital. *A foggia di fornace.* Germ. Gemacht wie ein ofen. Hisp. *Hecho en guisa de hornaza.* Angl. *Made lyk an ouen or furnaise.*} Plin. *lib.* 35. *cap.* 14. Quid non in Africa, Hispaniáque ex terra parietes, quos appellant fornaceos (quoniam fornacum modo circundati vtrinque duabus tabulis, infarciuntur verius, quàm instruuntur) æuis durant, incorrupti imbribus, ventis, ignibus, omníque cæmento firmiores?

Fōrnācārius, ij, cui accendendæ fornacis, coquendique panis cura incumbit. {καμινευτὴς, ἰπνεύτης. Gall. *Fournier, Boulenger.* Ital. *Fornaio.* Germ. Ein ofen hitzer, oder beck. Hisp. *Hornero.* Angl. *A baker of bread.*} Vlpian. *l. si seruus. ff. ad l. Aquil.* Si fornacarius seruus coloni ad fornacem obdormisset, & villa fuisset exusta.

Fōrnācālia, orum, Feriæ farris torrendi gratia institutæ, quòd ad fornacem quæ in pistrinis erat, sacrificium fieri solebat. Ouid. *lib.* 2. *Fast.*

Facta dea est Fornax, læti Fornace coloni.

& paulò pòst,

Curio legitimis nunc Fornacalia verbis
Maximus indicit, nec stata sacra facit.

Bud. post Festum.

‖Fornacator, idem qui fornacarius‖

Fōrnix, icis, pen. genitiui corr. & generis masculini, Arcus in ædificiis, & quodcunque opus concameratum. {עולם *elam* אולם *vlám*. ψαλὶς. Gall. *Voute, arc en arcie, la ployé en arc d'vne voute.* Ital. *Volte, arco.* Germ. Ein schwiboge oder gewelb. Hisp. *Arco è boueda, è cosa fornicata.* Angl. *An arche or vaute.*} A furuo, atro, nam loca in arcum ædificata subobscura sunt. Cic. *in Topic.* Non debebit præstare quod fornix vitium fecerit. Virg. 6. *Æneid.*

Mœnia conspicio, atque aduerso fornice portas.

Idem 10. *Æneid.*

Aut amnis ripa, aut alto fornice saxi.

Plin. *lib.* 33. *c.* 4. Relinquuntur itaque fornices crebri montibus sustinendis.

nendis. ¶ Quoniam verò meretrices in huiusmodi locis, id est, sub fornicibus habitare consueuerunt, ponitur fornix pro lupanari, seu meretricia cella. *χαμαιτυπεῖον*. Senec. *lib. 1. controuers.* Redoles adhuc fuliginem fornicis. Et *in Priapeia*, Nigri fornicis oblitus fauilla. Iuuenal. *Satyr. 3.*

Lenonum pueri quocumque in fornice nati.

Horat. 1. *Serm. satyr. 2.*

———sunt qui nolunt tetigisse, nisi illas,
Quarum subsuta talos tegat instita veste:
Contrà, alius nullam nisi olenti in fornice stantem.

¶ Item pro ipso scorto, siue meretrice. Suet. *in Cæs. c. 49.* Stabulum Nicomedis, & Bithynicum fornicem Cæsarem Curio vocat. ¶ Erant etiam fornices, arcus in memoriam rerum à triumphalibus viris gestarum extructi, quasi monumenta victoriarum. Cicer. 2. *de Orat.* Etiam illa ridentur, quæ minuendi, aut augendi causa ad incredibilem admirationem efferuntur: velut tu Crasse in concione, ita sibiipsi magnum videri Memmium, vt in forum descendens caput ad fornicem Fabij demitteret. Idem 4. *Verrin.* Huius fornix in foro Syracusis est, in quo nudus filius stat. Huiusmodi fornices etiam hodie Romæ extant, quos *Arcus triumphales* vulgò vocant, quorum antiquissimus est D. Vespasiani nomine erectus in triumpho Iudaico. Alij autem duo maximè insignes, quorum alter Septimij Seueri, alter Constantini memoriæ erectus est.

Fŏrnĭco, as, Fornices extruo, vel fornicis figuram rei alicui induco. {*καμαρόω*. GALL. *Vouter, faire en maniere d'arche.* ITAL. *Fabricare in volto.* GERM. Gewölben / ein schwibogen oder gewölb machen. HISP. *Hazer arco ò boueda.* ANGL. *To build an vault, or vault, or archeroofe.*} Plin. *lib. 11. c. 10.* Ruentes certas fulciunt pilarum integerinis à solo fornicatis, ne desit aditus ad sarciendum. Idem *lib. 16. cap. 42.* Populus contra omnia inferiora panditur, palma econtrario fornicatur, hoc est, sursum incuruatur, quum fornicis cornua deorsum soleant inclinari.

Fŏrnĭcātŭs, participium, quod ad fornicis modum ædificatum est, quod & concameratum opus, & arcuatum vocamus. {*καμαρωθεὶς, καμαρωτός*. GALL. *Fait en voute.* ITAL. *Fatto in volto.* GERM. Gewölbt / zusammen geschlossen als ein schwibogen. HISP. *Hecho en arco ò boueda.* ANGL. *That is builded lyk an vault.*} Cicer. *in Topic.* Omnibus ius est, parietem directum ad parietem communem adiungere vel solitum, vel fornicatum.

Fŏrnĭcŏr, aris, Meretricor, hoc est, cum meretricibus rem habeo. {זנה *zanáh*. *πορνεύω*. GALL. *Paillarder.* ITAL. *Hauer à fare con meretrice.* GERM. Hurerey treiben. HISP. *Fornicar ò andar en puterias.* ANGL. *To play the harlotte.*} Dictum fornicari à fornicibus, in quibus meretrices prostare consueuerunt. Huiúsque verbi exemplum nullum inuenimus in eo significatu apud idoneos Latinæ linguæ auctores, & tantùm apud Ecclesiasticos inuenitur.

Fŏrnĭcārĭŭs, ij, substantiuè, ὁ ὑπὸ ταῖς καμάραις, ὁ ταῖς ἁψῖσι [illegible]. Propriè dicitur opifex, aut propola, siue institor, qui tabernas à fisco conducit sub fornicibus, vt ibi merces suas vænales habeat: cuiusmodi esse solent in porticibus fori vænalium, id est, macelli, quas halas appellant. *In Pandectis L. quum quidam. de vsuris.* Fiscus ex suis contractibus vsuras non dat, sed ipse accepit, vt solet à fornicariis, qui tardiùs pecuniam inferunt. Bud. *in Annotationibus.*

Fŏrnĭcātĭo, nis, Fornicis structura. {*καμάρωσις*. GALL. *Voutement, vouture.* ITAL. *Edificio in volto.* GERM. Gewölbung / zusammen schliessung wie ein schwibogen. HISP. *Edificio à boueda.* ANGL. *A vaulting or making an archeroofe.*} Seneca, Societas nostra lapidum fornicationi similis est, quæ casura, nisi inuicem obstarent, hoc ipso sustinetur.

Fŏro, as, à πόρος, πείρω. Penetro, siue pertundo. {נקב *nakáb*. *τετραίνω, τρυπάω*. GALL. *Percer, forer, trouër.* ITAL. *Forare. pertugiare.* GERM. Boren. HISP. *Horadar.* ANGL. *To pearse, to mak an hole trough.*} Col. *lib. 5. c. 9.* Amygdala si parum ferax erit, forata arbore lapidem adigito, & librum arboris inolescere finito. Plaut. *Mostell.* O carnificinum cribrum quod credo fore, Ita te forabunt patibulatum per vias. Col. *lib. 8. c. 3.* Foratis duobus aduersis parietibus. ¶ Hinc Inforo, & perforo, quod est perterebro, & ab vno latere ad alterum foro. *τρυπῶ, τετραίνω, διατετραίνω*. Colum. Sed aliud ferramentum, quo priores vitem perforabant. Liu. Vna tamen perforata naui.

Fŏrābĭlĭs, e, quod perforari potest. {*τρητὸς, διατρητός*. GALL. *Perceable, qu'on peut forer & percer.* ITAL. *Che si puo forare.* GERM. Das zuboren. HISP. *Cosa que se puede ligeramente horadar.* ANGL. *That may be pearced.*} Ouid. 12. *Metam.*

Contemptor ferri, nulloque forabilis ictu.

Fŏrāmĕn, inis, quicquid perforatum est. {חר *chor*. *τρώγλη, ὀπή*. GALL. *Vn trou, ou pertuis.* ITAL. *Forame, buco.* GERM. Ein loch das gebort ist. HISP. *Horado ò agujero.* ANGL. *A hole.*} Columell. *de arb. cap. 8.* Itaque cauatum foramen quum purgauimus, vndique adrasos surculos inferimus. Cic. 1. *Tuscul.* Nam nunc quanquam foramina illa quæ patent ad animum à corpore, callidissimo artificio natura fabricata est: tamen terrenis concretísque corporibus sunt intercepta quodammodo. Plinius *lib. 10. cap. 70.* Pisces quidem, auditus nec membra habent, nec foramina. Foramen ad excrementa corporis, apud eundem *lib. 11. cap. 11.*

Fŏrāmĭnōsŭs, a, um, quod foraminibus abundat. {*τρωγλώδης*. ANGL. *Full of holes.*}

Fŏrātŭs, us, ui, foramen, vel potiùs ipsa perforatio. {נקבה *nekabáh*. *τρῆμα, τρῆσις*. GALL. *Trou ou pertuis.* ITAL. *Forame, buco.* GERM. Borung / das boren. HISP. *Horado.* ANGL. *An hole.*} Lactant. *lib. de Opif.* Oculorum orbes concauis foraminibus conclusit: à quo foratu frontem nominatam Varro existimauit.

Fŏrpex, forpices, in plur. quibus pili inciduntur. Forfices enim sarcinatorum, forcipes fabrorum quibus ferrum calidum capiunt, & forpices tonsorum. Sosip. *lib. 1. sua Grammat.* Sueton. *in August. cap. 75.* Nihil præter cilicia, & spongias, & rutabula, & forcipes, atque alia id genus.

Fŏrs, ò fors, à forte fœm. gen. Fortuna, casus. {גד *gadh* פור *pur*. ἡ τύχη, δαίμων. GALL. *Fortune, cas, auenture.* ITAL. *Fortuna, caso.* GERM. Ein glückfal / zufal. HISP. *Fortuna, auentura.* ANGL. *Fortune, chance.*} Casus est extemporalis: Fortuna autem ipsa dea: vt annotauit Nonius, citans locum Accij ex Andromeda, Multi quibus natura praua magis, quàm fors, aut Fortuna obfuit. Cic. *ad Attic. lib. 14.* Fors in aliquibus rebus plus quàm ratio potest. Ouid. 4. *Fast.*

Fors sua cuique loco est.

Et Gell. *cap. 8. lib. 12.* Fors fuit vt, &c. Plaut. *Milit. sc. 3. a. 2.* Forte fortuna per impluuium huc despexi. Quint. Forte quadam. Ouid. *Eleg. 7. lib. 3. Trist.*

Si forsan nostrum deleuit amorem. (tempus.)

¶ Interdum tamen pro Fortuna ponitur. Cicer. 4. *ad Attic.* Sed de illa ambulatione Fors viderit, aut si quis est qui curet Deus. Terent. *in Hecyr.* Fors fuat pol, Fortuna faueat, vel bona eueniat. Idem *Phorm.* Dij vestram fidem, quàm sæpè Forte temere eueniunt, quæ non audeas optare.

Fors fortuna, vide *Fortuna*.

Fŏrsăn, dubitandi aduerbium est. {אולי *ulái*. *ἴσως*. GALL. *Parauenture, de fortune.* ITAL. *Forse.* GERM. Villeicht. HISP. *Por auentura.* ANGL. *Peraduenture, perchance.*} Virg. 1. *Æneid.*

Forsan & hæc olim meminisse iuuabit.

Terent. *in Andr.* Aliquis forsan me putet non putare hoc verum.

Fŏrsĭtăn, dubitandi aduerbium, Forte, forsan, & fortasse. {אולי *ulái*. *ἴσως*. GALL. *Parauenture.* ITAL. *Forse.* GERM. Villeicht. HISP. *Por auentura.* ANGL. *Peraduenture.*} Cic. *de Orat.* Maior ars aliqua forsitan esset requirenda.

Accipe supremo dictum tibi forsitan ore (vale.)

Ouid. *Eleg. 4. lib. 4. Trist.*

Fŏrtāssĭs, siue fortasse, dubitandi aduerbium. {אולי *ulái*. *ἴσως*. GALL. *Par auenture.* ITAL. *Forse.* GERM. Villeicht. HISP. *Por auentura.* ANGL. *Per chance.*} Cic. *Cal. lib. 2. Epist.* Sed ego fortassis vaticinor, & hæc omnia meliores habebunt exitus. Terent. *Eunuch.* Tu fortasse quæ facta hic sunt, nescis. Cic. *Mario.* Habes epistolam verbosiorem fortasse quàm velles. ¶ Fortasse, pro nisi fallor. Plaut. *Mil. sc. 3. a. 2.* Noster est fortasse circiter circa triennium.

Fortĕ, aduerb. Fortuitò, casu. {אולי *ulái*. *τύχῃ*. GALL. *Parauenture, de cas fortuit.* ITAL. *Per auentura.* GERM. Ongeferd. HISP. *Por auentura.* ANGL. *Peraduenture, by chance.*} Virg. *Eclog. 7.*

Fortè sub arguta consederat ilice Daphnis.

¶ Aliquando autem dubitandi aduerb. est. Cic. 2. *Orat.* Nec fortè hoc magnum ac memorabile videatur. Plaut. *Curc. sc. 3. a. 2.* Fortè aspicio militem. Idem *Mostell. sc. 2. a. 2.* Lucernam fortè oblitus fueram extinguere.

Fŏrtĭs, e, à φέρω. tam de corpore, quàm de animo dicitur. Nam & eum significat, qui validis viribus est præditus, & qui infractum in aduersis habet animum. {גבור *gibbor* אדיר *addir* עז *haz* חזק *chazák* איתן *ethán* אביר *abbir*. *ἀνδρεῖος*. GALL. *Fort, robuste, gaillard.* ITAL. *Forte, gagliardo.* GERM. Starck / mannlich / dapffer. HISP. *Fuerte.* ANGL. *Strong in bodie, valyand of courage.*} Cic. *pro Milone*, Vir fortis & animosus, & acriter morti sese offerens. Idem 2. *Tusc.* Fortes fortuna adiuuat, vt est in prouerbio. Idem *de senect.* Senectus animosior est, quàm adolescentia & fortior. Idem *pro Sext. Roscio*, Vir contra audaciam fortissimus. Idem *de Orat.* Inflexio laterum fortis & virilis. Plaut. *in Asin. sc. 2. a. 3.* Qui me vir est fortior ad sufferendas plagas? Virg. 1. *Æneid.*

———fortémque Gyam, fortémque Cloanthum.

Plaut. *Pseud. sc. 2. a. 4.* Quid agit is? Quòd homo fortis & bellator probus. Senec. *c. 18. de consol. ad Polyb.* Dura magis, quàm fortis prudentia. Ouid. 13. *Metam.*

——— Non tu tantum terreris Vlysse,
Sed fortes etiam.

Ibidem,

Arma viri fortis medios mittantur in hostes. (i. Achillis.)

Gell. *cap. 2. lib. 5.* Fortia facinora facere. (in pugna.) Ouid. 3. *Fast.*

Consilium vobis forte piúmque dabo.

Quintilian. Fortibus armis & fulgentibus præliari. ¶ Item fortior alis, siue auis. Catull. *de com. Beren.* Ouid. 13. *Met.* Euentus vestræ, fortissimæ pugnæ quis fuit? *ἀγωνιστικῶς*. ¶ Quandoque celer. Virg. 11. *Æneid.*

Quid tam egregium, si fœmina forti
Fidis equo?

¶ Quandoque formosus. Plaut. *in Milite*, Ecquid fortis visa est? ¶ Quandoque diues. Idem *Trinummo*, Eum sororem spopondisse suam in tam fortem familiam. ¶ Fortis in alium fortiorem incidit, ἰσχυρὸς ὤν, ἄλλου κρείττονος ἀντέτυχεν. Dici solitum, vbi quis nimium fretus suis viribus, aliquando nanciscitur à quo vincatur. Zenodotus.

Fŏrtĭcŭlŭs, i, diminutiuum. {*ὑπισχυρός*. GALL. *Forcelet, vn peu fort.* ITAL. *Aliquanto forte.* GERM. Starcklechtig / etwas dapfer. HISP. *Fuerte vn poco.* ANGL. *A litle strong, somewhat hardie.*} Cicer. 2. *Tuscul.* Quanuis idem Epicurus forticulum se in torminibus, in stranguria sua præbeat.

Fŏrtĭfĭco, as, Munio, roboro, fortem facio, confirmo. {חזק *chizzék* עז *ház*. *ἰσχυρίζω*. GALL. *Fortifier.* ITAL. *Fortificare.* GERM. Stercken / starck machen. HISP. *Fortalecer.* ANGL. *To strenthen or mak strenge.*} Plaut. Fortifica animum.

Fŏrtēsco, scis, Fortis fio. {חזק *chazák*. *ἐγκρατύνομαι*. GALL. *Deuenir fort, s'enforcir.* ITAL. *Diuenir forte.* GERM. Starck oder dapfer werden / erstarcken. HISP. *Fortalecerse.* ANGL. *To waze strenge.*} Næuius, Crescit annis, & fortescunt vires. Hoc verbum à Gell. *lib. 19. c. 7.* refertur inter antiqua & obsoleta.

Fŏrtĭtūdo, inis. Magnitudo animi, robur, animi excelsitas, præsentia animi. {חזקה *chezkáh* חזק *chozék* עז *hoz* גבורה *geburáh*. *ἰσχύς, ἀνδρεία*. GALL. *Force, bon courage, vaillantise.* ITAL. *Fortezza.* GERM. Mannheit / dapferkait / sterck. HISP. *Fortaleza. virtud del animal.* ANGL. *Strenth, courage, manhede.*} Cic. *de Inuent.* Fortitudo est, considerata periculorum susceptio, & laborum perpessio. Vel (vt idem 4 *Tuscul.* definit) est scientia rerum perferendarum, vel affectio animi in patiendo ac perferendo, summæ legi parens sine timore. Macrob. Fortitudinis est, animum supra periculi metum agere, nihilque nisi turpia timere, tolerare fortiter vel aduersa, vel prospera. Fortitudo præstat

 magnani

magnanimitatem, fiduciam, securitatem, magnificentiam, comitantiam, tolerantiam, firmitatem. Cic. 13. *Philipp.* Est omnino fortium virorum, quales vos esse debetis, virtute praestare tantum, vt possint fortunae culpam non extimescere. Sed quoniam ab hoc ordine non fortitudo solum, verùm etiam sapientia postulatur, quanquam videntur haec non posse seiungi, &c. Idem 1. *Offic.* Sunt ergo domesticae fortitudines non inferiores militaribus.

Fŏrtĭtĕr, aduerbium. Animosè, infracto animo. {בגבורה *begbourah.* ἀνδρείως. GALL. *Fort vaillamment, puissamment, courageusement.* ITAL. *Fortemente, animosamente.* GERM. Männlich, dapfferlich. HISP. *Fuerte y esforçadamente.* ANGL. *Manly, stoutlie.*} Cic. *de senect.* Quem ego meum casum fortiter ferre visus sum. Idem 4. *Philipp.* Nec solum id animosè, & fortiter, sed consideratè etiam sapienterque fecerunt. Ouid. 13. *Metam.*

——Quodcunque potest fecisse videri
Fortiter iste, meum est.

Plaut. *Men. sc. 2. a. 1.* Idem *Amphitr.* Regem Pterelam nostris occisum manibus fortiter. Idem *Asin. sc. 2. a. 2.* Fortiter malum qui patitur. Idem *post*, potitur bonum. Idem *Merc.* Non abstulit modò, sed in amorem coniecit fortiùs. Plin. *lib. 16. c. 40.* Fortissimè vlmus seruat rigorem. Fortiter cibum assumere, i. liberaliter & copiosè. Cels. *lib. 3. c. 15.* Deinde post febrem oportebit vagi, & vehementer perfricari, cibum & validum, & fortiter assumere.

Fŏrtūĭtō, aduerb. Vide *Fortuna.*

FŎRTŪNĂ, ae, est accidentium rerum subitus atque inopinatus euentus, Sors, fors, casus, temeritas. {גד *gad* פור *pur.* τύχη. GALL. *Fortune, auenture.* ITAL. & HISP. *Fortuna.* GERM. Glück, ein zufal er sey gut oder böß. ANGL. *Fortune, chance.*} Cic. 2. *de Diu.* Quod est enim aliud fors, quid fortuna, quid euentus, quid casus, nisi quum sic aliquid cecidit, sic euenit, vt vel non cadere, atque euenire, vel aliter cadere atque euenire potuerit? Est autem fortunae vocabulum medium: sed quum fortunam solam dicimus, intelligimus felicitatem. Ouid. 13. *Metam.*

——Si quaeritis huius
Fortunam pugnae: non sum superatus ab illo.

Plaut. *Curc. sc. 2. a. 2.* Fortuna humana fingit artátque vt lubet. Velleius, fortunam hominis egressus Pompeius. Plaut. *Capt. sc. 1. a. 2.* Per fortunam incertam te oro. Vell. fortunam in sua potestate habuit Cato. Senec. *cap. 16. de cons. ad Mart.* Cum fortuna in gratiam reuerti. Velleius, Quos fortuna praesenti periculo subduxerat. Ouid. *Eleg. 7. lib. 3. Trist.* fortuna dat & rapit quidlibet. Velleius. A se discordauit fortuna in Pompeio. Idem, Ancipitis fortuna temporis (de tempestate) virtute correcta. Idem, In quem statum peruenerit fortuna publica. Ouid. *Eleg. 1. lib. 5. Trist.* Hic (liber) talis erit, qualis fortunae. Senec. *cap. 8. de tranquil.* Quos fortuna nunquam respexit. Plaut. *Pseud. sc. 3. a. 2.* Sola fortuna centum doctorum hominum consilia deuincit. Ouid. *Eleg. 4. lib. 1. Trist.* Dum ridet fortuna, tat simul intonuit. Liuius *lib. 5. bell. Punic.* pro fortuna, qua erat natus. Caes. *lib. 2. de bell. ciuil.* Eadem esset belli fortuna patienda. ¶ *Fortuna* dea credita est antiquis, quae apud Praenestinos & Antiates praecipuè colebatur. Iuuen. *Satyr. 10.*

Nullum numen abest, si sit prudentia: sed te
Nos facimus Fortuna, deam, caelóque locamus.

Terent. *Phorm.* O fortuna, ó Fors fortuna, quantis commoditatibus, Quàm subitò hero meo Antiphoni ope vestra hunc onerastis diem. Donatus, Aliud fortuna, aliud fors fortuna. Fortuna dicta est incerta res: fors fortuna, euentus fortunae bonus, εὐτυχία, εὐπλοΐα. Nam Fors fortuna Dea, trans Tyberim aedem habebat, cuius festum colebant, qui sine arte aliqua viuebant. Cic. *de Amic.* Non enim solùm ipsa Fortuna caeca est, sed eos etiam plerumque efficit caecos, quos complexa est. ¶ Fortunae muliebris templum cur extructum. Plutarch. *in Coriol.* Templum fortunae huius diei vinit Catullus. Idem *in Mario.* Item, Plaut. *Asin. sc. 3. a. 3.* Quem te nominem Deum? Fortunam atque obsequelam. Caesar *lib. 3. de bell. ciuil.* Fortuna quantum in bello possit. Ouid. *Eleg. vlt. lib. 4.*

——Fortunae munere factus eques.

¶ Accipitur etiam fortuna in vtroque numero pro diuitiis, copiis, opibus. Cic. *de Diuin. in Verrem.* Cur, de quibus in prouincia non optimè es meritus, eos nunc planè fortunis omnibus conaris euertere? Tacit. *lib. 13.* Nec si Iturius & Caluisius adesis omnibus fortunis, &c. Cic. *de Amic.* Saepe enim quibusdam aut animus abiectior est, aut spes amplificandae fortunae fractior. Horat. 1. *epist. 5.*

Quò mihi fortuna, si non conceditur vti?

Ouid. *Eleg. 5. lib. 4. Trist.*

Vnica fortunis ara reperta meis.

Plaut. *Capt. sc. 2. a. 5.* Vbi loci tuae fortunae sunt, intelligis. ¶ Fortunae, arum, pluraliter pro felicitate. Terent. *in Andr.* Cùm id mihi placebat, tum vno ore omnes omnia bona dicere, & laudare fortunas meas, Qui gnatam haberem tali ingenio praeditum. Cic. *pro Sylla.* Hic vos orat, Iudices, paruus, vt se aliquando, si non integra fortuna, aut afflicto patri suo gratulari sinatis. ¶ Fortuna aestuaria: τύχη εὔριπος, Quod vicissim huic fauere soleat, nunc illi. ¶ Manum admouenti fortuna est imploranda, τὴν χεῖρα προσφέροντα δεῖ τὴν τύχην ἐπικαλεῖν. Admonet adagium ita fidendum esse diuino auxilio, vt nihilo segnius, quantum in nobis est, etiam ipsi nostra adnitamur industria: alioqui non audituros Superos inertium ac desidiosorum vota. Plutarch. ¶ Sui cuique mores fingunt fortunam. E medio vulgò videtur sumpta sententia, apud Cornelium Nepotem *in vita Pomp. Attici.* Nam plerunque videmus mala malis euenire, digna dignis: idque vulgò dictitant, Malas malam reperit. Attestatur & vetustius prouerbialis, ἐσθλῷ γὰρ ἀνδρὶ τ' ἐσθλὰ καὶ δίδωσι θεός. Viro bono fortuna suppeditat bona. Senec. *cap. 17. de cons. ad Mart.* Si fortuna cuique pro moribus esset, nunquam mala bonos sequerentur. Et Plaut. *Pseud. sc. 3. a. 2.* Vt quisque fortuna vtitur, ita sapit, vel stultus habetur. Et Liu. *6. d. 4.* fortunam in consilio habere. ¶ Cuiusmodi portento me inuoluit fortuna: οἵῳ μ' ὁ δαίμων τέρατι συνέζευξε τύχης: Dici conueniet, vbi negotium incidat cum homine moroso difficilique, cum quo non queas viuere, nec à quo te possis extricare. Zenodotus. ¶ Praeteritam fortuna boni consule. τὰ παρὰ τῆς τύχης. Quo admonemur ne nos alienarum rerum cupidita-te maceremus, sed quaecunque contigit sors, eam velut optimam amplectamur. Plato *in Gorgia.*

Fŏrtūno, as, Prospero, secundo, seruo, augeo. {הצליח *hitsliach.* εὐδαιμονίζω. GALL. *Conduire à bonne fin, donner bonne issue, bien fortuner ou prosperer.* ITAL. *Felicitare, prosperare.* GERM. Glücken, glücklich machen. HISP. *Hazer bien auenturado.* ANGL. *To prosper, or to giue prosperitie.*} Cicer. *Curioni.* Tibi patrimonium dij fortunent. Idem *M. Marcello.* Maxima sum laetitia affectus, quum audiui te Consulem factum esse, eumque honorem deos tibi fortunare volo.

Fŏrtūnātus, a, um, Prosper, felix. {מצליח *matsliach* מושכל *meuschchal* אשרי *aschre* εὐδαίμων, εὐτυχής. GALL. *Heureux, prospere.* ITAL. *Prospero, auenturoso, felice.* GERM. Glückhafftig, glückselig. HISP. *Dichoso y bienauenturado.* ANGL. *Prosperous, that lucketh well.*} Terent. *in Adelph.* Derides fortunatus qui isto animo sies. Virg. *in Daphnide.*

Fortunate puer, tu nunc eris alter ab illo.

Idem 1. *Eclog.*

Fortunate senex, ergo tua rura manebunt.

Ouid. 3. *Fast.*

Et fortunatos obuia turba vocat, (id est, ebrios.)

Plaut. *Mostell. sc. 1. a. 1.* Tu fortunatus, ego miser, patiunda sunt. ¶ Aliquando idem est quod propitius. Afranius, Deos ego omnes, vt fortunati sint, precor. Inter felix & fortunatus haec tamen differentia traditur à Corn. Fron. Felix, inquit, est, qui ita est natus. Fortunatus cum opibus nomen accepit: ita felix naturae bono, fortunatus temporis commodo fruitur.

Fŏrtūnātē, aduerbium, Feliciter, prosperè. {εὐτυχῶς. GALL. *Heureusement.* ITAL. *Felicemente, prosperamente.* GERM. Glückhafftiglich, glückseliglich. HISP. *Bien auenturadamente.* ANGL. *Prosperouslie, with good lucke.*} Cic. 3. *de finib.* Necessariò sequitur, omnes sapientes semper feliciter, absolutè, fortunate viuere.

Fŏrtūnātim, aduerbium. Idem quod fortunatè. εὐδαιμόνως. Plaut. Si dederit Iupiter vt fortunatim omnia succedant.

Fŏrtuitus, a, um, quod casu accidit. {τυχαῖος. GALL. *Fortuit, casuel, aduenu d'aduenture.* ITAL. *Cio che auiene altrui per caso prezigodi, per sorte.* GERM. Zufellig. HISP. *Cosa que viene à caso y fortuna.* ANGL. *That cometh by chance.*} vt, Fortuitus concursus. Cic. 1. *Tusc.* Democritum enim illum, magnum quidem virum, sed leuibus, & rotundis corpusculis efficientem animum concursu quodam fortuito, omittamus. Quint. *lib. 6. c. 6.* Insidiarum inuidiam in Clodium vertit, quanquam reuera fuerat pugna fortuita. Idem *lib. 10. c. 7.* Nec tumultuarij, nec fortuiti sermonis contextum mirabor. ¶ Fortuita potentia, (id est, fortuna.) Senec. *c. vlt. de consol. ad Mart.*

Fortuitò, Casu, temerè, forté, fortuna. Diomedes *lib. 1.* {במקרה *bekkri.* τυχὸν, ἐκ τύχης. GALL. *D'auenture, par fortune.* ITAL. *A caso, per sorte.* GERM. Ongeferd. HISP. *A caso, ò por auentura.* ANGL. *By chance.*} Cic. *de leg. Agrar. contra Rullum,* Paucas tribus non certa conditione iuris, sed fortuitò, sortisque beneficio, ad vsurpandum libertatem vocat. Idem 5. *de finib.* Siue haec ita fiunt fortuitò. Pro eodem legitur & fortuitu. Idem 6. *Philipp.* Quod verbum tibi non excidit (vt saepe fit) fortuitu, sed scriptum, meditatum, cogitatum attulisti.

Fortunatae insulae, à fructuum vbertate, aërisque temperie dictae sunt. μακάρων νῆσοι. Strabo *lib. 3.* Fortunatae insulae contra extremam Mauritaniam ad Occidentem sunt, quam quidem ad partem & Hispaniae terminus occiduus concurrit. Sunt autem sex numero, vt ex Iubae sententia tradit Plin. *lib. 6. cap. 32.* quarum primam Ombrion appellari ait, secundam Iunoniam, tertiam eodem nomine, quartam Capraria, quintam Niuariam, perpetua niue nebulosam, sextam Canariam, plenam ingentibus canibus. Fortunae insulae (inquit Mela *lib. 3.*) abundant sua sponte genitis, & subinde aliis super aliis innascentibus, nihil solicitos alunt, beatius quàm vllae vrbes excultae: vna singulari duorum fontium ingenio maximè insignis: alterum qui gustauere, risu soluuntur in mortem: ita affectis remedium est, ex altero bibere. Solinus magna ex parte fabulosa esse scribit, quae de fortunatis insulis traduntur: vnamque tantùm esse, quae nonnihil habeat fertilitatis, nimio tamen calore infesto. Hodie omnes vno nomine Cannariae vocantur, à fertilitate cannarum, in quibus nascitur saccharum.

‖Fotulus, vas vbi codices ponuntur. Gloss. A. L. à forus, i. e. tabulatum.‖

Foruli, orum, oppidum Sabinorum, saxoso in loco situm. Strabo *lib. 5.* Petram vocat ad rebellandum, quàm ad habitandum aptiorem. {Ein statt in Italia, jetz Feroso genant.} Virg. 7. *Aeneid.*

——qui tetrica horrentes rupes montémque seuerum,
Casperiámque colunt, Forulos & flumen Hymellae.

¶ Foruli pro capsulis, siue armariolis, vide *suprà.*

FŎRVM, i, propriè dicitur locus, quo res venales afferuntur, à ferendo nomen habens, vel à φορεῖς: & foris à θύρα, vt à θὴρ fera. {שוק *schuk* שער *scha'ar.* ἀγορά. GALL. *Halles, lieu public où on vend & achete.* ITAL. *Foro, piazza.* GERM. Ein marckt. HISP. *Mercado, lugar donde compran y venden.* ANGL. *The merkat place.*} Vnde forum suarium Romae dictum in quo sues vendebantur: boarium, in quo boues: piscarium, in quo pisces, ἰχθυοπώλιον: olitorium, λαχανοπώλιον, in quo olera: cupedinis forum, in quo cupediae, hoc est, lautiores cibi vendebantur. Quae omnia, teste Varrone *lib. 5 de L. L.* postea in vnum locum sunt contracta, quem macellum appellauerunt. ¶ Forum aleatorium calere fecimus. Sueton. *in Aug. c. 81.* ¶ In foro puppis stare. Gell. *cap. 19. lib. 16.* ¶ Forum Appij. Sueton *in Tib. cap. 2.* Et Liuius 5. *bell. Pun.* In plateis foris, & conciliabulis. Et *ead. lib.* Per fora & conciliabula. Idem *lib. 10. dec. 4.* In foris publicis. Ouid. *Eleg. 1. lib. 3. Trist.* Haec sunt tria fora Caesaris, inquit. ¶ In foro veritas, ἐν ἀγορᾷ ἀψευδεῖν, id est, in foro abstinendum est à mendacio. Lex erat apud Athenienses, vt in foro rerum venalium vanitas omnis abesset. ¶ Est praeterea forum, quod Graeco vocabulo vocamus emporium: hoc est, oppidum, vel alius quiuis locus, quo vndique mercatores conuenire solent ad emendum, aut vendendum. Salust. *in Iugurth.* Erat haud longè ab eo itinere quo Metellus pergebat, oppidum Numidarum, nomine Vacca, forum rerum venalium, totius regni maximè celebratum, vbi & incolere & mercari consueuerant. Italici generis multi mortales. Hinc plerisque etiam oppidis nomen à foro

etiam

etiam mansisse videmus, vt forum Cornelij, dicta est Æmiliæ vrbs, quam nunc Imolam vulgò vocant, à nomine eius, qui eo in loco primus nundinas instituit. Ad hunc etiam modum forum Liuium, forum Iulium, forum Aurelium, forum Sempronij inde sua nomina acceperunt, quòd à Liuio, Iulio, Aurelio, vel Sempronio in his locis institutæ sunt nundinæ, ad quas totius prouinciæ mercatores merces suas afferebant. Cicer. *in Catil.* Quanquam ego te inuitem, à quo iam sciam esse præmissos qui te ad forum Aurelium præstolarentur armati. ¶ Foro cedere, id est, æris alieni causa in forum non ventitare, & creditoribus non soluere, quod genus cessionis erat. Seneca, Et appellare debitorem ad diem possum, & si foro cesserit, portionem feram. ¶ Fora, vasa quibus antiqui vtebantur in torcularibus. Col. *lib.* 12. *c.* 18. Tum lacus vinarij & torcularij, & fora omniáque vasa, si vicinum est mare, aqua marina: sin minus, dulci eluenda sunt, & commutanda & diligenter assiccanda, ne humorem habeant. ¶ Dicitur etiam forum locus in quo iudicia exercentur. {שער *schahar* דין *din.* δικαστήριον. GALL. *La cour, l'audience.* ITAL. *Foro iudiciale, palazzo, corte.* GERM. Ein ort an dem man gericht helt. HISP. *Lugar donde se responde de derecho.* ANGL. *The courte where maters ad pleaded for.*} Cic. *ad Attic.* Quòd me in forum vocas, eò vocas vnde etiam in bonis meis rebus fugiebam. Quint. *lib.* 3. Rarum est autem vt in foro iudicia propter id solum constituantur, sicut diuinationes quæ fiunt de accusatore constituendo. Fora tria iudiciaria antiquitus Romæ fuisse manifestum est. Forum Latium, siue Romanum antiquissimum. Forum Cæsaris Dictatoris, in quo loricatam sibi fieri statuam passus est, & forum Augusti, quod cum æde Martis vltoris extruxit. Ouid. *Eleg.* 12. *lib.* 3. *Trist.*

Cúmque tribus resonant terna theatra foris.

¶ Cedere foro, Iuuenal. *Satyr.* 11. ¶ Foro vti est præsentem rerum statum boni consulere, & vtcunque sese obtulerit fortuna, ita animum applicare. Terent. *in Phorm.* Cœpi his omnia facere, obsequi quæ vellent. D. Scisti vti foro. Donatus vulgare prouerbium admonet esse: ductámque metaphoram à mercatoribus, qui non ante locum commercij præscribunt quanti vendant quæ aduehunt: sed secundùm annonam fori quam deprehenderint, consilium de non vendendis, aut vendendis mercibus sumunt. Seneca, Vtamur foro, & quod fors feret, æquo feramus animo. Et Erasmo. ¶ Agere forum dicitur, qui prouinciæ præest, quum ciuitates vocat, & de controuersiis earum cognoscit. Cicer. *Appio lib.* 3. Qui te forum Tarsi agere, statuere, multa decernere, iudicare dicerent. ¶ Forum à subselliis & iudiciis distinguit Cic. 1. *de Orat.* Age verò ne semper forum subsellia, rostra, curiámque mediteris, &c. id est, causas ciuiles, publica iudicia, & conciones & sententias in Senatu dicendas. ¶ Forum triplex, siue trinum. Cùm fuerint fora multa Romæ, tamen hoc loquendi genere intelligitur de tribus in quibus causas orabant: quorum primùm Romanum nuncupatur. Secundum Caij Cæsaris. Tertium Augusti. Martial.

Atque erit in triplici par mihi nemo foro.

Fŏrēnsĭs, e, adiectiuum est à foro deriuatum, quo significatur omne illud, quod ad forum iudiciale pertinet. {ἀγοραῖος. GALL. *Servant aux plaids & procez, ou des appartenances.* ITAL. *Cio che al foro iudiciale s'appartiene.* GERM. Das zu dem gericht gehört. HISP. *Cosa perteneciente al consistorio o derecho.* ANGL. *A perteining to the commone place of iudgement.*} Vnde forenses causæ dicuntur, quæ in foro iudiciali agitantur. Cic. 3. *de nat. deor.* Nec si id facerem in causis forensibus, idem facerem in hac subtilitate sermonis. Forensis homo qui in foro versari, & causas agere consueuit. Forensis rhetorica quæ foro iudiciisque est accommodata. Cicer. 2. *de finib.* Sed hæc Rhetorica philosophorum, non nostra illa forensi, quam necesse est quum populariter loquitur, esse interdum paulò hebetiorem. ¶ Forenses operæ de vilibus aduocatis. Quintilian. Lucilius masculino genere dixit, Forus olim ornatus lucernis, autore Sosipatro *lib.* 1. ¶ Item Forensia, Vestes erant quibus in foro vtebantur, sicuti cœnatoria quibus domi vtebantur in cœna. ἀγοραῖα. Sueton. *de August. cap.* 73. Forensia autem & calceos nunquam non intra cubiculum habuit, ad subitos repentinósque casus parata. Idem *in Calig. cap.* 17. Forensia veris dedit in congiario. Alio nomine dicuntur togæ forenses, vel vestimenta forensia. Colum. *lib.* 12. *cap.* 45. Arculæ fagineæ, vel etiam tiliaceæ: quales sunt in quibus vestimenta forensia conduntur. Et Liuius *lib.* 3. *dec.* 4. vestitus forensis. ¶ Forensis etiam est extraneus. Et hoc est à *foris*, id est, extra. Ita presbyteri forenses, qui non sunt ex eadem diœcesi, vel presbyterio.

Forestum in ll. Longob. & historiis posterioris æui ponitur pro sylua, quia foris est. Dicitur & *foresta*, & *forestis*. Vet. Dict. Foresta est locus, vbi feræ inhabitant, vel includuntur, & vbi quis habet vsum venandi. Vox est Germanis nota forst i. e. saltus. GALL. *forest.* ITAL. *foresta.* ANGL. *forrest.* Inde etiam

Forestarius, qui foresto præest, custos nemoris, saltuarius, hylorus. GALL. *forestier.* GERM. Förster/forstmeister.

Forum Bibalorum. Vulgo *Femilla*, Hispaniæ Tarraconensis oppidum est, non procul à Vaccæis, cuius meminit Ptolem. *lib.* 2. *cap.* 6. Sunt nonnulli qui putent idem esse cum eo quod hodie *Femillam* appellant.

Forum Claudij, oppidum Alpinum, Centronum metropolis apud Ptolem. *lib.* 1. *cap.* 1. Sunt qui existiment idem esse cum eo quod hodie *Tarentesiam* vocant.

Forum Clodij, vulgò *Forca nuoua.* Oppidum Hetruriæ, cuius incolæ Foroclodij nominantur à Plin. *lib.* 8. *cap.* 5. Fuit præterea eiusdem nominis oppidum in octaua regione Italiæ, cuius meminit idem Plin. *lib.* 3. *cap.* 15.

Forum Cornelij, vulgò *Imola.* Oppidum est in via Æmylia, quod & forum Syllæ appellatur: vtroque nomine deducto à Cornelio Sylla Dictatore, qui ibi primus forum instituit. Forocorneliensis agri meminit Plin. *lib.* 3. *cap.* 16. Hodie *Imolam* vocant, quasi Æmyliam à nomine viæ, in qua sita est.

Forum Iulij, siue forum Iulium. Oppidum est Narbonensis prouinciæ, Octauanorum colonia, teste Plin. *lib.* 3. *cap.* 4. hodie seruatis non obscuris prisci nominis vestigiis *Freiulium* vulgò appellatur. ¶ Fuit & Carnorum siue Iapidum oppidum eiusdem nominis, teste Ptolem. *lib.* 3. *cap.* 1. à quo tota regio hodie corrupto nomine *Freiulium* appellatur.

Forum Segusianorum, Galliæ Lugdunensis oppidum est apud Ptolem. *lib.* 2. *cap.* 9. idem cum eo (vt putatur) quod hodie *Burgum Bressiæ* appellant. *Bourg en Bresse.*

Forum Liuij, vulgò *Forli.* Oppidum Æmyliæ in octaua regione Italiæ, Cornelij Galli poëtæ natalibus nobilitatum. Meminit huius oppidi Plin. *lib.* 3. *cap.* 15.

Forum Gigurrorum, siue Egurorum, à Ptolem. *lib.* 2. *cap.* 6. appellatur vrbs quædam Hispaniæ in tractu Tarraconensi, quæ à nonnullis eadem esse creditur, quam Hispani sua lingua vocant *Medina de Rioseco.*

Forum Popilij, *Forlimpopoli.* V. olim E. Æmiliæ, cuius sedes Episcopalis Britinorium, *Brentinoro*, vrbem proximam est translata anno 1358. quòd Foropopilienses Legato Pontificio se opposuissent.

Forum Sempronij, *Fossambruno*, *Fossobrone*, V. E. Italiæ, sub A. & Duce Vrbinate.

Forus, est locus, vbi vua calcatur, quòd ibi feriatur vua, vel quòd ibi teratur pedibus: vnde calcatorium dicitur.

Foruus. Seru. *in* 4. *Æn.* Forum veteres calidum dicebant.

Fossa, Fossio, Fossor, Fossura, vide *Fodio.*

Fossa noua, *Fossa nuua*, Monasterium Ordinis Cisterciensis, in Latio, quinquaginta millibus passuum ab vrbe Roma distans, nunc penè collapsum iacet. Obiit in eo S. Thomas Aquinas.

Fossæ Marianæ. {Ein statt im Delphinat jetz Aiguemortes genant.} apud Ptolem. *lib.* 2. *cap.* 99. Galliæ Narbonensis oppidum est, ad alterum ex Rhodani ostiis situm, ita dictum à propinqua fossa, quam Marius ex Rhodano duxit in vicinum lacum, vt scribit Strab. *lib.* 4. ostreis abundantem.

Fossæ Papyrianæ, Tuscorum ciuitas Ptol. hodie *Fossemenum.*

Fossanum, in Taurinis, *Fossano*, vrbs ditionis Pedemontanæ.

Fŏvĕă, à fodiendo, Fossa. {בור *bor.* βόθυνος, βόθρος. GALL. *Fosse, ou fossé.* ITAL. *Fossa, cauerna.* GERM. Gruben. HISP. *Hoyo ò caua.* ANGL. *A pitte denne, or caue.*} Cic. 1. *Philipp.* Bellua, quæ quoniam in foueam incidit, obruatur. Plautus *in Pœnulo*, Ita decipiemus fouea lenonem Lycum. Plin. *lib.* 18. *c.* 38. Itaque anates in foueas quibus feras venamur, delapsæ solæ euadunt.

Fóueo, es, ui, tum, à foueâ. propriè est, calidum teneo, aut calefacio. {יחם *ychem* חמם *chimmem.* ἀλεαίνω, θάλπω, θερμαίνω. GALL. *Eschauffer & entretenir en chaleur, couuer, eschauffer.* ITAL. *Tenir caldo, couare.* GERM. Warm halten/enthalten. HISP. *Calentar.* ANGL. *To cherishe, to keep in te armes and beforne.*} Plaut. *in Capt.* Iuben' an non iubes astitui aulas, patinas elui, Laridum atque epulas foueri foculis feruentibus? Plin. *lib.* 8. *cap.* 36. Fœtus rigentes apprimendo pectori fouent, non alio incubitu, quàm oua volucres. ¶ Fouere voluntatem alicuius. Liu. *lib.* 5. *ab Vrb.* ¶ Aliquando ponitur pro nutrio, alo. Plaut. *in Merc.* Alios enecat & extinguit, alios suo lacte fouet & erigit. Virg. *lib.* 3. *Georg.*

Progeniem, nidósque fouent.

Ouid. *Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.*

Temporis illius colui, fouique poëtas.

¶ Est etiam fouere medicorum vocabulum, pro partem læsam, vel morbosam tepefacere humidis calidísve fomentis foris applicatis, humectare & dolorem lenire, φλεοθαλπεῖν, πυριᾶν. Virg. 12. *Æneid.*

Fouit ea vulnus limpha longæuus Iapix.

¶ Interdum pro constituo. Idem *lib.* 4. *Georg.*

Sæpe etiam effossis (si vera est fama) latebris,
Sub terra fouêre larem.

Sic enim legit Nonius, quanquam in vulgatis exemplaribus quibusdam legatur *fodêre.* ¶ Interdum pro tueor, vt apud eundem *lib.* 9.

——non obuia ferre
Arma viros, sed castra fouere.

Ouid. *Eleg.* 4. *lib.* 1. *Trist.*

——Quid non contraria fouit Arma.

¶ Interdum pro amplector, seu in deliciis habeo. Virg. 3. *Eclog.*

Infelix ô semper ouis pecus, ipse Neæram
Dum fouet, ac ne me sibi præferat, illa veretur.

¶ Huius composita sunt Confoueo, Circumfoueo, Refoueo, fo syllaba corrupta: quorum significata vide suis locis.

Fōtŭs, a, um, participium. {מיחם *meyuchcham.* τεθαλπωμένος, πεθαλπμένος. GALL. *Eschauffé, couué, eslevé, fomenté.* ITAL. *Scaldato, fomentato, couato, stuffato.* GERM. Gewermt/warm gehalten/gebrütet. HISP. *Calentado, couado.* ANGL. *Cherished, nurished, keept warme.*} Cicer. 2. *de natura deorum*, Quinetiam anatum oua gallinis sæpè supponimus, ex quibus pulli orti primùm aluntur ab iis, vt à matribus, à quibus exclusi fotique sunt.

Fōtŭs, us, nomen substantiuum, Fomentum, ipsa fouendi actio. {πυρίαμα, ἀλέασμα. GALL. *Estuuement, fomentation, couuement, eschauffement.* ITAL. *Esso scaldare, fomentare, couare, stuffare.* GERM. Warmhaltung/brütung. HISP. *Obra de calentar o couar.* ANGL. *A cherishing or keeping warme.*} Plin. *lib.* 23. *c.* 1. Decoctura eorum, veteres dysentericos & cœliacos iuuat & potione & fotu.

Fōmĕs, itis, à fouendo, hoc est, nutriendo igne dicitur. Est enim assula ex arbore excussa dum cæditur. ¶ Ponitur & pro omni materia sicca, quæ facilè igni inflammatur. {ἔναυσμα, ζώπυρον. GALL. *Allumette, ce qui fait allumer ou entretient le feu.* ITAL. *Esca ogni cosa per accendere & lumare il fuoco come scheggie & simili.* GERM. Zundel/alle matery die gern feur empfacht. HISP. *Yesca ò astillas para encender fuego.* ANGL. *Any thing that nourisheth the fyre or inflammet, as matches, cloutes in a tinder boxe.*} Virg. 1. *Æneid.*

Ac primùm silici scintillam excudit Achates:
Suscepitque ignem foliis atque arida circum
Nutrimenta dedit, rapuitque in fomite flammam.

Plin. *lib.* 6. *c.* 40. Excipiente materia aridi fomitis. ¶ Per translationem fomes dicitur quicquid excitat nos & accendit ad aliquid agendum. Gell. *lib.* 13. *c.* 1. Fomitem esse quendam dicens & incitabulum ingenij virtutisque, si mens & corpus hominis vino flagraret.

Fomentum,i,à fouendo,id est,calefaciendo, vel nutriendo. {מרכח *merekáh* מזור *mazór*. μαλαγμα, ἐπίπλασμα. GALL. *Ce qui est propre à appaiser douleur, addoucissement, rechaufement.* ITAL. *Cosa per leuare il dolore, cosa che acchetta & tranquilla.* GERM. Ein warme oder feuchte artzney/so man vber ein ding schlecht zu milterung des schmertzens. HISP. *Emplastro para mitigar dolor, emplastradura.* ANGL. *Fomentation, any thinh layde to the bodie plaister wise to mitigate doulour.*} Inde fomenta dicuntur applicationes rerum calidarum & humidarum ad partes corporis læsas medendi gratia. Plin. iunior. Cuius grauissimo vulneri magno aliquo fomento medendum fuit. Columell. *lib. 6. cap.* 30. Frigori fomenta adhibentur, capútque & spina repenti adipe, vel vino illinuntur. Gellius *cap.4.lib.*12. fomenta, leuamenta, solatia. ¶ Fomenta pro deliciis, Senec. *cap.*32. fomenta Campaniæ eneruarunt Annibalem. ¶ Hinc ponitur translatè pro remedio & mitigatione. Cicer. 2. *Tuscul.* Hæc sunt solatia, hæc fomenta summorum dolorum. Idem 2. *fin.* Fortitudinis fomentis dolor mitigari solet. Quintil. His veluti fomentis præmolliemus si quid erit asperum.

[Fomento,as,per fomentum curo, ἐπιπλάσσω.]

Fomentatio,nis. Idem quod fomentum. Vlpian. *in l. si cui. §. lana appell. ff. de leg.*3. Nec ea quidem,quæ fomentationis gratia parata sunt,vel medicinæ,lanarum appellatione continentur.

F R

FRACEO,es, ere, à quo Fracesco, corrumpor, & quasi vetustate putresco. {נסרח *nisrách* באש *baásch*. σήπομαι, τρυφυλλῶμαι, ἐξίσταμαι. GALL. *Se moisir, se rancir, se flestrir.* ITAL. *Corrumpersi, marcire.* GERM. Faul vnd mürb werden von Elte. HISP. *Corromperse, podrirse.* ANGL. *To putresie, to waxe mouldie.*} Colum *lib.* 12. Oleum quod minus prouenit, si congelatur fracescet, id est, putrescet. Varro *lib. 1. de re rust. cap.* 55. Hæc de qua fit oleum, congeri solet aceruatim per dies singulos in tabulata, vt ibi mediocriter fracescat.

Fracidus,a,um, à fraceo, Plusquam maturum & iam putrescens. {נסרח *nisrah*. σαπρός. GALL. *Flestri, moisi, & ranci.* ITAL. *Che gia si comminicia à corromper, la maturità.* GERM. Halb faul/ teig/ matt. HISP. *Rancioso.* ANGL. *Mouldy, heary.*} Cato *de re rust. c.*64. Factores volunt vt oliua in tabulato diu sit, vt fracida sit, quò faciliùs efficiant.

Fraces olei. {פסולת *pesóleth* שמרים *schemarim*. τὰ ἐκ τῆς ἐλαίας ἀποπιέσματα. GALL. *Le marc des oliues apres qu'elles sont pressorees, ou la lie qui en sort.* ITAL. *Polpa d'oliua, fece d'oglio.* GERM. Oel trusen. HISP. *Las borras del azeyte.* ANGL. *Threstes of oliues.*} Dicuntur carnes, & fæces oliuarum quæ in oleo subsidunt. Plin. *lib.*15. *c.*6. Oleum in tabulata minui, deteriúsque fieri: item in amurca & fracibus: eæ sunt carnes, & inde fæces. quare sæpiùs die decapulandum. Col. *lib.6. c.*13. Quidam fraces vino & adipe commiscent, eóque medicamento post fomenta prædicta vtuntur. Vide Gell. *cap.7. lib.* 11.

Fractus, vide *Frango.*

FRÆNVM,i, cum æ diphthongo, in plurali numero tam masculini, quàm neutrius generis. Instrumentum quo equus coërcetur, ita dictum à frangendo, quòd equorum ora frangat. Vel potiùs à frendendo, i. frangendo, quia id frustrà frendere tentant mandentes. Virg.

——At fræna ferox spumantia mandit.

{מתג *méthegh* רסן *résen*. χαλινός. GALL. *Frein, bride, mors.* ITAL. *Freno, morso.* GERM. Ein zaum/ oder das gebiss am zaum. HISP. *El freno de cauallo ò mula.* ANGL. *A bridle or bitte of a bridle.*} Tibull. *lib.*4.

——Equum celerem arctato compescere fræno.

Ouid. *Eleg.3. lib. 1. Trist.*

Ceruice rigida fræna remittit equo.

Idem *Eleg.6. lib.4. Trist.*

Et domitus fræno sæpe repugnat equus.

Senec. Hippolyt. arctis continet frænis equos. Ouid. 3. *de Arte,*

Tempore lenta pati fræna docentur equi.

Virg. 3. *Georg.*

——& stabulo frænos audire sonantes.

Ouid. 2. *Metam.*

Quadrupedes ducunt addúntque sonantia fræna.

¶ Fræna Pelethronij inuenere, qui & strata equorum primi monstrauerunt. Plin. *lib.6. cap.*56. ¶ Hinc componuntur Effrænus,a,um, & effrænis, & hoc effræne, idem quod indomitus, quasi sine fræno, ἀχάλινος. Virg. *lib.3. Georg.*

Gens effræna virûm Riphæo tunditur Euro.

Vbi Seruius, Gens effræna, id est, sæua, rectorem recusans. Infrænus, siue infrænis eiusdem significationis. Virg. 4. *Æneid.*

Hinc Numidæ infræni cingunt.

Quo in loco Numidæ vocantur infræni, quòd illorum equi nullis frænis coërceantur. ¶ Frænum mordere, significat obluctari, & ostendere nos grauiter aliquid ferre, quod tamen ferendum est. τοῖς ὀδοῦσι μάχεσθαι, τὸ χαλινὸν δάκνειν. Translatio sumpta est ab equis, qui quum frænum excutere non possint, perpetuò tamen mordent & arrodunt, ostendúntque coactos & inuitos frænum ore recipere. D. Brutus *ad Cicer.* Si frænum momorderis, peream, si te omnes quotquot sunt, conantem loqui ferre poterunt. Senec. *cap. vlt. de tranquill.* Efferatur (mens) & mordeat frænos. Ouid. *Eleg.1. lib.2. Trist.*

——Nec te quisquam moderatiùs vnquam
Imperij potuit fræna tenere sui.

¶ Dare frænos, pro vincere, siue sibi subiicere. Liuius *lib. 7. dec.4.* Contrà, accipere frænum & iugum. (de victis.) Idem *lib.4. dec.4.* Accipere enim frænum, per translationem, est dedere se alicui. Virg. 12. *Æneid.*

Ni frænum accipere, & victi parere fatentur.

Frænum, apud Cels. *lib.7. cap.*25. est morbi genus, quod Græci φίμωσιν vocant. Est autem quum glans penis ita contecta est, vt nudari non possit.

Fræno, as, Equo frænum iniicio. {חבש *chábasch* בלם *balám*. χαλινόω. GALL. *Brider.* ITAL. *Frenare.* GERM. Zeumen/ hinder sich halten. HISP. *Enfrenar.* ANGL. *To bridle.*} Cæsar 8. *bell. Gall.* Equites frænatis equis in stationibus disponit. Liu. 1. *bell. Pun.* Instructus frænatúsque equus. Ouid. *El.8 lib. 3. Trist.*

Nunc ego Medeæ vellem frænare dracones.

¶ Per translationem accipitur pro cohibere, continere. Cic. 5. *Verr.* Quum eius animum ad persequendum non negligentia tardaret, sed conscientia sceleris, auaritiæque suæ frænaret. Virgil. 1. *Æneid.*

Luctantes ventos, tempestatésque sonoras
Imperio premit, ac vinclis, & carcere frænat.

Liu. 10. *bell. Pun.* Qui eas voluptates sua temperantia frænauit, ac domuit, multò maius decus, maiorémque victoriam sibi peperit, quàm nos Syphace victo habemus. Idem 7. *bell. Maced.* Vbi demersis nauibus frænasset claustra maris. Virg. *lib.3. Georg.*

——& glacie cursus frænaret aquarum.

¶ Hinc composita Defræno & Effræno, quod est frænum detraho, siue absque fræno rectoréve duco, ἀποχαλινόω. ¶ Hinc Defrænatus, & Effrænatus, participia, siue nomina ex participio, quæ de iis dicuntur, qui veluti fræno excusso regi non possunt. Ouid. *lib.1. Metam.*

Et defrænato voluuntur in æquora cursu.

Cicer. 4. *Tuscul.* Vt ægritudo quasi morsum aliquem doloris efficiat, metus recessum quendam animi atque fugam, lætitia perfusa hilaritatem, libido effrænatam appetentiam. ¶ Refræno, cohibeo, & quasi fræno retineo. Lactant. *lib.6.* Virtus est, iram cohibere, cupiditatem compescere, libidinem refrænare. ¶ Suffræno, arcto, constringo. Vnde verbale suffrænatio. Vide suo loco.

[Frænarij, chalinopœi; frænorum factores, Cod. ll. antiq.]

Frænator,is, χαλινωτής, qui refrænat. {ANGL. *A bridler or refrainer.*} Plin. *in Panegyrico.* Infinitæ potestatis domitor & frænator animus ipsa vetustate florescit.

Frænigerus, Adiectiuum, χαλινοφόρος. Stat. 5. *Syluarum.*

Quisnam frænigeræ signum dare dignior alæ? hoc est, equitibus.

Fraga, orum, Mora quæ in herbis humi repentibus nascuntur. {τὰ χαμαίμορα. GALL. *Freses.* ITAL. *Fragole.* GERM. Erdber. HISP. *Miezgado, mayueta.*} Virg. 3. *Eclog.*

Qui legitis flores, & humi nascentia fraga.

Ouid. 13. *Metam.*

Mollia fraga leges.

Fragilis, Fragmen, Fragor, Fragosus, vide *Frango.*

Fraginosa Coniza, apud Diosc. *lib.3. c.*135.

FRAGRO, as, are, à φράγω. Redoleo, oleo, odorem emitto frangendo. quia res fractæ vehementiùs olent. {נתן ריח *nathán reáh*. ὄζω. GALL. *Rendre grande odeur, fleirer fort, sentir bon.* ITAL. *Rendero odore.* GERM. Riechen/ guten geruch oder geschmack gäben. HISP. *Oler echando de si olor.* ANGL. *To sauour sweetely as flores doe.*} Virg. 1. *Æneid.*

——redoléntque thymo fragrantia mella.

Martial. *lib.* 1.

Ne grauis hesterno fragres Fescennia vino.

Fragrantia, æ, {ריח *réach*. εὐωδία, τὸ εὐῶδες. GALL. *Bonne odeur.* ITAL. *Buon odore.* GERM. Ein guter geruch oder geschmack. HISP. *Buen olor.* ANGL. *A sweet sauour or smell.*} Valer. Maximus.

Framea, æ, Germanicum verbum est, quo illi hastam significabant. {רמח *rómach*. ξυστόν. GALL. *Vn dard ou iaueline.* ITAL. *Hasta, gianerina.* GERM. Ein spitzig gewert als ein glän oder schefelein. HISP. *El vite ò espada.* ANGL. *A gleaue, iauelin, or speare.*} Tacitus *de Germ.* Ne ferrum quidem superest, sicut ex genere telorum colligitur. Rari gladiis, aut maioribus lanceis vtuntur: hastas, vel ipsorum vocabulo frameas, gerunt angusto & breui ferro, sed ita acri, & ad vsum habili, vt eodem telo, prout ratio poscit, vel cominus, vel eminus pugnent: & eques quidem scuto frameáque contentus est. Iuuenal. *Satyr.*13.

Et Martis frameam, & Cyrrhæi spicula vatis.

Vide Gell. *cap.15. lib.*10.

[Frana, iudex, in veteri iure Frisico *art.* 40. de vxore alterius rapta.

Franc-Armeni populi Christiani, ritus Latini, in Asia.]

Francofurtum, ad Mœnum fl. vrbs Imperialis, nundinis annuis, vernalibus, & autumnalibus, totâ Europâ notissima. vulgò Franckfurt am Mayn. ¶ Est & alia in Germania eiusdem nominis ad Viadrum, siue Oderam, sita, vulgò Franckfurt an der Oder.

Francones, Germaniæ populi sunt, quos nonnulli Francos Orientales vocant. {Die Francken.} à Septentrione Chattis, & Cheruscis: à Meridie, Noricis finitimi: ad Occasum Rhenum fluuium: ad Ortum, Hercyniæ syluæ partem, qua Boëmiam attingit, habentes. Hi olim bonam Galliarum partem occuparunt, vbi hodie Lutetia Parisiorum sita est, quæ etiam Galliæ pars ab illis Francia dicta putatur. Francorum meminit Cic. *in Epist. ad Att. lib.*14.

[Francus, liber: in ll. & constitutionibus posterioris æui. Vox est Germanica, hodie tamen Gallis tritior *franc*, liber. Italis & HISP. *franco.* ANGL. *franche.*

Francomastix, francorum obtrectator. Bud.

Francia, vide *Gallia.*

Francquera, vide *Frisia Occidentalis.*]

FRANGO, is, fregi, fractum, à φράγνυμι. Antiqui enim dicebant frago, vt tago, pago. Rompo, infringo, constringo. {שבר *schabár*. ῥήγνυμι, κατάγνυμι, διαῤῥήγνυμι, θραύω. GALL. *Rompre, froisser, briser.* ITAL. *Spezzare, rompere.* GERM. Brächen. HISP. *Quebrar o quebrantar.* ANGL. *To break.*} Plaut. *in Asin. sc.3. a.*2. Quis nostras sic frangit fores? Catull. *de com. Beren.* Ferri frangere duritiem. Plaut. *Curc. sc.1. a.*1. Frangit nucem, qui vult esse nucleum. Quint. Frangas potius, quàm obligas. Plaut. *Capt. sc.1 a.*1. Frangit aulas in caput parasiti. Cicer. 7. *Verr.* Prætorem tu accusas? frange ceruicem. Vbi illud obiter notandum est, Frangere ceruicem, tam de eo dici, qui alteri per vim ceruicem rumpit, quàm de eo, qui patitur. Sic dicitur etiam, frangit nauim, ἐναυάγησε. Fregit brachium, ἐπέῤῥηξεν τὸ βραχίονα, quasi ipse fregerit, non potius passus sit. Terent. *in Andr.* Is fregit nauem apud Andrum. Cic. 2. *de Orat.* Gracalésque eum, in campum cur non venisset, requirerent: excusauit Vespa Terentius quòd eum brachium fregisse diceret: hoc est, quòd ei brachium esset fractum. Plin. *in Epist.* Fregit coxam. Plaut. *Menæch. sc.3. a.*5. Ait se obligasse crus fractum Æsculapio: Apollini autem brachium. ¶ Transfertur & ad incorporea: vt Frangere animum pro compescere,

compescere, vel etiam imminuere. {Angl. *To discourage, tame, and keep vnder.*} Plaut. *in Cistell.* Ita meum frangit amantem animum. Cic. 3. *Offic.* Quâ quidem re audita, fractum animum Annibalis scribit. Frangere audaciam hostis, Liuius 5. *bell. Pun.* Frangere consilia perditorum. Cicer. *ad Lentulum,* Nec mihi aliter potuisse videor hominum perditorum de me consilia frangere. Frangere diem, pro terere dixit. Horat. *Ode 7. lib. 2.* Frangi, debilitari, succumbere. Cicer. 2. *de finibus,* Potiùs ergo illa dicantur, Turpe esse viro debilitari, dolere, frangi, succumbere. Frangi dolore, idem 2. *Tuscul.* Frangi metu, idem 1. *Offic.* Frangi pudore, idem 2. *Tuscul.* Minis frangi. Stat. 9. *Thebaid.* Senec. *cap. 1. de consol. ad Mart.* Frangendus est dolor. Idem *cap. 7. de consol.* Frangi luctibus. Idem *cap. vlt. de tranquill.* Frangit animos labor assiduus. Ouid. *Eleg. 1. lib. 1.*

——Si vires fregerit ira suas.

Ibidem *Eleg. 2. lib. 1.*

Frangitur ira maris.

Idem *Eleg. vlt. lib. 4. Trist.*

Ingenium fregere meum mala.

Quint. *c. 2. lib. 1.* Frangere comam in gradus. Martial. *Epig. 8. lib. 4.*

Frangere toros. (de conuiuio.)

¶ Frangere & diuidere, de draucis: vide *Fragilis.* ¶ Frangere pro interimere. Solinus, Apud hos populos (Albanos) nati canes omnibus feris anteponuntur, frangunt tauros, leones perimunt. Quo significatu etiam rumpere dicitur. ¶ Composita sunt, Affringo, confringo, defringo, diffringo, effringo, infringo, offringo, perfringo, refringo, & suffringo: quorum omnium significata vide suis locis.

Fractus, participium, seu nomen ex participio, Debilitatus, afflictus, {שבור schabúr. κατεαγώς, τεθραυσμένος. Gall. *Rompu, brisé, froissé.* Ital. *Rotto.* Germ. Gebrochen. Hisp. *Quebrado ò quebrantado.* Angl. *Broken, burst.*} Cicer. *ad Attic. lib. 2.* Deformatus corpore, fractus animo, quo se conferat nescit. Calamitate fractus, & afflictus, idem *pro Sylla.* Spes fractior. Idem *de Amic.* Sæpe enim in quibusdam aut animus abiectior est, aut spes amplificandæ fortunæ fractior. Ouid. *El. 2. lib. 4. Trist.*

Cornibus hic fractis, fractus morbóque, faméque.

Idem 13. *Metam.*

‖Fractillum ad frangendum piper. Gl. Isid.

Fractilli, villi sordidi in tapetis. Fest.‖

Fragmen, inis, & fragmentum, i, accipi solent pro parte rei fractæ. {פלח pélach. κλάσμα. Gall. *Esclat, vne piece d'vne chose rompue.* Ital. *Parte d'vna cosa rotta.* Germ. Ein stuck von einem zerbrochnen ding. Hisp. *El pedaço.* Angl. *The parties is broken of an thing.*} Virg. 11. *Æneid.*

Mortalis mucro, glacies ceu futilis ictu
Dissiluit, fuluâ resplendent fragmina arena.

Col. *lib. 9. c. 15.* Mox deinde fragmina fauorum quæ in sacco remanserunt, retractata exprimuntur. Martial. *lib. 8.*

Colligit que sinu fragmenta nouissima fracti
Oris, & aggesta contumulauit humo.

Velleius, fragmine subsellij ictus.

Fractura, æ, {שבר schéber. κλάσις, τὸ κλάσμα, τὸ ἄγμα. Gall. *Rompure, brisure, fraction.* Ital. *Rottura.* Germ. Ein brächung oder bruch. Hisp. *Quebradura.* Angl. *A breaking, a bursting.*} Plin. *lib. 20. c. 6.* Item minutæ & latæ fracturis aurium illinuntur cum melle. Idem *lib. 22. c. 28.* Fractura calculi. Cels. *lib. 7. c. 26.*

Fragor, is, Sonitus qui ex arbore, aut alia re inter frangendum editur, strepitus. {קול kol רעש rahas המיה hemiáh. κτύπος. Gall. *Vn son esclattant.* Ital. *Strepito, il rumore che fa alcuna cosa che si frange.* Germ. Ein knall das knatschlen wann man etwas bricht. Hisp. *Ruydo de las cosas que se quebran.* Angl. *A noise of wind amang trees.*} Accipitur tamen pro quouis magno sonitu. {Angl. *A crashe, the noise of a thing that is broken.*} Virg. 1. *Georg.*

——& horridus altis
Montibus audiri fragor.

Seruius, Horridus fragor, sonitus qualis fieri solet ex aridis quum franguntur arboribus. Liu. *lib. 1. ab Vrbe,* Iam fragor tectorum quæ diruebantur, vltimis vrbis partibus audiebatur. Senec. *cap. 11. de tranq.* Fragor ruentis alius ædificij sonuit. ¶ Fragor etiam de acclamatione & plausu vsurpatur à Seneca & Quintil.

Fragosus, a, um, à frango, Asper atque præruptus. {איתן ethán מחמר hamél. βαρύκτυπος, θορυβώδης, τραχώδης. Gall. *Qui rend vn son esclattant, aspre & rude.* Ital. *Aspero, duro.* Germ. Rauch, schroffechtig. Hisp. *Cosa que haze aquel estruendo y ruydo, aspero.* Angl. *Rough, that giueth a noise, broken and vneuen.*} Vnde compositum Confragosus. Colum. *lib. 2.* Incultum igitur locum considerenus, siccus, an humidus: nemorosus arboribus, an lapidibus confragosus. Fragosa oratio, cui contraria est lenis. Quint. *lib. 9. c. 4.* Quæ connexa, & totis viribus fluit, fragosa atque interrupta melior oratio. *Ibid.* Aures fragosis offenduntur, & lenibus mulcentur.

Fragosè, aduerbium, {θορυβωδῶς, βαρυκτύπως, τραχυδῶς, τραχέως. Gall. *Auec bruit esclattant & violent.* Ital. *Con strepito, violente.* Germ. Mit knatschlen oder krachen. Hisp. *Con estruendo y ruydo.* Angl. *with a sodaine and great noise.*} Plin. *lib. 16. cap. 10.* Quippe respuuntur, & fragosius sidunt, ægrius reuelluntur.

Fragesco, is, ab antiquo verbo frageo, es, Frangor, languesco. {נשבר nischbar. χαλᾶν, χαλάζεσθαι. Angl. *To waxe brickle or frayle.*} Accius *Ægalio,* vt citat Nonius, Neque fera hominum pectora fragescunt, donec vim persenserint imperij. Idem *Eurysace,* Nunquam erit tam immanis, quum mea opera extinctum sciet, quin fragescat.

Fragilis, e, quod facilè frangi potest, caducus.)(Stabilis, firmus. {נשבר nischbar חלש challásch אמלל vmlál. ψαθυρός, εὔθραυστος. Gall. *Fragile, facile, casuel, aisé à rompre ou casser.* Ital. *Frale, che facilmente si può frangere.* Germ. Zerbrechlich, das man leichtlich brechen kan. Hisp. *Cosa que se puede quebrar.* Angl. *Easie to breake.*} Plin. *lib. 12. cap. 8.* Saccharum est mel in arundinibus collectum, gummium modo candidum, dentibus fragile. Idem *lib. 12. cap. 7.* Est etiamnum in India piperis grano simile, quod vocatur caryophyllon, grandius, fragiliúsque. Per translationem accitur pro debilli, fluxo, seu caduco. Cicer. *de Amic.* Sed quoniam res humanæ fragiles, caducæque sunt, semper aliqui acquirendi sunt quos diligamus, & à quibus diligamur. Ouid. *Eleg. 10. lib. 3. Trist.*

Déque lacu fragiles effodiantur aquæ.

Ibidem *Eleg. 8. lib. 4.*

Iam subeunt anni fragiles, &c.

¶ Fragilis, fragorem edens & crepitum, nempe frangendo, vrendo, aliove modo. Lucret.

Et fragiles sonitus chartarum commeditatur.

Virg. *in Bucol.*

Sparge molam, & fragiles incende bitumine lauros.

Nam laurus dum crematur crepitat, &, vt dixit Theocritus, quem sequitur Maro, χ' ὡς αὐτὰ λακεῖ μέγα καππυρίσασα. ¶ Fragilis, i. mollis, pathicus, qui muliebria patitur. In quo significatu frangere & diuidere, frangi atque diuidi. Horat.

Inlitus, & fragilis Pediacia, furque Voranus.

Fragilitas, atis, Facilitas frangendi, qua aliquid facilius frangitur quàm flectitur. {חלושה chalusch. εὐθραυστία, ψαθυρότης. Gall. *Fragilité, facilité de se casser ou rompre.* Ital. *Fragilità.* Germ. Zerbrüchligkeit, schwæche. Hisp. *Aquella facilidad de quebrarse.* Angl. *Fraytlye, brickleness.*} Plin. *lib. 34. cap. 14.* Tenuiora ferramenta oleo restingui mos est, ne aqua in fragilitatem durentur. ¶ Per translationem pro debilitate, siue imbecillitate accipitur. Plin. *in Epist.* Illud etiam notabile, vltimus ex Neronianis Consularibus obiit, quo Consule Nero periit: quod me recordantem, fragilitatis humanæ miseratio subit. Cicer. 5. *Tuscul.* Equidem eos casus, in quibus me fortuna vehementer exercuit, mecum ipse considerans, huic incipio sententiæ diffidere: interdum etiam humani generis imbecillitatem, fragilitatémque extimescere.

Frater, tris, Iisdem parentibus genitus: ita dictus quasi ferè alter, vt post Nigidium docet Gell. *lib. 13. c. 10.* {אח ach. ἀδελφός. Gall. *Frere.* Ital. *Fratello.* Germ. Ein bruder. Hisp. *Hermano.* Angl. *A brother.*} Nisi malimus à Græco deducere. Illi enim φράτορας coniunctos appellant, & φρατρίαν contubernium. Catull. *ad Ortal.*

Non ego te, vitâ frater amabilior, aspiciam posthac.

Idem *de com. Beren.*

Sed fratris cari flebile discidium.

Plin. *epist. 164.* Quum affectum tuum erga fratris filiam cogito, etiam materna indulgentia molliorem, intelligo prius tibi, quod est posterius, nuntiandum. Plaut. *Pœn.* quid est fratris mei gnate? quid vis? expedi. Frater germanus. Cicer. 3. *Verr.* Dixit C. Fannius eques Romanus, frater germanus Qu. Titinij iudicis tui, tibi se pecuniam dedisse. Fratres gemini, δίδυμοι, duo eodem partu editi: quos minùs rectè geminos fratres, conuerso ordine appelles, vt docet Quint. *lib. 9. c. 4.* Cicer. *pro Cluent.* C. & L. Fabricij fratres gemini fuerunt ex municipio Aletrinate, homines inter se cùm forma, tum moribus similes, municipum autem suorum dissimillimi. Plaut. *Men. sc. 1. a. 1.* Fratres germanos duos geminos. *Ibid. sc. vlt. a. 5.* Aut Sycophanta, aut geminus frater tuus est. *Ibid.* mi gemine germane frater, salue. ¶ Pro eo qui similis est alteri virtute, forma, fortitudine. Idem *Milit. sc. 1. a. 1.* Hiccine est Achilles? Imò eius frater. (id est, simillimus.) ¶ Pro libris eiusdem autoris, Ouid. *Eleg. 1. lib. 1. & Eleg. 1. lib. 3. Trist.*

Aspicies illic positos ex ordine fratres.

Fratres patrueles, ἀνεψιοί, οἱ τῶν ἀδελφῶν υἱοί: sororésque patrueles, ἀνεψιαί, dicuntur qui quæve duobus ex fratribus progenerantur, vt docet Iustinianus *lib. 3. Instit.* Suet. *in Cæsare,* Qui fratri patrueli suo Marco in consulatu successerat. Ouid. 13. *Metam.*

Frater erat, fraterna peto. (de patruelibus.)

¶ Frater viro adsit, ἀδελφὸς ἀνδρὶ παρείη. de fido auxilio dici solitum, propterea quòd in rebus periculosis vix vnquam frater solet fratri deesse. Plato *lib. 2. de Repub.*

Fratellus, à frater per diminutionem. Terent. Scaur. *de Orthogr.*

Fraterculus, i, diminutiuum, Paruus frater. {ἀδελφίδιον. Gall. *Frerot, petit frere.* Ital. *Fratellino, fraticello.* Germ. Brüderlein. Hisp. *Pequeño hermano.* Angl. *A litle or yonge brother.*} Iuu. *Sat. 4.*

Vnde fit vt malim fraterculus esse gigantum.

Fraterculus gigantum dicitur homo obscurus, cuius maiores sunt incogniti, tanquam à terra subitò sit enatus, quemadmodum de gigantibus Poëtæ fabulantur. Cicer. 5. *Verr.* Volo mihi fraterculo tuo credas.

Fratria, æ, vxor fratris, vt Festus docet. {יבמה jebamáh. ἐνάτηρ. Gall. *Femme du frere.* Ital. *Moglie del fratello.* Germ. Des bruders fraw. Hisp. *La cuñada, muger de hermano.* Angl. *The brothers wyfe.*} Contrà Nonius fratrias dici vult fratrum inter se vxores. ¶ Fratria, φρατρία, multitudo. Scholiastes Callimachi in Lauacra Palladis, τριφῶν φρατρία καὶ ἄρσενες. Vetus Glossar. φρατρία, contubernium. ¶ Item Fratria, factio, coniuratio. & φρατριάζοντες, πολιτευόμενοι, qui multitudinem ad tumultum & seditionem concitant.

‖Fratrissa. Isid. *lib. 10. &.* Fratris vxor fratrissa vocatur.‖

Fratro, as, are, κυαμίζω. de puerorum mammis dicitur, quòd velut fratres pares oriantur: quod etiam in frumento spica facere videtur. Pro eodem veteres dixerunt Fraterculare. Festus, Sororiare mammæ dicuntur puellarum, quum primùm tumescunt, vt fraterculare puerorum. Plaut. Tunc mammulæ primùm sororiabant: illud volui dicere, fraterculabant.

Fraternus, a, um, possessiuum. {ἀδελφικός. Gall. *Fraternel, de frere ou freres.* Ital. *Fraterno, fraternale.* Germ. Brüderlich. Hisp. *Cosa perteneciente à hermano.* Angl. *Of brethern.*} Vt, Fraternus amor. φιλαδελφία. Fraterna inuitatio. Cicer. Fraterna mors, Virg. Sic Fraternæ acies, apud Statium. Fraternum parricidium, apud Cic. *pro Cluentio.* Ouid. *Eleg. 3. lib. 1. Trist.*

Quósque ego dilexi fraterno more sodales.

Idem 13. *Metam.*

Frater erat, fraterna peto.

Ibidem,

——Pater est fraterni sanguinis insons.

Fraternè, aduerbium, pro amore fraterno. {φιλαδέλφως. Gall. *Fraternellement.*

mellemente. ITAL. Fraternalmente. GERM. Brüderlich. HISP. Con amor de hermano, con hermandad. ANGL. Brotherly.} Cic. *ad Quint. Fratr. lib.* 2. Quare facis tu quidem fraternè, quòd me hortaris: sed me hercule currentem nunc quidem, vt omnia mea studia in istum vnum conferam. *Ibid. lib.* 1. Huic tu epistolæ non fraternè scriptæ, fraternè debes ignoscere.

Frāternĭtās, atis, Fraterni amoris coniunctio, necessitudo inter duos fratres. {ἀδελφότης, φιλαδελφία. GALL. Fraternité. ITAL. Fraternità. GERM. Brüderschafft. HISP. Aquella hermandad de hermanos. ANGL. Brotherhood.} Quint. *decl.* 16. A primis statim ætatibus in eandem coire vitam habet aliquem fraternitatis affectum.

Frātrĭcīdă, æ, qui fratrem occidit. {ἀδελφοκτόνος. GALL. Homicide de son frere, qui a tué son frere. ITAL. Occiditor di fratello. GERM. Ein brüders mördet. HISP. Matador de su mismo hermano. ANGL. That murthereth is brother.} Cic. *pro domo.* Extra ordinem ferri nihil placet Clodio: quid de me quod tulisse te dicis, patricida, fratricida, sororicida, non extra ordinem tulisti?

[Fratrimonium, fraterna bona: sicut patrimonium bonum paternum. L.I.C.]

Frātilli, villi sordidi in tapetis, quòd per terram ferantur. Auctor Festus. *ugorel.*

FRAVS, audis, à frazo, obeo vigilias, κατ' ἀντίφρασιν. Dolus, malitia, fallacia, machina. {מרמה *mirmah* נכל *néchel.* ἀπάτη, δόλος, ἀπάτη. GALL. Fraude, tromperie, deception. ITAL. Fraude, inganno. GERM. Betrug, bescheisserey. HISP. El engaño ò mengua, ò falta. ANGL. Guile, deceit.} Cicer. 1. *Offic.* Vi, aut fraude fit iniuria: fraus quasi vulpeculæ, vis leonis videtur: vtrunque ab homine alienissimum: sed fraus odio digna maiore. Plaut. *in Milit. sc.* 2. *a.* 2. Atque adeò, vt ne legi fraudem faciam talariæ, Accuratore, vt sine talis domi agitem conuiuium. Velleius, fraude deceptum vincit eum. ¶ Vsurparunt etiam veteres non rarò fraudem pro crimine. Vnde Capitalem fraudem admittere, teste Vlp. *de ædil. edict.* est tale aliquid delinquere, propter quod capite puniendus sit qui deliquit. Liu. 3. *bell. Pun.* Qui capitalem fraudem ausi, quique pecuniæ iudicatæ in vinculis essent. Ouid. *Eleg.* 9. *lib.* 3. *Trist.*

Et pater est aliqua fraude morari ait. (i. scelere atroci astrictus.)

Idem *lib.* 15. *Metam.*

Furtisque & fraude simillimus illi (Sisypho.)

¶ Fraus populi, Conuitium in Lenonem Plaut. *Ps. sc.* 3. *a.* 1. ¶ Accipitur etiam quandoque pro periculo & damno. Virg. *lib.* 5.

Quis deus in fraudem qua dura potentia nostra Egit?

Terent. *in Heaut.* In eandem fraudem ex hac re atque illa incides. Cicer. *ad Attic.* Quod multo rectius fuit, id mihi fraudem attulit & *ad eundem.* Pacis ego spe in hanc fraudem incidi. Inde fraudi esse, veteres dixerunt pro damnum & incommodum afferre. Cicer. 5. *Philipp.* Censeóque vt iis, qui in exercitu Antonij sunt, ne sit ea res fraudi, si ante Kalend. Febr. ab eo discesserint. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Nec fuit hoc illi fraudi. suprà, *Nec obfuit illi.*

Idem 6. *Fast.*

Piscis adhuc illis populis sine fraude natabat.

Plaut. *Milit. sc.* 3. *a.* 2. Tuis cruribus & capiti fraudem creas capitalem. Et Suet. *in August. c.* 54. Nec libertas, aut contumacia fraudi cuiquam fuit. (id est, obfuit, vel pœnæ, siue exitio fuit.) Veteres enim, vt scribit Vlp fraudem pro pœna ponere solebant. Liu. *lib.* 1. *ab Vrbe.* Fecialis regem interrogauit, Rex facisne me tu regium nuntium Populique Romani Quiritium: vasa, comitésque meos? Rex respondit, Quod sine fraude mea, populique Quiritium fiat, facio: hoc est, quæ res sine meo damno, periculo, aut incommodo fiat.

Fraudulentus, a, um, Dolosus, fallax. {נכל *nechél.* δόλιος, ἀπατηλός. GALL. Grand trompeur, cauteleux, plein de tromperie. ITAL. Fraudolento pieno d'inganni. GERM. Bescheisser, trüglich, tückisch. HISP. Engañoso, lleno de engaños. ANGL. Deceitfull, crafty, full of guyle.} Cicer. 2. *Offic.* Nam quos improbos, maledicos, fraudulentos putant. Plaut. *Pseud. sc.* 3. *act.* 1. Fraudulente, impure, leno. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 1. Ex bonis pessimi & fraudulentissimi sunt, &c. Columell. *lib.* 9. *cap.* 5. Neque ea cultorem fraudulentum tantùm, sed etiam immundæ segnitiæ perosa est: æquè enim dedignatur si minùs purè habita est, ac si tractetur fraudulenter.

Fraudulentia, æ. Plaut. *Milit. sc.* 2. *a.* 1. Confidentiam, confirmitatem, fraudulentiam.

Fraudŭlentĕr, Dolosè, malitiosè. {במרמה *bemirmah.* δολίως. GALL. Cautelensement, par tromperie. ITAL. Con fraude. GERM. Trüglich, mit betrug. HISP. Engañosamente. ANGL. Deceitfully, by tromperie.} Col. *lib.* 1. *cap.* 8. Sæpe enim quærendi potestatem faciat de iis, qui aut crudeliter eos, aut fraudulenter infestent. Plin. *lib.* 30. *c.* 10. Quoniam nullum animal fraudulentiùs inuidere homini tradunt.

Fraudo, as, Decipio, fallo, destituo, ludifico. {עשק *haschák* נכל *nakál.* ἀποστερέω, ἐξαπατάω, ἀπάγω. GALL. Frauder, priuer de quelque chose, chiffrer, frustrer, tromper. ITAL. Fraudare, ingannare. GERM. Betriegen, mit listen hindergehn. HISP. Engañar. ANGL. To deceiue, to beguyle, to disapoynte.} Habet vtplurimum post se accusatiuum personæ cum ablatiuo rei. Virg. 4. *Æneid.*

Quem regno Italiæ fraudo, & fatalibus aruis.

Liu. *ab Vrbe.* In magna inopia pro domesticis copiis vnusquisque ex aliqua fraudans se ipse victu suo contulit. Velleius, fraudare eum vetotestimonio noluit. Aliquando autem solo accusatiuo contentum est, omisso re qua quis fraudatus dicitur. Cicer. *pro Rosc. Com.* Æquè enim perfidiosum & nefarium est fidem frangere quæ continet vitam: & pupillum fraudare qui in tutelam peruenit: & socium fallere qui se in negotio coniunxit. ¶ Interdum etiam inuenitur cum accusatiuo rei. Cæsar 3. *bell. ciuil.* Fraudare stipendium militum, & prædam omnem domum auferre. ¶ Fraudare genium, est non satisfacere appetitui & voluptati. Nam Genius apud veteres habebatur natura & voluptatis deus, vnde Geniales homines dicti sunt, qui dapsiles essent, & ad exceptiendos conuiuas liberales. Plaut. *in Aulul.* Perditissimus ego sum omnium in terra. Nam quid mihi opus vita est, qui tantum auri Perdidi, quod custodiui sedulo, egomet me fraudaui, Animumque

meum geniúmque meum. Huius contrarium est, Curare genium, id est, laute viuere.

Fraudātor, is, Inficiator. {עשק *Boschék.* ἀποστερητής, ἀπατεών, σκευωρός. GALL. Trompeur, chiffreur. ITAL. Ingannatore. GERM. Ein betrieger, scheltz stet. HISP. Engañador. ANGL. A deceiuer, a desapoynter.} Cic. *pro Flacc.* Nolite existimare iudices, non vnam & eandem omnibus in locis esse fraudatorum & inficiatorum impudentiam. Fraudator, & interceptor prædæ. Liu. 4. *ab Vrbe.* Item Quint. *c.* 8. *lib.* 1.

Fraudatorĭŭs, fraudulentus. {ἀπατηλός, δόλιος. ANGL. Deceitfull, full of guyle.} Valens *D. lib.* 36. *tit.* 1. *l.* 67. Vix fraudatorio interdicto locus erit.

Fraudātio, nis, Fraudandi actio. {עשק *Boschék* תרמית *mahásib* ... ἀποστέρησις, ἀπάτησις. GALL. Tromperie, chiffrement. ITAL. Inganno, esso ingannare. GERM. Betrug. HISP. Engaño, obra de engañar. ANGL. A deceiuing, a beguyling, a disapoynting.} Cicer. 3. *Offic.* Inter bonos bene agier oportet, & sine fraudatione. Idem *in Catil.* Ex hac enim parte pudor pugnat, illinc petulantia: hinc pudicitia, illinc stuprum, hinc fides, illinc fraudatio. Plaut. *Asin. sc.* 1. *a.* 2. Qui ad heri fraudationem callidum ingenium gerunt.

Fraussus, antiquum est participium, actiuæ significationis, quo significatur is qui fraudem commisit, vt Festus & Nonius notauerunt. Plaut. *in Asinar.* Metuo in commune, ne quam fraudem frausus siet.

[Fraxinella, herba polygónatum.]

FRĂXĬNVS, i, a frango, frago. {ברוש *berósch.* μελία. GALL. Fresne. ITAL. Frassino. GERM. Ein eschen oder eschenbaum. HISP. Fresno, arbol conocido. ANGL. An asshe tree.} Genus arboris est notissimæ, cuius vmbra, teste Plin. *lib.* 16. *c.* 13. vsque adeò inuisa est serpentibus, vt citius in ignem confugiant, quàm ad fraxini vmbram. Fraxinus in syluis pulcherrima. Virg. 7. *Eclog.*

Frāxĭnĕus, a, um, quod est ex fraxino. {μείλινος, μέλινος. GALL. De fresne. ITAL. Di frassino. GERM. Eschen, von eschinem holtz gemacht. HISP. Cosa de fresno. ANGL. A shen or of ashe.} vt, Frondes fraxineæ. Col. *lib.* 11. *c.* 1. Iisdem temporibus si sit, fraxineam: sin minus, orneam: si nec hæc sit, iligneam frondem rectè præbebimus.

Frāxĭnus, a, um, per tres syllabas, aliud adiectiuum, vt, Virga fraxina, Ouid. *epist.* 11.

Vt quatitur tepido fraxina virga noto.

Frăro, as, Vigilias circumeo, quòd eo labore homo frangatur, autore Festo.

[Frea, æ, vel mundiana de parente suo relicta. Vox est Germanica, frey libera, quæ parente orba, sub tutoris potestate est, qui mundvvaldus.
Fredum, vox frequens in veteribus legibus Longobardorum, & Gloss. vet. ll. Longob. Freda bannum. Fredum regalis compositio pacis.]

FRĔGĔLLÆ, arum, Φρέγελλαι. Stephan. Vulgò *Ponte cerno*, olim ciuitas fuit clarissima inter Formias & Sinuessam sita, non procul à Liri amne, quem nunc Garilianum vocamus. Cuius etiam hodie non obscura extant vestigia, ex quibus facilè potest æstimari, quanta olim fuerit eius vrbis amplitudo. Hæc quum à Romanis defecisset, diruta fuit, & ad vicum iam vsque à Strabonis tempore redacta. Sil. *lib.* 8.

——*obsessa campo squallente Fregella.*

Idem *alio loco,*

Et quæ fumantem texêre giganta Fregellæ.

Inde Fregellani populi dicti, quorum meminit Plin. *lib.* 3. *c.* 5.

Frĕgellānus, adiectiuum: vt Fregellana vitis, Col. *lib.* 5. *c.* 2.

Fregellanus, nomen proditoris, cuius meminit Cicer. 5. *de finib.* Quis Fregellanum proditorem, quanquam Reipub. nostræ profuit, non odit.

[Fremium, herba de genere ἀσφόδελος.]

FRĔMO, is, ui, itum, Sonitum edo, qualis fit à fluctibus maris, murmuro, indignationem voce ostendo. {רעש *raháśch* המה *hamá* ... *raháśch.* βρέμω, θρύλλω, βρυχάομαι. GALL. Fremir, bruire, faire bruit. ITAL. Fremere, fare strepito. GERM. Tösen, ein getöß machen. Item, Mit grimmen murren. HISP. Bramar, hazer ruydo hasta presumpir en bozes. ANGL. To murmure, to mak a noise or rore lik a lyon.} Virg. 1. *Æneid. de ventis.*

Circum claustra fremunt.

Cic. *ad Attic.* Fremit sibi ereptum consulatum. Suet. *in Galba.* Præcipuè Germanicæ gentes fremebant, se fraudari stipendio. Idem Sueton. *in Tiber. c.* 73. pro contempto se habitum fremens, &c. Quint. Cum omnia clamoribus fremerent. Tibull. *lib.* 4.

Nam seu diuersi fremat inconstantia vulgi.

Lactant. *lib.* 7. Fremunt vbique bella: omnes gentes in armis erunt. Huius composita sunt, Adfremo & Infremo: quorum significata vide suis locis.

Frĕmĭtus, us, Sonus fluctuum, & in populo indignante murmur & strepitus. {רעש *rahasch* המון *hamón.* θόρυβος, βρόμος. GALL. Grand bruit, fremissement, bruyement. ITAL. Strepito, romore. GERM. Ein getöß. Item, das murren oder brummen. HISP. Bramido, y ruydo. ANGL. A murmuring, a noise as of watters or of a lyon.} Virg. 2. *Georg.*

Fluctibus & fremitu assurgens Benace marino.

Cicer. *ad Attic.* Qui fremitus hominum quàm irati animi! Idem 5. *de finib.* Quo in loco ad fluctum aiunt declamare solitum Demosthenem, vt fremitum assuesceret voce vincere. Gell. *cap.* 14. *lib.* 5. Terrifico fremitu Leo. Liu. *lib.* 10. *dec.* 4. Fremitus ortus cum assensu. Plaut. *Amphit. sc.* 1. *a.* 1. Boat cœlum fremitu virûm.

Frĕmĕbundus, i, Valde fremens, indignatione plenus, furens. {המה *homéa* רעש *regheschi.* βρόμιος. GALL. Qui fremit & bruit, qui fait grand bruit. ITAL. Strepitoso. GERM. Brummend. HISP. Cosa que mucho brama. ANGL. That roreth much.} Cicer. 2. *de nat. deor.* ex Accio Poeta, Tanto moles labitur Fremebunda ex alto ingenti sonitu & strepitu. Ouid. 12. *Metam.*

Tum verò præceps fremebundus ab alto.

[Fremmus φωνή leg. *fremitus.*]

FRENDO, & Frendeo, es, ui, in supino fressum, à φρίσσω, vel βρύχω, vel frango dente, autore Festo, significat frango. {שבר *schabar.* βρύχω. GALL. Rompre, briser. ITAL. Frangere. GERM. Brechen. HISP. Frañar. ANGL.

Angl. *To break or bruise.* } Vnde Faba fresa dicitur quæ mola leuiter fracta est, ἀνακέκλασται. Col. *lib.* 2. *cap.* 11. Cicera bubus erui loco, fresa datur in Hispania Bætica. Varro 2. *de re rust. cap.* 4. Amisso nomine lactentis, dicuntur nefrendes, ab eo quod nondum fabam frendere possint, id est, frangere. ¶ Frendeo item est præ iracundia simul concussis, & strictis dentibus vocem emittere, fremere, sæuire. { חָרַק *charak.* βρύχω. Gall. *Grincer les dents, rugir.* Ital. *Battere i denti, fremere con denti.* Germ. Mit den zänen knitten vor zorn. Hisp. *Regañar.* Angl. *To gnashe or grind the theeth.* } Plaut. *in Captiuis*, Nimisque hercle ego illum malè formidabam: ita frendebat dentibus. ¶ Hinc Infrendeo, id est, valdè frendeo. Virg. *lib.* 3. *Æneid.*

Dentibus infrendens gemitu, graditúrque per æquor
Iam medium.

Legitur & Frendo, is, tertiæ coniugationis. Plaut. *in Truc.* Traxit ex intimo ventre suspirium: hoc vide, dentibus Frendit, icit femur.

Frĕndēns, particip. { חֹרֵק *chorek.* βρύχων, βρυχώμενος. Gall. *Grinçant les dents, rugissant, fremissant.* Ital. *Cosa che rugge.* Germ. Brummend/vnd vor zorn die zän auff ein ander beissend. Hisp. *Cosa que regaña.* Angl. *Grinding or gnashing.* } vt, Frendens leo, Frendens aper, hoc est, ex ira dentes concutiens. Ouid. 1. *de Arte.*

Frĕntāni, populi sunt Italiæ, non procul à Dauniis & Picentinis, diuersi ab iis, quos alibi Ferentinos, & ab iis, quos Ferentinates dicimus appellari. Horum regionem Plin. *lib.* 3. *cap.* 11. Frentanam vocat, à Frentone vicino fluuio deducto nomine.

‖Frenum, vide *Frænum.*‖

Frĕqvēns, tis, omnis generis, Varroni à ferendo: Scaligero filio à fraxo, id est, obeo vigilias: à frago. frequens enim dicebatur, qui sæpiùs fraxabat vigilias. Creber, multus, plenus, celeber. { תָּדִיר *torédh* תָּמִיד *tamidh* רַב *rab.* συχνός, πυκνός. Gall. *Frequent, assidu, continuel, fort hanté.* Ital. *Frequente, spesso.* Germ. Embsig, dick, in grosser zal. Hisp. *Lo que muchas vezes se haze, muy frequentado.* Angl. *Often, resorted much, haunted.* } Valla *lib.* 4. *cap.* 96. Frequentem locum dicimus, quem frequentare multi solent: vt, Vrbs frequens, Oppidum frequens, Platea frequens, vbi multi homines aut habitant, aut diuersantur. Quando autem de persona, aut de re animata loquimur, duobus modis dicitur: vel de sola, sic: Sit miles frequens spectator præliorum: id est, creber & assiduus. Gell. *c.* 15. *lib.* 6. Homo frequens in opere bonarum disciplinarum. Varro *lib.* 6 *de L. L.* Vel de turba, sic: Frequens populus, Frequens Senatus: id est, copiosus, & multus. Et id quidem cum nomine collectiuo in singulari: cum cæteris verò, in plurali: vt Frequentes ciues, frequentes Senatores: hoc est, multi, & numerosi. Veruntamen quum dico, Sis frequens, innuo actionem: quum dico, Frequens locus, passionem: ille frequentat, iste frequentatur. Hæc ille. Cicer. *ad Lent.* Causam enim frequenti Senatu obtinebamus. Plin. *in epistol.* Proximè frequenti auditorio inter se coràm multi ordinis nostri clarè iocabantur: Intrant, consederunt. Cic. *de sen.* At caret epulis, extructisque & frequentibus poculis. id est, non versatur inter pocula. Plaut. *Mil. sc.* 6. *a.* 2. Frequens senatus poterit nunc haberier. Conuiua frequens, id est, multi conuiuæ. Ouid. 2. *Amor. Eleg.* 5.

Iámque frequens ierat mensâ conuiua relictâ.

Quibuscum si frequentes sunt, opinionem afferunt populo, eorum se fore similes, quos sibi delegerunt ad imitandum, apud Cicer. 2. *Offic.* id est, si sæpe versantur. Frequentes fuimus ad ducentos. Cic. *ad Quint. Fratr. lib.* 2. Frequentissimi venerunt mercatores. id est, plurimi. Idem 7. *Verr.*

Frĕquēntĭă, æ, qualiscunque hominum multitudo, crebritas, multitudo, copia. { רֹב *rob.* πλῆθος, σύνοδος. Gall. *Frequence, hantement continuel, grande assemblee.* Ital. *Souenteza, concorso, moltitudine.* Germ. Ein menge oder vile. Hisp. *Muchedumbre, quando se ayunta y concurre mucha gente.* Angl. *A great assemblie or very many, a companie of folke.* } Cicer. *de Amic.* Atque hoc maximè iudicaretur, si quid tale posset contingere, vt aliquis nos Deus ex hac hominum frequentia tolleret, & in solitudinem vspiam collocaret. Idem *initio Philipp.* 4. Frequentia vestrûm incredibilis, concióque tanta, quantam meminisse me videor. Salust. *in Catil.* Reliquos cum custodibus in ædem Concordiæ venire iubet: eò Senatum aduocat: magna frequentia eius ordinis erat. Frequentia autem differt à turba, quòd angustus locus facit turbam, frequentiam multitudo.

Frĕquēntĕr, aduerb. Sæpe, crebrò. { תָּמִיד *tamidh.* συχνῶς, πυκνῶς. Gall. *Souuent.* Ital. *Frequentadamente, spesso.* Germ. Embsiglich/offt vnd dick. Hisp. *Frequentadamente.* Angl. *Often tymes.* } ad Heren. *lib.* 4. Vt frequenter & assiduè consequamur artis rationem studio, & exercitatione. Cic. *in Orat.* Translatione fortasse crebrior, qua frequentissimè sermo omnis vtitur non modò vrbanorum, sed etiam rusticorum. Gell. *lib.* 11. *cap.* 12. Frequenter ventitare. ¶ Frequentius, Liu. *lib.* 9. *dec.* Frequentius arx, quàm vrbs habitabatur.

Frĕquēnto, as, Frequenter adeo. { הִתְהַלֵּךְ *bitallékh.* φοιτάω, ἐπιχωριάζω. Gall. *Frequenter, hanter.* Ital. *Frequentare, continuare.* Germ. Embsig an ein ort kommen/vil mahl oder fleissig an einem ort sein. Hisp. *Continuar alguna cosa, y hazer la muchas vezes.* Angl. *To haunt, to resorte and go often vnto.* } Salust. *in Catil.* Iuuentutem quæ domum Catilinæ frequentabat. Sueton. *in August.* Officia cum multis mutuò exercuit, nec prius dies cuiusque solennes frequentare desiit, quàm grandior iam nâtu, & in turba quodam sponsaliorum die vexatus. Frequentari domus dicitur, quæ à multis aditur, vel cum multis. Cicer. 1. *Offic.* & Liu. 1. *ab Vrbe.* Suet. *in Tib. cap.* 32. Frequentare exequias vsque ad rogum. Idem *in Aug. cap.* 31. frequentare spectaculum nocturnum prohibuit. Idem *in Cæs. cap.* 84. frequentare bustum. Idem *in August. cap.* 72. frequentare secessus. ¶ Frequentari, pro visitari, dixit Sueton. *in Tib. cap.* 12. Visitúsque prætermauigantium officia, quibus frequentabatur assiduè. Item Quintil. frequentabant eius domum Iuuenes. & Senec. *cap.* 3. *de consol. ad Mart.* Frequentare memoriam alicuius. si, crebra mentione facta de aliquo, celebrem eum reddere. Liuius 6. *dec.* 4 Ad frequentandum triumphum milites addicere. ¶ Frequentare, { שִׁנֵּן *schinnén.* } pro geminare, vel frequenter repetere, apud Gell. *lib.* 13. *cap.* 23. Quæ à Poetis, vel Oratoribus celebrandæ & ornandæ rei grátia in duobus eadem pluribúsve nominibus frequentabatur. ¶ Nonnunquam etiam frequentare idem est quod frequens reddere, congregare, conuocare. { אָסַף *asaph* קִבֵּץ *kabats.* } Cicer. *in Catil.* 4. Conuenisse video Tribunos ærarios, fortissimos viros, Scribas item vniuersos, quos quum casu hic dies ad ærarium frequentasset, video ab expectatione sortis ad communem salutem esse conuersos. Quum (inquit) hic dies frequentasset Tribunos, i. frequentes reddidisset & coaceruasset. Idem *in Orat. pro domo sua*, Quem tu populum nisi tabernis clausis frequentare non poteras. Idem 2. *Offic.* Vrbes sine cœtu hominum non potuissent nec ædificari, nec frequentari, hoc est, frequentes & populosæ reddi. Sueton. *in Aug. cap.* 46. Italiam de triginta coloniarum numero deductarum à se, frequentauit. Gell. *cap.* 10. *lib.* 16. Sobolis tamen gignendæ copia ciuitatem frequentarent, (id est, frequentem redderent, & copiosam: hoc est, populosam, hominibus abundantem affluentémque: Galli dicunt *peupler.*)

Frĕquēntātus, participium. { Angl. *Much haunted and resorted.* } Cicer. *de clar. Orator.* Alterum genus est non tam sententiis frequentatum.

Frĕquēntātĭo, nis, Crebritas, multitudo, coaceruatio. { רֹב *rob* צִבּוּר *tsibbúr.* πύκνωσις, συνοχὴ ἀθροισμοῦ. Gall. *Frequentement, hantement.* Ital. *Frequentatione, continuatione.* Germ. Ein embsige übung/ein stäiger brauch. Hisp. *Obra de hazer muchas vezes, continuacion.* Angl. *Haunting or assembling.* } Cicer. *in Partit.* Frequentatio argumentorum, & coaceruatio vniuersa. Autor *ad Heren. lib.* 4. Densa & continens frequentatio verborum. Et *paulò pòst*, Frequentatio est, quum res in tota causa dispersæ coguntur in vnum locum, quò grauior, aut acrior, aut criminosior oratio sit.

Frequentatiuus, a, um. Gell. *cap.* 6. *lib.* 9. Verba sunt, quæ appellant Grammatici frequentatiua, vt Actito, as.

Frĕquēntamēntum, i, { תְּמִירָה *temiráh.* πύκνωμα. } Genus est modulationis musicæ. Gell. *lib.* 1. *cap.* 11. Quum numeros & modos, & frequentamenta quædam varians tibicem incineret. Idem *lib.* 5. *cap.* 1. Si quibusdam quasi frequentamentis orationis mouentur, exagitantur, & gestiunt.

Frĕquēntārĭūs, a, um, veteres dixerunt pro frequente, Festo autore.

‖Frequentum, *Fricenti*, V. E. regni Neapolitani, sub A. Beneuentano: cuius loci Episcopatus cum Abellinate est coniunctus.‖

Frēsă faba, vide *Frendeo.*

Frĕtum, i, q. feruetum, à feruendo dictum, vt Varro inquit, à similitudine feruentis aquæ, quòd in fretum sæpe concurrat æstus, atque feruescat. { יָם *iam.* πορθμός. Gall. *Vn destroit de mer, vn petit bras de mer.* Ital. *Mare.* Germ. Das meer/ eigentlich heißt es ein enge deß meers. Hisp. *Estrecho del mar entre dos tierras.* Angl. *The sea, the narrow seas, an arme of the sea.* } Propriè enim significat loca maris angustiora, quæ quòd aqua minùs liberum habeat fluxum, vehementiùs solent concitari. Vnde angustias illas, quibus Atlanticum mare irrumpit terras, Latini fretum appellant. Ad eundem etiam modum, angustum illud mare quod Siciliam ab Italia dirimit, fretum appellatur. Cic. 7. *Verr.* Hi ne in freto ante sua tecta, & domos nauigarent. *Ibidem*, Te iubere in ea parte figere, quæ ad fretum spectaret. Loquitur de C. Verre, qui in Sicilia insula iussit cruces figi, in ea insulæ parte, quæ fretum spectabat: vt qui se ciues Romanos esse dicerent, ex cruce Italiam possent aspicere. Plaut. *Amphit. sc.* 4. *a.* 4. per freta Ionium, Ægeum, Creticum. Tibull. *lib.* 4.

Aduersis hyberna licet tumeant freta ventis.

Gell. *cap.* 3. *lib.* 10. Quod, & quale inuidiæ atque acerbitatis fretum efferuescit? (in oratione Ciceronis sup.) Ouidius *Eleg.* 10. *lib.* 3. *Trist.*

Si tibi tale fretum quondam Leandre fuisset,
Non foret angustæ mors tua crimen aquæ.

¶ Apud Veteres legitur & *fretus*, genere masculino. Ennius, Crassa puluis oritur, omnem peruolat cæli fretum. Lucr. *lib.* 6.

Nam fretus ipse anni permiscet frigus & æstum.

Cic. *in Verrem act.* 7. Vt ille in dolore cruciatúque moriens, perangusto fretu diuisa seruitutis ac libertatis iura cognosceret. sic enim Gellius legit *cap.* 29. *lib.* 13. ¶ Fretum etiam latiùs patet, dicitúrque de mari interno, id est, magno, vel secundo, vel mediterraneo, cæterisque fretis & sinibus, etiam de Oceano. Salust. *Iugurth.* 65. Ea fines habet ab Occidente, fretum maris nostri, & Oceani. Isid. *lib.* 13. *c.* 18. Æstus ad Oceanum pertinet, fretum ad vtrunque mare. ¶ Hinc transfero, de quo suo loco.

Frētŭs, a, um, vide *Fruor.*

Frĭābĭlĭs, vide *Frio*, as.

‖Friburgum Brisgoiæ, prouinciæ Metropolis, *Freiburg*, vrbs & Academia Catholica, gentis Austriæ, apud Heluetios.

Friburgum in Misnia, oppidum argenti metallis fœcundum.‖

Fribusculum, discessiuncula coniugum non diuturna. Vlp. *l.* 32. *D. de donat. int. vir. & vxor.* Quòd si diuortium non intercessit, sed fribusculum, profectò valebit donatio, si fribusculum quieuit.

Frĭco, as, Notæ significationis est. { גָּרַד *garadh.* ψήχω, ψώχω. Gall. *Frotter.* Ital. *Fregare.* Germ. Fricken reiben reiben/ iucken/krazen. Hisp. *Fregar ò tratar vna cosa con otra.* Angl. *To rubbe or frette together.* } Virg. *lib.* 3. *Georg.*

——*fricat arbore costas.*

Plaut. *Asin. sc.* 3. *a.* 3. Quid vis? egestas imperat, fricentur. Idem *ibidem paulò infrà.* Nunquam hercle facerem, genua ni tam nequiter fricares. Plin. *in epist.* Quinetiam (fœdum, miserandúmque dictu) dentes lauandos fricandósque præbebat. Præteritum facit fricui, & supinum frictum. Hinc manserunt verbalia Frictio & Frictus. Olim fricaui & fricatum. Vnde adhuc in vsu sunt Fricatio, & Fricatus. Sic etiam duo manserunt participia præteriti temporis Frictus & Fricatus. Iuuenal.

——*si prurit frictus ocelli Angulus.*

Macer,

Vrtica folijs renocatur vulua fricata.

Sed hoc in simplici rarum, frequens in compositis. Cicer. *lib.* 12. *epistol. ad Attic.* Quæ res forsitan sit refricatura vulnus meum. Plin. *lib.* 8. Pantheras per carnes affricatas aconito venantur Barbari. ¶ Huius composita

posita sunt, Affrico, ad aliquid frico, προσψώχω, προστρίβω. Colum. *lib.* 8. Pecudes aut morsu scalpunt, aut cornu, aut vngula tradunt, aut arbori affricant, parietibúsque detergunt. Plin. Marathro herbæ sese affricat. ¶ Confrico, simul frico, συντρίβω. Plaut. *in Asin.* Atqui pol hodie non feres, ni genua confricentur. Colum. *lib.* 2. Boues quum ab opere dimiserit subitrictos, confricet, manibúsque comprimat dorsum, & pellem reuellat. ¶ Defrico, fricando purgo, ἀποψώχω. Autor ad Herenn. Nam vt forte hic in balneas venit, cœpit postquam defusus est, defricari. Colum. *lib.* 2. Solida id Sole siccetur, & radice silphij trita cum aceto aspergatur, defricetúrque. Infrico, intus frico. Idem *lib.* 6. Maximè proderit fuligo ex alieno vlceri infricata. ¶ Perfrico, περιτρίβω. Idem *ibidem*, Deinde nares perfricato, vt homines discant odorari. Plin. *in Prolog.* Perfricui faciem, nec tamen profeci. Non est enim eorum qui cum pudore aliquid agunt, vt faciem perfricent, natura ipsa ad id impellente, quasi ab abigendum sanguinem, qui ex præcordiis ad faciei superficiem confluit. Propter quod quærit Aristoteles, cur pudore facies hominis rubescat, metu pallescat, quum pudor nihil aliud sit, quàm timor futuræ reprehensionis. Hinc ergo ortum est prouerbium, vt quoties dicere volumus nos pudorem deposuisse, dicamus, Perfricui faciem: hoc est, Pudorem expuli. ¶ Refrico, fricando aperio, ἀναψώχω. Perfricate vulnus, vel cicatricem. Cic. *contra Rull.* Ne refricare iam obductam Reipubl. cicatricem videret. Idem *pro Flacc.* Quum illud vulnus dicendo refricuisset. Per translationem item dicimus, Refricate dolorem, refricare desiderium, pro eo quod est renouare, siue reuocare. Cicer. *lib.* 2. *Epistol.* Verebar ne refricaret meis literis desiderium ac dolorem tuum. Habent autem hæc omnia penultimam correptam.

Frictūs, us, est ipse fricandi actus. {τρῖψις, ἐπίτριψις. GALL. *Frottement.* ITAL. *Fregamento.* GERM. Kratzung fictung. HISP. *Fregadura.* ANGL. *Rubbing, fretting.*} Iuuenalis,

——— frictum crissantis aderat.

Frictĭo, nis, idem τρῖψις. Celsus *lib.* 1. In ipso quoque itinere frequens frictio. Plin. *lib.* 23. Frictiones inhibeat oculorum.

Fricatio, idem Col. *lib. 6. cap.* 12. Sed si sanguis adhuc supra vngulas in cruribus est, fricatione assidua discutitur.

Fricātūs, us, idem. ψηλάφησις, τρῖψις. Plin. *lib. 23. cap.* 7. Luscitiosos ex oleo illitus emendat, dentiúmque vitia crebro fricatu.

[Fridaria, Albhazen Haly *de iudicijs astrorum part. 6. cap.* 4. agit de iudiciis super Fridariis. vox est ex Arabum astrologorum κρατωνεχρία. Est autem Fridaria, seu χρονοκράτορα, certus quidam annorum terminus & motus, in quo planeta, gubernans vitam nati, dat & infert ei bonum vel malum pro sui natura.]

Frigillă, æ, auis sic dicta quòd frigore cantet & vigeat. {σπίζα. ITAL. *Frenguelo.*} Martial. *lib.* 9.

Nunc sturnos inopes frigillarúmque querelas
Audit, & arguto passere vernat ager.

Vide *Fringilla.*

Frīgo, is, xi, xum, & frictum, significat Torreo. Diomedes *lib.* 1. {קלה *kaláh* רבך *ribbéch.* φρύγω, τηγανίζω. GALL. *Frire, fricasser.* ITAL. *Frigere.* GERM. Rösten brahten. HISP. *Freir.* ANGL. *To frye.*} Festus, Frigere, & Frictum à Græco. Inde frictorium, & Frixorium, in quo quid frigitur. {מרחשת *marchéscheth* מחבת *machabáth.* Φρύγετρον. GALL. *Vne peile à frire.* ITAL. *Padella.* GERM. Ein brahtpfann. HISP. *La sarten para freir.*} Plaut. *in Bacch.* Tam frictum ego illum reddam, quàm frictus est cicer. Idem *in Pœn.* —nil nisi laterculos, Sesamum, papaueréumque triticum, & frictas nuces. Plin. *lib. 18. c.* 7. Postero die frigunt, deinde molis frangunt Corn. Celsus, Tum res eadem magis alit iurulenta, quàm assa: magis assa, quàm frixa.

[Frixorium, vas in quo aliquid frigitur.]

Frīgŭs, oris, Vis frigoris.)(Calor. {קר *kor* קרח *karáh* צנה *tsinnáh.* ψῦχος, ῥῖγος. GALL. *Froid, froidure.* ITAL. *Freddo.* GERM. Kelte. HISP. *Frio o frescura.* ANGL. *Colde.*} Virg. *lib.* 1. *Georg.*

Frigúsque, calorémque inter.

Idem,

——— aut Boreæ penetrabile frigus adurat.

Plaut. *Men. sc. 6. a.* 5. Lassitudo, fames, frigúsque durum. Ouid. *Eleg.* 10. *lib.* 3. *Trist.* Et, percussa frigore folia,

——— percussis frigore primo Est color in folijs.

Ibid Eleg. 8. ¶ Frigus cùm minus amatur quis, quem antè alius ardebat. Vide Lipsium *in Vell pag.* 72. *&* 73. ¶ Aliquando sumitur pro metu: ab eo quod præcedit, ad id quod sequitur. Virg. 1. *Æneid.*

Extemplò Æneæ soluuntur frigore membra.

Seru. Frigore, id est, timore. Reciproca translatione, & timor pro frigore, & frigus pro timore ponitur: vt apud Terentium, Vxorem tuam pauitare aiunt, hoc est, non timere, sed laborare frigoribus. Rursus frigus dicitur ipsa aëris natura. Virg. *lib.* 2. *Georg.*

——— at sceleratum exquirere frigus
Difficile est.

¶ Frigus id etiam appellatur, quum pro risu, & gratia, vel fauore spetato, res in diuersum exit. Cicer. *ad Quint. frat. lib.* 2. Pridie Idus quum Appius Senatum infrequentem coëgisset, tantùm fuit frigus, vt populi conuicio nos coactus sit dimittere. Quintil. *lib.* 6. Nam & imperitia, & rusticitas, & rigor, & deformitas afferunt interim frigus, diligentérque actori hæc sunt prouidenda. Frigus his in locis (vt Badæus docet) absurdam rei speciem significat, quam incommodus euentus consequitur. ¶ Frigus argumentorum. Quint. *cap.* 12. *lib.* 5. Item frigus non leue interrogantis testem. Idem. ¶ Frigus etiam ponitur pro ipsa morte, vt Hor. *Sermon. lib.* 2. *Satyr.* 1.

——— ——— ò puer vt sis
Vitalis metuo, & maiorum ne quis amicus
Frigore te feriat, i. morte te afficiat, vt interpretatur Acron.

Frigĕo, es, frixi, teste Prisciano, à ῥῖγος, Frigidus sum, algeo)(Caleo. {ψυχρός εἰμι, κατεψυγμένος. GALL. *Auoir froid.* ITAL. *Raffredarsi.* GERM. Frieren, kalt sein. HISP. *Enfriarse.* ANGL. *To be colde.*} Virg. *lib.* 11. *Æneid.*

——— corpúsque lauant frigentis, & vngunt.

Frigeo (vt quibusdam placet) ἀπὸ τοῦ φρίσσω, horreo. Vnde φρίκη, horror, seu frigus dicitur. Siue (vt alij malunt) παρὰ τὸ ῥῖγος. Sic enim Græci frigus & rigorem vocant. ¶ Frigere etiam dicuntur qui segnes sunt, languidi & remissi. Terent. *in Eunuch.* Hice homines frigent, id est, languidi sunt, & nequaquam feruidi: quales esse solent quibus res parum succedunt ex sententia. Cicer. 4. *Verr.* Quum omnia iudicia frigerent admonitu illius. Terent. *in Eunuch.* Sine Cerere & Baccho friget Venus hoc est, languida est, & remissa. Cicer. *ad Attic. lib.* 1. Quum Romæ à iudiciis forum frixerit. ¶ Huius compositum est Refrigeo, quod est calorem amittere, & ex calido frigidum fieri. Vide infra suo loco.

Frigēsco, cis, frigidus fio. {ἀποψύχομαι. GALL. *Deuenir froid, se refroidir.* ITAL. *Diuenir freddo.* GERM. Erkalten, anfahen frieren. HISP. *Enfriarse.* ANGL. *To waxe colde.*} Cato *de re rust. cap.* 65. Vbi erit tam crassum, quàm viscum, finito frigescat. Cælius *ad Cic.* Si Parthi nihil vos calefaciunt, nos hic frigore frigescimus. Vbi metaphoricè accipitur frigescere, pro otiosum esse, & languescere. Quint. non debet frigescere hoc opus (i. mouendi sunt affectus.) Lactant *lib.* 7. Quos autem morbus interimit, spiritum diutius exhalant, vt paulatim frigescentibus membris anima effluat.

Frigefăcio, {ψύχω. GALL. *Refroidir.* ITAL. *Far freddo, refreddare.* GERM. Erkalten kalt machen. HISP. *Enfriar otra cosa, resfriar.* ANGL. *To make colde.*} A quo frigefio notæ significationis, & Frigefacto, as, are, frequentatiuum. Plaut. *in Pœn.* Calidum prandisti prandium hodie, dic mihi. A. Quid iam? 1. Quia hoc nunc frigefactas, quum roges.

Frigēro, as, Frigefacio. ἀποψύχω. Composita eius magis sunt in vsu: vt, Refrigero, quod est rem aliquam calidam, frigidam facio. Perfrigero, vehementer frigefacio. διαψύχω. Plinius, Omnium earum vis eadem perfrigerare est, & astringere.

Frigēns, frigentis participium à frigeo apud Virg. *lib.* 6. *Æneid.* ponitur pro mortuo:

——— Corpúsque lauant frigentis, & vngunt.

Frigĭdŭs, a, um, quod habet frigus, gelidus, algidus. {קר *kar.* ψυχρός. GALL. *Froid.* ITAL. *Freddo, qualcunque cosa che ha freddo.* GERM. Kalt. HISP. *Cosa fria ò fresca.* ANGL. *That is colde.*} Plaut. *Curc. sc.* 2. *a.* 4. Quasi aquam frigidam feruentem esse ita putatis leges. Quint. *cap.* 4. *lib.* 2. frigidi & repositi cibi fastidium mouent. Ouid.

Frigidius glacie pectus amantis erat.

¶ Quandoque dicitur segnis, languidus, & remissus. Virgil. 11. *Æneid.*

Largus opum, & lingua melior: sed frigida bello Dextera.

Sic frigidum hominem dicimus, qui omnia nimis remissè agit: cui opponitur feruidus & vehemens. Cic. 3. *in Verrem*, Alij etiam frigidiores: sed quia stomachabantur, ridiculi videbantur esse. Ad hunc etiam modum ioci dicuntur frigidi, qui parum habent salis ad excitandum risum. Quint. Frigidus in salibus Cicero. Gell. *cap.* 15. *lib.* 6. Frigidæ rationes, frigidi versus. Idem *cap.* 16. *lib.* 6. Item Quintilian. Frigida affectio. Item, frigidi loci. Suet. *in Claud. cap.* 21. Idem *in Calig. cap.* 26. leue ac frigidum sit, his addere quo propinquos amicósque pacto tractauerit. {GALL. *Ce seroit peu de faict & auroit peu de grace, &c.*} ¶ Frigidus, perniciosus, inquit Seru. in hunc Virg. locum,

Frigidus, ò pueri, fugite hinc, latet anguis in herba.

¶ Frigidus quandoque pro mortuo à bonis authoribus ponitur, vt Virg. 9. *Æneid.*

Voluitur ille vomens calidum de pectore flumen
Frigidus.

Quem locum in hac significatione expendit Nonius Marcellus. Vide Quint. *in procemio lib.* 6. Tuum corpus frigidum exangue aspexit, &c. ¶ Frigida per se positum, accipitur pro aqua quæ calida non est, aut tepida. Plaut. *in Mostell. sc.* 3. *a.* 1. Iampridem ecastor frigida non laui magis libenter. Plin. *in Epist.* Per solem plerunque frigida lauabatur. ¶ Vnde, Frigidam suffundere, prouerbio dicimus, pro rem aliquam inflammare. Tractum est prouerbium à fabris ferrariis, qui igni frigidam aspergunt quo vehementiùs ardeat. Plaut. *in Cist. sc.* 1. *a.* 1 Eas si adeas, abitum quam aditum malis, ita nostro ordini Palàm blandiuntur: clàm si occasio vsquam est, frigidam subdole suffundunt. id est, instigant clanculum. Conijcitur enim in ea fabula meretrix de matronis maritos suos in meretricem odium quoad possunt inflammantibus. Tractum apparet ab iis, qui certaminibus equestribus aquam equis aspergebant quo refocillati currerent acriùs, atque hoc pacto ad cursum instigabant. Ex Erasmo.

Frigĭdē, aduerb. {ψυχρῶς. GALL. *Froidement, auec peu de grace.* ITAL. *Freddamente, senza gratia.* GERM. Gantz kalt, ohne gnad vnd lustigkeit. HISP. *Fria y fresçamente sin donaire.* ANGL. *Barely, leanely, coldlye.*} Quint. *lib.* 6. *cap.* 1. Tum ille, alioqui vir facundus, inopinatæ rei casu, obmutuit, & infantem suum frigidissimè reportauit. Et alibi idem Quint. frigidissimè id fecit.

Frigidiūscŭlus, diminutiuum, ὑπόψυχρος. Gell. *lib.* 3. *cap.* 10. Sed alia quoque ibidem congerit frigidiuscula.

Frigidŭlus, diminutiuum, subfrigidus, aliquantulum frigidus. {ὑπόψυχρος. GALL. *Froidelet.* ITAL. *Freddarello.* GERM. Kaltlecht. HISP. *Cosa vn poquillo fria, ò fresca.* ANGL. *Somewhat colde.*} Catull. *Argon.*

Frigidulos udo singultus ore cientem.

Frigēdo, inis, antiqui dicebant pro frigore. {קרח *karáh.* ψῦχος, ψυχρότης. GALL. *Froid, froidure.* ITAL. *Freddo.* GERM. Kelte. HISP. *Frio, ò frescura.* ANGL. *Coldenesse.*} Varro, Atque in igni feruido, medullitus Aquiloniam seruat frigedinem. Ex Nonio.

Frigidarium, ij. Ahenum in balneis, quo frigida aqua continebatur. λουτὴρ ψυχρόν. sicut caldarium, quo calida: & tepidarium, quo tepida. Frigidaria cella, locus erat in balneis, in quo frigida lauabantur. Plin. *lib.* 5. *Epist.* Frigidariæ cellæ connectitur media, cui Sol benignissimè præstò est: caldariæ magis, prominet enim.

[Frigium, mitra.]

Frigorificus, a, um, quod frigus inducit. {ψυχροποιός. GALL. *Refrigeratif.* ITAL. *Che induce freddo.* GERM. Das kalt, das kelte bringt. HISP. *Cosa que haze frio, ò fresco.* ANGL. *That causeth or maketh colde.*} Sicut à calore, Calorificus Gell. *lib.* 17. *cap.* 8. Acetum autem omnium maximè frigorificum est, atque id tamen nunquam concrescit.

Frigūtio,

Frigūtio, is, iui, frigutire, Minutim subsilire quod verbum à frigilla auicula putatur deductum. { φρύγω, γῶ, ῥιγόω. GALL. *Frissonner, trembler de froid*. ITAL. *Tremere di freddo*. GERM. Zittern / oder schmälen vor frost. HISP. *Temblar de frio*. ANGL. *To quake or shever for colde*. } Plaut. *in Cas.* Nam quid frigutis, quid istuc tam tepidè cupis?

Frilingi. Nithard *histor. Francor. lib. de Saxonibus*: Gens omnis in tribus ordinibus diuisa consistit. Sunt enim inter illum, qui *adalingi*, sunt qui *frilingi*, sunt qui *lazzi* illorum lingua dicuntur. Latina verò lingua hoc sunt nobiles, ingenui atque seruiles.

Fringilla, siue frigilla, σπίζα. Auis est passeris magnitudine, albo, viridi rufóque colore distincta. Maris pectus rubescit, fœminæ pallidius ac dilutius. Vermiculis victitat, æstate tepidis locis degit, hieme frigidis. Auienus,

Si matutino fringilla resultat ab ore.

¶ Est & fringilla montana, cui collum cæruleum, Aristoteli ὀρεσπίζης, *hist. lib. 8. cap. 3.* cuius sunt plures species.

Fringultio, fortè idem quod frigutio. Apuleius *in Apologia*, At ego illi contra iustius exprobrauerim, quod qui eloquentiæ patrocinium vulgò profiteatur, etiam honesta dicta sordidè blateret, ac sæpè in rebus nequaquam difficilibus fringultiat, vel omnino obtumescat. Idem *Flor. lib. 3.* Merulæ in remoris tesquis fringultiunt.

Frīo, as, à φρύγω, terendo comminuo. { שחק *schachák*. λεπτύνω. GALL. *Esgrager, esmier, briser & mettre en poudre en frottant*. ITAL. *Tritare*. GERM. Reiben / zerreiben. HISP. *Quebrar ò desmenuzar entre los dedos*. ANGL. *To crumme smal to, break in smal pieces*. } Plin. *lib. 13. cap. 4.* In ipsa quidem Æthiopia friatur hæc, (tanta est siccitas) & farinæ modo spissatur in panem. Varro *1. de re rust. cap. 9.* Si sit terra alba, si nigra, si leuis, quæ quum fodiatur, facilè frietur. Huius composita sunt Affrio, quod est terendo aliquid digitis leuiter inspergo, ἐπιψάω. Suffrio, paululùm contero.

Friābilis, e, quod facilè friatur, & digitis minutim teri potest. { ψαθυρός, ψαφαρός, εὔθραυστος, εὐτριπτος, εὔθρυπτος. GALL. *Aisé à esmier, facile à mettre en pouldre*. ITAL. *Friabile, che facilmente si può fregare*. GERM. Das leicht zu zerreiben ist. HISP. *Cosa que se puede desmenuzar*. ANGL. *That may be easilie broken in pieces*. } Plin. *lib. 28.* Optimáque est quæ candidissima, & friabilis, miniméque ponderosa, quum teratur inter digitos.

Frĭtĭtus, est Fremitus, strepitus. Cic. *de nat. deor.* ex Accio, Tanta moles labitur fremebunda ex alto ingenti sonitu & fritītu. Sic enim in quibusdam libris legitur, & in nonnullis *fremitu*.

Friscinga, friskinga, vel *frisgung*, in historiis barbari sæculi est tener (edilis tamen) fœtus porci, aut ouis, &c.

Frisia Occidentalis, West-Vrieslandt / vna ex XVII. prouinciis Germaniæ inferioris: cuius Metropolis est Leouardia, *Leeuwarden*, Episcopali dignitate anno 1559. à Paulo IV. aucta, sub A. Vltraiectino. Est in eadem prouincia & Franequera / Franecker / opidum Academiâ celebre.

Frisia Orientalis, Oost-Vrieslandt / cuius caput est Embda, emporium nobile, ad Amisiæ fl.

Frisii, populi sunt ad Oceanum Septentrionalem siti, Batauis & Sicambris finitimi, etiam hodie nomen retinentes, { Friesland. }

Frisinga, *Frisinghen*, V.E. Bauariæ, sub A. Salisburgensi, medio ferè itinere inter Monachium & Landishuetam sita.

Frit, dicitur illud in summa spica iam matura, quod est minus quàm granum. Varro *lib. 1. de re rust. cap. 48.*

Fritilis, e, olla in qua sal torretur.

Fritilla, pultis genus.

Fritillum, stillicidium stercoris in sterquilinium.

Fritillus, i, Tabula lusoria in qua tesseræ coniectæ, agitatæque mittuntur, inquit Porphyrio. { πύργος. GALL. *Tablier à iouer aux dez*. ITAL. *Tauegliero per giuocar à dadi*. GERM. Ein bretspiel. HISP. *La salsereta a donde se echan los dados*. ANGL. *A payre of tables to playe at the dice*. } Solent enim tesseræ coniici in fritillum, tanquam vasculum, quo agitatæ deinde mittuntur in alueolum. Iuuenal. *Satyr. 14.*

——paruóque eadem mouet arma fritillo.

Dictus fritillus (vt quidam putant) à crepitu ipso tesserarum, vel quòd super eo tesseræ ferantur. Martial. *lib. 4.*

Dum blanda vagus alea December
Incertis sonat hinc & hinc fritillis.

Fritinnio, is, ire, Hirundinum proprium est, quemadmodum annotauit Scaliger *in Varronem*, cuius ego versus ex Nonio collectos adscribam.

Et pullos peperit fritinnientes,
Quos non lacte nouo lemuta pascat:
Sed pancarpinio cymo caslo,
Libamenta legens caduca veris:
Ad quas tum volucres venit pusillos,
Vsque ad limina nidica esca vilis.

Friuicŭlum, i, (vt quibusdam placet) est leuis offensiuncula inter virum & vxorem, quam sequitur secessio. Vlp. *l. quum hic. de donat. inter vir. & vxor.* Quòd si diuortium non intercesserit, sed friuiculum interuenerit: donatio profectò valebit, si friuiculum quieuit. Quo tamen in loco malim legere *frigusculum*, vt frigusculum intelligas, quando ex coniugali more dissidio enato, aliquid remittitur, vehemensque ille ardor refrigescit. Sunt etiam qui *frigusculum* legant, quod tamen vocabulum nusquam credo reperiri.

Friuŏla, autore Festo, sunt vasa fictilia cassa. Vnde dicta verba friuola, quæ minus sunt fide subnixa. *In Pandect. in l. solutum. de pign. action.* Non enim credibile est hoc consensisse, vt ad vniuersam pensionem insulæ friuola mea tenerentur. Vbi friuola pro supellectili tenui, & vili accipiuntur: qualis eorum esse solet, qui in cœnaculis habitant: quo modo & Satyricus vsus est, *Satyr. 5.*

Et ne te teneam, Romanorum omnia regum Friuola.

Quibus verbis paupertatem Regum Romanorum significauit: quos etiam Samiolis vasis vsos esse constat. Idem *in 3.*

Viuendum est illic vbi nulla incendia, nulli
Nocte metus: iam poscit aquam, iam friuola transfert
Vcalegon, tabulata tibi iam tertia fumant.

Senec. *cap. 1. de tranquill.* friuola mea, dixit pro vasis non magni pretij. Suet. *in Calig. cap. 39.* Nescio quid friuoli emere. A Græcis γρυμαία dicuntur, id est, τὰ κατὰ τὴν οἰκίαν σκεύη εὐτελῆ. Vnde & γρυτοπῶλαι ab eis dicuntur, qui huiusmodi supellectilia venditant: quos Latinè vocamus Friuolarios. Budæus *in Annotat.*

Friuŏlus, a, um, q. fribolus. quæ vox vsurpatur de vasis fictilibus. dicitur quod est inane, leue, nullíusve momenti, quasi friabile. { רק *rek*. ψυχρολόγος, φλύαρος. GALL. *Friuole, de petite valeur & estime*. ITAL. *Leggiero, vano, de niun momento, friuolo*. GERM. Nichts sollend / liederlich / vnnütz. HISP. *Cosa vana y de poco precio*. ANGL. *Vaine, trifling, of no value*. } Plin. *lib. 7. cap. 7.* de generatione hominis loquens, Miseret atque etiam pudet æstimantem, quam sit friuola animalium superbissimi origo, quum plerunque abortus causa fiat odor à lucernarum extinctu. Friuolam originem pro fragili, & infirma dixit & veluti friabili. Gell. *lib. 15. cap. 30.* Oppido quàm fiunt in litterarum ostentatione inepti & friuoli. Idem *lib. 16. cap. 12.* Quædam futilia & friuola. Quint. *lib. 7. cap. 3.* Eóque satius est omni se anteactæ vitæ abstinere conuitio, quàm leuibus, aut friuolis, aut manifestò falsis reum incessere. Senec. *cap. 11. de consol. ad Mart.* Friuola oblectamenta animorum.

Frŏndātor, Frondes, Frondosus, vide *Frons*, dis.

FRŌNS, tis, à ferendo, vt quibusdam placet: quod indicia animi præ se ferat. { מצח *métsach*. μέτωπον. GALL. *Le front*. ITAL. *Fronte*. GERM. Die stirn. HISP. *Frente*. ANGL. *The forehead*. } A dextra & sinistra temporibus, à superiori capillorum radice: ab inferiori verò parte superciliis terminata, corrugatur in tristitiam & in lætitiam dilatatur. Hinc factum est, vt frons accipiatur pro vultu, & pro animi nostri affectu, quem ex fronte perspicimus. Martialis,

Nec matutina si mihi fronte venis.

Idem *lib. 1.*

Illa fronte precor carmina nostra legas.

Cicer. *ad Atticum lib. 4.* Pompeius fremit, queritur, Scauro studet: sed vtrùm fronte an mente, dubitatur, id est, vultu, an animo. Senec. *cap. 15. de tranquill.* flere & frontem suam fingere. Idem *cap. 1. de consolat. ad Mart.* fronte hilari tegere gemitus. Idem *cap. 8. de consolat. ad Polyb.* fronte remissa aliquid facere. Plaut. *Aulul. sc. 1. a. 4.* Herile imperium ediscas, vt quod frons velit, oculi sciant. Idem *Asin sc. 3. a. 2.* Truculentis oculis, tristi fronte. Gell. *cap. 1. lib. 19.* fronte falsa terrere, (i. specie inani.) Plaut. *Menæch. sc. 2. a. 5.* Ex temporibus & fronte viridis exoritur color. Quint. frons imbecilla sustinetur magna conscientia. (i. nimia verecundia.) Idem, Plus habet in recessu, quàm in fronte. ¶ Frontem explicare, vel exporrigere dicimur quum hilarescimus: contrahere quum tingimur, hoc est, vbi quid modestum est. Plaut. *in Prolog. Amphitr.* Quid contraxistis frontem? frons enim (inquit Plin. *lib. 11.*) homini tristitiæ, hilaritatis, clementiæ, seueritatis index est. Terent. *in Adelph.* Exporge frontem, (hoc est, viue hilariter.) Horat. *lib. 3. Carminum,*

Sollicitam explicuere frontem.

Plaut. *in Cas.* Porrectiore fronte mecum loquaris oportet. Sic etiam dicimus, Frontem exporrectam, vel explicatam, pro hilari vultu. Contra, Obductam frontem, Corrugatam frontem, contractam frontem, Caperatam frontem, pro nubilo & mœsto vultu. Idem Caperata frons seueritudine. Nubila frons, serena frons, explicata frons. Sic, Adducta frons, mollis, asperior, conficta. Quintil. frontis adductæ: & alio loco, Animi iacentes res, & mollis frontis: & alibi, frontis asperioris. ¶ Frons seuera. Plaut. *Milit. sc. 2. a. 2.* Vide vt astitit seuera fronte, curas cogitans. ¶ Frontem perfricare, pro deponere pudorem. Plin. Perfricui frontem, & nihil profeci. Caluus apud Quintil. *lib. 9. cap. 2.* Perfrica frontem, & dic te digniorem, qui Prætor fieres, quàm Catonem. Persius, exclamet Melicerta perisse Frontem de rebus. ¶ Dicitur frons etiam de rebus inanimatis pro principio, vel anteriore parte cuiusque rei. Virg.

Fronte sub aduersa scopulis pendentibus antrum.

Ouid. *Eleg. 2. lib. 1. Trist.*

Nunc notus aduersa prælia fronte gerit.

Et licèt frequentissimè generis fœminini proferatur, à Cæcilio tamen masculino genere ponitur. Hi sunt, inquit, inimici pessimi, fronte hilaro, tristi corde. de quo Gell. *lib. 15. cap. 9.* ¶ A fronte atque à tergo, πρόσσω καὶ ὀπίσσω. Prouerbij vice receptum, pro eo quod est diligenter inspicere, & præterita cum præsentibus & futuris conferre. Ex Homero. Interdum metaphoricè vsurpatur. Senec. *cap. 9. de tranquill.* frontes titulique voluminum. Ouid. *Eleg. 1. lib. 1.*

Cætera turba (librorum) *palàm titulos ostendet apertos:*
Et sua detecta nomina fronte geret.

Idem *Eleg. 6. lib. 1. Trist.*

——In prima fronte libelli
Sex versus.

Quint. prima fronte non diiudicandum. Idem, frons causæ, vbi non est. Idem, Fronte detecta (aliàs directa) pugnare. Senec. *cap. 5. de consol. ad Helu.* Ea nihil habent intra se fronti simile. (loquitur de bonis fortunæ.) ¶ Item, frontem dirigere & cornua promouere. Quint. Frons castrorum. Cæs. *3. de bell. ciu.* In frontem naues instruere. Liuius *lib. 7. dec. 4.* Arcta fronte acies. Idem *lib. 6. dec. 4.* Item, frons in acie, cornua vtrimque promoueat. Et Liu. *lib. 6. dec. 4.* fronte pugnam accedere. Tibull. *lib. 4.*

Rectius vt aquatis decurrat frontibus ordo.

Sueton. *in Claud. cap. 4.* Expositus in prima fronte spectaculorum conspicietur. ¶ A fronte præcipitium, à tergo lupi, ἔνθεν μὲν κρημνός, ἔνθεν δὲ λύκοι. Quum aliquis hinc atque hinc duobus maximis premitur malis, vt in vtrum inciderit perendum sit. ¶ Frontem ferire dicuntur, qui supra modum & impotenter indignantur. Cic. *ad Attic.* Pudo te in hortaut risisse, aut ingemuisse vt frontem ferias: sunt qui etiam Cæsonium putant, &c. ¶ Frons occipitio prior. Quo significauit antiquitas, rectiùs geri negotium, vbi præsens ac testis adest is, cuius agitur negotium. *Prior* dictum est pro melior. Cat. *de re rust. cap. 4.* ¶ Vera fronte fieri dicuntur quæ ex animo citràque fucum dicuntur geruntúrve.

Frontāle, is. Est ornamentum frontis, præcipuè in equis & elephantis. {ציץ *tsit.* προμετωπίδιον. GALL. *Fronteau, frontiere de bride.* ITAL. *Frontale.* GERM. Ein stirnenzierd / stirnengeräth. HISP. *El frontal, ornamento de la frente.* ANGL. *A foreheade clothe.* } Plin. *lib.* 47. *cap.* 12. Quandoque tantæ magnitudinis fecêre, vt equis regum in Oriente frontalia, atque pro phaleris pensilia facerent. Liu. 37. Ingentes ipsi erant, addebant speciem frontalia & cristæ, & tergo impositæ turres.

‖Frontaria, barbara vox, nempe quod Gallis *frontiere*, GERM. Frontier / tanquam frontes regionum, vbi primùm aspiciuntur limites, termini. ei adsonat grentze.‖

Frōntātus, a, um, quod frontem habet, vel quod in fronte positum est. {μετωπιαῖος, ἐξέχων. GALL. *Qui a front.* ITAL. *Che ha la fronte.* GERM. Das ein stirnen hatt. HISP. *Lo que tiene frente.* ANGL. *That hath an forehead.* } Frontati lapides, à Vitruuio dicuntur, quos Græci διατόνους appellant, quia per latitudinem totam porrecti, vtramque parietis frontem conficiant. Plin. *lib.* 35. *cap.* 12. Vel tecta coctilibus laterculis, frontatisque, hoc est, ab ea parte continuatis qua opus lateritium conspici debebat. Budæus *in Annot.*

‖Frontispicium, inspectio frontis : vnde & anterior pars Ecclesiæ frontispicium dicitur.‖

Frōnto, nis, qui latam habet frontem. {μετωπίας. GALL. *Qui a grand frond.* ITAL. *Che ha gran fronte.* GERM. Der ein breite stirn hatt. HISP. *Hombre de grande frente.* ANGL. *That hath a brode forehead.* } Cic. 1. *de nat. deor.* Ecquos næuum habere, ecquos silos, flaccos, frontones, capitones, quæ sunt in nobis?

‖Frontosus, φιλομέτωπος.‖

Frōns, dis, generis fœminini à fero, quòd frondes arborum huc atque illuc à vento ferantur. {עלין *halén* עפא *hopha* פארה *puráh.* φύλλον, κλάδος. GALL. *Fueilles d'arbre, rameaux.* ITAL. *Fronda, foglia.* GERM. Ein laubast / ein gruner zweig. HISP. *La hoja del arbol.* ANGL. *The leaue of a tree.* } Propriè autem frondes arborum dicuntur, teste Valla. folia verò tam arborum, quàm herbarum, & florum. Ouid. 13. *Metam.*

——— *& sine frondibus idem* (stabit.)

Varro 1. *de re rust.* Quod Cato ait circa fundum vlmos & populos, vnde frons ouibus, bubus sit. Interdum metaphoricè, frondem immaturam distringere. ¶ Antiqui *fros* sine n, quàm frons dicere maluerunt, ne faceret, vt inquit Plin. frontis. Varro *rei rustic. lib.* 1. Vlmos & populos vnde est fros. Item *Antiquit. Rom. lib.* 15. Fros fœnum, messis. Ennius *lib.* 7. frundes pro frondes dixit, tanquam à nominatiuo frus. Rufescant frundes.

Frōndĕus, a, um, quod totum ex frondibus est. {φύλλινος. GALL. *De fueilles ou rameaux d'arbres.* ITAL. *Di frondi.* GERM. Auß laubästen gemacht. HISP. *Cosa de materia de hojas.* ANGL. *Of leaues or branches.* } vt, Torus frondeus, Frondea corona. Plin. *lib.* 16. *cap.* 4. Ouid. 3. *Fast.*

Sunt quibus è ramis frondea facta casa est.

Frōndōsus, a, um, quod frondibus abundat. {רענן *rahanán.* πολύφυλλος, φυλλώδης. GALL. *Fueillu, branchu.* ITAL. *Frondoso, che abunda di frondi.* GERM. Ästechtig / Das vil grüner ästen hatt. HISP. *Cosa llena de hojas.* ANGL. *Full of leaues.* } vt, Lucus frondosus. Frondosus ramus. Liuius 10. *ab Vrbe.* Et frondosi montes, Varro 2. *de re rustic. cap.* 5. Virg. 4. *Georg.*

Corporaque ipsa boum frondoso desere luco.

Idem 3. *Georg.*

——— *dum mox frondosa reducitur æstas.*

Frōndārius, a, um, quod ad frondes pertinet, siue quod ex frondibus est. {φύλλινος. GALL. *Seruant à des appartenances des fueilles des arbres.* ITAL. *Ciò che si fa di frondi.* GERM. Das zu den zweigen / oder laubästen gehört. HISP. *Cosa perteneciente à las hojas.* ANGL. *Of or belonging to leaues of trees.* } vt, Frondariæ fiscinæ. Plin. *lib.* 18. *cap.* 31. Vnus frondator quatuor frondarias fiscinas complere in diem iustum habet.

Frōndĕo, es, ui, Frondes habeo. {רענן *rahanán.* φυλλοφορῶ. GALL. *Auoir ou porter fueilles, produire fueilles.* ITAL. *Far foglie, diuenir fronzuto.* GERM. Grüne bletter haben. HISP. *Echar hojas el arbol.* ANGL. *To haue leaues, to bring forth leaues.* } Virg. 3. *Eclog.*

Nunc frondent syluæ, nunc formosissimus annus.

Idem 2. *Georg.*

——— *nemorúmque Ioui quæ maxima frondet Æsculus.*

Sic frondens vitis, Colum. *lib.* 3. *cap.* 1.

Frōndēsco, cis, cere, est frondes emittere. {φυλλίζω. GALL. *Produire fueilles.* ITAL. *Produrre le frondi.* GERM. Grünen / grün laub vberkommen. HISP. *Echar hojas el arbol.* ANGL. *To spring, to bring forth leaues.* } Colum. *lib.* 5. Nihilominus enim paucis frondescet pampinis. Idem *lib.* 4. *cap.* 9. Namque defluens humor cæcat oculum, nec patitur frondescere.

Frondo, as, frondes amputo. {שפף *schéph.* φυλλοβολῶ. GALL. *Couper & oster les fueilles.* ITAL. *Sfrondare, sfogliare.* GERM. Die äst erbauen. HISP. *Quitar las hojas del arbol.* ANGL. *To loppe or shred boughes of trees.* } à quo Frondator, Frondatio : & Defrondo, quod est frondes deiicio.

Frondātor, is. {משפף *mesaphéph.* κλαδευτής, φυλλολόγος, φυλλοκόμος. GALL. *Esmondeur, & qui coupe le bout des branches des arbres.* ITAL. *Potatore, che taglia y rami de gli alberi.* GERM. Der die äst erbauet vnd seubert / oder das laub abstreifft. HISP. *El que quita las hojas del arbol.* ANGL. *A lopper, that cutteth of superfluous boughes.* } qui arborum ramos superuacuos amputat : & qui è frondibus manipulos facit hyemis tempore animalibus ad pastum offerendos : & qui manibus folia vitium vellit, quo ardor Solis vuam maturiorem reddat : aut auis quæ in frondibus habitat, & his vescitur : vel etiam palumbes quæ in frondibus nidificant. Hæc Seruius. Plin. *lib.* 18. *cap.* 31. Vnus frondator quatuor frondarias fiscinas complere in diem iustum habet. Virgil. *Eclog.* 1.

Hinc alta sub rupe canet frondator ad auras.

Catullus,

Non fax attenuat frondatorum arboribus umbram.

Frōndātio, Frondium & ramorum redundantium refectio. {φυλλολογία. GALL. *Coupe des bouts des branches, amas de fueilles des arbres.* ITAL. *Il tagliare le foglie, il raccogliere le foglie d'alberi.* GERM. Erbauung der ästen. HISP. *Aquella obra de deshojar.* ANGL. *A shredding of boughes of trees.* } Col. *lib.* 5. *cap.* 6. Atque in frondatione cauendum ne aut proliziores pollices fiant, qui ex amputatis virgis relinquuntur.

Frōndĭfer, a, um, Frondes ferens. {רענן *rahanán.* φυλλοφόρος. GALL. *Portant fueilles.* ITAL. *Che produce frondi.* GERM. Das bletter oder laub tregt. HISP. *Cosa que trahe hojas.* ANGL. *That beareth leaues, or branches.* } Lucret. *lib.* 1.

Frondiferásque domos auium.

Ibidem,

Frondiferásque nouis auibus canere vndique syluas.

Nemus frondiferum, apud eundem *lib.* 2.

Frōnto, nis, vide *Frons* frontis.

Fronto, Philosophiæ simul, & dicendi præceptor M. Antonini principis, adeò ab illo dilectus, vt ille statuam ei à Senatu statui decernendam curarit. Author Capitolinus. ¶ Frontonis alterius sub Nerone meminere Tacitus, Iuuenalis, & Martialis,

Clarum militia Fronto togaque decus.

Frūctus, vide pòst *Fruor.*

Frūgālis, Frugalitas, Frugiperda, vide in *Fruges.*

FRVGĒS, is, vel hæc Frux, frugis, secundùm Priscianum, dicitur generaliter quicquid ex fructu terræ in alimoniam vertimus : neque solum quod ex frumentis & leguminibus, verumetiam quod ex vino, vel ex syluis cæduis, cretæ fodinis, lapicidinis, capitur. {שבר *scheber* עבור *habúr* תבואה *tebuáh* בר *bar.* καρπός. GALL. *Toute sorte de fruict propre à se nourrir, soit de grain ou autrement.* ITAL. *Il frutti della terra che conuertiamo in nostro nutrimento.* GERM. Allerley frucht der erdtrichs zu vnser auffenthalt dienstlich. HISP. *El fruto de la tierra.* ANGL. *All kinde of fruits that the earth bringeth forth.* } Fest. Seruius, & Donatus, frugis verbum à framine eminente sub mento gutturis, seu curculionis parte qua cibus in aluum demittitur, à ferendo cibo appellatum dicunt. Varro *lib.* 4. *de lingua Latina*, à fruendo. Errant igitur qui discernunt legumina à frugibus. Nam Cicero ait, Olei & frugum minutatum, quum de leguminibus diceret : vt ostenderet, etiam legumina, fruges vocari. Liuius *lib.* 5. *ab Vrbe*, Eam gentem traditur fama dulcedine frugum, maximè vini, noua tum voluptate captam. Virg. 3. *Eclog.*

Quum faciam vitulâ pro frugibus ipse venito.

Ibidem,

Triste lupus stabulis, maturis frugibus imbres,
Arboribus venti, nobis Amaryllidis iræ.

Tibull. *lib.* 4.

Nec frugem segetes præbent, nec pabula terra.

Ouid. *Eleg.* 6. *lib.* 4. *Trist.*

——— *Rus frugibus area trita est.*

Quintilian. doctrinà & vsus id generare & ad frugem perducere potest. Recipere se ad frugem bonam, Cicer. *pro Cælio.* Corrigere aliquem ad frugem, hoc est, ita emendare, vt frugi homo euadat. Plaut. *Trinum.* Quin eum restituis? quin ad frugem corrigis? Euadere ad frugem bonam, de eo dicitur qui antè nequam fuerat. Redire ad frugem bonam. Lamprid. *in Heliogab.* Milites se parsuros dixerunt si ad frugem bonam rediret. ¶ Nominatiuo singulari frux, vsus est Ausonius *in monosyllabis.*

Antè equidem, campis quàm spicea supperet frux.

‖Frugamenta à frugibus appellata. Fest.‖

Frūgi, nomen à fruge denominatum, omnis generis & indeclinabile est, Moderatus, prudens, sobrius, modestus, abstinens, temperans, innocens. {טוב *tob* חכם *chachám* צנוע *tsanúah.* χρηστός. GALL. *Bon mesnager, qui se gouuerne bien, qui ne depend que par raison, espargnant, sans excés, homme de bien.* ITAL. *Buono, vtile, necessario, virtuoso, moderato, modesto.* GERM. Nutzlich / gut / gemäß. HISP. *Bueno y de prouecho, templado, moderado, virtuoso.* ANGL. *wyse, sober, modest, a good man, thriftie.* } Quint. tarat eos à quibus dicitur frugalis & non frugi, tanquam frugalis sit dictio parum proba : quum tamen (quod mirum videri potest) frugalior, & frugalissimus à Terentio & Cicerone religiosissimis linguæ Latinæ custodibus vsurpentur. Donatus *in illud Eunuchi*, Frugi es : Frugi, inquit, id est, vtilis & necessarius : à frugibus, quæ quòd his fruamur, dictæ sunt. Vnde antiqui seruum laudare volentes, frugi dicebant, tanquam sobrium, vtilem & necessarium. Plaut. *in Amph.* Ita seruum par videtur frugi sese instituere. Pro eodem etiam apud veteres legimus, Bonæ frugi seruus, quæ quidem compositio etiamsi duriuscula videtur, frequentius tamen occurrit, quàm vt mendum videri queat. Vlpian. *l. Neratius, ad legem Aquil.* Sed si frugi bonæ seruus intra annum, mutatis moribus, occisus sit. Cicer. *Attic. lib.* 4. Permodestus ac bonæ frugi homo. Plaut. *in Trinum.* Is probus est, quem non pœnitet quàm probus sit, & frugi bonæ. Apud Gellium, frugis bonæ legitur. Huius autem vocis significationem latiùs exprimit Cicer. *lib.* 3. *Tusc.* Sed quia, inquit, nec qui propter metum præsidium relinquit, quod est ignauiæ, nec qui propter auaritiam clàm depositum non reddit, quod est iniustitiæ, nec qui propter temeritatem malè rem gessit, quod est stultitiæ, frugi appellari solet, eo tres virtutes fortitudinem, iustitiam, & prudentiam frugalitas complexa est. Ergo frugi hominem bonum, & virtute præditum intelligimus. Plaut. *Mostell. sc.* 2. *a.* 5. Ad id vsque frugi & probus fui. Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Dum viuam nunquam eris frugi bonæ. *Ibid. sc.* 5. *act.* 1. Cupis me esse nequam, tamen ero frugi bonæ. Idem *Asin. sc.* 3. *act.* 5. Nunquam bonæ frugi fient, noctes diesque potent. Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 4. Ne quisquam frugi vobiscum, (id est, cum lenonibus) consistere audet. Idem *Aul. sc.* 6. *a.* 4. Qui vestitu & creta occultant sese quasi frugi fient. Idem *Asin. sc.* 2. *act.* 5. Siccum, frugi, continentem, mox madidum, nihili incontinentem. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 2. fecit hominem frugi. Idem *scen.* 4. *act.* 2. frugi sum, nec potest peculium enumerari. ¶ Ante fruges nouas fieri cœptas Porca mactabatur. Gell. *cap.* 6. *lib.* 4. ¶ Frugi & Nequam opponuntur. Cicer. *pro M. Fonteio.* Qui tanta virtute atque integritate fuit, vt etiam illis optimis temporibus, quum hominem inuenire nequam neminem posses, solus tamen frugi nominaretur. ¶ Accipitur etiam frugi pro eo, qui in victu, vestitu, similibúsque

quæ temperans est. ὁ σώφρων ἐγκρατής, σώφρων, κόσμιος. sic contrà intemperans, nequam, ἄσωτος. Horat.

Parcius hæc viuis, frugi dicatur.

Frūgĭfĕr,a,um, Fructus ferens. {פורה poréh. καρποφόρος. GALL. *Portant fruict, fertile, profitable.* ITAL. *Che produce frutti.* GERM. Fruchtbar, das frucht tregt. HISP. *Cosa que trahe fruto.* ANGL. *Fruitful, that beareth fruit.*} vt, Arbores frugiferæ quæcunque fructum ferunt, quæ & fructiferæ dicuntur. Lucan. *lib.* 3.

Vtraque frugiferis est insula nobilis aruis.

Ouid. 5. *Metam.*

Frugiferas messes alimentaque mitia reddat.

Plin. *lib.* 15. *cap.* 1. Vicina bonitas prouinciis, excepto Africæ frugifero solo. Frugifera quercus. Sueton. *in Galba cap.* 4. dicitur, quasi fruges fine glandes. ¶ Per translationem vsus est pro eo quod vtilitatem affert. Cic. 3. *Off.* Sed quum tota philosophia, mi Cicero, frugifera & fructuosa, nec vlla pars inculta ac deserta sit, &c. Liuius *in præfat. ab vrbe*, Hoc illud est præcipuè in cognitione rerum salubre ac frugiferum, exempli documenta in illustri posita monumento intueri.

Frūgĭfĕrēns, tis, poëticum epitheton, pro frugifero. καρποφορῶν. Lucret. *lib.* 1.

Quæ mare nauigerum, quæ terras frugiferentes

Concelebras.

Frugilegus,a,um, Formicarum epitheton est, à granorum colligendorum consuetudine tractum. {σιτολόγος. GALL. *Qui amasse & recueille les fruicts.* ITAL. *Che racoglie il grano.* GERM. Ameyssen, die korn zusammen tragen. HISP. *Cosa que coge fruto y dello viue.* ANGL. *That gathereth fruit.*} Ouid. 7. *Metam.*

Hic nos frugilegas aspeximus agmine longo,

Grande onus exiguo formicas ore legentes.

Frūgĭpĕrda salix. ὠλεσίκαρπος. Plin. *lib.* 16. *cap.* 26. Ocyssimè autem salix amittit semen, antequam omnino maturitatem sentiat: ob id dicta ab Homero frugiperda. Non inuenustè etiam hoc nomine appellari possunt homines nullius pretij, neque alij rei, quàm consumendis frugibus nati

Frūgālĭs,e, moderatus, prudens, frugi, abstinens, temperans. {חכם chacham צנוע tsanuah. σώφρων, σώφρων, ἐγκρατής, οἰκονόμος. GALL. *Bien & sagement viuant, & sans reproche.* ITAL. *Temperato, moderato, sobrio.* GERM. Mässig, zimlig. HISP. *Templado, util.* ANGL. *Sobre thriftie.*} Frugalior, pro temperantior. Ter. *in Heaut.* Dedo me patri nunc iam, vt frugalior sim, quàm vult. Varro 3. *de re rustic cap.* 1. Sed non hæc, inquit, villa, quamquam ædificauerint maiores nostri, frugalior & melior est, quàm tua illa perpolita in Reatino. Et frugalissimus quasi experientissimus & prudentissimus. Columella *lib.* 1. *cap.* 9. Magistros pecoribus oportet præponere sedulos ac frugalissimos. Cic. 4. *Verr.* Nihil aliud in eo quod reprehendi possit, inuenio: nisi quòd homo frugalissimus atque integerrimus, te hominem plenum stupri, flagitij, sceleris domum suam inuitauit.

Frūgālĭtās, modestia, temperantia, abstinentia. {חכמה chochmah. σωφροσύνη. GALL. *Sobrieté, contentement de peu.* ITAL. *Temperanza, frugalità.* GERM. Mässigkeit, abbruch deß oberfluß vnd wollusts. HISP. *Aquella vtilidad, modestia y templança.* ANGL. *Thriftinesse honestie.*} Senec. Luxurioso frugalitas pœna est. Cicer. *pro Deiot.* Hæ sunt regiæ laudes, illa priuata est: vt volet quisque accipiat: ego tamen frugalitatem, id est, modestiam & temperantiam, virtutem esse maximam iudico. Idem 5. *Tuscul.* Verisimile etiam illud est qui sit temperans, quem Græci σώφρονα appellant, eámque virtutem σωφροσύνην vocant, quam soleo equidem tum temperantiam, tum moderationem appellare, nonnunquam etiam modestiam, sed haud scio an rectè ea virtus frugalitas appellari possit. Et *paulò post*, Frugalitas (vt opinor) à fruge, qua nihil melius è terra oritur. Quintilian. frugalitas quædam Eloquentiæ in Atticis Oratoribus.

Frūgālĭtĕr, aduerb. Sobriè & modestè. {σωφρόνως. GALL. *Sobrement en bon mesnager.* ITAL. *Frugalmente, temperatamente.* GERM. Mässiglich, gezimlich. HISP. *Vtilmente y modestamente.* ANGL. *Husbandly, thriftelie.*} Plaut. *in Epid.* Ille eam rem adeò sobriè & frugaliter accurauit, vt alias res est impense improbus. Cic *pro domo sua*, Itaque omnia signa, tabulas, ornamentaque quod superfuit in fanis & communibus locis, tota è Græcia atque insulis omnibus honoris populi Romani causa sanè frugaliter domum suam deportauit.

Frugonia, vestimenta sunt ea, quæ *Ricamata* vocant Itali dictione Syriaca: in quibus tramæ diuersis modis retortæ, & perplexi Mæandri sunt. Meminit Varro *lib.* 4. *de L. L.* Trama, quod trameat frugionis vestimentum. Ita enim legendum esse doctissimè ostendit Scaliger.

‖Frugo esse puto, frugem carpo, ὀπωρίζω: vnde *frugamentum* suprà.‖

Fruiscor, vide *Fruor.*

Frūmĕn, inis, Summa pars gulæ interior, per quam cibum lingua demittit in ventrem. λάρυγξ. Seruius *in* 1. *Æn.* Frumen eminens sub mento gutturis pars, *laryngem* Græci vocant: Latini, & Celsus, fauces.

Frūmentum,i, dictum est à fruendo. q. fruimentum, alij q. frugamentum, à fruges. {שבר schéber עבור habúr תבואה tebuáh בר bar. σῖτος. GALL. *Toute sorte de grain, soit blé, froment, seigle, orge, auoine, mil ou autre.* ITAL. *Ogni sorte di biada, frumento, orzo, auena, miglio, & altri.* GERM. Allerley korn. HISP. *Los panes, trigo, cenada, &c.* ANGL. *All corne beis wheat, rye, barley or other.*} Horatius 2. *Serm. Satyr.* 3.

Si quis ad ingentem frumenti semper aceruum

Porrectus vigilet.

Idem 1. *Epistol.* 15.

Maiorum vtrum populum frumenti copia pascat.

Frumenti genera (vt scribit Plin. *lib.* 18. *cap.* 7.) hæc vulgatissima sunt, far quod adoream dixerunt, siligo, triticum, hordeum. Frumenta dici putat Seruius quæcunque emittunt aristas. Varro 1. *de re rustic. cap.* 48. In segetibus autem frumentum quod culmus extulit. Frumenti montes, & frumentum defertis. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *act.* 1. ¶ In ficis item frumenta dicuntur grana illa exigua, quibus sunt refertæ. Plin. *lib.* 15. *cap.* 19. Ficis mollis omnibus tactus, maturis frumenta intus fgcens maturescentibus, lactis: percoctis, mellis.

Frūmentāceus,a, um, quod ex frumento est. {σιτηρός. GALL. *De froment.* ITAL. *Di frumento.* GERM. Auß korn gemacht. HISP. *Cosa de materia de aquellos panes.* ANGL. *Of corne.*} Hieronym. Maior turba hordeaceis panibus, minor frumentaceis pascitur.

Frūmentārius,a,um, quod ad frumentum pertinet. {σιτηρός. GALL. *Appartenant au fait de blé.* ITAL. *Cio che à frumento si conuiene.* GERM. Das zu dem korn gehört. HISP. *Cosa que pertenece a aquellos panes.* ANGL. *That belongeth to corne.*} Frumentarius ager, frumentarius negotiator, frumentaria lex, quæ tractat de frumentis. Cic. 5. *Verr.* Neminem vestrûm præterit, iudices, omnem vtilitatem, opportunitatemque prouinciæ Siciliæ quæ ad commoda pop. Rom. adiuncta sit, consistere in re frumentaria maximè: in cæteris rebus adiuuamur ex illa prouincia, hac verò alimur, ac sustinemur. Plin. *lib.* 18. *cap.* 6. Syluestris pyrus, malúsque, frumentarij soli notæ. Sic *lib.* 27. *cap.* 5.

Frūmentārius mercator. {σιτοπώλης, σιτοκάπηλος, σιτώνης. GALL. *Marchand de blé.* ITAL. *Mercadante de biada.* GERM. Ein fürkauffer des korns. HISP. *Mercader de aquellos panes.* ANGL. *A merchant of corne.*} Qui frumenta comparat, vt inde lucrum faciat. Plaut. *in Pseud. sc.* 2. *a.* 1. quæ amica es frumentariis, Quibus cunctis montes, maximi acerui frumenti sunt domi. Cic. 3. *Offic.* Non igitur videtur nec frumentarius ille Rhodius, nec hic ædium venditor celare emptores debuisse.

Frūmentor,aris, frumentum colligo. {שבר schabar. σιτολογέω. GALL. *Aller au fourrage de blé, faire prouision de blé.* ITAL. *Raccogliere frumento.* GERM. Korn samlen, vnd korn sugen. HISP. *Ir à buscar aquellos panes, coger trigo.* ANGL. *To prouyde or gather corne.*} Cicer. *ad Atticum, lib.* 8. Neque solùs cum ista copia tantam multitudinem sustinere poteris vt frumentatum eas. Liu. 1. *belli Macedonici*, Quum in propinquo agro frumentarentur Romani.

Frūmentātĭo, verbum est castrense, quo significatur egressio militum ad frumentum in castra congerendum. σιτολογία. GALL. *Fourragement de blé.* ITAL. *Raccolta di frumento, di distributione di frumento.* GERM. Kornsamlung. HISP. *Obra de ir à buscar aquellos panes, cogimiento de trigo.* ANGL. *A taking in of corne, a foraging.*} Cæsar 7. *bell. Gall.* Omnes nostras pabulationes, frumentationésque obseruabat. Liu. 1. *bell. Maced.* Quia ex tam propinquis statiuis parum tuta frumentatio erat. ¶ Frumentatio etiam dicebatur distributio frumenti, quæ Romæ fiebat, vbi principes receperant curam publicæ annonæ, σιτηρέσιον. Suet. *in Aug.* Impetum se cepisse scribit, frumentationes publicas in perpetuum abolendi. Idem *cap.* 40. Ac ne plebs frumentationum caussa frequentiùs à negotiis auocaretur, &c.

Frūmentātŏr, qui frumentatum profectus est. {σιτολόγος. GALL. *Celuy qui va au fourrage de blé, qui fait prouision de blé pour vne commune, fourrageur.* ITAL. *Raccoglitore di frumento.* GERM. Einer der korn zusamen außgangen oder außgefaren ist. HISP. *El que va buscar aquellos panes.* ANGL. *A fourragour or purueyour of corne.*} Liu. 1. *bell. Macedon.* Improuiso impetu Gallorum, cum frumentatoribus est circumuentus.

‖ Frundes, frondes ‖

Fruniscor, vide *Fruor.*

Frŭŏr,eris, fructum in supino secundùm Priscianum: sicut in struo, structum, à feror. Cic *in Hortens.* Et amœnitate summa fructus est. Nonnunquam etiam fruitum. Vnde fruitus est. Næuius apud Gell. *cap.* 1. *lib.* 17. Quod magnopere quæsiuerunt, id fruisci non queunt: Qui non par sit, apud se fruitus est. Et Vlpian. *l. Pomponius, D. de vsufruct. ear. rer. quæ vsu consum.* Licèt proprietarius mihi pensionem soluerit, tamen vsumfructum admittit, quia non meo nomine, sed suo fruitus est emptor. Est autem fruor, potior fructu, voluptatémque capio. {נהנה neheneh שבע sabha. ἀπολαύω, καρποῦμαι, νέμομαι. GALL. *Iouyr.* ITAL. *Godere, fruire, vsare.* GERM. Nutzen, niessen, brauchen. HISP. *Alcançar lo desseado, gozar del fruto.* ANGL. *To inioye, to tak a profite or pleasure of a thing.*} Ter. *in Adelph.* Agelli hic sub vrbe est paululum, quod locitas foras: huic demus, qui fruatur, id est, vnde fructum capiat, & alatur, non proprietate potiatur, inquit Donatus. Virg. 7. *Æneid.*

Et varias audit voces, fruitúrque Deorum Colloquio.

Vbi Seruius, Fruitur, pascitur: quod de rebus tantùm bonis dicitur. Ouid. *Eleg.* 8. *lib.* 4. *Trist.*

Nunc hominum visu rursus & vrbe frui.

Idem *Eleg.* 7. *lib.* 4. *Trist.*

Ingenio tamen ipse meo comitérque fruórque.

Idem *Eleg.* 6. *lib.* 3.

——Salua fruere sodali.

¶ Cum accusatiuo, apud Plaut. *in Asin. sc.* 2. *a.* 5. Argyrippus exorari spero poterit, vt sinat Sese alternas cum illo noctes hanc frui. ¶ Composita huius verbi sunt, Defruor, & Perfruor, quæ significant in totum fruor, seu omnem fructum percipio.

Frŭĭtūrus, participium. Cic. *lib.* 3. *Tusculan.* Zeno Stoicorum acutissimus contendere, & magna voce dicere solebat, eum esse beatum, qui præsentibus voluptatibus frueretur, confideretque sese fruiturum.

Fruendus, a, um. Cicer. *de senect.* Agro bene culto nihil potest esse nec vsu vberius, nec spe ornatius: ad quem fruendum non modò non retardat, verùm etiam inuitat atque allectat senectus. Senec. *cap.* 10. *de consol. ad Marc.* Fruendos vos liberis date, & capite ex iis voluptates. Idem Liuius *lib.* 1. *dec.* 5. fruendum agrum locare.

Frētŭs, confisus, nixus, fultus. {בוטח batuach. πεποιθώς, θαρρῶν, πεποιθότως. GALL. *Se confiant, asseuré, qui a fiance.* ITAL. *Confidato.* GERM. Vertrawend, sich verlassend. HISP. *El que tiene confiança.* ANGL. *That trusteth, that hath confidence.*} Nomen participium, quum verbi originem non habeat. Nam à fruor non deriuari diuersitas significationis ostendit. Cic. *de nat. deor.* Fretus intelligentia vestra, dissero breuius, quàm causa desiderat. Idem *Appio*, Fretus conscientia officij mei, beneuolentiáque, hæc ad te scripsi liberius. Idem 1. *de Inuent.* Tum ingenio freta malitia peruertere vrbes, & vitas labefactare, assueuit. Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 4. *Trist.*

Vtere temporibus, quorum nunc munere freta es.

Et Plaut. *Men sc.* 2. *a.* 5. Dote fretæ, feroces. Idem *Amph sc.* 1. *a.* 1. freti virtute & viribus, superbi. Idem *in Asin.* Virtute vlmorum freti. Idem *Aul sc.* 5. *a.* 3. fretus sua fide, fiducia. Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Maiorum meorum fretus virtute dicam.

Fruiscor, eris, à fruor deducitur, eiusdémque significationis est. { חגיבי *habil* יחן *acház.* καρπόομαι. GALL. *Ienyr paisiblement, auoir à commandement.* ITAL. *Godere, fruire, vsare.* GERM. Niessen/ein genieß haben. HISP. *Auer lo desseado, gozar del fructo.* ANGL. *To inioye, to take pleasure of a thing.* } Metellus *ad Domitios*, Illi verò omni iure & honestate interdicti, ego neque aqua, neque igni careo, sed summa gloria fruiscor. Plaut. *in Rud.* accus. iunxit. Hinc tu nisi malum, fruisci nihil potes. Vide Gell. *lib.* 17. *cap.* 1.

Frūniscor, eris, pro fruor Cato posuit, autore Festo: & frunitum dixit prudentem, hoc est, cum quo perfrui liceret: sicut è contrario infrunitum. ἀναίσθητος, ἀπειρόκαλος: Hermolaus insipientem, ac stolidum, qui nulli vsui esset. Quamuis alij fronitum per o, legendum putent. Nam Græci φρόνιμον, prudentem dicunt: ἄφρονα verò dementem. Lucil. *lib.* 18. Æquè fruniscor ego, ac tu. Cælius *lib.* 2. Domus suas quosque ire iubet, & sua omnia frunisci. Nonius *in Par.* Eò quòd magnopere quæsierunt id frunisci non quærunt. Gellius citans hoc exemplum, fruisci legit. Quicquid id est, fruniscor, nisi fortè apud obsoletos illos, non legitur.

[Frunitus. Frunitum dixit Cato prudentem, h. e. cum quo perfrui liceret: sicut è contra infrunitum insipientem ac stolidum, qui nulli vsui esset.]

Frūctŭs, us, apud antiquos fructi, & fructuis, fruges, fœtus, partus, & translatè commodum, vtilitas. { פרי *peri* תבואה *tebuáh.* καρπός. GALL. *Fruict.* ITAL. *Frutto.* GERM. Frucht. HISP. *Fructo ò frucla.* ANGL. *Fruite.* } A fruendo, teste Varrone, quia fructibus fruimur. Cic. *cont. Rull.* Vt esset locus comparandis condendisque fructibus. Varro, Quæro an fructus, an delectationis causa vendatis. Cic. *de Amic.* Et amicos tanquam pecudes, eos potissimùm diligunt, ex quibus sperant se maximum fructum esse capturos. Idem *pro Sext.* Præsentes fructus negligamus: posteritati & gloriæ seruiamus. Ouid. *Eleg.* 2. *lib.* 4. *Trist.*

At mihi auribus hic fructus percipiendus erit. (id est, voluptas.)

Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 3. Cras mihi potandus est fructus fullonius. Quintilianus, fructum studiorum viridem & adhuc dulcem promi decet. Idem, Non flosculos, sed fructus deformatos ostendebat. Item Cæs. *lib.* 3. *de bell. ciu.* fructus vocat, quæ paulò antè vocarat folia. ¶ Fructus etiam non raró ponitur pro vsufructu, & præsertim apud Iurisconsultos; quanquam & Cicer. in hac significatione posuerit. *De legibus*, Pecudes partim sunt ad vsum, partim ad fructum procreatæ.

Frūctĭfĕr, a, um, quod fert fructum, hoc est, fœcundum & fertile. { פורה *poréh.* καρποφόρος. GALL. *Qui porte fruit.* ITAL. *Fruttifero, che produce frutti.* GERM. Frucht tragend fruchtbar. HISP. *Cosa fructuosa.* ANGL. *That beareth fruite, fruitefull.* } Plin. *lib.* 12. *cap.* 3. Quæ ex his incolarum numero esse cœpere, dicentur inter fructiferas.

Frūctĭfĭcŭs, a, um, idem quod fructuosus, qui facit fructum: hoc est, vtilitatem præstat. ὀπωροφόρος, γόνιμος.

Frūctŭārĭŭs, dicitur cuius est fructus, vel qui fructum alicuius rei percipit. { פורה *poréh.* καρπώνης. GALL. *Fruictier, qui iouit du fruict.* ITAL. *Fruttuario, chi gode il frutto, vsufruttuario.* GERM. Der die frucht vnd nutzbarkeit einnimpt/nutzet. HISP. *Aquel à quien pertenece aquel fructo.* ANGL. *He that inioyeth the fruite, or taketh the profit of.* }

Frūctŭārĭŭs, a, um, quod fert fructum, seu quod ad fructum pertinet. { פורה *poréh.* ὀπωρικός, ἐπικάρπιος, ἔγκαρπος. GALL. *Fruitier, reserué pour porter fruict.* ITAL. *Fruttuario.* GERM. Fruchtbar/ oder das zu der frucht dient. HISP. *Cosa que trahe fructo.* ANGL. *That belongeth to fruit.* } Colum. *lib.* 1. Pars autem fructuaria diuiditur in cellam oleariam, torculariam, & cellam vinariam. Palladius, Decisis malè natis omnibus, & veteribus, nouellos, & fructuarios serues. Varr. 2. *de re rustic. cap.* 24. Parere tot oportet porcos, quod mammas habeat: si minus pariat, fructuariam idoneam non esse. Agri fructuarij, Cælius *Cic. lib.* 8.

Frūctŭōsŭs, a, um, Fœcundus, vtilis, frugifer. { פורה *poréh.* πολύκαρπος. GALL. *Fructueux, qui rend beaucoup de fruict.* ITAL. *Fruttuoso.* GERM. Fruchtbar/das vil frucht bringt. HISP. *Cosa que trahe fructo.* ANGL. *Very fruitefull, profitable.* } Cic. 1. *Tusc.* Ager quamuis fertilis, sine cultura fructuosus esse non potest. Idem 1. *de finibus.* Eas ergo artes persequeretur: viuendi artem tantam, támque operosam, & perinde fructuosam relinqueret? Fructuosissima ars medicina, hoc est, vtilissima, & haud parum fructus atque vtilitatis afferens. Plin. *lib.* 29. *cap.* 1. Cic. 2. *Offic.* Est enim non modò liberale, paulùm nonnunquam de iure suo decedere, sed interdum etiam fructuosum.

Frusĭno, is, ciuitas Campaniæ, à qua Frusinates populi ad Falernum, quorum meminit Plin. *lib.* 3. *cap.* 5. Iuuenal. *Satyr.* 3.

———emitur Soræ,

Aut Fabrateria domus, aut Frusinone paratur.

Silius *lib.* 12. Bellator Frusino. Sed hic populum significat. Ptolemæus Frusinam inter Latij oppida enumerat, *lib.* 3. *cap.* 1.

FRVSTRĀ, aduerb. incassum, nequidquam. { חנם *chinnám.* μάτην, ἄλλως. GALL. *En vain, pour neant.* ITAL. *In vano.* GERM. Vmb sunst/vergeblich. HISP. *En vano.* ANGL. *In vaine, to no effect or purpose.* } Cic. *de senect.* Nec me vixisse pœnitet: quando ita vixi, vt non frustrà me natum existimem. Terent. *in Adelph.* Nemo dabit, frustrà egomet mecum has rationes deputo. Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Sine argento frustrà est quod postulas. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 2. Mœstus me illò frustrà deuenisse. Apuleius *Apolog.* 1. Erras, & huius animi frustrà es. Plaut. *Aul. sc.* 4. *a.* 1. præsagibat animus frustrà me ire cùm exibam domo. Idem *Men. sc.* 3. *a.* 4. frustra me ductare non potes. (id est, sine mercede.) Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Nihil hic edes ne frustrà sis. (i. ne fortè frustreris.) Idem *Men. sc.* 3. *a.* 4. Huc pedem non feres, ne frustrà sis. (id est, ne te frustrere, vel ne erres.) Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 2. Stulti haud scimus, vt frustrà simus, i. nesciuimus vt fallamur, vt decipiamur. Vide dictionem sequentem vbi eo verbo Ennius ludit. Frustrà esse dicitur, quod exitum speratum non habet, quódque non ex sententia euenit. Salust. Cuius neque consilium vllum, neque inceptum frustrà erat. Idem, Et res frustrà erat, id est, expectationem frustrata est: vt interpretatus est doctiss. Bud. Plaut. *in Amph.* Hi iam ambo, & seruus, & hera frustra sunt duo, hoc est, vterque fallitur. ¶ Frustrà habere aliquem, pro decipere & circumuenire. *Ibid.* Is aduenientis seruum & dominum frustra habet.

Frūstro, as, Decipio, fallo. { כזב *chizzéb* פתה *pittáh* רמה *rimmáh.* ἀποδιδράσκω, ἐξαπατάω. GALL. *Frustrer, abuser & deceuoir.* ITAL. *Ingannare, defraudare.* GERM. Betriegen. HISP. *Faltar en lo prometido, engañar.* ANGL. *To deceiue, to doe in vaine.* } Cæsar, Non frustrabo vos milites. Inuenitur etiam in eadem significatione frustror, verbum commune, secundùm Priscianum. Plaut. *in Amph.* Nescio quis præstigiator hanc frustratur mulierem. Idem *Asin. sc.* 4. *a.* 3. vt consueuere, homines salus frustratur & fortuna: (id est, fallit, destituit homines.) Constructio enim talis est, vt consueuere, (sup. facere salus & fortuna) homines salus frustratur, & fortuna quoque. Passiuo vsus est Plin. *de vir. illustr.* Et quum ad tertium ab vrbe lapidem castra posuisset, tempestatibus repulsus, primùm à Fabio Maximo frustratus, deinde à Valerio Flacco repulsus, &c. Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 1. Noluit frustrarier, id est, negauit ingenue sibi esse argentum. Gell. *cap.* 10. *lib.* 5. Sic à discipulo magister captionis versutè excogitatæ frustratus fuit. Velleius, frustratus eius visus (i. oculi decepti.) Item, frustratis custodibus, idem Velleius. Sic etiam Fenestella, Frustratus igitur, à spe deiectus, in castra se recepit. ¶ Frustrari, frustrà esse, frustrà sentire, concinniter multifariámque implicauit Ennius his è satyra quadam versibus: Nam qui lepide postulat alterum frustrari, Quem frustratur, frustrà eum dicit, frustrà esse. Nam qui sese frustrari, quem frustrà sentit, Qui frustratur, is frustra est: si non, ille est frustrà. Refert Gell. *cap.* 2. *lib.* 18. ¶ Frustrari item est frustrà facere. διαψεύδω, ψεύδω. Colum *lib.* 1. *cap.* 1. Sæpè magnam dominis afferunt iacturam, quum imprudenter facta opera frustrantur expensas. Idem *in præfat. lib.* 1. Siderum ortus & occasus memoria repetat, ne imbribus ventisque imminentibus opera inchoet, laborémque frustretur, id est, frustrà faciat laborem operámque omnem ludat.

Frūstrātĭo, nis, Deceptio. { אכזב *achzáb* רמיה *ramijáh.* ἀπάτη. GALL. *Abus, abusement, frustration.* ITAL. *Il defraudare, inganno.* GERM. Betriegung. HISP. *Engaño, obra de engañar.* ANGL. *A beguiling, a deceiuing.* } Plaut. *Amph. sc.* 3. *a.* 1. In eius familiam frustrationem iniiciam. Suprà dixerat, erroris & dementiæ complebo. Planc. *ad Cic. lib.* 10. Tanto maiorem his frustratio dolorem attulit. Columell. *lib.* 11. *cap.* 1. Nec supplicium grandius, quàm frustrationem cupiditatis existimat.

Frustratus, us, ui. Plaut. *Men. sc.* 3. *act.* 4. Nisi feres argentum, frustrà me ductare non potes. Aliam posthac inuenito, quam tu habeas frustratui. (id est, quam tu frustreris, decipias, fallas.)

Frūstrātŏr, ἀπατεών, deceptor, impostor, fraudulentus, *D. de negot. gest. l.* 31. litem in iudicium deductam, & à reo desertam frustratoris amicus vltrò egit.

FRVSTVM, i, rei cuiusque particula: sic dictum (vt quibusdam placet) à frangendo. { פת *path* נתח *nétach.* τέμαχος, ἀπότμημα, κλάσμα. GALL. *Vne piece, morceau, lopin.* ITAL. *Pezzo, particella.* GERM. Ein stuck. HISP. *El pedaço, parte de lo entero.* ANGL. *A peece or morsell, a gobbet.* } Virg. 1. *Æneid.* Pars in frusta secant. Cato, Frusto panis conduci potest vel vti taceat, vel vti loquatur. Suet. *in Aug. cap.* 77. pro potione sumebat perfusum aqua frigida panem, aut cucumeris frustum, &c. Ouid. *Eleg.* 10. *lib.* 3. *Trist.*

Nec hausta meri, sed data frusta bibunt.

Senec. *cap.* 11. *de tranq.* In frusta diuisus Seianus. Senec. *epist.* 90. philosophiam in partes, non in frusta diuidam. Et Quintilian. Non iam membra, sed frusta.

Frūstŭlum, i. diminutiuum, apud Plautum, à frustum: à quo frustillum. { τεμάχιον. GALL. *Petite piece, morcelet, lopinet.* ITAL. *Vn pezzetto.* GERM. Ein stücklin. HISP. *Pedaçuelo.* ANGL. *A litle peece.* }

Frūstātim, aduerb. Per frusta. { μεληδόν, κατὰ μέρος. GALL. *Par pieces & morceaux, par loppins.* ITAL. *In pezzi.* GERM. Stuckweyß/ ein stuck nach dem andern. HISP. *Pedaço à pedaço, ò à pedaços.* ANGL. *By peeces.* } Plin. *lib.* 10. *cap.* 9. Coquitur pluribus modis in olla, quæ coniiciatur in clibanum, aut furnum, vel adipe, aut luto illita, aut frustatim in patinis.

Frūstillātim, per frustilla. { εἰς λεπτά, κατὰ μέρος. GALL. *Par morcelets, par petites pieces.* ITAL. *In pezzi piccioli.* GERM. Stucklechtig. HISP. *Pedaçuelo à Pedaçuelo.* ANGL. *By litle pieces or morselles.* } Plaut. *Curc. sc.* 4. *a.* 4. Iam ego faciam, vt hic formicæ te frustillatim differant.

Frūstŭlēntŭs, a, um, Plenus frustis. { ψωμώδης, ψωμῶν, ἐψωμισμένος. GALL. *Plein & farci de morceaux.* ITAL. *Pieno di pezzi.* GERM. Voll stuck. HISP. *Cosa llena de partes ò pedaços.* ANGL. *Full of peeces or gobettes.* } Plaut. *in Curc. sc.* 3. *a.* 2. Vin' aquam? c. Si frustulenta est, da obsecro hercle absorbeam.

FRVTEX, icis, teste Valla *lib.* 4. dicitur qui ad iustam magnitudinem arboris non assurgit, & statura similis est multis herbis, sed non demoritur: neque arescit vt herba, sed perennis est. { שיח *siach.* θάμνος. GALL. *Arbreau, arbrisseau.* ITAL. *Arbuscello.* GERM. Ein staud. HISP. *La mata arbol baxo.* ANGL. *A shrubbe.* } Plin. *lib.* 16. *cap.* 36. Inter ea quæ frigidis gaudent, & aquaticos frutices dicere conuenit: principatum in his tenebunt arundines. Idem *lib.* 14. *cap.* 16. Ex fruticum vero genere cedri vtriusque, cupressi, laurus, iuniperi, pini, pyri, terebinthi, calami, lentisci. Dictus frutex, vt quibusdam videtur, à fruticando, hoc est, pullulando, quòd succisus semper suppullulet. Quanquam verisimilius est Frutico verbum à frutice deriuari. ¶ Aliquando ponitur pro stirpe. Suet. *in Vesp.* Singulos repentè ramos à frutice dedit.

Frŭtētum, i, seu fruticetum, etiam frutectum, vt in vetustis quibusdam codicibus legitur, Locus fruticibus abundans. { θαμνών, θαμνώδης, λόχμη, λοχμώδης. GALL. *Lieu où il croist force arbrisseaux.* ITAL. *Luogo piantato di piu arbuscelli.* GERM. Ein gestaud/ ein ort da vil stauden wachsen. HISP. *La breña y malezas.* ANGL. *A place where many shrubbes grow.* } Plin. *lib.* 8. Fruteta igni optimè tolluntur. Col. *lib.* 6. *c.* 22. Nam melius nemoribus herbidis, & frutetis, & carectis, quàm lapidosis locis durantur vngulæ. Horat. 3. *Carm. Ode* 12.

Celer arcto latitantem fruticeto excipere aprum.

Item Gell. *cap.* 12. *lib.* 19.

Frŭtētōsŭs, siue fructetosus, locus fruticibus abundans. { θαμνώδης. GALL. *Plein d'arbrisseaux.* ITAL. *Pieno d'arbuscelli.* GERM. Staudechtig/ voll gestaud. HISP. *Cosa llena de matas.* ANGL. *Full of shrubbes.* } Plin. *lib.* 19 *c.* 1. Siccis hæc & sabulosis locis, frutetosisque nascuntur. Col. *lib.* 2. *cap.* 2. Nemorosi, frutetosique tractus duplex cura est.

Frustro,

Frūtĭco, as, Pullulo, & quasi frutices emitto. {צמח tsamách. Θαμνίζω. GALL. Ietter ou produire rejettons & petites branches. ITAL. Germogliare, pullulare. GERM. Herfür sprossen mit vil schossen als ein staud. HISP. Brotar el pimpollo. ANGL. To bringh forth shootes or shrubbes.} Plin. lib. 17. Quod supra terram est, è matre radi iubetur ne fruticet. Col. lib. 5. Potest annicula præcidi ad semissem super duos pedes, vt è trunco fruticet. Iuuenal. Satyr. 9. fruticante pilo.

Frūtĭcātio in arboribus dicitur, quum multos ramos fruticantes producunt. {Θάμνων βλάστησις, Θαμνισμός. GALL. Production de rejettons & petites branches en feiaus. ITAL. In pullulare è germogliare. GERM. Herfür sprossung der bäum in vil schoß oder äst. HISP. Obra de brotar el pimpollo. ANGL. A bringing forth of shrubbes, a springing in stalkes.} Plin. lib. 17. cap. 1. Ita enim appellatur in ipsis arboribus fruticatio inutilis.

Fruticor, aris, deponens, surculos emitto, fruticesco. {צמח tsamách. ANGL. To spring in stalkes.} Cic. ad Att. Excisa est enim arbor, non euulsa: itaque quam fruticetur, vides.

Frūtĭcesco, est frutices emittere. {צמח tsamách. Θαμνίζω. GALL. Ietter & produire force rejettons & arbrisseaux. ITAL. Pullulare è germogliare. GERM. Zu gestend werden. HISP. Brotar el pimpollo. ANGL. To spring and waxe to a stalke.} Plin. lib. 17. cap. 17. Vitis tantùm tonsuram annuam quærit: alternam myrtus, punicæ, oleæ, quia celeriter fruticescunt.

Frūtĭcōsus, a, um, quod longè latéque fruticat, & multos habet fruticantes ramos. {צמח tsamách. Θαμνώδης. GALL. Qui iette & produit force iettons & surgeons. ITAL. Che germoglia verghe & ramicelli. GERM. Staudechtig. HISP. Que echa matas, y que brota mucho. ANGL. That waxeth greatly to a stalk and bringeth forth shootes or shrubbes.} Plin. lib. 12. cap. 4. Duo genera eius: rarum id quod melius, arboreum: alterum fruticosum. Idem lib. 20. cap. 13. Latiora satiuæ folia, rami fruticosiores, hoc est, foliis ac surculis abundantiores.

‖Frutilia, quia Veneri dicata est.‖

Frūtīnal, dictum est templum Veneris Frutæ. Festus, vel frutis potiùs.

Frutis, Venus. Solinus, Vbi dum simulachrum, quod ex Sicilia aduexerat, dedicat Veneri matri, quæ Frutis dicitur, à Diomede palladium suscipit. A fruendo dicta Frutis, vel Fruta.

Frūx, nominatiuus est antiquus, à quo in vsu manserunt obliqui frugis, frugi, frugem, &c. καρπός. Ausonius in Monosyllabis, Ante equidem campis, quàm spicea suppeteret frux. Vide Fruges.

Fruxinum, Frysinga, vrbs Bauariæ.

F V

‖Fv, herba nascitur in Ponto, foliis oleastro similibus. Isid. lib. 19. 9.

Fu, fu, cùm aliquid putoris perhorrescimus.

Fuam, fuas, {Fuat, dixerunt antiqui pro sim, sis, sit, vel fuerit, ab antiquo verbo fuo, quo vtebantur loco verbi substantiui sum. vnde adhuc remansit præteritum fui. Virg. 10. Æneid.

Tros Rutulúsue fuat, nullo discrimine habebo.

Plaut. in Amph. Nec quisquam tam audax fuat homo qui obuiam obsistat mihi. Ibid. sc. 4. a. 4. Istic si fuat (Amphitruo) alium non esse oportuit. Idem Aul. sc. 4. a. 1. Si quid fuat diuortij. Idem Capt. sc. 1. a. 2. Abeamus hinc, si fuat occasio. Idem Mil. sc. 3. a. 2. Quid fuat me nescio: supra perieris. Ibid. sc. 5. a. 2. Metuo ne ea res mihi magno malo fuat.

Fŭcĭnus, Lacus in quarta regione Italiæ, prope Albenses Marsorum populos. Mart. lib. 1. Fucinus & pigri taceantur stagna Neronis. Virg. 7. Æneid.

Te nemus Angitiæ, vitrea te Fucinus vnda,
Te liquidi fleuere lacus.

Sueton. in Claud. cap. 20. Emissarium Fucini lacus portúmque Ostiensem perfecit.

Fūcus, i. à φῦκος. Fuco, φυκόω. A fucus sunt officiæ. Genus est insecti, apis similitudine, sed maiori corpore, quod non mellificat, neque operam aliquam præbet in faciendo opere, nisi quòd fouendos fœtus concalefaciendo adiuuat & consumit alimenta quæ apes congesserunt. {κηφήν. GALL. Vne sorte de mouche appellee bourdon. ITAL. Ape che non fa melle. GERM. Ein hummel oder treän. HISP. El zangaño de la colmena. ANGL. A derre or drone bee.} Vnde etiam non inuenustè transfertur ad homines ignauos, qui quum nihil egregium per se præstare possint, alienis tamen laboribus insidiantur, falcémque in messem iniiciunt, cuius ipsi sementem non fecerint. Fucorum naturam eleganter exprimit Plin. lib. 11. cap. 11. Fuci, inquit, sunt sine aculeo, imperfectæ apes, nouissimæque, à fessis & iam emeritis inchoatæ, serotinus fœtus, & quasi seruitia verarum apum: quamobrem imperant iis, primósque in opera expellunt, tardantes sine clementia puniunt. Dictus fucus, vt nonnulli putant, quasi fur, quòd furtim mella deuoret: quanquam verisimilius est fucum dictum quòd apibus fucum faciat, & prætextu calefaciendi alueì, illorum mellificia absumat. Sunt qui à verbo Græco φαγεῖν deduci putent, quòd apum mellificia absumat. ¶ Fucus marinus, herba est quæ & alga marina dicitur. Plin. lib. 26. cap. 10. Præcipuè verò liberat eo malo φῦκος θαλάσσιον, id est, fucus marinus, lactucæ similis, qui conchyliis substernitur, id est, marina alga. Tria autem eius sunt genera: vnum latum, & alterum longius, quadantenus rubens: tertium crispis foliis, quo in Creta vestes tinguntur, omnia eiusdem vsus. ¶ Accipitur etiam fucus pro pigmento, & ornatu peregrino, quem fœminæ adhibere solent, vt candidæ videantur. Plaut. in Capt. Verulæ, edentulæ: quæ vitia corporis fuco occultant: Vbi sese sudor cum vnguentis consociauit, illicò itidem olent, quasi quum vnà multa iura confundit coquus. Idem Most. sc. 3. a. 1. Vitia corporis fuco occulunt. Tibullus,

Quid fuco splendente comas ornare, quid vngues
Artificis docili subsecuisse manu?

¶ Per translationem sumitur pro fraude, astutia, siue insidiis in quibus veritas occultatur. {זיף zuph. ἀπάτη, δόλος. GALL. Fard, tromperie couuerte. ITAL. Inganno, fraude coperta. GERM. Ein heimlicher betrug. HISP. El afeyte engañoso para el engaño, engaño. ANGL. A lie or false coloured tale pretinge that women vse.} Vnde facere fucum, idem est quod decipere. Quint. Cic. de petit. consul. Iam illud teneto diligenter, si eum qui tibi promiserit, fucum, vt dicitur, facere velle senseris: vt te id audisse, aut scire dissimules. Ter. in Eunuch. Deum sese in hominem conuertisse, atque per alienas tegulas Venisse clanculum per impluuium, fucum factum mulieri. Plaut. Capt. sc. 3. a. 3. Nec mendaciis, nec sycophantiis, nec fucis mantellum est. ¶ Item, fuco circumlita bona. Senec. cap. 15. de consol. ad Helu. ¶ Sine fuco, idem est quod simpliciter, & sine fraude. Cic. de clar. Orat. In his omnibus inest quidam sine fuco vllo veritatis color. Idem lib. 2. de Orat. Sententiæ veræ sine pigmentis, fucóque puerili. ¶ Fucus pro medicamine, siue sanie purpuræ. Plin. lib. 9. cap. 38. Buccinum per se damnatur, quoniam fucum remittit. Quint. Vt lana tincta fuco, citra purpuram placet.

‖Fucilis, e, falsa, dicta quasi fucata. Fest. nempe à fuco, vt ab herba herbalis. Scal.‖

Fūco, as, Fuco depingo, fucum rei alicui induco. {כחל chachál. φυκόω, ψιμυθιόω, ἐπιχρώζω. GALL. Farder, teindre de couleur, counrir la couleur naifue d'vn autre. ITAL. Colorare, imbellettare. GERM. Färben, ein farb anstreichen. HISP. Afeytar para ingañar. ANGL. To laye on a coulour, to counterfait.} Vnde fucatæ mulieres dicuntur, quo medicamentis quibusdam colorantur, & vitia corporis inductis coloribus tegunt. Virg. lib. 2. Georg.

Alba neque Assyrio fucatur lana veneno.

Cic. 1. de nat. deor. Quæ etiamsi essent, quæ nulla sunt pellere se ipsa & agitari, inter se, concursu fortasse possent: formare, fucare, colorare, animare non possent. Idem de clar. Orat. in qua naturalis inesset, non fucatus nitor. Hinc fucatior veritas tanquam ferrumine immisso, apud Gellium cap. 25. lib. 13. ¶ Per translationem accipitur, pro ficto & simulato. Cic. in Lælio, Secerni autem blandus amicus à vero, & internosci tam potest, adhibita diligentia, quàm omnia fucata & simulata à synceris atque veris.

Fūcātus, adiectiuum. Fucatus, fuco tectus. {כחול chachul. φυκώδης, ἀπατηλός. GALL. Farde, feint, desguisé. ITAL. Dipinto. GERM. Gefälschte mit einer farb angestrichen. HISP. Cosa llena de afeytes engañosos, colorado. ANGL. Coloured, peinted, disguised.} Cic. pro Rabir. Post. Auditæ, visæque merces, fallaces quidem & fucosæ, chartis & linteis & vitro delatæ. ¶ Fucosæ amicitiæ, ambitiosæ, ac specie splendidæ. Idem ad Att. lib. 1. Nam illæ ambitiosæ nostræ fucosǽque amicitiæ sunt in quodam splendore forensi, fructum domesticum non habent.

‖Fueret, esset. Lucret.‖

Fūfĭdius, Oratoris nomen, cuius meminit Cic. in Bruto, Fufidius, inquit, in aliquo patronorum numero fuit.

Fŭgă, æ, vide Fugio.

Fŭgālĭă, festa fuerunt Romæ in memoriam exactorum Regum, liberatæque Reipublicæ instituta. Censorinus de Die geniali festum hoc, Regifugium vocat, quòd eo die Tarquinius ab exercitu ad Porsenam Hetruscorum regem fugisset. Celebrabantur autem Fugalia mense Februario post exacta Terminalia. Augustinus lib. 2. de ciuitat. Dei, Sed demonstrentur loca talibus aliquando conuenticulis consecrata, non vbi ludi agerentur obsceni, vocibus & moribus histrionum: nec vbi Fugalia celebrarentur, effusa omnium licentia turpitudinem, & verè fugalia, sed pudoris & honestatis.

Fŭgax, vide Fugio.

Fŭgĭo, is, fugi, fugitum, à φύγω, φεύγω. Cum cursu & celeritate discedo, in fugam me do, in fugam me confero, vito, declino. {נס nas ברח barach. φεύγω. GALL. Fuir. ITAL. Fuggire. GERM. Fliehen. HISP. Huir. ANGL. To flie, to runne awaye.} Et modò absolute ponitur. Plaut. in Amphit. Nam quum pugnabant illi maximè, ego fugiebam maximè. Idem Curc. sc. 3. act. 2. Fugite omnes, abite, & de via decedite. Ouid. Eleg. vlt. lib. 4. Trist.

Tunc quoque cùm fugerem, quædam placitura cremaui.

Virg. 3. Æneid.

Tendunt vela nautæ, fugimus spumantibus vndis.

Plaut. Remigio, velóque quantum potes festina & fuge. (i. nauiga.) Nonius. Modò transitiuè cum accusatiuo. Virg. 1. Ecloga.

Nos patriam fugimus.

Cic. pro lege Agrar. Ne quorum oculos offendebat, eorum ipsorum conspectum fugere ausus est. Idem de Amicit. Quinetiam si quis asperitate ea est, & immanitate naturæ, vt congressus & societatem hominum fugiat, atque oderit. Plaut. Men. sc. 2. a. 5. Fuge damnum quantum potes. ¶ Fuge suspicari, pro ne suspiceris. Horat. Od. 4. lib. 2. Item, fugere ab oculis, Plaut. Aul. sc. 3. a. 4. Fugin' ab oculis? & Ouid. 5. Fast.

——— è pratis cana pruina fugit.

Idem Eleg. 1. lib. 2. Trist.

Non adeò nostro fugit ab ore pudor.

¶ Ponitur aliquando pro latere in tertia tantummodo persona. λανθάνει & διαφεύγει τὴν μνήμην. Cic. lib. 1. Tusc. Nisi quæ me fortè fugiunt, hæ sunt ferè omnino de animo sententiæ. Plaut. Amphitr. sc. 1. a. 1. fugit te ratio. ¶ Aliquando pro cedere. Plin. lib. 37. Factitiæ gemmæ scarificationis candicantiam fugiunt, hoc est, factitiæ gemmæ ad impressionem scarificantis cedunt: quod gemmarij etiam hodie appellant fugere. Hinc ortum vt vinum quod annis cedit, hoc est, ætatem ferre non potest, fugiens dicatur: & vinum fugiens, quod iam ætati cedit, neque diutius seruari potest. ἐξιστάμενος οἶνος, & ἐξεστηκώς. Fugientes etiam literæ dicuntur exolescentes, quæ vetustati cedunt, quasi diffluentes, dilabentesque, ἐξίτηλα γράμματα. quod fit etiam quum membranæ præpingues literas non retinent. Budæus, fugiens laboris. Cæsar lib. 1. bell. Ciuilis, Nemo erat adeò tardus, aut fugiens laboris, quin, &c. Ita fugias ne præter casam, Terent. id est, ita fugias ne nimium longè à præsidio nam domus tutissima. Nam, vt dixit Varro apud Nonium, longè fugit, qui suos fugit. ¶ Huius composita sunt Aufugio, alio fugio: quod ex ab & fugio componitur, b in u mutata, vt fieret vox pronuntiatu, audituque lenior, ἀποφεύγω, ἀποδιδράσκω. ¶ Confugio, simul fugio, συμφεύγω. ¶ Defugio, Diffugio, de quibus alibi. ¶ Effugio, extra fugio, discedo, deuito, ἐκφεύγω. ¶ Effugium, & Effugia, æ, sicut lana & lanitium. ¶ Perfugio, quod est auxilij gratia ad aliquem fugio, καταφεύγω: vnde perfugium, καταφυγή. Perfuga, qui ad hostes transit & perfugit. ¶ Refugio, retro fugio, ἀναφεύγω. Accipitur etiam refugere pro confugere: vnde refugium. ¶ Per translationem ponitur pro detrectare, recusare, & odio habere, ἀναδύομαι. Lactant. lib. 6. Illos qui aut voluptates, aut diuitias non refugiunt,

ab hac publica & celebri via modicè segregat. Columell. *lib.* 4. Idque adeò plurimi dubitant, vt multi refugiant & reformident talem positionem turis. ¶ Profugio, longè fugio, ἀποφεύγω, à quo profugus. ¶ Subterfugio, secretò fugio, vel euito διαδιδράσκω. Cicer. *pro Lælio,* Qui volunt pœnam aliquam subterfugere, aut calamitatem, eò solum vertunt. ¶ Suffugio, latenter fugio, ὑποτρέχω. Sueton. verò pro retrofugio in Tiberio posuit, dicens, Adulationes adeò auersatus est, vt neminem Senatorum ad lecticam suam admiserit: consularem verò satisfacientem sibi, ac per genua orare conantem ita suffugeret, vt caderet supinus. ¶ Transfugio, transeundo fugio ab vno ad alium locum. αὐτομολέω. Vnde transfuga, qui ad hostes fugit. Liu. *lib.* 1. Sextus filius, qui minimus ex tribus erat, transfugit ex composito Gabios. Salust. *in Cic.* Modò harum, modò illarum partium leuissimè transfuga. Habent autem hæc omnia fu syllabam in præsenti correptam.

Fŭgĭēns, pro Reo in libris Iurisconsultorum ponitur, Græca consuetudine, qui in φεύγοντα vocant τὸν ἀπολογούμενον, accusatum & reum. Iustin. *in l.* 2. *C. de iuramen. calumn.* Non aliter neque actorem, neque fugientem in primo exordio litis, exercere certamina. Item *paulò post,* Minimè pati tale sacramentum remitti, sed omnimodò hoc & ab actore & à fugiente exigi. Hotomanus.

Fŭgĭto, as, Fugio, vito, declino. { בָּרַח בַּרִיחַ נָס *nas* *baràch.* ἀποφεύγω, φυγάζω. GALL. *Fuir souuent, refuir, refuser.* ITAL. *Schiffare, fuggire in diuerse parti.* GERM. Entfliehen, hin vnd her fliehen. HISP. *Huyr en diuersas partes, esquiuar.* ANGL. *To vse to flie or runne away.* } Plaut. *in Asin. sc.* 2. *a.* 2. Metum nosmet fugitare censes? Ter. *in Eunuch.* Fugitando fugi, ne quis cognosceret. Apul. Huc atque illuc fugitando, ad stabulum tandem peruenit. Plaut. *Capt. sc.* 2. *a.* 1. fugitant omnes hanc prouinciam. *Ibid. sc.* 4. *a.* 3. fugitant oculos meos.

Fŭgĭtāns, particip. studiosè fugiens, quo vsus est Terent. *in Phorm.* Herus meus (inquit ibi Geta) liberalis est, & fugitans litium. φυγόδικος.

Fŭgĭtor, verbale, pro eo qui fugit. { נָס *nas* בֹּרֵחַ *boreàch* בָּרִיחַ *bariàch.* φυγάς, φεύγων. GALL. *Fuyeur, fuyart, coureur.* ITAL. *Che fugge ò corre.* GERM. Ein flieher. HISP. *El que huye ò corre.* ANGL. *He that runneth away.* } Plaut. *in Trinummo,* Credo aetem fugitorem fore.

Fŭgă, æ, Ipse fugiendi actus. { מָנוֹס *manós* מְנוּסָה *menusàh.* ἀπόδρασις, ἀναφυγή. GALL. *Fuite, exil, bannissement.* ITAL. *Fuga.* GERM. Ein flucht. HISP. *La huida, ò corrida ligera.* ANGL. *Flight, a running away.* } Plaut. *Amphitr.* Vt si nostri fugam facerent, ego me illuc reciperem. Idem *Capt. sc.* 3. *a.* 3. Neque deprecatio est perfidiis, nec malefactis fuga. Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Metum atque fugam meis perduellibus iniiciam. Ouid. 13. *Metam.*

——— Trepidóque fugam exprobrauit amico.

Senec. *cap.* 10. *de consol. ad Marc.* Rapina rerum omnium est viuere. & Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 3. *Trist.*

Et patimur nati (libri) *quam tulit ipse fugam.*

Liu. *dec. lib.* 3. fugam accipere. Ouid. *Eleg.* 2. *lib.* 4. *Trist.*

In cœlum celeri peruenit illa (mens) *fugâ.*

Virg. 3. *Æneid.*

——— longúmque fuga ne linque laborem.

Idem 4. *Æneid.*

Frondentésque ferunt ramos, & robora syluis
Infabricata fugæ studio.

¶ Aliquando celeritas. Virg. 11. *Æneid.*

———dimitte fugam & te comminus æquo
Mecum crede solo.

Quo in loco Seruius fugam pro celeritate interpretatur. Idem fugam pro cursu posuit,

———vel qualis equos Threissa fatigat
Harpalice, volucrémque fuga præuertitur Hebrum.

Et Quintilianus nauigationem dixit fugam, & naues fugientes, quæ velocem faciunt cursum. ¶ Aliquando fuga dicitur impetus. autor est Nonius, citans illud Virgilii,

Ille volat, simul arua fuga simul æquora verrit.

¶ A fuga, siue à fugiendo, fiunt composita, Perfuga, transfuga, lucifuga, noctifuga, solifuga, lucrifuga: quæ omnia exponuntur per participium fugiens: vt, Perfugiens, transfugiens, lucem fugiens, & sic de cæteris. ¶ Fugam facere. Salust. *Iugurth.* 95.

Fŭgālĭă, August. *lib.* 2. *de ciuitate Dei cap.* 6. Nec vbi fugalia celebrarentur, effusa omni licentia turpitudinum, & verè fugalia, sed pudoris & honestatis. Viues *ibidem,* Fugalia, vel fugialia à Fugia dea Romana, quæ sit lætitiæ dea, à fugatis hostibus nuncupata, de qua Varro *in* 5. *de lingua Latina.*

Fŭgāx, acis, qui facilè fugit. { בָּרִיחַ *bariach.* φυγαδικός. GALL. *Fuyant, qui s'enfuit volontiers.* ITAL. *Fugace, leggiero.* GERM. Flüchtig das gern fleucht. HISP. *Lo que mucho huye, ò corre.* ANGL. *That flieth lightly, ready to flie for feare.* } Huiusmodi enim verbalia in ax, habitum important actus per verbum significati: vt edax & bibax. Virg. 10. *Æneid.*

——— si fortè fugacem
Conspexit capream.

Plin. *lib.* 10. *cap.* 52. Tribuit hoc animum generi natura, vt fœcundiores essent fugaces earum quàm fortes. Ouid. *Eleg.* 2. *lib.* 3. *Trist.*

Quique fugax rerum securaque in otia natus.

Idem *Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.*

Sollicitaque fugax ambitionis eram.

Inuenitur tamen aliquando positum pro fugiens. Virg. *lib.* 11.

——— conuersisque fugax aufertur habenis.

¶ Apud eundem *lib.* 10. etiam legitur pro veloci.

——— prolem Dolicaonis Hebrum
Sternit humi, cum quo Latagum, Palmúmque fugacem.

Quo in loco Seruius interpretatur fugacem pro celeri & veloci. ¶ Accipitur etiam fugax pro non durabili, aut quod citò præterit. Sic Horatius *lib.* 2. *Carm.* vocat annos fugaces, quòd citò elabantur. Sic etiam Plin. mala Persica vocat fugacia, quòd durabilia non sint, decerptáque facillimè corrumpantur. Sic enim ait, *lib.* 12. *cap.* 12. Pretiúmque singulis iam triceni nummi fuerunt, nullius maiore: quod miremur, quia non aliud fugacius. Longissima namque decerpto biduo mora est, cogitque se venundari.

Fŭgācissĭmŭs, Superlatiuus. Senec. *epist.* 75. Ipsa enim facilitas se nisi temperat premit, si fugacissimis bonis credidit.

Fŭgācĭtās, atis, quod modò significat inclinationem ad fugam, modò instabilitatem & breuitatem alicuius rei: vt, Fugacitas temporis, fugacitas ætatis.

‖Fugia, dea lætitiæ, à fugatis hostibus. Perott. Aliter ea dea Vitula dicebatur.

Fugillus, ferrum quo extrahitur ignis è petra: & videtur dici à phos, quod est ignis, & gero. Hinc

Fugillo, as, ignem de fugillo extrahere. inde

Fugillator, & hinc fugillatores dicuntur vmbræ dæmonum, qui ignem ferunt. ‖

Fŭgĭtīuus, a, um, qui aufugit. { בָּרִיחַ *bariach* נָס *nas.* δραπέτης. GALL. *Fugitif, qui se passe legierement.* ITAL. *Fuggitiuo.* GERM. Flüchtig, der entlaufft oder feldflüchtig wirt. HISP. *Cosa que tiene costumbre de huyr.* ANGL. *Fugitiue, not abyding, gladly running away.* } Vnde fugitiuus seruus dicitur, qui à domino ea mente recedit ne ad eum redeat, etiamsi mutato consilio ad eum reuertatur: qui verò extra domum domini fugæ causa, vt se à domino celaret, manet, idem qui eo se conferat, vnde eum dominus recuperare non possit, aut abducere. Qui autem incendium, ruinam, hostem, aut præceptorem, cui in disciplinam traditus erat, quia immoderatè eo verberatur, aufugit, non fugitiuus dicendus est. Plaut. *in Menæch. sc.* 1. *a.* 1. Homines captiuos qui catenis vinciunt. Et qui fugitiuis seruis indunt compedes. Idem *in Capt. sc.* 1. *a.* 1. Apage, haud nos decet fugitiuos imitari. *Ibid. sc.* 2. *a.* 5. Et fugi & surripui filium, (id est, & fur & fugitiuus fui.) Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Alligare canem fugitiuam agninis lactibus, &c. Fugitiuum argentum, Terentius *in Heautont.* Fugitiuus lapis. Plin. *lib.* 36. *cap.* 15. Fugitiua gaudia, hoc est, fugacia, quæque citò euanescunt & abeunt, ac parum durant. Martialis *lib.* 7.

Viue velut rapto, fugitiuaque gaudia carpe.

Idem *lib.* 1.

Gaudia non remeant, sed fugitiua volant.

Fŭgĭtīuārĭus, apud antiquos fugitiuorum seruorum reductor: qui eam operam profitebatur, vt fugitiuos inuestigatos reduceret. { δραπετοθήρας. GALL. *Qui faisoit iadis mestier de cercher les serfs fugitifs, & les ramenoit à leurs maistres.* ITAL. *Chi va cercando i serui fuggitiui, & gli riconduce à i padroni.* GERM. Der die flüchtigen oder entloffne knecht sucht, vnd sie den herren wider bringt. HISP. *El que busca los sieruos huydizos.* ANGL. *That bringeth againe fugitiue seruaunts.* } *In Pandectis in l. si apud te. de præscript. verb.* Non enim ambo pecuniam, ego & fugitiuarius deposuimus. Varro hoc verbo metaphoricôs quodammodo vsus est, quum inquit *lib.* 3. *cap.* 14. Idoneus sub dio sumendus est locus cochlearis, quem totum circum aqua claudas, ne quas ibi posueris ad partum, non liberos earum, sed ipsas quæras: aqua, inquam, claudendæ, ne fugitiuarius sit parandus, id est, ne si locus fugæ pateat cochleis, cogaris postea tanquam fugitiuos seruos, sic cochleas fugitiuas persequi, & vti ministerio reprehensoriam. Budæus *in Annotationibus.*

Fŭgo, as, in fugam conuerto, pello, propulso. { הִבְרִיחַ *hibriach* הֵנִיס *henis.* τρέπω. GALL. *Chasser, mettre en fuitte.* ITAL. *Fugare, mettre en fuga.* GERM. Flüchtig machen, in die flucht bringen. HISP. *Ahuyentar, ò hazer huyr.* ANGL. *To chase away, to put to flight.* } Plaut. *in Amph.* —in nunc meus pater Memorat, legiones hostium vt fugauerit. Plin. *lib.* 11. *c.* 33. Vultures vnguento qui fugantur, alios appetunt odores. Lactant. *lib.* 1. Saturnus quum fugatus esset à filio. Ouid. 13. *Metam.*

———Quæ hac classe fugant, pro repulit, sup. flammas.)

Plaut. *Ps. sc.* 1. *a.* 5. Hostibus fugatis. Metaphor. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2 *Trist.*

Cúmque alij tibi sint caussa grauiore fugati. (i. missi in exilium.)

Fugaturus, a, um, Part. fut. temp. Ouid. *epist.* 17.

Iámque fugatura Tithoni coniuge noctem,
Præuius Aurora lucifer ortus erat.

‖Fuit, ἀπέθανε, id est, mortuus est: subaudi, & non est amplius. Ita *vixit.* præteritum affirmatur, vt præsens negari intelligatur.

Fulboran. In ll. Long. *lib.* 2. *tit.* 14. 2. Si quis dereliquerit filium legitimum vnum, quod est fulboran & filios naturales, vnum vel plures: filius legitimus tollat duas portiones de patris substantia, naturales verò tertiam. ‖

Fŭlcĭo, is, si, tum, ab Hebraico Hiul. Monio, sustento, fortifico. { סָמַךְ *samàch* סָעַד *sahàd.* ἐρείδω, στηρίζω. GALL. *Appuyer, estayer, soustenir.* ITAL. *Sostentare, fortificare.* GERM. Vnderstützen, vndersetzen, bestätigen. HISP. *Sostentar, sostener, fortificar.* ANGL. *To proppe, to vndersette and mak sure.* } Iuuen. *Satyr.* 3.

Nos vrbem colimus tenui tibicine fultam.

Martial. *lib.* 2.

Fulcitur testa fagina mensa mihi.

Cicer. 4. *Acad.* Sed quid eos colligam quum habeam Chrysippum qui fulcire putatur porticum Stoicorum? Idem *post red. in Senatum,* Horum consulum ruinas, vos Consules vestra virtute fulsistis. Senec. *cap.* 15. *de consol. ad Marc.* Fulcire domum adoptione. Et Ouid. *Eleg.* 5. *lib.* 1. *Trist.*

——— Trabe fulta ruina.

¶ Huius compositum est Suffulcio, ὑπερείδω. Varro, Vt maioribus porticis suffultæ vites, auras non pertimescant.

Fŭlcīmentum, i, quod aliquid fulcit & sustinet. { מִסְעָד *mishád* מִשְׁעָן *mishhán.* ἔρεισμα, στήριγμα. GALL. *Appuy, estaye, soustenement.* ITAL. *Sostegno, sostenimento.* GERM. Ein vnderstand, auffenthalt. HISP. *Sostentamiento.* ANGL. *A proppe, a stere.* } Plaut. *in Trinum.* Quid ego nunc agam, nisi vt sarcinam Constringam & clypeum ad dorsum accommodem, fulcimenta, [illegible] soccos.

Fulmentum etiam dicitur pro fulcimento & fulcro. Nonius, Fulmentum neutro, vt est in prouerbio veteri, quo Varro vtitur sæpiùs, fulmento lectum scandunt h. e. quod tabell. debet, præesse vult.

Fŭltūră, æ, Sustentatio. { מִסְעָד *misàde* מִשְׁעָן *mishhàn.* ἔρεισμα, στήριγμα. GALL. *Soustien, appuy, estayement.* ITAL. *Sostentatione, sostegno.* GERM. Vnderstützung, auffenthaltung. HISP. *Sostentamiento.* ANGL. *An vnder[illegible], a propping.* } Plin. *lib.* 63. *cap.* 15. Cyzici & buleuterion vocant ædificium

cium amplum sine ferreo clauo, ita disposita contignatione, vt eximantur trabes sine fulturis, ac reponantur. Idem *in Epist.* Nam fulturæ ad substructiones, quibus subinde suscipitur, non tam firmæ mihi, quàm sumptuosæ videntur. Col. *lib.* 1. *cap.* 5. Sed & pro fultura & substructione fungentur aduersùs ea, &c.

Fulcio, nis. Cornelius Fronto *de nominum verborúmque differ.* fulcio dum fit, fultura cùm facta est.

¶Fulcraria, lecti ornamenta.

Fulcrarius, qui spondas, & fulcra lectorum fabricat.¶

Fulcrum, i, quo lectus sustinetur, à fulciendo dictum. {מעמד *mahgnádh* משען *mischhán.* ἐρεισμα. GALL. *Soustenement, le bois d'vn lit, le challit.* ITAL. *Sostentamento, piedi che sostentano le lettiere.* GERM. Ein fůß/ein bettstoll. HISP. *El pie de la cama.* ANGL. *A proppe or shore, a bedsteadde.*} Virg. 6. *Æneid.*

———fulgent genialibus altis
Aurea fulcra toris.

Gell. *lib.* 20. *cap.* 15. Neque apud eius lecti fulcrum capsam esse cum strue, aut ferro oportet. Suet. *in Claudio.* Adhibebat omni cœnæ & liberos suos cum pueris, puellisque nobilibus, qui more veteri ad fulcra lectorum sedentes vescerentur.

Fulco, Andegauensium princeps fuit, quintus Rex Hierosolymorum, qui equo in caput verso occubuit, quum regnasset annis vndecim. Volaterranus.

¶Fulda, *Fuld,* vrbs Germaniæ, in qua est nobilissima Abbatia Ordinis S. Benedicti, à S. Bonifacio Archiepiscopo pro Moguntino fundata.

Fulfrea ingenua, siue libera, voll frey/ plenè libera. Legitur *Fulfreal* in ll. Longob. *lib.* 1. *l.* 25. *s.* 6.¶

FVLGEO, es, si, sum, à φλὸξ deducitur, quod apud Græcos flammam significat, splendeo, fulguro. {נגה *nagháh* ‒ הבהל *hebél.* λάμπω, στιλβω. GALL. *Reluire, resplendir.* ITAL. *Risplendere.* GERM. Scheinen/gleissen. HISP. *Resplandecer.* ANGL. *To glitter or shyne.*} Lucan. *lib.* 10.

Fulget gemma toris, & iaspide fulua supellex.

Cicer. *in Catil.* Qui nitent vnguentis, qui fulgent purpura. Liu. 2. *ab Vrbe,* Vt primo statim concursu increpuère arma, micantésque fulsère gladij, horror ingens spectantes perstringit. Senec. *cap.* 10. *de consol. ad Mart.* Quod circa nos ex aduentitio fulget, vt opes. Catull. Vt nos quoque fulgeremus (Coronæ inter astra.) ¶ Accipitur etiam fulgere pro fulgurare. Cic. 2. *de natur. deor.* Hunc etiam augures nostri, quum dicunt, Ioue fulgente, tonante: dicunt etiam Cælo fulgente, tonante. Idem *in Vatin.* Ioue fulgente, cum populo agi nefas esse. ¶ Fulgere, pro ferire prisci dicebant, autore Festo Pompeio: vnde fulgur dictum est. ¶ Huius composita sunt Affulgeo, alluceo, ἐπιλάμπω. Liu. Et nauium speciem de cælo affulsisse. ¶ Confulgeo, simul totus fulgeo. Plaut. *in Amph.* Ardere censui, ædes ita tum confulgebant. ¶ Effulgeo, splendorem emitto, ἐκλάμπω. Præfulgeo, vide suo loco. ¶ Refulgeo, splendorem reddo. Persius *in præfat. sui Poëm.* Quòd si dolosi spes refulserit nummi, Coruos Poëtas, &c.

Fulgetrum, i, fulgur, hoc est, lux illa, seu vibratio luminis, quæ ante cernitur, quàm tonitruum audiatur, quum simul fieri certum sit. Fulgentissimus, a, um. Vell. fulgentissimum opus victæ Galliæ. Idem fulgentissimus Messala. Idem, fulgentissimo & cœlesti ore. Cicer. & Catull. *de coma Beren.* Cæsarem fulgentem clarè. {חזיז *chaziz* ברק *barak.* ἀστραπή, στεροπή. GALL. *L'esclair que fait le tonnerre.* ITAL. *Lampo, baleno.* GERM. Ein blitz/ wetterleych. HISP. *Resplandor del relampago.* ANGL. *The lightning that the thunder maket.*} Plin. *lib.* 2. *cap.* 43. Hinc nasci procellas, & si in nube luctetur flatus, aut vapor, tonitrua edi: si erumpat ardens, fulmina: si longiore tractu nitatur, fulgetra: his findi nubem, illis perrumpi. *Ibid. c.* 54. Fulgetrum prius cerni quàm tonitruum audiri quum simul fiant, certum est: nec mirum, quando lux sonitu velocior.

Fulgetra, æ, fœminini gen. idem. Plin. *lib.* 2. *cap.* 2. Fulgetras poppysmis adorare consensus Gentium est.

¶Fulginium, quod & Fullinium, *Fuligno,* V. E. Vmbriæ, in prouincia Romana.¶

Fulgo, is, si, sum, tertiæ coniugationis, fulgeo. {נגה *nagháh* ‒ הבהל *hebél.* λάμπω. GALL. *Resplendir, reluire.* ITAL. *Resplendere.* GERM. Scheinen/ gleissen. HISP. *Resplendecer.* ANGL. *To glitter or shyne.*} Virg. *lib.* 6.

Illæ autem, paribus quas fulgere cernis in armis,
Concordes animæ, &c.

Ad eundem etiam modum effulgo dicebant pro effulgeo. Idem,

———auróque effulgere fluctus.

Fulgor, is, Splendor. {נגה *nógah* ברק *barák.* αἴγλη. GALL. *Resplendisseur, lueur, clarté.* ITAL. *Splendore.* GERM. Schein/ glantz. HISP. *Resplandor.* ANGL. *A glistering brightnesse.*} Plin. *lib.* 7. *cap.* 15. Speculorum fulgor aspectu ipso hebetatur. Virg. 5. *Æneid.*

———maculosus & auro
Squamam incendebat fulgor.

Cic. 6. *Verr.* Cuius fulgore collucere atque illustrari Iouis Opt. Maxim. templum oportebat. Vell. fulgor carminum Homeri. Accipitur etiam fulgor pro fulgure. Cic. 2. *de Diuin.* Quum autem se in nubem induerint, eiúsque tenuissimam quanque partem cœperint diuidere, ac disrumpere, idque crebriùs facere & vehementiùs, tum & fulgores & tonitrua existere: si autem nubium conflictu ardor expressus, se emiserit, id esse fulmen.

Fulgur, is, fulgetrum, fulgor. {ברק *barák.* ἀστραπή. GALL. *Esclair.* ITAL. *Lampo, baleno.* GERM. Ein blitz. HISP. *El relampago.* ANGL. *The lightning that the thunder maketh.*} Differt autem à fulmine, teste Senec. *lib.* 2. *natur. quæst.* quòd fulmen dicatur, quum ignis emittitur, fulgur autem quum ignis tantùm ostenditur. Vnde domum fulmine accensam dicimus, non fulgure. Est enim fulgur nihil aliud quàm splendor ipsius fulminis: fulmen autem, ipsum telum. Vtrunque tamen ignem esse constat, illud tamen interest, quòd fulgur tantum virium non habet, vt ad terram possit deferri. Plin. *lib.* 2. *cap.* 49. Quod si simul rupit nubem exarsitque, & ignem habuit, aut postea concepit, fulmen est. Hinc aiunt naturalium caussarum scrutatores, fulgura ex nubium collisione gigni in morem silicum duriorum, quos quum comploseris, medius ex his ignis excitus elabitur, atque ita cum fulgure pariter & tonitrua mugire, tonitruum, scilicet sonitu indicante, & fulgura excussi luminis claritate. ¶ Fulgur expelui. ἀστραπὴ ἐν πυέλῳ. De minis inanibus eorum qui lædere non queant. Fulgor enim, qui fulguris quædam è vasculorum arentium vibratione, aut ex aquis redditur, nocendi vim nullam habet, pueros modò terrirat. Diogenianus. Gell. *cap.* 5. *lib.* 4. fulgur piaculis luere, (de statua cœlo tacta.) Suet. *in Aug. cap.* 29. quum fulgur seruum exanimasset. *Ibid. cap.* 90. Tonitrua & fulgura expauescebat. & *paulò pòst,* Consternatus transcursu fulguris. Idem *in Galba cap.* 4. procurare fulgur.

Fulguralis, e, ad fulgura pertinens. {ἀστραπαῖος. GALL. *D'esclair, des appartenances d'esclairs.* ITAL. *Pertinente à lampo.* GERM. Das zu dem blitz gehört. HISP. *Cosa perteneciente al relampago.* ANGL. *Pertaining to lightening.*} Cic. 1. *de Diuin.* Quod Hetruscorum declarant & aruspicini, & fulgurales, & rituales libri, nostri etiam augurales, hoc est, libri qui de fulgurum inspectionibus tractant.

Fulguritas, tis. ברק *barák.* Afflatio fulminis. Lucil. apud Nonium, Luporum aciem claram, & fulguritatem arborum. Antiquum, & obsoletum.

Fulguro, as, Fulgur emitto, fulgeo, corusco. {ברק *barák.* ἀστράπτω. GALL. *Esclairer, faire esclair.* ITAL. *Folgorare, balenare.* GERM. Wetterleychen. HISP. *Relampagar.* ANGL. *To send forth lightning.*} Plin. *lib.* 18. *cap.* 35. Quum ex omnibus quatuor partibus cæli fulgurabit. Idem *lib.* 9. *c.* 35. Si fulguret, comprimi conchas. Idem *in præfat.* fulgurat vis eloquentiæ.

Fulguratio, fulgurandi actio. {ברק *barák* חזיז *chaziz.* ἀστραπὴ ἡ λάμψις τοῦ πυρὸς τρίψεως, ἢ ἀπορρήξεως τῶν νεφελῶν ἀνιέμενος. GALL. *Esclairement, quand il esclaire par tonnerre.* ITAL. *Il lampeggiare.* GERM. Blitzung. HISP. *Obra de relampagar.* ANGL. *The lightning of thunder.*} Senec. 2. *nat. quæst.* Fulguratio ostendit ignem, fulminatio emittit.

Fulgurator, Fulgurum inspector est interpres, teste Nonio. ἀστραπαῖος. Cato *de moribus Claudij Neronis,* Aruspicem fulguratorem si quis adducat. Cic. 2. *de Diu.* Nónne intelligis eadem vti posse & aruspices, & fulguratores, & interpretes ostentorum?

Fulgurio, is, Fulgur iacio. {ברק *barák.* ἀστράπτω. GALL. *Faire esclairer, frapper d'esclairs.* ITAL. *Folgorare, balenare.* GERM. Blitzen. HISP. *Relampagar.* ANGL. *To send forth lightning.*} Næuius apud Nonium, Sanè suo sonitu claro fulguriuit Iupiter.

Fulguritus locus, id est, fulmine ictus, qui statim fieri religiosus putabatur, quòd cum Deus sibi dicasse videretur. Autor Festus. κεραυνόβλητος. ¶ Senec. *quæst. natur.* 2. *cap.* 1. Quid quod omnibus fulguritis odor sulphureus est.

Fulguritassunt, pro fulgure percutiuntur, dixit Plaut. *Trin.* —nam fulguritassunt Alternæ arbores, sues moriuntur angina acerrimè.

¶Fulgora, dea fulguris. Aug. *lib.* 6. *de C. D. c.* 10.¶

Fulica, auis aquatica, nigra.¶

FVLMEN, inis, Ignis è nubibus erumpens: de quo vide latiùs paulò antè in dictione *Fulgur.* {ברק *barák.* κεραυνὸς, σκηπτός. GALL. *Foudre.* ITAL. *Fulmine, saetta.* GERM. Stral. HISP. *Rayo que caye del cielo.* ANGL. *Lightning, a thunder bolte.*} Liu. 1. *ab Vrbe.* Auentino fulmine ipse ictus, regnum per manus tradidit. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Si quoties peccant homines sua fulmina mittat Iuppiter.

Idem *ibidem,*

Parce precor fulménque tuum, fera tela reconde.

Idem *Eleg.* 4. *lib.* 3. *Trist.*

Saeuum prælustri fulmen ab arce venit.

Ibid. *Eleg.* 4. *lib.* 5.

Percussum fulmine vatem (à Cæsare.)

¶ ¶Fulmen, pro fulcimento, à fulcio. Manil. *lib.* 1.

Huic in peruersum similis deiecta sub orbe
Imaque summersi contingens fulmina mundi.

Ibi Scal. Fulmina vi ἐρείσματα. Quo modo tam sæpe *momen* dixit Manilius pro *momento:* sic fulmen pro fulmento.¶ ¶ Duo fulmina allegoricῶς pro funeribus, quibus domo percussa. Liu. *dec.* 5. *lib.* 4. ¶ Fulmen etiam apro tribuitur, vide *Fulmineus.* ¶ Ponitur aliquando pro vi & impetu. Cicer. *ad Papyr.* Insanire tibi videris, quòd imitere verborum meorum, vt scribis, fulmina? Idem 2. *Tuscul.* Nam si omnia fugiendæ turpitudinis, adipiscendæque honestatis causa faciamus, non modò stimulos doloris, sed etiam fulmina fortunæ contemnamus licebit.

¶Fulmenta, æ, solea, qua calceus subtus fulcitur.

Fulmentum, in lecto est, quod ἐλατῆρες Græci vocant, nempe quod lectis subiicitur.¶

Fulmineus, a, um. {κεραύνιος, ὁ κεραύνιος. GALL. *De foudre.* ITAL. *Di fulmine, di saetta.* GERM. Das zu dem straal gehört. HISP. *Cosa del rayo del cielo.* ANGL. *Belonging to lightning, of lightning.*} Ouid. 2. *de Pont.*

Et qui fulmineo sæpe sine igne tonat.

Fulmineum os apri, hoc est, violentum, & fulminis modo obuia quæque prosternens. Idem 4. *Fast.*

Sicut aper longè syluis latratibus actus,
Fulmineo celeres dissipat ore canes.

Idem apris fulmen tribuit, quod aduncis exertisque dentibus repræsentant. sic enim ille,

Fulmen habent acres in aduncis dentibus apri.

Rursus,

———dentes æquantur dentibus Indis.
Fulmen ab ore venit, frondes afflatibus ardent.

Aut quia sic is, velut fulmen omnia consumit.

Fulmino, as, are, est fulmen iacere, vel fulmine afflare. {ברק *barák.* κεραυνοβολέω, κεραυνόω. GALL. *Fulminer, foudroyer.* ITAL. *Fulminare, saettare.* GERM. Straal schiessen. HISP. *Herir con rayo del cielo.* ANGL. *To lighten, to strike with lightning.*} Senec. Minore igne ad fulgurandum, quàm ad fulminandum opus est. Plin. *lib.* 2. *cap.* 7. Fulminantem peierant Iouem. Fulminans Mars, per translationem. Plin. *lib.* 30. *cap.* 1. Troianis itaque temporibus & Chironis medicinis contenta in solo Marte fulminante, miror equidem Achillis populis famam eius in tantum adhæsisse, vt, &c.

Fulminor, aris, passiuum, Fulmine percutior. Corn. *in Pers. Satyr.* 2. Citiùs fulminentur arbores, quàm ruet domus tua.

Fulminatus, a, um, Fulmine ictus. {κεραυνωθείς. GALL. *Foudroyé, frappé du tonnerre.* ITAL. *Saettato del cielo.* GERM. Mitt dem straal geschossen oder geschlagen.

geschlagen. HISP. *Herido con rayo del cielo*. ANGL. *Striken with lightning*.} Plin. *lib.* 2. *cap.* 54. Vulnera fulminatorum frigidiora.

Fuliginates, populi sunt Vmbriæ in Italia, vt scribit Plin. *lib.* 3. *cap.* 14.

Fulica, æ, {αἴθυια nonnullis, aliis λάρος. GALL. *Vn oiseau de riuiere qu'on appelle Foulque*. ITAL. *Folica*. GERM. Ein taucher oder hagelganß. HISP. *La cercera aue nota*. ANGL. *A coote*.} Auis est aquatica, magnitudinem columbæ non multùm excedens: à furuo, id est, nigro, aut certè à fuliginis colore dicta. Gaudet præcipuè mari, stagnisque amplioribus. In siccum se recipiens, clarioréque voce clangens, nautas imminentis tempestatis admonet. Virg. *lib.* 1. *Georg.*

In sicco ludunt fulicæ.

Plin. *lib.* 18. *cap.* 35. Loligo volitans, conchæ adhærescentes, echini affigentes sese, aut arena saburrantes, tempestatis signa sunt: Ranæ quoque vltra solitum vocales, & fulicæ matutino clangore. ¶ Legitur & fulix in eadem significatione: vt rauca fulix, apud Cic. *lib.* 2. *de Diuin.*

Fuligo, inis, à fuluus. Nigrum illud excrementum, quod ex fumo caminis, aut furnis adhæret, à furuo, id est, nigro colore nomen habens. {ἄσβολος, λιγνύς. GALL. *Suye*. ITAL. *Fuliggine, negrura causata del fumo*. GERM. Ruß. HISP. *Ollin del hogar*. ANGL. *The soote of a chymney*.} Plin. *lib.* 35. *cap.* 6. Adulteratur fornacum, balnearúmque fuligine. Col. *lib.* 1. *cap.* 6. Quoniam fumo & fuligine sapor olei corrumpitur. Cic. 2. *Philipp.* Idem tamen quasi fuligine abstersa, reliquis diebus in Capitolia præclara Senatusconsulta fecisti. Fuligo lucubrationum oratori bibenda. Quint. Et Gell. *cap.* 2. *lib.* 1. Verborum fuligine iacta ob oculos.

‖Fulina, coquina, Fulinare, coquinare, Gloss. Isid. Fulinarius coquus.‖

Fulix, vide *Fulica*.

FVLLO, nis, qui purganda, poliendáve vestimenta accipit: ita dictus à fouendis aqua calida vestibus. {כבס chobés. γναφεύς. GALL. *Foullon*. ITAL. *Purgatore, tintore*. GERM. Ein walcker. HISP. *El que laua ò adoba los paños, lauandero de paños*. ANGL. *A fuller*.} Plaut. *in Aul.* Stat fullo, phrygio, aurifex, lanarius. Plin. *lib.* 28. *cap.* 6. Vrina virilis podagris medetur, argumento fullonum, quos ideo tentari eo morbo negant. Fullonis periphrasis, apud Ouid. 3. *Fast.*

Hanc cole qui maculas læsis de vestibus aufers.

Plaut. *Aul. sc.* 5 *a.* 3 Petunt fullones, petunt Sarcinatores. ¶ ‖Est item piscis tinca, ein schleye.

Fullonicum, γναφεῖον. Gl. aliter *fullonicum*, & *fullonica* officina fullonis.‖

Fullonius, a, um, quod ad fullonem pertinet. {γναφευτικός. GALL. *De foullon*. ITAL. *Cosa de tintore*. GERM. Das zu dem walcker gehört. HISP. *Cosa pertenesciente à lauandero de paños*. ANGL. *Of à fuller*.} Plaut. *in Pseud. scen.* 1. *act.* 3. Cras mihi potandus fructus est fullonius (obscœnè.) Plin. *lib.* 16. *cap.* 44. Quod notatur & in spina fullonia hippophæsto.

Fullonica, æ, substantiuè acceptum, modò significat officinam fullonis. {γναφεῖον. GALL. *Boutique de foullon*. ITAL. *Bottega di tintore*. GERM. Ein walcke. HISP. *La tienda de lauandero de paños*. ANGL. *A fullers work house*.} Vlp. *l. ad Trebatium ff. de aqua pluu. arcenda*, Apud Trebatium relatum est, quum in fundo aqua oriretur, cum qui fullonicas circa fontem instituisset, & ex his aquam in fundum vicini immittere cœpisset. ¶ Modò etiam ipsam fullonis artem. {γναφευτική. GALL. *L'art de foullon*. ITAL. *Arte de tintore*. GERM. Die kunst deß walckens. HISP. *Aquella arte de lauandero de paños*. ANGL. *The fullers crafte*.} Plaut. *in Asin. sc.* 2. *a.* 5. A. non queo durare. P. si non didicisti fullonicam, Non mirandum est. Plin. *lib.* 7. *cap.* 56. Fullonicam artem Nicias Megarensis inuenit. ¶ Legitur & fullonica neutro genere & plurali numero, pro fullonum officinis, à nominatiuo singulari fullonicum. Vlp. *l. si cuius. ff. de vsuf.* Quod (inquit) dicitur meritoria non facturum, accipe quæ diuersoria, vel fullonica vulgò appellantur.

Fulmen, Fulminare, vide *Fulgeo*.

Fulfinates, populi sunt insulani, iuxta oram Illyrici: quorum meminit Plin. *lib.* 4. *cap.* 21.

‖Fultrum. Habent hanc vocem semibarbara Dictionaria. Gemma gemm. Fultrare schragen vnder beth machen. Fultrum ein bethelege. Est etiam ornamentum, quod supponitur lecto, vel pes lecti, vel eius sponda. Etiam ponitur pro lecto.‖

Fultura, vide *Fulcio*.

Fuluiana, herba quædam, vrinæ ciendæ vtilis, à Fuluio inuentore nomen habens. Plin. *lib.* 26. *c.* 8. Et herba fuluiana trita ex vino, & hæc nomen inuentoris habet, nota tractantibus: vrinas ciet.

Fuluius Flaccus Censor tectum marmoreum Iunonis Laciniæ spoliauit, vt ædem quam dedicauerat Equestri Fortunæ, tegeret. Autor Liuius *lib.* 42.

Fuluus, i, à φέρω, φορῶ: vel à furuus. Color dicitur qui ex rufo & viridi videtur esse mistus, in aliis plus viridis, in aliis plus rufi habens. {צהב tsahób ירקרק ieraḱrák. πυῤῥός. GALL. *Fauue, de telle couleur qu'est vn lyon*. ITAL. *Color di leone, rosso, ò gialle*. GERM. Goldgäl. HISP. *Color leonado, roxo*. ANGL. *A diepe yalowe lyk gold or copper*.} Nam & aquilam fuluam dicunt Poëtæ, & fuluum aurum, & arenam fuluam, & leonem fuluum: quæ tamen res colore nonnihil differunt. Quinetiam iaspidem fuluam vocant: quam tamen constat esse viridis coloris. Virg. 4. *Æneid.*

———*atque illi stellatus iaspide fulua*
Ensis erat.

Vbi Seruius, Iaspide fulua, pro viridi: vt,

———*fuluaque caput nectentur oliua.*

Ouid. *Eleg.* 5. *lib.* 4. *Trist.*

Fortior in fulua nouus est luctator arena.

Idem 5. *Fast.*

Grata Ioui, fulua rostra videbis auis.

Item fulua æs dicitur ab Ennio apud Gell. *cap.* 19. *lib.* 13.

‖Fumahaut, idem quod *Fomahaut*, id vide.‖

Fumus, i, à θυμιάω: vel à φῦς sic fere. Vapor niger ex igni exhalans à colore furuo, hoc est, nigro dictus. {עשן haschan. καπνός. GALL. *Fumee*. ITAL. *Fumo*. GERM. Ein rauch. HISP. *El humo*. ANGL. *Smoke*.} Plaut. *Aul. sc.* 1. *a.* 2. Deûm atque hominum implorat fidem, de suo tigillo fumus si qua exit foras. Senec. *Epist.* 63. Ne maior fumus fieret. (sup. ob hospitæ aduentum.) Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 1. flamma fumo est proxima. (de coitu & osculis.) *Ibidem*, fumo comburi nil potest, flamma potest. Idem. Nam fumus est quem amplexare. A. Quidum? L. Quia oculi tibi sunt lacrymantes. Plin. *lib.* 12. *cap.* 17. Tradunt fumum brutæ arboris contra ligna alia esse remedio. Ouid. 2. *Metam.*

———*calidóque inuoluitur vndique fumo.*

Virg. 2. *Æneid.*

———*miltóque vndantem puluere fumum.*

Cicer. *in Pisonem*. Paulisper stetimus in illo ganearum tuarum nidore, atque fumo. Persius *Satyr.* 5.

———*dare pondus idonea fumo.*

intelligit carmen graue magníque ponderis de re leui, quo fumus nempe resque leues & nugatoriæ verbis amplis & tumentibus dignitatem & pondus assequuntur. ¶ Accipitur per translationem fumus pro splendidis & magnificis pollicitationibus, quæ tamen carent effectu. Inde vendere fumos dixit Martialis, pro officium suum, quod nullum est, & simulatum apud principem, gratiam pretio vendere. Huiusmodi homines fumi venditores dicuntur: qualis insignis deprehensus fuit Alexandri Seueri tempore Thurinus quidam, qui quum nihil apud principem aut gratia, aut autoritate valeret, simulata tamen principis amicitia, non modica clientes pecunia emungebat. Sed tandem deprehenso fuco, vt crimini responderet supplicium, alligatus palo iussu principis, viridium lignorum fumo est enectus: pronunciante præcone, *Fumo perit, qui fumos vendidit*. ¶ Fumum fugiens, in ignem incidi, καπνὸν φεύγων, εἰς τὸ πῦρ ἐνέπεσον. Quo vti licebit, quum malum aliquod fugientes in longè grauius incidimus. ¶ Sacrum sine fumo. ἄκαπνος θυσία. De nimium tenui conuiuio, & in quo nihil cocti opsonij apponitur. ¶ Fumi vmbra, καπνοῦ σκιά. Prouerbiali hyperbole dixit Antiquitas pro re qualibet vili. Sophocles *in Antigone*. Fumus tardus, qui ex materia terrestri crassus fuliginosúsque emittitur, vt ex pice lignísque humidis. Virg. 3. *Æneid.*

———*vdo sub robore viuit*
Stupa vomens tardum fumum, lentúsque carinas. *Est vapor.*

‖Fumaria, herbula quædam fruticosa, sic dicta, quod succus eius oculis illitus lacrimas eliciat: sicut fumus est lacrimosus.‖

Fumarium, ij, locus vbi vina fumo condiebantur. καπνεῖον. Mart. *lib.* 10.

Improba Massilia quicquid fumaria cogunt,
Accipit ætatem quisquis ab igne cadus.

Nam vina fumo præcocem trahunt maturitatem, & celeriùs vetustescunt, vt docet Col. *lib.* 1. *cap.* 6.

Fumosus, a, um, quod fumum emittit. {עשן haschén. καπνώδης. GALL. *Fumeux, enfumé*. ITAL. *Affumato*. GERM. Rauchig, das vil rauch gibt. HISP. *Cosa mucho ahumada*. ANGL. *Smokie, brake with smoke*.} Cato *de re rust. c.* 130. Codicillos oleaginos, & cætera ligna amurca cruda perspergito, & in Sole ponito, perbibant bene: ita neque fumosa erunt, & bene ardebunt. Idem *c.* 37. Item infimi lapides cocti cadent, & minus flamma fumosa exibit. ¶ Interdum etiam fumosum dicitur quod fumo tinctum est. Vnde tecta fumosa dicuntur à Virgilio,

Colaque prelorum fumosis deripe tectis

Et fumosæ imagines, à Cicerone *in Pisonem*, quæ à nobilioribus domi asseruabantur, iam ob vetustatem fumo denigratæ. Sed (inquit) ne totum quidem factum aut militiæ, aut domi: obrepsisti ad honores errore hominum, commendatione fumosarum imaginum, quarum simile habes nihil præter colorem. Ad hoc etiam alludit Iuuenalis, quum ait, *Satyr.* 8.

Fumosos Equitum cum Dictatore magistros.

Quanquam in quibusdam exemplaribus corruptè legatur *famosos*. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Talia luduntur fumoso mense Decembri.

¶ Apud Græcos καπνώδεις εἰκόνες, id est, fumosæ imagines vice prouerbij dicebantur in eos qui iactabant vetustam generis nobilitatem. Infumibulum, per quod fumus erumpit, καπνοδόχη.

Fumeus, a, um. {עשן haschén. καπνός. GALL. *Plein de fumee, fumeux*. ITAL. *Pieno di fumo ò che getta fumo*. GERM. Rauchechtig. HISP. *Cosa que mucho humea ò que echa de si humo*. ANGL. *Smokie*.} vt, Vinum fumeum, hoc est, fumo conditum. Mart. *lib.* 13.

Fumea Massiliæ ponere vina potes.

Fumifer, a, um, Fumum afferens, fumosus. {עשן haschén. καπνοφόρος. GALL. *Rendant ou faisant fumee*. ITAL. *Fumoso*. GERM. Das ein rauch macht. HISP. *Humoso*. ANGL. *That maketh smoke*.} Virg. 9. *Æneid.*

Parte alia (horrendum visu) quassabat Hetruscam
Pinum, & fumiferos infert Mezentius ignes.

Fumosa nox, pro caligine è fumi densitate nascente. Idem *lib.* 8. *de Caco.*

Faucibus ingentem fumum (mirabile dictu)
Euomit, inuoluitque domum caligine cæca:
Prospectum eripiens oculis glomeratque sub antro
Fumiferam noctem.

Fumidus, a, um, Fumum referens, fumosus. {עשן haschén. καπνώδης. GALL. *Fumeux qui rend fumee*. ITAL. *Fumido, affumicato*. GERM. Rauchig, voll rauch. HISP. *Cosa humosa*. ANGL. *Smokie, that smoketh*.} Plin. *lib.* 37. *cap.* 7. Sunt qui præferant Arabicas Indicis, fumidæque chrysolitho illas similes esse dicant. Idem *lib.* 14. *cap.* 20. Vitia præter suprà dicta, acor, aut fumidum virus, aut picis adustio. Ouid. *Eleg.* 13. *lib.* 3. *Trist.*

Fumida cingatur florentibus ara coronis.

Fumo, as, Fumum emitto. {עשן haschán. τυφόομαι. GALL. *Fumer, rendre ou faire fumee*. ITAL. *Far fumo, fumare*. GERM. Räuchen, ein rauch geben. HISP. *Hazer humo, humear*. ANGL. *To cast a smoke*.} Virg. 1. *Eclog.*

Et iam summa procul villarum culmina fumant.

Cicer. 7. *Verr.* Quum fumantes etiam nostras naues reliquissent. ¶ Fumare aper dicitur, vel vrsus, quum è naribus densum spiritum emittit instar fumi. Mart. *lib.* 12.

Fumantem vini nasum ne laseris vrsi.

¶ Huius compositum est Infumo, pen. prod. quod est ad fumum sicco.

Fumigo, as, Suffio, fumum facio. {קטר kittér. θυμιάω. GALL. *Enfumer, perfumer*. ITAL. *Profumare, suffimicare*. GERM. Beräuchen. HISP. *Echar de*

de si humo, hahumar. ANGL. *To perfume, or mak a sweet smoke.*} Varr. 3. *de re rust. cap.* 16. Verno tempore & æstiuo ferè ter in mense mellarius inspicere debet, fumigans leniter. Hinc fumigatio, pro suffitu, θυμίασις.

Fūmĭfĭco, as, Fumigo, suffio, suffitum facio. {קטר *kittér.* θυμιάω. GALL. *Enfumer, perfumer.* ITAL. *Fumicare, suffumicare.* GERM. Ein rauch machen. HISP. *Hahumar.* ANGL. *To perfume.*} Plaut. *in Mil.* Eique vt Arabico fumicem odorem.

Fūmĭfĭcus, a, um, quod fumum emittit. {עשן *haschén.* καπνοποιός. GALL. *Faisant fumee.* ITAL. *Che fa fumo.* GERM. Das ein rauch macht. HISP. *Cosa che haze humo.* ANGL. *Making smoke perfuming.*} Ouid. 7. *Metamorph.*

Fumificisque locum mugitibus impleuère.

Fūnālĭs, Funambulus, vide *Funis.*

[Funchala, *Funchal*, V.E. Maderæ Insulæ, sub A. Olisiponensi.]

FŪNDĂ, æ, Instrumentum è funiculo factum, quo funduntur, hoc est, iactantur lapides. {קלע *keláh.* σφενδόνη. GALL. *Vne fonde.* ITAL. *Fromba, fronda.* GERM. Ein schling oder schlenger. HISP. *La honda para tirar piedras.* ANGL. *A sling.*} Virg. *lib.* 1. *Georg.*

Stuppea torquentem Balearis verbera fundæ.

Vocat Poëta fundam Balearem, quòd duæ insulæ Baleares peritos in primis mittebant funditores. Ter. *in Eunucho.*—fundam tibi nimis vellem dari, Vt tu illos procul hinc ex occulto cæderes. Ouid. 3. *Fast.*

——*Nec longius absuit inde*

Quàm quantum nouies mittere funda potest.

Tibull. *lib.* 4.

Aut signata cita loca tangere funda.

¶ Est etiam retis piscatoriis genus, quod in orbem spargitur, quod & reticulum solet vocari, ἀμφίβληστρον. Virg. 1. *Georg.*

——*funda iam verberat amnem.*

¶ Accipitur quandoque pro sacculo, seu marsupio in modum retis facto, in quo pecuniæ & alia geruntur. Macrobius, Quúmque accessisset ad sellam, demissa in fundam pauperem manu, paucos denarios protulit, quos principi daret. Quod sacculi genus etiam reticulum vocatur. Horatius,

Reticulum panes venales inter onusto

Forte vehas humero.

¶ Aliquando pro circulo ex auro, siue alio metallo, quo gemmæ ita nectuntur, vt aurum nonnisi margines amplectatur. Plin. Funda includuntur perspicuæ, cæteris subiicitur orichalcum.

Fūndĭtor, qui funda dimicat. {קלע *kalláh.* σφενδονήτης, vel σφενδονιστής. GALL. *Qui vse de fonde pour combatre.* ITAL. *Chi combatte con fronda.* GERM. Der im krieg ein schlingen braucht. HISP. *Hondero.* ANGL. *A slinger, that fighteth with a sling.*} Salust. Ipse cum expeditis cohortibus, ad hæc funditorum & sagittariorum delecta manu, Cæs. 3. *bell. Gall.* Numidas & Cretas sagittarios, & funditores Baleares subsidio oppidanis mittit. Sic Liu. 1. *bell. Pun.*

Fūndĭbulārĭi, iidem qui funditores. σφενδονῆται.

[Fundibulum, machina bellica.]

Fundĭmentum, vide *Fundum.*

Fundi, orum, Φούνδοι. Vulgò *Fondi.* Oppidum est Campaniæ inter Tarracinam & Caietam, quod intercidit. Suet. *in Tib. cap.* 5. hodie solum palustre ibi, ita tamen vt ædificiorum ruinæ ac vestigia cernantur: a quo Fundanus lacus appellatus est, & Fundanus ager. Plin. *lib.* 3. *cap.* 5. Inde generosa vina Fundana, scriptoribus commendata.

Funditùs, & Fundo, as, vide *Fundum.*

FŪNDO, is, fudi, fusum, Effundo, emitto, diffundo, dispergo. {שפך *schaphách* יצק *jatsák* נסך *nasach* התיך *hittich* צרף *tsaráph.* χέω, χωνεύω. GALL. *Fondre, espandre, verser vne liqueur.* ITAL. *Liquefare, spargere, fondere.* GERM. Giessen/schmeltzen. Item, Außspreiten. HISP. *Derramar cosa liquida.* ANGL. *To powre out.*} Cic. *de Diuinat.* fundere sanguinem è patera. Claudian.

——*& pessima fudit Vina cadis.*

Catull. *de com. Beren.*

——*Quas* (lacrymas) *vltra limina fundunt.*

¶ Et quia metalla igne liquefacta funduntur, fundere etiam dicuntur artifices aliquem, quum effigiem alicuius arte fusoria exprimunt. Plin. *lib.* 34. *cap.* 8. Theodorus qui labyrinthum fecit Sami, ipse se ex ære fudit, præter similitudinem mirabilem, fama magnæ subtilitatis celebratus. Senec. *epist.* 66. fundere, vel ducere statuam. ¶ Aliquando ponitur pro extendo. Cicer. Iustitia ipsa se fundit in cæteras virtutes. ¶ Aliquando pro prosternere, profligare, vincere. ἐκτρέπειν, καταβάλλειν. Virg. 1. *Æneid.*

Nec prius absistit quàm septem ingentia victor

Corpora fundat humi.

Liu. 1. *ab Vrbe*, Exercitum fundit, fusum persequitur. Ouid. 13. *Met.*

——*Multo sanguine fudi Coeranum.*

¶ Aliquando abundanter præbere. Virg. 4. *Eclog.*

Ipsa tibi blandos fundent cunabula flores.

Suet. *in Calig. cap.* 42. Stetit in vestibulo Kalendis Ianuariis ad captandas stipes, quas plenis ante eum manibus ac sinu omnis generis turba fundebat. ¶ Aliquando pro loqui. στρογγυλογεῖν, ἀφθονολογεῖν, καταφέρειν, ῥαψῳδεῖν. Virg. 3. *Æneid.*

——*Talia fundat lacrymans.*

Ouid. 13. *Metam.*

——*Stolida conuitia fundere lingua.*

Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 4. Mera iam mendacia fundis. ¶ Aliquando pro demittere, vt apud Ouidium,

——*cristisque à vertice flammam Fundit.*

¶ Huius composita sunt Affundo, ad aliquid fundo, ἐπιχέω. Plin. exprimitur foliis succus mollissimis, in pila tusis, affuso paulatim vino austero. ¶ Confundo, perturbo, opprimo, siue omnia in vnum misceo, coniungo, συγχέω. Liu. *lib.* 1. *ab Vrbe*, Alterius vrbis duo populi in vnum confusi sunt. Virg. *lib.* 3. *Æneid.*

—— ——*qui nunc*

Ore Arethusa tuo Siculis confunditur vndis, i. coniungitur.

Plin. Et si misceantur, facilè confundunt colorem, id est, perturbant.

¶ Circunfundo, circumcirca spargo. περιχέω. Apuleius, Atque eo liquore stabulum omne circunfundit. Virg. 2. *Æneid.*

Vndique visendi studio Troiana iuuentus

Circunfusa ruit.

¶ Defundo, deorsum fundo, καταχέω. Autor ad Herenn. *lib.* 4. Nam vt fortè hic in balneas venit, cœpit postquam defusus est, defricari. ¶ Diffundo, & Effundo, de quibus suprà. ¶ Infundo, in rem aliquam quippiam fundo. ἐγχέω. Col. *lib.* 6. Merúmque faucibus, si æstuauerint boues, infundet. Hinc infundibulum, de quo suo loco. Infusum idem est Plinio quod Clyster, τὸ ἐγκλυζόμενον. ¶ Offundo, & perfundo, valde, siue per omnes partes fundo, spargo. διαχέειν, διαβρέχειν. Ouidius,

Perfundítque genas lacrymis.

¶ Profundo, προχέω. ¶ Refundo, rependo, ἀμείβειν, ἀντιμετρέω. Seneca, Id erat non tam accipere beneficium, quàm refundere. Interdum restituo quod sparsum erat. Idem, Quicquid deerit ex meo, refundam. Interdum reiicio, ἀναφέρω: vt, Omnem culpam in te refundam. Interdum idem est, quod Euomo. Plinius, Quod hesterna crapula ingurgitauerat, palàm refudit. ἀνέβαλεν. ¶ Suffundo, est suprà fundo, aut fundendo inicio. Col. *lib.* 7. Lassæ & æstuanti mulæ ad eos in fauceis dimittitur, vtrunque in os suffunditur. Plaut. *in Curcul.* Mane suffundam aquulam. Interdum forinsecus spargo, ὑποχέω. cùm infundo potiùs de interiori parte dicatur. Virg. 1. *Georg.*

At si virgineum suffuderit ore ruborem,

Ventus erit.

Seruius, Suffuderit, forinsecus habuerit. ¶ Hinc suffusio, morbus est oculorum, quem vulgò Cataractam vocant, ortum trahens ex vitioso humore inter duas tunicas collecto, visúmque deprauante, ὑπόχυσις, ὑπόχυμα. Cels. *lib.* 7. *cap.* 7. Suffusionis plures species sunt: quædam sanabiles, quædam quæ curationem non admittunt: nam si exigua suffusio est, si immobilis, colorem verò habeat marinæ aquæ, vel ferri nitentis, & à latere sensum aliquem fulgoris relinquit, spes superest. Si magna est, si nigra pars oculi, amissa naturali figura in aliam vertit: si suffusionis color cæruleus est, aut auro similis: si labat, atque hac illac mouetur, vix vnquam succurritur. Hæc Celsus. ¶ Interdum Confundo, siue rubore perfundo. Cicero pro inspergo posuit ad Lentulum scribens: Noui animum cùm mihi amicissimum, tum nulla in cæteros maleuolentia suffusum. ¶ Suffundere frigidam, vide in dictione *Frigida.* ¶ Superfundo, ἐπιχέω. Lactant. *lib.* 6. Extinguitur protinus tanquam igni aquam superfuderis. ¶ Transfundo, de vno vase in aliud fundo, spargo, immittóve. διαχέω. Cato *de re rust.* Vbi dies triginta præterierint, transfundito, ita relinquito. Cic. *Dolabella*, Libentius omnes meas laudes (si modò sunt aliquæ meæ laudes) ad te transfuderim, quàm aliquam partem exhauserim ex tuis.

Fūsŭs, a, um, particip. conflatus, vel liquefactus, vt aurum, vel argentum fusum dicimus. {יצוק *jatsúk* מותך *muttách* משפך *nischpách.* χυτός. GALL. *Fondu, espandu.* ITAL. *Liquefatto, sparso.* GERM. Geschmeltzt/ gegossen. Item, Außgespreit. HISP. *Derramado ò hundido, liquido.* ANGL. *Powred out.*} ¶ Interdum idem quod fusione confectus, vt quum statuam, aliúdve quid operis ex metallo quopiam dicimus esse fusum. ¶ Aliquando idem quod dispersus. Cic. *de Orator.* Genus facetiarum æqualiter tota in oratione fusum. Idem 13. *Philip.* Exercitum hostium cæsum, fusúmque cognouimus. Idem 2. *de nat. Deor.* Ex in mari finitimus aër die ac nocte distinguitur, isque tum fusus, & extenuatus sublimè fertur, tum autem concretus in nubes cogitur.

Fūsē, aduerb. Abundanter, & copiosè. {χύδην, πλατέως. GALL. *Au large, bien au large, amplement.* ITAL. *Sparsamente, largamente, abundeuolmente.* GERM. Oberflüssiglich. HISP. *Abundosamente, largamente, copiosamente.* ANGL. *Largelye, plentifully.*} Cicer. 3. *de finib.* Potest id quidem fusè, & copiosè, & omnibus electissimis verbis grauissimísque sententiis rhetoricè & augeri & ornari. Idem 4. *Tusc.* De cuius excellentia multa quidem dici quamuis fusè latéque possint, sed breuissimè illo modo.

[Fusile, χυτόν. Gloss. quod fundi potest.]

Fūsim, aduerbium, Sparsim. {χύδην. GALL. *En fondant.* ITAL. *Sparsamente.* GERM. Weitläuffig/hin vnd hår. HISP. *Derramadamente.* ANGL. *Here and there, by powring out.*} Fusè autem, vt suprà diximus, significat latè & copiosè.

Fūsĭo, nis. {יציקה *jetsukáh* התוך *hittúch* מסכה *massecháh.* χύσις. GALL. *Fusion, espandement.* ITAL. *Spargimento, stendimento.* GERM. Giessung/oder außgiessung. HISP. *Obra de derramar, hundimiento.* ANGL. *A powring out, a melting.*} Cic. 1. *de nat. deor.* Ipsúmque mundum Deum dicit esse, & eius animi fusionem vniuersam.

[Fusionaticum, ὑλιστικόν. Gloss. aliter *fusionaliticum.* à fusione. ὑλίζειν est defæcare, per colum transfundere, defæcandi causa.]

Fūsĭlĭs, e, quod fundi potest, seu quod fusum est, vel quod promum est ad fundendum. {מוצק *mutsák.* χυτός. GALL. *Qui est de fonte, qu'on peut fondre.* ITAL. *Che si può liquefare.* GERM. Giessig das sich schmeltzen vnd giessen läßt. HISP. *Cosa que se puede hundir.* ANGL. *That is or may be molten.*} Vnde fusilia vasa dicuntur, & fusilia signa, quæ ex metallo aliquo fusa sunt. Ouid. 11. *Metam.*

Fusile per rictus aurum fluitare videres.

Col. 6. *cap.* 33. Vel cum fusili sale trita sæpiæ testa.

Fūsōrēs, dicuntur qui ex metallo quopiam statuas, aliáve opera fundunt. {צורפים *tsorephim.* χωνευταί. GALL. *Fondeurs.* ITAL. *Coloro che fanno statue ò altri lauori di getto.* GERM. Giesser/schmeltzer. HISP. *Hundidores para hechar in molde.* ANGL. *Melters.*}

Fūsōrĭŭs, a, um, quod ad fusionem, hoc est, liquefactionem attinet, seu quod funditur, aut fundi potest. {מוצק *mutsak.* χωνευτικός. GALL. *Appartenant à fondre.* ITAL. *Pertenente à fondere.* GERM. Das zu dem schmeltzen oder giessen gehört. HISP. *Pertenesciente à hundir.* ANGL. *Belonging, to melting.*} vt, Opus fusorium, Fusorium vas in quo metalla liquefiunt. Ars fusoria, ars fudendi, conflandíve metalla, operísque aliquid ex iis conficiendi. χωνευτική.

Fūsūra, æ, Fusio, liquefactio. {יציקה *jetsukáh* התוך *hittúch* מסכה *massecháh.* χύσις. GALL. *Fonte.* ITAL. *Fondimento.* GERM. Ein guß. HISP. *Aquella obra de hundir, hundimiento.* ANGL. *A melting, a spreading.*} Plinius *lib.* 33. *c.* 5. Chytitis ex vna fit, Argyritis ex argento, Molybditis plumbi ipsius fusura, quæ fit Puteolis, inde habet nomen.

Fūndito, as, Sæpe fundo. { *ἀπερρωλογεῖν*. Gall. *Espandre & verser en abondance.* Ital. *Spargere spesso.* Germ. Embsig giessen. Hisp. *Hundir y derramar muchas vezes.* Angl. *To powre out largelye or often.* } Plaut. *in Amphit.* Dum cruciatu tuo isthæc hodie verna verba funditas. Idem *in Pœnulo*, En monstrum mulieris: tantula tanta verba funditat, id est, multùm & frustrà profert. Alij aliter, vide *Funditor* verb. ¶ Funditare rem, pro consumere, prodigere, ac profundere. Plaut. *in Mercat.* Omni quod modò, cui iuuenis ipse parserit, Me rem videret funditare ac perdere. Idem *Asin. sc. 2. a. 5.* Fœneratò funditat. (i. loquitur, & tanquam pecuniam profundit, quam reddat cum fœnore.)

Funditor, aris, pass. fundis peti. Plaut. Eos volantes iussi funditarier. Quidam etiam illud Plauti *in Pœnulo*, En monstrum mulieris: tantula tanta verba funditat, exponunt, iactat velut funda.

Fŭndum, i, Ima pars cuiusque rei quæ aliquid liquoris in se continet, vel ad continendum facta est, vt dolij, nauis, aluei, fluminis, lacus, maris. { קבעת *kubáath* נחשת *nechoscheth* תחתית *tachtith* קרקע *karkáh*. πυθμήν. Gall. *Le fond de quelque chose que ce soit.* Ital. *Fondo, profondo.* Germ. Der boden oder grund. Hisp. *El hondo de qualquier cosa.* Angl. *The bottome of the water.* } Virg. 2. *Æneid.*

——fusitque tridenti
Spumeus atque imo Nereus ciet æquora fundo.

¶ Largitio non habet fundum. Quo dicto significamus, stulta liberalitate quantaslibet opes exhauriri, vel effluere potiùs. Cicer. *lib. Offic. 2.* ¶ Sera in fundo parsimonia, prouerbium apud Senecam *in 1. epistola.* In tempore parcendum rebus necessariis: neque imitandum profusorum vulgus, qui tum denique incipiunt parcere posteaquam viderint minimum superesse. ¶ Profundum, vide suo loco.

Fūnditùs, aduerbium, prorsus, à fundo. { כל *chól*. ἐκ θεμελίων, ἄρδην. Gall. *Iusques au fond, totalement, du tout.* Ital. *Dal fondo.* Germ. Vom boden auff vom grund auff. Hisp. *Desde el cimiento hondo.* Angl. *Frome the very bottome, vtterly, wholy.* } sicut cœlitus, à cœlo. Cicer. *6. Verr.* Qui non obtrusit aliqua ex parte monumenta P. Scipionis, sed funditus sustulit ac deleuit. Idem *de Amicitia*, Quæ enim domus tam stabilis, quæ tam firma ciuitas est, quæ non odiis atque dissidiis funditus possit euerti? Idem *Torquato lib. 4.* Necesse est enim aut armis vrgeri Rempublicam sempiternis, aut his positis recreari aliquando, aut funditus interire. Velleius, Funditus sustulit Carthaginem Scipio. Et Mummius funditus. ¶ Porrò quòd prorsus ac citra spem instaurationis perditur, funditus ac radicitus tolli dicitur. Cic. 3. *de Orat.* Neque earum rerum quenquam funditus natura voluit esse expertem. Idem *in Orat.* Ne spondæus quidem funditus est repudiandus.

Fūndo, as, fundamentum iacio, ago, pono, constituo. { יסד *jasádh*. θεμελιόω, θεμελιῶ. Gall. *Fonder, ietter les fondemens.* Ital. *Fondare, gettare li fondamenti.* Germ. Befestigen / steiff setzen. Hisp. *Echar fundamento o fundar.* Angl. *To lay a ground.* } Virg. 8. *Æneid.*

Haud procul hinc saxo colitur fundata vetusto
Vrbs Agyllina sedes.

¶ Transfertur ad incorporalia, & idem ferè significat quod firmo, siue stabilio. Sen. *Epist. 91.* Fundauit Athenas æquo iure Solon. Item *cap. 21. de consol. ad Mart.* Positæ benè ac fundatæ res alicuius. Quint. Fundatam paternis auitisque opibus domum exhaurit. Significat & firmare in mari. Virg. 6. *Æneid.*

——tum dente tenaci
Anchora fundabat naues.

¶ Fundatissima familia, Antiquissima & ditissima. Cicer. *pro domo sua ad Pontif.* Quod quum iudicassem, defleui coniugis miseræ dissidium: liberorum charissimorum solitudinem, fratris absentis amantissimi atque optimi casum, subitas fundatissimæ familiæ ruinas. ¶ Huius composita sunt Effundo, as, quod est à fundo euerto, ἀποθεμελιόω. Cæcilius, Respublica amisso & effundato pulcherrimo statu, non paruam fecerat iacturam. Suffundo, pro fundamento subiicio. Varro, Qui in domibus lateritiis paululum modò lapidibus suffundatis, vt humorem fugerent, habitabant.

Fūndāmĕn, inis, & Fundamentum, i, solum, sedes, id supra quod quid struitur. { יסוד *jesódh* קרקע *karkáh*. θεμέλιον, ὑπόθεσις, βάσις. Gall. *Fondement.* Ital. *Fondamento.* Germ. Ein fundament oder pfulment ein grundfeste. Hisp. *Cimiento ò çanja de edificio.* Angl. *A fundation the first beginning or ground of a thing.* } Ouid. 15. *Metam.*

Ambibat Sicula cantus fundamina terra.

Virg. 4. *Georg.*

——& lentum de cortice gluten
Prima fauis ponunt fundamina.

Ouid. 4. *Fast.*

Augurio læti iaciunt (vrbis) *fundamina ciues.*

Plin. *lib. 36. c. 14.* Rursus ne in lubrico atque instabili fundamenta tantæ molis locarentur. Virg. 1. *Æneid.*

Fundamenta locant alij, pars ducere muros.

Plaut. *Mostell. sc. 2. a. 1.* ædes totæ ruant: quin cum fundamento pereant. Iacere fundamenta Reipublicæ, est quasi dare Reipublicæ principium. Cicer. *Cornificio*, Ego mi Cornifici, quo die primùm in spem libertatis ingressus sum, & cunctantibus cæteris ad XIII. Calendas Ianuarij fundamenta ieci, eo ipso die prouidi multùm, atque habui rationem dignitatis. Quintilian. metaphoric. Fundamenta iacere impudentiæ. Senec. *cap. 16. de consol. ad Heluiam.* Fundamenta disciplinarum iacta. Plaut. *Mostell. sc. 2. a. 1.* Fundamenta liberorum substruunt (parentes.) Senec. *cap. 2. de consol. ad Mart.* Fundamenta ponderi cessura. (de homine)

Fŭndŭs, i, est quæuis possessio rustica, ita dicta quòd fundat quotannis multa: vel quòd sit rei familiaris fundamentum: nam pecuniarum ratio habita est. { שדה *sadh'eh* חלק *chelék*. χωρίον, ἀγρός. Gall. *Fond de terre, heritage, champ ou piece de terre.* Ital. *Fondo, possessione.* Germ. Ein gut ausserhalb der statt gelegen als da seind weingärten / acker / matten. Hisp. *La heredad ò possession de tierra.* Angl. *A peece of ground, land.* } ‖Digest. *lib. 50 tit. 16. l. 60.* Locus est non fundus, sed portio aliqua fundi. Fundus autem integrum aliquid est. Et *l. 115.* Fundus est omne, quicquid solo tenetur. ‖ Plaut. *in Capt. sc. 2. a. 1.* Quasi fundum vendam, meis me additam legibus. Idem *Menæch. sc. vlt. a. 5.* Venibunt serui, fundi, ædes, omnia. Idem *Pseud. sc. 2. a. 1.* Nisi ex fundis amicorum tuorum penus affertur. Idem *Capt. sc. 2. a. 1.* Profundum, id est, ventrem insatiabilem, Turnebus: vendis tu quidem, haud fundum mihi. Fundi appellatione (vt docet Florentinus Iureconsultus) omne ædificium, & omnis ager continetur: sed in vsu, vrbana ædificia, ædes, rusticæ, villa dicuntur. Locus verò sine ædificio in vrbe, area: rure autem, ager appellatur. Idemque ager cum ædificio, fundus dicitur. Fundus, inquit Festus, dicitur ager, quod planus sit ad similitudinem fundi vasorum. Varroni fundus ager vel à fundamento (quòd sit, vt ait Seruius, rerum omnium fundamentum,) vel à fundendo. ¶ Accipitur etiam fundus per translationem pro cuiusuis negotij fundamento. Plaut. *in Trinummo*, Nunc mihi is propriè conueniendus est, vt quæ cum eius filio egit, ei rei fundus pater sit potior eo, hoc est, fundamentum, autor & approbator. Sic populum fundum fieri, teste Festo, est populum eius rei quam alienat, fieri autorem. Cicer. *pro Cornelio Balbo*, Quid enim dici potuit imperitius, quam fœderatos populos fieri fundos oportere. Nam id non magis proprium est fœderatorum, quam liberorum omnium. Et *paulò post*, Potuit magis funditus populus Gaditanus fieri, si tum sit fundus, quum scita ac iussa nostra sua sententia comprobat. Gell. *cap. 13. lib. 16.* Quorum nunquam populus fundus factus. Idem *cap. 8. lib. 18.* Fundus subscriptórque fieri. Latè autem patet fundus factus, ac auctoritatem omnem significat, tamen in legibus & ea de re de qua agebatur, de populo dicebatur in eam rationem atque sententiam, vt si quis iuris Romæ sancitum esset, id socij approbarent & adsciscerent, ea lege tenerentur, & fundi facti dicerentur. Gellius scribit, Municipes suo iure vsos, neque vlla populi Rom. lege astrictos esse, cùm nunquam populus eorum fundus factus esset. ¶ Fundum sterilem ne colas, σπεῖρε ἄχιν μὴ ἀπεῖρῃς. Refertur inter leges Platonicas. Hoc ænigmate lex apud Platonem verecundè deterret, à venere mascula. Potest tamen ad alios vsus accommodari. Plaut. *Amph.* Idem Plaut. *Asin. sc. 2. a. 5.* Fundum alienum arat, incultum familiarem deserit, (id est, adulter est.) Idem *Curc. sc. 1. a. 1.* Dum ne per fundum septum facias semitam. (de venere prohibita; mox enim sequitur: Abstineas nupta, vidua, virgine, pueris, liberis.) Gell. *cap. 8. lib. 17.* metaph. Fundus & fundamentum cœnæ.

‖Fundulus, paruus fundus. Idem fundulus dicitur quidam piscis paruus, qui fundo adhæret. Ita Vet. Dict. Hadr. Iun. Nomencl. Gouius fluuiatilis Ausonio, qui fundulus barbaris dicitur, κωβιός. { Germ. Ein Grundel. Angl. *A gudgion.* }

Fundula. Varr. *lib. 4. de L. L.* Fundula à fundo, quod exitum non habet, & peruium non est iter.

Fundulum, à fundo, quod non, vt reliquæ partes, sed ex vna parte sola apertum.‖

Fūnebris, Funestus, Funero, vide *Funus*.

Fūnetā, Arcus sunt in vitibus, quum breuiores palmites sarmento iunguntur inter se funium modò. χοινισμοὶ τοῖς κλήμασιν ἀμπέλου. Autor Plin. *lib. 17. cap. 22.*

Fŭngŏr, eris, functus, à φύγω. Significat, officium aliquod exerceo, munus obeo. { שרת *scherêth*. πλέω, ἀναπληρόω. Gall. *Faire ou exercer quelque charge ou estat.* Ital. *Fare essercitare vfficio, vsare.* Germ. Ein ampt verwalten / außrichten / &c. Hisp. *Vsar de algun oficio.* Angl. *To be in some estate to execut or exercise some office or charge.* } Fungi munere. Cæsar 7. *bell. Gall.* Hunc ex proximis vnus iacentem transgressus, eodem illo munere fungebatur. Cicer. 5. *de finibus*, Atque in sensibus hæc est sua cuiusque virtus, vt ne quis impediat, quominus suo quisque sensus munere fungatur in his rebus celeriter expeditéque percipiendis. Defungi certamine. Liuius *lib. 10. ab vrb.* Idem *lib. 9. bell. Pun.* Non leui defungetur pœna, [illegible] i, &c. (Minantis.) Horat. *Ode 9. lib. 2.*

——Ter æuo functus.

Suet. *in Calig. cap. 4.* Functus fato. Item, Defunctus bello, Liu. *1. dec. 4.* Fungi officium dixit Terent. *in Adelph.* Maior filius tuus Æschinus, Quem fratri adoptandum dedisti, neque boni, Neque liberalis functus officium est viri. Plaut. *in Menæch. sc. 4. a. 1.* Nam parasitus octo hominum munus facilè fungitur. Suet. *in Aug. cap. 35.* Fungi munera. *Ibid. cap. 44.* Fungi vicem. Plaut. *Asin. sc. 2. a. 4.* Munus adolescentuli fungare. Idem *Amph.* Qui, te absente, tuam rem curet, & munus fungatur tuum. Idem *Most. sc. 1. a. 1.* Sine me alliato fungi fortunas meas. ¶ Fungi aliquando significat id quod debetur dare. Cicer. *Verr. 5.* Tribus decumis pro vna defungi, id est, tres pro vna persoluere. Vlpian. *in Instit. tit. de dotibus*, Dos quæ semel functa est amplius fungi non potest. Hotoman. *in suo lexico.* ¶ Huius composita sunt Defungor, id est, expedio, finem facio, perago, cesso, & liberor ab alio officio, vel munere. Virg. 6. *Æneid.*

O tandem magnis pelagi defuncte periclis.

id est, qui finiuisti & euasisti pericula. Liu. Defuncta morbis corpora salubriora esse cœpêre: id est, euaserunt morbos. Terent. *in Adelph.* Vtinam hoc sit modò defunctum: id est, vtinam hoc malum vltimum sit quo defungatur, & in quo finem faciat peccandi Æschinus. Liu. *lib. 1. dec. 1.* Defuncti regis Imperio, id est, exhausto. Idem *lib. 2.* Sed adeò infensa erat plebs, vt vnius pœnâ defungendum esset. Idem *lib. 3.* Cætera multitudo nequaquam pari defuncta est cæde. Idem *lib. 4. ab vrb.* Defuncta ciuitatem plurimorum morbis, &c. Item Velleius, functi morte fatali. Quintilian. Functa omnibus virtutibus vxor. Ouid. 2. *Fast.*

Sic epulis functi, sic dant sua corpora somno.

Ibidem,

Corpora functa sepulcris.

Idem 4. *Fast.*

——Corpora functa cibo.

Ibidem,

Et nouus accenso fungitur igne focus.

Idem 2. *Fast.*

Functus erat dapibus, &c.

Item Quintilian. Fungi primo loco. ¶ Inde etiam defunctos dicimus qui mortui sunt, eo quod vitæ munus peregerunt: quod etiam functos vitâ dicimus: quasi illud dicamus, eos vixisse, nec amplius viuere. ¶ Perfungor, perfectè fungor, ad finem vsque exequor, ἐκπλέω, ἀποπλέω.

ἀνεπᾶλιν. Cicer. *Lentulo*, Quum & honoribus amplissimis, & laboribus maximis perfuncti essemus.

‖Functa, ἄνεγμα. Gloss. intelligit cadauera, homines vitâ functos. *Vitâ fungi* est mori, nempe vitam terminare. & *morte fungi*, id est, moriendi legem perficere. Ita & *diem fungi* est mori, nempe vltimum diem obire. ‖

Fūnctĭo, nis, actio, gestio. { [illegible] *scharéth* [illegible] *pekulláh*. ἐνέργημα, [illegible], ἀνάπτυξις. GALL. *L'execution de quelque charge ou office*. ITAL. *Essecutione di qualche vfficio*. GERM. Ein ampt/oder ein verwaltung vnd ausrichtung des ampts. HISP. *La obra de vsar de algun officio*. ANGL. *The execution of some charge*. } Cic. 2. *Tusc.* Labor est functio quædam vel animi, vel corporis, grauioris operis, vel muneris. Idem 5. *Verr.* Vt iis iucundior esset muneris illius functio. Aliquando ponitur pro solutione. Paul. *in l. 2. D. si certum petatur.* Quia in suo genere functionem recipiunt non specie, id est, solutionem.

‖Fungibilis, e. Iurisconsultis res fungibiles sunt, quæ pondere, numero & mensura constant, vt vna alterius vicem in genere suo per solutionem, quasi permutando subeat. ‖

FŪNGŬS, i, à funere (vt quidam docent) descendit, quòd vescentibus periculosissimus sit, vel ipso Plinio teste, qui eos annumerat inter ea, quæ temerè manduntur. { μύκης. GALL. *Champignon ou potiron*. ITAL. *Fungo*. GERM. Ein pfifferling/oder schwamm. HISP. *El hongo*. ANGL. *A mushrome or tadestole*. } Tanta enim est fungis cum venenis cognatio, vt si vel caligaris clauus, aut ferri rubigo, aut panni marcor adfuerit, aut si serpens primo patescentem adhalauerit, omnis statim succus decoquatur in venenum. Fungi nomen generale est. Boleti autem dicuntur qui in voluis albis nascuntur, quibus sublatis lutei sunt coloris. Plin. *lib.* 22. *cap.* 25. Fungorum lentior natura, & numerosa genera, sed origo non nisi ex pituita arborum. Tutissimi qui rubent callo, minùs diluto rubore quàm boleti: mox candidi, velut apice Flaminis insignibus pediculis. Tertium genus suilli, venenis accommodatissimum. Fungorum diuersa sunt genera, nam sub boleti pratentes albi, qui in pratis nascuntur: spongioli, à similitudine spongiæ: digitelli, à digitis: à porrigine, porriginosi. Nascuntur & in arboribus fungi, & in spinarum radicibus. ¶ Fungus, arborum morbus. Plin. *lib.* 17. *cap.* 14. Olea præter vermiculationem, quam æquè ac ficus sentit, clauum etiam patitur, siue fungum placet dici, vel patellam: hæc est Solis exustio. ¶ Fungus pro homine stupido & insulso. Plaut. *in Bacch.* Adeón' me fuisse fungum, vt qui illi crederem? ¶ Fungi etiam à similitudine, dicuntur tubera prominentia in auribus pugilum ex ictibus cestuum. Septimius Florens, Tales enim cicatrices cestuum ad callos pugnorum & aurium fungos à Deo cum suo plasmate accepit.

‖Fungi aurium, aures. Tertull. ‖

Fŭngōsŭs, a, um, quod est rarum & leue ad similitudinem fungi. { μυκητώδης. GALL. *Leger & ayant petis trous, comme vn champignon*. ITAL. *Fungoso, leggiero come fungo*. GERM. Schwammechtig/lück vnd durchlöcheret als ein schwamm. HISP. *Ligero como hongo*. ANGL. *Lyk mushrome, hol w spungie*. } Plin. Hunc totum fungosa replet medulla.

Fŭngōsĭtās, atis, hoc est, raritas & leuitas qualis in spongiis apparet. Idem, Tota fungositas derasa.

Fŭngĭnŭs, a, um, quod est ex fungo. { ὁ τῆς μύκητος, ὁ μύκητι ὅμοιος, ὁ μυκητώδης. GALL. *De champignon, ressemblant à champignon*. ITAL. *Di natura di fongo*. GERM. Schwammin / das der schwammen eigenschafft hat. HISP. *Cosa de hongo, ò semejante à hongo*. ANGL. *Of a mushrome*. } Plaut. *in Trinum.* Pol, hic quidem fungino genere est, capite se totum tegit.

FŪNĬS, Restis ex cannabe, aut alia materia contorta. { [illegible] *chebél* [illegible] *patil* [illegible] *jéter*. σχοῖνος, χοινίον, καλώδιον. GALL. *Chable ou corde*. ITAL. *Corda, fune*. GERM. Ein sail/schnur. HISP. *La cuerda*. ANGL. *A rope or corde*. } Hodie tantùm mascul. gen. est, olim etiam fœminini. Virg. 5. *Æneid.*

——Volucrem traiectam in fune columbam,
Quò tendunt ferrum, malo suspendit ab alto.

Lucretius apud Gell. *lib.* 13. *cap.* 20.

Haud, vt opinor, enim mortalia secla supernè
Aurea de cœlo demisit funis in arua.

Plin. *lib.* 6. *cap.* 2. Viua & palustri iunco funes nectunt. Col. *lib.* 16. *cap.* 2. Cannabinisque funibus cornua iuuencorum ligato. ¶ Funis abrumpitur nimium tendendo, ἀπορραγήσεται τεινόμενον τὸ καλώδιον. In eos dici solitum, qui dum extrema experiuntur, alienant à se eos cum quibus agunt, & vniuersæ rei iacturam faciunt, dum plus satis attenti sunt ad lucrum. Lucianus. ¶ Hic funis nihil attraxit, οὐδὲν ὁ καλώδιος ἐπέσπασε. Senatus, quo significabant operam frustrà sumptam, neque ex sententia euenisse, quod quis conabatur. Translatum ab hamato funiculo piscantibus qui sæpe hamum retrahunt inanem. ¶ Funem reducere, prouerbialiter videtur dici de illo qui libertatem quam dederat, aut beneficia adimit. Persius *satyr.* 5.

Quod dederam supra repeto funémque reduco.

‖Funalis, e, funem ferens: seu è fune factus. ‖

Fūnālĭă, ium, dicuntur faces ex contortis funibus, cera, aut pice circundatis. { δᾷδες. GALL. *Torches*. ITAL. *Torchi*. GERM. Ein fackel/ein tortschen. HISP. *Hachas, ò antorchas de cera*. ANGL. *Torches*. } Cicero *de senect.* Delectabatur crebro funali, & tibicine: quæ sibi nullo exemplo priuatus sumpserat, tantum licentiæ dabat gloria. Plin. *de viris illustr.* Duilio concessum est, vt prælucente funali, & præcinente tibicine à cœna publicè rediret. ¶ Funales verò equi sunt qui fune, hoc est, reste iuncti, currum triumphalem præcedunt. παρήοροι. Suet. *in Tib.* Dehinc pubescentes Actiaco triumpho currum Augusti comitatus est sinisteriore funali equo, quum Marcellus Octauiæ filius dexteriore veheretur. ¶ Funalis cereus Valerius Maxim. *lib.* 3. *c.* 6. Caius autem Duillius, qui primus naualem triumphum ex Pœnis retulit, quotiescunque epulaturus erat, ad funalem cereum præeunte tibicine, & fidicine, à cœna domum reuerti solitus est. Funalia funde, Liu. 1. *d.* 3.

Fūnambŭlŭs, qui graditur per funes. { σχοινοβάτης. GALL. *Vn danseur sur corde qui va & marche sur vne corde*. ITAL. *Quello che camina sur le corde*. GERM. Der auff dem seyl gehe. HISP. *El trepador que anda sobre maroma*. ANGL. *A tumbler which dunceth trough and kope*. } Terent. in *Prolog. Hecyræ.* Ita populus studio stupidus in funambulo. Suet. *in Galb. cap.* 6. Elephantos funambulos edidit.

Fūnārĭus, σχοινωτός, restio. Vocatus est autem Valentinianus Imperator funarius, eo quòd venalitium funem portanti quinque milites nequiuerint extorquere. Sextus Aurelius Victor *in Valentinian.*

Fūnĭrēpŭs, i, funambulus. σχοινοβάτης. Apul. Comœdus sermocinatur. Tragœdus vociferatur, funirepus periclitatur.

Fūnĭcŭlŭs, i, diminutiuum à fune. { [illegible] *chus* [illegible] *patkil*. σχοινίον, χοινίον. GALL. *Cordelette, petite chable*. ITAL. *Cordicella, funicello*. GERM. Ein klein sail/schnur. HISP. *Pequeña cuerda*. ANGL. *A litle rope or small corde*. } Cicero 2. *de Inuent.* Vsque adeò vt dominus nauis quum idem gubernator esset, in scapham confugeret: & inde funiculo qui à puppi religatus scapham annexam trahebat, nauim quoad posset, moderaretur. ¶ Ponitur quoque funiculus pro mensura quadam persica, sexaginta continente stadia, vt placet Herodoto: quanquam Plinius ex Eratosthenis sententia quadraginta tantum stadiorum esse tradit. In hac tamen significatione frequentiùs vtuntur Græco nomine σχοῖνος. ¶ Funiculum fugiunt miniatum, σχοινίον φεύγουσι τὸ μεμιλτωμένον. Aptè dicetur vbi quis properat officio suo fungi non ex animo, sed ne in mulctam incidat. Miniato enim funiculo notabantur Athenis, qui ad concionem non accedebant, atque multam pendere cogebantur.

FŪNŬS, eris, à φόνος. Pompa quæ fit in exequiis mortuorum, exequiæ, supremi diei celebritas. { [illegible] *meth* [illegible] *keburáh*. κηδεία. GALL. *Funerailles, conuoy d'obseques*. ITAL. *Funerale, pompa funebre*. GERM. Ein leichgein leich volge. HISP. *Mortuorio de exequias del muerto*. ANGL. *Funeralles, solennitie of buryng*. } A funalibus dictum funus, quòd incensi funes mortuis præferebantur: quoniam noctu efferebantur cadauera. Vel potiùs quod φόνος Iones dicunt Ionice pro φόνος, quod cædem vel cladem significat. Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 1.

——Sine funere ferri.

Idem *Eleg. vlt. lib.* 3. *Trist.*

Carmina de domini funere rapta sui.

Idem *Eleg.* 1. *lib* 5.

Efficio (canendo) *tacitum ne mihi funus eat.*

Senec. *cap.* 12. *de tranq.* Funus ignoti hominis persequi. Ennius,

Nemo me lachrymis decoret, nec funera fletu   Faxit.

Terent. *in Andr.* Funus interim procedit: sequimur, ad sepulchrum venimus. Cicero *de Amicit.* Quàm autem ciuitati charus fuerit, mœrore funeris indicatum est. ¶ Interdum ponitur pro cadauere, νεκρός. Terent. *in Andr.* Effertur funus. ¶ Interdum significat mortem. Virg. 4. *Æneid.*

Nec moritura tenet crudeli funere Dido.

¶ Pro morte. Ouid. *Eleg.* 4. *lib.* 4. *Trist.*

Alter ab alterius funere mœstus erat. (id est, ob mortem imminentem.)

Senec. *cap.* 1. *de tranq.* Funus geminum renuntiatum. (i. mors duorum liberorum.) Plaut. *Amph.* Qui multa Thebano populo acerba obiecerunt funera. Idem *Asin. sc.* 3. *act.* 3. Acerbum funus filiæ faciet si te carendum est. (i. morte immatura filiam afficies.) ¶ Item, Funera facere, pro occidere. Cato apud Gell. *cap.* 23. *lib.* 15 ¶ Et metaphor. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 3. Fecisti funus absente me prandio. Senec. *cap.* 1. *de tranq.* Dum ei hæres esurienti publicum funus locat. ¶ De Funeris pompa Suet. *in Cæs. cap.* 84. Funus familiare excusat militem. Gell. *cap.* 4. *lib.* 6. ¶ Quandoque pro sepulchro τάφος. Virg. 3. *Æneid.*

Ergo instauramus Polydoro funus.

¶ Funus facere prandio alicuius, pro consumere epulas prandij. Plaut. *Menæch.* —fecisti funus absente me prandio: Cur ausus facere, cum ego ea, quæ tu eras, eram?

Fūnĕræ, arum, apud veteres dicebantur mulieres ad quas funus pertinebat: vt sunt mater & soror defuncti. Nam Præficæ vt planctus sunt principes, ita doloris sunt expertes. Virg. 9. *Æneid.*

——nec te tua funera mater
Produxi, pressique oculos, aut vulnera laui.

Quem locum Seruius, Funeræ, inquit, dictæ sunt quasi funereæ, ad quas pertinet funus.

Fūnĕrārĭus, & funeratitius, quod fit ob funus, vt funeraria & funeratitia actio dicitur à Iurisconsultis, quæ ob impensas funeris causa factas conceditur. ¶ Κηδευτικός, καὶ δίκη. Vlpian. *D. lib.* 11. *tit.* 7. *l.* 14. Hæc actio quæ funeraria dicitur ex bono & æquo oritur.

Fūnĕrĕŭs, a, um, Funebris. { ἐπιτάφιος. GALL. *De funerailles, de dueil*. ITAL. *Funerale, cio che apartiene à mortuario*. GERM. Das zu der leich oder begrebnuß gehört. HISP. *Cosa para mortuario*. ANGL. *Perteining to funeralles*. } vt, Funerea fax. Mart. *lib.* 8.

Funereámque toris quassat vterque facem.

Virg. 4. *Æneid.*

Intenditque locum sertis, & fronde coronat, Funerea.

Ouid. 20. *Metam.*

——ter omen
Funereum bubo lethali carmine fecit.

Fūnĕbrĭs, e, quod ad funus pertinet. { ἐπιτάφιος. GALL. *Funebre, de funerailles, de dueil*. ITAL. *Funebre, funesto*. GERM. Der leich oder begräbnuß zugehörig. HISP. *Cosa pertenesciente a mortorio*. ANGL. *Perteining to funeralles*. } vt, Funebris pompa. Funebre carmen, ἐπικήδειον, ἐπιτάφιον. Quintilian. Quid tibi vellet ille funebrium longus ordo pomparum. Funebres tibiæ, quibus in funere canebatur. Funebris oratio. Cicer. 2. *de Orat.* Funebre vestimentum. Idem 2. *de Legib.* Funebria iusta. Liu. 1. *ab Vrbe.* Velleius, Funebres ludi Olympiorum. Ouid. *Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.*

——Funebria sacra (Diana.)

Velleius, Funebre auctoramentum (cædis.) Sen. *cap.* 41. *de cons. ad Mart.* Ipso funebri die. ¶ Interdum accipitur pro exitiali, seu pernicioso, quódque multa affert funera. Sic funebre bellum, φθισήνορα πόλεμον, Homero. Legitur apud Horat. 2. *Serm.*

‖Funeralis ἐπικήδειος. Orcam i. e. ad funus pertinens. ‖

Fūnĕro, as, iusta mortuo persoluo, pompam funebrem duco. { [illegible] *kabár*. κηδεύω, ἐνταφιάζω. GALL. *Funerailler, enterrer*. ITAL. *Sepelire, far il funerale*. GERM. Die leich volge halten / begraben. HISP. *Enterrar*

cuerpo muerto, hazer mortuorio. Angl. *To burie.*} Plin. *lib.* 33. *c.* 10. Qui funerari se iussit sestertiis vndecim millibus. Suet. *in Domit.* Cadauer eius populari sandapila per vespillones exportatum, Phyllis nutrix in suburbano suo Latina via funerauit. Horat. 3. *Carm. Ode* 8. Funeratum dixit pro occiso: id quod sequitur pro eo quod præcedit,

———prope funeratus Arboris ictu.

Suet. *in Tib. cap.* 51. Funeratam (matrem) prohibuit consecrari. Idem *in Neron. cap.* 50. Funeratus est impensa ducentorum millium.

Fūnĕstŭs, a, um, Perniciosus, exitialis, inquinatus. { טמא *tamé.* λοιμώδης. Gall. *Pollu pour auoir touché vn mort, malheureux.* Ital. *Funesto, che apporta morte, rouina.* Germ. Tödtlich/verderblich. Hisp. *Mortifero, mortal.* Angl. *Mortell, cruell, deadlie.*} Cic. *ad Attic.* Maiores nostri funestiorem esse voluerunt diem Alliensis pugnæ, quàm Vrbis captæ. Idem *in Catil.* Hoc tibi perniciosum esse confido, & funestum futurum. Senec. Vox illa funesta Reipubl. Item quod funeribus adhibetur: vt, Funesta tibia, qua ad funera canebant. Ouid. *Eleg.* 6. *lib.* 3. *Trist.*

(Mea) *lumina funesti conscia facta mali.*

¶ Funesta arbor dicitur à Poetis cupressus, cuius ramus poni ante domum funeream solitus sit, ne Pontifex per ignorantiam ingrediens pollueretur. ¶ Funesta familia dicebatur tantisper dum cadauer humatum non esset, neque iusta persoluta. Nam his rebus factis pura dicebatur. Cautel. 28. *de stip. seru.*

Fūnĕsto, as, are, Cæde polluo, funere inquino. { טמא *timmé.* μιαίνω. Gall. *Polluer, contaminer.* Ital. *Funestare, contaminare, violare.* Germ. Beflecken mit todtschlag. Hisp. *Ensuziar con la muerte de alguno.* Angl. *To pollute, to defile.*} Cic. *pro Fonteio.* Qui etiam si quando aliquo metu adducti, deos placandos esse arbitrantur, humanis hostiis eorum aras ac templa funestant. Idem *pro Rabirio,* Funestari concionem carnificis contagione veto. Vnde domus funestata, quæ aliquo funere affecta est. Plautus, Paternam domum funestaui. Senec. *de cons. ad Polyb. cap.* 16. Funestat ipsa puluinaria fortuna.

[Funetum. Plin. *lib.* 17. 22. Cùm breuiores palmites sarmento iunguntur inter se funium modo, ex hoc arcus funeta dicuntur.]

Fŭo, fuis, fui, futum, Antiquissimi dixerunt pro sum. Plaut. *in Amph.* Ne quis tam audax fuat homo, qui obuiam obsistat mihi. Hinc mansit præteritum Fui. Vide suprà *Fuat.*

Fūr, generis communis, notæ significationis est, à ferendo, vt quidam, putant, hoc est, ab auferendo, dictus. { גנב *gannáb.* φὼρ, κλέπτης. Gall. *Larron.* Ital. *Ladro, rubbatore.* Germ. Ein dieb/ es sey ein mann oder weib. Hisp. *Ladron que hurta a escondidas.* Angl. *A theefe.*} Vel (vt docet Varr. *lib.* 14. *rerum diuinarum*) à furuo, nigro: quod furta clàm fiant, & plerumque nocte. Aut certè, quod Gellio magis placet, à Græco nomine φὼρ. Ita enim antiqui vocabant quem nunc κλέπτην dicunt. Plaut. *in Aul. sc.* 6. *act.* 4. Tametsi fur mihi es, molestus non ero furi. Idem *in Rud.* Fures mihi estis, hoc est, furamini res meas. Cic. *pro Milone,* Nocturnum furem quoquomodo, diurnum autem si se telo defenderit, interfici impunè voluerunt. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 3. In ædibus sunt fures, (coqui.) Prædo in proximo. Idem *Mostell. sc.* 1. *a.* 1. Quàm confidenter loquitur fur? Idem *Aul. sc.* 2. *a.* 1. Fures venisse atque abstulisse dicito. *Ibid. sc.* 1. *a.* 2. Coquum, non furem rogo. Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 3. Eas legiones, copias, exercitúsque furum summus potiti. Idem *Aul. sc.* 5. *a.* 2. Confige sagittis fures thesaurarios. ¶ Fur item à Varrone dicitur qui fucus in apibus nominatur, *lib.* 3. *de re rust. cap.* 16. ¶ Interdum fur capitur pro seruo. Virg. 3. *Eclog.*

Quid domini facient, audent quum talia fures?

Plaut. *Asin. sc.* 3. *a.* 3. Virum optimum, & non similem furis huius, (id est, nequissimi serui.) Et, Cui nunquam eandem rem mihi licet semel præcipere furi. (id est, seruo nequam.) Composita sunt Bifur & Trifur. τρίφωρ. Plautus, Verberabilissime etiam rogitas: non fur, sed trifur. hoc est, summè fur. Auri fur, qui furatur aurum. χρυσοκλέπτης. ¶ Diminutiua sunt, Furunculus, de quo infrà: & Furculus, secundùm Priscianum.

Fūrŭncŭlŭs, diminutiuum à fur. { ὁ μικρὸς καὶ λιτὸς κλέπτης. Gall. *Larronneau, petit larron.* Ital. *Ladroncello.* Germ. Ein kleiner dieb. Hisp. *Pequeño ladron ò ladronzillo.* Angl. *A litle theefe.*} Cic. *in Pisonem.* Olim furunculus, nunc etiam rapax. ¶ Accipitur etiam quandoque pro mustela syluestri, qua in cauernis cuniculi capiuntur. Alio nomine dicitur *viuerra,* Græcè ἰκτίς. ¶ Est & furunculus tuberculum acutum, cum inflammatione ac dolore in carnosis maximè partibus, vt scribit Galenus. δοθιήν. Prouenit ex humoribus crassis, differtque à phymate, quòd hoc maius est furunculo, rotundius atque planius. Plin. *lib.* 26. *cap.* 12. Passim & in quacunque parte, ac maximo incommodo nascuntur qui furunculi vocantur, mortiferum aliquando malum confectis corporibus. ¶ Est præterea furunculus in vitibus tuberculum in modum verrucæ eminens: quod fit dum ex cicatrice germen procedit. Col. *lib.* 4. *cap.* 22. Plerumque autem germen de cicatrice procedit, quod siue longiùs prosilierit, in flagellum submittitur: siue breuiùs, in pollicem: siue ad modum exiguum, in furunculum, is ex quolibet vel minimo capillamento fieri potest. *Ibid. cap.* 14. Sed si resecis facultas non erit, circunspicie dus est furunculus, qui quamuis angustissimè præcisus, in modum verrucæ proximo vere materiam exigat. Dictus furunculus, quòd quasi furtim nascatur. Vide Plin. *cap.* 22. *lib.* 17.

Fūrīnŭs, a, um, quod ad furem pertinet. { ὁ κλεπτικός. Gall. *De larron, des larrons.* Ital. *Ciò ch' appartiene à ladro.* Germ. Das zu den dieben gehört. Hisp. *Cosa perteneciente à ladron.* Angl. *Of a theefe.*} Plaut. *in Pseud.* Nam non coquinum est, verùm furinum est forum.

Fūrtum, i, vt Paulus Iureconsult. definit, est contrectatio rei fraudulosa lucri faciendi gratia, vel ipsius rei, vel etiam vsus eius, possessionísve, quod lege naturali prohibitum est admittere. Vide Gellium *cap. vlt. lib.* 11. In extremo. { גנבה *genebah.* κλοπή, κλέμμα. Gall. *Larrecin.* Ital. *Furto.* Germ. Ein diebstall. Hisp. *Hurto.* Angl. *Theft, a craftie wyle to deceiue one.*} Cic. *pro Cluent.* Hoc ipso ferè tempore Strato ille medicus domi furtum fecit, & cædem eiusmodi. Idem 2. *de nat. Deorum,* Consilio tuo furtum factum esse aio. Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 3. In furto vbi sit prehensus & manifesto verberatus ibis. Gell. *cap.* 15. *lib.* 17 furti se obligat qui lo . . . ducit iumentum, quàm vtendum cepit. ¶ De pœna prehensorum furti manifesti, siue furto manifesto, & neque manifesto. Et quid sit furtum, & de furti generibus, vide Gell. *cap.* 18. *lib.* 11. Veteres tamen dicebant furtum, quicquid clàm committeretur: vnde furta pro adulteriis, coituque clandestino frequenter legimus, apud poetas. Virg. 4. *Georg.*

Inter quas curam Clymene narrabat inanem
Vulcani, Martisque dolos, & dulcia furta.

Tibullus,

———Celari vult sua furta Venus.

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Sed neque me nupta didicerunt furta magistro, (id est, adulteria.)

Ibidem,

Non potuit Veneris furta tacere sua.

¶ Item pro insidiis. Virg. 11. *Æneid.*

Furta paro belli conuexo in tramite syluæ,
Armato vt binas obsidam milite fauces.

Salust. *lib.* 2. *histor.* Metu gentis ad furta peridoneæ. Ouid. 13. *Metamorph.*

Furtisque & fraude simillimus illi.

Ibidem,

Rem gerit, & furtis incautum decipit hostem, id est, dolis, fraude, insidiis.

Eodémque pene sensu dixit Velleius, Furto creatus Pontifex M. Lepidus. Nisi dicas cum quibusdam *furto,* ibi aduerbiascere, & significare idem quod furtim, siue clam. ¶ Furta domestica vocantur, quæ serui dominis, vel liberti patronis, vel Mercenarij illis apud quos degunt, surripuerunt.

Fūrtim, aduerb. Significat latenter clàm. { λαθραίως. Gall. *En cachette, secrettement.* Ital. *Nascosamente, celatamente.* Germ. Heimlich verstolen. Hisp. *Hurtadamente, escondidamente.* Angl. *Quietlye, bylteaith.*} Virg. *lib.* 3. *Æneid.*

Hunc Polydorum auri quondam cum pondere magno
Infelix Priamus furtim mandarat alendum.

Cic. *de lege Agrar.* Quid Alexandria? quid cuncta Ægyptus? vt occultè latet? vt recondita est? vt furtim tota Decemuiris traditur? Furtim habere seruum alienum, est occultare: cui opponitur palàm habere. Ouid. *Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.*

Inque suum furtim musa trahebat opus.

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 3. [*Fortom,* furtim. Inscr. antiq.]

Has vbi sum furtim lingua titubante locutus, &c.

Fūrāx, acis, dicitur qui procliuis est ad furandum, qui à furto abstinere non potest. { גנב *gannáb.* ἐπίκλοπος. Gall. *Grand larron, addonné & enclin à desrober.* Ital. *Furace, nato, ad rubbare.* Germ. Diebisch/ auf diebstall genéigt. Hisp. *El que mucho hurta à escondidas.* Angl. *Theeuish, naturallie geuen to stealing.*} vt, Furax aleator, Furax seruus, Furaces manus. Cic. 2. *de Orat.* Ridiculum est illud Neronianum vetus in furace seruo, solum esse, cui domi nihil sit obsignatum & occlusum. Idem *in Pison.* Nam quum timidus ac tremens tuis ipse furacissimis manibus detractam cruentis fascibus lauream, &c.

[Furabula tenebræ. Gloss. Isid. quas scil. fures obseruare solent ad artes suas. Ibid. *Furfuraculum tenebra.*]

Fūrācĭtās, atis, Procliuitas, seu inclinatio ad furandum. { κλεπτοσύνη, τὸ κλεπτικόν. Gall. *Ennie de desrober, & faire larrecin, inclination à larreciner & desrober.* Ital. *Rubbamento, inclinatione à rubbare.* Germ. Ein diebische art. Hisp. *El habito de mucho hurtar assi.* Angl. *An inclination to stealing.*} Plin. *lib.* 10. *cap.* 29. Cui soli aui furacitas auri argentique præcipuè mira est.

Fūrācĭtĕr, aduerbium. { κλεπτικῶς, κλεψίμως. Gall. *Auec affection ou intention de desrober.* Ital. *Con effetto di rubbare.* Germ. Mit lust zu stelen. Hisp. *Con gana de hurtar.* Angl. *Theefishly.*} Cicero *in Vatin.* Quúmque omnium domos, apothecas, naues furacissimè scrutarere.

Fūrtĭuŭs, a, um, quod furto ablatum est. { גנוב *ganúb* נגנב *nighnáb.* κλοπιμαῖος, κλόπιμος. Gall. *Fait en cachette, furtif, desrobbé, prins par larrecin.* Ital. *Furtiuo, rubbato.* Germ. Gestolen. Hisp. *Cosa hurtable, ò hurtada.* Angl. *Doneby stealth or priuely stollen.*} Plaut. *in Curc. sc.* 2. *a.* 5. Qui scias mercari furtiuas, atque ingenuas virgines, Ambula in ius. Idem *in Persa,* Adduxi simul forma expetenda liberalem mulierem, Furtiuam, abductam ex Arabia penitissima. ¶ Quandoque furtiuum dicitur clandestinum. Vnde & furtiuæ literæ, & furtiua scripta, quæ artificio quodam fiunt, ne lege ab alio quàm ab eo ad quem scribuntur possint: quales erant quas Lacedæmonij σκυτάλας vocabant. Gell. *lib.* 17. *cap.* 9. Res quasdam occultas nuntiare Regi furtiuo scripto volebat. Sic, Furtiuæ excursiones. Liu. *lib.* 4. *bell. Pun.* Et furtiuum iter, apud Cic. *in Pisoniana.* Catull. *ad Ortalum,*

Vt missum sponsi furtiuo munere malum.

¶ Furtiuæ res pro adulteriis: Ædepol ni illa te furtiuis rebus sciat operam dare.

Fūrtĭuē, aduerbium, Pro furtim. { κλεπτικῶς, κλεψίμως. Gall. *Furtiuement, en cachette.* Ital. *Furtiuamente, di nascosto.* Germ. Diebisch/ heimlich/ verstolen. Hisp. *Hurtablemente, à escondidas.* Angl. *Quietly, by stealth.*} Plaut. *in Pœn.*—certiorem esse te volui Ne quid furtiuè, aut clàm accepisse censeas. Vlp. *D lib.* 41. *tit.* 2. *l.* 6. Clam possidere eum dicimus, qui furtiuè ingressus est possessionem.

Fūrtĭfĭcŭs, a, um, quod furtum facere solet. { גנב *gannáb.* ἐπίκλοπος. Gall. *Qui fait, ou est coustumier de faire larrecin.* Ital. *Che suole far furto.* Germ. Der des stelens gewont ist. Hisp. *El que haze hurto.* Angl. *That vseth to steall.*} Plaut. *in Persa,* Vbi illi altera est furtifica lana. Idem *in Pseud.* Vt præcedatis vestras furtificas manus.

Fūror, aris, Furtum facio, clàm alienum aufero, compilo, expilo, clàm eripio. { גנב *ganáb.* κλέπτω. Gall. *Desrober, larreciner, faire larrecin.* Ital. *Furare, rubbare.* Germ. Stelen. Hisp. *Hurtar de escondidas.* Angl. *To steale.*} Cicer. 6. *Verr.* Tum primùm intellexi ad eam rem istos fratres Cybiratas fuisse, vt iste in furando manibus suis, oculis illorum vteretur. Plin. *lib.* 11. *cap.* 12. Nemo furatur alteri. Cicer. 3. *Verr.* Vester solet hæc quæ rapuit, & furatus est, dicere se emisse. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 3. Ad furandum conductus coquus. Item, Furari otium, *c. vlt. lib.* 10. ¶ Furari pro furtim assequi, & furtim obrepere ad aliquid. Cicer. *pro*

Ccenalis Balb. Non enim furatus esse ciuitatem, genus suum ementitus, non in aliquo impudenti mendacio delituisse, non irrepsisse in censum dicitur.

FVRCA, æ, à ferendo. Instrumentum quo stramenta feruntur. { קלשון *killeschón.* [illegible]. GALL. *Fourche.* ITAL. *Forcella, forcina.* GERM. Ein gabel. HISP. *Horca de dos gajos, o puntas.* ANGL. *A gibbet or gallowes.* } Virg. *lib.* 1. *Georg.*

Exacuunt alij vallos, furcásque bicornes.

Dicitur etiam furca id, quo quid sustentatur in modum furcæ factum. Plin. *lib.* 1. *cap.* 1. Furcas subiere his necessarium. Idem *lib.* 9. *cap.* 8. Tunc piscatores circundant retia, furcisque subleuant. Furca, teste Plutarcho, Lignum plaustri, quod temoni subiiciebant, [illegible], & [illegible]. Hanc malefici (vt infra dicetur) gerebant serui. ¶ In furca etiam, sed alta suspendebantur. ¶ Furca etiam ad ignis supplicium trudebantur. Prudentius. Etiam retortis brachiis emtnus, Romanus actus ingerebatur rogo. ¶ Vnde bifurcus, Bifurcatus, & Bifurcatim. ¶ Furca quoque crucem significat aliquando. Sub furca vinctum esse, Liu. *lib.* 1. Figebantur furcæ grassatores, Callistratus *in l. capitalium.* §. *famosos. ff. de pœnis.* Furcam ferebant deprehensi in aliquo maleficio serui. Cic. *de Diuin.* Quumque iam populus consedisset, seruus per circum quum virgis cæderetur, furcam ferens ductus est. Hinc apparet furcam fuisse lignum oblongum in modum furcæ, duas autem hinc & hinc positas superiecta vna pertica, sub qua vincti verberabantur, aut quam ferebant qui cædebantur, siue serui, siue alij qui aliquid peccassent. Plaut. *Men. sc.* 5. *a.* 5. Cæsum virgis sub furca scio. ¶ Furca quid, docet Plutarch. *in Coriolano.* ¶ Furcæ imponebatur ceruix more maiorum. Suet. *in Neron. cap.* 49. ¶ Furca expellere, i. vi maxima eiicere, atque exturbare. Horat. *in Epist.*

Naturam expellas furcâ, tamen vsque recurret.

Cic. *ad Attic. lib.* 16. *Epist.* Sed quoniam furcilla extrudimur, Brundusium cogito. Catull.

Mentula conatur Pimpleum ascendere collem
Musæ furcillis præcipitem eiciunt.

Hoc Græcè est [illegible], i. [illegible].

Fŭrcĭlls, instrumentum bidentatum, tridentatúmve, quo vtimur ad extrahendum fimum.

Fŭrcŭla, diminutiuum. { [illegible]. GALL. *Fourchette, petite fourche.* ITAL. *Forcella.* GERM. Ein gabelin. HISP. *Pequeña horca.* ANGL. *A litle gibbet.* } Liuius *lib.* 37. Momento enim ad mane suspenso furculis ab hostibus muro peruenerunt.

Fŭrcilla, æ, aliud diminutiuum, à furcula, & significat instrumentum quo frumenta cillentur, hoc est, mouentur (nam cillere mouere est,) & quo fœnum, stramenta & id genus reliqua iumentis ministrantur. { ANGL. *A corne or hay forke.* } Hoc rustici in fœno colligendo vtuntur. Varro *lib* 1. *de re rust.* Herba quum crescere desiit, & à solibus arescit, subsecari debet, & quoad perarescat, furcillis versari. Colum. *lib.* 2. *cap.* 19. Baculis, furcillisve contundant. Vide *Furca.*

‖Furcilles sunt furcillæ, quibus homines suspendebant. Fest.

Furcillo suspendere, vel concutere. Vet. Dict. monent, habet & affurcillo, i. iuxta vel valde ad aliquid suspendere, vel concutere. Vide Gloss. Græcob. Meurs.‖

Fŭrcĭfĕr, dicebatur seruus qui ob leue delictum cogebatur à domino ignominiæ magis, quam supplicij causa in vicinia furcam in collo ferre subligatis ad eam manibus, & prædicare peccatum suum, simúlque monere cæteros, ne quid simile admitterent. { [illegible], [illegible]. GALL. *Qui porte une fourche.* ITAL. *Portante la forca.* GERM. Ein galgendieb. [illegible] ein knecht der von wegen seiner missethat zu schand ein gabel wie ein galgen tragen muß. HISP. *El que trae horca o cerma.* ANGL. *A slaue for punishment, bearing a gallowes through, the citie or forke with his handes tied vnto it.* } Vnde Plutarchus *in vita Coriolani.* Furcifer hoic nomen est, quod maxima pœna apud antiquos seruo peccanti erat, vt is plaustri lignum, cui temo affigitur, spectante vicinia, ferens circumageret: quod vbi factum erat, infidus à domesticis, & vicinis existimatus, furcifer appellabatur. Nam Latini lignum illud furcam appellant. Plaut. *in Amph.* Ego pol te istis tuis pro dictis & malefactis furcifer Accipiam. Idem *ibid.* Pergin? Non ego possum furcifer te perdere? Idem *Most. sc.* 1. *a.* 1. Quid tu nunc obtuere furcifer? Idem *Asin. sc.* 4. *a.* 2. Ain' tu furcifer? Idem *Milit. sc.* 6. *a.* 2. Quid nunc furcifer, vidistin' ambas? Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Audin' furcifer quæ loquitur. Cic. *in Vatin.* Quod in illo viro & tam ferendum esset, & maximis rebus quæ postea gessit, obliterandum, id tu tibi furcifer sumes? Terent. *in Andr.* Vnum ego vt credam furcifer? Hinc Trifurcifer, insignis furcifer dicitur: sicut triuenefica, insignis venefica.

‖Furconium, *Forcone,* V. olim E Aprutij: cuius rudera adhuc monstrantur ex aduerso Amiterni, vrbis quoque dirutæ.‖

Fŭrfŭr, uris, à far: reduplicatà primâ, vel à [illegible]. Purgamentum farinæ. { סובין *moppál* [illegible]. GALL. *Du son, le bran de la farine.* ITAL. *Semola, crusca.* GERM. Kleyen, trüsch. HISP. *El saluado.* ANGL. *Branne or skourfe.* } Plaut. *in Captiuis,* Tum pistores scrophi patet, qui alunt furfure sues. *Ibid. sc.* 1. *a.* 4. Qui alunt furfure sues, ex ipsis dominis ex culcabo furfures. ¶ Furfures item Latini appellant vitium capitis, quod & Græci [illegible], siue [illegible] vocant, quum scilicet quædam quasi furfuraceæ squamulæ absque vlceratione à cute resoluuntur, præsertim in capillo, siue barba, nonnunquam etiam in superciliis. Celsus & Serenus porriginem nominant. Plin. *lib.* 20. *cap.* 9. de scilla herba, Discutit & foliis strumas, quaternis diebus soluta. Furfures capitis, & vlcera manantia illita ex oleo cocto.

‖Furfuraculum, tenebræ. Gl. Isid.‖

Fŭrfŭrĕŭs, a, um, siue Furfuraceus, quod ex furfure constat: vt panis furfuraceus, siue furfureus. { [illegible], [illegible]. GALL. *Pain de son, ou de crusche.* ANGL. *Of branne.* } Gell. *cap.* 7. *lib.* 11. Furfureum panem esitare.

Fŭrfŭrōsŭs, a, um, quod furfures habet admistos, aut quandam furfurum similitudinem referre videtur. { [illegible]. GALL. *Plein de son, ou de telles petites ordures blanches.* ITAL. *Pieno di semola, ò de piglioni.* GERM. Voll kleyen oder trüsch. HISP. *Cosa llena de saluado.* ANGL. *Full of branne or skourfe.* } Plin. *lib.* 22. *c.* 25. Color in quacunque natione præfertur rufus, & pinguiter lentus, deterior furfurosus.

Furiæ, Furialis, Furiosus, Furibundus, Furio, Furo, vide *Furor, is.*

Fŭrnĭānŭs, a, um, adiect. vt Furniana vasa, à Furnio inuentore fortassis dicta. Plin. *lib.* 33. *cap.* 11. Vasa ex argento mira inconstantia humani ingenij variat, nullum genus officinæ diu probando, nunc Furniana, nunc Clodiana, nunc Gratiana, nunc anaglypta, &c.

FVRNVS, i, In quo panis coquitur: ita dictus à furuo, id est, nigro colore propter fuliginem, vel propter obscuritatem quam intus habet, vt inquit Porphyrio. { תנור *tannúr.* [illegible], [illegible], [illegible]. GALL. *Four.* ITAL. *Forno.* GERM. Ein ofen oder backofen. HISP. *Horno para cozer pan.* ANGL. *An ouen.* } Differtque à clibano, quòd clibanus mobilis est, & quasi paruus furnus, testâque aliquando tegitur, sed ferè è metallo fit. Interdum etiam ex lapide constat, non tam pani quàm aliis dapibus coquendis seruiens. Furnus verò ex cæmentis, seu lateribus & calce constat, magnúsque & immobilis est. Plin. *lib.* 19. *cap.* 1. Cortices quoque decussi ligni clibanis & furnis præbent vsum. Plaut. *Casin.* Vna adepol opera in furnum calidum condito. Ouid. 6. *Fast.*

Sola prius furnis torrebant farra coloni.

Os furni, Præfurnium dicitur. Sipont. In frigidum furnum panes immittere, [illegible], dicuntur & hodie qui docent indociles, qui monent auersum, aut qui alioqui inanem sumunt operam. Refertur apud Herodotum *in Terpsichore.*

Fŭrnācĕŭs, a, um, quod in furno coctum est: vt panis furnaceus. { [illegible]. GALL. *De four, cuit au four.* ITAL. *Cio che è cotto in forno.* GERM. Das im ofen gebacken ist. HISP. *Cosa cozida en horno.* ANGL. *Of an ouen or baken in the ouen.* } Plin. *lib.* 19. *cap.* 9. Nam furnaceis panibus binas adiiciunt libras.

Fŭrnārĭa, æ, absolutè dicitur. { [illegible]. GALL. *Boulengerie, l'art de faire du pain.* ITAL. *L'arte del fornacio.* GERM. Das beckbecken handtwerck. HISP. *Arte del horno.* ANGL. *The crafte of baking breade in an ouen.* } Sicut cœnicularia, & sagaria. Dicitur autem quis furnariam exercere, qui ex furno, panisque coctura quæstum facit, vel qui furnos locat conductoribus. Suet. *de Vitellio,* Cuius filius sectionibus & consuturis vberius compendium nactus, & muliere vulgari Antiochi cuiusdam furnariam exercentis filia, equitem Romanum genuerit.

Fŭrnārĭus, qui furnariam exercet, siue qui furno exercendo & coquendo operam dat. { ANGL. *A baker of breade.* } Vlp. *l.* 14. *D. de damn. infect.* Si furni nomine damni infecti fuerit cautum, deinde furnarij culpa damnum datum fuerit.

‖Furniceum, [illegible], furni instar habens, laqueatum, cameratum.‖

Furor, eris, vide *Furor, is.*

Fŭrŏr, aris, vide *Fur.*

Fŭrīnālĭa, Sacra sunt Furinæ deæ, cuius etiam festa furinales feriæ vocabantur, & Sacerdos, qui hæc sacra peragebat, flamen Furinalis dictus est. Autores Varro & Festus, quanquam apud Festum corruptè, vt arbitror, legamus *furnalia.* Vide Varronem *de L. L. lib.* 4. *cap.* 6. Ipsa verò Furinalis diua, est Furia, siue Erinnys. Plin. *de viris illustr.* In lucum Furinæ peruenit, de Graccho. quod Plutarch. extulit, [illegible].

FVROR, is, Grauior, diuturniórque mentis alienatio, ex vitiato principis animæ facultatis instrumento originem habens. { עברה *ebrah* [illegible] *bebrát* חרון *charón* שגעון *schiggaón.* [illegible]. GALL. *Fureur, rage, frenesie, folie insensée.* ITAL. *Furore, insanie, pazzia.* GERM. Wütigkeit, vnsinnigkeit. HISP. *Ira con furia, locura.* ANGL. *Madnesse, rage furie.* } Senec. *cap.* 4. *de consol. ad Mart.* In primo furore cùm maximè impatientes & feroces sunt miseræ. (de luctu.) Idem *cap.* 8. *de consol. ad Polyb.* Quis est iste furor nunquam dolere finere. Ouid. 13. *Metam.*

———Detrectauitque furore
Militiam ficto.

Quomodo autem differat ab insania, docet Cic. *lib.* 3. *Tusc.* his verbis, Itaque non est scriptum si insanus, sed si furiosus esse incipit. Insaniam enim esse censuerunt inconstantiam sanitate vacantem, quæ tamen posset tueri officium, & vitæ communem cultum, atque vsitatum: furorem autem esse sunt mentis ad omnia cæcitatem. Quod quum maius esse videatur quàm insania, tamen eiusmodi est vt furor in sapientem cadere possit, non possit insania. Virg. 2. *Æneid.*

Instamus tamen immemores, cæcique furore,
Et monstrum infelix sacrata sistimus arce.

Cicer. *de Arusp. resp.* A diis quidem immortalibus quæ potest homini maior esse pœna furore, atque dementia? ¶ Pro mente vi quadam diuina concitata, qualis est furor Poetarum magnum esse non posse sine furore. Idem *paulo antè,* Inest igitur animis præsagitio extrinsecus iniecta atque inclusa diuinitus: ea si exarsit acrius, furor appellatur, quum à corpore animus abstractus diuino instinctu concitatur. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist.*

Forsitan hoc studium possit furor esse videri.
Sed quiddam furor hic (Musarum) *vtilitatis habet.*

¶ Item de sumptu profusissimo. Suet. *in Neron. cap.* 31. Ad hunc impendiorum furorem, &c. Dictus furor, quòd eo correptus, huc atque illuc temere feratur.

Furiæ, arum, { [illegible], [illegible], [illegible]. GALL. *Furies.* ITAL. *Furie.* GERM. Die göttinen der rachgierigkeit von welchen die heiden hielten das ihren drey weren, so die vbelthäter in der hell peinigten. HISP. *Las furias del infierno.* ANGL. *Furies, goddes of furie.* } Deæ furoris, Noctis, Acherontisque filiæ, quæ tres esse putabantur, Alecto, Tisiphone, & Megæra. Virg. 12. *Æneid.*

Dicuntur geminæ pestes cognomine Diræ,
Quas & Tartaream Nox tempeslia Megæram
Vno eodémque tulit partu

Seruius, Diræ, in quit, in cælo, Furiæ in terris, Eumenides apud inferos. Vnde & tres esse dicuntur. Vocantur etiam canes, vt est apud Virgil. *lib.* 6. *Æneid.*

———visæque canes vlulare per vmbram
Aduentante dea.

Lucanus 6. *Pharsal.*

— —— Stygiásque canes in luce superna Destituam.

Hactenus Seruius. Furiæ ab Atheniensibus, κατ' ἀντίφρασιν, Eumenides dicebantur, quasi placabiles, & benignæ: apud quos & fanum habebant solennibus sacrificiis celebratum: quemadmodum & lucum in Latio, qui Furinæ dicebatur. Numen autem earum præcipuè in scelerum cognitione & vindicta, & in animorum malè sibi consciorum exagitatione versari putabatur. id quod potest intelligi apud Euripidem *in Oreste*, Cic. 3. *de nat. deor.* Sin hæc dea est, cur non Eumenides? quæ si deæ sunt, quarum & Athenis fanum est, & apud nos (vt ego interpretor) lucus Furinæ, Furiæ deæ sunt speculatrices, credo, & vindices facinorum & sceleris. Virg. 3. *Æneid.*

——— & scelerum furijs agitatus Orestes
Excipit incautum, patriásque obtruncat ad aras.

Idem *lib.* 4. *Æneid.*

Heu furijs incensa feror.

Cic. *pro Roscio Amerino.* Furiarum nomine à Poëtis nihil aliud significari ait, quàm animum sibi malè conscium, & scelerum quibusdam quasi stimulis assiduè exagitatum. Nolite (inquit) putare quemadmodum in fabulis sæpenumero videtis, eos qui aliquid impie sceleratéque commiserunt, agitari & perterreri furiarum tædis ardentibus. Sua quenque fraus & suus terror maximè vexat: suum quenque scelus exagitat, amentiáque afficit: suæ malæ cogitationes, conscientiæque animi terrent. Hæ sunt impiis assiduæ domesticæque furiæ, quæ dies noctésque parentum pœnas à sceleratissimis filiis repetant. Trium autem Furiarum numerus triplicem animi denotat affectum, iram, cupiditatem & libidinem, quibus mortales in omnia facinora præcipites rapiuntur. Ira vltionem desiderat, cupiditas opes, libido voluptates: quod Furiarum proprium est, aut eorum qui furiis exagitantur. Hinc Ouid. *Eleg.* 4. *lib.* 4. *Trist.* Exactus furiis suis Orestes. ¶ Semper virgines furiæ, ἀεὶ παρθένοι ἐριννύες. Prouerbium obscurius deterret à peccando. Erynnies enim malefactorum vltrices corrumpi non queunt, quominus pœnas sumant de iis, qui commeruerunt, atque hac gratia dictæ virgines. Suidas è Sophocle.

[Item. Cic. *pro domo sua.* Disrumpatur licèt ista furia, atque audiat hæc ex me, quia lacessiuit. Ista fax ac furia patriæ. vet. Dict. Furia insania.]

Furiālis, e. {משגע *meschugghâh.* μανιώδης, ἐνθουσιώδης. Gall. *Furieux, forcené.* Ital. *Furioso, cosa furiosa.* Germ. Wütig. Hisp. *Furioso.* Angl. *Furieuse, mad.*} Liu. 7. *ab Vrbe,* Inde terror maximus fuit, quòd sacerdotes eorum facibus ardentibus anguibúsque prælatis incessu Furiali militem Romanum insueta turbauerunt specie. Idem *lib.* 10. —Et dira execratio ac furiale carmen detestandæ familiæ stirpísque compositum. Cic. 1. *Tusc.* Hæc me irretiuit veste furiale inscium.

Furiāliter, aduerbium. μανιωδῶς, ἐμμανῶς. Ouid. 3. *Fast.*

Non habet exactum quid agat, furialiter odit.

[Furina dea, cuius sacra *Furnalia* dicit Festus. Sed legendum *Furinalia.*]

Fūriōsus, a, um, Furens, furibundus, vesanus. {משגע *meschughghâh.* μανιώδης. Gall. *Furieux, forcené, enragé.* Ital. *Furioso.* Germ. Wütig/unsinnig. Hisp. *Loco furioso.* Angl. *Furieuse, mad, wood.*} Differt autem furiosus ab insano mali magnitudine: insanus enim is dicitur, cui mentis sanitas non satis constat, ita tamen vt & officium tueri possit, & communem vitæ cultum: furiosus autem qui omnino mente alienatus est. Seru. in illud Virg. *lib.* 2. *Æneid.*

Non tulit hanc speciem furiata mente Corœbus.

Furiatus (inquit) dicitur qui ex causa furit: furiosus, à quo furor nunquam recedit. Quod tamen omnino verum non est: sunt enim furiosi qui intermissionem habent: morbique & sanitatis interualla. Vlpian. *L. qui testamento, D. qui testamenta facere possunt.* Nec furiosus adhiberi testis potest, quum compos mentis non sit: sed si habet intermissionem, adhiberi potest. In hoc autem furiosus differt à mente capto, quòd furiosus rabie quadam animi agitatur: is verò qui mente captus est, in quiete agit, nullaque furoris ostendit indicia. Vnde mente captus videtur dici, qui eo morbo laborat, quem Græci vocant παράνοιαν, quum scilicet λογισμός, hoc est, pars rationalis animæ vitiata est.

Fūriōsè, aduerbium, Dementer, insanè, furenter. {μανιωδῶς, μανικῶς. Gall. *Furieusement.* Ital. *Furiosamente.* Germ. Wütiglich/vnsinniglich. Hisp. *Furiosamente, y locamente.* Angl. *Ragingly, lik a mad body.*} Cic. *ad Attic.* Etsi debet eum, quum aliquid furiosè fecit, pœnitere.

[Furo, nis, quoddam animal, & dicitur à furuus (leg. *furuus.*) Tenebrosos enim & occultos cuniculos effodit, & eiicit prædam, quam inuenit. Ita vet. Dict.]

Fūro, is, ere, à θύω, θοάζω, θύειν. Furiosus sum, furore exagitor, insanio, bacchor. {השתגע *hischtaggheáh.* μαίνομαι. Gall. *Forcener, enrager, estre insensé, hors du sens.* Ital. *Furiare, essere furioso.* Germ. Wütend sein. Hisp. *Enloquecer.* Angl. *To be mad or out of his witte.*} Cic. 1. *de Diuinat.* Qui valetudinis vitio furunt, & melancholici dicuntur. Idem *lib.* 3. *Tusc.* Quo genere Athamantem, Alcmæonem, Aiacem, Orestem furere dicimus. Idem *lib.* 1. *Offic.* Versutum & callidum factum Solonis, qui quo tutior vita eius esset, & plus aliquando Reip. prodesset, furere se simulauit. Idem *de clar. Orat.* Eos furere, & bacchari arbitrabatur. ¶ Aliquando idem quod vehementer irasci, & præ iræ magnitudine furioso similem fieri. Idem *Quint. fratr.* Clodius furebat, à Racilio se contumaciter, vrbanéque vexatum. Idem *in Epist.* Nunc furit Domitius, tam grauiter homines suum dolorem. Senec. *cap.* 2. *de consol. ad Marc.* Furebat in Liuium Octauia. Velleius, Furentes in gladios ambitu. Ouid. 13. *Metam.*

——— Virum morbis, iráque furentem Molliet.

¶ Transfertur etiam ad alia: vt quum dicimus quempiam furere audacia, scelere, aut libidine: hoc est, præ audacia, scelere, aut libidine, præcipitem ferri, & a furioso non admodum differre. Cic. *in Catil.* Furens audacia, scelus anhelans Catilina. Idem 4. *Tusc.* Inflammatus & furens libidinibus.

Fŭrentĕr, aduerbium, insanè, more furiosi. {μανικῶς. Gall. *A la façon d'vn insensé, & enragé, furieusement.* Ital. *Furiosamente.* Germ. Wütiglich vnsinnig. Hisp. *Locamente, furiosamente.* Angl. *Ragingly, lik a mad body.*} Cic. *Attic. lib.* 6. Dionysius nobis quidem in amoribus est: pueri autem aiunt eum furenter irasci.

Fŭrĭo, as, Furore concito, in furorem ago. {שגע *schigghah.* ἐκμαίνω. Gall. *Faire deuenir furieux, faire forcener, & enrager.* Ital. *Infuriare.* Germ. Wütig oder vnsinnig machen. Hisp. *Hazer à otro loco.* Angl. *To mak one mad.*} Horat. *lib.* 1. *Carm.*

Quum tibi flagrans amor & libido,
Quæ solet matres furiare equorum.

Fŭrĭātŭs, a, um, Furore concitatus. {משגע *meschughghâh.* ἐκμεμηνώς. Gall. *Forcené, enragé.* Ital. *Infuriato.* Germ. Zu grimm vnd wütigem bewegt/erzörnt. Hisp. *Enloquecido.* Angl. *Made mad.*} Virg. 2. *Æneid.*

Non tulit hanc speciem furiata mente Corœbus.

Vbi Seruius, Furiatus dicitur, qui ex causa furit: furiosus, à quo furor nunquam recedit.

Fŭrĭbundus, furens. {משגע *meschughghâh.* ἐξεμμανής, παραπαιστικός, μανιώδης. Gall. *Forcené, plein de rage, enragé.* Ital. *Infuriato grandemente, furibondo.* Germ. Häfftig wütend. Hisp. *Mucho enloquecido.* Angl. *Mad or raging woode.*} Salust. *in Catil.* Tum ille furibundus, Quandoquidem circumuentus, inquit, agor, incendium meum ruina extinguam. Cicer. *pro Sestio,* At quum ille furibundus incitata illa sua vecordi mente venisset, &c. Idem 13. *Philipp.* Cæsaris enim incredibilis ac diuina virtus, latronis impetus crudeles ac furibundos retardauit.

Fūrtim, Furtiuus, Furtum, Furunculus, vide *Fur.*

Fūruus, a, um, Niger, ater, obscurus. {חום *chum* שחור *schachor.* μέλας, ἀμαυρός, σκοτεινός. Gall. *Noir, tenebreux.* Ital. *Oscuro, nero, bruno.* Germ. Schwartz. Hisp. *Negro, escuro.* Angl. *Blak, darke.*} Terent. Scaurus *de Orthogr.* Furuos dicimus, quos antiqui fuscos. Ouid. *lib.* 5. *Metam.*

Ascalaphus vidit quem quondam dicitur Orphne,
Inter Auernales haud ignotissima nymphas,
Ex Acheronte suo furuis peperisse sub antris.

Hostiæ furuæ dicebantur, quæ nigri erant coloris: quod hostiarum genus diis inferis gratissimum putabatur.

Fŭscĭnă, æ, q. fustina. Telum tridens, siue trisulcum, aut bisulcum, quo piscatores figunt anguillas, & ea quæ in imo aquæ fundo natant. {שלש קלשון *schelosch killeschon.* δίκρανον, τριαινα. Gall. *Vne fourche fiere à trois pointes.* Ital. *Tridente, fuscina.* Germ. Ein fischergarn. Hisp. *El arrexaque de tres puntas de hierro.* Angl. *A forke or trout speare with three pointes.*} Erat autem hoc insigne, & velut sceptrum Neptuni, vt in Priapeo.

——— Neptuni fuscina telum.

Cic. 1. *de natura Deor.* Dant etiam Deo arcum, hastam, clypeum, fuscinam, fulmen. ¶ Hoc etiam retiarij in gladiatoriis ludis vtebantur. Iuuen. *Satyr.* 2.

Vicerat hoc monstrum tunicati fuscina Gracchi.

Mart. *lib.* 1.

Fuscina dente minax.

Vide & Suet. *in Calig. cap.* 30.

Fuscinula, diminutiuum, Parua fuscina. {δικρανίδιον, ἰχθυοκέντητρον. Angl. *A fleshe hooke or litle troute speare.*}

Fuscus, a, um, à φαιός: vel quod φῶς σκιάσῃ Color subniger, id est, non planè niger: qualis est Indorum Meridionalium, & Æthiopum color. {שחרחר *schecharchor.* φαιός. Gall. *Brun, obscur, tenebreux.* Ital. *Fosco, bruno, oscuro.* Germ. Braunschwartz. Hisp. *Baço ò pardo en color.* Angl. *Dunne or dacke colour.*} Terent. Scaurus *de Orthogr.* Furuos dicimus quos antiqui fuscos. Fuscus pilus. Plin. *lib.* 8. *cap.* 21. Fuscum Falernum. Martialis. Fuscis equus, Ouid. 2. *Fast.*

Hesperus & fusco roscidus ibat equo.

Fusca vox est ea quæ clara, aut canora non est. Quintilian. Candida & fusca vox. Sueton. *in Neron. cap.* 20. Exiguæ vocis ac fuscæ. Cicer. 2. *de natura Deorum,* Et vocis genera permulta, canorum, fuscum: lene, asperum: graue, acutum: flexibile, durum. Fusca laterna. Martialis *lib.* 14.

Cornea si non sum, numquid sum fuscior?

Fūsco, as, est fuscum, hoc est, subnigrum facio. {ἀμαυρόω, μελαίνω. Gall. *Offusquer, rendre noir & tenebreux.* Ital. *Infoscare, far fosco, ò bruno.* Germ. Schwartzlecht oder braun farb machen. Hisp. *Embaçar y descolorar à otra cosa.* Angl. *To mak dunne, or duskie.*} Ouid. 1. *de arte amandi,*

——— Fuscantur corpora campo.

Idem *Eleg.* 10. *lib.* 1. *Trist.*

Fuscabátque diem custos Erymanthidos vrsæ.

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 3. *Trist.*

——— Contenta est alijs fuscandi cura coloris.

Fūscātŏr, is. {σκοτίζων, φαιὸν ποιῶν. Gall. *Celuy qui offusque, rend tenebreux.* Ital. *Chi fa bruno, ò fosco.* Germ. Der da dunckelfarb oder schwartzlecht macht. Hisp. *Aquella obra de embaçar y descolorar.* Angl. *That maketh dunne or duskie.*} Lucan. 4.

——— quicquid cali fuscator Eoi
Inuleras corpore.

Fūse, Fusilis, Fusim, vide *Fundo,* is.

Fūsĭdĭŭs, Fœneratoris nomen, apud Horat. 1. *Serm. sat.* 2.

Fusidius vappæ famam timet, ac nebulonis,
Diues agris, diues positis in fœnore nummis.

Fūsĭŭs, pro Furius, Antiqui dixerunt, vt Valesius pro Valerius. Autor Festus.

Fusius, Oratoris nomen, cuius meminit Cic. *lib.* 2. *de Orat.* Fusius (inquit) neruos in dicendo C. Fimbriæ, quos tamen habuit ille, non adsequitur: oris prauitatem, & verborum latitudinem imitatus, &c.

Fusio, Fusor, is, vide *Fundo,* is.

[Fustanum, vel fustagnum, vsurpant interdum pro gossipio.]

Fusterna, æ, Pars abietis superior, durior, & nodosior. nam inferior, minusque nodosa Sapinus dicitur. Plin. *lib.* 16. *cap.* 30. Abietis quæ à terra fuit, enodis est, hæcque, quam diximus, ratione, fluuiata decorticatur, atque ita Sapinus vocatur: superior pars nodosa durior que, Fusterna. Non desunt qui malint legere *Suiterna.* Vide *Abies.*

[Fustigo, fuste pulso, q. fuste ago, ῥοπαλίζω. Onom.

Fustigatus ῥαβδισθείς. Gloss.]

Fustis,is,mascul.gen,à ποῖς, fustis. Baculus,stipes {שבט schébet מקל makkél. βάκτρον, βακτηρία. Gall. Vn baston. Ital. Battone. Germ. Ein kolb stäcken. Hisp. Palo ò vara tan para hostigar. Angl. A cudgell.} Plaut. in Amph. Auferète,non abibis,si ego fustem sumpsero. Idem Aul.sc.4. a.3. Capio fustem,obtrunco Gallum. Ibid.sc.1.a.3. Me & meos contuderunt fustibus. Idem Asin.sc.4.a.2. Tanquam si claudus sum cum fusti est ambulandum. Idem Aul.sc.1.a.1. si fustem cepero, aut stimulum in manu. Ibid.sc.2.a.3. Fustibus sum mollior quàm vllus cinædus. Idem Capt.sc.1.a.4. Si manticulatus hæc fecero,fusti plectito. Spartianus in Seuero, Fustibus cædi sub elogio præconis. Velleius, Fuste percussus Centurio primipili ob fugam. Quintilian. Fustibus vapulasse. Plaut. Aul.sc.3.a.5. Impleuisti fustibus istorum caput. Plinius lib.14. cap.13. Inuenimus inter exempla Egnatij Mecennij vxorem, quòd vinum bibisset è dolio,interemptam fuisse à marito. Cicero pro Cecinna. Quid igitur si glebis, aut saxis, aut fustibus aliquem de fundo præcipitem egeris? [Fustis etiam pœnæ genus erat. D.48.l.19.lib.10.]

Fustitudinæ insulæ. Plaut. Asin.sc.1.a.1.

Fustuarium,ij, Pœna quæ fuste infligitur, verberatio & castigatio quæ fit fustibus. {ξυλοκοπία. Gall. Bastonnade,coup de baston. Ital. Bastonata, colpo di bastone. Germ. Die straff mitt kolben oder stäcken zuschlagen. Hisp. Hostigamiento con vara. Angl. A beating with a staffe or cudgell.} Cic.3. Philipp. Nam si ille Consul,fustuarium meruerunt legiones,quæ Consulem reliquerunt.

Fusura, Fusus, vide Fundo,is.

Fusus,i, Instrumentum quod mulieres nendo digitis voluunt: à fundendo dictum, quòd dum trahitur, voluendo quasi liquefieri videtur. {פלך pélech. ἄτρακτος. Gall. Vn fuseau. Ital. Fuso. Germ. Ein spindel. Hisp. El huso para hilar. Angl. A spindell.} Plin. lib.11.cap.23. Lanificia mox in fila tenuantur iunceo fuso. Idem lib.28.cap.2. Pagana lege in plerisque Italiæ prædiis cauetur, ne mulieres per itinera ambulantes torqueant fusos,aut omnino detectos ferant. Ouidius lib.4. Metamorph.

——versato ducentem stamina fuso.

Virg.4 Georg.

——dum fusis mollia pensa Deuoluunt.

Futilis,e, A fundendo, vt Festo videtur: aut certè, quod Vallæ placet, ab antiquo verbo futo: à quo & effutire propriè dicitur, quòd liquorem sibi commissum non satis fideliter contineat, sed protinus effundit. χύδην. Futile,vasis genus dicebatur,autore Donato, latissimi oris, ex altera parte arctum, quod statim positum effundebatur. Vtebantur eo in sacrificiis Vestæ, quia aqua ad sacra hausta in terra non ponitur: quòd si fiat,piaculum est. Vnde excogitatum vas est, quod stare non posset, sed positum statim effunderetur. ¶ A quo futilis homo dicitur,qui continere tacenda non potest,sed ea effundit. {ריק rek. χαῦνος, φλύαρος. Gall. Qui ne peut contenir ce qu'il tient au secret, languart, inutile, vain, de nulle importance, leger. Ital. Che no può tener secreto, inutile, leggiero. Germ. Ein klaffer/oder klapperman/schwätzmaul. Hisp. Vano, loco sin recaudo. Angl. A babler or lying telltale.} Terentius in Andr. —tam iners, tam nulli consilij sum: seruon' fortunas meas me commisisse futili? Idem in Adelph. Tu quantus,quantus es, nihil nisi sapientia es: ille futilis, somnium. ¶ Accipitur etiam futilis pro vano,leui,& inutili. Cicer.1. de nat. Deor. Futiles,commenticiæque sententiæ. Sic Plin.lib.33 cap.1. causam futilem vocat, quæ leuis est,& nullius momenti. Gellius cap.8. lib.4. Imbelles & futiles competitores.

Futilitas, atis, Vanitas,leuitas. {ריק rik הבל hebel. φλυαρία, ματαιότης. Gall. Legereté, vanité en parler. Ital. Leggierezza, vanità. Germ. Leichfertigkeit/vnnütz tädern. Hisp. Locura, vanidad en palabras. Angl. Lightnesse, folish babling.} Cic.1. de nat. Deor. Hæc & dicuntur, & creduntur stultissimè, & plena sunt futilitatis, summæque leuitatis.

Futile, aduerbium, pro futiliter. {ריק rik. ψευδῶς. Gall. En vain, Inutilement. Ital. In vano, inutilmente. Germ. Leichfertigklich/vnnützlich. Hisp. Loca,y vanamente. Angl. Vainely, bablinglye.} Ennius in Phœnice, vt citat Nonius, vt quod factum est futile, amici nos feramus fortiter.

Futio,is,Effundo. {שפך schaphách. ἐκχέω. Gall. Espandre dehors. Ital. Mandar fuori. Germ. Außgiessen. Hisp. Echar de fuera. Angl. To bable foolishlye.} A quo componitur Effutio, de quo paulò antè in dictione Futilis.

Futis, Vas aquarium, quo aqua in triclinium infundebatur. Sipontinus.

Futo, as, Redarguo: à quo Confuto,& Refuto. {הוכיח hochiach. ἐλέγχω.} Vide in dictione Refuto. Cato futauit vsus est, pro sæpiùs fuit.

Futatim, aduerbium antiquum, idem est quod profusum. Plaut. in Truc. Futatim nomen meum commemorauit tei.

Futuo,is,ere, obscœnum verbum, significat rem cum muliere habere: vnde Gallicum foutre, vtrunque à Græco φυτεύω, siue φυτάω, id est, sero, planto, semen eiicio, genero.

Futum, i, Vas aquarium quo in triclinio aquam infundebant, à fundendo dictum. Varr.4. de L.L.

Futurus, a, um, Consequens, insequens, posterus, reliquus, impendens. {עתיד hatidh.} Cic. Att.93. Sed illum eum futurum puto quis esse debet. Ouid.13. Metam.

——Fuga tarda futura tibi est.

Plaut. Pseud.sc.1.a.1. Atque id vnde futurum nescio,nisi quia futurum est. Idem Men.sc.1.a.2. Quid modi futurum est illum quærere. Ouid. Eleg.8.lib.1.Trist.

Augurium ratio est & coniectura futuri.

Plaut. sc.2.a.4. Quid mihi futurum est, qui tibi hanc operam dedi? Idem Mostell.sc.3.a.1.

[Fuui, fui, apud comicos, Plaut. &c.

Fuunt, pro sunt, antiq. Turn.]

Fyterenus, Ptol. Ferentanorum fluuius: Typernus aliis.

NOTÆ ANTIQVORVM.

F Fecit,felix familia,fuit,fit, figura, fides, filius, Februarius, fluuius, faustum. F. pro, V. vt SERFS. seruus. FIXIT. vixit.

FAB. Fabius,faber,fabrum. FAV. F. faustum factum.

F.C. fideicommissum, fiduciæ causa, fraude creditoris, faciendum curauit. F.CD. fraude credentes. F. C.L. fraudatoris causa Latina. F.CL. fraude clientis.

F.D. fides data. Fecit dites, Deus. FDC. fideicommissum. FD.M. fides mundi. FD.AG. fundum agri.

FE. fecerunt, fortem. F.E. filios eius. FEA. fœmina. FEB. Februarius. F.E.D. factum esse dicetur. F.ED. factum edicto. F.E.D. Factum esse dicebatur. FEM. fœmina. FER fecerunt.

F.F. flando, feriendo, fabré factum fidem facit, filius familias, fratris filius. F.F.F. ferro, flamma, fame fortior, fortuna, fato. FF. fecerunt, fabricauerunt, fefellerunt, fabrefactum.

F.H. filius hæres. F.H.IV. fortunam hic inuenies.

F.I. fieri iussit. FI.B. fide bona. FIC. fiscum, vel fideicommissum. FIC. RP. C. fiscum Reipublicæ causa. FID. D. fide dignus. FID. F. fide factum. FID.IMP. fides Imperatoris. FID.INTER. fides interposita. FID.P.C. fides patrum conscriptorum. FID. P.R. fides populi Romani. FID.R. fides regia. FID RP. fides Reipublicæ. FID.S. fides Senatus. FID. SER. fidelis seruus. FIL. filius. F.IR. fideiussores.

FL. filius. Flauius. Flamen. FL.F. Flauij filius. FL.A R. filia regis. FL.B. flabrum. FL. flauus. F.M. fati munus. fieri mandauit. fecit memoriam. factum monumentum. finis agrorum.

F.M.I. fati munus impleuit.

F.N. fides nostra. FN. AGR. fines agrorum. F.N.C. fidei nostræ cōmissum.

FO. forum. FOR. fortè, fortis, foras, fortuna. FOR. RED. fortunæ reduci. FO. SV.P.XX. INV. MM.LDBL. fode sub via pedes viginti inuenies monumentum laudabile.

F.P. forma publica. F.PP. R. forum populi Romani.

FR. fratres, fronte, forum. F.R. forum Romanum, regum. finium regundorum. FRA.C. fraude creditoris. FR.COR. forum Cornelij. FRIS. AR. fornaces aurificum. FR.F. fratris filius. FR.I. forum Iulij. FR. L. forum Liuij. FRMS. firmissimus, fortissimus. FR. POM. forum Pompeij, vel Pomponij. FR.S. forum Sempronij. FRT. Forsitan.

FS. fratres. FS. E. factus est. F.S.E. factum sic est. F.S.S. fraude sine suo.

F.T.C. familia, vel famula testis causa.

FV.C. fraudisvè causa. FVNC. functus.

G

G Litera muta est, quæ in verborum præteritis mutatur in c: vt, Lego, lectus, Ago, actus. Aliquando in s, vt Spargo, sparsi, Mergo, mersi. Aliquando in x, vt Rego, rexi, Pingo, pinxi. In Græcis quibusdam dictionibus nos G, pro K, substituimus: nam quod illi κύκνος, nos cygnus: quod illi κωβιὸς, nos gobius, vel gobio scribimus. Confirmat id Terent. Scaurus de Orthogr. C, inquit, cognationem habet cum G: ideo alij dicunt Caunacen, alij Gaunacen: alij Camelum, alij Gamelum. [G, ponebatur pro N. apud antiquos, sequente, videlicet alio g, aut c, aut n, de quo Varro lib.1. Analog. Aggulus, aggens, agguilla, iggerunt: in eiusmodi Græci & Attius noster binam g, scribunt, alij n, & g, quòd in hoc veritatem facile videre non est. Similiter agceps, & agcora. Prisc. lib.1. Ita stagneum, pro stanneum. Plaut. Muriaticam autem video in vasis stagneis. Fest. Scribonius Largus, Pyxide stagneâ, vase stagneo. Glossarium: stagneum, κασσιτέρινος.]

G A

Gaba, per simplex b. {גבע gebhah. γάβα.} teste Iosepho lib.5. antiqu. Iudaic. Galilææ oppidum est.

Gabale, es. {גבל ghebál. γαβάλα.} Promontorium est in ora Syriæ, in quo sita est Laodicæa libera ciuitas. Autor Plinius lib.5. cap.20. Hodie Gebel.

Gabales, apud Plin. lib.4.c.18. Aquitaniæ populi sunt.

[Gabalium. Serichatum & Gabalium cum cinnamo casiâque nasci in Arabia, tradit Plinius lib.12.cap.21.]

Gabalus, Romanorum Imperator fuit omni genere luxus effœminatissimus: qui quum se solem appellari vellet, quem Græci ἥλιον vocant, composita dictione vocatus est Heliogabalus. Autor Seruius.

Gabalum, γάβαλον, oppidum Aruernorum, in ea parte Galliæ Aquitanicæ situm, quæ Narbonensem prouinciam spectat. Hinc Gabales, γαβάλεις, populi, apud quos olim fiebat optimus caseus.

Gabalus, apud veteres crux, siue patibulum dicebatur. σταυρός. Varro, Nos barbari,

barbari, quòd innocentes in gabalum suffigimus: homines vos, non barbari, quòd noxios absoluitis? Nonius.

Găbāōn, {גבעון *ghibbhôn*, γαβαών.} Olim metropolis & regalis ciuitas Heuæorum, & nunc (vt refert Hieronymus) ostenditur villa eodem nomine ad quartum miliarium à Bethele contra Occidentalem plagam iuxta Rhama, vbi Solomon oblatis victimis diuinum meruit oraculum.

Găbāōnitæ, {גבעונים *ghibbhonim*, γαβαωνῖται.} Populi in Gabaon habitantes.

‖Gabarus, insulsus, barbarus: vnde Gabares mortuorum. Gl. Isid.‖

Găbătă, æ, {קערה *kebaráh*. τὸ μαζονόμιον, ἄγγεῖον κοῖλον καὶ μέγα ξύλινον. GALL. *Vn plat creux à mettre viande, vne gatte ou iatte.* ITAL. *Vase concauo di viuande, piatto.* GERM. Ein schüssel oder blatt. HISP. *Atayfor ò escudilla de falsas.* ANGL. *A platter, or a brode dishe lik a charger.*} Vas concauum, eduliis, pulmentariisque aptissimum. Martial. *lib.* 7.

Transcurrunt gabata, volántque lances.

& alibi,

Sic implet gabatas, parop̄sidésque.

Gabatha, {גבעתה *ghibbáth*. γαβαθα.} Vrbs Galilææ, teste Iosepho *lib.* 6. *Antiquitatum.* ¶ Gabatha item via est lapidibus strata, & tessellata quodammodo.

Gabaupolis, γαβαύπολις, oppidum Galilææ. Stephan. ex Iosepho *Antiquit. lib.* 4.

Găbbă, per duplex bb. {גבתה *ghibbáh*, γάββα,} siue, (vt alij scribunt) Gabaa, Syriæ vrbs.

Gabienus, fortissimus dux classium Cæsaris à Sext. Pompeio captus, eiusdem iussu incisa ceruice iacuit in littore tota die. Deinde quum aduesperasceret, petiit vt Pompeius ad se veniret, testatus se ab inferis remissum, habere quod nuntiaret. Ex Plin. *lib.* 7. *c.* 52.

Găbĭi, orum, γάβιοι, Volscorum vrbs fuit CXX. millibus passuum ab vrbe distans, a Galacto & Bio fratribus Siculis condita, sicut scribit Solinus, fraude Sexti Tarquinij superbi filij in Romanorum ditionem redacta, vt tradit Liuius *lib.* 3. *ab Vrbe.* Gabiorum meminit & Virg. *lib.* 6. *Æneid.*

Hi tibi Nomentum, & Gabios, vrbémque Fidenam,
Hi Collatinas imponent montibus arces.

Găbĭnensis, adiectiuum, Plinius *lib.* 2. *cap.* 94. Quædam verò terræ ad ingressus tremunt, sicut in Gabinensi agro non procul vrbe Roma.

Găbīnus, a, um: vt Gabina Iuno, Virg. 6. *Æneid.* Vrbs Gabina, Ouid. 2. *Fast.* Robore freta Gabino, Claud. 2. *Paneg.*

Găbīnius, Romanus, qui Ptolemæum Auletem Ægypto pulsum in regnum reduxit, præsidiúmque illi, quo aduersus suorum insidias tutior esset, ex suis copiis reliquit. Autor Plutarchus *in vita Pompeij.*

Găbīnus cinctus, Toga erat (sicut docet Seruius) sic in tergum reiecta, vt vna eius lacinia reuocata hominem cingeret: quo vestimenti genere vtebatur Consul bella indicturus. Virg. 7. *Æneid.*

Ipse Quirinali trabea cinctúque Gabino
Insignis reserat stridentia limina Consul.

Eodem etiam Decios indutos fuisse legimus, quum se pro Republica deuouerent.

Gabinus, Presbyter, ciuis Romanus, iussu Diocletiani Imperatoris in carcerem coniectus est, ibique fame extinctus, quòd Christianam profiteretur religionem. Frater fuit Caij Pontificis, pater Susannæ virginis & martyris, quæ nuptias filij Diocletiani recusauit. Volaterranus.

Gabriel, {גבריאל *ghabriél*. γαβριήλ.} Vox Hebraica, quam Latinè Dei fortitudinem interpretari possumus. {Stercke Gottes.}

‖Gabula, *Gebule*, Leonardo Sidoniensi, A. sub P. Antiocheno.‖

Gadarens, γαδαρεὺς, Sophista, qui priùs more mendicorum peregrinabatur, Maximiani beneficio Consulatum adeptus est.

Gadara, {גדרה *ghedheráh*. γάδαρα.} Ciuitas est in Decapoli Syriæ, non longè ab Ascalone: ex qua ortus est Theodorus Rhetoricæ professor, quem Strabo sua ætate docuisse testatur. Meminit huius oppidi & Plin. *lib.* 5. *cap.* 18.

Gades, ium, γάδειρα, ων. Vulgò *Galiz* ò *Caliz*. Duæ insulæ sunt, teste Plin. *lib.* 4. *cap.* 22. vltra finem Beticæ prouinciæ, & in extremo nostri orbis versùs Occidentem, vbi Europa ab Africa dirimitur. Harum maior, Erythria dicta est à Tyriis ab Erythræo mari oriundis, qui in hac insula vrbem condiderunt. Distat à Calpe, teste Strabone, septingentorum quinquaginta stad. internallo: parua quidem insula, sed virorum dignitate excellens. In qua Equestris ordinis Gaditanos (γαδειρανοὺς, γαδειρεῖς, γαδειρεῖται, γαδειρῖται) quingentos in vno censu numeratos aliquando fuisse compertum est. Insula hæc vbi continenti est proxima, interlabitur freto DCC. non amplius pedum. ¶ Huic adiacet altera insula minor, & ipsa Gadis appellata, vnius tantùm stadij Euripo interlabente ab altera diremptà, in qua tanta est pabuli lætitia, vt pecudum ibi pascentium lac serum non efficiat, neque ex eo caseus fieri possit, nisi multa admista aqua. Quin illud etiam traditur, pascentes in hac insula pecudes, nisi subinde sanguinem exhaurias, intra triginta dies pinguedine suffocari. Quæ res Poetis occasionem videtur monstrasse eorum quæ de Geryonis armentis fabulati sunt. Autor est Strabo *lib.* 3. Plin. tamen vult Geryonem in maiori insula habitasse. ¶ Declinatur autem hoc nomen in vtroque numero. dicimus enim Gadis in numero singulari pro alterutra harum insularum: vel in plurali numero Gades. Plin. *lib.* 4. *cap.* 22. Gadis longa est XII. lata III. M. passuum.

Gădĭtānus, a, um, γαδειρανός, vt mare Gaditanum, vulgò *Estrecho di Gilbatar*, & Gaditanæ puellæ, quæ agilitatis lasciuiæque ne nunc olim in pretio fuerunt.

Gaditani, oriundi à Tyriis. Lucanus,

——— *Tyrii quæ à Gadibus hostes.*

Gădīs, vnico d scribendum, quemadmodum & Gades, quum vtriusque eadem sit origo. Est autem Gadis vrbs opulenta in Gadibus, quæ antea Tartessus dicebatur, ταρτησσὸς, vulgo *Caliz*. Rufus Auienus in descriptione orbis,

Gadir prima fretum solida superemicat arte:
Attollitque caput geminis inserta columnis:
Hæc Cotinusa prius fuerat sub nomine prisco.
Tartessumque dehinc Tyrij dixère coloni:
Barbara quin etiam Gades hanc lingua frequentat,
Pœnus quippe locum Gadir vocat vndique septum.

Quibus in versibus Auieni hoc animaduertendum est, quòd prima Gadis dixerit, fœminino genere vsus. Salust. tamen *lib.* 5. *hist.* referente Prisciano, vsus est in neutro genere. Tartessum (inquit) Hispaniæ ciuitatem, quam nunc Tyrij mutato nomine *Gadir* habent.

Gadira, Punicum vocabulum est, teste Plin. *lib.* 4. *cap.* 22. quo illi septum significant. Vnde insulæ duæ non procul ab ostio maris Mediterranei, Gades appellatæ sunt: & insigne in illis insulis oppidum, *Gadir* est appellatum.

Gaeon, à Iosepho dicitur esse Nilus. Rectius scripserit *Gihon*.

Gætūlĭă, γαιτουλία Stephano, Africæ interioris regio est, Garamantibus proxima. {Ein landtschafft deß innern Africa.} cuius incolæ Gætuli appellantur, qui primi omnium Africam tenuisse dicuntur, nullius imperio subiecti, nullásque habentes domos: sed vbi eos nox deprehenderat, pernoctantes, carnéque ferina, & terræ pabulo victitantes. Autor Salustius *in Iugurtha*. Habet autem hæc dictio duas primas syllabas productas, quum diphthongo scribatur apud Græcos. Virgil. 4. *Æneid.*

———*aut captam ducat Gætulus Iarbas.*

Iuuenal.

Quum Gætula ducem portaret bellua luscum.

Gagæ, γάγαι, Lyciæ oppidum ad Gagem amnem: à quo & nomen accepit. Autor est Steph.

Gagates, {γαγάτης. GALL. *Agathe, certaine pierre precieuse.* ITAL. *Pietra pretiosa.* GERM. Ein edel gsteinschleche wöllen es sey ein schwartzer agstein. HISP. *El azauaje.* ANGL. *A ieat stone.*} Nomen lapidis in Gagæ Lyciæ fluuio primùm reperti: quamuis etiam in Anglia abundet. Hic lapis, quamuis rudis & rusticus videatur, diuini tamen nescio quid in se habet. Ignem enim alit in lateribus, solo oleo extinguibilem. Plin. *lib.* 36. *cap.* 19. Gagates lapis, nomen loci & amnis habet Gagis Lyciæ. Niger est, planus, pumicosus, non multum a ligno differens, leuis, fragilis: odore, si teratur, grauis. Fictilia ex eo inscripta non delentur. Quum vritur, odorem sulphureum reddit: mirúmque, accenditur aquâ, oleo restinguitur. Fugat serpentes ita, recreatque vuluæ strangulationes. Deprehendit comitialem morbum, & virginitatem sufitus. Hæc Plin. cui per omnia ferè conuenit cum Dioscoride, eo tamen excepto, quòd gagatem aqua accendi tradit, & oleo restingui: quod à Dioscoride & Nicandro Thracio lapidi veriùs tribuitur. cuius naturam Plinius cum gagate videtur confudisse.

Gages, γάγης, Lyciæ fluuius est, Phlagyropolin ciuitatem præterfluens: in quo gagates lapis primùm inuentus est. Autor Diosc. *lib.* 5.

‖Gajacum, quod & Guajacum & Guaiacanum, lignum Indicum, cuius vsus celebris est aduersùs luem Gallicam.‖

Gaildorphium, Franciæ Orientalis oppidum, Curiâ Illustrissimorum Dnn. de Limpurg, & Cochero illic præterlabente amœnissimum.

‖Gaium, sylua densissima. Cod. H. antiq.‖

Galaad. {גלעד *ghilkadh*, γαλαάδ.} Mons est, à quo ciuitas in eo condita sortita est vocabulum, quam & accepit de Amorrhæorum manu Galaad filius Machir filij Manasse.

Galacion, idem quod Galion, apud Diosc *lib.* 4 *c.* 95.

Gălactis, Tithymallus, apud Diosc. *lib.* 4 *c.* 164.

Gălactītes, γαλακτίτης, gemmæ genus lactei coloris, teste Plin. *lib.* 37. *cap.* 10. Est præterea galactites lapis cinericij coloris, qui cum madefactus atteritus, liquorem reddit colore & sapore lacti non dissimilem. Hic melititi per omnia similis est: hoc modo differt, quod succus in quem dissoluitur, remissiorem habeat dulcedinem. Vide Galen. *lib.* 9. *simpl.* & Diosc. *lib.* 5.

Galactobadalon, apud Plin. *lib.* 26. *c.* 9. idem quod Galeobdolon, & Galiopsis, apud Diosc *lib.* 4 *cap.* 95.

Gălactophagi, γαλακτοφάγοι, cognominati sunt Mysiæ & Thraciæ populi, quod lacte alerentur. {Milchesser, die volcker in Mysia vnnd Thracia.} quos Hom. 13. *Iliad.* hominum iustissimos appellat, propterea quod tenui victu contenti, ab omni iniuria sese continerent.

‖Galactopola, γαλακτοπώλης, lactarius. Gloss. id est qui vendit lac.‖

Gălactŏpŏtæ, arum, γαλακτοπόται, lactis potu vtentes. Quo cognomine dicti sunt populi quidam in Scythia Europæa ex Nomadum Getarúmque genere. {Milchtrincker, völcker in den nähern vnd Europischen Scythia.} Colum. *lib.* 7. *cap.* 2. Quibusdam nationibus frumenti expertibus victum commodat, ex quo Nomadum, Getarumque plurimi, γαλακτοπόται dicuntur.

Galada, vel Galadene, vel Galaditis, regio Arabiæ. Autor Steph.

Galadræ, γαλάδραι, vrbs Macedoniæ in Pieria. Autor Steph.

Galadrus, γάλαδρος, mons quidam à Galadro Emathij filio dictus. Stephanus.

Gălanthis, γαλανθὶς, vt est in fabulis, Alcmenæ ancilla fuit, quæ quum domina sua partus doloribus laborans, a Iunone ne pareret impediretur, mira astutia dicitur deam elusisse. Læto enim vultu egressa cubiculum, in quo illa parturiebat, peperisse iam heram simulat, ea que numine palàm diis gratias agit. Cuius verbis Iudem adhibens fidem, retolutis, quas pectinatim iunctas habebat, manibus surrexit, pellexque pariendi tempus concessit. Verùm quum Galanthis ob eam rem tam prosperè gestam nimium sibi placeret, deinque etiam risu & insultatione prosequeretur, illa ancillæ procacitatem ægre ferens, in γαλῆν, hoc est, mustelam eam dicitur transformasse, hac addita pœna, vt ore, quo præcipuè peccauerat, pareret. Late exequitur hanc fabulam Ouid. 9. *Metam.*

Galaria, γαλαρία. vrbs Siciliæ à Margo Siculo condita. Dicitur & regio Galaria. Steph.

Gălătēă, γαλάτεια, Theocrito, Nympha marina Nerei & Doridos filia, à lactis candore sic dicta. γάλα enim lac significat. Virgil. 7. *Eclog.*

Nerine

Nerine Galatea, thymo mihi dulcior Hybla.

Gălătĭă, γαλατία. Regio minoris Asiæ, ab Oriente Cappadociam & Halym fluuium, ab Occidente Bithyniam & Asiam, à Meridie Pamphyliam, à Septentrione Pontum Euxinum habens. A qua Galatæ populi. Lucanus *lib.7.*

Illis parce precor, viuant Galatæque, Syrique.

Hæc & Gallogræcia dicitur: populique ipsi, Gallogræci. Nam quum à Rege Bithyniæ Galli simul & Græci in auxilium vocati venissent, partem regni tenuerunt, & ab vtriusque populi Gallogræci sunt dicti.

Galata, A Pomponio & Mela numeratur inter insulas Siciliæ adiacentes, non procul à Melita.

Gălăxæă, Nympha marina à lactis candore sic dicta.

Gălăxĭăs, γαλαξίας, gemma est lactei coloris, incurrentibus sanguineis venis distincta. Plin. *lib.37.cap.6.*

Galbă Sergius, vt autor est Sueton. *in Galba*, Nobilis Romanus: orator insignis, qui quum Hispaniam prouinciam Prætor obtineret, conuocato populo, tanquam de commodis ipsorum acturus, xxx. Lusitanorum millia trucidauit. Eius frequens est mentio apud Cic. *in Brut.* Valerius autem dicit, eum trium Lusitaniæ ciuitatum conuocato populo, tanquam de commodis eius acturum, nouem millia hominum trucidasse. Pædianus ait, eum pro direptis Lusitanis accusatum à Catone, duósque amplexum filios prætextatos, absolutum propterea misericordia fuisse.

Galba, æ, Vermiculus miræ exilitatis, qui nascitur in esculis, à quo qui primus Sulpitiorum cognomen Galbæ tulit, ab exilitate ita vocitatus est: quem alij econtrario, quòd præpinguis fuerit, ita nominatum scribunt. Talem enim Galli vocant Galbam. Alij quòd oppidum Hispaniæ frustrà diu oppugnatum, illatis demum galbano facibus, succenderit. Nonnulli quòd in diuturna valetudine galbeo, hoc est, remediis lana inuolutis assiduè vteretur.

Galbănum, i, {חלבנה chelbenáh.} Succus est, siue lacryma ferulæ in Syria nascentis, quàm metopium vocant, teste Diosc. *lib.3.* Græci χαλβάνην dicunt per χ, nostri mutata aspirata in suam mediam Galbanum vocant. {GALL. *Vne espece de gemme appellée galbanum.* ITAL. *Galbano gommo.* GERM. Ein gummi dises nomens. HISP. *El galbano.* ANGL. *A kind of gumme called galbanum.*} Lucan. *lib.9.*

Hic ebulum stridet, peregrinaque galbana sudant.

Plin. *lib.12.c.25.* Dat & galbanum Syria, in eodem Amano monte è ferula, quam eiusdem nominis resinæ modo stagoniten appellant. ¶ Est etiam hoc nomine genus vestimenti delicatorum, à colore albo, ac sublucido, quod nullos habet pilos. {GALL. *Vne sorte de vestement blanc, duquel vsoient les delicats.* ITAL. *Habito bianco da gente delicata.* HISP. *Vestidura de color blanco.* ANGL. *A kinde of garment which delicate folkes did vse.*} Iuuen. *Sat.2.*

Cærulea indutus scutulata & galbana rasa.

Galbănātus, {χαλβανωμένος. GALL. *Vestu d'un tel habit.* ITAL. *Vestido con tale habito.* GERM. Mit einem solchen weissen kleid angethon. HISP. *Vestido de aquel color.* ANGL. *Clothed with suche a garment.*} Nomen simile participio formauit Martialis, quod est Galbano indutum: accipitúrque pro homine molli & effœminato:

Iacet (inquit) *occupato galbanatus in lecto.*

Galbănĕus, a, um, adiectiuum. {χαλβάνινος. GALL. *De galbanum.* ITAL. *Di galbano.* GERM. Das von dem gummi ist/galbanum genant. HISP. *Cosa de galbano.* ANGL. *Of the gumme galbanum.*} Virg. 3. *Georg.*

Galbaneóque agitare graues nidore chelydros.

Idem 4. *Georg.*

Hinc iam galbaneos suadebo incendere odores.

Galbinus, a, um, Mollis & lasciuus. {סרוח sarúach. GALL. *Mol, delicat, lascif.* ITAL. *Molle, lasciuo, lussurioso.* GERM. Weich/ zartgeyl. HISP. *Enflaquescido, luxurioso.* ANGL. *Delicat.*} Martialis,

Galbinos habet mores.

Tunica quoque galbina à colore dicta est. Fl. Vopiscus *in Aurel.* Inter hæc fuit tetricus chlamyde coccea tunica galbina. Quanquam in hoc Vopisci loco malim legere *Tunica gabina.*

Galbineus, χλωρὸς, viridis, pallidus, flauus. Vegetius in veterinaria Eryngij florem (qui ceruleus) esse tradit gabinei coloris.

Galbeum, ornamentum muliebris generis. Festus.

Gabula, auicula quæ vuis maturescentibus, calamis & retibus capitur. Mart. *lib.13.*

Galbula decipitur calamis & retibus ales,
Turget adhuc viridi quum rudis vua mero.

Quidam eandem esse existimant cum ea quam Græci ἰκτερὸν appellant. Quod an verum sit, ipsi viderint. Plin. certè *lib.33.c.11.* autor est, quem Græci ἴκτερον vocant, à Latinis galgulum appellari.

Galbulus, pilula cupressi arboris, in qua semen reconditur. {σφαιρίδιον τῆς κυπαρίσσου. GALL. *Noix de cypres.* ITAL. *Noce di cypresso.* GERM. Cypressennuß. HISP. *El agalla de cypres.*} Varro *lib.1. de re rustic. cap.40.* Non enim galbuli qui nascuntur, id est, tanquam pilæ paruæ corticiæ id semen, sed in his intus primigenia semina dedit natura. Legendum potiùs *globuli*: quia apud Theophrast. *in hist. plant.* σφαιρία vocantur.

[Galbus. Gloss. Galuus χλωρὸς, id est, viridis, sed in flauum transiens. Est Germanis gäb vel gähl, id est flauus.]

Gălē, es. {γαλῆ. GALL. *Vne bellette.* ITAL. *Donnola.* GERM. Ein wiselein. HISP. *Comadreja.* ANGL. *A weesell.*} A Græcis appellatur animal illud notum, quod Latini mustelam nominant: vt multis argumentis docet Sipontinus, recentiorum omnium Græcorum errorem redarguens, qui felem γαλῆν nominat. Nam quæ de Gale tradit Arist. eadem omnia mustelæ assignat Plinius, neque ad felis naturam possunt accommodari.

Gălĕă, æ, instrumentum est ferreum ad capitis munitionem inuentum. {כובע cobá. κράνος, περικεφαλαία. GALL. *Heaume, armet, vne salade, bonnet de fer.* ITAL. *Celata, elmo.* GERM. Ein helm/beckelhaub. HISP. *El capacete, yelmo, armadura de cabeça.* ANGL. *An helmet or sallet.*} Plaut. *Amphitr.* Frater trudebat fratrem hasta & galea. Ouidius 13. *Metamorph.*

Ipse niter galea claro radiantis ab auro
Insidias prodet.

Idem *Eleg.1.lib.4.Trist.*

Canitiem galeæ subijcióque meam.

Liuius, Galeæ cornua. Est autem galea, teste Diodoro, crista capitis de corio, quum sit Cassis de lamina. Dictáque Galea Varroni, à Galero, quo multi antiquorum vsi sunt. Conum, curuaturam galeæ, quæ in ea præeminet dicimus, super quam cristæ sunt. Lego apud Alexand. Neapolitanum *lib.1.* quo loco refert insignia Galeatum apud diuersas gentes, Cymbris nostris, atque Teutonibus in vsu fuisse, vt galeas contegerent horrentium hiatibus animalium, quo in aciem delati visu essent truculentiores. Plin. *lib.7.c.56.* Galeam, gladium, hastam Lacedæmonij inuenêre. Varro à galero deducit, quanquam videtur potiùs, ἀπὸ τῆς γαλῆς, à fele. Olim enim ex diuersorum animalium pellibus conficiebantur. Quod patet ex ipsis nominibus, apud poetas. Sunt enim apud illos κυνέη, λυκέη. Sic etiam quòd ex felina pelle fiant, γαλέαι dictæ. γαλῆ enim felis est, vel simile animal ei, quod vocat ἴκτιν. Quare & Homerus quoque ἰκτιδέην, galeam vocat. Hæc ex Scaligero *in Varr.* [¶ Galéa genus nauigij, vnde

Armo caput galeâ, pelagus percurro galêâ.

Sic Vet. Dict. Sed vox Latina non est. Italis *galea*, & *galeria*. HISP. *galera*. GALL. *galee* & *galere*, & GERM. Galee/ est nauis longa, actuaria nauis, quæ ramis agitur.]

Galeola, æ, diminutiuum, (id est, parua galea.) Diomedes *lib.1.* [¶ Est quoque sinum & galeola vasa sinuosa. Varro *de vita populi Roman. lib.1.* Vbi erat vinum in mensa positum, aut galeola, aut sinum. à figura galeæ.]

Gălĕo, as, Galeam induere. {περιτίθεσθαι κράνος, περιθεῖναι κράνος. GALL. *S'armer d'vn armet, se couurir d'vn heaume.* ITAL. *Vestire celata, armarsi di elmo.* GERM. Ein helme auffsetzen. HISP. *Armar con yelmo ò capacete.* ANGL. *To put on an helmet.*} Hirtius 5. *de bell. Afric.* Milites in campo iubet galeari, & ad pugnam parari.

Gălĕātus, Galea indutus. {ὁ κράνος περικείμενος, ὁ κορυθαίολος, & περικεφαλαίαν. GALL. *Heaumé, qui a armet en teste.* ITAL. *Chi ha celata ò elmo in testa.* GERM. Der ein helm auff hat. HISP. *Armado de capacete ò yelmo.* ANGL. *That hath an helmet.*} vt, Galeati, galeis tecti milites sunt. Galeata Minerua, apud Cic. 1. *de nat. deor.* Et barbati quidem Iouis, galeatæ Mineruæ. ¶ Galeatum exordium, vel principium, i. commune proœmium, quòd vt galea omnibus conueniat. Sulpitius Victor, Vulgare (de exordiis loquitur) si tale sit, quale esse possit in omnibus causis, nihil proprium aut personarum, aut rerum, de quibus agitur. Quod idem & galeatum à quibusdam vocatur, quoniam commune ita esse possit, vt in omnibus causis, quemadmodum galea, seu galeatum, omnibus indigis possit esse commune. Hieronymus, Hic prologus scripturarum, quasi geleatum principium, omnibus libris, quos de Hebræo vertimus in Latinum, conuenire potest.

Gălēnă, dicitur plumbi & argenti vena communis, quæ & μολύβδαινα vocatur. Plin. *lib.34.cap.18.* Est & molybdæna, quam alibi galenam vocauimus, plumbi & argenti vena communis. Quo pacto autem conficiatur galena, docet idem Plin. *eodem lib. cap.19.* Plumbi (inquit) nigri origo duplex est. Aut enim sua prouenit vena, nec quicquam aliud ex se parit: aut cum argento nascitur, mistísque venis conflatur. Eius qui primus fluit in fornacibus liquor, stannum appellatur: qui secundus, argentum: qui remansit in fornacibus, Galena: quæ portio est tertia additæ venæ.

[Galenum vas vinarium. Romani antiqui dixerunt, Galenum vinum. Gl. Isid. est proprium, à Galeno Campaniæ oppido.]

Gălēnus, γαληνός Nomen medici excellentissimi, ex Pergamo Asiæ vrbe. {Ein außbündiger artzt auß Asia bürtig.} Floruit temporibus Traiani adusque Antonini Pij tempora. Plurima reliquit de re medica conscripta volumina, quæ hodie omnium teruntur manibus. Scripsit & dictionarium in omnia Hippocratis opera ordine literarum. Fama est 140. annos vixisse.

Gălĕōtæ, γαλεῶται. Erant vates quidam in Sicilia & Attica: à Galeote Apollinis filio, qui frater Telmessi eius fuisse traditur, qui Telmessum vrbem in Caria condidit, oraculo ex Dodona accepto. Ælianus scribit, Dionysium tyrannum Galeotas solitum consulere in Sicilia. Meminit horum Cic. *lib.1. de Diuinat.* quum ait, Huic interpretes portentorum, qui Galeotæ tum in Sicilia nominabantur, responderunt, &c.

Gălĕŏs, γαλεός. Piscis est à Rhodiis olim maximo in pretio habitus, qui à nostris etiam mustela dicitur. Plin. *lib.32.c.2.* Quod ad repugnantiam rerum attinet, quam Græci antipathiam vocant, nihil est venenatius vsquam, quàm in mari pastinaca, vtpote quum radiis eius arbores necari diximus. Hanc tamen persequitur galeos.

Gălĕōtēs, æ, γαλεώτης, species est stellionis, Plinij temporibus Italiæ incognitum. Hic & colotes & ascalabotes appellatur. Plin. *lib.29.cap.4.* Scorpionibus maximè contrarius inuicem stellio traditur, vt visus quoque pauorem iis afferat, & torporem frigidi sudoris. Hunc Græci coloten vocant, & ascalaboten, & galeoten. In Italia non nascitur. Est enim hic plenus lentigine, stridoris acerbi, & vescitur: quæ omnia à nostris stellionibus aliena sunt.

Galepsus, γαληψὸς, vrbs Thraciæ, & Pæonum, autor Steph.

Gălĕrită, Auis quæ nunc alauda dicitur. Varro gallericum appellat, quia plumam elatam in capite habet galeri similitudine. {κορυδαλλίς. GALL. *Alouëtte.* ITAL. *Lodola.* GERM. Ein lerch. HISP. *Cugujada.* ANGL. *A larke.*} Plin. *lib.10. cap.49.* Quæque de vna aue galerita priuatim commemorat.

Gălĕră, æ, idem quod Galerus, vsus est C. Gracchus apud Censores, vt autor est Sosipater. ¶ Inde Galericula, parua Galera. Inuenitur etiam Galeria, quo vsus est Varro *de actione scenica* 2. autore Sosipatro. Itaque non leuiter emendandum est, id quod legitur apud Festum, Galearia à Galeatum similitudine dicta.

Gălērus, i, siue galerum, i, neutr. Pileus rotundus à galeæ similitudine dictus, vt inquit Varro. {מגבעה migbaháh. κυνῆ, πῖλος. GALL. *Vn petit chappeau.* ITAL. *Capello.* GERM. Ein hut. HISP. *El bonete ò sombrero.* ANGL. *An hat.*} Stat. *lib.1. Thebaid.*

——— *& temperat astra galero.*

Iuuenal. *Satyr.6.*

——— *flauo crinem abscondente galero.*

Gell. *cap.15.lib.10.* Is solus (flamen Dialis) album habet galerum, &c. Apuleius *Apolog.1.* Pontificum Galerum, lituus Augurum. Suet. *in Ner. cap.26.* Cum pileo, aut galero (nocte ire.) Galerus non tantùm Mercurij erat, sed & Pontificum. Apuleius, Quod Imperatoribus paludamentum, quod Pontificibus galerus, quod lituus auguribus. Accipitur interdum pro coma aliena, quam ad galeri effigiem formatam capiti ita aptare solemus, vt internosci non queat. Φενάκη, πήνίκη. Hoc apud Suet. *in Calig.* capillamentum nominatur.

Gălērĭcŭlŭs, siue galericulum, diminutiuum. {πιλίδιον, πιλίσκος. Gall. *Petit chapeau.* Ital. *Picciolo capello.* Germ. Ein hütlein/kappen. Hisp. *Pequeño bonete ò sombrero.* Angl. *A litle hat*} Suet. *in Othone c.12.* Galericulo capiti propter raritatem capillorum adapto, & annexo, vt nemo dignosceret. Item Martial. *Epigr.50.lib.14.*

Gălēsŭs, i, γαλαισος. Fluuius iuxta Tarentum. Virg. *lib. 4. Georg.*

Qua niger humectat flauentia culta Galesus.

Horat. 2. *Carm. Ode 6.*

Dulce pellitis ouibus Galesi flumen.

Gălgŭlŭs, i, ἴκτερος. Auis est quæ si spectetur à quopiam morbo regio laborante, sanatur æger, & auis emoritur. Plin. *lib.3.c.11.* Auis icterus vocatur à colore: quæ si spectetur, sanari id malum tradunt, & auem mori. Hanc puto Latinè vocari *galgulum.*

Gălĭlæă, æ, {גליל *galil.* γαλιλαία.} Nomen duarum regionum, ex quibus vna Galilæa Gentium vocatur, vicina Tyriorum finibus, vbi & Salomon viginti ciuitates donauit Hiram Regi Tyri in sorte tribus Nephthali. Altera Galilæa dicitur regio sita ad Tyberiadem, & stagnum Genezaret in tribu Zabulon. Plin. *lib.5.c.14.* Pars Iudææ Syriæ contermina, Galilæa vocatur. ‖¶ Alio sensu est tempus illud, quod seruator noster in Galilæa exegit à resurrectione vsque ad ascensionem: tanquam dicatur Galilæa commemoratio. Vide Glossar. Græcob. Meursij.

Galium, vel Gallium, herba, quæ vim coaguli habet in cogendo lacte. itaque γάλιον à γάλα. Diosc. *lib.4.91.*‖

Gallă, à γάλα: quòd lacteum succum contineat. fructus quercuum. {κηκίς. Gall. *Noix de Galle.* Ital. *Galla.* Germ. Eychen fel/oder gallapfel. Hisp. *Galla para tintar.* Angl. *A gall nutte.*} Plin. *lib.20.cap.20.* Ceruicis dolores cum galla & lini semine pari mensura sedat. Virg. *4. Georg.*

Proderit & tonsam gallæ admiscere saporem.

——— *Gallam bibere ac rugas conducere ventri,*

quum ait Lucilius, præmonet parsimonia esse vtendum, neque gulæ indulgendum, ventremque coarctandum. Festus. ¶ Galla etiam instrumentum est sutorium, σμίλη, subula. Macrob. *Saturn. lib.2.c.2.* Plancus in iudicio fortè amici cùm molestum testem destruere vellet, interrogauit (quia sutorem sciebat) quo artificio se tueretur. Ille vrbanè respondit, Gallam subigo. Sutorium hoc habetur instrumentum, quod non infacetè in adulterij explorationem ambiguitate conuertit. Nam Plancus in Meuia Galla nupta malè audiebat.

Găllāici, siue Gallæci, γαλλαικοί. Vulgò *Galleghi*, Hispaniæ populi sunt Gallis finitimi. Mart. *lib.1.*

Nec quæ Gallaico liquuntur auro.

Sunt tamen qui hoc loco apud Martial. legunt *Callaico*, per secundam consonantem.

Găllæcĭă, vulgò *Galitia.* Regio est citerioris Hispaniæ: cuius descriptionem vide apud Plin. *lib.4. cap.10.* {Ein Landtschafft in Hispanien/ jetz Gallitzia genant.}

‖Gallesco, χαίνω, μαίνομαι. Gloss. à Gallis sacerdotibus.

Gallesium, *Galese*, V. olim E. Faliscorum, Comitatus titulo olim nobilis, quo gaudet familia Comitum Altæmphorum.‖

Găllĭă. {צרפת *tsarphath.* γαλατία Steph. κελτογαλατία Ptolemæo. Angl. *France.*} Vulgò *France.* Europæ pars: & à candore populi dicta. Gala enim lac Latinè dicitur: nam montes & rigor cæli ab ea parte Solis ardorem excludunt, vt eorum corpora non colerentur. Est autem triplex, Togata, Comata, & Braccata. Gallia Togata dicitur Cisalpina, quæ scilicet inter Alpes est, & Rubiconem fluuium, antiquum Italiæ limitem: ita dicta, quòd populi illi Romanorum more, toga vterentur. {Lombardey/ wirt jetz Italien zugerechnet.} Braccata autem Gallia, dicta est Gallia Narbonensis, Romanorum prouincia: à braccis villosæ vestis genere appellata, quibus peculiariter eius prouinciæ homines vtebantur. {Die Prouintz oder Delphinat.} Comata cognominatur omnis transalpina Gallia, à comæ nutriēdę studio. {Das gantze land so zwischen dem Meer/ den Ronceuall vnd Alpebirg/ auch dem Rhein begriffen wirt/ welches gröster theil jetz Franckreich genennt wirt.} Hæc rursus in tres partes diuiditur, Belgicam, Celticam, & Aquitanicam, quæ Aremorica antè dicta est. Nam à Scalde ad Sequanam, Belgica: ab eo ad Garumnam, Celtica, eadémque Lugdunensis: inde ad Pyrenæi montis excursum, Aquitanica. Vide suprà in Celtæ, & Celtica. ¶ Gallia togata, non est, vt quidam credunt, ipsa planè cisalpina, sed cisalpinæ pars, togata enim incipit à Rubicone flumine, & Placentia terminatur: cisalpina verò initium quidem ipsa quoque capit ab eodem flumine, sed terminum habet alpes. Erant autem in togata multa municipia, multæ coloniæ Romanæ. Præterea dixit Cic. *in Epist.1. ad Attic.* Videtur in suffragiis multum posse Gallia: ius enim ferendi Romæ suffragij habebant omnia municipia, eæque omnes coloniæ ideò Romanæ dicebantur, quia iura possiderent ciuium Romanorum. nam Latinæ suffragium non habebant, sed tantùm ius Latij, vnde appellatæ. Ex Aldi commentario *in Epist. ad Attic.*

‖Galliambicus versus facetissimus ac venustatis plenissimus, à Gallo & iambo. Vide *Galliambus.*‖

Găllĭcus, a, um, quod est ex Gallia: vt Gallica terebra, apud Col. *lib. de arborib. cap. 8.* Gallicum acer, in transpadana Italia, transque Alpes nascens, præcipui candoris Plin. *lib.16. cap.15.* Plaut. *Aul. sc.5. a.3.* Muli vehiores Gallicis cantheriis.

‖Gallica palla Martial. Testatur enim Cicero, viros etiam in Gallia vsos fuisse palla.‖

Găllĭcānus, a, um, Gallicus: vt, Gallicanæ res. Cic. *pro Quint.* Quum & de societate multa inter se communicarent, & de tota illa ratione atque re Gallicana, &c. Varro *lib.1. de re rust. c.32.* Cæteráque quæ alij legumina: alij (vt Gallicani) legaria appellant. Gallicana catella, *Epigram. 198. lib.14.*

Găllŭs, a, um. Sicut Gallicus, & Gallicanus, quod originem habet ex Gallia. Salust. *lib.14. hist.* Duæ Gallæ mulieres conuentum vitantes, ad menstrua soluenda montem ascendunt. Catul. *de Berecynthia.*

Agite, ite ad alta Gallæ

Cibeles nemora simul.

Galli Rom. formidolosi: & Tumultus Gallicus. Plutarch. *in Marcell. & in Cam.*

Găllĭcæ, arum. {ἀνασπάστοι. Gall. *Galloches.* Ital. *Zoccali, galozze.* Germ. Bundtschuch so die Frantzosen tragen wann es rägen wetter ist. Hisp. *Galochas.* Angl. *A kinde of shooes for raynie weather.*} Genus calceamenti, quo vtuntur Galli pluuioso tempore. Vulgus (inquit Baysius) vocat *Galosas.* Cic. 2. *Philipp.* Nam quod quærebas quomodo redissem: primùm luce, non tenebris: deinde cum calceis & toga, nullis nec gallicis, nec lacerna. Quo tamen in loco omnia penè exemplaria Gellij *noct. Attic. lib.13. c.20.* vbi refert, T. Castritium discipulis suis probro vertisse, quòd feriato die conspicerentur lacernis induti & gallicis calceati.

Găllĭnārĭă, æ, γαλλιναρία. Insula est in mari Tusco secundùm Italiam, contra montes Ligusticos, à Gallinarum agrestium copia, vt inquit Varro *lib.3. de re rust.* appellata. ¶ Est & sylua gallinaria, γαλλιναρία ὕλη, Cumis vicina, de qua Cicero *ad Parum*, Qu. Capitarius obuiam mihi fuit in sylua Gallinaria. De hac Strabo ita scribit, Hoc quoque in sinu fructuosis virgultis frequens, & arboribus, sylua est multis porrecta stadiis, aquarum indiga.

Găllŏgræcĭă, γαλατία. Regio Asiæ minoris, Cappadociæ, Bithyniæ, & Pamphyliæ finitima, quæ alio nomine Galatia dicitur: cuius incolæ Galatæ dicuntur, & Gallogræci. {Ein landtschafft im mindern Asia/ so sunst Galatia heist.} Nam quum Galli, multitudine abundante, relicto natali solo Italiam inuasissent, Græciam impleuerunt. Macedoniam occuparunt, in Asiam transierunt duce Leonnorio, qui Gallogræciam misto ex Gallis Græcisque vocabulo cognominauerunt.

Găllŏgræci, idem sunt qui Galatæ, ad quos Pauli epistola extat. Eorum regio est Galatia, quam Gallorum aliquot populos insedisse, Plin. *lib.5. cap.32.* testatur, & Ptolemæus *lib.5. tabula Asiæ prima.* Strabo quoque *lib.4.* Tectosages è Narbonensi, Tolistobogios & Trocinos è Celticis Galliæ profectos, Phrygiam Cappadociæ & Paphlagoniæ vicinam occupasse scribit: tanto olim hominum robore Galli valuerunt. Meminit & Liuius pluribus *lib.8.*

‖Galliambus, versus à Gallis Cybeles sacerdotibus dictus, quia in huius deæ sacris eo plurimum vtebantur. Ergo nomen est à *Gallus* & *iambus.*‖

Gallo, as, βακχεύω. Bacchor, insanio, Gallos Cybeles sacerdotes imitor. Varro *Eudamonibus*, Et deam gallantes vario retinebant studio. Nonius.

Gallonius, vir sumptuosus, de quo Cic. *pro Quint.* Non vsque eò tamen vt in capite fortunisque hominum honestissimorum dominentur ij, qui relicta bonorum virorum disciplina, & quæstum & sumptum Gallonij sequi maluerunt. Idem 2. *de finib.* Sed qui ad voluptatem omnia referens, viuit vt Gallonius, loquitur vt frugi ille Piso.

‖Gallus multa significat. Vetus versus est,

Gallus auis, populus, fluuius, Bacchique sacerdos.

dicendum, *Cybelesque sacerdos.*‖

Găllŭs, nota auis, nocturnus vigil, quem excitandis in opera mortalibus rumpendóque somno genuisse Prouidentia diuina videtur. {שכוי *schecui*, ἀλεκτρυών. Gall. *Coq.* Ital. & Hisp. *Gallo.* Germ. Ein han. Angl. *A cocke.*} Cic. 2. *de Diuin.* Democritus quidem optimis verbis causam explicat cur ante lucem galli canant. depulso enim de pectore, & in omne corpus diuiso, & modificato cibo cantus edere, quiete satiatos: qui quidem silentio noctis, (vt ait Ennius) fauent faucibus: rursus cantu plausúque premunt alas. Et *paulò antè*, Quia galli victi silere solent, canere victores. Vnde ioco prouerbiali dicimus, Superatus erā gallo quopiam, ἔπτηξας ὡς ἀλεκτρυών, in seruos qui dominos à tergo sequuntur, supplices videlicet & abiecti, cuiusmodi solent esse galli superati in pugna. ¶ Domi pugnas more galli, ἐνδομάχας ὥστ' ἀλέκτωρ. In eum qui semper domi desidens, non audet vel in bellum, vel in certamina proficisci foras. Nam hoc pugnacissimum quidem est, sed domi. ¶ Huic finitimum est, Gallus in suo sterquilinio plurimùm potest. ¶ Gallus insilit, ἀλεκτρυὼν ἐπεισπηδᾷ. Vbi quis semel victus, redintegrat certamen. ¶ Gallorum incusare ventrem, ἀλεκτρυόνος μέμφεσθαι κοιλίαν. De edacibus ac luxo multum absumentibus facultatum. Huic enim animanti venter mirificè calidus, ita vt omnia ferè concoquat. Aristoph. *Vespis.*

‖Gallus, qui est è Gallia Isid. *lib.9.2.* Galli à candore corporis nuncupati sunt. γάλα enim lac dicitur. Et *lib.14. cap.4.* Causam addit: Montes enim, inquit, & rigor cœli ab ea parte Solis ardorem excludunt: ex quo fit vt candor corporum non coloretur. Sed videntur potiùs dici à wallen/ peregrinari, quòd peregrinationibus delectaretur. Germani Gallos Belgas vocant walen. Strabo *lib.4.* Sunt qui Gallos trifariam diuidunt, in Aquitanos, Belgas & Celtas. Sic & Cæsar *lib. 1. de bello Gallico.*

Gallus fluuius Phrygiæ, ortus apud Modra, qui auctus & nauigabilis factus, qui olim naues non veheret, Bithyniam ostiis suis definit.‖

Găllŭs, γάλλος, Cybeles sacerdos. {Ein pfaff der göttin Cybeles} à Gallo Phrygiæ fluuio, cuius aquam qui gustassent, reddebantur insani. Lucan. *lib.1.*

——— *crinémque rotantes*

Sanguineum populis vlularunt tristia Galli.

Ouid. 4 *Fastor.*

Amnis it insana nomine Gallus aqua.

¶ Gallus Asinius scripsit libros aduersus Ciceronem. Sueton. *in Claud. cap. 41.* ¶ Fuit item hoc cognomen Cornelij præstantissimi poetæ.

cuius etiam hodie aliquot extant fragmenta. Hic primus Ægypti præfectus, Augusto Cæsari familiarissimus fuit: cuius tamen iussu, quum in proditionis suspicionem venisset, fuit interfectus. Non obscurè indicat Suet. *in August. cap.66*. Vide plura de hoc suprà in dictione *Cornelius*.

Gāllīnă, æ, auis nota. {ὄρνις, ἀλεκτορίς. GALL. *Geline ou poulle*. ITAL. *Gallina*. GERM. Ein henn. HISP. *Gallina ò gella*. ANGL. *An henne*.} Terentius *in Phorm.* Anguis per impluuium decidit de tegulis, gallina cecinit. Plaut. *Milit. sc.2.a.2.* Quid Gallinam, aut columbam, te dicat sectari. Idem *Asin. sc.3.a.3.* Dic me cuum passerculum, Gallinam, coturnicem. Iuuenal. *Satyr.13.*

———Gallinæ filius albæ.

¶ Villa ad Gallinas vnde dicta, vide apud Suet. *in Galba c.1.* Plaut. *in Pseud. sc.1.a.1.* An obsecro hercle habent quoque gallinæ manus? Nam has quidem gallina scripsit. ¶ Tria autem gallinarum genera enumerantur à Varrone *de re rustica lib.3. cap.9.* villaticæ, rusticæ, siue agrestes, & Africanæ. Villaticæ dicuntur vulgatissimæ illæ quas in villis, & nonnunquam etiam in vrbe ali videmus. Rusticæ, siue agrestes, medij cuiusdam generis sunt inter villaticas & Africanas: quæ Varronis tempore raræ erant in Vrbe: & in ornatibus publicis poni solebant cum psittacis, & merulis albis, alijsque rebus inusitatis. Ideo autem dictæ sunt agrestes, quòd non in villis, sed ferè in syluis oua facerent. Hæ primùm allatæ sunt è Gallinaria insula maris Ligustici: vbi hoc gallinarum genus agreste est, & ferum. Paulatim deinde cicures factæ, omnem Italiam impleuerunt: & ex Italia in Galliam & Germaniam translatæ sunt: à quibus ea de causa Longobardicæ gallinæ vocantur. Tertium gallinarum genus est, quas, quòd primùm ex Africa in Italiam sunt translatæ, Africanas vocauêre. Hæ (vt loco iam citato ait Varro) grandes sunt, variæ, gibberæ, & à Græcis Melagrides appellantur. Vulgus hodie vocat *gallinas Indicas*.

Gāllīnācĕŭs, a, um, quod ex gallinis est. {ὀρνίθειος. GALL. *De poulle, ou geline*. ITAL. *De gallina*. GERM. Von hennen. HISP. *Cosa de gallo, ò gallina*. ANGL. *Of an henne*.} vt Pullus gallinaceus. Varro 3. *de re rustica cap.9.* Gallinaceis enim pullis bis deni dies opus sunt: pauonis ter noueni. Gallinaceum fel. Cic. 2. *de Diuinat.* Gallinacea oua. Varro 3. *de re rust. c.9.* Si oua gallinis pauonina subijcies, quum iam decem dies pauonina fouere cœpit, tum denique gallinacea subijcere, vt vnà excludant. Plaut. *Capt. sc.1.a.4.* Agninam & pullos gallinaceos.

Gāllīnācĕŭs, i, substantiuum, Ipse gallus. {ἀλεκτρυών. GALL. *Coq*. ITAL. & HISP. *Gallo*. GERM. Ein han. ANGL. *A coke*.} Pescennius Niger, Ob vnius gallinacei direptionem decem commanipulares qui raptum ab vno comederant, securi percuti iussit. Plin. *lib.37. c.10.* Alectorias vocant in ventriculis gallinaceorum inuentas crystallina specie. *lib. 8. cap. 17.* Gallinaceorum cristæ.

Gāllīnārĭŭs, ij, & Gallinaria, æ, qui gallinas curat. {ὀρνιθοτρόφος. GALL. *Nourrisseur de poulles, poullaillier*. ITAL. *Gallinaio, ò gallinaia*. GERM. Ein man oder fraw so die hennen versorgt. HISP. *Gallinero ò gallinera, que crian las gallinas*. ANGL. *An henne heard*.} Plin. *lib.10. cap.55.* Traditur quædam ars gallinarij cuiusdam dicentis quid ex quoque esset. Varro *de re rust. lib.3. c.9.* Inter duas ostium sit, quà gallinarius curator ire possit.

Gāllīnārĭŭm, ij, locus in quo aluntur gallinæ. {ὀρνιθών. GALL. *Vn gelinier, le lieu où les poulles se couchent, vn poullier*. ITAL. *Pollaio, luoco da galline*. GERM. Ein hünerhauß oder hünerstall. HISP. *El gallinero donde duermen las gallinas*. ANGL. *A coope where pultrie is keept*.} Columell. *lib.9. cap.3.* Gallinaria constitui debent parte villæ quæ hybernum spectat Orientem. Græci, autore Polluce, πελαρεῶνες, vulgus à pullis gallinaceis, *Pullarium* appellat.

Gāllĭcĭnĭum. {ἀλεκτοροφωνία. GALL. *Le temps de la nuict, que les coqs chantent*. ITAL. *Quella parte della notte, quando cantano gli galli*. GERM. Die zeit der nacht wenn die hanen kreyen. HISP. *La media noche*. ANGL. *The tyme of the night when the cockes craweth*.} Pars noctis appellata est, qua galli cantant, quæ est quarta castrensis vigilia. Apul. *lib.2. de asino aureo*, Noctis gallicinio venit quidam iuuenis è proxima ciuitate.

¶Gallipolis, *Gallipoli*, V.E. regni Neapolitani, ad mare Adriaticum sub A. Hydriuntino, aliàs *Callipolis*.¶

Gāllŭlo, as, are, pubescere est. Nonius *in Epodio*, puerum mulieri præstare nemo scit, quanto melior sit, cuius vox Gallulascit, cuius iam ramus roborascit. Ex Nonio. At potiùs est graue quiddam & raucum sono, more gallinaceorum: quod in adolescentibus iam pubem emittentibus solet accidere: quod alio nomine *hirquitallire* dicimus.

¶Galuus, vide *Galbus*.¶

Gammalæ, est flagellum, quo quis disrumpitur, non arbitrio carnificis, sed sententiâ iudicis, plures pauciorésve percussiones, & ictus condemnatis inflictos.

Gămăle, γαμάλα, vrbs in Iudæa, siue in Syria Iudææ finitima. Iosephus, Syriæ habitatio quædam Gamale. Sueton. *in Tito*, Tarachiam & Gamalem vrbes validissimas Iudææ in potestatem redegit.

¶Gamalis. In ll. Longob. 2. *tit.§. l.7.* Si aliquis de sacramentalibus mortuus fuerit, potestatem habeat ille, qui pulsat, in loco mortuo similem alium nominare de proximis legitimis, aut de naturalibus, aut de gamalibus, id est, consabulatis. Intelliguntur legitimo matrimonio nati.

Gamelius, a, um, nuptialis, γαμήλιος, à γάμος, nuptiæ.¶

Gamelus olim dicebatur, qui nunc Camelus. Terent. Scaurus *de Orthograph*.

Gambrium, γαμβρεῖον, vrbs Ioniæ, Steph.

¶Gamma, nomen literæ, indeclinabile. Ausonius tamen flectit *gamma, æ*.

Gamma, æ, trigonum, ad formam literæ *gamma*.

Gammadium, i. & gammadia, æ, γαμμάδιον, paruum gamma.¶

Gāmmărŭs, i, aquaticum animal, simile cancro: vel (vt quidam putant) ipse cancer cui bina brachia denticulatis forcipibus ad caput porriguntur. {ἀστακός. GALL. *Escreuisse & langouste à Marseille*. ITAL. *Gambaro*. GERM. Ein krebs, oder ein thier das im wasser lebt einem krebs gleich. HISP. *Cangrejo o Gamaro*. ANGL. *A fishe lyk the crable*.} Color eius est glaucus, & subuiridis, sed inter coquendum rubescit. Martialis *lib.2.*

Concolor in nostra gammare lance rubes.

Iuuen. *Satyr.5.*

Sed tibi dimidio constrictus gammarus ouo
Ponitur.

Veneti adhuc hodie nomen retinent. Plin. autem *lib.9. cap.31.* Leonem appellat: quod nomen Massilienses etiam habent.

Gāmmŏīdēs, γαμμοειδὴς, ferrum quo vtuntur chirurgi ad extrahendum partita dictum à similitudine Græcæ literæ γ.

Gămŏs, {חתונה chatunnah. γάμος. GALL. *Nopces*. ITAL. *Nozze*. GERM. Hochzeit. HISP. *Bodas*. ANGL. *Mariage*.} Latinè nuptiæ. Hinc composita sunt, agamus, monogamus, bigamus, digamus, trigamus, polygamus, quæ omnia penultimam corripiunt. Hieronymus contra Iouinianum, Non damno digamos, imò nec trigamos, & si dici potest, octogamos.

Gamphasantes, populi Libycæ Æthiopiæ, sine vllis vestibus viuentes, qui (sicut scribit Pomponius) à prælijs abstinent, quum nec tela iacere, aut vitare noscant, ideóque obuios fugiant. {Nackende leut so in dem innersten Libya wohnen.} Plin. *lib.5. c.8.* Gamphasantes nudi, præliorúmque expertes, nulli externo congregantur.

Gandauum, vrbs Flandriæ, vulgò *Gant*.

¶Gandia, *Gandia*, vrbs regni Valentini in Hispania, Ducatus titulo clara, gentis Borgiæ.¶

Gāndri, populi sunt interioris Asiæ Pomponio, quos Plinius trans Margianem in Ortum ponit. ¶ Sunt & Gandaræ populi quos Ptolem. *lib.7.* in India, ad ipsum Indium sitos esse ait.

Gānĕă, æ, & ganeum, à γᾶ, ἀπὸ τῆς γῆς. Lupanar meretricum, gulosorum, diuersorium, & popina: quòd scilicet sit in terra, non vt cænacula, superius. {χαμαιτυπεῖον, πορνεῖον, ἀσωτεῖον. GALL. *Bordeau ou tauerne bordeliere*. ITAL. *Bordello*. GERM. Ein hurenhauß. HISP. *El burdel*. ANGL. *A brothell house, a tauerne of bauderie*.} Est enim locus abditus, & velut subterraneus, vinolentiæ & libidini aptus. Cic. *in Pisonem*, Paulisper stetimus in illo ganearum tuarum nidore atque fumo: vnde tu nos cùm improbissimè respondendo, tum turpissimè eructando eiecisti. Terent. *in Adelph.* Vbi ego illum quæram? Credo abductum in ganeam. Plautus *Mostell. sc.1.a.5.* Immersit aliquo sese in ganeam. Idem *Asin. sc.2.a.5.* Censen' illum nunc primum ire assuetum in Ganeam. Colum. *in prolog.* Mox deinde vt apti veniamus ad ganeas, quotidianam Laconicis cruditatem excoquimus. Plin. tamen accepisse videtur pro ipsa ingluuie, cibarijsque: ait enim de porco *lib.8.* Neque alio ex animali numerosior materia ganeæ. ¶ Ganeas popinásque vsque eo inhibuit Tiberius, vt ne opera quidem pistoria proponi venalia sineret. Vide Sueton. *in Tiber. cap.54.*

Gānĕōnēs. {ἄσωτοι. GALL. *Bordeliers, hanteurs de tauernes bordelieres*. ITAL. *Bordellieri*. GERM. Ein hurenfürer, ein vnnützer gäthbruder in hurenheusern. HISP. *Los que andan al burdel*. ANGL. *Haunters of bauderie, ruffianes*.} Dicti à ganeis, teste Nonio, quemadmodum Popinones à popinis, qui ganeas frequentant. Varr. *in Medio*, Et hoc interest inter Epicurum & ganeones nostros quibus modulus est vitæ culina. Cicero *in Catil.* Quis ganeo? quis adulter? quæ mulier infamis? qui corruptor iuuentutis. Terent. *in Heaut.* Si scire vis, ego dicam: gerro, iners, fraus, helluo, ganeo, damnosus.

Ganganorum, promontorium Hyberniæ, Ptol. *lib.2. c.3.*

Gāngărĭdæ, γαγγαρίδαι, vt inquit Curtius, populi inter Assyrios & Indos, iuxta Gangen. Virg. 3. *Georg.*

In foribus pugnam ex auro solidóque elephanto
Gangaridum faciam, victorísque arma Quirini.

Gangæ, vrbs Indiæ regia.

Gāngēs, is, & Gangetis, γάγγης, Indiæ fluuius maximus. {Ein grosser fluß in India.} Qui vniuersam secat Indiam, secum aureas arenas trahens, alio nomine Physon à Græcis dictus: quem sacræ literæ inter eos annumerant, qui de paradiso profluunt. Fontes eius alij incertos esse tradunt, vicináque omnia rigare, quemadmodum & Nilum. Alij in Scythicis nasci, ipsámque Indiam secare dixerunt, fluxéque in eum triginta amnes. Minima Gangis latitudo per octo millia passuum, maxima per viginti patet. Altitudo vbi vadosissimus est, mensuram centum pedum implet. Ouid. *Eleg.4. lib.5. Trist.*

———Late spatiantem flumine Gangem.

Dictus Ganges à Gange Æthiopum Rege, vt ait Suidas. Ouid. *lib. 4. Metam.*

Decolor extremo qua tingitur India Gange.

Gāngētĭcŭs, a, um, γαγγητικός, Denominatiuum. Col. *lib.8. c.8.* Iam nunc Gangeticas & Ægyptias aues temulenter eructas.

Ganglium, γάγγλιον, tumor in capite, vel collo vt plurimùm proueniens, interdum flatu tantùm, interdum tenuissimo humore plenus, quæ duo genera facillima sunt curatu. Nonnunquam etiam contingit humores esse crassissimos nullis cedentes medicamentis: quod genus non nisi arctis litigationibus, aut sectionibus potest curari. De his Cels. *lib.7.* Est & Ganglion Paulo nerui alicuius vel ex ictu, vel ex lassitudine contortio, in multis quidem omnino partibus corporis, sed præcipuè mollibus, vt in extremitate manuum atque pedum.

Gāngră, γάγγρα, ἡ, vel τά, vrbs Paphlagoniæ. Causam nominis Steph. explicat. Vide *Candara*. Alia est in Arabia felici.

Gāngrænă, æ, {γάγγραινα. GALL. *Chair morte par vlcere & inflammation*. ITAL. *Carne morta di vna piaga*. GERM. Der krebs, oder das faule fleisch von dem krebs hår. HISP. *Carne muerta de llaga*. ANGL. *Dead flesh in the body of a botche*.} Cum æ diphongo: caro est emortua ex vlcere, vel inflammatione: cui nisi opportuno remedio occurratur ad vicina proserpit. Dicta Gangræna, παρὰ τὸ γραίνω, τὸ ἐσθίω, hoc est, à comedendo, seu depascendo. Subalbescit autem primò, demum atra fit sensu amisso in prominentibus membris, id est, inter vngues, & alas, & inguina: & in senibus ferè, atque his quorum corpus mali habitus est. Luc. *lib.1. Sat.*

Serpere vti gangræna mali, ad quem herpetica posset.

Varr. Non vituperamus, quum sciamus digitum præcidi oportere: si ob eam rem gangræna non sit in brachium ventura. Vide de hoc Cornelium Celsum *lib.5.*

Ganos

Gannatura, est turpe luctum.

GANNIO, is, iui, vel gannij, itum. à γάννξ. Propriè vulpium est: teste Donato. {γαυζάομαι. GALL. *Glappir ou iapper à la façon d'vn renard, ou d'vn chien, gronder, grommeler.* ITAL. *Far voce di volpe, grunire.* GERM. Bällen oder schreyen wie ein fuchs. HISP. *Gañir el can, o raposa.* ANGL. *To yaulpe or bark lyk a dogge or foxe.*} Dicitur tamen & de canibus, quum claro vlulatu dolorem quendam gaudiúmve testari videntur. Inde ad homines translatum. Terent. *in Adelph.* Quid ille gannit? quid vult? Persius *Satyr.* 5.

> *Stat contrà ratio, & secretam gannit in aurem.*

Huius compositum est Ogganio, de quo suo loco. Plaut. Oggannis? S. Nec gannio, nec latro.

Gannitio, & Gannitus. {κνυζηθμός. GALL. *Glappissement, iappissement, grondement, grommellement.* ITAL. *Il grunire.* GERM. Das bällen. HISP. *El gañido.* ANGL. *Barking, yaulping.*} Lucretius,

> *Longè alio pacto gannitu vocis adulant:*
> *Aut quum deserti baubantur in aedibus: aut quum*
> *Plorantes fugiunt submisso corpore plagas.*

¶ Gannitus Nereidum. Plin. *lib.* 9. *cap.* 5. Nanque hæc in eodem spectata litore est, cuius morientis etiam gannitum tristem accolæ audiuere longè. ¶ Gannitus est, propriè veluti ploratus vapulantium. Donatus.

Gannodurum, γαννόδουρον, vulgò *Constantia*, Heluetiorum oppidum est ad Iuram montem, teste Ptolemæo *lib.* 2. *cap.* 9. {Costnitz am Bodensee.}

|Gansa, vel ganza, anser. Plin.

Ganta, χηναλώπηξ, auis similis gansæ, id est, anseri.|

Gănymēdēs, γανυμήδης. Trois filius fuit formosissimus puer, quem quum Iupiter deperiret, iussit in cælum ab aquila portari, & sibi à caliculis esse, repudiato ministerio Hebes, quæ ante illius raptum miscendo nectari præerat. Hanc fabulam tangit Virg. *lib.* 1. *Æneid* quum inter causas odij Iunonis in Troianos, recenset rapti Ganymedis honores. Higinus *in Astronomiam Poet.* tradit Ganymedem inter sidera translatum conficere signum illud quod Aquarium vocamus, quòd eius stellæ suo situ aquam fundentis imaginem videantur referre.

Gărămantes, γαράμαντες. Populi interioris Libyæ, Psyllis finitimi, à Garamante Apollinis filio cognominati, qui ibi Garamantum oppidum ex suo nomine condidit. {Völcker im innern Libya.} ¶ Fuit etiam Garamantes regis nomen, cuius filiam Garamantida Iupiter apud Bagrandam fluuium compressit, & ex ea genuit Iarbam.

Gărămanticus, adiectiuum: vt, Garamantica signa, apud Silium *lib.* 2. Garamantis, idos, Patronymicum fœmininum. Virg. 4. *Æneid.*

> *——— rapta Garamantide nympha.*

|Gardingus, dignitatis nomen. Cod. Il. antiq.

Garella A. XVIII. sub P. Constantinopolitano: in Leonis Imper. dispositione.

Garem, tribunal subitarium extructum Imperatoribus. Cerda.|

Gargānus, i, γάργανος. Mons in Apulia, cuius accolæ propriè Apuli dicuntur. Hodie vulgò vocant *Montem S. Angeli.* Lucan. *lib.* 4.

> *Appulus Adriacas exit Garganus in vndas.*

Gargarenses, gens mixta Amazonibus, γαργαρεῖς.

Gargaridio, as. Antiquis idem erat quod garrio. φλυαρῶ, φλυαρέω. Varro *in Epid. ad Fusium*, Poemata eius gargaridians dices, O fortuna, ô fors fortuna! Nonius.

Gărgărus, i, & in plurali numero Gargara, γάργαρα, Cacumen est montis Idæ, teste Macrobio, in ea parte vbi ad Mysos declinat: tanta frugum vbertate affluens, vt quoties infinitum rei alicuius numerum volumus denotare, à Gargarorum frugibus sumamus similitudinem. Ouid. *lib.* 1. *de arte amandi*, quum vellet Romanorum puellarum numerum immensum ostendere, dixit tantam esse Romæ puellarum copiam, quantam in Gargaris segetum. Huius autem tantæ vbertatis causa est fontium abundantia, quibus solum irrigatur: adeò vt æstiuis caloribus fruges non facilè possint aduri. Nam etsi Ida mons totus ferè plurimis irrigetur fontibus, vnde & Homerus πολυπίδακα vocat, præcipuè tamen ea pars huius montis, quæ ad Orientem Solem Mysiam contingit. ¶ Est etiam oppidum hoc nomine in radice huius montis situm: vt docet Macrob. *lib.* 5. *cap.* 19.

Gărgărizo, as, are. {γαργαρίζω. GALL. *Gargarizer, gazouiller.* ITAL. *Gargareggiare.* GERM. Gurgeln in der kälen. HISP. *Hazer gargarismo.* ANGL. *To gargill, to wash the mouth or throt.*} Est liquorem ore haustum sæpe ad gurgulionem, id est, guttur reuocare. Plin. *lib.* 20. *c.* 17. Sedat anginas cum melle ac hyssopo ex aceto gargarizatum. Idem *lib.* 20. Voci, fucus sub certamine vtilis, & qui gargarizatur vua tumente, adiecta mentha. Corn. Cels. *lib.* 4. *c.* 12. In vetusto capitis dolore communia sunt sternutamenta excitare, inferiora vehementer refricare, gargarizare his quæ saliuam mouent.

Gargarizatio, & Gargarizatus. {γαργαρισμός. GALL. *Gargarization, gargouillement.* ITAL. *Gargarizamento.* GERM. Das gurgeln. HISP. *Gargarismo.* ANGL. *A gargilling.*} Quibus vsus est Plin. *lib.* 21. *cap.* 19. & *lib.* 30. *cap.* 4.

Garge, γάργα. Vrbs Libyæ. Steph.

Gargettius, γαργήττιος. Oppidum est, pars de tribu Ægeide.

Gărgittĭŭs, γαργίττιος. Polluci, Canis cuiusdam generosi nomen, qui Geryonis boues custodiebat, & leonibus insultabat: quem tunc Hercules interfecit, quum illius armenta abduxit: fuitque Cerberi Epirotici frater, vt scribit Iulius Pollux *lib.* 5.

Gărrĭo, is, iui, vel garrij, à gerris: vel à γηρύω. est propriè auium, sed vsurpatur pro loqui, idque sine delectu & ineptè. {פטפט *tifpet*... φλυαρῶ, λαλῶ, ἀδολεσχέω. GALL. *Iargonner, iaser, caqueter, babiller.* ITAL. *Cicalare, ragionare pazzamente, garrire, ciantare.* GERM. Schwetzen, klappern heraußbladern. HISP. *Parlar vanamente, gorgear las aues.* ANGL. *To chat as a bird, to bable.*} Cic. *lib.* 2. *de Orat.* Nam & seculis multis ante Gymnasia inuenta sunt, quàm in his Philosophi garrire cœperunt. Martialis,

> *Garris in aurem semper omnibus Cinna.*

Idem.

> *Multisque rana garriant Rauennates.*

¶ Propriè tamen Garrire est auium: à quibus ad homines ineptè loquaces transfertur. Plaut. *Curcul.* —at pater tuus rursum tibi. PL. Nugas garris. Idem *Aul. sc.* 1. *a.* 3. Ita soleo garrire nugas.

Garrŭlĭtas, atis, Loquacitas. {קשקוש ... הפטפוט ... ἀδολεσχία. GALL. *Degoisement d'oiseaux, caquet, iaserie, babil.* ITAL. *Cianciume, ragionare alla ciecca.* GERM. Klapperheit, das vnnütz schwetzen. HISP. *Demasiada parleria.* ANGL. *Iangling, babling.*} Martial. *lib.* 3.

> *Crede mihi, quamuis ingentia Posthume dones,*
> *Autoris pereunt garrulitate sui.*

Sic Plin. *lib.* 26. *c.* 2. Etemporalis garrulitas. Quint. *lib.* 2. *c.* 4. Rauca garrulitas picarum, Ouid. 5. *Metam.* Senec. *c.* 16. *de consol. ad Heluiam*, Garrulitas pueri, argutiæ lasciuia.

Garrŭlus, a, um, Ineptè loquax. {פטפטן ... איש ... ἀδόλεσχος. GALL. *Babilleur, caqueteur, iaseur.* ITAL. *Chiacchiarone, ciarlone.* GERM. Schwetzer, Klapperer. HISP. *El que vanamente parla, demasiado parlad r.* ANGL. *That chattereth, and speaketh many vaine wordes.*} Plaut. *in Merc.* Verùm si non amant, oderunt, molesti itidem, atque difficiles: Garruli, osores, infensi, iracundi sibi, suisque inuidi. Terent. *in Adelph.* Senis ilico id illas suspicari: sed me reprehendi tamen, Ne quid de fratre garrulæ illi dicerem, ac fieret palàm. Sed hæc significatio est metaphorica. Propriè enim aues garrulæ dicuntur, maximéque illæ quæ canoræ sunt, & egregiè vocales. Virg. 1. *Georg.*

> *Garrula quam tignis nidum suspendit hirundo.*

¶ Garrulus cantus. Plin. *lib.* 10. *c.* 29. Luscinijs diebus ac noctibus continuis quindecim garrulis sine intermisso cantus. Garrula sistra. Martial. *lib.* 14.

> *Has quatiat tenerâ garrula sistra manu.*

Ouid. *Eleg.* 12. *lib.* 3. *Trist.*

> *——— Verbosi garrula verba fori.*

Idem 1. *Fast.*

> *Garrulus in primo limine vinctus erat.*

¶ Garrulus, inquit Nonius, dicitur cordatus. Varro *Peripl. lib.* 1. In hac ciuitate tum regnabat Dionysius homo garrulus & acer.

Garritido, as, are, idem quod garrio. Varro, Quidnam garridstatis, dicentes, O fortuna? Sunt qui scribant *garriditatis.*

Gărum, {τὸ γάρον. GALL. *Sausse qu'on faisoit de la lie où le poisson auoit esté longuement.* ITAL. *Salamora che si fa à pesci per conseruali.* GERM. Ein fischbrüh. HISP. *Salsa, ò salmuera de los alache, peces.* ANGL. *Sauce made of salted fishes.*} Liquamen est ex intestinis piscium sale maceratis: ita dictum quòd primùm ex garo pisce confici soleret. Plin. *lib.* 31. *cap.* 8. Aliud etiamnum liquoris exquisiti genus, quod garum vocauêre, intestinis piscium, cæterisque, quæ abijcienda essent, sale maceratis: vt sit illa putrescentium sanies. Martial *lib.* 13.

> *Nobile nunc sitio luxuriosa garum.*

Idem *Epigr.* 102. *lib.* 13.

|Garopola, qui garum vendit.|

Gărŭs, i. γάρος. Piscis est ex genere locustarum, ex cuius intestinis primùm garum confici cœpit. Vide Plinius *lib.* 31. *cap.* 8. & *lib.* 32. *cap.* 11.

Gărumnă, æ, *Garona.* Aquitaniæ fluuius, Celtas ab Aquitanis diuidens. Oritur octingentesimo à Narbone stadio in montibus Pyrenæis. Vide Pomponium Melam.

Gărўŏphyllum, i, seu potiùs Caryophyllum. {καρυόφυλλον. GALL. *Clou de girofle.* ITAL. *Garofalo.* GERM. Nägelin. HISP. *El clauo de girofle clerofo.* ANGL. *A gilofer.*} Frutex est, teste Ruellio, in Oriente nascens, sambuci forma, semine grano piperis grandiori, fragilioríque, ex atro rufescente, in claui modum capitato, exertis in aduersum quatuor denticulis sese stellatim decussantibus, prominulo apice, quadrati alueoli sinu medio vmbiculatim prodeunte. Hoc semen, quoniam clauatam habet speciem, claui nomine à populis Occidentalibus appellatur. Omnino autem scribi debet per secundam consonantem in capite, non per quintam, vt vulgus scribere consueuit. Dicitur enim Caryophyllon, ἀπὸ τοῦ καρύου φύλλον, quasi nucis folium.

|Garzala, *Garzala*, V. E. Illyrici sub A. Ragusino.

Garzonostasium, γαρζονοστάσιον, locus Constantinopoli in media aula magni templi, vbi pueri stabant.

Gasachius, in Il. Salic. aduersarius, cui est causa nobiscum, i. e. litis.|

Gasidanes, γασιδάνης. Gemma est quæ in Media inuenitur, coloris olorini veluti floribus sparsa. Autor Plin. *lib.* 37. *cap.* 10.

|Gastaldus, custos. Gastaldia, custodia. Lex. I. C.

Gastaldius, Comes. Gastaldij, curtes regias prouidentes. Cod. Il. antiq.|

Găstēs, seu Gasterium. γαστὴρ Dioscoridi, genus vasi ventricosum, vt ex etymologia apparet.

|Gastræ, vasa vrinaria.|

Găstrŏchīrēs, γαστρόχειρες. Dicebantur quasi ventrimanus, qui manuum artificio victum quæritabant.

Găstrimargĭă, {γαστριμαργία. ANGL. *Gluttonie, ravining.*} Nimia ingluuies, vt apud Arist. *in Ethicis.* Gastrimargus, gulosus.

Gastromantia. Fons in Achaia apud Athenienses, teste Pausania *lib.* 7.

Gastronia, regio Macedonica, Steph. γαστρωνία. Vide *Gastronia.*

|Gastrum, vas æneum cum fundo angusto. Gl. A. L.|

Gathex, γαθέαι, vrbs Arcadiæ, Steph.

Gaudara, γαύδαρα, vicus Macedoniæ, Steph. in Gadara.

|Gau. Auson *ed.* 12.

> *Ennius vt memorat, replet te lætificum Gau,*

id est, gaudium. Ausin. *lib.* 13. *cap.* 18.

Gauata, vas escarium, quasi cauata. g. posita pro c.|

GAVDIVM, ij, est affectio animi, alicuius præsentis boni opinione concepta, lætitia, voluptas. {המשוש *simchah* שושש *sason.* χαρά, χάρμα. GALL. *Ioye, resiouissance.* ITAL. *Allegrezza, gaudio.* GERM. Freud. HISP. *Gozo, alegria.* ANGL. *Ioye, gladenesse.*} Et propriè quum exhilaratur animus aliqua re, neque tamen ita ad exteriora diffunditur, vt facilè appareat. Lætitia verò dicitur, quum ita mouetur animus, vt etiam ad exteriora egrediatur, & maximè in vultu conspiciatur. Hinc dicunt Stoici gaudium in sapientem cadere posse, lætitiam non posse. Cic. 4 *Tusc.* Nam quum ratione animus mouetur placidè atque constanter, tum illud gaudium dicitur: quum autem & inaniter & effuse animus exultat,

tat, tum illa lætitia gestiens, vel nimia dici potest, quam ita definiunt, sine ratione animi elationem. Senec. *Epist. 60.* Gaudium sapientis est, non voluptas. Catull. *de com. Beren.*

——— An ue parentum
Frustrantur falsis gaudia lacrymulis.

Ouid. *Eleg. 2. lib. 4. Trist.*

Nos procul expulsos communia gaudia (triumphi) *fallunt.*

Plaut. *Curc. sc. 2. a. 1.* Da vicissim gutturi gaudium. Idem *Aul. sc. 1. a. 5.* Dij quibus & quantis me donatis gaudiis (de auro.) ¶ Gaudiis deditus, i. cupidinibus. Salust. *in Iugurth.* Qui dediti corporis gaudiis per luxum atque ignauiam ætatem agunt. ¶ Huius diminutiuum, Gaudiolum, χαρμόσυνον, & compositum Gaudiloquus, qui cum gaudio loquitur, vt apud Plautum. ¶ Dictum gaudium, quasi Gaurium. Græci enim γαῦρος, lætum, superbum, gloriosum dicunt.

[Gaudimonium, pro gaudio.
Gaudibundus apud Apul. & apud eundem
Gaudialis sæpius leges.]

Gāudĕo, es, gauisus, Lætor, exulto, triumpho, gaudio afficior, à Græco γαθέω, θ in d mutata. {שמח saméach שׂוּשׂ sus. γηθέω, χαίρω. GALL. *S'esiouyr, estre ioyeux & bien aise.* ITAL. *Allegrarsi, dilettarsi.* GERM. Sich frewen, frölich sein. HISP. *Allegrarse.* ANGL. *To be glad or ioyous.*} Gaudere cum datiuo. Catullus:

Salue ô venusta Sirmio: atque hero gaude.

Cic. *Calio*, Mihi gaudeo, tibi gratulor. Terent. *in Heaut.* Gaudere adeò occepit, quasi qui cupiunt nuptias. ¶ Differunt autem gaudeo & lætor. nam tunc gaudere dicitur quum re aliqua exhilaratur animus, nullum tamen eius foris apparet indicium. Contrà lætari, quum ita mouetur animus, vt in vultu & gestibus lætitiæ signa prodantur. Ouid. *Eleg. 5. lib. 4.*

Quod licet, & tutum est, intra tua pectora gaude.

Cic. 4. *Tusc.* Atque vt confidere decet, timere non decet: sic quidem gaudere decet, lætari non decet. ¶ Gaudere re aliqua, pro delectari. Virg. *in Bucol.*

——— Numero Deus impare gaudet.

Ouid *Eleg. 4. lib. 4. Trist.*

Illi quos audis hominum gaudere cruore.

Cic. *de senect.* Quàm gaudebat bello Punico suo Næuius, quàm Truculento Plautus: quàm Pseudolo! Gaudere gaudium: quemadmodum viuere vitam, somniare somnia, currere cursum dicitur. Gaudere geminum gaudium, Gell. *c. 9. lib. 9.* Terent. *in Adelph.* Hunc scio mea solidè solum gauisurum gaudia. Cælius *Ciceroni*, In theatrum Curionis Hortensius introiit, puto vt suum gaudium gauderemus. Gaudeo voti, significat ex animo gaudeo te voti compotem factum esse. Apuleius *lib. 1.* Sed quid istud? voti gaudeo. Locutio est noua & insitata, vt pleræque apud Apuleium. Gaudere in sinu, prouerbialis locutio, quam & Poetæ vsurpant, significat secum, & cum suis lætari. Cicer *lib. 3. Tusc.* Quoniam plausibilia non hæc sunt, vt in sinu gaudeant, gloriosè loqui desinant. Tibull.

Qui sapis, in tacito gaudeat ille sinu.

Propert. *lib. 2.*

In tacito cohibe gaudia clausa sinu.

Huius verbi composita sunt, Congaudeo, simul gaudeo, συγχαίρω. Adgaudeo, gratulor, ἐπιχαίρω. Lactantius *lib. 4.* Ego eram cui adgaudebat, hoc est, qui sibi applaudebat & gratulabatur. Plaut. *Mostell. sc. 3. a. 1.* Gaudeant suo semper perpetuo bono. Idem *Men. sc. vlt. a. 5.* Quem (fratrem) esse inuentum gaudeo. Idem *Most. sc. 2. a. 2.* Salue, saluum te aduenisse gaudeo Idem, E. Gaude. H. Quid ego gaudeam. E. quia impero. Item, Gaudeo, etsi nihil scio, quod gaudeam. Idem *Capt. sc. 1. a. 1. Ibidem sc. 5. a. 5.* Herum seruaui, quem seruatum gaudeo. Idem *Men. sc. vlt. a. 5.* Gaudeo, si quid propter me tibi euenit boni. Senec. *epist. 46.* Non delectatus modò, sed & gauisus sum. Gaudeo ventum, pro venisse. Plaut. *Cistell.* Quod ille dixit, qui secundo vectus est mari, Ventum gaudeo ad te ecastor: ita hodie hîc acceptæ sumus suauibus modis. ¶ Cùm tu es liber, gaudeo, (formula est.) Idem *Men. sc. 7. & sc. vlt. a. 5.*

[Gauescite χαίρετε. Gauiso χαίρω.]

Gaugamela, vel Gangamela potius, γαυγάμηλα, locus Persidis, Steph. Vide Strab. *in initio lib. 6.*

Gāuĭa, auis est aquatica in petris nidificans. Plin. *lib. 10. cap. 32.* Gauiæ in petris nidificant, mergi in arboribus. Pariunt plurimùm terna, sed gauiæ æstate, mergi incipiente vere. Idem *c. 74. eiusdem libri*, Aquaticæ anates & gauiæ.

Gaulĕōn, γαυλέων, teste Solino, insula est Libyæ obiacens, in qua serpens neque nascitur, neque inuectus viuit: puluisque eius quocunque gentium iactus, angues & scorpiones perimit.

Gaulūs, γαυλός. Nauis genus paruæ & rotundæ. Festus. Item Gell. *cap. 25. lib. 10.* Est item *Gaulos*, insula Siciliæ adiacens, ab ea parte, qua Africam spectat. Autor Plin. *lib. 3. cap. 8.*

Gaunace. Terent. Scaur. *de Orthogr.* Alij Gaunacen dicunt: alij Caunacen.

Gaunacum, i, vestimentum crassum. Varro *lib. 4. de lingua Latina.* Meminit Aristophanes, οἱ μὲν χλαίνας πίσεσιν, οἱ δὲ καυνάκας. Item Athenæus *lib. 4.* [illegible], perperam pro καυνάκας. Scaliger *in Varronem.*

Gāurūs, γαῦρος. Mons Campaniæ, Massicis & Surrentinis propinquus, in quo nascitur vinum præcipuæ bonitatis. Stat. *lib. 3. Sylu.*

Seu tibi Bacchei vineta madentia Gauri.

¶ Hinc Gauranus, a, um, vt Gaurani montes, apud Plin. *lib. 3. c. 5.* Gauranum vinum, quod in summis agri Falerni iugis nascebatur. Nam quod in mediis gignebatur montibus, Faustianum: quod in imis, Falernum dicebatur: teste Plin. *lib. 14. c. 5.*

GAVSĂPĔ, {אדרת addéreth. τὸ ἀμφίεσμα, τὸ ἀμφίταπον, ὁ ἀμφίταπος. GALL. *Mante velue.* ITAL. *Schiauina.* GERM. Ein gefotzt kleid, oder ein wenterdecke. HISP. *Vestidura vellosa.* ANGL. *A carpet to laye on a table, a frize garment.*} Vestis militaris, seu straguli genus, quod olim ex stramento confici solebat, quanquam postea etiam ex lana fieri cœpit maioribus villis: quo etiam in vrbe vtebantur, hyberno potissimum tempore, aduersus frigoris tempestatúmque iniurias. Plin. *lib. 8. c. 48.* Antiquis torus è stramento erat, qualiter nunc etiam in castris gausape. Patris mei memoria cœpêre amphimalla nostra, sicut villosa etiam ventralia. Nam tunica laticlaui in modum gausape texi tunc primum incœpit. Quo isti loco gausape genitiui casus est. Est enim hoc nomen indeclinabile: quanquam apud antiquissimos inueniatur gausapes, is, & gausapa, gausapæ, & gausapum, gausapi. Adhuc apud probatos autores nonnunquam occurrit in numero plurali gausapa. Ouid. *lib. 2. de arte amandi.*

Gausapa si sumpsit, gausapa sumpta proba.

Persius *Satyr. 6.*

Iam chlamydas regum, iam lutea gausapa captis,
Essedaque ingentésque locat Cæsonia Rhenos.

Idem *Satyr. 4.* pro barba hirsuta & prolixa. Sic enim solet interpretari versus ille:

Tu cum maxillis balanatum gausape pectas,

Vide Martial. *Epigr. 49. lib. 14. & epigr. 138. & 152.* eiusdem libri Gausape quadratum. ¶ Gausape, siue Gausapium, tapetia villosa (vt nunc turcica) quibus mensæ tegebantur. Martial.

Nobilius villosa tegant tibi Gausapa citrum.

Varro *4. de L. L.* Si aliquid item in conuiuariis, vt gausapia.

Gāusăpīnă penula, villosæ vestis genus, quo hyberno tempore, & frigido vtebantur. {ὁ ἀμφίμαλλος, ὁ ἀμφίταπος. GALL. *Mante ou habit velu dehors & dedans.* ITAL. *Schiauina.* GERM. Ein gefotzet kleid. HISP. *Vestidura vellosa dentro y fuera.* ANGL. *A rough winter gowne.*} Hanc sic describit Martialis *in Distichis, Epigr. 145. lib. 14.*

Is mihi candor inest villorum gratia tanta,
Vt me vel media sumere messe velis.

Pro eodem dicitur & gausapina, absolutè. Idem,

Mense vel Augusto sumere gausapinas.

Idem Mart. *Epigr. 147. lib. 14.* Gausapina cubicularia.

Gausapatus, a, um, Seneca *Epist. 54.* Gausapatus me in mare iniicio.

Gāusăpātūs, Gausapinâ indutus. {ἀμφίμαλλον ἐνδεδυμένος, ὁ ἀμφίεσμα ἐνδεδυμένος. GALL. *Vestu d'une robbe en mante veluë dehors & dedans.* ITAL. *Vestito di manto peloso.* GERM. Mit einem gefotzeten kleid angethon. HISP. *Vestido di vestidura vellosa d'entro y fuera.* ANGL. *Cladde with a rough gowen.*} Senec. *epist. 54.* Mitto me in mare quomodo psychrolutam decet gausapatus.

GĀZĂ, æ, {גנז ganáz רכוש recbúsch. γάζα. GALL. *Grande cheuance, finãce, ou richesse.* ITAL. *Masseritia, richezza.* GERM. Ein schatz, reichtumb, hab vnd guth. HISP. *Grandes riquezas.* ANGL. *Riches, the store an stuffe of any man.*} Dictio Persica, significans opes, supellectilem, & omne quod possidemus. Pompon. Mela. Gazam Persæ ærarium vocant. Curt. *lib. 3.* Igitur quasi parum munimentis oppidi fidens, ante Solis ortum pecuniam regiam (gazam Persæ vocant) cum pretiosissimis rerum efferri iubet, simulans fugam. Virg. *5. Æneid.*

——— & gaza lætus agresti.

Idem,

——— tabulaque & Troia gaza per vndas.

Cicer. 2. *Offic.* Omni Macedonum gaza, quæ fuit maxima, potitus est Paulus. Sueton. *in Neron. cap. 31.* Gazæ antiquissimæ Thesauri. ¶ Arabum gazas dixit Horatius, pro cumulatissimis opibus, non sine specie prouerbiali. ¶ Est etiam *Gaza* nomen ciuitatis in Perside, ita dictæ quòd Cambyses eò velut in munitissimam totius regni arcem, omnes opes pecuniámque congesserit.

Gāzæūs, a, um, γαζαῖος, & Gazæticus, a, um, quod est ex Gaza vrbe Persica, circa quam nobilissima vina nascebantur, teste Pomponio Mela. Sueton. *in Faustum.* Vina mihi non sunt Gazætica, Chia, Falerna.

[Gazara, V. Terræ sanctæ, muris non est cincta, sed habet veterem arcem, cui Sangiocus Turcicus præest: vt tradit Bellonius *lib. 2. Obseruat. cap. 79.*]

Gāzŏphylăcium, ij, {גנזך ganzách לשכה lischcháh. γαζοφυλάκιον. GALL. *Theresorerie, le lieu où on met le thresor.* ITAL. *Luogo doue si conseruano le cose pretiose.* GERM. Ein schatzkammer, ein ort dahin man gelt vnd gut behelt. HISP. *El thesoro, lugar donde se guarden las riquezas.* ANGL. *A chest where a treasure is kept, a iewell house.*} Nomen compositum ex Gaza dictione Persica, & Græco verbo φυλάττω, quod est custodio. Est enim locus, in quo gazam, hoc est, thesaurum, opes, aut pretiosiorem supellectilem conseruamus.

Gazaca, γάζακα, ὁ γάζακος, ἡ, vrbs, aut vicus maximus in Media, Stephan.

Gazetæ, γαζῆται, populi Galatiæ aurum gerentes. Autor Steph.

Gazorus, γαζωρός, vrbs Macedoniæ, Steph.

Gazus, γαζός, vrbs Indica longè maxima, Steph.

G E

[Ge, terra. Tertull.]

Gĕā, γέα, oppidum est Arabiæ Petrææ, non procul à Petra regionis totius Metropoli. Autor Steph.

Gĕbālă, {גבל gebál. γεβαλα.} Tertia Palæstinæ portio, à qua deducitur gentile Gebalenus. Quin ipsa etiam Idumæorum regio, Gebalene, γεβαληνή, cognominatur. Autor Steph.

Gebalena, γεβαληνή, regio in finibus Eleutheropoleos.

Gebanitæ, populi sunt maris rubri accolæ, in Arabia deserta, quorum præcipua oppida sunt Nagia, & Tamna, teste Plin. *lib. 6. c. 28.* Hinc genus myrrhæ Gebaniticum appellatur.

Gebeleizes, Dæmon, idem Zamolxidi putatur. Vide Herodotum *lib. 4.*

Gĕbĕnnă, (multi scribunt, sed male. Scribendum Cebenna per C, *les Cebennes & Cenenes.* vt monet Scalig. in Notitiâ Galliæ.) mons est in Gallia, Aruernos ab Heluiis diuidens, ab ea parte, qua Cadurci & Ruteni Aruernos spectant. {Ein gebirg in Franckreich.} Cæsar *lib. 7. bell. Gall.* Partem copiarum ex prouincia, supplementúmque quod ex Italia adduxerat, in Heluios, qui fines Aruernorum contingunt, conuenire iubet. His rebus comparatis repressio iam Lucterio, & remoto, quòd intrare intra præsidia periculosum putabat, in Heluios proficiscitur: etsi mons Gebenna qui Aruernos ab Heluiis discludit, durissimo tempore anni, altissima niue iter impediebat, &c. Ex quo loco Cæsaris facilè deprehendi potest error eorum, qui extremum Allobrogum oppidum ad

ad Lemanum lacum situm in confinio Heluetiorum, vocant Gebennam, quum omnino constet ex primo Comm. Cæsaris, Geneuam appellari. Lucan. *lib.* 1. in plurali numero vsus est pro oppido in Gebenna monte sito:

——*Cana, inquiens, pendentes rupe Gebennas.*

Gedanum, vulgò *Dantzig.* Vrbs est totius Borussiæ emporio celeberrima: ad ostium Vistulæ, fluminis Poloniæ, in mare Balticum sese exonerantis, sita. Hæc omnis generis merces copiosas secundo Vistula ex regno Poloniæ acceptas, maritimis regnis & vrbibus multis, sine vanitate impertit. Patet verò Regi Poloniæ: & ad omnia quæ ad ius & personam Maiestatis regiæ pertinet iuramento obligatur. Liu. 5. *statut. Polon. cap.* 3. Vide *Dantiscum.*

Gědĕon, {גִּדְעוֹן *gidhón.*} Nomen proprium iudicis Israël, qui occidit Oreb, Zeb, Zebee, & Salmana.

Gĕdrŏsĭă, γεδρωσία. Regio maioris Asiæ. Hodie Tarsæ regnum vocari, autor est Sabellicus.

Gegania, mulier Rom. Plutarch. *in Num. & Lyc.*

GĔHĔNNĂ, æ, {גֵּי הִנֹּם *ge-hinnóm.* γέεννα.} Quid significet explicat Hieronymus hisce verbis, Erat (inquit) idolum Baal iuxta Hierusalem ad radices montis Moria, in quibus Siloa fluit. Hæc vallis & parua campi planities, irrigua erat, & nemorosa, plenáque deliciis, & lucus in ea idolo consecratus. In tantam autem populus Israel venerat dementiam, vt deserta templi vicinia, ibi hostias immolaret, & rigorem religionis deliciæ vincerent, filiósque suos incenderent dæmonibus, vel initiarent. Et appellabatur locus ipse Gehennon, id est, vallis filiorum Hennon. Hoc Regum volumen, & Paralipomenon, & Ieremias plenissimè scribunt. Et comminatur Deus se locum ipsum impleturum cadaueribus mortuorum, vt nequaquam Thopheth & Baal, sed vocaretur Polyandrium, id est, tumulus mortuorum. Futura ergo supplicia & pœnæ perpetuæ quibus peccatores cruciandi sunt, huius loci vocabulo denotantur. Duplicem autem esse gehennam, nimi ignis & frigoris, in Iob plenissimè legitur.

Gĕlă, γέλα Steph. Vulgò *Cherza.* Fluuij nomen est in Sicilia, & vrbis à pruina, quam multam gignit, (Siculi enim γέλαν, pruinam vocant) deducto nomine. Virg. 3. *Æneid.*

Immanísque Gela fluuij cognomine dicta.

¶ Inde Gelous, a, um, denominatiuum. *Ibid.*

Apparet Camerina procul, campíque Geloi.

Gĕlābĭlis, Gelasco, vide *Gelu.*

[Gelasimus, γελάσιμος est ridiculus, risu dignus.]

Gĕlăsini, dentes anteriores, quos ridendo ostendimus. Cicero aduersos acutos vocat. {γελασῖνοι. GALL. *Dents deuant, qui apparoissent quand on rit.* ITAL. *Denti dinnanzi.* GERM. *Die vordersten grossen zän im mund, so man entdeckt im lachen.* HISP. *Dientes de delante.* ANGL. *The fore teeth which appeareth in laughing.*} ἀπὸ τοῦ γελᾶν, hoc est, à ridendo. ¶ Gelasini item lineæ sunt, siue rugæ, quæ in ridentis facie apparent. Martial. *lib.* 7.

Nec grata est facies, cui gelasinus abest.

¶ Item mimi, qui gesticulatione faceta populum oblectant. Vnde Gelasinus ille Plautinus, salsis dicteriis populum delectat, & dum risum captat, irridetur. Vnde est illud, Caue ex Gelasino fias catagelasinus: hoc est, deridiculus.

Gelbóe. {הַר-גִּלְבֹּעַ *hare-gilbóah.*} Mons Syriæ ad sextum lapidem à Scythopoli, in quibus etiam est vicus grandis, qui vocatur Gelbos.

[Geldria, *Gueldre.* vna ex XVII. Germaniæ inferioris prouinciis, Ducatus titulo clara, Rheno, Vahali & Mosâ fluminibus irrigua: cuius vrbes primariæ sunt Arnhemium, Nouiomagum, & Ruremunda V.E. ad Mosam.]

Gelicidium, Gelidus, Gelu, vide *Gelu.*

Gellius, viri proprium, ἀπὸ τοῦ γελᾶν, id est, ridere: cuius extant Atticæ noctes. Prænomen habet Aulus, quanquam non desint qui coniunctim legendo, Agellium dici putent.

Gĕlōi campi, γελῷοι πεδία, in Sicilia sunt ad Gelam fluuium. Virg. 3. *Æneid.*

Apparet Camarina procul, campique Geloi.

Gĕlōni, γελωνοί, populi interioris Scythiæ, Agathyrsis proximi: qui faciem pingunt, vt viriliores in prælio videantur. Patientissimi sunt inediæ, fameque vrgente, equo vehuntur, sanguinis nonnihil detrahunt, eóque cum lacte commisto inediam leuant. Hodie Tartari appellantur. Virg. 2. *Georg.*

——*pictósque Gelonos.*

Lucan. *lib.* 4.

Massagetes quo fugit equo, fortésque Geloni.

Virg. 3. *Georg.*

Bisaltæ quo more solent, acérque Gelonus,
Quum fugit in Rhodopen, atque in deserta Getarum,
Et lac concretum cum sanguine potat equino.

Gĕlōs, Cariæ portus est, iuxta Halicarnassum, vt scribit Pompon. *lib.* 1. in descriptione Cariæ.

Geloum, Stagnum est Siciliæ, quod appropinquantes tetro odore abigit. {Ein stinckender see oder weiste pfützen in Sicilia.} à quo non procul duo fontes sunt, ex quorum altero si sterilis bibit, concipit: ex altero autem si fœcunda, sterilis fit. Hinc campi Geloi, stagno illi adiacentes. Sunt tamen qui ab Gela fluuio dictos volunt.

GĔLV, Aqua concretio ex frigore. {קֶרַח *kérach.* κρυμὸς, κρυσταλλὸς, πάγετος. GALL. *Gelée, glace.* ITAL. *Gelo, ghiaccio.* GERM. *Eiß, gefrüste.* HISP. *Yelo ò elada.* ANGL. *Ice, frost.*} Ouid. *Eleg.* 4. *lib.* 3. *Trist.*

——*Astricta terra perusta gelu.*

Ibidem *Eleg.* 10.

Terraque marmoreo est candida facta gelu.

Item,

Et niger inductis candida barba gelu.

Aliquando tamen ponitur pro frigore. ψύχος. Vnde gelidum, frigidum dicimus. Antiqui etiam *gelus* dixerunt, teste Nonio: & similiter *gelum.* *geli.* Lucret. *lib.* 5.

Assiduósque geli casus mortalibus aufert.

& *lib.* 6.

Demittit quâ sæpe gelum quod continet in se.

Gĕlĭcĭdĭum, ij, ipsum gelu, & concretio aquæ. {קֶרַח *kérach.* κρυμὸς, κρυμνός. GALL. *Gelée.* ITAL. *Gielo.* GERM. *Gefrierung.* HISP. *La cayda del yelo, ò elada.* ANGL. *A freezing or congealing together.*} Colum. *lib.* 2. *cap.* 8. Vt prius conualescant radices frumentorum, quàm hybernis imbribus, aut gelicidiis, pruinisve infestentur. Idem *lib.* 11. *c.* 2. Hyemat cum frigore & gelicidiis.

[Gelima, garba, vel coma segetis.]

Gĕlo, as, are, actiuum verbum, idem quod frigore astringo. {κρυσταλλόω, πηγνύω. GALL. *Geler, glacer.* ITAL. *Congelare, agghiacciare.* GERM. *Gefroren machen.* HISP. *Elar.* ANGL. *To freeze.*} eius passiuum gelor legitur apud Iuuenalem *Satyr.* 6.

——*pauidéque gelantur Pectore.*

Sic gelatum lac, Colum. *lib.* 10. *c.* 38. Gelatus caseus, idem *lib.* 7. *c.* 8. Sæpe etiam neutrum est, sed vix aliter, quàm in tertiis personis. Polyb. *lib.* 14. *c.* 3. Non ante demetuntur, quàm gelauerit. Idem *lib.* 15. *c.* 6. Si gelant frigora, quarto die premendum. ¶ Hinc etiam componuntur, Congelo, Regelo, de quibus suis locis.

Gĕlāsco, is, ere, est gelu astringi. {κρυσταλλοῦσθαι. GALL. *Se geler ou glacer.* ITAL. *Congelarsi, agghiacciarsi.* GERM. *Gefrieren.* HISP. *Elarse.* ANGL. *To congeall, to freeze.*} Gell. *lib.* 17. *c.* 7. Vina careneer congelascunt. Plinius *lib.* 14. *c.* 21. Vini natura non gelascit.

Gĕlātĭo, verbale, Congelatio. {πῆξις, πάγετος. GALL. *Gelement, glacement.* ITAL. *Agghiacciamento.* GERM. *Gefrierung, oder gefrüste.* HISP. *Elamento, elado.* ANGL. *A freezing.*} Plin. *lib.* 17. *c.* 14. Si protinus editis fructibus gelatio magna consecuta est, etiam paucis diebus necat.

Gĕlābĭlis, e, quod gelu durari potest, à quo fit compositum Ingelabilis, vel potius incongelabilis, de quo suo loco.

Gĕlĭdus, a, um, Frigidus, congelatus, frigore concretus. {קַר *kar.* κρυερός. GALL. *Fort froid, gelé, glacé.* ITAL. *Gelido, freddo, gelato.* GERM. *Eißkalt.* HISP. *Cosa fria, ò elada.* ANGL. *Very colde, froser.*} Virg. *lib.* 3. *Æneid.*

——*mihi frigidus horror*
Membra quatit, gelidúsque coit formidine sanguis.

Gelidus æther, idem 8. *Æneid.* Gelidus amnis, gelida rupes, gelidum flumen, apud eundem. Gelidæ naturæ sydus. Plin. *lib.* 2. *cap.* 86. Gelida, absolute, subaudi aqua. Horat. 2. *Serm. sat.* 7.

Poscit te mulier, vexat: foribúsque repulsum
Perfundit gelida: rursus vocat.

Tibull. *lib.* 4.

Nobilis Atracia gelidus (Læstrigonas) *quos irrigat vnda.*

Ibidem,

——*Gelidas diffectus in alpes Pannonius.*

Item,

Atque duæ (zonæ) *gelido vastantur frigore semper.*

¶ Hinc componitur Egelidus, a, um, quod significat id, quod non est calidum, neque frigidum (nam e, quandoque priuationem denotat) quamuis Serui. pro valde frigido exposuerit, vide suo loco.

Gĕlĭdè, aduerb. frigidè, timidè. {κρυερῶς, ψυχρῶς. GALL. *Fort froidement.* ITAL. *Gelatamente, da agghiacciato, freddamente.* GERM. *Gantz kaltsinnig, als wenn einer eiset were.* HISP. *Friamente y frescamente.* ANGL. *Coldelie, as it were frosen.*} Horat. *de Arte.*

Vel quod res omneis timidè, gelidéque ministrat.

Gemea, nomen alæ militum Macedonensium. Liu. 7. *bell. Maced.* Addita his ala mille fermè equitum, gemeam vocabant.

Gĕmellăr, is, neutri gen. Vasis genus, cui forsassis ex eo inditum nomen, quòd geminas mensuras contineat. Colum. *lib.* 12. *c.* 50. Quod deinde primum defluxerit, in rotundum labrum (nam id melius est, quàm plumbeum quadratum, aut gemellar) protinus capulator depleat. Gemellaria, æ, fœmin. gen. dixit Augustin. *in Psalm.* 136. Vt aurem per plateas fluentem cernens, oleum in gemellaria non videas.

Gemebundus, vide *Gemo.*

GĔMĬNVS, a, um, ab ἅμα, duo, bini. {תְּאוֹם *teóm* vel תְּאוֹמִים *teomim.* δίδυμος. GALL. *Gemeau, double.* ITAL. *Gemino, doppio.* GERM. *Zwyfach, zwyfaltig.* HISP. *El mellizo con otro, entre si muy semejantes.* ANGL. *Twoo, double.*} Virg. *lib.* 6.

Sunt geminæ somni portæ.

Terent. *in Andr.* Nam satis credo, si aduigilaueris, Ex vnis geminas mihi conficies nuptias. Vnde etiam gemini dicuntur duo vno partu editi. Virg. *lib.* 8. *Æneid.*

——*Geminos huic vbera circum*
Ludere pendentes pueros.

Plaut. *Amphitr.* Hodie illa pariet filios geminos duos. *Ibid. sc.* 1. *a.* 5. Illam filios pueros geminos peperisse conspicor. Ouid. *Eleg.* 11. *lib.* 3. *Trist.*

Exhibuit geminos ore gemente sones.

Idem *ibid.*

Vnus olim, nunc verò partus est geminus.

Senec. *cap.* 14 *de consol. ad Mart.* Geminum funus renunciatum, (id est, mors duorum liberorum.) Plaut. *Milit. sc.* 4. *a.* 2. Mea soror gemina germana. Idem *Men. sc.* 1. *a.* 2. Geminum germinum fratrem meum. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 2. Geminos in ventre visce habere filios. Si autem tres fuerint, trigemini dicuntur: si quatuor, quatergemini. Columell. *lib.* 4. Albanæ equitiæ familiæ trigeminorum matres. ¶ Quandoque pro simili ponitur. Pacuu. Par fortitudo, gemina confidentia. Cic. *pro Rosc. Amer.* Par est auaritia, similis improbitas, eadem impudentia, gemina audacia. Idem *pro Rosc. in Comœd.* Simillima, & maximè gemina societas hæreditatis est. Plaut. *Men. sc. vlt. a.* 5. Gemini ambo eramus. Suprà, duo & pares. *Ibid.* Spes est vos inuenturos fratres germanos duos geminos, vna matre, vno patre, vno die natos. *Ibidem,* Ij sunt gemini germani duo. Idem *Amph. sc.* 1. *a.* 5 Geminus Sosia hic factus est tibi. (id est, duos simillimos pro vno habes.) ¶ Est etiam cæleste signum, quod Astrologi vocant Geminos, Castorem & Pollucem intelligentes, qui à matre Leda vno partu creduntur editi, de quibus Seneca In magna tempestate apparent quasi stellæ cælo insidentes, adiuuarique se tunc periclitantes existimant Pollucis & Castoris nomine. A Columella dicitur Geminum astrum, quod XIIII. Calendas Iunij Sol ingre-

ingreditur. ¶ Geminus etiam Iani epitheton est, quòd gemina facie pingi soleat: cuius rationem hanc affert Macrob. quòd Ianus omnium sui seculi fuerit prudentissimus: neque solum ea viderit quæ ante se erant, hoc est, præterita, verumetiam ea quæ post se erant, hoc est, futura prospexerit. Suet. *in Neron. c.* 13.

Gĕmellŭs, a, um, dimin. {תאום teom vel potiùs תאומים teomim. διδυμος, διδυμάων. GALL. *Gemeau, double.* ITAL. *Gemello, doppio.* GERM. Zwyfach, zwilling. HISP. *El mellizo con otro, doblados.* ANGL. *Double, two.*} Virg. *Ecl.* 1.

——— Modò namque gemellos
Spem gregis, ah, silice in nuda connixa reliquit.

Ouid. 5. *Fast.*

Bina gemellorum quærebam signa Deorum (Larium.)

Gemella legio, quæ de duabus facta est, Cæs. *lib.* 3. *de bell. ciu.* Gemellæ vites, à Col. *lib.* 3. *c.* 1. Dictæ sunt ab vuis semper geminis, nam duplices vuas (vt inquit idem) exigunt Plin. *lib.* 14. *c.* 2. Gemellarum, quibus hoc nomen vuæ semper geminæ dedêre.

Gĕmĕllĭpără, Latonæ epitheton est, quæ Apollinem & Dianam vno partu edidit. διδυμοτόκος. Ouid. 5. *Fast.*

——— fuit impetus illi
Curua gemellipara spicula ferre dea.

Geminitudo, inis, verbum antiquitate obsoletum. Pacuu. *in Atlanta*, Habeo ego istam, qui distinguam inter vos geminitudinem. Ex Nonio.

Gĕmino, as, Duplico {כפל chaphal. ἐπαναδιπλάζω, διπλόω. GALL. *Doubler.* ITAL. *Doppiare, radoppiare.* GERM. Zwyfach machen, zwifaltigen. HISP. *Doblar ò repetir alguna cosa.* ANGL. *To double.*} Terent. *in Adelph.* Geminabit, nisi caues. Varro 3. *de re rust. cap.* 16. Eximendorum fauorum signum sumunt ex ipsis, quum plenas aluos habent, & quum illas geminauerint. Ouid. *Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.*

Iámque decem vitæ frater geminauerat annos.

Geminatus Sol, Cic. *de nat. Deor.* Geminata ars, Plin. *lib.* 20. *cap.* 1. Gemina victoria, Liu. 1. *ab Vrbe*, Geminatus honor, idem *lib.* 9. *bell. Maced.* ¶ Huius composita sunt, Congemino. Plaut. *in Amph.* Nunc si patera pateram peperit, omnes congeminauimus. Ingeminó, repeto, duplico. Virg. *lib.* 1. *Georg.*

Tum liquidas corui presso ter gutture voces,
Aut quater ingeminant. διπλασιάζουσι.

Gĕmĭnātĭo, verbale, Duplicatio. {כפל chephel. ἐπαναδίπλωσις, διδυμότης. GALL. *Doublement, redoublement.* ITAL. *Doppiamento.* GERM. Widerdeenung, doppelung. HISP. *Aquella obra de doblar ò repetir.* ANGL. *Doublin or repeating.*} Cic. *lib.* 3. *de Orat.* Nam & geminatio verborum habet interdum vim, leporem aliàs, paulum mutatum verbum, atque deflexum.

Gĕmĭnātĭm, aduerbium, teste Diomede Grammat. *lib.* 1. διδύμως.

Gĕmĭtes, gemma, quæ veluti candidas manus inter se complexas habet: de qua Plin. *lib.* 37. *cap.* 11.

Gĕmmă, æ, q. gumma, à gummi. Oculus vitis quem primò emittit. {נצה nitsah פרח pérach. ὀφθαλμός. GALL. *Le bourgeon ou bouton de la vigne.* ITAL. *L'occhio della vite.* GERM. Ein räbaug. HISP. *Yema del sarmiento, que es capullito de sale, la flor de la vua ò del fruto.* ANGL. *A young budde of a vyne.*} Virg.

——— turgent in palmite gemmæ.

Cic. *de senect.* Itaque ineunte vere in his quæ relicta sunt, existat tanquam ad articulos sarmentorum ea quæ gemma dicitur, à qua oriens vua sese ostendit. Ouid. *Eleg.* 12. *lib.* 3. *Trist.*

Quóque loco est vitis de palmite gemma mouetur.

¶ Ab huius similitudine, gemma vocatur omnis lapis pretiosus, siue pellucidus sit, siue non. {אבן יקרה eben jekaráh. λίθος τίμιος. GALL. *Pierre polie ou precieuse.* ITAL. *Gemma, pietra pretiosa.* GERM. Ein edelgstein. HISP. *Piedra preciosa.* ANGL. *A pearle, a margarite.*} Virg. 5. *Æneid.*

——— & tereti subnectit fibula gemma.

Idem 7. *Æneid.*

Regalésque accensa comas accensa coronam
Insignem gemmis.

Plin. *de viris illustr.* Vnde Romam legatione repetitus, hausto, quod sub anuli gemma habebat, veneno absumptus est. Plaut. *Curc. sc.* 2. *a.* 5. Sub gemmam tuos parentes abstrusos habeo? (de gemma annuli.

Gemmŭlă, diminutiuum. {ὀφθαλμίδιον, λιθάριον. GALL. *Petit bouton de vigne, petite pierre precieuse.* ITAL. *Picciolo bottone della vite, picciola gemma.* GERM. Ein rebäuglin, ein zart herfürwachsende blům, oder ein edelgsteinlin. HISP. *Pequeña yema del sarmiento, ò otro arbol, pequeña piedra preciosa.* ANGL. *A litle budde of a vyne a litle pearll.*} Quo etiam flores significantur, quibus tanquam gemmis verno tempore cuncta pinguntur, & prata vestiuntur. Apul. *lib.* 10. Plane tenui specula sola hor clades vltimas, quod ver in ipso ortu gemmulis floridis cuncta depingeret.

Gĕmmĕŭs, a, um, quod ex gemma est, vel quod in formam gemmæ factum est. {λίθινος, λιθώδης. GALL. *De pierres precieuses.* ITAL. *Di gemma.* GERM. Edelgsteinin, von edelgstein. HISP. *Cosa de piedras preciosas.* ANGL. *Of pretious stones.*} Cic. 6. *Verr.* Mittit etiam trullam gemmeam rogatum, &c. Radix gemmæ rotunditatis, id est, rotunda in modum gemmæ, Plin. *lib.* 18. *c.* 7.

Gĕmmo, as, are, est gemmas in vitibus, & arboribus emittere. {הניץ henits פרח parách. ὀφθαλμίζω. GALL. *Produire, ou auoir pierres precieuses, bourgeons, ou boutons, bourgeonner, boutonner.* ITAL. *Pullulare, germare.* GERM. Truckenaugen fürhin lassen, bollen herfür bringen. HISP. *Hincharse las yemas en el arbol.* ANGL. *To budde or spring.*} Colum. Quum primùm vites incipiunt gemmare. Cic. 3. *de Orat.* Nam gemmare vites, luxuriem esse in herbis, lætas segetes etiam rustici dicunt. Sic Colum. *lib.* 4. *cap.* 14.

Gĕmmāns, antis, instar gemmæ resplendens. {מופיע mophiah. λιθίζων, ὀφθαλμίζων. GALL. *Reluisant ou clair, ou autrement ayant espece de pierre polie ou de bourgeons de vignes.* ITAL. *Rilucente come vna gemma.* GERM. Glantzend wie ein edelgstein. HISP. *Resplandeciente como yema.* ANGL. *Budding, or bright lyke a pretious stone.*} vt, Gemmantes alæ pauonis, id est, lucentes in modum gemmarum. Mart. *lib.* 13.

Miraris quoties gemmantes explicat alas
Et potes hunc sæuo tradere, dure, coquo?

Herbæ gemmantes rore: id est, copertæ rore, tanquam lucidis gemmis, Lucret. *lib.* 2.

Gĕmmātŭs, a, um, gemmis instructus, & ornatus. {λιθοκόλλητος. GALL. *Orné ou enrichi de pierreries.* ITAL. *Ingemmato, imperlato, adornato di gemme.* GERM. Mit edelgstein geziert. HISP. *Cosa ornada de piedras preciosas.* ANGL. *Sett with pretious stones, budded.*} Plin. *lib.* 37. *c.* 2. Quinimo etiam nos videmus prodidisse comprendi gemmata potoria, & variæ supellectilis genera, annulos transeuntes. Monilia gemmata. Ouid. 10. *Metam.* Gemmati magna specie annuli, Liu. 1. *ab Vrbe.*

Gĕmmăscŏ, is, ere, est gemmas emittere, vel pullulare. {הניץ henits פרח parách. ὀφθαλμίζειν. GALL. *Bourgeonner, boutonner.* ITAL. *Pullulare, gemmare.* GERM. Trucken, voll bollen werden. HISP. *Hincharse las yemas en el arbol.* ANGL. *To beginne, to budde.*} Plin. *lib.* 17. *c.* 15. Atque vt gemmascere incipient, figetur calamus. Col. *lib.* 5. *c.* 10. Nucem Græcam serito circa Calend. Ianuarias, quæ prima gemmascit. ¶ Accipitur gemmascere, pro gemmæ duritiem & formam acquirere. Plin. *lib.* 37. *c.* 10. Draconites, siue dracontias è cerebro fit draconum, sed nisi viuentibus abscisso nunquam gemmascit. In aliquibus tamen codicibus legitur *gemmescit.*

Gĕmmĭfĕr, a, um, vt Gemmiferi amnes. {λιθοφόρος, τιμίους λίθους φέρων. GALL. *Qui porte, ou a pierres precieuses.* ITAL. *Chi porta pietre pretiose.* GERM. Das edelgstein hatt oder tregt. HISP. *Cosa que trahe ò tiene piedras preciosas.* ANGL. *That beareth or hath pretious stones.*} Plin. *lib.* 37. *c.* 13. Gemmiferi amnes sunt Acesinus & Ganges, &c. Corona gemmifera, Valer. Flacc. *Argon.* 5. Mare gemmiferum, Propert. *lib.* 3. *Eleg.* 4.

Gĕmmōsŭs, a, um, quod multis gemmis est ornatum, quod gemmis abundat. {ANGL. *Sett with many pretious stones.*} Apul. *lib.* 5. Auro facto, gemmosisque monilibus onustas eas tradit reportandas.

[Gemmades, mulieres. Gloss. Isid.]

GĔMŎ, is, ui, itum, γέμω, plenus sum. Est præ animi angustia in sonum erumpo, lugeo, doleo, luctum & dolorem voce ostendo. {נאנק neenach אנק anák. στενάζω, στενάχω. GALL. *Gemir.* ITAL. *Gemere.* GERM. Seüfftzen. HISP. *Gemir como doliente.* ANGL. *To sobbe, or greue, to sighe.*} Vnde Gemitus, στεναγμός. Plaut. *Amph.* Dum hæc aguntur, interea vxorem tuam Neque gementem, neque plorantem nostrûm quisquam audiuimus. Mart. *lib.* 9.

Quæ mala sunt domini, quæ serui commoda, nescis
Condile, qui seruum te gemis esse diu.

Cic. *ad Attic.* Eandem virtutem istam, veniet tempus quum grauiter gemes. ¶ Per metaphoram etiam de iumentis, & rebus inanimatis dicitur, quum nimio pondere pressa, sonum edunt. Virg. 6. *Æneid.*

——— gemuit sub pondere cymba.

Plin. *in Epist.* Ideo nequaquam par gubernatoris est virtus, quum placido, & quum turbato mari vehitur: tunc admitante nullo illaudatus, inglorius, subit portum. At quum stridunt funes, curuatur arbor, gubernacula gemunt: tunc ille clarus, & diis maris proximus. ¶ Legitur etiam Gemor passiuum, pro deploror. Cic. *ad Attic. lib.* 2. Atque hic status vna voce omnium gemitur, neque verbo cuiusquam subleuatur. ¶ Quandoque gemere ponitur pro flere, & quandoque pro canere, de iis solùm auibus, quæ flebilem cantum habent, vt turtur, & columba. Virg. 1. *Eclog.*

Nec gemere aëria cessabit turtur ab vlmo.

Hinc fit Ingemo, de quo infrà.

Gĕmīsco, is, ere, gemo. {נאנק neenach אנק anák. στενάζω.} vt, Ferale, gemiscunt, Claudianus 3. *de rapt. Proserp.*

Gĕmĭtŭs, us, suspirium. {אנחה anachah אנקה anakáh. στεναγμός. GALL. *Gemissement, souspir.* ITAL. *Gemito, sospiro.* GERM. Ein seüfftz. HISP. *Gemido.* ANGL. *A sobbing, a pitiefull greue or sighe.*} Cic. 6. *Verr.* Quod posteaquam dixi, tantus est gemitus factus aspectu statuæ, & commemoratione, &c. Item 5. *Verr.* Quum totius Siciliæ quotidie gemitus, querimoniásque audiret. Gemitus delphini est similis humano, Plin. *lib.* 10. *cap.* 36. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 3. Aiunt illud magno cum gemitu fieri. (obscœnè.) Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 5. *Trist.*

Exigis vt nulli gemitus tormenta sequantur.

Idem *Eleg.* 9. *lib.* 4. *Trist.*

Et gemitus vox est magna futura mei. (id est, querelæ & maledictorum.

Idem 13. *Metam.*

Saxa moues gemitu.

¶ Legitur, & Gemiti antiqui, antiqua declinatione in genitiuo. Plaut. *in Aul. sc.* 6. *a.* 4. Tantum gemiti, & malæ mœstitiæ hic dies mihi obtulit.

Gĕmĕbŭndŭs, Abundè gemens. {נאנק neenach נאנק neenák. στένων. GALL. *Gemissant & souspirant asprement.* ITAL. *Che geme aspramente.* GERM. Heftig vnd ernstlich seüfftzend. HISP. *Cosa que mucho geme.* ANGL. *That wayleth or sobbeth greatly.*} Ouid. 14. *Metam.*

Ille quidem totam gemebundus obambulat Ætnam.

Gĕmōnĭæ, Scalæ dicebantur Romæ, ad quas corpora damnatorum abiiciebantur, & impacto vnco trahebantur. Cornel. Tacitus, Tunc confossum collaceratúmque, & abscisso capite truncum corpus Sabini in Gemonias trahunt. Plin. *lib.* 8. *cap.* 40. scribit canem à corpore serui non recessisse, abiecto in gradibus Gemoniis. Sueton. *in August. cap.* 13. Imputauit etiam, quòd non laqueo strangulatam in Gemonias abiecerit. & *cap.* 61. In Gemonias abiectus, vncóque tractus. ¶ Alludens ad has scalas Tertull. *aduersus Valent.* ait, Aliud ex alio per gradus tenera Gemonios structum. Erant in Auentino in decima tertia regione vrbis.

Gemonides, gemmæ quas quidam præantidas vocant. Prægnantes fieri, & parere dicuntur, medérique parturientibus: nam tales in Macedonia iuxta monumentum Tiresiæ inueniuntur, speciésque est eis aquæ glaciatæ. Plin. *lib.* 37. *cap.* 10.

Gĕmŭrsă, {ANGL. *A corne in the toes, an agnaill.*} Tuberculum sub pedum digitis nascens: ita dictum quòd gemere faciat eum qui id gerit, inquit Festus. Plin. *lib.* 26. *c.* 1. Et hic quidem morbus in Italia celeriter restinctus est, sicut & ille quem gemursam appellauêre prisci, inter digitos pedum nascentem, etiam nomine obliterato.

Genæ, æ, ab Hebræo Ganan. Est membrana tam superior, quàm inferior, quæ tegit oculum. { לחי *lechi.* *βλέφαρα, ἐπισκύνιον.* GALL. *La peau, tant de dessus que de dessous, qui couure l'œil, quand on le cligne.* Galli communiùs Latinorum nomen exprimentes vocant *la paupiere de l'œil.* Illi enim pellem, qua tegitur oculus, Palpebram nominant, sed impropriè, vt mox dicetur. ITAL. *Guancia, gota.* GERM. Ein augdeckel/ oder augglid. HISP. *Mexilla ò el carillo, parpado de ojo.* ANGL. *The eye lidde, the ball of the cheeke.* } Terent. Hodie non compressi genam genæ. Plinius, Aquatilia dormire existimant, non oculorum argumento, quia non habent genas: sed ipsa quiete placida, seu soporata. Idem *lib.* 11. *c.* 37. Omnia talia, & pisces, & insecta non habent genas, nec integunt oculos. Ex his Terentij & Plinij locis luce clarius ostenditur genas esse duo illa oculorum opercula, quibus coëuntibus, pupilla obtegitur, quas Cic. *in Pison. & 2. de nat. Deor.* vocat palpebras. ¶ Genæ etiam dicuntur partes illæ ab oculis ad mentum, quæ barba vestiuntur, quas radi in fœminis, XII. Tabularum interdicto antiqui vetuerunt, pudoris sedes esse arbitrati, quòd ibi maximè ostendatur rubor. { Die baggen oder wangen/ das vnder den augen ist biß auff das kyn. } Dictæ genæ, quòd in his pili gignantur. Virg. *Æneid.*

Tum mihi prima genas vestibat flore iuuentus.

Apul. *in Magia.* Purpuris infectas genas, & oculos illæsos illices. Hæ quoniam in mali speciem factæ sunt rotundæ, dictæ sunt etiam malæ. Vide plura apud Plin. *lib.* 11. *c.* 37. Vmbratus genas, id est, barbam gerens circa genas. Stat. 3. *Syluarum.*

[Genabum Aurelianorum, *Orleans,* V.E. & Academia sub A. Senonensi, ad Ligerim fluuium.]

Genauius, a, um, idem quod gulosus, a, um. Varro, Hæc nouissimè in triclinium genauium introierunt è culina, propter fastidium. Sed vide *Genuanus.*

Genea, æ. Ala est mille equitum, éstque cuiusdam temporis spatium, autore Heracleto.

Genĕarchă, æ, *γενεάρχης,* generis princeps.

Genea, (*Γενέα,* aliàs *Γενεία,*) vicus Corinthi, vnde prouerbium, *Εὐδαίμων ὁ Κόρινθος, ἐγὼ δ' εἴην Γενεάτης,* aliqui tamen incolas *Γενεάδας* vocant. Stephan.

Gĕnĕălŏgĭă, æ, oratio generis originem ostendens. { יחש *jachas.* *γενεαλογία.* GALL. *Genealogie, denombrement des ancestres.* ITAL. *Genealogia, descendimento di parentato.* GERM. Ein geburts register/ geschlächts register/ vnderzeblung. HISP. *Descricion ò lignea del lignage, ò generacion: que tambien en Castellano se dize genealogia ò lignea.* ANGL. *A pedigre, a reckening of forebeares.* } Cicer. 3. *de nat. deor.* Quod si ita est, Cæli quoque parentes, dij habendi sunt, Æther & Dies: eorúmque fratres & sorores, qui à genealogiis antiquis sic nominantur, Amor, Dolus, Metus.

[Genealogicus, a, um, ad genealogiam spectans.

Genearcha, princeps, vel caput generis.

Genearchicum prædium, *γενεαρχικὸν ἢ γενεταρχικὸν χωρίον,* pro genitoriale prædium, vetus Nouellarum interpres vertit: quod scil. auctor generis suæ familiæ reliquit, eâ lege, vt in ea perpetua maneret.]

Genesara, Galilææ lacus circumseptus vrbibus plurimis, & celebris. Autor Solin. *cap.* 48.

Genĕr, Generalis, Generatim, Genero, Generosus, vide *Genus.*

Genesareth. { כנרות *chinneroth.* *Γεννησαρὲτ λίμνη.* } Strabo. Stagni nomen proprium: ab eo (vt quibusdam videtur) sic dictum, quòd flantibus ventis, crispantibus vndis, auram ex se generare videatur. Sed hoc profectò ridiculum videtur in voce Hebraica Græcam quærere etymologiam. Idem dicitur mare Tiberiadis, à Tiberiade ciuitate: & mare Galilææ, ab adiacente Galilæa prouincia. Habet hoc mare, siue stagnum, CXL. stadia in longitudine: XL. verò latitudine. Non tamen idcirco mare vocatur, quòd eius aquæ sint amaræ: sed Hebrææ linguæ consuetudo est, omnes congregationes aquarum, siue salsæ sint, siue dulces, vocare maria, sicut in Genesi scriptum est, Congregationes aquarum vocauit maria.

Gĕnĕsē, *Γενέση,* vrbs Laconicæ, Steph.

Gĕnĕsis, geneseos. Generatio, natiuitas. { תולדות *toledhoth.* *γένεσις.* GALL. *Generation.* ITAL. *Generatione.* GERM. Ein geburt/ ankunfft. HISP. *Generacion.* ANGL. *Generation, birth.* } ¶ Accipitur etiam pro sidere natalitio quod conuersione cæli oritur eo momento quo quis nascitur. Iuuen. *Sat.* 14.

Nota mathematicis genesis tua.

Idem *Sat.* 6.

——— si prurit frictus ocelli,

Angulus, inspecta genesi, collyria poscit.

Suet. *in Vesp.* Monentibus amicis cauendum esse Metium, quod vulgò crederetur genesim habere imperatoriam, insuper Consulem fecit, id est, quod opinio esset à mathematicis prædictum esse, fore vt imperaret. Budæus.

Gĕnĕtēs, *Γενήτης,* Promontorium Themiscyræ regionis, inter Amisum & Phasin amnes, templo Iouis, quem *ξένιον,* id est, hospitalem vocabant, nobilitatum. Vide Strab. *lib.* 10.

Gĕnĕthlē, genethles, fœminini generis, *Γενέθλη.* Venus.

Gĕnĕthlĭăci, orum, qui ex die & hora natiuitatis fortunam hominis ostendunt. { חרטמים *chartummim.* *γενεθλιακοί.* GALL. *Dresseurs de natiuitez, astrologues, qui considerent les natiuitez & les constellations.* ITAL. *Coloro che pronosticano della natiuità.* GERM. Ein waarsager von dem tag vnd stund der geburt här. HISP. *Los astrologos de los nacimientos.* ANGL. *Fortune shewers by the day and houre of natiuitie.* } Gell. *lib.* 14. *c.* 1. Aduersum istos qui se Chaldæos, seu genethliacos appellant: ac de motu deque positu stellarum dicere posse, quæ futura sunt, profitentur, audiuimus quondam Phauorinum philosophum Romæ Græcè disserentem egregia oratione.

Gĕnĕthlĭăcus, a, um, *γενεθλιακός,* natalitius.

Gĕnĕthlĭa, orum, *γενέθλια.* Dicuntur celebritates, quæ fiunt natali die.

[Genethlialogia, prædictio ex natali die, notatio ex sideribus natalitiis.]

Genethlius, *γενέθλιος,* Latinè natalis dicitur: vnde Genethliaci dicti sunt: de quibus suprà iam diximus. ¶ Erat etiam Genethlius Iouis cognomen, quòd ei incumberet cura omnia propagandi. ¶ Fuit præterea, teste Suida, hoc nomine Palæstinus quidam Sophista, discipulus Minutiani & Agapeti: qui quanuis in ipso ætatis flore occiderit, plurima tamen scripta reliquit: ex quibus Suidas recenset *λαλιάς.* & *Ἀγραικήσεις* & *μελέτας,* & multa alia, vt mirabile sit dictu, tam paucis annis vitæ, tanta scripsisse.

Gĕnĕuă, { ITAL. *Geneue.* GERM. Genff. } Oppidum est Allobrogum ad Lemanum lacum, proximum Heluetiis, quod etiam hodie nomen retinet. Cæsar *bell. Gall. lib.* 1. Extremum oppidum Allobrogum est, proximúmque Heluetiorum finibus Geneua. Ex eo oppido pons ad Heluetios pertinet. Ex quo loco Cæsaris, facilè deprehendi potest error eorum, qui hoc oppidum Gebennam appellant: quum Gebenna, eodem Cæsare teste, sit mons ille qui Aruernos ab Heluiis diuidit. De quo vide plura suo loco. Glareanus *in Ann. in eum Cæsaris locum* sic inquit. Quatuor hæc nomina, Genua, Geneua, Genabum, & Gebenna, multum obscuritatis lectori ingerunt, ac non attentum sæpe fefellerunt: quæ ipsa longè diuersa sunt. Genua enim Ligurum caput in Italia ad mare est nostrum: Geneua verò Allobrogum, ad ostia Lemani lacus, vbi Rhodanus exit: Genabum, Carnutum oppidum ad Ligerim amnem, hodie (vt quidam putant) Aurelia, vulgò *Orleans:* denique Gebenna mons est, qui Heluios ab Aruernis separat: vt libro septimo postea dicet Cæsar. Hæc Glareanus.

[Gengibiæ, *οὖλα ὀδόντων.* Gloss. id est, Gingiuæ.]

Gĕnĭālis, & Genius, vide *Gigno.*

Genianes, gemma quam Magorum vanitas inimicorum pœnas efficere promittit. Autor Plin. *lib.* 37. *cap.* 10.

Gĕnĭcŭlum, Geniculatus, vide *Genu.*

Gĕnistă, æ, arbuscula quædam humilis est, fronde minuta, flore luteo, apibúsque gratissimo, semine lenticulis haud absimilis, quod phaseolorum modo siliquis innascitur: ita dicta, quòd in modum genu flexilis sit adnexus, ideòque vitibus ligandis idonea: vel quia genibus medeatur dolentibus. { רתם *rothem.* *σπάρτιον.* GALL. *Du geneft.* ITAL. *Ginestra.* HISP. *Hiniesta, o retama.* } Vide Ruell. *lib.* 1. *c.* 84. *& lib.* 3. *cap.* 142. Plin. *lib.* 21. *cap.* 9. Florem esse diximus genistas, namque ex iis decerpitur luteus. Mart.

Non pyra quæ lentâ pendent religata genistâ.

Virg. 2. *Georg.*

Molle siler, lentæque genistæ.

Humiles genistæ, *ibidem.*

Gĕnĭtālis, Genitor, Genitura, Genitiuus, Genitus, Genius, vide *Gigno.*

Gĕno, is, ui, tum, ere, antiquis in vsu erat pro gignere, generare. { הוליד *holidh.* *γεννάω.* GALL. *Engendrer.* ITAL. *Generare.* GERM. Gebären. HISP. *Engendrar.* ANGL. *To begete.* } Priscian. *lib.* 10. Gigno, genui: pro quo Geno vetustissimi protulisse inueniuntur. Varro *in Andabat.* Sed quòd hæc loca aliquid genunt. Idem 1. *de re rust. c.* 40. Quædam enim ad genendam, &c. Ex vetusto codice. Infinitum passiuum Lucret. protulit *lib.* 5.

——— tantò magis inficiandum

Totum posse extra corpus durare genique.

Item, Genitur aliquoties apud Iurisc. *l.* 17. *D. de leg.* 1. Si qua filia mihi genitur, ei hæres meus centum dato. *& lib.* 13. *D. de reb. dub.* Si quis mihi filius, aut filia genitur, hæres mihi esto.

Γενοαῖοι populi Molossiæ à Genoo, Duce ipsorum. Steph.

Gens, gentis, vide *Genus.*

Gentă, *Γέντα,* vrbs Indiæ extra Gangem. Steph.

Gĕntĭānă, æ, *γεντιανή.* Dioscoridi herba est folio fraxini, sed magnitudine lactucæ, caule tenero, pollicis crassitudine, cauo & inani ex interuallo foliato, trium aliquando cubitorum, radice lenta, subnigra, aquosa, & sine odore. Nascitur vbique, copiosissimè tamen in Illyrico, vbi à Gentio rege nomen accepit, qui primus eam inuenisse dicitur, vt tradit Diosc. *lib. Sylua medicinalis* 3. *c.* 3. & Plin. *lib.* 25. *c.* 7. quod etiam hodie seruat in officinis.

Gentiana pumila, flosculo cæruleo instar calathi, in pratis humidis, radiculis albis, caule puniceo, foliis tenuibus vestito, florens in Octobre.

Gĕntĭās, *Γεντιάς,* vide *Cissus.*

Gĕntĭlēs, Gentilitas, Gentilia, vide *Genus.*

Gentinus, *Γέντινος,* vrbs Troiadis, ab vno filiorum Æneæ condita. Stephan.

Gĕntĭŭs, Illyrici rex qui gentianæ herbæ à se inuentæ nomen fecit: teste Plin. *lib.* 25. *cap.* 7.

Gĕnŭ, { ברך *berech.* *γόνυ.* GALL. *Genouil.* ITAL. *Ginocchio.* GERM. Das knie. HISP. *Rodilla.* ANGL. *The knee.* } Neutri generis & indeclinabile in numero singulari, & in plurali genua. Sunt curuaturæ illæ, quibus crura & femora committuntur. Dicta genua quòd hæc dum infans est in vtero matris, genis opposita sunt: siue à generando, quòd in genibus est vitalitas. Plin. *lib.* 11. *cap.* 45. Hominis genibus religio quædam inest, obseruatione gentium: hæc supplices attingunt: ad hæc manus tendunt: hæc, vt aras, adorant, fortassis quia inest iis vitalitas. Nanque in ipsa genu vtriusque commissura, dextra læuáque à priori parte gemina quædam buccarum inanitas inest, qua perfossa, ceu iugulo spiritus fugit. Hæc Plin. Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 2. Genua inedia succidunt. Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 3. Non feres ni genua confricantur. Mox, genua in tam nequiter fricare. Ouid. 5. *Fast.*

Ipse genu nixus, flammas excussit ab aura.

Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Genu vt quemque icero ad terram dabo. Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 5. *& Mil. sc.* 6. *a.* 2. Per tua genua te obsecro. Ouid. *Eleg.* 2. *lib.* 4. *Trist.*

Iam fera Cæsaribus Germania, totus vt orbis,

Victa potest flexo succubuisse genu.

Per genua orare, Suet. *in Tib. cap.* 27. *Ibid. c.* 24. Ad genua procumbere. *Ibid. cap.* 20. Ad genua submittere se. ¶ Genu nixus, vide *Nixus.* Virg. 5. *Æneid.*

Genua labant, vastos quatit æger anhelitus artus.

Ouid. 1. *Metam.*

Et genibus pronis supplex, similisque roganti.

¶ Genua submittere, pro flectere. Plin. *lib.* 8. *cap.* 1. Regem adorant, genua submittunt, coronas porrigunt. ¶ A genu fit nomen adiectiuum

uam Geniculatus,a,um, de quo infrà. ¶ Veteres dixerunt genus, masculino genere. Lucil. *lib.4.Satyr.* vt citat Nonius, Hæret ventriculis effixum in posteriore parte, atque articulis nouus vt talúsque genúsque. Legitur etiam genus neutri generis in eadem significatione. Cicero *in Orat.*

At propter lænum genus omni ex parte locatas
Paruas Vergilias tenui cum luce videbis.

Et *paulò pòst.*

Atque inter flexum genus & caput alitis hæsit.

Liuius 4.*d.*5. Genus tenus. Ne genu quidem flexo. οὐδὲ γόνυ κάμψας. Dictum est ὑπερβολικῶς, pro ne tantulum quidem. Philostratus.

Gĕnuālĭă, Indumenta genuum. {τὰ ἐπιγονάτια. GALL. *Genouillieres.* ITAL. *Internodij, ligame de calze, ò ginochi.* GERM. Hosenbendel. HISP. *Los inojales ò senogiles para calcas.* ANGL. *The clothing of theknees.*} Ouid. 10. *Metam.* ———*quæque*

Poplitibus suberant picto genualia limbo.

[Genuarius, γονατιαῖος. Gloss. qui ad genua alicuius accidit.]

Gĕnĭcŭlum, i, diminutiuum. {γόνυ. GALL. *Genouillet, le neud d'vn chaume, ou roseau, ou herbes.* ITAL. *Picciolo ginocchio, nodo de canne & herbe.* GERM. Ein gleychle oder knödle an einem halm/oder stengel. HISP. *Pequeña rodilla, el ñudo de la caña ò otra cosa.* ANGL. *The knott of a strawe.*} Genicula dicuntur stipulæ, vel caulis herbacei internodia, & veluti articuli ac nodi quidam. Plin. *lib.*8 *cap.*39. Arundini in geniculo. Idem *lib.*18.*c.*7. Genicula autem tritico sunt quaterna, hordeo octona. Quandoque Geniculum accipitur pro germine, βλαστὸς.

[Geniculo. Geniculare dicitur seges, quum ad articulum peruenit, quum genicula accipit.]

Gĕnĭcŭlātŭs, a, um, dicitur quod frequentibus geniculis constat, vt heliotropium, quæ ob id genicularis herba vocatur. {πολυγόνατος. GALL. *Qui a neuds, noüé.* ITAL. *Chi a molti nodi.* GERM. Voll gleych/oder knödle. HISP. *Cosa que tiene ñudos como caña.* ANGL. *Full of knotteis or ioyntes.*} Cic. *de senect.* Deinde tepefactum vapore & compressu suo diffundit, & elicit herbescentem ex eo viriditatem, quæ nixa fibris stirpium, sensim adolescit, culmóque erecta geniculato, vaginis iam quasi pubescens includitur.

Gĕnĭcŭlātĭm, aduerbium, significat per genicula. {κατὰ γόνυ. GALL. *De neud en neud.* ITAL. *Di nodo in nodo.* GERM. Von gleych zu gleych. HISP. *De ñudo en ñudo.* ANGL. *Frome ioynt to ioynte, or by knotttes.*} Plin. *lib.*21.*c.*11. Foliis geniculatim circundata.

[Genista, fruticosa quædam stirps.]

Gĕnŭă, {Γένουα. GALL. *Gennes.* ITAL. & HISP. *Genoua.* GERM. Die statt Genua in Liguria am meer gelegen.} Liguriæ caput, emporium nobilissimum ad mare Mediterraneum. Respublica præpotens, aliquando ad Tanaim vsque imperij sui fines produxit. Nam olim Theodosiam, vulgò *Caffam*, Cyprum, Lesbum, & Chium insulas, itemque Peram vrbem Thraciæ ex opposito Constantinopoleos sitam possedit. Hodie toti ferè Liguriæ & Corsicæ insulæ imperat. Dicta Genua à genu, quia habet tanquam genu recuruum à latere maris. Vel à Genuo Saturni filio, qui fertur eam condidisse. Vel (vt quidam aiunt) à Genuino Phaëtontis socio. Hanc Annibal penitus deleuit, sed Cn. Seruilius Consul instaurauit, sicut Liu. refert. Hinc Genuensis, Γενουήνσις. Quidam Ianuam hanc vrbem appellant, quòd à Iano conditam dicant.

Gĕnŭīnus, vide *Gigno.*

Gĕnŭs, à Græco γένος. {מין jarbas ירז zerâ מין min. GALL. *Genre, race, lignée.* ITAL. *Genero, generatione.* GERM. Ein geschlecht der stamm vnd anfang einer geburt. HISP. *Genero ò linage.* ANGL. *A stock linage, a kinred sort, kynd or maner.*} Propriè principium est vniuscuiusque generationis, vel ab eo qui genuit, vel à loco in quo quis genitus est, vt Orestes à Tantalo ducit genus, & Plato genere Atheniensis est: patria enim generationis vniuscuiusque principium est, quemadmodum & parentes. Plaut. *in Capt. sc.*2. *a.*1. Nam eccum hic captiuum adolescentulum alium, prognatum genere summo, & summis diuitiis. Tibull. *lib.*4.

Sed generis priscos contendis vincere honores.

Ouid. 13. *Metam.*

Nam genus & proauos, & quæ non fecimus ipsi,
Vix ea nostra voco.

Plaut. *Prolog. Capt.* De summo loco summóque genere eques. Idem *Aulul. sc.*4.*a.*1. Quali me arbitraris genere prognatum? bono. Idem *Pseud. sc.*3.*a.*1. Tu istoc genere natus nummum non habes. Idem *Curc. sc.*1.*a.*1. Quod te aut genere indignum sit tuo facis. *Ibid. sc.*2.*a.*4. Genus lenonum inter homines est vt muscæ. Idem *Pseud. sc.*1.*a.*1. Genus nostrum semper siccoculum fuit (seruus loquitur.) Ouid. *Eleg.*1.*lib.*2. *Trist.*

Pársque tui generis (prolis) *pars tua facta canit.*

Idem *Eleg.*3.*ibid. Metaphor. In genus auctoris miseri fortuna redundat,* (id est, libros tanquam prolem meam.) ¶ Genus pro filia, Tibull. *lib.*4.

Quamuis illa foret Solis genus, (id est, filia.)

Plinius *de viris illustr.* Pyrrhus rex Epirotarum, materno genere ab Achille, paterno ab Hercule oriundus. Terentius *in Adelphis*, Hæccine flagitia facere te? hæc te admittere indigna genere nostro? ¶ Præterea etiam genus vocamus multitudinem aliquorum ad vnum aliquid, & ad se inuicem quodammodo se habentium, vt Romanorum genus dicimus, quod ad Romulum refertur, & cognationem in se habet, per quam cæteris distinguitur. In hac significatione accipimus genus, quum genus humanum, vel genus hominum dicimus: quandoquidem omnes homines ad vnum principium referuntur, ad omnium rerum conditorem Deum: & inter se habent quandam cognationem qua à reliquis animantibus distinguuntur. ¶ Rursus appellatur genus, cui subiicitur species, & quod conuenit pluribus differentibus specie. Quæ significatio tracta videtur à prima significatione. Est enim genus hoc modo acceptum principium omnium quæ sub ipso sunt, specierum: veputa animal genus est, quod de homine, elephanto, equo, auibus, piscibus, reptilibus, aliisque specie differentibus: homo species, quoniam de Socrate, Platone, Aristotele, Fabio, Catone, Cicerone aliisque non specie, sed numero differentibus dicitur. ¶ Item genus dicitur quicquid per quod alicuius rei qualitas indicatur, εἶδος. Vnde genus mortis, genus vitæ, genus pœnæ, genus marmoris, genus coloris, & huiusmodi. Sen. Summum genus infelicitatis misero est, fuisse aliquando felicem. Terent. *in Eunuch.* Est genus hominum qui se primos esse omnium rerum volunt. Virg. 1. *Æneid.*

Quod genus hoc hominum? quæve hunc tam barbara morem
Permittit patria?

¶ Nonnunquam sumitur pro accidente partium orationis, vt quum dicimus, animal est generis neutri. Composita vide suis locis. Genus, pro specie, seu parte, seu membro. Cicer. 1. *Offic.* Omnis de officio duplex est quæstio, vnum genus est quod pertinet ad finem bonorum: alterum quod positum est in præceptis. Generis eius est, vt Plin. *epist.*181. Vererer ne immodicam orationem putares, quam cum hac epistola accepisses, nisi esset generis eius, vt sæpe incipere, sæpe desinere videatur. id est, sic composita. Quint. *declam.*347. Matrimonium duobus generibus soluitur, (id est, duobus modis.) ¶ Hominum genus (pro ipsis mortalibus) dixit Sueton. *in Calig. c.*13. & generis humani odium nos occupat. Senec. *c.*15. *de tranq.* Item, Romani generis doctissimi, (id est, gentis.) Gell. *cap.*16. *lib.*4. Idem de Delphinis amasiis loquens, *c.*8. *lib.*7. Neque ij amauerunt, quod sunt ipsi genus, (id est, Delphini Delphinos.) ¶ Optimi generis homines, (id est, fortissimi milites.) Cæs. *lib.*1. *de bell. ciu.*

Gĕnĕrōsŭs, a, um, quod est nobile & præclaro genere ortum. {בן חורים ben chorim. γενναῖος, εὐγενής. GALL. *Genereux, noble, de noble race, vaillant.* ITAL. *Generoso, nobile.* GERM. Edel/wolgeboren. Item, Dapfer mannlich. HISP. *De buen linage, noble.* ANGL. *Of a noble linage or stoke.*} Papyr. 5. *Syl.*

———*titulis generosus auitis.*

Sueton. *in Tib.* Condemnatam & generosissimam fœminam Lepidam in gratiam Quirini consularis prædiuitis, & orbi. Differt igitur generosus & nobilis, quòd generosus ex genere & cognatione est: nobilis ex nobilitate rerum. Sic enim Cornelius Fonto distinguit. ¶ Latius itaque patet nomen nobilitatis quàm generositatis: nobilitatem enim dicimus & eam quæ ex genere est, & propriè quæ ad reliquas res pertinet. Quæ distinctio deprehendi potest etiam ex Ouidio *lib.*4. *Trist. Eleg.*3.

O qui nominibus quum sis generosus auorum,
Exsuperas morum nobilitate genus.

Sed tamen hæc differentia non adeò religiosè obseruatur. Est enim nobilitas ex genere quoque & cognatione. ¶ Generosus quis verè dicatur, docet Seneca *Epistola* 44. Item, Generosissimum pomum, generosissimus equus, homo, quis sit, docet quoque Quintilian. Per translationem accipitur pro magnanimo. Cicer. *lib.*3. *Offic.* Quúmque de imperio certatum esset cum rege generoso, atque potenti. Ouid. *El.*5. *lib.*3. *Trist.*

Et faciles motus mens generosa capit.

Idem 13. *Metam.*

Sed neque materno quòd sum generosior ortu.

Transfertur etiam ad inanimata, vt quum dicimus arbores generosas, & vitem generosam, & ipsum etiam vinum generosum. Horatius *lib.*1. *Epist.*

Ad mare quum veni, generosum & lene requiro,
Quod curas abigat.

Virg. *lib.*3. *Georg.*

Continuo pecoris generosi pullus in aruis
Audet, & ignoto sese committere ponto.

Col. *lib.*4. Atque vbi multa inuitabunt regionis commoda, vt nobilem vitem conferamus, generosam requiremus. Idem *lib.*3. Vitem maximè populus alit: & postea vlmus, quam Atiniam vocant rustici, generosissima est. Sic florem generosum vocat Ouid. *lib.*5. *Fast.*

Nunc mens impleuit generoso flore maritus.

Ita vuam generosam vocat *lib.*2. *de remed. amoris,*

Est tibi rure bono generosæ fertilis vuæ Vinea.

Sic quoque pruna generosa, apud eundem *lib.*13. *Metam.*

Prunaque non solùm nigro liuentia succo,
Verùm etiam generosa.

Gĕnĕrōsissĭmŭs, a, um, superlat. γενναιότατος. Suet. *in Tib. c.*49. Condemnatam & generosissimam fœminam Lepidam, id est, nobilissimam.

Gĕnĕrōsē, aduerb. Fortiter. {γενναίως. GALL. *Noblement, vertueusement, vaillamment.* ITAL. *Virtuosamente, nobilmente, valerosamente.* GERM. Adelich, mannlich, dapferlich. HISP. *Noblemente, virtuosamente.* ANGL. *Noblie, courageouslie.*} vt, Perire generosiùs, Horat. 1. *Carm. Ode* 36.

Gĕnĕrōsĭtās, atis, Nobilitas. {εὐγένεια. GALL. *Noblesse, vaillance, bonté & vertu naturelle.* ITAL. *Generosità, nobilità.* GERM. Ein gut herkommen/adel/oder edle art. HISP. *Aquella hidalguya de linage.* ANGL. *Nobilitie, gentle manlinesse, kindelinesse.*} Colum. *lib.*1. Qui vineam, vel arbustum constituere volet, seminaria priùs facere debet: sic enim sciet cuius generis vitem positurus sit. Nam quæ pretio parata disponitur, certam generositatis fidem non habet: quum dubium est an is qui vendidit, legendis seminibus adhibuerit diligentiam. ¶ Interdum idem est quod magnanimitas. Generositas tauris est in aspectu. Plin. *lib.*4. *cap.*45.

Gĕnĕrālis, e, vniuersalis, ad omnes pertinens. {γενικός, καθολικός. GALL. *General, vniuersel.* ITAL. *Generale, vniuersale.* GERM. Allgemein. HISP. *Cosa general.* ANGL. *Generall, vniuersall.*} Quint. *lib.*9.*c.*1. Quædam ex iis species planè distant, manente tamen illa generali societate. Cic. 1. *de Inuent.* Quum de genere negotij controuersia est, constitutio generalis vocatur. Idem 1. *Offic.* Generale quoddam decorum intelligimus, quod in omni honestate versatur, & aliud huic subiectum quod pertinet ad singulas partes honestatis.

[Generalitas, communitas.]

Gĕnĕrālĭtĕr, aduerbium. Vniuersè, indefinitè. {γενικῶς, καθόλου. GALL. *Generalement, vniuersellement.* ITAL. & HISP. *Generalmente, vniuersalmente.* GERM. Allgemeinlich. ANGL. *Generallie.*} Cic. *de Inuent.* Nam ipsum quidem generaliter definire difficile est. Plin. *in Epist.* Memini quidem te iam quædam notasse, sed generaliter.

Gĕnĕrātĭm, per singula genera, seu per singulas species. {κατὰ γένος. GALL. *En general, chasque genre ou sorte à part.* ITAL. *In ciascun genero per se.*

GERM. Durch alle geschlecht oder gattung vberal. HISP. En partes. ANGL. In generall, by euerie kinde.} Virg. lib. 2. Georg.

Quare agite, ô proprios generatim discite cultus
Agricolæ.

Varr. Non in volucribus generatim seruatur analogia. Cic. 4. Acad. Igitur exponam generatim argumenta eorum, quoniam ipsi etiam illa solent non confusè loqui. Generatim distributi in ciuitates. Cæsar 7. bell. Gall. ¶ Aliquando generatim ponitur pro generaliter, confusè & indeterminatè, ἀδιορίστως. Cic. lib. 2. de Orat. Infinitum mihi videtur id dicere in quo aliquid generatim quæreretur hoc modo, Expetendáne esset eloquentia, expetendique honores.

Gĕnĕro, as, are, Gigno, fœtum procreo, & propriè de maribus dicitur. {הוליד holidh. γεννάω. GALL. Engêdrer. ITAL. Generare. GERM. Gebären. HISP. Engendrar. ANGL. To begette, to engender.} Virg. 8. Æneid.

At Maiam (auditis si quicquam credimus) Atlas,
Idem Atlas generat, cœli qui sydera fulcit.

Cicer. in Partit. Quemadmodum quisque generatus, quemadmodum educatus. Inuenitur tamen etiam de fœminis dici. Plin. lib. 8. cap. 44. Et quæ non primo initio generare cœperit. Ibidem. Contráque mulos quos asini & equæ generarent. Et de herbis. Gell. lib. 5. cap. 6. Obseruari solitum, vt fieret è gramine quod in olea generatum esset. ¶ Per translationem accipitur, pro inuenire, & excogitare. Quint. lib. 10. cap. 2. Illi rudes sola mentis natura ducti sunt, vt tam multa generarent. Sic, generare carmina. Sueton. in Neron. cap. 52. ¶ Huius composita sunt Congenero, pro adiungo, associo. συγγεννάω. Ennius, Quem mihi congenerat affinitas. ¶ Degenero, de quo in dictione Degener. ¶ Ingenero, quod modò significat genero, modò gignendo insero, ἐγγεννάω, ἐμφύω. Lactant. lib. 6. Deus itaque quum hominem primùm fingeret, mirabili prouidentia ingenerauit ei priùs istas animi commotiones, vt posset capere virtutem. ¶ Progenero, generationem protogo. Columell. Nam humidæ res & siccæ, quas terra progenerat, facilè vitiantur. Hinc progenies pro genere & familia. ¶ Regenero, rursus genero, ἀναγεννάω. Lactant. lib. 4. Ex eorum semine regenerari cùm iussit.

Gĕnĕrāsco, is, ere. Nascor. {ילד jalâdh. γίγνομαι. GALL. Naistre. ITAL. Nascere. GERM. Geboren werden. HISP. Nacer. ANGL. To be borne.} Lucret. lib. 3.

——— cum omnia membris
Ex ineunte ævo generascunt, ingeniòque.

Gĕnĕrātĭo, nis, quæ est (vt Speusippus ait) motus ad essentiam, acceptio essentiæ, processus in esse. {לדה ledâh תולדה toledâh. γένεσις. GALL. Generation. ITAL. Generatione. GERM. Gebärung. HISP. Generacion, obra de engendrar. ANGL. Generation, engendring.} Plin. lib. 10. c. 52. Auium generatio simplex videtur esse.

Gĕnĕrātor, is, Genitor, procreator, parens, sator. {מוליד molidh הורה horeh. γεννητής. GALL. Engendreur. ITAL. Generatore, genitore. GERM. Ein gebärer. HISP. Engendrador. ANGL. A begetter or engendrer.} Cicer. de Vniu. Nosse autem generatores suos optimè poterant.

[Generatorium. Ambrosius lib. de Noë & arca. Non est dubium, quin rationabile animæ nostræ in quinque sensus diuidatur, & vocem & generatorium intelligit facultatem generandi.]

Gĕnĕrābĭlis, quod facilè generatur. {γεννητός. GALL. Qui s'engendre facilement. ITAL. Che si genera facilmente. GERM. Das leichtlich geboren wirdt oder entsteht. HISP. Cosa que facilmente se engendra. ANGL. That is lighty ingendred.} Plin. lib. 2. c. 43. Hic est ille generabilis rerum naturæ spiritus.

Gĕnĕr, i, Filiæ meæ vir, quasi generis propagator: adhibetur enim ad genus augendum. {חתן chathan. γαμβρός. GALL. Gendre, le mari de ma fille. ITAL. Genero. GERM. Tochtermann. HISP. Yerno, marido de hija ò nieta. ANGL. A sonne in lawe.} Plaut. in Cistell. Isthic quidem ædepol mei viri habitat gener. Cic. 1. Offic. Cum soceris generi non lauantur. Pers. Satyr. 2.

Hunc optent generum rex & regina.

Tacit. lib. 1. Mox defuncto Macello generum sumpsit. ¶ A quo progenertita appellat auus nuptis suæ virum.

Genius, ij, quid sit, vide infra post Gigno.

Gēns, gentis, à genus deducitur, vlitera detracta, idem ferè quod natio, quanquam gentis appellatio generalior esse videtur, multásque sub se comprehendere nationes. {גוי gôi. ἔθνος. GALL. Vne gent, nation. ITAL. Gente, natione. GERM. Ein volck oder geschlecht. HISP. Toda la gente de vna nacion. ANGL. A nation, a people.} Gens enim Itala Latinos habet, Hetruscos, Campanos, Vmbros, Picentes & huiusmodi. Cic. de nat. deor. Deum non curare singulos homines, nec ciuitates, nec nationes, nec gentes. Idem 1. Offic. Propior est eiusdem gentis, nationis, linguæ coniunctio. Virg. 1. Æneid.

Gens inimica mihi Thyrrenum nauigat æquor.

Ouid. 13. Metam.

Inferis Æacidis aliena nomina gentis.

Idem 5. Fast.

Falsifero libata seni duo corpora gentes Mittite.

Plinius de viris illustr. Mithridates rex Ponti oriundus à septem Persis, magni vir animi & corporis, vt sex iuges equos regeret, duarum & viginti gentium ore loqueretur, bello sociali, dissidentibus Romanis, Nicomedem Bithynia, Ariobarzanem Cappadocia expulit. ¶ Interdum pro familia & domo ponitur, φῦλον. vt gens Ælia, gens Valeria, pro Æliorum & Valeriorum familia. Inde gentiles dicti, ex eadem gente, id est, familia oriundi. Quanquam accuratiùs cogitans videbis hoc interesse inter gentem & familiam, quod interest inter totum & partem. Gens enim multas familias comprehendere potest, vt in gente Cornelia, familia est Syllarum, Scipionum, Dolabellarum, Cinnarum, &c. quæ quidem omnes inter se sunt gentiles, non autem agnati. Scipiones enim tantùm Scipionibus, Syllæ Syllis agnati sunt. Itaque quod interest inter totum & partem, quod inter agnatos & gentiles, hoc interest inter gentem & familiam. ¶ Sine gente, hoc est, ignobilis. Horat. 2. Serm. satyr. 5.

Qui quamuis periurus erit, sine gente, cruentus
Sanguine fraterno, &c.

¶ Gens per translationem de apibus dicitur. Col. lib. 9. c. 9. Intestino bello totæ gentes consumuntur. ¶ Et de piscibus, Virg. 4. Georg.

Quum Proteus consueta petens è fluctibus antra
Ibat: eum vasti circum gens humida ponti
Exultans, &c.

¶ Vbicunque terrarum & gentium, Cicer. 7. Verr. Idem in Catil. O Dij immortales, vbinam gentium sumus? quam Rempub. habemus? In qua vrbe viuimus? Nusquam gentium, id est, nusquam omnino. Terent. in Adelph. Næ ego homo sum infelix, primum fratrem nusquam inuenio gentium. Plaut. Asin. sc. 1. a. 1. Viginti vsus filio argenti minis: face id iam paratum sit. L. Vnde gentium? Idem Pseud. sc. 2. a. 4. Vnde hunc hominem dicam esse gentium? Idem Aulul. sc. 1. a. 3. Nusquam gentium ligna vidi præberi pulchrius. Idem Amphitr. Num obdormiuisti dudum? Nusquam gentium. Ibidem, Misisti ad me Sosiam? A. Nusquam factum gentium. (id est, nunquam.) Idem Pseud. sc. 2. a. 2. Vbi me vidisti gentium? Idem ibidem. Quando gentium? So, iamdudum modò. Idem Men. sc. 1. a. 2. Nusquam gentium blandiores meretrices.

Gentĭcŭs, gentilitius. {πάτριος. GALL. De mesme gent, ou nation. ITAL. Di quella istessa gente. GERM. Dem eines volcks ist. HISP. Del mesmo nombre, lignage y parentesco. ANGL. Of the same nation.} Vnde genticus mos, id est, gentis, vel patriæ consuetudo. Corn. Tacit. lib. 3. Adduntur è seruitiis gladiaturæ destinati, quibus more gentico continuum ferri tegimen (crupellarios vocant) inferendis ictibus inhabiles.

Gentīlēs, qui ex eadem gente sunt, quique idem nomen habent, etiamsi cognomina habeant diuersa. {מודעת modhaath. οἱ ἐκ τοῦ αὐτοῦ γένους, γεννῆται. GALL. De mesme race ou maison. ITAL. Della medesima famiglia. GERM. Die eines geschlechts vnnd nahmens sind. HISP. De la mesma familia y nombre. ANGL. To one stocke or kinred.} Vnde Cincius, Gentiles mihi sunt, qui meo nomine appellantur. Cic. lib. 1. Tusc. Pherecydes Syrus primùm dixit animos hominum esse sempiternos, antiquus sanè: fuit enim meo regnante gentili, hoc est, Seruio Tullio, quia eiusdem nominis erat. ¶ Idem Cic. in Topicis ad Trebatium, authoritate Scæuolæ Pontificis gentiles esse ait, qui inter se eodem nomine sunt, qui ab ingenuis oriundi sunt, quorum maiorum nemo seruitutem seruit, qui capite non sunt diminuti. Et eum locum enarrans Boëtius, Gentiles, inquit, sunt qui eodem nomine inter se sunt, vt Scipiones, Bruti & cæteri. Quid si serui sunt? Num nulla gentilitas esse potest. Minimè. Quòd si libertinorum ciuium Romanorum eodem nomine nuncupentur? Num gentilitas vlla est? Ne id quidem: quoniam ab antiquitate ingenuorum gentilitas dicitur. Et huc alludit illud Ouidij de Fabiis loquens lib. 2. Fast.

Vna domus vires & onus susceperat vrbis,
Sumunt gentiles arma professa manus.
Egreditur castris miles generosus ab iisdem,
E quîs dux fieri quilibet aptus erat.

Autor ad Herenn. lib. 1. Si paterfamiliâs intestatus moritur, familia, pecuniáque eius agnatorum, gentiliúmque esto. ¶ A gentili deducitur nomen Gentilitas, quod accipitur pro origine hominum ingenuorum, qui sunt eiusdem nominis: seruorum autem, aut libertinorum nulla est gentilitas. Interdum etiam Gentiles dicuntur qui sunt eiusdem nominis tantùm, etiamsi ex eadem gente non sint. Vnde etiam serui dicebantur gentiles dominorum, quoniam dominorum nomine vocabantur. Plinius lib. 33. cap. 1. Singuli Marcipores, Lucipore'sve dominorum gentiles omnes victum in promiscuo habebant: nec vlla domi custodia à domesticis opus erat. ¶ Gentilis eius: (id est, eiusdem nationis, apud Gellium lib. 17. cap. 17. ¶ Item Gentile dicitur, quod est gentis alicuius peculiare, & proprium: vt, Iuuenalis gentilia tympana dixit, id est, gentis propria. Sueton. in Tiberio, cap. 58. Capillo ponè occipitium submissiore, vt ceruicem etiam obtegeret, quod gentile in ea videbatur. ¶ Scriptores rerum sacrarum Gentiles vocant idolorum cultores, qui aliter quàm Christiani de Deo sentiunt, quos nonnulli voce Græca malunt Ethnicos appellare. Qui loquendi ritus à Iudæis manauit, qui nationes omnes, præter suam, Gentes, seu Gentiles vocitabant. גוים goijm, vide Gens.

Gentīlĭtĭŭs, a, um, {γενικός, ἐγγενής. GALL. Qui appartient à vne mesme race, commun, ou propre à la race. ITAL. Ciò che è di quella stessa gente ò vera famiglia. GERM. Das eines geschlechts eygen ist/das von einem geschlecht oder volck herkompt. HISP. Cosa del mesmo nombre y familia. ANGL. Of the same nation or kinred.} Quod est ex gente, aut familia: vt, Gentilia nomina dicuntur, quæ originem gentis declarant, vt Porcius, Cornelius. Gentilitia sacra, quæ genti alicui sunt peculiaria. Cic. de Arusp. Multi sunt etiam in hoc ordine, qui gentilitia sacrificia, illo ipso in sacello statuto loco anniuersaria factitarint. Gentilitium sacerdotium, quod ad ius familiæ pertinet, & nunc vulgò Ius patronatus dicitur. ¶ Gentilitium hoc illi, id est, hoc illi à gente sua proprium est. Galli dicunt, Il ne tient cela que de race: vel, Il est cela de race. Plin. in Epist. Passenus Paulus, splendidus eques Romanus, & in primis eruditus scribit elegos: gentilitium hoc illi: est enim municeps Propertij, atque etiam inter maiores suos Propertium numerat. Idem Plin. lib. 19. cap. 1. In Serranorum familia gentilitium esse fœminas linea veste non vti. ¶ Interdum etiam gentilitium id vocamus, non quod familiæ alicui, sed populo, aut nationi cuipiam est peculiare: vt, Gentilitium nomen, hoc est, nationis, vel populi nomen. Sueton. in Claud. cap. 25. peregrinæ conditionis homines vetuit vsurpare Romana nomina, dumtaxat gentilitia. Gellius lib. 14. cap. 1. Vulgus autem quos gentilitio nomine Chaldæos dicere oportet, mathematicos nominat.

Gentīlĭtās, Gentilium coniunctio, & necessitudo. {יחש jáchas ויחש ע… מודעת modhâath. ἡ τῶν ὁμωνύμων σύνεσις, συγγένεια, ὁμογένεια. GALL. Parenté ou race, affinité, communication de mesme nom. ITAL. Multitudine di gente, ò di famiglia, ò di natione. GERM. Verwandtschafft des geschlechts vnd des geschlechts. HISP. Gentilidad, communidad de la gente. ANGL. Affinitie and communication of one name.} Cic. de Arusp. resp. In ea causa fuit oratoribus de toto stirpis & gentilitatis iure dicendum. ¶ Interdum accipitur pro ipsis gentilibus, hoc est, pro multitudine

tudine ipsa vel familiæ, vel gentis, siue nationis alicuius. Plin. *de viris illustrib.* Gentilitas eius Manlij cognomen eiurauit, ne quis postea Capitolinus vocaretur. Idem *in Paneg.* Ex quo intelligi potest quantæ benignitatis, quanti spiritus fuerit, sparsas, atque (vt ita dicam) laceras gentilitates colligere, atque connectere.

‖Gentilitus, gentiliter. Tertull.

Genua, *Genoua, Gennes.* V.A. Liguriæ caput, emporium nobilissimum ad mare Mediterraneum, Respublica præpotens, aliquando ad Tanaim, vsque imperij sui fines produxit.‖

Gĕnūsŭs, fluuius quem Dyrrachio euntes in Thessaliam inueniunt. Lucan. *lib.* 5.

Quàm voluitur Genusus, quàm mollior Apsus
Circumeunt ripas, &c.

Gĕōdæsĭă, γεωδαισία, Terræ dimensio, & scientia earum quæ in sensibilibus sunt corporibus magnitudinum & figurarum, circa diuisionem & compositionem versans.

Gĕōdætēs, γεωδαίτης, qui geodesiam nouit: terræ diuisor, & agri mensor, inquit Budæus.

Gĕōdēs, γεώδης. Lapis in concauitate sua terram habens, quemadmodum ætites lapidem: vnde & auribus admotus sonitum edit, sed dilatiorem, quàm ætites. Facultatem habet astringendi & siccandi: vnde & ea quæ claritati oculorum officiunt, purgat. Ex aqua quoque iniunctus, mammarum genitaliúmque inflationes sedat. Autor Diosc. *lib.* 5.

Gĕōgrăphĭă, {γεωγραφία. Gall. *Description de la terre, geographie.* Ital. *Descrittione della terra.* Germ. Beschreibung deß Erdtreichs. Hisp. *Geografia, traço ò dibuxo de la tierra.* Angl. *The description of the earth.*} Dicitur terræ descriptio. γαῖα enim, siue γῆ, siue etiam γῆ, terram, & γράφω scribo significat. Cic. *Attic. lib.* 2. De geographia dabo operam, vt tibi satisfaciam, sed nihil certi polliceor: magnum opus est, sed tamen vt iubes, curabo vt huius peregrinationis tibi opus extet.

‖Geographus, γεωγράφος, qui terram describit.‖

Gĕōmantĭă, γεωμαντεία, Diuinatio ex terra. Inde geomantes, γεωμάντεις, qui ex terra diuinat.

Gĕōmĕtrēs, & Geometra, terræ mensor, siue diuisor. {γεωμέτρης. Gall. *Geometre, arpenteur, mesureur de la terre.* Ital. *Misuratore, ò diuisore della terra.* Germ. Ein mässer vnd außtheiler des erdtreichs. Hisp. *Medidor de la tierra.* Angl. *A measurer of landes.*} Cic. 4. *Acad.* Quomodo aut geometres ea cernere potest, quæ aut nulla sunt, aut internosci à falsis non possunt. Idem 4. *Acad.* Geometræ prouideant, qui se profitentur non persuadere, sed cogere.

Gĕōmetrĭă, æ, terræ dimensio. {γεωμετρία. Gall. *Geometrie, l'art de mesurer la terre.* Ital. *Geometria, scientia da misurare la terra.* Germ. Mässung des Erdtreichs. Hisp. *Geometria, la arte de medir la tierra.* Angl. *The measuring of the land, geometrie.*} Est autem mathematicæ pars, quemadmodum Astrologia, Musica, & Arithmetica, circa formas præcipuè, seu figuras versans. Cicer. 3. *de finib.* Quanquam ea verba, quibus ex instituto veterum vtimur pro Latinis, vt ipsa Philosophia, vt Rhetorica, Dialectica, Grammatica, Geometria, Musica: quanquam ea Latinè dici poterant, tamen quoniam vsu percepta sunt, nostra ducamus.

Gĕōmetrĭcŭs, a, um, adiectiuum, quod ad geometriam spectat. {γεωμετρικός. Gall. *Seruant à mesurer & arpenter la terre, appartenant à geometrie.* Ital. *Cosa che serue à misurar la tierra.* Germ. Das zu der mässung deß Erdtreichs gehört. Hisp. *Cosa della arte de medir la tierra.* Angl. *That perteineth to the measuring of landes.*} Cic. 1. *Tusc.* Socrates interrogat quædam geometrica de dimensione quadrati. Idem 2. *de Diuin.* Si velim geometricum quiddam, aut physicum, aut dialecticum explicare. Idem 4. *Acad.* Quòd si geometricis rationibus non est crediturus, quæ vim afferunt in dicendo, næ ille longè aberit, vt rationibus credat Philosophorum.

Gĕōmetrĭcă, orum, γεωμετρικά. Sunt ipsa de geometria præcepta. Cic. 1. *Tusc.* Ita faciles interrogationes sunt, vt gradatim respondens, eò perueniat, quasi geometrica didicisset.

Gĕōmetrĭcē, γεωμετρική. Ars terram, aliúdve quid dimetiendi: quæ & geometrica dicitur. Plin. *lib.* 35. *cap.* 10. Sed primus in pictura omnibus literis eruditus, præcipuè Arithmeticè & Geometricè: sine quibus negabat artem perfici posse.

Gĕōn, {גיחון *gichon.* γεών.} Vnus ex quatuor fluminibus, quæ sacra Scriptura ex Paradiso profluere testatur. Iosephus eundem esse Nilum credit.

Gĕōrgi, γεωργοί. Populi Scythici ab agricultura, cui vni maximè student, nomen sortiti: quibus vicinos Corsitas, Phoristas, & Riphaces Mela facit. Constat etiam Tauricam Chersonesum Georgiam cognominatam, propter memorabilem in ea frumenti copiam, vt notat Vadianus. Græci enim agriculturam γεωργίαν, & agricolas ipsos γεωργοὺς appellant.

‖Georgiani, veteribus Iberi Asiatici, homines Christiani.‖

Gĕōrgĭcă, orum, γεωργικά, dicuntur libri tractantes ea, quæ ad agrorum cultum pertinent.

Gĕōrgĭcŭs, a, um, γεωργικός. Quod ad agriculturam spectat: vt Carmen georgicum. Colum. *lib.* 6. *c.* 5. Sed georgicum carmen affirmat, nullam esse præstantiorem medicinam,

Quàm si quis ferro potuit rescindere summum
Vlceris os, &c.

‖Georgiopolis, siue Lidda, V.E. sub P. Ierosolymitano.‖

Gĕōrgŏnĭă, γεωργονία. Oppidum in altissimo monte in regione Aruernorum: cuius meminit Suet. *in Cæsare.*

Gephyra, γέφυρα, vrbs Bœotiæ, eosdem & Tanagræos esse aiunt, Steph.

Gephyroze, vrbs Libyæ, γεφυρωζών. Steph.

Gĕră, γέρα. Oppidum mediterraneum Lusitaniæ, apud Ptolem. *lib.* 2. *cap.* 5.

Gĕræstus, γεραιστός. Promontorium Eubœæ insulæ, Atticam spectans, teste Plin. *lib.* 4. *c.* 11. Ptol. *lib.* 3. *c.* 15. portum esse ait in Eubœa.

Gĕrānĕă, æ, γεράνεια, Laconici agri locus est, teste Plin. *lib.* 5. *cap.* 5. Est item Geranea alterius loci nomen inter Mergara & Corinthum, teste eodem Plin. *lib.* 4. *c.* 7. ¶ Fuit præterea eiusdem nominis oppidum in ea parte Thraciæ, quam Pygmæorum gens olim creditur tenuisse. Autor idem Plin. *lib.* 4. *cap.* 11.

Gĕrānĭon, {γεράνιον. Gall. *Esguille à berger, pié de colomb, herbe robert.* Ital. *Rostro di grua.* Germ. Storckenschnabel, kranchenhalß, taubenfuß. Hisp. *Pico de cigueña, pampilles.*} Herbarum duarum nomen est: quarum altera foliis est anemones, diuisuris longioribus, radice subrotunda, quum estur, dulci. Hanc officinæ, *Acum Pastoris* appellant. Altera caules habet sesquipedales, tenues & pilosos, folia maluæ: in summis autem alis sursum spectantia gruum capitula cum suis rostris: à quibus etiam nomen accepit. Nam γέρανον Græci gruem appellant. Hanc nostræ ætatis herbarij *Pedem columbinum* nominant.

‖Geranites, gemma, à collio γεράνου, id est, gruis. Plin. *lib.* 34. *c.* 11.

Geranium, γεράνιον, herba: ita dicta, quòd in summis eius alis, sursum spectantia gruum capitula insunt, cum suis rostris, aut canini dentes.‖

Gĕrānthæ, arum, γεράνθαι. Oppidum Laconicæ regionis: à quo fit gentile Geranthotes, γερανθώτης, vt ex Pausaniæ sententia docet Steph.

Gerasa, γέρασα. Oppidum est in ea parte Syriæ Cœlos, quæ à numero quatuordecim ciuitatum τεσσαρεσκαιδεκάπολις appellatur. Gentile est Gerasinus, γερασηνός. Steph.

‖Gerdica, M. sub P. Constantinopolitano.‖

Gĕrēnĭă, γερηνία. Oppidum agri Messeniaci, in quo Nestor Pylius educatus fuit: vnde ab Hesiodo Gerenius cognominatur. Hæc Stephanus. Ptolemæo verò Gereniam Laconico agro attribuit.

Gĕrēn, os, γέρην. Vicus est in Lesbo insula, ita dictus à Gerene Neptuni filio. Strab. *lib.* 8. eiusdem nominis oppidum in agro Messenaico collocat: quod idem esse opinamur cum eo, quòd alia inflectione Gerenia appellatur.

‖Gerentium, V. olim E. Calabriæ, teste Barrio‖

Gĕrgĭs, ithos, vel Gergithos, ithi, γέργις, ὁ γέργιθος, Stephan. Oppidum Troadis, siue (vt Plin. placet) Æolidis, à quo Sibyllarum vna Gergithia cognominata est.

Gergouia, siue Gergobia. Gall. *Clermont, ville capitale de l'Auuergne, prouince de France.* Cæsar *lib.* 7 *de bell. ciu.* Et Suet. *in Cæs. c.* 25. Et in Gallia, inquit, ad Gergouiam legione fusa.

‖Germa A. XXVIII. sub P. Constantinopolitano: in Leonis Imp. dispositione.‖

Germalum, locus Romæ fuit, cui nomen à Germanis fratribus Romulo & Remo inditum, quòd hic ad ficum ruminalem, ad quam hyberna aqua Tiberis, eos in alueo expositos detulerat, inuenti dicuntur. Hic postea palatio coniunctus nomen amisisse videtur. Varro *lib.* 4. *de ling. Lat.*

Gĕrmānĭcĕă, γερμανίκεια. Oppidum Euphrathesiæ, quod à Quadrato *lib.* 3. Rerum Parthicarum in Parthis numeratur.

Gĕrmānĭă, æ, {γερμανία. Ital. *Alemagna.* Hisp. *Germania, tierra Todesca.* Germ. Das Teütschland.} Regio quæ à Gallis, Rhœtis, ac Pannonia, Rheno & Danubio fluminibus, à Sarmatis, Dacísque metu mutuo, ac montibus separatur: cætera ambit Oceanus, latos sinus, & insularum immensa spatia complectens. Rhenus, Rhœticarum Alpium inaccesso & præcipiti vertice ortus, modico flexu in Occidentem versus Septentrionali Oceano miscetur. Danubius molli & clementer edito montis Arnobæ iugo effusus, plures populos adit, tandémque in Ponticum mare sex meatibus erumpit, septimum os paludibus hauritur. Germani ipsi indigenæ existimantur: quoniam non est verisimile aliquos Asia, aut Africa, aut Italia relicta, Germaniam petiisse antiquis temporibus informem terris, asperam cœlo, tristem cultu, aspectúque, neque cuiquam, nisi cui patria erat, magnopere expetendam. Hinc Cæsar *lib.* 8. *de bell. Gall.* Cultu & feritate non multum à Germanis differebant, inquit. Idem Cæs. *de iisdem*, Gens cui insita feritas. Et Ouidius *Eleg.* 2. *lib.* 4. *Trist.*

Iam fera Cæsaribus Germania, totus vt orbis,
Victa potest flexo succubuisse genu.

Hi antea Teutones appellabantur à Teutono deo eorum, quem terrâ ortum existimabant: siue à Teutono oppido, cuius adhuc tenues supersunt reliquiæ, etiam hodie nomen seruantes Germaniæ vocabulum, vt autor Strab. *lib.* 7. à Romanis primùm inuentum est: quoniam quum primùm Rhenum deuictis Gallis transgressi fuissent, videntes eos & feritate animorum & proceritate corporum, & colore flauo, forma præterea, & moribus & viuendi ritu Gallis simillimos, Germanos eos, hoc est, fratres Gallorum existimauerunt. Sunt qui Germanos inde dictos putent, quòd peculiari eius regionis ritu, se mutuò sua lingua germanos, hoc est, fratres consalutent. Eruditi tamen inter Germanos huius vocis etymologiam ex sua lingua petunt. Illi enim Gar, siue Ger, totum dicunt, & Man virum, quasi planè virum. Quibus vt facilius accedam, facit Alemani vocabulum, quod apud inferiores Germanos idem sonat, quod Germanus apud superiores. Illi enim pro eo quod est totum dicunt, Al, quod in superiori Germania Gar, vel Ger dici ostendimus. ¶ Germani custodes corporum Imperat. Sueton. *in Galb. cap.* 12.

Gĕrmānĭcŭs, adiect. sicut ab Hispanos Hispanicus, ab Italo Italicus. Vnde Germanici dicti Imperatores aliquot à deuictis Germanis.

Germanicus, C. Cæsaris Caligulæ pater, Drusi & iunioris Antoniæ filius, à Tiberio patruo adoptatus, missus ad exercitum in Germaniam, excessu Augusti nuntiato, legiones vniuersas Imperatorem Tiberium pertinacissimè recusantes, & sibi summam Resp. deferentes, incertum constantia, an pietate maiore compescuit: atque hoste mox deuicto triumphauit. Suet. *in Calig. c.* 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7.

Gĕrmānĭcĭānŭs, aliud adiectiuum, quo aliquoties vsus est Sueton. vt in Vespasiano, Neque enim, inquit, deteriores esse, aut Hispaniensi exercitu, qui Galbam, aut Germaniciano, qui Vitellium Imperatorem fecisset. Idem *in Tiber.* Flagitabant ambo exercitus multa extra ordinem, ante omnia, vt æquarentur stipendio Prætoriani Germaniciani. Quibus in locis Germaniciani dicuntur, non qui ex Germania erant oriundi, sed qui in Germania militabant. ¶ Seu quibus præerat Germanicus.

Gĕrmānŭs, Vide *Germen.*

‖Germanicea, siue Germanicia, aliàs Carmania, M. sub P. Constantinopolitano.

Germanicea, *Metrex* Leonardo E. Sidoniensi, A. sub P. Antiocheno.
Germanicopolis, V.E. sub M. Seleuciensi, Turio & Leoni Impp. nota.]
Germara, γερμαρα, populi Celticæ, qui diem non vident. Steph.
Germe, γερμη. Oppidum est ad Hellespontum, non procul à Cyzico. Steph.

GERMEN, inis, à geno antiquo, i. genero. Dicitur quod ex arborum oculis nascitur surculus scil prægnans, à generando dictus, quòd sit generationis principium. {צמח *tsemách.* βλαστός. GALL. *Germe & semence des arbres, bouton, surgeon, scion.* ITAL. *Germe.* GERM. Ein zweig, ein schoß. HISP. *Renueuo de la planta.* ANGL. *A branche or young spring of a tree or herbe.*} Plin. *lib.* 10. *cap.* 29. Densante se frondium germine. Idem *lib.* 7. *cap.* 15. Sed nihil facilè reperitur mulierum profluuio magis monstrificum: acescunt superuentu musta, sterilescunt tactæ fruges, moriuntur insita, exuruntur hortorum germina: & fructus arborum, quibus insidere, decidunt: speculorum fulgor aspectu ipso hebetatur, &c. Virg. 2. *Georg.*

——huc aliena ex arbore germen
Includunt.

Germino, as, Pullulo, & germen emitto. {צמח *tsamách* הניץ *henits* פרח *parách.* βλαστάνω, φύω. GALL. *Germer, ietter, ou bourgeonner.* ITAL. *Germogliare, pullulare.* GERM. Herfürsprossen, wachsen. HISP. *Bretar y echar renueno los arboles.* ANGL. *To spring, to branch out, to burgen.*} Plin. *lib.* 13. *cap.* 4. Fœmina citra florem germinat tantum spinæ modo. Quintil. Omnia velut germinant initio adolescentiæ. ¶ Huius composita sunt, Congermino, quod est coagmento, consocio, coniungo. Varr. *lib.* 3. *rerum human.* Postea cum his vnam Remp. coniuncti ac congerminati tenuere. Egermino ἐκβλαστάνω, germen foras emitto. Col. *lib.* 5. Nam plurimùm interest, non esse longum sarmentum quod inseratur, & rursus plures oculos quibus egerminet inesse. Progermino, in germina excresco. Idem *ibidem.* Vt & radices deorsum agat, nec ex propinquo negligenter in summa terra resecta progerminet.

Germinatio, Pullulatio. {נצוץ *nitsúts.* βλάστησις. GALL. *Germement, quand les arbres ou herbes iettent leur germe.* ITAL. *Germinatione, quando germinan li albori.* GERM. Ein spressung, ein herfürschiessung. HISP. *Obra de bretar ò echar renueno los arboles.* ANGL. *A springing or shooting of branches.*} Plin. *lib.* 16. *c.* 25. Alia protinus, vt animalia: tardiùs aliqua & diutiùs grauida partus gerunt: quod germinatio ideò vocatur. Colum. *lib.* 4. *c.* 24. Propter quod palmes, quem mox in germinatione citauerit, imbecillis ac minùs fructuosus erit.

Germinatus, us. {ANGL. *A shoothing out of branches.*} Plin. *lib.* 15. *cap.* 8. Oleam si capra depauerit primo germinatu sterilescere, autor est Varro.

Germinasco, is, germen emitto. {פרח *parách.* βλαστάνω. GALL. *Germer, bourgeonner.* ITAL. *Germogliare.* GERM. Herfürsprossen, wachsen. HISP. *Brotar y echar renueno los arboles.* ANGL. *To spring or shoote out branches.*} à quo fit compositum Congerminasco, simul pullulo, συμβλαστάνω, & per translationem coalesco, coniungor. Quadrigarius, Facite exempla eorum vt cum illis congerminascere sciatur.

[Germanus, gentile nomen, qui è Germania.]

Germanus, a, um, {אח *ach.* ὁμογάστριος, ὁμογνήσιος, ὁμόσπορος. GALL. *Frere germain, engendré de mesme germe.* ITAL. *Fratello germano, generato del medesimo germe.* GERM. Von einen eltern, oder einem geschlechts. HISP. *Hermano de padre y de madre, engendrado de mismá simiente.* ANGL. *Come of the same stock.*} Iisdem parentibus natus: quod nomen à germine deductum putat Festus. Germen (inquit) est quod ex arborum surculis nascitur: vnde & Germani quasi eadem stirpe nati. Hinc Germani fratres, αὐτάδελφοι, dicuntur qui patre eodem eadémque matre editi sunt. Ita Plutarch. *in Romulo*, quemadmodum vterini dicuntur qui ex eodem vtero prodierunt, qui scilicet matre eadem, diuersis autem patribus sunt procreati. Terentius *in Andr.* Si te in germani fratris dilexi loco. Aliquando sine fratre ponitur. Idem *in Adelphis*, O mi Æschine, ò mi germane: ah vereor coràm in os te laudare ampliùs. *Ibid.* Nunc tu mihi es germanus pariter corpore & animo. Cic. 1. *de finib.* Et L. Cicero frater noster cognatione patruelis, amore germanus. ¶ Ponitur aliquando pro similis. Idem 4. *Acad.* Erat quidem, si perpauca mutauisset, germanissimus Stoicis, id est, simillimus. Idem *in Oratore*, quum mutila quædam & hiantia loquuti sunt, vel quæ sine magistro facere potuerunt, germanos se putant esse Thucydidis. Plaut. *Men. sc. vlt. a.* 5. Mi gemine germane frater, salue *ibid.* Spes mihi est vos inuenturos fratres germanos duos geminos, vna matre, vno patre, vno die natos. *Ibid. sc.* 1. *a.* 4. fratrem geminum germanum quæsitum venimus. Idem *Capt. sc.* 4. *a.* 5. Intus eccum fratrem germanum tuum. ¶ Accipitur item germanus pro vero, & sincero, hoc est, non fucato, & non adulterato: quod Græci γνήσιον dicunt. {ANGL. *Right and very true, not counterfayte.*} vt, Germana iustitia. Cicer. 3. *Offic.* Sed nos veri iuris, germanæque iustitiæ solidam & expressam effigiem nullam tenemus. ¶ Germana patria. Idem 2. *de Legibus.* Quia si verum dicimus, hæc est mea & huius fratris mei germana patria: hic enim orti stirpe antiquissima sumus. Germanum nomen. Plaut. *in Capt. sc.* 2. *a.* 2. Nam ille Theodoromedes fuit germano nomine. Germanæ gerræ. Idem *in Pœn.* Nam tuæ blanditiæ mihi sunt, quod dici solet, Gerræ germanæ, atque ædepol, λῆροι λῆροι. ¶ Fœmininum huius nominis est germana, αὐτάδελφη. Virg. *lib.* 4 *Æneid.*

Inueni germana viam, gratare sorori.

Germana soror. Cic. 1. *de Diu.* Clodius cum sorore germana nefarium stuprum fecit. Plaut. *Milit. sc.* 1. *a.* 2. *& sc.* 4. *a.* 2. Sororem geminam germanam alteram aduenisse Philocomasio. Idem *Most. sc.* 1. *a.* 1. Germana illuuies rus, pecus, hara suis.

Germanè, aduerb. hoc est, syncerè, & in modum germani fratris. {כאחות *keachuth.* ἀδελφικῶς, γνησίως, ἀπροσποιήτως, ἀνυποκρίτως. GALL. *Fraternellement, en frere germain.* ITAL. *Sinceramente, da fratello.* GERM. Brüderlich, freundtlich. HISP. *Muy limpia y enteramente.* ANGL. *Brotherlie, vprightlie.*} Cic. *ad Quint. Fratr. lib.* 1. De quo petis, vt ad te nihil occultans, nihil dissimulans, nihil indulgens, germanè, fraternéque rescribam, &c.

Germanitas, atis. Est coniunctio, & vinculum quoddam necessitudinis, quale solet esse inter fratres. {אחוה *achavah.* ἀδελφότης, φιλαδελφία. GALL. *Parenté entre freres germains, fraternité.* ITAL. *Fratellanza, parentato.* GERM. Ein rechte freündtschafft, als zwischen natürlichen brüdern. HISP. *Hermandad.* ANGL. *Brotherhood by the same father and mother.*} Cicer. *pro Ligario.* Si fraternè, si piè, si cum dolore faciunt, moueant te horum lacrymæ, moueat pietas, moueat germanitas, valeat illa vox quæ vicit. Liu. 37. Argis & illos, sicut sese, oriundos esse, ab ea germanitate fraternam sibi cum iis charitatem esse. Plin. *lib.* 6. *cap.* 1. Vnde nomen ambobus, & tanquam in dissociatione germanitas concors.

Germanitus, aduerb. hoc est, germanè, fideliter: dictum à germanitate. {ANGL. *As a verie brother.*} Pompon. Vt siquis est amico amicus, gaudet, si quid euenit boni, cui amicus est germanitus.

[Germia, orum, A. sub P. Constantinopolitano.]

GERO, is, gessi, gestum, à ἀγείρω, hinc gesto. Propriè significat porto. {נשא *nasa.* φέρω. GALL. *Porter.* ITAL. *Portare.* GERM. Tragen. HISP. *Traer.* ANGL. *To do or exercise, to beare or behaue.*} Virgil. 7. *Æneidos.*

Bella manu lethúmque gero.

Plaut. *Pseud. sc.* 7. *a.* 4. Scias posse eum gerere crassas compedes. ¶ Interdum est habere. {ἔχω. GALL. *Auoir.* ITAL. *Hauere.* GERM. Haben. HISP. *Auer.*} Virg. *lib.* 2.

——Et nos aliquod noménque decúsque Gessimus.

Nihil muliebre præter corpus gerens Fuluia. Velleius. Ouid. 13. *Metam.*

Tu vires sine mente geris.

Item gerere animos. Liu. *lib.* 3. *dec.* 4. Et Plaut. *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Insipientia est itam in promptu gerere. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 2. Qui ad heri fraudationem callidum ingenium gerunt. ¶ Rem gerere pro dimicare. Idem *Amphitr.* Nec decedit loco, quin statim rem gerat. Idem *Capt. sc.* 3. *a.* 1. Caue fidem fluxam geras. ¶ Interdum facere. {עשה *hasáh.* πράττω. GALL. *Faire.* ITAL. *Fare.* GERM. Thun, verwalten. HISP. *Hazer.*} Virg. *lib.* 9.

——nec te cum talia gessi,
Magnanimum Æneam, & fata extrema sequutus.

Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Tace, atque hanc rem gere, (id est, hoc age.) Idem *Menech. sc.* 4. *a.* 5. Obseruatum quam rem geras, *ibid. sc.* 2. *a.* 5. Quid ille faciat, quid eat, quid rerum gerat. Idem *Milit. sc.* 6. *a.* 2. Scio quam rem gerat. (is quid in me moliatur.) Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 1 *& sc.* 2. *a.* 4. *& sc.* 6. *a.* 4. Vide sis quam tu rem geras: (id est, facias.) Idem *Aul. sc.* 1. *a.* 5. Scio quam rem geras. Et, quam rem geram. *Ibidem.* (id est, quid agam.) Idem *sc.* 4. *a.* 1. Timeo quid rerum gesserim. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 5. Occupemus ex insidiis quam rem gerant, id est, quid agant. Idem *Aulul. sc.* 1. *a.* 1. Ne me obseruare possis quid rerum geram. Iterum *ibid. sc.* 1. *a.* 1. Rogitant me vt valeam, quid rerum geram. (id est, quid agam.) Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 2. Est Deus, qui omnia quæ gerimus videt. (i. facimus.) ¶ Pauper per metum rem malè gerit. (id est, suis commodis malè consulit.) Idem *Aulul. sc.* 4. *a.* 1. Item *Capt. sc.* 2. *a.* 3. Quid est suauius quàm benè rem gerere bono publico. (id est, suo commodo & publico seruire.) ¶ Scaui extemplò rem de compacto geri. Mox, Compacto rem agunt. Idem *ibid. sc.* 1. *a.* 3. ¶ Quibus res publica & priuata geritur, iis non crederem? (de Tabellis.) Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 4. ¶ Metaphoric. Rem gerere & operibus & cuniculis. Quintil. Plaut. *Amphitr.* vt scires rem vt gessissem publicam. ¶ Interdum administro. διαχειρίζω, νέμω, διαχειρίζω. Cic. *in Catone*, Qui amplissimum magistratum gerunt. Plaut. *Capt. sc.* 3. *a.* 2. Erga hunc rem geras fideliter. Item Cæs. *lib.* 1. *de bell. ciuil.* Gerere Rempub. felicissimè. Hinc dicuntur gesta: & gestæ res, πράξεις. ¶ Cum accusatiuo reciproco significat viuere: aut hoc, aut illo modo se habere: vt, Moderatè se gerere. χρῆσθαι τῷ μετρίῳ. Cicer. *de Amic.* Qui ita se gerunt, ita viuunt, vt eorum probetur fides, integritas, æqualitas, liberalitas. Gerere censuram, id est, fungi censura. Plin. *lib.* 17. *cap.* 1. Consulem gerere. Salust. *in Iugurtha.* Formam alterius gerere, Plaut. *in Prol. Amphitr.* Honores gerere, Plin. *in Epistol.* Ingenium callidum gerere, Plaut. *in Asin.* Gerere inimicitias, Liuius 10. *bell. Maced.* Iras gerere, Plaut *in Pœn. &c.* ¶ Morem gerere, id est, obedire, obtemperare. Cicer. 1. *Tuscul.* Geram tibi morem, & ea quæ vis vt potero explicabo. Morem gerere animo. Plaut. *Amphitr.* Pater nunc intus suo morem animo gerit. Partum gerere, idem quod Vterum gerere, & grauidam esse. Plin. *lib.* 7. *cap.* 5. Cæteris animantibus statum & pariendi & partus gerendi tempus est. ¶ Res alias gerere, pro non attendere ad ea quæ dicuntur. Plaut. *Cistel.* —mi homo obsecro Alias res geris. ¶ Rempub. gerere, id est, administrare & præesse Reipub. gerendæ. Idem *in Amphitr.* & Cicer. *pro Resc.* ¶ Salust. *Iugurth.* 113. Me, vósque in omnibus rebus iuxta geram. ¶ Huius composita sunt, Aggero, congero, digero, de quibus locis suis. ¶ Egero, effero, ἐκφορέω. Lact. *lib.* 1. Qui finium stabulo, quam qui vitia de corde egerit. Colum. *lib.* 2. Auium primum habetur stercus quod ex columbariis egeritur. Quandoque pro euomo, vel ventrem exonero ponitur. ἀποδίδωμι, ἐμέω. Ingero vide alibi. ¶ Oggero, intendo, seu adiicio: vt, Oggerere oculum, alicui rei adiicere, seu intentum habere. ἐπέχω. Plaut. *in Trucul.* Quando intro aduenimus, Vnus eorum aliquis oculum amicè oggerit, dum illi agant. Progero vltra, seu foras gero: προφέρω. Col. *lib.* 1. Ideóque periti rustici, quicquid ouilibus, stabulisque conuersum progesserunt, superpositis virgis tegunt, nec arescere Solis incursu patiuntur. Regero, scriptis mando, quod legendo, aut audiendo didicerim. ὑπομνηματίζω. Quint. *lib.* 1. *cap.* 8. Sunt enim velut res gestæ in hos commentarios, quos puer deduxerat schola. Vnde regesta dicuntur, quæ iam in tabulas, aut etiam in libros redacta sunt. τὰ ὑπομνηματικά, τὰ ὑπομνήματα. Non inepte etiam, teste Budæo, Regesta dici possunt, quæ vulgò *Registra* dicuntur. ¶ Aliquando Regero, idem est, quod refero, reddo, reiicio, ἀποδίδωμι. Plin *lib.* 2. *c.* 9. In coitu quidem non cerni: quoniam haustum omnem lucis auersa illo regerat, vnde acceperit. Sic regerere crapulam, dixit Apuleius pro euomere. Regesta inquit crapula vestem imo nauerat. Inde regestus participium: vt, Terra regesta, hoc est, eodem relata vnde fuerat egesta. Ouid. 11. *Metam.*

——fecerit, euandémque
Effodit, & domini quales conspexerat aures.

Voce refert parua, terra quæ immurmurat haustæ,
Indiciûmque sua vocis tellure regesta,
Obruit, & scrobibus tacitis discedit opertis.

¶ Suggero, & Suggestus, vide suis locis. Sunt & alia composita, vt armiger, belliger, moriger, & multa huiusmodi, quæ omnia habent penultimam syllabam correptam.

Gĕrens, participium; coniungitur à Cicerone eleganter cum genitiuo Negotij. Pro Quinct. Aliquis locuples & sui negotij bene gerens. Pro Sext. Sunt rustici, municipalésque Romani sui negotij gerentes.

Gĕstus, a, um, participium à gero. {נעשׂה *naħaseh.* πεπραγμένος, διαπεπραγμένος. GALL. *Fait, porté.* ITAL. *Fatto, portato.* GERM. Gethon, gehandelt, getragen. HISP. *Hecho, traido.* ANGL. *Done, borne.*} Plaut. *in Trin.* Nihil euenit, ne time, re bene gesta saluus redeo. Idem *Pseud. sc. 7. a. 4.* Ita res gesta est, (i. ita malè rem gessi.) Idem *Men. sc. 2. a. 3.* Omnem rem vxori, vt gesta, eloquar. Et Ouid. *lib. 13. Metam.*

———*Nil gestum ab Vlysse.*

Gell. *c. 17. lib. 5.* proximo prælio rem malè gestam esse. *Ibid. cap. 18.* per singulos dies res gestæ scribuntur. Valer. *in prolog.* Omnia eius gesta comprehendere. Cic. *pro Murena*, Gestus est mos & voluntati & dignitati eius. Idem *ad Attic.* Gestus mos vtrique.

Gĕstus, us, est compositio corporis & habitus quem in pronunciando & dicendo obseruamus. {מנהג *minhag.* σχῆμα, σχηματισμός. GALL. *Geste, contenance, maintien, mine.* ITAL. *Gesto, atto, fatto.* GERM. Weis vnnd geberd die einer fürt. HISP. *Gesto ò visaje de la cara.* ANGL. *Demeanure, behauiour.*} Gestio verò est administratio & actio, quamuis parum in vsu sit, inquit Valla *lib. 4.* Cicer. *2. de natur. deor.* In corporum etiam motione atque gestu multa cernunt subtiliùs. Idem *4. Acad.* Et hoc quidem Zeno gestu conficiebat. Gestum facere: bis apud Quintil.

Gĕritio, pro Gestio, Vlp. *l. 14. ff. de relig.* Licèt ex hoc ipso neque pro hærede geritio, neque aditio præsumitur.

Gĕstuōsus, a, um, qui multum gestit. {πολυσχήμων, χειρονομικός. GALL. *Qui fait beaucoup de gestes ou de mines.* ITAL. *Gestuoso, che ha gran gratia ne gesti.* GERM. Zierliche geberd fürend oder treibend. HISP. *El que haze gestos y visajes con gratia.* ANGL. *That hath done many thinges.*} Gell. *lib. 1. c. 5.* Gestuosas Hortensij manus & argutas.

Gĕstio, nis, Curatio & administratio. {διοίκησις. GALL. *Administration.* ITAL. *Administratione.* GERM. Ein handlung verwaltung. HISP. *Administration.* ANGL. *The doing of any thing.*} Cic. *1. de invent.* Negotiis autem quæ sunt attributa, partim sunt continentia cum ipso negotio, partim in negotij gestione considerantur, partim adiuncta negotio sunt, partim gestum negotium consequuntur.

Gĕrdius, ij, puer fortassis à gerendo dictus, quòd gereret. Lucil. Curate domi sint gerdius, ancillæ, pueri, zonarius, textor. Ex Nonio.

Gĕstio, is, iui, & ij. Propriè est, lætitiam animi, aut alium affectum gestibus corporis exprimo. {עלז *balaz.* עלץ *halats.* עלס *balas.* γαυριάω. GALL. *Sauter de ioye, & se resiouir, faire feste.* ITAL. *Godere, rallegrarsi, far festa.* GERM. Vor frewden auffrewendige geberd oder weiß treiben. HISP. *Alegrarse, hazer gestos codiciando ò alcançando alguna cosa.* ANGL. *To shew glaydnesse by outward signes.*} Cicer. *lib. 2. de finibus*, Quorum alter lætitia gestit, alter dolore cruciatur. Idem *lib. 1. Offic.* Aut voluptate nimis gestiunt: quorum omnium vultus, voces, motus, statúsque mutantur. Plaut. *Men. sc. 1. a. 1.* Quæ misera (machæra) gestit factum facere ex hostibus. ¶ Interdum etiam gestire, est vehementer cupere, & gestibus cupiditatem præ se ferre: ἐπιθυμέω, σφαδάζω. Terent. *in Phormione*, Egóne illi non succenseam? ipsum gestio dari Mihi in conspectum, nunc sua vt sciat culpa Lenem patrem illum, factum me esse acerrimum. Sic Plaut. *in Amphitr.* Gestiunt pugni, hoc est, cupiunt verberare. Persius *Satyr. 1.* Non hic qui in crepida Graiorum ludere gestit. Plaut. *Asin. sc. 1. a. 4. & Pseud. sc. 1. a. 1. & sc. 6. a. 4.* Illum mouere gestio (id est, percupio.) Cic. *pro Marcel.* Parietes medius fidius (vt mihi videtur) huius curiæ gratias agere gestiunt. Pro pruritu. Plaut. *Asin. sc. 2. a. 2.* Mirabar quod scapulæ gestibant mihi, (id est, pruriebant.) ¶ Pro gesticulari. Gell. *cap. 13. lib. 11.* Ad facienda ridicula histriones imitantur & gestiunt (sup. homines.) Huius compositum est, Prægestio, de quo suo loco.

Gĕstiens, participium, exultans, lætans. {עלז *balaz.* עליז *haliz.* γαυριῶν, ἐπιθυμῶν. GALL. *Sautant & declarant par gestes & mines l'affection qu'il a, sautant de ioye.* ITAL. *Chi salta di allegrezza.* GERM. Gut frewend, vor frewden etwas geberd treibend. HISP. *El que salta de alegria haziendo gestos.* ANGL. *A reioysing, declaring by gestes his meaning.*} Cic. *5. Tusc.* Elatus inani lætitia, exultans & temere gestiens. Idem *2. de nat. deor.* Deinde hac cohortamur, hac persuademus, hac consolamur afflictos, hac deducimus perterritos à timore, hac gestientes comprimimus. de eloquentia loquitur.

Gĕsticulor, aris, gestum ago. {ὀρχέομαι, χειρονομέω. GALL. *Faire contenance, faire mines, faire morisque.* ITAL. *Atteggiare, giocolare.* GERM. Etwas bossen oder gebärd treiben. HISP. *Hazer gestos.* ANGL. *To mak gestis.*} vnde Gesticulari carmina, dixit Sueton. *in Nerone*, pro ad numeros carminis saltare, & modulis corpus adaptare. Super abundantissimam (inquit) eximiam iocularia in defectionis duces carmina, lasciuéque modulata, quæ vulgo innotuerunt, etiam gesticulatus est.

Gĕsticulātor, is, verbale, qui corporis gestu populum oblectat. {μῖμος, ὀρχηστής. GALL. *Ioüeur de morisque ou de farces, faiseur ou representeur de contenances & mines.* ITAL. *Chi giuoca di mano, ò vero di persona.* GERM. Ein bossentreiber, gauckler. HISP. *Hazedor de aquellos gestos.* ANGL. *A poppet player.*} Columell. *in Præfat. lib. 1.* Nec minus corporis gesticulatorem scrupulosissimæ requirant saltationis, ac musicæ artis studiosi.

Gĕsticŭlatio, is, Est ipsa saltatio, seu gesticulandi actus. {ὄρχησις, μίμησις. GALL. *Ieu de soupplesse, representation de contenances & mines.* ITAL. *D'atteggiare, giocolare.* GERM. Bossentribung, das gauckeln. HISP. *Aquella obra de hazer gestos.* ANGL. *Poppet, playing gesting.*} Valerius Maximus & Sueton. *in Tiber. cap. 68.* Mollis gesticulatio digitorum.

Gĕsticŭlātrix, a, mima, gesticulatrix, quæ scilicet corporis gesticulatione populum oblectat. {ὀρχηστρία, χειρονόμος, ἡ. GALL. *Ioüeuse de morisque.* ITAL. *Donna che giuoca di mano ò vero di persona.* GERM. Ein bossentreiberin, ein fraw die ein gauckelspiel halt. HISP. *Hazedora de aquellos gestos.* ANGL. *She that playeth the poppet.*} Gell. *lib. 1. c. 5.* Non iam histrionem eum esse diceret, sed gesticulariam, Dionysiámque eum notissimæ saltatriculæ nomine appellarit.

[Gesticuli, digitorum gestus in supputandis more prisco. Tertull.
Gestiuncula, res minuta. Gl. Isid. parua gestio.]

Gĕrŭlus, i, qui fert aliquod onus: & pro baiulo accipitur. {סבל *sabbal.* ὁ κομιστής. GALL. *Porteur, portefaix, gaignedenier.* ITAL. *Facchino, portatore.* GERM. Ein trägel. HISP. *El ganapan que lleua cargas.* ANGL. *A bearer of any mater or thing, a porter.*} Baiulum autem dicimus, qui mercedis gratia onera ferre consueuit. Suet. *in Calig.* Ex gerulorum diurnis quæstibus pars octaua exigebatur. Hinc Nugigerulus, nugarum apportator. Et Munigerulus, Damnigerulus, plagigerulus, Salutigerulus, apud Plautum *in Mostell.* & vbique. Idem *in Bacchid.* Non dabis, si sapies: verùm si das maximè, Ne ille alium gerulum quærat, si sapiet, sibi: Nam ego non laturus sum.

[Gerula, nutrix, portatrix. Tertull.]

Gestor, is, verbale, qui gerit, siue portat. {נשׂא *nosé.* נשׂיא *nasi.* φορεύς. GALL. *Porteur, rapporteur.* ITAL. *Chi porta, portatore.* GERM. Ein trägel. HISP. *Lleuador.* ANGL. *He that beareth.*} Plaut. *Pseud.* Homines qui gestant, quique auscultant crimina, Si meo arbitratu liceat, omnes pendeant: Gestores linguis, auditores auribus. Plin. *epist. lib. 9. Caninio*, Delphinus gestor, collusórque puerorum.

Gĕrundium, siue verbum sit (vt quibusdam videtur,) siue participium, siue (vt alij malunt,) nomen ex participio, caret numeris & personis, & sub vna voce actiuam & passiuam significationem gerit. Vnde à gerenda duplici significatione, quidam gerundia dicta esse existimant. Gerundia ante se nullum habent casum: post se casum habent verbi actiui: nam in passiua significatione nullum habent. ¶ Habet autem gerundium quatuor omnino casus, nominatiuum, genitiuum, accusatiuum, & ablatiuum. De nominatiuo exemplum est apud Virg. 11. *Æneid.*

———*Pacem Troiano à Rege petendum.*

Genitiuus iungitur nominibus substantiuis in vtraque significatione. Virg. *Eclog.*

Et quæ tanta fuit Romam tibi causa videndi?

In passiua significatione gerundium nullum habet post se casum: vt non dicimus, Vrbs est in periculo capiendi ab hostibus. ¶ Inueniuntur aliquando gerundia genitiui casus passiuè accepta, sed absque casu: vt apud Iustinum Trogi abbreuiatorem, *lib. 17.* Athenas erudiendi gratia missus, quantò doctior maioribus suis, tantò & gratior populo fuit. ¶ Datiui casus gerundia nulla sunt, nisi fortassis soluendo & inficiando, quæ aliqui volunt esse nominatiua adiectiua indeclinabilia, alij gerundia datiui casus. Cicer. *in Orat.* Quum est inficiando reus, duo prima sunt. Soluendo exigit datiuum, licet non semper adponatur. Quintil. Pauperi soluendo non sumus. Cicer. *Lentulo*, Ciuitatum principes ad me detulerant sumptus decerni legatis nimis magnos, soluendo ciuitates non esse. Interdum etiam habet adiunctum genitiuum. Quint. Maximi tamen virorum, & quibus artis suæ soluendo non sit humanitas. ¶ Accusatiuus gerundij iungitur verbis significantibus motum ad locum, & hoc cum præpositione ad, aut etiam aliis verbis cum præpositione inter, & aliquando etiam cum præpositione ante. Virg. *in Bucolicis*,

——— *Inter cundum*

Occursare capro (cornu ferit ille) caueto.

Idem *3. Georg.*

——— *ante domandum*

Ingentes tollent animos.

¶ Ablatiuus tribus modis accipitur. Primò sine regimine: vt, Legendo disco, Currendo cecidi. Et ponitur actiuè & passiuè. Actiuè. Virg. 3. *Æneid.*

Cantando tu illum?

Passiuè: idem,

Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.

Idem,

Alitur vitium, crescitque tegendo, i. dum cantatur & dum tegitur. Plaut. *Curc. sc. 3. a. 1.* Vapulando & somno pereo. Secundò cum præpositione de, ex, à, ab, cum, vel in. Cicero, Ex quo ardescit siue amor, siue amicitia: vtrúnque enim dictum ab amando. Idem, In defendendo maior labor est, quàm in accusando. Quintil. Quum præcipere de aptè loquendo cœperimus. Tertiò, cum verbis significantibus motum de loco: vt, Venio ab arando, redeo à spectando: licèt magis vsurpemus ab aratione & à spectaculo. Sed hæc non magnopere pertinent ad præsens argumentum: quandoquidem dictionum significationes, non syntaxin, docendas suscepimus.

Gerundia à Grammaticis appellantur nomina adiectiua, quæ fiunt à gerundiis, vt à legendi, a, um, fit legendus, a, um.

Gĕsto, as, Sæpe, vel quasi perpetuò gero. {נשׂא *nasá.* נטל *natál.* עמס *hamas.* φορέω, φέρω. GALL. *Porter.* ITAL. *Portar.* GERM. Offt oder stets tragen. HISP. *Traer, lleuar.* ANGL. *To beare often.*} Plaut. *in Curcul.* Rogitat illum vnde habeat annulum. P. Pater istum meus gestauit. Idem *in Sticho.* Nam me illa aluo menses gestauit decem. Plin. *lib. 18. cap. 10. de elephantis*, Decem annis gestare in vtero vulgus existimat. Terent. *in Adelph.* Quem ego modò puerum tantillum in manibus gestaui meis. Ouid. *13. Metam.*

———*frustrà Telamone creatus,*

Gestasset læua taurorum tergora septem.

Plaut. *Amphitr.* Hæc solatanam mentem gestat mearum familiarium. Idem *Curc. sc. 2. a. 5.* Pater istum (anulum) gestauit. Idem *Pseud. sc. 1. a. 1.* Gestas tabellas tecum, eas lacrymis lauis. *Ibid. sc. 5. a. 1.* Homines qui gestant quique auscultant crimina. (i. qui deferunt & spargunt, siue annunciant.) Suet. *in Galba c. 8.* Ad gestandum iter ingredi. (i. delectationis causa.

Gĕstātus, particip. {עמוס *hamus.* βασταχθείς, φορηθείς. GALL. *Porté.* ITAL.

Ital. *Portato.* Germ. Getragen. Hisp. *Traido, lleuado.* Angl. *Borne, caryed.*} Martial. *lib.* 2.

Gestatus biiugis regulus esset equis.

Gĕstĭto, as, frequentatiuum à Gesto, as. {φορέω. Gall. *Porter souuent.* Ital. *Portar spesso.* Germ. Tragen eins tragens. Hisp. *Lleuar à menudo, o muchas vezes.* Angl. *To beare often.*} Plaut. *in Cistel.* Eloquere, vnde sunt tibi hæc citò crepundia? L. Mea hæc herilis gestitauit, non tua. Idem *in Amph.* Næ ego homo infelix fui, Qui non alas intervellit: volucrem vocem gestito.

Gĕstātĭo, nis, Vectio, portatio. {מטמעסה *maðamasáh* נשׂל *nethél* משׂא *massá.* φορά. Gall. *Portement.* Ital. *Portamento.* Germ. Tragung. Hisp. *Lleuamiento, traimiento.* Angl. *A bearing or caryng.*} Cels. *lib.* 2. *c.* 14. Gestatio etiam longis & iam inclinatis morbis aptissima est. Idem, Gestationum leuissima est nauis in portu. ¶ Gestatio item αἰώρα, locus erat, in quo gestabantur homines sanitatis, vel voluptatis gratia: ea forma, qua cœnatio ambulatióque dicitur. Plin. *in Epist.* Ab his gestatio in modum circi quæ buxum multiformem, humilésque ac retentas manu arbusculas circumit.

Gĕstātŭs, us, Gestatio, portatio. {מטמעסה *maðamasáh* נשׂל *nétel* משׂא *massá.* φορά.} Plin. *lib.* 15. *cap.* 25. Iulianis gratus sapor, sed penè tantùm sub arbore sua, adeò teneris, vt gestatum non tolerent, id est, gestari non possint.

Gĕstāmĕn, inis, Quicquid geritur, vt vestes, arma, sceptrum. {מטמעסה *maðamasah* נשׂל *nétel* משׂא *massá.* φόρημα, φορεμα. Gall. *Ce qu'on porte, faix porte.* Ital. *Cosa che si porta.* Germ. Die man tregt/eine bürde/ein bürdi. Hisp. *Cosa que se trae ò lleua.* Angl. *A mace or any thing that is borne.*} Virg. *lib.* 3. *Æneid.*

Ære caua clypeum magni gestamen Abantis,

Postibus aduersis figo. i. quod geri solebat à magno Abante.

Iuuenal. *Satyr.* 2.

Ille gerit speculum pathici gestamen Othonis.

Item ponitur pro onere. Plin. *lib.* 37. *cap.* 2. Hoc vectigal, hócque gestamen diuites in ceruice gratissimum notunt. Ouid. 13. *Metam.* fuga tardè futura tibi est gestamina tanta trahenti Clypeum, & hastam, & galeam.

Gĕstātōrĭŭs, a, um, Quod ad gestandum & gerendum pertinet. {φορητός. Gall. *Seruant à porter.* Ital. *Che serue à portare.* Germ. Das zu dem tragen gehört. Hisp. *Cosa para traer, ò pertenesciente à traer.* Angl. *That serueth for bearing.*} vt, Sella gestatoria in qua aliquis gestatur. Sueton. *in Neron.* Interdiu quoque clarè gestatoria sella delatus in theatrum.

Gĕstātōrĭum, ij, appellatur lectica, sella, siue carruca, & omne id in quo gestamur. {φορεῖον. Gall. *Littiere.* Ital. *Lettica ò sedia ò altro in che si porti alcuno.* Germ. Ein roßbaar/ein tragsessel/senffte oder etwas anders darinn man einen tregt. Hisp. *Andas ò litera para traer.* Angl. *An horse letter.*} Suet. *de Claudio,* Solitus etiam in gestatorio ludere.

Gerontia, γερόντια, Insula ante sinum Pegasicum, teste Plinio *lib.* 4. *cap.* 12.

Gerontocomium, γεροντοκομεῖον, vbi alimoniæ subministrantur senibus emeritis. Vtitur hac voce Imperator *C. de sacros. Eccles.*

‖Gerontodidascalus, qui senes (γέροντας) docet, διδάσκει.‖

Gerontopogon, γεροντοπώγων. Herba est foliis hirci barbulæ, tenuioribus longioribúsque, in modum capillorum, caule paruo, super quem calyx est longus, & barbula quæ summo vertice in cana funditur. Florem habet luteum qui in volucres barbulas euanescit. Dictum Gerontopogon, quasi senilis barba. Vulgus *Barbam Sacerdotum* appellat.

Gerra, γέῤῥα, Arabiæ felicis oppidum, turres habens ex salis quadratis molibus. A quo sinus propinquus Gerraicus cognominatus est. Autor Plin. *lib.* 6. *cap.* 28.

Gĕrræ, arum, à gero, {γέῤῥα. Gall. *Bourdes, choses de neant.* Ital. *Ciancie, parole, chiachiare.* Germ. Geschwetz/tördt/bård. Item, Narren werck/vomit nichts söllend ding. Hisp. *Desuarios de vanas palabras.* Angl. *Bourdes, thinges of no effect.*} Crates vimineæ primùm appellabantur: quæ vox postea vulgò pro nugamentis rebúsque friuolis vsurpata est, autore Festo Pompeio: & id quidem hac occasione: Athenienses cùm Syracusas obsiderent, & crebrò gerras poscerent, irridentes Siculi gerras clamitare cœperunt. Hinc in prouerbium cessit. Plaut. *in Asinar. sc.* 3. *a.* 3. Videlicet Solon est, Leges vt conscribat quibus se populus teneat: gerræ. Idem *in Pœn.* Nam tuæ blanditiæ mihi sunt quod dici solet, gerræ germanæ, atque ædepol λῆροι λῆροι. Alij legunt, lyræ lyræ, ex MSS. codicibus. Ausonius *Sym.* Misi itaque friuola gerris Siculis vaniora.

Gĕrrōnēs, Nugatores, à gerendis nugis. {φλύαροι. ἀδολέσχαι. Gall. *Conteurs de bourdes, iaseurs.* Ital. *Ciancciatori, chi narrano fauole, motti.* Germ. Ein Tandtman/klapperer/der mit vnnutzen dingen vmbgeht. Hisp. *Vanos, locos, mentirosos, que desuarian en vanas palabras.* Angl. *A talker of trifles and light maters.*} Festus, Gerrones, leues & inepti, à cratibus prostratis dicti, quòd Siculi aduersùs Athenienses cratibus vsi sunt, quas Græci gerras appellant. Hinc fit Congerro pro connugatore. Vide suo loco.

Gerres, Piscis vilis, & alecuarij genus. {Angl. *Apilchard.*} De quo Plin. *lib.* 32. *c.* 11. Martial. *lib.* 12.

Téque iuuant gerres, & pelle melandria cana.

Idem *lib.* 13.

Fuisse gerres, aut inutiles manas,

Odor impudicus vrcei fatebatur.

Gerrus, γέῤῥος, fluuius Scythiæ, septimus ab Istro, memoriâ dignus: meminit eius Herod. *lib.* 4.

Gĕrŭlus, Gerendum, vide *Gero.*

Gerunda, γερούνδα. Oppidum Authetanorum, in Hispania citeriore, iuxta montes Pyrenæos. Autor Ptol. *lib.* 2. *c.* 6.

Gerula. Sarmatiæ vrbs in Asia Ptol. hodie S. Georgius.

Gerusia, γερουσία, in Græcis vrbibus vocabatur conuentus senum, quem & nos Senatum, ab ætatis vocabulo dicimus. Plin. *lib.* 35. Sic ex lutere domum regiam Attali Trallibus, item Sardibus Crœsi quam Gerusiam fecere. Vitruuius, Crœsi domus, quam Sardiani ciuibus ad requiescendum ætatis otio Seniorum collegio dedicarunt. Hoc nomine dicebatur summus Lacedæmoniorum Senatus, in quem nemo nisi graui ætate venerandus, probisque moribus spectatus admittebatur. Erat enim ille summus Spartæ honos, vitæque integre actæ amplissimum præmium, quo illis maius contingere nullum poterat. Siquidem (vt est apud Demosthenem *in oratione aduersus Leptinem*) summa penes hunc senatum Lacedæmone erat potestas, adeò, vt quisquis in gerusiam legeretur, statim cum sui ordinis sociis dominus efficeretur suæ ciuitatis. ¶ Gerusiæ etiam appellatione locus in quo seniores conuocantur appellatur, quem Latinè dicimus Senaculum. Varro, Senaculum vocatum, vbi senatus, aut vbi seniores consisterent, dictum Gerusia.

Geryon, γηρυὼν. Nomen regis Hispani, quem Hercules interfecit, eiúsque boues abstulit. {Ein könig in Hispanien/welchen Hercules vmbgebracht/vnd seine rinder hinweg getriben.} Hunc tricorporem fuisse fabulantur ob triplex regnum: præfuit enim tribus insulis, quæ adiacent Hispaniæ, Balearicæ maiori, minori, & Ebusæ. Fingitur etiam bicipitem habuisse canem, quia & terrestri & nauali certamine plurimum potuit. Declinatur etiam Geryones, æ: & Geryoneus, secundùm Priscianum. Virg. 8. *Æneid.*

Tergemini nece Geryonæ.

Sic enim habent emendatiora exempla Lucret. *lib.* 5.

Quidve tripectora tergemini vis Geryonai.

Quo in loco Geryonai antiquus est genitiuus primæ declinationis per diuisionem diphthongi factus, quales crebri occurrunt apud Lucretium. ¶ Geryonis oraculum in Italia. Suet. *in Tib. c.* 14. ¶ De Geryone & eius tergeminus fictus sit, Iustin. *lib. vlt.*

Geryonaceus, a, um, γηρυόνειος. Plaut. *in Aulul.* Qui mihi intromisisti in ædibus quingentos coquos, cum senis manibus, genere Geryonaceo. Aristophanes Geryonem τρισώματον nominauit, hoc est, vt Suidas ait, τρισωματον.

Gesoreta. Nauigij speculatorij genus, à Brutiis inuentum, idem, vt quidam volunt, quod Plautus prosumiam appellat. Sipontinus. ¶ Gesoreta Gellio dicitur *cap.* 25. *lib.* 10.

Gesodunum, γεσόδουνον. Norici oppidum sub Danubio, teste Ptolem *lib.* 2. *c.* 14. Quanquam in nonnullis exemplaribus Gebodunum legitur, non Gesodunum. Vulgò Irs.

Gesoriacum, γησοριακόν, Morinorum nauale fuit, teste Ptolem. *lib.* 2. *c.* 9. Vnde nonnulli coniiciunt oppidum illud esse vnde breuissimus est in Angliam traiectus, quod vulgò *Caletum* vocant. {Callen.}

Gessen, גשׁן *gôschen.* Locus Ægypti in quo habitauit Iacob.

Gessus, γεσσὸς, fluuius apud Iones in regione Trogilia, quæ & Panionia dicitur, Plin. *lib.* 5 *cap.* 29.

Gesta, orum, vide *Acta.*

Gĕstāmĕn, Gestatorium, Gesticulor, Gestio, Gesto, Gestus, vide *Gero.*

Gesum, i. Telum Gallicum. Liu. *ab vrbe,* Leues autem qui hastam tantùm gesáque gererent, vocabantur. Idem 6. *belli Punici,* Sub læuo humero summum pectus geso ictum est. Sunt qui gæsum scribant.

Getæ, γέται. Populi sunt in Scythia Europæa: Appianus Dacos appellat. Strabo *lib.* 7. Getas à Dacis ita distinguit, vt Getæ sint qui ad Pontum in Orientem vergunt: Daci qui in oppositum versùs Germaniam, & ad Istri fontes quos olim Dauos vocatos nonnulli volunt: ex quo apud Athenienses Dauorum & Getarum seruorum nomina in vsu maximè fuissent. Getas à Lucullo victos Salustius scribit. Ælius Spartianus scribit Getas dictos fuisse qui postea Gothi appellati sunt. Ouid. *de Ponto,*

Nulla Getis toto gens est truculentior orbe.

Huius nominatiuus singularis est Geta, vel Getes. Getarum deserta, Virg 3. *Georg.* Pharetratæ Getæ, Ouid. 4. *Trist. Eleg.* 9. ¶ Getarum leges & ritus, vide apud Steph.

Geticus, a, um, γετικὸς, quod est ex Getarum regione, vt, Humus Getica. Ouid. 3. *de Ponto,*

Qui Getica longè non ita distat humo.

Littus Geticum. Idem 3. *Trist. Eleg.* 11.

Nam procul à Getico litore vitis abest.

Plectrum Geticum. Statius 2. *Syl.*

——*& Geticis cedat tibi gloria plectri.*

Ouid. *Eleg.* 8 *lib.* 4. *Trist.*

Nec siccam Getico fonte leuare sitim.

Geth, גת *gath.* Allophylorum ciuitas fuit, hæc nunc appellatur Zaph.

‖Gethsemane, locus, in quo ante passionem Christus orauit: situs est autem ad montem oliuarum, in quo etiamnum preces peragere student.‖

Gethusa, γεθοῦσα, vrbs Libyæ. Steph.

Getia, γετία, Regio Getarum in Thracia: gentile γέτης, & fœmininum γέτις, quo nomine etiam Philippi Amyntæ vxor vocatur. possessiuum γετικὸς. Arrianus γετικὰς vocat.

Gethyum, γήθυον. Cepæ genus condimentarium, nullo penè capite, sed radice tantùm oblonga, Latini pallacanam vocant, teste Plin. *lib.* 19. *c.* 6.

Getulia, vide *Gætulia.*

‖Gezira Ben-Ghamar, vrbs Mesopotamiæ, ad Tigrim fl. sita quatuor ferè milliaribus distat à loco, in quo Arca Noe quieuit: teste Beniamino in Itinerario.‖

G I

Gĭărŭs, vide *Gyarus.*

Gĭbbŭs, i, à κυφὸς, κύβος, κυφὸν: κυφὸν τὸ κύρτον. Propriè est tumor dorsi, aut etiam pectoris, ex spinæ flexu enatus. {דבשׁת *dabbeschetb.* κύφος, κυρτωμα, κυφωσις. Gall. *Vne bosse en quelque partie du corps.* Ital. *Gobbo.* Germ. Ein hofer. Hisp. *La corcoba ò comba.* Angl. *A knoble or knott in mannes bodie.*} Martialis,

Non aliter ri letur Atlas cum compare gibbo.

Quo in loco aliqui legunt, *cum compare mulo.* Nonnunquam accipitur pro quouis alio corporis tumore. Iuuen. *Satyr.* 6.

——*medióque in naribus ingens*

Gibbus & acre malum semper stillantis ocelli.

¶ Sueton. in fœminino genere dixit gibbam *in Domitiano, c.* 23. Ipsum etiam Domitianum ferunt somniasse gibbam sibi pone ceruicem auream enatam.

Gibbus,a,um,Conuexus. {גבן *gibben*, κυρτὸς, κυρτός. GALL. *Bossu*. ITAL. *Gobbo*. GERM. Gebogen/hofereching. HISP. *Corcouado*. ANGL. *That hath a crooked backe or bunche in his body.*} Cels. *lib.* 8. *cap.* 1. Igitur caluaria incipit ex interiore parte concaua, extrinsecus gibba: vtrinque leuis.

Gibbĕr, a, um, Gibbo deformatus: & propriè is cui spina extrorsum flexa,tumorem in dorso creuit. {גבן *gibben*, ὑβός, κυρτός, κυφός. GALL. *Bossu*. ITAL. *Gobbo*. GERM. Hofereching/das ein hofer hatt. HISP. *Corcobado*. ANGL. *That hath abunche in his backe.*} Nam quibus illa introrsum flectitur tumorem efficiens in pectore, regibberi, λορδοὶ potiùs dicuntur. Sueton. *in Galba cap.* 3. breui corpore, atque etiam gibber, modicæque in dicendo facultatis,causa industriè actitauit. Plin. *lib.* 10. *c.* 26. *de gallinis Africanis*, Hoc est gallinarum genus gibberum, variis sparsum plumis. Varro *lib.* 3. *de re rust. cap.* 9. Gallinæ Africanæ sunt grandes, variæ, gibberæ.

Gibberōsŭs,pro gibber,siue gibbosus legitur *in l.* 3. *de ædilit. edict.*

Gibbōsŭs,a,um, adiect. Gibber, hoc est, gibbo deformatus. {גבן *gibben*, κυφὸς, κυρτός. ANGL. *That hath a bunche in his backe.*}

‖Giemīnariom, lauacrum. Gl. Isid.

Giennium, *Daen*, olim Aurigis, V. E. Hispaniæ, sub A. Toletano.‖

Gigantis, vetus nomen Arcadiæ. Steph.

Gīgās,antis. {נפיל *naphil* רפא *rapha*. γίγας. GALL. *Geant*. ITAL. *Gigante*. GERM. Ein ryß oder held. HISP. *Gigante ò hijo de la tierra*. ANGL. *A gyant.*} Dictio composita creditur à verbo Græco γίνομαι, quod est nascor, & à γαῖα, Doricè γᾶ, quod terram significat, quasi ex terra genitus. Credidit enim vetustas Gigantes homines fuisse excelsissimæ staturæ, & draconum pedibus ab irata tellure procreatos in deorum perniciem, vt scilicet superis bellum inferrent, Iouémque de cæli possessione deiicerent. Quo commento quid significare voluerint poetæ, explicat Macrob. *lib.* 1. *Saturn. lib.* 20. his verbis, Gigantes quid aliud fuisse credendum est quàm hominum quandam impiam gentem deos negantem, & ideò existimatam deos pellere de cælesti sede voluisse) Horum pedes in draconum volumina desinebant: quod satis significat eos nihil rectum cogitasse, totius vitæ eorum gressu, atque processu, in inferna vergente. Physici interpretantur Gigantes spiritus esse terræ inclusos, qui dum exitum non inueniunt fractis interdum altissimis montibus vi erumpunt, & frustra ipsa quasi in cælum eiaculantur. Cicer. 2. *de nat. Deor.* Nec verò, vt fabulæ ferunt, Dij bellis, prœliisque caruerunt: nec solùm, vt apud Homerum, quum duos exercitus contrarios alij dij ex alia parte defenderent: sed etiam cum Titanis, cum gigantibus propria bella gesserunt. Hæc & dicuntur, & creduntur stultissime. Idem *de senect.* Nam quid est aliud gigantum more bellare cum diis, nisi naturæ repugnare? Ouid. Affectasse ferunt regnum cæleste gigantes. Iuuen. *Satyr* 4. Vnde fit vt malim fraterculus esse gigantum. i. obscuro & ignoto genere natus, quemadmodum gigantes, qui nullo parente è terra prognati creduntur. ¶ Gigantum arrogantia, γιγάντων ἀπόνοια: dicebatur vbi quis viribus suis fretus, temere nulloque consilio res non tentandas moliretur: prouerbium admonet inauspicato cedere, quæcunque citra consilium aduersus deos, aduersus pietatem, aduersus ius & æquum per vim instituuntur.

Gigantēŭs,a,um,quod est gigantis. {γιγάντειος. GALL. *De geant*. ITAL. *Di gigante*. GERM. Das der rysen ist. HISP. *Cosa de gigante*. ANGL. *Of a gyant.*} Ouid. 2. *Trist.*

Quumque giganti memorantur prælia belli.

Fortia gigantea, Claud. 4. *Paneg.*

Gigantomăchĭă, æ, Gigantum pugna. {γιγαντομαχία. GALL. *Guerre des geans*. ITAL. *Pugna de giganti*. GERM. Der rysen krieg oder streit. HISP. *Pelea ò batalla de gigantes*. ANGL. *A batell of gyantes.*} Gigantum pugnam Poetæ in campis Phlegræis inter deos & Gigantes gestam fabulantur, quum illi Iouem de cæli possessione deiicere conarentur.

Gĭgērĭă, orum, teste Nonio, intestina sunt gallinarum, & quæ cum his coquuntur. Lucil. *lib.* 8. Gigeria sunt siue allio: his vescamur alacriter.

‖Gignerus, delirus. Gl. A. L.‖

Gīgno,is, ui, tum. olim geno: à Græco γείνομαι, γίνομαι, γέγονα, hinc genus, genitus, gens, degener: item ingens, genius, ingenium. Genero, procreo. {ילד *ielàd*. γεννάω. GALL. *Engendrer*. ITAL. *Generare*. GERM. Gebären. HISP. *Engendrar*. ANGL. *To begette, to engender.*} Cic. 1. *de fin.* Ad maiora enim quædam nos natura genuit & conformauit, vt mihi quidem videtur. Ouid. 13. *Metam.*

Purpureum viridi genuit de cespite florem.

Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 3. Te mihi adiutorem Dij genuere. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 3. *Trist.*

Quos liberos sune optaret non genuisse parens.

Plin *lib.* 7. *cap.* 51. Hæc est conditio mortalium, ad has, & huiusmodi occasiones fortunæ gignimur. Idem *lib.* 14. *cap.* 6. Fastidium gignit vuas appetendi. Quint. *lib.* 1. Ac sicut aues ad volatum, equi ad cursum, ad sæuitiam feræ gignuntur: ita nobis propria est mentis agitatio. Gigni pedibus. Plin. *lib.* 7. *cap.* 8. Neronem quoque paulò antè principem, & toto principatu suo hostem generis humani pedibus genitum pater eius scribit Agrippina. ¶ Huius compositum est. Ingigno, ingenero, gignendo insero. ἐγγεννάω. Cic. *de finib.* Siue, vt doctissimis viris visum est, maior aliqua atque diuinior hanc vim ingenuit: siue hoc fit ita fortuitò. Colum. *lib.* 4. Tanquam naturali & ingenita sterilitate laborantibus. ¶ Antiqui pro eodem dixerunt Geno, de quo suprà. vnde adhuc manserunt genui præteritum, & supinum genitum. Lucan. *lib.* 3. Totum posse extra corpus durare genique. ¶ Gignentia, quæ gignunt & generant. ¶ Gignentia passiuè τὰ γεννώμενα, quæ generantur atque oriuntur: Salustius *in Iugurth.* Est fortè in eo loco grandis ilex, coaleuerat inter saxa, paulum modò prona, deinde inflexa atque aucta in altitudinem, quo cuncta gignentium natura fert. Rursus, Nam vbi per loca æqualia & nuda gignentium. stirpes & arbores intelligit. Apuleius *in lib. de dogmate Platonis*, Gignentiúmque omnium instar ceræ, formas & significationes ex illa exemplorum figuratione signari.

Gĕnĭtus, participium, natus. {נולד *noládh*. γεννητός. GALL. *Engendré*. ITAL. *Generato, nato*. GERM. Geboren. HISP. *Engendrado, hijo*. ANGL. *Begotten, engendred.*} Plin. *lib.* 11. *cap.* 37. Septimo mense genitis sæpenumero foramina aurium, & narium defuére. Geniti dentes in palato, genitus annos nouem, genitus ad perdenda vina, genitus ad superbiam, genitus in seruitio, pro eo qui seruus natus est, multáque id genus alia passim occurrunt, apud eundem Plinium. Ouid. *Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.*

Nec stirps prima fui genito: sum fratre creatus.

Suet. *in Tib. cap.* 7. Genitus Marco Agrippa. Hinc componuntur Vnigenitus, primogenitus, & progenitus: de quibus suis locis.

Gĕnĭtŭs, us, γένεσις. Generatio. Plin. Apuleius *in Apologia*, Aristoteles & Theophrastus qui plurimos libros de genitu animalium reliquerunt.

Gĕnĭtŏr, is, Pater dicitur, qui scilicet genuit. {הורה *hereh* מליד *molidh*. γενέτης, γεννήτωρ, ὁ γονεύς. GALL. *Engendreur, pere*. ITAL. *Genitore*. GERM. Ein gebärer/vatter. HISP. *Engendrador, padre*. ANGL. *He that begetteth, a father.*} Cicer. *de vniuers.* Quo nihil ab optimo & præstantissimo genitore melius procreatum. Genitores omnium vitiorum Græci, Plin. *lib.* 15. *cap.* 4. Genitor dubius, id est, pater incertus. Ouid. 5. *Metam.*

——occidit Astreus

Matre Palæstina, dubio genitore creatus.

Genitor deorum, id est, Iupiter. Idem *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Iure igitur genitórque deûm, rectórque vocatur.

Gĕnĭtrix, Mater dicitur, quæ scilicet genuit. {הורה *horâh* מולדת *molédeth*. γενέτειρα, ἡ γεννήτειρα. GALL. *Mere*. ITAL. *Matre*. GERM. Ein gebärerin/muter. HISP. *Madre*. ANGL. *A mother.*} Virg. 1. *Æneid.*

——namque ipsa decoram

Cæsariem nato genitrix, luménque iuuentæ

Purpureum, & lætos oculis adflarat honores.

Genitrix frugum Ceres, id est, inuentrix. Ouid. 5. *Metam.*

Et frugum genitrix immensos fitle labores.

Idem 13. *Met.* Genitrix Nereia.

Gĕnĭtūră, æ, generatio, procreatio. {הורה *horâh* לידה *ledhâh*. γένεσις. GALL. *Engendrement ou conception*. ITAL. *Generatione, esse generare*. GERM. Gebärung. HISP. *Generacion, obra de engendrar*. ANGL. *Begetting, ingendring.*} Plin *lib.* 18. *cap.* 24. Inter diligentissimos conuenit, vt in alicum quadrupedúmque genitura, esse quosdam ad conceptum impetus terræ. Idem *lib.* 9. *cap.* 35. Origo atque genitura conchæ est, haud multùm ostrearum conchis differens. ¶ Accipitur etiam pro semine humano, quod Græco vocabulo *sperma* vocamus. Idem *lib.* 2. *cap.* 22. Datur & contra profluuia genituræ viris. Idem *lib.* 20. *cap.* 7. Semen eius extinguere genituram virorum dicitur. ¶ Genituram horoscopum vocauit Sueton. *in Augusto cap.* 94. id est, constitutionem cæli, qua quis natus est, vnde de felicitate eius, qui natus est, genethliaci prædicunt. Verùm genitura sua vix & cunctanter edita, exilijt Diogenes, adorauitque eum. Tantam autem mox fiduciam fati Augusti habuit, vt thema suum vulgauerit, nummúmque argenteum, nota syderis Capricorni, quo natus est, percusserit. Idem *in Calig. cap.* 57. Consulenti quoque de genitura sua, Sulla Mathematicus certissimam necem appropinquare affirmauit. Et Gell. *c.* 1. *lib.* 14. Ex eorum genitura debuisse iam tum prospici, quâmam olim futuri essent, &c. Iul. Firmicus *lib.* 3. Secundùm hanc genituram, & secundùm has conditiones stellarum, & secundùm testimonia, quæ huic genituræ perhibentur, etiam hominum volunt fata disponi. Budæus *in Annot.*

Gĕnĭtālis, e, natalis. {γενετικός. GALL. *Où on est engendré, seruant à engendrer*. ITAL. *Genitale, natio, che serue à generare*. GERM. Gebärig/das zu der gebärung gehört. HISP. *Cosa para generacion*. ANGL. *Belonging, to engendring.*} vnde genitale solum, patria in qua nati sumus, quod & natale solum appellatur. Et genitalem diem, quo scilicet in lucem editi sumus. Genitalia semina quibus aliquid procreatur & gignitur. Ouid. *Eleg.* 13. *lib.* 3. *Trist.*

Libaque dem pro te (ô natalis) genitale notantia tempus.

Gell. *cap.* 2. *lib.* 4. paulò ante natiua. Idem *cap.* 10. *lib.* 3. Genitale semen. Velleius. Genitali solo potentior colonia. Virg. *lib.* 2. *Georg.*

Vere tument terræ, & genitalia semina poscunt.

Colum. *lib.* 3. *cap.* 6. Adhibenda ratio est subtilior, vt ex his partibus trunci sumantur, qui & genitales sunt, & maximè fertiles. Idem *lib.* 7. *cap.* 9. Fœminis quoque vuluæ ferro exulcerantur, & cicatricibus clauduntur, ne sint genitales, id est, ne possint generare. ¶ Genitales Dij (nisi, vt apud Festum, legendum Geniales Dij) hoc est, parentes & auctores & procreatores rerum omnium & animantium. Græci ob id vocant ἀειγενέτας, propter perpetuam creationem non minus quàm ob immortalitatem. Apud Cic. *Tusc.* 1. & Seruium versus Ennij,

Romulus in cælo cum dIs genitalibus æuum

Degit.

Ausonius *in periocha lib.* 4. *Iliad.*

Iuppiter interea cum dIs genitalibus vnà

Concilium cogit superûm de rebus Achiuis.

Vide *Genius*. ¶ Genitalia membra, siue genitales partes dicuntur pudenda, tam in viro, quàm in fœmina. τὰ αἰδοῖα. Col. *lib.* 7. Et ipsos neruos, quos Græci cremasteras appellant, quòd ex illis genitales partes dependent comprehensæ.

Gĕnĭtālĕ, membrum genitale masculi, & tam de cæteris animantibus, quàm de homine dicitur. {בשר *basár*. τὸ γεννητικὸν μόριον, τὸ αἰδοῖον. GALL. *Le membre d'vn masle genitoire*. ITAL. *Membro di maschio da generare*. GERM. Das geburts glid. HISP. *La cola ò rabo ò cojon de animal para engendrar*. ANGL. *The secret membrer of a male.*} Plin. *lib.* 10. *cap.* 63. Coitus auersus elephantis, camelis, tigribus, lincibus, rhinoceroti, leoni, dasypodi, cuniculis, quibus auersa genitalia. Idem *lib.* 11. *cap.* 44. Ac præter genitale tantùm, & hoc in maribus, viscera etiam interiora omnia ad exemplar. Col. *lib.* 7. Elicitur cupiditas odore genitalium admoto naribus.

Gĕnĭtālĭtĕr, aduerbium. γονίμως, γεννητικῶς. Lucr. *lib.* 4.

——vt semina possint

Seminibus commisceri genitaliter apta.

Gĕnĭtīuŭs, a, um, quod ad generationem pertinet, quod vim habet generandi. {γεννητικός. GALL. *Qui a force d'engendrer*. ITAL. *Chi a forza di generare.*

generare. GERM. Kreftig zu gebären. HISP. *Cosa ordenada para engendrar*. ANGL. *That hath force to engendrer.* } Vnde genitiuus humor, & genitiuus casus, Grammaticorum vox, [illegible]. Gell. *cap.* 3. *lib. vlt.* Mei oblitus est. Mei casus interrogandi est, quem genitiuum Grammatici vocant: & ab eo declinatus quod est ligo. Idem reperit Gell. *cap.* 24. *lib.* 13. Interdum idem est quod natura ingenitus, vt, Genitiuæ notæ, quæ sunt maculæ à natura ingenitæ. Suet. *de August.* Corpore traditur maculoso, dispersis per pectus, atque aluum genitiuis notis, in modum & ordinem & numerum stellarum cælestis Vrsæ. ¶ Interdum pro gentilitio. Ouid. 3. *de Ponto*,

Adiectique probent genitiua nomina Cottæ.

Genitalis pater, parens. [illegible]. vt, Apollo genitiuus. Cato *de liberis educandis*: Nutrix hæc omnia faciebat in verbenis, ac tubis, siue hostiis, vt Deli ad Apollinis genitiui aram.

Genius ij, veterum sententia dicitur vniuscuiusque anima rationalis, ideóque esse singulos singulorum. { δαίμων. ANGL. *The spirite of man, the grace and pleasantnesse of thing.* } Fuère etiam, qui dicerent genios deos, aquam, terram, ignem, & aërem, quæ rerum semina sunt, elementáque appellata. Duodecim quoque signa, Lunámque & Solem inter hos deos putabant: & à gerendo, quòd multa gerere possent, gerulos, deinde genios vocitarunt. Censorinus scribit genios dictos, quia vt gignamur, curent, siue quòd vnà gignantur nobiscum, vel etiam quia nos genitos suscipiant, ac tueantur. [illegible]. Certè à gignendo Genij appellantur. Terent. *in And.* Quod ego per hanc te dexteram oro, & genium tuum, Per tuam fidem, &c. Plaut. *Capt. sc.* 2. *a.* 2. Genio quando sacrificat, Samiis vasis vtitur, ne Genius ipse surripiat. *Ibid. sc.* 2. *a.* 4. Tuum gnatum & Genium meum. Idem *sc.* 2. *a.* 5. *Ibid.* Per tuum Genium obsecro, exi. Idem, per Genium principis deierare. Sueton. *in Calig. cap.* 27. Et, Genio Augusti dicare ædes. Idem *in Aug. cap.* 60. Plaut. *Menæch. sc.* 2 *a.* 1. Quid agis? P. Teneo dextra Genium meum. ¶ Eundem esse genium & larem, multi veteres memoriæ prodiderunt. Euclides Socraticus, duplicem omnibus nobis genium dicit appositum, hoc est, duos lares. Hi etiam Penates dici solent. ¶ Aliquibus genius dicitur hospitalitatis, voluptatis, & naturæ Deus. Hinc indulgere genio, est operam dare voluptati, & quò quenque natura trahat subsequi. Persius *Satyr.* 5. Indulge genio, carpamus dulcia. Defraudare genium, negare naturæ quod appetit. Ter. *in Phorm.* Quod ille vnciatim vix de demenso suo, suum defraudans genium, comparsit miser. Id illa vniuersum abripiet. Belligerare cum genio, idem quod defraudare genium. Plaut. *in Truc.* — non [illegible] mea benignitas docuit te fabulari. A. sed illos Qui cum geniis suis belligerant, parcipromi. Plaut. *Aulul. sc.* 6. *act.* 4. Me defraudaui animumque meum, geniumque meum. ¶ Interdum etiam Genius accipitur pro energia quadam, vel potiùs gratia, lepore, venustate alicuius rei. Mart. *lib.* 6.

Victurus genium debet habere liber.

Boni genij, ἀγαθοῦ δαίμονος, subaudi nomine, Sermo est bene ominantis, in re quapiam aggredienda.

Genialis, e, γαμήλιος, [illegible]. Quod ad genium, naturæ & voluptatis deum pertinet: vt, Genialis dies, lætus & voluptarius. Iuuenalis,

——genialis agatur
Iste dies.

Genialis torus, siue lectus, qui in nuptiis sternitur in honorem Genij: [illegible]. Virg. 6. *Æneid*,

——lucent genialibus altis
Aurea fulcra toris.

Cicer. *pro Cluen.* Lectum illum genialem, quem biennio filiæ suæ nubenti strauerat, in eadem domo, &c. Virg. 1. *Georg.*

Inuitat genialis hyems.

Ouid. 3. *Amorum*,

Elegi molles genialis Musa, valete.

Genialis homo, hoc est, hospitalis & dapsilis. Genialis copia pecudum, id est, fœcunda. Plin. *lib.* 17 *cap.* 2. Rus geniale, Amœnum, & voluptatis plenum. Ouid. *Epist.* 15. Idem 3. *Fast.*

Idibus est Annæ festum geniale Perennæ.

[Geniales deos dixerunt aquam, terram, ignem, aërem. Duodecim quoque signa, lunam & solem inter hos deos computabant.

Genialis lectus, qui nuptiis sternitur in honorem genij: vnde & appellatur.]

Genialiter, aduerbium, Opipare & lautè. { [illegible]. GALL. *Ioyeusement, auec bonne chere.* ITAL. *Con piacere & iocondità.* GERM. Frölich mit sonderbarer [illegible]. HISP. *Deleytosamente.* ANGL. *Ioyeusly, with good cheere.* } Ouid. 11. *Metam.*

Hospitis aduentu festum genialiter egit.

[Geniane, gemma, de qua Plin. *lib.* 37. 10.

Genianus, [illegible], pertinens ad genium.]

Genuinus, a, um, natiuus ac peculiaris. { [illegible] *nermán.* γνήσιος. GALL. *Naif, propre & naturel.* ITAL. *Natiuo, domestico.* GERM. Natürlich angeboren. HISP. *Natural.* ANGL. *That is naturalle geuen or ingendred in a thing, naturall.* } Apul. Genuino sermone nomen Augusti Cæsaris inuocare tentauit. Gell. *lib.* 2. *cap.* 2. Quum extra rem publicam in domestica re atque vita sedeatur, ambuletur, in conuiuio quoque familiari discumbatur, tum inter filium magistratum, & patrem priuatum publicos honores cessare, genuinos ac naturales exoriri. Idem Gell. *cap.* 9. *lib.* 9. Gaudium genuinum. ¶ Genuini, dentes posteriores, qui in extrema gingiua in homine gignuntur nouissimi. { [illegible] *techanim* [illegible] *maltheoth.* [illegible]. GALL. *Dents maischeliers.* ITAL. *Denti mascellari.* GERM. Die streck zähn sind die hindersten vnd die zu dem letsten wachsen. HISP. *Las muelas cordales.* ANGL. *The hinder teeth whereby we chewe.* } Gignuntur enim, teste Plin. *lib.* 11 *cap.* 37. circiter vigesimum annum, multis etiam circiter [illegible]. Dicti genuini, quòd à genis dependeant. Cic. 2. *de nat.* [illegible] dentes, atque ab his extenuatur [illegible] dentes [illegible] acuti, morsu diuidunt escas, [illegible] genuini dicuntur. Quoniam autem hi dentes [illegible] velut occultati sunt, neque ita facile patent aspectui, quemadmodum priores, aut canini, factum est, vt Rodere dentem genuino & frangere genuinum, accipiantur pro clam alicui detrahere. Persius *Satyr.* 1.

——secuit Lucilius vrbem,
Te Lupe, te Muti, & genuinum fregit in illis.

Quanquam & alio modo hæc Persij interpretatur Cornutus: Ita enim, inquit, inuectus est Lucilius in vita omnino turpi iracundiæ elatus, vt frangeret genuinum illorum. Genuinus autem propriè dens qui sub genis est, qui simul cum homine nascitur, & vnà cum eo interit, qui dens à Græcis [illegible] vocatur.

Genimen, inis, A gigno, generatio dicitur. { [illegible] *tholedoth* [illegible]. GALL. *Generation, race.* ITAL. *Generatione.* GERM. Ein geburt oder geschlecht. HISP. *Generation.* ANGL. *Generation.* } Vtitur semel atque iterum hac voce interpres vulgatus Noui testamenti: vt, Genimina viperarum, & Genimen vitis. Apud bonos autores vix reperies.

Gigonus, γίγωνος. Oppidum est ad sinum Thermaicum non procul à Pallene, cuius meminit Herod. *lib.* 7.

Gilda, [illegible], vrbs Libyæ. Steph.

Giligammæ, [illegible], populi Libyæ. Steph.

Gillo, nomen [illegible] temporis Iuuenalis.

[Gillo, nis, gello, nis, ampulla vitrea. Item [illegible] ineptus. Cath.]

Gillus, [illegible] Tarentinus, qui quum Persarum exploratores à piratis captos pecunia sua redemisset, & ad Darium remisisset, iussus eo nomine petere quicquid vellet, hoc vnum petiit, vt regis opera in patriam reduceretur. Vide Herod. *lib.* 3.

Gilo, nomen ciuitatis à qua Gilonitæ, homines in ea habitantes dicuntur. Est & nomen viri, [illegible]. Iuuenal.

[illegible], sed Gilo deuncem.

Giluus, à, um, [illegible]. { [illegible] *ierakrak.* GALL. *Iaune de couleur de miel, iaunastre entre blanc & rouge.* ITAL. *Rossegiante.* GERM. Falb oder rot [illegible]. HISP. *Color [illegible].* ANGL. *Yalowe lyke honie.* } Color medius inter album & rufum, qui à Græcis, teste Gell. *lib.* 13. *cap. vlt.* appellatur [illegible]. Hic à nonnullis vocatur melinus, quasi mellinus, quòd mel[illegible] colorem habet. Virg. 3. *Georg.*

[illegible]
[illegible], glaucique color deterrimus albis,
Et giluo.

Vbi Seruius, Aliud est candidum esse, id est, quadam nitenti luce perfusum: aliud album, quod pallori constat esse vicinum. Giluus autem melinus est color. Alij autem ita legunt, albis & giluo: vt non album & giluum, sed albogiluum vituperet. quod si singuli colores vituperandi fuer, quanto magis mistus vterque, id est, albogiluus?

Gimanti, capras in Gimanti natas Alexander Myndius scribit sex menses non bibere. Ælianus.

Gindanes, Γινδάνες, Libyæ populi, Lotophagis contermini, quorum vxores multis pelliceis fimbriis adornantur. Nam quum pulcherrimum ducant à plurimis adamari, à singulis quibus sui copiam faciunt, fimbriam vnam exornant, eóque argumento ostendunt quot habuerint amatores. Autor Herodot. *lib.* 4.

Gindara, æ, [illegible]. Oppidum Syriæ Cœles, cuius incolæ dicuntur Gindareni, [illegible], quorum meminit Plin. *lib.* 5. *cap.* 23.

Gindes, fluuius qui per Dardanos fluens ingreditur Tigrim.

Gingiber, vel Zingiber, vide *Zingiber.*

Gingidium, vulgò [illegible], herba est quæ ex Syria affertur, Visnaga, vel Bisnaga nomine, ex cuius vmbellis vsus ad dentifricia. Plin. *lib.* 20. *c.* 3. Syria [illegible] herbam tenit, quam alij gingidion vocant, tenuius [illegible] & amarius, &c.

Gingiua, æ, [illegible] à gignendis dentibus. { GALL. *Gengiue.* ITAL. *Gengiua.* GERM. Das zanfleisch. HISP. *La enzia.* ANGL. *The gumme or [illegible] teeth [illegible].* } Pars est oris, cui dentes inhærent, cuius exterior pars à Græcis οὖλα, interior [illegible] vocatur. Plinius *lib.* 24. *cap.* 6. Ex his dulcia, quæ apyrina alio nomine appellamus, stomacho inutilia habentur, inflationes pariunt: dentes, gingiuásque lædunt. Lactant. *lib. de Opif.* Dentes autem ipsos, ne magis horrori quàm ornamento essent, gingiuis mollibus quæ à gignendis dentibus nominantur, ac deinde labiorum tegminibus honestauit. Iuuen. *Satyr.* 10.

Frangendus misere gingiua panis inermi.

¶ Huius diminutiuum est Gingiuula, [illegible]. Apul. *in Apol. Magia.* Complanatorem tumidæ gingiuulæ.

Gingla, Γίγγλα. Oppidum Comagenes, non procul ab Euphrate fluuio. Autor Plin. *lib.* 5. *cap.* 14.

Gingrio, is, ij, itum, Anserum vocis proprium { [illegible]. GALL. *Faire la voix de l'oye.* ITAL. *Fare la voce de l'occa.* GERM. Gagen vnnd schreyen wie ein gans. HISP. *Hazer la voz del pato ò ganso.* ANGL. *To gagle or creakyke a gose.* } Vnde genus quoddam tibiarum exiguarum, Gingrinæ dicuntur: & tibicen ipse, gingritor. Alij *Gingriator*, alij *gringrinator* legunt. Autor Festus.

Ginon, vide *Geon.*

[Giracum, *Gieraci*, V. E. Calabriæ, sub A. Rhegiensi. Vide *Locri.*]

Girgillus, quòd in gyrum vertatur. Instrumentum quo fila reuoluuntur. { [illegible]. Gallicus lingua vocant *Vn deuidoir.* GERM. Ein haspel oder garnwind.

Girrum, mons apud Garamantas in quo nasci gemmas vetustas testata est.

[Gissinum, labrum, terminus. Closs. A. L.]

Gitta, [illegible], vrbs Palæstinæ. Steph.

Gith genus seminis, officinis Nigella Romana. { [illegible] *ketsach.* [illegible]. GALL. *Poyurette, nielle.* ITAL. *Nigella, orelana.* GERM. Schwartz Coriander. HISP. *Alipiure axenuz.* } Col. *lib.* 7. Interdum fastidio ciborum languescit pecus: eius remedium genus seminis quod Gith appellatur. Plin. *lib.* 20. *cap.* 17. Gith ex Græcis alij melanthion, alij melanspermon vocant. Plaut. *in Pœn.* Os calet tibi: num gith frigefactas? Ruellius credit esse semen illud quod rustici in Gallia sua lingua vocant *Perrotten* quasi minutum piper, eo quod tenuiores hoc semine cibos condire soleant vice piper.

G L

Glaber, bra, brum, à glubo. Quod est læue & sine pilis. { [illegible] *chalak.* [illegible]

φαλὸς, λεῖος, φαλακρὸς. GALL. *Pelé, qui n'a point de poil.* ITAL. *Pelato, ſolito, ſenza peli.* GERM. Kaal, one haar, glatt. HISP. *Coſa lampiña y ſin pelos.* ANGL. *Bare without heare, pilde.* } Plaut. *in Trin.* Oues ſcabræ ſunt tam glabræ hem, quàm hæc eſt manus. Idem *in Aul.* Tu iſtum gallum, ſi ſapis, glabriorem reddes mihi, quàm Volſus Ludius. Quem locum explicans Nonius de Doctorum indagine, Legitur (inquit) quòd Ludij præſulis pueri eſſent glabri ac depiles propter ætatem, quos antiqui Ludios appellabant. Varro *de re ruſt. cap. 2.* Si quem glabrum facere velis. Sic glabræ, ſues, apud Col. *in præfat. lib. 1.*

Glăbellŭs, diminutiuum, Glabra etiam, ſiue Glabella, vocatur interſtitium, ſupercilia ſupra naſum diſterminans, quia ſine pilis eſſe conſueuit. { μεσόφρυον. GALL. *Eſpace entre les ſourcils.* ITAL. *Spatio tra le ciglie.* GERM. Das theil der ſtirnen ſo zwiſchen den augbrauwen oben auff der naſen ohne haar iſt. HISP. *Eſpacio que ay entre ceja y ceja.* ANGL. *The ſpace betwene the browes.* } Capella *lib. 1. Nupt. Philologiæ.* Quarum vna deoſculata Philologiæ frontem illic, vbi pubem ciliorum diſcriminat glabellæ medietas.

¶Glabra, glabellus, glabella, interſtitium quod ſupercilia ſuper naſum diſterminat, eo quòd ſine pilis.¶

Glăbrĕtă, orum, Loca ſatis, ſtirpibúſque nuda: quæ & Caluetà à nonnullis appellantur: in quibus ſcilicet propter noxium aliquem humorem nihil gignitur. { φαλάκρωμα. GALL. *Terre où il ne croiſt rien.* ITAL. *Terreno oue non naſce biada ne altro.* GERM. Dürre vnnd vnfruchtbare orth, an welchen nichts wachßt. HISP. *Terreno donde no nace nada.* ANGL. *Bare places without corne or graſſe.* } Colum. *lib. 2. cap. 9.* Solet autem ſalſam nonnunquam, & amaram vliginem vomere terra, quæ quamuis matura iam ſata, manente noxio humore corrumpit, & locis glabrentibus ſine vlla ſtirpe ſeminum areas reddit: ea glabreta ſignis adhibitis notari conuenit, vt ſuo tempore vitiis eiuſmodi medeamur.

Glăbro, as, are, Pilos auferre. { קרח karáh. ψιλόω, μαδίζειν. GALL. *Peler, ou oſter le poil.* ITAL. *Pelare, ſpelare.* GERM. Das haar außrauffen oder abſchaben, glatt machen. HISP. *Pelar y hazer lampiño.* ANGL. *To make bare, or pilde.* } Col. *lib. 12. cap. 53.* Quum ab aqua pridie ſues prohibiti ſunt, poſtero die mactantur: & vel aqua caudente, vel ex tenuibus lignis flammula facta glabrantur.

Glăbrĕo, es, Glaber ſum & depilis: quanquam etiam ad terram transfertur, quæ etiam glabrere dicitur, vbi ſatis ſtirpibúſque nuda eſt, nihílque gignit. { חלק chalák. ψιλόω, φαλακρόω. GALL. *Se peler, perdre ſon poil, eſtre ſans poil.* ITAL. *Eſſere ſenza peli.* GERM. Glatt vnnd one haar ſein, kal ſein. HISP. *Ser ſin pelos.* ANGL. *To be pilde or witout heare.* } Vnde loca glabrentia, apud Col. *lib. 2. cap. 9.*

Glăbreſco, ſcis, glaber fio, pilos, aut capillos, ſiue plumas amitto: quòd euenit nonnunquam morbo aliquo. { חלק chalák. μαδάω, ψιλοῦμαι. GALL. *Deuenir pelé, perdre ſon poil.* ITAL. *Diuenir ſenza peli.* GERM. Kal werden. HISP. *Pelarſe, y hazerſe lampiño.* ANGL. *To waxe pilde.* } Transfertur quandoque ad alia: vt Glabreſcere dicitur area, quum herbis attritis, vel euulſis complanatur, & quaſi glabra redditur. Colum. *lib. 2. cap. 10.* Nam dum à pecudibus legumina proculcantur, herbæ etiam vngulis atteruntur, atque ita glabreſcit, & fit idonea ſeminibus area, id eſt, fit glabra, mundáque.

Glăbriōnes, dicti ſunt qui corpus glabrum, & pilis nudum habent, { ψιλώτες. GALL. *Pelez, qui ſont ſans poil.* ITAL. *Coloro che non hanno peli ſu la perſona.* GERM. Die ein glatten leib haben, ohne haar. HISP. *Varones lampiños y ſin pelos.* ANGL. *Thay that hath no heare on there bodyes.* } Vnde Glabrionum non ignobilis Romæ familia nomen accepit, ex qua fuit M. Glabrio, M. Scauri ex ſorore nepos: cuius meminit Asconius *in orationem Ciceronis pro M. Scauro.* Eiuſdem familiæ M. Attilius Glabrio fuit.

Glăcĭēs, ei, Aqua concreta gelu, quaſi gelacies, à gelu. { קרח kerach. κρύσταλλος. GALL. *Glaſſe, glaſſon.* ITAL. *Ghiaccio.* GERM. Eiß. HISP. *Yelo ò la elada.* ANGL. *Yce.* } Plin. *lib. 5. cap. 18.* Aure ad glaciem appoſita. Virg. 10. *Eclog.*

Ah tibi ne teneras glacies ſecet aſpera plantas.

Idem 1. *Georg.*

——filicúmque maniplis
Sternere ſubter humum, glacies ne frigida lædat
Molle pecus, ſcabiémque ferat, turpeiſque podagras.

Ouid. *Eleg. 10. lib. 3. Triſt.*

Sæpè ſonant moti glacie pendente capilli.

Tibull. *lib. 4.*

Sed durata riget (vnda) denſam in glaciémque niuémque.

¶ De glacie in vino. Senec. *epiſt. 79.* ¶ Glacies de re dura atque concreta ac ſolida, vt πάγος apud Græcos: vt glacies æris. Lucret. *lib. 1.*

Tum glacies æris flammâ deuicta liqueſcit.

Glăcio, as, verbum eſt actiuum, Frigore aſtringo, in glaciem conuerto. { κρυσταλλόω. GALL. *Glacer.* ITAL. *Agghiacciare, ghiacciare.* GERM. Zu eiß machen. HISP. *Elar à otra coſa.* ANGL. *To mak any thing freeze and congeale.* } Horat. *Carm. lib. 3. Ode 10.*

Audis quo ſtrepitu ianua, quo nemus
Inter pulchra ſitum tecta remugiat
Ventis & poſitas vt glaciet niues
Puro numine Iuppiter.

¶ Glaciare, pro glaciari. Plin. *lib. 29. cap. 3. ad finem*, Fit autem hyeme, quoniam æſtate non glaciat, niſi accepta cera. Id eſt, non glaciatur, non coit, non coagulatur. ¶ Inde paſſiuum Glacior, in glaciem conuertor, κρυσταλλοῦμαι. Plin. *lib. 14. cap. 13.* Flore eius aquam glaciari Pythagoras tradit. Idem *lib. 4. cap. 21.* Glaciatæ moles prodigij modo. Caſeus glaciatus, id eſt, coagulatus, & concretus. Colum. *lib. 7. cap. 8.* Nec dubium quin fici ramulis glaciatus caſeus iucundiſſimè ſapiat.

Glăcĭālis, e, A glacie deducitur, id quod congelatur, & in glaciem conuertitur. { κρυσταλλώδης, κρυσταλλινός. GALL. *Gelé, glacé.* ITAL. *Di ghiaccio.* GERM. Eiſſertig. HISP. *Coſa que ſe yela ò puede elar.* ANGL. *Where yce is, that may or is wont to be frozen.* } Iuuen. *Satyr. 2.*

Vltra Sauromatas fugere hinc libet, & glacialem
Oceanum.

Colum. *lib. 3. cap. 1.* Per quam omni penè regione, & omni declinatione mundi, niſi tamen glaciali, vel præferenda, curæ mortalium reſpondet. Fretum glaciale. Claud. *in Paneg.* Frigus glaciale. Ouid. 6. *Metam.*

GLĂCĬTĀRĒ, Proprium eſt vocis anſerum. { κλαγγάζειν. GALL. *Un mot propre és oyes quand elles crient.* ITAL. *Far voce d'occa.* GERM. Gagen oder ſchnattern wie die gänß. HISP. *Hazer la voz del pato.* ANGL. *To gagle or creake lik a gooſe.* } In carmine de Philumela, quod Ouid. nomine circumfertur.

Cacabat hinc perdix, hinc glacitat improbus anſer.

Alij legunt *glocitat*, alij *Gratitat*.

GLĂDĬŬS, ij, Enſis, à clade dici videtur, c in g mutata, vt ſcribit Varro, quòd ad cladem ſit inuentus. { חרב chereb שלח ſchélach. ξίφος, μάχαιρα. GALL. *Vn glaiue, vn couſteau, vne eſpee.* ITAL. *Spada, coltello, pugnale.* GERM. Ein ſchwert. HISP. *Cuchillo, ò eſpada.* ANGL. *A ſwoorde.* } Plaut. *in Trin.* Dediſtine hoc pacto ei gladium, qui ſe occideret? Id eſt, miniſtraſti materiam ad perniciem. Cæſar 7. *bell. Gall.* Gladiis diſtrictis, portas occupauerunt. Senec. *cap. 16. de conſ. ad Mart.* Ouid. *Eleg. 1. lib. 4. Triſt.*

Gladiòque latus, ſcutóque ſiniſtram
Subijcio.

Plaut. *Pſeud. ſc. 3. a. 3.* Gladium adfer. P. Quid opus gladio? Qui me & hunc occidam. ¶ Gladius & Enſis. Idem *apud Quint.* ¶ Terent. *in Adelphis*, ſuo ſibi hunc gladio iugulo. Eraſmus, Suo gladio, ſuóve telo iugulari dicitur, qui ſuis ipſius dictis reuincitur: aut qui ſuopte inuento, dolóve capitur: denique, in quem quocunque modo ſeu dictum, ſeu factum retorquetur quod ab ipſo profectum ſit. Tranſlata metaphora ab iis qui in pugna ſuis ipſorum telis aliquoties confodiuntur. ¶ Gladio plumbeo iugulare, eſt leui argumento nullóque negotio conuincere quempiam. Cicer. *ad Attic.* Quum illum plumbeo gladio iugulatum tamen iri diceret. ¶ Gladij poteſtas dicitur à Iuriſconſ. pro iure in facinoroſos animaduertendi. Ad gladium damnati, idem eſt, quod ad ferrum, ad ludum gladiatorium. ¶ Antiquiſſimi gladium dixerunt in neutro genere: vt probat Varro hac Lucilij autoritate. Hærebat gladium mucrone in pectore totum. ¶ Eſt & gladius, genus piſcis marini roſtro mucronato, quo naues perfodit & demergit, in Atlantico Oceano. ξιφίας. Plin. *lib. 32. cap. 2. & 11.* ¶ Gladium acutum auertas, ἐξάγειν μάχαιραν ἀποστρέφειν. Opinor innuit, à periculoſis negotiis abſtinendum. ¶ Huic finitimum eſt, Ne puero gladium, μὴ παιδὶ μάχαιραν, ſubaudiendum commiſeris. Allegoria prouerbialis, admonens, non eſſe mandandam poteſtatem vel adoleſcentibus, vel imperitis ac ſtultis, qua tum in ſuam, tum aliorum perniciem ſunt abuſuri. Ficulnus gladius. σύκινη μάχαιρα. De friuola cauſa dici poteſt, quæque minimo negotio queat refelli. Dictus eſt autem ficulnus gladius ſycophanta, quòd idem & mollis ſit, & calumniator. Heſychius. ¶ Ne gladium tollas mulier, μὴ μάχαιραν αἴρε γύναι, hoc eſt, ne ſuſcipias negotij molem, quum nequeas auxiliari.

Glădĭŏlŭs, i, Paruus gladius. { ξιφίδιον. GALL. *Couſtelet, petite eſpee.* ITAL. *Coltellino.* GERM. Ein ſchwertlin, degelin. HISP. *Eſpadilla.* ANGL. *A litle ſwoord, a knyfe.* } Quo etiam nomine à Romanis dicta eſt herba quædam, quam & Græci ξίφιον appellant, propterea quòd folium habeat gladij figuram referens. Iridi perſimilis eſt, niſi quòd folio minore ſit, & anguſtiore, & gladij modo mucronato, neruoſóque in caulem exeunte, in quo purpurei flores in ordinem digeſti. de hoc Plin. *lib. 21. cap. 11.*

Glădĭātōrēs, ſerui erant, quos laniſtæ armorum artem edocebant, vt poſtea & pugnandi, & in ludis populi delectandi cauſa in arena depugnarent. { μονομάχοι. GALL. *Ioueurs d'eſpee, eſcrimeurs.* ITAL. *Schermitori, coltellatori.* GERM. Ein fechtermeiſter dem ſchwert beſonder. HISP. *Eſgremidores de eſpada.* ANGL. *Fencers, ſwoorde players.* } Quintilian. *declamat. 303.* docet quis Gladiator dicatur, & plura de iis, *ibid.* Item, quàm vilis eorum conditio, Calp. Flaccus *declamat. 50.* Ouid. *Eleg. 6. lib. 4. Triſt.*

Integer eſt melior nitidis gladiator arenis, (quàm ſaucius.)

Ibid. Eleg. 1. lib. 2. Triſt.

Scilicet vt victus repetit gladiator arenam.

Cicer. 3. *Philipp.* Quòd ſi iam (quod dij omen auertant) fatum extremum Reipubl. venit, quod gladiatores nobiles faciunt, vt honeſtè decumbant, faciamus nos principes orbis terrarum, gentiúmque omnium, &c. Quoniam autem gladiatores neque ſuam, neque eorum cum quibus pugnabant vitam curabant, factum eſt, vt ſanguinolenti & interfectores ciuium gladiatores quoque odioſo vocabulo appellarentur. Cicer. 7. *Philipp.* Gracchorum potentiam maiorem fuiſſe arbitramini, quàm huius gladiatoris futura ſit? quem gladiatorem non ita appellaui, vt interdum etiam M. Antonius gladiator appellari ſolet: ſed vt appellant ij, qui planè & Latinè loquuntur. Idem *ad Caſſium*, Cædem enim gladiator quærit. ¶ Inter gladiatores erant retiarij qui aduersùs mirmillones pugnabant. de quibus ſuo loco. ¶ De gladiatorum origine ac cauſa, Iulius Capitolinus habet hoc pacto, Multi dicunt, apud veteres hanc deuotionem contra hoſtes factam, vt ciuium ſanguine litato, ſpecie pugnarum fortunam ſatiarent. Alij hoc literis tradunt, quod veriſimilius credo, ituros ad bellum Romanos debuiſſe pugnas videre, & vulnera, & ferrum, & nudos inter ſe coeuntes, ne in bello armati, hoſtes timerent, aut vulnera & ſanguinem perhorreſcerent. Hinc mos tractus videtur vt Imperatores ad bellum proficiſcentes, munus darent gladiatorium.

Glădĭātōrĭē, aduerb. Lamprid. *in Commodo*, Habuit præterea morem, vt omnia quæ turpiter, quæ impurè, quæ crudeliter, quæ gladiatoriè, quæ lenonicè faceret, actis vrbis indi iuberet.

Glădĭātōrĭŭs, a, um, quod ad gladiatores pertinet. { μονομαχικός. GALL. *Seruant au ieu d'eſpee ou aux eſcrimeurs.* ITAL. *Cio che à ſchermitori ſi appartiene.* GERM. Das zu dem fechten gehört. HISP. *Coſa perteneciente à eſgremidor.* ANGL. *Belonging to fencers.* } vt, Spectacula gladiatoria, Ludus gladiatorius, Munus gladiatorum. Cicer. *in Catil.* Nemo eſt in ludo gladiatorio paulò ad facinus audacior, qui ſe non intimum Catilinæ eſſe fateatur. Plin. *lib. 15. cap. 18.* Ara inde ſublata gladiatorio munere Diui Iulij quod nouiſſimè pugnauit in foro. ¶ Terent. *in Phorm.* Hi gladiatorio animo ad me affectant viam. ¶ Autumnum gladiatorium

vocat

vocat Terent. animum tam pertinacem, vt vel magno suo periculo rem institutam perficere non dubitet, certus aut animo superare, aut labori succumbere. Gladiatoribus enim, vbi semel in arenam descenderint, ea necessitas imponitur, vt aduersarium victum occidant, aut idem ab illo expectent. Cic. 4. *Tusc.* An verò vir fortis, nisi stomachari cœperit, non potest fortis esse. Gladiatorium id quidem: quanquam in eis ipsis videmus esse sæpe constantiam. Salust. Item ex Senatus consilio decreuêre, vt gladiatoriæ familiæ Capuam, & inter cætera municipia distribuerentur. Gladiatorium quoque ponunt sine adiecto scriptores, subaudito substantiuo. Liu. 4. *decad.* Vix gladiatorio accepto decem talentis, ab rege rex vt in eam fortunam recideret. sub. præmio.

Glădĭātūră, Congressus gladiatorum. {μονομαχία. GALL. *Ieu d'espée, escrimerie, l'art d'escrimer.* ITAL. *Abbatimento & contesa de gladiatori, arte di scherma.* GERM. Ein gang den die fechter zusammen thun. HISP. *Aquella arte de esgremir.* ANGL. *Fighting of sworde players.* } Corn. Tacit. *lib.* 3. Adduntur è seruitiis gladiaturæ destinati.

‖Glandeua Massono, Glandate, vel Glannate Scaligero in Notitiâ Galliæ hodie *Glandeues*, V.E. Glandauensis sub A. Ebredunensi.‖

Glandomiron, γλανδόμιρον. Oppidum est Gallæcorum Lucensium, in tractu Tarraconensis Hispaniæ. Autor Ptol. *lib.* 2. *cap.* 6. Glanicus, amnis qui & Liris appellatur, in cuius ripa templum fuit Maricæ nymphæ Minturnensis, vulgò *Garigliano*. Plin. *lib.* 2. *cap.* 5. Minturnæ Glanico amne diuersæ, Liri appellato.

Glanis, γλάνις, Hetruriæ fluuius in Tyberim influens, cuius meminit Plin. *lib.* 3. *cap.* 5. Vulgò *Chiana*. ¶ Glanis item, siue Glanus, piscis astutissimi nomen, qui auersos mordet hamos, nec deuorat, sed esca spoliat. Idem *lib.* 3. *cap.* 10. Verrucas tollit glani iecur illitum.

Glăns, glandis, q. blans, ἰβάλανος. Fructus quercus, roboris, esculi, cerri, ilicis, fagi, & suberis, & si qui sint similes. {βάλανος. GALL. *Du gland.* ITAL. *Ghianda* GERM. Ein eychel. HISP. *Bellota de ciertos arboles.* ANGL. *Okecorne or maste.* } Plin. *lib.* 16. Dulcissima est omnium glans fagi. Gell. *cap.* 16. *lib.* 7. Glans Iberica optima. Virg 4. *Georg.*

Nec de concussa tantum pluit ilice glandis.

Colum. *lib.* 4. *cap.* 33. Glandem magis quàm castaneam postulabant. Plin. *lib.* 7. *cap.* 56. Ceres frumenta inuenit, quum antea glande vescerentur. Sed quia ex his homines quondam viuebant, glandis appellatione (vt Vlp. sentit) omnes fructus continentur. ¶ Glans etiam dicitur plumbum, in modum glandis formatum, quod antiqui fundâ eiaculabantur, aut (vt martiô barbuli) loro alligatum, in hostem torquebant, & ad se trahebant. {ANGL. *Apellet of lead.* } Salust. *in Iugurtha.* Pars eminus glande, aut lapidibus pugnare. Hirt. *de bell. Afric.* Sagittásque & tela vti fierent complura curare, glandes fundere, sudes comparare. Glans plumbea, Celsus *lib.* 7. *cap.* 5. ¶ Item glans pars summa colis dicitur, quæ præputio tegitur, oculo similis. Præputium enim pellis est, qua glans tegitur: coles, ipse penis, à quo colei pendent.

Glandŭlă, æ, diminut. à glans, significat carnem glandulosam in sue: cuius sapor ab antiquis commendabatur. {ὁ μικρὸς ἀδὴν, ὁ λευκὸς χοιρός. GALL. *Glande, soit de pourceau ou autres bestes.* ITAL. *Picciola ghianda de porci ò altre bestie.* GERM. Trüssächtig oder grumechtig schweinin fleisch so am halß bey dem stich stehet. HISP. *Landre ò landrezilla de puercos ò otras bestias.* ANGL. *A litle okecorne or a kernell that groweth in hogges.* } Plaut. *in Menæch.* Iube nobis tribus apud te prandium accurarier, Atque aliquid sit amentorum de foro obsonarier, Glandionicam suillam, laridum, perονitidem. Mart.

Partitur apri glandulas palaestritis.

Idem *lib.* 7.

Ter poscit apri glandulas, quater lumbum.

¶ Glandulæ, arum. Cels. *lib.* 4. *cap.* 1. de hominis partibus loquens, Atque in ipsis ceruicibus glandulæ positæ sunt, quæ interdum cum dolore intumescunt. Plin. *lib.* 11. *cap.* 37. in suibus glandulas appellari testatur quæ in homine vocantur tonsillæ, hoc est, partes illas faucium quæ vtrinque iuxta gargareonem sitæ, à Græcis παρίσθμια appellantur. ¶ Glandulæ, id est, glandularum morbus, tonsillæ, παρίσθμια, ἀδένες. Cels. *lib.* 2. *cap.* 1. (ex Hippocr. 6. *Aphor.* 26. vbi παρίσθμια.) At vbi ætas paululum processit, glandulæ, & vertebrarum, &c.

Glandionia, siue Glandionica. Plaut. *Menæch. sc.* 5. *act.* 1. Glandionicam suillam, (id est, carnem suillam ex glandiis) laridum, peronidem, aut sinciput, &c.

Glāndŭlōsŭs, a, um, Plenum glandibus. {ἀδενώδης. GALL. *Glanduleux, plein de glandes.* ITAL. *Chi ha molte ghiande.* GERM. Trüssechtig. HISP. *Cosa llena de landrezillas.* ANGL. *Full of kernelles, or maste.* } Colum. *lib.* 7. *cap.* 9. Qui porcum laudat, qui est amplæ & glandulosæ ceruicis.

Glandium, ij, Pars apri glandulosa, quæ est circa ceruicem: vel ipsa ceruix. in hac enim glandulæ positæ sunt. {ἀδένες. GALL. *Glandes de pourceau, ou le lieu où sont les glandes.* ITAL. *Copa è gola del porco.* GERM. Ein stuck trüssechtigs fleisch. HISP. *La coxullada ò papada del puerco.* ANGL. *A kernelle in swine or the place where they be.* } Plaut. *in Capt. sc.* 3. *a.* 4. Prætruncauit tribus tergoribus glandia. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 1. pernam, abdomen, sumen, suis glandium. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. pernam, callum glandium, sumen, &c. & *Menæch. sc.* 3. *a.* 1. Glandium, (inquam) suillam, pernam. Plin. *lib.* 8. *cap.* 51. Hinc Censoriarum legum paginæ, interdictáque cœnis abdomina, glandia, testiculi. Idem *lib.* 6. *cap.* 38. Quibusdam sunt tubera, sicut sunt in carne glandia.

Glāndĭfĕr, a, um, quod glandes producit. {βαλανοφόρος. GALL. *Qui porte gland.* ITAL. *Che produce ghiande.* GERM. Das eichelen tregt. HISP. *Cosa que trae ò cria bellotas.* ANGL. *That beareth or bringeth forth oke cornes or maste.* } Plin. *in Proœm. lib.* 16. Proximum erat narrare glandiferas quoque. Cic. 1. *de legibus.* Quare glandifera illa quercus, ex qua olim euolauit Nuntia fulua Iouis. Idem 2. *Philip.* Quandoquidem hæ quondam arationes Campani & Leontini in pop. Rom. patrimonio glandiferæ, & fructuosæ ferebantur.

Glāndārĭŭs, a, um, denominatiuum à glande. {βαλάνινος, βαλανώδης. GALL. *De gland.* ITAL. *Di ghiande.* GERM. Das zu den eychelen gehört. HISP. *Cosa de bellotas.* ANGL. *Of okecornes.* } vt Glandaria silua, quæ seruatur glandis ferendæ causa. Cato *de re rust. cap.* 1. Secundo loco hortus irriguus, &c. octauo arbustum, nono glandaria sylua. Sic Varro *de re rust. cap.* 7.

Glāndātĭo, Glandium collectio, & pastio suum ex glandibus. {βαλάνισις. GALL. *Cueillette de glands.* ITAL. *Amassamento & raunamento di ghiande.* GERM. Eychlen samlung/oder mestung mit eycheln. HISP. *Cogimiento de bellotas.* ANGL. *A gathering of okecornes.* } Sipontinus.

Glanum, γλάνον, Salyum oppidum est in Alpibus, Narbonensem prouinciam spectantibus. Autor Plin. *lib.* 2. *cap.* 9. vulgò *Gap.*

Glanus, vel glanis, piscis genus. Plin. *lib.* 9. *cap.* 43. Cantius qui & glanis vocatur, auersos mordet hamos, nec deuorat, sed esca spoliat. Idem *lib.* 32. *cap.* 10. Verrucas tollit glani iecur illitum.

Glăphyrŭs, γλάφυρος. Notissimus adulter Iuuenalis tempore, cuius meminit *Satyr.* 9.

Vxorem ducis, de qua citharœdus Echion,
Aut Glaphyrus fiat pater.

Nomen deductum est à festiuitate & elegantia quam Græci γλαφυρότητα dicunt.

Glăphyræ, γλαφυραί, vrbs Thessaliæ, à Glaphyra conditore Magnetis filio. Homero βοίβην γλαφυράς. Est & vicus Ciciliæ, à Tharso versus Occidentem triginta stadiis distans. Steph.

Glārĕă, æ, à γλάφω, γλαφυρός. terra lapidosa, qualis in fluuiorum ripis, vel maris littoribus esse solet. {ψηφίς, ψάμμος. GALL. *Grauier, grauois.* ITAL. *Ghiaia, terra sassosa.* GERM. Kiß/sandechtig vnnd grießechtig erdtrich/als gewönlich ist an den gestaden der wasser. HISP. *Cascajo, arena con guyas.* ANGL. *Grauell, course sande.* } Colum. *lib.* 2. *cap.* 3. Qui quum parte dimidia lapides minutos, vel nudam glaream repererint. Idem *lib.* 6. *cap.* 23. Stabula sunt optima saxo, aut glarea strata, non incommoda etiam sabulosa: illa, quòd imbres respuant: hæc, quòd celeriter sorbeant, transmittántque. Lucanus,

Aut impulsa leui turbatur glarea vena.

Virg. 2. *Georg.*

Nam ieiuna quidem cliuosi glarea ruris
Vix humiles apibus casias, roremque ministrat.

Glārĕŏlă, diminutiuum est, cum accentu in antepenultima. {ψαμμίον, μικρὰ ἢ λεπτὴ ψηφίς. GALL. *Petit & menu grauier.* ITAL. *Picciola ghiaia.* GERM. Klein kiß oder grieß. HISP. *Pequeño cascajo o arena con guyas.* ANGL. *Smal grauell.* } Plaut. Glareolam manu effundens.

Glārĕōsŭs, a, um, quod abundat glarea. {ψηφίδων ἔμπλεως, ψαμμώδης. GALL. *Plein de grauois.* ITAL. *Ghiaioso.* GERM. Kißechtig/grießechtig/sandechtig. HISP. *Cosa llena de guyas arena.* ANGL. *Full of grauell.* } Plin. *lib.* 26. *cap.* 8. Si laus nascitur glareosis & perennibus riuis, cubitalis apij similitudine. Columella *de arborib.* Glareosa & saxosa amat ficus. Liu. 1. *bell. Pun.* Ad hæc saxa glareosa voluens, nihil stabilis, nec tuti ingredienti præbet.

Glăstum, i. Herba similis plantagini, quâ Britanni se inficiunt: (vt autor est Cæsar *lib.* 5. *bell. Gall.*) quo horridiore sint aspectu in pugna: efficit enim cæruleum colorem. {ἰσάτις. GALL. *Herbe appellee guelde ou pastel de Languedoc.* ITAL. *Guado herba.* GERM. Ein kraut so weidt genant. HISP. *Pastel yerua, ò color de anil.* ANGL. *wad, an hearbe wt wiche clothe is died blue.* } Plin. *lib.* 22. *cap.* 1. Simile plantagini glastum in Gallia vocatur: quo Britannorum coniuges nurúsque toto corpore oblitæ, quibusdam in sacris nudæ incedunt, Æthiopum colores imitantes. Glasto infectores cæruleum colorem pannis inducunt. Maximus eius est prouentus in agro Tolosate, vbi vulgi vocabulo *Pastellum* appellant. Vide *Vitrum.*

Glaucia, γλαυκία, oppidum Ioniæ. Steph.

Glaucŏlŭs, dicitur equus qui felineis oculis est. {ANGL. *A horse with a wall eye.* }

Glaucĭscŭs, piscis est, alius quàm glaucus, γλαυκίσκος. Plin. *lib.* 32. *cap.* 10. Mulieribus lactis copiam facit glauciscus, è iure sumptus.

Glaucito, as, apud autorem carminis Philomelæ, verbum est proprium catulis, Glaucitat (inquit) & catulus, at lepores vagiunt.

Glaucĭum, γλαυκίον. Species est rheæ herbæ siluestris, & erraticæ, (vt autor est Plin *lib.* 20. *cap.* 19.) quæ alio nomine dicitur paralion. Nascitur in afflatu maris, aut nitroso loco, vnde nomen assumpsit. Nam glaucus cæruleum significat, qui color est maris. Plin. *lib.* 20. *cap.* 19. Hodie hanc herbam pharmacapolæ vocant *Memitham*, vt docet Ruellius *lib.* 3. Herbæ huius folia fictili olla in tepidis clibanis calfaciunt, donec flaccescant: deinde exemptis ac tusis succum exprimunt, qui & ipse glaucion appellatur, teste Dioscoride.

Glaucōmă, Glaucopis, vide *Glaucus* adiectiuum.

Glaucŭs, γλαῦκος, Hippolochi filius, qui in Troiano bello Priamo suppetias tulit: homo tam stupidus, vt cum Diomede armorum permutatione facta, ænea acceperit pro aureis. Vnde etiam hodie Glauci & Diomedis permutatio prouerbio celebratur: quo vtimur, quoties permutatarum rerum inæqualitatem volumus denotare. Diabolus Glauci filius, apud Plaut. *Asin. sc.* 1. *act.* 4. ¶ Fuit & alter Glaucus piscator, qui quum pisces captos in ripa explicuisset, subitò contacta quadam herba se colligentes, in fluuium prosilierunt. Admiratus itaque Glaucus herbæ illius vim, quum & ipse degustasset, pisces sequutus in aquam insiluit: marísque Deus factus creditur. Alij aliter referunt fabulam. Glaucum insignem vrinatorem fuisse, qui quum sæpius inspectantibus suis municipibus in fluuium se deiecisset, diutiúsque sub aqua moratus semper emersisset: tandem quum illis frustrà expectantibus non rediret, creditum est Glaucum factum esse maris Deum. Hinc natum prouerbium, Glaucus comesa herba habitat in mari, γλαῦκος φαγὼν πόαν οἰκεῖ ἐν θαλάσσῃ. Dictum apparet per iocum de iis, qui quum perierint, tamen vulgò creduntur viuere. ¶ Alius præterea Glaucus fuit, Sisyphi filius, qui quum equas suas humana carne pasceret, ab illis etiam ipse deuoratus est. Vnde natum adagium, Glaucus alter, γλαῦκος ἄλλος ἱπποβρωτος, id est, Glaucus alter ab equis deuoratus. Quadrabit in hominem alendis equis exhaurientem facultates suas. ¶ Est etiam Glaucus nomen piscis. Plin. *lib.* 6. *cap.* 16. Quidam rursus æstus impatientia mediis feruoribus sexagenis diebus latent, vt glaucus, aselli, auratæ. Idem *lib.* 32. *cap.* 11. tradit glaucum æstate non apparere.

Glaucus, a, um, à γλαυκός, γλαυκός. {כחלן *cochlan.* γλαυκός. GALL. *Verd,*

Verd, vn peu meslé de blanc, de couleur d'asur & d'eau. ITAL. *Colore mescolo tra'l bianco e'l verde.* GERM. Graweblaw. HISP. *Color entre verde y blanco.* ANGL. *Gray of coulour.*} Color dicitur qui admistum habet viridi alborem: qualis in noctuarum (quas Græci γλαυκας appellant) oculis apparet. Gell. *lib.* 2. *cap.* 26. Sed ne viridis quidem color pluribus, quàm nobis vocabulis dicitur. Neque non potuit Virgilius colorem equi significare viridem, volens cæruleum magis dicere equum, quàm glaucum: sed maluit verbo vti notiore Græco, quàm vsitato Latino. Sic etiam alibi vocat frondes salicis, glaucas, & oliuas glaucas. ¶ Item in hominibus & equis glauci oculi pro viridibus dicuntur: quales sunt, felis, leonis, & noctuæ. Plin. *lib.* 8. *cap.* 21. Oculis glaucis, colore sanguineo, &c. Hic color à Latinis vocatur cæsius, quasi cælius, vt ex Nigidio probat Gellius. Nam à veteribus illis linguæ Latinæ autoribus Minerua cæsia vocatur, quæ ab Homero γλαυκῶπις dicta est. Præterea maris color etiam glaucus dicitur, quem & cæruleum passim appellatum inuenimus.

Glaucĭnŭs, a, um, {γλαύκινος, γλαυκοειδής. GALL. *De couleur verde, ou entre asur & eau.* ITAL. *Di colore tra bianco & verde.* GERM. Das graweblaw oder eisenblaw ist. HISP. *Cosa de color verde vn poco.* ANGL. *Gray couloured.*} Quod glaucum habet colorem: vnde Glaucinæ vestes, quæ & glaucina absolutè dicuntur. Mart. *lib.* 9.

Pallia donauit glaucina Cosme tibi.

Glaucinam Pomponius *in l.* 21. *D. de aur. & arg. leg.* inter ea vnguenta, quæ valetudinis causa parata sunt, fortassis confectum ex Glaucio. Nisi fortè Gleucina legendum sit. Nam Gleucini olei factitij Plin. meminit, eiusque conficiendi rationem Colum. *lib.* 12. *cap.* 51. demonstrat.

Glaucōmă, atis. {γλαύκωμα. GALL. *Vne tache en l'œil.* ITAL. *Humor detto cristallino nell' occhio.* GERM. Ein grawer fleck in dem aug. HISP. *La cequedad que dan los ojos claros.* ANGL. *A spette in te eye.*} Vitium humoris eius qui crystallinus appellatur in colorem glaucum mutantis oculum. Serenus, Si verò horrendum ducent glaucomata plumbum, Spiritus alterius prodest, qui grana cymini Pallentis mandens visus exhalat in ipsos. Plin. *lib.* 29. *cap.* 6. Glaucomata dicunt magi, cerebro catuli septem dierum emendari, specillo demisso in dextram partem, si dexter oculus curetur, in sinistram si sinister, aut felle recenti asionis. Hypochyses verò, siue (quod idem est) hypochymata quæ nos suffusiones vocamus oculorum, fiunt ex humore inter corneam & crystallinam partem concreto. Interdúmque oculi potentiæ, qua cernitur, se opponunt. ¶ Legitur & Glaucoma, æ, fœm. gen. Plaut. *in Milit.* Glaucomam ob oculos obiiciemus, cúmque ita faciemus, vt quod viderit, non viderit.

Glaucōpĭs, {γλαυκῶπις. GALL. *Femme ayant les yeux vers.* ITAL. *Femina d'occhi verdeggianti.* GERM. Ein fraw die grawe augen hat. HISP. *Muger que tiene los ojos garços.* ANGL. *That hath fyrie bright eyes lyk cats.*} Glaucopis, habens oculos cæsios. Quo nomine dicta est Pallas, quæ à Latinis dicitur cæsia, à colore cæli, quasi cælia. Diodorus scribit aërem nominatum esse Pallada: & ideo dici glaucopin, quoniam aër glauci, hoc est, cærulei sit aspectus.

Glaux, γλαὺξ, herba est folia habens cytiso, & lenticulæ similia, quæ supernè virent, auersáque candidiora spectantur. Ramuli à terra exiliunt quini senive, tenues ab radice, dodrantem alti: flores ceu violæ albæ, purpurei exeunt, minores tamen. Nascitur ad mare. Vide Plin. *lib.* 27. *cap.* 9.

Glēbă, æ, frustum terræ, ita dictum quòd sit quasi globus. {מגרפה *megraphâh* גוש *ghusch* רגב *régheb.* βῶλος. GALL. *Vne blotte ou motte de terre.* ITAL. *Zolla, respuglio di terra.* GERM. Ein schollen erden. HISP. *El terron di tierra.* ANGL. *A crod or clot.*} Plin. *lib.* 18. *cap.* 19. Scanna inter duos sulcos cruda ne relinquantur, glebæ ne exultent. Cicer. *pro Cec.* Quid igitur si glebis, aut saxis, aut fustibus aliquem de fundo præcipitem egeris? *Ibidem*, Vinces profectò non fuisse armatos eos qui saxa iacerent, quæ de terra tollerent: non esse arma cæspites, neque glebas. Virg. 1. *Georg.* Multùm adeò rastris glebas qui frangit inertes, Vimineásque tradit crates, iuuat arua. ¶ Gleba aruum, βῶλος ἀρουρα. subaudi αὔξει. auget. Vbi quis exigua maximis apponens, credens se nonnihil iuuare.

Glēbŭlă, diminutiuum est. {βωλίον. GALL. *Mottette de terre.* ITAL. *Picciolo respuglio.* GERM. Ein schöllelin erden. HISP. *Pequeño terron de tierra.* ANGL. *A litle clod.*} Col. *lib.* 1. *cap.* 6. Eadem euentilata mundiora sunt, lapillísque carent & glebulis, quas per trituram ferè terrena emittit area.

[Glebarij, qui glebas proscindunt.

Glebo, rusticus, arator. Gl. Isid. quia glebas arando frangit.]

Glēbōsŭs, a, um, quod glebæ in morem est conuolutum, vel quod glebis abundat. {βωλώδης, ἀδροβωλος. GALL. *Plein de blottes ou motte de terre.* ITAL. *Che abonda di zolle.* GERM. Schollechtig. HISP. *Cosa llena de terrones.* ANGL. *Full of clodes.*} Plin. *lib.* 35. *cap.* 15. de sulphure loquens, Genera quatuor, viuum, quod Græci ἄπυρον vocant, nascitur solidum, hoc est, glebosum.

[Glebulentus, glebarum plenus.

Glendelacum, *Glendalagh*, V.E. Hiberniæ, sub A. Dubliniensi.]

Glēssārĭă, Insula in Oceano Germanico, quæ (Solino teste) succinum gignit, *Sudau* vulgò appellata, haud longè à Prussia.

Glessum, idem quod succinum, vel electrum, quo Glessaria insula abundat. {ἤλεκτρον. GALL. *Ambre.* ITAL. *Ambro.* GERM. Agstein. HISP. *Ambar.* ANGL. *Amber.*} Plin. *lib.* 37. *cap.* 3. Certum est gigni in insulis Septentrionalis Oceani, & à Germanis appellari glessum: itaque & à nostris vnam insularum ob id Glessariam appellatam, Germanico Cæsare ibi classibus rem gerente, Austraneam à Barbaris dictam. Nascitur autem defluente medulla pinei generis arboribus, vt gummi in cerasis, resina pineis. Erumpit humoris abundantia, densatur rigore, vel tempore Autumnali. Hæc Plin. Compertiora tamen hac de re tradidimus suprà in dictione *Electrum*.

Gletes, γλῆτες, gens Iberica post Cynetas. Steph.

Gleucĭnum, γλεύκινον. Olei factitij genus, mustum & aromata admista habens. Rationem conficiendi vide apud Colum. *lib.* 12. *cap.* 51. Dictum gleucinum à musto, quod à Græcis γλεῦκος appellatur. Plin. *lib.* 15. *cap.* 7. Gleucino mustum incoquitur vapore lento.

Glīnon, Aceris genus, quod aliter crassiuenium dicunt, campestre, candidum, nec crispum. Plin. *lib.* 16. *cap.* 10.

[GLIS diuersa significatio. Vet. Dict.

Glis animal, glis terra tenax, glis lappa vocatur.
Ris animal, lis terra tenax, sis lappa vocatur.
Hic animal, hæc terra tenax, hæc lappa vocatur.]

Glīs, gliris, masculini generis, à glisco, Animal muri simile, maiori tamen corpore, nutritur in arboribus, & bonam anni partem somno consumere dicitur. {ἐλειὸς. GALL. *Vn loir, vn loiret, vn rat velu.* ITAL. *Ghiro.* GERM. Ein rag / andere nennens ein rellmaus. HISP. *Liron animal noto.* ANGL. *A dormous.*} Vide Plin. *lib.* 8. *cap.* 57.

Somniculosos ille porrigit glires.

Idem *lib.* 13.

Tota mihi dormitur hyems, & pinguior illo
Tempore sum quo me nil, nisi somnus, alit.

[Glis, glitis, humus tenax. Gloss. Isid.

Glis, glissis, lappa. Glissosus, a, um, lapposus, lappa, seu glissa plenus. Sic Vet. Dict. vox tamen Latinis scriptoribus incognita, & barbara.

Glis glidis, musa panis & vini. Sic Vet. Dict.]

Glīrārĭum, pro loco in quo nutriuntur glires. {ἐλειοτροφεῖον. GALL. *Le lieu où on nourrit les loirs ou loirets.* ITAL. *Luogo da nutrirui i ghiri.* GERM. Ein orth da dise thier sind. HISP. *El lugar donde se crian los lirones.* ANGL. *A place where dormyse be nourished.*} Varro 3. *de re rustic. cap.* 15. Glirarium dissimili ratione habetur, quòd non aqua, sed maceria locus sepitur.

[Glitius, somnolentus. Gloss. Isid. à glitis ingenio.]

Glīsco, scis, à γλίχομαι. Cresco, augeor, inualesco. {גדל *gadhál* חזק *chazák* בצם *batsám* רבב *rabáb* רב *rab.* αὔξάνω, ἐπιδίδωμι. GALL. *Croistre.* ITAL. *Crescere, augmentare.* GERM. Wachsen/zunemmen. HISP. *Crescer.* ANGL. *To growe, to increase more.*} Liu. *lib.* 6. *ab Vrbe*, Gliscente in dies seditione, Gell. *lib.* 20. *cap.* 7. Eadem autem ipsa quæ crescente luna gliscunt, deficiente contrà luna deficiunt. Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 5. Pulchrè hoc gliscit prælium. Idem *Capt. sc.* 4. *a.* 3. Gliscit rabies, caue tibi. ¶ Gliscere etiam terra dicitur, quum pinguescit. λιπαίνω, ὀργάω. Col. *lib.* 2. Prius tamen, quàm exilem terram iteremus, stercorare conueniet: nam eo quasi pabulo gliscit. Idem *lib.* 8. *de Asino loquens*, Paleis quæ penè omnibus regionibus abundant, etiam gliscit. ¶ Item ardeo, vehementer cupio. {אוה *uvváh* חשק *chaschák.* ἐπιθυμέω. GALL. *Desirer ardemment.* ITAL. *Desiderare.* GERM. Häfftig begären. HISP. *Codiciar.* ANGL. *To desire greatly.*} Papinius *lib.* 3.

Et consanguineo gliscis regnare superbo
Exule.

¶ Huius compositum est Perglisco. Colum. *lib.* 8. Quæ prima luna saginari cœpit, vigesima perglíscit, hoc est, crescendi vel pinguescendi finem accipit.

Glisces, testiculi porcorum. Næuius, præcisum omasum, pernam, callum, glisces, glandia.

Glissas, γλισσὰς, vrbs Bœotiæ, à Glisone, aut Glisante quodam dicta. Steph.

[Glitus, vide *Glutus*.]

Glŏbŭs, i, à γλόβω, Est corpus solidum, vndequaque rotundum. {כדור *chiddûr.* σφαῖρα. GALL. *Vn globe, chose ronde comme vn globe.* ITAL. *Globo, sfera, cosa rotunda, balla.* GERM. Ein kugel/ein runder klotz. HISP. *Globo pelota, ò goma, ò ouillo de hilado.* ANGL. *A boule.*} Virg. 6. *Æneid.*

Principiò cælum, ac terras, campósque liquentes,
Lucentémque globum lunæ.

Ouid. *lib. Fast.*

Tunc ego qui fueram globus, & sine imagine moles.

Cicero 2. *de nat. deor.* Quúmque duæ formæ præstantissimæ sint, ex solidis, globus (sic enim sphæram interpretari placet) ex plantis, circulis, &c. Idem 1. *Tuscul.* Globus terræ eminens è mari. Globum definiunt geometræ esse corpus solidum, vnica superficie contentum, in medio habens centrum, à quo omnes lineæ ad superficiem ductæ sunt, æquales. ¶ Ponitur quandoque pro multitudine hominum in vnum collecta, & quasi conglobata. Salust. Alij fiducia gnaritatis locorum in occultam fugam sparsi, alij globis eruptionem tentauerunt. Idem *in Iugurth.* 119. ex illo globo nobilitatis. Liu. 8. *ab Vrbe*, Extrema concio, & circa Fabium globus, increpabant inclementem Dictatorem. ¶ Globus & Orbis in acie verba militaria. Velleius, Globus coniurationis (id est, coniuratorum manus.)

Glŏbŭlŭs, diminutiuum, Paruus globus. {σφαιρίδιον. GALL. *Petit globe, boulette, petite boule.* ITAL. *Picciola balla.* GERM. Ein kugelein / runde klötzlein. HISP. *Pequeña pelota.* ANGL. *A litle boule.*} Plin. *lib.* 33. *cap.* 5. Quum tinxère pictores orobitin vocant: eiúsque duo genera faciunt, luteam quæ seruatur in lomentum: & liquidam globulis sudore resolutis. Accipitur pro genere edulij in globi modum conuoluti. Cato *de re rust. cap.* 79. Globulos sic facito, caseum cum alica ad eundem modum misceto.

Glŏbōsĭtās, σφαιρικότης. Macrob. *comm. lib.* 1. *cap.* 15. Globositas terræ habitationes omnium æquales sibi esse non patitur.

Glŏbōsŭs, a, um, rotundus, spissatus. {σφαιρικὸς. GALL. *Rond comme vne boule.* ITAL. *Rotundo come balla.* GERM. Rond / kugelechtig. HISP. *Cosa redunda, pelota.* ANGL. *Round lik à boule.*} Cic. *de vniuers.* Et globosus est fabricatus, quod σφαιροειδὴς Græci vocant, cuius omnis extremitas paribus à medio radiis attingitur.

Glŏbo, as, are, aliquid rotundum facio, & in formam globi redigo, conglobo. {σφαιρόω. GALL. *Faire rond comme vne boule, arrondir.* ITAL. *Ritondare, far rondo.* GERM. Rund oder kugelechtig machen. HISP. *Redonear ò redondear.* ANGL. *To mak rond lik à boule.*} Plin. *lib.* 2. *cap.* 2. Formam eius in speciem orbis absoluti globatam esse, nomen in primis, & consensus in eo mortalium orbem appellantium. *Ibid. cap.* 65. Namque dependentes vbique guttæ paruis globantur orbibus. Globari in rotunditatem. *Ibid. lib.* 18. *cap.* 13.

Glŏcĭdo, as, {κακκάζω, κρωζω. GALL. *Glosser ou closser comme vne poule qui couue.* ITAL. *Chioccciare, far verso di galline che couano.* GERM. Glaggsen oder klucken wie ein henn. HISP. *Cloquear, la gallina clueca.* ANGL.

ANGL. *To clok lik an henne sitting a brode.* } Proprium est vocis gallinarum, quum oua incubitura sunt, quod fit crebris singultibus interiecta voce acuta. Festus.

Glōcĭo, is, à sono galinæ, glocido. Colum. *lib.* 8. *cap.* 5. Obseruare debet custos, dum edant oua, vt ea quæ nata sunt, colligantur, notentúrque quo quæque die sint edita, & quàm recentissima supponantur glocientibus.

‖Gloditatus, *adv.* Gloss.‖

GLŎMŬS, i. & glomus, eris. à globus. Est filum, vel aliquid simile in globi figuram conuolutum. { גלום *gōlem.* ἀγαθίς. GALL. *Vn ploton de fil.* ITAL. *Gomitolo, ghiemo, gemo, gemitello.* GERM. Ein tyrwele faden. HISP. *Ouillo, ò pelota, ò menton.* ANGL. *A clew or botome of threed.* } Plin. *lib.* 36. *cap.* 13. Inde basi quadrata intus labyrinthum inextricabilem: quo si quis improperet, sine glomere lini exitum inuenire nequeat. ¶ Bonorum glomi, ἀγαθῶν ἀγαθίδες, de opibus extructis & affatim accumulatis.

Glŏmĕro, as, Implico, & in globi speciem formo, siue filum in globi figuram conuoluo. { גלם *ghalám.* συστρογγυλόω. GALL. *Amasser en ploton, amonceler en rond, assembler rondement.* ITAL. *Inuiluppare, auiluppare.* GERM. In ein tyrwele faden auffwinden. HISP. *Embolner en redondo, ò deuanar.* ANGL. *To winde treed in bottomes.* } Ouid. 6. *Metamorph.*

—lanam glomerabat in orbes.

¶ Per translationem pro cogere, congregare, accumulare. Virgil. 9. *Æneid.*

Et fœdam glomerant tempestatem imbribus atris
Collecta ex alto nubes.

Varr. 3. *de re rustic. cap.* 5. Cibatui offas positas, ex maximæ glomerantur ex ficis & farre mixto. Glomerare clades. Cic. 2. *Tusc.* Virg. *lib.* 4. *Georgic.*

—magnum mixta glomerantur in orbem.

Compositum est Agglomero, vide suo loco.

Glomerarius, Senec. *controuers. lib.* 1. *in vlt.* quod pater (militis) efficaciter dicat, detrahere illum operibus suis, glomerarium, sanguinarium.

Glomeratio, nis. { σφαίρωσις, συνέλιξις. GALL. *Amas en rond, amoncelement en rond.* ITAL. *Il dipanare, suolgere, ingemare il filo.* GERM. Auffwindung an ein tyrwele faden. HISP. *Aquel embolner.* ANGL. *A making round or winding threed.* } Plin. *lib.* 8. *cap.* 43. Quibus non vulgaris in cursu gradus, sed mollis alterno crurum explicatu glomeratio.

Glŏmĕrāmen, inis, monticulus glomi formam referens. { σφαίρωμα, σφαίρωμα. GALL. *Monceau rond.* ITAL. *Mucchio.* GERM. Ein auffgehäuffelt oder auffgewunden ding als ein tyrwele faden. HISP. *Embolumiento en redondo.* ANGL. *A round bottome, a pille.* } Lucr. *lib.* 2.

Dissimiles igitur formæ glomeramen in vnum
Conueniunt.

Glomeramina arietum dicit Samonicus *cap. de ægris somno concil.* de globulis stercoris ex villis dependentibus.

GLŌRĬA, æ, antiquè Glosia, à γλῶσσα. Est frequens de aliquo fama cum laude. { כבוד *cabódh.* κλέος, δόξα. GALL. *Gloire & los qu'on acquiert par bien faire.* GERM. Lob, ehr, rhum. ITAL. & HISP. *Gloria.* ANGL. *Gloire, praise gotten by well doing.* } Quintilianus, Consentiens laus bonorum gloria appellatur. Cic. 1. *Offic.* Vix inuenitur qui laboribus susceptis periculisque aditis, non quasi mercedem rerum gestarum desideret gloriam. Idem *pro Plancio*, Is gloria maximè excellit, qui virtute plurimum præstat. Idem *in Philipp.* Ea autem est gloria & laus rectè factorum, & magnorum in Rempublicam meritorum. Plaut. *Milit. sc.* 1. *a.* 1. Gloriarum pleniorem si quis viderit. Idem *Amphitr.* Suis factis Immortali te afficiet gloria. Idem *Capt. sc.* 5. *a.* 3. facito vt Acherontis ducas gloriam. Senec. *cap.* 3. *de consol. ad Mart.* Ne gloriam peruersissimam concupieris, Infelicissimam videri. Gellius *cap.* 2. *lib.* 1. Glorias inanes flare. Idem *cap.* 27. *lib.* 2. Gloriarum quæstu & compendio. Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 4.

Ardua per præceps gloria vadit iter.

Idem 13. *Metam.*

——Quæritur istis
Quàm mihi maior honos coniunctaque gloria nostra est. (armorum & Aiacis.)

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Quod si non prodest & honesti gloria nulla
Redditur.

Tibull. *lib.* 4.

—Seu tardi peteris sim gloria Tauri.

¶ Inter gloriam, & claritatem hoc interest, vt inquit Senec. *lib* 3. *Epist.* quòd gloria multorum iudiciis constat, claritatis bonorum. ¶ Gloria futuri, οὐ δέ τι κλέος ἰσοτίμου. Refertur in Plutarchi Collectaneis. Admonet famam laudemque rectè factorum contingere, potissimum apud posteros. ‖ Damasus pp. in fine cuiusque Psalmi GLORIA PATRI cantari primus inuenit & constituit. Chron. Reichersp *anno* 368.‖

Glōrĭŏlă, æ, diminutiuum. { δοξάριον. GALL. *Gloirette, petite & legere gloire.* ITAL. *Picciola gloria.* GERM. Ein kleiner rhum. HISP. *Pequeña gloria.* ANGL. *Small glorie.* } Cic. *Luccio*, Illa nos cupiditas incendit, quòd alacres animo sumus, vt cæteri, viuentibus nobis, ex libris tuis non cognoscant, & nosmetipsi viui gloriola nostra perfruamur. Idem *ad Cæsarem lib.* 7. Hisce eum ornes gloriolæ insignibus.

‖Glorifico, δοξάζω, est alias gloriosum facio ex inglorio, vel minus glorioso: alias autem eum, qui in se excelsus est & causam gloriæ habet, gloriosum agnosco, confiteor, celebro, talem in corde & ore porto.‖

Glōrĭōsus, a, um, Gloria dignus, præclarus, cui laus & gloria tribuitur. { נכבד *nichbadh.* ἔνδοξος. GALL. *Glorieux, digne de grande louange, plein de gloire.* ITAL. *Glorioso, pieno di gloria, degno di laude, famoso.* GERM. Ehrlich, berhümbt, lobreich. HISP. *Famoso, glorioso.* ANGL. *worthie of glorie or praise.* } vt, Gloriosus homo, gloriosum triumphum. Plaut. *in Epid.* Magnus miles Rhodius, raptor hostium gloriosus. Cic. 2. *de diuin.* Magnificum etiam illud, Romanísque hominibus gloriosum. Idem 1. *de finib.* Illustria & gloriosa facta & Ingloriis: de quo suo loco.

Gloriosus animus, (id est, gloriæ cupidus.) Suet. *in Claud. c.* 1. Non minus gloriosi, quàm ciuilis animi. ¶ In malam partem reperitur pro vano & superbo. Plaut. *Capt. Prolog.* Meretrix mala, miles gloriosus. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 4. Mendacem & gloriosum apud Cloacinæ sacrum (supperias.) Idem *Mil. sc.* 1. *a.* 2. Ἀλαζών. Id nos Latinè gloriosum dicimus. *Ibid.* Herus meus gloriosus, impudens. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 3. Multiloquum & gloriosum coquum. Ei quoque opponitur Inuidiosus apud Cicer. 1. *Philipp.* Charum esse ciuibus, bene de Republ. mereri, laudari, coli, diligi gloriosum est: metui verò & in odio esse, inuidiosum, detestabile, imbecillum, caducum. ¶ Hieronymus *in Prologo Sophonia Propheta*, gloriosum pro nobili posuit, cum dicit, gloriosa maiorum suorum stirpe generatus est. ¶ Interdum significat Ostentatorem, & qui nimium se prædicat. { κομπαστής, κενόδοξος, ἀλαζών. GALL. *Glorieux & outrecuidé.* ITAL. *Vantatore.* GERM. Ehrgeitzig, rhumbdetig, prächtig. HISP. *Glorioso en mala parte.* ANGL. *A gloriouse personne, a cracker.* } Vnde Miles gloriosus inscribitur Plauti Comœdia. Idem *in Trucul.* Vos nequam & gloriosæ, malæque, &c. Plin. *in Epist.* Miserat etiam epistolas Romam ad amiculam quandam iactantes, & gloriosas.

Glōrĭōsē, aduerbium, Cum gloria & laude. { ἐνδόξως, ἀλαζονικῶς. GALL. *Glorieusement, auec gloire.* GERM. Ehrlich, mit lob vnd ehr. ITAL. & HISP. *Gloriosamente.* ANGL. *Gloriously, boastingly.* } Plin. *de viris illustribus*, Ipse quadragies quater accusatus, gloriosè absolutus. Cic. *ad Cælium*, In quam satis gloriosè triumpharent. ¶ Accipitur & in malam partem. Cicer. 2. *de finib.* Quid ergo attinet gloriosè loqui, nisi constanter loquare?

Glōrĭor, aris, Iacto, me effero & prædico. { התהלל *hithallél.* גאה *ghaáh.* μεγαλαυχεῖν, καυχᾶσθαι. GALL. *Se glorifier se vanter.* ITAL. *Gloriarsi.* GERM. Sich rhümen. HISP. *Gloriarse o jactarse por algun hecho.* ANGL. *To boast, to cracke.* } De re aliqua gloriari. Cic. 5. *de fin.* Quis aut de misera vita possit gloriari, aut non de beata? Idem *de senect.* Vt de me aliquid more senum glorier in re aliqua. Cic. *in Officijs*, Nobis quoque licet in hoc quodammodo gloriari. Gloriari absolutè. Idem 5. *Verr.* Vt tu in multis epistolis tuis ad amicos gloriaris. Cæs. 8. *bell. Gall.* Propterea quòd insolenter aduersarij sui gloriarentur. Item, Gloriari alicui. Suet. *in Calig. cap.* 38. Accusandi caluí adiunxit Cic. *de senect.* Equidem posse vellem idem gloriari quod Cyrus. Salust. *in Cic.* Quasi verò togatus, & non armatus, ea quæ gloriaris, confeceris.

Glōrĭandŭs, idem est, quod gloria & prædicatione dignus. { נכבד *nichbadh.* καυχητός, ἀγαυχητός. GALL. *Digne de gloire.* ITAL. *Degno di gloria.* GERM. Das zu rhümen ist, das lobens vnd preisens werdt ist. HISP. *Digno de gloria.* ANGL. *worthie of glorie.* } Cic. 5. *Tusc.* Beata vita glorianda, & prædicanda, & præ se ferenda est. *Ibid.* Prædicabile, aut gloriandum, nec in misera vita quicquam est.

Glōrĭātĭo, verbale, Gloriosa prædicatio. { גאון *ghaón.* גאוה *ghaaváh.* גאות *gheúth.* καύχησις. GALL. *Vanterie, glorifiement.* ITAL. *Gloriatione.* GERM. Rhümung, lobpreisung. HISP. *Aquella obra de glorificar, glorificamento.* ANGL. *A boasting, a cracking.* } Cicer. *de finib.* Virtus est digna gloriatione. Et *lib.* 4. Illud verò minimè consectarium, sed in primis hebes: illorum scilicet nominum gloriatione dignam esse beatam vitam.

Glōrĭātŏr, is, dicitur qui inaniter se effert ipse & iactat. { ANGL. *A boaster, or cracker.* } Differt autem à glorioso, quòd Gloriator absque causa semper gloriatur: Gloriosus autem pluribus de causis esse cogitur. Corn. Fronto *de differ. vocab.* quæ tamen differentia nescio an recipi possit. Nam cùm gloriosus in malam accipiatur partem, necesse est gloriandi causam non subesse.

Glōrĭābundŭs, i, qui abundè gloriatur. { מתהלל *mithallél.* καυχηματίας. GALL. *Qui se glorifie, glorieux.* ITAL. *Chi si gloria, vantatore.* GERM. Ein rhumsüchtig, stoltz. HISP. *Cosa que mucho se glorifica.* ANGL. *That cracketh greatly.* } Gell. *lib.* 5. *cap.* 5. Contemplatione tanti, & tam ornati exercitus, gloriabundus, Annibalem aspicit.

Glōs, gloris, à γάλως, per contractionem. { יבמה *jebámah.* γάλως. GALL. *La sœur de mon mari, ma belle sœur, ou la femme de mon frere.* ITAL. *Sorella di mio marito, e moglie di mio fratello.* GERM. Ein geschweyhe: des mans schwester. HISP. *La cuñada muger del hermano.* ANGL. *The husbandes sister, or brothers wyfe.* } Appellatur soror, atque item fratris vxor. Nonius.

‖Glocestria, *Glocester*, vrbs Angliæ, in prouincia Cantuariensi.‖

GLŌSSĂ, æ. { לשון *laschón.* γλῶσσα. GALL. *Langue.* ITAL. *Lingua.* GERM. Ein zung. HISP. *Lengua.* ANGL. *A tounge.* } Per duplex ss, lingua dicitur. Vnde Glossæ à quibusdam pro interpretationibus ponuntur, quod vice linguæ, hoc est, vice doctoris funguntur. { פשר *pésher.* GALL. *Gloses.* ITAL. *Chiose.* GERM. Ein außlegung, erklärung. HISP. *Glosas ò interpretacion de lo escuro.* } Quint. *lib.* 1. *c.* 1. Protinus enim potest interpretationem linguæ secretioris (quas Græci glossas vocant) dum aliud agitur, ediscere. Quem locum Quintiliani sic vulgò interpretantur, vt glossæ dicantur interpretationes linguæ secretioris. Quod certe neque verum est, neque Fabij sententiæ conueniens: vt latius docebimus in dictione *Glossema.* Hic illud sufficerit, glossas & glossemata esse voces obscuriores, & minus vsitatas quæ interpretatione indigent. Neque in Quintiliani exemplo relatiuum referendum est ad interpretationem, sed ad vocem linguæ secretioris.

‖Glossarium est Dictionarium, in quo γλῶσσαι exponuntur. Sic Lexica vocabant, qui imprimis barbaris temporibus scribebant: ab obiecto.‖

Glōssārĭă, γλωσσοκομεῖα, Feretra mortuorum conditoria. Gell. *lib.* 18. *c.* 7. Vos philosophi mera estis (vt M. Cato ait) mortuaria glossaria.

Glōssēmătă, γλωσσήματα. Dicuntur voces occultiores, abstrusiores, & minùs vsitatæ, quæ scilicet interpretatione egent, quales sunt voces aliquot in tragœdiis, heroicis versibus, & similis generis grauioris poematis. Quintil. *lib.* 1. *cap.* 14. Circa glossemata etiam, id est, voces minus vsitatas, non vltima eius professionis diligentia est. His verbis Fabius innuit glossemata voces esse quæ expositione indigent, non vt vulgò accipitur ipsas expositiones. Sic Varro *lib.* 6. *de L. L.* exponens versum Ennij,

Cassiam Camillis expectata aduenis, &c.

Camillam, qui glossemata interpretati sunt, dixerunt administram: hoc est, qui voces priscas, & minus vsitatas sunt interpretati. Eiusdem etiam significationis est glossa, quod facilè deprehendet, qui locum Quintiliani.

Quintiliani, quem suprà in dictione *Glossa*, ex *lib.1.cap.8.* citauimus, diligentiùs cum hoc velit conferre. Ibi enim Linguam secretiorem appellat, quas hic voces minùs vsitatas.

[Glossocomum, γλωσσόκομον, arcula ad lingulas tibiarum reponendas. à γλῶσσα & κομέω curo. Est & marsupium linguæ speciem habens.]

Glōssŏgrăphi. {γλωσσογράφοι. GALL. *Glossateurs.* ITAL. *Glosatori.* GERM. Erklärer der duncklen wörter/ die so die glossen vber die bücher schreiben. HISP. *Los que glosan los libros, glosadores.* ANGL. *writers of commentaries, expouners of harde wordes.*} Dicuntur qui glossas, hoc est, obscuriores & minùs vsitatas voces interpretantur.

Glōssŏpĕtră, γλωσσόπετρα. Gemmæ species, linguæ humanæ similis. Magi eam credunt non nasci in terra, sed deficiente luna de cælo decidere. Plin. *lib.37. cap.10.*

[Glossalgia, γλωσσαλγία, linguæ dolor.]

Glōtŏrārĕ, κλάζειν. Voce ciconiæ clangere. Author philomelæ Carminis,

Gloterat immenso de turre ciconia rostro.

Plinius dicit Ciconias inter se commurmurare. Solinus, Ciconias ferunt non habere verum sonum quo crepitant, oris potius quàm vocis esse.

Glōttis, idis, γλωττίς, Lingula asperam arteriam operiens, quæ & epiglottis dicitur. Hinc Plin. *lib.10.c.23.* auem, quæ rex coturnicum appellatur, glottida vocauit, quòd prælongam linguam habeat. {GALL. *Vn oiseau qui tire la langue quand il a soif, qu'on dit le Roy des cailles.* ITAL. & HISP. *Biter.* GERM. Der wachtelen könig/ist ein vogel. ANGL. *A birde which hangeth out the tongue when it is thirstie.*}

Glūbo, is, à γλύφω, γλάφω. Pellem, vel corticem detraho, deglubo, excortico. {פשט pissèt. λεπίζω. GALL. *Escorcer, oster l'escorce, peler, oster la peau.* ITAL. *Scorticare.* GERM. Die rinden abschelen/schinden/die haut abziehen. HISP. *Desollar, descortezar.* ANGL. *To drawe of the skinne or barke.*} Vnde & pecus glubi dicitur, quum pellis detrahitur: & arbores, quum cortice denudantur. Cato *de re rust.c.33.* Salictum suo tempore cædito, glubito, arctéque alligato, librum conseruato. Glubi pecus dicitur (vt Festus ait) cuius pellis detrahitur. ¶ Glubere ramos, distringere, valde stringere, inquit Nonius. Varro *de re rust.* Durities enim ea, non solùm stringit baccam, sed etiam ramos glubit, ac relinquit ad geliciidium retectos. ¶ Glubere, & deglubere etiam sunt vocabula obscœnissimæ libidinis. Catullus *ad Cælium 54. de Lesbia.*

Nunc in quadriuiis & angiportis

Glubit magnanimos Remi nepotes.

Ausonius,

Deglubit, fellat, molitur.

Glūmă, æ, à glubo. Folliculus grani frumentarij: à glubendo, quòd eo folliculo deglubatur granum, hoc est, decorticetur. {מוץ mòts. λέπυρον. GALL. *La petite paille ou peau dont est vestu vn grain d'orge ou autre grain.* ITAL. *Gubia doue sta chiuso il grano del frumento.* GERM. Ein kornhülsen. HISP. *El hollejo del grano ò cosa semejante.* ANGL. *Caffe or huske of wheat.*} Varro *lib.1. de re rust. cap.48.* de frumento loquens, Granum dictum est, quod est intimum, solidum: gluma qui est folliculus eius: arista, quæ vt acus tenuis, longa eminet è gluma. Proinde vt grani theca sit gluma: & apex, arista.

[Glus. Auson.

Tergora dic clypeis accommoda qua faciat? Glus.

Sosipater: Hæc glus gluris alij gluten dixerunt, aliter *glux* scribitur. Gallis *glu* est gluten: *gluer* glutinare. Et Græcis γλία est gluten.]

Glŭtĕn, inis, à γλία, & Glutinum, i, id vocant Latini quod Græci κόλλαν. {דבק debék. GALL. *Colle, glu.* ITAL. *Colla.* GERM. Leim. HISP. *El engrudo, cola.* ANGL. *Glue, paaste, soulder.*} Plin. *lib.11.cap.39.* Boum coriis glutinum excoquitur, taurorúmque, & id præcipuum. Idem *lib.26.c.8.* Laudatur Colophonium natione, Mysium, Prienense: specie autem nitidum, & quàm simillimum taurino glutini.

Glūtĭnōsus, a, um, Tenax, {κολλώδης, κολλητικός. GALL. *Gluant.* ITAL. *Incollato.* GERM. Leimechtig/klaberechtig. HISP. *Cosa pegajosa ò con engrudo.* ANGL. *Glewie, glewish.*} Plin. *lib.35 cap.16.* Prioris laus, vt recens sit & leuis, linguáque glutinosa. Colum. *in Præfat. lib.1.* In Asia Mysiáque densa etiam glutinosa terra maximè exuberat. Resina quàm glutinosissima. Cels. *lib.6. cap.7.*

Glūtĭno, as, Coniungo, ferrumino. {הדביק hidbik חבר chibbér. κολλάω, συγκολλάω. GALL. *Coler, gluer, conioindre.* ITAL. *Congiungnere, incollare.* GERM. Leimen/zusammen fügen. HISP. *Engrudar ò pegar con cola.* ANGL. *To glue, or soulder.*} Plin. *lib.35. cap.15.* Vis bituminis quæ sulphuris: sistit, discutit, attrahit, glutinat. Idem, Quo genere sistitur sanguis, & vulnus glutinatur. ¶ Huius composita sunt, Agglutino, Conglutino, Deglutino, Reglutino: quorum significata vide suis locis.

Glūtĭnāmentum, i, Compactio, coniunctio. {דבק debék מחברת machbéreth. κόλλημα, κόλλησις. GALL. *Collement, colure.* ITAL. *Incollamento, congiuntione.* GERM. Leimung. HISP. *Obra de engrudar ò pegar.* ANGL. *A glewing mater as paast.*} Plin. *lib.13. cap.12.* Deprehenditur & lentigo oculis, sed mediis inserta glutinamentis tenuia. Loquitur de chartis. κολλήματα.

Glutinatio, κόλλησις. Cels. *lib.7.cap.27.* Neque desperari debet solida glutinatio vulneris, nisi vbi, &c.

Glūtĭnātor, is. {מחבר mechabbér. κολλητής. GALL. *Colleur.* ITAL. *Incolatore.* GERM. Ein leimer. HISP. *Engrudador ò pegador.* ANGL. *A glewer.*} Cic. *Attic. lib.4.* Etiam velim mihi mittas de tuis librariolis duos, aliquos, quibus tyrannio vtatur glutinatoribus: ad hoc, cætera administris, ísque imperes, vt sumant membranulam, ex qua indices fiant.

Glūtio, is, iui, itum, ficta vox, vt annotat decus litteratorum Casaubonus. Deuoro. {לע lah בלע balàh. καταπίνω. GALL. *Engloutir, aualer gloutemment.* ITAL. *Deuorare, inghiottire.* GERM. Schlucken/ verschlingen. HISP. *Tragar.* ANGL. *To swallow.*} Iuuen. *Satyr.4.* Quales tunc epulas ipsum glutisse putamus Induperatorem?

Glūto, onis, gulosus, λαιμαργός. Ambrosius: Sic amat Diabolus filios suos vt perdat: sicut amat gluto porcellum vt comedat.

Glūtus, vel glittus, apud antiquos inuenitur pro coacto, vnito, & bene mollito, ita vt terra ad digitos lentescat habendo (vt dixit Virgil.) & quasi glutinosa fiet. Cato *cap.45.* Locus bipalio subactus siet, benéque glutus fiet. Eadem hæc verba repetit Plin. *lib.17. cap.18.* [¶ Est item guttur. Gloss. βρόγχος. lege βρόγχος.]

Glycere meretricis nomen. Plaut. *Milit. sc.5.a.2.* Qui igitur vocare? Ph. Glycere nomen est (sup. mihi.)

Glycymerides, γλυκυμερίδες, Piscis genus: quod à Macrobio enumeratur inter delicias in aditialis cœna Lentuli Flaminis apposita. Plin. *lib.32. cap.11.* Inter cancrorum genera enumerat chamæglycymeridas, maiores quàm pelorides. Quo nomine videtur significare, vel glycymeridas nondum adultas, vel genus aliquod iuxta glycymeride minus.

Glycōn, γλύκων, apud Hor. *lib.1. epist.* Nomen est gladiatoris robustissimi. Nec (inquit) quia desperes inuicti membra Glyconis, Nodosa corpus nolis prohibere podagra. ¶ Fuit & nomen medici Pansæ, qui mortuo domino ex vulnere, quod in prælio Mutinensi acceperat, in carcerem coniectus est, & à Torquato patricidij accusatus, tanquam vulneri venenum indidisset. Sueton. *in Augusto*, Pansæ quoque adeò suspecta mors fuit, vt Glycon medicus custoditus sit, quasi venenum vulneri indidisset. Cic. *ad Brutum*, Tib: Glycona medicum Pansæ, qui sororem nostri Achylleos in matrimonium habet, diligentissimè commendo.

Glycyside, γλυκυσίδη Dioscor. Herba quæ notiore nomine Pæonia vocatur. Plin. *lib.27. cap.10.* Glycyside, quam aliqui pæoniam, aut pentorobon vocant, &c.

Glycyrrhiza, æ, {γλυκύρριζα. GALL. *Regalisse.* ITAL. *Regolitia.* GERM. Süßwurtz/ süßholtz. HISP. *Regaliz,ia.* ANGL. *Liquerès.*} Frutex est exiguus, ramos habens duorum cubitorum, folia lentisco similia, florem accedentem ad hyacinthum: fructum pilularum platani magnitudine, sed asperiorem, cúmque inclusum siliquis, lentis modo rubescentibus: radices autem longas colore buxeo, sapore dulci: vnde & nomen accepit, quasi dulcis radix. Theophrast. *lib.9. plantarum*, Scythicam radicem appellauit. Officinæ hodie corrupto nomine vocant *Liquiritiam*. Maxima eius copia prouenit in agro Franconiensi.

G N

[Gnabat, natus, generatus, filius, creatus vel enixus, linguâ Gallica. Gloss. Isid. legendum videtur *Gnaba*. Germanis Knabe/ est puer, famulus.

Gnæus, & corporis insigne & prænomen à generando dicta esse, & ea ipsa ex Græca γενεά apparet.]

Gnaphalium, {γναφάλιον. ANGL. *Cudwoorde.*} Herba quam quidam chamæzelon nominant, cuius folia ita alba, ac mollia sunt, vt iis vtantur pro tomento. Plin. *lib.27. cap.10.*

Gnaphalon, γνάφαλον. Genus tomenti, ex lana illa scilicet breui, atque à concisa, quæ vestibus à fullone poliendo detrahitur. Vnde ea, quorum natura mollis, candida, & omnino lanea est, γναφαλώδη appellantur.

Gnaphalus, γνάφαλος. Arist. Auis est vocalis ac pulchri coloris, cui à gnaphalo tomenti genere nomen est.

Gnaphos, Frutex est spinosus & nascens in eo carduus, quo pannis recenter textis lana inducitur. Hæc Perottus. quæ tamen nullius eorum, qui de stirpium differentiis aliquid conscripserunt, testimonio confirmat.

[Gnarrat, narrat, διηγεῖται.]

Gnaruris, e, id est, gnarus. Plaut. *Mostell. sc.1.a.1.* Simul gnarureis (aliàs gnaruris) vos volo esse hanc rem mecum. Item, Arnobius aduersus gentes *lib.2.* & vet. Gloss & Plaut. *in prolog. Pæn.*

Gnārus, i, à γνώριμος, & Narus, Nauus, sciens, peritus. {ידע jodheah חכם chàcham. ἐπιστήμων. GALL. *Sauant & expert, bien entendant.* ITAL. *Dotto, instrutto, esperto, intendente.* GERM. Erfaren/ verständig. HISP. *Sabio, y esperimentado.* ANGL. *Expert, skilfull.*} Plin. *lib.9. cap.35.* Concha ipsa quum manum videt, comprimit, operítque opes, gnara propter illas se peti. Cicer. *in Orator.* Pericles gnarus quibus orationis modis animi moueantur. Idem *pro Sestio*, Gnarus & prudens impendentium malorum. Plaut. *in Asinar. sc.2. act.3.* Tortoresque acerrimos, gnarósque nostri tergi, Qui sæpe antè in nostras scapulas cicatrices indiderunt. Sueton. *in Calig. cap.46.* Nemine gnaro & opinante, quidnam cœpturus esset. ¶ Accipitur aliquando passiuè, pro cognito. Tacit. *lib.1.* Trudebantúrque in paludem gnaram vincentibus, iniquam nesciis. Idem *lib.12.* At nobis ea pars militiæ maximè gnara est. Idem *lib.15.* Idque nulli magis gnarum quàm Neroni. ¶ Veteres Narus dixerunt sine g, etiamsi in composito ignarus, prius n, vertebant in g. Cicer. *in Oratore*, Noti erant & naui, & nari: quibus cùm in præponi oporteret, dulcius visum est, ignoti & ignari dicere, quàm vt veritas postulabat.

Gnāritas, atis, Scientia, peritia, astutia. {דעת dahàth מדע maddàh, ἐμπειρία. GALL. *Sçauoir & experience.* ITAL. *Scienza, sapere, intelligenza, esperienza.* GERM. Wissenheit/erfahrung. HISP. *Experiencia, aquella sciencia experimentada.* ANGL. *Skilfullnesse.*} Salust. Namque alij fiducia gnaritatis locorum occulta fuga sparsi, alij globis eruptionem tentauere ※ Ignarus & Ignaritas.

Gnarè, aduerbium, Peritè, & quandoque apertè. {ἐμπείρως. GALL. *Dextement, apertement.* ITAL. *Dottamente, apertamente.* GERM. Wissentlich/gantz bereit. HISP. *Sabia, y claramente.* ANGL. *Skilfullie.*} Apul. Qui gnarè in nostris oculis contemplati sumus. Vide in dictione *Ignaro.*

Gnāritĕr, pro gnarè antiqui dixerunt: à quo Pregnatiter, de quo suo loco.

Gnăthŏs, {לחי lechi. γνάθος. GALL. *Ioue, bouche.* ITAL. *Guancia, gota, mascella.* GERM. Ein back oder wang. HISP. *Boca, mexilla de la cara.* ANGL. *The cheeke.*} Latinè gena, maxilláve dicitur, aut bucca. Inde apud Terentium, Gnatho parasitus. Vsurpatur etiam Gnatho pro homine impuro & nihili. Cic. *2. Philip.* Hodie non descendit Antonius. Cur? neminem nominabo. Putatote eum Phormioni alicui, eum Gnathoni, eum Ballioni. O fœditatem hominis flagitiosam! Hinc componitur Tetragnathius, τετραγνάθιος, genus araneorum, ita dictum à discursu linearum, quatuor maxillarum speciem referentium. Autor Plin. *lib.29. cap.4.*

Gnātus, i, Filius. {בן ben. υἱός. GALL. *Fils, enfant.* ITAL. *Figliuolo.* GERM. Ein sohn. HISP. *El hijo.* ANGL. *A sonne.*} cui eadem ratione præponitur g, qua & gnaro. Plaut. *Pseud. sc.2. a.1.* Duo gnati Iouis. (sup. Zetus

Zetus & Amphion.) Cicer. *pro Plancio*, Quanquam ad præcepta ætas non est gnari, ex poeta. Idem 1. *de diuin.* O gnata, &c. Dulces gnati, Lucr. *lib.* 4.

Gnatus participium, vide *Natus*.

Gnāvŭs, i, à γνάπτω, γνάπτειν, κνάπτειν, carmino. γναφεὺς, seu κναφεὺς, fullo. hinc mappe. Ex gnauus fit Nauus. quam vocem vulgò à naue deducunt. Celer, strenuus, { אביר *abir* גבור *ghibbór* שקדת *schokéth*. δραστήριος, φίλεργος. GALL. *Diligent, habile*. ITAL. *Presto, diligente*. GERM. Fertig/geflissen/hurtig. HISP. *Prompto, vigilante, presto*. ANGL. *Valiant, lustie, actiue and quicke*.} A nauium celeritate, vt quibusdam placet. Grammatici protesin figuram appellant, quando apponitur litera principio dictionis: vt, Gnatus, pro natus, gnotus, pro notus. Plautus *Mostell*. Simul autem gnauos esse ad hanc rem mecum vos omnes volo. Horat. 2. *Epist.* 6.

Gnauus manè forum, & vespertinus pete tectum.

Ouid. 1. *de Ponto, Eleg.* 11.

Nectar, & ambrosiam, latices, epulásque Deorum
Det mihi formosa gnaua iuuenta manu.

Gnāuĭtĕr, aduerbium, diligenter, accuratè, studiosè. {δραστικῶς, ἐνεργῶς. GALL. *Diligemment, habilement*. ITAL. & HISP. *Diligentemente, valerosamente*. GERM. Fleissiglich/freudiglich. ANGL. *Valiantlye, lustelye*.} Liu. 10. *ab Vrbe*, Ibi aliquandiu nec cessatum ab armis, nec gnauiter pugnatum. Plaut. *Cistell.* Vt me, quem ego amarem gnauiter, fineret cum eo viuere.

Gnēsĭōn, γνήσιον. Aquilæ genus, à Latinis synceram interpretatur, velut verum solúmque incorruptæ originis: media magnitudine, colore subrutilo, rarò visum. Plin. *lib.* 10. *cap.* 3.

[Gnesna, V. A. caput regni Poloniæ, sedésque regia, in cuius Basilica Cathedrali quiescit corpus S. Adalbati Episcopi Pragensis.]

Gneus, corporis insigne, & prænomen à generando dictum: vt ex Græco γένος apparet. Festus.

Gnide, siue potiùs Cnide, κνίδη. Piscis genus, quod Latini Vrticam appellant. Nomen accepit ἀπὸ τοῦ κνίζειν, hoc est, à mordendo.

Gnĭdŭs, γνίδος, vulgò *Cabo crio*. Vrbs insignis in extremo cornu peninsulæ Cariæ adhærentis sita, Veneris templo & signo Praxitelis in primis nobilis. Horat. *in Carm. Ode* 30.

O Venus regina Gnidi, Paphique.

E Gnido viri memorabiles fuerunt, Eudoxus mathematicus Platonis sodalis, Agatharcides Peripateticus, historiæ conditor. Theopompus, Iulio Cæsari familiaris, Artemidorus eius filius, & his Antiquior Ctesias, qui Xerxem meditatus est, & res Syriacas Persicásque conscripsit.

Gnĭdĭus, a, um, vt Gnidia Venus. Cic. *de Diuin.*

Gnōmă, inquit Festus, Genus est machinæ, qua regiones agrorum dignoscuntur: quod Græci dicunt γνώμονα. { ANGL. *An instrument to rule or measure land*.} ¶ Gnomæ item, משלים *meschalim*. γνῶμαι, dicuntur memorabiles sententiæ omnium iudicio, & assensu comprobatæ. Vide Quint. *lib.* 8. *cap.* 5.

Gnōmōn, is, { γνώμων. ANGL. *That which sheweth the houres in a diall*.} Est stylus in medio horologij solaris, vmbra sua horas indicans, quem Plin. Vmbilicum Solis vocat. ita enim ait *lib.* 2. *cap.* 71. Solis itaque vmbilici, quem gnomonem appellant: vmbra in Ægypto, meridiano tempore, æquinoctij die paulò plus, quàm dimidiam gnomonis mensuram efficit: in vrbe Roma, nona pars gnomonis deest vmbræ. In oppido Ancona superest, quinta trigesima, &c. Gnomon & regula, ὁ γνώμων ἢ κανών, prouerbio vocatur quod in re quapiam est præcipuum, & ad quod vnum reliqua omnia tanquam ad regulam referuntur. ¶ Gnomones, γνώμονες, etiam dicuntur dentes iumentorum, quibus ætas illorum dignoscitur. { ANGL. *The teethe whereby the age of beastes is knowen*.} vnde agnomones, ἀγνώμονες dicuntur, quorum ætas dentibus perspici non potest.

Gnosco, pro nosco. Diomedes *Grammatices lib.* 1. Gnoscit ait Cæcilius: quoniam & præpositione, agnosco & cognosco dicimus. Item eodem modo noui: nam *gnoui* veteres formabant.

Gnōsĭdĭcŭs, γνωσίδικος. Clarissimus Asclepiadarum Nebri filius, pater Hippocratis, Ænei & Podalirij: auus autem Heraclitæ, qui pater fuit Hippocratis medicorum omnium doctissimi. Autor Steph. *in dictione* Cos.

Gnōsŏs, κνωσσὸς, vulgò *Candia*. Vrbs Cretæ fuit Minois regia, quæ alio nomine Cerathus, vt scribit Strabo, appellata fuit à fluuio eius nominis.

Gnōsĭŭs, a, um, quod est ex Gnosso vrbe: vt Gnossius ciuis, Gnossia littora, Gnossia regna. Ouid. *in Epist. Parid.*

Non habuit tempus, quo Gnossia regna videret, Aptius.

¶ Pro eodem etiam dicitur Gnossiacus, a, um: vt, Corona Gnossiaca, apud Stat. *lib.* 1. *Syl.*

Gnōsŭs, a, um, idem quod Gnossius. Lucan. *lib.* 5.

Creta vetus populis, Gnosiisque agitare pharetras Docta.

Gnōsis, idis, Patronymicum fœmininum. Ouid. *Epist.* 21.

Et Phœbus Daphnen, & Gnossida Bacchus amauit.

Gnōstĭcī, γνωστικοί. Hæretici quidam erant, de quibus frequens est mentio in Epistolis D. Hieronymi.

GO

Goarēnē, es, γοαρηνή. Regio Arabiæ non procul à Damasco, quæ & Gorea, & γόρεα dicitur. Autor Steph.

Gobæum, γόβαιον, Promontorium Galliæ Lugdunensis, apud Ptolem. *lib.* 2. *cap.* 8. In plerisque exemplaribus Gabeum legitur, non Gobæum.

Gōbĭus, ij, vel gobio, { κωβιός. GALL. *Vn poisson nommé goujon*. ITAL. *Gobio pesce, grato*. GERM. Ein gob / ist ein meerfisch. HISP. *Gobi pescado*. ANGL. *A gugion*.} Piscis exiguus qui & gobio dicitur. Iuuen. *Satyr.* 11.

Nec mullum cupias, quum sit tibi gobio tantum
In loculis.

Martial *lib.* 13.

Principium cœnæ gobius esse solet.

Gōbryās, γωβρύας. Nobilis Persarum Satrapes fuit, vnus ex iis qui cum Dario coniurarunt aduersùs Magos. Nam erat Darij socer, antequam regnum Darius ipse adipisceretur, vt ostendit Herodotus *initio lib.* 7.

Gŏētĭă, { כשוף *chaschúph*. γοητεία.} Incantatio, impostura, præstigiatura. Quomodo autem differat à pharmacia, vide apud Cæl. Rhodig. *lib.* 5. *cap.* 62.

Gog, גוג *ghogh*, & Magog, מגוג *maghógh*. Voces sunt in sacris literis aliquoties repetitæ, quibus sunt qui putent gentes Scythicas significari. Hieronymus tamen *in Ezechielem* mauult allegoricum sensum subesse, nullósque iis nominibus populos significari.

Golgi, orum, γολγοὶ Stephano. Locus est in Cypro insula Veneri & Cupidini sacer. Catullus *in nupt. Pelei.*

Sancte pater, curis hominum qui gaudia misces,
Quique regis Golgos, quique Idalium frondosum.

Quo in loco in omnibus ferè exemplaribus hactenus corruptè lectum est *Colchos*: Aldi vetus editio tamen *Golgos* habet.

[Golgotha, γολγοθᾶ. Caluariæ locus, vbi Christus crucifixus est.

Golora, testudo. Gloss. A L.]

Gomolitæ, γομολῖται, populi Idumææ Gomphi. Vide Philippi, & Gomorrhum, vtroque modo oppida. Solin.

Gomorrhă, æ, vel Gomorrhum, rhi. (vtroque enim modo dicitur.) עמרה *hamorah*. oppidum Iudææ, ab Asphaltite lacu haustum, quemadmodum & Sodoma, & alia nonnulla. Vide Solinum.

Gomphi, γόμφοι, vrbs Thessaliæ. Steph.

[Gomphosis, γόμφωσις, coagmentatio. apud medicos est, cùm os ossi infigitur, ad instar claui.

Gondræ, γόνδραι. Populi Thraciæ apud Herod. Cindra & Rhonda legitur. Steph.

Gonei, γονεῖς, vrbs Thraciæ, cuius incolas aliqui vocant Adrianopolitas. Steph.

Gōnni, γόννοι, vel γόννος, & γόνοι, vrbs Perrhæbiæ à Cuneo quodam Cyphi nepote dicta, Regia Gunnia. Steph. vide *Gonusa*.

Gōnnŭs, vrbs est in superiori parte Thessaliæ, vnde ad Thessaliam introitus comperitur.

Gŏnŏrrhœă, { זוב ... לילה מקרה *mikkeréh lájelah*. γονόῤῥοια.} Vitium est membrorum genitalium, quum præter voluntatem sperma collaboranti effluit: quod genus vitij prouenire solet ex retentricis facultatis imbecillitate. Qui verò hoc vitij patiuntur, Gonorrhœi, γονοῤῥοϊκοί, appellantur, γονὴ namque semen significat, ῥέω fluo. Vide Galenum *de locis affectis lib.* 6.

Gonos, γόνος, Thraciæ oppidum est, non procul à Philippis & Ergino flumo, Autor Plin. *lib.* 4. *cap.* 11.

Gonusa, Perrhæbiæ vrbs. Steph.

Gorama, Regio Arabum Scenitarum, cuius incolæ Gorameni.

Gŏrdĭānī, tres fuerunt Romanorum Imperatores, pater, filius, & nepos. Vide Herodianum *lib.* 9.

Gŏrdĭus, γόρδιος, Phrygiæ rex fuit, rusticus alioquin & ignobilis. Quum enim Phrygibus oraculum de rege creando consulentibus, responsum esset, vt eum in regem deligerent, qui primus templum ingrederetur, euenit vt Gordius summo manè ad agrum properans, loráque plaustri gestans, primus templum introiret. Quare ab omnibus rex consalutatus, lora ad rei memoriam in templo suspendit, in quibus erat nodus adeò perplexus, vt indissolubilis putaretur, circumferebatúrque oraculum, vt regno potiretur qui lora dissolueret. Hunc nodum Alexander quum dissoluere non posset, ense dissecuit. Hinc factum est, vt Nodus Gordius, notissimo prouerbio dicatur de rebus indissolubilibus.

Gordium, γόρδιον, vrbs magna Phrygiæ iuxta Cappadociam, à Gordio patre Midæ.

Gordij murus, γορδιοῦ τεῖχος, vrbs Midæ, à Gordio filio condita.

Gordiæa, γορδιαία, regio Persica à Gordia Triptolemi filio, &c. Steph. vocat Gordos & Gordochos hos populos, & montes Gordæos.

Gordynia, γορδυνία, vrbs Macedoniæ, Steph.

[Gorco, ἀναμφισβήτως. Gorgi ἀναμφίβολος Gloss.]

Gorgias, γοργίας, Leontinus fuit Rhetor, Empedoclis discipulus, & Isocratis præceptor, vt scribit Quint. *lib.* 3. *cap.* 1. cui tanta fuit artis fiducia, vt de omni re, quæcunque in disceptationem quæstionémque vocaretur, se copiosissimè dicturum esse profiteretur. Meminit eius Cic. *in Bruto, & libris de Oratore*. Hic arte sua tantum pecuniæ corrasit, vt auream statuam primus omnium poneret in templo Apollinis Delphici.

Gŏrgŏnĕs, γοργόνες. Dictæ sunt Phorci filiæ, Medusa, Sthenyo, & Euryale: quæ Dorcadas insulas in Oceano Æthiopico sitas habitasse dicuntur, contra Hesperidum hortos. Nomen habent à truculentia, quam Græci γοργότητα appellant. Scribit Diodorus fœminas fuisse in Africa bellicosas, aduersus quas Perseus bellum gesserit, & earum reginam Medusam debellauerit, ac interfecerit. Vide *Medusa & Pegasus*.

Gŏrgŏnĕŭs, a, um, γοργόνειος, nomen possessiuum. Ouid. 2. *Metam.*

Gorgoneas tetigisse domos.

Gorgophone, Amphitruonis amita. Plaut. *Amphitr. scen.* 4. *act.* 4. Ego idem ille sum Amphitruo, Gorgophones nepos Imperator Thebanorum, &c.

Gŏrgŏphŏrŏs, γοργοφόρος. Palladis epitheton est, quasi Gorgonem ferens, in eius enim scuto pictum est Medusæ Gorgonis caput. Cic. *antequam iret in exilium*, Teque Tritonia armipotens, gorgophora Pallas, Minerua, cæterique dij, deæque immortales, &c.

Gŏrgŏnĭa, γοργόνια, teste Plin. *lib.* 39. *cap.* 10. nihil aliud est, quàm corallium: ita dictum, quod ex aquis exemptum, protinus in duritiem lapidis conuertatur, quemadmodum illi, qui gorgonas aspexerant.

Gŏrgythĭōn, γοργυθίων, Priami filius ex Castianira Threissa susceptus, qui postea in bello Troiano à Teucro Telamonis filio confossus occubuit. Autor Homer. *Iliad.* 8.

Gorgonius, viri proprium malè olentis. Horat. 1. *Serm.*

Pastillos Rufillus olet, Gorgonius hircum.

Gortyn, siue Gortys, tyis, siue Gortyna, æ, γόρτυνα, ἢ γόρτυς Steph. Oppidum mediterraneum Cretæ insulæ, ad Lethæum fluuium, cuius meminit Plin. *lib.* 4. *cap.* 12.

Gortynius, a, um, γορτύνιος, vt, Gortynia spicula, apud Stat. *lib.* 5. *Thebaidos*.

Gorthynus.

Gortynis, idis, patronymicum fœmininum, γορτυνίς. Lucan. *lib.* 6.

Dictæâ procul ecce manu Gortynia arundo
Tenditur in Scæuam.

Gossipium, { ANGL. *The tree that beareth cotton, also cotton.* } Frutex est ex superiori parte Ægypti, quæ in Arabiam vergit, primùm allatus, nunc etiam in quibusdam Italiæ locis nascens: ex quo lina fiunt quæ gossipina dicuntur. Alio nomine dicitur xylon, ξύλον, & lina ex eo confecta, xylina. Plin. *lib.* 19. *cap.* 1. Superior pars Ægypti in Arabiam vergens gignit fruticem, quem aliqui gossipion vocant: plures, xylon: & ideo lina inde facta, xylina. Paruulus est, similémque barbatæ nucis defert fructum, cuius ex interiore bombyce lanugo netur. Nec sunt vlla eis in candore, mollitiáve præferenda. Ex quibus Plinij verbis satis constat gossipion fruticem esse, qui lanam illam mollissimam profert, quam vulgò vocant *Cotoninum*, quod & ipsum Latinè vocare possumus linum gossipinum, vel xylinum. Hunc fruticem nos aliquando in Italia vidimus, pomúmque eius mali cotonei similitudine, quod maturescens, lanæ, quam includit, copia dirumpitur, linúmque inclusum detegit.

Gŏthĭă, Regio Europæ, contermina Daniæ & Noruegiæ. { Gottland. } Ex quo Gothi immanes populi, qui olim Italiam armis subegerunt, Románque ipsam solo æquarunt, suámque in totum orbem inuexerunt barbariem. Hæc dictio potiùs videtur vnico t, scribenda, quum à Latinis poëtis prima syllaba ferè semper corripiatur. Ausonius,

Hinc possem victos inde referre Gothos.

& sæpiùs apud Claudianum. Non multùm tamen peccauerit qui consonantem geminabit: quod & in Græcis aliquot codicibus factitatum animaduertimus. ¶ ‖ Gothia item A. xxxiv. sub P. Constantinopolitano. ‖

G R

Grab, Fistula, oculi morbus.

‖ Grabatarius, κλινοποιός. Vet. Lex. qui grabatos facit. ‖

Grăbātŭs, i. { ערש *héres.* κράββατος Suidæ. GALL. *Vn petit lit sur quoy on se reposoit sur le iour.* ITAL. *Letticello.* GERM. Ein gautsch/ oder lotterbet. HISP. *Lecho pobre.* ANGL. *A litle bedde or couche.* } Lectus exiguus, in quo meridiari solent: dictus quasi carabatus, quòd in eo capite recumbamus, κάρα enim caput, βατὸν peruium Græci dicunt. Alij κραββάτον, παρὰ τὸ κρεμᾶν τὰς βάσεις, hoc est, à suspendendis pedibus dictum malunt. Vnde & pro lectis pauperum & mendicantium grabati accipi solent. Cic. *lib.* 2. *de diu.* diuersa facit lectos, & grabatos, quum ait, Venit enim iam in contentionem vtrum sit probabilius, Deósne immortales, rerum omnium præstantia excellentes circumcursare omnium mortalium, qui vbique sunt, non modò lectos, verùm etiam grabatos: & quum stertentes aliquos viderint, obiicere iis visa quæ iam tortuosa, & obscura. Apud Latinos primam corripit, sed apud Græcos eandem producit, & duplici ββ scribitur. Virg. *in Moret.*

Membra leuat sensim vili demissa grabato.

Mart. *lib.* 6.

Sed si nec focus est, nudi nec sponda grabati.

‖ Grabium, γράβιον, genus δᾳδὸς. Existimo sanè, inquit Casaubonus, grabia factitata de ligno aliorum arborum earum, quæ picem ferunt, cuiusmodi sunt in Europa pinus, pinaster, picea, abies, larix & quæ propriè dicitur tæda. ‖

Gracchuris, vrbs Iberiæ, ita nominata à Sempronio Graccho, qui acceptis in deditionem Celtiberis, hanc vrbem, quæ antea Ilurcia dicebatur, splendidiùs restitutam, vt superesset rerum à se gestarum monimentum, à suo nomine appellauit Gracchurim.

Grācchŭs, Semproniæ familiæ cognomen fuit, ex qua fuit Tib. Gracchus Caij & Tiberij pater, qui in Hispaniam proconsul missus, Celtiberos in deditionem accepit. Illurciámque eorum oppidum splendidiùs à se restitutum, vt gestarum à se rerum memoria superesset, de suo nomine Gracchurim appellauit. Huic vxor fuit Cornelia ex Scipionum familia, insigni pudicitia, & eruditione mulier, ex qua Tyberium & Caium Gracchos suscepit, generosissimæ quidem indolis iuuenes, eloquentiáque inprimis admirabiles, cæterum popularis auræ plus satis auidos. Quæ res fecit, vt relictis optimatibus ad plebem se contulerint, legésque Agrarias perpetuos seditionum fomites in lucem reduxerint: neque antea quieuerint, donec Senatum in suam necem armarent. Tiberius prior occisus est in concione à Publio Nasica. Caius autem biennio pòst quum montem Capitolinum occupasset, à consule Opimio. Vide plura apud Plutarchum *in vita Gracchorum.*

Grăcĭlĭs, e, adiect. gracilentus, ab antiquo gracere. Tenuis, macilentus. { דק *dak* דל *dal* כחוש *chachúsch.* ἰσχνὸς, λεπτός. GALL. *Gresle, maigre, mince, menu, delié.* ITAL. *Sottile, magro, scarno, tenue.* GERM. Nan/ klein/ mager. HISP. *Magro, sutil, delgado, flaco.* ANGL. *Slender, thinne, leane, small.* } Terent. *in Eunucho.* Haud similis virgo est virginum nostrarum quas matres student Demissis humeris esse, vincto pectore, vt graciles sient. Turpilius, Nolli quàm sit gracilis corpore. Gracilis lapis, Gracile marmor. Gracili nucleo glans. Graciles vindemiæ, apud Plinium leguntur. Gracilis liber. Mart. *lib.* 8.

Si quid fortè petam timido gracilique libello.

Ouid. *Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.*

Et gracilis structos effugit vmbra rogos.

¶ Gracilis ponitur pro molli. ἁβρός. Horat. *lib.* 1. *Carm.*

Quis multa gracilis te puer in rosa.

Grăcĭlĭtās, atis, Corporis habitus tenuior. { דלות *dallúh* כחש *chachasch.* ἰσχνότης. GALL. *Graisleté, maigreté, maigreur.* ITAL. *Sottilezza, magrezza, tenuità.* GERM. Nanheit. dünne. HISP. *Magrura, sotileza, delgadez.* ANGL. *Leanesse, slendernesse.* } Cicer. 2. *de claris Oratoribus.* Habet enim certos sui studiosos, qui non tam habitus corporis optimos, quàm gracilitates consectantur. *Ibidem,* Erat eo tempore in nobis summa gracilitas, & infirmitas corporis. Gell. *cap.* 19. *lib.* 13. loquens de pronunciatione vocis *iterim*: Quæ sunt, inquit, iucundioris gracilitatis, &c.

Grăcĭlĭtūdo, inis, gracilitas. Accius *in Amph.* & staturæ gracilitudo, & propemodum luctus facit ne dubitem. Nonius.

Grăcĭlens, tis, omnis generis. Antiquis idem erat quod gracilis. Næuius *in Protesilao,* Demi gracilentis colorem, dum ex hoc gracilens sit. Nonius.

Grăcĭlentŭs, a, um, gracilis, ὁ καὶ ὁ λεπτοφυὴς, ἰσχνός. Plin. *lib.* 7. Deducunt habiles gladios filo gracilento. Nonius. Gell. *cap.* 12. *lib.* 4. Gracilentus equus.

Grăcĭlesco, ere, gracilis & tenuis fio. { כחש *chachásch.* ἰσχναίνομαι. GALL. *Deuenir gresle, & menu, amaigrir.* ITAL. *Dimagrare, diuenir magro, scarno.* GERM. Nan vnnd klein werden/ mager werden. HISP. *Enflaquecer.* ANGL. *To waxe leane or slender.* } Plin. *lib.* 17. *cap.* 22. Quum alias festinatione pariendi gracilescat.

Grăcŭs, siue, quod vsitatius est, Graculus, nomen auis, cornici similis, nisi quòd minor est: à voce quam edit, vel à gerendo dicta, quòd iacta segetum semina gerat: vel quia ex oliuetis cubitum se recipiens, duas pedibus baccas, tertiam ore ferat, seu etiam quòd gregatim volitet: siue à gracilitate corporis. { κολοιὸς, ὁ κορακίας. GALL. *Vn gay ou gucy.* ITAL. *Cornacchia.* GERM. Ein dägel oder dull. HISP. *El graje.* ANGL. *A dawe caughe, or cadesse.* } Est huic furandi natura, ex quo nonnulli monedulam eam appellauêre, à furandis monetis. Exprimit sermonem humanum, & cauea emissus reuertitur. Harum autem tria sunt genera: Maiusculæ similiores sunt cornicibus, nisi quòd nigriores: minimæ, & inter eas mediæ, quibus rostra & pedes rubent. Plin. *lib.* 10. *cap.* 29. Transpadana Italia iuxta Alpes Larium lacum appellat, amœnum arbusto agrum, ad quem ciconiæ non transmeant, sicuti nec octauum circa lapidem ab eo, immensa alioqui finitimo Insubrium tractu examina graculorum monedularum: cui soli aui furacitas auri, argentique præcipuè mira est. Quo ex loco facilè apparet monedulam esse speciem graculi. ¶ Æsopicus graculus, Αἰσώπειος κολοιὸς, dicitur qui aliena sibi vsurpat, aliorúmque bonis sese venditat. Lucianus & Horat. Tractum ab Æsopi apologo. Semper graculus assidet graculo, ἀεὶ κολοιὸς παρὰ κολοιὸν ἱζάνει, hoc est, Simile gaudet simili. Refertur à Diogeniano, notatúsque ab Aristotele. ¶ Sumitur etiam Graculus pro piscis genere, qui & monedula dicitur à Plinio, Græcè κολίας.

Grădātim, Gradatio, Gradior, Gradiuus, vide *Gradus.*

Grădŭs, us, ui, masc. gen. à gradiendo, id est, eundo. { מדרגה *madhregháh* מעלה *mahaláh* כבש *chebesch.* βαθμός. GALL. *Degré, pas, marche.* ITAL. *Scaglione, grado.* GERM. Ein trit. Item, Ein staffel/ stegel. HISP. *Escalon grada.* ANGL. *A degre, or steppe.* } Sunt etiam gradus ex quibus scalæ constant, & quibus ad ædificiorum altiora conscenditur. Cic. *ad Attic.* Gradus templorum ab infima plebe completi erant. Idem *pro Sestio.* Gradus eiusdem templi tollebantur. Virg. 1. *Æneid.*

Ærea qui gradibus surgebant limina.

Gradus etiam idem interdum est quod gressus, βῆμα: hoc est, gradientium pedum vicissitudo, vt apud Virgilium 3. *Georg.*

Carpere mox gyrum incipiat gradibúsque sonare
Compositis.

Addere gradum, pro accelerare. Liuius *lib.* 26. Alacrésque milites alius alium vt adderet gradum, memor ad defendendum ire patriam, hortabantur. Plaut. *Pseud. sc.* 4. *a.* 2. Confer gradum contra pariter. Idem *Aul. sc.* 1. *a.* 5. E. Congrediar. L. Contollam gradum. Idem *Menæch. sc.* 2. *a.* 5. gradum proferam, (id est, progredi properabo.) Idem, Testudineum hunc ego tibi grandibo gradum. Vide *Testudineus,* & *Grandius. Ibidem sc.* 3. *act.* 3. propera Menæchmus, fer pedem, confer gradum. Senec. *cap.* 11. *de consol. ad Marc.* Non dispari gradu vadit huc (ad mortem) omnis turba. Idem *ibid. cap.* 10. Licet vno gradu (mortis) ad libertatem transire. Quint. Si quid titubauerint (testes) velut in gradum reponantur. Senec. *cap.* 3. *de tranquill.* Gradu relato cedendum & saluis signis. *Ibid. cap.* 13. In vltimo gradu positus. (id est, mortis tempore.) Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 3. *Trist.*

——Gradibus sublimia celsis Templa.

& *Eleg.* 11.

Quis gradus vlterior quò se tua porrigat ira?

Idem *Eleg.* 12. Et fieri famæ parsque gradúsque potest. ¶ In gradus comam frangere, Quintilian. *cap.* 12. *lib.* 1. formare. Suet. *in Neron. cap.* 51. formata in gradus coma. Item in gradus atque annulos comptum caput. ¶ Pleno gradu. Veget. *lib.* 1. *cap.* 9. Militari ergo gradu, viginti milia passuum, horis quinque duntaxat æstiuis conficienda sunt. Pleno autem gradu, qui citatior est totidem horis viginti quatuor millia peragenda sunt. Salust. *Iugurth.* 134. Dein cunctos pleno gradu in collem subducit. Et pleno gradu quadam prouerbij specie dicuntur ingressi, qui aliquid magno studio instituerunt: contrà, qui leuiter rem quampiam attigerunt, ingressi summo pede, Tribonius *lib.* 12. & Liu. *lib.* 9. ¶ Gradum facere dicimus, vt si in arborem tectúmve scandere velim, ex saxo, aut scamno, aliquáve alia re, gradum facio, βάσιν, κλίμακα ποιῶ. Valla *lib.* 5. *cap.* 26. Gradum facere non est transitum facere, sed aliquam rem, gradum & quasi scalam ad alia facere, Ouidius 4. *Metamorph.*

Notitiam primósque gradus vicinia fecit.

Imò de transitu ad alium vsurpauit Plaut. *in Curc. sc.* 2. *a.* 1. Fac grandiorem gradum ad me. & Quintil. facere gradum ad alia. & Liuius 6. *ab vrb.* Iam eo gradum fecisse plebeios, vnde peruenire ad summa possent. ¶ Gradum iacere ad aliquam rem, metaphoricè, quod vulgò, *Facere ingressum* dicunt. Cicer. *contra Rullum,* Hunc quasi gradum quendam, atque aditum ad cætera factum intelligetis. ¶ Gradum inferre. Liuius, Tandem gradum Romani acrius intulerunt, cessitque Lusitanus. Tacitus *lib.* 19. Gradum inferunt quasi recentibus auxiliis aucti. ¶ Gradu mouere, est retro agere, propellere retrorsum. Liuius, Primùm gradu mouerunt hostem, deinde pepulerunt, postremo haud dubiè auerterunt. ¶ Deiici de gradu, est amittere constantiam, & animi magnitudinem. ἀπὸ τῆς θερμότητος καταπεσεῖν. Cicer. 1. *Offic.* Fortis enim animi est, non perturbari in rebus asperis, nec tumultuantem de gradu deiici, vt dicitur: sed præsentis animi vti consilio. Sic etiam Gradu dimoueri, est ab existimatione pristina deiici, & deturbari. Cicer. 2. *Tusculan.* Non sentiunt viri fortes in acie vulnera: vel si sentiunt, se mori malunt, quàm tantummodò de dignitatis gradu dimoueri, id est, quàm indignum sese aliquid admittere. ¶ Venire gradibus. Cicer. 1. *de nat. deor.* Nam à beatis ad virtutem, à virtute ad rationem video te venisse gradibus. ¶ Interdum etiam Gradus accipitur pro existimatione, & loco honoris. Cicer. 1. *Philipp.* Fit enim querela mihi necessaria pro hoc gradu, in quo me S.P.Q.R. collocauit.

Suet. *in August. cap.* 49. definitis pro gradu cuiusque (militis præmiis stipendiisque sup.) id est, pro ordine, siue dignitate. ¶ Gradus quoque cognationis dicti sunt, ad similitudinem scalarum, locorúmque decliuium, quos ita ingredimur, vt à proximo in proximum, id est, in illum, qui quasi ex illo nascitur, veniamus. Quapropter graduum huiusmodi alios superioris ordinis esse Caius scribit, vt sunt pater & mater, qui sunt in proximo gradu: in secundo, auus & auia: in tertio, proauus & proauia. Alios inferioris, vt liberi. Alios ex transuerso, siue latere, vt fratres & sorores, liberique eorum. Ouid. 13. *Metam.*

——— Nostri quoque sanguinis auctor
Iuppiter est, totidémque gradus distamus ab illo.

Sueton. *in Tiber. cap.* 10. Vsurpare secundum gradum, dixit, de hæredibus loquens. ¶ Gradus ætatis Suet. *in August. cap.* 79. Gradus pro occasione & facultate, & præparatione. Cic. *Att. lib.* 7. Mihi venit in mentem multum fore sermonem, me iudicium iam de causa publica fecisse, qua desperata, quasi hunc gradum mei reditus esse, quòd mulieres reuertissent. ¶ A gradus fiunt Tardigradus, a, um, qui tardè graditur. *Βραδύπους.* Vnde testudinem tardigradam dicimus. Spissigradus pro frequenti graduum motu incedente. Plaut. *Poen.* Spissigradissimos, tardiores multò, quàm corbitæ sint in tranquillo mari. ¶ Sedato gradu. Liu. *lib.* 3. *bell. Pun.*

Grădĭor, eris, gressus sum, à *κραδάω, κραδαίνω.* Vado, incedo, ambulo, eo, progredior. {הלך *halách* צעד *tsahádh.* *βαίνω.* Gall. *Marcher.* Ital. *Andare, passeggiare.* Germ. Gehn, tretten. Hisp. *Andar passo à passo.* Angl. *To go or walk.*} Virg. 1. *Æneid.*

Ipse vno graditur comitatus Achate.

Cic. 2. *de nat. deor.* Iam verò alia animalia gradiendo, alia serpendo ad pastum accedunt. Idem 1. *Tuscul.* Fidenti animo, si ita res fert, gradietur ad mortem. Plaut. *Amphitr.* Oppessulatas altè fores graditur. Sequitur obambulat. Idem *Pseud. sc.* 7. *a.* 4. Si graderere tantum, quantum loquere, Iam iisses ad forum. ¶ Vox siue clamor graditur foras, Lucretius apud Gell. *c.* 26. *lib.* 10. vbi plura de hoc verbo, & illius compositis. ¶ Huius composita sunt Aggredior, antegredior, congredior, digredior, egredior: de quibus alibi. Ingredior, antegredior, prætergredior, progredior, regredior, subtergredior, supergredior, & transgredior: quorum significata vide suis locis.

Grĕssus, a, um, participium à gradior. {הלך *holech* צעד *tsohedh.* *βεβηκώς.*} Virg. 6. *Æneid.*

——— & pariter gressi per opaca viarum.

Grĕssus, us, Progressus, incessus, ambulatio. {צעד *tsahadh.* *βάσις.* Gall. *Marcheure, marche, pas, allure.* Ital. *L'andare, passo.* Germ. Ein gang, tritt. Hisp. *El passo ò la obra de andar.* Angl. *A steppe or going.*} Cic. 1. *Offic.* Cauendum est autem ne aut tarditatibus vtamur in gressu mollioribus, &c. Virg. 3. *Georg.*

Incultare solo & gressus glomerare superbos.

Gressus orationis. Gell. *cap.* 13. *lib.* 11.

Grădātus, a, um, In modum graduum factum. {*κλιμακωτός.* Gall. *Fait en degrez.* Ital. *Fatto in gradi.* Germ. Wie die staffeln gemacht. Hisp. *Hecho en escalones.* Angl. *Made by degrees and steppes.*} Plin. *lib.* 13. *cap.* 4. Densis, gradatísque corticum pollicibus. Idem *in Epist.* Omnia maceria muniuntur, hanc gradata buxus operit & subtrahit.

Grădātio, apud Rhetores dicitur quum ex prima sententia oritur secunda, & ex secunda tertia, atque ita deinceps. *κλῖμαξ.* Cicer. 3. *de Orat.* Est etiam Gradatio quædam & conuersio, & verborum concinna transgressio. Autor ad Herennium *lib.* 4. Gradatio est in qua non ante ad consequens verbum descenditur, quàm ad superius conscensum est: hoc modo. Nam quæ reliqua spes libertatis manet, si illis & quod libet, licet: & quod licet, possunt: & quod possunt, audent: & quod audent, faciunt, & quod faciunt, vobis molestum non est.

Grădārĭi equi, qui sine succussatione molliter incedunt. {*ἱπποβάμονες.* Gall. *Cheuaux qui vont vn bon pas, qui vont à l'amble.* Ital. *Caualli che vanno di portante.* Germ. Zelter. Hisp. *Cauallos amfladeres.* Angl. *Ambling horses.*} Lucil. *lib.* 14. Ipse equus non formosus, gradarius optimus.

[Gradaria, vel gradalis pugna, quæ gradiendo peragitur. Huic opponitur stataria pugna.]

Grădātim, aduerbium, per gradus, ordine. {*κλιμακηδόν.* Gall. *Par degrez, de degré en degré, petit à petit, pas à pas.* Ital. *Passo passo, à passo à passo.* Germ. Von einem tritt oder staffel zu dem andern, tritt für tritt, gemächlich. Hisp. *De passo en passo.* Angl. *By degrees, in order by litle and litle.*} Varr. *lib.* 1. *de re rust.* Cato quidem (inquit) gradatim alium præponens alij agrum meliorem dicit esse in nouem discriminibus. Plin. *lib.* 33. *cap.* 4. Fossæ in quas perfluat, cauantur: agogas vocant: ex sternuntur gradatim. ¶ Gradatim, pro sensim, paulatim, ordinatè, & lentè. *Βάδην.* Cicer. *Dolabella.* Ita pedetentim & gradatim tum accessus à te ad causam facti, tum recessus. Idem 1. *Tuscul.* Tamen ita faciles interrogationes sunt, vt gradatim respondens eò perueniat quasi geometrica didicisset.

[Gradatio, *κλῖμαξ*, figura, quum gradatim ab vna sententia ad aliam proceditur.

Gradilis. Romæ erant gradus ad pistrina, è quibus dabantur panes populo.]

Grădīvus, Martis cognomen, à gradiendo (vt Festus ait.) {Ein zunam Martis.} quia gradatim, & per ordines in bellum itur, ἄρης. Siue à vibratione hastæ, quod Græci vocant *κραδάειν*. Sunt tamen qui à gramine dictum putent, quia gramine sit ortus. Vnde & graminea corona in re militari maximæ est honorationis. Hæc ille. ¶ Alij Gradiuum, non Latinum, nec Græcum, sed Thracium vocabulum esse, & significare bellicosum ac fortem dicunt. Virg. 3. *Æneid.*

Gradiuúmque patrem Geticis qui præsidet aruis.

Gradiuus Mars dicitur, quum sæuit, inquit Seruius: quum tranquillus, Quirinus. Denique in Vrbe duo eius templa sunt: vnum Quirini intra Vrbem, quasi custodis & tranquilli. Alterum in Appia via, extra Vrbem prope portam, quasi bellatoris, vel gradiui. Hæc Seruius.

Grădīuicŏla, æ, qui colit Martem. Silius *lib.* 4.

——— iaculatoremque Saticulum,
Et Gradiuicolam celso de colle Tudertem.

[Graduale, & gradale, quod gradatim canitur post responsorium. Vet. Dict. ex Hug.]

Grææ, *γραῖαι.* Tres fuerunt sorores, Phorci filiæ, vnicum tantùm habentes oculum & dentem, quibus vicissim inter se tres vtebantur. Harum ope Perseus ad Gorgonas peruenit. Vide prouerbium apud Erasmum, Orci galea, vbi hæc omnia copiosiùs.

Græcĭă, {יון *javan.* *Ἑλλάς.*} Europæ regio est, olim omni disciplinarum genere exculta, hodie, non sine ignominia nominis Christiani, Turcarum imperio subiecta. {Griechenland.} Hæc à Ptolemæo Achaia nominatur. Principium sumit ad Meridiem ab Isthmi Corinthiaci angustiis, indeque ad Septentrionem in Thessaliam vsque & partem Ægei maris extenditur. Ad Occasum Acheloo fluuio ab Epiro dirimitur. Ab ortu rursus habet mare Ægæum, qua parte Sunium eo abluitur. Scinditur in multas regiones, quarum præcipuæ sunt Attica, Bœotia, Phocis & Locris. Dicta est Græcia, à Græco primo eius prouinciæ rege, teste Plin. *lib.* 4. *cap.* 7. Cicer. *pro Flacco.* Hæc cuncta Græcia, quæ fama, quæ gloria, quæ doctrina, quæ plurimis artibus, quæ etiam imperio & bellica laude floruit, paruum quendam locum Europæ tenet semperque tenuit: Italiæ maritimam oram bello superatam cinxit vrbibus. Idem 1. *de lege Agraria*, In angustiis & faucibus Græciæ posita erat Corinthus. ¶ Magna Græcia dicta est extrema Italiæ ora, à Locris Italiæ fronte initium sumens, in tres recedens maris Ausonij sinus, patens in longitudinem LXXXII. M. pass. vt ex sententia Varronis tradit Plin. *lib.* 3. *cap.* 10. Hanc Græci subactam maximis potentissimisque vrbibus frequentarunt: in quibus numerantur Croton, Arpi, Thurium, Tarentum, aliæque complures. Cicer. 2. *de Oratore*, Nam & referta quondam Italia Pythagoreorum fuit, tum quum erat in hac gente magna illa Græcia, &c. Idem 4. *Tuscul.* Quum floreret in Italia Græcia potentissimis & maximis vrbibus, ea quæ magna nunc est dicta, &c. Plaut. *Menæch. sc.* 1. *a.* 2. mare superum Græciamque exoticam. Ouid. 13. *Metam.*

Egi quam mihi mandarat communis Græcia causam.

[Græcium Stiriæ metropolis, insignem habet Academiam, ac Societatis Iesu Collegium. Germ. Grätz.

Græcolonus, Græcæ linguæ peritus, quo exteri vtebantur Constantinopolim venientes ad rem domesticam procurandam, necessariaque coëmenda. Meurs. in Gloss. Græcob. Ergo à Γραικός & ὠνέομαι emo.]

Græcus, qui est ex Græcia. {יוני *javani.* *Ἕλλην.* Germ. Ein Griech.} Cic. *pro Flacco*, Quanquam quis ignorat, qui modò vnquam mediocriter res istas scire curauit, quin tria Græcorum genera sint vere: quorum vni sunt Athenienses, quæ gens Ionum habebatur: Æoles, alteri: Dores, tertij nominabantur. Idem *Qu. fratri, lib.* 1. Familiaritates Græcorum neque tam fideles sunt, inuident non nobis solum, verum etiam suis. Idem *de Aruspicum responsis*, Artibus Græcos, Gallos robore, Hispanos numero, Pœnos calliditate valent. Suet. *in Aug. cap.* 43. Græcum certamen, & Græci Latinique pugiles. Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 2. Tum isti Græci palliati capite operto qui ambulant suffarcinati cum libris. Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 1. Græca mercamur fide.

Græcus, a, um, adiectiuum. {יוני *javani.* *ἑλληνικός.*} vt, Literæ Græcæ. Cic. *de claris Orat.* Gallus qui maximè omnium nobilium Græcis literis studuit. Exemplaria Græca. Horat. *in Arte*,

——— vos exemplaria Græca
Nocturna versate manu, versate diurna.

Græco more bibere. Cicer. 3. *Verr.* Fit sermo inter eos & inuitatio, vt Græco more biberent. ¶ Græcus ignis, est genus quoddam picis, quæ pix Græca nuncupatur. ex hac fieri solent instrumenta, seu globi pisti, quos succensos milites in hostes iaculantur. ¶ Græca rosa, *λυχνὶς στεφανωματική* Dioscoridi, violæ magnitudine est, non nisi in locis humidis proueniens, quinque folia non excedens: omnis odoris expers, coloris tantùm gratia expetita ad coronamenta: vnde & lychnis coronaria appellatur. vide Plin. *lib.* 21. *cap.* 4. ¶ Græca salix, dicitur salix rubra.

Græcē, aduerbium, *ἑλληνικῶς.* Cic. 1. *de Orat.* Quum ea quæ legerem Græcè, Latinè redderem. Idem 1. *Tusc.* Scis enim me Græcè loqui in Latino sermone non plus solere quam in Græco Latinè.

Græcānicus, a, um. Plin. *lib.* 34. *cap.* 9. Maximéque ita colorem bibit, quem Græcanicum vocant.

Græciensis, e, Græcus, a, um. Gell. *lib.* 16. *cap.* 10. Offendimus eum cubantem in sympotio Græciensi. Sic apud Plin. Græciense melinum. *lib.* 35. *cap.* 6.

Græcŭlus, diminutiuum. *ἑλληνικός.* Iuuenal. *Satyr.* 3.

Græculus esuriens in cœlum, iusseris, ibit.

Assentator Græculus, Cic. *pro Milone.* Idem 2. *de Oratore*, Homines Græculos controuersia verbis iamdiu torquet. ¶ Græcula rosa, diuersum omninno genus est ab eo quod paulò suprà Rosam Græcam appellauimus. Folia habet latissima, sed panniculos ita conuolutos vt nunquam nisi manu coacta dehiscat, sempérque nascenti similis sit. Autor Plin. *lib.* 21. *cap.* 4. ¶ Græcula mala, à patria sic dicta. Plin. *lib.* 15. *cap.* 4. Patrias nobilitauere Camerina & Græcula.

Græcari, Est conuiuiis & compotationibus operam dare. {*ἑλληνίζειν, συμποτάζειν.* Germ. Schlemmen, im luder ligen. Angl. *To bankette and make good cheere.*} ab eo quòd Græci genio plurimum indulgerent, & intemperantiùs in conuiuiis se gererent. Nam quandoque verba trahuntur à moribus nationum. Horat. 2. *lib. Serm. Satyr.* 2.

——— Vel si Romana fatiget
Militia assuetum græcari.

Vbi Græcari, est Græcos mores imitari, nempe in exercitationibus disci & pilæ, subiunxit enim:

Seu te pila velox, seu te discus agit.

Græcisso, Græcos imitor. *ἑλληνίζω.*

Græcŏstasis, *γραικόστασις.* Quasi Græcorum statio, locus Romæ celebris, de quo Varro *de L. L. lib.* 5. sic habet, Ante curiam Hostiliam rostra, cuius id vocabulum ex hostibus, capta fixa sunt rostra. Dextra è comitio locus substructus, vbi nationum subsisterent legati qui ad Senatum essent missi, is græcostasis appellatur. Cic. *ad Quintum Fratrem lib.* 2. Deinde eius operæ repentè à græcostasi, & gradibus clamorem satis magnum sustulerunt.

Græius,

Graius, idem quod Græcus. {יון iaván. ἕλλην, γραικός. GERM. Ein Griech.} Quint. lib. 8. c. 4. Non putent indignum Troianos principes, Graios Troianósque propter speciem Helenæ tot mala tanto temporis spatio sustinere. Virg. lib. 4. Æneid.

Graiúmque ideo bis vindicat armis.

Plaut. *Menæch. sc. 1. a. 5.* Graij prædicabant Hecubam esse canem. Ouid. 13. *Metam.*

——— *De tot Graiorum millibus vnum*

A Diomede legi.

Graius, a, um, Græcus, a, um. {יון iaván. ἑλληνικός.} Virg. 3. *Æneid.*

Priamidem Helenum Graias regnare per vrbes.

Graiugenæ, arum Græci dicti sunt. {בני יון bené iavanim. ἕλληνες.} Cicer. 2. *de nat. Deor.* Graiugena de isto aperit ipsa oratio. Ex Pacuuio. Virg. 3. *Æneid.*

Graiugenúmque domos, suspectaque linquimus arua.

Grallæ, arum. {τὰ ξυλοβάτων βάθρα, ἢ τὰ καλοβάθρα ... } GALL. *Esc asses.* ITAL. *Trampoli.* GERM. *Stelzen.* HISP. *Zancos.* ANGL. *Crutches or stiltes.* } Fustes furculas habentes sunt, quibus nituntur qui super iis ambulant.

Grallator, qui grallis graditur, ac passus ingentes facit. {ξυλοβάτης, καλοβάμων.} GALL. *Qui va sur des eschasses.* ITAL. *Chi camina con trampoli.* GERM. *Der auff stältzen geht.* HISP. *El que anda en çancos.* ANGL. *He that goeth on stiltes.* } Plaut. *in Pœnul.* At si ad prandium in ædem vos dixissem ducere, vinceretis ceruum cursu, & grallatorem gradu. Grallatores (inquit Festus) appellantur pantomimi, qui vt in saltatione imitarentur Ægipanas, adiectis perticis furculas habentibus, atque in his superstantes similitudinem crurum eius generis gradiebantur, vtque propter difficultatem consistendi.

Grallatorius, a, um, ὁ τοῦ καλοβάτου. vt, Grallatorius gradus, id est, magnus, quales solent esse grallatorum. { ANGL. *A great long stride as a verre with stiltes.* } Testudineus gradus, hoc est, lentus, quali incedunt testudines. Plaut. *in Amph.* Abstine, quæso, non potuimus Nostros grandius grandire gradus. A. Siue grallatorius, siue testudineus fuerit, certum est mihi hunc scelestum perdere.

Gramen, inis, à genero, generatum: nisi malis à γράω, comedo. Herba vulgatissima, sic dicta à gradiendo, hoc est, progrediendo, siue serpendo, quòd genicularis internodiis mirificè serpat, crebróque nouas spargat radices. { עשב *ueséb* דשא *deschè* אחו *achu.* ἄγρωστις. GALL. *Dent de chien.* ITAL. *Gramigna.* GERM. *Graß.* HISP. *La yerua que dizen grama.* ANGL. *Grasse.* } Hæc herba, (vt autor est Plin. *lib. 24. cap. 19.*) iumentis est gratissima, siue viridis sit, siue in fœno siccata. Virg. *in Buc.*

——— *nulla neque amnem*

Libauit quadrupes, nec graminis attigit herbam.

Ouid. *Eleg. 8. lib. 4. Trist.*

Languidus in pratis gramina carpit equus.

Ibid. Eleg. 1. lib. 5.

Mollia quæ Martis gramina campus habet.

Cicero 5. *de finibus,* Tua sint puteolis graminia. Liu. 1. *ab Vrbe,* Fecialis ex arce graminis herbam puram attulit. Gramen floreum. Martialis *lib. 9.*

Sit in gramine floreo reclinis.

Gramineus, a, um, quod ex gramine est factum. {ὁ τῆς ἀγρώστεως, χλοώδης.} GALL. *D'herbes, de verdure, herbu.* ITAL. *Graminoso, di gramigna.* GERM. *Von graß oder trasen gemacht.* HISP. *Cosa de grama.* ANGL. *Of grasse.* } vt, Graminea corona. Gell. *lib. 5. cap. 6.* Obsidionalis corona est, quam ij qui liberati sunt obsidione, dant ei duci qui liberauit: ea corona graminea est, obseruarique solitum, vt fieret è gramine quod in eo loco generatum esset, intra quem clausi erant qui obsidebantur. Sic Plin. *lib. 22. cap. 3.* & Liu. 7. *ab Vrbe,* Cespes gramineus. Ouid. 2. *Amor. Eleg. 1.* Campus gramineus, idem 3. *Fast.*

Graminosus, a, um. Plenus gramine, gramine abundans. {χλοώδης.} GALL. *Herbu, plein d'herbe.* ITAL. *Graminoso, pieno di gramigna.* GERM. *Grasechtig, voll graß.* HISP. *Lleno de grama.* ANGL. *Full of grasse.* } Col. *in præfat. lib. 1.* Quid syluester ager, quid humidus & graminosus, quid siccus, & spurcus recusaret? Sic *lib. 7. cap. 9.*

Gramiæ, siue Gramæ, sunt oculorum pituitæ, λῆμαι, γλάμαι. Festus, Gramiæ vitia sunt oculorum, quas alij gramas vocant. Nonius, Gramiæ sunt oculorum pituitæ. Vnde Gramiosi oculi: à quo qui tristes sunt in hodiernum quoque diem gramiosi vulgò nominantur.

Gramiosus, a, um, siue Gramiosus, id est, lippus. Cælius apud Nonium, Gramosis oculis ipsa, atritis dentibus.

Gramma, atis, neut. gener. אות *oth.* Latinè litera dicitur.

Grammatica, æ, vel Grammatice, es. {דקדוק *diqdúk.* γραμματική.} Est rectè loquendi scribendique scientia, quæ vsu, ratione, auctoritatéque constat. Latini numero plurali Literas vocant. Cic. 3. *de fin.* Quanquam ea verba, quibus ex instituto veterum vtimur pro Latinis, vt ipsa Philosophia, vt Rhetorica, Dialectica, Grammatica, Geometrica, Musica, quanquam Latinè ea dici poterant, tamen quoniam vsu recepta sunt, nostra ducamus. Quint. *lib. 2. cap. 14.* Grammatice, literatura est, non literatrix. Et *cap. 1.* Et Grammatice, quam in Latinum transferentes, Literaturam vocauerunt, fines suos norit.

Grammatica, orum, Studium literarum, quod profitentur ij qui Grammatici vocantur. Cic. 1. *de Orat.* in Grammaticis poëtarum pertractatio, historiarum cognitio verborum interpretatio, pronuntiandi quidam sonus.

Grammatice, aduerbium, γραμματικῶς, vt Grammaticè loqui, est in loquendo Grammaticorum obseruare regulas. Latinè loqui, est pura & Latinis auribus vsitata oratione vti. Quint. *lib. 1. cap. 6.* Quare mihi non inuenustè dici videtur, aliud esse Latinè, aliud grammaticè loqui.

Grammaticus, a, um, γραμματικός. Quod ad Grammaticam pertinet, vt Figuræ grammaticæ, grammaticus stylus, grammatica oratio, Ars grammatica. Ad Heren. *lib. 4.* Hæc qua ratione vitare possimus, in arte Grammatica dilucidè discemus. ¶ Grammaticus substantiuum, qui grammaticam docet: Latinè dici potest Literatus. Sueton. *de clar. Grammat.* Appellatio Grammaticorum Græca consuetudine inualuit: sed initio Literati vocabantur. Corn. quoque Nepos *in eo libello, quo distinguit literatos ab eruditis,* Literatos quidem vulgò appellari ait eos, qui aliquid diligenter, & acutè, scientérque possint aut dicere, aut scribere. Cæterum propriè sic appellandos Poëtarum interpretes, qui à Græcis Grammatici nominantur: eosdem Literatos vocitatos. Hactenus Suet. Grammaticus quis sit & eius Officium, docet Seneca *epist. 89.* Gell *cap. 9. lib. 20.* Rem grammaticam docere (id est, artem.) Cicer. 2. *Tuscul.* Vt enim si grammaticum se professus quispiam, barbarè loquatur: aut si absurdè canat is, qui se velit haberi Musicum, hoc turpior sit, quòd in eo ipso peccet, cuius profitetur scientiam: sic philosophus in ratione vitæ peccans, hoc turpior est, quòd in officio, cuius magister esse vult, labitur: artémque vitæ professus, delinquit in vita. Horat. *in Arte,*

Grammatici certant, & adhuc sub iudice lis est.

¶ Grammatici à veteribus etiam Critici dicti sunt, eò quòd sibi de genere scriptorum diiudicandi sumebant potestatem. Eosdem Literatores vocitatos, Messala Coruinus autor est. Sunt tamen qui Grammaticum à Grammatista distinguunt, vt Literatum à literatore, tanquam Grammaticus sit absolutè & perfectè doctus, sicut Literatus: Grammatista, sicut Literator, tenuiter eruditus: in malam enim partem accipitur. Quorum opinionem Orbilius etiam exemplis confirmat. Nam apud Maiores (ait) quum familia alicuius venalis produceretur, non temerè quem literatum in titulo, sed literatorem inscribi solitum esse, quasi non perfectum in literis, sed imbutum.

Grammaticaliter, aduerbium. Spartianus *in Regilliano,* Tum is qui aderat scholasticis, cœpit quasi grammaticaliter declinare, & dicere Rex regis, regio regionis.

Grammateus, Scriba publicus, qui publicas tabulas scribit, & custodit. {סופר *sopher.* γραμματεύς. GALL. *Escriuain.* ITAL. *Scriuano.* GERM. *Schreiber.* HISP. *Escriuano.* ANGL. *A scriuener or notarie making commone writtinges.* } Apul. *lib. 11.* Quum ex his vnus quem cuncti Grammatea dicebant. Suidas ait Grammatea esse notarium, & ὑπογραφέα, id est, arcanorum participem. Hinc Archigrammateus, princeps scribarum, quem hodie vocamus Cancellarium. Bud. ¶ Hoc nomen non semper fuisse honorificum apud Græcos ex eo apparet, quòd eo veluti contumelioso Demosthenes subinde vocat Æschinem.

Grammatophylacium, ij. בית הספרים *beth hassepharim.* γραμματοφυλάκιον. GALL. *Le thresor des Chartres, le lieu où en garde des lettres & registres publics.* ITAL. *Luogo doue si conseruano gl'atti publici, cancellaria.* GERM. *Ein Cantzley, ein ort da man gemeine bücher, schrifften oder brieff behalt.* HISP. *Lugar dondo se guardan las letras publicas.* ANGL. *A place where commone writtinges vekept.* } Locus vbi tabulæ & instrumenta publica, monumentáque rerum gestarum actorúmque asseruantur: quod tabularium Latinè appellatur. Iurisconsultus in tractatu de pœnis: ἀρχεῖον fortasse, vel grammatophylacio.

Grammatias, Gemma est ex iaspidum genere, similis smaragdo, per transuersum linea alba præcincta: quæ ab Orientalibus populis pro amuleto gestari solet. Hæc & polygrammos (πολύγραμμος) dicitur. Plin. *lib. 37. cap. 9.*

Gramme Græci dicunt, quam Latini lineam. {קו *kav.* γραμμή. GALL. *Vne ligne.* ITAL. & HISP. *Linea.* GERM. *Ein linien.* ANGL. *A lyne.* } γραμμὴ (inquit Euclides) μῆκος ἀπλατές, hoc est, gramme, siue linea longitudo est sine latitudine. Emensa verò cum longitudine latitudo, ἐπιφάνεια, id est, superficies dicitur. August. Si omissa latitudine, solùm quis longitudinem voluerit emetiri, longitudo sine latitudine mensuræ subiecta, gramme dicitur. Non quòd sit longitudo aliqua quæ careat latitudine, sed quòd solam quis metiens longitudinem, grammen metiri dicitur.

[Grammicus, a, um, Vitruuius *lib. 3. procem.* Venti qui sint & è quibus regionibus singuli spirent, deformationibus grammicis ostendi. q. dicas linearibus, i. per lineas factis.

Grammismus, γραμμισμός, lusus dictus à lineis.]

Grammium, vrbs in Græcia, γράμμιοι, ciues Grammitæ & Grammitij. Sunt & Grammitæ populi iuxta Celticam. Steph.

Granarium, Granatus, vide *Granum.*

[Granata. Gloss. Isid. Paropsis granata. l. *granatu.* Γρανάτα vestis Imperatoris prælongis manicis & ad talos vsque dependentibus, quæ non cingebatur, translata ex Assyria. Meurs. *in gl. g. b.*

Granata, *Granada,* V. A. Hispaniæ, anno 1492. Mauris erepta, habet Academiam insignem.

Granatza, vestis Constantinop. Imperatoris: Lapaiza reliquorum Principum. Buleng.

Grandebalæ, pili subalares.

Grandis Mons, *Grandmont,* Abbatia D. Lemouicensis in Gallia, & caput ordinis Grandimontensis fundati à S. Stephano Demuret Abbate anno 107.]

Grandis, e, q. gerandis: quando multa aggeruntur. Propriè ætatis magnitudinem denotat. {גדול *gadól.* μέγας. GALL. *Grand.* ITAL. *Grande.* GERM. *Groß, erwachsen.* HISP. *Cosa grande en quantidad, ò en dignidad.* ANGL. *Bigge great.* } Ter. *in Adelph.* An sedere oportuit domi virginem tam grandem? Cic. *pro Cluent.* Reliquit hunc annos xv. natum, grandem autem & nubilem filiam. Plaut. *Aul. sc. 4. a. 1.* Virginem habeo grandem, dote cassam. *Ibid.* Ætatem meam scis? E. scio esse grandem. Itidem vt pecuniam. Quòd si NATV addatur, prouectiorem ætatem significat, & iam senem, vel certè mediæ ætatis: ita enim exponit Plaut. *Aulul. sc. 1. a. 1.* cùm ait: Sed est grandior natu: media est mulieris ætas. Et Ouid. *Eleg. vlt. lib. 4.* Grandior æuo. Plin. iun. Mulier natu grandior, & tot liberorum parens. Cic. *pro Rosc. Com.* Quid expectas quàm mox ego Lucium & Manlium dicam ordine esse Senatores: ætate grandes natu: natura sanctos. ¶ Dicitur & de quauis alia magnitudine: neque de solo homine grandis dicitur, verùm etiam ad inanimata refertur: vt, Grande æs alienum. Plin. *lib. 7. c. 38.* Grandi Gnidiorum ære alieno permutare eam cognati. Grande pondus argenti. Cic. *pro Cæcinna,* Grande gaudium. Plaut. *in Sticho,* Tantùm à portu apporto bonum, tam gaudium affero grande. Suet. *in Aug. cap. 44.* Grandia corollaria de suo offerre. Idem *in Tiber cap. 16.* Grande pretium tulit perseuerantiæ. Gell. *cap. 11. lib. 9.* Grandia ingredi. Idem *cap. 5. lib. 16.* Grandis locus & grandia spatia. Ouid. *Eleg. 5. lib. 1. Trist.*

Grandia si paruis assimilare licet.

Ibid. Eleg. 3. lib. 1.

Si licet exemplis in paruis grandibus vti.

Idem 4. *Fast.*

———Non grandia diuide mecum Præmia.

Ibid. Eleg. 1. lib. 2.

Grande tamen toto nomen ab orbe fero.

Ibid. Eleg. 2. lib. 5.

Grandibus accedunt semper damna malis.

Sen. *cap. vlt. de tranq.* Canere aliquid grandibus ore mortali. In grandibus cœnis grata varietas. Plaut. *Capt. sc. 2. a. 2.* Grandi mercatus præsenti pecunia. Idem *Curc. sc. 2. a. 1.* Grandiorem gradum fac ad me obsecro. Senec. *cap. 11. de consol. ad Polyb.* Grandia & solida concipere.

[Grandiscapiæ, arbores sunt, quæ grandi capite, h. e. radice. Scalig.]

Grandiusculus, a, um, diminutiuum. {ὑπομέγας. Gall. *Grandelet, vn peu grandet.* Ital. *Grandetto, grandisello.* Germ. Grösslecht. Hisp. *Poquillo grande.* Angl. *Somewhat bigge.*} Terent. *in And.* Nam ferè grandiuscula profecta est illinc.

Granditas, atis, Propriè ætatis magnitudo. {גדל ghôdhél. μακρότης. Gall. *Grandeur.* Ital. *Grandezza.* Germ. Grösse/Alte. Hisp. *Grandeza como quiera.* Angl. *Biggenesse, greatnesse.*} Sisenna *lib. 4. Hist.* Neque ætatis granditatem, neque ea merita, neque ordinis honestatem, aut dignitatem sibi esse excusationi. ¶ Ad orationem Cic. transtulit *de claris Orat.* Idque apparet ex genere, & granditate verborum. Plin. *in Epistol.* Non illi vis, non granditas, non subtilitas, non amaritudo, non dulcedo, non lepos defuit. Quibus in locis granditas accipitur pro subtilitate, vel grandiloquentia verborum, vel orationis.

Grandæuus, qui est prouectioris ætatis, quasi grandis æui, senex. {זקן zakén בא בימים ba bayamim. γηραιός. Gall. *Qui est fort aagé.* Ital. *Di molta età.* Germ. Eines grossen alters. Hisp. *Cosa de grande edad.* Angl. *Very olde, ancient.*} Virg. 1. *Æneid.*

Et quo vectus Abas, & quo grandæuus Alethes.

Plin. *lib. 2. cap. 7.* Alios esse grandæuos, sempérque canos.

Grandæuitas, atis, senectus grandis, æuitas. {שיבה sibháh. πολυετία. Gall. *Grande aage, vieillesse.* Ital. *Aquella grandezza de edad.* Angl. *Oldenesse.*} Accius, Ne quia nec vos nec illi impunè irriderent meam grandæuitatem.

Grandiloquus, qui grandi & sublimi dicendi genere vtitur, quive nihil humile loquitur. {μεγαλοῤῥήμων. Gall. *Qui dit choses grandes, qui parle d'vn haut style.* Ital. *Che ragiona de cose grande.* Germ. Der hoch einher redt/der von grossen dingen redt/herrliche wort braucht. Hisp. *El que siempre habla grandezas.* Angl. *That vseth ample wordes and speaketh with great magnificence.*} Cic. *in Orat.* Nam & grandiloqui, vt ita dicam, fuerunt, cum ampla & sententiarum grauitate, & maiestate verborum vehementes. Idem 5. *Tusc.* Quid tandem isti grandiloqui contra hæc duo? ¶ Hinc grandiloquentia, μεγαλοῤῥημοσύνη.

Grandiculus, diminut. {ὑπομέγας. Gall. *Grandelet, vn peu grand.* Ital. *Grandicello.* Germ. Grosslecht. Hisp. *Poquillo grande.* Angl. *Somewhat bigge.*} Plaut. *Pœnul.* In fundas infundebam grandiculos globos.

Grandio, is, iui, itum, Grandem facio. {גדל ghiddél. ἐπιδίδωμι, αὔξω. Gall. *Agrandir, faire grand.* Ital. *Agrandire.* Germ. Grossmachen. Hisp. *Hazer grande otra cosa.* Angl. *To make bigge or greate.*} Plaut. *in Aulul. sc. 1. act. 1.* Si hodie hercle fustem cepero, aut stimulum in manum, Testudineum istum tibi ego grandibo gradum. Idem *in Amphitr.* — abstine quæso: non potuimus nostros grandiùs grandire gradus. Idem *ibid.* Gradus condecet grandire, Nam, vt video, Amphitruo expectat.

Grandesco, is, Cresco, grandis fio. {גדל ghadhál. αὐξάνομαι, θάλλω, μεγαλύνομαι. Gall. *Deuenir grand, croistre.* Ital. *Crescere, diuenir grande.* Germ. Gross werden. Hisp. *Hazerse grande.* Angl. *To waxe greate.*} Plin. *lib. 18.* Crescente luna frumenta grandescunt. Col. *lib. 2. cap. 12.* Omne autem frumentum spicam à tertio ad quartum nodum emittit, & quum totam edidit, octo diebus defloreſcit, ac deinde grandescit diebus quadraginta, quibus post florem ac maturitatem peruenit. Cic. 1. *de Diuin.*

Lentiscus triplici solita grandescere fœtu.

Et, Grandescere fœtus, dixit Gell. *cap. 16. lib. 3.* ¶ Hinc Ingrandesco, de quo suo loco.

[Granditus, enormis. Gl. A. L.]

Grandigro, as, antiquum verbum est, quo Plaut. *in Truculent.* vsus est, pro grandi gradu eo, magnum gradum facio. Quid, inquit, clamitas insane? Abire hinc ni properè grandigras, iam ego istos fictos, Compositos, crispos, cinnos tuos vnguentatos vsque ex cerebro Expellam.

Grando, inis, Pluuia in aëre gelu concreta: sic dicta, quòd granis similis sit. {ברד barádh. χάλαζα. Gall. *Gresle.* Ital. *Tempesta, grandine.* Germ. Hagel. Hisp. *El granizo.* Angl. *Hayle.*} Cicer. 3. *de nat. Deor.* At enim minora dij negligunt, neque agellos singulorum, nec viticulas persequuntur: nec si vredo, aut grando quippiam nocuit, id Ioui animaduertendum fuit: ne in regnis quidem reges omnia minima curant. Plaut. *Most. sc. 2. a. 1.* Ea (tempestas) mihi aduentu suo grandinem atque imbrem attulit. Quint. Ea multa argumenta nocent, si non vt fulmine, tamen vt grandine. Virg. 1. *Georg.*

———crepitans salit horrida grando.

Horat. 3. *Carm. Ode* 1.

Non verberatæ grandine vineæ.

Plin. *lib. 2. cap. 60.* Grandinem conglaciato imbre gigni, & niuem eodem humore molliùs coacto, pruinam autem ex rore gelido. Plaut. *in Mostell.* Ea mihi aduentu suo quamprimum grandinem, imbremque attulit. ¶ Drachmæ grando δραχμῶν χαλαζῶν, id est, Drachma grandinans. De lucro quod tanquam cælitus emissum obtigit. Nam olim theatrale præmium erat drachma, quæ veluti grandinis in morem in populum spargebatur. Zenodotus & Hesychius. ¶ Grando item morbus est, siue vitium quoddam, quod Græci χαλάζιον appellant: quum scilicet in cartilagine palpebrarum, vnde pili oriuntur, tuberculum enascitur mobile, quod digito huc illuc impelli potest. ¶ In suibus item Grando dicitur, quum sub lingua veluti variolæ fiunt ac ingrescunt. Autor Aëtius *lib. 13. cap. 120.*

Grandinosus, a, um, quod abundat grandine. {χαλαζώδης. Gall. *Suiet à la gresle, qui gresle souuent.* Ital. *Tempestoso, che abonda di tempesta.* Germ. Zu dem hagel geneigt/ das gern hagelt. Hisp. *Lleno de granizo, ò el que abunda de granizo.* Angl. *Full of hayle, which haileth of ten.*} Col. *lib. 5. c. 1.* Post hæc non ignorabit dominus loci, plus posse qualitatem cæli frigidam, vel calidam, siccam, vel roscidam, grandinosam, ventosámque, vel placidam, serenam, vel nebulosam.

Grandino, as, Grandinare dicitur Deus. {ברד barádh. χαλαζοῦν. Angl. *To haile.*}

[Granea, cibus ex granis tostis, χίδρα.]

Granicus, Γράνικος Ptolemæo, fluuius est minoris Mysiæ ex Ida monte profluens, & inter Priapum & Elapum in Propontidem influens: iuxta quem Alexander Darij Satrapas memorabili prælio superauit, sexcentis Persarum millibus cæsis fugatisque, quum victoris copiæ triginta peditum millia, & quatuor millia equitum & quingentos non excederent. Autores Plutarch. *in Alexandro*, Iustinus *lib. 1.* Diodorus item Siculus *lib. 17.*

[Grano. Granones pili felis circa os, quibus abscissis ferociam perdit. Gesn. ex Alberto.]

Granum, i, ab Hebr. Goren. Propriè semen frugum dicitur, vt tritici, hordei & huiusmodi. {גרגר gargár גרגרה gergeráh פרט péret. κόκκος. Gall. *Grain.* Ital. *Grano, granello.* Germ. Ein korn oder kern. Hisp. *Grano de simiente qualquiera.* Angl. *Grayne or a corne.*} Plaut. *in Sticho*. Videlicet illum fuisse nequam adolescentem, qui ilico, Vbi ille poscit, dare denegauit se granum tritici. Varro 1. *de re rust. cap. 48.* Granum dictum, quod est intimum solidum. Et *paulò post*. Granum à gerendo: id enim seritur, vt spica gerat frumentum. Cic. 1. *de Diuin.* Fiunt certè diuinationum coniecturæ à peritis. Midæ illi Phrygio, quum puer esset, dormienti formicæ in os tritici grana congesserunt: ditissimum fore prædictum est, quod euenit. ¶ Granum etiam generaliter dicitur, quicquid minutum est, & similitudinem aliquam habet cum grano frumenti. Vnde & mali punici acinos, grana, ipsúmque malum, granatum dicimus. Fructus quoque arboris cuiusdam ilici similis, quem Dioscorides κόκκος βαφική appellat, à quibusdam granum dicitur. Quod quia copiosissimè nascitur in Bætica prouincia, factum est, vt ea regio ab eo Granata dicatur. Ouid. *Eleg. 6. lib. 4. Trist.*

Vixque merum capiunt grana quod intus habent. (i. acini.)

Idem *Eleg. 2. lib. 5. Trist.*

Quodque soporiferum grana papauer habet.

Granarium, ij. Locus in horreis seruandis seminum granis paratus, vel in quo grana frugum reponuntur. {אוצר ozár מסכנות mischenóth גרן góren. σιτοβολών, σιτών. Gall. *Grenier, vn lieu à serrer les grains.* Ital. *Granaro.* Germ. Ein kornhauß/kornschütte. Hisp. *Lugar para guardar los granos.* Angl. *A barne or granar to keep corne in.*} Varro 1. *de re rust. c. 57.* At triticum condi oportet in granaria sublimia quæ perflentur ventis ab Exortu & Septentrionum regione, atque nulla aura humida propinquis locis aspiret. Pro granariis quidem habet sub terris speluncas quas vocant syros, alij puteos. Pers. *Satyr. 5.*

Iam nunc astringas, iam nunc granaria laxes.

Horat. 1. *Serm. Satyr. 1.*

Cur tua plus laudes cumulis granaria nostris?

Col. *lib. 2. cap. 10.* Repositum in granario patitur situm.

Granatus, us, ui. Subst. Cato *de R. R.* Granatui videto vti satis viciæ serias: id est, ad granum frugemque ferendum, non verò vt viridis pabulum sit.

Granatus, a, um, quod abundat granis: vt malum granatum. {πολυκοκκώδης. Gall. *Grené, qui a force grains.* Ital. *Granato, che ha molti grani.* Germ. Das vil kern hatt. Hisp. *Granado, de muchos granos.* Angl. *That hath many graynes.*} Col. *lib. 12. cap. 41.* Et integra mala dulcia granata punica vocantur.

Granatum, i, Substantiuè accipitur pro malo punico. {רמון rimmón. ῥοιά, vel ῥόα. Gall. *Pomme de grenade.* Ital. *Pomo grenato.* Germ. Ein granatapfel. Hisp. *La granada fruta de granado.* Angl. *A pomegarnette.*} Plin. *lib. 20. cap. 41.* Singultus & vomitus sistit cum succo granati.

Granosus, a, um, quod granis est refertum. {κοκκώδης. Gall. *Grenu, qui a beaucoup de grains.* Ital. *Granelloso, di molti grani.* Germ. Kernechtig/ vol kern. Hisp. *Lleno de granos.* Angl. *Full of graynes.*} Plin. *lib. 21. c. 31.* Quorum alterum, cui acini coccinei, granosi folliculi, halicacabum vocatur, & alij callion.

Granifer, a, um, Ferens & producens grana. {κοκκοφόρος, πυροφόρος. Gall. *Qui porte grains.* Ital. *Che porta grani.* Germ. Das kern tregt. Hisp. *Cosa que trae ò tiene granos.* Angl. *That beareth graynes.*} Ferens granum: vt, Agmen graniferum, dictæ formicæ ab Ouid. 7. *Metam.*

Graniferúmque agmen subiectis spargere in aruis.

Graphia, Scriptura. {כתב chetáb משטנה sitnáh. γραφή. Gall. *Escriture, accusation.* Ital. *Scritura, accusa.* Germ. Ein geschrifft. Hisp. *Escritura, accusation.* Angl. *wryting.*} Aliquando etiam (vt inquit Suidas) Genus est publicæ accusationis, quando scilicet lex aliqua vt iniqua, aut perperam lata accusatur.

Graphice, es, Ars pingendi, pictura, sculptura. {γραφική. Gall. *L'art de peindre.* Ital. *Arte del dipingere.* Germ. Die kunst deß malens. Hisp. *Arte de pintar.* Angl. *The art of pinting or pourtraiting.*} Plin. *lib. 35. cap. 10.* Et huius autoritate effectum Sicyone primum, deinde & in tota Græcia, vt pueri ingenui ante omnia graphicen, hoc est, picturam in buxo docerentur. ¶ Graphice item dicitur, teste Budæo, cura, vsus, meditatio elaborandi, limandique ea quæ scribimus. Cic. *stylum* appellat, *lib. 1. de Orat.* Huic opponitur extemporanea dicendi, scribendive facultas, quam Græci vocant, αὐτοσχεδιαστικήν.

[Graphio, nis, præses, iudex fiscalis. Cod. ll. antiq.]

Graphis, idis. {γραφίς. Gall. *Traicts de peinture, degrossement, delineement.* Ital. *Disegno, abozzamento.* Germ. Entwerffung eines gemäls. Hisp. *El dibuxo.* Angl. *The a draught or delineation before the peinting.*} Est delineatio futuræ picturæ, quæ & ὑπογραφή à Græcis dicitur. Frequens huius dictionis vsus apud Vitruuium. *lib. 1.* Graphidem verò accipit pro primo stilo linearum ductu, & ichnographiam delineationem in tabulamentis scriberet, quam & orthographiam idem Vitruu. appellat. Dicta graphis à stylo, quem Græci γραφεῖον & γραφίδα etiam quandoque nominant.

nominant. Plin. *lib*.35. Graphidis vestigia extant in tabulis, ac membranis ex quibus proficere dicuntur artifices.

Graphium, ij. {γραφεῖον. GALL. *Pinceau ou autre instrument dequoy on peint ou escrit sur tablettes.* ITAL. *Stilo da scriuere in tauolette.* GERM. Ein griffel. HISP. *El punçon para dibuxar.* ANGL. *A pensill for a peinter.*} Stylus ferreus, quo veteres in cereis pugillaribus solebant scribere. Ouid. *lib.1. Amorum, Eleg.11.*

Quid digitos opus est graphium lassare tenendo.

¶ Etiam pugionis, siue cultri genus videtur esse, apud Suet. *in Cæsar. cap.82.* Graphio traiecit brachium. Item *in Calig. cap. 28.* Graphiis confossus. Et *in Claud. cap.15.* Graphio non leuiter perstringere.

Graphicus homo. {γραφικός. GALL. *Fait comme qui l'auroit peint, bien & naifuement fait.* ITAL. *Ben fatto, & come de essere.* GERM. Ein wolgestalter mensch an dem nichts vergässen ist. HISP. *Bien y perfetamente hecho y compuesto, lindo.* ANGL. *A perfyte man as if weare pinted.*} Dicitur ad vnguem factus, absolutúsque & quasi pictoris manu expolitus. Plaut. *in Epid.* Næ tu habes seruum graphicum, & quantiuis pretij, si seruat fidem. Item, Mortalis graphicus, apud eundem Plaut. *in Pseud. sc.5. a.1. & sc.4. a.2.*

Graphicè, aduerb. eleganter, politè, venustè, accuratè. {γραφικῶς. GALL. *En bonne peinture, naifuement, fort bien.* ITAL. *Elegantemente, galantemente, polidamente.* GERM. Zierlich, artlich. HISP. *Linda, galana y gentilmente.* ANGL. *By maner of passing well painting.*} Plaut. *in Persa,* Nunc huic ego graphicè facetus fiam, Subnixis alis me inferam, atque amicibor gloriosè. Idem *in Trin.* Exornetur graphicè. Gell. *cap.4. lib.12.* Graphicè describere.

Graphiarium, ij, Theca in qua graphia & styli reponuntur, quibus scribere & pingere solebant. {קסת *keseth*, γραφιοθήκη. GALL. *Vn calmar ou estuy de peinture ou escriuain.* ITAL. *Calamaro, o stucchio.* GERM. Ein schreibzeug. HISP. *La caxa de aquellos punçones.* ANGL. *A case wherein the instrument is of peinting ar keepst.*} Mart. *lib.14.*

Hæc tibi erunt armata suo graphiaria ferro,
Si puero dones, non leue munus erit.

Eadem & theca graphiaria dicitur. Vide Suet. *in Claud. cap.35.*

¶Grassa, *Grasse*, al. *Antibe*, V.E. Grassensis olim Antibensis Galliæ sub A. Ebrodunensi, distat tribus leucis ab Antipoli, vnde sedes Grassam translata est ob maris viciniam, & quotidianas piratarum incursiones.¶

Grassor, aris, si originem spectes, nihil aliud est, quàm cum impetu & vehementia incedo. Creditur enim frequentatiuum esse à verbo gradior. {ANGL. *To go or come on with a violent rage, to robbe and slay by the high wayes.*} Frequentissimè tamen accipitur pro eo quod est vias obsidere, obuiósque vestibus, aut pecunia, aut alia quauis re spoliare. Festus, Grassari antiqui ponebant pro adulari. Grassari autem propriè dicuntur latrones vias obsidentes. Gradi siquidem ambulare est: vnde tractum grassari. Ouid. *Eleg.1. lib.2.* Discolor vt recto grassetur limite miles, (id est, latrunculus.) & Sueton. *in August. cap.67.* Superbè, auaréque in prouincia grassantes. Sed quum quis grassatur, id est, quum impetu siue frequenti gradu vadit in aliquem, & bono & malo animo grassari potest: ideo & in bonam & in malam partem accipi potest: vt apud Salust. *in Iugurth.* Sed dux atque Imperator vitæ mortalium animus est, qui vbi ad gloriam virtutis via grassatur, abundè potens, pollénsque & clarus est. Liuius *lib.3. ab Vrbe,* Iam à vi tuta erat, quum assertor nihil opus esse multitudine concitata ait, se iure grassari: non vi, hoc est, iure progredi. Næuius *Ped.* Nunc me res ipsa reprimit, sæpe hac eadem grassatus via. Sæpiùs tamen in deteriorem partem accipitur pro sæuire in aliquem, vel vi aliquem adoriri. {פשט *pasetad*. ἐπιτίθεσθαι, ἐξερημωτεύω, λωποδυτεῖν. GALL. *Assaillir, courir sus, brigander, destrousser.* ITAL. *Assassinare, stringere.* GERM. Wüten, vngestüm sein, mit gwalt anfallen. HISP. *Saltear.*} Plaut. *in Rud.* Acta hæc est res: certum est mori, quàm hunc pati lenonem in me grassari. Lactant. *lib. 1.* Suis enim vitiis perditis sæuiunt, & grassantur vt perdant. Idem *lib.3.* Archipirata quispiam vel latronum ductor, si suos ad grassandum cohortetur. Cæsar, Grassari in hostes vetat. Liuius *lib.2.* Trecenti coniurauimus principes iuuentutis Romanæ, vt in te hac via grassaremur. Grassatur pestis, hoc est, cum ingenti clade hominum inualescit. ¶ Huius compositum est Oggrassor, quod est obuiam, seu contrà cum impetu gradior. Plaut. *in Pœn.* Nisi cum impudicis condidicistis oggrassari gradu.

Grassator, is, propriè dicitur, qui vias obsidens, obuios aut vestibus, aut pecunia spoliat: quales sunt qui prima face in maioribus vrbibus, ministris vestes detrahunt, aut cœnas quas dominis ferunt vi eripiunt metu verberum, aut mortis interim. {פשט *poseset* פריץ *parits*, λωποδύτης. GALL. *Brigant, destrousseur de gens, guetteur de chemins.* ITAL. *Malandrino, ladrone, assassine da strada.* GERM. Ein räuber, der mit gwalt ein anfalt. HISP. *Salteador de caminos y robador.* ANGL. *A robber or sleyr by the high wayes.*} Iuuen.

Interdum & ferro subitus grassator agit rem.

Callistratus *l. capitalium, Digest. de pœn.* Grassatores qui prædæ causa id faciunt, proximi latronibus habentur. Sueton. *in Augusto,* Nam & grassatorum plurimi palàm se ferebant succincti ferro, quasi tuendi sui causa. Et paulò inferiùs, in eodem Aug. *cap.43.* Igitur grassatores, dispositis per opportuna loca stationibus, inhibuit. Cicer. *de Fato,* Hoc enim modo viator quoque bene vestitus, causa foret cur à grassatore spoliaretur. Quintilian. Grassatorem auertere ab homine occidendo. ¶ Grassator olim dicebatur qui poeticæ operam dabat, vel ad conuiuia se applicabat. Gell. *cap.2. lib.11.*

Grassatio, nis, dicitur actus ipse grassandi. {פריץ *perets*. λωποδυσία. GALL. *Course sur vn homme, destroussement, briganderie, volerie.* ITAL. *Assassinamento.* GERM. Das wüten vnd vngestümigkeit, räuberey. HISP. *Aquella obra de saltear.* ANGL. *A robbing or slaying by the high wayes.*} Plin. *lib.3. cap.22.* Nero Cæsar claritatem ei dedit, initio imperij nocturnis grassationibus conuerberatam faciem illinens sibi cum thure ceráque, & sequente die contra famam cutem synceram circumferens. Budæus.

Grassatura, æ, idem quod grassatio. Suetonius *in Tiberio.* In primis tuendæ pacis à grassaturis, & latrociniis, seditionúmque licentia curam habuit.

¶Grassum, λιπαρόν. Gloss. Latinogr. Et Gloss. A.L. Fastidus grassus, i. fest.¶

Grastillus, γραστιλλος, i, vrbs Macedoniæ, alij Prastillus, Steph.

Gratè, Gratis, vide *Gratia.*

GRATIA, æ, interdum idem est quod beneficium: inde dictum quòd gratis nobis detur. {חן *chen* חסד *chesedh* תודה *todhah*. χάρις. GALL. *Grace, plaisir, bien fait.* ITAL. *Gratia, beneficio.* GERM. Gnad oder danck. HISP. *La gracia, ò graciosidad.* ANGL. *Fauour, thank, grace, welfall.*} Cicer. *lib.1. Epist.* Quum præsertim considerem, nullam esse gratiam, quam vel non capere animus meus, vel in accipiendo, vel remunerando, cumulandóque illustrare posset. Terent. *in Andr.* Ego Chatine neutiquam officium esse liberi puto, Quum is nihil promereat postulare id gratiæ apponi sibi, hoc est, postulare vt sibi habeatur gratia, vel vt pro beneficio reputetur. Plaut. *Capt. sc.5. a. 3.* Si quis seruus id tuo gnato faxit, quam haberes gratiam? Idem *Aul. sc.2. a.2.* Stultum & sine gratia est tibi rectè facere. Celsus eleganter dixit *lib. 7. cap. 2.* candenti ferramento aperiri debet, cuius hæc gratia est, quòd exigua plaga diutiùs ad pus euocandum patet, paruáque postea cicatrix fit, id est, cuius beneficium est, atque commoditas. ¶ Gratia gratiam parit, ἡ χάρις χάριν τίκτει. Sophocles *in Œdip. Colon.* Sententia qua monemur, neminem fermè mortalium inueniri, qui velit in quempiam beneficium collocare, à quo non speret aliquid emolumenti vicissim ad se rediturum. ¶ Frequenter item gratia accipitur pro memoria accepti beneficij, & voluntate referendi. Hinc dicimus agere gratias, pro verbis ostendere, nobis aliquid fuisse gratum. Habere autem gratias (χάριν εἰδέναι,) pertinet ad animum, quum memorem accepti beneficij mentem animúmque habemus, & in vicem gratificandi voluntatem. Referre verò gratiam, est facto acceptum beneficium remetiri ἀποδοῦναι χάριν, vt si à me subleuatus aliquo beneficio, alio me vicissim subleues, gratiam mihi refers. Accipitur & in malam partem, pro eo quod est iniuriam iniuria compensare, & par pari reddere. Cic. *in Salust.* Quòd ista inusitata rabie in vxorem & filiam meam inuasisti, (quæ se mulieres faciliùs à viris abstinuerunt, quàm tu vir à viris,) satis doctè ac peritè fecisti. Non enim sperasti mutuam me tibi gratiam relaturum, vt vicissim tuos compellarem. Terent. *in Eunuch.* Illis crucibus, quæ nos nostrámque adolescentiam habent despicatui, Nunc referam gratiam, atque eas itidem fallam, vt ab eis fallimur. Plaut. *Mostell. sc.3. a.1.* Nunquam possum referre gratiam, vt meritus est. *Ibidem,* magis amabunt, cùm videbunt benè merenti gratiam referentem. Idem *Asinar. sc.3. a.1.* Referre gratiam nunquam potes. Idem *Capt. sc.2. a.5.* Non possum referre gratiam perinde vt promeritus. Referre igitur gratiam, tam in meliorem, quàm in deteriorem partem sumitur, quum sit, ipso facto acceptum beneficium, vel iniuriam compensare. Rectiúsque huic verbo accusatiuum singularem GRATIAM iungimus, quàm pluralem gratias. Quo tamen interdum vsi sunt Latini, vt Plaut. *Amphitr. sc.1. a.1.* Si merito meo referre studeant gratias. (In malam partem pro gratiam.) Et contra vsitatiùs dicimus, teste Valla, Habere gratias, quàm gratiam. Ita tamen Plaut. sæpè, vt *in Curc. sc.3. act.5.* Æsculapio huic habeto, quòd pudica es, gratiam. Et *Aul. sc.4. a.1.* Redeo ad te, si quid me vis. H. Habeo gratiam. Item *Menæch. sc. vlt. a.5.* Rectè monuisti, & habeo gratiam. Idem *Capt. sc.3. a.2.* Gratiam habeo tibi, cùm eam potestatem mihi facis. Et *Most. sc.2. a.2.* Habeo Neptuno gratiam magnam tibi. Dicit etiam in plural. GRATIAS, vt *in Asin. sc.2. a.3.* Perfidiæ laudes, gratiásque habemus. Et *ibid. sc.2. a.1.* Magnas habebas omnibus Diis gratias. Nunquam autem, vel rarissimè, agere gratiam, sed semper ferè, agere gratias. Liu. *3. bell. Maced.* Satiatus tandem complexu filij, Renunciate, inquit, gratias Regi me agere, referre gratiam aliam nunc non posse, quàm vt suadeam, non ante in aciem descendat, quàm in castra me rediisse audierit. Cic. *pro Planco,* Cui pro me Senatus gratias agendas putauit, ego à me gratiam referendam non putem? Plaut. *Aulul. sc.3. a. 4.* Iupiter te diíque omnes perdant. S. Haud malè agit gratias. Senec. *cap.14. de tranquill.* Gratias agebant etiam damnati. *Ibid.* Gratias tibi ago, optimè princeps. Vnicas agere gratias. Scribonius Largus *in Epist.* fateor itaque libentes vnicas me tibi gratias agere, id est, maximas, singulares. ¶ Habere & referre gratiam coniunctè dixit Terent. *in Eunuch.* Et habetur, & refertur à me Thais tibi, ita vt meritas es, gratia. Vbi Donatus, Qui habet apud se gratiam, nondum retulit: retulit, qui destitit habere. Multum ergo hic dixit. Et habetur gratia & refertur. Quem sensum transtulit Salustius *in bello Iugurth.* Arma, pecuniam sume, vtere & quoad vixeris, nunquam redditam tibi gratiam putaris: semper apud me integra erit. Gratiam facere criminum, (pro veniam dare.) Sueton. *in Calig. cap.15.* ¶ Facere gratiam iurisiurandi, pro remittere. Idem *in Tib. cap. 35.* Item *in August. cap. 16.* Gratiam fecit coniurandi, (id est, permisit) & reddendi equi. *Ibid. cap.38.* Senec. *cap.16. de consol. ad Polyb.* Gratiam facit nulli necessitatis suæ natura. Gell. *cap. 15. lib. 10.* (Diali) gratiam aliquot ceremoniarum factam, (i. aliquot ceremonias remissas,) & Plaut. *Pseud. sc.2. a.5.* Non audes mihi facere gratiam argenti. (i. remittere argentum debitum. Galli dicunt, *Faire grace, quitter.*) Gell. *cap.8. lib. 11.* Veniam gratiámque malæ existimationis postulare. ¶ Gratia verbum medium. Gell. *cap.9. lib.12.* ¶ Pro venustate, Ouid. *13. Metam.*

——— *Nec abest facundis gratia dictis.*

Gell. *c.9. lib.9.* loquens de verbis, Perdunt, inquit, illa gratiam. & Suet. *in Aug. c.86.* Gratiam augent, id est, venustiorem reddunt orationem. ¶ Cum isto magna est mihi gratia. Cic. *ad Lent.* hoc est, magna intercedit mihi cum illo familiaritas: vel inter nos amamus plurimum. ¶ Cum bona & cum mala gratia. Terent. *in Phorm.* —cur non, inquam, Phormio, Vides, inter nos sic hæc potius cum bona Vt componantur gratia, quàm cum mala? Est gratia, pro ago gratias, Plaut. *in Menæch. sc. 4. a. 2.* Eamus intrò, vt prandeamus. MEN. bene vocas: tum gratia est. Idem *in Mercat.* Salue mi sodalis Eutyche: Vt valuisti? quid parentes mei valent? EVT. tibi gratia est. Bene vocas, benignè dicis, cras apud te cœnauero. ¶ Esse in gratia pro gratiosum esse, & gratia aliquid valere. Cicer. *Attic. lib.2.* Erit nebulo iste cum iis dynastis in gratia. ¶ Facere gratiam, hoc est, ex iure strictiori aliquid imminuere, vel remittere aliquid quod sibi debeatur. Vnde facere gratiam iurisiurandi, est iusiurandum remittere. Plaut. *in Rud.* Nihil hercle hic tibi est, ne tu speres iurisiurandi volo gratiam facias. Liu. *lib. 3.* Omnium tibi Appi

mortalis attingere potest, nisi omissis pecuniæ & corporis gaudiis, animo indulgens, non assentando, neque concupita præbendo, peruersam gratiam gratificans: sed in labore, patientia, bonisque præceptis & factis fortibus exercitando. Gratificari, pro Fauere & ornare. Cic. 3. *de legibus*, Vt in eo sit ipsa libertas, quòd populo potestas honestè bonis gratificandi datur.

Grătĭfĭcātĭo, nis, {חנינה *chaninah* חסד *chésed.* χάρισμα. GALL. *Plaisir fait, bien fait, gracieuseté.* ITAL. *Piacere, fatto per gratificarsi alcuno.* GERM. Ein dienst bewisung. HISP. *Aquella obra de gratificar bien hecho.* ANGL. *A doing or shewing of pleasour.* } Cicero 1. *de natura deorum*, Vos autem quid mali datis, quum imbecillitatem, gratificationem & beneuolentiam ponitis? Impudens gratificatio. Idem 3. *de lege Agrar.*

[Gratito, anseris est à sono. Italis est *gracidare.*]

Grātŏr, aris, Gratulor, lætor ob felicitatem, vel commoda, gaudeo. {ברך *boréch.* συγχαίρω, τοῦ εὖ ἔχειν. GALL. *S'esiouyr du bien aduenu, remercier.* ITAL. *Ringratiare, allegrarsi.* GERM. Frolocken von wolfart frölich sein. HISP. *Alegrarse con otro por su bien.* ANGL. *To be glade, to giue thankes to.* } Virg. 4. *Æneid.*

Inueni germana viam, gratare sorori.

Ouid. 8. *Metam.*

Totóque libens mihi pectore grator.

Gratari superis, est diis gratias agere, & ob felicem rei alicuius successum sacrificare, quod Græci dicunt, χαριστήρια θύειν. Ouid. 2. *Fast.*

Quisquis ades, castaque colis penetralia Vestæ,
Gratare, Iliacis thuraque pone focis.

Grātābundus, a, um, Gratulabundus {מברך *mebaréch.* συγχαίρων. GALL. *Qui monstre face de se resiouyr du bien aduenu à soy, ou à quelqu'un.* ITAL. *Qualunque che sia lieto del bene auenuto à se, ò ad altri.* GERM. Frolockend / sich frewend. HISP. *El que mucho se alegra con otro por su bien.* ANGL. *That sheweth him self to be glade for the good luck that is happened to him or another.* } Tacit. *lib.* 17. Et proximi militum gratabundi respondent. Liuius *lib.* 7. *ab vrbe.*

Grātāntĕr, aduerbium. Iulius Capitolinus *in Macrino*, Mortem Antonini Senatus gratanter accepit.

Grātŭlŏr, aris, i, Grator, gratulationem facio, lætor. {ברך *boréch.* συγχαίρω, συγχαίρω. GALL. *Dire & monstrer qu'on s'esiouyt du bien & prosperité aduenuë.* ITAL. *Rallegrarsi, congratularsi, monstrare di rallegrarsi del bene di alcuno.* GERM. Frolocken/frewd erzeigen. HISP. *Alegrarse con otro por su bien, gozar de algun bien.* ANGL. *To shew him self glade for the luck that is happened him self or another.* } Triplicem ferè habet constructionem. Interdum enim absolutè ponitur, sine aliquo casu à tergo. Ouid. 3. *de arte amand.*

Prisca iuuent alios, ego nunc me denique natum
Gratulor.

Interdum solo datiuo contentum est. Trebonius *Cic. lib.* 12. Itaque tibi (quod verè facere possum) libenter quoque gratulor. Nonnunquam etiam accusatiuum habet cum datiuo. Cicer. 2. *Verrem*, Appellat hominem, & ei voce maxima victoriam gratulatur. Ouidius *Eleg.* 8. *lib.* 1. *Tristium.*

———Tota tibi mente mihique
Gratulor, ingenium non latuisse tuum.

Plaut. *Capt. sc.* 2. *a.* 3. Gratulantur mihi eam rem. Item, Vix ex gratulatione eminebam. & apud Liu *lib.* 6. *dec.* 4. & *lib.* 5. *dec.* 5. Habet accusatiuum cum datiuo. Inuenitur etiam aliquando cum solo accusatiuo, ita tamen vt datiuus subaudiatur. Terent. *in Eunuch.* Salutant, ad cœnam vocant, aduentum gratulantur. Conuertitur aliquando accusatiuus in ablatiuum mediante præpositione. Cic. *Lentulo*, Quod mihi de nostro statu, & de Milonis familiaritate, de leuitate & imbecillitate Clodij gratularis, minimè miramur. Et ita Liuius *antea. lib.* 5. *dec.* 5. Interdum etiam sine præpositione. Cælius *Cic. lib.* 8. Gratulor tibi affinitate viri medius fidius optimi. ¶ Aliquando significat, pro re bene gesta gratias diis agere, quemadmodum triumphantes solebant, qui equis albis, curruque aurato in Capitolium vecti, Ioui pro felici rerum successu taurum immolabant, quod Græci dicunt, χαριστήρια θύειν. Ennius *in Hecuba*, Iupiter tibi summe, tandem malè re gesta gratulor. Liu. Triumphantes in Capitolium ascendebant, Ioui Optim. Maxim. cæterisque diis gratulari. ¶ Huius compositum est Congratulor.

Grātŭlātĭo, nis, Testatio gaudij ob felicem successum. {ברכה *brachah.* συγχάρμα, φιλοφρόνησις. GALL. *La ioye qu'on meine du bien & prosperité aduenu aux autres, ou à nous.* ITAL. *Allegramento, allegrezza, congratulatione, il rallegrarsi di prosperità auenuta à fuori ò ad altri.* GERM. Frolockung/glückwünschung. HISP. *Aquella obra de alegrarse con otro.* ANGL. *A reioysing in ones be half.* } Cic. *Attic.* Mihi facta statim est gratulatio. Idem 2. *Verr.* Nuntiatur mihi, maximam gratulationem huic esse factam. ¶ Aliquando significat lætam supplicationem & gratiarum actionem, χαριστήρια, quæ à Senatu nomine alicuius Imperatoris, qui rem in bello feliciter gesserat, ad omnium deorum templa solet decerni. Cic. *in Catil.* Cæteris semper bene gestis, mihi vni conseruatæ Reip. gratulationem decreuistis. Idem *ad Brutum*, Sed tamen tam recenti gratulationi, quàm tuo nomine ad omnium deorum templa fecimus, &c.

Grātŭlābundus, Valde gratulans. {מברך *mebaréch.* ὁ συγχαίρων ἢ φιλοφρονούμενος. GALL. *Qui s'esiouyt ou monstre signe de s'esiouyr de sa prosperité, ou de celle d'autruy.* ITAL. *Che sta lieto del ben auenuto à se ò ad altri.* GERM. Hefftig frolockend. HISP. *El que mucho se alegra con otro por su bien.* ANGL. *That reioyseth greatlie for the good luck that is happened to him self or another.* } Gell. *lib.* 3. *cap.* 15. Quumque populus gratulabundus flores vndique in eum iaceret, &c.

[Gratianopolis, *Grenoble*, V.E. ad Isaram fl. sub A. Viennensi, in qua residet Parlamentum Delphinatus, à Carolo VII. Galliarum Rege institutum. Sic dicta est ab Imp. Gratiano, cùm antea Cularo vocaretur.]

Grātĭdĭa, γρατιδία. Proprium nomen mulieris Neapolitanæ vnguentariæ, ac maleficæ, quam Horat. *in Epod.* Canidiam nominauit.

[Grauastellus, senior: vt puto à grauitate dictus. Fest. Sed vide *Rauastellus.*]

Graucasum, Caucasum montem nominarunt Scythæ, quod illorum lingua significat niue candidum. {Ein schneebirg Scythie/in Asia gelegen.} Autor Plin. *lib.* 6. *cap.* 17.

[Grauina, *Grauina*, V.E. regni Neapolitani, sub A. Materano gaudet titulo Ducatus.]

Grauionarium, oppidum est Germaniæ, apud Ptol. *lib.* 2. *cap.* 11. Vulgò *Bamberg.*

Grăvĭs, e, à γαῦς, vel γραῦς, vel à γέρας. significat ponderosum, quod scilicet suapte natura deorsum fertur ✻ leuis, quod sursum fertur. {כבד *chabéd.* βαρύς, βαρεῖα, βαρύ. GALL. *Pesant, fascheux, graue.* ITAL. *Graue, ponderoso.* GERM. Schwer/gewichtig. HISP. *Cosa graue, molesta y pesada.* ANGL. *Heauie of weight.* } Virg. 1. *Georg.*

Vomis & inflexi primùm graue robur aratri.

Ouid. 13. *Metam.*

———Onerosa grauisque Pelias hasta.

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist.*

Indocili numero cum graue mollit opus.

Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 3. Si quispiam det cui manus grauior siet, (id est, pecuniam afferat.) ¶ Grauis vulnere, (i. tardus.) Virg. & Velleius. Item Liu. *lib.* 6. *dec.* 4. ¶ Grauis valetudo & perprospera, opponuntur. Suet. *cap.* 31. ¶ Per translationem dicitur, Grauis fructu vitis, apud Quintilian. (i. grauida) vt infrà loquitur Ouidius in *Grauidus.* morbus grauis, senectus grauis, id est, molesta: quoniam qui molestiam ex senectute, morbo, cæterisque huiusmodi sentiunt, quasi onere intolerabili premuntur, quod cupidè velint deponere. δεινός, βαρύς, χαλεπός. Cic. *in Catone*, Quod nonnunquam senectutem tibi grauem esse senserim. Graue. i. molestum. Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 3. *Trist.*

At tibi qui transis, ne sit graue dicere.

Ibid. Eleg. 1.

Dicite lectores, si non graue, qua sit eundum.

Idem *Eleg.* 6. *lib.* 4. *Trist.*

Iámque parum firmo me mihi ferre graue est.

¶ Grauis item accipitur pro constanti & seuero, quadámque autoritate & grauitate prædito, quod Græci dicunt σεμνός. {כבד *kabbir* יקיר *mechubbadh.* GALL. & ITAL. *Modeste, graue.* GERM. Ernsthafftig/standhafftig. HISP. *Modesto, no liuiano.* ANGL. *Sage and modest.* } Quæ significatio inde ducta est, quòd quemadmodum grauia & maiora onera non facilè loco mouentur, ita homines seueri & constantes, nec minis, nec precibus ab æquitate auelluntur. Cic. *de Orat.* Vir autoritate grauis. Idem alibi, Vir prudens & grauis. Idem *in Hortensio*, Quid enim aut Herodoto dulcius, aut Thucydide grauius? ¶ Variis aliis modis dicitur graue, sed ad hos reduci possunt. Nam ponitur pro pernicioso, acerbo, nocente. Cic. 3. *Offic.* Magnum illud bellum, & grauem aduersarium imperij sustulissent. Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 1. *Trist.*

Stella grauis nobis lucifer ortus erat.

¶ Item graue vulnus. Idem *Eleg.* 1. *lib.* 5.

Accepto que graui vulnere flere vetas.

Idem *Eleg.* 8. *lib.* 4. *Trist.*

Curriculo grauis est facta ruina meo.

¶ Pro forti & robusto. {חזק *chazák.* ἰσχυρός.} Virg. *lib.* 5.

Prima pares ineunt grauibus certamina remis. pro grandæuo.

Idem 5. *Æneid.*

Hic grauis Entellum dictis castigat Acestes.

¶ Pro solido, firmo, constante, σπουδαῖος ἀξιόλογος. Cic. *lib.* 1. *Offic.* Vt iam sint alia grauiora, atque meliora, tamen nos studia nostra naturæ regula metimur. Pro tristi. Virg. *lib.* 8.

———Grauior ne nuntius aures Vulneret.

¶ Æs graue à Romanis dicebatur æs rude, & quod non erat signatum: idcirco quod non numero, quemadmodum hodie, sed pondere in solutionem cederet. Liu. *lib.* 4. Patres bene cœptam rem perseueranter tueri, conferre ipsi primi: & quia nondum argentum signatum erat, æs graue plaustris quidam ad ærarium conuehentes, speciosam collationem faciebant. Pro eodem etiam æs rude dicitur à Plin. *lib.* 33. *c.* 3. Seruius, inquit, rex primus signauit æs: antea rudi vsos Romæ Remeus tradit. Cornel. Tacit. *lib.* 1. Tenuia graui cœno. ¶ Pro necessario. Lucil. *lib.* 29. Habeásque animo, mihi admodum causam grauem fore, quæ me ab vllo commodo abducat tuo. ¶ Pro pleno. Virg. 1. *Æneid.*

Tum pietate grauem ac meritis si fortè virum quem
Conspexêre, silent.

¶ Pro fœcundo, & frugifero. Idem,

Quid labor, aut benefacta iuuant? quid vomere terras
Inuertisse graues?

¶ Pro multo. Varro *apud Nonium*, Vbi graues pascantur & alantur pauonum greges. Salust. *lib.* 3. Cœpit per omnem prouinciam graue pretium fructibus esse. ¶ Pro amaro, Var. *Quinquatribus*, vt citat Nonius, Absinthium vt bibam graue & castoreum. ¶ Nonnunquam etiam pro grauida. Virg. 1. *Æneid.*

———Donec regina sacerdos Marte grauis.

Idem *Eclog.*

Non insueta graues tentabant pabula fœtas.

Grauiusculus, a, um, Gell. *c.* 11. *lib.* 1. Sensim grauiusculũ sonum inspitaret.

Grăvĭtās, atis, Pondus, ponderositas. {כבד *chóbed.* βάρος, βαρύτης. GALL. *Pesanteur, grauité.* ITAL. *Grauezza, peso.* GERM. Schwere. HISP. *Graueza, pesadumbre y molestia.* ANGL. *Heauisenesse, weightinesse.* } Cic. 1. *de nat. deor.* Tanta contentio grauitatis & ponderum. Idem *de Fato*, Atomos grauitate & pondere moueri. ¶ Accipitur & pro constantia, & seueritate, quam Græci σεμνότητα vocant. {הדר *héder.* ANGL. *Sagenesse, discretnesse.* } Cic. *Attic.* Tu cum Sexto seruasti grauitatem eandem quam mihi præcipis. Idem 1. *Offic.* Catoni incredibilem tribuit natura grauitatem. ¶ Grauitas morbi, id est, magnitudo apud eundem *de nat. deor.* ¶ Grauitas cæli, id est, intemperies aëris. Idem *Attic.* Corpore vix sustineo grauitatem cæli huius.

Grăvĭtĕr, Molestè, ægrè. {βαρέως, δυσχερῶς. GALL. *Griefuement, grieuement.* ITAL. *Grauamente, molestamente.* GERM. Schwerlich/fast übel. HISP. *Graue y pesadamente.* ANGL. *Greuouslie.* } Salust. *in Cic.* Grauiter & iniquo animo patere maledicta tua, M. Tulli, &c. Cic. *de Arusp. resp.* Id grauiter equidem, sed aliquantò leuiùs ferebam, quòd, &c. ¶ Accipitur item grauiter, pro constanter, seuerè, & cum quadam autoritate. Cicer. *de Orat.*

Orat. Thucydides res gestas narrat grauiter, sanè, & probè. ¶ Interdum etiam pro valdè, siue vehementer. {מאד *meód.* σφόδρα.} Cæcilius *Plotio*, vt citat Nonius, Placere occœpit grauiter, postquam est mortua. Cic. *in Catil.* Si me meis ciuibus suspectum tam grauiter atque infensum viderem, &c. Sic grauiter ægrotare, id est, vehementer, & periculosè, apud eundem *lib.* 1. *Offic.* & *lib.* 2. *de fin.* ¶ Grauissimè opinari de aliquo. Suet. *in Aug. cap.* 67.

Grăuēdo, inis, Capitis morbus quum humor crassior ex cerebro in nares decumbit, easque claudit, vocem obtundens, & tussim siccam mouens. {κόρυζα. GALL. *Pesanteur de teste, distillement de cerueau, catarre.* ITAL. *Pesamento di testa, distillatione, freddore.* GERM. Ein fluß deß haupts so das schnuder machet, der pfnusel. HISP. *El romadizo.* ANGL. *Heauinesse or dizzinesse of the head, a murre or destillacion of the brayne.*} Cels. *lib.* 4. *cap.* 2. Aliud à destillatione malum, quanuis non multum distans, grauedo est. Hæc nares claudit, vocem obtundit, tussim siccam mouet: sub eadem salsa est saliua, sonant aures, venæ mouentur in capite, turbida vrina est. Hæc omnia κορύζας vocat Hippocrates: nunc video apud Græcos in grauedine hoc nomen seruari, destillationes κατάρρους appellari. Plaut. *in Asinar.* Quod illa autem simulet, quasi grauedo profluat: hoc ne sic faciat tu labellum abstergas. Cic. *Attic. lib.* 16. Grauedini, quæso, omni ratione subueni. Plin. *lib.* 23. Grauedinem enim capiti morbúmque lethargicum faciunt. Suet. *in Aug. cap.* 8. Grauedine tentari.

Grăuēdĭnōsŭs, a, um, qui grauedine infestatur, quique ad eum morbum est procliuior. {κορυζῶν, κορυζώδης. GALL. *Qui est subiect & coustumier d'auoir pesanteur de teste, catarreux.* ITAL. *Soggeto à pesamento di testa.* GERM. Pfnußlechtig. HISP. *Cosa arromadizada, que tiene peso de cabeça.* ANGL. *That hath an heauie head, that hath murre or poze.*} Cicer. 4. *Tuscul.* Itaque dicimus quosdam grauedinosos, quosdam terminosos, non quia iam sint, sed quia sæpe sint. Plin. *lib.* 8. *cap.* 15. appellat eruum grauedinosum, quòd bubus in pabulo grauedinem facit.

Grăuĕŏlēns, tis, omn. gen. quod malè olet, quod grauem habet odorem. {באש *boésch* סמנך *namák.* δυσώδης. GALL. *Qui sent fort, qui sent mal.* ITAL. *Che ha cattiuo odore.* GERM. Vbel riechend, vbel stinckend. HISP. *El que hiede de la boca.* ANGL. *That hath a strong stinking sauour.*} Virg. 4. *Æneid.*

——— *ad fauces graueolentis Auerni.*

Plin. *lib.* 27. *cap.* 8 Graueolentibus foliis.

Grăuĕŏlĕntĭă, æ, Grauis odor. {באש *beósch* צחנה *tsachanáh* מק *mak.* δυσωδία. GALL. *Mauuaise odeur, mauuaise senteur.* ITAL. *Puzza, lezzo.* GERM. Ein starcker böser geschmack. HISP. *Hedor de la boca, mal olor.* ANGL. *A strong stinking sauour.*} Plin. *lib.* 20. *cap.* 9. Syluestris, siue erraticæ brassicæ effectus multò plus laudat Cato, adeò vt aridæ quoque farinam in olfactorio collectam, vel odore tantùm naribus rapto, vitia earum, graueolentiámque sanare affirmet.

Grăuo, as, Onero, siue graue reddo. {הכביד *hichbíd.* φορτίζω, βαρύνω. GALL. *Greuer, charger.* ITAL. *Grauare, caricare.* GERM. Beschwären, beladen. HISP. *Agrauiar, hazer pesado à otro.* ANGL. *To greiue, to burden, to lode.*} Cic. 2. *de diuinat.* Iam verò semper viridis, semperque grauata Lentiscus triplici solita grandescere fœtu. Liu. 25. Grauatis omnibus vino somnóque. Caput grauatum, hoc est, grauedine laborans. Colum. *lib.* 6. *cap.* 9. Signa febricantis, manantes lachrymæ, grauatum caput, oculi compressi. ¶ Interdum grauare accipitur pro molestia afficere. Virg. 2. *Æneid.*

——— *Nec me labor iste grauabit.*

¶ Nonnunquam etiam pro grauius & molestius aliquid reddere. Ouid. 4. *Tristium, Eleg.* 11.

At tu fortunam, cuius vocor exul ab ore,
Nomine mendaci parce grauare meam.

¶ Huius composita sunt, Aggrauo, Degrauo, Ingrauo, & Prægrauo: de quibus suis locis.

Grăuor, aris, deponens, Molestor, offendor. {ירע *jaráh.* βαρύνομαι, δυσχεραίνω. GALL. *Estre greué, faire à regret & ennuy.* ITAL. *Aggrauarsi, hauer à male.* GERM. Sich beschweren, ein verdruß haben, mit beschwerd etwas thun. HISP. *Ser graue, hazerse pesado.* ANGL. *To be greiued.*} Plaut. *in Trinum.* Non grauabor, Faciam ita vt vis. Idem *in Rud.* Cur tu aquam grauare amabo quam hostis hosti commodat? Cic. *de Amic.* Ego verò non grauarer, si mihi ipse confiderem. Liu. 1. *ab Vrbe.* Minus tamen plebs grauabatur se templa deûm exædificare manibus suis. ¶ Grauari cum accusatiuo. Quintil. *lib.* 1. *cap.* 1. Quæ si quis grauabitur, non rationi defuerit, sed oneri. Lucan. Romanos odêre omnes, dominósque grauantur, hoc est, grauiter ferunt dominos. ¶ Est etiam grauor verbum passiuum à verbo Grauo: vt, Lentiscus triplici fœtu grauato, apud Cic. 2. *de Diuin.*

Grăuātŭs, particip. {βεβαρυμένος, δυσχεραινόμενος. GALL. *Greué, chargé, qui fait quelque chose à regret.* ITAL. *Grauato, carico, huomo che fa alcuna cosa mal volentieri.* GERM. Beschweret. HISP. *Agrauiado, que haze alguna cosa con peso.* ANGL. *Greiued, burdeined, loded.*} Plaut. *in Rudente,* nam vox me Precantum huc foras excitauit, bonam atque obsequentem deam, atque aut grauatam Patronam exequuntur, benignámque multum. id est, quæ ex animo facit, quod ab ea petitur, non inuita, aut ægrè.

Grăuātē, aduerb. Inuitè, non libenter, cum molestia, ægrè. {בהכבדה *lehachbadáh*(?) ... ἀκουσίως, δυσχερῶς. GALL. *A regret.* ITAL. *Grauosamente.* GERM. Mit beschwerd, vnwilliglich, vngern. HISP. *Grauamente.* ANGL. *Greuously.*} Plaut. *in Bacch.* Quam grauatè pater dedit, id est, quàm ægro animo & inuito. Cicero *pro Balbo,* Qui erranti comiter monstrant viam, benignè, non grauatè. Idem *lib.* 2. *Offic.* Grauatè ille primò: quid multa? impetrat.

Grăuātĭm, aliud aduerbium, grauatè, ἀκουσίως. Liu. 1. *ab Vrbe,* Haud grauatim socia arma Rutulis iunxit.

Grăuēsco, is, Grauis fio, oneror. {כבד *chabádh.* βαρύνομαι, βαρῦνομαι. GALL. *Deuenir pesant, s'engreger, s'appesantir.* ITAL. *Aggrauarsi, farsi graue.* GERM. Schwer werden. HISP. *Hazerse pesado.* ANGL. *To waxe heauie.*} Virg. *lib.* 2. *Georg.*

Nec minus interea fœtu nemus omne grauescit. Id est, oneratur.

Plin. *lib.* 11. *cap.* 41. Cameli lac habent, donec iterum grauescant, hoc est, grauidæ fiant & prægnantes. Cels. *lib.* 6. *cap.* 6. Oculi cum dolore quodam grauescunt, i. grauantur. Valetudo grauescit, id est, grauior fit. Tacit. *lib.* 1. Hæc atque talia agitantibus grauescere valetudo Augusti. Idem *lib.* 14. Malis publicis in dies grauescentibus. Hinc Aggrauesco, & Ingrauesco, de quibus suo loco.

Grăuĭdŭs, a, um, Onustus, grauis. {כבד *chabédh.* ἔμφορτος. GALL. *Plein & pesant.* ITAL. *Carico di peso.* GERM. Schwer, beladen. HISP. *Cosa pesada.* ANGL. *Burdened, heauie.*} Plaut. *in Truculent.* Heu qui manus attuleris steriles intrò ad nos, Grauidas foras exportes. Sed hoc translatitium est: propriè enim mulier dicitur grauida, quæ iam concepto fœtu grauatur. {הרה *haráh.* ἔγκυος, ἐν γαστρὶ ἔχουσα. GALL. *Grosse ou grosse, enceinte.* ITAL. *Grauida.* GERM. Schwanger oder tragende fraw. HISP. *Muger preñada de preñez.*} Plaut. *in Amphit.* Et quum te grauidam, & quum te pulchrè plenam aspicio, gaudeo. Cic. *pro Cluent.* Quum mulier esset grauida, & iam appropinquare partus videretur. Aluus grauida. Ouid. 2. *Amor. Eleg.* 14.

Si Venus Æneam grauida temerasset in aluo,
Cæsaribus tellus orba futura fuit.

Plaut. *Amph.* Ex concubitu grauidam feci filio. Terent. *Andr.* Iamprimùm hæc se è Pamphilo grauidam dixit esse: inuentum est falsum. ¶ Sic per translationem Grauida vitis, dicitur quæ fructu grauis est, (vt suprà in *Grauis* loquitur Quint.) Ouid. 3. *Fast.*

——— *Et grauida munera vitis amas.*

Grăuĭdĭtās, atis, Prægnatio, conceptio. {הריון *herajón* הרון *herón.* κύησις. GALL. *Grossesse, engrossissement de femelle, portée.* ITAL. *Grauidezza, ingrossamento di donna.* GERM. Schwangerheit. HISP. *Preñez.* ANGL. *Greatnesse with chylde or yonnge.*} Cic. *de nat. deor.* Ipse sol mundum omnem sua luce compleat, ab eóque luna illuminata grauiditates, & partus afferat, maturitatésque gignendi.

Grăuĭdo, as, propriè est mulierem grauidam reddo: quamuis etiam ad alia transferatur. {עבר *hibbir.* ἐγκύμονα ποιῶ. GALL. *Engrossir vne femelle.* ITAL. *Ingrauidare.* GERM. Schwanger machen. HISP. *Empreñar.* ANGL. *To mak great with chylde or yeunge.*} Cic. *de nat. deor.* Quippe quæ grauidata seminibus omnia pariat, & fundat ex sese. Cæcilius *in Tycbe* translatè, Per mysteria hic te inhonestè grauidauit probro, id est, onerauit.

Grăuĭdārī, grauidam fieri. In Epitome Sext. Aurelij Victoris *in Adriano,* Huius vxor Sabina dum propè inuitiis seruilibus afficitur ad mortem voluntariam compulsa, quæ palàm iactabat, quàm inmanè ingenium pertulisset, & elaborasse ne ex eo humani generis pernicies grauidaretur.

Grăuĭlŏquŭs, Grauiter loquens. βαρυλόγος. Inde grauiloquentia. βαρυλογία.

Grăuĭscæ Ptolemæo, Hetruriæ castellum est in Tuscia, quod hodie *Montem altum* vocant: ita dictum ab aëris grauitate. Virg. 10. *Æneid.*

Et Pyrgi veteres, intempestæque Grauiscæ.

[Grauius. Gloss. Latinotheoth. Præses Grauo: vnde ita Burggraue castri præses, Landtgraue regionis præses, Marckgraue limitis præses, Gogreue pagi præses. Iudicem adhuc alicubi, præsertim in pagis, vocant Greue.]

Graxis, Plaut. *Prolog. Asin.* Caue modò ne graxis. (i. ne minimum sonum edas.) Passeratius sic ibi legendum opinatur, vel certè γρύξεις. Lambinus contrà *grasys* legendum contendit.

Grĕgālĭs, Gregarius, Gregatim, vide *Grex.*

Greſinus, Γρεσινος, vrbs Chersonesi, Steph.

Grēstōnĭă, Γρηστωνία, regio Thraciæ iuxta Macedoniam, à Gresto quodam dicta, Gastrones gentiles, vide *Gastronia.*

Grĕssŭs, vide *Gradior.*

Grĕx, gregis, à γράω, comedo: vel q. gerex, à gero. Differt ab armento, teste Valla *lib.* 4. *c.* 24. quòd grex minorum animalium sit congregatio, vt ouium, porcorum, caprarum, {עדר *hédher* צאן *tsón.* ἀγέλη, ποίμνη. GALL. *Troupeau de bestes.* ITAL. *Gregge, greggia.* GERM. Ein schafherd, herd. HISP. *Grey ò manada, vel hato, como de ouejas, ò cabras.* ANGL. *A flock of beastes.*} Armentum maiorum, vt camelorum, boum, equorum. Ouid. 4. *Metam.*

Mille greges illi, totidémque armenta per herbas Pascebant.

Virg. 3. *Georg.*

Hac satis armentis: superat pars altera curæ,
Lanigeros agitare greges, hirtásque capellas.

Inuenitur tamen quandoque grex de maioribus dici, vt de bobus, equabus & similibus: sed tunc ferè habet adiunctum nomen adiectiuum, aut genitiuum determinantem, aut potiùs detorquentem eius significationem ad rem aliquam, pro qua, si solum positum esset, non ita aptè acciperetur. Virg. *Eclog.* 6. Aut aliquam in magno sequitur grege. Vbi adiectiuum *magno*, efficit vt grex accipiatur pro armento. Sic Horat. quum vellet significare boum armenta, dixit, Greges mugientium. Et Suet. *in Cæs. cap.* 81. & *in Ner. cap.* 22. Greges equorum, dixit. Item Cic. 3. *Philipp.* Cædit greges armentorum, reliquique pecoris quodcunque nactus est. Idem 3. *Verr.* Præterea greges equarum eum illum abigendos curasse. Ex his exemplis omnino dicendum videtur gregis appellationem generaliorem esse, quàm armenti. Hoc enim de maioribus duntaxat animalibus dicitur: illud autem, quoties solum ponitur, ferè de minoribus: cum adiuncto autem, etiam de maioribus. Dux gregis pro Tauro. Ouid. 1. *de arte* 65. *de Europa,*

Hanc tamen impleuit vacca deceptus acerna
Dux gregis, & partu proditus author erat.

¶ Neque solùm pro quadrupedum congregatione, veruметiam pro auium, atque adeò ipsorum hominum multitudine accipitur. Horat.

Ne, si fortè suas repetitum venerit olim
Grex auium plumas, moueat cornicula risum
Furtiuis nudata coloribus.

Plaut. *in fin. Pseud.* Si vultis approbare hunc & fabulam. Idem *in prolog. Asin.* Grex & gregis dominus: (de mimis & histrionibus.) Item *in fine Capt.* Grex loquitur. Item, Princeps Gregis. (i. puerorum ludentium.) Suet. *in Calig. cap.* 58. ¶ Item de globo militum, Liuius 8. *ab vrb.* Grege facto venientes hostes. Plaut. *in Aulul. sc.* 3. *act.* 3. Etiam introduce, si vis, vel gregem venalium. Terent. *in Eunuch.* Vnum

etiam hoc vos oro, vt me in gregem vestrum recipiatis, Idem *in Heaut.* —ancillarum gregem Ducunt secum. Sed hæ significationes impropriæ sunt, & translatitiæ. ¶ Grege facto dicitur, vt agmine facto. Salust. *Iugurth.* 99. memores nominis Rom. grege facto locum cœpere. Transfertur & ad inanimata. Nam Plautus greges virgarum dixit *in Pseud.* —lanios inde accersam duo cum tintinabulis: Eadem duo greges virgarum inde vlmearum adegero: Vt hodie ad litationem huic suppetat satis Ioui.

Grĕgo, as, A Grex deductum, colligo, congrego. {ἀγείρω. ANGL. *To gather into flockes.*} Huius tamen composita magis in vsu sunt, vt Abgrego, Congrego, Disgrego, quæ vide suis locis.

Grĕgārius, a, um, quod est ex grege. {ἀγελαῖος. GALL. *Du troupeau, de la trouppe.* ITAL. *Di gregge.* GERM. Auß der schar/gemein oder geschlecht. HISP. *Cosa de manada.* ANGL. *Of the flocke.*} vt, Gregarius bos, qui adhuc in grege pascitur: nondum iugo domitus. Gregarius miles dicitur, non electus, sed tumultuariè vndecunque collectus. Cicero *pro Plancio*, At id etiam gregarij milites faciunt inuiti. Salustius, Deinde multi memores Syllanæ victoriæ, quod ex gregariis militibus alios Senatores videbant, alios ita diuites, vt regio victu atque cultu vitam agerent. Colum. *in præfat. lib.* 6. Gregariorúmque pastorum veluti minutam professionis suæ disciplinam constantissimè repudiasse.

Grĕgālis, e, quod ex eodem grege est. {ἀγελαῖος. GALL. *Qui est du troupeau.* ITAL. *Di vno istesso gregge, di vna istessa razza.* GERM. Auß der schar/gehörend zu der schar. HISP. *Cosa rebañada y de vn mesmo grey.* ANGL. *Of the same flocke.*} Varr. *lib.* 2. *de re rust.* Equi boni futuri signa sunt, si cum gregalibus in pabulo contendit in currendo. ¶ Dicitur quoque de hominibus, & ponitur pro socijs & sodalibus, idque ferè in deteriorem partem. Cic. *pro domo sua*, An vt crudelem tyrannum, quod vos Catilinæ gregales dicere solebatis. Idem *pro Archia*, Nec Clodius, nec quisquam de gregalibus eius, aut consiliarius. ¶ Gregale tectorium. Senec. *Epist.* 87.

Grĕgātim, aduerbium, Per greges, id est, coniunctim, simul, vnà. {ἀγεληδόν. GALL. *Par troupeaux & bandes.* ITAL. *Agreggi.* GERM. Scharächtig/mit hauffen oder scharen. HISP. *De rebaño, en rebaño, à manadas.* ANGL. *By flockes.*} Varr. *lib.* 4. *de L. L.* Merula quòd mera, id est, sola volitet: contrà ab eo graculi, quòd gregatim. Plin. *lib.* 8. *c.* 5. Elephanti gregatim semper ingrediuntur. ¶ Transfertur etiam ad homines, quemadmodum & nomen grex, à quo deriuatur. Cic. 7. *Verr.* Vides ciues Romanos gregatim coniectos in latomias, &c.

¶Gregat, ἀγελάζει, [illegible]. Gloss. à grege. Onomast. Grego, ἀγείρω.¶

Grĕmĭum, ij, n. gerenium à gerendo. {[illegible] chétsen [illegible] ches. ὁ κόλπος. GALL. *Le giron.* ITAL. *Grembo, seno.* GERM. Der schoß. HISP. *El gremio.* ANGL. *The lappe, the space betweene the thighes.*} Est inter complexum femorum, feminúmve, in quo complexu mulieres concipere solent: differt autem à sinu, quoniam sinus est intra pectoris brachiorúmque complexum: vnde sinus vestium, quales erant tunicæ Romanorum. Litora quoque curua, & quasi brachiis mare amplectentia, sinus vocamus. Et per translationem gremium terræ appellamus, quum semen suscipit, conceptúmque retinet, quasi viuentem fœtum postea paritura. Quare quum lactantur infantes, ad sinum admouentur: pueri verò iam facti à sedentibus matribus, vtrique quum illis blandiuntur, ad gremium accipi solent: vt Cicero *de clar. Orat.* Filius in gremio matris educatus. Virg. 1. *Æneid.* de Cupidine sub imagine pueri Ascanii,

Hæret, & interdum gremio fouet inscia Dido.

Quin etiam matres nutricésve quum super genua collocant infantem, qui extremis vestibus repositum, & ad vterum vsque sublatum gestant, in gremio magis, quàm in sinu tenere, aut gestare dicuntur, vt idem de eodem,

———& fotum gremio Dea tollit in altos
Idaliæ lucos.

Catull. *de com. Beren.*

Et Veneris casto collocat in gremio.

¶Gremia, surculi aridi & minuti. Vlp. *l.* 55. *de legat. & fideicomm. lib.* 33. Sed si voluntas non refragatur, & virgulæ, & gremia, & sarmenta, & superamenta materiarum continebuntur. Col. *lib.* 12. *c.* 19. Mustum in vasa defrutaria deferemus, leuique primùm igne ex tenuibus admodum lignis, quæ Gremia rustici appellant. Hinc arbores Gremiales, quæ surculos illos suppeditant, & vnde fasciculi componuntur. Vlp. *l.* 7. *soluto matr.* Puto autem si arbores cæduæ fuerint, vel gremiales, dici oportere in fructu cedere.

¶Griccnea (aliter gricena) funis crassus. Fest. an tanquam *gressena* à gradiendo?

Grifus, superbus, ceruicosus. Glossar. A. L. Videtur à gryphi auis natura dici.

Grifvvaldia, siue Grifvvaldum, vrbs Pomeraniæ, Academiâ anno 1546. institutâ celebris.¶

Griphus, i, {[illegible] chid. ah. γρῖφος. GALL. *Vne question ou propos obscur, difficile à soudre.* ITAL. *Questione ò sententia difficile da soluere.* GERM. Ein netz. Item, Ein verborgne vnnd verwirrte red/ein rätersch[illegible]. HISP. *Question ò sentencia es mvy difficil de declarar.* ANGL. *An intricate question, a ridle.*} Rete, sagena. Item ænigma, hoc est, sermo ita implicitus atque intricatus, vt facile dissolui non queat. Gell. *lib.* 1. *cap.* 2. Aliósque id genus griphos neminem posse dicens, nisi se, dissoluere.

¶Grietmannus, Grietman. præfectus pagorum, prætor rusticus.¶

Groma, genus machinulæ est, quo regiones agri cuiusque cognosci possunt, quod genus Græci dicunt γνώμονα. Apud Non. Gruma scriptum est in eadem significatione, de qua infrà. Hinc Gromaticus, a, um, quod ad Gromam pertinet. Hyginus scripsit librum Gromaticum, in quo castra metandi & loca ei portuna in bello capiendi rationem tradit.

¶Gronelandia, siue Gronlandia, *Granlandt*, insula Oceani Septentrionalis, solet habere Episcopum Nidrosiensi A. in Norvegia suffraganeum.¶

Gronii, Hispaniæ Tarraconensis populi sunt ad Durium amnem, quorum meminit Pomp. Mela *lib.* 3.

¶Groninga, *Groeningben*, V. E. apud Frisios, sub A. Vltraiectino.

Grosſetum, al. Rosetum, *Grosseto*, V. E. Etruriæ, sub A. Senensi.

Grossitudo, crassitudo.¶

Grŏssus, i, masculini, vel fœminini gen. Ficus immatura. {[illegible] ὄλυνθος. GALL. *Vne figue qui n'est encore meure figue sauuage, qui ne paruient à maturité.* ITAL. *Fico che non si matura mai.* GERM. Ein vnzeitige feigen. HISP. *Higo aun no maduro.* ANGL. *A greene figge not yet ripe.*} Plin. *lib.* 13. *cap.* 7. Grossus eius non maturescit. Cels. *lib.* 5. Grossi in aqua cocti. Plin. *lib.* 15. *cap.* 18. Deprehensâsque in his hyeme grossos. Idem *lib.* 23. *c.* 7. Crudæ grossi verrucas tollunt. ¶ Grossus, παχύς. Onom. i. crassus. Latina puritas vocem non agnoscit: quæ nonnullis tamen scriptoribus ecclesiasticis & medicis frequens.¶

Grŏssŭlus, diminut. {μικρὸς ὁ ὄλυνθος. GALL. *Petite figue, qui n'est encore meure.* ITAL. *Fico picciolo non maturo.* GERM. Ein kleine vnzeitige feigen. HISP. *Pequeño higo aun no maduro.* ANGL. *A litle vnrype figge.*} Colum. *de arboribus, cap.* 21. Si voles ficum, quamuis non naturæ, seram facere, quum grossuli minuti erunt, fructum decutito. Sic *lib.* 5. *cap.* 10.

¶Grottesca Italicâ voce picturæ parerga, aliena à natura & veritate rerum.¶

Grŭes, aues minimè soliuagæ, quæ non se segregant, neque quum volant, neque quum pascuntur: à sono vocis ita dictæ. {[illegible] *sus.* γέρανος. GALL. *Vne grue.* ITAL. *Gru.* GERM. Kranch oder krey. HISP. *La grulla.* ANGL. *A crane.*} Excubias noctè diuidunt, capite subter alam condito dormiunt, alternis pedibus insistentes. Volantes autem ordine quodam, Y literam faciunt: quòd Palamedem primùm deprehendisse ferunt. Vnde & Palamedis aues appellantur à Martiale,

Turbabis (inquit) versus, nec litera tota manebit,
Vnam perdideris si Palamedis auem.

Virg. *lib.* 1. *Georg.*

Strymoniæ dant signa grues.

Horat. 2. *Serm.*

———decerpta ferentes
Membra gruis sparsi.

Mira de gruibus habes apud Plin. *lib.* 10. *c.* 23. & apud Cic. *lib.* 2. *de nat. deor.* ¶ Grues Melliæ præstantissimæ, Gell. *c.* 16. *lib.* 7.

¶Grucula, parua grus. Vet. Dict.¶

Grŭo, is, ui, Gruum more sonitum edo, & de gruibus solis propriè dicitur. {κλαγγάζω. GALL. *Gruir, chanter comme la grue.* ITAL. *Far la voce di gru.* GERM. Wie ein kranch schreyen. HISP. *Cantar la grulla.* ANGL. *To crie lyke a crane.*} Congruo pro conuenio. Terent. *in Heaut.* Concede hinc domum, ne nos inter congruere sentiant, id est, concordare. ¶ Hinc etiam deducuntur, Congruus, a, um, & verbum ingruo: quorum significationem vide suis locis.

Grŭmă, quæ & groma, æ, mensura quædam, quæ flexæ viæ ad lineam diriguntur, vt est agrimensorum & similium γνώμων. Apud Ennium *lib.* 17. referente Nonio, legitur grumam dirigere. ¶ Hinc fit verbum compositum, Degrumor, de quo suprà. ¶ Grumæ item sunt loca media, in quæ directæ quatuor congregantur & conueniunt viæ. Nonius.

¶Grumo, as, grumâ metior, ex æquo.¶

Grumio nomen Bubulci, *in Mostell.* Plaut. *sc.* 1. *a.* 1.

Grŭmŭs, i, ab Hebr. Gerem. Terræ collectio, minor tumulo, quem etiam clliulum vocamus. {[illegible] *régi el* [illegible] *gυλ.* [illegible]. GALL. *Grumeau, petit monceau ou amas.* ITAL. *Mucchio, grumo, monticello.* GERM. Ein bühele[illegible]. HISP. *El cerro, mota ò monton de tierra.* ANGL. *An billock a small hill.*} Colum. *lib.* 2. *cap.* 18. Grumos quos ad versuram plerumque tractæ faciunt crates, dissipabimus ita, vt necubi ferramentum fœnisecæ possit ostendere. Grumus salis. Plin. *lib.* 33. *cap.* 4. Torretur & cum salis grumo, pondere triplici.

Grŭmŭlus, diminutiuum. {τὸ θρόμβιον. GALL. *Petit grumeau, petit monceau, ou amas, grumisseau.* ITAL. *Mucchietto.* GERM. Ein kleins heüfflein grund in einem acker. HISP. *Pequeño cerro mota ò monton de tierra.* ANGL. *A litle billocke, a clot of any thing.*} Plin. *lib.* 19. *c.* 6. Quidam vlpicum, & allium in plano seri vetant, castellatimque grumulis imponi distantibus inter se pedes ternos.

¶Grunda, inferior pars tecti capanæ, in qua stillat aqua. Inde Grundula, & grundarorium, idem quod grunda, vel quod stillat à grunda, vel super quod stillat. Vet. Dict.

Grundo, grundam facio.¶

Grŭndīrĕ, veteres dicebant quod nos Grunnire. {γρυλίζειν. GALL. *Grongner, grongner comme les pourceaux.* ITAL. *Far la voce del porco.* GERM. Schreyen oder tzitzlen als ein schwein. HISP. *Gruñir como el puerco.* ANGL. *To grunt as swyne doe.*} Claud. *lib. Annalium* 15. vt citat Nonius, Grundibat grauiter pecus suillum. ¶ Hinc Grundules Lares dictos accepimus quos Romulus constituisse dicitur in honorem scrophæ, quæ triginta pepererat porcos. Cassius *Hemina.* Sus parit porcos triginta, cuius rei fanum fecerunt Laribus grundulibus. Vide Diomed. *lib.* 1.

Grŭnnio, is, iui, & ij, itum, à γρῦ, γρύζω, sono porci. olim grundio proprium est vocis porcorum. γρυλίζω, ὀίζω. Plin. *lib.* 32. *cap.* 2. Grunnire eum quum capiatur. Iuuen. *Sat.* 15.

Et cum remigibus grunnisse Elpenora porcis.

Grŭnnitŭs, us. {γρυλισμός. GALL. *Grongnement, grondement.* ITAL. *Grunnimento.* GERM. Das tzitzlen oder schweingeschrey. HISP. *A quel gruñido.* ANGL. *The grunting of swyne.*} Cic. 3. *Tusc.* Nec grunnitum audit, quum mactatur sus.

Grus, uis, masculini, vel fœminini gen. à γέρανος: à sono. hinc gruere: vnde congruere, ingruere. Auis nota. Vide suprà *Grues.* ¶ Grus est etiam machina ad sublevanda onera accommoda: sic dicta quòd in longum prominens, collum gruis referat: Græcè γέρανος dicitur: cuius sæpe fit mentio apud Vitruuium. Labeo *in l. si Grutus ruin. ff. de actio. empt. & vendit.* Qui per ἀμάδες: per γεράνου descendere, aut in cloacam demitti solitus esset.

¶Gry γρῦ, vel γρὺ sordes, quæ sunt sub vngue: minimum aliquid.¶

Gryllus, i, {γρύλλος. GALL. *Vn gryllon ou criquet.* ITAL. *Grillo.* GERM. Ein [illegible]. HISP. *El grillo animal conocido.* ANGL. *A kind of locust.*} Genus est locustæ, simile cicadæ, longiori tamen corpore, vbique gen-

tium pernicies agris: retrò ambulat, terram terebrat, & noctu stridet: vnde & nomen accepit. Plin. *lib.* 29. *cap.* 6. Auribus prodest gryllus cum sua terra effossus, & illitus. Magnam autoritatem huic animali perhibet Nigidius, maiorem Magi: quoniam retrò ambulet, terrámque terebret, stridat noctibus. ¶ Plin. *lib.* 35. *c.* 10. de Antiphilo: Iocoso nomine Gryllum ridiculi habitûs pinxit. Vnde hoc genus picturæ grylli vocantur. Inde Germani grillen vocant ridiculos & fatuos gestus: item imaginosas cogitationes.]

Gryllus, Xenophontis Socratici filius, qui pro patria fortiter pugnans, honestam mortem oppetiit, multorum ob id encomiis celebratus. Autor Arist. *in Politicis.*

Gryneus, Γρυνεύς. Dictio dissyllaba, nomen est Centauri. Ouidius 12. *Metamorph.*

Cúmque suis Gryneus immanem sustulit aram
Ignibus, & medium Lapitharum iecit in agmen.

Grynia Plinio, Straboni Grynium, Γρύνειον, ἢ Γρύνεια Stephano. Oppidum est Myrinæorum in Æolide Asiæ regione, Apollinis fano & peruetusto oraculo nobile, à quo Apollo Grynæus, Γρύνειος dictus putatur. Vide Strab. *lib.* 13. & Plin. *lib.* 5. *c.* 30.

Grynēus, a, um, adiectiuum trissyllabum, Γρύνειος. Cognomen est Apollinis inditum, à Gryneo nemore iuxta Clazomenem Asiæ ciuitatem, in quo Apollo colebatur. Virg. 4. *Æneid.*

Sed nunc Italiam magnam Gryneus Apollo:
Italiam Lyciæ iussere capessere sortes.

Idem 6. *Eclog.*

His tibi Grynei nemoris dicatur origo.

Seruius, Gryneum nemus est in finibus Æolidis, Apollini consecratum. Dictum est autem hoc nemus à Gryneo vicino oppidulo, de quo vide Strab. *lib.* 13.

Gryphēs, {פרס *peres.* γρῦφες. GALL. *Griffons.* ITAL. *Griffi, griffoni.* GERM. Greiffen. HISP. *Gryphes.* ANGL. *Gryffons or grypes.*} Qui & gryphi, animalia pennata, & quadrupedia: omni ex parte leones, alis tantum & capite aquilis similia, equis vehementer infesta. Virg. *Eclog.* 8.

Iungentur iam gryphes equis.

Plin. *lib.* 10. *cap.* 49. Pegasos equino capite volucres, & gryphas auritos aduncitate rostri, fabulosos reor: illos in Scythia, hos in Æthiopia. Idem *lib.* 33. *cap.* 4. Aurum inuenitur in nostro orbe, vt omittamus Indicum, atque à formicis, aut gryphibus apud Scythas erutum. Singularis nominatiuus est Gryps, gryphis: vel gryphus, gryphi. Prioris iam dedimus aliquot exempla. Posterioris testimonium est apud Plin. *lib.* 7. *cap.* 2. Sed & iuxta eos, qui sunt ad Septentrionem versi, produntur Arimaspi, quos diximus vno oculo in fronte media insignes: quibus assiduè bellum est circa metalla cum gryphis, ferarum volucri genere, quale vulgò traditur, eruente ex cuniculis aurum, mira cupiditate & feris custodientibus, & Arimaspis rapientibus, &c. Pomponius Mela, Gryphi sæuum & pertinax genus ferarum, aurum terrà penitus egestum, mirè amant, miréque custodiunt, & sunt infesti attingentibus. ¶ Gryphos dissoluere, Gellius *cap.* 2. *lib.* 1. de captiunculis dialecticis.

Grypūs, {γρυπός. GALL. *Qui a le nez aquilin ou crochu.* ITAL. *Colui che ha il naso aquilino.* GERM. Der ein habichs nasen hatt. HISP. *El que tiene la nariz corua ò aguileña.* ANGL. *One that hath an hawked nose.*} sine aspiratione, Dicitur qui nasum habet aduncum, fortassis à gryphorum similitudine, quos Græci γρῦφας vocant. Feruntur enim gryphes rostrum habere incuruatum in morem aquilæ.

G V

[Guadalaxara, *Guadalaxara*, olim *Xalisco*, V. E. Nouæ Galiciæ, sub A. Mexicano.

Guadia, debita constitutio. Vet. Dict. Guadia est pignus. Vox est facta à *vade* Latinorum.

Guadicium, *Guadix*, V. E. Hispaniæ, sub A. Hispalensi.

Guajacum, vide *Gaiacum*.

Guardiæ, feuda sunt, quæ constituuntur aliquibus propter custodiam rei domini custodientis. Dict. Vet. Feudum guardiæ est, cùm quis prædio custos imponitur.

Guardio, cui talis custodia est commissa: vel dicitur guardianus qui est etiam superior inter fratres minores, custodiens conuentum.

Guatimala, *Guatimala*, prouincia Indiæ Occidentalis.

GVBER, κυβερνήτης. Gl. Lege, Gubernator, vel gubernio.]

GVBĔRNO, as, à κυβερνάω. Propriè nauim rego. {κυβερνάω. GALL. *Gouuerner.* ITAL. *Reggere, gouernare, amministrare.* GERM. Ein schiff lassen oder regieren/verwalten/herschen. HISP. *Gouernar, ò regir.* ANGL. *To gouerne, to guide.*} Cic. 1. *Offic.* Vt si nautæ certent quis eorum potissimùm gubernet. ¶ Per translationem accipitur pro moderor, procuro, administro. {נהג *nihegh* רעה *rahàh* הדביר *hidibér.* διοικέω.} Cic. *Coelioni*, Téque hortor vt omnia gubernes, ac moderere prudentia tua. Idem *Att. lib.* 6. Sed hæc Deus aliquis gubernabit.

Gŭbērnātŏr, is, Rector nauis, qui clauum moderatur. {רב החבל *rabhachobél* מנהג *menahégh* רועה *rohéh.* κυβερνήτης. GALL. *Gouuerneur.* ITAL. *Temoniero, gouernatore, patron di naue.* GERM. Ein steürman/regierer/verwalter. HISP. *Gouernador ò regidor.* ANGL. *A gouuernour, a guider.*} Cicer. *de senect.* Gubernator clauum tenens sedet in puppi. Idem 1. *de inuent.* Nauis quæ scientissimo gubernatore vtitur. Idem 7. *Philipp.* Quanquam non eges consilio, quo vales plurimùm, tamen & summi gubernatores in magnis tempestatibus à vectoribus admoneri solent. Senec. *c.* 6. *de consol. ad Mart.* Gubernatoris artem non ostendit secundus cursus. Gubernator equorum Quintil. *lib.* 8. *cap.* 6. Translatio est, quum in rebus, animalibúsve aliud pro alio ponitur: vt de agitatore, Gubernator magna contorsit equum vi. Custos & gubernator Reipublicæ. Idem 7. *Verr.*

Gŭbērnātrix, fœmininum. {מנהגת *menahéghetb* רועה *rohàh.* ἡ κυβερνήτρια. διοικοῦσα. GALL. *Gouuerneresse ou gouuernante.* ITAL. *Donna che gouerna.* GERM. Ein herrscherin regiererin. HISP. *La gouernadera è regidora.* ANGL. *A gouernesse, or woman ruler.*} Cic. 1. *de Orat.* Eloquentia gubernatrix ciuitatum.

Gŭbērnātĭo, nis, propriè de nauis directione dicitur: quamuis per translationem pro quauis administratione accipitur. {תחבולה *tachbulah.* κυβέρνησις, διοίκησις. GALL. *Gouuernement.* ITAL. *Gouerno, amministratione.* GERM. Herschung/regierung/verwaltung. HISP. *Gouernamiento, aquella obra de gouernar ò regir.* ANGL. *A gouuerning or ruling.*} Cicer. 4. *de fin.* Et si in ipsa gubernatione neglegentia nauis est euersa. Idem 3. *in Catil.* Vix videtur humani consilij tantarum rerum gubernatio esse potuisse. Senec. *epist.* 88. Gubernationem dixit, pro arte gubernandi.

Gŭbērnācŭlum, i, Clauus nauis, id quo nauis gubernatur, & regitur. {πηδάλιον. GALL. *Le gouuernail d'un nauire.* ITAL. *Timone.* GERM. Das steür ruder in dem schiff. HISP. *Gouernal de naue.* ANGL. *The sterne of a shippe where by she is guided.*} Cicer. 1. *de inuent.* Hic ille naufragus ad gubernacula accessit. Senec. *c.* 6. *de cons. ad Mart.* Turpis rector nauigij, cui gubernacula fluctus eripuit. ¶ Per translationem accipitur pro administratione. {תחבולה *tachbulah.*} Cicer. *pro domo sua.* Quum Senatum à gubernaculis deiecisses, populum è naui exturbasses, ipse archipirata cum rege prædonum impurissimo plenissimis velis nauigares. Gubernacula Reip. tractare, apud eundem pro Sestio. Gubernacula vitæ, apud Plin. *lib.* 11. *c.* 37. Legitur & gubernaculum per syncopem. Virg. 6. *Æneid.*

Nanque gubernaculum multa vi fortè reuulsum.

Gubernium, dixit Laberius apud Gell. *c.* 7. *lib.* 16.

[Guerra, bellum [illegible] II. Neapol. Est vox Germanica werre contentio, dissidium, bellum. GALL. *Guerre.* ITAL. *Guerra, gara.* HISP. etiam *guerra.* ANGL. *warre.*

Gusa, vestis genus, γαυσάπης. Gloss. Vet. Bigera vestis gusa villata.

Guinea, Guinea, Æthiopiæ Occidentalis regio.]

GVLA, æ, à χαλάω. {לוע *lóah.* GALL. *Gueule, conduit par lequel on aualle ce qu'on boit & mange.* ITAL. *Gola.* GERM. Der schlund oder die kål/die speißrör. HISP. *La garguera con que tragamos.* ANGL. *The gullet, where by meate and drinke passeth, into the stomack.*} Est fistula colli interior, constans ex carne & neruo, per quam cibus & potus in ventriculum defluit. Græci οἰσοφάγον appellant. Plin. *lib.* 11. *cap.* 37. de epiglottide loquens, Opera eius gemina, duabus interposita fistulis: interior earum appellatur arteria, ad pulmonem atque cor pertinens. Hanc operit in epulando, ne spiritu ac voce illac meante, si potus cibúsve in alienum deerrauerit tramitem, torqueat. Altera exterior est, appelletur sanè gula, qua cibus atque potus deuoratur. Tendit hæc ad stomachum, inde in ventrem. Hanc per vices operit, quum spiritus tantùm, aut vox commeat, ne restagnatio intempestiua alui obstrepat. Ex cartilagine & carne arteria: gula carne & neruo constat. Hactenus Plin. ¶ Inuenitur nonnunquam gula sumpta pro anteriore parte colli, quam iugulum vocamus. Plaut. *in Merc.* Demisisti gladium in gulam: iam cadam. Salust. *in Catil.* Laqueo gulam frangere. Cic. 6. *Verr.* Quem obtorta gula in vincula abripi iussit. Senec. *c.* 19. *de vita beata*, Gulam sibi præcidere. Plaut. *Men. sc.* 6. *a.* 5. Tergum quàm gulam oportet potentiora esse, & crura, quàm ventrem. ¶ Gula, de folle. Idem *Aul. sc.* 1. *a.* 2. Follem obstringit ob gulam, &c. Sed in hac significatione vix inuenies in medicorum, aut physicorum scriptis. Illi enim gulam, vt iam diximus, accipiunt pro fistula illa, qua cibus & potus in stomachum demittitur. ¶ Vnde per translationem accipitur pro voracitate, & nimio delicatiorum ciborum appetitu, λαιμαργία. Cicer. *in Salust.* Posteaquam immensæ gulæ impudicissimi corporis quæstus sufficere non potuit. Quanta est gula quæ sibi totos ponit apros, animal propter conuiuium natum? Plinius *lib.* 19. *cap.* 4. Hi niues, illi glaciem potant, pœnásque montium in voluptatem gulæ vertunt.

Gŭlōnēs, Gulosi. {γαστρίμαργοι, λαίμαργοι. ANGL. *Gulligutters.*} Apuleius *in Apologia*, Gulones omnes qui impenso pretio à piscatoribus mercantur.

Gŭlōsŭs, a, um, qui est deditus gulæ, vorax, comedo. {זולל *zolél.* γαστρίμαργος. GALL. *Gourmand, glout goulu.* ITAL. *Goloso, che si lascia tirar da l'appetito di buoni bocconi.* GERM. Fräßig/dem fräßen ergeben. HISP. *Cosa golosa ò glotona.* ANGL. *Gluttenous.*} Mart. *lib.* 8.

Esse tibi videor sanus, nimiúmque gulosus.

Idem *lib.* 12.

Non est Turca satis quòd es gulosus:
Et dici cupis, & cupis videri.

Gulosus lector. Martialis,

Non opus est nobis nimium lectore guloso.

hoc est, multæ lectionis cursoio.

Gŭlōsē, aduerbium, Luxuriosè, immoderatè. {λαιμάργως, ἀδηφάγως. GALL. *Gloutement, en gourmand.* ITAL. *Da goloso.* GERM. Fräßigklich. HISP. *Golosamente.* ANGL. *Gluttonously.*} Colum. *in præfat. lib.* 1. Contemptissimorum vitiorum officinas gulosiùs condiendi cibos, & luxuriosiùs fercula struendi, Degulo, degulas, & Ingluuies, vide suis locis.

Gŭllĭŏcæ, nucum iuglandium summa & viridantia putamina. Autor Festus.

Gumia, æ, antiqua vox idem significans quod gulosus. Lucil. *lib.* 30. Illo quid fiat lamia & pytho oxiodontes quos veniunt illæ gumiæ vetulæ, improbæ, ineptæ. Idem compellans gumias ex ordine nostros. Festus in voce *Ingluuies*, & Scaliger *in Varronem.*

GVMMI, q. guttimi, à gutta. {κόμμι. GALL. *Gomme.* ITAL. *Gomma.* GERM. Gummi. HISP. *La goma.* ANGL. *Gomme of trees.*} indeclinabile, & Gummis gen. fœm. Est gutta viscosa ex arboribus quibusdam per corticem diffluens. Plin *lib.* 13. *cap.* 11. Gummi optimum esse ex Ægyptia spina conuenit. Colum. *lib.* 12. *cap.* 50. Nostrorum temporum agricolæ repudiauerunt, existimauerúntque satius esse noua dolia liquida gummi perluere.

Gummitio, Illinitio quædam ex glutinoso illo arborum succo, quæ doliis fieri solebat, quemadmodum picatio ex pice. κομμίωσις. Col. *lib.* 12. *c.* 50. Multi quam semel noua dolia vel serias crassa gummi liuerunt, vna in perpetuum gummitione contenti sunt. Et sanè quæ semel oleum testa combibit, alteram gummitionem non recipit.

Gŭmmātŭs, a, um, adiect. Gummatæ arbores dicuntur, quæ gummi producunt. {κομμιοφόρος. GALL. *Qui produit de la gomme.* ITAL. *Che produce gomma.* GERM. Bäum auß welchen gummi oder harz fleüßt. HISP. *Cosa que baxa goma.* ANGL. *That bringeth forth gumme.*} Palladius, In cera-

sis

sis hoc est seruandum, & in omnibus gummatis, vt tunc inserantur, quando vel non est, vel desinit gummi effluere.

Gummōsus,a,um, quod multum gummi habet. {κομμώδης. GALL. *Plein de gomme, gommeux.* ITAL. *Piene di gomma.* GERM. Voll gummi. HISP. *Lleno de goma, gomoso.* ANGL. *Full of gumme.*} Plin. *lib.* 12. *cap.* 9. Facilius hoc, & crustosius, amariúsque etiam gummosum.

Gumminus,a,um, quod est ex gummi confectum. {κόμμινος. GALL. *Fait de gomme.* ITAL. *Fatto di gomma.* GERM. Auß gummi gemacht. HISP. *Cosa hecha de goma.* ANGL. *Made of gumme.*} vt, Gumminum oleum quod ex gummi elici solet, neruis in primis vtile, teste Plinio *lib.* 15. *cap.* 6.

‖Guna, vestis pellicea.‖

Gunas, γύνας. Locus habitatus in Syria vberis & fœcundi soli, vnde nomen ei, παρὰ τὸ γόνιμον. Steph.

Gurcum, *Gurcz, Gerirc.* V.E. Germaniæ sub A. Salisburgensi.‖

Gurdus,i, pro stolido, vox est Hispanica. {פתה *poteh* פתי *pethi* נבל *nabál* בער *baháar* כסיל *chesil.* ἀβέλτερος, μωρός. GALL. *Sot, gourd.* ITAL. *Balordo.* GERM. Narr/thor/dölpel. HISP. *Loco ò bouo.* ANGL. *Foolish.*} Quint. *lib.* 1. *cap.* 5. Et gurdos, quos pro stolidis accipit vulgus, ex Hispania duxisse originem audiui. Ea voce vsus est Laberius apud Gellium *cap.* 7. *lib.* 16.

Gurgĕs,itis, à gyrus. Propriè locus est in flumine profundus, in quo aqua vertitur: quamuis generaliter de omni aquarum congerie dicatur: & de ipso etiam mari. {גל *ghal* תהום *tehôm.* δίνη, ἄβυσσος. GALL. *Vn gouffre d'eau, profondeur d'eau.* ITAL. *Gorgo.* GERM. Ein wirbel im wasser. HISP. *Lugar profundo en el agua ò en el lago.* ANGL. *A gulfe, a great pitt and swallow in a riuer where the water is swallowed vp.*} Martial. *lib.* 1.

Raptus flumineo venit de gurgite piscis.

Plin. *lib.* 8. *cap.* 5. Amnem transituri minimos præmittunt, ne maiorum ingressu atterente alueum crescat gurgitis altitudo. Virgil. 1. *Æneid.*

Apparent rari nantes in gurgite vasto.

Tibull. *lib.* 4.

Vel si interrupto nudaret gurgite pontem.

Velleius, festinatio poni gurgitis modo. Ouid. *Eleg.* 10. *lib.* 3. *Trist.*

Fluctus in obsesso gurgite nullus erit. (id est, mare.)

Quintilian. Multo gurgitis tractu fluens amnis. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Nec mihi pars nocuit de gurgite parua, &c.

¶ Ponitur translatè pro homine insatiabili, aut alia quauis re inexplebili. Cic. *in Pisonem.* Ille gurges, atque helluo, natus abdomini suo, non laudi atque gloriæ. Idem *in Verr.* Immensa illa vorago, aut gurges vitiorum, turpitudinúmque omnium. Idem *in Arusp. resp.* Quæ vnquam Charybdis tantos exhaurire gurgites posset, quantas iste Byzantiorum prædas exorbuit? Gell. *c.* 24. *lib.* 2. Familiam, pecuniámque suam prandiorum gurgitibus proluere.

‖Gurgito, ἐμφορήσομαι, id est, satio. Gloss.‖

Gurgŭlio, nis, siue potiùs Curculio, A rei anatomicæ peritis vocatur caruncula quædam in fine palati ad fauces dependens, inter tonsillas, quam alio nomine columellam appellamus. {γαργαρεών. GALL. *Le gauion.* ITAL. *Canne della gola.* GERM. Die gurgel. HISP. *El garguero.* ANGL. *A peece fleshe in the, nether parte of the roofe of the mouth.*} Varro *lib.* 2. *de re rust. cap.* 3. videtur posuisse pro colli parte anteriore, quam & guttur appellat. Hircus (inquit) molliori pilo, & potissimùm albo, ac ceruice, & collo breui, gurgulione longiore. ¶ Rursus gurgulio, vermis quidam, qui in hortis nascens, frumentum absumit: sic dictus, quòd totus sit guttur. {κίς, κιός. GALL. *Calendre.* ITAL. *Tignola.* GERM. Kornwurm/kornwibel. HISP. *Gorgojo del trigo.* ANGL. *A weeuill.*} Virg. *lib.* 1. *Georg.*

———*populátque ingentem farris aceruum*
Gurgulio, atque inopi metuens formica senectæ.

Rectiùs scripseris Curculio per secundam consonantem. Sic enim veteres scripsisse constat ex argumento Plautinæ Comœdiæ eiusdem nominis, in quo primæ versuum literæ curculionis nomen exprimunt. Vide *Curculio.*

Gurgŭstium,ij, & diminutiuum gurgustiolum, à curculione verme sic dictum. genus habitationis angustum, à curculione verme sic dictum. {מלונה *melunáh.* οἰκίδιον. GALL. *Logette estroitte, cabaret desseuré.* ITAL. *Stanza molto stretta.* GERM. Ein klein nathgültig heußlin/oder ein schlechte wonung. HISP. *Cosa probre, ò choça.* ANGL. *A litle narrow cabin, a cotage or lodge.*} Seruius docet gurgustium esse obscuram & latentem tabernam. Cic. *in Pisonem.* Meministine cœnam, quum ad te quinta ferè hora cum C. Pisone venissem, nescio quo è gurgustio te prodire obuoluto capite soleatum. Apul. Ergo breuitatem gurgustioli nostri ne spernas, pero, sis contentus lare paruulo.

‖Gustarium, ἀκράτισμα. Gustare, ἀκρατίζεσθαι, est buccęam sumere: vt in ientaculo, quum ad satietatem non edimus, sed gustamus. ἀκρατισμός, ientaculum. ἀκρατίζει, ientat.‖

Gusto,as, à γεύω, γεύομαι. Libo, labris primoribus attingo. {טעם *tahám.* γεύομαι. GALL. *Gouster.* ITAL. *Gustare.* GERM. Versuchen/kosten. HISP. *Gustar prouando el sabor.* ANGL. *To tast, to feel the tast of any thing.*} Plaut. *Capt. sc.* 2. *a.* 1. Nihil quicquam iuuat quod edo domi, foris aliquantillum etiam quod gusto, id beat. *Ibid. sc.* 2. *a.* 3. Gustato tute prius. ¶ Gustare solebant à balneo. Senec. *cap.* 21. *de consol. ad Mart.* Cæsar 5. *bell. Gal.* Leporem & gallinam, & anserem gustare fas non putant. Cic. *ad Gallum,* Fugi in Tusculanum, quum quidem bidaum ita ieiunus fuissem, vt ne aquam quidem gustarem. Idem 2. *de nat. deor.* Capræ dictamum quærunt: quam quum gustauerint sagittæ quibus confixæ sunt, excidunt. ¶ Et per translationem accipitur pro leuiter attingere, experiri. Cic. *pro M. Cælio,* Equidem multos & vidi in hac ciuitate, & audiui, non modò qui primoribus labris gustassent genus hoc vitæ, & extremis (vt dicitur) digitis attigissent. ¶ Huius composita sunt, Degusto, hoc est, Delibo, libo, labris admoueo, ἀπογεύομαι. Salust. *in Cat.* Inde quum post execrationem omnes degustassent, sicut in sacris solennibus fieri consueuit, aperuisse consilium suum. ¶ Prægusto, antè gusto, προγεύομαι.

Gustatio, nis, prima pars cœnæ, gustus ante cœnam. Petronius Arbiter, Iussi ergo discubuimus, & gustatione mirifica initiati, vino etiam falerno initiabamur.

Gustātŭs,us, Gustus, hoc est, sensus ille, quo sapores discernimus. {טעם *tahám.* γεῦσις. GALL. *Le goust, goustement.* ITAL. *Gusto.* GERM. Versuchung/kostung. HISP. *Sentido de gustar.* ANGL. *A tast, the sense of tasting.*} Cicero 2. *de natur. Deorum,* Gustatus, qui sentire eorum quibus vescimur, genera debet, habitat in ea parte oris, qua esculentis & poculentis iter natura patefacit. Gustatus, pro ipsa gustatione, seu gustandi actu. *Ibidem.* Nisi fortè tanta vbertas & varietas pomorum, eorúmque iucundus non gustatus solùm, sed odoratus etiam, & aspectus, dubitationem affert quin hominibus solis ea natura donauerit.

Gustŭs, us, Vnus ex quinque sensibus exterioribus, quo saporum diuersitatem discernimus. {טעם *tahám.* γεῦσις. GALL. *Le goust.* ITAL. *Gusto.* GERM. Das versuchen ob ein ding saur/süß/ oder dergleichen sey. HISP. *Sentido de gustar.* ANGL. *The sense of tasting.*} Plin. *lib.* 10. *cap.* 17. Existimauerim omnibus sensum gustus esse. Gell. *cap.* 6. *lib.* 7. Nullum animal sine gustu, aut tactu. Sueton. *in Neron. cap* 33. Ad primum gustum (veneni) concidere. Quint. *lib.* 6. *cap.* 5. Nec magis arte traditur, quàm gustus, aut odor. Veræ laudis gustum non habere, metaphoricè. Cic. 3. *Philipp.* Vt quidam morbo aliquo & sensus stupore suauitatem cibi non sentiunt: sic libidinosi, auari, facinorosi, veræ laudis gustum non habent. Quintil. Vrbanitas est, quæ habet quendam gustum vrbis. ¶ De gustu cognoscere, ἐκ γεύματος κρίνειν, hoc est, minima experientia iudicare.

‖Gustum γεῦμα, i. quod gustatur.

Gustulum, diminut. Cupediæ gustui placentes, sapidæ.‖

Gustātōrĭum,ij, Crater, siue labrum (inquit Perottus) in quod aqua è fonte profluit, {κρατήρ. GALL. *Vn lieu ou vaisseau à gouster.* ITAL. *Luoco ò vaso da gustare.* GERM. Ein orth da man etwas versucht/oder dasselbig geschirr. HISP. *Lugar ò vaso para gustar ò comer.* ANGL. *A tasting place or vessel.*} Plin. *in Epist. lib.* 5. Gustatorium, grauiórque cœnatio margini imponitur. Vide Mart. *epig* 88. *lib.* 14.

Gŭttă, æ, q. χυτή, à χέω. Minima pars aquæ, vel alterius materiæ liquidæ, quæ & stilla vocatur. {דלף *déleph* נטף *nátaph* אגל *éghel.* רסיס *resis.* σταγών, σταλαγμός. GALL. *Vne goutte.* ITAL. *Gocciola.* GERM. Ein tropff. HISP. *La gota de lo liquido que corre.* ANGL. *A droppe.*} Plaut. *in Casin.* Dij me & te infelicitent, si ego in os meum Vini guttam indidi. Plin. *lib.* 31. *cap.* 2. Distillantes quoque guttæ in lapides durescunt in antris Coryciis. ¶ Quum ex magno lucro paululum quiddam alicui deciditur, guttam aspergi dicimus. Cic. *pro Cluentio,* Atque etiam ipse conditor totius negotij guttam aspergit huic Bulbo. ¶ Ne gutta quidem, οὐδ' ὅσον, pro minimo. Plaut. *Ps. sc.* 4. *a.* 1. Cui nec parata gutta certi consilij. ¶ Gutta vini non miscetur aqua sæpius infusa, σταλαγμὸς οἴνου μυρίοις χεῦμασιν ὕδατος οὐ μίγνυται. Quum paululo boni nimia mali vis admiscetur. Separant tamen Grammatici Guttam à Stilla, quòd gutta maneat: stilla autem cadat. Corn. Fronto *de diff. vocab.* ¶ Gutta Veneris, de podagra, quæ vnicè prouenit viris lautioribus, & Veneri deditis.

Guttŭlă, diminut. {τὸ ψεκάδιον, μικρὸς σταλαγμός. GALL. *Goutelette, petite goutte.* ITAL. *Gocciolette.* GERM. Ein tröpflein. HISP. *Pequeñita gota.* ANGL. *A litle droppe.*} Plaut. *in Epid.* Ah guttula pectus mihi ardens arspersisti. Idem *alibi,* Vt guttulam hauriret ex guttulo.

Guttātim, per singulas guttas. {κατὰ σταγόνα. GALL. *Goutte à goutte.* ITAL. *A goccia à goccia.* GERM. Tropffechtig/ ein tropffen nach dem andern. HISP. *Corriendo gota à gota.* ANGL. *By droppes.*} Plaut. Cor ædepol miserum meum, Quod guttatim contabescit, quasi in aqua tu indideris salem.

Guttātŭs, a, um. {σταλαγμῶδες, στιγματώδης. GALL. *Taschetè, mouschetè.* ITAL. *Pomellato, sparso di goccie.* GERM. Getropfft/gesprengt. HISP. *Gotado, manchado.* ANGL. *Spotted here and there and as it were dropped.*} Quod colorem habet, maculis quibusdam in modum guttarum distinctum. Mart. *lib.* 5.

Et picta perdix, Numidicaque guttata.

Guttans, tis. Formam participij habet, quasi à gutto, as, pro guttatim stillare. {דלף *deléph* נטף *notéph.* σταλάζων. GALL. *Degouttant, qui degoutte.* ITAL. *Che goccia.* GERM. Tropffend. HISP. *Que corre gota à gota.* ANGL. *Dropping, falling by droppes.*} Plin. *lib.* 20. *c.* 8. Huius folia ambustis vicia, guttantia astringunt.

Gutteria, dictus articulorum dolor, *gota* Hispanis.

Gŭttŭr, is, à χυτὴ, χέω. Pars colli anterior. {גרון *gharón.* βρόγχος. GALL. *Le gosier.* ITAL. *Gola, canna de la gola.* GERM. Die käl. HISP. *El papo ò garguero, la garganta.* ANGL. *The throte.*} Plin. *lib.* 11. *c.* 37. Guttur homini tantùm, & suibus intumescit, aquarum, quæ potantur, plerunque vitio. Accipitur item pro via ea, qua spiritus à pulmone ad os transmittitur, quæ in homine aspera arteria appellatur. τραχεῖα ἀρτηρία. Plaut. *Curc. sc.* 2. *a.* 1. Naso eii obscurus odor (vini.) Da vicissim gutturi gaudium. Idem, Vineam statuam quæ tuo gutturi sit monumentum. Ouid. *Eleg.* 12. *lib.* 3. *Trist.*

Indocilique loquax gutture vernat auis.

Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 3. Guttur ventérque residens esuriales ferias. Cic. *de diuinat.*

Haud modicos tremulo fundens è gutture cantus.

Virg. *in Georg.*

Et lætæ pecudes, & amantes gutture corui.

Ad Guttura cum dixit Plin. *lib.* 26. *c. vlt.* lentem prodesse, βρογχοκήλην morbum intellexit, de quo Cels. *lib.* 7. *c.* 13. Idem Plin. *lib.* quoque 17. dixit sideritin sanare, tumores collectionésque & guttura incipientia turgescere, i. ἀρχομένην ἐπὶ τὴν βρογχοκήλην. Vulgò hoc vitium dicitur *le gros gosier,* vel *goëtre,* vel *goëtron.* Inferiorem gutturem dixit Plaut. *in Aul. sc.* 1. *a.* 2. pro ano. Etiámne (inquit) obturas inferiorem gutturem, nequid animæ emittat domi tuæ?

Gutturosi. {οἱ τὸν φάρυγγα οἰδοῦντες, οἱ βρογχοκήλην ἔχοντες. GALL. *Qui ont gros gosier, goitreux.* ITAL. *Gozzuti, di grossa gola.* GERM. Die grosse auffgeblasne kälen haben. HISP. *Cosas que tienen garguero.* ANGL. *That hath a great throte.*} dicuntur quorum guttur tanquam spongia

quædam intumescit: quod vitij genus, βρογχοκήλην appellant, quum scilicet inter cutem & asperam arteriam, aut etiam in alia colli parte tumor nascitur, qui modò hebetem carnem, modò humorem melli similem includit: interdum etiam minuta ossa, pilis admista. Solent autem huic vitio peculiariter obnoxij esse accolæ Alpium, qui aquam bibunt ex niue resolutam. Vlp. *de ædil. edict.* Si quis natura gutturosus sit, aut oculos eminentes habeat.

Guttŭrnĭum, ij, vas ex quo aqua guttatim in manus datur, ab eo quòd propter angustias guttatim fluat. Festus. {πρόχοον. ANGL. *A lauer or ewer.*}

Gŭttŭs, i, Poculi genus, angusto collo, quo in sacrificiis vtebantur. {צפחת *tsintsénetb* πρόχους. GALL. *Vn goutteron ou burette, soit à huile, ou autre chose.* ITAL. *Vaso da vino, ò da oglio.* GERM. Ein tropffgeschirr/ein gutter. HISP. *Vaso que tiene angosta boca como azeytera.* ANGL. *A lauer or ewer out of the wich water is powred vpon the handes.*} Plin. *lib.* 6. Curius iurauit, se ex præda nihil attigisse, præter guttum faginum quo sacrificaret. Mart. *epigr.* 32. *lib.* 14. Guttus corneus. ¶ Erat etiam guttus vasis genus, in quo oleum asseruabatur. Gell. *cap.* 8. *lib.* 17. Puerum iubet Taurus oleum in ollam indere (erat is puer genere Atticus festiuissimus, ad annos maximè natus VIII. ætatis & gentis argutiis scatens) guttum Samium ore tenus imprudens inanem, tanquam inesset oleum, affert, conuertitque eum, &, vt solitum est, circumegit per omnem partem ollæ manum, nullum inde ibat oleum. Vtebantur etiam gutto in balneis, ad conseruanda vnguenta. ¶ Dictus est etiam guttus, teste Varr. à gutta, quòd propter colli angustiam humor inde guttatim efflueret.

Guttŭlŭs, Diminut. {προχοΐδιον, ὁ πρόχοις, ἰδος. GALL. *Esguiere ou biberon.* ITAL. *Vasetto da bere.* GERM. Ein gutterlein/ein geschirrlein mit einem engen hälßlein. HISP. *Pequeño vaso que tiene angosta boca.* ANGL. *A ewer.*} Plaut. Vt guttulam hauriret ex guttulo.

[Gunis, vel guina, vas vitreum, vel cucurbita, quod ventosa dicitur.]

GY

Gyărŭs, ri, fœm. gen. γύαρος, Steph. vel Gyara, æ, {Ein insel im Egeischen meer gelägen/eine auß den Sporadibus/in welche die Römer ire vbelthäter verschickten.} Insula est maris Ægæi vna ex Sporadibus in quam Romani noxios deportabant. Senec. *cap.* 6. *de consolat. ad Helu.* Plin. *lib.* 8. *cap.* 29. Ex Gyaro insula incolas à muribus fugatos. Iuuenal. *Satyr.* 10.

Vt Gyara vinctus scopulit, paruáque Seripho.

Idem *Satyr.* 1. vsus est numero plurali.

Aude (inquit) *aliquid breuibus Gyaris & carcere dignum,*
Si vis esse aliquid.

Gyās, γύας, viri Troiani nomen est apud Virg. 5. *Æneid.*

Ingentémque Gyas ingenti mole Chimæram, &c.

Gygæus lacus, γυγαίη λίμνη, Lydiæ lacus est, stadiis quadraginta à Sardibus distans: qui postea Colous dictus est. Propertius,

Lydia Gygæo tincta puella lacu.

Meminit huius lacus Hom. *in fine Catalogi.* Plin. *lib.* 5. *cap.* 29. Gygæum stagnum appellat.

Gygarthus, i. masc. secund. Lectus est in quo paralytici, mentéque capti, quique vocantur dæmoniaci vincti iactant sese. Vnde prouerbium, γύγαρθος ἄκανθας, id est, Gygarthum spinas, in insana frustranéaque vociferatione Paul. *lib.* 3. *cap.* 14.

Gygemorus, Thraciæ mons est, apud Plin. *lib.* 4. *c.* 21.

Gygēs, γύγης, nomen viri proprium, qui Cæli & Terræ filius fingitur, gigas maximus, & centimanus, frater Briarei. {Ein grosser rys.} Sunt tamen qui Briaréum, Gygen, & Ægeona eosdem putant. Ouid. 4. *Trist.*

Centimanúmque Gygem, semibouémque virum.

¶ Est & nomen viri proprium, apud Maronem *lib.* 9.

Principio Phalarim, & succiso poplite Gygen
Excipit.

¶ Item formosi pueri, apud Horat. 2. *Carm.*

Luna mari Gnidiusve Gyges.

¶ Alius fuit Gyges quidam Lydus, cui quum Candaules rex vxorem suam nudam ostendisset, illa marito indignata, Gygen ad cædem eius impulit, seséque cum regno Lydiæ illi tradidit. Historiam hanc vide latiùs apud Herod. *lib.* 1. Cic. *lib.* 3. *de Offic.* Hinc ille Gyges (inquit) inducitur à Platone, qui quum terra discessisset magnis quibusdam imbribus, in illum hiatum descendit, æneúmque equum (vt ferunt fabulæ) animaduertit, cuius in lateribus fores essent: quibus apertis, hominis mortui corpus vidit magnitudine inusitata, anulúmque aureum in digito: quem vt detraxit, ipse induit (erat autem Gyges regius pastor) tum in concilium pastorum se recepit. Ibi quum palam eius anuli ad palmam conuerterat, à nullo videbatur: ipse autem omnia videbat, idem rursus videbatur quum in lucem anulum inuerterat. Itaque hac opportunitate anuli vsus, reginæ stuprum intulit, eáque adiutrice regem dominum interemit, sustulit quos obstare arbitrabatur, nec in his facinoribus eum quisquam videre potuit. Sic repentè anuli beneficio rex exortus est Lydiæ. Hactenus Cicero. ¶ Hinc locus prouerbio, Gygis anulus, γύγου δακτύλιος. Quadrat vel in homines inconstantibus moribus, vel in fortunatos, qui veluti virgula diuina, quicquid optant, id suo arbitrio consequuntur. ¶ Eodem nomine dictus est Lydiæ fluuius.

Gylippus. Tibull. *lib.* 4.

Non magni potior sit fama Gylippi.

Gymnăs, adis, gen. fem. {γυμνάς. GALL. *Exercice.* ITAL. *Essercitio.* GERM. Ein übung. HISP. *Exercitio.* ANGL. *Exercise.*} Stat. 4. *Syl.*

——*sic lubrica penit*
Membra Therapnæa resolutus gymnade Pollux.

Idem 1. *Achill.*

——*exercere proteruas Gymnadas.*

Gymnăsĭum, ij. Locus in quo fit exercitium. {γυμνάσιον. GALL. *Lieu d'exercice.* ITAL. *Luoco da essercitarsi.* GERM. Ein ort an welchem man sich erwarmen übt. HISP. *Lugar donde se exercitan.* ANGL. *The place of exercise.*} ἀπὸ τοῦ γυμνάζειν, hoc est, ab exercendo. Vnde apud veteres, loca illa in quibus palæstritæ nudi exercebantur, peculiari nomine Gymnasia vocata sunt. Plaut. *in Amph.* Nam omnes plateas perreptaui, gymnasia, myropolia, apud emporium, atque in macello, in palæstra, atque in foro. Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 2. Gymnasium flagri salueto. Idem *Aul. sc.* 1. *a.* 5. Ille me habuit senex Gymnasium. ¶ Verùm postea Gymnasium pro ludo literario, & omni loco in quo fiat aliquod genus exercitationis, sumi cœpit, quum philosophi gymnasia tenuerint, & in illis disputauerint, quæ & scholæ & diatribæ vocitatæ sunt. Cicer. 1. *de Orat.* Clamabunt credo omnia gymnasia, atque omnes Philosophorum scholæ, sua hæc esse omnia propria. Plin. *in Epist.* Gymnasiis indulgent Græculi. Vnde apud Rhethores progymnasmata, præexercitamenta dicuntur: id est, exercitationes quædam in dicendo, antequam ad veras actiones descendant.

[Gymnasiarchæ, qui præsunt exercitio palæstrico cum sumptu aliquo.]

Gymnāstēs. {γυμναστής. GALL. *Qui a la principale charge du lieu de l'exercice.* ITAL. *Chi ha carico & la cura del gymnasio, ò della scola.* GERM. Ein schulmeister/der vber ein übung zu einem meister gesetzt ist. HISP. *Maestro del exercicio.* ANGL. *That hath the charge of the place of exercise.*} Præceptor exercitiorum, Athletas, vel pueros exercens, ἀπὸ τοῦ γυμνάζειν, quod est exercere.

Gymnāstĭcă, æ, γυμναστική. Ars, seu doctrina, qua pueri exercentur, disciplina exercitationis. Aristoteles præcipit *lib.* 8. *Polit.* Adolescentes gymnasticæ & pædotribicæ vacare debere, vt ita fiant exercitatiores, firmioresque. Plat. *lib.* 7. *de Leg.* gymnasticæ nomine exercitationes omnes bellicas contineri docet: eámque diuidit in saltationem & luctationem. Plaut. *Most. sc.* 2. *a.* 1. Quo neque industrior arte gymnastica, disco, hasta, pila, &c.

Gymnāstĭcŭs, a, um, quod pertinet ad exercitationem. {γυμναστικός. GALL. *Appartenant à exercice.* ITAL. *Pertinente ad essercitio.* GERM. Das zu der übung gehört. HISP. *Perteneciente al exercicio.* ANGL. *That belongeth to exercise.*} Plaut. *in Rud.* Ex vrbe ad mare huc prodimus pabulatum pro exercitio gymnastico & palæstrico.

[Gymnicus, a, um, γυμνικός, ή, όν, pertinens ad nudorum exercitium.]

Gymnici ludi, dicti sunt in quibus se nudi atque vncti exercebant palæstritæ. ἀγῶνες γυμνικοί. à Lycaone in Arcadia primùm inuenti, vt autor est Plin. *lib.* 7. *c.* 56. Gymnicos ludos Romæ editos fuisse à Nerone testatur Suet. *in vita eius c.* 12. ¶ Gymnicum, equestre, musicum certamen quinquennale.

Gymnăsĭarchĭă, Gymnasiorum præfectura. Modestinus *sub tit. de excus.* appellat.

Gymnăsĭarchŭs, vel gymnasiarcha. {γυμνασίαρχος. ANGL. *The head maister of a schoole or exercise.*} Præses gymnasij, id est, loci in quo Athletæ nudi exercebantur. Cicer. 6. *Verr.* Demoliendum curauit Demetrius gymnasiarchus, quòd is ei loco præerat. ¶ Accipitur & pro ludi literarij præfecto. Nam, vt dictum est suprà in primitiuo, gymnasium generaliter dicitur quiuis locus exercitio alicui destinatus.

Gymnēsĭæ Plinio, siue Gymnesiæ, γυμνησίαι Straboni & Steph. insulæ duæ ante Hispaniam, quæ à Latinis Baleares appellantur, eò quòd incolæ harum insularum præcipuè se funda exercebant. Autores Strab. *lib.* 14. & Plin. *lib.* 3. *cap.* 5.

Gymnētēs, γυμνῆτες, Æthiopum populi, Nigritis & Pharusis vicini. Plin. *lib.* 5. *cap.* 8.

Gymnŏsŏphistæ, γυμνοσοφισταί, Philosophi Indorum: sic dicti quòd nudi in syluis agerent, voluptatum omnium expertes, quibus mortalium vita corrumpitur. {Die weisen vnnd gelehrten Philosophi bey den Indianern/so ein gestreng abgesöndert leben füren.} Plin. *lib.* 7. *c.* 2. Philosophos eorum quos Gymnosophistas vocant, ab Exortu ad Occasum perstare, contuentes solem immobilibus oculis, feruentibus arenis toto die alternis pedibus insistere. August. *lib.* 15. *de Ciuit.* Indorum Gymnosophistæ, nudi perhibentur philosophari in solitudinibus Indiæ, à generando se cohibent. Hi ab Exortu ad Occasum perstare dicuntur solem contuentes immobilibus oculis, feruentibus arenis toto die alternis pedibus insistentes. Hi frigora niuium, & æstus flammæ citra dolorem perferunt. Ferunt Alexandrum Magnum, quum in Indiæ expeditione ad Gymnosophistas penetrasset, grauissimè ab illis fuisse increpitum, quòd mortalis quum esset, mortali tamen sorte non contentus, totum Orientem latrociniis infestaret. De his Cic. *Tusc. qu. lib.* 5. Quæ barbaria (inquit) India vastior, aut agrestior? in ea tamen gente primùm hi, qui sapientes habentur, nudi ætatem agunt. Caucasi niues, hyemalémque vim perferunt sine dolore. quumque ad flammam se applicauerint, sine gemitu aduruntur.

[Gyna, æ, mulier, vxor.]

Gynæcēum, ei, Locus secretior in ædibus, vbi solæ mulieres degebant. {γυναικεῖον. GALL. *Vn lieu reculé à part en la maison où les femmes seules hantent, vn cabinet.* ITAL. *Luogo apparato in casa doue se retiranno le donne.* GERM. Ein hauß oder gemach in dem das frawenzimmer ist. HISP. *El retraymiento de mugeres.* ANGL. *A nunnery or place where only women abyde.*} Plaut. *in Mostell.* Dare volt vxorem filio, quantum potest: ad eam rem facere volt nouum gynæceum. Cicer. 2. *Philipp.* Syngrapha sestertij centies, facta est in gynæceo. Pro eodem etiam dicitur gynæconitis, γυναικωνῖτις. Materfamiliás apud Romanos primum locum tenet ædium, atque in celebritate versatur, quod multò aliter fit in Græcia. Nam neque in conuiuium adhibetur, nisi propinquiorum: nec sedet, nisi in interiore parte ædium, quæ gynæconitis appellatur.

[Gynæciarius, ad Gynæcium pertinens. In ll. Alm. Geneciaria ancilla, quæ seruit in genere.]

Gynæciarij, orum, inter viles artifices numerantur. Qui autem hi sint, videbis apud Alciatum & Pyrrhum *in rub. C. de murileg. & gynæc. lib.* 11.

Gynæcŏpŏlĭs, Ægypti oppidum, à quo propinqua præfectura, Gynæcopolitis appellatur: cuius meminit Plin. *lib.* 5. *cap.* 6. γυναικόπολις.

Gyndēs, γύνδης. Fluuius est Assyriorum maximus secundùm Euphratem, in Mantienis nascens montibus, & per Dardanæos in Tigrim influens. {Ein grosser fluß der Assyrien/so in den Tygrim fleußt.} Hunc Cyrus Persarum Rex quum equitem quendam sibi in primis dilectum abrupisset,

ſumpſiſſet, totum in varios alueos derinauit. Autore Herod. *lib.* 1. & Senec. *lib.* 3. *de Ira.* Tibull. *lib.* 4.

——— Rapidus Cyri dementia Gyndes.

Gypsĕis, γυψεῖς, Æthiopiæ inſula, apud Martianum *lib.* 3. A qua fit gentile Gypſeites, γυψείτης.

Gypſus, vel Gypſum, i. {γύψος. GALL. *Du plastre.* ITAL. *Geſſo.* GERM. Gyps. HISP. *Yeſſo.* ANGL. *Pargette, plaster.*} Materia eſt calci ſimilis ex lapidibus exuſtis vt plurimum confecta, qua tectoria parietibus inducuntur, & ſigna arte plaſtica conficiuntur. Plinius *lib.* 36. *cap.* 24. Cognata calci res gypſum eſt. Iuuenalis *Satyr.* 2.

——— quanquam plena omnia gypſo
Chryſippi inuenias.

Plura eius genera. Nam è lapide coquitur, vt in Syria, & Thuriis: & è terra foditur, vt in Cypro & Perrhæbis: è ſumma tellure & Tymphaicum eſt.

Gypsātus, a, um, Gypſo illitus. {γυψωτός. GALL. *Plaſtré.* ITAL. *Ingeſſato, imbiancato.* GERM. Gegipſet. HISP. *Coſa enyeſſada, cubierta de yeſſo.* ANGL. *Plaiſtred, pargetted*} Tibull. *lib.* 3. *Eleg.*

Nota loquor, regnum ipſe tenet, quem ſæpe coëgit,
Barbara gypſatos ferre catalla pedes.

Colum. Quura deinde modicè arectum in vaſa noua ſine pice opercula & gypſata, ſicco loco reponito. Ouid. 1. *Amor. Eleg.* 8.

Deſpice gypſati crimen inane pedis.

Cicer. *in Epiſt. ad Trebat.* Hoc tibi tam ignoſcemus nos amici, quàm ignouerunt Medeæ matronæ opulentæ optimates, quibus illa manibus gypſatis perſuaſit, ne ſibi illæ vitio verterent quòd abeſſet à patria. Vbi gypſatas manus dixit Cicer. pro manibus medicamentis & veneficiis infectis.

‖Gyrgathus, locus aut cubile, in quo mente emoti vincti, aut incluſi tenentur.

Gyrinus, informis ranarum partus.‖

Gyrus, i, vel girus: à γῦρος, γυρόω, gyro. Circumuolutio in orbem, ambitus, circuitus, circulus. {מסב *meſab.* γῦρος. GALL. *Vn tour, un tournoyement, & entortillement, rondeur.* ITAL. *Giro, circuito.* GERM. Ein ring/ kreyß/ vmbwendung. HISP. *Buelta en derredor.* ANGL. *A tourning about in maner of a circle.*} Cic. *ad Attic. lib.* 2. Feneſtrarum anguſtias quòd reprehendis, ſcito te κύρου παιδείαν reprehendere: nam quum ego iſtuc idem dicerem, gyrus agebatur. Virg. *lib.* 5. *Æneid.*

Dixerat hæc, adytis quum lubricus anguis ab imis
Septem ingens gyros, ſeptena volumina traxit.

Ouid. 2. *Amor. Eleg.* 6.

Viuit edax vultur, ducitque per aëra gyros
Miluius: & pluuiæ graculus autor aquæ.

Tibull. *lib.* 4.

——— Libeat curas breuius contendere gyro. (de flexu equi.)

Catull. *de com. Beren.*

Vt triuiam dulcis amor gyro deuocet aërio.

¶ Docere, ſeu compellere in gyrum, eſt anguſtis quibuſdam limitibus coarctare, & non ſinere latius euagari. Quæ tranſlatio tracta eſt ab equis, qui quum fræno diſcunt parere, non in liberum ducuntur campum, ſed in ſpatium aliquo anguſtius, vbi ſæpiùs ſit flectendum, quod & ipſum gyrus appellatur. Cic. 3 *de Orat.* Sed ſi his contenti eſtis, atque iis etiam, quæ dici voluiſtis à me, ex ingenti quodam oratorem, immenſoque campo in exiguum ſanè gyrum compellitis. Idem 1. *Offic.* Homines ſecundis rebus effrenatos, ſibique præfidentes, tanquam in gyrum rationis & doctrinæ duci oportet. Gell. *cap.* 8. *lib.* 16. In Dialecticæ gyris atque mæandris tanquam apud Sirenios ſcopulos conſeneſcere.

Gyro, as, Gyrum facio. {סבב *ſabab* הקיף *hikkiph.* γυρόω. GALL. *Tourner en rond, entortiller rondement.* ITAL. *Girare, circondare.* GERM. Vmbtreiben/ in einem kreyß vmbwenden. HISP. *Hazer buelta en derredor.* ANGL. *To turne about in maner of a circle.*} Vnde regyro, quod eſt in gyrum reflecti, de quo ſuo loco.

Gyratus, Adiect. {מוסב *muſab.* γυρωθείς, γυρωτός. GALL. *Tourné en rond, entortillé rondement.* ITAL. *Circondato, torniato.* GERM. Vmbgetriben/ ringsweiß vmbgewendet. HISP. *Bueltado en derredor.* ANGL. *Tourned about.*} Plin. *lib.* 5. *c.* 10. Ad effigiem Macedonicæ chlamydis orbe gyrato laciniolam. de Alexand. vrbe Ægypti.

‖Gyrouagus, erroneus, inſtabilis, circumcirca vagans. Vet. Dict. nempe gyrum vagans.‖

Gyrtōn, is, ſiue Gyrtona, æ, Γυρτώνη Ptolemæo, Γυρτών Stephano, Perrhæbiæ oppidum, vt Stephano placet, ita dictum à Gyrtone Phlegiæ fratre. Ptolemæus Gyrtonam in Stymphalia Macedoniæ regione, Plin. in Magneſia collocat.

Gythēum, γύθειον. Oppidum eſt Achaiæ ad Maleum promontorium, quod Hercules & Apollo depoſitis eò loci ſimultatibus communi opera condiderunt. {Ein ſtatt in Achaia welche Hercules vnd Apollo miteinander gebawt.} Liuius *in Maced. bell.* Gythium inquit omnium maritimarum rerum Lacedæmoniis receptaculum. Hinc Gytheates ſinus, ad Maleum promontorium, cuius meminit Plinius *lib.* 4. *c.* 5.

Gyzantes, populi Africæ. vide Byzantes apud Steph. apud quem etiam Gygantes reperitur.

NOTÆ ANTIQVORVM.

G. Gaudium, gens, Gaius, Genius, Gellius.
G. G. AVG. Genio Augusti. GA. V. grauitas vera, vel veſtra.
G. B. gens bona.
GD. gaudium. G. D. gens doloſa.
GEN. CORN. gens Corneliorum. GENS. gentes. GERM. vel GER. Germanicus.
G. F. gula filiorum.
GG. vel GS. geſſerunt. G. GEN. GER. gaudium gerens. Germanicus.
GL. gloria. GL. S. H. INT E. gloria ſua hic intus eſt. GL. E R. gloria exercitus Romani. GL. N. L. gloria nominis Latini. GL. P. gloria parentum, vel patriæ, vel populi. GL. P. R. gloria populi Romani. GL. R. gloria Romanorum. GL. S. Gallus Sempronius.
G. M. gens malæ. G. M. F. Germanus frater, Germana filia, Germani filius.
GN. N. genus noſtrum. GN. R. S. genus Romani Senatus.
GOTHI. Gothicus.
G. P. gula parentum.
G. R. genus regium, vel rerum. GR. gerens, gerit. GRA. Gracchus. GR. AT. RS. B. genitor autem reſeruator bonus, vel gerit rem Senatus benè. GRC. Græcus. GR. D. gratis dedit, vel datum. GR. E. gratia eius. GRT gerit. G. RM. HI. RQ genus regium hic requieſcit.
GS. geſſerunt, genus, geſſit. G. S. genio ſanctum.
GT. gentem, gentes.
GV. genus. G. V. gratis Valerius.
GX. grex.

H

H Elementum hoc à Latinis dicitur aſpiratio, ſitque ex vtraque aſpiratione Græca, quarum altera ſic ſcribitur, altera verò ſic: ex quarum coniunctione fit Latina aſpiratio, figura talis H. nomen priorum temporum me latet, noſtra ætate profertur *hacca*, eius poteſtas nulla, niſi quòd ſonum auget illius, ſeu vocalis, ſeu conſonantis, cui adhæret. ¶ Nonnunquam reperitur pro conſonante, vt apud Catull. *de com. Beren.*

Qua rex tempeſtate nouo auctus hymenæo.

Ineptè, meo iudicio, nos Itali proferimus has duas dictiones mihi & nihil, quaſi h in his duabus vocibus locum obtineat ch. Si qui ſunt qui aſſererent eſſe hanc noſtri temporis pronuntiationem eandem, qua olim loquebantur maiores, omni ratione penitus carere videntur, & neotericorum conſenſu, & candidioris ætatis teſtimonio, cùm cæteris, tum vel maximè in hoc elemento. Cicero apertiſſima oratione id comprobat: clarius explicari non poteſt, quàm Catull. ex epigrammate:

Chommoda dicebat ſi quando commoda vellet
Dicere, & hinſidias Arrius inſidias.

O noſtra miſera tempora, ò ſeleratum & illud ſeculum: Tantam calamitatem deplorarunt complures doctiſſimi viri: ſed alibi diffuſius diſſeremus. ¶ H finalis in ſyllaba eſſe non poteſt, præterquam in Ah, & Vah, interiectionibus, quæ vel per apocopen dictæ ſunt, quum completæ ſint, Aha, & Vaha: vel quia abſcondita voce ſolent proferri interiectiones. Iungitur autem vocalibus omnibus, & quatuor conſonantibus, ſcilicet c, vt Chremes: p, vt Philippus: r, vt Pyrrhus: t, vt Thraſo: & hoc vt valentiùs ſonet dictio. Ante Ciceronis tempora, vt ipſe in Oratore teſtatur, ſolis vocalibus addebatur aſpiratio, non autem conſonantibus, quorum etiam pronuntiationem ipſe aliquandiu ſe fuiſſe ſequutum fatetur. Quin ego ipſe (inquit) quum ſcirem ita maiores loquutos eſſe, vt nuſquam niſi in vocali, aſpiratione vterentur, loquebar ſic, vt *Pulcros* & *Cetegos, Triumpos* & *Cartaginem* dicerem: aliquando, idque ſerò, conuitio aurium quum mihi extorta veritas eſſet, vſum loquendi populo conceſſi, ſcientiam mihi reſeruaui. Gell. etiam *lib.* 2. *c.* 3. autor eſt, in pleriſque Latinis dictionibus præter etymologiæ rationem, addi aſpirationem, quòd crederent ſonum firmiorem reddi & vegetiorem: idque exemplo Atticorum, qui citra morem cæterarum Græciæ ciuitatum multas dictiones aſpirarent. Aſpiratio autem (vt idem Gell. autor eſt) non ſolet literis interſeri, ſed more Græcorum ſupra literas annotari: quod & ipſum ſe vidiſſe affirmat, in quodam vetuſtiſſimo codice, quem Virgilii autographon fuiſſe putat. ¶ H, in multis ſucceſſit literæ F. Nam veteres quod *fordeum*, *fœdus*, *fariolus* dicebant, recentiores, Hordeum, hœdus, hariolus, pronunciarunt, vt autor eſt nobiliſſimus Grammaticus Scaur. *lib. de Orthogr.* Vbi *Haba* antiquis noſtris faba dicta.

H A

Ha, interiectio eſt corripientis, ſiue admonentis nequid fiat, néve quis in re cœpta progrediatur, ā, ā. Plaut. *in Menæch.* Ha caue ne illi obiectes nunc in ægritudine Te has emiſſe.

Ha Ha he, {האח *heach.*} Interiectio ridentis eſt. Plaut. *Pſeud. ſc.* 1. *a.* 4. Terent. *in Eunuch.* Ha hahe. THR. quid rides? GNA. iſtuc quod dixti modò.

Haba, olim pro faba. Terent. Scaur. *de Orthogr.* Haba faliſcis, noſtris faba dicta.

‖Habe, hanc, pro Aue frequentiſſimum verbum in inſcriptionibus conſtitutionum C. Theod. & Iuſtinianei ſancitum. Habe Marcelline.‖

Hăbēnă, æ, Retinaculum & lorum illud quo equi reguntur, & inhibentur.

tur. {[illegible] *méthegh.* [illegible] GALL. *La rene d'vne bride.* ITAL. *Le redine della briglia.* GERM. Ein zaum/die riemen oder der zügel am zaum. HISP. *La rienda para templar el freno.* ANGL. *A bridle or bitte.*} Ouid. *Eleg.6 lib.4. Trist.*

Tempore paret equus lentis animosus habenis.

Tibull. *lib.4.*

Validásque sedet moderator habenis.

&, ——— *Effusas tarde permittere habenas.*

Virg. *lib.9. Æneid.*

Ipse ter adducta circùm caput egit habena.

Idem *3. Georg.*

——— *ac per aperta volans, ceu liber habenis Æquora.*

Ouid. *3. Fast.*

Vincitur ars vento, nec iam moderator habenis Vtitur.

¶ Teretibus habenis iunctæ soleæ. (GALL. *De cordes.*) Gell. *c.20. lib.13.* Item, Habenæ simpliciter funda. Liu. *lib.8. d.4.* Idem, Effusissimis habenis. Liu. *7. dec.4.* Habena, item Scutica. Horat. *2. epist.2.*

——— *semel hic cessauit, & vt fit,*

In scalis latuit metuens pendentis habenæ.

Habena, vel ferula cædi. Vlp. *in l. eum aliter. §. impuberi. ff. de SC. Silaniano.* ¶ Pro potestate, & facultate agendi. Virg. *12. Æneid.*

Terribilis sæuam nullo discrimine cædem

Suscitat, iratúmque omnes effundit habenas.

Cic. *1. de Orat.* Senatum seruire populo, cui populus ipse moderandi & regendi sui potestatem, quasi quasdam habenas tradidisset. Rerum habenæ traduntur Asdrubali, Silius *lib.1.*

Hăbēnŭlă, diminut. {[illegible] GALL. *Petite rene de bride.* ITAL. *Picciola redina di briglia.* GERM. Ein kleiner zaum/oder ein binden wie es die wundartzt brauchen. HISP. *Pequeña rienda para templar el freno.* ANGL. *A litle raine, bridle or leash.*} Celsus *lib.7. c.20.* Ab ora quoque eius vulneris quod in inguine est, demenda habenula paulò latior est, quò maior plaga fit. Idem *lib.7. cap.7.* de palpebris loquens, Rursus tenuis habenula ab vlteriore ora excidenda. Vbi sic vocat translatè cutis segmentum oblongum exectum instar habenulæ.

Hăbēntĭă, æ, ab antiquis vsurpatum est pro diuitiis, ab habeo. {[illegible] GALL. *L'auoir.* ITAL. *L'auere.* GERM. Hab vnd gut. HISP. *Las riquezas.* ANGL. *The hauing or possessing of a thing.*} sicut à Sapio, sapientia. Claud. *7. Annal.* apud Non. animos eorum inflaret habentia.

Hăbĕo, es, ui, itum, ab ἔχω. Obtineo, teneo, possideo. {[illegible] GALL. *Auoir, tenir.* ITAL. *Hauere.* GERM. Haben/besitzen. HISP. *Auer ò tener.* ANGL. *To haue.*} Salust. *in Iugurth.* Animus incorruptus, æternus, rector humani generis agit atque habet cuncta, neque ipse habetur. Virg. *1. Æneid.*

Hostis habet muros.

Plaut. *in Aul.* Virginem habeo grandem, dote cassam, atque illocabilem. Idem *Rud.* Papæ, diuitias tu quidem habuisti luculentas. i. Miserum istuc verbum & pessimum est, habuisse, & nihil habere. ¶ Basilicas edictiones ille habet. Idem *Capt. sc.2. a.2.* Idem *Pseud. sc.2. a.1.* Vobis hanc habeo edictionem. Senec. *c.3. de consol. ad Mart.* Habebis lucem inuisam. ¶ Per translationem ponitur pro tenere, [illegible]. Salust. *in Iugurth.* Tale periculum Reipublicæ haud occultum habuit. ¶ Pro agere. Idem *in Catil.* Igitur comitiis habitis, Consules declarantur M. Tullius, & C. Antonius. Plaut. *in prolog. Amph.* Seruus hic quoque partes habet. ¶ Pro ferre Salust. Neque cuiquam mortalium iniuriæ suæ paruæ videntur, multi eas grauiùs æquo habuêre. ¶ Habere concionem est, vt ait Gell. *lib.13. cap.14.* Verba facere ad populum sine vlla rogatione. Plaut. *Menaech.* Vt illum dij omnes perdunt, qui primus commentus est Concionem habere, quæ homines occupatos occupat. Quintil. Habere actiones, orationes. Suet. *in Aug. c.8.* Habere sermones cum aliquo. Item, Habere mentionem alicuius, Quintil. Et, Habere honores alicuius memoriæ. Suet. *in Neron. c.9.* Plaut. *Asin. sc.2. a.3.* Perfidiæ laudes gratiásque habemus. Idem *Pseud. sc.3. a.3.* Habui expurgationem. (i. me expurgaui. Ouid. *Eleg.1. lib.4. Trist.* Habere excusata. ¶ Habere consilia. (GALL. *Tenir conseil.*) Plaut. *Pseud. sc.2. a.1.* ¶ Pecuniam dedisse, vt haberent. (i. habendam.) Gell. *cap.19. lib.16.* Item Plaut. *Milit. sc.1. a.1.* Me sibi habeto. Gell. *cap.9. lib.17.* Seruo oculos ægros habenti. ¶ Pro detinere & occupare. Salust. Neque flumen, neque mons erat, qui fines eorum discerneret, quæ res eos in igno diuturnóque bello inter se habuit. ¶ Pro credere existimare, [illegible]. Terent. *in Andr.* Semper eius dicta, atque habita est soror, hoc est, existimata & credita. Plaut. *Men. sc.2. a.4.* Pauper haud malus, nequam habetur. ¶ Pro habitare. Idem *in Trucul.* Nam mihi hæc meretrix, Quæ hic habet, Phronesium suum nomen, omnem Ex pectore euomit meo phronesim. Idem *Aulul. prolog.* Salust. *apud Priscian.* Tartessum Hispaniæ vrbem, quam nunc Tyrij mutato nomine Gadir habent. Idem *in Catil.* Credo falsa existimans eâ, quæ de inferis memorantur, diuerso itinere malos à bonis loca terrena, occulta, fœda atque formidolosa habere. ¶ Pro intelligere: nam quod intelligimus, animo quodammodo tenere & possidere videmur. Terent. *in Heaut.* Habet omnem rem, per gam quò cœpi, hoc iter. ¶ Habere frustrà, idem est quod decipere, & deludere. Plaut. *in Amph.* Is aduenientis seruum, ac dominum frustrà habet. ¶ Nihil pensi habere, hoc est, nihil pendere, non curare, [illegible]. Habere honorem, idem est quod honore afficere. Terent. *in Eunuch.* Hic tibi pro eo munere honos est habitus ab eo. Cic. *in Lælio,* Hæc habui, de amicitia quæ dicerem. ¶ Accipitur etiam pro tractare. Terent. *in Hecyr.* Nunquam secus habui illam, ac si ex me nata esset. Plaut. *Capt. sc.2. a.2.* Vt tu me hic habueris perinde illum illic curauerit. Idem *Asinar. sc.1. a.1.* Mater habet illum arctè & contentè. *Ibidem,* Illum miserum habebo, (id est, malè accipiam.) *Ibid. sc.2. a.3.* Ita me iste habuit tener gymnasium. Idem *Pseud. sc.2. a.1.* Ignaui malè habiti & malè conciliati. *Ibid. sc.1. a.5.* Mundiciis dignè habiti, (id est, tractati.) Liu. *4 d.4.* Habere comiter aliquem. *& lib.6. d.4.* indulgenter. Plaut. *Men sc.3. a.5.* Te auitam & vestitam bene habet. Malè habere, i. malè tractare, vexare. Cels. *lib.4. cap. de tussi.* Solet tamen interdum per se quoque malè habere, & vix cùm vetus facta est, eliditur. ¶ Benè habere, idem est quod bene valere, & incolumem esse: sicut malè habere, infirmum & ægrotum esse. Bene habet, vel malè habet: vel etiam sic, Res bene, vel malè habet, hoc est, feliciter, vel infeliciter cedit. Liu. *lib.7. ab Vrbe,* Benè habet, iacta sunt fundamenta. Idem *lib.8.* Benè habet (inquit) Quirites: vicit disciplina militaris. Bellè habeo, idem est quod benè valeo, vel incolumis sum. Cic. *in Epist.* Tullia nostra valet, Terentia minus bellè habuit, id est, minus benè valuit. ¶ Item habet, per se positum significat percussus est, vt Donatus inquit: & propriè de gladiatoribus dicitur, quòd prius alij sanguinem videant, quàm illi sentiunt se percussos esse. Terent. *in Andr.* Certè captus est, habet. Liu. *lib.10. ab vrb.* Habet pœnam noxium caput. ¶ Dicitur etiam, hoc habet: loquendique genus est è vulgo peritum. Virg. *in Æneid.*

Hoc habet, hoc melior magnus data victima diuis.

Prudentius,

Hoc habet, exclamat victrix regina.

Volunt approbantis dictum esse, pro hoc rectè habet, vel bene se res habet. ¶ Sat habeo, id est, [illegible] ἔχω. Cæsar *lib.3. bell. ciuil.* Nostri verò qui satis habebant sine detrimento discedere. ¶ Quandoque habere, est seruare, detinere: vt est illud Salust. *in Catil.* In custodiis haberentur. Gell. *c.12. lib.15.* Habere se castè a seruis. Plaut. *Curc. sc.3. a.5.* Benè ac pudicè me habuit. ¶ Habere Senatum, GALL. *Tenir la Cour.* Idem *Milit. sc.6. a.2.* Frequens senatus poterit nunc haberier. Item, Modus haberi non potest. Idem *Curc. sc.3. a.2.* ¶ Quandoque præbere, exhibere. Salust. *in declam. in Ciceronem.* Ita largitionibus corruptus est, vt sese ad fortunas suas vænales habeat. ¶ Habere gratiam, vel gratias in animo, est quum memorem accepti beneficij mentem, animúmque habemus, & inuicem gratificandi voluntatem. Cicero. Nec enim mihi gratiam modò habuisti, verumetiam cumulatissimè retulisti. Idem, Maximas tibi Pansa gratias & habemus & agere debemus. Terent. *in Andr.* Dijs pol habeo gratias quum in pariundo aliquot affuerunt liberæ. ¶ Habere iter, est proficisci. Habere verba, λόγον ἔχειν, est loqui. Plaut. *Milit. sc.6. a.2.* Hic ad me rectà habet rectam viam. ¶ Habere fidem verbis, est credere. πιστεύειν. Terent. *in Andr.* Nam propemodum habeo tibi iam fidem. Et *in Heaut.* Seni nostro fidei nihil habeo. ¶ Habere rationem salutis, honoris, rei familiaris, id est, curam, & vt vulgus loquitur, respectum. [illegible]. Sed si cum ablatiuo construatur mediante cum, vt, Habere rationem cum re aliqua: idem est, quod habere negotium & commercium. [illegible]. Cic. *in Catil.* Rem habet cum terra quæ nunquam recusat imperium. Idem *in Tusc.* Quis est hominum qui modò cum Musis, id est, cum humanitate & doctrina habeat aliquod commercium, qui se non hunc Mathematicum malit, quàm illum tyrannum? Et *ad Attic.* Cum omnibus musis rationem habere cogito. Habere rem, de meretricis cum amatore consuetudine. Terent. *Eunuch.* Ego cum illo quocum vno rem habebam tum hospite Abij huc [illegible]. Habere rem cum aduersario, est litigare, [illegible]. ¶ Habeo conuenire, habeo polliceri, habeo audire, idem valet quod possum. Cic. *Lentulo,* Tantum habeo polliceri. Idem *in Catone.* Neque eos solùm conuenire habeo quos vidi, sed etiam quos audiui & legi. Idem *in Orat.* Audire habeo quid hic sentiat. Vide Vall. *lib.5.* ¶ Morem habere. Plaut. *Capt. sc.1. a.2.* Morem hunc homines habent, idem *Curc. sc.1. a.3.* Habent hunc morem plerique argentarij. ¶ Habere inuidiam, vide *Inuidia.* Habere patibulum. Idem *Mil. sc.4. a.2.* Dispessis manibus patibulum cùm habebis. ¶ Tibi istos habeas turtures. (vulgò accipe pro te.) Idem *Most. sc.1. a.1.* ¶ Habere pro decere siue conuenire. Hic ornatus satisne me condecet? Optimè habet. (id est, benè tibi conuenit.) GALL. *Il vous vient bien.* ¶ Súsque déque habere, vel Súsque déque ferre (vtroque enim modo dicimus) est æquo animo ferre, & non magni pendere, & penè idem quod Græci dicunt [illegible]. Idem *in Amph.* Ea quæ sunt facta, infecta esse acclamitat: Quæ neque sunt facta, neque ego in me admisi arguit. Atque id me susque déque esse habituram putat. ¶ Huius verbi composita sunt Adhibeo, Cohibeo, Exhibeo, Inhibeo, Præbeo, Posthabeo, Perhibeo, Prohibeo, & Redhibeo, de quibus suis locis. ¶ Ægrè habere, idem quod ægrè ferre. [illegible]. Liu. *7. ab vrb.* Ita ægrè habuit, filium id pro parente ausum. Plaut. *Asin. sc.1. a.5.* Ea res malè habet. (sup. me.) Idem *Men. sc.2. a.4.* Sollicitum nimis me habuit cliens. ¶ Habes dicere, Gell. *c.20. lib.17. & c.1. lib.14.* Et apud Suet. *in Aug. c.58.* Habeo aliud precari. ¶ Sicuti pleræque mortalium habentur: hoc est, vt solet accidere rebus hominum. Salust. *in Catil.* ¶ Habere profligatum bellum. Liu. *lib.5. d.4.* Qui profligatum bellum haberet. Item, Habebant emerita stipendia. Idem *7. d.4.* Cunctatio Fabij habebat sollicitum Annibalem Liu. *2. bell. Pun.* ¶ Habere delectum, id est, delegere Cic. *5. de finib.* Quum enim virtutis hoc proprium sit, earum rerum quæ secundum naturam sint, habere delectum. ¶ Delectum militum habere, est cogere milites, & ex illis aptiores deligere. Cæs. *1. bell. ciu.* Tota Italia delectus habentur, arma imperantur, &c. Habebat Annibal Tarentum, (id est, possidebat.) Liu. *4. d.4.* ¶ Habui numerum sedulò. Plaut. *Pseud. sc.2. a.4.* ¶ Habere in deliciis, voluptatis causa habere, vehementer amare. Cic. *1. de diuin.* Simia, quam rex Molossorum in deliciis habebat, & sortes ipsas & cætera quæ erant ad sortem parata, disturbauit. ¶ Habere derelictui, id est, relinquere incultum. Gell. *lib.4. cap.12.* Siquis arborem suam vineámque habuerit derelictui. Habere pro derelicto aliquid, est curam eius nullam suscipere. Cic. *ad Attic. lib.8.* Id ego in eam partem accepi: hæc oppida, atque oram maritimam illum pro derelicto habere: nec sum miratus, eum qui caput ipsum reliquisset, reliquis membris non parcere. Sic Sueton. *in Tib. c.73.* Haberi pro contempto. Et habere contemptui, apud eundem *in Aug. c.93.* ¶ Habere despicatum, pro spernere, & contemptui habere. Terent. *in Eunuch.* An id flagitium est, si in domum meretriciam Deducar, & illis crucibus quæ nos nostrámque adolescentiam Habent despicatam, & quæ nos semper omnibus cruciant modis, Nunc referam gratiam? Sic Plaut. *Menaech. sc.2. a.1.* Nimium te habui delicatam. Habere despicatui, pro despectui. Idem *in Menach.* Tu huc post hunc diem pedem intrò non feres, ne frustrà sis. Quando tu me bene merentem tibi habes despicatui. ¶ Habeo dictum, pro dixi. Idem *Persa,* Satis iam habeo dictum.

ctum Habeo dicere, id est, habeo quod dicam. Cic. 3 *de nat. deor.* Hæc fere dicere habui de nat. deor. Idem *de partit.* Quid habes igitur de causa dicere? ¶ Habere dignitatem alicui: hoc est, alicuius dignitatem plurimi facere. Plin. *in Panegyr.* ¶ Ita se habet. Cic. *de senect.* Quod quidem, ne ita se haberet, vt animi immortales essent, haud optimi cuiusque animus maxime ad immortalem gloriam niteretur. ¶ Habere intactum, i. non tangere, vel attingere. Gell. *lib.* 1. *c.* 9. Altera pars incidenda, altera intacta habenda est. ¶ Habere bonum animum. Salust. *Iugurth.* 113. de Numidia bonum habetote animum Quirites. ¶ Habere pensi. Idem *in Catil.* Prorsus neque dicere, neque facere quicquam pensi habebat. Hos in armis Galli accolæ semper habebant, (id est, cogebant in armis semper esse. Liu. *lib.* 10. *ab vrb.* Item, Habuerunt Parthi bibulum in obsidione. Cæs. *lib.* 3. *de bell. ciu.* ¶ Periculum habere, esse in periculo. Colum. *lib.* 12. *cap.* 11. Sed periculum habet ne vitietur vinum, si male cocta sit aqua. ¶ Potius habere, pro præferre. Cæsar 1. *bell. ciu.* Semper se Reip. commoda priuatis necessitudinibus, habuisse potiora. ¶ Necesse habere, id est, necessitate cogi, idem. ¶ Habeo in promptu, hoc est, prompta est mihi de hac re memoria. Cicer. 4. *Acad.* Oportet igitur & ea, quæ pro perspicuitate responderi possunt, in promptu habere. ¶ Sic habeto: id est, ita tibi persuadeto, vel pro comperto teneto. Cicero *ad Tironem*, Sic habeto, mi Tiro, neminem esse qui me amet, quin idem te amet. ¶ Habere statiua, id est, in æstiuis agere. Liuius 2. *bell. Maced.* Ibi statiuis rex per aliquot dies habitis, fluctuatus animo est. ¶ Habere suspectum. Liuius 4. *bell. Pun.* Quia & ipsum vt ambiguæ fidei virum, suspectum iampridem habebat. ¶ Habere sibi res suas, iubebatur vxor quæ à viro repudiabatur, Cic. 6. *Philipp.* Illam suas sibi res habere iussit. ¶ Sic habendum est: hoc est, ita intelligendum. Idem *de Amic.* Sic habendum est, nullam in amicitia pestem esse maiorem, quàm adulationem, blanditias, assentationem.

Hăbessit, pro habeat, antiquè dictum. Cic. 2. *de Legib.* Separatim nemo habessit deos, néve nouos: sed ne aduenas, nisi publicè ascitos priuatim colunto.

Hăbĭtio, ἕξις, habendi actio. Gell. *lib.* 2. *c.* 4. Debitio enim gratiæ, non habitio cum pecunia confertur.

Hăbĭtŭs, a, um. חוּח *achuz.* ἐχόμενος. GALL. *Eu, ce qu'on a eu.* ITAL. *Hauuto.* GERM. Gehabt gehalten. HISP. *Tenido.* ANGL. *Hadde, compted, esteme[d].* } Participium à passiuo habeo, quod varias habet significationes, quemadmodum & verbum à quo descendit. Plin. *lib.* 16. *cap.* 34. Vt mirum sit, vllum honorem habitum ei. ¶ Interdum idem est quod affectus. Terent. *in Heaut.* Imò, vt pattem suum vidi esse habitum, diu etiam duras dabit. ¶ Aliquando idem quod existimatus. νομισθείς. Cæsar 7. *belli Gall.* Hic summo in Aruernis natus loco, & magnæ habitus autoritatis. Plaut. *Most. sc.* 1. *a.* 1. Quo nemo antehac magis est habitus parcus. &c. ¶ A participio nomen Habitus atque habitior comparatiuus, id est, obsidior. Plaut. *in Epid.* Corpulentior hercle, atque habitior, id est, pinguior. Terent. *in Eunuch.* Siqua habitior paulò, pugilem esse aiunt, deducunt cibum. Gell. *c.* 1. *lib.* 3. Quisquis est corpore benè habito ac strenuo.

Habitissĭmŭs, pinguissimus. Gell. *lib.* 4. *cap. vlt.* Equum nimis strigosum & malè habitum, sed equitem eius vberrimum & habitissimum viderunt.

Hăbĭtŭs, us, Qualitas, & forma est corporis, & cuiusque rei. {מתכונת *mathcòneth* משפט *mischpàt.* ἕξις, σχῆμα. GALL. *Contenance, port, estat, disposition, qualité.* ITAL. *Habito, qualità, forma.* GERM. Ein weise gestalt/gattung. Item. Ein bekleidung. HISP. *Habito, qualidad.* ANGL. *Behauiour, qualitie, disposition.* } Plaut. Qualis habitus oris. Col. *lib.* 1. Vineæ non lacertos & lacertosos exiguntuam is habitus fossuris magis aptus. Virg. 1. *Georg.*

——— cultúsque, habitúsque locorum.

Gell. *c.* 1. *lib.* 27. Vt ipse æquitatis habitus demonstrat. Ouid. 2. *Fast.* Vtque videt habitum, flentis passis crinibus.] ¶ Accipitur etiam pro cultu corporis, vestiúmque ornatu. Vnde habitus scenicus, habitus militaris dicitur. Plaut. Quis habitus iste tam prolixus? Plin. Qui ad nos lugubri habitu venerat, & capillatior solito. Suet. *in Claud. c.* 15. Mutare habitum, (id est, pallium & togam.) Idem *in Aug. c.* 40. Habitus vestitúsque. ¶ Habitus, ἕξις, hoc est, promptitudo frequentibus actibus agendi comparata. A Philosophis definitur alicuius rei siue in animo, siue in corpore natura conceptam, sed vsu corroboratam & plenam perfectionem esse. ¶ Habitum item vocant medici constantem corporis constitutionem, & solutu difficilem, ex proba improbáve similarium particularum temperatione, instrumentaliúmque conformatione nascentem. Vnde bonum corporis habitum (εὐεξίαν) firmam sanitatem appellant, omnibus corporis particulis probè actiones suas obeuntibus. Rursus malum corporis habitum (καχεξίαν) appellant constitutionem corporis in morbos procliuiorem, valetudinemque infirmam ex similarium partium intemperie, vel improba instrumentalium prouenientem coagmentatione. ¶ Habere habitum temporis, id est, Ornatum esse pro ratione temporis. Ouid. 1. *Trist. Eleg.* 1.

Vade, sed incultus, qualem decet exulis esse,
Infelix habitum temporis huius habe.

Hăbĭtūdo, inis, Corporis habitus, corporis constitutio, quam vulgò vocant *Complexionem.* {ἕξις. GALL. *Habitude, estat & disposition.* ITAL. *Habitudine, complessione.* GERM. Die eigenschafft vnd natur des leibs. HISP. *Disposicion de cuerpo, habilidad.* ANGL. *The state, plight, or thing of the body.* } *Lib.* 4. *ad Herenn.* Nam vt corporis bonam habitudinem tumor imitatur sæpe, ita grauis oratio sæpe imperitis videtur ea quæ turget & inflata est. Terent. *in Eunuch.* Qui color, nitor, vestitus? quæ habitudo est corporis?

Hăbĭlis, e, quod est aptum, conueniens, accommodatum. {נאה *naè* נכון *nacòn* מוכן *mucàn.* ἁρμόδιος, εὔχρηστος. GALL. *Habile, seant, propre & bien conuenant.* ITAL. *Habile atto, accencio, conueniente.* GERM. Geschicklich/füglich bequem. HISP. *Cosa habil para tener ò tratar.* ANGL. *Fitte, handsome, able.* } Virg. 6. *Æneid.*

Namque humeris de more habilem suspenderat arcum Venatrix.

Mart. *lib.* 13.

Non habilis cyathis, & inutilis vna Lyæ.

Suet. *in Aug. c.* 18. Vt feraciorem habiliorémque annonæ redderet. (i. aptiorem.) Quint. Acutior & habilior ad inueniendum. Senec. *cap.* 8. *de tranq.* Habiliora corpora pusilla. Suet. *in Claud. c.* 2. Nulli muneri habilis. Cic. 1. *de Orat.* Si mihi calceos Sicyonios attulisses, non vterer, quamuis essent habiles, & apti ad pedem, quia non essent viriles. ✕ Inhabilis, ineptus, indecens, quasi parum habilis, hoc est, minùs aptus, ἀνάρμοστος.

Hăbĭlĭter, Aduerb. aptè, commodè. {ἐπιτηδείως, δεξιῶς, ἁρμοδίως. GALL. *Habilement, proprement, commodement.* ITAL. *Commodamente.* GERM. Geschicklichen/füglich/ geschicklich. HISP. *Habilmente, tratablemente.* ANGL. *Fittelie and semelie.* } Paul. *In l. si vt ff. de aur. & arg. leg.* Si vt habiliter gemmæ geri possint, inclusæ auro fuerint.

Hăbĭlĭtas, conuenientia, aptitudo. {מתכונת *mathcòneth* משפט *mischpàt.* ἁρμονία. GALL. *Habilité, proprieté, seance & conuenance.* ITAL. *Habilità, proprietà, conuenienza.* GERM. Tauglichkeit, geschicklichkeit. HISP. *Habilidad, conueniencia.* ANGL. *Fitnesse, handsomenesse.* } Cicer. *de leg.* 3. Omitto opportunitates, habilitatésque reliqui corporis, moderationem vocis, orationis vim, &c.

Hăbĭto, as, frequentatiuum est ab Habeo. {ישב *iascháb* οἰκεῖν. GALL. *Habiter, demeurer pour quelque temps en vn lieu.* ITAL. *Habitare, dimorare.* GERM. Inhaben/wohnen. HISP. *Morar.* ANGL. *To dwell or tarie in a place, to inhabite.* } Aliquando, vt verbum Habeo, adiungitur accusatiuo. Virg. *Eclog.* 2. Atque humiles habitare casas. Tibull. *lib.* 4.

Nulla nec exultas habitant animalia partes.

Plaut. *Amphitr.* & *Asin. sc.* 3. *a.* 1. In ædibus vbi tu habitas nimia mira vidi. Idem *Men. sc.* 1. *a.* 2. Habitant in hac vrbe palpatores. Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 5. *Trist.*

Sic habitas terram, sic te desideret æther.

Plaut. *Men. sc.* 7. *a.* 5. Apud te habitabo (patronum.) *Ibid. sc.* 2. *a.* 5. Si intra ædes huius, vbi habitas, penetraui pedem. Terent. *in Andr.* in hac habitasse platea dictum est Chrysidem. Huius passiuum in tertia persona protulit Virg. *lib.* 3.

Effuge, cuncta malis habitantur mœnia Graijs.

¶ Inter habitare autem & commorari hoc interest, quòd hoc sit ad exiguum tempus, illud verò ad longius temporis spatium: quanquam hæc differentia sæpe confunditur. ¶ Habitare etiam antiqui acceperunt pro frequenter, vel passim habere. Varro *lib.* 16. *rerum diuin.* vt citat Nonius, Hoc modo antiquos secundis rebus comas habitasse. ¶ Tecum habita, prouerbij speciem habet, pro Domi tuæ habita, & tuo te pede metire. Persius *Satyr.* 4.

Tecum habita, vt nôris quàm sit tibi curta supellex.

Hoc est, domi tuæ viuito, vt intelligas quam tenuis sit tua fortuna. Tractum videtur ab aulicis, quibus, quum alienis opibus, vt suis intumescant, domi nihil est miserius. ¶ Habitare triginta millibus, est Triginta millia pro habitatione dare. Cicer. *pro Cælio*, Sumptus vnius generis obiectus est habitationis: triginta millibus dixistis eum habitare. Plin. *lib.* 17. *c.* 1. Grauiter increpuit tanti Censorem habitare, id est, In ædibus tanti sumptus. Item Velleius, Si quis tanti habitet (i. sex millibus) tantum ædes conducat.

Hăbĭtātio, pro domo, & loco quem habitamus. {מעון *mahòn* מושב *moschàb.* οἴκησις, οἴκημα. GALL. *Habitation, demeurance, maison à demeurer.* ITAL. *Stanza, il luogo da habitare.* GERM. Wohnung behausung. HISP. *Morada.* ANGL. *A dwelling place.* } Cic. *Memmio*, Peto à te vt ei de habitatione accommodes. Sueton. *in Cæs. c.* 38. Annuam etiam Romæ habitationem vsque ad bina millia nummûm remisit. Plaut. *Mostell. sc.* 1. *a.* 3. *Habeo*, Hæc mihi (mortuo) dedita est habitatio. Col. *lib.* 1. Villico iuxta ianuam fiat habitatio.

Hăbĭtācŭlum, idem quod habitatio. Vsurpatur etiam de specu siue antro, domicilio leonis. Gell. *c.* 14. *lib.* 15. Introgressus leo in habitaculum illud suum, &c.

Hăbĭtābĭlis, quod habitari potest. {מושב *moschàb.* οἰκήσιμος. GALL. *Habitable, qu'on peut habiter.* ITAL. *Che si può habitare.* GERM. Wonhafft/ das man einwohnen kan. HISP. *Lo que se puede buenamente morar.* ANGL. *That may be dwelt in.* } Cicer. 1. *Tusc.* Tum & habitabiles regiones, & rursum omni, &c. Ouid. 4. *Fast.*

Nec nobis cœlum est habitabile dixit.

Idem *Eleg.* 4. *lib.* 3.

Vlterius nihil est nisi non habitabile frigus.

Hăbĭtātor, pro incola. {יושב *iosceb.* οἰκήτωρ. GALL. *Habitant.* ITAL. *Habitatore.* GERM. Ein einwohner. HISP. *Morador.* ANGL. *He which dwelleth in a place.* } Cic. *ad Qu. fratr. lib.* 2. Tuam domum in Carinis mundi habitatores Lamiæ conduxerunt. Lucan. *lib.* 1.

Rarus & antiquis habitator in vrbibus errat
Hesperia.

Habessus, autore Plin. *lib.* 5. *cap.* 27. Lyciæ vrbs est, postea Antiphellus dicta.

Habronicas, nomen viri proprium.

Habrus, tenuis, splendidus. Plaut. *Plotius*: Nam coloratum frontem habet, petilus, habrus.

Hāc, aduerbium motus per locum. {ταύτῃ, τῇδε. GALL. *Par ci, par ici.* ITAL. *Per qua, di quà.* GERM. Hiedurch/den wege. HISP. *Aqui donde yo estoy.* ANGL. *By this place or way.* } Terent. *Eunuch.* Ite hàc vos omnes. Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 2. & *Men. sc.* 1. *a.* 4. Sequere me hac intrò. Idem *Men. sc.* 3. *a.* 3. & *sc.* 1. *a.* 4. Hac abiit. Idem *in Pseud. sc.* 3. *a.* 4. *Capt. sc.* 2. *a.* 2. *Curc. sc.* 1. *a.* 1. *Amph. sc.* 2. *a.* 2. & alibi sæpius. Sequere me hac ad forum. Idem *Amph. sc.* 4. *a.* 4. Obstricto collo hac arripiam. Idem *Aulul. sc.* 5. *a.* 3. I hac intrò mecum ad fratrem. Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 1. Hac abiit, hac persequar. Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Accedamus (siue Occedamus) hac obuiam. Idem *ibid.* Verte hac te puere, &c.

[Hacel-dema. *Act.* 1. id est, ager sanguinis.]

Hāctĕnŭs. Ex hac, & tenus compositum, idem quod ad hunc vsque locum, ad hanc vsque rem: non enim de tempore dicitur vnquam, qua in re etiam doctos video errasse. {עד הנה *hadde* עד הנה *hadennà.* μέχρι τοῦδε, μέχρι τούτου. GALL. *Iusques ici.* ITAL. *Fin qui, fine a qui.* GERM. Bisher/ bißhieher. HISP. *Hasta aqui.* ANGL. *Hitherto.* } Cic. *de Amic.* Hactenus mihi videor de amicitia quid sentirem, perscribere dixisse. ¶ Aliquando ponitur pro ita, adeò, siue in tantum, augendi particula. Suet.

Suet. *in Nerva*. Cœnæ quoque tempore interpellatus, tumultuosioribus literis hactenus excanduit, vt malum iis, qui detulerint, minaretur. ¶ Hactenus quatenus. Vlp. *de in rem verso. l. si pro patre*, Si domini debitor, si seruus, & ab alio mutuatus ei soluerit, hactenus non vertit quatenus domino debet.

Hadrianitani, Siciliæ populi. Plin. *lib. 3. c. 8.*

Hadria, siue potiùs Adria. ἀδρίας Suidæ & Stephano: secundus Europæ sinus inter Lacinium Italiæ & Acroceraunium Epiri promontorium, itemque ens dextrâ Macedoniæ partem, Dalmatiam, Illyricum & Istriam, sinistra Apuliam, Frentanos, Picentes, & Venetos alluens. {Das Venedisch meer.} Lucan. *lib. 5.*

——— fonat Ionio vagus Hadria ponto.

Videtur hoc nomen rectiùs sine aspiratione scribi. Accepit enim nomen ab Atria nobili Circumpadanæ regionis oppido. (vt docet Cato *in Originib.* & Plin. *lib. 3. c. 16.*) quod insignem circa Padi ostia habebat portum, à quo quidem oppido vicinum mare primùm Atriaticum dictum fuit, & deinde literæ vnius immutatione Adriaticum est. ¶ Fuit item Hadria, siue Adria, oppidum in finibus Piceni, Romanorum colonia, VII. M. passuum à mari distans, à qua vicinus ager, Ager Hadrianus, siue Adrianus dictus est.

¶Hadria, siue Adria, *Atri*, V.E. Aprutij, Ducatus titulo illustris, sub A. Theatino, in regno Neapolitano. ¶ Hadria item, à quâ dictum volunt mare Hadriaticum, V.E. Venetiæ antiquissima, sub A. Rauennate, à paucis nunc piscatoribus incolitur.

Hadrianopolis, nostris *Adrianopoli*, Turcis *Endrem*. vrbs Thraciæ, sita ad confluentes Marizæ, seu Hebri, & fluuiolorum Tunsæ & Hardæ: qui simul deinde suum cursum in mare Ægæum deflectant.¶

Hadrobolum, i, ἁδρόβωλον. Bdellij genus est nigrum, & in offas conuolutum, nascens in Arabia, India, Media, & Babylone, quod in sacris vino perfundi solebat, vt esset odoratius. Dictum hadrobolum, à glebarum crassitudine. Nam ἁδρὸς Græci crassum & plenum appellant. Vide Plin. *lib. 12. cap. 7.* & Diosc. *lib. 2.*

Hadrosphærum, ἁδρόσφαιρον, Nardi genus, à folij amplitudine ita dictum, quemadmodum aliud genus minimo folio microsphærum, & rursus aliud quod mediocri est folio, Mesosphærum est appellatum. Autor Plin. *lib. 12. cap. 12.*

Hæbudes, αἰβοῦδαι. Insulæ sunt numero quinque inter Caledonium, quæ hodie Scotia dicitur, & Thulen insulam. {Fünff inseln zwischen Schottland vnnd der insel Thule gelegen.} Solinus, A Caledoniæ promontorio Thulen petentibus, bidui nauigatio: inde excipiunt Hæbudes quinque numero. Et *paulò post*, Secundam à continenti stationem Orcades præbent, quæ ab Hæbudibus porrò sunt septem dierum, noctiúmque totidem cursu.

Hæc, fœmininum. Vide *Hic, hæc, hoc.*

Hædus, i, siue, vt alij scribunt, hœdus, est fœtus capræ. {גדי *ghedhi.* ἔριφος. GALL. *Vn cheureau.* ITAL. *Capretto.* GERM. *Ein geisslein gitz.* HISP. *Cabrito hijo de cabra ò cabron.* ANGL. *A kidde.*} Qui per æ diphthongum scribunt, videri volunt dictam esse hædum ἀπὸ τῶν αἰδοίων, hoc est, à testiculis. Alij verò qui per œ scribunt, à lingua Sabina eius originem petunt. Illi enim hœdum dicebant, quod Romani dicunt fœdum. Virg. 1. *Eclog.*

Sic canibus catulos similes, sic matribus hœdos.

Ouid. 13. *Metam.*

——— tenero lasciuior hœdo.

¶ Hædus ex Ambracia optimus. Gell. *c. 16. lib. 7.*

Hædulus, Hædillus, & Hædiculus, diminutiua. {ἐρίφιον. GALL. *Petit cheureau.* ITAL. *Picciolo capretto.* GERM. *Ein gitzlin.* HISP. *Pequeño cabrito.* ANGL. *A litle kidde.*} Plaut. *in Asin.* Dic igitur me tuum passerculum, gallinam, coturnicem, agnellum, hædillum. Iuuen. *Satyr. 11.*

E Tiburtino veniet pinguissimus agro
Hædulus.

Hædinus, a, um, quod est ab hædis. {ἐρίφειος. GALL. *De cheureau.* ITAL. *Cosa di capretto.* GERM. *Geissin. gitzin.* HISP. *Cosa de cabrito.* ANGL. *Of a kidde.*} vt, Caro hædina, quæ est ex hædo. Et hædinæ pelliculæ. Cicer. *pro Murena*, Atque ille homo eruditissimus, ac Stoicus, strauit pelliculis hædinis lectulos Punicanos.

Hædilia, sunt hædorum stabula. {ἐριφοτροφεῖον. GALL. *Estable à cheureaux.* ITAL. *Le stalle de capretti.* GERM. *Ein geiss oder geissstal.* HISP. *Donde se acogen los cabritos.* ANGL. *Stalles for kiddes.*} qua ratione etiam dicuntur ouilia, quòd in his ea animalia contineantur. Horat. 1. *Carm. Ode 17.*

Nec virides metuunt colubros,
Nec Martiales hædilia lupos.

Vbi Acron, hædilia, septa hædorum: per continens, id quod continetur, περιεχόμενον.

¶Hæma, αἷμα τὸ sanguis: vnde sunt quædam voces etiam Latinis scriptoribus vsitatæ, ex quibus seqq.¶

Hæmachates, αἱμαχάτης. Gemma ex achatæ generibus, sanguinei coloris. Plin. *lib. 37. cap. 10.*

¶Hæmagogus, αἱμαγωγός, sanguinem ducens.¶

Hæmatinon, αἱματινον. Vitri genus totum rubens, non pellucidum, ex quo escaria vasa veteres conficiebant. Dictum hæmatinum, quasi sanguineum, quòd sanguinis colorem referret. Plin. *lib. 36. c. 26.* Fit & tincturæ genere obsidianum, ad escaria vasa, & totum rubens vitrum atque non translucens, hæmatinon appellatum.

Hæmatites, αἱματίτης. Lapis est durissimus, rubore adeò saturo, vt nigers videatur, cori tamen attritus, rubedinem manifestam ostendit sanguinis colori simillimam. Quatuor ferè enumerantur hæmatitæ differentiæ, duritie tantùm distinctæ, & colore magis, minúsve nigricante. Optimus tamen est, teste Dioscoride, qui friabilis est, & in quædam quasi fila potest secari. Nomen habet ἀπὸ τοῦ αἵματος, hoc est, à sanguine: vel quòd totus concretio sanguini similis sit, vel quòd cori madefactæ attritus, facultatem habeat sistendi sanguinis. Vide Galen. *lib. 9. simp. medic.* Dioscor. *de materia medic. lib. 5.* & Plin. *lib. 36. cap. 16.*

Hæmatopodes, αἱματόποδες. Aues Ægypto peculiares, muscis præcipuè vescentes, ternísque insistentes digitis. Hæmatopodes dictæ à sanguineo earum colore. Habent enim crura prælonga, eáque rubentia, teste Plin. *lib. 10. c. 46. & 47.* Quanquam ibi in omnibus ferè exemplaribus, corruptè, vt arbitror, pro hæmatopode, *himantopodem* legimus, quòd Latinè loripedem interpretari possumus, quo nomine quidam Æthiopiæ populi commemorantur à Plin. *lib. 5. c. 8.*

Hæmodes, teste Pompon. *lib. 1.* Mons est Lyciæ.

Hæmon, αἵμων. Thebanus iuuenis, qui quum amore incredibili Antigonem OEdipi & Iocastæ filiam deperiret, ad eius tumulum mortem sibi consciuit. Fuerat autem Antigone iussu Creontis (qui vetuerat cadauera Græcorum inhumari) iugulata, quòd Polynicem fratrem mortuum noctu sepelire voluisset. De huius adolescentis morte, vide Statium *in Thebaid.* & Propert. *lib. 2.*

Quid non Antigones tumulo Bœotius Hæmon &c.

Hæmonia, vide *Æmonia.*

¶Hæmoptoicus, αἱμοπτοϊκός, qui sanguinem spuit, per guttam reddit.¶

Hæmorrhagia, est copiosus immoderatúsque sanguinis effluxus. {αἱμοῤῥαγία. GALL. *Flux de sang.* ITAL. *Flusso de sangue.* GERM. *Ausfluss vnnd ausfluss dess bluts.* HISP. *Camaras de sangre.* ANGL. *A fluxe of bludde.*} Fit autem (teste Galen. *lib. de sympt. differ.*) tribus ferè modis, ex vasorum videlicet ruptura, vel ex erosione eorundem, vel ex nimia apertione orificiorum in venis. Nonnunquam ex nimia sanguinis tenuitate, quum videlicet sanguinis magnam copiam serosi humoris habet admistam.

¶Hæmorrhœa, αἱμοῤῥοία, sanguinis profluuium. αἱμοῤῥοέω sanguinis profluuio laboro.¶

Hæmorrhois, {αἱμοῤῥοΐς. ANGL. *A kind of pestiferous serpent.*} Serpentis pestiferi genus est, cuius morsu sanguis omnis effluit è corpore, vnde & nomen habet: αἷμα enim sanguinem significat, ῥέω fluxus. Lucan. *lib. 9.*

Impressit dentes hæmorrhois aspera Tullo.

Dicitur etiam Hæmorrhois. Plin. *lib. 33. cap. 117.* Multum serpentibus aduersatur maximè hæmorrhois & salamandræ. ¶ Est etiam hæmorrhois. {טחורים *tech*[illegible]*rim.* GALL. *Hemorrhoides, flux de sang ca[illegible]* ITAL. *Il male chiamato marice, quando fa [illegible]* GERM. *Blutfluss so da kompt auss den adern hinden am affter.* HISP. *Fluxo del sangre, almorranas de sangre.* ANGL. *A disease in the fundament called hemorrhoydes or pyles.*} Genus morbi quod inter sedem nascitur, immaturi mori specie, quum ora venarum tuita anum, tanquam ex quibusdam capitulis surgunt, & sanguinem fundunt: quod & in ore vuluæ fœmininarum incidere consueuit. Vide plura apud Cels. *lib. 6. cap. de Hæmorr.*

Hæmus, siue Æmus, αἶμος, rex Thraciæ potentissimus, qui Rhodopen Strymonis fluuij filij duxit vxorem. Hi in tantam arrogantiam elati sunt, vt Hæmus se esse Iouem, Rhodope Iunonem, prædicarent, seque vt deos adorari iuberent. Qua insolentia Iupiter indignatus, eos in montes commutauit. Ouid. 6. *Metam.* ¶ Est item Suidæ, siue, vt aliis videtur, Æmus, mons Thraciæ vasto iugo procumbens in Pontum: cuius excelsitas sex millibus passuum subitur. Oppidum habuit in vertice Aristæum. Plin. *lib. 4. c. 11.* In Pontum quidem vergit mons Hæmus, cæteros eius spatij magnitudine ac sublimitate superans, mediámque Thraciam diuidens. Strabo *lib. 7.* Existimat Polybius ex eius vertice vtrunque mare cerni, Ægæum & Adriaticum. Id quod Strabo, ob ingens interuallum, falsum probat. Sententiam tamen Polybii sequitur Mela. Nomen ei inditum ab Æmo Boreæ & Orithyiæ filio. Autor Steph. *de vrbib.* Seruius *in illud Georg.*

Æmathiam & latos Hæmi pinguescere campos,

tradit montem esse Thessaliæ. Sed hoc dixisse putatur, quia Thessaliam à Thracia Hæmus diuidit. In eadem est sententia idem Seruius *in illud 2. Georg.*

——— O qui me gelidis in vallibus Hæmi Sistat.

Liu. 4. *decad. lib.* 10. montem describit. Vide *Hemus.*

Hæreditas, vide *Hæres.*

Hæreo, es, si, sum, ab αἱρέω. Adhæreo, rei alicui insideo & coniunctus sum. {דבק *dabák* אחז *neehház.* ἀνέχομαι, προσέχομαι. GALL. *Tenir contre, aherdre, estre ioint & y tenir.* ITAL. *Essere strettamente congiunto & vnito.* GERM. *Hangen, klében.* HISP. *Llegarse à alguna cosa.* ANGL. *To cleaue or stick.*} Virg. 2. *Æneid.*

Hærent parietibus scalæ.

¶ Et quoniam qui in aliqua re dubitant, non mouentur, ideóque hærere, ac suspensi esse videntur: factum est vt hærere aliquando ponatur pro dubitare, & ancipitem esse. {פון *pun* תלה *taláh.* ἀμφιβάλλω, ἀπορέω. GALL. *Douter.* ITAL. *Dubitare.* GERM. *In zweiffel hangen.* HISP. *Dudar.*} Terent. *in Eunuch.* Hæreo, quid faciam. Cic. *in Antonium*, Hærebat nebulo, quò se verteret non habebat. ¶ Quandoque simpliciter est, manere, vel insidere. Terent. *in Hecyr.* In te hæret omnis culpa. Virg. *lib. 4.*

Multa viri virtus animo multúsque recursat
Gentis honos: hærent infixi pectore vultus.

Ouid. *Eleg. 4. lib. 3. Trist.*

Vos quoque pectoribus nostris hæretis amici.

Idem *Eleg. 8. lib. 3. Trist.*

Hæret, & ante oculos forma.

Idem *Eleg. 3. lib. 4. Trist.*

Vultibus illa tuis tanquam præsentibus hæret.

Idem *Eleg. 10. lib. 3. Trist.*

Vidimus in glacie pisces hærere ligatos.

¶ Circa aliquid hærere. Quintil. *lib. 1. cap. 7.* Non obstant hæ disciplinæ per eas euntibus, sed circa illas hærentibus. Plaut. *Capt. sc. 3. a. 3.* Maximas nugas ineptus incepi, hæreo. Idem *Men. sc. 1. a. 3.* Immersi me in concionem, vbi dum ego hæreo, &c. Idem *Pseud. sc. 5. a. 1.* Occisa hæc res est, Hæret hoc negotium. Hærere apud meretricem, pro eam perditissimè amare. Non posse ab ea distingui. Idem *in Epid.* Ouid. *Eleg. 1. lib. 4. Trist.*

Sentit amans sua damna fere, tamen hæret in illis.

Item Suet. *in Aug. c. 71.* Circa libidines hæsit, purgare se nō potuit.) ¶ Aqua hæret Prouerb. Cic. 3. *Offic.* Dicet ille quidem multa multis locis, aqua hæret, vt aiunt. Significat Cicero Epicurum parum secum in

in disputando constare, séque ipsum inuoluere, dum ea quæ dicit hic pugnant cum iis quæ dixit alibi, atque ita quasi fluctuare, neque in solido consistere. Translatum ab oratorum clepsydra: vt cum in aqua hærere dicamus, qui se distillata iam aqua, tamen è causa non potest expedire. ¶ Huius verbi composita sunt, Adhæreo, Cohæreo, Inhæreo: de quibus suis locis.

Hærens, entis partic. Suet. *in Galba c.4.* Herens mos in domo. ¶ Hæsurus, a, um, Ouid. *Eleg. 4. lib. 3. Trist.*

——pietate (id) mereris,
Hæsuráque mihi tempus in omne fide.

¶ Hæsus in præterito perfecto, patiendi significatione, Diomedes *lib. 1.*

Hæsito, as, frequentatiuum, Identidem & multùm hæreo, & progredi non possum. {דבק *dabák* ואחז *neechaz.* ἐνέχομαι. GALL. *S'accoster, s'attacher, arrester.* ITAL. *Accostarsi.* GERM. Bestecken/bestanden sein. HISP. *Mucho allegarse.* ANGL. *To stinck, to doute.*} Terent. *in Phorm.* In eodem luto hæsitas. Vbi hæsitare in eodem luto, prouerbialiter dictum est pro ita implicitum esse alicui negotio, vt te cōmodè explicare non possis. Tractum à viatoribus, qui simulátque in lutum inciderint, quum alterum pedem conantur educere, altero altiùs immerguntur. Aptissimè autem competit in eos qui versuram faciunt. Nam illi mutant quidem creditorem, ære tamen alieno se non liberant. ¶ Accipitur etiam hæsitare pro dubitare, & sese explicare non posse. {פקן *pun* תלה *taláh.* GALL. *Hesiter, douter.* ITAL. *Dubitare.* GERM. Zweiffeln eins zweiffens. HISP. *Dudar.* ANGL. *To doubte, to staggerin speaking.*} Cic. 1. *de fin.* Aperiendum est igitur quid sit voluptas: quam si explicauisset, non tam hæsitaret. Idem 1. *de Orat.* Carbo hæsitans in maiorum institutis, rudis in iure ciuili. Idem 4. *Acad.* Dubitant, hæsitant. Idem *in Catil.* Quum hæsitarent, quum cunctaretur, quæliui quid dubitaret proficisci eò, quò iampridem pararat. Hæsitare lingua, est titubare. Idem 1. *de Orat.* Idem lingua hæsitans, & voce absonus. Hæsitantia verba, apud eundem *pro domo sua.*

Hæsitātio, nis, Dubitatio, cunctatio, & perplexitas. {ἀπορία. GALL. *Arrest & doute, doutance.* ITAL. *Dubitatione, dubbio.* GERM. Zweiflung. HISP. *Duda.* ANGL. *Doubt, a doubting.*} Cic. *Appio Pulchro,* Noli ignoscere hæsitationi meæ. ¶ Accipitur & pro titubatione, & linguæ hæsitantia, ἰσχνοφωνία. Idem *lib. 2. de Orat.* Qui timor? quæ dubitatio? quanta hæsitatio, tractúsque verborum?

Hæsitātor, is, Cunctator & dubitator. {תלה *taláh.* μελλητής. GALL. *Qui doute & est suspens, arresté.* ITAL. *Dubitatore, dimoratore.* GERM. Ein Zweiffler/der in einer sach bestanden ist und nit weißt wo auß. HISP. *El que mucho duda.* ANGL. *That doubteth.*} Plin. *in Epist.* Sum ipse in edendo hæsitator, tu tamen eam quoque cunctationem, tarditatémque vicisti.

Hæsitantĭă, æ, Hæsitatio, titubatio, balbuties, & difficultas explicandi quod sentias. {ἰσχνοφωνία. GALL. *Doute, arrest qu'on ne peut passer.* ITAL. *Esser dubitare.* GERM. Zweiffelhafftigkeit/stamlung. HISP. *Obra de dudar.* ANGL. *A doubting, staggering in vtterance.*} Cicer. 3. *Philipp.* Qui propter hæsitantiam linguæ, stuporémque cordis, cognomen ex contumelia traxerit.

Hærēs, edis, generis communis, qui defuncto succedit in ius vniuersum quod habebat: ab hæreo, quòd qui hæres est, hæret, hoc est, proximus est illi, cuius est hæres. {יורש *joréscb.* κληρονόμος. GALL. *Heritier, successeur.* ITAL. *Herede, successore.* GERM. Ein erb. HISP. *Heredero.* ANGL. *An heire.*} Quidam hoc nomen ab herus deriuant, & per simplex e scribendum putant, quod dominus fiat bonorum quæ ad eum perueniunt. Hæres enim apud veteres (autore Festo) dominus dicebatur. Id quod Iustinianus comprobat *in tit. de hæred. qualit. & differ.* Pro herede, inquit, gerere est, pro domino gerere. Veteres enim hæredes dominos appellabant. Exemplum extat apud Plautum *in Men. sc. 2. a. 3.* vbi Menæchmum peregrinum de palla loquentem facit: prandi, potaui, abstuli hanc, cuius hæres nunquam erit post hunc diem. Horat. *lib. 2. Serm. satyr. 3.*

——vt hæres
Iam circum loculos, vel claueis, lætus, ouánsque
Curreret.

Ouid. 6. *Metamorph.* & auiti nominis hæres Tantalus. Cic. *pro Quinctio,* Hæredem testamento reliquit hunc P. Quintium. Idem *pro Cluentio.* Auiam tuam Dineam, cui tu es hæres. Plaut. *Curc. sc. 2. a. 5.* Me fecit hæredem (pater.) Gell. *cap. 7. lib. 6.* Hæredem bonis facere. Plaut. *Most. sc. 3. a. 1.* Vtinam pater meus ad me nuncietur mortuus, vt ego me exhæredem bonis faciam, atque hæc sit hæres. Ouid. *Eleg. vlt. lib. 4. Trist.* Vsque à proauis vetus ordinis hæres non modò factus eques fortunæ manere. Idem 13. *Metam.*

——Si proximitas primúsque requiritur hæres,
Est genitor peleus, est pyrrhus filius illi.

¶ Secundus hæres dicitur qui hæredi instituto substituitur, vt inquit Boëtius *in comment. in Top. Ciceronis,* ea lege, vt si prior hæreditatem non adeat, deuoluatur ad secundum. Cic. *pro Cluent.* Memoria teneo, Milesiam quandam mulierem, quum essem in Asia, quod ab hæredibus secundis accepta pecunia partum sibi medicamentis abegisset, rei capitalis esse damnatam. Idem 1. *de Inuent.* Qui patris pupilli hæredes secundi sunt. ¶ Hæredes arboris, pro surculis & ramis. Plin. *lib. 16. c. 37.* Cæterquæ densiùs innumero hærede prosint. ¶ Hærem, pro hæredem. Næuius *Gymnastice:* Atque meis omnibus bonis ego te hærem faciam. ¶ Hinc composita, Cohæres & Exhæres, de quibus suprà.

Hærēdĭtās, atis, Successio est in vniuersum ius quod defunctus habebat tempore mortis. {ירשה *jeruschebáh* מורש *moráscb.* κληρονομία. GALL. *Heritage, hoirie, succession aux biens du trespassé.* ITAL. *Heredità, successione.* GERM. Ein erbschafft. HISP. *Heredad ò la herencia.* ANGL. *Heritage, a succeding in landes or other goodes.*} Et apud antiquos diuidebatur in duodecim vncias, quæ assis nomine continentur. Plaut. *Truc.* Verùm nunc si qua mihi obtigerit hæreditas magna atque luculenta. Cic. 1. *Offic.* Optima autem hæreditas à patribus traditur liberis omníque patrimonio præstantior, gloria virtutis, rerúmque gestarum. Velleius. Hæreditati relicta Asia populo Rom. Plaut. *in Capt. sc. 1. a. 4.* Sine sacris hæreditatem sum adeptus. Idem *Curc. sc. 2. a. 1.* Mihi haud sæpè eueniant tales hæreditates.

Hærēdium, ij, Patrium prædium, quod nobis hæreditate venit. {ירשה *jeruschebáh* מורש *moráscb.* χωρίον πατρῷον. GALL. *Vn heritage.* ITAL. *Heredità.* GERM. Ein erbgut. HISP. *La heredad ò possession de tierra.* ANGL. *A piece of ground fallen by heritage.*} Varro *de re rust. lib. 1. cap. 10.* Quantum attinet ad antiquos nostros, ante bellum Punicum pendebant bina iugera, quot à Romulo primùm diuisi ferebantur viritim: quæ quòd hæredem sequerentur, hæredium appellarunt. Plin. *lib. 19. cap. 4.* In duodecim tabulis legum nostrarum nusquam nominatur villa, semper in significatione ea hortus: in hortis verò, hæredium.

Hærēdĭŏlum, i, cum accentu in antep. significat paruum hæredium, hoc est, paruum prædium, quod nobis hæreditate venit. {κτημάτιον, χωρίον πατρῷον. GALL. *Vn petit heritage.* ITAL. *Picciola heredità.* GERM. Ein erbgütle. HISP. *Pequeña heredad.* ANGL. *A litle piece heritage.* Colum. *in præf. lib. 1.* Ex qua Cincinnatus obsessi Consulis & exercitus liberator, ab aratro vocatus ad Dictaturam venerit, rursus fascibus depositis, quos festinantius victor reddiderat, quàm sumpserat Imperator, ad eosdem iuuencos, & quatuor iugerum hærediolum redierit. Quo in loco hærediolum auitum vocat paruum prædium à maioribus relictum, & veluti per manus traditum.

Hærēdĭpĕtă, æ, Qui blanditiis, muneribus, & aliis huiusmodi artibus captat gratiam senum & viduarum, vt ab illis hæres instituatur. κληροθήρας, κληροθήρης.

Hærēdĭtārĭus, a, um, quod ad hæreditatem pertinet. {κληρονομικός, ὁ κληρονομίας ἐχόμενος. GALL. *Venant par succession d'heritage.* ITAL. *Pertinente à successione.* GERM. Erblich/das zu der erbschafft gehört. HISP. *Pertenesciente à la herencia.* ANGL. *That cometh by heritage.*} Cic. 6. *Verr.* Simul cum cæteris Chelidonis hæreditariis ornamentis ponentur. Hinc bona hæreditaria, & successio hæreditaria. Senec. *Epist. 51.* Hæreditarium onus in domo remansit. Quintilian. Hæreditariæ lites. Morbos etiam hæreditarios vocamus, qui parentum vitio nobis obtingunt. Vide *Hæreditas.*

Hærĕs martiă, nomen deæ quæ vna ex Martis comitibus esse putabatur, cui veteres post acceptam hæreditatem rem diuinam faciebant. Autor Festus.

Hærĕsis, is. {αἵρεσις. GALL. *Opinion confirmée soit en bien, ou en mal, secte, heresie.* ITAL. *Opinione ferma in bene, ò in male, setta.* GERM. Ein meinung/sie sey gut oder böß/die ihm einer erwölt/und derselbigen steiff anhangt/ein sect. HISP. *Opinion confirmada en buena ò en mala parte, seta, heregia.* ANGL. *Heresie, a sect.*} Græca dictio est, qua optio, vel electio, & secta significatur: ab αἱρέομαι, quod significat eligo, volo, expeto. Vnde sumitur pro opinione tenaci & confirmata de aliquo dogmate, & sententia, in qua persistimus, electa. Cicer. *in Paradoxis,* Cato autem perfectus (mea sententia) Stoicus, & ea sentit, quæ non sanè probantur in vulgus, & in ea est hæresi, quæ nullum sequitur florem orationis, neque dilatat argumentum, sed minutis interrogatiunculis, & quasi punctis quod proposuit efficit. ¶ Hinc Diæresis, διαίρεσις, diuisio: Aphæresis, ἀφαίρεσις, ablatio. Synæresis, συναίρεσις, coniunctio.

Hærĕsiarchă, Hæreticorum princeps.

Hærĕtĭcus, propriè dicitur qui est alicuius opinionis, vel sectæ. Vnde à Theologis hæretici dicuntur, qui sectam aliquam diuersam à vera religione, aut instituunt, aut sectantur.

Hæsito, as, vide *Hæreo.*

‖Hafnia, vulgo *Coppenhaga, Coppenhagen,* regni Daniæ metropolis, Regia & Academia.

Hagiographus, a, um, ἁγιόγραφος, sanctè scriptus.‖

Hăgĭŏgrăphă, {כתובים *chetubim.* ἁγιόγραφα.} scripta sacra, orthodoxorum omnium consensu in sacræ Scripturæ canonem recepta. Quomodo autem differant ab Apocryphis, vide *in Decreto, dist. 15. c. Sancta Romana Ecclesia.*

Hăgnŭs, vide *Agnus.*

Hagnes, etis, ἁγνής, mulieris proprium, ἀπὸ τῆς ἁγνότητος, id est, à castitate impositum.

Ha hæ interiectio, apud Plaut. *Pseud. sc. 5. a. 4.*

‖Hala, ἅλιξ. Gloss. Vide *Ala.*‖

Hala Seruilius: de quo Plutarchus *in Bruto.*

‖Hala Sueuorum, vrbs Imperialis, ad Cocherum amnem sita, salis copiâ nobilis.

Halla, vulgò *Hall in Saxsen:* elegās vrbs, salis coctione maximè celebris.‖

Hălobarchēs, ἁλαβάρχης. Latinè salis præfectum sonat. Erat autem is præcipuus honos apud Ægyptios, teste Iosepho *antiq. lib. vlt.*

Halæ, ἁλαί, Bœotiæ oppidulum, vt ex Pausaniæ sententia tradit Steph. Sunt & alia eiusdem nominis loca, quæ ab eodem commemorantur.

Halalcomene, & Halalcomenæ, vide *Alalcomene.*

‖Halares. ἱππεῖς παράγγελοι. Gloss. lege *Alares.*‖

Halarodij, populi citra Pontum. Steph.

‖Halberstadium, *Halberstatt.* V. E. Germaniæ sub A. Moguntino.‖

Halcyon, ἁλκυών. Auis est maritima, hyberno tempore in mari oua pariens, pullósque suos educens quo tempore summa est in mari tranquillitas, quam Alcedonia Plautus appellauit. Fabulantur poetæ, Halcyonem Æoli filiam, & Ceycis vxorem in hanc auem mutatam fuisse: Æolúmque hoc filiæ suæ posteritati tribuere, vt quandiu illa pullis procreandis vacet, tandiu summa in mari sit tranquillitas. Seruius Ceycen Luciferi filium fuisse tradit, & Halcyone maritum. à quo quum prohibitus illet ad consulendum Apollinem de statu regni, naufragio periit. Cuius cùm corpus ad vxorem delatum fuisset, illa se præcipitauit in pelagus. Postea miseratione Tethyos & Luciferi, conuersi sunt ambo in aues marinas quæ halcyones vocantur. Illud sciendum est quum de muliere dicimus, Hæc Halcyone in recto efferri, quum de auibus, hic & hæc halcyon, hi & hæ halcyones. Illæ autem aues nidos faciunt in mari media hyeme, quibus diebus tanta est tranquillitas, vt nihil penitus in mari possit moueri. Inde etiam dies ipsi, Halcyonia nominantur. Hæc Seruius. Dictæ autem sunt halcyones, παρὰ τὸ ἐν ἁλὶ κύειν, quòd in mari oua pariant. Quo fit, vt prima vocalis, si originem spectemus, aspiranda videatur. Eustathius tamen contra etymi rationem tenui spiritu notandum præcipit, adiecto etiam

generali canone, quo negat vocabulum vllum esse aspirandum, quod initium sumat ab αλ, subsequente ε.

Halcyone, es, ἁλκυόνη, Æoli ventorum Regis filia, vxor Ceycis, quæ præ dolore, quem ex naufragio & morte mariti susceperat, mutata est in auem halcyonem. Vide *Alcedo*.

Hālēc, ecis, vel, vt alij scribunt, halex, fœm. gen. ab ἅλς, mare, sal. piscis sola aqua victitans, quem Arist. *...* appellat, si Theodori versioni credimus. ¶ Est item halec, siue halex, liquaminis genus, quod ex piscium intestinis confici solet. Mart. *lib.* 11.

Cui portat gaudens ancilla paropside rubra
Halecem, sed quam protinus illa voret.

Plin. *lib.* 31. c. 8. Halec imperfecta, necdum colata. Legitur & in neutro genere. Horat. 2. *Serm. sat.* 4.

———ego facem primus & halec,
Primus & inueni piper album.

Plaut. *in Aulul.* Qui mihi olera cruda ponunt, halec dantur. Vbi tamen ratio carminis clamat legendum esse *halecem*, alioqui versui deerit syllaba.

Hālēcula, diminut. {Angl. *A pilchard or litle hering.*} Col. *lib.* 8. *cap.* 17. Itaque præberi conuenit tabentes haleculas, & salibus exesam chalcidem.

Hălæsă, ἄλαισα, Siciliæ oppidum inter Agathyrsum & Cephaledium situm, triginta pass. M. ab vtroque, teste Strab. *lib.* 6. ¶ Hinc deducitur adiectiuum Halæsinus, a, um, vt Halæsina ciuitas. Cic. 3. *Verr.* Siciliæ ciuitates multæ sunt, Iudices, ornatæ atque honestæ, ex quibus in primis numeranda est ciuitas Halæsina. Nullam enim reperietis, aut officiis fideliorem, aut copiis locupletiorem, aut authoritate grauiorem. Halæsini, vrbis huius incolæ, quorum meminit Plin. *lib.* 3. c. 8.

Halæsus, ἄλαισος, Fluuius & mons non longè ab Ætna. Colum. *lib.* 10. Et quæ Sicanij flores legistis Halæsi. ¶ Est & in Ionia Asiæ regione eiusdem nominis fluuius Colophonem præterfluens. Autor Plin. *lib.* 5. *cap.* 29.

Halæsus, ἄλαισος, Agamemnonis fuit filius ex Briseide, vt quidam volunt: vel ex Clytemnestra, vt alij. Dicunt enim hunc cum matre sensisse contra patrem, & postea patria pulsum in Italiam venisse, atque apud Massicum Campaniæ montem consedisse, & tanquam Troiani nominis hostem Turno aduersus Æneam fauisse. Virg.

Hinc Agamemnonius Troiani nominis hostis
Iungit Halæsus equos, &c.

Ouid. quoque *lib.* 4. *Fast.* autor est, ab hoc Halæso Faliscos nomen accepisse.

Halei, ἁλιεῖς, maritima vrbs Laconiæ, Steph. Vide *Tiryns.*

‖Haleo, olfacio, redoleo. Gloss. A. L. pro *Halo.* id vide.

Halepum, siue Alepum, *Aleppo*, totius Orientis maximum emporium.‖

Halia, æ, Nympha marina, Nerei, & Doridis filia: ἀπὸ τῆς ἁλὸς, hoc est, à mari dicta.

Halias, ados, ἁλιάς. Genus scaphæ, vel paruæ nauiculæ, vt ex Appiano docet Bayfius.

Haliæĕtus, i, {ἁλιαίετος. Angl. *A gose hauke or falcon.*} Genus est aquilæ: falco à nonnullis dicitur, ab aliis accipiter, ab aliis nisus. Ouid. *Metam. lib.* 8.

Et modò factus erat fuluis haliaetus alis.

Plin. *lib.* 10. c. 3. Haliæetus tantùm implumes etiamnum pullos suos percutiens, subinde cogit aduersos intueri Solis radios, & si conniuentem, humectantémque animaduertit, præcipitat è nido, velut adulterinum & degenerem illum, cuius acies firma contrà steterit, educat. Haliæeti suum genus non habent, sed ex diuerso aquilarum coitu nascuntur.

Haliacmon, siue Haliagmon, ἁλιάγμων. Fluuius est Macedoniæ. Plin. *lib.* 31. c. 2. Item in Macedonia qui velint sibi candida nasci, ad Haliacmona ducere: qui nigra, aut fusca, ad Axium.

Hălĭartūs, ἁλίαρτος. Nomen vrbis Bœotiæ quam Haliartus condidit Terprandi filius: de qua vide Strab. *lib.* 9.

Halica, nomen mulieris.

Halicacabus, ἁλικάκαβος. Alterum solani genus, semen in folliculis rotundis habens, ad speciem vesicarum, orbiculatum, rubens, & leue. Latini vesicariam vocant, teste Plin. *lib.* 21. c. 31. Officinæ Mauritanos sequutæ, vocant *Alcaquengi.*

Halicarna, ἁλικάρνα. Oppidum mediterraneum Ætoliæ, apud Plinium *lib.* 4. *cap.* 2.

Halicarnassus, ἁλικαρνασσός. Vrbs Cariæ, principum regia, circa initium Tauri sita, ad mare, in minori Asia, Argiuorum colonia, in qua Mausoleum quondam nobilissimum opus extabat, & Salmacis fons. Hæc priùs Zephyra dicebatur. Ex Halicarnasso fuit Herodotus historicus, item Heraclitus Poeta, & Dionysius scriptor antiquitatum Romanarum, qui ab ea Halicarnasseus dictus est.

Halicyæ, vrbs Siciliæ, Steph.

Halicyrna, vicus Acarnaniæ.

‖Halieuticus, a, um, piscatorius.‖

Hălĭeutĭcă, ἁλιευτικά. volumina, in quibus tractatur de piscibus. Plin. *lib.* 32. *cap.* 2. Mihi videntur mira, & quæ Ouid. prodidit. piscium ingenia, in eo volumine quod halieuticôn inscribitur. Fuerunt & alij qui halieutica scripserunt: vt Olympius Nemesianus, quem Vopiscus tradit scripsisse cynegetica & Halieutica: & Oppianus qui opus de piscibus Antonino dicauit. Scripsit & Apicius, sed halieusin appellauit.

Halimeda, Nympha. Vide in *Damasco.*

Halimus, ἅλιμος. Frutex sepimento vallari idoneus, similis rhamno, sine spinis, foliis oleæ, sed latioribus. Nascitur in sepibus & maritimis, locisque salsis, salsilaginemque refert. Vnde & nomen videtur accepisse. Alij sine aspiratione scribunt: indéque Alimon dictum putant, quòd famem arceat. Tradit enim Solinus fruticem hunc in Creta nasci, mirabili effectu, quòd [...] admorsu, fames aliquandiu nulla sentiatur. Vide Diosc. *lib.* 1. Theoph. *lib.* 4. c. 5.

Hălĭphlœus, ἁλίφλοιος. Græcis arbor est, glandiferarum omnium deterrima, quæ à nostris fasciorter appellari potest, cui glans tam amara, vt eam præter [...], nullum animal attingat.

Hălĭpleūmōn, ἁλιπλεύμων, Marinus pulmo, genus piscis, apud Plin. *lib.* 32. *cap.* 11.

Halito, Halitus, vide *Halo, as.*

Hălizon, ἁλίζων, fluuius.

Halizones, ἁλιζῶνες. Populi Asiæ maritimi, Mysis, Caribus, & Lydis finitimi: ita dicti, παρὰ τὸ τῇ ἁλὶ ζώννυσθαι, hoc est, ab eo quod mari præcingantur, vt indicat Plin. *lib.* 5. *cap.* 32. Stephanus Halizones dictos putat, quasi ἀλαζόνας, quòd ob diuitias superbi essent & praeferoces.

‖Halleluja. Vide *Alleluja.*‖

Hallucinor, aris, vide *Allucinor.* Vnde dictum sit docet Gell. *c.* 12. *lib.* 16. Idem c. 17. *lib.* 7. Oscitans & hallucinanti similis.

Hāllūx, ucis, vel Hallus, i, Pollex, ex eo dictus, quòd super proximum digitum saliat. {בהן *bo en.* ἀντίχειρ. Gall. *Le poulce.* Ital. *Dito grosso.* Germ. Der daum an der hand oder der zehen am fuß. Hisp. *Dedo pulgar.* Angl. *The great toe or toumbe.*} Nam contracta manu solus proximum digitum scandit. Vnde quidam à Græco ἅλλεσθαι trahunt, quod Latinè scandere, seu salire significat.

‖Hallus. Gloss. vet. Hallus siccis ramis. Gall. *halé*, vel *hasté*, est adustus sole. Vide & *Hasta.*

Halma, ἅλμα, saltus.‖

Halmădes, {ἁλμάδες. Gall. *Oliues confites en saumure.* Ital. *Oliue di salamoia.* Germ. Eingemachte oliue oder lachredigen. Hisp. *Oliuas de salmuera.* Angl. *Oliues confected in a certaine pickle.*} teste Ruellio, Oliuæ dicuntur, quæ condiuntur muria. Nam ἅλμη, muriam, vel salsuginem significat.

Halmyris, ἁλμυρίς. Lacus ambitu LXIII. M. pass. ex Danubio natus supra Istropolim: de quo Plin. *lib.* 4. c. 12.

‖Halmyrodes, ἁλμυρώδης, salsuginosus, ab ἁλμυρὸς salsus.‖

Hālo, as, Spiro, vel odorem emitto. נשב *nascháb* הפיח *hippiach.* ἀποπνέω, ὀσμάω. Gall. *Halener, flairer, & rendre odeur.* Ital. *Spirare, mandar fuori odore.* Germ. Außhauchen gschmack geben athmen. Hisp. *Echar de si baho.* Angl. *To breath, to fauour.*} Virg. *lib.* 4. *Georg.*

Inuitent croceis halantes floribus horti.

¶ Huius composita sunt, Adhalo, Exhalo, & Inhalo: de quibus vide suis locis.

Hālĭto, as, Expiro, halitum emitto. {נפח *napháach* הפיח *happiach.* ἀσθμαίνω. Gall. *Souuent halener, haleter.* Ital. *Halinare, spirare, respirare.* Germ. Heftig athmen. Hisp. *Soplar, echar amenudo de si baho.* Angl. *To breath often.*} Ennius, Sublime iter quadrupedantes, flammam halitantes.

Hălĭtus, us, Spiritum significat: & est nomen ab halo, sicut Spiritus à spiro. {נשמה *nescamáh* נשב *mappách* קטור *kitór.* ἀναπνοή. Gall. *Halaine.* Ital. *Halito, spirito, vento fiato.* Germ. Der athem. Hisp. *Huelgo ò aceza, ò aliento.* Angl. *The breath.*} Plin. *lib.* 9. *cap.* 7. In aquas quidem penetrare hunc vitalem halitum quis miretur? Efflare extremum halitum. Cicer. 2. *Tuscul.* Halitus Solis, id est, vapor & calor. Colum. Disiectum deinde protinus fimum inarari & obrui conuenit, ne Solis halitu vires amittat. Halitus terræ, pro vapore qui per terræ rimulas sursum ascendit, ἀναθυμίασις. Plin. *lib.* 11. *cap.* 12. Obuio terræ halitu infectus.

‖Halo, nis, ἅλως, est area.‖

Hālōs, {ἅλως. Gall. *Couronne, cercle ou rondeur, aire.* Ital. & Hisp. *Corona.* Germ. Ein ring vmb den Mon, ein hoff deß Mons. Angl. *A circle a bout the moone.*} Aristoteli *in Meteoris* dicitur, quam Latini modò coronam, modò aream circa lunam dicunt. Senec. *lib.* 9. *quæstion.* Hunc Græci halon vocant, quem nos dicere coronam aptissimè possumus.

Hălōnē, ἁλώνη. Insula Propontidis ante Cyzicum oppidum habens eiusdem nominis. Autor Plin. *lib.* 5. *cap. vlt.*

Hălonesus, ἁλόννησος. Insula Ægæi maris. Strab. *lib.* 14.

Hălŏphantă, æ. Hominum genus nequam (vt ait Nonius) quod ob suenda mendacia miserrima mercede conducitur. Plaut. *in Curc.* Ædepol nugatorem lepidum lepide hunc nactus est Phædromus, Halophantem an sycophantem hunc magis dicam, nescio. Quo in loco legendum videtur, *helephantem.*

‖Halosachne, duæ voces sunt ἁλὸς ἄχνη, lanugo maris, arida maris spuma.‖

Hălōsis, fem. gen. {לכד *lécheth* מלכדת *malchédeth.* ἅλωσις. Gall. *Prinse d'assaut.* Ital. *Presa, espugnatione.* Germ. Ein einnemmung oder ein eroberung/ein gewinnung. Hisp. *Tomamiento por combate.* Angl. *A taking and ouercoming by battell.*} Latinè captio, vel expugnatio dicitur. Suet. *in Neron.* Hoc incendium è turre Mecœnatiana prospectans, lætúsque flammæ pulchritudine, halosin Ilij decantauit.

Halŏtūs, campus Tragasæ.

Haltēr, eris, ἀπὸ τοῦ ἅλλεσθαι, hoc est, à saliendo dictus est: sunt enim halteres, ἁλτῆρες, pilæ plumbeæ, massulæve, quibus vtraque manu se librabant qui saltu certabant, vt certiùs assilirent. Martialis *in Apoph.*

Quid pereunt stulto fortes haltere lacerti?
Exercet melius vinea fossa viros.

Halus, ἅλος ὁ. vel ἡ. Ciuitas Achaiæ & Phthiotidis, &c. Parmeniscus aliam facit Malliacam Achilli subditam, aliam Protesilao. Steph. Incolæ Halei Halusij, vel Harij dicuntur.

Halus, i, à Gallis vocatur herba, quam Veneti coroneam dicunt, similis cunilæ bubulæ, cacuminibus thymo, dulcis & sitim sedans. Vide Plin. *lib.* 26. *cap.* 7.

Hălyattes, ἀλυάττης, Lydiæ rex, pater Crœsi. Autor Herodot. *lib.* 1.

Hălyattĭcus, a, um. Horat. *lib.* 3. *Carm.*

Quàm si Mygdoniis regnum Halyattici
Campis continuem.

Regnum, inquit, Halyattici, hoc est, Crœsi, Halyattæ filij.

Hălys, ἅλυς. Fluuius ex Tauri montis radicibus profluens per Cappadociam, & à Medi[...] Syros ac Paphlagones interfluens: contra [...]quilonem in Euxinum mare euoluitur. Meminit eius Cic. 2. *de diu.* Crœso fatalis Halys, Lucan. *lib.* 3.

———Crebro vertice tortus Halys.

Ouid. 4. *de Ponto.*

HĀMA,

HAMA, æ, instrumentum ad incendium compescendum. {חכבה chachbáh. ἄμη. GALL. *Vn croc.* ITAL. *Instrumento da spegner fuoco.* GERM. Ein leimbact. HISP. *Instrumento para apagar el incendio.* ANGL. *An instrument to quench fire.*} Alij exponunt vas aquarium rotundioris formæ, & ventris glabiosioris, cuius vsus in extinguendo incendio. Plin. *in Epist.* Et alioqui nullus vsquam in publico sipo, nulla hama, denique instrumentum ad incendia compescenda. Et Cato *de re rust. cap.* 135. Iuuenal.

Dispositis prædiues hamis.

Et *in tit. præfecti vigil.* in lib. Iurisc. Sciendum est autem præfectum vigilum per totam noctem vigilare debere, & coerrare calceatum cum hamis & dolabris. Inde

Hāmula, æ, diminut. ab hama. Columell. de cucurbita,

Aut habilem lymphis hamulam.

vbi tradit ex cucurbita hamulam parari.

Hămādryădēs, ἁμαδρυάδες, Nymphæ syluarum, quas vetustas credidit simul cum arboribus nasci & interire. Vide *Dryades*. Virg. 10. *Eclog.*

Iam neque Hamadryades rursus, nec carmina nobis
Ipsa placent.

[Hamallus, qui mallatus est in iudicium. Cod. ll. antiq.]

Hāmātĭlĭs, Hamatus, vide *Hamus*.

Hămāxă, {עגלה hagaláh. ἅμαξα. GALL. *Chariot.* ITAL. *Carro.* GERM. Ein wagen/ ein karren. HISP. *Carro ò carreta para cargar.* ANGL. *A chariote.*} à Græcis dicitur, quod à nobis plaustrum. Vnde etiam sydus illud, quod Septentriones dicimus, à figura, positurâque ipsa, quia simile plaustri videtur, similiter hamaxa appellatur. Vide Gell. *lib.* 2. *cap.* 21.

Hămāxĭcī, orum. Suet. *in Neron. c.* 30. Armillata & phalerata cum hamaxicorum turba atque cursorum.

Hămāxă, Regio Bithiniæ. Steph.

Hamaxantia, pars Hippoontidis, Steph.

Hamaxia, ciuitas Atricheæ Ciliciæ. Steph. ex Strab.

Hămāxŏbĭi, Ptolemæo, Hamaxobitæ Pomponio, ἁμαξόβιοι, ἁμαξοβῖται, Populi sunt Sarmatiæ Europææ, ita dicti quòd plaustris vtantur vice domorum. {Völcker Sarmatiae in Europa welche an stat der heuser wagen brauchen/ als jen sind die Reussen/ Moscouiter/ Pleskowiter/ &c.} Vadianus Pomponij interpres eos esse putat, quos non procul à Polonis sitos, vulgus corrupta voce vocat *Moscouitas*. Hinc prouerbium apud Tertull. *lib.* 1. *contra Marcio.* Hamaxobio instabilior, de Marcione homine inconstantissimo.

Hamaxampeus, pars est fluminis Hypanis, qui cum fonte Xampeo amaro commixtus est. Tortellius.

[Hamburgum, *Hamburg*. V. olim A. Germaniæ, emporium hodieque celeberrimum.]

Hamiotæ, vide *Hamus*.

[Hammaria, Hammar, V. E. Noruegiæ, sub A. Nidrosiensi.]

Hămmĭtēs, gemma quæ ouis piscium similis est. Vide Plin. *lib.* 37. *cap.* 10.

Hammodara, oppidum inter Ægyptum & Æthiopiam, iuxta se habens bituminis fontem Autor Plin. *lib.* 6. *c.* 29.

Hammon, cognominatus est Iupiter, qui in arena putatur inuentus. Nam Græcè ἄμμος, (quod quidam ἄμμον scribunt) dicitur arena. Festus. Vide *Ammon*.

Hămmōnĭăcūm, ἀμμωνιακόν, Resinæ species ex arbore, quam metopium vocant, stillans in arenis, iuxta Hammonis templum: vnde & nomen sortitum est. Vide *Ammoniacum*.

Hămmōnĭs cornu. Inter sacratissimas Æthiopiæ gemmas habetur auri colore. Plin. *lib.* 37. *cap.* 10.

Hămmōnĭum, coloris genus vergentis in rufum. Varr. *de re rust. lib.* 3. *c.* 2. Nunc vbi vides hic citrum, aut aurum? num minium, aut hammonium? num aliquod emblema, aut lithostrotum? illic omnia contrà. Sunt tamen qui in hoc loco malint legere *Armenium*.

Hāmŏtrăhōnēs, dicti sunt vel piscatores, vel qui cadauera traherent hamo. Nam, vt est apud Suetonium, eorum, qui supplicio afficiebantur, cadauera, iussu principum vnco sæpe trahebantur in locum, quem tum Gemonias scalas dicebant.

HAMVS, i, ab ἅμα. Significat, non catenam, vt hic antè scriptum erat, sed exiguos annulos, ex quibus loricas & eiusmodi alia confecta videmus. {חכה chachcáh. ἄγκιστρον. GALL. *Vn haim, vn hameçon, croc ou crochet.* ITAL. *Catena, hamo.* GERM. Ein kettenring. Item, Ein jeden krumb eisen/ hacken wie ein angel. HISP. *Anzuelo para pescar, ò cosa semejante.* ANGL. *An hooke, à crooke, a caltrope.*} Virg. 3. *Æneid.* Loricam consertam hamis, auróque trilicem, hoc est, hamis aureis. ¶ Accipitur etiam hamus pro vnco quo piscatores escam suspendunt ad capiendos pisces. Plaut. *Sticho*, Arundinem fert, sportulamque & hamum piscarium. Idem *Curc. sc.* 1. *act.* 3. Meus hic est, hamum vorat. Ouid. 6. *Fast.*

Canities pennis, vnguibus hamus inest.

Idem *de arte amandi*,

Casus vbique valet: semper tibi pendeat hamus,
Quo minimè credis gurgite, piscis erit.

Idem *in Epist.* 18. Nunc volucrem laqueo, nunc piscem ducitis hamo. ¶ Præterea ab huius vnci similitudine hamus accipitur pro instrumento ferreo quo diuitum arcæ nummariæ obsepiuntur. Iuuenal. *Satyr.* 14.

Dispositis prædiues hamis vigilare cohortem.

Quo in loco hamus priorem corripit, quam poetæ omnes producunt: aut certè dicendum erit s, literam in dictione *Prædiues* cum præcedente vocali absumi, in qua sententia est Mancinellus. ¶ Hamus etiam aliud instrumentum ferreum significat, quo linum pectitur. Plin. *lib.* 19. *c.* 1. Et ipsa tamen pectitur ferreis hamis, donec omnis membrana decorticetur. ¶ Aureo piscari hamo dicuntur qui mediocris commodi cupiditate ita graue sæpe periculum adeunt, vt maximarum rerum faciant iacturam. Commemoratur inter facetè dicta Octauij Cæsaris à Suetonio *cap.* 25. *in August.* Fit enim nonnunquam vt piscis hamum ipsum secum auferat.

Hāmŭlŭs, i, dimin. {τὸ ἀγκίστριον. GALL. *Petit hameçon.* ITAL. *Piccolo hamo.* GERM. Ein häcklin. HISP. *Pequeño anzuelo para pescar.* ANGL. *A little hooke.*} Hamulum Cels. vocat vncinum, quo chirurgi pterygion ex oculo eximunt. Idem *lib.* 5. Specilo auriculario protrahendum est, aut hamulo retuso.

Hāmātŭs, a, um, Hamo instructum & munitum significat. {ἀγκιστρωτός. GALL. *Fait en maniere d'ameçon, garny d'ameçons.* ITAL. *Hamato, pieno di hami.* GERM. Mit hacken bewart/ oder gekrumbt wie ein hacken oder ein angel. HISP. *Cosa con anzuelos.* ANGL. *Hooked or crooked.*} Cicer. 4. *Academ.* Hamatis, vncinatisque corpusculis. Hamata munera, quæ ita dantur vt alia subinde dona ad se alliciant. Plin. *in Epist.* Volo enim eum, qui sit verè liberalis, tribuere patriæ, propinquis, affinibus, amicis: sed amicis dico pauperibus, non vt isti, qui iis potissimum donant, qui donare maximè possunt. Hos ego viscatis hamatisque muneribus non sua promere puto, sed aliena corripere. Sagittæ hamatæ. Ouid. 3. *Trist. Eleg.* 10.

Pars cadit hamatis miserè confixa sagittis.

Vngues hamati. Idem 12. *Metam.*

Hamatisque viri laniarunt vnguibus ora.

Hāmātĭlĭs, e, quod ad hamum pertinet, vt, Piscis hamatilis, id est, hamo captus. {ἀγκιστρευθείς. GALL. *D'hameçon, qu'on prend auec vn hameçon.* ITAL. *Pertinente ad hamo, che si pesca con hamo.* GERM. Das zu dem Angel gehört. HISP. *Cosa perteneciente à tal anzuelo, ò que se toma con ello.* ANGL. *Of an hooke, taken with à caltrope.*} Plaut. *in Rud.* Post id hamatilem piscem, saxatilémque aggredimur, captamus cibum in mari, id est, hamo piscamur.

[Hamatores, piscatores. Gloss. Isid. quà hamis pisces captant.

Hamaxa, ἅμαξα, plaustrum.

Hamaxagoga. Apud Plaut. *in Rud.* 2. 6. *Bonorum hamaxagoga* exponuntur, qui vehiculis bona amorum exportant. Sed alij legunt *exagoga*.

Hamaxarius, pro carrucario, vsurpant Græci posteriores ἁμαξάριος, ἁμαξεῖς, pro ζευγηλάτης. Sic hamaxarium errorum vocamus, qui quasi plaustris errores importat.

Hamaxicus, a, um, ἁμαξικός, ad plaustrum pertinens: plaustrarius, carpentarius.

Hamaxor. Plaut. *Truc.* 2. 2. *Hamaxari* est ἁμαξεύειν, h. e. plaustrum trahere, ἁμαξεύειν.]

Hāmĭōtæ, qui hamo ad piscandum vtuntur. γριπεῖς. GALL. *Pescheurs auec hameçons, pescheurs à la ligne.* ITAL. *Colore che pigliano i pesci con gli hami.* GERM. Die fischer mit den angeln. HISP. *Pescadores con los anzuelos.* ANGL. *An angler, a fisher with the angle.*} Plaut. *in Rud.* Salutete fures maritimi, conchitæ atque hamiotæ, Famelica hominum natio. Varro, Cohortis coquorum atque hamiotarum, aucupúmque. Sunt qui hic legendum putent amiotarum: & ita etiam videtur exigere ratio carminis apud Plaut.

Hămo, as, Curuo. {כפף chaphàph. ἀγκιστρόω. GALL. *Plier, faire crochu en façon d'ameçon.* ITAL. *Piegare, torcere à guisa di hamo.* GERM. Krümmen wie ein angel. HISP. *Plegar, tornar.* ANGL. *To bowe lyk ad hooke.*} à quo Hamatus, curuatus, de quo suprà. Hinc Adhamo, as, de quo suo loco.

[Hamotraho. Fest. Hamotrahones, alij piscatores, alij qui vnco cadauera trahunt.

Hamula, vel amula, 1. *Reg.* 7. 40. & 45. crate quo aspersiones fiebant.]

Hanapis, fluuius est Scythiæ, Herod. teste.

Hannibal, vide *Annibal*.

Hăngo, Punicum nomen est, quo plerique non ignobiles Carthaginiensium duces sunt appellati: tres tamen inter cæteros maximè illustres extitere. Primus fuit Philippi Macedonis temporibus, qui quum tyrannidis cupiditate accensus, omnes ciuitatis principes in filiæ suæ nuptiis veneno necare constituisset, prodito à ministris consilio, frustrà concitatis seruitiis, Maurorúmque rege in patriæ exitium sollicitato, viuus in Carthaginensium manus peruenit: à quibus & ipse virgis cæsus, & manibus cruribúsque fractis in crucem actus est, & in cognatos omnes sæuissimè animaduersum. ¶ Fuit alter Hanno temporibus Agathoclis Siculorum tyranni, à quo cum xxx. Pœnorum millibus conserta pugna est interfectus. ¶ Tertius fuit tempore secundi belli Punici, Barchinæ factionis princeps, contrarias Hannibali in Republica partes fouens, de hoc multa apud Liu. Aliorum meminit Iustinus *lib.* 21. & 22.

Hānum, veteres pro fano vsurparunt, & hanulum, pro paruo fano.

Háphē, ἁφή, Inspersio pulueris, quo inspergebantur luctantes, vbi ceromate illiti fuissent, vt mutuas prehensiones admitterent. Matt. *lib.* 7.

——— *& flauescit haphe.*

Nam puluere perfusa luctantium tempora quodammodo flauescebant, lepram patientibus similia. Plin. *lib.* 36. *c.* 13. refert arenam tenuissimam è Nilo peti solitam ad debellanda corpora palæstræ studiis. Haphe enim Græcè & tactum significat, & vncturam, & contrectationem in palæstra, & notas quibus lepra corpus maculat. Iulius Pollux hapheni accipit primam infecturam, quoties vestes imbuuntur coloribus.

[Hapselum, *Hapsal*, V. olim E. Liuoniæ, sub A. Rigensi.]

Hapsus, i. masc. gen. Cels. *lib.* 4. *c.* 6. Præter hæc circumdare primùm oportet latus ipsum hapso lanæ sulphuratæ. Sic in MS. codice. Rursus *lib.* 7. *cap.* 26. Inducendúsque hapsus lanæ mollis. Hapsus autem non est πῖλος, lanas coactas Latini dicunt, & coactilia: ineptè enim dixisset hapsum lanæ mollis, quòd coactum molle non est, sed durum. Est verò hapsus (ἅψος τὸ ἀπὸ ἐρίου ἅψαι) quantum lanæ vno vncinatum contactu & factu carminatores determinarunt. Vulgò vocant hapsos, *paumees*, à palma. Ergo lanæ ἅψος & quantum vola capere possit per hapsum intelligo. Constantinus.

Hără, à χράω, polluo. Porcorum stabulum. {συφεός, σύφεοι. GALL. *Estable à porceaux.* ITAL. *Stalla de porci.* GERM. Schweinstal/ saustal. HISP. *Aposentamiento de puercos.* ANGL. *Hogstie.*} Donatus. Hara in qua pecora includuntur. Plaut. *Asin.* —vos Dormitis interea domi, at hæres in hara, haud ædibus habitat. Cic. *in Pison.* Ex hara producte, non ex schola. Ouid. 1. *Fast.*

Tertius immunda cura fidelis hara.

Colum. *lib.* 7. Diligens autem porculator frequenter suile conuerrat, & sæpius haras. Plaut. *Asin. sc.* 1. *a.* 2. Herus in hara, haud ædibus habitat. Idem *Mostell sc.* 1. *a.* 1. Germana illuuies, pecus, hircus, hara suis. ¶ Hara stabulum anserum. Varro *de re rust. lib.* 3. *c.* 10. Singulis vbi pariant

riant faciendum haras quadratas circùm binos pedes & semipedem. Sic apud Col. *lib.*8.*c.*14.

Hārēnă, Harenarius, Hareola, vide *Arena*.

[Harengus, piscis marinus. Rondel.]

Hariuga, apud priscos significat hostiam: quæ inde dicta erat, quòd eius adhærentia inspicerentur. Autor Festus. A Donato autem haruga vocatur hostia: ab hara cui includitur.

Hărĭŏlŭs, i, Futurorum diuinator. {קוסם *kosem*. μάντις, ὁ χρησμολόγος, χρησμῳδός. GALL. *Deuin, deuineur*. ITAL. *Profeta, indouino*. GERM. Ein warsager/weissager. HISP. *Adeuino*. ANGL. *A sooth sayer*.} Dictus hariolus quasi fariolus, à faris, vel à fando, sicut hanula, quasi fanula, hoc est, parua fana: aspiratione (vt plerunque fieri solet) pro f litera posita. Plaut. *Amph.* Aruspices, Hariolos mitte omnes. Terent. *in Phorm.* Interdixit hariolus. Cic. 1. *de diuin.* Sibyllinorum versuum decem interpretes disertos ex ciuitate esse voluerunt: ex quo genere sæpe hariolorum etiam & vatum furibundæ prædictiones. Plautus *in Trucul.* Nam obsecro num Hariolus est, qui ipsus se verberat? Quia diuini furiosi sunt, & per furorem sese malè mulctare atque accipere solent. ¶ Hariolus, olim fariolus: vt fordeum, fœdus, pro hordeo, & hœdo. Terent. Scaur. *de Orthograph.*

Hărĭŏlă, æ. {קוסמת *kosémeth*. ἡ χρησμολόγος, ἡ θεσπιῳδός. GALL. *Deuineresse*. ITAL. *Donna che indouina*. GERM. Ein warsagerin. HISP. *La adeuina*. ANGL. *She that sooth sayeth*.} Plaut. *Ciss.* Hariola es.

Hărĭŏlŏr, aris, ari, Diuino, vaticinor. {קסם *kasam*. μαντεύομαι, χρησμῳδῶ. GALL. *Deuiner*. ITAL. *Profetare, indouinare*. GERM. Warsagen. HISP. *Adeuinar*. ANGL. *To gesse or tell thinges to come*.} Plaut. *Asin.sc.*2.*a.*3. Argenti viginti minas habesne? L. Hariolare. Idem *Amph.* Quid tibi patiundum sit hariolor. Idem *Asin.sc.*2.*a.*5. Væ mihi. A. Vera hariolatus. Item, Hariolari occœperunt sibi esse in mundo malum. Cic. *de diu.* Nec eos qui quæstus causa hariolantur, agnosco. Idem *Attic. lib.*8. ἐνθουσιάζω igitur noster Attice, non hariolans vt illa, cui nemo credidit, sed coniectura perspiciens, &c.

Hărĭŏlātĭo, Actus ipse hariolandi. {קסם *késem*. μαντεία. GALL. *Deuinement*. ITAL. *Indouinamento*. GERM. Warsagung. HISP. *Diuinacion por superstition*. ANGL. *Sooth saying*.} Cic. 1. *de diuinat.* Superstitiosæ hariolationes.

[Harlemum, *Harlem*, V.E. Hollandiæ, sub A. Vltraiectino.]

Hārmă, vrbs Bœotiæ Tanagricæ: est etiam tribus Att. pars. Steph.

[Harmula, ruex lenten.]

Hārmāstis, tis, Ἅρμαστις, Iberiæ oppidum, ad Neorim amnem, ex aduerso portarum Caucasi. Autor Plin. *lib.*6.*c.*4.10.*&* 11.

Hārmătă, Ἅρματα, vrbs Indica. Steph.

Hārmătītēs, Ἁρματῖται, ciuitas quædam. Steph.

Harmathus, untis, ciuitas, seu promontorium è regione vrbis Methymnæ, à qua Harmatopolitæ dicti sunt.

[Harmation, lex quædam tibiæ: vt ἁρμάτειος νόμος, ἁρμάτιον μέλος, quasi currule dicas, aut velox.]

Hārmătŏpŏlĭtæ, Ἁρματοπολῖται. Populi sunt Asiæ in sinu Elaitico, ita dicti ab Harmathunte vicino promontorio. Meminit eorum Plin. *lib.*5. *c.*30. Apud Strab. tamen hoc promontorium vocatur Hermathus per e literam in prima syllaba.

Hārmŏdĭus, & Aristogiton, ciues Athenienses fuerunt, quibus quòd Rempubl. tyrannide liberassent, hoc honoris à ciuibus suis tributum est, vt nemo vnquam ipsorum nomine vocaretur. Hinc natum Adagium, Harmodij cantilena, Ἁρμοδίου μέλος. de lugubribus dicebatur. Aristoph. Ἀχαρνεῦσι, Οὐδὲ παρ' ἐμοί ποτε τὸν Ἁρμόδιον ᾄσεται. id est, Nec vnquam apud me carmen Harmodium canet. Genus erat cantilenæ, quod in conuiuiis cani consueuerat in Harmodium & Aristogitonem, quòd hi Pisistratidarum tyrannidem sustulerunt. Eius carminis hoc erat initium, φίλτατ' Ἁρμόδι' οὔ τί που τέθνηκας, hoc est, charissime Armodi haudquaquam mortuus es. Refertur à Suida & Diogeniano.

Harmodotus, poetæ nomen est apud Plutarchum.

[Harmoge. Gloss. ἁρμογή, iunctura, compages, commissura, compaginatio, aptatio.]

Hārmŏnĭă, Concentus, conuenientia, concordia, compositio. {ἁρμονία. GALL. *Harmonie, accords de sons differens*. ITAL. *Armonia, concordanza, concento*. GERM. Ein zusammen stimmung/zusammen richtung/wollautung. HISP. *Consonancia en la musica*. ANGL. *Melodie, harmonie, sweetnesse of musick*.} Dicitur ἀπὸ τοῦ ἁρμόζειν, quod est congruere. ¶ Harmoniæ periphrasis, est Veneris filia. Musici harmoniam vocant intentionem, concentúmque neruorum in integros modos sine vlla offensione consonantium. Cic. 1. *Tusc.* Harmoniam autem ex interuallis sonorum nosse possumus: quorum varia compositio etiam harmonias efficit plures. Quint. *lib.*1.*c.*10. Nec illa modò contenti dissimilium concordia quam vocant harmoniam: sonum quoque his motibus dederant. Hæc etiam alio nomine dicitur symphonia. ¶ Est etiam *Harmonia*, mulieris proprium nomen, quo nomine Gelonis filia, Themistij vxor appellata est, ab ἁρμόζω, coapto. ¶ Est præterea Harmonia, Martis & Veneris filia, Cadmi vxor, cui Vulcanus pulchrum, sed exitiale monile dedit, eò quòd ex coniugis adulterio fuisset prognata. Reliqua vide suprà in dictione *Cadmus*, & apud Ouid. *lib.*4. *Metam.*

¶ Harmonia autem cur fingatur Martis & Veneris filia, & patrona Thebanorum, docet Plutarch. *in Pelopida.*

Hārmŏnĭcus, a, um, quod ad harmoniam attinet. ὁ ἁρμονικός. GALL. *Harmonieux, d'accord*. ITAL. *Tutto cio che appartiene à musica*. GERM. Das zu der zusammen stimmung oder dem wollauten gehörig ist. HISP. *Cosa de aquella consonancia*. ANGL. *That agreeth well in tunne*.} Plin. *lib.*2.*cap.*103. Harmonica ratio quæ cogit rerum naturam sibi ipsam congruere, addit huic mensuræ stadia septem millia.

Hārmŏnĭdēs, Ἁρμονίδης, ciuis Troianus, architecturæ peritissimus, quem Homerus fabulatur à Minerua fuisse adamatum. Hic inter cæteras naues illas fertur ædificasse, quibus Alexander Helenam captam Troiam transuexit.

[Harmosta. Gloss. ἁρμοστὴς aptator. ἁρμοστὴς γάμου sponsus.]

Harpă, æ, ἅρπη, auis est laro minoris speciei. Plin. *lib.*10.*cap.*74. Dissident aquaticæ anates & gauiæ, Harpæ & Triorches accipiter. Rursus ibidem Harpæ & [illegible] contra Triorchum. Et mari victitat cui inimica pifex, larus, & brentus. ¶ Est & vulturis species. Vide *Vultur*.

Harpactĭon, huc (vt aliqua exemplaria habent) harpacticon, apud Plin. *lib.*35.*cap.*16. genus est gummi, ita dictum à celeritate accendi. ἁρπακτικόν.

Harpagia, pluralis tantùm numeri, ἁρπάγια, ων. Locus est in Phrygia in confinio agri Cyziceni, vnde Ganymedem raptum fuisse ab aquila fabulata est antiquitas. Autor Strab. *lib.*13.

[Harpagium, ἁρπάγιον Aphrodisæo, vas aquale foraminosum, quo hortorum herbas & puluillos perpluimus. GALL. *Vne chantepleure, vaisseau pour arrouser le jardin*.]

Harpăgo, onis. {ἁρπάγη, ἡ ἁρπάγη. GALL. *Croc, hauet*. ITAL. *Vncino con che si legano le naui insieme nella guerra*. GERM. Ein schiffhack. HISP. *El cloque de la naue*. ANGL. *The grapple of a shippe, also a dragge to drawe thinges out of a well or such lyck place*.} Instrumentum est ferreum in fine aduncum, quo naualibus prælijs naues apprehenduntur, & tanquam in continenti coguntur dimicare: ita dictum à verbo ἁρπάζω, quod est apprehendo, corripio, rapio. ¶ Est & aliud instrumentum hoc nomine, quo ea quæ in puteum, vel fluuium deciderint, extrahuntur. Cuius inuentor traditur fuisse Anacharsis philosophus, teste Plin. *lib.*7.*cap.*56. ¶ Est etiam harpago instrumentum ferreum, quod à nonnullis canis vocatur, quo vasa vinaria constringuntur, vt commodiùs inducantur circi. Liu. *lib.*10. visus est accusatiuo Græco harpagonas. Asseres (inquit) ferreo vnco præfixi (harpagonas vocant milites) ex Punicis nauibus inijci in Romanas cœpti.

Hārpāgo, as, Rapio, & tanquam harpagone subtraho. {גרף *caraph*. ἁρπάζω. GALL. *Accrocher, tirer & oster auec vn croc ou hauet*. ITAL. *Rapire, rampinare*. GERM. Zuhinhacken/zuhinziehen/grappen. HISP. *Arrebatar*. ANGL. *To drawe with a grapple or dragge*.} Plaut *in Aulularia*, Hei misero mihi, aurum mihi intus harpagatum est. Idem *Bacch.* Nullus frugi esse potest homo, nisi qui bene & male facere tenet: improbus cum improbis sit, harpaget, furibus furetur quod queat. Plaut. *Pseud.sc.*2. *a.*4. Nihil etiam dum harpagauit. Idem *Pseud.sc.*2.*a.*1. Rape, clepe, tene, harpaga, &c.

Harpagas, Plaut. *Pseud.sc.*2.*a.*1. Audin' harpage.

Hārpălĭcē, Ἁρπαλύκη. Nomen mulieris, Harpali Thracum Regis filiæ, quæ patrem à Getis captum liberauit. Autor Seru. *in illud* 1. *Æneid.*

——— *vel qualis equos Threissa fatigat*
Harpalice, volucrémque fuga præuertitur Hebrum.

[Harpalus, nomen canis apud Ouidium.]

Hārpălŭs, Nomen est prædonis, apud Cic. *lib.*3. *de nat. deor.*

Hārpălycea, Ἁρπαλύκεια, ciuitas Phrygiæ à Gordiotichitis condita. Stephan.

Hārpăsă, orum, Ἅρπασα, Oppidum Asiæ, oppositum fluuio Harpaso. Plin. *lib.*2.*c.*96. Iuxta Harpasa oppidum Asiæ cautes stat horrenda, vno digito mobilis, eadem, si toto corpore impellatur, resistens.

Harpastum, {ἁρπαστόν. GALL. *Vne balle, vne grosse pelotte à iouër*. ITAL. *Palla del calzo*. GERM. Ein grosse ballen mit dem man kurtzweil treibt. HISP. *Instrumento para arrebatar*.} Genus est pilæ, grandioris pila paganica, minoris tamen quàm follis: ita dictum ab ἁρπάζω verbo Græco, quod est rapio, eò quòd plures proiectum harpastum conentur arripere, & extra ludi limites eiicere. Nam hoc pilæ genus non repercutitur, sed quum multi ludentes in duas partes diuisi sunt, quisque annititur pilam arripere, & ad suos, qui post se sunt viciniores limitibus, transmittere: eiúsque partis victoria est, quæ pilam extra limites eiecerit. Laboriosum ludi genus est, grandioribúsque tantùm conueniens. Quum enim multi simul pilam arripere conantur, in terram se inuicem prosternunt, puluereque & sudore infecti flauescunt. Martial. *lib.*14.*cap.*48.

Siu lentum ceroma teris, tepidúmque trigona,
Siue harpasta manu puluerulenta rapis.

[Harpator, qui harpâ, musico instrumento, ludit. Cod. ll. antiq.]

Harpax, agis, vel agos, ἅρπαξ. A Syris vocatur electrum, eo quòd festucas & paleas ad se rapiat: apud quos etiam mulieres verticillos ex electro conficere solent. Plin. *lib.*37.*cap.*2. Syria quoque verticillos inde facere, & vocare harpaga: quia folia & paleas, vestiúmque fimbrias rapiat. Plaut. *Pseud.sc.*1.*a.*4. Nunquam erit iste potentior harpax, quam ego. Idem *ibid.sc.*2.*a.*2. bis.

Harpē, es, ensis est in summitate falcatus. {ἅρπη. GALL. *Vne simeterre*. ITAL. *Scimitarra*. GERM. Ein sebel ein krumb schwert. HISP. *Cuchillo de Mercurio con guadaña*. ANGL. *A swerde crooked at the point*.} Tali ense Mercurius vsus fertur in occidendo Argo illo centoculo, & Perseus amputando Medusæ capite. Ouid. 5. *Metam.*

Vertit in hunc Harpen madefactam cæde Medusæ.

Lucan. *lib.*9.

Et subitum propere Cyllenida sustulit harpen.

[Hasla, ramus. In ll. Ripuar. *t.*67.§.5. nempe ramus aridus, *hasle* Gallis. Vide *Hallus*.

Harpedone, ἁρπεδόνη, propriè laqueus, quo aliquid arripitur.]

Harpŏcrătēs, Ἁρποκράτης, Simulachrum in sacris Isidis & Serapidis erat, quod digito labiis impresso, admonere videbatur vt silentium fieret. Hic dicebatur silentij Deus. Re vera autem Græcus philosophus fuit Harpocrates, cuius eruditio ac præcepta in id maximè tendebant, vt silentium præciperet, & omnibus rebus anteponeret. Catullus in Gellium *epigramm.*59.

Gellius audierat patruum obiurgare solere,
Siquis delicias diceret, aut faceret.
Hoc ne ipsi accideret, patrui perdepsuit ipsam
Vxorem, & patruum, reddidit Harpocratem.

Vbi reddere Harpocratem (vt monet Erasmus *in Adagiis*) prouerbialiter dictum est, pro silentium imponere.

Hārpyiæ, Ἅρπυιαι, monstra describit Virg. *lib.*3. *Æneid.*

Tristius haud illis monstrum, nec sæuior vlla
Pestis & ira Deum, Stygiis sese extulit vndis:
Virginei volucrum vultus, fœdissima ventris
Ingluuies, vncæque manus, & pallida semper
Ora fame.

Dictæ ab ἁρπάζειν. A Suida vocantur ἁρπακτικοὶ δαίμονες, hoc est, rapaces

paces dæmones. Dicuntur fuisse Ponti & Terræ filiæ, vt ait Seruius: vnde in insulis habitant, partem terrarum, partem maris tenentes, dictæ ἀπὸ τοῦ ἁρπάζειν, id est, à rapiendo. Volatiles, vultu virgineo, manibus vncis. Alij Neptuni filias faciunt, qui ferè prodigiorum omnium pater est, nec immeritò: nam secundùm Milesium Thaletem, omnia ex humore procreantur: vnde est, Oceanúmque patrem rerum. Sic & peregrinos, Neptuni filios dicimus, quorum ignoramus parentes. Alij autem dicunt Harpyias, filias Thaumantis & Electræ fuisse. Has Virgilius tres esse dicit, Aëllo, Ocypeten, Celænoꞏ quarum postremam Homerus Podargen vocat, & ex ea Zephyrum ventum, Achillis equos, Balium videlicet, & Xanthum genuisse dicit. Hesiodus tantùm duas nominat, Aëllo videlicet, & Ocypeten. De Harpyiis suprà nonnulla dicta sunt in dictione *Calais*: nonnulla etiam infra dicentur in dictionibus *Phineus* & *Zethes*. Virg. *lib.* 3. *Æneid.*

———Strophades: Graio stant nomine dictæ
Insulæ Ionio in magno, quas dira Celæno:
Harpyiæque colunt aliæ, &c.

Hărŭndo & harundinetum, vide *Arundo.*

Hărvspex, icis. {כשם *kosém.* ἱεροσκόπος. Gall. *Deuin.* Ital. *Indouino, profeta.* Germ. Ein warsager auß den eingeweyden der geopfferten thieren. Hisp. *Adeuino.* Angl. *Diuineur, a collectour of thinges to come.*} Qui harugis, id est, hostiis, inspectis futura prædicit. ἱερόσκοπος. Terent. *in Phorm.* Haruspex vetuit ante brumam aliquid noui negotij incipere. Hunc locum exponens Donatus, Haruspex, inquit, ab haruga deriuatur, quæ est hostia, ab hara, in qua concluditur & seruatur. Meliùs cum aspiratione scribitur. Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 4. Lanium, vel haruspicem in velabro reperias.

Hărŭspĭcă, Diuinatrix. {מכשפת *kesémeth.* ἡ σπλαγχνοσκόπος. Gall. *Deuineresse.* Ital. *Indouinatrice.* Germ. Ein warsagerin auß den eingeweyde den der geopfferten thieren. Hisp. *Adeuinadera.* Angl. *She that coniectoth thinges to come.*} Plaut. *in Milite.* Da qui faciat, qui condiat: da quod dem Quinquatribus, Percantatrici, collectrici, hariolæ, atque haruspicæ.

Hărŭspĭcīnŭs, a, um, quod ad haruspicinam pertinet. {ἱεροσκοπικός. Gall. *Seruant à deuiner.* Ital. *Pertinente ad indouinare.* Germ. Das zu diser kunst deß warsagens gehört. Hisp. *Cosa perteneciente à deuinar.* Angl. *That belongeth to diuinacion.*} Vnde libri haruspicini dicuntur qui de aruspicina, hoc est, aruspicum arte præcepta tradunt. Cicero *de diuin.* Quod Hetruscorum declarant, & aruspicini, & fulgurales, & rituales libri: nostri etiam augurales.

Hărŭspĭcīnă, æ, Est ars diuinandi ex cæsis hostiarum extis. {כשם *késem.* ἱεροσκοπία. Gall. *L'art & science pour deuiner par la consideration des entrailles des bestes.* Ital. *L'arte d'indouinare.* Germ. Die kunst des warsagens auß der geschlachten thieren engeweyd. Hisp. *El arte de aquella deuinacion.* Angl. *The art of sooth saying by beholding the entrailles of beastes.*} Cic. *de diuin.* Vt ordiar ab aruspicina, quam ego Reipublicæ causa communisque religionis colendam censeo. Haruspicinam facere. Cic. *ad Leptam.* Quare bono animo sint & mei & tui familiares: neque enim erat ferendum, quum qui hodie haruspicinam facerent, in Senatu Romæ legerentur, &c.

Hărŭspĭcĭum, ij, haruspicina, ars diuinandi ex inspectione extorum. ἱεροσκοπία. Catull.

Nascatur magus ex Gelli matrísque nefando
Coniugio, & discat Persicum haruspicium.

Hăsbytæ, Ἀσβύται, Africæ interioris populi post Nasamones, Macis finitimi. Autor Plin. *lib.* 5. *cap.* 5.

Hăsdrŭbăl, vide *Asdrubal.*

[Hasla, ramus. In ll. Ripuar. *t.* 67. §. 5. nempe ramus aridus, *haslé* Gallis, vide *Hallus.*]

Hăstă, æ, ab ἵστασθαι. Est instrumentum, ex ligno terete, cuspide præferrata, qua milites in bello vtuntur: hasta dicta, vt inquit Varro, quod stans ferri solet. Antiquitus enim asta sine aspiratione scribebatur. {חנית *chanith* רמח *rómach* קין *ken.* λόγχη, δόρυ. Gall. *Lance, pique, iaueline.* Ital. *Asta, lancia.* Germ. Ein spieß. Hisp. *Lança.* Angl. *A pike or speare.*} Cic. 2. *de finib.* Euelli iussit eam, qua transfixus erat, hastam. Plaut. *Bacch.* Ibi cursu, luctando, hasta, disco, pugillatu, pila, saliendo se exercebant. Idem *Most. sc.* 2. *a.* 1. Disco, hastis, pila, cursu, exerceri. *Ibid. sc.* 1. *a.* 2. Vbi aliqui quindenis hastis corpus transfigi solent. Ouid. 13. *Metamorph.*

———Parmam hastámque tenenti.

¶ Gell. *cap.* 6. *lib.* 4. Hastas Martias mouisse in sacrario. Ad hastam accedere. Liu. *lib.* 3. *dec.* 5. ¶ Hasta pura. Suet. *cap.* 28. *in Claudio.* ¶ Hastam centumuiralem cogebant Centumuiri. Idem *in August. c.* 28. & Quintilian. In duas partes centumuiralium. ¶ Hastam abiicere, est causæ diffidere, & contentionem relinquere. Cic. *pro Muren.* Vidéstne tu illum tristem, demissum? iacet, diffidit, abiecit hastas. Erasmus *in chiliadibus.* Hastæ subiicere bona alicuius, est ea publica auctione vendere, eique qui plurimum obtulerit, addicere. Solet enim hasta figi in auctionibus publicis: vnde factum est vt hasta nonnunquam pro ipsa auctione ponatur. Cic. *Philipp.* 8. Itaque hastam semper videre cupiunt ij, qui nostris hostibus imminent. Idem *lib.* 15. *Epist. ad Cassium.* Cæsarem putabant molestè laturum; verentem ne hasta refrixisset. Sub hasta subire est vendi. Plaut. *in Mostell.* Vel isti qui trium nummorum causa subeunt sub hasta. ¶ Primas iactare hastas dixit Cic. 2. *de Orat.* pro velitari, quod ad oratorem transfert, cuius dictio initio debet esse leuis & sedata, vt paulatim incandescat oratio. ¶ Ab hasta fit diminutiuum Hastula, quod paruam hastam significat.

[Hastarius, a, um, ad hastam pertinens.]

Hastarium, ij, Venditio auctionaria. {Δημοπρασία. Gall. *Vente à l'encant.* Ital. *Vendita à l'incanto.* Germ. Vergandung oder verkauffung. Hisp. *Almoneda.* Angl. *Open sale or porte sale.*} Vnde Tertull. *in Apol.* In hastario vectigales sumus.

Hasta centumuiralis ideirco dicta, quòd centumuiri hasta in foro posita iudicabant. Bud. *in Annot. prior.*

Hastati dicti sunt, qui primi in acie cum hastis constitui solebant. {αἰχμηταί. Gall. *Piquiers.* Ital. *Con lancia ò iaueliña.* Germ. Geknechte mit spiessen bewaffnet. Hisp. *Armados de lança.* Angl. *Piquemen.*} Ha-

stattus verò primus dicebatur, qui duas centurias, id est, ducentos milites ducebat in acie secunda, quem nunc Ducenarium vocant, vt Vegetius denotat *cap.* 8. *lib.* 2. Varro *de ling. Latin. lib.* 4. Hastati milites dicebantur, qui primi hastis pugnabant. Vide in dictione *Antepilanus.*

Hastīcus, a, um. Suet. *in Calig. cap.* 20. Edidit in Sicilia Syracusis Hasticos ludos.

Hăstīlĕ, is, Dicitur quod ad hastæ formam factum est, hoc est, lignum teres, oblongum, cuiusmodi est hasta. {λόγχη, τὸ ἀκόντιον ξύλον, κόντος. Gall. *Fait en forme de iaueline, pique ou lance.* Ital. *Fatto à guisa d'asta.* Germ. Das wie ein spieß gemacht ist oder ein spiesstang. Hisp. *Hastel ò hasta pequeña.* Angl. *A pole or lõg staffe called a speare staffe.*} Cic. *pro Rab.* Quum denique Quin. Scæuola confectus senectute, præpeditus morbo, mancus & membris omnibus captus ac debilis hastili innixus, &c. Virg. 5. *Æneid.*

———præfixa hastilia ferro.

Hasta, oppidum in extremis Italiæ finibus, circa Iapygium promontorium: cuius meminit Plin. *lib.* 3. *cap.* 2.

[Hasta Pompeia, aliàs Asta, *Aste.* V.E. sub A. Mediolanensi, in Principatu Pedemontano.]

Hastula regia. {ἀσφόδελος. Gall. *Asphrodille.* Ital. *Affodella.* Germ. Affodel wurtz. Hisp. *Gamonito.*} Herbæ genus est quæ & albucum & asphodelus vocatur. Plin. *lib.* 21. *c.* 10. *& lib.* 16. *c.* 11.

Hau, Interiectio est mentis perturbatæ, φεῦ, ἆ. Terent. *in Eunuch.* Hau obsecro mea Pythias, quid istuc nam monstri fuit? Interdum inuenitur geminatum. Idem *in Adelph.* Hau hau mi homo sanúsne es?

[Hauana, v. *Cuba* insula.]

Haud, à Græco αὖτε. Vnde Scaliger mauult scribere *haut*, quàm *haud.* {לא *lo.* οὐκ. Gall. *Non, non pas.* Ital. *Non.* Germ. Nicht. Hisp. & Angl. *No.*} aduerbium negandi, significat non. Terent. *in Andr.* Haud muto factum. Haudquaquam, οὐ μὰ, hoc est, nullo pacto, vel nullo modo. Liu. *lib.* 30. Asdrubalem propediem affore cum manu haudquaquam contemnenda. Ouid. 13. *Metam.*

Haud times si iam nequeam defendere crimen.

Plaut. *Men. sc.* 6. *a.* 5. Metuam ego haud multum. *Ibid. sc.* 2. *a.* 5. Haud sum falsus, quàm facile est. *Ibidem.* Haud abstinent culpa. *Ibid. sc.* 5. *a.* 5. Haud pro insano istud respondit. *Ibid. sc.* 2. *a.* 4. Si pauper est atque haud malus, nequam habetur. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 5. Haud malè mones. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 1. Hoc haud multò pòst luce lucebit. (id est, mox.) Et *Ps. sc.* 4. *a.* 4. Haud multò pòst scribis. (id est, mox.) *Ibidem.* Haud multò prius. (id est, paulo antè.) Idem *Aul. sc.* 3. *a.* 1. Noui hominem haud malum. *Ibid. sc.* 1. *a.* 5. Ipsus est, haud alius est. Idem *Men. sc.* 4. *a.* 2. Haud inuita fecero. Haud aliter, vide *Aliter.* Hauscio, pro nescio veteres dixisse tradit Phocas Grammaticus.

[Haue, vide *Aue.*

Hauelburgum, *Hauelburg.* V.E. sub A. Magdeburgensi, ad Hauelum fl. in Marchionatu Brandeburgensi sita.

Haugustaldemium, *Hangustaldem*, V. olim E. sub A. Eboracensi in Anglia.]

Haurio, is, hausi, haustum, & hauritum, apud Apul. ab ἀρύω significat propriè extraho humorem, & educo ex aliquo profundo loco. {שאב *schaáb* דלה *daláh.* ἀρύομαι, ἀντλῶ, ἀρύσσω. Gall. *Puiser & tirer.* Ital. *Tirar fuori, attingere.* Germ. Schöpfen. Hisp. *Sacar fuera lo liquido.* Angl. *To drawe water or other licour out of a deepe place.*} Cic. 1. *de diu.* Qui quum vidisset haustam aquam de iugi puteo, terræ motus dixit instare. Idem *de clar. Or.* Si is potare velit, de dolio sibi hauriendum putet. Idem 3. *Acad.* Vt ea fontibus potius hauriant, quàm riuulos consectentur. Idem *de diuinat.* Aqua è puteo hausta. Ouid. 3. *Fast.*

———Cauas alueus haurit aquas
Naufragus.

Idem *Eleg.* 10. *lib.* 1. *Trist.*

Aut Hyadas sæuis hauserat Auster aquis.

Hausit mare quasdam gentes. Senec. *c.* 6. *de consol. ad Helu.* ¶ Haurire pro absorbere atque deuorare, vt apud Plin. *lib.* 7. *c.* 13. potionem mulsi haurire. Colum. *lib.* 7. *c.* 17. Nam quia dentibus careat, aut lambunt cibos, aut integros hauriunt: mandere quidem non possunt. ¶ Haurire interdum solum est ore attrahere, nec verò deuorare. Cels. *lib.* 6. *c.* 9. Sed in his tribus vitandum est, ne quod haustum erit, deuoretur. ¶ Haurire auribus est audire. Virg. *lib.* 4. *Æneid.*

———vocémque his auribus hausi.

Haurire oculis est aspicere, pro quo poëtæ etiam interdum dicunt Haurire, omisso ablatiuo oculis. Idem 10. *Æneid.*

Suspiciens hausit cœlum, mentémque recepit.

Accipitur etiam pro confodere, seu vulnerare. *Ibidem,*

Per tunicam squallentem auro latus haurit apertum.

¶ Item conficere, absoluere. Idem *lib.* 4. *Georg.*

———& medium sol igneus orbem Hauserat.

¶ Item defatigare. Idem,

———exultantiaque haurit
Corda pauor pulsans.

¶ Item exequi, implere, διανύειν, ἀνύειν. Lucil. *lib.* 30. Quando haurire animus Musarum, & fortia gestit. ¶ Haurire oscula & sermonem. Senec. *c.* 3. *de consol. ad Mart.* ¶ Haurire opes vrbium. (*Espuiser les richesses des villes.*) Liu. *lib.* 4. *d.* 4. ¶ Haurire pectus gladio. Gell. *c.* 13. *lib.* 9. Ouid. 13. *Metam.* dixit,

———nostrúmque haurire cruorem.

¶ Item luere pœnam & supplicium sustinere. Virg. 4. *Æneid.*

Spero equidem mediis, si quid pia numina possunt,
Supplicia hausurum scopulis.

Quo in loco Virgilij obseruato hausurum dici absque t, pro haustu-rum. Item consumo, ἀναλίσκω. Liuius 5. Tam longi temporis opus incendium hausit. Haurire calamitatem, Haurire dolorem, Haurire gaudium. Idem *lib.* 7. *bell. Pun.* Haurire oculis, & auribus gaudium. Vide Bud. *in Annot. & in epist.* Huius compositum est Exhaurio. Legitur nonnunquam præteritum hauriui, & supinum hauritum. Varro *ad Cicer.* Quum idem quoque haurierit. Apul. *lib.* 9. *de asin.* Lagena facilis haurito.

|Hauritorium, ἀντλητήρ. Onom. Gloss. ἀντλητήριον, hauritorium, ex eo, quòd haurio supinum quoque format *hauritum*, exhauriui, sed insitatum. Vide & *haustrum*.|

Hausto, as, frequentatiuum, à quo fit compositum Exhausto. Festus, Exhaustant, efferunt.

Haustus, us, Sorbitio, & eductio liquoris ex aliquo loco. {משאב *maschcáb.* ἄντλησις. GALL. *Puisement en trait à boire.* ITAL. *Sorbimento, il vuotare.* GERM. Schöpfung. HISP. *Potaje, ò beuida, ò cosa que se beue, sacamiento, à fuera de liquido.* ANGL. *A draught in drinking, a draught of water.*} Col. *lib.* 1. Si deerit defluens vnda putealis, quæratur in vicinio aqua, quæ non sit haustus profundi, id est, quæ non è profundo puteo hauriatur, & extrahatur. Ouid. 6. *Metam.*

Haustus aqua mihi nectar erit.

Quintilian. Hinc ille Iustitiæ haustus bibat.

Haustus, a, um, Absumptus, deuoratus, absorptus, demersus. {נבלע *schaláb.* ὁ καταποθείς. GALL. *Puisé, tiré, englouti.* ITAL. *Consumato, deuorato, beuuto, inghiottito.* GERM. Verschlucken/verschlucht/vndergangen. HISP. *Cosa beuida, gustada y tragada.* ANGL. *Drawen or drunken vp gredely.*} Liu. *lib.* 1. Nec ferro tantum periere, sed in paludes quidam coniecti, profundo limo cum ipsis equis hausti sunt. Idem *lib.* 33. multæ naues eiectæ, multæ ita haustæ mari, vt nemo in terram enauerit. Ouid. 3. *Fast.*

Puppis & absumptis omnibus hausta perit.

¶ Haustæ in profundum arbores. Liu. 10. *bell. Pun.* Vt in Veliterno agro terra ingentibus cauernis consedit, arboresque in profundum haustæ, id est, absorptæ.

Haustrum, i, teste Budæo, Est machinæ genus rotam habens, qua calcata, aquam è puteis, vel fluminibus haurimus quod tympanum vocatur. {ἀντλίον. GALL. *Vn sean ou autre vaisseau à puiser, ou la roue à puiser l'eau.* ITAL. *Rota ò altro ingenio da cauar aqua.* GERM. Ein rad mit welchem man wasser auffzeucht/ein schöpffrad. HISP. *El arcaduz de anoria para sacar agua.* ANGL. *A wheele to drawe vp water.*} Lucr. *lib.* 3.

Vt fluuios versare rotas atque haustra videmus.

Nonius tamen mauult haustra esse ipsos cados, hoc est, situlas in huiusmodi machinis quibus aqua hauritur.

H E

Heautontimorumenos, ἑαυτὸν τιμωρούμενος. Nomen est fabulæ Terentianæ, quod *seipsum excrucientem* interpretari possumus. τιμωρεῖσθαι enim idem est, quod sæuio, punio, crucio, & ἑαυτὸν, seipsum. Inducitur enim senex Menedemus seipsum excrucians, quòd filium Cliniam duritia sua in militiam proficisci compulerit.

Hebdomas, adis. {שבוע *schabúa.* ἑβδομάς. GALL. *Vne sepmaine, vne septaine.* ITAL. *Settimana.* GERM. Ein wochen. HISP. *La semana.* ANGL. *A weeke.* Hebdomada, æ, dicitur numerus septenarius, sicut ogdoas numerus octonarius, & enneas nouenarius, decas denarius. Cicer. *Tyroni, lib.* 16. *Epist.* Symphoniam Lysonis velim vitasses, ne in quartam hebdomadam incideres. Vbi per quartam hebdomadam intelligit diem vigesimum octauum: qui numerus constat ex quatuor septenariis. Septimi autem quique dies in febribus crisimi sunt & perniciosi. Neque verò solùm de diebus dicitur, sed etiam de annis & quibuscunque rebus, quæ septenario numero comprehenduntur. Gell. *cap.* 10. *lib.* 13. Tum tibi addit, se quoque iam duodecimam annorum hebdomadam ingressum esse, & ad eum diem septuaginta quinque librorum hebdomadas scripsisse. Idem Gell. *cap.* 2. *lib.* 15. Hebdomadibus Lunæ agitabantur conuiuia.

|Hebdomada, idem quod hebdomas, pro septem dierum interuallo. Latini autem inde fecerunt hebdomadam, qua non tantùm Ecclesiastici scriptores, sed etiam exoterici vtuntur.

Hebdomadarius substantiuè, id est, coquus monasterii.

Hebdomarius, ἑβδομάριος dicebatur, qui per vices septimanatim cubiculum Imperatoris custodiebat.|

Hebe, filia fuit Iunonis absque patre, vt Latinorum poëtæ asserunt. Apollo enim cùm Iunoni nouercæ conuiuium in patris sui domo parasset, inter alia lactucas agrestes ei apposuit: quas cùm Iuno auidè comedisset, illicò vsque tunc sterilis, prægnans effecta est, peperitque Hebem, quam postea Iupiter ob formæ elegantiam ad pocula ministranda assumpsit, deámque iuuentutis effecit. Tandem cùm ipse vnà cum cæteris diis apud Æthiopes comessaturus iuisset, factum est vt administrans ei Hebe pocula, pérque lubricum minus cautè incedens caderet, reuolutisque vestibus obscœna Superis monstraret: quam ob rem ab officio est amota, eiúsque loco Ganymedes subrogatus. Postremò Herculi in deos relato, vxor data. Autor Seruius. Homerus autem ex Ioue eam conceptam esse tradit, neque omnino ab officio remotam, sed cæterorum deorum pincernam fuisse. Ganymedem verò solius Iouis. Ouid. *lib.* 9. *Metam.*

Hoc illi dederat Iunonia muneris Hebe, &c.

Hæc dea iuuentutis putabatur. ἥβη enim florem ætatis & primam pubem significat.

Hebenus, i, gen. fœm. & hoc Hebenum, i, {הבנים *hobnim,* ἔβενος. Dioscoridi.} Cuius descriptionem vide suprà in dictione *Ebenus*.

Hebes, etis, ab ἥβη. Obtusus, piger, acumine carens. {מקהה *mekaheh* נרפה *nirpeh.* ἀμβλύς. GALL. *Qui a la pointe ou le tranchant rebouché, resoulé, rebatu, lourd, grossier, hebeté.* ITAL. *Spuntato, ribatuto, rintuzzato, grossolano, tardo, non acuto.* GERM. Stumpff. Item, toll/einer langsamen verstands. HISP. *Boto contrario de agudo, perezoso, rudo de ingenio.* ANGL. *Blunt, dull, slow.*} Cic. *lib.* 2. *Acad.* Quid? Lunæ quæ lineamenta sunt, potésne dicere huius & nascentis aliàs hebetiora, aliàs acutiora videantur cornua? Ouid. 3. *de arte amandi.*

Ponite iam gladios hebetes, pugnetur acutis.

Atque in hac significatione proprium est. Plaut. *Milit. sc.* 2. *a.* 1. Vt hebes machæra foret. ¶ Translatè autem ponitur etiam pro tardo & stupido. Cic. 10. *Philipp.* Scilicet hæc Pansa aut non videt (hebeti enim ingenio est, iaut negl[illegible] [illegible]tiud est, ingenio non acuto, sed tardo. Idem 2. *de Diuin.* Vidésne Epi[illegible] [illegible]tum, quem hebetem & rudem dicere solent Stoici, quemadmodum [illegible] Ouid. 5. *Fast.*

Vel quia nec [illegible] est, hebeti nec flamma calere.

Idem 13. *Metam.*

——V[illegible]st hebes esse videtur.

¶ Hebes ad. Cælius *Ciceroni lib.* 8. Neque hebes ad id quod melius fit intelligendum. ¶ Hebes in. Cic. *de Orat.* Aliud enim est esse artificem eiusdem generis, atque artis, aliud in communi vita & vulgari hominum consuetudine non hebetem nec rudem. ¶ Hebes gustu. Colum. *lib.* 3. *cap.* 2.

Hebeo, es, Hebes sum. {קהה *keháh.* ἀμβλυώττω. GALL. *Estre rebouché, resoulé, rebatu & moucé.* ITAL. *Essere ottuso, rintuzzato, ribattuto, spuntato.* GERM. Stumpff sein/toll sein. HISP. *Ser boto, embotecerse, ser perezoso.* ANGL. *To be dull.*} Liu. *lib.* 23. Num ferrum hebetat dexteræ torpent? Verba sunt Annibalis suos increpantis. Virg. 5. *Æneid.*

——sed enim gelidus tardante senecta
Sanguis hebet, frigéntque in corpore vires.

Hebesco, scis, Hebetior fio. {קהה *kehah.* ἀμβλύνομαι. GALL. *Se reboucher, deuenir stupide.* ITAL. *Diuenir più ottuso, balordo, stupido.* GERM. Stumpff oder toll werden. HISP. *Embotarse, entorpezerse.* ANGL. *To waxe dull or slowe.*} Cic. 1. *Tusc.* Sic mentis acies seipsam intuens, nonnunquam hebescit, id est, obtusior, desidiosior & remissior fit. Salustius, Postquam diuitiæ honori esse cœpere, & eas gloria, imperium, potentia sequebatur, hebescere virtus cœpit.

Hebeto, as, Obtundo, obscuro. {הקהה *hikhib.* ἀμβλύνω, ἀμβλόω. GALL. *Reboucher, rebatre, resouler, faire moucé.* ITAL. *Obscurare, far diuenir stupido, rintuzzare.* GERM. Stumpff machen/toll machen/verdunckeln. HISP. *Embotar, escurecer.* ANGL. *To make dull or blunt.*} Plinius *in Paneg.* Eodem ergo tempore nec animos modò, sed & corpori ipsa languescere, gladios etiam in curia hebetari, retundique gaudebant. Plin. *lib.* 7. *cap.* 15. Speculorum fulgor aspectu ipso hebetatur, acies ferri perstringitur.

Hebetatus, a, um. Suet. *in Claud. cap.* 2. Animo simul & corpore hebetato, nulli muneri habilis.

Hebetatio, Obtusio, corruptio, & obscuratio. {מרפא *marpé.* ἀμβλύνσις. GALL. *Rebouchement, resouleure, rebatissement.* ITAL. *Lo stupire & rintuzzare.* GERM. Stumpffe/vnscharpffheit/dunckelheit. HISP. *Aquella obra de embotar.* ANGL. *A dulling.*} Plin. *lib.* 8. *cap.* 5. Medetur & lumborum dolori, oculorum hebetationi, mente captis & melancholicis. Senec. *cap.* 15. *de tranquill.* Hebetatio & languor animorum ex assiduo labore.

Hebetudo, Hebetatio. {ἀμβλύτης. ANGL. *Dulnesse, dentinesse.*} Macrob. *comm. lib.* 1. *c.* 14. Memoria non illa ratione mista, vt quæ hebetudinem sensuum quinque comitatur.

Hebetesco, scis, scere. {קלקל *kelah.* ἀμβλύνομαι. GALL. *Deuenir stupide, rebouché & moucé.* ITAL. *Diuenir debole, stupido, rintuzzato.* GERM. Stumpff vnnd vnscheinbig werden. HISP. *Embotarse.* ANGL. *To waxe stupide or dull.*} Plin. *lib.* 18. *cap.* 7. Sed præter alia certum est aciem in cultris tonsorum hebetescere.

Hebetatrix. {מקהה *mekaháh.* ἡ ἀμβλύνουσα. GALL. *Celle qui fait esbloüir, & obscurcir.* ITAL. *Che obscura.* GERM. Ein verdunckelerin. HISP. *La que haze escuro.* ANGL. *That dulleth and maketh stupide.*} vt, Hebetatrix vmbra, Plin. *lib.* 2. *cap.* 13.

Hebræi, {עברים *hibrim.* ἑβραῖοι. GERM. Die Israeliten.} dicti sunt Iudæi, ab Heber qui fuit abnepos Sem filii Noe prius Heberæi cognominati, ac deinde vna detracta litera Hebræi: sicut docet Aug. *lib.* 16. *de ciuit. Dei.* Et quia in eius familia remansit lingua, quæ prius humano generi creditur fuisse communis, quum gentes linguarum diuersitate sint diuersæ, deinde Hebræa est nuncupata. ¶ Ab Hebræus fit Hebraicus, Hebraica, Hebraicum, vt lingua Hebraica.

|Hebria, lorica. Gloss. vet.

Hebrides, *illis*, insulæ versùs Scotiæ adiacentes.

Hebron, vide *Ebron*.|

Hebrus, ἕβρος, fluuius in Thracia: nascitur iuxta Hadrianopolim, in monte Rhodope, labitúrque in Ægæum mare, è regione Samothraciæ insulæ. Celebratur propter aurum quod ex arena eius colligitur. Tibull. *lib.* 4.

Quáque Hebrus Tanaisque Getas rigat.

Poetæ fabulantur in hunc Orphei caput, quum Cicones eum confecissent, proiectum esse, vnde & OEagrius dicitur ab OEagro Orphei patre. Virg. *lib.* 4. *Georg.*

Tum quoque marmorea caput à ceruice reuulsum
Gurgite quum medio portans OEagrius Hebrus.
Volueret, &c.

Ouid. *lib.* 11. *Metam.*

Membra iacent diuersa locis, caput Hebre lyrámque
Excipis, & mirum, &c.

Martial. *lib.* 6. Hebrum (inquit) Odrisiæ niues complent, qui inter diuersos barbaros fluens, etiam Ciconas perluit. Hebrus hodie *Mariza* dicitur.

Hecale, ἑκάλη. Nomen anus paupercula, quæ Theseum adhuc adolescentem hospitio suscepit. Plutarch. *in Theseo.* Huius paupertatem Callimachus iusto volumine celebrauit. Hinc natum prouerbium, Nunquam Hecale fies, hoc est, nunquam te inopia opprimet. Ouid. *de Amor.*

Cur nemo est Hecalen, nulla est, qua nouerit Irum?
Nempe quòd alter egens, altera pauper erat.

Plaut. *in Cist.* Siquidem eris vt volo, nunquam Hecale fies.

Hecameda, ἑκαμήδη, Arsinoi filia, quæ direpta Tenedo, Nestori in prædam cessit, teste Hom. *lib.* 11. *Iliad.*

Hecate, ἑκάτη: Iouis & Latonæ filia, & soror Apollinis, quæ & Diana dicitur. Huic triplex numen attribuitur: vnde à Virgilio Tergemina vocatur. Nam in cælo creditur esse Luna in terris Diana, & apud inferos Proserpina. ¶ Dicta Hecate, teste Seruio, quòd centum victimis placetur, aut quòd centum annos errare iubeat insepultos. Verisimilius videtur Hecates nomen factum esse à masculino ἑκάτης, quo nomine Græci vocant Apollinem: sicut à Cynthio Cynthia, à Delio Delia, à Phœbo Phœbe. Dictus autem Sol est Hecatos, ab ἑκὰς longè, quòd eminus radios suos ad nos mittat, & quodammodo iaculetur. Hæc & τρικέφαλος, quia (vt inquit Orpheus *in Argon.*) tria habuit capita, dextrum equinum, sinistrum caninum, medium suis agrestis. Ouid. 9. *Metam.*

Tuque triceps Hecate.

¶ Alia fuit Hecate, herbarum veneficiorúmque peritissima, quæ in Taurica Chersoneso regnauit, teste Dionysio Milesio. Vide 1. *Argonauticôn.* & Diodor. Sicul. *lib.* 5. *c.* 4. item Apollon. Rhod. *lib.* 3. *Argonauticôn.* Filia fuit Persæ, filij Solis, & fratris Hetæ: à quo & Perseis, siue Perseia cognominatur. Ouid. 7. *Metam.*

Ibat ad antiquas Hecates Perseidos aras.

Valerius Flaccus *lib.* 6.

Hanc residens altis Hecate Perseia lucis Flebat.

¶ Veteres cœnam perparcam & impendio frugalem Hecatæ cœnam appellabant, quòd apud inferos tenuissimo victu, minimóque cibo, cóque vilissimo viuitur, iuxta Poëtarum theologiam.

Hecatebeletes: Græcè Ἑκατηβελέτης. Sueton. *in Neron. cap.* 39. ex quodam poëta.

Dum tendit citharam noster, dum cornua Parthus,

Noster erit Paan, ille Hecatebeletes.

Hĕcătæŭs, Ἑκαταῖος, Historicus Milesius, Protagoræ auditor, qui primus soluta oratione historiam condidit. Floruit temporibus Darij, qui Cambysæ successit. Autor Suidas. ¶ Fuit præterea eodem nomine Grammaticus quidam Abderita, cuius meminit Suidas.

Hĕcătombē, ἑκατόμβη. Sacrificij genus in quo ritus hic seruabatur, vt centenæ vnius generis mactarentur victimæ: vt centum sues, centum hœdi, &c. Iul. Capitolinus, Tantum sanè lætitiæ in Balbino, qui plus timebat vt hecatombem faceret: quod tale sacrificium est, Centum aræ vno loco construuntur ex cespite, ad eas centum sues, vel centum oues mactantur. Iam si Imperatoris sacrificium sit, centum leones, centum aquilæ, &c. Huiusmodi animalia feriuntur: quod quidem Græci quondam fecisse dicuntur, quum pestilentia laborarent. Dicta Hecatombe à numero victimarum: vel à numero sacrificantium, quia centum Peloponnesi vrbes id faciebant. Iuuen. *Satyr.* 13.

Existunt qui promittant hecatomben.

Hĕcătompolis, ἑκατόμπολις, Cretæ insulæ epitheton est, à numero ciuitatum impositum, quæ centum in hac insula fuisse perhibentur, vel Virgilio teste *lib.* 3. *Æneid.*

Creta Iouis magni medio iacet insula ponto,

Mons Idæus, vbi & gentis cunabula nostra.

Centum vrbes habitant magnas, vberrima regna.

Hĕcătompĕdon, ἑκατόμπεδον, Templum erat apud Athenienses Mineruæ dicatum, patens omni à latere pedes centum: vnde & nomen accepisse existimant. Alio nomine Parthenon dicebatur. Meminit huius templi Plutarch. *in Pericle.*

Hĕcătomphŏnĭă, ἑκατομφόνια, Sacra erant apud Messenios celebrari solita, à centum hostium cæde originem habentia. Meminit huius sacri Plutarch. *in conuiuio septem sapientum.*

Hĕcătompūs, odis, ἑκατόμπους. nomen piscis qui hamo deuorato omnia interanea euomit, donec hamum quoque egerat. Dictus Hecatompus à centum pedum numero: vnde & centipes à Latinis appellatur. Dicitur & scolopendra, à terrestris scolopendræ similitudine.

Hĕcătŏmpylŏs, ἑκατόμπυλος, Thebes Ægyptiacæ epitheton est, à portarum numero, quæ centum in hac vrbe fuisse dicuntur. Iuuenalis,

Atque vetus Thebe centum iacet obruta portis.

¶ Est item eiusdem nominis vrbs in Parthia, teste Stephano.

Hĕcătonchīrŏs, ἑκατόγχειρος, Briarei, siue Ægæonis epitheton, quod nobis Centimanum sonat. Fingunt enim Poëtæ, Briareum centum manus, & quinquaginta ventres habuisse: vt tradit Plutarch. *eo in opusculo,* quod περὶ τοῦ θυσιῶν inscripsit.

Hĕcătonnēsi, ἑκατόννησοι. Insulæ exiguæ viginti circa Lesbum: ab Hecato, id est, Apolline dictæ, qui in illis plurimum colebatur.

Hĕcătontarchŭs, ἑκατόνταρχος. centum militibus præfectus, quem Latini Centurionem vocant.

Hectă, inquit Sipontinus) accipitur pro re minimi pretij, quasi hieta, ab hio verbo: quasi hiatus & oscitatio. Alij pustulam dicunt, quæ in coquendo pane solet assurgere. Pomponius, Hic homo hectæ me facit, & multibibam vocat, id est, patui me facit.

[Hecteca. Vide Etheca.]

Hectŏr, Ἕκτωρ, Priami Regis filius, Troianorum omnium fortissimus, ab Achille interfectus. dictus (vt scribit Plato) ab ἔχω, defendo, quòd vrbem contra hostium impetum tenuerit, patriámque seruarit: eo nanque sospite Troia nunquam potuit expugnari. Vxorem habuit Andromachen, ex qua Astyanactem suscepit, quem Vlysses capta Troia é fastigio turris præcipitauit. Solus Græcos, quemadmodum Achilles solus Troianos, fugabat: ex quibus Protesilaum, & Patroclum, aliósque permultos interfecit. Tandem ab Achille interemptus est, à quo etiam bigis alligatus, circum Patrocli sepulchrum, Troiæque muros tractus est. Virg. *lib.* 1. *Æneid.*

Ter circum Iliacos raptauerat Hectora muros.

Tandem eius corpus, per duodecim dies insepultum ab Achille seruatum, Priamus auro redemit, Idque veteri more honorificentissimè cremauit. Vide Hom. *lib.* 13. *Iliad.* Ouid. 13. *Metam.*

Hectora qui solus sultinuit.

Item,

———iacet inclytus Hector.

Ibidem,

Hector obit vulneratus vulnere nullo.

Item,

Hector adest, & eius vis.

Vide apud Ouid. *ibidem.*

Hectŏrĕŭs, a, um, adiectiuum est possessiuum: vt, Gens Hectorea, quæ ab Hectore originem duxit: & Nomen Hectoreum. Ouid. *in Heroid. Epist.*

Nomine in Hectoreo pallida semper eram.

Idem 13. *Metam.*

Ausim etiam Hectoreis solus concurrere telis.

Hectĭcă, æ. vel Hectice, es, ἑκτική. Gall. *Fieure etique.* Ital. *Hettica febre.* Germ. *Ein kalt fieber.* Hisp. *Calentura etica.* Angl. *An ague or feuer wherby the bodie is pyned litle and litle.*) Febris genus curatu difficile, nisi adhuc nascenti occurratur, non in spiritibus, vt diaria: non in humoribus, vt periodica: sed in partibus solidis insidens, corpúsque paulatim consumens. Dicta hectica, ἀπὸ τῆς ἕξεως, hoc est, ab habitu, vnde & febrem habitualem nonnulli appellarunt. Duæ autem sunt hecticæ differentiæ, quas vide apud Galenum *lib.* 1. *de different. feb. cap.* 10.

[Hecticus, ἑκτικός, febri hectica laborans.]

Hĕcŭbă, Ἑκάβη, Priami Troianorum Regis vxor, filia Dymantis, teste Homero: aut (vt Virg. Euripidem secutus sentit) Cissei filia, capta Troia, (vt poëtæ fabulantur) in canem versa. Quam fabulam inde ortam putat Seruius, quòd quum à Græcis captiua abduceretur, & filij sui Polydori corpus in mare abiectum agnouisset, quoniam aliter iniuriam vlcisci non posset, Græcos inanibus lacessiuerit conuitiis. Plaut. *Menæch. sc.* 1. *a.* 2. Non scis quapropter Hecubam canem prædicabant, & cur.

Hĕcyră, {חמות chamoth. ἑκυρά.} Latinis socrus, quemadmodum ἑκυρός, socer: quo etiam nomine dicta est Terentij Comœdia. Malè tamen videtur scribi cum aspiratione, quum ἑκυρά notetur spiritu leni.

Hĕdĕră, ab ἑδράζω, insideo: vel ab edo, quòd petat edita, seu alta, siue edat, id est, consumat ea, quibus inhæserit. Quidam ab hærendo ducunt. Herba est perpetuò virens, quæ quum per se stare non possit, arboribus & muris adhæret. {κισσός. Gall. *Hierre, ou lierre.* Ital. *Hedera, hellera.* Germ. *Ebhew.* Hisp. *La yedra.* Angl. *Iuie.*} Huius tria præcipua sunt genera. Quædam enim à baccarum albedine, candida dicitur. Altera nigra, quòd baccas ferat subnigras, aut certè croceas, quæ & dionysia appellatur. Tertia, elix dicitur, fructum nullum gignens, sed albas habens viticulas, & folia parua, angulosa, & reliquis generibus multò concinniora. Virg. 7. *Eclog.*

Candidior cygnis, hedera formosior alba.

Vbi Seruius, Alba hedera: quia sunt & nigræ hederæ: vt,

———aut hedera pandunt vestigia nigra.

Dicta hedera ab hærendo, quòd hæreat semper, & sequatur quicquid proximum est, quamuis per diphthongum non scribatur, corripit enim primam syllabam Virg. *in Pharmac.*

———atque hanc sine tempora circum

Inter victrices hederam tibi serpere lauros.

Quidam ab edo deducunt, quòd parietes edat atque consumat. Festus, Hedera dicta, quòd hæreat, vel quòd edita petat, vel quia id, cui adhæserit, edat: quæ in tutela Liberi patris putabatur esse, quia, vt ille semper est iuuenis, ita hæc semper viret.

Hĕdĕrācĕŭs, a, um quod ex hedera est. {κίσσινος. Gall. *De hierre, ou fait d'hierre.* Ital. *Di hellera.* Germ. *Ebbern/auß Ebhew gemacht.* Hisp. *Cosa de materia de yedra.* Angl. *That is made of iuie.*} vt, Corona hederacea: Materia hederacea. Cato *cap.* 3. Si voles scire, in vnum aqua addita sit necne, vasculum facito de materia hederacea, &c. Hederaceæ baccæ. Colum. *lib.* 8. *cap.* 10. Item oleastri, & hederaceæ baccæ, nec minùs arbuti.

Hederosus, a, um, qui abundat hedera. Propert. *lib.* 4. *Eleg.* 4.

Lucus erat felix hederoso conditus antro.

Hĕdĕrĭgĕră, κισσοφόρος. Catull. *de Berenyc.*

Vbi capita Menades vi iaciunt hederigera,

[Hedone, voluptas. Tertull.]

Hĕdŭi, Galliæ populi, Sequanis finitimi, olim Romanorum fratres dicti: quorum hodie loca Burgundiones tenent. Caput eorum est Augustodunum, vulgò *Austum,* de quo Tacitus *lib.* 3.

[Hedybia, placentarum genera iucunda. Athen.]

Hedychrum, ἡδύχρουν. Odoramenti genus est. Cic. 3. *Tusc.* Collocemus in culcitra plumea, psaltriam adducamus, hedychrum incendamus, demus scutellam dulciculæ potionis. Victorius tamen *in suis in Ciceronem annotationibus* indicat, hedychrum à medicis inter vnguenta potius numerari, quàm inter odores, putátque dictum à suauitate coloris, quem faciei illitum inducit. Sed in hoc loco ex Cicerone adducto, videbitur potiùs accipi pro aromatis genere, quod igni accensum suauem reddit odorem.

Hedylium, nomen meretriculæ. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 1.

Hĕdyŏsmŏs, {ἡδύοσμος. Angl. *Mynte.*} Herba notissima ab odoris suauitate ita dicta, quam Latini mentam vocant. Galen. *lib.* 6 *simplic.* duplicem facit mentam, hedyosmum, quam & mentam odoratam appellat: alteram inodoratam, quam vocat calaminthan. Meminit huius herbæ & Plin. *lib.* 35. *cap.* 15.

Hĕdypnŏis, idis, ἡδύπνοις, Intubi syluestris genus est latioribus foliis, non crudum quidem aluum sistit: coctum verò ventriculum dissolutum astringit.

Hĕdypnus, ἡδύπνους, Susianæ fluuius, qui Persarum Asylum præterfluens, in Eulæum illabitur. Autor Plin. *lib.* 6. *c.* 27.

Hĕdysmătă, ἡδύσματα, Græcè condimenta, sed propriè quæ dulcore constant: qualia sunt quæ τραγήματα Græci vocant.

Hegaleos, (quod vt deprauatè scriptum, ita perperam huc relatum erat.) vide *Ægaleos.*

Hēgēmōn, ἡγεμών, Poëta fuit ex Charace Phrygiæ oppido, qui bellum Leuctricum, hoc est, pugnam illam, quæ ad Leuctram Lacedæmoniorum opes à Thebanis fractæ fuerant, carmine heroico descripsit.

[Hegemosyna, sacrificia alicui Deo persoluta pro felici ductu itineris. Cerda.]

Hēgēsĭās, ἡγησίας, Cyrenaicus philosophus fuit, qui tanta fuit eloquentia (sicut Valerius Maximus *lib.* 8. *c.* 9. scribit) vt sic mala vitæ repræsentaret, vt eorum miseranda audientium pectoribus inserta, multis voluntariæ mortis oppetendæ cupiditatem ingeneraret, ideóque à Rege Ptolemæo vlteriùs hac de re disserere prohiberetur. Huius meminit Cic. *in Orat. & lib.* 1. *Tusc. quæst.* ¶ Alter fuit Magnesius orator eiusdem nominis, cuius meminit Strabo.

Hēgēsippŭs, ἡγήσιππος. Nomen historici, qui historiam Ecclesiasticam quinque voluminibus complexus est, à Christo passo ad sua tempora. ¶ Hegesippus alter fuit Poëta Comicus, cognomento Crobylus, inter cuius fabulas commemoratus Philetæros, vt ex Athenæi sententia tradit Suidas.

Hēgēsĭpylē, ἡγησιπύλη. Holori Thracum regis filia, quam Miltiades Atheniensium dux accepit in vxorem.

Hēgēsistrătŭs, ἡγησίστρατος. Ciuis Ephesius, conditor Eleæ vrbis non procul à Delphis. Nam quum ob necem tribuli suo illatam exulans peruenisset Delphos, oraculo monitus est, vt ibi sedem figeret, vbi rusticos cum coronis oleaginis videret saltantes.

Hēgētĕrĭă, ἡγητηρία. Ab Atheniensibus appellatus est fructus fici, quòd inter fructus omnes antiquitatis principatum obtineret. Dicuntur enim Athenienses ante fruges inuentas ficis victitasse, quemadmodum Arcades glandibus. Cæl. Rhodig. *antiq. lect. lib. 18. c. 9.*

Hegio nomen proprium *in Capt.* Plaut.

[Hegira dicitur epocha Mahumedis.]

Hegitinacia, Ptolem. *lib. 2. cap. 11.* Germaniæ vrbs, vulgò *Lignitz*.

Hei, {אוי οἴ מוי ὤμοι. GALL. *Ah, helas.* ITAL. *Oime.* GERM. *Ach, o weh.* HISP. *Ay de mi.* ANGL. *Ah, allace.*} Interiectio timentis est, Diomedes *lib. 1.* Plaut. *Aul. sc. 3. a. 1.* Hei occidi, lapides loqueris. Et *Amph. sc. 1. a. 5.* A. Hei mihi. B. Ne paue. ¶ Item dolentis & ingemiscentis. Idem *Mostell. sc. 3. a. 1.* Hei misero mihi. *&* *Men. sc. 2. a. 2.* Hei mihi, cum nihil est, qui illi diminuam caput. Idem *Amphit.* Hei non placet conuiuium. Ouid. *Eleg. 2. lib. 1. Trist.*

Hei mihi: Cur vnquam Musa loquuta est.

Idem *Eleg. 2. lib. 1. Trist.* Et Plaut. *Aulul. sc. 4. a. 1.* Hei Megadore haud decorum facinus tuis factis facis. Virg. 2. *Æneid.* Hei mihi qualis erat. Cicero, Hei mihi, non possum hoc sine lachrymis commemorare. Aspiratur natura, quòd is animi affectus aspiratione meliùs declaretur. Hei, vocatiuo etiam iungitur, quum exclamatio est hortantis cum approbatione. Terent. *in Eunuch.* Hei noster laudo, tandem perdolere: vir es.

He-heu. Vide *Heu.*

Heidelberga, vrbs Germaniæ ad Neccarum celebris, & Ducum Palatinorum regia.

Hela, ἕλα regiuncula Asiæ, Attali regis emporium. Steph.

Hĕlcysmă, ἑλκυσμα. Plin. *lib. 33. cap. 6.* Scoriam in argento Græci vocant helcysma.

Hēlcium, ij, {ἕλκιον. ANGL. *The hame or coller of an horse.*} Dicitur instrumentum ante pectus equorum, & id genus animalium, ab armis, id est, humeris pendens, quòd & molæ per machinulam innexæ versantur, & curricula per temonem trahuntur: vnde & nomen accepit. ἕλκω enim Græcè, traho Latinè dicitur. Apul. *lib. 9. Metamorph.* Defectum alioqui me, helcio sparteo dimoto, nexu machinæ liberum applicat præsepio. Et *paulò pòst*, Helcio tandem absolutus, refectuique securè redditus.

Hēlciārĭi, qui in naui onera funibus moliuntur, vel qui naues deducunt, subducúntve, ad officia inuicem adhortantes, vt vno conniu pariter conspirantes, admoliri vniuersis viribus possint, quod singuli nequeunt. Hæc Budæus *in prioribus annotat. in Pandect.* Martialis *lib. 1.*

Qui nec rumpere nauticum celeusma,
Nec clamor valet helciariorum.

Helea, ἐλέα Aristoteli: Gazæ velia: Auicula est canora, cuius multæ species.

Hēlēi, Populi in Peloponneso clarissimi, propter delubrum Iouis Olympij, ludósque Olympiacos, quorum præfecturam Helei habuerunt. Vnde Helei equi, & carcer Heleus, sæpe leguntur. Lucanus *lib. 1.*

——*Quantum clamore iuuatur*
Heleus sonipes.

Rectiùs scripseris Elei, sine aspiratione. Nam apud Græcos ἦλις & ἠλεῖος tenui spiritu scribuntur.

Hĕlĕnă, æ, Helene, es, ἑλένη. Filia fuit Iouis ex Leda, Castoris & Pollucis soror: vel, vt alij, Tyndari regis Laconiæ, & Ledæ. Hæc ob formæ elegantiam, qua cæteris præstabat, à multis amata est; & primùm à Theseo adhuc virguncula rapta, sed postea absente Theseo à Castore & Polluce repetentibus citra iniuriam restituta: mox adulta Menelao Lacedæmoniorum regi nupsit. Paris autem Priami filius nemini quoque forma cedens, illius pulchritudine illectus, Spartam nauigauit, ibíque Helenam absente Menelao, à quo priùs benignè fuerat exceptus, rapuit. Alij tamen dicunt, quum postulata Hesiona negaretur, Paridem illam regionem bello vastasse, & expugnata Sparta, Helenam captiuam abduxisse. Hac iniuria vniuersi Græcorum principes commoti, primùm omnes in Aulide coniurarunt de repetenda Helena, & euertendo Ilio. Quo in bello occiso Paride, Deiphobo eiusdem fratri nupsit. Quumque Græci armatis diffidentes, ad proditionem conuersi, discessum ex composito simulassent, illa ex arce accensa face ad occupandum vrbem Græcos reuocauit. Capta autem vrbe, Menelaum in cubiculum, vbi Deiphobus dormiebat, vocauit: quo interfecto, cum viro in gratiam rediisse Virg. autor est. Hoc igitur modo Menelao restituta, cum eodem nauem ascendens, tempestatibus in Ægyptum delata est: vnde rursus nauigans, cum marito incolumis Lacedæmona peruenit. Virg. 7. *Æneid.*

Ledæámque Helenam Troianas vexit ad vrbes.

Ouid. 13. *Metam.*

——*Prædámque Helenámque reposco.*

Scribit Demetrius Moschus tanta Helenam venustate fuisse, vt mirificæ admirationi, & ferè stupori fuerit ipsis diis: quippe cuius curam, Venere tradente, Gratiæ susceperint. Illas verò his verbis est affata,

Αἰδῶ φίλαι τήν μοι ἀπεπέμψατε εἰς ἐνέπειτε,
Οἷον ἐμὲ πολυήρατον ἐθρέψατε, ἄλοχον ἡδέ.

Hĕlĕnē, ἑλένη. Alio nomine Cranaë. Insula est vna ex Sporadibus, quæ adiacet Sunio promontorio terræ Atticæ. Inde dicta quòd Paris raptæ Helenæ primùm in ea stuprum intulerit.

Hĕlĕnĭum, {ἑλένιον. GALL. *Enula campana, aulnée.* ITAL. *Lella, enola, enea.* GERM. *Alantwurtz.* HISP. *Raiz de ella.* ANGL. *El campane.*} Herba quæ ex Helenæ lachrymis fingitur nata in Helene insula, in qua Paris illi primùm obtulit stuprum. Fauere creditur formæ, & cutem nutrire incorruptam, Venerem conciliare, & hilaritatem inducere in vino pota. Vide Plin. *lib. 21. cap. 10.* Officinis *Enula campana.*

[Helenopolis, vrbs Bithyniæ, ab Helena; Constantini M. Imper. matre, sic dicta.

Hellenopontus, ab Helena Constantini matre sic nuncupatus.]

Hĕlĕnŭs, ἕλενος. Vir Troianus filius Priami ex Hecuba, vaticinio clarus: quem quidam ob id à Græcis seruatum dicunt, quòd loca opportuna ad capiendam patriam ipsis indicasset. Quinetiam euerso Ilio Pyrrhum à nauigatione prohibuit, cæteris abeuntibus naufragium prædixit. Quamobrem non solùm à Pyrrho seruatus, verumetiam liberaliter ab eo habitus est, quumque ille Orestis Hermionem eripuisset, Andromachen, quam antea iustæ vxoris loco habebat, Heleno concessit: adiecta etiam regni parte, quam Helenus de fratris sui nomine Chaoniam appellauit: in qua & vrbem ad similitudinem Troiæ condidit, in qua & profugum Æneam hospitio suscepit. Virg. *lib. 3. Æneid.*

——*quum sese à mœnibus heros*
Priamides multis Helenus comitantibus offert.

[Helepoli, ἑλέπολις, machina quædam obsidionalis.

Heliostagnantium insularum maxima, ab anguillarum copia sic dicta.]

Hēlĭădēs, ἡλιάδες, fuerunt filiæ Solis & Clymenes, sorores Phaëthontis, quarum nomina sunt Phaëtusa, Lampetusa, & Lampetia. Hæc iuxta Padum mortem Phaëthontis fulmini deiecti flentes, in arbores, quas alnos vocant, versæ sunt, electrum lachrymantes. Vocantur autem Heliades à patre Sole, qui Græcis ἥλιος dicitur. Ouid. *lib. 2. Metam.* Nec minus Heliades lugent, &c. Eædem & Phaëthontiades appellantur à fratre Phaëthonte. *Eclog. 6.*

Cùm Phaëthontiades musco circumdat amaræ
Corticis atque solo proceras erigit alnos.

Hēlĭæa, ἡλιαία. Maximum erat Athenis iudicium, cuius iudices heliastæ, ἡλιασταὶ dicebantur, παρὰ τὸ ὑπαίθριον εἶναι καὶ τῷ ἡλίῳ βάλλεσθαι, hoc est, ab eo quòd sub dio esset, & Solis radiis verberaretur. Vide plura de hac voce apud Pollucem & Aristophanis interpretem.

Hĕlĭcē, es, ἑλίκη, Græco nomine dicitur quæ à nobis Vrsa maior: ἀπὸ τοῦ ἑλίσσεσθαι, hoc est, à circumuolutione dicta, quòd diei noctísque spatio circum Polum Arcticum voluatur. Ouid. 1. *Tristium.*

Esse duas Arctos, quarum Cynosura vetetur
Sidonijs, Helicen Graia carina notet.

¶ Fuit item Helice, oppidum Achaiæ propriè dictæ ad sinum Crissæum, maris impetu haustum. Plin. *lib. 2. cap. 92.* Pyrrham & Antissam circa Mæotim Pontus abstulit: Helicem & Buram in sinu Corinthio: quarum in alto vestigia apparent. Ouid. 15. *Metam.*

Si quæras Helicen & Buran Achaidos vrbes,
Inuenies sub aquis: & adhuc ostendere nautæ
Inclinata solent cum mœnibus oppida mersis.

Hĕlĭŏchrysŏs, siue heliocrysum, ἡλιόχρυσος. Herba est, quam alio nomine chrysanthemon appellant, ramulis candidis, foliis subalbidis, abrotono similibus, corymbos habens nunquam marcescentes, in orbem dependentes, qui ad Solis repercussum aurei apparent. Plinius *lib. 21. cap. 25.*

Hĕlĭcōn, ἑλικών. Mons Bœotiæ iuxta Thebas, atque (vt Strab. *lib. 9.* scribit) Phocidi vicinus, non procul à Parnasso, eique æmulus & altitudine & circuitu: qui & ipse Apollini sacer est & Musis. Vnde Heliconides, ἑλικωνίδες, & per epenthesin Heliconiadæ Musæ sunt appellatæ. Dictus Helicon ab Helicone, qui cum Cithærone fratre singulari certamine pugnasse fertur. Ouid. *Eleg. vlt. lib. 4. Trist.*

In mediòque mihi das Helicone locum (ò Musa.)

Ibidem,

——*Totóque Helicone relicto* (à me.)

Hĕlĭctēres, ἑλικτῆρες, Inaures sunt, sicut docet Iulius Pollux: quæ & helicæ dicuntur, à clauiculis vitium, quas helicas vocant.

Hēlĭŏcămīnŭs, i, ἡλιοκάμινος, Vaporarium quoddam solare in aprico loco situm, ad calorem Solis excipiendum. Vlpianus *l. si arborem. ff. de seruit. vrban. præd.* Si arbor, inquit, in heliocamino, vel solario Solem adimat, dicendum erit, quia vmbram fecit in loco cui Sol fuit necessarius, contra seruitutem impositam fieri. Heliocaminus, inquit Budæus *in prioribus annot. in Pandect.* ad verbum solaris fornax dici potest. Est autem solare vaporarium, in aprico situm, ad calorem Solis excipiendum, quo antiqui vtebantur. Plin. *in Epist. lib. 2.* de diæta quadam loquens, In qua heliocaminus quidam, aliâ xystum, aliâ mare, vtraque Solem: cubiculum autem valuis, cryptoporticum fenestra prospicit.

[Heliochrysos, herba (ab ἥλιος Sol, & χρυσὸς aurum.)]

Hēlĭŏdōrŭs, ἡλιόδωρος, Nomen proprium Rhetoris Græci, cuius meminit Horat. *lib. 1. serm. Satyr. 5.* ¶ Fuit & alter Heliodorus Rhetor Adriani Cæsaris temporibus, Imperatori charissimus, & ab eodem magister epistolarum effectus: in quem extat illud Dionysij Sophistæ scomma, Pecuniam & honores dare Cæsar potest, Rhetorem efficere non potest.

Heliogabalus, ἡλιογάβαλος. Antonini Caracallæ filius, furtim susceptus ex Soemide Phœnissa filia Mesæ, quæ soror erat Iuliæ vxoris Seueri. Mesæ enim filiæ duæ erant Scemis, & Mamæa: quarum vtranque Antoninus creditur polluisse, atque ex illa quidem Bassianum, qui postea dictus est Heliogabalus, ex hac verò Alexianum suscepisse, qui deinde dictus est Alexander. Mortua deinde Iulia, Antoninóque ipso Macrini dolo interfecto, permissum est Mesæ, vt se cum filiabus & nepotibus rebúsque omnibus suis in patriam reciperet. Pollens itaque opibus mulier, quum Antiochiæ sibi domicilium delegisset, facilè perfecit, vt Bassianus nepos Heliogabali dei (eo nomine Syri Solem appellabant) sacris præficeretur, ex cuius sacerdotij munere & ipse Heliogabali nomen inuenit. Astu deinde auiæ ad imperium prouectus, vitam egit omni mollitiæ luxuriæque genere effœminatissimam. Postremò quum Alexandrum consobrinum, Cæsarem consortémque imperij declarasset, & mox facti pœnitens eidem insidiaretur, à militibus præuentus, vnà cum matre est interfectus. Corpus vtriusque per Vrbis vicos vnco tractum, ludibrióque habitum, tandem in Tyberim est adiectum. Ex Herodiano *lib. 5.*

Heliopolis, ἡλιόπολις. Ciuitas Ægypti, inter Alexandriam, & Coptum, Solis numini sacra: vnde & nomen accepit. Distat à Thebis nauigatione dierum nouem, vt *lib. 2.* testatur Herod. Huius incolæ dicuntur Heliopolitæ, quos idem Herodotus Ægyptiorum omnium solertissimos esse tradit. Altera est in Cilicia, Chrysippi Stoici patria, vt autor est Solinus.

Heliopus, ἡλίωπος. Nomen herbæ, eiusdem cum heliotropio maiori, inde dictæ, quòd Solem inspiciat. Vide Marcel. Virg. in Dioscor. *lib*. 4.

Helioscopion, ἡλιοσκόπιον. Quartum tithymali genus est, foliis portulacæ, ramulis stantibus à radice quatuor, aut quinque rubentibus, semipedali altitudine, succi plenis. Nascitur circa oppida, semine albo, columbis gratissimo, quod colligitur incipiente vua. Nomen accepit παρὰ τὸ σκοπεῖν τὸν ἥλιον, hoc est, ab aspiciendo Sole, capita enim cum Sole circumagit. Ex Plin. *lib*. 26. *cap*. 8.

Helioselinon, (quod hic pro apij genere corruptè legebatur) rectiùs scripseris heleoselinon. Est autem heleoselinon apij genus, satiuo maius, in paludibus, locisque humidis sponte proueniens: vnde & nomen accepit. Nam ἕλος Græcis paludem significat.

Heliostrophon, ἡλιόστροφον. Nomen herbæ quæ alio nomine heliotropium maius appellatur, teste Plin. *lib*. 22. *cap*. 21. Dictum heliostrophon, ἀπὸ τοῦ συστρέφεσθαι τῷ ἡλίῳ, hoc est, ab eo quòd cum sole conuertatur.

Heliotropium, ij. {ἡλιοτρόπιον. GALL. *Tornesol*, *herbe au chancre*. ITAL. *Girasole*. GERM. Sonnenwirbel. HISP. *Tornasol*.} Herba solaris: dicta quòd se cum sole circumagat, etiam nubilo die, ac nocte. Varro, Nec minùs admirandum quòd fit in floribus, quos vocant heliotropia, ab eo quòd Solis ortum manè spectant, & eius iter ita sequuntur ad occasum, vt ad eum semper spectent. Plin. *lib*. 22. *cap*. 21. duo fecit heliotropij genera, Maius in pinguibus tantùm locis cultóque solo nascens, quod & heliostrophon nominat vulgò, vt creditur, *Cancri flos* appellatus. Et minus vbique proueniens, quod & triticon, & scorpiurum appellat, quòd semen habeat, caudam referens scorpionis. ¶ Est etiam heliotropium, gemmæ nomen, viridis quidem, sed sanguineis venis distinctæ. Causa nominis est, autore Plin. *lib*. 37. *cap*. 10. quòd in vas aquæ deiecta, radios solares accedentes in sanguinis colorem mutare videatur. Extra aquam speculi modo Solis imaginem reddit, eiúsque eclipsin prodit, lunam prodeuntem ostendens.

Helis, vide *Elis*.

Helisus (quod hic pro Atticæ fluuio malè legebatur,) vide *Hilisus*.

Helitis, ἡλῖτις Dioscoridi, squama æris decussa ex clauis ex Cyprio ære confectis: quæ subtilissimæ est substantiæ, summámque desiccandi vim habet. Vide Galen. *lib*. 9. *simplicium*.

Helius, Cæsarius, Neronis adulatione potentissimus fuit, qui Sulpitium Camerinum virum primarium, eiusdémque filium è medio sustulit, crimini dans, quòd quum cognomine hæreditario Pythici dicerentur, in Pythicas Neronis victorias ἐκ τῆς ὁμωνυμίας, impij viderentur. Ex Dione Cassio.

Helix, icis, ἕλιξ. Tertium hederæ genus nunquam fructum ferens, folia habens exigua, angulosa & concinniora, quàm reliqua duo hederarum genera. Vide Plin. *lib*. 16. *cap*. 34. Dicta helix quòd tenuibus sarmentis, veluti clauiculis quibusdam arboribus fruticibúsque circumuoluatur. Ἕλικας enim Græci clauiculas appellant.

Helixia, ἑλίξεια. Insula Hyperboreorum, non minor Sicilia sub fluuio Cerambica. Insulani Cerambicæ, κεραμβύκεροι, dicuntur Steph.

Helixus, ἕλιξος, Cei insulæ fluuius, iuxta Coresium: cuius meminit Strabo *lib*. 10.

Hellas, adis, {יון *javán*. ἑλλάς.} Latissima Europæ regio, olim disciplinarum nutrix, quæ alio nomine Græcia dicitur. Initium sumit ad Meridiem ab Isthmi Corinthiaci angustiis, ad Septentrionem in Thessaliam vsque protensa: ad Occasum Acheloo fluuio ab Epiro dirimitur: ad Ortum Ægæo mari abluitur. Ptolemæus Achaiam appellat. Dicta Hellas ab Hellene Deucalionis filio, vt scribit Thucyd. *lib*. 1.

Helle, es, ἕλλη. Filia Athamantis regis Thebarum, quæ vnà cum Phryxo fratre, nouercales insidias metuens, quum accepto à patre ariete Pontum vellet traiicere, magnitudine periculi conterrita, in mare decidit, marique nomen fecit: quod etiam hodie ab eius nomine Hellespontum vocant eruditi.

Helleborus, siue Helleborum, ab ἑλλέβορος παρὰ τὸ ἑλεῖν τῇ βορᾷ, quod esu perimat. Herba est insignem purgandi vim habens, quam Latini veratrum appellant. Eius duo sunt genera, album quod vomitione causas morborum extrahit: & nigrum per aluum quicquid noxium est deiiciens: alio nomine melampodium dictum à Melampode quodam (siue medicus, siue pastor fuerit) qui eo Prœti filias in furorem actas, traditur persanasse. Præcipuus huius vsus est in educendis noxiis humoribus, principis animæ facultatis sedem infestantibus: vnde melancholicis & furiosis dari solet, & comitiali morbo laborantibus. Hinc factum est, vt quos cerebro minus sano esse velimus significare, Helleboro opus esse dicimus, aut Helleborum edere iubeamus. Plin. *lib*. 25. *cap*. 13. Efficacius helleborum ad vomitiones & ad bilem nigram extrahendam. Plaut. *in Pseud*. Helleborum hisce hominibus opus est. Masculino genere vsus est Virg. 3. *Georg*.

Helleborósque graues, nigrúmque bitumen.

Colum. *lib*. 10.

Sed negat helleboros, & noxia galbana succo.

Apuleius nominis huius primam vocalem aspirandam putat, etymon, credo, spectans. Apud Dioscor. tamen, cæterósque Græcos, tenui spiritu constanter scribitur. Vide *Elleborus*.

Helleborosus, ἑλλεβορώδης. Dicitur qui plus hellebori sumpsit, quàm par fuit. Plaut. *in Rud*. Helleborosus sum. T. At ego cerritus. Helleborum enim, si plus æquo sumatur, non mediocre periculum creat: sin minus sumatur, magnam ægritudinem leuare non potest. Vnde stomachatur Persius in imperitos medicos, qui quum modum mistionis ignorarent, non dubitabant tamen rem tam ancipitem, & periculosæ aleæ plenam, non sine graui sumentium discrimine aggredi:

Diluis (inquit) *helleborum certo compescere puncto*
Nescius examen: vetat hoc natura medendi.

{ANGL. *Bearesfoote, an herbe so called.*}

Hellen, {יון *javán*. ἕλλην.} Deucalionis filius, à quo Græcos Hellenes nonnulli credunt fuisse nominatos. Autor Thucyd. *belli Peloponnesiaci lib*. 1.

Hellenicum, & Carium, ἑλληνικὸν καὶ καρικόν, loci in Memphide à quibus Hellenemphitæ & Caricomemphitæ, Steph.

‖**Hellenismus**, Græcismus.

Hellenista, ἑλληνιστής, Græca lingua vtens.‖

Hellenopolis, Ἑλληνόπολις. Vrbs Bithyniæ post instaurationem Bithalbes. Steph.

Hellespontus, ἑλλήσποντος, vulgò *Stretto di Galipoli*, Fretum angustum inter Ægæum mare & Propontidem, septem tantùm stadiorum spatio Asiam ab Europa diuidens. Nomen habet ab Helle Athamantis filia ibi submersa. Vide *Helle*.

Hellespontius, ἑλλησπόντιος, & Hellespontiacus, a, um, denominatiua. Virg. 1. *Georg*.

Hellespontiaci seruet tutela Priapi.

‖ **Helmestadium**, *Helmstadt*, vrbs Germaniæ & Academia in Ducatu Brunsuicensi.

Helmingobotanum, ἑλμινθοβότανον, herbæ genus, cuius vsus aduersùs lumbricos.‖

Helops, ἔλοψ, piscis delicatissimi saporis, quem Theodorus à Latinis accipenserem appellari putauit. Cui tamen refragatur Ouidij autoritas, qui helopem Italiæ incognitum esse scribit, referente Plin. *lib*. 32. *cap*. *vlt*.

Helorius, ἐλώριος, & μακρόρρυγχος à longitudine nasi, id est, rostri. auis est cuius rostrum incuruum, longum, nigri coloris: vngues nigerrimi, pennæ fuscæ, variæ ac maculosæ.

Helorus, ἕλωρος, Siciliæ fluuius. Virg. 3. *Æneid*.

Præpingue solum stagnantis Helori.

¶ Fuit etiam hoc nomine Istri fluminis filius, qui ab Aiace occisus est in ea pugna, quam Græci cum Telepho Rege Mysorum habuerunt.

Helos, ἧλος. Vitium est oleæ peculiare, & quædam quasi Solis inustio, quam Latini nonnulli clauum, alij fungum, quidam etiam patellam appellant.

Helos, ἕλος, vrbs Laconiæ, quæ Pteleon, & Dorion dicta, quòd in palude sita sit, cuius ciues ἕλωτες, Helotæ, ἑλεᾶται, & Eleatæ, & regio εἱλωτία. Est etiam Helops Ægypti.

Helos, locus Atticæ, vide in *Echelide*.

Heluacea, genus ornamenti Lydij, dictum à colore boum, qui est heluus, hoc est, inter rufum & album. Autor Festus.

Heluellæ, arum. Sunt olera minuta (vt inquit Festus) quoniam helus & helusa veteres dicebant, pro holus & holera. {אורות *oróth* ירק *jarák*. λαχανάρια. GALL. *Menues herbes*. ITAL. *Herbette*. GERM. Schlechte kreuter. HISP. *Menudas yeruas*. ANGL. *Small colewortes*.} Cicer. *ad Gallum lib*. 7. Fungos, heluellas, herbas omnes ita condiunt, vt nihil possit esse suauius.

Heluetij, ἐλουήτιοι Ptolemæo. {GALL. *Suisses*. ITAL. *Suizzari*. HISP. *Todescos*. GERM. Die Eydgnossen oder Schweitzer.} Fortissimi Gallorum populi, inter Rhenum, & Rhodanum fluuios, Iuram montem, & Alpes siti: in quatuor olim pagos diuisi, quorum eo tempore quo aduersùs Cæsarem bellum gerebant, caput erat Auentinum: vt autor est Tacitus, Ptolemæus *lib*. 2. *cap*. 9. inter Heluetiorum ciuitates annumerat & Gannodurum, & Forum Tiberij. Hodie in tredecim distincti sunt siue ciuitates, siue pagos, quorum nomina sunt, Tigurum, Berna, Lucerna, Vria, Suicia, Syluania, Tugium, Clarona, Basilea, Friburgum, Solodurum, Abbatiscella, & Scaphusia. Statum habent popularem, æqua viuentes libertate, concordi inter se fœdere aduersùs vim omnem externam muniti: vnde & Confœderati à quibusdam appellantur: à nonnullis etiam Suicerinnimitum à Suicia pago, qui primus omnium Austriæ Ducum iugum excussit.

Heluij, populi inter Celtas monte Gebenna ab Aruernis diuisi, &c. Vide indicem Marliani in Cæsarem.

Heluo, nis, homo immoderatæ voracitatis, prodigus, gulæ ventríque deditus. {זולל *zolel* סבא *sobé*. λαφύκτης, ἄσωτος, GALL. *Gourmand*, *qui deuore tout*. ITAL. *Mangiatore*, *diuoratore*, *ingordo*. GERM. Ein fraß, ein schlemmer. HISP. *Comilon*, *tragador*. ANGL. *A glutton*, *a rauenour or deuourer*.} Heluo (inquit Festus) qui immoderatè bona sua consumit. Ab eluendo. Aspiratur autem, vt auiditas magis exprobretur: sic enim fit vox incitatior. Alij ab *heluo*, pro quo antiqui *helus* dixerunt, deducunt: alij ab ἑλληνίζειν, vt sit idem quod Græcari. Terent. *in Heaut*. At ego (si me metuis) mores caue in te esse istos sentiam. C L. Quos? C. Si scire vis, ego tibi dicam, Gerro, iners, fraus, heluo, ganeo, damnosus. ¶ Cicer. per translationem heluonem librorum dixit, pro nimis auido lectore, & qui legendo satiari nequit. Heluo patriæ per translationem, pro eo qui turpissimo scelerum genere patriam perdit & infamat, vel patriæ bona prodigit ac deuorat. Cicer. *pro Sex*. Gurges atque heluo. Idem *in Pisonem*, Heluo impurus. Idem 2. *de lege Agrar*. Heluo immanis, spurcissimus, nequissimus. *pro domo sua*, *& post reditum in Senatu*.

Heluari, Luxuriari, luxuriæ & gulæ operam dare. Cur aspiretur, vide Gell. *cap*. 3. *lib*. 2. {סבא *sabá*. λαφύσσειν, ἀσωτεύειν. GALL. *Gourmander*, *deuorer gloutennement*. ITAL. *Diuorare*, *consumare*. GERM. Fressen, sauffen, schlemmen, prassen. HISP. *Tragar*, *gallar*. ANGL. *To deuour*, *to rauine lik a glutton*.} Cic. *pro domo sua*, Cur ille gurges, heluatus tecum simul Reip. sanguinem, ad cœlum tamen extruxit villam in Tusculano visceribus ærarij? Idem *pro Sextio*, Quid? tu meo periculo gurges ac vorago patrimonij heluabere?

Heluatio, nis, prodigalitas, voracitas, dilapidatio. {λαφυγμὸς, ἀσωτία. GALL. *Gourmandise*. ITAL. *Il diuorare*, *& trangugiare*. GERM. Fressereÿ, schlemmerey. HISP. *Trago y gallo*. ANGL. *Gluttoni*, *rauening*.} Cic. *post reditum in Senatu*, Cur in lustris & heluationibus huius calamistrati saltatoris tam eximia virtus tandiu cessauit.

Heluolus, i, significat languidum & semisomnum, & hesterno vino languentem. Autor Festus. Sic dicitur ab oris hiatu & oscitatione: quanquam Tertullianus *in lib*. *de corona militis*, pro ipsa potiùs affectione capitis videtur vsurpare, qua procliues in somnum reddimur, quam Græci καρηβαρίαν appellant. Eius verba sunt, Liberum eundem apud Ægyptios Osirin, Harpocration industria hederatum argumentatur, quòd hederæ natura sit cerebrum ab heluco defensare.

‖Hemisextus, sextariolus. Bud.‖

Heluri, ἕλουροι, à paludibus dicti, vt meminit Dioxippus *lib*. 12. *Chronicorum*. Varinus.

[Helus & helusa antiqui dicebant, quod nunc holus & holera.]

Heluus, Color medius inter rufum & album, {κίῤῥος, κιῤῥοειδής. Angl. *Horse fleshe colour.*} Varro *lib.2. de re rust.c.5.* de corio boum loquens: Corium,inquit, attactu non asperum ac durum,colore potissimum nigro, deinde rubro, tertiò heluo, quartò albo.

Heluolus,a,um, {ὑπόκιῤῥος. Angl. *Horse fleshe colour.*} Quod accedit ad heluum colorem, sed tamen dilutiorem, vt plus ex albo participet quàm ex rufo. Vnde heluolæ vuæ dicuntur quæ eius sunt coloris. Col. *lib.3.cap.2.* Sunt & heluolæ quas nonnulli varias vocant,neque purpureæ, neque nigræ, ab heluo (ni fallor) colore vocitatæ.

Helxine,es, {ἰξίνη. Gall. *Paritoire.* Ital. & Hisp. *Parietaria, vitriola.* Germ. Tag vnd nacht/ ein kraut / S. Petersskraut/ glaßkraut.} Herba est mercurialis folia habens,eáque hirsuta,cauliculos subrubentes, & circa eos semina aspera vestibus adhærentia,vnde & nomen accepisse volunt. Alio nomine *perdicium* dicitur, quòd perdices ea vnicè delectentur. A Romanis vrceolaris appellatur, quòd vrceis detergendis asperitate sua inprimis sit idonea. Nascitur in parietinis sepibus & maceriis. Vnde & *Parietaria* vulgò appellatur.

Helymus, & Panopes, Acestæ & regis Siciliæ comites venatores fuerunt. Virg. *lib.5. Æneid.*

Tum duo Trinacrij iuuenes, Helymus Panopésque.
Assueti syluis comites senioris Acestæ.

Hem, ab ἠμεῖς. {הן hen. Θεῦ.} Interiectio corripientis seipsum, vel indignantis, vel admirantis. Seruius Sulpitius *Ciceroni, Epist.lib.4.* Hem nos homunculi indignamur si quis nostrûm interiit, aut occisus est, quorum, &c. Apul. Hem hominis audaciam. ¶ Quandoque demonstrantis est. Terent. *in Andr.* Hem puer, hercle puer est. ¶ Hem commiserescentis. Idem *in Andr.* — estne hic Crito sobrinus Chrysidis? Is est. C. ô Mysis salue. M. saluus sis Crito. C. Itáne Chrysis? hem. M. nos quidem pol miseras perdidit. Vbi Donatus, Non nunc interrogat, sed commiseratur, & ita sequebatur, vt diceret, periit. ¶ Hem lætitiæ. Terent. *Heaut.* Dic conuenisse, & egisse de nuptiis. M. Dicam. quid deinde? C. me facturum esse omnia. Generum placere, postremò etiam si voles, Desponsam quoque esse dicito. M. hem istuc volueram. ¶ Demonstrantis. Plaut. *Aulul. sc.5. act.2.* Ostende manus? Hem tibi eccas. Idem *Pseud.sc.2.a.3.* Hem illic habito. *Ibidem sc.4. act.2.* Hem tibi omnem fabulam. *&* *Capt.sc.1.a.4.* Cedo manum. H. Hem manum: (id est, ecce, siue En.) *Ibid.sc.4.a.3.* Aspice ad me. T. Hem. *Ibid.* *&* *Asin.sc.2.a.5.* Hem tibi hominem. (pro ecce.) Idem *Curc.sc.2.a.1.* Hem tibi anus lepida (id est, ecce, tene.) *&* *Pseud.sc.5.a.1.* Quam pugnam dabis? P. Hem. (id est, ecce doceo.) Idem *Amphitr.* Hem tibi pateram eccam. Idem *Asinar.sc.2.a.2.* Quid tum postea? L. Hem ego, (id est, ecce tibi dico.) ¶ Ferientis. Idem *Curc.sc.2.a.5.* Hem vt scias me liberum esse. Hem tibi. *&* *Asin.sc 4.a.2.* Hem ergo hoc tibi. Idem *Pseud. sc.2.act.1.* Hem, sic datur. ¶ Item irascentis. Idem *Capt.sc.4.a.3.* Hem rursum tibi. ¶ Idem *Aulul.sc.3.a.4.* Hem mater mea, Tibi rem potiorem videri. *Ibid sc.4 a.4.* Hem quid agis. Hem, Ironica interiectio, Terent. *Phorm.*—hem, si quid velis, Huic mandes, quod quidem rectè curatum velis. Hem, Respondentis. Terent. *Adelph.* Heus Syre. S. hem quid est?

[Hemera, ἡμέρα, dies.]

Hemeresios, {ἡμερήσιος. Gall. *D'un iour.* Ital. *Diurno.* Germ. Eines tags. Hisp. *Cosa de vn dia.* Angl. *Of a day.*} Adiectiuum significans idem quod diurnus: vnde tabella quæ vno die picta est à Pamphilo Apellis præceptore hoc nomine vocata est, cuius meminit Plin. *lib.35. cap.11.* Absoluit vno die, inquit, tabellam quæ vocata est Hemeresios, puero picto.

Hemeris, ἡμερίς. Genus est arboris glandem ferentis, teste Theophrasto, trunco neque erecto, neque læui, neque excelso, sed caudice in orbem comoso, contorto, sinuosóque, ramorum alis multis, concauo, glande maxima & post fagum dulcissima. Meminit huius arboris & Plin. *lib.16. cap.6.* Theodorus Græci vocabuli vim exprimens, placidam vertit.

[Hemero, ἡμερο. Gloss. lege Hemerocœtus, ἡμερόκοιτος, id est, fur nocturnus, qui interdiu dormit.]

Hemerobius, ἡμερόβιος. Vermiculus est ad Hypanim Ponti fluuium, vltra diem vnum non viuens. Plin. *lib.11. cap.36.* Hypanis fluuius in Ponto, circa solstitium defert acinorum effigie, tenues membranas, quibus erumpit volucre quadrupes suprà dicti modò, nec vltra diem viuit: vnde Hemorobion vocatur. ¶ Hemorobij præterea dicuntur homines in diem viuentes, quibus crastini nulla est cura: qualis fuisse traditur Diogenes Cynicus, qui præcipuè idcirco hoc nomine fuit appellatus.

Hemerocallis, ἡμεροκαλλὶς Dioscor. Herba est folio & caule lilio simillima, herbacei coloris, vt porrum: flores habens ternos, quaternósve in singulis scapis erumpentes: lilij modo striatos, qui quum dehiscere cœperunt, in colorem vehementer pallidum immutantur. Nomen accepisse putatur à floris fugacitate, quòd vno tantùm die pulchritudinem suam tueatur. Meminit huius herbæ & Plin. *lib.21. cap.11.*

Hemerodromi, {ἡμεροδρόμοι. Gall. *Courier, postes.* Ital. *Corrieri.* Germ. Schnelle läuffer/so ein tag weit lauffen/posten. Hisp. *Correos ò corredores.* Angl. *Runners, postes.*} Dicuntur cursores qui die vno ingens spatium cursus emetiuntur. Liu. *lib.31.* Nisi speculator (hemerodromos vocant Græci) ingens die vno cursu emetiens spatium, contemplatus regium agmen è specula quadam, prægressus nocte media Athenas peruenisset. Inter huiusmodi hemerodromos clarissimus fuit Philonides Alexandri Magni cursor.

Hemeroscopium, ἡμεροσκοπεῖον, vrbs Celtiberorum, Phocensium colonia. Steph.

[Hemi ἡμι vocula, sed extra compositionem sic non est visitata.]

Hemicrania, {ἡμικρανία. Angl. *Sik of the megrim.*} Sunt qui dimidia parte capitis laborant, qui morbus Græco nomine ἡμικρανία, siue ἡμικεφαλαία appellatur, quemadmodum cephalæa, quo totum caput infestatur. Gignitur vero [illegible] à sonitu clamoréque vehementiore, aut etiam ab immodico splen[illegible], vel odore aliisve huiusmodi prævalidis obiectis sensum lædentib[us].

Hemicyclus, {ἡμίκυκλος. Gall. *Demy cercle.* Ital. *Mezzo circhio.* Germ. Ein halber vmbkreiß oder circkel. Hisp. *La mitad del circulo.* Angl. *Half a circle.*} Latinè semicirculus. Qua voce Mathematici frequenter vtuntur. Accipitur etiam pro cathedra semirotunda facta in medij circuli formam. Cicer. *in Lælio,* Tum memini domi in hemicyclo sedentem.

Hemicynes, ἡμίκυνες, quasi semicanes, Populi non procul à Massagetis, & Hyperboreis: quos Apollonius in Argonauticis canum instar latrare scribit. Steph.

[Hemimeris, ἡμιμερὴς ἴαμβος, semipes in versu.]

Hemina, æ, κοτύλη. Genus est mensuræ, dimidium continens sextarij: à Græco ἥμισυ, quod dimidium significat. Gell. *lib.3. cap.13.* Si ex sextario hemina fusa sit, non dimidium sextarium fusum dicendum est. Plaut. *in Milit.* Neque equidem heminas octo exprompsi in vrceum. Senec. *cap.14. de tranquill.* Habes, inquit, cur tibi placeas: Hemina sanguinis est in tua potestate.

Heminarius, quod heminæ mensuram habet. κοτυλιαῖος. per translationem accipitur pro exiguo. Quint. *lib.6.c.4.* Fabius Maximus incusans Augusti congiariorum quæ amicis dabantur exiguitatem, heminaria esse dixit, id est, tenuia & exigua.

Hemiolion, ἡμιόλιον. Nauigij genus, quod à puppi ad malum vsque binis remis, à malo ad proram vnico tantùm agitatur: cuiusmodi sunt, inquit Baysius, quas hodie *Fustas* vocamus.

Hemiolius, ἡμιόλιος. Quædam Arithmetica proportio, continens aliquem totum numerum, atque eius dimidium: vt se habent tres ad duo, & quindecim ad decem. Gell. *lib.18. cap.14.*

Hemionium, siue hemionitis, ἡμιόνιον, ἢ ἡμιονῖτις. Herba est dracunculi folio, lunato, radicibus cohærens multis, iisque tenuibus, nunquam flores neque semen neque caulem gignens, in petrosis locis nascens, austero sapore. Alio nomine splenium, σπλήνιον, dicitur. Herbariorum plerique *Linguam ceruinam* appellant. Officinæ etiam scolopendriam. Omnino tamen alia est à scolopendrio Dioscoridis.

[Hemiopus, ἡμίοποι αὐλοὶ, hemiopæ tibiæ, sunt minores iis, quas perfectas dicunt pueriles.]

Hemiplexia, ἡμιπληξία. Paralysis, semiapoplexia, quum in alteram tantùm partem corporis malum id incubuit: nam quum totum afficitur, apoplexia nominatur.

Hemisphærium, Dimidia sphæra, cæli dimidium, quod semper nobis apparet. {ἡμισφαίριον. Gall. *Vne demi sphere.* Ital. *Mezza sfera.* Germ. Ein halbe kugel. Hisp. *La mitad de la esfera.* Angl. *Half a sphere or half heauen.*} Varro *de re rust.lib.3.cap.5.* Intrinsecus sub tholo, stella Lucifer interdiu, noctu Hesperus, ita circumeunt ad hemisphærium ac mouentur, vt indicent quot sint horæ.

Hemistichium, versus dimidiatus. {ἡμιστίχιον. Gall. *Demi vers.* Ital. *Mezzo verso.* Germ. Ein halber vers. Hisp. *La mitad del verso.* Angl. *Half a verse.*} quasi ἥμισυ στίχος, cuiusmodi apud Virgilium aliquot leguntur imperfecta.

[Hemitogium, dimidium togæ. ex Græco *hemi.* & Latino *toga.*

Hemitonium, ἡμιτόνιον, dimidius tonus.]

Hemitritæus, ἡμιτριταῖος, semitertiana febris, sic dicta quòd parte aliqua tertianam repræsentet, tertio die, vt illa repetens, non tamen vt illa diem vnum præstet integrum, sed inter horas XXXVI. plus, vel minus porrigitur. Mart. *lib.12.*

Cui grauis & feruens hemitritæus erat.

Morbi eius naturam & differentias videto apud Galenum *lib.2. de different. feb. cap.8. & 10.*

Hemodes, Insulæ 7. in Oceano Germanico. Hæmodes per æ mons est Lyciæ.

Hemus, seu potiùs Hæmus, αἷμος, mons in Thracia excelsitate conspicuus, ex cuius vertice vulgata olim opinio fuit Ponticum simul & Adriaticum mare, & Istrum amnem & Alpes conspici posse: nam excelsitate sua sex millia passuum continet. Dictus Hæmus à nomine regis Hæmi, à cuius sorore alter quoque mons Thraciæ, Rhodope nominatur: in quos transfiguratos esse Rhodopen & Hæmum fabulæ canunt. Ouid *lib.6. Metamorph.*

Threiciam Rhodopen habet angulus vnus, & Hæmum,
Nunc gelidos montes, mortalia pectora quondam.

Alij dictum volunt Hæmum ab Hæmo Boreæ & Orythyiæ filio. Vide *Hæmus.* ¶ Est & Hæmus nomen Græculi histrionis, cuius meminit Iuuen. *Satyr.6.*

———*Dicas hæc mollius Hæmo,*
Quanquam & Carpophoro, facies tua computat annos.

Hendecasyllabus, ἑνδεκασύλλαβος, versus vndecim syllabarum: qui & Phaleucius dicitur ab inuentore: qualis ille Catullianus, Passer deliciæ meæ puellæ.

Hendiadys, si recentioribus Grammaticis credimus, figura est qua vnum in duo diuiditur: vt apud Virg. *1. Æneid.*

———*Molémque & montes insuper altos Imposuit.* id est, moles altorum montium. Sic alibi,

———*Pateris libamus & auro.* id est, pateris aureis.

Meminit huius figuræ Seru. *in 1. lib. Æneid.* Vbi tamen in exemplaribus manu scriptis non hendiadyn legimus, sed ἓν διὰ δυοῖν, hoc est, vnum per duo: cui figuræ contraria legitur apud Donat. *in And. Terentij,* quam appellat δύο δι' ἑνός, id est, duo per vnum.

Heneti, Ἑνετοὶ, Paphlagoniæ populi fuerunt, qui Antenore duce, quum in intimum maris Adriatici sinum venissent, permisti Troianis, omnes vno nomine Veneti appellati sunt. Liu. *lib.1. ab Vrbe,* Casibus deinde variis constat Antenorem cum multitudine Henetûm, qui seditione è Paphlagonia pulsi, & sedes & ducem, rege Pylæmene ad Troiam amisso, quærebant, venisse in intimum maris Adriatici sinum, Euganeísque qui inter mare, Alpesque incolebant, pulsis, Henetos, Troianósque eas tenuisse terras: & in quem primùm egressi sunt locum, Troia vocatur: pagóque inde Troiano nomen: gens vniuersa Veneti appellati.

Heniochi, Ἡνίοχοι. Populi Pontici, Achæis finitimi, latrociniis ac piratica victitantes. Originem ac nomen traxisse putantur ab Amphito & Telchio Castoris & Pollucis aurigis, teste Plin. *lib.6.c.5.* Nã ἡνιόχους Græci aurigas vocant: quasi τὰ ἡνία ἔχοντας. Vide plura de his apud Strab. *lib.11.*

Henetes.

[Henotes, vnitas. Tertull.

Henoticum, ἑνωτικόν, edictum de vnione Ecclesiarum. vide Gloss. gr. b. Meursij.]

Hēpăr, ătis, Primum est sanguinis generandis instrumentum, venarúmque omnium principium, quod Latinè iecur appellatur. {כבד chabedh. ἧπαρ. GALL. Le foye. ITAL. Fegato. GERM. Die leber. HISP. El higado. ANGL. The liver.} ¶ Est item hepat nomen piscis ex genere locustarum, cuius meminit Plin. lib. 32. cap. 11. Hepar etiam inter marina eiectamenta hepatis cocti lobum referens, rubrum, porosum, fragile, putidum, quod per mare vagatur, in fundóque cum algis implicitum sæpe piscatorum retibus ac sagenis extrahitur. Est & aliud hepatis longè diuersum genus sanguine præditum, de quo Bellon. in lib. de piscibus.

Hēpătārĭŭs, a, um, Ad hepar pertinens. {ἡπατικός. GALL. Appartenant à foye. ITAL. Cio che a fegato s'appartiene. GERM. Das zu der leber gehört. HISP. Cosa perteneciente à higado. ANGL. That belongeth to the liver.} Vt, Morbus hepatarius. Plaut. in Curcul. Tum te igitur morbus agitat hepatarius.

Hēpătĭcŭs, a, um, ἡπατικός, quod ad hepar pertinet. A Celso lib. 4. cap. 9. hepaticus morbus dicitur, qui à Plauto appellatur hepatarius.

Hēpătĭci, {ἡπατικοί. GALL. Hepatiques. ITAL. Fegatosi. GERM. Leberfiech. HISP. Higadosos. ANGL. That hath a disease in the liver.} Qui ex hepate laborant: & propriè ij quibus imbecillum est iecur, sine tumore tamen & dolore. Plin. lib. 26. cap. 6. Datur hepaticis in farre cocta.

Hepatites, ἡπατίτης. Gemma est quæ à iecoris figura nomen sortita est. Plin. lib. 37. cap. 11.

Hepatorium, ἡπατώριον. A quibusdam vocatur Eupatorium herba, eo quòd iecori affecto auxilietur. Autor Dioscorides lib. 4. Quanquam non desunt qui hanc nomenclaturam inter eas reiiciendam putent, quæ à doctioribus inter autoris eius notha meritò annumerantur.

Hepatitis, ἡπατῖτις. Vena ampla, ex caua siue sima hepatis parte emergens, omnes mesaræi venas excipiens. Vulgus Hepatis portas appellat.

Hepatizon, ἡπατίζον. Aëris temperamentum iecinoris colorem referens, magno olim in pretio habitum. Plin. lib. 34. cap. 2. Præter hæc est, cuius ratio non potest reddi, quanquam hominis manu facta dederit fortuna temperamentum simulachro signísque, illud suo colore pretiosum ad iecinoris imaginem vergens, quod ideò hepaticon appellant procul à Corinthio, longè tamen ante Ægineticum atque Deliacum, quæ diu obtinuere principatum.

[Hepatorium, vide Eupatorium.]

Hephæstias, dis, Ἡφαιστιάς. Vrbs Lemni insulæ, in Orientali tractu sita, nonnihil tamen distans à mari. Ita dicta à Vulcano, quem Græci Ἥφαιστον appellant, cuius in hac vrbe insigne olim fuit templum, quod ἡφαιστεῖον etiam vocabant. Iuxta hanc quoque vrbem collis ostenditur, Vulcani (vt credi volunt) casu nobilitatus. Ferunt enim Vulcanum à Iunone ab insignem deformitatem è cælo præcipitatum in collem illum decidisse. Cuius fabulæ occasio inde sumpta est, quòd totus hic collis combusto simillimus videatur, neque planta vlla in eo gignatur. Ex hoc colle effodiebatur Lemnia terra, Dioscoridis & Galeni scriptis magnopere celebrata. Vrbis huius meminit Ptolemæus Geographiæ suæ lib. 3. & Galen. lib. 9. simplic. medicament.

Hephæstion, is, Ἡφαιστίων. Vnus ex Alexandri Magni ducibus mirum in modum ab eo amatus, quem ille ita cum Cratero conferebat, vt hunc quidem φιλοβασιλέα, Hephæstionem verò φιλαλέξανδρον appellaret. Hunc postea apud Babylonem vita functum, tanta funeris magnificentia prosequutus est, vt facilè omnes, quæ toto terrarum orbe editæ sunt, pompas superaret. Fertur siquidem in funus hoc impensa supra duodecim talentorum millia. Vide Qu. Curt. & Plutarch. in vita Alexandri.

Hephæstion, locus Lyciæ mirabilis. Senec. epist. 80.

Hephæstites, ἡφαιστίτης. Gemma est rutili coloris, naturam speculi habens in reddendis imaginibus: dicta ἀπὸ τοῦ ἡφαίστου, hoc est, à Vulcano, siue quòd ignei sit coloris, siue quòd materiam aridam in Sole accendat. Vide Plin. lib. 37. cap. 10.

Hephestuneis, id est, Vulcani insulæ, regioni Adiabenæ adnumerantur. Steph.

Hephæstus, Ἥφαιστος. Proprium viri & nomen Vulcani.

Hēpĭālŭs, {ἠπίαλος. GALL. Vn papillon. ITAL. Farfalla. GERM. Ein mukl oder pfeiffholter so vmb die liechter fliegen. HISP. Mariposa. ANGL. A flie which flieth in the flamme of the candell.} Papilio qui in lucernarum luminibus aduolat. Epialus autem spiritu tenui, genus est febris: de quo vide suprà suo loco.

Hepium, ἥπιον, vrbs Thryphilliæ (Steph.) ab Eleis acquisita.

Hēpsēmă, ἕψημα. Mustum ad tertiam partem decoctum, quod & sapam appellant. Plin. lib. 14. cap. 9.

[Hepta, ἑπτὰ, septem numeri pluralis, generis omnis.]

Hēptăcōmētæ, ἑπτακωμῆται. Populi supra Colchidem, Moschicorum montium summa incolentes: ita dicti à septem vicis, quos inhabitant. Autor Strab. lib. 12.

[Heptachordus, septem chordas habens.]

Heptăgōnĭæ, ἑπταγωνίαι. Nomen loci apud Liu. lib. 34. Quod roboris in exercitu erat, trifariam diuisum, parte vna à Phœbeo, altera à Dictynneo, tertia ab eo loco, quem Heptagonias appellant, aggredi iubet.

Hēptăphōnŏs, substantiuum, ἑπτάφωνος, porticus est Olympiæ, ea arte confecta, vt eadem vox in ea septies reddatur. Plin. lib. 36. c. 15. Olympiæ autem arte mirabili modo in porticu, quam oppidani Heptaphonon vocant, quoniam septies vox redditur.

Hēptăpleŭrŏs, ἑπτάπλευρος, Plantaginis species est, foliis septem laterum modo inclusa: vnde & nomen habet. Autor Plin. lib. 25. cap. 8.

Hēptăpŏrŭs, ἑπτάπορος. Rhesi Troadis fluuij epitheton est apud Homerum lib. 12. Iliad. à natura eius fluuii tractum, quod septies eadem via vado traiici posset. Vide Strab. lib. 13.

Hēptăpylŏs, ἑπτάπυλος. Thebarum Bœoticarum epitheton, à septem portarum numero dictum: idque ad discrimen Thebarum Ægyptiarum, quæ à numero centum portarum ἑκατόμπυλοι dicebantur.

[Heptateuchus, ἑπτάτευχος, septem τεύχη habens, id est, volumina.

Heptapharmacum, ἑπταφάρμακον, medicamentum laxans, suppurans, carnemque gignens.

Heptaphyllum, ἑπτάφυλλον, herba dicta à septem φύλλοις, id est, foliis: bis torta.

Heptapleurum, ἑπτάπλευρον, plantago.

Heptapylus, ἑπτάπυλος, ου, septem πύλας, i. e. portas habens.

Heptazonus, a, um, ἑπτάζωνος, ου, septem zonas habens.]

Hēphthēmĭmĕrĭs, ἑφθημιμερής. Est cæsuræ genus, quum post tres pedes superest syllaba terminans partem orationis: quæ interdum etiamsi natura breuis sit, licentia tamen poëtica inuenitur producta. Virg. 3. Æneid.

Dona dehinc auro grauia, sectóque elephanto
Imperat ad naues ferri.

Idem 12. Æneid.

Congredior, fer sacra pater, & concipe fœdus.

¶ Componitur autem hephthemimeris ab ἑπτὰ septem, ἥμισυ semis, & μέρος diuisio, vel pars, quasi dicas septimam dimidiam diuisionem, vel dimidium septem pedum.

Hēptērēs, {ἑπτήρης. GALL. Vne nauire ayant sept tireurs en chasque banc. ITAL. Naue de sette rami per banco. GERM. Schiff so an einer yetlichen ordnung siben ruder haben. HISP. Naue de siete ordenes. ANGL. A shippe with seven rank of rollers.} Nauis est septem habens remorum ordines. Liu. 37. Regia classis septem & triginta maioris formæ nauium erat: in quibus tres hepteres, & quatuor hexeres habebat, præter has, decem triremes erant: & ij adesse hostes ex specula quadam cognouêre. Ibid. Maximè exterruit hepteres regia, à minore Rhodia naui vno ictu demersa.

Hēră, Ἥρα, Iunonis nomen apud Græcos. vnde Heræa, ἡραῖα, ipsius festa, & Heræum, ἡραῖον, templum eius appellant. Sed in hac significatione producit penultimam, quum apud Græcos scribatur per η vocalem longam. Vnde λευκώλενος ἥρη, apud Homerum aliquoties legitur in fine versus.

Hĕră, vide Herus.

Hērăclēă, Ἡράκλεια. Multæ fuerunt hoc nomine vrbes: inter quas maximé insignis fuit ea quæ Pontica cognominata fuit, ad Pontum Euxinum sita, iuxta Mariandinos: a qua Dionysius philosophus, Zenonis discipulus Heracleotes à Cicer. in Tuscul. appellatus est. ¶ Heraclea item magnæ Græciæ ciuitas, in finibus Italiæ inter Sirin & Acirin amnes, non procul à Crotone, aliquando Siris appellata, teste Plin. lib. 3. cap. 11. Fuit præterea aliud eiusdem nominis oppidum, vltra Caspios montes, non procul ab Oxo amne, qui Margianam Sogdianámque irrigat, ab Alexandro Magno primùm conditum: quod deinde euersum Antiochus restituit, & Achaida appellauit: vt refert idem Plin. lib. 6. cap. 16. ¶ Est & Heraclea in Caria, apud eundem lib. 5. cap. 25. ¶ Item alia in Sicilia, medio ferè spatio sita inter Lilybæum, & Pachinum promontoria: cuius meminit Pomponius Mela lib. 2. in descriptione Siciliæ. ¶ Est & Heraclea Cretæ, apud Plin. lib. 4. cap. 12. ¶ Item alia in Narbonensi Gallia, ad ostium Rhodani, apud eundem Plin. lib. 3. cap. 4. ¶ Fuerunt & aliquot alia eiusdem nominis oppida quæ commemorantur à Steph.

Hērăclĕōtēs, siue Heracleota, Ἡρακλεώτης, Gentile ab Heraclea vrbe deductum nomen. Cic. 2. Tusc. quæst.

Hērăclĕōtĭcŭs, a, um, Ἡρακλεωτικός, denominatiuum, vt Heracleotici cancri, apud Plin. lib. 9. c. 31. Heracleoticum origanum, apud eundem lib. 15. cap. 4. Heracleoticum ostium Nili, quod alio nomine Nancraticon appellatur, apud eundem lib. 5. cap. 10. Heracleotica nux, quæ & auellana. Vide in dictione Iuglans.

Hērăclĕŏbūcŏli, Ἡρακλεοβουκόλοι, vicus, κωμοπολις, in Ægypto.

Hērăclĕōn, nis, Ἡρακλέων, Grammaticus Ægyptius, qui scripsit commentarios in Homerum, & Lyricos quosdam Poetas: item alia quædam quæ enumerantur à Suida.

Hērăclĕŏpŏlĭs, Ἡρακλεόπολις Stephano. Oppidum est in insula quadam Nili, longa L. M. pass. quod à Plin. lib. 5. cap. 9. Herculis oppidum appellatur. Hinc Heracleopitis perfectura, apud eundem Plinium loco iam citato. ¶ Stephanus duo alia enumerat eiusdem nominis oppida, quorum alterum iuxta Pelusium, alterum iuxta Canopicum Nili ostia collocat. Est & alia in Ægypto ciuitas, ex qua fuit Theophanes Physicus. vide & infrà.

Hērăclĕon, siue Heracleon, ἡράκλειον. Panacis species est, ab Hercule inuenta, quam alij origanum Heracleoticum syluestre dicunt: quoniam est origano simile, vt testatur Plin. lib. 25. cap. 4. Est & alia herba Heracleon siderion, caule tenui, digitorum quatuor altitudine, flore puniceo, foliis coriandri, iuxta amnes & lacus nascens, & omnia vulnera ferro illata efficacissimè sanans. Autor Plin. lib. 25. cap. 5.

Hērăclĭŏpŏlĭs, Ἡρακλειούπολις. Nomen trium vrbium. Vna est in Ægypto, ex qua fuit Theophanes physicus: altera non longè à Pelusio: tertia secundùm Nili ostium quod Canopicum appellatur.

Hērăclīdēs, Ἡρακλείδης. Insignis Philosophus fuit ex Heraclea Ponti ciuitate, Platonis & Aristotelis auditor, vir insigni ingenio, sed habitu adeò molli, vt pro Pontico Pompicus diceretur. Autor Laërtius. Reliquit ingenij sui monumenta non pauca, quæ non extant. Huius meminit & Cicer. 5. Tuscul. ¶ Fuit præterea hoc nomine Lycius quidam Sophista non ignobilis, qui quum aliquandiu Smyrnæ docuisset, Seueri principatu se Romam contulit: coram quo ex tempore dicturus, perturbatus nobilitate auditorum, sermone excidit. Solus sophistarum ad hanc artem industria & labore, natura minimè iuuante contendit. Hæc ex Philostrato. Heraclides alius fuit è Mopto, ciuitate Ciciliæ, Grammaticus nobilis, vt scribit Stephanus. ¶ Alius præterea pictor nobilis Macedo, qui initio naues pinxit: captóque Perseo à Paulo Æmilio Athenas commigrauit, eodem tempore quo & Metrodorus Philosophus & pictor. Plin. lib. 35. cap. 11. ¶ Fuerunt & multi alij Heraclidæ ingenio & doctrina insignes.

Hērăclītŭs, Ἡράκλειτος. Nomen proprium Philosophi Ephesij, qui, vt tradit Suidas, nullum inuenitur habuisse præceptorem: tantùm natura & diligentia

diligentia sola profecit. Quidam tamen audiuisse Xenocratem & Hippasum Pythagoricum volunt. Floruit temporibus vltimi Darij. Scripsit poëticè multa quæ ab Aristotele sæpe pro testimoniis citantur. De hoc sic scribit Cic. *lib.* 5. *Tusc. quæst.* Et apud Heraclitum physicum de principe Ephesiorum Hermodoro. Vniuersos ait Ephesios esse multandos, quòd quum ciuitate expellerent Hermodorum, ita locuti sunt, Nemo de nobis vnus excellat: sin quis extiterit, alio in loco, & apud alios sit. Hæc ille. Hunc aiunt, cùm hydropicus esset, spretis medicis, oblitum bubulo scuo soli siccandum se præbuisse, dormientémque à canibus dilaceratum esse. Suidas. Hic quoties domo egrediebatur, flebat, sicut Democritus ridebat: quòd alteri omnia quæ agimus, digna fletu: alteri ineptæ viderentur. Horum meminit Cicer. *lib.* 4. *Acad.* Cognominatus est σκοτεινός, quasi tenebricosus. De industria enim adeò obscurabat stylum, vt eius volumina philosophi sudantes vix intelligant. Huius dictionis penultima syllaba perperam corripitur, quum scribatur per ει diphthongum. Lucret. *lib.* 1.

Heraclitus init quorum dux agmina primus.

¶ Fuerunt alij quatuor Heracliti: primus, poëta Lyricus: secundus, Halicarnassæus, summæ elegantiæ: tertius, Lesbius, qui Macedonum scripsit historiam: quartus, vir ridiculus.

Hĕraclīūs, lapis, siue Heracleus, {ἡρακλεία λίθος, ἡ μαγνῆτις Suidæ. GALL. *Aimant, ou pierre de touche.* ITAL. *Calamita, pietra da prouar l'oro.* GERM. Ein magnet/oder ein goldstein/probierstein. HISP. *Piedra iman, ò el toque de oro.* ANGL. *The lodestone that hath propertie to drew yron to it.*} Lapis occulta quadam naturæ vi ferrum ad se trahens, qui & magnes dicitur. Plin. *lib.* 36. *c.* 16. Quid ferri duritia pugnacius? sed cedit & patitur mores. Trahitur namque à magnete lapide: domitrix illa rerum materia ad inane nescio quid currit: vt propiùs venit, tenetur, assilitque, & complexu hæret: sideritin ob hoc alio nomine appellant, quidam Heraclion. Hæc ille. Rationem autem nominis hanc afferunt, quòd primùm inuentus sit circa Heracleam Magnesiæ ciuitatem. Meminit huius lapidis & Galenus *lib.* 9. *simplic.* Est & ad quem auri bonitatem exploramus: quem & Lydium & coticulam appellamus. Plin. *lib.* 33. *cap.* 8. Auri, argentique mentionem comitatur lapis quem coticulam appellant, quondam non solitus inueniri, nisi in flumine Tmolo (vt autor est Theophr.) nunc verò passim: quem alij Heraclium, alij Lydium vocant. Sunt autem modici, quaternas vncias longitudinis, binásque latitudinis non excedentes. His coticulis periti, quum è vena lima rapuerit experimentum, protinus dicunt quantum auri sit in ea, quantum argenti, vel æris, scrupulari, differentia mirabili, ratione non fallente. ¶ Hinc Heraclius lapis, λίθος ἡρακλεία, prouerbium est in eos qui vehementer acri, exactóque iudicio essent. Refertur à Theophr.

Hĕrāclīūs, ἡράκλειος. Imperatoris proprium, Phocæ successoris, sub cuius imperio Saraceni Mahomete duce, caput attollere cœperunt.

Hĕræa, ἡραία, Arcadiæ oppidum, apud Plin. *lib.* 4. *cap.* 6.

Hĕræum, vel Heræus murus, ἡραῖον, ὁ ἡραῖον τεῖχος, Thraciæ oppidum, apud Stephanum, Heræum item Græci vocant templum Iunonis quam ἥραν appellant.

Hĕrbă, æ, quibusdam ab hærendo dicitur. {עשב *héseb* דשא *désche* ירק *jaràk* βοτάνη, πόα. GALL *Herbe.* ITAL. *Herba.* GERM. Kraut. HISP. *Yerua.* ANGL. *An hearbe grasse, or wede.*} Herbam solemus appellare, quod ab radice foliatum sine caudice proueniat, sæpiúsque semen sine caule ferat, vt frumenta & olera. Ouid. 2. *Metam.*

——— inque solo, quod texerat herba, iacebat.

Virg. 9. *Eclog.*

Quis caneret nymphas? quis humum florentibus herbis
Spargeret? aut viridi fontes induceret vmbra?

Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 3. Quas herbas, pecudes non edunt. Idem *sc.* 1. *a.* 1. Quasi solstitialis herba, paulisper fui. Idem *sc.* 2. *a.* 3. Boues conuiuas faciunt, herbásque oggerunt. Eas herbas porrò aliis herbis condiunt. Tibull. *lib.* 4.

——— ——— Apta vel herbis,
Aptaque vel cantu veteres mutare figuras.

¶ Herbam porrigere, siue Dare herbam, tritum est prouerbium, pro eo quod est, se victum fateri, & aduersarium suum victorem agnoscere. Tractum (vt indicat Festus) ab eo, quòd olim pastores cursu certantes, quum superati essent, herbam ex eodem loco statim decerptam aduersario porrigebant, victoriæ agnitæ symbolum. Nonius, Herbam veteres palmam, vel victoriam dici voluerunt. Virg. 3. *Georg.*

——— atque immemor herbæ
Victor equus.

Accius *Meleagro*, Gaudent, currunt, celebrant, herbam conferunt, donant, tenent pro se quisque. Hæc ille. ¶ In herbis esse, prouerbij quadam specie dicuntur, quæ nondum maturuerunt, sed spem modò bonam de se præbent. Cic.

Hĕrbŭlă, æ, diminutiuum. {τὸ βοτάνιον, τὸ πόαριον. GALL. *Herbette, petite herbe.* ITAL. *Herbetta.* GERM. Ein kreutlin. HISP. *Pequeña yerua.* ANGL. *A litle hearbe or wede.*} Cic. 2. *de nat. deor.* Ceruæque ante partum perpurgant se quadam herbula quæ seselis dicitur.

Hĕrbācĕŭs, a, um, quod est ex herba. {βοτανώδης, ποώδης. GALL. *Fait d'herbes, ou resemblant à l'herbe.* ITAL. *Di herba.* GERM. Das von kreutern ist. HISP. *Cosa de materia de yerua.* ANGL. *Made of hearbes.*} vt Corona herbacea: aut quod in herbam excrescit & assurgit. Plin. *lib.* 12. *cap.* 13. Herbaceum amomum peius.

Hĕrbĕŭs, a, um, Viridis, vel herbæ colorem habens. {ירוק *jaròk.* ποώδης, ἐγχλωρος. GALL. *Resemblant à l'herbe verde, verd comme pré.* ITAL. *Verde, di color d'herba.* GERM. Kreütergrün/grassgrün. HISP. *Cosa de color de yerua, cosa verde de color.* ANGL. *Grene lik an hearbe.*} Plaut. *in Curc. sc.* 1. *a.* 2. Quis hic est homo, Cum collatiuo ventre, atque oculis herbeis?

Hĕrbārĭŭs, a, um, quod ad herbas pertinet. {βοτανικός. GALL. *Appartenant aux herbes.* ITAL. *Cio ch' all' herbe s'appartiene.* GERM. Das zu dem kraut gehört. HISP. *Cosa perteneciente à las yeruas.* ANGL. *That belongeth to hearbes.*} Inde Herbaria ars dicitur, qua herbarum vires dignoscimus. Herbariam substantiuè dicit Plin. *lib.* 7. *cap.* 56. Herbariam, & medicamentariam à Chirone Saturni & Phyllyræ filio, &c.

Hĕrbārĭŭs, substantiuum, qui herbas, earúmque vires cognoscit, & ex iis medicamenta efficit. Item, dicitur qui herbas vendit. GALL. *Vn vendeur d'herbes.* {βοτανολόγος. GALL. *Vn herbier, ou, ert aux simples à les cueillir.* ITAL. *Herbolaio, herbolinolo.* GERM. Ein kreutler/der sich auff die kreuter versteht. HISP. *El herbolario.* ANGL. *That hath skill of the hearbes.*} Plin. *lib.* 2. *cap.* 17. Dalion herbarius parturientibus ex eo cataplasma imposuit cum opio.

‖ Herbasco, est herbâ vestior, herbâ ornor, in herbam vertor, herbas genero.

Herbaticus, βοτανικός. Gloss. ad herbas pertinens. ‖

Hĕrbĭfĕr, a, um, Herbas efferens. {βοτανοφόρος. GALL. *Qui porte force herbe & force verdure, herbu.* ITAL. *Herboso, che produce herbe.* GERM. Das kraut tregt. HISP. *Lo que trae ò cria ò tiene yeruas.* ANGL. *That bringeth or beareth hearbes.*} Plin. *lib.* 25. *cap.* 8. Alioqui herbiferum esse & Pelium montem in Thessalia. Ouid. 4. *Fast.*

Præterit & ripas herbifer Acis tuas.

Hĕrbĭlĭs, e, quod herba pastum est, vt Anseres herbiles, quos Festus maiores esse asserit, quàm qui frugibus alti sunt.

‖ Herbeo, esse vel fieri herbosum, vel viridem. ‖

Hĕrbēsco, is, ere, Diomedes *lib.* 1. Est herbam efferre, vel in herbam conuerti. {βοτανίζω. GALL. *Deuenir en herbe, se conuertir en verdure.* ITAL. *Produrre herba, herbeggiare, conuertirsi in herba.* GERM. In ein kraut wachsen/zu kraut wachsen. HISP. *Hermescer.* ANGL. *To waxe grene lyk the grasse or to waxe to an hearbe.*} Cicer. *de senect.* Terra semen tepefactum complexu suo diffundit, & elicit herbescentem ex eo viriditatem, quæ nixa fibris stirpium sensim adolescit. Pro eodem etiam apud Plin. legitur *Herbascere*. Ita enim ait *lib.* 18. *cap.* 8. Quin & ouillo fimo nominatim vti: quoniam aliud herbasceret, hoc est, herbas emitteret.

Hĕrbōsŭs, a, um, Herbis abundans. {βοτανώδης. GALL. *Herbu, abondant en herbes.* ITAL. & HISP. *Herboso.* GERM. Grassächtig/voll kraut. ANGL. *Full of hearbes or wedes.*} Plin. *lib.* 33. *cap.* 4. Vlex siccatus vritur, & cinis eius lauatur, substrato cæspite herboso, vt sidat aurum. Ouid. 4. *Metam.*

Soluitur herboso religatus ab aggere funis.

Idem 4. *Fast.*

Herbosum moretum.

Hĕrbĭgrădă cochlea quæ super herbam graditur. Cic. 2. *de diuin.*

Hĕrbĭdŭs, a, um, herbosus, plenus herbis. {βοτανώδης. ANGL. *Grene, full of hearbes or grasse.*} Plin. *in Epist.* Nulla in hoc nauis (sacer enim est) sed innatant insulæ herbidæ, omnes arundine & iunco tectæ. Herbidus color, est qui herbam refert, hoc est, viridis, apud Plin. *lib.* 12. *cap.* 14. Herbidæ segetes, Colum. *lib.* 2. *cap.* 6. Herbidus locus, vel campus, Liu. 1. *ab Vrbe, cap.* 9.

‖ Herbitium, locus, in quo herbæ nascuntur. ‖

Herbanum, Tusciæ oppidum, apud Plin. *lib.* 3. *cap.* 5.

Herbipolis, vrbs Franconiæ Episcopalis, vulgò Wurtzburg. habet Academiam nostrâ ætate à Iulio Episc. excitatam. Herbipolensis E. gaudet titulo Ducis Franconiæ Orientalis.

Herbita, ἕρβιτα Ptolemæo, Siciliæ vrbs est: à qua Herbitenses populi: quorum meminit Plin. *lib.* 3. *cap.* 8. hodie S. Nicolaum vocant.

Hĕrcēŭs, ἑρκεῖος, dictus est Iupiter, quem etiam Penetralem vocabant, quòd intra conseptum domus cuiusque colebatur. Græcè enim ἕρκος septum, claustrúmque nominatur. Ouid. *in Ibin.*

Cui nil Hercei profuit ara Iouis.

Hercilia. Plutarch. *in Rom.*

Hĕrciscĕrĕ, vide *Erciscere*.

Hĕrcĭŭs, ἕρκιος vel ἕρκος. Septum quod portis obiicitur vt porta catarrhacta, siue pendula ac recidens Liuio. Cæs. *bell. ciuil. lib.* 3. Erat obiectus portis Eritius, & infrà, exitiosóque Eritio: vbi legendum, Hercius & hercio.

Hĕrcŭlānĕum, ἡράκλειον, fuit Campaniæ oppidum iuxta Pompeios, apud Plin. *lib.* 3. *cap.* 5.

Hĕrcŭlĕiŭs, ἡρακλήιος. Vir Romanus, qui Marianas partes fouit cum Sertorio.

HĔRCVLĔ, & Hercle, Hercules, Mehercules, & Mehercule, aduerbia sunt iurandi, ab Hercule deducta: quasi dicas per Herculem. νὴ τὸν ἡρακλέα. Terent. *in Eunuch.* Hercle hoc factum est. Cælius *Cic. lib.* 8. Et hercule confecta omnia fœdè & inhonestè sunt. Idem *de clar. Orat.* Et Hercules hæ quidem extant. Idem *pro Plancio*, Verè mehercules dicam. Idem *Cælio lib.* 2. Mehercule magnæ curæ est Ædilitas tua. Idem *de Oratore*, Libentius dixerim Mehercule, quàm Mehercules. Plaut. *Most. sc.* 3. *a.* 2. Benè herclè factum. *Ibid. sc.* 1. *a.* 1. Cis hercle paucas tempestates. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 1. & *sc.* 2. *a.* 3. Mones quidem herclè rectè. *Ibid. sc.* 2. *a.* 1. Herclè tandem vxorem abegi. *Ibid. sc.* 1. *a.* 2. Nunquam herclè aufugiet. *Ibid. sc.* 2. *a.* 5. Heu herclè morbum acrem & durum! *Ibid. sc.* 5. *a.* 5. Obsecro herclè quicquid facturus face. Idem *Men. sc.* 7. *a.* 5. Credo herclè vobis. *Ibid. sc.* 2. *a.* 3. Ego herclè verò. ¶ Item initio scenæ apud Plaut. *Asin. sc.* 1. *a.* 1. Herclè verò Litane. ¶ Næ herclè, vide *Ne*. Idem *Milit. sc.* 5. *a.* 2. Herclè opinor, ea videtur. Idem *Milit. sc.* 3. *a.* 2. Quid domi? P. Domi herclè verò. ¶ Verùm herclè verò, cùm recogito. (i. verum enim verò.) Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 3.

Hĕrcŭlēs, ἡρακλῆς, Iouis & Alcmenæ filius, qui ob fortitudinem & gloriam creditus est inter deos relatus. Ouid. 13. *Metam.*

Mœnia qui Troiana sub Hercule cepit.

Plaut. *Menech. sc.* 3. *act.* 1. Hercules ab Hippolyta rapuit succingulum. Idem *Curc. sc.* 3. *act.* 2. Inuoco meam almam nutricem. Herculem iacto basilicum. ¶ Herculem non iurabant mulieres: & cur, docet Gell. *cap.* 6. *lib.* 11. Item, Herculano sacrificio abstinebant. Idem *ibidem*. Cicer. *lib.* 3. *de natur. Deor.* sex hoc nomine fuisse appellatos commemorat: quorum primus fuit qui certauit cum Apolline de tripode. Alter, Nilo natus, Ægyptius, quem aiunt Phrygias literas conscripsisse. Tertius, ex Idæis Dactylis, cui inferias afferunt. Quartus, Iouis filius, ex Asteria Latonæ sorore, qui Tyri colitur, filiámque habuit Carthaginem. Quintus, in India, qui & Belus dicitur. Sextus, Thebanus, ex Alcmena & Ioue tertio genitus, cui aliorum res præclarè gestas assignant. Herodotus scribit, Herculem vnum esse ex duodecim diis Ægyptiorum,

Græcósque

Græcósque ab Ægyptiis hoc nomen mutuatos, indidisse filio Amphitryonis. Varr. xliv. Hercules nominat. Verum tamen omnes, qui robore præstiterunt, hoc nomine ab Hercule Alcmenæ filio appellatos fuisse affirmat. Macrob. *lib.* 1. *Saturn. cap.* 20 asserit Herculem, esse Solem. Et re vera, inquit, Herculem Solem esse, vel ex nomine claret. Ἡρακλῆς enim quid aliud est nisi ἀέρος, id est, aëris, & κλέος, gloria? Quæ porrò alia aëris gloria, nisi Solis illuminatio est, cuius recessu, profunditate spiritus occulitur tenebrarum? Duodecim autem illi labores, quos Hercules creditur confecisse, nihil aliud significant quàm xii. signa Zodiaci, quæ Sol singulis annis confecit. Sed de hoc vide plura apud Macrobium. Herculem autem Alcmenes filium maximè nobilitauit implacabile Iunonis odium, quæ, quòd ex pellice natus esset, perdere illum cupiens, nouis semper monstris obiecit: quæ res expectationem eius maximè fefellit. Ille enim semper victoriam referens immortale sibi decus peperit, adeò vt illa prius iubendo, quàm hic laborando defatigaretur. Quo factum est vt licet multi fuerint Hercules, qui variis temporibus floruerint, omnes heroica virtute, rerúmque gestarum magnitudine insignes, tamen huic vni reliquorum omnium labores tribuantur: quorum quando nusquam non mentio occurrit, visum est celeberrimos aliquot subiicere. Primò itaque quum adhuc in cunabulis iacêret, geminos angues à Iunone immissos elisit. ii. Thespitij filias numero quinquaginta adhuc puer, sed corporis robore præstans, vna nocte compressit, suscepítque quinquaginta filios, quos Thespiadas vocauerunt. iii. Iam adultus hydram colubris & capitibus pullulantem, face & ferro in Lerna palude oppressit. iv. Ceruam æripedem, aureáque habentem cornua, in Menelao monte cursu comprehendit, atque interfecit. v. In Nemea sylua iuxta Cleonas inusitatæ magnitudinis leonem iugulauit, & detractam pellem pro insigni gestauit. vi. Diomedem Thraciæ regem, qui equos suos hospitum carnibus & sanguine pascebat, deuicit: victúmque ipsius equis in pabulum dedit. vii. In Erymantho Arcadiæ monte terribilem aprum, & omnia circa illum locum deuastantem, cepit, cúmque viuum ad Eurystheum attulit. viii. Stymphalides aues sagittis, vt quidam volunt, interfecit, vt alij, sonitu ahenei crepitaculi vsque ad insulam Aretiada fugauit. ix. Taurum (cui Neptunus furorem immiserat, eò quòd Minos Neptuno sacrificaturus, optasset victimam maiestate illius dignam: cui quum pulcherrimus taurus ab eodem deo fuisset oblatus, ipsum Minos seruare voluisset) insulam Cretam ferè totam deuastantem domuit, cúmque vinctum ad Eurystheum attulit: qui postea eum Atticæ regionis immisit, cui plurimum damni intulit: sed à Theseo interfectus fuit apud Marathonem, vt canit Ouid. *lib. Metam.* x. Acheloum superauit, vt suprà dictum est. xi. Busiridem Ægypti regem hospites suos mactantem occidit. xii. Antæum gigantem in Libya lucta victum suffocauit. xiii. Calpen & Abylam montes antea coniunctos, diuisit. xiv. Aurea mala in Hesperidum hortis, interempto prius dracone peruigili, qui ea custodiebat, sustulit. xv. Cælum iam fesso & succumbente ponderi Atlante, humeris tulit. xvi. Geryonem Hispaniæ regem tricorporem bello superauit, eiúsque armenta abduxit. xvii. Cacum latronem, Vulcani filium, semihominem, & flammiuomum oppressit. xviii. Lacinium latronem, extremam Italiæ oram infestantem, sustulit, ibique Iunoni templum constituit, quod Iunonis Laciniæ appellauit. xix. Albionem & Berginem iter ipsius impedientes, haud longe ab ostio Rhodani, à Ioue patre lapidum imbre adiutus, deuicit. xx. Pyrechmum Euboiæ regem, Boeotiis bellum inferentem profligauit, cúmque pullis equinis alligatum in diuersas partes discerpsit. xxi. Centauros domuit. xxii. Augiæ stabulum repurgauit. vide suprà. xxiii. Hesionem Laomedontis filiam monstro marino expositam liberauit, occiso prius ceto. Sed cum Laomedon equos præstantissimos in præmium illi pollicitus denegaret, Hercules indignatus, Troiam euertit: & occiso rege, Hesionem Telamoni, qui primus murum conscenderat, in prædæ partem concessit. xxiv. Diripuit insulam Côn, regémque Eurypylum cum vxore & liberis trucidauit. Vide suprà in dictione Côs. xxv. Amazones debellauit, earúmque reginam Hippolytem cepit, cui baltheum abstulit, Eurystheóque regi tradidit: captam vero Amazonem Theseo bellorum socio dedit. xxvi. Ad inferos descendit, & Cerberum iter prohibentem, triplici catena vinctum ad superos traxit. Sunt qui dicant Herculem etiam adiuuasse Theseum in rapienda Proserpina: alij solum Theseum eam eduxisse ad superos, Ditémque vulnerasse. xxvii. Alcestim Admeti regis coniugem ab inferis ad virum reduxit. xxviii. Ab inferis reuersus, Lycum Thebarum regem, eò quòd Megaræ coniugi vim voluisset inferre, interemit. xxix. Aquilam quæ Promethei in Caucaso religati perpetuò renascens iecur exedebat, sagittis traiecit. xxx. Cygnum Martis filium equestri certamine vicit. xxxi. Occidit Theodomantem, quòd ei cibum denegasset: illiúsque filium Hylam sibi charissimum secum abduxit. xxxii. Cercopas vicit, dum Omphalæ Lydorum reginæ seruiret. xxxiii. Pylum diripuit, eiúsque regem & Neleum cum tota domo, præter Nestorem trucidauit: insuper Iunonem Meleo opem ferentem telo trisulco vulnerauit. xxxiv. Eurytum OEchaliæ regem occidit, ipsámque OEchaliam vrbem deleuit, & Iolem Eurythi filiam sibi in vxorem denegatam, (quam tamen parens antea ei despondeat) vi obtinuit, eámque secum in Euboeam abduxit. Quod quum Deianira coniux resciuisset, maritum suum Ioles amore detineri, per Lycham seruum vestem illi misit Nessi Centauri sanguine infectam, futurum rata ea ratione languentem viri amorem excitaret, eúmque ab aliis auulsum, ad se vnam reuocaret, quemadmodum Centaurus ipsi persuaserat. Quum itaque Hercules vestem sacrificaturus induisset, in tantam rabiem versus est, vt constructa pyra se ipsum combusserit. Post mortem verò in deorum numerum relatus est. Habentur & aliæ res ab eo gestæ apud Diodorum Siculum: quas si quis volet, inde petat. ¶ Herculis cothurnos aptare infanti, à Quintiliano *lib.* 6. *de pcetrat* dicuntur qui minimis applicant maxima quæ nequaquam vel congruant, vel deceant: veluti si quis rem humilem oratione tragica prosequatur. ¶ Hercules & simia, Ἡρακλῆς καὶ πίθηκος. de re minimè congruentibus. Simia dolis valet: Hercules viribus antecellit. ¶ Frustra Herculi, εἰκῆ τῷ Ἡρακλεῖ, subaudi calumniam struxeris. De iis dici consueuit, qui sic omnia sua negotia gerunt, vt nemo queat aut audeat calumniari. Conuenit aut in vehementer laudatum probatúmque, aut in præpotentem, quem insimulare tutum non sit. ¶ Hercules hospitatur, Ἡρακλῆς ξενίζεται. Dictitatum vbi quis diutiùs in conuiuio commorari videretur: propterea quòd qui recepissent Herculem hospitio conuiuióque, his multum temporis erat opperiendum, donec ille satur esset. ¶ Diues amico Hercule. Horat. 2. *Serm. Satyr.* 6. Ideo quia thesauris præest. Et sunt qui eundem Incubonem quoque esse velint. Vnde putant & quòd res rustica in tutela eius sit, nam illi sacrificia reddunt rustici quum messem domuerit. Præterea etiam traditur fabula, fuisse quendam mercenarium, qui semper Herculem deprecatus sit, vt sibi boni aliquid præstaret: quem Hercules ad Mercurium duxit, & obseratum thesaurum fecit ostendi: quo effosso, ille eundem agrum in quo operam mercenariam faciebat, comparauit, & labori solito operam dedit. Sicque probauit mercenarius quod Deus prædixerat Herculi, nulla re vllum posse beatum viuere, quum in eadem opera etiam post inuentionem thesauri perseuerauerit. Persius *Satyr.* 2. —ô si Sub rastro crepet argenti mihi seria dextro Hercule: pupillúmve vtinam quem proximus hæres Impello, expungam. Quia Deus lucri & thesauri dicitur. Hactenus Porphyrio.

Hĕrcŭlis portus, Ἡρακλέους λιμήν, vulgò *Portohercule*. Oppidum est in ora Ligustica, cum portu apud Ptolemæum *lib.* 3. *cap.* 1. & apud Plin *lib.* 3. *cap.* 5. ¶ Est & Herculis portus in littore Brutio, non procul à Metauro fluuio: cuius meminit Plin. *lib.* 3. *cap.* 5.

Hĕrcŭlĕŭs, a, um, quanquam Græce Ἡράκλειος cum ει diphthongo in penult. efferatur. Est autem propriè nomen possessiuum, significans id quod ad Herculem pertinet: vt, Claua Herculea, Labor Herculeus. Horat. *lib.* 1. *Carm.*

——Perrupit Acheronta Herculeus labor,

id est, labor ipsius Herculis. Nonnunquam Herculeos labores, Ἡρακλείους πόνους, partim prouerbiali hyperbole pro immensis & penè insuperabilibus laboribus accipimus, quique vires desiderent Herculeas: quemadmodum vsurpauit Catull.

Sed te, inquit, quærere, iam Herculei labor sit.

Item Propert.

Deinde vbi pertuderis, quos dicit fama labores
Herculis.

Item Herculei labores dicuntur, qui sunt eiusmodi, vt aliis quidem maximas adferant commoditates, cæterùm autori suo nihil fermè fructus adducant, præter aliquantulum famæ, plurimum inuidiæ. ¶ Herculeus nodus, Ἡρακλεωτικὸν ἅμμα, prouerbij item speciem habet pro nodo indissolubili. ¶ Herculeus morbus, Ἡράκλειος νόσος, dicitur quem comitialem alio nomine vocamus, quòd Hercules morbum hunc aliquando passus credatur.

Hĕrcŭlēē, Ἡρακλέως, pro fortiter dixit Cic *lib.* 8. *ad Attic.* Nunc fert etiam Herculee: sed *Mehercule* est legendum. Senec. *epist.* 88. Herculaneus nodus.

Hĕrcŭlānŭs, a, um. Nomen possessiuum. Ἡρακλεανός. Gell. *lib.* 1. *cap.* 1 Comprehensa, inquit, mensura Herculani pedis secundum debitam membrorum omnium inter se competentiam modificatus est. Herculanæ formicæ. Plin. *lib.* 30. *cap.* 34. Herculanæ vrticæ genus odoratum fundens. Plin. *lib.* 21. *cap.* 15. Herculani lecti. Ἡρακλεωτικαὶ στρωμναί dicebantur molles ac delicati. Athen *lib.* 12. ‖ Herculana pars, quam Plautus dicit *in Truncul.* 5. 7. est pars decima. Herculanus morbus, comitialis. Herculanus nodus, qui in congressu serpentum spectatur, ex matris magnæ (quæ & Rhea dicta) mysteriis celebris & sacer est habitus.‖

¶ Herculano sacrificio abstinent mulieres. Gell. *cap.* 6. *lib.* 11.

Hĕrcŭlēum, Ἡράκλειον. Promontorium est, non longè à Leucopetra distitum. Autor Strabo *lib.* 16.

Hercynia sylua, Ἑρκυνία Straboni. Vulgò in nonnullis locis vocatur *Schwartzwald*. in nonnullis nominis antiqui vestigium retinens *Hartzwaldt*. est omnium Germaniæ syluarum longè maxima, quam Cæs. *lib.* 6. *comment.* describit his verbis: Huius Hercyniæ syluæ quæ suprà demonstrata est, latitudo nouem dierum iter expedito patet. Non enim aliter finiri potest, neque mensuras itinerum nouerunt. Oritur ab Heluetiorum, & Nemetum & Rauracorum finibus, rectáque fluminis Danubij regione pertinet ad fines Dacorum, & Anartium. Hinc se flectit sinistrorsus diuersis à flumine regionibus, multarúmque gentium fines propter magnitudinem attingit. Neque quisquam est huius Germaniæ, qui se aut audisse, aut adisse ad initium eius syluæ dicat, quum dierum iter lx. processerit, aut quo ex loco oriatur acceperit. Plura de Hercynia sylua vide eodem loco apud Cæsarem.

Hĕrĕbus, Ἔρεβος, profunditas inferorum dicitur. Vide in dictione *Erebus*.

‖Herefordia, *Herefordt*, V. E. Angliæ trans Sabrinam, in confinio VVallensium, sub A. Cantuariensi.‖

Hĕrī, olim heri: quod à χθὲς, χθεσινά. id est, hesterno die. {תמול *ethmol*. χθὲς, ἐχθές. Gall. *Hier*. Ital. *Hieri*. Germ. Gestern. Hisp. *Ayer*. Angl. *Yesterday*.} Cicer. *ad Attic.* Lepidus ad me heri vesperi literas misit Antio. ¶ Dicitur etiam Here, propter cognationem literarum i & e, vt vespere & vesperi. Terent. *in Eunuch.* Inhonestum hominem quem mercatus est here! Plaut. *Amph.* Herè venisti media nocte, nunc abis. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 1. Herè quos emi de præda. (i. heri.) Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Here antè dixeram omnibus. Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 1. Caruitne febris te herè, vel nudiustertius. ¶ Heri & nudiustertius, χθὲς καὶ πρώην. Prouerbialis hyperbole, tempus admodum nuper actum significans. Plutarch. & Plato. ¶ Heri seruus, hodie liber, speciem prouerbij habet in eo liberto qui aduersus patronum insolentiùs sese gerit. Vlp. *lib.* 7. *de iniur.* Nec enim ferre prætor debet heri seruum, hodie liberum conquerentem quòd dominus ei conuitium dixerit, vel quòd leuiter pulsauerit. Ex Hotomano.

Hestĕrnus, a, um. {χθιζός, χθεσινός. Gall. *D'hier*. Ital. *De hieri*. Germ. Gestrig. Hisp. *Cosa de ayer*. Angl. *Of yester day*.} sicut à cras, crastinus, vt Dies hesternus, nox hesterna. Ouid. *Epist.* 18.

Est mare (confiteor) nondum tractabile nanti,
Nec fuit hesterna lenior aura fuit.

¶ Accipitur nonnunquam pro pridianus. Terent. *in Eunuch.* Quo pacto ex iure hesterno panem atrum vorent.

Heribanus, vox est sacrorum canonum, qua significantur mulctæ.

‖Heribergium

[Heribergium, hospitium paratum. Cod. ll. antiq.]

Hericius, ij. Animal est spinis horridum, sese, dum metuit in globum conuoluens. {ἐχῖνος, χερσαῖος. GALL. Un herisson. ITAL. Riccio. GERM. Ein igel. HISP. El erizo. ANGL. An hedghog, an irchin.} Aliis nominibus herinacius, & echinus terrestris dicitur. In sepibus dumosis & vineis per Autumnum præcipue versatur. Conditur in arboribus hyeme, & cibis per æstatem paratis vescitur. Vbi senserit venatores, contractis ore & pedibus conuoluitur in formam pilæ, ne quid comprehendi possit præter aculeos. Sunt è genere eorum maiores histrices quibus longiores aculei, de quibus infrà. Vide plura apud Plin. lib. 8. cap. 37.

Herifuga, Herifis, vide Herus.

Herinacius, Echinus terrestris, qui & hericius dicitur. {ἐχῖνος, χερσαῖος. ANGL. A hedghog or irchin.} Vide suprà in dictione Hericius.

Herillus, ἥριλλος. Chalcedonius Philosophus, Zenonis discipulus fuit, qui quum audisset scientiam laudatam esse ab Aristotele & Theophrasto, summum bonum in ea posuit. Meminit eius Cic. lib. 2. Acad. & 2. de finibus

[Heristalli, locus castrorum. Cod. ll. antiq.]

HERMÆ, ἑρμαῖ. Statuæ erant, sine lignea, & præcipuè trunci, quorum capita permutari poterant: huiusmodi Athenis plurimi erant, Mercurij imaginem referentes: à quo & nomen acceperunt. Nam Mercurius Græcis dicitur ἑρμῆς. Cic. ad Attic. lib. 1. Hermæ illi tui Pentelici cum capitibus æneis, de quibus ad me scripsisti, nunc admodum me delectant. Probus Æmilius in Alcibiade, Id quum appareret, priusquam classis exiret, accidit, vt vna nocte omnes Hermæ, qui in oppido erant, Athenis deijcerentur, præter vnum qui ante ianuam erat. Suidas dicit Hermas, statuas dictas, quòd plurimum Mercurij statuæ delineatentur. Vnde videtur profectum esse vulgatum illud prouerbium. Non ex quouis ligno fit Mercurius. ¶ Solebant autem Hermæ præcipuè circum sepulchra erigi, ad propagandam defunctorum memoriam. Solebant prætereà Romani, Mercurij, ac Mineruæ statuas coniungere in gymnasijs, dicatéque quas Hermathenas Cicero nominat lib. 1. ad Attic. Epist. 1. Quod ad me, inquit, de Hermathena scribis, per mihi gratum est, ornamentum Academiæ proprium meæ, quòd & Hermes commune omnium, & Minerua singulare est insigne eius gymnasij.

[Hermula, diminutiuum ex Herma, id est, statua Mercurij, sigillatiolum.]

Hermæa, ἑρμαία, Promontorium Africæ propriè dictæ, apud Ptol. lib. 4. cap. 4.

Herisltium, pœna desertæ, siue detrectatæ militiæ.

Hermathena, ἑρμαθήνη. Mercurij ac Mineruæ statua coniuncta, vide Herma.

Hermagoras, ἑρμαγόρας, Carion cognominatus, rhetor egregius ex Temno Æolidis ciuitate. Scripsit autem rhetoricam libris sex, de Cultu Oratoris, de decoro, de Elocutione, de figuris. Docuit Romæ Augusti temporibus, decessitque senex. ¶ Fuit item Hermagoras alter Amphipolitanus philosophus, discipulus Persei, qui plures scripsit dialogos. Autor Suidas. Hermagoras philosophus & orator, apud Cic. de clar. Orat.

Hermanduri, siue Hermunduri, Germaniæ populi Cheruscis finitimi, eo tractu quem hodie Misniam vocant. Meminit horum Plin. lib. 4. cap. 41.

[Hermannopolis, aliàs Cibinium, Hermanstatt. V. E. Transsiluaniæ.]

Hermaphroditus, ἑρμαφρόδιτος. Mercurij & Veneris filius, vt ex ipsa statim vocis compositione apparet. Nam Mercurius, ἑρμῆς, Venus ἀφροδίτη à Græcis dicitur. Hic quum errabundus in Cariam ad limpidissimum fontem quem Salmacis nympha incolebat peruenisset, illa subito eius amore correpta (erat enim adolescens formosissimus) quum neque blanditiis, neque precibus ad concubitum flecti posset, simulato recessu post vepres latuit. Is autem nympham abiisse ratus, fontem nudus intrauit, quod videns Salmacis, subitò accurrit, & abiectis vestibus arctissimè eum complexa est. Sed cùm ne tunc quidem obstinatum exorare posset, à diis petiit vt duo corpora illorum in vnum corpus redigerentur. Cuius precibus exauditis, ambo in vnum corpus coaluerunt, in quo sexus vterque remanebat integer. Quod quum vidisset Hermaphroditus, à superis petiisse dicitur, vt ea fonti natura maneret, vt qui vir eum intraret, ἀνδρόγυνος, id est, vtrunque sexum adeptus, exiret. Hinc omnes Androgyni vocari Hermaphroditi.

Hermenia, Græca dictio, Latinè interpretatio. {מליצה melitsáh. ἑρμηνεία. GALL. Interpretation. ITAL. Interpretatione. GERM. Ein ausslegung. HISP. Interpretation. ANGL. An interpretation.} ἀπὸ τοῦ ἑρμηνεύειν, quod est interpretari. Vnde libros illos dialecticos, quos περὶ ἑρμηνείας inscripsit Aristoteles: nos de interpretatione dicere possumus.

Hermeas, ἑρμείας. Insignis belli dux fuit, teste Polybio, cuius strenua opera ad res maximas vsus est Antiochus, à quo tamen postremò ob suspicionem affectati regni, cum vxore & liberis est occisus.

Hermenii, populi Moschorum sunt prope Colchos. Perottus.

Hermes Trismegistus, ἑρμῆς ὁ τρισμέγιστος. Philosophus in Ægypto post Mosen claruit, eo tempore quo philosophiæ studia in Ægypto cœperunt florescere: quum antea tantum circa Astronomiam & Mathematicas disciplinas versarentur, quæ ad exercendum ingenium magis quàm ad illustrandum animum valent. Scripsit lingua patria dialogum, in Latinum sermonem postea conuersum, vbi Asclepius introducitur. Deum omnino vnum opinatur omnium conditorem, errorémque faretur parentum qui superstitiones idolorum inuenerunt. De hoc plura apud Suidam & August. de ciuitate Dei. ¶ Hermes alter item philosophus Ægyptius, auditor Syriani sophistæ, condiscipulus Procli sub Adriano principe, vir non minore iustitia quàm doctrina præditus. Moriens rataunt & immortalem se esse & incorruptibilem animum habere. Hæc Suidas. ¶ Hermes prætereà à Græcis dicitur quem nos Mercurium vocamus ἀπὸ τοῦ ἑρμηνεύειν, hoc est, ab interpretatione, quod nuntius & interpres deorum habitus sit. Seruius in illud Virgil. 4. Æneid.

Nunc etiam interpres Diuûm, Ioue missus ab ipso.

Hermes, inquit, Mercurius dictus est ἀπὸ τῆς ἑρμηνείας, id est, à sermone. Præstabat enim eloquentia, quem cingebant alas in capite & pedibus habentem, quòd sermo hominum per aëra volitet. Vide infra in dictione Mercurius.

Hermesion, gemma igneo colore radians, auro portante secum in extremam candidam lucem. Plin. lib. 37. cap. 10.

Hermiona, ἑρμιόνη. Oppidum Peloponnesi maritimum ad sinum Argolicum situm, non procul à Phliunte, Iunonis templo nobile. Virg. in Ciri.

Hinc sinus, hinc statio contra patet Hermionea.

Versus est spondaicus.

Hermione, ἑρμιόνη. Filia Menelai ex Helena, admodum formosa, militante patre apud Troiam, Oresti Agamemnonis filio desponsata fuit: sed hanc Menelaus huius rei inscius apud Troiam promisit Pyrrho Achillis filio. Qui domum reuersus quum Ægisthus regiam, occiso Agamemnone, occupasset, atque Orestes ad Strophium Phocensium regem Electræ sororis auxilio clam ablegatus esset, Hermionem reluctantem vi rapuit, tradita Andromacha Hectoris coniuge, quæ illi in sortem cesserat, quámque pro vxore habuerat, Heleno vati, filio Priami. At Orestes posito furore, quo ob interfectam à se matrem cruciabatur ex Taurica regione rediens, Pyrrhum in templo Apollinis Delphici trucidauit, suámque sponsam recepit. Virg. 3.

——— qui deinde secutus,

Ledæam Hermionem Lacedæmoniósque hymenæos. &c.

Hermiones, populi sunt in finibus Germaniæ, autor Pomponius lib. 3. Vadianus arbitratur eos esse, quos hodie Pomeranos vocant Germani.

Hermippus, ἕρμιππος. Atheniensis poëta fuit, antiquæ comœdiæ scriptor, altero captus oculo, frater Myrtili Comici. Scripsit fabulas XL. ¶ Fuit item alter Hermippus Berytius, discipulus Philonis Biblij, qui multa composuit sub Adriano principe. vide Suidam.

Hermocrates, ἑρμοκράτης. Nobilis sophista tempore Seueri principis, à quo coactus, filiam Antipatri magistri epistolarum, inficiei forma puellam, duxit vxorem, quam postea repudiauit.

Hermias, ἑρμίας, Eunuchus, Trapezitæ cuiusdam famulus, Athenas profectus Platonem, Aristotelémque audiuit: & domi reuersus cum domino suo Atarnenses & Assenses aggressus, subegit, & illis simul cum domino imperauit. Ex Suida.

Herminius, Germanorum dux fuit, qui Varum Augusti legatum cum tribus legionibus ad internecionem cecidit. Cuius cladis meminerunt Suetonius in Augusto, & Tacitus de rebus Germanicis. Fuit etiam hoc nomine Romanus quidam fortissimus, vnus ex iis qui vnà cum Coclite Hetruscis in Sublicio restiterunt, donec à tergo solueretur. Liuius lib. 2. ab Vrbe condita. ¶ Est prætereà nobilis cuiusdam Hetrusci nomen apud Virg. 11. Æneid.

——— Ingentem corpore & armis

Deijcit Herminium.

[Hermodactylus, herbæ genus.]

Hermodorus, ἑρμόδωρος, Fuit Philosophus Ephesius, quem in Italia exulantem, Pomponius Iurisconsultus tradit autorem fuisse Decemuiris ferendarum legum XII. tabul. Plin. lib. 34. cap. 5. dicit hunc fuisse interpretem legum decemuiralium, eique ob id statuam publicam dicatam. Cic. lib. 5. Tusc. quæst. Est illud scitum apud Heraclitum Physicum de principe Ephesiorum Hermodoro. Vniuersos ait Ephesios morte esse multandos, quòd quum ciuitate expellerent Hermodorum, ita locuti sunt, Nemo de nobis vnus excellat: si quis extiterit, alio in loco & apud alios sit. Eadem ferè refert & Strab. lib. 14. ¶ Fuit & alter Hermodorus Siculus, auditor Platonis: cui vitio datum est quæstui philosophiam habuisse, dictata quæ sub præceptore audierat colligendo, ac deinde in Sicilia venditando. ¶ Hinc locus factus prouerbio, Verba importat Hermodorus, λόγοισιν ἑρμόδωρος ἐμπορεύεται. In eum dicebatur qui præter verba nihil afferret. Aut in eos qui verba vendunt pecunia: quod in poëtas, aduocatos, sumi venditores, atque in id genus homines rectè dici poterit.

Hermodotus, ἑρμόδοτος, Poetæ nomen, cuius aliquoties meminit Plutarchus.

Hermogenes, ἑρμογένης. Tarsensis sophista fuit, in pueritia tanto dicendi acumine, vt natus annos non amplius quindecim, fama sui commouit Marcum Antonium principem ad auditorium excitauit, ab eóque non pœnitenda tulerit munera. Accedente vero ætate, tanta illi obrepta est stupiditas, vt omnibus esset ludibrio. Nam Cratillus ad nomen eius alludens, dicebat eum à patre degenerare, quòd quum Hermogenes esset, hoc est, Mercurio genitus, nullam tamen paternæ eloquentiæ haberet micam. Antiochus autem sophista cauillabatur, eum in pueritia fuisse senem, in senectute puerum.

Hermolaus, ἑρμόλαος, Byzantius Grammaticus fuit, qui in librum Stephani de Vrbibus in Iustinianum Cæsarem scripsit epitomen. Suidas. ¶ Memoratur & ante hunc alius, qui contra Alexandrum coniurauit. ¶ Alius item apud Plin. lib. 36. cap. 5. statuarius inter eos qui ædes principum signis nobilibus ornauerunt.

Hermoglyphus, {מפתח mephattéach. ἑρμογλύφος. GALL. Tailleur d'images. ITAL. Scultore, statuario. GERM. Ein bildhawer. HISP. Esculpidor o entallador. ANGL. A caruer of images.} Statuarius: nam vt suo loco diximus, Græci signa & statuas Hermas vocant. γλύφειν autem est sculpere.

Hermon, nomen est Hebraicum, quod interpretatur signum exaltatum, mons longè disiunctior ab Ierusalem trans Iordanem. Hermon, ἑρμών, etiam dicitur piscatorium in Peloponneso.

Hermonasse, ἑρμώνασσα. Insula parua in Cimmerio Bosphoro, vrbem habens Ionum coloniam. Stephanus ἑρμώνασσα vocat. Strabo Hermonactis vicum Menippus regiunculam. Trapezuntius, Hecateus & Theopompus ciuitatem esse dicunt. Steph. Adiacet Tauricæ. Plinius lib. 6. cap. 6.

Hermonthis, ἑρμωνθίς. Vrbs Ægypti, Stephanus, vbi Iupiter, Apollo, & Isis coluntur.

Hermopolis, ἑρμούπολις Stephano, Latinè Mercurij ciuitatem sonat, vrbs est Ægypti in præfectura Sebennitica, vbi Pan colitur & hircus. Autor Strabo lib. 17. Vide Volaterranum lib. 12. Herodianus duas esse scribit,

scribit, magnam & paruam & tertiam in Ægypto, & quartam, ἐν φοινίκῃ, & quintam in fluuio, & sextam in Co insula, septimam in Arcadia. Stephan.

Hermopōlium, ἑρμοπώλιον. Officina est, vel quiuis alius locus in quo hermæ, hoc est, statuæ, vel signa vendebantur.

Hermos, ἕρμος, ὁ, vicus in tribu Acamantide. Steph.

Hermotymbiei, ἑρμοτυμβιεῖς, pars bellicosorum in Ægypto. Dicuntur & Labares. Steph.

Hermundulus populus & eius bellum cum populo Rom. Gell. *cap.* 4. *lib.* 19.

Hermupedion, ἑρμουπεδίον, locus apud Cumam, Steph.

Hĕrmūpŏă, ἑρμούπoα. Herba vulgo in vineis nascens, quam Græci Linozostin vocant. Latini verò Mercurialem, quasi Mercurij herbam. Plin. *lib* 21. *cap* 5.

Hermus, ἕρμος, fluuius minoris Asiæ, aureas arenas trahens. Oritur iuxta Doryiaum Phrygiæ ciuitatem, auctóque Pactolo, Smyrnæ campos irrigat, tandemque in Phocaicum sinum illabitur. Vide Plin. *lib.* 5. *cap.* 29. & Strab. *lib.* 13. Virg. 2. *Georg.*

Nec pulcher Ganges, atque auro turbidus
Hermus.

HĔRNĬĂ, æ, Morbus est scroti intumescentis: & propriè quum crupto peritonæo, corpus aliquod in scrotum deciderit. {κήλη. GALL. *Hargne, rompeure, greueure.* ITAL. *Hernia, rottura, crepatura.* GERM. Ein bruch der gemächen. HISP. *La potra.* ANGL. *A bursting when the bowelles fall into the codder.*} Eius multæ sunt species, Enterocela, ἐντεροκήλη, enim dicitur quum intestina dilabuntur in scrotum, hoc est, in sacculum illum qui ambit testiculos, quem Græci vocant ὄσχεον. Epiplocela, ἐπιπλοκήλη, quum omentum. Epiploenterocele, ἐπιπλοεντεροκήλη, quum intestina simul cum omento eodem fuerint delapsa. Hydrocela, ὑδροκήλη, quum in alterum è testibus humor confluit. Has species nostri vocant hernias (vt inquit Cels.) à duritie pellis quæ fit post intestinorum descensum. Hernium enim durum & asperum dicitur. Tractum à Sabinorum lingua qui herniam saxum vocant. Martialis,

Derisor Fabianus herniarum,
Omnes quem modò colei timebant
Dicentem tumidas in hydrocelas.

Ramices verò vocant, quum integro peritonæo scrotum aliqua ex causa intumescit, quorum etiam aliquot faciunt species. Porocelam enim, πωροκήλην vocant quum ex abscessu aliquo circa scrotum materia subdurauit: Sarcocelam, σαρκοκήλην, quum in ipso scroto increuit caro. Cirsocelam, κιρσοκήλην, quum tumescentes venæ scrotum replent. Bubonocelam, quum illæso peritonæo, aliquid superiorum corporum non in scrotum, sed in inguen tantùm descenderit. Hæc tamen differentia inter ramices & hernias ne ab ipsis quidem medicis semper obseruatur. De bronchocela antè diximus. Neque enim illa inter species herniæ est connumeranda, vtpote quæ non pudendas partes, sed collum infestat. Est enim bronchocele, tumor magnus & rotundus inter cutem & asperam arteriam, cui modò caro hebes, modò humor aliquis includitur. Interdum etiam minutis ossibus pili immisti. Sunt etiam qui herniam interpretentur testium thecam, in illo versu Martialis,

Ingens iam tibi apparuit hernia sacrie.

Hĕrnĭōsŭs, qui herniam patitur. {חתוח chathuth. κηλήτης. GALL. *Hergneux, greuè & rompu.* ITAL. *Rotto, crepato,* GERM. Gebrechens der eynbruch der gemächten hatt. HISP. *El potroso.* ANGL. *That hath his bowel es fallen into his codder.*}

Hernici ἑρνικοί, populi in Campania saxa incolentes: vnde & nomen acceperant. Nam hernias Sabini saxa vocant. Hos tamen Hernicos appellatos voluit Macrobius, ab Herno quodam Pelasgo ipsorum duce. Horum metropolis est Anagania. Virg. 9. *Æneid.*

——— & roscida riuis
Hernica saxa colunt, quos Anagania pascit.

Hero, herûs in genitiuo, vide *Ero.*

Hĕrōdes, ἡρώδης, Antipatri Idumæi filius, anno decimo Augusti rex Iudæorum à Romanis declaratus est, regnauitque annis triginta septem. Hic vir strenuus Samariam olim in cineres redactam à fundamentis erexit, eamque in honorem Augusti σεβαστὴν, hoc est, Augustam appellauit. Crudelissimus tamen fuit, quippe qui multos iniustè occiderit. Nam omnes legis interpretes, & paruulos Bethlehemitas gladiis interemit. ¶ Huic filius fuit eodem nomine, de quo refert Lucas *in Actis Apostolorum,* quum ad populum concionem haberet, acclamante concione, Vocem Dei esse illam, non hominis: ab irato Deo cuius honores sibi vendicabat, percussus, scatentibus toto corpore vermibus, miserando genere lethi mortuus est. ¶ Fuit alius Herodes Antipas, huius filius, præfectus Galilææ post Archelaum, qui impiissimus etiam fuit. Nam in ciues sicarius, in nobiles latro, in socios populator habitus est, vxorem Philippi fratris duxit, Ioannem Baptistam occidit & Dominum nostrum illusum Pilato remisit: tandem Lugdunum à Caio Cæsare relegatus, ibi vitam finiuit. ¶ Quartus Herodes Agrippa, Aristobuli filius qui Iacobum occidit. ¶ Alius Herodes fuit Atticus, qui Græca oratione, inquit Gell. ferè vniuersos grauitate atque copia elegantiáque vocum longè præstitit. Is Athenis natus, nobilitate generis, potentia simul & sophistica facultate clarus, genus ex Æacidarum sanguine ducebat patre Attico, cui diuitiarum initium ex thesauro prope domum reperto fuit. Huius Herodis vitam vide apud Philostratum.

Herodianus, ἡρωδιανὸς, Alexandrinus Grammaticus, Apollonij etiam Grammatici filius, & discipulus, floruit sub Marco Antonio Imperat. Scripsit de arte grammatica: præterea Cæsarum historiam à Commodo M. filio vsque ad Gordianum, eius Gordiani nepotem, qui Maximino successit. Autor Suidas.

Herodius, vide *Erodius.*

Herodotus, ἡρόδοτος, Historiographus Græcus, quem Cicer. *lib.* 1. *de Leg.* patrem historiæ appellat. Hunc Halicarnasseum fuisse autor est Suidas, claróque apud suos genere ortum. Floruit tempore Cyri Persarum regis tyrannis omnibus infensissimus. Quare, quum patriam à Lygdamo tyranno quodam videret occupatam, successit in Samum: eóque extincto, quum ad suos redijsset, inuidiæ obnoxius factus, sponte Thurium Atheniensium coloniam in exilium profectus est: vbi etiam mortuus esse dicitur, & sepultus. Scripsit historiarum libros nouem, quorum singulos singularum Musarum nomine inscripsit.

Hērōn, ἥρων, Atheniensis orator, scripsit commentarios in Herodotum, Xenophontem & Thucydidem. Autor Suidas.

Hērŏphĭla, ἡροφίλη. Proprium nomen fuit Sibyllæ Erетriæ, quæ Tarquinij Superbi tempore Romam venit, tresque secum libros attulit, heroico carmine conscriptos: quorum nomine quum magnam pecuniæ summam à rege petiisset, nec obtinuisset, duos exussit: vnúmque qui reliquus erat, nomine tantundem obtinuit, quantum paulò antè pro tribus poposcerat. Autor Suidas.

HĔRŌS, herôis, {גבור gibbór. ἥρως. GALL. *Demi dieu, homme noble & vertueux par excellence.* ITAL. *Barone & signore, heroe, huomo illustre.* GERM. Ein herrlicher dapfferer vnd furtreffenlicher mann, ein held. HISP. *Señor que tiene excelente virtud.* ANGL. *A passing excellent man in vertue and noblenesse, half a god.*} Dicti autem sunt à veteribus heroes viri nobiles & illustres, qui mortales quum essent, rerum tamen à se gestarum magnitudine, quàm proximè ad deos immortales accesserunt, eámque apud vulgus opinionem meruerunt, vt post mortem in deorum numerum crederentur relati, quales ij fuerunt, de quibus fabulatur antiquitas altero parente Deo, altero mortali prognatos esse. Quanquam est verisimilius hoc commentum à mulieribus excogitatum ad prætexendam adulteriorum turpitudinem. Lucian. *in* 3 *Dialog. mor.* definit Heroës hunc in modum, ἥρως ἐστὶν ὃς μήτε ἄνθρωπός ἐστι, μήτε θεὸς, καὶ συναμφότερόν ἐστι, hoc est, Heros qui neque homo est, neque deus, & simul vtrunque est. ¶ Quod ad huius vocis originem attinet, variæ sunt opiniones. Sunt enim qui heroem dictum putent ἀπὸ τοῦ ἔρωτος τῆς ἀρετῆς, hoc est, ab amore virtutis, prima vocali tenui mutata in aspiratam. Augustinus *lib.* 10. *de ciuit. Dei* ἀπὸ τῆς ἥρας, hoc est, à Iunone, primúmque nescio quem eius filium Heroëm appellatum. Hoc videlicet mysticum significante fabula, quod aër Iunoni deputetur, vbi volunt cum dæmonibus Heroas habitare. Quo nomine appellant alicuius meriti animas defunctorum. Idem *lib.* 7 autor est inter Lunæ gyrum & nymborum ac ventorum cacumina, aërias esse animas: sed eas animo, non oculis videri, & vocari Heroas, & lares, & genios. Martianus Capella *in nuptijs Philologiæ,* dicit Heroas ab Hera quæ terra dicitur, nuncupatos. Horat. *in Arte poët.*

Intererit multum, Dauúsne loquatur, an heros.

Cic. *ad Att. lib.* 1. Heros ille noster Cato. Et *lib.* 14. Illi non heroës, sed dij futuri quidem, in gloria sempiterna sunt. Virg. 6. *Æneid.*

——— tum maximus heros
Maternas agnoscit aues.

Ouid. 13. *Metam.*

———Donet Laërtius heres
Achillis.

Hērōĭcŭs, a, um, Illustris, nobilis, egregius, eximius. {ἡρωϊκός. GALL. *Heroique, appartenant aux gens de vertu tres excellente.* ITAL. *Pertinente ad huomi per virtu eccellentissimo.* GERM. Das zu solchen furtreffenlichen vnd herrlichen männern gehört. HISP. *Cosa perteneciente á señor que tiene excelente virtud.* ANGL. *Noble, excellent.*} vt Heroica ætas, in qua heroës floruerunt. Et Heroicus versus, quòd eo genere carminis heroum gesta describantur. Cic. *de Legib. lib.* 2. Ne plus quatuor heroicis versibus, quos longos appellat.

Hērōĭdes, {גבירות gebiróth. ἡρωΐδες, ἡρωΐναι. GALL. *Femmes par excellence nobles & vertueuses.* ITAL. *Femine per virtu eccellente.* GERM. Herrliche vnd weidliche frawen. HISP. *Señoras que tienen excellente virtud.* ANGL. *Noble women or ladyes of the courte.*} A veteribus dictæ sunt fœminæ illustriores, quales sunt heroum vxores & filiæ. Papin. *lib.* 3. *Sylu.*

Quæ veteres Latias, Graiásque heroidas æquet.

Martial.

Mutatas formas heroidas insuper ysdem
Addidit.

Hērōĭnă, æ, ἡρωΐνη, dicta fuit ab antiquis quælibet fœmina illustris, vt sunt heroum filiæ, & vxores. {ANGL. *A ladie of the courtes.*} Propert. *lib.* 1. *Eleg.*

Illa sit Inachys & blandior heroinis.

[Heroum, ἡρῷον, templum heroum, quod cum silentio & veneratione transibant.]

Hērōŭs, a, um, ἡρῷος, Heroicus: Heroipedes dicuntur, quibus in carmine heroico vtimur. Cic. 3. *de Orat.* Quare primùm ad heroum nos dactyli, & anapæsti, & spondæi pedem inuitat. Heroi carminis opus, Propert. *lib.* 3. *Eleg.* 3. Ouid. 2. *Fast.*

——— Heroi res erat illa pedis.

Hērŏstrătŭs, ἡρόστρατος. Ephesius homo ignarus fuit, & scelestus, qui celeberrimum illud Dianæ Ephesiæ templum suis manibus incendit, vt ea re omnibus immortalitatem sibi compararet. Ephesij autem ne speratum ex scelere fructum consequeretur, seuerissimis edictis cauerunt, ne quis eum vnquam nominaret: non tamen efficere potuerunt, vt nomen illius ad nos non perueniret: vt scribit Strab. *lib.* 14.

Herpēs, ἕρπης, Tumor contra naturam, siue vlcus, ab intemperie partis proficiscens cum affluxu flauæ bilis. ἀπὸ τοῦ ἕρπειν, id est, à serpendo nomen habens, propterea quòd ad vicinas partes proserpat, carnémque sæpenumero vsque ad ossa deuoret: quod quum fit, ἕρπης ἐσθιόμενος à Græcis dicitur. ¶ Est item herpes animalis nomen, sic dicti, quòd vlcera proserpentia eo persanentur. Plin. *lib.* 34. *cap.* 13.

[Herpex, vide *Irpex.*]

Hĕrsĭlĭă, ἑρσιλία, nomen vxoris Romuli, quam Ouid. 14. *Metam.* fabulatur, post mariti apotheosin, & ipsam deam factam, communia cum Quirino templa habere, mutatóque nomine dictam esse Oram.

[Herthus Tacitus *de moribus Germ.* in commune Herthum, id est, terram matrem colunt, eamque interuenire rebus hominum, inuehi populis arbitrantur.]

Hĕrŭs, i, ab ἔρα Hinc heres: quam vocem alij ducunt ab hærco, & scribunt hærus. Dominus. Vnde Dij Heri, & Hera [illegible] {אדון adôn [illegible] בעל báal. δεσπότης. GALL. *Maistre, sire, seigneur.* ITAL. *Padrone, signore.*
GERM.

GERM. Ein herr. HISP. *El señor.* ANGL. *A maister or lord.*} Plaut. *Capt. sc.1.a.2.* Indigna digna habenda herus quæ facit. Idem *Milit.sc.5.a.2.* Athenis domus est atque herus. Idem *Men. sc.4. a.1.* Sed ego inscitus qui me postulem hero moderarier. *Ibid.sc.vlt. a.5.* Tu mihi herus es, quære seruum. Terent.*in Andr.* Herus est, neque præuideram. Cicer.2. *Offic.* Sed iis qui vi oppressos imperio coërcent, sit sanè adhibenda sæuitia, vt heris in famulos, si aliter teneri non possunt. Virg.3.*Æneid.*

Nec victoris heri tetigit captiua cubile.

¶ Herus interdum heri filium significat, propterea quòd illi etiam viuo patre quodammodo heri sint & domini, δεσπόσυνος. Ter.*in Andr.* Quæ si non astu prouidentur, me aut herum pessundabunt. Verba sunt Daui de Pamphilio heri sui filio. Plaut. *Asin.sc.1.act.1.* Serua herum. (sup.minorem.) Idem *Pseud.sc.1.a.1.* Here (sup.minor.) Idem *ibid.sc.1. a.5.* Ab hero (minore sup.) ad herum maiorem venio, &: Ego & herus minor. *Ibidem sc.2. a.1.* Herum (minorem) vt ego seruos criminatter apud herum (maiorem.) Idem *Capt.sc.5.a.3.* Seruaui herum, cui me custodem addiderat herus maior meus. Idem *Capt.sc.2.a.2.* vult te nouus herus veteri domino dare operam, &c. Idem alibi, Maior (herus) apud forum: Minor hic intus est.

Hĕră, æ, priore correpta, fœmininum ab herus, Domina. {גברת gebereth בעלה bahálah. δέσποινα. GALL. *Dame, maistresse.* ITAL. *Padrona, signora.* GERM. Ein herrin/fraw im hauß. HISP. *Señora.* ANGL. *A lady, a maistresse.*} Ouid. *Epist.9.*

Æquaque formosæ pensa rependis heræ.

Terent.*in Andr.* Quòd si omnes omnia consilia sua conferant. Atque huic malo salutem quærant, auxilij nihil afferant, Quod mihíque, heræque, filiæque herili est. Ennius apud Cic.*lib.1. Offic.*

Vósne velit, an me regnare hera, quidve ferat fors,

Virtute experiamur.

id est, fortuna. Plaut. *in Mercat.* Diuûm atque hominum quæ spectatrix neque hera eadem est hominibus. ¶ Qualis hera, tales ancillæ, ὁ ποία ἡ δέσποινα, τοῖαι καὶ θεραπαινίδες. Cic.*ad Att.lib.5.* ¶ Hera etiam de matre dicitur. Plaut *Asin.sc.1.a.1.* Mater tu, eadem hera es. Item etiam appellabatur fortuna Hera.

Hĕrĭfŭgă, æ, Fugiens herum. {δεσπότου φυγάς, ὁ δεσπότην φεύγων. GALL. *Qui fuit son maistre, fugitif de son maistre.* ITAL. *Che fuge il padrone.* GERM. Der vom herren fleücht. HISP. *El que huye su señor.* ANGL. *That fleeth from his maister.*} vt Famuli herifugæ, Catullus,

Patria ô mea creatrix, patria ô mea genitrix,

Ego quàm miser relinquens dominos, vt herifugæ

Famuli solent, ad Idæ tetuli nemora pedem.

Hĕrīlĭs, e, possessiuum est ab hero deductum, quod est heri, quódque ad herum pertinet. {δεσποτικός. GALL. *Du maistre, appartenant au maistre.* ITAL. *Del padrone.* GERM. Deß herren im hauß/dem herren zugehörig. HISP. *Del señor.* ANGL. *That belongeth to the lord or maister.*} Plaut. *Mil. sc.6.a.2.* Herile negotium non curat. Idem *Most. sc.1. a.2.* Ne periisse cupit Iuppiter & herilem filium. Idem *Mil.sc.6. a.2.* Herile negotium non cura. Idem *Amphitr.sc.1 a.5.* Herilis peruertit metus. Idem *Asin. sc.3.a.3.* Custos herilis decus populi. Idem *Mil.sc.3.a.3.* Custos herilis concubina. Et *Aulul.sc.1.a.1.* Quo pacto celem herilis filiæ probrum. *Ibid.sc.2.a.4.* Herile imperium ediscat seruus. Idem *Pseud. sc. 4. a.1.* Quas (minas) dem herili filio, &c. vt Herilis filius, herilia imperia. Idem *in Amph.* Non soleo ego somniculosè herilia imperia persequi. Ter.*in Andr.* Herum fefelli: in nuptias conieci herilem filium.

[Herthamon, præcordia. Cod.ll.antiq.

Heruitium, locus vbi herbæ nascuntur. Gl.Isid.]

Hĕsænūs, Αἶμος. Mons qui Pannoniam & Mœsiam distinguit, in quo feram Menopem reperiri aiunt. Aristoteles *ab initio mirabilium narrationum.* Alibi tamen *lib. 6. historiæ* Mesappus legitur montis illius nomen.

Hesaias, Ἡσαΐας. Nomen Prophetæ proprium, qui nobili genere ortus in Ierusalem prophetauit, nihil rusticitatis in sermone habens qui non tam Propheta, quàm Euangelista fuit. Vniuersa enim Christi Ecclesiæque mysteria ad liquidum prosequutus est, vt non putes eum de futuro, sed de præterito historiam texere. Tandem sub Manasse rege sectus in duas partes occubuit. Vide Hesychium.

Hēsĭŏdŭs, Ἡσίοδος, Poëta vetus, ex Ascra vico Bœotiæ: vnde & Ascræus dictus est, Homeri (vt creditur) coætaneus. Hic primus de agricultura versus scripsit, quem Virgilius imitatus est. De morte eius scribit Plutarchus in conuiuio septem Sapientum, apud Nemeum Locritum occisum fuisse à Locrensibus quibusdam adulescentibus, cum quorum sorore clàm rem habebat sospes quidam Milesius, quo Hesiodus familiarissimè vtebatur. Suspicati itaque fratres puellæ, Hesiodum ab initio rei totius conscium fuisse, dispositis insidiis eum trucidarunt, & in mare abiecerunt. Corpus autem à delphinis protinus acceptum, ad Rhium Molycricum est aduectum. ¶ Hesiodi senecta, Ἡσιόδειον γῆρας: Longæua viuáxque sic appellabatur. Fertur etiam ab Hesiodi longæuitate Pindari epigramma eiusmodi.

Χαῖρε δὶς ἡβήσας, καὶ δὶς τάφου ἀντιβολήσας

Ἡσίοδ', ἀνθρώποις μέτρον ἔχων σοφίης.

Hēsĭŏdīŭs, a, um, quicquid Hesiodi est. Cic.*in Bruto*, Illud Hesiodum laudatur à doctis, quod, &c.

Hēsĭŏnē, Ἡσιόνη. Laomedontis regis Troiæ filia, & Priami soror, quam Hercules à Pistricis monstri periculo liberatam, vxorem dedit Telamoni.

Hĕspĕrĭæ, Ἑσπερίαι, duæ sunt, vna quæ Hispania dicitur, altera Italia, quæ sic discernuntur, aut enim Hesperiam solam dicimus. Virgil. 2. *Æneid.*

Est locus, Hesperiam Graij cognomine dicunt.

Aut addimus extremam, vel vltimam, & significat Hispaniam, quæ in Occidentis est fine. Horat *lib.1.Carm.* Qui nunc Hesperia victor ab vltima. Et hæc ab Hespero occidentali stella dicta est: Italia verò ab Hespero Atlantis fratre, qui à germano pulsus, Italiam tenuit, & ei nomen vel suum, vel suæ pristinæ regionis imposuit. Macrobius tamen voluit Hesperiam dictam esse Italiam, quòd Occasui subiecta sit.

Hespĕrĭdĕs, Ἑσπερίδες. Appellatæ sunt Hesperi fratris Atlantis filiæ, Ægle, Arethusa, & Hesperethusa, quas Poetæ fabulantur habuisse hortos, nemore aurifero pretiosos: vbi erat draco custos peruigil, mala aurea vigilanter obseruans, quem interfecit Hercules, pomáque aurea retulit ad vitricum Eurystheum. Plinius & Solinus interpretantur fuisse æstuarium maris meatu sinuoso instar draconis, quod hortos Hesperidum amplectebatur, vbi præter oleastrum, aliud nihil ex celebri illo, aurifero nemore extare prodiderunt. Varro per mala aurea, oues significari dicit, quales Hercules ex Africa in Græciam exportauerit: nam μῆλα apud Græcos significat ouem & pomum. Hinc Melotæ μηλωταί dictæ vestes ex pellibus ouium confectæ. Aliter tradit Diodorus *lib.5. Bibliotheca*, quem videre potes. ¶ Hesperidum mala largiri, μῆλα Ἑσπερίδων δωρεῖσθαι, dicuntur, qui magna splendidáque largirentur.

Hĕspĕrĭs, idis, ἑσπερίς, teste Plin.*lib.21.cap.7.* Herba est, quæ noctu magis olet: vnde & nomen inuenit.

Hĕspĕrum, Ἕσπερον. Promontorium in Africa est, nauigatione decem dierum ac noctium distans à monte, quem Θεῶν ὄχημα vocant Græci. Vide Plin.*lib.5. cap.1.*

Hĕspĕrūs, Ἕσπερος, Atlantis frater, vnde Hesperia. Scribit Diodorus hunc Hesperum conscendisse cacumen montis Atlantis, ad cursus astrorum obseruandos, & nunquam deinde comparuisse: cui vulgus honores diuinos exhibuit, astrúmque lucidissimum eius nomine appellauit. Virg. *Eclog. 7.*

Ite domum saturæ, venit Hesperus, ite capellæ.

Hæc etiam Serotina stella, & Vesper dicitur, & Vespertigo, & Lucifer, & Venus, de quibus suo loco. {ANGL. *The euening starre the euening, or euentide.*} Huius meminit Cic.*lib.2.de nat. Deorum.* Infima est (inquit) quinque errantium, terræque proxima stella Veneris, quæ Φωσφόρος, Latinè Lucifer dicitur, quum antegreditur solem: quum subsequitur autem Hesperus. ¶ Dicitur & Hesperugo. Senec. *Medea*, Mergit diem timendum Dux noster Hesperugo.

Hĕsēnī, Populi Palæstinæ sine vlla fœmina viuentes, & omni Venere abdicati. Autor Plin.*lib.5.cap.17.* Apud hos capitale erat columbas interficere. Quare tam cicures factæ traduntur, vt etiam ad ignotissimum quenque aduenarum aduolantes, ora rostro velut exoscularentur.] Ad hoc alludit Tibull.*lib.1. Eleg.*

Quid referam vt volitet crebras intacta per vrbes

Alba Palæstinis sancta columba viris?

HĔSTĔRNŬS, a, um, quod heri fuit. {χθεσινός, χθιζός. ANGL. *Of yesterday.*} Plaut.*Pseud.sc.4.a.2.* Neque venit Athenas ante hesternum diem. Vide *in Heri.*

Hesternò, Aduerbium. Auson.*Epist.73.*

Hĕstĭæā, Ἑστίαια, Eubœæ oppidum, quod Plin. ab vuarum copia πολυστάφυλον cognominat. ¶ Est & eiusdem nominis oppidum in Acarnania, teste Stephano. ¶ Pars item quædam Thessaliæ à Strabone *lib.13.* Hestiæa appellatur.

Hēsychĭŭs, Ἡσύχιος, Milesius historicus tempore Anastasij principis. Scripsit historiarum libros sex de Romanorum aliarúmque gentium principibus: item Dictionarium, quo se vsum fatetur Suidas.

[Hetæria, ἑταιρεία, sodalitas, collegium, societas.

Hetæriarcha, ἑταιριάρχης, qui præest ἑταιρείᾳ.]

Hĕtĕrŏclĭtŏn, ἑτερόκλιτον. Quod à communi vulgatâque declinandi ratione deflectit, quasi alieno, & nouo quodam modo declinatum.

Hĕtĕrŏcrānĭă, ἑτεροκρανία. Morbus est capitis, quum caput inæqualiter dolet, tumétque, & inter pilos rotunda & humida hulcuscula surgunt, & plus mali odoris. Plin.*lib.31.cap.9.* Ad heterocraneas, capitísque vlcera & pustulas, papulásve, &c.

Hĕtĕrŏgĕnĕŭs, a, um, ἑτερογενής. Quod est alterius generis: cui opponitur homogenius, quod est eiusdem generis, ὁμογενές.

Hĕtĕrŏmaschălă, {ἑτερομάσχαλα. ANGL. *Polergamentes frized onlie on the one side.*} Vestimenta, quæ ex altera tantùm parte villosa sunt, & seruis apta. Contrà, amphimaschala, & amphimalla, quæ ab vtraque parte villosa, & ingenuis dedicata sunt. Vide Baysium *de re vestiaria.*

Hĕtrūrĭă, Regio est Italiæ ad primam vsque Tiberis ripam protensa, Macra fluuio à Liguria discreta. Τυῤῥηνία Steph. cuius hodie præcipua metropolis est Florentia. Dicta est autem Hetruria, quasi ἑτερουρία, ἀπὸ τοῦ ἑτέρου καὶ ὅρου, eo quòd extendebatur ad alteram ripam Tyberis, qui est terminus inter Latium & Hetruriam. ¶ Alij dictam Hetruriam autumant ab eiusdem regionis oppido Atria, quam Diomedes condidit & Æthrian primò nominatam scribit Stephan. Vel ἀπὸ τοῦ τὸν αἰθέρα ἀθρεῖν, propter auguriorum peritiam, quia de cœlo seruantes exercent æthera Patras. Claruit olim maximè aruspicina, quam Tages ex hac regione oriundus primus inuenerat.

Hĕtrusci, Regionis eius incolæ, Τυῤῥηνοί. Martialis,

Quantum sollicito fortuna parentis Hetrusci.

[Hetta res minimi pretij, quasi hietta, id est, hiatus hominis atque oscitatio. Alij pusulam dixerunt esse, quæ in coquendo pane solet assurgere. à qua accipimus rem nullius pretij, quum dicimus, non hettæ te facio. Festus.]

Heū, ἆ φεῦ. Interiectio est dolentis, interdum exprobrantis. {אוי oi אהה ahâh. οἴμοι. GALL. *Helas.* ITAL. *Oime, hai.* GERM. Eya/er ach/owee. HISP. *Hay.* ANGL. *Allace, ach.*} Iungitur nominatiuo, accusatiuo, & vocatiuo: de quibus vbique occurrunt exempla. Inuenitur etiam apud Plautum sæpiusculè cum datiuo, nisi exemplaria sint vitiosa. Ita enim legitur *in Milite*, Heu mihi, nequeo quin fleam. Idem *in Mercat.* Heu miseræ mihi. *Ibid.* Heu misero mihi: Si ille abierit, mea omnes dicent esse ignauia. Sunt tamen qui his omnibus in locis legant hei. Sed nimis audacter. Ita enim etiam Ouid.*Eleg.10. lib.3. Trist.*

Heu loca felici non adeunda viro.

Pro eodem etiam dicimus Ehen: de quo suo loco diximus. Interdum geminatur, & tunc ferè absolutè pronunciatur. Plaut.*in Pseud.sc.3.a.1.* Heu, heu, quàm ego malis modis perdidi quod tibi detuli. Idem *Men. sc.5.a.5.* Heu herclè mulier multum, & audax & mala. Idem *Aul.sc.3. a.3.* Heu senex, &c. Idem *Men.sc.2.a.5.* Heu herclè morbum acrem & durum! *Ibid. sc.2. act.2.* Heu herclè hominem molestum & odiosum. Idem *Men.sc.2.a.1.* Heu ædepol næ tu esses agitator probus. Nonnunquam ter repetitur: vt idem *Pseud.sc.2.a.5.* Heu, heu, heu doleo. Interdum tantum geminatur, vt apud Ouid.*4.Fast.*

Heu

Heu heu perpetuò debuit illa tegi.
& apud Plaut. *sc.* 3. *a.* 1.

Heus, ab ἢ & ἐς, aduerbium vocantis. {הוי hoi. ὦ. GALL. *He, viens, ou venez.* ITAL. *Olà, o.* GERM. *Hola, hörstu.* HISP. *He.* ANGL. *Holah.*} Plaut. *Mostell. sc.* 2. *a.* 1. Heus ecquis istas aperit fores? Idem *Aulul. sc.* 4. *a.* 2. Heus Staphyla. Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 4. Heus, tibi ego dico. Idem *Pseud. sc.* 3. *act.* 1. Heus tu? Isti postquam à mensa surgunt alienum reddunt nato nemini. Idem *sc.* 7. *a.* 4. Heus ubi estis vos. *Ibid.* Heus memento mihi dimidium dare. Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 1. Pessuli, Heus pessuli, vos saluto lubens. *Ibid. sc.* 2. *a.* 2. Heus exi, exi. *Ibid. sc.* 1. *a.* 3. Heus tu te volo. Virg. 1. *Æneid.*

At prior, heus, inquit, iuuenes monstrare mearum
Vidistis si quam hic errantem fortè sororum.

Ter. *in Andr.* Heus, euocate huc Dauum. Heus heus, geminatum. Idem *Heaut.* Verùm hercle istuc est, Syre, Syre, inquam, heus heus Syre. Sed heus tu, Reuocantis particula. Cic. *ad Qu. frat. lib.* 2. Sed heus tu, celari videor à te: quónam modo mi frater de nostris versibus Cæsar? Ter. *Eunuch.* Sed heus tu, purgon' ego me de istac Thaidi, Quòd eam me amare suspicatur? ¶ Nonnunquam interiectio dolentis est: vt, Heus etiam mensas consumpsimus, inquit Iulus. Aspiratúrque magis vsu, quàm ratione originis, quum & Festus à Græco οἴ trahere videatur, quæ vox doloris est, vnde & ægritudinem deductam esse tradit.

‖Heuretes, εὑρετής, inuentor, Plaut.‖

Hexaclinon, ἑξάκλινον. Vocatur stabadium, hoc est, cœnatio sex lectos cœnatorios capiens. Martial.

Et testudineum mensus quater heraclinon
Ingemuit.

‖Hex, ἕξ, sex in quibusdam vocibus sequentibus in compositione *Hexa.*

Hexaëmeron, ἑξαήμερον, spatium sex dierum, tempus, quo conditus est mundus. item liber de operibus sex dierum.

Hexagium, ἑξάγιον, sextula quæ pendet quatuor scripula.‖

Hexagon, teste Plin. *lib.* 28. *cap.* 3. Legatus Oblogenum (qui populi sunt in Cypro) à Consulibus Romæ in dolium serpentium coniectus experimenti causa, circum mulcentibus linguis miraculum præbuit.

Hexăgōnum, ἑξάγωνον. Sex angulorum. Col. *lib.* 5. *cap.* 2. Si fuerit sex angulorum, ad quadratos pedes sic redigitur. Esto hexagonum quoquouersus lineis pedum triginta, &c.

Hexămetrum, ἑξάμετρον. Quod est sex mensurarum, siue pedum, vnde versus hexametri dicuntur, qui sex constant pedibus. Cic. 3. *de Orat.* Solitus est versus hexametros, aliósque variis modis atque numeris fundere ex tempore. Vide Gell. *cap. vlt. lib.* 18.

Hexăphorum, ἑξάφορον. Lecticam significat, quæ à sex seruis lecticariis ferri solebat. Martial. *lib.* 2.

Laxior hexaphoris tua sit lectica licebit.

Vide *Lectica.*

‖Heraplum, ἑξαπλόος, sextuplex.

Hexapsalmus, vel hexapsalmium, ἑξάψαλμος, vel *ον*, senio psalmorum, quos canebant in matutinis. Gloss. gr. b.

Hexaptotus, a, um, ἑξάπτωτ ος, *ον*, sex casus habens.‖

Hexăstĭchum, ἑξάστιχος. Hordeum dicitur, cuius spicæ sex ordines habent, sicut distichum, cuius spicæ duos tantùm habent ordines. Col. *lib.* 2. *cap.* 9. Proximus est his frumentis vsus hordei: quod rustici hexastichum, quidam etiam cantherinum appellant.

Hexecontalithos, ἑξηκοντάλιθος. Gemma, quæ tametsi viteat, in parua tamen magnitudine multicolor est, ita dicta quòd sexaginta colores habeat. ἑξήκοντα enim sexaginta, λίθος lapis. Vide Plin. *lib.* 7. *cap* 10.

Hexēres, ἑξήρεις. Naues dicuntur quæ sex ordines remorum habent. Liu. 7. *bell. Maced.* Regia classis septem & triginta maioris formæ nauium erat, in quibus tres hepteres, & quatuor hexeres habebat: præter has decem triremes erant. Idem *lib.* 9. *bell. Pun.*

H I

Hiarbas, ἰάρβας, Iouis filius ex Garamantide nympha, & Getulorum rex, qui quum ab Elisa, quam in matrimonium petierat, repulsam tulisset, ira commotus, nascenti adhuc Carthagini bellum intulit. Cuius belli metu quum illa à ciuibus suis cogeretur Hiarbæ nubere, impetrata mora, vt Sichæi prioris mariti manes placaret, seipsam in pyram, quam tanquam sacrificatura extruxerat, coniecit, maluítque se comburere, quàm secundas nuptias experiri. Docti scribunt Iarbas sine aspiratione.

Hiasco, Hiato, Hians, vide *Hio*, as.

Hibĕris, idis, ἰβηρίς. Herba est folia habens nasturtij, vere viridiora, caulem cubitalem, aut minorem, florem autem lacteum. Nascitur in incultis. Ruellius eam esse credit quam Latini lepidium syluestre, herbarij *Valerianum pratensem* appellant.

‖Hiberna, orum, vbi milites hiberni tempore stationem faciunt.

Hibernus, a, um, idem quod hiemalis.‖

Hibernia, Insula in mari Atlantico. Cæsar *lib.* 5. *bell. Gallici*, Hibernia, (inquit) dimidia minor, vt æstimatur, quàm Britannia. Huius incolæ, longè magis, quàm Britanni syluestres sunt, vt scribit Strabo *lib.* 4.

‖Hiberus, vide *Iberus.*‖

Hibiscus, siue hibiscum. Herba non dissimilis maluæ (vt inquit Theophrast.) folio maiori, quàm maluæ pilosiorique caule. {ἀλθαία, ἰβίσκος. GALL. *Mauues, ou menues pauets, guimauues.* ITAL. & HISP. *Maluauisco.* GERM. *Eibischkraut.*} Alio nomine althæa dicitur, & à vulgo resplasiorum *Bismalua.* Vsus ad rupta & tusses. Plin. *lib.* 18. *c.* 5. Hibiscum à pastinaca gracilitate distat, damnatum in cibis, sed medicinæ vtile. Virg. accipit pro iunci, siue vimmis genere *Eclog.* 2.

Hædorúmque gregem viridi compellere hibisco.

‖Hibrida, vide *Ibrida.*‖

Hic, ab ἵκε: vt isce ab ἶσκε. Iste & Ille. {הוא zeh. οὗτος. GALL. *Cestuy ci.* ITAL. *Questo, costo, quello.* GERM. *Diser, der.* HISP. *Aqueste, esse, aquel.* ANGL. *Thus, his.*} Plaut. *sc.* 5. *a.* 1. Hic dux, sic ille est pædăgogus. Idem *Men. sc. vlt a.* 5. Hic tui, Túque huius similis. Idem *Capt. prolog.* Hos quos videtis stare illi stant. *Ibid.* Hic illius, ille huius fert imaginem. *Ibid. sc.* 3. *a.* 3. Hic ille est dies cui nulla salus. Ouid. 13. *Metam.*

Hic humeris, hic, inquam, humeris.

Plaut. *Milit. sc.* 3. *a.* 1. Vidi his duobus oculis. ¶ Hic pro is. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 2. Hic est huius cliens. ¶ Pro ego, idem *Curc. sc.* 3. *a.* 1. Solus hic homo est qui sciat diuinitus, (id est, ego.) Idem *Milit. sc.* 3. *a.* 2. Tollas has ædes, atque hunc in crucem (id est, me.) Idem *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Iuberes hunc in pistrinum trahi (id est, me) Idem *Aul. prolog.* Hic qui posceret sibi vxorem, (tapte, est auunculus.) Ouid. *Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.*

Cum tamen hic essem, (l. eiusmodi tam mollis,) &c.

Hac dextra, vide *Dextra.* Differunt in hunc modum, vt Hic cum suis deriuatis & compositis dicatur de persona, aut re loquentis, aut certè de re, aut persona illi proxima. Iste spectet personam audientis, quam nos vocamus secundam personam, hoc est, personam, vel rem ei cui loquimur proximam. Ille verò ad tertiam personam refertur, quæ remota est tam à loquente, quàm ab audiente. Cic. *Curioni*, Putarétne vnquam accidere posse, vt mihi verba deessent, neque solùm ista vestra oratoria, sed etiam hæc leuia nostratia? Eadem quoque ratio est eorum aduerbiorum quæ localia nominata, ab iisdem pronominibus formantur: vt hic denotet locum primum, in quo est is qui loquitur, aut scribit: isthic, secundum locum vbi est cui loquimur, aut scribimus: illic tertium & remotum quendam locum, in quo neque ego sum qui loquor, aut scribo, neque tu, sed tertius quidam locus remotus ab vtroque nostrûm. Quare sic aptè loquemur, Hic noui habemus nihil, quòd si quid isthic vobis acciderit, scire cupio. Item sic, Regis Hispanorum oratores, qui diebus superioribus hac iter habuerunt, ad quod tempus isthuc peruenerint, facies me certiorem. Cic. *Valerio*, Ibi malis esse, vbi aliquo numero sis, quàm isthic vbi solus sapere videare. Ille verò, ἐκεῖνος, cum aduerbiis ab eo formatis (quemadmodum iam diximus) significat rem, seu locum ab vtroque remotum. Plaut. Quis est, quem videmus vexientem, pannosum ac squalidum. Illéne est noster Syrus? Plin. Hæc omnia ad nos ex illa prouincia comportantur. Illinc succi, illinc odores, illinc extremo orbe quæsitæ luxuriæ opes. ¶ Duobus autem modis construuntur, demonstratiuè & relatiuè. Ter. *in Eunuch.* Viden' tu illum Thais? Seneca, Et qui hoc facit sane prudens appellandus est. Et tunc hic eandem significationem habet, quamuis à quo in nominatiuo plurali numeri vtriusque generis scriptura distinguitur. Hi enim & hæ cum aspiratione & vna vocali, ab eo quod est hic & hæc descendunt. Ij verò & eæ cum duabus vocalibus sine aspiratione fiunt ab is, ea, id. ¶ Sciendum quoque est hic quum pronomen est, indifferenter produci, aut corripi. Virg. 4. *Æneid.*

Hæc finis Priami fatorum, hic exitus illum
Sorte tulit.

Quando verò aduerbium est, producitur, vt Posthabita coluisse Samo, hic illius arma. ¶ Hic interdum accipitur pro talis, vt apud Virg. *lib.* 1. *Æneid.*

Huncego te Euryale aspicio.

¶ Præterea quemadmodum hic pronomen accipitur pro talis, ita hic aduerbium pro in tali loco & tam sordido. Accipitur quandoque iste pro hic. Cic. Quum isto tempore starent cum gladiis armati. Hic & is, alio modo vsurpari solent ab autoribus, vt, Alexander paruis copiis fretus superauit Darium cum infinito exercitu, & id (κὶ ταῦτα) vel in adolescentia. ¶ Ab Hic tam pronomine, quàm aduerbio fiunt hicce & hiccine, οὑτοσί: illud eiusdem significationis cum hic, hoc semper interrogatiuè ponitur, quasi hicne. Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 5. Hóccine pacto me condemnatum abripi? Idem *Milit. sc.* 1. *a.* 1. Hiccine est Achilles tibi? *Ibid. sc.* 2. *act.* 2. Philocomasium hiccine etiam nunc est? (sup. apud vos.) Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Húnccine hominem? Idem *Milit. sc.* 2. *a.* 2. Non possunt mihi minaciis hice oculi fodiri, &c. Dicitur & hicce, hæcce & hocce. ταυτί. Vnde apud Terent. Hice plurali numero dicitur hi: Hice arbitrantur, nunc hoc munere suam esse Thaidem. Plaut. *in Capt.* Hice autem inter se confixerunt dolum. Idem *Menæch. sc.* 2. *a.* 1. Post huncce diem *Ibid. sc.* 2. *a.* 1. Idem *Amphitr. sc.* 1. *a.* 1. Ea signa nemo horumce familiarium videre poterit. ¶ Hæc, pro hæ, apud Plaut. & Terent.

Hīc, aduerbium, In loco, in hoc loco, {פה poh. ἐνταῦθα, ὧδε, ἐνθάδε, αὐτόθι. GALL. *Ici en ce lieu.* ITAL. *Qua, in quello luoco, qui.* GERM. *Hie an disem ort, da.* HISP. *Aqui donde yo estoi.* ANGL. *In this place, here.*} Plaut. *Men. sc.* 6. *a.* 5. Hic parato oppido. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 2. Hic doli, hic fallaciæ, hic sycophantiæ. *Ibid. sc.* 2. *a.* 3. Hic homines tam breuem vitam colant, (id est, in terris.) Idem *Pseud.* Hic (id est, in crumena) sunt quinque minæ. Terent. *in Eunuch.* Iam frater ipse hic aderit virginis. *Ibid.* Thais, ego iamdudum hic adsum. Hic pro huc. Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 1. Exit hic ante ostium. ¶ Hic intus, vide *Intus.* ¶ Hic pro tum, aduerbium temporis. Ter. *Hecyr.* Hic animus partim vxoris misericordia deuinctus, &c. Cic. 5. *Verr.* Hic illi flentes rogare atque orare cœperunt, vt, &c. Virg. *lib.* 1. *Æneid.*

Hic regina grauem gemmis auróque poposcit,
Impleuitque mero pateram.

¶ Hic, pro tunc temporis. Plaut. *Mostell. sc.* 2. *a.* 1. Hic vitium ædibus additur.

Hinc, aduerb. de loco. {מפה mippoh. ἐντεῦθεν, ἐνθένδε, ἀντεῦθεν. GALL. *D'ici ou de suis, de ceci, de ce lieu.* ITAL. *Di qua, da quello luoco.* GERM. *Von hinnen, von dannen.* HISP. *De aqui.* ANGL. *From hence, frome this place.*} Plaut. *Amph.* Atque his repente abiit ex me hinc ante lucem. Terent. *in Adelph.* Nam vt hinc fortè ea obstetricem erat missa, vbi eam vidi illico Accedo. Tibull. *lib.* 4.

Nec tamen hinc aut hinc, tibi laus, maiórve minórve.

Plaut. *Men. sc.* 2. *act.* 5. Hinc stas, Illinc caussam dicis. Idem *Amphitr.* Hinc atque illinc vota suscipere. Idem *Milit. sc.* 3. *a.* 2. Nihil est qua hinc huc transire possit. (id est, domo foras.) Idem *ibid.* faciam vt hinc exire videas domo foras. Idem *Menæch. sc.* 1. *a.* 4. Pallam hinc ad Phrygionem ferebat, quam surripuit domo. *Ibid. sc.* 2. *a.* 5. Amat meretricem hinc è proximo. Item, Quis me capillo hinc de curru deripit? Idem *Milit. sc.* 2. *a.* 2. foris concrepuit hinc à vicino sene. Idem *Pseud. sc.* 3. *act.* 1. Hinc porrò quid agas, consulas. (pro dehinc.) Tibull. *lib.* 4.

Hinc placidus nobis per tempora labitur annus.

(id est, ex ea tempestate tonatum.) ¶ Hóc, pro Idò, & hoc pronomen, vide infrà post *Hoc.*

Hāc, aduerbium per locum. {ταύτῃ, ᾗδε, τῇδε, ταυτῇ. GALL. *Par ici.* ITAL. *Per qua.* GERM. *Hiedurch, disen weg.* HISP. *Per aqui donde yo estoy.*

ANGL. *By this place or way.*} Terent. *in Eunuch.* Ite hàc omnes vos: valete & plaudite. Hàc iter est. Virg. 9. *Æneid.*

Hûc, aduerbium ad locum. } הנה *hen.* δεῦρο, ἐνθάδε, ὧδε, ἐνταῦθα, ἐνθάδε. GALL. *Ici, en ce lieu.* ITAL. *Qua, à questo luoco.* GERM. *Hieher.* HISP. *Aca donde yo estoi.* ANGL. *To this place.*} Virg. 2. *Eclog.* Huc ades. Huc abij cum illò, Terent. *Eunuch.* Cic. 2. *Tusc.* Huc arripe ad me manibus abstractam piis.

Hiempsal, Rex Numidiæ. Plut. *in Num.* & Salust. *in Iugurth.*

[Hiems, vide *Hyems.*]

Hiera, ἱερὰ, vulgò *Sula*, Insula inter Siciliam & Liparam, Vulcano sacra, vna ex Æolis. In hac vetustas Vulcani officinam fuisse credidit, quòd noctè cerneretur ignis plurimum, interdiu fumum copiosissimum emittere. Senec. *epist.* 84. Vt cursores solent, Hieram fecimus. Vide Thucyd. *lib.* 3. ¶ Fuit & via sic dicta in agro Attico, quòd ea irent sacerdotes ad Eleusinam Cererem. ¶ Hoc nomine appellata est vxor Telephi regis Mysorum, quæ à Nereo interfecta dicitur, quum marito ferret opem, qui ab Achille vulneratus fuerat. Ea (vt fabulæ tradunt) tantæ fuit pulchritudinis, vt etiam Helenam superaret.

[Hiera, sacra ἱερὸς, ὰ, ὸν, Sacer, a, um: de qua voce Græca semel monendum, propter nonnullas sequentes, quæ ab *hiera* incipiunt, cum illa compositæ.

Hiera, ἱερὰ, medicis est medicamenti compositio, sic appellati κατ' ἐξοχὴν, i. e. magna.]

Hieræa, ἱεραία, Exigua regio Libyæ in Cyrene, Steph.

Hieracome, vide *Hieracomita.*

Hieracites, ἱερακίτης, Gemma est à colore accipitris sic dicta, quem Græci ἱέρακα appellant. Plin. *lib.* 37. *cap.* 10. & 11.

Hieracium, ἱεράκιον, Herba est duorum generum. Hieracium maius caulem emittit asperum, subrubrum, spinosum, cauum: folia ex interuallis rariusculè diuisa, similia soncho per ambitum, flores autem luteos in capitulis. Hieracium minus, folia ex interuallis habet diuisa in ambitu, caliculos teneros, virentes, in quibus lutei flores in orbem circinati emicant. ¶ Hieracia à Plin. inter agrestis lactucæ genera numeratur, dictámque existimat ab eo quòd accipiter eius succo oculorum caliginem discutiat. Vide locum ipsum *lib.* 20. *cap.* 7.

Hierana, ἱεράνα, in mari Cretico est, & alia Ægypti, Steph.

Hieraphe, ἱεράφη, insula Libyæ, Steph.

Hierapytna, ἱεράπυτνα, vrbs Cretæ, quæ priùs Cyrba, deinde Pytna nominabatur, postea Camyros, postremò Hiera Pytna, inde Hierapytnius.

Hierânthĕmis, vide *Eranthemis.*

[Hierapetra, *Hierapetra*, V. L. vetus Cretæ insulæ, sub A. Cretensi.]

Hierāpicrā, ἱεράπικρα, Confectionis genus est, à Galeno inuentum, ita dictum ab amaritudine aloes, quam recipit.

Hierapolis, ἱεράπολις, ciuitas Asiæ, contra Laodiceam, vbi aquæ calidæ scaturiebant, quæ in tophum admodum facilè durabantur. ¶ Est præterea Hierapolis aliis miraculis insignis. Præcipuè verò admiratione dignum videri potest, quod de Plutonio ore tradit Strab. *lib.* 13. in collis Hierapoli imminentis fastigio, puteum esse semiiugeri magnitudine, tam pestilentes exhalantem nebulas, vt omnia animalia septum ingressa extinguat, quum tamen vicinus aer sit innoxius. Strabo ipse se aliquando passeres intra septum hoc immisisse testatur, qui statim mortui conciderunt. Autor est præterea idem Strabo circa Hierapolim aquam esse adeò tingendis lanis idoneam, vt ex radicibus tinctæ, cum iis decertarent, quæ ex purpura tingebantur. ¶ Dicta est autem Hierapolis, teste Stephan multitudine sacrorum siue templorum quæ Græci ἱερὰ vocant. Huius oppidi incolæ, Hierapolitæ, ἱεραπολῖται dicuntur. ¶ Secunda est Cretæ, tertia Syriæ, quarta Cariæ.

[Hierarcha, ἱεράρχης, sacer princeps, sicut Episcopus. Ita Vet. Dict.]

Hierārchĭă, ἱεραρχία, Sacrorum principatum significat: & hierarcha, ἱεράρχης, sacrorum præfectum. Dionysius *in lib. de Eccl. Hierarch.* hierarchiam definit ordinatam omnium sacrorum administrationem, & hierarchen, virum diuinum omnium eorum quæ ad sacrorum cognitionem pertinent, peritum.

[Hierarchicus, ad hierarchiam pertinens.

Hieraticus, a, um, ἱερατικὸς, ὴ, ὸν, Sacerdotalis, item rebus sacris destinatus.]

Hierātĭcă, ἱερατικὰ, Chartæ quoddam genus subtilius, religiosis tantùm voluminibus dicatum, quæ ab adulatione Cæsaris Augusti nomen accepit. Plin. *lib.* 13. *cap.* 11.

Hieri, populi sunt vltra Sauromatas, calui & simi à natiuitate omnes & promiscuè barbam habentes, qui ideò ἱεροὶ, id est, sacri dicuntur, quia nihil iniustè agunt, nec bella norunt.

Hiericus, ἱεριχὼ, oppidum Iudææ, inter Hierosolymam & Iordanem situm, palmetis circunquaque consitum & fontibus irriguum. Vide Plin. *lib.* 5. *cap.* 14.

Hiero, ἱέρων, Syracusanorum quondam tyrannus, qui mansuetudine & lenitate, itémque corporis pulchritudine, & viribus adeò præstitit, vt omnibus pene miraculo esset. Vide Iustinum *lib.* 23. Plaut. *Men. sc.* 4. *a.* 2. Hieronymi regnum tradidit Liparo. ¶ Hiero alter Ferreus cognomento, Atheniensis, familiaris Niciæ ducis Atheniensis, vnáque cum eo disciplinis eruditus: poemata nonnulla conscripsit quæ Plaut. *in Nicia* ad ætatem suam peruenisse testatur.

Hierobotănē, ἱεροβοτάνη, Verbenaca herba, ab vsu nomen sortita, quòd ea in sacris vterentur, ad Iouis mensam verrendam, domúmque lustrandam. Hanc etiam legati ad hostes ituri manu ferebant. Duo eius sunt genera, quæ vide apud Plin. *lib.* 2. *cap.* 9.

Hierocomitæ, ἱεροκωμῖται, Populi ab Hierocome ciuitate Cariæ. Autor Polybius.

Hierocomium, ἱεροκομεῖον, Locus in quo leprosi aluntur, ἱερὰ enim inter cætera elephantiasim significat, quam Arabes lepram appellant.

Hierodūli, orum, { כמרים *cemarim* משרתים *mesch areti m.* ἱερόδουλοι.} Sacrorum ministri. Iulius Firmicus *lib.* 8. Matheseos scribit futuros æditues, aut hierodulos qui habuerint horoscopum in vicesima sexta parte Geminorum.

[Hieroglyphus, ἱερογλύφος, qui sancta, seu arcana sculpit. Inde Hieroglyphicus, a, um, ad hieroglyphum pertinens.

Hieroglyphica absolutè (subintelligendo γράμματα) erant notæ arcanæ animalium, per quas & res & animi sensa exprimebant, tanquam per literas: vnde & literas vocabant.

Hieromonachi, sacerdotes monachi. Lex gr. b.]

Hierŏnīcæ, ἱερονῖκαι, vocamus victores sacrorum certaminum, hoc est, Olympiorum, Pythiorum, Isthmiorum, seu Nemæorum. Suet. *in Ner. cap.* 24. Ac ne cuius alterius hieronycarum memoria, aut vestigium extaret vsquam, subuerti & vnco trahi, abiicique in latrinas omnium statuas & imagines imperauit. Idem Suet. *c. sequenti.* Reuersus è Græcia Neapolim, quod in ea primum artem protulerat, albis equis introiit, disiecta parte muri, vt mos hieronicarum est.

Hierōnymus, ἱερώνυμος. Proprium nomen Doctoris Ecclesiastici, cuius opera in pretio habentur. Latinè sacrum nomen interpretari possumus, quasi ἱερὸν ὄνομα, o paruo in y commutato. ¶ Fuit & hoc nomine philosophus ex Rhodo insula, qui finem summi boni posuit in indolentia, quæ Græcè dicitur ἀναλγησία. ¶ Alius præterea fuit hoc nomine Siciliæ Tyrannus, Hieronis filius, qui patri admodum puer successit. Quaprópter pater ei metuens, relictis tutoribus XV. mandauit moriens, vt fidem erga pop. Rom. annos quinquaginta ad se cultam, inuiolatam seruaret. Hic postea abiecta tutela, contempta patris disciplina ac moderatione, luxuriosiùs & arrogantius agendo, à Romanis desciuit, Annibalíque adhæsit. Quúmque superbè nimis in ciues sese haberet, ab iisdem interfectus est. Autor Liu. *lib.* 24. ¶ Hieronymus historicus Rhodius familiaris Demetrij Poliorcetis, relictúsque ab eo præfectus in regione Bœotiæ, scripsit res ab illo gestas, vt scribit Plut. *in Demetrio.*

Hierŏphantă, ἱεροφάντης, Æditus, sacrorum custodiæ præfectus. Hieron. *contra Iou.* Hierophantas quoque Atheniensium vsque hodie cicutæ sorbitione castrari: & postquam in pontificatum fuerint electi, viros esse desinere affirmat. In quem locum annotauit Erasmus, Hierophantas non propriè dici sacerdotes, sed magis sacrorum custodes, quos Latinè vocamus æditu os. Hierophantæ dicti, siue ab eo quòd sacra ostenderent, siue quòd sacris cibis vescerentur. Nonnunquam tamen pro ipsis sacerdotibus.

Hierŏphylăx, acis, Custos sacrorum. { כמר *chamar* משרת *meschereth.* ἱεροφύλαξ. GALL. *Secretain, gardien des choses sacrees.* ITAL. *Guardiano di cosa sacra.* GERM. *Der vber hailige ding sorg vnd hut tregt.* HISP. *Sacristan ò guardador del templo.* ANGL. *A churche waren.*} quasi τῶν ἱερῶν φυλάκων. Scæuola *de Ann. legat. lib.* 2. Annua sacerdoti, hierophylaci & libertis.

Hieros colpos, i. sacer sinus, prope Aradum ciuitatem est. Steph.

Hierosolymă, Hierosolymæ, & Hierosolyma, Hierosolymorum, & Hierosolymæ, Hierosolymarum, numero plurali: vrbs Iudææ, totius Orientis clarissima, quæ & Hierusalem vocabatur. { ירושלים *jeruschalájim.* ἱερουσαλήμ. GERM. Jerusalem. } Cic. *pro Flacco.* Quum aurum Iudæorum nomine ex Italia Hierosolymam exportari soleret, hic Cn. Pompeius captis Hierosolymis victor ex illo fano nihil attigit. Suet. *in Nerone*, Spoponderunt tamen quidam destituto ei gubernationem Orientis & regnum Hierosolymorum. Idem *in Aug. cap.* 93. Hierosolymam prætervehens noluit supplicare. Idem *in Ner. c.* 40. Priuato siue destituto Neroni regnum Hierosolymorum nonnulli spoponderunt. Hierosolyma (vt scribit Hegesippus) quæ primò Solyma dicebatur, posteaquam rex Chananæus cognomento Iustus, qui fuit conditor Solymorum, templum ei addidit. nam Græci ἱερὸν templum vocant. Eusebius *lib.* 9. *Euang. præpar.* Hierosolyma appellari ait, quasi hieron Solomonis, hoc est, ædem Solomonis, à templo quod Solomon Hierosolymis pulcherrimum magnificentissimúmque construxit.

Hierŏsŏlymītă, מירושלים *miruschaláiim.* ἱεροσολυμίτης, & Hierosolymitanus.

Hierŏsŏlymārĭŭs, dictus est Cn. Pompeius ab Hierosolymis expugnatis. Cic. *lib.* 2. *ad Att.* Si verò quæ de me pacta sunt, ea non seruantur, in cœlo sum, vt sciat hic noster Hierosolymarius traductor ad plebem, quàm bonam meis purissimis orationibus gratiam retulerit.

[Hierotheca, ἱεροθήκη, rei Sacramenti theca.]

Hierothēus, ἱερόθεος, nomen viri proprium, & interpretatur, sacer deus.

Hilă, ἰλεὸς, Intestinum tenue, ab hira, siue ab hilum (inquit Varr. *lib.* 4. *de L. L.*) quod est minimum. Vnde quandoque hilæ pro intestinis fartis, aut lucanicis, accipi solent. Plaut. Atque hilas est fumatas, & fumen. ¶ Ab hila, siue ab ira, vt Festo placet, fit diminutiuum hilla. Horat. *Serm. Satyr.* 4.

> ——— *Perna magis hillis*
> *Flagitat immorsus refici.*

¶ Quandoque ponitur pro eo intestino quod in annum resoluitur, quod medici vocant Rectum. Laberius, Næve aliter hunc prædicabis, quomodo video adulescenti nostro cædis hillas.

Hĭlărĭs, e, Iucundus, lætus, facetus)(Tristis, mœstus, horrida vita atque inculta. { עליז *aliz.* שמח *sameach* ἱλαρὸς, φαιδρὸς. GALL. *Ioyeux, gay, gaillard.* ITAL. *Allegro, lieto.* GERM. Frölich, frewdig. HISP. *Alegre.* ANGL. *Mery, frolike.*} Plaut. *Amph.* Tristis sit, heri si tristes, hilarus sit, si gaudeant. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 3. Quin te hilarem das mihi: Idem *Mest. sc.* 4. *a.* 1. Ingenio hilari & lepidè nos accipiet. Idem *in Asinaria*, Credam istuc, si esse te hilarem videro. Cicer. *ad Qu. fratrem*, Risi niuem atram, teque hilari animo esse, & prompto ad iocandum valde me iuuat. Horat. 1. *Epist.* 19.

> *Oderunt hilarem tristes, tristémque iocosi.*

Terent. *in Eunuch.* Certe tu quidem pol multò hilarior. ¶ Pro eodem dicimus etiam hilarus, a, um, Plaut. *in Milite.* Hilarus exit, impetrauit inhiat quod nusquam est miser. Terent. *in Adelph.* ita decet, hilarum ac lubentem fac te in nati nuptiis.

Hĭlărŭlus, i, diminutiuum. { ἱλαρώτερος. GALL. *Ioliet, guilleret, vn peu ioyeux.* ITAL. *Alquanto lieto.* GERM. Ziemlich frölich. HISP. *Alegre vn poco.* ANGL. *Somwhat mery an pleasant.*} Cic. *ad Att. lib.* 16. Atticæ quoniam quod optimum in pueris est, hilarula est, meis verbis suauium des.

Hĭlărĭtās, Festiuitas, iucunditas, suauitas, lætitia. { הלצות *hallizuth.* ἱλαρότης. GALL. *Ioyeuseté, gayeté, resiouyssance.* ITAL. *Allegrezza.* GERM. Frölichkeit. HISP. *Alegria.* ANGL. *Merinesse, ioyefulnesse.*} Cic. *Dolabella.* Sed

Sed tamen hilaritas illa nostra, & suauitas, quæ te præter cæteros delectabat, erepta mihi omnis est. Idem 2. *de finibus*, Non enim hilaritate, nec lasciuia, nec risu, aut ioco comite leuitatis: sed sæpe etiam tristes firmitate, & constantia sunt beati.

Hilărē, & Hilariter aduerbia, Læte, cum hilaritate. { *εὐθύμως*. Gall. *Ioyeusement, gayement*. Ital. *Allegramente, lietamente*. Germ. Frölich. Hisp. *Alegramente*. Angl. *Merilie, pleasantlie* } Cicer. *de fin. lib.* 5. Diximus aliquem hilarè viuere: igitur si semel tristior effectus est, hilara vita amissa est? Idem 3. *de Orat.* Quis vnquam res, præter hunc, tragicas penè comicè, tristes remissè, seueras hilarè, forenses scenica prope venustate tractauit?

Hilărĭtus, pro hilariter dixit Plaut. *in Milite*, Es, bibe, animo obsequere mecum atque onerato hilaritus me.

Hilărĭtūdo, inis. Antiqui etiam dixerunt pro hilaritate. { Angl. *Merinesse*. } Plaut. *in glorioso*, Siue animo obsequere mecum atque onera te hilaritudine, ex Nonio.

Hilăro, as, Lætitiam, iucunditatémque adfero, exhilaro, oblecto. { שמח *simméach*. *εὐθυμῶ, ἱλαρύνω*. Gall. *Resiouir, delecter*. Ital. *Allegrare, dar allegrezza*. Germ. Frölich und mutig machen. Hisp. *Alegrar à otro*. Angl. *To mak merie or chere full*. } Cic. *lib.* 2. *de finib.* Omnem enim iucundum motum, quo sensus hilaretur, Græcè *ἡδονὴν*, Latinè voluptatem vocant. Quæ mansiones hyemi parantur, ita sunt constitutæ vt possit eas hyberni Solis totus propemodum cursus hilarare. Huius compositum est Exhilaro.

Hilărēsco, Hilaris fio. { שמח *saméach*. *ἱλαρύνομαι*. Gall. *S'esiouir, estre aise*. Ital. *Farsi allegro, allegrarsi*. Germ. Frölich werden. Hisp. *Alegrarse*. Angl. *To waxe merie or frelike*. } Varr. In votum amicorum domus fumat, hilaresco.

Hilărĭă, orum, *ἱλάρια*, (i. festa matris deûm.) Lamprid. *in Alexand. Seuer.* tantum pluraliter, & gen. neut. sicut Saturnalia, antiqui diem æquinoctij verni colentes appellarunt, (inquit Macrobius), nempe octauum Calendas Aprilis, quo fit æquinoctium vernum: quo primum tempore Sol diem longiorem nocte protendit. De his meminit Flauius Vopiscus *in Aureliano*. Vide Sudam *in Epist.*

[Hilarodus, *ἱλαρῳδὸς*, qui hilaria carmina canit.]

Hilărĭŭs, *ἱλάριος*, Phrygius quidam vates, sub Iouiniano principe, literarum quidem imperitus, cæterùm tanta diuinandi peritia præditus, vt Deus cum illo futurorum cognitionem communicasse videretur. ¶ Fuit præterea eodem nomine Senator quidam Antiochenus, de quo vide multa apud Suidam. ¶ Est præterea Hilarius nomen proprium doctoris Ecclesiastici, cuius etiamnum multa extant opera.

[Hildeshemium, vel Hildesia, *Hildesheim*, V. E. Germaniæ, sub A. Moguntino.]

Hillă, æ, fœm. gen. vel Hilla, orum, neut. { *ἔντερα, ἰσχάδιον, ἢ ἀλλᾶς*. Gall. *Saulcice, ou endouille*. Ital. *Salciccia*. Germ. Ein darm oder wurst. Hisp. *Salcicia, longaniza*. Angl. *A small gutte or chitterling, salted*. } Horat. 2. *Serm. Satyr.* 4.

———perna magis an magis hillis
Flagitat immorsus, refici.

Quo loco Acron. Hilla, inquit, dicuntur salsa intestina hirci. Positum est diminutiuè hæc hilla. Quidam in diminutione neutri generis esse dicunt. Alij dicunt fracta salsitia. Hæc ille. Varr. *de L. L. lib.* 4. ab hilum deducit, quod est minimum. Videtur esse intestinum porcinum illud farctum aliis intestinis. Plaut. Atque illas est sumatas & sumen.

Hilum, vel hillum, ab hir. Hir autem est minutum illud cauum in media vola. Ab eo *ὑποκοριστικῶς*, hillum. Cùm vellent ostendere paruum modum rei, puta aquæ, ne hillum quidem dicebant, ostendentes volam manus. hinc Nihil. Punctum illud nigrum quod in summitate fabæ cernitur. { Gall. *Le noir de la feue*. Ital. *Il negro della faua*. Germ. Das klein schwartz flecklein an den bonen. Hisp. *El negro de la haua*. Angl. *The blak of a beane*. } Et pro re exigua sumitur, quæ parua, vel nullius pretij est: quod Græci dicunt. { *γρῦ*. Gall. *Si peu que rien, rien*. Ital. *Cosa picciola, niente*. Germ. Etwas nichts sollends das nichts werdt ist. Hisp. *Nada*. Angl. *A dandeprate a dolkin*. } Cicer. 1. *Tusc.* Tum illud quod Sisyphus versat saxum, sudans nitendo, nec proficit hilum, id est, quicquam, tantillum, minimúmque. ¶ Ab hoc nomine fit nihilum, quasi ne hilum quidem: & per apocopen nil. Lucretius, Ex nihilo nihil, in nihilum nil posse reuerti. Varr. *de L. L. lib.* 1. Itaque vt eum quem putamus esse non hili, dicimus nihil: sic in quo putamus esse nequicquam, dicimus nequam.

Him, pro hinc: vt illim, pro illinc, apud Plautum. Vide *Illim*.

Hĭmantŏpŏdēs, *ἱμαντόποδες*. Populi in Æthiopia loripedes, quibus serpendo ingredi natura est: hoc est, vt Solinus interpretatur, flexis crurum nexibus ingredi. *ἱμάντα* enim Græci lorum dicunt. Plin. *lib.* 5. *cap.* 8. ¶ Est etiam himantopus auis ardeolæ magnitudine, cui alæ Gauiæ, oblongæ atque in acutum ferè desinentes, corpus Phœnicopteri quaternum digitorum longitudine, & secus, quàm in reliquis, circa finem ex plano ac lato acuminatum, ac nigrum, cùm alioquin totum rubescat. Caput, collum, alarum pars exterior per transuersum albicat. vnde Picæ nomen inditum, cauda circa extremum nigra, longa vt anatis: crura longa: pedum digiti terni, breues. Plin. sic de ea ait *lib.* 5. *cap.* 8. Porphyrionibus rostrum & prælonga crura rubent: Hæc quidem & himantopodi (nomen à crurum longitudine lori instar) multo minori: quanquam eadem crurum altitudine, nascitur in Ægypto, Insistit ternis digitis, præcipuè ei pabulum muscæ.

Himellă, fluuius est Sabinorum, de quo Virg. *lib.* 7.

———qui flumen Himellæ,
Et Tyberim Fabarimque bibunt, &c.

Himĕră, *Ἱμέρα*, fluuius Siciliæ, in duas partes diuiditur, & in altera dulcem saporem, in altera salsum retinet. Est etiam vrbis nomen eiusdem insulæ. Silius *lib.* 4.

Armaniere fuas, quà margitur Himera Ponto.

Vide Plin. *lib.* 3. *cap.* 8.

[Himerinus, circulus æquinoctialis.]

Hin, הין *hin*, dictio est Hebraica, quam Hieronymus interpretatur genus mensuræ, continens duos coros Atticos, hoc est, duos sextarios Italicos.

Hinc, vide in *Hic*.

Calepini Part I.

Hinnĭo, is, iui, itum, Proprium est vocis equorum: & tamen ad homines quoque transfertur, quemadmodum adhinnio. { צהל *tsahál*. *χρεμετίζω*. Gall. *Hennir, hinnir*. Ital. *Annitrire*. Germ. Wiehelen/schreyen wie ein roß. Hisp. *Relinchar el cauallo*. Angl. *To neye lick an horse*. } Quint. *lib.* 1. *cap.* 5. Iam ne balare quidem, aut hinnire fortiter diceremus, nisi iudicio vetustatis niterentur.

Hinnitus, us, { מצהלות *mitshaláh*. Gall. *Hennissement ou hinnissement*. Ital. *Annitrimento*. Germ. Das roßgeschrey oder das wihelen der rossen. Hisp. *Aquel relinchido del cauallo*. Angl. *A neyeng*. } Cicer. 1. *de Diuin.* Quum autem aliquantum progressus esset, subitò exaudiuit hinnitum, respexitque, & equum alacrem aspexit.

Hinnŭs, i, ab *ἴννος*, vel *ἴννος*. { פרד *péred* ימים *iemim* אחשתרנים *achaschteranim*. *ὁ ἐξ ἵππου καὶ ὄνου γεννώμενος*. Gall. *Mulet ou mule engendrée d'un cheual & d'une anesse*. Ital. *Mulo generato di caualle & d'asina*. Germ. Das vom pferdt und Esel geboren ist. Hisp. *El mohino, hijo de cauallo y asna*. Angl. *A mule egendred betwene an horse and she asse*. } Animal quod ex equo & asina nascitur. Varro *lib.* 2. *de re rustic. c.* 8. Multi & hinni bigeneri, atque insititij non suopte genere ac radicibus. Ex equa enim & asino fit mulus: contra ex equo & asina hinnus. *Ibid. paulò post*, Hinnus qui appellatur ex equo & asina minor est, quàm mulus corpore.

Hinnŭlŭs, i, Ceruorum, capreatum, capreolorum, damarum & similium fœtura. { עפר *hóphar*. *νεβρός*. Gall. *Faon de biche ou autre beste*. Ital. *Figliuolo di capriuoli, ceruio di caualli & simili*. Germ. Ein iunge frucht der hirtzen / rehböcken / gemsen / &c. Item, Ein iungs röslin oder eselin. Hisp. *Enodio ò ceruatillo, hijo di cierno ò otra bestia*. Angl. *A fawne or kinde calf*. } ¶ Accipitur etiam hinnulus pro paruo hinno, hoc est, pro fœtu ex equo & asina nato. Plin. *lib.* 8. *cap.* 44. Equo & asina genitos mares hinnulos antiqui vocabant, contráque mulos, quos asini & equæ generarent. ¶ Hinnulus leonem, *ὁ νεβρὸς τὸν λέοντα*, subaudiendum, cepit, vicit, aut prouocat, aut id genus aliquod, pro ratione sententiæ. Prouerbialis est allegoria, qua vti licebit, quoties præpostero rerum ordine, qui viribus multò est inferior, superat potentiorem. Lucianus.

Hinnĭbundē, aduerbium, Hinnorum more. Claudianus *annalium lib.* 26. Equi hinnibundè inter se spargentes terram calcibus. Ex Nonio.

[Hinnilito, as. Varro *lib.* 6. *de L. L.* vbi de vocibus animantium agit. Hæc, inquam, rudet ex rostris atque hinnilitabat.]

Hĭo, as, à *χαίνω*: vt à *δάω* disco. Transit autem χ in h, vt in heri, seu hesi, quod fit à *χθές*. Propriè ore aperto spiritum emitto. { פה פער *pahár peh* פה פתח *pathách peh* בקע *biktaʿ*. *χαίνω*. Gall. *Baailler, s'entr'ouurir*. Ital. *Sbadagliare, spirare con la bocca aperta*. Germ. Geynen/sich auffthun oder von einander thun. Hisp. *Abrir la boca, ò henderse alguna cosa, abrirse*. Angl. *To gape*. } Plin. *lib.* 8. *cap.* 25. Inuitat ad hiandum sui pabuli gratia. Idem *lib.* 10. *c.* 33. Perdices hiantes per id tempus exerta lingua æstuant. ¶ Accipitur etiam hiare pro sponte, vel aliqua vi externa aperire sese, & scindere vt ligna hiant ariditate, & tellus æstu. Salust. *lib.* 4. Atque hiauit humus multa vasta & profunda. ¶ Hiare flores dicuntur, quum aperiuntur. Propert. *lib.* 4.

Nec flos vllus hiat pratis quem ille decenter
Impositus fronti langueat antè mea.

¶ Hiare orationem, dixit Quint. *lib.* 8. *c.* 6. quæ malè coniuncta concinnatáque est. ¶ Hiare vocalibus sermo dicitur, quum propter multarum vocalium concursum hiulco ore proferendum est. Idem *lib.* 6. *c.* 4. Neque enim aut hiare semper vocalibus, aut destitui temporibus volunt sermo & epistola. Idem, Commissuris hiantibus (loquitur ibi de malè cohærente oratione.) ¶ Per translationem significat mirari, dubitare, stupere. Virg. *lib.* 6.

———Inceptus clamor frustratur hiantes.

¶ Accipitur etiam pro hiò concupisco. Senec. *in Epist.* Quicquid accepit integrum deuorat, & semper ad spem futuri hiat.

Hĭatus, us. Propriè est apertio oris, & labiorum diductio. { פתחון *pithchón* פתח *petach*. *χάσμα*. Gall. *Ouuerture, baaillement, ou entrebaaillement, fendasse ou creuasse*. Ital. *Hiato, apertura*. Germ. Das geynen. Item, Ein spalt/klumbse. Hisp. *Hendedura ò abiertura como de boca*. Angl. *A gaping, a yaning*. } Cicer. *de natur. deor.* Quædam animalia cibum oris hiatu, & dentibus ipsis capessunt. Plin. *lib.* 8 *cap.* 16. Iuxta litus conspecto leone hiatu minaci, arborem fuga petit. ¶ Per translationem accipitur pro terræ chasmate, aliarúmque rerum apertione. Plin. *lib.* 36. *cap.* 15. Hauriri vrbes terræ hiatibus publicus mortalium dolor est. Ouid. *in Epist. Briseid.*

Deuorer arte precor subito telluris hiatu.

Idem 4. *Fast.*

Heu fugiat! Quid agat? Quos terra quærat hiatus!

Hiatum terræ optabat Caligula. Suet. *in ipso Calig. cap.* 31. ¶ De Hiatu in versibus, vide Gellium *lib.* 20. *cap.* 7.

Hisco, is, ere, propriè est labra diducere, & loquendi gratia os aperire. { פה פתח *patach peh* פה פער *pahár peh* בקע *bikkah*. *διοίγνυμι τὸ στόμα*. Gall. *Baailler*. Ital. *Aprir la bocca, aprirsi*. Germ. Gynen/das maul auffthun. Hisp. *Bosquear, abrir la boca*. Angl. *To yawne, to gaspe, to mutter*. } Vnde etiam accipitur pro eo quod est trepidè, hæsitanter, & imperfectè loqui: quod Græci dicunt *χάσκειν*. Cic. 5. *Philipp.* Respondere tne ad hæc, aut omnino hiscere audebis? Virg. 3. *Æneid.*

———vix pauca furenti
Subijcio, & raris turbatus vocibus, hisco.

Liu. *lib.* 9. *dec.* 4. Hiscere non audent. (in metu.) Ouid. 13. *Metam.*

———Nec hiscere quicquam audet.

Dicitur tamen etiam de aliis quibusuis rebus. Vnde terra hiscere dicitur, quum præ nimio æstu aperitur, & rimas agit. Ouid. 6. *Fast.*

Hiscere nempe tibi terra roganda fores.

Plaut. *in Pseud. sc.* 1. *act.* 4. Tace, ædes hiscunt. Animo malè est ædibus. Vomunt Lenonem: id est, aperiuntur patefiunt. ¶ Inter hiare & hiscere hoc interesse videtur, quod hiare sit patentem esse: hiscere verò, patescere, id est, patefieri. ¶ Quandoque hiscere accipitur pro hæsitare, & dubitare, *χασμᾶσθαι*. Næuius, Hiscit: dubius est quid agat. ¶ Huius composita sunt, Dehisco, & Fatisco.

[Hiscitatus, *χασμώδης*. Onom. i. e. frequenter oscitans. *χάσμη* oscitatio.]

Hiāſco,is,ere, Hiare, & aperiri. { פפפה nibkāb. χαίνω. GALL. S'entr'ouurir & entrebaailler. ITAL. Aprirſi. GERM. Gunen auffſchlecten wie die zeitigen nuſſ/wann ſie noch in der ſchalen ſind. HISP. Henderſe, abrirſe. ANGL. To gape and open. } Cato de re ruſt. cap. 17. Vbi primùm incipiunt hiaſcere, tum legi oportet. hoc eſt, quando primùm incipiunt corticem interapertum oſtendere. de nucibus loquitur.

Hiāto, as, frequentatiuum eſt, ſignificans ſæpe, vel multum aperior. { χασμάω. GALL. S'entr'ouurir ſouuent. ITAL. Aprirſi ſpeſſo. GERM. Offt ginenweit auffgethon werden. HISP. Abrirſe muchas vezes. ANGL. To gape muche and often. } Plaut. Si qua fortè concio eſt, vbi quum hiatare nondum in mentem venit, &c. Laberius paſſiuo vſus eſt, Hiatantur foras, inquit, pro hiatant, id eſt, patent.

Hippăcē, es, Caſeus eſt ex lacte equino. { ἱππάκη. GALL. Fourmage de laict de iument. ITAL. Formaggio di cauallo. GERM. Käß von roſsmilch/ roſskäß. HISP. Formage ò queſo de yegua. ANGL. Cheeſe of mare milk. } Plin. lib. 28. cap. 9. de caſeis loquens, Seſtius eoſdem effectus equino, quos bubulo tradit. Hunc vocant hippacen. In quem locum Hermolaus, Hippocrates (inquit) diſtinguit lac equinum iam agitatum, in partes tres: ex quibus quod ſupernatat, butyrum vocatur: id quod ſidit, hippace, tenue illud, quod in medio ſubſiſtit, ὀῤῥὸς, ſerum.

Hippæ, ἱππεῖς Ariſtoteli cancrorum genus eſt, phalangi maioris magnitudine, coloris ſubalbidi, punctis ſubrubris conſperſi quod minimè edule eſt. Plin. lib. 9. cap. 31. de cancris, In Phœnice Hippæ vocantur, tantæ velocitatis vt conſequi non poſſint, δρομεὺς, id eſt, curſor dicitur ab Heſychio.

Hippĭco, as, Significat animum celeriter duco, vt inquit Feſtus: ab equi halitu, qui eſt ſupra modum acutus.

Hippăgo, inis, Gell. cap. 25. lib. 10. { ANGL. A ferry boate to cari ouer horſes. } Genus nauigij conuehendi equis aptum, quod à Iulio Polluce ἱππαγωγὸς dicitur: & à Liuio hippagoga lib. 34. Fortè poſtero die, quam ſybota claſſis tenuit quinque & triginta naues, quas hippagogas vocant, & ab Elea profectæ, cum equitibus Gallis, equiſque Phanas promontorium Chiorum petebant.

Hippăchūs, ἵππαρχος. Magiſter equitum. Quo nomine dictus eſt quidam celebris Aſtrologus, qui (vt Columella autor eſt) futurum aſſeruit, vt aliquando cardines mundi loco mouerentur. Scripſit de Arati Phænomenis, de ſtellis fixis, de lunæ motu contra Platonem. ¶ Primus inſtrumenta mathematica inuenit, vnde hæc ſenſibus deprehendi poſſent, Plinio maximè laudatus. ¶ Hipparchus item alius fuit Poeta Comicus, cuius fabula quædam περὶ γάμων, id eſt, de nuptiis inſcribitur. Suidas. ¶ Alius propinquus Ariſtotelis. Alius Eretriæ tyrannus. ¶ Fuit etiam hoc nomine filius Piſiſtrati, qui ob libidinem in Harmodium, Ariſtogitonis coniurationem in ſe concitauit. Hic vt tyrannidis inuidiam ſapientiæ opinione leniret, eruditos præcipuo in honore habuit. Autor eſt Ælianus de varia hiſt. Idem Academiam muro ſepſit, atque huius rei nomine, magnam pecuniæ vim ab Athenienſibus exegit. Vnde Hipparchi murus, ἱππάρχου τειχίον, dicebatur res quæpiam, quæ magnis conſtaret expenſis. Autor Suidas.

‖Hippaſia, equitatus.‖

Hipparis, ἵππαρις, fluuius in Camarina, cuius aquarum pars dulcis eſt, pars ſalſa. Interpres Pindari.

Hippaſus, ἵππασος, Philoſophus Metapontinus fuit, auditor Pythagoræ, qui mundi mutationi certum tempus præfinitum eſſe aiebat. Vide Laërtium.

Hippē, ἵππη, Chironis Centauri filia fuit, quæ quum in monte Pelio ſeſe venando exerceret, grauida facta eſt: & ob id patris indignationem timens, deorum miſeratione in equam conuerſa eſt: & in cælum tranſlata. Nonnulli vatem fuiſſe fabulantur: ſed quia deorum conſilia hominibus patefeciſſet, in equam eſſe conuerſam.

Hippeūs, ἱππεύς. Cometæ genus equinas iubas imitans, celerrimo motu in orbem circum ſe euntes. Autor Plin. lib. 2. cap. 25.

Hippĕlăphūs, ἱππέλαφος. Animal in Oriente, cerui magnitudine, habens cornua & iubas poſt collum, deſcendentes vſque ad ſcapulas & barbam ſub mento. Theodorus ex Ariſtotele Equiceruum vertit.

Hippi, ἵπποι. Cancrorum genus Phœnicæ peculiare equorum propemodum celeritatem adæquans: vnde & nomen accepit. Plin. lib. 9. cap. 31. In Phœnice hippi vocantur tantæ velocitatis, vt conſequi non poſſint. ¶ Eſt & Hippi Ioniæ oppidum iuxta Claromenas, olim inſula, ſed ab Alexandro per duo ſtadia continenti annexum. Vide Plin. lib. 5. cap. 19.

Hippĭădēs, ἱππιάδες, Statuæ mulierum equeſtres appellabantur, cuiuſmodi fuiſſe videntur Amazonum, quas mortalium prima equum ſcandere auſas, Lyſias orator autor eſt.

Hippĭăs, ἱππίας. Philoſophus Eleus fuit, teſte Cic. lib. 3. de Orat. qui audiente penè tota Græcia gloriatus eſt, nihil eſſe vlla in arte rerum omnium, quod ipſe neſciret: nec ſolùm has artes, quibus liberales doctrinæ atque ingenuæ continerentur, Geometriam, Muſicam, Literarum cognitionem, & Poëtarum, atque illas quæ de naturis rerum, quæ de hominum moribus, quæ de rebus publicis dicerentur: ſed & annulum quem haberet, pallium quo amictus, ſoccos quibus indutus eſſet, ſe ſua manu confeciſſe. ¶ Fuit item Hippias, Piſiſtrati filius, de quo Cic. ad Attic. ſic ſcribit, Nefarius (inquit) Hippias, Piſiſtrati filius qui in Marathonia pugna cecidit, arma contra patriam ferens, &c.

Hippĭcē, ἱππική. Herba eſt de qua Plin. 25. cap. 8. Scythicam herbam in ore habentes, famem ſitimque non ſentiunt. Idem præſtat & hippice, dicta quòd in equis eundem effectum habeat.

Hippĭon argos, ἄργος ἵππιον. Oppidum fuit à Diomede conditum, poſtea Argyrippa, Ἀργύριππα Stephano, & Arpi appellatum. Meminit Plin. lib. 3. cap. 11.

Hippius, i. equeſter, Neptunus dictus eſt, vel quòd Pegaſus ex eo & Pegaſide natus: vel quòd equuleus, vt putant, loco eius ſuppoſitus Saturno fuerit, quem pro Neptuno deuoraret: vel quòd tridentis ictu terra equum excierit. cui ob hoc Illyrico quaternos equos iaciebant nouo quoque anno in mare.‖

Hippo, ἱππώνιον Straboni. Oppidum Locrorum in Brutiis, quod poſtea Romani Brutiis ereptum, Vibonem Valentiam appellarunt, teſtibus Strab. lib. 6. & Plin. lib. 3. cap. 5. ¶ Sunt præterea duæ hoc nomine vrbes in Africa, quarum alteram Vticæ proximiorem, Hipponem regium: alteram à littore remotiorem, quod in paluſtri loco ſita ſit, Diarrhytum, hoc eſt, dilutum vocant, interprete Plin. lib. 5. cap. 4. Eſt autem hoc nomen modo maſculini generis, modò fœminini: vnde Hipponem dilutum legimus apud Plin. lib. 5. cap. 4. & vtranque Hipponem apud eundem lib. 6. cap. 34. Autor eſt Solinus, vtrunque horum oppidorum à Græcis equitibus conditum fuiſſe, atque inde nomen accepiſſe. ¶ Eſt & Hippo, ἱππώ, puellæ Bœotiæ nomen, apud Plutarchum in Pelopida.

Hippobŏtŏn, ἱππόβοτον, pratum quoddam ampliſſimum eſt ſub Caſpiis portis, in quo regium armentum quinquaginta millium equorum paſcitur: vnde & nomen accepit. Autor Strabo lib. 11.

Hippŏcampæ, ἱππόκαμπαι. Equi marini, in piſcium caudas deſinentes: ita dicti à flexu caudarum, quæ piſcoſæ ſunt: κάμπη enim flexura dicitur. Plin. lib. 37. cap. 5 hippocampos vocat per ſecundam nominum inflexionem. Sed in maxima (inquit) dignatione Cn. Domitij delubro in Circo Flaminio Neptunus ipſe, & Thetis, atque Achilles, & Nereides ſupra delphinos, & cete, & hippocampos ſedentes.

Hippŏcampīnus, a, um, adiectiuum, ἱπποκάμπειος. vt, Hippocampinus cinis. Plin. lib. 32. cap. 9. Alopecias replet hippocampinus cinis, nitro, & adipe ſuillo mixtus.

Hippŏcentauri, ἱπποκένταυροι, monſtroſum hominum genus in Theſſalia iuxta Pelion montem, anteriore parte (vt Poëtæ fabulantur) hominum, poſteriore equorum effigiem referentium. Cui fabulæ occaſionem miniſtraſſe videtur, quòd primi equos domare cœperint, iiſque ita aptè inſidere, vt homines vnà cum equis vnum in corpus coaluiſſe viderentur. Iidem antea Centauri dicebantur, παρὰ τὸ κεντεῖν τοὺς ταύρους, hoc eſt, quòd tauros ſtimulis agitarent. Verum quum iidem poſtea ex equis exiſterent, iiſque inſidentes ſtimulis tauros præ ſe agerent, Hippocentauri dici cœperunt: qui cùm ad Peneum amnem aquatum veniſſent conſpecti ab vlterioris ripæ accolis, pro monſtris habiti ſunt, præſertim quum inclinata potandi gratia equorum capita non conſpicerentur. Hinc factus eſt locus fabulæ, Hippocentauros monſtroſam Centaurorum ſobolem fuiſſe, quæ dimidia ſui parte hominem, reliqua equum referret, quam tamen certum eſt non vnquam extitiſſe. Quod & Cic. affirmat 2. de nat. Deor. Quis (inquit) Centaurum fuiſſe, aut Chimæram putet? quæve anus tam excors inueniri poteſt, quæ illa quæ quondam credebantur apud inferos portenta, extimeſcat? Hæc Cicero. Conſtat tamen monſtroſos huiuſmodi partus aliquando editos fuiſſe, non ſine gratia alicuius mali impendentis præſagio. Nam & Claudius Cæſar memoriæ prodidit, referente Plinio, Hippocentaurum in Theſſalia natum eodem die periiſſe: & Plinius ipſe teſtatur ſe eiuſdem Claudij principatu Hippocentaurum vidiſſe in melle ex Ægypto allatum.

Hippŏcŏmi, ἱπποκόμοι. Mangones ab equis curandis, colorem fuco, robur inani ſagina (vt ait Quint.) mentientes.

Hippocomitæ, ἱπποκωμῖται. Incolæ vici cuiuſdam in Lycia, cui Hippocome, ἱπποκώμη, nomen eſt ab equo viatoris cuiuſdam ibi extincto. Ex Steph.

‖Hippocoum, vinum ex inſula Coo, dictum ab agro generoſo, cui nomen Hippo.‖

Hippŏcrătēs, ἱπποκράτης. Nomen medici excellentiſſimi, patria Coi, cui tanta fuit artis peritia, vt vulgò crederetur Æſculapio prognatus. Extat apud Valerium Artaxerxis Perſarum regis honorificentiſſima de eo epiſtola, in hæc verba: Rex regum magnus Artaxerxes, Hyſtani Helleſponti Præfecto ſalutem. Hippocratis medici, Æſculapio prognati, ad me artis fama peruenit. Da igitur operam vt aurum illi tribuas, quantum cupit, aliaque item quorum indiget, & eum ad me mitte. Erit enim par honore ſummis in Perſide viris, &c. Hic de re venerea eam habebat exiſtimationem, vt coitum ſpeciem eſſe putaret morbi comitialis. Extant adhuc de ea re eius verba apud Gell. lib. 19. cap. 2. τὴν συνουσίην εἶναι μικρὴν ἐπιληψίην. Eius libri, tanquam diuino emanauerint ore, vbique celebrantur: in primo enim iuſiurandum continetur, in ſecundo Prognoſtica, tertio Aphoriſmi, quarto illa admirabilis compoſitio, LX. libris omnem ſcientiam medicinæ complectens. Exceſſit è vita anno natus CIV. Suſcepit filios Theſſalum & Draconem. Hæc Suidas. ¶ Hippocrates, præter ſuperiorem, Suidas quinque commemorat, omneſque eiuſdem artis & familiæ: quorum tamen nemo primi ingenium gloriámve adæquauit. ¶ Hippocratem alium Athenienſium ducem nominat in bello Peloponneſiaco Thucydides.

Hippŏcrēnē, ἱπποκρήνη. Fons Bœotiæ non procul ab Helicone monte, quem Poëtæ fabulantur factum eſſe vngula Pegaſi equi alati. Cui fabulæ occaſionem videtur miniſtraſſe Cadmus: qui cùm in Bœotia locum vrbi condendæ quæreret, huc illuc obequitans, hunc fontem primus creditur inueniſſe. Et quoniam Cadmus literarum inuentor creditur, factum eſt, vt hic fons Muſis ſacer habeatur. Perſius ad verbum reddens vocem Græcam, fontem caballinum appellat. Nam ἵππος nobis equum ſonat, & κρήνη fontem.

Hippŏcrēnĭdēs, ἱπποκρηνίδες, Muſæ ab Hippocrene fonte.

Hippŏdămē, es, ἱπποδάμη, & Hippodamia, ἱπποδάμεια, filia Œnomai regis Elidis & Piſarum: qui quum ex oraculo ſe à genero interemptum iri didiciſſet, & illa tamen à multis procis ob formæ præſtantiam peteretur, curule certamen procis inſtituit, cum ea (habebat enim equos velociſſimos, qui ex ventorum flatu creati erant) ipſa lege, vt qui vinceret, filiam haberet, victus ſubiret mortem. Tredecim igitur victis & occiſis, Pelops Tantali filius, viſa puella, eius amore protinus exarſit: cuius nuptias vt aſſequeretur, Myrtilum eius aurigam pollicitis corrupit, ſic vt ille axes infirmos & fragiles ſubiunxerit: vel, vt alij volunt, obicem axi non obiecerit: & ſic fracto, vel diſſoluto curru, Œnomaus excidit: moriénſque Myrtili caput deuouit, obteſtans Pelopem vt vicem ſuam vlciſceretur: quod & factum eſt. Quum enim pactum ſibi perfidiæ præmium à Pelope poſceret, ab eodem in mare deiectus eſt, atque hoc modo Pelops puella & regno potitus eſt. De hac Ouidius,

Venit vt in Phrygios Hippodamia ſinus.

Virg. 3. Georg.

Hippodaméque, humeróque Pelops inſignis eburno.

¶ Alia item fuit Hippodamia Briſæ filia, quam Achilles expugnato Lyrneſſo

Lyrnesso oppido secum abduxit. Hanc Poëtæ à patris nomine Briseida appellant. ¶ Alia quoque Hippodamia fuit Anchisæ filia, quæ Alchatoo Troiano in vxorem data est, quem postea Idomeneus Cretensis in pugna occidit. ¶ Fuit & alia Hippodamia Pirithoi vxor: quam quum ipso nuptiarum die Centauri ei præripere conarentur, ab Hercule & Theseo ingenti clade sunt profligati. Ouid. 12. *Metam.* ¶ Piræei item forum Hippodamia appellatum aiunt, ab Hippodamo Milesio architecto, qui Atheniensibus Piræum extruxit. Autor Suidas.

Hippodămus, [illegible]. Milesius philosophus, naturæ studiosus, primus eorum qui in Republica versati non essent, cœpit aliquid dicere de optimo ciuitatis statu. Constituit enim ciuitatem ex numero decem millium diuisam in partes tres, artifices, agricolas & milites. Regiones in totidem partes, sacram publicam & priuatam. Erat ob ambitionem vitæ morosior, crinium prolixitate, ac sumptuoso ornatu. Arist. *lib.* 2. *politic.* ¶ Fuit item hoc nomine Architectus quidam Milesius, qui Atheniensibus Piræum portum extruxit, à quo forum quoddam Piræi Hippodamiam appellarunt. Autor Suidas.

Hippomenes, [illegible]. Atheniensis fuit, qui filiam cum mœcho deprehensam duabus quadrigis iussit alligari, & in partes discerpi. Autor Ælian.

Hippodrŏmus, Locus in quo cursu exercentur equi, curriculum equorum, planities in qua certatur cursu absque pugna. {[illegible]. GALL. *Vne lice & lieu pour faire courir cheuaux & leur bailler carriere.* ITAL. *Luogo doue correno i cauali.* GERM. Ein rennplatz, auff welchem man mit den rossen rennt. HISP. *La corredera de cauallos.* ANGL. *A place wherein horses ar exercised in running.*} Stadium in quo equites imaginario prælio concurrere solebant, catadromus, [illegible] dicebatur. Martial. *lib.* 12.

Puluerulentaque fugax Hippodromon vngula pulsat.

Plaut. *in Cist.* Dico ei quo pacto eam ab hippodromo viderim herilem filium nostrum sustollere.

Hippŏdrŏmus, Thessalus genere, patria Larissæus, circa M. Antonini principis tempora Athenis scholæ successit, vt est autor Philostratus, qui eum inter Sophistas retulit.

Hippoglōssa, siue Hippoglossum, [illegible]. Dioscoridi herba est folia habens syluestris myrti, concaua & spinosa, & in his seu linguas quasdam, folio paruo exeunte de foliis. Plin. *lib.* 27. *cap.* 11. Ruellius existimat eam esse quam Itali sua lingua Bonifaciam, seu Linguam paganam appellant.

Hippoglōttion, [illegible]. Herba quam alij Daphnitin, alij Carpophyllon, & Alexandrinam laurum vocant. Plin. *lib.* 15. *cap.* 30.

Hippŏla, [illegible], vrbs vetus Laconica. Gentile Hippolaites.

Hippŏlŏchus, [illegible]. Filius Bellerophontis, & pater Glauci, teste Homero *Iliad.* 6. ¶ Alter teste eodem *lib.* 11. fuit Antimachi Troiani filius, qui vnà cum Pisandro fratre ab Agamemnone in Troiano bello interfectus est.

Hippolăpăthum, {[illegible]. ANGL. *The commune or great docke.*} Herba lapatho satiuo maior, candidiórque, ac spissior, vt scribit Plin. *lib.* 20. *cap.* 21. officinæ *Paricellam* appellant.

Hippolyte, [illegible], Amazonum regina fuit, quam Hercules prælio victam Theseo dedit vxorem. Plaut. *Men.* 1. 3. *a.* 1. Hercules ab Hippolyta succingulum rapuit. ¶ Fuit etiam hoc nomine Acasti Magnesiæ regis vxor, quæ Peleum, quod libidini eius non paruisset, apud virum accusauit, tanquam ei vim inferre voluisset.

Hippolytus, [illegible], Thesei & Hippolytæ Amazonis filius fuit: qui quum cælibem ducens vitam sese venatu exerceret, & constanti animo sperneret mulierum congressum, à Phædra nouerca absente patre amatus est: cuius turpi desiderio quum obtemperare noluisset, illa apud virum illum detulit, quòd sibi vim inferre voluisset. Quamobrem quum videret Hippolytus patrem dolo nouercæ persuasum, de nece sua cogitare conscenso curru fugam arripuit. Sed dum Phocæ, quæ tum forte in litus exierant, equorum rotarum strepitu perterritæ magno impetu se in mare præcipitarent, exterriti equi, frustrà obluctante Hippolyto, currum per scopulos, & saxa traxerunt, iuuenémque infelicem loris implicitum in partes discerpserunt. Hunc postea Æsculapius reuocauit ab inferis, & pristinæ incolumitati restituit. Hippolytus verò relicta terra Attica, in Italiam venit, ne patris iram rursus experiretur: & se Virbium appellari iussit, quòd bis vir fuisset. Oppidum non procul à Roma ædificauit, quod à nomine acceptæ coniugis, Ariciam appellat. ¶ Hippolytum imitabor, [illegible]. Diogenianus in *Collectaneis*, ait dictitatum de iis, qui statuissent purè castéque viuere vt Hippolytus. ¶ Hippolytus Sicyonius amatur ab Apolline.

Hippomachia, Pugna equestris. {[illegible]. GALL. *Combat à cheual.* ITAL. *Combattimento da cauallo.* GERM. Ein streit auff rossen ein reyßigen streit. HISP. *Pelea a cauallo.* ANGL. *A battaile of horses.*}

Hipponachus, [illegible]. Atheniensis tibicen, de quo tradit Ælianus: quum discipulum ab imperita plebe laudari videret, quem tamen in arte peccare cognosceret: silentium ei imposuit, quod nullum putaret maius ignorantiæ argumentum quàm rudi multitudini placere.

Hippomănes, gen. neutri, secundùm Priscianum, [illegible], ab equæ furore nomen habet, quasi [illegible]. Quid autem significet, non satis conuenit inter scriptores. Seruius scribit esse virus ex equarum inguinibus defluens, quo tempore feruntur in amoris furorem, quod in humana viscera descendens hominem in furorem agat. Virgil. *lib.* 3. *Georg.*

Hinc demum hippomanes vero quod nomine dicunt
Pastores lentum distillat ab inguine virus.

Columella *lib.* 7. Maximè itaque curandum est tam fœminis, quam admissariis desiderantibus, coëundi fiat potestas, quoniam id præcipue armentum si prohibeas, libidinis extimulatur furiis. Vnde etiam veneno inditum est nomen [illegible], quòd equinæ cupidini similem mortalibus amorem accendat. Plin. *lib.* 28. *cap.* 11. & *lib.* 8. *cap.* 42. asserit esse carunculam in fronte pulli equini, caricæ magnitudine, colore nigro: quam statim edito partu mater è fronte dentibus conuellit. Quod si qui prius abstulerit, pullum mater ad vbera non admittit. Virg. 4. *Æneid.*

Quæritur & nascentis equi de fronte reuulsus,
Et matri præreptus amor.

Hac caruncula mulieres medicamenta componentes, vertere homines feruntur in furorem.

Hippomărăthrum, [illegible]. Herba est fœniculi, sed maioris, & gustu acriore, quod officinæ *Fœniculum syluestre* appellant. Plin. *lib.* 20. *cap.* 23. Est (inquit) & in hoc genere syluestre, quod alij hippomarathrum, alij myrsineum vocant, foliis maioribus, gustu acriore, procerius, brachiali crassitudine, radice candida. Nascitur in calidis, sed saxosis. Diocles & aliud hippomarathri genus tradit, longo & angusto folio, semine coriandri. Hactenus Plinius. Nos verò fœniculum maius hippomarathrum vocamus: mos enim est Græcis, in compositione, vt quum magnum aliquid significare volunt, equum, aut bouem ponant.

Hippomĕnes, [illegible]. Macarei filius fuit, qui quum Atalantam puellam Scyriam cursu victam accepisset vxorem, & in luco magnæ matris cum ea concubuisset, ab irata dea in leonem est conuersus. Fabula extat apud Ouid. *lib.* 10. *Metam.*

Hippomolgi, [illegible]. Populi ab equis mulgendis dicti. Steph. *in Melanclani.* {Rossmelcker.}

Hippŏna, [illegible], Dea erat quam stabularij maximè colebant, cuiúsque effigies in stabulis locabatur. Apuleius *lib.* 3. *Metamorph.* Respicio pilæ medio, quæ stabuli trabes sustinebat. In ipso verò meditullio Hipponæ deæ simulachrum residens ædiculæ, quod accuratè corollis roseis quidem recentibus fuerat ornatum. Iuuenal. *Satyr.* 8.

——————*iurat*

Hipponam, & facies olida ad præsepia pictas.

Hipponax, [illegible]. Iamborum poëta, tanta deformitate & fœditate oris, vt eius effigies à pictoribus quibusdam publicè proposita fuerit deridenda. Quamobrem indignatus Hipponax tam amarè in illos est inuectus, vt aliquos ex iis credatur compulisse ad suspendium. Hic creditur inuenisse Scazontem carminis Iambici genus, quod ab eius nomine Hipponacticum vocamus, siue Hipponacteum. Cic. *de Orat.* Senarios verò & Hipponacteos effugere vix possumus: magna enim parte ex Iambis nostra constat oratio. Vide Plin. *lib.* 36. *cap.* 5. ¶ Hipponacteum præconium, pro infami nota posuit Cic. *lib.* 7. *Epist.* Eúmque addictum iam puto esse Calui Licinij Hipponacteo præconio.

Hipponesus, [illegible]. Insula ante Cariam in sinu Ceramico. Plin. *lib.* 5. *cap.* 31.

Hipponicus, [illegible], Atheniensis, cuius fuit Hippiæ filius, qui quum patriæ statuam dedicare decreuisset, suadentibus amicis, vt eam Polycleto faciendam locaret, vehementer ab aliis dissensit, quòd in statuis tam insignibus artificis potiùs industriam, quam dedicantis virtutem commendari arbitraretur.

[Hipponium. V. olim F. Calabriæ. vide *Miletum.*]

Hippŏpĕræ, Dicuntur sacculi quibus equites necessaria itineri secum conferunt. {[illegible]. GALL. *Bouge, ou bougette, de cuir, ou vne male qu'on porte à cheual.* ITAL. *Bolgie, valigie, bisaccie.* GERM. Ein bulgen oder wätsäcken so man zu roß fürt. HISP. *Balanzas, talegas, alforjas.* ANGL. *A male or bouget.*} Senec. *in Epist. ad Lucil.* Marcus Cato Censorius, quem tam necessarium fuit Reipublicæ nasci, quam Scipionem (alter enim cum hostibus nostris bellum, alter cum moribus gessit) cantero vehebatur, hippoperis quidem impositis, vt secum vtilia portaret. Hæ à Pomponio Festo vocantur bulgæ.

Hippŏphăës, [illegible]. Frutex in maritimis & sabulosis locis nascens, foliis quàm oleæ angustioribus: & inter ea spinis quum arescunt candidis, angulosis, geniculatim inter se distantibus, floribus hederæ Corymbis similibus. Radix crassa est & amara, lacte madens, quod thapsiæ modo acceptum, aut per se conditur, aut in ervinea farina digeritur in pastillos. Romani lappaginem, seu lappulam vocant. Vtuntur hoc frutice fullones in poliendis vestibus.

Hippŏphæstum, [illegible]. Spinæ fullonicæ genus est, in maritimis & sabulosis locis nascens, sine caule, sine flore, inanibus tantum calyculis, foliis paruis & spinosis, radiculis mollibus & crassis, quarum succus comitiali morbo vtilissimus habetur, teste Plinio *lib.* 16. *cap. vlt.*

Hippophagi, Scythiæ populi in Asia.

[Hippophastum, spinosa planta. H.P.]

Hippopodes, [illegible]. Populi in Oceano Scythico, qui, teste Solino, humanam vsque ad vestigia formam tenent, sed in equinos pedes desinunt. Meminit horum Plin. *lib.* 4. *cap.* 13.

Hippopŏtămus, [illegible], Equus fluuialis, seu aquaticus, in Nilo præcipue nascens, binis vngulis, quales sunt bobus, dorso equi & iuba & hinnitu, rostro resimo, cauda obtorta, dentibus aprorum aduncis, sed minus noxiis. Huius meminit Plin. *lib.* 8. *cap.* 25.

[Hippos, [illegible], equus.

Hippo Regius, V. olim E. Africæ.]

Hipposelinum, [illegible]. Apij genus est, satiuo multo maius, quod Romani olus atrum appellant. Hipposelinum dictum, quòd inter species apij longè maximum sit. Solent enim Græci magnam rem augere volentes, in compositione [illegible], vel [illegible] præponere. Vide plura de hac herba apud Plin. *lib.* 19. *cap.* 11. & in Dioscorid. *lib.* 3. *cap.* 75.

Hippotades, [illegible]. Dictus est Æolus rex ventorum, quòd nepos esset Hippotæ Troiani ex Sesta filia. Ouid. 11. *Metam.*

Quod satus Hippotades tibi sit, qui carcere fortes
Contineat ventos.

Hippotomadæ, vicus in tribu OEnide, Steph.

Hippotoxotæ, {[illegible]. GALL. *Archers à cheual.* ITAL. *Sagittarij à cauallo.* GERM. Schützen die zu roß sind. HISP. *Ballesteros à cauallo.* ANGL. *Archers on horsebacke.*} Dicti sunt equestres sagittarij, qua voce vtitur Hirt. *lib.* 5. *belli Asiatici.*

[Hippotyphia, [illegible], equinus fastus, magna & fera superbia.]

Hippocratea, vide *Hypsicratea.*

Hippacra, [illegible], (quasi dicas equi promontorium) vrbs Libyæ. Gentile Hippacrites. Steph. Malim diuisis vocibus, [illegible], ratione accentus.

Hippūris, [illegible]. Herba à Latinis equisetum dicta, & vulgò *cauda equina* interpretatur. Plin. *lib.* 26. *cap.* 13. Vide *Equisetum.*

Hippūris, insula vna Sporadum, non procul ab Anaphe, & Astypalea. Plin. *lib. 4. cap. 12.*

Hippūrus, ἵππουρος. Piscis ex genere locustarum, qui hybernis mensibus non capitur, propterea quod id temporis frigoris impatientia, in cauernas sese abdat. Plin. *lib. 6. cap. 16. & lib. 32. cap. vlt.*

Hippuri autem pluralis numeri tantùm, Taprobanæ insulæ portus, cuius meminit Plin. *lib. 6. cap. 22.*

Hippuriscus, ἱππουρίσκος, insula Cariæ, Steph.

Hippús, ἵππος, fluuius est Colchorum, in Phasim defluens. Strabo *lib. 11.* ¶ Item mons Bithyniæ, in cuius radicibus condita est Prusa altera, diuersa ab ea quam Annibal sub Olympo condidit. Plin. *lib. 6. cap. 32.* ¶ Est etiam insula Eretriæ. ¶ Item vrbs Siciliæ, & alia Palæstinæ. Gentile Hippus, Hippenus, Hippinus. Steph.

Hipseus, filius fuit Æsopi fluminis, qui Eteocli in auxilium venit aduersus Polynicem. Stat.

Hipsea quadriiuges clypeo semptemplice tauros.

Hir, nomen antiquum, quod pro vola, siue palma manus accipiebant. { חפ *chaph.* θέναρ. GALL. *Palme de la main.* ITAL. *Palmo della mano.* GERM. Die flache oder höle der hand. HISP. *Palma de la mano.* ANGL. *The palme of the hand.* } Genitiuum facit hiris, si Charisio credimus. Probus mauult esse indeclinabile.

Hīra, intestinum ecphysi adhærens, quod quia semper inane est, à medicis ieiunium appellatur, ἡ νῆστις, νῆστις. Plaut. *Curc. sc. 1. act. 2.* Hiræ, (siue hirræ) omnes dolent. (i. intestina.) Hinc deducitur hilla, quod quamuis diminutiuum videatur, eiusdem tamen est significationis cum primitiuo. { Die flache oder höle der hand. } ¶ Fuit item *Hira*, ἱρὴ Stephano, vrbs Messeniæ maritima, non procul à Pylo, Agamemnonis imperio parens: cuius meminit Homerus 11. *Iliad.*

Hirasa, ἱρασα. Locus Libyæ, in quem Afri Battum transtulerunt. Stephan.

Hirculus, Herba est semper nascens cum nardo Gallico, eique simillima, qua vtuntur qui syncerum nardum volunt adulterare. τράγος Dioscoridi. In hoc tamen distat à nardo, quòd sine cauliculo est, quódque minoribus foliis, radicéque amara & minimè odorata. Autor Plin. *12. cap. 12.*

Hircus, i, per c, olim ircus: vt τράγος, ἴξαλος, atma. Caper admissarius, caper non castratus. { שעיר *schahir* צפיר *tsaphir* עתוד *hattûd.* τράγος. GALL. *Vn bouc.* ITAL. *Becco, capro, caprone.* GERM. Ein bock. HISP. *Cabron.* ANGL. *A male goate or bucke.* } Horat. *Epod. 16.*

Amétque salsa leuis hircus æquora.

Plaut. ad hominem transtulit immundum & libidinosum, *in Asinar. sc.* vt properarem, Flagitium maximum feci miser, Propter operam illius improbi hirci cerculi. ¶ Mulgere hircum, τράγον ἀμέλγειν, dicitur prouerbialiter de re absurda. Virg. 3. *Eclog.*

Qui Bauium non odit, amet tua carmina Meui,

Atque idem iungat vulpes & mulgeat hircos.

¶ Hircus item dicitur alarum graueolentia, ad hirci animalis fœtorem accedens. { τράγος, κινάβρα. ANGL. *The sauour of a male goate, rammishnes.* } Horat. *Epod. 2.*

Grauis hirsutis cubat hircus in alis.

Catullus caprum appellat,

Valle sub alarum trux habitare caper.

Plaut. *Pseud. sc. 4. a. 2.* Quid sapit? Hircum ab alis. ¶ Hircus vetulus Tiberius appellatus est. Suet. *in Tib. cap. 45.* (i. libidinosus,) Plaut. *Men. sc. 2. a. 5.* Illa me rabiosa fœmina obseruat canis: Pòst autem ille hircus alius; siue hircus Salius. Græcis enim τράγος dicitur: quo nomine Martialis quoque vsus est. Inde tragos, celerésque pili mirandaque matri Barba.

Hircinus, a, um, Quod ex hirco est, quòd ad hircum pertinet. { τράγειος. GALL. *De bouc.* ITAL. *Di becco.* GERM. Böckin. das der bock ist. HISP. *Cosa de cabron.* ANGL. *Of a male goat, or bucke.* } Apuleius, Homo sordidus, & hircina libidine fœtens. Plin. *lib. 12. cap. 27.* In pellibus hircinis. Plaut. *in Pseud. sc. 2. a. 4.* Heus tu qui cum hircina stas barba, responde quod rogo.

Hircōsus, a, um, qui hircum olet, sordidus, incultus. { τραγοπώγων, κινάβρας. GALL. *Qui sent le bouquin.* ITAL. *Che sente di becco, chi puzza nel'ale.* GERM. Bockenlechtig, das stinckt wie ein bock. HISP. *Cosa que hiede a cabron.* ANGL. *That stincketh lik a buck, rammishe.* } Pers. *Satyr. 3.* Hic aliquis de gente hircosa centurionum. Idem *Satyr. 3.* Dixeris hæc inter hircosos centuriones, id est, rusticos olidos & omnis nidoris expertes, inquit Budæus. Gell. *cap. 2. lib. 12.* Inter hircosos scripta inter vnguentarios placent.

Hirciphi, Dicuntur homines qui pilos duros atque extantes habent, quemadmodum hirci δασύτριχας. Festus.

‖Hircocerus, vide *Tragelaphus.*‖

Hirquitallire, propriè de pueris, siue adolescentulis, qui iam pubescentes, vocem emittere incipiunt grauem & subraucam, quod fere accidere solet sub finem secundæ hebdomadis, teste Censorino, aut sub initium tertiæ. Quo tempore & pueros ipsos hirquitallos appellant: siue quòd tunc primum hircum incipiunt olere, siue quòd vocem edant grauiorem, & inæquabilem, hircinæque non dissimilem.

Hirquus, per q. est angulus oculi. { κανθός. GALL. *Le coing de l'œil.* ITAL. *Cantone del'occhio.* GERM. Ein augenwinckel. HISP. *Lagrimal del ojo.* ANGL. *The corner of the eye.* } Virg. 3. *Eclog.*

——— *Transuersa tuentibus hirquis.*

Tractum est ab oculis hircorum qui ob libidinis ardorem, retortis in angulum oculis, capras obliquè aspiciunt. Vide Seruium in locum Virgilij iam citatum.

Hirtius, vel, vt alij scribunt, Hirtius, Consul fuit Romæ vnà cum Pansa, quo tempore Brutus ab Antonio obsessus fuit Mutinæ: ad quem liberandum profectus, vnà cum collega est interfectus.

Hirnea, æ, vasis genus, quod Plaut. *in Amph.* cirneam appellat. Cato *de re rust. cap. 81.* Indito in hirneam fictilem. ¶ Hirnea, vas vinarium. Plaut. *Amph.* Cadus erat vini, inde impleui hirneam, aliàs *Cyrneam.*

‖Hirnia, κήλη. Gloss. lege *Hernia.*‖

Hirpini, familiæ in Faliscorum agro fuerunt, quæ in sacrificio annuo, quod fiebat in monte Soracte, ambulantes per ambustam struem lignorum non adurebantur. Autor Plin. *lib. 7. cap. 2.* Hi à Solino vocantur Hirpi.

‖Hirrio, is, iui, itum, garrio (aliter ringo) quod genus vocis est canis rabiosæ. Fest.‖

Hirsutus, a, um, ab hircus. Pilosus, Setosus, horridus. { שעיר *sahir.* δασύς, λάσιος. GALL. *Velu, counert de poil, rude & piquant.* ITAL. *Peloso.* GERM. Rauch von haar, haarechtig. HISP. *Velloso y aspero.* ANGL. *Heary, couered with prickling heares like freyne.* } Martial. *lib. 10.*

Hirsuta ego cruribus, genisque

Os blaisum tibi, debilisque lingua est.

Virg. 7. *Eclog.*

Stant & iuniperi, & castaneæ hirsutæ.

Quo in loco Virgilius vocat castaneas hirsutas quæ adhuc echinis inclauduntur. Plin. *lib. 20. cap. 9.* eius comparatiuum protulit, Folia habet bina, parua, rotunda, plantis oleris similior candidior, satiua & hirsutior. Ouid. 2. *Trist. Elegia vnica.*

Sumpseris annales, nihil est hirsutius illis,

vbi pro austero accipitur. Imò pro luxurioso hic ponitur, vt apud Suet. *in Tiberio cap. 45.* Obscœnitate oris hirsuto atque olido sem claré exprobrata.

Hirtus, a, um, idem quod squallidus. { שעיר *sahir.* δασύς. ANGL. *Sluttish, or rough.* } Dissimilem rationem postulat hirtum atque Tarentinum, inquit Col. vbi vir eruditus putat idem esse Tarentinum & hirtum, magno sané errore. Nam hirtum pecus Tarentino opponitur. In agro enim Tarentino oues pellibus tegebantur, vt molliores essent velleris. Virg. *lib. 3. Georg.*

——— *hirtásque capellas.*

Plin. *lib. 11. cap. 37.* Hirtus setis musculus marinus. Ouid. 10. *Met.*

Canities rigidis fterit hirta capillis.

Col. *lib. 10.* Talis humus, vel parietibus, vel sepibus hirtis claudatur. Hirta corpora, Plin. *lib. 7. cap. 2.* Hirtæ oues. Varro *de re rust. lib. 2. c. 2.* Ouid. *Eleg. 3. lib. 1. Trist.*

Squallidus premissis hirta per ora comis.

Velleius, Hirtus & horridus C. Marius.

Hirūdo, inis, prius hirudo, à ῥύω ἢ ὕδωρ. Sanguisuga, dicta quòd carni hæreat. { עלוקה *haluhah.* βδέλλα. GALL. *Sangsue.* ITAL. *Sanguisuga, mignata.* GERM. Ein egel. HISP. *Sanguisuela.* ANGL. *An horse leach, or bludsucker worme.* } Horat. *de Arte poët.*

Non missura cutem nisi plena cruoris hirudo.

Quod prouerbij quadam specie dicitur, torqueri enim potest in homines nimium sedulos, & quibusuis in rebus comparandis immodicos. Plaut. *Epidico*, Iam ego me vortam in hirundinem, atque horum exugebo sanguinem. Plin. *lib. 32. cap. 10.* Hirudinum quas sanguisugas vocant, ad extrahendum sanguinem vsus est. ¶ Hirudo ærarij, per translationem hoc est, exhaustrix. Cic. *ad Att. lib. 1.* Accedit illud quòd illa concionalis hirudo ærarij, misera & ieiuna plebecula me ab hoc magno vnicé diligi putat.

Hirūndo, inis, helundo, à χελιδών, χ in h. vt in v. Heri. Auis notissima, in tectis nidificans, sub initium veris ad nos transuolans. { עגור *haghur.* χελιδών. GALL. *Vne herunde ou herondelle.* ITAL. *La rondine.* GERM. Ein schwalm. HISP. *La golondrina.* ANGL. *A swallow.* } Virg. 4. *Georg.*

——————— *ante*

Garrula quàm tignis nidum suspendat hirundo.

Ouid. *Eleg. 12. lib. 3. Trist.*

Vtque malè crimen matris deponat hirundo

Sub trabibus cunas paruaque tecta facit.

(Veris periphrasis.) Ouid. 2. *Fast.*

Fallimur? an veris prænuntia venit hirundo?

Plin. *lib. 11. cap. 2.* Abeunt & hirundines hibernis mensibus, sola carne vescens auis, ex iis quæ aduncos vngues non habent: sed in vicina abeunt, apricos secutæ montium recessus, inuentæque iam sunt ibi nudæ ac deplumes. Plaut. *in Asinaria, sc. 3. act. 3.* Dic igitur me tuam auriculam, columbam, vel catellum, hirundinem, &c. ¶ Vna hirundo non facit ver, μία χελιδὼν ἔαρ οὐ ποιεῖ, hoc est, in aliena re non sat est vnica coniectura. Sed multis hirundinibus opus est. Arist. *lib. Moral. 1.* & Aristoph. *in Auibus.* ¶ Hirundines sub eodem tecto ne habeas, ὁμωροφίους χελιδόνας μὴ ἔχε. Hoc symbolo Pythagoras consuetorem ingratum, parúmque firmum monuit ablegandum. D. Hieronymus, Aristotelis authoritatem sequutus interpretatur abstinendum à commercio garrulorum & susurronum. ¶ Hirundo etiam piscis est marinus, pinnis caudáque expansis hirundini volucri persimilis, cui caput osseum, vt testudinis, oris partes internæ rubræ instar sandarachæ, quibus noctu velut igneus splendor absistit: ob idque lucernam piscem quidam existimarunt. Sed de Hirundine & lucerna distinctè Plin. *lib. 9. cap. 27. lib. 13. cap. 11.*

Hirundinīnus, a, um, quod ad hirundinis. { χελιδόνειος. GALL. *De herunde ou herondelle.* ITAL. *Cosa de rondine.* GERM. Das der schwalmen ist. HISP. *Cosa de golondrina.* ANGL. *Of a swallow.* } vt, Hirundininus nidus, apud Plaut. *in Rudente*, & apud Martial. *lib. 11.*

In nido sege: est hirundinino.

Hirundininus sanguis, Plin. *lib. 10. cap. 14.*

Hismaelitæ, { ישמעאלים *ishmehelim* Ἰσμαηλῖται } Populi sunt Africæ, qui nunc Saraceni dicuntur, ab Hismaele sic nominati, Abrahæ filio ex Agar ancilla.

Hispalis, ἴσπαλις, Bæticæ prouinciæ vrbs clarissima, Romanorum colonia, cognomine Romulensis: à qua vnus ex quatuor iuridicis Bæticæ conuentibus, Hispalensis dicitur. Plin. *lib. 3. c. 1.* Hæc hodie *Sinilia* dicitur.

Hispania. { ספרד *sepharad.* Ἰσπανία, Ἰβηρία. } Regio Europæ, quæ à montibus Pyreneis incipiens per columnas Herculis circumiens vsque in Borealem Oceanum protenditur. Decem millibus stadiis (vt Appianus scribit) eius latitudo commensuratur. Longitudo prorsus eadem esse videtur. Terra frumenti, vini, olei, auri, gemmarum, metallorúmque ferax. Ex qua etiam bellicosissimi viri, ac velocissimi equi procreantur. Refert Varro in Hispaniis equas credi ex vento concipere, quòd equos habeat hæc regio cursu tam veloces, vt meritò ex ventis concepti ferantur. Diuiditur autem omnis Hispania, teste Plinio *lib. 3.*

lib.2.c.1.2.& 3. in citeriorem & vlteriorem. Vlterior rursus secatur in duas partes, in Bæticam, quæ hodie *Granata* dicitur: & Lusitaniam, quam vocant *Portugalliam*, quæ Ana fluuio à Bætica distinguitur. Vlterioris Hispaniæ conuentus erant quatuor, Gaditanus, Cordubensis, Astigitanus, & Hispalensis. Citerior autem Hispania, quæ Tarraconensis dicebatur, in septem diuidebatur conuentus: vide Plinium. Hodie diuiditur in quinque regna: Castellam, quæ cum Legione permista vnum effecit regnum, Gallæciam, Catholicam, Arragoniam, & Nauarram. Omnis autem Hispania ab Ibero fluuio primùm dicta fuit Iberia: postea ab Hespero Atlantis fratre: siue (vt alij malunt) ab Hespero stella lucidissima, quæ vespertino tempore in Occidente apparet, solem subsequens, vocata est Hesperia: postremò ab Hispali vrbe ad fretum Atlanticum sita, quam hodie *Siuiliam* vocant, dicta fuit Hispalia: vnâque deinde littera immutata Hispania. Tibull. *lib.4.* Latis audax Hispania terris.

Hispānŭs, & Hispaniensis, sunt adiectiua, sicut à Sicilia, & Siculus & Siciliensis, à Corintho, Corinthius, & Corinthiensis. {Ein Spanier.} Sed qui in Hispania natus est, Hispanus dicitur, *Ἴβηρ*. Hispaniensis, qui alibi ortus, in Hispania versatur: hoc est, licèt in Hispania sit, non tamen in ea natus est, *ἰβηρικός*. Hinc Hispanienses negotiatores, qui in Hispania negotiantur. Sic Hispaniensem exercitum vocabant Romani, qui in Hispania militabat. Plin. *lib.* 13. Cæsar Hispaniensi triumpho Chium & Falernum dedit, quum in Hispania bellum aduersùs Romanos, non Hispanos gesserit. Plaut. *Menæch. sc.1. a.2.* Istros, Hispanos Massylienses.

Hispanicus, a, um, idem quod Hispanus. Gell. *cap.13. lib.9.* Hispanico gladio vsus Manlius.

[Hispaniola, *Spagnola*, insula Orbis noui, à Christophōro Columbo ann. 1492. primùm detecta.

Hispellum, *Spello*, V. olim E. Vmbriæ, vbi hodiéque Amphitheatri vestigia supersunt.]

HISPĬDUS, a, um, Hirsutus, asper, setosus, horridus. {שעיר *sahir.* λάσιος, δασύς. GALL. *Velu, de gros poil, picquant.* ITAL. *Peloso, aspro.* GERM. Rauch von haar, burstächtig. HISP. *Cosa aspera con sedas.* ANGL. *Rough, rugged with heares or bristles.*} Virg.

——cui laterum tenus hispida nanti Frons hominem præfert.

Plin. *lib.16.* Continentur hispido calice. Hispidus aspectus, apud eundem *lib.22. cap.6.*

Hispĭdōsŭs, a, um, idem quod hispidus. λάσιος, τραχύδης. Catull.

Non dico pueris, sed hispidosis.

Hister, Hetruscorum lingua dicebatur Ludio, *ὑποκριτής*. Autor Liu. *lib.7. ab Vrbe.* Vide *Histrio.*

[Hister, vide *Ister.*]

Histiæa, *Ἱστίαια*, Eubœæ insulæ ciuitas, quam Homerus in *Catalogo nauium*, à vitium copia *πολυστάφυλον* cognominat. Eadem postea Oropus dicta est, teste Stephano.

Histiæŭs, *Ἱστιαῖος*, Milesiorum tyrannus, qui cùm relicto Dario, Iones ad defectionem solicitaret, captus ab Harpago Darij præfecto, in crucem sublatus est. Vide Herodot. *lib.6.*

Histonium, *Ἱστόνιον*, Oppidum Frentanorum, in quarta regione Italiæ. Plin. *lib.3. cap.12.*

HISTŎRĬA, æ. {דברי הימים *dibre hajiamim* זכרון *zichrón* [illegible]. GALL. *Histoire.* ITAL. & HISP. *Historia.* GERM. Ein histori/ein erzehlung einer geschicht. ANGL. *An Historie.*} Latinè narratio, & rerum gestarum expositio. Propriè tamen est earum rerum quibus gerendis interfuit is qui eas narrat. Vnde nomen habet, ἀπὸ τοῦ ἱστορεῖν, quod spectare, vel cognoscere significat. Plaut. *in Menæch. sc.1. a.2.* Quin nos hinc domum redimus: nisi si historiam scripturi sumus? Cic. 4. *Acad.* Sanè doctum hominem, vt indicat ipsius historia scripta Græcè. Ouid. *Eleg. 1. lib.2. Trist.* Eubius impuræ conditor historiæ. ¶ Historia ab Annalibus quid differat, vide apud Gellium *cap.18. lib.5.* ¶ Accipitur etiam latiùs nomen historiæ, vt non solùm de narratione rei gestæ dicatur, verumetiam de quauis interpretatione, seu expositione. Vnde Plinius opus suum ad D. Vespasianum, de Naturali historia inscripsit. Historiam Cicero aliis vocabulis vocat, Memoriam publicam, Memoriam rerum veterum, Commemorationem antiquitatis, Monumenta rerum veterum, Monumenta temporum, locorum, hominum, rerum gestarum, Omnium secretorum memoriam. Quomodo autem differat ab Annalibus, vide in dictione *Annales.*

Histŏrĭcus, Historiarum scriptor. {ἱστοριογράφος. GALL. *Historien.* ITAL. *Historico, scrittor d'historie.* GERM. Ein geschichtschreiber. HISP. *Historiador.* ANGL. *A writer of histories.*} Cic *pro Murena*, Tua verò nobilitas Serui Sulpiti, tametsi summa est, tamen hominibus literatis, & historicis est notior, populo verò & suffragatoribus obscurior. Idem *in Topicis*, Philosophi, poëtæ, historici.

Historicus, a, um, quod ad historiam pertinet, quod historiæ proprium est. {ἱστορικός. GALL. *Historique, d'histoire.* ITAL. *Cosa d'historia.* GERM. Das der geschichten oder historien ist. HISP. *Cosa de historia.* ANGL. *Of a historie.*} vt, Fides historica. Ouid. 3. *Amorum*,

Obligat historica nec sua verba fide.

Historicum scribendi genus est. Cic. *de Orat.* Non tam historico, quàm oratorio genere perscripsit.

Histŏrĭālis, quod ad historiam spectat. {ἱστορικὸς, ζωγραφηθεὶς, καθ' ἱστορίαν [illegible]. GALL. *Appartenant à histoire, fait en peinct par histoire.* ITAL. *Pertinente à historia.* GERM. Den geschichten zugehörig. HISP. *Cosa pertenaciente à historia, ò hecho por historias.* ANGL. *That belongeth to an historie.*} Plin. *lib.10. cap.33.* Trahitúrque etiam in picturas opere historiali.

Histŏrĭcē, es, fœm. gen. *ἱστορική*. pars illa Grammatices, quæ in enarratione autorum versatur. Quint. *lib.1. cap.9.* Ratio loquendi & enarratio autorum: quarum illam methodicem, hanc historicem vocant.

HISTRĬŌNES, fabularum actores, ludiones, qui personati in scenis fabulas agunt. {ὑποκριταί, μῖμοι. GALL. *Ioueurs de farces, iöeurs de quelques personnages.* ITAL. *Histrioni che recitano le comedie.* GERM. Ein comeedispieler/oder der in einem spil ein person tregt. HISP. *Representadores de personas, que representan las comedias.* ANGL. *Players en interludes.*} ab Histria regione, ex qua primum venisse, indéque nomen sortitos esse, afferit Festus; cui tamen refragantur Liu. *lib.7. ab vrbe condita*, haud multò post principium. Valeriusque *lib.2. cap.1.* quod est de Institutis antiquis. Et Plutarchus *in Problematis Romanis cap.* 17. qui affirmant nomen histrionibus fuisse inditum, quia Hister Tusco verbo ludio, siue ludius vocabatur. Cic. *lib.4. Tusc.* Aguntur illa præclarè, & ab oratore quidem melius (si modò est orator) quàm ab vllo histrione. Idem *de Oratore*, Roscius & Æsopus histriones clari. Suet. *in Aug. cap.45.* Histriones omnium linguarum. Et in eos lex vetus. Idem *ibid. c.45.* Item, Iudicium conuicij in eos redditur ex alto. Velleius. Plaut. *Capt. prolog.* Histrionem cogis mendicarier. Quint. Histriones peracta fabula personam deponebant. Plaut *prolog. Amphit.* Siue etiam qui ambissent palmam histrionibus, &c.

Histrĭōnĭa, æ, vel Histrionica, æ, Ars histrionum, {ὑποκριτική. GALL. *L'art & mestier de iouer ieux par personnes.* ITAL. *Arte di representare commedie.* GERM. Die kunst schawspil zuhalten. HISP. *Arte de representadores de personas.* ANGL. *That art of playing en interludes.*} Plaut. *in Amph.* — quasi verò nouum Non proferatur, Iouem facere histrioniam. Idem alibi, Vt cor histrioniam facit, i. gestis mouetur. Sic Æschylus, ὀρχεῖται ἡ καρδία φόβῳ.

Histrĭcŭs, a, um. Quod ad histrionem pertinet, histrionicus. {ὑποκριτικός. GALL. *Appartenant à ioueurs de farces.* ITAL. *Pertinente à histrione, ò giuocolare.* GERM. Das zu denen/so sich im schawspilen üben/gehört. HISP. *Cosa pertenecciente à representadores de comedias.* ANGL. *That perteineth to a player in interludes.*} Plaut *in Pœn.* Audite vos iubet Imperator histricus. ¶ Hinc formauit diminutiuum Hieronymus *contra Ruf.* Si histriculæ, & liuidæ mentis hominem à me submoueo, & ad vnum stipitem cuncta iacula dirigo, qui vulnera sua patitur in multos.

Histrĭŏnĭcus, a, um, quod est histrionis, seu quod ad histrionem pertinet. {ὑποκριτικός. GALL. *De ioueur de farces.* ITAL. *De giuocolare.* GERM. Das zu einem schawspiler gehört. HISP. *Cosa de representador de comedias.* ANGL. *Of a player of enterludes.*} vt, Ars histrionica, Histrionicæ vestes, Histrionicus gestus, Histrionica verba.

Histrĭōnālis, e, ad Histrionem pertinens. ὑποκριτικός. vt, Studium histrionale. Tacit. *lib.1.* Miscere cœtus histrionali studio doctus. Cic. *de Orat.* Vt lasciua verborum, grauitate sententiarum, licentia compositionis, histrionales modò exprimant.

Histrix, ὕστριξ, vide *Hystrix.*

[Hittio, ἰχνεύω. Gloss. Hoc autem est vestigo. Proprium est cauum vestigium indagantium cum aliqua vocis nictatione, vt tradit Scaliger ad Fest. nempe ab *hittus.*

Hittus, [illegible]. Gloss. i. e. vox canis ab *his.*]

Hĭulcŭs, a, um, Fissus, fatiscens. {פתוח *patuach* נבקעת *nibkáh* [illegible] *nibkáh.* χαῦνος. GALL. *Entr'ouuert, entrebaaillé.* ITAL. *Fesso, aperto.* GERM. Gespalten/gienend. HISP. *Cosa que se hende ò abre.* ANGL. *Gaping as the ground in drought.*} Virg. 2. *Georg.*

Hoc vbi hiulca siti findit Canis æstifer.

¶ Per translationem etiam orationem dicimus hiulcam, quæ malè cohæret, quæque inepta & malè composita est. {ANGL. *Not fitly ioyned.*} Cicer. *de Orat.* Nec asper verborum concursus sit, neve hiulcus. Diomedes hiulcos versus appellat exiles, & quasi in media parte hiantes. *ἀπερισπάστους*.

Hĭulcē, aduerbium, ineptè, vastè. ✕ Pressè, æqualiter, leniter. {ἀσυνδέτως, διεῤῥωγότως. GALL. *Sans s'entretenir, en s'entr'ouurant.* ITAL. *Apertamente, con largo spatio, fra vna parola al altra.* GERM. Mit anstossenden worten. HISP. *Abiertamente, apertadamente.* ANGL. *As it were by gapes or chappes.*} Cic. *de Orat.* Ex quo sic locutum esse eius partem iudico, sic maiores, non asperè, vt ille quem dixi, non vastè, non hiulcè, sed pressè, & æqualiter, & leniter.

Hĭulco, as, aperio, findo, hiulcum facio. {בקע *bakáh* קרע *karáh.* χάσκω, διαχάσκω, χαυνόω ποιῶ. GALL. *Fendre & faire ouurir, faire bailler & s'entr'ouurir.* ITAL. *Aprire, fendere.* GERM. Spalten/auffthun/zu ginen machen. HISP. *Hender, ò abrir.* ANGL. *To make to gape.*} Catullus,

Æstus hiulcat agros.

H O

Hŏārŭs, ὕαρος, Scythiæ fluuius apud Thussagetas nascens, & in Mæotim paludem influens. Autor Herod. *lib.4.*

Hŏc, pronomen demonstratiuum neutri generis. {זה *zeh.* τοῦτο. GALL. *Cestuy-ci.* ITAL. *Questo.* GERM. Das. HISP. *Aquello.* ANGL. *This.*} Cuius masculinum est hic. Virg. *lib.4. Æneid.*

Hoc illud Germana fuit?

Migrat interdum in aduerbium, idémque significat quod Huc. *Ἐνθάδε*. Virg. 8. *Æneid.*

Hoc tunc Ignipotens cœlo descendit ab alto.

Sic enim legit Priscianus. Plaut. *Milit. sc.6. a.2.* Ignoscas mihi hoc. Ignoscam tibi istuc. *Ib. sc.5. a.2.* Vin' tu hoc facere strenuè. Plaut. *Curc. sc.3. a.5.* Animaduertite si possum hoc inter vos componere. (i. hanc turbam. Idem *sc.1. a.3.* Catapulta hoc ictum est mihi (i. oculus.) Idem *Amph. sc.1. a.1.* Qui hoc noctis solus ambulem? Quem autem ædes video hoc noctis? Non placet me hoc noctis esse. Idem *Amph. sc.1. a.1. & in Curc. sc.1. a.1.* Idem *Pseud. sc.7. a.4.* Vt hoc pultem. (sup. ostium.) ¶ Hoc age. Idem *Capt. sc.3. a.2.* & hanc rem. *Ibid. sc.1. a.4.* & apud Gell. *cap. vlt. lib.1.* Hoc agamus. Plaut. *Capt. sc.1. a.5.* Hoc est quod herus facit. Idem *Curc. sc.3. a.1.* Idem *ibid. sc.2. a.1.* Hoc vide vt ingurgitauit in se merum. Item, Hoc vide vt dormiunt pessuli. *Ibidem.* Idem *Curc. sc.3. a.2.* Hoc etiam est, quamobrem cupiam viuere. Idem *Men.* Quid hoc negoti est? Idem *Amphitr.* & iterum *sc.3. a.2.* Quid hoc sit hominis. Idem *Amphitr.* Lucescit hoc iam. Idem *Pseud. sc.2. a.2.* Scio hoc tibi febrim esse, quia non licet inijcere vngulas. Idem *sc.3. act.3.* M. Nempe hoc est quod illi dedi. A. Istuc. ¶ Hoc, pro ob hoc. Idem *Milit. sc.3. a.1.* Si falsò insimulas hoc perieris. ¶ Hocce caput sentit. Idem *Aulul. sc.2. a.3.* Idem *Asin. sc.2. a.1.* Hocce testamento seruitus legat tibi. ¶ Hoccine est pietatem colere? Idem *Asin. sc.1. a.3.* Item, Facinus fecit audax. Hoccine. Idem *Milit. sc.3. a.2.* Hoccine fieri vt, &c. Idem *Curc. sc.3. a.1.* Hoccine mandauit tibi senex? Hoccine, Hoccine, hoccine. Idem *Most. sc.3. a.1.* ¶ Rursum, Hoc age. Suet. *in Calig. cap.58. & in Galba cap.20.* (id est, feri.) ¶ In hoc, pro ob id. Senec. *cap.15. de consol. ad Mart.* Item, Hoc mentis. *Ibid. cap.17.* Hoc præmij feres. Idem *Menæch.*

Menaech. sc. 7. a. 5. ¶ Hoc erat quare Praetius antro fatigaret saxa. Ouid. *Eleg. 1. lib. 5. Trist.*

Hoc est cur cantet fossor.

Idem *Eleg. 1. lib. 4. Trist.* Item, Hoc erat quod, &c. Plaut. *Men. sc. vlt. a. 5.* ¶ Hôc pro ideo. Idem *Pseud. sc. 1. a. 3.* Hôc ego fui obsessor fori. *Ibid.* Hôc homines tam breuem vitam colunt. Hoc noctis, pro hac nocte, Plauto, Apuleio, & aliis.

Hŏdĭē, Hoc die. {היום *hajjôm.* σήμερον, ϰ͂ τήμερον, αὐθημερὸν. GALL. *Aujourd'huy, huy, enhuy.* ITAL. *Hoggi, hoggidi.* GERM. Heut. HISP. *Hoy.* ANGL. *This day.*} Cic. 3. *Verrina*, Nonae sunt hodie Sextiles; hora nona conuenire coepimus. Plaut. *Pseud. sc. 2. a. 1.* Hodie mihi nuptialis dies est. *Ibidem sc. 3. act. 1.* Hodie nate. Heus hodie nate. Idem *Amphitr.* Neque ego hodie vnquam ad has aedes sinam accedere. *Ibidem sc. 4. a. 4.* Nihil est, vt dici solet, quod hodie benè succedat mihi. Idem *Asin. sc. 3. a. 3.* Nunquam hodie exorabis. Idem *Curc. sc. 3. a. 5.* Placidum te hodie reddam. Idem *Milit. sc. 3. a. 2.* Nunquam hodie quiescet. Idem *Men. sc. 2. a. 4.* Qui hodie vnquam forum inspexi. Idem *ibid. sc. 7. a. 5.* Maximo hodie malo hercle vestro isthunc fertis. ¶ Nunc hodie, vide *Nunc.* ¶ Hodiéque, vide apud Velleium, saepè. ¶ Accipitur item pro nunc, siue hoc tempore, siue hac aetate. Plaut. *in Asin.* Censén' tu illum hodie primùm ire assuetum in ganeum? Terent. *in Eunucho*, O populares, ecquis me viuit hodie fortunatior. Cic. *pro domo sua*, Hodiéque Volaterrani non modò ciues, sed etiam optimi ciues, fruuntur nobiscum simul hac ciuitate. Hodie per comminationem dictum, authore Donato. Terent. *Andr.* Si sensero hodie quicquam in his te nuptiis Fallaciae conari. Hodie manè. Cic. *Attico lib.* 15. Venit paulò pòst Curtius hic salutandi causa, sed mansit inuitatus. Trebatium nobiscum habemus Hodie mane Dolabella, multus sermo ad multum diem. ¶ Hodie nunquam. Terentius *Adelph.* scio vbi sit: verùm hodie nunquam monstrabo. Vbi Donatus, Hodie, aut abundat: vt Virg. 2. *Aeneid.*

———*nunquam hodie omnes moriemur inulti.*

Aut nunquam hodie, pro, nullo tempore huius diei: quia nunquam per se generale est. ¶ Non facies hodie? Non dices hodie? & similia, instandi & vrgendi causa dicuntur. Horat. 2. *Serm. satyr. 7.*

Non dices hodie quorum haec tam putida tendant
Furcifer?

[Hodie & heri, prouerbium est, i. & ante & nunc.
Hodiéque, id est, etiam num hodie.]

Hŏdĭernŭs, a, um, vt Hodiernus dies. {היום *hajjôm.* ὁ σήμερον ἡμέρα. GALL. *Du iourd'huy.* ITAL. *Del giorno d'oggi.* GERM. Heutig. HISP. *Cosa de hoy, en este dia.* ANGL. *Of this day.*} Cic. *in Catil.* Neque à nobis ante hodiernum diem collocarentur. Idem *ibidem*, Vt quum hodierno mane per forum meo iussu, & conturati, & eorum indices in aedem Concordiae ducerentur, &c. Senec. *cap. 11. de consol. ad Marc.* Nihil de hodierna die, nihil de hora mittitur.

[Hodidocos, latro atque obsessor viarum. Fest. Perottus scribit *hodaedocus*, meliùs.]

Hŏdĭūs, Ὀδίος. Fuit, teste Homero *lib. 9. Iliad.* vnus ex Graecorum praeconibus in bello Troiano.

[Hodoeporicus, a, um, ὁδοιπορικὸς, ἡ, ὀν, viatorius. ab ὁδοιπόρος viator.]

Hodoepŏrĭcŭm, ὁδοιπορικὸν. Commentarius itineris cuiuspiam, eorúmve quae in itinere acciderunt descriptionem continens: quod & Itinerarium nonnulli vocauerunt. Graeci enim ὁδοιπορεῖν dicunt, pro iter facere: & viatorem ipsum ὁδοιπόρον, appellant.

Hŏdŏmāntī, Ὀδόμαντοι, populi Thraciae. Inde Hodomanticus, & foemininum Hodomantis. Steph. *ex Thucyd. lib. 2.*

[Hoedus, vide *Haedus.*]

Hŏĕtychĭūs, (quod hic pro nomine fabri corruptè legebatur) lege *Tychius.* Quod quidem erratum primùm ab Homeri interprete manauit, dictiones duas quae diuidendae erant, coniungente. Locus Poetae est *lib. 7. Iliad.* vbi sic habet,

Αἴας δ' ἐγγύθεν ἦλθε φέρων σάκος ἠΰτε πύργον,
Χάλκεον, ἑπταβόειον, ὅ οἱ Τυχίος κάμε τεύχων, &c.

Quem locum interpres sic vertit, Ferens scutum, turris instar, quod fecerat Hoetichius: non satis animaduertens, τὸ οἱ, ibi datiuum esse pronominis ἕ, aequipollentem datiuo Latino Sibi. Huius generis non pauca ex fontibus ipsis repurgauimus, quae eorum culpa irrepserant, qui voluminis magnitudini potius consulentes, quàm bonitati, quicquid vbique obuium fuit nullo iudicio, albáque quod dici solet linea huc congesserunt, nihil interim pensi habentes, se & bibliopolis, quibus operas suas locant, fucum facere, & rudi linguae Latinae tyrunculo adulterina, pro syncreis tradere, vnum priuati sui commodi scopum sibi praefigentes, quo & librorum bonitatem, & officium suum metiúntur: opus illud longè optimum iudicantes, ex quo quàm plurimùm compendij ad se redeat, & emolumenti.

[Hoi, interiectio aliquid deplorantis. οἴ.

Holcas, ὁλκὰς, άδος, nauis oneraria, ὁλκὴ pondus, cuius scil. grauitas bilancem ἕλκει, i. trahit in alteram partem.]

Hŏlcădēs, Ὁλκάδες. Populi intra Iberium fluuium. Steph. *ex 3. Polyby.*

[Holcimus, a, um, ὁλκιμος, ον, sonat tanquam trahibile, quod facilè trahi potest.]

Holcus, ὁλκὸς, propriè est tractus. ab eodem ἕλκω. in Gl. exponitur *aquaeductus*, vnde *sulcus* Latinis. ¶ Est & herba aristas à corpore educens: vnde & nomen accepit, ἀπὸ τοῦ ἕλκειν, quod est trahere. Plin. *lib. 27. cap. 10.* Holcus in saxis nascitur, aristas habet in cacumine tenues, culmo, quale hordeum restibile. Haec circa caput alligata, vel circa lacertum, educit ex corpore aristas. Hanc quidem ob id aristidam vocant. Hactenus ille. Multi zeam esse putant inter sata nascentem: alij syluestrem auenam.

[Hollandia, *Hollande, Hollandt*, vna ex XVII. prouinciis Germaniae inferioris, titulo comitatus clara, ad Oceanum Germanicum.]

Hŏlmi, vrbs Ciliciae asperae, vbi prius habitabant qui nunc Seleuces. Gentile Holmeis. Sed apud Steph. sine aspiratione legitur ὄλμοι. Apud Strab. Holmos cum aspiratione, & singulari numero, *lib. 14.*

Hŏlmium, vrbs Boeotiae. Gentile Holmeis. Apud Steph. ὄλμιον sine aspiratione legitur.

Hŏlmŏnēs, vicus Boeotiae ab Holmo Sisyphi filio. Pausan. *lib. 9.* Gentile Holmoneis. In vulgaribus Steph. codicibus ὀλμώνης, & inde deriuata non aspirantur.

[Holo, quod est in quibusdam sequentibus, est pars compositae vocis, nempe ὅλος totus.]

Holocaustum, {עולה *holâh.* ὁλόκαυστον. ANGL. *A burnt offring.*} Victima quae detractis extis integra arae imponebatur: παρὰ τὸ ὅλον καίεσθαι, hoc est, ab eo quod totum crematetur. ¶ Idem & holocautoma ὁλοκαύτωμα, dicitur à verbo ὁλοκαυτόω, quod est victimas integras comburo.

Hŏlŏgrăphum, ὁλόγραφον. Testamentum quod totum testatoris manu scriptum est. Holographa epistola, quae tota scripta est manu eius cuius nomine mittitur. Hieronymus contra Ruffinum, Quae epistola holographica tenetur ab iis, ad quos perlata est.

Hŏlŏphantă, ὁλοφάντης, qui ob confucenda mendacia vili conducitur mercede. Plautus *in Curculione*, Aedepol nugatorem lepidum hunc nactus est Phaedromus: Holophantam an sycophantam hunc magis dicam nescio.

Hŏlŏsērĭcă vestis, vel substantiuè holoserica, orum, vestis quae tota ex serico confecta est, nulla alia materia admista. {ὁλοσήρικα. GALL. *Robbe toute de soye.* ITAL. *Veste tutta di seta.* GERM. Ein gantz seiden / oder sammatin kleid. HISP. *Vestido de seda.* ANGL. *Cloth of silk.*} Primus (teste Lampridio) vsus est Heliogabalus. Tacitus autem Imperator holosericae vestis vsum viris omnibus interdixit. Quàm rarus autem fuerit apud veteres holoserici vsus, quantáque eius caritas, docet Vopiscus *in Aureliano*, his verbis, Vestem holosericam neque ipse in vestiario suo habuit, neque alteri vtendam permisit. Et quum ab eo vxor sua peteret, vt vnico pallio blatteo serico vteretur, ille respondit, Absit vt auro fila pensentur. Libra enim auri tunc libra serici fuit. Hactenus ille. Sericae autem vestes à Seribus Indiae populis sunt appellatae, apud quos vermiculus exiguus, qui σὴρ appellatur, conficit molliorem illam lanam, quam sericum appellamus, quod vermiculi genus, antea orbi nostro ignotum, à monachis quibusdam è Serinda Indorum vrbe ad Iustinianum Imperatorem allatum, hodie per omnem Europam sparsum est. De vermiculi huius natura vide plura apud Baysium, ex quo haec excerpsimus.

Hŏlŏstĕŏn, ὁλόστεον, herba est quadrantalis, humi repens, foliis viticulisque coronopo, aut gramini proximis, gustu astringentibus: radice alba, praetenui, vsque in capillamenti speciem, longitudine quatuor digitorum: dicta per antiphrasin, quasi tota ossea, quum tamen careat omni duritia. Plin. *lib. 27. cap. 10.* Holosteon sine duritia herba, ex aduerso appellata à Graecis, sicut fel dulce. Herbarij Molle gramen appellant.

Hŏlŏthūrĭă, ὁλοθούρια, sunt inter zoophyta: saxis non haerentia, aspero corio contecta. Edulia non sunt, sed in littoribus iacent inter maris eiectamenta. Plin. *lib. 6. cap. 47.* Multis eadem natura, quae frutici vt holothuris, pulmonibus, stellis.

[Homagium est subiectionis quaedam species, quae Latinis clientela.

Homelium, pilei genus. Fest.

Homer חמר, vox Hebraea, nomen mensurae, continens decem ephas: seu 30. Sata.]

Homeritae, populi Aethiopum. Steph.

HŎMĒRŬS, i, Ὅμηρος. Poetarum omnium praestantissimus, qui fuit ante Romam conditam annis circiter centum sexaginta, vt Cornelius Nepos *in libris Chronicorum* tradit. Hic fuit caecus, & ob id Homeri nomen sortitus, quum priùs Melesigenes diceretur, quod ad Meletem fluuium natus esset. Cumaei nanque & Iones captos oculis ὁμήρους appellant, quòd homeris, id est, itineris ducibus, egeant. Hinc Caecutiens Maeonius nuncupatur à Martiano *lib. 1. de nupt. Philologiae*, Caecutientis Maeonij susurriloqua senectus. Vide *Maeonides.* De patria eius nihil certi traditur. Fecit enim nominis eius claritas, vt quem viuum, vbíque omnibus egentem, nemo agnouerit, nunc multae Graeciae vrbes certatim sibi vendicent, adeò vt quibus potissimum credere debeamus, non facile sit discernere. Quod etiam testatur Cic. *pro Arch.* Homerum (inquit) Colophonij ciuem esse dicunt suum, Chij suum vendicant, Salaminij repetunt: Smyrnaei verò suum esse confirmant, itaque etiam delubrum eius in oppido dedicauerunt: multi alij praeterea pugnant inter se, atque contendunt. Extat ea de re distichon Graecum, apud Gell. *lib. 3. cap. 11.*

Ἑπτὰ ἐρίζουσιν πόλεις διὰ ῥίζαν Ὁμήρου,
Κύμη, Σμύρνα, Χῖος, Κολοφὼν, Πύλος, Ἄργος, Ἀθῆναι.

Reliquam eius vitam breuitatis caussa hic praetermittimus: quam qui latiùs nosse cupit, Herodotum adeat, & Plutarchum.

Hŏmērĭcŭs, a, um, ὁμηρικὸς, quod Homeri est. Quintilianus *lib. 2.* Sic ergo tam eloquentia, quàm moribus praestantissimus, qui ad Phoenicis Homeri exemplum dicere, ac facere doceat. Iuuenalis,

Tu miser exclamas, vt vincere Stentora possis,
Vel potiùs quantum Gradiuus Homericus audit.

[Homerocento, vide *Cento.*]

Hŏmērŏmāstĭx, ὁμηρομάστιξ. Cognomen Zoili cuiusdam, qui solùm nomine intonuit, quòd praestantissimum Poetarum omnium Homerum, libris aduersùs eum editis, ausus fuerit inscitiae arguere. quos libros indignatione, quam ex hominis impudentia conceperat, post aliquot dies pecuniae aliquid petenti, quo inopiam subleuaret, Mirum (inquit) te inopia premi, qui multò Homero es doctior, quum ille qui ante annos mille fato functus est, etiam hodie tot hominum millia pascat. Tandem parricidij accusatus, iussu regis in crucem sublatus est. Dictus Homeromastix quasi Homeri flagellum. μάστιξ enim Graecis idem est quod nobis flagellum. Vnde & Comici verberones, hoc est, verberibus dignos mastigas appellitant. Extenditur & latiùs Homeromastigos appellatio, vt omnibus planè detractoribus accommodetur, qui insatiabili reprehendendi libidine, optima quaeque lacerant: quúmque Venerem ipsam non possint, sandalium eius reprehendunt. Plin. *in prooemio operis*, Vt obiter caueam illos Homeromastigas, ita enim carptores suos nominat. Ad eundem etiam modum obtrectatores omnes mastiges appellantur, addito nomine eius cui obloquuntur: vt, Virgiliomastix, Virgilij reprehensor: & Ciceromastix, Ciceronis carptor: quo

nomine

nomine Largius Licinius eum librum inscripsit, quem in Ciceronem edidit, teste Gellio *lib. 17. cap. 1.*

Hŏmēridæ, Ὁμηρίδαι. Familia apud Chios illustris, vt ait Hellanicus, quæ generis sui originem ad Homerum referebat.

Hŏmĭcīdă, Homicidium, vide *Homo*.

Homĭlĭă, {דברת *dabberath*. ὁμιλία. ANGL. *A talke or aduise that men haue together.*} Græcis colloquium, & cœtum significat: vnde etiam concionem siue orationem, quæ in cœtu habetur, scriptores Ecclesiastici homiliam vocant.

Hŏmĭlĭātĭcŭs, adiectiuum. Hieronymus *ad Heraclium*, Quem laborem, inquit, idcirco suscepimus, ne pulsatæ quæstiones & relictæ (quod homiliatico dicendi genere ab illo sæpe fieri assolet) Latino lectori fastidium generarent.

Hŏmo, inis, Ab humo dictus, vt Varr. placet. Vel, vt aliis, ab ὁμοῦ, simul: est enim animal sociale. Scalig. {אדם *adham* אנוש *enósch*. ἄνθρωπος. GALL. *Homme ou femme.* ITAL. *Huomo.* GERM. Ein mensch. HISP. *El varon, o la muger.* ANGL. *A man or woman.*} Quid sit homo, & quis sit, vide apud Gellium *c. 1. Lib. 4.* Cic. *de leg.* Animal hoc prouidum, sagax, multiplex, acutum, memor, plenum rationis, & consilij, quem vocamus hominem, præclara quadam conditione generatum esse à supremo Deo. Idem 3. *Officiorum*, Homo autem qui rationis est particeps: per quam consequentia cernit, principia, & causas rerum videt, &c. Idem 2. *de nat. deor.* Homo ortus est ad mundum contemplandum & mirandum. Et *paulò pòst*, Deus homines humo excitatos, celsos & erectos constituit, vt deorum cognitionem cælum intuentes capere possent. Ouid. 1. *Metamorph.*

Pronaque cum spectent animalia cætera terram,
Os homini sublime dedit, cælúmque videre
Iussit, & erectos ad sydera tollere vultus.

Seneca *c. 17. de consol. ad Polyb.* Non sentire mala sua, non est hominis, non ferre, non est viri. *Ibid. cap. 11. de consol. ad Mart.* Quid est homo? quassum vas, (sæpe.) Quintilian. Summi sunt Demosthenes & Homerus, homines tamen. Plaut. *Men. sc. 2. a. 1.* Quis homo est? Ego sum. Idem *Mostell. sc. 3. a. 1.* Vt fama est homini, exinde solet pecuniam inuenire. Idem *Pseud. sc. 7. a. 4.* Hominem verberonem Pseudolum. *Ibid. sc. 1. a. 3.* Hominem coquum peiorem. Idem *Capt. sc. 2. a. 2.* Optimus hominum es homo. *Ibid. sc. 3. a. 2.* Idem *Ps. sc. 3. a. 1.* Quantum terra tegit hominum periurissime. Idem *Capt. sc. 3. a. 2.* En tibi hominem. (id est, eum quem volebas.) ¶ Homo natus, vbi natus vacat. Gellius *cap. 6. lib. 16.* Facetias hominis nebulonis. Senec. *cap. 15. de consol. ad Polyb.* Dum inter homines erat, hominem se sensit Augustus. Plaut. *Men. sc. 2. a. 1.* Gell. *c. 2. lib. 9.* Demus huic (sup. erratico nebuloni) aliquid tanquam homines, non tanquam homini. ¶ Portentum hominis. Suet. *in Claud. c. 3.* Flagitium hominis. Plaut. *Men. sc. 1. a. 3.* Item, Quis est homo me miserior. Idem *Capt. sc. 4. a. 2.* Quis tu homo es? Idem *Curc. sc. 1. a. 3.* Quis homo vidit tuus consetuus. Idem *Milit. sc. 2. a. 2.* Et, Quis homo est? Menæchmus quidam. Idem *Men. sc. 4. a. 1.* Item, Ille homo hominem non alit, verùm educat. *Ibid. sc. 1. a. 1.* Vt decet velle hominem amico? Idem *Curc. sc. 3. a. 2.* ¶ Homo autem quanquam vtrumque sexum complectitur, separatim de fœmina dictum inuenitur, tametsi rarius. Idem *in Cistell.* Intus pauco, & formido focis, ita metus Nunc vtrobique me agitat, illos hominis miseræ misereri. Idem *Amph. sc. 3. a. 2.* Quid hoc sit hominis. (de Alcmena vxore Amphitruonis.) ¶ Homo, pro corpore humano. Macrob. *lib. 1. c. 13.* Animum durare post hominem. Sulpitius *ad Cic. lib. 1. famil. lib. 4.* In vnius mulierculæ animula si iactura facta est, tantopere commoueris? quæ si hoc tempore non suum diem obiisset, paucis pòst annis tamen erat ei moriendum, quoniam homo nata fuerat. ¶ In quo tamen exemplo adiectiuum nata non cohæret cum substantiuo homo, sed cum substantiuo Tullia, vel pronomine Ipsa, quòd facilè intelligitur. Hic enim est sensus: Quoniam ipsa nata fuerat homo, id est, humana sorte, & conditione: quasi dicat mortalis. Eadem ratione dici potest, ea nata erat animal. Homo, pro, Ille de quo agitur. Horat. 2. *Serm. satyr. 7.*

Aut insanit homo, aut versus facit.

Sic ad Sulpicium, Repente Cæsar præter spem dixit, se Senatui roganti de Marcello, ne hominis quidem causa negaturum ipsius Marcelli. Nemo homo, Ter. *in Eunuch.* Nunquis hic est? nemo est. nunquis hinc me sequitur? nemo homo est. Vbi Donatus, Quamuis per nemo, homo intelligatur, tamen addit homo, vt veteres solent, κατ' ἐξαίρετον. Cic. *pro P. Sylla*, Nisi fortè regium tibi videtur ita viuere, vt non modò homini nemini, sed ne cupiditati quidem vlli seruias. ¶ Homo es, Idem quod Vir es, Hoc est fortem, & magni animi te esse ostendis. Plaut. *Epid.* Euge frugi Epidice, frugi es, bene pugnasti, homo es. ¶ Homo de pueris. Quintil. *lib. 1. c. 3.* Fugiendo turbam, hominum eius ætatis quæ sit ad vitia maximè prona. ¶ Adolescens homo. Plaut. *Pseud. sc. 5. a. 2.* Quid mecum fecit adolescens homo si amat. Idem *Asin. sc. 2. a. 2.* Adolescens venit. Vbi is homo est? &c. Vide *Adolescens*. Homines pro famulis, ancillis, seruis & tota familia. Scæuola *in l. pater. ff. de doli mal. except.* Pater pro filia dotem promiserat, & pactus erat, vt ipse aleret filiam suam, eiúsque homines. Homo pro seruo passim apud Ciceronem: vt, Hominem Quintij deprehendis in publico. Et apud Catullum, Ad lecticam homines (id est, serui.) & passim in iure, & Comœdiis Plauti: vt *in Pseud. sc. 6. a. 4.* Venitne homo ad te? (id est, Pseudolus.) &, Hominem conuenisti. *Ibid. & sc. 7. a. 4.* Malus & nequam homo, qui heri imperium spernit. Idem *Asin. sc. 4. a. 2.* Non decet esse superbum hominem seruum. Homo seruus, vide *Seruus*. & apud Gellium *cap. 14. lib. 5.* Homo Androdus, pro Androdus, vel seruus. Et Plaut. *Capt. sc. 2. a. 2.* Fecit hominem frugi, vt facere oportuit. (id est, seruum.) Gell. *c. 14. lib. 5.* Homo Androdus (i. seruus.) ¶ Homo, vt vulgò dicitur *le personnage*. Cels. *lib. 5. cap. 28.* Si purum est, in aqua homo desidere debet. ¶ Homo homini Deus, ἄνθρωπος ἀνθρώπου δαιμόνιον. Quod dici solet de eo qui subitam atque insperatam attulit salutem, aut qui magno quopiam beneficio iuuit. ¶ Huic quasi diuersum est, Homo homini lupus, ἄνθρωπος ἀνθρώπῳ λύκος. Quo monemur ne quid fidamus homini ignoto, sed perinde atque à lupo caueamus. Lupus, inquit Plautus, homo homini, non homo, qui qualis sit non nouit.

Hŏmŭlŭs, Homululus, Homunculus, & Homuncio. {ἀνθρωπίσκος, ἀνθρωπάριον, ἀνθρωπομάχιον. GALL. *Petit homme, hommet, hommeau, hommelet, bout d'homme.* ITAL. *Hometto, homicino, huomo picciolo.* GERM. Ein menschlein. HISP. *Pequeño hombre, enano.* ANGL. *A litle man, a dwarfish fellow.*} Cic. *in Pisonem*, Sed quoniam præterita mutare non possumus, quid cessat hic homulus ex argilla & luto factus Epicureus dare hæc præclara præcepta sapientiæ, clarissimo & summo imperatori genero suo? Idem *lib. 1. Tusc.* Sed vt homunculus vnus è multis. Et Terent. *in Eunuch.* Ego homuncio hoc non facerem? Plaut. *Capt. prolog.* Homunculi quanti sunt cùm recogito. Gell. *cap. 13. lib. 13.* Homunculi Galli, Homunculus, (in vitium. Idem *c. 11. lib. 6.*

Hŏmĭcīdă, æ, Qui hominem necat. {רוצח *rotséach*. ἀνδροφόνος. GALL. *Homicide, tueur de gens, meurtrier.* ITAL. *Homicida, homicidiale.* GERM. Ein todtschläger, der ein menschen vmb das leben bringt. HISP. *Homizida, que mata hombre.* ANGL. *A mankiller.*} Cicer. 1. *Philipp.* Fateor eos plus quàm sicarios; plus quàm homicidas, plus etiam quàm parricidas esse. Quint. *lib. 7. c. 4.* An qui se interfecerit homicida sit? Horat. homicidam Hectorem cum laude dixit.

Hŏmĭcīdĭum, ij, Hominis necatio, cædes. {רצח *retsach*. ἀνδροφονία, φόνος, μιαιφονία. GALL. *Homicide, meurtre.* ITAL. *Homicidio.* GERM. Todtschlag. HISP. *Homicidio, muerte de hombre.* ANGL. *Manslaughter.*} Plin. *lib. 18. cap. 3.* Frugem aratro quæsitam, furtim noctu pauisse ac secuisse, puberi duodecim Tabulis capitale erat: suspensúmque Cereri necare iubebant grauius, quàm in homicidio conuictum. Cic. 2. *Philipp.* Homicidij rei sunt, an vindices libertatis.

[Hominatus, id est, hominium.

Hominium. idem quod homagium: ab homo quatenus significat clientum, seu eum, qui est seruilis conditionis.

Homo, ὁμο, quod quasdam sequentes voces inchoat, est ex ὁμός, i. e. ἴσος, ὁ αὐτός, æqualis, idem. inde ὁμοῦ simul, ὁμῶς, similiter.]

Homœologia, ὁμοιολογία, quasi similitudo sermonis, quæ nullâ varietatis gratiâ leuat tædium, atque est tota coloris vnius.]

Hŏmœŏmĕrīă, ὁμοιομέρεια, Similitudo partium. Lucret. *lib. 1.* Hinc & Anaxagoræ scrutemur homœomeriam. Seruius super illud Virg. 4. *Æneid.*

Exoriare aliquis nostris ex ossibus vltor.

Secundum (inquit) Anaxagoram, qui dicit homœomeriam, i. omnium membrorum similitudinem esse in rebus creandis: i. ex ossibus, ex sanguine, ex medullis, nam omnia pro parte sui transeunt in procreationem. ¶ Homœomeriam item appellatur, quum partes eandem rationem, atque idem nomen cum toto obtinent. Sic terram, vel aquam ὁμοιομερῆ esse dicimus, quòd quamuis exiguam terræ aquæve partem, terram, aut aquam appellemus. Sic etiam à medicis in corpore animalis partes illæ minimæ, & sensu simplices ὁμοιομερῆ appellantur, quas nos similares nominamus: quales sunt caro, os, cartilago, & eiusmodi, quorum vel minimæ particulæ, totius & rationem obtinent & appellationem.

Hŏmœŏptōtŏn, ὁμοιόπτωτον. Figura est, quum diuersæ dictiones in fine membrorum in similes casus exeunt. Sal. Maximis ducibus, fortibus, strenuísque ministris. Ennius, Mœrentes, flentes, lachrymantes, & miserentes. Dictum homœoptoton, quasi ὁμοίως πίπτον, hoc est, similiter cadens, vt interpretatur Cic.

Hŏmœōsĭs, ὁμοίωσις. Figura est sententiarum, qua per similitudinem cogniti deducimus in cognitionem incogniti. Dicta homœosis à verbo Græco ὁμοιόω, quod est assimilo. Latini similitudinem interpretantur. Eius tres sunt species, Icon, Parabola, & Paradigma: de quibus vide suis locis.

Hŏmœŏtĕlĕŭtŏn, ὁμοιοτέλευτον. Similiter desinens. Figura, quum plura verba in eandem vocem finiunt. vt, Abiit, discessit, euasit, erupit. Differt ab homœoptoto, quòd illud solùm fiat in casibus similiter desinentibus: hoc etiam in his partibus orationis quæ casus non habent.

Hŏmŏgălactŏs, {ὁμογάλακτος. GALL. *Nourri d'vn mesme laict.* ITAL. *Nutrito d'vn istesso latte.* GERM. Von einer milch erzogen, der von einer milch gesogen hatt. HISP. *Criado de vna mesma leche.* ANGL. *Nourished of the same milk.*} Eodem lacte nutritus, quem Latini collactaneum vocant. Vox composita est ab ὁμός, quod est vnus, idem, vel similis, & γάλα, lac. Verùm huiusmodi vocum significatio ex Græcolatino potius Lexico petenda erat: quippe quæ neque Latinis in vsu sunt, neque nostris literis scribi consueuerunt. Quare id genus non paucas, nullo prorsus iudicio hoc congestas, sustulimus, & veluti ab aliena familia remouimus: idque eodem iure, quo Latinas voces è Græco dictionario eximeremus.

[Homogeneus, a, um, ὁμογενής, ἐς, quod est eiusdem generis, congener.

Homogenia, ὁμογένεια, communio generis, cognatio.]

Hŏmŏlēs, es, Ὁμόλη Stephano. Mons est Thessaliæ, Centaurorum olim sedes, quemadmodum & Othrys. Virg. 7. *Æneid.*

Ceu duo nubigenæ quum vertice montis ab alto
Descendunt Centauri, Homolen, Othrynque niualem
Linquentes.

Hŏmŏlĭum, Ὁμόλιον Stephano, Magnesiæ oppidum, cuius meminit Plin. *lib. 4. c. 9.* & Strabo *lib. 7.*

Hŏmŏhypni, ὁμόϋπνοι. Domestici, contubernales, ac familiares, quasi vna somnum capientes. Ita enim eos appellat Charondas, apud Arist. *lib. 1. Polit.*

[Homologus, a, um, ὁμόλογος, ον, eandem rationem, seu proportionem habens, id est, confitens, & consentiens: consentaneus. Est etiam deditius, qui scil. se per consensum in alienam fidem dedit.]

Hŏmŏnœă, ὁμόνοια. Latinè concordia. ¶ Fuit etiam castissimæ matronæ nomen, cuius epitaphium memini me vidisse Romæ in veteri marmore incisum, quod id temporis asseruabatur in peristylio ædium Cardinalis Alexandri. Erat autem huiusmodi:

Tu qui secura procedis mente, parumper
Siste gradum, quæso, verbaque pauca lege.
Illa ego, quæ claris fueram prælata puellis,
Hoc Homonœa breui condita sum tumulo.
Cui formam Paphia, Charites tribuere decoram,
Quam Pallas cunctis artibus erudijt.

Nendum bis denos ætas mea viderat annos,
Iniecêre manus inuida fata mihi.
Nec pro me queror hoc, morte est mihi tristior ipsa
Mæror Atimeti coniugis ille mei.
ATIM. *Sit tibi terra leuis, mulier dignissima vita,*
Quaque tuis olim perfruerere bonis.
Si pensare animas sinerent crudelia fata,
Et posset redimi morte aliena salus:
Quantulacunque mea debentur tempora vitæ,
Pensarem pro te chara Homonœa libens.
At nunc, quod possum, fugiam lucémque, deósque,
Vt te matura per Styga morte sequar.
HOM. *Parce tuam coniux fletu quassare iuuentam,*
Fataque mœrendo solicitare mea.
Nil prosunt lachrymæ: nec possunt fata moueri,
Viximus: hic omnes exitus vnus habet.
Parce, ita non vnquam similem experiare dolorem,
Et faueant votis numina cuncta tuis.
Quod mihi præripuit mors immatura iuuentæ,
Id tibi victura proroget vlterius.

‖HOMONYMVS, a, um, cognominis, e, idem nomen habens. Vulgò æquiuocus, i. e. ambiguus.

Homonymia, ὁμωνυμία, communio nominis, æquiuocatio, ambiguitas.‖

Homónymum, ejusdem nominis, quod idem habet nomen. {ὁμώνυμος. GALL. *D'vn mesme nom.* ITAL. *D'vn stesso nome.* GERM. Gleichs oder eines nahmens. HISP. *De vn mesmo nombre.* ANGL. *Of the same name.*} Propriè homonyma dicuntur res diuersæ eodem appellatæ nomine: vt Taurus Asiæ mons, & bos masculus eodem appellantur nomine, quæ à Grammaticis vocantur Æquiuoca, quæ sub vna voce plura significant: quale est lupus, quod & animal terrestre significat, & piscem. Synonyma autem dicuntur voces diuersæ, quæ eiusdem sunt significationis: quales sunt ensis & gladius.

‖Homophorium, palli genus. Vide *Omophorium.*

Homosyncratis, similis commixtio. Tertull.‖

Homoūsĭŏs, ὁμοούσιος, eiusdem substantiæ, quod Theologi voce inter Latinos non satis recepta consubstantialem dicunt, ὁμὸς enim idem est quod vnus, idem vel similis, & οὐσία substantia.

HŎNĔSTVS, a, um, Honore & dignitate præstans. {נכבד *nichbádh* טוב *tob* נכון *nacum* הדור *hadúr* יקר *jakar* יקיר *jakkir*. ἔντιμος, ἔνδοξος, εὐσχήμων. GALL. *Honneste, louable, & de vertu, & de bonne reputation, gentil.* ITAL. *Honesto, laudabile, di virtu gentile.* GERM. Ehrlich, ehrbar, ehrsam. HISP. *Cosa honesta, hermosa, honrada y que parece bien.* ANGL. *Honest, louable, good.*} Salust. *in Iugurtha*, Calumnis paucorum, quibus omnia honesta, atque inhonesta vendere mos erat. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

——*Honesti gloria nulla.*

¶ Honestum crimen. Senec. *c. vlt. de tranquill.* Item, honesta honoratáque imago. Liu. *lib.* 6 *dec.* 4. ¶ Item pulcher, καλὸς, ὡραῖος. Terent. *in Eunuch.* —hem eunuchum tibi, Quàm liberali facie, quàm ætate integra! Ita me dii ament, honestus est. Et *paulò pòst*, Duc secum vnà virginem dono huic, papæ, facie quàm honesta! Suet. *in Tib. c.* 68. Honesta facie erat Tiberius. Sic etiam inhonestus modò idem est turpis, hoc est, honoris & dignitatis expers, ἄτιμος. Cic. *pro domo sua*, Profectò illum Atilium, hominem turpissimum, atque inhonestissimum iudicates. Modò idem quod deformis, αἰσχρός. Terent. *in Eunuch.* Illumne, obsecro, inhonestum senem, mulierem? Honestus etiam vetustè dicebatur pro diuite, quemadmodum Asconius *in Verr.* 3. scribit. In qua significatione vsus videtur Vlpian. *l.* 52. *D. de furt.* Quum Titio honesto viro pecuniam credere vellem, subiecisti mihi alium Titium egenum, quasi ille esset locuples. Ex Hotomano.

Honestior, is. Plaut. *Capt. sc.* 3. *act.* 2. Me honestiorem honore semper fecit & facit. ¶ Honestius me quàm te hæc palàm facere. Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 4.

Hŏnĕstissimus, Honestate, vel honore præstantissimus. ἐντιμότατος. Cicer. *Lentulo*, Post tuum discessum is dies nobis honestissimus fuit in Senatu.

Honestum, i, substantiuum. Virtutem probitatémque significat, quo cauetur ne quid indecorè, effœminatè, libidinosè, turpiter fiat, cogiteturve. {נכון *nachon* נכבד *nichbádh* הדר *nihdár*. τὸ καλόν. GALL. *Ce qui est honneste, honnesteté.* ITAL. *Ciò che è honesto, virtu, honesta.* GERM. Ehrsamkeit, ehrbarkeit. HISP. *Lo que es hermoso, honrado y honesto.* ANGL. *Honestie.*} Quint. *lib.* 2. *c.* 5. Sed nos iustum, pium, religiosum, cæteráque his similia honesto complectimur.

Honestās, Dignitas, decus, laus virtute comparata. {הדר *hadhár* כבוד *chabódh* יקר *jekár*, τὸ καλόν. GALL. *Honnesteté.* ITAL. *Honestà.* GERM. Ehrsamkeit, ehrliche achtbarkeit. HISP. *La honestidad.* ANGL. *Honestie, goodnesse.*} Cic. *in Offic.* In officio colendo sita est honestas omnis, & in negligendo turpitudo. Idem *ad Atticum*, O hominem amentem, & miserum, qui ne vmbram quidem vnquam τοῦ καλοῦ viderit? Vbi enim est dignitas, nisi vbi est honestas? Idem *pro Muren.* Nolite eum antè partis honestatibus, atque omni dignitate, fortunáque priuare.

Honestè, aduerb. Cum honore & dignitate, sine dedecore. {καλῶς. GALL. *Honnestement, vertueusement, honorablement.* ITAL. *Honestamente, honoreuolmente.* GERM. Ehrlich, ehrbarlich. HISP. *Honestamente, honrosamente, y sin reprehension.* ANGL. *Honestly, honorably.*} Terent. *in Eunuch.* Alio pacto honestè quomodo hinc abeam, nescio. Cic. *de Amic.* Quod qui recusarent, quamuis honestè id facerent, ius tamen amicitiæ deserere arguerentur. Sueton. *in August. c.* 43. Honestè natus, (id est, honesto loco.

Honestitūdo, inis, pro honestas antiqui dixerunt. Accius, Horrida honestitudo Latonæ principium primo ex loco. Idem *in Mirmidonibus*, Tua honestitudo Danaos decepit diu.

Honesto, as, Decoro, honore afficio. {הדר *hadhár* כבד *chibbedh*. ἐντιμόω, τιμάω. GALL. *Honnorer, faire honneur.* ITAL. *Fare honore, honorare.* GERM. Ehren, ehr anthun. HISP. *Honrrar, hazer honra à otro.* ANGL. *To cause honour or make men much esteme one.*} Plaut. *in Capt.* Ne me secus honore honestes, quàm ego te, quum seruiebas mihi. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 2. Cui me tanto honore honestas, & me eximis è vinculis. Cic. *lib.* 1. *Offic.* Nec domo dominus, sed domino domus honestanda est. Idem 2. *Offic.* Quæcunque igitur homines homini tribuunt, ad eum augendum atque honestandum, aut beneuolentiæ gratia faciunt. Salustius *in Catil.* Sed quòd indignos homines honore honestatos videbam. ¶ Huius composita sunt Cohonesto, quod est simul cum aliis honesto, συντιμάω. Cic. *Bruto*, Quos cohonestaris, in primísque me, si Respub. municipij tuo studio & diligentia benè administrata erit. Dehonesto, quod est contrarium suo simplici, ἀτιμάζω.

Honestamentum, i, Senec. *Epist.* 67. Nullo enim honestamento eget virtus, ipsa & magnum sui decus est, & corpus suum consecrat. Gell. *cap.* 26. *lib.* 10. Honestamenta orationis. ¶ Honestamenta morum [illegible]. Apuleius *in Apolog.* Itémque multos Philosophos ab ore honestissimos memoriæ prodi, qui gratiam corporis morum honestamentis ornauerunt.

Hónor, is, & Honos, ab ὄνω prisco: vnde ὄνησις, veteres enim scribebant onor. Reuerentia quam alicui exhibemus in virtutis testimonium. Honor est verbum medium. Gell. *cap.* 9. *cap.* 13. {הדר *hadhár* יקר *jekár* כבוד *chabódh*. τιμή. GALL. *Honneur, dignité.* ITAL. *Honore, ornamento.* GERM. Ehr. HISP. *Honrra, hermosura.* ANGL. *Honour, reuerence.*} Cicer. *pro Cælio*, Nemini vnquam præsenti Puteolani maiores honores habuerunt, quam M. Cælio. Ouid. 13. *Metamorph.* Nec sanguinis ordo, Sed virtutis honor quæratur. Plaut. *Asinar sc.* 3. *a.* 1. Ætatis atque honoris gratia hoc fiet tui. Item, Hanc tibi noctem honoris caussa gratis dono dabo. Gell. *cap.* 1. *lib.* 4. Faciam id honoris tui habendi gratia. (vbi habendi vacat.) Plaut. *Asin. sc.* 1. *a.* 1. Me honorem habere eius ingenio decet. (i. referre gratiam.) Plaut. *Capt. sc.* 3. *a.* 2. Me honestiorem honore semper fecit. Tibull. *lib.* 4. Sed generis priscos contendis vincere honores. *Ibid.* Nec solum tibi Pierij tribuentur honores. Ouid. 13. *Metam.*

——*Demus honorem Æmulus Aiaci.*

Plaut. *Curc sc.* 3. *a.* 4. Tui honoris gratia feci quod mandasti, tuum nuncium ne spernerem. Idem *Amph.* Sed Alcmenæ huius honoris gratia pater curauit vno vt fœtu fieret. (i. vt pudicitiæ decus tueretur.) ¶ Ob honores, pro in honorem. Gell. *c.* 2. *lib.* 5. de Bucephalo equo Alexandri loquens, Alexander parta belli victoria, oppidum in eis locis condidit: atque ob equi honores Bucephalon appellauit. Honore honestare, vide *Honesto.* ¶ Honos pro pretio. Cæs. *lib.* 3. *de bell. ciu.* Pecus magno in pretio habebant. ¶ Pro præmio. Idem *lib.* 2. *de bell. ciu.* Honores habere, pro conferre præmia & gratias agere. ¶ Accipitur etiam honor, siue honos pro dignitate siue magistratu, & in hac significatione in plurali præcipuè ponitur. Idem *de clar. Orat.* Honos est præmium virtutis, iudicio studióque ciuium delatum ad aliquem. Idem *in Epist.* Quum honoribus amplissimis perfuncti essemus. Idem *antequam in exilium*, Qui sunt assecuti summum gradum honoris, non dispoliabantur honore. Vbi per summum gradum honoris, intelligit dignitatem Consulatus, ad quam per Ædilitatem & præturam velut per inferiores gradus paulatim ascendebatur. ¶ Honor municipalis, est administratio reipubl. cum dignitatis gradu, siue cum sumptu, siue sine erogatione contingens. Callistratus *D. lib. vlt. tit.* 4. *l.* 14. ¶ Aliquando accipitur pro pulchritudine, κάλλος. Virg. *lib.* 1.

——*Et lætos oculis afflarat honores.*

& *alibi*,

Frigidus & syluis Aquilo decussit honorem.

¶ Aliquando pro cultura obseruantiáque, θεραπεία. Idem *lib.* 6.

Semper honore meo, semper celebrabere donis.

¶ Inuenitur etiam aliquando positum pro ipsis sacrificiis, vel odoribus, quos veteres diis suis accendebant. Idem 1. *Æneid.*

Aut supplex aris imponat honorem?

Aliquando pro præmio: vt apud eundem, Ipsis præcipuè ductoribus addit honores. Cic. 1. *Tusc.* Honos alit artes, omnésque incenduntur ad studia gloria. Idem *in Epist. fam.* Medico haberi honorem placet. ¶ Mortis honos, id est, sepultura. Virg.

Cernit ibi mæstos, & mortis honore carentes.

Aliquando pro amore. Idem 11. *Æneid.*

——*Si quis amara*
Tangit honos animum.

¶ Honorem præfari dicimur, quum rem aliquam turpem dicturi, paucula verba præmittimus, quibus turpitudinis veniam à præsentibus precamur. Cic. *Pæto*, Nos autem ridicule: si dicimus, Ille patrem strangulauit, honorem non præfamur: sin de Aurelia aliquid, aut Lollia, honos præfandus est. Pro eodem etiam dicimus, Habere honorem auribus. Curtius *lib.* 5. Fœminarum conuiuia ineuntium in principio modestus est habitus: paulatim pudorem profanant: ad vltimum opus (honos auribus sit habitus) ima corporis velamenta proiiciunt. Appellare, vel nominare aliquem honoris causa. Cic. *pro Sext. Rosc.* Quæ de viro fortissimo & clarissimo, L. Sylla, quem honoris causa nomino, hoc est, Honorificè & non ad ignominiam cedere volo, quod nomen eius effero.

Hŏnōrārĭus, a, um, quod ad honorem pertinet. {יקר *jakár* יקיר *jakkir* כבוד *chābódh*. γεραρὸς, ὁ τιμητικός. GALL. *D'honneur, appartenant à honneur.* ITAL. *Di honore, pertinente à honore.* GERM. Das zu ehren gehört. HISP. *Cosa de honrra, perteneciente à honrra.* ANGL. *Belonging to honour, of honour.*} vt, Ius honorarium, id est, Prætorium, quod Prætores, qui honoribus quoque funguntur, iuri huic autoritatem dederunt. Honorarius autem arbiter dicitur, quem honoris causa vtraque pars sumptum facit causæ suæ & controuersiæ iudicem. Cicer. 5. *Tusc.* Quorum controuersiam solebat tanquam honorarius arbiter iudicare Carneades. ¶ Ludi honorarij, quos antiqui Liberalia dicebant, vt inquit Festus: dicti honorarij, ab honore, videlicet eorum, qui munera ea populo edebant. ¶ Honorarium donum erat, teste Budæo, quod Consulibus olim in prouincias aduenientibus honoris loco dabatur: qualia hodie principibus suas primùm vrbes ingressis porrigi, veluti benè ominandi gratia, solet. {תשורה *teschurah*. γέρας, τὸ γέρας, τὸ δῶρον, τὸ [illegible]. GALL. *Vn present de ville, ou autre à vn Prince ou magistrat.* ITAL. *Presente de vna citta à vn Principe, donatiuo.* GERM. Ein vereh-

ehrung oder ehrenschenck. HISP. *Don ò dadiua que daua la ciudad al Principe.* ANGL. *A present giuen to Princes, ambassadours or great officers at there first entrie.* } ¶ Honorarium ob id dictum, quòd honoris causa dabatur, non tanquam debitum exigebatur. Cic. *in Pis.* Qui modus tibi fuit frumenti æstimandi, qui honorarij: siquidem potest & metu extortum, honorarium nominari: quod quum peræquè omnes sensissent, tum acerbissimè Bœotij, Byzantij, Cherronenses, Thessalonica sensit. ¶ Erit etiam honorarium apud Iurisconsultos munus, quod patronis dabatur à clientibus. Olim enim patroni non exigebant operæ suæ mercedem, quemadmodum nostri hodie aduocati, quod turpissimum ducerent patronum esse mercenarium: clientes tamen ne accepti beneficij immemores viderentur, patronis pro suo censu atque arbitrio munus aliquod offerebant, quod honorarium vocabant, eò quòd magis ad honorandum patronum, quam ad mercedis satisfactionem pro arbitrio clientis soleret offerri. ¶ Honorarius tumulus, qui honoris causa erigitur, κενοτάφιον. Sueton. *in Claud.* Cæterum exercitus honorarium ei tumulum excitauit: circa quem deinceps statuto die quotannis miles occurreret, Galliarumque ciuitates publicè supplicarent. Quibus verbis significat cenotaphium Druso in Germania extructum quum corpus eius Romam deuectum esset. Sic vocari possunt hodie quas *repræsentationes* in anniuersariis exequiis vocamus. Vide *Cenotaphium.* ¶ Honoraria ludi qui à Romanis fiebant in honorem Liberi patris, qui & Liberalia dicebantur, *Bacchanalia.* Festus honorarios ludos appellat. Sueton. *in August. cap.* 32. honorarij ludi, &c.

Hŏnōro, as, Honore afficio, honorem exhibeo. { כבד *chibbedh* הדר *hadhar.* ἄγω ἐν τιμῇ. GALL. *Honorer.* ITAL. *Honorare.* GERM. Ehren ehr beweisen / in ehren halten. HISP. *Honrrar.* ANGL. *To honour, to reuerence to.* } Cicer. 1. *de diuinat.* Amphiaraum autem sic honorauit fama Græciæ, deus vt haberetur. Idem *in Philipp.* Hic me non solum meis laudibus ornat, sed etiam honorat alienis. ¶ Honorare aliàs à Cicerone dicitur, honorem habere alicui, honorem adhibere, honestare, in honore habere, honorem ei facere, honorem debitum alicui præstare, honore augere, honore amplissimo ornare. ¶ Huius composita sunt, Exhonoro, & Inhonoro, quæ sunt significationis contrariæ suo simplici.

Hŏnōrātus, qui in honore habetur, qui est in existimatione & gloria. { נכבד *nichbadh* הדור *hadhur* נהדר *nehdar.* ἔντιμος, τιμηθεὶς, ἔνδοξος }. GALL. *Honoré.* ITAL. *Honorato.* GERM. Ein ehrenman der in ehren gehalten wirt. HISP. *Honrrado.* ANGL. *Honoured.* } Cic. *lib.* 1. *Offic.* Dicendum est etiam qualem hominis honorati, & principis domum placeat esse. Idem *de senect.* Manent ingenia senibus modò, permaneat studium & industria, nec ea solùm in claris & honoratis viris, sed in vita etiam priuata & quieta.

Hŏnōrātè, aduerb. Cum honore & dignitate. { ἐντίμως, τιμίως, ἐνδόξως. GALL. *Honorablement.* ITAL. *Honoratamente.* GERM. Mit ehren. HISP. *Honrrosamente.* ANGL. *Honorably.* } Cic. 11. *Philipp.* Quæ de illo viro Sylla, quæ Murena, quæ Seruilius, quæ Lucullus, quàm honoratè, quàm honorificè, quàm grauiter sæpe in Senatu prædicauerunt. Tacit. *lib.* 10. Quòd filium eius primo rerum motu in colonia Agrippinensi deprehensum honoratè custodierunt.

Hŏnōrābĭlis, e, Honore dignus. { נכבד *nichbadh* יקר *jakar* יקיר *jakkir.* ἔντιμος, ἀξιότιμος. GALL. *Honorable, digne d'estre honoré.* ITAL. *Degno d'honore, honorabile.* GERM. Ehrwürdig. HISP. *Digno de ser honrrado.* ANGL. *Worthie of honour, honorable.* } Liu. 4. *ab Vrbe,* Quinque Consulatus eodem tenore gesti, vitàque omnis consulariter acta, verendum penè ipsum magis quàm honorabilem faciebant.

Hŏnōrābĭlĭter, aduerb. Iul. Capitol. *in Macrino,* Mandauit vt Antonium honorabiliter sepeliret.

Hŏnōrĭfĭcus, a, um, quod honorem confert, quod cum honore coniunctum est. { יקיר *jakkir* יקר *jakar.* τίμιος. GALL. *Qui fait honneur, honorable.* ITAL. *Cio che fa honore.* GERM. Das ehr bringt oder ehrlich macht. HISP. *Cosa que honrra.* ANGL. *That bringeth honour, honorable, worshipfull.* } Cic. *Cælio,* Honorificus in me consul fuit, & suauis amicus. Idem *ad Brut.* Decreui etiam imperium, quod quanquam videbatur illi ætati honorificum, tamen erat exercitum habenti necessarium. Honorifica mentio alicuius, apud eundem *ad Quint. fratr.* Item, honorifica verba, Honorificum Senatusconsultum. ¶ Honorificentior, Comparatiuum. Item *ad Attic. lib.* 1. Quæ mihi res multo honorificentior visa est, quàm aut illa quum, &c.

Hŏnōrĭfĭcè, aduerb. Honoratè, cum honore, magnificè, splendidè. { ἐντίμως. GALL. *Honorablement, auec honneur, en faisant honneur.* ITAL. *Honoratamente, honoreuolmente, con honore.* GERM. Ehrlich mit ehrerbietung. HISP. *Honrrosamente.* ANGL. *Honorably.* } Cic. 6. *Verr.* Itaque in curiam venimus, honorificè sanè consurgitur; nos togatu magistratus assedimus. Idem *ad Cælium.* In quo admirari soleo grauitatem & iustitiam & sapientiam Cæsaris, nunquam nisi honorificentissime Pompeium appellat. Honorificè dicere. Brut. *Cic.* Non enim solùm visitatum, sed etiam quotidianum est aliquid audire de te, quod pro nostra dignitate fideliter atque honorificè dixeris, aut feceris. Honorificè appellare. Hirtius 8. *bell. Gall.* Itaque honorificè ciuitates appellando, principes maximis præmiis afficiendo. Cic. *de petit. consul.* Largè & honorificè promittere aliquid.

Hŏnōrĭfĭco, as, Honore afficio. { כבד *chibbedh* הדר *hadhar.* ἄγω ἐν τιμῇ. GALL. *Honorer, faire honneur.* ITAL. *Honorare, far honore.* GERM. Ehr anthun / ehr erbietung beweisen. HISP. *Honrrar, hazer honrra à otro.* ANGL. *To honour, to do reuerence to.* } Lactant. *lib.* 7. Vt adorent & honorificent regem magnum.

Honorificentia. Iul. Capitolinus in Ælio Vero: Diu autem & priuatus fuit, & ea honorificentia caruit, qua Marcus ornabatur.

Hŏnōrus, a, um, Decorus, honorificus. { נכבד *nichbadh* יקר *jakar* יקיר *jakkir.* τίμιος. GALL. *Honorable, faisant honneur.* ITAL. *Che fa honore.* GERM. Ehrlich. HISP. *Honorable, que haze honrra.* ANGL. *Honorable.* } Tacit. *lib.* 3. Fuerunt qui publici funeris pompam requirerent, compararentque quæ in Drusum patrem Germanici honora & magnifica Augustus fecisset. Honora oratio, apud eundem *lib.* 3. Vnde inhonorus, sine honore, ἄδοξος, ἀνάξιος. Plin. *lib.* 3. *c.* 30. Aliæque inhonoræ ciuitates.

Hŏnōrĭpĕta, æ, ambitiosus. φιλότιμος. Apuleius *lib.* 1. *de Philosophia.* Culpabilium autem virorum quatuor formæ sunt, quarum prima honoripetarum.

Honus, & Honustus pro onus & onustus dixere veteres: vide Gell. *cap.* 3. *lib.* 2.

‖Hopia legitur in Dig. *lib.* 39. *t.* 4. *l.* 15. 7. Beryllus, chelinia, hopia Indica vel adiecta. aliter legitur, beryllus, chelidonia, opera Indica. Gothofr. Ad hopiam quod attinet, veneni etiam genus est & apud Dioscoridem & Plin.‖

Hoplomăchus, ὁπλομάχος. dicitur is qui scuto, reliquisque armis instructus in arenam descendit. Nam ὅπλον apud Græcos modò scutum, modò omnia vno nomine arma significat, quæ pugnantibus vsui sunt. Martial. *lib.* 8.

Hoplomachus nunc es fueras ophthalmicus antè:
Fecisti medicus quod facis Hoplomachus.

Suet. *in Calig. c.* 35. Hunc è spectaculis detractum repentè, & in harenam deductum, Thraci, & mox hoplomacho comparauit.

Hŏra, æ, { ὥρα. GALL. *Heure.* ITAL. & HISP. *Hora.* GERM. Ein sedes theil der zwölff stund. ANGL. *An houre.* } Senec. *c.* 10. *de consol. ad Marc.* Nihil de hodierna die, nihil de hora promittitur. Idem *c. vlt. de tranq. anim.* Vltra horam decimam nihil agebat Pollio. *Ibid. c.* 15. In Postmeridianas horas differre quod leuioris est operæ. Plaut. *Mil. sc.* 3. *a.* 2. Cui bini custodes semper totis horis accubant. Quintil. Si ad horam constiterit orator. ¶ Hora fatalis. Sueton. *in Neron. cap.* 49. Sub horam pugnæ. Idem *in August. c.* 16. Item, Diei quarta, & sexta hora. Liu. *lib.* 2. *dec.* 5. Et Tibull. *lib.* 4.

——*Dum terna per orbem*
Sæcula fertilibus Titan decurrerit horis.

Apud veteres accipitur pro cuiusuis temporis parte. Vnde quatuor anni partes, Ver, Æstas, Autumnus & Hyems anni horæ dictæ. Hodie tamen magis accipimus pro æqualibus spatiis in quæ dies diuiditur. Dictæ autem sunt horæ, vt Macrobius putat, à sole. Ægyptij enim solem vocabant Horum. Vnde etiam horæ ab Ouidio Solis ministræ finguntur: siue (vt alij malunt) ἀπὸ τοῦ ὅρου, quod terminum significat: siue ab ὁρίζειν, quod est terminare, definire, vel diuidere. Sunt enim horæ nihil aliud quàm spatia quædam æqualia, in quæ dies diuiduntur. Alij malunt horas dictas ἀπὸ τοῦ οὔρου, quo verbo vrina significatur. Ferunt enim Hermetem Trismegistum horas primum obseruasse ex vrina sacri cuiusdam animalis quod Serapi erat dicatum. Nam quum animaduerteret ab eo animali diei & noctis vnius spatio æqualibus interpositis interuallis, vrinam 12. emitti, placuit in totidem horas diem ciuilem diuidere, qui tamen postea duplicato numero in horas 24. est distinctus. Terent. *in Eunucho.* Dum hæc dicit abiit hora, rogo nunquid velit. Cic. 6. *Verr.* Hora amplius iam in demoliendo signo permulti homines moliebantur. ¶ Hora etiam quandoque pro die accipitur, vel pro statuto quodam & certo tempore. Idem 3. *Verr.* Menses mihi tres quum eripuisseris ad agendum maximè appositos, reliquum omne tempus huius anni me vobis remissurum putastis, vt quum horis nostris nos essemus vsi, tu binis ludis interpositis quadragesimo pòst die responderes. Vbi Asconius, Horas suas vocat viginti dies qui accusatori dabantur ad accusandum legitimi, totidemque defensori. Virg. 1. *Georg.*

——*Nunquam te crastina fallet*
Hora, neque insidiis noctis capiere serenæ.

¶ Omnium horarum hominem, veteres appellabant eum, qui seriis pariter ac iocis esset accommodatus, & quo cum assiduè libeat conuiuere. Atque ita appellatum Asinium Pollionem, autor est Fabius *lib.* 8. *c.* 4. *circa finem.* Vide Erasm. *Adag.* Horarum omnium amici. Suet. *in Tib. c.* 42. Et Sermones. Idem *in Claud. c.* 40. ¶ *Hora* præterea, deæ nomen erat apud Romanos, ita dictæ ἀπὸ τῆς ὥρας, hoc est, à venustate & pulchritudine, cui præesse putabatur. Hanc Romani putabant esse Hersiliam Romuli vxorem, quæ post Romuli apotheosin, in cælum translata, pro Hersilia vocata est Hora. Ennius,

Téque Quirine pater veneror, Horámque Quirini.

Apud Ouid. tamen *in fin. lib.* 14. *Metam.* legitur Ora, sine aspiratione, & priore correpta.

——*Priscum* (inquit) *pariter cum corpore nomen*
Mutat, Orámque vocat, quæ nunc dea iuncta Quirino est.

Hora Quirini. Gell. *c.* 21. *lib.* 13. Quæ hic Æora Dea, Plutarcho Horta dicitur. Vide Plutarch. *q.* 22. *&* *q.* 36.

Hŏrārĭus, a, um, quod est vnius horæ. Hinc Secretum horarium, dicitur secretum vnius horæ. { ὡριαῖος. GALL. *D'vne heure, qui dure vne heure.* ITAL. *D'vn' hora, che dura vn' hora.* GERM. Das einer stund lang ist. HISP. *Cosa de vna hora.* ANGL. *That dureth one houre.* } Suet. *in Domit.* Inter initia principatus quotidie secretum sibi horarium sumere solebat, nec quicquam amplius, quàm muscas captare, ac stylo præacuto configere. Idem Suet. *cap.* 37. Mori iussit non amplius quàm horarium spatium dabat.

Hŏrārĭum, ij, substantiuum, Est instrumentum quoduis, quò diei horas deprehendimus, siue sciothericum sit, siue clepsydra, siue alia quæuis machina, horas indicans. { צל המעלות *tsel hammahaloth.* ὡρολόγιον. GALL. *Horologe.* ITAL. *Horologio, oriuolo.* GERM. Ein instrument oder vhr so die stunden anzeigt. HISP. *Relox.* ANGL. *A diall, an instrument, to know the houres by.* } Censorinus *cap. de die nat.* P. Corn. Nasica Censor ex aqua fecit horarium: quod & ipsum à consuetudine noscendi horas, à Sole solarium cœptum vocari.

Hŏrŏlŏgium, ij, Horarium, quasi horarum ratio, instrumentum quo horæ designantur. { צל המעלות *tsel hammahaloth.* ὡρολόγιον. GALL. *Horologe.* ITAL. *Horologio, horiuolo.* GERM. Ein instrument oder vhr so die stunden anzeigt. HISP. *Relox.* ANGL. *A clocke.* } Olim solarium dicebatur: quoniam in Sole tantum horarum ratio conspiceretur. Apud antiquos enim erat concha hemicyclia, lineis debita proportione distincta, cui prælongus ex ære, aut ligno baculus Soli oppositus supereminebat, & eius vmbra in lineas incidens horas ostendebat. Quanquam & alia habuerunt Prisci horologia, quæ aquæ fluxu horas indicabant, quas ab aqua sensim defluente, clepsydras vocabant. Vide Plin. *lib.* 7. *cap.* 60.

‖Horolo

Horologicus,a,um,pertinens ad horologium.

Horoscopus, i. ὡροσκόπος, ἀπὸ τοῦ σκοπεῖν τὰς ὥρας, hoc est, à perspectandis horis, significat eam cœli partem, quæ hora qualibet ab inferiori hemisphærio surgit ab Oriente. Astrologi nostri seculi Ascendens appellant. { Angl. Any thing wherein houres be marked. } Augustinus lib. 5. de Ciuit. Dei. Ac per hoc si tam celeriter alter post alterum nascitur, vt eadem pars horoscopi maneat, paria cuncta quæro, quæ in nullis possint Geminis inueniri. Si autem sequentis tarditas horoscopum mutat, parentes diuersos quæro quos Gemini habere non possunt. ¶ Horoscopus item id temporis momentum significat, quo quisque nascitur, quasi horæ inspectionem & notationem. Persius Satyr. 6.

——geminos horoscope
Varro producis genios.

¶ Est etiam horoscopus interdum adiectiuum, vt instrumenta horoscopa, & vasa horoscopa dicuntur, in quibus horæ dignoscuntur. Plin. lib. 2. c. 72. Vasa horoscopa non vbique eidem sunt vsui in trecentis stadiis, aut vt longissimè etiam in quingentis stadiis mutantibus semet vmbris.

Hora, nomen proprium, iuuentutis dea. Enn. Ann. 1.

Te Quirine, pater veneror, Horamque Quirini.

Horæum, ὡραῖον, per simplex r, cum diphthongo, dicitur medastinum, cæterique omnes fructus, qui æstate colliguntur, ἀπὸ τοῦ ὡραίου, hoc est, à pulchritudine, quòd fructus eo anni tempore collecti pulchritudine & bonitate cæteris præcellant. ¶ Dicuntur etiam hoc nomine quædam salsamenta ex piscibus confecta. Athenæus, Salsamentum autem horæum est, aut thynneum. In horæo macra pinguibus, in thynneo macris pinguia præferimus. Quæ cymbia dicuntur, inter macra sunt, inter pinguia cordylæ. Plaut. Capt. sc. 1. a. 4. Horæum, Scombrum, & trygonum, & cetum, & mollem caseum.

Horatius, ὁράτιος, Poëta Venusinus, Lyricorum & Satyrarum scriptor, qui anno Imperij Augusti Cæsaris xxxiii. ætatis verò suæ lvii. moriens, Augustum reliquit hæredem, maxima pompa apud Mecœnatem in Esquiliis sepultus. Quidam hoc nomen ab ὁράω, quando deduci putant: quibus tamen præter scripturam, primæ etiam syllabæ quantitas refragatur. Corripit enim hoc nomen primam syllabam. Ouidius,

Detinuit nostras numerosus Horatius aures.

M. Horatius Cos. dedicauit Capitolium. Plutarch. in Public.

Horatius Cocles, vide Cocles.

Horctum, & Forctum, pro bono veteres vsurparunt. Festus.

Horda, æ, Vacca prægnans. { Βοῦς ἐγκύμων ἢ ἔγκυος. Gall. Vne vache pleine ou preings. Ital. Vacca grauida. Germ. Ein tragende kuh. Hisp. Vaca preñada. Angl. A cowe with calfe. } Nam quæ sterilis est, taura appellatur. Varro 2. de re rustica cap. 5. Quæ sterilis est vacca, taura appellatur: quæ prægnans, horda. Ouidius mutata aspiratione in digamma Æolicum, pro eodem dixit Fordam, putátque à ferendo deriuari.

Forda ferens bos est, fœcundaque dicta ferendo.

Hordeum, i, Ab horrore, quoniam tametsi calamus altior frumento, quàm hordeo sit: arista tamen mordacior est hordeo. { שְׂעֹרִים seorim. κριθή. Gall. Orge. Ital. Orzo. Germ. Gersten. Hisp. Ceuada. Angl. Barley. } Vel dicitur ab oriendi celeritate, quòd ante omnia frumenta sit aridum: aut certè ab antiquo adiectiuo hordus, quod apud vetustissimos significat grauidum: pro quo posterius mutata aspiratione in digamma Æolicum dixerunt Fordus. ¶ Terent. Scaurus de Orthograph. Fordeum antiqui dixerunt, quod postea hordeum: vt fœdus pro hœdo, fariolum, pro hariolo. Suet. in Aug. c. 24. Hordeo decimatas (legiones) pauit. Plaut. Asin. sc. 4. a. 3. Demam de hordeo tolutim ni badizas. Plin. lib. 18. c. 7. Hordeum frugum omnium mollissimum est, seri non vult, nisi in soluta, & sicca terra, ac nisi læta. Palea ex optimis stramento verò nullum comparatur.

Hordeaceus, a, um, quod est ex hordeo. { κρίθινος. Gall. D'orge. Ital. D'orzo. Germ. Das von gersten ist. Hisp. Cosa de ceuada. Angl. Made of barley. } vt, Panis hordeaceus, Plin. lib. 18. c. 11.

Hordearius, a, um, quod hordeo viuit. { ὁ ἐκ τῶν κριθῶν ζῶν. Gall. Qui vit d'orge. Ital. Chi viue d'orzo. Germ. Das der gersten gelebt. Hisp. El que viue de ceuada. Angl. That liueth on barley. } Plin. lib. 18. c. 7. Antiquissimum in cibis hordeum, sicut Atheniensium ritu Menandro autore apparet, & gladiatorum cognomine, qui hordearij vocabantur. Æs hordearium veteres dicebant, quod pro hordeo equiti dabatur. Festus. Hordearia pruna. Plin. lib. 15. cap. 13. Hordearia appellata à comitatu frugis eius.

Hordicalia. Varr. lib. 2. de R. R. cap. 5. Quæ sterilis est vacca, taura appellata: quæ prægnans, horda. Ab eo in fastis hordicalia nominantur, quòd tunc hordæ boues immolantur.

Hordicidium. Fest. Horda prægnans, vnde dies, quo grauidæ hostiæ immolabantur, hordicidia.

Horia, æ, vide Oria.

Horizon, tis, Finitor & finiens à Cicerone dicitur. ὁρίζων. Gall. L'horizon. Ital. Orizzonte. Germ. Der circkel an dem sich dan gesicht endet, wan einer auff der weite ist, vnd in bedunckt es bange der himmel ringe weiß vmbhär am erdtrich. Hisp. Orizonte. Angl. Horizon. } ἀπὸ τοῦ ὁρίζειν, quod est terminare. Est autem circulus maior apud astrologos, qui cœlum diuidit quasi medium, & nostrum aspectum definit. Centum & octoginta stadia non excedere putatur, quòd oculorum acies vlteriùs se non extendit. Cic. 2. de diuin. Quum enim illi orbes, qui cælum quasi medium diuidunt, & aspectum nostrum definiunt, qui à Græcis ὁρίζοντες nominantur, à nobis finientes rectissimè vocari possunt, varietatem habeant, aliique in aliis locis sint: necesse est ortus, occasúsque siderum non fieri eodem tempore apud omnes.

Horodes, siue (vt alij scribunt) Orodes, Rex Parthorum fuit, qui M. Crassum occidit. Vide Plutarch. in Crasso.

Hormesion gemma igneo colore radians auro, portante secum in extremitate candidam lucem. Plin. lib. 37. cap. 10.

Horminodes, gemma quæ ex virgulento viriditatis appellata est, ambiente circulo aurei coloris. Plin. lib. 37. c. 10.

Horminum, ὅρμινον. Herba est folio marrubij, caule semicubitali, quadrangulo, semine saluiæ simili. Vulgus Saluiam transmarinam appellat.

Horno, aduerbium, significat Hoc anno. { ἐπέτειος, τούτῳ τῷ ἔτει. Gall. Ceste annee. Ital. Questo anno. Germ. Heur. Hisp. A queste año. Angl. This yeare. }

Hornus, a, um, A pronomine hic & annus idem est quod huius anni, vel quod ætatem vnius anni non excessit, hornotinus. ¶ Alij deducunt ab Hora, quod huius esset anni, neque in alienas transiret horas, id est, partes anni sequentis, Scaliger. { בֶּן שָׁנָה ben schanah. ἐπέτειος. Gall. D'vn an. Ital. D'vn anno. Germ. Heurig, das nit über ein jahr alt ist. Hisp. De vn año. Angl. Of one yeare. } Vide Hornam frugem dicimus, quæ hoc anno prouenit. Acron. hornum, quod est vnius anni dixit: vt, Res hornum est, annua, vel noua. Propert. lib. 4.

Illa dies, agnus eadem denuncias hornus, id est, agniculus.

Horat. Epod. 2.

Et horna dulci vina promens dolio.

Horna (inquit) vina dicuntur, huius anni. Nonius verò, illius anni interpretatus est, & adducit Lucil. lib. 18. ita scribentem, Verùm anno, àuque horno te abstulerit à vito. ¶ Hornam messem, prouerbiali figura dixit Plautus, pro maximo emolumento: quasi dicas, tantum lucri, quantum eo anno sit prouenturum in agris. ¶ Comici verba sunt hæc, in Most. sc. 3. a. 1. Iam pridem ecastor frigida non laui magis lubenter, Nec vnde me melius mea Scapha rear edefecatam. Hæc dicuntur à persona puellæ. Tum læna, optans vt ex eius forma quàm plurimum commodi capiatur, Euentus (inquit) rebus in omnibus velut in horreo horna messis Magna sit. Id puella quippe simplex, quid sibi vellet, non satis intelligens, Quid (inquit) ea messis attinet ad meam lauationem? Eratim.

Hornotinus, a, um, sicut à Dio, diutinus: Huius, vel vnius anni. { בֶּן שָׁנָה ben schanah. ἐπέτειος. Gall. De cest an. Ital. Di questo anno. Germ. Heurig, järig. Hisp. Cosa de questo año. Angl. Of this yeare. } Cic. 5. Verr. Hæ literæ, Iudices, L. Metelli, quas audistis hoc quantum est ex Sicilia frumenti hornotini, exarauerunt. Cato de re rust. c. 17. Hornotinæ nuces virides. Col. lib. 3. Plantas hornotinas, scrobibus pedalibus factis, ante Calendas Martij defossas habeas.

Horologium, vide Hora.

Horodes, Rex Parthorum, qui M. Crassum occidit. Alij Orodes scribunt.

Horomasdes, apud Chaldæos bonus dæmon erat, qui Iupiter putabatur. Sipontinus.

Horos, ὅρος. A Græcis dicitur finis & terminus cuiusuis rei. Inde à Latinis oram dici quidam putant, cuiuscunque corporis extremum.

Horreo, Horresco, vide Horror.

Horreum, ab horrore, quasi horridum, propter asperitatem aristarum: prisci enim fruges inclusas spicis cum aristis in granariis condebant. { אוֹצָר בַּר otsar bar. ἀποθήκη, σιτοφυλάκιον. Gall. Grenier. Ital. Granaro. Germ. Ein scheure kornspeicher. Hisp. Alhondiga, ò granero. Angl. A barne. } Varro ab hordeo tractum existimat, quemadmodum à farre farreum. Nam quemadmodum farreum dicitur locus in quo reponitur far, ita horreum dicitur locus hordeo asseruando accommodatus: quanquam latiùs accipitur pro quorumlibet frugum repositorio. Virg. Georg.

Illius immensæ ruperunt horrea messes.

Cic. contra Rullum, Illi Capuam cellam atque horreum agri Campani esse voluerunt. Suet. in Calig. c. 26. Horreis præclusis famem pop. inducere. Tibull. lib. 4.

Horrea fœcundis indeficientia mensis.

¶ Non solùm autem horreum accipitur pro loco destinato ad custodiam frugum, sed etiam rerum aliarum preciosarum, sepositarum ad quotidianum vsum: vt apud Apuleium in Metamorph. Demonstrat horreum, vbi vesperè sagaciter argentum copiosum recondi videtur. Iureconsulti horrea frequenter vsurpant pro repositoriis mercium, & rerum preciosarum. ¶ Horreum excutere: (de bibliotheca.) Senec. epistol. 45. ¶ Ipso horreo dari dicitur, quod prolixè & affatim datur.

Horreolum, { τὸ μικρὸν σιτοφυλάκιον, ἡ μικρὰ ἀποθήκη. Gall. Petit grenier. Ital. Picciolo granaio. Germ. Ein scheurle. Hisp. Pequeño alholi, ò algorsa, ò granero. Angl. A litle barne. } Diminutiuum ab Horreum. Valer. Max.

Horrearius, qui horreum curat atque custodit. { σιτοφύλαξ, ταμίας. Gall. Gardien de blé. Ital. Guardiano del granaio. Germ. Ein scheurenmeyer, speichermaister. Hisp. Guardador, el que guarda el pan. Angl. That kepeth the barne. } Vlpian. in l. Celsus. ff. ad exhib. Sed si nemo hæres sit, cum horreario agendum.

Horribilis, Horridus, Vide Horror.

Horror, is, vox παλαιοτάτη. Tremor, propriè quum totum corpus, vel frigore, vel pauore perturbatur, metus. { רַעַד raahad. רְעָדָה rehadah. φρίκη. Gall. Frisson, effrayement, horreur, grande peur. Ital. Tremore, horrore, freddo, battimento di cuore. Germ. Ein schauderung oder erzittesung. Hisp. Miedo, ò espeluzo por frio. Angl. Dread, feare, terrour. } Cels. lib. 3. c. 3. Febres aliæ protinus incipiunt à calore, aliæ à frigore. Frigus voco, vbi extremæ partes membrorum inalgescunt: horrorem, vbi totum corpus intremiscit. Virg. 3. Æneid.

——mihi frigidus horror Membra quatit.

Idem 4. Æneid.

Arrectæque horrore comæ, & vox faucibus hæsit.

Plaut. Amph. Inclamat Alcmena, tam ea res horrore afficit. Idem ibid. Horror misero mihi membra percipit. ¶ Refertur quandoque ad torvitatem aspectus. Apuleius, Quem quum aspexisset, horrore hominis deterritus, statim retrocessit. ¶ Quandoque ad venerationem pro metu illo, qui ex religione incutitur. Virg. 1. Æneid.

Horrenti atrum nemus imminet vmbra.

Lucanus,

Arboribus suus horror inest.

Horridus, a, um, Hispidus, asper. { שָׂעִיר sahir. δασύς, λάσιος. Gall. Effrayant.

yant, hideux, espouuantable, aspre, rude. ITAL. *Horrido, aspro, peloso.* GERM. Rauch, haarechtig. Item, Schewtzlich. HISP. *Espantable, o espeluzado.* ANGL. *Horrible, rough, dreadfull, rude.*} Virg. *lib.* 4. *Æneid.*

———*& glacie riget horrida barba.*

¶ Interdum accipitur pro inculto, & inornato. Terent. *in Phorm.* Nihil aderat adiumenti ad pulchritudinem: Capillus passus nudus pes ipsa horrida. Velleius, Hirtus & horridus C. Marius. ¶ Per translationem oratio dicitur Horrida, quæ dura est, aspera, & ieiuna. Et horridus, timendus, φοβερός. Virg. 3. *Æneid.*

Horridus in iaculis, hoc est, terribilis, vt exponit Seruius.

Horrido contrarium est Nitens, vel nitidum. Cic. 3. *de Orat.* Ita de horridis rebus nitida, de ieiunis plena, de peruulgatis noua quædam est oratio tua.

Hŏrrĭdē, aduerbium, Asperè, & incultè. {τραχέως, ἀκόμως, αὐχμηρῶς. GALL. *Asprement, rudement, hideusement.* ITAL. *Rozzamente, asprament.* GERM. Rauhlich, vnlieblich, bäulich. HISP. *No labrada, impolidamente, asperamente.* ANGL. *Roughlie, rudelie, hideously.*} Cicer. *in Orat.* Putant enim qui horridè, incultéque dicat, modò id eleganter enucleatéque faciat, eum solum Atticè dicere.

Hŏrrĭdĭtās, atis, Horror. {רעד *raȧdah* רעדה *reȧdhȧh.* φρίκη. GALL. *Horreur.* ITAL. *Horrore.* GERM. Das schaudern oder zittern. HISP. *Miedo ò espeluzo por frio, horror.* ANGL. *Horrour, dread.*} Nævius, Omnia mihi horriditati erant maximæ.

Hŏrrĭdŭlŭs, a, um, diminutiuum, Subhorridus, id est, parum bene cultus. {ὑπότραχυς. GALL. *Vn peu effrayant, vn peu aspre & rude.* ITAL. *Alquanto tremante, sbigottito.* GERM. Schewtzlechtig, das vnlieblich ist. HISP. *Espantable ò espeluzado vn poco.* ANGL. *Somewhat dreadfull or hideous.*} Persius,

Seu comitem horridulum trita donare lacerna.

Cic. 2. *ad Att.* Quanquam illa tua (legi enim libenter) horridula mihi, atque incompta visa sunt: sed tamen erant ornata hoc ipso, quòd ornamenta neglexerant. Sic *in Orat.* Horridulæ orationes. Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Pupillarum horridularum oppressiunculæ.

Hŏrrĭbĭlis, e, Formidabilis. {נורא *norȧh.* φοβερός, φρικτός. GALL. *Horrible, espouuantable.* ITAL. *Horribile, spauentenole.* GERM. Grewlich, schewtzlich, erschröcklich. HISP. *Espantable o terrible.* ANGL. *Fearfull.*} Cic. Et quod dictu quoque horribile videtur, viuentis sanguine haustio. Virg. 4. *Georg.*

Omnia transformat sese in miracula rerum,
Ignémque, horribilémque feram, fluuiúmque liquentem.

[Horricomis, e, horrentes comas habens. Horricomes canes. Apul. *lib.* 4.]

Hŏrrĭfĕr, a, um, Horrorem incutiens. {מחריד *macharidh.* φρικτός. GALL. *Qui donne frayeur.* ITAL. *Che da spauento & fa tremare.* GERM. Das frost vnd schaudern bringt. HISP. *Cosa que trae miedo.* ANGL. *That bringeth feare or cold weather.*} Cic. 2. *Tusc.* Horrifer Aquilonis stridor gelidas molitur niues. Ex poëta Ouid. 1. *Met.*

———*Septémque triones*
Horrifer inuasit Boreas.

Hŏrrĭfĭco, as, Horrorem incutio, horrorem adfero, inicio. {החריד *hecheridh.* φρίσσω. GALL. *Effrayer, estonner, espouuanter.* ITAL. *Far paura & horrore.* GERM. Ein grausen oder forcht machen, erschrecken. HISP. *Espantar.* ANGL. *To make, to feare.*} Virg. 4. *Æneid.*

Multaque præterea vatum prædicta priorum
Terribili monitu horrificat.

Hŏrrĭfĭcŭs, a, um, quòd horrorem facit. {נורא *norȧ*, φρικώδης. GALL. *Qui fait frayeur, effrayant, estonnant.* ITAL. *Ciò che fa horrore ò paura.* GERM. Das ein grausen vnnd forcht macht. HISP. *Cosa que haze espanto y miedo.* ANGL. *Terrible, that maketh to quake for feare.*} vt, Horrificum bellum, apud Cic. *pro domo.* Virg. 3. *Æneid.*

At subitæ horrifico lapsu de montibus adsunt
Harpyiæ.

Hŏrrĭpĭlo, as, Significat horridiore, asperioréque pilo fruticare. {סמר *samȧr* סמר *simmer.* φρίσσω.} Apul. *lib.* 3. Aures immodicis horripilant auctibus.

Hŏrrĭsŏnŭs, a, um, quod cum horrore sonat, siue quod horridum sonum habet: vt, Horrisonus fremitus. {φρικτόηχος. GALL. *Qui rend son effrayant.* ITAL. *Che rende sono horribile.* GERM. Das grausam vnnd erschröcklich tönet. HISP. *Cosa que haze el son ò sonido espantable.* ANGL. *That giueth an horrible sounde.*} Virg. 9. *Æneid.*

Clamore excipiunt socij fremitúque sequuntur
Horrisono.

Cic. 2. *Tusc.* Horrisonum fretum.

Hŏrrĕo, es, ui, Horrore afficior, propriè quum pili feræve in animante eriguntur. {סמר *samȧr* סמר *simmer* רעד *raȧdh* חרד *charȧd.* φρίσσω. GALL. *Frissonner, se herissonner, & leuer son poil se retuper, trembler de peur.* ITAL. *Hauer horrore, paura, fredde.* GERM. Ein grausen haben. Item, Frösteln oder frost haben sich förchten vnd entsetzen, &c. HISP. *Espeluzarse con frio, temer, tener, ò hauer en orror.* ANGL. *To feare, to tremble or shiuer for feare.*} ¶ Verùm quoniam hoc aliquando ex frigore fit, factum est, vt horrere aliquando accipiatur pro frigere. Iuuenalis *Satyr.* 2.

———*& horrenti tunicam non reddere seruo.*

¶ Hinc quia frigus sæpe à timore proficiscitur, fit vt horreo accipiatur pro timeo. Virg. *lib.* 1. *Georg.*

Nec vanos horret strepitus.

Liu. 2. *ab Vrbe*, Consules quoque Romani nihil præterea aliud quàm suas vires, sua arma horrebant. ¶ Horrere item tremere significat. Columell. *lib.* 1. *cap.* 4. Sed frigoribus hyemis intolerabiliter horrent. ¶ Item asperum esse: quoniam corpora quæ horrent, aspera redduntur. Virg. 11. *Æneid.*

———*tum latè ferreus hastis*
Horret ager.

¶ Similiter horrere, est stupere, mirari. Idem *lib.* 3.

Horrendum, ac dictu video mirabile monstrum.

¶ Construitur hoc verbum modò absolutè Terent. *in Eunuch.* Totus horreo. Modò cum datiuo. Plinius *in Panegyr.* Nemo iam parens filio, nisi fragilitatis humanæ vices horret. Modò cum ablatiuo mediante præpositione: vt apud Lactantium *lib.* 6. Nam de mortis generibus horret animus recordari, quum immanium bestiarum vice ipsam mortem carnificina sæuierit. Modò cum accusatiuo. Virg. *lib.* 3. *Georg.*

———*nunquam custodibus illis*
Nocturnum stabulis furem, incursúsque luporum,
Aut impacatos à tergo horrebis Iberos.

¶ Huius verbi composita sunt, Abhorreo, cohorreo, exhorreo, inhorreo, & perhorreo: quæ vide suis locis.

Horresco, is, Horridus fio: vt quum quis intrinsecus algorem, seu tremorem in se excitari & crescere sentit, pauore, stupore, aut febri inualescente. {סמר *samar* סמר *simmer* רעד *raȧdh* חרד *charȧdh.* ἐμφρίσσω. GALL. *Auoir frayeur, trembler de peur, craindre.* ITAL. *Hauer horrore, diuenir horrido.* GERM. Ich heb an zu schaudern oder zitteren. HISP. *Temer ò hauer horror.* ANGL. *To shiuer for cold or feare.*} Virg. *lib.* 6.

Horrescit visu subitò, causásque requirit.

Plaut. *in Asin.* Horrescet faxo lena, leges quum audiet, id est, expauescet. ¶ Item contremiscere. Virg. *lib.* 3. *Georg.*

———*Tum segetes altæ, campíque natantes,*
Lenibus horrescunt flabris.

Terent. *Adelph.* Perij, horresco, semper vbi pultare hasce occipio fores. Aliquando habet post se accusatiuum. Virg. *lib.* 3. *Æneid.*

Nec tu mensarum morsus horresce futuros.

¶ Eius composita sunt, Abhorresco, & exhorresco, & inhorresco, & perhorresco, quæ vide suis locis.

Hŏrrĕndŭs, a, um, Timendus & abominandus. {נורא *norȧ.* φρικτός. GALL. *Dequoy on doit auoir horreur, horrible, espouuantable.* ITAL. *Horrendo.* GERM. Erschröcklich, abschewlich, grausam. HISP. *Cosa espantable y de temer.* ANGL. *Horrible, to be feared.*} Virg. 3. *Æneid.*

Monstrum horrendum, informe, ingens, cui lumen ademptum.

Idem 1. *Æneid.*

Clamores simul horrendos ad sydera tollit.

Tibull. *Eleg.* 10. *lib.* 1.

Quis fuit horrendos primus qui protulit enses.

Hŏrsum, aduerb. loci, Versus hunc locum. {פה *poh* הלאה *hȧleah.* δεῦρο, δεῦρί, ἐνθάδε, ἐνταῦθα. GALL. *Vers ce lieu, de ce costé, vers ceste part.* ITAL. *Verso questo luogo, verso qua.* GERM. Hiehärwertz, hie hinauß. HISP. *Hazia aquello lugar.* ANGL. *Hetherward.*} Plaut. *in Rud.* Videsne alteram illam, vt fluctus eiecit foras? Surrexit, horsum se capessit, salua res. Idem *Milit. sc.* 3. *a.* 2. Quam horsum maxe te recipiat ad stabulum. Terent. *in Hecyr.*—atat eccum Phidippum & patrem Video, horsum pergunt.

[Horta, quæ Hortanum Plinio: aliis Orta, *Horti, Orti.* V.E. Etruriæ, in prouincia Romana, & ditione Pontificia.]

Horta Dea. Vide Plutarch. *q.* 22. 46. & suprà in *Hora.*

Hŏrtēnsĭă, Q. Hortensij filia eloquentissima. {Ein wolberedt Römisch weib.} quæ quum matronarum ordo graui tributo à Triumuiris Octauio, M. Antonio & Lepido premeretur, nec virorum quisquam liberiùs loqui auderet: causam constanter egit repræsentatáque patris facundia, impetrauit vt maior pecuniæ pars eis remitteretur. Eius orationis præcipua capita ab Appiano Alexandrino referuntur.

Hŏrtēnsis, vide *Hortus.*

Hŏrtēnsĭŭs, cui Quinto fuit prænomen, Romanus orator qui in foro Romano causarum rex ob eloquentiam dictus est. {Ein Römischer redner.} licèt eius scripta non laudata fuerint, melius enim dicebat, quàm scribebat. Dictionem enim incredibili gestu suauitate commendabat. De quo Cicer. *in Bruto*, sic refert, Primùm memoria tanta, quantam in viro cognouisse me arbitror, vt quæ secum commentatus esset, ea sine scripto verbis iisdem redderet, quibus cogitasset. De quo etiam fertur, quòd se dens olim totum diem in auctione, omnes res venales, & pretia & emptores, ordine suo recensuit, argentariis recognoscentibus, ita vt in nullo falleretur. Hortensius poëta. Ouid. 2. *Trist.*

Nec minus Hortensi, nec sunt minus improba Serui
Carmina.

HŎRTOR, aris, ab ὄρω, ὀρμῶ. Adhortor, ad aliquid excito, incito & impello, consilium ad aliquam rem do. Hortari, propriè est voce & clamore impellere: vt hortari equos, canes, remiges, milites. {זרז *zirzir* הסית *hesith* העיר *hehir* החזיק *hechezik.* προτρέπω, παρορμάω, παρακελεύω. GALL. *Exhorter, inciter à quelque chose.* ITAL. *Confortare, essortare.* GERM. Ermahnen, mit worten anhalten vnd treiben. HISP. *Induzir ò amonestar, incitar.* ANGL. *To exhort, to encourage.*} Et differt à moneo, quia monemus authoritate & consilio: hortamur rationibus & precibus, etiam plerunque blandiendo. Terent. *in Hecyr.*—ego propterea te sedulò Et moneo, & hortor, ne cuiusquam misereas, Quin spolies. Cicer. *ad Lentulum*, Pompeium & hortari & orare, & iam liberiùs accusare & monere, vt magnam infamiam fugiat, non desistimus. Plaut. *Amphitr.* Imperator vtrinque hinc & illinc Ioui vota suscipere, hortari exercitum. ¶ Hortor te dicitur, & hortor ab te. Ouid. 13. *Metam.*

———*Quæ non hortanda, sed astu*
Decipienda fuit.

¶ Hortans, antis. Tibull. *lib.* 4.

Quin hortante Deo, magnis insistere rebus
Incipe.

¶ Hortari ad. Cic. *pro Archia.* Quibus auditis, &c. hunc ad perficiendum hortatus sum. Hortari de. Cic. *Marcello lib.* 4. Iisdem igitur de rebus etiam atque etiam hortor. Cæs. *lib.* 2. *de bell. ciu.* Hortari de custodia & defensione vrbis. ¶ Hortari passiuè. Tacit. *lib.* 6. *Annal.* Memmium Pollionem Consulem designatum ingentibus promissis inducunt, sententiam expromere, qua hortaretur Claudius Octauiam despondere Domitio.

Hŏrtātĭo, nis, Adhortatio, admonitio. {παρόρμησις. GALL. *Admonestement.* ITAL. *Essortatione.* GERM. Ermahnung. HISP. *Induzimiento.* ANGL.

ANGL. *An exortation or encouraging.*} Cicer. 5. *de finibus.* Tamen mihi grata est hortatio tua. Hortationes ad Philosophiam. Sueton. *in August. cap.* 85.

Hŏrtātŭs, us, Adhortatio & monitio. [illegible] Cic. *pro Arch.* Quòd si hæc vox huius hortatu, præceptisque confirmata nonnullis aliquando saluti fuit, &c. Plin. *lib.* 13. *cap.* 1. Cuius hortatu exceperat eos dies. Gell. *c.* 14. *lib.* 13. *& c.* 3. *lib.* 9.

Hŏrtāmĕn, inis, & Hortamentum, i, idem significant. [illegible] Liu. 10. Vbi auditur P. Decij euentus, ingens hortamen ad omnia pro Republ. audenda. Idem *lib.* 7. Pugnatum haud procul porta Collina est totius viribus vrbis, in conspectu parentum, coniugúmque ac liberorum: quæ magna etiam absentibus hortamenta animi, tum subiecta oculis simul verecundia misericordiáque militem accendebant. Salust. *Iugurth.* 134. magnóque hortamento erant.

Hŏrtātŏr, is, Suasor, auctor. {מסית *massith* מעיר *mehir* מחזיק *machazikh.* [illegible] GALL. *Qui enhorte, admoneste & incite.* ITAL. *Chi conforta & incita.* GERM. Ein ermahner. HISP. *Enduzidor, amonestador.* ANGL. *An exhorteur, an consailleur.*} Cic. *pro Sext. Rosc.* Postremò isto hortatore, autore, intercessore, ad Syllam legati non audierunt. Ouid. 13. *Metam.*

Hortator scelerum.

Idem *Eleg.* 2. *lib.* 4. *Trist.*

Hortator pugnæ consiliúmque fuit.

Hŏrtātrīx, {מסיתה *massithah* מעירה *mehirah* מחזקה *machazikah.* [illegible] GALL. *Celle qui enhorte & incite.* ITAL. *Donna che conforta.* GERM. Ein ermahnerin. HISP. *Induzidora, amonestadora.* ANGL. *She that exhorteth or consaileth.*} vt, Gloria hortatrix animosi lethi, Stat. 9. *Thebaid.*

Hŏrtātīuŭs, a, um, Adhortationi accommodatus. {[illegible] GALL. *Dequoy on vse & se sert-on à enhorter.* ITAL. *Cosa che vsiamo per confortare.* GERM. Zu der ermanung füglich. HISP. *Cosa para induzir.* ANGL. *That serueth for exhorting.*} Quint. Hæc ad hortatiuum genus maximè pertinent.

HŎRTŬS, i, ab ὄρχος, vel χόρτος. Est locus in agro, siue etiam in vrbe, in quo arbores, & olera oriuntur. {גן *ghan.* [illegible] GALL. *Vn iardin, vn courtil.* ITAL. *Orto, giardino.* GERM. Ein garten. HISP. *Huerto para ortalizar, jardin.* ANGL. *A garden or orchard.*} Horat. 2. *Serm. satyr.* 14.

Caule suburbano qui siccis creuit in agris
Dulcior: irriguo nihil est elutius horto.

Cic. 13. *Philipp.* Nam paucis diebus & in domum & in hortos paternos immigrauit. Plaut. *Milit. sc.* 3. *a.* 2. *& sc.* 4. *a.* 2. Apud nos neque solarium esse, neque hortum (qua transire possis.) Idem *Aul. sc.* 4. *a.* 1. Apud me hortum confodere iussi. Ouid. *Eleg.* 10. *lib.* 1. *Trist.*

Non hæc in nostris vt quondam scribimus hortis.

Idem *Eleg.* 8. *lib.* 4. *Trist.*

——Vacuos secedere in hortos.

Plaut. *Mil. sc.* 2. *a.* 2. Mulier olitori nunquam supplicat, domi habet hortum. ¶ Hortus etiam in Priapeiis sumitur, vt apud Græcos [illegible] pro pube, & ea parte, quæ honestè nominari non potest. Victor. *cap.* 10. *lib.* 25. ¶ Apud veteres accipiebatur pro villa, quòd in illis viri ad bella apti oriuntur. Plin. *lib.* 19. *cap.* 4. In XII. Tabulis legum nostrarum nusquam nominatur villa: semper in significatione ea hortus: in horti verò, hæredium. Festus, Hortus apud antiquos omnis villa dicebatur, quòd ibi qui arma capere possent, oriuntur. Constat itaque si etymologiæ rationem spectemus, scribendum esse ortus sine aspiratione: fecit tamen receptus à doctioribus vsus vt aspiretur, ad differentiam fortassis participij ortus, vel nominis quartæ inflexionis. Vtcunque tamen quis scribat, non multùm peccauerit. ¶ Valla *lib.* 3. *cap.* 9. constituit differentiam inter hortum singulari numero, & hortos plurali: vt hortus dicatur vbi olera nascuntur, hoc est, quæuis herbæ satiuæ, quibus vescimur: horti verò, qui arboribus consiti sunt, & voluptatis causa comparati. Vnde in superiori dicendum putat vnum hortum, duos, aut tres hortos, in posteriore verò, per numeros distributiuos loqui præcipit: vt scilicet vnos, binos, ternos, quaternos hortos dicamus. Hæc tamen differentia etiamsi frequentiùs vera est, non semper tamen obseruatur. Testimonia vide apud Vallam *loco iam citato.* ¶ Horti pensiles, qui supra ædificia facti, vel supra columnas erecti pendent. Plin. *lib.* 36. *c.* 14. Leguntur & pensiles hortos, imò verò totum oppidum fecisse Ægyptiæ Thebæ.

Hŏrtŭlŭs, i, diminutiuum est ab hortus. {[illegible] GALL. *Vn petit iardin, iardinet.* ITAL. *Horticello, giardinetto.* GERM. Ein gärtlin. HISP. *Pequeño huerto ò jerdin.* ANGL. *A litle garden.*} Plin. *lib.* 35. *c.* 1. Erat tunc Protogenes in suburbano hortulo suo. Cic. 1. *de nat. deor.* Mihi quidem etiam Democritus vir magnus in primis, cuius fontibus Epicurus hortulos suos irrigauit.

Horticus, a, um, ab Horto. Diomedes *lib.* 1.

Hŏrtensĭs, & hortense, Quicquid in horto nascitur. {[illegible] GALL. *De iardin, qui croit ès iardins.* ITAL. *Cio che nasce n'ell horto.* GERM. Das in dem garten wachßt. HISP. *Cosa de huerto, ò que nace en ello.* ANGL. *V'vhatsoeuer groweth in a garden.*} Plin. *lib.* 19. *c.* 10. Morbos hortensia quoque sentiunt, sicut reliqua terræ sata.

Hŏrtensĭŭs, a, um, hortensis. [illegible] Plin. *lib.* 19. *c.* 8. Beta hortensiorum leuissima est. Idem *lib.* 21. *c.* 14. Sed medicina è floribus, coronamentísque & hortensiis, quæque manduntur, herbis prosecuti, quónam modo frugum omiserimus?

[Hortulanus, qui horti curam habet.]

Hŏrŭs, ὧρος, Isidis filius, quem quum illa amisisset, verita ne illi obueniret quod Osiri patri acciderat, multùm fleuit: sed eo inuento, mœrorem in lætitiam conuertit. ¶ Horus præterea ab Ægyptiis vocatur Sol. vnde & horas dictas arbitratur Macrob. ¶ Fuit & Horus Assyriorum rex. Plin. *lib.* 30. *cap.* 15.

Hosa, Tuscorum fluuius Ptolemæo: Martha hodie.

[Hosanna, ὡσαννά, duæ voces Hebrææ sunt, הושיענא, salutem affer, vel præsta, nunc.]

Hŏspĕs, itis, gener. commun. ab ὄπις, Æolicè [illegible], quisquis, peregrinus. Dicitur qui alterum hospitio excipit, vel excipitur. {מארח ללון *measeph lalún* לן *lan* מתלונן *mithlonén* גר *gher.* [illegible] GALL. *Hoste, hostelier, celuy qui loge, ou est logé, estranger.* ITAL. *Albergatore, & chi è albergato, forestiere.* GERM. Ein wirt oder ein gast. HISP. *Huesped, que recibe ò es recibido.* ANGL. *An host yat receiueth strangers, also a guest that lodgeth in ones house, a stranger.*} Propriè autem dicuntur hospites, qui amicos gratis excipiunt. Nam qui mercede id faciunt, Caupones dicuntur. Ouid. 1. *Metam.*

——Non hospes ab hospite tutus.

Cic. *pro Deiotaro*, Per dexteram istam quam hospes hospiti porrexisti. ¶ Primus officij gradus parentibus, secundus pupillis: tertius clientibus, quartus hospitibus. Gellius *cap.* 13. *lib.* 5. vbi plura. ¶ Hospes item pro peregrino accipitur. Terent. *in Andr.* — nunc me hospitem Lites sequi, quùm hic mihi sit facile atque vtile, Aliorum exempla commonent. Cic. *Acad.* 1. Nam nos in nostra vrbe peregrinantes, errantésque tanquam hospites, tui libri quasi domum deduxerunt: vt possemus aliquando qui & vbi essemus agnoscere. Eodem modo pro quolibet ignoto aliquando ponitur. Pers. *sat.* 2.

——hæc clarè & vt audiat hospes.

dicit autem Persius mentem bonam & fidem precantes clarè à diis petere, vt omnis præteriens & ignotus audiat: cætera verò clamet occultè. ¶ Sunt qui putent hoc nomen esse omnis generis, quòd numero plurali interdum legamus neutrum genus hospita, vt apud Virg. 3. *Æneid.*

——quo tutior hospita lustres
Æquora.

Sed verisimilius est, hoc esse ab adiectiuo hospitus, a, um, cuius etiam fœmininum sæpiùs inuenitur in singulari numero: vt, Auis hospita, apud Stat. 1. *Achil.* & Nauis hospita, apud Ouid. 1. *Fast.* & Terra hospita, apud Virg. 3. *Æneid.* ¶ Huius compositum est Inhospitus, a, um, de quo suo loco.

Hŏspĭtă, æ, quæ aliquem hospitio excipit, aut excipitur. {מארחת *zenáh.* [illegible] GALL. *Hostesse.* ITAL. *Hostessa.* GERM. Ein wirtin oder gästinn. HISP. *La huespeda assi.* ANGL. *An hostes, the goodwife of an house.*} Cic. 4. *Verr.* Contemnere etiam signum illud Himeræ iam videbatur, quòd cum multò magis figura & lineamenta hospitæ delectabant. ¶ Accipitur etiam pro peregrina. Terentius *in Andr.* Num illi molestæ quippiam hæ sunt nuptiæ, Propter huiusce hospitæ consuetudinem.

Hŏspĭtĭum, ij, Domus quæ gratis liberalitérque venienti hospiti patet. {מלון *malon.* [illegible] GALL. *Logis pour les estrangers, hostelerie.* ITAL. *Hospitale, alloggiamento, hospitio.* GERM. Ein herberg/ wirtshauß. HISP. *Alberge, hospederia por amistad.* ANGL. *A lodging, or inne.*} Liu. *lib.* 1. Ibi benignè excepti, diuisique in hospitia curatis vulneribus. Sciendum antiqui instituti fuisse, vt hospitij necessitudo non modò inter priuatos, sed etiam inter populos contraheretur: quod genus amicitiæ Græci προξενίαν, Latini hospitium publicum vocauerunt. Nam quod hospitium inter priuatos contrahebatur, Græcè ἰδιοξενία, Latinè priuatum hospitium dicebatur: cuius erat nota, pignúsque tessera hospitalis, vt ille apud Plautum ait *in Pœnulo,* Deum hospitalem & tesseram Mecum fero. Liu. *lib.* 37. Nihil nobis tota nostra actione P. C. neque difficilius, neque molestius est, quàm quòd cum Eumene nobis disceptatio est: cum quo vno maximè regum, & priuatum singulis, & (quod magis nos mouet) publicum ciuitati nostræ hospitium est. Budæus. Hospitium item familiaris quædam amicitia est, vel mihi hospitandi apud illum, vel illi apud me. Cic. Fuit mihi cum illo vetus hospitium. Idem 4. *Verr.* Dixit hoc idem M. Lucullus, se de his Dionis incommodis pro hospitio, quod sibi cum eo esset, iam antè cognosse. ¶ Hinc & ædes quæ publicè parantur ad egenos recipiendos, hospitia non ineptè possunt appellari: quæ vulgò vocant hospitalia, ξενοδοχεῖα, πτωχοδοχεῖα. Quæ verò viatoribus, peregrinísque mercede patent, cauponæ, diuersoriáque vocantur.

Hospitiolum, diminut. Vlpianus *in l. si verò. §. idem. ff. de iis qui deiec.* Idem erit dicendum & siquis amicis suis modica hospitiola distribuerit.

Hŏspĭtālĭs, e, adiect. Quod est hospitis, siue quod ad hospitem pertinet. {[illegible] GALL. *Appartenant ou seruant à loger.* ITAL. *Pertinente ad albergo.* GERM. Das zu den gesten gehört. HISP. *Cosa pertenesciente al alberge, ò hospederia.* ANGL. *Perteining to lodging.*} Liuius *lib.* 1. Exceptus benignè ab ignaris consilij, quum post cœnam in hospitale cubiculum deductus esset. Et *lib.* 2. Alij profecti domos nuntij hospitalium beneficiorum multos Romæ hospitium, vrbísque charitas tenuit. ¶ Accipitur item hospitalis pro liberali & facili ad suscipiendum hospites hospitio. {ξένιος, φιλόξενος. GALL. *Qui est courtois & prompt à loger & receuoir les estrangers.* ITAL. *Cortese & liberale nell' alloggiare & riceuergi forestieri.* GERM. Gastfrey. HISP. *Hospedable, liberal para hospedar los estrangeros.* ANGL. *Courteous, readie to lodge, giue lodging or receiue strangers.*} Cic. 3. *Verr.* Homo qui semper hospitalissimus, amicissimúsque nostrorum hominum existimatus esset, noluit, videri ipsum illum Rubrium inuitus in domum suam recepisse. Hospitalis Deus, dictus est Iupiter, quòd in eius tutela hospites esse credebantur. [illegible] ¶ Huius compositum est Inhospitalis, hoc est, auarus, cuius domus hospitibus non patet. ἄξενος. Item locus inhospitalis, ad quem hospitibus non patet accessus. ¶ [Hospitalia autem numerantur illa: Xenodochium, orphanotrophium, brephotrophium, bethotrophium, nosocomium, gerontocomium, ptochotrophium (corruptè tocotrophium) leprosarium, eleemosynarium, de quibus vide suis locis.]

Hŏspĭtālĭtās, atis, Benignitas & facilitas in excipiendis hospitibus. {φιλοξενία. GALL. *Courtoisie & liberalité à recueillir & festoyer les estrangers en sa maison.* ITAL. *Benignità, liberalità da riceuere gli forestieri.* GERM. Gastfreye/ freündtliche empfahung der gest. HISP. *Hospedamiento y facilidad para hospedar.* ANGL. *Courtesie and benignitie in lodging strangers.*} Cic. *lib.* 2. *Offic.* Rectè etiam à Theophrasto laudata est hospitalitas.

Hŏspĭtālĭtĕr, aduerb. Benignè, liberaliter. {ξενίως, φιλοξένως. GALL. *Liberalement, courtoisement, en receuant les estrangers en sa maison.* ITAL. *Benignamente, liberalmente.* GERM. Gastlich/ freündtlich/ gütlich. HISP. *Hospedablemente y con amistad.* ANGL. *Courteously, liberally in receiuing strangers.*}

geres.) Liu.2.*ab Vrbe*, Inuitati hospitaliter per domos. Idem *lib.6.* Moti exemplo Patres, vocari cos iam tum hospitalites magis, quàm hostiliter iussère.

Hŏspitor, aris. Amicè in hospitium recipio. {לון אסף *isseph laliûn.* ξενοδοχέω. GALL. *Receuoir estrangers en son logis.* ITAL. *Alloggiare, albergare.* GERM. Beherbergen/frembdlich auffnemmen. HISP. *Hospedar a otro dando la posada.* ANGL. *To receiue in lodging.*} vel hospitio vtor. {לון *lûn.* ξενίζομαι. GALL. *Estre receu & logé en logis estranger.* ITAL. *Esser alloggiato, esser albergato.* GERM. Beherbergt werden/frembdlich auffgenomen werden. HISP. *Ser hospedado.* ANGL. *To be lodged.*} Seneca *de vita beata*, Quid enim est cur illis bonum locum inuideat? veniant, hospitentur. ¶ Et per translationem hospitari, pro in alieno solo crescere. Plin. *lib.17.c.20. de castanea*, Nuda enim radice tota, in sulco prosternitur. Tunc ex acumine supes terram relicto renascitur & alia ab radice vtcd translata nescit hospitari, pariterque nouitatem.

Hŏspitus, a, um, adiect. ab hospite deductum, Peregrinus, externus. {גר *gher* ξένος, ὁ ξένος. GALL. *Hoste ou estranger.* ITAL. *Albergatore.* GERM. Frembd. HISP. *Huesped o estrangero.* ANGL. *A guest or stranger.*} Virg. 3. *Æneid.*

———*Quò tutior hospita lustres*

Æquora.

Sic auis hospita, id est, peregrina, apud Statium 1. *Achil.* Nauis hospita, Ouid. 1. *Fast.* Idem *Eleg.12. lib.3. Trist.*

Hospitaque in Ponti littore puppis erit.

Terra hospita, apud Virg. 3. *Æneid.* Ita Gell. c.19. *lib.1.* Anus hospita atque incognita ad Tarquinium Superbum adiit, &c. ¶ Huius compositum est Inhospitus: de quo suo loco.

Hŏstĭa, æ, ab hostibus, quia post cæsos hostes à sacerdote immolabatur. {זבח *zebach* זבח ἱερεῖον, ἱερεῖον, ἱερὸν, θυσία. GALL. *Sacrifice, oblation.* ITAL. *Hostia, vittima.* GERM. Ein schlachtopffer. HISP. *El sacrificio ò cosa que se sacrifica.* ANGL. *Sacrifice, the beast killed in sacrifice.*} Tropic enim erat animal quod immolabatur ab Imperatore ad bellum proficiscente, pro impetranda contra hostes victoria: aut quod iam profligatis hostibus mactari solebat ab eo, qui potitus erat victoria. Ouidius 1. *Fast.*

Hostibus à domitis hostia nomen habet.

Festus putat hostiam propriè dictam fuisse sacrificium quod Laribus immolabatur, eò quòd hos tes ab illis arceri putabant: vnde & ipsi Lares hostioli dicti sunt. Alij hostias ab antiquo verbo hostio dictas putant, quod apud antiquos inter alia significat ferio, vel retundo, vt probat Nonius hac autoritate Pacuuii *in Teucro*, Nisi coërcetur protteruitatem, atque hostitero ferociam. Gell. c.6. *lib.4.* Hostiis maioribus rem procurare. Plaut. *Pseud. sc.3. a.1.* Arcesse hostias, victimas, lanios, &c. Tibull. *lib.4.*

——— *Nec illis*

Semper inaurato tauros cadit hostia cornu.

Plaut. *Amphitr.* Faxo vt bubulis coriis onustus sis Saturni hostia. Pro eodem dicitur Victima, quæ cæditur victis hostibus. Ouidius *lib.1. Fast.*

Victima quæ cecidit dextra victrice, vocatur.

Gell. hoc putat discriminis esse inter hostiam & victimam, quòd hostia à quouis sacerdote mactari possit: victima tantum ab eo, qui hostes vicisset. ¶ Mactata hostia lenior, prouerbiali figura dixit Horat. de mansuetis & spontaneis. ¶ Hostia item puellæ nomen fuit, quam Propertius adamauit, & falso nomine Cynthiam appellauit. ¶ Est & Hostia oppidi nomen in Latio, ad Tyberis ostium: in qua tamen significatione rectius scripseris Ostia sine aspiratione. Eam vrbem Ancus Martius condidit, vt scribit Liuius: Strabo verò *Geograph.5.* Vrbis Romæ Nauale vocat, quo Tyberis erumpit eam præterlabens. Extenditur autem in longum in Campaniam vsque & Samnitium montes. Eius situm, atque Tyberis cursus ab vrbe Roma nemo elegantiùs descripsit Procopio *lib.1. de bello Gothorum.*

‖Hostiarium, lignum æquatorium, quo sextarius æquatur. Gl. A.L. Hostorium, melius.‖

Hostiatus, Adiect. Hostiis, siue sacrificiis onustus. Plaut. *Rud.* Ergo vos æquius erat candidatas venire, hostiatásque. Ad hoc fanum ad istunc modum venire non solet.

Hŏsticus, substantiuum Nomen Poetæ fuit.

Hosticus, Hostilis, vide *Hostis*.

Hostiones, vel Hostiæi, ὠστίωνες, ὠστιαῖοι. Populi iuxta Oceanum occidentalem, quos Artemidorus Cassinos (alias Cossinos) vocat Stephanus.

Hŏstio, is, ab ἴσος, ἴσον: cùm æquatio consistat in tanto quanto, i. e. pro portione. Æquare, compensationem tribuo, vicem reddo. {שלם *schillem* גמל *ghamal.* ἀμείβω. GALL. *Egaler, venir, rendre la pareille.* ITAL. *Agguagliare, ricompensare.* GERM. Widergelten/vergleichen. HISP. *Ygualar, rasar la medida, remunerar.* ANGL. *To recompence the like.*} Plaut. *in Asinar.* Quin promitto, inquam, hostire contra, vt merueris, id est, æqua reddere & talionem referre. ¶ Quandoque compescere, coërcere. Pacuuius *in Teucro*, vt citat Nonius, Nisi coërcetur protteruitatem, atque hostitero ferociam. Quando nec offendo, cado Pacuu. *Eruce; agnitio lib.1.* vt citat idem Nonius. Nunc id mihi molestum est, quòd hostit voluntatem tuam. ¶ Huius compositum est Rehostio, quod est vicem refero, vt inquit Festus. Vtrunque est obsoletum.

Hostĭmentum, i, Æquamentum, retributio, compensatio: ab antiquo verbo hostire, quod inter cætera significat æquare, vel æquum reddere, vel compensare. {שלום *schillum.* ἀμοιβή, ἀντάμειψις, ἀντιπαροχή. GALL. *L'auenue & egalité, la pareille, recompense de tant pour tant.* ITAL. *Agguagliamento.* GERM. Ein widergeltung/vergleichung. HISP. *Ygualdad, cerrie la rasadura.* ANGL. *A recompensing of the like.*} Plaut. *in Asin.* Par pari datum hostimentum est, opera pro pecunia. Festus, Hostimentum est beneficii pensatio.

Hostŏrium, ij, {מחק *mochâk.* GALL. *Vne rasoire, baston pour raser le blé, quand on le mesure.* ITAL. *Il bastone da radere il grano, detto rada.* GERM. Ein streichholtz. HISP. *El rasero de la medida.* ANGL. *A staff to measure wheat or other graine.*} Lignum æquatorium, baculus quo modius & cæteræ mensuræ æquantur. Alio nomine radius dicitur.

Hŏstis, is. {איב *ojêb* צר *tsar.* πολέμιος. GALL. *Ennemy mortel.* ITAL. *Inimico commune.* GERM. Ein feind. HISP. *El enemigo publico.* ANGL. *An enemie.*} Commune generis, ab hostio, is, quod inter alia significat comprimere & retundere. Dicuntur autem hostes illi, cum quibus publicè bellum habemus. Inimici autem, cum quibus priuata odia exercemus. ¶ Apud antiquos tamen hostis dicebatur, quem nunc vocamus peregrinum. Cic. 1. *Offi.* Equidem illud etiam animaduerto, quòd qui proprio nomine perduellis esset, is hostis vocaretur, lenitate verbi tristitiam rei mitigante: hostis enim apud maiores nostros is dicebatur, quem nunc peregrinum dicimus. Plaut. *Menæch. sc.2. a.1.* Auerti prædam ab hostibus. (i. surripui vxorem.) Idem *Curc. sc.1. a.1.* Et Gell. *cap.4. lib.16.* Status condictus cum hoste dies. Ouid. *Eleg.1. lib.2. Trist.*

Cum medijs gemino calculus hoste perit.

Idem 13. *Metam.* Hostibus insidior. *Ibid.* Hostes se mœnibus continuere. *Ibidem*, Raptam Deam afferre per hostes. Plaut. *Pseud. sc.3. a.4.* Metuo ne ad hostes transfugiat. metaphor. *Ibidem sc.1. a.5.* Opus perpetrani, hostibus fugaris. metaphor. *Ibid. sc.2. a.2.* Hostes vinos rapere soleo ex acie. ¶ Hostium potitus, vide *Potitus*. ¶ Hostis dubius, i. qui dubitat, cedátne, ac fugiat, an consistat: quique firmo opponitur. Salust. *Iugurt.94.* Subuenire suis: hostibus dubiis instare: quos firmos cognouerat, eminus pugnando retinere. ¶ Hostis non hostis, ἀπόλεμος πολέμιος, dicitur qui nulla lacessitus iniuria, tamen quæ sunt hostium facit: aut qui pacis obtextu facit hostilia. Conuenietetiam in illos, qui prius quàm expostulauerint de iniuria cum amico, iam lædunt inimicè.

‖Hosticapas, hostium captor. Fest.‖

Hŏsticus, a, um, Hostilis, inimicus, aduersus, hostilis. {πολέμιος, ἐχθρός. GALL. *D'ennemi en ennemis, ennemi.* ITAL. *Cosa da nemico, Inimico.* GERM. Feindtlich. HISP. *Cosa de enemigo, enemigo.* ANGL. *Of an enemie.*} Horat. *lib.1. Serm. sat.9.*

Hunc neque dira venena, nec hosticus auferet ensis.

Colum. *in præfat. lib.1.* Quanquam inter ferrum & ignes, hosticis incursionibus vastatæ fruges: largius tamen condidêre, quàm nos, quibus diuturna permittente pace prolatare licuit rem rusticam. Plaut. *Capt. sc.1. a.2.* Per conseruitium quod hostica euenit manu. Ouidius *Eleg.10. lib.3. Trist.*

Et cremat insontes hostica turba casas.

Liu. *lib.6. ab vrb.* In hostico, (agro) morari. Ouid. 4 *Fast.*

Hostica Tyrrheno vota est vindemia regi.

Hŏstilis, e, quod est hostis, hosticus. {πολέμιος. GALL. *D'ennemi ou d'ennemis.* ITAL. *Cid che è d'inimico.* GERM. Feindtlich. HISP. *Cosa de enemigo.* ANGL. *Of an enemie perteining to an enemie.*} Virg. 11. *Æneid.*

Indutósque iubet truncos hostilibus armis

Ipsos ferre duces.

Hostilis in Rempubl. animus. Cicer. *ad Brut.* Idem *pro Cluentio.* Hostile odium & crudelitas. Facere hostilia, vel pati omnia hostilia, est facere, vel pati omnia quæ ab hostibus possint expectari. Tacit. *lib.15.* Quo pro Armeniis hostilia faceret. Hostilia referre. Liu. *lib.1. bell. Pun.* Legati retulerunt omnia hostilia: & Sagunti excidium nunciarum. Plaut. *Capt. sc.2. a.2.* Vis hostilis eodem sensu. Ouid. *Eleg.2. lib.4. Trist.*

Ille ferox & adhuc oculis hostilibus ardens.

¶ In rebus hostilibus magnus & sapiens vir Metellus. (i. belli peritissimus.) Salust. 88.

Hŏstilĭtĕr, aduerbium, Ad modum hostium. {πολεμικῶς. GALL. *En ennemy.* ITAL. *Ad vso d'inimico.* GERM. Feindtlich. HISP. *Enemigablamente.* ANGL. *Like an enemie or aduersarie.*} Cic. 5. *Philipp.* Ergo Annibal hostis: ciuis Antonius: quid ille fecit hostiliter, quod hic aut non fecerit, aut non faciat, aut non moliatur, & cogitet?

Hŏstilitas, atis, {איבה *ébâh.* δυσμένεια, ἀπέχθεια, τὸ πολέμιον. GALL. *Inimitié, haine d'ennemi mortel.* ITAL. *Inimicitia.* GERM. Feindtschafft. HISP. *Enemistad.* ANGL. *Deadly hatred.*} Senec. *de vita beata*, Aduersus hostes inhumana crudelitas, aduersus suos etiam hostilitas est.

Hŏstimentum, vide *Hostio*, is.

‖Hostiarius, vide *Ostiarius*.‖

Hŏstium, vide *Ostium*.

Hŏstŏrium, vide *Hostio*, is.

‖Hostunum, *Hostunus*, V. E. regni Neapolitani, sub A. Brundisino.‖

Hŏstus, teste Varrone *lib.1. de re rust. c.24.* dicitur tantum olei, quantum vno factu conficitur. Factum autem vocant, quod vno tempore conficiunt. Vide item Catonem *cap.6.*

H S

‖HS numismatis typus. Ium. sestertius.‖

H V

‖Hu, olfacientis gestus.‖

Hūber, is, Fœcundus, fertilis, ferax, secundùm Apuleium cum h, ab ὕω, pluo. {פורה *poréh* שבע *sabeâ* שמן *schamén* טוב *tob.* εὔφορος, εὔπορος. GALL. *Planteureux, abondant, fertile, ample.* ITAL. *Abondante, fruttifero, grasso, diuite.* GERM. Fruchtbar/überflüssig. HISP. *Cosa fertil y copiosa.* ANGL. *Fertile, fruitefull, plentifull.*} Alij magis ab humeo, sicut tuber à tumeo, mutò b, conuerso. Loca enim arida, infœcunda sunt: contrà, quæ humecta sunt, feracia. Non desunt tamen hodie qui sine aspiratione scribere malint. Vide *Vber* infrà. Est adiectiuum omnis generis: quamuis in plur. numero neutrum genus non inueniatur. Cat. *lib.1. Orig.* Ita res huber fuit. Cic. *ad Quint. fratr.* Multis locis aquam profluentem, & eam huberem vidi. Idem *lib.2. de nat. deor.* Hubertimi læti fruictus vitium. Idem 1. *de nat. deor.* Maiore expectatione, huberiore spe commouêri. Idem *de clar. Orat.* Nemo plenior & huberior ad dicendum fuit. Neutro genere vsus est Gell. c.14. *lib.7* Huber dicendi genus. Et Seneca, Et omne id, inquiens, quod huberi cingitur solo. ¶ Inhuber. Gellius, Inhuberes, & multæ quidem, macræque essent. ¶ Huber verò substantiuum, idem ferè est quod mamma. {שד *schadh.* οὖθαρ. GALL. *Mammelle, tette.* ITAL. *Mammella, tetta.* GERM. Brust. HISP. *La teta.* ANGL. *An vdder, a pape.*} Virg. 3. *Eclog.*

———Binos

——— *Binos alit ubere fetus.*

Propriè ubera videntur dici interiora mammarum: mammæ verò, uberum eminentiæ. Idem *lib.3. Georg.*

Læta magis manabunt ubera mammis.

¶ Inuenitur etiam quandoque uber substantiuum pro ubertate, aut fœcunditate. *Ἀλθαίνω, Εὐφορία.* vt, Uber agri, i. ubertas & fertilitas, quo pacto & Græci οὖθαρ ἀρούρης dicunt. Idem *lib.1. Æneid.*

Terra antiqua, potens armis, atque ubere glebæ.

Pallad. *lib.1. cap.33.* Pratis verò recentia stercora sufficient ad uber herbarum.

Hūbērtās, atis, Fertilitas, abundantia, copia. {שבע *sabáh* מיטב *metáb.* *Εὐθηνία.* GALL. *Planté & abondance, fertilité, fecondité.* ITAL. *Abondanza, fecondità, fertilità.* GERM. Fruchtbarkeit/völle/überflüssigkeit. HISP. *Copia y fertilidad.* ANGL. *Abondance, fertilitie, plenitie.*} Plin. *lib.7. c.2.* Hæc facit ubertas soli, temperies cæli, aquarum abundantia. Cicer. *2. de nat. deor.* Nuper nati mammas appetunt, earúmque ubertate saturantur.

Hūbērĭŭs, & uberrimè, aduerbia sunt comparatiui & superlatiui gradus, ab adiect. uber deducta, idem significantia quod copiosè, & copiosiùs. Cic. *ad App. lib.3.* Eadem illa fecerunt lætiora mihi tuæ literæ: non solùm quia planiùs loquebantur, & uberiùs, quàm vulgi sermo, sed etiam, quia magis videbar tibi gratulari. Idem *2. de diuin.* Atque his libris annumerandi sunt sex de Republica, quos tunc scripsimus, quum gubernacula Reipublicæ tenebamus: magnus locus, philosophiæque proprius, à Platone, Aristotele, Theophrasto, totáque Peripateticorum familia tractatus uberrimè.

Hūbēro, as, Uber, & fœcundum facio. {הפרה *hiphráh* השביע *hisbiah.* Εὐθηνέω, εὐθηνεῖν ποιῶ. GALL. *Rendre plantureux & fertile, engraisser.* ITAL. *Far abondante, far diuitioso, fecundare.* GERM. Fruchtbar oder völlig machen. HISP. *Hazer fertil y copioso.* ANGL. *To mak fruitfull or plentifull.*} Pallad. *lib.4.* Hoc velut coitu steriles arbores uberantur. ¶ Uberare pro exuberare, seu uberem & fœcundum esse, dixit Colum. *lib.5. c.9. Εὐθηνεῖν, καρποφορεῖν.* Optimum est, inquiens, etiam constitutas plantas circumuenire cuneis: deinde constitutum iam & maturum oliuetum in duas partes diuidere, quæ alternis annis fructu induantur: neque enim olea continuo biennio uberat, id est, fœcunda est, & fertilis.

Hūbērtim, abundanter, copiosè. {*πλέον, Εὐθηνῶς.* GALL. *Plantureusement, fertilement, copieusement, abondamment.* ITAL. *Abondantemente, copiosamente.* GERM. Völliglich/überflüssiglich. HISP. *Copiosa y fertilmente.* ANGL. *Abundantly with greatplentie.*} Catullus.

Hūbērtŭs, a, um, Abundans. {פורה *poré* שבע *sabéah* שמן *schamén* טוב *tob.* εὔφορος. GALL. *Abondant, plantureux.* ITAL. *Abondante.* GERM. Überflüssig/fruchtbar/völlig. HISP. *Copioso, fertil.* ANGL. *Fruitfull, so plentifull.*} Gell. *lib.7. cap.14.* Sed ea ipsa genera dicendi iam antiquitus tradita ab Homero sunt, tria in tribus: magnificum in Vlysse, & ubertum: subtile in Menelao, & cohibitum: mistum moderatúmque in Nestore.

[Hubiola, vox à Germanis sumta pro lupulo salictario, nam eam plantam vocant hopfen.]

Hūc, aduerb. ad locum. {פה *poh.* δεῦρο. GALL. *Ci, en ce lieu.* ITAL. *Qua.* GERM. Hieher. HISP. *Aca, donde yo estoi.* ANGL. *To this place.*} Terent. *in Eunuch.* Ego cum illo, quo cum vno rem habebam, tum hospite, Abij huc. Idem *in Hecyra*, Nam senex rus abdidit se: huc rarò in vrbem commeat. Plaut. *Men. sc.2. a.5.* Concede huc ab isto, quàm potes longissimè. *Ibid. sc.2. a.4.* Huc concedamus. *Ibid. sc.1. a.2.* Cedo dum huc marsupium. Idem *Asin. sc.3. a.3.* Quin tradis huc crumenam? Idem *Aul. sc.3. a.3.* Opera huc conducta vestra, non oratio. *Ibid. sc.2. a.4.* Redde huc sis. (bis. *Ibidem.*) Item, Ostende huc manum. Idem *Men. sc.4. a.2.* Qui huc in hanc vrbem pedem nunquam intrò retulit. *Ibid. sc.2. a.4.* Neque hodie huc intrò retuli pedem. ¶ Hinc huc. Idem *Mil. sc.3. a.2.* Nihil est quà hinc huc transire possit. (i. domo foras.) ¶ Huc & illuc, *δεῦρο κἀκεῖσε*, incertum iter ostendunt, quod etiam dicimus sursum & deorsum. Cic. *ad Attic.* Ne cursem huc & illuc deterrima via. Idem *in Offic.* Pars quæ hominem huc & illuc rapit. Plaut. *Aul. sc.1. a.4.* Vt possim huc & illuc quid agant arbitrari. ¶ Hucusquè, hoc est, vsque ad hunc locum, vel vsque ad hoc tempus. Plin. *lib.6. c.26.* Hucusque Nestoris exercitum duxit.

Hūccinè, interrogatiuum est, compositum ab huc & ne, per interpositionem syllabæ. Cic. *7. Verr.* Huccine tandem omnia reciderunt?

Hŭi, interiectio est admirantis, inquit Don. *Βαβαί, ὤ, φεῦ. Hui, oh.* Terent. *in Heaut.* Hui, tam graueis hos quæso. M. Sic meritum est meum. Cic. *ad Attic.* Hui, totiésne me literas dedisse Romam, quum ad te nullas darem? ¶ Hui, hem, & cæteris eiusmodi, vtimur aduersùs eos, quibus irascimur, interprete Donato. Terent. *in Eunuch.* Scibis. Principiò eam esse dico liberam. THR. Hem. CH. Ciuem Atticam. THR. Hui. Idem *in Andria.* Iuno Lucina fer opem, serua me obsecro. S. Hui tam citò? ridiculum. ¶ Hui Ironiæ quoque seruit, vt autor est Diomedes *lib.1.*

Hūic, datiuus pronominis, Hic, hæc, hoc. *τούτῳ, ταύτῃ.* Qui in carmine ferè vnica syllaba effertur: vt apud Virg. Huic coniux Sichæus erat. Quandoque etiam per duas, sed rariùs. Stat. *lib.1. Theb.* Lætus huic domino videas dare iura nepotes.

Hūiuscĕ, genitiuus ab hic, hæc, hoc, compositus cum syllabica adiectione ce. Cic. *7. Verr.* Quos tamen fructus huiusce necessitudinis in istius imperio tulit.

Hūiusmodi, & Huiuscemodi. Nomina adiectiua omnis generis indeclinabilia, composita ex genitiuis huius, vel huiusce, & modi à modus, idem significant quod talis. {כזה *chazéh.* τοιοῦτος. GALL. *De ceste sorte, tel.* ITAL. *Di questa guisa, di questa manera.* GERM. Solcherley derley/dergleichen. HISP. *Desta manera.* ANGL. *Of this sor or fashion.*} Plaut. *in Bacch.* Homo adolescentulus penetrare huiusmodi in palæstram, vbi damnis defatigatur? Idem *Capt. sc.4. a.5.* Huiusmodi paucas poetæ reperiunt comœdias. Idem *Pseud. sc.2. a.3.* Cùm hasce herbas huiusmodi in aluum congerunt. Terent. *in Heaut.* Huiusmodi, obsecro, aliquid reperi. *Ibidem.* Huiusmodi mihi res semper comminiscere, vbi me excarnifices. Cic. *3. de legib.* Nec miror, sed mœreo casum huiusmodi.

Hūlcŭs, vide *Vlcus.*

Hulula, vide *Vlula.*

Hululo, vide *Vlulo.*

HŪMĀNŬS, a, um, denominatiuum est ab homine deductum, Benignus, mitis, lenis, facilis, affabilis, blandus. {ענו *hanáv.* φιλάνθρωπος, ἀνθρώπινος, ἀνθρωπικός. GALL. *Humain, d'homme doux courtois.* ITAL. *Humano, benigno.* GERM. Menschlich. HISP. *Cosa humana y benigna.* ANGL. *Courteous, gentle, benigne, gracious, bounteous, perteining to men.*} sicut à fera ferinus. Cic. *4. Verr.* Quod est aliud in illa prouincia genus humanum? Plin. *lib.28. c.49.* Sunt iis etiam humano calculo remedia, præcipua, id est, calculo qui in homine generatur. Cic. *pro Rosc. Amer.* Portentum atque monstrum certissimum est, esse aliquem humana specie & figura, qui tantum immanitate bestias vicerit, vt propter quos hanc suauissimam lucem aspexerit, eos indignissimè luce priuarit: quum etiam feras inter sese partus atque educatio, & natura ipsa conciliet, &c. Terent *in Andr.* Hæc ego putabam esse omnia humani mansuetique animi officia. Quintilianus, Datus tandem rebus humanis. (sup. perfectus orator.) Senec. *cap.15. de tranquill.* Generis humani odium. Velleius: Vir bonus in quantum humana simplicitas intelligi potest. Item, Neque diuini, neque humani quicquam credas. Humanæ dapes, i. stercus, aut proluuies hominis, vt humanus potus, i. lotium. Plin. Cæteri auctores consensu humanas dapes ad hoc in primis aduocant, alij ex iis præferunt humanos potus. ¶ Accipitur etiam interdum humanus pro eo, quod ab hominis natura non abhorret. Terent. *in Adelph.* Nam hoc quidem ferendum aliquo modo est, Persuasit nox, amor, vinum, adolescentia: humanum est. Vbi Donatus, Nihil tandem ex ea sumptum consuetudine est, quod non humanum. Et hoc dicere solemus, vbi peccatum quidem non negamus, sed tolerabile esse dicimus.

Hūmānĭtās, atis, propriè naturam humanam significat. {ענוה *hanauáh.* φιλανθρωπία, ἀνθρωπισμός, ἀνθρωπότης. GALL. *Humanité, courtoisie.* ITAL. *Humanità.* GERM. Menschheit. HISP. *Humanidad.* ANGL. *Humanitie, courtoisie.*} Cic. *pro Rosc. Amer.* Magna est vis humanitatis, communio sanguinis, natura ipsa. Idem *pro Sylla*, Peterem veniam errato meo ex intimis vestris cogitationibus, & ex humanitate communi. ¶ Et quoniam eruditio, & bonarum artium disciplinæ soli homini sunt propriæ, factum est, vt humanitas accipiatur pro eruditione, & bonarum literarum scientia, quam Græci vocant, *παιδείαν.* {ANGL. *Learning, literall knowledge.*} vt apertissimè ostendit Gell. *lib.13. c.16.* adducens locum Varronis ex *lib.1. rerum humanarum*, qui sic habet, Praxiteles propter artificium nemini est paululum humaniori ignotus. Cic. *in Verr.* Tu sine vlla arte, sine humanitate, sine ingenio, sine literis solus iudicas? Idem *de Orat.* Homo non hebes, neque inexercitatus, neque communium literarum & politioris humanitatis expers. ¶ Prætereà quia homo inter omnia animalia maximè mitis est, idcirco humanus pro facili & miti ponitur, & humanitas pro facilitate, lenitate, comitate, mansuetudine, clementia, beneuolentiáque, quam Græci *φιλανθρωπίαν* vocant, quasi amorem in homines. Cic. *lib.1. Offic.* Non modò id virtutis non est, sed est potiùs immanitatis omnem humanitatem repellentis. ¶ Humanitatem dare, est cibos & alimoniam præbere in carcere constitutis.

Hūmānē, aduerbium. Humano affectu, hoc est, benignè, mansuetè, comiter, leniter. {*ἀνθρωπίνως.* GALL. *Humainement, comme vn homme doit faire, courtoisement.* ITAL. *Benignamente, humanamente, cortesamente.* GERM. Menschlich. HISP. *Humana, y benignamente.* ANGL. *Freindly, courteously, gently.*} Terent. *in Adelph.* Nam ita est homo, Cùm placo aduersor sedulò, & deterreo. Tamen vix humanè patitur. Cic. *Att. lib.15.* Ille quòd Puteolos prosequitur, humanè: quòd quæritur, iniustè. Humanè ferre morbum. Cic. *2. Tusc.*

Hūmānĭtĕr, aduerbium, benignè, mansuetè, æquo animo. {*φιλανθρώπως.* GALL. *Humainement, auec humanité.* ITAL. *Con humanità, come ad huomo si conuiene.* GERM. Menschlich/ gedultiglich. HISP. *Humana, y benignamente.* ANGL. *Gently, with humanitie.*} Cic. *ad Marium lib.7. Epist.* Propter molestissimas occupationes meas: quibus si me relaxaro, docebo profectò quid sit humaniter viuere. Idem *ad Attic. lib.1.* Sin aliter acciderit, humaniter feremus, id est, æquo animo, vt hominem decet, mille fortunæ telis expositum.

Hūmānĭtŭs, aduerbium, More humano. {*ἀνθρωπίνως.* GALL. *Comme il aduient aux hommes, à la façon des hommes.* ITAL. *Come deue far l'huomo.* GERM. Menschlicher weiß nach. HISP. *Humanamente.* ANGL. *After the fashion of men, as it hapneth vnto men.*} Plin. *lib.10. cap.63.* Vrsi autem (vt dictum est) humanitus strati, id est, vt solent homines. Cic. *1. Philipp.* Si quid mihi humanitus accidisset, id est, si fortasse morerer.

[Humano, as. Latini ecclesiastici scriptores imitati Græcos, Dominum *ἐνανθρωπῆσαι* dicunt *humanatum*, id est, humanâ carne indutum, hominem factum esse.

Humanatio *ἐνανθρώπησις*, est incarnatio.]

Hūmātio, Humatus, vide *Humus.*

HŪMĔO, es, ui, Madidus sum, {רטב *ratáb.* *νοτίω.* GALL. *Estre ou deuenir moite ou humide.* ITAL. *Esser humido.* GERM. Naß oder feucht sein. HISP. *Humedecerse.* ANGL. *To be moyst or wete.*} Nicandro ὑγρὸς εἶναι. Ouid. *10. Metam.*

Dat gemitus arbor, lacrymisque cadentibus humet.

Col. *lib.3. c.11.* Verùm est in opere difficilior quòd neque humentem fodere possis, quòd sit glutinosissima: nec nimium siccam, quia vltra modum prædura.

Hūmesco, is, Humectus fio. {רטב *ratáb.* ὑγραίνομαι, ὑγρὸς γίνομαι. GALL. *Deuenir moite ou humide.* ITAL. *Diuenir humido.* GERM. Naß oder feucht werden. HISP. *Humedecerse.* ANGL. *To waxe moyst or wett.*} Virg. *lib.3. Georg.*

——— *humescunt spumis, flatúsque sequentum.*

Plin. *in Paneg.* Vidimus humescentes oculos tuos, demissúmque gaudio vultum: tantúmque sanguinis in ore, quantum in alieno pudoris.

Hūmecto, as, Humidú reddo, irrigo. {השקה *hischkáh* הרוה *hirváh* הרטיב *hirtiáb.* *δεύω, βρέχω.* GALL. *Amoitir, mouiller.* ITAL. *Bagnare, far humido.* GERM. Naß oder feucht machen. HISP. *Mojar, humedecer.* ANGL. *To mak moyst or wett.*} Virg. *lib.4. Georg.*

Quæ niger humectat flauentia culta Halesus.

Col. *lib.* 7. *c.* 3. Agnus, quum est editus, erigi debet atque veribus admoueri: tum eius diductum os pressis humectari papillis, vt condiscat maternum trahere alimentum.

Humectatus, a, um. Gell. *c.* 11. *lib.* 17. Eóque (pulmone) satis humectato, dimanare per eum, &c.

Hūmēctus, a, um, adiectiuum, humidus. {רטוב *ratób* רוה *ravéh*. ὑγρός. Gall. *Mouillé, ramoiti, relent, humide*. Ital. *Humidito, humido*. Germ. Naß gemacht, befeuchtigt. Hisp. *Cosa humeda*. Angl. *Moyst or wett, danke*.} vt, Humectus locus. Varr. 1. *de re rust. c.* 24. Si locus humectus sit, tibi cacumina populorum serunda & arundinetum.

Humidus, a, um, ab ὕω: aliis ab udus. Quod humorem inducit, vel quod humorem habet. {רטוב *ratób* רוה *ravéh*, ὑγρὸς, νοτερός. Gall. *Humide*. Ital. *Humido*. Germ. Naß, feucht, oder das feucht macht. Hisp. *Humedo*. Angl. *Moyst wett, danke*.} Virg. 2. *Æneid.*

——Et iam nox humida cælo

Præcipitat, suadéntque cadentia sydera somnos.

Cic. *in Verr.* 3. Ignem ex lignis viridibus, atque humidis in loco angusto fieri iussit. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist.*

Humidaque est fletu littera facta meo.

Idem *Eleg.* 3. *lib.* 3.

Déque tuis lacrymis humida serta dato.

Gell. *cap.* 15. *lib.* 1. Humidis verbis & lapsantibus defluere. Et Plaut. *Most. sc.* 2. *a.* 1. Ita hæc tigna humidè putrent. (aliàs *humida*.) Humidum, Substantiuum, vt, Humidum paludis. Tacit. *lib.* 1. præmisso Cecinna, vt occulta saltuum scrutaretur, pontesque, & aggeres humido paludum, & fallacibus campis imponeret.

Hūmĭdŭlus, diminutiuum, vt Linum humidulum, apud Ouid. 3. *de arte amandi*. Fallet & humiduli quæ fiet acumine lini. {ὑπονοτος, ὑπυγρος. Gall. *Vn peu humide*. Ital. *Alquanto humido*. Germ. Näßlächtig. Hisp. *Cosa humeda vn poco*. Angl. *Somewhat moyst, or danke*.}

Hūmĭfĕr, a, um, Humefactus, humorem afferens. {רטוב *ratób* רוה *ravéh*. ὑδρόφορος. Gall. *Ramoitissant, humide*. Ital. *Cioe da humore & bagna*. Germ. Das feucht und naß macht. Hisp. *Cosa humeda, ò que haze humedo*. Angl. *That bringeth wettnesse or danknesse*.} Cicer. 1. *de diuin.*

Naribus humiferum duxêre ex aëre succum.

Hūmĭgātus, Humore perfusus. {רטוב *ratób* רוה *ravéh*. βεβρεγμένος. Gall. *Bagné, mouillé*. Ital. *Bagnato*. Germ. Befeuchtiget. Hisp. *Mojado*. Angl. *Moysted, made wett*.} Apul. *lib.* 1. *flor.* Vel enim colliculus sepimine consecratus, vel truncus dolamine effigiatus; vel cæspes libamine humigatus, vel lapis vnguine delibutus.

Hŭmĕrus, i, Est pars illa corporis, à qua dependent brachia: quæ alio nomine vocatur armus, autore Festo, quòd ab ea parte arma dependeant. {שכם *schecém* כתף *catéph*. ὦμος. Gall. *L'espaule*. Ital. *Homero, spalla*. Germ. Schulter oder achseln. Hisp. *El ombro*. Angl. *The shoulder*.} Terent. *In Eunuch.*—quas matres student Demissis humeris esse. Cic. *in Verr.* 6. Ab humero pendebant sagittæ. Virg. 2. *Æneid.*

Hæc fatus, latos humeros, subiectáque colla

Veste super, fuluíque insternor pelle leonis.

Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Mihi humerus est aries. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 5. Vorte hac humerum (vt te onerem.) Idem *Men. sc.* 2. *a.* 5. Eripe huic oculum ab humero qui tenet. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Inque tuis humeris iam leue fertur onus.

Idem *Eleg. vlt. lib.* 4.

Induitúrque humeros cum lato purpura clauo.

Idem 13. *Metam.*

His humeris, his, inquam, humeris, ego corpus Achillis Tuli.

Suet. *in Aug. c.* 10. Humeris subire aquilam. ¶ Humeri etiam de bobus dicuntur. Cic. 2. *de nat. deor.* Quid de bobus loquar? quorum ipsa terga vires humerorum, & latitudines ad aratra extrahenda, &c. ¶ Dicuntur etiam humeri, in auibus partes illæ, à quibus dependent alæ. Col. *lib.* 8. *c.* 2. de gallinaceis, Iubæ deinde variæ, vel ex auro flauæ per colla ceruicésque in humeros diffusæ. ¶ Humeris sustinere ij dicuntur, quorum autoritas diligentiáque plurimum valet in conseruanda salute cuiuspiam. Cic. *pro L. Flacco*, De summa Reip. taceo, quam vos vniuersam hoc iudicio, vestris, inquam, humeris, iudices, sustinetis.

Hŭmĕrōsus, quod latos humeros habet. {εὐρυώμος. Gall. *Espaulu, qui a hautes espaules*. Ital. *Di alte spalle*. Germ. Das grosse und breyte achßel hat. Hisp. *Corcouado, que tiene los ombros altos*. Angl. *That hath broade shoulders*.} Humerosus locus. Colum. *lib.* 3. *cap.* 19. Itaque custodiemus, vt à prædictis locis quos humerosos rustici vocant, semina legamus.

Hŭmĕrāle, is, Humerorum tegumentum, quemadmodum Tibiale, tegumentum tibiarum. {ἐπωμίς. Gall. *Espaulière*. Ital. *Veste da spalla*. Germ. Ein kleid das man zu bedeckung der achßeln anzeucht. Hisp. *Cierta vestidura del ombro*. Angl. *Any thing to couere on the shoulders*.} Paul. Nam si tibiale, vel humerale miles alienauit, castigari verberibus debet.

Hūmesco, Humidus, vide *Humeo*.

Hŭmĭlis, e, Depressus, non altus, & à terra sublatus. {שפל *schaphál* עָנָו *hanáv*. χαμαιπετής, ταπεινός. Gall. *Humble, humilié, rabbaissé, bas*. Ital. *Humile*. Germ. Nider, nidenträchtig. Hisp. *Cosa baxa ò abatida, ò humilde*. Angl. *Lowe, simple, of lowe condition*.} Cicer. *in Tuscul.* Vites, & ea quæ sunt humiliora, neque se tollere à terra altiùs possunt. Colum. *lib.* 4. *cap.* 1. Humili statu vitis plerunque iuxta terram coërcetur. Virg. 2. *Eclog.*

Atque humiles habitare casas.

Idem 4. *Eclog.*

Non omnes arbusta iuuat, humilésque myricæ.

Velleius, Speciosis inuidebat, parebat humillimis Sex. Pompeius. ¶ Accipitur etiam humilis pro contempto, abiecto, demisso, quod & Græci ταπεινὸν dicunt. {Angl. *Poore, vile*.} Cic. 5. *de finib.* Qui altiore animo sunt, nihil abiectum, nihil humile cogitant. Idem *de Amic.* Nihil enim altum, nihil magnificum ac diuinum suscipere possunt, qui suas omnes cogitationes abiecerunt in rem tam humilem, támque contemptam. Idem *ad Attic. lib.* 7. Dicam idem quod Pompeius, neque id faciam humili animo.

Hŭmĭlĭtas, atis,)(Altitudo. {שפל *schéphel* ענוה *hanauáh*. ταπεινότης, χαμαιπέτεια. Gall. *Bassesse, bas estat, petitesse*. Ital. *Bassezza, humiltà*. Germ. Niderenidertrachtigkeit, vom demut. Hisp. *Baxeza, ò humildad*. Angl. *Humilitie, basnesse of condition, lowlinesse*.} Cic. 5. *Tusc.* Sydera inter se altitudine & humilitate distantia. Idem 2. *de diuin.* Docet enim ratio Mathematicorum, quanta humilitate Luna feratur, terram propè contingens. ¶ Humilitas ponitur etiam pro obscuritate, tenuitate, & ignobilitate. Cicer. 1. *Offic.* Quorum autem prima ætas propter humilitatem & obscuritatem in hominum ignoratione versatur. Idem 13. *Philipp.* Is autem humilitatem despicere audet cuiusquam, qui ex eadem sustulerit liberos. ¶ Humilitas, cùm opponitur superbiæ, ταπεινοφροσύνη, definitur à Speusippo, quòd sit facilitas animæ omnis expers iracundiæ. Verùm in hac significatione vsitatiùs Modestiæ vocabulo vtimur.

Hŭmĭlĭtĕr, aduerb. hoc est, dimissè, submisse)(Altè, superbè. {ταπεινῶς. Gall. *Petitement, bassement*. Ital. *Humilmente, bassamente*. Germ. Nider, nidenträchtiglich. Hisp. *Baxa, y humilmente*. Angl. *Lowly, humbly*.} Plin. *in* 2. *epist.* Eadem enim facta claritate, vel obscuritate facientium, aut attolluntur altissimè, aut humillimè deprimuntur. Liu. 4. *bell. Pun.* Hæc natura multitudinis est, aut seruit humiliter, aut superbè dominatur.

Hŭmĭlĭo, as, Humilem facio, & quasi abiectum ac vilem reddo. {השפיל *hischpíl*. ταπεινόω. Gall. *Abaisser, humilier*. Ital. *Far humile, humiliare*. Germ. Erniderm, nidenträchtig, schlecht und verächtlich machen. Hisp. *Abaxar, abatir, ò humiliar*. Angl. *To make humble, or lowe*.} vt est illud, Humiliauit seipsum, formam serui accipiens. Frequens est huius verbi vsus in sacris literis, alioqui apud probatos linguæ Latinæ scriptores vix inuenies, in hac præsertim significatione. Legitur tamen Humiliatus, part. pro eo quod est depressus, & humilis effectus, ita vt à terra parum attollatur. Cic. 3. *de nat. deor.* Alia animalia humiliata, vt cibum terrestrem facilè rostris contingant: alia altiora sunt, &c.

Hŭmo, vide *Humus*.

Hūmŏr, is, Aqua, liquor, ab humus fit, quia aquæ terris inclusæ sunt. {לח *léach* לשד *lescháďh*. ἰκμάς, ὑγρόν. Gall. *Humeur*. Ital. *Humore, liquore*. Germ. Feuchte, feuchtigkeit. Hisp. *Humor*. Angl. *Moysture, licour*.} Cic. *de diuin.* Et humor allapsus extrinsecus, vt in tectoriis videmus, Austro, potest sudorem imitari. Idem 2. *de nat. deor. de astris loquens*, Et terrenis maximisque humoribus longo interuallo extenuatis alantur. *Ibidem*, Humor, & calor, qui est infusus in corpore. Virg. 1. *Georg.* Hic sterilem exiguus ne deserat humor arenam. Humor pro portione vini aquosa. Virg. 1. *Georg.*

Aut dulcis musti Vulcano decoquit humorem.

Sic *alibi* humida vina vocauit tenuia, quæque plurimum aquosæ substantiæ habebant admistum.

Humificus, Adiectiuum, Idem quod humectans, humidum faciens. Plin. *lib.* 2. *cap.* 101. Glaciem refundat, Cunctaque humifico spiritu laxet. de Luna.

Hŭmus, i, fœm. gen. Terra, ab χαμαί, o in u mutata, Scaliger. {אדמה *adhamáh* ארץ *eréts*. γαῖα, γῆ. Gall. *La terre*. Ital. *Terra*. Germ. Die erd, das erdtrich. Hisp. *Tierra*. Angl. *The moyst earth, the ground*.} Cic. *de senect.* Humus subacta atque pura. Idem 2. *de legib.* Quos humus iniecta contegit. Virg. 1. *Georg.*

Necnon & lini segetem, & cereale papauer,

Tempus humo tegere, & iamdudum incumbere aratris.

Idem 2. *Georg.* At quæ pinguis humus, dulcique vligine læta. Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 4. *Trist.*

Tactaque nascenti corpus haberet humum.

Idem *Eleg.* 3. *lib.* 9. *Trist.* ——Cum

Veller ab intacta circulus exter humo.

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* Alter humum de qua finguntur pocula, &c.

Idem 13. *Metam.*

——Nec me lætitiásque tumórque

Tardarunt quin corpus humo sublime referrem.

¶ Humi vice aduerbij ponitur. {ἐπὶ γῆς, ἐπὶ γῆν, χαμαί, χαμᾶζε. Gall. *A terre, sur la terre, en bas*. Ital. *In terra*. Germ. Auff der erden, auff dem boden. Hisp. *In tierra, baxamente*. Angl. *On the ground, a lowe*.} Plin. *lib.* 9. *cap.* 13. Humi quoque vice pedum serpunt. Colum. *lib.* 6. *cap.* 14. Incunt autem non vt priores aues, de quibus diximus, insistentes humi. Ouid. 5. *Metam.*

Sternit humi iuuenem. Virg. 1. *Æneid.*

Nec prius absistit quàm septem ingentia victor

Corpora fundat humi.

¶ Humi hauris, χαμόθεν ἀντλεῖς. De inaniter laborante. Nihil est enim quod è solo hauriatur, hoc est, ab imo putei fundo, si is siccus sit. Apparet dici posse quoties exhausta copia non multum superest quod hauriat. Zenodotus. ¶ Humi serpit oratio, quæ pressior humiliórque est quàm oportet, semper quasi iacens, nunquam assurgens. Horat.

[Humicubæ, sacerdotes humi cubantes ad Deorum responsa accipienda. Cerda.

Humipes, sponsa dicta quòd rhedâ non veheretur. Poll.

Humipeta, humum petens. Bud.]

Hūmo, as, Humo contego, sepelio, terra condo, terra obruo. {קבר *kabár*. θάπτω. Gall. *Enterrer*. Ital. *Seppellire, coprire di terra*. Germ. Mit erden bedecken. Hisp. *Enterrar los cuerpos*. Angl. *To interre, to burie, to hide*.} Cic. *lib.* 1. *Tusc.* Magorum est mos, non humare corpora suorum, nisi à feris sit ante laniata. *Ibidem*, In terram enim cadentibus corporibus, hísque humo tectis (ex quo dictum est humari) sub terram censebant reliquam vitam agi mortuorum. Plin. *lib.* 7. *c.* 54. Sepultus intelligitur, quoquo modo conditus: humatus verò humo contectus. Gell. *lib.* 7. *c.* 8. *de delphino*, In sui pueri sepulchro humatus est. ¶ Huius compositum, est, Inhumo, de quo suo loco.

Hūmātio, Sepultura. {קבורה *keburáh*. ταφή, ἐνταφιασμός. Gall. *Enterrement, ensevelissement*. Ital. *Esser seppellire*. Germ. Begrebnuß, bestattung zu der erden. Hisp. *Enterramiento*. Angl. *A burying or interring*.}

Cic. 1. *Tusc.* Cuius hoc dicto admoneor, vt aliquid etiam de humatione & sepultura dicendum existimem.

Humator, aliud verbale. Lucan. *lib.* 7.

———non illum Pænus humator Consulis, &c.

[Hungaria, *Vngern, Hungrie*, prouincia titulo regio clara, quam Danubius mediam interfluit.]

Hunni, οὖννοι. Populi sunt qui quondam in Scythia Europæa super Mæotim paludem incoluere: deinde mutatis sedibus, ingenti multitudine in Pannoniam irrupère. Hæc gens temporibus Valentiniani principis, duce Attila totam penè Europam peruagata, Galliam, Italiámque fœdissimis cladibus affecit: donec Leonis Pontificis precibus victa rursus se recepit in Pānoniam. Quare credibile est, Hunnos eos esse, qui etiam hodie Pannoniam incolunt, paucis immutatis literis, Vngari vocati. De his Hieronymus ad Oceanum: ab vltima Mæotide inter glacialem Tanaim, & Massagetarum immanes populos, vbi Caucasi rupibus feras gentes Alexandri claustra cohibent, erupisse Hunnorum examina, quæ pernicibus equis huc illúcque volitantia cædis pariter ac terroris cuncta compleuerunt.

[Huso nomen piscis ἀκανθος in Danubio, i. e. qui spinas non habet. Vide Casaub. *lib.* 7. *Ath. cap.* 13.]

H Y

HYACINTHUS, ὑάκινθος. Suidæ. {GALL. *Vaciet ou oignon de chien.* ITAL. *Iacintho, cipola canina.* GERM. Ein Marte mertzen blum/violblum. HISP. *Iacinto flor.* ANGL. *A iacinct pretious stone.*} Est genus violæ vernæ, colore obscuræ purpuræ, quam à Romanis vacinium appellari autor est Dioscorides. Galli, teste Ruellio *lib.* 3. *cap.* 4. seruato Latini nominis vestigio vocant *vacietam*: herbam autem, cæpam agrestem. Hoc violæ genus venis quibusdam nigris est distinctum, ita discurrentibus lineis, vt duarum Græcarum literarum α & ι, figuram referant: quæ res Poetis duplicis fabulæ occasionem præbuit. Nam & hyacinthum puerum dilectum ab Apolline, quem imprudens disci iactu interfecit, in hunc florem mutatum tradunt, interiectionémque dolentis αι, quæ ex duabus illis literis conficitur, veluti testimonium doloris, quem Apollo ex eius morte conceperat, habere inscriptam. Præterea Aiacem in eundem florem conuersum aiunt, dum impatientia prælati sibi Vlyssis seipsum interemit: duásque primas eius nominis literas in hoc flore mansisse impressas. Ouidius vtranque fabulam complexus est *lib.* 13. *Metam.*

———rubefactaque sanguine tellus
Purpureum viridi genuit de caspite florem,
Qui prius OEbalio fuerat de vulnere natus;
Litera communis mediis puerôque viróque
Inscripta est foliis, hæc nominis, illa querela.

Vide Martial. *Epigr.* 173. *lib.* 24. ¶ Est etiam Hyacinthus gemmæ nomen, colorem habens amethysto gemmæ non absimilem, sed tamen dilutiorem. Vide Plin. *lib.* 34. *c.* 9. [¶ Hyacinthus non scriptus, ea herba, quæ (vt Diosc. *lib.* 4. 58. describit) habet folia bulbi, dodrantalem caulem, læuem (λεῖον) minimo digito tenuiorem, herbacei coloris, comam procumbentem florum purpureorum plenam (κόμην ἀνθῶν ἐπικεκλασμένην πορφυρανθῶν) radicem quoque bulbaceam. Sed quid est, in diuinis literis sæpe coniunguntur Hyacinthus & purpura? Est pannus hyacinthino colore tinctus, qualis est hiacinthi floris.]

Hyăcinthĭa, orum, ὑακίνθια, substantiuum (vt autor est Hieronymus contra Iouinianum) dicebantur quædam sacra nocturna à Lacedæmoniis reperta in honorem Hyacinthi pueri, ab Apolline disci iactu interfecti. Vide Plutarch. *in Arist.* Ouid. *lib.* 10. *Metam.*

Nec genuisse pudet Sparten Hyacinthon, honórque
Durat in hoc æui: celebrandaque more priorum,
Annua prælata redeunt Hyacinthia pompa.

Hyăcinthĭnŭs, a, um, {תכלת tecuéleth. ὑακίνθινος. GALL. *De couleur de vaciet, de couleur de pourpre.* ITAL. *Del color di iacinto.* GERM. Violbraun/gefarbt als ein Hyacinth. HISP. *Cosa de color de aquella violeta, ò de iacintho.* ANGL. *Of the colour of purple.*} Quod habet colorem hyacinthi. Persius *Satyr.* 1.

Hic aliquis cui circum humeros hyacinthina læna est.

Flos hyacinthinus, Catullus *in Epithalamio Iulia.*

Hyacinthizontēs, ὑακινθίζοντες, dicti sunt smaragdi quidam ad hyacinthi colorem accedentes: quorum meminit Plin. *lib.* 37. *c.* 5.

Hyădēs, {כימה chimah. ὑάδες.} Suidæ, stellæ septem in capite Tauri, quoties nascuntur, vel occidunt, pluuias creant. ἀπὸ τοῦ ὕειν. {Das rhegenlich sibengstirn im kopff des stiers.} Ouid. *lib.* 5. *Fast.*

At simul inducent obscura crepuscula noctem,
Pars Hyadum toto de grege nulla latet:
Ora micant Tauri septem radiantia flammis,
Nauita quas Hyadas Graius ab imbre vocat.

Idem Eleg. 10. *lib.* 1. *Trist.*

Aut hyadas sæuis hauserat Auster aquis.

Item,

Pleiadásque Hyadásque immunémque æquoris Arcton.

Fabulantur Poëtæ Hyades Bacchi nutrices fuisse, quæ & Dodonides nymphæ vocatæ sunt, à Dodona ciuitate Epiri: quæ quum Iunonis iram vererentur, fugeréntque Lycurgi regis sæuitiam, à Ioue in cælum translatas. Alij tradunt Atlantem ex Æthra vxore Hyantem filium suscepisse, septémque puellas, quarum hæc sunt nomina, Ambrosia, Eudora, Pasithoe, Coronis, Plexauris, Pytho, & Tyche: quæ cùm fratrem à leone deuoratum implacabili luctu prosequerentur, dolorísque magnitudine extabescerent, Iouis miseratione in septem stellas sunt conuersæ: & vt perpetuum maneret tantæ pietatis testimonium, fratris nomine Hyades sunt appellatæ. Hæ à Latinis vocantur Suculæ, ignorantia Græci linguæ, vt Tiro Ciceronis libertus putauit. Nam quum scirent prisci illi linguæ Latinæ autores ὗς à Græcis dici, quas vocamus sues, putauerunt etiam ὑάδας Latinè posse verti Suculas: tanquam Hyads, ἀπὸ τῶν ὑῶν, hoc est, à Suibus, ac non potiùs ἀπὸ τοῦ ὕειν, hoc est, à pluendo dicerentur. Sed de Tironis iudicio vide Gell. *lib.* 13. *cap.* 9. Non absurdum tamen videtur, idcirco Suculas à Latinis vocatas esse, quòd propter maximas quas afferunt pluuias, luto gaudere videantur, quemadmodum sues.

Hyă, ὕαια, vrbs Locrorum Ozolarum, apud Thucydidem *lib.* 3.

HYÆNA, ὕαινα, cum diphthongo, & penultima prod. Animal ferum, & crudele, quod sermonem humanum assimilat, pastorúmque nomina addiscit, vt eos foras euocatos dilaniet. Plin. *lib.* 8. *cap.* 30. Hyænis vtranque esse naturam & alternis annis mares, alternis fœminas fieri. Parere sine mare vulgus credit: Aristoteles negat, &c. Et *paulò pòst,* Multa præterea mira traduntur: sed maximè, sermonem humanum inter pastorum stabula assimilare, nomenque alicuius addiscere, quem euocatum foras laceret. Item vomitionem hominis imitari, ad sollicitandos canes, quos inuadat. Hyænæ etiam meminit Ouid. *lib.* 15. *Metam.*

———& quæ modò fœmina tergo
Passa marem, nunc esse marem miramur hyænam.

[Hyænia, gemma ex oculis hyænæ. Plin. *lib.* 30. 11.]

HYALUS, Vitrum. {ὕαλος. ANGL. *Of the colour of glasse.*} Vnde color hyali, dicitur color viridis, qualis est color vitri. Virg. 4. *Georg.*

———Milesia vellera nymphæ
Carpebant hyali saturo fucata colore.

¶ Inde fit Hyalinus, ὑάλινος, pro vitreo: & Hyalurgus, ὑαλουργὸς, pro vitreario. ¶ Est item *Hyalus* Asiæ fluuius, in Tmolo monte nascens, & non procul ab Hermi ostio in mare Ægæum influens. Vide Strab. *lib.* 11.

[Hyalotheca, ὑαλοθήκη, locus vbi vitreum instrumentum reconditur.
Hyalurgus, ὑαλουργὸς, vitriarius. ὑαλουργεῖον, vitriarium, officina.]

Hyămēă, ὑάμεια, Messeniaci agri oppidum, vnum ex quinque, vt inquit Steph. Gentile est Hyamita, ὑαμείτης, teste eodem Steph.

Hyamion, ὑάμιον, Troadis oppidum, à quo fit gentile Hyamios, ὑάμιος. Stephan.

Hyămpŏlĭs, ὑάμπολις, Phocidis oppidum ad Parnassum montem, cuius meminit Plin. *lib.* 4. *c.* 7. & Strab. *lib.* 9. {Ein stat in Phocide am berg Parnasso.} Est & Hyampolis altera in Bœotia, non procul ab Orchomeno: cuius meminit Ptol. *lib.* 4. *c.* 15.

Hyăntēs, ὕαντες. Ab antiquis appellabantur Græciæ populi, postea Bœoti appellati. {Die völcker in Beotia.} Teste Plin. *lib.* 4. *c.* 7. quod nomen ab Hyante rege traxisse putantur, vt non obscurè innuit Strab. *lib.* 7. ¶ Hinc deducitur adiectiuum Hyantius, a, um, idem significans quod Bœotius: vnde Actæonem Cadmi nepotem Hyantium cognominat. Ouid. 3. *Metam.*

Quum iuuenis placido per deuia lustra vagantes
Participes operum compellat Hyantius ore.

Hyapea, ὑάπεια, vrbs Phocidis ab Hyapo, ciuis Hyapeus.

[Hyas, adis, ὑὰς ἀδος. signum in fronte tauri, quod ortu suo pluuias efficit: vnde stellæ hyades dicuntur ἀπὸ τοῦ ὕειν, quas Latini suculas appellarunt. Vet. Dict. Quælibet stella illius signi potest dici hyas.]

Hyăs, antis, ὕας, Atlantis filius ex Æthra vxore, qui cùm adhuc puer venationibus sese exerceret, à leone deuoratus est. Huic fuerunt sorores septem à patris nomine Athlantides dictæ: quæ cùm fratris desiderio extabescerent, deorum miseratione in septem stellas conuersæ sunt: quarum pietas ne vllo temporis interuallo obliuione obliteraretur, à fratris nomine Hyades appellatæ sunt. Vide Ouid. *lib.* 5. *Fast.* ¶ Fuit & Hyas Bœotiæ rex, à quo Bœoti aliquando Hyantes fuerunt nominati. Autor Strab. *lib.* 7.

Hyasis, ὕασις, vrbs Libyæ, quæ & Oasis: vnde Hyasites, vel Oasites. Steph. Vide *Oasis.*

Hyba, vel Hybadæ, ὕβα, ἢ ὑβάδαι. Vicus in tribu Leontide. Steph.

Hybandă, ὕβανδα, olim insula fuit Ioniæ, postea maris recessu continenti annexa. Autor Plin. *lib.* 2. *cap.* 89.

Hyberes, Hyberi, & Hyberia, quæ hic vt perperam scripta, sic alieno loco inserta erant. Vide *Iberes, Iberi, & Ibera.*

Hybele, ὑβέλη, vrbs iuxta Carthaginem. Gentile Hybelites.

Hybērnĭă, ὑβερνία, vulgò *Irlandia*, Insula inter Septentrionem & Occidentem solem, dimidio minor quàm Britannia, cui propinqua est. Ab hyberno tempore (vt quidam putant) sic appellata propter hyemis magnitudinem. Hinc

Hybērnĭcŭs, a, um: vt, Mare Hybernicum. Claudianus hanc insulam vocauit Hybernem *in* 7. *Paneg.*

Scotorum cumulos fleuit glacialis Hyberne.

HYBERNUS, a, um, quod est hyemis, hyemalis, brumalis. {χειμερινός. GALL. *D'hyuer.* ITAL. *Inuernale, d'inuerno.* GERM. Winterlich/ das des winters ist. HISP. *Cosa de inuierno.* ANGL. *Of winter.*} vt, Hyberna glacies: quod nomen ab Hyeme deduci aspiratio indicio est. Plin. *lib.* 8. *cap.* 47. Multi hybernos agnos præferunt vernis, Soles hyberni. Virg. 2. *Georg.*

Qui tantùm Oceano properent se tingere soles
Hyberni: vel quæ tardis mora noctibus obstet.

Sueton. *in Calig. cap.* 8. Apud hybernas legiones. Idem August. *cap.* 82. Solis patiens ne hyberni quidem. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 5. Credo te ebibere potesse quatuor fructus massici in vna hora Hyberna addito. Tibull. *lib.* 4.

Seu celer (Sol) *hybernas properat decurrere luces.*

Item,

Aduersis hyberna licet tumeant freta ventis.

Hybērnă, orum, numero plurali, Dicuntur loca in quibus milites hyeme, sicut Æstiua, in quibus æstiuo tempore, commorantur. {χειμάδια. GALL. *Le lieu où on se retire l'hyuer, où on hyuerne.* ITAL. *Luoghi doue inuernano i soldati.* GERM. Winterläger. HISP. *Lugar para inuernar.* ANGL. *Wintering places for souldiers.*} Cæsar, Post hæc legionibus in hyberna deductis, in Italiam profectus est. Cic. *ad Catonem*, Exercitum in hyberna dimisit. Cæsar *lib.* 1. *de bell. ciu.* frumenta in hybernis erant. Tacit. *lib.* 1. Frumentum quod ex hybernis extulerat.

Hybērnācŭlă, orum, Castra hyberna. {τὰ χειμάδια χωρία. GALL. *Le lieu où on se retire l'hyuer.* ITAL. *Luoghi da inuernare.* GERM. Oerter an denen man im winter ist vnd zu wohnen/ als in den stuben. HISP. *Lugar para inuernar.* ANGL. *Wintering places for souldiers.*} Liu. *lib.* 5. *ab Vrb.* Hybernacula etiam, res noua militi Romano ædificari cœpta. Tacit. Cohortes, alæque nouis hybernaculis locatæ. Liuius *lib.* 10. *dec.* 4.

Hyberno, as, Hyemo, hyemem ago, stationem hyberno tempore in aliquo loco habeo. {χειμάζω, παραχειμάζω. GALL. Hyuerner, passer l'hyuer en quelque lieu. ITAL. Inuernare. GERM. Den winterläger haben, sich im winter halten. HISP. Inuernar ò tener el inuierno.} Liu. lib. 7. ab Vrbe. Quia procul ab domo, ac rebus suis hybernassent. Cicero pro lege Manilia. Iam verò quemadmodum milites hybernent, quotidie sermones ac literæ perferuntur. Liuius lib. 10. ab Vrb. Hybernatum ducere. ¶ Dicitur etiam de mari & nauibus, aliisque rebus, quæ hyeme quiescunt. Pers. Satyr. 6.

——mundi nunc Ligus ora
Intepet hybernátque meum mare, qua latus ingens
Dant scopuli & multa littus se valle receptat.

Hybla, vel Hyble, es, Ὕβλα. Ciuitas Siciliæ, circa quam est thymi & salicum copia: ab Hyblone Rege ita dicta, Megara appellata postea. Hanc Strabo à Doriensibus conditam scripsit. ¶ Est etiam huius nominis mons dictæ vrbi proximus, thymo abundans: vnde apes pastæ mel optimum conficiunt. Mart.

Quum dederis Siculis media de collibus Hybla,
Cecropios dicas tu licet esse fauos.

Hyblæus, a, um, Ὑβλαῖος, vt Apes Hyblææ, quæ in Hybla monte pascuntur. Virg. 1. Eclog.

Hyblæis apibus florem depasta salicti.

Hyblon, is, Ὕβλων, Siciliæ regulus, qui Hyblæ ciuitati nomen fecit, quæ postea Megara dicta est. Autor Stephan.

Hybreas, Ὑβρέας. Insignis Orator ex Mylasis Cariæ vrbe: cui quum pater nihil præter mulum lignarium & mulionem reliquisset, illorum opera aliquandiu nutritus, Diotrephi Sophistæ operam dedit: posteaque ad Reipublicæ gubernacula conuersus primatum Euthydami autoritatem obtinuit: quem quum patriæ quidem iam tyrannidem exercere, sed tamen multis vtilitatibus incommodi pensare videret, fertur ei in concione dixisse, Euthydame, malum es ciuitatis pernecessarium. Nam nec tecum viuere possumus, nec sine te. Hic quum Labienus Parthorum auxiliis instructus, in Asiam irrupisset, adolescentulúmque quendam iactantem audiret, se Parthicum imperatorem esse, At ego, inquit, Caricus. Quo eius dicto irritatus Labienus, impetum in vrbem fecit, eáque capta magnificas Hybreæ ædes diruit: (nam ipse fuga se Rhodum subtraxerat) vrbémque ipsam ruinis incendiisque deformauit: verùm quum ille Asiam reliquisset, reuersus Hybreas, ædes suas, vrbémque reparauit. Ex Strab. lib. 14.

Hybris, idos, vel Hybrida, æ. Propriè dicitur sus impatibus prognata parentibus, hoc est, altero fero & altero domestico: quæ tamen appellatio etiam aliis animalibus conuenit, teste Porphyrione, atque adeò ipsis hominibus imparibus editis parentibus. {ANGL. A mungrell, which is engendred betweene two of diuerse kindes.} Plin. lib. 8. cap. 53. In nullo genere æque facilis mixtura cum fero: qualiter natos antiqui hybridas vocabant, ceu semiferos: ad homines quoque, vt in C. Antonium Ciceronis in Consulatu collegam, appellatione translata. Appellatio videtur tracta à Græco nomine ὕβρις, quod inter cætera significat adulterium. Videtur enim esse quædam quasi adulterii species, quum aliquod animal cum alterius generis animali habet consuetudinem. Suet. in Augusto, Themasinum quendam Epicardum vocat hybridam, quod natus esset ex patre Parthico, & matre Romana.

Hybris, ὕβρις. Auis ex accipitrum genere, quæ interdiu minus apparet, quia non clarè videt, sed noctu venatur more aquilæ, cum aquila adeò acriter pugnat, vt sæpius ambæ implexæ deferantur in terram.

[Hycca, ὕκκας, piscis.]

Hyccaron, Ὕκκαρον τὸ, vel Ὕκκαρα τὰ. Oppidum Siciliæ, vbi Laidem meretricem natum aiunt. Gentile Hyccareus, possessiuum Hyccaricus, Stephan.

Hyda, æ, siue Hyde, es, Ὕδη. Oppidum Lydiæ, sub Tmolo monte situm, cuius meminit Hom. in Catalogo. Sunt qui idem esse putent cum Sardibus. Vide Strab. lib. 13.

Hydaræ, Ὑδάραι, Indiæ populi, qui aduersus Liberum patrem pugnarunt. Steph.

Hydarnes, Ὑδάρνης. Fuit nobilis Persa, qui, teste Herod. lib. 3. cum Dario in Smerdim Magum coniurauit. Vide Strab. lib. 11.

Hydaspes, Ὑδάσπης, fluuius Indiæ, qui per Parthos & Medos fluens, in Indiam extenditur, Nysamque vrbem alluens, Indo flumini miscetur. {Ein fluß Indiæ.} Alij non in Indum, sed in mare labi tradunt. Lucan. lib. 6.

Quà vatidus Ganges, quà Nysius Hydaspes.

Dictus ab Hydaspe antiquissimo Medorum rege.

Hyderos, ὕδερος, Aqua subter cutem, quam & Hydropen Græci appellant, vtrumque nomine, ἀπὸ τοῦ ὕδατος, hoc est, ab aqua deducto.

Hydissus, Ὕδισσος, Cariæ oppidum, ita dictum ab Hydisso filio Bellerophontis, & Asteriæ, aliæ Hydea, teste Steph. Huius incolæ dicuntur Hydissenses, Ὑδισσεῖς, quorum meminit Plin. lib. 4. c. 29.

[Hydor, ὕδωρ, ατος, est aqua, ab ὕω pluo, inde oriuntur quædam, quæ ab hydro, & sequente vocali ab hydr incipiunt.]

Hydra, æ, {ὕδρα. ANGL. A water adder.} Serpens in aquis viuens: de quo vide plura in dictione Hydrus. ¶ Est & Hydra promontorium Æolidis, quod Hermæum alteri promontorio aduersum, Elaiticum sinum efficit, Autor Strab. lib. 13. ¶ Item Ætoliæ oppidum, quod postea Lysimachiam appellarunt, teste eodem Strab. lib. 10. ¶ Est præterea huius nominis insula iuxta Carthaginem, vt ex Ephori sententia tradit Steph.

Hydragogus, ὑδραγωγός, qui aquas ducit, aquæ ductor, παρὰ τὸ ἄγειν τὸ ὕδωρ. Vnde & hydragogiæ dicuntur ipsæ aquarum deductiones.

Hydrargyrum, {ὑδράργυρος. GALL. Vif argent. ITAL. Argento viuo, mercurio. GERM. Quecksilber. HISP. El azogue. ANGL. Quicke syluer.} Genus est metalli liquidi, argenteum colorem, liquida verò consistentia aquam referens: vnde & nomen accepit. Latini argentum viuum appellant: argentum quidem à colore: viuum autem à motu. Aristoteles ἄργυρον χυτὸν, hoc est, fusile, seu liquidum argentum vocat. Huius duæ sunt species: nam sive fossitium, & factitium, quod ex minio excoquitur: quod solum Galeno fuit cognitum. Dioscorides vtriusque meminit. Plin. lib. 33. c. 5. argentum viuum ab hydrargyro videtur distinguere, quum ait, Æs inaurari argento viuo, aut certè hydrargyro, legitimum erat. Sed ea controuersia facilè potest tolli, modò intelligamus Plin. illic, quod natiuum, siue fossile esse dicimus, argentum viuum: quod ex minio excoquitur hydrargyrum appellare. Vtraque species perniciem exhalat odorem, aut amque plane exitialem.

Hydramia, Ὑδραμία, vrbs Cretæ: ciues Hydramici. Steph.

Hydraula, æ, Sueton. in Neron. cap. 54. Hydraulam & choraulam præbere, &c.

Hydraulus, masc. gen. {ὕδραυλος. ANGL. A player of organs.} Musicum organum, aquæ decursu sonum reddens. Plin. lib. 9. c. 8. Delphinus non tantum homini amicum animal, verùm musica arte mulcetur, symphoniæ cantu, & præcipuè hydrauli sono.

Hydraulicus, a, um, {ὑδραυλικός. ANGL. Belonging to organs.} vt, Hydraulicum organum. Plin. lib. 7. cap. 37. Laudatus Ctesibius, pneumatica ratione, & hydraulicis organis repertis. Suetonius in Neron. cap. 41.

Hydrea, Ὑδρέα, insula iuxta Trœzenem. Gentile Hydreates, Steph.

Hydrela, Ὕδρηλα, in Caria est. Gentile Hydrelicus. Steph.

Hydrelæum, ὑδρέλαιον. Oleum aquæ commistum, humectandi, molliendi & penetrandi vim habens, vt est autor Gal. lib. 3 simpl.

Hydria, Vrna, vas aquarium. {ἡ κάλπη, ὑδρία. GALL. Cruche à porter eau. ITAL. Vrna d'acqua. GERM. Ein wasserkrug. HISP. Tinaja ò vaso para tener agua. ANGL. A pitcher or potte for water.} Cic. 4. Verr. Dicebant scyphorum paria complura, hydrias argenteas, pretiosam vestem, stragulam, multa mancipia pretiosa Verri data esse. Ibidem, Quum in hydriam sortes coniicerentur.

Hydrocele, {ὑδροκήλη. ANGL. A bursting when water falleth in to the coddes.} Hernia aquosa, quum scilicet aqua in scroto colligitur. Mart. lib. 12. Quem cuncti modo olei timebant Dicentem tumidas in hydrocelas. Inde hydrocelicus, ὑδροκηλικός, qui hydrocele laborat. Vide in dictione Hernia.

Hydrocephalos, ὑδροκέφαλος. Dolor capitis, nascens ex humore intercutem & pericranium, aut certè inter hoc & cranium collecto. Vide Celsum lib. 4. cap. 2.

Hydrochous, ὑδροχόος. Signum cœleste quod Latinè Aquarium dicimus, παρὰ τὸ χέειν τὸ ὕδωρ, hoc est, ab aqua fundenda dictus. {Der wassermann.} Nam qui Astrologiam Poëticam scripserunt, putant hunc fuisse Ganymedem Troianum puerum, Iouis iussu ab aquila raptum, & in mensa deorum miscendæ nectari aquæ præpositum.

Hydrogarum, garum ex aqua. Lampridius in Heliogabalo, Hydrogarum Romanorum ducum primus publicè exhibuit.

[Hydrographia, aquæ descriptio.]

Hydrolapathum, ὑδρολάπαθον, Lapathi genus quod in aqua nascitur. Plinius lib. 20. cap. 22. Sunt qui hydrolapathon tradunt in aqua natum.

Hydromantia, ὑδρομαντεία, Diuinatio quæ fit per aquam. August. lib. 7. de Ciuit. scribit Numam Pompilium hydromantiam fecisse, vt videret imagines deorum, vel ludificationes dæmonum à quibus audiret quid in sacris constituere atque obseruare deberet. Quod genus diuinationis Varro à Persis dixit illatum, quo & ipsum Numam, & Pythagoram Philosophum fuisse vsum commemorat.

Hydromeli, {ὑδρόμελι. ANGL. Meade or metheglin made of water and honie sodden together.} Aquæ mulsæ genus, ex imbre purissimo, & melle temperatum, & iam vetustate vini saporem referens. Nam quod recens est, & ad præsentem vsum confectum, melicraton potiùs nominatur. Plin. lib. 31. cap. 6. Hydromeli quoque ex imbre puro cum melle temperabatur quondam, quod daretur appetentibus vinum ægris. Vide Marcellum Virg. in Dioscor. lib. 5. cap. 9.

Hydromelon, ὑδρόμηλον. Liquoris genus ex melimelitis portione vna, & duabus aquæ confectum, insolatis simul per Canis ortum. Diosc. lib. 5. cap. 21.

Hydromphalos, ὑδρόμφαλος, Torpidi humoris in vmbilico collectio.

[Hydromyla, ὑδρομύλη, mola, quæ vi aquæ rotatur.

Hydromystes, qui aquæ lustrali in vestibulo templi præfectus ineuntes aspergebat. Buleng.]

Hydrophanta, ὑδροφάντης, qui aquarum scaturigines perquirit, siue irrigandis agris, siue potus causa. Hinc Hydrophantica, æ, aquæ inquisitio, quo vocabulo vsus est is, qui de re rustica ad Constantinum Cæsarem scripsit, lib. 2. c. 5. Alciat. lib. 11 παρέργ. cap. 4.

Hydrophobia, ὑδροφοβία, quam Latinè interpretari possumus Aquæfugam morbi genus, quum æger supra modum aquam expauescit: quod accidere solet iis, qui à rabido cane fuerunt morsi. Hoc morbi genus attigit Ouid. de remed. amoris,

Tollere nodosam nescit medicina podagram:
Nec formidatis auxiliatur aquis.

Hinc hydrophobi, ὑδροφόβοι, dicti ægri, qui aquam expauescunt, hoc est, quos canis rabidus mom orderit. παρὰ τὸ φοβεῖσθαι τὸ ὕδωρ. Plin. lib. 29. cap. 5. Est limus saliuæ sub lingua rabiosi canis, qui datus in potu, fieri hydrophobos non patitur. ¶ Cornelius Celsus lib. 6. cap. 27. genus morbi esse dicit in quo simul æger & siti, & aquæ metu cruciatur. Alij mutata vna litera Hygrophobiam vocant, quod omnem liquorem metuat. Alij Cynolyssum veluti ex rabie canina morbum conceptum. Qui hoc morbo laborant, vocatur à Plin. lib. 24. cap. 5. Hydrophobi. Ab aliis Phobodipsi quasi cum timore sitient. Polybius Phegydros vocat, quòd aquam fugiant. Aurelianus Aquifugas. Tertull. in lib. de Res. Lymphatos vocat quos aquæ necauerunt, aut formidine, vel metu exercuerunt.

[Hydrophobus, qui aquam timet.

Hydrophorus, ὑδροφόρος, aquarius, aquæ portator.

Hydrophylaces, aquarij, aquarum custodes, & aquæ ductuum. Cornuch.]

Hydropiper, ὑδροπέπερι. Herba circa stagnantes aquas, aut quæ pigrè lapsa fluunt, nascens caule geniculato, robusto, multis alis concauo: foliis menthæ maioribus, candidioribus, teneriori basique, gustu piperis amaro. Fructum gerit aetem in ramulis secundùm folia, continenti acinorum serie congestum, vuæ modo. Dictum hydropiper, teste Galeno, à piperis sapore, & locis aquosis, in quibus nascitur, quasi piper aquatile,

aquatile. Ruellius eam esse existimat, quam vulgus herbariorum falso nomine *Eupatorium* appellat.

Hydropótēs, Aquæ potator, qui aquam bibit. {ὑδροπότης. GALL. *Boy l'eau.* ITAL. *Beuitor d'acqua.* GERM. Ein wassertrincker. HISP. *Beuedor de agua.* ANGL. *A drinker of water.*} Cyrus apud Xenophontem, monet suos, vt consuescant aquam bibere, vt fiant hydropotæ.

Hydrōps, is, generis masculini. {ὕδρωψ. GALL. *Hydropisie.* ITAL. *Hydropisia.* GERM. Die wassersucht. HISP. *Hydropesia, enfermedad de humor aguoso.* ANGL. *The dropsie.*} Morbum significat, qui Latinè dicitur aqua intercus, quòd sub cute aqua nascatur, qua corpus turgescit. Horat. 2. *lib.* 1. *Carm.*

Crescit indulgens sibi durus hydrops:
Nec sitim pellit, nisi causa morbi
Fugerit venis, & aquosus albo
Corpore languor.

Huius tria sunt genera, tympanites nomen habens à tympano instrumento musico, quum corpus spiritu magis, quàm aqua distenditur, pulsatúmque tympani sonum reddit. Ascites, ἀπὸ τοῦ ἀσκοῦ, hoc est, ab vtre, quum alimenta in aquam conuertuntur, quæ inter intestina & tunicam, quam peritonæon vocant, velut in vtrem colligitur. Tertium genus omnium periculosissimum, & penè incurabile vocant leucophlegmatiam, vel hyposarca, qua solidæ corporis partes in aquam resoluuntur, adeò vt corpus pallidum reddatur, & cadaueri simile. Vide Celsum *lib.* 3. *cap.* 21. ¶ Ab hydrops fit *hydropicus.* {ὑδρωπικός. GALL. *Hydropique.* ITAL. *Hydropico.* HISP. *Enfermo de hydropesia.*} qui hydrope laborat. Horat. 1. *Epist.* 2.

Si noles sanus, cures hydropicus.

Hydrōpĭsĭs, is, ὑδρώπισις, idem quod hydrops, hoc est, aqua intercus. Plin. *lib.* 20. *c.* 1. Sic & contra phthiriasim bibitur, & hydropises.

Hydrosĕlinum, ὑδροσέλινον. Apium palustre, quod & eleoselinum appellatur.

Hydrŏentĕrŏcēlē, ὑδροεντεροκήλη. Herniæ genus, quum & intestinum in scrotum delabitur, & aqua ibidem colligitur.

Hydruntum, i, ὑδροῦς, vulgò *Ottranto.* Oppidum extremum agri Salentini, apud Plin. *lib.* 3. *cap.* 11. quod à Stephan. & Strab. Hydrûs appellatur.

Hydrŭs, & Hydra, ὁ ὕδρος, ἡ ὕδρα. GERM. Ein wasserschlang. ANGL. *A water serpent.*} Genus anguium in aqua degentium, quorum hydrus mas, hydra fœmina. Plin. *lib.* 29. *cap.* 4. In orbe terrarum pulcherrimum anguium genus est quod in aqua viuit, hydri vocantur, nullis serpentium inferiores veneno. Ælianus *lib.* 9. autor est, in Corcyra hydras procreari, quæ se retrorsum ad insequentes retorquent: & grauem odorem exhalantes, insectatores reprimunt. Magis varius, quàm Hydra, ποικιλώτερος ὕδρας. De callidis ac dolosis, quòd hydra serpens sit versicoloribus notulis distincta. Aptè dicetur in vafros ac versipelles, aut etiam parum sibi constantes. ¶ Hydram finxerunt poetæ esse multorum capitum in Lerna palude: quorum aliquot excisis, totidem continuò renascebantur: quæ tandem ab Hercule & sagittis & igne interfecta fertur. ¶ Hydram secare, ὕδραν τέμνειν est, ita vnum aliquod incommodum tollere, vt in eius locum alia plura recipias. Accommodari poterit ad eos, qui litibus inuoluuntur nunquam finiendis.

Hydrus, untis, vide suprà *Hydruntum.*

Hydrūsă, ὑδροῦσα. Duarum insularum nomen in mari Ægæo, quarum altera notiore nomine Andros, *Andro*, altera, Ceos appellatur. Hydrusæ ab aquarum vbertate appellatæ. Vtriusque meminit Plin. *lib.* 4. *cap.* 12.

Hyĕlē, ὑέλη, Oppidum Lucaniæ, iuxta Palinurum promontorium, à Phocensibus conditum, teste Herod. *lib.* 1. postea Elea, deinde Helia, & postremò Velia appellata. Vide Strab. *lib.* 6.

Hyĕms, is. Pars anni frigidissima, media inter Autumnum & ver. {חרף *chóreph* סתו *sethán.* χειμών. GALL. *Hyuer.* ITAL. *Inuerno, inuernata.* GERM. Der winter. HISP. *El inuierno.* ANGL. *VVinter.*} Suet. *in Cæs. c.* 35. Hyeme anni. Virg. 1. *Georg.*

——*hyemes optate serenas Agricolæ.*

ἀπὸ τοῦ ὕω, pluo: quòd id tempus anni pluuiosum sit. Varr. ab hiando deriuat, quòd anima quæ à nobis afflatur tum appareat. Spiritus enim noster quum spiramus hyeme, quasi in nebulam concretus cernitur. Ouid. *Eleg.* 10. *lib.* 3. *Trist.*

At cùm tristis hyems squallentia protulit ora.

¶ Pro glacie. *ibid.*

Tum neque se pandi possunt Delphines in auras
Tollere conantes dura coërcet hiems.

¶ Interdum accipitur pro tempestate, procella, siue ventorum impetu. Idem *Eleg.* 10. *lib.* 1. *Trist.*

Improba pugnat hyems.

¶ Hyems pro anno: vt Sexta hyems, id est, sextus annus. Martial. 5. 38.

Sextam peregit hyemem, nec tamen totam.

¶ Hyeme pro in hyeme. Cic. 1. *de diuinat.* Campos & montes hyeme & æstate peragrantes. ¶ Hyeme Gallica frigidior, Petronius Arbiter. Ego autem frigidior hyeme Gallica factus, nullum potui verbum emittere.

Hyemo, as, are, Hyemem perago, stationem hybernam aliquo in loco habeo, hyberno. {חרף *charáph*, παραχειμάζω. GALL. *Hyuerner, passer son hyuer.* ITAL. *Inuernare.* GERM. Wintern, das winterläger halten, im winter wohnen. HISP. *Inuernar ò tener inuierno.* ANGL. *To winter, to lodge, rest, or mak abode in winter tyme.*} Cæs. 1 *bell. Gall.* Duásque ibi legiones conscribit, & tres, quæ circum Aquileiam hyemabant, ex hybernis educit. Cic. *pro Font.* Cn. Pompeius maximus atque ornatissimus hyemauit in Gallia, M. Fonteio imperante. Horat. 1. *Epist.* 17.

——*Mediis hyemat mercator in vndis.*

Hyemare, pro Hyemis incommoda perferre, dixit Suet. *in Aug. c.* 72. ¶ Hyemare item in tertiis duntaxat personis, interdum verbum est ex iis, quæ Grammatici exceptæ actionis appellant: quorum actio soli Deo, vel naturæ conuenit: cuiusmodi sunt, pluit, ningit, & similia: quæ interdum sola ponuntur sine nominatiuo, qui facilè in iis intelligitur: interdum eundem habent expressum. Sic aliquando dicimus hyemat, absolutè, χειμάζει, id est, hyems viget, vel frigus vehemens est. Colum. *lib.* 11. *cap.* 2. Quinto Calendas Nouembris Vergiliæ occidunt, hyemat cum frigore & gelicidiis. Interdum expresso nominatiuo Deus, natura, ventus, sydus, vel dies hyemat. Plin. *lib.* 18. *cap.* 28. Delphini, vespertini Occasu continui dies hyemant. Col. *lib.* 11. *cap.* 2. Auster, aut Africus hyemat. ¶ Hyemare interdum pro affligi incommodo hyemis, quam vocem in Salust. notauit Seneca *in August. c.* 72. Assiduéque in vrbe hyemaret.

Hyĕmātĭo, nis, Hyemis traductio. {παραχειμασία. GALL. *Hyuernage, quand on passe l'hyuer.* ITAL. *Il passare l'inuerno.* GERM. Winterung, erhaltung über den winter. HISP. *Obra de inuernar.* ANGL. *A wintering.*} Varr. 3. *de re rust. c.* 16. Vt ne plus tertia pars eximatur mellis, reliquum hyemationi relinquatur.

Hyematus, a, um, Particip. χειμασθείς, Plin. *lib.* 9. *cap.* 20. Autumnali sidere, vt palàm est, hyemato lacu, fluctibus glomeratæ voluuntur multitudine.

Hyemalis, e, Hybernus, vt hyemalis dies. {χειμερινός. GALL. *D'hyuer.* ITAL. *Inuernale, cosa do inuerno.* GERM. Winterlich. HISP. *Cosa del inuierno.* ANGL. *VVinterly, berenging to winter.*} Colum. *lib.* 11. *c.* 1. Hyemalis vis. Cicer. 5. *Tusc.* In ea tamen gente primùm hi qui sapientes habentur, nudi ætatem agunt, Caucasi niues hyemalémque vim perferunt sine dolore. Hyemalis nauigatio, & minimè portuosa, apud eundem *in Epist. famil.*

Hyerus, vide *Hierus.*

Hyēttŭs, ὑηττός, vicus Bœotiæ, quem nonnulli Aspledonem nominant: ab Hyetto quodam Argiuo nomen habens, siue (vt aliis placet) ab eo quòd iugibus rigetur pluuiis. Vide Steph.

Hygāssŭs, ὕγασσος, Cariæ ciuitas, apud Steph. à qua campus vicinus Hygasseus appellatur.

Hygrīs, ὑγρίς, Sarmatiæ Europææ oppidum, inter Lycum & Poritum fluuios. Vide Ptol. *tabul.* 8. *Europa.*

Hygrŏmplāstră, ὑγρέμπλαστρα, Liquida emplastra: sicut xeria. ξηρά. quæ sunt arida. Ex Galeno. Vtitur & Plin. *lib.* 34. *cap.* 15. Præcipua tamen commendatio eius in hygremplastro ad purganda vulnera fistulásque.

Hylāctŏr, ὑλάκτωρ, nomen vnius ex canibus Actæonis: ἀπὸ τοῦ ὑλακτεῖν, hoc est, latrando. Ouid. 3. *Metam.*

——*& acuta voce Hylactor.*

Hylæā, ὑλαία, Sarmatiæ regio syluosa, non procul à loco quem Achillis cursum nominant: à qua vicinum mare Hylæum appellatum est. Vide Herod. *lib.* 3.

Hylæus, ὑλαῖος, Centauri nomen, à syluis deductum. Virg. 8. *Æneid.*

——*tu nubigenas inuicte bimembres,*
Hylæúmque Pholúmque manu, tu Cressia mactas Prodigia.

Hylās, ὕλας. Filius fuit Theodamantis, quem Hercules rapuit. Quum enim ex Calydonia occiso OEnei pincerna fugeret, venissetque cum Deianira & Hyla filio ad Dryopes, & esurienti puero quum Lychas pædagogus abesset, à Theodamante aliquid cibi postulasset, ille autem denegasset, arreptum vnum ex bobus Theodamantis mactauit, atque coxit. Quam ob rem Theodamas, conuocatis popularibus, arma aduersus Herculem mouit: & quamuis in ea pugna ferè oppressus fuerit Hercules, tamen victoriam obtinuit, & occiso Theodamante, Hylam filium eius secum abduxit, quem postea vnicè dilexit, secúmque cum reliquis Argonautis Colchos nauigans duxit. Verùm quum inter remigandum Hercules remum suum fregisset, vnà cum Hyla naui egressus est, vt alium in Mysiæ syluis quæreret. Inualescente autem æstu, quum siti premeretur, Hylam cum vrna mittit ad Ascanium fluuium, vt inde sibi aquam afferret. Verùm quum ripa altior esset, quàm vt stans haurire posset, procumbens in pectus Hylas, vrnam è manibus amittit: quam quum subitò recipere conaretur, pondere eius demersus est. Quæ res poëtis occasionem præbuit fabulandi, Hylam à Nymphis fuisse raptum. Hercules autem quum Hylas nusquam compareret, casum eius tam ægrè tulit, vt relictis Argonautis, Mysiam totam oberrans, Hylam quæreret. Iuuenal. *Sat.* 1.

Et multum quæsitus Hylas, vrnámque secutus.

Vnde locus factus prouerbio, Hylam inclamas, ὕλαν κραυγάζεις, de frustra vociferantibus, aut in genere, de nihil proficientibus.

Hylatæ. ὑλᾶται. Populi Syriæ Cœles, apud Plin. *lib.* 5. *c.* 23.

Hylāx, actos, ὕλαξ. Nomen canis, ἀπὸ τοῦ ὑλακτεῖν, hoc est, à latrando.

[Hyle, ὕλη, silua, quòd humida, ab ὕω. Deinde est materia, quæ suppeditat materiam, h. e. ligna. Est etiam lignum ὕλη: vnde possit duci GERM. holtz.]

Hyllarima, ὑλλαρίμα. Oppidum Cariæ, supra Theostrotonicium, patria Hieroclis ex athleta philosophi. Ciuis Hyllarimæus. Steph.

Hyllēēssă, ὑλλήεσσα, Paros vna Cycladum olim vocabatur. Est etiam Zacynthi epitheton. Steph.

Hylluala, ὑλλουάλα, vicus Cariæ, vbi Hyllus interiit, cum templo Apollinis. Alla apud Cares equum significat. Stephanus. Aliàs Hylluxa.

Hyllŭs, ὕλλος Suidæ. Filius fuit Herculis ex Melita Ægæi fluminis filia: à quo Hyllinenses populos, & Hyllicum portum denominatum tradunt. ¶ Hylus, simplici l, alius fuit filius Herculis ex Deianira, qui Iolen, patre mortuo, vxorem duxit, vt ait Ouid. *lib.* 9. *Metam.* Hic postea cum cæteris fratribus, qui ex Hercule superstites fuerunt, ab Eurystheo pulsus, Athenas confugit, ibique Misericordiæ, vel Clementiæ templum condidit, quod & accepti ab Atheniensibus beneficij testimonium, & miseris in posterum asylum esset, & perfugium. Seneca *in Hercul. OEtæo.* Si vera pietas Hyle quærenda est tibi, Iam perime matrem. Hyllus item Straboni *lib.* 3. Fluuius est Lydiæ, in Hermum influens, qui postea Phrygius appellatus est.

Hylonŏmē, es, ὑλονόμη. Mulier ex genere Centaurorum, Cyllari Centauri vxor, quæ mortuo marito gladio suo incubuit.

Hylŭs, ὕλος. Filius Herculis ex Deianira: de quo copiosiùs egimus in dictione *Hyllus.*

Hymari & Ætnæ filius Gelon. Steph. *in* γέλα.

Hymbĕr, bris, vide *Imber.*

Hymēn, ὑμήν. A veteribus accipiebatur pro tenui membrana, quæ in fœminis tanquam virginitatis claustrum est: eam autem primo coitu rumpi putauerunt: quanquam inter rei Anatomicæ peritos

satis constat, in virginum dissectionibus pelliculam eiusmodi nullam inueniri.

Hymen, pro Deo nuptiarum præside, qui & Hymenæus, & coniunctis dictionibus Hymen Hymenæus dicitur. Catullus *in Epithalamio*, Hymen, ô Hymenæe Hymen, Hymen ô Hymenæe.

Hymenæus, ὑμέναιος, Deus nuptiarum putatus est, ἀπὸ τοῦ ὑμένος, hoc est, à membrana quæ claustrum virginitatis esse, & primo coitu rumpi putabatur. Hic Veneris & Liberi filius dictus est, vel (vt quidam aiunt) ex Vrania progenitus, qui primus certas nuptias instituerit. Alij putant Hymenæum virum Atticum fuisse, qui raptas à latronibus virgines, parentibus intactas restituit: ideóque hanc vocem nuptialem factam apud Græcos, quemadmodum Romani in nuptiis virginalibus Thalassij nomen inuocabant. Alij dicunt hymenæum fuisse quendam iuuenem, qui die nuptiarum ruina oppressus interiit. Vnde postea institutum, vt expiationis gratia nominaretur in nuptiis. Sunt etiam qui putent Hymnum ipsum in virginalibus nuptiis cantari solitum, vocari hymenæum. Terent. *in Adelph.* —hoc mihi in mora est, Tibicina, & hymenæum qui cantent: vbi Donatus, Sic accipe, inquit, hymenæum in nuptiis, quemadmodum θρῆνον in funere, vel in sacris hymnum. ¶ Accipitur etiam pro ipsis nuptiis. Catull. *de com. Beren.* Qua rex tempestate nouis auctus Hymenæis. Virg. 1. *Æneid.*

Pergama quum peteret, inconcessósque hymenæos.

Hymera, vide *Himera.*

Hymēttŭs, ὑμηττὸς Stephano & Suidæ, per duplex tt. Mons Atticæ clarissimus, semper florens, cuius mel Plin. scribit esse pretiosissimum. Mart. *lib.* 14.

Hoc tibi Thesei populatrix misit Hymetti
Pallados à syluis nobile nectar apis.

Hymēttiŭs, a, um, adiect. ὑμήττιος Stephano, quod est ex Hymetto monte. Plinius *lib* 36. *cap.* 3. Lucius Crassus orator, primus peregrini marmoris columnas habuit Hymettias. Erant autem columnæ ex Hymetto monte excisæ, nam ex hoc monte pulcherrimum marmor effodiebatur.

Hymnŭs, cantus in laudem alicuius. {זמרה zimráh מזמור mizmór. ὕμνος. Gall. *Cantique, ode, chanson, vers à la louange de quelqu'un:* Ital. *Hinno laude, canzone.* Germ. Ein lob oder lobgsang. Hisp. *Loor y alabança que se canta à Dios.* Angl. *An hymne made to the praise of a god.*} Mart. *lib.* 11.

Inuitus puerum fatetur hymnus.

Hymnĭfer, adiect. {ὑμνοφόρος, ὑμνοποιὸς, ὑμνοφόρος. Gall. *Qui porte odes, chansons, & louanges, lyrique.* Ital. *Che porta laude, canzone.* Germ. Der lobgsang fürt oder übt. Hisp. *El que trae loor è alabança.* Angl. *That bringeth hymnes.*} vt, Vultus Orphei hymniferi, Ouidius 11. *Metam.*

Hyope, ὑόπη, vrbs Matienorum (fortè Matianorum) Gentile, Hyopeus, enus, ites. Vellitti sunt vt Paphlagones. Steph.

Hyops, ὕωψ, vrbs in Iberia Chersonesi, non procul à Lesiro fluuio. Inde Hyopus. Steph.

Hyŏscyămŭs, {ὑὸς κύαμος. Gall. *Du hanebane ou iusquiame.* Ital. *Dente cauallino, disturbio.* Germ. Bilsamkraut. Hisp. *Velena.* Angl. *Henbane herbe.*} Herba quam Latini Apollinarem appellant. Vulgus *fabam porcinam* vocat, vel *iusquiamum.* Col. *lib.* 7. Est ὑοσκύαμος, cuius semen detritum, & cum vino datum, prædicto vitio medetur. Plin. *lib.* 20. *c.* 17. Colligitur succus eius, vt hyoscyami.

Hyŏscyămĭnŭs, a, um, ὑοσκυάμινος. Quod est ex hyoscyamo: vt, Oleum hyoscyaminum, quod ex hyoscyamo decoquitur. Plin. *lib.* 23. *c.* 15.

Hyŏsĭrĭs, ὑόσιρις. Herba est intubo similis, sed minor, & tactu asperior: quæ vulneribus contusa præclarè medetur. Plin. *lib.* 27. *c.* 10.

Hypacaris, Scythiæ fluuius.

Hypæă, ὑπαία, Massiliensium insula, vna Stœchadum. Autor Plinius *lib.* 3. *cap.* 5.

Hypælochij, ὑπαιλόχιοι, gens Molossica. Steph.

Hypæpæ, arum, ὕπαιπα Stephano & Straboni, Lydiæ oppidum, quod occurrit à Tmolo monte ad Caystri campestria iter facienti. Nomen ei est (vt inquit Stephanus) quoniam sub Æpo monte sita est, Veneri sacra est, eò quòd pulchræ fœminæ ibi visantur. Ouidius *de Arachne.*

Orta domo parua, paruis habitabat Hypæpis.

Hypæthră, ὕπαιθρα, siue Hypæthria, teste Budæo. {Angl. *Places open aboue not couered ouer.*} Loca sunt aperta, quasi sub æthere constituta, quæ Latinè subdialia vocare possumus, quòd sub Dio, hoc est, sub Ioue, & sine tecto sint. vide Budæi Annotationes *in Pandectas.*

Hypāgōgĕsĭs, ὑπαγωγεῖς. Instrumentum quo lapides expoliuntur.

Hypāgum, Nonnulli credunt esse nauticum instrumentum, adducti, vt opinor, manca & deprauata Plinij lectione, quam ex *lib.* 7. *cap.* 56. adducunt ad hunc modum, Velum Icarus, malum & antennam Dædalus, hypagum Salaminij, aut Pericles Atheniensis. Ex quo loco atque ex iis quæ præcesserant de antennis & velis, coniecturam fecerunt, hypagum etiam esse instrumentum nauticum. Sed isti profectò si paulò vlterius progressi essent, legendo hypagum, siue potiùs hippagum (vt nos legendum docebimus) nauis genus esse, non instrumentum nauticum animaduertissent. Subdit enim Plinius, Tectas longas Thasij, &c. Illud enim videri vult Plinius, nauim illam, qua ad transuehendos equos vtimur, à Salaminiis, aut certè à Pericle fuisse inuentam, quemadmodum nauim tectam à Thasiis. Hoc autem nauigij genus, ἱππαγὸς à Græcis vocatur, quod nos ι, in a longum mutato hippagum vocamus. Polyb. *lib.* 1. Ἐπὶ δὲ τούτοις ἐπέθεσαν τὰς ἱππηγοὺς, ῥυμουλκὸν διδόντες ἐξ αὐτῶν ταῖς τῷ τρίτῳ στόλῳ ναυσὶν, hoc est, Post hæc disposuerunt hippagos, dantes ex iis lora, & funes tractorios nauibus, quæ in tertia classe erant. Ex his constat hippagum esse nauigij genus ad transuehendos equos accommodatum.

Hypāllăgē, ὑπαλλαγή. Figura est, quam nos suppositionem vertere possumus, vel submutationem, quum scilicet vnum pro altero subiicitur: vt quum agere dicimus, quod patimur, aut contrà: aut quum aliud quiduis præposterè efferimus: vt, Trade rati ventos, pro Trade ratem ventis.

Hypănĭs, ὕπανις, fluuius Scythiæ, ex magna palude profluens, sapore dulcissimo, donec ad quadragesimum milliare miscetur ei exiguus fonticulus. Exampæum nominat Herod. *lib.* 4. qui sua amaritudine totum corrumpit Hypanim. Ouid. 15. *Metam.*

Quid non & Scythicis Hypanis de montibus ortus,
Qui fuerat dulcis, salibus vitiatur amaris?

¶ Est & alter eiusdem nominis fluuius in India, cuius meminit Strabo *lib.* 15. Ad quem referri potest illud Propertij,

Quantum Hypanis Veneto distat ab Eridano.

Hypana, ὕπανα, Triphyliæ ciuitas, apud Strab. *lib.* 8.

[Hypapante, es, ὑπαπαντὴ & ὑπαντὴ festum occursûs, quod in Ecclesia Occidentali *purificationis* appellatur.]

Hypărchŭs, ὕπαρχος, Præfectus prouinciæ, vel exercitus, cuius potestas & autoritas superiorem potestatem agnoscit: vnde & illi imperandi ius, & prouinciam administrandi: quasi {ὑφ' ἑτέρῳ ἄρχων. Angl. *That hath the ouersight and charge in doing any thing.*} Eiusmodi erant legati in exercitu, qui sub Imperatore rem gerebant & prouinciarum Præsides à Principe, vel Senatu constituti.

Hypătă, ὕπατα, καὶ ὑπάτη, Ænienſium ciuitas, teste Stephano. Sunt autem Ænienses, Ætoliæ populi, Perrhæbis finitimi, teste Plinio *lib.* 4. *cap.* 2. ¶ Est item Hypata Bithyniæ regiuncula, ad Sangarium fluuium, teste Stephan.

Hypătŏs, ὕπατος, Phœnices fluuius, apud Melam *lib.* 1. ¶ Hypaton item Græci Consulem appellant, & Hypatiam Consulatum: & Hypaticon consularem. Verùm hæc quòd nostro instituto parum conueniant, ex Græco potiùs Lexico petenda relinquimus.

[Hypatus, a, um, ὕπατος, η, ον, summus, principalis.]

Hypatia, ὑπατία. Mulier Alexandrina, Theonis Geometræ filia, & vxor Isidori Philosophi, quæ magno & frequenti auditorio varia disciplinarum genera in patria professa est. Suidas.

[Hypeccauma, ὑπέκκαυμα, fomes.]

Hypĕcoŏn, ὑπήκοον. Herba in segetibus aruísque nascens, foliis rutæ, ramis exilibus, vires papaueri proximas habens. Alio nomine Hypopheon appellant.

Hypelate, ὑπελάτη. Lauri species, quam quidam laurum Alexandrinam, alij daphnem, alij carpophylum vocant. Vide Plinium *lib.* 15. *cap. vlt.*

[Hypenemius, a, um, ὑπηνέμιος, ον (ab ἄνεμος, ventus) cui subest ventus: vt]
Hypenemium ouum, ὑπηνέμιον ᾠὸν, dicitur ex quo nihil gignitur, cuiusmodi sunt quæ gallinæ citra coitum, ipsæ sibi venerem figurantes. A quibusdam & Zephyrum ouum dicitur. Latini ouum irritum, & ventosum appellant. Plin. *lib.* 10. *cap.* 58. Et ipsæ autem inter se (si mas non sit) æquè saliunt, patiúntque oua irrita, quæ hypenemia Græci vocant.

Hypēnŏr, ὑπήνωρ, Troianus, quem, teste Hom. *lib.* 5. *Iliad.* Diomedes in bello occidit.

Hypēnŭs, ὑπηνος. Athleta qui primus diaulo vicit. Pausan.

[Hyper, ὑπὲρ. Vnde Latinum *super*, spiritu aspero in s verso. Cum hac præpositione sequentes quædam dictiones componuntur.]

Hypăraspistes, {מגן *maghén*, ὑπερασπιστὴς.} Latinè propugnator & defensor. ἀπὸ τοῦ ὑπερασπίζειν, quod est scuto protegere. Vnde hyperaspistes dicitur, qui velut scuto aliquem protegit. ἀσπὶς enim apud nos scutum sonat. Hieronymus *in præfat.* Quum Aristæus eiusdem Ptolemæi hyperaspistes, & Iosephus non multò pòst nihil tale retulerint. ¶ Hoc nomine vocauit Desid. Erasmus Roterodam. libros suos de libero Arbitrio aduersùs M. Lutherum.

Hypērbăsĭs, ὑπέρβασις, Latinè transgressio verbi, interprete Quintiliano *lib.* 8. *cap.* 6. quam frequenter ratio comparationis & decoris poscit. Fit enim frequentissimè aspera & dura, dissoluta, & hians oratio, si ad necessitatem ordinis sui verba redigantur. Longius ergo verbum propriè hyperbaton est. Insigne huius exemplum est illud apud Virg. 12. *Æneid.*

Interea reges (ingenti mole Latinus
Quadriiugo vehitur curru, cui tempora circum
Aurati bis sex radiis fulgentia cingunt:
Solis aui specimen bigis it Turnus in albis
Bina manu lato crispans hastilia ferro:
Hinc Pater Æneas, Romanæ stirpis origo,
Sydereo flagrans clypeo, & cælestibus armis,
Et iuxtà Ascanius, magnæ spes altera Romæ)
Procedunt castris.

Quo in exemplo post octauum demum versum nominatiuo redditur verbum. Vide Macrob. *Sat. lib.* 6. *c.* 6. Dicitur Hyperbaton, ἀπὸ τοῦ ὑπερβαίνειν, quod est transcendere.

[Hyperberetæus, mensis October apud Macedones & Asiæ populos: vt Iosephus & Suidas tradunt. Sed Galenus apud Pergamenses Septembrem esse docet.

Hyperbibasmus, figuræ nomen, cui accentus aut litera ex vna syllaba in aliam transfertur.]

Hypērbŏlē, es, ὑπερβολὴ, dici potest eminentia, vel (vt ait Cicero) Superlatio: à Quintiliano Superiectio interpretatur: à quibusdam Excessus ab ὑπερβάλλω, quod est extendo, supero, excedo. Est enim Hyperbole figura, quum sententia aliqua fidem excedit augendæ rei gratia: vt, Niue candidior, & Fulminis ocyor alis. Item, Volantis Te folij sonitus terret: &, Vix ossibus hærent. Virg. 12. *Æneid.*

Qui candore niues anteirent, cursibus auras.

Cic. *in Topic.* In hoc genere Oratoribus & Philosophis concessum est, vt muta etiam loquantur, vt mortui ab inferis excitentur, aut aliquid quod fieri nullo modo possit augendæ rei gratia dicatur, aut minuendæ: quæ hyperbole dicitur. Vide Quint. *lib.* 8. *c.* 6.

Hyperbolicus, a, um, ὑπερβολικὸς, i. excessiuus, & Hyperbolicōs, aduerbium.

Hyperbolus, homo improbissimus Athenis. Plutarch. *in Alcibiad.*

Hypērbŏrĕi, ὑπερβόρειοι, Montes & Populi Septentrionales: ita dicti, quòd supra Boreæ flatum siti esse crederentur. Festus, Hyperborei supra Aquilonis flatum habitantes dicti: quoniam humanæ vitæ modum excedant, viuendo vltra centesimum, quasi ὑπερβαίνοντες ὅρον humani seculi. Ferunt magnam his de cælo clementiam concessam

eſſe, auras ſpirare ſalubres, nihil noxij flatus habere, domos eſſe nemora, victum arbores miniſtrare, diſcordiam neſcire, ægritudine non inquietari, ad innocentiam omnibus æquale votum eſſe, mortem accerſere, & voluntario interitu obeundi tarditatem caſtigare. Sed hæc fabuloſa ſunt, Diodorus oppoſitam Celtis Oceani accolis eſſe inſulam ſcribit, haud multò Sicilia minorem, valde fertilem, & biferam, hoc eſt, bis quotannis fructus ferentem: habitarique ab his qui Hyperborei appellantur: eò quòd vento Boreæ ſunt expoſiti Hyperborei, inquit Pomponius Mela, ſuper Aquilonem Rhiphæóſque montes ſub ipſo ſyderum cardine iacent, vbi ſol non quotidie, vt nobis, ſed primùm verno æquinoctio exortus, autumnali demum occidit: & ideò ſex menſibus dies, & totidem aliis nox vſque continua eſt. Terra anguſta, aprica, per ſe fertilis, cultores iuſtiſſimi & diutiùs quàm vlli mortalium & beatiùs viuunt, &c. Hactenus Mela. Plura de his vide apud Plin. *lib.4.cap.12.*

Hypĕrcătălēctĭcum metrum, ὑπερκαταληκτικόν, cui vna ſyllaba, vel duæ ſuperſunt. Virg. 1. *Æneid.*

Alloquitur Venus, ô qui res hominúmque deúmque.

Et Horat.

Sylua laborantes gelúque.

Illud dialecticum hypercatalecticum eſt: hoc iambicum hypercatalecticum.

Hypĕrdĕxĭon, ὑπερδέξιον, Regio Leſbi eſt, vbi Iupiter Hyperdexius, & Minerua Hyperdexia coluntur. Steph.

Hypĕrēchĭus, ὑπερέχιος, Alexandrinus Grammaticus ſub Martiano principe, ſcripſit de nominibus & verbis, & de orthographia. Suidas.

Hypĕrēă, ſiue Hyperia, ὑπέρεια. Fons Theſſaliæ, apud Plin. *lib.4.c.8.* Meminit huius fontis & Strab. *lib. 9.* qui eum in medio collocat Metaleuſe, quod oppidum eſt Phæreorum in Theſſalia.

Hypĕrēſĭă, ὑπερησία. Oppidum eſt Achaiæ propriè dictæ, cuius meminit Hom. *in Catalogo*, & Strab. *lib.9.*

Hypĕrĭcum, {ὑπερικόν. ANGL. S. *Iohnes wort.*} Herba eſt odore reſinam imitans (vnde & chamæpitys à quibuſdam appellatur) quæ digitis trita ſuccum ſanguineum emittit: qua ex cauſa ἀνδρόσαιμον à Græcis cognominatur. Vulgus *Perforatam*, ſeu *Herbam diui Iohannis* nominat.

Hypĕrĭdēs, ὑπερείδης, Athenienſis orator, æmulus Demoſthenis, iuſſu Antipatri execta lingua interfectus. Plut. *in vita Demoſthenis.*

‖Hyperinus, a, um, ὑπέρινος, ον, minimum purgans.‖

Hypĕrmnēſtră, ὑπερμνήστρα, vna ex quinquaginta Danai filiabus, quæ quum totidem Ægiſthi filiis nupſiſſent, iuſſæque eſſent à patre prima nocte maritos interficere, ſola ex omnibus maritum ſuum Lynceum nomine ab inſidiis liberauit, qui poſtea Danaum occidit. Extat inter Epiſt. Ouid. vna Hypermneſtræ ad Lynceum virum.

Hypĕrīōn, ὑπερίων, Hyperionis in genitiuo, ἀπὸ τοῦ ὑπὲρ, καὶ ἰὼν, quod eſt eo, à poetis vſurpatur pro Sole: quamuis alij Solis patrem eſſe tradant. Ouid. *lib. 1. Faſt.*

Placat equo Perſis radiis Hyperiona cinctum.

Diodorus ſcribit Hyperiona Saturni fratrem fuiſſe, Cæli filium, qui Solis & Lunæ, aliorúmque aſtrorum motus, horáſque primùm ſumma cura obſeruationéque à ſe percepta, cæteris noſcenda tradidit: ideóque horum parentem nominatum eſſe, veluti ipſorum naturæ contemplatorem. Cic. *in Prognoſt.* Vt quum Luna means Hyperionis officit orbi. ¶ Inde fit adiectiuum

Hyperionius, ‖a, um, ad Hyperionem pertinens.

Hyperionides, ὑπεριονίδης, Hyperione natus.‖

Hypermeter, & Hypermetrus, ὑπέρμετρος. Dicitur verſus vna ſyllaba redundans, quæ plerunque à prima ſylla ſubſequentis verſus incipiente à vocali, abſumitur. Virg. *lib. 1. Georg.*

Aut dulcis musti Vulcano decoquit humorem,
Et foliis undam, &c.

Hypĕrŏchă, ὑπεροχή, exuperantia. Scæuola *l. pen. D. qui pot. in pign.* poſt primum contractum tuum, antequam aliam pecuniam tu crederes, eidem debitori Seius credidiſſet quinquaginta, & hyperocham huius rei, quæ tibi pignora data eſſet, obligaſſet. Et *infrà*, Vtrùm tibi cederet pignoris hyperocha, id eſt, Quanti pluris eſt pignus quàm debiti ſumma: quatenus pretium pignoris debiti ſummam exuperat.

‖Hyperpaſidium, locus per quem neceſſariò tranſitur. Lex. gr. b.

Hyperpyron, numi genus. L. g. b.

Hyperthesis. Gl. ὑπέρθεσις, dilatio, procraſtinatio, craſtinatio, fruſtratio, mora, immora, cunctatim. ὑπερθετικός, ſuperlatiuus, fruſtrator, differens. Grammaticis etiam hyperthesis eſt tranſpoſitio literæ.

Hyperthyrum, oberthür/vberſchwell/ ſuperliminare, limen ſuperum.

Hyertimon, tributi genus. L. g. b.

Hypertimus, titulus Metropolitani. Idem.‖

Hyphĕăr, ὕφεαρ. Arcadum dialecto dicitur, quod Latini viſcum vocant, præſertim qui in abiete, & larice gignitur. Vide Plin. *lib.16. cap. vlt.* & Theophraſtum *lib.1. de cauſ. plantarum.*

Hyphēn, {מקף *makkáph.* ὑφὲν.} Subunio Latinis dicitur ex ὑπὸ ſub, & ἓν vnum: quum duæ dictiones proferuntur ſub vno accentu. Notatur autem linea ab vltima primæ dictionis litera ad primam ſequentis ſubducta. Virg. 1. *Æneid.*

——*Neque enim ignari ſumus ante malorum.*

Vbi Seruius, Ante-malorum, ὑφὲν eſt. Terent. *in Andr.*—& heri ſemper-lenitas Verebar quorſum euaderet. Vbi Donatus, Semper-lenitas, hyphen.

Hypius, ὕπιος, ὁ vel ἡ, vrbs eſt & fluuius, ſub Pontica Heraclea. Item Hypij montes ſunt, quorum incolas Myſos eſſe aiunt. Gentile Hypianus. Stephan.

Hypnālē, ὑπναλὶς, Aſpidi genus, ſolo ſomno, citráque vllum doloris ſenſum hominem necans: cuius morſu ſibi Cleopatram mortem conſciuiſſe, autor eſt Solinus. Galenus ptyadem appellat, propterea quòd ceruicem erigens, ex interuallo venenum expuat. De eo aſpidis genere intellexit Ouid. *in Metam.*

Plenaque ſomniferis ſerpens peregrina venenis.

Peregrina eſt Cretæ, ſed Ægypti indigena. De aſpidis generibus 3. vide apud Aëtium *lib.13.* & Nicandrum.

Hypobarus, i, ὑπόβαρος, Indiæ fluuius, à Septentrione in orientalem fluens Oceanum, iuxta quem Cteſias montem ſyluoſum eſſe tradidit, cuius arbores electrum exudarent. Vide Plin. *lib.37. cap.2.*

‖Hypobolon, dotis eſt incrementum, vel quod mortuo marito vxori ſuperſtiti redditur ſupra dotem, quod eſt inſtar donationis propter nuptias.

Hypobolicus, a, um. Sidon. *lib.5. ep.1.* Mater puellæ pro hypobolicis inſtrumentis cœpit actionem repetundarum velle proponere.

Hypobrychium, ſubuerſio. Tertull.

Hypocauſis, fornacula, caminatáve, ſeu concameratio, vbi ignis ſuccenditur, vnde aqua calefit.‖

Hypŏcaustum, i, {ὑπόκαυστον. GALL. *Eſtuues, lieu eſchauffé par deſſous pour ſuer.* ITAL. *Stufa, luogo da ſudare.* GERM. Stuben oder badſtuben. HISP. *Eſtufa, lugar para ſudar.* ANGL. *A bath ſtewe, or heate houſe.*} Locus ad ſudandum, παρὰ τὸ ὑποκαίειν, hoc eſt, è ſuccendendo. Solent enim hypocauſta ſub pauimento habere fornaces, quibus accenſis ipſa calefiant. Latinè dicitur Vaporarium, ab excitandis vaporibus. Papinian. *lib. Syl.* Tenuem voluunt hypocauſta vaporem. Plinius *ad Callum*, Applicitum eſt cubiculo hypocauſtum perexiguum, quod anguſta feneſtra ſuppoſitum calorem, vt ratio exigit, aut effundit, aut retinet. Vitruuius appellat hypocauſim. tradit enim facienda eſſe ahena ſupra hypocauſim tria, caldarium, tepidarium, frigidarium.

Hypŏchălcĭs, ὑποχαλκὶς, vrbs Ætoliæ in Europa. Gentile Hypochalcideus. Sita ſub Chalcide monte, Steph. in Hypochalcis & Hypothecæ. Vide *Chalcis.*

Hypŏchysĭs, ſiue Hypochyma, ὑπόχυσις ἢ ὑπόχυμα. Morbus eſt oculorum, quem Latini ſuffuſionem appellant. Eſt autem (teſte Ægineta) effuſio humorum lentorum inter corneam tunicam & cryſtalloidem congelatorum.

Hypŏchōndrĭă, ὑποχόνδρια. Partes ſunt laterales, vtrinque nothis coſtis ſubiectæ, hepati & lieni ſuperiacentes, quas Latini præcordia vocant. Dicta hypochondria, quod ὑπὸ τῷ χόνδρῳ, hoc eſt, ſub cartilagine ſitæ ſint. Plin. *lib.30. c.5.* Præcordia vocamus vno nomine exta in homine: Græci quoniam ſub chondro, hoc eſt, ſub cartilagine ſunt, hypochondria.

Hypŏcĭstĭs, ὑποκιστίς. Quiddam eſt mali punici cytinis non diſſimile, ſub ciſto frutice naſcens, vnde & nomen accepit. Plin. duo facit hypociſtidis genera, candido & rufo colore ea diſtinguens, *lib.26. c.8.*

‖Hypoclesium, qui Imperatoris partes in Eccleſiaſticis obibat. L. g. b.

Hypoclunes, carnes ſub clunibus ad femora. Poll.‖

Hypocriſis, {חנופה *chanuphah.* ὑπόκρισις. GALL. *Hypocriſie, ſimulation.* ITAL. *Simulatione, hypocriſia.* GERM. Ein annemmung vnd nachfolgung eines andern geſtalt/gleiſſnerey. HISP. *Simulacion, ypocriſia.* ANGL. *Hypocriſie.*} vt Budæus interpretatur, eſt ſimulatio alienæ perſonæ, quum ſcilicet quis ▪ alium videri cupit, quàm eſt, ἀπὸ τοῦ ὑποκρίνεσθαι, quod inter cætera ſignificat ſimulare. Hinc in Comœdiis, Tragœdiiſque actio ipſa vocatur hypocriſis, quòd actores alias ſimulant perſonas. ¶ A Rhetoribus item hypocriſis appellatur, quam Latini pronuntiationem, ſeu actionem vocant, in geſtu motúque præcipuè conſiſtentem: cui Demoſthenes primas, ſecundas, & tertias tribuit.

Hypocrită, {חנף *chanéph.* ὑποκριτής. GALL. *Hypocrite, diſſimulateur.* ITAL. *Simulatore, hipocrita.* GERM. Der einer andern perſon geſtalt annimpt/ein gleiſſner. HISP. *Simulador y fingidor, ypocrita.* ANGL. *An hypocrite.*} eodem Budæo interprete, eſt ſimulator alienæ perſonæ: vnde hiſtriones, & mimi, planipedes, & ſi qui alij ſint fabularum actores, qui perſonam aliquam aſſumunt, propriè vocantur hypocritæ. ¶ De eo etiam vſurpatur qui actores inſtruit & docet. Suet. *in Neron. c.24.* Non aliter confirmatus eſt, quàm adiurante hypocrita, non animaduerſum id, &c. ¶ Transfertur tamen etiam ad eas perſonas, quæ aliud in pectore gerunt, aliud in ore: quúmque ſe probos, pióſque videri cupiant, longiſſimè tamen abſunt ab ea perſona quam ſimulant.

‖Hypodia, vide *Hypopodium.*

Hypodiaconus, ὑποδιάκονος, inferior diaconus. Vide in Meurſ. Græcob.‖

Hypŏdĭăstŏlē, ὑποδιαστολὴ, quam nos ſubdiſtinctionem vocare poſſumus, eſt dextra pars circuli ad imam literam in fine dictionis applicata, qua nota Græci malè cohærentia diſcernunt.

Hypŏdĭdăſcălŭs, ὑποδιδάσκαλος. {GALL. *Vn ſecond maiſtre, ſouſmaiſtre.* ITAL. *Repetitore, ſecondo maeſtro.* GERM. Ein lehrmeyſter der vnder einem andern iſt/ein prouiſor. HISP. *Repetidor, ſegundo maeſtro.* ANGL. *An huiſher or ſubſtitut in theaching.*} Dicitur is quem vulgus in ludo literario *ſubmonitorem* vocat, vel *coadiutorem*: ſic dictus παρὰ τὸ ὑφ᾽ ἑτέρῳ διδάσκειν, hoc eſt, ab eo quod ſub alio doceat. Cic. *ad Papyr.* Sella tibi erit in ludo tanquam hypodidaſcalo.

Hypŏdytēs, æ, ὑποδύτης. Interior veſtis, ſiue ſubucula, & propriè Pontificum, vt inquit Hieronymus: ἀπὸ τοῦ ὑποδύεσθαι, quod eſt ſubinduere.

Hypŏgēă, orum, {ὑπόγεια. GALL. *Lieux ſous terre.* ITAL. *Luoghi ſotto terra.* GERM. Oerter/oder gemach vnder der erden/als die keller ſeind. HISP. *Lugares ſubterraneos.* ANGL. *Places vnder the earth a dungeon in a priſon.*} Loca ſubterranea dicuntur à Græcis: quæ dictio frequens eſt apud Ioſephum & Hegeſippum, Hypogeorum (inquit Budæus) appellatio complectitur cellas vinarias, carnarias, olearias, penuarias, promptuarias.

Hypogēſon, ὑπόγεισον, Herba aizoi, ſedi & ſemperuiui maioris nominibus notior: ita dicta quòd in ſubgrundiis naſcatur. Græci namque partes tecti prominentes γεῖσα appellant.

‖Hypogloſſum, frutex. H.P.‖

Hypoglottis, idis, ὑπογλωττίς. Caruncula qua lingua cohæret inferiori parti oris: dicta quòd ſub lingua ſita ſit.

‖Hypogonatium, ὑπογονάτιον, quod genibus ſubſternebant preces facturi. Vide Gloſſ. gr. b. Meurſij.‖

Hypŏmnēmă, tis, {ὑπόμνημα. GALL. *Commentaire, expoſition.* ITAL. *Comento, eſpoſitione.* GERM. Ein auffzeichnung etlicher dingen der gedächtnuß halb. Item, Ein erklerung. HISP. *Gloſa, ò expoſicion.* ANGL. *An expoſition or comment.*} & hypomnematum, i, ſumitur pro interpretatione & commentariis. Cicer. *Tironi*, Multum mihi eripitur operæ in exſcribendis hypomnematis. Plin. *lib.7. cap.5.* Cuius commenta,

quæ

quæ appellantur Græcè ὑπομνήματα, sub nomine Democriti falsò produntur.

‖Hypomnematicus, a, um, ὑπομνηματικός, ή, όν, commentarius, a, um, ad memoriæ subsidium factus.

Hypomnematographus, ὑπομνηματογράφος, à Strabone *lib.* 17. inter ciuitatis Alexandrinæ magistratus nominatur Cuiac. in Cod. *tit.* 31.59. ait, Latinè posse dici, Commentariensem qui nominationem ad munera ciuilia faceret.

Hystomochlium, ὑπομόχλιον, id quod vecti subiicitur, vt obnisu suo vectem adiuuet.‖

Hypóphĕŏn, ὑπόφεον. Herba est in segetibus aruisque nascens, rutæ foliis, ramis exilibus, succum emittens papaueris viribus proximum. Alio nomine hypecoon dicitur.

‖Hypopodium, ὑποπόδιον, scabellum, quod pedi supponitur. Cuiacius *hypodia* interpretatur quæ sub pedem sedentibus ponuntur, quæ interdum etiam scamna vocantur. *lib.* 3. *D. de supell. leg.*‖

Hypópyŏn, ὑπόπυον. Oculi morbus, quum pus sub cornea tunica colligitur. In qua significatione per y, in penultima scribi debet, quum ἀπὸ τοῦ πύου, hoc est, à pure deducatur. ¶ Hypopion autem per i nostrum, antepenultima producta, ὑπώπιον, liuor est sub oculis contingens, à sanguine compressis venulis, exeunte, & sub cute permanente, cuiusmodi vitia Latini sugillata appellant.

Hypŏsphăgmă, ὑπόσφαγμα, sanguinis subter cutem diffusio contingens ex ruptura venæ, ictu, fuste dirove alio corpore illato. Galenus αἱματώδη ὑπόχυσιν, id est, sanguineam suffusionem appellat.

Hypŏstăsĭs, ὑπόστασις. Substantia, siue natura subsistens. Vna Theologis hypostasis in Trinitate diuina, idem est quod ἰδίωμα, & πρόσωπον, quam personam Latini nominant. ¶ Hypostasis item à medicis dicitur vrinæ fæx in ima matulæ parte subsidens.

Hypŏthēcă, {עֲרָבוֹן *herabón.* ὑποθήκη. GALL. *Gage.* ITAL. *Pegno.* GERM. *Ein pfand.* HISP. *La prenda que se da.* ANGL. *A pledge, a gage.*} Latinè pignus, teste Martiano, Inter pignus, inquit, & hypothecam tantùm nominis sonus differt: cui assentitur Valla. Cicero *ad Thermum*, Cures velim vt aut de hypothecis decedat, easque procuratoribus Cluuij tradat, aut pecuniam soluat. Iurisconsulti tamen inter hypothecam & pignus sæpissimè distinguunt: vt illa sit rei immobilis, quæ solo adhæret: hoc verò rei mobilis, quæ tradi manu potest.

Hypŏthēcārĭŭs, adiect. {נוֹשֶׁה *noschéh.* ὑποθηκικός, ὑποθηκάριος, ὑποθήκην λαβών. GALL. *Qui a gage, fourni ou garni de gage.* ITAL. *Chi presta danari su pegni.* GERM. *Dem man pfand einsetzt, oder die von einer schuld wegen nimpt.* HISP. *El que tiene prenda.* ANGL. *That hath a pledge.*} vt, Hypothecarius creditor. Vlp. *in l.* 1. §. *sciendum est autem. ff. de separ.* Hypothecaria actio. *l.* 3. *ad exhib.*

Hypothecæ, ὑποθῆκαι. Vocatæ sunt Pornix in Bœotia. Alij oppidum quoddam esse aiunt à loci situ ita nominatum. Steph.

‖Hypopompi, productores, Comites. Buleng.

‖Hypothema, basis, fultura. Gloss. ὑπόθεμα subpostorium.‖

Hypŏthĕsĭs, {ὑπόθεσις. ANGL. *A mater, argument or cause to write or dispute on.*} Suppositio, scopus, institutum Vnde accipitur pro argumento totius operis præcipua capita paucis perstringente. ¶ A Rhetoribus item hypothesis dicitur quæstio finita, circa quam totius disputationis cardo versatur. Nam quæ infinitæ sunt, & generaliter proponuntur, theses appellantur. Si itaque in deliberationem veniat, Num omnino ducenda sit vxor, thesis erit: sin hoc in contentionem adducatur, Num Catoni Martia ducenda sit, hypothesis censebitur. Cic. *in Top.* Quod Græci hypothesin vocant, nos causam ex definito quæstionum genere. Idem *Attic.* Hypothesin hanc habent, eamque præ se ferunt, clarissimum virum interfectum, Remp. perturbatam.

‖Hypotheticus, a, um, hypothesim habens, conditionalis.

Hypotheticè, conditionaliter.‖

Hypŏthўrā, ὑπόθυρον, ἡ ὑποθυρίς, apud Vitruu. pro valuarum ciuitate & inanitate accipitur.

Hypothicos, (quod hic pro vestis genere corruptè legebatur.) Vide *Hypodytes.*

‖Hypotrachelium, ὑποτραχήλιον colli pars infra ceruicem, & intra ὠμοπλάτας. Translatè autem est scapi pars, quæ sub astragalo est.

Hypotrimma, ὑπότριμμα, bellaria arida.‖

Hypŏzeuxĭs, ὑπόζευξις. Subconiunctio, figura zeugmati contraria, quum singulis sensibus tribuitur propropria clausula. Virg. 10. *Æneid.*

Regem adit, & regi memorat noménque genúsque,
Quidve petat, quidve ipse ferat, &c.

A verbo Græco ὑποζεύγνυμι, quod est subiicio, vel subiungo.

Hypselis, ὑψηλίς. Vicus Ægypti, quem inhabitant Hypselitæ. Sunt etiam Hypselitæ in vico quodam Thraciæ, Steph.

Hypsēnŏr, ὑψήνωρ. Fuit, teste Hom. *lib.* 5. *Iliad.* filius Dolopionis, qui sacerdos Scamandri, in tanto honore habitus fertur, vt tanquam diuinum quoddam numen coleretur, ac si deus quidam fuisset. Illum Eurypylus in bello Troiano interemit.

Hypsicrătēă, ὑψικράτεια, Mithridatis regis vxor, insigne coniugalis fidei exemplar, quæ maritum à Pompeio victum, attonsis capillis, virilique habitu assumpto, per loca inculta, ferásque gentes, infatigabili corporis animique robore sequuta est.

Hypsipyle, ὑψιπύλη, Lemni regina Thoantis filia, quæ quum reliquæ mulieres eius insulæ omnes viros ex communi sententia occidissent, sola patrem seruauit. Ob quam pietatem è Lemno eiecta capta à Piratis dicitur, & Lycurgo Thraciæ regi vendita: quo liberaliter habita, & nutriendo filio eius præposita est. Nam paulò ante fugam gemellos pepererat, quos conceperat ex Iasone, quem in Colchos nauigantem hospitio simul & lecto exceperat. Postea quum Argiuis ad Thebanam expeditionem proficiscentibus Langiam fontem ostensura, Archemorum alumnum humi deposuisset, ea absente adrepens serpens puerum interemit: quo nomine quum à Lycurgo ad supplicium quæreretur, ab Adrasto, cæterisque Argiuis seruata est. Vide Statium *in Theb.* & Ouid. *in Epist. Heroid.* Propert. *lib.* 1.

‖Hypsistarius, sectæ genus. Hesich. Lex. gr. b.‖

Hypsus, untis, ὕψους, Lycaonis filius condidit Thyræum Arcadiæ vrbem. Stephan. Est & Hypsus Arcadiæ vrbs. Idem.

Hyrcānĭă, ὑρκανία, Regio Asiæ, magna ex parte plana, & præclarissimis vrbibus insignis, quarum celeberrimæ sunt Talebrota, Samatiana, Carta & Tape: adeo autem fertilis & opulenta, vt vitis vini metretam ferat, & ficus sexaginta modios ficorum; frumentum ex semine nascatur, quod cadit ex culmo, in arboribus mellificetur, perfluat mel ex oleis. Dicta Hyrcania, ab Hyrcana Sylua, quæ Scythiæ subiacet. Habet ab Oriente mare Caspium, à Meridie Armeniam, à Septentrione Albaniam, ab Occasu Iberiam. In ea regione pantheræ, pardi, & tigres abundant, quum syluis aspera sit.

Hyrcānus, a, um, ὑρκανός. vt, Mare Hyrcanum, *Mar de Bacan.* homines Hyrcani. Hieronymus, Hyrcani volucribus & canibus semiuiuos proiiciunt. Virg. 4. *Æneid.*

——— *Hyrcanaque admorunt vbera tygres.*

Hyreus, ὑριεύς. Rusticus quidam Bœotius, qui quum Iouem, Mercurium, & Neptunum hospitio suscepisset, iussus petere quicquid vellet, mox voti compos futurus: respondit se quidem nihil æquè cupere ac filium, vxorem tamen ducere nolle. Quo intellecto, tres dij in bubulum tergus, quod ille iuuenco detraxerat, quem Ioui recens immolauerat, lotium reddidêre: ex quo decimo mense natus est puer, quem ille, ἀπὸ τοῦ οὔρου, hoc est, ab vrina, Vrionem vocauit: qui postea primæ literæ mutatione Orion dictus est.

Hyria, ὑρία. Insula est Ionij maris, ante Peloponnesum, alio nomine Zacynthus dicta. Autor Plin. *lib.* 4. *cap.* 12. ¶ Fuit præterea Hyria Bœotiæ oppidum, in agro Tanagræo, autore Plin. *lib.* 4. *c.* 7. & Strab. *lib.* 9. ¶ Item aliud in Iapygia, à Cretensibus conditum, cuius meminit Herod. *lib.* 7.

Hyrmine, ὑρμίνη. Oppidum in ea parte Achaiæ propriè dictæ, quæ Eleorum agro proxima est. Autor Plin. *lib.* 4. *cap.* 5.

Hyrnithium, ὑρνίθιον. Parua regio in Epidauro, cui nomen dedit Hyrnitho, filia Temeni. Gentile Hyrnithios. Steph. *in Pausania lib.* 2.

Hyrtăcŭs, i, ὕρτακος. Oppidum Cretæ, apud Stephan. ¶ Fuit præterea hoc nomine Troianus quidam ex Ida monte, pater Nisi, vnus ex comitibus Æneæ, qui à nomine patris Hyrtacides appellatur à Virg. *lib.* 9. *Æneid.*

Hysais, ὑσάϊς. Insula parua & magna Æthiopum: Insulares Hysaitæ. Stephan.

Hysbæ, es, ὕσβη, Lydiæ oppidum, apud Steph. à quo deducuntur gentilia Hysbæus & Hysbites.

Hyscana, ὕσκανα, τά. Vrbs Illyriæ: gentile Hyscaneus. Steph.

‖Hysge, ὕσγη, nomen herbæ.‖

Hysginum, ὕσγινον. Plantæ genus, quo color tingitur coccineo similis: vnde Græci vestes ὑσγινοβαφεῖς appellant, hoc est, hysgino tinctas. Plin. *lib.* 35. *cap.* 7. Quare Puteolum potius laudatur, quam Tyrium, aut Getulicum, aut Laconicum: vnde pretiosissimæ purpuræ. Causa est, quòd hysgino maximè inficitur, rubiamque cogitur sorbere.

Hysia, æ, vel Hysiæ, arum, ὑσία, αἱ ὑσίαι, Bœotiæ oppidum, colonia Hyreorum, à Nicteo Antiopes patre condita: de hac Thucydides *lib.* 3. Est & alia regio sedes Parthorum. Gentile Hysicus. Est item vicus Argiuus Thucydidi: Characi verò ciuitas. Vnde Hysiates, tis. Item Arcadiæ vrbs, denique Rhysia, fortè Hysia, vrbs Bœotiæ. Steph. Vide *Hyria.*

Hyssōpŭs, {אֵזוֹב *ezób.* ὕσσωπος. GALL. *Hyssope.* ITAL. *Hissopo.* GERM. *Isop oder Ispen.* HISP. *Hyssopo, hyssopillo.* ANGL. *Hysope.*} fœminini generis, & Hyssopum, neutri, cum y, & gemino ss, vt quibusdam videtur. Herba notissima, pulmoni valde vtilis. Columell. *lib.* 6. *cap.* 10. Veterem tussim sanant duæ libræ hyssopi macerati sextariis aquæ tribus. Plin. *lib.* 25. *cap.* 11. Hyssopum in oleo contritum phthiriasi resistit & prurigini in capite. Columell. *lib.* 7. *cap.* 5. Remedio sunt hyssopus & sal, æquis ponderibus contraria. ¶ Apud Macrum legitur hysopum vnico s, duobus prioribus syllabis contra artis præceptiones correptis. Est (inquit) hysopum siccum, calidúmque, & tertius illi est in vtrisque gradus.

Hyssōpītēs, hyssopitæ, mascul. gen. ὑσσωπίτης. Vinum factitium ex hyssopo, sicut Myrtites, ex myrto: Absinthites, ex absinthio. Columell. *lib.* 12. *cap.* 35.

Hystăspēs, ὑστάσπης, Darij Persarum Regis filius ex Atossa Cyri filia: cuius meminit Herod. *lib.* 7. ¶ Fuit & ante hunc alter eodem nomine, Arsamenis filius, & Darij pater: de quo idem Herod. *lib.* 1.

Hystĕră, ὑστέρα. Latinè vocantur Secundæ. Sunt autem folliculi quibus infans inuolutus prodit in lucem, & quicquid infantem ex vtero sequitur.

Hystĕrĭcæ, ὑστερικαί. Dicuntur mulieres quæ vteri suffocatione laborant, in quibus sensum pulsúmque per interualla nullum, aut certè perexiguum percipere possumus: quam affectionem hystericam appellant, ἀπὸ τῆς ὑστέρας: quo nomine Græci matricem, vel vterum significant.

‖Hysterologus, ὑστερολόγος, est qui ὕστερα λέγει, posteriore loco verba facit. Item qui prius dicit, quod posterius est. Inde‖

Hystĕrŏlŏgĭă, ὑστερολογία. Loquutio præpostera: figura eadem cum ea quæ dicitur hysteron proteron, quum scilicet quod priore loco dicendum erat, posterius dicitur.

Hystĕrŏn prŏtĕrŏn, ὕστερον πρότερον. Est figura quum sententiæ ordine commutatur, vt,

Postquam altos tetigit fluctus, & ad æquora venit.

nam prius ad æquora venit, quàm tangeret fluctus.

Hystrix, ὕστριξ Suidæ, hystricis, Animal est spinis contectum ex herinaceorum genere. {GALL. *Porc espic.* ITAL. *Porco spinoso, cinghiale.* GERM. *Meerschwein, stachelschwein.* HISP. *Puerco espin.* ANGL. *A porcupine, a beast so called that casteth prickes frome him as men, as it were arrowes.*} Plin. *lib.* 8. *c.* 35. Hystrices generat India, & Africa spina contectas ex herinaceorum genere: sed hystrici longiores aculei, & quum intendit cutem, missiles. Ora vrgentium figit canum, & paulò longiùs iaculatur. Hybernis autem se mensibus condit, &c. ¶ Hystricis seta, θρὶξ ὕστριχος, dici poterit dicterium acriter in quempiam tortum.

Hytenna, ὕτεννα. Vrbs Lyciæ. Steph.

Hythmitæ, ὑθμῖται. Populi iuxta Lybernos & Cyopios. Steph.

Hytēnĭă, ὑτηνία, vide *Tetrapolis.*

NOTÆ ANTIQVORVM.

H Honestas, hæc, hæres, homo, haber, hora. HA. Hadrianus, hora. H.ÆD.Q.C.P.AM.FE. hoc ædificium quod cernis prudens amator fecit.
H.B. hæres bonorum. H.B.F. homo bonæ fidei.
HC hunc. HC.AM.N. hunc amicum nostrum. HC.L. hunc locum. HC.L.RO. hunc locum Romanum. H.COG. hæredem cognitorem, hæredem cognouit. HC.V. huic vitæ.
H.D. hic dedicauit. H.DD. hic dedicarunt, hic dedicant. H.D.D. hoc dono datur. H.D.M. hæc domus mortui.
H.E.M. TBNR. hoc est memoria Tribunorum. HER. S. Herculis sacrum.
H.F hic fundauit, honesta fœmina, fortuna, fundat.
H.I. hæreditatis iure, hercle iurauit, hic inuenies. HIC.IN.ÆDF.REG. hic inuenies ædificium regale. HIC.LOC.HÆR.NON. SEQ. hic locus hæredem non sequitur.
H.L.N. honesto loco natus. H.L.H.N.S. hic locus hæredem non sequitur.
H.M. honesta mulier, hora mala, hora mortis, hoc monumentum. H.M.AD.H.N. TRAN. hoc monumentum ad hæredes non transeat. H.M.D.M.A. huic monumento dolus malus absit. H.M.H.E.N. SEQ. hoc monumentum hæredes eius non sequuntur. H.M.M. hic memoria mirabilis. H.M.P. hic memoriæ posuit, hic monumentum posuit. H.M.S.M. hic mater sua mortua, vel hora mala sumpsit moram. H.M.S.S.E.H.N.S. hoc monumentum sine successoribus eadem hæreditate non succedit. H M. hymnus.
HO. homo, honestus. HO.H. homo honestus. HOM. homo. H.HON. homo honestus. HOR.VI. hora sexta. HOS. hostis. H. HO.S. hic hora secunda.
H.P. honesta persona, honesta puella, hora pessima, hic posuit.
HR.PSS hæreditatis possessor. H.PS. hora pessima. HR hæres. H.R. honesta ratio. H.R.I.P. hic requiescit in pace.
H.S. hora secunda, hic sita, hic sunt, hostia sacrilega. HSB. hostibus. H.S.E. hic sepultus est, hic situs est. H.S.H.N.S. hoc sepulcrum hæredes non sequuntur. H.SPL.M.A. hæc sepultura modo aucta. HSS. hostes. H.S. hostes sacrilegi. H.S.S. hic sepulti sunt. H.S.V.F.M. hoc sibi viuens fieri mandauit. HS. sestertium.
HV. huius. H.V. honesta vita. H.V.B.P. herus verus bonorum possessor.

I

I Vocalium nulla sonum edit exiliorem, quare inter cæteras consorores non immeritò postremæ est notæ, etsi producitur. Hoc enim indicauit Plato: accommodum ait elementum esse ad exprimendas res subtiles ac penetrabiles: declarant hoc, vt ipse ait, *ἰέναι*, *ἵεσθαι*, ac similia. Dum profertur, ictu quodam petit vltimos dentes, quos genuinos appellant, nascitúrque circa primores dentes collisio spiritus, neque os multum aperitur, neque tamen hoc præstant, vt os illustriore & hilariore sono renideat. Quod Virgilius plurimis in locis ostendit, sed in hoc maximè cognosci potest, *Olli* subridens dixit, non Illi, quum subiuncturus esset ridendi nomen, à quo natura literæ I longa aliena est. Hæc causa videtur mutatæ literæ: si enim propter magnificentiam solùm fieret, quam postulat heroici carminis maiestas, hanc causam affert Phauorinus Gellianus, cur istuc magis fiat hic, quàm in aliis. Rursus alio in loco Virgilius quum narraturus esset ex persona Æneæ excidium Troianum, in exordio in cæsuris principalioribus locum dedit huic elemento:

Eruerint Danai quæque ipse miserrima vidi,
Et quorum pars magna fui.

Huius tamen literæ exilitas non ita exanguis, nec semper tristis, vt non suo loco amœnitatis, vel primùm adducat venusta gracilitate: qua de causa apud Latinos non rarò in locum emigrat accita. Auget sonum & diminuit, sicuti cæteræ vocales, de quibus suprà dictum est. Litera vocalis est, quæ etiam consonans fieri consueuit: & modo pro simplici consonante, modò pro duplici accipitur. Pro duplici consonante accipitur, quando in eadem dictione ponitur in medio duarum vocalium, ita vt posteriori cohæreat in eadem syllaba: vt Maius, Pompeius, Peius. Simplex autem consonans esse intelligitur, quoties in principio ponitur dictionis, ita vt cum sequente vocali cohæreant in eadem syllaba, aut quoties subsequitur immediatè aliquam consonantem: vt, Ianus, coniuro. Notandum tamen i literam pro consonante aspirari non posse, quum nulla consonans ante aspirationem accipere valeat. Vnde Hierosolyma sex syllabarum est, Hiuleus trium. E & I, commutari sæpe, docet Gell. *c.*19. *lib.*10. ‖I, quoque in V, mutatum apud antiquos, vt Decimus *decumus*, Maximus *maxumus*.‖

I A

Ia, *Ἴα*, filia fuit Athlantis, soror Maiæ, matris Mercurij, de qua Homerus *lib.*14. *Odyss.* ¶ Item Ia, *ἴα*, Græci vocant violas: vnde Ianthina vestis, vide infrà.

‖Iaca, *Iaca.* V.E. Hispaniæ, sub A. Cæsaraugustano.‖

Iacchus, *Ἴακχος*. Nomen Bacchi ab *ἰακχῶ*, clamo, canto, vocifero: nam qui Baccho sacrificabant, vlulatibus & clamoribus omnia implere solebant. Virg. *Eclog.*7.

Populus Alcidæ gratissima vitis Iaccho.

¶ Ponitur quandoque pro vino. Idem 6. *Eclog.*

Inflatum hesterno venas, vt semper Iaccho.

IAceo, es, ui, iacêre, ex *κεῖω*, *κεῖμαι*. Cubo, decumbo, reclino, prostratus sum. {שכב *schachàb* רבץ *rabàts*. *κεῖμαι*, *ἐῤῥίμμαι*. Gall. *Estre couché ou estendu, gesir.* Ital. *Giacere, stargiu.* Germ. *Ligen.* Hisp. *Tazer, ò estar echado ò acostado.* Angl. *To lye, to extende out orbe of length.*} Virg. *in Buc.*

Silenum pueri somno videre iacentem.

Idem 7. *Eclog.*

Strata iacent passim sua quæque sub arbore poma.

Ouid. *Eleg.*2. *lib.*5. *Trist.*

Mens tamen ægra iacet.

Ibid. *Eleg.*3. *lib.*3.

Dura in regione iacenti. (id est, ægro.)

Ibid. *Eleg.*1. *lib.*2.

Nec mihi credibile est quenquam insultare iacenti,

Plaut. *in Amph.* Quis est hic senex, qui ante ædes nostras sic iacet? Dicimúsque, iaceo in strato, iaceo humi. Liu. *lib.*3. *bell. Pun.* Humi iacentes inter custodias stationesque militum circunspexerunt. Iacere in luto. Vide *Lutum*. Plaut. *Curc. sc.*2. *a.*5. In merito iam iacebis, nisi mihi argentum redditur. Ouid. *Eleg.*2. *lib.*3. *Trist.*

Hic ego, qui iaceo tenerorum lusor amorum.

Plaut. *Men. sc.*4. *a.*1. Si cades non cades quin cadam tecum. Iacentes tollet aliquis. Idem *Pseud. sc.*1. *a.*5. Vultis vt me iacentem hic aliquis tollat? *Ibid. sc.*2. *a.*1. Pernam, Callum, glandium facito in aqua iaceant, (id est, macerentur.) Ouid. 13. *Metam.*

Opposui molem clypei texique iacentem.

¶ Quandoque accipitur pro situm esse. Salust. In medio campus iacet aquis vndique scatens. Brutus *ad Ciceronem*, Quem locum volo tibi esse notum: iacet inter Apenninum, & Alpes, impeditissimus ad iter faciendum. Ouid. *Eleg.*7. *lib.*4. *Trist.* Iacent inter me & te montes, flumina, campi, maria. ¶ Quandoque mortuum esse atque adeò sepultum. Lucan. *lib.*8.

Illis iacet, lata paci quem pratulit orbis.

Martialis.

Non aliter cineres mando iacere meos.

Ouid. *Eleg.*3. *lib.*4. *Trist.*

Et cinis in tumulo positus iacuisset auito.

Plaut. *Amph.* Spes & opes vitæ iacent sepultæ in pectore. Senec. *c.*17. *de consol. ad Helu.* O quàm multorum egregia opera in obscuro iacent. Plaut. *Curc. sc.*4. *a.*4. Meæ pugnæ obtritæ iacent. Ouid. 13. *Metam.*

Per me iacet inclytus Hector.

¶ Aliquando iacere ponitur pro abiectum, & miserum esse, pro contemni. Cic. 2. *de fin.* Maximas verò virtutes iacere necesse est, voluptate dominante. Iacens animus: id est, non alacer, abiectus, humilis, demissus. Cic. *de Amic.* Non est igitur amici, talem esse in eum, qualis ille in se est: sed potiùs niti, & efficere vt amici iacentem animum excitet, inducátque in spem, cogitationémque meliorem. Iacens hæreditas dicitur antequam adita sit apud Iurisconsultos. Item, Iacens res, cuius dominus ignoratur. Vlp. *lib.*45. *D. de furt.* Qui alienum quid iacens lucri faciendi causa sustulit, furti obstringitur. ¶ Iacet oratio, Quæ languet, & quasi exanimis est. Quint. *lib.*9. de figuris sententiarum loquens, Motus est in his orationis, atque actus: quibus detractis, iacet, & velut agitante corpus spiritu caret. Budæus. Quintilian. Animi iacentis, & mollis frontis, (sup. homo.) Et Gell. *c.*7. *lib.*1. Aure non surda meo iacenti. Iacent pretia prædiorum, pro Vili venduntur prædia. Cic. *pro Rosc. Comœdo*, Accepit enim agrum temporibus iis, quum iacerent pretia prædiorum. Rationes iacent. Hoc est, emortuæ sunt & languidæ ac sopitæ. Plaut. *Amph.*—supreme Iuppiter, Quid intueor, vtrique in musculo dextro, eodem in loco Signo eodem apparet probè, vt primum coiuit cicatrix rufula Sublurida. Rationes iacent, iudicium silet: quid agam nescio, id est, rationes ignoro. Et inde fit, vt res discerni non possit. Iacent bona, quæ sine possessore. Papinianus *D. lib.*38. *tit.*3. *l.*3. Nónne iustius atque vtilius erit, ad eundem modum, &c. Iacere, pro plurimum porrigi. Virg. *lib.*3. *Georg.*

———itque pecus longa in deserta sine vllis
Hospitiis: tantùm campi iacet.

Nonius. Huius verbi composita sunt, Adiaceo, Interiaceo, Obiaceo, & Subiaceo: de quibus vide suis locis.

IAcio, is, ieci, & iacui, auctore Diomede *lib.*1. iacere iactum, *ῥίπτω*, *τὸ ἵημι*, *βάλλω*. Significat emitto, iaculor. {ירה *jaràh* השליך *hischlich* רמה *ramàh*. *ῥίπτω*, *βάλλω*. Gall. *Ietter, lancer, tirer.* Ital. *Trarre, tirare, lanciare.* Germ. *Werffen.* *Echar, tirar, lançar, arrojar.* Angl. *To cast, throwe or hurle.*} Cic. 6. *Verr.* In quem scyphum de manu iacere conatus est. Virg. 5. *Æneid.*

Sublatáque procul dextera connixa corusent,   *Et iacit.*

Tibull. *lib.*4.

———celeremve sagittam   Iecerit.

¶ Iacere talos, vide *Tali*. Plaut. *Asin. sc.*2. *a.*5. Iace pater talos, vt porrò nos iaciamus. Idem *ibid. sc.*1. *a.*4. Cùm iaciet talos. Te ne dicat, nomen nominet. Et *Curc. sc.*3. *a.*2. Iacit volturios quatuor, Iacto basilicum. Cæsar 2. *bell. Gall.* Vndique in murum lapides iaci cœpti sunt.

¶ Iacere,

¶ Iacere, pro dare. Sueton. *in Neron. cap.* 37. Multásque nec dubias significationes iecit, cum ordinem (senatorium) sublaturum, &c. ¶ Iacere fundamenta, est ponere, vel collocare lapides, quibus ædificium superstruatur. Suet. *in Caio*, In area Capitolina nouæ domus fundamenta iecit. ¶ Per translationem autem pro inchoare, & rei alicuius principium statuere. Cic. 1. *Philipp.* In quo templo, quantum in me fuit ieci fundamenta pacis. Gradum iacere, atque aditum ad cætera, idem est quod veluti viam parare, qua ad aliqua progrediamur. Cic. 1. *de leg. Agr.* Hunc quasi gradum quendam atque aditum ad cætera iactum intelligatis. ¶ Iacere, pro enuntiare, siue spargere in vultus. Tacit. *lib.* 1. Quædam de habitu, cultúque & institutis eius iecerat. Idem *lib.* 4. Neque raró, neque apud paucos talia iaciebat. Iacere in aliquem aliquid, metaphoricé, est dictum aliquod in quempiam torquere. Liu. 34. Rem defendam, non nos, in quos iecit magis hoc Consul verbo tenus, quàm vt re insimularet. Iacere contumeliam in aliquem. Cic. *pro Syl.* ¶ Huius composita sunt, Abiicio, ἀπορρίπτω. Adiicio, Coniicio, Circumiicio: vnde Circumiecta impedimenta dicimus, Deiicio καταβάλλω. Disiicio, Eiicio, Iniicio, Abiicio, Proiicio, Reiicio, Subiicio, Traiicio, quæ omnia videto suis locis.

Iactatus, a, um. Velleius, Iacta mentio, (pro *facta*,) ■ aliqui libri habent.

Iacto, as, frequenter & multum iacio. { השליך *hischlich* הניד *henid* התהלל *hetil*. ἀναρριπτῶ. GALL. *Ietter souuent*. ITAL. *Lanciare spesso*. GERM. Du vnd offt werffen/werffen eins wettfens. HISP. *Lançar a menudo*. ANGL. *To cast often*. } Senec. Dum lapillos iactaret in puteum. Virg. *lib.* 1. *Georg.*

Deucalion vacuum lapides iactauit in orbem.

Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 2. Iacit vulturios quatuor, Iacto basilicum. ¶ Iactare, fusius grauiúsque est, quàm iacere. Ouid. *Eleg.* 2. *lib.* 1. *Trist.*

———*Iactat mea verba precésque.*

¶ Iactare manus, i. mouere, agitare, χειρονομεῖν, apud Quint. *lib.* 6. *cap.* 3. Iuuenalis,

A facie iactare manus.

In quo adulatoris gestus describitur manuum iactatione, & motu, ac gesticulatione adblandientis, & propè histrionico more gestum agentis. ¶ Iactare pro sæpe multúmque animo reuoluere, ἀναπεμπάζω. Virg. 11. *Æneid.*

Atque illum tales iactantem pectore curas.

¶ Aliquando fatigare, vexare, concutere, exagitare, molestia afficere. {טלטל *tiltél*. κλονῶ, ἐλαύνω. } vt Virg. 1. *Æneid.*

———*iactatos æquore toto*

Troas relliquias Danaûm, atque immitis Achilli.

Vbi Seru. Iactamur in mari, fatigamur in terris. Ouid. *Eleg.* 2. *lib.* 3. *Trist.*

Dum tamen & ventis dubius iactabar & vndis.

Ibid. Eleg. 4. *lib.* 4.

Nam neque iactantur moderatis æquora ventis.

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 4.

Toto iactatus in orbe. (i. per orbem.)

Idem *Eleg.* 3. *lib.* 4. *Trist.*

Fessáque iactati corporis ossa dolent.

Cicer. *in Verr. a.* 2. Iactatur domi suæ vir primarius, & homo honestissimus: pro se quisque manus affert. Idem *pro Quintio*, Æquitas multis iniuriis iactata, atque agitata. Et *paulò pòst*, Multis vexatus contumeliis, plurimis iactatus iniuriis. ¶ Aliquando pro sese efferre, gloriari. {התהלל *hithallél* גאה *gaáh*. μεγαλαυχεῖν. GALL. *Se vanter*. ITAL. *Vantarsi*. GERM. Rhümen. HISP. *Vanagloriarse*. ANGL. *To cracke or boast to glorifie him selfe*. } Cicer. *pro Rosc. Amer.* Hæc tu Eruci, tot & tanta si natus esses in reo, quàm diu diceres? quo modo te iactares? Quint. *lib.* 4. *cap.* 13. Aduersarius enim fiduciam partis suæ iactat. Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 4. *Trist.* Tempus vbi est illud quo te iactare solebas coniuge. Item, Iactare se insectatione & conuitiis dominorum. Liu. *lib.* 9. *dec.* 4. Et iactare obsequium amatori. (id est, nimium prædicare.) Idem *ibid.* ¶ Est interdum Iactare idem quod inaniter loqui. Virg. 2. *Eclog.*

———*vbi hæc incondita solus*

Montibus & syluis studio iactabas inani.

Idem 1. *Æneid.*

Talia iactanti stridens Aquilone procella

Velum aduersa ferit.

¶ Aliquando frequenter admittere, siue eiaculari. Idem 2. *Georg.*

———*Et si non alium latè iactaret odorem,*

Laurus erat.

Et *alibi*,

Ipsa lætitia voces ad sydera iactant, i. crebrò emittunt.

¶ Aliquando frequenter ducere: vt apud eundem,

Haud vnquam manibus iactata fatiscit, i. ductata.

¶ Iactatur nummis. Cicer. 3. *Offic.* Cúmque collegium Prætorum Trip. pleb. adhibuissent, vt res nummaria, &c. constituerunt: iactabatur enim nummus illis temporibus sic, vt nemo scire posset quid haberet. id est, fluctuabat æstimatio nummi. Budæus. Iactans sui. Quintilian. Iactantior gestus. Idem Quintilian. Iactantius genus ambitus.

Iactito, as, frequentatiuum à Iacto. { θρυλεῖν, παρακελεύειν. GALL. *Ietter souuent*, ITAL. *Gettar souuente*. GERM. Hin vnd wider treiben/embsig handlen. HISP. *Echar à menudo*. ANGL. *To cast often*. } Liu. 7. *ab Vrbe*, Iuuentus histrionibus fabularum actu relicto, ipsa inter se more antiquo ridicula intexta versibus iactare cœpit.

Iactus, part. positus, constitutus. {מושלך *muschlach*. ῥιφθείς, βεβλημένος, ὁ ῥιφθείς. GALL. *Ietté*. ITAL. *Gettato*. GERM. Geworffen/item, gelegt. HISP. *Echado*. ANGL. *Casten. layed*. } Cicer. 2. *de lege Agrar.* Hunc quasi gradum quendam, atque aditum ad cætera iactum intelligetis. Ouid. *Eleg.* 10. *lib.* 3. *Trist.*

Nix iacet, & iactam non sol pluuiæque resoluunt.

¶ Iactus pro Iactatus. Idem *Eleg.* 8. *lib.* 4. *Trist.*

———*Terráque maríque iactum*, &c.

Iactus, us, ui, Actus ipse iaciendi. { השלכה *metashaléh*. βολή. GALL. *Iet, iettement*. ITAL. *Il trare, gettamento*. GERM. Ein wurff. HISP. *El lance*. ANGL. *A cast or throwe*. } Ter. *Adelph.* Ita vita est hominum, quasi quum ludas tesseris: Si illud, quod est maximè opus iactu, non cadit: Illud quod cecidit forte, id arte vt corrigas. Virg. 4. *Georg.*

———*se iactu dedit æquor in altum.*

¶ Iactus pilarum, Ouid. 2. *Trist. Eleg.* 1.

Ecce canis formæ aliis iactúque pilarum.

Iactus talorum. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2.

Quid valeant tali, quo possis plurima iactu Figere.

Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 5. Plaudite & mihi ob actum canthato mulsum dare. (de Venere iacta in 3 aliis) Iactus fulminum. Cicer. 3. *Catil.* ¶ Iactus absolutè, βόλος, pro iactu retis. Val. *lib.* 4. *cap.* 1. A piscatoribus in Milesia regione verriculum trahentibus quidam iactum emerat. ¶ Iactus item accipitur pro mercium in mare proiectione, quæ in magnis tempestatibus fieri solet nauis exonerandæ gratia. Vnde extat *tit. lib.* 14. *Pand. ad legem Rhodiam de iactu*, quo cauetur, si leuandæ nauis gratia iactus mercium factus sit, omnium contributione esse faciendum, quod pro omnibus damni factum est.

Iactanter, aduerb. Insolenter, gloriosè, cum iactantia. { ἀλαζονικῶς. GALL. *Auec vanterie, & iactance*. ITAL. *Con superbia, ambitiosamente*. GERM. Stoltzlich/mit rhümen. HISP. *Vanagloriosamente ò pomposamente*. ANGL. *Boastinglie*. } Tacit. *lib.* 2. Periisse Germanicum, nulli iactantius mœrent, quàm qui maximè lætantur, id est, maiori cum ostentatione.

Iactatus, part. { pro Iactus. מטלטל *metultál*. ἀναρριφθείς, ῥιπτασθείς, ἐρριμμένος, ἢ φερόμενος. GALL. *Agité, getté d'vn costé & d'autre*. ITAL. *Spinto gettato quà & là*. GERM. Hin vnd her geworffen vnd getriben. HISP. *Arrojado, echado en diuersas partes*. ANGL. *Tossed to and frome*. } Ouid. *Eleg.* 10. *lib.* 3.

Et quamquam Boreas iactatis insonet vndis.

Ibid. Eleg. 2.

Vndique iactato flere tegente vias.

Virg. 1. *Æneid.*

———*Iactatos æquore toto,*

Troas, reliquias Danaûm, atque immitis Achilli.

¶ Iactatus, pro Iactus. Aug. apud Suet. *in Aug. cap.* 71. Loquens de lusu talorum: Talis enim iactatis, vt quisque Canem, aut Senionem miserat. ¶ Iactabundus, a, um, Gell. *cap.* 1. *lib.* 19. Iactabundum mare dixit.

Iactatus, us, ui, Agitatio, succussio. {טלטלה *taltelah*. βρασμός. GALL. *Agitation*. ITAL. *Agitatione ò motto*. GERM. Bewegung. HISP. *Agitacion*. ANGL. *A tossing, a meuing*. } vt, Iactatus maris, σάλος. Plin. *lib.* 14. *cap.* 18. Sic & mari nauigatio, cuius iactatus hic quæ durauerint, tantum vetustatis adiicere sentitur, quantum habuerint. Ouid. 6. *Metam.*

Excussit pennas, quarum iactatibus omnis

Afflata est tellus.

Iactatio, onis, Agitatio, succussatio. {טלטלה *taltelah*. σάλος, ἀλαζονεία. GALL. *Secouement*. ITAL. *Crollo*. GERM. Bewegung hin vnd her treibung. HISP. *Sacudimiento*. ANGL. *A tossing, a boasting*. } Liu. *lib.* 30. *bell. Pun.* Simul sperans leuiorem in nauigatione quàm in via iactationem vulneris fore, & curationi omnia commodiora. Cicer. *pro Mur.* Quo tandem animo me esse oportet, propè iam ex magna iactatione terram videntem, in hunc cui video maximas Reip. tempestates esse obeundas? Iactatio etiam ponitur pro iactantia & gloriatione. Idem 5. *Tusc.* Iactatio (vel iactantia potiùs) est voluptas gestiens, & se efferens insolentiùs. Insolentiam & iactationem hominum ferre. Idem *ad Attic. lib.* 10. Iactatio verborum. Idem *ad Brutum*. Quintil. Cùm iactatio illa dicendi vitiosa detonuit.

Iactator, is, Gloriosus, insolenter se venditans. {מתהלל *mithhallél* גאה *geéh*. μεγάλαυχος, ἀλαζών. GALL. *Vanteur, glorieux*. ITAL. *Ventatore*. GERM. Ein rhümer der sich grosser dingen außthut. HISP. *Alabanciose de si*. ANGL. *A boaster a cracker*. } Quint. *lib.* 11. *cap.* 1. de Cic. Is quidem rerum à se gestarum maior quàm eloquentiæ fuit in orationibus vtique iactator. Claud. 3. *Paneg.*

Immodicus propriy iactator honoris.

Gell. *c.* 4. *lib.* 18. Iactator & venditator Sallustianæ lectionis. ■ Quint. Iactator rerum gestarum & Eloquentiæ. Suet. *in Claud. cap.* 35. Iactator ciuilitatis.

Iactantia, æ, Iactatio, insolentia, superbia. {גאון *gaón* גאוה *gaauáh*. μεγαλαυχία, μεγαλαυχία, ὕβρις, ἀλαζονεία. GALL. *Vanterie*. ITAL. *Superbia, iattantia, vanto*. GERM. Rhümung/rhumsüchtigkeit. HISP. *Soberuia alabança vana*. ANGL. *Boasting, cracking pryde*. } Definitur à Cicer. 4 *Tuscul.* voluptas gestiens, & se efferens insolentiùs. Quintil. *lib.* 9. *cap.* 2. Veritus opinionem iactantiæ. Idem, Hoc enim inanis est iactantiæ. Tacit. *lib.* 1. Iactantia, gloriáque ad posteros. Quintil. Iactantia ingenij.

Iactuosè, iactanter, insolenter, superbè. {ἀλαζονικῶς. GALL. *Auec vanterie*. ITAL. *Ambitiosamente, superbamente*. GERM. Stoltzlich mit rhümen. HISP. *Vanagloriosamente*. ANGL. *Boastingly, by cranking pride*} Cicer. Quum sint multa iactuosè dicta. Sic enim legunt quidam: quamuis in castigatioribus exemplaribus non iactuosè legatur, sed actuosè.

Iactuosus, iactans, Nonius Marcellus, Iactuosæ positum pro iactantes, Cicer. *in Orat.* Quum sint luminosæ, & quasi iactuosæ partes duæ. Alia habent *actuosæ*. Ex Nonio.

Iactura, æ, Propriè dicitur damnum illud quod ex iactu consequimur. hoc est, ex proiectione mercium in mare, quæ fieri solet in magnis tempestatibus ventis aduersis sæuientibus, ad exonerandum nauem. {נזק *nézek*. ζημία. GALL. *Perte, dommage*. ITAL. *Danno, perdita*. GERM. Schade/sich der schad so einer erleidet in des Meers vngestümigkeit / außwerffung der güter / sunst aber ein jeder schaden vnd verlust. HISP. *Daño perdida*. ANGL. *Losse, hurte*. } Salust. *ad Cæsarem*. Si quid aduersi coortum est, de illis potissimùm iactura fit quæ minimi pretij sunt. Liu. *lib.* 3. *ab vrb.* Iacturam sui iuris facere. Et Senec. Iactura publica pacisci. ¶ Per Metaphoram accipitur pro quouis damno: vt apud Cicer. 1. *de finib.* Facere iacturam rei familiaris. Ouid. 9. *Metam.*

Nunc tamen ablati domuit iactura decoris.

Idem 1 *Metam.*

Est tamen humani generis iactura dolori

Omnibus.

Iăcŭlum,i, Propriè telum, siue hastile, quod manu eiaculari potest. {זין *chets.* ἀκόντιον. Gall. *Dard.* Ital. *Dardo.* Germ. Ein pfeil oder etwas anders das man in die weite wirfft. Hisp. *Tiro que se tira.* Angl. *A pike a darde.*} Quint. *lib.* 8. *cap.* 2. Qui iaculum emittit, iaculari dicitur. Virg. 9. *Æneid.*

——& iaculum contorquens mittit in auras.

¶ Iaculum, etiam à iaciendo dicitur retis genus idem cum funda (quæ à fundendo dicitur, & Græcè βόλος, teste Seruio) aut non multum diuersum. Distinguit etiam Ausonius *in Epist. ad Theonem,*

Et iacula & fundas, & villica nomina lini,
Colaque & infutos terrenis vermibus hamos.

Plaut. *in Trucul.* Quasi in piscinam rete qui iaculum parat. Idem, Iubeas vna opera me piscari in aëre, venari autem reti iaculo in medio mari.

Iăcŭlor, aris, deponens, Iaculum emitto, telum coniicio. {ירה *jaráh* רמה *ramáh.* ἀκοντίζω. Gall. *Darder, ietter vn ou plusieurs dards.* Ital. *Tirare, lanciare.* Germ. Schiessen / werffen. Hisp. *Tirar ò lançar tiro.* Angl. *To cast dartes.*} Iuuen. *Satyr.* 1.

——Quantas iaculetur Monychus ornos.

Ouid. 2. *Metam.*

——vasti quoque rector Olympi,
Qui fera terribili iaculatur fulmina dextra.

Quint. *cap.* 11. *lib.* 2. Iaculantur abrupta quædam declamatores. Et Liu. *lib.* 2. *dec.* 3. Probris in ipsum iaculati sunt. Quint. Iaculari in aliquem obliquis sententiis. Idem Iaculari sententias vibrantibus digitis, &c. ¶ Aliquando simpliciter accipitur pro proiicio. Colum. *lib.* 2. Faba, quæ longiùs emitteretur, pura eò perueniet, quò ventilator eam iaculabitur. ¶ Legitur & Iaculo actiuum. Claudianus,

——Latè iaculabat in arua.

Hinc fit compositum Eiaculo, quo vsus est A. Gellius, Arionem (inquit) cum fidibus & indumentis, cum quibus se in salum eiaculauerat, extitisse.

Iăcŭlātĭo, Iaculamen, & Iaculamentum, dicitur ipse actus iaculandi. {מטחוה *metacahuéh.* ἀκόντισις, ἀκοντισμός. Gall. *Dardement, iettement.* Ital. *Il tirare, tiro.* Germ. Schiessung / werffung. Hisp. *Aquella obra de tirar lance.* Angl. *A throwing or hurling of dartes.*}

Iăcŭlātŏr, is, qui iaculum emittit. {רומה *roméh* מחצץ *mechatsêts.* ἀκοντιστής. Gall. *Dardeur, iettour de traict, arbalestier, archer.* Ital. *Tiratore, lanciatore.* Germ. Ein schütz / oder werffer. Hisp. *Tirador ò lançador de tiro.* Angl. *A shooter, an hurler of dartes.*} Liu. 7. *bell. Pun.* Annibal turmatim per equites, peditúmque iaculatores leuia certamina serens, &c. Horat. 3. *Carm. Ode* 4.

Enceladus iaculator audax.

¶ Iaculator pro piscatore, vide *Iaculum.* Isidorus è Plauto, Probus quidem antea iaculator eras.

Iăcŭlātrix, cis, quæ iaculum emittit. {רומה *romáh* מחצצת *mechatsétseth.* ἀκοντίστρια. Gall. *Dardeusse, celle qui iette dards.* Ital. *Donna che lancia dardi.* Germ. Ein schiesserin oder ein werfferin. Hisp. *Lançadera de tiro.* Angl. *She that casteth or throweth dartes.*} vt, Diana iaculatrix. Ouid. 5. *Metam.* Pallada nóane vides, iaculatricémque Dianam Abscessisse mihi? & 2. *Fast.*

——Iaculatricémque Dianam.

Iăcŭlābĭlis, e, quod iaculari, hoc est, longè proiici potest. {βλητός, ἀκοντισθῆναι δυνάμενος. Gall. *Qu'on peut darder ou ietter.* Ital. *Ciò che si puo tirare.* Germ. Das gut zuschiessen oder zuwerffen ist. Hisp. *Cosa que se puede tirar.* Angl. *That may be shoote or throwen.*} vt, Telum iaculabile. Ouid. *lib.* 7. *Metam.*

——sed non formosius isto
Viderunt oculi telum iaculabile nostri.

Pondus iaculabile, Stat. 6. *Theb.*

Iăcŭlātōrĭus, adiect. quod ad iaculationem pertinet. {ἀκοντιστήριος. Gall. *De dards, ou chose pour darder.* Ital. *Cosa da lanciare.* Germ. Das zu dem schiessen gehört. Hisp. *Cosa para lançar assi.* Angl. *Of dartes, or a thing to throwe, as it were a darte.*} vt, Campus iaculatorius. Vlp. *in l. item, sed si. ff. ad l. Aquil.*

Iăcŭlus, i, Serpentis genus, arbores subiens, è quibus vi maxima se eiaculatur, penetrátque quodcunque animal obuium fecerit fortuna. ἀκοντίας. Lucan. *lib.* 9.

Et natrix violator aquæ, iaculique volucres.

Plin. *lib.* 8. *cap.* 23. Iaculum ex arborum ramis vibrari, nec pedibus tantùm pauendas serpentes, sed & missili volare tormento. Vide Ælianum *lib.* 9. *cap.* 49.

Iăcōb, יעקב *Iahakób.* Lat. athleta, & exercens se dicitur, quam appellationem primùm habuit, quum practicis operationibus multos proprietate labores ferebat. Quum autem iam victor luctando euasit, & speculationibus fruebatur bonis, tunc Israëlem ipse Deus appellauit, æterna præmia beatitudinémque vltimam, quæ in visione Dei consistit, ei largiens. Hominem enim qui Deum videat, Israël nomen significat.

Iăcōbus, {יעקב *Iahakób.* Ἰάκωβος.} Nomen proprium, quatuor syllabarum. Claud.

Quid laceras versus dux Iacobe meos?

Nomina enim propria apud Hebræos (sicut Priscianus docet) in fine acutum accentum habent, quæ more Latino declinata, eundem retinent, & penultimam producunt: vt, Adam, Adamus, Ioseph, Iosephus.

‖S. Iacobi Equestris, ciuitas, *Santjago de los Cavalleros,* V.E. Indiæ Occidentalis, in Guatimalæ prouincia, sub A. Mexicano: sedes senatus, siue Audientiæ regiæ.

S. Iacobi ciuitas, in Cuba insula, habet Episcopum Dominicopolitano A. suffraganeum.

S. Iacobi insula, vna Hesperidum insularum, quas *Capitis viridis* nuncupant, in mari Atlantico.

S. Iacobi de Lestero, in prouincia de Sucuman, V.E. sub A. Platensi, apud Peruanos, in India Occidentali.

S. Iacobi V.E. in regno Chilensi, sub A. Platensi: vulgò *Santjago de Chile.*

Iacobitæ, homines Christiani per Orientales prouincias sparsi.‖

Iădĕr, Ἰάδηρ, neut. gen. Fluuius est Illyrici in Adriaticum mare defluens, iuxta quem oppidum est Iadera. Lucan. *lib.* 4.

Et tepidum in molles Zephyros excurrit Iader.

Iadera, quæ & Iader, neutro genere, Ἰάδηρ Ptol. Vrbs est Illyrici, non procul ab Apollonia & Salona. Pomp. *lib.* 2. Iaderæ meminit & Plin. in descriptione Liburniæ. Vulgò *Zara.*

Ietia, Ἰαιτία, vrbs Siciliæ. Steph.

‖Iah est ex nominibus veri Dei, יה, quod etiam in Alleluja vltima syllaba sonat, vt habent verba Isid. *lib.* 7. 1. censetur contractum ex *Iehouah.* Subinde in fine nominum propriorum est *jah*; sed יה sine mappic, & pro eo aliàs יהו. Itaque illud *jah* videtur potiùs esse syllabica paragoge flexionis ergò, quàm nomen Dei.‖

Ialcheuei, Ἰαλχεῦαι, populi Libyæ.

Ialmenus. Vide suprà *Ascalaphus.*

Ialysos, Ἰάλυσος. Oppidum in Insula Rhodo, cuius meminit Plin. *lib.* 5. *cap.* 31. & Pomp. *lib.* 2. In Rhodo, inquit, tres quondam vrbes erant, Lindos, Camiros, Ialysos autem hæc ipsa est, quæ Telchinas olim aluit, his qui in Creta floruère, cognomines, maleficum genus hominum & præstigiis infame. De Ialysi imagine Gell. *cap.* 31. *lib.* 15.

Iam, aduerbium temporis. Quod penè est, idem quòd nunc, illico. {עתה *hattáh.* Gall. *Desia, maintenant, à ceste heure.* Ital. *Già, hormai hora.* Germ. Jetzt / jetzund / bald. Hisp. *Ya.* Angl. *Now, euen now.*} Terent. *in Adelph.* Tace, egomet conueniam iam ipsum. Idem *in Eunucho,* Nam aut iam reuertère, aut mox noctu te adigent horsum insomnia. Plaut. *Mostell. sc.* 4. *a.* 1. Iam reuortar. Diu est iam istuc mihi. Idem *Menach. sc.* 5. *a.* 5. Iam hic erunt. Mox: Iam illic faxo eris. Idem *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Vt rus item iam heri constitueram. (Gall. *Dés hier.*) *Ibid. sc.* 3. *a.* 1. Iam hic ero. *Ibid. sc.* 1. *a.* 1. Iam hos multos dies gestas tabellas. ¶ Quid iam? (id est, Cur ita?) bis apud eundem *sc.* 7. *a.* 4. ¶ Interdum hortantis est, & veluti moram increpantis. Terent. *in Eunuch.* Iámne imus? Nonnunquam accipitur pro modò. Virgil. 3. *Georg.*

——Iámque hos cursu, iam præterit illos. hoc est, modò hos, modò illos.

¶ Interdum pro præterea, ἤδη, & quasi nodus est quidam coniungens sententias. Tibull. *lib.* 4. Iam simul audacis veniunt certamina martis. Et apud Virgilium,

Iam maris immensi prolem & genus omne natantum,
Iam varias pelagi volucres.

Hoc idem efficit coniunctum cum verò. ἤδη μὲν οὖν. Cicer. 1. *de Orat.* Iam verò narrationem, quòd iubent verisimilem, &c. Iam, tarditatis signum, pro Tandem. Terent. *Andr.* Dehinc postulo, siue æquum est, te oro Daue, vt redeat iam in viam. Idem *Adelph.* Non innueram: verùm in istam partem potiùs peccato tamen? I nunc iam. Vbi Donatus, Nunc iam, duæ partes sunt, Et bene Iam, quia serò & post plagas. Iam pro mox. Tibull. *Eleg.* 1. *lib.* 1. Iam subrepet iners ætas. & Horat. *Od.* 4. *lib.* 2. Iam te premet nox. Plaut. *Asin. sc.* 1. *a.* 2. Face id paratum iam sit (id est, mox.) Idem *Aulul. sc.* 4. *a.* 1. Iam ad te reuortar. Idem *Menach. sc.* 2. *a.* 5. Ni iam abscedat ex oculis. Idem *Mostell. sc.* 4. *a.* 1. Dormiam ego iam, &c. ¶ Iam dissyllabum interdum est, vt apud eundem *Asin. prol. versu* 1. Hoc agite sultis spectatores nunc iam. Item *ibid. sc.* 1. *a.* 1. Pro ampliùs. Idem *Amph.* Iámne irata non es: Non sum. Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 4. Nunquid iam me vis? ¶ Iámne pro tam citò! Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Iámne abis. Idem *Menach. sc.* 2. *a.* 5. Iámne isti abierunt è conspectu meo? Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 1. Iámne ego relinquor? Idem *Menach. sc.* 2. *a.* 4. & *sc.* 4. *a.* 3. Iámne ille abiuit? (de odioso & molesto.) Item, Iámne abis?) increpantis morantem.) *Ibid. sc.* 4. *a.* 1. Iam inde à principio. Idem *Pseud. sc.* 4. *act.* 2. Iam pro Tunc. Quintil. Quòd si satis prudenter ea viderint, iam propè consummata fuerit præcipientis opera. Plaut. *Menach. sc.* 7. *a.* 5. Id tibi iam nunc afferam. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 1. Migrate certum est iam nunc è fano foras. ¶ Iam tunc, Sueton. *in August. cap.* 88. & *in Neron. cap.* 7. ¶ Nunc iam, vide *Nunc.* Item, Iam verò Menæchme satis iocatus. Nunc hanc rem age. Item, Iam herclè occœptat insanire primulum. Plaut. *Menach. sc.* 5. *a.* 5. Iamdiu, multo iam tempore. {כבר *chebár.* πάλαι. Gall. *Long temps y a.* Ital. *Gia molto tempo, gran tempo.* Germ. Jetz lange zeit. Hisp. *Ya mucho tiempo.* Angl. *A great while agoe or since.*} Cicer. *de senectute,* Carthagini malè iam diu cogitanti. Idem *ad Cass.* Vt te, quem iamdiu plurimi facio, tanto interuallo viderim. Plaut. *Mostell. sc.* 3. *a.* 1. Nec quicquam argenti iamdiu æquè benè collocaui. *Ibid. sc.* 1. *a.* 1. Iamdiu sum iudicatus. Idem *Menach. sc.* 1. *a.* 2. Si acum quæreres, acum inuenisses iamdiu. Idem *Mostell. sc.* 4. *a.* 2. Vbi me hic iamdiu (nouit.) *Ibid. sc.* 2. *a.* 2. Scelus iamdiu factum antiquum & vetus ante sexaginta annos. ¶ Iamdudum, Ex Iam & dudum componitur, & frequentiùs de tempore exiguo dicitur. {כבר *chebár.* πάλαι, πάλαι ἤδη χρόνον. Gall. *Des piesça, il y a ia assez long temps.* Ital. *Gia pezzo fa.* Germ. Vor langest / vor einer guten weil. Hisp. *Y ha poco tiempo.* Angl. *Now, a little while agoe.*} vt, Iamdudum te expecto. Cic. *in Epist.* Vides me sudare iamdudum. Plaut. *in Men.* Iamdudum mulier tibi non imprudens aduersabar, hunc metuebam. Aliquando de longiori. Idem *Asin. sc.* 4. *a.* 3. Iamdudum est intus. *Ibid. sc.* 2. *a.* 5. Iamdudum factum est cùm primum bibi. Idem *Mil. sc.* 6. *a.* 2. Sensi, & iamdudum scio. Plin. *lib.* 19. Iamdudum ex eadem Hispania Zœlicum venit in Italiam plagis vtilissimum. Macrobius, Iamdudum hæc quæstio ab Aristotele & proposita est, & soluta. Ponitur etiam pro continuò, & quamprimùm. Virg. 2. *Æneid.*

——Iamdudum sumite pœnas.

¶ Iamiam, repentè, sine mora. {פתע *pétah.* παραυτίκα. Gall. *Maintenant, à ceste heure.* Ital. *Hora hora.* Germ. Eben jetzt / grad jetz / jetzt bald. Hisp. *Agora, luego.* Angl. *Euen now.*} vt, Iamiam aderit. Plaut. *Curc. sc.* 5. *a.* 5. Iamiam faciam vt iusseris. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Tu quæ iam iamque argentum mihi numeras. Idem *Men. sc.* 4. *a.* 2. Iamiam desine ludos facere. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 2. Iam iam noui, &c. Ponitur & cum præsenti, licèt in futurum resoluatur. Virg. 2. *Æneid.*

Iamiámque manu tenet & premit hasta.

quasi mox tenebit, & nunc videtur tenere. Plerunque figuratè per indignationem accipitur. Idem,

——iamiam nec maxima Iuno.

Nec

Nec Saturnius hæc oculis pater aspicit æquis.

Et per miserationem. Salust. *in Iugurth.* Iamiam animo meo, charissime frater, quanquam tibi immaturo, & vnde minimè decuit, vita erepta, tamen lætandum magis, quàm dolendum puto casum tuum. Et per exhortationem. Quintil. Iamiam commilito, quicunque casus manet, etiamsi Imperator damnaturus est, habet solatium: satius est quàm à patre occidit. ¶ Iamolim, multo iam tempore. {קדם מן *min kodhem.* ἐκ πολλοῦ. GALL. *Par le passé, il y a assez long temps.* ITAL. *Per lo passato, d'assai tempo.* GERM. Vorlangem. HISP. *Y a ha largo tiempo.* ANGL. *A great whilè agoe.*} Cic. Iam olim à principio illud statueram. Vsurpatur interdum pro aliquando. Virg. 2. *Georg.*

Et iam olim seras posuit quàm vinea frondes.

¶ Olimiam, pro iampridem. ἐκ πολλοῦ ἤδη. Quintil. Olim iam Imperator inter fulgentes virtutes liuor locum quærit, id est, à longo tempore. ¶ Iampridem, Aliquando abhinc tempore. {πάλαι ἀρχῆ. GALL. *Il y a ia long temps.* ITAL. *Già tempo.* GERM. Vorlangst/vorlangst. HISP. *Y a tiempo ay.* ANGL. *A great whilè agoe or since.*} Plaut. *Most. sc.* 2. *a.* 1. Iampridem ecastor frigida non laui magis libenter. Idem *Amphitr.* Iampridem videtur factum, quòd heri quatuor homines in soporem collocastis. Seneca, Iampridem te expectantes ibi sederamus. Dicitur & de longiori tempore, vt idem sit quod iam olim. Plin. Quod maiores nostros iampridem fecisse manifestum est: quod genus nuper & patrum ferè nostrorum memoria inuentum est. ¶ Pro Nuper. Plaut. *Pseud. sc.* 4. *a.* 1. Iampridem me daturum dixeram. Passerat. Accipitur item pro statim, siue continuò. Lucan. *lib.* 1.

Tollite iampridem, victricia tollite signa.

¶ Iam tum, significat ex eo tempore. {מהעתה *mehattáh.* ἐξ ἐκείνου. GALL. *Dés maintenant, à ceste heure.* ITAL. *All hora.* GERM. Von der zeit her/seither. HISP. *Dende entonces.* ANGL. *Since that tyme, euenton.*} Plaut. Iam tum occœpit virginem amare. Virg. 8. *Æneid.*

Iam tum relligio pauidos terrebat agrestes.

¶ Iam nunc, pro ampliùs: itara non eo: id est, non sum. Iam nunc, Certi temporis quod præsens est indicationem faciens. Cic. 1. *Ver.* Iam nunc mente & cogitatione prospicio. Virg. 1. *Georg.* & votis iam nunc assuescere vocari.

Iāmblĭchŭs, {ἰάμβλιχος. GERM. Ein Philosophus in Syria/der Pythagorischen lehr vast wol bericht.} Pythagoricus Philosophus è Chalcide Syriæ fuit, Porphyrij discipulus, qui tempore Constantini Magni floruit: sub quo breui tempore tantum profecit, vt secundas post præceptorem Romæ obtineret, nec ab eo quicquam differre videretur doctrina: nisi quòd ille melior facilitate candoréque orationis, hic paulò durior habebatur: atque vt de Xenocrate Plato dicebat, venere dicendi carebat. Moribus adeò probatus, vt eius vitæ abstinentia, modestiáque ea tempestate nulli non cognita fuerit. Huius meminit & Hieronymus.

Iāmbrāsus, ἰάμβρασος, Samus à fluuio sic dicta. Steph.

Iāmbŭs, ἴαμβος, Pes metricus constans ex priore breui, & posteriore longa. Horatius *in Arte.*

Syllaba longa breui subiecta vocatur iambus.

Dictus iambus, vt quidam volunt, ab inuentore. Festus ἀπὸ τοῦ ἰαμβίζειν, deducit, quod est conuitiari, seu inuehi: quum tamen verisimilius sit ἰαμβίζειν verbum, ab iamba pedis natura esse deductum. Hinc iambicum carmen, cuius multa sunt genera, quæ latissimè exequitur Mycillus. Ouid *Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.*

——— Rettus quoque clarus Iambis.

¶ Iambeus, adiectiuum. vt, Trimetri Iambei. Horat. *de Arte.*

Iamesais, ἰαμησσὰ, Æstuarium est maris Britannici, in quod illabitur fluuius ille, quem Temesim Cæsar vocat. Plin. *lib.* 1. *cap.* 3.

Iami, ἴαμοι, populi Scythiæ, Steph.

Iamnia, ἰάμνια, oppidum Phœniciæ. Strabo vicum esse scribit, ab Iambo dictum, aut quod Iamnos Græci vocant humidos & floridos locos: gentile, Imnites pro Iamnites.

Iamno, nis. Oppidum insulæ Balearicæ minoris: quæ duo olim habuit oppida, Iamnonem & Magonem, teste Plin. *lib.* 3. *cap.* 5. & Pompon. Mela *ad finem libri* 2. *Ptolem.* Iamnam, ἰάμνα, nominat.

[Iana luna, vt Ianus sol.]

Iana, priùs dicta fuit, quæ postea præposita litera d, Diana appellata est, teste Nigidio.

Ianassa, ἰάνασσα, Nympha dicta est, à suauiter regendo, ἰαίνω, lætifico: ἀνάσσω, regno, impero.

Ianassum. Oppidum Celticæ gentis in Hispania citeriore. Pompon. Mela *lib.* 2.

Iānĕus, ab antiquis dicebatur, quem hodie Ianitorem vocamus, teste Festo.

Iānĭcŭlum, oppidum fuit in Ianiculo monte trans Tyberim, ita dictum à Iano conditore, vt quidam putauerunt, vel quòd tanquam Ianua esset Romanis in Hetruriam proficiscentibus. Virg. 8. *Æneid.*

Hæc duo præterea disiectis oppida muris,
Relliquias, veterúmque vides monumenta virorum:
Hanc Ianus pater, hanc Saturnus condidit vrbem:
Ianiculum huic, illi fuerat Saturnia nomen.

Ianiculum captum à Porsena. Plutarch. *in Publ.*

[Ianimedium est loci nomen, Ianus medius, vide *Ianus.*]

Iānīră, ἰάνειρα, Nymphæ nomen, Oceani & Tethyos filia, παρὰ τὸ ἰαίνειν τοὺς ἄνδρας, hoc est, à viris demulcendis. Hesiodus *in Theogonia.*

Iānĭtŏr, vide *Ianua.*

Iānthē, ἰάνθη, puella fuit Cretensis, ex Phæsto oppido, Telestæ filia, vxor Iphidis, qui ipso nuptiarum die ex fœmina mutatus est in marem. Ouid. *lib.* 9. *Metam.*

Tertius interea decimo successerat annus,
Quum pater Iphi tibi flauam despondet Ianthen
Inter Phæstiadas, quæ laudatissima forma
Dote fuit virgo, Dictæo nata Teleste.

Iānthĭnŭs, a, um, ἰάνθινος, idem est quod violaceus. Nam Græci ἴα violas, & ἄνθη flores vocant. Ianthinum itaque dicitur, quod floris violæ colorem refert. Vnde vestis ianthina, & Ianthina, orum, substantiuè, dicuntur vestes violacei coloris. Martial.

Coccina famosæ donas & ianthina mœchæ.

Plin. *lib.* 21. *cap.* 6. Ex his violis, quæ sponte apricis ac macris locis prouenuint, purpureæ, latiore folio, statim ab radice carnosa exeunt: solæque Græco nomine à cæteris discernuntur, appellatæ ἴα: ab his ianthina vestis.

[Ianthum, ἴανθον, flos & color quidam purpureus.]

IĀNŬA, æ, à χαίνω, hisco. Primus ingressus ad interiora domus, à Iano dicta, quod huic consecratum erat omne participium. {שער *schahar* פתח *péthach.* θύρα. GALL. *Porte, huis.* ITAL. *Porta.* GERM. Ein thür/ein eingang in ein hauß. HISP. *Puerta.* ANGL. *A gate.*} Et propriè domus est ianua: ostium verò, partium, vt cubiculorum: licèt confundantur. Nam & ianua, à qua ianitor, pro ostio ponitur: & ostium, à quo ostiarius, pro ianua. Cicer. 2. *de Orat.* Vt illud Nasicæ, qui quum ad poëtam Ennium venisset, eíque ab hostio quærenti Ennium. Et *paulò pòst.* Quum ad Nasicam venisset Ennius, & cùm à ianua quæreret, exclamat Nasica, &c. Valla *lib.* 4. *cap.* 8. Porta murorum est, munitionúmque, atque castrorum: ianua parietis, atque domorum. Cic. 5. *Verr.* Seruius suis imperat Rubrius, vt ianuam clauderent, & ipsi ad fores assisterent. Ouid. 2. *Amor.*

Clausa tua maius ianua fulmen habet.

Plaut. *Mostell. sc.* 1. *a.* 2. Abscede à ianua. Idem *Aulul. sc.* 3. *a.* 4. Foris crepuit. Mox, Ad ianuam concessero. Idem *Menæch. sc.* 2. *a.* 1. Ab ianua vxorem iurgio abegi. Idem *Asin. sc.* 3. *act.* 2. Ita hæc morata est ianua, extemplò ianitorem vocat. Vide *Fores. Ibid. sc.* 3. *act.* 4. Ianuæ lenoniæ portitorum simillimæ si adferas tantum patent. *Ibidem sc.* 2. *act.* 2. Væ illi qui tam indiligenter obseruauit ianuam. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 3. *Trist.*

Cur tamen appsita velatur ianua lauro.

Quint. Si ianua tenetur incendio, per parietes exibimus. ¶ Fauces Ponti, & ianua gemini Maris, Ouid. *Eleg.* 9. *lib.* 1. *Trist.* ¶ De Ianuæ aperiendæ ratione, &c. more Rom. & Græco, vide Plutarch. *in Publ.* Ingredi ianua aliqua in causam: per metaphoram. Cic. *pro Plancio,* Itaque quanquam qua nolui ianua sim ingressus in causam, &c.

Iānĭtor, is, in recto, Cui ianuæ custodia est commissa. {שוער *schohér.* θυρωρός. GALL. *Portier, huissier.* ITAL. *Portiere.* GERM. Ein portner/thürhüter. HISP. *El portero.* ANGL. *A porter or keeper of the gate.*} Cicer. 5. *Verr.* Hunc vestri ianitores, hunc cubicularij diligunt. Ianitor carceris, apud eundem legitur 7. *Verr.* Ianitor inferorum Cerberus. Virg. 6. *Æneid.*

——— licèt ingens ianitor antro
Æternum latrans exangues terreat vmbras.

Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 4. Heus ecquis hic est ianitor aperite.

Iānĭtrix, icis, fœm. gen. Mulier cui ianuæ custodia est commissa. {θυρωρὸς, ἡ. GALL. *Portiere, huissiere.* ITAL. *Portinaia.* GERM. Portnerin/thürhüterin. HISP. *Portera.* ANGL. *She that keepeth the gate.*} Plaut. *in Curc.* Anus hic recubare solet custos ianitrix. Plin. *lib.* 15. *c.* 30. Laurus triumphis propriè dicatur, vel gratissima domibus, ianitrix Cæsarum, Pontificúmque, id est, quæ solet plantari ante domos Cæsarum & Pontificum. ¶ Vxores duorum fratrum dicuntur ianitrices Modestino *in l. non facilè. §. ad fines. ff. de gradibus cognationum.* In emendatioribus exemplaribus non legitur dictio *Ianitrices*: sed vnico contextu ita legitur, Duorum fratrum vxores dicuntur apud Græcos ἐνάτερες.

Iānŭăl, Libi genus, quod Iano tantummodo libabatur. Festus.

Iānŭārĭus, ij, {ἰανουάριος, γαμηλιών. GALL. *Le mois de Ianuier.* ITAL. *Gennaro.* GERM. Der Jenner. HISP. *El mes de Enero.* ANGL. *The moneth Iannar.*} Primus mensium, à Iano appellatus, quem Numa Pompilius primum anni esse voluit, tanquam bicipitis dei mensem respicientem & prospicientem transacti anni finem futurique principia.

Iānŭs, ἰανός, ab hiatu dictus est, detracta aspiratione: quem quidam Solem putant: ideóque geminum, quasi vtriusque ianuæ cælestis potentem, qui exoriens aperiat, occidens claudat. Alij Ianum mundum, id est, cælum intelligunt, quasi Fanum ab eundo, vt inquit Cicer *lib.* 2. *de natur. deor.* eò quòd mundus semper eat, dum in orbem voluitur, & ex se initium faciens in se refertur. Hinc & bifrons pingitur: duas enim facies habere dixerunt, alteram suo loco, alteram à tergo, eò quòd annus ex se initium faciens, fini occurrat: vel quòd præterita sciuerit, & futura præuiderit: seu quòd superorum & inferorum ianitor extiterit. {Der Gott Janus/mit zweyen angesichtern von ein ander gewendet/sein tempel zu Rom stund offen so lang sie krieg fürten/ zu fridens zeit aber ward er beschlossen.} Huius templum erat Romæ ad infimum Argiletum, à Numa Pompilio positum, quod tempore belli patebat, tempore pacis claudebatur: vnde Patultius, & Clusinus cognominabatur, vt autor est Seruius. Constat autem templum hoc ter fuisse clausum. Primùm regnante Numa: iterum post bellum Punicum secundum: tertiò post bella Actiaca, quæ confecit Augustus: quo tempore pax quidem fuit, quantum ad exteras pertinet gentes: sed bellis flagrauêre ciuilibus Romani. Sueton. *in Neron. cap.* 13. Ianum geminum clausit. ¶ Ianus qui, cur biceps, & de eius templo. Plutarch. *in Num.* Huius autem claudiendi, vel aperiendi templi ratio varia est. Alij dicunt Romulo contra Sabinos pugnante, quum iam prope vinceretur, calidam aquam ex eodem loco erupisse, quæ fugauit exercitum Sabinorum. Hinc ergo tractum morem, vt pugnaturi aperirent templum quod in eo loco fuerat constitutum, quasi ad spem pristini auxilij. Alij dicunt Tatium & Romulum facto fœdere hoc templum ædificasse. Vnde & Ianus ipse duas facies habet, vt ostendat duorum regum coitionem: vel quòd ad bellum ituros æquum sit de pace cogitare. Est alia melior ratio, quò ad prælium ituri, optent reuersionem. Hunc alij quadrifrontem fecerunt: ob quatuor orbis cardines, & Ianum quadrigeminum vocitarunt: & Iunonium, quasi Calendarum principem, Calendæ enim sunt Iunoni dicatæ. ¶ Ianus præterea erat locus Romæ vbi fœnatores consistebant è regione Basilicæ: quoniam in eo Iani simulacra collocata visebantur. Ouid.

Qui puteal, Ianúmque timet, celerésque calendas.

Horat. *in Epist.*

——— hæc Ianus summus ab imo
Prædicat.

Sueton. *in Domit.* Ianos, inquit, arcúsque cum quadrigis, & insignibus triumpho

triumphorum per regiones vrbis extruxit. ¶ Ianus antiquissimus Italiæ rex, quem geminam faciem prætulisse ferunt: quod ad regis prudentiam solertiamque referendum est: qui & præterita nosceret, atque prospiceret futura: vnde etiam bifrons dicitur. Hic Saturnum à filio fugatum è Creta classeque in Italiam aduectum suscepit hospitio: & quoniam ab eodem ruris agriculturam edoctus est, regni partem illi concessit, amboque vnà regnarunt concordes, vicináque oppida communi opera condiderunt Romani, vt dictum est, hunc omnibus ianuis præesse crediderunt: vnde & clauigerum ipsum vocarunt. Eum autem primum in Italia diis templa fecisse, ritúsque sacrorum instituisse, atque ob id eum in sacrificiis præfationem meruisse perpetuam, autor est Macrob. *lib.* 1. *cap.* 7. 8. 9.

Iānālis, e, adiectiuum à Iano: vt, Ianalis virga. Ouid. 1. *Fast.*

Virgaque Ianalis de spina sumitur alba,
Qua lumen thalamis parua fenestra dabat.

Ianalis porta quæ & Belli porta vocabatur Romæ, à Iano dicta, vbi & positum eius signum dicitur. Hanc Numa ea lege instituit, vt esset clausa semper, nisi quum bellum foret.

Ianium, templum Iani. Vide *Mineruium.*

Ianualis porta, apud Varron. 4. *de L. L.* Vide in supplemento ling. Græc. Constantini Διπυλον.

Ianxuatis, *ἰαγξουάτις*, vrbs Libyorum, gentile Ianxuatites. Steph.

Iăpĕtus, *ἰαπετός*, Cæli & Terræ filius (vt inquit Hesiodus) vir quidam potens apud Thessalos, sed proterui ingenii magísque filiorum, quàm sua virtute clarus. Ferunt hunc Asiam nympham vxorem duxisse, & ex ea Hesperum, Atlantem, Epimetheum, & Prometheum suscepisse. Valerius Flac. *lib.* 1. Iapeti post bella trucis, Phlægræque labores. Hunc quidam Promethei patrem fuisse asserunt. Ouid. 5. *Metam.*

Siue recens tellus, seductaque nuper ab alto
Æthere, cognati retinebat semina cæli,
Quam satus Iapeto mistam fluuialibus vndis,
Finxit in effigiem moderantum cuncta deorum.

de Prometheo loquitur. ¶ Iapeto antiquior, ἰαπετοῦ ἀρχαιότερος, de re antiquissima dixit Lucianus.

Iāpygium, promontorium, Acram Iapygiam, ἄκραν ἰαπυγίαν, cum Græcis nominat Plin. extremum Salentinorum promontorium est, quò quàm longissimè in mare excurrit Italia. Vulgò *Cabo de S. Maria tierra de Otranto.* Vide Plin. *lib.* 3. *cap.* 11.

Iăpis, idis, *ἰᾶπις*, nomen proprium cuiusdam Ætoli, qui quum in Venetiam venisset, oppidum de suo nomine condidit: à quo ea pars Italiæ, quæ Timauo fluuio irrigatur, Iapide dicta est. Quin etiam Timauum ipsum ab huius nomine Iapidem cognominat. Virg. 2. *Georg.*

Castella in tumulis & Iapidis arma Timaui.

Iāpygia, *ἰαπυγία*. Regio est in finibus Italiæ, in Chersonesi formam coacta, cuius Isthmus à Tarento Brundusium vsque extenditur. {Das land so sich zu hinderst in Italien in das Adriatisch meer wie ein halbe insel zeucht, jetz tierra d'Otranto genant.} Alio nomine Messapia dicitur. Autor Strabo *lib.* 6. Seruius in illud Virgilij,

Ille vrbem Argyripam patriæ cognomine gentis
Victor Gargani condebat Iapygis aruis.

Iapygia (inquit) pars est Apuliæ, in qua mons Garganus, qui vsque ad mare Adriaticum extenditur. Quod si verum est, longè maiores sunt Iapygiæ fines, quàm quos modò ex sententia Strabonis descripsimus. Nam Garganus mons multis passuum millibus extra iam dictam peninsulam situs est. Dicta est autem Iapygia ab Iapyge Dædali filio, vt tradit Solinus *in Polyhistore.* Tibull. *lib.* 4.

Testis quoque victa fertis Iapygia miles (aliàs *Iapida.*)

Iāpyx, *ἰάπυξ*, ventus est ab Occasu solstitiali spirans, qui alio nomine Caurus dicitur, teste Gellio *lib.* 2 *noct. Att.* {Der wind so von des Sommers Nidergang herwehet.} Dictus Iapyx à Græcis quod ad Iapygia spirare videatur: quare & commodissimus est ex Italia in Græciam nauigantibus. Horat. *lib.* 1. *Carm. Ode* 3.

Sic te diua potens Cypri,
Sic fratres Helenæ, lucida sydera,
Ventorúmque regat pater,
Obstrictis aliis, præter Iapyga.

Iarbās, *ἰάρβας*, Getulorum rex: qui quum Didûs ambiret nuptias, ab ea repulsus nascenti adhuc Carthagini bellum intulit: quod quum propulsare non possent, reginam suam eò adegerunt, vt nuptiis suis pacem redimeret. Quod quum illa alia ratione effugere non posset, simulat se antè Sichæi (id enim defuncti mariti nomen erat) Manes placare velle. Eam itaque ad rem impetrato spatio, pyram ingentem extruxit, cui superincumbens, suis sibi manibus necem consciuit. Ouid. 3. *Fast.*

Et potitur castra Maurus Iarba domo.

Iarchās, *ἰάρχας*, Philosophorum Indiæ princeps, qui in solio aureo sedens apud suos, sapientiam profitebatur. Vide Philostratum *in vita Apollonij Tyanei.*

Iardanus, *ἰάρδανος*, fluuius Lydiæ.

Ias, iās, pars Illyriæ: dicitur etiam Ionica, incolæ Iatex. Steph.

Iasa, nomen ciuitatis quæ imminet Rubro mari, vbi est terminus Moabitarum prouinciæ.

Iăsis, *ἰασὶς*, dicta est Atalanta ab Iasio patre. Propertius,

Atque animum dura contulit Iasides.

Iăsius, *ἰάσιος*, filius fuit Abantis Argiuorum Regis, frater Dardani. Nam Dardanus, inquit Seruius, & Iasius fratres fuerunt, Electræ filij: sed Dardanus de Ioue, Iasius de Corito procreatus est. Hoc Seruius apud Virgilium 3. *Æneid.* Hinc Græci, Iasidæ: & Iasis vocatur Atalanta eiusdem filia. ¶ Iasius quem amauit Ceres ex Creta. Ouid. *lib.* 3. *amor. Eleg.* 9. ¶ Fuerunt & alij eiusdem nominis: vnde Iasides Palinurus, apud Virg. 5. *Æneid.* Et Iapis Iasides, apud eundem *lib.* 5.

Iăsiōn, is, *ἰασίων*, quem Diod. *lib.* 6. etiam Iasium appellat: Iouis & Electræ filios, qui adeò à Cerere adamatus est, vt in eius gratiam ad nuptias Hermiones ipsius Iasij sororis, maximam & frumenti & panis copiam attulerit, atque ex eo Plutum pepererit, qui cultum vitæ instituere, pecuniásque coaceruare, atque in vsus custodire omnium primus docuit, quum antea parua congregandæ seruandæque pecuniæ fuisset cura. Alij addunt fabulæ, eum postea à Ioue ex inuidia fulmine ictum: quamuis non desint, qui aliam mortis causam adferant, quòd simulachrum eius contumelia affecerit. Hunc quoque alio nomine Ætionem vocant. Ouid. *lib.* 9.

——— quæritur canescere mitem Iasiona Ceres, &c.

Iasiōnē, *ἰασιώνη*, Herba est volubilis, siue conuoluuli species. Theoph. *lib.* 1. *de plant.* Vide *Concilium.*

‖Iasme leucoij species fruticantis: aliter apiaria.‖

Iāsōn, *ἰάσων*, Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Fac vt ex Ballione me prædicet regem Iasonem (qui abundauit frumento sup.) Filius Æsonis ex Polymela, seu (vt alij volunt) Alcimede quem pater moriens Peliæ fratri in tutelam commendauit, tradito etiam regno, ea tamen lege, vt illud adulto Iasoni restitueret. Porrò Alcimedes suspectum habens Peliam, Iasonem Chironi alendum dedit. Itaque Iason adultus ad repetendum paternum regnum venit: sed Pelias commentus fraudem, Iasonem Colchos ad auferendum aureum vellus nauigare iussit. Quæ res tametsi in principio esse maior hominum viribus Iasoni videretur, constructa tamen Argo naui, cum reliquis heroibus Colchos profectus est. Inter nauigandum autem primum ad Lemnum insulam appulit, vbi ab Hypsipyle & hospitio & thalamo susceptus est. Deinde ad Phineum regem, à quo muneris loco edoctus est, quomodo per Cyaneas petras inter se concurrentes ad Colchos vsque tutò nauigare posset. Quò quum peruenisset, Medea Colchorum Regis filia, forma eius capta, à certissimo eum eripuit exitio: ostensa ratione qua & æripedes tauros perdomare, & draconem peruigilem sopire posset. Eius igitur consilium sequutus Iason, aureum vellus sustulit, & inde clàm cum sociis & Medea fugam arripiens, ad Istri ostium peruenit: aduersóque flumine subiens, quum eum tandem in locum peruenisset, vbi Danubius Liburniæ montibus proximus est, nauim qua vectus erat, suis sociorúmque humeris superatis montibus in mare Adriaticum deportauit: tandémque sospes in patriam reuectus, duos ex Medea filios suscepit. Sed quum postea Creusæ, Corinthiorum Regis filiæ amore flagrans, eam vxorem duxisset, Medea ægrè ferens diuortium, Creusam cum regia exussit. Sunt qui tradant, Medeæ postea reconciliatum Iasonem, Æetem socerum à Persa fratre pulsum, in regnum restituisse, multáque alia præclara gessisse, adeò vt diuinos in Asia honores fuerit promeritus. Describitur latiùs tota hæc fabula ab Apollonio Rhodio, & Valerio Flacco. ¶ Corripit hoc nomen penultimi genitiui syllabam Ouid. 7. *Metam.*

Multaque perpessi claro sub Iasone, tandem, &c.

Et *alibi,*

Quem nisi crudelem, non tangat Iasonis ætas?

¶ Hinc fit patronymicum Iasonides: vt, Iasonidæ iuuenes, apud Statium *lib.* 10. *Theb.*

Iăsōnium, *ἰασόνιον*, Promontorium Cappadociæ. Ptolem. *lib.* 5. *cap.* 6.

Iăspis, originis Hebraicæ. {ישפה iaspéh. ἴασπις. GALL. *Iaspe.* ITAL. *Diaspro, pietra pretiosa.* GERM. Jaspis/ein edelgestein. HISP. *Iaspe, piedra preciosa de color verde.* ANGL. *A iaspe, a pretious stone so called.*} Gemma est è viridantium genere, cuius vt multæ species, ita varij sunt colores. Autor Plin. *lib.* 37. *cap.* 9. Martial *lib.* 5.

Sardonychas, smaragdos, adamantes, iaspidas vno
Portat in articulo Stella Seuere meus.

Iăspĭdeus, a, um, vel Iaspidea gemma, quæ iaspidis colorem refert. {Iaspidi concolor, ἰασπίζων. GALL. *Qui resemble à vne iaspe, ou qui a couleur de iaspe.* ITAL. *Che ha colore di diaspro.* GERM. Das ein farb hat wie ein Jaspis. HISP. *Cosa semejamente à tal piedra, ò que tiene color de iaspe.* ANGL. *Resembling à iaspe in colour.*} Plin. *lib.* 39. *cap.* 10. Cepionides in Ætolia Atarne nun pago, quondam oppido, nascentur multis coloribus transflucentes, aliàs vitreæ, aliàs crystallinæ, aliàs iaspideæ.

Iăspŏnyx, *ἰασπόνυξ*, Iaspidis gemmæ species, maculis quibusdam humano vngui non dissimilibus variegata: vnde & onychi puncta dicitur. Plin. *lib.* 37. *cap.* 9.

Iasus, siue Iassus, *ἰασσός*. Insula Cariæ continenti adiacens, cuius incolæ, quòd regionem habeant sterilem, ex piscatu potissimùm victum quæritant. Hinc proximus sinus, Iasius cognominatus est. Ex Iaso orti sunt Chœrulus poëta, & Diodorus dialecticus, cognomento Chronus.

Iathrippa, *ἰάθριππα*, vrbs Arabiæ prope Egram. Steph.

Iatinum, *ἰάτινον*, Maldensium ciuitas est apud Ptol. *lib.* 2. *cap.* 8. Fortè quæ hodie vocatur *Meaux.*

Iātrŏs, {ἰατρός. GALL. *Medecin.* ITAL. & HISP. *Medico.* GERM. Ein artzt. ANGL. *A phisicion.*} Latinè medicus, vnde Archiatros, princeps medicorum: quo nomine dictus est Æsculapius, tanquam præses, deusque medicorum. Plin. *lib.* 29. *cap.* 1.

Iātrălēptēs, vel Iatralepta, ἰατραλείπτης, Medicus vnguentarius, qui vnguentis & perfrictionibus curat. Celsus *lib.* 1. *cap.* 1. Sanus homo, qui & bene valet, & suæ spontis est, nullis obligare se legibus debet, ac neque medico, neque iatralepta egere.

Iātrălēptĭcē, ἰατραλειπτική. Medicinæ genus, quæ vnguentis & perfrictionibus curat, quasi medicina vnguentaria: ἰατρική enim medicina, ἀλείπτης, vnctor dicitur.

‖Iatronices, medicorum victor. Bud.‖

Iaua, Hispaniæ ciuitas. Ptolem.

‖Iaurinum, *Raab*, V. E. Hungariæ, sub A. Strigoniensi.‖

Iaxamatæ, ἰαξαμάται. Populi circa Mæotim (inquit Stephanus) quos Ephorus appellat Sauromatas. Valer. Flac. Mellis honos Torinos ditat, sua mulcta Satarchen, Iaxamatas venatus alis. De his Amm. *lib.* 4. Circa hæc stagna gentes sermonum institutionúmque varietate dispares, Iaxamatæ, Mæotæ, cum Gelonis Agathyrsi.

Iăxartēs, ἰαξάρτης. Fluuius Scythiæ est, eorum, qui Caspium mare influunt, longè maximus. Quem Alexander falsò credidit Tanaim esse. Nam esse diuersum Iaxartem à Tanai aliorum postea nauigationibus compertum est. Oritur apud Sacas (vt ait Ptol.) in Septentrionem fluens.

Iaxtes, fluuius, quem eodem cum superiore in tractu quidam locant: cuius meminit Claudianus,

Sic nobis Scythicus famuletur Iaxtes.

Iazyges, Metanastæ, {ἰάζυγες. GERM. Sibenbürger.} Populi in Europa,

qui

qui ab Oriente habent Daciam, ab occasu & Austro Germaniæ partem, à Septentrione Sarmatiam. Hodie (si quis in re tam vetusta coniecturæ locus est) creduntur populi inhabitantes eam regionem, quam Septem castra vocamus, Germanice Sibenbürgen, quæ regio partim ab Hungaris, partim à Valachis colitur. Ptol. *lib.* 3. *cap.* 13. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* Iazyges (trisyllabum) & Colchi.

I B

Ibæi, Ἰβαῖοι, qui & Ibeni, populi Celticæ. Sunt etiam Ibeni, aliàs Iaonitæ dicti. Steph.

[Ibalia, maris habentia, Gloss. A.L.]

Ibernia, vide *Hibernia.*

Ibērus, {Ἴβηρ. GERM. Ein fluß Hispanië / jetz Ebro.} Fluuius Hispaniæ, qui apud Cantabros oriens, per xl. passuum millia fluit, & in mare Balearicum euoluitur. Dictus (vt Eustathius ait) à Rege eiusdem nominis. Lucan. *lib.* 4.

Quì præstat terris, aufert tibi nomen Iberus.

¶ Ibērus etiam piscis, Scombrus. Horatius *lib.* 2.

Hic mistum tuc est oleo, quod prima Venafri
Pressit cella garo, de succis piscis Iberi.

Ibēria, Ἰβηρία. Arragon. Primùm appellata Hispaniæ regio vtrinque Ibero fluuio proxima, quam postea Celtæ Gallorum populi, relictis sedibus suis, habitauêre. Vnde composito ex vtraque gente nomine, Celtiberi appellati sunt: & regio Celtiberia. Postea tamen vniuersa Hispania, Iberia dicta est: & Hispani ipsi, Iberi, siue Iberes, Ἴβηρες. Virg. 3. *Georg.*

Aut impacatos à tergo horrebis Iberos.

Lucan.

——*Occurrat Hiberictus alter.*

¶ Est & alia regio hoc nomine iuxta Pontum, inter Colchida & Armeniam venenorum ferax, quæ Caucasiis montibus circundatur: cuius similiter populi Iberi & Iberes dicti sunt, à quibus (vt Varro scribit) profecti dicuntur, qui in Hispania habitauerunt: & ab illis Hispania, Iberia: & fluuius Hispaniæ, Iberus dictus est, & hinc adiectiuum

Ibērus, a, um. Virg. *lib.* 9.

Pictus acu chlamydem, & ferrugine clarus Ibera.

Dionysius contra aliorum sententiam tradit Iberos populos à Pyrenæis montibus profectos in Asia sedes posuisse. Vnde ea pars Asiæ, Iberia nuncupatur.

Iberiacus, aliud adiectiuum, vt, Terræ Iberiacæ, apud Sil. *lib.* 13.

[Iberæ næniæ, fabulæ vanæ Hispaniæ. Vel potiùs cantilenæ nutricum ad pacandos infantes.]

Ibērica herba, spartum dicebatur antiquis. Quint. *lib.* 8. *cap.* 2. Vt ille qui in actione Ibericas herbas, se solo nequicquam intelligente, dicebat, nisi irridens hanc vanitatem Cassius Seuerus spartum eum dicere velle indicasset. Gell. *cap.* 14. *lib.* 7. Iberica glans optima. Horatius,

Ibericis peruste funibus latus, i. sparteis.

Ibēris, idis, Ἰβηρίς. Herba eadem cum lepidio syluestri: de qua vide Plin. *lib.* 25. *cap.* 6.

Ibi, aduerbium loci, ab Ibo. Significat in eo loco: quo propriè vtimur in demonstrando. {שָׁם *scham.* ἐκεῖ. GALL. *Là, en ce lieu là.* ITAL. *Ivi, en quel luogo, là.* GERM. Daselbst. HISP. *Ay, ò allì de alge ella.* ANGL. *In that place, there.*} Ibidem verò relatiuum est, idem significans, quod in eodem loco, αὐτόθι. Cicer. *pro domo sua*, Ibi enim positis est, vbi templi auditus est. Idem *in Epist.* Nemo est quin vbiuis, quàm ibi vbi est, esse malit. Plaut. *Mostell. sc.* 2. *a.* 1. Ibi sumptus sumptui non sunt. Idem *Men. sc. vlt. a.* 5. Hic natus est ibi. *Ibid. sc.* 2. *a.* 5. Amat meretricem, atque ibi potat. Idem *Curc. sc.* 1. *act.* 4. In Tusco vico, Ibi sunt qui se venditant. Item, Ibi sunt qui dant & accipiunt fœnus. *Ibid.* & Gell. Plaut. *Curc. sc.* 2. *a.* 5. Tum ibi me nescio quis arripit. ¶ Accipitur aliquando pro aduerbio temporis, idémque valet quod tunc. Terent. *in Eunuch.* Inuitat tristis, mansit: ibi illa cum illo sermonem occipit. ¶ Pro tum. Plaut. *Amph.* perduelles penetrant se in fugam, Ibi nostris animus additus est. Idem *ibid.* Ibi me inclamat Alcmena. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 2. Ibi me interrogat. Idem *ibid. sc.* 2. *a.* 5. Spectacula ibi ruunt. Idem *Aul. sc.* 4. *a.* 1. Vbi manum iniicit, ibi onerat aliquam Zamiam. (id est, cum, tum.) *Ibid. sc.* 5. *a.* 5. Vbi res soluta est omnibus, ibi cedit miles, (id est, cum, tum.) ¶ Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 4. Ibidem vna aderit mulier. Idem *Menæch. sc.* 4. *act.* 2. Vbi hunc hominem nouisti: Ibidem, vbi ille me. Idem *Mostell. sc.* 2. *act.* 2. Defodit hospitem hic ibidem in ædibus. ¶ Ab ibi fiunt composita, Inibi, & alibi, seu alicubi, & ibidem: quæ suis locis explicantur.

Ibicēs, Capræ syluestres sunt, pernicitatis mirandæ. Plin. *lib.* 8. *cap.* 53. Sunt capreæ, sunt rupicapræ, sunt ibices pernicitatis mirandæ, quanquam onerato capite, vastis cornibus, gladiorúmque vaginis: in hac se librant, vt tormento aliquo rotati in petras, potissimùm è monte aliquo in alium transire quærentes, atque recussu perniciùs, quo libuerit, exultant.

Ibidem, In eodem loco. {αὐτόθι. GALL. *En ce mesme lieu, là mesme.* ITAL. *In quello stesso luogo.* GERM. Eben daselbst. HISP. *En el mesmo lugar.* ANGL. *In that same place.*} Virg. 1. *Æneid.*

——*ter fluctus ibidem*
Torquet agens circum.

Cicer. *pro Quintio*, Quod ibi rectè custodire poterant, id ibidem custodiant.

Ibylla, Ἴβυλλα, vrbs Tartesiæ, ciues Ibyllini, apud quos auri & argenti metalla sunt. Steph.

Ibis, Ἶβις. Auis soli Ægypto peculiaris quæ serpentibus vescitur. Hæc duplex esse fertur: altera nigra tota est, altera ciconiæ non absimilis, diuersa tamen à ciconia. Cicer. *lib.* 2. *de nat. deor.* Ibes maximam vim serpentium conficiunt, quum sint aues excelsæ, rigidis cruribus, corneo proceróque rostro: auertunt pestem ab Ægypto, quum volucres angues ex vastitate Libyæ vento Africo inuectas interficiunt atque consumunt: ex quo fit, vt illæ viuæ nec morsu noceant, nec odore mortuæ. Hæc ille. Traditur autem ibis clysteris vsum primùm commonstrasse, quòd consuetudinem habeat se purgandi, rostri aduncitate eam perluens partem, qua ciborum onera redduntur. Autor Plin. *lib.* 8. *cap.* 27.

[Ibrida, spurius, vide *Hybrida.*]

Ibus pro iis, ab Is, ea, id. Plaut. *Curc. sc.* 2. *a.* 4. parissimi estis ibus. (aliàs iibus.) Idem *in Milit. sc.* 1. *a.* 1. Ibus dinumerem stipendium.

Ibycus, Ἴβυκος. Nomen poëtæ lyrici Rhegini, apud Græcos præclari, sed tamen omni libidinis genere effœminatissimi, à quo genus metri dictum est Ibycum, sicut alterum ab Alcæo Alcaicum. Ibici equus, Ἰβύκειος ἵππος, in quo prouerbium abiisse videtur de iis, qui nolentes præter ætatem ac vires ad periculosum negocium adigerentur. Nam (vt refert Plato *in Parmenide*) Ibyco equus erat iam annosus, athleta multis certaminibus detritus. Is quum ad certamen curtui iungeretur, extimuit, videlicet expertus eiusmodi ludorum aleam ridente populo, Ibycus surgens, Equus, inquit, domino similis est: nam & ipse iam senex ad amandum compellor.

I C

Icadius, Ἰκάδιος, Prædo insignis. Cicer. *de Fato*, Ne Icadij quidem prædonis video fatum vllum: nihil enim scribit ei prædictum. Quid mirum igitur, ex spelunca saxum in crura eius incidisse? Puto enim si Icadius tum in spelunca non fuisset, saxum tamen illud casurum fuisse.

Icadistæ, Ἰκαδισταί, cognominati sunt Epicureæ sectæ Philosophi, quòd ταῖς εἰκάσιν, hoc est, vicesimum quinque lunæ idem, quo natus est Epicurus, celebrarent, imagines eius per cubicula circumferentes. Vide Athenæum *Dipnosophistarum lib.* 7.

[Icanati, milites optimates digniores, qui cohortem habeere Buleng.]

Icăriă, siue Icaros, Ἰκαρία Ptolemæo, Ἴκαρος Stephano, [hodie *Nicaria*, exigua insula Ægæi maris, haud procul à Chio] inter Samum & Myconum sita, vna Cycladum: à quo vicinum mare Icarium appellatur, non (vt Poëtæ fabulantur) ab Icaro Dædalio. Eadem & Doliche & Macris, & Ichthyoëssa aliquando fuit appellata. Autor Plin. *lib.* 4. *cap.* 12. In hac insula fuit insigne Dianæ templum Tauropolium appellatum: cuius meminit Strab. *lib.* 14. Vulgò *Nicaria.*

Icărius, Ἰκάριος. Pater Penelopes. Ouid. *Epist.* 1.

Me pater Icarius viduo discedere lecto
Cogit, & immensas increpat vsque moras.

Idem *Eleg.* 2. *lib.* 5. *Trist.*

Icaria numerum dicere coner aqua.

Icăris, Ἰκαρίς, Patronymicum fœmininum, quod Poëtæ accipiunt pro Penelope Icari filia. Ouid. *in Ibin*,

Et velut Icaridis famula periere, procique.

Icăriōtis, idis. Ouid. 3. *de Ponto.*

Morte nihil opus est, nihil Icariotide tela.

Icărus, Ἴκαρος, OEbali Laconum regis filius fuit, pater Erigones, qui quum acceptum à Libero patre vinum rusticis distribuisset, illique ex nimio potu ebrij facti essent, arbitrantes sibi toxicum esse datum, Icarum interfecerunt. Quod vbi Erigone cognouit, doloris impatientia laqueo vitam finiuit: quæ deorum miseratione in cælum translata, signum efficit Virginis. Tibull. *lib.* 4. *ad Messalam*,

——*etiam Phœbo gratissima dona*
Cres tulit, & cunctis Baccho iucundior hospes
Icarus, vt puro testantur sydera cælo.

Item Propertius *lib.* 2.

Icare Cecropijs meritò iugulate colonis.

¶ Icarus, Ἴκαρος. Dædali filius fuit, qui vnà cum patre è Creta fugiens, fretus alarum fiducia, quum vltra patris iussa altiùs euolasset, Solisque ardore cera, qua pennæ continebantur, liquefacta esset, ita vt ab alis deflueret, decidit in mare, quod est inter Samum & Myconum, quod ab eius nomine Icarium dictum esse fabulantur Poëtæ. Ouid. 3. *Tristium*,

Icarus Icarias nomine fecit aquas.

Constat enim verè, vt diximus suo loco, Icarium mare nomen accepisse ab Icaria insula, medio ferè inter Samum & Myconum spatio sita.

[Icas, εἰκάς est vicenarius, ab εἴκοσι viginti.]

Icesius, Ἰκέσιος, Conditor Erasistratiorum scholæ apud Smyrnam: cuius meminit Strabo *lib.* 18.

Ichana, Ἴχανα, oppidum Siciliæ mediterraneum: cuius incolæ dicti sunt Ichanenses, Ἰχανῖνοι Stephano, quorum meminit Plinius *lib.* 3. *cap.* 8.

Ichnæ, Ἴχναι, oppidum in Ora Macedoniæ, non procul ab Axij fluminis ostio. Plin. *lib.* 4. *cap.* 8.

Ichneumōn, {ἰχνεύμων. GALL. *Vn rat d'Inde.* ITAL. *Sorico ò topo d'India.* GERM. Ein Indianische mauss. HISP. *Raton de India.* ANGL. *A rat of Inde.*} Animal est magnitudine felis, specie muris: vulgò nunc *Murem Indicum* vocant. Nascitur in Ægypto, & cum aspide pugnat. Ichneumona Ægyptij adorant, quoniam oua crocodilorum conterit: & luto conuolutus, quum os aperiunt, ita in ventres eorum insilit, vt exesis intestinis eos interimat. Plin. *lib.* 8. *cap.* 4.

Ichneūtās, quandoque Nicander vocat ichneumones.

[Ichnobates, nomen canis apud Ouidium,

Ichnobatesque sagax.

ab ἴχνος & βαίνω, quia feræ vestigiis insistit.]

Ichnŏgrăphia, ἰχνογραφία. Quasi vestigij descriptio, est futuri operis delineatio, quam Galli *Planam formam* vocant. Vide Vitruuium *lib.* 1.

Ichnūsă, Ἰχνοῦσα. Insula Sardinia dicta est, quòd similitudinem referat humani vestigij, quod Græcè ἴχνος dicitur. Sil. *lib.* 12.

Inde Ichnusa pijs Graijs memorata colonis.

Vide Plin. *lib.* 3. *cap.* 7.

Ichthyŏessă, Ἰχθυόεσσα, Insula in mari Icario, vna Cycladum, inter Samum & Myconum sita, quæ aliis nominibus Icaros & Icaria dicitur. Vide Plin. *cap.* 3. *lib.* 12.

Ichthyŏcolla, {ἰχθυόκολλα. GALL. *Colle faite de peau de poisson, colle de bouche.* ITAL. *Colla di pesce.* GERM. Hausenblasen/ist ein leim von einem fisch. HISP. *Cola de pescado.* ANGL. *Glewe made of fish skinnes, mouthglewe.*} Gluten ex pisce, à Dædalo primùm inuentum, vt tradit Plin. *lib.* 7. *cap.* 56. ¶ Est item ichthyocolla, piscis cuiusdam nomen, corium habens glutinosum, ex quo glutinum conficitur. Autor Plin. *lib.* 32. *cap.* 7.

Ichthyŏphăgi. {ἰχθυοφάγοι. Angl. *That liueth on fishes.*} Qui ex piscibus viuunt: quo nomine dicti sunt quidam populi, Maris rubri accolæ. de quibus Hieronymus contra Iouinianum, Porrò Ichthyophagi, genus errans in littore Maris rubri, supra petras, Solis calore feruentis assant pisces, & hoc solo alimento victitant. Strab. *lib.* 15. Ichthyophagorum regio secus mare est, & magna ex parte arboribus caret. Raritas in ea palmarum, acanthi, muricæ, aquarum & domestici cibi maxima est. Vescuntur piscibus tum ipsi, tum eorum pecora: & aquas pluuiales & fossiles potant, pecorum carnes piscibus præbent, domicilia ex ossibus cetorum, & ostreorum conchis magna ex parte faciunt. Non trabium & fulcrorum vsum costæ præstant, portas maxillæ. E vertebris fiunt mortaria, in quibus pisces subiguntur, ad solem assantur: postea ex his panem conficiunt, frumenti paululum admiscentes. Nam & molas habent, quanquam ferrum non habeant, quod nequaquam mirandum est. id enim aliunde afferri potest. Concidunt eas quum attritæ sunt lapidibus iis, quibus & sagittas & missilia præusta exacuunt. Pisces partim in cupis panariis assant, partim (quod frequenter fit) crudos edunt. Capiunt eos retibus ex cortice palmarum factis.

Ichthyŏpōlă, Piscium venditor. {ἰχθυοπώλης. Gall. *Vendeur de poissen.* Ital. *Venditore de pesci.* Germ. Ein fisch verkeuffer. Hisp. *Vendedor de peces.* Angl. *That selleth fishes.*} Locus autem vendendis piscibus destinatus Ichthyopolion, ἰχθυοπώλιον appellatur.

Ichthyŏtrophēum, {ἰχθυοτροφεῖον. Gall. *Estang, viuier.* Ital. *Pesciera, viuaio.* Germ. Ein fischgrub / ein weyer in dem man fisch behelt. Hisp. *Estanque de pecez.* Angl. *A fishe ponde or stew.*} Piscina alendis piscibus accommodata, quod & viuarium à Latinis dicitur. Col. *lib.* 8. *c.* 1. Atque etiam quum datur liquoris facultas, ἰχθυοτροφεῖα sedula cura exercentur: ea sunt omnia (vt Latinè potius loquamur) sicut auium cortalium stabula, nec minùs earum quæ conclauibus septa saginantur, vel aquatilium animalium receptacula.

Ĭchthys, ἰχθῦς, Elidis est promontorium in Achaia apud Thucydidem, quod Valla, piscem transtulit, & ob id meritò reprehensus est ab Hermolao.

‖Icium, quasi exitus, nullo remanente. Gloss. Isid.‖

Ico, is, ici, ictum, ab ἵκω. Ferio, percutio. {הכה *hicchcháh.* πλήσσω, τύπτω. Gall. *Frapper, ferir, toucher.* Ital. *Percuotere, ferire.* Germ. Schlagen. Hisp. *Herir.* Angl. *To strike, to touche.*} Plaut. *in Truc.* Hoc vide dentibus Frendit, icit femur. Cæcili. Si vnquam quisquam vidit quem catapulta, aut balista icerit. Plin. *lib.* 2. *cap.* 15. Lauri fruticem non icit. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Genu te quemque icero, ad terram dabo. ¶ Icere colaphum, κολαφίζειν, est impingere alicui colaphum. Idem, Quæ hæc res est? hei colaphum icit, malum vobis dabo. ¶ Icere fœtus. Cic. *in Pisonem*, Tu scilicet homo religiosus & sanctus, fœdus quod meo sanguine in pactione prouinciarum iceras, frangere voluisti. Legitur & passiuum Icor. Plin. *lib.* 16. *cap.* 30. Arborum manu satarum, receptarúmque in domos, fulmine laurus sola non icitur. Liu. *lib.* 1. Ibi in turba ictus Remus cecidit.

Ĭctus, us, percussio. {מכה *machcháh.* πληγή, βολή, πληγή. Gall. *Coup, frappement.* Ital. *Colpo, percossa.* Germ. Ein streich/oder schlag. Hisp. *Golpe ò herida.* Angl. *A stripe or stroke.*} Cic. 3. *Offic.* Optauit Phaethon, vt in petris currum tolleretur: sublatus est in lanus: antequam constitit, ictu fulminis deflagrauit. Virg. 5. *Æneid.*

—— aut grauis ictu

Seminecem liquit saxo, lacerúmque viator.

Plaut. *Milit. sc.* 1. *act.* 1. Vno ictu quingentos occideres. Senec. *cap.* 9. *de consol. ad Marc.* Ad omnes ictus expositi sumus. Lucan. *lib.* 6. vnoque sub ictu stat genus humanum. Senec. *cap.* 12. *de vita beat.* Sub ictu fortunæ state. Ne sub vnum fortunæ ictum totas vires regi cadere pateretur. Et Velleius, Ad ictum ceruicem dare. Senec. *cap.* 26. *de consol. ad Marc.* Ad ictum militaris gladij formati duces. Quint. Ictum euocant gladiatores. Idem vt ictu simili ferires de fortunæ vulpere. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Saxa memor refero, rursus ad icta pedem.

Quintilian. Feriunt animum sententiæ, & vno ictu impellunt. Senec. *Epist.* 73. In conspectu, & vt ita dicam, sub ictu. Et *cap.* 9. *de consol. ad Polyb.* Sub ictu est tua Innocentia. Plaut. *Mostell.* Perfacilè ego ictus perferò argenteos. Ouid. 5. *Metam.*

Qua mirata diu factas pedis ictibus vndas.

¶ Legitur & icti genitiuus à nominatiuo secundæ declinationis. Claud. Quadrigarius apud Gellium, Ne Gallus impetum icti haberet.

Ĭctus, a, um, participium, Percussus, verberatus, læsus, pulsatus. {מכה *mucchéh.* πεπληγμένος, τετυμμένος. Gall. *Frappé, feru, touché.* Ital. *Percosso, ferito.* Germ. Geschlagen/getroffen. Hisp. *Golpeado, herido.* Angl. *Stricken.*} Ouid. 1. *Trist.*

Non aliter stupuit, quàm qui Iouis ignibus ictus Viuit.

Gell. *cap.* 8. *lib.* 1. Tali petulantia mulieris (Laidis sup.) atque pecuniæ magnitudine ictus expauidúsque Demosthenes, auertit iter. Liu. *lib.* 7. *de bell. Pun.* Noua te Consules icti. *Ibid. lib.* 6. Icti cladibus. Idem *lib.* 7. *dec.* 4. Icti responso nouo.

Icon, is, {צלם *tselem* תבנית *tabnith* תמונה *temunáh.* εἰκών. Gall. *Image, statue, semblance.* Ital. *Imagine, effigie.* Germ. Ein bildtnuß. Hisp. *Imagen.* Angl. *An image or lyknes of a thing.*} Effigies, imago, & statua ex membris ipsis à pictoribus, seu statuariis expressa. Plin. *lib.* 24. Eorum verò, qui iter superauissent, imagine ex membris ipsorum similitudine expressa, quas iconas vocant. ¶ Est & icon figura, quum formæ ad formam cum quadam similitudine fit collatio, aut laudis, aut vituperationis causa. Exemplum extat apud Virg. 4. *Æneid.*

Omnia Mercurio similis, vocémque, colorémque,

Et flauos crines, & membra decora iuuenta.

Icona pro icon dicitur Cælario *lib.* 7. *cap.* 21.

Ĭconĭcus, a, um, Ad viuum expressus, viuam imaginem referens, {εἰκονικός. Gall. *Tiré au vif, peint ou pourtrait sur le vif.* Ital. *Ritratto dal naturale.* Germ. Der also eigentlich vnd ordenlich abgebildet ist/als ob es lebte. Hisp. *Dibuxado, de lo natural sacado.* Angl. *That representhet the liuelie image of a thing.*} Sueton *in Caligul.* Simulachrum stabat in templo aureum, iconicum, amiciebatúrque quotidie veste, quali ipse vteretur. Plin. *lib.* 36. *cap.* 8. Adeò iam colorum vsus increbuerat, adeóque ars perfecta erat, vt in eo prælio iconicos duces pinxisse tradatur: Atheniensium Miltiadem, Callimachum, Cynegirum: Barbarorum, Darium, Tissaphernem.

‖Iconici, pictores, qui tantùm pingebant effigiem. Bud.‖

Ĭcŏnismus, εἰκονισμός. Veræ, viuæque imaginis expressio: à verbo Græco εἰκονίζω, quod est effingo, seu imaginem rei alicuius exprimo. Senec. *lib.* 15. *Epist.* Iconismus descriptiones interpretatur, aitque esse verbum Publicanorum.

Ĭcŏnium, Ἰκόνιον. Oppidum Lycaoniæ, non procul à flexu Tauri montis. Strab. *lib.* 12.

Icos, Ἰκός, insula maris Ægæi, vna Cycladum, Eubœæ proxima. Steph.

Ĭcŏsium, Ἰκόσιον, Mauritaniæ Cæsariensis oppidum est, à viginti Herculis comitibus, qui ab eo desciuerant conditum. Vnde etiam à numero conditorum nomen habet. Autor Solinus.

Ĭctĕrus, {ἴκτερος. Gall. *La iaunisse.* Ital. *Itteritia, malattia, che fa diuentar giallo.* Germ. Die gälsucht. Hisp. *La itericia, dolencia.* Angl. *The iaundis.*} Est suffusio bilis flauæ, vel nigræ per totum corpus. Plin. & Varro regium morbum appellant, quòd mulso præcipue, regio planè potu, curaretur. Celsus & Apuleius vocant originem, à colore auri: & hominem hoc morbo laborantem, auriginosum. Marcel. Virgil. ex Dioscoride arquatum vertit, à colore cælestis arcus. {ἴκτερος. Gall. *Vn certain oiseau de couleur iaune.* Ital. *Vccello giallo.* Hisp. *La oropendola de aue.*} ¶ Est item icteros auicula quædam flaui coloris, quam Latini galgulum vocant, solo aspectu regium morbum sanans: vnde & nomen habet. Plin. *lib.* 30. *cap.* 11. Auis icterus vocatur à colore: quæ si spectetur, sanari id malum tradunt; & auem mori. Hanc puto Latinè vocari galgulum.

Ĭctĕricus, qui ictero laborat. {ἰκτερικός. Gall. *Qui a la iaunisse.* Ital. *Itterico.* Germ. Gälsüchtig. Hisp. *Enfermo de aquella dolencia.* Angl. *That is sick of the iaundis.*} ἀπὸ τοῦ ἰκτῖνος, hoc est, à miluo, quòd oculi bile suffusi, miluini similes videantur. Plin. *lib.* 20. *cap.* 9. Ictericis, necnon & phreneticis radicis crudæ succum gargarizandum bibendúmque demonstrat. Idem *lib.* 21. *cap.* 10. vocat felle suffusos. Iuuenal. *Satyr.* 6.

Consulit icterica lento de funere matris.

Ictis, idis, ἴκτις, inquit Aristoteles, syluestris mustelæ genus est, magnitudine Melitensis catelli: sed pilo, facie, albedine partis inferioris, & morum astutia mustelæ simile. Mansuescit maiorem in modum, & officit aluearibus: mellis enim auida est: aues etiam petit, vt felis. Hanc martam speciali vocabulo vocant. Genitale ei osseum est, medicamento vrinæ stillationibus. Plinius *lib.* 29. *cap.* 4. {Angl. *A kind of weesel.*}

Ĭctius, Tarentinus nobilis palæstrita fuit, qui toto vitæ tempore à Venere religiosissimè abstinuit, ne quid de corporis viribus imminueret.

Ictus, vide *Ico.*

I D

Ĭd, neutrum genus pronominis is, varium in oratione vsum habens. {הוא *hu.* τοῦτο. Gall. *Cela.* Ital. *Ciò, questo.* Germ. Das. Hisp. *Ello.* Angl. *That.*} Plaut. *Mostell. sc.* 2. *a.* 1. Nunc postquam sum nihili, Id verò meopte ingenio reperi. *Ibidem.* atque hoc haud videtur verisimile vobis. At ego id faciam ita esse vt credatis. Item, Ad id vsque frugi fui dum in potestate fui parentum. ¶ Id pro ea in re, Id cupio obsequi. (id est, ea in re.) Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 1. Item, Quid id est? Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. & *Asin. sc.* 4. *a.* 3. & *Aulul. sc.* 6. *a.* 4. & *Curc. sc.* 1. *a.* 5. & Ouid. *Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.* ¶ Id pro ea re, Plaut. *Curc. sc.* 2. *a.* 1. Id quod amo, careo, (id est, ea re.) ¶ Id, pro Ideo, siue ob id. Idem *Capt. sc.* 3. *a.* 3. An id succenses mihi. & *in Amph.* Id huc reuorti me vti pugnarem tibi (id est, ideo.) ¶ Id interdum vacat, idem *Menæch. sc.* 4. *a.* 5. Sanum futurum mea id promitto fide. Item, Id pro capite tuo quod dedit perdiderat tantum argenti. Et *in Curc. sc.* 1. *a.* 1. Id vti occœpi dicere. vbi τὸ id vacat post hyperbaton. Eleganter adiunctum habet genitiuum: vt, Id ætatis, id temporis, id est, ea ætate, eo tempore. Cicer. *in Epistol.* Id ætatis iam sumus, vt omnia fortiter ferre debeamus. Idem *in Catil.* Quos ego id temporis ad me venturos prædixeram. Plaut. *Asin. sc.* 1. *a.* 1. Non puduit eum id ætatis sycophantias agere. Velleius, In id furoris processerat. Id locorum. Salust. *Iugurth.* 104. Tamen is ad id locorum talis vir, nam postea ambitione præceps datus est. Rursus 102. neque pòst id locorum Iugurthæ dies, aut nox quieta fuit. ¶ Id quod res est, idem est acsi diceremus quod verum est. Terent. *in Adelphis*, Verum cogito id quod res est. τὸ ὄν. ¶ Idipsum, idem est quod hoc. Cicer. *Lentulo*, Multi rogabantur, atque idipsum Consulibus inuitis. ¶ Ab id, fit ideo. τούτῳ, ob eam caussam & idcirco, propter hoc, ἕνεκα τούτου, διὰ τοῦτο, quæ declarantur suis locis. ¶ Id est, pro veluti apud Iurisconsultos aliquando ponitur. Vlpian. *de pact.* Pacta in personam sunt, quoties paciscor ne petam, id est, ne à L. Titio petam. Et puto interdum permittendum, id est, si grande damnum sit minoris.

Id quòd, pro ideò quòd veteres dicebant. Sic locutus est Terentius *in Heaut.* Id quòd est consimilis moribus, conuinces facilè ex te natum. Et *in Hecyra*, Illicò lætæ exclamant, venit, id quòd me repentè aspexerant. Et Liuius *lib.* 41. Id quòd erat vetusta coniunctio cum Macedonibus. Et *lib.* 3. *ad Qu. Frat.* Teneo accusando vix mehercule, sed tamen teneo, id quòd iudices nullos habemus. Ex Aldi Commentario *ad Qu. Fratr.*

Ĭdă, Idæ, Ἴδη. Mons altissimus, qui ad Troadem spectat. Latus eius Septentrionale, ex angustiis Abydi vsque ad Æsapum, & Cyzicenum agrum, ad Propontidem pertinet: Occidentale ad Hellespontum respicit: Australe promontorium efficit, quod Lectum appellatur. Orientalia Idæ ad Mysos declinant. Abundat mons aquis & multa flumina emittit: in eius summitate locus est Gargarus appellatus, quæ & Gargara in plurali numero dicuntur, atque adeò æque pro monte atque oppido sumptum quod in dorso montis est situm. Ouid. *lib.* 4. *Fast.*

Dindymon & Cybelen, & amœnam fontibus Idam.

¶ Ida item appellata est Dardani Scytharum regis filia. ¶ Est & Ida Cretæ mons, ita dictus à Corybantibus, siue dactylis Idæis, qui quum in Cretam venissent, montem, in quo consederunt, patrij montis nomine appellarunt. Virg. 12. *Æneid.*

Dictamnum genitrix Cretæa carpit ab Ida.

Idæus,

Idæus, a, um, ἰδαῖος, adiect. Propert.

Cedite iam diuæ, quas pastor viderat olim

Idæ tunicam ponere verticibus.

Idæus, a, um, Possessiuum ab Ida monte. Plin. *lib.* 16. Idaearum cedrorum. Veteres tamen Idæos pro montanis omnibus sumunt, vt inquit Nicander.

Idæi Dactyli, δάκτυλοι ἰδαῖοι. Iidem qui Corybantes, quos Iouem aluisse ferunt: & ne vagitu puer proderetur, nouo lusus genere excogitato, clypeolis æneis inter se concursantes, æris tinnitu & numerosis pedis compositione, qui dactylus inde dictus est, Saturnum celauisse. Dicti Idæi, ab Ida Phrygiæ monte, quem primùm incoluerunt. Faciebant miracula, Plutarch. *in Numa.* Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist.*

Bacchabum stupet Idæis exululata modis.

¶ Sunt & gemmæ quædam in Creta ferrei coloris, humani pollicis imaginem referentes, quos dactylos Idæos nominat. Vide Plin. *lib.* 37. *cap.* 10.

Idæus, ἰδαῖος, Rhodius poëta, scripsit Rhodiorum res gestas versibus ter mille. Autor Suidas. ¶ Fuit & Priami auriga, Virg. *lib.* 6.

Idæumque etiam currus, &c.

Idale, oppidum est in Troade, vt inquit Plinius. De hoc quoque Lucan. *lib.* 3.

Mysiáque & gelido tellus perfusa Caïco,

Idalis & nimium glebis exilis Arisbe.

Idalium, ἰδάλιον, Cypri oppidum, quod ab euentu nomen accepit. Nam quum oraculum Chalcenori datum esset, vt illic vrbem conderet, vbi primùm orientem Solem conspicaretur, vnus à comitibus qui forte astabat, ad eum conuersus, ἴδε ἄλιον, inquit, id est, vide Solem. Arteptóque Chalcenor omine, ciuitatem statuit, & ab ea voce Idalium nominauit. Autor Steph.

Idalius, a, um, adiectiuum, ἰδάλιος. Vnde Venus Idalia, & Idalium nemus est appellatum. Virg. *lib.* 10. Est Amathus, est celsa mihi Paphos atque Cythera, Idaliæque domus, &c.

Idanthyrsus, Scytharum Rex, qui bello res magnas gessit, bonáque parte Asiæ subiugata, vsque in Ægyptum excurrit: vt autor est Strabo *lib.* 14.

Idas, Ἴδας, Apharei filius nomine, re autem ipsa Neptuni, qui acceptis à patre velocissimis equis, Marpessam filiam formosissimam, Eueni regis Ætoliæ, Martis filij, in Dianæ luco saltantem rapuit. Ob quam rem eiusdem pater (qui nulli procorum filiam suam dare voluerat, nisi certamine cursus fuisset victus: à se autem victos decollare, corúmque capita in aliorum terrorem de muris ædium suarum suspendere consueuerat) dolore commotus, interemptis, quos habebat, equis, se in fluuium Lycormam, qui postea ab ipso Euenus dictus est, præcipitauit. Cæterùm fugienti cum puella Idæ Apollo in itinere obuiam venit: qui quum Marpessam & ipse præripere Idæ vellet, ventum vtrinque ad certamen est. Sed à Ioue missus Mercurius arbitrium Marpessæ commisit, vt ipsa vtrum vellet eligeret: illa autem Idam elegit, verita ne sese ætate prouectam Apollo relinqueret. Hom. *lib.* 9. *Iliad.* Vide *Marpessa.*

Idaspes, vide *Hydaspes.*

Idcirco, vel Iccirco, coniunctio, ideo, eam ob causam. {לכן *lachen.* διὸ, διόπερ, ὅθεν, ὅθι, διὰ τοῦτο. GALL. *Pour ce, pourtant.* ITAL. *Per cio, per tanto.* GERM. Darumb/derhalben. HISP. *Por esso.* ANGL. *Therefore, for that cause.*} Terent. *in Andr.* Nam idcirco accersor, nuptias quòd mihi apparari sensit. Cicer. 7. *Verr.* Reperietis idcirco hæc in vno homine constituta, vt cæteris formidines, &c.

Idea, æ, ἰδέα, ἀπὸ τοῦ εἴδω. est prima rerum species, & inchoata intelligentia. Cicer. *in Orat.* Has rerum formas appellat ideas ille non intelligendi solùm, sed etiam dicendi grauissimus autor & magister Plato, easque gigni negat, atque semper esse, ac ratione & intelligentia contineri: cætera nasci, occidere, fluere, labi, nec diutiùs esse vno & eodem statu. Ideas (inquit August. *lib.* 70. *Quæstionum*) Latinè possumus vel formas, vel species dicere, vt verbum è verbo transferre videamur. Ideas primus Plato appellasse prohibetur. Sunt autem Ideæ exemplaria æterna eorum quæ naturaliter fiunt, immortales, immutabiles, inuiolabiles. Et vt res apertior fiat, opus est, præter omnes homines intelligere quendam hominem: & præter omnes equos, equum: & præter animalia, animal ingenitum. Et quemadmodum ex vno sigillo complures fiunt impressiones: sic ex vno homine sexcenta millia hominum. Et hæc est Platonis idea: à quo Aristoteles dissentiens, nullas putat esse ideas. Euseb. *lib. Præp.* ideam sic definit, Idea est perpetua substantia, causa & principium, vt singularia talia sint, qualis est ipsa: & quemadmodum sensibilium exemplaria ad hæc corpora præcedunt, sic quæ omnia in seipsa continet pulcherrima atque perfectissima, huius mundi exemplar est, ad quam à creatore Deo ab vniuersa substantia mundus simillimè formatus est.

IDEM, componitur ex is, & demum. {עצמו *hetsem.* ὁ αὐτὸς, τὸ αὐτό. GALL. *Le mesme.* ITAL. *Quello stesso, quel medesimo.* GERM. Eben der. HISP. *El mesmo.* ANGL. *The same.*} In masculino genere nominatiui singularis producit priorem, quam in neutro genere corripit, tam in nominatiuo, quàm accusatiuo Virg. 4. *Æneid.* Idem ambas ferro dolor, atque eadem hora tulisset. Iuuenal.

Si fecisset idem, caderet sub iudice morum.

Idem cum datiuo, Horat. *de arte poët.* Idem facit occidenti. Legend. *victor, cap.* 32. *lib.* 10. ¶ Idem vocari, id est, eodem nomine. Quintil. & Ouid. 2. *Fast.*

Torrida cum mica farra vocantur idem. (id est, februa.)

Ad idem tendere, Quintil. Idem laborare. Idem. ¶ Plaut. *Menach. sc.* 1. *a.* 5. Idem faciebat Iccubæ, quod tu facis. ¶ Idem Accip. quod Tiri: quid sit, docet Gell. *cap.* 16. *lib.* 3. Accusatiuus masculini & fœminini generis mutat m in n ante d, euphoniæ causa: vt Eundem, eandem. Cæteri verò casus ex integro & corrupto compositi inueniuntur: vt eadem, eiusdem, eidem, eodem, iidem, eadem, eisdem, vel iisdem, eosdem. Itaque per duo ii, vel per e, & i, regula exigit scribi, tam nominatiuum pluralem masculinum, quàm datiuum & ablatiuum plurales. Solent tamen poëtæ per synæresin duo ii, in vnum contrahere. Vnde iidem & iisdem in carmine fiunt dissyllaba. Ouid. 1. *Fast.*

Quisque suas artes ob idem delibat agendo. (i. eadem de causa.)

Idem *Eleg.* 13. *lib.* 3. *Trist.*

Inque relinquendo (quod idem facere sodales.)

Idem 1. *Fast.*

Dij quoque cultores in idem venere Lycæi, (I. eodem.)

Idem 3. *Fast.*

Hæc quoque desiderat laudata voce sororum.

Quid faciant? turbæ pars habet omnis idem.

¶ Eadem vide E. suprà. ¶ Idem non semper præcisè is ipse, sed pro eiusmodi, eius generis similisve ponitur, vt sæpissimè dicat Celsus iisdem medicamentis curandum hoc vlcus, & illud *lib.* 7. *cap.* 14. Idque vulnus linamentis curandum. Humorem quidam vel inciso summo tumore effundunt, & vulnus iisdem lineamentis curandum. ¶ Habet nonnunquam venustam quandam vim & rationem repetendi, quæ iam sunt dicta. Cic. 1. *Offic.* Et huic coniuncta beneficentia, quam eandem, vel benignitatem, vel liberalitatem appellare licet, id est, quam etiam. Quintil. Si causam veneficij dicat adultera, non M. Catonis damnata iudicio videtur, qui nullam adulteram non eandem esse maleficam dixit. ¶ Idem, Similis. Plaut. *Milite, sc.* 6. *a.* 2. Proh dij immortales, similiorem mulierem, Magisque eandem, quàm nostra est ea, non reor Deos facere posse. Idem qui. Idem *Trucul.* Idem es ecastor, qui soles. ¶ Idem quod. Cic. 2. *de Diuinat.* Quid enim sors est? idem propemodum quod micare. ¶ Idem ac. Terent. *Heaut.* Et animus te erga idem ac fuit. Idem vt, pro Idem quod. Plaut. *Mercat.* Non ego idem facio, vt alios in comœdiis amantes vidi facere. Idem ætatis. Tacit. *lib.* 13. Mos habebatur principum liberos cum cæteris idem ætatis nobilibus sedentes vesci in aspectu propinquorum, id est, eiusdem ætatis. ¶ Idem virium, pro Eædem vires, apud eundem *lib.* 14. Nec bonis artibus idem virium erat. ¶ Idem cum datiuo, quod resoluitur per idem quod, idem vt, idem ac Græci dicunt ταυτὸ ἐκείνῳ. Salust. *Iugurth.* 120. Quod si me iure despiciunt, faciant idem maioribus suis. Lucret. *lib.* 2. *de primis corporibus,*

Atque animalibus, sint mortalibus vna eademque, id est, τοῖσιν ζώοις.

& *lib.* 3.

——quorum vnus Homerus

Sceptra potitus eadem alijs sopitum quiete est.

Iterum *lib.* 4.

Nempe eadem facit, & scimus facere omnia turpi.

Horat. *in arte.*

Inuitum qui seruat, idem facit occidenti.

¶ Ab idem fit itidem, quasi item idem, quod est similiter, eodem modo. V de suo loco.

Identidem, Componitur ex idem geminato. {פעמים רבות *pehamim rabboth.* συχνῶς, πολλάκις, ἐπὶ πολύ. GALL. *Souuentesfois.* ITAL. *Souuente, spesso.* GERM. Stätz/immerdar/eins vber das ander. HISP. *Muchas vezes.* ANGL. *Often tymes.*} Sed prius m in n mutatur, & t, interponitur euphoniæ causa, significátque frequenter, & (vt inquit Valla *lib.* 2.) cum quodam interuallo. Plaut. *Menach. sc.* 2. *a.* 1. Respectas identidem. Liu. *lib.* 1. Vnam longè ante alias insignem specie, & pulchritudine, à globo Thalassij cuiusdam raptam ferunt, multisque sciscitantibus cuinam eam ferrent, identidem, ne quis violaret, Thalassio ferri clamitatum. Plin. Centum millia numorum pro domo eius identidem promittens. Suet. *in Cæsare,* Quam M. Cato identidem, nec sine iureiurando denuntiaret, delaturum se nomen eius simul ac primùm exercitum dimisisset, id est, frequenter, subinde, crebrò.

Ideo, Coniunctio collectiua, siue rationalis, significans idcirco, eam ob causam. {לכן *lachen.* διὸ, διόπερ, ὅθεν, ὅθι, διὰ τοῦτο. GALL. *Pour ce, pourtant.* ITAL. *Per ciò.* GERM. Darumb/derhalben. HISP. *Por esso.* ANGL. *Therefore.*} Cic. 6. *Verr.* Ideo Claudius Pulcher retulit, vt C. Verres auferre posset. Idem 1. *de Inuent.* Hæc ideo diligentiùs inducitur præscriptio, vt apertè, &c. Ideo quòd. Idem *Lentul. famil.* 1. Re quidem ipsa mihi ideo non satisfacio, quòd nullam partem tuorum meritorum, &c. Et *in Verr.* 5. In hoc genere facilior est existimatio, quàm reprehensio, ideo quòd eum, qui hoc facit, auarum possumus existimare, crimen in eo constituere non tam facilè possumus. Ideo quoque *pro Cælio,* Non si iusta causa est oppugnandi, ideo quoque iustum est, &c. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Non ideo debet pelago se credere, si qua

Audet in exiguo ludere cymba lacu.

¶ Ideo quia, pro Ideo quòd, Plaut. *Men. sc.* 1. *a.* 1.

‖Idiocaballus, ἰδιοκάβαλλος, proprius equus, ἰδιος ἵππος. Gloss. gr. b. Meurs.

Idiocratoria, proprius principatus. Buleng.‖

Idiographum, ἰδιόγραφον, priuata scriptura. Dicitur & *idiographus* liber, Gell. *cap.* 14. *lib.* 9. Facile iis credam, qui scripserunt idiographum Vergilij sese inspexisse, &c. (id est, manu Virgilij scriptum.)

Idioma, atis. {לשון *laschón* שפה *saphah.* ἰδίωμα. GALL. *Proprieté de langage.* ITAL. *Idioma, linguaggio.* GERM. Einer spraach eigenschafft. HISP. *Propriedad de lenguaje.* ANGL. *A proper forme of speach.*} Proprietas sermonis: vt sunt quinque idiomata Græcorum, quæ & dialecti vocantur.

‖Idiomelum, ἰδιόμελον, canticum alicui festo dici proprium. ab ἴδιος & μέλος. vide Gloss. gr. b. Meurs.‖

IDIOTA, siue Idiotes, {ἰδιώτης. GALL. *Idiot, lourdaut, sot, ignorant, priuee personne.* ITAL. *Ignorante, idiota.* GERM. Ein schlechte person so kein ampt tregt. HISP. *Necio, rustico, indocto, loco.* ANGL. *An idiot, a foole.*} Propriè idem est, quod priuatus, nulloque munere publico fungens. Vnde ἰδιώτας dicunt Græci, pro eo quod est priuatam vitam agere. Apud Latinos tamen ferè accipitur pro illiterato, & imperito. Lucil. Quid ni, & tu idem illiteratum me, atque idiotam diceres? Cic. 7. *Verr.* Quæ non modò istum hominem ingeniosum, atque intelligentem, verumetiam quemuis nostrùm, quos iste idiotas appellat, delectare possent. Gell. *cap.* 2. *lib.* 4. Idiotæ, rudes, & agrestes. Et Quint. Grati etiam Idiotis loci.

Idiotismus. Senec. *controuers. lib.* 7. Idiotismus est inter oratorias virtutes, res quæ rarò procedit. Magno enim temperamento opus est, & occasione

casione quadam, nec tamen mirum est si difficulter apprehenditur vitio tam vicina virtus.

Idmon,is, Ἴδμων, Vates inter Argonautas, Apollinis & Asteriæ filius: ex Idmone autem & Thestia, Thestor: è Thestore Chalcas item vates, vt placet Pherecydi. Apollonius autem poëta Idmonem Abantis filium esse dicit, & item Herodotus. Volaterranus.

Idolicus, εἰδωλικός,ὴ,όν, pertinens ad idolum. Suid.

Idolium, est templum fabricatum in honorem idolorum.

IDŌLVM,i, Simulachrum, statua, imago. {צלם tselem תמונה temunáh אליל elil. εἴδωλον. GALL. Idole, image. ITAL. Idolo, simulacro. GERM. Ein Bild oder Götz. HISP. Idolo. ANGL. An idole or image.} Cic. 1. de fin. Atomi, inane. Imagines, quæ idola nominant. ¶ Nonnunquam accipitur pro spectro, siue phantasmate. Plin. in Epist. Mox apparebat idolon, senex macie & squalore confectus, promissa barba.

Īdōlolatrā, εἰδωλολάτρης. Idolorum cultor.

Īdōlōlatrīā, εἰδωλολατρεία. Simulachrorum cultura compositum ex εἴδωλον & λατρεία.

Īdōlŏpœīā, εἰδωλοποιΐα. Figura est qua introducimus personam notam, sed mortuam, & quæ loqui desierit: sicut in Hecuba Euripidis, Polydori introducitur idolum: & Appij Cæci in Oratione pro M. Cælio.

Īdōlŏthysīā, εἰδωλοθυσία, cum accentu in penultima, immolatio quæ fit idolis.

Īdōlŏthytum, εἰδωλόθυτον. Immolatum idolo.

Idómenæ, Ἰδομεναί, Macedoniæ oppidum, apud Stephan. Gentile, Idomenius, Ἰδομένιος, vel Idomeniensis: quo vtitur Plin. lib. 4. cap. 10.

Īdŏmĕnēūs, per quatuor syllabas, Ἰδομενεύς, Deucalionis filius, Cretensium rex, qui contra Troianos strenuè dimicauit. Troia autem euersa, quum in patriam renauigaret, subito oborta tempestate, solenne votum concepit, si se Neptunus incolumem in patriam reduceret, se illi immolaturum quod primum sibi occurreret. Contigit autem, vt filius eius ei primus occurreret: quem quum immolare vellet, à suis pulsus, fugit in Calabriam: vbi iuxta Salentinum promontorium oppidum condidit. Hæc refert Seruius in illud Virg. 3. Æneid.

Et Salentinos obsedit milite campos

Lyctius Idomeneus.

Ouid. 13. Metam.

Ne minus Idomeneus patriáque creatus eadem.

IDŌNĔŬS, ab ἰδεῖν, ὁδὸς, vel ab ἰδὲ γῆ. Conueniens, aptus. {ראוי raúi. ἐπιτήδειος. GALL. Idone, propre & conuenant. ITAL. Atto, conueniente. GERM. Geschickt, tüglich, tauglich. HISP. Cosa decente y idonea. ANGL. Apt, meet, proper.} Ouid. 5. Fast. Sed idonea nondum est via. Plaut. Aul. sc. 4. 4. 1. Me arbitraris idoneum quem ludos facias. Item, Idonei nuncij. Cæs. lib. 1. de bell. ciuil. Terent. in Andr. Adeon' videmur vobis esse idonei, in quibus sic illudatis? Idem in Hecyra, Nequeo mearum rerum initium vllum inuenire idoneum. Idoneus autor, Fidelis, ἀξιόπιστος, Cic. ad Atticum, Non mihi satis idonei sunt autores ij qui à te probantur. Idoneus, cum datiuo, id est, Vtilis. Plin. lib. 23. cap. 19. Idoneus & tingendis vestibus flos. Idoneus Ad. Plaut. Pœnulo, Non potuisti adducere homines ad hanc rem idoneos. ¶ Idoneus homo, i. Locuples & diues. Cicer. in Offic. Et sæpe idoneis hominibus indigentibus de re familiari impertiendum, sed diligenter atque moderatè. ¶ Idoneus, necessarius, commodus. Salust. Iugurth. 99. oppidum nullius idoneæ rei egens. Idonea, τὰ ἐπιτήδεια.

Īdŏnĕă, orum, Tacit. lib. 4. At apud idonea prouinciarum, id est, apud idoneos locos prouinciarum.

Īdŏnĕē, aduerbium, Aptè, commodè, conuenienter. {ἐπιτηδείως, ἱκανῶς. GALL. Conuenablement, comme il appartient. ITAL. Conuenreuolmente, sufficientemente. GERM. Geschicklich, füglich. HISP. Digna y decentemente. ANGL. Aptelie, properlie.} Cic. 1. de inuent. Exordium, est oratio, auditoris animum idoneè comparans ad reliquam dictionem.

Īdōthĕă, Εἰδοθέα. Nomen proprium filiæ Prœti Argiuorum regis, apud Homer. 11. Odyss.

Idrieus, Ἰδριεύς, Hecatomni Cariæ regis filius, frater Mausoli, qui Artemisiæ sorori in regnum successit. Strab. lib. 14.

Idulis, Ouis quæ omnibus Idibus Ioui immolabatur. Ouid.

Idibus alba Ioui grandior agna cadit.

Et sacra dicebantur Idulia, de quibus vide Varr. 4. de L. L. hoc loco: Sacra quotquot mensibus feruntur in arcem. Ex idulis agnæ lana Flamines Diales albogaleros suos conficiebant. Festus de sacra via loquens: Quidam dictam putant, quòd eo itinere vtantur sacerdotes idulium sacrorum conficiendorum caussa.

Iduāre, Lingua Hetruscorum diuidere est. Inde Viduam dictam putat Gellius, quasi ve iduam, hoc est, valde diuisam.

Īdumæi. {אדומים adhumim. Ἰδουμαῖοι.} Populi inter Iudæam & Arabiam siti, ad Occasum Casio monti proximi. Orti feruntur à Nabathæis, teste Strabone lib. 6. qui orta domi seditione, relictis sedibus suis, extrema Iudææ occuparunt. Horum regio Idumæa dicitur, ab Idume oppido: cuius meminit Lucan. lib. 3.

Gazaque & arbusto palmarum diues Idume.

Īdūmæŭs, a, um. {אדומי adumi. Ἰδουμαῖος.} Virg. 3. Georg.

Primus Idumæas referam tibi Mantua palmas.

Idumæa, regio finitima Iudææ meridiem versùs & Arabiæ atque Ægypto.

Idūs, iduum, idibus, εἰδοί. pluralis tantùm numeri, & fœm. gen. in Martio, Maio, Iunio, & Octobri dies est decimusquintus: in reliquis decimustertius. Vnde Idus dictæ sint, docet Plutarch. in Numa. Dictæ idus, vt quidam existimant, ab antiquo verbo iduare, quod est diuidere: propterea quòd ad medium mensem existentes, in duas partes propemodum æquales mensem diuidere videantur. Varro vocis huius etymon è lingua Sabinorum, aut Hetruscorum ductum putat, lib. 4. de lingua Latina. Ab Idibus autem denominationem sumunt septem dies nonas immediatè subsequentes: non quòd istæ sint idus, sed quòd eas antecedant. Vnde octauo, septimo, sexto, quinto, quarto, tertio, & pridie idus dicimus: hoc est, octauo, vel septimo die ante idus. Ab idibus, idulis dictæ sunt oues, quæ singulis idibus Ioui immolabantur. Vide Idulis.

Idya, dicta est à Cicerone mater Medeæ, quam Ouid. Hypseam vocat.

Non erat Æetes, ad quem despecta redires,

Non Hypsea parens, Chalciopéque soror.

Idyllium, εἰδύλλιον, ab εἶδος species, quia poemata essent rerum quasi species quædam.

Idyma, Ἴδυμα, vel Ἰδύμη, vrbs Cariæ, vbi Idmus fluuius est. Steph.

Idyrus, vrbs & fluuius Pamphiliæ, pro vrbe, Ἴδυρος, vel Ἴδυρον, inuenitur. Stephan.

IE

Iebus, {יבוס iebús. Ἰεβοῦς.} Ciuitas in finibus Iudææ, Iebusæorum metropolis, qui ab ea nomen acceperunt.

Iĕcŭr, iecoris, & iecinoris, qui genitiuus (vt inquit Priscianus) videtur esse à nominatiuo iecinus, qui non est in vsu. {כבד chabedà. GALL. Le foye. ITAL. Fegato. GERM. Die läber. HISP. El higado. ANGL. The liuer.} Est autem iecur, viscus incrassato sanguini simile, sedes concupiscentiæ, venarum omnium principium, & primum sanguinis generandi instrumentum, ventriculum lobis quibusdam, quasi digitis, circunquaque complectens. à Græcis dicitur ἧπαρ. Plaut. in Curcul. Lien necat: renes dolent, pulmones distrahuntur, cruciatur iecur, radices cordis pereunt. Horat. 1. Carm. Ode 13.

————————va, meum

Feruens difficili bile tumet iecur.

Martialis lib. 13.

Aspice quàm tumeat magno iecur ansere maius.

Plin. lib. 11. cap. 37. Iecur in dextera parte est in eo quod caput extorum vocant, magnæ varietatis. Ibidem, Sex victimarum iecinora replicata intrinsecus reperta sunt. Ita etiam Suet. cap. 95. in August. Et immolanti, inquit, victimarum iecinora replicata intrinsecus ab ima fibra paruerunt.

Iĕcuscŭlum, i, diminutiuum, Paruum iecur. {ἡπάτιον. GALL. Petit foye. ITAL. Fegatello. GERM. Ein läberlin. HISP. Higadillo. ANGL. A litle liuer.} Plin. lib. 11. cap. 37. Murium iecusculis fibræ ad numerum lunæ in mense congruere dicuntur.

Iehoua יהוה nomen proprium, quo se verus Deus in Verbo suo appellauit. Solet hoc nomen vocari tetragrammaton, id est, quatuor literarum IHVH, neglectis vocalibus; sine quibus Hebræus sermo à peritis legi & intelligi potest, beneficio horum trium elementorum אוי quæ propterea matres lectionis appellantur.

IĒIŪNĬVM, ij, Abstinentia à cibo, vel dies quibus cibo abstinemus. {צום tsom תענית tahanith. νηστεία. GALL. Ieune, abstinence de manger. ITAL. Il digiuno, il digiunare. GERM. Fastung, abbrechung essens vnd trinckens. HISP. El ayuno. ANGL. A fasting.} Liu. 6. bell. Macedon. Eorum prodigiorum causa libros Sibyllinos ex s. c. Decem viri quum adiissent, renuntiauerunt ieiunium instituendum Cereri esse, & id quinto quoque anno seruandum esse. Ieiunio laborare, apud Colum. lib. 3. cap. 12. Ouid. 1. Metam.

Longa domant illos inopi ieiunia victu.

Idem 15. Metam.

Carne fera cedant ieiunia.

Idem 4. Fast.

Qua quia principio posuit ieiunia noctis. (supple, famem expoluisset, &c.)

Iēiūno, à יין vinum. A cibis abstineo. {צום tsam. νηστεύω. ANGL. To faste.} Hieronymus ad Eustochium, Atque vtinam omni tempore ieiunare possimus, quod in Actibus Apost. diebus Pentecostes, & die Dominico Apostolum Paulum, & cum eo credentes fecisse legimus.

Iēiūnŭs, a, um, qui cibum nondum gustauit. {צם tsam. νῆστις, ἄσιτος, ἄγευστος. GALL. Ieun, qui est à ieun. ITAL. Digiuno, che non ha ancora mangiato. GERM. Nüchter. HISP. Cosa ayuna, que no ha comido. ANGL. That fasteth, fasting.} Plaut. in Pseudolo, In cœnam qui ieiunus venerit, aut sitiens, Is risu, & ventre saso vigilabit sedulò. Tristes & ieiuni. Quintilian. Plaut. Capt. sc. 1. a. 3. Neque ieiuniosiorem, neque magis esfractum fame vidi. Seneca cap. 6. de consol. ad Heluiam. Quid ieiunius ad copias hoc sato? ¶ Ieiunus animus, per translationem pro languido & imbecillo, apud Cic. 4. Philipp. quoniam qui ieiuni sunt minimum habent virium. Ieiuna auiditas, hoc est, maxima, & qualis ieiunis esse solet. Plin. lib. 10. cap. 3. Ea ieiunæ semper auiditatis, & querulæ murmurationis. Ieiuna oratio, cui opponitur copiosa & plena. Ieiuna glarea, apud Virg. pro sicca & sterili terra. Ieiuna saliua, apud Colum. quæ ab homine ieiuno expuitur.

Iēiūnum intestinum, Medium inter ecphysin, & ileon situm obtinet: inde nomen habens, quòd perpetuò inane reperiatur.} νῆστις. GALL. Le boyau cullier, boyau qui tousiours est ieun. ITAL. Digiuno intestino, ò budello. GERM. Ein darm der kein speiß behalt sonder alwëg ler ist. HISP. La tripa ayuna. ANGL. One of the puddings euer emptie.} Nulla enim cunctatione expellit quicquid acceperit, affluentis in se bilis acrimonia lacessitum. Hoc antiqui hiram, & per diminutionem hillam dixerunt, vt inquit Festus: & hillum neutro genere.

Iēiūnē, aduerbium, Exiliter, frigidè. {ἀσαρκῶς, ξηρῶς. GALL. Sans boire ne manger, maigrement, petitement. ITAL. Magramente, à digiuno. GERM. Schlechtiglich, fast ohn rechten ernst vnd geschicklichkeit. HISP. Magramente sin beuer y comer. ANGL. Barely, coldy.} vt, Ieiunè de re aliqua disputare, agere, dicere. Cic. in Oratore, Quod quum statuerit, tum vt quicquid erit dicendum, id dicet: nec satura ieiunè, nec grandia minutè, nec item contrà.

Iēiūnĭtās, atis, Propriè est abstinentia à cibo. {צום tsom. νηστεία. GALL. Ieune, abstinence de manger. ITAL. Digiuno, astinenza dal cibo. GERM. Fastung, nüchterheit. HISP. El ayuno. ANGL. Fasting, barenesse or nakednesse in stile.} Quanquam per translationem pro exilitate, & ariditate accipitur} Vbertas, & copia. Cic. 2. Tuscul. Sed reperiebantur nonnulli, qui quum obruerentur copia sententiarum, atque verborum, ieiunitatem & famem se malle, quàm vbertatem & copiam dicerent. Idem de Clar. Orat.

Iena, vrbs Thuringiæ ad Salam fluuium; habet Academiam anno 1558. excitatam.

Ientācŭlum, i, Cibus qui ante prandium sumitur. {ἀκράτισμα. GALL. Le desieuner. ITAL. Collatione, mangiare inanzi disinare. GERM. Das morgenessen, morgensupp. HISP. Almuerzo de mañana. ANGL. A breakfast.}

breakfast.} Plaut. *Truculent.* —non nouisti obsecro, Qui illic apud me erat, huius pater? vsque ad ientaculum iussit alt. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 1. Veneri voui iam ientaculum. *Ibid.* Quid ante pones Veneri à ientaculo? Sueton. *in Vitel.* Epulas trifariam semper, interdum quadrifariam dispartiebat in ientacula, & prandia, & cœnas, comessationésque. Martialis *in Distichis*,

Surgite, iam vendit pueri ientacula pistor:
Cristatæque sonant vndique lucis aues.

Iēnto, as, ὄν δῆ ἴνω, vel, vt Dores loquuntur, ἴεν. Ientaculum sumo. {ἀκρατίζομαι. Gall. *Desieuner.* Ital. *Far collatione.* Germ. Zu morgen essen. Hisp. *Almorzar de mañana.* Angl. *To break fast.*} Varro *Marcipore*, vt citat Nonius, Vt eat, ac Remp. administret, & quod pulli ientent. Afranius, Dum exeo domum, ientare nulla inuitat. Vsus est eo verbo Suet. *in Vitellio.*

Ienysus, Ἰήνυσος. Oppidum in ora Syriæ, tridui itinere à Casio monte distans, Herod. *lib.* 3.

Ieranympha, ab impetu sic dicta, ἱέμαι enim impetum facio significat.

Ierna, Ἰέρνα, Artabrorum fluuius in Hispania, apud Melam *lib.* 3. Strab. Iernam Artabrorum montem esse tradit: à quo verisimile est eiusdem nominis amnem profluere.

‖Ierosolyma, vel Hierosolyma, *Hierusalem*, vrbs Patriarchalis, ob Christi Saluatoris nostri Passionem notissima.‖

Ies, ietis, ciuitas est Achaiæ, in promontorio eiusdem nominis, iuxta quod Alpheus amnis præterfluēs, sex millibus passuum nauigaret Tortellius.

Iesus, {ישוע *jeschuáh*, ἰησοῦς.} Apud Græcos & Latinos dictio est trissyllaba, Hebræorum lingua Seruatorem significat.

Ieterus, Mœsiæ fluuius, ex Rhodope profluens. Autor Plin. *lib.* 4. *cap.* 6.

I G

‖Igædita, vel Igæditania, V. olim Ẽ. sub M. Bracarensi: quæ sedes inde Guardiam translata est. Vide *Guardia.*‖

Iggerunt, pro ingerunt. Varro *lib.* 1. *de L. L.* Aggulus, aggens, aggilla, iggerunt, in eiusmodi Græci & Attius noster binam g, scribunt. Prisc. *lib.* 1.

Igĭtŭr, q. agitur. Collectiua, vel rationalis coniunctio est, ex præcedentibus conclusionem inferens, adhibetúrque (vt inquit Valla) breuioribus conclusionibus. {לכן *lachén* על כן *hal chén.* ἄρα, τοιγαροῦν. Gall. *Donc, doncques.* Ital. *Adunque, dunque.* Germ. Darumb/derhalben. Hisp. *Assique.* Angl. *Therefore.*} Cic. *pro Ligario*, Habes igitur Tubero, quod accusatori maximè optandum, confitentem reum. Plaut. *Mostell. sc.* 1. *a.* 2. Miserum est. Quid est igitur? Idem *Menæch. sc.* 7. *a.* 5. Siccine igitur abire liberum. Idem *Amphit. sc.* 2. *a.* 1. Igitur cum demum omnes scient quæ facta. Idem *in Asin. sc.* 2. *a.* 2. Tum tu igitur es diues factus. Idem *Mostell. sc.* 2. *a.* 1. Tum tu igitur cedo purpurissum. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 2. Tum te igitur morbus agitat hepatarius. ¶ Ponitur interdum pro inde, siue postea, ἔπ. Terent. *in Eunuch.* Quid igitur faciam? Cicer. *Acad.* Quid ergo esset id? visum credo, quale igitur visum? Plaut. *in Amphitr.* Sin aliter sient animati, neque dent quæ petant: Sese igitur summa vi, virisque eorum oppidum expugnassere. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 1. Tum tu igitur cura quidlibet. (i. deinceps.) *Ibid. sc.* 3. *a.* 3. Tum tu igitur loquere quidlibet. ¶ Pro ideo. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 2. Igitur inueniendo argento vt fingeres fallaciam. Quid igitur est? phrasis defectiua, vt apud Cels. *lib.* 2. *cap.* 18. vbi *faciendum* subintelligitur, i. ποιητέον, vt *Actor. cap.* 21. τί οὖν ἐστι

Ignārŭs, vide *Ignoro.*

Ignāvĭă, æ, ab ignauus fit, Inertia, formido, timiditas)(Fortitudo. {עצלה *hatslah* עצלות *hatsluth.* ῥᾳθυμία, ὀκνία. Gall. *Couardise, lascheté, paresse.* Ital. *Paura, pigritia, dapoccagine.* Germ. Faulheit/unfruchtbarkeit/forchtsame zagheit. Hisp. *Negligentia ò pereza.* Angl. *Slouth, sluggishnesse, cowardnesse.*} Plaut. *Mostell. sc.* 2. *a.* 1. Venit ignauia; Ea mihi tempestas fuit. Idem *Menæch. sc.* 6. *a.* 5. Verbera, compedes, molæ, hæc sunt pretia ignauiæ. Salust. *in Catil.* Scitis quidem milites, socordia, atque ignauia Lentuli quantam sibi nobisque cladem attulerit. Cicer. *in Lælio*, Vt cum aliqua cura res sibi contrarias aspernetur, atque oderit, vt bonitas malitiam, temperantia libidinem, ignauiam fortitudo. Idem, ignauiam pusilli & abiecti animi vitium esse ostendit, ad Cælium scribens: Etenim memini in hoc genere gloriari solitum esse familiarem nostrum Hortensium, quòd nunquam bello ciuili interfuisset. hoc nostra laus erit illustrior, quod illi tribuebatur ignauiæ, de nobis id existimari non posse arbitror. Quid autem sit fortitudo, docet autor ad Heren. *lib.* 4. Ista non est fortitudo, inquit, sed temeritas: propterea quòd fortitudo contemptio est laboris & periculi cum ratione vtilitatis, & compensatione commodorum. Temeritas est cum inconsiderata dolorum perpessione gladiatoria periculorum susceptio.

Ignāuĭtās, Ignauia. Iustin. *hist. lib.* 43. Namque Phocenses ex ignauitate ac macie terræ coacti, studiosius mare, quàm terras exercuerunt.

Ignāuŭs, Iners, socors, remissus, timidus)(fortis, industrius. {עצל *hatsel.* ὀκνηρὸς, ῥᾴθυμος, ἄνανδρος. Gall. *Couard, lasche, paresseux, faitneant.* Ital. *Codardo, dapoco, villo de cuore.* Germ. Faul/unfruchtig/forchtsam/zag. Hisp. *Cosa negligente ò perezosa.* Angl. *Slouthfull, a coward, a fearfull dastard.*} Virg. 4. *Georg.*

Ignauum fucos pecus à præsepibus arcent. hoc est, inutile, & nullius artis.

Cicer. 1. *Tuscul.* Vt enim fit in prælio, vt ignauus miles ac timidus, simulac viderit hostem, abiecto scuto fugiat. Liu. 5. *ab Vrbe*, Quum concione aduocata terrorem increparet ac fugam, fusos esse ab ignauissimo & fugacissimo hoste. Gellius *cap.* 4. *lib.* 17. Ignauissimi poetæ. Differt hoc tamen, quantum intelligo, inter gnauum & industrium, quòd gnauus propriè sit is, qui ad subeunda pericula, ac labores tolerandos, sapiens & fortis est: industrius qui ingenio quum multum valeat, vt artifex bonus, aliquid struere & negotiari, non otiari studet. Cicer. *pro Pomp.* Deinde cæteris ex ordinibus homines gnaui & industrij, partim in Asia negotiantur, quibus absentibus vos consulere debetis, partim suas & suorum in prouincia pecunias magnas collatas habent. Salust. *in Cat.* Compertum ego habeo, milites, verba virtutem non addere, neque ex ignauo strenuum, nec fortem ex timido oratione Imperatoris fieri. Ouid. 6. *Fast.*

Nunc inopes victus ignauaque fata timentes. (l. famem.)

Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Ignaui, malè habiti & malè conciliati. Gell. *c.* 23. *lib.* 2. Ignaua verba & ingrata (Cæcilij) præ Menandro. Velleius, Ignauum stipendium conferunt Galliæ. Plaut. *Capt. sc.* 2. *a.* 2. Captus est filius tuus. H. Ita. C. non igitur nos soli ignaui fuimus. Gell. *cap.* 8 *lib.* 13. Homines ignaua opera & Philosopha sententia. Idem *c.* 14. *lib.* 13. Ignaua & frigida repetitio. Ouid. *Eleg.* 6. *lib.* 1. *Trist.*

———*Et non ignaua legentem*
Otia delectet.

¶ Componitur ignauus ex in & gnauus: siue ex in, & nauus, ablato g. Vide *Gnauus.*

Ignāuē, siue Ignauiter, aduerbium, Lentè, & segniter, sine industria. {ῥᾳθύμως. Gall. *Couardement, laschement, paresseusement.* Ital. *Pigramente, lentamente.* Germ. Faulich/liederlich/ohn ernst. Hisp. *Perezosamente.* Angl. *Slouthfullie, cowardlie.*} Cicer. 2. *Tuscul.* Sed hoc quidem in dolore maximè est prouidendum, nequid abiectè, nequid timidè, nequid ignauè, nequid seruiliter, muliebritérve faciamus. Hircius ad Cic. Rure iam redierint, quæris? An ego, quum omnes caleant, ignauiter aliquid faciam.

Ignāuīt, teste Nonio, antiqui dixerunt pro ignauum fecit. Afranius *Exceptus* 10. vt citatur à Nonio, In parte inferiori hîc multiplicabitur caput fateor: sed sæpe ignauit fortem in spe expectatio. Verbum est omnino obsoletum.

Ignĭs, is, ab in, priuatiuo, & gignendo dicitur, quòd in eo nihil nascatur. Isidor. *lib.* 19. At contrà Varro *lib.* 4. *de L. L.* quòd inde gignerentur omnia. {אש *esch.* πῦρ. Gall. *Feu.* Ital. *Fuoco.* Germ. Feür. Hisp. *Fuego.* Angl. *A fire.*} Virg. 4. *Georg.*

Æstuat vt clausis rapidus fornacibus ignis.

Cæsar 3. *bel. ciuilis*, Suósque omnes castris continuit, ignésque fieri prohibuit, quò occultior esset eius aduentus. Cic. 3. *Verr.* Cædere ianuam saxis, instare ferro, ligna & sarmenta circundare, ignem subiicere cœperunt. Tibull. *lib.* 1.

Latior eluxit structos super ignis aceruos.

Senec. *cap.* 10. *de cons. ad Mart.* Ignibus peruret corpora vel in pœnam admotis (in tormentis sup.) vel in infernis (sup. in rogo.) Ouid. *Eleg.* 6. *lib.* 2. *Trist.*

Ipse mea posuit mæstus in igne manu.

Idem *Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.*

Cum tamen hic essem, minimóque accenderer igne.

Idem *Metaphor.* de exilio. Idem *Eleg.* 8. *lib.* 4. *Trist.*

Nil rapido fermitus igne Iouis.

Ibid. Eleg. 3.

———*sum sæuis Iouis ignibus ictus.*

Idem *Eleg.* 5. *lib.* 3.

Ausus es igne Iouis percussum tangere corpus.

Idem *lib.* 5. *Fast.*

———*Magno torret in igne bouem.*

Idem *Eleg.* 3. *lib.* 4. *Trist.*

———*Compescuns ignibus ignes Iuppiter.*

Suet. *in Calig. cap.* 27. Igni cremare. Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Iubo ignem ingentem fieri. Idem *Aul. sc.* 2. *a.* 1. Quid si quispiam ignem quærat. E. Extingui volo, Nam si ignis viuet, tu extinguere extempulò. ¶ Ignem esse in medio Mundi, & de eius præstantia. Plut. *in Num.* Sacrificiis adhibebatur, *ibid.* ¶ Per metaphoram accipitur pro amore. Virg. 4. *Æneid.*

Vulnus alit venis, & cæco carpitur igni.

Idem 3. *Eclog.* pro exoleto, & quem quis amat vehementiùs.

At mihi sese vltrò offert meus ignis Amyntas.

Ter. *in Eunucho*, Accede ad ignem hunc, & calesces plus satis. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Phyllidis hic idem teneræque Amaryllidis ignes Lusit.

Ibidem,

Tempore deficiat tragicos si persequar ignes.

Idem *Eleg.* 7. *lib.* 3. *Trist.*

———*Si permanent ignes tibi pectoris idem.*

& *Eleg. vlt. lib.* 4.

Sæpe suos solitus recitare Propertius ignes.

Et apud Quintilian. Si nostrum ignem iudex conceperit. (id est, affectus.) ‖ ¶ Ignis innocens. Vlpian. *D. lib.* 19. *t.* 1. *l.* 1. Aliud est ignem innocentem habere: aliud omnino non habere. permittitur enim habere, sed innoxium. ‖ ¶ Ignis missilis. Cor. Tacitus *lib.* 17. Dum faces & glandes, & missilem ignem in obsessos iaculantur. ¶ Ignis sacer, quis dicatur, explicat Celsus *lib.* 5. his verbis, Sacer quoque ignis malis vlceribus annumerari debet. {Angl. *S. Iohnes fire.*} Eius duæ species sunt: alterum est subrubiculum, aut mistum rubore, atque pallore, exasperatúmque per pustulas continuas, quarum nulla altera maior est. In his semper ferè pus, & sæpe rubor cum calore est. Fit maximè in pectore, aut lateribus, aut eminentibus partibus, præcipuéque in plantis. Alterum autem in summæ cutis exulceratione, sed sine altitudine, latum, sublividum, &c. Seruius in illud Virgilij 3. *Georg.*

———*Contractos artus sacer ignis edebat.*

Sacer, inquit, ignis est quem Græci ἱερὸν νόσον appellant. Quod tamen manifestè falsum est. Nam ἱερὰ νόσος, vt inter medicos omnes conuenit, idem est morbus cum epilepsia, siue morbo comitiali, quem & Latini morbum sacrum appellant. Rectiùs quidem sentit Mænardus, ignem sacrum à Latinis appellari, quod erysipelas dicunt Græci. Plin. *lib.* 26. *cap.* 11. Ignis sacri multa asserit esse genera, inter quæ periculosissimum est, quod Græcè zoster vocatur hominem medium ambiens, & si cinxerit, enecans. ¶ Vir igni spectatus, i. vir probus, vir probatæ & spectatæ probitatis. Metaphora ab auro quod igne probatur. Cicer. *lib.* 2. *Offic.* Quod in quo viro perspectum sit, hunc igni spectatum arbitrentur. Sic in antiquis cod. Ignis lenis, id est, lentus. Cels. *lib.* 6. leni igne coquitur. ¶ Ignis ad torrem veniens, πῦρ ἐπὶ δαλὸν ἐλθόν. De negotio quod raptim faciléque conficitur, quasi quum vltrò ignis ad torrem transuolat. Diogenianus. ¶ Ignem dissecare τὸ πῦρ ξαίνειν, est sterilem operam sumere. ¶ Igni ferróque minari dicuntur, qui extremas denuntiant inimicitias. Quod verbum & hodie tritissimum est, Cic. *Philipp.* 13. ¶ Ignem igni ne addas, Μὴ πῦρ ἐπὶ πῦρ: id est, Ne incendium

cendium incendio addas. Plato. ¶ Subiicere ignem, id est, inuidiæ materiam suggerere, Cic. *pro Rabirio*, Et quanquam tum propter multorum delicta, etiam ad innocentium periculum tempus illud exarserat, tamen quum odium non restingueretis, huic ordini ignem nouum subiici non siuistis. Budæus.

Igniculus, i, Propriè diminutiuum est ab ignis. {*πυρίδιον*. GALL. *Petit feu, estincelle de feu*. ITAL. *Picciol fuoco, picciol stimolo*. GERM. Feürlin/Fünctlin. HISP. *Pequeño fuego*. ANGL. *A litle fire*.} Iuuenal. *Satyr.* 3. Igniculum brumæ si tempore poscas. ¶ Per metaphoram accipitur pro incitamento, & stimulo quodam, quo accendimur ad capessendam virtutem. Cic. 3. *Tuscul.* Nunc paruulos nobis dedit igniculos quos celeriter magis moribus, opinionibúsque deprauatis sic restinguimus, vt nusquam naturæ lumen appareat. Ingenij igniculi. Quintil. *lib.* 6. *in Proœm.* Desiderij igniculus. Cic. *ad Treb. lib.* 15. *Epist.* Virilis igniculus, idem *lib.* 15. *ad Attic.* Quint. Quædam exigua animalia igniculi videntur in tenebris.

Igneus, a, um, quod est ex igne, siue quod ignis aut naturam, aut colorem habet. {*πύρινος, ἔμπυρος*. GALL. *De feu*. ITAL. *Di fuoco*. GERM. Feürig. HISP. *Cosa toda de materia de fuego*. ANGL. *Of fire*.} Cicer. *de nat. deor.* Nam omne quod est calidum & igneum, cietur & agitur motu suo. Igneus color, qui ignem imitatur. Plin. *lib.* 8. *cap.* 38. Arescit ve in gemmas carbunculis similes, & igneo colore fulgentes. Ouid. 6. *Fast.*

Ignea cum pura veste nitebit humus.

Igneus feruor. Idem *lib.* 9. *cap.* 60. Hunc tam igneum feruorem esse tradunt, vt omnia in mari contacta adurat.

Ignitus, a, um, nomen adiectiuum, ardens, candens. {אשׁשׁ *ischschéb*. *πυρώδης, διάπυρος*. GALL. *Ardent & embrasé*. ITAL. *Affocato, infocato*. GERM. Glüend/feürig. HISP. *Cosa encendida de fuego*. ANGL. *Fired*.} vt, Ferrum ignitum. ¶ Aliquando id significat quod quandam ignis similitudinem refert, quódque calidæ, igneæque est naturæ. Sic Apuleius ignitam esse Martis stellam dixit. ¶ Ignitius vinum, hoc est, vehementius & generosius. Gell. *lib.* 17. *cap.* 8. Tum ego respondi coniectare me vinum idcirco minus coalescere, quòd semina quædam caloris in sese haberet, esséque natura ignitius.

Ignesco, is, ere, ab antiquo igneo, es, Accendor, ignitus fio. {להט *lahát* בער *bahar*. *πυροῦμαι*. GALL. *S'embraser, s'allumer*. ITAL. *Diuenir di fuoco*. GERM. Feürig werden. HISP. *Encenderse*. ANGL. *To be on fire, to waxe to fire, to burne*.} Plin. *lib.* 34. *cap.* 8. Idemque in vncias additis auri scrupulis senis, prætenui pyropi bractea ignescit. Cic. 2. *de nat. deor.* Ex quo euenturum nostri putant id, de quo Panæum addubitare dicebant, vt ad extremum omnis mundus ignesceret. ¶ Per translationem accipitur pro excandescere, vel vehementer irasci. Virg. 9. *Æneid.*

Haud aliter Rutulo muros, & castra tuenti,
Ignescunt iræ & duris dolor ossibus ardet.

Col. *lib.* 10.

Antè amor ignescit menti, sæuitque medullis.

Igniarium, ij. est quo ignis elicitur, constátque è silice, & ferro, quæ collisa ignem emittunt: vnde scintillæ decussæ, & in fomite, linteóque educto exceptæ, flammam excitant. {*πυρεῖον, ἐναυσμα, ἐμπύρευμα*. GALL. *Fusil, soit de bois ou autrement*. ITAL. *Focile, battifuoco*. GERM. Ein feürzeug. HISP. *Instrumento para hazer fuego, eslauon*. ANGL. *A tinder boxe with an yron to strike fyre*.} Olim & ex lignis fiebat, mutuo attritu ignem concipientibus. Plin. *lib.* 16. *cap.* 40. Calidæ morus, laurus, hedera, & omnes, è quibus igniaria fiunt. Exploratorum hoc vsus in castris, pastorúmque reperit, quoniam ad excutiendum ignem non semper lapidis occasio est. Teritur ergo lignum ligno, ignémque concipit attritu, excipiente materia aridi fomitis.

[Ignarius, ignem continens. Gloss. Isid.

Ignibulum, thuribulum. Cath.]

Ignifer, a, um, Ferens ignem. {*πυροφόρος*. GALL. *Qui porte feu*. ITAL. *Che porta fuoco*. GERM. Das feür bringt/angezündt. HISP. *Cosa que trae ò tiene fuego*. ANGL. *That bringeth fire*.} Æther ignifer. Lucr. *lib.* 5.

Inde mare, inde aër, inde æther ignifer ipse.

Ouid. 2. *Metam.*

Non tamen ignifero quisquam consistere in axe
Me valet excepto.

¶ Ne ignifer quidem relictus est, *οὐδὲ πυρφόρος ἐλείφθη*. Vbi significamus omneis ad vnum interiisse, adeò vt ne eidem sit parcitum, qui ignem præferat exercitui.

Ignifluus, a, um, {*πυρσόειδος, πυρέμπνοος*, vt. GALL. *Qui iette feu*. ITAL. *Che cola fuoco*. GERM. Dadurch das feür fürfleüßt oder fahrt. HISP. *Cosa que becha de si fuego*. ANGL. *That casteth fire*.} vt, Cauernæ igniflux, apud Claudianum *lib.* 6. *Panegyr.*

[Ignigena, ex igni genitus. Bacchi cognomen est, quod fulminis igne sit genitus.]

Ignipes, edis, Igneos pedes habens. {*πυρίπους*. GALL. *Qui porte le feu aux pieds*. ITAL. *Chi ha piedi di fuoco*. GERM. Das feürige füß hat. HISP. *Cosa que tiene los pies de fuego*. ANGL. *That hath fyrie feete*.} quod epitheton Solis equis tribuit. Ouid. *Metam.*

Tunc sciet ignipedum vires expertus equorum
Non meruisse necem qui non bene rexerit illos.

Martialis *lib.* 1.

Ignipedes posset sine Colchide vincere tauros.

Sic enim legunt nonnulli: quo tamen in loco legendum est, *Æripedes tauros*, cum diphthongo in prima syllaba. Loquitur enim Poëta de tauris illis Æetæ Colchorum regis, quos Poëtæ fabulantur habuisse pedes æneos. Quod & ipsum indicat Ouid. *in Epistol.* Medeæ ad Iasonem his versibus,

Martis erant tauri, plus quàm per cornua sæui,
Quorum terribilis spiritus ignis erat:
Ære pedes soliti, præsentaque naribus æra,
Nigra per afflatus hæc quoque facta suos.

Ignipotens, tis, Dictus est Vulcanus, quòd ignis potestatem habeat. *πυρδυνάστης*. Virg. 8. *Æneid.*

Illam inter sedes pallentem morte futura
Fecerat ignipotens, vndis & Iapyge ferri.

Ignispicium, Ea forma dicebatur ab antiquis qua aruspicium. {*πυρομαντεία, πυρομαντεία*. GALL. *Deuinement par le feu*. ITAL. *L'arte dello indouinare per fuoco*. GERM. Ein weyssagung so von des feürs brennen genommen wirt. HISP. *Diuinacion por fuego*. ANGL. *Diuinacion by fyre*.} Erat autem diuinationis genus, quòd ab ignis inspectione sumebatur. Plin. *lib.* 8. *c.* 56. Aruspicium Delphus, ignispicia Amphiaraus, auspicia auium Tiresias Thebanus inuenit.

Ignitabulum, Ignis receptaculum, *πυρεῖον*. Festus. Exemplum extat apud Solinum *cap.* 18. Pyrpole etiam, quoniam & ignitabula ibi & ignis inuenta sunt.

Ignivomus, Ignem vomens. {*πυρίβλεπος*. GALL. *Qui vomit le feu*. ITAL. *Che vomita il fuoco*. GERM. Das feür außwirfft oder außspeiet. HISP. *Cosa que hecha de si fuego*. ANGL. *That vomiteth fire*.} Lactant. *in Carm. de Resurrectione Christi.*

Altius ignivomum Solem cæli orbita ducit.

IGNOBILIS, e, dicitur ignotus, incognitus, vilis & abiectus ✕ Nobilis, clarus, celebris, conspicuus. {נקלה *niklêh* וולל *zolél* חשוך *chaschôch*. *δυσκλεής, ἄσημος*. GALL. *Incognu, de bas estat & condition*. ITAL. *Ignobile, vile, incognito*. GERM. Vnedel/vnachtsam/schlecht/kleinfüg. HISP. *Cosa escura y no conocida*. ANGL. *Vnknowen of low birth of no estimation, vnnoble*.} Virg. *lib.* 7. *Silua vbi in syluis Italis ignobilis æuum Exigeret*. Plaut. *in Pseud. sc.* 1. *act.* 2. Peregrina facies videtur hominis, atque ignobilis. Cic. 1. *Tusc.* Quid Cyrenæum Theodorum philosophum non ignobilem, nónne miramur? Virg. 1. *Æneid.* Sæuitque animis ignobile vulgus.

Ignobilitas, atis, Vilitas, humilitas, obscuritas, conditio, atque fortuna hominum infimorum ✕ Nobilitas, dignitas, generis antiquitas. {זלות *zulloth*. *δυσγένεια*. GALL. *Petitesse de nom, basse condition*. ITAL. *Ignobilità, humilità*. GERM. Vnachtsame oder vnachtbarkeit/schlecht/kleinfüge. HISP. *Aquel escurecimiento de nobleza*. ANGL. *Basenesse of birth, vnnoblesse*.} Cic. *pro Rosc. Amer.* Iam quos nemo propter ignobilitatem nominat, sexcenti sunt. Idem 5. *Tuscul.* Nunc igitur ignobilitas, aut humilitas, etiam popularis offensio sapientem beatum esse prohibebit? Ignobilitas generis. Cic. *pro Muren.* Quanquam ego iam putabam, Iudices, multis viris fortibus, ne ignobilitas generis obiiceretur, meo labore esse perfectum. Ouid. 6. *Metam.*

Res obscura quidem est ignobilitate virorum,
Mira tamen.

IGNOMINES, qui laude & gloria carent, quasi sine nomine. {נקלים *niklim* זוללים *zolelim*. *ἀνώνυμοι, δυσκλεεῖς*. GALL. *Sans nom, sans louange*. ITAL. *Che non hanno laude, senza nome*. GERM. Vnnamhafftig/ vnberümpt. HISP. *Sin loor, sin nombre*. ANGL. *VVithout name or estimation*.}

Ignominia, æ, nominis nota, interprete Nonio, infamia, dedecus, contumelia, macula, probrum. {קלון *kalón* חרפה *cherpáh*. *ἀτιμία, δυσφημία*. GALL. *Honte, diffame, deshonneur*. ITAL. *Infamia, vituperatio, vergogna, biasimo*. GERM. Schmach/schand/eines ehrlichen namens verletzung. HISP. *Infamia, ò mal nombre, verguença*. ANGL. *Reproche, infamie, sclander*.} Componitur ex in, & nomen, n litera commutata in g. Dicitur enim ignominia, quasi boni nominis amissio. Cic. *lib.* 4. *de Repub.* Itaque quum omnis ea iudicatio versetur tantummodo in nomine, animaduersio illa ignominia dicta est. Idem *Thermo*, Ostendi graues te suscepturum inimicitias, si adolescens potens & nobilis ignominia affectus esset. Et hercle sine dubio erit ignominia: habes enim neminem gradu superiorem. Gellius *cap.* 8. *lib.* 10. Ignominiæ militaris genus sanguinis missio. Item, Ignominiæ clades. (de Repub.) Suet. *in August. cap.* 23. ¶ Ignominia, pro eo interdum qui ignominia afficit. Cic. *de petit. Consul.* Albutius vna plaga concidit ignominia qua cum Senatus affecit, quum denegauit supplicationem. ¶ Ignominiæ est, Pro ignominia & vitio habetur. Plin. *lib.* 28. *cap.* 2. In qua transferri ignominiæ esset. ¶ Longè autem aliud est atque infamia: hæc enim ex multorum sermone oritur: ignominia verò imponitur ab eo qui animaduersione notare potest, author est Corn. Fronto *de vocabul. different.*

Ignominiosè, aduerb. Cum ignominia & dedecore. {*ἀτίμως*. GALL. *Auec infamie, honteusement*. ITAL. *Vergognosamente, con infamia*. GERM. Schmächlich/ ehrenverletzlich. HISP. *Con verguença y infamia*. ANGL. *with reproche, infamie or sclander*.}

Ignominiosus, a, um, qui ignominia est affectus. {מחורף *mechoráph* נקלה *niklêh*. *ἄτιμος*. GALL. *Plein d'infamie & de deshonneur, infame*. ITAL. *Vitupero, ò infame, mostrato à dito suergognato*. GERM. Schandtlich/ verächtlich/dem man ein schmach angethon hatt. HISP. *Infame y de mal nombre*. ANGL. *Full of infamie and sclander, reprochefull*.} Quint. *lib.* 7. *cap.* 2. Tibi, inquit accusator, illos non licuit occidere: exul enim eras & ignominiosus. Quintilian. *declam.* 250. Ignominioso nulla est actio. ¶ Accipitur etiam ignominiosus, pro eo quod affert ignominiam. Liu. 3. *ab Vrbe*. Hos ignominiosa fuga, domum se recipientes Romanus consul Algido consequutus, ad vnum omnes occidit.

Ignominio, as, Ignominia afficio. {חרף *cheréph*. *ἀτιμάζω*. GALL. *Diffamer, deshonnorer, faire honte*. ITAL. *Far vergogna, far vituperio*. GERM. Schmähen/ehr verletzen. HISP. *Hazer verguença ò vituperio*. ANGL. *To diffame and sclander*.} verbum est parum vsitatum, legitur tamen participium Ignominiatus, pro ignominia affectus. Gell. *lib.* 9. *cap. vlt.* Quibus modis ignominiatus, tractatúsque sit à C. Cæsare Laberius poeta.

[Ignominiatus, ignominiosus, infamis.]

IGNORO, as, Nescio, imperitus sum, non scio, non compertum & cognitum habeo. {לא ידע *lo jadháh* שגג *schagbágh* שגה *schagháh*. *ἀγνοέω*. GALL. *Ignorer, ne cognoistre & sçauoir pas*. ITAL. *Non sapere*. GERM. Nicht wissen. HISP. *No saber ò no conocer*. ANGL. *To be ignorant or vnskilfull*.} fit à gnotare, vnde Dignotare Festo. Cicer. *pro Milone*. At verò tu ignoras? tu hospes in hac vrbe versaris? tuæ peregrinantur aures? neque in hoc peruulgato ciuitatis sermone versantur? Terent. *Heaut.* Hoc primum, vt nequid ignores, &c. *Ibid.* Erras, si credis, & me ignoras, Clinia. Plaut. *Capt. sc.* 4. *a.* 3. Suum interdum ignorat nomen, nec scit qui fiet. Idem *Amphitr. sc.* 1. *a.* 1. Hero dicam meo nisi is quoque ignorabit. (i. non noscet.) Idem *Milit. sc.* 5. *act.* 2. Quis ego sum si tu hunc ignoras? (mox, non nosti.) Idem *Capt. sc.* 3. *a.* 2.

e.1. Ne tu me ignores cui abſceſſeris, &c. ¶ Ignoro paſſiuè. Ouid. 1. *Triſt. Eleg.*4.

Si tamen hæc manis vento ferretur amico,
Ignoraretur forſitan iſta fides.

Ignorans, Participium. Cicer. *de Amicitia*. Noua fabula ignorante rege vter eorum eſſet Oreſtes. Brutus *Ciceroni*, iuuat enim magnificè loqui, & certè decet aduersùs ignorantes quid pro quoque timendum, aut à quoque petendum ſit. Plaut. *Capt. Prolog.* Ignorans ſuo ſeruit patri.

Ignorātio, & Ignorantia, à verbo deducta nomina. {אינדבעת *endabáth.* שגעון *ſchegnaghah* משגה *meſchughah* משגה *miſchigheh.* ἄγνοια. GALL. *Ignorance, faute de cognoiſſance.* ITAL. *Il non ſapere, ignorantia.* GERM. Vnwiſſenheit. HISP. *Aquel no ſaber, mengua de ſaber.* ANGL. *Ignorance, vnſkilfulneſſe, lakeſknowlegde.*} Atque ignoratio quidem ad actum, & rem pertinet, quæ penitus neſcitur, nec ſciri poteſt, niſi prodatur. Cic. *lib.* 3. *Off.* Quotus enim quiſque reperitur, qui impunitate & ignoratione omnium propoſita abſtinere poſſit iniuria? Idem *de Amic.* Vt in fabulis, qui aliquandiu propter ignorationem ſtirpis & generis in famulatu fuerint. Quo in loco in nonnullis exemplaribus corruptè legitur *ignorantiam.* Idem *pro Aul. Cluent.* Quod erat odium dij immortales? quæ ſuperbia? quanta ignoratio fuit? Ignorantia verò ingenij vitium eſt, quum quis ignorat quid facere debeat, aut dicere. Quint. *lib.*7. *cap.*2. Ignorantia prætendi non poteſt. Cic. *pro Flacc.* Vbi adoleſcentes nihil poſſent diſcere, niſi ignorantiam literarum. Cæſ. *lib.* 3. *de bell. ciu.* Ignorantia locorum. Gell. *cap.* 13. *lib.* 16. Per ignorantiam non vti iure ſuo. Quid autem interſit inter imprudentiam & ignorantiam, docet Donatus his verbis, Imprudens per ſe: ignarus per alios. Ita & imprudentia per ſe, ignoratio per alios.

Ignōrāntior, Comparatiuus. Corn. Tacit. *lib.* 12. Clementiámque ac iuſtitiam quanto ignorantiora barbaris, tanto tolerantiora capeſſeret.

Ignorābilis, e, quod non cognoſcitur, vel quod facilè ignorari poteſt. {ἄγνωστος. GALL. *Incognu, qu'on ne cognoiſt point.* ITAL. *Incognito, non conoſciuto.* GERM. Vnbekant/vnwiſſend. HISP. *Lo que no ſe ſabe.* ANGL. *That is not knowen.*} Plaut. *in Pſeud.* Quis hic eſt, qui oculis obuiam ignobilis obiicitur? Gell. *lib.* 9. *cap.* 12. Alterum autem illud ignobilius obſcuriúſque eſt. Cic. 2. *de Inuent.* Quod leuiùs, faciliùs, non ignorabile, non fortuitum, non neceſſarium fuerit.

Ignārus, a, um, compoſitum ab in & gnarus, Neſcius, imperitus, expers. {לא ידוע *lojadhúah* שגב *ſchoghegh.* ἀγνώς. GALL. *Ignorant, ignare.* ITAL. *Pazzo, ignorante.* GERM. Vnwiſſenhafft/ vnuerſtendig/ vnerfaren. HISP. *Ignorante.* ANGL. *Vnskilfull, ignorant.*} Terent. *in Eunuch.* Imprudens harum rerum ignarúſque omnium. Virg. 10. *Æneid.*

Æneas ignarus abeſt.

Idem 3. *Æneid.* pro imprudenti, & cui quid accidit præter ſententiam.

Aut quis te ignarum noſtri deus appulit oris?

Idem 1. *Æneid.*

O ſocy, neque enim ignari ſumus antè malorum.

Gellius *cap.* 5. *lib.* 12. Non ignarus in diſciplinis. ¶ Ignariſſimus. Plaut. *Pſeud. ſc.*6. *a.*4. Neſcis? iuxta cum ignariſſimis. ¶ Accipitur interdum paſſiuè pro ignoto, vel ignorato, vt annotauit Gellius *Noct. Att. lib.* 9. *cap.* 12. Virg. 10. *Æneid.*

Ignarum Laurens habet ora Mimanta.

Ouid. *Met lib.* 7.

Iamque aderat Theſeus proles ignara parenti. Incognita.

Saluſt. *Iugurth.* 94. Pleroſque velocitas, & regio hoſtibus ignara tutata ſunt.

‖Ignos, ignotus.‖

IGNŌSCO, is, ui, tum, Valde noſco, & diſco. {הכיר *hichchir* ידע *jadháh.* ἐπιγινώσκω. GALL. *Bien cognoiſtre, & parfaitement.* ITAL. *Saper bene.* GERM. Wol erkennen. HISP. *Muy bien ſaber.* ANGL. *To knowe well or perfectlie.*} Auget enim hic, in, præpoſitio verbi ſignificationem. Varro, Vos qui in theatrum voluptatem auribus aucupatum concurriſtis domo adeſte, & à me, quæ feram, ignoſcite: domum vt feratis à theatro literas. Verùm hoc conſuetudine eſt obſoletum. Nam ignoſcere nunc eſt culpam remittere, veniam dare, excuſatum habere: &, vt ait Cicero *ad Atticum*, ſceleris pœnam prætermittere. {חמל *chamál* חס *chas.* συγγνώμω ἴσχε, συγγνώμην. GALL. *Pardonner.* ITAL. *Perdonare.* GERM. Verzeihen/ vberſehen/ nachlaſſen. HISP. *Perdonar.* ANGL. *To forgiue to pardon*} Vbi in, præpoſitio priuatiua eſt, quaſi non agnoſco errorem. Plaut. *in Aul.* Id adeò te oratum aduenio, vt animo æquo ignoſcas mihi. Idem *in Merc.* Ora, ignoſcat delictis, atque adoleſcentiæ. Quintilian. Ignoſcere nobis non debemus. Idem, Ignoſcere ſibi. Ouid. *Eleg.* 4. *lib.* 4. *Triſt.*

———Ignoſcas laudibus ipſe tuis.

Velleius, Ignoſcimus nobis omnia, nihil aliis remittimus. Plaut. *Milit. ſc.*6. *a.*2. Ignoſcas hoc mihi quæſo. Ouid. 6. *Faſt.*

———Tolléńſque manus, Ignoſcite, dixit.

Plaut. *Amphitr.* Orant, ignoſcamus peccatum ſuum. Terent. *in Adelph.* Venit ipſius vltrò lacrymans, orans, obſecrans, fidem dans, iurans ſe illam ducturum domum: Ignotum eſt, tacitum eſt. ¶ Lactant. *lib.* 5. poſuit pro ignoro, & non intelligo, ἀγνοῶ. Tum (inquit) quid legerint, ignorauerunt. Gell. *lib.* 1. Contra patriam (inquit Cic.) arma pro amico ſumenda non ſunt: hoc profectò nemo ignouit, id eſt, neſciuit.

Ignōtūrus, participium. {ANGL. *That will pardon.*} Cic. *in Catone*, Ignotum alteri, quòd patrem, alteri quòd tutorem ſequutus eſſet. Cato *lib.* 5. *Orig.* Quod eorum nemo mihi ignoturus eſt. Quidam contra Grammaticorum præſcriptiones à præſenti tempore protulerunt futurum ignoſciturum. Piſo *lib.* 2. *Annal.* Quodcunque deliquiſſet, ignoſciturum affirmabat.

Ignōſcēns, ignoſcentior, nomen ex participio, Qui facilè condonat, & ignoſcit. {חמל *chomél* חס *chas.* συγγνωμονικός. GALL. *Qui pardonne, enclin à pardonner.* ITAL. *Colui che facilmente perdona, perdonatore.* GERM. Gnädig/ geneigt zu verzeihen. HISP. *El que ligeramente perdona.* ANGL. *Bent or inclined to forgiue or take mercie.*} Terent. *in Heaut.* Mi Chreme, peccaui, fateor, vincor: nunc te obſecro. Quanto tuus eſt animus natu grauior, ignoſcentior, Vt mex ſtultitiæ iuſtitia tua ſit aliquid præſidi.

Ignōſcēntĭă, æ, Condonatio peccati. {חמלה *chemláh* מחמל *machmál.* συγγνώμη. GALL. *Pardonnement, pardon.* ITAL. *Perdono.* GERM. Verzeihung/ nachlaſſung. HISP. *Perdon, ò obra de perdonar.* ANGL. *Forgiuing.*} Gell. *lib.* 7. *cap.* 3. Interdum autem quaſi eos deliquiſſe concedat, ignoſci poſtulat, & ignocentias vtiles eſſe rebus humanis docet.

Ignōſcibĭlis, e, Venia dignus. {συγγνωστός. GALL. *Pardonnable, meritant pardon.* ITAL. *Degno di pardono.* GERM. Verzeihens vnd vberſehens wirdig. HISP. *Coſa que ſe deue ò puede perdonar.* ANGL. *That deſerueth forgiueneſ.*} Gell. *lib.* 13. *cap.* 20. Hic veſter huiuſmodi veſtitus, de multo iam vſu ignoſcibilis eſt.

Ignōtŭs, a, um, nomen adiectiuum, non participium, vt quidam putauerunt. Incognitus, i. qui ignoratur. {ἄγνωστος. GALL. *Incognu.* ITAL. *Incognito, non cognoſciuto.* GERM. Vnbekant. HISP. *Coſa no conoſida.* ANGL. *Vnknowen.*} Virg. *lib.* 13. *Æneid.*

Ignoti noua forma viri.

Locis ignotis errare. Ouid. 4. *Metam.* Verba obſcuriora & ignotiora, Quint. *lib.* 7. *cap.* 4. Pars ignotiſſima turbæ, Claudian. *in Eutrop.* Ouid. *Eleg.* 8. *lib.* 3. *Triſt.*

Miſit in ignotam qui rude ſemen humum.

Tibull. *lib.* 4.

Ille per ignotas audax errauerit vrbes.

Senec. *cap.* 12. *de Tranquill.* Ignoti hominis funus perſequi. Plaut. *Curc. ſc.* 3. *a.* 1. Date viam noti & ignoti. Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 3. *Triſt.*

Æger in extremis ignoti partibus orbis.

Ibidem,

Tam procul ignotis igitur moriemur in oris?

¶ Interdum actiuè ponitur pro inſcio, hoc eſt, pro eo qui ignorat. ἄγνωτος. Quint. *lib.* 6. *declam.* Nequis tamen erret ignotus, non eſt filij mei nouerca, ſed mater, hoc eſt, ignorans. Item Næuius poëta antiquus, Ignotæ itineris ſumus, tute ſcis. Ex Nonio. Plaut. *Men. ſc.* 2. *a.* 2. Inſanus es, qui mihi moleſtus es homini ignoto. (i. mihi, qui te non noui, vel mihi te ignoranti.) Cic. *in Epiſt. ad L. Lucceium, Q. Fil. lib.* 5. Atque illi artifices corporis ſimulacra ignotis nota faciebant.

Ignōtiſſĭmus, Superlatiuus. Gell. *lib.* 11. *c.* 10. Phauorinus philoſophus veterum verborum cupidiſſimo, & pleraſque voces nimis priſcas, & ignotiſſimas, in quotidianis, communibúſque ſermonibus expromenti, &c. ¶ Apud Suet. *in Tib. cap.* 2. Pro obſcuriſſimo ſumitur, Ignotiſſimum, inquit, quæſturæ candidatum nobiliſſimis antepoſuit, ob epotam in conuiuio propinante ſe vini amphoram.

I L

Ila, vide *Hilla.*

Ila, pars lumbi, ſeu lateris in ſue. Horatius,

Porma magis an magis ilis.

Ilăpĭnăſtēs, εἰλαπιναστής, Cognomen Iouis apud Cyprios, inde ductum, quòd magnifico apparatu, ſplendidiſque epulis, quas εἰλαπίνας vocant Græci, coleretur. Vide Cælium Rhod. *lib.* 27. *cap.* 25.

Ilărchĭs, ἰλάρχης, Equitum turmæ præfectus. Nam Græci ἴλας equitum turmas appellant. Vide Cælium Rhod. *lib.* 17. *cap.* 24.

Ilaraugatæ, ἰλαραυγάται, Iberi, & Ilaraugates fluuius.

Ilaris, ἴλαρος, vrbs Lyciæ, Steph.

Ilattia, ἰλαττία, vrbs Cretæ, Steph.

Ilba, vide *Ilua.*

Ilē, per ſimplex l, ilis, neutri generis, ab ima, quæ eſt pars chartæ tenuiſſima. Et hinc inanis, niſi malis ab ἰλίω. Inteſtinum eſt omnium arctiſſimum, immediatè ventriculo adhærens, in homine quidem & oue lactes dictæ, in cæteris animantibus ile appellatum. ἰλεὸς. Plin. *lib.* 11. *cap.* 57. Ab hoc ventriculo lactes in homine & oue, per quas labitur cibus: in cæteris ile: à quibus capaciora inteſtina ad aluum, hominíque flexuoſiſſimis orbibus.

Iliă, ilium, Partes ſunt imi ventris, inter coxas & pubem poſitæ, teſte Celſo *lib.* 4. *cap.* 1. {כסלים *cheſalim.* λαγών, κενεών. GALL. *Les flancs.* ITAL. *I fianchi.* GERM. Die dünn im bauch. HISP. *Yjada ò interior de la yjada.* ANGL. *The flanke, the ſmall guttes.*} Perſius *Satyr.* 4.

——————ilia ſubter
Cæcum vulnus habes, ſed lato balteus auro
Pretegit.

¶ Ilia ducere, vel trahere dicuntur equi ſuſpirioſi, vel quibus præ laſſitudine curſus anima deficit. Virg. *in Georg.* de ægris pecudibus dixi,

———imago longo
Ilia ſingultu tendunt.

Horat. *in Arte,*

Peccet ad extremum ridendus & ilia ducat.

Plin. *lib.* 11. *cap.* 37. Ilia appellat arterias quaſdam, quæ inter veſicam & aluum ſitæ, tendunt ad pubem. ¶ Sunt qui hoc nomen etiam ſecundæ declinationis eſſe aſſerant, adducentes teſtimonium ex *lib.* 4. Cornel. Celſi, vbi ſic legunt, Deinde ſuper rectum inteſtinum progreſſa illis fœminæ latera ſua innectit. Quo in loco pleraque exemplaria ilibus habent, non iliis. Nam quod apud Marullum Mimographum legitur, Tu Hectorem imitaris, ab ilio nunquam recedis: alluſio eſt ad Ilium agri Troiani vrbem, vt maior ioco gratia adderetur.

Iliōſus, adiectiuum. {ANGL. *He that is ſick wringing in the ſmal guttes.*} Qui ilibus laborat, quod morbi genus Græci λαγνώδεις vocant.

Ileos, εἰλεὸς, vel Ileus, Morbi gracilioris inteſtini, quando ſcilicet obſtructis tenuibus inteſtinis, exitus excrementis negatur. Vnde eos, qui hunc morbum patiuntur, ſtercus per os videmus eiicere. Plin. *lib.* 30. *cap.* 7. Grauiſſimum vitium ileos appellatur. Idem *lib.* 22. *cap.* 6. Et contra ileum in oleo, & pulte.

Ilerda, æ, ἴλερδα. Oppidum citerioris Hiſpaniæ, in conuentu Tarraconenſi, non procul à Sycori fluuio: cuius meminit Ptol. *lib.* 2. *cap.* 26.

Ilergetes, Hiſpaniæ populi, in tractu Tarraconenſi, non procul ab Ibero amne. Autor Plin. *lib.* 3. *cap.* 3.

Ilex, icis, per ſimplex l, & generis fœminini, ab eligo, vt lex, à lego: quia homines primum hanc arborem ſibi in victum elegerunt, glandéſque nondum repertâ fruge comederunt. Arbor eſt glandifera, magnitudine roboris, folio aculeato, læui cortice: cuius duo ſunt genera. Plin. *lib.* 16. *cap.* 6. {אלה *eláh* תרזה *tirzáh.* πρῖνος. GALL. *Eſpece de cheſne*

qu'on appelle yeuse ou euse en Languedoc. Ital. Albero simile alla quercia, & ischio. Germ. Ein gattung des eichbaums. Hisp. Vn genero de enzina o coscoja. Angl. A kind of ok tree.} Virg. lib. 6. Æneid.

Talis erat species auri frondentis opaca
Ilice: sic leni crepitabat bractea vento.

Ouid. 3. *Fast.*

Lucus Auentino suberat niger ilicis vmbra.

Procera ilex. Horat. 15. Ramosa ilex, Ouid. 8. *Metam.* Arguta ilex. Virg. *Ecloga* 7.

Iliceus, a, um, quod est materiatum ex ilice. {πρίνινος. Gall. Fait de yeuse, ou euse. Ital. Fatto d'elce. Germ. Eichbeumin. Hisp. Cosa de enzina. Angl. Made of this kinde of tree.} Stat. *lib.* 6. *Theb.*

Ornique iliceaeque trabes, metuendaque succo Taxus.

Ilicetum, i, Locus ilicibus consitus. {πρινών. Gall. Vn lieu complanté d'euses. Ital. Luogo piantato de pin elci, lecci. Germ. Ein ort da vil dieser eichbeum stehn. Hisp. El enzinal, lugar de enzinas. Angl. A place planted with of trees.} Martial. *lib.* 12.

——— è cathedra
Surgentem fortis excipit superba,
Vicini strue cultus iliceti.

Ilignus, siue ilignus, a, um, idem quod iliceus. πρίνινος. Ter. *in Adelph.* Lectulos iligneis pedibus faciendos. Col. *lib.* 11. *cap.* 2. Si nec hæc sit, iligneam frondem bubus rectè præbebimus. Sic Ilignea corona apud Plin. *lib.* 16. *cap.* 4. Ilignea glans. Idem *lib.* 16. *cap.* 5. & Horat. 2. *Serm. Satyr.* 4. Apud Gell. *cap.* 6. *lib.* 5. quæ ab antiquo poëta Cœcilio Ilignea corona dicitur, eadem ab ipso Gellio Corona ciuica appellatur.

Ilia ilium, vide *Ile.*

Iliacus, Iliades, vide *Ilium.*

Ilia, æ, Ἰλία, quæ & Rhea, Numitoris Albanorum regis filia, quam Amulius pulso iam Numitore fratre, & interfecto eiusdem filio Lauso, virginem Vestalem fecit, vt illi habendæ prolis occasionem adimeret, & nequid superesset de prole Numitoris. Veruntamen Ilia, dum aquam pro sacris quæreret obdormiuit, & in somnis illi visum est se à Marte comprimi, & sic geminos concepit: quos quum peperisset, Amulius partus exponi iussit, matrémque Iliam viuam apud Tyberim fluuium infodit: vnde poëtæ eam Tyberi nupsisse fingunt: qui ob id quoque vxorius amnis ab Horat. *lib.* 1. *Carm.* dicitur. Quid verò pueris acciderit, vide suprà in dictione *Amulius.* Virg. *lib.* 1. *Æneid.*

——— ———donec regina sacerdos
Marte grauis geminam partu dabit Ilia prolem.

Iliatri, temi vocantes conuiuas. Rh.

Iliberis, vide *Illiberis.*

Ilicet, per syncopen dictum, quasi ire licet. Terent. *in Phorm.* Hoc nihil est: ilicet. Quid conterimus operam frustrà? quin abeam? In quem locum Donatus sic scribit: Sic iudices de concilio dimittebantur cùm præco pronuntiasset suprema dicta: Actum est, Ilicet. Vbi Donatus, Ilicet, rei finem significat. ¶ Ilicet pro statim, confestim, aliquando ponitur. {מיד pitheóm, εὐθὺς δὴ, ἰδὲ, παραυτίκα. Gall. S'est fait, soudain. Ital. Di subito. Germ. Einfürwegs, von stund an, eilends. Hisp. Luego. Angl. Incontinent, forthwith.} Plaut. *in Rud.* Sed propera. T. licet. D. Iam hic fac sis, cœna vt curetur. T. licet. D. Omnia ilicet. T. licet. Virg 2. *Æneid.*

Ilicet ignis edax summa ad fastigia tecti
Voluitur.

¶ Ilicet aduerbium affirmantis. Plaut. *in Epid.* Ilicet, vt vadimonium mihi hic vltrò facit. Idem *in Curculione*, — ilicet Pariter hos perire amandos video. Idem *Amphitr.* Ilicet mandata heri perierunt, vnà & Sosia. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 3. Ilicet parasiticæ arti in maximam malam crucem. Et *in Curc. sc.* 3. 4. 1. Ilicet, pariter amando pereant, vterque insaniunt.

Ilienses, Ἰλιεῖς. Populi sunt Corticæ insulæ antiquissimi, vt scribit Pompon. *lib.* 2. Horum meminit & Pausanias. ¶ Ilienses, apud Suet. *in Tib. cap.* 52. sunt populi, vbi Ilium, siue Troia fuit. Quin & Iliensium legatis (inquit Sueton.) paulò seriùs consolantibus, quasi obliterata iam doloris memoria irridens: Se quoque respondit vicem eorum dolere, quòd egregium ciuem Hectorem amisissent.

Ilione, Ἰλιόνη, inter filias Priami natu maxima fuit. Virg. *lib.* 1. *Æneid.*

Præterea sceptrum, Ilione quod gesserat olim,
Maxima natarum Priami.

Ilioneus, Ἰλιονεύς. Nomen proprium viri Troiani, Phorbantis filij, qui qualis in bello fuerit, nusquam legitur: eloquentia verò excelluisse, deletóque Ilio cum Ænea fugisse, & apud eundem legati vice functum, autor est Virg. 1. *Æneid.*

Postquam introgressi, & coràm data copia fandi,
Maximus Ilioneus placido sic pectore cœpit.

Vbi Seruius, Non mirum, inquit, si eloquens à Virgilio introducatur Ilioneus, quum pater eius Phorbas, Homero teste, semper Mercurio deo eloquentiæ fauente pugnauit.

Ilissus, Ἰλισσός. Nomen amnis in Attica regione, Musis dicati, quas ab eo Ilissidas vocant. Vide Strab. *lib.* 9. Papin. *lib.* 4. *Theb.* videtur hunc fluuium Furiis consecrare, quum ait, anfractu riparum incuruus Ilissos, Sæuus honos fluuio: Stygias lustrare seueris Eumenidas perhibetur aquis.

Ilithyia, dictio quatuor syllabarum, & εἰλείθυια, Dea parturientibus propria, quæ & Iuno Lucina à Latinis appellatur. {Die Göttin Juno / so gehalten ward das sie den gebärenden behülfflich wäre.} Ouid. 9. *Metamorph.*

Præpositam timidis parientibus Ilithyiam.

Ilium, Ἴλιον, vrbs fuit Phrygiæ, siue Troadis, M. D. passus à mari distans, à Dardano Iouis filio condita, ab Ilo verò rege amplificata, & Ilium nominata, quum antea Troia à regione illa in qua sita fuit, diceretur. Regia fuit Priami: postea verò ob Helenam à Paride raptam decennali bello obsessa: ac demum expugnata est. {Ein gewaltige statt in Troade / so man gemeinlich Troiam nennt / welche die Griechen zerstört haben.} Virg. *lib.* 2.

——— cecidítque superbum
Ilium, & omnis humo fumat Neptunia Troia.

¶ Dicta est etiam Ilios, Ouid. *lib.* 14. *Metam.*

———postquam alta cremata est
Ilios, & Danaos pauerunt Pergama flammas.

Horat. non semel Ilios Vexata. ¶ Ilium propriè ciuitas est: nam regio Troia est: quamuis interdum pro vrbe, Troiam vsurpet, vt Virg. *lib.* 3. *Æneid.*

Et campos vbi Troia fuit.

Iliacus, a, um, Ἰλιακός. Possessiuum deductum ab Ilio, agri Troiani vrbe. Virg. 1. *Ænid.*

Ter circum Iliacos raptauerat Hectora muros.

Horat. *in epist.*

Iliacos intra muros peccatur & extra.

Ouid. 13. *Metam.*

Mittor & Iliacas audax orator ad arces.

¶ Iliacus morbus à Plauto vocatur, qui infestat ilia. sed hoc, vt pleraque alia, apud Plautum, crediderim esse fictitium, vt ambiguitate vocis risum captaret.

Ilius, a, um, idem. Virg. 9. *Æneid.*

———quam miseram tenuit non Ilia tellus.

Iliades. Ouid. 4. *Fast.*

Hoc pater Iliades dum longum scriberet annum
Vidit. (i. Romulus.)

Idem *Eleg.* 3. *lib.* 4. Remus Iliades.

Iliadæ, Ἰλιάδαι, Troiani: Iliades, Troianæ. Virg. 3. *Æneid.*

Et circum Iliades crinem de more solutæ.

Ilias, adis, Ἰλιάς, Homeri opus clarissimum omnium quotquod vnquam extiterunt, Poëtarum scriptis omnibus citra controuersiam prælatum. Dicta Ilias quòd bellum contineat apud Ilium inter Græcos & Troianos ob raptum Helenæ gestum. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Ilias ipsa quid est, nisi turpis adultera, de qua
Inter amatorem pugna virúmque fuit?

Quoniam verò hoc in opere nullum mali genus non recensetur, factum est vt Ilias malorum, pro ingenti calamitate accipiatur, Ἰλιὰς κακῶν. Cic. *ad Attic. lib.* 8. Non possum enim secus vaticinari, tanta impendet malorum Ilias. Propterea quia hoc opus in primis prolixum, XXIV. libris distinctum est, factum est, vt quum opus impendiò prolixius indicare quis velit, id Iliade esse prolixius affirmet.

Iliades, mulieres Troianæ.

Illa, ἐν ὑδρῷ ἕλμινς. Gloss. ἕλμις est vermis, sed propriè nascens in corpore, ex putredine.

Illà, illac, per eum locum.

Illabor, eris, lapsus. Incido, influo, irruo. {נפל naphál נזל nazál. εἰσπίπτω, ἐπιρρέω. Gall. Couler dedans, s'aualler, descendre doucement. Ital. Cascare, scorrere, sdrucciolare. Germ. Hinein fallen, hinein fliessen. Hisp. Deslizarse à lugar, resualar. Angl. To slide, runne, flowe or fallin.} Plin. *lib.* 5. *cap.* 29. *de Mæandro fluuio*, Postremò Cariam placidus omnésque eos agros fertilissimos rigans limo, ad decimum à Mileto stadium lenis illabitur mari. Cic. 1. *de finib.* Nam si ea sola voluptas esset, quæ quasi titillaret sensus, vt ita dicam, & ad eos cum suauitate afflueret & illaberetur. Virg. 2. *Æneid.*

———sensit medios illapsus in hostes.

Ibidem,

Mediaque minans illabitur vrbi.

Illapsus, us, influxus. {זוב zób. εἴσρευσις, εἴσρευσις. Gall. Douce cheute, descente. Ital. Piaceuole caduta & dolce. Germ. Das hineinfallen / oder rinnen. Hisp. Deslizamiento, resualadero. Angl. A sliding or falling in.} Col. *lib.* 1. *cap.* 2. Vt eiusmodi constructio ripam sustineat, ne præludatur humoris illapsu atque exitu.

Illaboratus, Non laboratus, nullo labore & diligentia confectus. {ἀπραγμάτευτος. Gall. Qui n'est point elabouré, ou on n'a point prins grand peine à le faire. Ital. Cosa fatta senza fattica. Germ. Das on arbeit vnd fleiß gemacht ist. Hisp. Cosa hecha sin trabajo. Angl. Made without labour.} Quintilian. de Cicerone *lib.* 10. *cap.* 5. Tum interim hæc omnia, quæ vix singula quisquam intentissima cura consequi posset, fluunt illaborata. Idem Quintilian. Illaborata virtus, quam citra laborem contingit. Idem *cap.* 1. *lib.* 4. Illaboratæ similis orationi. Idem Illaborati fructus.

Illaborare, Laborare. ἐμπονεῖν, ἐνεργάζεσθαι. Cornel. Tacitus *lib. de moribus Germanorum*, Ingemere agris, illaborare domibus.

Illac, aduerbium, Per illum locum. {ἐκεῖ, ἐκεῖσε, ἐκεῖθεν. Gall. Par là, Ital. Per quel luogo. Germ. Dadurch. Hisp. Alli dende alguno esta. Angl. On that side.} Terent. *in Eunuch.* Plenus rimarum sum, hac atque illac perfluo. Illac, pro, A parte illius. Cic. *ad Att. lib.* 7. Veruntamen hac video cum homine audacissimo paratissimóque negotium esse: omnes damnatos, omnes ignominia affectos, omnes damnatione dignos illac facere, id est, ex illa parte Cæsaris.

Illacerabilis, e, {ἀσπάρακτος, ἀδιάσπαστος. Gall. Qu'on ne peut deschirer. Ital. Che non si può stracciare. Germ. Vnzerreisslich. Hisp. Cosa que no se puede despedaçar. Angl. That cannot berent.} Vt, Spolium illacerabile. Silius *lib.* 5.

Illacessitus, {ὁ μὴ πεπροκλημένος, ἀνερέθιστος. Gall. Qui n'a point esté prouoqué, irrité, agacé, assailli. Ital. Che non è prouocato, no irritato. Germ. Der nit angereitzt ist. Hisp. Cosa no prouocada, y no desafiada. Angl. That hath not bene prouoked or egged.} Tacit. *in vita Agricolæ*, Tanta ratione curáque, vt nulla ante Britanniæ noua pars illacessita transierit.

Illacrymo, as, Lacrymo, in lachrymas erumpo. {דמע damáh. ἐπιδακρύω. Gall. Larmoyer, pleurer. Ital. Piagnere. Germ. Beweinen. Hisp. Llorar. Angl. To weepe, to waile.} Liu. *lib.* 25. Illacrymasse dicitur, partim gaudio, partim, &c. Illacrymare morti, vel errori alicuius, est propter errorem, vel mortem eius lacrymas emittere. Idem *lib.* 40. Si te, qui morti innocentis, qui meo infelici errori vnus illacrymaiti, in locum meum substitutum relinquam. Ibi legitur, illacrymaueris. ¶ Dicitur & de rebus sensu carentibus pro exudare, seu humorem emittere. Virgil. 2. *Georg.*

Illacrymat mœstum templis ebur, æráque sudant.

¶ Illacrymare supplicijs apud Suetonium *in Vespasiano Aug. cap.* 15.

Cæterum

Cæterùm neque cæde cuiusquam vnquam lætatus, iustis suppliciis illacrymauit etiam & ingemuit.

Illacrymābĭlis,e, Inexorabilis, & qui tam durus est, vt ad lacrymas, aut ad misericordiam commoueri non possit. {ἀδάκρυς, ἀνοικτίρμων. GALL. *Qu'on ne peut esmouuoir à larmoyer ou auoir pitié.* ITAL. *Che non ha pietà, ne se piega per le altrui lacrime.* GERM. Vnmilt / einer der nit weinen mit zubewegen ist. HISP. *El que no tiene compaßion.* ANGL. *That can not be moued to haue pitie.*} Hoc epitheton Horat. tribuit Plutoni, *lib.* 2. *Carminum.*

‖Illādes, contorta lora. Rh.‖

Illæ, pro illius, vel illi. Lucr.

Illæc, pro illa hæc. Ter. *in Adelph.* —verùm nimia illæc licentia Profectò euadet in aliquod magnum malum.

Illæsūs, nomen adiectiuum compositum ex in, negatiua, & participio læsus. {ἀσινής. GALL. *Qui n'a aucune blessure, sain & entier.* ITAL. *Non offeso.* GERM. Vnuerletz. HISP. *No lisiado, ò ofendido.* ANGL. *Not hurt, vnhurt.*} Plin. *lib.* 15. *cap.* 30. Gallinam conspicui candoris sedente aquila ex alto abiecit in gremium illæsam. Mart. *lib.* 1.

Illæsum timidis vnguibus hæsit onus.

Cupressus illæsa bruma, Statius 6. *Theb.*

Illætābĭlis, Iniucundus, ingratus, tristis. {ἄχαρις. GALL. *Triste, mal plaisant.* ITAL. *Triste, malinconico.* GERM. Vnlieblich / das kein freud macht. HISP. *Cosa triste, no alegre.* ANGL. *Sorrowfull, vnpleasant.*} Virg. 3. *Æneid.*

Hinc Drepani me portus, & illætabilis vnda
Accipit.

Illæuīgātūs, vt illæuigatus sonus apud Diomedem *Grammat. lib.* 3. inconditus.

Illăquĕo, Laqueo constringo, laqueis implico, irretio. {נקשׁ *nakásch.* ἐμπαγιδεύω. GALL. *Enlacer, prendre aux laqs.* ITAL. *Allacciare.* GERM. Einstricken / verstricken. HISP. *Enlazar.* ANGL. *To snare, wrappe, or intangle.*} Cicer. *de Arusp. responsis.* Sed si etiam nunc illaqueatus iam omnium legum periculis, &c.

Illatebra, æ, à non latendo compositum vocabulum. Plaut. apud Macrobium, cuius ego latus illatebras reddam meis dentibus & manibus, i. efficiam dentibus & manibus meis, ne in eius latere quicquam celari possit, ita discerpendo aperiam.

Illatenus, pro eo vsque. Gell. *cap.* 19. *lib.* 16. Nautas precum eius harum commiserrum esse Illatenus, vt ei necem afferre per vim suis manibus temperarent. Idem eodem sensu vsus est *cap.* 6. *lib.* 2.

Illătebro, as, In latebris abscondo. {טמן *taman.* ἐγκατακρύπτω. GALL. *Cacher & celer en lieu secret.* ITAL. *Abscondere dentro.* GERM. In ein hole verbergen / verstossen. HISP. *Esconder dentro.* ANGL. *To hide in any secret place.*} Gell. *ex* 5. *Annal. Qu. Claudij.* Arma plerique abiiciunt, atque inermes illatebrant sese.

‖Illatiuus, vt illatiuæ coniunctiones sunt, *quanquam, quamuis, tametsi*, vt tradit Plin. *in Grammat.*

Illatores, qui menstrua introducebant iudicia. Poll.‖

Illātro, as, ex in & latro. {נבח *nabách.* ἐπιλαδέω.} Lucanus.

Illaūdātus, i, Illaudabilis, teste Gellio, qui nulla mentione, aut memoria dignus est, neque vnquam nominandus. {ἀνεγκωμίαστος, ἀναξιέπαινος. GALL. *Qui n'est point loué, indigne d'estre loué.* ITAL. *Non laudato, non degno di laude.* GERM. Vngelobt oder vnlöblich / der keines lobs oder rhums wirdig ist. HISP. *No alabado, no digno de ser alabado.* ANGL. *That is vnworthie of praise.*} Sicut quondam à communi consilio Asiæ decretum ferunt, vt eius nomen qui templum Dianæ Ephesi incenderat, nemo vllo tempore efferret. Est enim nomen hoc idoneum ad exprimendam sceleratissimi hominis detestationem. Virg. 3. *Georg.*

——quis aut Eurysthea durum,
Aut illaudati nescit Busiridis aras?

Est autem *illaudatus* nomen, non participium: neque enim verbum habet à quo deduci queat, neque vllum definitum tempus habet. Nam dicitur illaudatus non qui laudatus sit: sed qui laudari non meruit, vt est *lib.* 3. *Æneid.*

Dives inaccessos vbi Solis filia lucos:

pro inaccessibiles, non ad quos nullus accessit, sed ad quos nullus accedere debet. Sic fontem inexhaustum dicimus, non tam eum, qui nunquam exhaustus sit, quàm qui exhauriri non potest.

Illaūdābĭlis, e, qui non est dignus vt laudetur. {ἀνεγκωμίαστος. GALL. *Indigne d'estre loué.* ITAL. *Indegno di laude.* GERM. Vnlöblich / keins lobs wirdig. HISP. *Non digno de loor.* ANGL. *Vnworthie of praise.*} vt, Carmen illaudabile. Stat. 5. *Sylu.*

‖Illauta, fœmina inelegans, virgo. Lips.‖

Ille, illa, Illud, illius, in genitiuo, penultima indifferente, ab is: vel Hebr. elle. Pronomen est demonstratiuum, tertiam designans personam, tam à loquente, quam ab audiente remotam, de qua satis multa dicta sunt in dictione Hic. {זה *zeh.* ἐκεῖνος. GALL. *Celuy-là, cestuy-là.* ITAL. *Quello, colui.* GERM. Der / diser. HISP. *Aquel.* ANGL. *He that.*} Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 3. Nec illud possum, quod illi qui possunt solent. Idem *Mil. sc.* 1. *a.* 2. Illa illum contrà (amabat.) Idem *Men. sc.* 2. *a.* 4. Quid ille? quid? (sup. eget.) Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 5. Hic huius frater, hæc illius soror. Idem *Aulul. sc.* 6. *a.* 4. Eam inuenies meam illam esse oportere. *Curc. sc.* 2. *a.* 1. Cùm illa ad me exit. Ouid. 13. *Metam.*

——Pars est sua laudis in illo.

¶ Ille & ille, de Incertis, siue ignotis. Sueton. *in Cæs. cap.* 41. Commendo vobis illum & illum vt vestro suffragio suam dignitatem teneant. ¶ Interdum emphasim habet, vimque addit orationi, quod Græci exprimunt per ὁ articulum. Terent. *Andr.* Hic ille est. Virg. *in principio* 1. *Æneid.*

Ille ego qui quondam gracili modulatus auena
Carmen.

Ouid. *Eleg.* 5. *lib.* 4. *Trist.*

Ille ego sum cuperes dicere posse palàm.

Ibid. Eleg. 10.

Ille ego qui fueram.

Item Senec. Ille *Cicero* (cum laude.) Ex Ouid. *Eleg.* 4. *lib.* 5. *Trist.*

Illa dies hæc est.

Idem 13. *Metam.*

Illa nocte mihi Troia victoria parta est.

Plaut. *Milit. sc.* 1. *a.* 2. Hic est ille lepidus senex. ¶ Ille etiam elegantissimè redundat. Virg. 1. *Æneid.*

Multum ille & terris.

Rursus,

Saucius ille graui venantum vulnere pectus
Tum demum mouet arma leo.

Iterum,

——————ceu Sirius ardor,
Ille sitim morbósque ferens mortalibus ægris.

Ab illo, pro A se. Cic. *pro Deiotaro.* Quid retineat per te, meminit: non quid amiserit: neque enim se à te multatum esse arbitratur: sed quum existimaret multis tibi multa esse tribuenda, quæ minus assequi in altera parte potuisses, ea sumens ab illo non recusauit. Ab illo, pro A se, ὑπ' αὐτοῦ. Bud. ¶ Illæc, Plaut. *Mil. sc.* 3. *a.* 2. Quis illæc est mulier. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 5. Ne ego mulier misera quæ illæc audio. ¶ Illuc, Idem *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Ehem illuc est, patrem. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 5. Prô Iuppiter! quid illuc est! ¶ Illisce ædibus. Idem *Amph. Prolog.* Illasce ædes. Idem *in Asin. sc.* 3. *a.* 1. Non tu in illisce ædibus habitas?

Illud horæ, pro eo tempore, siue pro illa hora. Suet. *in Ner. cap.* 28. Quare nunquam postea se publico illud horæ sine tribunis commisit, procul & occultè subsequentibus.

ILLĔCĔBRÆ, arum, Blanditiæ quibus capimur, & ad aliquam rem pellicimur. {δέλεαρ, ἐπαγωγαί. GALL. *Allechemens, toutes choses qui attrayent, & allechent.* ITAL. *Carezze, cose che adescano.* GERM. Anreitzungen. HISP. *Los halagos.* ANGL. *Flickering intisementes, pleasant alluring.*} Veimur autem hoc nomine tam in bonam partem, quàm in malam. Cic. *lib.* 6. *de Republ.* Suis te oportet illecebris ipsa virtus trahat ad verum decus. Idem *pro Cælio*, Erant apud illum illecebræ libidinum multæ. Idem *pro Sestio.* Nam si qui voluptatibus ducuntur, & se vitiorum illecebris, & cupiditatum lenociniis dediderunt, missos faciant honores, &c. Idem *Men. sc.* 4. *a.* 2. Illecebræ argentariæ, meretrices. Aliàs *Elecebra.* ¶ Legitur etiam in singulari numero illecebra. Idem *pro Milone*, Quis ignorat maximam illecebram esse peccandi, impunitatis spem. Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 1. Atque eccam Illecebra exit. (i. meretrix.) Idem *Men. sc.* 2. *a.* 2. Munditia illecebra est animo amantum.

Illĕcĕbrōsūs, a, um, quod blandimentis hominem allicit. {ἐπαγωγός, δελεαστικός, θελκτήριος. GALL. *Qui alleche fort, attrayant.* ITAL. *Chi accarezza, inesca & trahe con lusinghe.* GERM. Voll anreitzung / anmutig. HISP. *Cosa llena de halagos.* ANGL. *That allureth by flickering.*}

Illĕcĕbrōsē, aduerbium. {θελκτηρίως. GALL. *Auec allechement.* ITAL. *Con lusinghe.* GERM. Anreitzlich. HISP. *Con halagos.* ANGL. *By intising and flickering.*} Plaut. *in Bacchid.* Manum da, & consequere. P. Aha minimè. B. Quid ita obsecro? B. Quia istoc illecebrosius fieri nihil potest.

Illĕcto, Illectus, vide *Illicio.*

Illĕpĭdŭs, a, um, Inelegans, inconcinnus, insulsus, sordidus. {ἄχαρις, ἀναφρόδιτος. GALL. *Mausade, qui n'a aucune grace en soy.* ITAL. *Senza piaceuolezza.* GERM. Vnlieblich / vnholdselig. HISP. *Cosa sin donaire, sin gracia.* ANGL. *Vnpleasant, without grace.*} Plaut. *Bacch.* Sine modo & modestia sum, sine bono iure atque honore: Incredibilis, impos animi, inamabilis, illepidus viuo. Cic. 3. *de nat. deor.* Parentem habere auarum, illepidum, in liberos difficilem. Scortillum, non illepidum, nec inuenustum, Catullus.

Illĕpĭdē, aduerbium, Iniucundè, & infacetè. {ἀχαρίτως. GALL. *Mausadement, sans grace.* ITAL. *Sgratiatamente, maluaggiamente.* GERM. Vnliebelich. HISP. *Sin gracia.* ANGL. *without delectation or grace.*} Plin. *in Præfat. totius operis*, Nec plancus illepidè quum diceretur Asinius Pollio orationes in eum parare, &c. Horat. 2. *Epist.* 1.

——non quia crassè.
Compositum illepidéve putetur.

Illex, vide *Illicio.*

‖Illhæc, illa, hæc. Tertull.‖

Illī, cum circumflexo, aduerbium, pro ibi vel illic. {שׁם *scham.* ἐκεῖ. GALL. *Là, en ce lieu-là.* ITAL. *Cui, in quel luogo.* GERM. Dort. HISP. *Adonde alguno esta.* ANGL. *In that place, there.*} Plaut. *in Prolog. Amphitr.* Quæ illi ad legionem facta sunt, memorat pater. Idem *ibid. sc.* 1. *a.* 1. Quis igitur nisi vos narrauit mihi, illi vt fuerit prælium. (i. illic.) Terent. *in Adelph.* Ego illi maximam partem feram. Vbi Donat. Errant qui putant, illi, esse pronomen, quum sit aduerbium loci: vt Virgil. *lib.* 2. *Æneid.*

——Illi mea tristia facta
Degenerémque Neoptolemum narrare memento.

Ter. *in Hecyr.* Nam illi haud licebat, nisi præfinito loqui. Idem *in Phor.* Interea tum sedebamus illi, interuenit adolescens quidam.

Illĭbātŭs, a, um, Purus, intactus, & incorruptus. {תמים *tamim* נקי *naki.* ἀκέραιος. GALL. *Qui n'est point contaminé, ne corrompu, entier.* ITAL. *Incorrotto, puro, non guasto.* GERM. Vnberürt / vnzerstört. HISP. *Cosa no tocada ni corrupta.* ANGL. *Vntouched, vntasted, whole, vncorrupted.*} Est autem nomen, non participium: quippe quum nullum extet verbum, à quo deducatur. Liuius 3. *ab Vrbe*, Illibatum imperium. Plin. *lib.* 17. *cap.* 17. Vt illibato cortice, atque vt sectura inferior ponatur. Illibatum robur hominis. Col. *lib.* 11. *cap.* 1. *& lib.* 5. *cap.* 10. Ex proximo terræ integro illibatóque succo aluntur. Velleius, Illibatam magnitudinem deferre ad inferos.

Illĭbĕrālĭs, e, Parcus, auarus, sordidus. {כילי *chilái.* ἀνελεύθερος. GALL. *Qui n'est point liberal, vilain, chiche.* ITAL. *Non liberale, non cortese, auaro.* GERM. Vnfrey oder vnfreygäb / fündig. HISP. *No liberal, no cortes, auariento.* ANGL. *Nigard, vnhonest, vncourteous.*} Cicer. *Memmio lib.* 13. Non te in me illiberalem, sed me in te negligentem putabis. ¶ Interdum illiberale dicitur quod contrà fit, ac liberum & ingenuum hominem decet. Illiberale facinus, libero homine indignum. Terent. *in Adelph.* ex illâne familia Tam illiberale facinus esse ortum: Locus illiberalis. Cic. 1. *Offic.* Duplex omnino est iocandi genus: vnum illiberale, petulans, flagitiosum, obscœnum,

Illīběrālĭtās, atis. Parsimonia, auaritia, sordes.)(Liberalitas & munificentia. {ἀνελευθερία. GALL. *Villenie, chicheté.* ITAL. *Villania, tenacità, strettezza.* GERM. Vnfreygäbiteit/kargheit/targtheit. HISP. *Auaricia.* ANGL. *Dishonesty, nigardship.*} Cic. 2. *Offic.* Habenda est autem ratio rei familiaris, quam quidem delabi sinere flagitiosum est, sed ita vt liberalitatis auaritiæ absit suspicio.

Illīběrālĭter, Non liberaliter, iniustè, inclementer, atque aliter, ac hominem liberum decet. {ἀνελευθέρως, ἀγροίκως. GALL. *Vilainement, chichement.* ITAL. *Dishonestamente, villanamente, non da gentilhuomo.* GERM. Vnfrey/vnbillicher vnnd vnziemlicher weiß. HISP. *No liberalmente.* ANGL. *Nigardlie, dishonestlie.*} Illiberaliter apud veteres dicebatur factum (inquit Donatus) siquis excessisset omne genus maleficij. Terent. *in Adelph.* —factum à vobis duriter, Immisericorditérque, atque etiam, si est, pater, Dicendum magis apertè, illiberaliter. Idem *in Phorm.* Nam ni ita eum existimassem, nunquam tam graueis Ob hanc inimicitias caperem in nostram familiam, Quam is aspernatur nunc tam illiberaliter.

Illībĕrĭs, is, Græci ἄπαις, Carens liberis. Tertullianus *lib. 4. aduersùs Marcionem*, quam si frater illiberis decessisset, vt à fratre ipsius & ex costa ipsius suppararetur semen illi.

Illibĕris, Ἰλλίβερις. Oppidum in finibus Galliæ Narbonensis, iuxta Pyrenæos montes, non procul à Ruscinone, eiusdem nominis fluuio irrigatum, teste Strabone *lib.* 4. Plin. in descriptione Galliæ Narbonensis. Illyberim suæ ætate exiguum oppidulum fuisse indicat, & (vt ipsius verbis vtar) magnæ quondam vrbis tenue vestigium. Forte *Salsas.* ¶ Ptol. *lib. 2. cap. 6.* Illiberim alteram collocat in Bætica Hispaniæ regione, quam nonnulli eandem esse existimant, quam hodie *Granatam* appellant.

Illic, {שָׁם *scham.* ἐκεῖ, αὐτόθι, αὐτοῦ. GALL. *Là, en ce lieu-là.* ITAL. *La, in quel luogo.* GERM. Dort/an dem ort. HISP. *Alli donde alguno esta.* ANGL. *In that place, there.*} Aduerbium in loco. Ter. *in Adelph.* Illic vbi iam caprificus magna est. Plaut. *Trinum.* Illic sum, atque hic sum. Illicci. Idem *Pseud. sc. 1. a. 4.* Illiccine est? Illic est & Illic, pro illuc, siue illud. Idem *Men sc. 2. a. 4.* Quid illic est negotij. (pro illuc.) Ita habet edit. Camer. Idem Plaut. *Men. sc. 2. a. 5.* Ibi potat. Tuâne causa potabit minus siue illic, siue alibi licebit. Ouid. 13. *Metam.*

—Qui iura silentibus illic
Reddit, vbi Æoliden saxum graue Sisyphon vrget.

Plaut. *Most. sc. 4. a. 1.* Illic vbi lectus stratus decumbas. Idem *ibid.* Illic vbi fui, Inde effugi foras. (His duobus locis vltimis τὸ illic vacat.) ¶ Illic pro ille. Ter. *in Andr.* Vbi illic scelus est, qui me perdidit? Idem *Eunuch.* Mirum ni illoc homine quoquo pacto opus est. Idem *Capt. sc. 4. a. 3.* Illic nos insectabit, nisi illunc iubes comprehendi. Idem *Men. sc. 1. a. 1.* Illic homo malè loquitur mihi. Idem *Aul. sc. 4. a. 1.* Illic homo aurum me scit habere. *Ibid. sc. 4. a. 3.* Illic homo hinc abiit. Idem *Capt. sc. 4. a. 5.* Ibi illic est locus, vbi, &c. Idem *Curc. sc. 2. a. 2.* Qui illic est homo, pro ille. Item Tibull. *lib. 4.*

Non illic colit arua Deus.

Plaut. *Men. sc. 2. a. 4.* Satin' audis quæ illic loquitur. *Ibid. sc. 2. a. 5.* Illic hircus (me obseruat sup. pro ille.)

Illĭcĭo, is, Attraho, inesco, capto, illecebris decipio: ex in & antiquo verbo lacio. {פָּתָה *pitháh.* ἐπάγω, ἕλκω. GALL. *Attirer, allecher.* ITAL. *Accarezzare, attrarre, adescare.* GERM. Anreitzen/einhinziehen. HISP. *Atraher con halagos, lisonjear.* ANGL. *To wind bi faire wordes, to inty se, to allure.*} Terent. *in Andr.* — túne hic homines adulescentulos imperitos rerum, eductos liberè, in fraudem illicis. Plaut. *Asin. sc. 3. a. 1.* Cùm me illiciebas ad te blandè. (de Lena.) Velleius, & Inescare & inlicere. Plaut. *Aul. sc. 6. a. 4.* Is me ad illam illexit.

Illectŭs, participium. Attractus, inuitatus. {מְפֻתֶּה *mephutteh.* ἐπαχθείς, δελεασθείς. GALL. *Attiré, alleché.* ITAL. *Allettato, adescato.* GERM. Angereitzt/hinein gelockt oder gezogen. HISP. *Attraydo con halagos.* ANGL. *Intysed, allured.*} Cic. 4. *Tusc.* Libido ad id quod videtur bonum illecta, & inflammata videtur.

Illectŭs, us, ui, Blanditiæ, illecebræ, incitamentum. {חֶלְקָה *chelkáh.* ἐπαγωγή, δέλεασμα. GALL. *Allechement, attrayement.* ITAL. *Adescamento, lusinghe.* GERM. Anreitzung/einlockung. HISP. *Halagos, lisonjas.* ANGL. *Intisement, allurement.*} Plaut. *Bacch.* Magis illectum tuum, quàm lectum metuo. ¶ Est item illectus, compositum à participio lectus, idem significans quod non lectum. ἀνεπίλεκτος, ἀναγνώστος. Ouid. *lib. 1. de arte amandi.*

Si non acciplat scriptum, illectúmque remittat:
Lecturam spera, propositúmque tene.

Illecto, as, Frequenter illicio. {ἐπαγωγεύω. GALL. *Attirer, allecher.* ITAL. *Allettare.* GERM. Offt oder stäts anreitzen/anlaß geben. HISP. *Attraher con halagos.* ANGL. *To hallure or intyse.*} Augustus, Quos ad peccata illectant.

Illectĭs, Non collectus. ἀσύλλεκτος. Caius *D. lib. vlt. de verborum significat.* Stipula illecta, sunt spicæ in messe deiectæ, quas rustici cum vacauerint, colligunt.

Illēx, illegis, qui sine lege viuit. {ἄνομος. GALL. *Sans loy.* ITAL. *Senza lege.* GERM. One gesatz/on maße. HISP. *Hombre ò muger sin ley.* ANGL. *That liueth without any law.*} Plaut. *Persa*, Impurè, inhonestè, iniure, illex, labes populi. quo in loco *illex* Valla idem significare arbitratur quod *exlex.*

Illex, icis, communis gen. Interdum substantiuè accipitur pro illecebris, & incitamento. {חֶלְקָה *chelkáh.* ἐπαγωγή. GALL. *Allechement, esguillon.* ITAL. *Incitamento, stimolo.* GERM. Anreitzung/einlockung. HISP. *Atrahida por halagos.* ANGL. *Intisement, allurement.*} vt, Illex animi Venus, Plaut. *Pœnul.* Idem *Persa*, Impure, inhoneste, iniure, illex, labes populi. ¶ Interdum adiectiuè sumitur, vt idem sit, quod illiciendi vim habens. {ἐπαγωγός, δελεαστικός. GALL. *Allechant, attrayant.* ITAL. *Cosa che attira & adesca.* GERM. Anreitzung/das anreitzung gibt. HISP. *El halagazo.* ANGL. *That hath force to allure.*} vt, Oculi illices, apud Apuleium, quod aspectu ad libidinem incitemur. ¶ Illex etiam dicitur auis aucupis mansuefacta, qua alias aues allicit, id est, παλεύτρια, & θηρευτὴς Aristoteli. Plin. *lib. 10. cap. 33.* de perdicibus loquens, Capiuntur quoque pugnacitate eiusdem libidinis, contra aucupis inlicem (mendosè in vulgatis *indicem*) exeunte in prælium duce totius gregis. ¶ Translatè dixit Plaut. *in Asin.* Lectus est illex.

Illĭcĭum, ij, ab illiciendo dictum, incitamentum. {חֶלְקָה *chelkáh.* δέλεασμα, ἐπαγωγή. GALL. *Allechement, attrayement.* ITAL. *Incitamento, stimolo, adescamento.* GERM. Einlockung/anreitzung. HISP. *Atrayda por halagos.* ANGL. *Allurement or intisement.*} Varro *lib.* 3. Sed si transituræ sunt apes eò, apiastro perfricandum, quod illicium hoc illis. Cicer. *ad Attic. lib.* 11. Posteaquam mihi literæ à Cornelio Balbo minore missæ essent, illum existimare Qu. fratrem illicium meæ perfectionis fuisse, his verbis ad Cæsarem scripsi. ¶ Item, est locus Romæ Plutarch. *in Numa.*

Illēctāmentă, δελέασμα, illicia. Apuleius *in Apolog.* At illæ puellæ meretriciis blandimentis, & lenonis patris illectamentis captus.

Illectatio, nis. Gell. *cap. 2. lib.* 18. Demulcentes animum atque laxantes iucundis honestísque sermonum illectationibus.

Illĭcĭtŭs, a, um, Indecorum, flagitiosus. {ἀθέμιτος. GALL. *Illicite, non loisible.* ITAL. *Illicito.* GERM. Vnziemlich/verbotten. HISP. *Cosa illicita ò que no conuiene.* ANGL. *Vnlawfull, vnhonest, vncomely.*} Cic. *pro Cluent.* Multitudinem illicitum est contradicere. Ciceronis est locus deprauatus. Senec. *cap. 5. de consol. ad Mart.* Illicitas à se pœnas exigere.

Illĭcĭtè, Aduerbium. {ἀθέμιτως, ἀπρεπῶς, ἀθέσμως. GALL. *Illicitement.* ITAL. *Illicitamente.* GERM. Vnziemlicher weiß/vngebürlich. HISP. *No conuenientemente.* ANGL. *Vnlawfullie.*} Vlp. *in l. fideicommissa. §. si quis illicitè. ff. de leg. & fideicom. lib. 3.*

Illĭcō, aduerbium est loci, Propriè idem quod ibidem, quasi in eodem loco. αὐτόθι. {ANGL. *In the same place.*} Ennius, Et quia quo irent, nesciebant, illicò manserunt, id est, in eo loco. Terent. *in Adelph.* Otiosè nunc iam illicò consiste. Donatus, Illicò modo locum, modo tempus significat. ¶ Frequentior eius vsus est pro statim, siue continuò. {פִּתְאֹם *pithe'om.* παραχρῆμα. GALL. *Soudain, sur le champ.* ITAL. *Di fato subito, incontinente.* GERM. Von stundan/eine wegs/ stugs. HISP. *Luego.* ANGL. *Incontinent, forthwith.*} Cic. *pro Murena*, Simulátque increpuit suspicio tumultus, illicò artes nostræ conticescunt. Idem *pro Quintio*, Illicóne ad Prætorem ire conuenit? Plaut. *Aul. sc. 2. a. 1.* Omnes illicò me suspicantur aurum habere. Idem *Curc. sc. 3. a. 2.* Reuocat me illico. Item, Sta sis illicò. Idem *Curc. sc. 3. a. 5.* Idem *Mostell. sc. 2. a. 2. & sc. 3. a. 1.* bis.

Illīdo, is, Offendo, impingo, confringo, aliquid solæ rei compactum vehementiùs frango. Ita nauis impacta scopulis dicitur illidi. {רָטַשׁ *rittésch.* προσρήγνυμι, ἐμπίπτω, προσαράσσω. GALL. *Hurter, contrefroisser.* ITAL. *Rompere, frangere.* GERM. Anstossen/an ein ding stossen oder schmeissen/zerstossen. HISP. *Quebrar vna cosa en otra.* ANGL. *To hitte, dashor bent to or against some thing.*} Valerius Maximus *lib.* 4. Coactis Locrensibus thesauro eius magnam illi pecuniam dare, quum onustus nefaria præda nauigaret, vi subitæ tempestatis tota cum classe vicinis Deæ litoribus illisus est. hoc est, impegit ad vicina litora, & naues fregit. Cic. *de Arusp. respons.* Iam ista serpens compressa atque illisa morietur. Virg. 5. *Æneid.*

—durósque reducta
Librauit dextra media inter cornua cæstus
Arduus, effractóque illisit in ossa cerebro.

Senec. *cap. 9. de consol. ad Polyb.* Pendemus, fluctuamur, illidimur alter alterum. Plaut. *Amphitr.* Concisus pugnis, & illisis dentibus. Item Suet. *in Calig. cap. 59.* Filia parieti illisa. Dentes illidere labellis. Lucret. *lib. 4.* Illidere dentem alicui rei, pro imprimere. Horat. 2. *Serm. Satyr. 1.*

—& fragili quærens illidere dentem,
Offendit solido.

Illidere manus. Cic. 3. *Tusc.* Æquora illisa scopulis. Virg. 3. *Georg.*

Illīsŭs, us, ui, illisio, & ipse actus illidendi. {προσρηγμός, προσκρουσμός. GALL. *Heurt & froissement contre quelque chose.* ITAL. *Esso battere contra qualche cosa.* GERM. Anstossung/anschmeissung. HISP. *Quebradura vna cosa con otra.* ANGL. *A dashing to or against some thing.*} Plin. *lib. 27. cap. 8.* Illisu ipso repercussus.

Illĭgo, as, are, innecto, intexto. {קָשַׁר *kaschár.* ἐνδεσμεύω. GALL. *Attacher, lier auec.* ITAL. *Legare, auiluppare.* GERM. Einbinden/einknüpffen/einfassen. HISP. *Atar.* ANGL. *To intangle, to knitt with another.*} Ita emblemata poculis, vel aurum argento illigare dicimus. ¶ Per translationem sumitur pro implicare, siue inuoluere, ἐμπλέκειν. Liu. *lib. 22.* Posteaquam nos neque decernere id præsidium, neque velle illigari Romano bello vidit. Et rursus *eodem libro*, Priuatis etiam hospitiis, familiarique amicitia plerique illigati Philippo erant. Iterum, Illigare se bello alieno. Liu. *lib. 6. dec. 4.*

Illīmis, e, Purus, quasi sine limo. {ἄπηλος, καθαρός. GALL. *Sans bourbier.* ITAL. *Puro, senza fango.* GERM. One kätt oder mur/lauter. HISP. *Cosa clara, sin limo ò cieno.* ANGL. *Without mudde or slime.*} Ouid. 3. *Met.*

Fons erat illimis, nitidis argenteus vndis.

Illinc, aduerbium de loco. {מִפֹּה *mippóh.* ἐκεῖθεν. GALL. *De là, de ce costé là.* ITAL. *De la, di quel luogo.* GERM. Da dannen/von dannen. HISP. *Alli, donde alguno esta.* ANGL. *Frome thence, frome, that parte.*} Terent. *in Adelph.* Illinc huc transfertur virgo. Cic. 2. *Philipp.* Omnem se amorem abiecisse illinc, atque in hanc transfudisse. Plaut. *Menæch. sc. 4. a. 2.* Nunc illinc venit. (i. e Sicilia.) *Ibid. sc. 2. a. 5.* Hinc stas, illinc caussam dicis. ¶ Hinc illinc prouerbium, Terent. *in Adelph.* an sedere oportuit Domi virginem tam grandem, dum cognatus hinc illinc veniret, expectantem?

Illĭnĭo, is, ere, Inungo, perungo. {רַךְ *rach* מָשַׁח *masch'áh.* ἐγχρίω. GALL. *Oindre.* ITAL. *Vngere.* GERM. Ansalben/vbersalben. HISP. *Vntar.* ANGL. *To anoynt.*} Colum. *lib. 6. cap. 14.* prædictóque medicamento defricatur & illinitur: sed si ex toto propter ceruicis tumorem iugum recuset, paucis diebus requies ab opere danda est: tum ceruix aqua frigida defricanda, & spuma argenteæ illinienda est, id est, inungenda. Plin. *lib. 30. cap. 11.* Cornicis carnes esse, & nidum illinere, in longissimis morbis vtilissimum.

Illĭno, is, eui, itum, tertiæ coniugationis, Inungo, liquidi quippiam rei alicui induco. {רַךְ *rach* מָשַׁח *maschách.* ἐγχρίω, ἐπαλείφω. GALL. *Oindre, enduire par dessus quelque chose humide.* ITAL. *Vngere.*

GERM.

GERM. Anfalben/anstreichen/mit salb bestreichen. HISP. Untar. ANGL. To anoynt with any licour.} Horat. 1. Serm. satyr. 4.

Et quodcunque semel chartis illeuerit, omnes
Gestiet à furno redeuntes scire.

¶ Illinere cum accusatiuo, & Præpositione in. Cels. *lib. 6. cap. 6.* Excipere oportet oui albo, donec mellis crassitudinem habeat, idque in linteolum illinere, & fronti agglutinare.

Illĭtus, a, um, Inunctus, perunctus. {משוח *maschuach.* ἐπικεχρισμένος. GALL. Oinct. ITAL. *Unto.* GERM. Bestrichen/oberfalbt. HISP. *Untado.* ANGL. *Anoynted.*} Virg.

Illita tela dolis, nec Martem comminus vsquam
Ausa pati virtus.

Liuius *lib. 2.* Ita in vadis hæsitantes frumenti aceruos sedisse illitos limo.

Illĭtŭs, us, ui, Illinendi actus. {טיח *tiach.* τὸ ἐπίχρισμα. GALL. *Frottement, onction.* ITAL. *Esso ungere.* GERM. Bestreichung/anfalbung. HISP. *Untadura.* ANGL. *Aneynting a rubbing with licour.*} Plin. *lib. 24. cap. 6.* Sonitus aurium emendat infusu, strumas illitu neruorúmque nodos.

Ilipa, Ἴλιπα. Cognomento Magna ciuitas Turdetanorum in tractu Hispaniæ Bæticæ, apud Ptolemæum *lib. 2. cap. 5.* & Plin. *lib. 3. cap. 1.*

Ilipula, Ἰλίπουλα, quæ & Ilipa minor, ciuitas Turdetanorum in ea parte Hispaniæ Bæticæ, quæ Lusitaniæ proxima est. Ptolemæus *lib. 2. cap. 5.* & Plin. *lib. 3. cap. 1.*

Illiquĕfăcĭo, is, In re aliqua liquefacio. {ἐντήκω. GALL. *Fondre dans quelque chose.* ITAL. *Liquefare in qualche cosa.* GERM. Etwas in schmeltzen/eingiessen. HISP. *Derretir en algo.* ANGL. *To melt, to ma comelt in any thing.*} Cicer. 5. *Tuscul.* Et qualis est hæc aurium, tales sunt oculorum, & tactionum, & odorationum, & saporum: quæ sunt omnes vnius generis ad perfundendum animum, tanquam illiquefactæ voluptates.

‖Illisfas, ilicet. Gloss. Isid.‖

Illĭtĕrātŭs, a, um, Litterarum expers, indoctus, stupidus. {ἀγράμματος, ἀμαθής, ἀναλφάβητος. GALL. *Non lettré, sans lettres.* ITAL. *Non litterato, ignorante.* GERM. Ungelehrt. HISP. *No letrado, ignorante.* ANGL. *without good lettres or knowledg.*} Cicer. 2. *de Orat.* Quem cognouimus virum bonum, & non illiteratum, sed nihil ad Persium. Plin. *Epist. 147.* Est libertus mihi non illiteratus. ¶ Illiteratus pro literis non scriptus. Gell. *lib. 11. cap. 18.* Draconis leges non decreto iussóque, sed tacito illiteratóque Atheniensium consensu obliteratæ sunt.

Illĭtĕrātissĭmŭs, Superlatiuus. Plin. *Epist. lib. 1.* Scribo plurimas, sed illiteratissimas literas.

Illō, aduerbium in locum. {שמה *schammáh.* ἐκεῖσε. GALL. *A ce lieu là.* ITAL. *A quel luogo.* GERM. Dahin/an das ort. HISP. *Aculla do alguno està.* ANGL. *To that place.*} Plaut. *Amphitr. sc. 1. act. 1.* Principiò vt illo aduenimus. Idem *Capt. sc. 2. a. 2.* Illum si es illò missurus. Idem *Pseud. sc. 2. a. 3.* Quin tu illò (i. ad cœnam) inimicos vocas? Idem *Most. sc. 2. a. 1.* Vbi illò nequam homo immigrat. (i. in illas ædes.) Idem *Capt.* Vbi illò adueni. Terent. *Andr.* Quum illò aduenio, solitudo ante ostium.

‖Illoc, pro illo. Catullus ad Lacinium:

Lugebat numero, modò hoc, modò illoc.‖

Illŏcābĭlĭs, e, quod locari non potest. {ἀνέκδοτος. GALL. *Qu'on ne peut pourvoir.* ITAL. *Che non si puo alleggiare.* GERM. Darumb die kein man verkommen kan. HISP. *Lo que no se puede poner en lugar.* ANGL. *That can not be hyred or set onti.*} vt, Virgo illocabilis, quæ ob deformitatem, aut inopiam virum inuenire non potest. Plaut. *in Aulul.* Virginem habeo grandem, dote cassam, atque illocabilem, Neque eam queo locare cuiquam.

Illōtŭs, a, um, Quod lotum non est, sordidum, immundum. {ἄλουτος. GALL. *Qui n'est point laué, ord, sale.* ITAL. *Che non è lauato, sporco, brutto, immundo.* GERM. Ungewäschen/unsauber. HISP. *No lauado, suzio.* ANGL. *Foule, vnwashed.*} Hinc, illotis manibus, vel pedibus rem aliquam aggredi, hoc est, imprudenter, temerè, & imperitè rem aliquam attentare: velut si grammatista aliquis triuialibus illis disciplinis vix ad summam cutem tinctus, enarrationem Virgiliani poëmatis audeat aggredi. Tractum est adagium à sacrorum cæremoniis: in quibus omnia pura conuenit esse, & probè lota. Vide Erasm. *Adagia.* Illoti echini, Horat. 2. *Serm. Satyr. 8.*

Erucas virides, mulas ego primus amaras
Monstraui incoquere, illotos Catillus echinos.

Gell. *cap. 3. lib. 17.* Illotis (quod aiunt) pedibus & verbis reprehendit doctissimi hominis orationem.

‖Illubricare, lubricitate quodammodo se insinuare. Apul.‖

Illūcĕo, es, secunda producta, In re aliqua luceo. {אור *or.* ἐμφαίνω, ἐλλάμπω. GALL. *Luire dessus, reluire.* ITAL. *Lucere.* GERM. Einhin leuchten/oder scheinen. HISP. *Luzir.* ANGL. *To belight, to appeare and shewis self.*} Plaut. *Curc. sc. 4. a. 3.* At pol te, si hic sapiat senex, atra pix agitet apud carnificem, tuo quæ capiti illuceat. Suet. *in Cæs. cap. 81.* Ea nocte, cui illuxit dies cædis. Velleius, Illuxit clarissimum Homeri ingenium. Cum accusatiuo. Plaut. *Bacchid.* Ædepol certò scio, Vulcanus, sol, dies, Luna, dei quatuor, scelestiorem nullum illuxere alterum.

Illūcesco, is, Lucidus fio. {אור *or.* ANGL. *To waxe day.*} quo vix aliter quàm in tertiis personis vtimur: vt, illucescit, id est, dies fit. Liu. *lib. 3. 2. belli Punici.* Vbi illuxit, recepère classem. Plaut. *Amph.* Vt mortalibus illucescas luce clara, & candida.

Illūc, aduerbium, significat motum ad locum. {שמה *schammáh.* ἐκεῖσε. GALL. *Là, en ce lieu là.* ITAL. *Aquel luogo.* GERM. Dahin/dorthin hin. HISP. *Allí, donde alguno està.* ANGL. *To that place.*} vt, Huc atque illuc intueri, apud Ciceronem *de Oratore.*

Illuc, pro illud. Plaut. *Milite.* Illuc ætatis. Idem *Amphitr.* Sed quid illuc est?

ILLVCTOR, aris, {נפתל *niphtál.* ἀνταγωνίζομαι, ἀντιπαλαίω. GALL. *Luitter contre, se reuencher.* ITAL. *Lottare contra, sforzarsi.* GERM. Etwas in ringen. HISP. *Mucho y contra luchar.* ANGL. *To wrastle or strugele againg.*} Stat. 4. *Thebaid.*

Et teneris meditans verba illuctantia labris.

ILLVDO, is, Derideo, ludibrio habeo. {התל *hethél* צחק *tsachák* שחק *sachák* ליצן *hithballés.* ἐμπαίζω, χλευάζω. GALL. *Se iouer de quelque chose, se truffer, se mocquer.* ITAL. *Beffare, burlare.* GERM. Verspotten/veruexen. HISP. *Escarnecer.* ANGL. *To mock, to iest at.*} Illudere in aliquo. Virg. 2. *Æneid.*

——certántque illudere capto.

Ter. *in Andria,* Adeon' videmur vobis esse idonei, in quibus sic illudatis? Idem *in Phormione,* Satin' superbè illuditis me? Vbi Donatus, Et datiuum & accusatiuum casum regit *illudo.* Virg. 9. *Æneid.*

——verbis virtutem illude superbis.

Sen. *cap. 14. de tranquill.* Lusisse putas illa tabula? Illusit. Ouid. *Eleg. 2. lib. 4. Trist.*

Perfidus hic nostros illusit fraude locorum.

Item Suet. *in Tib. cap. 2.* Illudere discrimini publico. ¶ Significat interdum per ludum nocere. Virg. 3. *Georg.*

Non varia illudant pestes.

¶ Illudere capitibus, apud Suet. *in Tib. cap. 45.* Fœminarum quoque & quidem illustrium capitibus, quantopere solitus sit illudere euidentissimè apparuit. ¶ Inlusisse corpus, dixit de re venerea.

Illūsŭs, participium, Derisus, ludibrio habitus. {הותל *huthal.* ἐμπαιχθείς. GALL. *Abusé, mocqué.* ITAL. *Schernito, beffato.* GERM. Verspott. HISP. *Escarnecido.* ANGL. *Mocked.*} Tacit. *lib. 14.* Ille ferociam amici metuit, sæpe asperis facetiis illusus. ¶ Vestes illusæ auro: id est, in quibus aurifex auro depinxerat. Virgil. 2. *Georg.* Illusásque auro vestes.

Illūsĭo, nis, Irrisio, derisio. {קלס *keles* שחוק *sechók.* ἐμπαιγμός. GALL. *Derision, mocquerie.* ITAL. *Scherno, derisione.* GERM. Verspottung. HISP. *Escarnecimiento.*} Cic. 3. *de Orat.* Et extenuatio, & huic adiuncta illusio à præceptis Cæsaris non abhorrens, &c.

ILLVMINO, as, are, Clarum & lucidum reddo, illustro. {האיר *heir.* λαμπρύνω. GALL. *Esclairer, donner clarté & lumiere.* ITAL. *Illuminare, alluminare.* GERM. Erleuchten. HISP. *Alumbrar, dando lumbre.* ANGL. *To giue light.*} Cic. 2. *de nat. deor.* Vt sol mundum omnem sua luce compleat, ab eóque luna illuminata grauiditates & partus afferat. Plin. *lib. 9. cap. 36.* Diis aduocatur placandis, omnémque vestem illuminat: in triumphali miscetur auro. Illuminare orationem: &, Illuminare aliquid, Quintilianus. Cic. 3. *de Orat.* Quæ sententiis orationem, verbo- rúmque confirmationibus illuminent. Velleius, Illuminauit Thebas os Pindari. Idem, Illuminat Cicero naturam eloquentia & ingenio. Idem Velleius, Ille dies virtutem Catonis illuminauit. Idem, Horam fidem illorum perfidia illuminauit.

Illūmĭnātē, aduerbium, Clarè, apertè. {ἐμφανῶς. GALL. *Clairement, auec grand lumiere.* ITAL. *Chiaramente, apertamente.* GERM. Kidthlich/heiter. HISP. *Claramente.* ANGL. *Clearlie, with greallight.*} Cic. 3. *de Orat.* Qui distinctè, qui explicatè, qui abundanter, qui illuminatè, & rebus, & verbis dicunt.

Illūmĭnātĭo, nis, φωτισμός. Macrob. *Saturnal. lib. 1. cap. 17.* Phanata dixit solem ἀπὸ τοῦ φωτός, id est φωτίζω. i. à lumine, atque illuminatione.

Illūmĭnŭs, a, um, quod est sine lumine. {חשוך *chaschóch.* ἀφεγγής. GALL. *Obscur, sans lumiere.* ITAL. *Senza lume.* GERM. Ohne liecht/finster. HISP. *Cosa escura, sin lumbre alguna.* ANGL. *without light.*} Apul. *lib. 6.* Et illuminarum Proserpinæ nuptiarum. Et *lib. 3.* Seruato noctis illumino tempore, id est, obscuro & sine lumine.

Illūnĭs, e, nox, dicta est à Plinio *Epist. 106.* pro obscura: quasi sine luna & lunari splendore viduata. {חשוך *chaschóch.* ἀσέληνος, νὺξ ἀσέληνος. GALL. *Noire, nuit, en laquelle la lune ne luit point.* ITAL. *Notte senza lume della luna.* GERM. Ein nacht ohne monschein. HISP. *A Noche sin luna.* ANGL. *A dark night when the moone gineth no light.*} Vix, inquit, viam deserueramus: & nox, non quasi illunis & nubila, sed qualis in locis clausis lumine extincto. Apul. *lib. 9. Metamorph.* per primam & secundam declinationem inflexit, Illunæ, inquiens, caliginis, à nominatiuo illunus, a, um.

Illuro. Oppidum ciuium Romanorum in ea parte Tarraconensis Hispaniæ, quæ Pyrenæis montibus proxima est. Autor Plin. *lib. 3. cap. 3.* & Pompon. Mela *lib. 3.*

Illureo, Ἰλλουρκὼν Ptolemæo, Hispaniæ Bæticæ oppidum est apud Plin. *lib. 3. cap. 1.*

ILLVSTRIS, e, clarus, lucidus. {צח *tsach.* ἐπίσημος, λαμπρός, φανερός. GALL. *Fort clair.* ITAL. *Chiaro.* GERM. Erleucht/heiter. HISP. *Esclarecido, claro.* ANGL. *Veribright.*} Colum. *lib. 1.* Balnearia Occidenti æstiuo aduertantur, vt sint post meridiem, & vsque ad vesperum illustria, id est, clara. Plin. *lib. 9. cap. 36.* Noctibus quidem illustribus æquè quàm die cernunt, id est, serenis. Plaut. *in Rudente.* Illustriores fecit, fenestrásque indidit. Salust. *in Iugurth.* Quò ad cognoscendum omnia illustria magis, magísque in aperto sint. ¶ Per translationem accipitur pro nobili, celebri, & qui magni est nominis. {נכבד *nichbád.* ἐπιφανής, διάσημος. GALL. *Fort renommé, illustre.* ITAL. *Illustre, nobile, famoso, di gran nome.* GERM. Durchleuchtig/berümpt. HISP. *Famoso en bien.* ANGL. *Famous, noble, excellent.*} Cicer. *de Amicit.* Genus autem hoc sermonum positum in hominum veterum autoritate, & eorum illustrium plus nescio quo pacto videtur habere grauitatis. Idem *in Verrem,* Tam illustre ac nobile domicilium. Illustre, notúmque omnibus factum, apud eundem, 7. *Verr.* Facta illustria, & gloriosa. Idem 1. *de finibus.* Fama illustris. Virg. 7. *Æneid.* Illustris & lata via, Cicer. 7. *Verr.* Gell. *cap. 28. lib. 15.* illustrissimæ orationes. Idem *alibi,* Illustrissimus Philosophorum.

Illūstro, as, Rem aliquam lucidam & splendidam efficio, lucem & splendorem affero, illumino, clarum reddo. {האיר *heir* הגיה *higghiah.* λαμπρύνω, φωτίζω, ἐλλάμπω. GALL. *Illustrer, donner clarté & lumiere ou lustre.* ITAL. *Illustrare, dar gran luce.* GERM. Erleuchten/heiter machen. HISP. *Esclarecer.* ANGL. *To mak light or cleere.*} Colum. *lib. 1.* Vinctis quàm saluberrimum subterraneum, ergastulum, plurimis & iis angustis illustratum fenestris. Auri fulgore templum illustrare, Cicer. 6. *Verr.* ¶ Per translationem accipitur pro nobilitare, clarúmque & celebrem reddere. {כבד *chibbédh.* δοξάζω, φημίζω. GALL. *Illustrer, bailler bruit.* ITAL. *Dar chiara fama, illustrare.* GERM. Berümpt machen. HISP. *Ennoblecer.* ANGL. *To mak famous or wel knauen.*} Cic. *Lentulo lib. 1. Epist.* Illustrabit, mihi crede, tuam amplitudinem hominum iniuria. ¶ Nonnunquam pro

pro declarare, patefacere, manifestare, aperire: quòd quæ aperta sunt, maiorem lucem præbeant. {δηλόω. GALL. *Declairer, donner à entendre.* ITAL. *Dichiarare.* GERM. Erleutern/erklären. HISP. *Declarar.* ANGL. *To make manifest or plaine.* } Cic. *in Catil.* Omnia & Senatus, & vos quæ erant contra salutem omnium cogitata, illustrata & patefacta vidistis. Idem *de oratore*, Patefacere & illustrare obscura. Illustrare philosophiam Latinis literis. Idem *lib. 1. Acad. & 1. Tusc.* Velleius, Illustratus bello Italico Sylla. (i. clarus factus.)

Illūstrātio, nis, Euidentia, exornatio, expolitio. { הפעה jiphbáh הוד zóhar. τὸ ἐγλαμπισμὸς, τὸ αὔγασμα. GALL. *Esclaircissement, ornement, reparement.* ITAL. *Splendore, ornamento.* GERM. Erleuterung. HISP. *Esclarecimiento, ornamento.* ANGL. *A beautifeing, a making manifest.* } Quint. *lib. 6. cap. 2.* Insequetur ἐνάργεια, quæ à Cicerone illustratio & euidentia dicitur.

Illūstrāmentum, i, idem. { הפעה jiphbáh הוד zohar. ὁ λαμπρισμός, τὸ ἐγλάμπισμα. } Quint. *lib. 11. cap. 8.* Hæc sunt vel illustramenta pronuntiationis, vel vitia, quibus propositis, multa cogitare debet orator.

Illūstrissimé, aduerb. λαμπρότατα. Gell. *lib. 9. cap. 13.* purissimè atque illustrissimè, simplicique & incompta orationis antiquæ suauitate descripsit.

[Illut, illud. antiq. Scal.

Illutibarbus, qui illutam barbam habet.]

Illūtibilis, e, quod elui non potest. { ἀνέκπλυτος, ἀνέκπλυτος. GALL. *Qui ne se peut lauer.* ITAL. *Che non si può lauare.* GERM. Unwäschlich. HISP. *Lo que no se puede lauar.* ANGL. *That cannot be washed.* } Plaut. *in Menæch.* Næ ex istoc loco spurcatur nasum odore illutibili.

Illuuiēs, ei, Squalor, immunditia, sordes. { צואה tsoáh טמאה tummeáh, ἀλουσία. GALL. *Ordure, saleté.* ITAL. *Sporchezza, bruttezza.* GERM. Wust/unsauberkeit/unflat. HISP. *Suziedad.* ANGL. *Vncleannesse, filthinesse.* } Terentius *in Heaut.* Ea texebat vnà, pannis obsita, neglecta, immunda illuuie. Plaut. *Mostell. sc. 1. a. 1.* Germana illuuiès, rus, pecus, hara suis.

Illyris, idis, Ἰλλυρίς, siue Illyrium, ij, siue Illyricum, i, regio Europæ satis ampla, secundùm dextrum maris Adriaticum latus extensa, à cæteris partibus Istria, Mysia superiori, & Macedoniæ parte, quæ Adriatico mari incumbit, terminata. { Das Windischland/begreifft die Dalmatier vnd Sclauen. } Dicta ab Illyrico Polyphemi (vt Appianus scribit) siue (vt Eustathio placet) Cadmi filio. Vrbes habet Iaderam, & Epidamnum, postea Dyrrachium, hodie Rhagusiam dictam, Salonam, & alias quàm plurimas. Vulgò *Esclauonia.*

Illyricus, a, um, Ἰλλυρικός. Virg. 1. *Æneid.*

Antenor potuit mediis elapsus Achiuis,
Illyricos penetrare sinus.

Ouid. *Eleg. 3. lib. 1. Trist.*

Nam procul Illyricis læua de parte relictis. (an Illyriis?)

Plaut. *Men sc. 1. a. 2.* Massilienses, Illurios, (aliàs Iulluros, aliàs Histros.)

Ilotæ, arum. Plutarch. *in Lyc.* Ilotarum Spartæ misera conditio.

Ilua, Ἰλούα Ptolemæo, Insula Hetruriæ adiacens, decem passuum millibus distans à Populonia, renascentis ferri metallis vberrima. Virg. 10. *Æneid.*

——— ast Ilua trecentos
Insula inexhaustis Chalybum generosa metallis.

Ilurcis, Ἰλουρκις, vrbs fuit Vasconum in citeriori Hispania, postea à Sempronio Graccho, Gracchuris dicta.

Ilus, i, Ἶλος. Filius Trois regis Troianorum, & Pater Laomedontis, quem matura ætate moriens regni hæredem reliquit. Ab huius nomine celeberrimum illud Mysiæ minoris, siue Troadis caput Ilij nomen accepit: siue quòd ab illo primum fuerit conditum, quum Dardanus antea in montibus Dardaniam condidisset, vt placet Homero *lib. 13. Iliad.* siue quòd à Dardano primùm conditum instaurauit Ilus, & auctius reddiderit: quemadmodum non obscurè significat Virg. *lib. 8.*

Dardanus Iliacæ primus pater vrbis, & autor.

Autor Strabo *lib. 13.* primum omnium illum ausum fuisse in campis habitare, proindéque in mediis campis fuisse sepultum, cuius sepulchri meminit & Homer. 11. *Iliad.* ¶ Fuit & alter Ilus Æneæ filius alio nomine Ascanius appellatus. Virg. 1. *Æneid.*

At puer Ascanius, cui nunc cognomen Iulo
Additur, Ilus erat dum res stetit Ilia regno.

I M

Im (inquit Festus) ponebant pro eum, à nominatiuo is. Cicer. 3. *de Legib.* Ast im cum auro sepelito.

Imacarenses, Ἰμακαρηνσιοι. Populi Sicilij stipendiarij, in mediterraneis insulis siti: quorum meminit Plin. *lib. 3. cap. 8.*

Imaduchi, Ἰμαδοῦχοι, Scythiæ populi, Caucasi montis iuga accolentes, Plin. *lib. 6. cap. 7.*

[Imadus, carmen sæculare. Poll.

Imæum carmen, quod concinebant aquarum haustores. Rh. vel qui molas versabant.]

Imāgo, inis, Simulachrum & alicuius rei repræsentatio. { תמונה temunáh תבנית tabnith, εἰκών. GALL. *Image, representation, semblance.* ITAL. *Imagine, figura, simulachro, sembianza.* GERM. Ein bildnuß. HISP. *Imagen, ò semejança.* ANGL. *An image or lyknes of any thing.* } Dicitur autem imago, quasi imitago: vel ab in & agere. i. referre eum, cuius est effigies. ¶ De imaginibus & parabolis, legendus Senec. *epist. 60.* Iuuenal. *Sat. 8.*

——— Tua viuit imago.

Senec. *cap. 24. de cons. ad Mart.* Imago filij tui, & effigies periit tantùm (i. corpus.) Idem *cap. 15. de tranq.* Cato virtutum viua imago. Plaut. *Prolog. Amph.* In Amphitruonis vortit sese imaginem. Idem *ibid.* Et Sosia seruus, cuius ego hanc fero imaginem. Idem *Pseud. sc. 1. a. 1.* Expressam in cera ex anulo suam imaginem *Ibid. sc. 3. a. 4.* Nosce imaginem? nox signum. *Ibid.* Imaginem obsignatam mittere. Ouid. 13. *Metam.*

—— Sub imagine tutum Achillis

Senec. *cap. 2. de cons. ad Mart.* Imaginem filij (mortui) nullam habere voluisti (ad consolandum sup.) Apuleius *Apolog. 1.* Huot [illegible] imaginum Velleius. Tanta patris imagine [illegible] obscuratus [illegible] filij memoria. Idem, Imaginem tribunitiæ potestatis reliquerat in iure Sylla.

Item, Imagines cubiculares, Suet. *in Aug. cap. 7.* Imagines, statuásve. Idem *in Calig. cap. 34.* ¶ Imagines, de nocturnis visis, vsurpauit Suet. *in Calig. cap. 50.* Item Ouid. 13. *Metam.*

Deceptus (inquit) *imagine somni.*

Idem 3. *Fastor.*

Vtile sit faustúmque precor quod imagine somni Vidimus.

¶ Pro specie; Ouid. *Eleg. 11. lib. 3. Trist.*

Munere in hoc vsus, Rex est, sed imagine maior.

Idem *Eleg. 10. lib. 1. Trist.*

Quocunque aspexi nihil est nisi mortis imago.

¶ Imagines & simulacra Deorum nullæ Romæ fuerunt annis 170. Plutarch. *in Num.* Cicer. *de amic.* Nemo vnquam animo, aut spe maiora suscipiet, qui sibi non illius memoriam atque imaginem proponendam putet. Virg. 2. *Æneid.*

——— atque ipsius vmbra Creusæ
Visa mihi ante oculos, & nota maior imago.

Cicer. *in Orat.* Demosthenis imaginem ex ære vidi. Idem *de natura Deorum*, Fac imagines esse quibus pulsantur animi, species duntaxat abiicitur quædam. ¶ Olim nobiliores maiorum suorum imagines ad viuum expressas, in atriis ponere solebant, quibus ad virtutem & similia facta excitabantur: & quibus populo commendabantur. Solebant enim eorum poni imagines, qui præclari aliquid in Rep. gesserant: quo factum est, vt imagines pro nobilitate accipiantur. Cicer. *de Lege Agrar.* significare volens se nouum hominem, id est, nulla generis nobilitate commendatum, Consulem tamen factum, ita ad populum inquit, Quemadmodum quum petebam, nulli me vobis autores generis mei commendarunt: sic quod deinceps, nullæ sunt imagines quæ me à vobis deprecentur. Idem *in Pisonem*, Obrepsisti ad honores errore hominum, commendatione fumosarum imaginum, quarum nihil habes, præter colorem. Vbi fumosas imagines appellat Cicero antiquissimi generis stemmata. Plin. *in Epist. lib. 9. ad Prosecerum.* Neque enim ardentius pronepotes, quam ego liberos cupio: quibus videor à me, tuoque latere pronum ad honores iter, & audita latiùs nomina, & non subitas imagines relicturus: nascantur modò, & hunc nostrum dolorem gaudio mutent. Subitas imagines appellat Plinius nobilitatem parum antiquam, sed repente fortunæque beneficio quæsitam, quomodo nostris temporibus multi extiterunt, ignotis natalibus orti, qui ne auum quidem, aut etiam patrem ciere haud possent, aut auderent, qui subitariis principum beneficiis, & aulicorum suffragationibus, supra ciuile fastigium euecti, ingentium splendidarúmque gentilitatum fundamenta iecerunt. Hæc ex Budæo. ¶ Imago pro vagina: quod veluti sit imago eius rei quam claudit. Virg. *lib. 8.*

——— Curuam seruans sub imagine falcem.

¶ Rhetores imaginem, εἰκόνα, vocant quandam orationis figuram, quum res gesta non simpliciter indicatur, sed vt gesta sit ostenditur, vt est illud, Ipse inflammatus scelere ac furore in forum venit, ardebant oculi, toto ex ore crudelitas emicabat. ¶ Vitæ imago, id est, exemplar. Tacit. *lib. 15.* Quod vnum iam, & tamen pulcherrimum habebat, imaginem vitæ suæ relinquere testatur. Orandi vera imago, id est, forma. Quint. *lib. 5. cap. 11.* Olim iam ab illa vera imagine orandi recesserunt. ¶ Imago expressa. Cicer. *pro Sext. Roscio*, Vt effictos nostros mores in alienis personis, expressámque imaginem nostram vitæ quotidianæ videremus. Repræsentare imaginem sceleris. Quint. *lib. 6. cap. 1.* Vestis tamen illa sanguine madens, ita repræsentauit imaginem sceleris, vt non occisus esse Cæsar, sed tum maximè occidi videretur. Imago, vt ait Festus, ab imitatione dicitur.

Imāguncŭlă, diminutiuum, parua imago. { εἰκόνιον. GALL. *Petite image.* ITAL. *Picciola imagine.* GERM. Ein kleine bildnuß. HISP. *Pequeña imagen.* ANGL. *A litle imagine.* } Sueton. *in Cæsare*, Nactus puerilem imagunculam.

Imāgĭnārĭus, a, um, quod verum non est, sed ita imaginamur & animo concipimus acsi verum esset: cuiusmodi apprehensionem propriè dicimus imaginationem. { φανταστικός, φαντασιώδης. GALL. *Imaginaire, contrefait, feint.* ITAL. *Imaginario, contrefatto.* GERM. Das durch einbildung des gemüts gefaßt ist. HISP. *Imaginado, fingido.* ANGL. *Imagined, contrefait.* } Sueton. *in Claud. Cæs.* Equestres militias ita ordinauit, vt post cohortem, alam: post alam, Tribunatum legionis daret: stipendiáque instituit, & imaginariæ militiæ genus: quod vocatur super numerum, quo absentes, & titulo tenus fungerentur. Imaginariis fascibus cedere. Liu. 3. *ab Vrbe.* Emptio imaginaria. Vlpianus *l. si qui suis. ff. de manumis.* Si ab ignoto emptus sit, postea autem pretium suum obtulerit, dicendum erit non esse audiendum: ab initio enim hoc agi debet, vt imaginaria fiat emptio, & per fidem contractus inter emptorem & seruum agatur. Est autem imaginarius emptor, qui seruum illius nummis emittit.

Imāgĭnōsus, a, um, In quo sunt plures imagines. { εἰκονώδης. GALL. *Plein d'images.* ITAL. *In cui sono molte imagini.* GERM. Voll bildnussen. HISP. *Cosa llena de imagines.* ANGL. *Full of images.* } Vnde speculum imaginosum, à Catullo dicitur ab imaginibus, quæ in speculo numerosæ videntur. [¶ Imaginosus item morbus est φρενῖτις, quum phantasmata animo occurrunt.]

Imāgĭno, as, Imagines facio, seu repræsento. { יצר jatsár. εἰκονίζω, ἀπεικονίζω. GALL. *Representer ou rendre la semblance d'aucun, faire images.* ITAL. *Far imagini, rappresentare.* GERM. Ein bildnuß geben oder machen. HISP. *Hazer imagines.* ANGL. *To make images, to represent the likenesse.* } Gell. *cap. 18. lib. 15.* Vt speculum in loco positum nihil imaginat, aliorsum translatum facit imagines.

Imāginor, aris, rem aliquam mente concipio, mente aliquid fingo. { יצר jatsar חשב hashab. φαντάζομαι, ἐννοέω, ὑποτοπάζω. GALL. *Imaginer, comprendre en sa pensee.* ITAL. *Imaginarsi, pensare.* GERM. Einbilden ein bildnuß mit dem gemüt einfassen. HISP. *Imaginar, ò fingir visiones.* ANGL. *To imagine, to conceiue, to muse on.* } Plin. *lib. 10. cap. 13.* Ideo profluuio genitali datur, & Venerem crebrò per somnia imaginantibus. Plin. *in Epistol.* Caius quidem Fannius quod accidit, multò antè præsensit: visus est sibi per nocturnam quietem iacere in lecto suo compositus in habitu studentis, habere ante se scrinium (ita solebat) mox

imaginatus

imaginatus venisse Neronem, in toto sedisse. Sueton. *in Cæs. cap.* 81. Et Calpurnia vxor imaginata est collabi fastigium domus. (id est, videre sibi per somnium visa est.) Quintilianus, Quærere, imaginari, & fingere oratorem.

Imāgĭnātĭo, Alicuius rei conceptio & fictio, quæ mente fit. {יצר *jétser*. φαντασία, ἐνθύμησις. GALL. *Imagination*. ITAL. *Imaginatione*. GERM. Einbildung. HISP. *Obra de imaginar, imaginamiento*. ANGL. *Imagination, conceiuing of any thing in mynd.*} vt, imaginationes libidinum, apud Plin. *lib.* 20. *cap.* 7. ¶ Imaginabile, quod mente concipi potest. *φανταστόν*.

Imāgĭnātŭs, a, um, quod est ad alicuius imaginem factum. {*ἀπεικονισμένος*. GALL. *Imaginé, fait à la semblance ou image de quelqu'vn*. ITAL. *Fatto ad imagine d'alcuno*. GERM. Eingebildet. HISP. *Imaginado ò fingido, hecho ala imagen de alguno*. ANGL. *Made after thelyknes of any thing.*} Lactant. *lib.* 15. Sed terram digitis suis imaginatam metuant & adorent.

Imantopodes, *ἱμαντόποδες*. Populi in Æthiopia loripedes, quibus serpendo ingredi natura est: hoc est, vt Solinus interpretatur, qui flexis crurum neruis ingrediuntur. *ἱμάντα* enim Græci lorum dicunt. de his Plin. *lib.* 5. *cap.* 8. ¶ Sunt & aues quædam imantopodes dictæ ex argumento pedum, quasi loripedes, quod habent crura prælta. Plin. *lib.* 10. *cap.* 47. Laudatissimi porphyriones in Comagene: rostra iis, & prælonga crura rubent. Hæc quidem & imantopodi, multò minori: quanquam eadem crurum altitudine. Nascitur in Ægypto: insistit ternis digitis. Quo tamen in loco Plinij, quidam hæmatopodi legere malunt, vt potius à sanguineo crurum colore, quam ab eorundem longitudine dicta sit. Vide suprà *Hæmatopodes*.

[Imaretium, templum grandius. Malaxus.

Imarmene, *εἱμαρμένη*, fatum.

Imatium, peculiare genus vestium secularium. Codin.]

Imaus, *Ἴμαος*. Caucasi montis pars, Indiam à Scythia dirimens, Scythiámque ipsam in duas secans partes, quarum altera, Scythia inter Imaum: altera, Scythia extra Imaum appellatur. Vide Plin. *lib.* 6. *c.* 17. & Ptolemæum *Asiæ tabula* 9.

Imbaros, *Ἴμβαρος*, Sami insulæ fluuius est, apud Plin. *lib.* 5. *c.* 27.

Imbĕcillĭs, e, & imbecillus, a, um, Debilis, languidus, infirmus: quasi bacillo destitutus: quæ significatio tracta videtur a tenerioribus plantis, quæ citra bacilli adminiculum vix possunt subsistere. {אמלל *amlál* חלש *challasch* דוי *davvái*. ἀσθενής. GALL. *Imbecille, foible, debile, lasche*. ITAL. *Debole, languido*. GERM. Schwach, blöd, machtloß. HISP. *Debil y flaco*. ANGL. *Feble, weake.*} Plin. *in Panegyr.* Quis enim est tam imbecilli ingenio, qui non tantò meliorem Consulem speret, quantò sæpiùs fuerit? Cicer. *de Amic.* Vt si parentibus nati sint humilibus, si propinquos habeant imbecilliores vel animo, vel fortuna: eorum augeant opes, eisque honori sint, & dignitati. Horat. 2. *Serm.*

Imbecillus, iners: siquid vis, adde popino.

Cicer. *de Amic.* Imbecilla enim humana natura est ad contemnendam potentiam, &c. Plin. *in Epist.* Sed hæc felicitas terræ, imbecillis cultoribus fatigatur. Quint. Imbecilla frons & verecunda sustinetur magna conscientia, & Senec. *Epist.* 60. Dum imbecillissima mœnium quæsit.

Imbĕcillĭtās, atis, Debilitas, infirmitas, defatigatio: & tam ad animum, quàm ad corpus refertur, sicut & Imbecillus. {חלושה *chalúschah* דוי *devái* מדוה *madovéh*. ἀδυναμία, ἀσθένεια. GALL. *Imbecillité, foiblesse, debilité, lascheté*. ITAL. *Debolezza, infirmità*. GERM. Schwachheit, blödigkeit, machtlose. HISP. *Flaqueza, impotencia*. ANGL. *Feblenes, weaknesse.*} Cicer. *de Amic.* Sæpissimè igitur mihi de amicitia cogitanti, maximè illud considerandum videri solet, num propter imbecillitatem atque inopiam desideranda sit amicitia. Imbecillitas materiæ murorum, Cæsar 2. *bell. ciuil.* Imbecillitas consilij, Cic. 1. *Offic.* Imbecillitas ætatis, idem *ad Brutum*.

Imbĕcillĭtĕr, aduerbium, Debiliter, & remissè, ac languidè. {*ἀδυνάτως*. GALL. *Debilement, foiblement, laschement*. ITAL. *Debolmente, languidamente*. GERM. Schwachlich. HISP. *Flacamente*. ANGL. *Fehlelie, faynelie.*} Cic. 4. *Acad.* Dubitant, hæsitant, reuocant se interdum, hisque quæ videntur, imbecilliùs assentiuntur. Idem 5. *Tusc.* Qui imbecilliùs horrent dolorem & reformidant.

Imbellĭs, Timidus, ignauus, quasi bello partim aptus. {חלש *challásch* רגז *raghghás*. ἀπόλεμος, ἄναλκις, ἀπτόλεμος. GALL. *Couard, lasche en bataille, debile*. ITAL. *Inetto à la guerra, timido*. GERM. Vntüchtig, verzagt, forchtsam. HISP. *Flaco para poder pelear, indispuesto para batallar*. ANGL. *Cowardous, weake, fearfull.*} Cic. 1. *Offic.* Nunquam periculi fuga committendum est, vt timidi imbellésque videamur. Ouid. *in Epist.*

Tres sumus imbelles numero, sine viribus, vxor,
Laertésque senex, Telemachúsque puer.

Imbellis, inermisque fœminarum turba Liu. *lib.* 28. *&* 38. Imbelle telum. Idem 4. *ab vrb.* Imbelle triennium, quo non sit pugnatum. Item Ouid. 13. *Metam.*

——— ———*Onerosa grauisque*
Pelias hasta potest imbellibus esse lacertis.

Ibidem,

Conferat his Ithacus Rhesum, imbellémque Dolona.

Virg. 2. *Æneid.*

Sic fatus senior, telúmque imbelle sine ictu
Coniecit.

Imbelles damæ, Martial. *lib.* 13. Imbellis cithara, hoc est, molle quiddam & effœminatum resonans, & à Martio tubæ strepitu plurimùm distans. Ita imbellis lyra. Horat. *lib.* 1. *Od.* 6.

——— ———*dum pudor*
Imbellisque lyræ musa potens vetat,
Laudes egregij Cæsaris, & tuas
Culpa deterere ingeni.

Imbellĭă, Ignauia, inertia, & belli reique militaris imperitia. {חלושה *chalúschah*. ἀνανδρία. GALL. *Coüardise en guerre, debilité & faute de courage*. ITAL. *Viltà, poca sperienza di combattere*. GERM. Zaghait, vnmanheit. HISP. *Flaqueza para pelear*. ANGL. *Cowardnesse, lethenesse, lack of courage.*} Macr. *lib.* 3. *Sat.* Tunc Pœnus eludens ignauiam, imbelliámque militum eius pretiosè armatorum, Planè, inquit, satis esse credo Romanis hæc, etsi auarissimi sunt.

Imbĕr, bris, ab *ὄμβρος*. Quibusdam himber ab hiems, aliis hymber ab *ὕω*, hinc imbrex. generis masculini, in ablatiuo imbre, vel imbri. {גשם *géschem* מטר *matár*. ὄμβρος. GALL. *Pluye*. ITAL. *Pioggia*. GERM. Ein grosser regen. HISP. *La agua lluuia*. ANGL. *A shower of rayne.*} Virg. 4. *Æneid.*

———*& ventis pulsatur & imbri.*

Lucretius,

Ex igni terraque anima nascuntur & imbre.

Est autem imber agmen aquarum largius ex concretis effusum nubibus: nimbus verò repentina, & vehementior pluuia: quæ quanto est improuisior, tantò est præcipitatior, & breuiore astringitur casu. Virg. 1. *Georg.*

Maximus agricolis, pelagóque parabitur imber.

Plaut. *in Most. sc.* 2. *a.* 5. Venit imber, lauat parietes, perpluunt tigna. Ouid. *Eleg.* 6. *lib.* 4. *Trist.*

Fert benè præcipites nauis modò facta procellas:
Quamlibet exiguo soluitur imbre vetus.

Plaut. *Most. sc.* 2. *a.* 5. Ea (tempestas) grandinem imbrémque mihi attulit. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 2. Tam hoc in procliui, quàm imber est, quando pluit. Terent. *in Eunuch.* Quo pacto Danaë misisse aiunt quondam in gremium imbrem aureum. Virg. 4. *Georg.*

——— *ipse feraces*
Figat humo plantas, & amicos irriget imbres.

¶ Imber non tantum de pluuiæ lapsu & agmine, sed etiam grandinis. Lucret.

Nec cohibere niues gelidas, nec grandinis imbres.

¶ Per translationem pro quouis humore aqueo accipitur. Virg. *lib.* 1. *Æneid.* pro aquarum copia vberiore vehementioréque vsurpauit,

Accipiunt inimicum imbrem, rimísque fatiscunt.

¶ Imber, pro lachrymarum effusione. Ouid. *lib.* 3. *amor. Eleg.* 5.

Spargebat tepido flebilis imbre sinus.

Idem *Eleg.* 2. *lib.* 3.

Nil nisi flere libet, nec nostro parcior imber.

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist.*

Inque sinum mœsta labitur imber aqua.

Item Plaut. *Mostell. sc.* 2. *a.* 2. Amor aduenit pro imbre in cor meum. lapidum, sanguinis, & terræ imber. Cic. 1. *de diuin.* Ferreus imber. Virg. 12. *Æneid.*

Tempestas telorum, & ferreus ingruit imber.

¶ Sunt tamen qui hoc nomen cum h & y scribant, quod à Græco verbo *ὕω*, quod est pluere, deduci arbitrentur: vnde & hyemem dictam esse supra ostendimus. Verisimilius tamen videtur à Græco *ὄμβρος* deriuari, quod imber Latinis est. Sine aspiratione autem scribi debere ex compositis apparet, quæ sunt September, October, Nouember, & December.

Imbrĭcŭs, a, um, Pluuiosus, & imbres ferens, aut generans. {*ὀμβροφόρος*. GALL. *Pluuieux*. ITAL. *Pioueso*. GERM. Regendächtig, das zu regen geneigt. HISP. *Lluuioso*. ANGL. *Full of showeris or raynie.*} Plaut. *in Merc.* Hic Fauonius serenus est, hic Auster imbricus: Hic facit tranquillitatem, iste omnes fluctus conciet.

Imbridus, aliud adiectiuum, idem significans. Solinus *cap.* 10. Nam homo Sardus opem plurimam de imbrido cœlo habet.

Imbrĭfer, a, um, Pluuius, pluuias afferens. {*ὀμβροφόρος*. GALL. *Qui apporte ou ameine la pluye, pluuieux*. ITAL. *Che apporta pioggia*. GERM. Das regen bringt. HISP. *Cosa que trahe agua lluuia*. ANGL. *That bringeth rayne, stormie.*} Vt, Auster imbrifer, Cœlum imbriferum, Colum. *lib.* 5. *c.* 5. Hoc ego siccis locis fieri vtiliter non negauerim: sed vbi, aut vliginosa regio est, aut cæli sunt imbriferi, minime faciendum censeo. Virg. 1. *Georg.*

——— *Vel quum ruit imbriferum ver.*

Imbĕrbĭs, e, Barba carens, non barbatum. {*ἀγένειος, ἀπώγων*. GALL. *Qui n'a point de barbe*. ITAL. *Senza barba, sbarbato*. GERM. Vngebartet, ohn ein bart. HISP. *Lo que no tiene barba*. ANGL. *Beardeles.*} Horat. *de arte,*

Vel quia turpe putant parêre minoribus, & quæ
Imberbes didicere, senes perdenda fateri.

Cic. *pro domo sua*, Quæ maior calumnia est, quàm venire imberbem adolescentulum, &c. Idem 1. *de nat. deor.* Illo enim modo dicere licebit Iouem semper barbatum, Apollinem semper imberbem.

Imbĭbo, is, Bibo, humorem attraho. {שתה *schatháh* רוה *raváh*. ἐμπίνω. GALL. *Boire, emboire*. ITAL. *Beuere*. GERM. Trincken, in sich trincken. HISP. *Embeuer en si*. ANGL. *To drink, or receiue in.*} Plin. *lib.* 20. *c.* 14. Imbibitur ad serpentium ictus decoctum. Idem *lib.* 24. *c.* 15. Radix eius imponitur carbonibus cupressi, atque is nidor per infundibulum imbibitur in vetere tussi Gell. *c.* ... *lib.* 13. Imbibere opinionem. Liuius *lib.* 2. *ab vrb.* Tantis certamen animis imbiberant. *Ibid.* Neque immemor eius, quòd initio consulatus imbiberat. ¶ Imbibere item per metaphoram apprehendere significat, & concipere. {הבין *havin*. ἀναλαμβάνω, ἐναπολαμβάνω. GALL. *Prendre, conceuoir*. ITAL. *Apprehendere*. GERM. In sich fassen. HISP. *Prender.*} Cic. 2. *Verr.* An iste vnquam de se bonam spem habuisset, nisi de vobis malam opinionem animo imbibisset? Liu. *lib.* 2. *ab Vrb.* Nec vlla vi domari poterat, tantum certamen animis imbiberat. ¶ Imbibere, instituere, decernere, perseuerare. Cicer. *pro Quint.* Atque imbibere eiusmodi rationibus illum ad suas conditiones perducere. Lucret.

———*pœnas capere imbibat acres.*

[Imbito est ineo. à *bato*.

Imbracteo, bracteæ includo. Vide *Bracteatus*. Gloss.]

Imbrasus, *Ἴμβρασος*, Sami insulæ fluuius est, apud Plin. *lib.* 5. *c.* 31.

Imbreus, per duas syllabas. Nomen vnius ex Centauris, apud Ouid. *lib.* 12. *Metam.*

At non Eurynomus, Lycidásque, & Areus, & Imbreus,
Effugêre necem.

Imbŏnĭtās, non bonitas, vox *Tertulliano* nota. Tertull. *ad Martyres*, Vbi omnis duritia & imbonitas & insuauitas constitit. Idem *de exhort. Castitat.* Alioquin res & viris & fœminis eadem imbonitate, &c.

‖Imbreuio, as, in breues, seu pittacia referre. Hincm.
Imbreuiator, qui in breues referebat.
Imbreuiatura, protocollum. Scribon.‖

Imbrĕx, ĭcis, Canalis est, vel tegula curua & obtorta, per quam imber defluit. {*σωλήν*. Gall. *Tuile creuse & à demi ronde.* Ital. *Embrici, coppi, tegola da coprire le case.* Germ. Ein dachrennel oder holer ziegel. Hisp. *La teja, ò canal del tejado.* Angl. *The tile called gutter tile being half crooked.*} Plaut. *Most. sc.* 2. *a.* 1. Tempestas venit, confringit tegulas, atque imbrices. Idem *in Mil. sc.* 6. *a.* 2. Sisen. *lib.* 3. *hist.* Dissipatis imbricum fragminibus, ac tegularum. Ex quibus locis constat, imbrices genus esse tegularum incuruum ex opere figlino, quo etiam hodie in plerisque locis vtimur ad arcendum imbrem. Vnde imbricata tecta appellamus, quæ ex imbricibus sunt confecta. Vide *infrà*. ¶ Imbrices, genus plausuum. Sueton. *in Neron. cap.* 20. Qui (adolescentuli) diuisi in factiones plausuum genera condiscerent, bombos, & imbrices, & testas vocabant.

‖Imbrico, *κεραμόω*. Onom. est imbricum, seu suggundiorum modo facio, vel tego.‖

Imbrĭcātŭs, a, um, Imbricis modo incuruatus, imbricum figuram referens. {*σωληνοειδής*. Gall. *A demi rond, comme tuile d'esgouts.* Ital. *Che ha figura d'embrice, fatto à forma di tegole.* Germ. Gekenelt/oder aneinander gesetzt als die holen ziegel. Hisp. *Cosa canalada con canales.* Angl. *Crooked lyk a gutter tile.*} Plin. *lib.* 1. *cap.* 1. Supernè tantùm imbricatas flexibilibus vertebris. Vitruu. *lib.* 2. Inserta verò cæmenta, alia super alia sedentia, inter se imbricata, non speciosam, sed firmiorem, quàm reticula, præstant structuram. Quo loco imbricata cæmenta, quæ imbricum in morem inter se ligata sunt & composita. Budæus.

Imbrĭcātim, aduerbium, Imbricum modo. {*σωληνοειδῶς, κεραμιδωτῶς*. Gall. *A la façon des tuiles des esgouts.* Ital. *A foggia de tegole.* Germ. Auff die weiß als die holziegel oder känel. Hisp. *Como à canales.* Angl. *In the maner of gutter tile.*} Plinius *lib.* 9. *cap.* 34. Iam distinctione virgulata, crinita, crispa, cuniculatim, pectinatim, imbricatim vndata.

‖Imbricamentum, opus imbricatum.‖

Imbrĭcĭtŏr, is, qui imbres ciet. *ὄμβριος*. Ennius *in* 17. apud Macrobium *lib.* 6. *cap.* 2.

Concurrunt veluti venti cum spiritus Austri
Imbriciter.

Imbria, Ouid. *Eleg.* 9. *lib.* 1. *Trist.*

Imbria terra tuos in portus venimus.

‖Imbrumati, quibus est fastidium *βρώματος*, i. e. cibi.‖

Imbrŭs, *Ἴμβρος*, Insula Thraciæ adiacens, Mercurio sacra, cum oppido eiusdem nominis. Vide Plin. *lib.* 4. *c.* 12. Hinc Adiect. Imbrius. vt, Terra Imbria. Ouid. 1. *Trist. Eleg.* 9.

Imbūlbĭtāre, est puerili stercore inquinare. *βολβιτίζειν*. ¶ Imbubinare autem est menstruo mulierum sanguine polluere. Lucilius apud Nonium, Hæc te imbubinat, at hic contrà te imbulbitat. Deductum autem est imbulbitare à Græco *βόλβιτον*: quo nomine fimus, vel stercus significatur.

‖Imbulus. Vet. Dict. Imbulus, quasi inambulus: locus ad ambulandum spatiosus.‖

Imbŭo, is, ui, utum, ab in & buo, quod est priscum à *βύω*, i. e. infercio. hinc bua, omnis generis potio. Liquore vel odore aliquid inficio, & vt quid aliquid imbibat, vel hauriat, efficio. ¶ Fit autem à præpositione in, & in Græco verbo Buo, quod priscum est *βύω*. & significat infercio. {צבע *tsabah* טבל *tabál* רוה *rivuáh* חנך *chanách*, *ἐμβάπτειν*, *ἐμβάλλω*. Gall. *Abbreuuer de quelque liqueur.* Ital. *Tingere, empiere, immergere.* Germ. Eintuncken eunetzen. Hisp. *Embeuer ò empapar ò hinchir.* Angl. *To imbrue or die with some colour or licour.*} Columell. *lib.* 10. Quibus liquoribus mundam lanam imbuere oportebit, vt insistentes apes, quasi per symphonem succum euocent. Horatius *lib.* 1. *in Epist.*

Quo semel est imbuta recens seruabit odorem
Testa diu.

Cic. 14. *Philipp.* Imbuti sanguine gladij P. C. legionum exercituúmque nostrorum, vel madefacti potiùs duorum Consulum tertio Cæsaris prælio. Liu. *lib.* 1. *dec.* 5. Nouitas successoris quæ noscendis prius, quàm agendis rebus imbuenda sit. Imbutus odio. Liu. *lib.* 4. *ab vrb.* Idem, Imbutus certaminibus plebeiis. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist.*

Hostis habens arcus imbutaque tela veneno.

Senec. *c.* 16. *de consol. ad Heluiam*, Erudiri magis, quàm imbui. (suprà, attingere.) ¶ Per translationem pro initiare, instituere, erudire. Hinc imbutum literis, imbutum bonis moribus, id est, præditum ac perfusum. Imbutum vitiis, hoc est, inquinatum. Salustius, Auaritia pecuniæ studium habet, quam nemo sapiens concupiuit: ea quasi malis venenis imbuta, corpus animúmque virilem effœminat. Cic. *lib.* 1. *Offic.* Plerunque autem parentum præceptis imbuti, ad eorum consuetudinem moréisque deducimur. Gellius, Farinam fermento imbutam, id est, conditam. ¶ Aliquando prætermittitur ablatiuus. Cato *de re rust.* Dolia olearia, noua sic imbuito, amurca impleto, id est, infundito, vel illinito. Virg. 1. *Eclog.*

——illius aram
Sæpe tener nostris ab ouilibus imbuet agnus. id est, insparget, vel inficiet suo sanguine.

Ouid. *Eleg.* 11. *lib.* 3. *Trist.*

Ipse tuum præsens imbue dixit opus.

Imito, pro imitor. Glossæ: Imitat, *μιμοῦμαι*. Varro.

Imĭtŏr, aris, Sequor, alium mihi imitandum propono. {מלא אחר *malé achar*. *μιμοῦμαι*. Gall. *Imiter, contrefaire, ressembler.* Ital. *Imitare, contraffare, rappresentare.* Germ. Nachfolgen/eines andern beyspil eines worten/sitten vnd geberden nachahmen. Hisp. *Imitar, assemejar, conformarse, contrahazer.* Angl. *To follow, to contrefait, to do like.*} Sed imitor ad mores tantùm, dicta, factáque pertinet, Sequor, & ad corpus, & ad mores spectat. Neque enim rectè dixeris, Tu præcedis, ego te imitor: Tu sequeris præcepta patris, & rectè, & ex Latinæ linguæ vsu dici consueuit. Plin. *in Epist.* Quàm sanè quum componerem, illos habui in manibus, vt non æmularer, (improbum enim ac penè furiosum:) sed tamen imitarer & sequerer, quantum id diuersitas ingeniorum maximi & minimi, aut caussæ dissimilitudo pateretur. Cicer. *de claris Orat.* Quem Cotta cùm verbis, tum sono ipso subrustico imitabatur. Velleius, Non habuit Homerus quem imitaretur, nec qui se imitari potuerit. Ouid. *Eleg.* 8. *lib.* 4. *Trist.*

Iam mea Cygneas imitantur tempora plumas.

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Scribere si fas imitantes turpia mimos.

¶ Imitari, Gall. *Contrefaire.* Plaut. *Asin. sc.* 3. *a.* 2. Ego Sauream imitabor. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 2. Apage. Nos non deceat fugitiuos imitari. *Ibidem sc.* 1. *a.* 3. Irritatam canem imitari. Ad eundem ferè modum aliquem dicimus. Imitari chirographum alterius, pro sua manu effingere & mentiri. Cic. *de nat. deor.* Chirographum sex primorum imitatus est. ¶ Imitari pro simulare. Tacit. *lib.* 1. Quanquam mœstitiam imitantur, contumaciæ propiores.

Imĭtātŭs, participium passiuè sumptum. {*ἀπομεμιμημένος*. Gall. *Imité, contrefait.* Ital. *Contraffatto.* Germ. Nachgemacht/nachgefolgt. Hisp. *Contrahecho.* Angl. *Followed, contrefaited.*} Cic. *de vniuers.* Quum autem ingressa est, imitata & effecta simulacra, benè agi putat si similitudinem veri consequatur. ¶ Item imitatus actiuè. *μιμησάμενος*. Idem ex Platone, Verùm imitatus est exemplar fabricator. *ὅτις πρὸς τὸ παράδειγμα, ὁ δημιουργὸς ἀπεργάζεται.*

Imĭtātĭo, nis, exemplum. {*μίμησις*. Gall. *Imitation.* Ital. *Imitatione, conformamento.* Germ. Nachfolgung. Hisp. *Aquella obra de imitar, imitacion.* Angl. *A following in maneres, a doing of the lik.*} Cic. 4. *Philipp.* Excellentium ciuium virtutem imitatione dignam, non inuidia putarent. Senec. *cap.* 16. *de cons. ad Helu.* Imitatio peiorum etiam probis periculosa.

Imĭtātrix, icis, {*ἡ μιμητική, ἡ μιμουμένη*. Gall. *Celle qui imite, ensuit & contrefait.* Ital. *Donna che contrafa altri.* Germ. Ein nachfolgerin. Hisp. *Remedadora.* Angl. *She that followeth or contrefaited.*} Cicer. 1. *de legib.* Penitus in omni sensu implicata insidet imitatrix boni voluptas.

Imĭtābĭlĭs, e, quod qui potest imitari. {*μιμητός*. Gall. *Qui aisément est imité, aisé à contrefaire.* Ital. *Che si può imitare, imitabile.* Germ. Nachfölgig/das gut nachzu folgen oder nach zu thun. Hisp. *Cosa que se puede imitar.* Angl. *That may be followed.*} Cic. *in Orat.* Nam orationis subtilitas imitabilis quidem illa videtur esse existimanti, sed nihil est experienti minus.

Imĭtāmĕn, inis, neutri generis, Imitatio. {*μίμημα*. Gall. *Imitation, suite.* Ital. *Imitatione.* Germ. Nachfolgung. Hisp. *Aquella obra de remedar.* Angl. *A following.*} Ouid. 4. *Fast.*

——priscique imitamina facti,
Æra deæ comites, raucaque terga mouent.

Imĭtāmĕntum, i, Imitatio. {*μίμημα*. Gall. *Imitation, suite.* Ital. *Imitatione, conformità.* Germ. Ein gleißnete nachfolgung. Hisp. *Contrahecho, imitacion.* Angl. *A following.*} Gellius *lib.* 7. *cap.* 5. Igitur Polus lugubri habitu Electræ indutus, ossa atque vrnam è sepulchro tulit filij, & quasi Orestis amplexus, oppleuit omnia, non simulacris, nec imitamentis, sed luctu atque lamentis veris & spirantibus. Tacit. *lib.* 13. Cæterùm peractis tristitiæ imitamentis, curiam ingressus, &c. *Ibid.* Meditata ad memoriam virtutis carmina, & laudationes, & lacrymas vel doloris imitamenta.

Immădĕo, es, ere, Madidum esse. {רוה *ravàh*. *ὑγραίνομαι*. Gall. *Estre mouillé.* Ital. *Essere humido.* Germ. Gantz feucht vnnd naß sein oder werden. Hisp. *Mojarse.* Angl. *To be moyst and wete.*} Plin. *lib.* 17. *cap.* 5. Et quum a siccitate continuo immaduerit imbre, tunc emittit illum suum habitum diuinum ex sole conceptum. Ouid. *Eleg.* 8. *lib.* 1. *Trist.*

Credibile est lacrymis immaduisse genas.

Terra immaduit, idem 6. *Metam.*

‖Immagistratus, in honore positus. Pap.‖

Immānis, e, Significat crudele, asperum, barbarum, nocens, ferum. {אכזר *achzár*. *ἄγριος, ἀπηνής*. Gall. *Demesuré, cruel.* Ital. *Crudele, fiero, grande oltra misura.* Germ. Grausam/grimm. Hisp. *Cruel, grande inhumano.* Angl. *Cruell, farce, exceading great.*} Virg. 4. *Georg.*

Immanem ante pedes hydrum moritura puella
Seruantem ripas alta non vidit in herba.

Idem 1. *Æneid.*

Pygmalion, scelere ante alios immanior omnes.

Cic. *ad Quint. frat. lib.* 1. Quòd si te sors Afris, aut Hispanis, aut Gallis præfecisset immanibus ac barbaris nationibus, &c. Immania saxa, à Virgilio dicuntur pro asperis & horrendis, 1. *Æneid.*

——tenet ille immania saxa,
Vestras Eure domos.

Velleius, Immani acie eos fudit. Idem, Immane initium belli. ‖Immanis solœcismus. Gell. *lib.* 15. 9. Tam immanem solœcismum nihil veritus est.‖ ¶ Immane vsurpatur aliquando pro ingenti, magno, siue immenso. *ὑπερμεγέθης, ὑπέρμετρος*. Virg. *lib.* 6. *Æneid.*

——Posuitque immania templa.

¶ In laudem quoque sumitur. Ouid. 9. *Metam.*

Nam quanquam ipsius datis hoc immanibus actis,
Obligor ipse tamen.

Iupiter de Hercule loquitur, Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Diuitis ingenij est immania Cæsaris acta
Condere.

Velleius, Immanis frequentia amicorum. Idem, Immane argumentum eius rei, (i. ingens.) Idem Rhodum, rem immanis operis, cepit. ¶ Dicitur & de numero, vt apud Varr. *de re rust. c.* 1. Quod tempus si referas ad illud principium quo agri coli cœpti sunt, atque in casis & tuguriis habitabant, nec murus, nec porta quid esset sciebant, immani annorum numero vrbanos agricolæ præstant. id est, permagno, & immenso. ¶ Immane dictu. Salust. *de rep. ordinanda ad Cæsarem*, Sed ob easdem

caussas

causas immane dictu quanti & quàm multi mortales postea ad Pompeium discesserint. Idem *lib.*2. Immane quantum animi exarsere. Vbi subauditur, dictu. ¶ Sumitur aliquando immane, pro fœdo. Sic enim interpretatur Nonius illud Accij *in Androm.* Immane te habet templum obuallatum ossibus.

Immānĭtās, atis, Sæuitia, crudelitas. {אכזריות *achzerijúth.* ἀπήνεια, ἀγριότης. GALL. *Cruauté.* ITAL. *Crudeltà.* GERM. Grausamkeit. HISP. *Crueldad.* ANGL. *Cruelt, ebuggenesse beyende measure.*} Cic. *lib.* 1. *Offic.* Quo detestabilior illorum immanitas, qui lacerauerunt omni scelere patriam. ¶ Immanitas pretij, id est, magnitudo. Plin. *lib.* 35. *cap.* 12. Nec vllius in pictura velocior manus fuit: artis verò tantum, vt immanitate pretij antecelleret celeberrimos eadem ætate imaginum pictores. Gellius *cap.* 3. *lib.* 6. Serpens inusitatæ immanitatis. (i. magnitudinis.)

IMMĀNSVĒTVS, a, um, Asper, indomitus. ✕ Mansuetus, mitis. {אכזר *achzar* קשה *kaschéh* פרא *peré.* ἀνήμερος, ἀτίθασος, ἄγριος. GALL. *Intraittable, farouche.* ITAL. *Intrattabile, crudele, feroce.* GERM. Vnmilt/ongezembt/wild. HISP. *Cosa braua, ò no mansa.* ANGL. *No wyse meek mor gentle.*} Cic. 1. *de legib.* Ipsísque in hominibus nulla gens est, neque tam immansueta, neque fera, quæ non, etiamsi ignoret qualem habere Deum deceat, tamen habendum sciat. Ouid. 15. *Metam.*

At quibus ingenium est immansuetúmque ferúmque.

Idem *epist.* 17.

At tu de rapidis immansuetissime ventis,
Quid mecum certa prælia mente geris?

Immānsuētĭŏr, comparatiuus. Seneca *de consolatione ad Helu. matrem c.* 6. Quid ad homines immansuetius hoc saxo? (ad hominum mores.)

IMMĀRCĒSCO, is, ere, Corrumpor, putresio. {נשחת *mischcháth* נאלח *neeláh* באש *baásch.* Ἀφανίζομαι, σήπομαι, μαραίνομαι. GALL. *Se flestrir & faner, se peurrir.* ITAL. *Ammarcirsi.* GERM. Erwarten verfaulen oder verderben. HISP. *Marchitarse, enflaquecer.* ANGL. *To putrefie, to rotte.*} Horat. 2. *Serm. satyr.* 7.

Nempe immarcescunt epulæ sine fine petitæ,
Illustique pedes vitiosum ferre recusant
Corpus. id est, corrumpuntur in stomacho cibi.

‖Immarcessibilis, incorruptus & sempiternus, quod sit sine maceratione & languore. Isid. *lib.* 10.‖

IMMĀTVRVS, a, um, Non maturus, incoctus, propriè de fructibus, & frugibus dicitur, quum ante tempus colliguntur. {ἄωρος. GALL. *Qui n'est point meur, vert.* ITAL. *Non maturo, acerbo.* GERM. Vnzeitig. HISP. *Cosa no madura en su tiempo.* ANGL. *Not yet ripe.*} Plin. *lib.* 12. *c.* 13. Est & quæ vocatur amomis, minus venenosa atque durior, ac minùs odorata: quo apparet aut aliud esse, aut colligi immaturum. Immaturus nemo moritur. Senec. *c.* 20. *de cons. ad Marc.* Immatura medicina periculosa morbis. Idem *c.* 1. *de cons. ad Helu.* Immaturam frondem distringere Immaturus Gallorum cantus. Et *c.* 11. *de tranq.* Immaturas exequias fax cereúsque præcedebant. Liu. *lib.* 6. *d.* 4. Immaturum tempus rebus gerendis. Suet. *in Aug. c.* 63. Immaturus infans editus. ¶ Aliquando idem est quod intempestiuus, inconsideratus, præceps: vt, Consilium immaturum, id est, præcipitatum. Liu. *lib.* 22. Se, quæ consilia magis res dent hominibus, qu'm homines rebus, ea ante tempus immatura non præcepturum. Immaturus amor. i. intempestiuus. Liu. 1. *ab Vrbe.* Abi hinc cum immaturo amore ad sponsum, inquit, oblita fratrum mortuorum, viuique, oblita patriæ. Immatura mors, qua quis ante constitutum vitæ tempus, & confectam ætatem senio eripitur ac moritur. Cic. 2. *Philipp.* Etenim si abhinc annos probè viginti hoc ipso in templo negaui posse mortem immaturam esse Consulari: quantò veriùs nunc negabo seni? ‖Immatura virgo, quæ nondum viri potens, & viro matura. vt Gellius loquitur. Vlpian. *D. lib.* 47. *t.* 10. *l.* 24. Si virginem immaturam stuprauerit.‖

Immātūrē, Aduerb. Cels. *lib.* 6. *cap.* 18. Dum ingreditur, immaturè crustas deduxit.

Immātūrĭtās, atis, {ἀωρία. GALL. *Trop grand auancement deuant le temps & saison, indeuë meureté.* ITAL. *Immaturità.* GERM. Vnzeitigung. HISP. *No maduro.* ANGL. *Vnrypenesse.*} vt apud Suet. *in August.* Immaturitas sponsorum, quæ nondum coniugio aptæ erant. Cic. *pro Quint.* Quid hæc festinatio, quid hæc immaturitas tanta significat?

Immĕdĭātē, aduerbium, ἀμέσως. Citò, ac celeriter. Gell. *lib.* 10. *c.* 11. Incuriosè, & immediatè, ac propriè etiam subrusticè, ex ipso loco ac tempore hybernarum vigiliarum, Atticas noctes inscripsimus. Quo tamen in loco crediderim rectiùs legi posse immediatè, ἀπερισκέπτως, ἀπερισκέπτως, ἀπερισκέπτως.

Immĕdĭcābĭlis, e, quod medicaminibus non potest sanari. {ἀνίατος, ἀθεράπευτος. GALL. *Incurable, qu'on ne peut guerir.* ITAL. *Che non si può medicare.* GERM. Vnheilsam/das mit artzneyen nicht wider zu bringen ist. HISP. *Cosa que no se puede sanar.* ANGL. *Incurable.*} Ouid. 1. *Metamorph.*

Vtque malum latè solet immedicabile cancer
Serpere.

Telum immedicabile, Virg. 1. *Æneid.*

Immĕdĭtātus, participium sine verbo, non meditatus, ἀμελέτητος. Cicer. *lib.* 1. *Offic.* Id se in foro optimè iam immeditatum facere quod etiam tum poterat domi cum laude meditari.

Immĕio, is, imminxi, imminctum, immeiere. Vlpianus his verbis, De eo qui vrinam facit, morbi genus significauit, quod à Græcis ἐνουρεῖν dicitur, id est, immeiere Latinè. Budæus.

IMMĔMŎR, is, omnis generis, Qui non meminit. {שוכח *schocheách.* ἀμνήμων, ἐπιλήσμων. GALL. *Non memoratif, qui oublie.* ITAL. *Oblioso, non ricordeuole.* GERM. Vneingedenck. HISP. *Cosa oluidadiza, que oluida.* ANGL. *Vnmyndfull, forgetfull.*} Cic. *pro Sylla,* Adeóne immemor rerum à me gestarum esse videor? Terent. *in Andr.* Num immemor es discipuli? Cic. *de clar. Orat.* Magna hæc immemoris ingenij signa. Idem *ad Attic.* In alia incidi, non immemor vnquam. Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 4. Memorem immemorem facit, qui monet quod memor meminerit. *Ibid sc.* 7. *a.* 4. Seruius nihili, qui officium suum facere immemor est. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist.*

Præsentis casus immemorémque facit.

Idem *Eleg.* 2. *lib.* 4. *Trist.*

Terribiles alis (vultus) *immemorésque sui.*

¶ Immemor beneficium, passiuè. Terent. *in Andr.* Istæc commemoratio, quasi exprobratio est immemoris beneficij. Vbi Donatus, immemoris, cuius nemo meminit.

Immĕmŏrābĭlis, e, quod commemorari non debet, aut non potest. {ἀδιήγητος. GALL. *Indigne de qui on face memoire.* ITAL. *Cosa della qualle non se deue tener memoria.* GERM. Deß man nit eingedenck sein soll oder kan. HISP. *Cosa que no se deue ò puede recordar.* ANGL. *Vnworthie to mak mention of.*} Plaut. *Capt.* Neque spurcidi insunt versus immemorabiles. Spatium immemorabile, id est, maximum. Lucret. *lib.* 4.

Immĕmŏrātus, a, um, adiect. Non commemoratus. {ἀνιστόρητος. GALL. *Chose nouuelle de laquelle nen n'ouyt iamais parler.* ITAL. *Cosa nuoua.* GERM. Das nie erzelt/oder gehört worden ist. HISP. *Cosa nueua.* ANGL. *Not mentioned.*} Horat. 1. *Epist.*

——*Iuuat immemorata ferentem*
Ingenuis, oculisque legi, manibúsque teneri.

Immĕmŏrĭa, {ἀμνημοσύνη, ἀμνηστία. ANGL. *Forget fulnes, vnmyndfulnesse.*} Papian. *D. lib.* 11. *tit.* 2. *l.* 44. Peregrè profecturus pecuniam in terra custodiæ causa condiderat, cùm reuersus locum thesauri immemoria non repeteret, an desisset pecuniam possidere.

IMMĒNSVS, a, um, Quamuis à participio mensus sit compositum, nomen tamen est, non participium Infinitum, valde magnum, quod nulla dimensione potest comprehendi. {מבלי *bagi* [illegible] ἀμέτρητος. GALL. *Desmesuré, grand outre mesure.* ITAL. *Smisurato, grande.* GERM. Fast groß/vber schwencklich/oder vbermässig gros. HISP. *Cosa sin medida.* ANGL. *VVithout measure, hugge great.*} Cic. 1. *de diuin.* Obseruata sunt hæc tempora immenso, hoc est, infinito & vix mensurabili. Idem 1. *de diuin.* Post Anaximenes aëra Deum statuit, cúmque gigni, esséque immensum, & infinitum, & semper in motu. Virg. 3. *Æneid.*

Clamorem immensum tollit, quo pontus, & omnes
Intremuêre vndæ, penitúsque exterrita tellus Italiæ.

Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 4.

Et veniunt æstus, & nox immensa videtur.

Idem *Eleg.* 8. *lib.* 4. *Trist.*

Mitius immensus quo nihil orbis habet.

Idem *Eleg.* 4. *lib.* 3. *Trist.*

Icarus immensas nomine signet aquas.

Idem *Eleg.* 7. *lib.* 3. *Trist.* ¶ Immensum, idem 5. *Fast.*

Creuerat immensum: comitem sibi Delia sumpsit.

¶ Immenso emere. Suet. *in Calig. c.* 38. Idem Suet. *in Tib. c.* 34. In immenso exarsere pretia vasorum.

Immēnsissĭmus, Superlatiuus. Spartianus *in Adriano:* post immensissimas voluptates, &c.

Immēnsĭtās, atis, Infinitas. {ἀμετρία, ἀπειρία. GALL. *Grandeur, longueur, ou largeur desmesurée.* ITAL. *Infinità.* GERM. Vnermässigkeit. HISP. *Infinidad, sin medida.* ANGL. *Passing greatnes.*} Cicer. 1. *de nat. deor.* In hac igitur immensitate latitudinum, longitudinum, altitudinum infinita vis innumerabilium volitat atomorum. Idem 1. *de nat deor.* Saxorum asperitates, impendentium montium altitudines, immensitatésque camporum, &c.

IMMĔO, as, are. Meo, innato. {בא *ba.* ἐμβαίνω, εἰσβαίνω, εἰσέρχομαι. GALL. *Entrer, aller dedans.* ITAL. *Intrare, andar dentro.* GERM. Hin ein gehn oder schwimmen. HISP. *Entrar, ir adentro.* ANGL. *To enter or pas in.*} Plin. *lib.* 8. *cap.* 25. Itaque & Delphini immeantes Nilo, quorum dorsum, &c.

Immĕans, partic. Plin. *lib.* 11. *c.* 39. Setas suum obstare tenuitati immeantis spiritus.

Immĕrens, Innocens, qui nihil commeruit. {נקי *naki.* ἀναίτιος. GALL. *N'ayant point merité ny deserui.* ITAL. *Chi non à meritato.* GERM. Vnuerdient/vnschuldig. HISP. *Cosa que no lo merece.* ANGL. *Innocent, that hath not deserueth.*} Suet. *in Tito,* Multum questus, eripi sibi vitam immerenti. Plin. *Epist.* 9. Honestissimum credidi non premere immerentem. Horat. 2. *Carm. Ode* 13.

Te triste lignum, te caducum
In domini caput immerentis.

Malè mereri de immerente inscitia est. Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 1.

Immĕrenter, aduerbium, Innocenter. {חנם *chinnám.* ἀναξίως. GALL. *A tort, sans l'auoir merité.* ITAL. *Immeriteuolmente, à torto.* GERM. On alle verdienst/vnschuldiglich. HISP. *No mereciendolo.* ANGL. *VVithout deserte or cause.*} Valer. *lib.* 6 *c.* 3. Inserit se tantis viris mulier alienigeni sanguinis, quæ à Philippo rege temulento immerenter damnata, Prouocarem, inquit, ad Philippum, sed sobrium.

Immĕrĭtus, a, um, qui nihil commeruit, innocens, inculpatus. {ἀνάξιος, ἀναίτιος. GALL. *Qui ne l'a point merité ne deserui.* ITAL. *Che non ha meritato.* GERM. Das nicht verdient oder verschuldt hatt. HISP. *Indigno ò sin merecimiento, ò que no merece.* ANGL. *That hath deserueth no thing.*} Virg. 3. *Æneid.*

Postquam res Asiæ, Priamique euertere gentem
Immeritam visum superis.

Ouid. 13. *Metam.*

Immeritam sæua natam mactare Dianæ.

¶ Hinc deducitur superlatiuum immeritissimus.

Immĕrĭtò, aduerbium, significat præter meritum, ἀναξίως. Terent. *Phorm.* Iamdudum te omnes nos accusare audio immeritò, & me omnium immeritissimò.

Immĕrĭtum, i, Plaut. *Asin. sc.* 3. *a.* 3. Cur me immerito meo morti dedere optas. Idem *Men. sc.* 4. *a.* 1. Haud immerito tuo te magnifico.

IMMĔRGO, is, immersi, mersum, mergere, Intingo. {טבע *tibbéah* השקיע *hisckiáh.* ἐμβαπτίζω. GALL. *Plonger, mettre auant dedans.* ITAL. *Bagnare, immergere.* GERM. Eintuncken/vndertuncken. HISP. *Cabullir è anegar.* ANGL. *To plunge or diepe in.*} vt, Immergere panem aceto. ¶ Intrudere, penitùs conijcere. Plaut. *Menæch. sc.* 1. *a.* 3. Quando in concionem mediam me immersi miser. *Ibid. sc.* 1. *a.* 5. Immersit aliquò sese, credo in ganeum. ¶ Interdum idem quod submergo, καταδύω. Virg. 3. *Æneid.*

——*Vastóque*

———*Vastóque immergite Ponto.*

Liu. 3. *bell. Pun.* Et eò impensiùs, quò auidiùs ex insolentia in eas se immerserant.

Immersabilis, e, quod mergi non potest. {ἀβάπτιστος. GALL. *Qu'on ne sçauroit submerger ou noyer.* ITAL. *Che non può essere summerso.* GERM. Das man nicht vndertuncken kan. HISP. *Cosa que no puede anegarse.* ANGL. *That can not be punged or dieped.*} Per translationem sumitur pro forti, firmo, & erecto, quique nullis aduersarum rerum fluctibus mergi potest. Horat. 1. *Epist. de Vlysse.*

Et mores hominum inspexit, latúmque per æquor,
Dum sibi, dum socijs reditum parat, aspera multa
Pertulit aduersis rerum immersabilis vndis.

Immētātus, Non metatus. {ἀόριστος, ἀδιάστατος, ἀδιόριστος. GALL. *Qui n'est point mesuré, ne limité, ne borné.* ITAL. *Non limitato, senza confine.* GERM. Vnaußgezilt, nicht außgemacht. HISP. *No limitado.* ANGL. *Vnmeasured.*} Horat. 3. *Carm. Ode* 24.

Viuunt & rigidi Getæ, Immetata quibus iugera, &c.

Immīgro, as, are, In aliquem locum migro, ingredior, inuado. {נסע nasáh גלה ghaláh. μετοικίζομαι, μετοικέω. GALL. *Aller loger, ou habiter.* ITAL. *Mutar stanza, andar ad habitare.* GERM. Einziehen in ein hauß oder wohnung. HISP. *Mudar casa à otro lugar.* ANGL. *To go to dwell in a place.*} Plaut. *Most. sc.* 2. *a.* 1. Vbi illò immigrat nequam homo. (i. in illas ædes.) Cic. *Philipp.* 2. Nam paucis diebus & in domum, & in hortos paternos immigrabit. Idem ad animum transtulit *Tusc. lib.* 1. Neque ea planè videt animus, cùm repentè in tam solitum támque perturbatum domicilium immigrauit. Plaut. ad ingenium *in Most. sc.* 2. *a.* 1. Posteaquam immigraui in ingenium meum, perdidi operam fabrorum illicò. Postquam me mihi penitus permisi ingenio indulgentiùs obtemperare cœpi.

IMMĪNĔO, es, Insto, impendeo. {קרב karáb. ἐπίκειμαι, ἐπικρέμαμαι. GALL. *Pencher dessus, estre pres de tomber dessus.* ITAL. *Soprastare.* GERM. Vber etwas hinein hangen, nahe sein. HISP. *Sobreestar, o sobre parecer.* ANGL. *To hang ouer some thing as though it were ready to fall.*} Cicer. 1. *Tusc.* Mors propter incertos casus quotidie imminet. Liu. 2. *ab Vrbe.* Quum haud cuiquam in dubio esset bellum ab Tarquiniis imminere, id quidem spe omnium serius fuit. ¶ Imminere exitio alterius, est vigilare, & insidiari ad inferendum alteri exitium. ἐφεδρεύειν. Ouid. 1. *Metamorph.*

Imminet exitio vir coniugis, illa mariti.

Sueton. *in August. cap.* 24. Quem tamen (Equitem Rom.) quod imminere emptioni publicanos videbat, liberto suo addixit. Idem *in Calig. cap.* 19. Britanniæ imminere est ei insidiari, bellum parare. Immines annotator conuiuiis, pro Astas & ades. Plin. *in Panegyr.* Num enim ante medium diem distentus, solitaria cœna spectator, annotatórque conuiuiis tuis immines. Hinc Part. Imminens. Cic. *pro domo sua.* Sed homo ad cædem imminens, meum nomen operis ediderat. Idem 4. *Verr.* Nam ipsum Verrem tantum semper auaritia hiante atque imminenti fuisse, &c.

Imminentia, æ. {ἐπίστασις. ANGL. *An hanging aboue as if it were to fall.*} Gell. *lib.* 9. *c.* 12. Infestus dicitur ab infantia, atque imminentia fraudis, quam, vel facturus cuipiam, vel passurus est.

IMMĬNŬO, is, ere, Attenuare, diminuere. {חסר chisser גרע ghadhah המעיט himhit. ἐλαττόω. GALL. *Appetisser, diminuer, amoindrir.* ITAL. *Menorare, diminuire, scemare.* GERM. Mindern, ringer machen. HISP. *Menguar ò diminuir.* ANGL. *To diminish, to make lesse.*} Cic. 4. *Acad.* Ac vereor interdum ne talium personarum quum amplificare velim, imminuam etiam gloriam. Plaut. *Cist.* Neque pudicitiam meam mihi alius imminuit quisquam. Ouid. *in epist. Sapphus.*

Post quam se dolor imminuit, nec pectora plangi,
Nec puduit scissis exululare comis.

Cic. *Attic. lib.* 1. Dolor accessit bonis viris, virtus non est imminuta.

Imminūtio, detractio, diminutio. {חסר cheser. ἐλάττωσις. GALL. *Diminution, appetissement, amoindrissement.* ITAL. *Diminutione, scemamento.* GERM. Minderung. HISP. *Obra de menguar, amenguamiento.* ANGL. *A diminuching, a making lesse.*} Cic. *Pulchro, lib.* 3. Sine illa imminutione dignitatis. ¶ Imminutus, Non diminutus. {ANGL. *Not made lesse.*} Iulian. *D. lib.* 24. *tit.* 2. *l.* 6. Ita tamen vt bona gratia dissolutum videatur pristinum matrimonium, & vnusquisque suum ius habeat imminutum. ¶ Imminutio apud Ausonium in Centone nuptiali, vsurpatur pro primo congressu cum vxore, quòd tum virginitas imminuatur. Sic imminuere pudicitiam dixit Plaut. pro auferre, *in Cistell.*

‖Imminutus, non diminutus. Iulian. *D. lib.* 24. *t.* 2. *l.* 6. Ita tamen vt bona gratia dissolutum videatur pristinum matrimonium, & vnusquisque suum ius habeat imminutum.‖

IMMĬSCĔO, es, ere, Admisceo, commisceo, confundo, coniungo. {ערב harab מסך masach מזג mazagh. ἐμμίγνυμι. GALL. *Mesler parmi.* ITAL. *Mescolare.* GERM. Einmischen. HISP. *Mezclar en vno.* ANGL. *To mingle or mixe with other.*} Liu. 3. *ab Vrbe.* Et immisti turbæ militum togati, &c. Idem 5. *ab Vrbe.* Falisci propria etiam causa infesti, quòd Fidenati bello se iam antea immiscuerant. Virg. 11. *Æneid.* Contentúsque fuga, mediis se immiscuit armis. Ouid. 7. *Metam.*

——— *summis immiscuit ima.*

‖Immistus, non mistus, nomen, ἄμικτος, ex *in*, & *mistus*, participio. Sed

Immistum, miscendo ingestum, particip. ab *immisceo.*‖

IMMĬSĔRĀBĬLIS, e, Qui nullius misericordia subleuatur. {ἀνοικτίστος, ἀνελεής, ἄοικτος. GALL. *Indigne de misericorde, de qui on ne doit auoir pitié ne compassion.* ITAL. *Di cui niuno ha misericordia.* GERM. Vnerbärmlich, dem man kein erbarmnus hat. HISP. *Al que no se haze misericordia.* ANGL. *Vnworthie of pitie or compassion.*} Horat. *lib.* 3. *Carm. Ode* 5. Si non periret immiserabilis Captiua pubes.

IMMĬSĔRĬCŌRS, is, immitis, crudelis, atrox, sine misericordia. {אכזר achzár. ἀνελεήμων. GALL. *Immisericordieux, qui n'a ne pitié ne misericorde.* ITAL. *Che non ha misericordia, non misericordioso.* GERM. Vnbarmhertzig, vngnädig. HISP. *Cosa sin misericordia.* ANGL. *Vnmercifull.*} Cic. *de inuent.* ipsum immisericordem fuisse.

Immisericorditer, aduerb. crudeliter, atrociter. {ἀνηλεῶς, ἀνοίκτως, ἀνοιλεημόνως. GALL. *Immisericordieusement, sans pitié ne misericorde.* ITAL. *Senza pietà & misericordia.* GERM. Vnbarmhertziglich, one erbarmd. HISP. *Sin misericordia.* ANGL. *Vnmercifullie, cruellie.*} Terent. *Adelph.* —factum a vobis duriter, Immisericorditerque.

Immitis, Asper, crudelis, immisericors. {אכזר achzar. ἀνήμερος, ἄγριος. GALL. *Sans douceur, rebelle, rude, cruel.* ITAL. *Crudele, senza misericordia.* GERM. Vnmilt, rauch. *Cosa cruel y sin misericordia.* ANGL. *Rigorouse, cruel, vngentle.*} vt, Virg. 1. *Æneid.*

Troas reliquias Danaûm, atque immitis Achilli.

¶ Accipitur nonnunquam pro acerbo, & immaturo, ἄωρος, ὠμός: vt, Immitia poma, apud Plin. *lib.* 15. Immite pelagus, id est, procellosum, & inquietum. Apuleius, Erat enim turbidum, atque immite pelagus.

IMMITTO, is, Insero, intromitto, introduco, intus duco. {שלח schalách. ἐμβάλλω, ἐμφυτεύω, ἐμβιβάζω. GALL. *Mettre dedans.* ITAL. *Mettere dentro.* GERM. Einlassen. HISP. *Meter à dentro.* ANGL. *To put or send in.*} Plaut. *Capt. sc.* 4. *a.* 3. Ne quod fabuletur in aures immittas tuas. Plin. *in Epist.* Dices immissa terris noua flumina. Ouid. 5. *Met.*

Illic & lentum filis immittitur aurum.

Idem *in Epist. Phyll.*

Hinc mihi suppositas immittere corpus in vndas
Mens fuit.

Virg. *lib.* 9. *Æneid.*

Rumpere claustra manu, sociósque immittere portis.

Cic. *pro Sextio*, Seruique & egentes in tecta nostra cum facibus immissi. Idem 6. *Verr.* Eòne tu seruos ad spoliandum fanum mittere ausus es? ¶ Immissa barba, pro prominenti, prolixa. καθειμένη. Virg. 3. *Æneid.*

Respicio: dira illuuies, immissáque barba.

Quintilian bis etiam dixit, immissa barba. Item immissæ comæ. Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 1. *Trist.*

Squallidus immissis hirta per ora comis.

¶ Immissus, id est, consertus. Liu. *lib.* 10. *dec.* 4. Immissi alij in alios rami. ¶ Accipitur etiam immittere pro eo quod vulgò dicimus subornare. Salust. *in Catil.* Alij Tarquinium à Cicerone immissum aiebant, ne Crassus suscepto malorum patrocinio Rempub. turbaret.

Immissio, verbal. Insertio, introductio. {משלחת mischláchath. ἐμβολή, ἐνθεσις. GALL. *Ennoy, laschement.* ITAL. *Esso mettere dentro.* GERM. Einlassung. HISP. *Aquella obra de poner a dentro.* ANGL. *Putting or sending in.*} Cic. *de senect.* Sarmentorúmque ea quam dixi aliorum amputatio, & aliorum immissio.

Immissum, i, ἐμβεβλημένον. Differt à proiecto (vt Iabolenus *de verborum significatione* inquit) vt proiectum dicatur, quod ita prouehitur, & extenditur ex aliquo ædificio, vt nusquam quiescat: qualia sunt mœniana & suggrundia: immissum verò quod ex nostro ædificio protensum, in alieno recumbit: vt sunt tigna, & trabes, quæ ex nostro pariete in parietem vicini immittimus.

‖Immissa barba, promissa, longa. Sisen.

Immissarium, receptaculum, in quod immittitur aqua, vt postea inde erogetur. Vitr. *lib.* 8. 7.‖

IMMŌBĬLIS, e, quod moueri non potest, fixus, immotus, hærens. {ἀκίνητος. GALL. *Immobile, immeuble, qui ne se peut mouuoir.* ITAL. *Immobile.* GERM. Vnbeweglich. HISP. *Lo que no se puede mouer.* ANGL. *That cannot be moued.*} Plin. *lib.* 11. *cap.* 37. Aures homini tantùm immobiles. Virg. 7. *Æneid.*

———*sóloque immobilis hæret*
Intentos voluens oculos.

Ouid. 13. *Met.* Scopulis immobilior. Oculus immobilior faciendus, i. firmandus. Cels. *lib.* 7. *c. de suffusione.*

Immōbĭlĭtĕr, aduerb. ἀκινήτως. Eutrop. *lib.* 3. In summo Apennino tempestate correptus, biduo continuo immobiliter stetit.

IMMŎDĔRĀTVS, a, um, Intemperans, vel nimius in re aliqua. {ἄμετρος. GALL. *Desreiglé, desmesuré.* ITAL. *Immoderato, non temperato.* GERM. Vnmässig. HISP. *Destemplado, desmesurado.* ANGL. *Vnruly, without measure.*} Cicer. *ad Attic. lib.* 13. Alexandrum, postquam Rex appellatus fuit, superbum, crudelem, immoderatum fuisse. Idem *pro Sext. Rosc.* Ventis vehementioribus, aut immoderatis tempestatibus, aut nimio calore, &c.

IMMŎDĔRĀTIO, nis. {ἀμετρία. GALL. *Desreiglement, desarroy, démesurement.* ITAL. *Licentia sfrenata di fare ò dire ciò che non conuenga.* GERM. Vnmässigkeit. HISP. *Destemplança.* ANGL. *Vnmeasurablenesse, vnrulinesse.*} Cicer. *pro Sylla*, Interdum efferatur immoderatione verborum.

Immŏdĕrātē, aduerb. Immodicè, extra modum. {בלי חק beli chok. ἀμέτρως, ἀκρατῶς. GALL. *Immoderément, desreiglement, desmesurément.* ITAL. *Immoderamente.* GERM. Vnmässiglich. HISP. *Destempladamente.* ANGL. *Beyonde measure, vnmeasurablie.*} Cic. 2. *Tuscul.* An temperantia sinet te immoderatè facere quicquam.

Immŏdĕrātissĭmē. Spart. *in Suet.* Immoderatissimè cùm moreretur lætatus.

‖Immoderatissimus, a, um. Sueton. *in Nerone*: Nam qui luxuriæ immoderatissimæ esset,‖

IMMŎDESTVS, a, um, Immoderatus, non temperans. {ἄμετρος. GALL. *Desreiglé, démesuré, desbordé.* ITAL. *Immodesto.* GERM. Vnmässig vnd zuchtig. HISP. *Non templado.* ANGL. *Vnmodest, not sober, without temperance, vnmanerly.*} Terent. *Heaut.* vel heri in conuiuio quàm immodestus fuisti. Cic. 1. *Offic.* Ipsúmque genus iocandi non profusum, nec immodestum, sed ingenuum & facetum esse debet. Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 1. Hoccine fieri, vt hæc te immodestis moderere moribus. Gell. *c.* 9. *lib.* 4. Immodesta laus horum. (i. immodica.)

Immŏdestia, æ, Intemperantia, immoderatio ⟩⟨ Modestia. {ἀμετρία. GALL. *Immodestie, desreiglement, desordre.* ITAL. *Immodestia.* GERM. Vnmässigkeit, vnzucht, vnbescheidenheit. HISP. *Destemplança.* ANGL. *Lack of maners and modestie.*} Plaut. *Merc.* Sed amori accedunt etiam vltra hæc quæ diximus, incogitantia, excors immodestia, petulantia, cupiditas, &c. Idem *Amph. sc.* 1. *a.* 1. Hæc heri immodestia coegit me, (i. intemperantia.)

Immŏdĕ

Immŏdēstē, aduerb. Immoderatè. {עַל חֹק *bal chok.* ἀμέτρως. GALL. *Immodestement, desreiglement.* ITAL. *Immodestamente, sfacciatamente.* GERM. Vnmässiglich/unzüchtiglich. HISP. *Destempladamente.* ANGL. *Vnmanerly, out of measure.*} Plaut. *Pœn.* —cur ego apud te mentiar? Amo immodestè.

IMMŎDĬCŬS, a, um, Nimius. {ὑπέρμετρος. GALL. *Qui ne regarde point mesure, desreiglé.* ITAL. *Four di mesura, smisurato.* GERM. Vnmässig/der in einem ding kein maß halt. HISP. *Desmedido, desconcertado.* ANGL. *VVithout meane or measure.*} Col. *lib.* 1. *c.* 3. Suáque lege C. Licinius damnatus est, quod agri modum, quem in magistratu rogatione tribunitia permulgauerat, immodica possidendi libidine transcendisset. Ouid. 3. *de Pont. eleg.* 1.

Cuncta sed immodicum tempora frugis habent.

Gellius *cap.* 3. *lib.* 7. Item *cap. vlt. Ibidem*, Ad immodicum modum insolescere. Sueton. *in Galba cap.* 6. Immodicus in coërcendis delictis. ¶ Immodicus libidinis, Nimia libidinis cupiditate ductus. Col. *lib.* 7. *cap.* 6. Est autem mensium septem satis habilis ad procreandum, quoniam immodicus libidinis dum adhuc vberibus alitur, matrem stupro superuenit.

Immodĭcē, aduerb. Nimis immoderatè. {עַל חֹק *bal chok.* ὑπερμέτρως. GALL. *Excessiuement, par trop.* ITAL. *Smisuratamente.* GERM. Vber die maß. HISP. *Destempladamente, sin medida.* ANGL. *Excessiuelie, beyonde measure.*} Col. *lib.* 2. *c.* 16. Magisque conducere agricolæ frequenter id potius, quàm immodicè facere. Immodicè ferre aliquem casum pro immoderatè. Cic. 4. *Tusc.*

Immŏdŭlātŭs, a, um, Non modulatus, vel parum aptè modulatus: vt Poëmata immodulata. {ὁ μὴ ἐρρυθμός, οὐκ ἐμμελής. GALL. *Qui n'est pas fait par mesure, mal sonant.* ITAL. *Non fatto con ragione de versi.* GERM. Nicht vol außgedicht vnd in ein guten thon gestellt. HISP. *Non hecho con medida.* ANGL. *VVithout proportion or melodie.*} Horat. *in arte poëtica*, Non quiuis videt immodulata poëmata.

[Immohercule, imo saluo. Gl. Isid.

IMMOLIOR, inædifico. Vnde]

Immōlītŭs, Constructus, ædificatus. {בָּנוּי *banui.* οἰκοδομηθείς. GALL. *Edifié.* ITAL. *Edificato.* GERM. Gebawt. HISP. *Edificado.* ANGL. *Builded.*} Liu. *lib.* 31. Aquam publicam omnem in priuatum ædificium, aut agrum fluentem ademerunt: & quæ loca publica inædificata, immolitáve priuati habebant, intra dies triginta demoliti sunt. Doctiores legunt ex manuscriptis libris *qua in loca publica*: vt sit immolitum in publicum, quod è priuato in publicum procurrit, vt si quis priuatus ante ædes suas in publico podium posuisset, aut menianum proiecisset: quod Cato apud Plutarchum, demoliri, & diruere, tollereque iubebat.

IMMŎLO, as, à mola, i. e. farre molito: vel à μύλη: aut à μῶλος. Sacrifico, sacram rem facio, quod verbum tractum est à consuetudine sacrificantium, qui victimis iam mactandis molam salsam solebant inspergere. {זָבַח *zabach* שָׁחַט *schachath* θύω. GALL. *Immoler, sacrifier.* ITAL. *Sacrificare.* GERM. Opfern. HISP. *Sacrificar.* ANGL. *To offer in sacrifice.*} Festus, Immolare, est mola, id est, farre molito, & sale hostiam fusam sacrificare. Cic. 2. *de diuin.* Quid cum pluribus diis immolatur, qui tandem euenit, vt litetur aliis, aliis non litetur? Horat. *Epod.* 5.

Libidinosus immolabitur caper,
Et agna tempestatibus.

Cic. *pro Fonteio*, Consuetudo hominum immolandorum apud Gallos. ¶ Accipitur aliquando pro interficio, quemadmodum & macto. Virg. 12. *Æneid.*

——*Pallas te hoc vulnere, Pallas*
Immolat, & pœnas scelerato ex sanguine sumit.

Immŏlātĭo, Sacrificatio. {זְבִיחָה *zebichah* זֶבַח *zebah.* ἡ θυσία, ἡ σφαγή, τὸ θῦμα. GALL. *Sacrifice.* ITAL. & HISP. *Sacrificio.* GERM. Ein opffer/oder opfferung. ANGL. *Offering in sacrifice.*} Cicer. 1. *de diuin.* Immolationis tempus.

Immŏlātŏr, is, qui immolat & significat. {זֹבֵחַ *zobéach* שׁוֹחֵט *schocheth.* θύτης, σφαγεύς. GALL. *Sacrificateur.* ITAL. *Sacrificatore.* GERM. Ein opfferer. HISP. *Sacrificador.* ANGL. *That offereth.*} Cic. 1. *de diuin.* Hæc decessio capitis, aut accessio subitóne fieri potest, vt se extra ad immolatoris fortunam accommodent.

IMMŎRĬŎR, eris, In re aliqua morior, alicuius rei cupiditate morior. {ἐναποθνήσκω. GALL. *Mourir dedans, ou sur quelque chose.* ITAL. *Morire sopra qualche cosa.* GERM. Ob einem ding sterben oder erligen. HISP. *Morir sobre algo.* ANGL. *To die in or vpon any thing.*} Immortuæ coniurationis reliquiæ, Cicer. *ad Attic. lib.* 1. Plin. *lib.* 29. *c.* 4. Nam quum immortuus est in vino, faciem eorum qui biberint, lentigine obducit. Ouid. 2. *de Ponto,*

Fortiter Euximis immoriemur aquis.

Sic immori hastæ, apud Valerium Flaccum, *lib.* 6. *Argonaut.* Immori studio alicui, dicitur ἐναποθνήσκειν, pro eo quod est tam pertinaciter ei incumbere, vt sola morte quis videatur ab eo posse diuelli. Horat. 1. *Epist.* 6.

Immoritur studiis, & amore senescit habendi.

¶ Immortuus, nondum mortuus. Cic. *ad Atticum lib.* 1. Clamores de immortuis reliquiis coniurationis.

IMMŎRŎR, aris, immorari. Cunctor, moras necto, inhæreo. {שָׁכַן *schachan* הֶאֱרִיךְ *heerich.* ἐμμένω. GALL. *Seiourner, retarder.* ITAL. *Dimorare, indugiare.* GERM. Verziehen/sich saumen. HISP. *Tardar.* ANGL. *To abyde or tary in some thing.*} Columell. *lib.* 8. *cap.* 5. Incubantibus autem gallinis, iuxtà ponendus est cibus, vt saturæ studiosius nidis immorentur. Quint. *lib.* 1. *c.* 16. Qui nescit ignes, aquas, sine quibus nulla sit vita: & (ne terrenis immoret) Solem, lunámque, præcipua syderum, aliquando etiam nocere.

[Immorosus, ieiunus. Gl. Isid.]

IMMŎRTĀLĬTĀS, atis, Æternitas, perpetuitas. {עַד *hadh.* ἀθανασία. GALL. *Immortalité.* ITAL. *Immortalità, eternità.* GERM. Vnsterbligkeit. HISP. *Immortalidad, aquella condicion de no morir.* ANGL. *Immortalitie.*} Cic. *de amicitia*, Nisi enim (quod ille minime putabat) immortalitatem optare vellet, quid non est adeptus, quod homini fas esset optare? Terent. *in Andria*, —nam mihi immortalitas Parta est, si nulla ægritudo huic gaudio intercesserit. Cic. 1. *de nat. deor.* Cedit nulla re, nisi immortalitate, cælestibus beata vita. Senec. *c.* 15. *de tranquill.* Ad immortalitatem moriendo venerunt.

Immortalis, e, Nunquam moriturus, perpetuus, æternus. {ἀθάνατος. GALL. *Immortel, qui ne meurt iamais.* ITAL. *Immortale, perpetuo, eterno.* GERM. Vnsterblich. HISP. *Immortal, que no puede morir.* ANGL. *Immortell, that dieth neuer.*} Plaut. *in Trin.* Eho, tua vxor quid agit? M. Immortalis est, Viuit, victuraque est. Idem *Amph. sc.* 1. *a.* 5. Suis factis te immortali afficiet gloria. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 2. Dij immortales id voluerant. Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 2. Dij immortales! (lætantis.) Terent. *in Eunuch.* Dij immortales, homo homini quid præstat! Immortalis memoria, Cic. *pro Corn. Balb.* Immortalia facinora, immortalia opera, quæ nullo tempore sunt intermoritura. Plaut. *in Mostell.* —quid mihi fiet tertio, Qui solus facio facinora immortalia! Liu. 7. *ab Vrbe*, His immortalibus editis operibus, quum ad recensendum exercitum concionem in campo ad Capræ paludem haberet, &c.

Immŏrtālē, pro immortaliter: vt, Flos immortalè virens, apud Valerium Flaccum *lib.* 7. *Argon.*

Immŏrtālĭtĕr, aduerbium, Perpetuò. {לָעַד *lahadh* לְעוֹלָם *leholam.* ἀθανάτως, ἀϊδίως. GALL. *Immortellement, à iamais.* ITAL. *Perpetuamente, eternamente.* GERM. Ewigklich/vnsterblich. HISP. *Immortalmente, perpetuamente.* ANGL. *For euer.*} Cic. *ad Quint. fratr.* Quòd scribis te à Cæsare quotidie plus diligi, immortaliter gaudeo.

Immōtŭs, a, um, à moueo. Immobilis, fixus, stans. {ἀκίνητος. GALL. *Ferme, stable, qui n'est point remué.* ITAL. *Immoto.* GERM. Vnbewegt. HISP. *Cosa firme y no mouible.* ANGL. *Vnmoued, y at moueth not.*} Plin. *lib.* 8. *c.* 16. Leonum animi index cauda, sicut & equorum aures: namque & has notas generosissimo cuique natura tribuit: immota ergo placidus, clemens, blandientique similis: quod rarum est, crebrior enim iracundia eius. Virg. *lib.* 3. *Georg.*

Sæpe sub immotis præsepibus, aut mala tactu
Vipera delituit.

Idem 4. *Æneid.*

Mens immota manet.

Senec. *c.* 6. *de consol. ad Marc.* Immota sors & fixa.

IMMŬLGĔO, es, Lac ex vberibus in rem aliquam exprimo. {מָצָה *matsah.* ἐναμέλγω. GALL. *Traire ou tirer le laict d'une mammelle.* ITAL. *Mugnere.* GERM. Einmälcken. HISP. *Ordeñar leche.* ANGL. *To milk.*} Plin. *lib.* 11. *cap.* 30. Fabulosum arbitror de strigibus, vbera eas infantium labris immulgere. Virg. 5. *Æneid.*

——*& lacte ferino*
Nutribat, teneris immulgens vbera labris.

IMMŪGĬO, is, ij, & immugiui, itum, ire, idem quod mugio. {גָּעָה *ghahah.* μυκάομαι. GALL. *Murler, bugler.* ITAL. *Muggire.* GERM. Lüwen/oder brülen. HISP. *Bramar el buey ò vaca.* ANGL. *To bellow, to rore.*} Virg. 3. *Æneid.*

——*cauisque immugit Ætna cauernis.*

Item 11. *Æneid.*

——*mœstóque immugit regia luctu.*

IMMŪNDŬS, a, um, Impurus, impolitus. {טָמֵא *tamé.* ἀκάθαρτος. GALL. *Ord & sale.* ITAL. *Immondo, lordo.* GERM. Vnsauber/vnrein. HISP. *Cosa suzia.* ANGL. *Foule, filthie.*} Terent. *Heaut.* Ea texebat vnà, pannis obsita, Neglecta, immunda illuuie. Virg. 3. *Æneid.*

——*contactúque omnia fœdant Immundo.*

Idem 5. *Æneid.*

——*sed pronus in ipso*
Concidit, immundóque fimo sacróque cruore.

Plaut. *Mostell. c.* 2. *a.* 1. Nequam immundos, instrenuus.

[Immundissimus. Seneca *controu. lib.* 1. Et immundissimis se excolere munditiis, nostrorum adolescentium specimen est.]

IMMŪNĬS, e, Liber & vacuus à munere, vacationem habens, onus nullum sustinens, otiosus, vacans. {ἀτελής. GALL. *Exempt de faire aucune charge, franc.* ITAL. *Essente, franco dalle communi grauezze.* GERM. Frey/erlassen. HISP. *Cosa exempta, ò priuilegiada.* ANGL. *VVithout office or charge, enfranchised.*} Cic. *pro Fonteio*, Falsum est, ob vacationem pretium sit datum, quum immunis nemo fuerit. Idem 5. *Verr.* Quinque præterea sine fœdere immunes ciuitates, ac liberæ, Centuripina, Halesina, &c. Immunes agros liberósque arare. Idem 4. *Verr.* Idem *de Amicitia*, Non est inhumana virtus, neque immunis, neque superba, quæ etiam populos vniuersos tueri, eísque optimè consulere soleat. Virg. *lib.* 4. *Georg.*

Immunisque sedens aliena ad pabula fucus.

Gell. *cap.* 13. *lib.* 6. Immunes & asymboli. Velleius, Immunis omnibus vitiis Cato. Idem Vell. Immunis voluptatibus Crassus. ¶ Immunis cum ablatiuo & præpositione, Seneca *cap. vlt. de tranquill.* Nox immunis ab expeditione redeuntium. ¶ Immunis cum genitiuo. Ouid. 3. *Metamorph.*

Nullum passa iugum, curuique immunis aratri.

Idem 4. *Fast.*

——*Liquidique immunia Ponti.*

& Eleg. 2. *lib.* 4. *Trist.*

Immunes (sup. oculos) *tanti nec sinit esse boni.*

Idem 13. *Metam.*

——*Immunémque æquoris Arcton.*

Virg. 12. *Æneid.*

——*aspicis vrbem*
Immunem tanti belli, atque impunè quietam.

Legitur aliquando & cum ablatiuo. Liu. *lib.* 1. *ab Vrbe.* Inde vna centuria facta est: immunis militia. ¶ Immunis pro improbo. Festus Pompeius. Immunis, vacans munere. aliquoties pro improbo ponitur, vt apud Plautum *in Trinummo*, Immune est facinus.

Immūnĭtās, atis. Vacatio & libertas ab oneribus. {ἀτέλεια. GALL. *Exemption de faire aucune chose, franchise.* ITAL. *Immunità, esentione.* GERM. Freylassung von einem ampt oder einer andern beschwerd. HISP. *Aquella exempcion, libertad, priuilegio.* ANGL. *Exemption frome charge or tribut, enfranchising.*} Cic. 2. *Philipp.* Neque post Idus Martias immunitatis tabula,

tabula, névè cuiusquam beneficij figeretur. Idem ad Cassium *Epist. lib.* 2. Tabulæ figuntur, immunitates dantur. Plin. *Paneg.* Eandem immunitatem in paternis bonis filio tribuit, si modò reductus esset in patris potestatem.

Immunitus, a, um, Non munitus, munitione carens. {ἀτείχιστος. Gall. *Qui n'est point fortifié, ne garni.* Ital. *Non fornito, non fortificato.* Germ. Unbewart. Hisp. *Cosa no fortalecida, sin munition.* Angl. *Not fortified, unfensed.*} Est autem nomen, non participium, quippe quod à nullo deductum est verbo. Cic. *pro Cecinna.* Si via fit immunita, iubet, quà velit, agere iumentum. Liu. 8. *bell. Pun.* Edictóque proposito, vt quibus oppida, castelláque immunita essent, in loca tuta commigrarent. Vrbs immunita. Ouid. 10. *Metam.*

Immūnificus, a, um, Auarus, sordidus, tenax, illiberalis. {כילי *chilai.* ἀνελεύθερος. Gall. *Qui n'est point liberal, eschars.* Ital. *Non liberale.* Germ. Unfreygäblich. Hisp. *Cosa no franca ni liberal.* Angl. *Nigard, not liberall.*} Plaut. *in Trinum.* Ciui immunifico scis quid cantari solet, Quid habes, ne habeas.

Immurmŭro, as, are. {רגן *ragán.* ἐμμορμύρω, ὑποτονθορύζω, ὑποψιθυρίζω. Gall. *Murmurer.* Ital. *Mormorare.* Germ. Murmeln hinein brummen. Hisp. *Murmurar.* Angl. *To murmure at any thing.*} Vt, Agmen totum immurmurat. Ouid. 3. *Met.* Sub lingua immurmurare aliquid, Pers. *Satyr.* 2. Syluis immurmurat Auster, Virg. 4. *Georg.*

Immusculus, i, auis est, autore Festo, quam alij regulum, alij ossifragam dicunt. Videtur tamen apud Festum legendum esse immussulus: cuius auis meminit Plin *lib.* 19. *c.* 7. Inter genera aquilarum. Vide ea quæ annotauimus in dictione *Immussulus.*

Immūssŭlus, siue immusulus, Ales ex genere aquilarum est (inquit Festus) sed minorum virium, quàm aquila, quæ volucris rarò vix alio tempore, quam Vere apparet, quia æstum, algorémque metuit. Appellatur autem ita, quòd subitò, & inexpectata se immittat. Hæc Festus. Ex quibus verbis non immustulus, sed *immussulus* scribendum nonnullis videtur, siue immusulus: nam ab immittendo deducit. De hac aue sic scribit Plin *lib.* 10. *c.* 7. Sangualem autem atque immussulum, Augures Romani magnæ quæstioni habent. Immussulum aliqui vulturis pullum arbitrantur esse, & sangualem ossifragæ. Massurius sangualem ossifragam dicit esse: immussulum autem pullum aquilæ, priùs quàm albicet cauda. Quidam post Mutium Augurem non esse visos Romæ confirmauêre. Ego (quod verisimilius est) in desidia rerum omnium non arbitror agnitos. Hæc Plinius.

Immūtēsco, is, immutui, ere, Mutus fio, taceo. {נאלם *neelám* החריש *hecherísch.* ἀφωνέω. Gall. *Deuenir muet, ne dire mot.* Ital. *Star cheto, ammutire.* Germ. Erstummen. Hisp. *Emmudecer.* Angl. *To be dumme, to keep silence.*} Quint. *lib.* 10. *c.* 3. Non ergo putemus semper optimum esse quod latet, ne immutescamus alioqui. Stat. *lib.* 5. *Theb.*

———Ruptis immutuit ore querelis.

Immŭto, as, are, Muto, vario, permuto. {שנה *schanáh* המיר *hemir.* μεταβάλλω, ἀλλοιόω, ἀλλάσσω. Gall. *Muer changer.* Ital. *Mutare, variare.* Germ. Verwandlen verendern. Hisp. *Mudar, diuersificar.* Angl. *To alter or change one thing for another.*} Terent. *Eunuch.* Dij boni quid hoc morbi est? adeón' homines immutarier Ex amore, vt non cognoscas eundem esse? Plaut. *Epidico*, Accipe argentum hoc Danista; hic sunt quadraginta minæ. Siquid erit dubium, immutabo. Idem *Mostell. sc.* 3. *a.* 1. Vbi caput colorem immutauit. (aliàs, *commutauit.*) Idem *Mil. sc.* 5. *a.* 2. Et ne quispiam vicinorum vos immutauerit. Idem *Amph.* Vestitum immuto meum.

Immutatus, a, um, Particip. Cic. *in Philipp.* Suspicionem attulit immutatæ voluntatis.

Immūtābĭlis, e, quod nullo modo mutatur ac flectitur. {נאמן *neemán* ἀμετάβλητος. Gall. *Immuable.* Ital. *Immutabile.* Germ. Unuerenderlich, vnbeweglich. Hisp. *Cosa que no se puede mudar.* Angl. *That can not be changeth.*} Cicer. 2. *de nat. deor.* Stellæ spatiis immutabilibus ab Ortu ad Occasum commeant. Idem *de Fato*, Sequitur illicò, esse causas immutabiles, eásque æternas, quæ prohibeant quicquam secùs cadere, atque casurum sit.

Immūtābĭlĭtas, atis. {אמנה *amanáh.* ἀμεταβλησία. Gall. *Fermeté, constance.* Ital. *Fermezza, che non si può mutar.* Germ. Unuerenderung, beständigkeit. Hisp. *Firmeza, constante, constancia.* Angl. *Stedfastnes.*} Cic. *de Fato*, Sed in fatis immutabilitatem apparere. Immutatio, Mutatio. Idem 2. *de legibus*, Negat enim mutari posse musicas leges sine immutatione legum publicarum. Translatio & immutatio. Idem *in Orat.* Et quanquam translatio est apud eum multa, tamen immutationes nusquam crebriores.

‖Immutabiliter, ἀμεταβόλως. si immutabiliter verum fuit, Celsus *D. lib.* 45. *t.* 1. *l.* 99.‖

Imò, vnico m, idem est quod, Quin potiùs. {μᾶλλον, μὲν οὖν. Gall. *Mais pour mieux dire, mais qui plus est, mais plustost.* Ital. *Anzi.* Germ. Ja viel mehr. Hisp. *Antes no.* Angl. *Yea rather.*} Ter. *in Andr.* dictum puta, Nempe vt curentur rectè hæc. si. Imò aliud. Plaut. *in Amph.* Insomnis fortasse. al. imò vigilans vigilantem. Idem *Pseud. sc.* 4. *a.* 2. Vtrùm Spem, an Salutem te salutem? Imò vtrunque (sup. volo.) Idem *ibid. sc.* 2. *a.* 2. Túne es Ballio. P. Imò verò ego sum Subballio. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 2. Imò si scias reliquiæ quæ sint? Idem *Aul. sc.* 1. *a.* 1. Hæc te æquum est credere L. Imò equidem credo. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 2. Nunquid caussa est quin mihi des viginti minas. Optumè imò. *Ibid. sc.* 4. *a.* 3. Dum istic vinciatur, vinciri volo. T. Imò enimuerò iste qui vult vinciatur. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 2. Perdis me? Imò seruo. Idem *Milit. sc.* 1. *a.* 1. Hiccine est Achilles? Imò eius frater. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Lege, vel tabellas redde. P. Imò enim pellegam. Idem *ibidem*, Nunquid peccatum est? Imò maximè.

Imola, æ, vrbs est Italiæ, in via Æmylia, quæ Forum Cornelium vocatur à Ptolem. *lib.* 3. *cap.* 1. ‖V. E. Romandiolæ, sub ditione Pontificia, & A. Rauennate.‖

Impācātus, a, um, Non pacatus. {οὐκ εἰρηνικὸς, ἄσπονδος. Gall. *Noisif, querelleux, qui n'est point appaisé.* Ital. *Non placato.* Germ. Unbefriedigt. Hisp. *Cosa no apaziguada.* Angl. *Not appaised.*} Virg. 3. *Georg.*

———incursúsque luporum,

Aut impacatos à tergo horrebis Iberos.

Odia impacata, Claud. *lib.* 2. *in Eutrop.*

Impallĕo, es, ere, idem quòd Palleo. {חור *chavár.* ὠχριάω, ἐνωχριάω. Gall. *Deuenir ou estre passe.* Ital. *Diuenir pallide.* Germ. Bleich sein. Hisp. *Hazerse amarillo.* Angl. *To be or waxe pale.*} Statius 6. *Thebaid.*

———Euentu impalluit ipse secundo.

Impallēscĕre, est rei alicui tam pertinaciter incumbere, vt inde pallor contrahatur. Pers.

At te nocturnis iuuat impallescere chartis.

Impāges, dicuntur quæ à fabris in tabulis figuntur, quo firmiùs cohæreant: à pangendo, id est, à fingendo. {מחברות *mechabberóth.* ἐμπηγμοί. Angl. *Pinnes of woode.*} Vnde & Poetæ versus pangere dicuntur, & agricolæ pangere plantas, id est, infigere. Hæc Festus.

Impāncro, as, teste Nonio, Antiqui dicebant pro inuado: quod verbum est à Græco tractum, quasi πᾶν κρέας, hoc est, omnem carnem consumo. Varro, Ecclesiam in regiam arcam impancrarunt.

Impar, Non par, inæquale. {ἄνισος. Gall. *Inegal, non pair.* Ital. *Disuguale, non pari.* Germ. Ungleich. Hisp. *Desigual.* Angl. *Vnegual, disalyk, odde.*} vt, Imparia arma, id est, inæqualia. Virg. 4. *Georg.*

Aut asper crabro, imparibus se immiscuit armis.

Ouid. 4. *de Ponto Eleg.* 9. Fortuna est impar animo, id est non respondet animi magnitudini. Impar numerus, qui non potest diuidi in duas partes æquales: vnde & ἄρτιος vocant Græci. Virg. *Eclog.* 8.

———Numero Deus impare gaudet.

Par, impar, lusus puerilis genus est, quo manu nuces, pecuniam, aliúdque quid occultantes, exquirunt coniecturam collusoris, ἄρτιος, ἢ περιττός. Horat. 2. *Serm. sat.* 3.

Ludere par impar, equitare in arundine longa.

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Imparibus legeres carmina facta modis.

Idem 4. *Fast.*

Nec facies impar nobilitate fuit.

Impărĭtĕr, aduerb. Inæqualiter. {ἀνομοίως, ἀνίσως. Gall. *Inegalement.* Ital. *Disugualmente.* Germ. Ungleichlich. Hisp. *Desigualmente.* Angl. *Vnequallie.*} Horat. *in arte.*

Versibus impariter iunctis querimonia primùm,

Mox etiam inclusa est voti sententia compos.

Imparilitas, atis, Gell. *c.* 1. *lib.* 14. Imparilitas hæc turbat obseruationem: omnisque ratio disciplinæ confunditur. ¶ Item, Solœcismus Latino vocabulo, ab Asinio Capitone eiusdémque ætatis aliis imparilitas appellatus, &c. Vide Gellium *c.* 20. *lib.* 5.

Impărātus, a, um, Impeditus, inexpeditus.)(Paratus, expeditus. {ἀπαράσκευος. Gall. *Qui n'est pas prest.* Ital. *Non in ordine, non preparato.* Germ. Ungerüst. Hisp. *No aparejado y no apercebido.* Angl. *Not readie, vnprepared.*} Terent. *Phorm.* Vt ne imparatus sim quum adueniet Phormio. Plaut. *Capt.* Qui ex parata, imparatam rem omnem facis. Cic. *pro Mil.* Quanquam paratus imparatos Clodius, tamen mulier inciderat in viros.

Impărens, tis, non parens, siue inobediens. Festus.

Imparentia, æ, dicitur, quum quis non paret superioris imperio. Gell. *c.* 13. *lib.* 1. Ne si spes fefellisset culpa imparentiæ, & pœna indeprecabilis subeunda esset. Vbi tamen editio Seb. Gryphij habet, (*culpa impatientiæ,*) sed ineptè, vt tota textus series claré indicat.

‖Impartes, expertes, sine parte. Gloss. Isid.‖

Impartio, is, ire, vide *Impertio.*

Impāsco, is, impaui, impastum, In loco aliquo pasco. {רעה *raháh.* ἐννέμω, ἐμβόσκω. Gall. *Paistre dedans, ou en quelque lieu.* Ital. *Pascere in qualche luogo.* Germ. In einem ort weyden. Hisp. *Apacentar en algun lugar.* Angl. *To feade in some place.*} Col. *lib.* 6. *c.* 3. In ea loca perducendi sunt, quibus nullum impascitur pecus.

Impāstus, nomen est compositum ab in priuatiuo, & participio pastus, idémque valet quod non pastus, ieiunus. {צם *tsám.* ἄσιτος. Gall. *Qui n'a point repeu, encor ieun.* Ital. *Non ancora pasciuto.* Germ. Ungeweydt, vngefüttert, hungerig. Hisp. *Cosa no cenada ò no apacentada.* Angl. *Vnfedde, vnpastured.*} Virg. 9. *Æneid.*

Impastus ceu plena leo per ouilia turbans, &c.

Turba impasta luporum. Silius *lib.* 7.

Impătĭbĭlis, e, Intolerabilis, & qui ferri non potest. {ἀνύποιστος, ἀφόρητος. Gall. *Intolerable, impatible, insupertable.* Ital. *Che non si può patire.* Germ. Unleidenlich, vnträglich. Hisp. *Lo que no se puede padeçer.* Angl. *That can not be suffered.*} Cic. 2. *de finib.* Quem quidem vos impatibilem facitis. Plaut. *Amph.* Cladésque exantlatem impatibiles. Impatibilis cruciatus, impatibilis dolor, Plin. *lib.* 25. *c.* 5. Idem *lib.* 20. *c.* 18. Quum impatibilis valetudo odium vitæ fecisset.

Impatiens, tior, tissimus, Nullius laboris, aut doloris patiens, intractabilis, morosus, difficilis. {ὁ μὴ ὑπομένων, ὁ μηδαμῶς οἷος τ' ὢν φέρειν. Gall. *Impatient, qui ne peut endurer ne souffrir.* Ital. *Che non può patire cosa alcuna, impatiente.* Germ. Unleidig, vngedultig. Hisp. *Cosa que no puede sufrir ni padeçer algo.* Angl. *Impatient, that can suffer nothing or litle.*} Impatiens vulneris. Virg. 11. *Æneid.*

———altaque iactat

Vulneris impatiens arrecto pectore crura.

Plin. *lib.* 8. *c.* 1. De elephantis, iidem impatientes frigoris. Ouid. 2. *de remed. amoris.*

Impatiens animus, nec adhuc tractabilis arte,

Respuit, atque odio verba monentis habet.

Pisum impatientissimum frigorum. Plin. *lib.* 8. *cap.* 12. Ouid. 3. *Trist. Eleg.* 2.

Quique fugas rerum, securaque in otia natus,

Mollis & impatiens ante laboris eram.

Idem 6. *Fast.*

De tribus impatiens restitit vna viri.

Idem *Eleg.* 2. *lib.* 3. *Trist.*

Mollis & impatiens ante laboris eram.

Idem *Eleg.* 2. *lib.* 5. *Trist.*

——— corpúsque

——corpúsque quod ante laborum
Impatiens nobis inualidúmque fuit.

¶ Impatiens etiam pro valdè patiens, inuenitur apud Senecam *c.14. de consol.ad Polyb. & c.7.de consol.ad Mart.in fine.*

Impătiēntĭă, æ, {ἀπαθεία. GALL. *Impatience.* ITAL. *Impatientia.* GERM. Ungedult/ungedultigkeit. HISP. *Impaciencia.* ANGL. *Impatience, lack of sufferance.*} Plin. *lib.11.c.23.* Fieri autem primò papiliones paruos nudósque: mox frigorum impatientia villis inhorrescere. Sueton. *in Calig. c.23.* Impatientiam Nauseæ vitare.

Impătiēntĕr, aduerb. Ægrè & molestè, {ἀφόρως. GALL. *Impatiemment.* ITAL. *Impatientemente.* GERM. Ungedultigklich. HISP. *No sufridamente.* ANGL. *Impatientlie.*} Plin. *Epist.7.* Amaui consummatissimum iuuenem tam ardenter, quàm nunc impatienter requiro.

‖Impatientiùs, Aduerb. Comparat. Iustinus *hist.lib.12.* Sine vllo tristioris mentis argumento fuit, vt quosdam impatientiùs dolentes consolatus sit.‖

IMPĂVĬDŬS, a, um, Intrepidus, non timidus. {ἀδεής. GALL. *Qui ne craint rien, qui est sans peur.* ITAL. *Che non teme cosa alcuna senza paura.* GERM. Unerschrocken/dem nicht graust. HISP. *Cosa sin miedo.* ANGL. *That hath no feare or dread.*} Plin. *lib.28.cap.19.* Et pellis asinina iniecta pauidos infantes facit. Virg. *12. Æneid.*

——fixúmque latronis
Impauidus frangit telum, & fremit ore cruento.

Impăuĭdē, aduerb. Intrepidè, audacter. {ἀδεῶς. GALL. *Sans peur, hardiment.* ITAL. *Senza paura.* GERM. Unerschrockenlich/dapfferlich. HISP. *Sin miedo.* ANGL. *Boldelie, without feare.*} Liu. *lib.9. bell.Mac.* Et poculo impauidè exhausto, haud ita multò pòst expirauit.

Impĕccābĭlĭs, Immunis a peccato. {ἀναμάρτητος, ἄπταιστος. GALL. *Qui ne peche point.* ITAL. *Che non pecca.* GERM. Unsündthafft/oder unsündlich. HISP. *Lo que no peca.* ANGL. *That sinneth no wise.*} Cellus *lib.17.c.19.* Is erit plerunque impeccabilis, vitámque viuet tranquillissimam.

IMPĔDĬO, is, ire, Est implicare, inuoluere, ac propriè de pedibus dicitur: quanquam ad alia etiam transfertur. {עקב *hikkéb* אחר *eckár* בהל *bihél.* πεδᾶν, ἐμποδίζειν. GALL. *Empescher, empestrer.* ITAL. *Impedire.* GERM. Die füß verwicklen/verwirren verhindern. HISP. *Empachar ò embaraçar.* ANGL. *To hinder, to cumber, to intangle.*} Terent. *in Andr.* Tot me impediunt curæ, quæ meum animum diuersè trahunt. *Ibidem,* Viden' me tuis consiliis Miserum impeditum esse. Plaut. *in Aul.* sed dum alios seruat, se impediuit. Cic. 4. *Verr.* Sin illud dices, te Heraclij voluntate ac lege recessisse, ipse te impedies, ipse tua defensione implicabere. ¶ Impedire sese in plagas, id est, irretire, & sese in retibus implicare. Plaut. *in Milit.* impedire aliquando accipitur pro conspurcare, sordidare, polluere, μιαίνειν. Idem *in Amphitr.* Qui domi vxorem meam impudicitia impediuit: per quam teneo thesaurum stupri. Ouid. 2. *Fast.*

Dicta placent, frænis impediuntur equi.

¶ Impedire, obstare, ne quid fiat impedimento esse. κωλύειν. Cic. *de senect.* Hac igitur frui licet senibus, nec ætas impedit quamuis & cæterarum rerum, & in primis agricolendi studia teneamus vsque ad vltimum tempus senectutis. Cæsar 2. *bell.Gall.* Quo facilius finitimorum equitatum, si prædandi causa ad conuenisset, impedirent. Cic. *ad Attic. lib.8.* Vt te mecum coniungeres prius, quàm Cæsar aut tuum iter impediret, aut me abs te excludere posset. Impedire Ne. Idem *de Fato,* Casus quidam ne facerem impediuit quominus. Idem *1. de fin.* Quúmque nihil impedit quominus id quod maximè placet, facere possimus. Impedire ab. Plin. *lib.10.c.63.* Non impedit partus quasdam ab opere. Impediri religione, Detineri, arceri. Sulpit. ad Cic. *lib.4.* Ab Atheniensibus locum sepulturæ intra vrbem vt darent, impetrare non potui, quòd religione se impediri dicerent. Hine

Impĕdītŭs, participium, A quo impeditus, tior, tissimus, nomen. {ἐμπεποδισμένος, πεπεδημένος. GALL. *Empesché, empestré.* ITAL. *Impedito.* GERM. Verwirrt/verhindert. HISP. *Impedido.* ANGL. *Hindred, intangled, letted.*} vt, Impedita disceptatio. Liu. *lib.7.d.4.* Impeditus saltus. (i. difficilis transitu.) Idem *lib.6.d.4.* Et impedita ac perturbata auxilia. Cæs. *lib.2. de bell.ciu.* Impedita vallis. *Ibidem.* Impeditis ripis fluuij. Idem *lib.3.de bell.ciu.* Idem *lib.1.de bell.ciu.* Longum atque impeditum iter videbatur. Idem *ibid.* Impeditissima itinera. Impeditissimæ syluæ, idem 8. *bell. Gall.* Impeditior pugna, Liu. 4. *bell. Pun.*

Impĕdītĭo, nis, Prohibitio, occupatio, detentio. {κώλυσις, ἐμπόδιον. GALL. *Empeschement.* ITAL. *Impedimento.* GERM. Verhinderung. HISP. *Empacho.* ANGL. *A hindring, a letting.*} Cicer. 1. *de diuin.* Viget enim animus in somniis, libérque sensibus, ab omni impeditione curarum, iacente & penè mortuo corpore.

Impĕdīmēntum, i, Obstaculum. {ἐμπόδισμα, κώλυμα. GALL. *Empeschement.* ITAL. *Impedimento.* GERM. Verhindernuß. HISP. *Empacho.* ANGL. *An hinder.*} Impedimenta primus dixit M. Cato, vt scribit Senec. *epist.88.* Idem *cap.16. de cons. ad Helu.* Non remedia, sed impedimenta doloris. Idem *c.10. de tranquill.* Impedimenta crurum. (i. compedes.) Cic. 1. *de Orat.* Atheniensem Demosthenem, in quo tantum studium fuisse, tantúsque labor dicitur, vt primùm impedimenta naturæ diligentia, industriáque superarit. Terent. *in Andr.* Proinde hinc vos amolimini: nam mihi impedimento estis. ¶ In exercitu impedimenta dicuntur instrumenta, vel sarcinæ, vel etiam aliæ quæuis res, quæ ad vsum exercitus conferuntur. *σκευοφόρα*. Cæsar 1. *bell.Gall.* Alteri ad impedimenta & carros suos se contulerunt. ¶ Impedimentorum nomine etiam iumenta contineri docet Frontinus *in Stratag.* quum ait, In Hispania, à Petreio Pompeij legato in magna aquarum & pabuli inopia impedimenta fuisse interfecta.

IMPĔDO, as, Pedaminibus fulcio, sustentacula suppono. {ὑποστηρίζω, χαρακόω. GALL. *Garnir d'apuis, eschalasser.* ITAL. *Fortificare con fondamento.* GERM. Stecken an die räbstöcken auffrichten. HISP. *Rodrigar vides.* ANGL. *To proppe vp, to vndersett.*} Col. *lib.4.c.16.* Quum mensem tricesimum excesserit posita vinea, id est, tertio autumno, vehementioribus staminibus, statim impedanda est. Vnde impedata vinea, ab eodem dicta, quæ pedamentis fulta est.

‖Impelimenta impedimenta dicebant. Fest. D & L veteres aliquando commutabant.‖

IMPELLO, is, Induco, incito, concito. {נדף *nadháph* הדף *hadháph* דחה *dachháh* דחף *dachápb* הסית *hessíth.* ἐνάγω; ἀναπείθω. GALL. *Pousser de roideur.* ITAL. *Persuadere, scacciare, spingere, incitare.* GERM. Mit anhalten bewegen/treiben. HISP. *Empuxar, induzir con razones.* ANGL. *To driue forward, to persuade instantlie, to inforce.*} Salust. Aliter haud facilè eos ad tantum negotium impelli posse. Terent. *in Andr.* Dum in dubio est animus, paulo momento huc illuc impellitur. ¶ Item Impellere est vrgere. {אוץ *ats.* ὠθεῖν.} Virg. 4. *Æneid.*

Ferte citi flammas, date vela, impellite remos.

Plaut. *Amph.* Eadem nos formido timidas terrore impulit. Velleius, Impellens se in vulnus. Catull. *de com. Beren.*

——Impellens nutantibus aëra pennis.

¶ Impellere plaustrum in terram. Cato *cap.5.* Terram cariosam caueto ne ares, néve plaustrum, néve pecus in eam impellas. ¶ Aliquando est contorquere. Virg. 1. *Æneid.*

——cauum conuersa cuspide montem
Impulit in latus.

¶ Aliquando est labefactare. Plin. *lib.33.cap.11.* Immenso & Achaicæ victoriæ momento ad impellendos mares. ¶ Aliquando significat loco pellere. Liuius, Impulsa frons prima, & trepidatio subsidiis illata. Iuuen. *Sat.10.*

——vnde altior esset
Casus, & impulsæ præceps immane ruinæ.

Impellere ianuam digito. Cic. 4. *Tusc.*

Impūlsŭs, particip. Labefactatus, loco motus. {נדחה *nidcháh* נדחף *nidhchaph.* ὠσθείς. GALL. *Poussé, incité, esmeu.* ITAL. *Spinto, incitato, messo.* GERM. Bewegt. HISP. *Empuxado.* ANGL. *Put out of a place by force.*} Translatio sumpta ab arboribus, aut columnis, quæ conuelluntur, & paulatim nutant. Ouid. *Eleg.8. lib.1. Trist.*

At simul impulsa est (domus) *omnes timuere ruinam.*

Impūlsŭs, us, nomen, Incitatio, instigatio, impulsio. {דחי *dechi* מדחפה *madhchephah.* παρόρμησις. GALL. *Poussement, instigation, incitation.* ITAL. *Incitamento, instigatione.* GERM. Bewegung/treibung/anreytzung. HISP. *Empuxon, ò obra de empuxar.* ANGL. *Persuasion and inforcing.*} Cic. 2. *de nat. Deor.* Is autem ardor non alieno impulsu, sed sua sponte mouetur. Impulsu tuo, suo, vestro: hoc est, ductu, & suasu, atque hortationibus. Cic. *pro Rosc. Amer.* Ipsos certò scio non negare, ad hæc bona Chrysogonum accessisse impulsu suo. Plaut. *Aul. sc.6.a.4.* Per vinum, impulsu adolescentiæ.

Impūlsĭo, nis, Impulsus. {דחי *dechi* מדחפה *madhchephah.* ANGL. *An inforcing to do any thing.*} Cic. *lib.2. de Inuent.* Impulsio est, quæ sine cogitatione per quandam affectionem animi facere aliquid hortatur: vt amor, iracundia, ægritudo, &c. Inductio & impulsio ad hilaritatem, apud eundem 3. *de Orat.*

Impūlsŏr, oris, Instigator, incitator. {מסית *massith.* ὁ ὠθῶν ὁ κινητής. GALL. *Pousseur, qui induit, instigateur.* ITAL. *Che moue è sprona, incitatore.* GERM. Ein beweger/treiber/ein anhalter zu bereden. HISP. *Mouedor ò empuxador.* ANGL. *A persuader or counseller.*} Terent. *in Eunuch.* Here, ne me spectes, me impulsore hæc non fecit. Idem *in Adelph.* Tum autem, Syrum impulsorem vah quibus illum lacerarem modis! Plaut. *Aul. sc.6.a.4.* Deus mihi impulsor fuit. (i. amor.)

IMPĔNDĔO, es, di, sum, verbum est neutrum, idem significans quod supra aliquid pendeo, immineo. {תלה *taláh* קרב *karáb* בא *ba.* ἐπικρέμω, ἐπικρέμαμαι, ἐπαιωρέομαι, ἐπάνειμι. GALL. *Prendre dessus, pencher dessus.* ITAL. *Essere sopra, soprastare.* GERM. Oben vberteinhin hangen. HISP. *Estar colgado encima, estar cerca.* ANGL. *To hange aboue as it were to fall.*} Vt quum gladium, vel saxum alicuius capiti dicimus impendêre. Cic. 5. *de finib.* Gladium è lacunari seta equina appensum demitti iussit, vt impendêret illius beati ceruicibus. Idem 1. *de finib.* Accedit etiam mors, quæ quasi saxum Tantalo semper impendet. ¶ Accipitur per metaphoram impendêre pro instare. Idem *de Arusp. resp.* Tum vidi, ac multò antè perspexi, quanta tempestas excitaretur, quanta impendêret procella Reipublicæ. Cic. *Plancio.* Agitúrque præclarè, nosmetipsos regere possumus, ea quæ partim iam adsunt, partim impenderet, moderatè feramus, hoc est, propè vel parata sunt. Inuenitur aliquando hoc verbum habere pòst se accusatiuum. Terent. *in Phorm.* Ita nunc imparatum subitò tanta te impendent mala. Sen. *c.54.* Dubio impendente cœlo.

IMPĔNDO, is, di, sum, actiuum, Expendo, insumo, consumo, sumptus facio. {הוציא *hotsi.* δαπανάω, ἀναλίσκω. GALL. *Despendre, employer.* ITAL. *Spendere.* GERM. Anwenden/an ein ding bencken/dran setzen. HISP. *Despender ò gastar.* ANGL. *To spend, to bestowe.*} Plin. *in Epist.* In aquæductu, Domine, Nicomedienses impenderunt HS. XXX.CCC. XXIX. qui imperfectus adhuc relictus. Vnde Impensa, & Impendium. Ouidius 13. *Metam.*

At nihil impendit per tot Telamonius annos
Sanguinis in socios.

Senec. *cap.16. de consol. ad Helu.* Iustius illi, (sup. patri tuo) te seruari, quàm mihi impendi. (i. mea caussa) luctu intabescere. ¶ Per translationem impendere operam, curam, impendere laborem, dicimus pro operam, vel laborem in re aliqua collocare. Colum. *in præfat. lib.1.* Sic vt rosariis impenderet curam, quum à plerisque etiam maiora negligantur. Cic. *in Verr.* Impendere pecuniam in res vanas. Quint. Impendere laborem. Item, Impendere patientiam.

Impēnsŭs, nomen ex participio, insolens, immodestus. {רב *rab.* ἀλαζών. GALL. *Insolent, immodeste, desmesuré.* ITAL. *Insolente, immodesto.* GERM. Stoltz. HISP. *Demasiado, no modesto, destemplado.* ANGL. *That hath no modestie.*} Plaut. *in Capt.* Væ misero illi, cuius cibo iste factus impensior. Idem *in Bacch.* Pol quidem meo animo, ingrato homine nihil impensius est. ¶ Impensum pretium, pro immani, apud Cicer. & alios. Quintilian. *cap.18. lib.1.* Impensam operam dare. ¶ Impensior, & impensius; Gellius *cap.1. lib.20.* Impensiore damno vindicare iniuriam. ¶ Impensissimus, a, um. Sueton. *in Tiber. cap.13.* Coactus est tam suis, quàm matris impensissimis precibus reditum expostulare.

Impēnsă, æ, Expensa, sumptus. {δαπάνη, ἀνάλωμα. GALL. *Coust, despense.* ITAL. *Spesa.* GERM. Kosten/das außgeben. HISP. *Gasto ò despensa.* ANGL.

ANGL. *Expense, cost, charge.*} Cæl. *Cic. fam.* 8. Nec molestiam tibi cum impensa mea exhibeam. Cic. *ad Att.* Possessores nullam impensam fecerant, nondum instruxerant. Seneca *cap.* 9. *de tranquill.* Impensa studiorum liberalissima est. *Ibid. cap.* 15. Leui temporis impensa inuenerunt quomodo æterni fierent. ¶ Accipitur etiam impensa pro beneficio. Martial. *lib.* 1. *Epigr.*

Impensis vitam principis annumeras.

¶ Impensa pro stipatione & fartura. Apitius, Indes impensam præscriptam.

Impēnsē, aduerb. Valde, vel nimis. {מאד מאד *meódh meódh.* σφόδρα, ἄγαν. GALL. *Moult-fort, grandement.* ITAL. *Molto, grandemente.* GERM. Heftig/ vast/ überauß. HISP. *En grande manera, demasiadamente, mucho.* ANGL. *Greatlie, exceadinglie.*} Plaut. *Epid.* Est impensè improbus. Terent. *in Adelph.* Sed si id vultis, potiùs quæ vos propter adulescentiam Minus videtis, magis impensè cupitis, consulitis parum. Quintilian. Impensè aliquid petere. Gellius *cap.* 10. *lib.* 13. Impensè doctus. ¶ Impensiùs, pro vehementiùs siue multò magis. σφοδρότερον. Columell. Sed cuiusque disciplinæ prudentem delectant impensiùs ea, quæ propriis generibus distinguuntur, quàm quæ passim velut abiecta, & quodam aceruo confusa sunt. Plinius *lib.* 6. *Epist.* Quo impensiùs rogo, vt timori meo quotidie singulis, vel etiam binis epistolis consulas.

[Impensibilis, qui satis pendi seu ponderari non potest. Gell.]

Impendĭum, ij, Dispendium, impensa, sumptus, ab impendendo ære: quæ omnia inde habent originem, quod olim non numerabatur, sed appendebatur æs, quippe graue, & non signatum. {δαπάνη, ἀνάλωμα. GALL. *Coust, despense, perte.* ITAL. *Spesa.* GERM. Kosten/ das außgäben vnd anwenden. HISP. *Gasto, ò despensa.* ANGL. *Cost, expense.*} Cic. *pro Quintio*, Qui ab adolescentulo quæstum sibi instituisset sine impendio. ¶ Impendium etiam, teste Varrone, dicitur pecunia quæ in fœnore sorti accedit, hoc est, vsura ipsa, quòd fœnus cum sorte coniunctum vnum fiat, quasi compendium, {מרבית *marbith* תרבית *tarbith.* GALL. *Vsure, interest.* ITAL. *Vsura.* GERM. Wucher/ Das von dem hauptgut zu wucher gäben wirt. HISP. *La ganancia sopra el caudal.*} Cic. *ad Attic. lib.* 6. Itaque aut tutela cogito me abdicare, aut vt pro Glabrione Scæuola, fœnus & impendium recusare. Senec. *c.* 5. *consol. ad Marc.* Vel impendio vitæ prorogare.

Impēndĭōsŭs, a, um, qui plus æquo impendit, & plus consumit quàm par est. {δαπανηρός. GALL. *Grand despendeur.* ITAL. *Che fa molta spesa.* GERM. Verthnig/ außgäbig/ köstlich. HISP. *Despendedor ò gastador, que haze mucho gasto.* ANGL. *That spendeth to much.*} Plaut. *in Bacch.* Nimio præstat impendiosum te, quàm ingratum dicier.

Impēndĭō aduerbium intendendi, idem significans quod supra modum, impensè, vel plus satis: solique comparatiuo iungitur. {מאד מאד *meódh meódh* לרב *larób.* ἐν τίμῳ. GALL. *Moult-fort, grandement, demesurément.* ITAL. *Grandemente, con spesa.* GERM. Vast vil/ über die maß/ überauß. HISP. *En grande manera, muy mucho, demasiadamente.* ANGL. *Exceadinglie, beyond measure.*} Terent. *in Eunuch.* —& quia consimilem luserat iam olim ille ludum, impendio magis animus gaudebat mihi. Cic. *ad Attic. lib.* 10. At ille impendio magis odit Senatum. Sic etiam dicimus, Impendiò minùs, pro multò minùs. Plaut. *in Aul.* Atque ille verò minus minúsque impendio Curare, minus me impertire honoribus.

[Impendium, id quod impenditur, ἀνάλωμα. propriè est pecunia, quæ erogando pendi solebat. Hinc

Impendia dicuntur, quæ sunt necessaria in rem aliquam.]

IMPĒNĔTRĀLĒ, Cuius vltimum (inquit Festus) penetrare non licet. ἄδυτον.

Impĕnĕtrābĭlĭs, e, quod penetrari non potest. {ἀδιεξίτητος, ἀδιέξοδος. GALL. *Qu'on ne peut penetrer.* ITAL. *Impenetrabile.* GERM. Undurchtringlich/ das man nicht durchtringen mag. HISP. *Cosa que no se traspassa.* ANGL. *That cannot be pearced, or entred.*} Liu. 2. *bell. Pun.* Et quum auersi, ac diuerso latè agmine à tam multis simul venientibus haud sanè impenetrabiles essent, in litus passim naues egerunt. Mens impenetrabilis iræ, Silius *lib.* 17. Armis impenetrabilis, Stat. 3. *Thebaid.* Pudicitia impenetrabilis, Tacit. *lib* 4.

[IMPENNATVS, pennis non præditus.]

Impēnnātās agnas, inquit Festus, in Saliari carmine veteres pro spicis vsurpatunt quæ non habent aristas. Agnas enim nouas voluerunt intelligi.

IMPĒNSĬBĬLĬS, e, Inconsiderabilis, quod satis expendi non potest. {ἀσύμβλητος, ἀτίμητος. GALL. *Qui ne se peut assez peser.* ITAL. *Che non si può assai considerare.* GERM. Unmöglich/ das man nicht genug erwägen vnd bedencken kan. HISP. *Cosa que no se puede considerar y pesar.* ANGL. *That can not be weighed or considered ynough.*} Gell. *lib.* 11. *cap.* 5. Omniúmque rerum fidem, veritatem, mistis confusisve signis veri atque falsi, ita impensibilem videri aiunt, vt quisquis homo est, &c.

Impēnsĭūs, impensè, vide *Impendo.*

Imperce. Plaut. *Amph.* Atque imperce quæso, menses tibi exactos vides. Festus, impercito, parcito.

Impĕrcēptŭs, adiect. Quod satis perceptum non est, quódve satis percipi non potest. {ἀκατάληπτος. GALL. *Qu'on n'a peú comprendre n'entendre.* ITAL. *Che non s'è potuto intendere.* GERM. Unbegreifflich/ das man noch nicht recht gefaßt hatt. HISP. *Cosa no entendida.* ANGL. *That can not be perceiued ynough.*} Gellius *lib.* 14. *cap.* 1. Minora maioribus imperceptiora.

Impercussŭs, adiect. {ἄπληκτος, ἄκτυπος. GALL. *Qui n'est point frappé ou blessé, sans bruit.* ITAL. *Senza strepito.* GERM. Nicht rauschend/ one getöß vnd anstoß. HISP. *Sin estruendo ò sonido.* ANGL. *That is not stricken.*} vt, Pedes impercussos mouere, hoc est, sine strepitu. Ouid. 3. *Amor. Eleg.* 1.

Atque impercussos nocte mouere pedes.

Impĕrdĭtŭs, a, um, quod perdi destruire non potest. {διαφθαρτος, ἀνώλεθρος. GALL. *Qui n'est point perdu, gasté, ne destruit, sain & saune.* ITAL. *Che non si può destruggere.* GERM. Unuerderbt/ vnzerstört. HISP. *Lo que no se puede destruyr.* ANGL. *Neuer lost or destroyed.*} Virg. 10. *Æneid.*

Et vos, ò Graiis imperdita corpora Teucri.

Vbi Seruius, Imperdita corpora Gratis, quos Græci perdere nequiuerunt. Pectora imperdita, Statius *lib.* 3. *Thebaid.*

Impērfĕctŭs, a, um, Nondum absolutus. {חסר *chasér.* ἀτελής. GALL. *Imparfait.* ITAL. *Imperfetto.* GERM. Unuolkommen. HISP. *No acabado de hazer.* ANGL. *Vnperfite.*} Virg. 8. *Æneid.*

——— *pars imperfecta manebat.*

Ouid. 4. *de Pont. Eleg.* 16.

———*imperfectúmque dierum*

Deseruit celeri morte Sabinus opus.

Idem *Eleg.* 3. *lib.* 1. *Trist.*

Nec mora sermonis verba imperfecta relinquo.

Impērfŏssŭs, a, um, Non perfossus. {ἄτρητος. GALL. *Qui n'est point percé.* ITAL. *Non pertuggiato ò forato.* GERM. Undurchgegraben. HISP. *No passado, ò horadado.* ANGL. *Not digged or frust trough.*} Ouid. 12. *Met.*

———*manet imperfossus ab omni*

Inque cruentatus Ceneus Elateius ictu.

Impĕrātŏr, Imperiosus, vide *Impero.*

[Imperialis, *Imperial*, in regno Chilensi, V. E. sub A. Platensi, vel Limensi, Amenica Meridionali.]

IMPĔRĪTVS, a, um, Non peritus, expers, inscitus, ignarus, rudis, indoctus. {אויל *evil* שגג *scheghégh* שגב *scheghéb.* ἀδαήμων, ἄπειρος, ἀπραγμοσύνης. GALL. *Qui n'est point expert, ignorant.* ITAL. *Ignorante, poco prattico.* GERM. Unerfaren/ vnbericht. HISP. *No experimentado, ni sabio, necio.* ANGL. *Vnskillfull, ignorant.*} Terent. *Adelph.* Homine imperito nunquam quicquam iniustius. Idem *in Eunuch.* Non adeò inhumano sum ingenio Chærea, neque tam imperita, vt quid amor valeat, nesciam. Plaut. *Capt. sc.* 2. *a.* 5. Eia credo imperito plagas minitaris mihi. (ἄπειρος.) Cæs. *lib.* 2. *de bell. ciu.* Imperiti homines incauti. ¶ Imperitus)(callidus, quemadmodum rudis)(astutus. Cic. *pro Rosc. Comœdo*, Callidum imperitus non fraudat. ¶ Imperita multitudo, imperitum vulgus. Idem 1. *Offic.* Etenim, qui ex errore imperitæ multitudinis pendet, hic in magnis viris non est habendus. Plin. *lib.* 34. *cap.* 34. Quod imperitum vulgus appellat ferrum viuum. Imperitus rerum. Terent. *in Andr.* Túne hic homines adolescentulos, imperitos rerum, eductos liberé, in fraudem illicis?

Impĕrītĭă, æ, inscitia, inertia. {אוולת *ivvéleth* שגגה *scheghagháh.* ἀπειρία, ἀτεχνία, ἀπραγμοσύνη. GALL. *Ignorance, faute d'experience & sçauoir.* ITAL. *Ignoranza, mancamento di sperienza.* GERM. Unerfarung/ vnkönnenheit/ vnwissenheit. HISP. *Inexperiencia, ò no sabiduria, ignorancia.* ANGL. *Vnskilfulnes.*} Plin. *lib.* 17. *c.* 2. Contra Circium serere imperitia existimatur.

Impĕrītē, aduerb. Indoctè, negligenter. {ἀπείρως. GALL. *Sottement & lourdement, ignoramment.* ITAL. *Ignorantemente.* GERM. Unweißlich/ one geschicklich. HISP. *Sin experiença.* ANGL. *Vnskil fullid.*} Cicer. *de clar. Orat.* Dicebat enim Scipio non imperitè: Coeúsque Pompeius Sext. F. aliquem numerum obtinebat. Idem *pro Corn. Balbo*, Quid enim potuit dici imperitius?

Impĕrĭto, Imperium, vide *Impero.*

Imperiuratus, adiect. Non peieratus: vt, Amnis aquæ imperiuratæ. id est, Styx, per quam Dij iurantes nunquam peierabant. Ouid. *in Ibin*,

Quique per infernas horrendo murmure valles

Imperiurata laberis amnis aqua.

IMPĔRO, as, à paro. Iubeo, præcipio, mando, imperium teneo. {צוה *tsivváh.* κελεύω, ἐπιτάσσω. GALL. *Enioindre, commander d'authorité.* ITAL. *Imperare, commandare.* GERM. Gebieten/ herrschen/ heissen. HISP. *Mandar con señorio, enseñorear.* ANGL. *To command with authoritie, to haue the lorship and rule ouer.*} Plaut. *Menæch. sc.* 6. *a.* 5. Impera quiduis. Idem *Aulul. sc.* 4. *a.* 1. Impero, auctórque sum, vt me castrandum loces. Idem *Men. sc.* 7. *a.* 5. Ne minus mihi imperes, quàm quum seruus tuus fui. Idem *Asinar. sc.* 3. *a.* 3. Quiduis egestas imperat. Idem *Pseud. sc.* 4. *a.* 1. Quin tu quicquid opus est audacter imperas? Idem *Most. sc.* 3. *a.* 1. Audi, hem, tibi imperatum est. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 5. Ecce Apollo mihi ex Oraculo imperat, vt ei oculos exuram. Terent. *in Andr.* Non imperabat coràm quid opus facto esset puerperæ. Idem *in Eunuch.* Hos priùs introducam: & quæ volo, simul imperabo. Cicer. 3. *de legib.* Qui bene imperat, paruerit aliquando necesse est: & qui modestè paret, videtur, qui aliquando imperet, dignus esse. ¶ Imperare tributum dicitur princeps, quando subditos imperio cogit ad conferendum tributum. Imperare pecuniam, arma, naues, obsides. Idem *ad Attic. lib.* 4. Obsidibus acceptis, nulla præda, imperata tamen pecunia. Cæs. *lib.* 1. *bell. ciuil.* Tota Italia delectus habentur, arma imperantur, pecuniæ, &c. Cic. 7. *Verr.* Superiorum Prætorum consuetudo quum hæc fuisset, vt naues ciuitatibus, certúsque numerus nautarum, militúmque imperaretur, tu & maximæ & locupletissimæ ciuitatis Mamertinæ nihil horum imperauisti. Idem *pro lege Manilia*, Idem Cretensibus, quum ad eum vsque Pamphyliam legatos deprecatorésque misissent, spem deditionis non ademit, obsidésque imperauit. ¶ Imperare, pro velle. Terent. *in Andr.* Animo iam nunc otioso esse impero. Vbi Donatus, Impero, pro volo.

Impĕrŏr, aris, passiuè. Horat. *lib.* 1. *epist.* 5.

Hæc ego procurare, & idoneus imperor, & non Inuitus.

Senec. *lib.* 1. *Theb.* Malo imperari, quàm eripi mortem mihi.

Impĕrātum, Iussum, mandatum. {מצוה *mitsváh* צו *tsav.* πρόσταγμα. GALL. *Commandé.* ITAL. *Commandato.* GERM. Ein gebott. HISP. *Cosa mandada, ò imperada.* ANGL. *A commandement.*} Vnde facere imperata, pro parère mandatis, apud Cæs. 1. *bell. Gall.* Liuius, Qui quum in pace essent, imperataque prioribus Consulibus fecissent. Plaut. *Ps. sc.* 3. *a.* 1. Hominem callidum qui imperata effecta reddat.

Impĕrĭto, as, frequentatiuum est ab impero, מלך *maléch* משל *maschál.* κρατέω, ἄρχω. GAL. *Commander, gouuerner.* ITAL. *Commandare, imperare.* GERM. Gebieten/ mit gewalt heissen. HISP. *Mandar con señorio, enseñorear.* ANGL. *To rule with authoritie, or to gouerne.*} Plaut. *in Capt.* Quod antehac pro iure imperitabam meo. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 2. Tyrannus qui imperitat Pseudolo. Liu. 1. *ab Vrbe*, Qui Cæiare opulento tum oppido imperitans. Horat. 2. *Serm. satyr.* 7.

———*nempe*

Tu, mihi qui imperitas, aliis seruis miser.

Imperā

Impĕrātōr,is, Dux, ad quem rei militaris summa refertur: ab imperando dictus, propterea quòd exercitui, quæ facto opus sunt, imperet. {גביר nagbidu משׁל moschel מלך mélech. πολέμαρχος, ἡγεμών, αὐτοκράτωρ. GALL. Commandeur, empereur, chef de guerre. ITAL. Capitano generale. GERM. Oberster eines kriegsheers. Item, Der oberst regent deß Römischen reichs/ Keyser. HISP. Emperador, ò capitan general. ANGL. An emperour, he that hath authoritie to commande.} Etsi autem hoc nomine appellabantur omnes qui alicui bello præerant: tamen propriè nemo id nominis consequebatur, nisi re bene gesta, atque aliquot millibus hostium cæsis. Tum enim acclamatione militum, vel senatus decreto Imperatoris nomen dabatur. Plaut. *Amph. sc. 3. a. 1. & Mil. sc. 1. a. 1.* Summus Imperator vbi non adest ad exercitum. Idem *Amph.* Summus Imperator diuûm atque hominum Iupiter. *Ibidem,* Imperator Thebanorum & Creontis vnicus. Idem *Amph. sc. 4. a. 4.* Idem *Men. sc. 4. a. 2.* Herus me dicto emit audientem haud Imperatorem sibi. Idem *Asin. sc. 3. a. 3.* Salus interioris corporis & amoris imperator. Idem *Curc. sc. 2. a. 1.* Redi lena. A. Imperator qui es. Idem *Capt. sc. 2. a. 2.* Vt Imperator fui familiæ, (id est, dominus.) Cic. 4. *Phil.* Faciam igitur vt imperatores instructa acie solent, quamquam paratissimos milites ad prœliandum videant, vt eos tamen adhortentur. Idem 2. *Tusc.* In primis laudabat illud, quòd diceret, eosdem labores non esse æquè graues imperatori & militi, quòd ipse honos laborem leuiorem faceret imperatorum. Nunc summi principis Romani imperij nomen solùm est sacrosanctum, maiestatémque non impunè violabili munitum. Græci αὐτοκράτορα vocant. ¶ Prænomen Imperatoris, cognomen patris patriæ sumpsit. Iul. Cæsar, vt auctor est Suet. *c. 76.* in illius vita.

Impĕrātrix, icis, fœmininum. {מלכה malchah משׁלת moschéleth. ἡ βασιλίς, ἡ αὐτοκράτειρα, ἡ ἡγεμονίς. GALL. Imperatrice, femme qui est chef de guerre. ITAL. Imperatrice. GERM. Ein herrscherin/ Keyserin. HISP. La hembra que manda ò señorea. ANGL. An empresse.} Cic. *pro Cælio.* Prægestit animus iam videre, primùm lautos iuuenes, mulieris beatæ ac nobilis familiares: deinde fortes viros ab imperatrice in insidiis, atque in præsidio balnearum locatos.

‖Imperialis, e, Adiect. imperatorius. Iul. Capitolinus *in Pertinace*: Imperium & omnia imperialia sic horruit, vt sibi semper ostenderet displicere.‖

Impĕrātōrĭus, a, um, Quod ad imperatorem pertinet. {στρατηγικός, βασιλικός, ἡγεμονικός. GALL. Imperial, des appartenances d'un chef de guerre. ITAL. Imperiale, imperatorio. GERM. Das zu einem obersten Feldherren gehört. HISP. Cosa para imperar. ANGL. Imperial, belonging to an emperour or empresse.} Cicer. 3. *Verr.* Imperatorium ius. *Ibidem,* Publius Seruilius quæ signa atque ornamenta ex vrbe hostium virtute capta, belli lege, atque imperatorio iure sustulit, ea populo Romano asportauit. Senec. *cap. 14. de consol. ad Marc.* Imperatoria munia obire.

‖Imperatoriè, Aduerb. Trebellius Pollio *in Claudio*: dumque se ad id bellum, quod confecit, imperatoriè instruit.‖

Impĕrium, ij, Significat iussum, vel præceptum. {מצוה mitsuáh. ἐπίταγμα. GALL. Puissance sur autruy, commandement. ITAL. Commandamento, imperio. GERM. Ein geheyß/ befelch/ gebott. Item, Ein Reich/ oder herrschafft. HISP. El señorio, ò mandado de gran señor. ANGL. Dominion, authoritie, rule, empire.} Virg. 4. *Æneid.*

Imperio læti parent.

Plaut. *Men. sc. 6. a. 5.* Vt imperium meum habeatis curæ, quæque imperaui, atque impero. *Ibidem,* Heri imperium benè exequor. Idem *Aul. sc. 1. a. 4.* Herile imperium condiscat (seruus.) Idem *Asin. sc. 1. a. 3.* Hoccine est pietatem colere, matris imperium minuere. Idem *Pseud. sc. 7. a. 4.* Qui nihili imperium heri seruus facit. Idem *Asin. sc. 4. a. 2.* Tu verò imperium meum contempsisti. (ibi loquitur Atticensis seruus.) Idem *Amph.* Non soleo somniculosè heri imperia persequi. Idem *ibid.* Eius dicto imperio (pro dicto & imperio) sum audiens. Idem *Asin. sc. 1. a. 1.* Argentum accepi, dote imperium vendidi, (i. auctoritatem in vxorem.) Idem *Pseud. sc. 4. a. 2.* Seruas imperium probè, (pro pares.) ¶ Aliquando dicitur dominium, aut regnum. {ממשׁלה memschaláh. ἡγεμονία, ἀρχή, δυναστεία.} vt apud Virg. *lib. 1. Æneid.*

Imperium Oceano, famam qui terminet astris.

¶ Aliquando est potestas, vel iurisdictio, Vlp. *de iurisd. omnium iud. l. imperium.* Merum est imperium, habere gladij potestatem ad animaduertendum in facinorosos homines, quod etiam *potestas* appellatur. Mistum est, cui etiam iurisdictio inest, quod in danda bonorum possessione consistit: vt iurisdictio, iudicij danda licentia. Cæsar *lib. 1. de bell. ciu.* Ab imperiis vacare prouinciæ (h. e. à Proprætoribus, siue Proconsulibus.) Liu. *lib. 34.* Imperium est in hac ciuitate. Item idem *lib. 4. d. 4.* Imperium de Triumuiris dedi coloni.

Impĕriōsus, [illegible] seuerus in imperando. {ἀρχικός, δεσποτικός. GALL. Qui est trop arrogant à commander. ITAL. Imperioso, troppo arrogante nel commandare. GERM. Herrschig/ maisterhaffte der zu vieng herrschet. HISP. El que manda como señor, ò que muy mucho manda. ANGL. Imperious, lordly, stately.} Cic. *in Oratore,* Cognoscat etiam rerum gestarum, & memoriæ veteris ordinem, maximè scilicet nostræ vrbis sed & imperiosorum populorum & regum illustrium. Liu. 7. *ab Vrbe,* Eodem tenore duos insequentes Consulatus gessit: eodem hæc imperiosa dictatura geretur. Sic etiam [illegible] *de Senibus,* Manlium illum torquatum, qui filium, quòd iniussu suo cum hoste pugnasset, securi percussit, vocat Imperiosum, hoc est, nimis seuerum & crudelem in imperando. Plaut. *in Pseud.* Nam necesse est hodie Sicyoni me esse, aut cras mortem exequi: Ita herus meus est imperiosus. Imperiosus sibi ipse imperat, qui vitæ suæ modum habet: qui cupiditati, iracundiæ, libidini dominatur. Horat. 2. *Serm. satyr. 7.*

Quisnam igitur liber? sapiens, sibique imperiosus.

Plaut. *Asin. sc. 4. a.* [illegible] Nimis imperiosus est. Idem *Capt. sc. 1. a. 3.* Basilicas edictiones, atque imperiosas habet. ¶ Imperiosissima & superbissima familia. Liu. [illegible] Quintil. Vim imperiosissimam habet risus. ¶ Ab imperiosus fit comparatiuus imperiosior. Horat. 1. *Carm. Ode 14.*

—— [illegible] sine funibus

Vix durare carinæ

Possunt imperiosius Æquor.

Calepini Pars I.

Impĕriōsè, aduerbium, hoc est, seuerè, acerbè, & imperiosi domini more.

‖Imperco, parco. Fest.‖

Impermissŭs, a, um, adiectiuum. Illicitus. {ἀθέμιτος. GALL. Qui n'est point permis, ne licite. ITAL. Non permesso, non licito. GERM. Vnerlaubt nicht nachgelassen. HISP. Illicito. ANGL. Vnlawfull.} vt, Gaudio impermissum, id est, illicitis concubitus, apud Horat. 3. *Carm. Ode 6.*

IMPERSONALE verbum, dicitur quod non habet certas, aut distinctas personas, aut numeros: sed sub eadem voce omnibus personis vtriusque numeri attribuitur, ἀπρόσωπον. Eius duæ sunt species: quædam enim sunt impersonalia actiuæ vocis, quædam passiuæ. De contractione eorum, vide Syntaxin: neque enim hic vocum constructionem, sed significationem docendam suscepimus.

Impersonaliter, Aduerbium, cuius significatio exemplo faciliùs patebit. Florent. *in l. fine, ff. de stipul. seruo.* Siue mihi, siue sibi, siue conseruo suo, siue impersonaliter dari seruus meus stipuletur, mihi acquiret.

‖Imperspectius, cui conspectius opponitur. Gell. *lib. 1. 7.* Illud enim sic compositum iucundius ad aurem conspectiusque, insuauius hoc imperfectiusque est.

Imperspicuus, ἀσαφής. Plin. *lib. 1. Epist.* Neque enim minus imperspicua, incerta, fallacia sunt iudicum ingenia, quàm tempestatum, terrarumque.‖

Impertĕrrĭtus, a, um, qui nulla re terretur. {ἄφοβος, ἀκατάπληκτος, ἀδεής. GALL. Qui n'est point espouuanté. ITAL. Che non ha paura di cosa alcuna. GERM. Vnerschrocken/ vnerschrocken/ vnertzaget. HISP. No espantado. ANGL. VVithout feare or dread.} Virg. 10. *Æneid.*

—— manet imperterritus ille.

Imperterritus equum appellebat, Silius *lib. 7.*

IMPERTIO, is, Participem facio, tribuo, diuido, partior, communico. {חלק chalák [illegible] μεταδίδωμι. GALL. Departir, donner. ITAL. Partire, impartire, far partecipe. GER. Mittheilen/ zutheilen. HISP. Partir ò dar parte. ANGL. To giue part of some thing to an other.} Cic. *de Orat. 2.* Ex te exorabo profectò, vt mihi quoque tuæ suauitatis aliquid impertias. Idem *in Catilinam,* Deinde collegæ meo laus impertitur. Terent. *Eunucho.* Plurima salute Parmenonem summum impertit Gnato. Senec. *c. 7. de consol. ad Polyb.* Impertire se rei alicui. Plaut. *Prolog. Aul.* Minus minúsque impendio curare, minúsque impertire honoribus. Idem *Pseud. sc. 5. a. 1.* Si quid supersit Vicinos impertio salute. Cic. *de petit. Consul.* Impertire operam suam. ¶ Impertire aliquem osculo. Sueton. *in Nerone cap. 37.* Certe neque adueniens, neque proficiscens quemquam osculo impertiuit, ac ne resalutatione quidem. ¶ Impertitus honore. Idem *in Claud. cap. 4.* Nec dubium est, quin post hæc Augustus constituerit, & reliquerit eum nullo præter auguralis sacerdotij honore impertitum. ¶ Legitur & impertior deponens. Cic. *pro lege Manilia,* Atque vt omnes intelligant, me Lucullo tantum impertiri laudis, quantum viro forti debeatur. Idem *pro Archia,* Multis gratuitò ciuitatem in Græcia homines impertiebantur.

Impertītŭs, a, um, passiua significatione. Suet. *in Claud. c. 4.* Nec dubium est quin post hæc Augustus constituerit & reliquerit eum nullo præter auguralis sacerdotij honore impertitum, &c.

Impertŭrbātus, adiectiuum. {ἀπερίσπαστος, ἀτάραχος. GALL. Qui n'est point troublé, sans perturbation. ITAL. Non perturbato, chiaro. GERM. Vnbetrübt/ oder vnbekümmert. HISP. No turbio ò perturbado. ANGL. That is not troubled.} Contrarium est Turbato. Plin *lib. 2. c. 23.* Imperturbata lux. Ore imperturbato bibere venenum. Ouid. *in Ibin.*

Impĕruĭŭs, a, um, vt Amnis imperuius, id est, non vadosus. {ἄπορος. GALL. Par où on ne peut passer. ITAL. Oue non si può passare. GERM. Nicht durchgängig/ oder nicht durch zuwandern. HISP. No passadero, que no se puede passar. ANGL. VVithout passage.} Ouid. 9. *Metam.*

Verticibúsque frequens erat, atque imperuius amnis.

Quintil. Non imperuium iter.

‖Impesa, impensa. Salmas.‖

IMPESCO, is, ere, In lætam segetem pascendi gratia immittere, inquit Festus.

Impĕs, tis, vide Impetus in *Impeto.*

Impĕtīgo, inis, tertia syllaba producta. {ילפת iallépheth. λειχὴν quibusdam, aliis ἀλφὸς. GALL. Galle ou gratelle, ou feu volage. ITAL. Volatico. GERM. Die böse spitzige raud. HISP. El empeine. ANGL. A ringe worme running with a dry scable and itching in any part of the body.} Fœdatio cutis, serpens cum pruritu, quam alij scabiem siccam, asperam & prominentem intelligunt: alij morbum similem scabiei squamosum, corpúsque dehonestantem. Ab impetu nomen deductum. Serenus,

Si verò vitium est, quod ducit ab impete nomen,

Hæc matutina poteris cohibere saliua.

Et apud Col. *lib. 5.* scribitur, quòd impetigines, & scabies aceto & alumine defricantur in equis. Plin. *lib. 13. c. 7.* Hyberna caprificus in aceto cocta & trita impetigines tollit. Impetiginis species sunt quatuor, quas vide apud Cels. *lib. 5.* ¶ Formam impetiginis notæ in corpore, ex prurigine assiduóque ac vehementi strigilis vsu. Sueton. *in Aug. c. 80.* Olim etiam pro eodem dicebatur impetix, teste Festo. Item petigo: quod vicina petat, sese latè summa cute diffundens. Lucil. *lib. 10.* vt citat Non. Illuuies, scabies oculos huic, denique petigo.

IMPETO, is, Inuado, adorior, irruo, peto. {עשׁק [illegible] aschak נפל naphál. ἐπεισπίπτω. GAL. Courir sus, assaillir. ITAL. Assaltare. GERM. Anfallen/ mit gewalt angreiffen. HISP. Arremeter acometiendo. ANGL. To inuade, assaille, or sett vpon.} Varr. 3. *de re rust. cap. 16.* Itaque impetentes à se eiiciunt fucos, quod hi, &c. Apul. Iurgiis me oppido impetens.

Impetus, us. Vis, vel violenta inuasio. {פעם pàham חזק chózek. ὁρμή, ἐπιδρομή. GALL. Impetuosité, vehemence, effort, assaut, choc. ITAL. Empito, assalto, violenza. GERM. Anfallung/ vngestümmigkeit. HISP. Arrebatamiento, acometimiento. ANGL. Inuasion, assaute.} Plin. *de vir. illustrib.* Quum Tarquinios in vrbem restituere tentaret, & primo impetu lanceum cepisset. Lucret. *lib. 1.*

Quamlibet in partem trudunt res antè, ruúntque

Impetibus crebris.

Plaut. *Amph.* Impetu alacri fœdant, & proterunt hostium copias. Velleius, Vir impetus ad bella maximi. Plaut. *Amph.* Facit rectà in angues impetum. Idem *Capt. sc. 3. a. 4.* Metui ne quasi lupus in me faceres impetum.

petum. Item, Impetu strennus erat Sex. Pompeius. Suet. *in August. c. 40.* Impetus me cepit. (i. magna cupiditas.) Idem *in Othon. cap. 9.* Statim impetum moriendi cepit. Liu. 4. *& 5. ab Vrbe*, Impetum dare in aliquem. Et Suet. *in Calig. cap. 43.* Expeditionis Germanicæ impetum cepit. Legimus etiam *Impete* ab antiquo verbo impes, quod nunc non est in vsu. Stat. 7. *Thebaid.*

Transiliunt campos, aurigámque impete vasto
Corripiunt.

Plaut. *in Amphitr.* quis tam vasto impete has foreis toto conuulsit cardine?

‖Impeteius, ὁρμητής. Gloss. qui cum impetu fertur ad aliquid.

Impetibilis, qui peti, prehendi non potest.‖

Impĕtŭōsŭs, a, um, qui magno fertur impetu. {ὁρμητής, ὀρμητικός. GALL. *Impetueux.* ITAL. *Impetuoso.* GERM. Ungestümmig/gäch. HISP. *Cosa muy arrebatada.* ANGL. *That hath a great force withit.*} Plin. *lib. 35. c. 10.* Impetuosus animus.

‖IMPETRIRE, impetrare, litare inextispicina. Cic. 2. *de diuin.* Qui euenit, vt is, qui impetrire velit, conuenientem hostiam rebus suis immolet. ¶ Impetrire, in auguriis est litare, Scal.‖

Impĕtrĭtŭs, a, um, qui est stabilis, quasi in petra fixus. {נאמן *neemán.* βέβαιος.} Plaut. *in Asin.* Impetritum, inauguratum est.

IMPĔTRO, as, Obtineo, aufero: ex in, & patro. vnde & Perpetro, pro perficio {פעל *lakách.* ἐξαιτοῦμαι. GALL. *Impetrer, obtenir.* ITAL. *Impetrare, ottenere.* GERM. Erwerben/erlangen. HISP. *Alcançar por ruegos.* ANGL. *To obteine by request.*} Plaut. *in Curc. sc. 1. a. 1.* neque quicquam queo Æqui bonique ab eo impetrare. Idem *Capt. sc. 1. a. 2.* Quid nimis cupio vt impetret. (i. reconciliet & redimat filium.) *Ibid. sc. 1. a. 2.* Dum id impetrant quod volunt, boni sunt. Idem *Mil. sc. 1. a. 2.* Confido te impetraturum. (i. effecturum quod petis.) Velleius, Impetrauit ab eo vt manum sibi commodaret. (sup. ad necem.) Idem *Most. sc. 3. a. 1.* Eundem animum gratum mihi esse oportet, vt impetraui atque olim eum extrudi. Terent. *in Hecyr.* Videndum est ne minus propter iram hanc impetrem quod possiem: aut ne faciam plus, quod post minus me fecisse satius sit.‖ ¶ Impetro est etiam verbum auspicum, qui impetrant, quum feliciter inueniunt & obtinent, quod spectione & sortitione quærunt.‖

Impetrātĭo, nis, verbale. {ἐξαίτησις, ἐπιτυχία. GALL. *Impetration.* ITAL. *Impetratione.* GERM. Erwerbung/erlangung. HISP. *Alcançamiento.* ANGL. *An obteining by request.*} Cic. *ad Attic. lib. 11.* Illud molestius, istas impetrationes nostras nihil valere.

Impetrābĭlĭs, e, passiuè, quod facilè potest impetrari. {εὐεξαίτητος. GALL. *qui aisement se peut impetrer.* ITAL. *Che facilmente se può impetrare.* GERM. Das gut zu erwerben oder zu erlangen ist. HISP. *Cosa que se puede alcançar.* ANGL. *That is easilie obteined by request.*} Liu. 6. *bell. Maced.* Itaque præmissis à Philippo qui spem impetrabilis veniæ ostendebant, &c. Idem, Omnia & impetrabilia & tuta. ¶ Aliquando actiuè accipitur pro eo qui facile impetrat. Plaut. *in Most.* Non potuit venire orator magis ad me impetrabilis. Idem *in Merc.* Impetrabilior, qui viuat, nullus est dico.

Impetrāssŏ, pro impetro veteres dixêre. Plaut. *in Aul. sc. 4. a. 4.* Et istuc confido à fratre me impetrassere.

Impexŭs, a, um. Non pexus, vt Barbæ impexæ, ἄκτενος. GALL. *Qui n'est point peigné, n'accoustré.* ITAL. *Non pettinato.* GERM. Ungestrelt. HISP. *Cosa no peynada, ò no rasa.* ANGL. *Vnkembed.*} Virg. 4. *Georg.*

Stiriaque impexis induruit horrida barbis.

Antiquitas tristis & impexa, id est, inculta, apud Tacit. *in Dial. de Orat.* Comæ impexæ, Ouid. 5. *Fast.* Idem 1. *Fast.*

——*Impexas debes habere comas.*

IMPĬCO, as, are, Pice illino. {πισσόω. GALL. *Empoisser, enduire ou oindre de poix.* ITAL. *Vngere di pece.* GERM. Verbechen. HISP. *Empegar con pez.* ANGL. *To couer or ouersmere with pitch.*} Columell. *lib. 12. cap. 29.* De lacu, quàm recentissimum addito mustum in amphoram nouam, eámque oblinito, & impicato diligenter, ne quicquam aquæ introire possit.

IMPĬGER, Alacer, strenuus, assiduus, diligens. {חרוץ *charûts* שקוד *schakôdh* זריז *charêdh.* ἄοκνος. GALL. *Qui n'est point paresseux.* ITAL. *Diligente, sollecito.* GERM. Hurtig/emsig/fleissig/unverdrossen. HISP. *No perezoso, diligente.* ANGL. *Quicke, diligent, nimble.*} Tibull.

Impiger Æneas volitantis frater amoris.

Cic. Quis est tam impiger in scribendo, quàm ego? Horat. 1. *Epist.*

Impiger extremos currit mercator ad Indos.

Cic. *pro Font.* Virum ad labores belli impigrum, ad pericula fortem.

Impĭgrē, aduerb. Diligenter. {ἀόκνως. GALL. *Sans paresse, diligemment.* ITAL. *Diligentemente, velocemente.* GERM. Hurtiglich/unverdrossenlich/fleissiglich. HISP. *No perezosamente, ligeramente.* ANGL. *Diligentlie, quickely.*} Liu. 2. *ab Vrbe*, Impigrè sequuti sunt. Plaut. *in Rud.*—nam vt de nocte multa, impigréque exurrexi, lucrum postposui sopori & quieti. Liu. 4. *bell. Pun.* Omnia impigrè facta.

‖Impigrabile, ἀπροφάσιστον. Gloss.‖

Impigrĭtās, atis, pro impigritia. {ἀοκνία. GALL. *Diligence à faire quelque chose.* ITAL. *Diligenza, solecitudine.* GERM. Unfaulkeit/unverdrossenheit. HISP. *Aquella no pereza, presteza.* ANGL. *Diligentenesse, quickenesse, lustinesse.*} Cic. *lib. 3. de repub.* vt citat Nonius, Nunquam viri fortissimi fortitudinis, impigritatis, patientiæ.

Impilia leguntur, apud Vlp. *in l. 23. de aur. & argent.* opinor pro fasciolis quibus mulierum crines alligantur, quasi ad pilos pertinentes. Fasciæ, inquit, crurales pedaleisque & impilia vestis loco sunt, quia partem corporis vestiunt. Varro, tertiam hanc fasciolam appellat.

IMPINGO, is, egi, actum, Ex in, & pango, significat impello, & illido. {כשל *chaschál* השליך *hischlîch.* ἐμπίπτω, ἐμβάλλω, προσαράσσω. GALL. *Ruer & ietter contre, heurter contre.* ITAL. *Vrtare, percuotere, spingere.* GERM. Anstossen/anstellen/anbutschen. HISP. *Empuxar, tropeçar en cosa le sua.* ANGL. *To beat or dash against a thing.*} Cic. *lib. .. Tusc.* Quid? tunc calix mulsi impingendus est, vt plorare desinat. Impingendus dixit, quasi illudentis & nolenti ingerendus. Virg. *lib. 5. Æneid.*

Frustrataque sequens impingeret agmina muris.

Impingere fustem alicui. Cæl. *Cic. famil. 8.* ¶ Plaut. *in Capt. sc. 3. a. 3.* pro impono vsurpauit, Iubete huic crassas compedes impingier. Senec. *cap. 10 de tranquill.* Impegit tibi laqueum fortuna. Idem *epist. 47.* Impingere titulum seruo. Plaut. *Amph.* Ex illo vulnere quod mihi impegit Pterela. ¶ Impingere dicam, idem est, quod scribere dicam, vel actionem intendere. Terent. *in Phorm.* Si tu illam attigeris, secus quàm dignum est liberam, dicam tibi impingam grandem, *dicho tanto ser pagado.*

Impactus, a, um, Participium, Impulsus. Plin. *lib. 5. cap. 9.* Subinde insulis impactus, totidem incitatus irritamentis, postremo inclusus montibus. ¶ Impactus in carcerem, id est, Coniectus. Vlp. *in l. in reos. ff. de custodia & exh. reor.* Et quamuis innocentes ex eo crimine inueniantur, propter quod impacti sunt in carcerem. ¶ Res impactæ dicuntur quæ impetu inter se concurrunt. Senec. 2. *nat. quæst.* Cum coitu nubium vehementer impactarum à latere eliditur.

Impactio, Verbale, Ipse impingendi actus. Idem 4. *quæst. natur.* Dissimilis autem crepitus fit ob dissimilem impactionem nubium.

IMPINGVO, as, Pinguem facio, sagino. {השמין *hischmîn* דשן *dischschén.* παχύνω, λιπαίνω. GALL. *Engraisser.* ITAL. *Ingrassare.* GERM. Feist machen. HISP. *Engordar ò engrassar.* ANGL. *To make fatte.*} vnde Inpinguatus participium, idem significans quod pinguis factus.

IMPĬVS, a, um, Sceleratus, nefarius, & præcipuè qui de Deo, patriáve, aut parentibus malè meretur. {איש בליעל *isch belijahal* רשע *raschah.* ἀσεβής, ἀνόσιος, ἄθεος. GALL. *Meschant, sans religion & pieté.* ITAL. *Empio, scelerato, crudele.* GERM. Unfromm/gottloß. HISP. *Malo, inique y sin piedad.* ANGL. *VVicked, ungodlie, naughtie.*} Terent. *in Eunuch.* Vbi ego illum scelerosum misera, atque impium inueniam? Cic. *in Pison.* Me fugerat, deorum immortalium has esse in impios & consceleratos pœnas certissimas constitutas. Gens impia, Virg. 2. *Georg.* Domus impia, Ouid. 8. *Metam.* Plaut. *Pseud. sc. 2. a. 4.* Impius, periurus, improbus, &c. & Tibull. *lib. 4.*

Impia nec sanis celebrans conuiuia mensis.

¶ Impia herba, ea est quam officinæ & herbariorum vulgus *Chrisloculum* appellant. ἀσεβής. Ita dicta, siue quòd surculos habeat capitatos, iis ex quibus enascuntur ramulis altiùs insurgentes, atque ita videantur liberi sese supra parentes efferre: siue quod à nullo animalium attingatur. Autor Plin. *lib. 24. c. 19.* Impiissimus, superlat. Marc. *in l. his verbu. §. 1. ff. de her. instit.* Filius meus impiissimus, malè de me meritus.

Impiē, Sceleratè, nefariè: & propriè quando quis de Deo, patria, aut de parentibus malè meretur, aut verò de iis qui parentum loco sunt. {ἀσεβῶς, ἀνοσίως, ἀθεμίτως. GALL. *Irreueremment, contre l'honneur de Dieu, cruellement.* ITAL. *Impiamente, crudelmente.* GERM. Gottloßlich. HISP. *No religiosamente, cruelmente.* ANGL. *VVickedly, ungodly.*} Cic. 5. *Tusc.* Vituperare quisquam, inquam, vitæ parentem, & hoc parricidio se inquinare audet, & tam impiè ingratus esse, vt eam accuset quam vereri deberet, etiamsi minus percipere posset? Idem 2. *de natur.* Quæ qui videat non solùm indoctè, sed etiam impiè faciat, si deos esse neget.

Impĭĕtās, atis, Scelus, iniustitia aduersùs Deum, parentes, & amicos. {רשע *réschah.* ἀσέβεια, ἀνοσιουργία, ἀθεότης. GALL. *Mespris de ceux à qui on doit honneur, & reuerence, impieté, cruauté.* ITAL. *Impietà, crudeltà.* GERM. Gottlose/unfromkeit. HISP. *La heregia contraria de religion.* ANGL. *VVickednesse, impietie.*} Cicer. 1. *de finibus.* Etsi verò impietas molita quippiam est, quamuis occultè fecerit, nunquam tamen confidet id fore semper occultum. Idem 4. *de fin.* Sed nihil est quod tam miseros faciat, quàm impietas & scelus.

IMPĬO, as, Contamino, scelere polluo. {טמא *timmé.* μιαίνω. GALL. *Souiller de mesfaits.* ITAL. *Contaminare, violare.* GERM. Beflecken mit sünd und boßheit vermasugen. HISP. *Ensuziar lo consagrado, hazerse cruel.* ANGL. *To pollute vvith crymes.*} Ex in, & pio.)(Expio. Plaut. *in Rud.* Nam hoc mihi haud laboris est, laborem hunc potiri, si erga parentem, Aut deos me impiaui, id est, si impius fui erga parentes.

Impĭātŭs, Sceleratus. inquit Festus. {נטמא *nitmá.* μιανθείς. GALL. *Souillé de mesfaits.* ITAL. *Contaminato di sceleratezza.* GERM. Lasterhafftig/mit sünden befleckt. HISP. *Ensuziado por malhechos.* ANGL. *Polluted of a wicked dead.*} Significat etiam maculatum & pollutum. Apuleius. Cruore humano aspersum, atque impiatum. Thalami impiati facinore. Seneca *Hippol.*

‖Impilare, cædere, impugnare. Pap.‖

IMPLĀCĀBĬLĬS, qui placari non potest.)(Placabilis. {ἀπαραίτητος, ἀμείλικτος. GALL. *Qu'on ne peut appaiser, difficile à appaiser.* ITAL. *Implacabile, che non si può placare.* GERM. Unuersünlich. HISP. *Cosa que no se puede aplacar.* ANGL. *That not be appaised.*} Cic. *ad Qu. fratr.* Nam si implacabiles iracundiæ sunt, summa est acerbitas: sin autem exorabiles, summa est lenitas. Idem *in Pison.* Si aspernaretur amicitiam meam, seséque mihi implacabilem, inexpiabilémque præberet, tamen ei, quum tantas res gessisset, gereretque quotidie, non amicus esse non possem. Ouid. 3. *de Pont. Eleg. 3.*

Effugisset nobis non implacabilis ira. Inde

Implācābĭlĭtĕr, aduerb. {ἀπαραιτήτως, ἀμειλίκτως. GALL. *Obstinément, implacablement.* ITAL. *Obstinatamente, implacabilmente.* GERM. Unuersünlich. HISP. *Confirmadamente en mal, implacablemente.* ANGL. *Obstinatelie.*} Tacit. *lib. 1.* Scaurum, cui implacabiliùs irascebatur, silentio transmittit.

Implācātŭs, a, um, Non placatus. {ἀπαραίτητος, ἀνίλεως. GALL. *Non appaisé, qui n'est pas content.* ITAL. *Non placato.* GERM. Unuersünig oder unuersünt. HISP. *No aplacado.* ANGL. *Not appaised.*} vt, Gula implacata. Ouid. 8. *Metam.*

——*sed inattenuata manebat*
Tum quoque dira fames: implacataque vigebat
Flamma gulæ.

Implăcĭdŭs, a, um, Inquietus, non placidus. {ἄγριος, ἀνήμερος. GALL. *Mal plaisant & mal gracieux.* ITAL. *Inquieto.* GERM. Unrüwig/unfridsam. HISP. *Inquieto, no sossegado.* ANGL. *Vnpleasant, no wise pleasant.*} vt, Diuûm implacidissimus Mars, Stat. 9. *Theb.* Horat. 4. *Carm. Ode 14.*

——*milite nam tuo*

Drusus

Druſus conantes, implacidumque genus,
Bennóſque, &c.

[Implagium, minus rete. Iſid.]

IMPLĀNO, as, Decipio. {פתה *pittáh* רמה *rimmáh* השיא *hiſchſchi* עקב *bakáb*. GALL. *Tromper, deceuoir.* ITAL. *Ingannare.* GERM. Betriegen. HISP. *Engañar.* ANGL. *To deceiue.*} Cyprianus, Siquis (inquit) putat ſe aliquid eſſe, quum non ſit, ſeipſum implanat. Minimè eſt Latinum verbum.

Implānātor, pro impoſtore, qui Græcè πλάνος dicitur, {עקב *Bakob* משיא *maſchiſchi.*} Apud claſſicos hoc verbum non inuenies.

IMPLĔO, es, Plenum facio. {מלא *malé* השלים *hiſchlim.* ἐμπίπλημι, ἀναπίμπλημι, πληρόω, ἀναπληρόω. GALL. *Emplir, remplir.* ITAL. *Empire.* GERM. Erfüllen/voll füllen. HISP. *Hinchir.* ANGL. *To fill.*} Virg. 1. *Æneid.*

Impleuitque mero pateram.

Ibidem,

Implentur veteris Bacchi pinguiſque ferinæ.

Cic. 4. *Acad.* De quibus rebus volumina impleta ſunt, non à noſtris ſolùm, ſed etiam à Chryſippo. Senec. *cap. 13. de conſol. ad Mart.* Impleuit oculos (lacrymis.) Plaut. *Aul. ſc. 3. a. 3.* Impleuiſti fuſtibus iſtorum caput. Ouid. *Eleg. 1 lib. 2. Triſt.*

Denique cum meritis impleueris omnia Cæſar, &c.

Liu. *lib. 5. dec. 4.* Implere omnium aures. ¶ Implere ſpei. Idem *lib. 5. dec. 4.* Item Fab. Quintilian. Impleri ſinus (velorum) optabimus. ¶ Implere intentionem, ſiue petitionem Iuriſconſulti dicunt, pro id quod intenditur probare, ac planum facere, itémque implere exceptionem. *l. pen. de except. rei indic. l. 19. D. de except. l. 21. C. de rei vend.* Dicitur & implere, præcisè pro id quod poſitum eſt probare. *l. 1. l. 23. C. de probat. l. 3. C. de non num. pec.* ¶ Implere ſuum officium, eſt quod barbari dicunt, *facere ſuum debitum.* Plin. *in Epiſt.* Vereor enim ne aut exceſſiſſe, aut non impleſſe officij mei partes videar. Impleri etiam dicunt brutæ animantes, quum adhibito admiſſario fœtum concipiunt. Plinius *lib. 14. cap. 63.* Canes implentur vno coitu. Colum. *lib. 7.* Itaque quinquennis parum habetur idoneus fœminis implendis. ¶ Implere caput, i. caput fouere, rigare, ἐμβρέχειν, Celſ. *lib. 3. cap. 18.* Simul ex vtraque ſucco expreſſo caput impleatur. & *lib. 4. c. 2.* caput vehementer perfricare, deinde calido oleo implere.

[Impletus Deo. θεοπνευστής, inſpiratus. ἔνθεος.]

Implĕxus, Inuolutus, innexus. {סבוך *ſabúch* נבוך *nabúch.* ἐμπλακείς, ἐμπεπλεγμένος. GALL. *Entrelacé l'vn dedans l'autre.* ITAL. *Inuoltato, intrigato.* GERM. Eingeflochten/eingewickelt. HISP. *Enhetrado.* ANGL. *VVrapped in together, or folded.*} Plin. *lib. 33. cap. 1.* Eſt quidem apud eundem Homerum, virorum crinibus aurum implexum: ideo neſcio an prior vſus à fœminis cœperit. Virg. 4. *Georg.*

———Cæruleos implexæ crinibus angues Eumenides.

Impliciſci. Plaut. *Amphitr.* Vbi primùm tibi ſenſiſti mulier Impliciſcier? (ſup. inſania.)

IMPLĬCO, as, Inuoluo, vel innecto, impedico, intrico. {סבך *ſabách.* ἐμπλέκω, ἐμπλέκω. GALL. *Entrelacer, enueloper, entortiller, intrinquer & meſler, empeſtrer.* ITAL. *Ingroppare, auiluppare.* GERM. Einwicklen/verwicklen. HISP. *Embeluer, ligar intricando.* ANGL. *To vvrappe, plaite or fold together.*} Virg. 2. *Æneid.*

Implicuitque comam laeua.

Senec. *in Epiſt.* Quod malè implicuiſti, ſoluas potius, quàm abrumpas. Ouid. 1. *Metam.*

Dixit & implicuit materno brachia collo.

¶ Per tranſlationem accipitur pro ſermonibus obruere, & circumuenire. Liu. 7. *bell. Pun.* Eum primò incertis implicantes reſponſis, vt metus tormentorum admotus fateri vera coëgit, edocuerunt literas ſe ad Annibalem ferre. ¶ Præteritum eius eſt implicui, & interdum implicaui: ſupinum, implicitum, vel implicatum. Cic. 1. *Offic.* Quæ quatuor, quanquam inter ſe colligata & implicita ſunt, tamen ex ſingulis certa officiorum genera naſcuntur. Idem *in Piſonem,* Quid auaritiæ, quæ criminibus infinitis implicata eſt? ¶ Implicari morbo, detineri. Liu. 3. *ab Vrbe.* Intra caſtra quies neceſſaria morbo implicitum exercitum tenuit. ¶ Implicari, & conſtringi multis officiis. Cic. 1. *Acad.* Nullis occupationibus implicatus Deus. Idem 1. *de nat. deor.* Muliebribus religionibus implicari. Idem *pro domo ſua.* ¶ Implicare caput, hoc eſt, ornare. Plaut. *Pœnulo,* Implicat ad ſpeculum caput.

Implĭcĭtūrus, partic. Ouid. 5. *Faſt.*

Protinus accedunt Charites, nectúntque coronas,
Sertaque cæleſtes implicitura comas.

Implĭcĭto, as, are, freq. ἐμπλέκω. Plin. *lib. 9. Epiſt. ad Caninium,* Varios orbes implicitat, expeditque, hoc eſt, inuoluit, & euoluit.

Implĭcātio, nis, Inuolutio, intricatio, impeditio. {סבך *ſebách.* ἐμπλοκή. GALL. *Entrelacement, entortillement, enueloppement.* ITAL. *Inuiluppamento, intricamento.* GERM. Einwicklung. HISP. *Embeluimiento.* ANGL. *A vvrapping or folding together.*} Cic. 2. *de nat. deor.* Huic adde neruos, à quibus artus continentur, eorúmque implicationem corpore toto pertinentem. Idem *pro Seſt.* Aut qui propter implicationem rei familiaris communi incendio malint, quàm ſuo deflagrare.

Implĭcātiſſimus. Gell. *lib. 6. c. 1.* Quæſtio obſcuriſſima & implicatiſſima.

Implĭcĭtē, aduerb. Perplexè, latenter, inuolutè. ✕ Expeditè. {ἀσαφῶς. GALL. *Intrinquement, obſcurement, auec empeſchement & difficulté.* ITAL. *Intrigatamente.* GERM. Mit verwirrung. HISP. *Intricadamente.* ANGL. *Obſcurelie, intricatlie.*} Cic. 2. *de Inuent.* Abſoluta eſt, quæ ipſa in ſe, non vt negotialis, implicitè, & abſconditè, ſed patentiùs, & expeditiùs recti & non recti quæſtionem continet.

IMPLŌRO, as, Inuoco, auxilium & opem alicuius peto. {קרא *kará* שוע *shivvéah* זעק *zabák.* ἐπικαλῶ. GALL. *Demander aide en pleurant.* ITAL. *Inuocare, dimandare aiuto.* GERM. Anrüffen mit weynen. HISP. *Rogar como llorando mucho, ò con inſtancia demandar ayutada.* ANGL. *To call for aide and help, to beſeech with teares.*} Ter. *in Adelph.* Illæc fidem nunc noſtram implorat Demea. Plin. *in Epiſt.* Legati ruſus inducti, iterum me iam præſentem aduocatum poſtulauerunt, implorantes fidem meam, quam eſſent contra Maſſam Bebium experti. Cic. 7. *Verr.* Vóſque etiam atque etiam imploro & appello ſanctiſſimæ deæ, quæ, &c. Ouid. 13. *Metam.*

———Qui cùm imploraret Vlyſſem,
Proditus à ſocro eſt.

Implōrātio, nis, Inuocatio, auxilij petitio. {שועה *ſchavváh.* ἐπίκλησις. GALL. *Imploration, priere, requeſte.* ITAL. *Chiedere, ò dimandare aiuto, ſupplicatione.* GERM. Anrüffung. HISP. *A quel ruego, como llorando.* ANGL. *A lamentable deſiring or crauing.*} Liu. 8. *ab Vrbe,* Proditur memoriæ aduersùs crebram deorum implorationem, &c. Cic. 7. *Verr.* Si te acerba illius imploratio, & vox miſerabilis non inhibebat, nec ciuium quidem Romanorum fletu commouebare? Idem *de Orat. 2.* Omnium deorum, & hominum, & ciuium, & ſociorum imploratio.

[Imploratus, Particip. Iuſtinus *hiſt. lib. 4.* Pulſis ciuitate contra quos implorati fuerunt.]

Implūmis, e, quod plumis caret. {ἄπτερος, ἄπτιλος. GALL. *Qui eſt ſans plume.* ITAL. *Senza piume.* GERM. Ungefiderts/blutt/one federn. HISP. *Sin plumas, deſplumado.* ANGL. *VVithout feathers.*} Plin. *lib. 8. cap. 55.* Lepus omnium prædæ naſcens, ſolus, præter daſypodem, ſuperfœtat, aliud in vtero pilis veſtitum, aliud implume, aliud inchoatum gerens pariter. Et *lib. 10. cap. 3.* Haliæetus tantùm implumes etiamnum pullos ſuos percutiens, &c.

IMPLŬO, is, plui, vel impluui, plutum, ere, Super aliquid pluere. {ἐμβρέχω. GALL. *Pleuuoir dedans.* ITAL. *Piouere ſopra qualche coſa, ſtrapiouere.* GERM. Hinein rägnen/etwas auff rägnen. HISP. *Llouer ſobre algo.* ANGL. *To rayne through or into.*} Plaut. *in Moſtell.* Quum impluit cæteris, ne impluat mihi. Columell. *lib. 2. c. 9.* Tremellius quidem aſſeuerat, prius quam impluerit, ab auibus, aut formicis ſata edi, vbi æſtiuis ſerenitatibus ager aret.

Implŭtus, a, um, Pluuia madefactus. ἐμβεβρεγμένος.

Implŭuium, ij, inquit Varro, eſt locus ſub cælo in medio domus relictus, vnde lumen deorſum caperent: ita dictus, quòd eò implueret. Ita Aſconius: impluuium locus eſt ſine tecto in ædibus, quo impluere imber in domum poſſit. {ארבה *arubbáh.* GALL. *Vn lieu & petite cour, entre les maiſons où tombent les eaux de la pluye.* ITAL. *Pioniano, luogo ſcoperto doue ſi raccolgono le acque piouane.* GERM. Ein tagloch/ein hoff im hauſs in welchen es rägnet. HISP. *El patio de la caſa.* ANGL. *A place where it rayneth in at.*} Feſtus, Impluuium, quò aqua impluit collecta de tecto. Ter. *in Phorm.* Monſtra euenerunt mihi: Introiit in ædes ater alienus canis: anguis per impluuium decidit de tegulis. Gell. *c. 15. lib. 10.* Per impluuium in tegulas ſubduci. Plaut. *Mil. ſc. 1. a. 2.* Neſcio quis inſpectauit per impluuium. Idem *ibid. ſc. 3. a. 2.* Per impluuium deſpexi. Item *ibid.* Scio nullum eſſe commeatum niſi per impluuium. (Atqui per impluuium commeari non poteſt propter altitudinem.)

Implŭuia, æ, Veſtis erat, qua ſacerdotes per imbrem vtebantur. χλαῖνα. Pluuiale nunc vulgò appellatur. Varro, Salium quoque ſereno tempore impluuia amictum fuiſſe criminabantur. Hæc Sipontinus. Alij tamen à colore hoc veſtis genus dictum putant: nam impluuiatus color à Nonio dictus eſt, quem nos fuſcum, ſiue pullum vocamus. Vel,

Implŭuiātus color, Is eſt quem nos fuſcum, aut pullum dicimus. Inde dictus, teſte Nonio, quaſi fumato ſtillicidio implutus. Vide Thyreſium *in libellis de coloribus.*

[IMPOENITENS, apud vet. interpr. *Rom. 2. 5.* reſpicere neſcius, ἀμετανόητος. Hinc

Impœnitentia, frequens vox ſcriptoribus Eccleſiaſticis, id eſt, impietas, per quam quis non vult pœnitudine peccati duci & reſipiſcere.]

IMPŎLĪTUS, a, um, Rudis, nondum perpolitus. {עצל *Batſél.* ἄκομψος, ἀκαλλώπιστος. GALL. *Qui n'eſt point poli, goffe, lourd.* ITAL. *Rozzo, goffo.* GERM. Unaußgebutzt/unaußbaltert/Nicht wol außgletts. HISP. *Coſa no polida ò acicalada.* ANGL. *Not poliſhed, rude, rough.*} Cic. *de clar. Orat.* Forma admodum impolita, atque rudis. Idem 2. *de Orat.* Genus hominum rude, hebes, & impolitum. Idem pro rebus inchoatis & nondum perfectis. *De prouinc. Conſul.* Impolitæ verò res & acerbæ ſi erunt relictæ, quanquam ſint abſciſſæ, tamen & efferent ſeſe aliquando, & ad renouandum bellum reuireſcent.

Impŏlĭtĭa, æ, Quaſi incuria, negligentia, ſocordia. {עצלות *Batſlúth.* ἀκομψία, ἀργία. GALL. *Negligence & pareſſe d'accouſtrer & orner quelque choſe.* ITAL. *Rozzezza, negligentia di adornare qualche coſa.* GERM. Unredligkeit/liederligkeit oder faulkeit ein Ding zuſeubern oder auß zu butzen. HISP. *La no elegancia, ni galania.* ANGL. *Sloughin trimming any thing.*} Gell. *lib. 4. c. 12.* Si quis eques Romanus equum habere gracilentum, aut parum nitidum viſus erat, impolitiæ notabatur. Impolitias facere dicebantur Cenſores, inquit Feſtus, quum equiti æs abnegabant ob equum malè curatum.

Impŏlītē, aduerb. Ineleganter. {ἀκόμψως. GALL. *Sans poliſſure, lourdement, groſſement.* ITAL. *Rozzamente, ſenza politezza, groſſamente, lordamente.* GERM. Unzierlich. HISP. *No polida, ò acicaladamente.* ANGL. *VVithout poliſhing.*} Cic. 1. *de Orat.* Quum ſæpiſſimè tibi Senatus breuiter impolitéque dicenti, maximis ſit de rebus aſſenſus, &c.

Impollūtus, a, um, Purus, incorruptus. {נקי *naki* טהור *tahér.* ἀμίαντος, ἀμόλυντος. GALL. *Impollu, non pollu ou ſouillé.* ITAL. *Non machiato, non violato.* GERM. Unbefleckt. HISP. *No ſuzio, ni manzillado.* ANGL. *Vndefiled, not diſtayned.*} vt, Fides impolluta. Sil. *lib. 13.*

Impōmenta, Quaſi imponimenta, quæ poſt cœnam menſis imponebant. Feſtus.

IMPŌNO, is, Suprà pono. {שם *ſam* השיח *heſchith* נשא *náſa.* GALL. *Mettre deſſus ou dedans.* ITAL. *Imporre, ſopra porre.* GERM. Auffſetzen/aufflegen. HISP. *Poner encima de otra coſa.* ANGL. *To put in or vpon.*} Virg. 1. *Æneid.*

———molémque & montes inſuper altos Impoſuit.

Idem *lib. 4.*

Vidit, thuricremis quum dona imponeret aris.

Plaut. *Aulul. ſc. 1. a. 2.* Hæc (thus & corona) imponentur in foco noſtro Lari. Velleius, Impoſuerunt eum in nauim. Plaut. *Aſin. ſc. 3. a. 1.* Vt voles nobis legem imponito. Idem *Moſt. ſc. 1. a. 2.* Vnde aduenienti farcinam imponam ſeni. Ouid. *Eleg. 1 lib. 4. Triſt.*

Non equidem vellem, quoniam nocitura fuerunt,
Pieridum ſacris impoſuiſſe manum.

Plaut. *Most. sc. 2. a. 2.* Si scies me posthac imposuisse pedem in vndam. Ouid. *Eleg. 13. lib. 3. Trist.*

Debueras illis imposuisse modum.

Liu. *lib. 6. dec. 4.* Imponere finem rei alicui, est idem quod finire, vel absoluere. Virg. 7. *Æneid.*

——— Finémque imponere curis.

¶ Interdum iniungo, ἐπιτάσσω, ἐπιτίθημι, ἀναθεῖναι. vt, Impono tibi hoc onus. Terent. *in Andr.* Tibi pater me dedo, quiduis oneris impone: impera. ¶ Aliquando significat decipere. {חטב *hatáb* השיא *hissi.* ἐξαπατᾷν.} Cic. *ad Qu. fratr. lib. 2.* Sic legibus perniciosissimis obsistitur, maximè Catonis, cui tam egregiè imposuit Milo noster. ¶ Imponere extremam manum, significat perficere. Donatus, Imponitur extrema manus rebus, quum perficitur id quod cœperis: relinquitur, quum res imperfecta dimittitur. Virg. 7. *Æneid.*

Nec minùs interea extremam Saturnia bello

Imponit regina manum.

Impŏsĭtŭs, particip. {מושם *musám* מושבת *muschàth.* ἐπιτεθείς, ἐπιτεθείς. GALL. *Imposé, mis dedans, posé dessus.* ITAL. *Posto dentro, di sopra, ò disposto.* GERM. Auffgesetzt/auffgelegt. HISP. *Puesto encima de otra cosa.* ANGL. *Sett, layed, or put on.*} Plin. *lib. 15. c. 30.* Tyberi imposita iuxta nouum lapidem Flaminia via Clitellæ boui sunt impositæ. Cicer. *Attic. lib. 5.* Ouid. *Eleg. 4. lib. 5. Trist.*

Impositúmque sibi firma tuetur onus.

¶ Impositus, ἐπιστάτης, i. præfectus. Salust. *Iugurth.* 135. Simul Consul, quasi nullo imposito, omnia prouidere. Vide Adnot. Constantini in Salust. *pag.* 37.

Impŏsĭtŭs, us, Impositio. {תשומת *teschúmeth.* ἐπίθεσις. GALL. *Posement dessus.* ITAL. *Porre di sopra.* GERM. Aufflegung. HISP. *Postura encima de alguna cosa.* ANGL. *A putting or layngon.*} Plin. *lib. 14. c. 4.* Vlcera commanducatu, impositúque efficacissimè sanari. Ex vetu sto codice legitur, commanducato impositóque.

Impŏsĭtio, Impositus, idem. {תשומת *teschúmeth.* ἡ θέσις, ἐπίθεσις.} Plin. *lib. 27. c. 13.* Succus eius lacteus in gummi spissatus, vel semen, impositione spicula e corpore eiicit. ¶ Impositio verborum, ὀνοματοθεσία, primitiuum, à quo oritur declinatio, i. deriuatiuum. Varro *de L. L. lib. 6.* Duo igitur omnino verborum principia, impositio & declinatio: alterum vt fons, alterum vt riuus.

Impŏsĭtīcĭŭs, adiectiuum. {מושם *musám* מושבת *muschàth.* ἐπίθετος. GALL. *Posé, appliqué.* ITAL. *Posto.* GERM. Das auffgesetzt oder auffgelegt ist. HISP. *Puesto.* ANGL. *That which is put vpon an other.* Quod impositum est: vt, Seruitus impositicia, hoc est, non naturalis. Vlp. *in l. de pupillo. §. Sextus Pedius. ff. de noui oper. nunt.* Sextus Pedius diffinit, noui operis nunciationis triplicem esse causam: aut naturalem, aut publicam, aut impositiciam. *Et paulo pòst*, Impositiciam, quum quis postea ius suum diminuit, alterius auxit. Hoc est, posteaquam seruitutem ædibus suis imposuit, contra seruitutem fecit. Impositicia nomina, quæ à natura imposita sunt, vnde alia deriuantur. Ex Varrone.

Impŏsĭtīuŭs, Adiect. {מושם *musam* מושבת *muschàth.*} Plin. *lib. 27. c. 4.* Pythagoræ inuentutis non temerè fallere impositiuorum nominum imparem vocalium numerum, claudicates, &c.

Impŏsĭtīuă nomina, ἐπίθετα ὀνόματα.

IMPOSTŌRĒS, Deceptores, versuti, callidi. {עקבים *hakubbim.* φέναχες. GALL. *Trompeurs, abuseurs, affronteurs.* ITAL. *Ingannatori.* GERM. Betrieger/oberfürer. HISP. *Engañadores, los que juegan de passo passa.* ANGL. *Deceiuers, inglers.*} Vlpian. *l. 1. §. medices. ff. de var. & extraord. cog.* Non tamen si incantauerit, si imprecatus est, si (vt vulgari verbo impostorum vtar) exorcizauit.

Impōstūră, æ, Fraus, deceptio. {עקבה *hokbáh.* ἐξαπάτη, φενακισμός. GALL. *Tromperie, abus.* ITAL. *Frande, inganno.* GERM. Betrug beschiß. HISP. *Engaño.* ANGL. *Deceit in selling false wares.*} vnde imposturam facere, est decipere, circumuenire, ἐξαπατᾶν, φενακίζειν. Vlp. *de crimine stellionat. l. 3.* Siquis imposturam fecerit, aut collusionem in necem alterius, stellionatus poterit appellari.

[Impopularis, inusitata. Pap.]

IMPŌRCO, as, Porcas in agro facio. {αὔλακας ἐλαύνειν, αὔλακας ἀνοίγειν. GALL. *Faire des seillons en vne terre, la labourer & asseillonner.* ITAL. *Far solchi alla terra, lauorarla.* GERM. Furchenrainlein machen mit erren. HISP. *Hazer sulcos, labrar la tierra.* ANGL. *To mak balkes in the earth.*} Col. *lib. 2. c. 10.* Et similiter quum semen crudo solo ingesserimus, inarabimus, imporcarúmque occabimus.

Impŏrcĭtor, qui porcas facit. {ANGL. *That maketh balke in the earth.*} Est autem porca, vt inquit Varr. *lib. 2. de re rustic.* terra eminens inter duos sulcos. Contra Festus sulcos rariores, qui aquæ ducendæ gratia fieri solent, porcas vocari tradit: crebriores autem, limos appellari.

Impŏrto, as, Infero, adfero, inueho. {נשא *nasá.* εἰσφέρω. GALL. *Porter dedans, apporter.* ITAL. *Portare dentro.* GERM. Eintragen/hinein tragen/hinein füren. HISP. *Traer a dentro de algun lugar.* ANGL. *To cary or bring in.*} Cæsar 8 *bell. Gall.* Syluestribus angustisque itineribus frumentum importare in oppidum instituit. Cic. 2. *de Offic.* Per eosdémque, siquid importetur nobis incommodi, propulsemus. Cæs. 5. *bell. Gall.* Aere vtuntur importato.

IMPŌRTŪNŬS, a, um, Molestus, grauis, qui neque loci, neque temporis, neque personæ habet rationem. {ἄκαιρος. GALL. *Importun, ennuyeux.* ITAL. *Importuno, fastidioso.* GERM. Vberlegen/der ein ding nicht am rechten ort oder zeit angreifft. HISP. *No conueniente al tiempo, ni al negocio, ni al lugar, importuno.* ANGL. *Vnreasonable, hauing no respect of tyme or place.*} Terent. *in Heaut.* Imò ille fuit senex importunus semper. Nonnunquam idem est quod immanis, & abominandus. Virg. 11. *Æneid.*

Bellum importunum ciues cum gente deorum,

Inuictisque viris gerimus.

Vbi Seruius, Importunum, inquit, bellum inde vocat, quòd portu, id est, quiete careat. Cic. *in Anton.* Non possum æquo animo videre tam importunos, tam sceleratos hostes. Pauperies importuna, id est, grauis & molesta. Horat. 3. *Carm.*

Importuna tamen pauperies abest.

Plaut. *Asin. sc. 1. a. 1.* Fateor eam (vxorem) esse importunam atque incommodam.

Impŏrtūnē, adu. Intempestiuè, molestè, imprudenter, præter loci, temporis, aut personarum rationem. {ἀκαίρως. GALL. *Hors temps & saison.* ITAL. *Fuor di tempo, fuor di proposito.* GERM. Vberlägenlich/zu vngelegenheit vnd vnzeiten. HISP. *Importunamente, inconuenientemente.* ANGL. *Out of due season.*} vt, Importunè insistere, apud Cic. 1. *Acad.*

Impŏrtūnissĭmē, Gell. *lib. 20. c. 5.* Et idcirco importunissimè, inquit, fecerunt, qui in plerisque Salustij exemplaribus scripturam istam syncerissimam corruperunt.

Impŏrtūnĭtās, atis, Intempestiuitas, quæ neque loci, vt, ait Donatus, neque temporis obseruat commoditatem. {ἀκαιρία. GALL. *Importunité, outrage.* ITAL. *Importunità, sceleragine.* GERM. Vberlegenheit. HISP. *Importunidad.* ANGL. *Importunitie, outrageousenes, Vnreasonablenesse.*} Terent. *in Andr.* Importunitatem spectate aniculæ. Importunitas loci. Gell. *cap. 7. lib. 3.* ¶ Accipitur tamen importunitas non rarò pro immunitate, seu nefario aliquo & execrando scelere. Cic. *pro Cluent.* Huius importunitatem matris à filij capite depellite. Idem *in Pison.* Animal ex omnium scelerum importunitate, & omnium flagitiorum importunitate concretum.

Impŏrtuōsŭs, a, um, quod est sine portu. {ἀλίμενος. GALL. *Qui n'a point de port.* ITAL. *Senza porto.* GERM. Das kein gestad oder port hat. HISP. *Sin puerto.* ANGL. *That hath no hauen.*} Salust. *in Iugurth.* Quum locum Catabathmon incolæ appellant, mare sæuum & importuosum, & ager frugum fertilis. Tacit. *lib. 12.* Mare importuosum. ¶ Importuosa littora. Liu. *lib. 10. ab Vrbe.*

Impŏs, tis, ✕ Compos. {ἀκρατής, ἀκρατής. GALL. *Qui ne se peut contenir, qui n'est maistre de soy.* ITAL. *Che manca di qualche cosa, che non ottiene qualche cosa.* GERM. Vnmächtig vngewaltig. HISP. *Impotente.* ANGL. *That can not conteine him and be maister of him self.*} Sic impotem rationis, dicimus eum qui rationem non habet cupiditatibus dominantem. ἀκρατῆ λογισμοῦ. item impotem animi, cui mens sana non est, cuique animi instrumentum est viciatum, ἀφρονα. Plaut. *Capt.* Eripite huic gladium, quæ sui est impos animi. Idem *Men. sc. 1. a. 1.* Indomita, impósque animi. Impos voti, cui aliquid ex voto non successit, quique quod optabat, assecutus non est. ἀτυχής. Huius antitheton est Compos: de quo suprà egimus suo loco.

IMPŎSSĬBĬLĬS, e, quod fieri non potest. {ἀνέφικτος, ἀδύνατος. GALL. *Impossible.* ITAL. *Impossibile.* GERM. Vnmüglich. HISP. *Cosa que no puede ser.* ANGL. *That may not be done.*} Hæc vox eruditæ ætati linguæ Latinæ incognita fuit. Nam Cic. & cæteri puriores pro ea semper dicere solebant, Id quod fieri non potest. Itémque Labeo & Iulianus Iurisconsulti eam vitasse videntur, quum ἀδύνατον conditionem dicunt, & non impossibilem. Quintilian. tamen & recentiores crebrò sunt vsi: quos imitari non displicet.

Impŏssĭbĭlĭtās, {τὸ ἀδύνατον. GALL. *Impossibilité.*} Fabius Victorinus *in 2. Rhetor. Cic.* De impossibilitate dicit.

Impŏstōrēs, Impostura, vide *Impono.*

IMPŎTĒNS, tis, Qui affectuum suorum potens non est, sed à cupiditatibus suis vincitur. {ἀκρατής. GALL. *Impatient, impotent, debile.* ITAL. *Impotente, debole, che non può raffrenare sui affetti.* GERM. Vnmächtig/vnleidlich. HISP. *Non poderoso.* ANGL. *That is vnable to rule is affections, weake.*} Cic. 5. *Philipp.* Adulabat ad vrbem à Brundusio homo impotentissimus, ardens odio, animo hostili in omnes bonos Antonius. Idem *Lepido*, Sin ista pax perditorum hominum in possessionem impotentissimi dominatus restituta est, id est, superbissimi, & quò ita, libidóque rapiunt, sequentis. Sic etiam impotentem Decemuirorum dominatum dixit Liuius, pro crudeli, libidinoso, & rationis frænis minimè coercito. Senec. *c. 4. de consol. ad Marc.* In primo furore cum impotentes ferocésque sunt miseriæ. Impotens iræ. Liu. 9. *bell. Pun.* Pleminius impotens iræ, neglectam ab Scipione, & nimis leuiter latam suam iniuriam ratus, &c. Sic impotens animi. Curt. *lib. 8.* Itaque impotens animi, percurri ad regiæ vestibulum. hoc est, non potens iræ & animo suo moderari. Accipitur etiam impotens, pro inope, tenui, debili. ἀδύνατος. Cic. *pro Muren.* Ad salutem innocentium, ad opem impotentium, ad auxilium calamitosorum hæc valeant. ¶ Impotens animi, id est, valde potens. Senec. *c. 2. de cons. ad Marc.* Item Senec. *c. 16. de consol. ad Polyb.* Impotens fortuna.

Impŏtentĭă, æ, Imbecillitas, infirmitas. {ἀδυναμία, ἀδυνασία. GALL. *Petite & debile puissance.* ITAL. *Debolezza, impotenza.* GERM. Vnmächtigkeit/schwachelt. HISP. *Flaqueza, impotencia.* ANGL. *VVeakenesse, wilfulnesse.*} Terent. *in Adelph.* Omnes quibus res sunt minùs secundæ, magis sunt nescio quomodo Suspiciosi, ad contumeliam omnia accipiunt magis: Propter suam impotentiam se semper credunt negligi. Quoties autem ad animum transfertur, significat vitium illud quum quis iracundiæ, vel aliis animi affectibus imperare non potest. ἀκράτεια, ὕβρις. Cicer. 4. *Tuscul.* Item inflammant appetitione nimia, quam tum cupiditatem, tum libidinem dicimus, impotentiam quondam animi à temperantia & moderatione plurimum dissidentem. Cicero 5. *Tusc.* Qui nihil metuant, nihil agant, nihil concupiscant, nulla impotentia efferantur. Ad eundem etiam modum Tyrannus impotentissimus dicitur à Quintiliano: & Decemuiri quorum principatus erat superbus, violentus, & immoderatus, à Liuio impotentes domini nuncupantur: & à Seneca impotentia Fortunæ adscribitur: cuius successu elatiores, insolentiorésque reddi homines consueuerunt. Senec. *cap. 14. de consol. ad Helu.* Impotentia muliebri liberorum potentiam exercent fœminæ. Velleius, Potentia sua ad impotentiam nunquam vsus est Pompeius. ¶ Impotentia, pro magna potentia, Sisennæ & Ciceroni.

Impŏtentĕr, aduerb. {ἀκρατῶς, ἀπηνῶς. GALL. *Desreiglément, comme quand on est mené de colere, par tyrannie.* ITAL. *Per tyrannia.* GERM. Mutwilliglich/tyrannisch. HISP. *Por tyrannia.* ANGL. *VVilfullie, wyldly, naughtely.*} Quintilianus *lib. 1. cap. 3.* Nequid improbè, nequid impotenter faciat monendus est puer. Impotenter regnare, iniustè & impiè. Hircius *lib. 4. bell. Alexand.* Impotentius regi, Liuius *lib. 7. bell. Pun.* Senec. *cap. 10. de consol. ad Marc.* Impotenter abutitur fortuna corporibus nostris.

[Impræpu

‖Impræputiatus, habens præputium: non circuncisus. Tertull.
Impræscientia, non præscientia. Tertull.‖
Impræsentiarum, vnica dictio est, idem significans quòd tempore præsenti. {ἐν τῷ παρεστῶτι, ἐν τῷ παρόντι. Gall. *Pour le present, alors.* Ital. & Hisp. *Al presente.* Germ. Jetzunder/zu diser zeit/gegenwertig. Angl. *For the present, presently.*} Neque solùm dicitur de eo quod nunc præsens est, sed sæpiùs de eo quod præsens fuit, aut præsens erit. Cato *c.* 144. de lege oleæ legendæ, Extra quam si quem socium impræsentiarum dixerit Vlp. *de tab. exhibend.* Quid enim, si occultatæ tabulæ, postea prolatæ sunt, cur noceat ei, qui responderit, quod impræsentiarum ei videbatur? Idem, Tempus enim ei dandum est, si non potest impræsentiarum exhibere. In præsentia autem duæ potius videntur esse dictiones: quare non per m, (vt à nonnullis scribi video) sed per n, potiùs diuisis dictionibus scribendum puto.
Imprānsŭs, a, um, nondum pransus. {ἄριστος. Gall. *Qui n'a point disné.* Ital. *Che non ha ancora desinato.* Germ. Der noch nit zu mittag gessen hatt. Hisp. *El que no ha comido.* Angl. *That hath noth dined, fasting.*} Plaut. *Sticho*, Quàm mox cocta est cœna? impransus ego sum. Horat. 2. *Serm. sat.* 2.

Verùm hic impransi mecum disquirite.

Plaut. *Amph.* Hoc adeò hoc commemini magis, quia illo die impransus fui. Idem *ibid.* Is adeò Impransus ludificabitur. Idem *Aul. sc.* 5. *a.* 3. Impransus miles astat.
Imprĕcŏr, aris, Est mali quippiam in caput alicuius precari. {ארר ar קלל killel קבב kab. ἐπαρᾶσθαι. Gall. *Prier que mal auienne à quelqu'un, maudire.* Ital. *Pregar qualche male.* Germ. Fluchen/böss wünschen. Hisp. *Rogar que venga mal à otro.* Angl. *To curse.* Virg. 4. *Æneid.*

Littora littoribus contraria, fluctibus vndas
Imprecor.

Imprĕcātĭō, nis, verbale, deuotio, diræ. {ἀρά. Angl. *A cursing.*}
Imprĭmo, is, Infigo, rei cuispiam molli figuram aliquam induco. {חקק chák. ἐντυπόω, ἐγχαράττω, ἐπισφραγίζω. Gall. *Empraindre, imprimer, marquer.* Ital. *Imprimere, stampare, calcare.* Germ. Eintrucken. Hisp. *Imprimir como el sello, ò libros.* Angl. *To print or marke.*} Vnde impressæ literæ, obsignatæ dicuntur. Cic. 1. *Tusc.* An imprimi, quasi ceram, putamus animum? Idem *pro Cæcin.* Nisi ex eo loco, vbi vestigium impressisset, deiici neminem posse. Colum. *lib.* 9. *cap.* 11. Cum duobus vulneribus impressis per vnamquamque plagam singuli testiculi exprimuntur. Imprimi in animum, & in animo, Cic. 4. *Academ.* Quum visa in animos imprimantur, non vos id dicere inter ipsas impressiones nihil interesse, &c. Idem 1. *de nat. deor.* Notionem deorum impressit in omnium animis natura. Imprimere è vero. Idem 4. *Acad.* Si enim mihi cum peripatetico res esset, qui id percipi posse diceret quod impressum esset è vero, &c. Senec. *c.* 16. *de consol. ad Helu.* Quæ præcepta teneris imprimuntur ætatibus, altiùs descendunt. Idem *c.* 2. *de consol. ad Polyb.* Imprimere dolorem alicui. & Quintil. Hanc senilem manum quocunque vis imprime. (de cæde loquitur.)
‖Impremia, ἐντύπωσις. Gloss. Videtur dici ab *imprimo*: vt sit delineatio, quæ primùm tabulæ alicui imprimitur.‖
Imprĕssĭo, Irruptio, inuasio, violentus impetus, qualem facere solent acies instructæ, quum altera in alteram irrumpit. {פרץ pérets גדוד ghedúdh. ἐφόρμησις. Gall. *Emprainte & marque, impression, assaut & effort en choc.* Ital. *Assalto violēte.* Germ. Eintruckung/ein gewaltige nachtruckung der kriegsleut im angriff. Hisp. *Impression, arrebatamiento.* Angl. *A printing, or marking, assault.*} Varro *lib.* 2. *de re rust. cap.* 4. Hostes se arbitrati occasionem habere victoriæ, impressionem facere cœperunt in castra. Cicer. *pro Flacc.* Non igitur impressio, non occasio, non vis, non tempus, non imperium, non secures ad iniuriam faciendam Flacci animum impulerunt. Hirt. *in comm.* Cæsare qui tum turmas suorum iubet in hostium equitatum, qui ad oppidum in statione erat, facere impressionem. Bud. *in Epist.* Item, dare impressionem dixit Liuius *lib.* 4. *ab Vrbe*, pro facere. ¶ Per translationem item impressiones dicuntur imagines quas imaginatiua animæ facultate apprehendimus. Cic. 4. *Acad.* Quum visa in animos imprimuntur, inter ipsas impressiones nihil interesse.
Impressè, aduerb. significat sollicitè & quasi imprimendo. Tertull. *lib.* 3. *contra Marc.* Quam tam impressè Apostolus demandat.
Imprĕssĭūs, comp. Tertull. *de carne Christi*, Et vt impressiùs dixerim animæ anima sensus est.
Impridie, idem quod pridie.
‖Imprimis, aut diuisis vocibus *in primis*. Gloss. ἐν πρώτοις apprimè, imprimis, principiò: id est, maximè, præcipuè.‖
Imprŏbŭs, a, um, Scelestus, nequam, perditus, sceleratus, nefarius. {עול ghavvál רע rah רשע rascháh. φαῦλος, μοχθηρός, πονηρός, αναιτίσχυντος. Gall. *Meschant, reprouué, effrené.* Ital. *Tristo, maligno.* Germ. Unfromm/böss. Hisp. *Malo y desuergonçado, irreuerente.* Angl. *Lewd, vngracious, naughtie.*} Plaut. *in Pseud. sc.* 2. *a.* 4. Periurus, impius, & improbus (leno.) Idem *Men. sc.* 6. *a.* 5. Quid pretij detur (seruis) ignauis, improbis viris. Idem *Aul. sc.* 4. *a.* 1. factis neque malis, neque improbis. Idem *Pseud. sc.* 7. *a.* 4. Vt improbis se artibus teneant. *Ibid. sc.* 2. *a.* 1. Verùm ita vos estis perditi, negligentes, ingenio improbo. Terent. *in Andr.* Tum si quis magistrum cepit ad eam rem improbum, ipsum animum ægrotum ad deteriorem partem plerunque applicat. ¶ Interdum idem est quod sæuus. Virg. 10. *Æneid.*

——lauit improba teter
Ora cruor.

Interdum turpis. Lucilius,

Omnes formosi, fortes, vbi ergo improbus est? hoc est, turpis & fœdus, vt Nonius interpretatur.

Plaut. Improbiorem non vidi faciem mulieris. Quintilian. perfricare faciem, & velut Improbam facere. ¶ Interdum magnus, & indefessus, ἀκάματος. Virg. 1. *Georg.*

——labor omnia vincit
Improbus.

Vbi Seruius, improbus, vel magnus, vel nulli probabilis. Plin. *cap.* 1. *lib.* 3. Improbæ vires naturæ, (id est, maximæ.) ¶ Quandoque insatiabilis, damnosus. Virg. 1. *Georg.*

——nihil improbus anser,
Strymoniæque grues.

Vbi Seru. improbus, insatiabilis, nulli probandus. Plaut. *Pseud sc.* 1. *a.* 1. Improbæ, vino modò cupidæ estis. *Ibid. sc.* 2. *a.* 3. hominum auaritia factus sum improbior coquus, (id est, auidior, & carior.) ¶ Item pro ignauo. *Ibid. sc.* 7. *a.* 2. Strenui mihi sunt damno, Improbi viui, (id est, ignaui.) Idem *ibid.* De Improbis viris auferri præmium & prædam decet. ¶ Pro libidinoso, & lasciuo. Ouid. 6. *Fast.*

Improbus hanc furtim dilexit.

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 2.

——Nec sunt minus improba serui
Carmina. (id est, lasciua.)

Improba merx, iniusta, vel quæ facilè emptorem inuenit. Plaut. *in Mil.* Sicuti merci pretium stat, pro virtute vt veneat. Quæ improba est, pro mercis vitio dominum pretio pauperat. Improbum os, inuerecundum, improbitatem, & impudentiam præ se ferens. Sueton. *de clar. Gram.* Ac tanto amore erga patroni memoriam extitit, vt Salustium historicum, quòd cum oris improbi, animo inuerecundo scripsisset, acerbissima satyra lacerauit.
Imprŏbŭlŭs, diminut. {ὁ μικρὸν μοχθηρότερος, μικρόν τι ἀδικώτερος. Gall. *Vn peu audacieux & importun.* Ital. *Cattiuello.* Germ. Böslechtig. Hisp. *Malo vn poco.* Angl. *Somewhat lewd or naughtie.*} Iuuen. *Satyr.* 5. Finge tamen te improbulum, superest illi, qui ponere cogat.
Imprŏbē, aduerbium, Scelerate, scelestè, nefariè, prauè, peruersè. {πονηρῶς, φαύλως, μοχθηρῶς. Gall. *Meschamment, impudemment.* Ital. *Maluagiamente.* Germ. Unfrommiglich/bosshafftig. Hisp. *Malo ò desuergonçadamente.* Angl. *Lewdlie, naughtely.*} Plaut. *in Trinum.* Siquid scis me fecisse inscitè, aut improbè, Cic 5. *Verr.* Est aliquid quod improbiùs fieri potest? Idem *lib.* 2. *Offic.* Nec si plures sunt ij quibus improbè datum est, quàm illi, quibus iniustè ademptum.
Imprŏbĭtās, atis, Scelus, impietas, malitia. {עול ghével רעה rahhàh רשעה reschháh. μοχθηρία, φαυλότης. Gall. *Meschanceté.* Ital. *Ribalderia, maluagità.* Germ. Unfrommigkeit/bossfertigkeit. Hisp. *La maldad, ò desuergonçança.* Angl. *Lewdnesse, naughtinesse.*} Plin. *lib.* 2. *cap.* 25. Improbitas cordis humani. Cic. 4. *Verr.* Ex multis similibus ea sumam, quæ maximè improbitate excellere videbuntur.
Imprŏbo, as, are, Damno, reiicio, vitupero. {מאס maás געל ghabal. ἀποδοκιμάζω, ψέγω, ἀποδοκιμάζω. Gall. *Reprouuer, despriser, blasmer.* Ital. *Dannare, vituperare, rifiutare.* Germ. Für böss geben/verwerffen. Hisp. *Reprouar.* Angl. *To disallowe, to dispraise, to condemne.*} Plaut *Merc.* Qui bono sunt genere nati, præditi ingenio malo, Suapte culpa ex genere capiunt genus, ingenium improbant. Plin. *in Epist.* Quinetiam Domitius Afer, qui illos in nomen assumpsit, reliquit testamentum ante octo & decem annos nuncupatum: adeóque postea improbatum sibi, vt patris eorum bona proscribenda curauerit. Cæsar 2. *bell. ciuil.* Curio vtrunque improbans consilium, quantum alteri sententiæ deesset animi, tantum alteri superesse dicebat. Horat. *Epod.* 5.

Per hoc inane purpuræ decus precor:
Per improbaturum hæc Iouem.

Imprŏbātĭo, nis, Vituperatio, reiectio. {געל ghóhál. ἀποδοκιμασία, ψόγος. Gall. *Reprouuement, blasme.* Ital. *Biasimo, disprezzo.* Germ. Verwerffung. Hisp. *Reprouamento.* Angl. *A disallowing, repreuing or blaming.*} Ad Herenn. *lib.* 2. Hæc & ad imbrobationem, & approbationem testium pertinebunt.
Imprŏbātor, ἀποδοκιμαστής. Apul. *de deo Socratis*, Arbiter inseparabilis, testis, malorum improbator, bonorum probator.
Improbatus, a, um, adiectiuum. Vlp. *D. lib.* 13. *tit.* 7. *l.* 24. Si prostituit ancillam, vel aliud improbatum facere coegit.
Imprŏbābĭlis, e, Quod approbari non potest)(Probabilis, e. {ἀποδοκίμαστος. Gall. *Qu'on ne peut approuuer, qu'on doit reietter.* Ital. *Che non si può prouare.* Germ. Verwerfflich/das man nicht für gut geben oder rechnen kan. Hisp. *Lo que no se puede prouar.* Angl. *That can not be allowed.*} Cicer. *lib.* 4. *Acad.*—Quamobrem siue tu probabilem visionem, siue improbabilem, & quæ non impediatur, (vt Carneades volebat) siue aliud quid proferes, &c. Cels. *in Proœm. lib.* 1 Si rationes sequi velit omnium, posse videri improbabiles. Quintilian. Improbabile factum.
Imprŏbro, as, Probro afficere. {חרף chéreph גדף ghiddéph. ἀποδοκιμάζω, ὀνειδίζω. Gall. *Dire honte & vilenie, dire opprobre.* Ital. *Vituperare.* Germ. Schmähen. Hisp. *Injuriar.* Angl. *To reproche in wordes, to speak villany of.*} Plaut. *Truc.* Rus tibi improbras, vt nacta es hominem, quem pudeat probri.
Imprŏcērŭs, a, um, Humilis, breuis, demissus. {שפל schaphál קטן katán צעיר tsahir. μικρός, βραχύς. Gall. *Bas, qui n'est haut ne grand de stature.* Ital. *Basso, non alto.* Germ. Nicht gross oder lang. Hisp. *Cosa no grande in su genero.* Angl. *Of low stature.*} Gell. *lib.* 4. *cap.* 19. Aduertimúsque hinc elici carditatem, corpora eorum improcera fieri.
Imprŏcĕrābĭlis, ἄφθαρτος. Apul. *in lib. de dogmate Platonis*, Materiam verò improcerabilem incorruptámque commemorat, ἀγένητον.
Imprŏfessus, particip. absque verbo. {ἀνεπάγγελτος. Gall. *Qui n'est point baillé par declaration & denombrement.* Ital. *Chi non ha dichiarato la sua conditione.* Germ. Der sich nicht angeben hat. Hisp. *El que no ha declarado su estado y condicion.* Angl. *That hath not declared his estate.*} Martianus *l. interdum.* §. *ydem etiam ff. de public.* Siquis improfessus seruus fuerit, & probetur in commissum cecidisse, & aut vxorem corrupisse domini dicatur, aut aliud quid grauius admisisse, vt cognoscat procurator. Quintilian. *declamat.* 341. De re improfessa apud Publicanos & commissa.
Imprŏlŭs, & Improlis, qui nondum in ciuitatem ascriptus est. Festus.
Imprŏmiscuus, Non promiscuus, impermistus. {ἄμικτος. Gall. *Qui n'est point commun ne vulgaire.* Ital. *Non commune, non volgare.* Germ. Unvermischt. Hisp. *Cosa que no es comun.* Angl. *That is not commoune.*} Gell. *lib.* 12. *c.* 4. Suauitas tam impromiscua, támque ab omni fuco remota est. Idem *c.* 7. *lib.* 1. Impromiscuum verbum.
Imprōmptus, a, um. Tardus)(Promptus. {כבד chabédh. βραδύς. Gall. *Qui n'est point prompt ne soudain.* Ital. *Tardo, non prompto.* Germ. Unbehend/nicht geschwind. Hisp. *Tarde, floxo.* Angl. *Slow, vnreadlie.*}

Liuius 7. *ab Vrbe*, Quia infacundior sit, & lingua impromptus, ἀγλώττος.

IMPRŌPĔRO, as, Crimen, vel aliquid aliud obiicio. {חרף chereph גדף ghiddeph. ὀνειδίζω. GALL. *Reprocher, dire villenie.* ITAL. *Riprouerare, dir villania.* GERM. Auffrupffen/verweisen. HISP. *Injuriar.* ANGL. *To vpbrayde, to lay in reprocke.*} Plaut. *in Rud.* Etiam vim imperas flagitij flagrantia? ¶ Impropero aliquando etiam accipitur pro intrò propero: hoc est, festinanter & properanter ingredior. {מהר mihér. ἐπεισέρχομαι, ἐπεισελθεῖν. GALL. *Se haster, aller hastiuement.* ITAL. *Entrare con fretta.* GERM. Hineineilen. HISP. *Apressurarse mucho, entrar apressuradamente.* ANGL. *To hast to go in.*} Plin. *lib.* 35. *c.* 13. Inque basi quadrat intus labyrinthum inextricabilem: quò si quis improperaret, sine glomere lini, exitum inuenire nequeat.

Impropĕrātŭs, nomen, Non festinatus. {ἀσπερχὴς ... GALL. *Qui n'est point hasté, n'auancé, fait tout beau.* ITAL. *Non affrettato.* GERM. Unbehend. HISP. *No apressurado.* ANGL. *Not hasted.*} Virg. 9. *Æneid.*

Haud aliter retrò dubius vestigia Turnus
Improperata refert.

IMPRŌPRĬŬS, a, um, Non proprius. {ἄκυρος. GALL. *Impropre.* ITAL. *Improprio.* GERM. Unaigentlich. HISP. *No proprio.* ANGL. *Not proper.*} Quintil. *lib.* 8. *cap.* 2. In hac autem proprietatis specie, quæ nominibus ipsis cuiusque rei vtitur, nulla virtus est, atque ei contrarium est vitium, id apud nos improprium, apud Græcos ἄκυρον dicitur. Idem, Maximè improprius tropus.

Impropriē, aduerbium, {ἀκύρως, ὁ κυρίως. GALL. *Improprement.* ITAL. *Impropriamente.* GERM. Unaigentlichen. HISP. *No propriamente.* ANGL. *Improperlie.*} Gell. *lib.* 17. *c.* 1. Vt scribere ausi sint, M. Ciceronem parum integrè, atque impropriè, atque inconsideratè loquutum. Plin. *lib.* 8. *c.* 10. Mandunt ore, spirant, & bibunt, odorantúrque, haud impropriè appellata manu, de elephantis.

‖Improspectè, inconsideratè. Tertull.‖

IMPROSPER, infelix, ἄτυχής. Corn. Tacit. *lib.* 4. Antonius multa claritudine generis, sed improspera. *Ibidem*, Orta insidiarum magna moles, sed improspera.

Imprŏspĕrē, aduerbium, infeliciter, non prosperè. {δυστυχῶς. GALL. *Malheureusement.* ITAL. *Infelicemente.* GERM. Unglücklich. HISP. *No prospera mente, desdichadamente.* ANGL. *Vnhappely, vnluckely.*} Col. *lib.* 1. *cap.* 1. Vni quid perperam administratum cesserit improsperè, vitatur quod fefellerat. Gell. *c.* 9. *lib.* 9. Improsperè vertere.

Improtĕctŭs Indefensus, protectore, patronóve destitutus. {ἀπροστάτευτος, ἀπροφύλακτος. GALL. *Qui n'est point couuert ne defendu, descouuert.* ITAL. *Non difeso.* GERM. Unbeschirmpt/vnbedeckt. HISP. *No defendido.* ANGL. *That hath no defender, discouered.*} Plin. *lib.* 13. *c.* 26. Ne qua in re aduersa & repentina incursio imparatis, improtectísque nobis oboriatur. Vide Gell. *c.* 26 *lib.* 13. *& c.* 3. *lib.* 7.

IMPRŌVĬDŬS, a, um, Incautus, inconsideratus)(Cautus, callidus. {ἀπρονόητος. GALL. *Qui ne preuoit point ce qui doit aduenir, & n'y pouruoit point.* ITAL. *Incauto, non accorto.* GERM. Unfürsichtig. HISP. *No proueido.* ANGL. *That forse casted not far the tyme comming.*} Liu. 1. *ab Vrb.* Et quum improuidi effuso cursu insidias circa ipsum iter locatas superassent. Cic. *de leg.* Necessitas quædam fatalis improuidas hominum mentes occupauit. Improuidus, cum genitiuo. Plin. *lib.* 6. *c.* 3. Nec potest videri Scaurus rudi & huius mali improuidæ ciuitati obrepsisse quodam vitæ rudimento. Liu. 6. *b ll. Pun.* Improuidus futuri certaminis Romanus veniebat. Improuida tela, passiuè, quæ non prouidentur ἀπρόοπτα. Plin. *in Epist.* Sæpiùs à Domitiano, non secus ac tela, quæ ipsa cæca & improuida feruntur, in optimum quemquem contorquebantur.

Imprŏuĭdē, aduerb Incautè. {ἀπρονοήτως. GALL. *Sans auoir preueu ou pourueu.* ITAL. *Incautamente, non accortamente.* GERM. Ungewarlich/unfürsichtiglich. HISP. *No proueidamente.* ANGL. *Vnwares, sudainely.*} Liu. 7. *bell. Pun.* Neque pro veteris prudentia ducis tam improuidè se collegámque & propè totam Remp. in præceps dederat.

Imprŏuīsŭs, a, um, Quod non est præuisum, inopinatum, subitum, repentinum. {ἀπροσδόκητος, ἀφνίδιος. GALL. *Dequoy on ne se guettoit pas, impreueu.* ITAL. *Improuiso, non preuisto.* GERM. Unuersehen. HISP. *Cosa no mirada de antes.* ANGL. *Vnlooked for.*} Cic. *ad Attic. lib.* 15. Etiam illud quid est quod non pertimescendum sit, quum hominem temperantem, summum medicum, tantus improuisus morbus oppresserit? Horat. 2. *Carm. Ode* 13.

———*sed improuisa lethi*
Vis rapuit, rapiétque gentes.

¶ Improuisior, comparat. Tacit. *lib.* 2. Eodem anno duodecim celebres Asiæ vrbes collapsæ nocturno motu terræ: quo improuisior, grauiórque pestis fuit.

Imprŏuīsĭōr, Præter Tacitum, Apul. *lib. de Mund.* Quanto improuisior & præcipitatior est, tanto breuiore casu restringitur.

Imprŏuīsē, aduerb. Ex improuiso, ex inopinato, de improuiso, de repentè, subitò, repentè. {ἐξαίφνης, ἀπροσδοκήτως, ἀπροόπτως. GALL. *A despourueu, à pié leué, sans y auoir pensé, à l'impreueue.* ITAL. *All'improuista, improuistamente.* GERM. Unuersehenlich. HISP. *Subidamente, y de improuiso.* ANGL. *Of sudaintie, vnwares.*} Plaut. *in Truc.* Qui amat, nequit quin nihil sit, atque improuisè se pactibus expoliet.

Imprŏuīsō, aduerb. Idem. {ἐξαίφνης, ἀπροσδοκήτως. ANGL. *Sudainelie, vnwarestlie.*} Cicer. 12. *Philipp.* Cur hoc tempore tam improuiso? cur tam repentè pacis est facta mentio? Liu. 3. *ab Vrb.* Arcem Tusculanam improuisò nocte capiunt. Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 2. Tantum adest boni improuisò.

IMPRŪDĔNS, tis, Incautus, inconsideratus, insciens, ignarus, rerum expers. {שגג shegégh שוגג shogéh. ἄγνως. GALL. *Imprudent, mal auisé.* ITAL. *Non auertito.* GERM. Unweiß. HISP. *No prudente, ni sabio.* ANGL. *Vnaduised, vnwoare not knowing.*} Cic. *pro Rosc. Amer.* Hæc omnia, iudices, imprudente L. Sylla facta esse certè scio. Terent. *in Hecyr.* equidem plus hodie boni feci imprudens, quàm sciens ante hunc diem vnquam. Construitur interdum cum genitiuo. Col. *in Proœm. lib.* 10. Tota vita velleat imprudentes negotij sui conspici, id est, ignari. Terent. *in Eunuch.* Emit eam dono mihi, Imprudens harum rerum, ignarúsque omnium. Plaut. *Men. sc.* 9. *a.* 5. Ignoscas, si quid stultè dixi, aut Imprudens tibi. *Ibid. sc.* 4. *a.* 2. Non imprudens aduersabor. Idem *Capt. prolog.* Imprudens & insciens sæpè plus fecit, quàm sciens boni. Idem *Aul. sc.* 1. *a.* 1. Ne mihi ex insidiis verba imprudenti duit. (id est, incauto.) Idem *Milit. sc.* 5. *a.* 2. Ne quis nos imprudentes immutauerit. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Cur imprudenti cognita culpa mihi est.

¶ Imprudentes maris. (id est, imperiti.) Liu. 4. *dec.* 4. & Cæs. *lib.* 1. *de bell. ciu.* imprudentes aggredi. Item Liuius *lib.* 1. *bell. Maced.* imprudens religionis.

Imprūdentĭă, æ, Inscitia, error, inscientia. {שגגה shegaghah. ἄγνοια. GALL. *Imprudence, Inaduertance, mesgarde.* ITAL. *Inauertenza.* GERM. Unweisheit/vnwissenheit. HISP. *Imprudencia.* ANGL. *Lack of consideration, rashnesse.*} Cic. *de Inuen.* Imprudentia est, quum scisse aliquid is qui arguitur, negat. Terent. *in Eunuch.* Si id est peccatum, imprudentia est. Gell. *cap.* 1. *lib.* 20. Quod per imprudentiam factum est, retaliari per imprudentiam debet. Idem *c.* 1. *lib.* 7. prudentia & imprudentia sunt contraria. Item apud Velleium.

Imprūdentĕr, aduerb. Inscitè, incautè. {בשגגה bishegaghah. δι' ἄγνοιαν. GALL. *Imprudemment, par mesgarde.* ITAL. *Inauertentemente.* GERM. Unweissenlich/vngewarlich. HISP. *No prudentemente.* ANGL. *Vnauisedly, vnwittinglie.*} Terent. *in Andr.* interea hæc soror. Quam dixi ad flammam accessit imprudentiùs. Cic. *de Inuent.* Nam si iis qui imprudenter læserunt, ignosci conuenit: iis qui necessariò profuerunt, habere gratiam non oportet.

IMPŪBĔS, is, vel Impubis, & hoc Impube, vel Impuber, eris, Qui ad annos pubertatis nondum peruenit. {ἄνηβος. GALL. *Qui n'a point encor de poil ou de barbe, iouuenceau.* ITAL. *Giouenette, senza barba.* GERM. Unmannbar/dem noch kein bart niemals gewachsen ist. HISP. *Mancebo sin barba.* ANGL. *A childe that hath yeth no heares or beard.*} Hoc est, qui nondum lanuginem circa genitalia membra emisit, quam Latini pubem vocant. Ouid. 2. *Fast.*

Nam puer impubes, & adhuc non vtilis armis,
Vnus de Fabia gente relictus erat.

Plin. *lib.* 23. *c.* 7. Corticem eius impubescentem puer impubis si defracto ramo detrahat dentibus. Liu. 2. *ab Vrb.* Laudatámque virginem parte obsidum se donare dixit: ipsa quos vellet, legeret: productis omnibus elegisse impuberes dicitur. Suet. *in Claud. c.* 43. Impubi & tenero. Item Liu. *lib.* 2. *d.* 5. Impubes multitudo.

Impūbēscēns, entis, adiectiuum, dicitur qui nondum lanuginem emittit: vt proximè præcedenti exemplo Plinij. ὁ μήπω ἡβῶν.

IMPŪDĒNS, tis, Qui nullo pudore ducitur, quem nihil pudet, inuerecundus, perfrictæ frontis. {עזפנים az panim עז בצה. ἀναίσχυντος, ἀναιδής. GAL. *Impudent deshonté, effronté.* ITAL. *Sfacciato, senza vergogna.* GERM. Unuerschampt. HISP. *Desuergonçado, sin verguença.* ANGL. *Shamelesse, that hath a brasen face.*} Cic. 4. *Acad.* Vtrum igitur non impudentes qui labi volumus? an illi arrogantes qui sibi persuaserint scire se solos omnia? Terent. *in Eunuch.* Tum equidem istud os tuum impudens viuere nimium vellem. Cic. *Luceio, famil.* 5. Qui verecundiæ fines semel transierit, eum bene & nauiter oportet esse impudentem. Plaut. *Men. sc.* 1. *a.* 5. Etiámne impudens auttire audes? Idem *Mil. sc.* 1. *a.* 1. Herus gloriosus, impudens. Idem *Men. sc.* 3. *a.* 5. ò hominis impudentem audaciam. Idem *Amph.* Quid illac impudente audacius? Idem *Aul. sc.* 6. *a.* 4. Cum istac oratione te ad me adire ausum, impudens.

Impŭdēntĭă, æ, Inuerecundia. {ἀναισχυντία, ἀναίδεια. GALL. *Impudence, deshontement, effrontément, hardiesse effrontée.* ITAL. *Sfacciatezza, sfacciataggine.* GERM. Unschamhaftigkeit. HISP. *Desuerguença.* ANGL. *Sausenesse, shamelesnesse.*} Cic. 5. *Verr.* Quid ad hanc impudentiam addi potest? Idem *pro domo sua*. An ego tantum oculorum impudentiam habere possim, vt videam, &c. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 5. Quæ hæc malum impudentia est? Seruire viros sibi mulieres postulare.)

Impŭdēntĕr, petulanter, inuerecundè. {ἀναιδῶς, ἀναισχύντως, ἀκολάστως. GALL. *Impudemment, sans honte & vergongne.* ITAL. *Sfacciatamente, senza vergogna.* GERM. Unuerschampt/on alle scham. HISP. *Desuergonçadamente.* ANGL. *Impudentlie, vnshamefullie.*} Terent. *in Andr.* Mirum verò, impudenter mulier si facit meretrix! Cicer. *de Amic.* Sed plérique peruersè, ne dicam impudenter, amicum habere talem volunt, quales ipsi esse non possunt. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 5. Nimio impudenter negas.

‖Impudentissimè. Lampr. *in Heliogabalo*: quæ pateretur impudentissimè.‖

IMPŪDĪCŬS, a, um, Impurus, qui pudicitiam suam prostratam habet. {ἀσελγὴς, ἄναγνος. GALL. *Impudique, paillard.* ITAL. *Impudico, non casto.* GERM. Unzüchtig/vnkeüsch. HISP. *Luxurioso, ò no casto, ni limpio.* ANGL. *Vnchast, vnclean in liuing.*} Quum de mare dicitur, eum designat qui muliebria patitur, ... Cic. *ad Octauium*, Audiet Marius, impudico domino parère nos qui ne militem quidem habere voluit, nisi impudicum. Plaut. *Amph.* Nemo mihi corpus corpore contigit, qui me impudicam faceret. Idem *ibidem*, Nunc quando factis me impudicis abstines, ab impudicis dictis auorti volo. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 1. Nisi est osculando impudicior. Item facinus impudicum, dicitur de stupro apud eundem *Mil. sc.* 3. *a.* 2. ¶ Ponitur quandoque etiam pro impudente, temerario, & pro eo, qui nullo pudore dicitur. Idem *in Rud.* O facinus impudicum! Quàm liberam esse oportet, seruire, postulare. ‖¶ Impudicum facere, alterius pudicitiam violare. Dig. *lib.* 47. *tit.* 10. *l.* 8. Si quis tam fœminam quàm masculum, siue ingenuos, siue libertinos impudicos facere adtemptauit.‖

Impŭdīcĭssĭmŭs, superlat. Seneca *controuers. lib.* 3. *in vlt.* Quod plerumque etiam impudicissima spe vberioris præmij de industria simulat.

Impŭdīcĭtĭă, æ, Impuritas. {ἀσέλγεια, ἀναγνεία. GALL. *Impudicité, paillardise.* ITAL. *Lussuria, impudicitia.* GERM. Unzucht/vnschamhaftigkeit. HISP. *Aquella no castidad, o limpieza.* ANGL. *Vnchastnesse, vncleanesse in liuing.*} Cicer. *ad Octau.* Cui nulla dignitas maiorum conciliasset opem potentium, sed forma per dedecus pecuniam & nomen nobile consceleratum impudicitiæ detulisset. Quint. *lib.* 2. *c.* 2. Nónne optimè patronus occurrat prius conuitiis luxuriæ, petulentiæ, impudicitiæ, quàm veneficij? Plaut. *Amphitr.* Qui domi vxorem meam impudicitia impediuit.

Impu

Impudicatus, adiectiuum, Stupratus, inquit Festus.

IMPVGNO, as, are, Oppugno, resisto, aduersor, contraho. {*lachām*, *nilchham*. ..., πολεμέω. GALL. *Impugner, combattre à l'encontre, resister*. ITAL. *Oppugnare, impugnare*. GERM. Bestreitten. HISP. *Pelear, ò combatir con otro*. ANGL. *To figh againſt, to resiſt.*} Plaut. *Milite*, ad eum Vineas, pluteósque agam, res parata est, impugnandóque Capere certa res est. Liu. 3. *ab Vrb.* Impugnare terga hostium. Horat. 1. *Epist.* 1.

Nostra sed impugnat: nos, nostraque liuidus odit.

Impugnatus, participium, Victus. {*lachūm*. ... GALL. *Impugné*. ITAL. *Impugnato*. GERM. Bestritten. HISP. *Combatido*. ANGL. *VVithstanded, ouer comed.*} Plin. *lib.* 5. *c.* 24. Primò hunc illi impugnatus cursum taurus aufert.

Impugnatus, ..., sine pugna relictus. Gell. *lib.* 1. *c.* 6. Propterea turpe esse ait Rhetori, si quid in mala causa destitutum atque impugnatum relinquat.

Impugnatio, nis. Oppugnatio. {*milchamāh*. ... GALL. *Contrarieté, opposition contre, resistente*. ITAL. *Contrasto, resistenza*. GERM. Bestreitung, widerfechtung. HISP. *Aquella obra de combatir*. ANGL. *VVith standing, fighting againſt.*} Cic. *Attic. lib.* 4. Ipse domum P. Syllæ pro castris sibi ad eam impugnationem sumpserat.

Impulsio, Impulso, & Impulsus, vide *Impello*.

IMPVNO, nis, A veteribus impudens dicebatur. Lucil. *lib.* 2. apud Nonium, Homo impuratus, & impuno, & rapax.

Impunitur, Liu. *lib.* 3. *ab Vrb.*

Impunitus, a, um, Liber, inultus, non punitus, pœnis solutus. {ἀτιμώρητος. GALL. *Impuni*. ITAL. *Non punito, assolto*. GERM. Ungestrafft. HISP. *No punido, ni castigado*. ANGL. *Vnpunished.*} vt, Impunita iniuria, ob quam nullum sumptum est supplicium. Cicero 7. *Verr.* Possemus hanc iniuriam, ignominiámque nominis Romani inultam impunitámque dimittere! Impunitior. Comparat. Horat. 1. *Serm. sat.* 7.

——— qui tu impunitior illa,
Quæ paruo sumi nequeunt obsonia captas?

Impunis, e, qui sine pœna est, item illæsus. Solinus *c.* 40. Obrestata occursantes feras impunis redit.

Impunè, aduerbium, Sine pœna, absque mulcta, impunitè. {*chinnám*. ἀτιμωρητί, ἀζημίως. GALL. *Sans estre puni, sans danger*. ITAL. *Senza punitione, senza pena*. GERM. Ohne strafl. HISP. *Sin pena y sin castigo*. ANGL. *VVithout punishment or danger.*} Ouid. 2. *Metam.*

Haud impunè feres: adimam tibi namque figuram:

Idem 13. *Metam.*

Thersites per me haud impunè protervus.

Senec. *c.* 1. *de consol. ad Mart.* Impune nasci nulli contigit. Idem, Quod illi non impunè cessit. Plaut. *Aulul. sc.* 6. *a.* 4. Minus vile est vinum & amor, si ebrio & amanti impunè quòd lubeat licet. Idem *Ps. sc.* 5. *a.* 1. Do Iouem testem tibi te ætatem impune abiturum. ¶ Aliquando idem est quod sine noxa, aut detrimento. Virg. *lib.* 2. *Georg.*

Et sæpè alterius ramos impunè videmus
Vertere in alterius, mutatámque insita mala
Ferre pyrum.

Vbi *impunè*, videtur esse sumptum pro sine noxa, aut detrimento matris. Terent. *in Hecyr.* Impune istud optare tibi licet. Horat.

Obturem patulas impunè legentibus aures.

Iuuen. *Satyr.* 1.

Impunè ergo mihi recitauerit ille Togatas?
Hic Elegos? impunè diem consumpserit ingens
Telephus?

¶ Impunius, magis impunè, ac cum minori periculo. Terent. *in Heaut.* Nunquam commodius vnquam herum audiui loqui. Nec quum male facerem, crederem mihi impunius licere. Cic. 6. *Verr.* Ille ciuis Romanus quòd erat, impunius id facturum putauit. ¶ Impunissimè, superlatiuum. Plaut. *in Pœn.* —nam impunissimè Tibi quidem hercle vendere hasce ædes licet.

Impunitas, atis, Venia peccati, licentia, libertas, quum scilicet is, qui peccauit, nulla mulctatur pœna. {*chen* *chemláh*. ἀτιμωρησία. GALL. *Impunité, grace & remission de quelque meffait*. ITAL. *Perdono, gratia, remissione di castigo meritato*. GERM. Unsträflichkeit. HISP. *Aquella no punicion ni castigo*. ANGL. *Lack of punishement, pardon.*} Salust. *in Catil.* Siquis indicasset de coniuratione quæ contra Rempublicam facta erat, præmium decreuere, seruo libertatem, & libero impunitatem eius rei, & sestertiorum ducenta millia. Cic. 2. *de fin.* Quæ libido se non proripiet, ac proiiciet, aut occultatione proposita, aut impunitate, aut licentia? Velleius, Impunitas gladiorum.

IMPVRVS, a, um, Immundus, turpis, impudicus: quanquam etiam frequenter pro scelerato, & improbo accipi solet. {*tamé*. ... GALL. *Ord & sale, vilain, meschant*. ITAL. *Immondo, sporco, scelerato*. GERM. Unrein, unlauter, unflätig. HISP. *No puro ni limpio, suzio*. ANGL. *Dishonest, vile, naughtie, lewd.*} Plaut. *Curc. sc.* 2. *a.* 1. Viden' vt impura ingurgitat in se merum. Idem *Aul. sc.* 3. *a.* 2. Impuris illis omnibus adij manum. Idem *Asin. sc.* 4. *a.* 2. Impure, nihili. Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 2. impure leno. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Enhiūt impura conditor historia.

Terent. *in Adelph.* O hominem impurum! Idem *Eunuch.* Mei loci atque ordinis hominem haud impurum. Cic. *lib.* 4. *de Repub.* Sed iuuentuti nostræ minimè audiendus, quippe si ita sensit vt loquitur, est homo impurus. Idem 4. *Philipp.* Quàm multis illum ingenuis, quàm multis matribus-familias in illa terra, atque impura legatione vim attulisse existimatis!

Impuro, as, impurum facio, impurè tracto. Gloss.

Impuratus, a, um, Impurus. {*tamé*. ...} Terent. *in Phorm.* Impuratus me ille, vt etiam irrideat? *Ibidem*, tum hunc impuratum poterimus nostro modo Vlcisci.

Impurè, aduerbium, immundè, turpiter, impudicè. {ἀκαθάρτως, αἰσχρῶς, ἀσελγῶς. GALL. *Meschamment & vilainement*. ITAL. *Sporcamente, impudicamente*. GERM. Unsauberlich, unflätiglich, schändlich. HISP. *Suzia y no limpiamente*. ANGL. *Filthely and lewdly.*} Cic. 3. *de fin.* Quis animo æquo videt eum quem impurè ac flagitiosè putet viuere?

Impuritiæ, impuritates. Tertull.

Impuritas, atis, Turpitudo, impudicitia. {*tummeáh*. ἀκαθαρσία, ἀσέλγεια. GALL. *Vilainie, ordure, meschanceté*. ITAL. *Dishonestà, biasimo*. GERM. Unreinigkeit, unlauterkeit, schand. HISP. *Suziedad y no limpieza*. ANGL. *Vilanie, lewdnesse.*} Cic. 2. *Philipp.* Quum omnes impuritates pudica in domo quotidie susciperes, vino, lustrísque confectus.

IMPVTATVS, a, um, Quod non est putatum, seu amputatum. {ἄτμητος. GALL. *Non poisé, ou taillé*. ITAL. *Non podato*. GERM. Unbehowen, nicht beschnitten. HISP. *No podado*. ANGL. *No lopped or shred.*} Nomen est, non participium: quum Imputo in hac significatione non legatur. Plin. *lib.* 4. Eadem lege ex imputata vite libari vina diis nefas statuit, ratione excogitata, vt putare cogerentur.

Imputo, as, Causam alicuius rei alicui ascribo, & in aliquem transfero, siue ea mala, siue bona sit. {*chaschab*. ... GALL. *Imposer, mettre sus, reprocher*. ITAL. *Imputare la colpa ad alcuno*. GERM. Zurechnen, zulegen, aufladen. HISP. *Imputar*. ANGL. *To impute or laye the cause of any thing to an other.*} Et tam in bonam partem vsurpatur, quàm in malam. Senec. *epist.* 88. Imputare diuitiis incommoda. Sueton. *in Neron. cap.* 36. pleríque fatebantur crimen, nonulli etiam imputabant. Senec. *cap.* 5. *de tranquill.* Quidam vltro officia nostra nobis imputant. Velleius, Si quis imputat hic rebellandi tempus Atheniensibus. Quint. *lib.* 4. *cap.* 10. An ei cædes imputanda sit, à quo iurgium cœpit? Plinius *lib.* 18. *cap.* 1. Nostris eam criminibus vrgemus, culpámque nostram illi imputamus. ¶ Pro constare, vt apud Senec. *cap.* 1. *de consol. ad Mart.* Magnò imputata auctori suo rerum fides, id est, constitit. GALL. *Il luy a esté bien cher vendu*, quia scilicet mori iussus est ob scripta. Item, Imputare pro eo quod Galli dicunt, *Deputer ou conter à quelqu'vn pour grande faueur & grace*. Sueton. *in Tiber. cap.* 53. imputauit etiam (Agrippinæ scilicet nurui Tiberij) quòd non laqueo strangulatam, in Gemonias abiecerit. ¶ Interdum significat supputare, & numerare, subducere rationem, λογίζεσθαι. Vlpianus, Præterea si matrem aluit pupilli tutor, putat Labeo imputare eum posse. Columell. *lib.* 1. *cap.* 7. Longéque plus seminis imputant iacti, quàm quod seuerint. ¶ Interdum Imponere & describere significat. Plin. *in Epist.* Eidem ciuitati imputata sunt terna millia, quæ viatici nomine annua dabantur, legato eunti ad eum qui Mœsiæ præest, publicè salutandum.

Imputator, verbale. {*chosbéb*. ... ὁ ... τῶν ...} Sen. *de benefic.* Multi sunt tam prauæ naturæ, vt malint perdere quæ præstiterunt, quàm videri recepisse, superbi & imputatores.

Imputresco, is, Putresco. {*neelach*. ... GALL. *Se pourrir*. ITAL. *Putrefarsi*. GERM. Erwarmen verfaulen. HISP. *Pudrirse*. ANGL. *To rotte.*} Colum. *lib.* 6. *c.* 17. Num animal ipsum oleo mersum necatur, & quum imputruit conteritur.

Imputribilis, qui non putrescit. Ambros.

Imus, a, um, Infimus, extremus. {*tachti*. ... GALL. *Le plus bas, le plus profond*. ITAL. *Basso, infimo, vltimo*. GERM. Das underst. HISP. *Baxo, vltimo, ò tabero*. ANGL. *The lowest, or deepest.*} Virg. 6. *Æneid.*

Fulmine deiecti fundo voluuntur in imo.

Cic. *in somn. Scip.* Ima sede semper hæret terra. Tib. *lib.* 4.

Vel si sublimis fluctu consurgeret imo.

Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 3. Imi subsellij viros. Ouid. 2. *Fast.*

Imus erat dies (id est, postremus.)

Item, Sacer erat imus. Suet. *in Aug. c.* 64. In imo lecto assidere. (in cœna.) Senec. *c. vlt. de tranquill.* Ab imo mouet ebrietas. Idem, In imo recumbere. Suet. *in Aug. c.* 79. A summo ad imum. Ouid. 5. *Fast.*

——— Superis imisque deorum Arbiter.

Velleius, Summa imis miscere. ¶ Imus venter, (id est, pudenda.) apud Gell. *cap.* 14. *lib.* 1. si credimus Passeratio. ¶ Ima cera, vltima pars testamenti. ¶ Aliquando etiam dicimus Imum pro Intimo. Virg. 6. *Æneid.*

——— Fuditque preces rex pectore ab imo.

I N

In, {*b*. ἐν, εἰς. GALL. *En*. ITAL. *In, nel*. GERM. In, gegen. HISP. *En, en el*. ANGL. *In.*} Præpositio est quæ & separari & componi solet. Separata tam accusatiuo, quàm ablatiuo deseruit. Cum Ablatiuo. Suet. *in Aug. c.* 64. In imo lecto assidere. Liu. *lib.* 34. *lib.* 4. *d.* 4. In seruitio esse. Plaut. *Asin. sc.* 1. *a.* 1. In metu sum, quo euadas. Idem *Aul. sc.* 4. *a.* 3. facta est pugna in Gallo gallinaceo. *Ibid. sc.* 5. *a.* 3. Inspicere exta in Sole. Ouid. *initio lib.* 6. *Fast.*

——— In cura nominis huius eram.

Idem *ibid.*

In prece totus eram.

Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 3. Caue in te mihi sit mora. ¶ In æquo stare, parem & æqualem esse. Senec. *lib.* 2. *de benefic.* Vix sibi temperant, quin eo vsque impudentiæ prouehuntur, vt naturam oderint, quòd infra deos sumus, quòd non in æquo illis stetimus. ¶ In bonum exire, bene euenire, bene succedere. Senec. *lib. de beata vita c.* 9. Omnia faciet ex imperio suo. Nihilque inopinatum faciet: sed quicquid aget, in bonum exibit. ¶ In commissum cadere. Marcian. *D. lib.* 39. *tit.* 4. *l.* 6. ¶ In parendo vnà Liuius 4. *ab vrb.* Ouid. *Eleg.* 13. *lib.* 3. *Trist.*

Inque relinquendo, &c. Debueras dixisse Vale.

Cùm in cogitando diutule fuisse. Gell. *c.* 16. *lib.* 11. Item, In expectando esse. Idem *c.* 7. *lib.* 3. Et in profligato esse. Idem *c.* 5. *lib.* 15. Ouid. 5. *Fast.* In spe vitis erat. Idem 6. *Fast.* Auctor in incerto est. ¶ In hac platea conferat quicquam sui negotij. Plaut. *Capt.* 1. *a.* 3. Item, In libertate esse, vide *Libertas*. Et, In fine esse, vide *Finis*. Et Gell. *c.* 19. *lib.* 16 In quæstibus & voluptatibus in amoribus hominum esse. Plaut. *Amphitr.* Alcmenæ in tempore auxilium feram. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Qui mihi in cursu obstiterit. In parte, vide *Pars*. Cum accusatiuo constructa varias habet significationes pro ratione adiuncti. Quandoque enim in bonam partem accipitur, idémque significat quod erga. Virg. *lib.* 1. *Æneid.*

Accipit in Teucros animum, mentémque benignam.

¶ Quandoque in malam, pro aduersùs, vel contrà, κατά, vt, in parricidam dico, & in tyrannum pugno. Gell. *c.* 2. *lib.* 17. In Gallos pugnare. (id est, aduersus.)

aduersus.)Plaut. *Aul.sc.*5.*a.*3. In pauciores auidos altercatio est(futura mihi,sup.)Idem *Capt.sc.*1.*a.*1.frangi aulas in caput.Sic,Oratio Ciceronis,in Pisonem,in Catilinam,in Verrem,&c.Virg.1.*Æneid.*

Quid meus Æneas in te committere tantùm,
Quid Troes potuere?

¶ Quandoque ad. Idem 1.*Æneid.*

Impulit in latus.

¶ Quandoque post. Liuius,Bellum in trigesimum diem indixerant, id est, post triginta dies , vel triginta diebus exactis. vt in morte, id est, post mortem,vide *Mors.*Plaut.*Pseud.sc.*5.*a.*1. In hunc diem da operam mihi Clitipho.*Ibid.* in omnes dies te condam in pristinum. *Ibid.sc.*1.*a.*2. Et,in crastinum diem vos vocabo.*Ib.sc.*1.*a.*5.In item In longum, vide *Longus*,in præsens,vide *Præsens*.Item,in æternum, vide *Æternus. Ibidem sc.*2.*a.*3. Promisit me interuertere in hanc diem , (id est , hodie.) *Ibidem sc.*1.*a.*1. In hunc diem mihi caueant. Idem *Mostell.sc.*1.*a.*1. Volo in vesperum parare piscatum mihi,&c.¶ Iungitur etiam aliquando accusatiuo pro ablatiuo vsurpato : vt, Vereor te in os laudare, pro in ore. Terent.*in Adelph.* In quem exempla fiant.Plaut. *Mostell.sc.*1.*a.*1. In pectus argumenta institui,pro in pectore.Idem *Aul.sc.*2.*a.*4. Cor cœpit in pectus emicare.Idem *Amph.sc.*1.*a.*3. In soporem collocare.Idem *Mil.sc.*4.*a.*2. In dolos insistere.Gell.*c.*6.*lib.*15.In eam rem errauit.In omnia pro omnibus. Velleius.Tacit. *lib.*2. forma dissimili in dominum(pro domino.)Suet. *in Aug.c.*13. In potestatem volucrum esse,pro,in potestate. Plaut. *Amph.sc.*1.*a.*1. Numero mihi in mentem fuit Gell.*cap.*15.*lib.*3. In caput coronam ponere.Plaut.*Capt.sc.*1.*a.*4. In ventrem sumpsit confidentiam. Idem *Pseud.sc.*5.*a.*4. In pistrinum credo fore.(id est,in pistrino.)Idem *ibid.sc.*2.*a.*3.Eum in odorem cœnat Iupiter cotidie.Idem *Men.sc.*3.*a.*1. Quæ apposita in mensam: pro in mensa,&c.¶ Item dicimus,Dare in ruborem,timorem,splendorem, vide *Rubor,Timor,Splendor.*Et Dare corpus in vulgus,Gell.*cap.*7.*lib.*6. & Suet.*in Ner.cap.*11. In vulgus missilia spargere. Idem *Calig.* In plebem spargere nummos.Gell.*c.*12.*lib.*10. Hæc sunt data in nomen Democriti. Liu. *lib.*4.*ab Vrb.* In ceruices acceptum regnum. Quintil. In peruersum mutare dicta. Item, In exemplum proponere Idem GALL. *Pour exemple.*Item,Suet.*in Tib.c.*21. Quintil. In matrimonium amare meretricem.& Gell.*cap.*1.*lib.*14 In iudices legi. Plaut. *Capt.sc.*3.*a.*3. Quasi in orbitatem liberos produxerim.Idem *Asin.sc.*4.*a.*2.Quæritare argentum in fœnus. (i. interest.) ¶ In rem communem esse. Idem *Amph.prolog.* Idem *Aul.sc.*2.*a.*1. bis : In rem esse vtrique arbitremur Et *Capt.sc.*3.*a.*2 In rem vtrique est maximè. Idem *Aul.sc.*1.*a.*4.v 4.In herum matura,(id est,in rem & vsum heri.) ¶ Interdum etiam contrà iungitur ablatiuo,pro accusatiuo.Liu.4.*d.*4. In sua matre famil.sus retinere.pro in suam,&c.Ouid.13.*Metam.*

Nec vos audistis in illo crimina.(id est,in illum.)

Gell.*c.*1.*lib.*17.In medium relinquere.Ouid.4.*Fast.*

Venerem gradibus multis in gente receptam.(pro gentem.)

Item, In ædibus intromittere. Plaut. *in Aul.* Vide *Intromitto.* ¶ Idem *ibid.sc.*2.*a.*1.Nummos diuidere in viros dixit,pro viris,siue viritim.Et *ibid.sc.*5.*a.*3.In maximam populi partem illud est optimum.(pro parti max.) Et Quintilian. In posteros multa tradiderunt. (id est,posteris.) Liu *lib.*6.*d.*4. In quæ consilium dedi , in ea operam polliceor. Plaut *Men.sc.*7.*a.*5.Neu sinas in me fieri tantam iniuriam.¶ Interdum idem quod vsque ad. Mart. *lib.*1.—in lucem semper Acerra bibit , hoc est, vsque ad lucem.¶ Pro ad,Ouid.2.*Fast.*

Et cadit in patrios sanguinolenta pedes.

Idem 6.*Fast.*

Admisit castas in sua sacra manus.

Idem 13.*Metam.*

An quod in arma prior,&c.

Liu.*lib.*5.*d.*4. In eam rem idonei. Gell.*c.*16.*lib.*13. Institutio in bonas artes.Plaut. *Aul.sc.*3.*a.*2.Iussit mittere hæc in nuptias.(id est,ad nuptias celebrandas.)Idem *Most.sc.*2.*a.*1. In vsum sum factus nequior,(id est,ad vsum.)Senec.*de cons.ad Polyb.c.* 9. In omnes tempestates expositum mare,(id est,ad.)Ouid.13.*Metam.*

Nec tamen hac series in causam prosit Achilli.

¶ In vacat non rarò,vt apud Gell.*c.*21.*lib.*1.In memoria nostra doctissimus.Et *cap.*6.*lib.*18. Melissus in memoria nostra fuit Romæ. Plaut. *Pseud.sc.*2.*a.*5.In vna hora ebibere quatuor fructus massui?Ouid.*Eleg.*2.*lib.*4.*Trist.*

——*Super in curru Cæsar victore veheris.*

Liu.*lib.*5.*dec.*4. In ante diem.Gell.*c.*4.*lib.*15.In eo tempore. Et *cap.*1.*lib.*20. In ea tempestate. Suet.*in Calig.c.*52. In crepidis : pro crepidis calceatus.Ouid.3.*Fast.*

——*Congestis tellus in armis.*

Vell.In omnibus tribubus distribuere.Gell.*c.*2.*lib.*15.In facundiæ gloria iactabundus.Ouid. *Eleg.*2.*lib.*2.*Trist.*

Inque tuis humeris tam leue fertur onus.

Item,

Si reditum retulisset is,haud in tempore longo.

Et Plaut. *Pseud.sc.*3.*a.*2. Ornata cuncta in ordine habeo. Gell.*cap.*16.*lib.*11. In vndecimo mense parere. *Ibid.sc.*3.*a.*1. In hoc triduo. Item, Aduenit in Epidaurum,Est in Epidauro,in Epidamno,&c. pro Epidaurum , & Epidauri , In Athenas , pro Athenis , vt infrà modò dicetur. ¶ Nonnunquam idem significat quod pro. Terent. *in Andr.* Olera & pisciculos minutos ferre in cœnam sui.Cic.5.*Verr.* Ne amplius in iugera singula,quàm terna medimna exigeret,hoc est,pro singulis iugeribus.Plaut.*Pseud.sc.*2.*a.*1. Frumentum,quod in hunc annum satis sit. GALL. *Pour ceste année.* Velleius, Desperata victoria in mortem dimicabatur. Sic Suet.& Quint. In exemplum propone. ¶ Item, In partem hunc detrude,atque hanc amplexare.(id est,pro tua parte, siue in parte, κατὰ μέρος,siue ἐν μέρει, inquiunt Græci.)Plaut.*Asin.sc.*3.*a.*3.¶ Pro apud,Ouid.*Eleg* 9.*lib.*3.*Trist.*

Inque Getis Graios constituere domos.

¶ Cum verbis autem motum significantibus constructum idem est, quod intrò.vt,Recepit se in forum,Redit in vrbem.Quum autem iungitur ablatiuo, tunc habet eandem vim, quam apud Græcos ἐν : vt, In vrbe, In tempore. Plaut. *Mil sc.*1.*a.*1. Eam inuitam huc in Ephesum aduehit.Idem *in Curc.* cùm aduenis in Epidaurum.Gell. *c.*14.*lib.*15. In venatum profectus est leo.Plaut.*Capt.sc.*1.*a.*4.In nostram aduenit domum.In Athenas misit.Quint.*declam.*333.Liuius *lib.*4.*dec.*5. In vnum locum petierunt tres patricij. In Idem, vide *Idem.* ¶ Legimus etiam apud Plaut.*in Curc.sc.*3.*a.*2.Æquè in Epidauro Lyconem nouerim,pro Epidauri. Sicque Men.*sc.*1.*a.*2. Ne mihi damnum in Epidamno duis, pro Epidamni. In pro ex, Senec. *c.*3.*de consol.ad Helu.* In mea pendet tua fortuna.¶ Pro cum,Ouid.4.*Fast.*

Fallit & in Nympha,&c.(id est,cum ea concubuit.)

Item.Ignarus in disciplinis. Gell. *c.*5.*lib.*12. ¶ Item,In Kalend , & intra Kalend. Idem,quia olim In,intra, vt cis citra dici consueuit. Vide Gell.*c.*13.*lib.*12.¶ Aliquando significat inter.Virg.3.*Æneid.*

Penthesilea furens mediis in millibus ardet.

¶Pro Inter,Suet.*in Cas.c.*83.In tutoribus nominare.Item,In cursu,pro inter currendum,vide *Cursus*.Cæs.1.*de bell.ciu.*In barbaris erat nomen Cæsaris obscurius.Tibull.*lib.*4.

——*Sis victor in illis.*(id est,inter illos.)

¶Pro intra.Plaut.*Capt.sc.*2.*a.*1 Confido illum in his diebus me reconciliasse re. Suet.*in Tib.c.*60.*& in Neron.c.*3. In paucis diebus,&c. ¶ In vino,in ioco atque vino,in vino atque alea. Hisce loquendi generibus tempus significatur post conuiuium.Nam sublatis epulis,pocula tamen apud veteres relinquebantur,quibus mutuò inter se certantes conuiuæ aut iocis hilarabant animum,aut alea ludebant, aut aliquid faciebant eiusmodi. Terent. Vel here in vino quàm immodestus fuisti. Catull. Marrucine Asini, manu sinistra. Non bellè vteris in ioco, atque vino. Cicer. *Catil.*2. Quod si in vino atque alea comessatores solùm scorta quærerent, essent illi quidem desperandi, sed tamen essent ferendi. In animo est, Liu.*lib.*6.*bell.Pun.* Itaque quibus vestrûm antè fato cedere, quàm hæc tot & tam acerba videant,in animo est : iis apud me hodie epulæ instructæ parata que sunt.id est,placet,& sic cogitant, siue proponunt.¶ Composita quoque variis capitur modis.Nam modò ponitur pro intra,vel intro:vt Ingredior,Induco.Modò pro contra:vt Inclamo, Insulto.Modò intensiua est:vt,Increpuit, Insonuit. Sic Infractum aliquando inuenitur pro eo quod est valde fractum.Virg.12.*Æneid.*

Turnus vt infractos aduerso Marte Latinos.

Idem *alibi*,

Nosco crines,incanaque menta. hoc est,valde cana.

Modò negatiua,seu priuatiua:vt Ignarus,Inutilis. Modò significat supra:vt Immineo,Impendeo. Modo sine,vt Iniussu meo. Modò motum ad locum, vt Infero, Importo. ¶ In aperto est, Salust. *in Iugurth.*53. In amicis habent,idem *ibid.*¶ In maius,pro maiorem in modum.Idem *Iugurth.* 110. Marij virtutem in maius celebrare. ¶ In diem addicere. Est rem venalem ita vendere , vt nisi alius ad certum præstitùmque diem maius pretium obtulerit , illius sit qui primò obtulit , προσθεσμίας πωλεῖν. ¶ In dies singulos , id est , per quoslibet dies. {καθ' ἑκάστην ἡμέραν. GALL. *De iour en iour.tous les iours.* ITAL. *Di in di, ogni di.* GERM. Alle tag/von tag/zu tag. HISP. *De dia en dia,cada dia.*} Cicer. *Metello.* Meæ rationis atque eius mei consilij , maiorem in dies singulos fructum , voluptatemque capio. ¶ In diem viuere, est præsentis tantùm diei habere rationem , neque solicitum esse de victu subsequentis diei,quo modo vixisse traditur, Diogenes Cynicus: qui ob id ἐφήμερος , hoc est, in diem viuens est appellatus. Sic Mercari panem in diem dicimus , pro eo quod est , tantum panis emere, quantum nobis in singulos dies est opus , In dies , id est , per singulos dies : καθ' ἑκάστην ἡμέραν :& ferè cum comparatiuo,aut alia voce,quæ vim augendi habet. Liuius *lib.*1. *ab Vrbe* , Crescente in dies multitudine.Cicero 1.*Philipp.* Nam quum serperet in vrbe infinitum malum, idque maneret in dies latius. Interdum etiam sine aliquo incremento. Hircius, vt omnes in dies horásque parati essent. ¶ In horam, plerunque cum verbo Viuo coniungitur , sicut & in diem. {ἐπὶ ὥραν. GALL. *D'heure en heure.* ITAL. *D'hora in hora.* GERM. Von einer stund zu der andern. HISP. *De hora en hora.*} Dicimus enim viuere in horam , sicut viuere in diem : quæ duo ferè sunt eiusdem significationis , hoc est, non habere rationem subsequentis diei,aut horæ : sed ita viuere , ac si proxima hora nobis esset moriendum. In horam viuere,Cicer. Neque qui in horam viuunt , non modò de fortunis & bonis ciuium , sed ne de vtilitate quidem sua cogitauerunt. In horas verò , εἰς ὥρας , ferè coniungitur cum verbo incrementum significante:sic vt In dies, Virg. 10.*Eclog.*

Gallo cuius amor tantùm mihi crescit in horas
Quantum vere nouo viridis se subijcit alnus.

Aliquando etiam sine dictione incrementi , pro eo quod est singulis horis. Horatius 2.*Serm. satyr.*7. Clauum vt mutaret in horas,hoc est, sæpissimè , quasi singulis horis.¶ In manu , vel in manibus esse dicitur quod est in potestate, vel in promptu , & in facili. {ὑποχείριος. GALL. *Au pouuoir,en la main, à la volonté.* ITAL. *In potere.* GERM. In eines hand oder gewalt sein. HISP. *En poder, en mano , en aluedrio.*} vt, Victoria in manibus est, id est, propemodum iam tenetur. Terent. *in Hecyr.* Tibi in manu est,ne fiat, in manibus, pro inter manus. κατὰ χεῖρας. Cicero *in Catone* , Septimus mihi liber Originum est in manibus , id est , septimo libro nondum summa imposita est manus. ¶ In facili , vel difficili esse , pro facile , aut difficile cognitu atque explicatu. ¶ In continenti , idem quod sine vlla temporis intermissione , è vestigio,extemplò, continuò. ¶ In commune consulere , est ex æquali prouidere , inquit Donatus. Terent. *in Andr.*—id oro te in commune vt consulas : Quasi illa tua sit , Pamphilique sim pater. ¶ In commune loqui, pro colloqui. Plin. *Epist.*87. De huius nequitia, sanguinariísque sententiis in commune omnes super cœnam loquebantur. ¶ In contrarium, In oppositum , vel opposito. Liuius 5. *ab Vrbe*, Tristem hyemem siue ex intemperie cœli raptim mutatione in contrarium facta , siue alia qua de causa , grauis pestilénsque omnibus animalibus æstas excepit. ¶ In manum dare , est (vt Donatus interpretatur) clàm & sine arbitris dare : quemadmodum fieri solet , quum Iudex,aut aduersarij patronus corrumpitur, ἐγχειρίζειν. Terent.*in Phorm.* Soli sumus nunc,inquam,hic : eho,dic, quid velis tibi dari in manum? ¶In medium,id est,in vsum communem,εἰς τὸ μέσον.Ciceroni,In hoc naturam debemus ducem sequi , & communes vtilitates in medium afferre

afferre mutatione officiorum. Gell. *cap.* 2. *lib.* 19. In medium relinquere. ¶ In mentem venit, idem quod recordor, siue meminit. {ἐπέρχεται εἰς νοῦν. GALL. *Revenir en memoire.* ITAL. *Venire & tornare in mente.* GERM. Zu sin kommen. HISP. *Venir à l'entendimiento, o memoria.*} Cic. 3. *de finib.* Venit mihi Platonis in mentem. Idem *lib.* 1. *Epist.* Solet mihi in mentem venire illius temporis, quo suauissimè vnà fuimus. Interdum idem est quod expendere, seu cogitatione reuoluere, ἐξετάζειν. Virg. 4. *Æneid.*

Non venit in mentem quorum consederis aruis.

Vide *suprà.* In mentem fuit, ex Plaut. ¶ In assem vendere, idem quod in solidum vendere. Item, in assem satisfacere, idem quod in solidum, totum. Modestinus *l.* 9. *D. quibus modis pign. l.* 1. *D. de separation.* In aliquem torqueri, & quæri, est in alterius discrimen, alterius periculo. Vlpian. *l.* 1. *D. de quæstionibus.* Neque liberti in patronorum caput torqueri debent. Cic. *in Miloniana*, De seruis in dominos maiores nostri quæri noluerunt. ¶ In bona & nomen asciscere. Suet. *in Galba cap.* 17. Testamentóque semper in bona & nomen ascitum, &c. ¶ In duplum ire, id est, sponsionem facere alterius tanti quanti lis esset. Cicer. *pro Flacco*, Frater meus decreuit, vt si iudicatum negaret, in duplum iret. ¶ In numerum ludere, est, inquit Seruius, ludere & saltare ad modum rhythmi, & cantilenæ. ῥυθμικῶς παίζειν. Virg. 6. *Eclog.*

Tum verò in numerum Faunósque, ferásque videres

Ludere, tum rigidas motare cacumina quercus.

¶ In ordinem redactus, siue coactus. Idem est quod cæteris hominibus inferioris ordinis æquatus, ἰσωθείς, ἐξισωθείς, συντεταγμένος. Vnde illi propriè dicuntur in ordinem redigi, qui quum aliquando fuerint functi summis honoribus, eò tandem rediguntur, vt inter alios nihil emineant. Liu. 23. *ab Vrbe*, Tribuni pleb. in ordinem redacti, id est, contemptui habiti, nec pluris æstimati, quàm aliquis è populo. ¶ In posterum, posthac, vel postea. {τὸ λοιπόν, εἰς ἔπειτα. GALL. *A l'aduenir, par ci apres.* ITAL. *Per l'auenire.* GERM. Fürhin, für dißmahl hin. HISP. *Despues.*} Plin. *lib.* 6. *Epist.* In posterum nisi adhibebis modum, ego adhibeo. Quint. *lib.* 1. Multa linguæ vitia nisi primis eximantur annis, inemendabili in posterum prauitate ducuntur. ¶ In rem præsentem non tempus, sed locum significat, quasi in locum rei controuersæ. Vnde iudex in rem præsentem venire dicitur, quum accedit ad locum, de quo est controuersia. Cicer. 1. *Offi.* Vt si constitueris te cuipiam in rem præsentem esse venturum. Idem *pro Cecinna*, Placuit Cecinnæ de amicorum sententia constituere, quo die in rem præsentem veniretur. Sic etiam dicimus, In re præsenti disceptare, hoc est, eo ipso in loco de quo est controuersia. Liu. *lib.* 3. Scribit missuros se in Africam, qui inter populum Carthaginensem & Regem Massinissam in re præsenti disceptarent. ¶ In spem venio, Sperare incipio. {εἰς ἐλπίδα ἔρχομαι. GALL. *Commencer d'esperer, entrer en espoir.* ITAL. *Entrare in speranza, cominciare à sperare.* GERM. Hoffnung überkommen. HISP. *Comencar à esperar.* ANGL. *To begin to hope, to haue an hope or trust.*} Cic. 2. *de Orat.* Nonnullam in spem veneram, posse me aliquid ex istis discere. ¶ In tempore, significat opportunè. {ἐν καιρῷ. GALL. *Opportunement, à temps.* ITAL. *Opportunamente, à tempo.* GERM. Zu kommlicher vnd geldaner zeit. HISP. *A tiempo.*} Salust. Maximè ferocia Regis Mithridatis in tempore bellaturi. Terent. *in Andr.* Venit in tempore. ¶ In morbo consumar, imprecatio veterum. Sen.

Ina, æ, *i. & inæ,* ἶνες, fibra, filamentum Sextus Pompeius. Ilia dicta ab ina, quæ pars charta tum tenuissima. Idem, Exiles & ilia à tenuitate inarum (corruptè in impressis *viarum*) quas Græci in chartis ita appellant, videntur esse dicta. Vide *Exilis.*

Inabruptus, a, um, Indiuulsus, non abruptus, aut qui abrumpi non potest. {ἀδιάρρηκτος, ἀδιάσπαστος. GALL. *Qui n'est point rompu, ou qu'on ne peut rompre.* ITAL. *Che non si può rompere.* GERM. Vnabgerissen oder vnzerreißlich. HISP. *Lo que no se puede romper.* ANGL. *That may not be broken of.*} Stat. 5. *Syl.*

Nec mirum, si vos collato pectore mistos

Iunxit in abrupta concordia longa catena.

Inabsolutus, imperfectus, ἀτελής. Apul. *in lib. de Dogmate Platonis.* Initia rerum esse tria arbitratur Plato. Deum, & materiam rerúmque formas quas ἰδέας, idem vocat inabsolutas, informes.

Inaccessus, a, um, Ad quod non acceditur, vel accedi non potest. {ἀπρόσιτος, ἀνεπίβατος. GALL. *Qui n'est point hanté, ou qu'on ne peut aborder ou aller.* ITAL. *Doue non si può andare.* GERM. Vnzugängig, zu dem man nit hingehn oder hinkommen mag. HISP. *Donde ninguno llega ò donde no se puede llegar.* ANGL. *That no man can come to.*} Plin. *lib.* 12. *cap.* 14. Saba regio à dextra maris scopulis inaccessa. Idem *lib.* 12. *cap.* 12. Deserta incolit, nec tantùm desolata, sed dira etiam & inaccessa. Virg. 7. *Æneid.*

Diues inaccessos vbi Solis filia lucos

Assiduo resonat cantu

Seru. Inaccessos lucos interpretatur inaccendendos, hoc est, ad quos nemo debeat accedere: non autem inaccessibiles, quum Vlysses eò accesserit. Sic illaudatum Busiridem vocat Virgilius, non quòd nunquam fuerit laudatus, constat enim ab Isocrate fuisse laudatum: sed quòd laudari, aut nominari non debeat.

Inachia, ἰναχία, Peninsula est Europæ totius clarissima, quam Peloponnesum vocamus. {Die landtschafft in Griechenland so gegen mittag schier allenthalben wie ein Insel mit dem meer vmbgeben ist, vnd jetz Morea heißt.} Est & Inachia nomen puellæ ab Horatio adamatæ, cuius meminit *Epod.* 11.

Hic tertius December, ex quo destiti

Inachia furere.

Inachium, ἰνάχιον, Peloponnesi oppidum, inter Syllæum promontorium, & Isthmum situm: alio nomine Argos Dipsium appellatum. Plinius *lib.* 4. *cap.* 5.

INACHVS, ἴναχος, Strabo *lib.* 8. Fluuius Inachus labitur inter saxosas conualles, qui oritur ex Lycio ad Cynuriam montem Arcadiæ. Hunc poëtæ fabulantur Ius patrem fuisse: quam quum Iupiter vitiasset, aduentum Iunonis præsentiens, in vaccam mutauit. Ouid. *lib.* 1. *Metamorphos.*

Inachus vnus abest, imóque reconditus antro

Fletibus auget aquas, natámque miserrimus Io Luget, &c.

¶ Fuit & Inachus primus Argiuorum rex, qui Inacho fluuio nomen dedit: à quo Argiui ipsi Inachidæ appellati sunt. Huius filia creditur fuisse Io, quam quum Iupiter vitiasset, & in Cretam aduexisset, Iuno pellicis impatiens, grauissimis odiis eam exagitauit. Quæ res Poëtis occasionem fabulandi dedit, Io Inachi fluuij filiam, fuisse Iunonis metu à Ioue in vaccam mutatam: quam quum illa à coniuge dono accepisset, œstro immisso tantopere fuisse exagitatam, vt furore correpta nusquam consistere posset, donec in Ægyptum transuecta, in Isidem deam mutata est. Huius meminit Horat. 2. *Carm. Ode* 3.

Diuésne prisco natus ab Inacho

Nil interest an pauper.

Inachius, a, um, adiectiuum, Virg. *lib.* 2. *Georg.*

Inachiæ Iuno pestem meditata iuuencæ.

Inachides Patronym. masculinum. Ouid. 1. *Metam.*

Non tulit Inachides.

De Epapho loquitur, qui ex Ione, vel Iside natus erat. Statius pro gentili posuit, *lib.* 3.

——trepidi de sedibus astant

Inachidæ. id est, Argiui.

Inachis, ιναχίς, patronymicum fœmininum est ab Inacho deductum: quod à Poëtis accipitur pro Io, Inachi filia, quam Iupiter metu vxoris in vaccam dicitur transformasse. Ouid. *lib.* 1. *Metam.*

Coniugis aduentum præsenserat, inque nitentem

Inachidos vultus mutauerat ille iuuencam.

Inadibilis, inaccessus. Sidon.

Inadulabilis, e, Non obnoxius adulationi. {ἀκολάκευτος. GALL. *Qu'on ne gaigne point par flateries.* ITAL. *Non soggetto alle adulationi.* GERM. Vnschmeichlerig, der niemands schmeichlet oder flattiert. HISP. *No sujeto à lisonjas.* ANGL. *That can not be gotten by flaterie.*} Gell. *lib.* 14 *cap.* 4. Ex imaginis autem illius significatione intelligi voluit iudicem, qui iustitiæ antistes est, oportere esse grauem, sanctum, seuerum, incorruptum, inadulabilem, &c.

Inædifico, as, are, idem ferè est quod ædificare, siue potiùs locum aliquem, siue aream ædificiis implere. {בנה *banah.* ἐνοικοδομεῖν, οἰκοδομεῖν. GALL. *Edifier dedans, dessus, ou apres.* ITAL. *Fabricare, edificare.* GERM. Etwas auff bawen. HISP. *Edificar en lugar.* ANGL. *To build in or by.*} Cic. *de Arusp. resp.* A. Sext. Serrano sanctissima sacella suffossa, incensa, inædificata, oppressa, summa denique turpitudine fœdata esse nescimus? Sacella autem inædificata intelligit loca, in quibus sacella fuerant, postea prophanis ædificiis occupata. Senec. *cap.* 2. *de consol. ad Mart.* Quantumcunque illi auunculus imponere, vel, vt ita dicam, inædificare voluisset, laturus. Liu. *lib.* 9. *dec.* 4. Quæ in loca publica inædificata haberent. Idem *lib.* 3. *dec.* 5. Inædificatus publico paries. Idem *lib.* 4. *dec.* 5. Non solùm clausæ, sed etiam inædificatæ portæ. Sic inædificare plateas, dixit Cæsar *lib.* 1. *bell. ciu.* plateas ædificiis obstruere. ¶ Inædificare præterea aliquando accipitur pro iungere, vel adaptare in ædificio. Plin. *lib.* 10 *c.* 3. Inædificatur nido lapis ætites, quem aliqui dixêre gagatem. ¶ Inædificare in publicum, est ita ædificare vt in publicum procurrat, quod ἐξοικοδομεῖν εἰς τὸ δημόσιον οἰκόπεδον dixit Plutarchus *in Catone.* Liuius *lib.* 1. *belli Maced.* Quæ in loca publica inædificata immolitáve priuati habebant.

INÆQVALIS, Non æqualis, dispar. {ἀνώμαλος, ἄνισος. GALL. *Inegal, mal vni.* ITAL. *Disuguale.* GERM. Vngleich. HISP. *Desigual.* ANGL. *Vnequall, not euen.*} Mart. *lib.* 1.

Pingues inæquales onerat cui villica mensas.

Inæqualis percussus venarum, Plin. *lib.* 7. *cap.* 35.

Inæqualitas, atis, Disparitas. {ἀνωμαλία, ἀνισότης. GALL. *Inegalité.* ITAL. *Inegualità.* GERM. Vngleichheit, vneben. HISP. *Desigualdad.* ANGL. *Vnequalnesse, vneuennesse.*} Colum *lib.* 3. *cap.* 12. Opus est inter has inæqualitates magno temperamento.

Inæqualissimus, superl. Suet. *in Aug.* Solebat & inæqualissimarum rerum sortes, & auersas tabularum picturas in conuiuio venditare.

Inæqualiter, aduerbium. {ἀνωμάλως, ἀνίσως. GALL. *Inegalement.* ITAL. *Inegualmente.* GERM. Vngleichlich. HISP. *Desigualmente.* ANGL. *Vneuenlie, vnequallie.*} Col. *de arborib. c.* 7. Et eodem ferro acuto plagam cinendes sicubi inæqualiter findi videbitur. Suet. *in Claud. cap.* 16. Inæqualiter gerere censuram, & Liu. *lib.* 7. *dec.* 4.

Inæquabilis, e, Inæqualis. {ἀνώμαλος, ἄνισος. ANGL. *Vneuen.*} vt, Inæquabili varietate distinguere. Cic. *in Partitionibus.*

Inæquabiliter, aduerbium, Inæqualiter. {ἀνωμάλως, ἀνίσως. ANGL. *Vneuenly.*} Varr. 3. *de re rust. cap.* 9. Ob quam rem oua aut inæquabiliter maturescunt, aut consenescunt. Sueton. *in Galb. cap.* 8. Inæquabiliter regere prouinciam.

Inæquo, as, Complano, hoc est, planum & æquum facio, exæquo, adæquo. {השוה *hischuáh.* ἰσόω. GALL. *Aplanir, faire vni & esgaler.* ITAL. *Spianare.* GERM. Eben oder eben machen. HISP. *Allanar.* ANGL. *To make, plaine and euen.*} Cæsar 1. *bell. ciuil.* Fossas transuersas viis perducit, stipitésque præacutos defigit: hæc leuibus cratibus terráque inæquat. Inæquatus, a, um. Tibull. *lib.* 4.

Qualis inæquatum si quando onus vrget vtrinque. (i. æquatum.)

Idem *ibid.*

Rectius inæquatis decurrat frontibus ordo.

Inæstimabilis, quod æstimari non potest. {ἀτίμητος, ἀτίμαστος. GALL. *Inestimable.* ITAL. *Inestimabile.* GERM. Vnschetzlich, das nit zuschetzen ist. HISP. *Lo que no se puede estimar.* ANGL. *That can not be esteemed, or valued.*} Liuius 5. *bell. Macedon.* Quòd è grege se Imperatorum, velut inæstimabilem, secreuisset. Inæstimabile gaudium, idem 9. *bell. Punic.*

Inæstuo, as, are, Æstuo, aut valde æstuo. {רתח *rathah.* ἐνθερμαίνω, ἀναβράζω. GALL. *Bouillir, estre fort chaud & esmeu.* ITAL. *Bollire.* GERM. Etwas innen hitzig vnd vnrüwig sein. HISP. *Heruir, bullir.* ANGL. *To boyle vehementlie, to be very h ate.*} Horat. *Epod.* 11.

Bilis inæstuat præcordijs.

Inæternum, Senec. *cap.* 6. *de cons. ad Mart.* Inæternum fixa sors. Et Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 1. *Trist.*

Vxor inæternum viue, &c.

Vide *Æternus*, siue *Æternum* suprà.

Inaffectatus, a, um, Non affectatus. {[illegible]. GALL. *Qui n'est point affecté, ne fait par trop grande curiosité.* ITAL. *Non fatto con molta curiosità.* GERM. Ohne sonderbaren gesuch an sich genommen/einfältig. HISP. *Hecho con poco cuidado.* ANGL. *Not affectate, not to curious.*} Quint. *lib.* 11. Quia mirè simplicitas illa & securitas inaffectatæ orationis tenues cautas decet. Plin. *in Paneg.* Inaffectata veritas verborum. Quint. *lib.* 9. & 10. *cap.* 1. Quid ergo commemorem Xenophontis illam iucunditatem inaffectatam?

Inagitatus, adiectiuum. Senec. *Epist.* 77. Inagitati terroribus, incorrupti voluptatibus, [illegible].

Inagitabilis, qui non mouetur atque agitatur. Senec. *quæst. nat.* 5. *cap.* 6. An hoc existimas, nobis quidem vires datas esse, quibus nos moueremus, aëra autem inertem, inagitabilem relictum esse?

Inalbesco, is, ere, Albus fio. {הלבין *hilbin.* [illegible]. GALL. *Deuenir blanc, se blanchir.* ITAL. *Diuenir bianco.* GERM. Gantz weiß werden. HISP. *Emblanquecerse.* ANGL. *To waxe wyte or pale.*} Cels. *lib.* 2. Venæ sub lingua inalbescunt. Idem *lib.* 3. Totum corpus cum pallore inalbescit.

Inalgesco, is, ere, Algesco, {ψύχομαι. GALL. *Deuenir froid.* ITAL. *Diuenir freddo.* GERM. Erkalten/gantz kalt werden. HISP. *Enfriarse.* ANGL. *To become colde or chille.*} Cels. *lib.* 3. *cap.* 3. Frigus voco, vbi extremæ partes membrorum inalgescunt horrorem, vbi totum corpus intremit.

Inalienus, pro non alienus, vox Tertulliano nota, *lib.* 4. *contra Marcion.* Sic inalienos demonstrat illos, dum secum habet.

[Inalterare, alterare. Tertull.

Inalterabile, quod non alteratur.]

INAMABILIS, e, qui non potest amari, in quo nihil est quod ametur. {ἀνέραστος. GALL. *Qu'on ne peut, ou qu'on ne doit aimer, indigne d'estre aimé.* ITAL. *Che non si può amare.* GERM. Vnlieblich/vnholdselig/den man gar nicht lieben kan. HISP. *Lo que no deue ser amado.* ANGL. *Vnworthie to be loued.*} Plin. *epist.* 167. Quanquam id genus operis inamabile, inamœnum, magisque laboribus ruris, quàm voluptatibus simile. Ouid. 5. *Trist. Eleg.* 5.

Siue locum specto, locus est inamabilis, & quo
Esse nihil toto tristius orbe potest.

¶ Inamabilis cur stygia palus dicta sit à Virgilio, vide apud Gell. *cap.* 6. *lib.* 2.

Inamabilius. Senec. *Controuers. lib.* 7. Nihil est inamabilius, quàm diligens stultitia.

Inamaresco, is, ere. Amarus fio. {מר *már.* [illegible]. GALL. *Deuenir amer.* ITAL. *Diuenir amaro.* GERM. Bitter werden. HISP. *Amargar.* ANGL. *To waxe bitter.*} Horat. 5. *Serm. Satyr.* 2.

Namque inamarescunt epula sine fine petita.

Inambitiosus, a, um, Nullo modo ambitiosus. {ἀφιλότιμος. GALL. *Qui n'est point ambitieux.* ITAL. *Senza ambitione.* GERM. Vnehrgeitzig. HISP. *No codicioso de honra.* ANGL. *without ambition.*} Ouid. 11. *Metam.*

Secretos montes, & inambitiosa colebat Rura

Inalpini, dicuntur qui Alpes incolunt. Plin *lib.* 3. *cap.* 5. Alpes populique Inalpini variis nominibus, sed maximè capillati.

INAMBULO, as, are, Ambulo, deambulo, spatia facio. {התהלך *hithalléch.* [illegible]. GALL. *Se pourmener, tournoyer çà & là.* ITAL. *Passeggiare.* GERM. Vmbeinander gehn/an einem ort spatzieren. HISP. *Andar en lugar, passear.* ANGL. *To walk.*} Cic. 1. *de Orat.* Neque is consistens in loco, sed inambulans, atque ascensu ingrediens arduo. Idem *ad Attic.* Ante lucem inambulabam domi. Plaut. *Asin. sc.* 3. *a.* 3. Inambulandum est, mihi vicissim supplicabunt.

Inambulatio, nis, Deambulatio. {מהלך *mahalách* [illegible]. GALL. *Pourmenement, ou pourmenoir.* ITAL. *Passeggiamento.* GERM. Das hin vnd her gehn/spatzierung. HISP. *Obra de passearse, passeadero.* ANGL. *A walking.*} Cic. *in Bruto.* Non multa iactatio corporis, non inclinatio vocis, nulla inambulatio. Senec. *cap. vlt. de tranquill.* Inambulationibus apertis vagandum.

Inamœnus, a, um, Iniucundus. {ἀηδής. GALL. *Mal plaisant.* ITAL. *Non ameno.* GERM. Vnlieblich/vnlustig. HISP. *Cosa non delectable.* ANGL. *Vnpleasant, nothing delectable.*} Ouid. 10. *Metam.*

Persephonem adyt, inamœnaque regna tenentem.

Feritas inamœna, Stat. 2. *Syl.*

INANIMUS, a, um, Inanimatus, qui anima & vita caret. {ἄψυχος. GALL. *Sans ame, qui n'a point d'ame.* ITAL. *Senza anima.* GERM. Ohn ein seel oder leben. HISP. *Cosa sin anima.* ANGL. *without lyfe.*} Cic. *lib.* 2. *Offic.* Quæ ergo ad vitam hominum tuendam pertinent, partim sunt inanima, vt aurum, argentum. Idem 1. *Tusc.* Inanimum est omne quod pulsu agitur externo. Plin. *lib.* 7. *cap.* 5. Inanima caro.

Inanimalis, ἄζωος, ἄψυχος. Apul. *in Hermetis Asclepio*, Animalia omnia & inanimalia.

Inanimatus, a, um, Inanimus. {ὁ ψυχῆς ἄμοιρος, [illegible], ἄψυχος.} Cic. *in somn. Scip.* Inanimatum est enim omne quod impulsu agitatur externo. Legitur & inanimum. Idem *in Topic.* Animata inanimatis anteponantur.

INANIS, e, ab ἐν & [illegible]. Vacuus. {ריק *rek.* κενὸς, [illegible]. GALL. *Vuide, où il n'y a rien.* ITAL. *Vacuo, voto.* GERM. Lär. HISP. *Vano, hueco y vazio.* ANGL. *Voide, emptie.*} Plaut. *in Pers.* Non ego inimicitias omnes pluris æstimo, Quàm mensa inanis si nunc apponatur mihi. Cic. 7. *Verr.* Inanem te nauem esse in Italiam deducturum. ¶ Inanis homo, opponitur ei qui plenitudine laborat, Cels. *lib.* 4. *cap.* 11. Plaut. *Amphitr.* Vix incedo inanis, ne me ire cum one posse existimes. Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 3. Ego baiulabo (crumenam sup.) Tu, vt decet dominum, ante me ito inanis. Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Nihil te mei miseret? B. Inanis accedas? Et mox, Nihil te pudet te amatorem inanem inuentum esse, quasi cassam nucem. Ouid. 2. *Fast.*

Vulnus inane patet.

Ibid. lib. 3.

Colligit errantes (apes) *& in arbore claudit inani.*

mox, cauis corticibus. Idem Ouid 2. *Fast.*

Vellam frenatis per inane draconibus.

Idem *Eleg.* 3. *lib.* 3. *Trist.*

Clamabit miseri nomen inane viri. (i. mortui.)

Senec. *cap.* 7. *de consol. ad Mart.* Inanes nidos circumferunt aues (rapto fœtu) Idem *cap.* 12. *de tranquill.* Inanes fornicæ. (i. sine præda & onere.) Liuius *lib.* 8. *d.* 4. Suspenso fulturis ad inane muro. *Ibid. lib.* 5. *d.* 5. Inaniora Asiaticorum ingenia. Gell. *cap.* 2. *lib.* 12. Res atque sententiæ aut inepto inanique impetu sint, aut leui, & quasi dicaci argutia, &c. Idem *cap.* 3. *lib.* 16. Esuritionem faciunt inanes patentesque intestinorum fibræ. ¶ Quandoque pro imperito, & in quo nihil solidi inest. Horat. *in Serm.*

——— ——— *in medio qui*
Scripta foro recitent, sunt multi quique lauantes,
Suaue locus voci resonat conclusus: inanes
Hæc iuuat.

Sic & vacuus pro otioso dicitur à Virgilio *in Sileno*,

Cætera quæ vacuas tenuissent carmina mentes.

¶ Inanium inania consilia, [illegible]. Et, Inanium inanes cogitationes, [illegible]. Quum quis sua spe frustratur. Inanis, cum genitiuo. Ouid. *epist.* 3.

Sanguinis atque animæ corpus inane fuit.

¶ Superlatiuus, Inanissimus. Cic. *pro Murena*, Postea verò peruulgata atque in manibus iactata & excussa, inanissima prudentiæ reperta sunt. ¶ Cum ablatiuo. Cic. *ad Att. lib.* 2. Nulla enim abs te per hos dies epistola inanis aliqua re vtili & suaui venerat.

Inanitas, atis, Pro vacuitate. {ריק *rik.* κένωσις. GALL. *Vuidange, vaineté, vanité.* ITAL. *Vacuità, vanità.* GERM. Läre. HISP. *Vanidad ò vacuidad.* ANGL. *Voidenesse, emptinesse.*} Plaut. *in Cistell.* Mihi inanitate iamdudum intestina murmurant. Gell. *cap.* 3. *lib.* 16. Quæ vbi aut cibo complentur, aut inanitate diutina contrahuntur & conniuent. Cicer. *de Fato*, Quum duo indiuidua per inanitatem ferantur. Plin. *lib.* 31. *cap.* 11. Quædam verò inanitatem, vt arundines. Gell. *cap.* 8. *lib.* 13. Per quasdam inanitates verborum & imaginum. ¶ Inanitas non solùm aëri, (vt Poëtæ inanem aërem dicunt) sed etiam mari tribuitur. Plin. Non fuerat satis Oceano ambiisse terras, & partem earum aucta inanitate abstulisse. ¶ Item pro vanitate, ματαιότης. siquidem & inane pro leui & vano quandoque sumitur. Virg.

Instabiles animos ludo prohibebis inani.

Inaniter, aduerbium, Vane. {ריק *rik.* κενῶς. GALL. *En vain, sans cause, pour neant, vainement & follement.* ITAL. *Vanamente, senza causa.* GERM. Vmb sunst/vergeblenlich/ohne vrsach. HISP. *Vano y vaziamente.* ANGL. *Vaynely, to no effect.*} Cic. 4. *Tusc.* Quum tamen inaniter & effusè animus exultat, tum illa lætitia gestiens, vel nimia dici potest. ¶ Inaniter pro frustrà. μάτην. Ouid. 2. *Metam.*

——— *& medicas exercet inaniter artes.*

Catull. *de coma Beren.*

Digna ferat, quòd si quis inaniter adiurarit.

Item Gell. *cap.* 3. *lib.* 7.

Inania, Inanitas, vacuitas. {ריק *rik.* κενότης.} Plaut. *in Aul. sc.* 2. *a.* 1. Nam hic apud nos nihil est aliud quæsti furibus: Ita inaniis oppletæ sunt, atque araneis.

Inaniloquus, Inania loquens, loquax, garrulus. {κενολόγος. GALL. *Qui parle peu, & dit choses vaines, babillard.* ITAL. *Chi parla cose vane.* GERM. Ein klapperer/der vnnutze ding redt. HISP. *El que habla cosas vanas.* ANGL. *That speaketh to much and nothing to the purpose.*} Plautus *Pseud. sc.* 3. *a.* 2. Surdus sum: profectò inaniloquus es.

Inanesco, is, Inanis fio. {הורק *hurak.* κενοῦμαι. GALL. *Se vuider, s'esuacuer.* ITAL. *Vuotarsi.* GERM. Lär werden. HISP. *Vaziarse.* ANGL. *To become emptie or voyde.*} quod ab inaneo, es, fieri certum est.

Inanio, is, iui, itum, Vacuo. {הריק *herik.* κενόω. GALL. *Vuider, euacuer.* ITAL. *Votare, euacuare.* GERM. Lären. HISP. *Vaziar.* ANGL. *To emptie, to make voide.*} Plin. *lib.* 20. *cap.* 3. Herbacea arefacta per se inanit aluum. Idem *lib.* 21. *cap.* 20. Vesicas inanit, & epiphoris illinitur.

Inanitus, Euacuatus. {מורק *murák.* κενωθείς. ANGL. *Emptied.*} Plin. *lib.* 25. *cap.* 5. Cortex remanet, hoc inanito medulla cadit. Huius compositum est, Exinanio, ἐκκενόω, de quo suo loco.

[INANTE, in tempus anterius, præpositio iuncta cum præpositione, id quod Græcis frequens, ἔμπροσθεν.

Inante diem, ipso die. Gloss. Isid.

Inantea, deinceps, posthac. Salm.

Inante cessum, quod primò datus arrhæ loco.]

Inapparatio, Incuria, & negligentia apparitioni contraria. {ἀπαρασκευασία. GALL. *Faute d'apprest, quand il n'y a nul apprest ou appareil.* ITAL. *Sprouedimento.* GERM. Vnbereitung/liederligkeit der zurüstung. HISP. *Quando no es aparejado.* ANGL. *Lack of preparing.*} ad Heren. *lib.* 2. Si præterea ex altera parte vires, pecunia, consilium, scientia, apparatio: ex altera parte imbecillitas, inopia, stultitia, imprudentia, inapparatio, demonstrabitur fuisse.

Inapertus, a, um, Non patens, clausus, occlusus. {סתום *fathum.* ὁ ἀπαρά[illegible], [illegible]. GALL. *Qui n'est point ouuert, mal-aisé à tromper.* ITAL. *Non aperto.* GERM. Das nit offen ist. HISP. *No abierto.* ANGL. *Not open, not patent.*} vt, Senectus inaperta fraudi, Silius *lib.* 7.

Inarculum, i, Virgula erat de malo punico incuruata, quam regina sacrificans in capite gerebat. Festus, Vbi rectiùs legitur, *in apice*, pro in capite. ponebatur enim virgula ex felici arbore in summo flammei fastigio quod appellabatur apex, quæ virgula in flaminibus dicebatur Stroppus, in flaminicis inarculum. Scaliger *in Varronem.*

Inardesco, scis, Flammam concipio, igne accendor. {להט *lahát.* ἐκπυρόομαι. GALL. *Ardre, estre embrasé.* ITAL. *Ardere.* GERM. Entbrennen/erwarmen/in brennen. HISP. *Consumirse alguna cosa del fuego.* ANGL. *To burne, to be one fire.*} Inardeo verò, idem est quod in re aliqua ardeo. Horatius *Epod.* 3.

Nec munus humeris efficacis Herculis
Inarsit æstuosius. hoc est, arsit in humeris Herculis.

Quintilianus, Inardescant affectus.

Inaresco, scis, Aridus & siccus fio. {יבש *jabésch.* ξηραίνομαι, [illegible]. GALL. *Deuenir sec & seicher.* ITAL. *Seccarsi.* GERM. Erdorren/dürr werden. HISP. *Secarse.* ANGL. *To waxe drier and drier, to drie vp.*} Colum. *lib.* 1. Deinde vbi tectorium illud inaruerit.

Inarescibilis,

Inārĕfāctŭs, Participium ab inaresio. {מחרב *macharab*. [illegible], [illegible]. GALL. *Fort seiché*. ITAL. *Molto secco*. GERM. Gedörrt. HISP. *Mucho secado*. ANGL. *Made dried, dried to pouder.*} Plin. *lib.* 32. *cap.* 10. Ad sanguinem sistendum & sanatum illinunt cinerem, vel sanguinem inarefactum.

Inargentātŭs, a, um, Argento coopertus, atque obuolutus. {מתצפה כסף *metsuppéh zahab*. [illegible]. GALL. *Argenté, couuert ou bruni d'argent*. ITAL. *Argentato*. GERM. Vbersilbert/mit silber vberzogen. HISP. *Plateado por defuera*. ANGL. *Couered with silver.*} Plin. *lib.* 21. *cap.* 2. Paulatimque & Romæ subrepsit appellatio, corollis inter initia propter gracilitatem nominatis: mox & corollariis postquam è lamina ærea, tenui, aut inaurata, aut inargentata dabantur.

Inargūtē, aduerbium. Non acutè. {[illegible]. GALL. *Sans subtilité*. ITAL. *Senza argutie, senza sottilita*. GERM. Nitt spitzfündiglich/nitt subtil. HISP. *Sin sutilezas*. ANGL. *without subtilitie, vnwittily.*} Gell. *lib.* 21. *cap.* 13. Tunc Sulpitius Apollinaris renidens, Non me hercule inargutè, inquit, nec incallidè opposuisti hoc Tullianum.

Inărĭmē, Ἄριμοι Homero, [illegible] Stephano. Insula est in sinu Puteolano, non procul à Neapoli, vt ait Plin. *lib.* 3. *cap.* 6. In qua mons fuit qui terræ motum passus, alteram fecit insulam, quæ Prochyta ab effusione dicta est. Sub hanc quoque insulam Typhœa gigantem à Ioue detrusum, Virgilius his verbis declarat,

Tum sonitu Prochyta alta tremit, durúmque cubile
Inarime, Iouis imperijs imposta Typhœo.

Eadem & Ænaria, à statione nauium Æneæ: & à coxendicis forma, Ischia dicitur. Ab Homero in Catalogo insula hæc Ἄριμοι appellatur. Primus Virgilius quum illud Homeri εἰν Ἀρίμοις transferret, ex εἰν, locum præpositione, & Ἀρίμοις, vnam dictionem conflauit, numero & declinatione mutatis. Inarime verò ab Arimis, siue populis, siue beluis, ita prisca Hetruscorum lingua simias dictante, quas Græci πιθήκους vocant, vnde nomen insulis Pithecusis, vt Straboni placet, ex historia fabulosa, quam Harpocration, Xenagoras, & Suidas ita referunt. Fratres (aiunt) duo fuerunt, Candulus & Atlas, omnium scelerum, quibus humana vita damnata est, autores & inuentores. Quibus morum peruersitas, Cercopum nomen dedit. Impostores enim ac planos, quales hi præcipui fuêre, ita Græci vocant, ab animalibus quæ κέρκῳ, id est, caudæ motu blandiuntur. Iis summum studium fuit, appulsos & aduenas dolis quibuscunque circunuenire. Quod quum in ipsum etiam Iouem tentassent, ab eo ex hominibus in simias mutati sunt, quas Græci pithecos vocant. Vnde insulis quas tenebant, pithecusæ vocabulum datum. Hinc Ouidius Xenagoram secutus 14. *Metamorphoseos* cecinit,

Inarimen, Prochytémque legit, steriliqué locatas
Colle Pithecusas, habitantum nomine dictas.

Quanquam Plinius *lib.* 3. ait Inarime dicta, Græcis Pithecusa, non à simiarum multitudine, vt aliqui existimauêre, sed à figulinis doliariorum.

Inăro, as, Aro, terram aratro proscindo. {חרש *charásch*. [illegible]. GALL. *Labourer, arer, cultiuer*. ITAL. *Arare*. GERM. Das feld eren. HISP. *Arar y labrar la tierra*. ANGL. *To plowgh, to eare land.*} Plin. *lib.* 18. *c.* 14. Inarari protinus solum opus est. ¶ Interdum inarare idem est quod arando obruere: vt cùm lupinum, fabaliáve, aut quid simile stercorandi agri gratia aratro obruimus. Varro *lib.* 1. *de re rust. cap.* 24. Itaque lupinum, quum needum siliculam cepit, & nonnunquam fabalia, si ager macrior est, pro stercore inarare solent. Inarare arbores, apud Colum. *lib.* 1. *cap.* 2.

Inărātŭs, a, um, Non aratus. {לא נחרש *lo necheràsch*. ἀνήροτος. GALL. *Non aré, ne labouré*. ITAL. *Non arato*. GERM. Vngeehrt/vngebawet. HISP. *Cosa no arada, no labrada*. ANGL. *Vnplowghed or tilled.*} Virg. *lib.* 2. *Georg.*

Inartĭfĭcĭālĭtĕr, aduerbium. {ἀτέχνως. GALL. *Inartificiellement, sans artifice*. ITAL. *Non artificiosamente*. GERM. Vnkünstlich/vnartlich. HISP. *Sin arte*. ANGL. *without art.*} Quint. *lib.* 2. *cap.* 17. Sed nec illa omittenda sunt, quia in re alius se inartificialiter, alius artificialiter gerat in ea esse artem.

Inascensus, ἀνάβατος. Ascensus. Plinius in *Pan.* 111. Iam toties procedere in rostra, in ascensúque illum superbiæ principum locum terere, &c.

Inaspĕctŭs, a, um. Non visus, non conspectus. {ἀθέατος, ἀόρατος. GALL. *Non veu, non regardé*. ITAL. *Non visto*. GERM. Nitt angesehen. HISP. *No mirado*. ANGL. *Vnseen.*} Stat. 1. *Thebaid.*

——— ———imaque recessu
Sedis inaspectos cælo radiisque penates
Seruantem.

Inassātŭs, Assatus. {צלוי *tsalúi* צלי *tseli*. [illegible]. GALL. *Rosti*. ITAL. *Arrostito*. GERM. Gebraten. HISP. *Cosa muy asada*. ANGL. *Rosted.*} Plin. *lib.* 28. *cap.* 8. Glaucomata verò iecinoris recentis inassati sanie, cum despumato melle inunctis. Idem *lib.* 30. *cap.* 8. Verendorum formicationibus, verrucisque, medetur arietini pulmonis inassati sanies.

Inassuētŭs, a, um, Insuetus, inusitatus. {ἀήθης. GALL. *Inaccoustumé, non accoustumé*. ITAL. *Non vsitato, non consueto*. GERM. Vngewohnt.} Ouid. 4. *Fast.*

Panditur interea diti via: iámque diurnum
Lumen inassueti vix patiuntur equi.

Idem *in Ibin*,

Cogit inassuetas sumere tela manus.

Inătĕrĕs, [illegible], Græco nomine dicuntur quæ duobus, vel pluribus nupserunt fratribus, sicut æelis, [illegible], quibus duæ nupserant sorores.

Inatus, [illegible], vrbs Cretæ, alij montem & fluuium esse dicunt, in quo colitur Ilithia Inatina. Steph.

Inattĕnuātŭs, a, um, Non attenuatus, aut imminutus. {[illegible], [illegible]. GALL. *Qui n'est point attenué, apetissé ne amoindri*. ITAL. *Non attennato, non sminuito*. GERM. Vngemindert/vngeschwecht. HISP. *No adelgazado*. ANGL. *Not diminished nor made lesse.*} Ouid. 8. *Metamorphos.*

Iámque fame patrias, altique voragine ventris,
Attenuarat opes: sed inattenuata manebat,
Tum quoque dira fames, implicataque vigebat
Flamma gulæ.

Inaudax, acis, Timidus. {ἄτολμος. GALL. *Qui n'est point hardi, couart*. ITAL. *Timido*. GERM. Vnkeck/nit kün. HISP. *Temeroso*. ANGL. *Cowardlike.*} Horatius 3. *Carm. Ode* 20.

Dura post paulo fugies inaudax
Prælia raptor.

Inaudio, is, Rem antea incognitam audio, & intelligo, auditione percipio. {[illegible]. GALL. *Ouyr*. ITAL. *Vdire*. GERM. Hören sagen. HISP. *Oyr*. ANGL. *To heare.*} Plaut. *Milit. sc.* 5. *a.* 2. Sororem hic esse inaudiui. *Ibid. sc.* 3. *a.* 2. Os columnatum esse poëtæ inaudiui barbaro. Et *Capt. prolog.* Quoniam heri inaudit de summo loco esse. (1. inaudiuit.) Idem *in Aulul.* Credo ego iam illum inaudisse, mihi esse thesaurum domi. Cicer. *Pansa*, Quorum erupit illa vox, de qua ego ex te primùm inaudieram.

Inauditus, a, um, Non auditus, nouus. {ἀνήκουστος. GALL. *Dequoy on n'a point ouy parler, non ouy*. ITAL. *Inaudito, nuouo*. GERM. Daruon man nie hatt hören sagen. HISP. *Cosa no oyda*. ANGL. *Vnheard.*} Liu. 5. *bell. Macedon.* Et multa nomina gentium inauditarum. Cicer. 1. *de Orat.* Nihil dicam reconditum, nihil expectatione vestra dignum, nihil aut inauditum vobis, aut cuiquam nouum. ¶ Inauditus quandoque significat causam indictam, vt apud Suet. in *Vitel. cap.* 14. Vt quisque deferretur inauditum capite puniebat. Idem in Gal. *cap.* 14. in eadem significatione inauditum vsurpat.

Inauditus, a, um, apud veteres etiam actionis significatione in vsu fuit, vt Nonius annotauit. Quædam animalium aliud alio sensu carent, & natura gignuntur, aut inodora, aut inaudita. Ex Nonio. Vnde locus Gellij *lib.* 7. *cap.* 6. corrigendus est.

Inaudītĭuncŭla, æ, Festiua, iucundáque narratiuncula, auditu non indigna. ἀκροαμάτιον. Gell. *lib.* 5. *cap.* 21. Habebátque nonnullas disciplinæ grammaticæ inauditiunculas, partim rudes, inchoatásque, partim non probas.

Inauersabilis, ineuitabilis, atque indeclinabilis. ἀπαραίτητος. Apul. *in Hermetis Asclepio*, Sed seruiunt necessitati rationis æternæ, quæ æternitas inauersabilis, immobilis, insolubilis est.

Inaugŭro, as, Dedico, consecro. {חנך *chanách*. [illegible], [illegible]. GALL. *Dedier, consacrer*. ITAL. *Dedicare, consecrare*. GERM. Einweihen/einem ehrwirdigen ampt zuaignen. HISP. *Consagrar*. ANGL. *To dedicat or consecrat.*} Apud veteres enim nefas erat quempiam in dignitatem aliquam, aut sacerdotium assumi, aut etiam ædem alicui Deorum consecrari, nisi augurato, hoc est, addicentibus auibus. Cicer. 2. *Philipp.* Quid igitur cessas? cur non inaugurare? sume diem, vide qui te inauguret: collegæ sumus, nemo negauit. Plaut. *Asin. sc.* 1. *a.* 2. Impetritum, inauguratum est, quouis admittunt aues. Suet. *in Calig. cap.* 12. Augur inauguratus, &c. Liu. 3. *ab Vrbe*, Eò magis quòd & Augures iussos adesse ad Regillum lacum fama exierat: locúmque inaugurari, vbi auspicato cum populo agi posset. ¶ Exauguro, hoc est, quod augurio consecratum erat, addicentibus auibus profanum facio, & religione libero. ¶ Porrò, Inaugurare, est diuinare. Liu. *lib.* 1. *d.* 1. Agedum inaugura fierine possit.

Inaugŭrātō, aduerbium, hoc est, præcedente augurio, & addicentibus auibus. [illegible], [illegible]. Liuius 1. *ab Vrbe*, Id quia inaugurato Romulus fecerat, negare Accius Nauius, inclytus ea tempestate Augur, neque mutari, neque nouum constitui, nisi addixissent aues posse. Idem *lib.* 5. Vrbem auspicato inauguratóque conditam habent.

Inauris, Ornamentum quod ab aure pendet. {נזמים *nezém* עגיל *haghil*. [illegible], ἐνώτιον. GALL. *Bague ou agneau pendu au tendron de l'oreille*. ITAL. *Ornamento de l'orecchie*. GERM. Ein ohren gezierd/ohrenring. HISP. *Los cercillos de las orejas*. ANGL. *An earing.*} Nam in Oriente decus existimatur gestare aurum in auribus. Plaut *in Epid.* Non meministi me inaurem ad te afferre natali die? Plin. *lib.* 9. *cap.* 55. Antonia Drusi murænæ quam diligebat, inaures addidit. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 3. Inaures da mihi faciundas pondo duûm numûm.

Inaurītŭs, a, um, Carens auribus. {ἄωτος. GALL. *Qui n'a point d'oreilles, essorellé*. ITAL. *Che non ha orecchie*. GERM. Der keine ohren hat. HISP. *Cosa que no se tiene orejas*. ANGL. *That hath not eares.*} Gell. *lib.* 7. *cap.* 6. Quædam animalium alia alio carent sensu, & aut cæca natura gignuntur, aut inodora, inauritáve, id est, sine auribus: ita enim in quibusdam legitur. Sed ostendi ex Nonio, *Inaudita* legendum esse. Vide suprà *Inaudita*.

Inauro, as, Auro tego, vel aurum induco. {צפה זהב *tsippáh zahab*. χρυσόω. GALL. *Dorer, enrichir d'or*. ITAL. *Dorare, indorare*. GERM. Vergülden oder übergülden. HISP. *Dorar por defuera*. ANGL. *To gild or couer with gold.*} Per metaphoram accipitur pro diuitem facio. Cicer. *ad Trebat.* 7. Puto te malle à Cæsare consuli, quàm inaurari. Horat. 1. *Epist.* 12.

——————vt te
Confestim liquidus fortuna viuus inauret.

Inaurātŭs, a, um, Auro tectus & obductus. {מצפה זהב *metsuppéh zahab*. [illegible], χρυσόδετος, χρυσωτός. GALL. *Doré, enrichi d'or*. ITAL. *Inderato*. GERM. Vbergüldt. HISP. *Dorado por defuera*. ANGL. *Gilded, gilde.*} Cicer. *in Pisonem*. Sueton. *in Cæs. cap.* 54. Tria millia pondo auri è Capitolio furatus, tantundem inaurati æris deposuit. {GALL. *Il remit en la place autant de cuiure doré.*} Tibull. *lib.* 4.

——————Nec illis (Diis)
Semper inaurato Taurus cadit hostia cornu.

Ouid. 1. *Fast.*

Ceruus inauratum pedibus crutera reuurruit
Tollit, & aërium pernulas altus iter.

Inaurātor, is. {χρυσοχόος. ANGL. *A gilder.*} Iulius Firmicus *Matheseos lib.* 4. Facit aurifices, inauratores, bracteatios argentarios, &c.

Inauspĭcātō, Non captatis auspiciis, malo auspicio. {ἀοιωνίστως. GALL. *A la malheure*. ITAL. *Senza auspici, con importuni auspici*. GERM. Zu einer vnglückhafften bösen stund oder zeit. HISP. *Malauenturadamente* ANGL.

Vnluckeily

Valuchely, vn fortunatly.} Cic. 1. *de diuinat.* Qui quum tabernaculum vitio cepisset imprudens, quod inauspicatò pomœrium transgressus esset, comitia de Consulibus abrogandis habuit. ¶ Et quia veteribus ita persuasum erat, nihil feliciter succedere nisi aues addixissent, factum est, vt Inauspicatò accipiatur pro infeliciter. Ita Crito ille Terentianus dicit se inauspicatò Athenas contulisse: quòd magnam molestiam suscepisset, sine vlla commodi compensatione.

Inauspicatus, a, um, Adiect. ἀοιωνος. Non auspicatum, Infelix, nempe quod fit auspicio non priùs captato. Id enim priscis illis pro summa religione habebatur, vt nihil quod graue esset, prius inciperent, quàm augurium, aut auspicium captassent. Plin. *lib.* 28. *cap.* 2. Incendio inter epulas nominato, aquam sub mensa profundi abominamur: recedente aliquo ab epulis, simul verri solùm, aut bibente conuiua, mensam, vel repositorium tolli, inauspicatissimum iudicatur. id est, infelicissimum.

Inausus, a, um, quod non audetur, quod nemo audet. {ὁ μὴ τολμηθεὶς, ἀτόλμητος. GALL. *Que personne n'ose entreprendre ou faire.* ITAL. *Che non si ardisce.* GERM. Das niemandt hatt thun dörffen. HISP. *No atreuido, ni osado.* ANGL. *which no man dare enterprise.*} Senec. *Thyeste.* Ac me innocentem faciat, & inausa audeat. id est, quæ alij non sint ausi. Virg. 8. *Æneid.*

At furijs Caci mens effera, nequid inausum,
Aut intentatum scelerisúe, doliúe fuisset.

Senec. *cap.* 16. *de consolat. ad Polyb.* Nihil inausum & intactum fortunæ.

‖Inbreuiare, in breue deducere. Cod. ll. antiq.‖

Incæduus, a, um, cum diphthongo. Quod non cæditur: ex in, & cæduus. {ἄτμητος. GALL. *Qu'on ne coupe point, qui n'est point tondu.* ITAL. *Che non si taglia.* GERM. Das man nit abhawet. HISP. *Cosa que no se corta.* ANGL. *with no man cutteth.*} vt, incædua sylua. Lucanus *lib.* 3.

Stat vetus, & multos incædua sylua per annos.

Sic Incædui montes, dicuntur syluosi, quos *intonsos* Virgilius appellat. Seruius, Intonsi montes, syluosi, incædui. Ouid. 2. *Fast.*

Monte sub Exquilio multis incæduus annis
Iunonis magnæ nomine lucus erat.

INCALESCO, cis, incalui, Valdè calidus fio. {יחם iachám. θερμαίνομαι. GALL. *S'eschauffer.* ITAL. *Scaldarsi, diuenir caldo.* GERM. Warm oder heiß werden. HISP. *Calentarse.* ANGL. *To waxe or be verie heat.*} Plin. *lib.* 14. *cap.* 21. Item vasis incalescentibus, operculisque sudantibus. Colum. *lib.* 2. *cap.* 4. Pingues campi, qui diutiùs continent aquam, proscindendi sunt anni tempore iam incalescente. Liu. *lib.* 9. *bell. Maced.* Fortè epulantibus iis, quum iam vino incaluissent, nuntiatum in conuiuio est. Ouid. 2. *Fastor.*

——*Nam dicitur nomine ab isto*
Roma suburbanis incaluisse rogis.

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Hospitis igne duas incaluisse Deas.

Incalfacio, is, Calidum facio. {יחם yechém. θερμαίνω. GALL. *Eschauffer.* ITAL. *Scaldare.* GERM. Erwarmen/warm machen. HISP. *Calentar.* ANGL. *mak very heate.*} Ouid. 4. *Fast.*

Quantum si culmos Titan incalfacit vdos.

Idem 15. *Metam.*

Ictaque coniectos incalfacit hostia cultros.

INCALLIDUS, a, um per duplex ll, Non astutus. {פתי pethi. ἄδολος, ἀπανοῦργος. GALL. *Qui n'est pas fin, caut ne rusé.* ITAL. *Simplice, non astuto.* GERM. Vngescheid/ einfaltig. HISP. *No astuto ni malicioso.* ANGL. *Simple, vn subtile.*} Cicer. 1. *de inuent.* Sed quum à summis viris maximæ res administrarentur, arbitror alios fuisse non incallidos homines, qui ad paruas controuersias priuatorum accederent.

Incallidè, Simpliciter, non astutè. {ἀπανούργως. GALL. *Sans ruse, peu finement.* ITAL. *Senza accortezza, simplicemente.* GERM. Vngescheidiglich/one list. HISP. *No astutamente.* ANGL. *No subtillie simple.*} Cic. 3. *Offic.* In his generibus, quoquo modo possunt, non incallidè tergiuersantur.

Incalo, as, Voco, teste Festo. καλῶ.

INCANDESCO, scis, incandui, Candens & ignitus fio. {ἐκπυρόομαι, πυρόομαι. GALL. *S'eschauffer fort vehementement.* ITAL. *Diuenir affocato.* GERM. Glüent oder feurig werden. HISP. *Encenderse.* ANGL. *To be angrie, to be all as afire.*} Ouid. 7. *Metam.*

Non secus exarsit: quàm quum Balearica plumbum
Funda iacit: volat hoc, atque incandescit eundo:
Et quos non habuit, sub nubibus inuenit ignes.

¶ Per metaphoram accipitur pro vehementer irasci, & iracundia quodammodo accendi.

‖Incanigena, primigenia. Pap.‖

INCANTO, as, Verbis solis, vel etiam rebus quibusdam adiunctis aliquid supra naturam molior. {כשף chischschéph. ἐπᾴδω, γοητεύω. GALL. *Enchanter.* ITAL. *Incantare.* GERM. Verzaubern/bezaubern. HISP. *Encantar con palabras.* ANGL. *To inchaunt.*} Plin. *lib.* 28. *cap.* 2. Qui malum carmen incantasset.

Incantatio, & Incantamentum, i, {כשף chaschéph. ἐπῳδή, γοητεία. GALL. *Enchantement.* ITAL. *Incanto.* GERM. Zauberey/hexenwerck. HISP. *Encantamiento.* ANGL. *Enchauntement.*} Plin. *lib.* 28. *cap.* 21. Valeántne aliquid verba, & incantamenta carminum.

Incantator, γόης. In prima Scorpij parte quicunque habuerit horoscopum, erit incantator, qui latentes dolores mitiget potestate verborum. Iul. Firmic. *Mathes. lib.* 1.

Incanus, a, um, Canus, aut valde canus, Seruio teste. {שב sab. πολιός. GALL. *Chenu, blanc de vieillesse.* ITAL. *Canuto, bianco di vecchiezza.* GERM. Gantz weiß oder grawo alters halb. HISP. *Cosa muy cana y blanca.* ANGL. *Very hoare for age.*} Plaut. in *Rudente*, Ecquem tu hic hominem crispum, incanum videris. Virg. 3. *Georg.*

——*nescit crines, incanaque menta.*

Incana herba, id est, subalbida, lanugine canitiem referens. Colum. *lib.* 8. *cap.* 5. Paleæ ex rutilo albicantes, quæ velut incanæ herbæ dependent.

Incanesco, verbum, Canus fio. {שב sab. πολιοῦμαι. GALL. *Deuenir blanc, ou chenu.* ITAL. *Venire canuto.* GERM. Graw werden. HISP. *Encanecer.* ANGL. *To waxe hoare for age.*} Catull. in *Argon.*

Tortaque remigio spumis incanuit vnda.

Incapistrare, Illigare, à capistro formatum verbum. {חבש chabásh. φιμόω, καπιστρόω. GALL. *Lier, enchevestrer.* ITAL. *Ligare.* GERM. Die halffter anlegen. HISP. *Atar.* ANGL. *To halter.*} quod tamen rarò apud classicos scriptores inuenies.

‖Incapito, ἐπιχείρημα. Gloss. i. e. incœpto.

Incarduum, palmæ medulla, cocculum. Diosc.‖

Incassum, aduerbium, Frustrà, inaniter, {ריק rik. ματαίως, μάτην. GALL. *En vain.* ITAL. *In vano.* GERM. Vergebens. HISP. *En vano.* ANGL. *In vaine.*} Tractum à cassibus, vt ait Seruius. Imò à Cassum, vanum, inane, vacuum, nulli vsui, vt cassa nux, & cassi lumine, à carendo. Salust. Lucullus superiore anno quantis animis ierit in L. Quinctium, vidistis: quantæ denique nunc mihi turbæ concitentur: quæ profectò incassum agerentur, si prius quàm vos seruiendi, finem illi dominationis facturi erant. Virg. 7. *Æneid.*

Turne tot in cassum fusos patiêre labores?

Incassum tela iactare, Liu. 10. *ab Vrb.* Ignis incassum fuit. Virg. 3. *Georg.*

Incastigatus, a, um, Non castigatus. {ἀνεπιτίμητος. GALL. *Non corrigé.* ITAL. *Non castigato.* GERM. Vngestrafft/vngezüchtiget. HISP. *No castigado. incorregido.* ANGL. *No casticed, vncorrected.*} Horat. 1. *Epist.* 10.

Nec me dimittes incastigatum, vbi plura
Cogere, quàm satis est, ac non cessare videbor.

‖Incastus, ἀσύγγνωστος. Gloss. leg. ἄσεμνος.

Incauillatio, per despectum irrisio. Fest.‖

INCAVO, as, Cauo, excauo, effodio. {כרה charah. κοιλαίνω, ἐγκοιλαίνω. GALL. *Cauer dedans, creuser.* ITAL. *Cauare, incauare.* GERM. Außhölen/hol machen. HISP. *Cauar à fuera.* ANGL. *To mak holow.*} Colum. *lib.* 4. *cap.* 25. Nam quum in aduersum pressa manu desecare quid debet, cultro vtitur: quum autem retrahere, sinu: quum alleuare, scalpro: quum incauare, rostro.

INCAUTUS, a, um, Imprudens, non cogitans, inconsideratus. {ἀφύλακτος, ἀπροφύλακτος, ἀπερίσκεπτος. GALL. *Imprudent & negligent.* ITAL. *Incauto, non auueduto.* GERM. Vnbehutsam/ vnfürsichtig. HISP. *No acauto, ni astuto.* ANGL. *Vncaute, vncircumspect.*} Cic. *pro Plancio*, Qui te incautum fortasse, nunc tuo loco dimouere potuerunt: prouidentem antè, & præcauentem nunquam certè mouebunt. Virg. 3. *Georg.*

Continuò ferro culpam compesce, priusquam
Dira per incautum serpant contagia vulgus.

Ouid. 4. *de Ponto Elegia* 14.

Plector & incauto semper ab ingenio.

Idem 13. *Metam.*

——*furtis incautum decipit hostem.*

Incautè, aduerbium, Improuidè, imprudenter. {ἀπροφυλάκτως, ἀπρονοήτως. GALL. *Par mesgarde, imprudemment.* ITAL. *Senza accortezza, imprudentemente.* GERM. Vnbehutsamlich/ vnbewarlich. HISP. *No prudentemente, sin cuidado.* ANGL. *Vn circumspectlie, without taking heade.*} Cic. 7. *ad Atticum*, Nisi ego insanio, stultè omnia & incautè agi iudico. Liu. 4. *ab Vrbe*, Primo prælio, quod ab Sempronio incautè imprudentérque commissum est, &c. Legitur & incautè, inconsultéque. Idem 9. *belli Mac.* Sed incautiùs subiit muros, ictus, ex vulnere paucos post dies moritur.

INCEDO, is, cessi, cessum, Ingredior, procedo, sed ferè cum pompa, & quodam fastu. {התהלך hithallékh צעד tsahádh. ἐμβατεύω. GALL. *Marcher, aller.* ITAL. *Andare, caminare pomposamente.* GERM. Einher trätten/ daher gehn. HISP. *Andar con pompa.* ANGL. *To go or walk.*} Virg. *lib.* 1. *Æneid.*

Ast ego, quæ diuûm incedo regina, Iouisque
Et soror & coniux.

Liu. *lib.* 2. Ipse nostris decoratus insignibus magnificè incedit. Seneca, Tenero ac molli passu suspendimus gradum, nec ambulamus, sed incedimus. Plaut. *Curc. sc.* 2. *a.* 4. Non mediocri incedo iratus iracundia. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 5. palliolatus huc incessi, (paulò antè, me intuli.) *Ibid. sc.* 3. *a.* 1. Simonem video cum Calliphone incedere. (de senibus.) Idem *Curc. sc.* 3. *act.* 2. Capite operto ambulant, incedunt suffarcinati. *Ibid.* Incedunt cum suis sententiis. Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 2. Casanti capite incedit. (i. capite cerebrò cadenti & nutanti. Ita legendum, non *quassanti.*) Item, Æacidinis minis expletus, animisque incedit. *Ibid. sc.* 4. *a.* 3. Hem quid istuc est? vt tu incedis? (de equo.) Idem *Aulul. sc.* 1. *a.* 1. vide vt incedit! (de anicula.) Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 5. Eccum lenonem incedit. (de ægroto.) Idem *Milit. sc.* 1. *a.* 1. Is derídiculus est quaqua incedit omnibus. ¶ Incedere sella adoperta, (i. vehi.) Sueton. *in August. cap.* 53. Senec. *cap.* 1. *de tranquill.* Altus incedo. ¶ Aliquando significat simpliciter ire. βαδίζειν. Plaut. *in Mercat.* Flagitium est, si sequatur, quando incedit per viam. Idem *in Curcul. sc.* 1. *a.* 1. Cautè vt incedas via. (metaphoricè.) Liu. *lib.* 5. *bell. Pun. secundi*, Cum signis prima luce motis, segniter agmen incedere. ¶ Pro venire & accedere. Plaut. *Mostell. sc.* 3. *a.* 1. Sed estne hic meus sodalis qui huc incedit cum amica sua? (de ebrio.) Idem *Aulul. sc.* 4. *a.* 3. Sed Megadorus eccum incedit à foro. *Ibid. sc.* 5. *a.* 3. Iam istos absolutos censeas cùm incedunt infectores. (i. accedunt.) Idem *Capt. sc.* 3. *a.* 5. Incedit huc audax. Senec. 18. *de consol. ad Marc.* Vt incessit sidus æquum, vel iniquum. ¶ Incedere per ora Salust. *Iugurth.* 76. Neque eos qui ea fecére pudet, aut pœnitet: sed incedunt per ora nostra magnificè, i. ante ora.

Incessus, us. Ingressus. {צעד tsahádh. βάδισμα, βάδισις. GALL. *Allure auec grauité, marchement.* ITAL. *Caminar con grauità.* GERM. Der gang/ daher trätten. HISP. *Andadura con pompa.* ANGL. *A walking, a maner of going.*} Valla, Incedere, est ambulare: inde Incessus siue tardus, siue festinus, siue commotus, incompositus, immoderatúsque: propriè tamen sublimior quidam, & fastum præ se ferens. Cic. 2. *de fin.* Quòd si vultum, si incessum fingeres, quo grauior viderere, non esses tui similis. Virg. 1. *Æneid.* Et vera incessu patuit dea. ¶ Fractus incessus parum viri signum. Quint. & Sen. *cap.* 15. *de tranquill.* ¶ Accipitur tamen quandoque pro quouis gressu, siue hominum, siue aliorum animantium. Plin. *lib.* 10. *cap.* 38. Incessus omnibus animalibus certus, & vnius modi, & in suo cuique genere.

Incesso, is, ssi, vel ui, vel iui, à supino verbi incedo formatum, Lacesso, conuitiis

conuitiis insector, prouoco, concito, maledictis peto. {גרה gharáh הסית hesith. ἐρεθίζω.GALL. Venir sus, assaillir, molester, vexer. ITAL. Molestare, prouocare. GERM. Anfallen, anreitzen mit lesterworten. HISP. Enojar, desafiar el enemigo. ANGL. To prouoke, to exasperat the mynd and mak angrie.} Plaut. Amph. Herum fallere minis, & dolis incessere. Et Quint. Incessere testes. Ouid. Eleg. 11. lib. 3. Trist.

Quid simulachra ferox dictis incessis amaris?

¶ Facit & incessiuit in præterito. Gell c. 2. lib. 1. Iuuenes dilatrantes iusta obiurgatione incessiuit. Sueton in Calig. cap. 25. Incessere ora digitis, &, Incessere nuda latera hostium. Liu. lib. 6. d. 4. pro, lacerare, fœdare, diffamare. Lactant. lib. 3. Quid ergo te magistra illa vitæ docuit? an vt potentissimum Consulem maledictis incesseres? Quint. lib. 7. cap. 3. Satius est omni se anteactæ vitæ abstinere conuitio, quàm aut leuibus, aut friuolis, aut manifesto falsis reum incessere, hoc est, lacerare, vel accusare maledictis. βάλλειν λόγῳ. ¶ Dicimus etiam, Incessit me cupiditas, vel incessit mihi cupiditas: hoc est, inuasit, vel cepit me cupiditas. Liu. lib. 1. Timor deinde patres incessit, ne ciuitatem sine imperio vis aliqua externa adoriretur. Et iterum, Perfectis patris mandatis, cupido incessit animos iuuenum sciscitandi, ad quem eorum regnum Romanum esset venturum. Valer. Max. datiuo iunxit, Nec mihi cuncta complectendi cupido incessit. Aliter Terent. in Adelph. Noua, inquit, nunc religio in te isthæc incessit? Et Liu. 8. bell. Pun. Pestilentia incesserat pari clade in Romanos Pœnósque. ¶ Sine casu, Incessit timor. Cæs. lib. 3. de bell. ciu. ¶ Aliquando significat ingruo, ἐπέρχομαι. Col. lib. 2. cap. 21. Si verò procellæ ventorum, aut turbines incesserint, maior pars ad terram defluit. Idem cum datiuo posuit, Famem quoque, si sterilitas annorum incessit hominibus, commodè propulsat. ¶ Interdum significat ingredior. Columel. lib. 3. Et quum autumnus incesserit, antequam frigus cacumina adurat, omnia folia decerpere expediet. ¶ Incessit mos vt, id est, inualuit, aut inuectus est, de repub. ord. ad Cæsarem. Quoniam is incessit mos, vt homines adolescentuli sua atque aliena consumere, nihil libidini, atque aliis rogantibus denegare, pulcherrimum putent. Sunt tamen qui illud Incessit, & Incesserit malint deducere à verbo Incedo, is, etc. ¶ Incessor, passiuum. Virg. enim infinitiuo, Incessi, vtitur 11. Æneid.

Regina vt tectis venientem prospicit hostem,
Incessi muros, ignésque ad tecta volare, &c. hoc est inuadi. Serui.

Incĕlĕbris, e, Non celebre. {ἀδιαφήμιστος, ἄσημος. GALL. Cogneu sans renom. ITAL. Non frequentato. GERM. Unberümpt. HISP. No famoso, no diuulgado. ANGL. Vnknowen, without estimation.} vt, Vallis incelebris, apud Silium lib. 8.

Incĕlĕbratus, Non celebratus. Corn. Tacit. lib. 5. Nobis pleraque digna cognitu obuenêre, quanquam ab aliis incelebrata.

INCĒNDO, is, Inflammo, accendo. {הבעיר hibhîr, ἐμπρήθω, ἐμπυρίζω, ὑφάπτω. GALL. Faire brusler, mettre le feu, allumer. ITAL. Infiammare, abbrucciare. GERM. Anzünden. HISP. Encender. ANGL. To set on fier, to kendle, to mak to burne.} Plaut. in Menæch. sc. 3. a. 2. Sternite lectos, incendite odores. Cicer. 7. Verr. Inflammari nauem, incendíque iussi. Plaut. Menæch. sc. 1. a. 1. Mox incendo rogum. Idem Asin. sc. 4. a. 2. Semper per me ille incendit ira. Idem Pseud. sc. 2. a. 1. Nimis sermone huius ira incendor. Gell. cap. 26. lib. 2. Acuere & quasi incendere colorem. Item, Incendere ædes, vide Ædes. ¶ Hinc per translationem dicimus, Incendere aliquem ira, vel amore, hoc est, ad amandum, vel irascendum inducere. Plaut. in Asin. Sine me hunc perdere, qui semper me ira incendit.

Incensio, nis, Inflammatio. {בערה beherâh תבערה tabberâh. ἐμπρησμός, ἐμπύρωσις. GALL. Embrasement de feu. ITAL. Abbraggiamento di fuoco. GERM. Ein brunst. HISP. Encendimiento. ANGL. A burning, a setting on fiere.} Cic pro P. Sylla, Incensione vrbem, internecione ciues, vastitate Italiam, interitu Rempublicam liberauit.

‖Incensum θυμίαμα. Gloss. Isid. lib. 4. Incensum dictum, quia igne consumitur, dum offertur. Vet. Dict. Incensum thus vel dicitur holocaustum, quòd ab igne consumatur, & incēdatur, dū offertur. Gall. encens, & tus.‖

Incēnsē, ardenter. Gell. lib. 10. cap. 3. Detestationéque apud ciues Romanos incensè atque acriter, atque inflammanter facit.

Incēnsior, comparat. magis incensus atque iratus. Claudian. lib. 3. de raptu Proserp. Phlægráque nobis incensior æther.

Incēnsŏr, is, ἐμπρηστής, πυρπολητής. Apul. lib. de mundo, Nocturni exploratores & nuncij speculatorum incensoris assidui. ¶ Dicitur etiam incensor incendiarius. Vlp. D. lib. 47. tit. 19. l. 16. Messium incensores, &c.

Incēndium, ij, Inflammatio. {תבערה tabberâh תבערה tabberah. ἐμπρησμὸς, ἐμπύρωσις. GALL. Embrasement de feu, vn grand feu bruslant vne maison ou autre chose. ITAL. Incendio, abbrugiamento. GERM. Ein brunst. HISP. El fuego quando algo se enciende. ANGL. Burning, a light fyre that burneth an house.} Quintil. Si ianua incendio tenetur, per parietem erumpendum. Sen. cap. 2. de tranq. Quasi ad incendium currentes. Plin. lib. 12. cap. 19. Donec in delubrum incendio consumptum est. ¶ Per metaphoram etiam accipitur pro vehementia amoris. Plaut. in Asin. Nam ni impetro, regem perdidi: ex amore tantum est homini incendium. Velleius, Crescente amoris incendio. Ouid. 1. Fast.

Hinc alia, satyris incendia mitia præbent (amoris.)

Incēndiārius, ij, qui tectis, ædificiísve ignem iniicit. {מבעיר mabhir. πυρπολητής. GALL. Boutefeu. ITAL. Incendiario. GERM. Ein brenner. HISP. El que pone fuego por hazer dano. ANGL. That fyreth buildings.} Quint. declam. 9. Morabar inter sacrilegos, incendiarios, & (quæ gladiatoribus vna laus est) homicidas, inclusus turpiore custodia. Vtuntur etiam hac voce Suet. in Vitell. & Tacit. lib. 15.

Incendiaria, auis quædam infausta, alio nomine Spinturnix dicta, cuius conspectus tam inauspicatus habebatur, vt eam solam ob causam, vrbem sæpiùs lustratam fuisse memoriæ proditum sit. Quidam incendiariam auem esse volunt, quæcunque apparuerit ex aris vel altaribus carbonem auferens. Vide Plin. lib. 10. cap. 13.

Incentor ab eo, quòd incendat & inflammet. Incentor, quia praua suggestione ad vitia cor aliorum succendit & persuadendo inflammat. Isid. lib. 10. Sed

Incensor est, qui incendit: vt, incensor messium. Dig. lib. 4. 8. incensor turbarum. Ammian. lib. 31.

INCĒNSŬS, a, um, qui non est census, hoc est, qui censum suum non est professus: quod criminis grauissimi loco habebatur apud Romanos, adeò, vt qui censum non esset professus, libertate spoliaretur. {ἀναπόγραφος. ANGL. Not registred, one that would not be registred or enrolled in the number of the citizens.} Cicer. pro Cec. Si pater vendidit eum, quem in suam potestatem susceperat, ex potestate dimittit. Iam populus quum eum vendidit qui miles factus non est, non adimit ei libertatem, sed indicat eum non esse liberum, qui vt liber sit adire periculum noluit. Quum autem incensum vendidit, hoc indicat quum ij qui in seruitute iusta fuerunt, censu liberentur, eum qui cùm liber esset, censeri noluerit, ipsum sibi libertatem abiudicasse. ¶ Incensum dedicare fundi instrumentum, Gell. c. 11. lib. 7. Sed tu in vno scorto maiorem pecuniam absumpsisti, quàm quanti omne instrumentum fundi Sabini incensum dedicauisti.

Incēntio, Incentiuus, vide Incino.

Inceps, deinceps. Fest. ab in pro inde (vt dein) & capio.‖

Incēptio, Incepto, Inceptor, vide Incipio.

INCERNO, is, Compositum à Cerno, significat cribro. {ניפה heniph. διαττάω, κοσκινεύω, διαττῶ. GALL. Cribler, sasser, bluter ou tamisser. ITAL. Crivellare, cernare, burattare. GERM. Uber etwas reden oder beuteln. HISP. Cerner como harina. ANGL. To sifte, to range, or serce.} Cato de re rust. cap. 48. Tum semen serito cribro tanquam linum, & eo terram cribro incernito. Vnde Incerniculum, cribri genus quo frumenta purgantur. Vitruu. Super fricaturam, læuigationibus, & polituris quum fuerit perfecta, incernatur marmor.

Incērnĭcŭlum, i, est instrumentum quo frumenta purgantur antequam molantur. {נפה naphâh. ποσκίνιον. GALL. Vn crible, sas ou bluteau. ITAL. Crivello, stacio, tamigio. GERM. Ein beutel oder rennen. HISP. Cedaço para cerner harina, criuo. ANGL. A ranging sive a serce.} Plin. lib. 7. cap. 44. Decretum fecêre, quo caueretur ne frumentarij negotiatores ab incerniculis eum arcerent. Cato de re rust. cap. 3. Cribrum vnum, incerniculum vnum, securim vnam, scamnum vnum.

Incēro, as, incerare, aliquid cera tego. {κηρόω. GALL. Encirer, couurir ou enduire de cire. ITAL. Incerare. GERM. Uberwachsen. HISP. Encerar cubriendo de cera. ANGL. To dresse with waxe.} Iuu. Satyr. 10. Genua incerare deorum. Cornutus in Pers. Satyr. 1. Apud antiquos citreis tabulis parietes ornabantur, quas & cera incerabant, vt quicquid in animum veniebat statim notaretur.

INCĒRTŬS, a, um, Dubius, anceps. {ἄδηλος, ἄπορος. GALL. Incertain, douteux. ITAL. Dubbio, incerto. GERM. Ungewiß. HISP. Dudoso, no cierto. ANGL. Vncertaine, doubtefull.} Plaut. Capt. sc. 4. a. 3. Mihi rés omnis in incerto sita est. Idem Asin. sc. 4. a. 2. Ego me certè scio incerto daturum hoc nemini. Idem Aul. sc. 1. a. 4. Incertum mihi est quod agam. Idem Capt. sc. 1. act. 2. Per fortunam incertam te oro, &c. Idem in Pseud. sc. 3. a. 2. Certa amittimus, quum incerta petimus. Terent. in Heaut. Domum reuertor mœstus, atque animo ferè perturbato, atque incerto præ ægritudine. ¶ Incerta vltionis mulier. Tacit. lib. 1. Et Ouid. Eleg. 3. lib. 3.

Incertúque meæ penè salutis eram.

Incertum vulgus, hoc est, non sibi constans. Cic. pro L. Muræna. Nihil est incertius vulgo, nihil obscurius voluntate hominum, nihil fallacius ratione tota comitiorum.

Incērtē, ἀσαφῶς, ἀδήλως. Ennius apud Gell. lib. 19. cap. 10. Incertè errat animus, præter proteruiam viuitur. Plaut. Pseud. sc. 2. a. 4. Admodum incertò scio. Ouid. 6. Fast.

Auctor in incerto est.

Incērto, as, Incertum, seu dubium reddo. {ἀδηλόω, εἰς ἀμφιβολίαν καθίστημι. GALL. Faire ou rendre incertain. ITAL. Far dubbio. GERM. Ungewiß machen. HISP. Hazer dudoso y no cierto. ANGL. To make vncertaine.} Plaut. in Epid. Longa dies meum incertat animum. Verbum est deriuatum à nomine incertus.

‖Incessabilis, e, qui non cessat. Eutrop. lib. 1. Post damna bellorum inducias relaxatas à cœlo terrasque excandescentes incessabili infestatione corrumperent.

Incēsso, Incessus, vide Incedo.

INCĒSTŬS, us, & Incestum, i, {ἡ κοίτη συγγενική, ἡ ἄσεμνος μοιχεία. GALL. Inceste, cognoissance ou assemblee charnelle illicite comme entre parentes. ITAL. Incesto, congiontione carnale illecita, come tra parenti. GERM. Ein blutschand. HISP. Ayuntamiento con parientes. ANGL. Incest.} Dicitur flagitium, quod committitur cum ea, cum qua sanguinis ratio, aut religio matrimonium contrahere prohibet, vt cum matre, sorore, sacris virginibus, aut similibus: ita dictum (vt Nonius putat) quasi non castum. Alij Incestum deducunt à cesto Veneris cingulo, quo amor maritalis in legitimis nuptiis conciliari putabatur: vt Incestus dicatur concubitus illegitimus, cui cingulum illud, iustarum nuptiarum insigne, non adhibetur. Papinianus l. si adulterium. ff. ad legem Iuliam, de adult. Incestum autem quod per illicitam matrimonij coniunctionem admittitur, excusari solet vel sexu, vel ætate, vel etiam puniendi correctione, quæ bona fide interuenit. Cicer. 4. Tuscul. Omnibus enim ex animi perturbationibus est profectò nulla vehementior: vt si iam ipsa illa accusare nolis, stupra dico & corruptelas, & adulteria: incesta denique, quorum omnium accusabilis est turpitudo.

Incestus, a, um, Pollutus, impurus, nefarius. {טמא tamé. μιαρός, ἀσελγής, βδελυρός. GALL. Pollu, souillé. ITAL. Macchiato, violato. GERM. Mit blutschand beflecket. HISP. Ensuziado. ANGL. Polluted, defiled.} Propert. lib. 3. Eleg. 11. Scilicet incesti meretrix regina Canopi. Cic. pro domo sua. Istius qui non solum aspectu, sed etiam incesto flagitio, & stupro polluit cæremonias, &c. Ouid. Eleg. 1. lib. 2. Trist.

Non satis incestis temerari vocibus aures. i. obscœnis verbis.

Incēstē, aduerb. Fœdè, turpiter. {ἀσελγῶς, βδελυρῶς, ἀσεμνῶς. GALL. Par vilaine, infame & illicite paillardise. ITAL. Con tale sporcamento, & corrottamente. GERM. Schandtlich. HISP. Con ayuntamiento con parientes. ANGL. Filthelie, as by incest.} Cic. pro Cælio, Ideo aquam adduxi, vt ea tu incestè vtereris?

Incēsto, as, Polluo, conspurco. {טמא timmé. μιαίνω. GALL. Polluer, corrompre. ITAL. Macchiare, violare. GERM. Ein blutschand begehn, beflecken. HISP.

HISP. *Ensuziar, violar.* ANGL. *To pollute, to defile.*} Tacit. *lib.* 5. Post quos Sextus Marius Hispaniarum ditissimus, defertur incestasse filiam, & è saxo Tarpeio deiicitur. Virg. 6. *Æneid.*

Totámque incestat funere classem.

¶ Sueton. tamen *in Tib. cap.* 43. de monstroso concubitu eorum qui sanguine iuncti non erant, vsurpauit. Triplici, inquit, serie connexi incestarent se coram ipso. Sic quoque incestas voces dixit Ouid. (id est, obscœnas.) de quo suprà in *incestus, a, um.*

Incestuosus, qui incestum commisit, hoc est, qui inconcesso concubitu se polluerit: cuiusmodi sunt, qui cum sanguine iunctis sese commiscent.

Incestificus, a, um, {*φθοριμαῖος, φθορεύς.* GALL. *Corrompeur de femmes ses parentes.* ITAL. *Che giace con parenti.* GERM. Der ein blutschand begeht oder begangen hat. HISP. *El que comete peccado de ayuntamiento con parientes.* ANGL. *An incestuous personne.*} Senec. *Thyeste,* Ego castam manum Nefandus, incestificus, execrabilis Attrecto.

INCHOO, as, A nomine Chaos, vt autor est Festus, quòd Hesiodus omnium rerum initium dixerit esse chaos, incipio, ordior, exordior. Cur autem aspiretur, vide Gell. *cap.* 3. *lib.* 2. {החל *hechél.* ἄρχομαι. GALL. *Commencer, encommencer.* ITAL. *Commenciar, dar principio.* GERM. Anheben, anfahen. HISP. *Començar.* ANGL. *To beginne.*} Est autem inchoare idem quod incipere. Virg. 3. *Georg.*

Te sine nil altum mens inchoat.

Cicer. *de clar. Orat.* Meos libros quos expectas, inchoaui, sed conficere non possum his diebus. ¶ Quandoque perficere est. τελεῖν. Virg. 6. *Æneid.*

Tunc Stygio regi nocturnas inchoat aras.

Vbi Seruius, Inchoat, perficit: & est verbum sacrorum. ¶ Idem Seruius in illud 3. *Georg.*

Te sine nil altum mens inchoat;

autor est, antiquos olim scripsisse *Incoho,* aspiratione interposita inter duas vocales, quòd putarent nullum verbum esse Latinum quod ante o haberet alterum o in fine: quod tamen hodie videmus in verbo Boo, & composito Reboo. In secunda autem syllaba verbi Inchoo nullam scribebant aspirationem, quòd tres tantùm putarent esse voces Latinas quæ post h literam aspirationem reciperent, sepulchrum, orchus, & pulcher: ex quibus, inquit Seruius, pulcher tantùm hodie recipit aspirationem. ¶ Martianus Capella neutrum protulit, quum ait, India ab Emodiis montibus inchoat. ¶ Inchoatus, a, um, Particip. Imperfectus. Cicer. 1. *de nat. deor.* Atque si etiam à primis inchoatisque naturis ad vltimas perfectásque volumus procedere, ad Deorum naturam perueniamus necesse est. Plaut. *Amphit.* Nx hanc inchoatam transigam comœdiam. Senec. *cap.* 15. *de tranquill.* Inchoati conceptus.

Inchoatiuus, a, um, inchoandi vim habens: ἀρκτικός.

Inchoatiua, verba, A Prisciano appellabantur, quæ a verbis secundæ potissimùm coniugationis, aut à nominibus quibusdam adiectiuis deducta, in sco syllabam desinunt: cuiusmodi sunt calesco, & frigesco, à caleo, & frigeo: item mitesco, dulcesco, sterilesco, à nominibus adiectiuis mitis, dulcis, & sterilis deducta. ῥήματα ἀρκτικά. Huius generis ante verba Priscianus Inchoatiua appellauit, quòd putauit per ea significari inchoationem actionum, quæ per verba primitiua denotantur. Quem ob id non immeritò reprehendit Valla *lib.* 1. *Eleg.* docens ea augmentatiua potiùs appellanda, quum incrementum potiùs importent, quàm inchoationem. Aliquando tamen comparatiuè, id est, maiori cum augmentatione sumuntur. Virg. Sin in processu cœpit crudescere morbus. Vbi Seruius exponit, Crudescere, validior fieri. Aliquando comparatio apponitur. Ter. *in Heaut.* Nam mihi quotidie augescit magis de filio ægritudo. Virg. *lib.* 7.

Quàm magis effuso crudescunt sanguine pugnæ.

Quòd autem significent incrementum, interpretum autorúmque idoneorum autoritate simul, & ratione probandum duxi. Nonius *in proprie dictionibus,* Albicatur, candicatur, exalbescit, purpurascit, purpureum fit Cic. *lib.* 2. *Acad.* Quid mare? nónne cæruleum? at eius vnda, quum est remis pulsa, purpurascit? Nigidius? Dicemus quæ vetustate deteriora fiunt vetustescere, inueterascere, quæ meliora. Similiter apud Virg. *lib.* 2. *Georg.*

Æraque dissiliunt vulgò, vestésque rigescunt.

Seruius, Rigescunt, durantur. Festus, Remorbescat, in morbum recidat. Et Obherbescere, herbam increscere. Cicer. *lib.* 4. *Tuscul.* Deferuescere, pro decrescere, exponit. Aut rogandi (inquit) orandique sunt si quam habent vlciscendi vim, differant in tempus, dum deferuescat ira. Deferuescere autem, decrescere significat ardorem animi, inuita ratione excitatum. Ex quo illud laudatur Architæ, qui cùm villico factus esset iratior: Quo te modo (inquit) accepissem, nisi iratus essem? Idem *pro Marcel.* Nihil opera & manu factum, quod non aliquando conficiat, & consumat vetustas: at verò hæc tua iustitia & lenitas florescit quotidie magis. Quis ibi interpretatur, Florescit, pro incipit florida fieri, quum illud potiùs velit, Cæsaris lenitatem, tum quidem floridam, in dies tamen magis ac magis floridam fieri. Si quotidie magis fiebat, profectò ista continuatio dierum, dum hoc fieret, iam ab initio rem inchoatam semel fuisse, non quotidie incipi, apertè demonstrat. Cic. etiam *in Catone,* Ita sensim sine sensu ætas senescit, nec subitò frangitur, sed diuturnitate extinguitur. Si ætas sensim senescit, aut sensim incipit semper senescere. Si ita est, ergo plus millies ista inchoatio fiet. Et sic toties desinet fieri senex, quoties sensim senescit. Sed quoniam ab initio, quo cœpit senex fieri, nunquam omnino desiit fieri senex, patet quòd Senesco, significat senex fio, non incipio fieri senex. Plin. quoque *lib.* 21. de ortu rosæ, Paulatim (inquit) rubescens dehiscit. Iungimus autem hæc duo verba istis verbis in sco terminatis, sicut & aliis, quum aliquid inchoari significare volumus, quæ ex hoc potissimùm inuenta esse intelligimus, vt prædictis verbis, & omnibus aliis iungi possent, cùm actus inchoationem designari necesse foret: quod non fieret, si ex se inchoationem significarent. Quare Virg. dixit,

Sin in processu cœpit crudescere morbus.

Cato *de re rust.* Et vbi primùm incipiunt hiscere, tum legi oportet. Cæs. *in Comm.* Cùm maturescere frumenta inciperent. Cic. *de nat.* In his animantibus, quæ lacte aluntur, omnis ferè cibus matrum lactescere incipit. Et alibi dixit, Orationem suam canescere cœpisse. Formantur hæc verba vt plurimùm à verbis neutris secundæ coniugat. à secunda persona iuncta cosyllaba, vt Albeo, albes, albesco, Caleo, cales, calesco. Quædam tamen ab actiuis, vel neutris transitiuis deducuntur, quæ passiuam nihilominus significationem innatam habent: sicut illa quæ à neutris secundæ coniugationis sunt, vt Augesco, ab augeo: Integrasco, ab integro: Sancesco, à Sancio, a in e mutata. Sitesco, candesco, mollesco, maresco, maturesco, hilaresco, grauesco, grandesco: quæ tametsi à nominibus venire posse videantur, tamen à verbis eorum vel actiuis, vel neutris transitiuis fermè omnia venire magis credo. Quædam verò à nominibus formari conuenit, vt Mitesco, dulcesco, crudesco, sterilesco, lapidesco, raresco, crebresco. Sunt etiam quædam ambigua & varia, quæ significationem passiuam habent innatam, & à neutris veniunt, & nihilominus etiam actiuam habere reperiuntur, vt Horresco, Perhorresco. Virg. 3. *Æneid.*

Ne tu mensarum morsus horresce futuros.

Alia sunt, quæ primitiuorum significationem habent: vt Labasco, extimesco, pertimesco, exhorresco, præsentisco, contimesco, præscisco, rescisco, ascisco, & conscisco, & si qua sunt alia. Alia terminantur in sco, licèt non sint deriuata: vt posco, disco, glisco, ossulco, mesco. Sciendum etiam quòd hæc verba, de quibus agimus, habent præteritum perfectum, quamuis multi negent, sed falluntur: quoniam cum primitiuis eorum aut ea communia habent, aut certè mutuò ab illis accipiunt. Quod Priscia. in verbis Ascisco, & descisco non dissimulauit: Ascisco, inquit, asciui, ascitum: Descisco, sciui, scitum. Vbi Liuij exemplum ponit, Descitum ab Romanis. Postea verò subdit, Abscisco, & Descisco composita ab inchoatiuo Scisco; habere præterita à primitiua Scisco. Quo in loco Prisc. malè appellat Scisco inchoatiuum, quum tamen inchoatiuum non sit, neque habeat significationem verborum in sco desinentium. Diomedes quoque præteritum ostendit verbi adolesco: Adolesco (inquit) adoleuit facit. Virg.

Mox cùm matura adoleuerit ætas.

A permaturesco est: significat enim permaturum factum est. Columella *lib.* 10. At circa Calend. Martias locis apricis licet potrum, si iam ingranduit, transferre. Ab ingrandesco est, non ab Ingrandeo, quod nescio si inueniatur: nec si inueniretur, ab eo esset, quia ingranduit, grande factum est significat, non autem grande fuit, quod significaret, si ab ingrandeo esset, sed sensui non conueniret. Salust. Hi postquam conuenerunt in vna mœnia, dispari genere, dissimili lingua, alij alio more viuentes, incredibile memoratu est, quàm facilè coaluerint. Vbi coaluerint, est à Coalesco, quod significat concresco, non à Coaleo, cuius significatio actiua repugnaret sensui orationis. Lactant. *lib.* 5. Decet eos suscipere defensionem Deorum suorum, ne si nostra inualuerit, vti quotidie inualescunt, cum delubris suis ac ludibriis deferantur. Inualuerint, validiora fiant, ab inualescunt: quoniam subditur, vti quotidie inualescunt. Quint. *lib.* 5. *Institut. Orat.* Iam illa flamma, quæ magna congerie conualuerat, diductis quibus alebatur. Vbi conualuerat, idem significat quod creuerat, siue valida facta erat, non valida fuerat, à Conualesco, non à Conualeo. Cic. *lib* 6. *de repub.* Hoc sonitu omnes ferè completæ aures hominum obsurduerunt: significat surdæ factæ sunt, ab Obsurdesco, non autem surdæ fuerunt, ab Obsurdeo, quasi non ampliùs surdæ tunc forent. Hoc modo omnia præterita perfecta eiusmodi interpretata sunt. Et si ambigua videbuntur, disquirendum erit, an à primitiuis, an deriuatiuis veniant, quod significatio & res de qua tractabitur, commonebunt. Possunt nihilominus sic discerni: vt si dicam Canui, pro canus factus sum, tunc à canesco erit: si verò dixero, Hæc vestis canuit, pro cana fuit, quæ ampliùs cana non sit, vt si eam pullam feceris, tunc à Caneo erit. Similiter, Hæc arbor floruit, si de tempore quo florida fuit, loquar, tunc à Floreo erit: sin eam floridam factam esse intelligi voluero, à floresco sumetur. Hoc enim florida facta est significat, illud verò florida fuit. De his plura vide apud Vallam *lib.* 1. *Elegant.*

Incicur, non cicur. Fest. Incicurem, immansuetum & ferum. Pacuu. Reprime incicurem iracundiam. Interdum *cicur* pro sapiente ponitur, vt idem Pacuu. Consilium cicur.

INCIDO, is, idi, isum, ex in, & cædo, seco, reseco, amputo. {חטב *chatáb* בצע *bitsah* גזר *ghazár* נתח *nitthéach* בתר *bittér* חק *thák* חקק *chòkkák.* ἀποτέμνω, ἐγχαράττω, ἐγκολάπτω. GALL. *Entailler, couper, inciser, trancher, engrauer.* ITAL. *Tagliare, intagliare.* GERM. Anschneiden, einschneiden. HISP. *Cortar, entallar, esculpir.* ANGL. *To cut, to graue, to intayle.*} Virg. 3. *Ecl.*

Atque malè vites incidere falce nouellas.

¶ Accipitur etiam Incido pro insculpo. Cic. *de senect.* Notum est eius carmen incisum in sepulchro. ¶ Cum datiuo Plin. *Paneg.* 9. Quod ego titulis omnibus speciosius reor, quando non trabibus, aut saxis nomen tuum, sed monumentis æternæ laudis inciditur. Sueton. *de clar. Gramm.* Statuam habet Præneste in inferiore fori parte contra hemicyclum, in quo fastos à se ordinatos, & marmoreo parieti incisos publicaret.

Incisilis, a, um, Inscriptus, insculptus. {חטוב *chatub* מחקק *mechukkék.* ἐγκεχαραγμένος. GALL. *Coupé, entaillé, engraué.* ITAL. *Tagliato, scolpito.* GERM. Eingehauwen, eingeschnitten. HISP. *Cortado, esculpido, entallado.* ANGL. *Graued, intayled.*} Velleius, Incisis venis. Liu. 3. *ab Vrb.* Leges in æs incisas in publico proposuerunt. Cicer. *in Orat. de signis,* Id non modò conscripserunt, verumetiam in ære incisum tradiderunt. ¶ Incisum aliquando significat amissum, ademptum. ἀποτετμημένος. Liu. *lib.* 3. Itaque spe incisa prius quàm prædicta dies adesset, Appius mortem sibi consciuit. ¶ Incisum, Oratores vocant sensum non expleto numero conclusum: quod plerisque pars membri esse videtur. κόμμα. vt, Domus tibi deerat? at habebas: pecunia superabat? at egebas. Fiunt autem singulis verbis incisa. Cicer. *in Orat.* Quæ nescio cur quum Græci κόμματα & κῶλα nominant, nos non rectè incisa & membra dicamus.

Incisio, nis, est actus ipse incidendi. {גזר *ghézer* בתר *béther* נתח *nétthach.* ἀποτομή. GALL. *Incision, couppure.* ITAL. *Taglio, intaglio.* GERM. Einschneidung in ein ding. HISP. *Cortadura, intalladura.* ANGL. *A cutting or grauing.*} Colum. *lib.* 3. Infra incisionem & alligaturam, falce acuta

leuiter

Digitized by Google

ſtuitet vitem vulneratio ex vtraque parte, vt his potius plagis humor defluat, quàm ex inciſione abundet. ¶ Inciſio etiam in oratione pars membri eſt, quod Græci κόμμα nominant. Cic. *in Oratore*. In inciſionibus verò multò magis, & in membris.

{Inciſores dentes Iſidoro *Etym. lib.* dentes primores, τομεῖς, διχαστῆρες, κτένες, γελασῖνοι, & τομικοὶ, Corn. Celſo.}

Inciſura, æ, Ipſa inciſio. {גזרה *gézer* בתר *béther* נתח *néthach*. διατομή. GALL. *Coupure, entailleure*. ITAL. *Taglio*. GERM. Ein ſchnitt. HISP. *Cortadura*. ANGL. *A iagge gashe or cutte*.} Plin. *lib.* 12 *cap.* 39. Pili recisi, non vt herba, ab ipſa inciſura augentur, ſed ab radice exeunt. Colum. *lib.* 12. *cap.* 54. Tum ſalem inter inciſuras raporum non nimium minutum aſpergito. ¶ Inciſuræ etiam dicuntur in manibus, quæ vulgò lineæ vocantur. Plin. *lib.* 11. *cap.* 52. Contrà longæ eſſe vitæ incuruos humeris, & in manu duas inciſuras longas habentes.

Inciſus, {ANGL. *A cutting, a iagging*.} Plin. *lib.* 16. *cap.* 52. Fructum quædam proximo anno ab inciſu largiuntur.

Inciſè, aduerbium, Inciſim, minutatim. {κατὰ κόμματα. GALL. *Par coupures, par morceaux, par pieces*. ITAL. *Minutamente, in piu parte*. GERM. Stucklechtig. HISP. *A cortaduras, à cortando*. ANGL. *By peeces*.} Cicer. *in Orator.* Quo autem pacto debeat inciſè, membratímve dici, iam videmus.

Inciſim, ſignificat per inciſiones, minutatim, inciſè. {κατὰ κόμματα, κατακερματισμῶς. GALL. *Par coupures par inciſions*. ITAL. *A tagli*. GERM. Stücklechtig von ſtuck zu ſtuck. HISP. *A cortaduras, cortando*. ANGL. *In cuttes and gashes, shortly*.} Cic. *in Orat.* Hæc quidem duo binis pedibus inciſim, deinde membratim dicere ſolebas.

Incīduus, a, um, quod cædere, vel incidere non licet. {ἄτμητος. GALL. *Qu'on ne coupe point, ou qui n'eſt licite de couper*. ITAL. *Che non ſi deue tagliare*. GERM. Das man nicht abhauen dorff. HISP. *Lo que no ſe deue cortar*. ANGL. *That can not be cutte*.} Ouid. 2. *Faſt.*

Monte ſub Exquilio, multis inciduus annis,

Iunonis magnæ nomine lucus erat.

Idem 3. *Amor. Eleg.* 1.

Stat vetus & multos inciduæ ſylua per annos.

INCIDO, is, idi, Ex in & cado, ſupinum facit incaſum, licèt parum vſitatum, Cado, accido, irruo. {נפל *naphall*. ἐμπίπτω. GALL. *Tomber d'aduenture deſſus, cheoir deſſus ou pres*. ITAL. *Accadere, incorrere*. GERM. Eine fallen. HISP. *Caer en algo, o acontecer*. ANGL. *To happen, or fall in*.} Omnia enim à cado compoſita proferunt ſupinum cum a, ſicut cado; quæ verò a cædo pro ferio, mutant e in i, vt inciſum, reciſum. Vnde ab incido, incaſum, incaſurus. Plin. *lib.* 2. *cap.* 17. Sed ex acciδiſſe, non quia hæc facta ſunt, arbitror, verùm hæc ideo facta, quia incaſura erant illa. Eſt autem incidere, propriè idem quod in aliquid, ſeu ſupra aliquid cadere. Liu. *lib.* 2. *bell. Pun ſecund.* Saguntí ruinæ (vtinam falſus vates ſim) veſtris capitibus incident. Plaut. *Mercat. ſc.* 2. *a.* 1. Et derepente tantus morbus incidit. {GALL. *Vne ſi grande maladie luy eſt venue tout à coup*.} Ouid. *Eleg.* 5. *lib.* 4. *Triſt.*

Incidat & veſtro rara querela toro.

Sueton. *in Galba cap.* 17. Incidit ei valetudo. Item, Incidunt amnes flumini. Liuius *lib.* 4. *dec.* 5. ¶ Sumitur tamen frequenter incidere pro eo quod eſt caſu incurrere, {ἐντυγχάνω. ANGL. *To chappen*.} aut de improuiſo labi: vt incidi in latrones. Incidi in errorem. Cicer. *Curioni*, Quod in id Reipublicæ tempus non incideris, ſed veneris. Cæſ. *lib.* 1. *de bell. ciu.* Incidere in aliquem etiam qui non ſit hoſtis. Et Senec. *cap.* 9. *de conſol. ad Mart.* Incidit hoc quotidie in oculos. Incidere ergo, caſu venire eſt: venire verò, certo iudicio, & ſententia, & conſultò. Quod ipſe Cicero in eo quod ſequitur declarat. Iudicio enim tuo, non caſu in ipſum diſcrimen rerum contuliſti Tribunatum tuum. ¶ Incidere portis dictum de iis, qui in vrbem ſugerent, à Liuio *lib.* 5. *ab vrb.* Item de iis, qui vrbem inuaderent repente; ab eodem Liu. *lib.* 6. Iungitur quandoque cum datiuo: vt, Mihi incidit ſuſpicio. Quandoque abſolutè ponitur: vt, Incidunt ſæpe multæ cauſæ: Obiurgationes incidunt neceſſariæ: & Incidit ab vtrisque mentio. item, Incidit quæſtio, Aliud ex alio incidit.

Incidit ſæpe vt, I. Sæpe euenit. Ferè fit. Cicer. *de Amic.* Quanquam ille quidem nihil difficilius eſſe dicebat, quàm amicitiam vſque ad extremum vitæ diem permanere: nam vel vt non idem expediret vtrique incidere ſæpe, vel vt de Rep. non idem ſentirent.

Incidens, entis, Adiect. Quod incidit, ſiue cadit. Plin. *lib.* 11. *cap.* 27. Pupillæ obiter incidentia facile declinant. Incidens portis exercitus, hoc eſt, Incurrens in portas. Liu. *lib.* 3. Agreſtéſque pauidi incidentes portis, non populationem, nec prædonum paruas manus, ſed omnia vano augentes timore.

Incīens, dicitur Propinqua partui, quòd fœtus eius ſit incitatus. Feſtus. Plin. *lib.* 11. *cap.* 37. Antiqui abdomen vocabant priuſquam calleret, incientes occidere non aſſueti.

Incieo, vocare, commouere, prouocare, ab in, & cieo. Dicitur etiam Incio, ab in & cio.

{Incitus, a, um, incitatus, motus. ab *incieo*. Item qui non poteſt cieri, ſeu moueri: ab *in* & *citus*, participio, ex *cieo* moueo. Ita *inciſi calculi*, qui cieri nequeunt.}

INCILE, is. {תעלה *tehaláh*. ὀχετός. GALL. *Vne trenchee, foſſe, canal ou conduit, par lequel on fait couler l'eau en quelque lieu*. ITAL. *Canale, condutto, cannone per condur via l'acqua*. GERM. Ein gehawen grablin oder kanal, dardurch man das waſſer ains einem fluſs an ein ort hin laitet. HISP. *El aguaducho del molino ò acequia para regar*. ANGL. *A gutter to conueigh water*.} Teſte Vlp. *l.* 1. *ff. de riuis*, eſt locus depreſſus ad latus fluminis: ex eo dictus, quòd incidatur. Sciditur enim lapis vel terra, vnde primùm aqua ex flumine agi poſſit, quemadmodum in piſtrinis frumentariis videmus. Quod autem ad incile apponitur aquæ detinandæ, compellendæve ex flumine cauſa (quod vulgò *Clauſa* dicitur) ſiue id ligneum ſit, ſiue lapideum, ſiue ex qualibet alia materia ad continendam tranſmittendámque aquam excogitatum, Latinè (Vlpiano teſte) ſeptum dicitur. ¶ Item incile dicitur locus per quem primùm deducitur ex quocunque riuo aqua, irrigandi cauſa. Apud Feſt. pro eodem in plurali numero legimus incilias, ſi qua tamen fides haberi debeat libro à ſciolo quodam tam fœdè contaminato. Ego certè *incilia* legendum puto.

Incilēs, inquit Feſtus, canales ſunt, in quos aqua confluit in viis lapide ſtratis, ab eliciendo dicti. Sic enim habent omnia exemplaria. Quo tamen in loco non *inciles*, ſed *inlices*, ſiue *illices* legendum eſt.

Incilo, as, Increpo, vel improbo. {הוכיח *hocchiach* גער *gaahár*. ἐπιπλήσσω, ψέγω. GALL. *Reprendre*. ITAL. *Riprendere*. GERM. Schelten verweiſſen. HISP. *Reprehender*. ANGL. *To reproche or reprehend*.} Plaut. Melius tamen eſt ita viuere, ne quis noſtra incilet facta. Lucr. *lib.* 3. Iure, (vt opinor) agat, iure increpet, inciletque.

INCINGO, Cingo, & circumligo, circundo. {סבב *ſabáb* חגר *ahiſchſchak*. περιζώννυμι, ἐνζώννυμι. GALL. *Ceindre, enuironner*. ITAL. *Cignere*. GERM. Vmbgürten, umgürten, vmbgeben. HISP. *Ceñir*. ANGL. *To girde, or to enuironne*.} Liu. 8. *ab Vrbe*. Ipſe incinctus cinctu Gabino, armatus in equum inſiluit, ac ſe in medios hoſtes immiſit. Virg. 7. *Æneid.*

Pampineáſque gerunt incincti pellibus haſtas.

Ouid. 3. *Amor. Eleg.* 7.

Quid tibi turritis incingere mœnibus vrbes?

Idem 3. *Faſt.*

Illa leui mitra canos incincta capillos.

Idem 5. *Faſt.*

Ebrius incinctis Philyra conuiua capillis.

Ibidem,

Hac venit incinctus tunica mercator.

Et Quint. Lenam inuoluere toga & incingi, &c.

{Incinctus, a, um, cingendo circumdatus, incluſus, ambitus, Eingegürtet.

Incinctus, non cinctus, ἄζωστος, nomen ex *in*, & *cinctus*. Vet. Dictum incinctus, non cinctus. Item incincta prægnans, quaſi ſine cinctu, quam præcingi fortiter vterus non permittit. Hinc habent Galli ſuum *enceinte*, id eſt, grauida.}

INCINO, is, Cum quadam modulatione cano. {זמר *zimmér*. ἐπᾴδω. GALL. *Chanter, ſoit par voix ou par inſtrument*. ITAL. *Cantar per ragione*. GERM. Singen auff einem ſeytenſpiel ſchlagen. HISP. *Cantar para incitar y con razon*. ANGL. *To ſing by voice or inſtrument*.} Gell. *lib.* 4. *cap.* 13. Creditum eſt hoc à pleriſque, Iſchiaci, quum maximè doleant, tum ſi modulis lenibus tibicen incinat, minui dolores. Propertius,

——— *ſeu varios incinit ore modos.*

Gell. *lib.* 11. *cap.* 1. Et frequentamenta quædam varia tibicen incineret. ¶ Hinc fit frequentatiuum Incanto, as, de quo ſuprà: & Incentio, de quo mox.

Incentio, nis, Cantio, ſeu cantilena. {ᾠδή. GALL. *Chanſon*. ITAL. *Canzone*. GERM. Ein geſang. HISP. *Cancion*. ANGL. *A ſonge*.} Gell. *lib.* 4. *cap.* 13. docet plurimis hominum morbis medicinam fuiſſe incentiones tibiarum. ¶ Incentio, incantamentum, quod vocis modulatione fiebat. Gell. *lib.* 16. *cap.* 11. Vt ſerpentum virulentorum domitores ſint, & incentionibus, herbarúmque ſuccis faciant medelarum miracula. Hoc loco legitur apud Gell. Et incantationibus.

Incentiuus, a, um, ἐνδοσιμος. vt, Tibia incentiua, apud Varronem, quæ à dextra canit: ſicut Succentiua, quæ ad ſiniſtram ſuccinit, *lib.* 1. *de re ruſtic. cap.* 2. Et vt dextra tibia alia, quam ſiniſtra, ita vt tamen ſit quodammodo coniuncta: quod eſt altera eiuſdem carminis modorum incentiua, altera ſuccentiua. ¶ Accipitur etiam incentiuum pro incitatiuo, ſiue irritatiuo, propterea quòd milites incentione tubarum ad bellum ſolent incitari. παροξυντικός. Plin. *in Paneg.* Non tubæ ſolùm, ſed etiam Spartanæ tibiæ incentiuum aliquid ſeruntur habuiſſe.

Inciperſo, & Incipiſſo. Plaut. *Capt. ſc.* 1. *a.* 2. Sed breuem orationem incipeſſe. Idem *Mil. ſc.* 2. *a.* 2. Magnam rem incipiſſis: Et ſic hanc rationem incipiſſam. Idem *Capt. ſc.* 3. *a.* 3. Nugas ineptiáſque incipiſſo. *Ibid. ſc.* 1. *a.* 4. Incipiſſet facere cum tantis minis.

INCIPIO, is, ex in, & capio, Inchoo, initium capio, ordior, exordior. {החל *hechel*. ἄρχομαι, ἐπιχειρέω. GALL. *Commencer, entreprendre*. ITAL. *Cominciar, incominciare*. GERM. Anfahen, anheben. HISP. *Començar*. ANGL. *To beginne*.} Terent. *in Adelph.* Perij hercle: hac ſpe illi hoc inceperunt. Plaut. *Men. ſc.* 4. *a.* 1. Tantùm operis incœpi. Idem *Capt. ſc.* 5. *a.* 3. Ne quiequam tale facinus incipere audeat. Idem *Aulul. ſc.* 4. *act.* 3. Facinus audax incipit qui cœpit habere negotium pauper cum diuite. Idem *Aſinar. ſc.* 1. *act.* 1. Quid ceſſo ire ad forum quo inceperam. Ouid. 6. *Faſt.*

Incipe, ait (Iuppiter ſup.) Marti, proximus ille refert. (formula eſt.)

Coniungitur autem hoc verbum cum verbo infinito: vt, Incipio timere Deum: Tu incipis eſſe probus: illum incipit tædere laboris. Poteſt tamen eſſe ſine infinito. Plaut. *in Capt. ſc.* 3. *act.* 5. Quandiu id factum eſt? ST. hic annus incipit vigeſimus. Bellum incipitur. Saluſt. *Iugurth.* 111.

{Inceptiuus, ἐναρκτικός, principialis, vt inceptiua litera. Diomedes *Grammatices lib.* 1.

Incippat, illudit, includit. Gloſſ. Iſid.

Incitego, integro: vt *reciprocus*, pro reprocus. *Concipilo*, pro compilo. antiq.}

Inceptus, a, um, Tibull. *lib.* 4.

Inceptis de te ſubtexam carmina chartis.

Ouid. 13. *Metam.*

Rex iubet incepti curam dimittere belli.

Idem Plaut. *Capt. ſc.* 2. *a.* 2. Tanta incepta res, &c.

Inceptum, i, Inſtitutum, principium. {תחלה *techilláh*. ἐγχείρημα. GALL. *Commencement, entrepriſe*. ITAL. *Cominciamento, principio*. GERM. Ein anfang, fürnemmung. HISP. *Comienço*. ANGL. *A beginning, an enterpriſe*.} Cicer. *in Catil.* Cuius ego ſi non modò factum, ſed inceptum vllum conatúmve contra patriam deprehendero. Ouid. 13. *Metamorph.*

Agnuit incepta ſorum acceſſiſſe labori.

Tibull. *lib.* 4.

Nulla nec incepto prolabitur vnda liquore.

Liu. *lib.* 6. *dec.* 4. & vbique.

Inceptor, is, Auctor. {מחל *mechél*. ἐγχειρητής, ἐπιχειρητής. GALL. *Entrepreneur, celuy qui commence ou a commencé quelque choſe*. ITAL. *Chi comincia*

comincia ò vero chi ha cominciato qualche cosa. GERM. Ein anfanger/ anheber. HISP. *El que comiença alguna cosa.* ANGL. *A beginner.*} Terent. *in Eunuch.* O Parmeno, ô meatum voluptatum omnium inuentor, inceptor, perfector.

Inceptio, nis, Principium. {תחלה *techillah.* ἐπιχείρησις, [illegible]. GALL. *Commencement.* ITAL. *Cominciamente.* GERM. Anfahung oder anfang. HISP. *Comienço.* ANGL. *A beginning, a deuising.*} Ter. *in Andr.* Nam inceptio est amentium, non amantium.

Incepto, as, frequentatiuum. {ἐπιχειρῶ, [illegible]. GALL. *Encommencer.* ITAL. *Incominciare.* GERM. Embsig anfahen. HISP. *Començar.* ANGL. *To beginne, to go about.*} Plaut. *in Amph.* Quásque incepistis res, quásque inceptabitis. Ter. *in Heaut.* Vah, video quod inceptet facinus. Gell. *lib. 1. c. 11.* Tibicines inter exercitum positi canere inceptabant. Plaut. *Curc. sc. 2. a. 1.* Magna inceptas si id expectas quod nusquam est. Idem *Men. sc. 5. a. 5.* Homo inceptat insanire, (suprà occeptat.) Idem *Curc. sc. 1. a. 1.* Inceptas facinus facere.

Incisé, Incisim, Incisio, Incisum, Incisura, vide *Incido.*

Incitã, æ, Paupertas. {מחסור *machsór* דלות *dallúth.* ἀπορία. GALL. *Pouretè.* ITAL. *Pouertà.* GERM. Armut. HISP. *Pobreza.* ANGL. *Pouertie.*} Plaut. *in Trinum.* Hic cuius est, vt ad incitas redactus. Idem *in Pœnulo.* —tace modò: Profectò ad incitas lenonem rediget, si has abduxerit.

Incitegã, Pro machinula, in qua amphora vini constituebatur, vnde subinde vina in conuiuia subministrarent. Fest.

INCITO, as, ab in, & cito, quod est frequentatiuum à verbo cieo. {הסית *hesito* גרה *gherah* הבהל *bihél.* [illegible], [illegible], [illegible]. GALL. *Inciter, prouoquer.* ITAL. *Incitare, prouocare.* GERM. Bewegen anreitzen/ antreiben. HISP. *Incitar, mouer.* ANGL. *To stirre vp, to prouoke and encourage.*} Vnde & pro irritare, & prouocare sumitur. Cæsar 3. *bell. Gall.* Sed multa tamen Cæsarem ad bellum incitabant. Plin. *lib. 20. cap. 7.* Nec vlla res maiorem cibis auiditatem incitat, inhibétque eandem. Treb. ad Cic. *lib. 12. Epist.* Ne putes in Asia feriatum illum ab his studiis, in quæ tua cohortatione incitatur, futurum. Cæs. *lib. 2. de bell. ciuil.* Duæ naues sese in vnum incitauerant. Item, Incitari in somno, pro agitari. Suet. *in Calig. cap. 50.*

Incitãtus, particip. Commotus, perturbatus. {נבהל *nibhál.* [illegible], [illegible]. GALL. *Incité, esmeu, prouoqué.* ITAL. *Incitato, smosso.* GERM. Bewegt/ angereitzt. HISP. *Incitado, mouido.* ANGL. *Stirred, moued and encouraged.*} Cicer. 1. *Offic.* Iracundia incitatus populus. Idem *lib. 4 Acad.* Et tamen isti physici rarò admodum, quum hærent aliquo loco, exclamant, quasi mente incitati. ¶ Incitatum pro vehementi, nomen ex participio. Cic. *in Bruto*, Nihil grande, nihil incitatum, nihil ornatum. Idem *in somn. Scipio.* Hic verò tantus est totius mundi incitatissima conuersione sonitus, vt eum aures hominum capere non possint.

Incitatus, nomen equi est, cui magni honores habiti & dona preciosa facta. Suet. *in Calig. cap. 55.* Incitato equo, (cuius caussa pridie Circenses, ne inquietaretur, viciniæ silentium per milites indicere solebat) præter equile marmoreum, & præsepe eburneum, prætereque purpurea tegumenta ac monilia è gemmis domum etiam & familiam & supellectilem dedit, quo lautiùs nomine eius inuitati acciperentur: Consulatum quoque traditur (Caligula) ei destinasse. Id ipsum vir non vulgariter eruditus, Isaac. Causab. ex Dione confirmat *in suis Animaduers.* in Sueton. Nec nouum id videri debet, cùm Alexander Magnus conditum à se oppidum, Bucephalon appellarit, ob equi sui Bucephali honores, de quo vide Gell. *cap. 2. lib. 5.*

Incitãtio, nis, Instigatio, commotio. {בהלה *behaláh.* ὁρμή, [illegible]. GALL. *Roideur, vitesse, instigation.* ITAL. *Incitamento.* GERM. Bewegung anreitzung. HISP. *Incitamiento.* ANGL. *A stirring, mouing or prouoking.*} Cic. 2. *de Orat.* Languentis populi incitatio, & efferuescentis moderatio. Idem 1. *de Orat.* Sic euolauit oratio, vt eius vim atque incitationem aspexerim, vestigia ingressúmque vix viderim.

Incitãtè, aduerbium. {ὁρμητικῶς, [illegible]. GALL. *De grande roideur, vistement.* ITAL. *Incitamente.* GERM. Streng. HISP. *Incitadamente.* ANGL. *Swiftlie, with a vehementie and quicknesse.*} Cic. 2. *ad Attic.* Quas Numestio literas dedi, sic te his euocabam, vt nihil acriùs, neque incitatiùs fieri posset.

Incitãbulum, i, Incitamen, inis, & Incitamentum, i. {בהלה *behaláh.* [illegible], [illegible]. GALL. *Incitement, esguillon.* ITAL. & HISP. *Incitamento.* GERM. Anreitzung/ trib. ANGL. *A stirring vp or mouing an encouragement.*} Gell. *lib. 15. cap. 15.* Fomitem esse quendam dicens, & incitabulum ingenij virtutisque. Cicer. *pro Archia*, Hoc maximum & periculorum incitamentum est, & laborum.

Incitùs, verbale, Incitatio. {בהלה *behaláh.* [illegible].} Plin. *lib. 2. c. 45.* Qui sine assiduo mundi incitu & contrario siderum occursu, nascuntur, siue hic est ille generabilis rerum naturæ spiritus, &c.

Incitùs, compositum ex in & citus, idem quod velox & celer. {מהיר *mahir.* [illegible]. GALL. *Leger, esmeu.* ITAL. *Veloce, scosso.* GERM. Schnell/ durch anreitzung. HISP. *Incitado, ligero.* ANGL. *Swyft speedie and quicke.*} Cic. *de nat. deor.* Sicuti inciti atque alacres rostris perfremunt Delphini. Ex Accio Lucret. *lib. 6.*

———*validi vis incita venti.*

‖ Incitega, machinula, in qua constituebatur in conuiuio Amphora, de qua subinde deferrentur vina. Vbi Scaliger monet, incitegam dici ab integendo: quia, inquit, veteres *inciteger.* pro *integere* dicebant, vt *reciprocum*, pro *reprocum*: *Reciperare*, pro *reparare*; *concipilare*, pro *compilare.* ‖

Inciuiliã verba, appellat Gell. petulantiora, nihil prorsus habentia ciuilis modestiæ. [illegible]. ¶ Inciuilis pro sæuo & crudeli, vide *Ciuilis.*

INCLÃMO, as, Est clamore obiurgare. {זעק *zahák* קרא *kará.* [illegible]. GALL. *Hucher, appeller à haute voix.* ITAL. *Riprendere gridando, sgridare.* GERM. Beschreyen/ anschreyen/ schelten. HISP. *Reprender con grito, dar grandes vozes.* ANGL. *To cry out.*} Plaut. *Asin. sc. 3. a. 3.* Nimis ægrè risum continui, vbi hospitem inclamauit, qui se absente mihi fidem habere noluisset. Idem *in Sticho.* Tuos inclama, tui delinquunt. Inclamare nomen. Quint. Ouid. 3 *Fast.*

Inclamátque suos auxiliúmque vocat.

¶ Inclamare magnum, pro exclamare. Gell. *c. 9. lib. 5.* Idem Plaut. *Amph. sc. 2. a. 5.* Ibi me inclamat Alcmena, (i. vocat.) Aliquando accipitur pro clarè vocare. Ouid. *lib. 2. Fastorum,*

Fit sonus, inclamat comites & lumina poscit.

Valer. Max. *lib. 1.* Perterritus deinde tam tetro visu & nomine horrendo, seruos inclamauit, sciscitatúsque est, si quem talis habitus, aut intrantem cubiculum, aut exeuntem vidissent. ‖ ¶ Inclamare contra aliquem, idem quod inclamare aliquem Plauto, id est, obiurgare & increpare.

Inclamatus, in iudicio vocatus. Cod. ll. antiq. ‖

Inclãmito, as, are, frequentatiuum. {[illegible]. GALL. *Souuent hucher.* ITAL. *Chiamar spesso.* GERM. Oft beschreyen. HISP. *Llamar muchas vezes.* ANGL. *To cry out often.*} Plaut. *Epid.* Etiam inclamitor quasi seruus.

INCLÃRÈO, es, vel Inclaresco, is, inclarui, Clarus fio, innotesco. {נודע *noda'h.* ἐπιφανὴς γίγνομαι, διαφημίζομαι. GALL. *Deuenir clair, venir en bruit.* ITAL. *Diuenir chiaro, famoso.* GERM. Erleücht werden/ berhümpt/ oder benampt werden. HISP. *Aclararse, hazerse claro y manifiesto.* ANGL. *To be famous and knowen abroade.*} Plin. *lib. 35. cap. 11.* Inclaruit maximè discipulo Nicea Atheniensi, qui diligentissimè mulieres pinxit.

INCLÈMÈNS, tis, Durus & asper,)(clemens. {אכזר *achzar* ἀνηλεής. GALL. *Sans clemence, rigoureux, impitoyable.* ITAL. *Duro, aspro.* GERM. Vnmilt/ rauch/ vnbarmhertzig. HISP. *No misericordioso, aspero.* ANGL. *Mercylesse, rigorous.*} Liu. 8. *ab Vrbe.* Extrema concio, & circa Fabium globus increpabant inclementem Dictatorem.

Inclèmèntissimùs, Crudelissimus. Macrob. *comment. lib. 1. cap. 10.* Dionysius aulæ Siculæ inclementissimus incubator.

Inclèmentèr, Durè, asperè. {ἀνηλεῶς, ἀπηνῶς. GALL. *Rigoureusement, sans clemence.* ITAL. *Duramente, aspramente.* GERM. Vnmiltiglich mit rouhe vnd strenge. HISP. *No misericordiosamente.* ANGL. *Rigorously.*} Plaut. *in Amphitr.* Iterum hic iam in me inclementer dicit, atque id sine malo. Liu. *lib. 3.* Quæso, inquit, Appi, primùm ignosce patrio dolori, si quid inclementius in te sum inuectus. Plaut. *Pseud. sc. 1. a. 1.* Cur inclementer dicis lepidis literis.

Inclèmèntiã, æ, Duritas. {אכזריות *achzeryiúth* קשי *keshi.* ἀπήνεια, ἀνηλεότης. GALL. *Rigueur, rudesse.* ITAL. *Asprezza, durezza.* GERM. Vnmiltigkeit/ rauhe. HISP. *Aquella no misericordia, dureza.* ANGL. *Rigour, vnmercifullnesse.*} Virg. 2. *Æneid.*

———*verùm inclementia diuûm*

Has euertit opes.

¶ Huius contrarium est Clementia.

INCLĨNO, as, Inflecto, accedo, appropinquo, admoueo. {הטה *hittáh* קרב *karab* הקריב *hikrib.* [illegible], [illegible], ἐγκλίνω. GALL. *Encliner, se baisser, tourner vers.* ITAL. *Chinarsi, inchinare.* GERM. Biegen/ neygen. HISP. *Inclinar à otro, acostarse, ò abaxarse.* ANGL. *To leane or bend to a thing.*} Iuuen. *Satyr. 9. & 10.*

——— *Atque etiam inclinare maritos.*

Liu. 10. *bell. Maced.* In præsentia placet omni ope in Romanos accendi regem, impellique ad consilia belli, ad quæ iam sua sponte animum inclinasset. Idem 1. *ab Vrbe*, Vt Hostius cecidit, confestim Romana inclinatur acies. Item, Quintilian. Inclinauit eloquentiam Phalereus. Senec. *cap. 4 de consol. ad Marc.* Titubabat angustus subducto altero adminiculo, nec luctu inclinandus erat. Quintilian. Rectum quoque iudicem inclinat miseratio. ¶ Inclinare nomina in casus. Gell. *cap. 16. lib. 1. & cap. 13. lib. 10.* Item, Vexare inclinatum est à vehere. (bis.) Idem, Gell. *cap. 6. lib. 14.* ¶ Inclinare rem, pro fermè conficere. Liu. *lib. 2. dec. 4.* Et, Sol meridie se inclinauit. Idem *lib. 9. ab Vrb.* Et, Inclinare se in fugam. Idem *lib. 5. dec. 4.* Item, Inclinauerat se fortuna. Cæs. *lib. 1. de bell. ciu.* Dicitur autem acies inclinari, quum retro cedit, & paulatim in fugam conuertitur. ¶ Dicitur &, Acies inclinat, pro inclinatur. Liu. *lib. 2.* Tum demum impulsi Latini, perpulsáque inclinauit acies. Suet. *in Cæs. cap. 62.* Inclinatam aciem retinere. Ita etiam Velleius loquutus est. ¶ Inclinata Resp. quæ iam declinare cœpit. Salust. *de Rep. ordinanda ad Cæsarem*, Qui per virtutem sibi diuitias, decus, honorem pepererunt, vbi paulum inclinata Resp. agitari cœpit, multipliciter animus curis atque laboribus fatigatur. ¶ Inclinat sententia, Hoc sentit, huc tendit, eò vergit vt, &c. Liu. 2. *bell. Maced.* Inclinauit sententia, suum in Thessaliam agmen dimitteret. Idem *lib. 2. dec. 4.* etiam ita loquitur. ‖ ¶ Inclinari in casus. Gell. *lib. 10. 13.* Nam partitu hoc in loco aduerbium est, neque in casus inclinatur. ‖

Inclinãtio, nis, Inflexio. {קרבה *kerabáh.* ἔγκλισις. GALL. *Inclination, penchement.* ITAL. *Inchinatione.* GERM. Biegung/ neygung. HISP. *Inclinacion.* ANGL. *A leaning or bending to a thing.*} Plin. *lib. 17. c. 43.* de lignorum sectione loquens, Altera inclinatione egerunt scobem. Inclinationes rerum & temporum dicuntur, quando Reip. constitutio tenorem suum iam non amplius seruat, sed ad mutationem spectare videtur. Cic. *in Pilipp.* Minimis momentis P. C. maximæ inclinationes temporum fiunt. Senec. *epist. 54.* Non tempestas, sed iam inclinatio maris. Quint. faciunt ad totius causæ inclinationem. Et Gell. *cap. 1. lib. 15.* Inclinatio mundi & deuergentia & regio, &c.

Inclinãmentum, i, Pro declinatu, vel declinatione, vel determinatione. {ἔγκλισις. GALL. *Declinaisons faict de noms ou de verbes.* ITAL. *Mutatione, deriuatione.* GERM. Verenderung der sillaben an den wörtern. HISP. *Declinacion de nombres ò verbos.* ANGL. *A declination, of names or verbes.*} Gell. *lib. 4. cap. 9.* Hoc inclinamentum semper huiusmodi verborum, &c.

Inclinãtùs, us, Declinatio. ἔγκλισις. Gell. *lib. 3. cap. 12.* Neque aliud est, quod simili inclinatu dicatur.

INCLŨDO, is, Intus claudo, occludo. {סגר *sagár.* [illegible], ἐγκλείω. GALL. *Enfermer, enclorre.* ITAL. *Rinchiudere, serrare di dentro.* GERM. Einschliessen. HISP. *Encerrar, meter ò poner dentro.* ANGL. *To shut in, to inclose.*} Virg. 2. *Æneid.*

Inclusos vtero Danaos.

Cic. *de senect.* Nam dum sumus inclusi in his compagibus corporis, munere quodam necessitatis & graui opere perfungimur. Idem *de Vniuersitate*, Sed quia nondum omne animal in mundo incluserat. Tibull.

Qua maris extremis Tellus includitur vndis.

Ouid. *Eleg. 1. lib. 5. Trist.*

Strangulat inclusus dolor.

Inclũsio,

Inclūsio, nis, Occlusio. {ἔγκλεισις, συγκλεισις. GALL. *Enfermement.* ITAL. *Rinchiudimento.* GERM. Einschliessung. HISP. *Encerramiento.* ANGL. *An inclosing or shutting in.*} Cic. *in Vatin.* M. Bibulum, cuius inclusione contentus non eras, interficere volueras.

[Inclusus, monachus, ἔγκλειστος, claustrarius, qui scil. claustro, h. e. loco clauso, vt monasterio, habitat. ἐγκλείω est *includo.*]

Inclūsa, fuit genus tunicæ interioris apud Rom. quæ & subula dicitur. Alexand. ab Alexand.

[Inclutus, nobilis, clarus, ab *in* & *κλυτος*, quod vide.]

INCLYTVS, a, um, cum y, Gloriosus, excellens, atque insignis, quique veluti fulgore quodam famæ resplendet. {נכבד *nichbâd.* Ἀγακλυτός, κλεινός. GALL. *De grand renom, qui a grand bruit, illustre.* ITAL. *Inclito, glorioso, illustre.* GERM. Berühmpt, herrlich, namhafftig. HISP. *Glorioso, preclaro, famoso, illustre.* ANGL. *Famous, excellent, noble.*} Virg. 2. *Æneid.*

O patria, ô diuûm domus, Ilium, & inclyta bello
Mœnia Dardanidum.

Gell. *cap.* 8. *lib.* 9. Inclyta facie mulier. Idem *cap.* 6. *lib.* 18. Inclytæ doctrinæ liber. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Inclytæ amicitiæ viris cum summis. Ouid. 13. *Metam.*

———*Per me iacet inclytus Hector.*

Tacit. *lib.* 2. Incluti sumus illa victoria (pro inclyti.) Liu. 7. *ab Vrb.* Inclyta iustitia, religióque ea tempestate Numæ Pompilij erat. Idem 6. *bell. Pun.* Inclytum diuitiis templum. Sunt qui per i, nostrum scribant, puténtque deduci ἀπὸ τοῦ κλυτός, quibus tamen reclamat accentus, & quantitatis ratio: quandoquidem ratione diphthongi ει, media deberet produci, quæ apud omnes corripitur.

Inclytissimus, superlatiuus. εὐδοξότατος. Gell. *lib.* 3. *cap.* 7. Propter eius virtutes omnis Græcia gloriam, atque gratiam præcipuam claritudinis inclytissimæ decorauere monumentis.

Incoāctus, a, um, Voluntarius. {ἑκούσιος. GALL. *Non contraint, volontaire.* ITAL. *Voluntario, non sforzato.* GERM. Ungezwungen. HISP. *De su voluntad, voluntariamente.* ANGL. *Not constrayned, willing.*} Valer. *lib.* 4. *cap.* 7. Incoactam voluntatem esse in amicitiis contrahendis. Senec. *Epist.* 67. Omne honestum iniussum, incoactúmque est, syncerum, & nullo modo mistum. Gell. *cap.* 7. *lib.* 13. Homerus poëtarum inclytissimus.

Incoctilia, Incoctus, vide *Incoquo.*

Incœnis, e, Sine cœna, incœnatus, qui non cœnauit. {ἄδειπνος. GALL. *Sans souper, ou qui n'a encor soupé.* ITAL. *Senza cena.* GERM. Der nit zu nacht gessen hat. HISP. *El que no ha cenado.* ANGL. *Not supped, supperlesse.*} Plaut. *in Casin.*—illæ autem senem Incœnem extrudere cupiunt ex ædibus, Vt ipsæ solæ ventres distendant suos.

Incœno, as, apud Sueton. *in Tiberio cap.* 39. pro Cœno. {δειπνέω. GALL. *Souper.* ITAL. *Cenare.* GERM. Zu nacht essen. HISP. *Cenar.* ANGL. *To suppe.*} Incœnante eo (inquit) complura & ingentia saxa fortuitò supernè delapsa sunt.

Incœnātus, Non cœnatus. {ἄδειπνος. GALL. *Qui n'a encor soupé.* ITAL. *Che non ha cenato.* GERM. Der nicht zu nacht gessen hat. HISP. *El que no ha cenado.* ANGL. *Not supped, supperlesse.*} Plaut. *Aul. sc.* 4. *a.* 2. Super incœnati sint, & cœnati inferi. Cato *de re rust.* Bibat aquam mulsam, cubet incœnatus, postea manè bibat succum. Plaut. *in Pseud. sc.* 2. *a.* 3. It incœnatus cubitum, Iuppiter.

INCŌGITĀNS, tis, Inconsyderans, non satis perpendens ea quæ aggreditur. {ἀλόγιστος, ἄλογος. GALL. *Estourdi, qui fait tout à la volee, inconsideré.* ITAL. *Inconsiderato.* GERM. Unbedacht, unbesinnt. HISP. *El que no piensa.* ANGL. *Rashe, unaduised.*} Ter. *in Phorm.* Quod nisi fuissem incogitans, ita eum expectarem, vt par fuit. Vt iterum, Adeón' te esse incogitantem, atque impudentem Phædria, vt phaleratis dictis ducas me, & meam ductes gratis?

Incōgitantia, æ, imprudentia. {ἀλογιστία. GALL. *Inaduertence, inconsideration, estourdissement.* ITAL. *Inauertenzia, inconsideratione.* GERM. Unbesinnenheit. HISP. *Aquel poco pensamento.* ANGL. *Rashnesse, unwarenesse.*} Plaut. *in Merc.* Incogitantia, excors, immodestia.

Incōgitātus, a, um, Incogitans. {ἀλόγιστος, ἄλογος. GALL. *Inconsideré.* ITAL. *Inconsiderato.* GERM. Unbesinnt, unbedacht. HISP. *El que no mucho piensa, osado.* ANGL. *Rash, unaduised.*} Plaut. *Bacch.* Petulans, proteruo, iracundo animo, indomito, incogitato, sine modo & modestia sum. Hic actiuè accipitur: apud Senec. verò *epist.* 58. passiuè ponitur, Alacritas incogitata, & iniussa.

Incōgitābilis, e, Incogitans. ἀλόγιστος. Plaut. *in Milite*, Nunc demum scio me fuisse excordem, cæcum, incogitabilem. ¶ Dicitur etiam passiuè de re, quæ non cogitatur, siue quæ cogitatione comprehendi non possit, ἀνεπινόητος.

INCŌGNITVS, a, um, Non cognitus. {ἄγνωστος. GALL. *Incognu.* ITAL. *Incognito, non cognosciuto.* GERM. Unbekant. HISP. *No conocido.* ANGL. *Unknowen.*} Salust. *in Iugurth.* Nequid de absente incognita causa statuatis. Cicer. *pro Cæcinna*, Dum incognita re iudicare voluisset, &c. Virg. 1. *Æneid.*

———*sed res animos incognita turbat.*

Ouid. 2. *Metam.*

———*promissis testis adesto,*
Dîs iuranda palus, oculis incognita nostris.

Incohibesco, is, ere, Lucret. *lib.* 3.

Ære qui credas posse hanc cohiberier vllo.
Corpore qui nostro rarus magis incohibescit. hoc est, non cohibet.

[¶ Incognitum habere, non cognoscere, ἀγνοεῖν. Sueton. *in Augusto*: Ac die proximo obuium sibi Augustum, cùm incognitum aliàs haberet, non sine admiratione contuitus.]

Incoibilis, e, quod coire & coniungi non potest. {ὁ μὴ ἀσύμβολος, ὁ μὴ ἁρμόζων. GALL. *Qui ne se peut ioindre auec vn autre.* ITAL. *Che non si puo congiugnere con altri.* GERM. Das man nit zusamen fügen kan, das sich nicht zusamen schickt. HISP. *Cosa que no se puede ayuntar.* ANGL. *That cannot be ioyned with another.*} Gell. *lib.* 5. *cap.* 3. Videt enim eum eo genere oneris tam impedito, ac tam incoibili facilè atque expeditè incedentem.

[Incoinquinatus, ἀμίαντος, non coinquinatus.]

INCŎLO, is, Inhabito, in aliquo loco dego. {ישב *iaschab.* οἰκέω, ἐνοικέω. GALL. *Habiter.* ITAL. *Habitare.* GERM. Einwohnen. HISP. *Morar en lugar, habitar.* ANGL. *To inhabite, to dwell in a place.*} Cicer. 1. *Tusc.* Vbi sunt ergo ij quos miseros dicis, aut quem locum incolunt? Idem 2. *de diuin.* Loca quæ à quibuscunque incoluntur.

Incola, ab incolendo deducitur, sicut ab accolendo Accola. {תושב *toschab.* οἰκήτωρ, μέτοικος. GALL. *Habitant, habitateur.* ITAL. *Habitatore.* GERM. Ein einwohner. HISP. *El morador en lugar.* ANGL. *An inhabiter which is come to dwell with vs frome some other place.*} Est autem incola qui in aliena vrbe, vel Republ. habitat quasi ciuis, aut municeps. Plin. Quod eorum montium incolæ facere consueuerunt. Cicer. *lib.* 1. *Offic.* Peregrini & incolæ officium est, nihil præter negotium suum agere, nec esse in aliena Rep. curiosum. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist.*

Hic ego sollicita iaceo nouus incola sedis.

Plaut. *Aulul. sc.* 2. *a.* 3. Optati ciues populares, incolæ, accolæ, aduenæ. Tibull. *lib.* 4.

———*Ætnæa Neptunius incola rupis.*

Catull. *de com. Beren.*

Grata Canopeis incola litoribus.

Pomponius Incolam esse ait, qui in aliena regione domicilium conduxit, quem Græci πάροικον appellant. Nec tantum qui in oppido morantur, incolæ sunt, sed etiam qui in alicuius oppidi finibus ita agrum habent, vt intra eum se, quasi in aliquam sedem recipiant. Incolam autem non domus, aut possessio facit, sed domicilium. ¶ Inquilinus autem, qui in alienas ædes, alienáque prædia ex conducto habitat, siue in vrbe, siue ruri. Cicer. *in Philipp.* 2. At verò te inquilino, non domino, personabant omnia vocibus ebriorum, natabant pauimenta vino. Vnde inquilinus, probri, vel odij causa quis appellatur, quasi domum propriam non habeat. Salust. *in Cic.* M. Tullius inquilinus ciuis vrbis Romæ. Qui autem inquilinis cœnacula locant, à Iurisconsultis dicuntur facere cœnaculariam. ¶ Ponitur tamen quandoque inquilinus pro cohabitatore. Martialis,

Vicinus Neuius, vel inquilinus
Sit siquis Neuium videre non vult.

¶ Incola arbor, incola piscis. Plin. *lib.* 3. *cap.* 3. Sed quæ ex his in incolarum numero esse cœpere, dicentur inter fructiferas. i. quæ coluntur & feruntur apud nos. Idem *lib.* 9. *cap.* 17. Admouitque sibi gula sapores piscibus satis & nouum incolam mari dedit, ne quis peregrinas aues Romæ parere miretur.

Incolātus, us. {מושב *moschab.* οἴκησις. GALL. *Habitation.* ITAL. *Habitatione di forestieri.* GERM. Ein einwohnung eines frembden orths. HISP. *Aquella morada en lugar de estrangeros.* ANGL. *Dwelling in a place.*} Ipsa habitatio in aliena patria: seu tempus quo quis in loco habitat ita, vt inde discessurus sit. Modest. *l.* 34. *D. ad municip.* Incola iam muneribus publicis destinatus, nisi perfecto munere, incolatui renunciare non potest. Ex Hotom.

Incolōrātē, aduerb. Sine colore, & prætextu. *D. de min. l.* 18. Non audierunt incoloratè restitui desiderantem.

INCVLTVS, a, um, A cultus participio compositum: idem est quod non cultus: propriéque dicitur de agris, quorum cultura deseritur. {ἀγεώργητος. GALL. *Qui n'est point labouré, qui n'est point accoustré ou agencé, lourd.* ITAL. *Rozzo, incolto.* GERM. Ungebawen, nicht in ehren gehalten. HISP. *Cosa no labrada ni pelida.* ANGL. *Vntilled, vnhusbanded, rude, clubbish.*} Liu. 2. *ab Vrbe*, Caritas primùm annonæ ex incultis per secessionem plebis agris. Cicer. 1. *de natur. deor.* Terræ regio inhabitalis & inculta. ¶ Per translationem accipitur pro inornato, neglecto, horrido, ineleganti, & illaborato. ἀκόσμητος. Cicer. *de clar. Orat.* Vir vt vita, sic oratione durus, incultus, horridus. Et paulò pòst, Cotta alia quidem inculta via & horrida ad eandem laudem peruenerat. Item Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 5. fundum alienum arat, incultum familiarem deserit (id est, vxorem suam.) Item, Incultus ei negligentia. Liu. 2. *d.* 5.

Incultē, aduerb. Asperè, horridè, inornatè. {ἀγροίκως. GALL. *Sans ornement ou elegance, grossement, lourdement.* ITAL. *Rozzamente, inornatamente.* GERM. Unzierlich, närrisch. HISP. *No labradamente ni polidamente.* ANGL. *Rudely, clubbishly.*} Cicer. *de clar. Orat.* Et dicere non incultè solebat, & erat cùm literis Latinis, tum etiam Græcis, vt illis temporibus satis eruditus. Idem *pro Quintio*, Vixit enim semper incultè atque horridè: natura tristi atque recondita fuit. Idem *in Oratore*, Incultè & horridè dicere. ¶ Incultus, us, ui, substantiuum, contrarium cultui. Liu. *lib.* 2. *decad.* 5. Suos honores partim defectos per incultum ac negligentiam, partim hostiliter sublatos esse. Senec. autem *epist.* 5. videtur posuisse pro cultu, vbi ait, Asperum incultum, & negligentiorem barbam, & intonsum caput, & indictum argento odium, & cubile humi positum, & quicquid aliud ambitionem peruersa via sequitur, deuita.

INCŎLVMIS, e, Firmus, sanus, saluus. Dicitur veluti qui in columine & columna stat & totus est: vel vt columini insistens. {ἀκέραιος, ἀσινής, ὑγιής. GALL. *Sain & sauue.* ITAL. *Sano & saluo.* GERM. Gsund und frisch. HISP. *Entero, sano, y rezio.* ANGL. *whole safe and sound.*} Ter. *in Andr.* Posthac incolumem, sat scio, fore me, nunc si deuito hoc malum. Cic. 4. *de finib.* Vt se & saluum in suo genere, incolumémque vellent. Idem *pro Rosc. Amer.* Quibus incolumibus, & domi dignitas, & foris autoritas retineretur. Ædes incolumes, pro integris, & non ruinosis, apud Vlpianum *l. qui bona fide. §. quum inter. D. de damn. infect.* Horat. 1. *Serm. Satyr.* 4.

———*vitam famámque tueri*
Incolumem possim. &c.

Cæsar *lib.* 3. *de bell. ciuil.* Incolumem aquilam refert. ¶ Incolumis (id est, nondum exul.) Ouid. *Eleg.* 4. *lib.* 4. *Trist.* ¶ Incolumiores, Gell. *cap.* 2. *lib.* 17. Deteriores sunt incolumiores.

Incolumitas, atis, est, vt Cic. *de Inuent.* 2. inquit, salutis tuta atque integra conseruatio. {ὑγεία, ἀσφάλεια. GALL. *Santé entiere, sauueté.* ITAL. *Sanità, salute.* GERM. Gesundtheit, wolstand. HISP. *Sanidad y entereza.* ANGL. *Perfite health and safetie.*} Idem *Trebatio*, *fam.* 6. Siqui mihi erit aditus de tuis fortunis, id est, de tua incolumitate, in qua sunt omnia

agenda, &c. agam per me ipse, & moliar. Idem 5. *de fin.* In quibus numerant incolumitatem, conseruationémque omnium partium. Suet. *in Aug. cap.* 51. Venia & incolumitate donatos principem etiam in ciuitate locum tenere passus est.

Incŏmĕs, itis, Festo autore, dicitur sine comite, antiquum est. ‖Nunc dicimus *incomitatus*.‖

Incŏmĭtātŭs, a, um, Non comitatus, comitibus destitutus. {ἀσυμπρόπεμπτος, ὁ καὶ ὁ ἀκόλουθος, ἀπρόσεδρος, ὁ καὶ ὁ ἀσυνόδευτος. GALL. *Qui n'est point accompagné.* ITAL. *Scompagnato, non accompagnato.* GERM. Unbeleytet. HISP. *No acompañado.* ANGL. *Being without companie, alone.*} Cicer. *de Orat.* cuius artem quum indotatam esse atque incomitatam videres, verborum eam dote locupletasti, & ornasti. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Ne tuto fugiens incomitatus eat. sup. calculus.

INCŌMĬS, incomptus, incultus, agrestis ac ferus. Macrob. *Saturn. lib.* 1. *cap.* 7. Ab incomi & tenebrosa vita quasi ad lucem & bonarum artium scientiam editi sumus.

Incomitio, as, are, Est, inquit Festus, tale commissum facio, propter quod necesse sit in comitium, hoc est, in conuentum venire. Plaut. *in Curc. sc.* 1. *a.* 3. Adolescens quæso ne me incomities. LYCO. Licétne inforare, si incomitiare non licet?

Incŏmmĕndatŭs, adiectiuum, Non commendatus. {ὁ καὶ ὁ ἀσύστατος, ὁ μὴ συνιστάμενος, ὁ καὶ ὁ ἀφύλακτος. GALL. *Qui n'est point recommandé.* ITAL. *Non ricommandato.* GERM. Unbefohlen. HISP. *No encomendado.* ANGL. *Not recommended.*} Ouid. 11. *Metam.*

Nil illic vetitum est, incommendataque tellus.

‖Incommiscibile, quod non commiscetur. Tertull.

Incommobilitas, dicta Græcè ἀκινησία. Apul. *de Philosoph. mor.* quum quis scilicet non commouetur re aduersa.‖

INCŌMMŎDVM, i, Damnum, detrimentum. {נזק nézek. βλάβη, βλάβος. GALL. *Dommage, nuisance, ennuy, desplaisir, fascherie.* ITAL. *Danno, incommodità.* GERM. Ein schad / nachtheil. HISP. *Daño, ò no prouecho.* ANGL. *Domage, hurt, losse.*} Plaut. *Amph.*—ita cuique comparatum est in ætate hominum, ita diis placitum, voluptati vt mœror Comes consequatur, quin incommodi Plus, malique illicò adsit boni siquid obtigit. Idem *Most. sc.* 1. *a.* 2. Neque quidquam nobis pariant ex se incommodi. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 1. Cùm eius incommodum ægrè ferat. (i. captiuitatem.) Cic. 1. *de fin.* Itaque non ob ea solùm incommoda, quæ eueniunt improbis, fugiendam improbitatem putamus. Incommoda ferre, pro incommodare. Cic. *ad Quint. Fratr.* Dicebat scriptum in ea Epistola, quam tuam esse dicebat, te aut quasi amicis tuis, gratias acturum, aut quasi inimicis, incommoda laturum.

Incŏmmŏdŭs, a, um, quod damnum adfert, vel molestum est. {βλαβερὸς, ἀσύμφορος, ἄκαιρος. GALL. *Incommode, mal propre, ennuyeux, fascheux, dommageable, nuisant.* ITAL. *Incommodo, molesto, dannoso.* GERM. Nachtheilig / schädlig / vberlägen. HISP. *No prouechoso, dañoso.* ANGL. *That causeth domage or losse.*} Ter. *in Hecyr.* Ain' tu tibi hoc incommodum euenisse iter? Et paulò pòst,—non hercle verbis dici potest Tantum, quàm re ipsa nauigare incommodum est. Cic. 5. *Verr.* Non potest reprehendi illa æstimatio, quæ aratori non modò incommoda non est: sed etiam grata est. Incommoda vxor, & importuna. Plaut. *Asin. sc.* 1. *a.* 1. Item, Incommodus homo. Liu. *lib.* 6. *dec.* 4.

Incommodisticus, a, um. Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 1. Parasiti venatici sumus. Et *paulò pòst*, Odiosicique, & multùm incommodistici. (i. odiosi, & multum incommodi, molestiæ ac detrimenti dantes.)

Incŏmmŏdĭtās, atis, Dammum, molestia. {נזק nézek. ἀσυμμετρία. GALL. *Incommodité, fascherie, ennuy, nuisance.* ITAL. *Incommodità, danno.* GERM. Ein schad oder nachtheil / vberlegenheit / vnkommlichkeit. HISP. *Daño, no prouecho.* ANGL. *Displeasure, incommoditie, domage.*} Terent. *in Andr.* Nempe incommoditas denique huc omnis redit, Si eueniat (quod dij prohibeant) discessio. Liu. 10. *ab Vrbe*, Romæ cùm desiderio viri, tùm incommoditate temporis tristis nuntius fuit, vt, &c. Plaut. *Aulul. sc.* 5. *a.* 3. Hæ sunt in magnis dotibus incommoditates. Gell. *cap.* 8. *lib.* 6. Alia quædam incommoditas consecuta est.

Incŏmmŏdē, Molestè, intempestiuè, cum incommodo, seu detrimento. {ἀκαίρως, ἀτερπῶς, ἀσυμφόρως. GALL. *Incommodément, mal à propos, mal à point.* ITAL. *Incommodamente, disconciamente.* GERM. Ungeschicklich / vnkommlich / schädlich. HISP. *No prouechosamente, dañosamente.* ANGL. *Vnhandsomelie, disprofitably.*} Terent. *in Hecyr.* Sed continuò vultum earum sensi immutari omnium, Qui tam incommodè illi fors obtulerat aduentum meum. Cic. *de Amicitia*, Quamobrem cum illo quidem (vt suprà dixi) actum optimè est: mecum autem incommodiùs. Incommodissimè nauigare. Cic. *ad Attic. lib.* 5.

Incŏmmŏdo, as, Noceo, damnum infero, obsum)(Commodo, prosum. {הזק heזáb. βλάπτω, ζημιόω. GALL. *Incommoder, faire ou porter dommage, nuire.* ITAL. *Incommodare, nuocere.* GERM. Schaden thun / nachtheil bringen. HISP. *Dañar, ò no aprouechar.* ANGL. *To domage, to hinder, to disprofite.*} Cicer. *pro Quintio*, Vt quum ipsi nihil alteri scientes incommodarint, nihil ipsis iure incommodi capere possit. Terent. *in Andria*, Quem ego credo manibus pedibúsque obnixè omnia facturum, Magis id adeò, mihi vt incommodet Quàm vt obsequatur gnato. ¶ Passiuum incommodor. Gell. *cap.* 17. *lib.* 7. Is dicitur obnoxius, cui quid esse obnoxius dicitur, incommodari & noceri potest ei, qui habeat aliquem noxæ, id est, culpæ suæ conscium.

Incŏmmŏdātĭo, onis, Incommoditas. {נזק nézek. τὸ βλάπτειν, ζημίωσις. GALL. *Dommage, nuisance, ennuy, desplaisir, fascherie.* ITAL. *Incommodità, danno.* GERM. Schad / nachtheil / vngemach. HISP. *Daño, no prouecho.* ANGL. *Domage, disprofiting.*} Cicer. *ad Attic. lib.* 1. Atque in ista incommodatione alienati illius animi & offensi, illud inest tamen commodi.

Incŏmmūnĕ, In Rempub. æqualiter omnibus. {εἰς κοινὸν, κοινῇ. GALL. *Communement, esgalement.* ITAL. *Communemente.* GERM. In die gemein hinein. HISP. *Ygualmente, communmente.* ANGL. *In common or equall to all.*} Terent. *in Andr.* Id te oro, incommune vt consulas. Pro eodem etiam dicimus, In medium consulere.

‖Incommunicabilis. Sap. 14. 21. ἀκοινώνητος.‖

Incŏmpactum, Disiunctum, malè compositum. {ἀσυμπαγής. GALL. *Disioint.* ITAL. *Digiunto, mal composito.* GERM. Unzusammen gebunden / oder gepackt. HISP. *Deshecho.* ANGL. *Not schell sett together.*}

Incŏmpărābĭlis, e, Cui nihil potest comparari, seu adæquari. {ἀσύγκριτος, ἀπαράβλητος. GALL. *Incomparable, qui n'a point son pareil.* ITAL. *Incomparabile.* GERM. Nit zu vergleichen / deßgleichen man nit findt. HISP. *Cosa que no se puede comparar.* ANGL. *Incomparable, without an beade peare.*} Plin. *lib.* 7. *cap.* 25. Illa fuit vera & incomparabilis inuicti animi sublimitas, id est, cui comparari alia non potest. Quint. *lib.* 1. *cap.* 3. Sed præstet alicui, vel gratia, vel amicitia, vel pecunia, vt doctissimum atque comparabilem magistrum domi habeat.

‖Incomperendino, as, dilato. Gloss. A.L.‖

Incŏmpĕrtŭs, a, um, Incognitus, ignotus, & de quo nullam certitudinem habemus. {ἄδηλος, ἀγνώριστος. GALL. *Dequoy on ne fait rien au vray, incognu.* ITAL. *Incognito, non trouato.* GERM. Vnerfaren / vnerkundigt. HISP. *Desconocido, no hallado.* ANGL. *Vnknowen, uncertaine.*} Plin. *lib.* 34. *cap.* 13. Origo atque natura eius incomperta est mihi. Liu. 8. *bell. Pun.* Id vtrum purum ex interuallo sit conspectum, an dolus aliquis suspectus fuerit, incompertum est. Plin. *lib.* 12. *cap.* 8. Qualis sit ea incompertum habeo.

‖Incompos, impotens. Pap.‖

INCŌMPŎSĬTVS, a, um, Incomptus, inornatus, inelegans)(Compositus. {ἀκατάστατος, ἀδιάτακτος, ἀσύνθετος. GALL. *Qui est sans ordre, mal agencé, mis en desarroy.* ITAL. *Non ornato, non polito.* GERM. Ungeziert / vngetrimpt. HISP. *No bien compuesto.* ANGL. *Disordered, without fashion or array.*} vt, Incomposita oratio. Liu. 4. *ab Vrb.* Tempanij oratio incomposita fuisse dicitur, cæterùm militariter grauis. Moribus incompositis, Quintil. *lib.* 4. *cap.* 5. Motus incompositos dare. Virg. 1. *Georg.*

Incŏmpŏsĭtē, aduerb. Ineleganter, inordinatè, confusè. {ἀσυνθέτως, ἀτάκτως. GALL. *Sans ordre.* ITAL. *Senza ordine.* GERM. Unzierlich / vnordenlich. HISP. *Sin orden.* ANGL. *Disordelie, without array.*} Liu. 5. *bell. Punic.* Et in hostem negligenter & incompositè venientem incurrunt.

INCŌMPRĔHĔNSVS, Non comprehensus. {ἀκατάληπτος, ἀδιάληπτος. GALL. *Incomprehensible, qui n'est point compris.* ITAL. *Non comprenso.* GERM. Unbegriffen. HISP. *No comprehendido.* ANGL. *Vncomprehensibile that is not comprehended.*} Lactant. *lib.* 5. Intellexit nullo humano studio posse ad sapientiam perueniri, & ideo non oportet comprehensæ atque imperfectæ rei perfectum nomen imponi.

Incŏmprĕhensĭbĭlis, e, quod comprehendi non potest. {ἀκατάληπτος. GALL. *Incomprehensible, qu'on ne peut comprendre ou tenir.* ITAL. *Incomprensibile, che non si può comprehendere.* GERM. Unbegreifflich. HISP. *Lo que no se puede comprehender.* ANGL. *That may not be comprehended.*} Natura incomprehensibilis apud Celsum. Plin. *epist.* Est in disputando incomprehensibilis, vt lubricus, ita eludit. Incomprehensibilis arenæ paruitas. Colum. *lib.* 10. *in Præam.*

Incŏmptus, Inornatus, incompositus. {ἀκόσμητος, ἀκαλλώπιστος. GALL. *Qui n'est point orné, mal agencé.* ITAL. *Non ornato, non acconcio.* GERM. Ungeziert / vngeschmuckt. HISP. *No ornado ni pulido.* ANGL. *Not decked or trimmed clubish.*} Cic. *ad Attic. lib.* 2. Quanquam tua illa (legi enim libenter) horridula mihi, atque incompta visa sunt. Idem *in Orat.* Si hæc subtilis oratio etiam incompta delectat. Capilli incompti, Caput incomptum, apud Horatium.

Incŏncessŭs, a um, Non concessus, illicitus, negatus, prohibitus. {ἀθέμιτος. GALL. *Qui n'est point permis, illicite.* ITAL. *Prohibito, non concesso.* GERM. Nit zu gelassen / vnberwilligt. HISP. *Ilicito, no concedido.* ANGL. *That is not permitted, not granted.*} Quint. *lib.* 10. *cap.* 2. Quum totum exprimere, quum elegeris, penè sit homini inconcessum. Virg. 1. *Æneid.*

Pergama quum peteret, inconcessósque hymenæos.

Ouid. 3. *Amor. Eleg.* 4.

Indignere licet, iuuat inconcessa voluptas.

‖ Inconcessum semen, nuptiæ illicitæ. Gloss. Isid.‖

INCŌNCĬLĬO, as, are, Turbo, dispergo. {בחר bachár. בלבל bilbél. συγχέω. GALL. *Mettre en discord, troubler.* ITAL. *Disturbare.* GERM. Uneins machen / zerstrewen. HISP. *Desbaratar.* ANGL. *To put out of order, to cause discorde.*} Plaut. *in Bacchid.* Ipse quod in se fuit, accuratum habuit quod posset mali Facere in me, inconciliare copias omnes meas. ¶ Accipitur etiam inconciliare pro irritare & inimicum facere. Plaut. *in Trin.* Inconciliastin' eum qui mandatus est tibi? illum qui mandauit eum exturbasti ex ædibus.

Incŏncĭlĭātē, adu. Perperam, inconsultè. {ἀσυμβιβάστως. GALL. *En mettant haine & discorde.* ITAL. *Senza concordia.* GERM. Unrahtsamlich / auff zwytrāchtige weiß. HISP. *Sin concordia.* ANGL. *By causing discorde.*} Plaut. *in Most.* Ne inconciliatè quid nos porrò postulet.

INCŌNCĬNNVS, a, um, Inelegans, inornatus, absurdus, incompositus. {ἀκομψός, ἀνάρμοστος, ἄρυθμος, ἄκομψος. GALL. *Mal agencé & façonné, qui n'a point de grace.* ITAL. *Mal composto, disconcio.* GERM. Unzierlich / vngetrimpt / nit wol zusammen gericht. HISP. *Desataniado.* ANGL. *Vnpleasant, without grace.*} Gell. *lib.* 16. *cap.* 5. Ea ferme omnia inconcinna atque absurda visa sunt. Cic. 2. *de Orat.* Nam qui aut tempus quid postulet non videt, aut plura loquitur, aut se ostentat, aut eorum quibuscum est, vel dignitatis, vel commodi rationem non habet, aut denique in aliquo genere aut inconcinnus, aut multus est is ineptus dicitur. Horat. 1. *epist.* 19.

Asperitas agrestis, & inconcinna grauisque.

Inconcinnitas, atis, Suet. *in Aug. c.* 60. vitatis sententiarum ineptiis, atque inconcinnitate, & reconditorum verborum fœtoribus.

Incŏncinnĭtĕr, aduerb. inornatè, incomptè, impolitè. {ἀκόμψως, ἀρρύθμως. GALL. *Mal proprement.* ITAL. *Senza gratia, disconciamente.* GERM. Unzierlich / vnordenlich. HISP. *Desataniadamente.* ANGL. *Rudelie, without grace.*} Gell. *lib.* 10. *cap.* 17. Vertitque in eam rem quam tum agebat, non inconcinniter.

Incŏncŭssŭs, qui non concutitur. {ἀδιάσειστος, ἀσάλευτος, ἀκίνητος. GALL. *Non esbranlé.* ITAL. *Che non si moue.* GERM. Unerschüttet / vnbewegt. HISP. *No sacudido, ni mouido.* ANGL. *That is not iogged or shaken.*} Lact. *lib. de ira Dei*, Pronus est lapsus, & facilis ad ruinam, nisi pedes inconcussa stabilitate figantur. Stat. 5. *Syl.*

Florebant

Florebant hilares, inconcussique penates.

INCŌNDĬTVS,a,um, Ex in,& conditus,quod à condo fit,idem est quod inordinatus, incompositus. {ἀσυμμετρος, ἄρρυθμος, ἀσύντακτος, ἀσύνθετος, ἀκόσμητος. GALL. *Mal composé & basti, sans mesure, sans ordre.* ITAL. *Disordinato, mal composto.* GERM. Ungeschickt/unbequem/ungeordnet. HISP. *No bien compuesto.* ANGL. *That is out of order or fashion.*} Liu. *lib.4.decad.1.* Longè maximum triumphi spectaculum fuit. Cossus spolia opima Regis interfecti gerens: in eum milites carmina incondita, æquantes eum Romulo, canere. Idem Liu. *lib.6.dec.4.* Incondita turba. Eius simplex protulit Plaut. *in Amphitr.* Magis iam faxo dices postquam in cunis conditus est. Salust. *in Iugurth.* At illi quibus vires aderant ruere cuncti ad portas, incondita tenere. Virg. *2. Eclog.*

——— Vbi hæc incondita solus
Montibus & syluis studio iactabat inani.

Corpora incondita, id est, insepulta, apud Lucan. *lib.6.*

Incōndĭtē, aduerbium, Incompositè, inordinatè. {ἀσυμμέτρως. GALL. *Sans ordre, sans mesure, mal proprement.* ITAL. *Disordinatamente.* GERM. Ungeschicklich/ungeschaffenlich. HISP. *No compuestamente.* ANGL. *Out of order or fashion.*} Cic. *3. Offic.* Dicam, vt potero, inconditè fortasse, sed tamen vt res possit intelligi.

Incōndĭtus, à verbo condio. Non conditus, insipidus. ἀνήδυντος.

Incōnfessus, Non confessus. {ὁ μὴ ὁμολογηκώς, ὁ καὶ ἀνομολόγητος. GALL. *Qui n'a point confessé la verité.* ITAL. *Che non ha confessato la verità.* GERM. Der nie bekendt hatt. HISP. *El que no ha confessado la verdad.* ANGL. *That hath no confesseth.*} Ouid. *2. Metam.*

Seruandum dederat, sed enim inconfessa quid esset.

[Inconfusibilis, qui non confunditur.]

Incōnfūsus, adiectiuum. Senec. *de Ira lib.1.* Officia sua vir bonus exequitur inconfusus, intrepidus, & sic viro bono digna faciet.

Incōngĕlābĭlĕ, quod non potest congelari. {ἀκρυστάλλωτος, ἄπηκτος. GALL. *Qui ne se peut glacer.* ITAL. *Che non si può congelare.* GERM. Ungefriertlich. HISP. *Cosa que no se puede congelar.* ANGL. *That can not congeall or freeze.*} Gell. *cap.8. lib.17.* Cur fluuiorum & fontium aquæ gelu durentur, mare omne incongelabile sit.

INCŌNGRVĒNS, tis, Inconueniens, ineptus. {ἀνάρμοστος, ἀσυμφωνος. GALL. *Qui ne conuient & n'accorde point, incongru.* ITAL. *Disconueneuole.* GERM. Unbequem/das sich nicht fügt noch reimpt. HISP. *No conueniente.* ANGL. *That agreeth not.*} Plin. *in Epist.* Nam quibus sententia Cæpionis placuit, sententiam Macri, vt rigidam, durámque reprehendunt: quibus Macri, illam alteram dissolutam, atque etiam incongruentem vocant. Gellius *lib.2. cap.5.* Est enim pleraque & sibi & nobis incongruens.

[Incongruus, non congruus. Apul.]

Incōnnīuēns, omn. gen. Quod palpebras non moueat, à verbo conniueo, quod significat oculorum tegumenta commoueo. {ἀκαταμύων. GALL. *Qui ne cline point les yeux.* ITAL. *Che non moue le palpebre de l'occhi.* GERM. Unblinzend. HISP. *Que no mueue las pestañas del ojo.* ANGL. *That winckeleth not with the eyes.*} Gell. *lib.2. cap.1.* Stare solitus Socrates dicitur pertinaci statu perdius, atque pernox à summo lucis ortu, ad Solem alterum orientem inconniuens.

Incōnscĭus, a, um, ✕ Conscius. {ὁ συνειδώς. GALL. *Qui n'en sçait rien.* ITAL. *Che non sa gli altrui fatti.* GERM. Unbewust. HISP. *Cosa no sabidora.* ANGL. *That knoweth no thing.*} Liu. *1. bell. Pun.* Alcon insciis Saguntinis, precibus aliquid moturum ratus, quum ad Annibalem noctu transisset.

INCONSEQVENS. Gell. *cap.1. lib.14.* Inconsequens hoc est.

Incōnsĕquentĭa, æ, Vitium est orationis, quum aut res, aut verba prætermittuntur, quæ ad superiora subsequi par erat. ἀνακόλουθον. Quintil. *lib.8. cap.6.* Quæ est inconsequentia rerum fœdissima.

Incōnsīdĕrantĭa, Inconsideratus, vide *Inconsiderans.*

Incōnsōlābĭlis, qui consolationem non admittit, cuius dolori consolatio nulla mederi potest. {ἀπαραμύθητος, ἀπαρηγόρητος. GALL. *Qu'on ne peut consoler ne reconforter.* ITAL. *Che non riceue consolatione.* GERM. Nicht zu trösten / der sich nicht trösten läßt. HISP. *Que no recibe consolacion.* ANGL. *That can not be conforted.*} Ouid. *5. Metam.*

——— contemptaque fontis
Iura sui mœrens, inconsolabile vulnus
Mente gerit tacita.

INCŌNSTĀNS, tis, com. gen. Leuis, mobilis, volubilis. {קל *kal* פוחז *pochéz.* ἀστάθμητος, ἄστατος. GALL. *Inconstant, variable, leger, muable.* ITAL. *Instabile, leggiero, inconstante.* GERM. Unbestendig/unstät. HISP. *No constante ni firme.* ANGL. *Inconstant, unstable.*} Cicer. *Planco, lib.10. famil.* Quum is frigidas sanè & inconstantes recitasset literas Lepidi. Plin. *lib.29. cap. de Medicina.* Mirúmque, & indignum protinus subit, nullam artium inconstantiorem fuisse, & etiamnum sæpiùs mutari.

Incōnstantĕr, Leuiter, nulláque constantia. {ἀσταθμήτως, ἀστάτως. GALL. *Inconstamment, legerement.* ITAL. *Inconstantemente.* GERM. Unbestendiglich. HISP. *No constantemente.* ANGL. *Inconstantlie.*} Cicer. *4. Tusc.* Si aut inconstanter, aut incredibiliter dicta sunt. Et alibi, Inconstanter loqui, est Inconstanter & turbidè iactari.

Incōnstantĭa, æ, Leuitas ✕ Constantia. {פחז *páchaz.* ἀστασία. GALL. *Inconstance, varieté, legereté.* ITAL. *Leggierezza, inconstanza, instabilità.* GERM. Unstäte/unstandthafftigkeit. HISP. *Aquella no constancia, variedad.* ANGL. *Inconstancie, lightnesse.*} Cic. *ad Atticum lib.10.* Nemo doctus vnquam mutationem consilij inconstantiam dixit esse. Tib. *lib.4.* Nam seu diuersi fremat inconstantia vulgi.

Incōnsuētus, a, um, Non assuetus. {ἀήθης. GALL. *Inaccoustumé, non accoustumé.* ITAL. *Non consueto, insuetato.* GERM. Ungewohnt. HISP. *No acostumbrado.* ANGL. *Vnaccustomed, not wonted.*} Silius *lib.11.* stupet inconsuetus opimæ Sidonius mensæ miles.

INCŌNSVLTVS, nomen, Imprudens, temerarius, nullius consilij, qui nullo sano consilio, quæ aggreditur, expedit. {ἄβουλος, δύσβουλος. GALL. *Qui ne prend point de conseil, despourueu de conseil, mal conseillé, imprudent.* ITAL. *Senza consiglio, imprudente.* GERM. Unweiß/unbesindt/unbedacht. HISP. *El que es sin consejo.* ANGL. *Rashe, foolish, vnaduised.*} Cicer. *pro Deiotaro,* Homo inconsultus, & temerarius hæc non videbat. Senec. *cap.12. de tranquill.* Inconsultus illis vanúsque cursus est. ¶ Quandoque verò inconsultus participium est, & accipitur pro eo à quo consilium non est petitum. ἀσυμβούλευτος. Varro *lib.1. de re rustic.* Etenim inscio atque inconsulto domino, serui sæpè ex agro discedunt. ¶ Interdum accipitur pro eo qui incertus est, cuique deest consilium. Virg. *3. Æneid.*

Inconsulti abeunt, sedémque odere Sibyllæ.

Incōnsultū meo, dixerunt veteres, pro eo quod est, me inconsulto. ἐμοῦ μὴ συμβουλεύσαντος. Plautus *in Trinum.* quia tute dum sum Ego vnos sex dies, me absente atque insciente inconsultu meo, Ædes venales hasce inscribit literis.

Incōnsultē, Stultè, temerè, abs re, nullóque consilio. {εἰκῆ, ἀβούλως. GALL. *Par mesgarde, à la volee, sans y penser & sans en deliberer.* ITAL. *Pazzamente, senza consiglio.* GERM. Unrathsamlich/unweißlich/unbedächtlich. HISP. *Sin consejo.* ANGL. *Rashlie, vnaduisedlie.*} Salust. Inconsultè, ac veluti per dementiam cuncta simul agebant. Inconsultè ac temerè aliquid dicere, apud Ciceronem *lib.1. de nat. deor.* Pro eodem legitur & inconsultò, *Rhetor. ad Heren. lib.2.*

[Inconsummatus, ἀτελής. Ammian. *lib.31.* Vt erat inconsummatus & rudis, inter initia contemnebat.]

Incōnsūmptus, a, um, Non consumptus, non exhaustus. {ἀδαπάνητος. GALL. *Qui n'est point consumé ni usé.* ITAL. *Non consumato.* GERM. Unverzehrt/unuerbrochen. HISP. *No gastado ò acabado.* ANGL. *Not wasted or consumed.*} Ouid. *7. Metam.*

Inque manu tertiæ pars inconsumpta reperta est.

Incōnsūtĭlis, e, Non consutilis. {ἄρραφος. GALL. *Qui n'est point cousu.* ITAL. *Senza cucitura.* GERM. Ungenehet/das keine nat hett. HISP. *No cosido.* ANGL. *Not sowed, with out, a seame.*} vt, Vestis inconsutilis, quæ nullam habet suturam. ¶ Pro eodem dicitur, & inconsutus.

INCŌNSYDĔRĀNS, tis, adiectiuum, Inconsultus, & inconsyderatus. {ἀπερίσκεπτος. GALL. *Qui ne considere & n'auise point à ce qu'il dit ou fait, inconsideré.* ITAL. *Inconsiderato.* GERM. Unbedacht/unbesint/der nit sinnt wo ein ding hinauß langt. HISP. *Cosa que no lo mira bien.* ANGL. *Rashe, vnaduised, that considereth nothing.*} Cic. *2. de Diuin.* Nos autem ita leues atque inconsiderantes sumus, vt si mures corroserint aliquid, quorum est opus hoc vnum, monstrum putemus.

Incōnsydĕrātus, a, um, Inconsultus, imprudens, temerarius. {ἀπερίσκεπτος, ἀλόγιστος. GALL. *Inconsideré, mal aduisé.* ITAL. *Che non considera, trascurato.* GERM. Unbesinnt. HISP. *El que no mira bien, que es sin consejo.* ANGL. *Rash, vnaduised.*} Cicer. *pro Quintio.* O rem incredibilem, ô cupiditatem inconsyderatam! Inconsiderata fama populi, Cicer. *3. Tuscul.*

Incōnsydĕrātē, aduerb. Inconsultè, temerè. {ἀπερισκέπτως, ἀλογίστως. GALL. *Inconsiderement, sans y penser.* ITAL. *Senza consideratione, inconsideratamente.* GERM. Unbedächtlich/unbesinnlich/one vorbetrachtung. HISP. *No bien mirando.* ANGL. *Rashlie, vnaduisedly.*} vt apud Cic. *in Offic.* Temerè, fortuitu, inconsideratè, negligenter facere aliquid. Gell. *lib.17. cap.1.* Vt scribere ausi sint, M. Ciceronem parum integrè, atque impropriè, atque inconsideratè loquutum.

Incōnsydĕrantĭa, æ, Temeritas, imprudentia. {ἀλογιστία. GALL. *Faute d'aduis, inconsiderance.* ITAL. *Inconsideratione, trascuraggine.* GERM. Unbesinnte/unfürsichtigkeit. HISP. *Razon sin consejo, sin consideracion.* ANGL. *Lacke of consideration, rashnesse.*} Cicer. *ad Qu. fr.* Cuius in hoc vno inconsiderantiam & ego sustinebo, vt potero: & tu vt possis, est tuorum neruorum. Sueton. *in Claud. cap.39.* Inter cætera in eo mirati sunt homines, & oblitionem & inconsiderantiam: vel, vt Græcè dicam, μετεωρίαν καὶ ἀβλεψίαν.

Incōntāmĭnātus, Impollutus, purus, syncerus. {טהור *tahór* נקי *nakí.* ἀμίαντος, ἀμόλυντος. GALL. *Non contaminé, sans macule ou tache, entier.* ITAL. *Puro, sincero, non contaminato.* GERM. Unbefleckt/unuermaßget. HISP. *Cosa no ensuziada, limpia.* ANGL. *Vnpolluted, vndefiled.*} Varr. *3. de re rust. cap.9.* Aspectu ac facie incontaminata. Liu. *4. ab Vrb.* Nequid synceri, nequid incontaminati sit.

Incōntentus, adiect. à verbo tendo, is ✕ Adductus, contentus. {ἀνέντατος. GALL. *Qui n'est point tendu, roide, lasche.* ITAL. *Non tirato.* GERM. Ungespannt/oder nit gestreckt. HISP. *No tendido.* ANGL. *Slacke, vnbended.*} Cic. *4. de finib.* Vt in fidibus plurimis, si nulla earum ita contenta numeris sit, vt concentum seruare possit, omnes æquè incontentæ sint, &c.

[Incontiguus, qui tangi non potest.]

INCŌNTĬNĒNS, tis, omnis generis, Intemperans, qui se à libidine, gulâ vè non continet. {ἀκρατής. GALL. *Incontinent, intemperé, immoderé.* ITAL. *Incontinente, immoderato.* GERM. Unenthaltig/unmässig/unkeusch/der sich keines dings mässigen noch enthalten kan. HISP. *Incontinente de passion, destemplado.* ANGL. *Immoderat, intemperat.*} Plaut. *in Asinar.* At nunc dehinc, scito illum ante omnes minimi mortales pretij: Madidum mihi, incontinentem, atque osorem vxoris suæ. ¶ Interdum incontinens accipitur pro eo qui quod sibi commissum est, fideliter non continet. Plin. *lib.8. cap.43.* de asinis loquens, Sed incontinens vterus vrinam genitalem reddit, ni cogatur in cursum verberibus à coitu.

Incōntĭnentĕr, aduerb. Intemperanter, sine continentia. {ἀκρατῶς, ἀκολάστως. GALL. *Intemperamment, incontinemment, en desbauche.* ITAL. *Distemperatamente, incontinentemente.* GERM. Ungehorsamglich/unmässiglich. HISP. *No continentemente, destempladamente.* ANGL. *Intemperatlie.*} Cic. *3. Offic.* Si omnes deos hominésque celare possimus, nihil tamen nobis auarè, nihil iniustè, nihil libidinosè, nihil incontinenter esse faciendum.

[Incontinenti, statim. Tertull.]

Incōntĭnentĭa, æ, Intemperantia, immoderatus voluptatum vsus. {ἀκράτεια. GALL. *Incontinence, intemperance.* ITAL. *Incontinenza.* GERM. Unenthaltung/unmässigkeit/unkeusche. HISP. *Aquella obra de no se contener, destemplança.* ANGL. *Incontinence, lack of moderation in lustes and affections.*} Cicer. *pro M. Cælio,* Multa de incontinentia impotentiaque disserunt. ¶ Accipitur aliquando incontinentia pro impotentia, siue imbecillitate retinendi. Hinc incontinentiam vrinæ dicimus pro imbecillitate musculi retentiui, vrinam malè retinentis. Plin. *lib.8. cap.28.* Vesicam in vino potam contra vrinæ incontinentiam.

Inconveniens, omnis gen. Indecens, indecorus, incongruens. {ἀνάρμοστος. Gall. *Qui ne conuient point, indecent, incongru.* Ital. *Inconueniente, che non sta bene.* Germ. Unbequem/onfüglich/sich nicht reimend. Hisp. *Cosa no conueniente, que no esta bien.* Angl. *Vncomelie, which becometh not.*} Quint. *lib.* 1. *cap.* 9. Est enim solœcismus in oratione, comprehensionis vnius sequentium ac priorum inter se conueniens positio. Cassius *ad Cic. lib.* 12. Hæc nouissima nostra facta non subita nec inconuenientia, sed similia cogitationibus.

Inconuenientia, etiam dicuntur quæ ob diuersitatem inter se non conueniunt. ἀσύμφωνα. Senec. *de vita beata*, Desinant igitur inconuenientia inter se iungere, & voluptati virtutem implicare.

Inconuenientia, æ, Indecentia.

Incoquo, is, incoxi, incoctum, In re aliqua coquo, siue liro. {ἐνέψω. Gall. *Cuire dedans ou auec.* Ital. *Cuocere dentro qualche cosa.* Germ. Etwarinn kochen. Hisp. *Cozer dentro alguna cosa.* Angl. *To seeth in or with.*} Virg. 4. *Georg.*

Huius odorata radices incoque Baccho.

¶ Incoquere aliquando significat coquendo applicare. Nam quum metallum aliquod deplumbamus, vel deargentamus, vel deauramus, incoquere dicimus. Plin. *lib.* 34. *cap.* 17. Improbiores ad tertiarium additis æquis partibus plumbi albi, argentarium vocant, & eo quæ volunt, incoquunt. *Ibid.* 3. Album plumbum incoquitur æreis operibus Galliarum inuento, ita vt vix discerni queat ab argento: eáque incoctilia vocant. Deinde & argentarium incoquere simili modo cœperunt equorum maximè ornamentis, iumentorúmque iugis.

Incoctus, a, um, participium à verbo incoquo, In aliquo coctus. {ἐνεψημένος. Gall. *Cuit dedans ou auec.* Ital. *Cotto con qualche cosa.* Germ. Etwarinn gekocht. Hisp. *Cozido con otra cosa.* Angl. *Sodden in or with.*} Plin. *lib.* 18. *c.* 11. Candorem autem ei pro creta lactis incocti mistura confert. Cruor incoctus herbis. Horat. *Epod.* 4.

Incoctum generosum pectus honesto.

Pers. *Satyr.* 2.

Vellera incocta Tyrios rubores.

Virg. 3. *Georg.*

——quamuis Milesia magno
Vellera mutentur, Tyrios incocta colores.

Item, Incoctum & coctum, de Consilio dixit Plaut. *Mil. sc.* 2. *a.* 2. Quicquid est incoctum, non expromit, bene coctum dabit.

‖Incoctilis, e, quod incoctum est. Onom. Incoctile ἐνεψητόν. Plin. *lib.* 34. 17. *de stanno*: Album incoquitur æreis operibus, Galliarum inuento, ita vt vix discerni queat ab argento. eaque incoctilia vocant. aliter legitur *coctilia*.‖

Incoctilia, à veteribus dicta vasa ænea, quibus plumbum incoctum erat, ne quid ex ære ingrati saporis cibis accideret. {κασσιτερωμένα σκεύη. Gall. *Vaisseaux estamez.* Ital. *Vasi stagnati.* Germ. Ehrine geschirr die mit bley übergossen oder verzinnt sind. Hisp. *Vasos estañados.* Angl. *Vesseles that is leaded or tinned.*} Vide *Incoquo*.

Incoram, coram, Apuleio.

Incordio, as, are, In cor immitto. {ἐγκαρδιόω. Gall. *Mettre dans le cœur.* Ital. *Mettere nel cuore.* Germ. Jns hertz hinein trucken. Hisp. *Meter o poner en el coraçon.* Angl. *To put into the heart.*} Antiquum est verbum, quo Plautus vsus est *in Cistell.* Si me absente Alcesimarchus veniet, nolito acriter Eum inclamare, & vt erga me est meritus, tamen incordies.

Incorporalis, e, Incorporatus, incorporeus, quod non habet corpus. {ἀσώματος. Gall. *Incorporel, qui n'a point de corps.* Ital. *Che non ha corpo.* Germ. Ungeleibt/das kein leib hatt. Hisp. *Lo que no tiene cuerpo.* Angl. *That hath not a bodie.*} Quint. *lib.* 5. *cap.* 10. Ius quod sit incorporale, apprehendi manu non posse. Senec. *Epist.* 91. Deinde à corporibus se ad incorporalia transtulit. Idem *cap.* 8. *de consol. ad Helu.* Incorporalis ratio.

Incorporeus, a, um, Incorporatus, incorporalis, corpore carens. {ἀσώματος. Gall. *Ce qui est sans corps.* Ital. *Senza corpo.* Germ. Leiblos/unleibig/ oder on leib. Hisp. *Sin cuerpo.* Angl. *without a body.*} Cicer. 2. *de finib.* Omnis ista incorporearum rerum æstimatio, splendore virtutis & magnitudinis obscuretur & obruatur, atque intereat necesse est.

Incorporalitas, ἀσωματότης. Macrob. *lib.* 1. *comment. cap.* 5. Occurrit prima perfectio incorporalitatis in numeris.

Incorporo, are. {σωματοποιέω, σύσσωμον ποιῶ. Gall. *Incorporer, faire tenir en vn corps.* Ital. *Incorporare.* Germ. Einleiben. Hisp. *Encorporar vna cosa en otra.* Angl. *To incorporat one thing a nother.*} Solinus *cap.* 35. Regionem partim tenent barbari, quibus per artifices plagarum figuras, iam inde à pueris variæ animalium effigies incorporantur.

Incorrectus, a, um, Non correctus. {ἀνεπανόρθωτος. Gall. *Incorrect.* Ital. *Incorretto, scorretto.* Germ. Ungebessert. Hisp. *Cosa no corregida.* Angl. *Vncorrected.*} vt, Opus incorrectum. Ouid. 3. *Trist. Eleg.* 14.

Illud opus potuit, si non prius ipse perissem,
Certius à summa nomen habere manu.
Nunc incorrectum populi peruenit ad ora,
In populi quicquam si tamen ore meum est.

Incorruptus, a, um, Purus, synceus. {תמים tamim. ἄφθαρτος, ἀδιάφθορος. Gall. *Sain, & entier, qui n'est point corrompu.* Ital. *Incorrotto, intiero.* Germ. Unuersehrt/ unzerstört/ unzerbrochen/ gantz. Hisp. *No corrumpido, entero.* Angl. *Vncorrupted, entier.*} Plin. *lib.* 13. *cap.* 9. Nec minus spina celebratur, quoniam incorrupta etiam in aquis durat. Cicer. *de claris Orat.* Cæsar autem rationem adhibens, consuetudinem vitiosam & corruptam pura & incorrupta consuetudine emendat. Animus incorruptus. Cic. 1. *Tusc.* ¶ Per translationem rursus pro integro, quique muneribus à fide officióque abduci non potest: vt, Incorruptus iudex, ἀδωροδόκητος κριτής. Incorruptior custos canis. Col. *lib.* 2. *cap.* 12. Horat. 1. *Serm. Satyr.* 6.

Ipse mihi custos incorruptissimus omnes
Circum doctores aderat.

Incorrupte, aduerb. Purè, syncerè, integrè. {ἀδιαφθόρως, ἀκιβδήλως, ἀδωροδοκήτως. Gall. *Sans corruption.* Ital. *Senza corruttione.* Germ. Unuerfälschlich/ aufrichtiglich. Hisp. *Sin corrucion.* Angl. *without corruption.*} Cicer. *pro Marcello*, Serui igitur iis etiam iudicibus qui multis post seculis de te iudicabunt, & quidem haud scio an incorruptius quàm nos. ‖¶ Incorruptè loqui: vt purissimè loqui. Gell. *lib.* 2. 20. Sed neminem eorum fermè, qui incorruptè locuti sunt, aut scripsisse memini, aut dixisse.

Incorruptela, incorruptio, subinde in Bibl.‖

Incoxo, as, Incoxam sedeo. Pacuuius, Adeò incoxanti mihi pes obstupuerat. Pomp. *in Pannuceatis*, apud Nonium, Neque interim cacandi causa vnquam incoxaui nates.

Increatus, Non creatus. {ἄκτιστος. Gall. *Qui n'a pas esté creé.* Ital. *Increato.* Germ. Unerschaffen. Hisp. *No criado.* Angl. *Not created.*} Lact. *lib.* 1. Vnus Deus qui solus principatur, isque amplissimus, increatus.

Increbresco, is, ere, Diuulgor, inualesco, innotesco. {משמע mischmáh. יצא שם jatsá schem. διαφημίζομαι. Gall. *Deuenir ou estre frequent, croistre & s'augmenter de plus en plus.* Ital. *Accrescere, diuulgarsi.* Germ. Zunemmen/aussündig vnnd lautprächt werden. Hisp. *Esparsarse, diuulgarse.* Angl. *To be spred and much knowen.*} Liu. 7. *ab Vrbe*, Gallici quoque belli fama increbrescebat. Idem 4. *bell. Pun.* Quum increbresceret rumor bellum in Sicilia esse. Præteritum eius est increbui, vt analogia videtur exigere, non increbrui, vt quidam hodie scribunt. Cic. 14. *Philipp.* At siquis Hispanorum, aut Gallorum, aut Thracum mille, aut duo millia occidisset, num cum hac consuetudine, quæ increbuit, Imperatorem appellaret Senatus? Increbuit Auster, hoc est, auctus est, & vehementiùs flat. Cæsar 3. *bell. ciuilis.* Et Senec. *epist.* 78. Ventus increbrescit. Cic. *ad Treb. Epist.* 7. Increbuit sermo. Suet. *in Aug. cap.* 11. Increbuit rumor.

‖Increbro, creber sum. Plaut.

Incredendus, a, um, id est, incredibilis. Apul.

Incredils, ἄπιστος. Onom. ἄπιστος quidem est & *incredulus*, & *incredibilis*, atque *infidus*. Illic autem legendum videtur *incredibile*.‖

Incredibilis, e, Non credibilis, admirabilis. {ἀπίθανος. Gall. *Incroyable, incredible.* Ital. *Incredibile.* Germ. Unglaublich. Hisp. *Cosa de no ser creyda.* Angl. *Incredible, wonderfull.*} Terent. *in Phorm.* Incredibile est quantum herum anteeo sapientia. Cicer. *ad Sulp. Epist. lib.* 13. Incredibile est enim quas mihi gratias omnes agant. *Ibidem*, Quia præter spem atque incredibile hoc mihi obtigit. ¶ Incredibilis pro incredulo, apud Apuleium *in Hermetis Asclepio*, Incredibilis enim post delicta coguntur credere non verbis, sed exemplis: nec minus, sed ipsa passione pœnarum. Quo patet incredibilem ex censu nominum esse quæ vtrouersum dicuntur, & sunt vltro citro communicatæ significationis.

Incredibilitas, Incredulitas. ἀπιστία. Vlp. *D.* 48. *tit.* 5. Quum excusare ignorantiam non potest, vel adumbrare patientiam prætextu incredibilitatis.

Incredibiliter, aduerb. {ἀπιστήτως, ἀπίστως. Gall. *Incrediblement, en sorte qu'on ne le sçauroit croire.* Ital. *Incredibilmente, sopra nostro credere.* Germ. Unglaublich. Hisp. *No creyblemente.* Angl. *wonderfully.*} Cicer. *de senect.* Venio nunc ad voluptates agricolarum, quibus ego incredibiliter delector.

‖Increditus, a, um, Apul. de deo Socratis. Incredita vaticinia Cassandræ.‖

Incredulus, a, um, Cui quid facilè persuaderi non potest. {ἄπιστος. Gall. *Incredule, qui ne croid pas de leger.* Ital. *Incredulo.* Germ. Unglaubig/der nit leichtlich einem ding glauben gibt. Hisp. *Cosa que no se cree de ligero.* Angl. *Hard of beleiff.*} Horat. *in Arte*,

Quodcunque ostendis mihi sic, incredulus odi.

¶ Increduli, Quintiliano dicti sibi diffidentes. Item, Res incredulæ (i. incredibiles.) Gell. *cap.* 5. *lib.* 9.

Incredulitas, atis. {ἀπιστία. Gall. *Incredulité.* Ital. *Incredulità.* Germ. Glaublose/mißtrew. Hisp. *Aquel no creer de ligero.* Angl. *Hardnesse of beleiff.*} Martian. *in l. mariti lenocinium. ff. ad legem Iul. de adult.* Tunc autem puniendus est maritus eius, quum excusare ignorantiam suam non potest, vel adumbrare patientiam prætextu incredulitatis.

Incrementum, i, Augmentum à verbo incresco. {תרבית tarbith מרבית marbith. αὔξησις. Gall. *Accroissement.* Ital. *Aumento, accrescimento.* Germ. Zunemmung. Hisp. *Acrecentamiento.* Angl. *Increase.*} Cic. *de fin.* Negat enim summo bono afferre incrementum diem. Incremento ingenti res auctæ. Velleius, Omnia incrementa sua sibi debuit Cic. Senec. *cap.* 5. *de cons. ad Mart.* Incrementa studiorum. *Ibid. cap.* 6. Vt in damna, ita ad incrementa (arborum) velox tempus. *Ibid. cap.* 14. Incrementis (Cæsaris) impositurus modum Pompeius cùm in commune crescerent. Liu. 1. *ab Vrbe*. Quint. *lib.* 5. *cap.* 2. Huic studium & incrementum dederit vtilitas. ¶ Incrementa, semina vnde aliquid crescit. Ouid. 3. *Metam.*

——mota que iubet supponere terra
Vipereos dentes, populi incrementa futuri.

‖Incremento, incrementum do. Dominus qui incrementat. Ita Augustinus pro illo 2. *Cor.* 3. ὁ αὐξάνων θεός.‖

Incrementor, pro cresco. *lib.* 5. *Capit. Caroli & Ludouici.*

Increpo, ui, itum, Sonum & crepitum emitto, crepo, strepo. {המה hamáh. ἐπιψοφέω, ἐπιτιμάω. Gall. *Faire bruit, crier contre.* Ital. *Fare strepito.* Germ. Ein getöß oder getummel machen/rauschen. Hisp. *Hazer estruendo.* Angl. *To mak a sound or crie against.*} Virg. 9. *Æneid.*

At tuba terribilem sonitum procul ære canoro
Increpuit.

Dicimus ergo tuba increpuit sonum: Tuba, siue sonus increpuit: &, Ego increpui tuba. Plaut. *in Amph.* Si minusculo digito increpuerint fores, hac regula tuum diminuam caput. Liu. 1. *ab Vrb.* V. primo statim concursu increpuere arma, micantesque fulsere gladij, horror, &c. Ouid. 6. *Fast.*

Annuit Alcides, increpuitque lyra.

¶ Pro perterrere. Plaut. *Amph.* Totus timeo, ita me increpuit Iuppiter. (i. perterruit, crepitu scilicet fulminis.) Liu. *lib.* 4. *ab Vrb.* Quid increpet terroris. Idem *lib.* 7. *bell. Pun.* Similitudinem nominis increpare. (i. iactare, dictare.) ¶ Pro alloqui. Ouid. 6. *Fast.*

Increpat illos Iuppiter.

¶ Per translationem vsurpatur pro reprehendo, accuso, idque cum crepitu, & verborum pedúmve strepitu, hoc est, contra aliquem crepando

&

& ſtrependo inſurgo. {הוכיח hochiach גער ghâbar. λοιδορέω, ἐπιπλήσσω, ἐπιτιμάω. GALL. *Tanser, reprendre aſprement, blaſmer.* ITAL. *Riprendere.* GERM. Mit vngeſtümmen rauchen ſchelcworten einen anfaren. HISP. *Reprehender.* ANGL. *To blame or rebuke.*} Plaut. *in Amphitr. ſc.* 1. *act.* 1. Superbi nimis ferociter legatos noſtros increpant. Sueton. *in Tiber. cap.* 52. Vt glorioſiſſimas victorias (Germanici filij) ceu damnoſas Reip. increparet, id eſt, eis obſtreperet, eas accuſaret, damnaret. ¶ Interdum effert præteritum etiam increpaui. Cic. *ad Quintum Fratrem,* Cato Pompeij in me perfidiam increpauit. Idem *Hortenſio,* Tum Pſeudomenus, & ſoritam & totam dialecticam aut illudis, aut increpas. Ouid. *lib.* 1. *Epiſt.* 1.

Me pater Icarius viduo diſcedere lecto
Cogit, & immenſas increpat vſque moras.

Idem 3. *Metam.*

Increpat à cunctis, totúmque immurmurat agmen.

Incrĕpĭtŭs, a, um, vt ad rem quoque pertineat. Suet. *in Calig. cap.* 99. Cæterorum increpita cupiditate commoda emeritæ militiæ ad ſexcentorum millium ſummam reſcidit.

Incrĕpĭto, as, frequentatiuum, Arguor, conuicior. {ἐπιπλήσσω. GALL. *Reprendre, tancer quelqu'vn, en luy diſant groſſes paroles.* ITAL. *Riprender, dir villania.* GERM. Beſchelten, beſchelten. HISP. *Reprehender, iniuriar.* ANGL. *To blame or rebuke often.*} Increpitare eſt vocare, aut prouocare ſæpiùs; quod & his & aliis multis teſtimoniis confirmari poteſt. Virgil. 10. *Æneid.* Hoſtis amare quid increpitas, mortémque minaris? Cæſar 2. *bell. Gall.* Increpitare atque incuſare reliquos Belgas. ¶ Increpitare, aliquando eſt accuſationem afferre, & culpam in aliquem reiicere. Virg. 4. *Georg.*

Æſtatem increpitans ſeram. i. cauſatus æſtatem fuiſſe tardiorem.

INCRĒSCO, is, Augeor, inualeſco, acceſſionem & incrementum accipio. {רבה rab. ἐπιδίδωμι, αὐξάνομαι. GALL. *S'augmenter, croiſtre de plus en plus.* ITAL. *Accreſcere, prender aumento.* GERM. Wachſen, zunemmen. HISP. *Mucho crecer, tomar crecimiento.* ANGL. *To grow, and waxe more and more.*} Liu. 1. *ab Vrb.* Carcer ad terrorem increſcentis audaciæ, media vrbe, imminens foro ædificatur. Suet. *de clar. Grammat.* Poſt hoc magis ac magis gratia & cura artis increuit, vt ne clariſſimi quidem viri abſtinuerint. Lucan. *lib.* 2.

Intonſos rigidam in frontem deſcendere canos
Paſſus erat, mæſtámque genis increſcere barbam.

Ouid. 9. *Metam.*

Vt dolor increuit.

Increſcere dicitur oratio, (i. augeri.) Quintil.

‖Increta, indiuiſa. Feſt. ab *in* & *cerno.* Eſt &
Incretus cernendo ſeu cribrando ingeſtus: ab *incerno.*‖

Incrīmĭnātĭo, nis, Irreprehenſibilitas, vt ita dicam. ἀνεπιληψία. Tertull. *de reſurrect. carnis,* Secundum ſcopum perſequor ad palmam incriminationis.

‖Incrocari, croco aſpergi. Cod. ll. antiq.‖

INCRVĔNTVS, a, um, Sine cruore)(Cruentus, ſanguinolentus. {ἀναίμακτος, ἀναίμαλος. GALL. *Qui n'eſt point ſanglant.* ITAL. *Senza ſangue, non ſanguinolento.* GERM. Vnblutig. HISP. *Coſa no enſangrentada, no ſangrienta.* ANGL. *without bloodshed, vnbloodie.*} Liu. 7. *bell. Pun.* & 7. *ab Vrb.* Nec Romanis incruenta victoria fuit, quarta parte militum amiſſa. Idem 8. *ab Vrbe.* Haudquaquam tamen incruento milite ſuo.

Incrŭentātŭs, a, um, Non maculatus cruore. {ἀναίμακτος. GALL. *Qui n'eſt point enſanglanté ou ſouillé de ſang.* ITAL. *Che non è macchiato di ſangue.* GERM. Mit blut nit beſprengt noch beſudelt. HISP. *Coſa no enſangrentada.* ANGL. *Not defiled or embrued with blood.*} Tacit. *lib.* 10. Diſceſſerant obſeſſores, miſtus ex Cattis, Vſipiis, Mattiacis exercitus, ſatietate prædæ, nec incruentati.

INCRVSTO, as, are, Cruſtam induco, ſiue cruſtam applico, {טוח tach. κονιάω. GALL. *Encrouſter, crelpir.* ITAL. *Incroſtar, far croſta.* GERM. Gleich als mit einer rinden oder rauffe vberziehen vnd bedecken. HISP. *Cubrir de croſtas, encroſtar.* ANGL. *To parget, to bringen a cruſt.*} Varro *de re ruſtic. cap.* 14. Has quoque ſaginare ſolent ita, vt ollam cum foraminibus incruſtent ſapa & farre. Horat. 1. *Serm. Satyr.* 3.

At nos virtutes ipſas inuertimus, atque
Syncerum cupimus vas incruſtare.

Incruſtātĭo, nis, Cruſtæ ad parietem, aut pauimentum, aut vas aliquod applicatio. {טוח tiach. κονίασις. ANGL. *Pargetting or rougecaſting.*}

INCVBO, as, ui, itum, propriè idem eſt quod incumbo, innitor, quaſi in re quapiam cubo. {רבץ rabats. ἐγκατάκειμαι, ἐπίκειμαι. GALL. *Eſtre couché ou geſir ſur quelque choſe.* ITAL. *Apoggiarſi, ſtar ſopra, couare.* GERM. Auff etwas ligen, etwarob ligen. HISP. *Aceſtarſe ſobre algo.* ANGL. *To ly or leane to any thing.*} Habet autem plerunque datiuum. Quintil. *lib.* 10. Qui autem ſciuerit, quo quæque ſint modo dicenda, niſi tanquam in procinctu paratam quidem ad omnes caſus habuerit eloquentiam, velut theſauris clauſis incubabit. Papinius,

———& feſtinantia ſiſtens
Fata ſalutifero mitis Deus incubat angui.

Virg. 1. *Æneid.*

———ponto nox incubat atra.

Ouid. *Eleg.* 5. *lib.* 4. *Triſt.*

———Vt incubuit iuſto mens ægra dolori.

¶ Nonnunquam accuſatiuum cum præpoſitione In: Velleius, Incubuit in gladium: (niſi mauis ad incumbere referre.) ¶ Item, Incubare corpore corpus. (de amplexu venerio.) Plaut. *in Amph.* ¶ Incubare oua dicuntur aues, quum excludendi fœtus gratia oua fouent. {רחף richeph. ἐπῳάζειν. ANGL. *To bat chor bring out chickens.*} Varro 3. *de re ruſt.* Negant plus vigintiquinque oua incubare. Plin. *lib.* 10. *cap.* 54. Oua incubari intra decem dies edita vtiliſſimum: vetera, aut recentiora infœcunda. Idem *lib.* 29 *c.* 3. Fiunt & tota lutea, quæ vocant ſchiſta, quum triduo incubata tolluntur. Legitur & incubare abſolutè. Col. *lib.* 8 *c.* 5. Gallinæ incubare cupiunt ab Idibus Ianuariis. Et *paulo pòſt,* Inhibetur cupiditas incubanti pinnula per nares traiecta. ¶ Incubare Ioui, eſt in Capitolio dormire ad accipienda à Ioue reſponſa. Plaut. *in Curculione,* Namque tu incubare ſatius fuerat Ioui, qui tibi auxilio in iureiurando fuit. Seruius in illud Virg. 7. *Æneid.*

Pellibus incubuit ſtratis, ſomnóſque petiuit.

Incubare, inquit, propriè dicuntur ij qui dormiunt ad accipienda reſponſa. ¶ Aliquando incubare pro inhabitare. Apul. 7. *Metamorph.* Tabernulam quandam, vitatis maris fluctibus, incubabat. ¶ Incubare etiam dicitur qui iure non poſſidet, ſed per vim atque iniuriam, quòd qui ſic poſſident, in loco aſſidui ſunt, & velut incubant. Aſcon. Cùm enim incertum ſit, cuius debeat eſſe poſſeſſio, cùm prætor dicat, ſi poſſeſſor eſt? quaſi iam probauerit poſſeſſorem eſſe eum, qui incubabit. Rurſus, Ergo nec adimere tibi licet poſſeſſionem incubanti, nec dare in te poſcenti. Vide *Incubator.* ¶ Incubare pecuniæ, pro inhiare, & vehementer cupere. Cic. *pro Cluentio,* Hic ille planus improbiſſimus, quæſtu iudiciario paſtus, qui pecuniæ, quam condiderat, ſpe iam atque animo incubaret, contrahit frontem. Liu. 8. *ab Vrbe,* Liberes fœnore plebem Romanam & iſtos incubantes publicis theſauris ex præda clandeſtina euoluas. Quint. Velut clauſis theſauris incubare. Plaut. *Curc. ſc.* 1. *a.* 1. Incubat ægrotus in Æſculapij fano. ¶ Interdum ſignificat coràm habere: tranſlatione ſumpta ab auibus quæ incubatu fouent oua, & excludunt fœtus. Apul. *lib.* 3. Aureos folles incubabat.

Incŭbĭto, as, are, frequentatiuum. {πολλάκις ἐπῳάζομαι, ἐπικάθημαι. GALL. *Coucher & geſir ſouuent en vn lieu.* ITAL. *Speſſo appoggiarſi, ſtar ſopra.* GERM. Offt oder ſtäts obligen. HISP. *Aceſtarſe muchas vezes ſobre algo.* ANGL. *To lyk often in a place.*} Col. *lib.* 8. *cap.* 14. Cellas in quibus incubitant, ſicciſſimas eſſe oportet.

Incubator, iniuſtus violentúſque poſſeſſor. quo ſenſu Macrobius Dionyſium Siculæ incubatorem aulæ appellauit cùm tyrannum eſſe ſignificaret. Seruius, Licèt apud nos incubator imperij, tyrannus dicitur.

Incŭbĭtŭs, us, Quod modò actum illum ſignificat oua fouendi. {ἐπῳασμός. GALL. *Couuement.* ITAL. *Couamento.* GERM. Brütung, außligung. HISP. *Aquella obra de eſtar ſobre hueuos.* ANGL. *Hatching of chickens, ſitting abrode.*} Plin. *lib.* 10. *cap.* 54. Quædam autem citra incubitum ſponte naturæ gignunt. ¶ Modò geſtum modúmque cubantis. ἡ κατάκλισις, ἡ ἐγκατάκλισις. vt, Incubitus dextri lateris, quum quis cubat in dextrum latus. Plin. *lib.* 28. *cap.* 4. Ariſtoteles & Fabianus plurimum ſomniari circa vernum & autumnum tradunt, magiſque ſupino cubitu, & prono nihil. Theophraſtus celeriùs concoqui dextri lateris incubitu, difficilis à ſupinis.

Incŭbātŭs, us, Plin. *lib.* 10. *cap.* 54. Si incubatu tonuerit, oua pereunt. Hoc eſt, quum gallina incubat ouis.

Incŭbātĭo, nis, Incubitus. Plinius *lib.* 10. *cap.* 56. Rara incubatio ouis noxia.

Incŭbĭtĭo, nis, Incubatio. Plin. *lib.* 10. *cap.* 54. Incubitioni datur initium poſt nouam Lunam.

Incŭbŭs, ‖& incubo, nis, Tertull.‖ Morbus eſt noctu quieſcentes infeſtans, quum ſcilicet externa quædam vis quieſcentes videtur inuadere, & veluti ſuo pondere preſſos grauare. ἐφιάλτης. Naſcitur hoc morbi genus copia vaporum ex voracitate & cruditate in caput redundantium. Antiquitas credidit eſſe Faunos & Syluanos, vel dæmones hominum inſultores.

Incūdo, is, ere, Cudendo imprimo. Hinc incuſus, a, um, de quo vide *infrà.*

Incŭlco, as, are, Infercio, & quaſi calcando immitto. {שנן ſchinnén. ἐμβιβάζω. GALL. *Entreietter parmi à force, inculquer.* ITAL. *Inſaccare, ingaliggiare.* GERM. Hineintreiten, eintrucken. Item, Mit vil widerholen eintpleuwen. HISP. *Echar vna coſa ſobre otra.* ANGL. *To beat in ones mynd or memorie, to driue in.*} Plin. *lib.* 29. *cap.* 2. At canis rabioſi morſibus inculcata poſt diem ſeptimum ſoluitur. ¶ Per tranſlationem ſignificat eadem ſæpiùs iterando ingerere. {ταυτολογεῖν. ANGL. *To repeate often.*} Cic. 1. *Offic.* Ne, vt quidam, Græca verba inculcantes, iure optimo rideamur. Idem *de Fato,* Quid ergo attinet inculcare fatum, quum ſine fato ratio omnium rerum ad naturam fortunámve referatur. Inculcatæ perſuaſiones non facilè mutantur.

‖INCVLPABILIS, qui culpari & argui non poteſt, ſincerus, incorruptus.‖

Incŭlpātŭs, a, um, Innocens, culpa carens. {ἀνεπίληπτος, ἀνεπαίτιος. GALL. *Inculpable, qui eſt ſans blaſme ou reproche.* ITAL. *Incolpato, ſenza colpa.* GERM. Vnſchuldig, den man nit beſchuldigen kan, vnſträfflich. HISP. *Coſa que no tiene culpa.*} Gell. *lib.* 2. *cap.* 6. Sed enim qui in re atque omni tempore laude omni vacat, is illaudatus eſt: iſque omnium peſſimus, deterrimúſque eſt. Sicut omnis culpæ priuatio inculpatum facit: inculpatus autem inſtar eſt abſolutæ virtutis. Ouid. 9. *Metam.*

———ſed vita fidéſque
Inculpata fuit.

¶ Inculpatiſſimæ vitæ vir, Gell. *lib.* 2. *cap.* 14.

Incŭltŭs, & incultè, vide *Incolo.*

Incŭmbă, æ, Eſt pars pilæ in fornicationibus, cui onus ædificij incumbit. Vide Annotationes Budæi *in Pandectas.* Vitr. *lib.* 6. *cap.* 10. Extremæ pilæ in his latiores ſpatio ſunt faciendæ, vti vires ex habentes reſiſtere poſſint, quum cunei ab oneribus parietum preſſi, per coagmenta ad centrum ſe prementes extruderint incumbas.

INCVMBO, is, ere, Innitor, in aliqua re cubo. {רבץ rabáts נשען niſchhán. ἐπίκειμαι, ἐπερείδω. GALL. *Eſtre couché ou appuyé ſur quelque choſe.* ITAL. *Appoggiarſi ſopra qualche coſa.* GERM. Auff etwas ligen, ſich etwar an lähnen. HISP. *Aceſtarſe ſobre alguna coſa, aplicarſe à alguna coſa.* ANGL. *To ly vpon, or giue diligence to any thing.*} Virg. 8. *Eclog.*

Incumbens tereti Damon ſic cœpit oliuæ.

Plin. *lib.* 2. *cap.* 64. Namque in illo caua in ſe conuexitas vergit, & cardini ſuo, hoc eſt, terræ vndique incumbit. Virg. *lib.* 5. *Æneid.*

Incubuitque toro, dixítque nouiſſima verba.

¶ Aliquando accipitur pro obnoxiè rei alicui operam dare. {σπουδάζω. GERM. Obligen, mit fleiß anhalten.} in qua ſignificatione datiuo iungitur: vt incumbere literarum ſtudiis, virtuti incumbere. Senec. *c. de conſol. ad Mart.* Hærere & incumbere dolori. Idem Senec. *cap.* 2. *de conſol. ad Mart.* Incumbere cœperat Auguſtus Marcello, in quem onus imperij reclinaret. ¶ Frequenter etiam accuſatiuo, mediante AD, vel IN, vt à Cicerone ferè ſemper vſurpatur, Pergite, inquit, adoleſcentes, & in hæc ſtudia, in quibus eſtis, incumbite. Idem *Attic. lib.* 2. Quare incumbamus ad alia præclara ſtudia, hoc eſt, totis viribus, omnique conatu enitamur. Idem *Cornificio,* Te tamen hortor, vt omni cura in Rempublicam incumbas. Idem *pro Leg. Man.* Quare, videre num dubi-

tandum vobis sit omni studio ad id bellum incumbere. Senec. *cap.* 5. *de consol. ad Mart.* Incubuisti tota in alteram partem. (sup. colendi.) Plaut. *Aul. sc.* 1. *a.* 4. Retinere ad salutem non quò incumbant eò impellere. Plus tamen inesse videtur Accusatiuo cum In, quàm datiuo: quasi sit inniti, vel insistere contra, siue super. In quo designatur quid arduum, vel mirabile, vel onerosum, & hoc ex vi præpositionis In, accusatiuo iunctæ. Vt Cic *pro Cornelio Balbo*, mirabile à te factum fuisse declarat, cùm ait: Hoc siue meum, siue Reipublicæ fatum, vt etiam in me vnum omnis illa inclinatio communium temporum incumberet. Onerosum seu arduum, vt idem *Cornificio*: Te tamen hortor, vt omni cura in Rempublicam incumbas, hoc est, sustentandam, siue tuendam, quod difficillimum erat. Quare, si dixero, Incumbo in remos, maior nixus in illos designatur, quàm incumbo remis: vt sit, in remos quasi totis viribus, brachiis innitor contra, siue super remos. ¶ Aliquando verò in huiusmodi forma significat irruere. [illegible]. Cic. *pro Planco*, potius quàm ab ipsis qui in te ipsum incubuerunt te depulsum putas. Quintil. *lib.* 5. Et fluctus esse cùm magna vis venti in mare incubuit. Virg. tamen Datiuo iunxit, quando dixit *lib.* 1. *Æneid.* Incubuêre mari, cùm tamen irruo accusatiuum poscat, cum præpositione In. Ter. *in Adelph.* Fores effregit atque in ædeis irruit alienas. Incumbo autem ad studia significat animo & opera intendo, siue innitor ad studia, vt Cic. *pro Pompeio*, Quare videte ne dubitandum vobis sit omni studio ad bellum incumbere. Aliquando post accusatiuum adhibetur adiectiuum, vt effectus rei quæ designatur, demonstretur: vt idem pro P. Sylla. Neminem esse ex illo honoris gradu qui non omni studio, virtute, autoritate incubuerit ad Rempublicam conseruandam. ¶ Simile erit, si dixero, Remiges incumbunt ad remos, subintelligetur emendos, si emere velint: vel habendos, si prohibeantur, aut detineantur: vel obnoxiè tenendos, ne capiantur, aut è manibus elabantur, & huiusmodi. Licèt Valla, in remos incumbere, dici posse neget, sed remis tantùm. ¶ Est quandoque incumbere idem quod subire, siue superuenire, ingruere, [illegible]. Lactant. *lib.* 2. si morborum pestifera vis incubuit. Virg. 1. *Æneid.* Incubuêre mari. Quint. *lib.* 5. *c.* 9. Qùum magna vis venti in mare incubuit. ¶ Incumbere, aliquando est possidere, solidè (vt ij qui rei alicui incubant) tenere. Hinc creditor dicitur incumbere suo pignori, qui acriter illud conseruat, vt apud Vlp. *lib.* 55. *de furt.* Et incumbere possessioni, apud Imper. *l.* 8. *C. quum & quand. ind.* ex Hotom. Suet. *in Tib. cap.* 15. ¶ Incumbebat vni spes successionis.

Incunctābĭlis, sine cunctatione atque hæsitatione, indubitabilis. *D. lib.* 22. *tit.* 5. *l.* 21. Arcadius qui & Charisius: Illud quoque incunctabile est, vt si res exigat, non tantùm priuati, sed etiam magistratus, si in præsenti sint, testimonium dicant.

Incūnābŭlă, orum, vide *suprà* in dictione *Cuna.*

Incūrātus, adiect. {[illegible]. GALL. *Negligé, mespriſé.* ITAL. *Non curato, non guarito.* GERM. Ungeheilt/vnuersorgt. HISP. *Hecho sin cuidado.* ANGL. *Litle sett by, neglected.*} Horat. 1. *Epist.* 17. Stultorum incurata manus vlcera celat.

INCŪRĬĂ, negligentia. {עצלות *hatsluth.* [illegible]. GALL. *Negligence, nonchalance.* ITAL. *Negligenza, poca cura.* GERM. Unsorgsamkeit/hinlässigkeit. HISP. *El descuido, ò negligencia.* ANGL. *Negligence, slacknesse in doing any thing.*} Cicer. *Attico*, Quo magis vituperanda est rei tam necessariæ tanta incuria. Incuria, fame, vel morbo consumi, apud eundem *de prouinciis Consul.*

Incūrĭōsus, a, um, Negligens, curæ, vel curiositatis expers. {[illegible]. GALL. *Negligent, nonchalant.* ITAL. *Negligente, poco curioso.* GERM. Unsorgsam/sorglos/hinlässig. HISP. *Descuidado y negligente.* ANGL. *Negligent, careles slacke.*} Apuleius, Incuriosum agnum dixit pro pingui: quòd qui omni prorsus cura sint liberi pulcherrimè pinguescant. Gell. *cap.* 5. *lib.* 6. Non incuriosus rerum. Suet. *in Aug. cap.* 79 In capite comendo tam incuriosus, vt, &c. Idem *in Galba cap.* 3. Multiplicem nec curiosam historiam edidit. (Auus Galbæ sup.) Tacit. *lib.* 2. Recentium incuriosi vetera extollimus.

Incūrĭōsē, aduerb. Negligenter. {[illegible]. GALL. *Negligemment.* ITAL. *Negligentemente.* GERM. Unsorgsamglich. HISP. *Floxamente y descuidadamente.* ANGL. *Negligentlie, without carie, slacklie.*} Gell. *lib.* 2. *cap.* 2. Reprehendunt quasi incuriosè, & abiectè verbum positum. Agere pueritiam incuriosè. Tacit. *lib.* 17. Incuriosiùs agere. Idem *lib.* 13. *cap.* 12. Rebellat sæpe humor incuriosè datus.

Incūrĭŭs, incuriosiùs. Iustin. *histor. lib.* 5. Sed cùm hinc pro patria summis viribus, inde pro aliena dominatione incuriùs pugnaretur.

INCVRRO, is, Contra aliquem curro, cursu irruo, & impetum facio. {פשט *pascehat* גדד *ghadh.* [illegible]. GALL. *Encourir, courir dedans ou contre.* ITAL. *Correre contro à qualch'uno incorrere.* GERM. Einlauffen/anlauffen. HISP. *Encontrar con otro, incurrir.* ANGL. *To runne against, to meet with by chance.*} Liu. 1. *ab Vrbe.* Eo prælio præcipua equitum gloria fuit: vtrinque à cornibus positos, quum iam pelleretur media peditum suorum acies, ita incurrisse à lateribus ferunt, vt, &c. Salust. Postquam Catilina fusas copias, séque cum paucis relictum videt: memor generis atque pristinæ dignitatis, in confertissimos hostes incurrit, ibique pugnando confoditur. Quint. Ne incurreret petulantia in totos ordines. Item, Incurrere in oculos. Idem Quintil. & Senec. *cap.* 9. *de consl. ad Mart.* Incurrunt languidiùs præuisa. Idem Sen. *cap.* 11. *de tranq.* Quicquid in vllum incurrit, in te incurrere potest. ¶ Incurrens natalis Circensibus. Suet. *in Tib. c.* 26. ¶ Incurrere maleuolentiam, vel indignitatem alicuius, idem est quod subire, vel incidere in eius odium, vel indignationem. Lactantius, Aut oblitus esse propositi videar, aut loquacitatis crimen incurram. ¶ Aliquando significat incursiones facere, agrúmque hostilem populari. D. Brutus *Ciceroni*, Aut Apennino, Alpibúsque se teneat, & decursionibus per equites, quos habet multos vastet ea loca quæ incurrit.

Incursŭs, us, & incursio, excursio, impetus hostilis. {גדוד *ghedhûdh* פרץ *perêts.* [illegible]. GALL. *Course sur quelques vns.* ITAL. *Correria del soldato.* GERM. Ein anlauff/anrennung. HISP. *Corrida de soldados.* ANGL. *Such running against, inuasion.*} Col. Hosticis incursionibus vastatas fruges. Cæsar 5. *bell. Gall.* Quod à Pirustis finitimam partem prouinciæ Incursionibus vastari audiebant. Cic. *pro Cecinna*, Impetum armati Antiochi, cæterorúmque tela, & incursus refugit.

Incursim, antiquum aduerbium pro Celeriter. Cæcilius, Nullus sum, nisi meam rem iam omnem propero incursim perdere. Ex Nonio.

Incurso, as, are, frequentatiuum. Est currendo peto, currendo lædo. {[illegible]. GALL. *Courir sus, faire course.* ITAL. *Correre sopra alcuno.* GERM. Anrennen/mit lauffen anfallen. HISP. *Correr contra algo.* ANGL. *To runne of ten, to mak inrodes on enemeis.*} Plaut. *Aul. sc.* 4. *a.* 1. Asini me mordicibus scindant, boues incursent cornibus. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 1. Vbi viuos homines mortui incursant boues. Ouid. 2. *Metam.*

——atque sub arbore fixis,
Incursant stellis.

Tacit. *lib.* 19. Nutantem aciem victor equitatus incursat. Liu. *lib.* 6. *dec.* 4. Incursant in agmen Romanum. ¶ Incursare oculis, vel auribus. Quint. & Liu. *lib.* 4. *bell. Pun.* Incursatum agmen ab equitibus.

Incursans, antis, participium. [illegible]. Plin. *lib.* 11. *cap.* 37. Natura oculos composuit lubricos propter incursantia, & mobiles. ¶ Incursatus, Particip. pass. Liu. *lib.* 4. *bell. Pun.* Agménque Romanum impunè incursatum ab equitibus hostium fuerat, id est, incursione vexatum.

[Incursax, crebrò faciens incursiones. Sidon.]

Incursito, as, are, Diminutiuum frequentatiui. Senec. 2. *de Ira*, Multa caligine incursitantem, vastantem, fugantémque. *Ibid.* Properanti in multos incursitandum est. Idem *in Epist.* Tota vita incursitamus. Significat offensare, *heurter.*

Incūruĭcĕruĭcŭs, a, um, Vocabulum antiquum poëtica licentia à Pacuuio confictum, quemadmodum sunt & illa, Rudenti sibilus, cortinipotens, vestitrahus. Pacuuius, Incuruiceruicum pecus. Varr. *lib.* 4. *de ling. Lat.*

INCŪRVŬS, Valde curuus. {נשח *naschâch* נעוה *nahauéch.* [illegible]. GALL. *Courbé.* ITAL. *Torto grandemente.* GERM. Gantz krumb. HISP. *Encornado baziabaxo.* ANGL. *Verie crooked.*} Ter. *in Eunuch.* Continuò accurrit ad me, quàm longè quidem, incuruus, tremulus, labiis demissis. Plin. *lib.* 11. *c.* 52. Aristoteles longæ esse vitæ ponit incuruos humeris. Incurua carina. Ouid. 15. *Metam.* Cic. 1. *de Diuin.* Incuruum & leuiter à summo inflexum bacillum. Ouid. *Eleg.* 6. *lib.* 4. *Trist.*

Prabet & incuruo colla premenda iugo.

Incūruo, as, Incuruum facio. {השח *heschâch* כפף *chaphâph.* [illegible]. GALL. *Courber, faire courbé.* ITAL. *Torcere.* GERM. Krümmen/krumb machen. HISP. *Encornar otra cosa.* ANGL. *To crooke or bowe.*} Plin. *lib.* 16. *cap.* 42. Robur, olea, incuruantur, cedúntque ponderi. Cic. 2. *de fin.* Incuruatum bacillum. Virg. 5. *Æneid.*

Tum validis flexos incuruant viribus arcus.

Membra incuruata. Ouid. 6. *Met.* Senec. *cap.* 7. *de cons. ad Polyb.* Incuruari tibi non licet, vt nec Atlanti.

Incūruēsco, scis, Incuruus fio. {שח *schâch.* [illegible]. GALL. *Se courber & ployer.* ITAL. *Diuenir torto.* GERM. Krumb oder gebogen werden. HISP. *Encornarse.* ANGL. *To vaxe crooked.*} Cic. *lib.* 1. *Tusc.* Arbores frondescere, ramos baccarum vbertate incuruescere.

Incūs, udis, fœm. gen. ab [illegible]. Instrumentum ferreum est super quod fabri ferreum cudunt. {[illegible]. GALL. *Vn enclume.* ITAL. *Incude, incugine.* GERM. Ein amboß. HISP. *La yunque.* ANGL. *An anuill.*} Plin. *lib.* 33. *cap.* 4. Fit & cura electrum argento addito: quod si quintam portionem excessit, incudibus non resistit. Cic. 2. *de nat. deor.* Ex quo efficiuntur hæ rerum formæ atque figuræ, quas vos effici posse sine follicus & incudibus non putatis. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 2. Hic mihi incus est, procudam hinc multos dolos. Idem *in Amphitr.* Ita quasi incudem me miserum homines octo validi cædant, (propter duritiem tergi scilicet.) ¶ Reddere versus incudibus, per translationem pro emendare & expolire. Horat. *in Arte* vsurpauit,

Et malè tornatos incudi reddere versus.

Ouid. *Eleg.* 6. *lib.* 1.

Ablatum medys opus est incudibus illud.

¶ Incus maxima non metuit strepitus: [illegible]. Excelsus animus non commouetur minis, aut fortunæ sæuientis procellis. ¶ Eandem incudem assiduè tundere, dixit Cicer. *lib.* 2. *de Orat.* pro indefatigabili assiduitate in operis alicuius studio perseuerare.

INCVSO, as, mores, factúmve alicuius reprehendo, cum aliquo expostulo. {שטן *satán* הוכיח *hochiach.* [illegible]. GALL. *Accuser.* ITAL. *Accusare.* GERM. Anklagen/beschuldigen. HISP. *Quexarse de alguno accusando.* ANGL. *To accuse.*} Cæsar 1. *Comment.* Omnium ordinum adhibitis ad id consilium Centurionibus, vehementer eos incusauit. Nouè posuit Cornutus, pro enuntiare & aperire, Cùm, inquit, silentium se continere non posset (de consore autem Midæ regis loquitur) scrobem fecit, & ita quod viderat canna terræ incusauit, id est, enuntiauit & detexit.

Incūsātĭo, nis, Reprehensio, expostulatio. {שטנה *sitnah* תוכחה *tochecháh.* [illegible]. GALL. *Accusation, plainte, blasme.* ITAL. *Accusa.* GERM. Ein anklag/beschuldigung/beschelnung. HISP. *Quexamiento de alguno accusandolo.* ANGL. *Accusation, blame.*} Cic. 3. *de Orat.* Quorum partim habent vitiorum & peccatorum acrem quandam cum amplificatione incusationem, aut querelam.

Incusatiuus casus, pro accusatiuus, apud Diomedem sæpissimè, vt *Grammatices lib.* 1.

Incūsŭs, a, um, adiectiuum est à verbo incudo formatum, [illegible]. vt, incusus lapis, apud Virgilium 1. *Georg.*

——lapidémque reuertens
Incusum, aut atra massam picis vrbe reportat.

Quem locum exponens Seruius, Incusum (inquit) lapidem, id est, manualem molam, cudendo asperam.

Incūstōdītŭs, a, um, Non custoditus. {[illegible]. GALL. *Qui n'est point gardé.* ITAL. *Senza guardia.* GERM. Unuerwart/vnbehüt. HISP. *No guardado.* ANGL. *Not keeped.*} Ouid. *lib.* 2. *Metam.*

Incustodita Pylios memorantur in agros
Processisse boues.

Idem *Eleg.* 10. *lib.* 3. *Trist.*

Incustodita diripiuntur opes.

Idem 1. *Trist. Eleg.* 5.

Vtque rapax stimulante fame, cupidúsque cruoris,
Incustoditum captat ouile lupus.

Mart. *lib.* 1.

Incustoditis & apertis Lesbia semper
Liminibus peccas.

INCŬTĬO, is, cussi, cussum, ex In, & quatio, q in c, & a in u, mutatis, Ictum infero, impingo, infligo. {הכבח *hichchâh.* ἐμπαίω, ἐμφέρω, ἐντείνω. GALL. *Ietter contre, ruer & frapper impetueusement.* ITAL. *Scuotere, squassare.* GERM. Einschlagen/schlagen. HISP. *Sacudir contra otra cosa.* ANGL. *To strike or dash in or against.* } vt, Incutere scipionem eburneum in caput alterius, apud Liu. 5. *ab Vrbe,* Incutere colaphum. Iuuen. *Satyr.* 9.

Nos colaphum incutimus, lambenti crustula seruo.

¶ Per translationem sumitur pro immittere. ἐμβάλλειν. Virg. 1. *Æneid.*

Incute vim ventis.

Cic. *de Vniuers.* Rursúsque emersi errorem incutiant rationis expertibus. Incutere metum, terrorem hostibus, apud Liuium. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 4. Palla pallorem incutit. Ouid. *Eleg.* 10. *lib.* 1. *Trist.*

——*Se rigidas incutiente minas.*

¶ Item, Incutere fœdum nuntium, Liu. *lib.* 2. *ab Vrb.*

Incūssus, participium, siue nomen ex participio. {מכבח *muchchéh.* ἐμβληθεὶς, συντεθλασμένος. ANGL. *Dashed, bruised.* } Plin. *lib.* 22. *cap.* 14. Medetur cum mica salis, contusis, incussisque inustis & strumis.

Incussus, us, {ἄρσις, ἐμβολή. ANGL. *A dashinhing, or brusing.* } Cornelius Tacitus *lib.* 20. Scandebant iam quidem cum gladiis & armorum incussu præcipitati sudibus & pilis obruuntur.

INDĀGO, as, ab endo & ago, seu in & ago. Propriè venatorum verbum est, idem significans quod feras inuestigo. {דרש *darasch* חקר *chakar.* ἰχνεύω, ἐξιχνεύω, ἀνιχνεύω, ἐρευνάω, ἀνιχνιάζω. GALL. *Cercher, à la trace, cercher diligemment, s'enquerir.* ITAL. *Inuestigare, cercare.* GERM. Dem gespôr nach suchen/erforschen. HISP. *Buscar por el rastro ò pisadas.* ANGL. *To search, to trace.* } Cic. 2. *de fin.* Canis natus ad indagandum. ¶ Per translationem accipitur pro quouis modo inquirere, vel perscrutari, ἀνερευνάζειν. Cic. *in Orator.* Aut reprehendet quòd inusitatas vias indagemus, tritas relinquamus. Idem 5. *de finibus,* Consideratio, cognitióve rerum cælestium, & earum quas à natura occultas & latentes indagare ratio potest, &c.

Indāgātio, Inquisitio, perscrutatio. {חקר *chekér.* ἀνερεύνησις. GALL. *Cerchement, enqueste, inquisition.* ITAL. *Lo inuestigar.* GERM. Erforschung/nachsuchung. HISP. *Buscamiento.* ANGL. *Diligent searching.* } Cic. 1. *Offic.* Inest indagatio & inuentio veri, eiúsque virtutis munus est proprium.

Indāgator, is, Venator, inquisitor. {חקר *chokér.* ἰχνευτὴς. GALL. *Cercheur, enquesteur.* ITAL. *Inuestigatore, cercatore.* GERM. Ein nachsucher. HISP. *El que busca assi.* ANGL. *A searcher.* Col. *lib.* 9. *cap.* 8. Sed indagatorem conueniet matutina tempora vestigandi eligere. Indagator aquarum. Idem *lib.* 2. *cap.* 2.

Indāgātrix, icis, {חקרת *chokeréth.* ἰχνεύτρια, ἐξεταστική. GALL. *Cercheresse.* ITAL. *Inuestigatrice.* GERM. Ein sucherin. HISP. *La que busca assi.* ANGL. *She that searcheth.* } Cic. 5. *Tusc.* vitæ philosophia dux, virtutũ indagatrix, expultrixque vitiorum.

Indāgāntĕr, aduerbium. {ἰχνευτικῶς. GALL. *En suiuant la trace.* ITAL. *Seguendo la tracia.* GERM. Mit nachsuchen vnd erforschen. HISP. *Rastreando.* ANGL. *Following the trace.* } Col. *lib.* 5. *cap.* 1. Boni venatoris est indaganter quàm plurimas feras capere.

Indāgo, inis, Series plagarum, quibus saltus, stabuláque ferarum cinguntur à venatoribus. {רשת *resch* *beth.* σαγήνη, περιστοιχισμός. GALL. *Toiles ou panneaux, tente de filets tout autour.* ITAL. *Rete da pigliare le bestie saluatiche.* GERM. Garn/so die jäger außspannen das gewild in die selbigen zuhetzen. HISP. *La red para tomar bestias.* ANGL. *Nettes where with woodes ar enuironned to tak wild bestes.* } Virg. 4. *Æneid.*

——*saltúsque indagine cingunt.*

Luc. *lib.* 7.

——*saltus, nemorosáque tesqua,*
Et syluas, vastáque feras indagine claudit.

Hic (inquit Budæus) Lucanus per metaphoram indaginem vocauit, fossam & turrium munitarum seriem. Cæs. 8. *bell. Gall.* Syluis vndique impeditissimis, aut altissimo flumine, vel indagine munitum. ¶ Per translationem accipitur pro captionibus, quas quis non facilè queat effugere. Tacit. *lib.* 5. *Annalium,* Romæ testamenta & orbos velut eius indagine capi, id est, captorem esse arborum, ita vt nullus captiones eius euadat. ¶ Item pro quauis indagatione, seu inquisitione vsurpatur. {חקר *chekér.* GALL. *Cerchement, enqueste.* ITAL. *Lo inuestigare.* GERM. Erforschung/nachsuchung. HISP. *El buscamiento.* ANGL. *A diligent search.* } Plin. *lib.* 7. *cap.* 49. In qua sententia fuisse Aristotelem video, & ex multis persuasisse doctrinæ indaginibus. ¶ Indagines cupediarum. Gell. *cap.* 16. *lib.* 17.

Indara, Ἴνδαρα. Sicanorum ciuitas. Steph.

Inde, ab ἔνθεν, aduerbium est, importans motum de loco, idem significans quod ex eo loco. {משם *mischchâm.* ἐκεῖθεν. GALL. *De là, de ce lieu là.* ITAL. *Indi.* GERM. Von dannen/dannenher. HISP. *Dende ò desde alli adelante.* ANGL. *Out of that place.* } Plaut. *Mostell. sc.* 2. *a.* 1. Illic vbi fui, inde effugi foras. Idem *Milit. sc.* 6. *a.* 2 Hoc oppidum. Idem *Aulul. sc.* 6. *a.* 4. Inde, ex eo loco video recipere senem. Sic Cic. *pro Marc.* Inde ibi. Ouid. 3. *Fast.*

Stant calices, minor inde fabas, olus alter habebat. (i. ex iis.)

Plaut. *Aulul. sc.* 6. *a.* 4. Nec partem inde posces. (i. ex auro.) Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 2. Videre inde esse. i. à milite (*de sa part.*) Liuius *lib.* 1. *ab Vrbe,* Primò in Macedoniam venisse, dein Siciliam quærentem sedes, delatum. Idem, Omnis te exempli documenta in illustri posita monumento intueri: inde tibi tuæque Reipublicæ quod imitere, capias. ¶ Aliquando dicitur de tempore, & ponitur pro deinde. ἐκεῖθεν. {ANGL. *Frome thence forth.* } Idem *lib.* 1. *ab Vrbe,* Crimini maximè dabant, in Numitoris agros ab his impetum fieri, inde eos collecta iuuenum manu hostilem in modum prædas agere. Plaut. *Capt. sc.* 4. *a.* 1. Iam inde à puero amicus fuit. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 4. Iam inde à consilio probus. ¶ Inde loci, pro eo loco, eo tempore. Glossæ. ¶ Hinc fiunt composita, Deinde, exinde, perinde, & proinde, quæ habent accentum in antepenultima.

INDĒBĬTVS, a, um, Non debitus. {οὐκ ὀφειλόμενος. GALL. *Indeu, qui n'est pas deu.* ITAL. *Non deuuto.* GERM. Das nicht schuldig ist. HISP. *Cosa no deuida.* ANGL. *That is not due.* } vt, Fletus indebitus. Senec. *Herc. Œtæ,*
— indebitos nato quidem Compesce fletus mater Alcidæ inclyti.
Ouid. *Epist.* 15.

Præmia magna quidem, sed non indebita posco.

Indēbĭtē, indebitò, aduerb. Paul. *lib.* 22. *tit.* 3. *l.* 25. Si autem cautio indebitè exposita esse dicatur.

INDĔCĒNS, tis, omn. gener. Non decens, turpis, præter decorum deformis. {שעור *schohér.* ἀπρεπής, αἰσχρὸς, ἀσχήμων. GALL. *Messeant.* ITAL. *Non conueneuole, disconcio, bruto.* GERM. Vngebürend/vngezimmend. HISP. *Cosa fea y sin gracia.* ANGL. *Vncomelie, indecent.* } Mart. *lib.* 5.

——*Oculóque ludas spectat indecens vno.*

Senec. *de benef. lib.* 1. *cap.* 9. Indecentissimum sponsaliorum genus est adulterium.

Indĕcēntĕr, aduerb. {ἀπρεπῶς. GALL. *Mal conuenemment, par messeance.* ITAL. *Sconueneuolente.* GERM. Vngebürlich/vnfletigtlich. HISP. *Feamente y desgraciadamente.* ANGL. *Vncomelie.* } Plaut. *Merc.* Nec tolerant, vt æquum patres: sed clamant, indecenter obstrepunt. Mart. *lib.* 12.

Quàm sit lusca Philenis indecenter.

Indĕcĕt, verbum est in tertiis duntaxat personis vsitatum, idem significat quod dedecet, siue indecorum est, & inconueniens. {ἀπρεπές ἐστι. GALL. *Il messied, & n'est pas conuenable.* ITAL. *Non conuiene.* GERM. Es gezimpt oder gebürt sich nicht. HISP. *No conuiene.* ANGL. *It becometh not.* } Plin. iunior *in Epist.* Iuuenes adhuc confusa quædam & quasi turbata non indecent, senibus placida omnia, & ordinata conueniunt. ¶ Indecere pro decere. Gell. *cap.* 12. *lib.* 7. vbi tamen quidam libri habent *indecorem.* Vide *Indecor,* infrà.

INDĔCLĪNĀBĬLĬS, e, quod declinari, vitari & flecti non potest. {ἀπαράτρεπτος. GALL. *Qu'on ne peut euiter, qui ne varie point, qui n'est point muable.* ITAL. *Che non si può schifare.* GERM. Das sich nicht abwenden oder entfliehen läßt. HISP. *Cosa que no se puede apartar, ò esquiuar.* ANGL. *That can no be eshaped.* } Gell. *lib.* 6. *cap.* 2. Fatum est sempiterna quædam & indeclinabilis series rerum. ¶ Animus indeclinabilis, pro constanti, & qui nunquam variat, apud Senecam *epist.* 67.

Indēclīnātŭs, a, um. idem quod indeclinabilis, quod declinari & euitari non potest. Ouid. 4. *de Pont.*

Hæc tibi, qui perstas indeclinatus amice,
Non est quòd lingua dicta tremente putes.

Idem *Eleg.* 5. *lib.* 4. *Trist.*

Téque, quod est rarum, præsta constanter ad omne
Indeclinatæ munus amicitiæ.

INDĔCŎR, is, Indecorus. {שעור *schohér.* ἀσχήμων, ἀπρεπής. GALL. *Messeand, laid, deshonneste.* ITAL. *Dishonorato, biasimato.* GERM. Vngestalt/vngeschaffen/heßlich. HISP. *Deshonrado.* ANGL. *Vnsemely, vnconuenient, vnhonest.* } Seruius putat compositum esse à nomine decor, & penultimam obliquorum naturaliter produci, quamuis à Virgilio aliquot in locis corripiatur, vt *lib.* 7.

Non erimus regno indecores.

Idem *lib.* 12.

Sunt alia innuptæ Latio & Laurentibus agri.
Nec genus indecores.

vbi idem ait, Aut Systole est, aut certè dicimus nominatiuum non inueniri, vt in multis nominibus fit. Nonius ostendit apud antiquos fuisse in vsu nominatiuum indecoris, & hoc indecore, citans illud Accij ex Athamante, Cuius sit vita indecoris, mortem fugere turpem haud conuenit. Hodie tamen nominatiuus non est in vsu, siue ille fuerit indecor, siue indecoris. Vtcunque est, penultima obliquorum semper corripitur. Quare magis videri debet compositum à decus, quàm à decor: sicut à corpus fiunt composita bicorpor & tricorpor: aut certè bicorporis, & tricorporis. Qui quidem nominatiui etiamsi non sint in vsu, frequenter tamen vtimur eorum obliquis. ¶ Indecorem vestem, pro decoram, siue decentem dixit Gell. *c.* 12. *lib.* 7. Fœminísque solis, inquit, vestem longè latéque diffusam indecorem existimauerunt (Romani) ad vlnas cruráque aduersus oculos protegenda. Ita habent emendatiores Codices, licet Ioan. Passer. citans hunc locum, ibi dicat, Indecere, scriptum esse, pro decere, quod eódem redit.

Indĕcōrŭs, a, um, & Indecoris, e, Turpe,)(decorus. {שעור *schohér* רע *rah.* ἀπρεπής. GALL. *Deshonneste, vilain, laid, messeand.* ITAL. *Inconueniente, bruto.* GERM. Vngestalt/vnzimmlich/heßlich. HISP. *Turpe, indecente.* ANGL. *Filthie, vnsemelie, vncomelie.* } vt, Indecora lasciua ludere. Plin. *lib.* 18. *cap.* 34. Cicer. 1. *Offic.* Et iusta omnia decora sunt: iniusta contrà, vt turpia, sic indecora, Indecorus quæstus, Liu. 1. *bell.* Indecorus visus, Plin. *lib.* 31. *cap.* 12.

Indĕcōrē, aduerb. indecenter, turpiter. {ἀπρεπῶς. GALL. *Deshonnestement, vilainement.* ITAL. *Dishonestamente, brutamente.* GERM. Vngeschaffenlich/heßlich. HISP. *Feamente y deshonestamente.* ANGL. *with dishonestie, after an vncomely sort.* } Cicer. 1. *Offic.* Cauétque nequid indecorè, effœminatéve, aut faciat, aut cogitet. *Ibidem,* Et ea, si non decorè, aut quàm minimè decorè facere possimus. Dicitur etiam Indecorabiliter, vt annotauit Sosipater ex Accio in Bacchis. Indecorabiliter alienos alunt.

Indefatigabilis, Qui defatigari non potest. Senec. *lib.* 2. *de Ira,* Alius contentus breui somno, vigiliam indefatigabilem extendit.

‖Indefectus, a, um, qui non deficit, ἀνέκλειπτος. Apul. de deo Socratis: Viuacitas æterna & indefecta.‖

Indēfēnsŭs, Non defensus, defensore patronóve destitutus. {ἀπροστάτευτος, ἀναπολόγητος. GALL. *Qui n'est point defendu.* ITAL. *Non diffeso.* GERM. Vnbeschirmt. HISP. *No defendido.* ANGL. *Vndefended.* } Liu. *lib.* 4. Suos increpans clara voce, Hic præbituri (inquit) vos telis hostium estis indefensi, inulti? id est, sine defensione, sine vindicta. Plin. *lib.* 18. *cap.* 7. Indefensa quippe membranis continentur.

INDĒFĔSSVS, a, um, Non fatigatus. {ἀκάματος. GALL. *Qui ne se lasse point.* ITAL. *No stracco.* GERM. Das nicht ermüdt wirt. HISP. *No cansado.* ANGL. *Vnwearied, not tyred.* } Ouid. 9. *Metam.*

———defessa iubendo est
Saua Iunu coniux: ego sum indefessus agendo.

Indefessè, aduerbium. Spartianus *in Vero*: Indefessè atque inhumaniter facies cursitare.

Indeficiens, tis, Tibull. *lib.*4.
Horrea fœcundas indeficientia messis.

INDEFINITVS, nullis terminis circumscriptus. {ἀπεριόριστος. GALL. *Obscur & intrinqué.* ITAL. *Indeterminato, oscuro, intricato.* GERM. Das unbestimmt oder unaußgezehlt ist. Item, Dunctel. HISP. *Cosa no determinada, y escura.* ANGL. *Obscuro, intricate.*} Vnde Grammatici indefinitè signum esse positum affirmant, quando nec relatiuè, nec interrogatiuè positum est. Significat etiam obscurum & perplexum. Colum. *lib.*6. *cap.*4. Indefinitus inexplicabilisque sermo fiet.

Indefinitè, ἀορίστως. Gell. *lib.*2. *cap.* 24. Promiscuè atque indefinitè largita est.

Indefletus, a, um, Non defletus. {ἄκλαυτος. GALL. *Qui n'a point esté pleuré.* ITAL. *Non pianto.* GERM. Unbeweynt. HISP. *No llorado.* ANGL. *That is not lamented for.*} Ouid. *lib.*7. *Metam.*
Qui lacrymens desunt, indefletaque vagantur
Natorum, matrúmque animæ, iuuenúmque, senúmque.

Indeflexus, a, um, Non inclinatus. {ἀκαμπής, ἀκλινής. GALL. *Qui n'a point esté ployé.* ITAL. *Non piegato.* GERM. Ungebogen. HISP. *Cosa que no se tuerce ò pliega.* ANGL. *That is not bowed.*} Plin. *in Paneg.* Iam firmitas, iam proceritas corporis, iam honor capitis, & dignitas oris: ad hoc ætatis indeflexa maturitas.

Indeiectus, a, um, Non deiectus, apud Ouid. 1. *Metam.*
Si qua domus mansit potuitque resistere tanto
Indeiecta malo.

Indelassatus, indefessus, ἀκάματος Manilius, Indelassato properantia corda vigore.

Indelebilis, e, Quod deleri non potest. {ἀνεξάλειπτος. GALL. *Qu'on ne sçauroit effacer ou abolir.* ITAL. *Che non si può distruggere, sempiterno, perpetuo.* GERM. Das sich nicht durchthun oder außtilgen läßt. HISP. *Cosa que no se puede raer ò quitar.* ANGL. *That can not be put out or away.*} Ouid. *lib.*15. *Metam.*
———*noménque erit indelebile nostrum.*

Indelibatus, a, um, Illibatus, intactus. {ὁ καὶ ἡ ἀκέραιος. GALL. *Entier, qui n'est encore entamé.* ITAL. *Non contaminato, intiero.* GERM. Unberürt. HISP. *Entero, no tocado.* ANGL. *Vntouched, untasted, whole.*} Ouid. 1. *Trist. Eleg.*4.
Dum iuuat, & vultu ridet fortuna sereno,
Indelibatas cuncta sequuntur opes.

INDEMNATVS, a, um, Non condemnatus. {ἀκατάκριτος, ἀκαταψήφιστος. GALL. *Qui n'a point esté condamné.* ITAL. *Non condemnato.* GERM. Unverdampt. HISP. *No condenado.* ANGL. *Not condemned.*} Plaut. *in Curcul. sc.* 3. *a.* 5. — proh Deûm atque hominum fidem! Hoccine pacto indemnatum, atque intestatum me abripi? Idem *Capt. sc.*2. *act.*4. Quæ pendent indemnatæ (pœnæ) auxilium feram. Cicer. *pro lege Agraria*, L. Sylla, quum bona indemnatorum ciuium funesta illa auctione sua venderet.

Indemnis, e, Nullo affectus damno, nullum passus detrimentum. {ἀβλαβής, ἀζήμιος. GALL. *Exempt de dommage.* ITAL. *Senza danno.* GERM. Das kein schaden erleidt. HISP. *Sin daño.* ANGL. *without damage, harmelesse.*}

Indemnitas, atis, Fuga, vel vitatio damni. {τὸ ἀζήμιον, ζημίας ἀποφυγή. GALL. *Exemption de dommage, desdommagement.* ITAL. *Lo schiffare il danno.* GERM. Vermeidung schadens oder nachtheils. HISP. *Esquinez de daño.* ANGL. *Eshaping of losse or damage.*} Papin. *in l. fideiussor. ff. de neg. gest.* Fideiussor imperitia lapsus, alterius quoque contractus, qui personam eius non contingebat, pignora, vel hypothecas suscepit, & vtranque pecuniam creditori soluit: existimans indemnitati suæ confusis prædiis consuli posse.

[Indemonstrabilis, e, ἀναπόδεικτος, quod nequit demonstrari. Apul. περὶ ἑρμ.]

Indepisci, assequi, consequi. Plaut.

Indeploratus, a, um, Indefletus. {ἄκλαυστος. GALL. *Qui n'a point esté pleuré.* ITAL. *Non pianto.* GERM. Unbeweynt. HISP. *No llorado.* ANGL. *Not wayled for.*} Ouid. 3. *Trist. Eleg.*3.
Sed sine funeribus caput hoc, sine honore sepulchri,
Indeploratum barbara terra teget.

Indepraeuatus, Incorruptus, non deprauatus. {ὁ καὶ ἡ ἀδιάφθορος, ὁ καὶ ἡ ἀδιάστροφος. GALL. *Qui n'est point deprané ne gasté.* ITAL. *Non guasto, non corrotto.* GERM. Unverbösert, unverderbt. HISP. *No gastado ò corrompido.* ANGL. *Not depriued or made ill.*} Senec. *epist.*77. Si vita indeprauata virtus est, & sui iuris permanet, solum bonum est virtus.

Indeprecabilis, quod nullis precibus potest auerti. {ἀπαραίτητος. ANGL. *That wil no be forgiuen.*} Gell. *cap.* 13. *lib.* 1. Et pœna indeprecabilis subeunda esset.

Indeprehensibilis, qui deprehendi non potest. Quint. *decl.*4. Nec per varias ambages, indeprehensibilem sparsit errorem. Idem *decl.*8. Inenarrabile, indeprehensibiléque est.

[Indepsere, acquirere, inuadere. Vnde
Indeptus, acquisitus, ab *indipiscor.*]

Indesertus, a, um, quod nunquam deseritur. {ὁ μόνιμος ἐγκαταλειπόμενος. GALL. *Non delaissé, qu'on ne delaisse iamais.* ITAL. *Che mai non si abbandona.* GERM. Unverlassen. HISP. *No desierto ni desemparado.* ANGL. *That is neuer left or forsaken.*} Ouid. 2. *de Amor. Eleg.*9.
Si tamen exaudis pulchra cum matre cupido,
Indeserta meo pectore regna gere.

Indeses, Impiger, qui deses non est. {זריז *scharédh.* ἄοκνος. GALL. *Qui n'est point paresseux, ne oisif.* ITAL. *Non pigro.* GERM. Nicht trág oder faulkeitig. HISP. *No perezoso, ni floxo.* ANGL. *Quick, nothing idle.*} Gell. *lib.*7. *cap.*22. Id profectò existimandum est, non omnino inculpatum, neque indesidem visum esse, cuius corpus in tam modicum modum luxuriasset exuberasseque.

[INDESINENS, ἄληκτος, i.e. non desinens. Gloss.]

Indesinenter, aduerb. Sine intermissione, semper & continuè. {ἀπαύστως, ἀδιαλείπτως, ἀκαταπαύστως. GALL. *Tousiours, sans cesse.* ITAL. *Continuamente.* GERM. Ohn underlaß, ohne auffhören. HISP. *Siempre y de continuo.* ANGL. *Alwayes, without ceasing.*} Varr. 2. *de re rust. cap.*9. Et si alter indesinenter æger est, ne sine cane grex sit.

Indetonsus, a, um, Non tonsus. {ἄκουρος, ἄκαρτος. GALL. *Qui n'est point tondu.* ITAL. *Non tosato.* GERM. Unbeschoren. HISP. *No trasquilado.* ANGL. *Vnshorne, notpolled.*} Ouid. 4. *Metam.*
Additur his Nyseus, indetonsúsque Thyoneus.

Index, icis, vide *Indico.*

India, {הדו *hodhú. ivdu.*} Regio Orientalis, Asiæ terminus, quæ tam vasta perhibetur, vt eam tradant esse tertiam partem omnium terrarum. Pomponius scribit tantum spatium litoris eam occupare, quantum per sexaginta dies noctésque velificantibus cursus est. Tradunt in ea fuisse quinque millia oppidorum, quorum nullum comminus fuerit. Nomen habet ab Indo flumine, in quem ab Occidentali plaga desinit, qui solus præter Nilum crocodilos creat. A Septentrione Tauri iugis. Ab ortu Eoo pelago, à Meridie suo, hoc est, Indico clauditur. Gemmis abundat, capricanes & elephantos procreat. Arbores habet semper frondentes, tellus bis fruges in anno ad maturitatem perducit. Piper, calamum aromaticum, & cinnama ad nos mittit. Indi propè gentium soli nunquam emigrauere finibus suis. Illic binæ æstates, lenes auræ, temperies cæli, vbertas soli, aquarum abundantia: quæ omnia faciunt, vt maiora in India, quàm in cæteris regionibus nascantur animalia. Plaut. *Curc. sc.*2. *a.*3. Venimus in Cariam ex India. Idem *Mil. sc.*1. *a.*1. Elephanto in India perfregisti brachium. ¶ Ab India sunt adiectiua, Indus, ἰνδός, & Indicus. ἰνδικός. Ouid. *Eleg.*6. *lib.*4. *Trist.*
Inda bellua sui magistri iussis obtemperat.

[Indicum, est species floridi coloris.

Indicatio, Indicatura, Indicium, vide *Indico.*

INDICO, as, are, Manifesto, palàm facio, enuntio, detego, demonstro. {חוה *chavvah* הודיע *hodhiah* גלה *ghalah* הגיד *higghidh.* ἐμφανίζω, δηλόω. GALL. *Monstrer, bailler à cognoistre.* ITAL. *Manifestare, palesare.* GERM. Anzeygen, zu wissen thun. HISP. *Demonstrar y descubrir lo secreto.* ANGL. *To shew, to tell and declaire.*} Plaut. *in Asin.* egone hæc patiar, aut taceam? Emori me malim quàm hæc eius vxori non indicem. Lactant. *lib.*7. Ipsa ego virtutis perpetuitas indicat humanum animum, si virtutem ceperit permanere: quia & virtus perpetua est, & solus humanus animus virtutem capit. Plaut. *Men. sc.*3. *a.*5. Oro ne me indicetis qua platea aufugerim. Idem *Aul. sc.*2. *a.*4. Caue indicassis mecum istic esse aurum fides. *Ibid. Prolog.* Nunquam indicare id filio voluit suo. Paulò pòst, commonstrare. (de Thesauro.) Idem *Asin. sc.*2. *a.*4. Emori malim, quàm hæc non eius vxori indicem. Idem *Aul. sc.*6. *a.*4. Eum, qui abstulerit, si scies, mihi indicabis. ¶ Aliquando ponitur pro defero, accuso, ἐνδεικνύμι. Vnde Vlpianus *in l. indicasse. ff. de verb. signif.* Indicasse, inquit, reum, est detulisse, arguisse, accusasse, conuicisse. Sed hæ significationes in idem recidunt. ¶ Aliquando negotiationis verbum est & rebus venalibus accommodum, quod in mercibus distrahendis vsurpatur, quando ille cuius est merx pretium statuit rei quam venundat: est enim indicare venditoris: sicut liceri emptoris. τιμάω. Plaut. *Persa.* Indica, fac pretium. D. tua merx est, tua indicatio est. Idem *in Milite*, Venio ad macellum, rogito pisces, indicans caros. Apul. *lib.*1. Et percontato pretio, quod centum nummis indicaret, aspernatus, centum viginti denariis præstinaui. ¶ Indicare, inquit Nonius, aliquando promittere est: in qua significatione Cic. posuisse scribit 3. *Offic.* Scæuola Publij filius, quum postulasset vt sibi fundus, cuius emptor esset, semel indicaretur.

Indicatus, a, um, participium. {יקר *joker* מוקר *mukár.* τιμηθείς, τιμητεύθείς. GALL. *Mis à pris.* ITAL. *Posto à prezzo.* GERM. Geschetzt, angeschlagen. HISP. *Puesto à pretio.* ANGL. *Sett to a prise.*} Plin. *lib.*28. *c.*13. Eadem ex causa emi lienem vituli, quanti indicatus sit.

Index, generis communis, qui, vel quæ rem secretam sibi notam enunciat, quique indicium facit. {מודיע *modhiah* מגיד *magghidh.* μηνυτής, μηνύτρια. GALL. *Monstreur, ou monstré.* ITAL. *Manifestatore, dimostratore.* GERM. Ein zeyger, oder anzeyger. HISP. *Descubrider del secreto.* ANGL. *An appeacher or vtterer.*} Asconius scribit esse, qui facinoris cuius ipse est conscius, latebras indicat, impunitate proposita. Ouid. 13. *Metam.*
An quòd ad arma prior nulloque sub indice veni. Mox:
———*Timidi commenta retegit*
Naupliades animi.
Salust. *in Catil.* Plerique Crasso ex negotiis priuatis obnoxij, conclamabant indicem falsum esse. Cicer. 7. *Verrina*, Cuius rei neque index, neque vestigium aliquod, neque suspicio cuiquam est. Plin. *lib.*8. *c.*16. Leonum animi index cauda, sicut & equorum aures. Cicer. *de Oratore*, Imago animi vultus est, indices oculi. ¶ Est præterea index in libris, quo eorum indicantur argumenta. Idem 2. *de Orator.* In philosophos vestros siquando incido, deceptus indicibus librorum qui sunt fere inscripti de rebus notis, verbum prorsus nullum intelligo. Idem *lib.*4. *ad Attic.* Illisque impetres, vt sumant membranulam ex qua indices fiant, quos vos Græci, vt opinor, σιττύβας appellatis. Gell. *lib.*10. *cap.*11. Neque item desunt qui indices libris suis fecerunt. Senec. *Epist.* 39. Index Philosophorum. (de libro.) Et Suet. *in Aug. cap.*101. Indicem rerum gestarum. (de volumine.) Idem *in Calig. cap.* 49. Index & titulus libri. ¶ Index item aliquando idem significat quod vulgò appellant titulum. Tibull. *lib.*4.
Nec quæris quid quaque index sub imagine dicat.
Mox, Titulus. Et Senec. *cap.*9 *de tranquill.* Indices bibliothecæ & librorum. ¶ Hinc prouerbium, Per indicem aliquid tangere & exponere, pro summatim, strictim, obiter. Iustinianus *in Instit.* Vt vobis, inquit, possibile sit summo digito & quasi per indicem ea tetigisse. Asconius *in Verr.* 3. Quò quum esset ventum, antequam causa ageretur, quasi per indicem rem exponebant. ¶ Index item dicitur digitus pollici proximus, propterea quòd indicanda re quapiam eo vti solcamus. λιχανός. Lapis quoque quo auri bonitatem exploramus, à Latinis index appellatur. Ouid. 2. *Metam.*
———*periuraque pectora vertit*
In durum silicem, qui nunc quoque dicitur index.

[Indiculus, paruus index. Item epistola absque sigillo. Marcell.]

Indicium, ij, Propriè est delatio detectióque rei, siue criminis facta à quopiam

quopiam qui eius conscius. {ערוה *ervah*. μήνυσις, μήνυτρον. GALL. *Indice, enseigne, monstre, signe.* ITAL. *Indicio, segno.* GERM. Ein anzeygung oder entdeckung eines lasters. HISP. *Demonstracion, descubrimiento de las cosas.* ANGL. *A marke, a signe or token.*} Plaut. *Aul.sc.4.a.1.* Anus huic indicium fecit de auro. Idem *Mil.sc.3.a.2.* Si indicium facio, interij, si taceo, interij tamen. Idem *Capt.sc.4.a.5.* Illic indicium fecit (te esse gnatum suum.) Ouid. *Eleg.1.lib.2.Trist.*

Vnde nisi indicio magni sciremus Homeri

Hospitio igne duas incaluisse deas.

Item, Coruus qui indicium fecit. (i. præsignificauit futurum.) Plaut. *Aulul.sc.3.act.4.* Salustius *in Catill.* Itaque consulente Cicerone frequens Senatus decreuit indicium falsum videri. ¶ Accipitur item indicium pro signo, argumento, vestigio siue nota alicuius rei. γνώρισμα. Idem *post reditum.* Specimen hoc virtutis, hoc indicium animi sui fore non putauit. Idem *pro Cluentio*, Omnia quæ solent esse indicia & vestigia veneni in illius mortuæ corpore reperta sunt. ¶ Indicium profiteri, i. polliceri se crimen indicaturum. Salust. *in bello Iugurth.81.*

Indiculum, ἐνδεικτικόν. Onomast. Est paruum indicium apud Augustinum.

Indĭcīnă, æ, Indicium, qua voce vsus est Apuleius. μήνυτρα. Indicinæ, inquit, præmium occupasse.

Indĭcātĭo, nis, Æstimatio alicuius rei, & pretij constitutio. {τίμησις. GAL. *Pris, prisee.* ITAL. *La stima del pretio di qualche cosa.* GERM. Anschlagung oder schätzung was ein ding wert seye. HISP. *Obra de estimar ò apreciar.* ANGL. *A prysing or setting to a price.*} Plin. *lib.22.cap.24.* Mellis causas atque differentias, nationésque & indicationem, in apium ac deinde florum natura diximus. Plaut. *in Persa*, Tua merx est, tua indicatio. ¶ Indicatio etiam verbosa illa ac propemodum scurrilis venalium rerum commendatio, qua venalitiarij venditorésque vti solent vt emptores alliciant. Vlpian. *D.lib.19.tit.1.l.13.* Quid tamen si ignorauerit quidem furem esse, asseuerauit autem bonæ frugi & fidum vt caré venderet? Qui scit, præmonere debuit furem esse: Hic non debuit facilis esse ad temerariam indicationem.

Indĭcātīuus, a, um, dicitur id quo aliquid indicatur. ὁριστικός, ἀποφαντικός. Vnde Indicatiuus modus dictus est, quia eo præsentem actum indicamus.

Indĭcātūră, æ, Æstimatio. {τίμησις. GALL. *Pris ou prisee.* ITAL. *Prezzo, estimatione.* GERM. Schätzung/anschlagung. HISP. *Apreciadura.* ANGL. *The price or prising.*} Plin. *in proœm.* Nec fiducia operis est hæc, sed indicatura.

Indĭctŭs, pro eo qui dici nequit. ἀνώνυμος. Apuleius *in lib.de dogmate Platon.* Deum Plato pronunciat cælestem, indictum, innominabilem, vt ait ipse ἄρρητον, ἀνώνυμον καὶ ἄφραστον.

ĪNDĪCO, is, Denuntio, significo. {הגיד *highghid* צוה *etsivváh* קרא *kará*. καταγγέλλειν, ἐπαγγέλλειν. GALL. *Denoncer, signifier.* ITAL. *Denuntiare.* GERM. Ansagen verkündigen. HISP. *Denunciar.* ANGL. *To denonce, to proclayme.* quamuis inter se differant, quòd maiorem vim habeat indicere quàm denuntiare. Nam denuntiare propriè est significare. Cic. *pro Planc.* Denuntiasti homo adolescens quid de Republ. sentires. Indicere verò est solenniter & quadam cum autoritate significare. Quod idem *lib.1. Offic.* apertè docuit, qui vtrunque verbum coniunxit, Ac belli quidem, inquiens, æquitas feciali populi Romani iure præscripta est. Ex quo intelligi potest, nullum bellum esse iustum, nisi quod aut rebus repetitis geratur, aut denuntiatum antè sit & indictum. In his verbis duo genera belli gerendi fuisse significat. Primum rebus repetitis: quæ si negabantur, vbi & bellum cum illis gestum esset, iustum habebatur. Alterum honestius iustiúsque erat, quod repetitis rebus, nisi redditæ essent, maturo decernebatur consilio. Tum ad fines hostium denunciatis belli suscipiendi causis, bellum indicebatur. Sed quo pacto indiceretur, Liu. *lib.1. declarat.* Quandocunque, inquit, pars maior eorum qui aderant, in eandem sententiam ibat, bellum erat consensu fieri solitum, vt fecialis ferratam hastam, aut sanguineam præustam ad fines eorum ferret, & non minus tribus puberibus præsentibus diceret, Quod populi priscorum Latinorum, hominésque prisci Latini aduersus populum Romanum Quiritium fecerunt, deliquerunt, quod populus Romanus Quiritium bellum cum priscis Latinis iussit esse: Senatúsve populi Romani Quiritium censuit, consensit, consciuit, vt bellum cum priscis Latinis fieret: ob eam rem ego, populúsque Romanus, populo priscorum Latinorum, hominibúsque priscis Latinis bellum indico facióque. Id vbi dixisset, hastam in fines eorum emittebat. ¶ Voluptatibus bellum indicere per translationem dicimus, cum voluptate pugnare libidinéque, & frænum illi inicere. Cicer. *de senect.* Ne omnino bellum videar indixisse voluptati. ¶ Sic etiam dicimus indicere concilium, indicere tributum, hoc est, publica autoritate significare, & veluti imperare. συγκαλεῖν. Liuius *lib.1. ab Vrbe*, Longè a domo patribus excitis, ipsum qui concilium indixerat, non adesse. Idem *lib.4.* Vnde enim eam pecuniam confici posse, nisi tributo populo indicto? Cic. *in Verr.a.5.* Legem sibi indicunt innocentiæ, continentiæ, virtutum omnium, qui ab altero rationem vitæ reposcunt. ¶ Indicere spectaculum est denunciare & significare futurum spectaculum. Liuius *lib.1. ab Vrbe condita*, Indici deinde finitimis spectaculum iubet. Senec. *cap.17.lib.2.de benefic.* Indicere odium pecuniæ. Liuius *2.d.5.* Indicit fortuna certamen de possessione regni. Plaut. *Pseud.sc.5.a.1.* Indice ludos quando lubet. (pro indic.) Indicere cœnas. Sueton. *in Neron.* Item, Indicere seruos ciuibus ditioribus. Idem *in Aug.c.25.* Et, Indicere decursionem. Idem *in Neron.c.7.* & Indicere vectigalia. Idem *in Calig.40.* & Silentium. *Ibid.cap.55.* & Matrimonium. Idem, Nuptias. Quintilian. *cap.5.lib.7.* ¶ Indicere funus est euocare homines per præconem ad funus. Suet. *in Cæs.* Funere indicto rogus extructus est. Indicere exercitum. Liu. *lib.8.d.4.* ¶ Indicere iustitium, est imperare cessationem dicendi iuris, quod non aliter quàm in maximo Reipub. luctu, aut periculo fieri consueuit. Liuius *lib.10. ab Vrbe*, His nuntiis Senatus conterritus, iustitium indici, delectum omnis generis hominum haberi iubet. ¶ Indicere forum, id est, locum & tempus designare, quo causæ in conuentu agantur, id quod magistratus in prouinciis facere solebant. Virg. *Æneid.5.*

Indicitque forum & patribus dat iura vocatis.

vbi Seru. id est, tempus & locum designat agendorum negotiorum.

Īndĭctŭs, a, um, Denuntiatum solenniter, promulgatum solenni ritu & more. {קרא *kará* נקרא *nikra* קרא *kerá* מצוה *metsuvéh* מגר *mughgbaelh*. προγεγραμμένος. GALL. *Commandé, signifié, crié publiquement.* ITAL. *Manifestato con solennità.* GERM. Verkündigt. HISP. *Denunciado con solemnidad.* ANGL. *Proclaymed or denonced solemnely.*} vt, Indictum bellum dicitur quod publica autoritate & solenni ritu est denunciatum. Indictum funus, denunciatæ exequiæ. Indictæ dapes. Ouid. *4.Fast.*

Tunc magis indictas concelebrántque dapes.

¶ Indicti serui. Sueton. *in August. cap. 25.* Ad tutelam ripæ fluminis Rheni: eósque seruos adhuc viris fœminísque pecuniosioribus indictos. Item, Indicta decursio. Sueton. *in Neron.c.7.* Indictáque decursione prætorianis, scutum sua manu prætulit. Gell. *cap.22. lib.1.* Indictum aliquid insciúmque dicere. ¶ Est præterea Indictus, a, um, nomen à participio dictus & præpositione in, quod idem significat quod non dictus. Terent. *in Phorm.* Quod dictum indictum est, quod modò erat ratum, id irritum est. Liu. *lib.5.* Itaque quæ tum cecinerit, diuino spiritu instinctus, ea se nec vt indicta sint reuocare posse. ¶ Sic etiam, Indicta causa, id est non dicta & non defensa. ἄκριτος. Cicer. *pro Rab.* Sed indicta causa ciuem Romanum capitis condemnari coegit. ¶ Indictus, id est, promissus. Ouid. *6. Fast.*

Si vir es, indictas exige datis opes.

Idem *lib.4.*

Tunc magis indictas concelebrántque dapes.

Indĭctĭo, nis, est tributi, vel exactionis genus quod à principibus populo indicitur, hoc est, imperatur. {מדה *middah*. ἐπιγραφή, συντέλεια. GALL. *Taille, impost.* ITAL. *Taglia che si pone da i principi sopra i populi.* GERM. Schatzung/steur/zinßgal. HISP. *Pecho ò pecha, tributo.* ANGL. *A taxing.*} Ascon. Pædianus *in 4. Verr.* Omne genus pensitationis in hoc capite positum est, canonis, oblationis, indictionis. De hoc titulus est *de Indictionibus, l.10.C.Inst.* Vide annotat. Bud. *in Pand.* Indictiones quoque appellatæ sunt, ex quibus annorum ratio constitui cœpta est, Constantino imperante, anno Christi cccxiii. ante diem 8. Calend. Octob. quo die victus Maxentinus religióque Christiana in libertatem vindicata est. Ergo quasi à primordiis Christianæ libertatis Niceni conuentus autoritate institutum est, vt sublatis Olympiadibus annorum ratio ab eo tempore iniretur: sic vt 15. quoque anno noua esset indictio, anni autem singuli indictionis computarentur. Ex Hotom.

[Indictionalis, e, ad indictionem pertinens. Amm. *lib.17.* Indictionale augmentum humi proiecit.]

Īndĭctĭuŭs, a, um, quod indictum est. {קרא *kará* קרא *korá*. συγκλητός. GALL. *Publié.* ITAL. *Publicato.* GERM. Das verkündigt oder außgerüfft ist. HISP. *Denunciado, publicado.* ANGL. *Proclaymed.*} vt, Funus indictiuum, ad quod per præconem populus solet euocari. Et, Indictiuæ feriæ, quas Consules, vel prætores indicunt.

Īndĭdem, aduerb. compositum ab inde & idem, quod est ex eodem loco. {משם *mischscham* משם *mippóh*. αὐτόθεν, ἐκεῖθεν. GALL. *De ce lieu là mesme.* ITAL. *Di quello stesso luogo.* GERM. Eben von dem orth her. HISP. *Del mesmo lugar.* ANGL. *Frome that same place.*} Plaut. *in Cistell.* Indidem vnde oritur, facito vti facias, stultitiam sepelibilem. Cicer. *pro Sext. Rosc. Amer.* Si per alios fecisse dicis, quæro seruósne an liberos: quos homines indidémne Ameria, an hosce ex vrbe sicarios. Plaut. *sc.4.a.3.* Si opus est, vt sumant indidem. Idem *Milit.sc.2.a.3.* Salua sumes indidem (sup. consilia tanquam depositum.) Liuius *lib.9.dec.4.* Indidem ex Auentino. Idem *lib.3.bell.Pun.* Ciuis indidem erat. (i. ex Capua.) Item *lib.9.dec.4.* Venena indidem. Gell. *cap.3.lib.16.* Vir indidem. (i. Lacedæmonius.) Item *cap.9.lib.17. & cap.10.lib.6.* Indidem Megaris erat.

Īndĭēs, vide in præpositione *In*.

ĪNDĬFFĔRĒNS, is, gen. omnis, quod sua natura neque bonum est, neque malum. {ἀδιάφορον. GALL. *Indifferent.* ITAL. *Indifferente.* GERM. Nicht vnderscheiden/gleichgeltend. HISP. *No diferente.* ANGL. *Indifferent.*} Cic. *3.de fin.* Itaque id definimus, quòd sit indifferens cum æstimatione mediocri. Quod enim illi ἀδιάφορον dicunt, id mihi ita occurrit, vt indifferens dicerem. Indifferens homo, qui nec est difficilis, nec morosus in re vlla expendenda Suet. *in Iulio Cæsare*, nam circa victum C. Oppius adeò indifferentem fuisse docet, vt quondam ab hospite conditum oleum pro viridi appositum, aspernantibus cæteris, solùm etiam largiùs dicat appetisse. Indifferens dolor apud Stoicos. Gell. *c.5. lib.12.* ¶ Indifferentia autem quæ sint, docet Senec. *Epist.83.*

Īndĭffĕrēntĭă, æ, Similitudo, affinitas, conuenientia. {ἀδιαφορία. GALL. *Indifference, similitude, conuenance.* ITAL. *Indifferenza, simiglianza.* GERM. Ohnunderscheidung/gleichförmigkeit. HISP. *Indiferencia, semejança.* ANGL. *Indifference, liknesse.*} Gell. *lib.13.cap.3.* Hoc ego scripsi de vtriusque vocabuli indifferentia. *Ibid.cap.21.* Cuius sonitus quanta apud veteres indifferentia sit, notius est quàm vt plura in id verba sumenda sint.

Īndĭffĕrēntĕr, aduerb. Indiscriminatim. {ἀκρίτως, ἀδιαφόρως. GALL. *Indifferemment.* ITAL. *Indifferentemente, senza differenza.* GERM. Vnunderscheidenlich. HISP. *No differentemente, sin diferencia.* ANGL. *Indifferentlie.*} Indifferenter ferre, hoc est, æquo animo ferre, vel non magni pendere: quod alio modo dicimus, Susque deque ferre. Suet. *in Domit.* Occisum eum populus indifferenter, miles grauissimè tulit.

ĪNDĬGĔNĂ, æ, communis gener. Qui eo in loco quem incolit, natus est: quasi inde genitus. {אזרח *ezrách*. αὐτόχθων. GALL. *Nay & natif du pays.* ITAL. *Colui che habita in quello stesso luogo doue egli è nato.* GERM. Ein inländischer/heimisch/der im land geboren ist. HISP. *Varon ò muger natural de alli.* ANGL. *Borne in the same countrey or towne.*} Omnes habitatores aut indigenæ sunt, aut aduenæ, aut conuenæ: aduenæ ex vno & eodem loco venientes: conuenæ, é diuersis: indigenæ, qui in ea ipsa regione in qua habitant sunt geniti. Liu. *1.bell. Pun.* Nec maiores eorum indigenas, sed aduenas Italiæ cultores. ¶ Aliquando adiectiui vim habet, iungitúrque substantiuis cuiusuis generis. Ouid. *6. Metam.*

Naiadum, Faunique foret tamen ara, rogabam,
Indigenæve dei.

Plin.*lib.* 14.*c.*6. Dixisse hospiti de indigena vino.

Indigenitalis,Natiuus, αὐτόχθων. Verbum obsoletum,quo vtitur Cic. 3. *de Orat.* Vel sæpe sine coniunctione verba nouantur, vt ille sensus disertus indigenitalis, vt Baccarum vbertate incuruescere. Quem locum sic quidam legit,Vel sine coniunctione,vt illud diserti senis : Dij genitales:&illud,Baccarum vbertate incuruescere.

Indigĕo, es, ere, ex in, & egeo compositum : de, euphoniæ gratia interiecto,Egeo. {חסר *chaser.* δέομαι,χρήζω, ἐνδεῶς ἔχω. GALL. *Auoir faute & disette . auoir besoin , estre indigent.* ITAL. *Hauer bisogno.* GERM. Bedörffen/ mangelbar sein. HISP. *Hauer menester algo.* ANGL. *To lack, to neede,to be in extreame pouertie.*} Terent.*in Andr.*Quid mi pateriquasi tu huius indigeas patris. Cicer. *de Orat. lib.*1. Iam illa non tam artis indigent,quam laboris. Suet. *in Aug.c.*78. Indigens somni. Cæs.1. *bell.Gall.* His rebus indigebant, quæ ad oppugnationem castrorum necessariæ erant. Cassius *Ciceroni* , Cohortatione te puto non indigere. ¶ Hoc indigeo addiscere.Gell.*c.*1.*lib.*4.Sed hoc planè indigeo addiscere,quid sit Penus,& quo sensu id vocabulum dicatur. ¶ Huius impersonali Plin.*lib.* 10. vsus est.Nunquam,inquit,conspectis,nisi cum præsidio earum indigetur.

Indĭgēns,participium,Egens,tenuis, pauper. {חסר *chasér.* πενιχρός , ἐνδεής. GALL. *Indigent , souffreteux.* ITAL. *Bisognoso.* GERM. Bedörffend/ mangelbar. HISP. *Menesteroso.* ANGL. *Needie poore.*} Cicer.*de Amic.*Quid enim ille erat indigens mei?Benignè facere indigentibus. Idem 2.*Off.* Ferre opem indigentibus. Idem 2.*de finibus.*

Indĭgentia, æ, Inopia , egestas. {חסר *chéser* מחסור *machsór* צרך *tsorech.* ἔνδεια. GALL. *Disette,souffrette,besoin,faute.* ITAL. *Bisogno,pouertà.* GERM. Dürfftigkeit mangel. HISP. *Menester,pobreza.* ANGL. *Pouertie,lack of thinges necessarie.*} Cic.*de Amicitia,* Amare nihil aliud est,nisi eum ipsum diligere quem ames,nulla indigentia,nulla vtilitate quæsita.Gell.*c.*8. *lib.*8 Indigentia nascitur ex magna copia.

Indĭgus,a,um,Egenus,qui indiget. {חסר *chaser.* ἐνδεής , ἄπορος. GALL. *Indigent, souffreteux.* ITAL. *Bisognoso.* GERM. Mangelhafft dürfftig/ arm HISP. *Menesteroso.* ANGL. *That lacketh or needeth.*} Plin.*lib.*8.*c.*40.Stipendiorum indiga.Virg.*lib.*2.*Georg.*

——— opis haud indiga nostræ.

Lucret.*lib.*1.

Ipsa suis pollens opibus nihil indiga nostri.

Indiges,veteri verbo Roma vocata.Frontin. Romana vrbs, Indiges, terrarumque cui par est nihil, & nihil secundum. ¶ Æneas quoque Indiges dictus.

INDĪGESTVS,a,um,Confusus, perturbatus ✕ Digestus, ordinatus. {ἀσύντακτος,ἀδιάθετος. GALL. *Confus,qui n'est point mis par ordre.* ITAL. *Disordinato.* GERM. Vngeordnet/nicht ordenlich zerlegt. HISP. *Cosa no bien repartida.* ANGL. *Out of order.*} Plin.*lib.*30.*c.*15. Materia sorda & indigesta simplicitas.Ouid.*lib.* 1. *Metam.*

——— rudis, indigestaque moles.

Indĭgestē,aduerb. Inordinate, incompositè. {ἀδιαθέτως , ἀτάκτως. GALL. *Confusement.* ITAL. *Disordinatamente.* GERM. Vnordenlich. HISP. *Sin orden.* ANGL. *Confusilie.*} Gell.*lib.*20.*c.*11. Quas breuiter,& indigestè,& inconditè annotationibus , lectionibúsque variis feceramus. Indigestum & crudum,Macrob. *Saturn.lib.*7.*c.*7.

Indĭgĕtes, Dij ex hominibus facti. {οἱ ἀποθεωθέντες. GALL. *Hommes deifiez selon la superstition des Anciens , saincts.* ITAL. *Santi.* GERM. Menschen so zu göttern auffgeworffen sind. HISP. *Los santos canonizados.* ANGL. *Men deified and esteemed as goddes after there death.*} Quo nomine dictus est Æneas , quum pugnans cum Mezentio , nusquam apparuisset. Vide Gell. *cap.* 16 *lib.*2. vbi scribit immortalem indigetem factum Ænean. Alij indigetes dicunt esse deos tutelares , quorum nomina vulgari non licet. Liu.8.*ab Vrbe,* Lares dij nouensiles, dij indigetes,diui quorum est potestas nostrorum,hostiumque, &c. Virg. 12. *Æneid.*

Indigetem Æneam, scis ipsa,& scire fateris,
Deberi cælo fatisque ad sidera tolli.

Idem 1.*Georg.*

Dî patrij indigetes, & Romule,Vestaque mater.

Vbi Seruius,Patrij dij sunt,qui præsunt singulis ciuitatibus,vt Minerua Athenis,Iuno Carthagini. Indigetes autem propriè sunt dij ex hominibus facti,quasi in diis agentes. Abusiuè tamen omnes dij generaliter possunt dici indigetes,tanquam nullius rei egentes. Vide Macrob. *lib.*1.*de somn.Scip.c.*9.

Indĭgĭto,as,Antiquum verbum est, idem significans quod voco, nomino. {קרא *kará.* ὀνομάζω. GALL. *Appeller, monstrer au doigt.* ITAL. *Chiamare , nominare.* GERM. Nennen. HISP. *Llamar ò monstrar con el dedo.* ANGL. *To call,to name,to shew by the finger.*} ita dictum ab indicando, quasi indicito : vel à digitis quòd quempiam nominantes , perinde sit ac si digito ostendamus. Macrobius, Namque virgines Vestales ita Apollinem indigitant,Apollo medice,Apollo Pæan.Idem,Nam ita ab incolis indigitantur.

Indĭgĭtāmentă , Libri pontificales , qui & nomina deorum , & rationes ipsorum nominum continent. Festus,Indigitamenta,incantamenta,vel indicia interpretatur.

INDIGNOR,aris,grauiùs fero, stomachor, irascor, in iram erumpo, indignum puto & non ferendum. {כעס *chaàs* זעף *zaáph.* ἀγανακτέω,δυσχεραίνω. GALL. *Se courroucer & marrir, se mescontenter.* ITAL. *Sdegnarsi.* GERM. Zürnen/vnwirsch sein. HISP. *Indignarse,enojarse.* ANGL. *To be angrie,to be wrath or miscontent.*} Cic.2.*de Invent.* Duodecimus locus est per quem nobis hoc primis acciderit.Ouid.9.*Metam.*

Venerat huc Dryope fatorum nescia : quódque
Indignere magis nymphis latura coronas.

Sulpic *Cic.lib.*4. Hem nos homunculi indignamur si quis nostrûm interiit , aut occisus est Liu.*lib.* 34. Indignamur nos rogari. Cic. dedignamur,ſapiens,fastimus. Quint.Dedignari imperia.Senec.*cap.* 10.*de tranq.* Dedignari impedimenta Ouid *Eleg.* 10.*lib.*1.*Trist.*

Indignator (nyms) quod ausim scribere.

Idem *Eleg.*3.*lib.*4.*Trist.*

Tristis es,indignor quòd sim tibi causa doloris.

Ibid. *Eleg.vlt.*

Indignata malis mens est succumbere.

¶ Indignor pro , ne viuam , sibi imprecantis , Martial. *Epigram.* 75. *lib.* 9.

Indignāns,participium. {זעף *zaéph.* ἀγανακτῶν,δυσχεραίνων. GALL. *Qui se courrouce & marrit.* ITAL. *Chi è corrucciato.* GERM. Hässig zürnend/ für vbel auffnemmend. HISP. *El que se enoja.* ANGL. *Chafing, taking greuouslie.*} Fieta indignantia, Ouid.11. *Metam.* Corda indignantia longam pacem.Stat.3.*Thebaid.*

Indignāns,nomen,qui facilè indignatur. {זעף *zaéph.* ἀγανακτικός. GALL. *Courroucé.* ITAL. *Corrucciato.* GERM. Zornig/ vnwirsch. HISP. *Ayrado y sañudo.* ANGL. *That taketh any thing greeuouslie or in wrath.*} Columell. *lib.*8. *cap.* 17. Quum sit mollissimum & seruitutis indignantissimum. Ouid.4.*Fast.*

Atque indignanti pectore plangit humum.

Ibid.*lib.*3.

Iamque indignanti noua frena receperat ore(Pegasus.)

Indignātus,a, um, particip. Iratus, æstuans. {זעף *zaéph.* ἀγανακτήσας. GALL. *Courroucé,marri.* ITAL. *Chi è corrucciato.* GERM. Erzürnt/ bewegt zu vngestümmigkeit. HISP. *Ayrado y enojado.* ANGL. *That is angerd and moued.*} Virg.2.*Georg.*

Atque indignatum magnis stridoribus æquor.

Procellæ indignatæ.Stat.3.*Syl.*

Indignātio,nis, ira. {כעס *chaàs* זעף *záaph.* ἡ ἀγανάκτησις. ITAL. *Sdegno.* ANGL. *Anger,wrath,chafing.*} Iuuen.*Satyr.*1.

Si natura negat, facit indignatio versum.

Plin.*lib.*9.*cap.*30. Conuertit in se custodum indignationem assiduitate furti immodici.

Indignātiuncŭla, diminutiuum. Plin. *Epistol. lib.*6. Restituto : Indignatiunculam , quam in viri cuiusdam auditorio cepi , non possum mihi temperare, quominus apud te, quia non contingit coram , per epistolam effundam.

Indignābundus,Indignans. {זעף *zaéph,* ἀγανακτῶν ἰσχυρῶς,ἀδημονῶν. GALL. *Tout courroucé , tout marri.* ITAL. *Pieno di sdegno, chi è corrucciato.* GERM. Voll zorn vnd vnwirsche. HISP. *Lo que mucho se ensañe.* ANGL. *That is angerd,and moued.*} Liu.8.*bell. Maced.* Quum illa muliebriter indignabunda,nihil de communi filia secum consulatum adiecisset.Suet *in Aug.c.*40. Indignabundus & clamitans; En ait Romanos rerum dominos gentémque togatam.

INDIGNVS a,um, Non dignus. {ἀνάξιος. GALL. *Indigne.* ITAL. *Indegno.* GERM. Vnwirdig. HISP. *Indigno non merecedor.* ANGL. *Vnworthie.*} Plaut. *Curc sc.*1.*a.*4. Indignis si malè dicitur est maledictum : si dignis , est benedictum. Senec.*cap.*10.*de cons.ad Mart.* Digna indigna pati. Ouid. *Eleg.*3.*lib.*1.*Trist.*

Imbre per indignas vsque cadente genas.

Plaut. *Most.sc.*2.*a.*2. Non potest dici quàm indignum facinus fecisti & malum quod tetigisti ædes. Idem *Asin. sc.*3. *a.*3. Tam indignum dictum dixeris. *Ibid.sc. vlt. a.*1. Dignos indignos adire atque experiri certum est mihi. Idem *Capt.sc.*1.*a.*2. Indigna digna habenda herus quæ facit. Idem *Men.sc.*6.*a.*5. O facinus indignum ! Idem *Amph.* Ob illud indignum dictum(mentiris)collo te obstricto hac arripiam.Terent. *in Eunuch.* Nam si ego indigna contumelia hac Sum maximè : at tu indignus qui faceres tamen.Idem *Adelph.* Æschine Hæccine flagitia facere te? hæc te admittere indigna genere nostro? Liuius *ab Vrbe.* Itaque sicut priore anno per indignissimos ex plebeiis candidatos,omnium etiam dignorum tædium fecerant. ¶ Interdum pro miserabili, fœdo,crudeli,graui. δεινός. Idem, Indignis cùm egomet sim acceptus modis. Virg.6. *Æneid.*

——— atque illi Misenum in littore sicco,
Vt venêre,vident,indigna morte peremptum.

¶ Interdum pro magno : vnde Ennius indignas turres dixit , id est, magnas.

Indignĭtas,is, Crudelitas, fœditas, magnitudo mali. {ἀναξία , ἀσχημία. GALL. *Indignité,deshonnesteté, vilenie.* ITAL. *Deshonestà, vilaccaria.* GERM. Vngebürligkeit/vbelstand vnbilligkeit. HISP. *Indignidad, deshonestidad,* ANGL. *Crueltie,vnworthinesse, villanie.*} Liu.2. *ab Vrbe,* Egóne has indignitates diutiùs patiar quàm necesse est ? Cicer. *pro Muren.* —Neque tamen satis seuerè pro rei indignitate decreuit. Indignitas calamitatis. Idem 7.*Verr.* Suet. *in Calig.c.*23. Ac per istiusmodi indignitates ac tædia,&c.

Indignum, Aliquando interiectionis vim habet,& per parenthesim interponitur,quemadmodum & infandum. Ouid.5.*Metam.*

Pectora rupisset nisi post altaria Phineus
Isset,& (indignum) scelerato profuit ara.

Indignē,aduerb.Inhonestè,præter dignitatem. {ἀναξίως. GALL. *Indignement.* ITAL. *Indegnamente.* GERM. Vnehrlich/vngebürlich. HISP. *Indignamente,y no mereciendo.* ANGL. *Haynouslie, vnworthelie.*} Ter.*in Adelph.* Cui miseræ indignè per vim vitium obtulerat. *Ibid.* —eripuit mulierem.Quam amabat:clamant omnes indignissimè factum esse.Plaut. *Amph.* Qui me hodie præsentem ausit indignè prævorteier. Idem *Mil. sc.*6.*a.*2. Non malitiosè feci.P.Imò indignè.

Indignissĭmē,aduerbium. Iulius Capit. *in Pertinace,* Mortem eius populus indignissimè tulit.Plaut. *Men.sc.*6.*a.*2. Herum meum indignissimè nescio qui sublimem ferunt.

INDILIGENS,is,adiect. omnis gen. Negligens. {עצל *hatsél.* ὀλίγωρος, ἀμελής. GALL. *Negligent,mal soigneux,nonchalant.* ITAL. *Negligente y no diligente.* GERM. Vnfleissig. HISP. *Perezoso,y no diligente.* ANG. *Negligent, slouthfull.*} Ter. *Adelph.* Sed vereor ne indiligens nimium sies. Plin.*lib.* 13.*c.*3. Deprehenditur etiam odore,quum fuerit indiligentior. Plaut. *Most.sc.*2.*a.*1. Nequam homo indiligénsque cum pigra familia, immundus,instrenuus,&c. *Ibid.* Dominus ædium indiligens. Gell. *c.*28. *lib.*15.& *c.*2.*lib.*7. Et rerum & memoriæ homo non indiligens.

Indīlĭgentia,æ, Negligentia. {עצלות *hatsluth.* ὀλιγωρία. GALL. *Nonchalence,negligence.* ITAL. *Negligenza,dapocagine.* GERM. Vnfleiss. HISP. *Negligencia,descuydo.* ANGL. *Slouthfulnesse.*} Cic *ad Quint.fratr.* Literarum nullarum indiligentiam reprehendi.

Indiligentèr, aduerb. Negligenter. {ἀμελῶς. GALL. Negligemment. ITAL. Negligentemente. GERM. Unfleissiglich. HISP. Negligentemente y descuydadamente. ANGL. Slouthfulie.} Terent. Phorm.—quia pol mei patris benè parta indiligenter Tutatur. Cic. ad Attic. lib. 16. Quanquam nihil ab eo arbitror neque indiligenter, neque illiberaliter factum. Plaut. Asin. sc. 2. a. 2. Væ illi qui tam indiligenter obseruauit ianuam. Idem Mil. sc. 1. a. 1. At indiligenter hic erat.

Indiligentiùs, aduerb. negligentius. Cæsar commentar. belli Gall. lib. 2. Indiligentiùs seruaturos crediderant.

INDIPISCO, sci, Assequor, adipiscor. {קנה kanáh אחז achaz. ἀπολαύω. GALL. Obtenir, gaigner, acquerir. ITAL. Conseguire. GERM. Erlangen/ obertommen. HISP. Alcançar, conseguir. ANGL. To obteine, to purchasse.} Plaut. Aul.—neque partem. Tibi ab eo, cui sit, indipisces, neque furem excipies. Idem Asin. sc. 2. a. 2. Nunquam quadrigis albis indipiscet postea. Pro eodem etiam dicimus indipiscor, eris, in præterito indeptus. Liu. lib. 6. belli Pun. Ne dirimi ab se hostem paterentur, quum quis indeptus nauem erat, ferrea manu iniecta, &c. Et Plin. in præfat. Indepti honores. ¶ Gell. lib. 1. cap. 11. pro auspicari, siue incipere videtur posuisse. Sic enim, inquit, Achæos Homerus pugnam indipisci ait, non fidicularum tibiarúmque concentu, verùm consensu tacito nitibundos. ¶ Pro dicendo assequi. Idem cap. 1. lib. 11. Amœnitates veró & copias, vbertatésque verborum, Latinæ omnis facundia vix, quidem indipisci potuerit, mea tenuitas nequaquam. ¶ Pro retinere, capere, Memoriæ vegetandæ gratia indipisci animo, ac recensere quæ in eo libro scripta essent, &c. ¶ Indipisci pugnam, pugnam auspicari: non veró hoc loco Gellij pro adipisci (vt perperam exposuerunt.) lib. 5. cap. 11.

Indepto, as, frequentatiuum. {קנה kanáh אחז acház. ἀπολαύω. GALL. Acquerir. ITAL. Acquistare. GERM. Erlangen. HISP. Alcançar. ANGL. To purchasse.} Varr. Nec partem aliquam indeptauit hæreditatis.

Indeptùs, a, um, participium ab Indipiscor. {קנוי kenúi. κτησάμενος. GALL. Qui a obtenu ou acquis. ITAL. Chi ha acquistato. GERM. Er langt/ vberkommen. HISP. El que ha alcançado. ANGL. That hath obteined or purchassed.} Liu. 6. bell. Punic. Nec dirimi ab se hostem paterentur, quam quis indeptus nauem erat, ferrea iniecta manu. Lucret. lib. 3. Vide Indipiscor.

Indirectùs, a, um, Incompositus, & inornatus. {ἄτακτος, ἀδιάθετος. GALL. Qui n'est point bien dressé ni accoustré. ITAL. Inornato. GERM. Ungericht oder vnrichtig. HISP. No conquesto ni pulido. ANGL. Out of order, not seemely.} Quint. lib. 5. cap. 13. Indirecta ferè, atque, vt sic dicam, clamosa est actio.

Indireptùs, ἀδιάρπαστος. Cornel. Tacit. lib. 9. Sic Capitolium clausis foribus indefensum, & indireptum conflagrauit.

INDISCIPLINATVS, aliquoties est apud veter. Latin. biblior. interpretem.

Indisciplinosus, Vet. Lat. bibl. interpr.

Indiscriminatim, indifferenter, & sine discrimine. {ἀκρίτως, ἀδιαφόρως. GALL. Indifferemment. ITAL. & HISP. Indifferentemente. GERM. Unvnderscheidlich. ANGL. Indifferentlie.} Varro 4. de lingua Latina, Quibus nos in hoc libro perinde, vt nihil intersit, vtamur indiscriminatim.

Indiscretùs, a, um, ex in, & participio verbi discerno, compositum. Indifferens, indistinctus. {ἀδιάκριτος. GALL. Qui n'est point diuisé, ne separé. ITAL. Che non si può discernere. GERM. Unzertheilt, nicht vnderscheyden. HISP. No apartado. ANGL. Not separated nor seuered.} Plin. lib. 35. cap. 10. Imagines adeó similitudinis indiscretæ pinxit, vt, &c. Indiscreta lux, hoc est, minimé discreta & confusa. Idem lib. 7. c. 60.

INDISERTVS, a, um, Non disertus, {כבד לשון kebad peh כבד לשון chebad lashon. ἀφραδὴς, οὐκ εὔγλωσσος. GALL. Qui n'a pas le langage en main. ITAL. Senza eloquenza. GERM. Unberedt. HISP. No elegante, ni esparzado. ANGL. Not eloquent or woell languaged.} Cic. 2. de nat. deor. Nam neque indisertum Academicum pertimuissem, nec sine ista philosophia Rhetorem, quamuis eloquentem. Idem 3. de fin. Vt interpretes indiserti solent.

Indisertè, aduerbium, Sine vlla eloquentia. {ἀφραδέως. GALL. Sans eloquence, en sot langage. ITAL. Senza eloquenza. GERM. Unwolredenheit. HISP. Sin elegancia. ANGL. Rudelie, with out eloquence.} Cic. ad Quint. fratr. lib. 2. Orationem meam collaudauit satis multis verbis non me herculè indisertè Seuerus Antistius.

Indissimulabilis, e. Gell. c. 22. lib. 10. Hæc Plato cum indissimulabili veritate disseruit.

INDISPOSITVS, ἄτακτος, Inordinatus. Corn. Tacit. lib. 17. Apud Vitellium omnia indisposita, temulenta, &c.

Indispositè, aduerb. Inordinatè. {ἀδιαθέτως, ἀκοσμήτως, ἀτάκτως. GALL. Desordonnément. ITAL. Disordinatamente. GERM. Unordenlich. HISP. Desordenadamente. ANGL. VVithout order.} Senec. Epist. 125. Multa animalia perturbatè & indispositè mouentur.

Indissimillimùs, Vell. Patere. hist. lib. 2. Decimóque anno quàm ad indissimillimam vitæ suæ potentiam peruenerat Lepidus.

INDISSOLVBILIS, e, quod dissolui, siue rumpi non potest. {ἄλυτος, ἀδιάλυτος. GALL. Qu'on ne peut dissoudre, dissoindre, ou desnoüer. ITAL. Indissolubile, che non si può slegare. GERM. Unauflößlich, vnzertreilig. HISP. Cosa que no se puede desatar. ANGL. That can not be dissolued or losed.} Cic. de Vniu. Sed quoniam orti estis immortales, vos quidem esse indissolubiles non potestis.

Indissolutùs, a, um, Colligatus, non solutus. {ἄλυτος, ἀδιάλυτος. GALL. Qui est demeuré sans dissoudre, ou dissoindre. ITAL. Che sta sempre ligato. GERM. Unaufgelößt. HISP. Que esta siempre atado. ANGL. Not dissolued or lowsed.} Cic. de Vniuers. Hæc sunt indissoluta me inuito: quanquam omne colligatum dissolui potest.

INDISTINCTVS, a, um, Inordinatus, confusus. {ἄτακτος, ἀδιάκριτος, συγκεχυμένος. GALL. Non diuisé ne separé, confus. ITAL. Confuso, non distinto. GERM. Nicht vnderscheiden, vnzertheilt. HISP. No distinto, ni apartado. ANGL. Not distinct, confused.} Quint. lib. 8. cap. 2. Neque inordinata, neque indistincta. Gell. lib. 13. cap. 29. Indistincta nanque fient, & confusa.

Indistinctè, aduerb. Inordinatè, confusè. {ἀτάκτως, ἀδιακρίτως, συγκεχυμένως. GALL. Sans distinction, confusement. ITAL. Confusamente, senza distinctione. GERM. Unvnderscheidenlich, vnordenlich. HISP. No distinctamente y apartadamente, confusamente. ANGL. VVithout distinction or order.} Gell. lib. 10. cap. vlt. Indistinctè, atque promiscuè adnotabam.

Indistrictùs, a, um, Non districtus. {ἀπρόσκοπος, ἀβλαβής. GALL. Qui n'a point esté offensé ou blessé. ITAL. Non offeso. GERM. Unuerletzt. HISP. No ofendido. ANGL. Not offended, not hurt.} Ouid. 2. Metam.

——————remeuelitur omne
Tegminis officium, tamen indistinctus abibo. id est, illæsus.

INDIVIDVVS, a, um, quod non potest diuidi, vel quod non separatur. {ἄτομος. GALL. Qu'on ne peut diuiser ou partir en pieces. ITAL. Indiuiduo, chi non si può separare. GERM. Unzertheilig. HISP. Cosa que no se puede partir. ANGL. That can not be deuided.} Cic. 1. de finib. Ille atomos, quas appellat, id est, corpora indiuidua. Indiuiduum à Dialecticis dicitur terminus singularis, qui de vno solo prædicatur, vt Socrates de seipso.

Indiuiduè, ἀδιαιρέτως.

Indiuisùs, a, um, Non diuisum. {ἄσχιστος. GALL. Qui n'est point diuisé. ITAL. Indiuiso. GERM. Ungetheilt. HISP. Cosa no partida en partes. ANGL. That is not deuided.} Indiuisæ vngulæ, quæ fissæ non sunt. Varr. 2. de re rust. cap. 7.

Indiuisibilis, ἀδιαίρετος. Diomedes Gram. lib. 2. ex Scauro, Elementum est minima vis, indiuisibilis materia.

Indiulsùs, ἀδιάσπαστος. Macrob. Satur. lib. 3. c. 11. Dum aliqua spes salutis erat, indiulsus comes.

INDO, is, itum, ab ἐνδύω. Impono, immitto, imprimo, {נתן natán שׂום sam. ἐντίθημι. GALL. Mettre dedans, imposer. ITAL. Imporre. GERM. Geben oder aufflegen. Item, Hineinlegen. HISP. Meter à dentro. ANGL. To putt in or sett in.} Plaut. in Capt. Pægnium vocitatus est: post vos nomen indidistis Tyndaro. Idem in Casina, Dij me & te infelicitent, si ego in os meum vini guttam indidi. Idem in Asin. sc. 1. a. 3. Qui sæpè ante in nostras scapulas cicatrices indiderunt. Idem Pseud. sc. 2. a. 3. Cicilendrum in patinas indidi. Et, Indunt coriandrum feniculum. Idem Mil. sc. 5. a. 2. Inde ignem in aram, vt Dianæ fumicem. Et Sueton. in Claud. cap. 33. Supino ac per somnum hianti pennam in os indere. Plaut. Men. sc. 1. a. 1. Huic vrbi nomen Epidamno inditum est. Suet. in Aug. cap. 6. Inditum infanti nomen Thurino. & Plaut. Capt. sc. 1. a. 1. Iuuentus nomen indidit scorto mihi. Ibid. sc. 1. a. 2. Inditum id nomen propter diuitias. Idem Men. sc. 1. a. 1. Fugitiuis seruis indunt compedes. Idem Capt. sc. 2. a. 1. His indito catenas singularias. Gell. c. 18. lib. 12. Indere aquæ puluerem. Idem c. vlt. lib. vlt. ¶ Indidere titulos libris. Idem c. 23. lib. 1. Indidissem eius verba huic commentario. Suet. in Neron. cap. 35. Venenum indere potionibus. Idem in Aug. c. 11. vt Glyco medicus custoditus sit, qui venenum vulnera indidisset. Indere ex inferiore parte, apud Cels. lib. 4. c. 18. id est, in anum immittere.

Inditùs, particip. {נתון nathún. ἐντεθειμένος, ἐμβληθείς. GALL. Mis dedans. ITAL. Posto dentro. GERM. Auffgesetzt/ angelegt. HISP. Puesto adentro. ANGL. Put or sett in.} vt, Castella rupibus indita. Tacit. lib. 4. lecticæ inditus. Idem lib. 5. Idem lib. 12. Victisque inditus in vrbem raptus, neque data Senatus copia, intra cubiculum auditur.

INDOCILIS, e, qui doceri non potest. {δυσμαθής, ἀδίδακτος. GALL. Indocile, à qui on ne peut rien apprendre. ITAL. Chi non si può insegnare. GERM. Ungelirnig/ vnlernhafftig. HISP. El que no puede ser enseñado. ANGL. A dullard, not apte to be taught.} Plin. lib. 30. c. 45. Ex volucribus hirundines sunt indociles. Cic. 1. de nat. deor. Dictum est omnino hac de re alio loco diligentiùs: sed quia nimis indociles quidam, tardique sunt, admonendi sæpiùs videntur. Ouid. 3. Fast.

Ergo animi indociles & adhuc rationis expertes.

¶ Indocilis aliquid. Silius Ital. lib. 11.

Tum gens, Hirpini, vana, indocilisque quietem.

Indoctor, is, vno vocabulo vsurpatur pro virgatore, siue lorario. Plaut. Asinar. sc. 2. act. 3. Aduorsum stimulos, laminas, crucésque indoctorésque acerrimos, gnarósque nostri tergi qui sæpe in nostras scapulas cicatrices indiderunt. (id est, verberatores, interprete Camerario. Lambinus legit in doctorésque diuisum, & interpretatur aduersus peritos cædendi, flagellandi. Passeratius suspicatur legendum esse in tortores.

Indoctùs, a, um, Rudis, illiteratus, stupidus. {ἀμαθής, ἀπαίδευτος. GALL. Indocte, ignorant. ITAL. Rozzo, ignorante. GERM. Ungelehrt. HISP. Indocto no enseñado. ANGL. Vnlearned, without good letters or knowledge.} Cic. 1. de fin. Non admodum indoctus quàm doctè facis. Idem in Parad. Ego longè anteeo stultitia, & moribus indoctis Idem in Bruto. Sed omnium oratorum, siue tabularum, qui & planè indocti, aut inurbani, aut rustici etiam fuerunt.

Indoctè, aduerb. Imperitè. {ἀμαθῶς. GALL. Indoctement. ITAL. Ignorantemente. GERM. Ungelehrtlich, one kunst. HISP. No enseñadamente. ANGL. Vnskilfullie.} Cicer. 1. de nat. deor. Quæ qui videat, non indoctè solum, verum etiam impiè faciat, si deos esse negat.

INDOLEO, es, & indolesco, scis, Valde doleo, vel dolore afficio. {הצטער hezthaer. ἀλγέω. GALL. Se douloir grandement. ITAL. Dolersi grandemente. GERM. Hefftig trawren/ bekummert sein/ schmertzen empfahen. HISP. Mucho dolerse. ANGL. To be in great sorie.} Plin. lib. 31. c. 3. Sed tanta intentione oculorum opus est, vt indolescant. Cic. 2. Philipp. Quis, qui non indoluerit, tam ferò se, quem hominem secutus esset, cognoscere? Ouid. 1. Trist. 1. Eleg. 1.

Non igitur nostris vllum gaudere Quiritem
Auguror, at multos indoluisse malis.

Indoleo genitiuo iunctum. Ouid. 11. Metam.
- successorumque Mineruæ indoluit.

Idem Eleg. 8. lib. 1. Trist.
Tartareum dicunt indoluisse Deum.

Idem Eleg. 1. lib. 2. Trist.
Quem nimio plus est indoluisse semel.

Idem ibid.
Pellicibus multùm indoluisse Deam.

Indoles

¶Indolatiles, rudes, non dolati. Sidon.¶

Indolentia, æ, Absentia doloris. {ἀναλγησία. GALL. *Absence de douleur.* ITAL. *Assentia di dolore.* GERM. Vnbetrübung / kein empfindung deß schmertzens. HISP. *Lo no tener dolor.* ANGL. *The absence of doleur.* } Cic. 2. *Offic.* Vt qui rem expetendam vel voluptate, vel indolentia metiuntur. Idem 3. *Tusc.* Minime assentior iis, qui istam nescio quam indolentiam magnopere laudant. Idem *de finib.* 2. Neque Hieronymus voluptatis nomine vnquam vtitur pro illa indolentia.

¶Indoloria, ἀναλγησία, Gloss. Onom. Indolentia, ἀναλγησία.¶

Indoles, ab inolesco fit, per interpositionem d. Et in pueris quidem atque adolescentibus est significatio quædam futuræ probitatis. {φύσις. GALL. *Le naturel.* ITAL. *Natura, ingegno.* GERM. Die art oder natgung / so sich in einem iungen zeygt ea sey zu gutem oder bösem. HISP. *La señal de virtud en los niños.* ANGL. *A good or naughtie disposition in youth.* } Senec. *cap.* 12. *de consol. ad Mart.* Tantæ indolis iuuenem, qui citò pater, citò maritus, Sacerdos, &c. ¶ Bonæ & vtiles animi indoles ἀπαθεῖα Stoicorum amittuntur. Gell. *cap.* 12. *lib.* 19. & Quintil. Iuueniliter dicta pro indole accipiuntur. Cic. *de senect.* Vt enim adulescentibus bona indole præditis (φύσιν εὖ ἔχουσι) sapientes senes delectantur. In viris verò signum est præsentis virtutis. Idem 5. *Offic.* Homines in quibus est virtutis indoles, commouentur. ¶ Vnde & pro præstantia, seu generositate quadam virtutis, atque animi ponitur. Liuius *lib.* 1. *ab Vrbe*, de Lauinia iam matre, Tanta, inquit, in ea virtutis indoles fuit. Lucan. *lib.* 5. Indole si dignum Latia, si sanguine prisco Robur inest animus. ¶ Aliquando etiam in malam dicitur: vt apud Liuium *lib.* 1. *bell. Pun. de Annibale*, Cum hac indole virtutum ac viciorum sub Asdrubale meruit. ¶ Transfertur quoque ad muta atque inanimata. Idem, Sicut in frugibus pecudibúsque non tantum semina ad seruandam indolem valent, quantum terræ proprietas, cælique sub quo aluntur. ¶ Plurali numero vsurpauit Gellius *lib.* 16. *cap.* 12. Periculum esse, ne eis adhærentes, bonas quoque & vtiles animi indoles amittamus. Idem *lib.* 10. *cap.* 5. Mendæ indoles inoleuit in libros plureis.

INDOMITUS, a, um, Qui domari non potest, & mitescere. {פרא pére. ἀτίθασσος, ἀδάμαστος, ἄδμητος. GALL. *Qui n'est point dompté.* ITAL. *Indomito.* GERM. Vngedempt / vngezämpt. HISP. *No domado.* ANGL. *That can not be broken or tamed.* } Plautus *in Trinum.* Vt ego nunc adolescenti thesaurum indicem indomito, Pleno amoris, lasciuiæ. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 5. Iunctos equos, Indomitos, feroces capere. Senec. *cap.* 9. *de consol. ad Mart.* Indomitus homo, animo & manu liber. Ouid. *Eleg.* 10. *lib.* 2. *Trist.*

Iactor in indomito brumali luce profundo.

Ibidem, Cato apud Liuium, Date frenos impotenti naturæ atque indomito animali. Liu. *lib.* 34. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 1. Ni mala, ni stulta, ni indomita, impósque animi. Ouid. 13. *Met.*

——— *Indomita deberi præmia dextra.*

Indomiti boues, apud Varr. 2. *de re rust. c.* 5. Indomitus iuuencus, Col. *lib.* 6. *c.* 2. Indomitæ atque effrenatæ animi cupiditates, Cic. 3. *Verr.* Indomita ingenia. Liu. *lib.* 1. *bell. Punic.* ¶ Aliquando ponitur pro magno. Virg. 3. *Æneid.*

Nate, quid indomitas tantus dolor excitat iras?

Seruius.

Indomabilis, Indomitus, qui domari non potest. {פרא pére. ἀδάμαστος. GALL. *Indomptable, qu'on ne peut dompter.* ITAL. *Indomito, che non si può domare.* GERM. Vngezeymlich nicht zu demmen. HISP. *Cosa que no se puede domar.* ANGL. *That can not be tamed.* } Plaut. *in Cas.* Ædepol næ tu, si esses equus, esses indomabilis.

Indormio, is, ire, Propriè in re aliqua dormio, rem aliquam ita charam habeo, vt ne dormiendo relinquam. {שכב schacháb. ἐγκαθεύδω. GALL. *Dormir en ou sur quelque chose.* ITAL. *Dormire sopra qualche cosa.* GERM. Etwat auff schlaffen. HISP. *Dormir sobre algo.* ANGL. *To sleepe in or vpon any thing.* } Horat. 5. *serm. Satyr.*

———*congestis vndique saccis*
Indormis.

¶ Per metaphoram accipitur pro cessare, & tardum esse. Cicero *ad Quintum fratrem*, *lib.* 2. Sic ego, qui in isto homine colendo tam indormiui diu te me hercule sæpè excitante, cursu corrigam tarditatem, tum equis, tum velis. Indormire caussæ, est remissius & segniùs tractare negotium. Idem 2. *Philipp.* Edormi crapulam, inquam, & exhala: an facies admouendæ sunt, quæ te excitent tantæ causæ indormientem?

Indotatus, a, um, Non dotatus, dote carens, dote cassus. {ἄπροικος. GALL. *Sans douaire, non doué.* ITAL. *Indotato, senza dote.* GERM. Vnaußgesteurt. HISP. *Cosa no dotada.* ANGL. *VVhich hath no dowrie.* } Terent. *in Adelph.* Primùm indotata est: tum præterea, quæ secunda ei dos erat, Periit indotata ars. Cic. 1. *de Orat.* cuius artem quum indotatam esse, atque incomitatam, & incomptam videres, verborum eam dote locupletasti, & ornasti. Plaut. *Aulul. sc.* 5. *a.* 3. Opulentiores pauperiorum filias indotatas ducant vxores domum. *Ibidem*, Indotata in potestate est viri.

¶Indu, quod *inde*, & *endo*, antiquitus, ab ἔνδον. Gloss. *indu* ἔσω. *indu* ἔνδον, ἔσω.

Indubiæ, indumentum. Gl. Isid. intellige *induuia*. id vide.¶

INDUBITO, as, are, Diffido, dubito, dubius sum. {פן pan. ἀπορέω. GALL. *Estre en doute douter.* ITAL. *Dubitare, sfidarsi.* GERM. Zweiffeln. HISP. *Dudar, desconfiarse.* ANGL. *To douth.* Stat. 3. *Syl.*

———*sed ingratus qui plura adnecto, tuísque*
Moribus indubito.

Indubitatus, a, um, Certus, & de quo dubitari non potest. {נאמן neemán. ἀναμφίλεκτος. GALL. *Dequoy on ne doute point, certain.* ITAL. *Certo, indubitato.* GERM. Vnzezweifelt. HISP. *Cierto, no dudoso, ni dudado.* ANGL. *Certaine, doubtelesse.* } Quint. *lib.* 9. *cap.* 4. In iis verò quæ indubitata sunt, breuior. Plin. *lib.* 7. *cap.* 12. Indubitatum exemplum est Nicei nobilis pictæ Byzantij geniti. Indubitata spes, apud eundem *lib.* 31. *cap.* 3.

Indubitabilis, e, idem. Quint. *lib.* 4. *cap.* 5. Illo sequenti (si modò indubitabile ut) vtendam solo.

Indubitanter, aduerb. Certò. {בהמנות beemúth. ἀναμφιβόλως. GALL. *Sans doute, certainement.* ITAL. *Certamente, senza dubio.* GERM. On zweifel / gewißlich. HISP. *Sin duda, ciertamente.* ANGL. *VVithouth doubt, for certaintie.* } Plin. *lib.* 18. *cap.* 11. Quæ palma frugum indubitanter Italiam contingit.

Indubitatè, aduerb. Indubitanter, sine dubitatione. Vlp. *in l. quòd si nolit. §. si ancilla. ff. de ædilit. edict.* Sed si fortè vsusfructus proprietati accreuit, indubitatè hoc quoque restituetur ei. Velleius, Indubitatè corrupti commentarij.

Induciæ, arum, dicuntur quædam quasi pax, vel potiùs cessatio à bello in certum tempus inter hostes pactæ: ita dictæ, quòd in certum diem à pugnando otium præbeant. {שלום schalóm. ἀνοκωχή. GALL. *Treues.* ITAL. *Tregua.* GERM. Ein anstand oder auffzug des kriegs. HISP. *Las treguas.* ANGL. *Truce or respite frome warre.* } Cic. 1. *Offic.* Vt illi qui, quum centum triginta dierum essent cum hoste pactæ induciæ, noctu populabantur agros, quòd dierum essent pactæ, non noctium induciæ. Aurelius Opilius inducias dici existimabat ab initu, hoc est, introitu: quoniam tempore induciarum hostes inter se vtrinque vltro citróque alteri ad alteros impunè inire solent, & introire. Gellius *cap.* 25. *lib.* 1. putat inducias dictas esse ex tribus dictionibus, Inde vti iam, quòd elapso tempore induciarum deinceps omnia belli iure agantur. Græci enim ἐκεχειρίαν, ab abstinendis manibus appellarunt. Nam per cessationem istam pugnæ pactitiam, non pugnatur, & manus cohibentur. Has Lycaon primus inuenit, fœdera Theseus. Plaut. *Amphitr.* Obsecro vt per pacem liceat te alloqui, vt ne vapulem. Imò parumper induciæ fiant. S. Non loquar nisi pace facta. *Ibidem*, Mittam illuc vbi erunt induciæ. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 2. Senec. *c.* 16. *de cons. ad Mart.* A casibus nulla pax, vix induciæ sunt.

INDUCO, Propriè introduco. {הביא hebi כנס chinnés. εἰσάγω, ἐπάγω. GALL. *Mettre dedans, introduire.* ITAL. *Introdurre.* GERM. Einfüren. HISP. *Meter adentro.* ANGL. *To bring in, to lead in.* } Plaut. Induc eam in domum. Idem *in Trucul.* Quis homo est, qui ducit pompam tantam? Idem *Mil. sc.* 2. *a.* 2. Dum in regionem meatum astutiarum te induco. Item Quintilian. Inducere testes in laqueum. Plaut. *Most. sc.* 2. *a.* 1. Magna pars hominum moram hanc induxerunt. Liuius *lib.* 10 *d.* 4. Salust. *in Catil.* in medios hostes inducit. ¶ Sed ponitur frequenter pro illicio, decipio, abduco, persuadeo. {פתה pittah. ἐπάγομαι, ἐπάγω. GALL. *Persuader, induire.* ITAL. *Persuadere, indurre.* GERM. Bereden / mit beredung einnemen füren. HISP. *Induzir con razones.* } Lucilius, Huius ego animum si induco, vt ab amore meretricis desistat. Idem, Miserum senem Sirenum cantu inductum. Terent. *in Andr.* Vide quò me inducas. Plaut. *in Asin.* Nunquam me hodie induces, vt tibi credam hoc argentum ignoto. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 5. Possum inducere animum ne ægrè patiar. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 1. Nunquam istuc animum induxeris tuum. & *in Milit.* prima via inducamus, vt vera esse credat. (id est, vt persuadeamus & fallamus simul.) Idem *Milit. sc.* 2. *a.* 2. Idem *Ampitr.* Periclitatus sum animum tuum, quid faceres, & quo pacto id ferre induceres. ¶ Inducere calceos. Suet. *in Aug. c.* 91. Senec. *c.* 16. *de consol. ad Polyb.* Inducere vestem atram laureatis foribus.¶ ¶ Inducere iniuriam. Gaius *D. lib.* 5. *de inoffic. testam. l.* 4. Non est enim consentiendum parentibus, qui iniuriam aduersus liberos suos testamento inducunt.¶ ¶ Inductum gelu. Ouid. *Eleg.* 10. *lib.* 3. *Trist.*

Et nitet inducto candida barba gelu.

Liuius *lib.* 9. *dec.* 4. Induci locationes Senatus iussit. Suet. *in Claud. c.* 8. Inducere soccos manibus dormientis. ¶ Inducere, oblinere, illinere, ἀλείφειν, vulgò *enduire*. Cels. *lib.* 6. *cap.* 6. Specillo super oculum inducantur. ¶ Aliquando, pro deleo, aboleo, & lituram facio. ἐξαλείφειν, διαχαράττειν, ἀκυροῦν. Suet. *in Cæs.* Amplissimis verbis collaudatum in integrum restituit, inducto priori decreto. Et *alibi*, Multa, inquit, & deleta, & inducta, & superscripta inerant. Verbum id iuris est. Origo ea, quòd quæ in pugillaribus ceratis scripta erant, ducto per ceram stylo, interlini soleant, & obliterari. ¶ Accipitur præterea inducere pro eo, quod cum Cicerone etiam dicitur, personam aliquam loquentem facere, introducere, & tanquam loquentem producere & commemorantem aliquid. Cic. 3. *Offic.* Hinc ille Gyges inducitur à Platone, à fabularum actoribus. Ibi enim personæ induci propriè dicuntur, quum ad agendum, proscenium ingrediuntur. ¶ Inducere animum, est sibi persuadere. Terent. *in Adelph.* Sic mea ratio est, sic animum induxi meum. ¶ Inducere rotam, pro Circunuoluere & agitare: qui ludus puerorum erat. Mart. *lib.* 14.

Inducenda rota est: dat nobis vtile munus,
Iste trochus pueris, at mihi cantus erit.

¶ Inducere fructum dicuntur arbores, pro Emittere & producere. Columell. *lib.* 5. *cap.* 9. Plerunque etiam locis siccis & humidis arbores musco infestantur: quam nisi ferramento resecueris, neque fructum, nec lætam frondem olea inducet: id est, producet. ¶ Inductum pro repositio. Cic. 3. *Verr.* Atqui in illis columnis dico esse, quæ à tuo redemptore commotæ non sint: dico esse ex qua tantum tectorium vetus deletum sit, & nouum inductum. Inductum pro Ascititio, vel longè accersito. Plin. *lib.* 68. Neque enim coniectura eget quid sermone patrio exprimere possis: quum hoc insititio & inducto tam præclara opera perfeceris.

Inductio, nis, Ductus, siue ductio: vt, Inductio aquarum. {מנהגת minhágth. ἐπαγωγή, εἰσαγωγή. GALL. *Induction, conduite dedans.* ITAL. *Condotta, argomento.* GERM. Einführung / einleytung. HISP. *Obra de meter dentro ò induzir.* ANGL. *A bringing in or a conueighing.* } Cicer. 2. *de nat. deor.* Nos aquarum inductionibus terris fœcunditatem damus. ¶ Inductio præterea genus argumenti, quo fit à particularibus ad vniuersalia progressus, ἐπαγωγή. Inductio (inquit Budæus) argumentatio est, quæ ex concessis sensim laqueos texit ad irretiendum eum, qui semel se interrogandum præbuit. Deinceps enim aliæ alias percontationes excipiunt, & illationes.

Inductus, us, {εἰσαγωγή, ἐπαγωγή. GALL. *Induction, persuasion.* ITAL. *Suggestione, persuasione.* GERM. Einführung. HISP. *Induzimiento.* ANGL. *A bringing in or persuasion.* } Autor ad Heren. *lib.* 2. Si maximè ita sit, num ea res concedi reo conueniat, quod alicuius inductu fecerit. Cicer. *pro Vareno*, apud Quintilian. *lib.* 5. *cap.* 10. Optio vobis datur, vtrum

vetum velitis casu illo itinere Varenum vsum esse, an huius persuasu & inductu.

Indufotus, Senatus, quasi in foro versans.

Indūgrĕdi, Antiqui dicebant, quibus endo præpositio pro In erat vsitata, pro ingredi: sicut Induperator, pro imperator: indupeditus, pro impeditus. Lucret. *lib.* 1.

———viámque indugredi sceleris.

Indūlco, as, Dulcem facio. {המתיק himtik. γλυκαίνω. GALL. *Faire doux.* ITAL. *Addolcire.* GERM. Süß machen. HISP. *Endulçar.* ANGL. *To make sweet.*}

Indūlcōro, as, idem quod indulco. ἡδύνω.

INDVLGEO, es, si, tum, contrarium est τῷ vrgeo: ita vt indulgeo sit q. inurgeo. Obsequor, consentio, condono, facilè concedo, & plus æquo permitto. {חנן chanán חמל chamál. χαρίζομαι, ἐπιτρέπω, ἐφίημι, συγχωρέω, χαρίζομαι. GALL. *Donner bandon ou abandon, permettre & laisser faire ce qu'il veut.* ITAL. *Compiacere, far cosa grata.* GERM. Verhengen, nachlassen, pflegen. HISP. *Regalar, dar, ò conceder misericordiosamente.* ANGL. *To cocker, to giue libertie, to any to do what he will, to giue him to some thing.*} Cicer. *in Lælio.* Sed obsequium multò molestius, quod peccatis indulgens, præcipitem amicum ferri sinit, hoc est, peccatis non repugnans. Idem *Tironi*. Indulge valetudini tuæ, id est, curandæ valetudini consulas. Terent. *in Heaut.* Nimium illi indulges. Senec. *c.* 5. *ad Polyb.* Indulgere dolori. Idem *c.* 13. *de tranquill.* Ne nimis destinatis rebus indulgeamus. *Ibid. c. vlt.* Indulsisse vino aiunt Solonem & Arcesilaum. Suet. *in Aug. c.* 51. Ætati tuæ noli in hac te indulgere, & nimium indignari, &c. (id est, plus æquo permittere.) Idem *in Claud. cap.* 16. Monuit, vt aut parciùs ætatulæ indulgeret, aut certè cautiùs. ¶ Item indulgere accipitur pro operam dare, & cupiditatibus obsequi. Senec. *cap.* 16. *de consol. ad Helu.* Indulgere studiis, Quintilian. Stoici minus indulsere eloquentiæ. Sueton. *in Aug. c.* 71. Indulgere aleæ, &c. Virg. 4. *Georg.*

Quòd nec concubitu indulgent.

Idem 4. *Æneid.*

Indulge hospitio causásque innecte morandi.

Idem,

Seu tumulis acclinę solum, collésque supini,
Indulge ordinibus.

¶ Inuenitur aliquando indulgere cum accusatiuo. Terent. *in Eunuch.* Eiicienda est hercle hæc animi mollities: nimis me indulgeo. Lucil. *lib.* 5. Te, qui iram indulges nimis, manus abstinere à muliere melius est. Sueton. *in August. cap.* 41. Indulgere vsum gratuitum pecuniæ. Idem *in Claud. cap.* 21. Indulgere Essedario rudem. Quintil. Indulgere nomen Oratoris.

Indūlgĕor, passiuum. Gell. *lib.* 20. *cap. vlt.* Ipse autem ad hoc scripsit, vt libris quoque meis paratæ istiusmodi remissiones essent, quando animus eorum interstitione aliqua negotiorum data laxari, indulgerique potuisset.

Indūlgēns, entis, nomen ex particip. Mitis, facilis, qui libenter indulget. {חמל chomél. ἐνδιδοὺς, συγχωρῶν. GALL. *Qui donne abandon, qui permet faire tout ce qu'on veut.* ITAL. *Chi tratta troppo licentiosamente & delicatamente.* GERM. Nachlassend, willfertig. HISP. *El que regala halagando.* ANGL. *That granteth easilie libertie, or giueth him to some thing.*} Ouidius *Eleg.* 3. *lib.* 1. *Trist.*

———& ipso
Indulgens animo pes mihi tardus erat.

Plin. *lib.* 17. *cap.* 6. Nutricem indulgentiorem esse, quàm matrem, sæpè conuenit. ¶ Interdum accipitur pro pulchro & formoso, cui propter insignem formam aliquid indulgetur, apud Quint. *declam.* 18. Placet ergo vt si filio obtigerit indulgentior facies, vultus erectior, tefugiat mater amplexus.

Indūlgentissĭmus, superlat. Senec. *Epist.* 79. Patris mei indulgentissimi senectus retinuit. ‖¶ Indulgentissimus auunculus. Seneca *de consolat. ad matrem cap.* 2. ¶ Indulgentissimi Imperatores dicti sunt, quasi clementes, benefici, propensique ad gratificandum.‖

Indūlgentĭă, æ, Lenitas, facilitas ✠ Seueritas. {חמלה chemláh מחמל machmál. φιλανθρωπία, ἔνδοσις. GALL. *Bandon, abandon, traittement delicat.* ITAL. *Permissione, concessione.* GERM. Nachlassung oder zulassung, willfertigkeit. HISP. *Regalo.* ANGL. *Libertie to do any thing, to gentill intreating.*} Quintil. *lib.* 1. *c.* 3. Mollis illa educatio, quam indulgentiam vocamus, neruos omnes & mentis & corporis frangit. Senec. *cap.* 16. *de consol. ad Helu.* Indulgentia constricta mater. Idem *de consol. ad Polyb. c.* 3. Tam citò, ô fortuna, indulgentiæ tuæ te pœnituit? ¶ Indulgentia sæpe in bonam partem etiam, vsurpatur pro beneuolentia & charitate. Cic. 3. *Verr.* Qui simul sensu & indulgentia filiarum remoueamini. Idem *in Orat.* post reditum. Et Senec. *c.* 15. *ad Helu.* Indulgentia stulta lugendi carissimos. (i. stultus affectus, siue charitas.) Apud Stat. Indulgentia ad formæ elegantiam refertur,

———Egregia tanta indulgentia formæ.

¶ Plurali numero Indulgentias vsurpauit Spart. *in Antonino*, Ad indulgentias pronissimus fuit. Indulgentia, pro permissione. Plin. *epist.* 140. Id itaque indulgentia tua restituere desyderant.

Indūlgĕntĕr, aduerbium, Obsequenter, blandè, leniter & cum facilitate ✠ Seuerè, grauiter. {φιλανθρώπως, ἀνειμένως. GALL. *Par trop d'abandon, en trop permettant.* ITAL. *Troppo licentiosamente.* GERM. Nachlässiglich, mit willfarung. HISP. *Regaladamente.* ANGL. *Gentlie, to fauorably.*} Cic. *ad Attic. lib.* 9. Illud me præclarè admones, quum illum videro, ne nimis indulgenter, & vt cum grauitate potius loquar. Et Liuius *lib.* 6. *decad.* 4.

Indūlgentissĭmē, Seneca *de consolatione ad matrem cap.* 5. Nunquam ego fortunæ credidi, etiamsi videretur pacem agere, omnia quæ illa in me indulgentissimè conferebat.

Indūlgĭtās, pro indulgentia. συγγνώμη. Sisenna *hist. lib.* 3. apud Nonium, Bassus assidua indulgitate victus.

Indumari, in mari. Non.

INDVO, ui, tum, ex in & duo, duis, cuius origo à Græco δύω, quod ingredior significat, traxitur. {לבש labásch. ἐνδύω, ἐνδύνω, ἐνδύομαι, ἀμφιέννυμι. GALL. *Vestir.* ITAL. *Vestire.* GERM. Anthun, anlegen, anziehen. HISP. *Vestir, vestidura.* ANGL. *To put vpon.*} Virg. *lib.* 2.

———deinde comantem
Androgei galeam, clypeique insigne decorum
Induitur.

Liu. *lib.* 3. *ab Vrbe*, Adeóque nouum ingenium induerat, vt plebicola repente, omnísque popularis auræ captator euaderet. Cic. 3. *Offic.* Deponit enim personam amici, qui induit iudicis. Plaut. *in Casina*, Ocyssimus sum omnium, qui viuunt: Loricam induam mihi: optimum esse arbitror. Ouid. 13. *Metam.*

———vt cælestia dona   Indueret. (arma Vulcani.)

Idem *Eleg.* 9. *lib.* 4. *Trist.* & *Eleg.* 1. *lib.* 4.

Induimus trepida protinus arma manu.

Idem *Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.*

Induitúrque humeros cum lato purpura clauo.

¶ Induere caussas personis. Item, Induere orationem personis. Quintilian. Induere personam iudicis. (id est, assumere:) &, Induere personam viri boni vera fide. Idem Quintilian. & Plaut. *Menæch. sc.* 3. *act.* 1. Nequis quin alliquid eius indutus sies. Cicer. *lib.* 2. *de fin.* Ex eius spoliis sibi & torquem & cognomen induit. Item, Induere nomen. Liu. *lib.* 6. *ab Vrb.* Plin. *lib.* 33. Pessimum vitæ scelus fecit, qui anulum primus induit digitis. Suet. *in Aug.* Si manè sibi calceus perperam, ac sinister pro dextero induceretur. ¶ Indui in rem aliquam est ferè in eandem conuerti. Virg. *lib.* 2. *Georg.*

Contemplator item quum se nux plurima syluis
Induet in florem.

Cic. 2. *de diuinatione*, loquens de anhelitibus terræ, Quum autem, inquit, se in nubem induerint. Item, Induere aliquid in alicuius mentem, animúmque, dixit Gellius *cap.* 19. *lib.* 2. ¶ Induere se, aliquando est sese immittere, & incurrere quò quis minus timebat. Cic. *Academ.* Et, vt docuit Antiochus, in idipsum se induit, quod timebat. ¶ Sumitur etiam pro ferio, occido, implico, aut iugulo. Idem 3. *Verr.* Sua confessione induatur, ac iuguletur. Cæs. *lib.* 3. *belli Gallici*, Quin ordines coniuncti inter se, atque implicati, quò qui intrauerant, se ipsi acutissimis vallis induebant. Et iterum, Aut se stimulis inopinantes induebant, aut in scrobes delati transfodiebantur. Liuius *lib.* 4. *dec.* 5. Induere se hastis.

Indutus, a, um. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 3. Non ego te indutum palla exire vidi foras? Tum me indutum pallam fuisse prædicas? Gell. *c.* 4. *lib.* 7. Induta coronis mancipia.

Indūtŭs, us, nomen verbale, Vestitus. {לבוש lebúsch מלבוש malbúsch. τὸ ἔνδυμα. GALL. *Habillement.* ITAL. *Vestimento, vesta, habito.* GERM. Kleydung. HISP. *Vestidura.* ANGL. *Arraying or putting on of agarment.*} Gerere vestem indutui. Tacit. *lib.* 17. Nisi ea quam indutui gerebat, veste detergeret.

Indūmĕntum, i, Vestimentum ab induo. {לבוש lebúsch מלבוש malbúsch. ἔνδυμα. GALL. *Vestement, habillement.* ITAL. *Vestimento.* GERM. Kleyd, Kleydung. HISP. *Vestidura, vestido.* ANGL. *Agarment or vesture.*} Cic. *de nat. deor. lib.* 1. Quod quum facere vultis, indumenta tamen corripitis. ¶ Indumentum oris, vocat Gell. *c.* 7. *lib.* 5. quòd paulò antè personam dixerat.

‖Indumina, idem quod indumenta. Pap.‖

Indūcŭlă, æ. {כתנת chethóneth.} Vestis interioris genus est, ab induendo dictum Plaut. *in Epid.* Quid erat induta? an regillam induculam, an mendiculam?

Indūpĕdīrĕ, apud antiquos legitur pro impedire. Lucret. *lib.* 4.

Et multò citius, quantò minus indupedire
Pauca queunt.

Indūpĕrātōrem, pro Imperatore poëtæ vsurparunt. Iuuen. *Sat.* 4.

Quales tunc epulas ipsum glutisse putamus
Induperatorem?

INDVRO, as, are, Durum facere. {הקשה hikschâh הכביד hichbidh. σκληρύνω. GALL. *Endurcir.* ITAL. *Indurare, far duro.* GERM. Verherten, hert machen. HISP. *Endurecer otra cosa.* ANGL. *To harden or mak harde.*} Plin. *lib.* 8. *c.* 52. Tunc inter se dimicant, indurantes attritu arborum costas, lutóque se tergorantes. Idem *lib.* 15. *c.* 17. Punica aqua marina feruente indurati oportet. Ouid. 6. *Metam.*

Induróque niues, & terras grandine pulso.

Seneca *cap.* 2. *de consolat. ad Helu.* Indurat infelicitas. Ouid. *Eleg.* 10. *lib.* 3. *Trist.*

Indurat Boreas niuem.

Idem *Eleg.* 2. *lib.* 5. *Trist.*

Ipse vexatum indurnit vsu. (sup. corpus.)

¶ Induratus timor. Liu. *lib.* 10. *bell. Punic.* ¶ Indurauit ætas, quando iuuentus præterita est. Cels. *lib.* 5. *de Phymate*, In iuuenibus rariùs oritur, & difficiliùs curatur, vbi ætas indurauit, ne nascitur quidem.

‖Induratius, comparat. Senec. *lib.* 1. *de Ira.* Quid induratius ad omnem patientiam loquitur de Germanis.‖

Indūrĕo, es, siue induresco, is, Durus fio. {קשה kaschâh. σκληρύνομαι. GALL. *Deuenir dur, s'endurcir.* ITAL. *Diuentar duro.* GERM. Hart werden. HISP. *Endurecerse.* ANGL. *To waxe harde.*} Col. *lib.* 2. *c.* 21. Antequam ex toto grana indurescant. Quint. *lib.* 1. *c.* 4. Frangas citius quàm corrigas, quæ in paruum induruerunt.

Indus, a, um, vide suprà in *India.* Et Ouid. *Eleg.* 6. *lib.* 4. *Trist.* India bellua.

Indŭs, i, m, fluuius Orientis, secundùm Gangem longè maximus, Indum ab Occasu alluens, à quo tota ea regio nomen accepit. {Ein grosser fluß in India so dem gantzen land den namen gegeben hat.} Hunc in iugo Caucasi montis, quod vocatur Paropamisus, aduersùs Solis ortum effusum aiunt, in séque xix. amnes recipere: de quo Arrianus *de rebus gestis Alexandri, lib.* 5.

INDVSIVM, ii, genus vestis, quasi intusium, quòd intus, & mox supra subuculam sumebatur. {כתנת chethóneth. χιτωνίσκος. GALL. *Vne chemise.* ITAL. *Camiscia.* GERM. Ein hembd. HISP. *La camisa.* ANGL. *A shirt, a peticote.*} sicut pallium & palla vocata sunt, quæ palàm, id est, foris supra indusium.

Indūti

Indusiarius, dicitur qui conficit indusia. {ὁ τῶν χιτωνίσκων ποιῶν. GALL. *Vendeur ou faiseur de chemises.* ITAL. *Chi fa ò vende camiscie.* GERM. Ein hembdmacher. HISP. *El que haze ò vende camisas.* ANGL. *A maker or seller of shirtes.*} Plaut. *in Aulul. sc.5.a.3.* Patagiarij, indusiarij, flammearij, violarij.

Indusiatus, dicitur qui huiusmodi veste est indutus. {ANGL. *Cladde in a shirte or peticote.*} Plaut. *in Epidem.* Indusiatam, patagiatam, caltulam, & crocotulam. Varro intusium appellat per t, non per d, quum ait, Vnum quod foris à palàm palla: alterum quod intus, à quo intusium.

INDVSTRIA, æ, Promptitudo quædam ingenij, & habilitas ad aliquid faciendum, ars, diligentia. {דעת *dahath* חכמה *chochmah.* φιλοπονία. GALL. *Industrie, diligence, dexterité.* ITAL. *Industria, arte, ingegno.* GERM. Fleiß/geschicklichkeit. HISP. *Industria, diligencia, dexteridad.* ANGL. *Diligence, labour, trauayle.*} Industria, vocabulum est medium, Gellio autore, *cap.7. lib.12.* Plaut. *Men. sc.2. a.1. & sc. Vt atas, & Mercat. in fine.* Ob eam industriam. (i. ob eam caussam & malam operam.) Idem *Most. sc.1. act.1.* Iupiter supremus summis opibus & industriis me cupit periisse. Et *in Aulul. sc.2. a.3.* Nemo est cui ego de industria amplius malè plus lubens faxim. Idem *Pseud. sc.1. a.2.* Ne mei dicam industria & malitia. Cicer. 5. *Verr.* in quo meam industriam ac diligentiam spectari volo. De industria aliquid facere, hoc est, dedita opera. Terent. *in Andr.* Paulum interesse censes, ex animo omnia, vt fert natura, facias, an de industria? Cic. 1. *Offic.* At illæ quidem iniuriæ, quæ nocendi causa de industria inferuntur, sæpe à metu proficiscuntur. Plaut. *Asin. sc.3 a.1.* Quod nolebam de industria fugiebatis. Ex industria, idem. Quint. *lib.9.* Mastrucam, quod Sardum est, illudens Cic. ex industria dixit. ¶ Industriâ, Ablatiuus pro De industria. Plaut. *Trucul.* —atque hæc celamus nos damna industria, quum iam rem hidémque, nósque nosmet perdimus.

‖Industriare, docere. Gl. Isid. Pap.‖

Industrius, a, um, Diligens, nauus, assiduus, qui multæ industriæ est, & prompto ingenio ad aliquid faciendum. {כחנם *chaenam* שקד *schokédh.* φιλόπονος. GALL. *Industrieux, diligent, habile, laborieux.* ITAL. *Industrioso, ingenioso.* GERM. Fleissig/ernsthafftig/ klug. HISP. *Industrioso y diligente, diestro y de buen recaudo.* ANGL. *Diligente, labouriense.*} Cicer. 5. *Verr.* Nympho est Centuripinus homo gnauus & industrius, experientissimus ac diligentissimus arator. ¶ Industrior, comparatiuus. Plaut. *Mostell. sc.2. a.1.* —quo neque industrior de iuuentute erat arte gymnastica, disco, hastis, &c. ¶ Industrium (inquit Festus) antiqui dicebant indostruum, quasi quicquid ageret, intro strueret, & studeret domi.

Industriè, aduerb. Ingeniosè. {ἐνθρώς, τεχνικῶς, σπουδαίως. GALL. *Diligemment, par industrie, soigneusement.* ITAL. & HISP. *Industriosamente, ingeniosamente.* GERM. Fleissiglich/geschicklich. ANGL. *Diligentlie.*} Col. *lib.9. cap.2.* Higinus veterum autorum placita secreta dispersa monumentis, industriè collegit. Hinc deducitur comparatiuum industrius, pro magis industriè. Cic. *pro domo sua ad Pop.* Quis apud pop. Rom. de illius dignitate industrius? quis Senatui sæpius dixit? Cæsar *lib. 5. de bell. ciu.* Industriè castra defendere.

INDVVIÆ, arum, ab induendo: dicuntur indumenta quibus quis induitur: sicut Exuuiæ ab exuendo dicuntur spolia quibus victores spoliant victos. Plaut. *Men. sc.3. a.1.* E. Quid hoc est? M. Induuiæ tuæ, atque vxoris exuuiæ.

Induuium, ij, pro cortice arboris, quo ipsa induitur. {פצלה *petsaláh.* φλοιός, τὸ ἔνδυμα. GALL. *Vesture, l'escorce qui couure l'abre.* ITAL. *Scorza d'albero.* GERM. Die rinden eines baums. HISP. *Vestidura del arbol.* ANGL. *The bark of a tree.*} Plinius *lib.13. cap.4.* Vtilem sibi, arborisque induuiis circulum mira pernicitate homine subeunte.

‖Indystria, pro industria. Gloss. Salmat.‖

Inebræ, Aues, quæ in auguriis aliquid fieri prohibent: & prorsus omnia inebra appellantur quæ tardant, vel morantur agentem. Festus.

INEBRIO, as, are, Ebrium reddo. {הרוה *hirváh* שכר *schickchér.* μεθύσκω. GALL. *Enyurer.* ITAL. *Inebbriare.* GERM. Truncken oder voll machen. HISP. *Embriagar ò emborrachar.* ANGL. *To mak drunken.*} Plin. *lib.12. c.22.* Palma quæ vocatur adipsos, vescentes inebriat. Idem *lib.7. c.26.* Quoniam inebriatis radicibus nocent. Iuuen. *Sat.10.*

——qui te per compita quærat
Nolentem, & miseram vinosus inebriat aurem.

Inebrior, ris, Ebrius fio. {רוה *raváh* שכר *schachár.* μεθύσκομαι. GALL. *S'enyurer.* ITAL. *Inebbriarsi.* GERM. Truncken werden. HISP. *Embrigarse, emborracharse.* ANGL. *To be drunken.*} Dicimus & per translationem, Inebriari voluptatibus, hoc est, voluptatum illecebris ita implicari & irretiri, vt ad res honestas seriásque inidoneus reddaris & ineptus.

Inedia, æ, Abstinentia à cibo, ieiunium. {רעבון *rehabón* כפן *chaphán.* ἀσιτία. GALL. *Faute de boire & manger.* ITAL. *Fame.* GERM. Mangel an leiblicher nahrung/hunger. HISP. *Hambre.* ANGL. *Lack of meate and drinke.*} Cic. 5. *de finib.* Vigiliis & inedia necatus. Plin. *lib.11. c.54.* Homini non ante diem septimum lethalis inedia. Plaut. *Curc. sc.3. a.2.* Genua inedia succidunt.

Ineditus, Non editus, non comesus. ἀνέκδοτος: vt, causa inedita. Ouid. 4. *de Ponto, eleg.16.*

Essent & iuuenes, quorum, quòd inedita causa est:
Appellandorum nil mihi iuris adest.

id est, sunt & alij iuuenes, qui præclara poëmata conscripserunt, sed quoniam edita nondum sunt, nihil est, cur vobis illa magnopere commendem.

Ineffabilis, e, quod effari non possis, aut exprimere. {ἀνεκλάλητος. GALL. *Qu'on ne peut exprimer, ineffable.* ITAL. *Ineffabile, che non si può exprimere.* GERM. Vnaußsprechlich. HISP. *Cosa que no se puede hablar ò exprimir.* ANGL. *That can not be expressed or spoken.*} Plin. *lib.28. cap. 1.* Non est facilè dictu, externa verba, atque ineffabilia derogent fidem validiùs, an Latina inopinata, &c. Idem *in præfat. lib.5.* Populorum eius (Africæ) oppidorúmque nomina, vel maximè sunt ineffabilia.

INEFFICAX, acis, omnis generis, quod virtutē efficiendi non habet. {ἀνέργητος. GALL. *Qui n'a force ne vertu, n'efficace à faire quelque chose.* ITAL. *Non efficace, senza forza ò virtù.* GERM. Vnkräfftig. HISP. *Cosa no sufficiente para hazer.* ANGL. *VVithout force or strength.*} Plin. *lib.20. c.22.* Inefficacius quàm superiora. Idem *lib.34. c.11.* Fit & ex candido ære squama, Cypria longè inefficacior.

‖Inefficaciter, ἀνεργήτως, ἀπράκτως. Paul. *D. lib.49. tit.8. l.2.* Inefficaciter condemnatum videri.‖

Ineffigiatus, a, um, Informe, quod non est factum ad aliquam effigiem. {ἄμορφος. GALL. *Qui n'a nulle forme ou semblance.* ITAL. *Senza forma, che non ha alguna figura.* GERM. Vngestalt/vnformlich. HISP. *Cosa no contrahecha sin forma.* ANGL. *VVithout forme or fashion.*} Gell. *lib.17. cap.10.* Namque vt illa bestia fœtum ederet ineffigiatum, informémque: lambendóque id postea, quòd ita edidisset, conformaret, & fingeret.

‖Ineffugibilis, quod fugi non potest, ineuitabile.‖

Inelaboratus, a, um, Illaboratus, nulla arte factus. {ἀνέργαστος. GALL. *Non elabouré.* ITAL. *Senza politezza.* GERM. Vnwercklich. HISP. *No labrado ni polido.* ANGL. *That is doone with litle diligence.*} Quint. *lib.4. cap.1.* Nec tamen deducta semper, atque circunlita, sed sæpe simplici, atque inelaboratæ similis, nec verbis vultúque nimia promittens, &c.

INELEGANS, tis, Eleganti contrarium. {ἄκομψος. GALL. *Qui n'est point gay, poly, ne gaillard, qui n'a point de grace.* ITAL. *Rozzo, senza leggiedria & vaghezza.* GERM. Vnzierlich/vnlieblich. HISP. *Cosa no elegante, ni galana.* ANGL. *No trimme, nothing gaye.*} Plin. *lib.35. c.10.* Carmen dicatum Veneri non inelegans. Cicer. *de clar. Orat.* Incrátque & ingenium satis acre, & orationis non inelegans copia.

Ineleganter, aduerb. {ἀμούσως, ἀκόμψως. GALL. *Sans grace, beauté, ou elegance.* ITAL. *Senza gratia, ò vaghezza.* GERM. Vnzierlich/ nicht fein. HISP. *No elegante ni galanamente.* ANGL. *VVithout grace or beautie.*} Cicero 2. *de finibus,* Primùm diuisit ineleganter. Duo enim genera quæ erant, facit tria. Et *de clar. Orat.* Oratio non ineleganter scripta.

Ineluctabilis, e, quod vitari non potest, hoc est, domari, & lucta euinci. {ἀκαταμάχητος. GALL. *Inuincible.* ITAL. *Che non si può domare.* GERM. Daraus nicht zu fechten ist/nicht zu vbertringen. HISP. *Cosa contra quien no se puede resistir.* ANGL. *That can not be ouercome, or passed by labour.*} Virg. 8. *Æneid.*

Me pulsum patriâ, pelagísque extrema sequentem
Fortuna omnipotens, & ineluctabile fatum,
His posuere locis. id est, inseparabilis vis fati.

Idem 2. *Æneid.*

Venit summa dies & ineluctabile tempus
Dardaniæ.

Velleius, Ineluctabilis vis fatorum.

Inemendabilis, e, quod emendari non potest. {ἀδιόρθωτος. GALL. *Qu'on ne peut amender ne corriger.* ITAL. *Che non si può emendare.* GERM. Das nicht zuverbessern ist. HISP. *Cosa que no se puede emendar.* ANGL. *That can not be amended.*} vt, Prauitas inemendabilis, Quintilian. *lib.1. cap.1.*

Inemorior, eris, inemori, Immorior, in aliqua re vitam cum morte commuto. {ἐναποθνήσκω. GALL. *Mourir en disant, faisant ou estant en quelque chose.* ITAL. *Morire in qualche impresa.* GERM. Etwas thun sterben. HISP. *Morir haziendo alguna cosa.* ANGL. *To die in doing of any thing.*} Horat. *Epod.5.*

Quo posset infossus puer
Longo die bis terve mutatis dapis
Inemori spectaculo. hoc est, emori in spectaculo, &c.

Inemptus, a, um, Non emptus. {ἀνώνητος. GALL. *Qui n'est point acheté.* ITAL. *Non comparato.* GERM. Vngekaufft. HISP. *Cosa non comprada.* ANGL. *That is not bought.*} Virg. 4. *Georg.*

——dapibus mensas onerabat inemptis.

INENARRABILIS, e, Admirabilis, incredibilis, quod dici & verbis exprimi non potest. {לא יספר *lo jesuppár.* ἀνεκδιήγητος. GALL. *Qu'on ne peut raconter, inenarrable.* ITAL. *Che non si può narrare ni raccontare.* GERM. Vnerzehlig/vnsäglich. HISP. *Cosa que no se puede contar.* ANGL. *That can not be told, or vttered.*} Plin. *lib.8. c.7.* Sed Pompeiani amissa fugæ spe, misericordiam vulgi inenarrabili habitu quærentes supplicauēre. Inenarrabilis subtilitas, idem *lib.21. c.1. & lib.10. c.2.* Martial. *lib.2.*

Vis dare maius adhuc, & inenarrabile munus.

Gell. *c.27. lib.13.* Inenarrabili sensu quodam.

Inenarrabiliter, apud Liuium *lib.1. dec.5.*

Inenarratus, a, um, Præteritus, tacitus, inductus. {ἀδιήγητος, ἀνεκδιήγητος. GALL. *Qui n'est point narré, expliqué ne raconté.* ITAL. *Non narrato ne raccontato.* GERM. Vnerzehlt. HISP. *No declarado, no contado.* ANGL. *Vndeclaired or shewed.*} Gell. *lib.12. c.6.* Quod inenarratum relinquamus.

Inenodabilis, e, Inextricabilis, perplexus, quod scilicet enodari & dissolui non potest. {ἀδιάλυτος, ἄλυτος. GALL. *Qu'on ne peut desnouer ne dissoudre.* ITAL. *Che non si può snodare ne scogliere.* GERM. Vnauflößlich. HISP. *Cosa que no se puede desenredar.* ANGL. *VVhich can not be vnknotted or loosed.*} Cicero *de Fato,* Nec quum hæc ita sint, est causa cur Epicurus pertimescat fatum, & ab atomis petat præsidium, eásque de via deducat, & vno tempore suscipiat res duas inenodabiles.

Ineo, is, ire, Ingredi. {בא *ba.* εἰσέρχομαι. GALL. *Entrer dedans.* ITAL. *Entrare dentro.* GERM. Hinein gehn. HISP. *Entrar dentro de lugar.* ANGL. *To go in.*} Plaut. *in Casin.* Si iubet, inibitur tecum, id est, ingrediar tecum. Idem, Videbo id prius quàm ineam domum. Cic. *pro Corn. Balb.* Nequis castra Imperatoris iniret. Plaut. Iniit te vnquam febris? id est, nunquámne te corripuit febris? Ouid. 5. *Fast.*

Taurus init cœlum! Te, Sidoni, Iuppiter implet.

Ibid. *lib.3.*

Nec Deus ignotas hospes inire domos.

Idem *lib.4.*

Res placet, alter init nemorosi saxa Palati.

Liu. *lib.8. d.4.* Inire vrbem (i. ingredi.) Idem *lib.5. dec.4.* Numerum equitum ac peditum iniri non posse. ¶ Inire conuiuia. Ouid. 4. *Fast.* Et, Initum

tum & dimissum conuiuium. Sueton. *in Aug. c. 76.* Inire prælium, certamen, i. aggredi & suscipere, *ἐνίστημι*. Salust. *in Catil.* Quapropter vos moneo, vt forti atque parato animo sitis, & prælium quum inibitis, memineritis vos diuitias, decus, gloriam, præterea libertatem & patriam in dextris vestris portare. Inire certamen, Cicer. *4. de finib.* Et Velleius, Vbi initum certamen est. ¶ Inire beneficium, id est, comparare. Terent. *in Andr.* Quàm maximè abs te postulo Chreme, vt beneficium verbis initum dudum, nunc re comprobes. ¶ Inire consilium pro capere consilium. Cicer. *ad Brutum*, Consilia inire cœpi brutina planè. Plaut. *Pseud. sc. 5. a. 1.* Si ista de re consilium iniuimus. Idem *Capt. sc. 1. a. 3.* Qui consilium iniere, (aliàs, concilium) quo nos vita & victu prohibeant, iis diem dicam. ¶ Inire causam & rationem alicuius rei, hoc est, rationem, vel causam cogitando inuenire. vel, si mauis, est incipere, cognoscere. Liu. *lib. 4. bell. Maced.* Item *lib. 33. bell. Maced.* Atque ego nonnullarum cupiditatum nec causam quidem, aut rationem inire possum. ¶ Inire consulatum, præturam, ædilitatem, &c. Cæsar, Qua ex die consulatum iniit Lentulus. Inire imperium. Sueton. *in Tib. c. 67.* ¶ Inire cubile, concumbere. Cic. *de Arusp. resp.* Quum vxorem sororémque non discernis, quum quod ineas cubile non sentis. ¶ Inire gratiam ab aliquo, est beneuolentiam alicuius demereri. {גמל *goamal*, *χαρίζομαι* vel *χαρίζω*.} Terent. *in Adelph.* Ego lepidus ineo gratiam. Plaut. *Curc. sc. 2. a. 3.* Inibis à me solidam & grandem gratiam. Idem *in Asin. sc. 3. a. 1.* Bene hercle facitis, & à me initis gratiam. Cic. *ad Attic.* Quod ille si faciat, iam cum bonis omnibus summam ineat gratiam. ¶ Inire nexum, pro vinciri, deuinciri, illigari & detineri. Liu. *7. ab Vrbe*, Nam etsi vnciario fœnore facto, leuata vsura erat, sorte ipsa obruebantur inopes, nexúmque inibant, id est, vinciebantur & astringebantur. Inire rationem, pro viam ac modum aliquid agendi quærere. Terent. *in Heaut.* Quid agam? aut quid comminiscar? ratio de integro ineunda est mihi. ¶ Inire pro coire, siue concumbere. {רבע *rabáh*, *ἐπιβαίνειν*, *βαίνειν*.} M. Antonius Apud Suet. *in Aug. c. 69.* non semel vsurpauit: Quid te, inquit, mutauit? quod Reginam ineo? vxor mea est. Item, Tu solam Drusillam inis? Non inieris Tertullam, aut Terentillam, &c. Idem *in Neron. c. 12.* Taurus Pasiphaën ligneo iuuencæ simulachro abditam iniit. Plin. *lib. 7. cap. 40. de canibus*, Primos quoque mares pariunt, in cæteris alternant si ineantur opportuno & commodo tempore. Idem, Sed asini qui equas ineant, optimi legendi sunt. ¶ Initur æstimatio, id est, inuenitur modus ac ratio rei æstimandæ. Vlp. *D. lib. 9. tit. 2. l. 41.* Si quis testamentum deleuerit, an damni iniuriæ actio competat, videamus. Et Marcellus *lib. 5. Dig.* dubitans negat competere. Quemadmodum enim, inquit, æstimatio inibitur? ¶ Liu. *lib. 4. d. 4.* Inita amicitia, Inita fraudis via. Idem *lib. 5. d. 4.* Initum prælium, Velleius. Et, Inito consilio, Cæsar *lib. 1. de bell. ciu.* Et Ou. *3. Fast.*

Hinc etiam (à mense Martio) *veteres initi memorantur honores.*

Velleius, Inita pax cum eo est.

Ĭnĭto, frequentatiuum ab ineo. *ἐμβαδίζω*. Diomedes ab Ineo, is, inito dicimus. Pacuuius, Loca arida initans.

Ĭnĭtŭs, us, Coitum significat. {*ἐμβασις*, *ὀχεία*. GALL. *Montement, entrée, comme du masle auec la femelle.* ITAL. *La congiuntione del maschio con la femina.* GERM. Der eingang oder vermischung des menschlichen geschlechts zu weiblichen. HISP. *El ayuntamiento del macho con la hembra.* ANGL. *The act of generation.*} Plin. *lib. 8. c. 42. de equis.* Nec tamen quindecim initus eiusdem anni volet tolerare. *Ibid. cap. 44.* Et quæ non primo initu generare cœperit. Sic *lib. 10. c. 63.* Varro *2. de re rust. c. 7.* Tametsi incredibile, quod vsu venit memoriæ mandandum, quum equus matrem vt saliret adduci non posset, & eum capite obuoluto perorriga adduxisset, & coëgisset matrem inire: quum descendenti velum dempsisset ab oculis, ille impetum fecit in eum, ac mordicus interfecit. Perorriga appellatur is, qui admissarium ad fœminam adducit, vt ait Varro *ibidem*.

ĬNĔPTŬS, a, um, ex In negatiua particula, & aptus componitur, Inappositus, importunus. {*ψυχρολόγος*, *ἀπειρόκαλος*, *ἄτοπος*. GALL. *Mal adroit & mal propre, inepte, messeant, sot, fat.* ITAL. *Non atto, mal destro, inetto.* GERM. Vngeschickt/närrisch. HISP. *Cosa grossera, inhabil.* ANGL. *Not meet or proper foolish.*} Quid autem significet, docet Cic. *lib. 2. de Orat.* his verbis, Ineptus nomen habere videtur, quòd non sit aptus, idque sermonis nostri consuetudine perlatè patet. Nam qui aut tempus quid postulet, non videt, aut plura loquitur, aut se ostentat, aut eorum quibuscum est, vel dignitatis, vel commodi rationem non habet, aut denique in aliquo genere, aut inconcinnus, aut multus est, is ineptus dicitur. Ouid. *Eleg. 1. lib. 2. Trist.*

Lusibus vt possis aduertere numen ineptis.

Senec. *cap. 14.* Ne inepta spe tibi blandiaris.

Ĭnĕptio, is, iui, itum, Ineptias facio, aut dico, quod neque locô, neque tempori, neque rebus, neque personis conuenit. {נבל *nischal*, *ληρεῖν*, *ψυχρολογεῖν*. GALL. *Dire ou faire quelque chose mal à propos, resuer, bauer.* ITAL. *Dire ò fare cose sconueneuolo, inettire.* GERM. Thorechtig thun/narreten treiben/vngeschickt sein. HISP. *Hazer ò dezir necedades.* ANGL. *To triffle, to speak nothing to the purpose.*} Terent. *in Phorm.* —non agam, imò non desinam, Donec perfecero hoc. P. Ineptis. Idem *in Adelph.* Hanc te æquum est ducere: & te operam vt fiat dare. M. Me ducere autem? D. M. meîte, inquam. M. Ineptis.

Ĭnĕptĭă, & Ineptitudo. {סכלות *sicluth*, *ἀπειροκαλία*. GALL. *Messeance, sottise, bauerie, resuerie.* ITAL. *Sciocchezze.* GERM. Vngeschicklichkeit/narrenwerck oder thorung. HISP. *Inhabilidad, necedad.* ANGL. *Foolis, triffling.*} Ter. *in Phorm.* Vt ad pauca redeam, ac mittam illius ineptias. Cic. *2. Tusc.* Ineptiæ penè aniles. Plaut. *Capt. sc. 3. a. 3.* Maximas nugas ineptiásque incipisso.

Ĭnĕptè, aduerbium, Minus aptè & prudenter. {*ἀπειροκάλως*. GALL. *Sottement, mal proprement.* ITAL. *Sciocchamente, goffamente.* GERM. Vngeschicklich/ gecuschisch. HISP. *Desatauiada, y inhabilmente.* ANGL. *Vnproperlie.*} Plaut. *in Mostell. sc. habeo.* Interdum inepte stultus est. Cic. *1. Tusc.* Nam etsi non sus Mineruam, vt aiunt, facit, tamen ineptè quisquis Mineruam docet.

INEQVITARE, *ἐφιππάζειν*, equo insidere. Translatè pro insultare.

Inequitabilis, Non equitabilis. Curt. *lib. 8.* Imber violentius, quàm aliàs fusus campos lubricos & inequitabiles fecerat. Quasi diceret, nullum fuisse tum regi Poro vsum quadrigarum, & equorum, idque propter camporum lubricitatem & illuuiem. Subdit enim, Grauésque & propemodum immobiles currus illuuie & voragine hærebant.

ĬNĔRMĬS, e, Armis non tectus, nudus. {*ἄοπλος*. GALL. *Desarmé, sans armes, qui n'a point d'armes.* ITAL. *Senza arme, disarmato.* GERM. Vngewaffnet/wehrloß. HISP. *Cosa desarmada.* ANGL. *Vnarmed, vnweaponed.*} Cicero *pro Cecin.* Arma esse suis nominibus, alia ad tegendum, alia ad nocendum: quæ qui non habuerint, eos inermes fuisse vinces. Liu. *1. ab Vrbe*, Adhæc Albana pubes inermis ab armatis septa, &c. Ouid. *13. Metamorph.*

Qui clam, qui semper inermis rem gerit.

Idem *Eleg. 1. lib. 2. Trist.*

Si quoties peccant homines sua fulmina mittat
Iuppiter, exiguo tempore inermis erit.

Senec. *c. 3. de tranq.* Inermia vitia, impotentia, inuidia, &c. ¶ Et per translationem inermis dicitur, qui nihil habet, quo causam suam tueatur, aut defendat. Cic. *1. de fin.* Iam in altera philosophiæ parte, quæ est quærendi & disserendi, quæ λογικὴ dicitur, iste vester planè (vt mihi quidem videtur) inermis ac nudus est.

Ĭnĕrmŭs, a, um, Inermis, nudus. Virg. *1. Æneid.*

Tum studio effusæ matres & inermum,
Inualidique senes, turres & tecta deorum
Obsedere.

Gell. *lib. 17. c. 2.* ex Quint. Claudij *annal. libro primo*. Arma plerique obiiciunt, atque inermi inlatebrant sese. Salust. *in Iugurth.* Neque quenquam decere qui manus armauerat ab inermis pedibus auxilium petere.

Ĭnĕrmo, as, are, Armis spoliare. Fest. {*ἀφοπλίζω*. GALL. *Desarmer.* ITAL. *Desarmare, dispogliare l'arme.* GERM. Wehrloß machen. HISP. *Desarmar, despojar de armas.* ANGL. *To vnarme, to tak harnesse from.*}

ĬNĔRRO, as, In loco quopiam erro, vagor, discurro. {חלך *nadh* נד *naû* נע *halách*, *ἐμπλανάομαι*. GALL. *Aller çà & là, vaguer & errer.* ITAL. *Vagare in qualche luogo.* GERM. Etwan vmbherschweiffen oder irregehn. HISP. *Vagar.* ANGL. *To erre, to wander.*} Plin. *lib. 1. Epist.* Experieris non magis Dianam montibus quàm Mineruam inerrare. Ignis inerrat ædibus. Stat. *1. Sylu.* Tibull. *lib. 4.*

———*Versus summo vel inerret in ore.*

Ĭnĕrrāns, tis, particip. Non errans, fixus, constans, immobilis. {*ἀπλανής*. GALL. *Qui n'erre point.* ITAL. *Che non erra.* GERM. Nicht hin vnd her schweiffend/vnuerendert. HISP. *Lo que no vaga ni yerra.* ANGL. *Which erreth not.*} Vnde inerrantes stellæ dicuntur, quæ & fixæ appellantur. Cic. *2. de nat. deor.* Nec verò ex stellæ, quæ inerrantes vocantur, non significant eandem mentem, atque prudentiam, quarum est quotidiana, conueniens constánsque conuersio. Idem, Habent igitur suam sphæram stellæ inerrantes ab æthere coniunctione secretam & liberam.

ĬNĔRS, tis, ab antiquis accipiebatur pro eo qui artem nullam nosset, quem Græci ἄτεχνον appellant. {GALL. *Qui n'a nul art ne sçauoir, paresseux, lasche, fayneant.* ITAL. *Senza arte ò giudicio, da poco.* GERM. Kunstloß der keiner kunst berichtet ist/vngelehrt, vnkönnend. HISP. *Sin arte.* ANGL. *Dull, without courage or skill.*} Cic. *3. de fin.* Sed lustremus animo has maximas artes, quibus qui carebant inertes à maioribus nominabantur. Postea tamen consuetudo obtinuit, vt pro ignauo, stupido, & deside accipiatur. {עצל *hatsel*, *νωθρός*, *ἀπράγμων*. GALL. *Paresseux, lasche, fayneant.* ITAL. *Stupido, disutile, poltrone.* GERM. Faul/träg der sich nirgen zu bemühen mag. HISP. *Haron, haragan, floxo.* ANGL. *Slouthfull, idle.*} Ter. *in Andria*, —atque hoc confiteor iure obtigisse, quandoquidem tam iners, tam nulli consilij sum. Cic. *4. Verr.* At homo, inertior, ignauior, magis vir inter mulieres nequam, quàm impura inter viros muliercula, &c. Plin. *lib. 9. cap. 6.* Illæ ad flexum immobiles, ad repugnandum inertes, & pondere suo oneratæ. Iners membris. Idem *lib. 18. c. 12.* Iuxta hanc fera appellatur catoplebas, modica alioquin, cæterisque membris iners, caput tantum prægraue ægrè ferens, &c. ¶ Iners in Venerem, ineptus, non habilis, id est, segnis ad coitum. Columell. *lib. 6. c. 27.* Ætas iners, senectus. Tibull. *lib. 1. Eleg. 1.* Et Ouid. *Eleg. 8. lib. 4. Trist.*

Iam subeunt anni fragiles, & inertior ætas.

Idem *Eleg. 10. lib. 3. Trist.*

Cessat iners rigido terra relicta situ.

Corda inertia, Virg. *9. Æneid.* Corpora inertia, idem *1. Æneid.* Pectus iners. Ouid. *Eleg. 7. lib. 5. Trist.*

———*Vereor ne sit tibi pectus iners.*

Item, Anima iners. Idem *13. Metamorph.* Iners glacies. Horat. *Ode 9. lib. 1. Trist.* Inertem dolorem dimittere. Senec. *de consol. ad Polyb.* Ouid. *5. Fast.*

Iámque in priuato pascere inertis erat.

Ĭnĕrtĭă, æ, propriè artis ignorationem significat, accipitur tamen pro ignauia, socordia, desidia. {עצלות *hatsluth*, *ἀπραγμοσύνη*, *ῥᾳθυμία*. GALL. *Paresse, negligence, lascheté.* ITAL. *Dapocagine, pigritia, poltroneria.* GERM. Vnkönnenheit, faulkeit/trägheit. HISP. *Harenia, y floxedad.* ANGL. *Slouth, dulnesse.*} Cic. *in Partit.* Animi autem, aut quemadmodum affecti sunt, virtutibus, vitiis, artibus, inertiis: aut quemadmodum commoti, cupiditate, metu, voluptate, molestia. Colum. *in præfatione, lib. 1.* Non ergo fatigatione, quemadmodum plurimi crediderunt nec senio, sed nostra scilicet inertia minùs benignè nobis arua respondent. Cicer. *de Orat. 1.* Duo illa relinquamus, idque largiamur inertiæ nostræ. Senec. *c. 12. de tranq.* Inertia inquieta eorum.

Ĭnĕrtĭcŭlă, Vitis genus est, vinum ferens neruis innoxium, vnde & nomen habet, quod scilicet iners habeatur in tentandis neruis, *ἀμέθυστος*. Græci vocant *ἀμέθυστον*, eò quòd non facilè vinum ex ea gignat ebrietatem. Colum. *lib. 3. c. 2.* Inerticula tamen nigra, quam quidem Græci *ἀμέθυστον* appellant, potest in secunda quasi tribu esse: quod & boni vini est innoxia: vnde etiam nomen traxit, quòd iners habetur in tentandis neruis.

Ineruatus, pro eo quod nunc est *eneruatus*.

ĬNĔRŪDĪTŬS, a, um, Non eruditus, indoctus, illiteratus. {*ἀμαθής*, *ἀπαίδευτος*. GALL. *Qui n'est point sçauant, ignorant.* ITAL. *Ignorante.* GERM.

GERM. Ungelehrt. HISP. *No enseñado, inerudito.* ANGL. *Vnlearned, ignorant.* } Cicero 1. *de finib.* Non ergo Epicurus ineruditus. Idem 4. *Acad.* Modò ne quis illud tam ineruditum absurdúmque responderit. Sueton. *de clar. Grammat.* Præterea priscorum Catonis verborum ineruditissimum furem.

‖Ineruditio, i, e. inscitia.‖

Ineruditè, aduerb. ἀπαιδεύτως. Gell. *lib. 7. cap. 3.* Culpauit autem primum hoc, quòd Cato ineruditè, & ἀπαγωγῶς, vt ipse ait, principio nimis insolenti, nimisque acri & obiurgatorio vsus sit.

Inesco, as, Oblata esca decipio, fallo, illecebris capio, irretio. { פתה *pittáh.* δελεάζω. GALL. *Amorcer, apaster, allicher.* ITAL. *Ingannare, adescare.* GERM. Ein aase legen / hinein locken / betriegen. HISP. *Cenar engañando para tomar.* ANGL. *To lay a bayte, to deceiue.* } Translatio sumpta est à piscibus & auibus quæ propriè inescari dicuntur, quum escam captantes capiuntur. Terent. *in Adelph.* Nunquam rem facies: abi, nescis inescare homines Sannio. Liuius 2. *bell. Punic.* Annibal id damnum haud ægerrimè pati, quin potiùs credere, velut inescatam temeritatem ferocioris Consulis. Velleius, Inescare & inlicere multitudinem.

‖Iness, iners, segnis, piger. Gl. Isid.‖

Ineuitabilis, e, quod vitari non potest. { ἀπαραίτητος, ἄφυκτος. GALL. *Ineuitable, qu'on ne peut euiter ne fuyr.* ITAL. *Che non si può schiffare.* GERM. Unvermeidenlich. HISP. *Cosa que no se puede esquiuar.* ANGL. *That can not be eschewed.* } Plin. *in Paneg.* Magnum & ineuitabile, ac toties cuique experiendum malum. Ouid. *ad Liuiam,*

Sed rigidum ius est, & ineuitabile mortis.

Inexaturabilis, e, Insatiabilis. { ἀκόρεστος. GALL. *Insatiable.* ITAL. *Insatiabile.* GERM. Unersettlich. HISP. *Cosa que no se puede hartar.* ANGL. *Vnsatiable.* } Virg. 5. *Æneid.*

Iunonis grauis ira & inexaturabile pectus.

Inexcogitatus, quod excogitatum & præmeditatum non est, immeditatum, inconsideratum. { ὁ μήπω διανοηθείς, ἀπροσδόκητος. GALL. *Non encor trouué, inuenté ou excogité.* ITAL. *Non imaginato, non premeditato.* GERM. Noch nicht erdacht nicht erfunden. HISP. *No imaginado ni pensado.* ANGL. *Not auised vpon.* } Plin. *lib. 36. cap. 15.* Nouum & inexcogitatum antea posteàque remedium inuenit ille rex.

Inexcultus, a, um, Inornatus, impolitus. { ἀκαλλώπιστος, ἀκόσμητος. GALL. *Qui n'est point bien accoustré & orné, sans ornement exquis.* ITAL. *Inornato, rozzo.* GERM. Ungeziert / unausgebutzt. HISP. *No afeytado, no compuesto.* ANGL. *Vnpolished.* } Gell. *lib. 13, c. 21.* M. Cato Consularis & Censorius publicis iam priuatisque opulentus rebus, villas suas inexcultas & rudes, ne tectorio quidem præditas fuisse dicit.

Inexcusabilis, e, quod excusari non potest. { ἀναπολόγητος. GALL. *Inexcusable, qu'on ne peut excuser.* ITAL. *Inescusabile.* GERM. Das man nicht mag entschuldigen. HISP. *Lo que no se puede excusar.* ANGL. *Vnexcusable.* } Ouid. 7. *Metam.*

Gratia dîs felix & inexcusabile pectus.

Inexercitatus, a, um, ⟩⟨ Exercitatus. { ἀγύμναστος. GALL. *Qui n'est point exercité, duit & vsité.* ITAL. *Non essercitato, non prattico.* GERM. Ungeübt. HISP. *No exercitado ni escarmentado.* ANGL. *Not exercised or practised.* } Cic. *de senect.* Quibus qui splendidè vsi sunt, hi mihi videntur fabulam ætatis peregisse: nec tanquam inexercitati histriones in extremo actu corruisse. Idem 2. *Tusc.* Rudis ille & inexercitatus miles. Idem *de clar. Orat.* Inexercitatus ad dicendum.

Inexercitus, Inexercitatus, idem. Cic. 5. *Tuscul.* Asclepiadem ferunt non ignobilem, nec exercitum philosophum, &c.

Inexhaustus, a, um, incredibilis, admirabilis, magnus, quod exhauriri non potest. { ἀνεξάντλητος. GALL. *Qu'on ne peut espuiser.* ITAL. *Inessausto, che non si può votare.* GERM. Unerschöpflich. HISP. *Cosa que no se puede vaziar.* ANGL. *That can not be wasted or drawen vp.* } Cic. 3. *de leg.* Erat enim, vt scis, in eo inexhausta auiditas legendi, nec satiari poterat. Inexhausta metalla, quæ exhauriri non possunt præ abundantia. Virg. *lib. 10. Æneid.*

——— ast Ilua trecentos

Insula, inexhaustis Chalybum generosa metallis.

Inexorabilis, e, Implicabilis, qui exorari non potest. { ἀπαραίτητος. GALL. *Inexorable, qui ne veut rien ottroyer, quelque priere qu'on luy face.* ITAL. *Che non si può mitigare, che non si può placare.* GERM. Unerbittlich / das man nicht erbitten mag. HISP. *Cosa que no se puede mitigar ni aplacarse.* ANGL. *That can not be intreated by prayer.* } Cic. *ad Quint. fratr. lib. 1.* In literis mittendis, vt sæpe ad te scripsi, nimium te inexorabilem præbuisti. Liu. 2. *ab Vrbe,* Leges rem surdam, inexorabilem esse. Virg. 2. *Georg.*

Felix qui potuit rerum cognoscere causas:

Atque metus omnes, & inexorabile fatum

Subiecit pedibus, strepitúmque Acherontis auari.

Senec. *cap. 11. de consol. ad Polyb.* Sorte inexorabili defungi. (i. morte & fato.)

Inexpectatus, a, um, Improuisus ⟩⟨ Expectatus. { ἀπροσδόκητος. GALL. *Qu'on n'attendoit point.* ITAL. *Non aspettato.* GERM. Ungewärtig / das man nicht wartend gewesen. HISP. *Cosa no esperada para venir.* ANGL. *Vnlooked for.* } Quint. *lib. 9. cap. 1.* Illis non accedo qui schema esse existimant etiam siquid nobis ipsis dicamus accidisse inexpectatum. Ouid. 12. *Metam.*

——— nec inexpectatus in armis

Hostis adest.

Inexperrectus, a, um, Non experrectus. { ἀνέγερτος. GALL. *Qui n'est point esueillé.* ITAL. *Non suegliato.* GERM. Unerwacht. HISP. *No despertado.* ANGL. *Not wakened.* } Ouid. 11. *Metam.*

In tanto fremitu cunctus sine fine iacebat

Sopitus rerum, & inexperrectus Apitynas.

Inexpertus, a, um, Intentatus. { ἄπειρος. GALL. *Qui n'est point experimenté.* ITAL. *Non prouato.* GERM. Unversucht oder vnerfaren. HISP. *No experimentado.* ANGL. *Not proued or assayed.* } Virg. 4. *Æneid.*

Nequid inexpertum frustrà moritura relinquat.

Inexpiabilis, e, quod expiari non potest, implacabilis. { ἀνίλαστος. GALL. *Qu'on ne peut purger, n'appaiser.* ITAL. *Che non si può purgare.* GERM. Unversöhnlich. HISP. *Lo que no se puede limpiar.* ANGL. *That can not be purged or appeased.* } Cic. 1. *Tusc.* Tum è Pontificio iure, & cæremoniis sepulchrorum intelligi licet: quas maximis ingeniis præditi, nec tanta cura coluissent, nec inuiolatas tam inexpiabili religione sanxissent. Liu. *lib. 7. bell. Maced.* Vt inexpiabile bellum aduersùs se vnum maneret. Inexpiabile odium Romanorum in Annibalem, idem 9. *bell. Maced.* Inexpiabilis inuidia. Suet. *in Cæs. c. 76.*

Inexplanatus, a, um. { ἀδιάρθρωτος, ἀδιατύπωτος. GALL. *Qui n'est pas bien distingué.* ITAL. *Impedito, non piano.* GERM. Verhindert / vngefertig. HISP. *No allanado, no claro.* ANGL. *That is not made plaine.* } vt, Inexplanata lingua, hoc est, impedita, neque agilis, neque etiam complanata, vt apertè proferre possit. Plin. *lib. 11. c. 37.* Metellum Pontificem linguæ adeò inexplanatæ fuisse accepimus, vt multis mensibus tortus credatur, quum meditaretur in dedicanda æde Opiferæ dicere.

Inexplebilis, e, quod expleri non potest, insatiabile. { ἀκόρεστος. GALL. *Qu'on ne peut assouuir ne contenter, insatiable.* ITAL. *Che non si può empire, insatiabile.* GERM. Unersettig / das man nicht erfüllen mag. HISP. *Cosa que no se puede hartar.* ANGL. *Vnsatiable, that can not be filled.* } Cicer. 5. *Tuscul.* Quid verò illum, quem libidinibus inflammatum & furentem videmus omnia rapidè appetentem cum inexplebili cupiditate? Plin. *lib. 5. cap. 47.* Huc omnia inexplebile animal congerit. Senec. *cap. 15. de consolat. ad Heluiam,* Colloquia, quorum inexplebilis eram.

Inexpletus, adiectiuum. { ἀπλήρωτος, ὁ μήπω πληρωθείς. GALL. *Qui n'est point encore complet.* ITAL. *Non ancor fornito.* GERM. Unausgemacht. HISP. *Cosa ni harta ni llena.* ANGL. *That is not filled.* } vt, Cædes inexpletæ, apud Statium 8. *Thebaid.* hoc est, nondum completæ. Lacrymans inexpletum. Virg. 8. *Æneid.* id est, inexplebiliter, nomen pro aduerbio,

Tum pater Euandrus dextram complexus euntis

Hæret inexpletum lacrymans, ac talia fatur.

Inexplicabilis, e, quod explicari non potest. { ἄλυτος, ἀδιέξιτος. GALL. *Qu'on ne peut expliquer ne bailler a entendre.* ITAL. *Che non si può esplicare.* GERM. Das man nicht erklären noch eröfnen kan / vnentscheidig. HISP. *Cosa que no se puede declarar.* ANGL. *That can not be declaired.* } Plin. *lib. 21. c. 2.* De generibus singulis dicere, immensum & inexplicabile est. Inexplicabiles fraudes, Cicer. 1. *Tuscul.* Plin. *lib. 5. cap. 5.* Ad Garamantas iter inexplicabile adhuc fuit. Inexplicabiles viæ continuis imbribus. hoc est, vnde sese quis facilè extricare non queat. Liu. *lib. 10. bell. Maced.* In laqueos inexplicabiles incidere. Quintilian. *lib. 5. cap. 10.*

Inexplicitus, a, um, Intricatus, inuolutus, obscurus, & qui facilè explicari non potest, perplexus, difficiles explicatus habens. { ἀνέλικτος. GALL. *Qui n'est point declaré, expliqué ou entendu.* ITAL. *Intricato, inuiluppato.* GERM. Verwirrt / schwer zuerlesen oder zuuerstehn. HISP. *No desenvuelto y escuro.* ANGL. *Intricate, that can not be vnfolded.* } Martial. *lib. 9.*

Democritos, Zenonas, inexplicitósque Platonas.

INEXPLORATUS, a, um, ⟩⟨ Exploratus. { ἀνεξερεύνητος. GALL. *Qu'on n'a point encore cerché.* ITAL. *Oscuro, non inuestigato.* GERM. Unerkündiget / vnerfaren. HISP. *Cosa no buscada ni hallada y oscura.* ANGL. *That is not searched, or tryed.* } Liu. 6. *bell. Pun.* Non altitudo mœnium, non inexplorata stagni vada, non castellum in alto tumulo situm, &c. Plin. *lib. 35. c. 6.* Apportatur & Indicum ex India, inexploratæ adhuc inuentionis mihi de atramento.

Inexploratè, siue inexploratò, aduerb. Non explorata re. { ἀνεξετάστως. GALL. *Sans regard.* ITAL. *Senza riguardo.* GERM. Ohne erkundigung / vngewarsamlich. HISP. *No buscando.* ANGL. *No taking proofe or tryall.* } Liuius *lib. 6.* Inexploratò pabulatum cohortes misere. Gell. *lib. 5. cap. 19.* Sed arrogationes non temerè, nec inexploratè committuntur.

Inexpugnabilis, e, quod expugnari non potest, insuperabilis, inuincibilis. { ἀνάλωτος. GALL. *Qu'on ne sçauroit efforcer ne prendre par force.* ITAL. *Che non si può pigliare, inespugnabile.* GERM. Das nicht zubestreiten oder zugewünnen ist / vnüberwindtlich. HISP. *Cosa que no se puede tomar por fuerça.* ANGL. *Vnuincible, that can not be ouercome.* } Liu. 2. *ab Vrbe,* Ibi alto, & munito loco arcem inexpugnabilem fore. Cic. 5. *Tusc.* Volumus enim eum, qui beatus sit, tutum esse, inexpugnabilem, septum atque munitum. Ouid. *Eleg. vlt. lib. 4. Trist.*

Molle Cupidineis nec inexpugnabile telis

Cor mihi.

Inexputabile, quod numerari non potest. { לא יספר *le jesuppár.* ἀναρίθμητος, ἀμέτρητος. GALL. *Qu'on ne peut nommer ne conter.* ITAL. *Che non si può nomerare.* GERM. Unzelbar. HISP. *Lo que no puede ser contado.* ANGL. *That can not be numbred, or counted.* } Colum. *lib. 6. c. 4.* Nam inexputabilis erat numerus.

‖Inexterminabilis, e. *Sap. 2. 23.* Deus creauit hominem inexterminabilem. aliter *in integritate,* ἐπ' ἀφθαρσίᾳ.‖

INEXTINCTUS, a, um, quod non extinguitur. { ὁ μὴ σβεννύμενος, ἄσβεστος. GALL. *Qui ne s'esteint, ou qu'on n'esteint point.* ITAL. *Che non mai s'estingue.* GERM. Unauslöschlich. HISP. *Cosa no apagada del fuego.* ANGL. *Not quenched.* } Vnde Ouid. *lib. 6. Fast.* ignem Vestæ vocat inextinctum, quòd semel suppeditatis fomentis à sacris virginibus, nunquam penitus extingueretur.

Ignis inextinctus templo celatur in illo:

Effigiem nullam Vesta nec ignis habent.

Idem 1. *Fast.*

Te quoque inextincta Silene libidinis vrunt.

Inextinguibilis, e, idem quod inextinctus. Varro, Mala consuetudo diu inueterata, est inextinguibilis.

Inextirpabilis, e, quod extirpari non potest. { οὐχ οἷός τε ἐκριζοῦσθαι. GALL. *Qu'on ne peut desraciner, ou arracher du tout.* ITAL. *Che non si può suellere.* GERM. Das man nicht ausreuten kan. HISP. *Cosa que no se puede desarraygar.* ANGL. *That can not be rooted vp or drawen vp by the rootes.* } Plin. *lib. 15. cap. 20.* Radices multæ, atque altæ, & ideo inextirpabiles.

Inextricabilis, Insolubilis, quod extricari non potest: seu vnde quis extricare

tricare se non potest, inexplicabilis. {ἄπορος, ἄλυτος. GALL. *Dequoy on ne se peut depestrer, dont on ne peut sortir à son aise.* ITAL. *Che non si può strigare, che non se può sciegliere.* GERM. Verwirt, vnaufflößlich, darauß sich niemandt verrichten kan. HISP. *Cosa que no se puede desenredar, ò desatar.* ANGL. *That where of one can not ridde him selfe.*} Virg. 6. *Æneid.*

Hic labor ille domus, & inextricabilis error.

Plin. *lib.* 36. *c.* 13. Inque basi quadrata intus labyrinthum inextricabilem. Inextricabilia vitia, idem *lib.* 20. *c.* 21.

Inexsuperabilis, e, quod superari non potest, Insuperabilis. {ἀνυπέρβλητος. GALL. *Qu'on ne peut surmonter ou outrepasser.* ITAL. *Insuperabile, che non si può vincere.* GERM. Vnüberwindtlich, oder darüber man vor höhe nicht kommen mag. HISP. *Cosa que no puede ser vencida.* ANGL. *That can not be overcome or passed.*} vt, Inexsuperabilis vis fati, Liu. 8. *ab Vrbe.* Idem 5. *ab Vrbe.* Alpes inde oppositæ erant, quas inexsuperabiles visas haud equidem miror, nulla dum via superata.

INFABRE, Inartificiosè, inornatè, fœdè, & impolitè. {ἀκόμψως, ἀτέχνως. GALL. *Lourdement.* ITAL. *Rozzamente, senza artificio.* GERM. Vnkünstlich, vngeschmeidig, vnartig. HISP. *No artificiosamente.* ANGL. *Vncunninglie, nothing craftily, unhandsomely.*} sicut Affabrè, pulchrè & ornatè. Liu. 6. *bell. Maced.* aureos torques M.CCCC.LXX. ad hæc auri pondo CCXLV. argenti infecti, factique in Gallicis vasis, non infabrè suo more factis duo millia CCCXL. pondo, &c. Horatius 2. *Serm. sat.* 3.

Quid scalptum infabrè, quid fusum durius esset?

Infabricatus, a, um, Non fabricatus, impolitus. {ἀκατασκεύαστος, ἀνέργαστος. GALL. *Qui n'est accoustré, taillé ou charpenté.* ITAL. *Non fabricato.* GERM. Vngearbeitet, vngezimmert. HISP. *Cosa no fabricada.* ANGL. *Not wrought workmanly, clubbish.*} Virg. 4. *Æneid.*

Frondentésque ferunt ramos, & robora sylvis

Infabricata fugæ studio.

Infacetus, a, um, Inurbanus, rusticus, qui nihil salis habet, aut leporis. {ἄχαρις, ἀχάριστος, ἄκομψος. GALL. *Mal plaisant.* ITAL. *Dispiacevole, non facete, non civile.* GERM. Vnholdselig, vnhöfflich, bey dem kein lieblichkeit ist. HISP. *Rustico y descortes.* ANGL. *That hath no merinesse.*} Plaut. *in Trunc.* Quid? tam infacetus Lemno aduenis? Non infacetus homo & satis literatus, Cic. 3. *Offic.* Non infaceto lepore, Plin. *lib.* 37. *c.* 1. Infacetum mendacium, Cic. *pro Cælio.*

Infacetiæ, arum, Inurbanitates, & rusticitates. {ἀπειροκαλίαι, ἀχαριτίαι. GALL. *Mauuaise grace, gestes mal plaisantes.* ITAL. *Rustichezze.* GERM. Vnlieblicheit vnhöfflicheit. HISP. *Rusticidad y descortesia.* ANGL. *Vnmerinesse.*} Vnde Catullus Annales Volusij dicit esse plenos infacetiarum.

INFACUNDIA, æ, Dicendi imperitia. {ἡ ἐν τῷ λέγειν ἀπειρία. GALL. *Mauuaise grace à parler, faute de bien parler.* ITAL. *Infacundità, grossezza nell' oratore.* GERM. Vnberedte, vngeschicklichkeit zureden. HISP. *No elegancia en a habla.* ANGL. *Lack of utterance to tell his tale.*} Gellius *lib.* 11. *cap.* 17. Tui erroris culpam esse intelligo, in mea scilicet infacundia.

Infacundus, Inelegans, nulla dicendi facultate præditus. {כבד פה *chebad peh* כבד לשון *chebadh lascon.* ὁ ἄπειρος τοῦ λέγειν, ἀδύνατος. GALL. *Qui n'a aucune grace à parler.* ITAL. *Poco eloquente.* GERM. Vnberedt, der kein gnad hat mit reden. HISP. *No elegante en a habla.* ANG. *Not eloquent or well languaged.*} Liu. 4. *ab Vrbe.* Et Tribunus plebis vir acer, nec infacundus, nactus inter aduersarios, &c.

[Infæcatum, fæce conspurcatum. Tertull.]

INFAMIS, e, Qui ob vitium aliquod, aut turpitudinem malè audit, aut cui fama est parum secunda, aut integra. {מגודף *megumddaph.* ἄτιμος. GALL. *Infame, diffamé, descrié.* ITAL. *Infame, vituperato.* GERM. Beschreyt, eines lasters halben verleümbdt. HISP. *Infame ò infamado.* ANGL. *That is euillspoken of, defamed.*} Infame iudicium, non, vt Iureconsulti, sumit Liuius *lib.* 4. *ab Vrbe*, ad Iudices respiciens. Idem *lib.* 1. *decad.* 3. Infames frigoribus. Cicer. 6. *Verr.* Quo in oppido multas familias totas in perpetuum infames tuis stupris, flagitiisque fecisti. Terent. *in Heaut.* — ea causa magis Patiar Clitipho flagitiis tuis me infamem fieri. ¶ Infamis dictus est ab antiquis digitus medius propter ignauiam: quoniam indigere videatur aliorum defensione. Persius *Satyra* 2.

Infami digito lustralibus antè salivis Expiat.

Iuuenal.

Medium que ostenderet vnguem.

Nam veteres quum aliquem medio digito indicabant, latenter eius significabant infamiam: cuius orationem propter nimiam obscœnitatem hic consultò prætermisimus. Siquis tamen nosse cupiat, videat prouerbium, Digitum medium ostendere. Infames qui dicantur, cognosce ex *l.* 1. *D. qui not. infam.*

Infamia, æ, Macula, probrum, nota turpitudinis. {גדופה *ghiddúph* גדופה *ghedhuphah* חרפה *cherpáh.* ἀτιμία, δυσφημία. GALL. *Mauuais bruit & renom, infamie, diffame.* ITAL. *Infamia, dishonore.* GERM. Ein schandtleck, ein böß geschrey. HISP. *Infamia, o mala fama.* ANGL. *Euill brut and report, infamie.*} Terent. *in Andr.* Tum id clàm cauit, ne vnquam infamiæ ea res sibi esset, vt virum fortem decet. Cic. 5. *Verr.* Nihil ad tuas aures de tua infamia peruenisse. ¶ Oris infamia, vide *Abligurire.* Differt autem infamia & ignominia in eo quòd illa ex multorum sermone nascitur: hæc imponitur ab eo, qui potest animaduersione notare. Cornel. Fronto *de different. vocabul.* Ouid. *lib.* 1. *Fast.*

Cacus Auentinæ timor atque infamia sylvæ.

Infamo, as, are, Infamia afficio, ignominiam, vel notam inuro. {גדף *ghiddéph* חרף *cheréph.* ἀτιμάζω. GALL. *Infamer, diffamer, faire infame.* ITAL. *Suergognare, infamare.* GERM. Verschreyen, verleümbden, in ein böß geschrey außbringen. HISP. *Infamar en mala parte.* ANGL. *To cause one to get an euill report, to defame.*} Quintil. *lib.* 1. *cap.* 1. Deinde quum se iactaret eodem modo dicere, Senecam infamauit. Idem, Infamatur eius fides. ¶ Inuenitur etiam interdum pro diuulgare. Liuius 10. *bell. Maced.* Infamandæ rei causa ianuam obserari iubet. ¶ Infamare agrum, deuastare. Colum. *lib.* 1. *cap.* 7. Ita fit, vt & actor, & familia peccent, & ager sæpiùs infametur.

Infamatus, particip. {מגודף *meghuddáph.* ἀτιμωθείς, διαβληθείς, δύσφημος.

GALL. *Diffamé.* ITAL. *Infamato.* GERM. Verschreyt. HISP. *Infamado.* ANGL. *Euillbruted.*} Ouid. 4. *Metam.*

Et procul insidias, infamataque relinquunt

Templa deæ.

[¶ Infamata natio. Vlpianus *Dig. lib.* 21. *tit.* 1. *l.* 31. Præsumtum etenim est, quosdam seruos bonos esse, quia natione sunt non infamata.]

Infamissimè, Iulius Capitolinus *in Pertinace*, Ipse præterea Cornificiam infamissimè dicitur dilexisse.

Infandus, a, um, Ingens, immensus, inenarrabilis, illicitus, nefandus, à fando, quod oratione exprimi non possit, aut debeat. {ἄφατος. GALL. *Chose dequoy on ne doit iamais parler.* ITAL. *Cosa da non dire.* GERM. Vnsäglich. HISP. *Cosa que no se deue hablar.* ANGL. *Horrible, not to be spoken or named.*} Virg. 2. *Æneid.*

Infandum Regina iubes renouare dolorem.

Terent. *Eunuch.* Perij, obsecro tam infandum facinus mea tu ne audiui quidem. Virg. 4. *Æneid.*

——— infandum si fallere possit amorem.

¶ Vsurpatur nonnunquam pro interiectione. Idem *lib.* 3. *Georg.*

Infandum, sistunt amnes, terraque dehiscunt.

Idem *lib.* 1. *Æneid.*

——— Nauibus (infandum) amissis.

INFANS, tis, substantiuum, communis generis. Dicitur propriè qui nondum fari cœpit, sed & de septem & octo, aut decem annorum pueris legitur. {עולל *holál* עול *hul* ינק *jenék.* νήπιος, βρέφος. GALL. *Qui est encor petit enfant.* ITAL. *Fanciullo, bambino.* GERM. Ein vnmündig kind, das ist welches noch nicht reden kan. HISP. *Niño antes que sepa ni pue le hablar.* ANGL. *An infant.*} [Infans dicitur homo primæ ætatis. Dictus autem infans, quia adhuc fari nescit, id est, loqui non potest. Isid. *lib.* 11. 2.] Gellius *c.* 9. *lib.* 15. Infans mutus & elinguis Crœsi filius. *Ibid.* Non loquens. Cicer. 3. *Verr.* Iste infanti pupillæ fortunas patrias ademit. Liu. *lib.* 1. *bell. Maced.* In Sabinis incertus infans natus masculus, an fœmina esset. Ouid. 15. *Met.*

Editus in lucem iacuit sine viribus infans.

Suet. *in Aug. c.* 63. Infans conceptus. Ouid. *lib.* 4. *Fast.*

Tutus vt infanti vagiat ore puer.

Senec. *c.* 9. *de consol. ad Mart.* Mortuorum infantium togam quotidie agitamus animo. Ouid. *Eleg.* 13. *lib.* 3. *ad Natalem*,

Quóque loco primum malè sum tibi cognitus infans.

Et in fœminino. Quintilian. Infantem suam reportauit. Suprà, puellam. ¶ Accipitur etiam aliquando infans pro brutorum animalium, atque ipsarum etiam auium fœtu. Plin. Quadrupedes infantes suos cognoscunt. Idem *lib.* 11. *cap.* 61. Vespertilio volucrum sola lacte nutrit, vbera admouens, geminos volitat amplexa infantes. ¶ Adiectiuum verò quasi pro paruo in vsu est. Idem *lib.* 22. *c.* 22. *de boleto.* Nec tunicæ minor gratia in cibo infantis boleti, id est, parui, & nondum adulti. Ouid. 6. *Fast.*

Pectoraque exorbent auidis infantia linguis.

¶ Interdum dicitur infans, non facundus. Cic. *in Bruto*, Ipsum Scipionem accepimus non infantem fuisse. ¶ Per translationem sumitur pro stulto, & quasi loqui nesciente. Ex quo infantior & infantissimus, id est, stultior & stultissimus. Autor ad Herennium *lib.* 2. Et dum cautè expeditéque loqui volunt, infantissimi reperiuntur. Cicer. *ad Quint. fratr.* Gabinius absolutus est, omnino nihil accusatore Lentulo, subscriptoribúsque infantius, nihil illo consilio sordidius. ¶ Infans pro nefandus, vel nefans Lucilio. Accius, Priusquam infans facinus oculi vescuntur mei.

Infantia, æ, Ætas hominis vsque ad annum septimum, quòd ad id ferè tempus satis commodè fari non possumus. {νηπιότης. GALL. *Enfance.* ITAL. *Età del fanciullo fino à sette anni.* GERM. Kindtheit. HISP. *Edad del niño que no habla.* ANGL. *Chyldhood, infancie, babeship.*} Plin. *lib.* 9. *cap.* 8. Atque etiam gestans fœtus in infantia. Quint. *lib.* 1. *c.* 2. Et quantum infantia præsumptum est temporis, adolescentiæ acquiritur. Idem, Sua est & studiis infantia. ¶ Dicitur etiam infantia, quum quis rem aliquam nouit, quam tamen explicare non potest. Cic. 3. *de Orat.* Dummodo hoc constet, neque infantiam eius, qui rem nolit, sed eam explicare dicendo non queat: neque inscitiam eius, cui res non suppetit, verba non desint, esse laudandam: quorum si alterum optandum sit, malim equidem indisertam prudentiam, quàm stultitiam loquacem. Infantia pomi. Plin. *lib.* 15. *cap.* 29. Mox lacteum humorem, hoc est, infantiam pomi absumunt. ¶ Infantia vini, apud Macrob. *Saturn. lib.* 7. *c.* 7. [Vinum cùm in infantia est, dulce: cùm pubescit, magis suaue quàm dulce est.]

Infantaria, pro puerpera. {ἡ παιδοτρόφος, ἡ παιδοῦχος. GALL. *Celle qui porte enfans, enfanterie.* ITAL. *Femina granida.* GERM. Eine die mit einem kind geht, oder ein schwangere fraw. HISP. *Parida, muger que pario.* ANGL. *She that is with chyld.*} Mart. *lib.* 4.

Et quod mireris magis, infantaria non est.

Infantilis, e, adiect. quod est infantis, νηπιώδης. Iust. *histor. lib.* 17. Infantilibus blandimentis inductus rex. Et *lib.* 23. Infantilis educatio.

INFARCIO, cis, Impleo, inculco, intrudo. {מלא *mulé.* ἐμπαρέμβαλλω. GALL. *Fourrer dedans, remplir, entasser.* ITAL. *Impire, insaccare.* GERM. Hinein schoppen oder stossen, füllen. HISP. *Hinchir y recalcar.* HISP. *To fill, to stuffe.*} Plin. *lib.* 35. *c.* 14. Quid? non in Africa, Hispaniáque ex terra parietes, quos appellant formaceos (quoniam formacum modò circundatis, vtrinque duabus tabulis infarciuntur verius, quàm instruuntur) æuis durant, incorrupti imbribus, ventis, ignibus, omnique cæmento firmiores? Colum. *lib.* 21. *cap.* 53. Et maxime in eas partes, quibus ossa relicta sunt, largum salem infarcito. ¶ Infarcire verba, Inculcare, & sine ordine inserere. Cic. *in Orat.* Quæ vitia qui fugerit, vt neque verbum ita traiiciat, vt id de industria factum intelligatur: neque infarciens verba, quasi rimas expleat, &c.

[Infartum, impletum. Tertull.]

Infatigabilis, qui non defatigatur, indefatigatus. {ἀκάματος. GAL. *Qu'on ne peut lasser.* ITA. *Che non si stracca.* GERM. Vnermüdlich. HISP. *Cosa que no puede ser fatigada.* ANGL. *That can not be made wearie.*} vt, Infatigabilis cursus. Plin. *lib.* 18 *cap.* 19. Dentes quidem eorum, maximis equis quoque adalligati, infatigabilem cursum præstare dicuntur.

Infatŭo,as,are, Fatuum & stultum reddo, mentem alicui aufero, nihil sapientem, aut cogitantem efficio. { סכל *schél.* ἀπομωραίνω. Gall. *Faire deuenir fol, rendre stupide & fot.* Ital. *Impazzire.* Germ. Bethören/ vbernarren. Hisp. *Enloquecer, hazer bouo y loco.* Angl. *To make stupide and foolish.* } Fit enim à fatuus, & præpositione *in*, quæ eius significationem auget. Cic. *pro L. Flacc.* Neminem quidem adeò infatuare potuit, vt ei nummum vllum crederet. Idem 3. *Philipp.* Vt hominem stultum magis etiam infatuet mercede publica. Senec. Infatuat nos adulatio. ¶ Infatuatæ mulieres dictæ sunt, quæ Faunorum ludibriis attinguntur. Et similiter infatuati viri, quos nunc vulgus *Spiritu correptos* nominat, quidam etiam dæmoniacos.

Infăvōrābĭlĭs, ἀνεπίχαρις, cui fauor detrahendus, fauore indignus. Celsus *D. lib.* 27. *tit.* 6. Nec infauorabilis sententia est, vt hoc saltem habeat ex paternis, quod propter illum datum est.

‖Infauorabiliter. Vlp. *D. lib. vlt. tit.* 2. *l.* 1. Non infauorabiliter quis medium tempus illi prodesse veluti iam nato, respondebit.‖

Infaustŭs,a,um, infelix, infortunatus. { δύστυχος. Gall. *Malencontreux, infortuné, malheureux.* Ital. *Sfortunato, infelice.* Germ. Vnglückhlich. Hisp. *Cosa desdichada.* Angl. *Not luckie, vnhappie, vnfortunat.* } Ouidius *lib.* 4. *Metam.*

Bella infausta gerunt, multúmque ab vtroque cruoris
Parte datur.

Infectōrēs, & infectus, vide *Inficio.*

Infectŭs, nomen adiectiuum, compositum ex *in*, negatiua particula, & participio factus, idem significans quod non factus: vt infectum argentum. { ἄεργος, ἄεργος, ἀνέργαστος. Gall. *Non fait, non encor acheué.* Ital. *Non fatto.* Germ. Vngemacht/oder vnaußgemacht. Hisp. *No hecho.* Angl. *Not made or undone.* } Infecta pace, infecto negotio. ἀπράκτως. Plaut. *in Capt. sc.* 2. *a.* 5. Quòd malè feci, crucior modo, si infectum fieri posset. ἄπρακτον. Idem *in Amph.* Ea quæ sunt facta, infecta esse acclamitat. Terent. *in Eunuch.* Infecta pace, vltrò ad eam venies, indicans te amare, & ferre non posse. Liu. *lib.* 4. *bell. Maced.* Argenti infecti tulit in ærarium quatuordecim millia pondo septingenta triginta duo: & signati bigatorum, septemdecim millia viginti tria. Infecti, id est, non signati, nec cælati. Plaut. *Most. sc.* 3. *a.* 1. Infecta dona facio. (i. dona promissa reuoco.) Idem *Amphitr.* Dij faxint infecta dicta te capitant tua. Idem *Aulul. sc.* 6. *a.* 4. factum est illuc, infectum fieri non potest. Idem *Mil. sc.* 2. *a.* 2. Visa, vt visa ne sint, facta infecta vt fiene. ¶ Infectum, quod fieri nequit, ἀδύνατον. Salust. *in Iugurth.* Sed Rex nihil iam infectum Metello credens, i. nihil esse putans, quod Metellus efficere non posset.

Infēlix, Infeliciter, Infelicito & Infelicitas, vide *Infelix.*

‖Infendere, ἐπιλέγειν, ἐπιλαμβάνειν. Scaliger ad Fest. Lege, inquit, *infindere.*
Infenditor, συνήγορος. Gloss. Phil. hoc est, *defensor.*‖

Infēnsŭs, a, um, ab antiquo infendo, quod ab inusit. Fendo: & hoc à θείνω. hinc fensus apud veteres pro iratus. Iratus, malè alicui cupiens. { זעף *zaheph* ἐχθρός. Gall. *Fasché, courroucé, aspremant offensé.* Ital. *Con molto odio inimico.* Germ. Hefftig gramm/erzürnt feindtlich. Hisp. *Ayrado, sañudo, mui que enemigos.* Angl. *Angrie or displeased.* } Terent. *in Andr.* Me infensus seruat, ne quam faciam in nuptiis fallaciam. Sueton. *in Vitell.* Nullis tamen infensior, quàm vernaculis. Cicero 1. *Verrem.* Iam nunc timeo, quidnam pro offensione hominum, qui illi inimici, infensique sunt, & expectatione omnium, & magnitudine rerum dignum eloqui possim. Nec solùm ponitur pro eo qui aliis infensus & iratus est, sed & pro eo qui alios inimicos & infensos habeat. Idem 1. *Catil.* Si me meis ciuibus iniuriâ tam grauiter infensum suspectúmque viderem, carere oculis ciuium, quàm infestis omnium oculis conspici mallem. Eodem omnino modo quo offensus. Suet. *in Iul. Cæs.* Pompeium assectatus est offensum patribus, quòd victo Mithridate, &c.

Infēnsĭōr, in comparatiuo. Suet. *in Vitell. cap.* 14. Nullis tamen infensior, quàm Vernaculis & Mathematicis.

Infēnsē, Inimicè. ἐχθρῶς. Corn. Tacit. *lib.* 4. Quippe Tiberius etsi infensè inuectus, cætera ambigua reliquerat.

Infēnso,as,are, Infestus & inimicus sum. { זעף *zaheph* כעס *kahas* כעס *chahas.* ἐνοχλέω. Gall. *Fascher, ou se fascher, offenser, ou estre offensé.* Ital. *Prender odio contra alcuno.* Germ. Häffig zürnen oder gram sein. Hisp. *Hauer mas que enemigo.* Angl. *To be angrie or displeased.* } Tacit. *lib.* 13. Vt quasi infensantibus deis exitio tradi crederetur. ¶ Infensare, pro infestare. Idem *lib.* 5. Adequitare castris, infensare pabula. Idem *lib.* 13. Sed palàm infensare Armeniam.

Infĕr, apud antiquos legitur pro infrà, sicut super. { תחת *tachath.* ὑπό. Gall. *Dessous.* Ital. *Di sotto.* Germ. Vnden. Hisp. *De baxo.* Angl. *Vnder, beneath.* } Cato *de re rust. c.* 149. Vbi pyrus florere cœperit, prato irriguo, vbi super inférque vicinus permittet, tum decedito. Sunt tamen qui hoc in loco super & infer malint credere antiqua adiectiua: vt superuicinus dicatur, qui à superiori parte fundum contingit: Infer, qui ab inferiore.

Inferĭæ, arum, Sacrificia, quæ inferis soluuntur. { χοαί, ἐναγίσματα. Gall. *Sacrifices pour les morts.* Ital. *Sacrifici mortori.* Germ. Todtenopffer. Hisp. *Las ofrandas de muertos.* Angl. *Sacrifices for the dead.* } Vnde inferias facere, est Manes sacrificiis placare. Virg. 10. *Æneid.*

Viuentes rapit inferias quas imolet vmbris.

Cic. *de nat. deor. lib.* 3. Tertius est ex Idæis indigenis, cui inferias afferunt. Virg. 9. *Æneid.*

Absenti ferat inferias, decorétque sepulchro.

Ouid. 5. *Fast.*

Inferias tacitis Manibus illa dabunt.

Item, Referre inferias. Horat. *Ode* 1. *lib.* 2. Suet. *in Calig. c.* 15. Hísque (Tiberio, matri, & fratri, scilicet) inferias annua religione publicè instituit. Inferias ab inferendo dici volunt politiores Grammatici, idque constare ex hoc Arnobij, Non denique viuum liquens paterarum effusionibus inferamus. Virg. *in Æneid.*

Inferimus tepido spumantia Cymbia lacte.

Infĕrnās, atis, omn. gen. Ex loco inferiore ✕ Supernas. { ὁ κάτω θεν ὄρεινός. Gall. *Qui est d'en bas.* Ital. *Cosa è d'abasso.* Germ. Von vnden her. Hisp. *Cosa de abaxo.* Angl. *That is frome beneath.* } Plin. *lib.* 16. *c.* 39. Et ideo Romæ infernas abies supernati præfertur. Vitruu. Infernatia ligna sunt quæ ex Apennini parte, qua inferum mare spectat, cæduntur, supernatia è diuiso.

‖Infernus, a, um, qui infra est. Gloss. Infernus κατώτερος, καταχθόνιος.‖

Infĕrnŭs, { שאול *scheôll.* ᾅδης. Gall. *Le gouffre d'enfer.* Ital. *Inferno.* Germ. Die hell. Hisp. *Infierno.* Angl. *Hell.* } Pro inferiorum loco, in singulari, gen. masc. in plurali neutri esse autores sunt Grammatici: cuius tamen rei nullum ex classicis scriptoribus testimonium proferunt: nisi forsassis ex sacrarum literarum interpretibus, quos in ea re non imitabimur. ¶ Est enim re vera, Infernus, a, um, nomen adiect. significans id quod infra nos, sicut supernus, quod supra nos est. { ὁ ἡ τὸ κάτω, ὁ ἡ ὑπόγειος. Gall. *D'en bas.* Ital. *Da basso.* Germ. Das nidrig/das da vnden ist. Hisp. *Cosa baxa.* } Plinius *lib.* 2. *cap.* 47. Quoniam ille infernos fluctus ex imo maris spirat. Infernæ vmbræ. Martial. *lib.* 1. Inferna stagna, Liu. 8. *ab Vrbe,* Inferni dij, idem 1. *bell. Maced.* Eodem vsus Cicero *in Arato.* Tibull. *lib.* 4. Inferno Plutonis subdita regno.

Infernē, aduerb. { מתחת *mittachath.* κάτωθεν. Gall. *D'en bas.* Ital. *Da basso.* Germ. Von vnden auff. Hisp. *De abaxo.* Angl. *Frome beneath.* } Plinius.

Infernālĭs, e, Ab infernus fit, quum est substantiuum. { καταχθόνιος. Gall. *Infernal, chose d'enfer.* Ital. *Infernale, dall' inferno.* Germ. Hellisch. Hisp. *Infernal, del infierno.* Angl. *That belongeth to hell.* } vnde Infernales Furiæ.

Infĕro, infers, intuli, illatum, Intrò porto, inueho, intrò duco. { הביא *hebi.* εἰσφέρω. Gall. *Porter ou mettre dedans ou dessus* Ital. *Portar d'entro.* Germ. Hinein tragen. Hisp. *Meter o traer hazia dentro.* Angl. *To bring in.* } Plaut. *in Amph.* Neque meum pedem huc intuli. Liu. *lib.* 1. Lacus erat quem medium ex opaco specu fons perenni rigabat aqua, quò Numa se persæpe inferebat. Cæsar *lib.* 3. *de bell. ciu.* Non intulit moram ad insequendum. Liu. *lib.* 9. *dec.* 4. Inferre mentionem. Suet. *in Aug. c. vlt.* filiam neptémque vetuit sepulchro suo inferri. (id est, condi.) Senec. *c.* 3. *de consol. ad Marc.* Inferre tumulo reliquias. Plaut. *Mil. sc.* 1. *a.* 2. Quo nemo nisi ea inferret pedem. Gell. *c.* 10. *lib.* 6. Inferre pedem aliquò. Velleius, Transfixum gladio se flammæ intulit. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 5. Qui neges te in ædes pedem intulisse. sup. penetrare pedem intra ædes. Idem *Ps. sc.* 1. *a.* 4. Vt magnificè infert se. *Ibid. sc.* 1. *a.* 5. Ad hunc me modum intulit. Cæs. 1. *bell. ciu.* Inferre signa, Liuius *lib.* 6. *d.* 4. Aduersùs quem dux naues inferrentur. Idem Liuius, Signa inferentibus resistere. ¶ Interdum ponitur pro iniicere. ἐμβάλλειν. vt, inferre manus. Cic. *in Parad.* Et æquè peccare se, si priuatis, ac si magistratibus manus inferantur. ¶ Inferre se, est cum impetu irruere, Liu. *lib.* 2. Adeò concitato impetu se intulerant Hetrusci, vt funderent ipso in cursu Aricinos. Inferre damnum, cladem, detrimentum. Cæsar 2. *bell. ciu.* Magnísque vltrò illatis detrimentis, eos qui irruptionem fecerant in oppidum reiiciebant. Liu. *lib.* 9. *bell. Punic.* Omnibus pacis modò incuriosè agentibus, magna clades illata. ¶ Interdum subiicere, seu apponere. ὑποτιθέναι. Lact. *lib.* 1. Quod clarum fiet exemplo quod inferemus. ¶ Interdum pro ferre in medium, commemorare. Cic. *lib.* 3. *Offic.* Turpe est, & valde vitiosum in re seuera, conuiuio dignum, aut delicatum aliquem inferre sermonem. ¶ Interdum pro concludere. Seneca, Quam his argumentis, quod propofuerat intulisset. ¶ Interdum pro contrà ferre. Cæsar *lib.* 1. Romani conuersa signa bipertitò intulerunt. Inferre arma, bellum alicui, est bellum contra aliquem suscipere. ἐπιφέρειν πόλεμον. Cic. *Octauio,* Quibus cogitas arma inferre? ¶ Inferre crimen, est crimini dare, seu obiicere. Idem *in Lælio,* Addendum eodem est, vt ne in criminibus, aut inferendis delectetur amicus, aut credat oblatis. Stuprum inferre. Idem *in Paradox.* Quancunque in domum stuprum intulerint, eandem esse labea libidinis. ‖¶ Inferre iudicium. Gaius *D. lib.* 5. *de inofficioso testamento. l.* 4. Non est enim consentiendum parentibus, qui iniuriam aduersùs liberos suos testamento inducunt. Quod plerunque faciunt, malignè circa sanguinem inferentes iudicium, nouercalibus delenimentis instigationibusve corrupti.‖ Inferre, Soluere. Scæuola *in l. de accessionib. ff. de diu. temp. præscr.* Iam enim in illo tempore, quo contrahebat, videri te concessisse venditionem, si pecuniam non intulisses. Paul. *in l. Caius. ff. de vsur. & fruct.* Quidam debitores cessauerunt in soluendis vsuris, quidam plus intulerunt. Plin. *in Paneg.* Qui vigesimam deberent, nondum inde tulissent. De vectigali, vel tributo loquitur. ¶ Ab infero fit verbale Illatio. Vlp. *in l.* 2. *ff. de religiosis & sumptibus funerum.* De ea autem illatione Prætor sensit, quæ sepulturæ causa fit.

‖Infertor, παραθέτης. Gloss. Phil. & Gl. Cyr. παραθέτης structor, infertor.
Infertum vinum, quod altari offertur, aut libatur. Cath.‖

Infĕrŭs, a, um, inferior, infimus. Quod est infrà, ✕ Superus, a, um, quod est suprà. { תחתי *tachti.* ὁ κάτω, κατώτερος, κατώτατος. Gall. *Qui est en bas.* Ital. *Basso.* Germ. Das vnden ist. Hisp. *Cosa baxa.* Angl. *That is beneath, lowe.* } Plaut. *in Merc.* Limen superum, inferúmque salue, simul autem vale. Cic. 1. *Tusc.* Eadémque ab animo, tanquam ab oculis caliginem dispulit, vt omnia supera, infera, prima, media, vltima videremus. ¶ Inferæ aues quæ dicantur, vide apud Gell. *cap.* 6. *lib.* 6. ¶ Inferum mare, Tyrrhenum: sicut superum, Adriaticum: id quidem quod ex vrbe Roma versùs Adriaticum euntes, ferè semper ascendunt: contrà, ab vrbe, ad mare Tuscum venientes descendunt. Aut certè eò quòd Adriaticum mare Italiam ab Oriente alluit, Tyrrhenum ab Occidente & Meridie.

Infĕri, orum, Manes, dij inferni. { שאול *schéol.* οἱ κάτω, οἱ νέρτεροι, ὑποχθόνιοι. Gall. *Les enfers, ou ceux qui sont és enfers.* Ital. *L'inferno, chi è nell' inferno.* Germ. Die vndern/die Hellischen. Hisp. *Infierno, ò los dioses, del infierno.* Angl. *The goddes or soules in hell.* } Quod infra nos circa terræ centrum credantur habitare. Cicer. *pro A. Cluentio,* Nunc quidem quid tandem illi mali mors attulit: nisi fortè ineptiis, ac fabulis ducimur, vt existimemus illum inferos impiorum supplicia perferre. Plaut. *Aulul. sc.* 4. *a.* 2. Superi incœnati sint, & cœnati inferi. Velleius, Quam habuerat apud superos magnitudinem ad inferos detulisset.

Infĕrĭōr, & hoc inferius. { κατώτερος, ἐνδεέστερος. Gall. *Plus bas, inferieur.* Ital. *Più basso, inferiore.* Germ. Das baß vnden ist. Hisp. *Mas baxo.*

baxo,inferior. ANGL. *Lower.* } Comparatiua ab inferus. Plin. *lib.* 11. *c.* 37. Sed palpebræ quadrupedibus in superiore tantum gena, volucribus in inferiore. Cic. 1. *Verr.* Tu quum omnibus rebus inferior sis, hac vna in re te mihi anteferri putat oportere, quòd Quæstor illius fueris: ego, si superior cæteris rebus esses, hanc vnam ob causam accusatorem repudiari putarem oportere. Cornel. Tacit. *lib.* 5. Tiberius atque Augusta publico abstinuere, inferius maiestate sua rati, si palàm lamentarentur. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Effugiunt curas inferiora suas. suprà, *Minora.*

Ibid. *Eleg.* 10. *lib.* 1. *Trist.*

Si spe sint (hæc) *vt sunt, inferiora tua.*

Ibid. *Eleg.* 8. *lib.* 4. Nihil ita sublime est, vt non sit inferius Deo. Plaut. *Aul. sc.* 1. *a.* 2. Etiámne obturat inferiorem gutturem.

Inferius, comparatiuum, aduerbij significatione. { κατωτέρω. GALL. *Plus bas.* ITAL. *Piu basso.* GERM. Baß unden für. HISP. *Mas abaxo.* ANGL. *Lower.* } Ouid. 2. *Metam.*

Inferiúsque suis fraternos currere Luna
Admiratur equos.

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

——*Persequar inferius.*

Infimus, a, um, superlatiuus)(Supremus. { κατώτατος. GALL. *Tout le plus bas.* ITAL. *Piu basso.* GERM. Das underst oder niderst. HISP. *Cosa muy baxa.* ANGL. *Lowest.* } Plaut. *in Curc.* in loco infimo boni homines, atque dites ambulant. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 5. Da puere ab summo, Tu ab infimo da suauium. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 2. Fortuna me ex libero seruum fecit, ex summo infimum. Infimi homines, contempti, nullo in honore & numero habiti. Terent. *in Eunuch.* Tace tu, quem ego te esse puto infra omnes infimos Homines. Cic. *pro Flacco,* Si quem infimo loco natum, nullo splendore vitæ, nulla commendatione famæ defenderem. Idem *de fin.* In quo nihil æquè, nec summum, nec infimum, nec medium, nec vltimum, nec extremum sit.

Infimates, Dicti sunt, qui ex infima plebe sunt. { בני אדם *béne adhám.* οἱ ὑπερώτατοι. GALL. *Hommes de la plus basse condition que soit.* ITAL. *Huomini di bassa conditione, plebei.* GERM. Die nidersten oder schlechtisten eines volcks/ demütige leüt. HISP. *Los de abaxo, pueblos de los menudos.* ANGL. *Thay which be of the mostlowe estad and condicion.* } sicut Summates, qui maximæ & summæ nobilitatis sunt, vel autoritatis. Plaut. *in Sticho,* Summates viri atque infimates.

Infimo, as, Deprimo, infimum reddo)(Sublimo, extollo. { השפיל *hisphpil.* ταπεινόω. GALL. *Abbaisser.* ITAL. *Deprimere, abassare.* GERM. Erniderin. HISP. *Abaxar.* ANGL. *To mak lowe.* } Apul. *de Dæmonio Socratis,* Ingenia illa ad beatitudinem sublimata sunt, hæc ad miserias infimata.

INFERVEO, es, siue Inferuesco, is, Ferueo, caleo, incalesco. { רתח *rattháach.* ἀναζέω, ἀναζεῖν. GALL. *Bouillir, s'eschauffer fort.* ITAL. *Bollire.* GERM. Sieden. HISP. *Heruir, bullir.* ANGL. *To seeth or to be scalding heate.* } Cato *cap.* 100. Facito bis, aut ter inferueat. Idem *cap.* 90. Et far purum facito, & fabæ tertia pars vt inferuescat. Horat. 2. *Serm. satyr.* 4.

Hoc vbi confusum sectis inferbuit herbis,
Corycióque, &c.

Inferuefacio, is, Calefacio. { רתח *rittéach* הרתיח *hirtiach.* ἀναζεννύω. GALL. *Faire bouillir.* ITAL. *Far bollire.* GERM. Erwarmen siedend oder siedig machen. HISP. *Hazer heruir, ò bullir.* ANGL. *To cause to seeth, to mak heate.* } Col. *lib.* 12. *c.* 17. Liquatúmque acetum inferuefaciant. Idem *lib.* 9. *c.* 12. Omnia eadem æquis ponderibus in vnum læuigata, & fictili vase cum aminneo vino inferuefacta.

INFESTIVUS, Infacetus, iniucundus, sine sale & lepore, inurbanus, rusticus. { ἀχάριστος, ἄμουσος. GALL. *Rustique, qui n'est point plaisant ne recreatif.* ITAL. *Rustico, non piaceuole, non faceto.* GERM. Unholdselig/ unlieblich. HISP. *Desdonado, rustico.* ANGL. *Vnpleasant, not merie.* } Gell. Homo subagresti ingenio, & infestiuo.

Infestiuiter, ἀχαρίτως, illepidè. Gellius *lib.* 9. *cap.* 9. Hoc igitur reliqui, & cætera vertit non infestiuiter.

INFESTUS, a, um, ab in & festum. Infensus, iratus, inimicus, malè cupiens. { צורב *tsoréph* איב *oiéb.* ἀντίπαλος, χαλεπός. GALL. *Fort contraire & nuisible.* ITAL. *Inimico, odioso.* GERM. Feindlich/ schädlich/ gantz zuwider. HISP. *Enemigo dañoso.* ANGL. *Very contrarie, noysome.* } Plaut. *in Cas.* Tibi soli infesta est plus, quàm cuiquam. Cic. 5. *Verr.* Quis hunc audet dicere aratoribus infestum, & inimicum fuisse? Liu. 3. *d.* 4. Hetruriam infestam seruorum coniuratio fecit. Idem 6. *bell. Punic.* Infestam habere regionem. Idem *lib.* 3. *ab vrb. & lib.* 4. *dec.* 4. & passim vbique dicit forum, mare infestum facere. Idem *lib.* 3. *ab vrb.* Infestum agrum reddere (pro infestare.) Sueton. *in Calig. c.* 25. Infestis digitis ora incessere. Ouid. *Eleg.* 9. *lib.* 4. *Trist.*

Infesto pede pulsat humum Taurus.

Senec. *cap.* 3. *de consol. ad Mart.* Infestissima eris ætati tuæ. ¶ Accipitur etiam pro eo qui infestatur, quique aliquo periculo est obnoxius. Cic. *pro Rosc. Amer.* Filij vita infesta sæpe ferro, & insidiis apperita. Idem *pro Plancio,* Dolebam, Iudices, & acerbè ferebam, si huius salus ob eam ipsam causam esset infestior, quòd is meam salutem, atque vitam sua beneuolentia, præsidio, custodiáque texisset. Sic quoque apud Suet. *in August. cap.* 8. Infestæ hostibus viæ dicuntur, quæ obsidentur à sicariis & nebulonibus: Auunculum (inquit) in Hispanias profectum, per infestas hostibus vias paucissimis comitibus subsecutus magnopere demeruit. Vide plura de hoc verbo apud Gellium *cap.* 12. *lib.* 9. vbi ita. Nigidius Grammaticus antiquus, infestum à festinando dici putat. Qui enim instat alicui, cúmque properans vrget, & opprimere studet, festinat: & contrà de cuius periculo, & exitio festinatur: horum vterque infestus dicitur, ab instantia fraudis, quam vel facturus alicui, vel passurus est. Infestum mare habere, est obsessum latrociniis clausúmque habere. Cic. *lib.* 3. *de Rep.* Nam quum quæreretur ex eo, quo scelere impulsus mare haberet infestum vno myoparone: Eodem, inquit, quo tu orbem terræ. Senectus infesta, hoc est, molesta & grauis & morbis variis obnoxia & exposita. Liuius 1. *ab Vrbe.* Tum verò in dies infestior Tullij senectus, infestius cœpit regnum esse. ¶ Signa infesta dicuntur, quæ ab hostibus irruentibus inferuntur. πολεμικὰ σημεῖα.

Cæsar 6. *bell. Gall.* Illi vbi præter spem quos fugere credebant, infestis signis ad se ire viderunt. Liuius 2. *ab Vrbe.* Sic in prælio infestis hastis peruolant duo Fabij. Idem *lib.* 10. *ab vrbe,* Regio ea infesta ab Samnitibus erat. ¶ Loca infesta serpentibus, i. propter serpentes. Salust. *Iugurth.* 125.

Infesto, as, Diuexo, molesto, molestiam exhibeo. { הכעיס *hicnâb* הכעיס *hicueis.* ἐνοχλεῖν. GALL. *Faire molester, trauailler & ennuyer.* ITAL. *Molestare.* GERM. Schädigen/ bemühen/ beleidigen. HISP. *Infestar los enemigos.* ANGL. *To vexe, to trouble.* } Plin. *lib.* 7. *cap.* 2. Quos à gruibus infestari Homerus quoque prodidit. Velleius, Infestare mare, & Suet. *in Claud. cap.* 13. Infestatus est bello ciuili. ¶ Infestare pro vitiare. Plin. *lib.* 15. Arborem ipsam fertilitate consumi, musco præterea rubro infestari. Infestantur vineta Austris & Euris. Colum. *lib.* 3. *c.* 12. Infestat infantes editos plenilunium. Plin. *lib.* 7. *c.* 6.

‖Infestuminare, mare latrocinando infestare. antiq.‖

Infestatio, molestatio, vexatio. { מעכבה *maekéeb.* ἐνόχλησις. }

Infestè, adu. Noxiè. { δυσμενῶς, ἐχθρωδῶς. GALL. *De mauuais courage, & pour nuire.* ITAL. *Di mal animo & disposto à nuocere.* GERM. Feindtlicher weiß. HISP. *Enemigablemente.* ANGL. *Noysomely, maliciously.* } Liu. 6. *bell. Pun.* Age contra, quæ illi infestè in nos fecerint, repetite, id est, inimico animo. ¶ Quàm infestissimè interrogare. Quintil.

Infibulo, as, { ἐμπερονάω, κατακλείω, ἐμπορπάω. GALL. *Emboucler.* ITAL. *Affibbiare.* GERM. Einpreisen/ einnesteln. HISP. *Echar candado para cerrar.* ANGL. *To clasbe.* } Celsus *lib.* 7. *c.* 25. Infibulare quoque adolescentulos quidam valetudinis causa consueuerunt.

‖Inficetus, non facetus, agrestis, rudis, impolitus.

Inficetè pro infacetè, illepidè, & ‖ Inficetissimè pro infacetissimè, illepidissimè, Aduerbium. Plin. *lib.* 35. *c.* 4. Hinc enim ille Crassi oratoris lepos agentis sub veteribus, quum testis compellatus instaret: Dic ergo Crasse qualem me reris. Talem, inquit, ostendens in tabula pictum inficetissimè Gallum exerentem linguam. Quid autem vocarit Plin. inficetissimè pingi, licet colligere ex verbis Ciceronis eandem historiam sic narrantis *lib.* 2. *de Orat.* Valde autem ridentur etiam imagines quæ ferè in deformitatem, aut in aliquod vitium corporis ducuntur cum similitudine turpioris: vt meum illud in Helmium Manciam, Iam ostendam cuiusmodi sis: quum ille, Ostende, quæso. Demonstraui digito pictum Gallum in Mariano scuto Cimbrico sub nodis distortum, exerta lingua, buccis fluentibus. Risus est commotus, nihil tam Manciæ simile visum est. Hæc & Quint. refert *lib.* 6. *cap.* 4. Vnde intelligere est, Inficetissimè poni pro infacetissimè.

Inficias, Inficialis, Inficiator, vide *Inficior.*

INFICIO, is, ere, ex in & facio, Tingo, imbuo. { צבע *tsábah* טבל *tabal.* βάπτω. GALL. *Teindre.* ITAL. *Tingere.* GERM. Eindunckeu/ färben. HISP. *Teñir, el tinter.* ANGL. *To die colours.* } Plaut. *in Trucul.* Quia tibi insuaso infecisti propudiosa pallulam. Plinius *lib.* 7. *cap.* 15. de menstruis mulierum, Ad omnem contactum adhærens, præterquam filo, quod tale virus infecerit. Cæsar 5. *bell. Gall.* Omnes verò se Britanni glasto inficiunt, quod cæruleum efficit colorem. Ouid. *Eleg.* 8. *lib.* 4. *Trist.*

Inficit & nigras alba senecta comas.

Senec. *epist.* 71. Non colorauit, sed infecit. ¶ Per translationem sumitur pro vitio, maculo, conspurco, corrumpo. { διαφθείρω. GALL. *Maculer, infecter.* ITAL. *Macchiare, & infettare.* GERM. Besudlen/ verbösern. HISP. *Inficionar, ò corrumper.* ANGL. *To stayne and mak foule.* } Cicer. 5. *Tuscul.* Sed nos vmbris, deliciis, otio, languore, desidia animum infecimus. Liuius, Hoc luxu & peregrinis infecti morbus. Senec. *cap.* 7. *de consolat. ad Mart.* Infecit nos consuetudo. Ouid. *Eleg.* 2. *lib.* 4. *Trist.*

Turaque in igne sonant, inficiúntque diem.

¶ Item pro veneno misceo, φαρμάττειν. Virg. 2. *Georg.*

——*quo non præsentius vllum*
Pocula si quando sæuæ infecere nouercæ.

Plin. *lib.* 11. Nimio fimo inficiuntur apes. Hoc verbum Diomedes à fuco componi existimat. Dicit enim facio, conficio, fuco, inficio. Sed aspera nimis videtur compositio, quanquam à significatione non abhorreat.

Infectus, a, um, ab inficio, Tinctus, maculatus, veneno mixtus, venenatus. { צבוע *tsabúa.* βεβαμμένος, διεφθαρμένος. GALL. *Teinct ou imbu de quelque liqueur.* ITAL. *Tinto, macchiato.* GERM. Eingetunckt/ gefärbt/ verbösert. HISP. *Teñido, inficionado, corrumpido.* ANG. *Stayned, died or imbrued with some licour.* } Senec. *Epist.* 60. Elui difficile est. Non enim inquinari, sed infecti sumus. Plin. *lib.* 11. *c.* 37. Mulieribus etiam palpebræ infectæ quodammodo, tanta est decoris affectatio, vt tingantur oculi. Sueton. *in Calig.* Inuenta & arca ingens variorum venenorum plena, quibus mox à Claudio demersis, infecta maria traduntur, non sine piscium exitio. Seneca, Diu in istis vitiis iacuimus, elui difficile est, non enim inquinati sumus, sed infecti.

Infectus, us, Tinctura. { βαφή. GALL. *Teinture.* ITAL. & HISP. *Tintura.* GERM. Färbung. ANGL. *A dying, dieping or imbruyng.* } Plin. *lib.* 8. *c.* 48. De reliquarum infectu suo loco dicemus.

Infectores, Tinctores. { כובסים *chobesim.* βαφεῖς, βαφικοί. GALL. *Teinturiers.* ITAL. *Tinteri.* GERM. Färber/ die in farb etwas eintuncken. HISP. *Tintores, ò tintoreros.* ANGL. *Diers.* } Plaut. *Aul. sc.* 5. *a.* 3. Incedunt infectores, Crocotarij. Ouid. *lib.* 3. *Fast.*

Hanc cole velleribus quisquis ahena paras.

Plin. *lib.* 20. *cap.* 7. Quarto infectores lanarum vtuntur quod glastum vocant. Idem *lib.* 35. *cap.* 6. Fit etiam apud infectores ex flore nigro qui adhærescit æreis cortinis. Infector succus, quo lanæ, vel quidpiam aliud tingitur & inficitur. Plin. *lib.* 12. *c.* 23. Purpurarum generi infector ille succus.

INFICIOR, aris, deponens, Nego, abnego. { מאן *meén.* ἀρνοῦμαι, ἔξαρνος εἰμί. GALL. *Nier.* ITAL. *Negare.* GERM. Leugnen/ nicht schuldig noch bekandtlich sein. HISP. *Negar.* ANGL. *To denie.* } Plaut. *in Cistel.* Omnia inficiatur ea quæ dudum confessa est. Cic. *in Cat.* Nam quum id posset inficiari, repentè præter opinionem confessus est. Quintil. *declam.* 245. Inficiari sin deposito est depositum nolle soluere. Ouid. *El.* 3. *lib.* 4. *Trist.* Non ipse suis Pharus inficiandus eras.

Inficias, tantùm accusatiui casus est, & pluralis numeri, & solùm cum eo, is, iungitur, & sine præpositione: vt, Hic inficias iturus est, hoc est, negabit, ἐξαρνος ἔσται. Plaut. *Curc. sc.2. a.4.* Nemo it inficias. Idem *Pseud. sc.8. a.4.* Qui rectè nil faciat, quique inficias non eat. Idem *Men. sc.8. a.5.* præcucurristi, vt quæ feceris, inficias eas, & rursus. *Ibid. sc.4. a.2. & in Mil. sc.2. a.2.* Terent. *in Adelph.* Si inficias ibit, testis mecum est annulus quem amiserat. Gell. *lib.16. c.19.* Nautas stupefactos coniictósque inficias ire non quisse.

Inficialis, e, vt inficialis status, quo negantur obiecta. {ἀρνητικός. Gall. *Negatoire.* Ital. *Negatiuo.* Germ. Darinn man läugnet vnnd nicht zuchtig ist. Hisp. *Negadizo.* Angl. *Negatiue.*} Cic. *in Top.* Itaque aut inficialis, aut coniecturalis prima appellatur.

Inficiator, is, qui negat se vel debere quod actor petit, vel commisisse, quod accusator obiicit. {מאן *meán.* ἐξαρνος ὤν. Gall. *Nieur, denieur.* Ital. *Negatore.* Germ. Ein läugner/entzychtiger. Hisp. *El que nega, negador.* Angl. *That denyeth.*} Cicer. *lib.1. de Orat.* Quod petitoris causa comparatum esse non intelligebat: vt si ille inficiator probasset iudici ante petitam esse pecuniam, quàm esse deberi cœpta, &c. Hinc status coniecturalis dicitur inficialis, quo negamus quod petitur, vel obiicitur. Cic. *in Catil.* Hosce ego non tam milites acres, quàm inficiatores lentos esse arbitror. Mart. *lib.1.*

In ius, ô fallax, atque inficiator eamus.

Inficiatio, nis, verbale, Negatio. {ἐξάρνησις. Gall. *Deniement, denegation.* Ital. *Negatione.* Germ. Läugnung. Hisp. *Negacion.* Angl. *A denying.*} Cic. *2. de Orat.* Ac nostræ ferè causæ quidem sunt criminum, plerunque inficiatione defenduntur.

[Infiduciare, impignerare. Gloss. Isid.]

Infidus, a, um, Non fidus, perfidus, sine fide, cui non est fidendum. {ἄπιστος. Gall. *Desloyal.* Ital. *Infido, di cui non si deue fidare.* Germ. Vntreüw/oder treüwlos. Hisp. *Cosa de quien no se deue fiar.* Angl. *Vnfaithfull, not to be trusted.*} Cic. *de Amic.* Tum quum exul esset, se intellexisse quos fidos amicos haberet, quos infidos. Plaut. *in Asin.* Vbi sciens fideli infidus fueris. Liu. *7. ab Vrbe.* Et propter Latinorum infidum iamdiu fœdus. Virg. *2. Georg.*

Illum non populi fasces, non purpura regum
Flexit, & infidos agitans discordia fratres.

Horat. *1. Carm. Ode 35.*

At vulgus infidum & meretrix retrò
Periura cedit.

Ouid. *Eleg. 4. lib.4.*

Nec minus infida terra timetur aqua.

& Velleius, Infida pax.

Infidelis, qui promissis non stat, nec fidem promissam exoluit, atque eam adeò violat. {ἄπιστος. Gall. *Desloyal, qui ne tient point la foy, infidelle.* Ital. *Infedele, senza fede.* Germ. Vntreüw/treüwlos. Hisp. *Infiel, que no tiene fe.* Angl. *Vnfaithfull, faitlesse.*} Plaut. *in Asin. sc.3. a.3.* Vbi fidentem fraudaueris, vbi herò infidelis fueris. Cæsar *7. bell. Gall.* Qui autem erant per se infideles, manus cogere, atque aperte bellum parare cœperunt. Cic. *ad Catonem, lib.15.* His ego subsidiis ea sum consecutus, quæ nullis legionibus consequi potuissem, vt ex alienis sociis amicissimos, ex infidelissimis firmissimos redderem. ¶ Infidelior. Plaut. *Capt. sc.3. a.1.* Infidelior mihi ne fuas, quàm ego sum tibi.

Infidelitas, atis, Fides violata, perfidia. {ἀπιστία. Gall. *Infidelité, desloyauté.* Ital. *Infedeltà.* Germ. Treüwlosz/misztreüw. Hisp. *Infidelidad.* Angl. *Vnfaithfullnesse, desloyaltie.*} Cæsar *8. bell. Gall.* Infidelitatem eius, sine vlla perfidia indicauit comprimi posse. Idem *1. de bell. ciu.* Infidelitas militum. Cic. *pro Milone*, Quantæ infidelitatis in amicis. Idem *5. Tusc. quæstionum*, Quantoperè verò amicitias desideraret, quarum infidelitatem extimescebat, &c.

Infideliter, aduerbium, Perfidè. {ἀπίστως. Gall. *Infidellement, desloyamment.* Ital. *Infedelmente.* Germ. Treüwloszlich/vntreüwlich. Hisp. *No fielmente.* Angl. *Vnfaithfully, desloyally.*} Cic. *ad Brutum*, Infideliter aliquid cuipiam suadere.

[Infidibulum, instrumentum rusticum, cui infiguntur vasa angusti oris. Turn.]

Infigo, is, Intus figo. {תקע *takáh* טבע *mabach.* ἐμπήγνυμι, ἐμπηγνύω. Gall. *Ficher dedans.* Ital. *Ficcare dentro.* Germ. Einhefften oder einstechen. Hisp. *Hincar à dentro.* Angl. *To fasten, to stick in.*} Cic. *4. Tuscul.* Quum in acie M. Allienum Pelignum scuto protexit, gladiúmque hosti in pectus infixit. Infixa in tergis hostium pila, Liuius *7. bell. Pun.* Infixa animis religio. Idem *9. bell. Pun.* Telum infixum educere, Ouid. *13. Met.* Hærent infixi pectore vultus, Virg. *4. Æneid.*

Infixus, Defixus, intitus, inustus, hærens in alieno, penitus insidens, quod nullo euelli modo possit. Cic. *in Cat.* Dum memoria mei consulatus vestris erat infixa mentibus. Ouid. *15. Metam.*

Nec valuere manus infixum educere telum.

Idem *Eleg. 4. lib. 1. Trist.*

Hæc mihi semper erunt imis infixa medullis.

Infimates, Infimo, as, Infimus, vide *Inferus.*

Infindo, Findendo incido. {קרע *karáh* בקע *bikkeáh.* ἐγχρίπτω, ἐμπήγνυμι. Gall. *Fendre.* Ital. *Fendere.* Germ. Zerspalten. Hisp. *Hender.* Angl. *To cutt or cleaue.*} Virg. *Eclog. 4.*

——— quæ cingere muris
Oppida, quæ iubeant telluri infindere sulcos.

Infinitus, a, um, Indefinitus, immensus, huius contrarium est finitus. {ἄπειρος. Gall. *Infini, sans fin, desmesuré.* Ital. *Infinito, senza fine.* Germ. Vnendtlich. Hisp. *Infinito, no determinado.* Angl. *Infinite, without an end.*} Cic. *pro Rosc. Com.* Qui tantas & tam infinitas pecunias non propter inertiam laboris, sed propter magnificentiam liberalitatis repudiarit. Infinitæ altitudinis spelunca, Cic. *6. Ver.* Infinitum imperium, id est, sine exceptione, vel maximum & quasi perpetuum. Idem *4. Verr.* Postquam M. Antonij infinitum illud imperium senserant. Gell. *c.1. lib.14.* supra longè, & longè per infinitum.

Infinitè, aduerb. Indesinenter, sine modo, extra modum. {ἀπείρως, ἀπεράντως. Gall. *Infiniment, sans fin, sans cesse.* Ital. *Infinitamente, senza fine.* Germ. Vnendtlich. Hisp. *Infinitamente.* Angl. *Infinitly, beyonde measure.*} Cic. *in Parad.* Illi aurata tecta in villis, & sola marmorea facienti & signa, tabulas, supellectilem & vestem infinitè concupiscenti, &c. Quintil. Infinitè nos ea magis delectant.

Infinibilis, Infinitus, ἄπειρος. Apul. *lib. de dogm. Plat.* Cùm viduata sit fine, infinibilis rectè videri potest.

Infinitò, loco aduerb. ἀπείρως, ἀδιορίστως. Plin. *lib.15. c.8.* Procedente persuasione illa quicquid in Creta nascitur infinito præstare cæteris eiusdem generis alibi genitis.

Infinitas, atis, Perpetuitas. {עד *hádh.* ἀπειρία. Gall. *Infinité, chose sans fin.* Ital. *Infinità.* Germ. Vnendtlichkeit. Hisp. *Infinidad.* Angl. *Infinitie, a passing beyondem measure.*} Cic. *1. Offic.* Gradus autem plures sunt societatis hominum: vt enim ab illa discedatur infinitate propior est eiusdem generis, nationis, &c.

Infinitio, nis. Cic. *1. de fin.* Infinitio ipsa quam ἀπειρίαν vocant, tota ab illo est, id est, infinitas, siue infinitudo.

Infinitiuus modus, sine alterius verbi adminiculo poni solet. {מקור *makor.* ἀπαρέμφατος.} vt apud Virg. *4. Æneid.*

——— Mene incœpto desistere victam?

quo in loco subintelligitur oportet, vel decet. Ponitur etiam frequentissimè infinitiuus pro præterito imperfecto indicatiui. Terent. *in Eunuch.* Inuidere omnes mihi, pro inuidebant. ¶ Infinitiuus etiam cum infinitiuo iungitur eleganter. Cornel. Celsus *lib.7. c.14.* Sed abunde est, iubere spiritum continere, vt tumor quantus maximus esse potest, se ostendat. ¶ Infinitiui futura sunt vsitata olim, nobis insolita, vt pro amaturum esse, amassere: pro expugnaturum esse, expugnassere. Plaut. *Amphitr.* Sese igitur summa vi virisque eorum oppidum expugnassere. ¶ Ideo autem dicitur infinitiuus, quia alij modi definiunt personas & numeros: hic autem sine numeris & personis est, & habet solum præfinitum tempus præsens, præteritum & futurum.

Infirmus, Non firmus, imbecillis, debilis, languidus. {חלש *chalásch.* ἀσθενής, ἄρρωστος. Gall. *Foible, debile.* Ital. *Infermo, debole.* Germ. Schwach/mathlosz/krafftlosz. Hisp. *Cosa flaca y no firma.* Angl. *VVeak, feble.*} Tibull. *lib.4.*

Terrer vt infirma valeant subsistere vires.

Cic. *1. Acad.* Et simul assidamus, inquam, si videtur. Sanè istud quidem, inquit, sum enim admodum infirmus. Inops & infirma classis. Cicer. *7. Verr.* Ætate affecta, & viribus infirmis homo. Idem *6. Ver.* Infirmi saporis vinum, ingenerosum, debile, & quod linguam non ferit, aut pungit. Col. *lib. de arborib. cap.3.* Montibus cliuisque difficulter vineæ conualescunt, sed firmum probúmque saporem vini præbent: humidis & planis locis robustissimè: sed infirmi saporis vinum, nec perenne faciunt. ¶ Infirmior, comparatiuus. Horat. *1. Serm. sat.9.*

——— sum paulò infirmior vnus
Multorum.

Sueton. *in August. cap.90.* Tonitrua & fulgura paulò infirmiùs expauescebat. ¶ Infirmissimus homo. Cic. *in Pison.* Leuissimæ atque infirmissimæ, *pro Cluent.*

Infirmitas, Inualiditas, non ægrotatio, vt plerique malè vsurpant, sed potiùs debilitas illa, quæ vel ex ætate, vel ex morbo contingit. {חלושה *chaluschah.* ἀσθένεια, ἀρρωστία. Gall. *Debilité, foiblesse.* Ital. *Debolezza, infirmità.* Germ. Schwachheit/vnuermögenheit. Hisp. *Flaqueza no firme.* Angl. *Infirmitie, weaknesse.*} Cic. *de senect.* Vt enim infirmitas est puerorum, & ferocitas iuuenum, & grauitas iam constantis ætatis: sic senectutis maturitas naturale quiddam habet, &c. Idem *de clar. Orat.* Erat eo tempore nobis summa gracilitas & infirmitas corporis. Idem *pro Syl.* Infirmitatem corporis animi virtute superauit. ¶ Pro sexu muliebri. Liuius *lib.34.* Patiendum huic infirmitati quod censueritis.

Infirmo, as, are, debilito, infirmum reddo, refuto, imminuo, refello. {חלש *chalásch.* ἀσθενόω, ἀκυρόω. Gall. *Debiliter, affoiblir.* Ital. *Indebolire, far inferme.* Germ. Schwechen/krafftlosz machen. Hisp. *Enflaquecer à otra cosa.* Angl. *To mak weak or feble.*} vt, Infirmat hominem morbus, balnei vsus diuturnior. Cels. *lib.7. c.26.* De folio, finisque eius fomenti est, donec infirmando offendat. ¶ Infirmare argumenta & rationes alicuius. Cic. *de Diuin.* Nec ea dico, quæ si dicam, tu infirmare non possis. ¶ Infirmare fidem testis, idem *pro Rosc. Com.* est refellere, refutare, eleuare. Idem *1. de nat. deor.* Quanta verò illa sunt, quæ vos Academici infirmatis & tollitis?

Infirmatus, Debilitatus. Suet. *in Aug.* Infirmatis faucibus, præconis voce ad populum concionatus est.

Infirmatio, nis, Confutatio, refutatio. {ἀνασκευή. Gall. *Debilitement & refutement de choses alleguées.* Ital. *Debilitatione.* Germ. Schwechung/widerlegung. Hisp. *Flaqueza.* Angl. *A making of a thing weak, a refuting.*} Cic. *lib.1. de Inuent.* Iudicatio est quæ ex infirmatione & confirmatione nascitur controuersia. Infirmatio rerum iudicatarum. Idem *de leg. Agrar.*

Infirmè, aduerb. Debiliter, languidè. {ἀσθενῶς, ἀδυνάμως. Gall. *Debilement, foiblement.* Ital. *Debolmente.* Germ. Schwechlich/blödiglich. Hisp. *Flaqua y no firmamente.* Angl. *VVeakely.*} Imbecilliter. Cic. *Senatui lib.15. Epist.* His rebus allatis, etsi intelligebam socios infirmè animatos esse, & nouarum rerum expectatione suspensos.

Infiscor, est applicari fisco regio.

Infit, verbum defectiuum, autore Festo, idem est quod incipit. ex in & fit. {החל *hechel.* φησί, λέγει, λέγειν ἄρχεται. Gall. *Il dit ou commence à dire.* Ital. *Comincia dire.* Germ. Anfahen sagen. Hisp. *Comiença a dizir.* Angl. *He sayeth or beginneth to say.*} Plaut. *in Aul. sc.1. a.2.* Infit ibi postulare plorans, eiulans. Idem *Asin. sc.2. a.1.* Me infit percontarier. Sæpiùs tamen accipitur pro inquit. Liu. *1. ab Vrbe*, Ibi infit annum se tertium & nonagesimum agere. Vide Gell. *c.7. lib.19.*

[Infiteor, non fateor. Fest.

Infiteri, non fateri. Gloss. Infitentes ἀρνούμενοι.]

Inflammo, as, Incendo, accendo. {להט *lihát* הבעיר *hibhir.* φλογίζω, φλογόω. Gall. *Allumer, enflamber, embraser.* Ital. *Infiammare.* Germ. Anzünden. Hisp. *Encender en llama.* Angl. *To sett a fire.*} Cic. *6. Verr.* Quam quum inuestigare Ceres vellet, dicitur inflammasse tædas iis ignibus qui ex Ætnæ vertice erumpunt. Idem *7. Verr.* Classem pulcherrimam pop. Rom. in litus expulsam & electam, quum primum aduesperasceret, inflammari incendique iussit. ¶ Per translationem accipitur

cipitur pro augere, quòd quum ignis inflammatur, augetur. Idem 2. *Verr.* Quum sint parati qui concionibus & legibus hanc inuidiam Senatus inflammare conentur. ¶ Inflammare pro vehementer appetere & desiderare. Idem *de Amic.* Honores verò quorum cupiditate quidam & inflammantur, quàm multi ita contemnunt, vt nihil inanius esse, nihil leuius existiment?

Inflammatio, nis, {בערה *beherâh* תבערה *tabherâh*. φλεγμονή, φλεγμασία. GALL. *Inflammation, enflambement.* ITAL. *Infiammazione.* GERM. Entzündung. HISP. *Encendimiento.* ANGL. *An inflamming or setting a fire.*} vt, Inflammationes mammarum, quas Græci φλεγμονὰς vocant, nempe quando propter nimium humorem collectum in aliqua parte cuiusdam ignis ardor sentitur. ¶ Inflammationes mouere, i. excitare, inflammare. Cels. *lib.* 7. *c.* 19.

Inflammanter. Gell. *cap.* 3. *lib.* 10. Tam acerbæ rei detestationem incensè, acriter, inflammanter facit.

INFLECTO, is, ere, Curuo, flecto. {עוה *hivvâh* כפה *chaphâh*. κάμπτω. GALL. *Plier, tordre, tourner.* ITAL. *Piegare, torcere.* GERM. Biegen. HISP. *Doblegar.* ANGL. *To bowe or bende in.*} Cæs. 1. *bell. Gall.* Cùm ferrum se inflexisset. Cic. 7. *Ver.* Vbi primùm ex alto sinus ad vrbem ab littore inflectitur. Vestigium cursus sui inflectere, à cursu suo declinare. Idem 1. *de nat. deor.* Oculos aliquorum inflectere. Idem *ad Quir. post reditum*, Voces inflectere cantu, Tib. *lib.* 2. *Eleg.* 7.

Inflexus, part. Incuruus, incuruatus. {מעוה *mahavveh*. ἐπικαμφθείς, καμπύλος. GALL. *Courbé, tourné, plié.* ITAL. *Torto, piegato.* GERM. Gebogen. HISP. *Doblegado.* ANGL. *Bowed or crooked in.*} vt, Aratrum inflexum, Virg. 1. *Georg.* Incuruum & leniter à summo inflexum, Prop. *lib.* 3. *Eleg.* 9.

Inflexus, us, Inflexio, ipse inflectendi actus. {עוה *hivvâh*. κάμψις, περιαγκαλισις. GALL. *Flechissement, pliement.* ITAL. *Torcimento.* GERM. Biegung. HISP. *Doblegadura.* ANGL. *A bowing in.*} Plin. *lib.* 11. *c.* 25. Ferit obliquo ictu, & inflexu. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 5. Equi facite inflexu sit pedum pernicitas. Aliàs in flexu, aliàs inflexa.

Inflexio, nis, {עוה *hivvâh*. κάμψις.} Cic. *de Vniuers.* Omnis enim orbis eorum, quasi facilitatis inflexione versabatur. Laterum inflexio. Idem 3. *de Orat.*

Inflexibilis, e, Quod inflecti non potest. {ἀκαμπής. GALL. *Qu'on ne peut plier, flechir ou tourner.* ITAL. *Che non si può piegare ne torcere.* GERM. Das sich nicht biegen läßt. HISP. *Cosa que no puede doblegar.* ANGL. *That can not be bowed.*} Plin. *lib.* 28. *cap.* 11. Dolorem inflexibilem (opisthotonon vocant) leuat vrina capræ, auribus infusa. Idem *in Epist.* 117. Peruicaciam certè, & inflexibilem obstinationem debere puniri.

INFLIGO, is, Ictum infero, incutio. {הכה *hicchâh*. ἐπιβάλλω, ἐπιφέρω. GALL. *Frapper, ou ietter contre.* ITAL. *Percuottere, dare colpi.* GERM. Ein streich geben, einschmeissen. HISP. *Apretar, golpear o herir.* ANGL. *To strike or do violentlie.*} Ex in & fligo verbo antiquo, quod sternere significabat. Plin. *lib.* 8. *cap.* 36. Sæpe in arena colaphis inflictis exanimantur. Cic. *in Pison.* Quæ discessus meus Reipublicæ vulnera inflixit. Idem *in Vatin.* Si ad cætera vulnera quibus putasti Rempublicam deleri, hanc quoque mortiferam plagam inflexisses Auguratus tui.

INFLO, as, Turgefacio, à folle, qui flatu turgescit, tractum. {נפח *hippiach* הצצר *hitsh…h*. ἐμφυσάω, ἐμφυσῶ. GALL. *Enfler, souffler dedans.* ITAL. *Infiare, gonfiare.* GERM. Einblasen oder aufblasen. HISP. *Hinchar o sopiar.* ANGL. *To blowe in.*} Verbo tibiam buccinam, vel calamos inflare dicitur, pro tibia canere, vel calamis. Varro 3. *de re rust. cap.* 13. Qui quum eo venisset cum stola, & cithara, & cantare esset iussus, buccinam inflauit. Inflare ambas buccas iratorum proprium. Horat. *Serm. satyr.* 1.

——— quin Iuppiter ambas
Iratus buccas inflet.

Inflare, turgescere, tumere. Cic. 1. *de leg.* Fannij autem ætati coniunctus Antipater paulò inflauit vehementiùs, habuitque vires agrestes ille quidem, atque horridas, sine nitore ac palæstra. Quintilian. Inflare gloria indicem.

[Inflatio, tensio inanium corporis spatiorum è flatuoso spiritu. Iun.]

Inflatus animus, Superbus, elatus, magnus, inuictus. {גאה *gheêh*. ἐμφυσηθείς. GALL. *Enflé, fier, energueilli.* ITAL. *Enfiato, gonfio, superbo.* GERM. Aufgeblasen, hochtragend. HISP. *Hinchado, sobernio, altiuo.* ANGL. *Puffed vp, prydefull.*} Cic. 3. *Tusc.* Sic igitur flatus, & tumens animus in vitio est: sapientis autem animus semper vacat vitio, nunquam turgescit, nunquam tumet.

Inflatiùs, adu. in maius. Cæsar *bell. ciu. lib.* 2. Hæc ad eum latiùs atque inflatiùs perscribere, &c.

Inflatus, ipse inflandi actus, instinctus, afflatus. {ἐμφύσησις, ἐμφύσημα, ἐμπνευσις. GALL. *Soufflement.* ITAL. *Il gonfiarse.* GERM. Einblasung. HISP. *Hinchazon.* ANGL. *A swelling or puffing vp.*} Cic. 4. *Acad.* Qui primo inflatu tibicinis Antiopam esse aiunt, aut Andromacham. Inflatus diuinus, pro afflatu, & inspiratione, apud eundem 1. *de diuin.* Tum aliquo instinctu, inflatúque diuino futura renuntiat.

INFLVO, is, xi, xum, Illabor, intrò fluo. {נזל *nazál*. εἰσρέω. GALL. *Couler dedans, entrer dedans.* ITAL. *Scorrere, inondare dentro.* GERM. Hinein fliessen. HISP. *Influir o correr lo liquido.* ANGL. *To slippe, enter or flowe in.*} Col. *lib.* 1. Sed ampla stabula sic ordinentur, ne quis humor influere possit. Cic. 4. *Tusc.* Apud Hypanim fluuium, qui ab Europæ parte in pontum influit. ¶ Influere in aures hominum, id est, sensim irrepere. Idem *in Lælio.* Quibus blanditiis C. Papyrius nuper influebat in aures concionis.

Influentia, æ, ἐπιρροή. Vt apud Iulium Firmicum *Mathesews lib.* 1. Influentia vitiorum.

[Influxio, ἐπιρροή. Macrob. *comment. lib.* 1. 2. Antequam materialis influxio in corpus venientes animas ebriaret.]

INFODIO, di, sum, Humi defodio, terrâ obruo. {טמן *tamán*. ἐνορύσσω. GALL. *Enfouir, enterrer.* ITAL. *Cauare, incauare.* GERM. Eingraben. HISP. *Cauar so terra.* ANGL. *To digge in.*} Virg. 2. *Georg.*

Ante supinatas Aquiloni ostendere glebas,
Quàm lætum infodias vitis genus.

Nonnunquam idem valet, quod fodio. Col. *lib.* 4. Campestris locus altè duos pedes infodiendus est. Hinc l'articipium Infossus, … Plin. *lib.* 15. *c.* 13. Maiore etiamnum miraculo, quod tot infossi durauerunt annis.

INFOECVNDVS, a, um, ex in & fœcundus, Sterilis, minimè fœcundus. {עקר *hakár*. ἄφορος, ἄκαρπος, ἄγονος, ἄτεκνος. GALL. *Infertil, sterile, qui ne porte point de fruict.* ITAL. *Sterile, non fertile.* GERM. Unfruchtbar. HISP. *Cosa esteril, y no fertil.* ANGL. *Vnfruitefull, barraine.*} Plin. *lib.* 12. *c.* 10. Lanigeris arboribus folia infœcunda. Idem *lib.* 10. *cap.* 54. Quæ incubari intra decem dies edita, vtilissimum, vetera, aut recentiora, infœcunda. Idem, Infœcunda nimmora testiculus, nisi quo in genere mares te…unt.

Infœcundè, aduerb. Gell. *lib.* 19. *c.* 3. Qui infœcundè atque ieiunè laudat, destitui à causa videtur.

Infœcunditas, Sterilitas. {ἀφορία, ἀγονία, ἀκαρπία. GALL. *Sterilité.* ITAL. *Sterilità.* GERM. Unfruchtbarkeit. HISP. *Esterilidad.* ANGL. *Vnfruitfulnesse, barraynesse.*} quo vsus est Columella.

INFOELIX, icis, vel potiùs Infelix absque diphthongo, omnis generis: idem quod infortunatus, miser. {δυστυχής. GALL. *Malheureux.* ITAL. *Infelice, misero, sfortunato.* GERM. Unglückhafftig. HISP. *Desdichado y sin ventura.* ANGL. *Vnhappie, vnfortunate.*} Terent. *Eunuch.* At ego infelix, neque ridiculus esse, neque plagas pati possum. *Ibidem*, Proh fidem deum, facinus fœdum, ô infelicem adolescentulum! Infelix & ærumnosus. Cic. 7. *Verr.* Plaut. *Most. sc.* 1. *a.* 2. Summè ego infelix, qui non curro domum. Ouid. 13. *Metam.*

Vellet & infelix Palamedes esse relictus.

Idem *Eleg.* 9. *lib.* 4. *Trist.*

Induet infelix arma coacta dolor.

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Quid mihi vobiscum est infelix cura libelli.

Plaut. *Aul. sc.* 6. *a.* 4. Tantum auri perdidi infelix miser. ¶ Pro scelesto. Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 2. Hominem infelicem, qui patronam comprimat. Idem *Mil. sc.* 3. *a.* 2. Pergin infelix, &c. ¶ Infelix, Non fœcundus, sterilis, inquit Seru. in illud Virg. *Eclog.* 6.

Infelix lolium, & steriles dominantur auenæ.

Cicer. *pro Rabirio*, Quæ tu homo lenis, ac popularis, libentissimè commemoras: Caput obnubito, arbori infelici suspendito. Virg. 2. *Georg.*

Salsa autem tellus, & quæ perhibetur amara,
Frugibus infelix.

Infœlicitas, vel potiùs infelicitas, sine diphthongo, Aduersa, vel incommoda fortuna, calamitas, miseria, egestas. δυστυχία. GALL. *Malheur, mauuaise fortune.* ITAL. *Infelicità, disgratia.* GERM. Unglück, vnfall. HISP. *Desdicha y desuentura.* ANGL. *Infelicitie, mischance, or misfortune.*} Terent. *in Adelph.* Quid hoc (malum) infelicitatis? nequeo satis discernere. Cic. *lib.* 2. *de fin. bonorum & malorum*, Beatè autem viuere, alij in alio, vos in voluptate ponitis, item omnem infelicitatem in dolore Quint. Abominanda infelicitas (nimiæ diligentiæ.) Idem, ob magnam infelicitatem ius mortis petere. Senec. *c.* 2. *de tranq.* Infelicitas operosa. Idem *c.* 2. *de consol. ad Helu.* Infelicitas indurat homines. Quint. Infelicitatis damnare sua tempora.

Infœliciter, vel Infeliciter, sine diphthongo, aduerbium, Infortunatè, miserè, calamitosè. {δυστυχῶς. GALL. *Malheureusement.* ITAL. *Infelicemente, disgratiamente.* GERM. Unglückseligklich, vnglückhafftigklich. HISP. *Desdichadamente.* ANGL. *Vnluckelie, vnfortunatlie.*} Terent. *in Eunuch.* Dum sequor hanc, fit mihi obuiam. P. Incommodè herclè. C. Imò enim verò infœliciter. Liu. 1. *ab Vrb.* Id quanquam omissum iam ex omnium cura Latinorum, ob rem toties infeliciter tentatam in armis videbatur.

Infœlicito, as, are, vel sine diphthongo, infelicito, Infelicem & miserum facio. {δυστυχῆ ποιῶ. GALL. *Faire malheureux & miserable.* ITAL. *Far infelice, far misero.* GERM. Unglückhafftig machen. HISP. *Hazer desdichado, y desuenturado.* ANGL. *To make vnfortunat.*} Plaut. *in Casin.* Dij me & te infelicitent, si ego in os meum vini guttam indidi.

[Informaceus, formarius paries, qui duabus tabulis circundatis, tanquam in formam infercitur, Font.]

INFORMIS, e, sine forma, deformis. {ἄμορφος. GALL. *Qui n'a point de figure en forme.* ITAL. *Sformato, senza forma.* GERM. Ungestalt. HISP. *Disforme, o sin forma.* ANGL. *That hath no shape.*} Plin. *lib.* 7. *c.* 15. Ea est caro informis, inanima, ferri ictum & aciem respuens. Informe cadauer, Virg. 8. *Æneid.* Hyemes informes, Horat. 2. *Carm. Ode* 8. ¶ Porrò in hac voce Forma æquiuoca vox est. Nam & pro specie accipitur, & pro certa partium proportione, quibus figura constituitur perfectior. Hanc igitur negat in hac voce præpositio *in*, non illam, Scaliger.

Informo, as, are, est, primam illam, & rudem operi alicui formam inducere, fingere, formare. {יצר *iatsar* … *teér*. … μορφόω, σχηματίζω, χαράττω, μορφῶ. GALL. *Façonner, former, bailler forme.* ITAL. *Fare la prima bozza, fare il primo schizzo.* GERM. Entwerffen, die erste gestalt geben. HISP. *Informar o dar forma.* ANGL. *To forme or fashion, rudelie.*} Virg. 8. *Æneid.*

His informatum manibus, iam parte polita
Fulmen erat.

¶ Per translationem accipitur pro instituere, docere & componere. ἐμποιῶ. Cic. *pro Archia.* Nam vt primum ex pueris excessit Archias, atque ab his artibus, quibus ætas puerilis ad humanitatem informari solet, se ad scribendi studium contulit. Animus bene à natura informatus, idem 1. *Offic.*

Informatio, nis, propriè dicitur illa & rudis forma, quæ ab artifice operi alicui inducitur. {יצר *iéser*. ὑποτύπωσις, διαγραφή. GAL. *Imagination, le premier trait.* ITAL. *Il primo schizzo.* GERM. Entwerffung, die erste vnd doch vnausgemachte gestaltung. HISP. *El debuxo, obra de dar forma.* ANGL. *The first delineation or fashioning of a thing.*} Per translationem autem accipitur pro rudi quadam & imperfecta ratione à natura primùm animo impressa. {ANGL. *A knowledge naturallie impressed in the mynde of man.*} Cic. 1. *de nat. deor.* Quæ est enim gens, aut quod genus hominum, quod non habeat sine doctrina anticipationem quandam Deorum, quam appellat πρόληψιν Epicurus, hoc est, ante acceptam animo rei

rei quandam informationem, sine qua nec intelligi quicquam, nec disputari possit. Itidem. Quæ enim nobis natura informationem deorum ipsorum dedit, eadem insculpsit in mentibus.

Inforo, as, verbum obscœnum est. Plaut. *in Curc. sc. 1. a. 4.* Adolescens ob rem publicam, hoc intus mihi. Quod insigne habeo, quæso ne me incomitiessis. Licetne inforare, si incomitiare non licet? c. non inforabis me quidem: nec mihi placet tuum profectò nec forum, nec comitium. ¶ Aliquando componitur ex in, & foro, as, quod est intus forò. {נקב nakáb, ἐντετραίνω. GALL. Percer, forer. ITAL. Forare. GERM. Einboren. HISP. Horadar ò barrenar. ANGL. To pearse or bore an hole.} Plin. *lib. 17. c. 14.* Timebant prisci truncum findere: mox inforare ausi medium, ipsique medullæ calamum imprimebant.

Infortiatum, vox barbara, ita inscriptus tomus secundus Digestorum. Alciat.

Infortuno, as, infortunatum facio. Gell.

INFORTUNATUS, a, um, Infelix, miser, calamitosus, ærumnosus. {δυστυχής. GALL. Malheureux. ITAL. Infelice, misero, sfortunato. GERM. Unglückhafftig. HISP. Malauenturado. ANGL. Unhappie, mischancie.} Terent. *in Eunuch.* O infortunatum senem. Cic. *ad Attic. lib. 2.* Nihil me infortunatius, & Catulo, tum splendore vitæ, tum hoc tempore.

Infortunium, ij, infelicitas, calamitas, ærumna. {רעה rahah. δυστυχία, ἀτυχία. GALL. Malheur, malencontre, inconuenient. ITAL. Infelicità, miseria, disgratia. GERM. Ein unglück oder unfall. HISP. Desuentura. ANGL. Unhappe, mischance, mischiefe.} Terent. *in Adelph.* Si attigisses, ferres infortunium. Infortunium habere, calamitosum esse. Liu. *1. ab Vrbe*, Ni pateat patri, habiturum infortunium esse. Plaut. *Curc. sc. 3. a. 2.* Se domi contineant, vitent infortunia. *Ibid. sc. 4.* Non mediocri te macto infortunio. Idem *Pseud. sc. 7. a. 4.* Caue sis tibi à diro infortunio. Idem *Amph.* Veni huc, inuenies infortunium. Et vix effugies infortunium. Vide ne infortunium quæras, qui me sic ludifices.

Infortunitas, atis, infelicitas, calamitas. {δυστυχία. ANGL. A mischaunce, or misfortune.} Gell. *lib. 6. cap. 1.* Itidem sunt bona & mala, felicitas & infortunitas, dolor & voluptas.

Infra, ab antiquo infer: & hoc ab inferendo, hinc infimus & imus. ✠ Supra. {תחת táchath. κάτω, ὑποκάτω. GALL. Dessous. ITAL. Disotto. GERM. Darunden, vnderhalb. HISP. Debaxo. ANGL. Beneath.} Et tunc casu quidem aduerbium est, adiuncto verò casu, præpositio: vt apud Terent. *in Eunuch.* Ego te esse infra omnes infimos puto homines. Facitque ex se Inferus, a, um, inferior, infimus, infernus. Senec. *cap. 26. de consolat. ad Polyb.* Cum supra se nihil, & infra omnia cerneret. Et Velleius, Nisi eò ascendisset, quo infra se Rempub. videret. Tibull. *lib. 4.* Siue super terras Phœbus, seu curreret infra. Docet Laurentius Valla, Infra ad dignitatem & locum referri, vt infra dignitatem meam est, & infra tectum. Intra ad numerum & spatium, ἐντός, vt, intra viginti dies, & intra muros non autem infra. Sunt autem infra & supra, inter se relatiua, sicut intra & extra, super & subter. Multò infra, pro Minoris pretij. Plin. *lib. 19. cap. 3.* Nascitur in Perside large, sed multo infra Cyrenaicum.

INFRACTUS, a, um, idem quod fractus: nisi si qua maior vis ex natura præpositionis accedat. {שבור schabur. κατεαγμένος. GALL. Desrompu & brisé. ITAL. Rotto, spezzato. GERM. Zerbrochen. HISP. Quebrado. ANGL. Broken bruised.} Cic. *1. Acad.* Tu autem m negas infracto remo commoueri. Idem *pro domo sua*, Itaque infractus furor tuus inanes faciebat impetus. Sic infractus animus dicitur, qui demissus est & deiectus, & rerum aduersarum fluctibus pessundatus. Idem *1. Acad.* Non modò non infracto animo erat, verumetiam confirmato & renouato. Res infracta, id est, perdita, afflicta & desperata. Velleius: Infractæ Galliæ à Cæsare. (id est, perdomitæ.) Cic. *ad Attic. lib. 9.* Tum potermus deliberare, non scilicet iam integrare, sed minus infracta, quàm si vnà proiectis te. Oratio infracta, id est, humilis & demissa, qualis solet esse eorum quibus parum fauet fortuna Liu. *8. bell. Maced.* Oratio fuit submissa & infracta, extenuantis opes suas vbiùmque suæ ditionis egestatem querentis. Senec. Prædulces & infractæ sententiæ. Gell. *c. 5. lib. 13.* Infracta vox & mollis. ¶ Legitur tamen in contraria significatione, pro non fracto, confirmato, constanti & inuicto. {ἄθραυστος, ἄρρηκτος. GALL. Qui n'est point desrompu ne brisé. ITAL. Non rotto, non spezzato. GERM. Unzerbrochen. HISP. No quebrantado. ANGL. Unbroken, unbruised.} Plin. *lib. 8. c. 50.* Mares quàm maxime simos, longis auriculis, infractisque armis quàm villosissimos probant. Ad eundem etiam modum interpretatur Seruius illud Virg. *12. Æneid.*

> *Turnus vt infractos aduerso Marte Latinos*
> *Defecisse videt.*

Infractio, Fractio, ruptura, corruptio. {שבר schéber. κλάσις, θλάσις, ῥῆξις, ῥῆγμα. GALL. Rompement, brisement. ITAL. Rottura. GERM. Zerbrechung, zerschlagung. HISP. Quebrantamiento. ANGL. A breaking or bruising.} vt, Infractio ossis, vel cartilaginis. Infractio animi, id est, pusillanimitas, vel demissio & torpor animi in rebus aduersis, vel desperatione fracti. ἀθυμία. Cic. *3. Tusculan.* Verisimile est igitur, in quem cadit ægritudo, in eundem cadere timorem, & infractionem quandam animi, & demissionem.

INFRÆNO, as, are, Propriè equis fræna impono. {חבש chabásch עדי חלם balám hadi. χαλινόω. GALL. Brider. ITAL. Frenare, mettere el freno. GERM. Zäumen. HISP. Enfrenar. ANGL. To bridle.} Liuius *7. bell. Macedon.* Pauci stabant impauidi equi, eos ipsos non sternere, non infrænare, aut ascendere facile poterant. ¶ Per translationem accipitur pro cohibere, seu domare, detinere. Plin. *lib. 9. cap. 21.* Quod vbi videre nautici, statim pluribus anchoris nauigia infrænant, hoc est, detinent, seu cohibent, ne longiùs progredi possint. Idem *lib. 32. cap. 1.* infrænat impetus, & domat mundi rabiem, nullo suo labore, non retinendo, &c.

Infrænatus, a, um, nomen adiectiuum est, idem quod non frænatus. {ἀχάλινος, ἀχαλίνωτος. GALL. Qui n'est point bridé. ITAL. Sfrenato. GERM. Ungezäumt. HISP. Desenfrenado. ANGL. Unbridled.} Liu. *7. bell. Maced.* Non stratos, & non infrænatos magna pars habebat equos, id est, non frænatos. Ita enim ibi legitur, & *lib. 1. decad. 3.* non vt vulgo non stratos, & infrænatos.

Infrænis, a, um, & Infrænis, e, Non frænatus. {ἀχάλινος. GALL. Desbridé, sans bride. ITAL. Senza freno, sfrenato. GERM. Ungezäumt, zaumlos. HISP. Desenfrenado, sin freno. ANGL. Without a bridle or stay, unruly.} Virg. *lib. 10*

> *Illum infrænis equi lapsu tellure iacentem.*

Idem *4. Æneid.*

> *Hinc Numidæ infræni cingunt.*

Vbi Numidas infrænos vocat, quòd equis vterentur infrænatis, quòd sola regebant virga. Infrænus currus. Col. *lib. 10.*

> *Sed quid ego infræno volitare per æthera cursu*
> *Passus equos.*

Gell. *c. 15. lib. 1.* Infrænis lingua.

Infragilis, e, Firmus & validus. {נשבר lo nischbar. ἄθραυστος. GALL. Qu'on ne peut rompre, casser, ou briser. ITAL. Fermo, saldo, non fragile. GERM. Unzerbrüchlich. HISP. Rezio, y no flaco. ANGL. Not brittle, not soone broken.} Ouid. *Eleg. 4. lib. 1. Trist.*

> *Si vox infragilis, pectus mihi firmius esset.*

Animum infragilem tenere. Idem *ad Liu.* Affertur etiam ex Seneca Infrangibilis, pro, infragilis. *De vita beata*, Quum tibi dicam, summum bonum est infrangibilis animi rigor & prouidentia, subtilitas, sanitas, libertas decoral quod vltra quæris.

INFREMO, is, ere. Fremo, h. e. murmure indignationem ostendo. {המה hamah המה hamáh. βρέμω, βρυχάομαι, θορυβέω. GALL. Fremir, bruire. ITAL. Fremere. GERM. Prummen und grißgrammen. HISP. Bramar. ANGL. To grone or murmure at a thing.} Virg. *10. de apro,*

> ——— *infremuitque ferox & inhorruit armos.*

¶ Accipitur aliquando, pro perstrepere, personare, & sonitu horrorem incutere. Sil. *lib. 3.*

> *Nec bellum raptis tam dirum mille carinis*
> *Acrius infremuit, trepidòsque exterruit orbes.*

INFRENDEO, es, ui, ere, Dentes irascendo quatio, & inuicem collido, dentibus strideo. {חרק charak. ὀδοντοβρυχεῖν, τοὺς ὀδόντας πρίειν. GALL. Grincer les dents, comme font ceux qui ont ire. ITAL. Stringere & sbattere è denti per ira & rabbia. GERM. Vor zorn mit den zänen kirren. HISP. Batir los dientes regañando. ANGL. To gnash or grinde teeth.} Virg. *3. Æneid.*

> *Dentibus infrendens gemitu, graditúrque per æquor*
> *Iam medium.*

Infrendes, dicuntur pueri sine dentibus, qui frendere non possunt, ἀνόδοντες.

INFREQUENS, tis, omn. gen. Parùm frequentatus ✠ Celebris, frequens. {ἀσύχναστος. GALL. Qui n'est point frequenté ou hanté. ITAL. Poco frequentato. GERM. Unempfig, ungewöhnlich. HISP. Cosa no espessa ni poblada. ANGL. That is not haunted.} vt, Infrequens forum, quo pauci conueniunt. Infrequens Senatus, paucorum Senatorum conuentus. Liu. *3. ab Vrbe*, Præterquam quòd infrequens Senatus indicio erat, sociis afflictam ciuitatem pestilentia esse, mœstum etiam responsum tulere. Infrequens etiam actionis significationem habet, & ponitur pro eo, qui raro frequentat. Cic. *ad Quint. fratr.* Et sum equidem, vt scribis, & Romæ, & in prædiis infrequens, i. raro sum & Romæ, & in prædiis. ¶ Infrequens miles, qui dicatur, vide apud Gell. *c. 4. lib. 16.* Idem *c. 29. lib. 13.* Non sum infrequens vocum Latinarum.

Infrequentia, æ, Raritas, & paucitas. {ἐρημία, σπανιότης. GALL. Petite assemblée, rareté. ITAL. Rarità, picciola assembramento di gente. GERM. Ein kleine versamlung. HISP. A quella, no espessura ni poblacion. ANGL. Unhaunting, disusing, a little number.} Cic. *ad Quint. frat.* Summa infrequentia, quum vellet exire, à eoss, retentus. Liu. *2. ab vrb.* Nec agi quicquam per infrequentiam poterat Senatus.

INFRICO, as, are, Frico, & fricando contundo, & illino. {ἐντρίβω. GALL. Frotter. ITAL. Fregare. GERM. Einreiben. HISP. Fregar. ANGL. To rub in, or frett together.} Col. *lib. 12. c. 30.* Et pondo quadrantem amphoris singulis infricato, & oblinito. Hinc Part.

Infricatus, a, um. Plin. *lib. 26. c. 8.* Et infricata polemoniis, aristolochiæ decocto foliis.

Infrictio apud Cels. *lib. 8. c. 11.* Tunc infrictionem ei membro adhibere, i. validam, & quæ intus sentiatur.

INFRIGO, is, xi, ctum, Simul frigo in patella, aut alio quouis instrumento. {ἐμφρύγω. GALL. Frire auec ou dedans. ITAL. Friggere insieme. GERM. Etwarinn mit sampt anderm rösten. HISP. Freir juntamente. ANGL. To frie with or in.} Plin. *lib. 20. c. 13.* Dederunt & cum bitumine infrictam potioni propter anhelitum.

INFRINGO, is, Frango, corrumpo. {שבר schibber. κατακλάω, ἐμβρίγνυμι. GALL. Rompre grandement, rompre, briser. ITAL. Rompere grandemente. GERM. Zerbrechen. HISP. Quebrar. ANGL. To breake, to bruise.} Plin. *lib. 32. cap. 6.* Ne nidorem ales infringat. Cæs. *3. bell. ciu.* Vt primus excursus, visque militum infringeretur, aciesque distenderetur, &c. Idem *1. de bell. ciu.* Infringere conatus aduersariorum Ouid. *Eleg. 1. lib. 2. Trist.*

> ——— *Mi Bem qui fecit Achillem*
> *Infregisse suis fortia facta modis.*

Quintilian. Infringendi articulos, gestus. Senec. *cap. 15. de Tranquill.* Molliter se infringens, sed tripudiando. ¶ Infringere digitos lyræ, dixit Papinius in Achilleide, pro digitos flexibiles, faciles, doctíesque modorum lyræ reddere. ¶ Interdum est impingere, infligere σκηπτέω. Terent. *in Adelph.* Plus quingentos colaphos infregit mihi. Hinc fit Infractus, quod idem significat, quod fractus, vel valde fractus. Vide *supra.*

INFRIO, as. Rem friatam & comminutam rei alicui intero. {ἐντρίβω. GALL. Esmier, menuiser auec ou dedans. ITAL. Minuzzare, tritolare intra altre cose, & in mezzo. GERM. Einreiben das zerriben eingestübet (dem. HISP. Desmenuzar quebrando. ANGL. To crumme small, to breake in small pieces.} Cato *de re rustic. cap. 79.* Ex melle vapito, papauere infriato. Columell. *lib. 8. cap. 5.* Atque ita paulum triticialis vel nentibus infriatur Idem *lib. 7. c. 5.* Super usque aceto, vel æris æruginæ infriata.

Infrons, dis, sine fronde Ouid. & infrons, tis, sine fronte.

Infrontate, impudenter. Salmas.

Infructuosus, a, um, quod non fert fructum, inutilis. {ἄκαρπος. GALL. Infructueux. ITAL. Infruttuoso. GERM. Unfruchtbar. HISP. Cosa no fructuosa.

ctuosa. ANGL. *That beareth no fruit, vnfruitfull.*} Colum. *lib.* 11. *c.* 1. Post quem diem sera & infructuosa sit huiusmodi rerum cultura. Infructuosæ preces, vanæ, frustrà factæ, & ex quibus nihil ei qui rogat, fructus, aut vtilitatis prouenit. Plin. *Epist.* 176. Quod vel maximè dolorem meum vicerat: obseruantur oculis cassi labores & infructuosæ preces, & honor quem meruit.

Infrunitus, {ἀπειρόκαλος, ἀβελτερός, ἀναισθητος.} Apud Senec. *lib.* 3. *de benefic.* legitur pro stolido & insipiente. Vide *Frunisco*.

INFUCO, as, are, Fuco tingo; & per translationem tego, dissimulo. {φυκόω, ἐγχρίζω, ψιμμυθιόω. GALL. *Farder, desguiser.* ITAL. *Imbellettare, coprire, dissimulare.* GERM. Ein farb anstreichen, verdecken. HISP. *Afeytar con afeyte.* ANGL. *To colour, to cloke.*} Cic. *de Orat.* In scriptis & dictis non aurium solùm, sed animi iudicio etiam magis infucata vitia noscuntur. Plaut. *in Milite*, Nunc pol ego metuo nequid infucauerit. Si hic non videbit mulierem, aperitur dolus. Vbi infucare idem valet quod fallaciam aliquam latenter struere, & quibusdam quasi coloribus ita dissimulare, vt difficilè deprehendatur.

¶Infudibulum, vide *Infundibulum*.¶

INFULA, æ, ab infilare, amicire. Fascia in modum diadematis, (vt inquit Seruius *in* 10. *Æn.*) à quo dependent vittæ ab vtraque parte. {תוֹרִי pathil. ταινία. GALL. *Vn ornement duquel vsoient les Pontifes anciens, mitre.* ITAL. *Vna sorte di mitra da Pontefici, la mitra de Vescoui.* GERM. Ein infel. HISP. *El velo ò toca de los sacerdotes.* ANGL. *A meyter.*} Fest. Infulas sacerdotum filamentum vocabant. Alij scribunt infulas filamenta alba esse, quibus templa ornabantur: & moris fuisse, vt nubentes priusquam mariti domum ingrederentur, infulis postes ornarent. Dicta autem infula ab antiquo verbo infilare, quod idem erat quod velare & amicire, quemadmodum exfilare & exuere. Cic. 3. *de Orat.* Pamphiliúmque nescio quem, sinapius infulis tantam rem, tanquam pueriles delicias depingere. Idem 6. *Verr.* Præstò mihi sacerdotes Cereris cum infulis ac verbenis fuerunt.

Infulatus, a, um, Infula ornatus. ταινιωθείς, ὁ μίτρα κατεστεμμένος. Virg. 3. *Georg.*

Lanea dum niuea circundatur infula vitta.

¶ Infulatus ludibrij causa. Suet. *in Calig. c.* 27. Cunctantem pueris tradidit verbenatum, infulatúmque. (de homine perituro.)

INFULCIO, is, ire, Pro ingerere. Senec. *epist.* 115. Non desinit omnibus locis hoc verbum infulcire. Sueton. *in Tiber. cap.* 53. Infulcire cibum, pro, per vim inserere ore diducto.

Infulgens, particip. sine verbo, Fulgens, resplendens. {מְפִיעַ mophiah מַזְהִיר mazhir נוֹגֵהַּ nogéah. ἐπιλάμπων. GALL. *Reluisant, resplendissant.* ITAL. *Rilucente, lampeggiante.* GERM. Scheinend. HISP. *Resplandeciente.* ANGL. *Shyning.*} Catul. *Arg.* Sæpe pater Diuûm templo infulgente reuisens, &c.

INFUMO, as, In fumo sicco, sicut Insolo, ad solem sicco. {καπνίζω. GALL. *Enfumer, secher à la fumee.* ITAL. *Seccare al fumo.* GERM. Rauchern, im rauch dörren. HISP. *Secar al humo, hahumar.* ANGL. *To drie in the smoke.*} Vnde carnes infumatæ dicuntur, quæ fumo sunt siccatæ. κρέα καπνιστά. Plautus, Atque hillas infumatas, & sumen. Plin *lib.* 28. *c.* 9. Et infumata pilis oculorum medetur.

Infumibulum, Spiraculum per quod fumus exit. {καπνοδόχη. GALL. *Cheminee.* ITAL. *Fornace, camino.* GERM. Ein rauchloch. HISP. *Chemenea.* ANGL. *The tunnel of a chimny.*}

INFUNDO, is, ere, Introfundo. {יָצַק jatsák. ἐγχέω, ἐγχύω. GALL. *Verser dedans.* ITAL. *Infundere, gettare dentro.* GERM. Eingiessen, hinein schütten. HISP. *Derramar à dentro.* ANGL. *To powre in.*} Colum. *lib.* 6. *c.* 4. Ac postero die spicas vlpici, vel allij, cum vino conteras, & in naribus infundas. Cic. 11. *Philipp.* Atque hic nuper sororis filio infundit venenum, non dedit. ¶ Quandoque infundere est suprafundere. ἐπιχέω. Virg. 1. *Georg.*

Certatim largos humeris infundere rores.

Infusus, a, um. Ouid. *Eleg.* 5. *lib.* 4.

Vt vigil infusa pallade flamma solet. (reuiuiscere.)

Infusio, Infundendi actus. {מוּצֶקֶת mutsékheth. ἔγχυσις, ἐπίχυσις. GALL. *Versement dedans.* ITAL. *Versamento.* GERM. Eingiessung, einschüttung. HISP. *Obra de derramar à dentro.* ANGL. *A powring in or vpon.*} Plin. *lib.* 20. *cap.* 21. Valuas & cibo & infusione mollit in oleo.

Infusus, us, Infusio. {ANGL. *A powring in or vpon.*} Plin. *lib.* 24. *cap.* 6. Sonitus aurium emendat infusu, strumas illitu.

Infundibulum, i, Instrumentum quo in vasa liquores infundimus. {מַצֶּקֶת mutséket. χώνη, ἐπίχυσις. GALL. *Vn entonnoir, vne tremuye de moulin.* ITAL. *Imbuto, lora, piria.* GERM. Ein trächter. HISP. *Embudo, ò tolua de molino.* ANGL. *A funnell where into licour is powred when vessels ar filled, a mill hopper.*} Cato, In cella olearia, hæc opus sunt, dolia olearia & opercula, electarium olearium vnum, labellum vnum, infundibula duo. Col. *lib.* 24. *cap.* 15. Atque is nidor per infundibulum imbibitur in vetere tussi. Rustici nostrates luram vocitant. Antiquiores autem os vteris luram dicebant. Vnde Lurcones, capacis gulæ homines nomen acceperunt, qui à Græcis appellantur λαιμαργοι, & γαστρίμαργοι.

¶Infusorium, apud vet. Interp. Latin. vasculum, quo oleum lychno infundimus, affunditur. Vet. Dict. Infusorium vas, in quo est oleum, quod ponitur in lucernis. Item infusorium dicitur, per quod proiicitur ablutio calicis.¶

Infurnibulum, Pala qua panes in furno disponuntur. {GALL. *Paele pour enfourner.* ITAL. *Pala da infornare.* GERM. Ein brotschauffel. HISP. *Pala de horno.* ANGL. *A peele to sett bread in the ouen.*} Plin. *lib.* 24. *c.* 15. Radix eius ponitur in carbonibus captesi, atque is nidor per infurnibulum imbibitur in vetere tussi. Quo tamen in loco vetusti codices, teste Hermol. habent, Per infundibulum. Non malè tamen infumibulum legi posse idem Hermolaus fatetur, eo quòd Græci hoc genus hauriendi fumi, aut nidoris ἐπικαπνισμὸν vocant.

INFUSCO, as, are, Fuscum reddo. {ὑπομελαίνω. GALL. *Brunir, noircir.* ITAL. *Offuscare.* GERM. Braun oder schwartzlecht machen. HISP. *Embaçar ò enegrecer à otro.* ANGL. *To make dimme, duskie or dark.*} Plin. *lib.* 9. *cap.* 29. Infuscata aqua absconduntur, id est, obscurata, & turbida facta, vel turbata. Infuscare vellera, Colum. *lib.* 7. *c.* 3. ¶ Infuscari barbarie, translatè pro inquinari. Cic. *de clar. Orat.* Sed omnes tum ferè qui nec extra vrbem hanc vixerant, nec eos aliqua barbaries domestica infuscauerat, rectè loquebantur.

Infuscus, Fuscus. {שָׁחוֹר schahhor. φαιός. GALL. *Noirastre.* ITAL. *Fosco.* GERM. Schwartzlecht. HISP. *Baço ò pardo en color.* ANGL. *Dimme, duskie.*} Colum. *lib.* 9. *c.* 10. Quidam etiam infusci atque hirsuti reperiuntur.

¶Infuso, as, fuso inuoluo. Cath.¶

Ingeuones, latissimi Germaniæ populi in Sicambros, Teutones & Cauchos diuisi, teste Plin. *lib.* 3. *cap.* 14.

Ingauni, Liguriæ populi fuerunt, qui Albingaunum oppidum in ora Ligustica condiderunt.

Ingelabilis, e, quod non gelatur. {ἀπηγής, ἄπηκτος, ὁ ἀνεπίπηκτος. ANGL. *That freezeth not.*} Gell. *lib.* 17. *cap.* 9. Cur fluuiorum & fontium aquæ gelu durentur, mare omne ingelabile sit. Quædam exemplaria habent *incongelabile*.

INGEMINO, as, are, Gemino, aut frequenter gemino. {כָּפַל chaphál. διπλασιάζω, διπλόω. GALL. *Doubler, redoubler.* ITAL. *Raddoppiare.* GERM. Zwey mal oder offtermal etwas auffeinander thun, mit widerholen wol einbilden. HISP. *Repetir ò doblar.* ANGL. *To double.*} Virg. 1. *Georg.*

Tum liquidas corui presso ter gutture voces,
Aut quater ingeminant.

Ouid. 6. *Fast.*

——— Hostiles ingeminauit opes,

Ingeminare neutrum. Virg. 1. *Georg.*

——— Ingeminant Austri & densissimus imber.

Vbi Seruius, ingeminant, pro ingeminantur positum esse ait.

INGEMO, is, ui, itum, Vehementer gemo, & grauiter fero. {נֶאֱנַק neenách אָנַק anák. στένω, στενάζω, ἐπιστενάζω. GALL. *Geindre, gemir, sequemener.* ITAL. *Gemere.* GERM. Erseufftzen. HISP. *Mucho gemir.* ANGL. *To grone or wayll heauelie.*} Cicer. *somn. Scip.* Hic cùm exclamasset Lælius, ingemuisséntque cæteri vehementiùs, leniter arridens Scipio, &c. Idem 5. *Phil.* Vna illa in re ciuitas seruitutis oblita ingemuit. Habet aliquando post se accusatiuum. Virg. *in Daphnide*,

Daphni tuum Pœnos etiam ingemuisse leones Interitum.

Ingemisco, cis, eiusdem significationis. {ANGL. *To lament and wayle.*} Cic. *in Epist.* Pueri Spartiatæ non ingemiscunt verberum dolore laniati. Ingemiscere malo alicui, est mali alicuius gratia ingemiscere. Idem 2. *Tusc.* Quem vidit nemo illi ingemiscentem malo.

¶Ingena Abricantorum, *Auranches.* V. E. sub A. Rothomagensi, in Normannia.¶

INGENERO, as, Ingigno, gignendo insero, indo. {נָתַן nathán. ἐμφύω, ἐμποιῶ. GALL. *Engendrer.* ITAL. *Ingenerare.* GERM. Eingebären. HISP. *Engendrar à dentro.* ANGL. *To engender.*} Cicer. 1. *Offic.* Eadémque natura vi rationis hominem conciliat homini, & ad orationis & vitæ societatem: ingeneratque in primis præcipuum quendam amorem in eos qui procreati sunt. Idem 5. *de finib.* Et illum appetitum rerum à natura accommodatarum ingeneratum putauerunt omnibus, qui continentur ea commendatione naturæ, qua seipsi diligunt. Idem *de L. Agrar.* Ingenerantur hominibus mores à stirpe generis, vel ex his rebus, id est, procreantur.

INGENICULO, & Ingeniculor, significat genu flectere. {בָּרַךְ barách. γονυπετέω. GALL. *S'agenouiller.* ITAL. *Inginocchiarsi.* GERM. Sich neygen, die knie biegen. HISP. *Arrodillar, ò hincar las rodillas.* ANGL. *To kneele, to bowe the knee.*} Lampr. *in Heliogab.* Ita vt subitò vestes ad pedes defluerent, nudúsque vna manu ad mammam altera pudendis adhibita, ingenicularet.

¶Ingeniculus, procidens in genua sua. Item, ¶Signum in cælo, quod Græco vocabulo ἐγγόνασιν nominant. Firmicus *lib.* 6. Ingeniculus, qui & Engonasis, in externis partibus oritur. Hoc sydere nati erant mendaces, fugaces, callidi. Hic est Hercules, (vt Higinus docet) qui dextro genu nixus, sinistro pede capitis draconis dexteram partem opprimere conatur.

INGENIUM, ij, à Gignendo, propriè natura dicitur cuique ingenita, indoles. {φύσις. GALL. *La nature qu'vn chacun a, engin, esprit & entendement.* ITAL. *Natura, ingegno.* GERM. Die angeborne art oder natürliche neygung. HISP. *Naturaleza, ò ingenio natural.* ANGL. *VVitt, nature inclination.*} Plaut. *Most. sc.* 3. *a.* 1. O mulierem lepidam & pudico ingenio. Idem *in Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Ita estis ingenio improbo, vt, &c. Idem *Asin. in fine.* Nemo est ingenio tam duro, quin sibi benefaciat. & *Aulul. prolog.* Ingenio auido fuit, (id est, auaro.) Idem *Most. sc.* 2. *a.* 1. Postquam immigraui in ingenium meum (prauum.) Idem *Asin. sc. vlt. a.* 1. Quin ad ingenium vetus versutum te recipis tuum. Idem *Amph.* Ita ingenium meum est: inimicos semper osa sum. Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 1. Immutatis moribus, atque ingenio te video. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 1. Alienum ingenio suo quæstum occœpit. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 1. Me habere honorem eius ingenio decet. (id est, moribus filij, qui mihi amores suos aperuit.) Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 3. Hominum auaritia factus sum improbior coquus, non meopte ingenio. *Ibid. sc.* 2. *a.* 1. Eo ingenio sunt hi flagritribæ. *Ibid. sc.* 7. *a.* 4. Hi sunt alio ingenio atque tu. Et Suet. *in Aug. c.* 65. Ingenium sordidum ac ferox. ¶ De inanimatis. Gell. *c.* 6. *lib.* 3. Ingenium est eiusmodi ligni. (id est, natura, siue proprietas.) Idem *c.* 1. *lib.* 12. Ingenia & proprietates lactis. Liuius *lib.* 7. *d.* 4. Insita ea natura ingenio terræ. Salust. *lib.* 3 *histor.* Castrisque collatis, pugna tamen ingenio loci prohibebatur, hoc est, natura & situ loci. Plaut. *in Sticho*, Vbi facillimè spectatur mulier, quæ ingenio bono est. Terent. *in Andria*. Nam qui cum ingenijs conflictatur eiusmodi: id est, cum hominibus eius naturæ. Ingenium malum prauúmque, quod bono opponitur. Vide adnotat. 117. Constantini *in Iugurth. Salustij*. Est etiam ingenium, vis quædam naturalis nobis insita, suis viribus peracris ad inueniendum, quod ratione indicari possit, εὐφυΐα, φύσις. Cic. 5. *de finib.* Prioris generis est docilitas, memoria: quæ ferè omnia appellantur vno ingenij nomine, eásque virtutes qui habent, ingeniosi vocantur. Vnde præclara ingenia, & obtusa ingenia dicimus, id est, acuta & rudia. Peracre ingenium. Cic. 3. *de Orat.* Rude, Quint. *lib.* 1. *c.* 2. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Diuitis ingenij est immania Cæsaris acta Condere.

Ibidem,

Ingenio stimulos subdere fama solet.

Ibid. *Eleg.4.lib.4.*

Cuius in ingenio patria facundia lingua.

Idem 13. *Metam.*

———Tibi ingenium est, quod eget moderamine nostro.

Idem *Eleg.4.lib.4.Trist.*

Ingenium meum pater tuus probabat.

Idem *Eleg.1.lib.2.Trist.*

Ingenio perÿ qui miser ipse meo.

Ibid. *Eleg.8.lib.1.*

———Ingenium non latuisse tuum.

¶ Ingenia, pro Scriptis, siue libris. Senec. *c.9.de tranquill.* sacrorum ingeniorum opera. & *c.3.de consol.ad Helu.* ¶ Ingeniorum monumenta. Quintill. Tot ingeniorum, quot corporum formæ. (id est, styli & characteris.) ¶ Pro scriptoribus. Velleius, Eminentia ingenia. Idem, Optimis ingeniis malè vsi. Plaut. *Capt.sc.2.a.1.* Vt sæpe summa ingenia in occulto latent. ¶ Pro animo, siue fronte. Idem *Most.sc.3.a.2.* Nos ingenio hilari & lepidè accipiet.

Ingĕnĭōsus, a, um, Acutus, cautus, bona indole præditus. {εὐφυὴς, ἐπιδέξιος. GALL. *Ingenieux, qui a bon esprit.* ITAL. *Ingenioso.* GERM. Sinnreich/verstendig. HISP. *Ingenioso, y agudo de ingenio.* ANGL. *VVittie.*} Cicer. *pro Cluentio.* Homo in primis ingeniosus, & in dicendo exercitatus. Idem *pro Roscio Comœdo,* Quo quisque est ingeniosior, & solertior, hoc docet iracundiùs & laboriosiùs. Ouid. *Eleg.1.lib.5.Trist.*

Inter Sarmaticos (poëtas) *ingeniosus eram.*

Ibid. *Eleg.1.lib.2.*

Inque meas pœnas ingeniosus eram.

Ibidem,

In culpam si qua est ingeniosa suam.

Ibid. *Eleg.1.lib.5.*

Materia est propriis ingeniosa malis.

¶ Ingeniosus etiam ager dicitur. Idem 4. *Fast.*

———ad segetes ingeniosus ager.

Ingĕnĭōsē, aduerbium, Subtiliter & acutè. {εὐφυῶς. GALL. *Ingenieusement. subtilement.* ITAL. *Ingeniosamente, sottilmente.* GERM. Sinnreichlich/künstlich. HISP. *Sotilmente, y ingeniosamente.* ANGL. *VVittely.*} Cic. *de Inuent.* Nam satis in ea videtur ex antiquis artibus ingeniosè, & diligenter electas res collocasse. Homo ingeniosissimè nequam Curio. Velleius.

Ingēns, tis, q. vltra gentem. Magnus & immensus. {רב *rab.* ὑπερφυὴς, ἀμήχανος. GALL. *Moult grand, fort grand.* ITAL. *Molto grande.* GERM. Sehr groß. HISP. *Cosa muy grande en su genero.* ANGL. *Great, huge.*} Plus enim est ingens, quàm magnus. Terent. *in Eunuch.* Magnas verò agere gratias Thais mihi? Ingentes. Virg. 1. *Georg.*

———populátque ingentem farris aceruum

Curculio.

Idem 2. *Georg.*

————qui me gelidis in vallibus Hæmi

Sistat, & ingenti ramorum protegat vmbra.

Ingens animus, Fortis, magnus, & constans. μεγαλοψυχία. Horat. *lib.1. Serm.* Ingens virtus atque animus. Virg. 3. *Georg.*

Ingentes tollens animos.

Ouid. *Eleg.10.lib.4.Trist.*

Vidimus ingentem glacie consistere pontum.

Idem *Eleg.2.lib.5.Trist.*

Cæsare nil ingens mitius orbis habet.

Plaut. *Capt.sc.1.a.4.* Iube ignem ingentem fieri. H. Ingentem? Ita dico magnus vt sit. Ouid. 13. *Metam.*

Scilicet hoc ingens quicquid spirauit Vlysses.

Ibidem,

Quid dubitas ingentem euertere Troiam.

INGĔNŬŬS, a, um, qui in libertate natus est. ✕ Libertinus. {בן חורים *ben chorim.* ἐλεύθερος, γνήσιος. GALL. *Noble & honneste, franc, debonnaire.* ITAL. *Libero, gentile.* GERM. Frey erboren/freymütig. HISP. *Libre, hidalgo.* ANGL. *Free borne, noble, honest.*} Est enim libertinus, qui ex iusta seruitute manumissus est: aut certè qui liber quidem natus est, sed ex parentibus liberis. ἀπελεύθερος. Vnde interrogare hoc modo solemus: Ingenúsne, an libertinus est? id est, liber natus, an seruitute liberatus, siue ex libertorum genere ortus? Plaut. *in Pœnulo,* Quia Adelphasium, quam herus deamat tuus, ingenua est. Idem *Curc.sc.2.a.5.* Mercari furtiuas & ingenuas virgines. Idem *Mil.sc.6.a.2.* Tractant & ludificant ingenuam & liberam. Ouid. *Eleg.1.lib.1.Trist.*

Submonet ingenuum pagina prima manus.

Terent. *in Phorm.* Vt ne addam, quod sine sumptu, ingenuam, liberalem nactus est. Cic. 3. *Verr.* Ibi hominem ingenuum, domi nobilem, &c. Ingenuus tamen antiquitus dicebatur is solùm qui patrem ciere poterat, hoc est, qui ex legitimo matrimonio susceptus erat. Liu. *lib.10.* An Romæ vnquam fando est auditum, patricios primò esse factos, non de cælo demissos, sed qui patrem ciere possent, id est, nihil vltra quàm ingenuos. Ingenuus idem est aliquando quod honestus & elegans, vt Ingenua facies, quæ & liberalis dicitur, atque elegans. Plaut. *in Pœn.* Facies quidem pol ingenua est. Artes, siue disciplinæ ingenuæ, id est, liberales, & ingenuis, hoc est, liberis dignas. Cicer. 2. *de finib.* Sint ista Græcorum, quanquam ab his philosophiam, & omnes ingenuas disciplinas habemus. Idem, Vt omittam has artes elegantes & ingenuas. Ouid. *Eleg.8.lib.1.Trist.*

Sua per ingenuas aliquis caput extulit artes.

Ingĕnŭĭtās, atis, Libertas, nobilitas, honestas. {ἐλευθεριότης. GALL. *Ingenuité, honnesteté, noblesse.* ITAL. *Nobilità, honestà.* GERM. Angeborne freyheit/ehrsame vnd adeliche art. HISP. *Hidalguia, honestidad, liberalidad.* ANGL. *Noblesse; honestie of free men borne.*} Cic. 3. *Verr.* Vestitus enim neminem commonebat, is quem illi mos & ius ingenuitatis dabat. Præ se ferre probitatem quandam & ingenuitatem. Idem 1. *Academ.* Idem 3. *Verr.* Detrahes ornamenta non solùm fortunæ, sed etiam ingenuitatis.

Ingĕnŭē, aduerbium, Liberè & simpliciter. {ἐλευθερίως, ἁπλῶς. GALL. *Franchement, noblement, simplement.* ITAL. *Francamente, da huomo da bene.* GERM. Freyadelich. HISP. *Libremente, y hidalgamente.* ANGL. *Freely, simplie, gentlemanly.*} Ingenuè loqui dicimus, quum quis ita loquitur, vt liberum hominem decet: hoc est, vt nihil timidè dicat, aut quod se minus dignum sit. Sic ingenuè fateri est liberè & audacter, simpliciterque fateri. Cic. *ad Metellum,* Quòd me abs te cupisse laudari aperte atque ingenuè confitebar. Ingenuè educari, hoc est, liberaliter & quemadmodum hominem liberum decet. Idem 3. *de fin.* Quis autem honesta in familia institutus & educatus ingenuè, non ipsa turpitudine, etiamsi eum læsura non sit, offenditur?

Ingĕnŭātus, Ingenuis moribus dotatus. {ἐλευθέριος. GALL. *Noble, franc.* ITAL. *Nobile, libero.* GERM. Der freyer oder adelicher sitten ist. HISP. *Libre, hidalgo.* ANGL. ANGL. *Free, borne, that hath gentle maners.*} Plaut. *in Mil.* Itidem diuos dispertisse vitam humanam æquum fuit, Qui lepidè ingenuatus esset, vitam longinquam darent.

INGĔRŌ, is, Infero, importo, iniicio, immitto. {הביא *hebi* שלח *schalàch.* ἐμφορέω. GALL. *Porter, mettre, ou ietter dedans ou contre.* ITAL. *Portare dentro.* GERM. Hinein tragen. HISP. *Meter por dentro.* ANGL. *To beare in to cast against.*} Plaut. *in Pseud.* Tu qui vrnam habes, aquam ingere, face, plenum ahenum sit citò. *Ibidem sc.1.a.1.* quum si aquam in cribrum ingeras. *Ibidem sc.3.a.1.* Ingere mala multa, id est, maledicta. Et *Men.sc.1.a.1.* Omnia mala ingerebat Hecuba. (id est, maledicta.) Senec. *cap.vlt.de consolat.ad Helu.* Quod in oculos se ingerit. Idem *cap.6. de consolat. ad Marc.* Ingerantur lacerato pectori manus. Sueton. *in Aug.cap.54.* Quidam ingesserunt, Dicere oportere Senatoribus de rep. loqui. Idem *Tib.* nullo non omne genus probri ingerente. Liu. 2. *bell.Pun.* Ingerere saxa, tela. Idem *lib.6.d.4.* Postulationes, Suet. *in Neron. cap.7.* Ingerere cibum, vel potionem ægroto, pro porrigere. Celsus. Conuitia ingerere alicui, Horatius 1. *Serm. satyr.5.* Ligna ingerere foco. Tibull. *Eleg.1.* Mala multa in aliquem ingerere. Plaut. *Bacchid.* Osculum ingerere. Sueton. *de clar. Grammat.* Semen solo ingerere, pro seminare. Colum. *lib.2.cap.10.* Ingerere dicta in aliquem, pro maledicere & conuitiari. Plaut. *in Asin.sc.2.a.5.* Nunc vxorem me esse meministi tuam? Modò quum dicta in me ingerebas, odium, non vxor eram.

Ingĕstum, quod violenter oblatum est. {נתון *nathún.* εἰσφερόμενον, ἐπιφερόμενον.} Tacit. *lib.1.* Nomen patris patriæ Tiberius à populo sæpiùs ingestum repudiauit.

Ingestābĭlis, e, quod gestari non potest. {ἀφόρητος. GALL. *Qu'on ne peut porter.* ITAL. *Che non si può portare.* GERM. Vnträglich. HISP. *Cosa que no puede ser trayda.* ANGL. *That can not be borne.*} Plin. *lib.7.c.6.* Ingestabile onus crurum & inguinum leuis tumor.

INGĬGNO, is, ingenui, ingenitum, Inter gignendum insero, ingenero. {ἐγγεννάω. GALL. *Engendrer dedans.* ITAL. *Ingenerare, generare di dentro.* GERM. Eingebären/mit der geburt in die natur pflantzen. HISP. *Engendrar à dentro.* ANGL. *To engender in.*} Cic. *de fin.* Siue vt doctissimis viris visum est, maiore aliqua causa atque diuinior hanc vim ingenuit. Idem *lib.2.* Et quoniam eadem natura cupiditatem ingenuit homini veri inueniendi, &c. Natali & ingenita sterilitate laborantibus. Col. *lib.5.c.7.* Ingenita nobilitas. Ouid. *ad Pison.*

Ingĭtās, quasi indigitas, i. paupertas. {חסר *chesér* מחסור *machsór* ענות *henuth* דלות *dalláh.* πενία. GALL. *Pauureté.* ITAL. *Pouertà.* GERM. Armut/mangel. HISP. *Pobreza.* ANGL. *Pouertie.*} Plaut. *in Pœn.* Profectò ad ingitatem lenonem rediget, si eas adduxerit. Alij legunt *inciens.* Vide *suprà.*

INGLŎMĔRO, as, are, Accumulo, coaceruo, & veluti in glomi formam inuoluo. {גלם *ghalám.* συστρέφω. GALL. *Emmonceler, enuelopper.* ITAL. *Aggomitolare, accumulare.* GERM. Vmbeinander winden oder tragen. HISP. *Embeluer.* ANGL. *To fold or roll together.*} Stat. 1. *Theb.*

————Sed plurimus Auster

Inglomerat noctem, tenebrosa volumina torquet.

Inglōrĭus, a, um, qui nullam laudem, aut gloriam sua virtute, aut fortitudine consequutus est, & veluti ignobilis. {ἄδοξος, ἀκλεής. GALL. *Qui n'a point de bruit. sans honneur.* ITAL. *Senza gloria, ignobile.* GERM. Vnberümpt/vnnamhafftig/der noch nie mit tugend ehr eingelegt hatt. HISP. *Cosa sin honra, y alabança.* ANGL. *Of no renowme or estimation.*} Virg. 9. *Æneid.*

Ense leuis nudo, parmáque inglorius alba.

Cic. 1. *de Leg.* Præter quam honestatis & gloriæ similitudinem, beati qui honorati sunt, videntur: miseri autem qui sunt inglorij. Ouid. *Eleg.4.lib.3.Trist.*

Viue sine inuidia, mollésque inglorius annos Exige.

Inglŭuiēs, ei, ex in & gula. q. inguluuies. insatiabilis voracitas. {λιχνεία, λαφυγμός, λαιμαργία. GALL. *Gourmandise, gloutenie.* ITAL. *Ingordigia.* GERM. Fräßigkeit. HISP. *La garganteza ò tragonia.* ANGL. *Gluttonie, gredlie eating.*} Terent. *in Eunuch.* Quæ cum amatore suo quum cœnant, ligurriunt. Harum videre ingluuiem, sordes, inopiam, &c. Accipitur etiam pro sinu gutturis in quem aues cibos recenter deuoratos demittunt. {Der kropff.} Colum. *lib.8.c.5.* de gallinis loquens. Nam si vacua non est ingluuies, cruditatem significat. ¶ Apul. pro curculione posuit, Restis ad ingluuiem astricta.

Ingolstadium, ‖ *Ingolstadt*, vrbs Bauariæ, habet Academiam insignem.‖

Ingrandēsco, is, ui, Augeor, grandior fio, cresco, succresco. {גדל *ghadhál.* μεγαλύνομαι. GALL. *Deuenir grand, s'aggrandir, accroistre.* ITAL. *Diuenir grande, aggrandirsi, farsi grande.* GERM. Groß werden. HISP. *Engrandecerse.* ANGL. *To waxe great.*} Col. *lib.11.c.3.* At circa Calendas Martias, locis apricis, licet porrum (si iam ingrandiuit) transferre. Idem *lib.2.c.10.* Quæ vt celeriter prodeat & ingrandescat antequam seratur, fimo arido permisceri debet.

‖Ingratia, non gratia, ingratitudo. Tertull.‖

INGRĀTŬS, a, um, Iniucundus, non gratus, non acceptus. {ἄχαρις. GALL. *Ingrat, mescognoissant du bien qu'on luy a fait, non aggreable.* ITAL. *Ingrato, non grato.* GERM. Vnangenem/vnlieblich. HISP. *Desagradecido.* ANGL. *Vnthankefull, vnkinde, vnpleasant.*} Plin. *lib.15.cap.25.* Minùs quinquennium est quòd prodiere, quæ vocant laurea, non ingratæ amaritudinis. loci non ingrati. Ouid. 3. *Fast.* Onus ingratum, Catull. Ingrata oratio cui opponitur iniucunda. Quintil. *lib.8.cap.3.* Ingrati saporis caseus. Colum. *lib.7.cap.8.* ¶ Ingratus item dicitur, qui non meminit accepti beneficij, nec gratiam vllam habet. ἀχάριστος, ἀγνώμων.

Plaut.

Plaut. *Amphitr.* Quæ in me bene fecerunt ingrata atque irrita. Idem *Asin.sc.1.a.1.* Ingrata atque irrita omnia esse intelligo, quæ dedi. ¶ Ingrata testamenta rescindere. Sueton. *in Calig. cap.* 38. de his *in Neron. cap.32.* Item, Ingratos libertos reuocauit in seruitutem. Suet. *in Claud. cap.24.* Terent. *in Andr.* Adeóne me ignauum putas? adeóne porrò ingratum, aut inhumanum, aut ferum, &c. Cic. *ad Attic.* Nihil cognoui ingratius, in quo vitio nihil mali non inest. Ingratus animus. Senec. *Epist.* 1. Nec mirum est inter plurima maximáque vitia nullum esse frequentius, quàm ingrati animi. ¶ Ingratus, inuitus, & coactus, inquit Donat. Terent. *Eunuch.* Opus faciam vt defatiger vsque Ingratus vt dormiam.

Ingratificus, pro ingrato & immemore beneficij. Cic. *pro Sestio,* O ingratifici Argiui, inanes, Graij immemores beneficij.

Ingrātē, adu. {ἀχαρίστως. GALL. *Ingratement.* ITAL. *Ingratamente.* GERM. Vndanckbarlich. HISP. *Desagradecidamente.* ANGL. *Vnthankefully, vnkindly.*} Plin. *lib.27.cap.2.* Quòd si quis illa fortè ab homine excogitari potuisse credit, ingratè deorum munera intelligit. Idem *lib.18.cap.3.* Non ingrato nominando M. Varronem, i. grato animo.

Ingrātis, Inuitè, ingrato animo. {ἀέκων, ἀκουσίως, βίᾳ, πρὸς ἀνάγκην. GALL. *Contre le gré, malgré, à regret.* ITAL. *Contra il mio volere.* GERM. Mit vnwillen. HISP. *Contra la voluntad de alguno.* ANGL. *Vnwillinglie.*} Plaut. *in Amphitr. sc.1. a.1.* Me à portu Ingratis excitauit. Cicer. *pro Quint.* Extorquendum est inuitò atque ingratis, quod non debet. Vide *Gratis.*

Ingrātiis, aduerbij loco positum, pro ingratis, vt Ingratiis tuis, id est, præter gratiam tuam, quasi dicas, non est quod tibi agam gratias. Plaut. *Merc.* Nimium multum scis. EVT. Tuis ingratiis. Idem *in Cas.* Si tu nobis, filiusque etiam tuus vobis inuitis, atque amborum ingratiis. Vna libella possum ego fieri. Idem *Milit.sc.5.a.2.* Nisi voluntate ibis, Vi atque inuitam, atque ingratiis te rapiam. Idem *Amph.* Vapula ob mendacium. S. Non ædepol volo. M. Vt profectò ingratiis. Idem *Curc. sc.1. a.1.vers.6.* Tamen est eundum quò imperant, ingratiis. Idem *Men.sc.8. a.5.* Accurro, atque eripio vi pugnando ingratiis.

INGRĂVO, as, Exaggero & grauius facio. {הִכְבִּיד hicbhid. ἐπιβαρύνω. GALL. *Faire plus pesant, appesantir, affaisser.* ITAL. *Aggrauar, far piu graue.* GERM. Beschwerden. HISP. *Aggrauar, ò hazer pesado.* ANGL. *To mak more heauie.*} Virg. 11. *Æneid.*

Ingrauat hæc sæuus Drances.

Ingrăuēsco, is, Grauior & molestior fio. {כָּבַד chabádh. ἐπιβαρύνομαι. GALL. *Deuenir pesant, s'appesantir, se r'engreger.* ITAL. *Diuenir piu graue, piu molesto.* GERM. Beschwerlich werden. HISP. *Hazerse pesado.* ANGL. *To waxe heauie.*} Cicer. *de senect.* Et corpora quidem defatigatione & exercitatione ingrauescunt, animi autem se exercendo leuantur. Idem *ad Brutum*, Ingrauescit in dies malum. Ingrauescendum morbum præuidere. Cic. *1. de diuin.* Ingrauescens ætas. Idem *de Amic.* Mutari etiam mores hominum sæpe dicebat, aliàs aduersis rebus, aliàs ætate ingrauescente. ¶ Ingrauescit annona, Carior fit. Cæs. *1. bell.ciu.* His tamen omnibus annona creuit, quæ ferè res inopia non solùm præsentis, sed etiam futuri temporis ingrauescere consueuit. Cic. *pro domo sua,* Nam quum ingrauesceret annona, vt iam planè inopia ac fames timeretur. Suet. *in Aug. cap.* 16. pace facta ob interclusos commeatus, famemque ingrauescentem.

INGRĔDĬŎR, eris, Introeo. {בּוֹא bá. εἰσέρχομαι, ἐμβαίνω. GALL. *Entrer.* ITAL. *Entrare.* GERM. Hinein gehn. HISP. *Entrar.* ANGL. *To go in.*} Propert. *lib.2.*

——*Nonne ingreditur tua templa sacerdos,*

¶ Accipitur aliquando pro simplici gradior, siue incedo. Virgil. 1. *Georg.*

Continuò pecoris generosi pullus in aruis
Altiùs ingreditur.

Plautus, Nihil te pudet in conspectum ingredi. ¶ Ingredi consulatum, pro inire. Marcellus *in l.36. D. de condit. & demonstrat.* Plaut. *Pseud. sc.2.a.4.* Ingredere viam dolis. Idem *Amph.sc.1.a.1.* Ingressus est viam, id est, rei narrandæ rectum tenere cœpit ordinem. Ouid. 13. *Metam.* Voti potitus ingredior curru lætos Inuitante triumphos. Cæs. *lib.1. de bell.ciu.* Ingredi in orationem. *& lib.3. de bell.ciu.* Ingredi sermonem. Virg. *6. Æneid.*

——*lacrymis ingressus obortis.* i. loqui incepit.

Liu. *lib.7.d.4.* Ingredi vestigia alicuius. ¶ Ingredi in sermonem. Cæsar *belli ciuilis lib.* 2. Eum ingressum in sermonem Pompeius interpellauit.

Ingrĕssĭo, nis, Actus ipse ingrediendi. {בּוֹא bo. εἴσοδος. GALL. *Entrée.* ITAL. *L'entrata.* GERM. Der eingang. HISP. *Entrada.* ANGL. *A going in.*} Cic. 5. *Phil.* Vt quomodo aditus hostium prohibetur castellis & aggeribus: ita ab ingressione fori populum Tribunósque plebis propulsari videres. Idem *de Orat. lib.1.* Ac video hanc primam ingressionem meam è media philosophia repetitam.

Ingrĕssus, us, Incessus, ambulatio. {צַעֲדָה tsahádh. βάδισμα. GALL. *Marcheure, alleure.* ITAL. *L'andare.* GERM. Eingang. HISP. *Obra de andar, andadura.* ANGL. *A going or entrance.*} Cic. 2. *de nat. deor.* Ingressus, cursus, accubatio, inclinatio, sessio. Idem 1. *de Orat.* Orationis vestigia, ingressúmque non vidi. ¶ Ingressus, initium, ἀρχή. Quint. *lib.9.cap.4.* Si pars posterior in clausula deprehendatur, rursus prior in ingressu.

ĬNGRŬO, is, Est confertim & cum clamore impetum facio, more gruum, qui non nisi magno agmine & vehementi clangore volitant, irruo, incurro, incursionem facio. {בּוֹא ba נָפַל naphal פָּשַׁט paschat גָּד ghad. ἐπιφέρομαι, ἐπιπίπτω. GALL. *Assaillir auec impetuosité.* ITAL. *Assalire.* GERM. Hefftiglich oder vngestümigklich hineinfallen. HISP. *Arremeter con impetu.* ANGL. *To inuade, to beat bannd.*} Plaut. *in Amph.* Nostri contrà ingruunt, vicimus vi feroces. Col. *lib.2.* Etiam ingruente hyeme frumenta iacimus. Liu. 4. *ab Vrb. & lib.1.d.3.* In homines ingruerant morbi. Sic ingruens pestis, fames. (id est, sæuiens, ingrauescens.) Dicitur enim de bello, de pluuia, de tempestate, de ruina, de morbis, & huiusmodi.

Ingrusia, ficus veneno infecta: ab in & grusum, id est, grossus.

INGVEN, inis, & in plur. Inguina, ab ungo. A rei Anatomicæ peritis propriè dicuntur partes illæ corporis concauæ, pubi vtrinque vicinæ, tumoribus quibusdam contra naturam, qui etiam bubones Græco nomine appellantur, maximè obnoxiæ. {ὁ βουβών, ἡ ἰξύς. GALL. *L'aine, le bas du ventre, où sont les parties honteuses.* ITAL. *Inguinaglia.* GERM. Die theil deß leibs zwischen der schamen weiß vnnd mann. HISP. *La ingle.* ANGL. *The inferiour partes of the bellie where thet secretmembres be.*} Passim tamen à scriptoribus inguina accipiuntur pro ipsis pudendis, tam fœminarum, quàm virorum, τὰ αἰδοῖα. Liu. 7. *ab Vrbe*, Vno atque altero subinde ictu ventrem atque inguina hausit. Obscœnum inguen, Horat. 1. *Serm. sat.8.* Candida inguina. Virg. *6. Eclog.*

——*quam fama secuta est*
Candida succinctam latrantibus inguina monstris.

¶ Inguen, pro inguinum tumore, qui βουβών. Cels. *lib.3.cap.5.* de febre loquens. Igitur si semel tantùm accessit, deinde desiit, eaque vel ex inguine, vel ex lassitudine, vel ex æstu, &c.

Inguinalis. Hadr. Iun. *in Nomencl.* Aster Atticus. annellus flos.

Ingŭĭnārĭă, æ, Herba est frequens in vepribus nascens, quæ & aster Atticus dicitur, à capitulis quibusdam quæ in cacumine habet stellarum modo radiata, βουβώνιον, ἀστὴρ ἀττικός. Inguinalem autem inde appellari Plin. *lib.26. cap.9.* quod inguinis dolores sedet.

Inguissatus, πεπλησμένος. Gloss. ? est frango.

INGVRGITO, as, Auidiùs gulam infercio, cibo, aut potu intemperanter me obruo. {הִלְעִיט hilâh. ἐγχορτάζω, λαιμάργω, ἐγχέω, ἐμφορέω, ? GALL. *Remplir par dessous, fourrer & mettre dedans iusques à creuer.* ITAL. *Traguggiare.* GERM. Geitziglich hinein schlucken, oberfüllen mit speiß vnd tranck. HISP. *Tragar.* ANGL. *To deuour, to cast in as in a bottomelesse pitt.*} Plaut. *in Curc. sc.2.a.1.* Vide vt ingurgitat impura in se merum, auariter, plenis faucibus. Cic. *in Antonium,* Idem cùm se cibis ingurgitasset. Ingurgitare ingenium poculis. Gell. *lib.15. cap.2.* Crebris & ingentibus poculis omne ingenium ingurgitabat. Ponitur etiam pro immergo, & in aliquam rem conijcio. Ingurgitare se in flagitia. Cic. *in Pison.* Ingurgitare in philosophiam, Gell. *lib.5. cap.16.* qui degustandum ex philosophia censet, non in eam ingurgitandum. Lactant. *lib.4.* Sicut sus quæ se ingurgitat.

INGVSTĀBĬLĬS, e, quod gustari non potest. {ἄγευστος. GALL. *Dequoy on ne sçauroit ou on n'oseroit gouster.* ITAL. *Ingustabile, che non si può gustare.* GERM. Das man nit versuchen mag. HISP. *Cosa que no se puede gustar.* ANGL. *That may not be tasted.*} Vt, Ingustabilis fons, Plin. *lib.2.c.106.* Idem *lib.16. cap.26.* Fœmina post autumnum fert baccas acerbas & ingustabiles cunctis animantibus.

Ingŭstātus, a, um, nomen adiectiuum est, compositum ab in particula negatiua, & participio gustatus, idem significans quod non gustatus. {ὁ μήπω γευθείς, ἄγευστος. GALL. *Dequoy on n'a point encor gousté, ou tasté.* ITAL. *Non gustato.* GERM. Vnuersucht. HISP. *Cosa no gustada al gusto.* ANGL. *Vntasted.*} Horat. 2. *Serm. satyr.8.*

Ingustata mihi porrexerit ilia rhombi. id est, quæ antè nunquam gustaueram.

Ĭnhăbĭlĭs, e, Ineptus, incompositus, non habilis. {ἀνεπιτήδειος. GALL. *Inhabile, qui n'est point propre à quelque chose.* ITAL. *Inhabile, non atto.* GERM. Vngeschickt, vnhandsam. HISP. *No abil, no amiado.* ANGL. *Vnable, not feare in doing a thing.*} Colum. *lib.2.c.1.* Progenerandis esse fœtibus inhabilem, Inhabilis magnitudo, Liu. 3. *bell. Maced.* Inhabile telum, idem *bell. Pun.* Idem *lib.3. dec.4.* Inhabilis magnitudinis nauis. Et, inhabile nauium genus. Idem *lib.4.d.5.*

ĬNHĂBĬTO, as, are, In loco aliquo habito. {יָשַׁב jaschab. ἐνοικέω. GALL. *Habiter ou demeurer en quelque lieu.* ITAL. *Habitare.* GERM. Einwohnen. HISP. *Morar.* ANGL. *To dwell in any place.*} Liu. 4. *bell. Pun.* Procul aberant vici qui inhabitantur. Inhabitat animus in oculos. Plin. *lib.11. cap.37.*

Ĭnhăbĭtābĭlĭs, e, quod habitari non potest, incultus, infrequentatus. {ἀοίκητος. GALL. *Inhabitable, où on ne peut habiter.* ITAL. *Che non si può habitare.* GERM. Vnwohnlich, das man nit bewonen than. HISP. *Cosa que no se puede morar.* ANGL. *Which can not be inhabited.*} Cicer. 1. *de nat. deor.* Atque terræ magnas regiones inhabitabiles, incultásque videmus. Sic Plin. *lib.6. cap.17.*

Inhabitator, ἐνοικητής. Vlp. *D. lib.9.tit.3.l.5.* Nisi vel dominus fuit ædium, vel inhabitator.

ĬNHÆRĔO, es, Ad rem aliquam hæreo, vel affixus sum. {דָּבַק dabák. συμφύομαι, προσέχομαι. GALL. *Tenir à ou contre, y herdre.* ITAL. *Accostarsi, appoggiarsi.* GERM. Anhangen, ankleben. HISP. *Allegarse.* ANGL. *To cleaue to, to stick to or in.*} Colum. *lib.* 3. Cacumina deinde oliuæ sicut matri inhærent, vtraque parte abradito, & ita fissuræ fici aptato, cuneúmque eximito. Inhærebat oculis memoria imaginis, id est, semper præ oculis erat, & versabatur ob oculos, apud Plin. *in Epist.* Inhærere vestigiis, Colum. *lib.9.cap.8.* Inhærere voluptatibus, Cic. 1. *de finib.* Ouid. *Eleg.5. lib.1. Trist.*

Pectoribus quantum tu nostris vxor inhæres.

Idem *Eleg.7. lib.3. Trist.*

——*Studijs communibus ecquid inhæres.*

Velleius, Inhærentia oculis ingenia. (de viuis & præsentibus.)

Inhærēsco, cis, Adhæreo, affigo. {דָּבַק dabák. συμφύομαι, προσέχομαι. GALL. *Tenir ou herdre, ou estre conioint auec.* ITAL. *Attaccarsi.* GERM. Anhangen, etwas in kleben. HISP. *Allegarse.* ANGL. *To stick to, or in some thing.*} Col. *lib.2. cap.2.* Perexigua conspergitur aqua gleba manúque subigitur, ac si glutinosa est, quamuis leuissimo tactu pressa inhærescit, & picis in morem ac digitos lentescit habendo. Cic. *lib.3. de nat. deor.* Prouisum etiam, vt si qua minima bestia conaretur irrumpere, in sordibus aurium, tanquam in visco inhæresceret. Poëtæ leguntur, ediscuntur, inhærescunt penitùs in mentibus, Cic. 3. *Tusc.*

ĬNHĀLO, as, Halitum inspiro, inflo. {נָשַׁף naschach. ἐμπνέω, ἀναπνέω. GALL. *Souffler, respirer.* ITAL. *Fiatare, spirare.* GERM. Einhauchen. HISP. *Soplar y respirar.* ANGL. *To breath or blowe in.*} Cic. *in Pison.* Quum isto ore fœtido teterrimam nobis popinam inhalasses.

Inharundulatio, ratio colligendi aliquid harundinibus. Var.

Inhibæ aues aduersæ, quæ inhibent Cerd.

ĬNHĬBĔO, es, ex in & habeo compositum, Contineo, retineo, impedio. {מָנַע manáh עָצַר hatsár. ἀνέχω, κατέχω. GALL. *Retenir, engarder, empescher, inhiber, defendre.* ITAL. *Prohibire, vietare.* GERM. Auffhalten, hinderhalten.

Derhalten/verhindern/nicht fürrucken. HISP. *Vedar ò defender.* ANGL. *To hinder, to stoppe or withhold.*} Virg. 12. *Æneid.*

Parcite iam Rutuli, & vos tela inhibete Latini.

Liuius *lib.* 10. *bell. Pun.* Inhibere tela, Gallicè est, *Retirer à soy.* Plaut. *Mil. sc.* 2. *a.* 2. S. Licétne? Neque te inhibeo. & placidè noscita. (i. non veto te ingredi domum meam. Ouid. *Eleg.* 2. *lib.* 5. *Trist.*

Tu fletus inhibes durior hoste meos.

Senec. *cap.* 12. *de tranquill.* Inhibendæ sunt sæpe actiones. Idem *cap.* 1. *de consol. ad Mart.* Inhibere mortem alicuius. Suet. *in Cæs. cap.* 75. Inhibere maluit, quàm vindicare. Idem *in Aug. c.* 47. Immodicæ tempestates eum inhibuerunt, (i. impediuerunt.) Idem *cap.* 56. Inhibere licentiam testamentorum, (i. reprimere.) Liu. 4. *ab Vrb.* Inhibere damnum & coërcitionem. Et apud Suet. *in Calig. cap.* 11. Sæuam & probrosam naturam tunc inhibere poterat, (i. dissimulare, & tegere.) Ouid. *ad Liuiam,* Sustentabat aquas, cursúsque inhibebat equorum. Mentem inhibere à turpi probro, Catullus. Fletus alicuius inhibere, Ouid. 5. *Trist.* Inhibere aluum, id est, sistere: cui contrarium est soluere. Plin. *lib.* 19. *cap.* 18. Mira differentia, si vera est, candidis solui aluos modicè, nigris inhiberi, hoc est, astringi. Inhibere imperium est alicui, qui in magistratu est, interdicere ne vtatur potestate. Liuius *lib.* 1. *bell. Maced.* Et ad populum, & in Senatu magis contentionibus certatum est, & imperia inhibita vltro citróque, & pignora capta, & mulctæ auctæ & tribuni appellati. Inhibere remos, metaphoricè est in re aliqua cœpta subsistere, & vlteriùs non progredi. Quint. *lib.* 12. *in præfat.* Vnum modò in nulla immensa vastitate cernere videmur M. Tullium: qui tamen ipse quamuis tanta, támque instructa naui hoc mare ingressus, contrahit vela, inhibétque remos, hoc est, vlteriùs progredi non audet. ¶ Inhibere retro nauem, est quum remiges non tantùm procursum nauis sustinent & sistunt, sed etiam repentè retrorsus agunt. Id quia fit naui in puppim retroacta, ideo Græci, πρύμναν κρούεσθαι καὶ ἀνακρούεσθαι vocant. Liu. *lib.* 6. *bell. Pun.* Vt quæque rostrata nauis retrò inhibita, onerariam post se trahebat, scindi videres vincula. Cic. hac dictione vsus est *in* 1. *de Orat.* Vt enim incitato nauigio, quum remiges inhibuerunt, retinet tamen ipsa nauis motum & cursum suum, intermisso impetu pulsúque remorum: sic in oratione perpetua, quum scripta deficiunt, parem tamen obtinet oratio reliqua cursum, scriptorum similitudine, & vi concitata. Inhibere nauigium. Cic. æstimabat esse ἐπέχειν, hoc est, sustinere & sistere. Alio tamen loco se reprehendit, ad Atticum scribens, 13. *Epist.* in prægrandi epistola quæ est prima eius libri, Inhibere (inquit) illud tuum, quod valdè mihi arriserat, vehementer displicet. Est enim verbum totum nauticum, quanquam id quidem sciebam: sed arbitrabar sustineri remos, quum inhiberi essent remiges iussi. Id non esse eiusmodi didici heri quum ad villam nostram nauis appelleretur. Non enim sustinent, sed alio modo remigant: id ab ἐποχῇ remotissimum est. Quare facies, vt sit in libro quemadmodum fuit. Dices hoc idem Varroni, si fortè mutauit. His verbis intelligimus, Ciceronem *in Academicis* epochen, id est, aurigæ retentionem quum currum incitatum retinet, hortatu Attici vertisse *inhibitionem*: quum tamen primum retentionem rectè vertisset: postea verò mutasse, & retentionem in libro reponendum mandasse. Inhibitio autem remigum motum habet, & vehementiorem quendam remigationis nauem conuertentis ad puppim. Ex Budæo.

[Inhibi, pro inibi.

INHIBITOR, exactor, quasi inhibens lites inter eos. Cath.]

INHĬO, as, are, Luporum proprium est, qui aperto ore, linguâque exerta cibum appetere dicuntur. {ἐπιχαίνω. GALL. *Baailler, & ouurir la bouche pour prendre quelque chose, desirer à bouche ouuerte.* ITAL. *Star con la bocca aperta, desiderare à bocca aperta.* GERM. Das maul auffthun/gienen. HISP. *Codiciar con la boca abierta.* ANGL. *To gape, to cleaue, to gape gredelyfor.*} ¶ Frequenter tamen per translationem est, rem aliquam vehementer appeto, eique adipiscendæ neruis omnibus incumbo. Modò autem dandi casui, modò accusandi adiungitur. Corn. Tacit. Parietes hortis inhians. Apul. *lib.* 11. His (rosis) inhians accessi. Plaut. *in Sticho,* Nam illic homo tuam hæreditatem inhiat, quasi esuriens lupus. Idem *Aul. sc.* 4. *a.* 1. Inhiat aurum, vt deuoret. *Ibid.* Scit mihi esse thesaurum domi, Id inhiat. Et Gell. *lib.* 1. Dum eius mortem inhio, viuo mortuus inter viuos.

Ĭnhĭātĭo, nis, magna auiditas. Iul. Capit. *in Gallieno,* Scrutantes omnia atque vniuscuiusque vultum mira inhiatione mirantes.

ĬNHŎNĒSTŬS, a, um, turpis, fœdus, vilis, inglorius. {αἰσχρός. GALL. *Deshonneste, vilain, ord & sale.* ITAL. *Dishonesto, brutto.* GERM. Vnehrlich. HISP. *Cosa fea, y deshonesta.* ANGL. *Vnhonest, filthie.*} Terent. *in Eunuch.* Illúmne obsecro inhonestum hominem? Cic. *ad Quint. Frat. lib.* 1. Inhonestissima cupiditas. Idem *pro domo sua,* Profectò illum Attilium hominem turpissimum atque inhonestissimum iudicares. Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 1. Occœpit quæstum inhonestum, Captiuos commercatur.

Ĭnhŏnēstās, tis, deformitas turpitudo. Tertull. *contra Iudæos,* Et omni inhonestate prostratus.

Ĭnhŏnēstāmēntum, dehonestamentum, dedecus. αἰσχροποιΐα. Apul. *in Apologia,* Sedulò laboro, vt nequid maculæ, aut inhonestamenti in me admittam.

Ĭnhŏnēstē, aduerb. Turpiter. {αἰσχρῶς. GALL. *Deshonnestement, vilainement.* ITAL. *Bruttamente, dishonestamente.* GERM. Vnehrlich/schandtlich. HISP. *Deshonesta, ò feamente.* ANGL. *Vnhonestlie, lewdlie.*} Terent. *in Andr.* Quæ se inhonestè optauit parare hic diuitias Potius, quàm in patria honestè pauper viuere. Cicero *ad Attic. lib.* 2. Fauonius meam tribum tulit honestius, quàm suam Luceij perdidit: accusauit Nasicam inhonestè.

Ĭnhŏnēsto, as, are, Dedecoro. {ἀτιμάζω. GALL. *Deshonnorer, vilainer, diffamer.* ITAL. *Infamare, sporcare.* GERM. Entehren. HISP. *Deshonestar, ò afear algo.* ANGL. *To dishonest or shame.*} Ouid. 4. *Trist. Eleg.* 7.

Ne cadat, & multas palmas inhonestet adeptas.

ĬNHŎNŌRĀTŬS, a, um, ⋇ Honoratus. {ἄτιμος. GALL. *Qui n'est point honnoré, mesprisé.* ITAL. *Dishonorato.* GERM. Vngeehrt. HISP. *Deshonrado, ò sin honora.* ANGL. *Vnhonored.*} Cic. 3. *Tusc.* Multi inhonorati proferuntur, & quidem propter idipsum beatiores. Inhonoratior triumphus. Liu. 3. *bell. Maced.* Suet. *in Claud.* Ne Marcum quidem Antonium inhonoratum, ac sine grata mentione transmisit. Inhonorata dea, Ouid. 8. *Metam.* *Ibid. lib.* 13.

Nos inhonorati, & donis patruelibus orbi.

Inhonoratam transire. Quint. *cap.* 9. *lib.* 1. ¶ Inhonoratissimi. Liuius *lib.* 5. *dec.* 4.

Ĭnhŏnōrŭs, qui ignobilis est, & sine honore. {ἀκλεὴς, ἄδοξος, ἄτιμος. GALL. *De qui n'est point de bruit.* ITAL. *Ignobile, senza honore.* GERM. Vnehrsam/unberümpt. HISP. *No noble y sin honra.* ANGL. *Without honour or renowme.*} Plin. *lib.* 5. *cap.* 30. Aliquæ inhonoræ ciuitates, Facies inhonora, Silius *lib.* 10. Sacerdos inhonorus, Stat. *lib.* 3. *Theb.* ¶ Inhonora sepulturæ honore carentia: interpres Persij *Satyra* 6.

ĬNHŎRRĔO, es, Horridus sum. {סמר *sammér.* φρίσσω. GALL. *Se herissonner & dresser le poil de froid, frayeur ou courroux.* ITAL. *Aricciarsi i capelli nel sentir vibrezza.* GERM. Rauch oder erzittert werden. HISP. *Espeluzarse, ser aspero.* ANGL. *To quake for feare, to bee rough.*} Liu. 8. *ab Vrbe,* Haud secus quàm vallo septa inhorret acies. ¶ Aliquando Inhorresco, valde horridus fio. Plin. *lib.* 10. *cap.* 41. Inhorrescunt edito ouo, excutiúntque sese, & circumactæ purificant. Ad messem transtulit Virg. 1. *Georg.*

Spicea iam campis quum messis inhorruit, & quum
Frumenta in viridi stipula lactentia turgent.

ĬNHŎSPĬTŬS, a, um, quod hospitio aptum non est, aut commodum, vel propter aspirationem, vel propter incultum loci statum, vel propter inhumanitatem incolarum. {ἄξενος. GALL. *Incommode & mal propre à loger.* ITAL. *Inhospito.* GERM. Od/unbewohnt/das niemand zu herberg auffnimpt. HISP. *Cosa de mal aposentamiento.* ANGL. *That is not apte for lodging harbourlesse.*} Ouid. *Eleg.* 11. *lib.* 5. *Trist.*

——— *& in hospita littora Ponti.*

Idem 1. *Metam.*

Arcados hinc sedes, & inhospita tecta tyranni
Ingredior.

id est, in quibus non sit tutum hospitari. Virg. *lib.* 4. *Æneid.*

Et Numidæ infræni cingunt, & inhospita Syrtis.

Horatius,

——— *Et inhospita tesqua.* hoc est, asperrima loca: accessu difficilia.

Ĭnhŏspĭtālĭs, e. Qui nullos recipit hospites, inhospitus. {ἄξενος. GALL. *Qui ne reçoit nuls hostes, ou traitte mal.* ITAL. *Che non accetta alcun.* GERM. Vngastfrey ungeheür/oder unsicher jedermann. HISP. *Cosa de mal aposentamiento, que no aposenta algo.* ANGL. *That receiueth none in lodging.*} Plin. *lib.* 6 *in præf.* Pontus Euxinus, atque ab inhospitali feritate Axenos appellatus.

Ĭnhŏspĭtālĭtās, atis. ⋇ Hospitalitas. {ἀξενία, ἡ κακοξενία. GALL. *Mauuais traittement d'hostes, cruauté & rudesse à traitter ou loger les estrangers.* ITAL. *Mal trattamento, crudeltà verso forestieri.* GERM. Vngastfrey/unfreündtligkeit frömbde leüt auffzunemmen. HISP. *Aquel mal aposentamiento.* ANGL. *Euill intertayning of guestes.*} Cicer. 4. *Tusc.* Quæ autem his sunt contraria, ea nasci putantur à metu, inhospitalitas est.

[Inhuber, tenuis & exuctus, ἐκ ἀδρὸς, apud Gell. *lib.* 20. 7. Ostreæ inhubetes macræque.]

ĬNHŪMĀNŬS, a, um, Crudelis, humanitatis expers, & vitæ communis ignarus. {אכזר *achzár.* ἀπάνθρωπος, μισάνθρωπος. GALL. *Inhumain, cruel.* ITAL. *Inhumano, crudele.* GERM. Vnmenschlich/grausam. HISP. *Ageno de humanidad, inhumano, cruel.* ANGL. *Vngentill, without humanitie, vncerteous.*} Cic. 4. *Verr.* Inhumanus homo. Idem *pro Quint.* Inhumanus præco. Terent. *in Phorm.* Hiccine homo inhumanissimus Pamphilam meam vendidit! Idem *in Eunuch.* Non adeò inhumano ingenio sum Chærea, neque tam imperita, vt quid amor valeat nesciam. Inhumana vox. Cic. 3. *de finib.* Ouid. *Eleg.* 9. *lib.* 3. *Trist.*

Inter inhumana nomina barbariæ.

Senec. *cap.* 15. *de consol. ad Helu.* Inhumana duritia non lugendi carissimos. Idem *cap.* 4. *de consol. ad Mart.* Inhumano modo humana ferre.

Ĭnhūmānē, aduerb. Inciuiliter, duriter, & contra legem inhumanitatis. {ἀπανθρώπως, μισανθρώπως. GALL. *Inhumainement, cruellement.* ITAL. *Crudelmente, inhumanamente.* GERM. Vnmenschlich/gantz unfreündtlich. HISP. *No humanamente, cruelmente.* ANGL. *Vncourteouslie.*} Terent. *in Heaut.* Enimuerò Chremes nimis grauiter cruciat adolescentulum, Nimisque inhumanè. Cic. 3. *Offic.* Nam siquid ab homine ad nullam partem vtili, vtilitatis tuæ causa detraxeris, inhumanè feceris, contráque naturæ legem.

Ĭnhūmānĭtēr, aliud aduerb. eiusdem significationis. {ANGL. *Vncourteouslie.*} Cic. *ad Quint. fratr.* Non possum scribere me miratum esse, illum tam inhumaniter fecisse, vt sine meis literis proficisceretur.

Ĭnhūmānĭtās, atis, Crudelitas, inciuilitas. {אכזריות *ackzeriúth.* ἀφιλανθρωπία, ἀπανθρωπία, μισανθρωπία. GALL. *Inhumanité, cruauté.* ITAL. *Discortesia, inhumanità, crudeltà.* GERM. Vnmenschligkeit/unfreundtligkeit. HISP. *Inhumanidad, crueldad.* ANGL. *Inhumanitie, vncourteousnesse.*} Cicer. 2. *Philipp.* Sit hoc inhumanitatis tuæ. Idem 1. *de Orat.* Quod ego non superbia atque inhumanitate faciebam.

ĬNHŬMO, as, Humo intego, terra obruo, sepelio. {קבר *kabár.* θάπτω. GALL. *Enterrer, enseuelir.* ITAL. *Sotterrare.* GERM. Vergraben. HISP. *Enterrar.* ANGL. *To burie.*} Plin. *lib.* 17. Non inhumare taleas, aut siccare prius, quàm serantur, vtiliùs compertum.

Ĭnhŭmātus, a, um, Insepultus. {ἄθαπτος, ἄταφος. GALL. *Non enterré ny enseuely.* ITAL. *Insepolto, non sepolto.* GERM. Vnuergraben. HISP. *Cosa no enterrada.* ANGL. *Vnburied.*} Cic. 4. *Tusc.* Diogenes iussisse se proijci inhumatum. Idem *de diuin.* Is quum esset proiectus inhumatus, amica eius texit corpus suo pallio.

Ĭnĭbi, Ex in, & ibi, quasi intus ibi, vel in eo ipso loco. {שם *scham.* αὐτόθι. GALL. *En ce lieu là mesmes.* ITAL. *In quello istesso luogo.* GERM. Eben das selbst. HISP. *En el mesmo lugar.* ANGL. *In that same place.*} Plaut. Nos domum properamus: vos inibi adeste. ¶ Aliquando significat mox. Cæcil. *Plotio,* vt citat Nonius, Liberne es? non sum, verùm inibi est. ¶ Aliquando significat inter illos. Plaut. *in Capt.* Pater captiuos commercatur alios, Tantùm studens, vt natum reperet. Et inibi emit olim amissum filium. ¶ Aliàs ponitur pro Sic. Pacuuius *Iliona,* apud eundem Nonium, Profectò aut inibi est, aut iam potiuntur frugum.

[Iniclaris,

‖Inicłaris, ἐπιστρέφω. Gloss. ἐπιστρέφω est fusus. ‖

Inigo, is, Verbum rusticorum, qui dicebant inigere pecudes, vt contrà exigere, cùm è stabulis educebant. Varro *de ling. Lat.* 4. Vicus sceleratus dictus à Tullia Tarquinij Superbi vxore: quòd sibi quum iaceret pater occisus supra eum, vt inigeret carpentum mulio, iussit. Quam tamen lectionem malè editio Romana corrupit, in qua, *mitteret*, legitur.

Iniicio, is, Propriè intrò iacio, immitto. {שלח *schaláh* ירה *jaráh*. ἐμβάλλω, ἐμβάλλω. GALL. *Ietter dedans, mettre dedans, ou dessus.* ITAL. *Gettare dentro.* GERM. Hinein werffen. HISP. *Echar algo à dentro.* ANGL. *To cast in or vpon.*} Plaut. Antequam hæc in domum iniicias. Terent. *in Andr.* Quæ se in ignem iniicere voluit, prohibui. Plaut. *Amphitr.* In hanc familiam frustrationem iniiciam. Idem *Aulul. sc.* 4. *a.* 1. Vbi manum iniicit benignè diues pauperi, (id est, retinet abeuntem & salutat.) Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 2. Metum & fugam iniiciam meis perduellibus. Cæsar *Velleius*, Iniicit mihi scribenti manum. Ouidius 13. *Metamorph.*

Iniecique manum (Achilli) *fortémque ad fortia misi.*

translatè. Plaut. *Pseud. sc.* 4. *a.* 1. Volui iniicere tragulam in nostrum senem. Senec. *cap.* 15. *de tranquill.* Iniiciendæ sunt manus ad vitam respectantibus. *Ibid. cap.* 5. Iniecta manu à foro aliquem subducere. ¶ Iniicere, interiicere, interponere, immittere, ἐμβάλλειν. *lib.* 1. *ad Heren.* Hoc modo in loco communi per amplificationem iniiciemus. ¶ Iniicere manus, est manibus apprehendere, & tanquam rem suam sibi vindicare, ἐπιβάλλειν τὰς χεῖρας. Vnde Manus iniectio, dicitur vendicatio rei nobis debitæ nulla iudicum autoritate expectata. Ouid. 4. *Fast.*

Quem Venus iniecta vindicat alma manu.

Quintil. Patri in filium, patrono in libertum manus iniectio fit. Paul. *l. penult. ff. de seruis export.* Si Titius seruum vendidit ea lege, vt si Romæ moratus esset, manus iniicere liceret: emptor aliis eadem lege vendidit, & seruus fugit à secundo emptore, & Romæ moratur: quæro, an sit manus iniectio, & cui. Virg. 10. *Æneid.* Iniecere manum Parcæ, hoc est, tanquam rem suam sibi vendicarunt, & abstulerunt. ‖ ¶ Iniicere tiaram. Velleius Paterc. *lib.* 1. Immixtusque castris hostium de industria, imprudenter tiaram reiiciens interemptus est. ‖ ¶ Aliquando est cum impetu iacere, seu impetum facere. Ouid.

———*Quid centum ipsisque parabat*

Iniicere anguipedum captiua brachia cœlo.

¶ Aliquando simpliciter facere. Vt telamissilia, tragulam, apud Plaut. ¶ Aliquando idem quod innectere, vel ligare. Idem *in Capt. sc.* 4. *a.* 3. Iniicite huic manicas mastigiæ, i. innectite. Et *in Cas.* Iam pol ego huic aliquem in pectus iniiciam metum, i. immittam. Liu. *lib.* 1. *ab Vrb.* Iniectæ Turno catenæ. i. impositæ. ¶ Huius compositum est, Superiniicio, de quo suo loco.

Iniectus, us, Iniectio. {משלוח *mischlóach*: משלחת *mischláchath*. ἐπίρριψις, ἐμβολή. GALL. *Iettement dedans ou dessus.* ITAL. *Esso gettare dentro.* GERM. Ein wurff. HISP. *Echamiento en algo.* ANGL. *A casting in or vpon.*} Plin. *lib.* 8. *cap.* 16. Vix credibili modo torpescente tanta illa feritate, quamuis leui iniectu aperto capite, ita vt deuinciatur non repugnans.

Iniectio, {משלחת *mischlóath*. ἐμβολή, ἐπιβολή. ANGL. *A casting in.*} vt, Manus iniectio, ius domini in re capienda & vindicanda quam agnoscit suam. Senec. 2. *de tranq. vitæ*, Habebant ergo secum vera bona, in quæ non est manus iniectio Loquitur de bonis, quæ Fortuna non potest iniecta manu tanquam sua reposcere.

Iniecto, as, are, frequentatiuum. {ἐπιρριπτέω, ἐπιχειρέω ἐμβάλλω. ANGL. *To cast or put in often.*} Stat. 9. *Theb.*

Ausus erat furto dextram iniectare Leonteus.

Inimicus, i, Aduersarius, hostis. {איב *ojéb*. ἐχθρός. GALL. *Ennemi.* ITAL. *Inimico, nemico.* GERM. Ein feind. HISP. *Enemigo.* ANGL. *An enemie.*} Est tamen inimicus propriè priuatus, Hostis publicus. Sueton. *in Tib.* Scribit etiam ad ipsum hoc familiariter, necdum planè inimicus, aut hostis. Plaut. *In Persa.* Nam inimici famam non ita, vt nata est, ferunt. Cic. 5. *de finibus*, Necesse est quidem, siquis sibiipsi inimicus est, eum quæ bona sunt, mala putare. Plaut. *Milit. sc.* 2. *a.* 4. Intercludito inimicis commeatum. Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 1. Inimicum animos auferit. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 2 Perduelles spoliem: mox, Inimicum communem. Senec *cap.* 9. *de consol. ad Marc.* In capita inimicorum abire iubent, (hoc omen,) &c.

Inimicus, a, um, adiect. Infestus, malus, contrarius. {זעף *zahéph* רע *rah*. ἐχθρός, δυσμενής. GALL. *Ennemi, chose d'ennemi.* ITAL. *Cosa da inimico.* GERM. Feindlich. HISP. *Enemigo, cosa de enemigo.* ANGL. *Hurtfull, noysome.*} Cicer. 4. *Verr.* At videte, quàm non inimico animo sim actus. Plaut. *in Capt. sc.* 2. *a.* 3. Viden' hunc, quàm inimico vultu tuetur? Plin. *lib.* 11. *cap.* 53. Inimicæ oculis vomitiones, maximè autem dentibus. Plaut *Mil. sc.* 3. *a.* 3. Diis inimicis natus & iratis.

Inimicitia, æ, singulari numero. {איבה *ebáh* שטנה *sitnáh*. ἔχθρα, ἀπέχθεια. GALL. *Inimitié.* ITAL. *Inimicitia.* GERM. Feindtschafft. HISP. *Enemistad.* ANGL. *Inimicitie, hatred.*} Cic. *lib.* 4. *Tusc.* Inimicitia, ira vlciscendi tempus obseruans. Cæsar *lib.* 1 *de Anal.* plurali semper numero dicendas putat inimicitias. Teren. *in Phorm.* Ni ita existimassem, nunquam tam graues ob hanc inimicitias caperem in nostram familiam. Cicer. 1. *Offic.* Nam aut inimicitias, aut laborem, aut sumptus suscipere nolunt. Plautus *Milit. sc.* 3. *act.* 2. Quis sibi magis inimicitias acquirat, quàm tu?

Inimico, as, cum accusatiuo, Inimicum facio. {ἐχθραίνω. GALL. *Estre ennemi, hair.* ITAL. *Inimicare, diuentare inimico.* GERM. Zum feinde machen. HISP. *Enemistar, ò hazer se enemigo.* ANGL. *To be an enemie.*} Horat. *lib.* 4. *Carm. Ode vlt.*

——— ——— *non furor*

Ciuilis, aut vis eximet otium,

Non ira, quæ procudit enses,

Et miseras inimicat vrbes.

Inimicor, aris, deponens, Inimicitias exerceo. {שטן *satán*. ἀντιβαίνειν. GALL. *Estre ennemi.* ITAL. *Diuentare inimico.* GERM. Feindtschafft treiben. HISP. *Ser enemigo.* ANGL. *To be an enemie.*} Apud Cic. de petitione consulatus, Sin autem id neges, statim alienant sese, & inimicantur.

Inimicè, aduerbium, Hostiliter, auerso animo, & contrario. {ἐχθρῶς. GALL. *Odieusement, en ennemi, haineusement.* ITAL. *Inimicamente.* GERM. Feindtlich. HISP. *Enemigablemente.* ANGL. *Lyke an enemie.*} Cic. 2. *Philipp.* Egò autem vide quàm tecum agam non inimicè.

Inimiciter, aliud aduerbium, obsoletum, eiusdem significationis. Acc. *Didascalicorum lib.* 1. vt refert Nonius, Pacare Lollem ferocem inimiciter accenium. Vsus est Tubero *hist. lib.* 4. vt autor est Sosipater *lib.* 1. Inimiciter iratecendum est.

Inimitabilis, e, quod nemò facilè queat imitari. {ἀμίμητος. GALL. *Inimitable, qu'on ne peut imiter.* ITAL. *Che non si può imitare.* GERM. Das niemand leichtlich nachthun kan. HISP. *Cosa que no se puede imitar.* ANGL. *That can not be followed easilie.*} Quintilian. *lib.* 2. *cap.* 17. Opera quædam nobis inimitabilia. Idem *lib.* 10. *cap.* 2. quædam sunt inimitabilia, quibus aut infirmitas naturæ non sufficit, aut diuersitas repugnat.

Inindè, Ex eo loco. {משם *mischschám*. ἐκεῖθεν. GALL. *De celieu.* ITAL. *Da quel luogo.* GERM. Von dannen. HISP. *De aquel lugar.* ANGL. *Out of that place, from thence.*} Liu. Ita exercitus inindè domos abducti.

‖Ininuentibilia, quæ inueniri non possunt. Tertull. ‖

Iniquo, as, verbum antiquitate obsoletum, quo vsus est Laberius poeta antiquus, Æquum animum inæquanti iniquat contumelia.

Iniquus, a, um, ab in, & æquus: æ in i producta: conuersa: idem est propriè quod inæqualis, hoc est, non planus. {עקוב *uakóbh*: מעקל *meúkkál*. ἀνώμαλος. GALL. *Inegal, mal-vni.* ITAL. *Disuguale.* GERM. Vngleich, vneben. HISP. *Cosa no ygual.* ANGL. *Vnequall, vneuen.*} Vnde iniquus locus dicitur qui æqualis non est. Liu. 2. *ab Vrb.* Cum Æquis pòst aliquantò pugnatum est, inuito quidem Consule, quia loco iniquo subeundum erat ad hostes. ¶ Per translationem verò dicitur de hominibus parum æquis, aut fauentibus, minimèque indulgentibus suis, quique totius æquitatis sunt expertes. {רשע *raschah* עול *havvál*. ἄνισος, ἄγνωμος. GALL. *Inique, iniuste.* ITAL. *Iniquo, ingiusto, irragioneuole.* GERM. Vnbillich. HISP. *Iniusto.* ANGL. *Vniust, partial.*} Iniqui qui ius ignorant, neque tenent. Plaut. *in prolog. Amphitr.* pauló ante, Iniusti. Ouid. 13 *Metam.*

Difficilem tenui sub iniquo iudice caussam.

Idem *Eleg. vlt. lib.* 4 *Trist.*

Nec iniquo dente momordit

Liuor.

Idem *Eleg.* 2. *lib.* 3.

Dî quos experior nimium constanter iniquos, &c.

Item Liuius *lib.* 2. *ab Vrb.* Iniquo suo tempore imperatum dicebat tributum. Terent. *in Andr.* sed ea nunc me exquirere, Iniqui patris est. Idem *in Heaut.* Quàm iniqui sunt patres in omnes adulescentes iudices. Cic. 2. *Tuscul.* Quid hi fuerunt iniquo animo, qui ceteris, &c. Hinc iniqui, improbi, mali. Cic. *pro Planc.* Homo natura asper atque omnibus iniquus. Accius apud Cicer. *de Offic.* 3. Multi iniqui atque infideles regno, pauci boni sunt. ¶ Aliquando capitur pro magno, seu immenso. ἄμετρος. Virg. 1. *Georg.* Iniquo pondere rastri. ¶ Aliquando pro angusto. Idem 4. *Georg.* Verùm hæc ipse equidem spatiis exclusus iniquis Prætereo. ¶ Pro indigno & indecenti. Plaut. *Capt. prolog.* Iniquum est hoc comico choragio.

Iniquitas, atis, Iniustitia, auaritia. {רשע *réschah* עולה *havláh* עון *havon*. ἀγνωμοσύνη, ἀδικία, πλεονεξία. GALL. *Iniquité, meschanceté, iniustice.* ITAL. *Iniquità, ingiustitia.* GERM. Vnbilligkeit, vngerechtigkeit. HISP. *Iniusticia ò maldad.* ANGL. *Partialitie, vniustice.*} Quintil. 12. *cap.* 10. Id acciderit ne ob iniquitatem præpotentium, an forte, non satis constat. Iniquitas loci, inæqualitas. Liu. 7. 4. *ab Vrbe*, Si aliena consilio iniquitate loci deterrentur. Iniquitas temporis, difficultas, & angustia. Liu. 5. *bell. Maced.* Nam si quid aliquando seruierunt temporum iniquitate pressi, &c. Et Cæsar *lib.* 1. *de bell. ciuil.*

Iniquè, aduerbium, Iniustè. {ἀγνωμόνως, ἀδίκως. GALL. *Iniquement, à tort & sans cause.* ITAL. *Iniquamente.* GERM. Vnbillich. HISP. *Iniustamente.* ANGL. *Vniustlie, partiallie.*} Cicer. *ad Brutum*, Atque hoc ipsum inquies, iniquè facis, qui hostilis animi in Rempub. homines, ciues appelles.

Iniriscentia, placuit hæc vox quæ reddit ἀοργησία.

Initium, ij, Cœptum. {תחלה *techillah*. ἀρχή. GALL. *Commencement, entree.* ITAL. *Principio, cominciamento.* GERM. Ein anfang. HISP. *Comienço notable y principal.* ANGL. *The beginning.*} Valla, Principium rei maioris, initium vocatur: vt, Initium orationis Quint. *lib.* 4 *cap.* 1. Quod principium Latinè, vel exordium dicitur, maiore quadam ratione Græci videntur prooemium nominasse: quod à nostris, initium modò significatur, illi satis clarè partem hanc esse ante ingressum rei, de qua dicendum sit, ostendunt. Terent. *in Hecyra*, Hic adeo his rebus anulus initium fuit inueniundis. *Ibidem*, Nequeo mearum rerum initium inuenire. ¶ Initia pro natalibus. Velleius, Natus obscurissimis initiis (id est, natalibus.) Idem *Vell.* Neque fratris initiis, neque suæ respondit consuetudini. ¶ Initia item dicebantur Cereris sacra, quæ & μυστήρια, Græco nomine appellantur. Varr. *lib.* 2 *de re rustic.* A suillo pecore immolandi initium primum sumptum videtur. Cuius vestigia, quòd initiis Cereris porci immolantur, & quod initiis pacis fœdus quum feritur, porcus occiditur. Alio nomine initiationes nuncupantur, quæ (vt ait Tertullianus) semper arcent profanos & arbitris carent. Item, Bacchi sacra, Initia similiter dicebantur, teste Liuio *lib.* 9. *dec.* 4.

Initio, as, Sacris imbuo, inauguro. {חנך *chanách*. μυῶ. GALL. *Initier, bailler commencement en la religion.* ITAL. *Ordinare nelle cose sacre.* GERM. Der ersten ordnungen vorauß in Göttlichen sachen berichten, weihen. HISP. *Consagrar ò dar orden sacra.* ANGL. *To beginne, to lay the ground or foundation.*} Cicer. *de nat. deor.* Vbi initiantur gentes orarum vltimæ. Plin. *lib.* 30. *cap.* 1 Magicis etiam cœnis eum initiauerat. Vnde Initiatus, sacris imbutus, μυηθείς. Cic. 2 *de legib.* an mysteria appellant initia, quibus ex agresti vita exculti ad humanitatem sumus, tanquam ea sint vitæ principia. Quintil. Hæc manus vt quibusdam sacris initiatos Ciceronem insequebatur. Propriè tamen Initia dicebantur Cereris sacra, quibus neminem interesse fas erat, nisi initiatum Varr. *de re rust. lib.* 2. *cap.* 1. Cui consentaneum est, quòd initia vocantur potissimum quæ

Cereri fiunt sacra. Liu. 1. *decad.* Acarnanes duo iuuenes per initiorum dies non initiati templum Cereris imprudentes religionis cum cætera turba ingressi sunt. Pueri quoque Eduliæ, Potinæ, & Cubæ, edendi, potandi & cubandi deabus, initiabantur, teste Varr. *lib. 4. de lingua Latina*, quum à lacte & cunis, ad solidiores cibos & lectulos transibant. ¶ Aliàs initiari, est inchoare & auspicari, ἐγχειρεῖν. Firmicus, Vt initiatur, quum primam Arietis partem Sol fuerit ingressus.

‖Initialis, e, ad initium pertinens principale. ἀρχικός.‖

Initiamenta, orum, Religionis prima dogmata. Senec. *epist.* 91. Hæc eius initiamenta sunt, quibus non municipale sacrum, sed ingens deorum immortalium templum mundus hic reseratur.

Initiæ amictus, siue ligatæ illæ, &, vt sic dicam, cruciculæ, quæ annectuntur ante pectus.

Initio, as, vide *Ineo*, is.

Iniūcundŭs, a, um, Insuauis, tristis, molestus. {ἀηδής. Gall. *Mal plaisant, triste.* Ital. *Ingiocondo, triste, molesto.* Germ. Vnlieblich. Hisp. *Cosa que no deleyta, triste.* Angl. *Vnpleasant, nothing delectable.*} Cic. 1. *de fin.* Minimè nobis iniucundus labor.

Iniūcundē, aduerbium, Insuauiter. {ἀηδῶς, ἀτερπῶς. Gall. *Mal plaisamment, de mauuaise grace.* Ital. *Non lietamente.* Germ. Vnlieblich. Hisp. *No trahendo deleyte.* Angl. *Vnpleasantlie, vn merylie.*} Cicer. *ad Attic. lib.* 1. Quæ res mihi asperiùs à nobis atque nostris, & iniucundiùs actæ videbantur.

Iniūcundĭtās, atis, {ἡ ἀηδία, τὸ ἀτερπές. Gall. *Mauuaise grace, desplaisance, tristesse.* Ital. *Spiaceuolezza, mala gratia.* Germ. Vnlieblichkeit. Hisp. *La disposicion de no deleytar.* Angl. *Vnpleasantnesse.*} Cicer. 2. *de nat. deor.* Sed tamen prætereundum est, nequid habeat iniucunditatis oratio.

Iniūdĭcātŭs, a, um, Non iudicatus, indemnatus. {ἄκριτος. Gall. *Qui n'est point iugé.* Ital. *Non giudicato.* Germ. Vngeurtheilt. Hisp. *No iuzgado en juyzio.* Angl. *Not iudged.*} Gell. *lib.* 13. *cap.* 23. Decem hominibus vitam eripis, indicta causa, iniudicatis, indemnatis. Quint. *lib.* 10. *cap.* 1. Id quoniam ad præsentem materiam nihil pertinet, iniudicatum relinquo. Idem *cap.* 10. *lib.* 5.

Iniŭgēs hostiæ, Vocabantur quæ nunquam domitæ, aut iugo subditæ fuerant. ἄζυγες ἱερεῖα. Festus & Macrob.

Iniungo, is, Impono, mando præcipio. {צִוָּה *tsivvâh*. ἐπιτάττω, ἐπιτίθημι. Gall. *Imposer, commander.* Ital. *Imporre, commettere.* Germ. Aufflegen befehlen. Hisp. *Injungar ò imponer.* Angl. *To inioyne, to commande and appoynte to be doone.*} Liu. 3. *ab Vrb.* Comitiorum illi habendorum, quando minimus natu sit, munus consensu iniungunt. Idem 6. *bell. Pun.* Verterunt orationem eò, vt dicerent, priuatis id, seu æquum, seu iniquum onus iniungendum esse. Sic Cæsar 1. *bell. Gall.* & 2. *bell. ciuil.* Et Sueton. *in Tib. cap.* 17. Et si quid subiti muneris iniungendum esset, per libellos daret, Liuius *lib.* 2. *ab vrb.* Iniungere necessitates legis Agrariæ. ¶ Propriè tamen Iniungere, est intus, vel suprà iungere. {הִרְכִּיב *hirkbik* חִבֵּר *chibbêr.* ἐμπείρω, ἐπιζευγνύω.} Columell. *lib.* 7. Iugúmque quarto die accipiunt, cui ramus illigatus temonis vice traiicitur: interdum & pondus aliquod iniungitur, vt maiore nisu laboris exploretur patientia. Idem *lib.* 5. Itaque pingui terra singulis brachiis licebit bina iniungere flagella. ¶ Iniungere detrimentum Reipublicæ, est inferre. Brut. *ad Cicer.* 13. *Epistol.* Tamen si quo etiam casu Isaram se traiecerint, nequid detrimenti Reipubl. iniungant, summa à nobis dabitur opera: id est, ne quo damno afficiant Rempublicam. Iniungere iniuriam. Liuius 3. *ab Vrbe*, Iniungere seruitutem, in seruitutem redigere. Et Sueton. *in Tib. cap.* 24. Quærens miseram & onerosam iniungi sibi seruitutem, recepit Imperium. Senec. *cap.* 7. *de consol. ad Polyb.* Iniungitur tibi necessitas. Quintilian. Iniungere verba, pro iungere, & componere. Liu. *lib.* 5. *ab Vrb.* Iniunctæ vineæ mœnibus. Idem *lib.* 3. *ab Vrb.* Scita plebis iniuncta patribus. Idem *lib.* 3. *d.* 5. Iniunctus muro agger.

Iniūrātŭs, a, um, qui non iurauit. {ἀνώμοτος. Gall. *Qui n'a point iuré.* Ital. *Che non ha giurato.* Germ. Vngeschworen. Hisp. *No juramentado, que no jurò.* Angl. *That hath not sworne.*} Plaut. *in Amphitr.* Nam iniurato scio plus crederes mihi quàm iurato tibi. Cic. *pro Cæcin.* Quum iurati dicunt quòd ego iniuratus insimulo.

Iniūrĭă, æ, Iniquitas, Inde dicta quòd non iure fiat. {עֹשֶׁק *hoschek* חָמָס *chamás.* ἀδικία, ὕβρις. Gall. *Iniure.* Ital. *Ingiuria.* Germ. Vnbilligkeit/ das einem wider billich vnd recht zugefügt wirt. Hisp. *Injuria ò injusticia.* Angl. *Iniurie, wrong.*} Omne enim quod non iure fit (inquit Vlpian. *l.* 1. *ff. de iniurijs, & fam. libell.*) Iniuria dicitur, siue verbis, siue re. Re, quum manus inferuntur: verbis, quum conuitium. Specialiter verò, eodem Vlpiano teste, Iniuria dicitur contumelia à contemnendo. ¶ Iniuria (inquit Paulus *l. qui seruum. D. de act. & obligat.*) ex affectu fit: damnum ex culpa. ¶ Iniuriæ verbum & actiuè & passiuè sumitur, vt Gell. *cap.* 12. *lib.* 9. autor est. ¶ Interdum etiam, eodem Vlpian. teste, Iniuriæ appellatione damnum culpa datum significatur: interdum etiam iniquitas, cùm quis iniquè, vel iniustè sententiam dixerit. Plaut. *in Aulul. sc.* 6. *act.* 4. me iniuriam filiæ fecisse fateor tuæ Cereris vigiliis per vinum, atque impulsu adolescentiæ. Terent. *in Heauton.* Nunc aliud specta: matres omnes filiis in peccato adiutrices, auxilio in paterna iniuria solent esse. Plaut. *Aulul.* facis mihi iniuriam, an non? (sup. tu qui furem vocas & excutis.) Idem *Asin. sc.* 4. *a.* 2. & *sc.* 2. *a.* 3. facere satis pro iniuria (de maledictis.) Idem *Menæch. sc.* 7. *a.* 5. Neu sinas in me insignite fieri tantam iniuriam (de rapto fublimi.) Idem *Millit. sc.* 5. *a.* 2. Iniuriam facis hero: de ea quæ se vulgat.) *Ibidem.* Iniuria est falsum nomen possidere. Idem *Menæch. sc.* 1. *a.* 3. Non sum qui sum, ni hanc iniuriam vltus fuero, quia exclusus domo & prandio.) Senec. *cap.* 18. *de consol. ad Polyb.* Multa praestitit quibus hanc emendaret iniuriam, multa dabit quibus redimitur. Ouid 5. *Fast.*

At si negligimur, magnis iniuria pœna

Solitur. id est, contumelia neglectus.

‖¶ Iniuriam remittere, pro reddere. Seneca *lib.* 2. *de vita tranq. cap.* 14. Cato cùm illi os percussum esset, non excanduit, non vindicauit: Iniuriam non remisit quidem, sed factam negauit.‖ ¶ Nonnunquam iniuriâ aduerbij loco sumitur pro immerito, ἀδίκως, οὐκ ὀρθῶς. Plaut. *in Milite sc.* 1. *act.* 1. Amant te omnes mulieres, neque iniuriâ, qui sis tam pulcher. Cicer. *in Catil.* Ego tibi iniuriâ suspectus sum.

Iniūrĭōsŭs, iniurius, qui iniuriam infert, iniquus, iniustus. {פָּרִיץ *hoserêh.* ὑβριστής. Gall. *Iniurieux.* Ital. *Ingiurioso.* Germ. Ein vnbillicher, der wider billigkeit thut. Hisp. *El que haze injuria.* Angl. *Iniuriouse that doeth wrong.*} Cic. 1. *Offic.* Primum in eo peccant, quòd sint iniuriosi in proximos. Iniuriosus ictus. Plin. *lib.* 17. *c.* 14. Aut circumtonsos iniurioso ictu verberant. Iniuriosa vita: plena sceleribus, & iniquitatibus, quæque alteri damnum infert & iniuriam. Cic. 1. *de legib.* Quòd si pœna, si metus supplicij, non ipsa turpitudo deterret ab iniuriosa, facinorosâque vita, nemo est iniustus.

Iniūrĭōsē, aduerbium. {ὑβριστικῶς. Gall. *A tort & iniurieusement, contre tout droit & raison.* Ital. *A torto, contra ragione.* Germ. Wider billich vnd recht. Hisp. *Iniuriosa è iniustamente.* Angl. *wrong fullie.*} Cic. *pro lege Manil.* Maiores vestri sæpe mercatoribus, ac nauiculatoribus iniuriosius tractatis bella gesserunt. Col. *lib.* 1. *cap.* 8. In cæteris præbitis iniuriosè tractentur.

Iniuriè, idem quod iniuriosè, Nænio.

Iniūrĭŭs, a, um, Iniuriosus, iniquus. {עָשׁוּק *haschcik.* ἄδικος. Gall. *Qui fait tort, & desplaisir, iniuste.* Ital. *Chi fa torto & despiacere, ingiusto.* Germ. Vnbillich. Hisp. *injusto, que haze iniustitia.* Angl. *That doeth wrong.*} Plaut. *in Aulul. sc.* 4. *a.* 2. Si mihi dat operam, me illi irasci iniurium est. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 1. Iniurius est, qui quod lenoni nulli est, id ab eo petas (sup. æquum bonumque.) Idem *Milit. sc.* 5. *a.* 2. Iniuria es, (sic legit Passer. non *est*,) falsum nomen possidere postulas. Terent. *in Hecyr.* Iniurium autem vlcisci aduersarios? Vbi Donat. Iniurium: indignantis modò significatio est, & vim aduerbij habet. Terent. *in Heaut.* Enimuerò reiicere nequeo, multis modis iniurius Clitipho est. Idem *in Aulul.* Si id succenseat nunc, quia non det tibi vxorem Chremes, Ipsus sibi iniurius esse videatur, neque id iniuria.

Iniussŭs, a, um, Non iussus. {ἀπρόστακτος. Gall. *A qui on n'a point commandé.* Ital. *Non comandato.* Germ. Vngeheissen. Hisp. *No mandado.* Angl. *Not commanded.*} Horat. 1. *Serm. Satyr.* 5.

Omnibus hoc vitium est cantoribus inter amicos,

Vt nunquam inducant animum cantare rogati:

Iniussi nunquam desistant.

Virg. 6. *Eclog.*

Non iniussa cano.

Idem 1. *Georg.*

——atque iniussa virescunt

Gramina. hoc est, non cultu quæsita, sed sua sponte nascentia.

Iniussus, us, substantiuum, {ἄνευ προστάγματος. Angl. *without commandement.*} vt, Iniussu meo, id est, me non præcipiente. Terent. *in Phorm.* Itáne tandem vxorem duxit Antipho iniussu meo? Cicer. *de sen.* Vetátque Pythagoras iniussu imperatoris, hoc est, Dei de præsidio, & statione vitæ decedere. Idem *ad Attic. lib.* 4. Ne iniussu populi iudicarent.

Iniustŭs, a, um, Non iustus, iniquus, improbus, iniuriosus. {רָשָׁע *reschâh* עַוָּל *havvál.* ἄδικος. Gall. *Iniuste.* Ital. *Ingiusto.* Germ. Vngerecht. Hisp. *No justo.* Angl. *Vniust.*} Terent. *in Adelph.* Homine imperito nunquam quicquam iniustius, Qui nisi quod ipse fecit, nihil rectum putat. Iniustus, qui iustam magnitudinem excedit. Virg. 3. *Georg.*

Iniusto sub fasce viam dum carpit.

Cic. 2. *de Orat.* Me verò iam pertimescente, vt illam non Norbani seditionem, sed illam pop. Rom. iracundiam, neque eam iniustam, sed meritam ac debitam fuisse defenderes. Iniustum, generaliter pro duro, quod etiam iniquum dicitur. Quint. *declamat.* 13. Cur iniusto quotidie iugo boum colla deteruntur?

Iniustē, aduerb. iniquè, iniuriosè. {ἀδίκως. Gall. *Iniustement.* Ital. *Ingiustamente.* Germ. Wider alles recht. Hisp. *Injustamente.* Angl. *Vniustlie, wrongfullie.*} Plaut. *in Pseud.* Non soles respicere te, quum dicas iniustè alteri. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 2. Ne iniustè & grauiter imperet. (Dominus.) Cic. *pro Flacc.* Facis iniustè Lælî.

Iniustĭtĭă, æ, iniquitas, iniuria, malitia. {רֶשַׁע *réschah* רִשְׁעָה *rischhâh* עָוֶל *havel* עָוֹן *havón.* ἀδικία. Gall. *Iniustice.* Ital. *Ingiustitia.* Germ. Vngerechtigkeit. Hisp. *Injusticia, iniuria.* Angl. *Iniustice.*} Terent. *in Adelph.* Tot res repentè circumuallant, vnde emergi non potest: Vis, egestas, iniustitia, solitudo, infamia. Idem *Heaut.* Eum ego eieci hinc miserum iniustitia mea. Gell. *cap.* 6. *lib.* 1. Culpa & iniustitia maritorum id euenit.

‖Inlex. Fest. Inlex productâ sequenti syllaba significat, qui legi non paret. Inlex correptâ sequenti syllaba significat inductorem, ab inliciendo. Plautus: Esca est meretrix, lectus inlex.

Inlices, canales, in quibus aqua confluit in viis lapide stratis, ab eliciendo dicti.‖

Inliciator, emptor.

Inlicium, cùm populus ad concionem elicitur. Varro.

Inliterata, pax literis non comprehensa.

‖Inludia, illusiones. Tertull.‖

Innascŏr, Nascendo inferor. {ἐμφύομαι, ἐγγίνομαι. Gall. *Naistre dedans ou auec.* Ital. *Innascere, nascere dentro ò insieme.* Germ. Einwachsen mit geboren werden. Hisp. *Nascer d'entro.* Angl. *To be ingendred in one.*} Plaut. *Mil.* Non mihi auaritia vnquam innata est, satis habeo diuitiarum. Cic. *lib.* 1. *Offic.* Sed illud odiosum est, quod in hac elatione & magnitudine animi facillimè pertinacia, & nimia cupiditas principatus innascitur. Ter. *in And.* Hóccine credibile est, aut memorabile, Tanta vecordia innata cuiquam vt siet, &c.

Innăto, as, are, Intus nato. {צָף *tsaph.* ἐννήχομαι. Gall. *Nager en ou dessus.* Ital. *Nuotar dentro.* Germ. Einwarinn schwimmen. Hisp. *Nadar en algun lugar.* Angl. *To swymme in or into.*} Col. *lib.* 11. *cap.* 4. Vbi non innatent, sed semper sint in ritte submersa. Plin. *lib.* 8. *cap.* 49. Equos innatantes sæpe demergent. Virg. 1. *Georg.*

Necnon & torrentem vndam leuis innatat alnus.

Ouid. *Eleg.* 4. *lib.* 3.

Aspicis vt summa cortex leuis innatat vnda.

Innāuĭgābĭlĭs, e, vbi quis nauigare non potest.)(Nauigabilis. {ἄπλωτος. Gall.

GALL. *Innauigable, sur lequel on ne peut nager ou nauiger.* ITAL. *Innauigabile.* GERM. Darinn man nicht schiffen mag. HISP. *Donde no se puede nauegar.* ANGL. *That may not be sayled.*} Liu. 5. *ab Vrb.* Insignis annus hyeme gelida ac niuosa fuit, adeo vt viæ clausæ, Tyberis innauigabilis fuerit.

Innecto, is, ere, Colligare, circumligare. {חבש *chabásch* קשר *kaschár.* ἐμπλέκω. GALL. *Lier & ioindre ensemble.* ITAL. *Ligare, ingroppare, intrecciare.* GERM. Einknüpffen an etwas stricken. HISP. *Aliar y tranar en vno.* ANGL. *To knitt or tie together.*} Virg. 8. *Æneid.*

——tum lactea colla

Auro innectuntur.

Col. *lib.* 11. *cap.* 1. Itaque mancipia vincta, quæ sunt ergastuli, per nomina quotidie citare debebit, atque explorare, vt sint compedibus diligenter innixa. Ouid. *Eleg.* 4. *lib.* 5. *Trist.*

Festaque odoratis innectunt tempora sertis.

Inneruis, eneruis, socors. Sidon.

Innitor, eris, innisus, vel innixus, Inhæreo, incumbo, insisto, inclino. {סמך *samách.* ἐπερείδομαι, ἐπιστηρίζομαι. GALL. *Se appuyer dessus, ou tenir ferme.* ITAL. *Appoggiarsi, attaccarsi.* GERM. Anleynen darauff ligen, sich anstützen. HISP. *Allegarse, estribar en algo.* ANGL. *To leane or stay vpon.*} Quint. *lib.* 6. *cap.* 2. Omnia curæ tutelæque vnius innixa. Liu. 8. *bell. Pun.* Itaque steterunt scutis innixi. Virg. 4. *Æneid.*

Ter sese attollens, cubitóque innixa leuauit.

Liu. 4. *ab Vrb.* Et ipse hasta innixus se in pedes excipit. Admittit & accusatiuum mediante præpositione *in.* Plin. *lib.* 7. *cap.* 53. Hora diei secunda, in P. Pansam fratrem innixus, obiit.

INNO, as, per duplex nn, et in & no, quasi intus no. {צוף *tsaph.* ἐννήχομαι, ἐμπλέω, ἐπινηχομαι, ἐννέω. GALL. *Nager.* ITAL. *Nuotare.* GERM. Einschwimmen. HISP. *Nadar por dentro.* ANGL. *To swymme in or vnto.*} Cicer. 2. *de nat. deor.* Quot genera, quámque disparia partim submersorum, partim fluitantium, & innantium beluarum. Liu. 1. *bell. Pun.* Nihil dummodò innare aquæ, & capere onera possent, curantes. Virg. 3. *Georg.*

——Fluuios innare rapaces.

Horat. 3. *Carm. Ode* 17.

——& innantem Maricæ

Litteribus tenuisse Lyrim.

¶ Hinc fit innato frequentatiuum: de quo paulò antè.

Innabilis, e, Innauigabilis. {ὁ μὴ ἐννηκτός, ἄπλωτος. GALL. *Innauigable, sur lequel on ne peut nager ou nauiger.* ITAL. *Che non si puó nauigare ne nuotare.* GERM. Darinn man nicht schwimmen kan. HISP. *Donde no se puede nauegar.* ANGL. *That may not be swymmed or sayled on.*} Ouid. 1. *Metamorph.*

Sic erat instabilis tellus, innabilis vnda.

INNOCENS, tis, adiectiuum, Innoxius, inculpatus, à crimine alienus. {נקי *naki.* ἀθῷος. GALL. *Innocent, qui ne nuit à personne.* ITAL. *Innocente.* GERM. Vnschuldig, vnschädlich. HISP. *El que no empece ni haze mal, inocente cosa.* ANGL. *Innocent giltles.*} Cic. 5. *Tusc.* Innocens dicitur non qui leuiter nocet, sed qui nihil nocet. Terent. *Adelph.* Obsecro populares, ferte misero atque innocenti auxilium. Cæsar 6. *bell. Gall.* Ne communi odio Germanorum innocentes pro nocentibus pœnas pendant. Cicer. *pro Rosc. Amer.* Innocens si accusatus fuerit, absolui potest: nocens nisi accusatus fuerit, condemnari non potest. Plaut. *Capt. sc.* 5. *a.* 3. & *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. decet innocentum atque innoxium confidentem esse. Idem *Milit. sc.* 4 *a.* 2. Me propudij innocentem falsò insimulauit. Idem *Menæch. sc.* 2. *a.* 5. Perdidit ciuem innocentem falso testimonio.

Innocentia, Integritas. {נקיון *nikkajón.* ἀθῳότης. GALL. *Innocence.* ITAL. *Innocentia.* GERM. Vnschuld. HISP. *Aquella inocentia de no hazer mal.* ANGL. *Innocencie.*} & vt Cicer. 3. *Tusc.* ait, Affectio animi talis quæ noceat nemini.

Innocenter, Innoxiè, sine noxa. {ἀθῴως. GALL. *Innocemment, innocentement.* ITAL. *Innocentemente.* GERM. Vnschuldiglich. HISP. *No haziendo mal, inocentemente.* ANGL. *Innocentlie.*} Plin *lib.* 18. *cap.* 31. Omnia quæ cæduntur, carpuntur, tondentur, innocentius decrescente luna, quam crescente fiunt.

Innocuus, a, um, Is qui non nocet. {נקי *naki.* ἀβλαβής. GALL. *Qui ne nuit point, qui ne fait tort à personne.* ITAL. *Che non nuoce ad alcuno.* GERM. Vnschuldig. HISP. *El que no haze mal à si ni à alguno.* ANGL. *That hurteth, harmelesse.*} Plin. *lib.* 8. Eosdem pestiferos ferunt in Græcia, innocuos esse in Sicilia. Ouid. *Eleg.* 9. *lib.* 3. *Trist.*

Innocuum rigidè perferat ense latus.

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Dicitur innocuas vt agat facundia caussas.

¶ Passiuè verò pro eo cui non nocetur, ἀπαθής. Virg. 10. *Æneid.*

——& sedere carina

Omnes innocuæ id est, sine detrimento.

Vbi Seruius ostendit, illud interesse inter innocuum & innoxium, vt Innocuus dicatur, cui nocere nemo possit: Innoxius, qui non nouit nocere. Quam tamen differentiam irridet Vall. *lib.* 6. putátque in loco Virgilij tam citato, naues non idcirco dictas esse innocuas, quod eis noceri non posset: sed magis quod nemini nocuissent.

Innominabilis. ἀνώνυμος, Non nominandus. Gell. *lib.* 2. *cap.* 6. Illaudatus enim est quasi illaudabilis, & innominabilis, qui neque mentione, aut memoria vlla dignus est, neque vnquam nominandus est.

INNOTESCO, is, Notus fio, inclaresco. {נודע *nodháh.* γνωρίζομαι. GALL. *Venir en bruit, & estre cogneu.* ITAL. *Farsi noto, venir in notitia.* GERM. Kund oder bekant werden. HISP. *Ser conocido, hazerse conocer.* ANGL. *To become famous and knowen.*} Plin. *lib.* 15. *cap.* 11. Ctesilochus Apellis discipulus petulanti pictura innotuit. Suet. *in Neron. cap.* 41. Innotuerant vulgo ea carmina.

Innouo, as, are, nouum facio, nouam rationem suscito, nouum morem, vel consuetudinem in Rempublicam induco, Cicer. *in Pisonem,* &c.

Innox, quod non noceat. Gloss.

Innoxius, a, um, Innocens, culpa carens, inculpatus, seu is qui nemini nocet. {נקי *naki.* ἀθῷος, ἀβλαβής. GALL. *Qui ne nuit à personne, inculpable.* ITAL. *Innocente, che non nuoce ad alcuno.* GERM. Vnschuldig, der niemand schaden thut. HISP. *El que no haze mal à alguno, inocente.* ANGL. *Innocent, giltles.*} Plaut. *in Capt. sc.* 5. *a.* 3. & *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Decet innocentem seruum atque innoxium Confidentem esse, suum apud herum potissimùm. Idem *Aulul. sc.* 4. *a.* 1. Vt inopem atque innoxium abs te, atque à tuis me irrideat. Salust. Ipsi innoxij, florentes, sine metu ætatem agere. Serpens innoxius. Virg. 5. *Æneid.* &, Verba non innoxia, 2. *Georg.* ¶ Innoxius passiuè, cui noceri non potest. Col. *lib.* 2. *cap.* 10. Sic condita erit à curculionibus innoxia. Idem *lib.* 5. *cap.* 9. vt sit innoxius ab iniuria pecorum.

INNVBILO, nubilo induo, obduco. Sol. *cap.* 56. Aut pullore languescunt, aut fuso obnubilantur.

Innubilus, a, um, Clarus, serenus ✕ Nubilus. {צח *tsach.* αἴθριος. GALL. *Sans nues, serain.* ITAL. *Chiaro, sereno, non nubiloso.* GERM. Vngewülckt. HISP. *Claro, sin nubes.* ANGL. *Cleare, but cloudes, faire.*} Lucret. *lib.* 3.

——neque nix acri concreta pruina

Cana cadens violat, sempérque innubilus æther

Integit: & largè diffuso lumine ridet.

Innubis, e, Sine nubibus. {צח *tsach.* ἀνέφελος. GALL. *Sans nues, serain.* ITAL. *Senza nuuoli.* GERM. One gewülck, schön. HISP. *Sin nubes.* ANGL. *Faire, without cloudes.*} vt, Dies innubis, quo nullæ apparent nubes. Senec. *in Herc.* Namque vt reluxit pellicis captæ decus, Et fulsit Iolæ qualis innubis dies.

Innubo, is, ere, Intus nubo, nubendo familiam alienam intro. {התחתן *hithchattén.* ἐπιγαμέω. GALL. *Prendre mari.* ITAL. *Andar à marito.* GERM. Mannen ein man nemmen. HISP. *Casarse la muger y andar à casa del varon.* ANGL. *To be maried to some man.*} Lucil. *lib.* 6. *Satyr.* Inuadere atque innubere censent. Festus. Innubere in illustrem familiam dicuntur mulieres, quæ viro genetoso nubunt, multísque imaginibus claro. ✕ Enubere, quòd eam relpiciat familiam, è qua mulier nuptui traditur. Vnde enubere è patribus dicitur mulier patricij ordinis, quæ viro plebeio nubit.

Innuba, quæ nunquam nupsit. {ἡ ἄγαμος. GALL. *Fille non mariee, qui ne fut iamais mariée.* ITAL. *Che mai si è maritata.* GERM. Die noch keinen man genommen hatt. HISP. *La muger que nunca se caso.* ANGL. *She that neuer was maried.*} Sic laurus dicitur innuba apud Ouid. *lib.* 10. *Met.* propter Daphnem virginem, quam fabulatur in laurum fuisse transformatam. Idem 11. *Metam.*

——contempto munere Phœbi

Innuba permanes.

Idem 10. *Metam.*

Nec tilia molles, nec fagus & innuba laurus.

Innuptus, a, um, Non nuptus. {ἄγαμος. GALL. *Non marié.* ITAL. *Non maritato.* GERM. Vnuermählt. HISP. *No casado.* ANGL. *Vnmaried.*} Virg. 2. *Æneid.*

——Circum pueri, innuptæque puellæ

Sacra canunt.

Cic. 3. *de Orat.* Qua tempestate Patris Melenam innuptiis ionsit nuptiis, id est, præter ius fásque contractis.

INNVMERABILIS, e, quod numerari non potest, innumerus. {לא יספר *lo jesuppár.* ἀναρίθμητος. GALL. *Innumerable, qu'on ne peut nombrer.* ITAL. *Innumerabile.* GERM. Vnzahlich oder vnzalbar. HISP. *Cosa que no se pueda contar.* ANGL. *Innumerable.*} Cic. 5. *Verr.* Cognoscite nunc innumerabilem pecuniam frumentario nomine ereptam.

Innumerabilitas, atis, Infinitas. {ἀπειρία. GALL. *Vn nombre infini.* ITAL. *Infinità, innumerabilità.* GERM. Vnzalbarkeit. HISP. *Infinidad.* ANGL. *An innit number.*} Cicer. 1. *de nat. deor.* Tamen pleraque dicit eadem, atomos, inane, imagines, infinitates locorum, innumerabilitatémque mundorum, &c.

Innumerabiliter, aduerb. Lucr. *lib.* 5.

——qui corpore toto

Innumerabiliter priuas mutatur in oras.

Innumeralis, e, Innumerabilis: sed est antiquum. {לא יספר *lo jesuppár.* ἄμετρος, ἀναρίθμητος.} Lucr. *lib.* 2.

——cætera quæ sunt,

Non esse vnica, sed numero magis innumerabili.

Innumerus, a, um, Innumerabilis. Plin. *lib.* 2. *cap.* 3. Innumeræ rerum effigies. Lucan.

Adde, quòd innumeræ concurrunt vndique gentes.

Innumerosus, a, um, idem Plin. *lib.* 10. *cap.* 65. Ex omnibus quæ perfectos fœtus, vel tantos & innumerosos edunt, supra cuncta est murium fœtus. ¶ Hoc loco ex vetusto codice sic legitur, Ex omnibus quæ perfectos fœtus suos tantùm & numerosos edunt: item plures, contra naturam solidipedum, aut bisulcorum, Supra cuncta est murium fœtus, &c.

INNVO, is, Signo capitis voluntatem ostendo ✕ Abnuo. {קרץ *karáts.* ἐπινεύω, κατανεύω. GALL. *Faire signe de la teste.* ITAL. *Accennare.* GERM. Wincken mit dem haupt. HISP. *Hazer señas con la cabeça, como de los ojos.* ANGL. *To signifie by nodding.*} Cicer. *pro Murena,* Atque ille, vt semper fuit apertissimus, non se purgauit, sed indicauit, atque innuit. Idem *ad Atticum lib.* 13. Huic ego tantummodo aditum ad tuam cognitionem patefacio & innuo. Ad Herenn. *lib.* 4. Quod si ille suos hospites rogasset, imò innuisset modò, hoc facilè perfici posset. Plaut. *Milit. sc.* 1. *act.* 1. Innuit illarum altera. Ergo mecastor pulcer est, inquit, mihi.

Innuptus, vide *Innubo.*

Innutrio, is, ire, In loco aliquo nutrio. {ἐντρέφω. GALL. *Nourrir dedans.* ITAL. *Nutrire di dentro.* GERM. Erneeren drinnen. HISP. *Criar dentro.* ANGL. *To nourishe, to bring vp in or with.*} Plin. *in Epist.* Hoc altero die, hoc tertio, hoc pluribus, donec homines innutritos mari subiret timendi pauor. Senec. *cap.* 2. *de consol. ad Polyb.* Innutritus, vel potius innatus disciplinis. Sueton. *in August. cap.* 3. Innutritus amplis opibus.

Ino, *i.d.* Nomen Cadmi & Hermiones filiæ, vxorisque Athamantis Thebarum Regis, & Liberi patris nutricis. Eadem, Cic. teste, est quæ Leucothea, Λευκοθέα, à nobis verò Matuta, & Aurora dicitur. Ouid. *in Fast.*

Leucothea

Leucothee Graijs Matuta vocabere nostris.

Vt autem is *lib.* 3. *Metamorph.* refert, Ino cum Melicerta filio propter timorem, de scopulo se praecipitem misit in mare, ambóque facti sunt dij marini, illa, Leucothea: Melicertes, Palaemon (qui & Portunus) vocati sunt.

Inobaudire, pro inobedire, verbum Tertulliani.

Inoblitus, a, um, perpetuò memor. {ἀμνήμων. GALL. *Qui ne s'oublie iamais.* ITAL. *Che mai si dimentica.* GERM. Unvergessen. HISP. *Cosa que se guarda en la memoria.* ANGL. *That neuer forgetteth.*} Ouid. 4. *de Pont. Eleg.* 15.

Semper inoblita repetam tua munera mente.

Inobrutus, a, um, Non obrutus. {ἄκλυστος, ἀκάλυπτος. GALL. *Qui n'est point couuert d'eau.* ITAL. *Non coperto di acqua.* GERM. Unüberfallen/unbedeckt. HISP. *Cosa no soterrada ni anegada.* ANGL. *Not ouerwhelmed.*} Ouid. 7. *Metamorph.*

Deucalioneas effugit inobrutus undas.

Inobscuro, as, are, Obscurum reddo, tenebras offundo. {הִחְשִׁיךְ *hechescheich.* ἀμαυρόω, σκοτίζω. GALL. *Obscurcir.* ITAL. *Oscurare.* GERM. Verfinstern/verdunckeln. HISP. *Escurecer a otra cosa.* ANGL. *To make darke.*} Cic. 9. *Philipp.* Cui si statuam in rostris decreto vestro statueritis, nulla eius legationis posteritate inobscurabit obliuio.

Inobsequens, tis, omnis generis, Inobediens, refractarius, repugnans. {ἀπειθής. GALL. *Inobedient, non obeissant.* ITAL. *Inobediente.* GERM. Unfolgig. HISP. *Desobediente.* ANGL. *Inobedient.*} Seneca *in Hippol.* Inobsequentes protinus fraenis equi Rapuere currum.

Inobseruatus, a, um, Non obseruatus. {ἀπαρατήρητος. GALL. *Dequoy on ne se guette point.* ITAL. *Non guardato, non custodito.* GERM. Ungeacht/unwargenommen. HISP. *Cosa no guardada.* ANGL. *Not keeped.*} Mart. *lib.* 3. Luserat hos casus, nisi inobscurata maneret. Ouid. 4. *Metam.*

——at illa

Vt puer, & varius, & inobseruatus in herbis,

Huc it, & hinc illuc.

Inobseruata varietas. Plin. *lib.* 28. *cap.* 5.

Inobseruabilis, e, quod obseruari non potest. {ἀπαρατήρητος, ἀκατάληπτος. GALL. *Qu'on ne peut comprendre.* ITAL. *Cosa che non si può comprendere.* GERM. Das man nicht recht wahrnemmen oder vermercken kan. HISP. *Cosa que no se puede comprender.* ANGL. *which can not be obserued.*} Plin. *lib.* 2. *cap.* 17. Martis sydere est cuiuis & maximè inobseruabilis cursus. Catull. *Argon.*

Ne labyrintheis è flexibus egredientem

Tecti frustraretur inobseruabilis error.

Inoccidius, a, um, Non occiduus. {ἀδιάπτωτος, ἀκατάδυτος. GALL. *Qui ne se couche point, durant sans cesse, perpetuel.* ITAL. *Perpetuo, che non cade mai.* GERM. Das nicht nider geht/nimmer schlaffend. HISP. *Cosa que no cae, perpetuo.* ANGL. *That dureth for euer.*} vt, Visus inoccidui, i. oculi semper vigilantes. Statius *lib.* 6. *Theb.*

Spectat inoccidua stellatum visibus Argum.

Inocco, as, Cooperio, occando obruo. {ἐγκαλύπτω. GALL. *Couurir.* ITAL. *Coprire.* GERM. Eggen/mit der eggen überfaren. HISP. *Cobrir.* ANGL. *To couer, to harrow.*} quod fit cum semen in agro seminatum est, & glebae sarculis, aut cratibus dissoluimus, vt semen humo contegatur. Columell. *lib.* 2. *cap.* 8. Nam semen, quod sicco solo ingestum, & iam inoccatum est, perinde acsi repositum esset in horreo, non corrumpitur. Componitur autem ex in, & occo, as, quod est comminuo: de quo alibi.

Inoculo, as, Oculum vnius arboris alteri adhibeo, seu oculum in arbore aperio. {ἐνοφθαλμίζω. GALL. *Enter en escusson.* ITAL. *Inserire per dentro, innestare, incalmare.* GERM. Einzweigen. HISP. *Enxerir de escudete.* ANGL. *To graffe.*} Colum. *lib.* 11. *cap.* 2. His quidem diebus arbores ficorum inoculantur: quod genus insitionis, emplastratio vocatur. Macrob *sub initium libri* 1. *in somnium Scipio.* Ad iustitiae affectum pectoribus inoculandum.

Inoculatio, Plin. *lib.* 17. *cap.* 14. In ficis autem & malis haec fuit inoculatio antiqua. {ἐνοφθαλμισμός. GALL. *Enture d'arbres en escusson.* ITAL. *Incalmatione.* GERM. Einzweigung in das aug eines baums. HISP. *Aquella bra de enxerir en escudete.* ANGL. *A graffing.*}

Inoculator, is, aliud verbale, Qui inoculat. ἐνοφθαλμιστής. Plin. *lib.* 16. *cap.* 33. Hunc caueat insitor calamis, gemmisque inoculator.

Inodorus, a, um, quod est sine odore. {ἄοσμος, ἀνώδης. GALL. *Sans odeur.* ITAL. *Senza odore.* GERM. Ungeschmackt/das kein geruch hat. HISP. *Cosa que no ha de si olor.* ANGL. *without sauour.*} Pers. *Satyr.* 6.

——Vena essa inodora dabit.

¶ Inodorus actionis quoque vim habet, significans eum qui odorandi vim non habet. Nonius, Quidam animalium aliud alio sensu carent, & à natura gignuntur, aut inodora, aut inaudita. Adfert hunc eundémque locum & ex antiquis prudentibus Gell. *lib.* 7. *cap.* 6.

Inodoro, as, are, Odore inficio, odorem indo. {ὄζειν ποιῶ. GALL. *Faire sentir quelque odeur.* ITAL. *Far sentir odore.* GERM. Ein bösen geschmack machen. HISP. *Cosa que hazer olor.* ANGL. *To causse to haue a sauour.*} Columell. *lib.* 11. *cap.* 3. Nam sic sata, & rursum sic secondita, existimantur neque acerrimi saporis existere, neque mandentium halitus inodorare.

Inoffensus, a, um, quod non offenditur. {ἀσκανδάλιστος, ἀπρόσκοπος. GALL. *Contre lequel on n'a point heurté, non offensé.* ITAL. *Non offeso.* GERM. Unuerletzt. HISP. *No ofendido.* ANGL. *Not offended or hurt.*} vt, Inoffensa tempora à valetudine, hoc est, nullo modo laesa & offensa. Gellius *lib.* 2. *cap.* 1. Temperantia quoque eum fuisse tanta traditum est, vt omnia ferè vitae suae tempora à valetudine inoffensa vixerit. Ouid. *Eleg.* 8. *lib.* 1.

Detur inoffensae vitae tibi tangere metam.

Idem *Eleg.* 4. *lib.* 4. *Trist.*

Nam tu de inoffenso spatium procurrere vita

Dignus es.

Inoffense, ἀπροσκόπως. ‖ Inoffensius, Gell. *cap.* 2. *lib.* 6. Omnem illam vim, quae de fato extrinsecus ingruit, inoffensius, tractabiliusque transmittunt.

Inofficiosus, a, um, qui facit contra officium, vel qui nullum officium praestat animo, vel quod est factum contra officium. {ἀκαθήκων. GALL. *Qui fait contre le deuoir, incivil.* ITAL. *Discortese.* GERM. Der wider seines ampts pflicht thut/ item undanckbar. HISP. *Descortes, de ruindad en la amistad.* ANGL. *That doeth against honestie, dewtie or friendship.*} Quintilianus, Inofficiosi oratores, qui officio non respondent. Cicer. *ad Atticum lib.* 13. Alteri enim non fallemus & in his inofficiosi, & in nosmetipsos. Inofficiosum testamentum, dicitur (vt ait Paulus Iuriscons.) quod non ex officio pietatis paternae confectum est, filiis sine legitima causa exhaeredatis. ἀκαθήκουσα διαθήκη. Cic. *Verr.* Testamentum P. Annius fecerat, non improbum, non inofficiosum, non inhumanum. Sic inofficiosa donatio, inofficiosa dos, & alia multa à Iurisconsultis dicuntur: de quibus vide Hotomanum *in suo Lexico.*

‖ Inola, castigia libri. Pap.

INOLENS, non olens. Lucr. ‖

Inolesco, is, ui, & eui, etum, & itum, Superincresco. {גָּדַל *gadhal.* ἐμφύομαι, αὐξάνομαι. GALL. *Croistre & s'augmenter.* ITAL. *Crescere, aggrandirsi.* GERM. Einwachsen. HISP. *Crescer.* ANGL. *To waxe bigger, to increase.*} Colum. *lib.* 5. *cap.* 10. Amygdala, si parum ferax erit, forata arbore lapidem adigito, & ita librum arboris inolescere sinito. Virg. 2. *Georg.*

——hinc aliena ex arbore germen

Includunt, vdóque docent inolescere libro.

Gell. *cap.* 5. *lib.* 10. Mendae indoles in libros plures inoleuit. Idem *cap.* 25. *eiusdem lib.* Inoleuerat illi haec vox. Idem *cap.* 1. *lib.* 12. Motibus inolescendis. ¶ Inoleuit, agendi notione. Gell. *lib.* 12. *cap.* 5. Natura omnium rerum quae nos genuit, induit nobis, inoleuitque in ipsis statim principiis, quibus nati sumus, id est, inolescere, inseruit, confirmauit.

INOMINATVS, a, um, Malè ominatus, infelix. {δυσοίωνιστος, δυστυχής. GALL. *Portant malencontre, malheureux, infortuné.* ITAL. *Infelice, sfortunato.* GERM. Unselig/unglückhafftig. HISP. *Malauenturado, desdichado, malaguero.* ANGL. *Vnhappie, forespoken.*} Horat. *Epod.* 16.

Aut pars indocili melior grege: mollis, & expes,

Inominata perprimat cubilia.

Inominalis, Inominatus, δυσφημος. Gell. *lib.* 5. *cap.* 17. Tanquam innominalem diem plerique vitant.

Inopaco, as, are, Opacum reddo & obscurum. {הֶחְשִׁיךְ *hechesehich.* ἐπισκιάζω. GALL. *Ombrager, offusquer.* ITAL. *Oscurare.* GERM. Beschatten. HISP. *Hazer escuridad à sombra, escurecer.* ANGL. *To shadowe, to make darke.*} Col. *lib.* 8. *cap.* 15. Media rursus terrena pars esse debet, vt colocasiis conseratur, aliisque familiaribus aquae viridibus, quae inopacant auium receptacula.

Inopertus, vt inoperto capite, i. inuerecundè. Senec. *de vita beata cap.* 13. Non timidè nec obscenè luxuriatur, etiam inoperto capite. Et *cap.* 30. Inoperta veritas.

INOPINANS, nomen est adiectiuum, idem significans quod incautus, improuidus, cuique aliquid accidit praeter opinionem. {ἀπροσδόκητος. GALL. *Qui ne se doute de rien, inconsideré.* ITAL. *Incauto, che non considera quello che può accadere.* GERM. Unuersehend/unuermeinend. HISP. *No proueydo, que no piensa lo que puede acontecer.* ANGL. *That aduiseth not, vncircumspect.*} Caes. 6. *bell. Gall.* Multos in agris inopinantes deprehendit.

Inopinanter, Subitò, & praeter expectationem, ex improuiso, inopinatò. {ἀπροσδοκήτως. GALL. *Sans y penser.* ITAL. *Subitamente, senza hauerui pensato.* GERM. Unuersehenlich/ungewarnter sach. HISP. *No pensando.* ANGL. *Besyde expectation, not looked for.*} Sueton. *in Tib.* In paucis diebus quàm Capreas attigit, piscatori qui sibi secretum agenti, grandem mulum inopinanter obtulerat, perfricari eodem pisce faciem iussit.

Inopinatus, a, um, Improuisum, quod praeter spem & opinionem euenit. {ἀπροσδόκητος. GALL. *Dequoy on ne deuoit point.* ITAL. *Di che non si pensa che possa auenire.* GERM. Unuersehen/unuermeint/ungehofft. HISP. *Cosa no pensada.* ANGL. *That commeth beside expectation, not looked for.*} Cicer. 3. *Tuscul.* Haec enim ferè tum habemus in promptu, nihil oportere inopinatum videri. Repentina, & inopinata grauiora. Cicer. 1. *Tuscul.* Gell. *cap.* 18. *lib.* 11. Id vulgò inopinatum est. ¶ Inopinatae, quae Graecis paradoxa. Senec. *epist.* 82. ¶ Ex inopinato ferimur. Senec. *cap.* 9. *de consol. ad Mart.*

Inopinatè, & inopinatò, aduerbia, idem quod praeter spem. {ἀπροσδοκήτως. GALL. *Sans y penser.* ITAL. *Impensatamente.* GERM. Unuersehenlich. HISP. *No pensando.* ANGL. *Besyde all hope, and sodainlie.*} Liu. 4. *bell. Macedon.* Quid ad id, quod futurum erat, ne inopinatè accideret, praeparatis suorum animis signa exemplò conuertit. Idem 6. *bell. Punic.* Quum inopinatò in castra Romana Numidae, Hispanique cum elephantis irrupissent.

Inopinabilis, quod quis nunquam existimasset futurum. {παράδοξος. GALL. *Qu'on ne penseroit iamais qu'il deust auenir.* ITAL. *Che non si puo pensare che auenga.* GERM. Das niemand gemeint hatt daß es geschehen solt/vnuermeint. HISP. *Cosa que no se puede tener en opinion.* ANGL. *That was neuer thought sorte come to pas.*} Gell. *lib.* 17. *cap.* 11. Infames materias, siue quis mauult dicere inopinabiles. Idem *lib.* 12. *cap.* 18. Atque id etiam quod magis inopinabile est. Idem *cap.* 9. *lib.* 17.

Inopinus, a, um, Inopinatus: vt, Inopina quies. Virg. 5. *Aeneid.*

Vix primos inopina quies laxauerat artus.

Gaudia inopina, Stat. 1. *Syl.* Dolor inopinus, idem 1. *Theb.*

Inopportunus, Importunus, molestus. {ἄκαιρος, ἀσύμφορος. GALL. *Qui n'est point conuenable, mal propre.* ITAL. *Non conueneuole, improprio.* GERM. Ungelegen/vnbequem. HISP. *No conueniente, ni conforme à tiempo.* ANGL. *Importunat, troublesome.*} Opportuno contrarium. Cicer. 3. *de Orat.* Est enim huic loco nostro sedes non importuna sermoni.—importuneque volucres, Virg.

INOPS, is, Pauper, egens, tenuis, miser. {אֶבְיוֹן *ebjon* עָנִי *hani* דַּל *dal.* ἄπορος. GALL. *Pauure, disetteux, souffreteux.* ITAL. *Pouero, senza aiuto.* GERM. Arm/dürfftig. HISP. *Pobre y menguado de riquezas.* ANGL. *Nedie, lacking poore.*} Cicer. 2. *Officiorum.* Nam quum premeretur inops multitudo, ab iis qui maiores opes habebant, &c. Plaut. *Prolog. Aulul.* In opem cum optauit potiùs relinquere. Sequitur, Agri reliquit ei non magnum

magnum modum. *Ibid.sc.4. act. 1.* facis haud decorum vt inopem irrideas. Liuius *lib.9. dec.4.* Inops regio. ¶ Aliquando dicitur sine ope, sine auxilio. Vnde inopem animi, inopem consilij dicimus: id est, sine ope animi, sine ope consilij. Inops auxilij, Liu.3. *ab Vrbe.* Inops consilij. Idem *6.bell. Pun.* Inops dicendi sapientia. Cicer. *1.de Diuinatione.* Inops remedij. Plin.*lib.16. cap.1.* Inops aquarum(regio) Liu.*2.dec.5.* Idem *lib.7. bell. Pun.* In tumulum à præsenti impetu tutum, ad cætera inopem concessere. (id est, qui nihil opis & præsidij ferre obsessis poterat. Inops ab amicis, Amicorum auxilio destitutus. Cicer. *pro domo sua*, Tam inops autem eram ab amicis, aut tam nuda Resp. à magistratibus! ¶ Aliquando inops dicitur insepultus, ἄταφος. Virgil. *lib. 6.*

Hæc omnis quam cernis, inops inhumataque turba.

Ex iure enim Pontificio terra iniiciebatur & circa cadauera,& circa absentium corpora, quibusdam solennibus sacris additis. Inops dicitur insepultus quasi sine terra, quæ Ops dicitur.

Inŏpĭă, æ, Egestas, indigentia, paupertas, miseria. {מחסור *machsor* חסר *chesér* עניות *heniuth* דלות *dalluth*. ἀπορία. GALL. Pauureté, disette. ITAL. Pouertà. GERM. Armut. HISP. Pobreza y necessidad. ANGL. Scarcitie, lak of thinges necessarie, pouertie.} Cicer. *de Amic.* Humilem sanè relinquunt, & minimè generosum, vt ita dicam, ortum amicitiæ, quam ex inopia, atque indigentia nasci volunt. Idem *1.de Inuent.* Si propter inopiam in egestate estis, pecuniam non habetis. ¶ Inopia occasionis, Sueton. *in Calig. cap. 56.* Aliis per inopiam occasionis cunctantibus. Plaut. *Asin.sc.1.a.3.* Dies summus apud me est inopiæ excusatio. Idem *Curc.sc.3. a.2.* Rogo vt argenti faciat copiam, respondit sibi esse magnam argenti inopiam. Idem *Pseud.sc.2.a.3.* Cur conducebas me? Inopia alius non erat. {GALL. Faute d'autres.} Idem *ibid.sc.3. a.1.* Amore pereo, & inopia argentaria. Salust. *Iugurth. 121.* huiusce rei ego inopiam patior.

Inŏpĭōsŭs,a,um, Sine ope. {עני *hani.* ἄπορος. GALL. Pauure, necessiteux. ITAL. Senza aiuto. GERM. Voll mangel/hülfflos. HISP. Pobre y necessitado.} Plaut. *Pœn.* Sæpe ego res multas tibi mandaui Milphio Dubias, egenas, inopiosas consilij.

Inōră, dicuntur animalia sine ore, ore carentia. {ἄστομα. GALL. Sans bouche. ITAL. Senza bocca. GERM. Ohn ein maul. HISP. Animales que no tienen boca. ANGL. without a mouth.} quales sunt Astomi Indiæ populi, halitu viuentes & odore: quorum meminit Plin.*lib.7.cap.2.* Et Gell. *lib.6. cap.7.*

¶Inorare, in orâ coronis ornare. Tertull.

Inorare calceum, ad oram vsque coronare. Idem.¶

Inōrātŭs, a, um, Non oratus, expositus, inenarratus. {ὁ ἀπρόσλογος, ὁ ἀπροσαύδητος. GALL. Non harengué, ne demandé. ITAL. Non dimandato, non pregato. GERM. Nicht erzelt noch erklärt. HISP. No demandado, ni rogado. ANGL. Vnrequested.} Cicer. *pro Rosc. Amer.* Legati Ameriam re inorata reuerterunt. Loquitur de legatis ad Syllam missis, ab eo tamen non auditis.

Inordĭnātŭs,a,um, Incorruptus, confusus, perturbatus. {ἄτακτος. GALL. Desordonné, hors & sans ordre. ITAL. Disordinato. GERM. Vngeordnet. HISP. Desordenado. ANGL. Out of order.} Cicer. *de Vniuers.* Idque ex inordinato in ordinem adduxit. Inordinati,& incompositi milites. Liu.*2. bell. Pun.* & *lib. 10.d.4.* Inordinatissimi pili, Plin.*lib.22. cap.22.*

Inordĭnātĭo, ἀταξία. Apuleius *in Hermetis Asclepio*, Hæc & talis senectus mundi veniet, irreligio, inordinatio, irrationabilitas bonorum hominum.

Inordinatè, ἀτάκτως. Cels.*lib.3.cap.3.* Qui cùm aliter aliterque in eodem morbo febres accedant, non easdem inordinatè redire, sed altas aliásque subinde oriri dicunt. Inordinatè agere, vt vulgò dicimus de victus ratione, *faire desordre, viure desordonnément.* Idem *lib.4. cap.vlt.* Cùm ex toto verò conualuerit, periculosè vitæ genus subitò mutauit, & inordinatè aget.

Inŏrĭor, verbum deponens, idem quod simplex. {זרח *zarách.* ἀνίσχω, ἐπιγίγνομαι. GALL. Naistre. ITAL. Nascere. GERM. Erwachssen entstehn. HISP. Nascer. ANGL. To be bo ne.} Tacit. *lib.11.* Recentia hæc: quid si memoria eorum inorietur.

¶Inormis, pro enormis. antiq.¶

Inornātŭs,a,um, Ornatus. {ἀκαλλώπιστος, ἄκοσμος, ἀκόσμητος. GALL. Mal accoustré ou agencé. ITAL. Disornato, rozzo. GERM. Vngeziert. HISP. No afeytado, ni compuesto. ANGL. Vndecked, not trimmed.} Cic. *in Orat.* Dum intelligamus hoc esse Atticum in Lysia, non quòd tenuis sit, & inornatus, sed quòd nihil habeat insolens & ineptum. Inornata verba. Horat.*de Arte*, Inornati capilli. Ouid.*5.Metam.*

Inōrnātē, aduerbium. {ἀκαλλωπίστως. GALL. Sans ornement. ITAL. Senza ornamento. GERM. Vngezierlich. HISP. No afeytadamente. ANGL. Note se trimmely.} Ad Herennium *lib. 4.* Hoc pacto non inordinatè poterimus & in laudando, & in lædendo, aut in corpore, aut in animo, aut in extraneis rebus dicere.

¶Inoris,e,&¶Inorus, Adiect. ἄστομος. Turpil. In acta cooperta age in oras ostreas.

¶Inoralicum, oculorum humor. Pap.

Impalam, apertè. Gloss. Isid.

Inopopularis, insitata, non popularis. Idem.¶

Inpŏstĕrum, Deinceps. {τὸ λοιπόν, τὸ ἐπιλοιπον, εἰς τὸ ὕστερον. GALL. A l'aduenir par cy apres. ITAL. Per l'auenire. GERM. Fürthin / für diss mal hin. HISP. De aqui adelante. ANGL. Heareafter, after warde.} Vide *Posterus.*

Inprimis, vel In primis, deducit Diomed. *lib. 1.* à Græco ἐν πρώτοις, vnde & vox gallica (*en preu*) formata videtur: dicunt enim GALL. *En preu vn, deux, trois.* Duæ partes sunt, positæ loco aduerbij ordinis, quæ idem valent, quod ante omnia, præcipuè, præ cæteris. {בראשונה *barischonáh.* ἐν τοῖς πρώτοις. GALL. Premierement, en premier lieu. ITAL. In prima. GERM. Vorauss / fürnemlich. HISP. Primeramente. ANGL. First, speciallie.} Salust. Quæ quidem res in primis mihi videtur caussa fuisse facinoris maturandi.

Inquam, vide *Inquio.*

Inquantum, aduerbium, Tantumquantum. {ἐφ' ὅσον, ἐφ' ὅσον. GALL. Autant que. ITAL. Inquanto. GERM. So vil als/ober so fast als. HISP. Tanto como. ANGL. So much as.} Plin. *in Epistol.* Quæ, vt domus ipsa, peribunt, à me tamen inquantum potuerit, requirentur. Seneca *Epist. 125.* Rationem tu ad summum educa, in quantum potest plurimum crescere. ¶ Inquantumcunque, apud eundem Senec. *de tranquillitate vitæ*, Inquantumcunque illa vel numero, vel magnitudine creuerunt, eiusdem naturæ erunt. Idem *cap.7. de consol.ad Polyb.* In quantum modò hominis est. Quintil. *cap.1. lib. 2.* In quantum maximè potest, Velleius, Infantium, Inquantum. Idem, Inquantum admissum fores, æstimabant.

¶Inque, vide *Inquio.*¶

Inquĭēs, etis, generis omnis, pro Inquietus, a, um, quod caret quiete. {חרד *charédh.* ἀτρεμής, ἄνεως, οὐχ ἡσυχάζων, ἀνήσυχος. GALL. Qui n'a point de repos. ITAL. Inquieto. GERM. Vnrüwig. HISP. Cosa sin holgança. ANGL. Vnquiet, without rest.} Salust. *lib.1. Historiarum.* Humanum genus inquies, atque indomitum. Plinius *in præfatione naturalis historiæ*, Iam sibi satis gloriæ quæsitum, & potuisse se desinere, ni animus inquies pasceretur opere. Apul. *lib.1.* Quæ contentione & inquieti procacitate præditus alinus. Velleius vir inquies.

Inquĭēs, substantiuum fœminin. generis, Inquietudo, solicitudo, Requies. {חרדה *charadháh.* ἡ οὐκ ἠρεμία, ἀδημονία, ταραχή. GALL. Faute de repos. ITAL. Mancamento di riposo. GERM. Vnrüw. HISP. Aquella no holgança. ANGL. Vnquietenesse.} Plin. *lib.14.cap.22.* Furiales somni, & inquies nocturna. Gell.*lib.39. cap.9.* Vt interea labor hic vigiliarum & inquies suauitate paulisper vocum, atque modulorum acquiesceret.

Inquĭēto, as, Turbo, quietem agere non permitto. {החריד *hecheridh.* ἐνοχλέω. GALL. Trauailler & molester, tourmenter. ITAL. Inquietare, turbare. GERM. Vnrüwig machen. HISP. Molestar ò perturbar. ANGL. To trouble to disquiet.} Suet. *in Aug.cap.53.* Ne quem officij caussa (id est, honoris sibi habendi) inquietaret. Idem *in Neron.cap.34.* prætereuehentes inquietarent. Eius pallium, apud eundem Suet. *in Calig.cap.26.* Inquietatus fremitu, &c. Et *cap.55.* Ne inquietaretur (sup. equus cui nomen Incitatus erat.) & *ibid.cap.59.* Custodes vmbris inquietatos. Item Senec. *ad Polyb.cap.9.* Non inquietabit eum leuitas fortunæ. Idem *cap.17. de consol.ad Mart.* Inquietare se & alios. Col.*lib.9.* Ne incubantes nutrices ab aliis auibus inquietentur.

Inquĭētūdo, inis, Turba, priuatio quietis. {חרדה *charadháh.* ταραχή. GALL. Inquietude, faute de repos, trauail, molestie. ITAL. Inquietudine, perturbatione. GERM. Vnrüw. HISP. Aquella no holgança. ANGL. Vnquietenesse, trouble.} Senec. *de benefic. lib.2. cap.8.* Tametsi inquietudinem Tiberius, ne hoc quidem modo quo putabat, potuit effugere.

Inquĭētātŭs, a, um, Molestatus, turbatus. Suet. *in Calig.cap.26.* Inquietatus fremitu, gratuita in circo loca de media nocte occupantium, omnes fustibus abegit.

Inquĭētŭs, adiect. ✠Quietus. {חרד *charédh.* ἄνεως, οὐχ ἡσυχῆς, ἀνήσυχος, ἀνήσυχος. GALL. Qui n'a point de repos. ITAL. Inquieto, senza riposo. GERM. Vnrüwig. HISP. Cosa sin holgança. ANGL. Vnquiet, at no rest.} vt, inquietus animus: hoc est, turbulentus, Liu.*1.ab Vrb.* Inquietus homo & ad Tribunatum spirans. Idem *3.ab Vrbe.* Præcordia inquieta, Horat. *Epod.5.* Inquieta prouincia. Suet.*in Tib.cap.9.* Inquieta eorum inertia. Senec.*cap.12. de tranquill.*

Inquĭētātĭo, nis. {חרדה *charadháh.* ἀνησυχία, ἐνόχλησις. GALL. Trauail, faute de repos. ITAL. Trauaglio, mancamento di riposo. GERM. Vnrüw. HISP. Aquella no holgança, trabajo. ANGL. Lack of rest, trauell.} Liu.*2. bell. Pun.*

Inquĭētissĭmŭs, superlat. Spartianus *in Suetonio*, Saturninus oriundus fuit Gallis ex gente hominum inquietissima, & auida semper vel faciendi principis, vel imperij.

Inquĭlīnŭs, i, ex in & colo, Qui in alieno & priuato habitat: propriè tamen in conducto, siue in vrbe, siue ruri, vt inquit Valla *lib.4.* {תושב גר *toschab ghér.* ἔνοικος, ἐνοικιστής, μέτοικος. GALL. Locatif, ou locager. ITAL. Chi tiene casa à fitto. GERM. Ein haussmitt der in einem frömbden hauss vmb den zins wohnt. HISP. El que mora en casa ò habitacion alquilada. ANGL. A tenant.} Sueton. *in Claud.* Partem etiam census omnes ordines conferre iussit, & insuper inquilinos priuatarum ædium, atque insularum, pensionem annuam repræsentare fisco. Cic.*2.Philipp.* At verò te inquilino (non enim domino) personabant omnia vocibus ebriorum. Inquilini etiam interdum dicuntur, qui in eiusdem habitant ædibus. Martial. *lib. 1.*

Vicinus Nouio vel inquilinus

Sit, siquis Nouium videre non vult.

Vide etiam in verbo *Incolo*, is.

Inquĭno, as, à κοινόω, siue κοινῶ. hinc primò quino, postea inquino. Maculo, deturpo, conspurco, fœdo, contamino. {טנף *tinnéph* טמא *timmé.* κοινόω, μολύνω. GALL. Souiller, honnir, salir. ITAL. Macchiare, imbruttare. GERM. Verunsauberen/beflecken/verunreinigen. HISP. Ensuziar, ò manchar. ANGL. To defile, to pollute, to foyle.} Horat. *lib. 1. Serm.*

Mentiar at siquid, merdis caput inquiner albis Coruorum.

Cicer. *1.Tuscul.* Quibus cæcati velut domesticis vitiis, atque flagitiis sese inquinassent. Plaut. *Pseud. sc.1. a. 5.* Inquinaui pallium temerè. Senec. *Epist.60.* Non inquinati, sed infecti sumus. Plaut. *Capt.sc.1.a.2.* Ne id Inuoluere iniicere voluit, (tonsor sup.) vestem vt ne inquinet. Idem *Milit. sc. 3. act. 2.* Manus tam sunt inquinatæ, quia ludo luto. Metaph. Fit autem à conio, is, vt inquit Festus. Cunire verò est stercus facere.

Inquĭnātŭs, a, um, Fœdatus, contaminatus, pollutus. {נטמא *nitmá* מטנף *mettunnáph.* μεμολυσμένος, κεκοινωμένος. GALL. Souillé, honni. ITAL. Macchiato, imbruttato. GERM. Beflecket/verwüst/vnsauber. HISP. Ensuziado ò manchado. ANGL. Defiled, polluted, foyled.} Cic. *de Arusp. resp.* Fœdior atque inquinatior. Idem *pro Flacc.* Nihil enim illo inquinatius. Sordidissima & inquinatissima ratio. Cic.*2.Offic.*

Inquĭnātē, aduerbium, Sordidè, turpiter. {μεμολυσμένως, μιαρῶς. GALL. Ordement, salement, vilainement. ITAL. Lordamente, sporcamente. GERM. Vnsauberlich vnflätlich. HISP. Suziamente. ANGL. Filthily.} Cic. *de clar. Orat.* Itaque diligenter loquendi laude caruit, neque tamen est admodum inquinatè locutus.

[illegible] a, i, Sordes & immunditia. {[illegible] *tumeáh*. [illegible]. [illegible] *Saleté*. Ital. *Sporcitia*. Germ. Unsauberkeit. Hisp. *Suziedad*. Angl. *Filthe crâure*.} Gell. 2. c. 6. Cuius [illegible] multo, assiduóque vsu totum verbum ita contaminatum [illegible] de te nulla alia, quàm de inquinamentis solis dici [illegible].

Inquio, vel inquam, inquis, inquit, defectiuum est, Dico, aio, affirmo. {[illegible] *amár*. Φημί. Gall. & Ital. *Dire*. Germ. Ich sag oder sprich. Hisp. *Dezir*. Angl. *To say*.} Cic. *lib.* 1. *de Orat.* Aucupari verba oportebit, inquio: vt ea quæ sunt frigidiora vitemus. Pers. *Satyr.* 1. Hoc iuuat hic, inquis, vero quisquam faxit oletum. Iuuen. *Satyr.* 3. quando artibus inquit, honestis Nullus in vrbe locus. Plaut. *Mil. sc.* 2. *a.* 2. Hiccine est Achilles, inquit, tibi. Cic. *in Verr.* Vbi sunt l'amphile (inquiunt) scyphi? Idem 2. *de Orat.* Tu verò, inquisti, molestus non eris. Idem 4. *Verr.* Ergo, inquiet aliquis, donauit populo Syracusano illam hæreditatem. Plaut. *in Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Ius bonum erat Pseudolus, Dabo, inque, (dic,) Terent. *in Heaut.* Eccum, me, inque. Autor ad Herenn. *lib.* 4. Quid enim tibi vis, aliquis inquit? Plaut. *in Aulul.* Nunc quæ res tibi, & gnatæ tua Bene, feliciterque vortat, ita dij faxint, inquito. Hæc sunt ferè quæ in vsu sunt verbi inquio. ¶ Inquam, verbum est defectiuum, idem significans quod dico. Ter. *in Andr.* Matura. DAV. Iam, inquam, hic adero. Plaut. *in Capt.* Quis agit hoc? quis profitetur, inquam? quasi muti silent. Ouid. 13. *Metam.* His humeris, his inquam humeris. Plaut. *Pseud. sc.* 4. *a.* 2. Egone? Tute Ego? P. Ipsus, inquam. Idem *Capt. sc.* 4. *a.* 3. Te Philocratem esse ais? Ego inquam. Idem *Men. sc.* 1. *a.* 2. Tun' vidisti Egomet inquam, Certe. Certè inquam. Idem *Men. sc.* 5. *a.* 5. Quid ego dixi? Insanis inquam. Egóne?

Inquiro, is, Inuestigo, exquiro, expiscor, percontor: quasi intus quæro. {[illegible] *chakár* [illegible] *derásch* [illegible] *chaphasch*. ἐξετάζω, ἀνζητεῖν. Gall. *Cercher, enquerir, s'en enquester, s'informer*. Ital. *Cercare, inuestigare*. Germ. Fleissig nachsuchen, nachforschen. Hisp. *Buscar*. Angl. *To searche, to inquire or demaunde*.} Cic. 1. *Offic.* Peregrini autem atque incolæ officium est, nihil præter suum negotium agere, nihil de alieno inquirere, minimeque esse in aliena Rep. curiosum. ¶ Inquirere quod vulgò, dicunt, *facere informationem*, Cic. 6. *Verr.* Nimirum, didici etiam dum in istum inquiro, artificum nomina. ¶ Inquirere in patrimonium & vasa, hoc est, patrimonij & vasorum pretium sciscitari. Senec. *lib.* 1. Sed nomina facilius diligentes in patrimonium & vasa debitoris inquirimus. Sic etiam accipiendum est illud Ouidij, Filius ante diem patrios inquirit in annos. Plaut. *Amphit.* Inquire aliunde, vide quid fiet. Idem *Milit. sc.* 6. *a.* 2. Vise an domi siet. S. Licétne? P. Inquirere iubeo, & placidè noscita. ¶ Inquisitus, a, um, idem *Amphitr.* Certum est istam inquisitam non amittere. Item, Me mortuum satius est quàm hanc quæstionem inquisitam amittere.

Inquisitius exactiúsque. Gell. *cap.* 3. *lib.* 1.

Inquisitio, nis, Inuestigatio. {[illegible] *cheker*. Διερεύνησις. [illegible]. Gall. *Cherchement, enqueste, information*. Ital. *Inquisitione, informatione*. Germ. Nachsuchung, erforschung. Hisp. *Busca, informacion, inquisicion*. Angl. *A search inquisition*.} Cicer. 1. *Offic.* In primisque hominis est propria veri inquisitio, atque inuestigatio. ¶ Inquisitio, pro *informatione* quam vocant. Cic. 4. *Verr.* Ecquem existimatis vnquam vlla in prouincia reum [illegible] contra inquisitionem accusatoris, tantis opibus tanta cupiditate esse defensum? Idem *pro Mur.* Inquisitio candidati prænuntia repulsæ.

Inquisitor, is, qui inuestigat. {[illegible] *dorésch* [illegible] *chokér*. ἐξεταστής. Ζητητής. Gall. *Cercheur, enquesteur, inquisiteur*. Ital. *Cercatore, inquisitore*. Germ. Ein nachforscher, nachgrunder. Hisp. *Buscador, inquisidor*. Angl. *A searcher, or an inquireth*.} Plin. *lib.* 8. *cap.* 49. Scrutatur vestigia atque persequitur, comitantem adferam inquisitorem loro trahens. ¶ Inquisitor, cuius est inquirendi munus. Idem *epist.* 9. Norbanum Licinianum legatum & inquisitorem reum postulauit.

[Inradiat, denigrat. Gl. A. L.]

Inrecogitatio, incogitantia, sine inconsiderantia quo posteriori vocabulo Tranquillus etiam vtitur *in Claudio Cæsare*. Tertull. *in Exhort. ad cast.* Adde quòd & hæc ipsa huius consilij interiectio qua irrecogitationem excessus sui passa.

[Inrectum, falsum. Gl. A. L.]

Inreligiosè. Tacit. *lib.* 2. Inreligiosè dicere de aliquo.

[Inreposcibile, irreposcibile, quod reposci nequit. Sidon.]

Insalubris, e, Minimè sanus. Salubris. {ἀνώδης. Gall. *Mal sain*. Ital. *Non sano*. Germ. Ungesund. Hisp. *No sano, no saludable*. Angl. *Vnholesome*.} Plin. *lib.* 18. *cap.* 5. Neque fœcundissimis locis insalubrem agrum parandum. Colum. *lib.* 1. *cap.* 14. M. Attilius Regulus dixisse memoratur, fundum sicut ne fœcundissimi quidem soli, quum sit insalubris: ita nec effœti, si vel saluberrimus sit, parandum.

Insalutatus, a, um, Non salutatus. {ἀπροσαγόρευτος. Gall. *Non salué*. Ital. *Non salutato*. Germ. Ungegrüsst. Hisp. *Non saludado*. Angl. *Not halsed*.} Vnde Insalutato hospite vulgò discedere dicuntur, qui clanculum se subducunt: quod facere solent ij, qui facinoris alicuius sibi conscij hospitis sui conspectum subterfugiunt.

Insanabilis, e, Incurabilis, quod sanari non potest. {ἀνίατος, ἀθεράπευτος. Gall. *Incurable, qu'on ne peut guerir*. Ital. *Che non si può sanare*. Germ. Unheilsam. Hisp. *Cosa que no se puede sanar*. Angl. *That can not be healed, vncurable*.} Cic. *pro Sestio*, Ego verò, si mihi nei petendum fuisset, ac non accipienda plaga mihi insanabilis illa mortifera, quam Reipub. imposuissem.

Insanus, Stultus, & mente non bene constitutus. {[illegible] *holél* [illegible] *meschuggáh*. [illegible], μανιώδης. Gall. *Insensé, hors du sens, phrenetique*. Ital. *Pazzo*. Germ. Unsinnig, taub. Hisp. *Loco*. Angl. *Madde, woode*.} Te. *in Eunuch.* Scit uti heri de hominem hic bonanes protinus ex stultis insanos facit. Plaut. *Aulul. sc.* 4. *a.* 2. Nimis ego stulta, quæ cum insano fabulem. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 2. Insanum esse te certò scio qui mihi molestus homini ignoto. *Ibid. sc.* 4. *a.* 1. Hæc insana mulier (ante certò) Idem *Amph.* Ex insana insanorem facies. Idem *Curc. sc.* 5. *a.* 1. Sed totum insanum amare, hoc est, quod herus fecit. Sueton *in Neron. cap.* 21. Insanum Herculem cantare (id est, furentem.) ¶ Interdum Insanus magnus dicitur. Virg. 9. *Eclog.*

——— *insani feriant sine littore fluctus.*

Insanum studium equorum, amorum, &c. id est, immodicum, ἐμμανία, ἐμμανής. ¶ Insanæ vites, id est, triferæ, Plin. dicuntur *lib.* 16. *cap.* 27. Vites quidem & triferæ sunt, quas ob id insanas vocant, quoniam in iis alia maturescunt, alia turgescunt, alia florent. ¶ Sunt qui existimant insanum aliquando accipi pro bene sano, vt in particula intendendi vim habeat, sicut in dictione infractus & inclytus, citántque illud Persij ex *Satyr.* 3.

——— *& insano multum laudanda magistro.*

Insana, æ, insquinantus, altercum, ὑοσκύαμος. Serenus Sammonicus *cap. de mamma*, Et quæ vulgari sermone Insensa vocatur, Græcos Lyrosçyamon propria ferto dicere lingua.

Insanè, aduerbium, Vehementer, propterea quòd insani omnia vehementer faciunt, inquit Varro, neque rei alicuius seruant modum. {ἐμμανῶς, ἀνοήτως. Gall. *Enragement, en folie*. Ital. *Pazzamente*. Germ. Unsinniglich. Hisp. *Locamente*. Angl. *Madlie, lyk a woode man*.} Plaut. *Milit. sc.* 1. *a.* 1. Esuriens insanè benè.

Insaniter, idem apud Pomponium.

Insania, Dementia, stultitia. {[illegible] *holeláh* [illegible] *schigghabón*. μανία, Gall. *Maladie quand on est hors du sens, folie, phrenesie*. Ital. *Pazzia*. Germ. Unsinnigkeit, taube. Hisp. *Locura*. Angl. *Madenesse*.} Terent. *in Adelph.* Prò Iupiter, tu homo adiges me ad insaniam. Plaut. *Aulul.* Larua hunc, atque intemperiæ insaniæque agitant senem. Idem *Men. sc.* 5. *a.* 5. Priusquam percipit cum insania quid cessas dare potionis aliquid?

Insanio, is, iui, itum, A sanus compositum, est furere, vel insanum esse. {[illegible] *hischtagghghéah*. μαίνομαι, παραληρεῖν. Gall. *Estre insensé ou hors du sens*. Ital. *Impazzare*. Germ. Unsinnig oder taub sein. Hisp. *Enloquecer*. Angl. *To be mad or out of is witt*.} Terent. *in Adelph.* Minime miror qui insanire occipiunt ex iniuria. Plaut. *in Menæch.* Hei mihi, insanire me aiunt, vltrò quum ipsi insaniant. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 2. pariter petere amando video. Vterque insaniunt. Idem *Menæch. sc.* 1. *a.* 2. Insanit hic qui ipse maledicit sibi. *Ibid. sc.* 2. *a.* 5. Quando me insanire prædicant, Insanire me adsimulem. *Ibid.* Hei mihi insanire me aiunt cum ipsi insaniunt. *Ibid. sc.* 5. *a.* 5. Insanire occœptat primulum. *Ibidem sc.* 5. *a.* 5. Qui me vi cogunt vt validiùs Insaniam. *Ibid sc.* 5. *a.* 2. An qui me perperam insanire aiunt ipsi insaniunt. Serio insanire, μετ' ἀνδρείας μαίνεσθαι, Hippocr. Gell. *lib.* 3. *cap.* 18. Neque ignorare oportet, lenitatem esse morbum cum risu, quàm seriò insanientium. ¶ Quandoque est carmen condere. Virg. 3. *Eclog.* Insanire libet. Nam insani, ἐνθεοι dicuntur, id est, Deo pleni. Seruius.

Insanitas, atis, Insania. {[illegible] *holelúth* [illegible] *schighghabon*. μανία, παράνοια. Gall. *Folie, rage*. Ital. *Pazzia*. Germ. Unsinnigkeit, ungesundheit. Hisp. *Locura*. Angl. *Madnesse*.} Cic. 3. *Tusc.* Insipientia autem quasi insanitas, eademque dementia.

[Insapiens, ἄφρων. Gloss. vsitatè dicimus *insipiens*.]

Insatiabilis, e, Insaturabilis, inexaturabilis, quod satiari non potest. {ἀπληστος. Gall. *Insatiable, qu'on ne peut saouler ne rassasier*. Ital. *Non satiieuole, che non si può satiare*. Germ. Unersettlich. Hisp. *Cosa que no se puede hartar*. Angl. *Vnsatiable, that can not be filled or satisfied*.} Insatiabilis cupiditas. Cicer. 1. *Tusc.* & 1. *de finib.* Insatiabilis voluptas. Idem 4. *de fin.* Insatiabilis animus, Liu. 4. *ab Vrbe*.

Insatiabilitas, atis. Plaut. *Aul. sc.* 5. *a.* 5. Quorum animis auidis, atque insatiabilibus lex non potest capere modum.

Insatiabiliter, aduerb. {ἀπλήστως. Gall. *Insatiablement*. Ital. *Insatiabilmente*. Germ. Unersettlich. Hisp. *No se podiendo hartar*. Angl. *Vnsatiably*.} Plin. *in Epist.* Quos ego quum recordor in te inani, frigida assidua, tam insatiabiliter desidere, &c.

Insatiuus, a, um, quod non seritur, quod sponte prouenit. {ἀσπορος. Gall. *Qui ne se seme point*. Ital. *Che non si semina*. Germ. Ungeseet, das von im selbs wächst. Hisp. *Cosa que no se siembra*. Angl. *which is not sowen*.} Plin. *lib.* 19. *cap.* 12. Hoc insatiuum rumex vocatur, nascitúrque fortissimum.

Insaturabilis, e, Insatiabilis, quod saturari non potest. {ἀκόρεστος, ἀπληστος. Gall. *Qu'on ne peut saouler & rassasier*. Ital. *Che non si può satiare, insatieuole*. Germ. Unersettlich. Hisp. *Cosa que no se puede hartar*. Angl. *That can not be filled*.} Cicer. *pro Sestio*, Libellis etiam pro vino sæpe oppignerabantur: manebat insaturabile abdomen, copiæ deficiebant.

Insaturabiliter, aduerb. {ἀκορέστως. Gall. *Sans se saouler & rassasier*. Ital. *Senza satollarsi*. Germ. Unersettiglich. Hisp. *No podiendose hartar*. Angl. *Vnsatiable*.} Cic. 2. *de nat. deor.* Ex se enim natos comesse fingitur Saturnus, quia consumit ætas temporum spatia, annisque præteritis insaturabiliter expletur.

Inscendo, is, Ascendo, conscendo, supra scando. {[illegible] *haláh*. ἐμβαίνω. Gall. *Monter sur quelque chose*. Ital. *Ascendere, montar suso*. Germ. Hinauffzgen, hinauff. Hisp. *Subir arriba*. Angl. *To go up upon any thing*.} Plaut. *in Amph.* Quadrigas si nunc inscendas Iouis, Atque hinc fugias. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 5. Currum inscendere. Mox, Ascendo in currum. Idem *Mil. sc.* 2. *a.* 2. Inscendere nauem vt ad herum nunciem. Idem *Aul. sc.* 3. *a.* 4. Inscendam in aliquam arborem, inde obseruabo. Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 3. Inscende actutum (sup. equum his.) *Ibid. sc.* 1. *a.* 4. Cùm surgat non in lectum inscendat proximum. Gell. vsus est inscendere: ita cum ait *lib.* 5. *cap.* 2. de Bucephalo Alexandri equo, Haud vnquam sese ab alio inscendi, nisi à rege passus est.

[Inscensor, qui nauem inscendit, miles classiarius. ἐπιβάτης.]

Insciens, tis, adiect. Ignarus, inquit Donatus. {[illegible] *schógghéh*. ἀγνώς, ἀμαθής. Gall. *Qui n'en sçait rien, ignorant du fait*. Ital. *Ignorante*. Germ. Unwissend. Hisp. *Cosa necia o no sabidora*. Angl. *Not witting, no thinking on that he doeth*.} Plaut. *in Trin.* Me absente, atque insciente, inconsulto meo, Ædes venales haice inscribit literis. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 3. peccauí insciens. Liu. *lib.* 7. *ab vrb.* Inscientibus cunctis quid facere. Terent. *in Heaut.* Si peccaui mi Chreme, insciens feci. CH. Id equidem ego, etiam si tu negas, certò scio, Te inscientem atque imprudentem dicere ac facere omnia.

Inscientia, æ, Ignorantia, inscitia. {[illegible] *schegghaghah*. ἄγνοια. Gall. *Ignorance, faute de sçauoir*. Ital. *Ignoranza*. Germ. Unwissenheit. Hisp.

Hisp. *Necedad ò no sabiduria.* Angl. *Vnskilfulnesse, ignorance.*} Cic. *pro Syl.* Vos denique in tantis tenebris erroris & inscientiæ clarissimum lumen prætulistis menti meæ. Idem 1. *Acad.* Sed inter scientiam & inscientiam comprehensionem illam quam dixi collocabat. ¶ Idem *in Acad. Quæst.* Quam rationem, inquit, maluerunt deinde teneri si sciens falleret, quòd inscientia multa versaretur in vita. Tacit. *in Dial. Oratorum,* Sed & desidia iuuentutis, negligentia parentum, & inscientia præcipientium & obliuione moris antiqui.

Insciēntĕr, aduerbium, Inscitè, ineptè, indoctè. {בשגגה *bischghagháh.* δι' ἄγνοιαν. Gall. *Ignoramment.* Ital. *Ignoramente.* Germ. Vnwissentlich. Hisp. *No sabiamente.* Angl. *Ignorantlie.*} Cic. *in Topic.* Partitione autem sic vtendum est, nullam vt partem relinquas: vt si partiri velis tutelas, inscienter facias, &c.

Inscītŭs, a, um, non scitus, inelegans, & malè compositus. {ἄμουσος. Gall. *Sot, lourd, de peu d'esprit.* Ital. *Inelegante, mal composto.* Germ. Vngeschickt/vnfdunend. Hisp. *No pulido, mal compuesto.* Angl. *Euill fashioned, foolish.*} Plaut. *Men. sc. 4. a. 2.* Sed ego inscitus, qui hero pustulem moderari. Idem *Mostell. sc. 4. a. 1.* Inscita ecastor tu quidem es. Suprà, stulta. Idem *in Menæch. sc. 4. a. 2.* Mulier hæc inscita est, & stulta quantum perspexi modò.

Inscītē, Imperitè, incomptè, impolitè, ineleganter, ineptè, indoctè. {ἀμαθῶς, ἀπαιδεύτως. Gall. *Sottement, lourdement, sans iugement.* Ital. *Lordamente, senza giuditio, goffamente.* Germ. Vngeschicktlich/vnuerstendiglich/onfeny. Hisp. *No sabia y ignorantemente, sin juyzio.* Angl. *without iudgement, fashion, or order.*} Plaut. *in Trin.* Si quid scis me fecisse inscitè, aut improbè, si id me Non accusas, tute ipse obiurgandus es, scio.

Inscītĭă, Ignorantia, imprudentia, inscientia. {שגגה *schegaghah.* ἀμαθία, ἀπειρία. Gall. *Ignorance, faute de sçauoir.* Ital. *Ignoranza.* Germ. Vnwissenheit/vnkennenheit. Hisp. *Necedad, no sabiduria.* Angl. *Ignorance, vnskilfulnes.*} Plautus *in Curcul. sc. 3. a. 1.* Heus tu mulier, malè mereri de immerente, inscitia est. Ter. *in Heaut.* O Iupiter tantam inesse animo inscitiam! Plaut. *Milit. sc. 6. a. 2.* Ignoscas meæ inscitiæ & stultitiæ.

Inscĭŭs, Nescius, imprudens, non sciens. {שוגג *schoghégh.* ἀνεπιστήμων. Gall. *Qui n'en sçait rien, ignorant du fait.* Ital. *Che non sà, imprudente.* Germ. Vnwissend/vnwissende. Hisp. *Necio, ò no sabidor.* Angl. *Ignorant, vnwitting.*} Cic. 4. *Acad.* Quam si subtraxeris, qui distingues artificem ab inscio? Idem 5. *de fin.* Nec verò sum inscius esse vtilitatem in historia, non modò voluptatem. Inscia ac temeraria turba. Liu. 4. *bell. Pun.* Ouid. *Eleg. 1. lib. 2. Trist.*

Inscius Actæon vidit sine veste Dianam.

Ibid. Eleg. 5. lib. 3.

Inscia quod crimen viderunt lumina plector.

Inscĭē, vt inscitè, inscienter. Apul. Inscitissimè, ἀμαθέστατα. Gell.

Inscrībo, is, Libro, vel alij alicui rei nomen, siue titulum indo, literas impono. {כתב *chathàb.* ἐπιγράφω. Gall. *Escrire ou engrauer en ou sur quelque chose, intituler.* Ital. *Soprascriuere.* Germ. Einschreiben. Hisp. *Intitular poniendo titulo, sobrescriuir.* Angl. *To intitle, to write in or vpon any thing.*} Cicer. 1. *Tusc.* Quid nostri philosophi, nónne in his ipsis libris quos scribunt de contemnenda gloria, sua nomina inscribunt? Idem Cassio, in statua quam posuit in rostris, inscripsit, Parenti optimè merito. Apud Plaut. verberare, στίζειν, ἐπιγράφειν. Idem Corpus tuum virgis vlmeis inscribam, id est, insigniam. Inscribere, aliquando ponitur pro Subscribere actioni, id est, suum nomen accusationis libello addere. Vnde libelli Inscriptionum. *l. 3. de accusat. l. 3. qui accus. non poss.* Hotomanus. Tibull. *lib. 4.*

Vt nostrum tantis inscribam nomen in actis.

Gellius *cap. 3. lib. 5.* Cuius nomen Plato illi libro inscripsit. Senec. *cap. 12. de vita beata,* Inscribit sapientiam vitiis suis id est, prætexit nomen.

Inscrīptŭs, a, um, Non scriptus, in scripta non relatus. {ἄγραφος. Gall. *Qui n'est point escrit.* Ital. *Non scritto.* Germ. Vngeschriben. Hisp. *No escrito.* Angl. *That is not written.*} vt apud Varr. *lib. 2. cap. 1.* Itaque greges ouium longè abiguntur ex Apuleia in Samnium æstiuatum, atque ad publicanum profitentur, ne si inscriptum pecus pauerit, lege Censoria committat mulctam. Quint. *lib. 3. cap. 8.* Alia esse scripta, & alia inscripta. ἄγραφα. Ouid. 13. *Metam.*

Littera mediis inscripta est foliis.

De inscripto maleficio, vide Fabij declamationem 252. & 344.

Inscriptilis, e, Diomedes inscriptilis vox.

Inscrīptum, i, Breue quoddam in chartula scriptum, cuiusmodi solent dare Præfecti vrbium iis, qui merces exportant. {כתב *chetàb.* τὸ ἐπίγραμμα, τὸ σύγγραμμα. Gall. *Vn buletin, vn billet.* Ital. *Fede publica, passaporto, la bulletta.* Germ. Ein geschribner zedel. Hisp. *Letera del principe.* Angl. *A princes letter, a passporte.*} Lucil. Facit idem quod illi qui inscriptum è portu exportant clanculum, ne portorium dent. ¶ Inscriptum, pro inscriptione. Gell. *lib. 20. cap. vlt.* Quædam alia inscripta nimis lepida, multásque prorsus concinnitates redolentia.

Inscrīptĭo, Titulus, nota. {ציון *tsijún.* ἐπιγραφὴ, ἐπίγραμμα. Gall. *Escriteau, inscription, titre.* Ital. *Sopra scrittura.* Germ. Ein vberschrifft/zedel. Hisp. *Sobre escritura, titulo.* Angl. *A title or inscription.*} Plinius *lib. 29. cap. 1.* Hinc illa infelicis monumenti inscriptio Turba se medicorum periisse. Velleius, Inscriptio templi ac fixa posti tabula id testatur.

Inscrīptūră, æ, pro ipsa inscriptione, siue nota impressa alicui rei. Tert. *aduersus Valent.* Nobis enim inscriptura huius seminis.

‖Inscrutor, ἐξερευνῶ. Macrob. *Sat. lib. 7. 1.* Nam si Homeri latentem prudentiam inscruteris altiùs.‖

Inscŭlpo, is, psi, ptum, à scalpo compositum est, teste Diomede, non à sculpo, quod latinum esse negat, Incido, indo. {חקק *chakák* חרט *charàt* פתח *pittách.* ἐγγλύφω. Gall. *Entailler, engrauer.* Ital. *Scolpire.* Germ. Eingraben. Hisp. *Esculpir.* Angl. *To carue in or engraue.*} Mutatur autem prima vocalis in vltimam, quemadmodum in compositis verbi Calco, inculco, conculco, & proculco. Vnde geminam scalpeam contendit dicendum, non sculptam. Est autem insculpere, incidere aliquid in ære, in argento, in marmore, in gemma, & simili materia. Cicer. *de Diuin. 2.* Itaque perfracto saxo sortes erupisse in robore insculptas priscarum literarum notis. ¶ Per metaphoram dicimus aliquid insculptum esse in animo, quod ita memoriæ animóque nostro impressum est, & infixum, vt facilè excidere non possit. Idem 1. *de nat. deor.* Omnibus enim innatum est, & in animo quasi insculptum, esse deos.

Insĕco, as, are, Seco, siue intus seco. {גזר *ghazár* בתר *bittér.* ἐντέμνω, ἐγκόπτω. Gall. *Couper, tailler.* Ital. *Tagliare.* Germ. Einschneiden/aufschneiden. Hisp. *Cortar.* Angl. *To cutte.*} Liu. *lib. 8. bell. Macedon.* Sed non tam patentibus plagis mouentur: interdum insecta cute, vbi latior, quàm altior plaga est etiam gloriosiùs se pugnare putant. Colum. *lib. 12. cap. 47.* Quidam oliuam non contendunt, sed acuta arundine insecant. Idem *lib. 4. cap. 5.* Sequente deinde anno insecatur superior pars curuaturæ, vsque ad medullam. Gell. *cap. 10. lib. 10.* Insecta & aperta corpora quas ἀνατομὰς dicunt.

Insecenda, quid Catoni, & vnde. Vide apud Gellium *cap. 9. lib. 18.* Ioann. autem Passeratio interprete, significat dicenda, siue narranda. Vide infrà *Insequi.*

Insĕctă, Animalcula sunt partim terrestria, vt scolopendræ, stelliones: partim volucria, vt apes, vespæ: partim cum vtroque participantia, vt formicæ: partim pennis & pedibus carentia, vt tineæ quæ in homine nascantur. {ערב *hereb.* ἔντομα. Gall. *Petites bestes qui n'ont point de sang.* Ital. *Picciole animali che non hanno sangue.* Germ. Allerlay kleine thierlin so zwischen dem haupt vnd brust / oder zwischen der brust vnd dem bauch stehen als ob sie zerschnitten weren als fliegen/ &c. Hisp. *Los animales ceñidos.* Angl. *Litle beastes without bloude.*} Aristot. Dicta insecta ab incisuris, quæ nunc ceruicum loco, nunc pectorum sunt, atque alui. Hæc Albertus Magnus appellat annullata. Vide plura de his apud Plin. *lib. 11. cap. 1.*

Insĕcābĭlĭs, e, indiuiduum, quod secari ac diuidi non potest, quales sunt atomi. {ἄτμητος. Gall. *Qu'on ne sçauroit couper ne diuiser.* Ital. *Che non si può tagliare.* Germ. Vnzerschneidig. Hisp. *Cosa que no se puede cortar.* Angl. *That can not be cutt or deuided.*} Quint. *lib. 2. c. 17. &* *cap. 3. lib. 3.* Ne hi quidem qui ignem, aut aquam, aut quatuor elementa, aut corpora insecabilia esse, ex quibus res omnes initium duxerint, tradunt.

Insecus, ἐκ πλευρᾶς. Gloss. ab in & secus, i. e. iuxta.

Inseque pro dic: quasi inque: vnde insexit, id est, dixit. Rutgers.

Insicia, Obsonij genus est, ex insecta carne confectum: vnde & nomen profluxit. Varr. *lib. 4. de L. L.*

Insēdātŭs, a, um, non sedatus, turbulentus, commotus, implacatus, impacatus. {חרד *charédh.* ἀκατάπαυστος, ἄσηλ. Gall. *Qui n'est point posé ne rassis.* Ital. *Non acquetato, commosso.* Germ. Vngestillt/vnruwig. Hisp. *No assossegado.* Angl. *Vnquiet, troblous.*} Cicer. *in Partit.* Simúlque altitudo animi in capiendis incommodis, & maximè iniuriis, & omne quod est eius generis graue, insedatum, turbulentum, ἀκατάπαυστος, ἀθόρυβος.

Insēdābĭlĭs, e, quod sedari non potest: vnde aduerbium insedabiliter. Lucr. vsus est *lib. 16.* Insedabiliter sitis arida corpora mersans.

Insēmĭno, as, are, Insero, implanto. {ἐμφυτεύω, ἐμφυτεύω. Gall. *Semer.* Ital. *Seminare.* Germ. Einsäyen. Hisp. *Sembrar.* Angl. *To sowe.*} Gell. *lib. 19. c. 5.* Qui aquam niualem frugibus sanè & arboribus fœcundam diceret, sed hominibus potu nimio insalubrem esse, tabem & morbos sensim atque in diem longam visceribus inseminare.

‖Insemitario, ἀτραπία. Gloss. vbi non est semita. Gloss. ἀτραπία auria.‖

Insĕnēsco, is, ere, Immoror & quasi in aliqua re ætatem consumo. {ἐγγηράσκω. Gall. *Enuieillir, deuenir vieil.* Ital. *Diuenir vecchio in qualche negotio.* Germ. Etwarob veralten. Hisp. *Enuejecerse.* Angl. *To waxe old or spend his life in a thing.*} Quintil. *lib. 10. cap. 3.* Singulis actionum partibus insenescere. Tacit. *lib. 3.* Quum plerique iisdem negotiis insenescerent.

‖Insenescibilis, senectutis expers. Poll.‖

Insēnsĭbĭlĭs, e, quod sub sensum cadere non potest. {ἀναίσθητος. Gall. *Insensible.* Ital. *Insensibile.* Germ. Vnempfindlich. Hisp. *Cosa que no se puede sentir.* Angl. *Insensible.*} Gell. *lib. 17. cap. 10.* Inenarrabile esse ait, & propemodum insensibile.

Insēnsĭlĭs, e, idem. Lucr. *lib. 1.* necesse est Ex insensilibus tamen omnia confiteare Principiis constare.

Insĕpărābĭlĭtĕr, ἀχωρίστως. Macrob. *comment. lib. 1. cap. 22.* Quæ inseparabiliter inuoluta rerum necessitas in se vinxit.

‖Inseptum, non septum. Ponitur tamen & pro non ædificatum. Fest.‖

Insĕpultŭs, a, um, Non sepultus, inhumatus, indefletus. {ἄθαπτος. Gall. *Qui n'est point enseueli, ne enterré.* Ital. *Insepulto, non sepelito.* Germ. Vnbegraben. Hisp. *No enterrado.* Angl. *Vnburied.*} Cic. *in Catil.* Cerno animo sepultam patriam, miseros atque insepultos aceruos ciuium. Horat. *Epod. 5.*

Post insepulta membra different lupi,

Et exquilinæ alites.

Mors insepulta, vbi arcetur sepultura is, qui supplicio est affectus. Seneca *de tranquillitate vitæ cap. 14.* Minabatur Theodoro philosopho tyrannus mortem, & quidem insepultam.

‖Insequo. Fest. Inseque apud Ennium, dic. insexis, dixit. Gloss. Inseque ἔννεπε. Liuius Andronicus *initio Odyssea*: Inseque Musa virum mihi versutum. Simplex est *sequo*, pro sermocinor: de quo suo loco. Dicitur *insequo* pro *ἐννέπω*, Inseque Musa: vt apud Homer. *initio Odyss.*‖

Insĕquor, Sequor, subsequor. {הדביק *hidbik* השיג *hissigh.* ἀκολουθῶ, ἐφέπομαι. Gall. *Suiure, ensuiure, poursuiure.* Ital. *Seguitare, seguir dentro, perseguitare.* Germ. Nachfolgen/nacheilen. Hisp. *Seguir, perseguir.* Angl. *To follow after, to pursue.*} Virg. 1. *Æneid.*

Insequitur clamórque virûm, stridórque rudentum.

Cic. *de clar. Orat.* Hunc proximo seculo Themistocles est insecutus. Idem *in Orat.* Quinetiam postremam literam detrahebant, nisi vocalis insequebatur. ¶ Item ponitur pro persequi & insectari. διώκω. Cic. 2. *Phil.* Si tum occisus esset, quum tu illum in foro spectante popul. Rom. gladio stricto insecutus es. Virg. 1. *Æneid.*

Nunc eadem fortuna viros tot casibus actos

Insequitur: quem das finem rex magne laborum?

Cic. *pro Rosc. Amer.* Quid vis amplius? ecquid insequeris? quid oppugnas? Insequi clamore ac minis, idem *pro Cluent.* ¶ Insequi pro dicere, siue narrare, & insecenda, aliàs Insequenda, pro dicenda, narranda. Vide apud Gell. *cap. 6. lib. 18.*

Insĕquēns, participium. Consequens, sequens, cohærens. {ἐφεπόμενος, ἑπόμενος. GALL. *Ensuyuant.* ITAL. *Perseguitante.* GERM. Nachfolgend. HISP. *Persequidor, el que sigue.* ANGL. *That followeth.*} Cicer. *ad Octauium.* Quæ non insequens hora antecedente calamitosior pop. Romano illuxit? Insequens officium. De quo mox dicturi, aut deliberaturi sumus. Plancus *ad Senatum lib. 10. famil. Ciceronis*, Huic prius excusandum me esse arbitror, quàm de insequente officio quicquam vlli pollicendum. Velleius, Insequens Thessalus. (i. alter & posterior.)

Insĕquēntĕr, aduerb. Pro inconsequenter. {ἀνακολούθως. GALL. *Inconsequemment, mal à propos.* ITAL. *Senza proposito.* GERM. Auff das vorgehend nicht folgend. HISP. *No siguiendose.* ANGL. *Not to the purpose.*} Gellius *lib. 10. cap. 20.* Obscurè & insequenter particula illa posita.

Insectŏr, aris, frequentatiuum, Insequor, persequor. {חירביק *hidbhik* שיגה *hissigh.* διώκω. GALL. *Poursuyure diligemment, & instamment.* ITAL. *Perseguitare attentamente.* GERM. Mit ernst nacheilen. HISP. *Perseguir mucho y con diligencia.* ANGL. *To follow or pursue diligentlie after a thing.*} Cicer. *pro Font.* Insector vltrò, atque insto accusatori iudices: insector, inquam, ac flagito testeis. Plaut. *in Capt. sc. 4. a. 3.* Nam istic hastis insectatus est domi matrem, & patrem. Gell. *cap. 9. lib. 2.* Non modò hæc non sectatur, sed etiam insectatur. ¶ Legitur etiam Insecto, sed apud vetustissimos duntaxat. Plaut. *in Capt. sc. 4. a. 3.* Iam illic nos insectabit lapidibus, nisi illum iubes Comprehendi. ¶ Insectari terram rastris. Virg. *1. Georg.*

Quod nisi & assiduis terram insectabere rastris.

Insectātĭo, nis, Criminatio, obtrectatio. {רדוף *ſigh.* δίωξις, ἐπίθεσις. GALL. *Poursuite, comme quand on mesdit d'aucun.* ITAL. *Il perseguitare con triste parole.* GERM. Verfolgung/durchächtung. HISP. *Aquella obra de perseguir con palabras iniuriosas.* ANGL. *Persueing or sclandering.*} Liu. *2. ab Vrbe.* Inde illam absentis insectationem esse natam, quòd morando spem destituerit.

Insectiones apud Gell. *cap. 9. lib. 18.* appellantur Sermones, siue narrationes. Vide suprà *insecenda.* Item, *Insequor.*

Insectātŭs, passiuè, διωχθείς. Hirt. *de bell. Afric.* Grauis enim armaturæ miles simulátque ab his insectatus constiterat, in eósque impetum fecerat, illi veloci cursu facilè periculum vitabant.

Insectāntĕr, aduerb. Infutiosè, ἐπιθετικῶς. Gell. *lib. 19. cap. 3.* Turpius esse dicebat Phauorinus Philosophus exiguè atque frigidè laudari, quàm insectanter & grauiter vituperari.

Inserenus, a, um, Non serenus, Nubilus. Stat. *1. Syl.*

Non tantis hyas inserena nimbis,

Terras obruit, nut, &c.

Insĕro, is, ui, ertum, significat Immitto, impono, immisceo. {ἐμβάλλω, ἐντίθημι, ἐμφύω, ἐγκεντρίζω. GALL. *Entrer, mettre dedans.* ITAL. *Inserire per dentro, inestare, incalmare.* GERM. Einlassen/einstossen. HISP. *Meter dentro, enxerir.* ANGL. *To graffe or sett in.*} Terent. *in Heaut.* Vidin' ego te modò manum in sinum huic meretrici inserere? Colum. *lib. 6. cap. 4.* Nausea discutitur, si integrum gallinaceum crudum ouum ieiuni faucibus inseras. Plin. *lib. 10. cap. 57.* Penna per transuersa inserta nares. Ouid. *Eleg. 1. lib. 2. Trist.*

——Nec obfuit illi

Historia turpes inseruisse iocos.

Item, Inserere rixas. Tib. *lib. 1. Eleg. 1.* inserere per os pollicem. Sueton. *in Galba cap. 20.*

(Quid) *Inseris Æacidis aliena nomina gentis?*

Ouid. *13. Metamorph.* Inseri per adoptionem familiæ. Sueton. *in Claud. cap. 39.* Idem, Succensebátque si qui vel oratione, vel carminibus imaginibus eum Cæsarum insererent. ¶ Quando facit inseui, insitum, significat idem quod insemino. Colum. *lib. 5. cap. 7.* Arboribus frumentis potissimum, si frumentum non inseritur, in vtranque partem viginti pedum spatia interueniunt, hoc est, si inter arbores frumentum non seminetur. Solent enim Itali inter arbores illas, quæ vitibus vestiuntur, frumentum serere: qui mos etiam hodie mansit in Campania, & in agro Mediolanensi. De arbore dicitur, quando scilicet scisso trunco, surculus fœcundæ arboris inseritur sterili. ἐμφυτεύειν, siue quum oculus vnius arboris alteri adhibetur, quod quidam inoculationem vocant: vel quando arbor seritur, aut plantatur. Virg. *1. Eclog.*

Insere nunc Melibœe pyros, pone ordine vites.

Colum. *de arbor. cap. 8.* Vitem, quam insiturus es, resecato, & plagam leuato, atque ita findito, & paratos surculos in fissura demittito, eatenus quà adrasi sunt. Idem, Insita est fructuosior quàm quæ insita non est, quàm quæ cum ramis, radicibúsque feritur. ¶ Per translationem. Lactant. *lib. 5.* Odium & inuidiam & dolum hominibus inseuit, vt tam essent, quàm serpentes venenati, tam rapaces, quàm lupi. Diomed. Inseror, insertus, & insitus facit. Et tradunt quidam Insitus arborum esse, Insertus hominis, vel alicuius rei. Seruius, Insitas arbores dicimus: Insertas verò causas, aut fabulas. Plin. *lib. 10.* Penna per transuersas insertas nares. ¶ Insertus alienæ familiæ. Sueton. *in Tiber. cap. 3.*

‖Inserta, est insita, quæ inseritur alicui rei.

Insertim, inserendo. Dicitur vt *exsertim*, exserendo expressè, & *præsertim* præferendo, seu antè ordinando. Lucret. *lib. 2.*

Contemplator enim, quem Solis lumina cunque

Insertim fundunt radiis per opaca domorum.‖

Insitum, i, Surculus qui inseritur. {τὸ ἔνθετον, ἐμφύτευμα. GALL. *Vn greffe, vn' ante.* ITAL. *Inestato, pianta che si calma.* GERM. Ein zweig/ein schoß das man in ein anderen baum zweigt. HISP. *Cosa enxerida, o enxerto.* ANGL. *A shoote or young sett of a tree.*} Col. *lib. 4 cap. 29.* Tum quod ex insito profundit, subligandum, ne vento surculus motus labefactetur, explanetúrque tener pampinus. Idem *de arbor. cap. 26.* Terram circa arborem aggerato vsque ad ipsum insitum.

Insĭtĭs, participium, Innatus, ingenitus, ingeneratus. {ἔμφυτος. GALL. *Inseré, mis dedans.* ITAL. *Innestato, incalmato.* GERM. Eingepflantzt/eingeseßt. HISP. *Enxerido.* ANGL. *Greffed, or sett in.*} Cicer. *6. Verr.* Hoc cum cæteræ gentes sic arbitrantur, tum ipsis Siculis tam persuasum est, vt animis eorum insitum atque innatum esse videatur. Insitus vrbi ciuis. Sal. *in Cic.*

Insĭtŭs, us, nomen. Insitio. Plin. *lib. 16. cap. 3.* Et hactenus publica sunt genera, cætera regionum locorúmque, aut ex his inter se insitu mista.

Insĭtĭo, nis, Inserendi actus. {ἐμφυτεία. GALL. *Entement, enture.* ITAL. *Innestamento, incalmatura.* GERM. Einzweigung/impfung. HISP. *Obra de enxerir arboles.* ANGL. *A graffing, or planting in.*} Colum. *lib. 5. cap. 11.* Tria genera porrò insitionum antiqui tradiderunt. Ouid. *2. de remed. amor.*

Venerit insitio, fac ramum ramus adoptet.

Cic. *de sen.* Nec consitiones modò delectant, sed etiam insitiones, quibus nihil inuenit agricultura solertius.

Insĭtŏr, is, qui inserit. {ἐγκεντριστής, ἐμφυτευτής. GALL. *Enteur.* ITAL. *Incalmatore.* GERM. Einzweiger. HISP. *Enxerider.* ANGL. *A greffer or planter.*} Plin. *lib. 18. cap. 33.* Hunc caueat insitor calamis, gemmisque inoculator.

Insĭtum, quod inseri potest, quod insitum est, & non natura innatum, aliunde ascitum. {ἐγκεντρισθέν. GALL. *Enté, inseré.* ITAL. *Innestato, incalmato.* GERM. Eingezweigt. HISP. *Enxerido.* ANGL. *That is greffed in, not naturall.*} vt, Surculus insititius. Plin. *in Epist.* Quid multa? inuideo Græcis quòd illorum lingua scribere maluisti. Neque enim coniectura eget, quid sermone patrio exprimere possis, quum hoc insitio & inducto tam præclara opera perfeceris.

Insĭtĭtĭŭs, a, um, Insititius, quod scilicet naturale non est, sed aliunde ascitum. Gell. Corpúsque & animum benignè ingenitis primordiis inchoatum, insitiuo degenerique alimento lactis alieni corrumpere. Cic. *pro Sestio.* Quúmque insitiuum Gracchum contra vim multitudinis incitatæ censu prohibuisset. ‖Insitiuus hæres. Seneca *controu. lib. 2.*‖

Insōrto, as, frequentatiuum à supino insertum formatum. {ἐμπείρω, ἐνάπτω. GALL. *Accommoder, mettre dedans.* ITAL. *Accomodare.* GERM. Hineinstosen. HISP. *Atauiar.* ANGL. *To applie, to mak meete.*} Virg. *2. Æneid.*

His ferro accingor rursus, clypeóque sinistram

Insertabam aptans, méque extra tecta ferebam.

Stat. *3. Theb.*

——piget irrupisse volantum

Concilia, & cœli mentem insertasse vetanti.

Dextras insertare catenis, idem *12. Thebaid.*

Insērpo, is, ere, Serpo & obrepo, leniter inuado. {זחל *ba* זחל *zachál.* ἐνέρπω. GALL. *Se trainer & couler dedans, entrer doucement.* ITAL. *Entrare dentro dolcemente.* GERM. Hineinschleichen oder schliechen. HISP. *Entrar à escondidas.* ANGL. *To creepe in.*} Stat. *1. Theb.*

——iam somnus auaris Inserpsit curis.

Insĕrvĭo, is, Obsequor alicui, seruitium præsto, colo. {עבד *habád.* δουλεύω, ὑπηρετέω. GALL. *Seruir, faire seruice.* ITAL. *Seruire, far seruitio.* GERM. Dienen. HISP. *Seruir, hazer seruicio.* ANGL. *To serue.*} Cicer. *1. Offic.* A quo plurimum speras, etiam si ille his non eget, tamen ei potissimum inseruit. Antiqui etiam accusatiuo iungebant. Plaut. *in Mostell.* Non meretricium est, vnum inseruire amantem, Inseruire suis commodis, est vtilitati suæ consulere. Cic. *2. de finibus.* Ergo in his adolescentibus bonam spem esse dicemus & magnam indolem, quos suis commodis inseruituros, & quicquid ipsis expediat, facturos arbitramur. Inseruitum est. Idem *Appio lib. 6.* Sed nihil est à me inseruitum temporis causa. Liu. *2. ab Vrb.* Plebi cui ad eam diem summa ope inseruitum est, iniuriæ à primoribus fieri cœpere.

‖Inseto filo setam aptare. Vet. Dict.‖

Insībĭlo, as, are, Sibilo, spiro, sibilum emitto. {שרק *scharák.* ἐμπνέω. GALL. *Siffler.* ITAL. *Fischiare.* GERM. Einpfeiffen. HISP. *Syluar.* ANGL. *To whistle or blowe in.*} Ouid. *15. Metam.*

Qualia succinctis vbi trux insibilat Eurus,

Murmura pinetis fiunt.

Membra insibilat ignis, Silius *lib. 12.*

‖Insicō, pro inseco. Salmas.‖

Insiccātus, a, um, Non siccatus. {οὐκ ἀποξηρανθείς. GALL. *Qui n'est point seché.* ITAL. *Non asciutto.* GERM. Vngetrucknet. HISP. *Cosa no seca ni enxuta.* ANGL. *Not made drye.*} Stat. *3. Theb.*

Vulneraque illa ferens putri insiccata cruore,

Protinus ire peto.

‖Insicium, eduli genus. Fiebat ex carne diligenter in trita & minutissimè concisa, quod nunc per se tericulo aut omento circundatum, aliis etiam iunctum rebus & aromatibus aliquando, in sartagine cum adipe aut oleo butyroque frigebatur.

Insiciale ius. Gloss. Isid. Intelligo ζωμὸς ex insiciis.

Insiciarius, aliis isiciarius, qui insicia parat. Vox legitur in ludicro testamento M. Grunnij Corocottæ Porcelli: De meis visceribus dabo, donabo sutoribus setas, rixatoribus capitinas, surdis auriculas, causidicis & verbosis linguam, bubulariis intestina, isiciariis femora, mulieribus lumbulos, pueris vesicam, puellis caudam, cinædis musculos, cursoribus & venatoribus talos, latronibus vngulas: & nec nominando coquo delego ac dimitto popam & pistillum, quæ mecum detuleram a querceto vsque ad haram. Liget sibi collum de reste. Hæc ferè sunt in hominum abusibus: detestando sæpe peccato, quo afficiunt vt peiores quam porci conditione moriantur, victima inferorum.‖

Insīdĕo, es, ere, In re aliqua, siue super rem sedeo, inhæreo, insisto. {ישב *jaschab* רכב *rachab* רמש *chamah.* ἐγκάθημαι. GALL. *Estre assis dessus.* ITAL. *Sedere sopra qualche cosa.* GERM. Daraufsitzen. HISP. *Assentarse sobre algo.* ANGL. *To sit upon.*} Plin. *de viris illustr.* Hic primus instituit, vti equites Romani Idibus Quintilib. ab æde Honoris equis insidentes, in Capitolium transirent. Liu. *7. ab Vrb.* Equo deinde quam poterat maximè exornato insidentem se in specum immisisse. Cicer. *lib. 4. Tuscul.* Quum autem hic feruor concitatióque animi inueterauerit, & tanquam in venis medullisque insederit. ¶ Aliquando locum aliquem occupo ad intercipiendum aliquem. ארב *arab.* ἐνεδρεύω.} vt, Insidere arcem militibus. Liu. *6. bell. Pun.* Quingentis militibus

tibus arcem insedit. Insidere itinera. Idem 5. *bell. Pun.* Qui fugam inclinaturam credebat, omnia itinera insidere iubet. Idem *lib.* 5. *dec.* 4. Insidere saltum. Idem *lib.* 6. Cum Porsena Ianiculum insedit. Item, In fedæ viæ, & insedi loci. Idem *lib.* 9. ¶ Aliquando obsidere. {צר *tsar.* [illegible]. Angl. *To besiedge.*} Idem 2. *bell. Pun.* Mago locum monstrabit quem insideatis. Virg. 11.

Arripuitque iterum, & syluis insedit iniquis.

Liu. *lib.* 9. Insessis omnibus viis, per quas commeatus ex Samnio subuehebatur.

Insideri, passiuè. Liu. 5. *bell. Pun.* Vixque omnes hostium præsidiis insiderentur.

¶ Insessor, qui vias insidet, vt Græcis [illegible], ab [illegible], quod est insidere occultis locis. Fest. Insessores latrones, qui circa vias insidiantur sedentes. ¶

INSIDIÆ, arum, Technæ, artes, fallaciæ, ab insidendis & occupandis locis quæ ad insidias deliguntur. {ארב *ereb* מארב *maarab.* [illegible]. Gall. *Espies, embusches.* Ital. *Insidie, agguati.* Germ. Ein heimliche hinderhaltung an ein verborgen ort gelegt / yemandts vermeinend zu vberfallen: auffsatz: hinderlist: betrug. Hisp. *Las assechanças, insidias.* Angl. *A lying in waite to entrap.*} Solent enim qui hostibus insidiantur, ea loca insidere, quà illos iter facturos putant, vt incautos opprimant. Cæs. 1. *bell. Gall.* Insidias veritus. Cicer. *pro Cn. Planc.* Vigilandum est semper, multæ insidiæ sunt bonis. Idem 3. *Offic.* Súntne igitur insidiæ, tendere plagas, &c. Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 1. Num tu pudicæ cuipiam insidias locas? Idem *Pseud. sc.* 8. *a.* 4. Insidias dabo. (i. illi inopinatò argentum offeram.) Item *Milit. sc.* 3. *act.* 2. & *Pseud. sc.* 3. *a.* 4. Me mortuum mauelim, quàm non dem insidias seni. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 1. Quid si in insidias deuenero, tum redimes me si hostes interceperint. Idem *Menæch. sc.* 2. *a.* 1. perij, In insidias deueni: imò in præsidium, ne time. *Ibidem sc.* 1. *a.* 4. Huc concedamus, ex insidiis aucupa. Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 5. Aucupemus ex insidiis quam rem gerant. Idem *Aulul. sc.* 1. *act.* 1. Metuo ne mihi ex insidiis verba imprudenter duit. Idem *Pseud. sc.* 3. *act.* 4. Ingredere in viam dolis, ego hic in insidiis ero. Velleius, Insidiis conflata mors Scipionis. Idem, Insidiis tentare aliquem. Idem, insidiis peritus. Gell. *cap.* 7. *lib.* 12. Exceptum insidiis occidere. (veneno.) Ouid. 3. *Metam.*

Insidias prodes manifestabitque latentem (nitor galeæ.)

¶ Quint. Antequam in has ætatis insidias deueniat. ¶ Insidiæ hostiles. Plaut. *Pseud. sc.* 4. *a.* 4.

Insidior, aris, Insidias tendo. {ארב *arab* נכל *nachal.* [illegible]. Gall. *Espier, guetter.* Ital. *Insidiare, far agguati.* Germ. Mit list auff einen lauren / auffsetzig sein. Hisp. *Insidiar.* Angl. *To lay in waite, to entrappe.*} Salust. *in Iugurth.* Adherbalem vitæ suæ dolis insidiatum esse. Plaut. *Pseud. sc.* 8. *a.* 4. Certum est alio pacto Pseudolo insidias dare, quàm in Comœdiis, vbi cum stimulis & flagris (domini) insidiantur seruis. Velleius, Insidiari temporibus, & medium se præstare. Ouid. *lib.* 3. *Fast.*

Error ut ante oculos insidiantis eat. (furari volentis ancilia sup.)

¶ Item, Insidiantis hoc fortunæ sunt. Cic. *de Orat.* Non enim id agit vt insidietur, & obseruet, sed fauet. Mart. *lib.* 12.

Si te delectant animosa pericula tuscis,

Tutior est virtus, insidiemur apris.

Virg. 9. *Æneid.*

———lupus insidiatus ouili.

Ouid. 13. *Metam.*

Hostibus insidier, fossas munimine cinge.

Apud Callistr. *in l.* 28. *D. de pœnis*, præteritum est tanquam ab Insidio, as, are, Igni cremantur, inquit, plerunque serui, qui saluti dominorum suorum insidiauerint.

Insidiator, is, qui tendit insidias. {ארב *oreb* נוכל *nochel.* [illegible]. Gall. *Espieur, guetteur.* Ital. *Insidiatore.* Germ. Ein auffsetziger der einem mit list nachstellt. Hisp. *Assechador.* Angl. *That layeth in waite to deceiue.*} Cicer. *pro Mil.* Insidiatori verò latroni quæ potest afferri iniusta nex?

Insidiosus, qui sæpe insidiatur, plenus insidiis, fallax. {עקב *akob.* [illegible]. Gall. *Plein de tromperie.* Ital. *Pieno d'inganni.* Germ. Auffsetzig / arglistig / heimlich nachstellig. Hisp. *Lleno de assechanças y engaños.* Angl. *Full of wiles an deceit.*} Cicer. 4. *Verr.* Quis acerbior? quis insidiosior? quis crudelior vnquam? Insidiosus latro. Ouid. 6. *Fast.*

———latint Saturnia baccas

Insimulat fictus insidiosa sonis.

Et, Insidiosa itinera. (i. insidiis opportuna.) Suet. *in Cæs. cap.* 28. Mart. *lib.* 14. Plin. *lib.* 29. *cap.* 1. In qua conditione insidiosissima authoritatem pessimis boni faciunt.

Insidiosè, Cum insidiis, fallaciter, fraudulenter. {[illegible]. Gall. *Par trahison, par deception & tromperie en guettant.* Ital. *Con traditmente, con inganno, con truffa.* Germ. Auffsetziglich mit hinderlist. Hisp. *Con assechanças, con engaño.* Angl. *Deceitfullie, with wiles.*} Cic. *lib.* 3. *Offic.* Ratio ergo postulat nequid insidiosè, nequid simulatè, nequid fallaciter.

¶ Insidianter, aliud aduerb. Iustinus *hist. lib.* 6. Sed Lacedæmonij securi, insidianter absentiam Arcadum speculati, castellum eorum expugnant. ¶

INSIDO, is, insedi, insessum, idem quod insideo. {ישב *iaschab* רכב *rachab* חנה *chanah.* [illegible]. Gall. *S'asseoir, & se poser, resider sur.* Ital. *Sedere.* Germ. Einsitzen / sich niderlassen. Hisp. *Assentarse.* Angl. *To sit downe vpon.*} Virg. 5. *Æneid.*

Ac veluti in pratis, vbi apes æstate serena

Floribus insidunt variis, & candida circum

Lilia funduntur.

Quint. *lib.* 10. *cap.* 7. Moras, & secessum, & silentium quæret, dum illa verba fabricentur, & memoriæ insidant. Senec. *cap.* 1. *de consol. ad Mart.* Insidunt penitus vitia, nisi dum surgunt, opprimuntur. Lactant. *lib.* 6. Vitanda ergo spectacula omnia, non solum nequid vitiorum pectoribus insidat, id est, sensim ingrediatur & inhæreat. Stat. passiuum protulit 1. *Theb.* Fessis insiditur astris. ¶ Insignia mancis, pro insignita. Gell. *cap.* 4. *lib.* 7. Insignis annus siccitate. Liu. 10. *d.* 4.

INSIGNIS, e, Eximius, egregius: & propriè in quo aliqua sunt signa, quibus ab aliis discernitur. {נחכם *nichcham* נסמן *nisman* נכר *nicker.* [illegible]. Gall. *Notable, signalé, bien marqué, remarqué.* Ital. *Notabile, illustre, chiaro.* Germ. Fürnemb / fürtrefflich / für andere auß. Hisp. *Claro, señalado.* Angl. *Notable, euident, marked to be knowen.*} Virg. *lib.* 3. *Georg.*

Nec mihi displiceat maculis insignis & albo.

hoc est, insignitus, quique maculis ab aliis distinguitur. Liu. 1. *ab Vrb.* Flaminem Ioui assiduum sacerdotem creauit, insignique eum veste, & Curuli regia sella adornauit. Virg. *lib.* 4. *Æneid.*

———ostróque insignis & auro

Stat sonipes. hoc est, auro & ostro instratus.

Liu. *lib.* 34. Insignes auro & purpura. ¶ Insigne itaque dicitur, quicquid signo aliquo, vel nota inter alia eminet. Ita qui nobilitate, aut virtute aliqua, aut etiam vitio inter alios eminent, insignes dicuntur. Virg. 1. *Æneid.*

Insignem pietate virum.

Ouid. *Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.*

Imus ad insignes vrbis ab arte viros. (eruditionis caussa.)

Sic etiam, insignes latrones dicimus, qui maiore audacia grassantur, & suis facinoribus omnibus innotuerunt. Sic, insignis aliquo incommodo, Senec. *cap.* 14. *de consol. ad Polyb.* Et insignis deformitas. Gell. *cap.* 13. *lib.* 11. Item, Insignia monstris corpora & prodigiosa. Quintil. Item insignia etiam ea omnia dicimus, quæ vulgaria non sunt, sed rara, nihilque habent mediocre, sed aut insigniter bona, aut mala. Insignis homo omnibus notis turpitudinis, Cicer. *pro Rab.* Terent. *in Eunuch.* Iamdiu aliquam caussam quærebat senex, quamobrem aliquid insigne faceret. Donatus, Insigne aliquid magnum, & nobile facinus. Sic etiam insignia scelera, à Tacito dicuntur. Quicquid enim excellit, siue illud sit vitium, seu virtus, insigne dicitur. Hinc etiam quandoque simpliciter pro magno sumitur. Lucil. Coquus non curat caudam insignem esse, modò pinguis siet.

Insigne, is, & in plurali Insignia, insignium. Notæ, signa. {נקודות *nekuddoth* אותות *othoth.* [illegible]. Gall. *Enseignes, marques, armoiries, armes.* Ital. *Insigne, arme.* Germ. Zeychen / wapen. Hisp. *Las insignias de las heras, las armas.* Angl. *A badge or cognisance, signes of honoures or degrees.*} Insigne Domitiorum, fuit rutila barba. Sueton. *in Neron. cap.* 1. Quod insigne mansit & in posteris eius, ac magna pars rutila barba fuerunt. Et Gell. *cap.* 6. *lib.* 5. Et Velleius, Insigne regium. (id est, diadema.) Item Ouid. *lib.* 1. *de Arte.*

Este procul vittæ tenues, insigne pudoris.

Sic etiam dicimus insigne regni, pro diademate quo reges vtuntur. Cicer. 3. *Philipp.* Licet enim illi seruiendum, si Cæsar ab ipso regni insigne accipere voluisset. Dicuntur autem insignia quæ in vestibus, vexillis, & huiusmodi insignita sunt: aut ipsæ vestes, vexilla, & alia quæ fiunt, aut feruntur, ita ab aliis discreta, vt nosci possint cuius sint, & ad quos pertineant: vt vestes militares, & insignia militaria, regalia, consulariàve, quibus acies ab acie, eques ab equite, Rex & Consul à viro priuato cognosci debet. Virg. 2. *Æneid.*

——— Danaûmque insignia nobis

Aptemus clypeos.

Liu. *lib.* 1. Ipse en ille nostris decoratus insignibus magnificè incedit. Salust. *Catil.* Cum fascibus, atque aliis imperij insignibus ad Manlium in castra tendit. Mos fuit antiquorum, vt benemeritis insignia tribuerent magistratuum. Vnde scribit Tacit. decreta fuisse Narcisso Quæstoria insignia à Claudio Cæsare. Ab eodem insignia Præturæ Crispino decreta fuerunt. Suet. *in Aug. cap.* 29. Vtique victores essent, huc insignia triumphorum inferrent. Liu. *lib.* 34. Non triumphi, nec insignia contingunt fœminis. Mox, Munditiæ & ornatus fœminarum insignia sunt. *Ibidem.* Vell. Cùm se insignibus honorum velasset, iugulatus est. ¶ Et non solum signa & ornamenta ob virtutem adepta: sed etiam insignia laudis, & insignia gloriæ dicimus: vt Cic. *Appio*, Insignia enim virtutis multi etiam sine virtute assequuti sunt.

Insignio, is, iui, itum, Signis noto, seu distinguo. {חכם *chachám* רשם *raschám.* [illegible]. Gall. *Marquer, noter & remarquer, orner.* Ital. *Ricamare, ornare.* Germ. Zeychnen. Hisp. *Señalar, ornar.* Angl. *To marke or seale.*} vt apud Claudianum *lib.* 1.

His elementorum seriem, sedésque paternas

Insignibat acu.

Cic. *lib.* 4. *ad Her.* Si quam rem deformabimus turpem, ac cruentam, aut cœno oblitam, aut rubrica delibutam inducemus, quo magis insignita sit forma. Virg. 7. *Æneid.*

At leuem clypeum sublatis cornibus Io

Auro insignibat.

Insignire annum cladibus, Tacitus pro insignem facere. Suet. *in Calig. cap.* 31. Insigniri tempora calamitatibus. Gell. *cap.* 6. *lib.* 5. Insignita corona rostris nauium. Insignita virgo labe. Idem *cap.* 12. *lib.* 1. Insignita iniuria. Idem *cap.* 3. *lib.* 10. Et Insignitè loqui, ad vituperium dictum à Gellio de eo, qui loquebatur absona, &c. *cap.* 15. *lib.* 1.

Insignitus, part. aut nomen ex participio, idem quod insignis. {נחכם *nechcham* נרשם *nirscham.* [illegible]. Gall. *Marqué, orné, signalé.* Ital. *Ornato, sigillato.* Germ. Bezeychnet oder gemarckt. Hisp. *Ornado, señalado.* Angl. *Marked or sealed.*} Cicer. *de Diu.* Quid plenius sit ut immortalium animorum in quibus tanquam insignitæ notæ veritatis appareant. Tacit. *lib.* 4. His patræ victoriæ spes, & si cedant, insignitius flagitium. ¶ Insignita Plin. *lib.* 27. *cap.* 4. Oculorum vitia omnia sanari ea conueniat, priuatim prurigines & scabiem genarum, item insignita ac liuida.

Insignitè, Insigniter, eximiè. {[illegible]. Gall. *Fort excellemment, notablement, euidemment, clairement.* Ital. *Honoratamente, manifestamente, chiaramente.* Germ. Treffenlich / außbündiglich / mercklich. Hisp. *Notablemente, y señaladamente.* Angl. *Notablie, euidentlie.*} Cicer. *pro Quint.* Neque tamen quisquam inuentus est tam insignitè improbus. Plaut. *in Men. sc.* 7. *act.* 5. Neu sinas in me insignite fieri tantam iniuriam.

Insigniter, aliud aduerb. eiusdem significationis. {[illegible]. Angl. *Notable, passing well.*} Cic. *in Partit.* Parentibus, amicis, hospi-

tibus præcipuè atque insigniter diligendis. Idem 3.*Philipp.* Quis autem rex vnquam fuit tam insigniter impudens, vt haberet omnia commoda, beneficia, iura regni venalia? Colum. *lib.* 10. *cap.* 1. Superest ergo cultus hortorum insigniter neglectus quondam veteribus agricolis. Suet. *in Tib. cap.* 14. Insigniter cristatus gallus. Et Gell. *cap.* 16. *lib.* 11. Insigniter turpe.

Insīlē, is, Est suspendiculum, vel perpendiculum, quod telam demissam examinat: ita dictum, vt credit interpres Lucretij, eò quòd applausa pectine tela resultet & subsiliat. {Angl. *The treadle of a weauers lome.*} Lucr. *lib.* 5.

Textile post ferrum est, quia ferro tela paratur:
Nec ratione alia possunt tam lauia gigni
Insilia, ac fusi, radij, scapisque sonantes.

Alij volunt esse duo instrumenta lignea, pedibus textorum supposita, quibus alternis resurgentibus & depressis, telæ operiuntur, & contrahuntur.

Insĭlĭo, is, insilui, insiliui, insilij, insultum, Saltu ingredior, vel super aliquid salio, conscendo, ineo. {דלג *dalágh.* ἐναλλομαι, ἐπιπηδάω. Gall. *Saillir ou sauter dessus, ou dedans, se ruer dessus.* Ital. *Assalire, saltare in qualche cosa.* Germ. Einspringen oder etwarauff springen. Hisp. *Saltar en otra cosa.* Angl. *To leape in or vpon.*} Lucr. *lib.* 3.

Insiluit solo nociturus pondere puppi.

Insilire in equum, Liu. 6. *ab Vrbe.* Plaut. *in Rud.* E naui timidæ ambæ in scapham insiluimus, &c. Plin. *lib.* 8. *cap.* 16. Dum sequitur, insilit saltus quo in fuga non vtitur. Sueton. *in Claud. cap.* 21. Insilire tauros defessos. Plaut. *Milit. sc.* 3. *a.* 2. Ne in malum & cruciatum maximum insiliamus.

Insultura, (i. in equum insultus,) *quand l'on saulte sur vn cheual*; cui opponitur desultura, (i. ex equo desultus) *quand l'on saulte, ou se iette de cheual en bas.* Plaut. *Milit. sc.* 3. *a.* 2. Metaph. Tu sali solus (sup. in maximum cruciatum.) Ego istam insulturam & desulturam nihil hic moror. Vide Lambinum in hunc locum.

Insĭmŭl, Ex in & simul, significat, vnà. {יחדו *iachdâv.* ἅμα. Gall. *Ensemble.* Ital. *Insieme.* Germ. Mit einander. Hisp. *Iuntamente.* Angl. *Together.*} Stat. 1. *Syl.* Et gentes alis insimul togatas.

Insĭmŭlo, as, Accuso, crimen ingero. {שטן *satán.* κατηγορέω, αἰτιάομαι, αἰτιάω, αἰτέω. Gall. *Accuser, blasmer, mettre sus.* Ital. *Accusare, incolpare.* Germ. Zeihen, beschuldigen. Hisp. *Acusar, culpar.* Angl. *To accuse, to lay to ones charge.*} Cic. *Trebatio*, Hic tu me etiam insimulas, nec satisfactionem accipis. Plaut. *Milit. sc.* 3. *a.* 2. Si falsò eam insimulas, hoc perieris. Idem *Menæch. sc.* 2. *a.* 5. Malè facis quæ insontem insimules. Idem *Amphitr.* Atque insimulabit eam probri. Idem *ibidem*, Istuc facinus quod tu insimulas, generi nostro non decet. *Ibid.* Qui illi collibitum meo viro sic me insimulare falsum facinus tam malum. Idem *Milit. sc.* 4. *a.* 2. Insimulatam me perperam falsò. Probri, *ibidem.* ¶ Iungitur etiam quandoque genitiuo. Terent. *in Phorm.* Si herum insimulabis auaritiæ, malè audies. Accipitur etiam insimulo pro suo simplici simulo. προσποιέομαι. Cicer. *lib.* 1. *Offic.* Solus neglexit fidem, furere insimulauit, ne quò iret.

Insĭmŭlātĭo, Quæ (vt inquit Donatus) est falsi, vel veri criminis incusatio. {שטנה *sitnáh.* αἰτίασις, τὸ ἔγκλημα. Gall. *Blasme, accusation.* Ital. *Accusa, biasmo.* Germ. Zeihung eines lasters, beschuldigung. Hisp. *Aquella falsa accusacion.* Angl. *Accusation, blaming.*} Cicer *pro Fonteio*, In falsam atque iniquam probrorum insimulationem vocabatur.

[Insimulator, accusator, ἐγκαλῶν, κατήγορος. Apul. *in Apologia*: At tu piscium insimulator, longe diuersa instrumenta Magis attribuis.]

Insĭnŭo, as, In notitiam alicuius adduco, latenter introduco. {ἐνδύομαι, ἐγκολπίζω, ἐγκαθιδρύω, κοινίζομαι, παρεισδύομαι. Gall. *Mettre ou retter au sein, fourrer dedans, demonstrer.* Ital. *Mettere in seno ò gittar dentro, demonstrare.* Germ. Sich einschmeychein oder einflicken, zuschnpfisch machen. Hisp. *Enseñar, ò meter en el seño, demonstrar.* Angl. *To put into his bosome.*} Suet. *de clar. Gramm.* Quare citò manu missus Augusto insinuatus est, quid eleganter curam ordinandarum bibliothecarum in Octauiæ porticu suscepit, hoc est, in notitiam Augusti peruenit. Cicer. *de Amicit.* Callidus ille & occultus ne se insinuet, studiosè cauendum est. Plaut. *in Milit. sc.* 1. *a.* 2. Interim init hinc miles, fortè Athenas aduenit: Insinuat sese ad aliam amicam heri mei. Mox, sese intimum facit. Et Gellius *cap.* 7. *lib.* 3. Insinuant in hunc locum, (id est, ingrediuntur) Liuius *lib.* 2. *bell. Macedon.* Insinuat se flumen inter valles. Idem *lib.* 10. *d.* 3. Insinuauerat se animis suspicio. Insinuare ordines. Idem *lib.* 4. *d.* 5. ¶ Dicitur autem insinuo, quasi in sinum vel pectus immitto. ¶ Vnde apud Tertull. *de resurr. carnis*, Insinuare pro in sinum abscondere vsurpatur. Moses manum in sinum condidit & emortuam profert, & rursus insinuat, & viuidam explicat. Apud Virg. *lib.* 2. *Æneid.* legitur insinuat, pro insinuatur.

Tum verò tremefacta nouus per pectora cunctis
Insinuat pauor.

¶ Insinuare quoque aliquando est immittere, aut mouere. Sisenna *Hist. lib.* 4. Agmen perturbatum pedites insinuant, ac loco commouent. Ex Nonio.

Insĭnŭātus, Inflexus, complicatus, compressus. {חבוק *chabuk.* συγκεκαμμένος. Gall. *Tors, doublé.* Ital. *Riuolto, torto.* Germ. In busen gelegt. Hisp. *Doblado, tuerto.* Angl. *Bowed, plett.*} Apul. *lib.* 9. Siccine vacuus & otiosus insinuatis manibus ambulabis mihi? Tali enim habitu manus otiosorum complicantur. Liu. pro eodem dixit, Compressis manibus, cuius hæc sunt verba, ex *lib.* 7. *ab Vrbe*, Quid aliud causæ esse credamus, cur veteranus dux fortissimus bello, compressis (quod aiunt) manibus sedeat? Sueton *in Calig. cap.* 12. Insinuatus per alium. Et *in Othon. cap.* 2. Per hunc insinuatus est Neroni. Gellius *cap.* 1. *lib.* 15. Ne ædificatio correpta atque insinuata flammis arderet.

Insĭnŭātĭo, nis, Obscura & latens auditoris conciliatio. {παρείσδυσις. Angl. *A craftie or couloured beginning of an oration.*} Cic. 1. *de Inuent.* Insinuatio est oratio quadam dissimulatione & circuitione obscurè subiens auditoris animum. Vide Quint. *lib.* 4.

Insĭpĭat, apud Varr. id est, alterando fiat insipidum. Quanquam alibi legatur cum fut incipiat.

Insĭpĭdus, a, um, Iniucundus, insuauis, sine sapore. {כסיל *chesil* נבל *nabál* אויל *evil.* ἄχυμος, ἄναλος. Gall. *Qui ne sent rien, fade, insipide.* Ital. *Che a cattiuo sapore.* Germ. Vngeschmackt. Hisp. *Cosa dessabrida, sin sal.* Angl. *without smacke, vnsauerie.*} ¶ Per translationem accipitur pro stulto & insipienti. ἀνόητος. Gell. *lib.* 6. *cap.* 1. Nihil est prorsus, inquit, insipidius, qui opinantur bona esse potuisse, si non essent identidem mala.

Insĭpĭēns, tis, Non sapiens, stultus, imprudens. {כסיל *chesil* נבל *nabal* אויל *evil.* ἀνόητος, ἄφρων, μωρός. Gall. *Fol, qui n'est point sage.* Ital. *Pazzo, sciocco.* Germ. Vnweiß. Hisp. *No sabido, necio, loco.* Angl. *Foolish, not wise.*} Cic. 2. *de finib.* Turpe est sapientem ex insipientium sermone pendere. Idem *de Amic.* Nihil insipiente fortunato intolerabilius fieri potest. Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 3. Sumne ego insipiens qui solus loquor. Idem *Mil. sc.* 6. *a.* 2. Nunc demum me insipientem esse arbitror. Suprà, Excordem, cæcum, incogitabilem.

Insĭpĭentissĭmus, superl. Senec. *quæst. nat. lib.* 2. *cap. vlt.* Non tibi timidissimus omnium videtur & insipientissimus, qui magno ambitu rogat moram mortis?

Insĭpĭentĭa, æ, imprudentia, dementia. {כסילות *chesilúth* אולת *ivvéleth.* ἀνοησία, ἀφροσύνη, μωρία. Gall. *Folie.* Ital. *Pazzia.* Germ. Vnweisheit, torheit. Hisp. *La necedad, ò ignorancia, locura.* Angl. *Foolishnesse.*} Plaut. *in Amph.* Iusta autem ab iniustis petere, insipientia est. Idem *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Istæc insipientia est: iram in promptu gerere.

Insĭpĭentĕr, aduerb. Imprudenter, stultè, temere. {ἀνοήτως. Gall. *Folement.* Ital. *Pazzamente.* Germ. Vnweißlich. Hisp. *Nesciamente.* Angl. *Foolishlie.*} Plaut. *Truc.*—per tua obsecro genua, Vt tu illuc insipienter factum sapienter feras, mihique ignoscas.

Insĭpo, as, are, verbum est antiquum & obsoletum, quod Festus interpretatur iniicere. Cato *de re rust. cap.* 85. Omnia bene permisceto, & in ollam nouam insipato.

[Insipte, vide *Ipsipte.*]

Insisto, is, significat in re aliqua consisto. {עמד *hamádh.* ἐπερείδω, ἐφίσταμαι, ἐγκειμαι. Gall. *Se tenir ferme sur quelque chose, s'y arrester.* Ital. *Affermarsi, star fermo.* Germ. Etwas auffstehn. Hisp. *Estar firme, firmarse en lugar.* Angl. *To insist vpon any thing, to tarie.*} Plin. *lib.* 7. *cap.* 2. Contuentes solem immobilibus oculis, feruentibus arenis toto die alternis pedibus insistere. Cæsar 2. *bell. Gall.* At hostes etiam in extrema spe salutis tantam virtutem præstiterunt, vt quum primi eorum cecidissent, proximi iacentibus insisterent. ¶ Insistere, Obstinare animum. Terent. *Hecyra*, Pamphile, ad aures haud inuito sermo mihi accessit tuus, Quum te post putasse omnes res præ parente intelligo. Verùm vide, ne impulsus ira, prauè insistas. ¶ Insistere pro instituere, vt & consistere interdum pro constituere. Cicer. 3. *de Oratore*, Quoniam igitur modo tantum munus insistemus, vt arbitremur, &c. Insistere viam, vel iter. Plaut. *Milite.* Terent. *Eunuch.* Vbi quæram? vbi inuestigem? quem percontere? quam insistam viam. i. instituam. ¶ Insistere vestigia, pro firmare. {העמיד *heheemidh.*} Virg. *lib.* 11.

Vtque pedum primis infans vestigia plantis
Institerat, iaculo palmas armauit acuto.

Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Omnes itinera insistant sua. Idem *Amphitr.* Vbi quisque institerat, concidit crepitu. Idem *Milit. sc.* 4. *a.* 2. Age nunc insiste in dolos. Idem *Capt. sc.* 4. *a.* 3. Ne quid huic temerè insistas credere. ¶ Institit, pro instituit, siue cœpit. Catull. *de com. Beren.*

Et qui principio sub terra quærere venas
Institit.

Item dicitur insistere vestigiis alicuius, id est, sequi & imitari aliquem. ¶ Item insistere, pro operam dare. ἐπιμένειν, ἐπέχειν. ¶ Item sollicitare, vrgere. {פצר *patsár.* ἐγκεῖσθαι.} Plin. Frequentibusque, vt id ageret, insistebat. Autor *ad Herenn.* in hac significatione cum datiuo coniunxit. Nunc identidem nosmetipsi vobis insistemus: res enim communis agitur, id est, vim faciemus. Gell. *cap.* 23. *lib.* 1. Quid matri audire instituisset. (i. vrgere voluisset.) Tibull. *lib.* 4.

———*Magnis insistere rebus Incipe.*

Liu. 7. *d.* 4. Legati eorum institere. ¶ Item pro resistere, immorari, & quasi sistere gradum: cuius contrarium progredi. Cic. 4. *Verr.* Quod videtis esse in vno furto peccatorum gradus? vt si singulis insistere velim, progredi iste non posset. Idem *in Orat.* Sæpè accidit, vt aut citiùs insistendum sit, aut longiùs procedendum. Insistere hastæ, hoc est, inniti. Plin. *de viris illustr.* Aduocato Marco Liuio Pontifice, hastæ insistens, & solennia verba respondens, se & hostes diis Manibus deuouit. Insistere vestigiis alienis, hoc est, inhærere, & sequi aliena vestigia. Plin. *lib.* 6. *cap.* 17. ¶ Insistere viam, & insistere iter, Proficisci, ambulare. Ter. *Eunuch.* Vbi quæram? Vbi inuestigem? quem percontor? quam insistam viam? Liu. 7. *bell. Maced.* Iter quod insistis L. Scipio ego quoque approbo. Idem *lib.* 5. *d.* 4. Insistunt sequi suorum agmen. Idem 9. *d.* 4. Insistere perculsis. Idem *lib.* 7. *d.* 4. Iter quod insistis.

Insistĭo, nis, verb. Progressioni opponitur. {עמידה *hemidáh.* ἐπίστασις. Gall. *Arrest, demeure.* Ital. *Dimora, mora.* Hisp. *Tardança.* Angl. *An insisting, or tarying.*} Cic. 1. *Tusc.* Aut quis errantium stellarum cursus, progressiones, insistiones notauit? Quo tamen in loco nonnulli (sed perperam) legunt *insistentiones.* Vocat enim Cicero stellarum insistiones, quum omnino non mouentur, sed ad quoddam tempus insistunt, siue consistunt: id quod testatur *lib.* 2. *de nat. deor.*

Insĭtĭo, Insititium, vide *Insero.*

Insicium, ab insectione dictum, Pulmenti genus, ex insectis & minutatim tritis carnibus confectum. ἴσικιον. Apud Apicium sæpe fit mentio de insiciis. Meminit & Varr. Vide suprà *Inseco.*

Insĭtum, Insititius, vide *Insero.*

[Insobrea, insubria. Scal.]

Insŏcĭābĭlis, e, quod coniungi non potest. {ἀσυνδύαστος, ἀκοινώνητος. Gall. *Qui n'est point accompagnable.* Ital. *Solingo, che non si può accompagnare.* Germ. Vngesellig, vnuertreinbarlich. Hisp. *Cosa que no puede ser acompañada.* Angl. *That can haue no societie or companie with others.*} Plin. *lib.* 16. *cap.* 43. In omni genere & glutinum abdicant quædam, & inter se & cum aliis insociabili glutino, vt robur. Sed nec ferè cohærent, nisi similia natura, vt siquis lapidem lignumque coniungat. Indomita & insociabilis gens. Liu. 7. *bell. Maced.* Regnum insociabile. Tacit. *lib.* 13. Liu. 7. *bell. Pun.* Insuetati nanque antea alienigenis, nec

nec videre ipsi aduenam in terra sua adsueti, omni generi humano insociabiles erant.

Insolabiliter, aduerbium, Sine consolatione. {ἀπαραμυθήτως. GALL. *Inconsolablement, desolablement.* ITAL. *Senza consolatione.* GERM. Vntröstlich/one trost. HISP. *No pudiendo ser consolado.* ANGL. *Without comfort.*} Horat. 1. *epist.* 14.

Me quamuis Lamia pietas & cura moratur
Fratrem mærentis, rapto & de fratre dolentis
Insolabiliter.

INSOLENS, Insuetus & insolitus. {ἄηθης. GALL. *Inusité, qui n'est point en vsage.* ITAL. *Insolito, non solito.* GERM. Vngewont/seltzam. HISP. *No acostumbrado.* ANGL. *Not wont or accustomed.*} Horat. 3. *Carm. Ode* 29.

Fortuna sæuo læta negotio, &
Ludum insolentem ludere pertinax,
Transmutat incertos honores,
Nunc mihi, nunc alij benigna.

Salust. Insolens vera accipiendi. Cæs. 2. *de bell. ciu.* Insolens belli multitudo. Gell. *lib.* 1. Atque id quod à C. Cæsare excellentis ingenij, ac prudentiæ viro, in primo de Analogia scriptum est, habe semper in memoria atque pectore, vt tanquam scopulum, fugias inauditum atque insolens verbum. ¶ Ponitur etiam pro superbo & arrogante, quem *præsumptuosum* dicere solemus. {גאה *gheed* זד *zedh.* ἀλαζών. GALL. *Insolent, arrogant, superbe, fier.* ITAL. *Arrogante, superbo.* GERM. Vbermütig/hochtragend/stoltz. HISP. *Arrogante, y sobervio.* ANGL. *Presumptuous, arrogant, hautie.*} Quod est, quum quis audet facere, vel dicere quod à modestis viris licet, aut dici non solet. Cicer. *pro Marcello*. In victoria, quæ sui natura insolens & superba est. Idem *de senectute*, Tertiam enim iam ætatem hominum viuebat, nec erat ei verendum ne vera de se prædicans nimis videretur, aut insolens, aut loquax.

Insolentia, æ, insuetudo, res non consueta, aut solita. {ἀήθεια. GALL. *Faute d'accoustumance, inaccoustumance.* ITAL. *Nouità.* GERM. Vngewonheit/vnbreüchligkeit. HISP. *Aquella no costumbre.* ANGL. *Disusage, lacke of wonting.*} Cicer. 1. *de Inuent.* Primò propter insolentiam reclamantes, deinde propter rationem atque orationem studiosius audientes, &c. Liu. 8. *bell. Maced.* Et offenderant aures insolentia sermonis. Cicer. *pro Deiot.* Moueor etiam loci ipsius insolentia. Item, verborum insolentias, dixit Gellius *cap.* 19. *lib.* 13. ¶ Insolentia, pro arrogantia, superbia. {גאוה *ghaauáh* גאות *gheuth* זדון *zadhón.* ἀλαζονεία. GALL. *Insolence, arrogance.* ITAL. *Superbia, arroganza.* GERM. Stoltz/hochtragenheit/übermut. HISP. *Arrogancia, y sobervia.* ANGL. *Pryde, presumption.*} Senec. *epist.* 88. Insolentia nihil est aliud quàm species magnitudinis falsæ. Cicer. 5. *Verr.* De luxuria Apronij loquor, nihil de insolentia, nihil de singulari nequitia ac turpitudine. Idem 1. *Tuscul.* Quæ quidem cogitans soleo sæpe mirari nonnullorum insolentiam philosophorum, qui naturæ cognitionem admirantur.

Insolenter, aduerbium, Arroganter & superbè. {ἀλαζονικῶς. GALL. *Fierement, arrogamment.* ITAL. *Superbamente, arrogantemente.* GERM. Stoltzlich/übermütiglich. HISP. *Arrogantemente y soberuiamente.* ANGL. *Arrogantlie, proudlie.*} Cic. 4. *Tuscul.* Insolenter se efferre. Liu. 2. *ab Vrbe*, Tandem superant externa: adeò superbè, insolenterque hostis eludebat. ¶ Aliquando etiam insolenter vsurpatur pro rarò. {ANGL. *Seldome, fewtymes.*} Cic. 1. *de Inuent.* Deinde natura eius euenirène vulgò soleat, an insolenter & rarò.

Insolesco, is, ere, *s'enorgueillir deuenir insolent.* Gell. *cap.* 3. *lib.* 7. Ne Romani, Persæ quoque rege victo, ad superbiam, ferociámque & immodicum modum insolescerent.

Insolidum, siue Insolido, Integrè. {ὡς ὁλόκληρον, καθ' ὁλόκληρον. GALL. *Entierement en tout & pour le tout.* ITAL. *Interamente.* GERM. Gäntzlich. HISP. *Integramente, ò enteramente.* ANGL. *Throughlie.*} Senec. *de benefic. lib.* 1. Præsentia nondum tota insolida sunt: potest illa casus aliquis incidere. Obligari insolitum. Vlp. *l. his verbis, eod. tit.* Spondere insolidum. Iulianus *l. reos, eodem tit.*

INSOLITUS, a, um, Non suetus, insolens, inassuetus. {ἄηθης. GALL. *Inaccoustumé, non accoustumé.* ITAL. *Insolito, non consueto.* GERM. Vngewont. HISP. *Desacostumbrado, no acostumbrado.* ANGL. *Anaccustomed not wonted.*} Virg. 1. *Georg.*

——*insolitis tremuerunt motibus Alpes.*

Cic. 6. *Verr.* Cur prudentissimas, electissimásque fœminas in tantum virorum conuentum insolitas, inuitásque prodire cogis? Insolitus ad laborem exercitus. Cæsar *bell. ciuilis.* Insoliti Romani tumultus, genitiuo casu. Liu. *lib.* 10. *ab Vrb.* Ouid. *Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.*

Insolita cepi temporis arma manu.

Insolitè, aduerbium, præter consuetudinem. {ἀήθως. ANGL. *Not as it was wonte.*} Gell. *lib.* 1. *cap.* 5. Intempestiuè ac insolitè disserebat. Sunt tamen qui eo loco legant, *Insubidè* disserebat.

INSOLO, as, Ad solem sicco. {ἡλιάζω, ἀλέαίνω. GALL. *Mettre au Soleil, secher au Soleil.* ITAL. *Seccar ad sole.* GERM. Sönnen/an die sonnen thun oder daran trücknen. HISP. *Assolear poniendo al sol.* ANGL. *To dry at the sunne.*} Columell. *lib.* 12. *cap.* 19. Quas per triduum insolaueris. Idem *lib.* 4. *cap.* 17. Nam & sic faciliùs insolatur humus, & fructus percoquitur.

Insolatus, In sole, seu ad solem siccatus, aut calefactus. {ἡλιόκαυστος, ἡλιωθείς. GALL. *Exposé, & seché au Soleil.* ITAL. *Seccato al sole.* GERM. Gesönnet/an die sonnen gelegt. HISP. *Cosa asoleada.* ANGL. *Dryed at the sunne.*} Columell. *lib.* 5. Super hoc materiæ quæ fructum habent, meliùs conualescunt, & vuæ commodiùs insolatæ percoquuntur. ¶ Insolati dies, apud Columellam, Illustres, quibus sol lucet. Idem *lib.* 11. *cap.* 3. Deinde quum enata semina fuerint, tepidis diebus & insolatis iuxta ædificium sub dio ponat. Budæus. ¶ Insolare quoque puellæ crines dicuntur, dum facie tecta passos capillos ad solem expandunt siccandi gratia. Et ipsi crines insolati dicuntur. Plin. *lib.* 21. *cap.* 14. de cera loquens, Candidissima verò fit post insolationem etiamnum recocta.

Insolubilis, e, quod solui non potest. {ἄλυτος. GALL. *Indissoluble.* ITAL. *Che non si puo sciorre.* GERM. Vnauflößlich. HISP. *Cosa que no se puede desatar.* ANGL. *That can not be loosed.*} Quint. *lib.* 5. *cap.* 9. Vbi est signum insolubile, ne lis quidem est. Insolubile iudicium, necessarium, quod vrget hominem: apud eundem Quint.

Insolubiliter, aduerb. ἀδιαλύτως. Macrob. *comment. lib.* 1. *cap.* 6. Cùm verò medietas ipsa geminatur, ea quæ extima sunt, non tenaciter tantum, sed etiam insolubiliter vinciuntur.

Insolutum accipere, est aliquid accipere in satisfactionem, aut certè deductionem rei debitæ. Senec. *lib.* 2. *de beneficijs, cap.* 17. Inde est, vt omnia meruisse se existimet, & insolutum accipiat, nec satis pro suo pretio æstimatum existimet. ¶ Sic etiam dicimus Insolutum cedere, id est, cedere in solutionem. Exempla nusquam non occurrunt apud Iurisconsultos.

Insolum, veteres pro insolitum dixerunt. Afranius. Orbitatem senectuti tuæ malum metui: quod insolum non venit cæco ac dementi.

INSOMNIUM, ij, neut. gen. Est, vt inquit Macrobius, quod in somno videmus, & ex cura oppressi vel animi, vel corporis, vel fortunæ proficiscitur, vnà cum somno aduolat, & pariter euanescit: vnde insomnium nomen, non quia per somnum videtur, sed quia in ipso somno tantummodo esse creditur dum videtur, post somnum nullam vtilitatem, vel significationem relinquit. {חלום *chalóm.* ἐνύπνιον, ὀνειρωγμός. GALL. *Songe ou vision qu'on voit en dormant.* ITAL. *Sogno, visione, veduta in sogno.* GERM. Ein traum ein gesicht so einem im schlaff fürkompt. HISP. *Vision en sueños.* ANGL. *A dreame or vision in ones sleepe.*} Tiball.

Dij meliora ferant, nec sint insomnia vera.

Cic. *de senect.* Caret ergo etiam vinolentia, & cruditate & insomniis. Gell. *cap.* 8. *lib.* 13. Tanquam mimo, aut insomnio. Plaut. *Men. sc.* 7. *a.* 5. Hæc nihilo mihi videntur secus quàm insomnia. Ouid. *Eleg.* 8. *lib.* 3.

Vt tetigi pontum vexant insomnia.

Insomnis, insomne, Peruigil. {ער *hér.* ἄυπνος. GALL. *Sans dormir, sans sommeil.* ITAL. *Senza sonno, vigilante.* GERM. Vnschläffig/wachend. HISP. *Sin sueño ò desuelado.* ANGL. *without sleepe.*} Vnde insomnes noctes, apud Virg. 9. *Æneid.* hoc est, peruigiles.

——*nutlem custodia ducit*
Insomnem ludo.

Oculi insomnes. Stat. 3. *Thebaid.*

Insomnia, æ, Vigilia. {ἀγρυπνία, ἀυπνία. GALL. *Faute de dormir, quand on ne dort point.* ITAL. *Vigilia, vegghia.* GERM. Vnschläffigkeit/das wachen. HISP. *La vela contraria del sueño.* ANGL. *Waking.*} Cælius *Plotio*, apud Nonium, Consequitur omnes insomnia: ea porrò insaniam affert. Donatus *in illud Terentij Eunuch.* Aut mox noctu te adigent horsum insomnia. Legitur, inquit, & Adiget, vt sit insomnia numeri singularis. Gell. *cap.* 4. *lib.* 6. Insomnia necari.

Insomniosus, qui multum somniat. {ἐνυπνιώδης. GALL. *Qui songe plusieurs choses.* ITAL. *Che si sogna molte cose.* GERM. Treumig/dem gern vil schwerer treum fürkommen. HISP. *El que mucho sueña.* ANGL. *That dreameth often or seeth visiones in sleepe.*} Cato *de re rust. cap.* 157. Omnino qui insomniosus est, hac eadem curatione sanum facies.

Insons, tis, Innocens, qui extra culpam est. {נקי *naki.* ἀναίτιος, ἀθῷος. GALL. *Innocent.* ITAL. & HISP. *Innocente.* GERM. Vnschuldig. ANGL. *Giltles, innocent.*} Liu. 4. *ab Vrbe*, Etiamsi regni crimine insons fuerit. Plaut. *in Asin. sc.* 2. *a.* 5. Ille ecastor suppilabat me, quòd ancillas meas Suspicabar, atque insontes miseras cruciabam. Liu. 1. *d.* 5. Insons omnis iniuriæ. Ouid. 3. *Metam.*

——*Pater est fraterni sanguinis insons.*

Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 5. Malè facis quæ insontem insimules. Ouid. *Eleg.* 10. *lib.* 3.

Et cremat insontes hostica turba casas.

INSONO, as, are, Sono. {המה *humáh.* ἐνηχέω. GALL. *Sonner, rendre vn son.* ITAL. *Suonare.* GERM. Erthönen. HISP. *Sonar.* ANGL. *To sounde.*} Lucan. *lib.* 2.

Insonuère tubæ & quanto clamore cohortes
Miscentur, cantum, &c.

Ouid. 11. *Metam.*

Nulla mora est, calamis agrestibus insonat ille.

Idem *Eleg.* 10. *lib.* 3. *Trist.*

Et quanquam Boreas iactatis insonet alis.

Idem 2. *Fast.*

Dum latè insonuit vento nemus.

Insonus, a, um, quod est nullo sono & strepitu. {ἄφωνος, ἀηχής. GALL. *Choses sans son ou bruit.* ITAL. *Senza suono, che non ha suono.* GERM. Das kein getöß oder geräusch macht. HISP. *Cosa sin ruido y sin sonido.* ANGL. *That hath no sound.*} Apuleius, Insono vestigio me perducit. Sic Absonum, sine sono, vel malè sonans, vide suo loco.

Insopitus, a, um, Insomnis, peruigil: vt, Insopitus draco. {ער *her.* ἄυπνος. GALL. *Qui ne dort point, qui n'est point assopi de sommeil.* ITAL. *Vigilante.* GERM. Vnentschlafft. HISP. *Vigilante, velador toda la noche.* ANGL. *That sleepeth not.*} Ouid. 7. *Metam.*

——*cur non tauros exhortor in illum,*
Terrigenásque feras, insopitúmque draconem?

Insortitus, a, um, {ἀκλήρωτος. GALL. *Qui n'est point diuisé ne parti par sort.* ITAL. *Non partito per sorte.* GERM. Vngeloßt/nicht durch das loß worffen zugetheilt. HISP. *Cosa no partida por suerte.* ANGL. *Not parted by lot.*} Plaut. *in Casin.* Si non impetrauit, specula etiam insortita sunt mihi.

‖Inspeciatus, sine specie. Tertull.‖

INSPERANS, tis, omnis g. Non sperans, non expectans, imprudens, {ἀνέλπιστος. GALL. *N'esperant point, qui n'espere point.* ITAL. *Che non spera, senza speranza.* ANGL. *That looketh not for.*} Cic. 1. *de Orat.* Insperanti mihi cecidit, vt in istum sermonem dilaberemini.

ex **Insperato**, aduerb. Præter spem & opinionem. {ἀνελπίστως. GALL. *Sans qu'on l'esperast, hors ou contre esperance.* ITAL. *Senza hauersi pensato, all'improuiso.* GERM. Vnuerhoffter sach/vnuersehenlich. HISP. *No esperando, fuera de esperança.* ANGL. *Besyde expectation.*} Plin. *lib.* 25. *cap.* 2. Casúque accidit vt milite à morsu canis incipiente, &c. Seruatúsque est ex insperato.

Insperatus, a, um, Inexpectatus. {ἀνέλπιστος. GALL. *Non esperé, qu'on n'espere point.* ITAL. *Cosa non sperata.* GERM. Vnuerhofft. HISP. *Cosa no esperada.* ANGL. *Not looked or beleued for.*} Ter. *in Heaut.* ——celem tam

insperatum gaudium, Quum illi nihil periculi ex indicio fiet? Insperatum, non opinatum malum, Cicer. 3. *Tusc.* Plaut. *Men. sc. vlt. a.* 5. Dij immortales, date mihi spem insparatam quam suspicor. *Ibidem.* O salue insperate frater. Idem *Mostell. sc.* 3. *a.* 1. Insperata accidunt magis sæpè, quàm quod speres.

Insperābĭlis, e, quòd vix sperari potuisset. {ἀνέλπιστος, ἄελπτος. Gall. *Qui ne se peut esperer.* Ital. *Che non si può sperare.* Germ. Nicht zuvor hoffen/deß kein hoffnung wardt. Hisp. *Cosa que no se puede esperar.* Angl. *That culd not be beleued.*} Gell. *lib.* 4. *cap.* 18. Pacémque & victoriam vobis peperi insperabilem.

Inspērgo, is, ere, Sparsim infundo. {זרה zaráh פזר pizzér. ἐπιρραίνω. Gall. *Espandre ou espardre par dedans ou dessus.* Ital. *Spargere, aspergere.* Germ. Einsprengen/etwarein sprützen oder säyen. Hisp. *Derramar.* Angl. *To sprinkle in or vpon.*} Cicer. 2. *de Diuinat.* Cor est in extis, iam abscedet, simulac molam & vinum insperseris. Col. *lib.* 11. *cap.* 2. Hoc eodem tempore stercoris pars in prata digerenda, pars oleis & cæteris arboribus inspergenda. Næui inspersi egregio corpori. Horat. 1. *Serm. Satyr.* 6.

Inspĭcĭo, is, Aspicio, intueor, ac penitus cognitus cognosco. {ראה raáh הביט bibbit צפה tsaphàh השכיל hisckil. ἐνορῶ, ἐφορῶ, ἐπισκοπέω, ἐπισκοπέω. Gall. *Regarder dedans, considerer & voir de pres.* Ital. *Guardare, vedere.* Germ. Ansehen/hineinsehen/anschawen. Hisp. *Mirar, y ver.* Angl. *To looke in or vpon, to considerer.*} Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 1. Vin' tu facinus luculentum inspicere? Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 3. Concede, (i. recede) inspiciam quid scriptum est. (i. legam Epistolam.) Idem *Amph. sc.* 1. *a.* 1. Cùm in speculum inspexi, formam agnosco meam. Idem *Mil. sc.* 1. *a.* 2. Inspexi mulieris sententiam. Idem *Aul. sc.* 5. *a.* 3. Exta inspicere in Sole etiam viuo licet. Ter. *in Adelph.* Denique inspicere tanquam in speculum vitas hominum iubeo, atque ex aliis exemplum sumere sibi. Plaut. *in Men.* Quum inspicio marsupium, Viaticati hercle admodum æstiuè sumus. Idem *in Mostell.* Cupio herclè inspicere has ædes.

Inspector, is, verbale, qui rem aliquam venalem pro potestate cognoscit, quales sunt apud nos quos magistros opificiorum vocant, quibus opifices opificia sua vt approbent, necesse est instituto municipali, aut in multam incidant, nisi (quod plerunque fit) prolato ære se tueantur, vt vtar verbo prisco. Hæc Budæus. Plin. *lib.* 37. *cap.* 7. Accedit religio narrata à siderum cognitione ab inspectoribus, quoniam ferè stellarum hyadum & numero & dispositione stellantur.

Inspectĭo, nis, Diligens rei alicuius consideratio. {השכל haschél. ἐπισκοπή, ἐφόρασις, ἐπισκεψις. Gall. *Regard, consideration, esgard.* Ital. *Consideratione diligente di qualche cosa.* Germ. Beschawung/besichtigung. Hisp. *Mira diligente.* Angl. *The looking vpon or beholding of a thing.*} Colum. *lib.* 1. *cap.* 4. Nam prima inspectione neque vitia neque virtutes abditas ostendit. Cic. 2. *Philipp.* Nos enim nunciationem solùm habemus. Consules & reliqui magistratus etiam inspectionem, id est, cognitionem & iudicium. Quo loco tamen libri emendatiores, *spectionem* non inspectionem habent. Ars ex inspectione & exercitatione constat. (id est, θεωρία & πρᾶξις.) Quintilian.

Inspectŭs, us, pro ipsa inspectione. Tert. *lib.* 4. *aduersùs Marc.* Cur autem inspectui eorum manus & pedes suos offert quæ membra ex ossibus constant?

Inspecto, as, Continuè, siue attentè intueor. {השכיל hischil שור schazar. ἐφορῶ, ἀτενίζω. Gall. *Regarder souuent & diligemment, considerer.* Ital. *Guardar con diligenza.* Germ. Fleissig oder eigentlich besichtigen. Hisp. *Mirar à menudo ò con diligencia.* Angl. *To behold or considerer often.*} Cicer. *ad Brut.* Quod vtinam inspectare posis timorem de illo meum. Plaut. *Capt. prolog.* Faciam vt pugnam inspectet non bonam. Idem *Milit. sc.* 2. *a.* 2. De tegulis nescio quis modò inspectauit. (quid fieret domi.) Idem *Milit. sc.* 6. *a.* 2. Inde inspectauisti meum hospitem osculantem apud me. ¶ Inspectare etiam dicuntur satellites, quos principes præsidij custodiæque corporis sui causa circum se habent. Suet. *in Cæs.* Sunt qui putent confisum eum nouissimo illo Senatusconsulto, ac iureiurando etiam custodias Hispanorum cum gladiis inspectantium se remouisse.

Inspectatio, nis, verbale Senec. *nat. quæst. lib.* 6. Quorum est adeò mihi dulcis inspectatio, vt quamuis aliquando de terrarum motu volumen ediderim iuuenis tamen tentare me voluerim & experiri, &c.

Inspico, as, in modum spicæ vel spici acuo. {ἀποσταχύω. Gall. *Faire aigu & pointu comme vn espi, aguiser.* Ital. *Aguzzare.* Germ. Als ein äher außspitzen. Hisp. *Dentar la hoz, aguzar, espigar.* Angl. *To make sharp lyk the eare of corne.*} Virg. *lib.* 1. *Georg.*

——— *Ferróque faces inspicat acuto.*

Vbi Seruius, Acuto ferro incidit, ad speciem & imaginem aristarum.

Inspīro, as, Afflo, perflo. {נשב mischschéb נפח naphach. ἐμπνέω. Gall. *Souffler dedans ou dessus.* Ital. *Inspirare, spirare, soffiare.* Germ. Hinein wehen/einblasen. Hisp. *Soplar, espirar.* Angl. *To blowe or breath in or vpon.*} Colum. *lib.* 1. Sed granaria scalis adeantur, & modicis fenestellis Aquilonibus inspirentur. Virg. 1. *Æneid.*

——— *Occultum inspires ignem.*

Idem 4 *Georg.*

Illis ira modum supra est, læsaque venenum
Morsibus inspirant.

Cels. *lib.* 7. *cap. de fistulis*, Medicamenta arida in calamum scriptorium conicienda sunt, isque ori fistulæ aptandus, inspirandúmque est (id est, intrò spirandum) vt ea medicamenta intus compellantur. Quint. Inspirate iram & misericordiam. Idem, Inspirantes ramis arborum auræ. ¶ Inspirare, pro aspirare litteram, videtur positum apud Gell. *cap.* 3. *lib.* 2.

Inspīrātio, ἐμπνευσις, Iulius Firmicus *Mathefeos lib.* 6. Talis genitura Pindaro, & Archilocho dulcissimi carminis modus diuina ingenij inspiratione largita est.

Inspīrātus, ἔνθεος, Iustinus *hist. lib.* 18. Cui cùm inspirati vates canerent, non impunè canerent.

Inspŏlĭātus, a, um, Non spoliatus. {ἀσύλητος. Gall. *Qui n'a point esté pillé ne despouillé.* Ital. *Non spogliato.* Germ. Vnberaubt/vngeplündert. Hisp. *No despojado.* Angl. *Not spoiled.*} Quint. *lib.* 7. *cap.* 2. Hominem occisum esse constat, non in solitudine, vt à latronibus suspiceris: non prædæ gratia, quia inspoliatus est: non hæreditatis spe, quia pauper fuit: odium igitur in causa.

Inspŭo, is, ere, Super aliquid spuo, conspuo. {רקק rak. ἐμπτύω. Gall. *Cracher sur ou dedans quelque chose.* Ital. *Sputare qualche cosa.* Germ. Etwarein oder etwarauff speiwen. Hisp. *Escupir en algo.* Angl. *To spett iner vpon.*} Plin. *lib.* 22. *cap.* 21. Tradúntque commanducata ea si inspuatur, mori serpentem. Idem *lib.* 31. *cap.* 9. Datúrque iungendus, & oculis iumentorum inspuitur. Sen. *cap.* 13. *de consol. ad Heluiam*, Inspuere faciem alicuius.

Insputo, as, frequentatiuum. {συχνὰ ἐμπτύω. Gall. *Cracher souuent.* Ital. *Sputare souente.* Germ. Vil vnd offt etwarauff speiwen. Hisp. *Escupir a menudo.* Angl. *To spett often vpon.*} Plaut. *Capt. sc.* 4. *a.* 3. Isti morbus qui insputatur interdum venit. (bis, terque.) *Ibidem.* Vt qui ne opus sit insputarier.

Instăbĭlis, e, Inconstans, varius, volubilis, mutabilis. {נד nadh. ἀσταθής, ἀκατάστατος. Gall. *Inconstant, leger, variable.* Ital. *Instabile, leggere, inconstante.* Germ. Vnbestendig/vnstät. Hisp. *Cosa que no puede estar queda.* Angl. *Inconstant, changeable.*} Virg. *lib.* 4. *Georg.*

Instabiles animos ludo prohibebis inani.

Et paulò post,

Vt cymbæ instabiles fluctu iactante saburram.

Tibull. *lib.* 4. Instabilis natat (libra.)

Instābĭlĭtās, atis, Inconstantia, varietas, mutabilitas. {ἀστασία. Gall. *Instabilité, inconstance, legereté.* Ital. *Instabilità, inconstanza.* Germ. Vnbestendigkeit. Hisp. *Mouimiento, inconstancia.* Angl. *Inconstancie, vnstedfastnesse.*} Plin. *lib.* 24. *c.* 17. Hanc autem à Regibus Persarum comedi atque bibi contra omnium corporum incommoda, instabilitatémque mentis.

Instāns, tis, {קרוב karób חווה hovéh. ἐνεστηκὼς, ἐνεστώς. Gall. *Qui est pres, qui s'approche ou est present.* Ital. *Instante, chi è presente.* Germ. Gegenwertig/schon vorhanden. Hisp. *Cosa presente ò cercana.* Angl. *That is at hand or nigh.*} Pro minimo temporis momento, apud classicos scriptores non legimus: quo tamen vtuntur quidam nostræ ætatis philosophi, vt plerisque aliis, quæ docti non agnoscunt. Apud idoneos tamen scriptores legimus, Instans tempus, pro tempore præsenti, vel pro momento illo temporis quod nunc instat: non tamen absolutè vt illi vtuntur) pro quouis minimo temporis puncto. Malè ergo quidam interpretantur cùm instans pro præsenti tempore vsurpant, quasi instabile esset & abiret, momentaneum, cùm tamen hoc nomen à Græcis mutuati simus, qui ἐνεστῶτα dixere quod instaret cedenti præterito: non autem quod non staret. Imò cætera tempora non stant, sed præteritum iam non est, futurum autem nondum: vnum præsens semper est: nam etsi abit tempus, tamen hoc quod est, præsens est. Scal. Tacit. *lib.* 19. Præterita, instantia, futura pari obliuione dimiserat. Quint. *lib.* 5. *cap.* 10. Præteritum, instans, futurum.

Instāntĭor, comparatiuus. Gell. *lib.* 13. *cap.* 22. Dupléxque eadem compellatio admonitionem facit instantiorem.

Instāntĕr, aduerbium, Sedu[illegible]tanter. {ἐκτενῶς. Gall. *Auec diligente poursuite, perseuera[illegible], & sans cesse.* Ital. *De continuo, continuatamente, perseueratamente, senza cessare.* Germ. Ebemlich/trungenlich/vnabläßlich. Hisp. *Apressuradamente.* Angl. *Diligentlie.*} Quintil. *lib.* 9. *cap.* 4. Vbicunque acriter erit, & instanter, pugnacitérque dicendum, membratim, cæsimque dicemus.

Instantissimè, admodum perseueranter. Sext. Aur. Victor. *in Tito*: Iste à puero præclaris studiis probitatis, militiæ, literarum instantissimè deditus. Et, instantissimè desiderare apud Gell. *lib.* 4. *cap.* 18.

Instāntĭă, æ, Sedulitas, assiduitas, & continua intentio. {ἔνστασις. Gall. *Poursuite continuelle, perseuerance.* Ital. *Instanza, continuatione, perseueranza.* Germ. Anhaltung/beharrung. Hisp. *Aquella presencia, instantia.* Angl. *Diligence with perseuerance.*} Plin. *lib.* 3. *cap.* 5. Quid est enim quòd non aut illæ occupationes impeditæ, aut hæc instantia possit efficere? Gell. *cap.* 2. *lib.* 6. Necessitas & instantia fati.

Instăr, indeclinabile, ab insto. Olim flectebant instar instaris, vt, nectar nectaris, ferè sine præpositione construitur. {כמו chemó. δίκην. Gall. *A la comparaison, à l'equipollent, comme.* Ital. *Aguisa à similitudine.* Germ. Gleich/wie/nicht anderst dann als zugleich. Hisp. *A semejança, à modo.* Angl. *Lyke, as it were.*} Ouid. *Eleg.* 8. *lib.* 3. *Trist.*

——— *instar mihi muneris ampli.*

Idem *Eleg.* 4. *lib.* 3.

——— *Gratique erat instar amoris.*

Idem *Eleg.* 2. *lib.* 5. *Trist.*

Párque mea pœna totius instar erit.

Gell. *cap.* 1. *lib.* 20. Ad tantæ amplitudinis instar emicuit imperium populi Romani. Velleius, Salubritatis instar & amœnitatis ornamentum. Item, Multorum voluminum instar. Et modò idem significat quod ad æquiparationem, siue ad mensuram. Columell. *lib.* 3. Vineam nouellam gemmas agere sinito, simulátque pampinus instar quatuor digitorum erit, tum demum pampinato. Idem *lib.* 1. In campo rariùs, in colle spissius aceruli stercoris instar quinque modiorum disponentur. Modo ad similitudinem refertur: vt illud Ciceronis, Fregellanam autem quæ fuit non vici instar, [illegible]. Sed vrbes quod erat Amani caput, &c. Et *in Pisonem*, Vnus ille dies mihi quidem immortalitatis instar fuit, quo in patriam redij, quum Senatum egressum vidi, Populúmque Rom. vniuersum. Suet. *in Cæsare cap.* 61. Cuius iam etiam (scilicet equi) instar pro æde Veneris genitricis postea dedicauit. i. imaginem, similitudinem. Instar in nominatiuo eleganter positum. Iustinus *lib.* 4 Mittitur Gylippus solus, sed in quo instar omnium auxiliorum erat: id est, sed qui solus tantum potuit, quantum omnes, auxiliari. Item pro exemplari apud Virg. 6. *Æneid.*

——— *quantum instar in ipso est.*

Vlp. *de noui operis nuntiat. l. stipulatio*, Si præponatur Instar quoddam operis, quasi facies quædam facti operis. Solinus cum præpositione vsus est, Mesopotamiam opimat annuæ inundationis excessibus, ad instar amnis Ægyptij terris superfusus, inuecta soli fœcunditate.

Instaūro, as, à σταυρὸς, palum depango. Festus putat dictum ab Instar, quod propriè aliquid instaurari dicatur, quum ad antiquam formam & statum reducitur, Integro, reficio, in pristinum statum restituo, renouo.

renouo. {בדק badbák חזק chizzék חזק hechezik. ἀνανεοῦσθαι, ἀνανεάζω. GALL. Restaurer, raccoustrer, rabiller. ITAL. Rinouare, restaurare. GERM. Erneweren. HISP. Renouar lo viejo. ANGL. To repaire, restore or renew.} Vnde Donatus *in illud Terentij*, Amantium iræ, amoris redintegratio est: Integratio, inquit, hoc est, instauratio. Virg. ad animum transtulit, *Æneid.* 2.

Instaurati animi regis succurrere tectis. hoc est, recreati, & restituti. ¶ Alij putant Instauro compositum esse à stauro antiquo verbo, quod idem significabat quod postea instauro: negántque ab instar deductum esse, propterea quòd raro vsu eueniat vt euersa ædificia ad similitudinem pristinam restituantur. Liu. *lib.* 4. Nam Phalisci perpelli ad instaurandum bellum, neque clade Romanorum, neque sociorum precibus potuère. Instaurandum, non ad similitudinem pristini gerendum: sed integrandum, & denuò inferendum. Liu. *lib.* 7. *d.* 4. Instaurare nouum de integro bellum. Sic Cic. *de Prouincijs consularibus in Pisonem & in Gabinium*, Periculum est ne instauratas maximi belli reliquias ac renouatas audiamus. Virg. *lib.* 3. *Æneid.*

Ergo instauramus Polydoro funus.

Idem *lib.* 2.

Certatim instaurant epulas, i. denuò imponunt.

Quum ergo instauro nihil in significato conueniat cum instar, nullo pacto ab instar formari dicendum putant, præsertim quum nec ad analogiam pertineat, quòd instato, non instauro facere deberet. Restauro autem, quamuis penè aboleuerit, & pro eo instauro melius vtamur, tamen Lactant. *lib.* 7. vsus est pro reduco, seu reformo, renouo, reficióve: Verum ille (inquit) quum deleuerit iniustitiam, iudiciúmque maximum fecerit, ac iustos, qui à principio fuerunt, ad vitam restaurauerit, mille annis inter homines versabitur. Velleius, Instauratum Syllani exempli malum proscriptio.

Instaurātĭō, nis, Refectio, restitutio. {חזקה chezkáh. ἀνανέωσις. GALL. Restauration, accoustrement, renouuellement. ITAL. Rinouatione, ristoro. GERM. Erneuerung. HISP. Obra de renouar, renouacion. ANGL. A repairing, a restoring to the first estate.} Cic. *de Arusp. resp.* Dij ludorum instauratione placantur.

Instaurātitius dies. Vltimus Circensium erat, Iouis propitiandi gratia additus: de cuius institutione vide Macr. *lib.* 1. *Sat. cap.* 7.

Instaurātiui ludi, dicebantur qui in locum eorum, qui aut prætermissi erant, aut perperam facti instaurabantur. Cic. 1. *de Diu.* Itaque ludis intermissis instauratiui constituti sunt.

INSTĔRNO, is, Supersterno, operio, superextendo. {הצעה hitstsiah. ὑποστρώννυμι. GALL. Couurir, estendre dessus. ITAL. Distendere di sopra, coprire. GERM. Vberspreiten, vberlegen, bedecken. HISP. Cubrir, estender sobre algo, xeruilar lo aspero. ANGL. To couer, to spread vpon.} Plin. *lib.* 19. *cap.* 5. Si palo adacto cauerna palea insternatur. Liu. 10. *bell. Pun.* Tabulásque superinstrauit, vt perutium nauium ordinem faceret. Virg. 2. *Æneid.*

——— *fuluæque insternor pelle leonis.*

Instrātŭs, Ornatus, stratus. Plin. *lib.* 8. *c.* 42. Ita instrata, equorum ornamenta dicuntur. Et instratus lectus dicitur, veste stragula tectus. {מוצע mutstsáh. ἐπεστρωμένος. GALL. Couuert, estendu par dessus. ITAL. Coperto, steso di sopra. GERM. Bedeckt, gespreit. HISP. Cubierto, estendido sobre algo. ANGL. Couered, spread vpon.} Suet. *in Claudio cap.* 15. Conuitiísque ac simul fragminibus panis ita instratus, vt ægrè ne nisi postico euere in palatium voluerit. Instratus equus speciosè. Liu. *lib.* 4.

Instrātum, substantiuum, ab insternendo, Operimentum, stragulum, quicquid insternitur. {יצוע jetsúah כסוי chesúi מכסה michséh. ἔπιχμα. GALL. Tout habillement seruant de couuerture comme housse, loudier, & telles choses. ITAL. Coperta. GERM. Ein decke, ein decke. HISP. Estrado, ò repostero. ANGL. A false cloth or any thing that is spread vpon another.} Vlp. *l. instrato. ff. de verb. signific.* Instratum omne vestimentum continere quod inijcitur, Labeo ait. Idem *alio loco*, Instratum significat omnem vestem stragulam insternendi causa paratam. στρῶμα.

Instrāgŭlum, i, Stragulum. {יצוע jetsúah כסוי chesúi מכסה michséh. στρῶμα. ANGL. A counterpoynte, a couering of a bed other thing.} Cato *de re rust. cap.* 10. Culcitras octo, instragula octo, puluinos sexdecim, operimenta decem, mappas tres, &c.

INSTĪGO, as, Ex in & obsoleto verbo stigo, cuius originem referunt ad verbum Græcum στίζω, Pungo, stimulo, excito, adhortor. {הסית hesith העיר hehir. παροξύνω, ἐπεγείρω. GALL. Esguillonner, inciter, esmouuoir. ITAL. Instigare, stimolare. GERM. Antreiben, anreizen, anhetzen. HISP. Hostigar, ò aguijonear. ANGL. To prik so reward, to stirre vp or moue.} Vnde Instigo pro instimulo: & tam in bonum, quàm in malum sumitur. Instigare, incitare, & quasi impellere obiurgatione quadam. Ter. *in Andr.* Age si hic non insanit satis sua sponte, instiga. Liu. 3. *bell. Maced.* Infensi & irati Romanos in Annibalem, & ipsos causam odij quærentes instigabant. Idem 10. *ab Vrbe*, Hæc precatus velut instigante dea, & ipse collegæ & exercitus virtutem adæquauit ducis. Cic. *in Pison.* At tu eras Consul, quum in palatio mea domus ardebat, non casu aliquo, sed ignibus iniectis, instigante te.

Instīgātĭo, instigationis. Instigandi actus. {παρόρμησις, παροξυσμός. GALL. Instigation, esguillonnement. ITAL. Instigatione, incitamento. GERM. Antreibung, anhetzung. HISP. Hostigamiento. ANGL. A pricking or stirring vp.} Ad Herenn. *lib.* 2. Amplificatio est res, quæ per locum communem instigationis auditorum causa sumitur.

Instigatus, us, ui, aliud verbale, pro eodem. Vlpian. *in l.* 1. §. *sed & si. ff. si quadr. paup.* Sed etsi instigatu alterius fera damnum dederit.

Instīgātrix, quæ instigat. Cornel. Tacit. *lib.* 17. Acerrima instigatrix aduersùs Galbianos.

INSTILLO, as, are, Guttatim infundo. {הטיף hittiph יצק jatsák. ἐγκαταστάζω, ἐνσταλάζω. GALL. Degoutter, distiller goutte à goutte. ITAL. Goccioare, instillare, lambiccare. GERM. Eintreuffen, tropffechtig eingiessen. HISP. Destilar gota à gota, gotear. ANGL. To droppe in or powre in by droppes.} Plin. *lib.* 10. Et aurium grauati succum raphani instillant. Cic. *de sen.* Namq; & hæc quoque nisi tanquam lumini oleum instilles, extinguuntur senectute. Idem 2. *Tusc.* Guttæ quæ saxa assiduè instillant Caucasi. Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 3. *Trist.*

Vix instillatis restituenda mero.

¶ Per translationem accipitur pro sensim in animum mittere. Cicer. *ad Attic. lib.* 9. Attulit vberrimas tuas literas, quæ mihi quiddam quo starem instillarunt.

Instillatio, verbale, ἐνστάλαξις, Infusio stillatim & guttatim facta. Plin. *lib.* 29. *cap.* 6. Aures purgat fel pecudis cum melle, canini lactis instillatio sedat dolorem.

INSTĬMŬLO, as, are, Exstimulo, instigo. {הסית hesith העיר hehir. ἐρεθίζω, παροξύνω. GALL. Esguillonner, inciter. ITAL. Stimolare, incitare. GERM. Anstupffen, antreiben, reitzen. HISP. Hostigar, aguijonear. ANGL. To pricke or stirre vp.} Instigare, & stimulis quibusdam impellere. Ouid. 6. *Fast.*

Dissimulata deam Latias Saturnia Bacchas
Instimulat fictis insidiosa sonis.

¶ INSTINGVO, impello, incendo. Gloss. *instinguit*. Vet. Dict. Instinguo, is, xi, ctum, instigare, persuadere, vel mortificare, & dicitur ab in & stinguo. Hinc ‖

Instinctŭs, us, ui, Instigatio, admonitio, diuinus afflatus. {παρόρμησις. GALL. Instinct, esguillon, mouuement d'esprit, inspiration diuine. ITAL. Instinto, inspiratione diuina. GERM. Eingebung, trib. HISP. Mouimiento diuino. ANGL. An inspiration, persuasion, an inwardmotion or stirring.} Cic. 1. *Tusc.* Sine cælesti aliquo mentis instinctu. Idem 1. *de Diu.* Oracula quæ instinctu diuino afflatúque funduntur. Instinctu alicuius facere, hoc est, suasu & impulsione. Plin. *in Panegyr.* Multa fecimus sponte, plura instinctu quodam & imperio.

Instinctŭs, a, um, participium, Instigatus, excitatus, incitatus. {מוסת mussáh נעור neór. ἐξωρμημένος, παρωξυμμένος. GALL. Esguillonné, prouoqué. ITAL. Stimolato. GERM. Angetriben, bewegt. HISP. Hostigado, aguijoneado. ANGL. Moued, stirred vp prouoked.} Liu. 5. *ab Vrbe*, Itaque quæ tum cecinerit Diuino spiritu instinctus, ea se nec, vt indicta sint, reuocare posse, &c. Ouid. 6. *Fast.*

Talibus instinctus. sup. Extimulare.

Quint. Quasi instinctus oraculo Delphino. Senec. *cap. vlt. de tranquill.* Cum instinctu sacro surrexit excelsior mens. Velleius, Instincta in bellum Achaia.

Instinctŏr, is, Impulsor, instigator. {מסית masitth מעיר mehir. ὁ παρορμητής, παροξυντής. GALL. Esguillonneur. ITAL. Stimolatore, incitatore. GERM. Ein antreiber, aufwiegler. HISP. Hostigador. ANGL. He that stirred vp or prouoketh.} Corn. Tacit. *lib.* 7. Nec deerat sceleris instinctor.

Instĭpŭlŏr, aris, est certa & solennia quædam verba concipere, quibus is qui interrogatur, aliquid se daturum facturúmve promittit. διομολογοῦμαι. Stipulationis huiusmodi exemplum insigne est illud apud Plautum *in Pseud. sc.* 6. *a.* 4. Minæ viginti sanæ ac saluæ sunt tibi. Hodie quas abs te indest stipulatus Pseudolus. (vbi indest stipulatus dicitur pro instipulatus est, protmesin, litera d interposita, more antiquo. & pauló, infrà. Nullum periculum est quod dicam stipulatier. Vt concepisti verba, viginti minas dabin'? a. Dabuntur.

Instĭtă, æ, Tenuis fasciola, qua honestæ tantùm matronæ vtebantur (inquit Acron.) quæ stolæ imam partem ambiebat. {ἡ παρυφὴ τῆς ἄνω ἐσθῆτος περιϋφή, ἢ πέζα, ἢ ἐφαπτίς. GALL. Vne bande qu'on souloit attacher, & coudre au bas d'vne robbe à femme, comme vn jet, ou vne queue. ITAL. Banda larga, che si vsaua anticamente à piede delle vesti delle honeste matrone. GERM. Die Blege an einem frawen kleid. HISP. Vestidura insigne de castidad. ANGL. A purfle, a garde, a welte.} Horat. *lib.* 1. *Satyr.* 2.

Nil medium est, sunt qui nolunt tetigisse, nisi illas
Quarum subsuta talos tegit instita veste.

Contrà, alius nullam nisi olenti in fornice stantem. Ouid. *in Arte*,

Este procul vittæ tenues, insigne pudoris,
Quæque tegis medios instita longa pedes.

¶ Instita, qua lectus tenditur. Interpres Iuuenal. *Satyr.* 6.

Instĭto, vide *Insto*.

INSTĬTŎR, is, Dicitur qui à mercatore negotiationis alicui est præpositus: quales sunt illi quos negociatores tabernis suis solent præponere, vel ad merces aliquas vendendas committere, quos hodie Factores vocant. {רוכל rochel סוחר socher. πραγματευτής. GALL. Reuendeur, facteur de marchand. ITAL. Fattore di mercante, mercante. GERM. Ein triodler, eines kauffmans factor. HISP. Regaton, mercader ò reuendedor. ANGL. A factour of merchantes or a merchant.} Dicti autem sunt institores (vt indicat Vlp. *in l.* 3. *D. de institor. act.*) ab insistendo, eo quòd negotio insistant. Iuuen. *Satyr.* 7.

Institor hybernæ tegetis, niueique cadurci.

Liu. 6. *ab Vrbe*, Vrbi frequentandæ multitudo incolarum libertinorúmque, & institorum, opificúmque retenta. Propert. *lib.* 4. *Eleg.* 2.

Mundus demissis institor in tunicis.

Institor alicuius mercis. Senec. *Epist.* 42. ¶ Institor eloquentiæ. Quint. *lib.* 11. *cap.* 1. Commoueatúrne quisquam eius fortuna quem tumidum ac sui iactantem, & ambitiosum institorem eloquentiæ in ancipiti forte videat. ¶ Poetæ fere semper accipiunt Institorem pro eo qui venditor est mercium delicatarum, cuique vestiarij & lintearij dant vestem circunferendam & distrahendam. Ouid. *de Arte*,

Institor ad dominam veniet discinctus emacem.

Plautus ancillam pro domina negotiantem, institricem vocat. ¶ Vergiliarum quoque sydus Institor vestis dicitur, quòd mense Nouembri quum earum occasus est, ex hoc sydere coniecturam faciunt hyemis. Nam si nubilus fuerit earum occasus, pluuiosam hyemem denuntiat. Ideóque negotiatores statim augent lacernarum pretia, quibus pluuio tempore vtimur: si verò sereno tempore occiderint, asperitas hyemis denuntiatur. Idcirco reliquarum vestium pretia accendunt.

Instĭtōrĭŭs, a, um, quod ad Institorem pertinet. {ἐμπορικός, πρατικός. GALL. Appartenant au fait des marchands ou des facteurs. ITAL. Pertinente à mercantia & à tali fattori. GERM. Das zu einem krämer gehört. HISP. Cosa de aquella regatoneria. ANGL. That belongeth to a factour of merchantes.} vt, Ars institoria. Sueton. *in Claud.* Dispositæ per litora & ripas diuersoriæ tabernæ parabantur, insignes ganeæ, & matronarum institorias operas imitantium, atque hinc inde orantium vt appelleret. Institoria actio dicitur qua dominus institorem conuenit, vel pro institore conuenitur. δίκη ἐμπορική. Vlpianus *l. quicunque ff. de instit. actione.* Si libitinarius (quem Græci νεκροθάπτην vocant) seruum

postinctorem habuerit, isque mortuum spoliauerit, dandam in eum quasi institoriam actionem: quamuis & furti, & iniuriarum actio competeret.

[Institrix, ancilla negotians pro domina. Perott. ita exponit vocem apud Plaut.]

INSTITVO, is, ex in & statuo, Propono, constituo, decerno. {גזר ghazár. *προτίθημι*. GALL. *Institituer, proposer, ordonner.* ITAL. *Proporre, instituire.* GERM. Fürnemmen, fürsetzen. HISP. *Constituir, proponer.* ANGL. *To appoynte, to ordeine, to beginne.*} Plaut. *in Bacch.* Ego dare me ludum meo gnato institui, vt obsequium animo sumere possit. Cicer. 4. *Verr.* Tu qui institueras in eos animaduertere, qui perperam iudicassent. ¶ Aliquando incipio. {החל hechéll, *ἄρχομαι*.} Cicer. *pro Cluent.* Quæso, vt me, iudices, sicut facere instituistis, benigne, attentéque audiatis. Plautus *Milit. sc.* 2. *a.* 2. Ita hanc instituam fallaciam. Idem *Mostell. sc.* 1. *a.* 2. Argumenta multa in pectus institui. ¶ Aliquando doceo, instruo. {למד limmádh. *μαθητεύω, παιδεύω*. ANGL. *To teach.*} Cicer. *pro Quintio*, Qui apud te esset educatus, quem tu à puero instituisses, vt nobili ne gladiatori quidem hæreret. ¶ Dicitur & de malis artibus. Iuuen. Instituitque rudes melior Locusta propinquas, id est, docet eas veneficia. ¶ Aliquando ordino. {ערך haráech. *διατάσσω, νομίζω*.} Terent. Optimè vitam institui. Sal. Ea familia ortum, ita se ab adolescentia vitam instituisse, vt omnia bona in spe haberet. Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 2. Hæc instituta ornatáque habebam. (i. instructa.) ¶ Instituere delectum, vide *Delectus*. ¶ Instituere. (i. pangere ramos lauri.) Sueton. *in Galba cap.* 1. Item, Instituit id à prima lanugine. i. cœpit facere. Idem *in Othon. c.* 12. ¶ Pro insuefacere, Liu. *lib.* 34. ¶ Amicitiam instituere cum aliquo, id est, inire, Salust. *in Iugurth.* 60. ¶ Instituere pro plantare, conserere, vt instituere vitem apud Sueton. *de clar. Grammat.* Sic vineam instituere. Cic. *in Rullum*, iugera CCC. vbi institui vineæ possunt. Et apud Iurisc. Colonus, cum lege locationis non esset comprehensum, vt vineas poneret: nihilominus vineas instituit.

Institutus, part. Constitutus, ordinatus. {נגזר nigzár מלמד melumádh. *ταχθείς*. GALL. *Ordonné, constitué.* ITAL. *Ordinato, apparecchiato.* GERM. Eingesetzt, geordnet. HISP. *Ordenado, constituydo.* ANGL. *Apoynted, ordeined.*} Cicer. *Attic. lib.* 2. Magistratus hic multos annos post Decemuiros institutus est. ¶ Institutus, creditus. Idem 3. *de fin.* Eos melius à natura institutos fuisse quàm institui potuissent à philosophia. Institutus, incœptus. Idem *pro domo sua*, Neque institutas cæremonias persequi, neque verbum vllum solenne potuit effari. Liu. *lib.* 2. *d.* 5. Institutus sermo cum aliquo.

Institutio, onis, Instructio, doctrina. {חק chok חקה chukkáh. *παιδεία, ἀγωγή*. GALL. *Instruction, enseignement.* ITAL. *Institutione, introduttione.* GERM. Vnderweisung, Lehr. HISP. *Obra de enseñar.* ANGL. *A theaching.*} Cicer. 1. *Offic.* Magis ad institutionem vitæ communis spectare videntur. ¶ Institutiones item dicuntur libri, siue præcepta ad artem aliquam viam sternentia, quas *εἰσαγωγὰς* appellant Græci. Vnde etiam Quint. opus suum, quo futurum Oratorem instituit, Institutiones oratorias inscripsit.

Institutor, is. Lamprid. *in Commodo*, Tantum valet aut ingenij vis, aut eorum qui in aula institutores habentur.

Institutum, i, Mos, disciplina, consuetudo. {חק chok חקה chukkáh. *τὸ νόμιμον, ἐπιτήδευμα*. GALL. *Vne coustume & maniere de faire, meurs, façon de viure.* ITAL. *Vsanza buona confermata à dar consiglio de buoni.* GERM. Einsatzung, gebrauch, gute gewonheit. HISP. *Buena costumbre y bien deliberada.* ANGL. *A custome, trade, a purpose.*} Est autem propriè bona consuetudo & boni mores consilio & ratione sumpti, & domestica disciplina: quæ literis non mandatur, sed obseruatur communi opinione bonorum virorum per quandam consuetudinem. *ἦθος*. Vnde de institutis antiquis, titulus est apud Valer. Max. *lib.* 2. id est, de moribus antiquorum vsu & consuetudine receptis. Cic. *de clar. Orat.* Iuris publici leges, & instituta cognouerat. Idem 2. *Verr.* Veteri consuetudine institutóque maiorum. ¶ Aliquando idem est quod propositum, siue incœptum, aut scopus *πρόθεσις, σκοπός*. Cic. *in Top.* Sed ad huius libri institutum nihil pertinent. Idem 2. *de Inuent.* Quod ad hoc nostrum institutum illa nihil pertinent.

INSTO, as, Vrgeo: & ferè datiuo iungitur. {אץ ats אצר patsár. *ἐπείγομαι, ἐγκειμαι*. GALL. *Presser de pres, solliciter & haster.* ITAL. *Instare, affrettare con instantia.* GERM. Anhalten, obligen, treiben. HISP. *Apressurar à aquexar.* ANGL. *To be earnest on one to do, to inforce, to prease.*} Cicer. *pro Quintio.* Verùm quoniam tibi instat Hortensius, vt eas in consilium ire postulat, ne dicendo tempus absumam. ¶ Interdum incumbo. *ἐπείγομαι*. Virg. 1. *Æneid.*

Talis erat Dido, talem se læta ferebat
Per medios instans operi, regnisque futuris.

¶ Instare etiam dicuntur hostes, quum vndique vrgent, & impressionem faciunt. Liu. *lib.* 1. Ita incurrisse à lateribus ferunt, vt non sisterent modo Sabinas legiones ferociter instantes cedentibus, sed subitò in fugam auerterent. Quandoque verò accusatiuum habet. Plaut. *in Curcul. sc.* 3. *a.* 2. Si magis me instabunt ad Prætorem sufferam. Tibull. *Lib.* 4.

———*Maiora peracta Instant.*

Ouid. *Eleg.* 5. *lib.* 3. *Trist.*

Vt lupus & turpes instant morientibus vrsi.

Senec. *cap.* 10. *de consol. ad Mart.* Instat à tergo mors. Suet. *in Tib. cap.* 16. Instare vltro citroque cedentibus. ¶ Institit, pro institutum & cœpit, notatum ad verbum insisto, ex Catullo. ¶ Interdum etiam accipitur Insto pro Insisto. Idem *in Asinar. sc.* 1. *act.* 1. Rectam instas viam, id est, rem tenes, vel ingressus es rectam viam. ¶ Inuenitur etiam sine aliquo prædictorum casuum, licet possit intelligi. Salust. *in Catil.* Veterani virtutis pristinæ memores comminus acriter instare, illi haud timidi resistunt. Instare pro instabant, quasi contra stabant, id est, pugnabant. Terent. *in Andr.* —ego illud sedulò Negare factum, ille instat factum, id est, contendit & perseuerat esse factum. ¶ Aliquando idem est quod imminere, vel propinquum esse {קרב karáb.} Salust. *in Catil.* Optimum factu ratus, noctem quæ instabat, ante capere, nequid eo spatio nouaretur. id est, proxima erat, vel sequebatur. Cæs. 1. *bell. Gall.* Cæsar vbi se diutius duci intellexit, & diem instare, quo die frumentum militibus metiri oporteret.

Instito, as, are, Frequentatiuum est, Sæpe contrà stare, repugnare. Cæs. *lib.* 1. Id conspicati Heluetij qui in montem sese receperant, rursus institare, & prælium redintegrare cœperunt: *instare* tamen est legendum.

Instantia, æ, Instanter, aduerbium, Instabilis, & Instabilitas. Vide suo loco.

Instragulum, Instramentum, vide *Insterno*.

Instrenuus, a, um, *ex* Strenuus: Minimè generosus, ignobilis, diligens, ad res gerendas minimè promptus. {עצל hatsél. *ἄνανδρος, ἄτολμος*. GALL. *Qui n'est point vaillant ne hardi, couard.* ITAL. *Non bellicoso, non generoso, instrenuo.* GERM. Vnderstrer, vntüchtig, vngeflissen. HISP. *No diestro, no hidalgo, no diligente.* ANGL. *Of lowe degre, weake.*} Plaut. *in Mostell. sc.* 2. *a.* 1. Atque vbi illò immigrat nequam homo, indiligens cum pigra familia, Immundus, instrenuus, hic iam ædibus vitium additur. Instrenuus animus, Ingenerosus, ignobilis. Terent. *in Heaut.* Ambo accusandi: etsi illud inceptum tamen animi est prudentis signum, & non instrenui.

INSTREPO, is, ere, In re aliqua strepitum edo: vt quum apes floribus instrepere dicimus. {המה hamáh. *ἐπιψοφέω*. GALL. *Faire bruit.* ITAL. *Far strepito.* GERM. Dinnen rauschen ein geteülch machen. HISP. *Hazer estruendo.* ANGL. *To mutter or murmure.*} Aliquando vsurpatur pro simplici strepo, quadam tamen intentione soni, ex vi præpositionis accedente: vt sit Instrepere, grauem strepitum & sonum emittere. Virg. 3. *Georg.*

Post valido nitens sub pondere faginus axis
Instrepit.

Liu. 4. *ab Vrbe*, Inde siquid Instrepat terroris, siue Patritio magistratu placere Rempub. opprimi.

[Instricatum, vulneratum. God. Il. antiq. Gloss.]

INSTRINGO, is, ere. {*ἐπισφίγγω*. GALL. *Estreindre.* ITAL. *Stringere.* GERM. Eingürten, item, Entgürten. HISP. *Apretar.* ANGL. *To vnbend, or vnstraine.*} Catull. *de Lesbia*, quin te animo affirmas, teque instringisque, reducisque. Et diis inuitis desinis esse miser? Recte. Est enim instringere, *ἐπισφίγγειν*, intusque cohibere, *καὶ ἐντείνειν*. Sed malè exposuere per dissoluere.

INSTRVMENTVM, i, Ab instruo fit. {כלי cheli. *ἐργαλεῖον, σκεῦος*. GALL. *Instrument.* ITAL. *Strumento.* GERM. Rüstzeug, werckzeug, rüstung. HISP. *Instrumento.* ANGL. *An instrument.*} Instrumenti nomine, quæ res intelligantur, cognosce ex Vlpiano *in l. instrumento, & l. quæsitum. ff. de fund. instr.* Communiter hoc nomine significatur, quicquid nobis vsui ad agendum est. Sic dicimus arma instrumenta belli esse. *ὅπλα πολέμου*. Cic. 2. *Academ.* Totius belli instrumentis & apparatu Ligones, marras, sarcula, instrumenta agricolationis. Ouid. 5. *Fast.*

Cætera luxuria nondum instrumenta vigebant.

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 1. *Trist.*

Felices ornent hæc instrumenta libellos.

(nempe pumex, cedrus, minium, &c.) ¶ Item dicitur id quo quis instruitur, hoc est, docetur, *διαθήκη*. Vnde dicimus, Instrumentum vetus & Instrumentum nouum, pro lege veteri, & lege noua. Ex his enim homo instruitur quid agere, aut vitare debeat. Hinc instrumenta litis, GALL. *Les pieces instructiues du proces.* Quint. Instrumentum litis omne tuendum. Idem, Quod Instrumentum dicendi Ciceroni defuit? ¶ Aliquando sumitur pro apparatu quo fundus, taberna, & id genus alia instruuntur. *ἀποσκευή*. Cic. *pro domo sua*, In fundum autem vicini Consulis, non modò instrumenta, aut ornamenta villæ, sed etiam arbores transferebantur. Idem *in Verr.* Hæc omnia in instrumento ac supellectili C. Verris nominabantur. Suet. *in August. cap.* 71. Alexandria capta nihil sibi præter calicem ex instrumento regio retinuit. i. supellectili. Sicut & paulò infrà in eo *cap.* 37. Instrumenti eius & supellectilis parcimonia. Idem *in Cæs. cap.* 37. Diuerso quemque apparatu & instrumento. (egit triumphum sup.) Idem patet ex *cap.* 84. *ibid. infrà*. Sic apud Iurisconsultos titulus est de Fundo instructo, & instrumento legato. ¶ Apud Suetonium instrumenti nomine intelligitur monumentum scripturarum ad res gestas pertinentium, quale fermè est, quod vulgò *Inuentarium* appellatur. {מדרש midorásch כתב chetháb. *ἀρχεῖον*.} *In Vesp.* Vndique inuestigatis exemplaribus instrumentum imperii pulcherrimum ac vetustissimum confecit. Sic instrumentum publicum. (de Tabulis publicis, siue actis.) Suet. *in Calig. cap.* 8.

Instruo, is, xi, ctum, Ordino, apparo, compono. {ערך haráech הכין hechín. *ἐνδύνω, ἐπισκευάζω*. GALL. *Accoustrer, equipper, ordonner, instruire.* ITAL. *Apparecchiare, ordinare.* GERM. Zurüsten, bereiten, ordnen. HISP. *Ordenar, poner à punto.* ANGL. *To sett in order, to instructor teach, to prepare.*} & dicitur de acie, de classe, de causa, ac etiam de mente alicuius. *ἐνδύω, παρασκευάζω*. Plaut. *in Amphitr.* Nos nostras more nostro & modo instruximus legiones. Cicer. *pro Muræna*, Tu actionem instituis, ille aciem instruit. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

———*Audaces instruis igne manus.*

Idem 4. *Fast.*

Vnde meum præsens instruere opus.

Plaut. *Menæch. sc.* 1. *a.* 1. Hi quoque iam Cari qui instruuntur deserunt. (ambiguè de nummis & cibis.) Idem *Pseud. sc.* 4. *a.* 2. Quondam instruere in corde cœpit Thermopolium. ¶ Item, Instruere contabulationem in parietes. (verbum ædificandi.) Cæsar 2. *de bell. ciu.* Instruere agrum. Liu. *lib.* 6. *ab Vrb.* ¶ Instruere aliquem potestate. Suet. *in Tib. cap.* 29. Idem *in August. cap.* 46. Instruere Italiam vectigalibus. Instrui mandatis. Liu. 4. *d.* 4. Instruit nuntium secretis notis. Idem *ibid.* Lactant. *lib.* 1. Quod malum à Græcis ortum est, quorum leuitas instructa dicendi facultate & copia, incredibile est quantas mendaciorum nebulas excitauerit. Idem *lib.* 3. Apparet falsam & inanem esse omnem philosophiam, quia nec instruit ad iustitiæ munera, nec officiorum hominis, rationemque confirmat, hoc est, non præparat, imbuit, aut instituit. Colum. *lib.* 5. Nonnulli decenter fabricant nauigia, nec consummata perinde instruunt armamentis, ministrisque, id est, armant, vel muniunt. ¶ Instruere epulum est apparare. *συγκροτεῖν, ἑτοιμάζω*. Gell. *lib.* 2. Verba Lælij hæc sunt, Quibus indicat hædum, qui ad epulas fuit allatus, dimissum, cœnamque, ita vt lex Licinia sanxisset, pomis, oleribusque instructam, id est,

est, paratim. ¶ Instruere discipulos, id est, docere, literis & disciplinis imbuere: quamuis Valla neget se in eo significatu reperisse. {למד limmádh. Hebr. docere.} Quint. lib. 2. c. 5. Orationum lectione susceptos à se discipulos instruxerit. Idem, His omnibus admiscebitur, vt quæque locus postulabit, dicendi ratio: quæ non eorum modò scientiam, quibus solis quidam nomen artis dederant studiosos instruat. Ouid. Eleg. 1. lib. 2. Trist.

Ad vitium mores instruit inde suos.

Senec. cap. 9. de tranquill. Onerat discentem, non instruit librorum copia.

Instrūctor, is, qui parat & instruit. {ערך horéch מעתד mehattédh מכין mechin. ὁ παρασκευαστής. GALL. Qui apprestе & appareille. ITAL. Colui che ordina, che apparecchia. GERM. Ein zurüster. HISP. Fornecedor, ordenador. ANGL. He that prepareth or furnisheth.} Cic. post red. in Senat. Hi sunt conditores, instructorésque conuiuij.

Instrūctus, a, um, Apparatus, ornatus. {ערוך harúch מוכן muchán. κατεσκευασμένος, ἐσκευασμένος. GALL. Appareil, equippage. ITAL. Apparecchio, ordinatione. GERM. Zurüstung, zubereitung. HISP. Fornecimiento, aparejo. ANGL. A furnishing.} Cic. 3. de Orat. Rhius est diducta oratio, non tonsibus: & quocunque ingreditur, eodem est instructu ornatuque comitata. Ouid. Eleg. 1. lib. Trist.

Bella sonant aliis telis instructa cruentis.

Ibidem,

Parua sedet ternis instructa tabella lapillis.

¶ Instructus item aliquando idem est, quod instrumentum fundi. Instructum tamen ab instrumento, sic differre arbitror vt totum à parte. Nam instructi nomine, non modò quæ fundo necessaria sunt continentur, verumetiam quæ præterea testator habuit quibus secum fundum instruxit. Instrumenti verò ea duntaxat, sine quibus fundus dici instructus non potest. Ex Hotom.

Instructissimus Grammaticus, i. doctissimus. Macrob. Satur. lib. 5. cap. vlt. Didymus Grammaticorum omnium quique sint, quique fuerint, instructissimus.

Instrūctio, nis, Constructio. {מערכה maharachah. παρασκευή. GALL. Ordonnance, equippage. ITAL. Instruttione, ordinatione. GERM. Erbauwung, zubereitung, ordnung. HISP. Obra de fornecer y poner à punto. ANGL. Setting in araie or order.} Traianus in Epist. Plin. Si instructio noui balnei oneratura vires Prusensium non est, possumus desiderio eorum indulgere. Instructio exercitus, Instructio militum, apud Cic. pro Cæcin.

Instudiosus. Apuleius in Apologia. Quid enim tandem si medicinæ neque instudiosus, neque imperitus, quæpiam remedia ex piscibus quæro.

Instŭpĕo, es, stupeo, aut valde stupidus, & sensus expers sum. {תמה thaha. ἀναισθητέω εἰμι. GALL. Estre estonné & estourdi. ITAL. Stupire. GERM. Verstummen, vnempfindelich werden, verstarren. HISP. Estar sin sentido y pasmado. ANGL. To be astonished.} Plin. lib. 26. cap. 4. Salpa torporem sedat, quocunque membro instupente, siquis in sinum exspuat.

[INSVASVS, a, um, non suasus. Gloss. Insuasum ἀπροαίρετον.]

Insuāsum, i, n. g. appellabant antiqui colorem (inquit Festus) similem luteo, qui fiebat ex fumoso stillicidio. Plaut. in Trucul. Aduenisti huc subcenatum exornatis ossibus, Quia tibi insuaso infecisti propudiosa palliolam.

Insuāuis, e, Iniucundus. {ἀηδής. GALL. Non doux ne souef, amer. ITAL. Non soaue, aspro, acerbo. GERM. Vnlieblich. HISP. No suaue al sentido, aspero. ANGL. Not swet, bitter.} Cicer. de Amicit. Insuauem illam admirationem ei fore, quæ ni eum solitudinem fuisset, si aliquem, cui narraret, habuisset. Idem 1. de Orat. Qui vitam insuauem sine his studiis putaretis.

INSVBIDVS, deducitur à subidus, quod ipsum à sue, & in, significationem auget. Est verò subidus sui similis, obscœnus, ineptus. Gellius, Tacitus, Insubidus, duplo ideo pereo. Rursus, Hæc tamen inepti & insubidi hominis ioca prætereo. Idem lib. 19. cap. 9. Sed ne nos, id nomen Latinum, tanquam profectò vastos quosdam & insubidos ἀναφροδισίας, condemnetis.

Insubide, Aduerb. ἀπειροκάλως, ἀμούσως, ineptè, suis more, inscitè, imperitè. Gellius, Verte etiam, & muta, vt vrbes dicas, insubidius nescio quid facies & pinguius. Rursus lib. 1. cap. 2. Multa atque immodica de philosophiæ doctrinis intempestiuè, atque insubidè differebat. Macrob lib. 7. Saturn. Ipsam verò videndi naturam non insubidè introspexit Epicurus.

Insubres, Populi Cisalpinæ Galliæ, cuius ciuitates sunt, Mediolanum, Ticinum, Placentia, Cremona, Lauda, Nouaria, Vercellæ, Comum: ἴνσουβροι. Vulgò Lombari. {Die völcker in Lombardye vmb Meiland gauge.} Cic. pro Cornel. Balbo. Fœdera Gennanorum Insubrium, Heluetiorum, Iapidum, &c. Strab. lib. 5. Insubres hac etiam ætate sunt, qui Mediolanum metropolim habuêre. Ea quidem pridem vicus erat (omnes enim vicatim habitabant) hac verò tempestate eximiæ dignitatis trans Padum ciuitas est, quodammodo Alpibus finitima.

[Insubsidiatus, sine subsidio. Voc. Eccl.]

INSVBTILIS. Papinianus D. lib. 30. tit. 1. l. 11. Iulianus non insubtili ratione motus.

Insūbtīlĭter, aduerb. Indoctè, negligenter. {οὐκ ἀκριβῶς, οὐκ ἀσφαλῶς, ἀφυῶς. GALL. Non subtilement, lourdement. ITAL. Non sottilmente, goffamente. GERM. Vnsubtilich vnschicklich. HISP. No sutilmente. ANGL. Clubbishlie, not subtilie.} Non subtiliter. Vlpian. l. 1. §. si ex fundo. ff. de hered. instit. Marcellus non insubtiliter non putat hodie hoc procedere.

[Insubula, instrumentum, ad quod stamina insuuntur. {GERM. Wendelbaum eines webers.}

Insubulo, as, insubulam inuolno, perforo Cath.]

Insūcco, as, Succo imbuo, humecto, irrigo. {הרוה rivváh השקה hishkáh. ἐγχυλίζω, ἐγχυματίζω, ἐνύγρω. GALL. Mouiller, tremper, baigner en quelque liqueur. ITAL. Bagnare, intingere. GERM. Saffig machen, befeüchtigen, in ein safft einweichen. HISP. Empapar en zumo, zumar. ANGL. To weet or dippe in.} Columell. lib. 7. cap. 5. Fracta pecudum non aliter, quàm hominum crura sanantur, inuoluta lanis, oleo atque vino insuccatis, atque mox circundatis ferulis colligata. Idem cap. 4. lib. 7.

[Insudum, ἄνοδρον, ἄνομβρον. Gloss. id est, admodum sudum, absque pluuiis & aquis.]

INSVESCO, scis, & Consuesco, Assuesio. {למד limmádh. ἐθίζομαι. GALL. S'accoustumer. ITAL. Assuefarsi, annezzarsi. GERM. Gewonen. HISP. Acostumbrarse. ANGL. To accustome or woont.} Plaut. in Capt. Imperare insueui. Terent. in Adelph. Nam qui mentiri, aut fallere insueuit patrem, aut audebit, Tantò magis audebit cæteros. Columell. lib. 9. cap. 47. Cui partui deinde quum decem diebus insueuit aqua. ¶ Pro consuetudinem stupri cum muliere habere. Tacitus, Duas pellices quarum corpori insueuerat. Plaut. Capt. sc. 2. a. 2. Qui imperare insueueram, nunc alterius imperio obsequor. ¶ Insuescere, frui parta victoria. Liu. 5. bell. Punic. Insuesco actiua significatione. Horat. lib. 1. Serm. Satyr. 4.

——insueuit pater optimus hoc me

Vt fugerem.

Colum. lib. 6. c. 4. Maximè tamen salutaris amurca, si tantundem aquæ misceas, & ea pecus insuescas. Insuesci. Colum. lib. 11. cap. 3. Atque vbi cœperunt aliquod incrementum habere, sic insuesci debent, vt in id spatium quod sulcis interiacet, inclinentur.

Insuēfăcio, is, ere, Consuefacere. {למד limmádh הרגיל hirgiil. ἐθίζω. GALL. Accoustumer. ITAL. Accostumare. GERM. Gewehnen. HISP. Acostumbrar. ANGL. To accustome.} vnde Insuefactus, assuefactus. Cæs. 4. bell. Gall. Notissimis locis audacter tela conicerent, & equos insuefactos incitarent.

Insuētŭs, a, um, Insolitus, vel cui non assueuimus. {ἀήθης. GALL. Inaccoustumé. ITAL. Non vsato, non solito, disusato. GERM. Vngewont, vnbreuchig. HISP. No acostumbrado. ANGL. Vnaccustomed, not woonted.} Cels. lib. 7. cap. 16. de intestinis, Momento etiam alienantur, externo & insueto spiritu circumdata. Virg. 6 Æneid.

Insuetum per iter gelidas enauit ad Arctos.

Idem 1. Eclog.

Non insueta graues tentabunt pabula fœtas.

¶ Insuetus alicui rei dicitur is, qui rei alicui non assueuit. Liu. 8. belli Punic. Vt non Syphacem modò barbarum, insuetúmque moribus Romanis, sed hostem etiam infestissimum facundè aliquando sibi conciliaret. Insuetus mos. Cicer. ad Attic. lib. 4. Quo Senatusconsulto recitato, quum populus more hoc insueto & nouo, plausum eo nomine in recitando dedisset, habui concionem. Insuetus contumeliæ. Idem ad Attic. lib. 2. ¶ Insuetus laboris, Cæsar 7. bell. Gallic. Operum. Idem lib. 3. de bell. ciu.

INSVLA, æ, Dicitur terra, quæ vndique aquis clauditur, propriè autem in mari. {ἡ νῆσος. GALL. Vne isle. ITAL. Isola. GERM. Ein insel. HISP. La isla, terra cercada de mar ò de rio. ANGL. An yle.} Itaque nonnulli à salo appellatas insulas volunt, quod in salo, id est, mari, hæ sint. Ita Festus, insula, quòd in salo posita. Asserat, quòd in aqua tanquam in solo næreant, nam & sunt amnium insulæ. Hinc Peninsula, quæ penè insula est, & vndique ferè aquis clausa, angustóque tantùm terræ spatio, quod dicitur Isthmos, continenti annectitur, χερρόνησος. Mediamnis autem vocatur terra quam amnis circuit. μεσαμνία. Insulas tamen nullo discrimine vocamus, etiam eas, quæ flumine, lacu ambiuntur. Cicer. 3. de Leg. Insula quæ est in Fibreno flumine. Idem pro Milone, Insula in lacu Pretio. Plaut. Menæch sc. 1. a. 1. An quasi mare omnes circumimus insulas. Idem Asin. sc. 1. a. 1. Apud fustitudinas, ferricrepidinas insulas. ¶ Insulæ etiam dicuntur domus in vrbe ab aliis separatæ, & vicos vndique habentes, quod sicut insulæ sunt in mari loca vndique ambita, vndique discreta à continenti, ita domus nullis connexæ ædificiis cohærentibus, insulæ nominantur. Ἀρχαῖα συνοικία, Budæo. Hinc Spartianus scribit CCCXXXV. insulas olim Romæ incendio absumptas fuisse. Vlpian. l. stipulationes non diuiduntur. ff. de verb. oblig. Planè si insulam fulciri quis stipulatus sit, non est expectandum vt insula ruat. Cic. pro M. Cælio, Nunc demum intelligo P. Clodij insulam esse venalem, cuius hic in ædiculis habitet decem, vt opinor, millibus. Suet. in Neron. cap. 16. Insularum incendia arcere. Idem in Cæs. cap. 41. Per dominos insularum censum egit. ¶ Insula sacra Romæ quomodo enata. Plutarch. in Valer.

Insŭlāris, e, quod est insulæ, & ad insulam pertinet. {νησιωτικός. GALL. Des appartenances d'isle. ITAL. Ciò che s'appartiene ad isole. GERM. Das zu der insel gehört. HISP. Cosa perteneciente à isla. ANGL. That perteineth to an yle.} vt, Morbus insularis, ex insulis inuectus. Plin. Qui primus insularem morbum in vrbem inuexit. Insularis pœna quum quis in insulam deportatur. Marcell. Nec strepente vllo, nec obsistente, insulari pœna mulctati sunt.

Insŭlārĭus, qui insulas, hoc est, ædes ab aliis ædificiis discretas inhabitat. {οἰκίας συνοικίδος, [illegible]. GALL. Concierge. ITAL. Guardiano di casa. GERM. Der zur hut in einem einigigen hauß wonet/ dan niemand anstössig ist ein Burgvogt. HISP. Guardador de aquella tal casa. ANGL. That dwelleth a parte as in an yle.} Hoc verbo vsus est Pomponius in l. si ita ff. de vsu & habit. Dominus, inquit, proprietatis, etiam inuito vsufructuario, vel vsuario, fundum, vel ædes, per saltuarium, vel insularium custodire potest, vbi Insularius dicitur seruus, qui insulam custodiæ causa inhabitat.

[Insulo, as, in insulam conuerto. Apul.

Insulæ, arum, Gallicè l'Isle. Flandricè Ryssel, vrbs & emporium, Flandriæ celeberrimum, diœcesis Tornacensis]

INSVLSVS, a, um, Propriè id dicitur, quod salsum, aut salitum non est. {תפל taphél. ἀνάλατος. GALL. Sans sel, sans saueur. ITAL. Non salato. GERM. Vngesaltzen. HISP. Cosa sin sal, no salada. ANGL. Vnsauery, without smack of salt.} Sæpius tamen per translationem accipitur pro fatuo, inepto, siue insipiente. {תפל taphél. ἀνόητος, ἀναίσθητος. GALL. Sot, maussade, sans aucune sagesse ne grace. ITAL. Goffo, sgarbato, senza gratia. GERM. Torecht vngeschickt. HISP. Cosa sin gracia, y desabrida. ANGL. Vnsauery, without smack salte.} Plaut. Pseud. sc. 2. a. 3. Cocus gloriosus, insulsus, inutilis. Idem in Rudente, Bonum est quod habeas gratiam meritò mihi, Qui te ex insulso salsum feci opera

mea. Terent. *in Eunuch.* Fatuus est, insulsus, tardus, stertit noctésque & dies. Cic. 1. *de Orat.* Sed qui eius rei rationem quandam conati sunt, artémque tradere, sic insulsi extiterunt, vt nihil aliud eorum nisi ipsa insulsitas rideatur.

Insulsitas, atis, Ineptia, stultitia. {תפלה *tiphláh.* ἀπειροκαλία, ἀναισθησία. GALL. *Sottise ou fottise.* ITAL. *Inettia.* GERM. Unschicklichkeit/ torheit ungeschicklichkeit. HISP. *Sosedad ò desgracia.* ANGL. *Vnsauerinesse.*} Cic. *ad Att. lib.* 13. De hortis ex tuis literis cognoui, & Chrysippo, cuius insulsitatem benè noram in villa. Idem *pro Rab.* Iam nostis insulsitatem Græcorum.

Insulsè, aduerb. Imprudenter, ineptè. {ἀπειροκάλως, ἀναισθήτως. GALL. *Sottement.* ITAL. *Inettamente, imprudentemente.* GERM. Ungeschicklich/ torechtiglich. HISP. *Dessabrida, ò desgraciadamente.* ANGL. *Vnsauerlie, foolishlie.*} Cic. *ad Cas. lib.* 2. *Epist.* Sed ita locutus insulsè est, vt mirum Senatus conuitium exceperit. Idem *ad Attic. lib.* 15. Omnia videntur insulsè fieri.

‖Insulsissimè. Gellius *lib.* 12. *cap.* 2. Postea hoc etiam addidit insulsissimè. ‖

INSULTO, as, frequentatiuum ab Insilio, cuius supinum est insultum. {דלג dillegh דלג dalak בשׂוש bisūgh. ἐπιπηδάω. GALL. *Sauteler, s'eslancer contre quelqu'un.* ITAL. *Assalire, deleggiare.* GERM. Mit ungestůme springen. HISP. *Saltar para mal hazer.* ANGL. *To leap or lift him self vp againg any.*} Inde insulto propriè est multùm & cum impetu super rem aliquam salire. Et aliquando habet post se accusatiuum. Terent. *in Eunuch.* Næ tu istas, faxo, calcibus sæpe insultabis frustrà. Sæpiùs autem datiuum. Virg. 3. *Georg.*

Insultare solo, & gressus glomerare superbos.

¶ Per translationem accipitur pro exagito, vehementiùs inuehor, contumeliosiùs in aliquem aliquid vel dico, vel facio, ἐπεμβαίνω, ἐντρυφάω, ἐπεγχάζω. Sal. Multos tamen ab adolescentia bonos insultauit. Cicer. *pro Flac.* Nunc verò non insultabo vehementiùs, nec volitabo in hoc insolentiùs, neque in istum nugatorem inuehar. Idem *pro Milone,* Clodius qui tot annos in hanc rempubl. insultauit. Senec. *cap.* 3. *de tranquill.* Tutò insultauerat agmini tyrannorum Socrates. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Nec mihi credibile est quemquam insultare iacenti.

Idem *Eleg.* 11. *lib.* 3. *Trist.*

Si quis es insultes qui casibus improbe nostris.

Suet. *in Cæs. c.* 22. Insultare omnium capitibus.

Insultatio, nis, Exagitatio, insectatio. {שׂיג *sigh.* ὕβρισμα, ἐπεμβασμός. GALL. *Outrage, moquerie.* ITAL. *Oltraggio, beffamento.* GERM. Ein schmähliche verspottung. HISP. *Aquella obra de mal hazer, escarnecimiento.* ANGL. *Outrage.*} Quint. *lib.* 8. *c.* 5. Non tam probatio, quàm extrema quasi insultatio.

Insultura, æ, Insultandi actus. {שׂיג *sigh.* ἐπιπήδησις.} Plaut. Nam ego istam insulturam & desulturam nihil hic moror.

Insum, In aliqua re sum. {ישׁ *iesch.* ἔνειμι. GALL. *Estre en ou dedans.* ITAL. *Essere in qualche cosa.* GERM. Darinnen sein. HISP. *Ser en algo.* ANGL. *To be in.*} Terent. *in Eun.* In amore hæc omnia insunt vitia, iniuriæ, &c. Idem *in Andr.* Tristis seueritas inest in vultu atque in verbis fides. Inest huic, pro in hoc, Plaut. *Pœn sc.* 1. *a.* 1. Inest amoris macula huic homini in pectore. Idem *prolog. Asin.* Inest lepos ludúsque in hac comœdia. *Ibid. sc.* 3. *a.* 3. Viginti minæ hic insunt in hac crumena. Idem *Capt. Prolog.* Neque spurcidici insunt versus. *Ibid. sc.* 1. *a.* 2. Inest spes nobis in hac astutia. Idem *prolog. Amphitr.* Tum meo patri autem torulus inerit aureus. Ouid. *Eleg.* 13. *lib.* 3. *Trist.*

Si tibi cura mei, vel si pudor vllus inesset.

Martial. *lib.* 14.

Is mihi candor inest.

Plin *in Paneg.* Cui plus inuidiæ, quàm pulchritudinis inest.

In summa, diuisis dictionibus, & summatim, eandem ferè habent significationem. {εἰς ὅλον ἀνδρί. GALL. *En somme.* ITAL. *In somma.* GERM. In einer summ/überal. HISP. *Reduziendo in suma.* ANGL. *In somme, in a worde.*} Quint. In summa non recedo, fas est mihi inuitis etiam parentibus piè facere. [Id aliter, ad summam.]

INSUMO, is, per simplex m, Impendo, consumo, expendo, expensas facio. {הוציא *hotsi.* ἀναλίσκω, δαπανάω. GALL. *Employer, despendre.* ITAL. *Consumare, spendere.* GERM. Anwenden/verthun/ausgeben. HISP. *Gastar, consumir.* ANGL. *To spend, to bestowe.*} Cic. *ad Attic. lib.* 5. Nos tamen, etsi hoc te ex aliis audire malo, sic in Prouincia nos gerimus, vt nullus teruncius insumatur in quenquam. Insumere curam. Plin. *lib.* 9. *c.* 46. Omnis ergo cura ad speculandum hoc malum insumitur. Insumere operam. Cic. 5. *Verr.* Quantam igitur spem illi prædæ propositam arbitramur fuisse, qui tantum præsens lucrum nulla opera insumpta contempserit, atque despexerit? Liu. *lib.* 10. *ab Vrb.* Malle frustrà operam insumptam, quàm quicquam incidisse.

‖Insummo, τελόω. Onom. i. e. perficio, consummo. ‖

INSUO, is, In re aliqua suo, includo. {תפר *taphár.* ἐγκαττύω. GALL. *Coudre en ou dedans.* ITAL. *Cucire in qualche cosa.* GERM. Einnähen. HISP. *Coser en algo.* ANGL. *To sow in any thing.*} Varr. 2. *de re rust.* Quæ intra capita insuitur pellis mollis. Virg. *lib.* 5. *Æneid.*

Terga boum plumbo insuto, ferróque rigebant.

Ouid. 3. *de Arte amandi,*

Nec prodire graues insuto vestibus auro.

¶ Per translationem accipitur pro implicare, immiscere, coniungere. Liu. 10. *bell. Macedon.* Lepidus molem ad Tarracinam confecit ingratum opus, quòd prædia habebat ibi, priuatámque publicæ rei impensam insuerat.

Insuper, Ad hoc, præterea. {עוד *'odh.* πρὸς τούτοις. GALL. *D'auantage, par dessus, outre.* ITAL. *Oltre à ciò.* GERM. Darüber/ daneben. HISP. *Allende desto.* ANGL. *Moreouer.*} Cicer. *ad Quint. fratrem,* Nam ne te fugiat, latius insuper Epicurus. Plaut. *in Trucul.* Ve illud acceptum sit prius, quod perdidi, hoc addam insuper. Insuper his, pro Præter hæc. Virg. 1. *Æneid.*

Insuper his, campi quod rex habet ipse Latinus.

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Insuper accedant te non adimente paterna Opes.

¶ Insuper habere, prorsúsque déque ferre, negligere. Papin. *l.* 17. *D. de his quæ vt indign.* Hæredem qui sciens defuncti vindictam insuper habuit, fructus omnes restituere cogendum existimaui. Sic idem *in l.* 43. *D. de religios.* Eodem sensu vsus est Gell. *cap.* 19. *lib.* 1. *&* *c.* 1. *lib.* 4. pro negligere.

Insuperabilis, e, quod superari & domari non potest, inuincibilis, inextabilis. {ἀδάμαστος. GALL. *Insuperable, inuincible.* ITAL. *Insuperabile, inuincibile.* GERM. Unüberwindlich/ vnderwindlich. HISP. *Lo que no puede ser vencido.* ANGL. *Inuincible, that can not be ouer come.*} vt, Morbus insuperabilis, id est, incurabilis. ἀθεράπευτος, ἀνίατος. Plin. *in Epist.* Rogauitque, vt medicos consuleremus de summa valetudinis, vt si esset insuperabilis, sponte exiret è vita. ¶ Interdum idem est, quod imperuius, inaccessus: propriéque de montibus dicitur, qui facilè superari non possunt. ἄβατος. Liu. 1. *bell. Pun.* Constabat non tam bello motos, quàm longinquitate viæ, Alpiúmque insuperabili transitu. Insuperabilis bello, inuictus, qui bello superari non potest. ἀήττητος. Virg. *lib.* 4. *Æneid.*

———*Genus insuperabile bello.*

Insurgo, is, ere, Sursum me erigo, surgo. {קום *kum.* ἀνίσταμαι. GALL. *Se leuer à l'encontre.* ITAL. *Leuarsi.* GERM. Wider jemandts auffstehen sich auffbäumen wider einen empören. HISP. *Leuantarse.* ANGL. *To rise vp against.*} Virg. 12. *Æneid.*

Tum validam pérque arma viro, pérque ossa securim,
Altior insurgens oranti & multa precanti
Congeminat, vulnus calido rigat ora cerebro.

Senec. *c.* 17. *de consol. ad Helu.* Cùm animis insurgit ad considerandum. ¶ Insurgere remis, idem est, quod incumbere, & vehementer admiti. Solent enim remiges, quum totis viribus remis incumbunt, è sedilibus suis assurgere. Virg. 5. *Æneid.*

———*Nunc nunc insurgite remis.*

Ouid. 9. *Metamorph.*

———*Credénsque suis insurgere remis.*

¶ Insurgere altiùs in oratione verba dicuntur, quum subsequentia pondera superant priora. Quint. *lib.* 8. *cap.* 4. Hæc etiam solet crescere verbis omnibus altiùs atque altiùs insurgentibus. Quintilian. Hæc sunt quibus mens & oratio insurgant. ¶ Insurgere item alicui, est se alicui opponere. Senec. *c.* 8. *de consol. ad Martiam:* Insurgens & contra remedia efferuescens dolor. Assurgere verò est surgendo honorem alicui exhibere.

INSUSURRO, as, Leni susurro alicui quid in aurem dico. {לחשׁ *lachash.* ἐνψιθυρίζω. GALL. *Dire tout bas, & en l'oreille, murmurer entre ses dents.* ITAL. *Parlar sotto voce.* GERM. In die ohren blasen oder brummeln. HISP. *Zumbar ò murmurar en algo.* ANGL. *To whisper, to mutter.*} Cicer. 5. *Tuscul.* Leuiculus sanè noster Demosthenes, qui illo susurro delectari se dicebat, aquam ferentis mulierculæ (vt mos est in Græcia) insusurrantísque alteri, hic est ille Demosthenes. Macrob. *lib.* 2. *Saturn.* Valedicenti hoc tantùm insusurrauit, Non putabam me tibi tam familiarem. Cicer. 4. *Academ.* Verùm quoniam non solùm nauta significat, sed etiam Fauonius ipse insusurrat, nauigandi nobis tempus esse. Sueton. *in Calig. cap.* 22. Cum Capitolino Ioue secretò fabulabatur, modò insusurrans, ac præbens inuicem aures, modò clariùs, nec sine iurgiis.

‖Insusurratio, ἐνψιθυρισμός. Iul. Capitol. *in M. Antonino:* Cùm suos mores semper teneret, neque alicuius insusurratione mutaretur. ‖

Insusceptus, a, um, Non susceptus. {ἄδεκτος. GALL. *Non prins ne receu.* ITAL. *Non preso, non riceuuto.* GERM. Nit auffgehaben genommen. HISP. *No tomado ni recebido.* ANGL. *Not taken or receiued.*} Ouid. *ad Liuiam,*

Dixit, & ignotus vota insuscepta reliquit:
Durauitque animum, destituitque preces.

‖Insutitius. Apul. *lib.* 6. Insutitium & fatilem asinum exponere. intellige insutum, ἐρραμμένον. ‖

Insyncerus, a, um, Non syncerus, parum integer, corruptus. {משחת *moschchâth.* οὐκ ἀκέραιος, διεφθαρμένος. GALL. *Qui n'est point pur ne sain ne entier.* ITAL. *Non sincero, corrotto.* GERM. Unauffrecht. falsch. verlauter. HISP. *No limpio ni apurado.* ANGL. *Vncleane, not pure.*} Cruor insyncerus. Virg. 4. *Georg.*

Tempus & Arcadij memoranda inuenta magistri
Pandere: quóque modo cæsis iam sæpe iuuencis,
Insyncerus apes tulerit cruor.

‖Int, eunt, suppl. ‖

INTABESCO, is, ere, Marcore ac tabe consumor, tabesco. {נמק *namak.* μαραίνομαι, συντήκομαι. GALL. *Deuenir en estre etique, asseicher ou flestrir.* ITAL. *Infracidare & consumarsi.* GERM. Zunderren/ Außzehren. HISP. *Consumirse.* ANGL. *To pine, weare or wither away.*} Colum. *lib.* 4. *c.* 3. Nouella verò dum adolescit, nisi omnia iusta perceperit, ad vltimam redigitur maciem, & sic intabescit, vt nullis deinceps impensis recreari possit. Horat. *Epod.* 5.

Interminato quum semel fixa cibo
Intabuissent pupula.

Ouid. 15. *Metam.*

———*vt lata plumbea funda*
Missa solet medio glans intabescere cælo.

Quintilian. Intabescere coagmentandis verbis. Senec. *cap.* 16. *de consol. ad Helu.*

INTACTUS, a, um, integer, immaculatus, impollutus. {תמים *tamim* ... ἄθικτος, ἀψαυστος. GALL. *A qui on n'a point touché, sain & entier.* ITAL. *Non toccato, non corrotto.* GERM. Unberürt/ unbeflecht. HISP. *No tocado, no corrompido.* ANGL. *Vntouched, whole.*} Liu. *lib.* 5. *ab Vrbe.* Integri, intactíque fugerent. Idem *lib.* 8. *bell. Maced.* Intacta intactam, inuidia, qua possunt, vigent. Salust. *Iugurth.* 97. multi capiuntur, nemo intactus profugit. Intacti religione animi vir, hoc est, quem nulla religio tangit. Liu. *lib.* 5. *ab Vrbe.* Intactus à sibilo, nunquam exsibilatus, aut explosus. Cælius *Ciceroni,* Hoc magis animaduersum est, quòd intactus à sibilo peruenerat Hortensius ad senectutem. Virgo intacta manet, Catullus in carmine nuptiali. Carmen intactum Græcis. Horat. *lib.* 1. *Sermon. Satyr.* 10. Grex intactus, Virg. 6. *Æneid.*

Æneid. Velleius: Intacta plebs perniciosis consiliis. Ouidius *Eleg.* 3. *lib.* 4. *Trist.*

Cùm vellet ab intacta circulus extat humo,

Senec. *cap.* 15. *de consol. ad Helu.* Non ex intacto corpore tuo sanguis fluxit. Idem *cap.* 16. *de consolat. ad Polyb.* Nihil intactum, aut sacrum fortunæ.

Intāctĭlĕ, Tactum refugiens, siue quod tangi non potest. {ἄψαυστος. GALL. *Qu'on ne peut toucher ou atteindre.* ITAL. *Che non si può toccare, che fugge il tatto.* GERM. Das man nit berüren oder betasten kan. HISP. *Lo que no puede ser tocado.* ANGL. *That can not be touched.*} Lucr. *lib.* 5. Sin intactile erit, &c.

Intāllārĕ, Antiqui dicebant, pro eo quod est scindendo formare, teste Varrone, ἐντέμνειν, quemadmodum Taliare, pro scindere.

Intāmĭnātŭs, Incontaminatus, inuiolatus. {תמים *tamim* נקי *naki.* ἀμόλυντος. GALL. *Non contaminé, ne souillé, entier.* ITAL. *Incorrotto, non contaminato.* GERM. Unbefleckt. HISP. *No corrompido.* ANGL. *Undefiled.*} Horat. 3. *Carm.*

Virtus repulsæ nescia sordidæ,

Intaminatis fulget honoribus.

Intantum, & Inquantum, Eatenus, quatenus. {ἐπὶ τοσοῦτον, τόσον, τόσον δή. GALL. *Tant, autant.* ITAL. *Tanto.* GERM. So vil. HISP. *En tanto.*} Senec. *de beneficiis lib.* 2. Quomodo dandi intantum producenda notitia est muneris sui, inquantum delectatura est cui datur: ita, &c. Virg. 6. *Æneid.*

Nec puer Iliaca quisquam de gente Latinos

Intantum spe tollet auos.

[Intartizare, peruertere. Pap.]

INTĔGĔR, a, um, Ab In & Tago: vt enim ab ago ager, Sic ab in & tago, fit integer. q. integer, i. e. intactus, Perfectus, absolutus, innocens, incorruptus. {תמים *tamim* שלם *schalem* נקי *naki.* ἀκέραιος. GALL. *Entier.* ITAL. *Intero, integro.* GERM. Gantz, volkommen. HISP. *Entero.* ANGL. *Entiere and whole, uncorrupted, undeflowred.*} Terent. *in Andr.* Egregia forma, atque ætate integra. Integra res, quæ est perfecta, de qua nihil est imminutum: vt integrum corpus, cui nihil deest, ὁλόκληρον. Integer vir, qui est innocens, candidus, nulloque vitio corruptus. ἀκέραιος. Cicer. *pro Plancio*, Quamque illo nemo esset neque integrior, neque sanctior. Integer homo & castissimus. Idem 1. *de Orat.* Integer æui, dicitur cui adhuc ætas integra est. ἀκμάζων. Ita Ennius deos integros æui vocat, quòd quum immortales sint, nihil de eorum æuo imminuatur. Cæs. *lib.* 1. *de bell. ciuil.* Integra loca, i. intacta à pabulatoribus. Liu. *lib.* 4. *d.* 4. Integra regio, non populata. Ouid. *El.* 6. *lib.* 4. *Trist.*

Integer est melior nitidis gladiator arenis, (quàm saucius.)

Ibid. *Eleg.* 3. *lib.* 3.

Integer hanc potui nuper bene reddere vitam.

(i. nondum exsul, siue nondum capite minutus.) Idem *Eleg.* 1. *lib.* 5.

Integer est lectus læta & iuuenilia lusi.

Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Vbi sunt? vbi latent? quibus ætas integra est. Idem Sueton. *in Calig. cap.* 25. Idem *lib.* 13. *Metam.* Adde quòd iste tuus clypeus integer est, tam raro prælia passus. Sueton. *in August. cap.* 19. Neque ætate, neque corpore integer. Cæs. *lib.* 1. *de bell. ciu.* Vt integerrima essent ad pacem omnia. Liuius *lib.* 5. *d.* 5. Integrioris iudicij & à fauore, & ob odio. Idem *lib.* 9. Integra gens à cladibus belli. ¶ Integrum mihi est, significat in potestate mea est, possum iure & commodè. Cic. *pro Rab.* Ego autem si mihi esset integrum susciperem hoc crimen, agnoscerem, confiterer. ¶ In integro res esse dicitur, quæ adhuc potest vel fieri, vel omitti. Idem *lib.* 3. *de Orat.* Sed quoniam hæc iam neque integro esse possunt, &c. ¶ Integer, pro firmo, recenti, & laboribus non fracto. Cæsar *lib.* 1. *de bell. ciuil.* Quum crebro integri defessis succederent. Item pro sobrio, & abstinenti. Cicer. *de nat. deor.* Multò plura cernerent, si ad quietem integri iremus, nunc onusti cibo & vino perturbata & confusa cernimus. [¶ Integræ frontis homo, (qui homini perfrictæ frontis impudentique opponitur) id est, illæsæ verecundiæ ac pudoris.] ¶ Integrum se seruare, pro neutri se addicere. Idem *ad Att. lib.* 7. Quòd me amicissimè admones, vt me integrum, quoad possim, seruem, gratum est. ¶ In integrum restituere, est in pristinum statum reducere. Terent. *in Phorm.* Si hoc videtur, quod te absente hic filius Egit, restitui in integrum æquum est. Cic. 7. *Verr.* Vt damnati in integrum restituantur, vincti soluantur. Senec. *c.* 22. *de consol. ad Mart.* In integrum restituimur (morte scilicet.) ¶ Hinc aduerbium, Ab integro, denuò, rursus. ἐξ ὑπαρχῆς. Virg. 4. *Eclog.*

Magnus ab integro sæclorum nascitur ordo. de integro.

Idem Terent. *Heaut.* Ratio de integro ineunda est mihi. De integro incidere in morbum, Cic. *ad Carnif. Epist. lib.* 12.

Integro, as, Rursus inchoo, instauro, innouo. {חדש *hiddesch* החליף *hechelip.* ἀνακαινίζω. GALL. *Faire ou rendre entier, restaurer.* ITAL. *Reintegrare.* GERM. Wider ergäntzen, widerumb anheben, erneuern. HISP. *Enterar à otra cosa.* ANGL. *To repaire, to restore.*} Virgil. 4. *Georgic.*

———varioque sedens, miserabile carmen

Integrat.

Liu. *lib.* 5. Simul, vt ab religione animos remiserunt, integrat seditionem Tribuni plebis. Cic. 1. *de Inuent.* Sic animus defessus audiendo, aut admiratione integratur, aut risu renouatur. Stat. 8. *Thebaid.*

——— bellum integrabat Enyo.

Liu. *lib.* 6. *ab Vrb.* Integrare pugnam.

Integrāsco, is, Integror, Instauror, ab integro redeo. {תם *tam.* ἀνανεάζομαι. GALL. *Retourner en son entier.* ITAL. *Essere fatto intero, essere reintegrato.* GERM. Widerumb erneuert werden. HISP. *Enterarse.* ANGL. *To waxe new againe, to be renewed.*} Terent. Hoc malum integrascit. Vbi Donatus, Integrascit, i. integratur.

Integrĭtās, atis. Incorruptio, innocentia. {תם *tom* תמה *tummâh.* ἀδιαφθορία, ἀκεραιότης. GALL. *Integrité.* ITAL. *Integrità.* GERM. Auffrichtigkeit des gemüts vnd leibs, fromkeit. HISP. *Entereza.* ANGL. *Vprightnesse.*} Cic. 4. *Verr.* Mulierem eximia pulchritudine, sed eam summa integritate, pudicitiáque existimari. Idem 2. *de Orat.* Eadem facultate fraus hominum ad perniciem, & integritas ad salutem vocatur. Integritas corporis, id est, integra valetudo. ὑγίεια. Cic. *de fin.* Quod cumulatur ex integritate corporis, & ex mentis ratione perfecta. ¶ Integrum corpus etiam esse dicitur à Medicis, cùm febre vacat, quibus integritas, i. ἀπυρεξία, est febris vacuitas.

Integritudo, integritas. *D. lib.* 19. *initio ex verbis mandati.* Secutus animi mei integritudinem ergo optimos fidelissimósque conditores.

Integrē, aduerbium, Purè, syncerè, castè. {ὁλοκλήρως, ἀκεραίως. GALL. *Entierement.* ITAL. *Integramente.* GERM. Auffrechtiglich, gentzlich. HISP. *Enteramente.* ANGL. *Vprightlie.*} vt, Integre viuere, apud Cic. 4. *de fin.* Incorruptè atque integrè iudicare, idem 1. *de fin.* Castè, integréque versari in periculis amicorum, idem *pro lege Manil.*

INTĔGO, is, ere, Tego. {כסה *chasah* צפה *tsippah.* περιβάλλω, ἐπικαλύπτω. GALL. *Couurir.* ITAL. *Coprire.* GERM. Bedecken. HISP. *Cubrir.* ANGL. *To couer.*} Cæsar 2. *bell. ciuil.* Integebantur porticus lignis coniunctis inter se. Liu. 7. *bell. Punic.* Postquam neque in æquum dimitti agmen vidit, & tum loco altitudine, tum vallo etiam integi Romanos, &c.

Intĕgŭmentum, i, quo quid integitur. {כסוי *chesui* צפוי *tsipui.* ἐπικάλυμμα. GALL. *La couuerture.* ITAL. *Coprimento, coperta.* GERM. Ein decke. HISP. *Cobertura.* ANGL. *A couer.*} Liu. 10. *bell. Macedon.* Deorum capita, quæ in lectis erant, auerterunt se, lanxque cum integumento, quæ Ioui apposita fuit, decidit. Cicer. *in Pisonem*, Vereor ne quis sit, qui istius insignem nequitiam, frontis inuolutam integumentis, nondum cernat.

Intēctŭs, ἀκάλυπτος. detectus & nudatus. Cornelius Tacitus *lib.* 20. Producuntur propè intecto corpore.

Integrē, Integrasco, Integritas, vide *Integer.*

Integumentum. vide *Intego.*

INTELLĬGO, is, xi, ctum, Cognosco, mente percipio. {הבין *hebin* השכיל *hischil.* συνίημι. GALL. *Entendre.* ITAL. *Intendere.* GERM. Verstehen. HISP. *Entender.* ANGL. *To vnderstand.*} Asconius 2. *in Verrem*, Intelligitur aliquid argumentis, animaduertitur sensibus præsenti animo vtentibus. Item, Legimus oculis, ergo intelligimus quum planè perspicimus. Intelligere pro sentire alterius dolorem, Senec. dixit *cap.* 4. *de consol. ad Polyb.* Plaut. *Capt. sc.* 2. *a.* 1. Semper sensi te amicum filio esse, & illum intellexi tibi. Idem *Most. sc.* 3. *a.* 1. Quid oleant nescias, nisi quòd malè olere intelligas. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 1. Tum demum nostra intelligimus bona cùm ea amisimus. (i. agnoscimus.) Idem *Amphitr.* Alcmenam stare ante ædes saturam intelligo. (i. video.) Idem *Ps. sc.* 5. *a.* 1. Statum vide hominis, quasi basilicum. S Bene confidentérque astitisse intelligo. Quintil. Proprio intelligendi ambitu. (i. iudicandi, de pictura,) Ouid. *Eleg. vlt. lib.* 3. *Trist.* Nullus hic cuius intellectuis auribus vtar, adest. Cic. *ad Tironem*, Tu istic, siquid librarij mea manu non intelligent, monstrabis. Ter. *in Andr.* Quantum intellexi modò senis sententiam de nuptiis. Cic. 3. *de nat. deor.* Sed ea magis ex aliorum contentione, quàm ipsa per sese cognosci atque intelligi potest. ¶ Intelligitur impersonale. Idem 1. *de fin.* Ex quo intelligitur, nec intemperantiam propter se fugiendam esse. Idem *de amic.* Id si minus intelligitur quanta vis amicitiæ, concordiæque sit, ex dissensionibus atque ex discordiis percipi potest. ¶ Huius compositum est, Subintelligo, quod est mediocriter intelligo.

Intellexes, pro intellexisses. Plaut. *Cistell.* Diis herclè habeo gratiam, nam ni intellexes, nunquam crede amitteres.

Intēllēctŭs, us, Nobilissima animæ rationalis pars, quæ & mens & intelligentia dicitur, qua præditus homo, vnus cæteris antecellit animantibus, cuiúsque opera, res incorporeas, & ab omni materia seiunctas notiones atque formas solus apprehendit. {שכל *sechel* השכל *haschchel.* νοῦς, σύνεσις. GALL. *Entendement.* ITAL. *Intelletto.* GERM. Der verstand. HISP. *Entendimiento, potencia del anima.* ANGL. *The vnderstanding.*} ¶ Impropriè tamen passim apud scriptores intellectus vocabulum etiam de brutis animantibus dicitur, in eadem scilicet significatione, qua nos & sensus & perceptionis, & cognitionis verbis vtimur. Plin. *lib.* 8. *cap.* 42. *de equis.* Nam in circo ad currus iuncti, non dubiè intellectum adhortationis, & gloriæ fatentur. Idem *lib.* 10. *cap.* 35. Columbis inest quidam gloriæ intellectus. ¶ Intellectus, pro notione rei. Quint. *lib.* 5. *cap.* 10. Verba quædam diuisos intellectus habent. Idem *lib.* 1. *cap.* 11. Quidam literis instituendos, qui minores septem annis essent, non putauerunt, quòd illa primum ætas & intellectum disciplinarum capere, & laborem pati non posset. Idem, Hoc positum est in communi intellectu. Sic intellectus saporum, id est, perceptio, & sensus. Plin. *lib.* 11. *cap.* 37. Intellectus saporum est cæteris in prima lingua, homini & in palato.

Intēllĭgēns, tis, nomen ex participio, Sagax, ingeniosus, sapiens, doctus, prudens. {מבין *mebin* נבון *nabon* משכיל *maschil.* συνετός. GALL. *Entendu, cognoissant.* ITAL. *Intelligente, dotto.* GERM. Verständig. HISP. *Entendido, docto.* ANGL. *VVyse, vnderstanding.*} Terent. *in Eunuch.* Dij immortales, homini homo quid præstat? stulto intelligens. Quid interest? Intelligens Principis, Compertum habens Principis ingenium. Plin. *Epist.* 113. Designatus ego Consul, omni hac, etsi non adulatione, specie tamen adulationis abstinui, non tanquam liber & constans, sed tanquam intelligens Principis nostri, cuius videbant hanc esse præcipuam laudem, si nihil quasi ex necessitate, decernerem.

Intēllĭgēntĕr, aduerbium. {συνετῶς, ἐπιστημόνως. GALL. *Entendablement.* ITAL. *Intendentemente.* GERM. Verständiglich. HISP. *Entendidamente.* ANGL. *Cunningly, by skill.*} Cic. *in Partit.* Semanter autem trium rerum gratia: vt amicè, vt intelligenter, vt attentè audiamus.

Intēllĭgentĭă, æ, Facultas animæ nobilissima, qua res etiam incorporeas, & ab omni materia abstractas, contemplamur, mens, animus, intellectus. {בינה *binâh* תבונה *tebunah* שכל *sechel* השכל *haschchel.* σύνεσις, νόησις, φρόνησις. GALL. *Intelligence, cognoissance.* ITAL. *Intelligenza.* GERM. Der verstand. HISP. *Obra del entendimiento.* ANGL. *Knawledge, witte.*} Cic. 1. *de nat. deor.* Mens simplex fugere intelligentiæ nostræ vim ac notionem videtur. Idem 1. *de diuin.* Pars animi, quæ rationis atque intelligentiæ sit particeps. Idem *de Vniuers.* Deus intelligentiam in animo, animum conclusit in corpore. ¶ Intelligentiæ item dicentur particulares notiones quas mente apprehendimus. Idem 1 *de Leg.*

Natura homini rerum plurimarum obscuras & necessarias intelligentias enodauit, tanquam fundamenta scientiæ.

[Intellectualis, e. Sic Latinis lubuit exponere, quod Græcis est νοερὸν, vel νοητικόν.]

Intelligibilis, quod mente percipi potest. {νοητός. GALL. *Qui se peut entendre.* ITAL. *Che si può intendere.* GERM. Verständtlich. HISP. *Cosa que se puede entender.* ANGL. *That may vnderstanded.*}

[Intellones, folles lucernarum. Gl. Isid.]

INTEMERANDVS, Non violandus, aut contaminandus: refertúrque ad res sacras. {ὁ μιαντέος, ὁ μολυντέος. GALL. *Qu'on ne doit point corrompre.* ITAL. *Che non deue esser violato.* GERM. Nit zubeflecken noch zu verunreinigen. HISP. *Cosa que no deue ser corrompida.* ANGL. *Yat ought not be defiled or violated.*} Valer. Flac. 5. *Argon.*

——— An Martia templa
Intemeranda mimet

Intemeratus, a, um, Inuiolatus, incorruptus. {טהור tahór. ἀμίαντος, ἀκήρατος, ἄφθαρτος. GALL. *Qui n'est point violé.* ITAL. *Inuiolatto, incorrotto.* GERM. Vnbefleckt, vngeschendt. HISP. *No corrompido.* ANGL. *Vndefilede, or violated.*} Virg. 2. *Æneid.*

Siqua est, quæ restat adhuc mortalibus vsquam
Intemerata fides.

¶ Intemerata sacra dicuntur, quæ ritè perfecta sunt, & sacrificij ratio exigebat. Idem 5. *Æneid.*

Corripio è stratis corpus, tendóque supinas
Ad cælum cum voce manus, & munera libo
Intemerata focis.

Vbi Seruius, Intemerata ritè perfecta, vt si leniter est fundendum vinum, aut mola iniicienda, sic fiunt, vt ratio exigit sacrificij: alter si fiant, temerata ac turbata sunt sacra.

INTEMPERANS, tis, Immoderatus, incontinens, voluptatibus & ventri præter modum indulgens. {ἀκρατὴς, ἀκόλαστος. GALL. *Intemperant, immoderé.* ITAL. *Intemperato, immoderato.* GERM. Vnmässig. HISP. *Destemplado.* ANGL. *That can not be rule his lustes and affections.*} Cicer. *de senect.* Libidinosa etenim & intemperans adolescentia effœtum corpus tradit senectuti. Liu. *lib. 4. bell. Punic.* Auidus atque intemperans plebeiorum animus. Cic. 1. *Acad.* Intemperantis etiam arbitror esse scribere, quod occultari velit. Liu. *lib. 6. dec. 4.* Intemperantior in augendo Valerius, &c. Senec. *cap. 6. de consolat. ad Helu.* Quid intemperantius hoc saxo?

Intemperantia, æ, Incontinentia ✕ Temperantia, modestia. {ἀκολασία, ἀκρασία. GALL. *Intemperance, incontinence.* ITAL. *Intemperanza, incontinenza.* GERM. Vnmässigkeit. HISP. *Destemplança.* ANGL. *Incontinence.*} Cic. 4. *Tusc.* Omnium autem perturbationum fontem esse dicunt intemperantiam, quæ est à tota mente, & à recta ratione defectio, sic auersa à præscriptione rationis, vt nullo modo appetitiones animi nec regi, nec contineri queant. Plin. *lib. 11. cap. 37.* Intemperantiam risus constare lienis magnitudine quidam putant.

Intemperanter, aduerbium, immoderatè, immodicè. {ἀκρατῶς. GALL. *Intemperemment, desmesurément.* ITAL. *Intemperantemente.* GERM. Vnmässiglich. HISP. *Destempladamente.* ANGL. *Immoderatelie.*} Cicer. 1. *Philipp.* Nimis iracundè hoc quidem & valdè intemperanter. Idem 1. *Philipp.* Ne honoribus nostris elatus intemperantiùs suis opibus vteretur.

Intemperantissimè, aduerb. Apuleius *in Apologia*, Apud omnes intemperantissimè gloriatur.

Intemperatè, aliud aduerbium, Incontinenter. {ἀκολάστως. GALL. *Intemperéement, sans attemperance.* ITAL. *Stemperatamente, senza modestia.* GERM. Vnmässiglich über die maß vnzimlich. HISP. *Destempladamente.* ANGL. *Immoderatelie.*} Cicer. *de Vniuers.* Qui autem immoderatè & intemperatè vixerit, cum secundus ortus in figuram muliebrem transferet.

Intemperatus, a, um, Incontinens, immodicus. {ἀκόλαστος, ἀκρατής. GALL. *Intemperé, immoderé, desreiglé, desmesuré.* ITAL. *Incontinente, intemperato.* GERM. Vnmässig. HISP. *Destemplado.* ANGL. *Intemperat, immoderat.*} Cic. *in Pison.* Quid ego illorum dierum epulas, quid lætitiam & gratulationem tuam, quid cum tuis sordidissimis gregibus intemperantissimas perpotationes prædicem? &c. Idem *de Amic.* Intemperata quædam beneuolentia.

Intemperiæ, arum, Erant quædam deæ, habentes vim nocendi, & per intemperantiam sæuiendi: quas Cato *de re rust. cap. 141.* facto sacrificio iubet propulsari. ἐρινύες, δύσφροσι. Plaut. *Mil. sc. 5. a. 2.* Quæ te intemperiæ tenent. Idem *Amphitr. sc. 4. a. 4.* Quæ hospes intemperiæ? vt tu meum verberes? Idem *Capt. sc. 3. a. 4.* Clades, calamitas, intemperiæ. (de parasito.) Idem *Aulul. sc. 3. a. 4.* Laruæ hunc atque intemperiæ agitant senem. Idem *Amph.* Dij vestram fidem, quæ intemperiæ nostram agunt familiam!

Intemperies, ei, Rerum mistarum inconueniens temperatura. {δυσκρασία. GALL. *Disposition, intemperance.* ITAL. *Mala dispositione, distemperanza.* GERM. Vnrechtmässigkeit vngewitter. HISP. *Destemplança.* ANGL. *Vnreasonablenesse, vntemperatenesse.*} Sic intemperiem cœli dicimus, quum aëer est immoderatè aut calidus, aut frigidus, aut humidus & siccus: vt apud Senec. *c. 18. de cons. ad Mart.* & Liu. *lib. 3. ab Vrb.* Annona propter aquarum intemperiem laboratum est. Colum. *lib. 1. in præfat.* Sæpenumero ciuitatis nostræ principes audio culpantes modò agrorum infœcunditatem, modò cæli per multa iam tempora noxiam frugibus intemperiem. Liu. *8. ab Vrb.* Fœdus insequens annus, seu intemperie cæli, seu humana fraude fuit.

Intempesta nox. {ἀωρονυκτία. GALL. *Le temps de la nuict, que tout le monde repose, comme la minuict.* ITAL. *Quand' ogni vn dorme.* GERM. Die stille nacht an deren etwas anzufahen vnzeitig ist. HISP. *En silencio de la media noche.* ANGL. *Midnight.*} Varro *lib. 4. de ling. Lat.* Inter vesperuginem & iubar dicta nox intempesta: vt in Bruto Cassij, quod dicebat Lucretia. Nocte intempesta nostram deuenit domum. Intempestam Ælius dicebat, quum tempus agendi est nullum: quod alij concubium appellarunt, quod ferè omnes tunc cubarent: alij ab eo quòd sileretur, silentium noctis, quod idem Plautus conticinium. Videmus (inquit) factum volo, redito conticinio. Hæc Varro. Virg. 1. *Georg.*

————aut intempesta silet nox.

& 3. *Æneid.*

Et lunam in nimbo nox intempesta tenebat.

Liu. 7. *ab Vrbe*, Ab Samo intempesta nocte venit. Cic. 7. *Verr.* Repentè nocte intempesta seruorum armatorum fit concursus, atque impetus. Macrob. *lib. 1. Satur.* & Censorinus *de die natali, cap. de diebus*, Intempestam noctem docent esse eam partem noctis, quæ est inter noctem concubiam, & mediam noctem: putántque dictam intempestam, quasi intempestiuam, quòd ea pars noctis intempestiua sit rebus agendis. Intempestæ Grauiscæ. Virg. 10. *Æneid.*

Et Pyrgi veteres, intempestæque Grauiscæ.

Intempestæ autem, hoc est, pestilentes & cæli intemperie atque iniuria insalubres. Dictæ autem Grauiscæ, autore Catone *in origin. apud Seruium*, quòd cœlum graue sustinerent.

INTEMPESTAS, atis, intemperies: vt, Intempestas cæli, hoc est, iniuria. {δυσκρασία. GALL. *Hors heure, temps ou saison, indisposition de temps.* ITAL. *Mala dispositione, indispositione d'aria e di tempo.* GERM. Vngewitter. HISP. *Indisposition de tiempo.* ANGL. *Vnseasonablenesse.*} Plin. *lib. 18. cap. 6.* Malum patrem familias, quisquis interdiu faceret, quod noctu posset, nisi intempestate cæli.

[Intempestiuitas, ἀωρία. Cic. *lib. 3. c. 16.* Cùm abortio quibusdam, non partus videretur mensis octaui intempestiuitas.]

Intempestiuus, a, um, quod fit præter opportunitatem temporis, inopportunus, molestus. {ἄωρος, ἄκαιρος. GALL. *Hors temps & saison, incommode, mal à propos.* ITAL. *Fuor di tempo, importuno.* GERM. Vnzeitlich, das zu vngelägner vnd vnkommlicher zeit beschicht. HISP. *Cosa fuera de su tiempo.* ANGL. *That is doone out of season.*} Habétque antitheta tempestiuus, & opportunus. Cic. *de Amicit.* Nunquam intempestiua, nunquam molesta est amicitia. Idem *ad Atticum, lib. 4.* Si nihil habebis, tamen scribas aliquid: nunquam enim mihi tua aut intempestiua epistola, aut loquax visa est. Senec. *cap. 9. de consol. ad Mart.* Intempestiuus monitor. Idem *c. 17. de cons. ad Polyb.* Intempestiui lusus (alex.) Gellius *cap. 14. lib. 8.* Intempestiuus homo. Velleius, Immodica & intempestiua libertate vti. Ouid. 6. *Fast.*

Intempestiuo cum rudit ille sono.

Idem *Eleg. 5. lib. 4. Trist.*

——— Intempestiuus honor, &c.

¶ Intempestiuus, pro portentoso, & mali ominis, Plinius *lib. 18. c. 35.* de indiciis tempestatum, Anseres continuo clangore intempestiui, pecora exultantia, & indecora lasciuia ludentia eandem significationem habent.

Intempestiuè, aduerbium, Importunè. {ἀκαίρως. GALL. *Hors heure, temps & saison.* ITAL. *Fuori di tempo, di stagione.* GERM. Zu vnzeiten oder zu vngelegner zeit. HISP. *Fuera de tiempo y hora.* ANGL. *Vnseasonablie, out of duetyme.*} Cicer. *lib. 1. Offic.* Ne si irascamur, aut intempestiuè accedentibus, aut impudenter rogantibus, in morositatem inutilem & odiosam incidamus. Col. *in Proœm.* Et ne singulos intempestiuè nunc prosequar, &c.

[Intemporalis, æternus, nullo tempore finitus. Prud.]

INTENDO, Vehementer tendo, vel extendo, contendo, adduco. {מתח mathách שטח schatách נטה natáh. ἐντείνω, ἐπιτείνω. GALL. *Tendre, estendre.* ITAL. *Tirare, drizzare.* GERM. Spannen. HISP. *Tender, estender, á entesar.* ANGL. *To streche, to rstche, to bende.*} Plaut. *Menæch. sc. 1. a. 1.* Quàm magis intendas (hæc vincula sup.) tanto adstringant artiùs. Suet. *in Tib. cap. 61.* Auxit intenditque sæuitiam. Plaut. *Pseud. sc. 7. a. 4.* In hunc intende digitum. Gell. *cap. 4. lib. 6.* Intendere oculos in cælum. Idem *cap. 7. lib. 3.* & Liuius *lib. 6. d. 4.* Intendere iter aliquò. (i. iter dirigere, Galli dicunt, *Tendre chemin quelque part.*) Idem *ibid.* Fugere intendit. Ij, hostem persequi intendunt. Item, altum petere intendit. Idem *ibidem.* Idem *lib. 7. ab vrb.* Nox interdiu visa est intendi. Item *lib. 1. ab vrb.* Primis se intendentibus tenebris. Cicer. 7. *Verr.* Tabernacula quemadmodum consueuerat temporibus æstiuis, quod antea iam demonstraui, carbaseis intenta velis collocari iussit in littore. Idem *in Catone*, intentum animum, tanquam arcum habebat, nec languens succumbebat senectuti. ¶ Intendo aliquando idem est quod animaduerto, diligentérque animo specto, atque intueor. ἐφίεμαι. Virg. 5. *Æneid.*

Intenti expectant signum.

Hinc intendere animum rei alicui, est animum adiicere & applicare. Salust. *in Iugurtha*, In regnum Adherbalis animum intendit. ¶ Intendere animum re aliqua, per translationem dicimus, pro eo quod est, rei alicui arduæ totis ingenij viribus incumbere: cui opponitur, Relaxare animum, quod est intensam animi curam re quapiam iucundiore remittere. Cicer. 1. *in Hortensio*, Quæro, non quibus intendam rebus animum, sed quibus relaxem. Sueton. *in Neron. cap. 32.* Intendere animum calumniis. Idem *in August. cap. 35.* Vt quisque animum intenderet. ¶ Intendere iniuriam. Velleius Patercu *histor. 2.* Sperneret iniurias, quas ab aliis intendebantur. ¶ Interdum Intendere idem est, quod innectere, illigare. ἐνάπτειν. Virg. 2. *Æneid.*

——— & stuppea vincula collo
Intendunt.

Præcipere, vel actionem intendere, idem est quod agere. *l. 8. D. si seruit. vind. l. 5. D. si vsufr. petat. l. 139. D. de verb. sign.* Et Cic. *in Quinctiana*, Sibi eum nuper edidit socium, quem quomodo nunc intendit, ne in viuorum quidem numero tum demonstrat fuisse. Vell. Intendere iniurias, pro inferre. Plaut. *Mil. sc. 4. a. 2.* Pergin' scelesté intendere atque hanc arguere. Hinc intentio passim pro actione. *l. 9. D. ad exhib. l. 66. de iudic.* & multis aliis locis.

Intentus, siue intensus, vtrunque dicitur, particip. Extensus, porrectus. {מתוח mathuách שטוח schatuách נטול natúl. ἐντεταμένος. GALL. *Tendu, estendu.* ITAL. *Intento, teso, steso.* GERM. Gespannen, gestreckt. HISP. *Tendido.* ANGL. *Streiched out, bended.*} Cicer. *de Orat.* Voces vt chordæ sunt intentæ. Plin. *lib. 8. cap. 8.* Intentos, ingentes arcus defigunt humi. Quintilian. Intenta loris sella. ¶ Intentus, attentus. σύντονος. Liu. 3. *ab Vrbe*, Operi certè (id quod constat) agresti intentus, &c. Quintilian. *lib. 10. cap. 1.* Vix singula quisquam intentissima cura consequi possit. Tibull. *lib. 4.*

Intentáque tuis precibus se præbuit aure.

Ouid. *Eleg. vlt. lib. 3. Trist.*

Mens intenta suis ne foret vsque malis.

Senec. *c. 2. de consol. ad Mart.* Intenta in eam rem & affixa.

Intentè, aduerbium, Accuratè, diligenter. {ἐπιμελῶς. GALL. *Ententiuement, diligemment, soigneusement.* ITAL. *Intentemente, diligentemente.* GERM. Fleissiglich anbeblich. HISP. *Diligentemente y con cuydado.* ANGL. *Diligentlie, as it were fercin him self.*} Audire aliquem intentè & modestè. Quint. *lib. 2. cap. 2.* Plin. *Epist. 4.* Non mehercule tam mea sunt, quæ mea sunt, quàm quæ tua: hoc tamen differunt, quòd solicitius & intentius tui me, quàm mei te excipiunt. Liu. *7. bell. Punic.* Hostilium intentiùs monuit, vt in eo spem non moturos quisquam Hetruscos poneret.

Intentissimè, aduerb. Lamprid. *in Heliogab.* Expectans tamen intentissimè quando ei nuntiaretur consobrinus occisus.

Intentus, us, ui, verbale, Extensio, adductio, contensio ⳩ Remisso. {τάσις, ἔντασις. GALL. *Estendement efforcement.* ITAL. *Stendimento, sforzamento.* GERM. Das aussstrecken. HISP. *Estendimiento, esfuerço.* ANGL. *A stretching out.*} vt, Intentus gladij in iugulum. Intentus palmarum, id est, manuum extensio, cum quadam comminatione: cuiusmodi fieri videmus in seditione & discordia, aut reclamatione alicuius turbæ, cuius non solùm voces, verumetiam manus intensæ conspiciuntur in eum, quem explodere & eiicere cupiunt. Cic. *pro Sest.* Voces quidem, & palmarum intentus, & maledictorum clamorem omnem profuderunt.

Intentio, siue Intensio ⳩ Laxatio & remissio. {משכה *mischcáeb* מפשט *mipheds* חזק *chôzak.* τάσις. GALL. *Estendement.* ITAL. *Stendimento.* GERM. Spannung aussstreckung. HISP. *Estendimiento.* ANGL. *A stretching, retching or bending out.*} Colum. *lib. 6. cap. 6.* Cruditatis signa sunt crebri ructus, ac ventris sonitus, fastidia cibi, neruorum intentio, hebetes oculi. Senec. *c. 8. de consol. ad Helu.* æquali intentione diffusus spiritus per omnia. Idem *cap. 15. de tranquill.* Non in eadem intentione retinenda mens. ¶ Quintilian. Paucorum annorum intentione hæc discentur. Intentio corporis. Cic. *1. Tusc.* Intentio vocis, apud eundem. ¶ Intentio & remissio contraria. Idem *2. Tusc.* Vt onera contentis corporibus faciliùs feruntur, remissa opprimunt: simillimè animus intentione sua depellit pressum omnem ponderum: remissione autem sic vrgetur, vt se nequeat extollere. ¶ Est præterea intentio, finis quò animus, ad quod intenditur, dirigitur, propositum. σκοπός. Plin. *in Epist.* Tu ergo intentionem scribentis accommodes. ¶ Intentio etiam accipitur pro attentione animi, diligentia & studio. Quint. *lib. 3. cap. 2.* Idipsum in consilio est habendum, non semper tam esse acrem iudicis intentionem, vt obscuritatem apud se ipse discutiat. Plin. *in Epist.* Vt tantum curæ intentionisque suscipere & possint, & velint. Gell. *cap. vlt. lib. 13.* Quæ longero, tuam impedient intentionem. i. attentionem, siue sententiam. ¶ Pro munere, siue officio, idem *cap. 2. lib. 15.* (Vinum) eos reddit lætiores, atque ad intentiones rursus capiendas habiliores, &c. (id est, ad munera, siue officia. ¶ Item, Pro maiore propositione argumenti non semel apud Quintilian. ponitur. ¶ Intentio, apud oratores est oratio crimen in aliquem intendens. Cicer. *1. de Inuent.* At si qua intentionis depulsio non est, ea nec constitutio, nec pars constitutionis est. ¶ Intentio, augumentum, incrementum. ἐπίτασις. Gell. *lib. 16. cap. 5.* Ve particula, sicuti quædam aliæ, tum intentionem significat, tum minutionem. Item, Quintilianus, Paucorum annorum intentione hæc discentur.

Intento, as, are, Comminor, minitor, minas iacio. {διαπειλέω, ἀπειλέω, ἀπειλῶ. GALL. *Menacer.* ITAL. *Minacciare.* GERM. Trawen. HISP. *Amenazar, ò attentar.* ANGL. *To menace or boast, to stretch out often.*} Cic. *5. Tusc.* Dolor ardentes faces intentat, is fortitudinem & patientiam se debilitaturum minatur. Virg. *1. Æneid.*

Præsentémque viris intentant omnia mortem.

Liu. *lib. 8. bell. Macedon.* Vno in loco ferro ignique gesta res est, à duobus irrito incepto quum intentassent magis quàm inissent certamen, Ætoli abscesserunt, id est, quum non tam certamen inissent, quàm specie certaminis hosti terrorem incutere conati essent. ¶ Intentare manus alicui, pro iniicere. Hircius, siue Oppius *6. belli Hispan.* Eum qui legatos iugulasset, lapidare, & ei manus intentare cœperunt. Apud Liu. *6. ab Vrb.* Intentare vim, arma. Apud Cicer. *in Milon.* Intentare sicam, quod pro Milone dixit. Senec. *Epist. 72.* Intentare manus in oculos. Item, Intentare pro obiicere, Liu. *lib. 1. dec. 5.*

Intentatio, nis, verbale, Senec. *2. de Ira,* Ne nos oscitatio aliena solicitet, nec oculi ad intentationem subitam digitorum comprimantur.

Intentatus, particip. ἀπειληθείς. Liu. *9. ab Vrbe,* Gladij etiam plerisque intentati & vulnerati quidam, necatique.

Intentatus, a, um, nomen, Non expertus, non tentatus. {ἀπείρατος. GALL. *Qu'on n'a point experimenté ne essayé.* ITAL. *Non prouato, ne isperimentato.* GERM. Vnuersucht oder vnuersaten. HISP. *No experimentado.* ANGL. *Not assayed.*} Cicer. *in Lælio,* Nemo est, qui non quòcum consueuit, libentius vtatur, quàm intentato & nouo. Hic autem locus ex vetusto codice sic legitur, Atqui in ipso equo cuius modò mentionem feci) si nulla res impediat, nemo est qui non eo quo consueuit, libentius vtatur, quàm intractato & nouo. Virg. *10. Æneid.*

———hæc intentata manebat.

Senec. *cap. 8. de consolat. ad Polyb.* Intentatum opus Romanis ingeniis.

Intepeo, es, ere, & Intepesco, scis, Incalesco, tepidus fio. {χλιαίνομαι. GALL. *S'attiedir, deuenir tiede.* ITAL. *Diuenir tepide.* GERM. Wärmlechtig werden. HISP. *Entibiarse.* ANGL. *To waxe warme.*} Propertius *lib. 4. Eleg. 1.*

Et lacus aestiuis intepet Vmber aquis.

Ouid. *5. Fast.*

Et variis radiis intepuere comæ.

Inter, Extra compositionem medium quiddam significat: & tam de loco, quàm de tempore, & persona dicitur. {בין *ben.* μεταξύ. GALL. *Entre, au millieu.* ITAL. *Tra, fra.* GERM. Zwischen. HISP. *Entre.* ANGL. *Betweene.*} Cic. *Attic. lib. 3.* Inter me & Brundusium Cæsar est. Idem *2. Verr.* Vt dies quadragintaquinque inter binos ludos tollerentur. Idem *de Amic.* Quæ sæpe inter me, & Scipionem de amicitia disserebantur. Inter cœnam, hoc est, in cœna, vel dum cœnatur. Idem *2. Philipp.* Si inter cœnam in tuis illis immanibus poculis hoc tibi accidisset. Inter falcarios venire, dixit idem Cic. *in Catil.* pro eum in locum, vbi sunt falcarij. Dico, inquit, te priore nocte venisse inter falcarios (non agam obscurè) in M. Leccæ domum. Gell. *cap. 7. lib. 4.* Valerius Probus Grammaticus inter suam ætatem præstanti scientia fuit. (i. suæ ætatis. Galli dicunt, *De son temps, ou en son temps.*) Idem *c. 1. lib. 3.* Inter ambulandum. Idem *c. 13. lib. 12.* Inter ridendum. Liu. *lib. 4. d. 4.* Inter ipsum pugnæ tempus. Et, Inter discrimen pugnæ. *Ibid.* Item, Inter noctem lux orta Idem *lib. 2. d. 4.* Et Plaut. *Aul. sc. 5. a. 2.* Egomet mecum cœpi cogitare inter vias. Suet. *in Cæs. c. 84.* Inter ludos cantata sunt quædam, &c. (i. in ludis.) Liu. *lib. 2. ab Vrb.* Inter patres lectus. (i. in patruum numerum.) Sueton. *in Othon. c. 2.* allectus inter patricios. Idem *in Calig. c. 45.* Inter hæc, &c. Quintil. Inter manus Centurionum iactabatur. Plaut. *Men. sc. vlt. a. 5.* Memini me inter homines deerrare. (i. in turba.) Idem *Capt. sc. 4. a. 3.* Inter sacrum saxúmque sto. Senec. *cap. 10. de consolat. ad Mart.* Inter vitam & mortem (morbis) detineri. Velleius, Dum inter ducem & supplicem tumultuatur. (i. dum dubitat, an dignitatem retineat, an vitam.) Liu. *8. dec. 4.* Qui inter præsidia fuissent. (i. intra.) Gell. *cap. 13. lib. 16.* Inter vndas adnauit Delphin. Senec. *cap. 15. de consol. ad Polyb.* Dum inter homines erat. Plaut. *Men. sc. 1. a. 2.* Hominem inter viuos quæritamus mortuum. Tibull. *lib. 4.*

Fertilis hanc interposita est, intérque vigentes.

Plaut. *Men. sc. 2. a. 5.* Inter ancillas sedere lanam carpere. Idem *Pseud. sc. 1. a. 5.* Alter alterum inter se prehendunt. Idem *Amphitr.* Vos inter vos partite. Idem *Most. sc. 1. a. 2.* Abripite istum inter manus. Idem *Capt. sc. 3. a. 1.* Inter nos fuisse ingenio haud discordabili. Idem *Men. sc. 2. a. 5.* Nescio quid velitati estis inter vos duos. Idem *Capt. sc. 3. a. 2.* Amate inter se. (i. inuicem.) Idem *Amph. sc. Amphitruo,* Pax inter vos duos. Idem *Curc. sc. 2. a. 2.* Inter se congruunt. Idem *Capt. prol.* Inter sese confinxerunt dolum. Idem *Ps. sc. 1. a. 4.* Quæ inter nos duos conuenit. Senec. *c. 6. de consol. ad Mart.* Est omnis inter luctus dies. Plaut. *Most. sc. 1. a. 1.* Qui mihi inter patinas exhibes argutias. Idem *Pseud. sc. 5. a. 1.* Inter se consenserunt. Ouid. *Eleg. 7. lib. 3. Trist.* Inuenies sedentem inter libros & Pierides. ¶ Inter manus, quo genere loquendi præter Ciceronem sic vsus est Cæsar *belli ciu. lib. 1.* Atque hác agger inter manus proferebatur. ¶ Inter se diligere, est se mutuò diligere. Cic. *1. de nat. deor.* Dij inter se diligunt. Idem *ad Quint. fratr.* Pueri valent & nos, & inter se amant. ¶ In compositione sæpe idem valet, quod in medio constituere: vt, Interpono, intersero. Modò priuationem præ se fert: vt, Interficio, interimo. Modò in compositione auget, vt Interbibo, valde bibo. Interdico, interminor, cum potestate dico & prohibeo. ¶ Componitur autem ferè cum omnibus literis, & integra manet: a, Vt interarescο: b, vt interbibo: c, vt intercedo: d, vt interdico: e, vt intereo: f, vt interficio: i, vt interiacio: l, vt interlinio: (notetur intelligo, vbi r, mutatur in l,) m, vt interminor: n, vt interneco: p, vt interpello: r, vt interregnum: s, vt intersum: t, vt interturbo: u, vt interuenio. Ab inter fiunt interea, & interim.

Interalbico, as, are. {διαλευκαίνομαι, διάλευκος γίνομαι. GALL. *Estre blanc par endroits.* ITAL. *Ritirarsi sul bianco.* GERM. Weißlecht (ein/weiß) farbyn scheinen. HISP. *Ser blanco en algunas partes.* ANGL. *To be white betwene or mixed white with other coloures.*} Est colorem album per interualla ostendere, inter alios colores emicantem: quod in quibusdam varij coloris gemmis accidere solet in vestibus quibusdam, quarum subteminis color distat à colore staminis. Plin. *lib. 37. cap. 10.* Leucochrysos fit chrysolitho interalbicante.

Interamna, Ἰντέραμνα. Vulgò *Teramo.* Vrbs Vmbriæ: ita dicta, quòd inter duos amnes sit constituta. ¶ Alia eiusdem nominis V. E. Apruzij.

Interamnia, chorda. Gloss. Isid.

Interanea, orum, dicuntur intestina, à præpositione Intra, eo quòd intra corpus sint condita. {מעים *mehaijm.* τὰ ἔντερα. GAL. *Entrailles.* ITAL. *Interiori.* GERM. Die eingeweid. HISP. *Los intestinos, y entrañas.* ANGL. *The antrailles of man or beast.*} Plin. Medelæ sunt innumeratæ ad interanea. Idem *lib. 9. c. 43.* Hamo deuorato omnia interanea euomunt, donec hamum egerant. Col. *lib. 10.* Quidam exemptis interaneis, occisas aues intus includunt, quæ tempore hyberno plumbis suis delitescentibus apibus præbent teporem.

Interarescere, est penitus arescere, hoc est, omnino aridum fieri: sicut interbibere, funditus ebibere. {חרב *chorâb.* διαξηραίνομαι. GALL. *Deuenir sec ou tari, se secher, se tarir du tout.* ITAL. *Seccarsi affatto.* GERM. Dero dorren. HISP. *Secarse de todo punto.* ANGL. *To become vtterlie drie.*} Cicer. *5. Tusc.* Nihil enim interarescere, nihil extingui, nihil cadere debet eorum, in quibus vita beata consistit.

Interbibo, is, Totum bibo. {ἐκπίνω, διαπίνω. GALL. *Boire tout.* ITAL. *Bere affatto.* GERM. Gar außtrincken. HISP. *Beuer todo.* ANGL. *To drinke out all.*} Plaut. *in Aul. sc. 5. a. 3.* Præterea tibicinam, Quæ interbibere sola, si vino scateat, Corinthiensem fontem Pirenem potest.

Interbito, as, are, Interuenio. {ἐπέρχομαι. GALL. *Entreuenir, suruenir.* ITAL. *Interuenire.* GERM. Darzwischen kommen. HISP. *Entreuenir.* ANGL. *To come in the meane while.*} Plaut. *in Most.* Hic ego tibi præsidebo, ne vlla interbitet quæstio. Verbum est antiquum, compositum ex inter, & ito, interposita litera b, causa solidioris soni.

INTERCALO, as, are, Intersero, seu interpono, quasi Internoco. Calo enim voco est. {ἐμβολιμαῖον, ἐμβάλλειν. GALL. *Mettre ou inserer dedans ou parmy.* ITAL. *Intraporre, intramettere.* GERM. Zwischen ein setzen. HISP. *Entreponer.* ANGL. *To set or putt betwene as a day or yare.*} Cato *de re rustic. cap. 150.* Si intercalatum erit Calendis Maiis, annos xxx. ne amplius promittat. Plin. *lib. 18. cap. 15.* Ita vt xii annus continuis non intercalaretur. Liu. *lib. 2. d. 5.* In hoc anno intercalatum est. Idem ait *lib. 5. d. 5.* Sueton *in Cæs. cap. 40.* Fastos correxit iampridem vitio Pontificum per intercalandi licentiam adeò turbatos, &c. ¶ Huius verbi meminit & Macrobius, etiam de ratione intercalandi abundè disserens. Iulius Cæsar instituit vt vnus dies quarto quoque anno intercalaretur, hoc est, interseretetur, vnde bisextilem annum Plinius intercalarem vocat, & Liuius mensem dixit intercalarium. De intercalandi ratione, vide Plutarch. in Numa, & in Cæsare. ¶ Intercalare, differre,

differre. Liuius 9. *ab Vrbe*, Sed si me audiatis, priusquam dedantur, hic in comitio virgis cæsos, hanc iam vt intercalaræ pœnæ vsuram habeant. Budæus.

Intercalaris, e, Interiectitius, interpositilius. {παρεμβόλιμος, ἐμβόλιμος. GALL. *Inseré*. ITAL. *Interposto*. GERM. Das man zwischen ein setzt oder spielt. HISP. *Enxerido, entrepuesto*. ANGL. *That is sett or put betwene*.} vt, Intercalaris mensis dictus est, cui interebatur dies, qui deerat ad complendum annum, diuersis quidem rationibus diuerso tempore. Is autem mensis erat Februarius, quoniam erat vltimus anni. Non tamen intercalabatur in fine mensis, sed post vigesimum & tertium diem Terminalibus iam peractis: deinde reliquos Februarij dies, qui erant quinque post intercalationem subiungebant, vetere religionis suæ more, vt Februarium omnino Martius sequeretur. Vide de hoc plura in dictione *Bisextus*. ¶ Intercalatores Calendæ, dicuntur mensis intercalaris, id est, Februarij. Alij intelligunt Calendas Martias, non quòd eo mense intercalarentur dies, sed quòd essent proximæ diebus intercalaris: id est, quòd statim sequerentur intercalationem, quinque tantum diebus interpositis, aut certè eò, quòd in omnibus mensibus dies qui Idus sequuntur, denominationem sumunt à mense subsequente. Cicero *ad Ligarium, famil. 6*. Ego tamen quum ad tertium Calendas intercalares rogatu fratrum tuorum venissem manè ad Cæsarem. ¶ Intercalares dies, ἐμβόλιμοι ἡμέραι. Græci embolismos, siue hyperbolicos nominant. ¶ Intercalaris versus, qui frequenter inter aliquos versus interponitur, vt est apud Virgilium,

Incipe Mænalios mecum mea tibia versus.

Intercalarius, a, um, intercalaris. ἐμβόλιμος. Liu. 6. *bell. Maced*. Triumphauit mense intercalario pridie Calendas Martias. Intercalarius mensis. Suet. *in Cæs. cap.* 40.

Intercalarium, ij, pro tempore quo intercalatur, vt annus cum cursu Solis conueniat. Cic. 4. *Verr*. Tunc Cephaleditani decreuerunt intercalarium quadraginta quinque dies longum, vt reliqui menses in suam rationem reuerterentur, ἐμβόλιμος.

Intercalatio, ἐμβολισμός. Macrobius *Saturn. lib.* 1. *cap.* 15. Alterius ternos vicenósque intercalares expensabant intercalationibus quatuor.

[Intercalator dies, ἐμβολισμός intercalaris. Macrob. *Saturn. lib.* 1. *cap.* 13. Sed octauo quoque anno, intercalatores octo affluebant dies ex singulis.]

Intercapedo, inis. Interstitium temporis, vel loci inter duo spatia interceptum. {διάστημα, διάλειμμα. GALL. *Espace de temps, ou de lieu entre deux*. ITAL. *Internallo, spatio di tempo, ò di luogo tra due*. GERM. Der begriff oder weite zwischen zweyen dingen. HISP. *Espacio entre dos tiempos, ò lugares*. ANGL. *Distance or space of tyme or place*.} Cic. *Tironi, famil.* 16. Itaque iam me non pænitebit intercapedinem scribendi fecisse. Idem 1. *de finibus*, Alij autem, protectur, iidem intemperantes & ignaui permanentes, quas ob causas in eorum vita nulla est intercapedo molestiæ. Sueton. *in Aug. cap.* 38. Post longam intercapedinem. (i. interuallum.)

INTERCEDO, is, ssi, sum, Inter duo venio, me interpono. {פגע *pagháh*. [illegible] GALL. *Estre entre deux, venir entre deux*. ITAL. *Interporsi, intrametterſi*. GERM. Darzwischen kommen. HISP. *Interceder, entreponerse*. ANGL. *To come in betwene and lett*.} Cæs. *lib.* 1. Non se hostem vereri, sed angustias itineris, & magnitudinem syluarum, quæ inter eos & Ariouistum intercederent. Cæs. *lib.* 1. *de bell. ciu*. Intercedunt quinque millia passuum. *Ibid*. Nullum intercedebat tempus quin extremi cum equitibus præliarentur. *Ibid*. Intercedunt paruis momentis magni casus. Cicer. *lib.* 2. *de Orat*. Vix annus intercesserat. ¶ Intercedere etiam, autoritate publica, & magistratum gerentis rem aliquam impedire, & prohibere. διακωλύειν ad verbum. Plutarchus, [illegible] vt, Tribuni intercesserunt, hoc est, rem pro magistratus potestate impediuerunt. Cæs. *lib.* 8. Quòd ad Aricinos spectat, nihil intercedit quominus Samniti populo pacis, bellique arbitrium sit. Terent. *in Andr*. Si nulla ægritudo huic gaudio intercesserit, id est, interuenerit, vel hoc gaudium impediuerit. ¶ Qui ius intercedendi Senatusconsulto haberent, vide apud Gell. *c.* 7. *lib.* 14. *&* *c.* 12. *lib.* 13. ¶ Dicimus etiam, intercedit mihi tecum necessitudo, amicitia, familiaritas, & intercedit tibi cum illo affinitas: hoc est, media est, quæ me tibi, & te illi conciliat. Cic. *Appio Pulchro, famil.* 6. Veteres mihi necessitudines cum his omnibus intercedunt, quibuscum ego agere de te non destiti. ¶ Intercedere item aliquando accipitur pro spondere, seu fideiubere. {ערב *haráb*. ἐγγυᾶσθαι.} Cic. *Attic. lib.* 5. Accersiuit ad se, promisit, intercessit, dedit. Idem *lib.* 6. Adscribit, & quasi calcar admouet, intercessisse se pro iis magnam pecuniam. Idem *Philipp.* 2. Tantum pro te intercessisse dicebant. ¶ Intercedere contra aliquem, Obstare, obesse. Plin. *lib.* 32. *cap.* 1. de echineide pisce loquens, Nec longa fuit illius moræ admiratio, statim causa intellecta, quum è tota classe quinqueremis sola non proficeret, exilientibus protinus qui id quærerent circa nauim, inuenere adhærentem gubernaculo, ostenderuntque Caio, indignanti hoc fuisse quod se reuocaret, quadringentorúmque remigum obsequio contra se intercederet. id est, obstaret ne remiges obsequerentur Caio ¶ Imaginibus intercedere, pro Obstare imaginibus, & prohibere, per metaphoram. Tacit. *in vita Agricola*, Non quia intercedendum putem imaginibus, quæ marmore, aut ære finguntur: id est, Non quia negem, habendas imagines, quæ marmore, aut ære finguntur.

Intercessio, nis, Impeditio, & prohibitio magistratus ne quid fiat. {מעכבה *mehhekáh*. [illegible] GALL. *Opposition, empeschement*. ITAL. *Diuieto, impedimento*. GERM. Fürkommung verhinderung. HISP. *Contraposicion, entreuenida*. ANGL. *A withstanding, a stopping to lett a mater procede*.} Erat autem intercessio propriè Tribunorum, quibus ius fuit intercedendi, hoc est, vetandi prohibendique. Nam (vt Gell. docet *c.* 12. *lib.* 13.) Tribuni plebis antiquitus creati videntur, non iuri dicendo, sed legibus & rogationibus intercedendo, vt iniuria si qua fieret, arceretur, & vt vim fieri prohiberent. Cæsar 1. *bell. ciu*. Refertur statim de intercessione Tribunorum. Intercessioni cedere, vel prouocationi est parere intercedenti, & rem omittere. Intercessio etiam dicitur in re pecuniaria. Cic. *Epist.* 3. *ad Attic. lib.* 1.

Intercessor, is, Is qui intercedit, impeditor. {פגע *pogheáh*. [illegible] μεσίτης. GALL. *Qui s'oppose & empesche*. ITAL. *Oppone & impedisce*. GERM. Ein verhinderer der sich zwischen etwas legt das es nicht fürgehen mag. HISP. *Aquel tal entreuenidor, empachador*. ANGL. *He that withstandeth*.} Cic. 3. *de legib*. Parere iubet lex intercessori. Et, Intercessor rei malè salutaris ciuis esto.

INTERCIDO, is, idi, isum, Ex inter & cædo: æ diphthongo in i, productam mutata, Per medium seco. {חצה *chatsáh*. διακόπτω, διατέμνω. GALL. *Coupper par le milieu*. ITAL. *Tagliare per mezzo*. GERM. Entzwey hawen. HISP. *Entrecortar*. ANGL. *To cutt by the middes a sunder*.} Cæsar *lib.* 2. Vt si possent, castellum cui præerat Qu. Titurius legatus, expugnarent, pontemque interciderent. Sed *interscinderent* legendum.

Intercisus, particip. Præcisus, abruptus, diuisus. {חצץ *chutstsáts* נחצה *nechetséth*. διακοπείς. GALL. *Couppé par le milieu*. ITAL. *Tagliato, rotto per mezzo*. GERM. Zerhawen, zerbrochen. HISP. *Entrecortado*. ANGL. *Cutt by the middes a sunder*.} Vnde intercisæ pactiones, dicuntur abruptæ, & non integræ. Cicer. *in Paradox*. Qui tuas mercedum pactiones in patrociniis intercisas, &c. Intercisi dies dicebantur deorum, hominúmque communes: ita dicti, quòd velut diuisi essent, partémque sibi dij, partem homines vendicarent. Macrob. *lib.* 1. *Saturn*. Intercisorum dierum quibusdam horis fas est, quibusdam fas non est ius dicere: nam quum hostia cæditur, fari nefas est: inter cæsa & porrecta fari licet. Quibus verbis significatur medio illo interuallo, quod erat inter victimam cæsam, & exta porrecta, dum sacerdos cæremonias quasdam peragebat, fas fuisse prætori ius dicere, & fari verba illa, Do, dico, & addico. Et ita dies intercisi ex parte festi, & ex parte profesti sunt. Cicer. *ad Attic*. Ne quid inter cæsa & porrecta (vt aiunt) operis mihi addatur, aut temporis. Quo in loco nonnulli malè legunt, intercæsa vnica dictione, quemadmodum etiam in loco Macrobij: quum tamen intercæsa Latinum non sit. Nam ab intercido dicitur intercisum. Est itaque legendum vtroque loco inter cæsa, diuisis dictionibus.

Intercisio, nis. {בתל *béthel*. ἡ διακοπή, ἡ διάκοψις. GALL. *Couppeure, ou couppé par le milieu*. ITAL. *Tagliamento per mezzo*. GERM. Durchschneidung. HISP. *Entrecortadura*. ANGL. *A cutting a sunder in the middes*.} vt, Intercisiones stomachi, apud Plinium *lib.* 20. *cap.* 14. quas Dioscorides *lib.* 3. *cap.* 26. δηγμοὺς στομάχου, morsus & erosiones stomachi vocat.

Intercisè, aduerbium, Sectim, & per incisiones. {ἐπικόπως. GALL. *Par morceaux & parcelles*. ITAL. *Facendo in pezzi, in particelle*. GERM. Stuckweiß oder zerschnittner weiß. HISP. *Acortaduras ò cortando*. ANGL. *By pieces*.} Cicer. *in Partitionibus*, Inuertatur ordo, & idem quasi sursum versus, retróque dicatur: deinde idem intercisè atque permistè. Gellius *cap.* 3. *lib.* 13. Inuenimus in Commentario Nigidij verbum *Autumo* compositum ex *ab* præpositione, & verbo *æstumo*: dictúmque intercisè quasi abæstumo, quod significaret totum æstumo, tanquam abnumero. Idem Gellius *cap.* 2. *lib.* 11. Sparsim & intercisè memini, &c.

[Intercisimen, διακοπή, intercisio, διακόπτω intercido.]

Intercido, is, intercidi, intercasum, Pereo, intereo, & temporis spatio euanesco. {אבד *abád*. διαπίπτω, διαπίπτω. GALL. *Cheoir, mourir*. ITAL. *Cadere, morire*. GERM. Verfallen, vergehen, verloren werden. HISP. *Caer, morir*. ANGL. *To decaie or perish*.} Liuius *lib.* 2. Credo, quia nulla gesta res insignem fecerit Consulatum, memoriam intercidisse. Cicer. *pro Deiot*. Pereant amici, dum vnà inimici intercidant. Ouid. 2. *Fastor*.

Reddè patri natum, quamuis intercidit alter. (sup. Remus.)

Plin. *lib.* 9. *cap.* 51. Ea excludunt quinquagesimo die, è quibus multa propter numerum intercidunt. ¶ Intercidere pro cadere, ἐμπίπτειν. Liu. 6. *bell. Pun*. Ita in arcto stipatæ erant naues, vt vix vllum telum in mare vanum intercideret.

[Intercilium, est medium illud inter supercilia, quod sine pilis est. Isid. *lib.* 11. *c.* 1.]

Intercinctus, participium ab intercingo, Maculis quibusdam circunquaque distinctus. {עקוד *hakúd* נקוד *nakódh*. διεζωσμένος. GALL. *Entreceint, entrelacé*. ITAL. *Attorniato, circundato*. GERM. Zu ringsumbher abgeteilt und underscheiden. HISP. *Entreceñido*. ANGL. *Interlaced*.} Plin. *lib.* 37. *cap.* 10. Candore intercincto variis coloribus. Idem *lib.* 36. *cap.* 8. Thebaicus, intercinctus aureis guttis, inuenitur in Africæ parte Ægypto adscriptæ.

Interciare, are, esse sequestrum: vt in legib. Edoardi regis: Si quispiam aliquid intercier super aliquem, & interciatus non potuerit esse. id est, si sequester fuerit. ¶ Accipitur etiam pro apud sequestrum deponere.

INTERCINO, is, Cantum immisceo. {παρᾴδω, ἐπᾴδω. GALL. *Entrechanter, chanter entredeux*. ITAL. *Cantar tra due*. GERM. Darzwischen singen. HISP. *Entrecantar*. ANGL. *To sing betwene*.} Hor. *de Art. poet*. per translationem dixit,

——— nec quid medios intercinat actus,
Quod non proposito conducat, & hæreat aptè.

hoc est, nihil scribat quod non ad propositum faciat.

INTERCIPIO, is, Interuerto, per insidias capio, ad me transfero & domum meam conuerto. {לכד *lachadh*. ὑποπίπτω, [illegible] GALL. *Prendre cependant, surprendre*. ITAL. *Tor di mezzo, pigliare*. GERM. Mitt list auffahen ehe dann es an sein statt kompt. HISP. *Entresacar, tomar*. ANGL. *To forestall, to catche*.} Plaut. *in Asin*. Quid si forte in insidias deuenero, Tum redimes me, si me hostes intercepérint? Idem *Pseud.* 4. *a.* 2. Epistolam modò hanc intercepi. Quint. Si me fata intercepissent. Cic. *pro Cluent*. Id quum daretur in mulso, Balbutium quendam eius familiarem intercepisse, bibisse, statímque esse mortuum. Idem *ad Quint. fratr*. Ego ad te ne hæc quidem scribo, ne cuiusquam animum meæ literæ interceptæ offendant. Apud eundem *in Rull*. Honos interceptus. Intercipere regnum. Plin. *de viris illustr*. Intercipere victoriam, idem *in Paneg*. Intercipi morbo, Gell. *lib.* 7. *cap.* 3.

Interceptus, particip. {נלכד *nilchádh*. προληφθείς. GALL. *Surprins*. ITAL.

Soprapreso. Germ. Darzwischen ergriffen oder auffgefangen. Hisp. *Entrefacado.* Angl. *Forestalled, encroched.*} vt, Interceptus mortalitate, præuentus, præpeditus. Plin. *in Epist.* Suet. *in Tib. c.7.* Intercepto communis filij pignore, (i. immatura morte sublato.) Senec. *c.3. de consol. ad Polyb.* Intercepta inter prima incrementa indoles. Item, Interceptus, apud Quintil. (i. ante diem mortuus.)

Interceptio, nis, Ademptio, auersio. {מלכודת *malcódeth.* ὑφάρπασις. Gall. *Surprinse.* Ital. *Esso sopra prendere.* Germ. Auffahung. Hisp. *Entresacamiento.* Angl. *A forest alling or encroching.*} Cicer. *pro Cluent.* Per quem porrò datum? vnde sumptum? quæ deinde interceptio poculi?

Intercēptŏr, is, Qui intercipit. {לוכד *lochedh.* προλαβών. Gall. *Surpreneur.* Ital. *Chi soprapprende.* Germ. Ein auffaher. Hisp. *Entresacador.* Angl. *A forest aller, an encrocher.*} Liu. 4. *ab Vrbe.* Prædæne interceptorem fraudatorémque etiam malum minari militibus? Interceptor litis alienæ, idem 3. *ab Vrbe.*

Intercludo, is, ab iter & cludo: n, euphoniæ causa interiecta. Iter impedire: quasi iter claudere. {סגר *saghár* עצר *hatsar.* ἀποκλείω, διείργω. Gall. *Enclorre, couper, ou fermer le passage.* Ital. *Serrar il passo.* Germ. Den weg verlegen oder schliessen, die strass vermachen. Hisp. *Cerrar en medio.* Angl. *To inclose, to shutte int.*} Varr. 1. *de re rust. c.63.* Sub terra qui habent frumentum in his quos vocant syros, quod cum periculo introitur recenti apertione, ita vt quibusdam sit intercluſa anima. Cic. *ad Terent. Epist. 4.* Etiam illud metuo, ne iam intercludamini, vt quum velitis exire, non liceat. ¶ Aliquando etiam accipitur pro impedio, prohibeo. Virg. 2. *Æneid.*

——*sæpe illos aspera ponti*
Interclusit hyems, & terruit Auster euntes.

Autor *ad Herenn.* Vt ille qui ad diem commeatus non venit, quòd eum aquæ interclusissent. Commeatum inimicis intercludere, est impedire & itinera obsidere, ne inimicis commeatus possit deferri. Plaut. *Milit. sc.2. act.2.* Intercludo inimicis commeatum, tibi muni viam. Intercludere commeatu. Cæsar 1. *bell. Gall.* Eo consilio, vti frumento, commeatúque, qui ex Sequanis & Heduis importaretur. Cæsarem intercluderent. Fugam intercludere, iter occupare per quod inimici fugam arripere possent. Cæsar *lib. 7. bell. Gall.* & Liuius *lib. 7. belli Punic.* Hostes intercludere ab oppido, & ponte, & commeatu omni. Cæsar *lib. 1. bell. ciuil.* Intercludere hostem Ibero. *Ibid.* (i. impedire ne ad Iberum perueniret.) Dolore intercludi, id est, impediri, Cic. *ad Attic. lib. 8.* Cæs. *lib. 1. de bell. ciuil.* Ne frumento pabulóque intercluderetur.

Interclusus, a, um, Suet. *in August. cap. 16.* Ob interclusos commeatus, famémque ingrauescentem.

Interclusio, nis, Impedimentum, occlusio, obsessio loci atque intercessio. {סגור *seghór* מעצר *mahtsár.* ἀποκλεισμός. Gall. *Estoupement, couppement, ou closture de passage.* Ital. *Rinchiudimento, tagliamento di via.* Germ. Verhinderung, verschliessung. Hisp. *Aquella obra de encerrar, encerramiento en medio.* Angl. *An inclosing, a stopping of the way.*} Cic. 3. *de Orat.* Clausulas enim & interpuncta verborum, animæ interclusio, atque angustiæ spiritus attulerunt.

Intercolumnium, {μεσοστύλιον. Gall. *L'espace qui est entre deux colomnes.* Ital. *Spatio fra l'vna & l'altra colonna.* Germ. Die weitte zwischen zwoyen seulen. Hisp. *El spacio entre columnas.* Angl. *The space betweene two pillers.*} Dicitur spatium illud in ædificiis quod est medium inter columnas. Vide *Columna.*

Intercōncĭlĭārĕ, Beneuolum reddere. {ריצה *ritstáh.* ἀμφιζεῖν. Gall. *Concilier, mettre amitié entre.* Ital. *Conciliarsi, farsi beneuolo.* Germ. Zwischen etlichen friden vnd amigkeit schaffen. Hisp. *Halagar ò enamorar, hazer amigo.* Angl. *To procure fauour and friendship.*} Quint. *lib. 11. c. 10.* Sine aliud interconciliandi videtur præstare officium. *Ibid.* In docendo autem acumen, in interconciliando lenitas, in monendo grauitas videatur.

Intercŭlco, as, are. {ἀλλὰ μέσον πατεῖν. Gall. *Fouler aux pieds entre, ou par le milieu.* Ital. *Calpestrare tra due con piedi.* Germ. Darzwischen mit füssen tretten oder stampffen. Hisp. *Entrerecalcar, recalcar en medio.* Angl. *To trample vpon betweene or in the middes.*} Ex Calco compositum. In medio, vel inter aliqua calco. Col. *lib. 12. cap. 43.* Ex deorsum versus spectantes ollæ componuntur, ita distantes, vt interculcari possint vinacea.

Intercurro, is, intercurri, cursum, ere, Interuenio, & intercedo, ait Budæus. {פגע *paghah.* μεταθέω. Gall. *Courir entre, suruenir.* Ital. *Transcorrere, interuenire.* Germ. Darzwischen lauffen. Hisp. *Entreuenir, entrecorrer.* Angl. *To runne betweene.*} Cic. 8. *Philipp.* Pugnatur acerrimèque intercurrerent, misimus tres principes ciuitatis: hos contempsit, reiecit, repudiauit Antonius. Idem 2. *Tusc.* Ergo his laboriosis exercitationibus & dolor intercurrit.

Intercŭrso, as, are, freq. {μεταξὺ διατρέχω. Gall. *Se mettre ou estre entre deux.* Ital. *Mettersi tra due.* Germ. Vil vnd offt darzwischen lauffen. Hisp. *Entremeterse, ser entre dos.* Angl. *To runne often betweene.*} Plin. *lib. 29. c. 4.* Vnum simile formicæ, sed multò maius, rufo capite, reliqua parte corporis nigra, albis intercursantibus respersum guttis.

Intercŭrsus, us, ui, Interuentus, intercessio. {μεσιτεία, μεσίτευσις. Gall. *Suruenement de quelqu'vn parmi.* Ital. *Sopraueniment di alcuno.* Germ. Darzwischen lauffung, vnderlauffung. Hisp. *Entreuenimiento de alguno.* Angl. *A running or comming betweene, an intercession to pacifie.*} Liu. 2. *ab Vrbe.* Consulum intercursu rixa sedata est. Idem 4. *bell. Maced.* Quum Capitolio ab Sabinis capto, medio in foro signis collatis dimicaretur: nónne intercursu matronarum inter acies duas prælium sedatum est? Idem *lib. 1. dec. 3.* Intercursu Scipionis Africani patris periculum propulsatum.

Intercus, itis, {ὁ μεταξὺ σαρκὸς καὶ δέρματος. Gall. *Qui est entre cuir & chair, interieur.* Ital. *Tra carne & pelle.* Germ. Das zwischen haut vnnd fleisch ist. Hisp. *Entre cuero y carne.* Angl. *Betweene the skinne and the flesh, dropsie.*} Hinc Aqua intercus ὕδερος. Cic. 3. *Offic.* Si quis medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem, &c. Plaut. *Menæch.* Num veternus, aut aqua intercus tenet? ¶ Sic Vitium intercus dixit Gell. *cap. 8. lib. 13.* quod foris non apparet, quasi intra cutem consistens: Quum (inquit) vitia facundissimè accusarent, intercutibus ipsis vitiis madentes.

Intercutaneus, a, um, quod infra cutem est, τὸ ὑπὸ τῷ δέρματι.

‖Intercutitus, vehementer cutitus, id est, valde stupratus.‖

Interdatus, cibus, apud Lucret. *lib. 4.* hoc est, per corporis partes diuisus. Propterea capitur cibus, vt sufficiat artus, Et recreet vires interdatus. נתון בין החלק *nathun ben nechelak.* διαμερισθείς. Gall. *Donné & distribué, ou mis entre.* Ital. *Dato tra due.* Germ. Die speiss in die glider außgetheilt. Hisp. *Puesto ò enxerido en medio.* Angl. *Geuen betweene.*}

‖Interdianum, tempus diurnum. Isid.

Interdiatus, ἡμεροκλέπτης. Gloss. qui interdiu furatur. Ei opponitur ἡμεροκοίτης die dormiens.‖

Interdīco, is, Veto, prohibeo. {מנע *manah.* ἀπαγορεύω, ἀπεννέπω, εἴργω. Gall. *Defendre quelque chose à aucun.* Ital. *Prohibere, vietare, interdire.* Germ. Verbieten. Hisp. *Poner entredicho, vedar.* Angl. *To forbidde, prohibite.*} Interdicitur autem locus, homo, res. Cicer. *in Cat.* Malè rem gerentibus, patriis bonis interdici solet. ¶ Interdum etiam res qua quis prohibetur, in accusatiuo ponitur. Suet. *de Neron. cap. 32.* Et quum interdixisset vsum amethystini ac Tyrij coloris, prætulit cunctos negotiatores. Senec. *lib. 3. de Ira,* Si iubet Cæsar, statim illi domum meam interdicam. Sueton. *in August. cap. 66.* Interdicere domo & prouinciis alicui. Quintilian. Cùm interdixisset Proculeius Cassio Seuero domo sua. ¶ In passiuis autem locutionibus accusatiuus huiusmodi in nominatiuum conuertitur. Sueton. *in Claud. cap. 23.* Vt hi quibus à magistratibus prouinciæ interdicerentur, vrbe quoque & Italia submouerentur. Et Cicer. *pro domo sua,* Vt M. Tullio, aqua & ignis interdicatur. πυρὸς καὶ ὕδατος εἴργεσθαι. ¶ Interdicere præcisa locutione dicimus, pro, Per prætorem interdicere, vel interdicto agere. Vlpian. *l. 3. §. 5. D. vti possid.* Labeo quoque scribit, Ex ædibus meis in ædes tuas proiectum habeo: interdicis mecum si eum locum possideamus, qui proiecto tegetur, an quo faciliùs possim retinere possessionem illius possessionis interdico tecum, sicuti nunc possidetis ędes eas. Fab. *lib. 3. c. 6.* Non debuisti interdicere, sed petere, an rectè interdictum sit ambigitur. i. non debuisti interdicto vti, sed actione, an rectè actum sit interdicto ambigitur. Ex Hotomanno. ¶ Significat quandoque obstare, & impedimento esse. Plaut. *Capt. sc. 5. a. 3.* Dum pereas, nihil interdico, dicant viuere. Cicer. *Verr. 4.* Nemo nostrûm posset ædes suas, nemo fundum, nemo bona patria obtinere, si quum hæc à quopiam vestrûm petita sunt, pater improbus, cui nemo interdicere possit, det quem velit iudicem.

Interdictus, a, um, particip. Vetitus, prohibitus. {נמנע *nimnah.* ἀπαγορευθείς, ἀπειρημένος. Gall. *Interdit, defendu.* Ital. *Cosa interdetta.* Germ. Verbotten. Hisp. *Cosa entredicha.* Angl. *That is forbidden.*} Horat. 1. *Epist. 16.*

Cui potior patria fuit interdicta voluptas.

Sueton. *in Calig. c. 25.* Breuique missam fecit, interdicto cuiusquam in perpetuum coitu. Gell. *c. 2. lib. 17.* Interdicti illi sunt omni honestate. Et, vrbe, idem Gell. *c. 11. lib. 15.* Item Suet. *in Aug. c. 27.* Vrbe interdicta. Ouid. *Eleg. 1. lib. 4. Trist.*

Interdicta mihi talia! (sup. erunt.)

Interdictum, i, substantiuum, Vetatio, prohibitio. {מעצר *mahtsár* מעצור *mahatsor.* ἀπαγόρευμα, διάταγμα. Gall. *Defense.* Ital. *Interdetto, diuieto.* Germ. Ein verbott. Hisp. *Entredicho.* Angl. *A prohibition, a forbidding.*} Plaut. *Asinar. sc. 1. a. 4.* Nequeon' te interdictis facere mansuetum meis. Sequitur, præceptis. Hinc interdicta prætorum, dicuntur formæ, & conceptiones verborum, quibus Prætor, aut iubebat aliquid fieri, aut prohibebat: quod tunc maximè faciebat, quum de possessione inter antiquos contendebatur. Cicero *contra Rullum,* Ergo hac lege Prætorum interdicta tollentur. Idem *ad Atticum,* Cæsaris interdicta respuentur. Idem *pro Cecinna.* Possessionem per interdictum repetere. Ex eo deriuatam appellationem putat Passeratius quod inter hoc prætoris decretum & principalis negotij controuersiæque disputationem aliquid fieri aut iuberetur, aut vetaretur: quasi hoc decretum *interea dictum,* (i. interpositum) esset, dum actionem principalis causæ aliquando litigator postularet. Exempli caussa, Cùm in fundo essem, tu me de eo deiecisti vi, armatis, vel non armatis hominibus, quod tuum esse illum fundum diceres. Prætor me per interdictum restitui iubet, h. e. iubet me possidere interea dum ille, constituto iudicio, planam fecerit esse se fundi dominum. Interdictum ergo nihil planè aliud est, quàm actio, aut (vt veriùs loquamur) actionis species, nisi quòd actionibus de re principali disceptatur, veluti de dominio & proprietate. Interdictis autem non ferè, nisi de possessionibus. Hæc ergo inter actionem & interdictum similitudo, quòd vtrunque à Prætore datur, vtrunque certa conceptaque verborum formula constituitur, in vtroque sponsiones fiunt, in vtroque iudex, aut recuperatores dantur. ¶ Venire ad interdictum, i. venire in ius ad Prætorem. Petronius Arbiter, Vt si nollet alienam rem domino reddere, ad interdictum veniret.

Interdictio, nis, verbale, Prohibitio. {מעצר *mahtsár* מעצור *mahatsor.* ἀπαγόρευσις, διάταγμα. Gall. *Defense, prohibition.* Ital. *Interdetto, prohibitione.* Germ. Verbietung. Hisp. *Entredicho, vedamiento.* Angl. *A forbidding.*} Cic. *pro domo sua,* Id autem vt esset faciendum, non ademptione ciuitatis, sed tecti, & aquæ, & ignis interdictione faciebant.

Interdiū, aduerbium temporis, significat per diem. {יומם *iomám.* μεθ' ἡμέραν. Gall. *De iour, sur iour.* Ital. *Digiorno.* Germ. Am tag, tags zeit. Hisp. *Entre dia.* Angl. *In tyme of day.*} Cui contrarium est Noctu. Cato *de re rust.* Canes interdiu clausos esse oportet, vt noctu acriores & vigilantiores fiat. Plin. *lib. 18. cap. 26.* Inde illa reliqua oracula, Malum patremfamilias quisquis interdiu faceret quod noctu posset, nisi intempestate cæli. ¶ Olim etiam pro eodem dicebatur *interdius.* Plaut. *in Mostell. sc. 2. a. 2.* Sed quid hoc occlusa ianua est interdius. Et *in Aul.* Nescio pol quæ illunc hominem intemperiæ tenent. Vel peruigilat noctes totas: tum autem Interdius quasi claudus sutor domi sedet totos dies. *Capt. sc. 5. a. 3.* Interdius sub terra lapides eximet. Idem *Asin. sc. 3. a. 3.* Otiosus est interdius. Idem *Pseud. sc. 2. a. 5.* Interdius cum corolla ebrium.

Interdū

Interductus, us. Interpunctio, & distinctio, quæ inter sententiam à librariis duci solet. {Διαστολή. GALL. *Note ou marque entre les clauses d'une oraison, qui signifie en quel endroit il faut reposer, & reprendre son haleine.* ITAL. *Signo tra le clausule di un parlare dove si prende riposo & lena.* GERM. Ein strich oder underscheydung in einer red verzeichnet, dabey man abnimpt wo man ein kleines still halten soll. HISP. *En espacio entre dos cosas.* ANGL. *A note of distinction betwene clauses in an oraison.*} Cicer. *in Orat.* Ne infinite feratur, vt flumen oratio: quæ non aut spiritu pronuntiantis, aut interductu librarij, sed numero coacta debet insistere.

Interdum, aduerb. Aliquando, nonnunquam, ex inter, & dum, quod antiqui Interduatim dicebant. {לִפְעָמִים *liphhamim.* ἐνίοτε. GALL. *Aucunes fois, quelquesfois, par fois.* ITAL. *Qualche volta.* GERM. Zu zeiten, under weilen. HISP. *A las vezes.* ANGL. *Some tyme.*} Virg. *lib. 2. Georg.*

Interdum aut hedera pendunt vestigia nigra.

Terent. *in Eunuch.* Cibum nonnunquam capiet cum ea, interdum propter dormiet. Plautus *Mostell. sc. Habeo.* Interdum inepte stultus es.

Interduatim, & Interatim dixerunt antiqui, pro interdum, & interim. Festus.

Inter duos pontes. Locus Romæ Plutarch. *in Valer.*

Interea, aduerbium temporis est, compositum ex integris duobus, inter, & eaquod quum sit neutrum plurale, debuit corripi: sed quia factum est aduerbium, produxit a, sicut præterea, antea, & similia. Potest tamen à sexto casu deduci, qui in compositione solet huiusmodi inueniri: vt, Quapropter, Quocirca. Significat autem interim, tantisper, hoc interim spatio. {μεταξὺ, τὸ μεταξὺ. GALL. *Cependant, ce temps pendant.* ITAL. *Tra tanto, fra questo mezzo.* GERM. Dazwischen. HISP. *Entretanto.* ANGL. *In the meane tyme.*} Terent. *in Hecyr.* Quid interea? Ibátne ad Bacchidem? Vbi Donatus, Interea inter eos dies. Idem *in Andria*, Credo, impetrabo, vt aliquot saltem nuptiis prorrahat dies: Interea fiet aliquid spero. Interea dum. Plaut. *Asin.* Atque interea vt decumbamus suadeo, hi dum litigant. Idem *Curc. sc. 2. a. 2.* Tu interea narra hunc somnium. Ouid. 13. *Met.*

Quid facis interea qui nil nisi prælia nosset?

Plaut. *Pseud. sc. 5. a. 5.* Tibicen interea vos delectauerit. ¶ Interdum significat tamen. Virg. 1. *Georg.*

Nec nulla interea est inarata gratia terræ.

Interea loci, Interea temporis. {ἐν τῷ μεταξὺ. GALL. *Durant ce temps.* ITAL. *Tra questo tempo.* GERM. Diezeit, Dazwischen. HISP. *Entre tanto tiempo.* ANGL. *In the meane tyme.*} Sæpe enim locus accipitur pro temporeve apud Terent. *in Andr.* Et multa alia, quæ non est nunc narrandi locus. Plaut. *in Pseud.* Interea loci Si lucri quid detur, potiùs rem diuinam deseram. Idem *Men. sc. 1. a. 3.* Plus triginta annis natus sum, quando interea loci nullum facinus peius feci. (aliàs, *Cum interea loci.*) Terent. *in Heaut.* Dum ego propter te errans patria careo demens, tu interea loci Collocupletasti te Antiphila.

Intereo, is, interij, Pereo, occido, morior, intercido. {אָבַד *abádh* גָּוַע *ghauá.* διαφθείρομαι, ἀπόλλυμαι, ἀφανίζομαι, ἀπογίνομαι. GALL. *Mourir du tout.* ITAL. *Morire affatto.* GERM. Verderben, zu grund gehen, Sterben. HISP. *Perecer del todo.* ANGL. *To decaie, to perish.*} Cic. 3. *de nat. deor.* Non intelligo quomodo calore extincto corpora intereant: non intereant aut humore, aut spiritu amisso. Idem *ad Attic.* Vt posse videremur sine dolore interire. Plaut. *Amph.* Vigilans somnio, viuus & sanus intereo. Ita interiit mora. Ouid. 1. *de Arte.* Morte interire, idem *in Ibin.* Plaut. *Mil. sc. 3. a. 2.* Mussitabo potius, quàm inteream malè. Idem *Capt. sc. 5. a. 3.* Qui per virtutem peritat, non interit. *Ibid.* Vel te interisse, vel perisse prædicent. Idem. *Pseud. sc. 3. a. 1.* Quin nomen quoque iam interiit mutuum. ¶ Intereunt nouem naues. Cic. 1. *bell. ciu. & lib. 3. Ibid.* Naufragio naues intereunt. ¶ Habet autem interire maiorem vim, quàm perire. Terent. *in Hecyr.* Perij, interij, cui mihi id non dixit. Plaut. *Aul. sc. 6. a. 4.* Perij, interij, occidi.

‖Interibile, quod potest interire. Tertull.‖

Interitus, participium. {אָבַד *abédh* מֵת *meth.* διολόμενος. GALL. *Mort.* ITAL. *Morto.* GERM. Verdorben, zu grund gangen, umbkommen. HISP. *Muerto.* ANGL. *Dead.*} Reperitur in passiua significatione apud Quintum Claudium, Pugna acriter commissa, & multis vtrinque interitis. Quid si mendum sit, & ibi interentis, ab interimo, pro interitis scriptum primum fuerit.

Interitus, Pro morte. {אֲבַדּוֹן *abaddón* מָוֶת *maueth.* ἀπώλεια. GALL. *Destruction, perdition, mort.* ITAL. *Perditione & morte.* GERM. Der undergang, todt, verderbung. HISP. *La muerte, obra de perecer.* ANGL. *Death vtter decaie.*} Cic. 1. *Tusc.* Est enim interitus quasi discessus & secretio, ac diremptio earum partium, quæ ante interitum iunctione aliqua tenebantur. Interitus patriæ, exilium, seruitus, &c. Interitus legum, hoc est, abolitio. Idem *in Catil.* Aruspices legum interitum, & vrbis occasum appropinquare dixerunt.

Interitio, nis, Interitus. {אֲבֵדָה *abedhah.* ἀπώλεια. ANGL. *Decaying, aperishing.*} Cic. *in frument.* Quum bis in eadem prouincia magnæ fugitiuorum copiæ versatæ sunt, cum interitio facta nulla est. Sic enim legit Nonius. Sunt tamen, qui legunt hic, *internecio.*

Interequito, as, In medio equito. {Διιππεύω. GALL. *Cheuaucher parmy, ou entre autres.* ITAL. *Caualcare tra mezzo.* GERM. Dazwischen reiten. HISP. *Caualgar entremedias.* ANGL. *To ride in the middes.*} Cæsar *lib. 6. bell. Gall.* Ordines interequitant. Liu. 5. *bell. Maced.* Obstant duces hastilibus cædentes terga trepidantium, & redire in ordines cogentes, sed interequitantes alatij non patiebantur.

Interest, componitur ex in & re, & est, vt sit, quasi in re est. {Διαφέρει. Vnde mea interest. Διαφέρει μοι τοῦτο, Διαφέρει μοι τοῦτο, μέλει μοι τούτου. GALL. *Appartenir, estre difference.* ITAL. *Questa cosa mi importa, appartenere, essere differenza.* GERM. Es trifft an oder es ist nutz. Item, Es ist dazwischen, &c. HISP. *Pertenecer, ser differencia.* ANGL. *It belongeth, it differeth.*} Construitur cum sexto casu possessiuo, Mea, tua, sua, nostra & vestra, & cuius siue sit personale, siue impersonale, quum in aliis nominibus genitiuo iungatur, vt Socratis interest: id est, in re Socratis est. ¶ Pro eodem interdum inuenitur, in re est, diuisis dictionibus. Liuius, Quid enim in re est aliud, si plebeiam Patricius duxerit?

Quid iuris tandem mutat? Plaut. Si tuam est quippiam in rem, id est, si tua interest. Idem, Vtrum veniat necne, nihil interest mea. ¶ Ponitur quandoque sine aliquo casu. Plin. *lib. 9.* Seri etiam radices illitas limo interest. Sic dicimus, Interest vnde quis gaudeat: id est, permagni refert. Valerius Maximus, Nihil interest homine an sublimis putrescam. Plaut. *Most. sc. 1. a. 2.* Pluma haud interest patronus, an cliens fuat. Item Senec. *cap. 7. de consolat. ad Marc.* Quid interest commemorare (pro quid attinet.) Velleius, Quantum interfuit reipubl. habere Cæsarem principem, quàm Antonium, tantum retulisset habere Brutum, quàm Cassium. Cicero genitiuum iunxit, quum ait, Permagni interest, quo tempore hæc epistola tibi reddita sit. Similiter Liuius, Si nihil interest regis, peto vt dum dico, vinculis libeter. Nam hæc nomina, magni, parui, tanti, quanti, & aduerbia, facile, multum, plus, plurimum, parum, paululum, pauxillum, nihil, nunquid, aliquid, magis, maximè, minimè, iunguntur cum his verbis, interest, & refert: vt, Minimè interest, minimè refert. ¶ Interdum etiam interest, significat adesse, & præsentem esse. παραγίνεσθαι, παρεῖναι. Cicero *Lentulo*, Quæ geruntur, accipies, ex Pollione, qui omnibus negotiis non interfuit solum, sed etiam præfuit. Valer. Maxim. Quò facilius laboribus, & periculis interesset. ¶ Interdum intercedere, interiacere. παρεγγυᾷ. Liu. 1. *de bell. Punic.* Id morari victoriam rati, quod interesset amnis. Colum. Arbores quæ interierunt, ablaqueabuntur. ¶ Interdum, discrimen præ se fert. Διαφέρει. Cicer. 1. *Offic.* Inter hominem & belluam hoc maximè interest. Terent. *in Eunuc.*—homini homo quid præstat? Stulto intelligens quid interest? Idem alio modo extulit *in Adelphis.* Hoc pater, hoc dominus interest. id est, hoc interest inter patrem & dominum. Hinc Iurisconsulti suum habent interesse, siue suum id quod interest, cùm significare volunt æstimationem eius damni, quod in re familiari alicuius, alterius culpa contigit: vel cùm significat discrimen, quod inter eam conditionem, quæ in re familiari alicuius, vel antea fuit, vel omnino futura erat, & eam quæ nunc est, alterius culpa contigit. De qua re vide Hotomannum.

‖Interfieri, consumi, interire. Lucr.‖

Interfuturus, Participium. Valer. *lib. 2. c. 2.* De honore impenso senibus à iuuenibus, inuitati ad cœnam, diligenter quærebant quinam ei conuiuio essent interfuturi, ne, &c.

Interficio, feci, factum. Interim, seu per interualla facio. {GALL. *Faire entre deux.* ITAL. *Fare mezzo.* GERM. Dazwischen thun. HISP. *Hazer entremedias.* ANGL. *To mak betwene.*} Liuius 5. *bell. Punic.* Reliquit tamen modicum præsidium, vt simul interficiendo muro adiuuaret, &c.

Interfari, fatur, fari, Interpellare, loquentem interrumpere. {Διακόπτω. GALL. *Parler parmi les propos d'autruy, entrerompre la parole de quelqu'vn.* ITAL. *Interrumpere, inframettere à parlare.* GERM. In die red fallen. HISP. *Estoruar al que habla, interromper.* ANGL. *To interrupte a mans talk or speak in anothers tayle.*} Virg. 1. *Æneid.*

————nec plura querentem

Passa Venus, medio sic interfata dolore est.

Liu. 3. *ab Vrb.* Prius quàm aut ille postulatum perageret, aut Virginio respondendi daretur locus, Appius interfatur.

Interfatio, Interpellatio. {λόγου παρεμβολή. GALL. *Parole entrejettée parmi quelque propos.* ITAL. *Parlamento interposito.* GERM. Einredung, dazwischen redung. HISP. *Habla interpuesta.* ANGL. *An interrupting of a mans talk.*} Quint. *lib. 4.* Interim expediet narrationes breuiter interfatione distinguere.

‖Interfeminium, pars corporis inter femina. Apul. *apol. 1.* Interfeminium tegat, & femoris obiecta & palmæ velamenta. Onom. Interfeminium γυναικεῖον. Gloss. μεσομήριον interfemus. Vide *Femen.*‖

Interficio, is, Interimo, occido. {הֵמִית *hemith* הִכָּה *hicca* אִבֵּד *ibbédh* הָרַג *haragh* הֶרֶג *hereg.* ἀναιρέω, ἀποκτείνω, διαχειρίζομαι, κτείνω. GALL. *Tuer.* ITAL. *Vccidere, amazzare.* GERM. Umbbringen, tödten. HISP. *Matar.* ANGL. *To kill, to slay.*} Cæsar 7. *bell. Gall.* Equitem Romanum, qui rei frumentariæ iussu Cæsaris præerat, interficiunt. ¶ Interficere vita, hoc est, vita priuare. Plaut. *in Trucul.* Salue, qui me interfecisti penè & vita, & lumine. Gell. *lib. 12. c. 7.* Eadem mulier & virum & filium eodem tempore, venenis clàm datis, vita interfecerat. Cæsar *lib. 3. de bell. ciuil.* Interficere igne. Gellius *cap. 2. lib. 11.* Rubigo ferrum interficit. ¶ Interficere pessimis exemplis. Plaut. *Mostell.* Proh Iupiter! nam quod malum versatur meæ domi, vt dij de æque omnes me pessumis exemplis interficiant. ¶ Interfectus omni supplicio, Cicer. *pro lege Manil.* Vos legatum populi Romani omni supplicio interfectum inultum relinquetis? ¶ Interfectus vsus ædium, apud Plaut. *in Mercat.* Vsusfructus, victus, cultus iam mihi harúmce ædium interemptus est, interfectus est, alienatus est: occidi. Interfici etiam inanimata dicuntur. Virg. 4. *Georg.*

Fer stabulis inimicum ignem, atque interfice messes. id est, perde, & crema.

Interfector, is. {רוֹצֵחַ *rotseach* מֵמִית *memith.* φονεύς. GALL. *Tueur, meurtrier.* ITAL. *Amazzatore.* GERM. Tödter, todtschlaͤger. HISP. *Matador.* ANGL. *A murtherer, a killer.*} Brutus *Ciceroni*, Hic ipse puer, quem Cæsaris nomen incitare videtur in Cæsaris interfectores. Cicero *post reditum*, Si hostes atque interfectores Reipubl. reuixissent. Idem 4. *Philipp.* Vt non modò impunè, sed etiam cum summa interfectoris gloria interfici posset. Quintilian. Interfector patris & matris.

Interfectrix, icis. Cornel. Tacit. *lib. 4.* Id ergo fas mixæ interfectricem nepotis aspicere.

Interfio, is, interfieri, Pro consumi, & interire, apud antiquos. {אָבַד *abadh* הוּמַת *humath.* ἀναιρεῖσθαι, διαφθείρεσθαι. GALL. *Mourir, perir du tout.* ITAL. *Consumarsi, perire.* GERM. Verzert werden. HISP. *Morir perecer.* ANGL. *To die, to perish.*} Lucr. *lib. 3.*

————vt aut putrescat corpore pasto,

Aut flammis interfiat, malis've ferarum.

Interfectio, φόνος. Cædes. Lamprid. *in Commodo*, Compulit ad eius interfectionem consilia inire.

‖Interfinium, inter fines positum, intersepimentum narium, quod suprà imbrex narium.

Inter

Interfines, μεθόρια. Gloss. i. e. interiecti fines.‖

INTERFLVO, is, Per medium fluo. {Διαῤῥέω. GALL. Passer & couler entre. ITAL. Scorrere per mezzo. GERM. Darzwischen fliessen. HISP. Correr entremedias. ANGL. To flowe betwene.} Plin. lib. 17. c. 18. flumine medium oppidum interfluente. Liu. 7. bell. Pun. Et Ætoli nauibus per fretum, quod Naupactum, & Patras interfluit (Rhion incolæ vocant) exercitu traiecto depopulati erant. Gell. cap. 26. lib. 10. Fretum quod Hispaniam & Africam interfluit. ‖Interfluuntur insulæ, apud Apuleium lib. de Mundo.‖

Interfluus, a, um, Quod interfluit. {ὁ μέσος διαῤῥέων. GALL. Qui coule entredeux. ITAL. Che scorre di mezzo. GERM. Darzwischen fliessend. HISP. Lo que corre entremedias. ANGL. That floweth betwene.} Plin. lib. 6. c. 26. Interfluo Euphrate, id est, interfluente.

Interfringo, is, ere, Infringo, frango, confringo. {שבר schabár. διαῤῥήγνυμι. GALL. Entrerompre. ITAL. Rompere, frangere. GERM. Zerbrechen. HISP. Romper, quebrar. ANGL. To breake betwene.} Cato c. 44. Qui locus rectè ferax erit, quæ arida erunt, & siquid ventus interfregerit, ea omnia eximito. Sic Plin. lib. 17. c. 18.

Interfurio, is, ere, In medio duorum insanio. {Διαμαίνομαι, μεταξὺ μαίνομαι. GALL. Enrager ou forcener entre. ITAL. Furiare di mezzo. GERM. Under andern wüten unnd taub sein. HISP. Enloquecer entremedias y entre dos. ANGL. To be wood betwene.} Stat. I. Achill.

——dumque arma parantur

Dorica, & alternum Manes interfurit orbem.

Interfundo, Per medium fundo. {Διαχέω. GALL. Espandre entre deux. ITAL. Spargere di mezzo. GERM. Darzwischen ausgiessen oder fliessen. HISP. Derramar entremedias. ANGL. To poure betwene two.} Plin. lib. 2. Idem Oceanus interfusus intrat per tot maria, quibus Africam, Europam, Asiam dispercit. Idem lib. 3. cap. 8. Sicilia Bruttio quondam agro cohærens, mox interfuso mari auulsa. Virg. 4. Georg.

——& nouies Styx interfusa coërcet.

Intergarrio, Apuleius in Apolog. 1. Dein paucullis verbis intergarriit.

‖Intergeries paries, μέσοτοιχον. Gloss. Ibi Vulc. Fortè intergerinus paries. Sed fortassean etiam intergerius, paries, vt speciale nomen explicetur per generale.‖{οἱ μεταξὺ βαλλόμενοι, Διαφραγματικοί. GALL. Murs fortez, ou murailles mitoyennes. ITAL. Muri saldi, ouero fermi. GERM. Mittelmaur / mittelwand. HISP. Muros à pared en medio de dos casas. ANGL. Middlewalles.} Dicti intergerini, quòd inter nouos parietes, aut fundamenta pro fultura intergerantur. Vitruuius, Et catenis colligatæ in eo loco, qui finitus erat, constituantur, & intergerinis è creta, beronibúsque ex vlua factis calcetur. Festus, Intergerini parietes dicuntur, qui inter confines construuntur, & quasi intergeruntur. Budæus putat eosdem parietes intergerinos dici, qui à Papiniano concameratos vocantur, qui communiter à duobus vicinis ædificantur ad gerendum onus duorum ædificiorum, quæ illis incumbunt. Barbari vocant Medianum parietem. Plin. lib. 35. c. 14. Romæ non fiunt talia ædificia, quia sesquipedalis paries non plus quam vnum contignationem tolerat: cautum que est ne communis crassior fiat, nec intergerinorum ratio patitur.

‖Intergero, is, interiicio. Salmas.‖

Inter hæc, Duæ dictiones loco aduerbii positæ, eiusdem significationis cum interea. {Ἐν τούτῳ, μεταξύ. GALL. En ces entrefaites, tandis. ITAL. Fra questo mezzo. GERM. Zwischen. HISP. Al entretanto. ANGL. In the meane tyme.} Suet. in Tib. c. 63. Quàm verò inter hæc non modò inuisus ac detestabilis vixerit, &c.

Interiaceo, es, Interpositus sum. {Παράκειμαι, μεταξὺ κεῖμαι. GALL. Estre couché & estendu entre deux, estre entre. ITAL. Esser steso tra due. GERM. Zwischen ligen. HISP. Yazer ò estar entre dos. ANGL. To ly betwene or in the middes.} In medio iaceo. Liuius lib. 7. bell. Pun. Interiacebat campus colles imminebant nudi. Plin. lib. 5. c. 4. Et à regione quæ duas Syrtes interiacet. Colum. lib. 11. cap. 3. Vt in id spatium, quod sulcis interiacet, inclinentur, de feminibus. Interiacet hæc inter eam, Plin. lib. 4. cap. 12.

Interibi, aduerb. Interea. {Ἐν τῷ μεταξύ. GALL. Ce temps pendant, tandis. ITAL. Fra quello mezzo. GERM. Dazwischen, dieweil. HISP. Al entretanto. ANGL. In the meane tyme.} Plaut. Capt. sc. 1. a. 5. Vos latate interibi. Item, Interibi legendam in Milit. sc. 1. a. 2. vbi legitur interim iuit, vel interim vt, &c. Idem in Asin. sc. 2. a. 5. Age tu interibi da suauium. Gell. lib. 3. c. 7. Consul interibi dum ea pugna fit, se in locos subducit tutos atque editos. Idem c. 2. lib. 9.

Interiet, pro interibit. Autor de lim. const. Celeriùs domus exstirpabitur, génsque omnis eius interiet.

INTERIICIO, is, Inter aliquid iacio, interpono, intermitto, inter misceo. {הרע iaráh הלשׁיך hischlich. παρεμβάλλω, παρενθέω. GALL. Entreietter, ietter parmi, ou entredeux. ITAL. Iettare tra qualche cosa. GERM. Zwischen einwerffen. HISP. Entreponer ò meter. ANGL. To cast betwene.} Colum. lib. 1. Vt si qua interiecta sint stramentis, aut paleis spinarum, vel germinum semina intereant. Liu. lib. 1. ab Vrbe, Aliásque interiectas collibus valles. Ibidem, Paucis interiectis diebus. Cæsar lib. 7. bell. Gall. Galli inter equites, raros sagittarios, expeditósque leuis armaturæ interiecerant, qui suis fedentibus auxilio succurrerent.

Interiectus, participium. {מושלך muschlách. παρεμβεβλημένος, παρενθ... GALL. Entreietté, mis entredeux. ITAL. Interposto. GERM. Zwischen eingeworffen. HISP. Entrepuesto. ANGL. Caste betwene.} Cæsar ... bell. Gall. Vt idem illud interuallum seruetur, neque inter se contingant trabes, sed paribus intermissæ spatiis singulis saxis interiectis, arctè contineantur. Interiectus inter Philosophos, id est, intermedius, inquit Budæus. Cic. 1. Offic. Aut interiecti inter philosophos, & eos qui Rempublicam administrarent, delectarentur re sua familiari. Idem 2. de nat. deor. Nasus, quasi murus oculis interiectus. ¶ Interiectum tempus, hoc est, interpositum. ... Tibull. lib. 4. Teque interiecto mundi pars altera sole.

Interiectus, us, Interiectio. {Ἡ παρενθήκη, παρεμβολή. GALL. Entreiet, interposition. ITAL. Interpositione. GERM. Darzwischenlegung, legung. HISP. Obra de entreponer. ANGL. Casting betwene.} Cic. 1. de nat. deor. Interpositu interiectúque terræ. Col. lib. 3. cap. 21. Si verò interiectibus capere cuiusque generis fructum aucat, &c.

Interiectio, Interpositio & insertio. {Παρένθεσις. GALL. Entreiet, interposition. ITAL. Interpositione. GERM. Zwischen einwerffung. HISP. Entreposicion. ANGL. Putting or casting betwene.} Quintil. lib. 4. c. 2. Ne sententia quidem velut fatigatum intentione stomachum iudicis reficere ductuaserim, maximè quidem breui interiectione. Idem lib. 8. cap. 2. Etiam interiectione, qua & Oratores & Historici frequenter vtuntur, vt medio sermone aliquem inserant sensum, impediri solet intellectus, nisi quod interponitur, breue est. Autor ad Heren. lib. 1. Et tamen occultè dicemus interiectione verborum. Est etiam interiectio pars orationis, animi affectum exprimens: ita dicta quòd orationi interiicitur.

Interim, aduerb. temp. Interea, tantisper, hoc interim spatio. {μεταξύ. GALL. Tandis, cependant. ITAL. Fra quello mezzo. GERM. Darzwischen. HISP. Entretanto. ANGL. In the meane tyme.} Terent. in Andr. Funus interim procedit, sequimur. Cic. 3. de Orat. Hoc interim spatio conclaue illud concidit. Idem pro Ligar. Interim Varus Vticam venit. Plaut. Men. sc. vlt. Auctionem faciam, Nunc interim eamus intrò. Ii id. sc. 2. a. 2. Hoc ponam interim. Idem Most. sc. 4. a. 1. Interim da cantharum (dum ille quiescit, sup.) Idem Pseud. sc. 3. a. 1. Euenit in labore & dolore vt mors obrepat interim. Idem Curc. sc. 1. a. 4. Sed interim crepuere fores. (id est, dum loquor.) ¶ Vsurpatur & pro aliquando, ὁτὲ ὅτε. Quint. lib. 1. c. 9. & cap. 4. lib. 14. Prima barbarismi ac soloecismi fœditas absit. Sed quia interim excusantur hæc vitia, aut consuetudine, aut autoritate, aut vetustate, denique vicinitate virtutum, acrites se in illud genere discrimen Grammaticus intendat. ¶ Aliquando pro repentè. Terent. in Hecyr. Primum dies complusculos benè conueniebat sane inter eas: interim Miris modis odisse cœpit Sostratam. Donatus, interim, exponit per repentè. ¶ Interim aliquando discretio est rei, quæ ad narrationem pertinet, vt apud Terent. in Andr. Tristis interim, nonnunquam collacrymabat.

INTERIMO, is, ab inter & emo, quod est sumo, & tollo, quasi totum tollo. Interficio. {הרג hemit אבד ibbédh. ἀναιρέω, ἀποκτείνω, Διαφθείρω. GALL. Tuer. ITAL. Ammazzare, vccidere. GERM. Umbbringen, tödten. HISP. Matar. ANGL. To kill.} Plaut. in Cistell. Accurrite, ne se interimat. Cic. 1. de nat. deor. Si quæ interimant, innumerabilia sunt: etiam ea quæ conseruent, infinita esse debent. Idem pro Milone, Me quidem exanimant & interimunt hæ voces Milonis. ¶ Interdum ponitur pro priuo. Plaut. Cistell. Nam dudum, vt concurrimus, Alcesimarchus ne se vita interimeret.

Interemptio, Interfectio, cædes. {הרג ...dáa מות... ἀναίρεσις, φόνος, ... GALL. Meurtre, tuerie, occision. ITAL. Vccisione, homicidio. GERM. Umbbringung, tödtung. HISP. Matança. ANGL. A killing or slaying.} Cic. pro L. Manil. Testis est Gallia, per quam legionibus nostris in Hispaniam iter Gallorum interemptione patefactum est. Verus exemplar habet internecione.

Interemptor, Φονεύς. Interfector, occisor. Senec. epist. 71. Inuenies etiam professos sapientiam, qui vim afferendam vitæ suæ negent, & nefas iudicent ipsum interemptorem sui fieri.

Interemptus, Sublatus. Vlpian. D. lib. 40. tit. 7. l. 3. Quatenus dilatione interempta illico accipiat quod post tempus sequi poterit.

Interior, {ἐσώτερος, &c. Interius, ἐσώτερον. GALL. Qui est plus dedans, & plus auant. ITAL. Piu à dentro. GERM. Der inner baß darinnen. HISP. Mas à dentro. ANGL. More inwarde.} ab Interus antiquo positiuo. Ouid. 5. Fast.

Et medium iuuenum non indignantibus ipsis

Ibat, & interior si comes vnus erat.

Vide in Intimus, & post Intra.

Interitus, vide Intereo.

Interiungo, Subsisto, tractum à curru, cuius rotæ interiecta fude iunguntur, vt quiescat. {Διαζεύγνυμι. GALL. Entrecoucher, entreiindre. ITAL. Raggiungere, far fermare. GERM. Stillstehen oder stillhalten. HISP. Entrejuntar. ANGL. To ioyne betwene, to stand still.} Mart. lib. 2.

Et quum currere debeas Bouillas,

Interiungere quæris ad Camenas.

¶ Interiungere equos, est equos è curru soluere, vt & pastu & quiete reficiantur. Idem lib. 3.

——& hora lassos

Interiungit equos meridiana.

Senec. cap. vlt. de tranquill. metaphoricè dixit, Quidam medio die interiungerent. Idem epist. 84. ¶ Interiungere dextras, quod & iungere dextram dextræ dixit Virg. Liu. 2. bell. Pun. Tum dextræ interiunctæ, multitéque concione dimissa, a notis, ignotísque benignè atque hospitaliter inuitati.

Interlabor, eris, Virg. παραῤῥέω. GALL. Se laisser choir entre, &c.

Interlego, is, Pallad. Cueillir par ci par là.

‖Interlectio, quæ intelligitur. Tertull.‖

Interlino, is, interleui, interlitum, vel interleui, interlinire, Scripturam, vel picturam lituris corrumpo, scripturam induco, deleo, extinguo. {מחה ... מחה machah. ... GALL. Canceler, effacer. ITAL. Cancellare. GERM. Durchstreichen, vnsichtbar, verfodlen. HISP. Truncar ò cassar la escritura. ANGL. To interline or race out.} Cicer. pro Cluent. Qui tabulas publicas municipii sui corrupisse iudicatus sit, qui testamentum interleuerit. Ibidem, Et quid C. Verres prætor vrbanus homo sanctus & diligens sub serutionem eius in eo codice non haberet, qui tum interlitus proferebatur. Idem 4. Verr. Corrupta, atque interlitæ tabulæ.

INTERLOQVOR, Interpello, alterius loquentis orationem interrumpo. {Διαλαλέω. GALL. Entreietter quelque propos. ITAL. Trapellare, romper per il parlare. GERM. Zwischen einreden / in die red fallen. HISP. Estorvar al que habla. ANGL. To disturbe, to interrupt anothers speak.} Terent. Heautont. Sicine mihi interloquere? ¶ Quandoque significat aliquid inter litigatores statuo, & definio interea dum principalis causa planè discutitur. Vnde interlocutoria sententia à iurisconsultis vocatur, quæ non definit controuersiam, sed aliquid dumtaxat ad causam pertinens decernit. Gellius lib. 14. cap. 2. Alter arquebatur eadem causa, eodémque in tempore sentire, & interloqui videatur.

Interlocutio, nis, Sermonis interpositio, interpellatio. {διαλογισμός. GALL. Propos entreietté. ITAL. Parolle dette tra l'altrui parlare. GERM. Einredung. HISP. Hablar entrepuesta. ANGL. An interposition of speach and interrupting of anothers tale.} Quintil. lib. 5. cap. 7. Breui interlocutione patroni refutandus est. Gellius cap. 2. lib. 14. Interlocutiones iudicum.

Interlūceo, es, In medio luceo, vel interea luceo, vel inter aliquid luceo. {παραυφαίνω. GALL. Entreluire. ITAL. Tralucere. GERM. Vnder etwas oder bey etwas scheinen. HISP. Entreluzir. ANGL. To giue light in the middes or betwene.} Liu. 9. belli Punici, Duos soles visos & noctu interluxisse, & facem stellæ septies ab ortu Solis ad Occidentem porrigi visam. ¶ Interlucet per translationem, pro interapparet, & interconspicitur. Idem lib. 1. ab Vrbe, Quibus inter gradus dignitatis fortunæque aliquid interlucet posteri fama ferrent. Virg. 9. Æneid.

——interlucétque corona
Non tam spissa viris.

INTERLVCO, as, Ramos, seu plantas inutiliter pullulantes cum interuallo reseco: & à luce deductum videtur: quòd quum cæduntur rami, lux fiat ipsi arbori amplior. סעף *sebeph*. διαφωτίζω. GALL. Esbrancher vn arbre, & comme luy bailler iour. ITAL. Tagliar i rami inutili del' albero quà è là. GERM. Ein baum erhawen daß er dünner werd. HISP. Entresacar los ramos de los arboles. ANGL. To loppe trees, to cutte of boughes.} Plin. lib. 17. c. 23. Deputantur enim pariter cum vite interlucata, densitate ramorum, qui sunt superuacui.

Interlucatio. {ἡ κλάσις κλάδων ἀχρήστων διαφώτισις. GALL. Esbranchement. ITAL. Il diramare de gli alberi. GERM. Erhawung eines baums von vil vnnutzen ästen. HISP. Entresacamiento de los ramos de los arboles. ANGL. The lopping of trees or cutting of boughes.} Plin. lib. 17. cap. 27. Interlucatio arboribus prodest: sed omnium annorum trucidatio inutilissima. Eadem dicitur collucatio, apud Catonem & Varronem.

¶INTERLVNIS, e Ammian. lib. 17. Obseruata nocte illuni. & lib. 19. Obseruata nocte squalida & interluni. Interlunis nox est, quæ aliter nox silentis lunæ, cùm luna in coitu est, neque vllam lucem spargit.¶

Interlūnium, ij, dicitur id spatium temporis, in quo nec amplius luna vetus apparet, nec adhuc noua videtur: quia radiis solaribus supernè illustratur, non autem ab ea parte quæ nobis conspicua est. {σύνοδος, ἡ σύνοδος σελήνης. GALL. Le temps d'entre la vieille & nouuelle lune. ITAL. Congiuntione de la luna, tempo tra la luna vecchia & la nuoua. GERM. Die zeit zu deren der mon nit scheint, die zeit deß newmonn. HISP. La coniuncion de la luna con el sol, tiempo entre la luna vieja y nueua. ANGL. The space when nether the new moone nor olde is seene.} Plin. lib. 7. c. 5. Septimo nonnisi pridie, posteróve plenilunij die, aut interlunio concepti nascuntur. Idem lib. 16. c. 39. Inter omnes conuenit, vtilissimè in coitu lunæ sterni, quem diem alij interlunium, alij silentij lunæ appellant. Horat. 1. Carm. Ode 25.

Thracio bacchante magis sub inter
——Lunia vente.

INTERLVO, is, interfluo. {διακλύζω. GALL. Mouiller en passant par dedans ou au milieu. ITAL. Bagnare in mezzo. GERM. Zwischen durchfliessen. HISP. Mojar entremedias. ANG. To flow betwene, to wash betwene meales or other tides.} Claudian. in lib. 1. Trinacria quondam Italiæ pars vna fuit, sed pontus, & æstus Mutauêre situm, rapuit confinia Nereus Victor, & abscissos interluit æquore montes. Liu. lib. 1. decad. 5. Quantum interluit fretum? ¶ Aliquando lauare est, διακλύζω. Cato de re rust. Manus interluito, postea vinum sumito. Virg. 3. Æneid.

Hæc loca vi quondam, & vasta conuulsa ruina
(Tantum æui longinqua valet mutare vetustas)
Dissiluisse ferunt: quum protinus vtraque tellus
Vna foret, venit medio vi pontus, & vndis,
Hesperium Siculo latus abscidit: aruáque, & vrbes
Littore diductas angusto interluit æstu.

Hunc Virgilij locum est Claudian. lib. 1. imitatus.

Interluuium. Priscian. lib. 2.

Intermăneo, es, ere, Inter, vel in medio maneo. {μεταξὺ διαμένω. GALL. Demeurer entredeux. ITAL. Stare in mezzo. GERM. Darzwischen bleiben. HISP. Quedar entremedias. ANGL. To abyde betwene.} Lucanus lib. 6.

Defessus Calor mediis intermanet agris.

Intermĕdius, a, um, interiacens. {παρεγκείμενος, μέσος. GALL. Qui est entredeux, qui est au milieu. ITAL. Fra mezzo. GERM. Der in mitten dar zwischen ist. HISP. Entremedias. ANGL. That is in the middes.} Cicer. in Orat. Est autem quidam interiectus, intermedius & temperatus, nec acumine posteriorum, nec flumine vtens superiorum: vicinus amborum, in neutro excellens. Varro lib. 3. de re rust. In lateribus dextra & sinistra porticus sunt, primoribus columnis lapideis intermediis arbusculis humilibus ordinatæ.

Intermenstruus, vide Intermestris.

INTERMEO, as, are. Interfluo. hoc est, per medium meo, & fluo. {παραμείβω. GALL. Passer entre, passer parmi. ITAL. Scorrere di mezzo. GERM. Durch zu en mitten durchhin fliessen. HISP. Correr lo liquido entremedias. ANGL. To goe or flowe betwene.} Plin. lib. 5. c. 30. Longèque clarissimum Asiæ Pergamum, quod intermeat Silenus.

Intermestris, luna, dicitur interlunium, & coitus lunæ. {σύνοδος. GALL. Coniunction de la lune auec le Soleil. ITAL. Congiuntione della luna col Sole. GERM. Die zeit so der mon zu der sonnen tretet vnd new wirt. HISP. Coniuncion de la luna con el Sol. ANGL. The coniunction of the moone with the sonne.} Plin. lib. 16 cap. 38. Nisi intermestri luna, atque dimidiata, ne tangas materiam.

Intermenstruus, a, um, adiect. Idem est, Luna intermenstrua. Plaut lib. 18. c. 32. Mariunc autem intermenstrua dimidiaque stercorato Varro lib. 1. de re rust. Quod à noua luna crescit ad plenam, & inde rursus ad nouam lunam decrescit, quoad veniat ad intermenstruum: à quo die dicit lunā esse extremam & primam [illegible] menstruum, quod est inter tractas.¶

[illegible] co, as, in medio splendeo. διαλάμπω. GALL. Resplendir en verre. ITAL. Resplendere in mezzo. GERM. Zwischen etwas scheinen oder gleissen. HISP. Resplandecer entremedias. ANGL. To shyne betwene.} Claud. lib. 1.

——rutilum squamis intermicat aurum.

INTERMĬNO, & Intermĭnor, aris, Magnum malum denuntio, vehementer minor. {ἀπειλέω, διαπειλέω. GALL. Menacer fort. ITAL. Minacciare. GERM. Häfftig trawen. HISP. Amenazar so pena graue. ANGL. To threaten sore, to charge vpon a paine.} Plaut. Milite. Quis homo me interminat. Idem in Asin. Mihi tibique interminatus est, nos futuros vimeos, Ni hodie Argyrippo essent viginti argenti minæ. Terent. in Andr. Dixine tibi? Interminatus sum, ne faceres? num veritus? Plaut. 1. Capt. sc. 1. a. 4. Eminor, interminórque ne quis mihi obsistere obuiam. Interminari, idem Casina, —minatur malorum malam Disciplinam, viro quæ interminatus suo vitam, id est, quæ virum se interfecturam minatur. Idem Pseud. sc. 1. a 3. Interminatus est à minimo ad maximum nisi quis munus misisset eum perbitere. ¶ Actiuè idem Milit. sc. 4. a. 2. Sceledre, Scelédre, S. Quis homo interminat? (i. minis prohibet ire viam, vel reuocat?)

Intermĭnātus, a, um, Non terminatus, termino carens, indefinitus. {ἀπέραντος, ἄπειρος. GALL. Qui n'a point de borne ny de fin. ITAL. Non terminato. GERM. Vngezielt. HISP. Cosa sin termino y fin. ANGL. That hath not an end.} Cic. de nat. deor. Confugitis ad deum, cuius operam profectò non desideraretis, si immensam & interminatam in omnes partes magnitudinem regionum videretis. Velleius, Interminata cupiditas imperij.

Intermĭnus, a, um, quod non habet terminum. {ἀπεράτος, ἄπειρος. GALL. Sans bornes, sans limite. ITAL. Senza termine. GERM. Das kein ziel noch end hat. HISP. Cosa sin termino y fin. ANGL. That hath no border.} Sidon. ad Faust. Dominis Simplicio & Apollinari intermina intercessione vos comperi, &c. ¶ Hanc tamen vocem apud quempiam veterum non facile inuenias.

Intermisceo, es, ere, Interpono, commisceo. {מזג *mazágh*. παραμίγνυμι. GALL. Entremesler, mesler parmi. ITAL. Mischiare di mezzo. GERM. Zwischen ein mischen. HISP. Mesclar entre medias. ANGL. To mixe with other.} Colum. lib. 11. cap. 3. Deinde ad Calend. Februarias sereno die conuenit semina spargi, quibus & aliquod satureiæ semen immiscendum erit. Plin. lib. 19. c. 6. Intermisceri satureiam, quoniam meliùs proueniat. Virg. Eclog. 10.

Doris amara suam non intermisceat vndam.

INTERMITTO, Ad tempus omitto, cesso. {עזב *hazáb* נטש *natásch*. διαλείπω, ἀνίημι. GALL. Entrelaisser, cesser par fois. ITAL. Tralasciare. GERM. Vnderlessen. HISP. Entremeter, ò dexar estar. ANGL. To leaue of or cease for a tyme.} Cic. Etsi ego id tempus intermiseram potius, quàm omiseram. Cæsar 1. bell. Gall. Quum iter non intermitteret. Cicer. 2. Offic. Acriores autem remorsus sunt intermissæ libertatis, quàm retentæ. Idem lib. 5. de finib. Nec verò intermittunt, aut admirationem earum rerum quæ sunt ab antiquis repertæ, aut inuestigationem nouarum. Terent. in Adelph. pol is quidem iam hic aderit: Nam nunquam vnum intermittit diem, quin semper veniat. Quint. Intermittere dolorem. Intermisit dare, pro Distulit. Cæsar 4. bell. Gall. Ex eo quod obsides dare intermiserant, fore id quod accidit suspicabantur. Intermittere tempus à labore. Cæs. de bell. ciu. His rebus confectis Cæsar, vt reliquum tempus à labore intermitteretur.

Intermissus, a, um, Liu. lib. 3. Intermissum sacrum Cereris. Ouid. Eleg. 1. lib. 2. Trist. Sed modò subsidunt, intermissique silescant (venti.) Cæsar lib. 3 de bell. ciu. Intermissis diebus. Ibid. lib. 1. Intermissis passibus quadringentis. (id est, vacuo relicto spatio.)

Intermissŭs, us, Intermissio. {שבות *schebeth*. διάλειμμα. GALL. Cesse, discontinuation. ITAL. Intermissione. GERM. Vnderlassung. HISP. Cessacion ò intermission. ANGL. Leauing of or ceasing for a tyme.} Plin. lib. 10. cap. 29. Luscinijs, diebus ac noctibus quindecim garrulus sine intermissu cantus.

¶Intermissè, sine intermissione. Voc. Eccl.¶

Intermissio, nis, verb. Vacatio ab aliquo munere per aliquod tempus. {שבות *schebéth*. διάλειψις. ANGL. Leauing of for a tyme} Cic. 1. de nat. deor. Nec tamen video quomodo videatur iste deus beatus, quum sine vlla intermissione pulsetur, agiteturque atomorum incursione sempiterna. Idem Trebat. Neque alia vlla fuit causa intermissionis epistolarum, nisi quòd vbi esses planè nesciebam.

Intermŏrior, eris, Morior, pereo, intereo, pendeo. {אבד *abádh* מות *meth*. ὑπεραποθνήσκω. GALL. Mourir. ITAL. Morire. GERM. Sterben. HISP. Morir. ANGL. To die.} Bithynicus ad Cic. lib. 6. Epist. Peto à te vt absentem me, quibuscunque in rebus opus fuerit, tueare: si nullum officium tuum apud me intermoriturum existimas. ¶ Intermortuum verò, Latini dicunt eum, qui inter mortem vitamque ex dolore procumbit, similis expiranti. Plin. lib. 32. c. 10. Vituli marini adeps illitus naribus intermortuarum vuluæ vitio. Sueton. in Nerone, Postquam deinde Galbam, & Hispanias descisse cognouit, collapsus, animoque male fracto diu, & sine voce propè intermortuus iacuit. Cic in Pison. Vos eandem illam manum ex intermortuis Catilinæ reliquiis concitastis. id est, ex reliquiis propemodum extinctis. Memoriam generis propè intermortuam reuocare Idem pro Murena.

Intermundium, ij, τὸ μετακόσμιον. Spatium medium inter plures mundos: sicut Intercolumnium, spatium inter columnas. Censebat enim Epicurus infinitos esse mundos, & inter eos spatia magna inania per quæ atomi volitantes alios, atque alios mundos coagmentarent. Cic. lib. 3. de finib. Indiuidua quum dicunt, & intermundia quæ nec sunt vlla, nec possunt esse, intelligimus. Idem 1. de nat. deor. Tanquam modò ex Epicuri intermundiis descendisset. Budæus.

Intermūrālis, ὁ ἐν τῷ τειχῶν μεταξὺ, ὁ καὶ ὁ μεσοτείχιος. GALL. Qui est entre deux murs. ITAL. Fra due muri. GERM. Das zwischen zweyen mauren ist. HISP. Entre dos muros. ANGL. That is betwene two walles.} Intermuralis amnis. Liu. lib. 4. decad. 5 ad finem. Muro vrbis coniuncta procul videtur, diuisa est intermurali amni, & eadem ponte iuncta.

Internascor, eris, In medio nascor, inter aliquid nascor. {παραφύομαι. GALL. Naistre parmi, ou entredeux. ITAL. Nascere in mezzo. GERM. Darzwischen wachsen. HISP. Nascer entremedias. ANGL. To spring betwene

or among.} Plin. *lib.* 18. *cap.* 16. Internascentésque herbas excludi. Liu. 8 ... *Pun.* Angustiæ & internata virgulta ordines dirimebant. Tacit. *lib.* ... Virgulta postremo, & stirpes, & internatas saxis herbas, vel lenti... miseriarum documentum fuêre.

INTERNÉCO, as, internecaui, internecatum, & internectum, Deleo, simul interficio, & multitudinem totam fermè complectitur. {אבד *ibbedh* מחוץ הכחיד *hechidh* ... *hemith.* ἐξολοθρεύω. GALL. *Tuer tout.* ITAL. *Uccidere, ammazzare.* GERM. Allen ertödten. HISP. *Matar.* ANGL. *To kill all.*} Plaut. *in Amph.* Legiones reueniunt domum, duello extincto maximo, atque internectis hostibus. Cic. 4. *Philipp.* Internecti notha testamenta credo subiiciunt.

Internécio, siue internectio, Vitæ priuatio, interfectio, cædes, strages. {רצח *retsach* אבדן *abdân.* πανωλεθρία. GALL. *Tuerie, occision.* ITAL. *Uccisione.* GERM. Ein ertödtung da gar nichts überbleibt. HISP. *Muerte violenta.* ANGL. *Slaughter, killing of all.*} Liu. *lib.* 9. Lucerni, ac Samnites ad internecionem cæsi. Cicer. 5. *Verr.* Tamen aratorum internecio facta nulla est. Idem *ad Attic.* Neque enim resisti sine internecione posse arbitrabamur. Gell. *cap.* 9. *lib.* 3. Ad internecionem deperire. (i. perire.) Sueton. *in Othon. cap.* 12. Ad internecionem armis inter se concurrerunt.

[Internecies, mors, iactura. Gloss. Isid.]

Internecinus, a, um, Quod ad internecionem geritur. {πανωλέθριος. GALL. *Pernicieux, mortel.* ITAL. *Cio che si appartiene ad uccisione.* GERM. Das zu der ertödtung gehört. HISP. *Cosa pertenecieute à matar.* ANGL. *Pernicieuse, mortall.*} Vnde inuernecinum testamentum dicitur, autore Festo, propter quod dominus eius necatus est. Internecinum bellum, cuius exitus alteri parti internecionem affert. Liu. *lib.* 9. Nullus modus fuit cædibus, delataque Ausonum gens, vix certo defectionis crimine, perinde ac si internecino bello certasset. Plin. *lib.* 8. *c.* 24. de aspide loquens, Habet deinde internecinum bellum, cum ichneumone. Gellius *cap.* 1. *lib.* 2. Internecinum genus morbi.

Internecida est, qui falsum testamentum facit, & ob id hominem occidit. Fest. Vide Cuiacium *in Obseruationib.*

Internécto, is, ere, Colligare, inter se connectere. {חבש *chabásch.* συνδέω, συνάπτω. GALL. *Entrelacer, entrelier.* ITAL. *Ligare insieme.* GERM. Zusammen knüpffen oder hefften. HISP. *Atar juntamente.* ANGL. *To knitt together.*} Stat. 8. *Thebaid.*

———*vix magna lauare*
Vulnera, & efflantes libet internectere plagas.

Internigrans, internigrantis, Passim nigricans. {ὁ ἐν τῷ μεταξὺ μελανίζων. GALL. *Entre noir, entresemé de noir.* ITAL. *Che nigreggia.* GERM. Darzwischen schwertzend. HISP. *Entre negreciente.* ANGL. *Hauing lacke enterlaced among other colours.*} Stat. 6. *Thebaid.*

———*uellemque dienque*
Assimulans, maculis internigrantibus alba.

Internidifico, {ἐν τῷ μεταξὺ νοσσεύειν. GALL. *Faire son nid entre ou parmi.* ITAL. *Fare il nido tra due.* GERM. Zwischen ein nisten. HISP. *Anidar entre dos.* ANGL. *To build a nest betweene.*} Plinius *lib.* 10. *cap.* 33. Tertium est earum genus quæ ripas excauant, atque ita internidificant.

Internitéo, es, ere, Inter alia niteo, pelluceo. {διαστίλβω, μεταξὺ στίλβω. GALL. *Entreluire, luire ou reluire entre ou parmi.* ITAL. *Lucere tra l'altre cose.* GERM. Zwischen andern sachen scheinen. HISP. *Luzir entremedias.* ANGL. *To shine amonge other.*} Plinius *lib.* 37. *cap.* 5. Tunc enim Tellure internitent: quia his ventis maximè arenæ mouentur. Curtius, Spissæ nubes intendere se cœlo, & quicquid lucis internitebat, offusa caligine extinctum est. Idem *alibi.* Armorum internitentium fulgor.

[Internoctatio, μεσονύκτιος. Gloss.]

Internódium, Est spatium medium inter duos nodos, quale videmus in arundinibus & culmis. {φάλαγξ. GALL. *Ce qui est entre deux neuds ou iointures.* ITAL. *Spatio tra l'uno & l'altro nodo.* GERM. Die weite zwischen den gleychen. HISP. *El canuto entre dos nudos.* ANGL. *The space betweene tree knottes.*} Colum. *lib. de arboribus cap.* 3. Virgam malleolarem non amplius quàm sex gemmarum esse conuenit: ita tamen, si breuia internodia habet. Plin. *lib.* 7. *cap.* 2. Arundines verò tantæ proceritatis, vt singula internodia alueo nauigabili ternos interdum homines ferant. Ouid. 11. *Metam.*

———*longa internodia crurum.*

Idem 6. *Metam.*

Mollia nodosas facit internodia poples.

Internodius, masc. gen. Ouid. *lib.* 31. *cap.* 2. Internodius quoque rarior, largis fructibus à minore imponetur.

Internósco, Inter alios nosco, siue discerno. {הכיר *hichchir.* διαγινώσκω. GALL. *Entrecognoistre, cognoistre entre autres.* ITAL. *Discernere, cognoscere tra gl' altri.* GERM. Under andern kennen underscheiden. HISP. *Distinguir entre diuersos.* ANGL. *To know one thing among other.*} Plaut. *Amph.* Nunc internosse vt possitis faciliùs, Ego has habeo vsque in petaso pennulas. Cic. 2. *de Orat.* Quos quum humare vellent, non potuerunt obtritos internoscere. Idem *de Amic.* Secerni blandus amicus à vero, & internosci potest, adhibita diligentia.

INTERNVNDINVM, non internundinum, vt inquit Victorinus Afer, Spatium nouem dierum, id quod nouem dies continuos habet.

Internundinum, spatium inter nundinas, vt intermenstruum quod inter menses. Varro, Quoties priscus homo ac Rusticus Romanus internundinum barbam radebat. Lucilius, Paucorum atque hoc pacto si nihil gustat internundinum.

INTERNVNTIVS, ij, qui inter duos medius est ad aliquid transigendum, & modo huic, modo illi per vices nuntiat. {מליץ *malitz* מלאך *maleâch* melits. διάγγελος. GALL. *Messager entre deux parties, truchement.* ITAL. *Messere, mezzano, corretiere, interprete, sensale.* GERM. Ein bott zwischen zweyen so von einem zu dem andern geht. HISP. *Mensagero entre diuersos.* ANGL. *A messenger betweene twoo parties.*} Plaut. *in Amph.* Seu perscriptas literas, siue qui ipsi ambissent, siue per internuntium. Terentius *in Eunuch.* Eho, nunn nam tu hic relictus custos, Nequis fortè internuntius clàm à milite ad istam cursitet. Cæsar 1. *bell. ciu.* Post paulò tamen internuntiis vltrò citróque missis, quæ ignorabant de L. Domitij fuga, cognoscunt Internuntius & minister rei alicuius, Liu. 3. *bell. Macedon.* Augures interpretes, & internuntij Iouis, Cic. 8. *Philipp.* ¶ Inuentus & muliebris generis internuntia.

Internuntio, as, {בשר *bisser.* διαγγέλλω, μεσαγγέλλω. GALL. *... mener les vns aux autres.* ITAL. *Inuiare, messaggiare vue ali ...* GERM. Botten von einem zu dem andern schicken. HISP. *Traer mensage à nuenas entre dos.* ANGL. *To bring message betweene.*} Liu. *lib.* 2. *dec.* 5. Paulisper internuntiando cunctatio fuit, vti transgrederentur.

[Internus, a, um, quod est intra.]

Interópus, hoc est, ipso opere, vel quam opus fit. μεταξὺ ἐργαζομένου. Tibullus,

Crura sonant ferro, sed canit inter opus.

INTERO, is, ere, Terendo immitto. {כתש *chatásch* דך *dach* כתת *chath.* ἐντρίβω. GALL. *Broyer dedans ou parmi.* ITAL. *Tritare.* GERM. Einbrocken eintreiben. HISP. *Majar como en mortero.* ANGL. *To grate or crumme in.*} vt, Interere panem lacti. Varro *de re rust. cap.* 9. Necnon ita panem hordeaceum dandum, vt non potiùs eum in lacte des intritum, &c. Cato *de re rust. c.* 156. Et eò cyminum intrito. Terent. *in Phorm.* Ad te summa solum Phormio redit: Tute hoc intristi, tibi omne est exedendum. Vbi Donatus, Paræmia apta parasito, quæ de cibo est. Hoc autem inter rusticos de alliato mortario dici solet. Et hoc, intritum, propriè enim intrita dicitur huiusmodi cibus.

Intrita, panis tritus, ex quo pulticulæ modo edulium continuatur, vulgò *pennade, ou pain gratté,* Cels. *lib.* 4. *c.* 5. Incipiendum erit a pulticula, vel intrita bene madida.

Intritum, Genus edulij ex alliis, caseo, oleo, ouis, & porro concinnatum: Ita dictum quod in mortario teratur. μυττωτός. Theodoro. Est etiam intritum: vel meliùs intrita, calcis genus, manibus subactum, neque statim ad opus adhibitum, sed tempore maceratum, fermentatúmque, vt inquit Hermolaus in hunc locum. Plin. *lib.* 36. *c.* 23. Ruinarum vrbis ea maximè causa, quod furto calcis, sine ferrumine suo cæmenta componuntur. Intrita quoque quò vetustior, eo melior. ¶ Est etiam intrita apud Catonem, emplastri genus ad insitionem accommodatum, quod constabat ex argilla manibus subacta. {ANGL. *Fine morter or plaister.*} Plin. *lib.* 17. *c.* 16. Sed id etiam apud veteres Græcos inuenitur, & apud Catonem, qui oleam ficúmque ita inseri iussit: mensura etiam præfinita secundùm reliquam diligentiam suam: cortices scalpro excidi quatuor digitorum longitudine, & trium latitudine, atque ita coagmentari, & illa sua intrita oblini.

Interórdinium, ij, Spatium quod est inter ordines. {τὸ μεσόστιχον. GALL. *L'espace qu'on laisse entre les rengees.* ITAL. *Spatio tra due ordini.* GERM. Die weitte zwischen ordnungen. HISP. *Espacio entre dos ordines.* ANGL. *The space betweene rankes.*} Columell. *lib.* 3. *cap.* 13. Minimum est quinque pedum interordinium, septem maximum. Idem *lib.* 5. *c.* 5. Sed de spatiis ordinum eatenus præcipiendum habemus, vt intelligant agricolæ, siue aratro vineas culturi sint, laxiora interordinia relinquenda, &c.

Interpátéo, es, Interpatere, διαχαίνω. Macrob. *lib.* 7. *Saturn. cap.* 15. Propterea tot meatibus distinctus est, & interpatet tamis. De pulmone loquitur.

Interpédio, is, interpedire. Macrob. *lib.* 1. *Saturn. c.* 15. Colox sensum occupat: & gustatum linguæ, feruor interpedit.

INTERPELLO, as, are, Est loquentem, vel aliquid agentem interrumpere. {עצר *hatsár.* διακόπτω, μεσολαβῶ τοῦ λέγειν, ἢ λέγει ὑποκόπτειν. GALL. *Rompre le propos, parole ou entreprise de quelqu'un.* ITAL. *Trapellare, & interrompere.* GERM. Eintreden in die red fallen, einem andern verhindern. HISP. *Estornar al que algo haze.* ANGL. *To let or interrupt ones talk.*} Plaut. *Amphitr.* Ne interpella, perge porrò dicere. Idem *Men. sc. vlt. a.* 5. Si interpellas, ego tacebo. Cicer. 1. *Tusc.* Sed nihil te interpellabo: continentem orationem audire malo. Cæs. *de bell. ciu.* 3. Quum in Asiam venisset, reperiebat Titum Appium conatum esse tollere pecunias ex fano Dianæ: sed interpellatum aduentu Cæsaris profugisse. ¶ Aliquando est dicere, vel commouere. Lucil. *lib.* 28. vt citat Nonius, Verùm tu quid agis? interpella me vt sciam. ¶ Aliquando rogare. {הפגיע *hiphghiah.*} Valer. Maxim. *lib.* 3. Cato rogatus vt socios apud auunculum adiuuaret, constanti vultu non factorum se respondit: iterum deinde ac sæpiùs interpellatus, in proposito perstitit. ¶ Interpellare virginem, vel matronam de stupro, frequens est apud Iuriscosultos, pro ambire, vel petere eius concubitum. ¶ Interpellare stuprum idem est, quod impedire, & interrumpere, Liu. 3. *ab Vrb.* Stupro interpellato magis, quàm cæde motus. ¶ Interpellare debitorem, est debitum exigere. Pomp. Si nemo sit à parte promissoris, interpellari traiectitiæ pecuniæ possit. ¶ Interpellare partam victoriam, impedire, remorari, Cæs. 3. *bell. ciuil.* Sed siue ipsorum perturbatio, siue error aliquis, siue etiam fortuna partam iam, præsentémque victoriam interpellasset, dandam omnibus operam, vt acceptum incommodum virtute sarciretur. Velleius, Interpellare triumphum, (id est, impedire.) Liuius *lib.* 9. Interpellare comitia, idem *lib.* 6. *ab Vrb.* Cœptaque res morte Posthumi est interpellata. ¶ Interpellare de negotio aliquem, est conuenire, & admonere. λόγος περὶ ... Senec. *lib. decl.* 8. Diues pauperem de nuptiis filiæ interpellauit.

Interpellatio, nis, Interloquutio, interruptio, impeditio. {מעצר *ma'htsar.* λόγου ὑποκοπή, διακοπή. GALL. *Rompement de propos, destourbier.* ITAL. *Sturbamento.* GERM. Einredung, verhinderung. HISP. *Estorno.* ANGL. *A letting or disturbing.*} Cicero *de prouinciis Consularibus,* Interpellatio mei familiaris, quæ paulo antè interrupta est oratio mea. Idem *ad Attic. lib.* 12. Putabam enim commodiùs te idem istud domi agere posse interpellatione sublata. Idem *Lepta lib.* 16. Itaque literæ quidem meæ impediuntur, in quibus sine vlla interpellatione versor.

Interpellátor, is, Interuentor, qui interrumpit sermonem, aut aliud aliquid agentem. {עצר *hotsér.* ὁ τοῦ λόγου μεσολαβῶν. GALL. *Destourbeur, entrerompeur de propos.* ITAL. *Sturbatore.* GERM. Ein einreder, der einem mit einreden hinderstellich macht. HISP. *Estornador.* ANGL. *An letter or disturber, an interrupter of ones talk.*} Cicer. 3. *Offic.* Dictabat se hortulos aliquos emere velle, quò inuitaret amicos, & vbi se oblectare, sine interpellationibus posset. Idem *Attic. lib.* 15. Sed interpellatores

tores illic minùs molesti. Autor ad Herenn. *lib.* 1. Dialectici alieni sermonis molesti interpellatores. Cicer. *lib.* 3. *Epist.* In literis sine interpellatore versor. Quint. Pantomimorum alter saltator, alter interpellator. ‖Interpellatores matrimoniorum. Paulus *D. lib.* 47. *tit.* 11. *l.* 1. Sollicitatores alienarum nuptiarum, itemque matrimoniorum interpellatores.

Interpensivus, a, um, quod pendet inter quosdam terminos. Vitruu. ‖

Interpensiuā, apud Vitruuium, Perticarum, tigillorum, asserúmque genera sunt, quæ ab angulis parietum ad angulos tignorum, ad imbres in collicias deriuandos: vel alium quemuis vsum interlocantur, quasi ea quæ à pendendo Græci appellant. {κρεμαστήρια. Gall. *Grands & longs cordeaux, ou lacets & liens, ou colomnes & potences de bois, qui portent & soustiennent des edifices.*

Interpensiui parietes, Sunt qui supra contignationem struuntur, nec in solo fundamentum habent, sed in pendenti surgunt. Hermolaus, κρεμαστοὶ.

Interplĭco, as, are, Passim implico. {παρεμπλέκω. Gall. *Entreplier.* Ital. *Trapiegare.* Germ. Einflechten oder wicklen. Hisp. *Entreplegar.* Angl. *To plet betwene.*} Stat. 4. *Thebaid.*

Albaque puniceas interplicat infula cristas.

Interpŏlo, as, are, est immuto, vel instauro, & rebus vetustitis nouam formam induco: à Poliendo dictum, vt Perotus existimat. {חרש *chiddésch* חלף *hechelipb.* ἀνακαινίζω. Gall. *Repolir, r'acoustrer, regratter quelque chose vieille, & la renouueller.* Ital. *Rinouare, instaurare.* Germ. Erneweren/außbutzen als wan es new wäre. Hisp. *Renouar, ò afeytar, ò adobar.* Angl. *To dresse new, to furbish.*} Ita vestimenta interpolata, quibus à fullonibus ita noua lana inducta, vt pro nouis fallere possint. Cic. *ad Quint. fratr.* Vult, inquam, Appius renouare eundem magistratum, quò minùs togam prætextam quotannis interpolet. ¶ Sic mancipia interpolata dicuntur, quæ quum sint veterana, tamen à venalitiariis ita ornantur, finguntur, & quasi renouantur, vt pro nouis vendi possint. Vlpian. *in l. percipiunt ædiles. ff. de ædil. edict.* Quia igitur venalitiarij sciunt facilè decurri ad nouitiorum emptionem, idcirco interpolant veteratores, & pro nouitiis vendunt. Plin. *lib.* 12. *c.* 12. At hercle Alexandriæ, vbi thura interpolantur, id est, rudia quum sint, poliuntur. Conuehebatur enim illuc thus rude, aspectu simile cortici. Plaut. *in Amphitr.* Illic me homo interpolabit, meúmque os finget denuò. Idem *Most. sc.* 3. *a.* 1. Noua pictura interpolare vis opus lepidissimum.

Interpolātio, nis. {ἀνακαίνισις, ἀνανέωσις. Gall. *Renouuellement de choses vieilles.* Ital. *Rinouatione de cose vecchie.* Germ. Erneuerung. Hisp. *Renouamiento de cosas viejas.* Angl. *A new dressing or polishing of thinges.*} Plin. *lib.* 13. *cap.* 12. *de chartis*, Hanc excepit Romæ Fannij sagax officina, tenuatámque curiosa interpolatione principalem fecit è plebeia.

Interpŏlātŏr, is, qui antiquas vestes reconcinnat, ac renouat, vt faciliùs vendat. {ἀνακαινιστής. Gall. *Radoubeur, frippier.* Ital. *Regattiere, raconciatore de vesti vecchie.* Germ. Der alte kleider also zurüst als wann sie new wären. Hisp. *Renouador, remendador.* Angl. *A furbisher or dresser of old thinges.*}

Interpŏlātrix. {Gall. *Radoubeuse, frippiere.* Ital. *Racconciatrice de vesti vecchie.* Germ. Eine außbutzerin alter kleider als wann sie new wären. Hisp. *Renouadora, remendadora.*} Mulier quæ antiquas vestes renouat, vt eas faciliùs vendat. ἀνακαινίστρια. Pomponius, Interpolatricem accersire oportet, quæ huic vestem adducat.

Interpolis, e, quod interpolatum est. {ἀνακαινισθείς. Gall. *Radoubé, renouuelé, rappetassé.* Ital. *Refatto, rinouato.* Germ. Erneweret. Hisp. *Remendado, adobado, renouado.* Angl. *That is dressed or scoured.*} Plin. *lib.* 19. Et quidem eius natura interpolis: rursúsque quamlibet vetustum nouo miscetur. ¶ Sic per translationem mulieres etiam interpoles dicuntur, quæ vitia deformitatis arte occultant. Plaut. *in Most. sc.* 3. *a.* 1. Nam istæ veteres, quæ se vnguento vnctitant, interpoles, Vetulæ, edentulæ, quæ vitia corporis fuco occultant.

Interpŏlus, a, um, Interpolis, reconcinnatus. {ἀνακαινισθείς. Angl. *New dressed.*} Vlp. *l. Labeo. ff. de contrahend. empt. & vend.* Si vestimenta interpola quis pro nouis emerit, Trebatio placere ita emptori præstandum quod interest, si ignorans interpola emerit.

Interpōno, is, ere, Interfero, interiicio. {παρεντίθημι, παρεμβάλλω. Gall. *Entremettre, interposer.* Ital. *Interporre.* Germ. Zwischen ein setzen. Hisp. *Entreponer.* Angl. *To put betwene or among.*} Cic. *de Amic.* Quasi enim ipsos induxi loquentes, ne inquam & inquit sæpiùs interponeretur. ¶ Interponere accusatorem, est submittere & subornare. Cic. 3. *Verr.* Interposuistis accusatorem, qui quum ego mihi centum & decem dies solos in Siciliam postulassem, centum & octo sibi in Achaiam postularet. ¶ Interponere autoritatem suam, est autoritate sua impedire ne aliquid fiat. Cic. 3. *Philipp.* Quod si autoritatem tuam interponis, sine armis, magis quidem laudo. Senec. *cap. vlt. de tranq.* Interponere laboribus temperamentum. Velleius, Interponere se armis principum, quibus licet. Senec. *cap.* 8. *de consol. ad Helu.* Interposuerunt se Galliæ populis, (id est, inter eos habitarunt.) Liu. *lib.* 4. *decad.* 4. Ne si interponerent. (id est, immiscerent.) Idem *lib.* 5. *dec.* 4. Qui consilium suum meo interponet. Idem *lib.* 7. *bell. Pun.* Tribuni se interposuere. Idem *lib.* 5. *dec.* 4. Interponere se bello. Fidem suam interponere, est aliquid in suam fidem recipere. Cæs. 5. *bell. Gall.* Ipsi verò nihil nocitum iri, inque eam rem se suam fidem interponere. Interponere postulata, est proferre ea, quæ quis sibi postulet concedi. Cicer. 8 *Philipp.* Postulata hæc ab eo interposita sunt, quò minus quod opus esset ad bellum, à vobis pararetur. ¶ Interponere iudicium suum, Iudicio comprobare. Idem *Att. lib.* 8. Hæc te scire volui, teipsúmque sedatiore animo quàm proximè scripseram, nullum meum iudicium interponens, sed exquirens tuum. ¶ Iusiurandum interponere, Iureiurando affirmare. Liu. 4. *bell. Maced.* Qui primo iureiurando interposito, de præsidio expellendo, cum idoneis collocutus, dum, &c. ¶ Interponere moram, quod & Nectere moram dicitur: hoc est, differre & morari. Cic. 6. *Philipp.* Interponere nomen alicuius in re aliqua, pro Adumbrare, & accommodare in speciem & in fraudem. Idem 3 *Verr.* Peteret hæreditas ea quæ nulla debetur? in prædam Prætoris interponatur nomen ciuitatis? Interponere se alicui, (est se illi opponere.) Cicer. *in diuinat. in Verr.* Cur te interponis inuitissimis his, quibus maxime lex consultum esse vult.

Interpŏsĭtus, a, um, participium. {παρεμβληθείς. Gall. *Interposé, mis entre deux.* Ital. *Posto tra due.* Germ. Darzwischen gelegt. Hisp. *Entrepuesto.* Angl. *Put among or betwene.*} Plin. *lib.* 18. *cap.* 16. Interpositis quinis diebus, hoc est, interiectis, vel intermissis.

Interpositus, us, ui, Interpositio. {παρένθεσις, παρεμβολή. Gall. *Interposement, assiete entre deux.* Ital. *Interpositione.* Germ. Hinein setzung/darzwischen setzung. Hisp. *Aquel entreponer.* Angl. *An putting among or betwene.*} Cicer. 1. *de nat. deor.* Tum ipsa incidens in vmbram terræ, cùm est è regione solis, interpositu interiectúque terræ repente deficit, de luna.

Interpositio, nis, Insertio, interiectio. {παρένθεσις. Gall. *Interposition, entrelacement.* Ital. *Interponimento da vna cosa tra due.* Germ. Darzwischen setzung. Hisp. *Aquel entreponer.* Angl. *An interposition or putting betwene.*} Cicer. *de Inuent.* Quæstionem autem eam appellat, quæ habet in se controuersiam in dicendo positam, sine certarum personarum interpositione. ¶ Interpositio, pro iis quæ lineis superscribi & inscribi solent, dum aliquid emendatur Cic. *ad Tironem lib* 16. Tu istuc, siquid librarij mea manu non intelligent, monstrabis. Vna omnino interpositio difficilior est, quam ne ipse quidem facilè legere soleo, de quadrimo Catone.

‖Interpræmium, interpretium, æquale, & correspondens. Cod. Il. antiq. ‖

Interprĕmo, Comprimo, vel premendo collido. {συμπιέζω. Gall. *Entreserrer, entrepresser.* Ital. *Rinchiudere, premere tra due.* Germ. Zwischen etwas zusammen klemmen. Hisp. *Apretar entre dos.* Angl. *To thrust or presse betwene.*} Vnde interpremere fauces, est faucibus compressis spiritum intercludere. Plaut. *in Rud.* Ædepol infortunio hominem prædicas donabilem. T. Qui sacerdotis scelestus fauces interpresserit.

Interpres, etis, est qui in aliqua re agenda medius est, & veluti conciliator, & autor. {מליץ *melits.* ἑρμηνεύς, ... Gall. *Truchement, interprete.* Ital. *Truciamano, interprete.* Germ. Ein schidmann. Item, ein dolmetsch. Hisp. *Trujaman ò faraute de lenguas, el que declara lo escuro.* Angl. *An expounder or declarer.*} Virg. 4. *Æneid.*

Tù que harum interpres curarum, & conscia Iuno.

Interpretes ab Asconio dicuntur per quos inducitur pactio. Quoniam verò huiusmodi homines animos eorum quibus dati sunt interpretes, sedulò perscrutantur, eorúmque consilia explorant, aliorum detegunt, factum est, vt interpres pro eo accipiatur, qui obscura exponit. Quintilian. Sequester ille, & media litium manus, & interpres. Plaut. *P. sc.* 1. *a.* 1. Salutem mittit per litteras interpres. *lib.* 1. *ab Vrb.* Interpres Deûm Carmenta. Virg. 3. *Æneid.* Troiugena interpres diuûm. Vbi Seruius, Interpres, vaticinator, qui mentem deorum mortalibus publicat. Cic. 1. *de diuin.* Interpres portentorum Galeotæ in Sicilia nominabantur. *Ibidem.* Quorum omnium interpretes, vt Grammatici poetarum, proximè ad eorum, quos interpretantur, diuinationem videntur accedere. ¶ Interpres item, qui aliorum scripta vertit in aliam linguam. Idem *de opt. gen. Orat.* Nec conuerti vt interpres, sed vt orator sententiis iisdem, & earum formis, tanquam figuris, verbis ad nostram consuetudinem aptis.

Interprĕtŏr, aris, ab antiquo Prato, quod à φράζω. Nisi malis cum Isidoro, interpres, quasi inter partes medius. Expono, explico, explano. {באר *beer.* ἑρμηνεύω, ἐξηγέομαι. Gall. *Interpreter, expliquer, donner à entendre.* Ital. *Interpretare.* Germ. Außlegen/verdolmetschen. Hisp. *Interpretar, declarar lo escuro.* Angl. *To expounde, to make, to vnderstand a doubtfull and darke thing.*} Cic. *lib.* 2. *Offic.* Nec quicquam aliud est philosophia, si interpretari velis, quàm studium sapientiæ. Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Nisi Sibylla legerit, eas interpretari posse neminem. Senec. *cap.* 14. *de tranq.* Benignè interpretari aduersa. Velleius, Totam victoriam, vt suam Lepidus interpretabatur. Idem, Interpretabantur clementiam Cæsaris pro virtute. ¶ Interpretor etiam passiuè dicitur, autore Gell. *cap.* 13. *lib.* 13. ¶ Interpretari, pro iudicare. Cicer. *ad Attic.* Quod si auderem, Athenas peterem, sanè ita cadebat, vt vellem. Nunc nostri hostes ibi sunt, & te non habemus: & veremur, ne interpretentur illud oppidum non satis ab Italia abesse. Liu. *lib.* 1. *ab Vrbe*, Rectè an perperam interpretere, fuerit ista eius deliberatio, qui bellum suscepit. ¶ Interpretari memoriæ alicuius: hoc est, reducere in memoriam. Plaut. *Epid.* Iniquè iniurius es. P. quid iam. M. quia tuæ memoriæ interpretari me æquum censes.

Interprĕtātus, a, um, partic. Expositus, explicatus. {מבאר *mebodr.* ἑρμηνευθείς. Gall. *Interpreté, declaré.* Ital. *Interpretato, dichiarato.* Germ. Außgelegt/erklärt. Hisp. *Declarado.* Angl. *Exponed, declared.*} Cic. 2. *de legib.* Vesta quasi focus vrbis, vt Græco nomine est appellata: quod nos propè idem Græcum interpretatum nomen tenemus. Salust. *Iugurth.* 65. Vti ex libris Punicis interpretatum nobis est.

Interprĕtātio, nis, Expositio. {מליצה *melitsah* פשר *peschér.* ἑρμηνεία. Gall. *Declaration, interpretation.* Ital. *Interpretatione, dichiaratione.* Germ. Außlegung. Hisp. *Obra de interpretar, y declarar.* Angl. *An expounding.*} Cic. 1. *Offic.* Nimis callida, sed malitiosa iuris interpretatio, inquit autor ad Herenn. *lib.* 4. Est quæ non iterans, idem redintegrat verbum, sed id commutat, quod positum est alio verbo, quod idem valeat. ¶ Interpretatio, Coniectura & iudicium. Liu. 2. *ab Vrbe*, Non crediderit factum, in tantum animo roboris fuerit, nec traditur certum, nec interpretatio est facilis. Budæus.

Interprĕtāmentum, Interpretatio. {מליצה *melitsáh* פשר *péscher* פתרון *pitoron.* ἑρμηνεία.} Gell. *cap.* 2. *lib.* 6. Vt si cui meum istud interpretamentum videbitur obscurius, ad ipsius verba animaduertat. Idem *c.* 9. *lib.* 13. tanquam id verbum Latinum Græci verbi interpretamentum sit. Idem, Ex quibus diuersa Latinæ linguæ interpretamenta colligimus. Idem *lib.* 5 *c.* 18. Cuius Latinum interpretamentum scriptum est in libro Sempronij.

‖Interpretium, Græcis μεσίτευμα, glossis interpondium. Gothofr. *l.* 64. *in pr. ff. de ædil.* ‖

Interpungo, is, ere. {Gall. *Entrepoindre, entrepiquer.* Item, *Punctuer, distinguer par virgules, ou poinctes en escriuant.*} Senec. *epist.* 40. Interpungere consueuimus, cum scribimus.

Interpūnctus, a, um, Quod punctis distinctum est. {נקוד nakûd. διαστιγμένος, διεστιγμένος. GALL. *Distingué par poinctz.* ITAL. *Distinto con certi ponti.* GERM. Mit puncten underscheiden. HISP. *Apartado con puntos.* ANGL. *That is distinguished by pointes.*} Cicer. 3. *de Orat.* Sed & Festiuitatem habet narratio distincta personis, & interpuncta sermonibus.

Interpūnctum, i, neutr. gen. Distinctio, interpunctio. {διαστολή. GALL. *Distinction par poinctz.* ITAL. *Distintione con punti.* GERM. Underscheydung mit puncten. HISP. *Apartamiento con punctos.* ANGL. *A distinction by pointes.*} Cic. 3. *de Orat.* Consulas & interpuncta verborum, animæ interclusio, & angustiæ spiritus attulerunt.

Interpūnctio, onis, Interpunctum. διαστολή. Cic. *pro Muren.* Res enim sunt paruæ propè in singulis literis, atque interpunctionibus verborum occupatæ.

Interpurgāre, {διακαθαίρειν, περικαθαίρειν. GALL. *Oster par ci par là ce qui est mauuais & superflu, sarcler.* ITAL. *Cauare di quà & di là quelche è souerchio.* GERM. Erseubern. HISP. *Quitar ò purgar de todas partes lo superfluo.* ANGL. *To tak away here and there yat whiche is superfluous.*} Plin. *lib.* 18. *c.* 26. Ficus interpurgari, semina fieri.

Interpŭto, as, Quasi per circuitum putare, & purgare. {περικαθαίρω. GALL. *Esmonder, oster & coupper les petites branches des arbres.* ITAL. *Tagliar i piccioli rami de gli alberi.* GERM. Erhawen vnd abseubern die oberflüssigen äst. HISP. *Podar los pequeños ramos del arbol.* ANGL. *To cutt and tak away the litle branches of trees.*} Col. *lib.* 3. Rosam fruticibus, ac surculis disponi per surculos pedales conuenit, per idem tempus quo & violam: sed omnibus annis fodi ante Calendas Martias, & interputari oportet: hoc modo multis annis perennat.

Interqueror, vnde interqueri, apud Liu. *lib.* 3. *dec.* 4.

Interquiēsco, is, ere, Quiesco. {שקט schakát na naaḥ. ἐνησυχάζω. GALL. *Se reposer.* ITAL. *Riposare.* GERM. Darzwischen ruwen. HISP. *Holgar, quedarse.* ANGL. *To rest or pause in doing.*} Cic. *de clar. Orat.* Quum hæc dixissem, & paulùm interquieuissem, &c.

INTĔRRĀDO, is, Hinc illinc abrado. {διαξέω. GALL. *Racler entre.* ITAL. *Radere d'ogni intorno.* GERM. Hin vnd wider schaben vnd seubern. HISP. *Raer en derredor.* ANGL. *To file, to polish, to scrape about.*} Colum. *de arbor. cap.* 19. Nam si spissè posueris, neque infra quicquam serere poteris, nec sic ipsæ fructuosæ erunt, nisi eas interraseris. Plin. *lib.* 15. *cap.* 1. Oleæ attondentur, sicut & vites, atque etiam interradi gaudent. ¶ Interradere, pro exculpere, hinc & illinc radere, & excauere. Plin. *lib.* 35. *cap.* 1. de pictura, Nec tantùm, inquit, ve parietes toti operiantur, verùm & interraso marmore, vermiculatisque ad effigies rerum animaliùmque crustis. Budæus.

Interrāsilis, e, Interrasus, hoc est, per interualla rasus, & exculptus. {διαξεστός. GALL. *Raclé à l'entour.* ITAL. *Raso d'ogni intorno.* GERM. Darzwischen geschabt oder geschabt. HISP. *Raido en derredor.* ANGL. *Scraped or shaued about.*} Plin. *lib.* 12. *cap.* 19. Coronas ex cinnamomo, interrasili auro inclusas.

INTĔRRĒX, regis, dicitur is, qui regis mortui munere fungitur, donec nouus Rex creatus sit. {μεσοβασιλεύς. GALL. *Viceroy, vn regent qui gouuerne cependant qu'il ny a point de Roy.* ITAL. *Vicere in morte del Re.* GERM. Ein Statthalter eines Königreichs zwischen des Königs absterben vnd eines newen erwehlung. HISP. *El Virey, o viserey, y Rey.* ANGL. *A regent yat gouuerneth frome the death of a Prince till antether be chosen.*} Hic autem magistratus primùm institutus est post mortem Romuli. Nam quum inter patres de Rege creando conuenire non posset, res ad interregnum rediit, placuitque Rempubl. à Patribus administrari, donec nouus Rex procreatus esset. Vide Liuium *lib.* 1. *ab Vrbe*, Regibus autem exactis, interreges quoque appellabantur, qui consulum creandorum causa, cùm consularia comitia perfici non possent, fiebant. Cicer. *contra Rullum*, L. Flaccus interrex legem de Sylla tulit, vt omnia quæcunque ille fecisset, rata essent. Idem *lib.* 3. *Epistolar.* Ego omnibus, vnde petitur, hoc consilij dederim, vt à singulis interregibus aduocationes postulent. Interrex creabatur quum esset in vrbe patricius magistratus, creabatur autem à senatu, nec à senatoribus cunctis, sed à patriciis tantùm. nec veró Interrex poterat esse, qui patricius non esset: nec vltra quinque dies durabat. Moris autem fuit, vt qui primus interrex creatus esset, comitia non haberet: habebat autem vel secundus interrex, vel qui deinde facti essent. Ex Aldi *obseruat.*

Intĕrrēgnum, Regni interuallum, & spatium temporis quousque in locum demortui Regis alius sufficitur. {μεσοβασιλεία. GALL. *Le temps entre le trespas d'vn Roy, & la creation d'vn nouueau.* ITAL. *Tempo tra la morte di vn Re, & la creatione di vn altro.* GERM. Die zeit vnd weil so sich verlaufft von der absterbung eines Königs, zu der erwehlung eines newen. HISP. *A quel media tiempo de rey y rey.* ANGL. *The space of a kingdome betweene the death of an king till the chosing of another.*} Cic. *ad Attic.* Nam permagni eius interest, rem ad interregnum non venire. Idem *ad Quint. fratr.* Res spectat ad interregnum.

Interrĭtus, a, um, Imperterritus. {ἄδεος. GALL. *Asseuré, qui n'a point de peur.* ITAL. *Che non ha paura.* GERM. Vnerschrocken. HISP. *El que no ha miedo.* ANGL. *That hath no feare.*} Ouid. 10. *Metam.*

Qui quodinest virtus, & mens interrita lethi?

Idem 6. *Metam.*

———sola est interrita virgo.

Idem *lib.* 13. Interritus egi cautam.

INTĔRRŎGO, as, are, Quæro, rogo. {שאל schaál. ἐρωτάω, ἀνακρίνω. GALL. *Interroger, demander, enquerir.* ITAL. *Interrogare, dimandare.* GERM. Fragen. HISP. *Preguntar.* ANGL. *To aske, to demande.*} Cicer. *in Orat.* Vt interrogando vrgeat, & rursus quasi ad interrogata sibi ipsi respondeat. Idem *in Partit.* Sic ego te vicissim iisdem de rebus interrogem. Plaut. *Amphitr.* Quid tum, saltem si non sum Sosia, te interrogo, id est, quæso, rogo.) Ibidem, Nam tu quoque etiam insanis, quæ id me interrogas? Idem *Aulul. sc.* 3. *a.* 1. Num non vis me interrogare te? Imò si quid vis, roga. Idem *Menæch. sc.* 5. *a.* 5. Quin tu interrogas Purpureum panem, ad Punicum soleam ego esse, an luteum? Idem *in Pæn.* Si extetit leno, censetis hominem interrogem. Meus seruus si ad eum venerit, néne. ¶ Interrogare lege, est legis autoritate aliquem apud prætorem interrogare, nunquid facinus aliquod admiserit. Asconius, Quid, inquit, est reum fieri, nisi apud prætorem legibus interrogari? Cicer. *pro domo*, Esto. Non fuit in me vlla pœna peccati. At fuit iudicij, cuiusquis me vnquam vlla lege interrogauit? quis postulauit? quis diem dixit? Vellemus, Interrogari lege repetundarum. Liu. *lib.* 8. *dec.* 4. *& lib.* 6. *dec.* 5. Interrogari legibus, (id est, deferri, Passer.) Idem Liu. *lib.* 10. *bell. Pun.* Interrogare sententiam, &c. ¶ Interrogandi casus, vide *Casus* suprà.

Interrŏgātio, {ἐρώτησις, πεῦσις. GALL. *Interrogation, demande.* ITAL. *Interrogatione.* GERM. Ein frag. HISP. *Pregunta.* ANGL. *An asking, a demanding.*} Petitio. Cic. *de fato*, Rectè genus hoc interrogationis ignauum atque iners nominatum est. Iustare interrogationi. Quint. *lib.* 5. *cap.* 7. Longiùs repetita interrogatio.

Interrŏgātiuncŭla, æ, {τὸ μικρὸν ἐρώτημα, ἐρωτημάτιον. GALL. *Petite interrogation, petite demande.* ITAL. *Picciola dimanda.* GERM. Ein frägelein. HISP. *Pequeña pregunta.* ANGL. *A litle demande.*} Cic. *in Paradox.* Sed minutis interrogatiunculis, & quasi punctis, quod proposuit efficit. Idem 4. *de finibus*, Pungunt quasi aculeis, interrogatiunculis angustis.

Interrŏgātiuē, aduerb. Asconius Pædian. *in* 3. *Verr.* Atenim interrogatiuè pronunciatum est, & contrà responsiuè omnes reiecti.

INTĔRRŬMPO, is, Medium abrumpo. {διαρρήγνυμι, διαρρήγνυμι. GALL. *Interrompre, destourner.* ITAL. *Interrompere, disturbare.* GERM. Zerbrechen, in mitten durchbrechen. HISP. *Interrumper.* ANGL. *To breake in the middes.*} Plancus *Ciceroni*, Pontes quos feceram interrupi. Interrumpere ordinem, id est, perturbare, Col. *lib.* 11. *c.* 2. Interrumpere somnos, Interturbare, Plin. *lib.* 18. *c.* 4. ¶ Interrumpere, Aliquid dicentem facientémve impedire. Cæsar 1. *bell. ciu.* Improuisò ad vallum aduolat, colloquia interrumpit, nostros repellit à castris. Plaut. *Trin.* —dum sermonem vereor interrumpere, solus illo, &c.

Interruptus, participium, {διαρραγείς, διερρωγώς. GALL. *Interrompu, discontinué.* ITAL. *Interrotto.* GERM. Zerbrochen, zertrennt. HISP. *Interrompido.* ANGL. *Broken, discontinued.*} Amnis interruptus aquis. Lucan. *lib.* 2. Interrupta consuetudo, Intermissa. Cicero *ad Cassium, Epist. lib.* 15.

Interruptē, aduerb. Incisè, vel cæsim, aut diuisè. {διακεκομμένως. GALL. *Par interruption, sans continuer.* ITAL. *Interrottamente.* GERM. Zertrennter vnd vnordenlicher weiß. HISP. *Cortando, apartadamente.* ANGL. *Withont continuation.*} Cicer. 2. *de Orat.* Erit autem perspicua narratio, si verbis vsitatis, si ordine temporum conseruato, si non interruptè narrabitur.

Interscalmium, ij, dicitur spatium illud in naui, quod est inter scalmum & scalmum. {μεσοσκάλμιον. GALL. *L'espace qui est entre les cheuilles d'vn nauire.* ITAL. *Spatio tra scalmo & scalmo doue s'appoggiano i remi.* GERM. Die weitte zwischen den zweyen orten des schiffs an welche man die ruder legt. HISP. *El spacio entre remo y remo, escalmo.* ANGL. *The space betweene the oares of a shippe.*} Sicut intercolumnium, spatium duarum columnarum. Est autem scalmus lignum illud ad quod remus inhæret, & circumflectitur.

Interscāpilium, ij, Spatium illud quod inter scapulas est. {τὸ μεταφρένον. GALL. *L'entredeux des espaules.* ITAL. *Spatio tra due spalle.* GERM. Die weitte so da ligt zwischen beyden schultern. HISP. *Espaldar el cerrar entre espalda, y espalda.* ANGL. *The space, betweene the shulders.*} Hyginus *in descriptione Iride*, In humero clauam vnam, in pede de posterioribus nouissimo duas in summo interscapilio vnam.

Interscindo, is, Medium abrumpo, siue discindo. {בתק batták. διασχίζω. GALL. *Coupper par le millieu.* ITAL. *Fendere, tagliare per mezzo.* GERM. Zerschneiden, abschneiden. HISP. *Entrecortar.* ANGL. *To cutt by the middell.*} Cic. 3. *de legib.* Nec quia nusquam erat scriptum, vt contra omnes hostium copias in ponte vnus assisteret, à tergoque pontem interscindi iuberet. Liu. 6. *bell. Pun.* Nam & ipsa Chalcis quanquam eiusdem insulæ vrbs est, tamen adeò arcto interscinditur freto, vt ponte continenti iungatur.

Interscribo, is, Inter versus scribo, interpono, intersero. {παρεγγράφω. GALL. *Escrire entre deux.* ITAL. *Scriuere di mezzo.* GERM. Darzwischen schreiben. HISP. *Escriuir entre medias.* ANGL. *To write betweene.*} Plin. *Epistol.* 129. Poteris & quæ dixeris post obliuionem retractare, multa detinere, plura transire, alia interscribere, alia rescribere.

Interseco, as, In partes secare. {חצב chatsáb. διαχαράσσω. GALL. *Entretailler.* ITAL. *Tagliare in pezzi.* GERM. Zerschneiden. HISP. *Entrecortar.* ANGL. *To cutt by the middell.*} Ad Heren. *lib.* 3. Vt ipsa pronuntiatione res ipsas quas demonstrauimus inserere, atque intersecare videamur in animis auditorum.

Intersecιuus ager, qui aliter *arcifinius*; ab intersecando. Vide infrà *Subsecinus.*

Interseminatus. Apul. *in Apolog.* Remedia naturæ munere interspersa atque interseminata.

INTERSEPIA, διάφραγμα. Onom. i. e. interseptum.

Intersēpio, Velut sepibus quibusdam intercludo, vel iter impedio. {סך sach. διεῖργω, διαφράσσω. GALL. *Enuironner & clorre de hayes, boucher.* ITAL. *Intermezzare.* GERM. Vnderzeunen, mit einem hag vermachen. HISP. *Distinguir en partes.* ANGL. *To compasse or close round about as with hedge.*} Liu. 2. *bell. Maced.* Per triduum insequens territauit eos, nunc prælijs lacessendo, nunc operibus intersepiendo quædam, ne exitus ad fugam esset. Intersepire vrbem vallo, id est, munire. Liu. 5. *bell. Pun.* Cic. *pro Corn. Balbo*, Ne interseptum sit iis iter perpetuò ad hoc amplissimum præmium ciuitatis.

Interseptum, dicitur quicquid in re aliqua medium est, vti est cartilago illa, quæ veluti partes intermedius nares dirimit: item, septum illud transuersum, quod viscera vitalia separat à naturalibus. {διάφραγμα. GALL. *Le millieu.* ITAL. *Il mezzo.* GERM. Ein vnderschlag das in mitte zweyer dingen ist. HISP. *El medio.*}

INTĔRSĔRO, is, seui, situm, Inter alia planto, semino, inseróve. {παρεμφυτεύω, παρεμβάλλω. GALL. *Planter ou semer entredeux.* ITAL. *Piantare ò seminare fra altre cose.* GERM. Darzwischen säen oder pflantzen. ANGL. *To greff or plant betweene.*} Colum. *de re rustic. lib.* 3. *cap.* 16. Conquisito deinceps

deinceps pastinato malleolus ordinariis vitibus interserendus est. Idem *lib.8. cap.15.* Eaque congregantur intersitis buxeis, aut myrteis fruticibus. Ouid. 10. *Metam.*

——— mediis interserit oscula verbis.

Intersĕro, is, ui, sertum, interpono, interiicio. {[illegible]. GALL. *Entremesler, inserer parmy.* ITAL. *Tramettere, interporre.* GERM. Zwischen setzen. HISP. *Entreponer, entrexerir.* ANGL. *To intermingle.*} Plin. *in Epist.* Prædia agris meis vicina, atque etiam intersecta, venalia sunt.

INTĔRSISTO, is, intersistere. In loquendo reticeo, in loquendo conticeo. {[illegible]. GALL. *S'arrester au milieu, ou entre deux.* ITAL. *Fermarsi in mezzo, ò tradue.* GERM. Zwischen ein stehen. HISP. *Estar entre medias.* ANGL. *To rest or stay betwene.*} Quint. *lib.8. cap.3.* Quia vltima prioris syllabæ litera, quia exprimi nisi labiis coeuntibus non potest, aut intersistere nos indecentissimè cogit, &c. Idem *lib.9. cap.4.* Intersistentes clausulæ. Idem, Intersistentes sententiæ. Et, Intersistant. Idem, Ne intersistat orator fatigatus, &c.

Intersistitur, impersonale, Quintil. *lib.9. c.4.* Tum longæ per se, & veluti vltimæ syllabæ aliquid etiam medij temporis inter vocales, quasi intersistatur assument.

‖Interspersus. Apul. *in Apol.* Remedia interspersa atque interseminata.‖

INTĔRSPIRO, as, Perspiro, exspiro. {רוח *revách.* [illegible]. GALL. *Souffler entre deux, respirer.* ITAL. *Spirare, soffiare tra due.* GERM. Durch hinauß dempffen. HISP. *Espirar, y respirar.* ANGL. *To vente, to beath betwene.*} Cato, Manu comprimito acina, vt conbibant aquam marinam: vbi impleueris dolium, operculo operito, relinquito qua interspiret.

Interspiratio, {רוחה *revachâh.* [illegible]. GALL. *Respiration.* ITAL. *Respiratione.* GERM. Erholung deß athems. HISP. *Respiracion.*} Cicer. 3. *de Orat.* Interspirationis enim, non defatigationis nostræ, &c. Plin. *lib.13. cap.1.* A balneis raptim, & sine interspiratione necat. de musto loquitur.

Intersterno, is, Interiicio, intermisceo. {[illegible]. GALL. *Estendre ou coucher entre deux.* ITAL. *Interporre.* GERM. Zwischen etwas streuwen oder spreyten. HISP. *Entreponer.* ANG. *To spreade or laye betwene.*} Plin. *lib.29. cap.2.* Alij hastulis tedæ subiectis, & subinde interstratis, oleo aspersam accendunt.

Interstinguo, is, Distinguo. {הבדיל *hibdil.* [illegible]. GALL. *Distinguer, separer.* ITAL. *Distinguere, separare.* GERM. Underscheyden. HISP. *Apartar uno de otro.* ANGL. *To distinguish or sever.*} Statius 3. *Syluarum,*

——— Spatia interstincta columnis.

¶ Interdum idem quod extinguo. Festus, Ignis Vestæ ‖ quando interstinctus esset, virgines verberibus afficiebantur à Pontifice.

INTERSTITIVM, ii, Spatium & distantia inter quæuis. {רוח *révach.* [illegible]. GALL. *L'entre deux de quelque chose que ce soit, internalle.* ITAL. *Spatio, distanza.* GERM. Die weite zwischen zweyen dingen. HISP. *Spacio entre medias.* ANGL. *Space, or distance betwene.*} Macrob. Quum quatuor sint elementa ex quibus constant corpora, terra, aqua, aër, & ignis, tribus sine dubio interstitiis separantur: quorum vnum est à terra vsque ad aquam, ab aqua vsque ad aëra, sequens: tertium, ab aëre vsque ad ignem. Higinus. Quod ab eo sidere paruo interstitio differt. ¶ Interstitium Lunæ, idem quod interlunium, seu coitus Lunæ cum Sole: quo tempore, quod superiore parte tantùm illustretur, à nobis cerni non potest. [illegible]. quo vsus est Apuleius.

Interstitio, nis, Intermissio, cessatio, vacatio. {[illegible]. GALL. *Relasche, cessation, vacation.* ITAL. *Vacatione, cessamento.* GERM. Underlassung. HISP. *Cessamiento.* ANGL. *A ceasing leauing of.*} Gell. *lib.10. cap. vlt.* Quando animus eorum, interstitione aliqua negotiorum data, laxari indulgerique potuisset. Idem *lib.20. cap.1.* Velut quoddam interstitium, id est, iuris inter eos quasi interstitionem quandam & cessationem.

Interstrepo, is, Strepitum inter alios emitto. {[illegible]. GALL. *Faire bruit entre autres, ou parmy.* ITAL. *Far strepito tra gl' altri.* GERM. Under etwas rauschen oder tönen. HISP. *Hazer estruendo entre otros.* ANGL. *To make a noise in the middes of otheris.*} Virg. 9. *Eclog.*

Digna sed argutos interstrepere anser olores.

Quo tamen in loco videtur rectiùs legi posse, Inter strepere diuisis dictionibus: vt sit ordo, strepere inter argutos olores.

Interstringo, is, Comprimo. {[illegible]. GALL. *Estreindre, serrer entre quelque chose.* ITAL. *Stringere.* GERM. Zusammen stricken oder trucken. HISP. *Streñir ò apretar.* ANGL. *To strayne or presse betwene.*} vt, Interstringere gulam, id est, suffocare, vel strangulare. [illegible]. Plaut. *Aulul.* Ibo intro, atque illi tuo socio interstringam gulam.

Interstruo, is, Simul construo, coapto, compono. {[illegible]. GALL. *Bastir & conioindre plusieurs choses ensemble.* ITAL. *Mettere insieme, comporre.* GERM. Zusammen setzen oder fügen. HISP. *Componer ò ordenar juntamente.* ANGL. *To build and conioyne syndrie thinges.*} Silius *lib.10.*

——— Telesinus ad ossa
Illiso saxo qua spina interstruit artus,
Occumbit.

Intersum, Præsens sum, adsum, simul gero & administro. {[illegible]. GALL. *Estre present, suruenir.* ITAL. *Essere presente.* GERM. Zugegen sein. HISP. *Entreuenir.* ANGL. *To be present.*} Cic. *Lent.* Quæ hic geruntur, accipies ex Pollione, qui omnibus negotiis non interfuit solùm, sed etiam præfuit. Idem *de senectute.* Sæpe interfui querelis meorum æqualium. ¶ Significat etiam differre, discrepare, [illegible]. Terent. *in Eunuch.* Stulto intelligens quid interest: Vide *Interest.*

‖Intertaleo, incido ramum. Vide *Talea.*‖

Intertextum, i, quod in medio textum aliquid habet. {[illegible]. GALL. *Entretissu, pourfilé, broché.* ITAL. *Tessute in mezzo, cio è di qualche cosa tessuda di mezzo.* GERM. Zwischen welche etwas eingewoben ist/ gestickt. HISP. *Cosa texida entre medias.* ANGL. *Wouen or wroght betwene.*} vt, Chlamys intertexto auro, & clamys serica, quæ aurum habet inter byssum translucens, à Phrygionibus intextum: quod genus vestium à Suetonio *in Augusto*, Phrygianæ vocantur. Vulgus hodie vocat *Brocatum.* Quint. *lib.8. c.5.* Neminem decuit intertexta pluribus notis vestis. ¶ Intertingo, vnde participium Intertinctus, apud Plin. *lib.36. cap.8.* Thebaicus intertinctus aureis guttis, inuenitur in Africæ parte Ægypto adscriptæ.

‖Intertignium, spatium inter tigna: interuallum inter triglyphos & denticulos. vide *Metopa.*

Intertius, sequester, tertius, quem duo sequuntur.‖

Intertraho, is, Eripio, aufero. {[illegible]. GALL. *Attirer d'entre ou parmy.* ITAL. *Rapire, leuar via.* GERM. Entziehen oder auffziehen. HISP. *Quitar alguna cosa de lugar, arrebatar.* ANGL. *To drawe out from betwene.*} Plaut. *in Amphitr.* Ni ego illi puteo si occepto, animam omnem intertraxero.

Intertrigo, inis, nomen ab interterendo deductum. Est morbi genus quum sinus membra interteruntur, & conteruntur, accedenteque sudore exco riantur: quod mali genus in iumentis maximè solet accidere, quum scilicet equitantium, vel pedibus incedentium femina atteruntur, aduruntúrque. {[illegible]. GALL. *Entretail, blesure ou escorchure des pieds, quand on s'entretaille en cheminant.* ITAL. *Scorticatura de piedi per lungo camino.* GERM. Der wolff in den hindern oder einem andern glied/ ein abgeschürffte bletz von der haut. HISP. [illegible]. ANGL. *A galling in the skinne with long going.*} Dicitur etiam Intertrigo in iumentis quum vitioso ingressu calces, aut etiam suffragines atteruntur. Colum. *lib.7.* Intertrigo bis in die soluitur aqua calida, mox decocto attrito sale, cum adipe desiccatur.

Intertrimentum, i, quid sit declarat Varro *lib. 4. de ling. Lat.* Detrimentum (inquit) à detritu dicitur, quòd ea quæ trita sunt, minoris pretij sunt. Eadem ratione intertrimentum, quod duo quæ inter se trita etiam diminuta sunt. {נזק *nezék.* [illegible]. GALL. *Perte, dommage, dechet.* ITAL. *Danno.* GERM. Ein abgang oder schad. HISP. *Daño.* ANGL. *Domage, losse.*} Terent. *in Heaut.* Nunc quum sine magno intertrimento non potest Haberi, quiduis dare cupis. ¶ Intertrimentum pro euanida argenti parte, quæ ex incoctione deperit, accepit Liuius *lib.2. bell. Macedon.* Carthaginenses eo anno argentum in stipendium primum impositum aduexerunt: id quia probum non esse Quæstores renuntiauerunt, experientibusque pars quarta decocta erat, pecunia Romæ mutua sumpta, intertrimentum argenti suppleuerunt. Idem *lib. 34.* In auro nihil intertrimenti præter manus pretium. Cicero 3. *Verr.* pro communi iactura, quæ curiosius rei fit in conficiendo aliquo negotio. L. Rabonio (inquit) ædem castoris tradi oportebat. Is casus Iunij pupilli tutor erat testamento patris. Cum eo nullo intertrimento conuenerat iam quemadmodum traderetur. Asconius, Detrimentum vnius partis esse potest, intertrimentum verò dantis & accipientis. Quo sensu Cicero intertrimentum pro communi conficiendi alicuius negotij iactura posuit Budæus. Vnde patet Intertrimenti nomine, vtriusque partis damnum, siue incommodum propriè significari.

Intertritura, æ, Intertrimentum, hoc est, damnum & propriè in auro, argento, aut vestibus, quorum pretium vsu atque attrectatione minuitur. [illegible]. Scæuola *de pign. actio. l. vlt.* Quæro intertrituram quæ ex opere facta est, vnum, &c.

INTERTVRBO, Valde turbo, seu aliquid aut agentem, aut dicentem interpello. {עכר *hacár.* [illegible]. GALL. *Destourner.* ITAL. *Disturbare.* GERM. Verwirren, einen vnrüwig machen der etwas anders zuschaffen hatt. HISP. *Estornar.* ANGL. *To lett or disturbe.*} Plaut. *in Bacch.* Nec interturbas; ipsa iam in cera est. Terent. *in Andr.* Dauus interturbat omnia, vbi Donatus, Hic inter, adiectio particula est, adeò vt non pro media significatione sit, sed qua maiorem habere non potest.

Interturbatio, onis, Interpellatio. {[illegible] *nebeekéreth.* [illegible]. GALL. *Destourbier.* ITAL. *Turbamento, disturbo.* GERM. Zerstörung, vnrüw. HISP. *Estornamiento.* ANGL. *A letting or disturbing.*} Liu. 3. *bell. Punic.* Ipsique valetudinem excusans patri, animi quoque eius mirabilem interturbationem quum quæreret, &c.

‖Interturria, loca inter turres. Poll.‖

INTERVACO, as, In medio vacuus maneo. {[illegible]. GALL. *Estre vuide & vacant entre deux.* ITAL. *Restare vacuo in mezzo.* GERM. Zwischen ledig sein. HISP. *Ser vazio entre medias.* ANGL. *To be vacant betwene.*} Col. *lib.5.* Bulbus trepidaneis interuacantibus spatiis obrutus, anno celeriùs moturam perticam præbet.

INTERVALLVM, i, Spatium, quod est inter palos vallum castrense constituentes: à quo omne spatium, interuallum est nuncupatum. {רוח *révach.* [illegible]. GALL. *Internalle, distance, espace.* ITAL. *Interuallo, spatio.* GERM. Ein iede weite zwischen etwas, eigentlich aber zwischen den pfälen. HISP. *Espacio de tiempo o lugar.* ANGL. *Distance, space.*} Plaut. *Men. sc. 1. a. 1.* Sed mihi interuallum iam hos multos dies fuit. (edendi sup.) Velleius, Interualla negotiorum otio dispungere. Quintilian. Interualla siderum. Gell. *cap.12 lib.15.* Ibi, ex interuallo, id est, paulò pòst in eadem oratione. Plin. *lib.6. cap.22.* Septem dierum interuallo taxato. Cicer. *ad Cassium,* Primum vt te, quem iamdiu plurimi facio, tanto interuallo viderem, deinde vt tibi, &c. Ex tanto interuallo. Idem *ibid.* Cur ex tanto interuallo rem desuetam vsurparet. Longo interuallo. Idem 8. *Verr.* Versabatur in Sicilia longo interuallo alter non Dionysius, &c.

Interuallatus, a, um, quod post certa temporum interualla reuertitur. {[illegible]. GALL. *Qui va & venient.* ITAL. *Che va e retorna.* GERM. Das mit underschlagung oder underscheyung widerkompt. HISP. *Que tiene espacio entre ir y tornar.* ANGL. *Intermitted, that cometh by certaine fittes.*} vt, Interuallata febris, quam intermittentem, & reuertentem vocamus. Gell. *lib.17. cap.12.* Hæc biduo medio interuallata febris.

Interuello, is, Passim è medio euello. {[illegible]. GALL. *Arracher d'entre les autres.* ITAL. *Stirpar di mezzo.* GERM. Zwischen außraufen. HISP. *Arrancar entre medias.* ANGL. *To plucke or roote out from betwene.*} vt quum aut lolium è tritico, aut canos è barba capillos euellunt. Palladius, si spissa sunt, interuellijs aliqua vt cætera roborentur. Plaut. *in Amph.*

Amph.—næ ego infelix homo fui, Qui non alas interuelli, velucrem vocem gestito. Quint. Interuellere aliquid.

INTERVENIO, is, In me ho negotio, quasi ex insidiis superuenio & opprimo. {[illegible] ἐπιφαίνομαι. GALL. *Entreuenir, suruenir.* ITAL. *Sopraueniire, interuenire.* GERM. Darzwischen oder darzukommen. HISP. *Entreuenir.* ANGL. *To come in the meane while, to come vpon one sodainly as he is doing.*} Terent. *in Adelph.* Interuenit homo de improuiso. Plaut. *Amph.* Itæ interueniunt, redeunt rursum in gratiam. ¶ Accipitur etiam aliquando pro interesse. παρεῖναι. Cic. Quod non esset factum si ipse interuenissem. ¶ Interuentum est. Terent. *Heaut.* Vbi de improuiso est interuentum mulieri.

Interueniens, participium. {μεταξὺ ἐφιστάμενος. GALL. *Suruenant.* ITAL. *Sopraueniente.* GERM. Darzwischen kommend. HISP. *Entreueniente.* ANGL. *Coming in the meane whyle.*} Cicer. 1. *Tusculan.* In magna parte vitæ dolore non interueniente. ¶ Interuenientibus desertis, hoc est, interiectis. Plin. *lib.* 5. *cap.* 7. Interiori autem ambitu Africæ ad meridiem versùs, supérque Gætulos, interuenientibus desertis, primi omnium Lybi-Ægyptij, &c. Sueton. *in Cæsar. cap.* 30. Verùm neque Senatu interueniente. Idem *in August. cap.* 66. Interuenientibus offensis.

Interuentio, Fideiusso, ἐγγύη. *D. de min. l.* 7. Non solùm autem in his succurritur, sed etiam in interuentionibus, vt puta si fideiussorio nomine se, vel rem suam obligauit.

Interuentus, us, ui, Actus ipse interueniendi. {[illegible]. GALL. *Suruenue.* ITAL. *Sopraueniuta, interuenimento.* GERM. Darzwischen kommung, einfallung. HISP. *Sobreuenida, obra de entreuenir.* ANGL. *A coming in the meane while.*} Plaut. *in Amphitr.* Sed prælium id tandem diremit nox interuentu suo. Liu. *lib.* 1. *ab Vrbe.* Interuentu collegæ, ipse exercitúsque est seruatus. Senec. *cap.* 17. *de consolat. ad Mart.* Nullus dies Syracusis sine interuentu Solis. Sueton. *in Cæs. cap.* 48. Interuentu sponsorum remouere creditores. Cicer. 3. *Catil.* Interuentu Prætoris pugna sedatur.

Interuentor, qui alicui rei interuenit, quem & interpellatorem vocamus. {ὁ μεσίτης, ἐγγυητής. GALL. *Entreuenant, suruenant, moyenneur.* ITAL. *Interuentore, malleuadore.* GERM. Der zwischen ein sach kompt, und die verhindert. HISP. *Entreuenidor.* ANGL. *A mediatour, a suretie.*} Cicer. *de Fato.* Omnis ferè in his deliberationibus consumebatur oratio: idque & sæpè aliàs, & quodam liberiore, quàm solebat, & magis vacuo ab interuentoribus die. ¶ Aliquando etiam accipitur pro fideiussore, idque maximè apud Iurisconsultos.

Interuenium, quod est inter venas terræ. {μεσοφλέβιον. GALL. *Ce qui est entre les veines de la terre.* ITAL. *Spatio tra le vene della terra.* GERM. Die weitte zwischen den adern deß erdtrichs. HISP. *Espacio entre las venas de la tierra.* ANGL. *That is betwene the vaines of the earth.*} Vitr. *lib.* 8. Sed non per interuenia dilabantur, & decrescant. Idem *lib.* 2. *c.* 6. Igitur penitus ignis, & flammæ vapor per interuenia permanans & ardens, efficit leuem eam terram.

INTERVERTO, is, Callidè surripio, intercipio, ad me transfero, auerto, quod plerunque fit, quum rem commodatam, aut creditam nobis vendicamus, dolóque ne domino restituatur, efficimus. {[illegible], [illegible]. GALL. *Destourner, soustraire, desrober secrettement.* ITAL. *Toglier altrui con astutia.* GERM. Listiglich verschlagen, hinderhalten. HISP. *Quitár ò arrebatar con engaños.* ANGL. *To steall a dawe, to me quietlie.*} Hinc Cicer. 6. *Verr.* Candelabrum, quod rex Syriæ Ioui Capitolio dono tulerat, à Verre, qui illud commodato à rege acceperat, interuersum esse conqueritur. ¶ Dicimus autem interuertere aliquem simpliciter, & interuertere aliquem re aliqua, & interuertere rem aliquam. Plaut. *Asinar. sc.* 2. *a.* 2. Vt illud argentum interuortam & aduentorem & Sauream. Idem *in Asin.* Vnde sumam? quem interuortam? quò hanc celocem conferam? Gell. *cap.* 18. *lib.* 11. Condemnatum quoque furti colonum, qui fundo, quem conduxerat, vendito, possessione eius dominum interuertisset. Et Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 3. vt me, si posset, muliere interuorteret, hoc est, (vt mox ipse loquitur) dolis abduceret. Marcello Iurisc. *in l. si duo. ff. depositi.* Si duo hæredes rem apud defunctum depositam dolo interuerterint. Interuertere, pro subuertere, euertere. Paul. *in l. amissione. ff. de cap. dim.* Quæ salua ciuitate accidit, per quam publica iura non interuerti constat. Scæuola, Cui per fundum aquæ ductus debetur, quacunque vult in eo riuum facere licet, dum ne aquæ ductu interuerterit.

Interuersus, a, um, Senec. *cap.* 22. *de consolat. ad Mart.* Interuersa & fera ingenia.

Interuigilo, as, {[illegible] μεταξὺ ἀγρυπνῶ, [illegible] [illegible]. GALL. *Entreueiller, ne dormir qu'à demi.* ITAL. *Non dormire fermamente.* GERM. Darzwischen wachen. HISP. *Entreuelar.* ANGL. *To wake betwene, to half sleep.*} Senec. *epist.* 2. *lib.* 12. Somno parcissimo vtor, & quasi interuigilasse satis est vigilare desiisse.

Interuireo, es, Claud. *de rapt. Proserp. lib.* 2.

Interuiso, is, Per interualla inuiso. {[illegible], [illegible] ἐπισκέπτομαι. GALL. *Visiter tandis, ou par fois, aller voir quelquefois.* ITAL. *Venir à vedere, ò visitare.* GERM. Underweilen heimsuchen. HISP. *Tornar à ver à ciertos tiempos.* ANGL. *To visite some tymes.*} Cicer. *Mario,* Téque & istam rationem otij tui & laudo, & vehementer probo: quódque minus interuisis, hoc fero animo æquiore. Plaut. *Aulul. sc.* 4. *a.* 1. Verum interuisam domum. *ibid. sc.* 4. *a.* 2. Ego interuisam quid faciant coqui.

Interundo, as, Solin. *cap.* 17. Hoc fuluum nigrantibus segmentis interundatum, varietate apprimè decet: hoc est, in vndarum figuram distinctum.

[Interundatus, in vndarum figuram distinctus.]

Interuomo, is, {[illegible], [illegible]. GALL. *Vomir parmi ou quelquesfois.* ITAL. *Vomitare tal volta.* GERM. Zwischen außgiessen, zwischen außquellen. HISP. *Entreuomitar, ò vomitar alguna vez.* ANGL. *To vomite betwene or some tymes.*} Lucr. *lib.* 6. Quod dulces inter salsas interuomit vndas: hoc est, interfundit. Budæus.

Interusurium, ij, {τὸ μεταξὺ τοῦ τόκου, τὸ ἐκ τοῦ μεταξὺ τόκου [illegible], [illegible]. GALL. *Ce qui vient entre deux vsures.* ITAL. *Profitto di vsura.* GERM. Der zwischen fallende wucher. HISP. *Prouecho de logro y vsura.*

ANGL. *Vse or commoditie of a thing in the meane tyme or vsurie that riseth in the meane tyme.*} Commodum est, vel vsura medij temporis. Vlpian. *in l. sed si. §. vlt. ff. de pecul.* Vt medij temporis interusurium magis creditor consequatur. Hæc Hotomannus.

Intusium, Vestis intima & corpori proxima, quam vulgus *Camisiam* vocat. {χιτωνίσκος. GALL. *Chemise.* ITAL. *Camisia.* GERM. Ein hembd. HISP. *La camisa.* ANGL. *An shirt.*} Valer. *ad Rufin.* Quem vestire debuit intusio, vestiuit interitu. Hæc alio nomine Supparus, tunica linea, subucula, & indusium dicitur.

[Interulus, interior. Cath.

Interuocaliter, voce sublatâ. Apul.]

INTESTATVS, dicitur non solum qui mortuus est, nullo confecto testamento, sed etiam cuius ex testamento, adita non est hæreditas, vt inquit Paulus, *l. intestatus. de verb. signif.* {ἀδιάθετος. GALL. *Qui n'a point testé, qui n'a point fait de testament.* ITAL. *Che non ha fatto testamento, intestato.* GERM. Der kein erbgemächtnuß gemacht, oder des erbgemächtnuß vnkrefftig ist. HISP. *El que no ha hecho testamento.* ANGL. *That is dead and not made any testament.*} Pompon. Ipse cum vno seruo senex intestatus proficiscitur. Vlpian. *de suis & leg. tut.* Intestati propriè appellantur, qui quum possent testamentum facere, testati non sunt. Cicer. *pro Cluentio*, Haud hæres est Cluentius, intestatum dico esse mortuum. Plautus *Curc. sc.* 2. *a.* 5. Licet antestari? T. Non licet. T. Iupiter te, te malè perdat, Intestatus viuito. Idem *Milit. sc. vlt. act.* 5. Et si intestatus non abeo hinc, benè agitur pro noxia. (id est, si amputatis testiculis.) Passer. Vide *Intestabilis*, paulò infrà, quod verbum planè idem significat. ¶ Intestatus, nullis testibus conuictus. Plaut. *in Curcul.* Hoccine pacto indemnatum atque intestatum abripi? Non absurdè tamen dici potest Intestatum in hoc Plauti loco accipi pro non antestato, hoc est, nemine in testem assumpto. Erat enim consuetudo apud veteres, vt antequam aliquem in ius raperent, antestarentur, hoc est, liberum hominem vnum, aut alterum in testem assumerent, eique aurem vellicantes quærerent, Licetne antestari? Qua solennitate non obseruata, nemini licebat quempiam in ius ducere. Vide *Antestor*.

Intestato, aduerb. Sine testamento. {ἀδιαθέτως. GALL. *Sans faire testament.* ITAL. *Senza testamento.* GERM. One ein testament, oder erbgemächtnuß. HISP. *Sin testamento.* ANGL. *Without a testament.*} Cicer. 2. *de Inuent.* Si paterfamiliàs intestatò moritur: familia, pecuniaque eius agnatorum, gentiliúmque esto. Scæuola. Luc. Titius intestatò moriturus. Paulus, Vt legata quæ ei dederat, intestatò moriens restitueret.

Intestabilis, qui neque testimonium dicere, neque recipere potest. Itaque qui intestabilis est, testamentum facere non potest, quod testes adhibendi facultatem non habet ✕ Testabilis. {GALL. *A qui il n'est permis par les loix faire testament, infame.* ITAL. *Che non può far testamento.* GERM. Der kein kräfftige erbgemächtnuß auffrichten, noch ein zeugnuß geben kan. HISP. *El que no puede hazer testamento.* ANGL. *He to whome it is not granted to make a testament.*} Simile apud Græcos ἄτιμος. Caius *in l. quum lege ff. de testam.* Intestabilis quum lege quis esse iubetur, eò pertinet ne eius testimonium recipiatur: & eo amplius (vt quidam putant) néve ipsi dicatur testimonium. Horat. *Sermon. satyr.* 3.

——vter Ædilis fuerit, vel

Vestrûm Prætor is intestabilis, & sacer esto.

Vbi interpres *Porphyrio*, antiqui eos quos ad testimonium admitti nolebant, Intestabiles vocabant. Detestabiles quantum testimonium malum & execrandum esset? Salust. *Iugurth.* 107. Nisi quòd illi in tanto malo turpis vita, integra fama potior fuit, improbus, intestabilisque videtur. Gell. *cap.* 13. *lib.* 15. & *c.* 7. *lib.* 6. Improbus intestabilisque esto. ¶ Sumitur & pro eo, cui amputati sunt testiculi. vt apud Plaut. *Mil. sc.* 1. *a.* 5. Quòd ego hic hodie vapularim, iuréque id factum arbitror, Et si intestatus non abeo hinc, bene agitur pro noxia Quid si id non faxis? Vt viuam semper intestabilis. q. d. Iure vapulaui. Etsi intestatus, id est, etsi exectis testiculis non hinc discedo, clementer & humaniter mecum agitur pro insigni illa culpa & fraude quam admisi. Quod si id non faxis, hoc est, si non finis me abire saluis testiculis, viuam semper intestabilis, id est, sine testiculis, vt apud eundem Plaut. *in Curc. sc.* 1. *a.* 3. ¶ Pro detestabili. Gell. *c.* 18. *lib.* 7. Eos, inquit, qui ad Annibalem non redissent, vsque adeò intestabiles inuisósque fuisse, vt tædium vitæ ceperint, necémque sibi consciuerint.

INTESTINVS, a, um, Internus, domesticus, ab intestinis dictum. {פנימי *penimi.* ἐντόσθιος, τὸ ἔνδον. GALL. *Qui est dedans, interne, interieur.* ITAL. *Interiori, cosa di dentro.* GERM. Innwendig, innerlich, einheimisch. HISP. *Cosa de dentro, entrañable.* ANGL. *That is within.*} Seruius Sulpit. *Ciceroni,* Quid est quod tantopere commoueat tuus te dolor intestinus? ¶ Intestinum bellum, quum ciuitas veluti in sua viscera coniurat. ἐμφύλιος πόλεμος. ¶ Intestinum malum. Cic. *ad Brutum.* Ingrauescit enim in dies intestinum malum: nec externis hostibus magis, quàm domesticis laboramus. Quintil. Intestinam pestem propulsare, (id est, conspirationem. ¶ Intestinum odium, occultum, & dissimulatum. Liu. 2. *ab Vrbe,* Intestino inter patres plebémque flagrabat odio. ¶ Intestinum opus quod adornatum ædium ex ligno conficitur. Varro 3 *de re rust.* Quum villam habere opere tectorio, & intestino, ac pauimentis è nobilibus lithostrotis spectandam, parum putasses esse, ni tuis quoque literis exornati parietes essent.

Intestina, quædam sunt quasi membranacei canales, qui in interiore ventris parte siti, alimentorum excrementa è ventriculo excipiunt, longisque orbium anfractibus tandem per secessum deferunt. {מעים *mehaym* קרבים *kerabim.* ἔντερα. GALL. *Les entrailles.* ITAL. *Interiora.* GERM. Das eingeweyd. HISP. *Las tripas y assadura.* ANGL. *The entrailles.*} Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Vendidisti amicam? B. valde. C. Quomodo? B. sine ornamentis, cum intestinis omnibus. Idem *Men. sc.* 5. *a.* 5 Dic mihi, An vnquam tibi intestina crepant? Vbi satur sum, nulla crepitant: quando esurio, tum crepant. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 3. Viuis conuiuis intestina exedunt. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 1. Perdura dum intestina exputescunt tibi. Cicer. 2. *de nat. deor.* Ex intestinis autem & aluo secretus à reliquo cibo succus is quo alimur, permanat ad iecur per vias quasdam à medio

 intestino,

intestino, vsque ad portas iecoris. Sunt autem intestina in corpore humano omnino sex: quorum primum ventriculo per pylorum adhærens, à duodecim digitorum longitudine, Herophilus δωδεκαδάκτυλον appellauit: rei anatomicæ periti fere ἔκφυσιν vocant. Secundum à Græcis νῆστις, à nobis ieiunium appellatur, quòd semper sit inane. Tertium à nobis tenue, ab illis ἰλεὸς, appellatur. Varro etiam hillam appellat. Quartum cæcum dicitur, quod propter sinuositatem exitu carere videatur. Quintum, Græco nomine κῶλον, à Latinis crassum intestinum nominatur, quòd reliquis carnosius sit, à dextera ilium, regione ad sinistram super ventriculi fundum delatum, lienem interim & iecur contingens. Sextum, spinæ è directo incumbit, ad sedem vsque porrectum: quod quoniam nullos habet sinus, rectum appellatur. Legitur & intestinus masculini generis. Plin. *lib.* 11. *c.* 37. Intestinus quibusdam ab ore incipiens, quadam via eodem inflectitur, vt sæpiæ & polypo: in homine annexus in fimo stomacho similis canino.

Intexo, is, ere, Intus texo, innecto, texendo insero, implico. {ארג *arag.* ἐνυφαίνω, ἐμπλέκω. Gall. *Tistre dedans ou avec, inserer.* Ital. *Tessere tra qualche cosa.* Germ. Einwebẽ, einflechten. Hisp. *Texer dentro.* Angl. *To weaue betwene or in.*} Virg. 3. *Georg.*

———vique
Purpurea intexti tollant aulæa Britanni.

Seruius, Intexti, intus texti, nam in velis ipsi erant picti qui eadem vela portabant. Idem 2. *Georg.* Illa tibi lætis intexit vitibus vlmos. id est, annectit. Cic. *in Partit.* Læta tristibus, incredibilia probabilibus intexímus. Plin. *lib.* 13. *c.* 11. Et tamen adhuc malunt Parthi vestibus literas intexere. Tibull. *lib.* 4.

Nec tua te præter chartis intexere quisquam
Facta queat.

¶ Intexere aliquem, hoc est, inducere loquentem. Cic. *Att. lib.* 13. Scis me antea orationes, aut aliquid id genus solitum scribere, vt Varronem nusquam possem intexere.

Intextus, us. Plin. *lib.* 2. *c.* 8. Cæterùm æterna est cœlestibus naturæ intexentibus mundum, intextúque concretis.

[Inthronizo, ἐνθρονίζω, in throno colloco. Vet. Dict.]

Intimare, Denuntiare. Insolan. obseruauit hoc verbo vsum esse Plinium, Apuleium, & Gellium. ¶ Intimare apud Tertullianum accipitur pro intimum reddere, *in libello de Resurrect. carnis.* Sensibus vtique intimandum Dominum significauit. ¶ Intimari, pro ingredi, Solinus *cap.* 45. Ditionis Ægyptiæ esse incipit, à Syene, in qua fines Æthiopum: & inde vsquedum mari intimatur, Nili nomen tenet.

Intimator, Qui aliquid introducit atque insinuat. Iulius Capitolinus *in Pertinace,* Quia eum veluti stultum intimatorem nonnullarum rerum reprehendebat.

Intimus, a, um, est ab antiquo adiectiuo interus, illud significans quod maxime intus reconditum est. {פנימי *penimi.* ἐνδότατος. Gall. *Qui est tres-auant.* Ital. *Più à dentro.* Germ. Das innerist. Hisp. *Muy dentro.* Angl. *Most secrete or inward.*} Cicer. 6. *Verr.* In eo sacrario intimo fuit signum Cereris perantiquum. Plaut. *Truculent.* Tuati ex intimo ventre suspitium. Vellems, Dextra & intima Ponti accolunt. ¶ Intimus, charus, familiaris. {רעה *reëh.* οἰκειότατος, συνήθης. Gall. *Domestique, familier ami.* Ital. *Domestico, famigliare.* Germ. Ein liebster/ gantz geheimer. Hisp. *Amigo.* Angl. *Most freind full and familiar.*} Cicer. *ad Quint. fratr. lib.* 1. Intimus, proximus, familiarissimus quisque aut sibi pertinaat, &c. Plaut. *Truculent.* Nam me sigule huic fateor summum, atque intimum. Idem *Milit.* Itaque intimum ibi se miles apud lenam facit. ¶ In intimis alicuius esse, pro valde amari ab aliquo. Cic. *ad Attic. lib.* 4. Itaque in intimis est meis, quum antea notus non fuisset.

Intimè, aduerb. {ἐνδόμυχα, ἐνδότατα, οἰκειότατα, ἐγκαρδίως. Gall. *Du plus profond, du tres-profond du cœur.* Ital. *Di cuore, intrinsecamente.* Germ. Im liebsten vnd vertrawesten. Hisp. *De coraçon, de dentro.* Angl. *Very inwardly frome the bottome of the hart.*} Cic. *ad Qu. fr.* Quarum altera est de Blandenio Teuxide, quem scribis certissimum mati scidam tibi à me intimè commendari.

[Intimelium, siue Albintimelium, *Vintimiglia,* V. E. Liguriæ, ditionis Genuensis, sub A. Mediolanensi.]

Intingo, Immergo, madefacio, inficio, colorem induco. {טבל *tabal* צבע *tsabah.* ἐμβάπτω. Gall. *Mouiller, tremper dedans.* Ital. *Intingere, bagnare.* Germ. Eintuncken. Hisp. *Mojar.* Angl. *To dippe, to die.*} Plin. *lib.* 20. *c.* 17. de aniso, Viride aridúmve omnibus quæ condiuntur, quæque intinguntur, desideratum. Cato *c.* 156. Crudam si edas, in acetum intingito, mirificè concoquit. ¶ Intinctum arte, Cic. 2. *de Orat.* Alterum quod totum arte intinctum videtur, tametsi arte requirit, tamen prudentiæ est mediocris, quid dicendum sit videre.

Intinctus, us. {טבל *tabâm* מטעמים *matbammim.*} Condimentum ad obsonia condienda: quod nos saporem in cibis dicimus. Græci, ἤδυσμα, ἐμβάμματα. Gall. *Saulse, saupiquet.* Ital. *Conditura, sapore.* Germ. Ein anmachung oder brühe in die man eintunckt. Hisp. *Adobo.* Angl. *Sauce.*} Colum. *lib.* 12. *cap.* 65. Hoc sinapi ad embammata non solùm idoneo, sed etiam specioso vteris. ἐμβάπτειν enim intingere est. Plin. *lib.* 15. *c.* 19. Eadem origine aptorum sapor commendatur, plerunque ad intinctus additis myrtis.

Intolerabilis, e, quod tolerari & ferri non potest: vt, intolerabilis dolor. {ἀφόρητος, ἀνύποιστος, φορτικός. Gall. *Intolerable, insupportable.* Ital. *Intolerabile, insopportabile.* Germ. Vntrâglich/ vnleidenlich. Hisp. *Cosa que no se puede sufrir.* Angl. *That may not be suffred.*} Cicer. 4. *Academ.* Ille vir bonus, qui statuit omnem cruciatum perferre, intolerabili dolore laceratus potius, quam officium prodat, aut fidem, &c. Idem 3. *de Orat.* Mihi omnia sunt intolerabilia ad dolorem. Intolerabilis suauitas, idem *ad Quint. fratr. lib.* 1. Intolerabile frigus, idem *pro Roscio Amerino.* Plaut. *Aulul. sc.* 5. *a.* 3. Sumptus intolerabiles in magnis dotibus.

Intolerabiliter, aduerbium, Supra modum, ita vt ferri non possit. {ἀφορήτως, ἀνυπομονήτως. Gall. *Intolerablement.* Ital. *Intolerabilmente.* Germ. Vntrâglich vnleidenlich. Hisp. *No padiendolo sufrir.* Angl. *Intollerablie.*} Col. *lib.* 1. *cap.* 4. Sunt quæ iam loca quæ solstitiis minus coalescunt, sed frigoribus hyemis intolerabiliter horrent.

Intolerandus, a, um, adiectiuum, Intolerabilis. {ἀνεκτέος, φορτικός. Gall. *Qu'on ne pourroit souffrir ne porter.* Ital. *Da non essere tolerato.* Germ. Das nit zu leiden oder zu ertragen ist. Hisp. *Cosa de no sufrir.* Angl. *Intolerable.*} Intolerandus sæpe, apud Gell. *cap.* 7. *lib.* 13. & *c.* 7. *lib.* 17. Idem *cap.* 8. *lib.* 17. Olla oleo indiget, & (vt video) intolerandum fertur: cohibeamus manus, &c. Cic. 7. *Verr.* O magnum atque intolerandum dolorem! Intoleranda hyems. Liuius 5. *ab Vrbe,* Intoleranda libido. Idem *lib.* 7. *bell. Punic.* Immanis atque intoleranda barbaries. Cic. *pro Font.*

Intolerans, tis, adiectiuum, Impatiens, impotens, qui tolerare non potest. {ἀδύνατος. Gall. *Impatient.* Ital. *Impatiente.* Germ. Vnträglich/ vnleidig. Hisp. *Mal sufrido, no sufrido.* Angl. *Unpatient.*} Liu. 9. *ab Vrbe,* Et loquimur de Alexandro nondum merso secundis rebus, quarum nemo intolerantior fuit. Intolerantissima laboris corpora, hoc est, impatientissima. Idem 10. *ab Vrbe,* & *lib.* 7. *bell. Punic.* Intolerans omnium. Tacit. *lib.* 1.

Intoleranter, aduerb. Impotenter. {ἀφόρως, ἀδυνάτως. Gall. *Impatiemment.* Ital. *Impatientemente.* Germ. Vngedultiglich/ vnleidenlich. Hisp. *Mal sufridamente.* Angl. *Unpatientlie.*} Cic. 2. *Tusc.* Possumúsne nos contemnere dolorem, quum ipsum Herculem tam intoleranter dolere videamus?

Intolerantia, æ, Impotentia, impatientia. {ἀδυναμία. Gall. *Impatience.* Ital. *Intoleranza.* Germ. Vnleidsamme, vngedult. Hisp. *Mal sufrimiento.* Angl. *Impatience.*} Gell. *c.* 19. *lib.* 17. Intolerantia, vitium maximum. Sueton. *in Tib. c.* 51. Acerbitas & intolerantia morum. Cic. *pro Cluent.* Quis illum cum illa superbia, atque intolerantia ferre potuisset? Idem *pro lege Agrar.* Perspicite quanta potestas permittatur, non priuatorum insaniam, sed intolerantiam Regis esse dicetis.

[Intollo, ἐπαίρω, admodum attollo. Apul. *lib.* 8. Clamores absonos intollunt.

Intomata, um, iumentorum tubera. Onom. m.]

Intondeo, es, ere, Circumtondeo. {περικείρω. Gall. *Tondre tout entour.* Ital. *Tosar d'intorno.* Germ. Vmbscheren. Hisp. *Tresquilar en derredor.* Angl. *To shaue or shear about.*} Col. *lib.* 11. *c.* 23. Vt ante quàm translatum deponas, omnes radiculas amputes, & fibrarum summas partes intondeas.

Intonsus, a, um, Non tonsus. {ἄκουρος. Gall. *Qui n'est point tondu.* Ital. *Non tonduto, nõ tosato.* Germ. Vngeschoren. Hisp. *No tresquilado.* Angl. *Unshauen, not shorne.*} Plin. *lib.* 6. *c.* 28. Arabes mitrati degunt, aut intonso crine, barba abraditur, præterquam in superiore labro. Intonsa coma, Cic. 3. *Tusc.* Col. *lib.* 7. *cap.* 3. Igitur, vt dixi, mirraberis oues intonsas: variam & canam comam imputabais. Ouid. 4. *Fast.*

Bis caput intonsum fontana spargitur vnda.

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 3. *Trist.*

Ducor ad intonsi candida templa Dei.

Idem *Eleg.* 5. *lib.* 4.

Hoc apud intonsos nomen habebat auos.

Intonsi homines, & inculti. Liu. 1. *bell. Pun.*

Intono, as, are, Tono. {רעם *rahám.* ἐμβροντάω. Gall. *Tonner, rendre un son haut & clair.* Ital. *Tonare, far romore.* Germ. Daher tönen oder donnern. Hisp. *Tronar.* Angl. *To thunder, to make a great sound.*} Cic. *de diu.* Partibus intonuit cæli pater ipse sinistris. Ouid. 2. *Met.*

Intonat, & dextra libratum fulmen ab aure
Misit in aurigam.

Per translationem dicitur, & de quouis alio sono vehementiore. Plin. *lib.* 9. *c.* 40. Intonuit ingenti latratu canis. Hyems intonata fluctibus, Horat. *Epod.* 2. hoc est, tempestas sonora. ¶ Intonare, pro magnifice dicere, & cum quodam vocis impetu loqui. Liu. 3. *ab Vrbe.* Quum hæc intonuisset plenus iræ, multitudo ipsa se sua sponte dimouit. Ouid. *Eleg.* 4. *lib.* 1. *Trist.* At simul intonuit, fortuna fugiunt. Senec. *cap.* 11. *de consol. ad Polyb.* Lege quo spiritu ingentibus intonuerit rebus.

Intorqueo, es, Cum impetu iaculor, iniicio, vibrando emitto. {ירה *iarah* שלך *schaláck* זרק *zarak.* ἐνστρέφω, ἀκοντίζω. Gall. *Tordre, entortiller, lancer.* Ital. *Tirare, trarre con impeto.* Germ. Gegen etwas einhin werffen oder schiessen. Hisp. *Torcer ò tirar tiro.* Angl. *To wrest or writh, to throw or hurle in.*} Virg. 2. *Æneid.*

———*sacrum qui cuspide robur*
Læserit, & tergo sceleratam intorserit hastam.

Cic. *de Arusp. resp.* Si quod in me telum intorsetit, statim me esse arreptorum arma iudiciorum atque legum. ¶ Intorquere talum, de luxatione tali. ¶ Item Circumtorqueo, περιστρέφω. Col. *lib.* 3. *cap.* 23. Quum iam matura mala fuerint, antequam rumpantur, petiolos quibus pendent, intorqueto, eo modo fructum etiam anno toto. Cic. *de Orat.* Vt cum Tettio Pinario mentum in dicendo intorquenti, tum vt diceret si quid vellet, si nucem fregisset.

[Intortitium, funale. Gauant.]

Intortus, a, um, participium, Obuolutus, conuolutus, perplexus. {מסובך *mesubach.* συνεστραμμένος. Gall. *Tortu, tiré, lancé.* Ital. *Tirato, tratto con impeto, torto.* Germ. Gewunden/ gedrehet. Hisp. *Torcido ò tirado.* Angl. *Winded, crooked, curled.*} vt, Intortum circa læuum brachium paludamentum, Liu. *lib.* 5. *bell. Pun.*

Intra, Præpositio, ab in, deducta: sicut extra ab ex, significátque spatium temporis, aut loci. {בתוך *betoch.* ἐντός. Gall. *Dedans.* Ital. *Entro, intra, tra.* Germ. Innerhalb. Hisp. *Dentro.* Angl. *Within.*} Plaut. *in Curc. sc.* 1. *a.* 3. Dimidiam partem nationum vsque omnium Subegit solus intra viginti dies. Lucan. *lib.* 5.

Intra castrorum timuit tentoria ductor.

Ouid. *Eleg.* 4. *lib.* 3. *Trist.*

—*Intra mea pectora quemque Alloquar.* (id est, mecum tacitus.)

Ibid. *Eleg.* 5. *lib.* 4.

Quod licet & tutum est intra tua pectora gaude.

Plaut. *Menæch. sc.* 4. *a.* 1. Neque intra portam penetraui pedem. *Ibid. sc.* 1. *a.* 5. Si intra ædes vsi habitas penetraui pedem. *Ibidem sc.* 4. *a.* 1. Si ingressus intra limen. Intra cubiculum, intra oppidum, significat in cubiculo, in oppido. ¶ Aliquando significat citra. Cicer. *ad Sulpitium,* sed tamen quando effugi eius offensionem qui fortasse arbitraretur me hanc Rempublicam non putare, si perpetuò tacerem, modicè

hoc faciam, aut etiam intra modum, vt illius voluntati, & meis studiis seruiam. Intra modum (inquit) id est, citra modum, hoc est, minus quam modicè, vel minus quam par est, quod idem valet, quod moderatè, & commodè.)(Vltra modum. Intra modum. Gell. *cap.* 3. *lib.* 1. Sic dicimus, Intra diem, [illegible], [illegible]. Intra famam, [illegible]. Quintilianus. Quinti Hortensij scripta tamen intra famam sunt. Senec. *cap.* 19. *de vita beat.* Intra paucos dies. (id est, mox) Liuius *lib.* 9. Nuper intra decem annos. Item, Intra castra penetrarunt. *Ibidem.* ¶ Intra Calendas, quid sit, docet Gell. *cap.* 13. *lib.* 12. Vbi plura de voce Intra. ¶ Intra aquam manere, vt vulgò dicimus, *Se tenir au vin ou à l'eau*, aqua tantùm contentum esse, non etiam vino vti: aquæ vsum solùm retinere. Cels. *lib.* 3. *cap.* 14. ¶ Intra verba desipere, i. verba non excedere: verbis tenus nec vltrà progredi, manúque peccare. Vide *Verbum.* Similiter dixit *lib.* 6. *cap.* 67. Vitia oculorum intra ipsos nocent, i. ipsis oculis tantùm. ¶ Intra dolorem. Idem *lib.* 4. *cap.* 6. Interdum id malum intra dolorem est, i. nihil præter dolorem affert periculi. ¶ Intra hæc, i. interea, vel dum hæc fiunt. Idem *lib.* 4. *cap.* 2. Intra hæc etiam perfricare coxas, & poplites oportet. Intrà, sine casu aduerbium est, cui contrarium est Extrinsecus. Colum. *lib.* 12. *cap.* 43. Hæc vasa & opercula extrinsecus & intra diligenter picata esse debebunt. Valla, Hoc interesse docet inter intra & infra, vt hoc dignitatem & locum: illud, ad spatium & numerum refertur. Qua de re latiùs egimus non ita multo antè in dictione *Infra.*

Intĕrĭŭs, à quo Interior, & hoc interius, magis intrà, vel intrò. {פנימי *penimi*, [illegible]. Gall. *Qui est plus dedans & plus auant.* Ital. *Piu dentro, piu auanti.* Germ. Der inner / baß darinnen. Hisp. *Mas dentro.* Angl. *More inwarde.*} Ter. *in Eunuch.* In interiore parte, vt maneam solus cum sola. Cicero *in Salust.* Africam interiorem obtinens. Virg. 1. *Æneid.*

At domus interior regali splendida luxu
Instruitur.

Cic. 3. *de nat. deor.* Plures enim tradunt nobis ij qui interiores scrutantur, & reconditas literas, antiquissimum Ioue natum, &c. Plaut. *sc.* 3. *a.* 3. Salus interioris corporis amorísque imperator. ¶ Interiores Aulici. Suet. *in Calig. cap.* 19. Caussam operis ab interioribus Aulicis proditam. Idem *in Tib. cap.* 54. Interiore animi nota patefacta. Idem *in Aug. cap.* 61. Interior & familiaris vita. ¶ Naues interiores Liuio dicuntur, quæ propiores erant muro, quàm vt feriri possent. Liu. *lib.* 4. *bell. Pun.* Quæ propius quidem subibant naues, quò interiores ictibus tormentorum essent. ¶ Interior, i. breuior. Ouid.

Nunc stringam metas interiore rota.

Sumptum à curuli certamine. In circo dexter interiore flectebat gyro: læuus interiore. Sed ad dextram flexus minor maiórque habilitas.

Intrārĭŭs, a, um, Interraneum, intus abditum, intimum. {[illegible]. Gall. *De dedans.* Ital. *Di dentro.* Germ. Innerist. Hisp. *De dentro.* Angl. *That is within.*} Plaut. Charos mihi atque intrarios amicos.

Intrāctātŭs, a, um, vt Intractatus equus, hoc est, indomitus. {פרא *peré.* [illegible]. Gall. *Qui n'est point encor traittable, Indompté.* Ital. *Indomito, non maneggiato.* Germ. Vngehandlet / vngezämt. Hisp. *No tratado, no domado.* Angl. *Vnruled, not subdued.*} Cic. *de Amicit.* Atque in ipso equo, cuius modò mentionem feci, si nulla res impediat, nemo est, qui non eo, quo consueuit, libentiùs vtatur, quàm intractato & nouo.

Intrāctābĭlis, e, Indomabilis, qui tractari, domarive non potest. {[illegible]. Gall. *Intraittable, qu'on n'ose manier.* Ital. *Che non si può domare.* Germ. Vnbandsam / vngeschlacht. Hisp. *Cosa que no se puede tratar ni domar.* Angl. *That can not be handled or ruled.*} Plin. *lib.* 19. *cap.* 5. Virus illi intractabile est. Virg. 1. *Georg.*

——ferete ardea campis
Vsque sub extremum brumæ intractabilis imbrem.

Animus intractabilis. Senec. *Hippol.*

‖Intraho, [illegible]. Apul. *lib.* 11. Sol incuruatus intrahebat vesperam. Fest. Intrahere est contumeliam intorquere. Dictum sicut *intendere* crimen obiicere. ‖

Intrāmūrānus, Qui extramuranis opponitur. Lamprid. *in Heliogabalo.* Iusserat & canonem P. R. vnius anni meretricibus, lenonibus, exoletis intramuranis dari, extramuranis alia.

‖Intranatiuum, [illegible], quod non transit.

Intrarius, [illegible]. Omnis qui intra est. ‖

Intrĕmo, is, intremere, Tremo. {רגז *ragáz.* רעד *rahadh.* [illegible]. Gall. *Trembler.* Ital. *Tremare.* Germ. Erzittern. Hisp. *Temblar.* Angl. *To tremble, or feare greatlie.*} Plin. *lib.* 2. *cap.* 8. Intremunt verò & in nauibus posita æquè quàm in ædificiis. Virgil. 3. *Æneid.*

Clamorem immensum tollit quo pontus & omnes
Intremuere vndæ, penitúsque exterrita tellus
Italiæ.

Intrĕmisco, is, Intremo. Plin. *lib.* 8 *cap.* 4. de elephanto, Idem vestigio hominis animaduerso prius quàm homine, intremiscere insidiarum metu traditur. Idem *lib.* 2. *cap.* 79. Neque enim vnquam intremiscunt terræ, nisi sopito mari. Manus stabilis, nec vnquam intremiscens. Cels. *lib.* 7. *initio.*

Intrĕpĭdŭs, a, um, qui nihil timet, impauidus, imperterritus. {[illegible]. Gall. *Qui ne craint rien, asseuré, hardy.* Ital. *Intrepido, che non ha paura.* Germ. Vnerschrocken / dem nichts grauset. Hisp. *No temeroso.* Angl. *That feareth nothing.*} Ouid. 11. *Met.*

Illa facit tectam [illegible] [illegible].
[illegible]

Hyems intrepida, apud Tacit. *in vita Agric.*

Intrĕpĭdē, aduerbium, sine pauore, audacter. {[illegible]. Gall. *Sans crainte, hardiment.* Ital. *Senza timore, arditamente.* Germ. Vnerschrockenlich. Hisp. *No temerosamente.* Angl. *Boldly, without feare or dread.*} Liu. 6. *bell. Pun.* [illegible] intrepidè Xenophanes legationis Princeps à Philippo Rege se missum ait.

Intrĭbūtĭo, Contributio. Vlpian. *D. lib.* 49. *tit.* 18. *l.* 4. Nam nec ab intributionibus quæ possessionibus fiunt, veteranos excusatos esse palàm est.

Intrīco, as, pro Implico. {סבך *sabách* חבק *chabák.* [illegible]. Gall. *Empestrer.* Ital. *Intricare, inuiluppare.* Germ. Verwirren / verwicklen. Hisp. *Enrebar, embolner.* Angl. *To wrap.*} Plaut. *in Persa*, atque ita intricatum induit potens Dorpalum. Eius contrarium est Extrico. Vtrunque dictum creditur à tricis, quæ sunt festucæ, vel capilli, vel simile quippiam, quibus auium pedes implicantur. Plaut. Quod argumentum tu mihi, quas mihi tricas narras? ¶ Intricare peculium dicitur seruus, qui in ære alieno est, & quasdam res pignori dedit. Vlpian. *l.* 1. *de ser. corr.* Is quoque deteriorem facit, qui persuadet, vt peculium intricaret. Hotomannus.

‖Intrigo, cùm quid alteri intexitur. Turn. ‖

Intrīnsĕcus, quasi interna secus. {מלפנים *milliphnim.* [illegible]. Gall. *Par dedans.* Ital. *Di dentro, intrinsecamente.* Germ. Innwendig. Hisp. *De dentro.* Angl. *VVith in, on the inward part.*} & Extrinsecus, [illegible], aduerbia sunt composita ab intra, & extra, & secus, quum significat iuxta. Colum. *lib.* 12. *cap.* 43. Lata vasa in modum patinarum fieri iubeat: eáque intrinsecus & extrinsecus, & intra diligenter picata esse debebunt. Sic Plin. *lib.* 11. *cap.* 37. Intrinsecus replicata recmota. Sueton. *in August. cap.* 65.

‖Intripola, siue interpola, vestis, dum fit vetus, ad nouam speciem reaptatur. Gloss. Isid. ‖

Intrō, aduerb. motus ad locum, In domum. {הביתה *bajtáh.* [illegible]. Gall. *Dedans.* Ital. *Entro, dentro.* Germ. Da innen. Hisp. *Dentro à lugar.* Angl. *VVithin.*} quemadmodum intus, domi vel è domo. Plaut. *Mil. sc.* 4. *a.* 2. Ab intrò, & comprecare. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 1. Ibo intrò atque intus subducam ratiunculam. Idem *Men. sc.* 3 *a.* 1. Ibo intrò *& sc.* 2. *a.* 4. Sequere intrò. *Ibidem sc.* 4. *a.* 2. Qui nunquam huc in hanc vrbem intrò retulit pedem. *&* *Mostell. sc.* 1. *a.* 2. Cùm in hasce ædes nemo intrò retulit pedem. Idem *Men. sc.* 3. *a.* 4. Huc intrò pedem non feres. *Ibid. sc.* 2. *a.* 4. Non hodie huc intrò retuli pedem. Idem *Most. sc.* 3. *a.* 1. Abi tu intrò, atque hæc aufer. Idem *Mil. sc.* 5. *a.* 2. Do fidem me istuc intrò iturum, &c. ¶ Componitur autem cum verbis incipientibus à d, vt introduco: à g, vt ingredior: m, vt intromitto: r, vt introrumpo: s, vt introspicio: u, vt introduco. Plaut. *Aul.* Ibo intrò, vt herus hæc, qui imperauit, facta, quum veniet, sient. ¶ Intrò ad nos, id est, domum nostram. Idem *Trucul.*—non ego non intrò ad vos Mittar? Terent. *Eunuch.* Modò senex intrò ad nos venit errans.

Intro, as, Ingredior, introeo. {בא *ba.* [illegible]. Gall. *Entrer, aller dedans.* Ital. *Entrare, andar dentro.* Germ. Eingehen. Hisp. *Entrar dentro, andar dentro.* Angl. *To go in, to enter in.*} Virg. 5. *Æneid.*

Adsumus, & portus delati intramus amicos.

Ouid. 15. *Metam.*

Iámque caput rerum Romanam intrauerat vrbem.

Idem *Eleg.* 9. *lib.* 1. *Trist.*

Quásque petis (nauis, sup.) *Getici litoris intret aquas.*

Plaut. *Men. sc.* 1. *a.* 2. Peristi, si intrassis intra limen. Ouid. 13. *Met.*

——Non tantùm mœnia Troia,
Verùm etiam summas arces intrare.

Idem *lib.* 5. *Fast.*

Protinus intrauit mentes suspectus honorum.

Senec. *cap.* 16. *de consol. ad Helu.* Si bona fide intrabunt animum (literæ) nunquam intrabit dolor. Quintilian. Si iudicem intrarit oratio. Venabula intrant vrsos, hoc est, transfigunt. Mart. *lib.* 14. ¶ Et per translationem, intrare in familiaritatem alicuius, id est, sese insinuare. Cic. *ad Qu. fratr.* In prouincia verò ipsa, si quem es nactus, qui in tuam familiaritatem penitus intrarit, qui nobis ante ignotus sit, huic quantum credendum sit vide.

Intrātŭs, particip. præteriti temporis rarum. [illegible]. Liu. Ibi rursus syluæ intratæ, id est, in syluas intratum est. Ouid. 15. *Metam.* Visáque & intrata est (Troia, sup.)

Intrŏclūdo, Est in anterioribus claudo. {סגר *saghár* עצר *hatsár* [illegible]. Gall. *Enfermer, enserrer.* Ital. *Rinchiudere.* Germ. Darinnen beschliessen. Hisp. *Encerrar a dentro.* Angl. *To shutte with in.*} Seneca, Qui domi introclusus otiabatur.

Introdo, are. {הביא *hebi.* [illegible]. Gall. *Se ietter dedans quelque lieu, donner dedans.* Ital. *Gittarsi dentro à qualche luogo.* Germ. Hinein adher dargeben. Hisp. *Hecharse dentro algun lugar.* Angl. *To enter or thrust in.*} Cic. *pro Cæcin.* Atque etiam se ipse inferebat, & introdabat, hoc est, vltro se offerebat gerendis negotiis. Budæus.

Intrŏdūco, is, Significat intra aliquem locum duco. {הביא *hebi* [illegible]. Gall. *Introduire, mettre en auant.* Ital. *Introdurre, menar dentro.* Germ. Hinein füren. Hisp. *Guiando llenar à dentro.* Angl. *To bring or lead in.*} Salust. *in Catil.* Vulturtium cum legatis introducit. Cæsar 2. *bell. Gall.* Id fieri posse, si suas copias Hedui in fines Bellouacorum introduxerint. Idem, Introducere exercitum in fines hostium. Idem Cæs. *sub finem lib.* 1. *de bell. ciu.* Introduxerunt suas ad Cæsarem controuersias. Plaut. *Aul. sc.* 3. *a.* 5. Etiam huc introduce si vis vel gregem venalium. (pro introduc.) Introducere, pro inducere. Cicer. 11. *Philip.* Quam ambitionem constantissimus & grauissimus ciuis L. Cæsar in Senatum introduxit. ¶ Per translationem est instruo, doceo. {חנך *chanach.*}

Intrŏductio. {חנוך *chinnúch.* Eruditionis principium, quam Græci [illegible], siue [illegible] vocant. Gall. *Introduction, conduitte.* Ital. *Introduttione.* Germ. Ein einleitung. Hisp. *Aquella obra de meter a dentro, guia.* Angl. *A leading or bringing in.*} ¶ Item ipse introducendi actus. Cic. *ad Attic. lib.* 1. Iam verò, o dij boni rem perditam! etiam noctes certarum mulierum atque adolescentulorum nobilium introductiones nonnullis iudicibus pro mercedis cumulo fuerunt.

Intrŏeo, is, iui, itum, Ingredior. {בא *ba.* [illegible]. Gall. *Entrer.* Ital. *Entrare.* Germ. Hinein gehen. Hisp. *Entrar à dentro.*} Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 4. Domum nunquam introibis, &c. Idem [illegible]. Quin intro ire in ædes nunquam licitum est. Introire Oceanum triremibus, Suet. *in Calig. cap.* 47. Ter. *in Andr.* Vt hinc te intro ire iussi, opportunè hic fit mihi obuiam. ¶ Introire ad aliquem, id est, domum alicuius.

Idem *in Hecyra.* Audisti ex aliquo fortasse, qui vidisse eum diceret exeuntem, aut introeuntem ad amicum. Introire in vitam, id est, nasci. Cic. *de Amic.* Quamobrem cum illo quidem, vt suprà dixi, actum optimè est, mecum autem incommodiùs: quem fuerat æquiùs, vt priùs introieram, sic prius exire de vita. Plaut. *Men. sc. 7. a. 5.* Ibo intro ad hanc meretricem.

Introitūr, impersonale. Varr. *lib. 2. cap. 63.* Quò cum periculo introitur recenti apertione.

Introĭtŭs, us, Ingressus, {מבוא *mabo.* εἴσοδος, ἔσοδος. GALL. *Entrée.* ITAL. *Intrata.* GERM. Ein eingang. HISP. *Entrada.* ANGL. *A going in, an entrance.*} Cæs. *1. bell. ciu.* Tamen veritus, ne militum introitu, & nocturni temporis licentia oppidum diriperetur, &c. Senec. *cap. 18. de consol. ad Polyb.* Ne inueniat introitum dolor. Idem *cap. 18. de consol. ad Mart.* Introitum vitæ referre.

INTRŌFĔRO, {εἰσκομίζω, ἔνδον φέρω. GALL. *Porter dedans.* ITAL. *Portar dentro.* GERM. Hinein tragen. HISP. *Traer è lleuar dentro.* ANGL. *To beare or carye in.*} Notæ significationis: quod quidam diuisum malunt legere, Intrò ferre. Cic. *7. Verr.* Tantum dabis, vt cibum tibi introferre liceat. Ita per tmesim dixit Plaut. *Men. sc. 4. a. 2.* Intrò nunquam in hanc vrbem retulit pedem: passiuum est Transferor. Sueton. *in Tib. cap. 50.* Lectica quondam introlatus (in curiam, siue Senatum) æger, comites à se remouit.

INTRŌ REDĬŎR, eris, Introeo. {בא *ba.* εἰσέρχομαι. GALL. *Entrer.* ITAL. *Entrare.* GERM. Hinein gehen. HISP. *Entrar adentro.* ANGL. *To entre in.*} Virg. *1. Æneid.*

Postquam introgressi, & coram data copia fandi.

INTRŌMITTO, is, In domum admitto. {הביא *hebi.* εἰσάγω, εἰσκομίζω, [illegible]. GALL. *Mettre dedans.* ITAL. *Riceuer dentro.* GERM. Einlassen. HISP. *Meter ò recebir dentro.* ANGL. *To lett in, to suffer, to enter.*} Terent. *in Eunuch.* —vereor ne illud grauius Phædria Tulerit, néve aliorsum atque ego feci, acceperit, Quòd heri intromissus non est. Plaut. *Men. sc. 5. a. 5.* Saltem credo intromittat domum. *Ibidem*, Huc nemo (me) intromittit. Idem *Asin. sc. 1. a. 4.* Alienum hominem intromittat neminem. Dicimus autem intromitto in ædibus, & in ædes. Idem *Aul. sc. 2. a. 1.* Caue quemquam alienum in ædes intromiseris. *Ibid. sc. 5. a. 3.* Intromisisti in ædibus quingentos coquos. (aliàs in ædes.) Idem *in Aul.* Profectò in ædibus meis, me absente neminem volo intromitti. Frequentius tamen per accusatiuum intromittere in ædes, eò quòd tacitus quidam motus per hoc verbum significetur.

Intrōrsus, aduerbium, vel introrsum, Intrò versus, hoc est, versùs interiora loci. {הביתה *habáytah.* εἰς τὸ ἔσω. GALL. *En dedans, vers le dedans.* ITAL. *Verso dentro.* GERM. Hineinwertz. HISP. *Hazia à dentro.* ANGL. *With in, on the inwarde part.*} Cæsar *lib. 2. bell. Gall.* Ab eo flumine pari acclinitate collis nascebatur aduersus, huic contrarius, passibus circiter ducentis inferiùs apertus, à superiori parte syluestris, non facilè introrsus inspici posset. Senec. *cap. 10. de tranquill.* Extrinsecus diuersa facie, introrsus vana. Ouid. *4. Fast.*

——Lacrymas introrsus obortas Deuorat.

Senec. *de consol. ad Polyb.* Abde introrsus dolorem.

Introrumpo, is, Irruo, cum impetu introeo. {εἰσθλάω. GALL. *Entrer de force & violence.* ITAL. *Entrar con furia.* GERM. Mit gewalt hinein brechen. HISP. *Entrar con violencia y arrebatamiento.* ANGL. *To enter in with force an violence.*} Plaut. *Amph.* Introrumpam in ædes. Item *Mil. sc. 5. a. 2.* Introrumpam rectà in ædes, & obtruncabo. Gell. *lib. 5. cap. 22.* Cerua emissa in cubiculum Sertorij introrupit.

Introspicio, is, introrsus aspicio, diligentissimè video, accuratè considero & perpendo. {εἰσορῶ. GALL. *Regarder dedans, considerer diligemment.* ITAL. *Guardare dentro.* GERM. Hinein schawen oder lugen. HISP. *Mirar a dentro.* ANGL. *To looke in, to consider diligently.*} Cic. *2. de diuin.* Negant enim id esse maiestatis deorum, scilicet causas omnium introspicere, vt videant quid cuique conducat.

Introuŏco, In domum voco, introduco. {הביא *hebi.* εἰσκαλέω. GALL. *Faire entrer.* ITAL. *Chiamare dentro.* GERM. Hinein beruffen. HISP. *Llamar a dentro.* ANGL. *To call or cause to enter in.*} Liu. *10. ab Vrbe*, Fabius nihil peccatus populum, quàm vt priusquam introuocaretur ad suffragium tribus, Appij Claudij Prætoris allatas ex Hetruria literas audirent.

Intrūdo, is, ere, Intrò trudo, & importunè me ingero. {εἰσωθέω. GALL. *Pousser dedans.* ITAL. *Cacciar dentro.* GERM. Hinein truckenzeintringen. HISP. *Empuxar a dentro.* ANGL. *To thrust in.*} Cicer *pro Cecin.* Atque etiam se ipse inferebat, & intrudebat, & in eam opinionem Cæsennam adducebat, vt mulier imperita nihil putaret agi callidè posse, vbi non esset Ebutius.

INTŸBUS, masculini, vel intubum neutrius: vel etiam (vt alijs placet) intybus, vel intybum per y, Genus est herbæ varias sub se continens species. {σέρις. GALL. *Endiue, scariotte, cicorée blanche.* ITAL. *Radicchio, indiuia.* GERM. Ein kraut Sönewürtz genant. HISP. *Endibia ò chicoria.* ANGL. *Endyue and succory.*} Est enim satiuum quoddam aliud syluestre. Satiuum rursus in duas diuiditur species: quarum altera folio latiore & lactucæ similior est, altera sabamara, & folio angustiore. Vtrunque genus Officina *scariolam*, vulgus *Cicoream hortensem* vocat. Agreste quoque intubum duas sub se continet species: quarum altera Romano ambubeia. Ægyptiorum verò vocabulo cichorium nominatur. Altera à Græcis hedypnois, ab herbariorum vulgò *Dens leonis* appellatur, propterea quòd folia habeat vtrinque denticulata. Plin. *lib. 20. cap. 8.* Intubi quoque non extra remedia: succus eorum cum rosaceo, & aceto capitis dolores lenit. Virg. *lib. 1. Georg.*

—— Et amaris intuba fibris.

Intŭbāceus, a, um, quod est ex intubo. {ὁ τῆς σέριδος, σεριώδης, σέρινος. GALL. *D'endiue, de succrée.* ITAL. *Cosa de endiuia.* HISP. *Cosa de endibia, de chicoria.* ANGL. *Of endyue or succury.*} vt, Intubacea folia, apud Plin. *lib. 20. cap. 12.*

INTŬĔŎR, eris, intuitus, Video, cominus inspicio, aspicio, oculos in aliquem coniecto. {הביט *hibbit.* ἐνορῶ, [illegible]. GALL. *Regarder, considerer, prendre garde.* ITAL. *Guardare.* GERM. Ansehawen/ansehen. HISP. *Mirar ò acatar.* ANGL. *To behold, to regard stedfastlie.*} Plaut. *in Capt.* Viden' hunc quàm inimico vultu intuetur? Idem *Truc.* Qui alterum incusat probri, ipsum se intueri oportet. Intueri animis, id est, animaduertere. Cic. *pro domo sua*, Date hanc Tribunis plebis licentiam, & intuemini paulisper animis inuentutem, &c. Intueri aliquid acri & intento animo, idem *1. de fin.* Intueri in aliquem. Idem *de vniuers.* & *de clar. Orat.* Differt autem intueri à video, aspicio, specto & cerno, quòd intuemur cura, videmus natura, aspicimus ex improuiso, spectamus voluntate, cernimus animo: quemadmodum hoc non minus doctè quàm eleganter traditur à Corn. Front. *in lib. de differ. vocab.* Quint. Intueri lacunaria, vitiosus gestus. ¶ Intueri ad finiendum bellum. Liu. *lib. 6. dec. 4.*

Intuĭtus, us, Ipse actus intuendi. {מבט *mabbát.* ἡ ἐνόρασις, [illegible]. GALL. *Regard, veuë.* ITAL. *Riguardamento.* GERM. Anschawung. HISP. *Mirada acatamiento.* ANGL. *A beholding stedfastly or a viewe.*} Quint. *lib. 10. cap. 1.* Totum opus non ad intuitum rei pugnam que præsentem, sed ad memoriam posteritatis, &c. Plin. *lib. 16. cap. 10.* Abies hilarior intuitu.

INTŬMĔO, es, ere; & intumesco, e, Inflo, in tumorem consurgo. {צבה *tsabah.* ἐξοιδέω, ἐξοιδαίνομαι. GALL. *S'enfler.* ITAL. *Gonfiarsi.* GERM. Auffblähen/geschwällen. HISP. *Hincharse.* ANGL. *To swell.*} Plin. *lib. 11. cap. 34.* Est animal eiusdem turpitudinis infixo semper sanguini capite viuens, atque ita intumescens. Idem *lib. 2. cap. 81.* Intumescens fluctus. Bilis intumuit sub pectore. Persius *Sat. 5.* Humus intumescit vipereis. Horat. *Epod. 16.* Intumescere pro irasci. Ouid. *2. Metam.*

Intumuit Iuno, postquam inter sydera pellex Fulsit.

In qua significatione inuenitur etiam datiuo coniunctum. Idem *4. de Ponto eleg. 14.*

Intumuit vati non tamen Ascra suo.

Intŭmŭlātus, adiectiuum, insepultus, inhumatus. {ὁ μὴ ὁ ἄταφος, [illegible]. GALL. *Qui n'a point esté enseuely ou inhumé.* ITAL. *Non sepolto.* GERM. Vnbegraben. HISP. *No sepelido ò enterrado.* ANGL. *Vnburied.*}

Intuŏr, eris, intuitus, vel intuitus sum, intui, Inspicere, video. {הביט *hibbith.* ἐνορῶ, [illegible]. GALL. *Regarder.* ITAL. *Guardare.* GERM. Anschawen/ansehen. HISP. *Mirar.* ANGL. *To behold.*} Plaut. *in Most.* Profectò nullam equidem illic cornicem intuor.

Intŭrbātus, Non turbatus, quietus, sedatus, non perturbatus. {ἀτάραχος. GALL. *Qui n'est point troublé.* ITAL. *Non turbato.* GERM. Vnbetrübt. HISP. *No perturbado.* ANGL. *Vntroubled.*} Plin. *in Paneg.* Et sedet inturbatus, interritus, & tanquam ita fieri soleret.

Intŭrbĭdus, adiect. Non turbidus. {ἀθόλωτος, ἀθόρυβος. GALL. *Tranquille, sans trouble.* ITAL. *Non torbido.* GERM. Nicht trüb/oder nicht vnrühwig. HISP. *No turbido.* ANGL. *Peasible without trouble.*} Tacit. *lib. 3.* Inturbidus externis rebus annus domi suspecta seueritate, &c.

Intus, ab ἐντός, ἔνδον. hinc intro, aduerbium loci, ab in deductum, idem significans quod genitiuus domi, aduerbij significatione positus: vel è domo. {בבית *babbáyith.* ἔνδον, ἔσω. GALL. *Dedans.* ITAL. *Dentro.* GERM. Da innen. HISP. *Dentro en lugar.* ANGL. *With in.*} Plaut. Quis intus est? Idem *in Mostell.* Quid ita pultas, vbi nemo intus est? Idem *Cistell.* Dic me orare vt aliquis intus prodeat. Idem *in Mostell.* Pulta dum fores, Atque euocato aliquem intus ad te Tranio. Idem *in Milite*, Sed vbi ille exierit intus, &c. *Ibid. sc. 6. a. 2.* Est hic, intus, in ædibus. *Ibid. sc. 2. a. 3.* Modò nescio quis inspectauit per nostrum impluuium intus apud nos eos osculantes. Idem *Amphitr.* Intus pateram proferto foras. Idem *Most.* Iube clauim efferri intus, id est, domo. Idem *Men. sc. 3. a. 1.* Euocate intus Cylindrum foras, id est, domus. Idem *Pseud. sc. 1. a. 1.* Neque intus nummus vllum est, (i. domi, vel potiùs in crumena.) Idem *Men. sc. 2. a. 2.* Intus para. (sup. cœnam.) id est, domi. ¶ Intus & extra. Cæs. *lib. 1. de bell. ciu.* Item, Intus & foris. Plaut. *Capt. sc. 2. a. 1.* Sinito ambulare si foris, si intus volent. Idem *Asin. sc. 1. a. 3.* Plolentum esne hæc quæ intus exit, (id est, domo, siue ex ædibus. ¶ Intus pro intrò. Cels. *lib. 5. cap. de fistulis.* Inspirandum vt ea medicamenta intus compellantur. Rursus, Intus infundendum, quicquid adaptum est.

Intusium, vide *Indusium.*

Intūtus, a, um, Non securus, incustoditus, indefensus. {ἀπροφύλακτος, ἀφύλακτος. GALL. *Qui n'est point seur, dangereux.* ITAL. *Mal sicuro, non sicuro.* GERM. Vnsicher/vnbewart. HISP. *No segura del peligro.* ANGL. *Dangerous not sure.*} Liu. *lib. 5.* Castra Gallorum intuta, neglectáque ab omni parte nacti inuadunt. Liu. *lib. 9.* Intuta vrbs. Tacit. *lib. 1.* Intuta amicitia.

Intybus, vide *Intubus.*

INVĀDO, is, Adorior, peto vehementiùs aliquem, irruo, capio, apprehendo, aggredior, impetum facio. {פגע *pagah?* בא *ba.* εἰσέρχομαι, ἐπιτίθεμαι, [illegible]. GALL. *Enuahir, assaillir, se ruer dessus.* ITAL. *Assalire, gemire adesso?* GERM. Anfallen/angreiffen. HISP. *Acometer con impetu.* ANGL. *To assayle, to innade.*} Varro *de vita pat.* Tanta porrò inuasit cupiditas bonorum plerisque. Salust. *de bell. Iugurth.* Tanta libido cum Mario eundi plerosque inuaserat. Virg. *lib. 2. Æneid.*

Inuadunt vrbem somno vinóque sepultam.

¶ Item ingredi, intrare vel occupare. Cic. *ad Lentul.* Non potui magis in arcem illius causæ inuadere. Et scitè verò hoc verbum transtulit & commodè, eam enim causæ partem quæ munitissima videbatur oppugnare aggressus, sperabat facilè ea refutata, se superiorem futurum. Virg. *lib. 6.*

Nunc inuade viam, vaginàque eripe ferrum.

Plaut. *Asin. sc. 2. a. 1.* Eum morbus inuasit grauis. Idem *ibid. sc. 2. a. 1.* In oculos inuadi optimum est.

Inuāsor, *in Epitome Sexti Aurelij Victoris in Aureliano*, Nam Romanam vrbem triennio ab inuasoribus receptauit.

INVĂLĒSCO, scis, Robur ac firmitatem acquiro. {חזק *chazák.* ἐπιρρώννυμαι, ἰσχυροποιοῦμαι? GALL. *Se rendre forte & vertu, s'enforcer.* ITAL. *Inualersi, corroborarsi.* GERM. Erstarcken/zu krafft kommen. HISP. *Conualecer, confirmarse.* ANGL. *To make strong, to be confirmed.*} Vnde Inualuisse consuetudinem, siue mores dicimus, quum significare volumus consuetudinem inueterasse, & iam longo vsu receptam esse. Plinius *in Epistol.* Nam postquam obiit ille, increbuit passim, & inualuit consuetudo, binas, vel singulas clepsydras, interdum, & dimidias, & dicendi & petendi. Quint. *lib. 1. cap. 1.* Tenuit consuetudo, quæ quotidie magis inualescit.

Inualitudo,

Inualētūdo, nis. Imbecillitas. {חלושה chaluschāh. ἀσθένεια. GALL. Debilité par maladie, faute de force. ITAL. Debolezza, infirmità. GERM. Schwachheit vnuermögenheit. HISP. Flaqueza y debilidad. ANGL. Weakenesse, sicknesse.} Cic. in Lælio, Quod autem his Nonis in collegio nostro non affuisses, inualetudinem respondeo causam, non mœstitiam fuisse. Idem ab Attic. lib. 7. Inualetudo tua me valde conturbat: significant enim tuæ literæ te prorsus laborare.

Inualēntĭă, æ, Inualetudo. {חלושה chaluschāh. ἀσθένεια.} Gell. lib. 20. cap. 1. Vitium aliquod imbecillitatis, atque inualentiæ demonstratur.

Inuălĭdŭs, a, um, Infirmus, debilis, ægrotus, parum firmis ac integris viribus, aduersa valetudine. {חלש chalúsch. ἀσθενής. GALL. Foible, imbecille, debile, malade. ITAL. Debole, poco gagliardo. GERM. Schwach, vnuermöglich. HISP. Flaco y no rezio. ANGL. Feeble, weake, sicke.} Plin. lib. 11. cap. 39. Inueniæ feminæ quædam defluuio capitis inualidæ. Inualidi milites. Liu. lib. 3. bell. Pun. Idem 6. ab Vrbe, Qui vbi videre Camillum, iam ad munera corporis senecta inualidum, vadentem in hostes, procurrunt pariter omnes. Corpus inualidum. Ouid. Epist. 20. Artus inualidi, idem epist. eadem. Manus inualidæ, Lucil. lib. 3. Robur inualidum, Ouid. 5. Trist. Idem Eleg. lib. 5. Trist. Corpus laborum impatiens inualidúmque.

[Inuasor. In Epitom. Sexti Aurel. Victoris in Aureliano, Nam Romanam vrbem triennio ab inuasoribus receptauit.]

Inuberes & macræ ostreæ. Gell. cap. 7. lib. 20.

INVĔHO, is, Intrò veho, naui, vel vehiculo importo. ⟩⟨ Euehο. {הביא hebi. ἐμφέρω, εἰσάγω. GALL. Porter dedans, apporter, amener. ITAL. Menare dentro. GERM. Hinein führen. HISP. Meter o traher adentro. ANGL. To bring or carie in.} Plin. lib. 6. cap. 19. Alij tellurem exercent, militiam alij capessunt, merces alij suas euehunt. Inuectus portum, Inuectus vrbem, pro in portum, & in vrbem. Idem lib. 4. cap. 22. Aquilonibus raptus præter Acarnaniam xv. die Hippatos portum eius inuectus. Liu. 4. ab Vrbe, Præpositio coss. castris, ipse triumphans inuectus vrbem, Dictatura se abdicauit. Oceano inuehere, pro in Oceanum vehere, Tacit. lib. 2. Legiones classi impositas per Amisiam Oceano inuexit. Inuehere se, pro ingredi. Liu. 6. ab Vrbe, Quacúmque Romana se inuexit acies, tantum hostes gradu demoti. Idem lib. 10. d. 4. Inuehebant se hostes, (id est, incitabant.) Idem lib. 4. d. 5. Inuehatur classis hostium. ¶ Aliquando inuehere, idem est quod in naui currúve vehere. Virg. 5. Æneid. Centauro inuehitur magna. Ouid. Eleg. 4. lib. 5. Trist.

Ipse quoque æthereas meritis inuectus in arces.

Inuĕhŏr, eris, deponens, Maledictis aggredior, & veluti quodam impetu sermonis in aliquem feror. {העיז hehiz דלק dalák. λοιδορέομαι. GALL. Outrager quelqu'vn de paroles, escrire contre luy. ITAL. Dir male, far impeto contra alguno con male parole. GERM. Mit beschelltung vnd worten anfallen. HISP. Ir con furia de palabras contra otro. ANGL. To go furiouslie, against some bodie, to raile or defame with wordes in anger.} Cic. epist. lib. 3. Itaque in eum palàm vehementer inuectus. Idem lib. 3. Tusc. Itaque & Æschines in Demosthenem inuehitur. Et 2. de nat. deor. In Stoicos inuehebatur.

Inuēctĭo, Ipse inuehendi actus. {εἰσκομιδή, ἀναγωγή, κατηγορία. GALL. Portage, parlement, outrage de paroles. ITAL. Il portar dentro, impeto di parole. GERM. Einführung. HISP. Obra de meter adentro, outrage de palabras. ANGL. A carying or bringing in, outrage of wordes.} Cic. 2. Offic. Iam verò & earum rerum quibus abundaremus, exportatio, & earum, quibus egeremus, inuectio certè nulla esset, nisi his muneribus homines fungerentur. ¶ Inuectio pro insectatione & impetu animi in aliquem. Cic. 2. de Inuent. Clementia per quam animi temerè in odium alicuius inuectio concitata comitate retinetur.

Inuēctŭs, us, ui, idem quod inuectio. Plinius lib. 4. cap. 1. Amnis Achelous Pindo fluens, atque Acarnaniam ab Ætolia dirimens, & Artemitam insulam assiduo terræ inuectu continenti annectens. ¶ Inuecta illata coniunctim à Iurisconsultis dicuntur, quæ ab inquilinis in ædes conductas importata sunt, quæ tacitè ædium domino pro habitatione obligantur. l. 1. D. de migr. l. 4. de pactis. l. 2. 3. 4. 7. in quib. caus. pign.

Inuēctĭtĭŭs, a, um, quod inuehitur. {מובא mubá. εἰσαγώγιμος. GALL. Qui est porté. ITAL. Chi è portato. GERM. Das hinein gefürt. HISP. Cosa traida. ANGL. That is caryed in.} Plin. lib. 10. cap. 29. Quum Theophrastus tradat inuectitias esse in Asia etiam columbas.

Inuēctĭuŭs, a, um, quo in aliquem inuehimur, hoc est, quo quis maledictis incessitur, ψεκτικός. Vnde inuectiuæ orationes dicuntur aduersùs aliquem scriptæ, quibus in illius mores, vel ingenium, aut vitam inuehimur.

[Inuenalis, non venalis. Gloss.]

Inuēndĭtŭs, adiectiuum, Non venditus, non abalienatus. {ὁ μὴ ἀπεμπολημένος, ὁ πραθείς. GALL. Qui n'est point vendu. ITAL. Non venduto. GERM. Vnuerkaufft. HISP. No vendido. ANGL. Vnsolled.} Scæuola in l. Seius. ff. de re iud. vendit. Quæsitum est quum neque fideiussor datur, neque omnis pecunia secundum legem suis diebus soluta sit: an prædia inuendita sint.

INVĔNĬO, is, Comperio, quasi in aliquid venio. {מצא matsá. εὑρίσκω, ἐφευρίσκω. GALL. Trouuer, inuenter. ITAL. Ritrouare. GERM. Finden oder erfinden. HISP. Hallar. ANGL. To finde.} Plaut. Mostell. sc. 3. a. 1. Vt fama est homini, exinde solet pecuniam inuenire. Idem Men. sc. 3. a. 4. Aliam postea inuenito, quam habeas frustratui. Idem Amph. Veni huc, inueni infortunium. Idem Pseud. sc. 1. a. 3. Amatorem inuenire nequeo. Idem Aulul. sc. 6. a. 4. Inuenies illam esse meam oportere. Idem Curc. sc. 4. a. 4. Vbi Curculionem inueniam? C. in Tritico reperies. Idem Men. sc. vlt. a. 5. Liber esto, si inuenis hunc mihi fratrem esse. Idem Aul. sc. 2. a. 4. Nos metuo ne quis inueniat aurum. ¶ Inuenire, comminisci, excogitare. Terent. in Eunuch. Cæterùm idem hoc tute melius quanto inuenies Thraso. Virg. 4. Æneid. Inueni germana viam. Plaut. Men. sc. 2. a. 2. Scelus factum antiquum & vetus. Antiquum id adeo. Nos nunc factum inuenimus. (Ambiguè, nempè vel restituimus, vel commenti sumus.) Idem Asin. sc. 2. a. 2. Facinus inueni. (Excogitaui.) Inuenire sibi cognomen. Sueton. in Tib. cap. 3. ¶ Inuenire, acquirere. Terent. in Eunuch. Vtinam tam aliquid inuenire facilè possis Phædria, Quàm hoc peribit. ¶ Inuenire, adipisci, & quidem in malam partem. Cicer. 3. Philipp. Qui propter hæsitantiam linguæ, stuporémque cordis cognomen ex contumelia inuenit. ¶ Differunt (secundùm aliquos) inuenio & reperio: quòd inuenire, sit rem quæsitam ostendere, reperire casu. Ouid. 2. Metam.

——Tu non inuenta reperta es.

Plaut. Cistell. Quod quæritabam filiam inueni meam. Idem Capt. sc. 1. a. 3. Miser est qui quærit, quod edit, & id ægrè inuenit. Idem Men. sc. 1. a. 2. Si acum quæreres, acum inuenisses iamdiu. ¶ Hæc tamen differentia non rarò confunditur. Idem Aul. sc. 2. a. 4. Perscrutabor fanum, si inueniam vspiam aurum, dum hic est occupatus, Sed si repetero, ô fides, &c. Hic τὸ inueniam & repetero indifferenter pro eodem ponuntur. ¶ Inuentus est. Ouid. 13. Metam.

Qua hæc arma petitur est inuentus Achilles Arma gero.

Senec. cap. 1. de consol. ad Helu. Inuentus est, qui eum inspueret. Plaut. Asin. sc. 2. a. 2. Audacia nobis opus inuenta & dolis. Idem Pseud. sc. 1. a. 1. Argento inuento visus est. Idem ibidem sc. 2. a. 2. Tu inuentus verò qui meam falleres fidem. Idem Men. sc. vlt. a. 5. Quem (fratrem) esse inuentum gaudeo.

Inuenibo, pro inueniam. Pompon. Buccone adoptato: Sæpe annuis, inuenibis sæpe.

Inuenitur, Impersonale. Plin. lib. 10. cap. 21. ad finem, Inuenitur in annalibus, in Ariminensi agro M. Lepido, Q. Catulo coss. in villa Galerij locutum gallinaceum.

Inuēntĭo, & Inuentum. {εὕρεσις, ἐφεύρεσις. GALL. Inuention. ITAL. Inuentione. GERM. Erfindung. HISP. Inuencion. ANGL. Inuention, a finding.} Plin. lib. 5. cap. 12. Ipsa gens Phœnicum in gloria magna literarum inuentionis, & syderum. Idem lib. 13. cap. 1. Vinum ieiunos bibere nouitio inuento vtilissimum est.

Inuēntŭs, ui, Inuentum. Plin. lib. 17. cap. 10. Ex eodem inuentu esse surculos abscissos serere.

Inuēntĭūncŭlă, diminutiuum. {τὸ εὑρημάτιον. GALL. Petite inuention. ITAL. Picciola inuentione. GERM. Ein schlechte oder kleinfüge erfindung. HISP. Pequeña inuencion. ANGL. A small inuention.} Quintil. lib. 8. Ad hoc plerique minimis etiam inuentiunculis gaudent.

Inuēntŏr, is, qui quippiam primus inuenit. {אב ab. εὑρετής, εὑρέτωρ. GALL. Inuenteur. ITAL. Inuentore, trouatore. GERM. Ein erfinder. HISP. Hallador. ANGL. An inuenter, or finder.} vt, Inuentor olei Deus, Cic. 6. Verr. Scelerúmque inuentor Vlysses, Virg. lib. 1. Æneid.

Inuēntrīx, icis, fœm. gen. {ἡ εὑρέτις. GALL. Trouueresse, inuenteresse. ITAL. Inuentrice. GERM. Ein erfinderin. HISP. Halladera. ANGL. She that findeth or inuenteth.} Plin. lib. 35. cap. 11. Amauit in iuuenta Glyceram municipem suam, inuentricem coronarum. Cic. 2. de nat. deor. Princeps & inuentrix belli Minerua.

Inuēntārĭūm, ij, Repertorium. {מדרש midrásch. τὸ ἀπογραφή, ἀπογραφή, ἀναγραφή. GALL. Inuentaire. ITAL. Inuentario. GERM. Ein register buch. HISP. El inuentario de los bienes. ANGL. Inuentorie, or register.} Vlpian. in l. tutor qui repertorium. ff. de admin. tut. Tutor qui repertorium non fecit, quod vulgò inuentarium appellatur, dolo fecisse videtur.

[Inuentarius, facilis ad inueniendum. Pap.]

Inuēntĭbĭlĕ, & in plurali inuentibilia. ἀνεξεύρετα. apud Tertull. in libello contra Hermogenem, pro incompertibilia, nempe quæ inueniri nequeant, & cognosci quamlibet; anoitamur, quemadmodum & inuestigabile apud eundem legitur, quod inuestigari non potest.

[Inuenustus, Mentitus, inuenustus, mentitus est. Fes.]

INVĔNŬSTŬS, a, um, Illepidus, & sine venere, (vt inquit Donatus) id est, sine gratia, quem omnes respuunt & repudiant. {ἄμουσος. GALL. Mal plaisant, mal gratieux, maussade. ITAL. Senza gratia, poco gratioso. GERM. Vnholdselig, vnlieblich, häßlich. HISP. Cosa no hermosa ni graciosa. ANGL. Vnpleasant, without grace.} Terent. in Andr. Adeóne esse hominem inuenustum, aut infelicem quenquam, vt ego sum? Cic. de clar. Orat. Censorinus Græcis literis satis doctus, quod proposuerat explicans expedite, non inuenustus actor, sed iners & inimicus fori.

Inuēnūstē, aduerb. Ineptè, ineleganter, impolitè. {ἀχαρίτως, ἀμούσως, ἀπρεπῶς. GALL. Sans grace ne beauté. ITAL. Senza gratia. GERM. Vnholdselichlich, vnlieblich. HISP. Feamente, y desgraciadamente. ANGL. Without grace or fairenesse.} Gell. lib. 17. cap. 12. Inibi in eisdem laudibus non hercle sententiolis inuenustè lusit.

INVĔRĔCŬNDĬA, æ, Seneca controuersiarum lib. 3. in vit.

Inuĕrēcūndŭs, a, um, Impudens, totius verecundiæ expers. {עז פנים haz panim. ἀναιδής, ἀναίσχυντος, ἀσυμπαθής. GALL. Deshonté, qui a perdu toute honte. ITAL. Senza vergogna. GERM. Vnschamhafftig, vnuerschampt. HISP. Desuergonçado. ANGL. Impudent, shameles.} Suet. de clar. Gramm. Ac tanto amore erga patroni memoriam extitit, vt Salustium historicum, quod eum oris improbi, animo inuerecundo scripsisset, &c. Plaut. Rud. —leno apa, impudens, impurus, inuerecundus. Cic. 1. de Inuent. Sin inuerecundum animi ingenium possidet, tamen eum accusemon enim probus est.

Inuĕrēcūndē, Sine verecundia. ἀναιδῶς. D. lib. 20. tit. vlt. l. 8. Marcianus, Si voluntate creditoris fundus alienatus est, inuerecundè applicari sibi eum creditor desiderat.

Inuērgo, is, inuersi, inuersum, secundùm Diomedem, inuergere, illabi, infundere. {נטה natá נזל nazál הזיל hizzil. ἐγχέω, ἐπιλείβω. GALL. Incliner, espandre dessus. ITAL. Inclinare, riuersciare. GERM. Hineinschütten, einflissen. HISP. Enclinar, trastornar vna cosa en otra. ANGL. To slip or slyd in, inclyne.} Plaut. in Curc. Ipsum expeto te tangere inuergere in me liquores tuos Sino ductim.

In versum, In ordinem, εἰς στίχον, εἰς ὄρχον. Virg. 4. Georg.

Ille etiam seras in versum distulit vlmos.

INVĔRTO, is, in contrarium verto, conuerto, anteriora postpono. {הפך haphách. ἀναστρέφω, ἀνατρέπω. GALL. Renuerser, tourner à l'enuers ou au rebours. ITAL. Riuoltare, riuersciare. GERM. Vmbkehren. HISP. Boluer lo de dentro à fuera. ANGL. To turne vp side downe, to turne the in side out.} vt pro Lauo, Vola. Terent. in Heautont. Ego autem te noui quam esse soleas impotem, Inuersa verba, euersas ceruices tuas. Plinius lib. 31. cap. 2. Infixam hamo inuertere te, quoniam sit dorso cultello. Virgil. 3. Georg.

Et campum horrentem fratris inuertere glebis.

¶ Inuertere negotium aliquod, est perturbare. Cic. *ad Qu. fratr.* Quid quæris? probè premitur, nisi noster Pompeius diis hominibúsque inuitis negotium inuertit. ¶ Inuertere cadum, i. exhaurire. Nam cadi exhausti inuertuntur. Horat. 2. *Serm. sat.* 8. Inuertunt Aliphanis vinaria tota Vibidius, Balatroque.

Inuersus, participium, vt manus inuersa. Ceruix inuersa, Inuersa consuetudo. {נהפך hapuch. ἀντεστραμμένος. GALL. *Changé, renuersé.* ITAL. *Riuersció, mutato.* GERM. Umbkert. HISP. *Buelto.* ANGL. *Turned up side downe, or the inside turned out.*} Quint. *lib.* 3. *cap.* 11. Nónne nos hæc inuersa consuetudo decepit? ¶ Inuersus annus, brumalis. Turn.

Inuersio. {תהפוכה tahaphuchah. ἀναστροφή. GALL. *Renuersement.* ITAL. *Riuersamento.* GERM. Umbkehrung. HISP. *Rebolnimiento.* ANGL. *A turning contrari wise.*} vt, Inuersio verborum, apud Cic. *de Orat.* pro transpositione.

Inuesperascere, Vesperum fieri. {בהעריב beherib. ἑσπερίζειν. GALL. *Se faire tard, se faire nuict.* ITAL. *Farsi sera.* GERM. Anfahen abends oder spat werden. HISP. *Hazerse tarde, anochecer.* ANGL. *To waxe euening.*} Liu. 9. *bell. Maced.* Iam inuesperascebat.

INVESTIGO, as, Exquiro, inquiro. {חפש chaphas חקר chakar. ἐξιχνιάζω. GALL. *Chercher à la trace, suiure au trac, trouuer.* ITAL. *Inuestigare, trouare la traccia.* GERM. Mit fleissiger nachsuchung erfinden, erspüren. HISP. *Buscar por el rastro.* ANGL. *To finde by trace, to search dilligentlie.*} Tractum à venatoribus, qui per vestigia feras quærendo inueniunt. Terent. *in Heaut.* Nihil tam difficile est, quin quærendo inuestigari possit. Cic. *pro Ligar.* Sed quoniam diligentia inimici inuestigatum quod latebat, confitendum est, vt opinor. Plaut. *Mil. sc.* 2. *a.* 2. Hominem inuestigabo. Mox, persequi vestigiis. Accipitur etiam inuestigare pro quærere & indagare. ἀνιχνεύειν. Cic. 6. *Verr.* Qui inuestigabant, & perscrutabantur omnia.

Inuestigator, Inquisitor. {חפש chophes חקר choker. ἀνιχνευτής. GALL. *Chercheur, qui suit à la trace & descouure quelque chose.* ITAL. *Cercatore con diligente inquisition.* GERM. Ein nachsucher, nachgründer. HISP. *Buscador por el rastro, y con diligencia.* ANGL. *An searcher by trace.*} Cic. *de Vniuers.* Acer inuestigator, & diligens earum rerum, quæ à natura inuoluta sunt.

Inuestigatio, Exquisitio, inquisitio. {חקר cheker. ἀνίχνευσις. GALL. *Cerchement, enqueste, suite à la trace, trouuement.* ITAL. *Cercamento, trouamento.* GERM. Erfindung, oder fleissige nachsuchung. HISP. *Busca por el rastro, buscamiento.* ANGL. *A diligent searching.*} Cicer. *lib.* 1. *Offic.* In primísque est hominis propria veri inquisitio atque inuestigatio.

Inuestigabilis, Pro minus vestigabili. ἀνεξιχνίαστος.

INVESTIO, is, ire, Orno, quasi speciosam vestem induco. {עטה hatah צפה tsippah. κοσμεῖν. GALL. *Vestir, orner.* ITAL. *Adornare.* GERM. Bezieren als mit einem angelegten kleyd. HISP. *Afeytar, ornar.* ANGL. *To garnish, to deck.*} Plin. *lib.* 35. *cap.* 7. Publicas porticus inuestiuit pictura.

Inuestimentum. Liu. *lib.* 4. *ab Vrb.* Inuestimentum album.

Inuestis, e, idem est quod impubis, cui scilicet inguina nondum prima lanugine sint vestita.)(Vesticeps. {ἀγένειος. GALL. *Sans barbe.* ITAL. *Senza barba.* GERM. Der ungemhalb noch ungebart ist. HISP. *Mancebo aun no barbado.* ANGL. *A yung man or woman without heares or bearde.*} Macrobius *Saturn. lib.* 3. Romani quoque pueros puellásve nobiles, & inuestes Camillos & Camillas appellant. Palladius *lib.* 1. *cap.* 14. Inuestis puer hoc, aut aliquis satis purus efficiat. Nonius, impuberes appellatos esse scribit inuestes, quód sint quasi in Vesta, id est, in pudicitia & castitate. ¶ Quanquam alij à vestiendo dictum putent, vnde etiam receptum est vt inuestis vocabulum apud authores pro imberbi frequenter vsurpetur. Vt apud Tertull. *de virgin. veland.* Masculus inuestis dicitur, cuius Etymologiam *ibidem* explicans ait, vt pudor, inquit, vbique vestitur.

INVETERO, as, are, Ad vetustatem seruo, inquit Budæus. {בלה billah. παλαιόω. GALL. *Garder tour l'arriere saison, faire enuieillir, ou conseruer pour garder.* ITAL. *Conseruare affine che inuecchi.* GERM. Alt machen oder veralten. HISP. *Adobar alguna cosa para guardarla, hazer enuejecer.* ANGL. *To make or be come olde.*} Plin. *lib.* 23. *cap.* 1. Aquæ marinæ sextarios quinque pariter coquebant, decies deferuescente cortina, atque ita defendebant, inueterabántque. Idem *lib.* 19. *cap.* 6. Si diutiùs allium exséque inueterari libeat. Columella, Nonnulli quibus non fuit curæ cælestem inueterare aquam, recentem sumunt, eámque vsque in quartam diem decoquunt. Sic inueteratum vinum. Plin. *lib.* 14. *lib.* 2. ¶ Inueterare pro inualescere ἐμπαλαιοῦσθαι. Cic. 2. *de natur. deor.* Nec vnà cum sæculis ætatéque hominum hæc opinio diuinitatis inueterare potuisset. Budæus, Inueteratum malum, antiquum. Cicer. *de Amicit.* Omne malum nascens facilè opprimitur: inueteratum fit plerunque robustius. Senec. *de consol. ad Mart. cap.* 1. Contra inueterata mala vehementiùs pugnandum. Inueteratus dolor. Cic. 5. *Tusc.* Inueterata inuidia. Idem *pro Cluent.* & 2. *Offic.* Inueterauit in locis miles, pro diutiùs remansit. Cæs. *lib.* 1. *de bell. ciuil.*

Inueteratio, nis, Vetustas, antiquitas. {תבליה tabliah. ἐγγήρασις, παλαίωσις. GALL. *Enuieillissement.* ITAL. *Inuecchiamento.* GERM. Veraltung. HISP. *Enuejecimiento.* ANGL. *A growing in vse or agy by long custome.*} Cic. *in Tusc.* Inueteratio autem, vt in corporibus, ægriùs depellitur, sic in animis quoque perturbatio: citiúsque oculorum repentinus tumor sanatur, quàm diuturna lippitudo depellitur.

Inueterasco, is, ere, Vetustatem acquiro, inualesco, in consuetudinem venio. {בלה balah נושן noschan. ἐγγηράσκειν, παλαιοῦσθαι. GALL. *Senuieillir.* ITAL. *Inuecchiarsi.* GERM. Alt werden. HISP. *Enuejecerse.* ANGL. *To waxe olde.*} Colum. *lib.* 7. *de morbo loquens.* Sed si iam inueterauerit, vehementioribus est opus remediis. Ter. *in Prol. Hec.* Nouas qui exactas feci, vt inueterascerent: ne cum Poeta scriptura euanesceret. Cic. *in Cat.* Res nostræ sermonibus crescent, literarum monumentis inueterascent, & corroborabuntur.

Inuicem, ex in. & vicem. Propriè significat mutuò. {ἀλλήλως ἀμοιβαδίς. GALL. *L'un apres l'autre, chacun sa fois.* ITAL. *Auicenda, scambieuolmente.* GERM. Undereinander, gegen einander, eins umb das ander. HISP. *A vezes.* ANGL. *One after another, by course.*} Liu. *lib.* 2. *d.* 1. Inuicem dicamus (si vltrò citróque verba faciamus.) ¶ Pro, in vltionem, Suet. *in Cæs. cap.* 11. Quorum auctoritatem, vt quibus posset modis inuicem diminueret. Quint. Qui se ardentissimo amore inuicem dilexerunt. Plin. iunior, Habes res vrbanas, inuicem rusticas scribe.

INVICTVS, a, um, qui vinci non potest, insuperabilis, inuincibilis. {ἀήττητος. GALL. *Inuincible, qu'on ne peut vaincre ne surmonter.* ITAL. *Inuitto, cioe non si può vincere.* GERM. Unüberwindtlich. HISP. *Cosa nunca vencida.* ANGL. *Inuincible, that not be ouercome.*} Cicer. *pro Marcel.* Recte igitur vnus inuictus es, à quo etiam ipsius victoriæ conditio, visque deuicta est. Inuictum se à labore præstare, i. indefessum, ἀκαταπόνητον. Cic. 1. *Offic.* Non est autem consentaneum qui inuictum se à labore præstiterit, vinci à voluptate. Armis inuictus Annibal. idem 3. *de leg. Agrar.* Dux inuictus, Ouid. 4. *Trist. Eleg.* 2. Et Velleius, Inuictum par Consulum Crassus & Pompeius. Tibull. *lib.* 4.

Te manet inuictus Romano marte Britannus.

Senec. *cap.* 10. *de consol. ad Mart.* Durum atque inuictum regnum fortunæ. Ouid. 13. *Met.*

Inuictúmque virum vicit dolor.

Plaut. *Mil. sc.* 1. *a.* 1. Virtute & forma, & factis inuictissimis.

Inuincibilis, idem quod inuictus. Apuleius *in Apologia*, Inuincibilia argumenta.

Inuincibiliter, ἀήττητως. Apuleius *Florid. lib.* 4. Ratio conclusa iudicibus acriter & inuincibiliter videbatur.

INVIDEO, es, Æmulor, alterius felicitate offendor. {קנא kinné התחרה hitcharah. φθονεῖν, βασκαίνειν. GALL. *Auoir enuie, estre marri du bien qu'a vn autre.* ITAL. *Hauer inuidia, inuidiare.* GERM. Vergönnen, vergünstig sein. HISP. *Hauer embidia.* ANGL. *To enuie, to haue spite at an others prosperitie.*} ¶ Nonnunquam cum accusatiuo constructum inuenitur. Ouid. *Epist.* 13. Troadas inuideo. ¶ Sæpius cum datiuo. Cicer. *pro Cornelio Balbo*, Est huius seculi labes quædam & macula, virtuti inuidere. Idem 6. *Philipp.* Nemo alterius, qui suæ confidit, virtuti inuidet. Velleius, Siquis Deorum inuideret operibus ac fortunæ suæ. Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 1. Mihi ab vincant inuidere amanti. Idem *Most. sc.* 1. *a.* 1. Quasi videre inuidere, quia mihi benè est, & tibi male est, &c. Interdum cum datiuo personæ, & accusatiuo rei. Virg. 7. *Eclog.*

Liber pampineas inuidit collibus vuas.

Idem 8. *Æneid.*

Sed mihi tarda gelu, seclisque effœta senectus
Inuidet imperium.

Sic etiam decenter dicimus, Inuideo tibi doctrinam. φθονῶ σοι τῆς σοφίας. Fortuna mihi inuidet diuitias. Plin. Neque ego (vt multi) inuideo bonum quo ipse careo. Apuleius. Mihi fortuna diuitias inuidit. Cicer. 3. *Tusc.* Vt nobis optimam naturam inuidisse videantur. ¶ Sunt qui dicant, Inuidere aliquando accipi pro non videre, adducentes illud Cicer. ex *lib.* 2. *de Orat.* Itaque in hoc possim dicere me omnino ignorare quid possideat: neque planè nosse atque inuidisse. Quo tamen in loco, vt in plerisque aliis, decepti sunt corruptis exemplaribus, qui Dictionarium hoc consarcinauerunt. Nam in hoc loco apud Ciceronem, *Inaudisse* legendum est, non inuidisse. Apuleius tamen *Apolog.* 1. ita accipit. Et apud Cæs. *lib.* 2. *de bell. ciuil.* Inuisi & latitantes. (id est, non visi.) ¶ Eius passiuum est inuideor, φθονοῦμαι. Horat. *in arte Poëtica.*

——— ego cur acquirere pauca
Si possum, inuideor?

¶ Aliquando etiam legitur Inuidetur, impersonaliter. Plaut. *in Truculent.* Malim mihi inimicos inuidere, quàm inimicis meis. Nam inuidere alij bene esse, tibi male esse miserum est. Qui inuident, egent: illi, quibus inuidetur, rem habent.

Inuidia, æ, Dolor conceptus ex aliena prosperitate. {קנאה kinah. φθόνος, βασκανία. GALL. *Enuie, haine & male grace.* ITAL. *Inuidia.* GERM. Vergunst. HISP. *Enuidia, ò odio, ò enemistad.* ANGL. *Enuie an ill wils for other manes prosperitie, spitte.*} Cic. 14. *Philipp.* Hæc interposui P. C. vt quosdam mouerem, vt excellentium ciuium virtutem imitatione dignam, non inuidia putarent. Horat. *in Epist.* 2.

Inuidia Siculi non inuenêre Tyranni
Maius tormentum.

Senec. *cap.* 13. *de consol. ad Mart.* Si quid dandam inuidiæ, id suo damno luceretur. Idem *cap.* 2. *de consol. ad Polyb.* Raró felicitas inuidiam effugit. Idem *cap.* 6. *de consol. ad Mart.* Nulla te inuidia maior fortunæ sit, quàm æquo animo. Ouid. 13. *Met.* Mea facundia si qua est, inuidia careat. Senec. *cap.* 14. *de consol. ad Mart.* Ob inuidiam collegæ Bibulus domi latuit. Ouid. *Eleg.* 4. *lib.* 3. *Trist.*

Viue sine inuidia mollésque inglorius annos
Exige.

Est autem inuidiæ verbum ambiguum, quód tam in eum cadit, qui inuidet, quàm in eum cui inuidetur. Inuidentia autem actiué solum accipitur. Cic. 4. *Tusc.* Ab inuidendo inuidentia recté dici potest, vt effugiamus ambiguum nomen inuidiæ: quod verbum dictum est à nimis intuendo fortunam alterius. Cadit enim in vtrunque, & in eum qui inuidet, & in eum cui inuidetur. Et *paulò antè*, Ægritudini subijcitur inuidentia: vtendum est enim docendi causa verbo minus vsitato, quoniam inuidia non in eo solùm qui inuidet, dicitur, sed etiam in eo cui inuidetur. ¶ Aliquando pro odio & maleuolentia sumitur: vt si quis calamitates suas referat, ostendátve, vt autori calamitatum conciret odium exterorum, tunc dicitur inuidiam facere, vel vocare, vel adducere in inuidiam. Quintil. Nec ei tot scelerum commemoratione concitarem inuidiam. Terent. *in Andria*, —ita vt Sine inuidia laudem inuenias, & amicos pares. In inuidia res erat. Salust. *Iugurth.* 71. ¶ Inuidia temporum, Iniuria, malignitas. Plin. *Epist.* 19. Ego & modestius & constantius arbitratus immanissimum reum, non communi temporum inuidia, quàm inertiæ ac nequitiæ pertimescenda. Bud. ¶ Inuidiæ esse alicui dicitur res aliqua. Liu. 4. *ab Vrbe*, Nactus inter aduersarios superbum ingenium, immodicúmque linguam, quàm irritanda agitandoque in eas impelleret voces, quæ inuidiæ ipsi tantùm, sed causæ atque vniuerso ordini esset.

Inuidiola, diminutiuum. {τὸ φθονερὸν, ὁ μικρὸς τῆς ἀνδρὸς φθόνος.

GALL. *Petite enuie*, ITAL. *Picciola inuidia*. GERM. Ein vergünstlein HISP. *Pequeña embidia*. ANGL. *A small enuie, or ill will.*} Cicer. Quum nescio quid inter eos inuidiolæ exortum fuisset. Apud Sipont.

Inuidentia, æ, Ægritudo animi, ex alterius rebus secundis suscepta, quæ præsertim nullam iacturam afferunt inuidenti. {קנאה *kineáh*. φθόνος. GALL. *Enuie*. ITAL. *Inuidia*. GERM. Vergunst eines andern wolfart. HISP. *Embidia*. ANGL. *Enuie, hatred, spitte, malice.*} Cicer. 4. *Tuscul.* Quemadmodum misericordia ægritudo est ex alterius rebus aduersis, sic inuidentia ægritudo est ex alterius rebus secundis. Ibidem, ab inuidendo inuidentia rectè dici potest vt effugiamus ambiguum nomen inuidiæ: quod verbum dictum est à nimis intuendo fortunam alterius: cadit enim in vtrunque, & in eum qui inuidet, & in eum cui inuidetur.

Inuidus, Malitiosus, liuidus, qui alicui inuidet, hoc est, qui alterius secundis rebus dolore afficitur {מקנא *mekanné* מתחרה *mitcharéth*. φθονερὸς, βάσκανος. GALL. *Enuieux*. ITAL. *Inuidio*. GERM. Vergünstig. HISP. *Embidioso*. ANGL. *Malicious, enuious, spitefull.*} Horat.

Inuidus alterius macrescit rebus opimis.

Plin. *in Paneg.* Alienisque virtutibus tunc quoque inuidus. Ouid.

Inuidia nec spatio natura coërcenit arcto.

Inuidè, aduerb. Ex inuidia & instinctu inuidiæ. {φθονερῶς. GALL. *Enuieusement, par enuie*. ITAL. *Inuidiosamente*. GERM. Vergünstiglich. HISP. *Embidiosamente*. ANGL. *Of enuie, or by enuie.*} vnde inuidè aliquid facere dicitur is, qui inuidia ductus aliquid facit, quod alterius aut laudi, aut prosperitati obfuturum arbitratur.

Inuidiosus, a, um, Inuidiæ obnoxius, cui inuidetur, & in quem homines odio atque inuidia feruntur. {מקנא *mekunné*. ἐπίφθονος. GALL. *Enuié, plein d'enuie, a qui on porte enuie*. ITAL. *A cui si ha inuidia, chi è inuidiato*. GERM. Voll vergunsts von andern oder dem man vergunstig ist. HISP. *Cosa de que se ha embidia*. ANGL. *He that is inuied of other, enuious.*} Inuidiosus dicitur, qui inuidet, & cui inuidetur, Gell. *cap.* 11. *lib.* 19. Ouid. 11. *Metam.*

Palliolùmque petit, quanquam non auctus illo
Tempore, nec caris erat inuidiosus arenis.

Sic potentia & opes, inuidiosæ dicuntur, Cic. *pro Cornelio Balbo*, Pecunia L. Cornelij neque inuidiosa est, & quantacunque est, &c. Hoc est, non est tanta vt meritò ei quis possit inuidere. ¶ Inuidiosum etiam dicitur quod inuidiam, hoc est, odium alicui conciliat. Cic. *de leg. Agraria, contra Rullum*, Qui possessiones inuidiosas tenebant. Idem 1. *de Inuent.* Hoc tibi inuidiosum futurum est. Idem *de Amicitia*, Quare si bi habeant sapientiæ nomen inuidiosum & obscurum. Velleius, Inuidiosa fortuna Cæsaris. Cicer. *de petit. consulatus*, Inuidiosus Catilina: Liu. *lib.* 34. Inuidiosis nominibus. Sueton. *in August. cap.* 56. Iocis quoque quorundam inuidiosis, aut petulantibus lacessitus, contradixit edicto. Ouid. 3. *Fast.*

Turba vetus (Romanorum) *quæ non inuidiosa fuit?*

Idem *Eleg.* 4. *lib.* 4. *Trist.*

——*Non inuidiosa nefandis.*
Nec cupienda bonis, regna Thoantis erant.

Idem *Eleg.* 2. *lib.* 1.

Est illi nostri non inuidiosa cruoris
Copia.

Inuidiosus etiam agendi notione accipitur (vt quidam volunt) pro inuido, hoc est, pro eo qui inuidet. Idem 15. *Metam.*

Tempus edax rerum, tuque inuidiosa vetustas
Omnia destruitis.

Quo tamen in loco non absurdè vetustas inuidiosa accipi potest, hoc est, odiosa, cuique omnes malè cupiant.

Inuidiosissimus, superlatiuus. Senec. *controuers. lib.* 10. Res inuidiosissimas querebatur de patre meo.

Inuidiosè, aduerb. vt, Inuidiosè aliquid dicere, vel facere, est eo animo quippiam dicere, vel facere, vt aliquem in inuidiam, hoc est, in odium adducamus. {ἐπιφθόνως. GALL. *Par enuie, pour mettre en male-grace*. ITAL. *Per rendere odioso*. GERM. Vergünstiglich. HISP. *Embidiosamente*. ANGL. *By enuie, spittefully.*} Cic. 4. *Acad.* Num minus hæc inuidiosè dicuntur? Idem *pro Milone*, Conciones illæ quibus inuidiosè potentiam meam criminabare.

Inuisor, Qui alteri inuidet, osor. μισητής. Apuleius *Florid. lib.* 1. Si quis fortè in hoc pulcherrimo cœtu ex illis inuisoribus meis malignus sedet.

Inuigilo, as, Cùm cura & solicitudine vigilo, vel rei alicui incumbo. {שקד *schakádh*. ἐναγρυπνέω. GALL. *Veiller*. ITAL. *Vegghiare*. GERM. Wachen obligen. HISP. *Velar ò trasnochar*. ANGL. *To wake or to giue, diligence to any thing.*} Colum. *lib.* 10. *cap.* 10. Inuigilate viri: tacito nam tempora gressu Diffugiunt, nulloque sono conuertitur annus. Virgil. 4. *Georg.*

Namque alia victu inuigilant, & fœdere pacto
Exercentur agris.

Ouid. *Eleg.* 4. *lib.* 1. *Trist.*

Inuigiles igitur nostris pro casibus oro.

Idem 2. *Faster.*

Nec capiat somnos inuigilètque malis.

Inuilito, ἀτιμάζω. Gloss. id est, vile reddo.

Inuincibilis, inuictus, ἀήττητος, vt apud Apuleium *in Apolog.* inuincibilia argumenta.

Inuincibiliter, ἀηττήτως. Apuleius *Floridorum lib.* 1. Ratio conclusa iudicibus acriter & inuincibiliter videbatur.

Inuinius, Abstemius, quasi sine vino, {ἄοινος, ἀοινός. GALL. *Qui ne boit point de vin*. ITAL. *Che non beue vino*. GERM. Vnweinig, der kein wein trincht. HISP. *El aguado que no beue vino*. ANGL. *Temperat, that drinketh no vine.*} Sicut Inuius sine via. Qui enim vinum non bibit, inuinius dicitur. Apuleius *lib.* 7. Neque vllum animal essem, & inuinius essem. Vox noua est, & vt pleræque aliæ, asino Apulei) aptissima, qui rudere interdum maluit, quàm loqui.

Inuio, ingredior, calco. Solin. *cap.* 8. Parciùs depasta leuibus vestigiis inuiare.

INVIOLABILIS, e, Sanctum, inuiolatum, quod violari non potest, aut vulnerari. {ἀβίαστος. GALL. *Inuiolable*. ITAL. *Che non si può violare*. GERM. Vnuerletzlich. HISP. *Cosa que no puede ser corrumpida*. ANGL. *That can not be violated or broken.*} Silius *lib.* 16.

——*velut inuiolabile telis,*
Seruabant, sacrúmque caput.

Inuiolatus, a, um, Integer, incorruptus, illæsus. {תמים *tamim*. ἄψαυστος, ἄθραυστος, ἀκέραιος. GALL. *Non violé ne gallé*. ITAL. *Inuiolato, incorrotto*. GERM. Vnuerletzt, vnuersehrt, vngeschändt. HISP. *No corrumpido*. ANGL. *whole, not corrupt or hurt.*} Cicer. *pro Rabir.* Qui castam concionem, sanctum campum, inuiolatum corpus omnium ciuium Romanorum defendo seruari oportere. Idem *pro Sestio*, Omnino inuulnerati inuiolatique vixerunt. Colum. *lib.* 12. *cap.* 1. Quæ domum autem inferuntur, diligenter inspicere, ne delibata sint, & ita explorata atque inuiolata recipere. Velleius, Inuiolatum aliquem dimittere (hostem.)

Inuiolatè, aduerbium, Incorruptè. {ἀσινῶς. GALL. *Entierement sans corruption, inuiolablement*. ITAL. *Intieramente, senza corrottione*. GERM. Vnuerletzlich, gäntzlich. HISP. *Enteramente, no pudiendo ser corrumpido*. ANGL. *without corruption or hurt.*} Cicer. *de senect.* Memoria nostri piè, inuiolatéque seruabitis.

Inuisco, visco inficio.

INVISITATVS, non visitatus, non facilè aut sæpe visus, inusitatus.

Inuiso, is, ere, Viso, nisi quid addat compositio vehementiæ. {פקד *pakádh*. ἐπισκοπέω. GALL. *Aller voir, visiter*. ITAL. *Ire à vedere*. GERM. Besuchen, heimsuchen. HISP. *Yr a ver alguna cosa*. ANGL. *To come or go to see, to visite.*} Cicer. *ad Attic. lib.* 1. Et vt iam inuisas nos, non solùm rogo, sed etiam suadeo. Virg. 1. *Georg.*

——*incertum est vrbésne inuisere Cæsar,*
Terrarúmque velis curam.

Catull. *de com. Beren.*

Inuisente nouo prælia torua viro.

Plaut. *Menæch. scen.* 1. *act.* 1. Nunc ad eum inuiso. Idem *Capt. scen.* 3. *a.* 2. Alios captiuos inuiso meos. Idem *scen.* 2. *act.* 1. Cras inuises perguiam.

Inuisor, cui alter inuisus, μισητής, osor. Apul.

Inuisus, a, um, Non visus. {ἀθέατος. GALL. *Qu'on n'a point veu*. ITAL. *Non visto*. GERM. Vngesehen. HISP. *No visto*. ANGL. *Not seene, or visited.*} Cic. *de Aruspic. respons.* Occulta & maioribus non inuisa solùm, sed etiam inaudita sacra inexpiabili scelere peruertit. Cæs. *lib.* 2. *de bell. ciuil.* Inuisi & latitantes (id est, non visi.) Aliàs vtuntur pro odioso, & quem æquo animo videre non possumus. {μισητός. GALL. *Odieux, hay, qu'on ne voit point volontiers*. ITAL. *Odioso, veduto mal volentieri*. GERM. Verhaßt, den man schier nicht ansehen mag. HISP. *Cosa odiosa y aborrecida*. ANGL. *Hated.*} Cic. *pro lege Manilia*, Ne aut inuisa diis immortalibus oratio nostra, aut ingrata esse videatur. Plaut. *Merc.* Ego me vbi inuisum meo patri esse intelligo, Atque odiosum, &c. Ouid. *Eleg.* 4. *lib.* 5. *Trist.*

——*Inter quos* (poetas)
Non inuisa tibi pars ego magna fui.

Idem *Eleg.* 2. *lib.* 5.

——*Sacram quamuis inuisus ad aram*
Confugiam.

Senec. *cap.* 3. *de consol. ad Mart.* Inuisam habebis lucem. Cicer. 2. *Offic.* Quò enim quis versutior & callidior est, hoc inuisior & suspectior, detracta opinione probitatis. Plin. *lib.* 2. *cap.* 13. Vitrea quid esse inuisius potest? ¶ Inuisus dicitur quem nemo videre vult, vt colligere est ex *epist.* 31. *lib.* 10. *ad famil.*

INVITO, as, Ad cœnam epulásve voco. Dicitur enim, non ab Inuitus, (vt quidam existimant) sed à vocando in vitam communem, id est, conuiuium. {קרא *karà*. ἀνακαλέω, συγκαλέω. GALL. *Inuiter*. ITAL. *Inuitare*. GERM. Ladengast laden. HISP. *Combidar*. ANGL. *To call, bidde or desire.*} Cic. 3. *Offic.* Et simul ad cœnam hominem in hortos inuitauit in posterum diem. Inuitare in hospitium, & hospitio. Liu. *lib.* 8. *bell. Pun.* Vt eos per idoneos homines benigno vultu ac sermone, in hospitium inuitatos sopitósque vino, vincirent. Cic. 12. *Philipp.* Possessiones enim sunt P. Clodij, tota familia occurret, hospitio inuitabit propter familiaritatem notissimam. ¶ Inuitare aliquem poculis maioribus, est propinare, & ad largiùs bibendum prouocare: quod Cicero dixit Maioribus poculis poscere. Plaut. *Rud.* Neptunus magnis poculis hac nocte eum inuitauit. Sic inuitare se, est seipsum ingurgitare nullo vrgente. Idem *Amphitr.* Mira sunt, nisi se inuitauit in cœna plusculum. ¶ Et apud Sueton. *in August cap.* 77. Inuitare se largiter, pro multum bibere: Postea quoties largissimè se inuitaret, senos sextantes non excessit. ¶ Per translationem inuitare accipitur pro allicere, attrahere, & incitare. {הסית *hesit*. ἐπάγω.} Cic. *de senect.* Ad quem fruendum non modò non retrahit, verumetiam inuitat atque illectat senectus. Virg. 1. *Georg.*

Inuitat genialis hyems, curásque resoluit.

Suet. *in Calig. cap.* 22. Et noctibus plenam fulgentémque lunam, inuitabat assiduè in amplexus atque concubitum. *Ibid. cap.* 53. Inuitare per edicta ad audiendum.

Inuitatores, vocatores, qui ad cœnam inuitabant. Panciroll. Buleng.

Inuitatus, us, Inuitamentum, & inuitatio, illectamentum, incitatio, allectio, prouocatio. {קריאה *kariáh*. κλῆσις, ἀνάκλησις. GALL. *Inuitation, semonce, conuoy*. ITAL. *Inuitamento, allettamento*. GERM. Ladung, anzeigung. HISP. *El combite*. ANGL. *A bidding, a calling or desiring.*} Cic. *Cæsari*, Mitto ad te Trebatium, atque ita mitto, vt initio mea sponte, post autem inuitatu tuo mittendum duxerim. Idem *in Hortensio*, Voluptates autem nullas ad res necessarias inuitamenta afferunt sensibus. Idem *pro Plancio*, Is autem qui vere appellari potest honos, non inuitamentum ad tempus, sed perpetuæ virtutis est præmium. Velleius, Inuitamentum sceleris, (merces proscriptionis.) Cic. *ad Attic. lib.* 9. In Epirum verò inuitatio quam suauis, quàm liberalis, quàm fraterna? ¶ Inuitatio vini, Gell. *cap.* 2. *lib.* 15.

Inuitabilis, e, Pellax, blandus, delectabilis, iucundus. {מושך *moschéch*. ἐπαγωγός. GALL. *Allechant, attrayant*. ITAL. *Dilettéuole, cosa che inuita, che adesca*. GERM. Anreitzig, anreitzlig. HISP. *Lo que atrahe halagando, à que*

à que da plazer. ANGL. *Alluring, delectable, fair speaking.*} Gell. *lib.* 13. *cap.* 11. Sermones iucundos, & inuitabiles, & cum quadam illecebra & voluptate vtiles.

[Inuituperabile, non vituperabile. Tertull.]

INVĪTŬS, a, um, qui non libenter, sed tergiuersando, & inuitus coactúsque aliquid facit. {ἄκων, ἀθέλητος. GALL. *Qui fait à regret, maugré soy & enuy, contraint.* ITAL. *Suo malgrado, contra sua voluntà.* GERM. Ungern/ unwillig. HISP. *Contra su voluntad.* ANGL. *Vnwilling, constrained.*} Cui contrarium est libens. Dictum puto, quia inuitus, in vim it. Ter. *in Andr.* Feci hodie, vt fierent insperante atque inuito Pamphilo. Idem *in Heaut.* Nulla est tam facilis res, quin difficilis fiet, Quam inuitus facias. Catull. *de com. Beren.*

———Inuita ô regina tuo de vertice cessi:
Inuita adiuro, téque tuúmque caput.

Plaut. *Menach. sc.* 4 *a.* 2. Haud inuita id fecero. Idem *Aulul. sc.* 6 *a.* 4. Quid tibi mea, me inuito, tactio est? Item, Tun' habeas me inuito meam? Idem *Mil. sc.* 1 *a.* 2. Coniicit in nauem, & inuitam auehit. Idem *sc.* 5 *a.* 2. Vi atque inuitam atque ingratiis te rapiam. Senec. *cap.* 18. *de consol. ad Polyb.* Omnia, quæ dedit fortuna, inuita sunt (quia scilicet non sponte, neque iudicio dantur. Autor ad Herenn. Sin est probus, cur talem inuitam inuitum cogis linquere? Ex poëta. ¶ Inuitus huius solutionis. Vlpian. *in l. quod seruus. ff. deposit.* Vel credit dominum non inuitum fore huius solutionis. id est, domino non inuito fieri hanc solutionem. ¶ Superlat. Inuitissimus. Cicer. *in Verr.* 4. *& ad Attic. lib.* 16. Cels. *lib.* 6. *cap.* 18. Quæ inuitissimus quisque alteri ostendit, de obscœnis partibus.

Inuitē, aduerb. Non libenter, coactè. {ἀκόντως. GALL. *Enuy, à regret.* ITAL. *Contra voglia, mal volentieri à mal grado.* GERM. Ungern/ mit unwillen. HISP. *Contra su voluntad.* ANGL. *Not willinglie.*} Cic. *ad Atticum lib.* 8. Inuitè cepi Capuam, non quo munus illud defugerem, &c. Idem 2. *de Orat.* Quem ego paulò sciebam vel pudentiùs, vel inuitiùs (nolo enim dicere de tam suaui homine fastidiosiùs) ad hoc genus sermonis accedere. ¶ Dicitur etiam inuitò, & numero plurali, Inuitis aduerbialiter. Idem *pro Quintio*. Extorquendum est inuito atque ingratis, quod non debent, eripiendum atque exprimendum est. Inuitiùs, magis inuitè, apud Ciceron.

In vniuersum, {ὅλως, καθόλου. GALL. *Generalement, vniuersellement.* ITAL. & HISP. *Generalmente, vniuersalmente.* GERM. Uberal. ANGL. *Generallie, wholie.*} Quintilian. In vniuersum autem præcipuè, id est, generaliter.

Inuiŭs, a, um, Quà vltrò citróque iri non potest. {ἄνοδος, ἀδιέξοδος, ἄβατος. GALL. *Sans chemin, par où on ne passe pas aisément.* ITAL. *Senza via, oue non si può ire.* GERM. Unwegig/ unwägsam/ ungebanet. HISP. *Cosa sin camino, o no passeada.* ANGL. *That hath no passage.*} Plin. *lib.* 12. *cap.* 14. Saba regio vndique rupibus inuia. Virg. 4. *Æneid.*

Postquam altos ventum in montes, atque inuia lustra.

Inuij saltus. Liu. 9. *ab Vrbe.* Ouid. 3. *Fast.*

Est nox accessu inuia fluminibus.

Inŭlă, herba est folia ferens, verbasci foliis non dissimilia, sed angustiora & oblongiora, radice subcandida, ad rufum colorem nonnihil tendente, ex qua gratissimum condimentum fieri solet, Iuliæ Augustæ quotidiano cibo maximè illustratum. {ἑλένιον Dioscoridi. GALL. *Enula campana, aulnée.* ITAL. *Enola, enoa.* GERM. Alantwurtz. HISP. *Raiz de alla.* ANGL. *Elecampane.*} Rationem autem eam condiendi docet Col. *lib.* 12. *cap.* 46. Vulgus *Enulam campanam* vocat.

Inultŭs, a, um, Impunitus, non vindicatus, impunis. {ἀνεκδίκητος, ἀτιμώρητος. GALL. *Qui n'est point vengé.* ITAL. *Non vendicato.* GERM. Ungerochen. HISP. *Cosa no vengada de iniuria.* ANGL. *Vnreuenged.*} Cicer. *pro Cluent.* Cur hunc inesse inultum tam diu finis? Idem 1. *de Diuin.* Mortem suam ne inultam esse pateretur. Terent. *in Andr.* Ego pretium ob stultitiam fero, sed inultum hoc nunquam auferet. Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 5. At ego iam inultus promam viginti minas. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 3. faxo haud inultum prandium comederis. Idem *Prolog. Amphitr.* Nunquam ille inultus me ludificabit. ¶ Interdum etiam inultus de eo dicitur qui accepit iniuriam, de qua nulla sumpta est vindicta. Ouid. 4. *Fast.*

———Nos hæc patiemur inulta?

Virg. 2. *Æneid.*

———Nunquam omnes hodie moriemur inulti.

INVMBRO, as, are, Opaco, & vmbra tego. {הֵצֵל *hetsál.* ἐπισκιάζειν. GALL. *Vmbrager, faire vmbre à quelque chose.* ITAL. *Far vmbra, adumbrare.* GERM. Beschattigen/ oder überschattigen. HISP. *Hazer sombra à otra cosa.* ANGL. *To cast a shadowe vpon, to giue a shadowe vnto.*} Col. *lib.* 4. *cap.* 14. Nam vtique frequenter solum exercendum est, dum id incremento suo vites inumbret. Virg. 11. *Æneid.*

Iustitutósque toros obtentu frondis inumbrant.

Inumbrata quies, falsa, opinata tantùm, sed falsò credita. Celsus, Si furioso quem mentis suæ esse existimas, eò quod forte in conspectu inumbratæ quietis fuit constitutus, rem tradideris: id est, quia tum erat eo statu & figura, vt mente constare videretur, sed falsò. *l.* 18. *D. de acquir. possess.* Hotom. ¶ Per metaphoram tamen vsurpatur pro tueri atque defendere: quæ translatio sumpta est ab arboribus, quæ sua vmbra nos tuentur ab iniuria Solis. Autor Sipontinus, à quo exemplum afferri æquum erat.

Inumbrātŭs, Apparens, non verus. Celsus *D.* 41. *tit.* 2. *l.* 18. Si furioso, quem suæ mentis existimas, eò quòd forte in conspectu inumbratæ quietis fuit constitutus. Fab. Quintilian. Amnis virentibus syluis inumbratus.

Inunco, as, Rapio, & quasi vnco ad me traho. {גָּזַל *ghazál* גָּלַשׁ *ghaláſch.* ἀγκιστρεύω, ἐλκύω. GALL. *Arrocher.* ITAL. *Arrampinare.* GERM. Zuhin hacken/ als mit einer hacken erwütschen. HISP. *Arrebatar.* ANGL. *To drawe to me as it were by a creake.*} Lucil.

———Aut qui nummos tristis inuncat.

Col. *lib.* 7. *cap.* 3. Tum etiam quotidie inuratam lana, quæ quanto prolixior in pectore concrescit, tanto magis obnoxia est rubis, quibus velut hamis inuncata a pascentium tergoribus auellitur. Apul. *lib. Flor.* Vnde rostro transfodiat, vnde vnguibus inuncet.

INVNDO, as, Exundo, diffluo, effundor, excurro. {שָׁטַף *ſcatáph* הִשְׁפִּיךְ *heſchik.* κατακλύζω. GALL. *Se desborder, s'espandre.* ITAL. *Versare, spandersi fuore, inondare.* GERM. Uberfliessen/ uberschwemmen/ ubertreuffen. HISP. *Rebossar, crecer ò venir como rio.* ANGL. *To ouer flowe, to surround.*} Plin. Antequam Nilus inundaret. Virg. 12. *Æneid.*

———Inundant sanguine fossæ.

¶ Per translationem copiosè accurrere, & vndarum more quasi affluere. Virg. 12. *Æneid.*

———hinc densi cursus inundat
Troas Agyllinique, & pictis Arcades armis.

Liuius *initio lib.* 8. *bell. Pun.* Inundauerat in Italiam bellum. ¶ Quandoque vadis obruere, vel aqua operire. ἐπικλύζειν. Cic. *de claris Orator.* Terram inundat aqua. Plin. Agros & sata omnia inundauit. ¶ Et passiue, inundari sanguine, Liu. *lib.* 4. *bell. Pun.* Item, inundor iracundia. Diomedes.

Inundātĭo, nis, Exundatio, illuuio, diluuium. {שֶׁטֶף *ſchéteph* מַבּוּל *mabbul.* ἐπίκλυσις, κατακλυσμός. GALL. *Desbordement, inundation.* ITAL. *Piena d'acqua, diluuio.* GERM. Ein überschwemmung/ ein außgiessung deß wassers. HISP. *Rebossadura, diluuio.* ANGL. *A surrounding, a deluge.*} Col. *lib.* 8. *cap.* 11. Vel etiam valles, quæ fluminum alluuie, & inundationibus concreuerint, aptas esse vineis asseuerat.

Inunguem, Ad vnguem, perfectè: ita Ad vnguem factum dicitur, quod ita elaboratum est, vt in eo nihil possit reprehendi. {ἐξ ὄνυχος ἀκριβῶς. GALL. *Parfaittement.* ITAL. *Perfettamente.* GERM. Bey einem nägelin. HISP. *Perfectamente.* ANGL. *Perfytliet.*} Arbores in vnguem positæ, id est, ita ordine suo collocatæ, vt nulla extra alias emineat. Virgil. 2. *Georg.*

———nec secius omnis in vnguem
Arboribus positis secto via limite quadret.

Translatio à lapicidis, qui vngue marmoris leuitatem experiuntur.

INVNGO, is, Illino. {מָשַׁח *maſchách* טוּחַ *túch.* ἐπαλείφω. GALL. *Oindre.* ITAL. *Ongere.* GERM. Besalben/ übersalben. HISP. *Vntar.* ANGL. *To anoynt.*} Plin. *lib.* 8. *cap.* 54. Mira solertia, visco inungunt oculos. Idem *lib.* 18. *cap.* 30. Sunt qui lentem siccatam oleo inungant.

Inunctĭo, nis, Illitus, illitio. {מִשְׁחָה *miſchchah* טִיחַ *tiach.* ἐπάλειψις. GAL. *Onction, ointure.* ITAL. *Vntione.* GERM. Ansalbung/ übersalbung. HISP. *Vntadura.* ANGL. *An anoynting.*} Plin. 28. *cap.* 8. Felle glaucomata & suffusiones corrigi propriè creditur tridui inunctione.

Inunitŭs, a, um, ab inuniendo, quod Græci dicunt ἑνοῦν. Tertull. *aduersus Valent.* Et tamen inunitum in Adam.

[Inuno, colligo. Gloss. A. L.]

INVŎCO, as, Intrò voco: & nonnunquam voco: quanquam posterius hoc rarius est. {קָרָא *kará.* ἐπικαλεῖν. GALL. *Appeller dedans.* ITAL. *Chiamare dentro.* GERM. Hinein rüffen. HISP. *Llamar para venir dentro.* ANGL. *To call in or on.*} Plaut. *in Capt.* vtramque significationem complexus est, quum inquit, Nam scorta inuocantur, & nos parasiti inuocamur. *Ibid. sc.* 1. *a.* 1. Inuocatus esse soleo in conuiuio. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 2. Inuocat Planesium (ludens talis.) Ego almam meam nutricem Cererem. Quintilian. Ad autem inuocare. Et Sueton. *in Calig. cap.* 50. Inuocare lucem. ¶ Aliquando significat in auxilium voco, & subsidium peto. {ἀνακαλεῖν, ἐπικαλεῖν. GALL. *Inuoquer, reclamer, appeller à secours.* ITAL. *Inuocare, chiamare per aiuto per soccorso.* GERM. Umb hilff anrüffen. HISP. *Llamar à ayuda.* ANGL. *To call for help.*} Plaut. *in Asin.* Deam sibi inuocet, quam lubebit, propitiam. Cic. 2. *de natura Deorum*, Apud nostros Iunonem Lucinam in pariundo inuocant.

Inuŏcātŭs, adiect. Non vocatus, inaccersitus. {ἄκλητος. GALL. *Non appelé.* ITAL. *Non chiamato.* GERM. Unberüfft. HISP. *No llamado.* ANGL. *Not called on.*} Plaut. *Capt.* Iuuentus nomen indidit scorto mihi, Eò quia inuocatus soleo esse in conuiuio. Cæl. *ad Cic. Epist. lib.* 8. At ego simulatque audiui, inuocatus subsellia rei accurro.

INVŎLO, as, are, à Vola fit, quæ est manus & pedis concauitas. Id est, concauam manum iniicio, rapaciter subtraho, cum impetu aliquem aggredior. {חָטַף *hetáph* גָּזַל *ghazál.* ἀφαρπάζω, ἁρπάζω. GALL. *Desrober.* ITAL. *Inuolare, rubbare.* GERM. Darauff greiffen. HISP. *Hurtar.* ANGL. *To steall, to runne violentlie vpon ones.*} Lucan. *lib.* 6.

———quid corpore magni
Proiecto rapiat, quos Cæsaris inuolet artus.

Plinius *lib.* 9. *cap.* 59. Singulos inuolat verius, quàm capit. Terent. *Eunuch.* Vix me contineo, quin ei inuolem in capillum. Plaut. *Mostell. sc.* 3. *act.* 1. Vix comprimor quin inuolem in oculos illi stimulatrici. Idem *Amphitr.* Ab dextra maximo cum clamore inuolant, (equites, id est irruunt. ¶ Aliquando Inuolare compositum est à verbo Volo, as, Idémque est quod intrò volare. εἰσπέτομαι. Col. *lib.* 8. *cap.* 3. Neque enim debent ipsis nidis inuolare, ne dum assiliunt, pedibus oua confringant. Varr. 3. *de re rust.* At in villam intrò inuolant columbæ, de quibus merula, &c.

Inuŏlĭto, as, are, frequentatiuum. {πολλάκις εἰσπέτομαι. ANGL. *To flee in often.*} Horat. 4. *Carm. Ode* 10.

Et quæ nunc humeris inuolitant, deciderunt coma.

INVŎLVCRIS, e, quod adhuc volare non potest. {ἄπτην. GALL. *Qui ne vole point.* ITAL. *Che non può volare.* GERM. Unzeflücht. HISP. *Cosa que no puede volar.* ANGL. *That can not flee.*} Gell. *lib.* 2. *cap.* 29. Pulli tunc inuolucres erant.

Inuolucre, Inuolucrum, vide *Inuoluo.*

INVŎLVO, is, ere, In, seu super aliquid voluo, vel voluendo impono, aut iniicio. {גָּלַל *ghalal* גָּלַם *ghalam* חִתֵּל *chittél* עָטַף *hataph.* ἐνειλέω. GALL. *Enuelopper, entortiller, rouler dessus.* ITAL. *Inuolgere, auiluppare.* GERM. Etwas auff weltzen. Item, einwinden/ einwickeln. HISP. *Embolner.* ANGL. *To roll or wrappe together or vpon.*} Virg. 1. *Georg.*

Ter sunt conati imponere Pelio Ossam,
Scilicet atque Ossæ frondosum inuoluere Olympum.

Ouid. 11. *Metam.*

Saxa, trabésque super totósque inuoluite montes.

¶ Sæpe accipitur pro circumplico, circumuoluo, & re aliqua intego. Plin. *lib.* 11. *cap.* 24. *de araneis*, Nam & lacertarum catulos venantur, hos primum tela inuoluentes, & tunc demum labra vtraque morsu apprehendentes, &c. Crinem inuoluit casside, Silius *lib.* 7. Ouid. 4. *Fast.*

Capitinam

Captiuam stipula, fœnóque inuoluit, & ignes
Admouet.

Horat. 4. *Carm.* Ode 29.

———*& mea virtute me inuoluo, probámque*
Pauperiem sine dote quæro.

¶ Per translationem tenebras offundere, obscurare. Virg. 3. *Æneid.*

Inuoluêre diem nimbi, & nox humida cœlum
Abstulit.

Idem 6. *Æneid.* Obscuris vera inuoluens. ¶ Inuolui, quadrisyllabum pro Inuolui. Ouid. 9. *Epist.*

Scilicet immanes elisos faucibus hydros,
Infantem caudis inuoluisse manum.

Inuolutus, a, um. Senec. *cap.* 10. *de consol. ad Polyb.* Obscura & inuoluta veritas.

Inuoluulus, i, Vermiculus qui & conuoluulus dicitur, quòd sese foliis arborum & vitium circumuoluat, & implicet. ἶψ, ἴπς. Suid. {GALL. *Verecoquin ou hurbec.* ITAL. *Verme che rode i germogli delle vite, voluolo.* GERM. Ein raupein würmlein so sich in die bletter wickelt. HISP. *El gusano rebolton.* ANGL. *A caterpiller or worme within the leaues of trees.*} Plaut. *Cistell.*—imitatus nequam bestiam, Et damnificam. P. Sed quamnam amabo? L. inuoluulum, Quæ in Pampini folio intorta implicat sese.

Inuolucre, is, substantiuum, Est linteum illud, quo tonsores humeros tondendorum inuoluunt, ne vestes capillorum fragmentis sordidentur. {חתולה *chathullah* חתול *chittul.* τὸ ἐκλαγμα [illegible]. GALL. *Enueloppoir, un linge ou couurechef qu'un barbier estend sur celuy à qui il fait la barbe.* ITAL. *Panno che'l barbiere pone alle spalle di coloro che si fanno tosare.* GERM. Ein schürtuch das man vmb einen schlecht. HISP. *Toalla para el cuello.* ANGL. *A linnen cloth where with barbers couer them which they sheare.*} Plaut. *in Capt. sc.* 2. *a.* 2. Ne is quidem inuolucre inicere voluit, vestem ut ne inquinet.

Inuolucrum, i, Quo quippiam inuoluitur, aut integitur. {חתולה *chathullah* חתול *chittul.* ἔλυτρον, [illegible]. GALL. *Enueloppoir.* ITAL. *Inuoglio.* GERM. Darein man etwas wickelt. HISP. *Emboluedor para embolucr.* ANGL. *Any thing that serueth to cloke, couer or hide.*} Cic. *de Orat.* Sic modò in oratione Crassi diuitias atque ornamenta eius ingenij per quædam inuolucra atque integumenta perspexi: sed eam quum contemplari cuperem, vix aspiciendi potestas fuit. Inuolucris simulationum tegi, hoc est, simulatis affectibus. Idem *ad Quint. frat. lib.* 1. multis olim simulationum inuolucris tegitur, & quasi velis quibusdam obtenditur vniuscuiusque natura.

Inuolutè, aduerb. Spart. *in Caracalla*, Questus est de fratris insidiis inuolutè, & inconditè ad illius accusationem.

Inuolutissimus, superlat. Senec. *quæst. natur. lib.* 6. *cap.* 5. Nec in hac tantùm re omnium maxima atque inuolutissima.

INVRBANVS, a, um, Inciuilis, Inuenustus, rusticis moribus præditus. {ἀχάριστος, [illegible]. GALL. *Inciuil, rustique.* ITAL. *Inciuile, rustico, rozzo.* GERM. Vnhöflich, beurisch. HISP. *Rustico y descortes.* ANGL. *Vnmanerly, vncourteous.*} Cic. 2. *de Orat.* Inepem quendam humanitatis, & inurbanum. Idem *de clar. Orat.* Sed omnium oratorum sine tabularum, qui & planè indocti, aut inurbani, aut rustici etiam fuerunt, &c. Horat. *in Arte.*

———*si modò ego, & vos*
Scimus inurbanum lepido seponere dicto.

Inurbanè, aduerbium, Insulsè, rusticè. {[illegible], ἀγροίκως. GALL. *Sans courtoisie, inciuilement, rustiquement.* ITAL. *Scortesemente, inciuilmente.* GERM. Vnhöflich. HISP. *Rusticamente y descortesmente.* ANGL. *Vnmanerlie, vncourteouslie.*} Cic. 3. *de nat. Deor.* Alabandenses quidem sanctius Alabandum colunt, à quo est vrbs illa condita, quam quenquam nobilium deorum, apud quos non inurbane Stratonicus, vt multa, &c.

INVRGEO, es, idest, Contra aliquem vrgeo. {נגח *nagach* נקף *nakaph.* [illegible]. GALL. *Pousser & heurter contre.* ITAL. *Premere, vrtare, spingere.* GERM. Treiben, stossen. HISP. *Empuxar.* ANGL. *To force against any.*} Lucret. *lib.* 5.

Cornua nata prius vitulo, quàm frontibus extent,
Illis iratus petit, atque infensus inurget.

Inurino, as, idem quod vrinare, id est, in aquam mergi, & natando emergere. {שחה *sachah* צוף *tsiph.* [illegible]. GALL. *Se plonger en l'eau.* ITAL. *Nuotar sotto aqua.* GERM. Vnder das wasser schiessen oder schwimmen. HISP. *Nadar y salir del agua nadando.* ANGL. *To plunge in water.*} Col. *lib.* 8. *cap.* 14. Lacus, piscinásque manu fiant, vt sint quibus inurinare possint aues.

Inuro, is, ere, ignito ferro stigma imprimere, vt seruorum fronti & equorum coxis, vt cognoscantur à domino. {חרך *charach.* [illegible]. GALL. *Marquer d'un fer chaud, imprimer quelque marque.* ITAL. *Mercare, segnare con ferro calido.* GERM. Einbrennen, auff etwas brennen. HISP. *Señalar con fuego.* ANGL. *To make with a burning hoat yron.*} Inurere, adhibito igni fingere: quod genus picturæ Encaustice dicitur. Plin. *lib.* 35. *cap.* 4. Cuius supra caput tabula bigæ pendet, quam Nicias scripsit se inussisse. ¶ Et per translationem Inurere significat ita imprimere, vt deleri nequeat: vt, Inurere ignominiam alicui. {חק *chak* חקק *chikkak.*} Cicer. *de prouinc. Consul.* Sed fruatur sane hoc solatio: atque hanc insignem ignominiam, quoniam vni præter se inusta est, putet esse leuiorem. Inurere sibi maculam, est ignominiam atque infamiam indelebilem contrahere. Liu. *lib.* 3. *ab Vrbe*, Pæhentabat sanguinis, orabátque ne Claudiæ genti eam inustam maculam vellent. Velleius, Inurere notas memoriæ alicuius. Quintilian. Inustas comas acu comere.

INVSITATVS, a, um, insolitus, præter consuetudinem, raro visus, inauditus. {ἄηθης, [illegible]. GALL. *Inusité.* ITAL. *Insitato, fuor d'vsanza.* GERM. Vngebreuchig. HISP. *No acostumbrado, inusitado.* ANGL. *Not accustomed or wonted.*} Cicer. 2. *de Orat.* Alter leporem quendam inusitatum nostris oratoribus est consecutus. Gell. *cap.* 14. *lib.* 15. Inusitatum portentum. Liu. *lib.* [illegible] *Vrb.* Homines inusitati alienigenis (id est, qui non iis videndis assueuissent.

Inusitatè, aduerb. {ἀήθως, ἀγροίκως. GALL. *Contre ou outre la coustume.* ITAL. *Contra'l costume.* GERM. Vnbreuchlich. HISP. *Contra la costumbre.* ANGL. *Not after the accustomed fashion.*} Cicer. *ad Quint. fratr.* Absurdè, & inusitatè scriptæ epistolæ. Idem *de clar. Oratorib.* Inusitatè loqui.

INVTILIS, e, Qui nulli vsui est. {ἄχρηστος. GALL. *Inutile, qui n'est point profitable.* ITAL. *Inutile, disutile.* GERM. Vnnütz. HISP. *Desaprouechado, ò sin prouecho.* ANGL. *Vnprofitable.*} Cic. 1. *de Inuent.* Is inutilis sibi, perniciosus, patriæ ciuis [illegible]. Idem 2. *de Diuin.* Quid? quum quæritur quis sit optimus Reipub. status, quæ leges, qui mores aut vtiles, aut inutiles? Ouid. 13. *Metam.*

———*docet solertior isto,*
Et sibi inutilior, timidi commenta retexit.

Idem *Eleg.* [illegible] *lib.* 4. *Trist.*

———*Studium quid inutile tentas?* (sup. poesin.)

Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 3. Gloriosus, insulsus, inutilis [illegible]. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 4. Si qua sit pictura inutilis, eam vendat. (id est, nostra exemplo.) Velleius, Exemplo inutili, facto salutari exsus Clodius.

Inutiliter, aduerb. {ἀχρήστως. GALL. *Inutilement, sans profit.* ITAL. *Inutilmente senza profitto.* GERM. Vnnützlich. HISP. *Desaprouechadamente.* ANGL. *Vnprofitablie.*} Plin. *lib.* 16. *cap.* 40. Alij non inutiliter relinquunt. Hirtius *de bell. Alex.* Multa Romæ male & inutiliter administrari.

Inutilitas, atis, {ἀχρηστία. GALL. *Inutilité.* ITAL. *Mancamento d'vtilità & commodità.* GERM. Vnnützligkeit. HISP. *Desaprouechamiento.* ANGL. *Vnprofitablenesse.*} Cicer. 2. *de Inuent.* Ex his illud conficitur, vt appetendarum rerum partes sint honestas & vtilitas: & vitandarum, turpitudo & inutilitas.

Inutrium, [illegible]. Oppidum in finibus Vindeliciæ, non procul ab Alpibus, cuius meminit Ptolem. *lib.* 2. *c.* 13. Idem esse putatur cum eo quod hodie OEnipontem nominant. {Inspruck.}

INVVLGARE, Gell. *cap.* 9. *lib.* 4. Reformidanda hæc sunt magis, quàm inuulganda. Idem *ibid. cap.* 7. *lib.* 11. Inuulgata verba, &c.

‖Inuulgatus, vulgatus. Vt verba inuulgata & sordentia, apud Gell. *lib.* 11. 7. quæ etiam nimis obsoleta exculcatáque vocat.‖

INVVLNERATVS, a, um, Non vulneratus. {ἄτρωτος. GALL. *Qui n'a point esté blessé.* ITAL. *Non ferito.* GERM. Vnuerwundt. HISP. *No herido.* ANGL. *Not wounded.*} Cic. *pro Sest.* Cæteri verò aut repentina vi perculsi, ac tempestate populari, per populum tamen recreati sunt, atque reuocati: aut omnino inuulnerati, inuiolatique vixerunt.

Inuulnerabilis, ἄτρωτος. Senec. *de benefic. lib.* 5. *cap.* 5. Neque enim minus fortis sum, si cùm inuulnerabili me hoste committis.

‖Inuxora virginitas, quæ nunquam nubit. Tertull.‖

Inyssus, [illegible], vrbs Ægypti prope Casium montem. Steph.

I O

Io, Dolendi particula est. Tibullus,

[illegible], [illegible] sana puella [illegible].

Ouid. 4. *Fast.*

Illa quidem clamabat, Io, carissima mater,
Auferor. (rapta Proserpina.)

¶ Quandoque exprimit gestientis lætitiæ affectum. Idem 2. *de Arte,*

Dicite io Pæan, & io bis dicite Pæan.

Idem *Eleg.* 2. *lib.* 4. *Trist.*

————*Ioque*
Miles io magna voce triumphe canet.

Plaut. *Pseud. sc.* 4. *act.* 2. Io Io te te Tyranne volo. Vocantis hic est, & lætantis.

Io, [illegible], Filia Inachi fluuij traditur à Poetis, à Ioue adamata, quam ob [illegible] Iunonis, ne agnosceretur, Iupiter in Iuuencam transformauit: Iuno tamen suspicata id quod res erat: vaccam eam à Ioue sibi dono dari postulauit: quam quum accepisset, apposuit ei custodem Argum centoculum. Id apertè Plautus indicat in *Aul. sc.* 3. *a.* 3. hoc versu. (Argus, quem quondam Ioni Iuno custodem addidit,) à quo quum molestissima custodia premeretur, ægrè id ferens Iupiter, per Mercurium eum interficiendum curauit. Quamobrem indignata Iuno, œstrum pellici immisit, cuius aculeis exagitata, in Ægyptum vsque perfugit: vbi implorato Iouis auxilio, pristinam formam recuperauit, Regíque Osiridi nupsit: Ægyptijsque omnibus adeò chara fuit, vt post mortem dea habita sit, quam illi Isidem appellarunt: sacráque eius Isiaca, quibus antea immulati coaluerunt. Vide hanc fabulam latius apud Ouid. *lib.* 1. *Metam.* ¶ Est & Io, Thessaliæ fluuius, iuxta Oxineam ciuitatem in Peneum illabens. Autor Strabo *lib.* 9.

‖S. Ioannis insula de Porto ricco, *San Ioan de Puerto rico*, in Orbe nouo.
Iobilare, iubilare antiq. ab *io*, voce rusticorum. Scal.
Iobis, Iouis. antiq.‖

Iocasta, [illegible], Oedipi mater fuit, filia Creontis Thebanorum Regis, & vxor Laij, quæ post mariti necem, Oedipo filio imprudens nupsit, ex quo Eteoclem & Polynicem genuit, qui quum se mutuis vulneribus confecissent, ipsa quoque sibi manus intulit. Vide Stat. *lib.* 1. *Theb.*

Iocus, i, ab *iaçw*, quod est ex *in* & *ejw*. masc. gen. pluraliter hi ioci, vel hæc ioca. Dicitur quod serium non est. {צחק *tsechok* [illegible]. GALL. *Ieu, raillerie, gausserie.* ITAL. *Scherzo, giuoco.* GERM. Ein schimpff. HISP. *Burla, juego.* ANGL. *Iest in wordes, a mery word, a sport.*} Plaut. *Amphitr.* Si quid dictum est per iocum, id non æquum est te serio prævortier. *Ibidem*, Sed mihi hæc dixisse per iocum. Equidem serio ac vero ratus. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Iocus, ludus, sermo, suauis suauiatio. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Lucrum, ludum, iocum, festiuitatem. Idem *Pseud. sc.* 7. *act.* 4. Auferetur à me quod promisi per iocum? Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 5. *Trist.*

Sic satis illa (littera) ioco luxuriata mea.

Ibid. Eleg. 1. *lib.* 2.

———*Nec abfuit illi*
Hesterla turpes inseruisse iocos. (Veneris.)

Ibidem,

————*Mirer*
Vnquam te nostros euoluisse iocos. (i. carmina.)

Martial.

Consueuêre iocos [illegible] quoque ferre triumphi.

Salust.

Salust. *in Iugurtha*. Ioca, seriáque cum humillimis agere. Gell. *lib.* 12. Insulsi hominis ioca non præteribo. Cic. *in* 2. *de finib*. At quicum ioca & seria, vt dicitur, quicum arcana, quicum occulta omnia? In ioco atque vino, genus loquendi antiquum, quo tempus significabatur post conuiuium. Catullus,

Marucine Asini manu sinistra,
Non bellè vteris in ioco atque vino.

Vide suprà in dictione *in*. ¶ Iocum & ludum esse pro re abiecta & parui pretij, docet Victorin. *cap.* 13. *lib.* 6. Suet. *in Aug. cap.* 98. Cachinum sustulit, & in iocos effusus est.

Iŏcŭlus, dimin. {σκωμμάτιον. GALL. *Petit ieu*. ITAL. *Picciolo giuoco*. GERM. Ein schimpfflein. HISP. *Pequeño juego*. ANGL. *A litle disport, or mery word*.} Plaut. *in Stich*. Noui illum: ioculo hæc dixit.

Iŏcōsus, a, um, quod serium non est. {εὐτράπελος. GALL. *Ioyeux & recreatif, railleur*. ITAL. *Giuocoso piaceuole*. GERM. Schimpffig. HISP. *Cosa lleno de burlas*. ANGL. *Merie, ioyous*.} Cic. 1. *Offic*. Si de rebus seriis loquatur, seueritatem adhibeat, si de iocosis, lepôrem. Martial.

Non potuit meliùs litem finire iocosam.

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Vita verecunda est, Musa iocosa mihi.

Idem *ibid. Eleg.* 2. *lib.* 1.

——————Non vt
Delicias videam Nile iocose tuas.

& *Eleg.* 2. *lib.* 3. *Trist.*

Musa iocosa mea est.

Iŏcōsè, Non seriò, sed festiuitatis modò gratia. {εὐτραπέλως. GALL. *Par ieu, en ieu, par raillerie*. ITAL. *Piaceuolmente, da giuoco*. GERM. Schimpfflich. HISP. *De burlas, contrario de veras*. ANGL. *Merilie, in matter of disport*.} Cicer. *Quint. frat.* cúmque lusi iocosè satis. ¶ In eadem significatione dicimus & iocò, aduerbij significatione. Terent. *Heaut.* Iocóne illa dicat, nescio. Plaut. *Amph.* Cum ea sermonem nec iocò, nec seriò tibi habeas.

Iŏcŭlor, aris, per iocum aliquid dico facióve. {צחק *tsichék*. παίζω, χαριεντίζομαι. GALL. *Se iouër, faire ou dire quelque chose par ieu*. ITAL. *Scherzare*. GERM. Schimpffwerck treiben. HISP. *Burlar*. ANGL. *To do or say any thing by disport or iest*.} Liu. 7. *ab Vrbe*, Inter carmina propemodum, incondita ioculantes, Torquati nomen auditum.

Iŏcŭlāris, e, ioco, risúque dignus. {γελοῖος. GALL. *Ioyeux & plein de raillerie*. ITAL. *Cosa giocosa*. GERM. Schimpfflich. HISP. *Cosa de burla*. ANGL. *That is spoken in iest*.} Terent. *Phorm.*—quid mea? Illa quidem nostra erit. D. Iocularem audaciam. Cic. *de Fat.* O licentiam iocularem!

Iŏcŭlārĭus, a, um, quod ioco fit dicitúrve, neque serium est: vel quod ioco risúque dignum est. {γελοῖος. GALL. *Ioyeux & plein de raillerie*. ITAL. *Da giuoco*. GERM. Schimpfflich schertzig. HISP. *Lleno de burlas*. ANGL. *That spoken in iest*.} Horat. 1. *Serm. Satyr.* 1.

Præterea ne sic, vt qui iocularia ridens
Percurram.

Ter. *in And.* Iocularium in malum insciens penè incidi. Sueton. *in Ner. cap.* 1. Iocularia & latebras omittere. *Ibid. cap.* 42. Iocularia carmina in aliquem gesticulari.

Iŏcŭlārĭtĕr, iocosè, per iocum & risum. {γελοίως. GALL. *Par ieu, en raillant*. ITAL. *Da giuoco*. GERM. Schimpfflich/ in schimpffs weiß. HISP. *De burla, burlando, de palabra*. ANGL. *Iestinglie, merily, plesantlie*.} Plin. *lib.* 22. *cap.* 22. Hæc est, quam Aristophanes Euripidi Poëtæ obiicit iculariter, Matrem eius ne olus quidem legitimum venditasse olim, sed scandicem.

Iŏcŭlātōrĭus, a, um, quod fit per iocum. {γελοῖος. GALL. *Ioyeux, plein de raillerie*. ITAL. *Cosa giuocosa*. GERM. Das in schimpffs weiß geschicht. HISP. *Lleno de burlas*. ANGL. *That is spoken in iest*.} Cicer. *ad Attic. lib.* 4. Huic ioculatoriæ disputationi senem illum, vt noras, interesse sanè nolui. Quidam legunt ioculatorem, sed verum rectè, ipsi viderint.

Iŏcor, aris. Nugas ago, haud seriò loquor, cauillor. {צחק *tsichek*. παίζω, χαριεντίζομαι. GALL. *Se iouër, railler, se gaudir*. ITAL. *Scherzare*. GERM. Schimpffen/schimpffwerck treiben. HISP. *Burlar, jugar*. ANGL. *To vse iestes, disportes or merie wordes*.} Cicer. *lib.* 1. *Epist.* Sed iam cupio tecum coram iocari. Plaut. *in Menech. sc.* 2. *a.* 2. Soles iocari sæpe mecum illo modo. Cicer. 4. *de finib.* Habent enim accessionem dignam in qua laboretur, vt mihi in hoc iocari videantur interdum, quum ita dicant. Plaut. *Menech. sc.* 2. *a.* 5. Iam verò Menæchme satis iocatus, Nunc hanc rem age. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2.

Quid si scripsissem mimos obscœna iocantes.

Iocans, tis, participium. {מצחק *metsachék*. ὁ παίζων. GALL. *Se iouant, se raillant, se gaudisant*. ITAL. *Chi scherza di parole*. GERM. Schimpffend/ schertzend. HISP. *El que se burla*. ANGL. *Iesting, bourding, speaking merilie*.} Cic. 4. *Acad.* Me quoque, iocansne an ita sentiens (non enim satis intelligebam) cœpit hortari vt sententia desisterem.

Iocatio, nis, iocosa & faceta narratio, aut sermo. {צחק *tsechók*. ἡ παιδιά. GALL. *Raillerie*. ITAL. *Giuoco*. GERM. Schimpffung/schertz. HISP. *Burla, obra de burlar*. ANGL. *A bourding or vsing of disportes*.} Cic. *ad Papyr.* Nunc venio ad iocationes tuas.

Iocabundus, a, um, qui aliquid iocosè fecit. Valer. *lib.* 2. *cap.* 15. Iuuentus rudi atque incomposito motu corporum iocabunda gestus dedit.

‖ Iocista, qui verba iocatur. {ITAL. *Burlone*.} Gloss. Isid.

Ioganteum, [illegible], captiuitas. Gl. Isid. ‖

Iōl, Ἰὼλ, Ptol. Mauritaniæ Cæsariensis vrbs, Iubæ olim Regia, à Diuo Claudio coloniæ iure donata, deductis eò eiusdem iussu veteranis, & in honorem D. Augusti Cæsarea appellata. Autor Plin. *lib.* 5. *cap.* 2. & Strabo *lib.* 17.

Iolcos, Ἰωλκὸς, Stephano. Oppidum est Magnesiæ (quæ est regiuncula Thessaliæ ab Ossa annexa) inter Pelion & Ossam montes ad sinum Pelasgicum, quem & Iolciacum ab huius oppidi nomine appellat Ouid. 7. *Metam.*

Iŏlaus, Ἰόλαος, Iphicli filius fuit, qui Herculi hydram interficienti adfuit, ferro que candenti cruorem restinxit atque cohibuit. Hic quum ad decrepitam ætatem peruenisset, Herculis precibus iuuentuti restitutus est: vt fabulatur Ouid. 4. *Metam.*

———dubiáque legens lanugine malas
Ore reformatus primos Iolaus in annos.

Hercule vita verò functo, plerosque ex filiis eius in Sardiniam insulam abduxit, ibique cum incolis, qui natione Tusci erant, promiscuè habitauit, vt tradit Strabo *lib.* 5.

Iŏlē, Ἰόλη. Euryti Œchaliæ regis filia fuit, ab Hercule adamata, quam quum Eurytus iam victus ei tradere recusasset, licèt certaminis lege debitam, ita accensus Hercules, Eurytum interfecit, vrbéque direpta, Iolen abduxit, posteáque Hyllo filio suo vxorem tradidit. Ouid. *lib.* 6. *Metam.*

———at longis anxia curis
Argolis Alcmene questus vbi ponat aniles,
Cui referat nati testatos orbe labores,
Cuive suos casus, Iolen habet, Herculis illam
Imperiis thalamóque receperat Hyllus.

Iōn, Ἴων, Orchomenis filius ex Chio insula, Poeta tragicus & Lyricus, & Philosophus: cuius scripta commemorantur à Suida. ¶ Fuit & alter Ion, Xuthi filius, à quo Pelasgi Ægialees, qui Achaiam Peloponnesi regionem incolebant, Iones primum appellati sunt, teste Herod. *lib.* 7.

‖ Ion, insula Ægæi maris, in qua Homerum sepultum ferunt. ‖

Ione, Ἰόνη. Ciuitas Palæstinæ, quæ alias Gaza, sic dicta, quòd Io illuc appulerit, & manserit, Steph. qui rursus in Ionio mari ab hac vrbe dicto, vaccam eius insigne esse meminit Ione, apud eundem, Antiochia ab Archis habitabat iuxta Phadnen.

Iōnĭa, æ, {יון *javán*. Ἰωνία.} Asiæ minoris regio, media inter Cariam & Æolidem, tum cæli bonitate, tum situs commoditate nulli regionum posthabenda. Huius incolæ dicti sunt Iones, Ἴωνες, ab Ionibus Græciæ populis oriundi, quorum olim duodecim præcipuè fuerunt ciuitates, decem in continenti sitæ, Miletus scilicet, Myus, Priene, Ephesus, Colophon, Lebedus, Teos, Clazomenæ, Phocea, Erythræa, & duæ in insulis, Chios & Samos. Vide Herodot. *lib.* 1.

Iōnĭcus, a, um, Quod est ex Ionia. {יון *javán*. Ἰωνικός.} vt, Ionica lingua, inter quinque Græcorum linguas notissima. Motus Ionicus. Horat. *lib.* 3. *Carm. Ode* 5.

Motus doceri gaudet Ionicos
Matura virgo, & fingitur artubus
Iam nunc & incestos amores
De tenero meditatur vngui.

Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 5. Ex disciplina Ionica perdidici. Erant verò Ionici motus lasciui (vt cantio Cinædica apud Plaut. *in Sticho*) Siculique saltationem voluptuariam in honorem Dianæ celebrabant Ionicam vocatam, Pollux.

Iōnĭus, a, um, {יון *javán*. Ἰόνιος.} vt, Fluctus Ionius. Virg. 3. *Æneid.*

Nec potis Ionios fluctus æquare sequendo.

Vndæ Ioniæ Lucan. *lib.* 3. Illyris Ionias vrgens Epidaurus in vndas. ¶ Ionium mare, Ἰόνιον πέλαγος, dicitur ea pars maris Mediterranei, quæ supra fauces Adriatici inter Siciliam & Cretam expanditur: vt non obscurè innuit Plin. *lib.* 4. *cap.* 11. quum ait, Ionium mare à Græcis in Siculum & Creticum diuidi. Sunt qui Isthmum Peloponnesiacum Ionij & Ægæi maris terminum faciunt. Ptolem. *in descriptione Macedoniæ*, eam quoque partem sinus Adriatici quæ Macedoniæ oram ab Occasu alluit, Ionio mari attribuit, eiúsque terminos Dyrrhachio, siue Epidamno vrbe, & Pylichno fluuio circumscribit. Rectiùs Plin. cæteríque Acroceraunio promontorio Ionium mare ab Adriatico dirimunt. Quàm sæuum, violentum, vastum, & iactabundum sit illud mare, vide apud Gell. *cap.* 1. *lib.* 19. Quod autem ad nominis rationem attinet, non satis conuenit inter scriptores: Didymus enim dictum existimat ab Ionio quodam Dyrrhachij filio, quem Hercules quum imprudenter occidisset, in mare proiecit, vt memoriam eius propagaret. Solinus ab Ionia, extrema Italiæ regiuncula dictum mauult. Lycophron ab errore Ius, Inachi filiæ: alij ab Ionum naufragio: nonnulli ab Ione quodam Adriæ patre, qui deinde mari Adriatico nomen fecit.

Iŏnthi, ἴονθοι. A Galeno appellantur exigui duríque faciei tumores, à crasso humore generati, quos Plin. Celsúsque varos, Itali sua lingua *Cossos* appellant, teste Manardo *Epist. Med. lib.* 7. & 8.

Iŏpas, Ἰώπας, Africæ regulus, vnus ex procis Didûs: cuius meminit Virg. *lib.* 1. *Æneid.*

———cithara crinitus Iopas
Personat aurata.

Iopis, Ἰώπις, regio Laconiæ, Steph.

Ioppe, {יפו *Japhô*. Ἰόππη. Vulgò, *Porto Iaffa*.} Vrbs est maritima Palæstinæ, quæ (vt quidam volunt) regia fuit Cephei Andromedæ patris. Hæc, referente Solino *in Collectaneis*, & Plin. *lib.* 5. fuit antiquissima omnium vrbium in vniuerso orbe, vtpote ante diluuium condita. Quod & ostendit saxum, quod vinculorum Andromedæ vestigia adhuc retinet, quam exposita belluæ (vt ait Solinus) non irritus rumor circuntulit. Nonnulli verò alij non Ioppen Palæstinæ, sed aliam Indiæ vrbem fuisse dicunt, vbi Andromede marinæ beluæ fuit exposita. Ouid. *lib.* 1. *de Arte amandi,*

Perseus Andromedam nigris portauit ab Indis.

Et Sappho *ad Phaonem,*

Candida si non sum placuit Cepheia Perseo,
Andromede, patriæ fusca colore suæ.

Sunt tamen qui credunt eam in Æthiopia Indica fuisse natam, circa Ioppen tamen Palæstinæ vrbem beluæ marinæ fuisse expositam.

Iordanis, {ירדן *jardén*. Ἰορδάνης.} Fluuius in Iudæa eximiæ suauitatis, Peræam à reliqua Iudæa diuidens, vt autor est Plin. *lib.* 5. *cap.* 5. {Ein berümpter fluß im Jüdischen land.} Oritur ad radices Libani duobus fontibus: alteri est nomen Ior, alteri Dan: qui simul iuncti, Iordanis nomen efficiunt.

Ios, Ἴος, Insula est maris Myrtoi, vna Sporadum, distans à Naxo xxv. m. pass. in qua sepultus est Homerus, oraculo iubente, quoniam mater eius ex Io foret: ipse verò certa matre, incerta esset patria, vide Plin. *lib.* 4. *cap.* 12.

Iosac

[Iosaccharum, saccharum aquâ rosaceâ conditum. L.gr.b.]
Iospica, oppidum in ora Liburniæ, apud Plin. *lib.* 3. *cap.* 21. Ptolemæus Lopsicam appellat.
[Iosum, deorsum. Cod.II.antiq.]
Iotapata, orum, siue Iotapata, æ, Ἰωτάπατα, ἡ Ἰωταπάτη. Steph. Syriæ oppidum apud Iosephum *lib.* 3. *Antiquit.*
Iota, litera est Græca, sed ponitur pro nihilo, ac re nullius momenti, Cic. *de Orat.* Vt iota literam tollas, & ε planissimum dicas.
[Iotacismus, ἰωτακισμὸς, quoties in Iota litera duplicatur sonus, vt Troiia, Maiia. vbi earum literarum adeò exilis est pronuntiatio, vt vnum iota, non duo, sonare videatur. Isid. *lib.* 1. 31. ἰωτακίζω iota frequenter repeto.]
Iouinianus Pontanus, Poëta, multa scripsit tum prosâ oratione, tum carmine.
Iouinianus, Ἰοβιανὸς, Diuus Maximianus voluit vocari, qui se fortiter in Illyrico gessisset.
Iouis in casu recto, pro Iupiter. Ennius *annali primo*,

Iuno, Vesta, Mineruæ, Ceres, Diana, Venus, Mars,
Mercurius, Iouis, Neptunus, Vulcanus, Apollo.

Vide *Iupiter.*
Iŏuis gĕmmă, quæ præter candorem & leuis est, & tenera, Διὸς λίθος. Plin. *lib.* 37. *cap.* 10.
Iŏuis flōs, Flos est æstiuus & inodorus, colore purpureo, cuius gratia coronamentis expetitur, Διὸς ἄνθος. Plin. *lib.* 21, *cap.* 10. Colore tantùm placet Iouis flos, odor abest: sicut & illi, qui Græcè Phlox vocatur.
[Iouialis, Dialis. Macrob. Satur. *lib.* 5. *cap.* 16.
Iouialis stella, apud eundem *Comment. lib.* 1. 19.]

I P

Ipana, vrbs circa Carthaginem, Ἴπανα, Steph.
Ipes, quæ & Senipes, ἶπες, ἢ σκνῖπες, à Græcis appellantur vermiculi verno tempore, & potissimum spirante Austro in vitibus nascentes, oculósque earum erodentes, quos rustici solent ampelitide terra enecare, vt docet Galenus *lib.* 9. *simpl. medic.* Vide latiùs infrà in *Ips.*
Iphares & Testorius, filij fuerunt Priami, quos illi vno partu Peridia Idæa nympha enixa est, quam ipse furtim in venatione compresserat: postea verò in bello Troiano ab Antilocho Nestoris filio sunt occisi.
Iphĭănāssă, Ἰφιάνασσα, & Lysippe, filiæ fuerunt Prœti Argiuorum regis, quibus alij Mæram & Euryalem addunt: quæ quum ad Iunonis templum venissent, deam contumeliis affecerunt, patris sui domum diuitiis templi Iunonis, vel, vt alij ferunt, formam suam deæ pulchritudini præferentes, à Iunone in furorem versæ sunt, vt putarent se esse vaccas. Ad quas curandas accersitus est Melampus, cui pater regni partem, & alteram filiam, quam vellet, nuptui promisit. Placata igitur per supplicationem, & hostias Iunone, Melampus Prœtidas à morbo curauit, & Iphianassam vxorem duxit. ¶ Hoc nomine appellatur etiam à Lucret. *lib.* 1. Iphigenia Agamemnonis filia, ex Clytemnestra, Aulide quo pacto Triuiai virginis aram Iphianassæo turparit sanguine fœdè.
Īphĭclŭs, siue Iphicles, Ἰφικλῆς Suidæ, fuit Amphitryonis & Alcmenæ filius, eodem partu cum Hercle editus, Iolai pater: sepulchrum habet Arcadiæ vrbem, vt scribit Pausanias. Seruius, Hercules natus est cum Iphiclo Amphitryonis filio: sed quum Iuno duos serpentes immisisset Herculi, Iphiclos de cunis terrore lapsus, suo vagitu excitauit parentes: qui quum surrexissent, viderunt Herculem angentem manibus angues immissos ei nouercalibus odiis. Fuerunt & alij huius nominis.
Iphicrates, Ἰφικράτης, teste Æmylio & Plutarcho, vir Atheniensis non tam magnitudine rerum gestarum, quàm disciplina militari nobilitatus. Hic primus omnium spoliis bello captis nomen suum inscripsit, quum antea ciuitatis nomen modò inscriberetur. Autor Suidas.
Iphidamas, Ἰφιδάμας, teste Homero *lib.* 11. *Iliad.* Antenoris filius fuit, corpore lato atque procera, ab Agamemnone in bello Troiano interemptus.
Iphĭgĕnīă, Ἰφιγένεια, Agamemnonis & Clytemnestræ filia fuit: de qua ita fabulantur poetæ: Quum Agamemnon in Aulide ceruum Dianæ ignarus occidisset, dea irata ventorum flatus amouit, vt Græci nauigare non possent. Quapropter cùm oraculum consulerent, responsum est, Agamemnonio sanguine deam esse placandam. Missus igitur Vlysses Iphigeniam astu à matre abduxit, Achilli eam nupturam simulans, quúmque iam immolanda esset, dea eius miserta, ceruam pro ea supposuit: virginem autem in Tauricam regionem transtulit, vbi à Thoante Rege eiusdem deæ sacris præfecta est, quæ humano sanguine fieri solebant. Quò quum postea Orestes furiis agitatus, & ab incolis captus venisset, iamque esset immolandus, à sorore agnitus & liberatus est: cum quo non multo pòst, occiso Thoante Rege aufugit, ablato secum Dianæ simulachro, in lignorum fasce abscondito, propter quod illam Fascelidem vocarunt. Tandem venerunt in Italiam, & in Aricino nemore simulachrum locauerunt, ædificato deæ insigni templo.
Iphĭmĕdīă, Ἰφιμέδεια, vxor fuit Aloei, quæ compressa à Neptuno filios geminos peperit, Otum & Ephialtem, qui singulis mensibus nouem digitorum longitudinem staturæ suæ adijciebant: quúmque paucis annis in summam corporis molem excreuissent, vnà cum cæteris gigantibus aduersùs superos bellum mouentes, Apollinis & Dianæ telis confixi sunt.
Iphinous, Ἰφίνοος, vnus ex Centauris, apud Ouid. 12 *Metam.*
Iphĭs, Ἶφις, Puer fuit formæ venustate conspicuus: qui quum Anaxareten puellam efflictim amaret, neque illa ejus amori responderet, impatientia amoris vitam laqueo finiuit. Quúmque iam ad sepulturam efferretur, Anaxarete è fenestra prospiciens, in saxum mutata est. Vide latiùs hanc fabulam apud Ouid. 14. *Metamorphos.* ¶ Fuit item Iphis, puella quædam Cretensis ex Phæsto oppido, Lygi & Telethusæ filia, quam mater inscio viro (qui, si filia sibi nasceretur, occidi eam imperarat) virili habitu educauerat. Qua ratione quum ad annos pubertatis patrem fefellisset, Lygdus Ianthen puellam ei despondit. Quapropter inops consilij Telethusa, Isidis auxilium implorauit: quæ ipso nuptiarum die Iphiden transformauit in marem. Vide Ouid. *lib.* 6. *Metam.*
Īphĭtŭs, Ἴφιτος, filius Praxonidis, siue Hæmonis, qui primus Olympia instituit. ¶ Iphitus item alius Euryti OEchaliæ regis filius fuit, & frater Ioles, quem Hercules è turri præcipitauit. ¶ Alius fuit Troianus, de quo Virg. *lib.* 2. *Æneid.*

——*Diuellimur inde*
Iphitus & Pelias mecum.

[Ipnocausta, ἰπνοκαυστα, ὑποκαυστα, fumarium. Gloss. Ein Ofenheitzer.]
Ipnus, Ἰπνὸς, quam alij Ipneam vocant, vrbs Locrorum Ozolorum, Stephan.
Ipnus, untis, Ἰπνοῦς, vel Ipnusia, Parua regio in Samo, vbi Iunonis Ipnuntidis templum erat. Steph.
[Ipra, *Iperen*, V. E. Flandriæ, sub A. Machliniensi.]
Ipsicuri, Ἰψίκουροι, populi Liguriæ, Steph.
Ips, Ἴψ, vermiculus est vitium oculos erodens, vt & cis frumenta, trips ligna, sis vestes, is vitrum, midas fabam. Vide latiùs suprà in dictione *Ipes.*
Ipsĕ, a, um, q. is se: vel simpliciter ab Is. Pronomen demonstratiuum, quod cum aliis pronominibus iunctum, eorum accipit significationem: vt ego ipse, tu ipse, is ipse. {הוּא *hu.* αὐτός. GALL. *Luy, luy-mesme.* ITAL. *Esso.* GERM. Er. HISP. *El mesmo.* ANGL. *He, him, self.*} Inuenitur tamen sæpè absque aliis per eclipsim prolatum, & tamen eorum habens significationem, quæ cum eo subaudiuntur. Virg. 2. *Æneid.*

——*Quæque ipsa miserrima vidi.*

Plaut. *Capt. sc.* 2. *a.* 2. Ipsus hic homo est. Idem *Asin. sc.* 4. *a.* 2. Cui rerum omnium summam ipsus credit. Idem *Pseud. sc.* 7. *a.* 4. Ipsus verus Harpax ad me epistolam attulit. Idem *Men. sc.* 1. *a.* 1. Est adolescens ipsus escæ maximæ. *Ibid. sc.* 4. *a.* 5. Atque eccum ipsum hominem. Ouid. 13. *Metam.* Sunt & mihi vulnera ciues ipso pulcra loco. Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 2. Ipsa mihi opportunitas non potuit opportuniùs aduenire. ¶ Aliquando relatiuum est. Virg. 3. *Æneid.*

——*Ipsa arduus, altaque pulsat Sydera.*

Insanit hic, qui ipse maledicit sibi. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 2. *Ibid. sc.* 5. *a.* 5. An qui perperam me insanire aiunt, ipsi insaniunt. *Ibid. sc.* 6. *a.* 5. Diligentes rem heri tuetur, quàm si ipse adsit. ¶ Aliquando emphasim, id est, significationem & vim rei alicuius latentis habet, cuiusmodi est illud apud Virg. 2. *Æneid.*

Ipse pater Danais animos, viresque secundas
Sufficit.

Ibi enim *Ipse* latentem quandam habet energiam: quasi dicat, Ipse Iupiter, qui se omnibus æquum solet præbere, & quem minimè verisimile erat talia facturum fuisse. Tibull. *lib.* 4.

Ipse mihi non si præscribat carmina Phœbus.

Ibidem,

Iuppiter ipse leui vectus per inania curru
Adfuit.

Plaut. *Amphitr. prolog.* Ipse hanc acturu'st Iuppiter comœdiam. Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 2. Tu te ipse ad me refers. Idem *prolog. Amphitr.* Siue qui ipsi ambissent, seu per internuntium. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 1. Illi est ipsus. Ouid. *Eleg.* 8. *lib.* 4. *Trist.*

Ipsaque delictis victa est clementia nostris. (i. Augustus est mitissimus.)

Quòd si addatur particula *met*, discretio signatur: vt ipsemet, hoc est, ipse per se, & non per alios. Ipsi, pro integri, siue toti, quemadmodum Hotomanus obseruauit, antiqua consuetudine. Paulus *l.* 66. *de verb. oblig.* Sed si ipsorum viginti annorum erit, non impedietur manumissio. Cicer. *ad Attic. lib.* 3. Triginta dies erant ipsi, quum has dabam literas per quos nullas à vobis acceperam. ¶ Apud veteres Ipsus, pro ipse dicebatur. Terent. Ipsus est. Vide exempla paulò antè. ¶ Item, Ipsos, pro ipsus, siue ipse, Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 3. Ipsos sibi faciam, vt digitos prærodat suos. ¶ Item superlatiuum Ipsissimus, αὐτότατος. ¶ Hinc fit compositum Isipse, id est, ipse & non alius. ¶ Ipse is, i. is ipse. Cels. *lib.* 6. *cap.* 7. Si pulex intus est, compellendum eò lanæ paulum est, quo ipse is subit, & simul extrahitur. ¶ Inter ipsos pro Inter se. Quintil. *lib.* 8. *cap.* 6. Circa quem inexplicabilis & grammaticis inter ipsos & philosophis pugna est. Idem *lib.* 10. *cap.* 2. In magnis quoque authoribus incidunt aliqua vitiosa, & à doctis inter ipsos etiam mutuò reprehensa. Idem *ibidem* vsus est reciprocè, Diuersa est causarum inter seipsas conditio.
[Ipsipe, ipsi neque alij. Fest. *leg.* Ipsipte. Gloss. Ipsipte αὐτοί. Sic mihipte, mihi ipsi, apud Caton.]
Ipsŭllĭcēs, Bracteæ dicebantur in muliebrem, virilémque speciem expressæ. Festus.

I R

Ir, vide *Hir.*
Īră, vide *Hira.*
Īră, Iracundia, furor, animi excandescentia in corde sedem habens: ita dicta, vt quidam tradunt, à verbo Ire. quòd faciat hominem extra se ire. {אַף *aph.* חָרוֹן *charón* כַּעַס *chá'has* זַעַף *zá'haph.* ὀργή. GALL. *Ire, courroux, colere.* ITAL. *Colera, ira.* GERM. Zorn. HISP. *Ira.* ANGL. *Anger, wrath.*} Nam à se it qui irascitur, & furit. Vnde & qui iram deponit, ad se redire dicitur. Terentius *in Adelph.* Tandem reprime iracundiam, & ad te redi. Quid ira differat ab iracundia, vide in verbo Iracundia. Cicer. 4. *Tusculanarum*, Quæ autem libidini subiecta sunt, ea sic definiunt, vt ira sit libido puniendi eius qui videatur læsisse iniuria. Iræ sunt inter Glycerium & gnatum. Ter. *in Andr.* Iram euomere in aliquem. Idem *in Adelph.* Cic. *de Offic.* Prohibenda maximè est ira in puniendo. Tibull. *lib.* 4. Seu Iudicis ira sit placanda. (i. iratus iudex.) Ouid. 13. *Metam.*

——*Morbisque iráque furentem Molliet.*

Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Nimis sermone huius ira incendor. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Atque vtinam reuoces animum paulisper ab ira.

Idem *Eleg.* 5. *lib.* 3. *Trist.*

Quo quisque est maior, magis est placabilis ira.

Idem *Eleg.4.lib.4.Trist.* Tempore cùm fuerit lenior ira. Plaut.*Pseud.* *sc.5.a.1.* Insipientia est iràm in promptu gerere. Idem *Amph.* Iræ interueniunt, redeunt rursus in gratiam. (de amantibus.) *Ibid.* Vix video præ ira. Indomitæ iræ. Virg.1. *Æneid.*

Nate, quis indomitas tantus dolor excitat iras?

Exercere iras. Idem 3.*Georg.*

Hoc quondam monstro horribiles exercuit iras
Inachiæ Iuno pestem meditata iuuencæ.

Ouid.13.*Metam.*

———rostrisque & aduncis vnguibus iras
Exercent, aliásque aduersaque pectora lassant.

‖Iræ esse. Virg.*in Æneid.*

Haud aliter iustæ quibus est Mezentius iræ.‖

Iracundus, a, um, qui ex parua & leui, vel nulla caussa irascitur: quique natura ad iram procliuis est. {כעס chabes קצף zaképh. ὀργίλος, χολώδης, θυμοειδής, θυμικός. GALL. *Colere, qui se courrouce incontinent & pour peu de chose.* ITAL. *Colerico, iracondo.* GERM. Zornmütig. HISP. *Ayrado.* ANGL. *Soone angrie.*} Plaut.*in Mil.* Opus erítne tibi aduocato tristi, iracundo? Ecce me. Idem *in Pœn.* Eia haud vestrum est iracundos esse quod dixi ioco. Idem *Men. sc.1. a.2.* Ego homo iracundus, animi perditi. *Ibid. sc.3.a.4.* Nimis iracunda es.

‖Iracundissimus dicitur, vt iratissimus. Senec.*epist.95.*‖

Iracundia, dicitur procliuitas ad iram. {כעס chabás קצף zaképh. ὀργιλότης. GALL. *Despit, ire.* ITAL. *Desiderio de vendetta, dispetto.* GERM. Zornmütigkeit. HISP. *Aquella ira que permanece.* ANGL. *Anger quikelie moued.*} Donatus, ita de causa est, iracundia de vitio multum irascentis. Cic.4.*Tusculan.* Ex quo in aliis anxietas, vnde anxij: in aliis iracundia dicitur, quæ ab ira differt: éstque aliud iracundum esse, aliud iratum. Seneca, Ira quo distet ab iracundia apparet: quo scilicet ebrius ab ebrioso, & timens à timido: Iratus potest esse non iracundus: iracundus potest aliquando non iratus esse. Aliam differentiam iræ & iracundiæ tradit Sueton.*in Claud. cap.38.* Vsurpatur tamen iracundia pro ira. Cic.3.*Tuscul.* Quanquam ipsa iracundia libidinis est pars: sic enim definitur, Iracundia est vlciscendi libido. Terent.*in Adelph.* Me miserum, vix sum compos animi, ita ardeo iracundia. Plaut.*Curc.sc.3.a.4.* Non mediocri incedo iratus iracundia. Idem *Asin.sc.4.a.1.* Iracundia obstitit oculis.

Iracunde, aduerbium, Furiosè, animosè, impellente ira. {ὀργίλως, θυμωδῶς. GALL. *Auec ire, par courroux, de colere.* ITAL. *Sdegnosamente, con ira.* GERM. Zornmütiglich. HISP. *Ayradamente.* ANGL. *Angerlie.*} Cic. *Philipp.8.* Nam me tecum iracundè agere dixisti solere, non est ita: vehementer me agere fateor, iracundè nego.

Irascor, sceris, iratus sum, Ira commoueor, stomachor, succenseo. {כעס chabás קצף zaképh. ὀργίζομαι. GALL. *Se courroucer, se despiter, se colerer.* ITAL. *Irarsi, adirarsi, corrucciarsi.* GERM. Zürnen, zornig sein. HISP. *Encolerizarse de presto.* ANGL. *To be angrie.*} Et modò absolutè ponitur. Ter. *in Eunuch.* Ille continuò irasci, Neque negare audere. Idem *in Adelph.* Rursum Demea irascere. Modò construitur cum datiuo, Cic.*ad Attic. lib.1.* Pompeij nostri amici negant me ei iratum fore, si mea conuitia non venerit. Plaut. Noli amabò Amphitruo irasci Sosiæ causa mea. Cic.*pro Qu. Rosc.* Dij immortales hominibus irasci & succensere consueuerunt. Ouid.13.*Metam.*

——— Diuisque irascitur ipsis.

Plaut.*Curc.sc.1.a.5.* Enimuero irascor. (verba muliercul æ.) Idem *Capt. sc.1.a.4.* Noli irascier. (de coquerente.) Idem *Pseud.sc.6.a.4.* Ego haud iratus fui. (ob hæc conuitia.) ¶ Irasci vicem alicuius pro dolere. Liu. *4.bell.Maced.* ¶ Huius composita sunt, Subirascor, quod est paulum, vel leniter irascor, Obirascor, contrà irascor. ἀντοργίζομαι. Liu.*lib.1.* Fortunæ (vt fit) obirati, cultum reliquerant Deûm. Nonius veteres quoque Irasco dixisse annotauit. Pompon.*in Arista,* Noli quæso irascere. More fit moriri suam quisque vxorem vt velit. Nigidius *commento Grammat. lib.1.* Ita irascere, quid nunc irascitur! Ex Nonio.

Irascentia, æ, ὀργιλότης. Apuleius de Philosoph. non solùm rationabilis & irascentiæ loca possidentur.

Iratus dicitur, qui aliqua re lacessitus excandescit: etiamsi natura non sit iracundus. {כעס chabés קצף zaképh. ὀργισθείς. GALL. *Ire, courroucé, despité, coleré.* ITAL. *Adirato, corucciato.* GERM. Zornig, erzürnt. HISP. *Ayrado y sañudo.* ANGL. *Angrie or displeased.*} Plaut. *Menæch.sc.2.a.5.* Quid tu tristis es? quid autem ille iratus abs te destitit? Idem *Milit.sc.6.a.2.* Benignè fecit, ne iratus esset (de placato sene.) Idem *Menæch.sc.2.a.4.* Num irata es alicui familiarium? Senec. *epist.54.* Irato mari natus Vlysses. Idem *cap.13.de consol.ad Marc.* Colore deos ne iratos quidem destitit. Plaut. *Milit. sc.3. a.2.* Diis inimicis atque iratis natus. Idem *Curc. sc.3. a. 4.* Cui homini Dij sunt propitij, ei non esse iratos puto. *Ibid.* Non mediocri iratus iracundia. Idem *Amphitr.* Iuppiter quæso Amphitruoni vt semper iratus sies. A. Ah! propitius sit potiùs. *Ibid.* Dij tibi irati certò sunt omnes, qui sic frangas fores. Cicer. *pro Cælio,* Huic ego deos propitios, plerique autem iratos putant. Idem *ad Attic.* Nolo te illum iratum habere. Iratior. Idem *ad Attic. lib.15.* Antonio est enim fortasse iratior. Iratissimus. Idem 2. *Philipp.* Cæsar ipse qui illis fuerat iratissimus, tamen propter singularem eius ciuitatis grauitatem & fidem, quotidie aliquid iracundiæ remittebat. Ouid. *Eleg.vlt. lib.4. Trist.*

Iratus studio carminibúsque meis.

Plaut. *Pseud. sc.2. a.5.* Nunquid iratus es mihi, aut filio propter has res nihili.

Irate, aduerb. Per iram significat. {ὀργίλως. GALL. *Par courroux, par colere.* ITAL. *Iratamente, con sdegno, con ira.* GERM. Zorniglich. HISP. *Ayradamente, sañudamente.* ANGL. *Angerlie.*} Col.*lib.7.cap.12.* Satis est seueros esse, nec blandos, vt nonnunquam etiam conseruos iratiùs intueantur, semper excandescant in exteros.

Iraphiotes, vide *Eraphiotes.*

Irectus, genus est farciminis.

Ire pedibus in sententiam, ..., quid sit vide suprà in verbo Eo, is.

Irenarches, siue Irenarcha, {εἰρηνάρχης. ANGL. *A iustice or iusticer of peace.*} Qui ad tollendas discordias & pacandos ciuium animos, siue qui disciplinæ publicæ, & corrigendis moribus præficitur. Græci enim εἰρήνην pacem vocant: ἄρχον, perfectum, aut principem. Horum officium erat tranquillitatem publicam seruare, & iter facientibus vias securas præstare. Vide Vlpian.*l.munerum. D. de muneribus & honoribus.*

Irene, insula, εἰρήνη, vide *Calabria.*

‖Irenica, εἰρηνικά, preces pro pace. Vide Gloss.gr.D.Meurs.‖

Iresidæ, εἰρεσίδαι, vicus in Tribu Acamantide, Steph.

‖Iresione, εἰρεσιώνη, olei ramus lanâ velatus & habens omnigenos terræ fructus dependentes.‖

Iria, Flauia. Oppidum est Cæpororum, in ora occidentali Tarraconensis Hispaniæ: cuius meminit Ptolem.*lib.2. cap.6.* ¶ Est & Iria Taurinorum oppidum non procul à Dertona: cuius meminit idem Ptolem. *lib.3. cap.1.*

Iris, iris, vel iridis. {קשת keschéth. ἶρις. GALL. *L'arc du ciel.* ITAL. *L'arco del cielo.* GERM. Ein regenbogen. HISP. *El arco del cielo ò de la nubes.* ANGL. *The rayne bowe.*} Arcus cœlestis: à verbo εἴρειν, quod est dicere, vel nuntiare: propterea quòd is pluuias denuntiet: vnde etiam poëtæ Irim Iunonis nuntiam esse finxerunt. Virg.5.*Æneid.*

Irim de cœlo misit Saturnia Iuno.

Huius arcus causa est radius Solis, cauæ nubi immissus, qui repulsa acie in Solem refringitur: Nubes enim formam arcus discoloris efficiunt, quia alia parte earum tumidiores sunt, alia submissiores, & quadam crassiores, quàm vt Solem transmittant, alia imbecilliores, quàm vt excludant. Hæc inæqualitas alternis lucem vmbrámque commiscet, & exprimit illam mirabilem arcus varietatem. ¶ Est & Iris. {ἶρις. GALL. *Flambe ou glayeul.* ITAL. *Iride, giglio, azurro, lilio celeste.* GERM. Blawlilien. HISP. *Lirio cardeno.* ANGL. *Flowre deluse.*} Herba gladioli foliis; sed maioribus, latioribus & pinguioribus, radice odorata & sternutamenta mouente, flore colorum varietate arcus cælestis speciem referente. Vulgus *Lilium cæruleum* appellat. Vide Plin. *lib.21. cap.7.*

Irinum, {ἴρινον. GALL. *Onguent fait de glayeul.* ITAL. *Vnguento fato de iride.* GERM. Ein salbe von blawen lilien gemacht. HISP. *Vnguento hecho de lirio cardeno.* ANGL. *An oyntement made of the fleure de luse.*} Vnguentum quod ex iride fit. Plin. *lib. 13. cap. 1.* Irinum Corinthi diu maximè placuit. Idem *lib.20.cap.27.* Capitis dolores discutit illitum ex aceto, & infusum naribus cum irino, oculorum epiphoras & tumores.

Irion, is, Frugis genus est, culmo assurgens ferulaceo, foliis & flore sesamo non dissimili. Seritur in Italia ante Vergiliarum exortum: in Græcia autem & Asia sub earum occasum. Vide Plin.*lib.18. cap.7.*

‖Irmus, hymnus, qui ante tropatium canebatur, ita dictus, quòd reliquorum, quæ canerentur, consequentia ab eo duceretur. Lex.gr.b.

Irnea, vide *Hirnea.*

Irneum, placentæ genus ab irneâ dictum. Tur.‖

Irnella, vasis genus in sacris. Festus.

IRONIA, εἰρωνεία. Figura est in pronuntiatione vim omnem habens, quam nos vel dissimulationem, vel irrisionem dicere possumus: quum scilicet pronuntiatione ipsa nos diuersum ostendimus significare ab eo, quòd verba ipsa videntur sonare. Eiusmodi est illud Iunonis apud Virg. 10.*Æneid.*

Me duce Dardanius Spartam expugnauit adulter.

Nisi amaritudo pronuntiationis adiuuerit, confiteri videtur, quod negare contendit.

‖Ironicus, a, um, ad ironiam pertinens.

Ironicè, cum Ironia.‖

Irpices, Rastri sunt dentati, in agris ad extirpandas radices herbarum accommodati. Festus. Varro 4. *de lingua Latina,* à serpendo dictos putat, eámque ob causam primùm Sirpices, postea S detrita, Irpices appellatos esse. Cato *de re rust.* vocat Vrpices, vel Hurpices, *cap.10.* ab ἅρπαξ καὶ ἁρπάγη Græco. Euripides *Cyclope,* ... Scaliger *in Varr.*

Irpini, Populi erant ad Soracten montem, ita appellati ab Irpo, quo nomine Samnites lupum appellant, siue quòd lupum ducem secuti sedes suas delegerunt, vt Festus tradit: siue quod more luporum ex rapto viuerent. Hos Seruius Hirpinos vocat per aspirationem in prima syllaba.

‖Irquitallus. vide *Hirquitallus.*‖

IRRADIO, as, Illustro, illumino. {הופיע hophiah. ἀκτινοβολῶ, ἀκτῖνας ...βάλλω. GALL. *Ietter rayons comme fait le soleil, ietter clarté & lumiere.* ITAL. *Mandar raggi come il sole, lampeggiare.* GERM. Scheinen, glantzen, bescheinen. HISP. *Echar de si rayos de luz.* ANGL. *To shyne and cast beames like the sonne.*} Plaut. Faciunt quod consueuerunt, irradiant salibus mensam, omnes ad risum prouocant.

Irrasus, Non rasus. {ἄκουρος. GALL. *Qui n'est point rais ne tondu.* ITAL. *Non raso.* GERM. Vnbeschoren. HISP. *No raydo.* ANGL. *Not shauen or clipped.*} Plaut.*in Rud.* Dij te ament cum irraso capite.

‖IRRATIO, non ratio: vnde *irrationale,* carens ratione. Tertull.‖

Irrationabilis, e, Ratione carens. {ἄλογος. GALL. *Chose sans raison, qui n'vse point de raison.* ITAL. *Non ragioneuole.* GERM. Vnuernünfftig. HISP. *Cosa fuera de razon.* ANGL. *without raison.*} Quint.*lib.7.cap.4.* Falsa est definitio, si dicas, Equus est animal rationale: nam est equus animal, sed irrationabile. Sunt tamen qui & hic & alibi apud eundem autorem, non rationabile, sed rationale legant.

‖Irrationabilitas, ἀλογία, ἀλογιστία. Apuleius in Asclepio Hermetis.‖

Irrauceo, is, rausi, sum, teste Prisciano, siue irrauesco, cui, raucus fio. {βραγχῶ, βραγχιάζω. GALL. *Estre enroué.* ITAL. *Diuenir rauco.* GERM. Heyser werden. HISP. *Enronquecerse.* ANGL. *To haue an hoarse voice.*} Cic.*lib.1.de Orat.* At Æsopum, si paulùm irrauerit, explodi. Priscianus legit *irrauserit.*

Irredux, ducis, ✕ Redux. {ἄνοστος. GALL. *D'où on ne retourne point.* ITAL. *Donde non si può tornar saluo.* GERM. Vnwiderkömlich. HISP. *Donde no se torna del peligro.* ANGL. *That can not be returned.* - vt apud Lucan.*lib.9.* Irreducémque viam deserto limite carpit. hoc est, viam vnde reditus non est.

Irreduiuus, a, um, Rediuiuus. {ὁ τῶν ἀναβιώσεων οὐδὲ ...ν ὤν. GALL. *Qu'on ne*

ne peut refaire ne reparer. Ital. *Che non si puede refare.* Germ. Nicht wi-der zubringen. Hisp. *Cosa que no se puede renazer ò renouar.* Angl. *That can not be renued or repaired.*} vt, Irrediuiuus pons apud Catullum, pro irreparabili, inquit Budæus. Cat. *Epigr.* 17. *ad Coloniam.*

——sed vereris inepta
Crura ponticuli, sub hic terme irrediuiuus
Ne supinus eat, cauaque in palude recumbat.

Irrĕlĭgātŭs, a, um, Solutus, & non ligatus. {ἄδετος. Gall. *Qui n'est point lié, deslié.* Ital. *Sciolto.* Germ. Ungebunden. Hisp. *Cosa no atada.* Angl. *That is not bound.*} Ouid. 1. *de Arte.*

Vtque erat è somno tunica velata recincta,
Nuda pedem croceas irreligata comas.

Irrĕlĭgĭōsŭs, a, um, Pietati, & religioni repugnans. {איש בליעל *isch-bely jaáál.* ἀσεβής, ἄθεος. Gall. *Qui n'est point religieux, irreligieux.* Ital. *Irreligioso.* Germ. Ungottsförchtig. Hisp. *Cosa no religiosa.* Angl. *without any religion.*} Liu. 5. *ab Vrbe*, Saluo etiam tum discrimine diuinarum, humanarúmque rerum, irreligiosum ratus, sacerdotes publicos, sacráque populi Romani pedibus ire, ferrique se & suos in vehiculo conspici.

Irrĕlĭgĭōsĭtās, ἀσέβεια. Fabius Victorinus *in* 1. *Rhetor. Ciceronis*, Religio virtus est, irreligiositas vitium.

Irrĕmĕābĭlĭs, e, Vnde remeare non possis. {ἄνοστος, ἀνέφικτος. Gall. *Dont on ne peut reuenir ne retourner.* Ital. *Donde non si puede tornare à dietro.* Germ. Unwiderkerlich. Hisp. *Cosa que no puede voluer.* Angl. *Of the which none can returne.*} vt, Error irremeabilis. Virgil. 5. *Æneid.*

——ancipitémque
Mille viis habuisse dolum, qua signa sequendi
Falleret indeprehensus, & irremeabilis error.

Idem 7. *Æneid.*

Occupat Æneas aditum custode sepulto,
Euaditque celer ripam irremeabilis vndæ.

Viæ irremeabiles. Senec. *Hercul. furente.*

Irrĕmĕdĭābĭlĭs, e, Cui mederi ac remedium adhibere non possumus, incurabilis. {ἀνίατος, ἀθεράπευτος. Gall. *A quoy on ne peut remedier.* Ital. *Che non si può trouare rimedio.* Germ. Unheilsam. Hisp. *Cosa sin remedio.* Angl. *That can not be remedied or cured.*} Plin. *lib.* 20. *cap.* 7. Et quibus dixisse non pudeat, si in defectu Lunæ, Solisve congruat vis illa, irremediabile fieri. Idem *lib.* 25. *cap.* 13. Sed in vino pota irremediabilis existimatur.

[Irremotus, immotus, Prud.]

Irrĕmūnĕrābĭle, quod ob magnitudinem remunerari non potest, nec par pari rependi. {ἀνταπόδοτον. Gall. *Qui ne se peut remunerer.* Ital. *Che non si può remunerare.* Germ. Das man nicht vergelten kan. Hisp. *Cosa que no se puede galardonar.* Angl. *Tat can not be rewarded.*}

Irrĕpărābĭlĕ, Quod reparari & in integrum restitui non potest. {ἀνεπανόρθωτος. Gall. *Irreparable qu'on ne peut reparer.* Ital. *Che non si può reparare.* Germ. Unwiderbringlich. Hisp. *Cosa que no se puede reparar.* Angl. *That can not be repaired or restored.*} Virg. 3. *Georg.*

Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus.

Irrĕpertŭs, a, um, Non repertus. {ἀνεύρετος. Gall. *Non encor trouué.* Ital. *Non ritrouato.* Germ. Unerfunden. Hisp. *No hallado.* Angl. *Not founde.*} Horat. 3. *Carm. Ode* 3.

Aurum irrepertum, & sic melius situm
Quum terra celat spernere fortior. i. nondum repertum.

Irrĕpo, is, Passim & latenter more reptilium introeo. {זחל *zachál* רמש *ramás.* [illegible]. Gall. *Se couler tout doucement, & tramer en quelque lieu.* Ital. *Intrare pian piano applicandosi à à muro ò ad altro.* Germ. Heimlich herein kriechen. Hisp. *Entrar à escondidas ò gateando.* Angl. *To creepe in.*} Cuius frequentatiuum est irrepto. Plin. *lib.* 26. *cap.* 1. Non fuerat hæc lues apud maiores, patrésque nostros, & primò Tiberij Cæsaris principatu medio irrepsit in Italiam. Cic. 3. *de Orat.* Irrepit in hominum mentes. ¶ Irrepere in tabulas publicas, Clam inuectum & scriptum esse. Cicer. *pro Archia*, Quum cæteri non modò post ciuitatem datam, sed etiam post legem Papiam, aliquo modo in tabulas eorum municipiorum irrepserunt, &c.

[Irreposcibilis, e, quod non potest reposci.]

Irrĕprĕhensŭs, qui reprehendi iure non possit, innocens, inculpatus. {נקי *naki* ἀνεπίληπτος, ἀνεπίληπτος, ἄμωμος. Gall. *Sans reprehension, sans blasme, irreprehensible.* Ital. *Che non si può riprendere.* Germ. Unschelbar. Hisp. *Lo que no se puede reprehender.* Angl. *That may not be reproued or blamed, faultles.*} Ouid. 5. *Trist. Eleg.* 15.

Et tandem probitas irreprehensa fuit.

Irrĕprĕhensĭbĭlĭs, qui reprehendi non potest. ἀνεπίληπτος, ἀνέγκλητος. Ouidio, irreprehensus. Iulius Firmicus *lib.* 1. *Matheseos*, Post dictaturæ irreprehensibilis actus.

Irrĕquĭētŭs, a, um, qui nunquam quiescit. {ἄπαυστος, οὐχ ἡσυχάζων. Gall. *Qui n'a point de repos.* Ital. *Che non ha quiete.* Germ. Unrüwig. Hisp. *Cosa no descansada.* Angl. *That ceaseth neuer.*} Plin. *lib.* 2. *cap.* 3. Æterno & irrequieto ambitu, &c. Mart. *lib.* 4. Discurrit tota vagus vrbe, nec vlla cathedra est, Cui non manè feras irrequietus aue. Bella irrequieta. Ouid. 2. *Trist. Eleg.* 1.

Bellaque cum multis irrequieta geris.

Idem *ibidem.*

—— Cùm te delicta notantem
Præterij toties irrequietus eques.

Item, irrequieta sydera. Senec. *cap.* 7. *de consol. ad Polyb.* Sors irrequieta, Ouid. 1. *Metam.*

Irrĕsectŭs, a, um, Non resectus. {ἀδιάκοπος. Gall. *Non coupé, ne rongné.* Ital. *Non tagliato.* Germ. Nicht abgeschnitten. Hisp. *No cortado.* Angl. *Not cut.*} Horat. *Epod.* 5.

Hic irresectum sæua dente liuido
Canidia rodens pollicem.

Irrĕsŏlūtŭs, a, um, quod nunquam remittitur. {ἀδιάλυτος. Gall. *Qui n'est point deslié.* Ital. *Non sciolto.* Germ. Unauffgelöst, nit nachgelassen. Hisp. *No atado.* Angl. *Not loosed.*} Ouid. 1. *de Pont. Eleg.* 2.

At semel intentus neruo leuis arcus equino,
Vincula semper habens irresoluta manet.

Irrĕsŏlūbĭlĭs, Ouidio Irresolutus. ἀδιάλυτος. Apul. *lib. de Philosoph.* Pares enim paribus irresolubili nexu iunguntur.

Irrĕtĭo, is, Dolo capio, quasi reti quodam inuoluo. {יקש *jakásch.* [illegible]. Gall. *Enueloppe en ses rets ou laqs.* Ital. *Tirar alla rete irretire.* Germ. Ins garn bringen / fahen. Hisp. *Enredar ò embeluer.* Angl. *To intangle, or as it were to tak in a net.*} Cicer. 4. *Acad.* Quid enim ad illum qui te captare vult, vtrum tacentem irretiat te, an loquentem? Irretire illecebris, allectare, & detinere. Idem *in Catil.* Cui tu adolescentulo quem corruptelarum illecebris irretisses, non ad audaciam ferrum, ad libidinem facem prætulisti?

Irrĕtītŭs dicitur, qui aliqua fraude, vel blanditiis, aut dolo, quasi reti captus est. {יוקש *jukásch* [illegible]. Gall. *Enueloppé & prins au filé.* Ital. *Legato, preso alla rete.* Germ. In das garn gebracht / mit listen gefangen. Hisp. *Atado, enredado.* Angl. *Catched or wrapped in snaires.*} Cicer. 5. *de fin.* Vidit Homerus probari fabulam non posse, si cantiunculis tantus vir irretitus teneretur.

Irrĕtortŭs, a, um, pro recto. {ἀστρεφής. Gall. *Non tourné.* Ital. *Non torto.* Germ. Ungewendt. Hisp. *No torcido.* Angl. *Not crooked, turn.*} Horat. 1. *Carm. Ode* 2.

Quisquis ingentes oculo irretorto
Spectat aceruos.

Irrĕvĕrens, miles ponitur, *l. miles agrum. §. irreuerens ff. de re mil.*

Irrĕvĕrentĕr, aduerb. Sine reuerentia & honore. {ἀναιδῶς, ἰταμῶς. Gall. *Irreueremment, sans reuerence.* Ital. *Senza reuerenza.* Germ. One ehrerbietung / unzüchtiglich. Hisp. *Sin respeto.* Angl. *Vnreuerentlie.*} Plin. *epist.* 58. Cæteri audaces, atque etiam magna ex parte adulescentuli obscuri ad declamandum huc transeunt, tam irreuerenter & temerè, vt mihi Attilius noster expresse dixisse videatur, sic in foro pueros è centumuiralibus causis auspicari, vt ab Homero in scholiis.

Irrĕvĕrentĭa, æ,)(Reuerentia. {ἀναίδεια. Gall. *Irreuerence.* Ital. *Irreuerenza.* Germ. Unzucht / verachtung. Hisp. *Desacato.* Angl. *Lack of reuerence.*} Tacit. *lib.* 13. Quibusdam coalitam libertatem irreuerentiam eò prorupisse frementibus. Plin. *epist.* 92. Studiorum irreuerentia.

Irrĕvŏcābĭlĭs, Quod non potest reuocari, immutabilis. {ὁ καὶ ὁ ἀνεπίστροφος [illegible]. Gall. *Qui ne se peut reuoquer.* Ital. *Che non si può riuocare.* Germ. Unwiderrüfflich. Hisp. *Que no se puede reuocar.* Angl. *That can not be called back.*} Horat. 1. *epist.* 18.

Et semel emissum volat irreuocabile verbum.

Irrĕvŏcandŭs, a, um, idem: vt, Error irreuocandus, apud Claudianum *de bell. Get.*

Irrĕvŏcātŭs, a, um, Non reuocatus. {ὁ καὶ ὁ ἀνεπίστροφος, ὁ ἀνακλήτος. Gall. *Non reuoqué.* Hisp. *Non reuocato.* Germ. Das nicht abzuwenden ist. Hisp. *No reuocado.* Angl. *Not called back.*} Horat. 2. *epist.* 1.

——Quum loca iam recitata reuoluimus irreuocati.

Ouid. 11. *Metam.*

——sed enim irreuocatus ab acri
Cæde lupus perstat dulcedine sanguinis asper.

Irrĕvŏlūtŭs, a, um:)(Reuolutus. {ἀνείλικτος. Gall. *Qui n'a point esté reuolué, fueilleté, ne desroulé.* Ital. *Non riuolto.* Germ. Unumbgewendt. Hisp. *No rebuelto.* Angl. *Vnrolled, or wrapped together.*} Martial. *lib.* 11.

Vadas & redeas irreuolutus.

Irrīdĕo, es, si, sum, ex in, & rideo, Derideo, ludibrio habeo. {לעג *lahágh* הלעיב *hilhib* ליץ *lats* צחק *tsichék.* καταγελάω. Gall. *Se mocquer & rire de quelqu'vn.* Ital. *Beffare, schernire, burlare.* Germ. Verlachen / verspotten. Hisp. *Burlar, escarnecer.* Angl. *To mocke, to laugh to scorne.*} Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 1. Facilè miserum irridere. Plaut. *Amph.* Vltrò venis irrisum dominum. Idem *Aul. sc.* 4. *a.* 1. Facis haud decorum vt inopem irrideas. Sequitur, Derideo. Idem *Capt. sc.* 4. *a.* 3. Hic me nunquam irridebit, (minantis.) Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 5. Et argentum aufert, & me irridet? Ter. *in Heaut.* Irrides in re tanta, neque me quicquam consilio adiuuas. Idem *in Eun.* Cœpit ad id illudere. Et me irridere. Cic. 1. *de nat. Deor.* Etiam per iocum deos irridens, quum cauea liberati pulli, &c.

Irridunt, pro irrident. Sic parire, pro parere apud veteres. Brutus de patientia: irridunt horum lacrymas. Ex Diomede *Grammat. lib.* 1.

Irrīsŭs, us, part. {מלעב *mulháb.* καταγελασθείς. Gall. *Moqué.* Ital. *Schernito.* Germ. Verlacht. Hisp. *Escarnecido.* Angl. *Mocked.*} Tacit. *lib.* 4. Ad vana, & toties irrisa reuolutus.

Irrīsŭs, {לעג *lábag* שחק *sechók.* χλευασία. Gall. *Mocquerie, irrision.* Ital. *Schernimento.* Germ. Das verlachen. Hisp. *Burla ò escarnecimiento.* Angl. *A mocking, a scorning.*} Tacit. *lib.* 1. Retinenteis centuriones irrisu, & contumeliis, postremò verberibus insectantur. Idem *lib.* 3. Non sine irrisu audientium postulauit. Irrisui esse: id est, ludibrio haberi. Cæs. *lib.* 2. *de bell. ciu.* Plin. *lib.* 22. *cap.* 5. Imò verò plerisque vltrò etiam irrisui sumus, ista commentantes, ac friuoli operis arguimur.

Irrīsio, nis, Subsannatio, derisio, irrisio. {משחק *misechák.* χλευασμός. Gall. *Mocquerie.* Ital. *Beffa, scherno.* Germ. Verlachung. Hisp. *Escarnecimiento.* Angl. *A mocking, a lanning to scorne.*} Cic. 1. *Offic.* Deforme etiam de seipso prædicare, falsa præsertim & cum irrisione audientium imitari militem gloriosum.

Irrīsŏr, is, Derisor, subsannator. {לעג *lóhégh* מלעיב *malhib* מצחק *metsachék.* χλευαστής. Gall. *Moqueur.* Ital. *Schernitore.* Germ. Ein verlacher / verspotter. Hisp. *Burlador, escarnecedor.* Angl. *A scorner.*} Cic. *in Parad.* Veniant igitur irrisores huius orationis ac sententiæ, & iam vel ipsi iudicent, &c.

Irrīdĭcŭlē, aduerb. Infacetè, ineleganter. οὐ γελοίως, ἀχαρίτως. Gall. *Sans grace & rencontre, sans mocquerie.* Ital. *Senza gratia, ridiculosamente.* Germ. Lächerlich / spöttlich. Hisp. *Sin gracia y burla.* Angl. *Vnmerilie, without a good grace.*} Cæsar 1. *bell. Gall.* Quod quum liceret, non irridiculè

diculè quidam ex militibus decimæ legionis dixit, pluſquam pollicitus eſſet, Cæſarem facere.

IRRĬGO, ex in & rigo, Adaquo, humecto, quaſi riuos in agrum deduco. {הרוה rivuáh השקה hiſchák. ὑδρεύω, βρέχω, ἐξαρδεύω. GALL. *Arrouſer.* ITAL. *Innaffiare, adacquare, bagnare.* GERM. Das waſſer hinein füren/wäſſeren. HISP. *Regar derramando agua.* ANGL. *To water ground.*} Cic. 2. *de nat. Deor.* Ægyptum Nilus irrigat. Idem 1. *de natur. Deor.* Democriti fontibus Epicurus hortulos ſuos irrigauit. Plin. *lib.* 2. *cap.* 63. Quamque ſanguine noſtro irrigamus, inſepultis oſſibus tegimus. Sopor irrigat artus. Virg. 3. *Æneid.*

Irrĭgātio, nis, Actus irrigandi. {רוי ri. ὑδρεία, ἐξαρδεία. GALL. *Arrouſement.* ITAL. *Adacquamento.* GERM. Wäſſerung. HISP. *Regadio ò regadura.* ANGL. *A wattering of ground.*} Cicer. 1. *Offic.* Adde ductus aquarum, deriuationes fluminum, agrorum, irrigationes, moles appoſitas fluctibus.

Irrĭguus, a, um, quod irrigatur, vel facilè irrigari poteſt. {רוה ravéh. εὐπότιστος. GALL. *Arrouſé d'eaux qui ſortent ſur le lieu, mareſcageux.* ITAL. *Che facilmente ſi può adacquare.* GERM. Das man wäſſeren/gewäſſert. HISP. *Coſa que ſe puede regar, ò que es regada.* ANGL. *That may be eaſilie watered.*} Cato c. 1. *de re ruſt.* Vinea eſt prima: ſi vino multo opus ſiet: ſecundo loco hortus irriguus. ¶ Accipitur & quandoque in ſignificatione agendi: vt, Aqua irrigua, quæ irrigat. Virg. 4. *Georg.*

——irriguúmque bibant violaria fontem.

Tibull.

Tunc bibit irriguas fertilis hortus aquas.

Irrĭpio, Intus rapio. εἰσαρπάζω. Cic. Irripiunt in ædes ſubitò.

IRRĪTO, Frequentatiuum ab Irruo per mutationem u, in i, euphoniæ cauſa, ſiue à Hirrire, aliis à Ritu. Eſt autem irritare idem quod laceſſere, prouocare, & ad iram incendere. {כעס chiſes הכעיס hichhis. ἐρεθίζω, [illegible], παροξύνω, παροργίζω. GALL. *Irriter, agacer, atiner, inciter à courroux.* ITAL. *Prouocare, attizzare, ſtimolare.* GERM. Anreitzen/zu zorn bewegen. HISP. *Prouocar ò encender.* ANGL. *To prouoke, to kendle wrath.*} Quæ ſignificatio à canum more tracta videtur, qui in laceſſentem irruunt: vel, vt Donatus ait, reſtrictis dentibus; r literam imitantur. Plaut. *Capt. ſc.* 2. *a.* 3. Canem irritatam imitari, & dentes reſtringere. Virg. *lib.* 3. *Æneid.*

Irritátque virum telis, & voce laceſſit.

Ouid. *lib.* 2. *Faſt.*

Cum ſicco primum irritat cortice flammas, id eſt, ſuſcitat.

Plaut. *in Amphitr.* Irritabis crabrones. Senec. *cap.* 1. *de conſ. ad Helu.* Irritant aliquando ſolatia dolorem. Idem *cap.* 17. *de conſol. ad Polyb.* Irritare luctum tuum ſqualore & ſordibus. Plaut. *Curc. ſc.* 3. *a.* 5. Si me irritaueris, his (pugnis) placidum te reddam. Idem *Amphitr.* Si me irritaſſis, hinc auferes infortunium. *Ibidem ſc.* 4. *a.* 4. Bacchus te irritaſſit. Item, Irritare ingenia. Suet. *in Neron. cap.* 39. Et, Irritare necem alicuius propoſita mercede. Velleius. ¶ Ab eodem fonte manat, & Prorito, as, pen. prod. Nam ſicut irrito pro laceſſo, ab irruo eſt, ita prorito à proruo: nec multum in ſignificatione differunt. Nam prorito idem eſt quod prouoco. προσερεθίζω. Col. *lib.* 2. Lini ſemen, niſi magnus eſt eius in ea regione, quam colis, prouentus, & pretium proritat, ſerendum non eſt. Hoc eſt, niſi pretium alliciat, & inuitet. Differunt autem prorito, & irrito, quò illud & in bonam partem, vti prouoco, capi poteſt: irrito, nonniſi in malam.

Irrĭtātus, a, um, participium. Laceſſitus, prouocatus. {מכעס mechukas מכעס muchhás. ἐρεθισθείς, παροξυνθείς. GALL. *Irrité, agacé, eſmeu.* ITAL. *Irritato, incitato, ſmoſſo.* GERM. Angereitzt. bewegt. HISP. *Prouocado, encendido.* ANGL. *Prouoked, ſtirred vp.*} Gens irritata. Ouid. *lib.* 3. *Metamorph.* Voluptas irritata, idem 1. *de Arte.* ¶ Irritatus pro irato. Terent. *in Phorm.* Ita ſum irritatus, animum vt nequeam ad cogitandum inſtituere.

Irrĭtātus, nomen ex participio. Gell. *lib. vlt. cap. vlt.* Quo fit quorundam maledicorum hominum ſæuitas & inuidentia irritatior. Senec. *cap.* 3. *de conſ. ad Mart.* Irritata mater (luctu) tot rogis, quaſi toties amitteret filium.

Irrĭtātio, nis, Inſtigatio. {כעס chahás. παροξυσμός. GALL. *Agacement, irritation.* ITAL. *Attizzamento, irritatione.* GERM. Anreitzung. HISP. *Prouocacion, encendimiento.* ANGL. *A ſtirring vp to wrath.*} Liu. 2. *bell. Mac.* Et irritatio animorum ea prima fuit. Gell. *cap.* 16. *lib.* 7. Edendi irritationes repertas eſſe, (i. cupedias & delicias ciborum.)

Irrĭtātor, ἐρεθιστής. Senec. *epiſt.* 109. Cùm irritator acceſſit, tunc illa animi bona veluti ſopita excitantur. Vide paulò antè, in *Irritatus.*

Irrĭtābilis, e, quod facilè irritatur, ✕ Placabilis. {εὐερέθιστος, ἐρεθιστικός, [illegible]. GALL. *Aiſé & facile à courroucer.* ITAL. *Che facilmente ſi prouoca, facile à corrucciarſi.* GERM. Das ſich gern zu zorn reitzen läßt/ auffbindig. HISP. *Coſa que puede ſer prouocada, encjadixo.* ANGL. *That is eaſilie keddled to wrath.*} Cic. *ad Attic. lib.* 1. Nam ſi ita ſtatueris & irritabiles animos eſſe optimorum ſæpe hominum, & eoſdem placabiles, &c. Horat. 2. *epiſt.* 2.

——Genus irritabile vatum.

Irrĭtāmentum, i, quo quis irritatur, & accenditur. {ἐρέθισμα. GALL. *Prouocation.* ITAL. *Prouocamento.* GERM. Ein anreitzung. HISP. *Prouocacion.* ANGL. *A prouocation to anger.*} Plin. *lib.* 5. *cap.* 6. Subinde inſulis impactus, totidem incitatus irritamentis, poſtremo, &c. Ouid. *lib.* 1. *Metam.*

Effodiuntur opes irritamenta malorum.

Sic irritamenta gulæ, dicuntur condimenta quibus edendi auiditatem prouocamus. Sic Liu. *lib.* 10. *dec.* 4.

Irrĭtāmen, inis, idem. ἐρέθισμα. Ouid. *lib.* 12. *Metam.*

Haud ſecus exarſit quàm circis taurus aperto,
Quum ſua terribili petit irritamina cornu.

Irritamen amoris, idem *lib.* 9. *Metam.*

——————magnas
Adieciſſe opes, animi irritamen auari.

Irrĭtus, a, um, compoſitum, ab in, & ratus. Non ratus, inutilis, nullius valoris. {ריק rek. ἄκυρος, ἄκαιρος. GALL. *Vain, qui n'a point d'effet.* ITAL. & HISP. *Vano.* GERM. Vnkräfftig vergäbenlich. ANGL. *That is of no effect.*} Ter. *in Phorm.* Quod dictum, indictum eſt: quod modò erat ratum, irritum. Plaut. *in Amphitr. ſc.* 1. *a.* 1. Ea ingrata habui atque irrita. *Ibid. ſc.* 2. *a.* 3. Ego feci iſtæc verba virtute irrita. Gell. *cap.* 14. *lib.* 13. Aues irritas habuit Remus. (i. infauſtas, inauſpicatas, inutiles ſibi.) Item, Ad irritum cadens ſpes. Liu *lib.* 2. *ab vrb.* Et, In irritum cedit, Sen. *Epiſt.* 28. Et Velleius. ¶ Irritus conſilii, gladio ſe transfixit. (i. quia non potuit perſuadere quod ſuadebat.) Labor irritus anni, Ouid *lib.* 1. *Metam.* Irritæ preces, id eſt, vanæ, futiles, & incaſſum fuſæ. Plin. *in Panegyr.* Ac plerique irritis precibus ſurdas principis aures adſtrepebant. Tela irrita, Virg. 4. *Eclog.* Verba irrita, Ouid. 1. *de remed. amor.* ¶ Interdum irritus idem eſt quod ad nihilum redactus. Virg. 4. *Eclog.*

Te duce, ſi qua manent ſceleris veſtigia noſtri,
Irrita perpetua ſoluent formidine terras.

Irritum fieri teſtamentum dicitur, quoties ſtatu teſtatoris mutato, ipſo iure teſtamentum concidit. *l. ſi quis* 6. *D. de iniuſt. rupt.* veluti ſi capite deminutus fuerit. Itaque Rumpi & Irritum fieri ſic differunt, quòd irritum ſtatus teſtatoris immutatus facit: rumpit autem caſus extrinſecus contingens, & agnationis, adoptionis, teſtamenti noui. Ruſſus inter Irritum eſſe, & irritum fieri hoc intereſt, quod irrita fieri ea dicuntur, quæ cùm antea iure conſtarent, euerſa ſunt. Irrita verò vel iniuſta eſſe dicuntur, quæ nunquam conſtiterunt, ſed infirma ſemper ſua ſponte fuerunt. Hotom. Quint. Non plus irrogandum quieti. (i. tribuendum.)

IRRŌBŌRO, Inualeſco, vires acquiro. {חזק chazak. ἐπιϊσχυρίζομαι. GALL. *Prendre force & vigueur, s'enforcir.* ITAL. *Prender forza, diuenir forte.* GERM. Eiſtarcken/an kräfften zunemmen. HISP. *Fortalecerſe.* ANGL. *To waxe ſtrong and tak force.*} Gell. *lib.* 1. *cap.* 22. Irroborauitque falſa atque aliena verbi ſignificatio, quod dicitur, Hic illi ſupereſt.

IRRŌGO, as, Infero, infligo, impono. {ענשים [illegible]. ἐπιβάλλω, ἐπιτιμάω. GALL. *Impoſer, requerir qu'on impoſe.* ITAL. *Dare, imporre.* GERM. Auflegen/anthun. HISP. *Dar, attribuir, imponer.* ANGL. *To ſett a penaltie, to beſtowe.*} Plaut. *in Capt.* Qui conſilium iniêre, quò nos victu & vita prohibeant: His diem dicam, irrogabo mulctam, vt mihi cœnas decem Meo arbitratu dent, quum cara annona ſit. ἐπιβάλλω, ἐπιτάσσω. Plin. Non modò culpam omnem, ſed etiam mulctam irrogauit. Cic *pro domo ſua,* Vetant leges ſacratæ: vetant XII. tabulæ leges priuatis hominibus irrogari: id enim eſt priuilegium. ¶ Irrogare alicui mortem. Tacit. *lib.* 4. Sibimet irrogaret mortem, quam patri ſtruxerat.

Irrŏgātus, a, um, participium, Impoſitus. {ἐπιβληθείς. GALL. *Impoſé.* ITAL. *Impoſto.* GERM. Auffgelegt. HISP. *Impueſto.* ANGL. *Impoſed, beſtowed.*} Tacit. *lib.* 15. Exiliúmque accuſatori irrogatum, & tabulæ exuſtæ ſunt.

Irrŏgātio, nis, {ἐπιβολή, [illegible]. GALL. *Impoſition.* ITAL. *Impoſitione.* GERM. Aufflegung. HISP. *Impoſicion.* ANGL. *An impoſing of a tribut.*} Cic. *pro Rabirio,* Nam quid ego ad longam orationem comparem, quod eſt in eadem mulctæ irrogatione præſcriptum, hunc nec ſuæ, nec alienæ pudicitiæ pepercíſſe?

Irrŏgāſsit, antiquum verbum, pro quo apud Cicer. *in leg.* corruptè legitur *interrogaſſit.*

IRRŌRO, as, Rore aſpergo, ſeu madefacio. {ἐπιδροσίζω, βρέχω. GALL. *Arrouſer, mouiller de rouſée.* ITAL. *Bagnar di rugiada, inaffiare.* GERM. Mit taw beſprengen, befeuchtigen. HISP. *Mojar, rociar derramando rocio.* ANGL. *To ſprinkle or weet with dew.*} Col. *lib.* 11. *cap.* 2. Septimo Idus Decembres Aquilo manè oritur, Africus interdum Auſter irrorat. Idem *lib.* 12. *cap.* 22. Noctibus autem labrum operire conueniet, ne irroretur. Dicimus autem Aquam irrorare agro, & Agrum irrorare aqua. Ouid. 1. *Metam.*

Inde vbi libatos irrorauêre liquores
Veſtibus.

Idem *lib.* 7. *Metam.*

Ter ſe conuertit, ter ſumptis flumine crinem
Irrorauit aquis.

Idem 4. *Faſt.*

Ter caput irrorat.

¶ Somnus irrorat quietem oculis, Silius *lib.* 10.

IRRŬBEO, es, vel Irrubeſco, is, Rubrum fieri, rubore ſuffundi. {אדם adhám. ἐρυθραίνω. GALL. *Se rougir, deuenir rouge.* ITAL. *Farſi roſſo, arroſſirſi.* GERM. Rot werden. HISP. *Hazerſe roxo.* ANGL. *To waxe redde.*} Stat. 9. *Thebaid.*

——irrubuit cæli plaga ſydere miſto.
Occurſúque ſacro pariter iubar arſit vtrinque.

Ignis irrubuit vultibus apud eundem *lib.* 5. *Sil.* pro, ſuffudit vultus.

IRRŬCTO, as, Eſt ructu afflo. {ἐπερεύγομαι. GALL. *Rotter ou rouper contre.* ITAL. *Rutare contra.* GERM. Angkröpſen/ein gkröpß etwas anlaſſen. HISP. *Regoldar contra algo.* ANGL. *To belke an blowe on.*} Plaut. *Pſeud.* Quid tu, malum, ergo in os mihi Ebrius irructas?

IRRŬGIO, is, Valde rugio. {ἐπιβρυχάομαι. GALL. *Rugir beaucoup comme le lion.* ITAL. *Ruggire molto.* GERM. Heffig dat. de brüllen. HISP. *Mucho bramar como el leon.* ANGL. *To bruie out, to rore.*}

Irrūgo, as, are, In rugas contrahere. {קמט chat áh. ῥυτιδόω. GALL. *Se rider.* ITAL. *Creſpare.* GERM. Runtzlechtig machen. HISP. *Arrugar, haziendo rugas.* ANGL. *To make wrinckles.*} Gell. *lib.* 11. *cap.* 1. Ne æquor illud ventis irrugetur.

‖Irrumator, in obſcœnis. Mart. Catull. mentulam tanquam mamillam ori alterius præbens.‖

IRRŬMPO, is, Violenter cum impetu ingredior, irruo, impetum facio. {פשט paſchát פרץ paráts. εἰσπίπτω, εἰσβάλλω, ἐφορμάω. GALL. *Entrer par force, ſe ruer impetueuſement deſſus.* ITAL. *Entrare con impeto, entrare violentemente.* GERM. Mit gewalt hinein brechen. HISP. *Entrar con impetu.* ANGL. *To break in.*} Plin. *lib.* 35. Hoſtilius Mancinus, qui primus Carthaginem irruperat. Cæſar *lib.* 2. *de bell. ciu.* Oppidum irrumpere. Et Catull. *de com. Beren.* Cum Medi irrupere nouum mare. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 5. *Triſt.*

Qua tamen (curæ) irrumpunt, quóque vetantur, eunt.

Idem 15. *Metam.*

——portas irrumpere apertas.

Virg. 11. *Æneid.*

——portas irrumpere patentes.

Lact.

Laert. lib. 2. Nam quum ab Alexandro capta ciuitas esset, ac milites ad eam spoliandam irrupissent. Et fermè semper in hac significatione hoc verbo vtuntur autores. Idem propriè sumpsit lib. 6. pro penitus frango. διαρρήγνυμι. Summum (inquit) inter se hominum vinculum est humanitas, quod qui irruperit, nefarius & parricida existimandus est.

Irruptio, nis, Impetus, incursio, {Hebr. ghedhúdh ... perets. εἰσβολή. GALL. Entree impetueuse. ITAL. Entrata impetuosa. GERM. Ein ungestümer einbruch. HISP. Entrada con impetu. ANGL. A breaking in by force.} Cic. pro lege Manil. Nam quum hostium copiæ non longè absunt, etiamsi irruptio facta nulla sit, tamen pecora relinquuntur.

Irruo, is, ui, itum, Cum impetu aliquem aggredior, vel violenter me aliquò immitto. {Hebr. rafats. ... parats. εἰσπίπτω, ἐπεισπίπτω, ἐφορμάω. GALL. Se ruer & ietter dessus. ITAL. Assalire con furia. GERM. Mit ungestümm einfallen oder anfallen. HISP. Acometter con furia y impetu. ANGL. To runne furiouslie vpon à thing, to rush in.} Sal. in Iugurth. Quum fortè in eum irruerent, facilè repulsi. Cic. 1. de fin. Equo admisso in mediam Latinorum aciem irruebat. Terent. in Adelph. Fores effregit atque in ædes irruit alienas.

Irtiola, æ, genus vitis Vmbriæ, Piceno, & Meuanati agro peculiare, teste Plin. lib. 14. cap. 3. Colum. lib. 3. cap. 2. Nam has nuper mihi cognitas, pergulanam dico, & irtiolam, ferreolámque, non facilè asseuerem quo gradu hab endæ sint.

Irus, Ἶρος, mendicus fuit Ithacensis, assecla procorum Penelopes, quem Vlysses domum reuersus pugno interfecit. Hom. 18. Odyss. Huius paupertas abiit in prouerbium, vt hominem extremæ inopiæ Iro pauperiorem dicamus. Ouid.

Irus eris subitò, qui modo Crœsus erat.

Irus, Ἶρος, vrbs Thessaliæ, cuius Irotes, Ἰρῶται, Steph.

I S

Is, ea, id, eius, ex ὅς. Ab is fit Iste, idem, ibidem, identidem. Quidam volunt Is te dici, i. is te, pronomen esse, eandem habens significationem quam ille, aut hic: eundemque in oratione locum obtinet, {Hebr. zeh. αὐτός, ὅς. GALL. Il, celuy, cestuy-là, celuy. ITAL. Quello, il medesimo, colui, cestui. GERM. Der. HISP. El, ello. ANGL. That, he.} Et modò demonstratiuè accipitur. Cic. lib. 2. Epist. Neque enim tu is es, qui sis nescias. Idem pro P. Sylla, Neque enim vna est ratio defensionis ea, quæ posita est in oratione. Modò relatiuè. Idem ad Att. lib. 1. Venit mihi obuiam puer tuus: is mihi literas abs te reddidit. Idem 6. Philip. Antonius cum vna legione, & ea quidem vacillante, L. fratrem expectat. Idem de Diuinat. Plurimis nostris exemplis vsus es, & iis quidem illustribus. ¶ Quis is, & quis est is. Vide Quisquis is. Plaut. Pseud. sc. 2. a. 4. Quis is est homo. Et ibid. sc. 3 a. 1. Quis est is. ¶ Is, eius, eo, ij, vel eorum subauditum, vide Quis. Gell. c. 16. lib. 15. Cùm ille (Milo Crotoniensis) quasi perfecto, quod erat conixus, manus laxasset, &c. Hic subauditur (eo) post τὸ perfecto. ¶ Item, Is est, pro ea est, si credendum Passeratio est, dixit Plaut. Asin. sc. 2. a. 3. Philenium éstne hæc quæ intus exit? Atque Argyrippus vnà. L. Os opprime: Is est, &c. (i. ea est.) ¶ Ea verba sunt hæc. Gell. cap. 12. lib. 15. ¶ Nonnunquam accipitur Is pro talis, vel eiusmodi. Cic. lib. 2. Epist. Is enim tu vir es: & cum me esse cupio, vt, &c. Idem Attic. lib. 55. Itaque ego is in illum sum, quem tu me esse vis. ¶ Eapse, pro, Ea ipsa. Plaut. Cist. Puerum, aut puellam alicunde vt reperirem sibi Recens natum, eapse quod sibi supponeret. ¶ Isce, pro Is ipse. Cic. pro Rosc. Amer. Nullum esse ius tam sanctum, atque integrum quod non eiusce vis ac perfidia violaret.

Is, Ἴς, vrbs à Babylone itinere dierum octo distans, apud quam est Is fluuius, in Euphratem influens, è quo bitumen ædificandis muris Babylonis subministrabatur. Autor Herod. lib. 1.

Isaca, siue (vt in quibusdam exemplaribus legitur) Isca, fluuius est in meridionali latere Britanniæ insulæ. Vulgò Ex. Ptol. lib. 2. cap. 3.

Isæus, Ἰσαῖος, cum æ diphthongo. Nomen Rhetoris pariter & philosophi, quem Philostratus in vitis sophistarum, Assyrium fuisse tradit. Cuius hoc fuit inuentum, cuiusuis rei argumentum in breue contrahere compendium.

Isagoge, {Hebr. chinnúch. εἰσαγωγή. GALL. Introduction. ITAL. Introduttione. GERM. Ein einleytung, einführung. HISP. Introduccion. ANGL. An introduction.} Prima artis scientiæve alicuius rudimenta, ad maiora, altioráque viam munientia. A Græco verbo εἰσάγω, quod significat instituo, & prima artis cuiuspiam elementa trado. Quidam ex nostris verbum ex verbo reddentes, introductionem appellarunt, quem nemo tamen imitabitur Latinæ elegantiæ studiosus. Gell. lib. 16. cap. 8. Quum disciplinas dialecticas induci atque imbui vellemus, necesse fuit adire atque cognoscere, quas vocant dialectici εἰσαγωγάς.

Isagogicon, εἰσαγωγικόν. Liber prima artis alicuius præcepta tradens: & ad interiora altioráque viam certam muniens. Quidam ex nostris Introductorium vertunt, vocabulo inter doctos non satis recepto, imò planè reiecto.

Isander, Ἴσανδρος. Filius fuit Bellerophontis & Achimenes, qui quum esset bellum inter Lycos & Solymos, contra Solymos pugnans occisus est.

‖Isangelia, nuncium conforme. Item iudicium, & accusatio in proditores, & quorum crimina legibus non continentur. Rh.

‖Isangelus, Angelis par.‖

Isapis, Vulgò Albs. Fluuius Flaminiæ, propinquus Cæsennæ, vt Strab. lib. 5. scribit Lucan. lib. 2.

Crustumiùmque rapax & iunctus Isapis Isauro.

Isara, Fluuius est Allobrogum, non procul à Cemeno monte in Rhodanum influens. Vulgò Lisere. Vide Plin. lib. 3. cap. 4.

Isatis, Ἰσάτις. GALL. Guede, pastel en Languedoc. ITAL. Guado. GERM. Weydt kraut. HISP. Pastel. ANGL. woad. } Græcis vocatur herba quam Latini glastum appellant. Eius duo sunt genera: Isatis syluestris, folia habet lactucæ, sed maiora: caules prætenues, multifidos quadentenus rubentes, in quorum cacuminibus folliculi multi dependent, quandam linguarum effigiem referentes, in quibus semen habet flore tenui & luteo: satiua folia habet plantagini similia, verùm pinguiora, nigrioráque, cauleque duorum cubitorum altitudinem excedentem. Hanc textilibus molis premunt, vt herbaceam saniem excludant: deinde

absorto liquore digerunt in magnos globos, quos in tabulatis in cinerem putrescere sinunt. Tolosates pastellum, ab effigie pastillorum, in quos glomeratur, nominant.

Isauria, Ἰσαυρία. Regio est Asiæ minoris, proxima Ciliciæ ad Taurum montem, quam Publius Seruilius cognomento Isauricus subegit, & multas piratarum munitiones, quæ in ora maritima erant, vi cepit. Hæc Strab. lib. 12. qui se Seruilium vidisse scribit. Fuisse autem traditur fortunæ aleo tenuis, vt publico funere sit elatus.

Isauri, populi Isauriam tenentes.

Isaurus, Flaminiæ fluuius est, qui accepto Isapi, non procul à Cæsenna in mare Adriaticum influit. Lucan. lib. 2.

Crustumiùmque rapax & iunctus Isapis Isauro.

Isaura, orum, Ἴσαυρα, vrbs Isauriæ, quæ est Asiæ regio non procul à Tauro monte, inter Lycaoniam & Ciliciam sita. Hanc vrbem postea Claudius, deducta eò colonia, à nomine suo Claudiopolim appellauit: vt autor est Ammianus.

Isbus, Ἴσβος, Isauriæ ciuitas, gentile Isbates, Ἰσβάτης. Steph.

‖Isca, medulla nucis, quæ in ligno ipso continetur. Actius.

Iscariotes, cognomen Iudæ proditoris Domini.‖

Ischades, ἰσχάδες. Græco nomine fici aridi appellantur, teste Polluce: nam σῦκα propriè de recentibus dicuntur.

‖Ischæmata, sanguinem attenuantia, supprimentia. Tiraq.‖

Iscalis, Britanniæ vrbs, vt est autor Ptol. lib. 2.

Ischas, adis, ἰσχάς, Raphani agrestis genus, quod apion nonnulli, alij agriorphanum appellant, autor Plin. ¶ Gesnerus de . . liter. C. & H. Syluestris quoddam leguminis, aut viciæ genus, non dissimile astragalo, panem porcinum in multis Germaniæ locis vocant, quod radiculas eius dulces & rotundas, sues agris effossis requirant.

Ischæmon, ἴσχαιμον. Herba à Thracibus primùm inuenta, quæ ferunt sanguinem sisti, non aperta modò vena, verùm etiam præcisa. Serpit è terra milio similis, foliis asperis & lanuginosis. Autor Plin. lib. 25. cap. 8.

‖Ischæmus, vim habens sanguinis sistendi.‖

Ischia, ἰσχία, Insula est maris Tyrrheni, altera OEnotridum, è regione Veliæ sita, autor Plin. lib. 3. cap. 7.

Ischias, adis, ἰσχιάς, λευκάκανθα. Herba quædam radice cyperi quæ commanducata dentium dolorem sedat, alij leucocantham vocant, alij polygonaton, alij Sigillum Solomonis. Plin. lib. 20. cap. 16.

Ischia, ἰσχία. Ossa duo sunt in posteriore hominis parte ossi sacro, in anteriori mutuo ἐν συμφύσει cohærentia. {ANGL. The hanche bones.} Latinè coxendices appellantur. Vtrunque horum grandi cauatum est acetabulo, in quo interiorem femoris caput circumuoluitur.

Ischias, {ἰσχιάς. GALL. Une goutte sciatique. ITAL. & HISP. Sciatica. GERM. Hufftwee. ANGL. A goute in the hanche bones.} Arthritidis species est apud Æginetam, coxendices (quæ ἰσχία vocant Græci) præcipuè infestans. Vulgò corrupto nomine Sciaticam vocant. Plin. lib. 27. cap. 1. Bibitur propter ischiada & strangureain in vino.

Ischiacus, siue ischiadicus. {ἰσχιαδικός. GALL. Qui est malade d'une goutte sciatique. ITAL. Chi patisce di sciatica. GERM. Der hufftwee hat. HISP. El doliente de sciatica. ANGL. That is sick of this kind of goutt.} Qui ischiade morbo laborat. Plin. lib. 23. cap. 1. Prodest stomacho, &c. Vertigini, torminibus, ischiadicis. Cato de re rust. cap. 123. Vinum ad ischiacos sic facito, &c. Gell. c. 13. lib. 4. Tibicinis modulos ischiacis mederi scribit: Ischiaci, inquit, cùm maximè doleant, tum si modulis lenibus tibicen incinat, minui dolores. (mandatum memoriæ est, sup.)

‖Ischnophonia, linguæ hæsitantia, exilitas vocis. Rh.‖

Ischomache, es, Ἰσχομάχη. Vxor Pirithoi fuit, ex Attacia Thessaliæ regiuncula, alio nomine Hippodamia appellata, quam cùm Centauri Pirithoo præripere conarentur, ingenti clade ab Hercule & Theseo profligati sunt. Propert. lib. 2. Eleg. 4. Ischomache Lapithæ genus heroinæ. Dicta ischomache παρὰ τὸ ἴσχειν τὴν μάχην, hoc est, à cohibenda pugna.

‖Ischorcos. Saltatio in honorem Bacchi. Scal.‖

Ischopolis, Ἰσχόπολις. Vrbs est Ponti Cappadocij, iuxta Cesaruntem: teste Ptolem. lib. 5. cap. 6.

Ischuria, ἰσχουρία. à Græcis dicitur vrinæ suppressio: quæ octo modis fieri solet, inflammatione, duritia, sanguinis collectione, resolutione, lapidis procidentia, vlceratione, & lithiasi.

‖Iscolæ, iscolæ, scholæ. Salmas.

Iselasis, εἰσέλασις, ingressus. ab εἰσελαύνω ineo, intro. Inde

Iselasticus, εἰσελαστικός, q. dicas introitorius.

Iselasticum, præmium de publico latum victori in patriam redeunti à ludis. Turn.‖

Iselastica certamina quæ sint apud Plin. in Epist. vide Io Constantini Lexico editionis secundæ in voce εἰσελαστικός.

‖Isemerinos, æquinoctialis, æquidialis circulus in sphæra. Pap.‖

Isepus, Ἴσηπος, gens Scythica. Steph.

Iseum, Ἰσεῖον. Vrbs Ægypti ab Iside dicta, cuius incolæ Metaboli, id est, mutabiles: tales enim erant. Solis mercatoribus onera vniuersim vendunt, ipsa ab artificibus singulatim ementes. Steph.

Isiaci, Ἰσιακοί, Isidis sacerdotes erant in Ægypto, qui vestibus tantùm lineis, quas illi λινοστολίας appellabant, amiciebantur, à qua consuetudine emanauit scitum illud Plutarchi dictum, Οὔτε γὰρ φιλοσόφους πωγωνοτροφίαι, καὶ τριβωνοφορίαι ποιοῦσιν, οὔτε Ἰσιακοὺς αἱ λινοστολίαι. hoc est, neque philosophos facit barba promissior, vestisque attrita, nec item Isiacos lineï amictus. Habet autem hoc non inuenustam prouerbij speciem, Isiacum non facit linostolia: quod trito vulgi prouerbio dicimus, Monachum non perficit cucullo.

‖Isicium, vide Insitium.‖

Isinda, vel Isindus, Ἴσινδος. Vrbs Ioniæ est: & Isinda, vel Isindis regiuncula. Steph.

Isiphylus, Ἰσίφυλος. Pater fuit Protesilai, cuius meminit Ouid. in epist. Laodamiæ ad Protesilaum,

Vix socer Isiphylus, vix me grandæuus Acestus,
Vix mater gelida mœsta refecit aqua.

‖Isis, emplastrum conferens in atrâ bile. Onom. Med.‖

Isis, Isis, & Isidis, Isim in accusatiuo, Ἶσις. Inachi filia, Io priùs dicta, quæ quum

quum à Ioue adamaretur, metu interuenientis Iunonis in Iuuencam fuit transmutata: appositóque à Iunone Argo centoculo custode, arctissimè fuit obseruata. Tandem implorato Iouis auxilio, quum ad Nilum peruenisset, pristinam formam recepit, & ab Ægyptiis mutato nomine Isis dicta est: à quibus etiam numinis loco est habita. Lucan *lib.6.*

Nos in templa tuam Romana recepimus Isim.

¶ Hoc etiam nomine dicta est insula in sinu Arabico. Scribit Suidas, Isim Iouem ex Agro Græciæ vrbe rapuisse: & quum Iunonem timeret, mutasse nunc in bouem candidam, nunc in nigram, nunc in violaceam: cúmque ea oberrantem in Ægyptum venisse.

Isiacus, a, um, denominatiuum ab Iside. Iuuen. *Sat.3.*

Aut apud Isiacæ potiùs sacraria lenæ.

[Isiteria, festum Athenis, cum magistratus inibantur, & erat anni principium Kal. Ian. Item oratio auspicalis. Suid.

Islandia, *Island*, insula maris septentrionalis, ad Regem Daniæ spectans.]

Ismaëla, ἰσμαήλα, Arabiæ parua regio, incolæ Ismaëlitæ. Steph.

Ismărŭs, gener. mascul. ἴσμαρος, in plurali neutrius, Mons Thraciæ asper & incultus ex vna parte, ex alia fertilis vinetis & oliuetis, quem Orpheus incoluit. Virg. *6. Eclog.*

Nec tantum Rhodope miratur, & Ismarus Orphea.

Et rursus *2. Georg.*

——iuuat Ismara Baccho

Conserere, atque olea magnum vestire Taburnum.

¶ Est item Ismarus, ἴσμαρος Stephano. siue, vt apud Plinium legitur, Ismaron, Ciconum vrbs in Thracia, à monte ad quem sita erat, nomen habens. Vnde Ismarius, a, um, id est, Thracius.

Ismēnē, ἰσμήνη, OEdipi filia, vt autor est Stat. *2. Theb.* Cyrrhei cuiusdam iuuenis sponsa, qui ante nuptias à Tydeo occisus est.

Ismenias, ἰσμηνίας. Nomen Thebani viri, optimi tibicinis. Apuleius, Nescio, inquit, vt Ismenias tibiis canere: vt Apelles pingere: vt Lysippus fingere. De hoc Plutarch. *in Pericle* dicit. Quum audisset Antisthenes, Ismeniam optimum esse tibicinem, respondit, Malus igitur vir est: nam si probus esset, tibicen non esset.

Ismēnŭs, ἰσμηνός. Fluuius Bœotiæ, non procul ab Aulide in Euripum Euboicum illabens. Dictus autem putatur Ismenus ab Ismeno Pelagi filio. Statius *lib. 1. Theb.*

Horruit ingenti venientem Ismenon aceruo.

Ismēnĭŭs, a, um, Thebanus: Ismenides, mulieres Thebanæ.

[Isoces, piscis, ex quo primùm isicia facta. Isid.]

Isŏcinnămŏn, ἰσοκιννάμωμον. Frutex est præstantissimi odoris, in iisdem ferè locis nascens, in quibus & cinnamum nascitur & casia. Dictum isocinnamum, quòd cinnami præstantiam adæquare videatur. Alio nomine daphnoidem appellant. Vide Plin. *lib. 12. cap. 20.*

Isŏcōlŏn, ἰσόκωλον, à rhetoribus vocatur schema, quod Latinorum nonnulli compar appellauerunt: quum scilicet periodus duabus, aut pluribus sententiis breuibus, & inter se paribus exigitur.

Isocrătēs, ἰσοκράτης. Nomen maximi rhetoris Græci, cuius domus cunctæ Græciæ quasi ludus quidam patuit, atque officina dicendi. Hic fuit auditor Platonis, suauissimus orator, & in diuerso dicendi genere nitidus, & comptus. Omnes dicendi veneres sectatus est, inuentione facilis, honesti studiosus, in compositione diligens. Hic nonagesimo quarto anno ætatis eum librum composuit, qui Panathenaicus inscribitur. Centum & sex annos vixit.

Isŏdŏmum, ἰσόδομον. Vocabant genus structuræ in ædificiis, in quo coria omnia æqualis sunt crassitudinis. Nam vbi crassitudo est inæqualis, pseudisomon appellant. Plin. *lib. 36. c. 23.* Græci è lapide duro ac silice æquo construunt, veluti lateritios parietes: quum ita fecerint, isodomon vocant genus structuræ. At quum inæquali crassitudine structa sunt, pseudisodomon.

[Isŏdos, isŏdus, introitus in Sancta Sanctorum. Anon. L. g. b.]

Isŏnŏmĭă, ἰσονομία. Cum accentu in penultima, Latinè iuris æqualitas dicitur. Cic. *1. de nat. deor.* Summa verò vis infinitatis magna ac diligenti contemplatione dignissima est: in qua intelligi necesse est eam esse naturam, vt omnia omnibus, paria paribus respondeant: hanc ἰσονομίαν appellat Epicurus, id est, æquabilem tributionem.

Isŏpyrŏn, ἰσόπυρον. Herba quam aliqui vocant phaseolum, quoniam eius folium, quod est aniso simile, in pampinos torquetur. Capitula sunt in summo caule tenuia, plena seminis melanthij. Plin. *lib. 27. cap. 11.*

Isŏpleūrŏn, ἰσόπλευρον. Figura cuius latera omnia sunt æqualia. Nam ἴσος Græcis æquale sonat, & πλευρὰ latus.

[Isopolitia, ἰσοπολιτεία, communis reip. gerendæ cura. vide Dionys. *lib. 8.*

Isosceles, ἰσοσκελὲς σχῆμα, figura æquis cruribus: ab ἴσος & σκέλος, crus.]

Isostates, ἰσοστάτης. Æqualitatis recognitor. Cod. *de pond. & aur. ill. l. quoties.* Quoties de æqualitate solidorum orta fuerit contentio, placet quem sermo Græcus vocat Isostatem, pro sua fide & industria, vt neque fallat, neque fallatur, contentionem dirimere.

[Isox, piscis genus. Casaub.]

Ispalis, ἴσπαλις Ptolemæo, vulgò *Siuiglia.* Vrbs clarissima Hispaniæ Bæticæ, non procul à freto Gaditano: à qua vnus ex quatuor iuridicis Bæticæ conuentibus qui ius dicunt Hispalensis à Plinio appellatus. Hodie ab Hispanis *Sebilla* dicitur. Vide *Hispalis.*

Ispellum, ἴσπελλον, vulgò *Spello.* Vmbrorum ciuitas, non procul à Camertibus: cuius meminit Ptolem. *lib. 3. cap. 1.* hodie Hispellum.

Ispŏris, ἴσπορις. Olim vicus fuit ad Syrtim magnam, teste Ptolem. *lib. 4.* hodie ciuitas esse creditur ea quæ Naim appellatur.

Israel, {ישראל *jisrael.* ἰσραήλ.} Interpretatur vir videns Deum, siue præualens Deo. quod nomen impositum fuit Iacob Patriarchæ: à quo Israelitæ, ἰσραηλῖται, qui de Israelis stirpe sunt, qui prius Hebræi dicebantur. Sed postquam in duo regna populus Hebræorum diuisus est, tunc duæ tribus quæ de stirpe Iuda reges habebant, Iudæorum nomen sortitæ sunt, reliquæ decem tribus Israelis nomen tenuerunt ab Israële filio Isaaci. Regio maioris Asiæ, Samariæ conterminà, dicta est Israel. Dicuntur & Israëlitides, ἰσραηλίτιδες, à nominatiuo singulari Israëlis, tis, & tidis. Hieronymus *in lib. Num.* Arrepto pugione ingressus est post virum Israëlitidem. Sic Madian, itis, & itidis, Moab, itis, & itidis.

Issă, ἴσσα, vrbs Lesbi, Imera etiam dicta, deinde Pelasgia, & Issa, ab Issa Macaris filia. Dicitur etiam in fœminino ἰσσάς: vox corrupta videtur de Lesbo, Steph.

Issorium, ἰσσώριον, vrbs Laconiæ, vide *Diana. Issoria,* ἰσσωρία, Steph.

Issa, ἴσσα, vulgò *Lissa,* insula in mari Adriatico, adiacens Dalmatiæ: vt tradit Ptolem. *lib. 2. cap. vlt.* in qua fuit non ignobilis ciuitas eiusdem nominis. ¶ Est item Issa catellæ nomen apud Martialem, *epigramm. 138.*

Issa passere nequior Catulli.

[Isso, iuero. Fest.]

Issus, ἰσσός. Oppidum Ciliciæ non procul ab Amano monte, quo loco Alexander Darium vicit: vnde etiam pro Isso Nicopolim appellauit. Ab huius oppidi nomine propinquus sinus, Issicus appellatur à Ptolem. *tab. 4. Asiæ.*

Iste, ista, istud, genitiuo istius, {זה *zeh.* οὗτος. GALL. *Cestuy ci, celuy qui est aupres de toy.* ITAL. *Cotesto.* GERM. Der. HISP. *Esse.* ANGL. *Thu.*} Propriè dicitur de eo qui apud te est, aut de quo loqueris. Terent. *in Eunuch.* Mirum ni tu credas quod iste dicat. Cic. *Cat. lib. 2.* Putaretísne vnquam accidere posse, vt mihi verba deessent, neque solùm ista vestra oratoria, sed hæc etiam leuia nostratia? Plaut. *Men. sc. 2. a. 5.* Eripe oculum isti, ab humero qui te tenet. *Ibid. sc. 5. a. 5.* Non tu scis quantum isti morbo facias mali? Idem *Pseud. sc. 5. a. 1.* Istis tu manibus hodie mihi argentum dabis. Idem *Most. sc. 1. a. 1.* Tu tibi istos habeas turtures, pisces, aues. Senec. *cap. 16. de consol. ad Helu.* Propter istas (malas fœminas) quæ litteris ad luxuriam vtuntur.

Istace, pro ista. Cato *cap. 132.* Macte istace dape pollucenda esto. ¶ Istaccine, Plaut. *Pseud. sc. 2. a. 3.* Istaccine causa tibi numum dabo? ¶ Istuccine. Item, Istic, istæc, istoc, &c. Vide infrà.

Istō, aduerbium ad locum, idem significans quod istuc. {ἐκεῖσε, ἐκεῖσε. GALL. *Là où tu es.* ITAL. *Colà.* GERM. Dahin daselbst hin. HISP. *De ay donde tu estas.* ANGL. *To this place.*} Plin. *Epist. 59.* Destino enim, si tamen officij ratio permiserit, excurrere istò.

Istic, istæc, istoc, pro iste hic. Ter. *in Heauton.* Quid istuc quæso? qui istic mos est Clitiphoníne fieri oportet? Plaut. *Most. sc. 3. a. 1.* Non oportet istanc ætatem pigmentum attingere. Idem *Pseud. sc. 5. a. 1.* Istæc insipientia est, iram in promptu gerere. Idem *Men. sc. 1. a. 5.* Aperiam istæc tua flagitia. Idem *Pseud. sc. 3. a. 1.* Cum istoc genere natus numum non habes. Idem *Capt. sc. 2. a. 1.* Nunquam istoc vinces me. (i. ista re.) Idem *Men. sc. 5. a. 5.* Insanis. Egóne? Tu istic, qui. *Ibid. sc. 2. a. 4.* Quis homo est? Tu istic, inquam. *Ibid. sc. 2. a. 1.* Quis istic ornatus tuus? Idem *Capt. sc. 3. a. 1.* Istic Iuppiter, pro iste. *Ibid. sc. 3. a. 5.* Hic istic fuit. Idem *Men. sc. 1. a. 1.* Ita istæc nimis lenta vincla sunt escaria, &c. *Ibid. sc. 2. a. 4.* Omnes istæc in te recident contumeliæ. ¶ Idem *Milit. sc. 3. a. 2.* Væ capiti tuo. P. Tibi istuc (væ) promitto fore. Idem *Asin. sc. 1. a. 1.* Istuc loci. (bis.) Idem *Curc. sc. 1. a. 1.* Quid istuc est verbis? Idem *Milit. sc. 5. a. 2.* Quid istuc est Philocomasium? (obiurgantis.) Idem *Men. sc. 2. a. 1.* Istuc alius fieri solet. Idem *Milit. sc. 1. a. 1.* Istuc quidem nihil est. Idem *Men. sc. 2. a. 5.* Dic mihi istuc, quod dissertatis vt sciam, &c.

Istūccĭnĕ, pro istúdne. Terent. *in Eunuch.* Istúccine interminata sum hinc abiens tibi? Plaut. *Pseud. sc. 1. a. 1.* Istoccine pacto me adiuuas, &c.

Istiusmŏdi, {כזאת *chazoth.* τοιοῦτος. GALL. *De ceste maniere, vel, de ceste sorte.* ITAL. *Cotale, di questa sorte.* GERM. Dergleichen solche. HISP. *Cosa de essa manera.* ANGL. *Such, of this sort.*} Plaut. *in Menæch.* —nihil moror mihi clientis istiusmodi. Idem *Epid.* —malim istiusmodi mihi amicos furno mersos, quàm foro.

Istic, aduerb. est loci, quietem vel modum significans eo in loco in quo tu es, {αὐτοῦ. GALL. *Là où tu es.* ITAL. *Costì, in cotesto luogo.* GERM. Daselbst. HISP. *Ay donde tu estas.* ANGL. *In that place.*} Ter. *in Eunuch.* Omitte, iam istic adero. Idem *Adelph.* Tibi verò quid istic rei? Cic. *Valer. lib. 1.* Et tibi malis esse vbi aliquo numero sis, quàm istic, vbi solus sapere videare. Tum forsitan istic iucundum nostri nescia tempus agis. pro illic, i. Romæ. Ouid. *Eleg. 3. lib. 3. Trist. & Eleg. 10. & 12. ibid.*

Istinc, aduerbium de loco. {αὐτόθεν, ἐκεῖθεν. GALL. *De là où tu es.* ITAL. *Di costà.* GERM. Da dannen. HISP. *Ay donde tu estas.* ANGL. *Out of that place.*} Cic. *ad Attic. lib. 7.* De malis nostris tu prius audis, quàm ego, istinc enim emanant. Plaut. *Pseud. sc. 7. a. 4.* Memento mihi dimidium istinc de præda dare.

[Isto, Aduerb. istic. Plin. *epist. lib. 3. Seuero:* Destino enim, si tamen officij ratio permiserit, excurrere istò.]

Istōc, aduerbium, Ab isto loco. {GALL. *De là où tu es.* ITAL. *Di doue tu sei.* GERM. Desz/deszhin. HISP. *Ay donde tu estas* ANGL. *Frome yat place.*} Ter. *in Adelph.* —accede istuc Parmeno: Nimium istoc abiisti.

Istāc, aduerbium per locum. {διὰ τῆδε τοῦ τόπου, τῆδε, ᾗδε. GALL. *Par là où tu es.* ITAL. *Per costà.* GERM. Daselbst durchhin. HISP. *Per ay donde tu estas.* ANGL. *By that place.*} Ter. *in Heaut.* Abi deambulatum. ut. deambulatum, quò? s. vah, quasi desit locus. Abi sanè istac, istorsum, quò vis.

Istōrsum, aduerbium, Versùs eum locum vbi tu es. {πρὸς τόνδε τὸν τόπον. GALL. *Vers là où tu es.* ITAL. *In costà.* GERM. Gegen dem orth. HISP. *Hasta alla donde tu estas.* ANGL. *Towardes yat place.*} Ter. *in Phorm.* Concede hinc à foribus paululum istorsum sodes Sophrona.

Ister, siue Istrus, istri, ἴστρος. Vulgo *Dunoe.* {GERM. Die Thonaw.} Fluuius est Europæ longè maximus, qui ortus in iugis Arnobæ montis Germaniæ, ex aduerso Rauraci Galliæ oppidi, multis intra Alpes millibus, ac per innumeras lapsus gentes, sexaginta auctus amnibus, in Pontum sex ostiis euoluitur. Alio nomine Danubius dicitur præsertim à fonte vsque ad cataractas quæ sunt in montibus Daciæ, non procul à Taururo oppido. Nam inde deinceps Istri nomen assumit. Ouid. *1. de Pont.*

Stat vetus vrbs ripæ vicina binominis Istri.

Idem *Eleg. vlt. lib. 4. Trist.*

——Tu nos abducis ab Istro.

Idem *Eleg. 1. lib. 5.*

——Scythicus in finibus Istri.

¶ Nilus,

¶ Nilus, Istrus (qui alio nomine *Danubius* appellatur) & Rhodanus flumina sunt maxima. Vide Gell. *cap. 7. lib. 10.*

Isthmia, ἴσθμια, inter quatuor sacra certamina numerantur, quæ quinto quoque anno in Græcia celebrari solebant, in honorem Neptuni instituta à Theseo, vt Plutarcho videtur: aut certè in honorem Palæmonis, vt ex Archiæ Poëtæ Græco Epigrammate colligitur, quod etiam hodie circumfertur. Huius certaminis victores pinu coronabantur. De institutione horum ludorum sic scribit Plutarchus in vita Thesei, Theseus primus Neptuno certamen instituit, gloriarique est solitus, ob Herculem Ioui, ob se verò Isthmia Neptuno celebrari. Quod enim ibidem in Melicertæ honorem institutum est, noctu agebatur initiandi magis, quàm spectaculi speciem præferens. Hactenus ille. Dicta autem sunt Isthmia, à Peloponnesi isthmo, in cuius faucibus celebrabantur, non procul à Neptuni templo, quod illic erat in primis celebre.

Isthmus, i, ἰσθμός, Est angustia illa media inter peninsulam, & continentem, & veluti quædam ceruix, quæ à continente, velut à corpore gracilescens, peninsulam cum continente, tanquam caput cum reliquo corpore, connectit. Isthmo opponitur porthmus. i. fretum angustum inter duas continentes, quale est fretum Gaditanum, exiguo interuallo Europam ab Africa dirimens. Isthmus omnium celeberrimus est ille, quem & Corinthiacum & Achaicum vocamus, quinque tantùm millium spatio Ægæum mare ab Ionio submouens, angustóque tramite Helladi Peloponnesum annectens. In huius Isthmi faucibus Corinthus olim sita fuit, totius Peloponnesi vrbs clarissima. ¶ Isthmum perfodere dicebantur, qui magno quidem conatu, sed irrito moliretur aliquid. Ductum ab hoc Isthmo Corinthiaco, qui efficiebat vt naues longo & ancipiti ambitu iuxta peninsulam circumagerentur. Vnde complures illum adorti sunt, qua erat angustissimus, perfodere, nempe, Demetrius Rex, Dictator Cæsar, C. princeps, Domitius Nero, infausto, vt omnium patuit exitu, incœpto. Autor Plin. *lib. 4. cap. 4.* Et Sueton. *in Ner. cap. 19.* In Achaia, inquit, Isthmum perfodere aggressus, &c. Idemque refert de Caligula in ipsius vita *cap. 21.*

Istiæa, ἱστίαια, Ionicè, pro Estiæa. ἑστίαια, Homerus πολυστάφυλον, id est, vini feracem cognominat. Vrbs Eubœæ est, quæ nunc Oropus. Gentile Estiæus: nam Istiores ab oppido Thessaliæ descendit.

Istone, ἰστώνη, mons Corcyræ proximus, vnde Istonæus, Steph.

Istonium, Italiæ oppidum, Ptolemæo.

[Istrè, rectè. Gloss. Isid.]

Istria, ἰστρία, Italiæ regio, post flexum Adriatici sinus, Illyrio contermina, quæ in latitudine sexaginta passuum millia, in circuitu centum viginti quinque millia complectitur à Phormione, nunc Tisano fluuio ad Banoticum sinum, in quo Arsia amnis decurrens, Istriam ab Illyrio dirimit. Istrorum gentem, fama est originem à Colchis duxisse, missis ab Æeta Rege ad Argonautas persequendos: qui vt à Ponto intrauerunt Istrum, nec raptores inuenissent, siue metu regis, siue tædio longæ nauigationis iuxta Aquileiam consederunt, Istrique ex amnis nomine, quo à mari concesserant, sunt appellati. In ea est Iustinopolis vrbs, quam Iustinus Imperator extruxit.

Istri, orum, ἴστροι, Istriæ populi, à Colchis (vt putatur) oriundi. Lucan. *lib. 4.*

Detegit orta dies stantes in puppibus Istros.

Istriana, ἰστριανα, ciuitas ad mare Persicum, gentile Istrianites, vel Istrianeus. Steph.

Istropolis, ἰστρόπολις, Thraciæ vrbs non procul ab ostiis Istri, Milesiorum colonia. Autor Plin. *lib. 4. cap. 11.*

Istrus, ἴστρος, vrbs Cretæ, quam Artemidorus Istronam ἰστρῶνα vocat: altera, in Ponto. Hinc Istrius, Istrianus, Istrieneus. Tertia, insula cum oppido eiusdem nominis iuxta Triopium Cnidiæ. Quarta, vrbs Iapygiæ, Stephan.

[Istúcne, quasi *istuccine*, an istud? aut istócne.]

Istula, fluuius ad finem Germaniæ ortum versus, vide *Visula.*

Istus, ἰστός, insula Africæ, ab Afris Vdenoen dicta, Phœnicibus Cella Rharsath, quod interpretatur ab istonis: naui enim similis est. gentile Istius. Steph. ἱστός, pro malo nauis aspiratur, videndum an etiam huic proprio adiicienda sit aspiratio.

[Isula, *Isola*, V. E. Calabriæ, sub A. Rhegino, tertio lapide à mari distat.]

Isus, & Antiphus, Priami fuêre filij: verùm Antiphus ex Hecuba susceptus est, cùm naturalis esset Isus, vt autor est Hom. *in Iliade.*

Isura, Insula est sinus Arabici, apud Plin. *lib. 6. cap. 28.*

I T

Ita, ab ἔτι, aduerb. similitudinis, idem valens, quod sic. {[Hebrew] *chen* [Hebrew] *chah.* ὥτως. GALL. *Ainsi, tellement, voire, ouy.* ITAL. *Si, così, à questo modo, in tal maniera.* GERM. *Ja, also.* HISP. *Si, tambien.* ANGL. *Yea.*} Cicer. *in Verr.* Est ita, vt dicitur, Iudices. Plaut. *Mil. sc. 2. a. 2.* Is mihi abiens ita respondit. Idem *Curc. sc. 1. a. 5.* Audiui poetam scripsisse duas mulieres esse peiores vna. Ita res est. Ouid. *Eleg. 8. lib. 4. Trist.* ¶ Similitudinis, Plaut. *Curc. sc. 3. a. 5.* Ita ne torquebo, itidem vti catapultæ solent. Idem *Aulul. sc. 5. a. 3.* Ita me Dij amabunt, vt, &c. ¶ Liu. *lib. 34.* Emebant ita vt, (i. ea lege & conditione.) ¶ Iurisiurandi formula apud Senec. Ita te legam, ita te fruar. Et Quintilian. Ita mihi contingat hærede filio mori. Senec. *de consol. ad Polyb. cap. 1.* Ita est, nihil perpetuum est. Catull. *de Com. Beren.*

Non, ita me diui, vera gemunt, iuuerint.

Plaut. *Curc. sc. 4. a. 4.* Ita me machæra & clypeus benè iuuent. Idem *ibid. sc. 3. a. 2.* Ita me Venus amet. Idem *Aul. sc. 2. a. 3.* Ita me bene amet lauerna. Idem *Pseud. sc. 1. a. 4.* Ita me Dij ament: ita non facient. ¶ Ita mihi velim deos propitios, genus iurisiurandi (inquit Asconius *in diuinat.*) id est quod dicimus, tantùm mihi diuinitas faueat, quantum verum est illud quod dico tibi. ¶ Admirantis, idem *Mil. sc. 1. a. 1.* Itáne aiebat tandem? Et itáne verò! ¶ Pro enim. *Ibid. sc. 4. a. 2.* Timeo quid rerum gesserim: ita dorsus totus prurit. Idem *Men. sc. 4. a. 2.* Neque quod volui agere licitum est: ita me detinuit. *Ibid. sc. 1. a. 1.* Ita istæc nimis lenta vincula sunt escaria. *Ibid. sc. 2. a. 1.* Ita mihi necesse est eloqui quicquid ago, &c. ¶ Cum negatione idem ferè valet quod valde. Cic. *lib. 3. Epist.* Cassius non ita multùm furore vtitur. Idem *de fin.* Accessione vtuntur non ita probabili. Idem *de clar. Orat.* Ille non ita pridem abiit. Ter. *in Andr.* Non ita dissimili sunt oratione ac stylo. Aliquando tamen magis negat, Plaut. *Pseud. sc. 2. a. 2.* Non ita est. Et Ouid. *Eleg. 8. lib. 4. Trist.* Non Diis visum est. ¶ Imprecantis, Sueton. *in Aug. cap. 69.* Ita valeas, vt, &c. ¶ Narrantis, Ouid. *13. Metam.* Atque ita capitiuo ingredior curru. ¶ Ita, pro itaque. Plaut. *Pseud. sc. 2. a. 1.* Ita valdè faciam vt vestra latera varia sint. *Ibid. sc. 3. a. 1.* Ita miser & amore pereo, & inopia. Et Cic. *5. Verr. & lib. 1. de diuinat.* & Senec. sic vsi sunt. ¶ Quandoque optantis. Pacuuius, Ita te dij ament, ita tibi pro voto secundent omnia. ¶ Quandoque illatiua coniunctio est, pro igitur. Cic. Ita nobilissima ciuitas Græciæ & olim potentissima, sepulchrum ciuis sui ignorasset, nisi ab homine Arpinate didicisset. ¶ Quando componitur cum que, coniunctio est quæ rem concludit, & conficit, & habet accentum in prima syllaba, idémque significat quod ergo, vel igitur. οὖν, ὡς ῥα. Si autem duæ partes sunt, habet accentum in penultima, & dicimus itaque, καὶ οὕτως. Ter. *in Andr.* Imò ita volo, itaque postulo, vt fiat. Plaut. *in Amph.* Verùm ita animatus fui, itáque sum nunc, vt ea te patera donem. ¶ Ita sanè, concedentis est particula cum affirmatione, ναὶ, πάνυ γε.

Italia, ἰταλία. Europæ regio, priùs Hesperia dicta, ab Hespero Atlantis fratre, qui à fratre ex Africa pulsus, & Hispaniæ & Italiæ dedit nomen. Siue (vt Macrobius inquit) ab Hespero stella, quòd Occasui subiecta sit. Dicta etiam fuit OEnotria, vel à bonitate vini quod in Italia nascitur (nam Græci οἶνος vinum dicunt) vel ab OEnotrio Sabinorum rege. Postea Italia, ab Italo Siculorum rege, qui agriculturam Italos docuit, & leges condidit, eámque partem in qua postea Turnus regnauit, à suo nomine Italiam appellauit. Virg. *lib. 1. Æneid.*

Est locus, Hesperiam Graij cognomine dicunt:
Terra antiqua, potens armis atque vbere glebæ,
OEnotrij coluere viri, nunc fama, minores
Italiam dixisse, ducis de nomine, gentem.

Timæus & Varro, à bobus vocatam dixerunt, quoniam Tauri Græca veteri lingua, Itali vocati sunt, à quorum multitudine & pulchritudine Italiam dixerunt. Vide de hac re Gell. *cap. 1. lib. 11.* Latium autem & Ausonia, non totius Italiæ, sed partium quarundam sunt nomina. Latium enim est ea pars Italiæ, quæ citeriori Tyberis ripæ adiacet, vbi hodie est Roma. Ausonia verò dicta fuit Italiæ regio maritima, inter eam agri Brutij partem, qua Siciliæ obiicitur, & Salentinos intercepta: vnde etiam vicinum mare Ausonium appellatum fuit. ¶ Est autem omnis Italia in formam cruris inter Adriaticum & Tuscum mare, à iugis Alpium dorsóque Apennini porrecta, se paulatim attollens vsque ad fretum Siculum. In vltimo sui scinditur in duo cornua, quorum alterum Ionium spectat mare, alterum Siculum, in extremitate Rhegium oppidum habens. Eiusdem longitudo, quæ ab Augusta prætoria, quæ in Alpino limite sita est, per Romam Capuámque porrigitur, vsque ad oppidum Rhegium, Solino teste, decies centena & viginti millia passuum continet: latitudo verò quadringenta decem, vbi maior latitudo: vbi angustior, centum triginta sex, habétque vmbilicum in agro Reatino. Olim tamen ex latere maris superi Rubiconem fluuium pro finibus habuit. Diuiditur autem in sexdecim regiones, scilicet Liguriam, Hetruriam, Latium, Campaniam, Lucaniam, Calabriam, Apuliam, Samnium, siue Aprutium, Picenum, Flaminiam & Æmiliam, seu Romandiolam: Vmbriam, nunc ducatum Spoletanum: Galliam Cisalpinam, Venetiam, nunc Marcham Taruisanam: Lapinam & Carniam, nunc Forum Iulium, & Istriam. ¶ Italia sic describitur à Siculo Flacco in librode conditionibus agrorum. Ab Alpibus in mare porrigitur: à tribus lateribus exteras gentes intuetur: à Sicilia vsque ad Galliam omne litus Africum ei est contrarium: rursus à Leucopetra pars quæ ad mare attingit, Macedoniæ & aliquam Epiri partem spectat, Adriaticum verò litus Illyricum contra se habet.

Italus, a, um, adiect. ἰταλός. Quod ex Italia est: vt, Gens Itala. Virg. *6. Æneid.*

Qui maneant Itala de Gente nepotes.

Idem *3. Æneid.*

Et sæpe Hesperiam, sæpe Itala regna vocare.

Horat. *1. Carm. Ode 7.*

Dij patrij, Italúque cælo.

Italicus, a, um, ἰταλικός: vt, Oræ Italicæ. Ouid. *15. Met.*

Graia quis Italicis autor posuisset in oris
Mœnia.

Salust. *Iugurth.* Italici quorum virtute mœnia defensabantur.

Italicum, ἰταλικὸν, Philosophiæ genus quoddam nuncupatum ab ea parte Italiæ, quæ quondam magna Græcia dicta est, quod (vt docet August. *lib. 8. de ciuitate Dei*) autorem habuit Pythagoram Samium: à quo etiam ferunt ipsum Philosophiæ nomen exortum.

Italica, ἰταλική. Vrbs Pelignorum, quæ alio nomine Corfinium dicitur, vt ait Strab. *lib. 5.* Alia Hispaniæ Bæticæ, in conuentu Hispalensi, teste Plin. *lib. 3. cap. 1.* patria Silij Italici, à qua & Adrianus Imperator ortum habuit.

Italicenses, ἰταλικήνσιοι, dicti sunt populi ab Italica Hispaniæ Bæticæ vrbe. Italicus ager, ἰταλικὴ χώρα, in Sicilia. Stephan. ¶ Italicenses, Gellio teste *cap. 13. lib. 16.* etiam sunt ciues Rom. ex municipio, ex quo ortus D. Adrianus.

[Italiota, peregrinus in Italia morans, aut in magna Græcia.]

Itanus, ἴτανος, vrbs in Creta, ab Itano Phœnice, vel ab vno Curetum. ¶ Est & promontorium.

Itea, ἰτέα. Vicus in tribu Acamantide: tribulis Iteæus. Steph.

Item, aduerb. Significat similiter, quasi iterum idem. {[Hebrew] *aph* [Hebrew] *gham* [Hebrew] *hodo.* ὡσαύτως, ὁμοίως. GALL. *Aussi semblablement, pareillement.* ITAL. *Similmente.* GERM. *Desgleichen.* HISP. *Esso mesmo, semejantemente.* ANG. *Also, lyke wise.*} Autor Donatus & Valla *lib. 2. cap. 51.* Plaut. *Prolog. Asin.* Vt vos item pariter nunc Mars adiuuet. Item *Men. sc. vlt. a. 5.* Huic item Menæchmo nomen est. Idem *Amph.* Forma, ætate item qua ego sum. Idem *Pseud. sc. 2. a. 2.* Item vt nos iureiurando malo rem quærunt. (i. similiter.) Et *in Aul. Prol.* Item à me contra factum est. Nam item obiit diem. (i. similiter, Lambinus: vel postquam, siue Vbi, vt paulò antè, Vbi is obiit mortem, qui, &c. Passerat. Et *Curc. sc. 2. a. 2.* Item factuos alios Deos scilicet. (i. similiter.) *Ibid. sc. 2. a. 4.* Genus lenonum inter homines item est vti muscæ, pulicésque, &c.

Iter,is,secundùm Prisc.& itineris, ab antiquo nominatiuo Itiner,quo veteres vsi sunt. {דרך *dérech* ארח *órach* הליך *halich* הליכה *halichah* מהלך *mahalach*. ὁδός, ὁδοιπορία. GALL. *Chemin.* ITAL. *Camino, viaggio.* GERM. Ein reyß oder wegfart. HISP. *Camino.* ANGL. *The way,a iourney.*} Plaut. *in Mercator.* Ergo itiner meum exequi me fines? Varro, Expectant itiner longo sermone leuare. Genitiuus etiam itineris,quamuis hodie non sit in vsu,legitur tamen ablatiuus itere apud Lucr. *lib.* 5. Concussos itere,& labefactos aëre multo. Dictum iter,ab eundo,cuius supinum est itum: siue ab ito frequentatiuo, autore Varrone *lib. de L.L.* 4. Est autem iter idem ferè quod via,vel profectio ipsa, vel etiam nauigatio: vt apud Terent. Ain' tu tibi incommodum euenisse hoc iter? Non hercle Parmeno verbis dici potest, quantum te ipsa nauigare incommodum est. Ouid. 6. *Fast.*

Audit, & ad vocem concitus vrget iter.

Idem *Eleg.* 6. *lib.* 3. *Trist.*

Fata omne bona claudantur vtilitatis iter.

Idem *Eleg.* 6. *lib.* 4. *Trist.* Sol suum iter peragit. Sen. *cap.* 11. *de tranquill.* Iter liberum ad te iis malis. Nocturnum iter. Suet. *in Tib. cap.* 6. Itinere suo alicui occurrere. Iter pedibus emetiri. Gell. *cap.* 16. *lib.* 10. Senec. *cap.* 20. *de consol. ad Marc.* Iter mortis ingredimur nascentes. *Ibidem cap.* 22. Iter mortis ingressus sum,& iam medium teneo. ¶ Iter facere. ὁδοιπορεῖν, est ire: quod & Iter tenere τὴν ὁδὸν ἔχειν dicimus. Virg. 1. *Æneid.* Quóve tenetis iter? Iter facere, etiam pro viam facere atque aperire. Gell. *lib.* 7. *cap.* 26. Quia calculus iter,cum vi promitur, facit,si non accipit. ¶ Iter intendere aliquò, Gell. *cap.* 7. *lib.* 3. ¶ Iter gradere, vetus locutio. ¶ Habere iter,idem quod iturum esse: vt, Iter habeo ad Cæsarem. Plaut. *Asin. sc.* 3. *a.* 2. Huc habeas iter. Cæs. *lib.* 1. *de bell. ciuil.* Pompeius ex vrbe profectus, iter ad legiones habebat. Plaut. *Mil. sc.* 6. *a.* 2. Hic ad me habet rectam viam. Suet. *in Aug. cap.* 82. Itinera lenta facere ac minuta. At Viam facere, ὁδοποιεῖν, non est iter facere, sed aperire & munire viam. ¶ Ad iter proficisci. Cæs. 1. *de bell. ciu.* ¶ Iter insistere, vide *Insisto.* Iter vadere. Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 4. *Trist.*

Ardua per præceps gl. via vadit iter.

¶ Iter pro incœpto,& instituto. Cicer. *ad Qu. fratr. lib.* 3. Quare neque ego impediri Ciceronis iter atque illam disciplinam volo: & ipse puer magis illo declamatorio genere duci & delectari videtur: in quo quoniam ipsi quoque fuimus, patiamur illum ire nostris itineribus, id est, nostro hoc genere dicendi. ¶ Iter vrinæ, apud Celsum *lib.* 7. *cap.* 26. & alibi sæpissimè, id est, meatus vrinarius qui in cole est. quod de fœminis etiam dicitur, οὐρήθρα. Idem *lib.* 4. *cap.* 1. Tum in masculis iter vrinæ spatiosius (id est, longius) & compressius (id est, angustius) a ceruice huius descendit ad colem. In fœminis breuiùs,& pleniùs (id est, latius. alij legunt *planiùs*, quia alibi rectius esse dixit) super vuluæ ceruicem se ostendit. *Ibid.* fistulam vocat. Vide *Fistula.*

Iterum, ab Iter, quod repetebant pastores, vetustissimi ἰτεροποιμένες. aduerbium, Rursus. {עוד *hodh.* αὖθις, αὖ. GALL. *Encor, derechef, pour la seconde fois.* ITAL. *Vn altra voltra, di nuouo, anchora.* GERM. Widerumb. HISP. *La secunda vez.* ANGL. *Agayne ofte seconnes.*} Virg. 4. *Eclog.*

Atque iterum ad Troiam magnus mittetur Achilles.

¶ Interdum significat secundò. {שנית *schenith.* ἐκ δευτέρου.} Cicer. *lib.* 1. *de Inuent.* Primò quidem decipi incommodum est, iterum stultum, tertiò turpe. Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Iterum natus videor. Sic iterum Consul dicitur à Latinis autoribus qui alterum consulatum gerit, nonnunquam secundò Consul, id quod ex Liuio & Cicerone præcipuè constat. ¶ Iterum pro deinde. Plaut. *Mil. sc.* 3. *a.* 2. Id tibi dicam: Primum dum si falsò insimulas philocomasium, hoc perieris: Iterum si id verum est, tu ei custos additus, perieris. Idem *Men. sc.* 4. *a.* 2. Vbi Agathocles regnator fuit, & iterum Panthia.

Itero, as, Repeto, resumo: quasi iterum aliquid ago. {הוסיף *hosiph.* ἀναλαμβάνω. GALL. *Reprendre & repeter quelque chose, la reiterer.* ITAL. *Rifare, replicare.* GERM. Widerholen/widerumb thun oder anheben. HISP. *Repetir algo la segunda vez, reiterar.* ANGL. *To repear, to beginne agayne.*} Liu. *lib.* 1. *ab Vrb.* Resistere atque iterare pugnam iubet. Plaut. *Amphit.* Hæc vbi Telebois ordine iterarunt. (i. iterum dixerunt.) Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 3. Tua malefacta iterari multa possunt. (id est, prædicari.) Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Nolo bis iterare. (i. iterum idem dicere.) Gell. *cap.* 18. *lib.* 5. Iterare quæ in bello gesta sunt, &c. pro narrare. Iterare æquor, apud Horatium *lib.* 1. *Carm. Ode* 7. pro iterum nauigare. Iteratu ridiculum. Plaut. *Casin.* Itera dum eadem ista mihi. Cic. *ad Attic. lib.* 14. Iterare campum, terram, agrum, pro iterum proscindere. Col. *lib.* 2. *cap.* 4. Igitur vliginosi campi proscindi debent, post Idus mensis Aprilis, quo tempore quum arati fuerint diebus interpositis circa solstitium, quod est nonum & octauum Calendas Iulias, iteratos esse oportebit: ac deinde circa Septembris Calendas tertiatos. Idem, Colles pinguis soli, &c. Februario statim proscindendi sunt: deinde de Aprili medio vsque in solstitium iterandi, tertiandíque.

Iteratio, nis, Repetitio, resumptio. {שניה *scheniiah.* ἀνάληψις. GALL. *Reprinse & repetition de quelque chose.* ITAL. *Il replicare qualche cosa.* GERM. Ein widerholung. HISP. *Obra de repetir algo la secunda vez.* ANGL. *Repeating or doing agayne.*} Cicer. *in Oratorib.* Itémque si quæ verborum iterationes contemptionem aliquam, & clamorem requirent, erunt ab hac summissione orationis alienæ. Iteratio, arationis genus qua ager secundò proscinditur, apud Plin. *lib.* 18. *cap.* 20. ¶ Iteratio præterea secunda olearum pressura dicitur, apud Col. *lib.* 12. *cap.* 50. Apud Gell. *lib.* 3. *cap.* 18. legitur iterare pro iter facere. Sed eos (inquit) Senatores qui Magistratum curulem nondum acceperant pedibus iterauisse in Curiam. Quo tamen in loco omnino legendum puto *itauisse.*

[Iteratiuum verbum, siue frequentatiuum, Diomedes *Grammat. lib.* 1. Iteratiuum iteratiui, vt à curro cursito: vide *Viso, visito.*]

Iteratò, aduerbium, Iterum. {ANGL. *Agayne ofte soones.*} Iustinus *histor. lib.* 5. quibus accitis iteratò præliantur.

Itinerarium, Descriptio itineris, hoc est, commentarius earum rerum, quæ in itinere acciderunt, & locorum per quæ iter est faciendum. {ὁδοιπορικόν. GALL. *Charte à voyage, liure pour monstrer les chemins & distances de lieux.* ITAL. *Carta del viaggio.* GERM. Ein verzeichnung oder beschreibung einer reyß oder wegfart. HISP. *Libro de los lugares del camino.* ANGL. *A description of the way.*} Adhuc extat Antonini itinerarium, de cuius ratione inscriptionis pronuntiandum puto.

Itinerarius, adiectiuum: vt, Sumptus itinerarius. Lamprid. *in Commodo*, Simulauit se in Africam iturum, vt sumptum itinerarium exigeret, id est, viaticum, ἐφόδιον.

Itineror, aris, Iter facio. {ארח *arách.* ὁδοιπορέω. GALL. *Voyager.* ITAL. *Far viaggio.* GERM. Reysen/wandern. HISP. *Hazer camino.* ANGL. *To tak iourney.*} Vtitur hoc verbo Apul. & recentiores quidam. Alioqui apud classicos scriptores non temere occurrit.

Ithăcă, Ἰθάκη. Insula est in mari Ionio, ante Epirum, in qua regnauit Vlysses. Cic. 1. *de Orat.* At si nos (inquit) quod maximè debet, nostra patria delectat, cuius rei tanta est vis, ac tanta natura, vt Ithacam illam in asperrimis saxulis, tanquam nidulum affixam, sapientissimus vir immortalitati anteponeret: quo amore tandem inflammati esse debemus, in eiusmodi patriam quæ vna in omnibus terris domus est virtutis, imperij, dignitatis? Hæc ille. ¶ Ab Ithaca, Vlysses Ithacus dicitur, & Ithacensis. Virg. *lib.* 2. *Eclog.*

Hoc Ithacus velit, hoc magno mercentur Atridæ.

Ouid. 13. *Metam.* Conferat his Ithacus Rhesum. (id est, Vlysses.) Tibull. *lib.* 4.

Non Pylos, aut Ithace tantos genuisse feruntur.

Nestora & Vlyssem. ¶ In Ithaca vrbs est eiusdem nominis: item mons Neritos, Νήριτος, à quo tota insula interdum est Neritos appellata, vt annotauit Seruius in illud Virg. 3. *Æneid.*

Iam medio apparet fluctu nemorosa Zacynthos,
Dulichiúmque, & Neritos ardua saxis, &c.

Ithōmē, Ἰθώμη. Oppidum est in Phthiotide Thessaliæ regione: cuius meminit Homerus *in Catalogo.* ¶ Est & altera Ithome, in agro Messeniaco, quam Lacedæmonij post decem annorum obsidionem in deditionem acceperunt: vt refert Thucyd. *lib.* 4. *Theb.*

Planaque Messene, montanaque nutrit Ithome.

[Ithymbus, Ἴθυμβος, Saltatio quædam in honorem Bacchi. etiam cantus: item ipse cantor Bacchicus.]

Itidem, Similiter, eodem modo, quasi iterum idem. {כן *chen* גם *gam.* παραπλησίως. GALL. *Pareillement, semblablement.* ITAL. *Medesimamente, similmente, parimente.* GERM. Zugleich. HISP. *Otra y otra vez, semejantemente.* ANGL. *So after the same sorte, lykwise.*} Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 3. Non itidem condio, vt alij coqui. *Ibid. sc.* 1. *a.* 1. Mihi atque itidem tibi. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 3. In cauea conclusi itidem vti pulli. Idem *Amph.* Solebas me salutare antidhac appellare itidem vt pudicæ suos viros quæ sunt, solent. *ibid.* Vt filium bonum patri esse oportet, Itidem ego sum patri. Idem *ibid.* Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 1. Quasi piscis itidem est amator. *Ibid.* Itidem hic apud nos. (in redditione similitudinis.) Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Exossabo illum itidem vt murænam coquus. Et *in Mostell. sc.* 3. *a.* 1. Itidem olent quasi quum iura confundit coquus. Ter. *Andr.* Ibo ad eum, atque hæc eadem quæ tibi dixi, dicam itidem illi. Suet. *in Aug.* Centurione statione deserta, itidem vt manipulares, capitali animaduersione puniuit.

Itio, nis, Profectio, actus eundi. {הלך *hélech* הליכה *halichah.* πορεία. GALL. *Partement, allee.* ITAL. *L'andare, il partirsi.* GERM. Ein gang/ein wandlung. HISP. *Andadura, partida.* ANGL. *A going, a walking.*} Terent. *Phorm.* Hæccine erant itiones crebræ, & mansiones diutinæ Lemni?

[Itiner, vide *Iter.* Gloss. ὁδοιπορία itiner.

Itius est promontorium prope Bononiam maritimam, seu Gallicam. Nauale autem dicitur Gessoriacus, idem cum Nauali Bononiensi.]

Ito, as, vide *Eo*, is.

Iton, nis, Ἴτων. Oppidum est in Phthiotide Thessaliæ regione, ea in parte, qua Crocium campum Amphrysus fluuius irrigat. ¶ Hinc Itonia, Ἰτωνία, cognominata est Mineruа, quòd hoc in oppido eximium haberet templum, summóque cultu veneraretur. Fuit & Itoniæ Mineruæ templum in Bœotia. Vide Strab. *lib.* 5.

Itur, Plaut. *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Itur ad te Pseudole. Vide *Eo*, suprà.

Iturum, Ἴτουρον. Vmbriæ oppidum est, non procul ab Ispello. Autor Strab. *lib.* 5.

Ituræi, {יטור *ietúr.* Ἰτουραῖοι.} Populi Syriæ Cœles in Arabiam vergentis accolas, qui plana incolunt, perpetuis excursionibus infestantes, teste Plin. *lib.* 5. *cap.* 23. & Strab. *lib.* 16. Hos arcu plurimum vsos fuisse memoriæ traditur: vnde Ituræi arcus à poëtis maximè celebrantur. Virg. 2. *Georg.*

——*Ituræos taxi torquentur in arcus.*

Lucan. *lib.* 7.

——*Ituræis cursus fuit inde sagittis.*

Cic. 5. *Philipp.* Ituræi barbari, cum sagittis.

Itus, us, & Itio, Suet. *in Tib. cap.* 38. Ad extremum vota pro itu, & reditu suo suscipi passus. Vide *Eo.*

Iturissa, Ἰτουρίσσα. Ciuitas est Hispaniæ citerioris in tractu Vasconum, cuius meminit Mela *lib.* 3. & Ptol. *lib.* 2. *cap.* 6.

Itylus, & Neis. Filij fuerunt Zethi ex Aëdone coniuge, quorum Itylum mater noctu per errorem interfecit, putans eum esse Amalea Amphionis filium: inuidebat enim vxori Amphionis, quòd iam viro filios sex mares peperisset. Quæ quum errorem suum cognouisset, optauit mori, sed deorum commiseratione in carduelem versa Itylum deflet. Itylus pro Itys. Catull. *ad Ortal.*

——*absumpti fata gemens Ityli.*

Itymoneus, teste Homero, Hyperochi filius, vir in primis strenuus: qui in bello Pyliorum cum Elidensibus à Nestore iaculo est interfectus.

Ithyphălli, Ἰθύφαλλοι. Dicti sunt in sacris Bacchi qui Phallum sequebantur, muliebri veste induti, & ad carminis Phallici, siue Ithyphallici numero saltantes. Erat autem Phallus, teste Suida, membri virilis effigies, quæ primum ex ficulno ligno, postea verò ex aluta rubra fieri solebat, quam sibi ita inter femina adaptabant, vt inde enata videretur.

Itys, Ἴτυς, Terei & Prognes filius fuit, qui (vt est in fabulis) à Progne matre est discerptus, & patri epulandus appositus, in phasianum mutatus est. Autor Seru. apud Virg. *in Silene.* Ouid. *ad Liu.*

Deflet Threicium Daulias ales Itym.

Plaut.

Plaut. *Capt.sc.2.a.1.* Venare leporem, nunc Ityn tenes. Itylus, pro Itys. Vide *Itylus*, suprà. Vide *Progne*.

I V

[Iua arthetica, χαμαιπίτυς, herba terræ dicta. Iun.]

Iuba, Rex Mauritaniæ, Pompeianarum partium pertinacissimus assertor, qui Curionem à Cæsare in Africam missum cum omnibus copiis deleuit. Victo verò Pompeio cum Scipione copias coniunxit: commissóque prælio superatus, quum nulla iam spes reliqua esset, magnificè epulatus, cum Petreio mutuis vulneribus concurrens, fortissime cecidit. Plut. *in vita Cæsaris*. De Iuba (inquit) rege triumphauit. Eius filius Iuba quoque nomine, puer admodum in eo deductus est triumpho: fortunatissima vtique captiuitate, qua effectum est, vt ex barbaro, atque impolito inter doctissimos scriptores connumeretur.

Iūbæ, arum, Crines animalium à collo pendentes. {χαίτη. Gall. *Les crins*. Ital. *Crini*. Germ. Die mäne oder langen halßhaar an den thieren/ als rossen/ löwen/ &c. Hisp. *Las cernejas ò crines*. Angl. *The mane of an horse, or other beastes*.} Plin. *lib.* 10. *cap.*63. Equarum iubas tondere præcipiunt. Cæsar 1. *bell. Gall.* Equorum iubis sublenati. Plin. *lib.*8. *cap.*16. Leonis præcipua generositas tum quum colla armósque vestiunt iubæ.

Iubātus, a, um, quod iubas habet. {ὁ χαίτην ἔχων, ὁ χαιτήεις, χαιτῆεις. Gall. *Crinu, qui a des crins*. Ital. *Zazzeruto, chi à crini*. Germ. Das lang halßhaar hat. Hisp. *Cosa con aquellas crines*. Angl. *That hat a mane*.} Vnde Iubati leones dicuntur, qui iubas habent, ad differentiam eorum, qui iubas non habent. χαιτήεντες. Iubati angues, id est, cristati, & ceruicibus erecti. Plaut. *in Amph.* Deuolant angues iubati deorsum in impluuium duo. Liu. *lib.*2. *d.*5. Iubatus anguis.

Iubăr, aris, à Iuba: quòd radij Solis similitudinem iubæ referant. Propriè est splendor Solis aliorúmve syderum, iubarum quandam similitudinem referens. {יִפְעָה *jiphhah* זֹהַר *zóhar*. αὐγή. Gall. *Lueur & resplendeur, comme du soleil & estoilles*. Ital. *Lo splendor del sole ò d'altra stella*. Germ. Der schein vnnd glantz der sonnen stern/oder auch anderer dingen. Hisp. *La claridad del sol ò otras estrellas*. Angl. *The brightnesse of the sonnes or starres*.} Virg. 4. *Æneid.*

It portis iubare exorto delecta iuuentus.

Et non tantùm de Solis, seu stellæ claritate dicitur, sed etiam de cuiuscunque rei splendore, vt auri, argenti, gemmarum, aut similium rerum. Iubar Solis, Suet. *in Aug.c.*94. Ouid. Iubar tollit dies. ¶ Hinc ad maiestatem hominis transfertur. Claudianus,

Per fratris regale iubar.

Iŭbĕo, es, iussi, iussum, Impero, præcipio, mando, quasi ius habeo. {צִוָּה *tsivvah*. ἐπιτάσσω, κελεύω. Gall. *Commander*. Ital. *Comendare*. Germ. Heissen/beteihlen. Hisp. *Mandar como señor*. Angl. *To bidde*.} Terent. *in Eunuch.* Iubesne? eum iubeo, cogo, atque impero. Quint. 9. *decl.* Nam quamuis infestum latronibus mare iussus intraui: neque dissimulaueram, magnas fuisse causas patri, cur hoc mihi imperaret. Plaut. *Men.sc.* 2.*a.*5. Inter ancillas sedere (viros.) *Ibid.* Cur accersi (me) iubes (ô filia.) *Ibid.sc.*4.*a.*2. Vt iussisti atque voluisti paratum est. Idem *Aul sc* 3.*a.*1. Face quod te soror iubet. Idem *Mil.sc.*6.*a.*2. Licétne? r. Inquire, iubeo. (q.d. Ego dominus facio potestatem.) *Ibid.sc.*2.*a.*2. Quin tu pertruncari tibi istam linguam iubes? *Ibid.* Iube transire huc. Idem *Curcul. sc.*4.*a.*4. Vapulare ego te vehementer iubeo. Idem *Menach. sc.*4.*a.*1. Iube ire accubitum (conuiuas.) Idem *Asin.sc.*2.*a.*2. Iubeo te saluere voce summa. *Ibid.sc.*7.*a.*5. Liber esto, nempe iubes. Iubeo, si quid imperij est in te mihi. *Ibid.sc.*8. Liberum te abire iussi. ¶ Interdum ponitur pro rogare. Virg. *lib.*2. *Æneid.*

Infandum regina iubes renouare dolorem. pro cogere.

Plaut. *Milit.sc.*5.*a.*2. Do fidem me intrò iturum quó iubes. (suprà dixerat, vi cogis.) pro sinere. Idem *Most.sc.*1.*a.*2. Iube venire nunc iam (senem, vt ludos faciam.) *Ibid.* Potin' vt facias quod iubeo, inquit seruus hero minori, &c. Item Ouid. 13. *Metam.*

Ecce Ioui monitu

Rex iubet incœpti curam deponere belli.

Ibid. Nec me sors ire iubebat. ¶ Interdum pro precari, optaréque: vt Iubeo te saluere, Iubes me bene sperare. Ter. *in Andr.* Iubeo Chremetem saluere. ¶ Interdum pro decernere, ψηφίζειν, vt Populus iussit, id est, decreuit. Salust. *Iugurth.* 118. Postquam ei populus prouinciam Numidiam iussit. ¶ Inuenitur aliquando hoc verbum cum accusatiuo. Lucan. *lib.*1.

Iámque secuturo iussurus classica Phœbo.

Iubere est, inquit Fest. nonnunquam decernere. Hinc illud apud Imperat. Neque ij, quos leges iubent improbos intestabilésque esse, possunt in numerum testium adhiberi: i. quos statuunt ac decernunt. Caius *lib.*26. *D. de testam.* Cùm lege quis intestabilis iubetur esse eó pertinet, vt, &c. Hotom. apud Cic. sæpe lex iubet, & quod illi contrarium est, lex vetat.

[Iusso, seuerè iubeo. Est & *iusso* pro *iussero*]

Iussio, nis, Iussus, us, & Iussum, i, id est, mandatum. {מִצְוָה *mitsváh*. πρόσταγμα, ἐπιταγή. Gall. *Commandement*. Ital. *Commandamento*. Germ. Ein geheyss. Hisp. *El mandamiente*. Angl. *A biddaing or commanding*.} Plaut. *in Amph.* Iouis iussu venio. Idem *in Curcul.sc.*3.*a.*2. Post suo iussu profectus perueni in Cariam. Idem *Asin.sc.*2.*a.*1. Tuo facit iussu, tuo imperio paret. Vide Ouid. *Eleg.*1. *lib.*2. *& Eleg. vlt. lib.*4. *& El.*3. *lib.*3. *Trist.* Idem *Eleg.*1. *lib.*2. *Trist.*

Non tamen idcircò legum contraria iussis

Sunt ea.

(à nominatiuo Iussum, i.) Virgil. 4. *Æneid.* Ille patris iussa exequitur. Sisen. *lib.* 3. Tamen Tudertibus senatusconsulto & populi iusso dat ciuitatem. A iussu componitur iniussus, us. Terentius *in Hecyr.* Quamobrem incendor ira, te esse ausum facere iniussu meo, ἀκελεύστως.

[Ivbilævs, annus ex septies septenis factus.]

Iubilum, i, dicitur id quod ex gaudio voce significatur, nec tamen verbis explicatur. {תְּרוּעָה *teruhá*. ἀλαλαγμός. Gall. *Escri de ioye*. Ital. *Giubile*. Germ. Ein frewdgeschrey/iauchtzung vor frewd. Hisp. *La grità ò alborbolas como de Moros*. Angl. *An out cry for ioye*.} Silius *lib.*43. Et lætus scopulis audiuit iubila Cyclops.

Iubĭlo, as, Est rustica & incondita voce gaudium testari. ¶ Descendit à Græcis particulis ἰὼ ἰώ, qui erant voces triumphatorum; superstites enim vitam Apollini acceptam ferebant, cui canerent pæana in victoria. ἰὼ παιὰν. Scaliger. {יַבֵּב *jibbéb* הֵרִיעַ *heriá* הִתְרוֹעֵעַ *hitroháh*. ἀλαλάζειν. Gall. *S'escrier de ioye*. Ital. *Iubilare, far festa*. Germ. Iauchtzen vor frewden wie die bauren. Hisp. *Hazer arbolbolas, con grito como los Moros*. Angl. *To shout for ioye*.} Iubilare (inquit Fest.) est rustica voce inclamare.

Iubĭlātus, est clamor rusticorum, Quiritatus vrbanorum, vt ostendit Valla ex Varronis autoritate.

[Iububa, herba. Iun.]

Iŭcundŭs, a, um, Suauis, gratus, lætitiam & voluptatem afferens: à iuuando, q. iuuicundus. Aliis iocundus, tanquam à iocando, teste Cicer. 2. *de fin.* propterea quòd quæ iucunda sunt, mentem, & sensus iuuent. {נָעִים *nahim* טוֹב *tób*. εὐφραντικός, ἡδύς. Gall. *Plaisant, ioyeux, recreatif, qui donne plaisir*. Ital. *Suaue, giocondo, dilettoso, dolce*. Germ. Liebelich/kurtzweilig/ergetzlich. Hisp. *Cosa que da plazer a otro*. Angl. *That maketh sport to another, pleasant, delectable*.} Vnde iucundæ literæ, iucunda oratio, iucundus aspectus. Cic. *ad Attic.* Fuit mihi sæpe & laudis nostræ gratulatio tua iucunda, & timoris consolatio grata. Idem 4. *in Catil.* Est mihi iucunda in malis, & grata in dolore vestra erga me voluntas. Ouid. *Eleg.*3. *lib.*5. *Trist.*

Iucundum nostri nescia tempus agis.

Plaut. *Pseud.sc.*3.*a.*1. Non iucundum est nisi amans facit stultè. Iucundus homo alteri, Obsequiosus & obtemperatus. Cic. *pro Sestio*, Qui instituta maiorum neglexerunt, & imperitæ atque concitatæ multitudini iucundi esse voluerunt. ¶ Iucundior. Tibull. *lib.*7.

——*Cunctis iucundior hospes*

Icarus.

Iūcundĭtās, Oblectatio quædam ex qua nascitur voluptas. {נְעִימָה *nehimáh* נֹעַם *nohám*. ἡδονή, τέρψις, εὐφροσύνη. Gall. *Resiouissance, plaisir, recreation*. Ital. *Piacere*. Germ. Lieblichkeit/ergetzlichkeit/lust. Hisp. *Aquel plazer y alegria*. Angl. *Pleasantnesse, reioycing, mirth which is donne to some body*.} Cicer. *ad Attic.* Nihil mihi vnquam ex plurimis tuis iucunditatibus gratius accidisse, quàm quòd meam Tulliolam diligentissimè coluisti.

Iūcundè, aduerb. Suauiter, dulciter. {ἡδέως, τερπνῶς, εὐφρόνως. Gall. *Ioyeusement, plaisamment, auec recreation*. Ital. *Giocondamente, con diletto*. Germ. Lieblich/ergetzlich. Hisp. *Alegramente*. Angl. *Pleasantlie, merilie*.} Cic. 1. *de fin.* Clamat Epicurus is, quem vos nimis voluptatibus esse deditum dicitis, non posse iucundè viui, nisi sapienter, honestè, iustéque viuatur, &c.

Iūcundor, aris, voluptate, & delectatione afficior. {נָעֵם *nahám*. ἡδύνεσθαι. Gall. *Se recreer, se resiouir*. Ital. *Hauer piacere, riceuer dilettatione*. Germ. Belustiget oder ergetzt werden. Hisp. *Alegrarse*. Angl. *To make ioye full or merie*.} Tactant. *lib.*4. Quotidie autem iucundabat ante faciem eius, quum lætaretur orbe perfecto gaudio affici. ¶ Inuenitur etiam iucundo, as. August. *lib.*17. *de Ciuitate Dei*. Exaltasti dexteram, iucundasti omnes inimicos eius. Apud Classicos neutrum facilè inuenias.

[Iuda, filius Iacobi quartus ex Lea. Secundùm Hebræam scripturam est *Iehudáh*: Græcis Ἰούδα, vel Ἰούδας, assumo ſ, & ה sublato de medio.]

Iŭdæă, æ, {יְהוּדָה *jehúdhah*. Ἰουδαία. Germ. Das Iüdische land in Syrien gelegen.} Quæ & Palæstina dicitur, Syriæ regio est, à quo Iudaicus, a, um, sicut, Achaicus, Euboicus: pro Hebræo, Achæo, Euboeo. Iuuenal. *Satyr.*14. Iudaicum ius ediscunt. Diuiditur autem Iudæa in Galilæam, hoc ■, in eam partem, quæ Syriæ iuncta est, & Petræam, hoc est, vlteriorem, quæ Arabiæ & Ægypto proxima est, à cæteris Iudææ partibus Iordane amne discreta. Reliqua autem Iudæa diuiditur in decem Toparchias quas vide apud Plin. *lib.*5. *cap.*14. Dicta autem est Iudæa à Iuda filio Iacob, quum antea terra Chanaan diceretur.

Iudæi. {יְהוּדִים *jehudhim*. Ἰουδαῖοι. Germ. Die Juden.} à Iuda filio Iacob dicti sunt. Nam licèt fuerint duodecim tribus, quæ à duodecim filiis Iacob descenderunt, à Iuda tamen primogenito omnes Iudæi sunt appellati: quia (vt Augustinus inquit) de stirpe eius regnum veniebat Iudæis. Prophetauerat enim Iacob, dicens, Non deficiet princeps de Iuda, nec dux de femoribus eius, donec veniat qui promissus est. De tribu autem Iuda venit Dominus noster Iesus Christus. ¶ Imò Ruben fuit primogenitus ipsius Iacob, *Genes.*46.*v.*8. *&* 1 *Paralip* 2.*v.*1. Iuda verò quartus filius numeratur inter filios Iacobi, *ibid.* & vbique passim. Itaque pro his verbis (à Iuda tamen primogenito) repono, (à Iuda tamen inter fratres fortissimo & principe.) Hoc enim elogio insignitur ille Iuda *lib.*1. *Paralip.c.*5.*v.*2.

Iūdăĭcus lapis, {אֶבֶן יְהוּדִית *eben jehudhith*. Ἰουδαϊκὸς λίθος.} Inde nomen accepit, quòd in sola Iudæa nascatur. Candidus est, figura glandis, lineis distinctus inter se æqualibus, velut torno factis. Autor Dioscor. *lib.*5 Retinet nomen in officinis. ¶ Iudaici ritus. Suet. *in Tiber.c.*36. Iudaicos ritus compescuit.

Iudex, Iudicatio, Iudicium, vide *Iudico*.

Iūdĭco, as, Ius dico, iudicium exerceo, statuo, decerno. {שָׁפַט *schaphát* דָּן *dan*. κρίνω, δικάζω. Gall. *Iuger*. Ital. *Giudicare*. Germ. Richten/ vrtheilen. Hisp. *Iuzgar*. Angl. *To iudge*.} Cicer. *pro Flacco*, Itaque recuperatores contra istum rem minimè dubiam prima actione iudicarunt. Plaut. *Curcul.sc.*3.*a.*5. Istam rem iudicasti perfidiosè Phædrome. ¶ Liu. *lib.*1. *ab vrb.* Duumuiros facio, qui Horatio perduellionem iudicent. & paulò pòst, P. Horati tibi perduellionem iudico. (id est, te in caussa perduellionis iudico.) ¶ Iudicare pro Iudices ferre, iudicium indicere, siue diem dicere. Liuius *lib.*6. *bell. Punic.* Cùm tribuni plebis appellati negarent se esse in mora, &c. quoad vel capitis, vel pecuniæ indicasset priuato: tum Sempronius perduellionis se iudicare Cn. Fuluio dixit. ¶ Iudicare sub formula pro eo quod dicunt, ad rigorem iuris. Senec. *de Clem.*2. Clementia liberum arbitrium habet, nec sub formula, sed ex æquo & bono iudicat. Cicer. *Attic. lib.*6. Consulibus permissum erat, vt de Cæsaris actis cognoscerent, statuerent, iudicarent. ¶ Interdum idem est quod æstimare, & opinionem de re aliqua in animo

Digitized by Google

mo concipere. Idem *pro Marcello*, Serui itaque etiam iis iudicibus, qui multis post seculis de te iudicabunt, & quidem haud scio an incorruptius quàm nos. ¶ Cum accusatiuo personæ idem valet quod condemnare: vt, Iudicare aliquem capitis. Terent. *in Adelph.* Hominem maximi pretij esse hodie te iudicaui animo meo. Cicer. *de Amic.* Sed vt mihi videris, non rectè iudicas de Catone. Liu. *lib.6. ab Vrb.* Centurionem nobilem militaribus factis iudicatum pecuniæ quum duci vidisset, medio foro accurrit. Iudicatum pecuniæ dixit, pro eo quod est, iudicatum, vel condemnatum, actione pecuniæ. [illegible]. Gell. *lib.10. cap.1.* Quantæque pecuniæ iudicati essent, prædicabatur. ¶ Huius composita sunt, Abiudico, Adiudico, Diiudico, & Præiudico, de quibus suis locis. ¶ Iudicatum facere, est parêre iudicato, & persoluere, quod iudex dependendum esse pronuntiauit. [illegible]. Cic. *pro Flacc.* Quum iudicatum non faceret, addictus Hermippo, & ab hoc ductus est. ¶ Iudicare quempiam creditori, est debitorem ei addicere, ita vt abduci possit & vinciri. Plaut. *Menæch.* Nam ego ad Menæchmum, cui iamdiu sum iudicatus, vltrò eo, vt me vinciat. ¶ Iudicassit, pro Iudicauerit, antiquum. Cic. *3. de legib.* Quum magistratus iudicassit, interrogassitve, per populum multæ pœnæ certatio esto.

Iudĭcātŭs, a, um, participium, Cognitus, condemnatus. {מִשְׁפָּט *mischpát* נִדּוֹן *nadhôn.* [illegible]. Gall. *Iugé.* Ital. *Giudicato.* Germ. Geurtheilt. Hisp. *Iuzgado.* Angl. *Iudged.*} Cicer. 4. *Verr.* Atque vt aliquando de rebus ab illo cognitis, iudicatisque, & de iudiciis datis dicere desistamus. Ne iudicatum sit, id est, ne valeat sententia, apud Vlpian. *de feriis.* Plaut. *Asin. sc.1. a.5.* Iudicatum me vxor abducit domum (i. damnatum.) Et Gell. *c.1. lib. vlt.* Confessi igitur æris, ac debiti iudicatis triginta dies sunt dati. conquirendæ pecuniæ caussa, quam dissoluerent. (vbi τὸ confessi passiuè significat, vt suo loco notauimus suprà.) Senec. *c.2. de consol. ad Mart.* Sed illud inter res nondum iudicatas habeatur.

Iudĭcātĭo, nis, Actus, vel facultas iudicandi. {מִשְׁפָּט *mischpát* דִּין *din.* [illegible]. Gall. *Iugement.* Ital. *Giuditio.* Germ. Ein vrtheilung/ entscheydung. Hisp. *Iuyzio.* Angl. *A iudging.*} Quintilian. *lib.6. cap.5.* Consilium est ratio quædam altè petita, habètque in se inuentionem & iudicationem. ¶ Interdum Iudicationis nomine id dicitur, quod in iudicium venit, & in quo præcipuus causæ totius cardo versatur. τὸ [illegible]. Cicer. *1. de Inuention.* Quæstio in coniecturali eadem quæ iudicatio.

Iudĭcātŭs, us, ui, Iudicatio, iudicandi facultas, vel officium iudicis. {מִשְׁפָּט *mischpát* דִּין *din.* [illegible]. Gall. *Iugement, pouuoir & authorité de iuger.* Ital. *Guidicio.* Germ. Das ampt oder der gewalt zu vrtheilen. Hisp. *Iuyzio.* Angl. *A iudging or power to iudge.*} Cicer. *ad Attic. lib.12.* De Coccio & Libone, quæ scribis, approbo: maximè quòd de iudicatu meo responsum sit. Gell. *lib.14. cap.2.* Iuraui mihi non liquere, atque ita iudicatu illo solutus sum. (i. iudicandi munere.)

Iudĭcātum, i, In iudicio statutum. {שְׁפוֹט *schephôt.* τὸ κριθὲν, τὸ κεκριμένον [illegible]. Gall. *Chose iugee & decidee.* Ital. *Cosa giudicata.* Germ. Eines gerichts rechtlicher außspruch. Hisp. *Cosa iuzgada.* Angl. *That is decreed by iudgement.*} Est, vt ait Cicer. 2. *de Inuent.* de quo iam antè sententia alicuius, aut aliquorum constitutum est. *Ibid. lib.1.* Iudicatum est res assensione, aut autoritate, aut iudicio alicuius, aut aliquorum comprobata. Idem *pro Flacco*, Frater meus pro sua æquitate, prudentiáque decreuit, vt si iudicatum negaret, in duplum iret.

Iudĭcatò, aduerb. Maturo iudicio, & non temerè. {[illegible]. Gall. *Auec iugement.* Ital. *Con giudicio.* Germ. Mit zeitigem vrtheil. Hisp. *Con iuyzio.* Angl. *with taking aduisement, not rashly.*} Gel. *lib.14. c.1.* An ita seriò iudicatóque pronuntiaret.

Ivdĕx, icis, Cognitor controuersiæ & disceptator: dicitur autem iudex quasi ius dicens, aut iure disceptans. {שֹׁפֵט *schophét* דַּיָּן *dayán.* κριτὴς, δικαστής. Gall. *Iuge.* Ital. *Giudice.* Germ. Ein richter. Hisp. *El iuez.* Angl. *A iudge.*} Iure autem disceptare, est iustè iudicare. Est itaque iudex, qui ex iurisdictione propria, aut sibi delegata & commissa, ius habet causas litigantium cognoscendi. Et qui ex propria iurisdictione illud habet, dicitur iudex ordinarius: qui verò ex delegata, dicitur delegatus, seu extraordinarius. Itaque olim omnes iudices fuerant extraordinarij. Non enim ex propria sua potestate iudicabant, sed pro potestate sibi à prætore commissa. Prætor enim omnium priuatarum causarum iudices dabat. ¶ Iudex est iustitiæ antistes. Gell. *cap.4. lib.14.* In iudicem legi, & de iudicis officio. Idem *c.2. lib.14.* ¶ Iudices tricesimoquinto anno allegi soliti. Augustus Cæsar primus à tricesimo ætatis anno allegit, id est, quinquennio maturius, quàm solebant: vt auctor est Suet. *in Aug. cap.32.* Iudices ex animi sui sententia pronuntiabant. Quintil. *declamat. 312.* Plaut. *Pseud. sc.2. a.2.* Res agitur apud Iudicem. Senec. *c.4. de consol. ad Mart.* Fama Iudex principum liberrima. Plaut. *Most. sc.2. a.4.* Ad populum, vel in iure apud Iudicem res est. Ouid. *Eleg.1. lib.1. Trist.*

Iudicis officium est vt res, ita tempora rerum
Quærere.

Cicer. *pro Sext. Rosc.* L. Cassius ille, quem populus Romanus verissimum & sapientissimum iudicem putabat, identidem in causis quærere solebat, cui bono fuisset. ¶ Iudex rerum, pro æstimatore. Horat. 2. *Serm. Satyr.7.*

—————at ipse
Subtilis veterum iudex & callidus audis.

Cicer. 3. *de fin.* Quia te æquissimum habeo eorum studiorum, quæ mihi communia tecum sunt, æstimatorem & iudicem. Ouid. 13. *Metam.*

Difficilem tenui sub iniquo iudice caussam.

Idem *Eleg.1. lib.2. Trist.*

Res quoque priuatas statui sine crimine iudex.

Ibidem,

Nec mea (fugæ) selecto iudice, &c.

Idem *Eleg.7. Lib.3. Trist.*

Sæpe sui iudex (in scriptis scilicet) sæpe magister eram.

Idem *Eleg.4. lib.4. Trist.* Probabat meum ingenium plusquam me iudice dignus eram.

Iūdĭcium, ij, est legitima disceptatio duorum, aut plurium coram iud.ce. {מִשְׁפָּט *mischpat* דִּין *din.* κρίσις, δίκη. Gall. *Iugement.* Ital. *Giuditio.* Germ. Ein gericht. Hisp. *El iuyzio.* Angl. *Iudgement.*} Plaut. *Curc. sc.3. a.5.* Hoc iudicium meum est. paulò antè: vt ferre possit meam sententiam: (de arbitrio.) Idem *Pseud. sc.1. a.1.* Nihil hoc Iouis ad iudicium attinet. (i. arbitrium & potestatem.) Liuius *lib.1. decad.5.* Sub ius iudiciúmque suum redegit. (i. potestatem.) Cæsar *lib.1. de bell. ciuil.* Docent sui iudicij rem non esse. (i. voluntate sua non fieri.) Idem *lib.2. de bell. ciuil.* Iudicia in priuatos reddere. *Ibidem*, Iudicium de re facere, pro iudicare. ¶ Iudicia suprema. (i. testamentum.) Quintilian & Sueton. *in Augus. cap.66.* Amicorum tamen suprema iudicia morosissime pensitauit, &c. Plaut. *Amphitr.* Rationes tacent, iudicium fiet. (i. ex res discerni & diiudicari non potest.) Senec. *cap.12. de tranquill.* Prosequi iudicium sæpe litigantis, vel sponsalia sæpe nubentis. Ouid. *Eleg. vlt. lib.4. Trist.*

Otia iudicio semper amata meo.

Velleius, Petulantis conuitij iudicium histrionum ex alto redditur. ¶ Priuata iudicia. Gell. *c.2. lib.14.* Cic. *pro Cecinna.* Omnia iudicia aut distrahendarum controuersiarum, aut puniendorum maleficiorum caussa reperta sunt. Idem *Qu. Rosc.* Aliud est iudicium, aliud arbitrium: iudicium est pecuniæ certæ, arbitrium incertæ. Capitale iudicium, Quint. *lib.4. cap.1.* Iudicium capitis. Cic. *1. Tusc.* Accipitur etiam iudicium pro existimatione, siue opinione alicuius. Idem *de clar. Orat.* Intráque parietes aluit eam gloriam, quam nemo quidem meo iudicio est consequutus.

Iūdĭcĭālis, e, quod ad iudicium pertinet, iudiciarius, vt, Iudiciale genus causarum. {δικανικός. Gall. *Iudicial, des appartenances de iugement.* Ital. *Ciò che à giudicio appartiene.* Germ. Das zu dem gericht gehört. Hisp. *Cosa pertenecciente al iuyzio.* Angl. *That perteineth to iudgement.*} Cicer. *1. de Inuent.* Iudiciale est, quod positum in iudicio, habet in se accusationem & defensionem, aut petitionem & recusationem. Iudiciales suppressiones. Idem *pro Cluent.* Iudicialis molestia, Idem *ad Attic.* Officium iudiciale, Gell. *cap.2. lib.14.* De his, & cæteris huiuscemodi iudicialis officij tractatibus, cùm erit otium, dicere quid sentiamus, conabimur.

Iūdĭcĭārĭus, a, um, quod ad iudicem, siue ad iudicium pertinet: vt, Controuersiæ iudiciariæ, δικαστικαί. Cic. *3. Verr.* Vt finis aliquando iudiciariæ controuersiæ constitueretur. Idem *pro Cluent.* Hic ille planus improbissimus quæstu iudiciario pastus, &c. Idem *in Pisonem*, Ecquid vides, ecquid sentis, lege iudiciaria lata, quos posthac iudices simus habituri? Leges iudiciariæ, i. ciuiles, Sueton. *in Aug. cap.56.* vt legibus iudiciariis tenerentur. Res iudiciaria, Gell. *cap.2. lib.14.* Vt ad iudicandas lites vocatus, rem iudiciariam, ex mutis, quod aiunt, magistris, (id est, libris) cognoscentem.

Iuĕrnĭă, *Ἰουερνία* Steph. Irland. Insula est in Septentrionali Oceano, tantum ferè Britannia distans, quantum Britannia ipsa distat à continente. Cæs. Hyberniam vocat, Mela Iuuernam: quo nomine etiam Iuuen. eam appellat. *Satyr.2.*

———arma quid vltra
Littora Iuernæ promouimus, & modò captas
Orcadas, & minima contentos nocte Britannos.

Strabo etiam *Ἰέρνην* nominat: quem videtur sequutus Claud. *de 4. Honory Consulatu,*

Scotorum cumulos fleuit glacialis Ierne.

Vulgus *Irlandiam* vocat.

Iugalis, Iugamentum, vide *Iugum.*

Iugere, dicuntur milui, quum vocem emittunt. Festus.

Ivgĕrvm, i, {מַעֲנָה *mahanáh.* τὸ πλέθρον, τὸ πλέθρον. Gall. *Autant de terre que deux bœufs accouplez peuuent labourer en vn iour, deux arpens de terre.* Ital. *Campo. spatio di terra che vn giorno si ara con vn paro di buoi.* Germ. Ein iauchart/ ist ein feld 240. schuch lang/ vnd 120. schuch breith. Hisp. *Vna obrada de vn par de bueyes. espacio de tanto campo quanto puede arar vn par de bueyes en vn dia.* Angl. *Halfanacre so much land as two oxen yoked together can plough in a day.*} In singulari frequentius est secundæ declinationis, & in plurali sæpius per tertiam declinatur, iugera, iugerum, iugeribus, ab antiquo nominatiuo iuger, vel iugus, à quo adhuc in vsu sunt genitiuus iugeris, & ablatiuus iugere. Similiter à nominatiuo iugerum legitur adhuc datiuus & ablatiuus pluralis iugeris. Varro *lib.1. de re rust.* In Hispania vlteriore metiuntur iugis, in Campania versibus, apud nos in agro Romano ac Latino iugeris. De genitiuo iugeris, testimonium est apud Pomponium Melam. Sed vltrà (inquit) quàm canalem habet, cuchi plus iugeris spatio sublimis. Ablatiuo iugere vsus est Tibullus,

Vt multo innumeram iugere pascat ouem.

Et Plaut. *Menæch. sc.5. a.5.* Non potest hæc res Ellebori iugere obtinerier. Est autem iugerum mensura, quam Hieronymus Mathematicus ducentis pedibus contineri scribit. πλέθρον. Quintilian. autem ducentis quadraginta pedibus in longitudinem, dimidij in latitudinem: ita iugo dictum, teste Plin. *lib.8.* eò quòd tantum ferè spatij vno iugo boum in die arare possit. Gellius *cap.3. lib.7.* Colonis prohibitum plus quingenta iugera habere. Liu. *lib.2. d.5.* Iugerum agri pater mihi reliquit. Varr. *lib.1. cap.10.* Iugerum, quòd quadratos duos actus habeat. Actus quadratus, qui & latus pedes centum viginti, & longus totidem: is modius, ac mina Latinè appellatur. Iugeri pars minima dicitur scrupulum, i. decem pedes, & longitudine & latitudine quadratum. Alij iugerum inde dictum putant, quòd constet ex duobus actibus quadratis simul iunctis. Colum. *lib.5. cap.1.* loquens de actu quadrato, Hoc duplicatum facit iugerum: & ab eo quòd erat iunctum, nomen iugeri vsurpauit. ¶ A iugerum fit compositum semiiugerum, quod continet dimidium iugeri, hoc est, centum & viginti pedes in longitudinem, & sexaginta in latitudinem. Galli olim etiam vocauerunt *Arepennum*, vt testatur Colum. *lib.5. cap.1.*

Iūgĕratim, per singula iugera. {κατὰ πλέθρον. Gall. *Par chaque deux arpens.* Ital. *Per ciascun cosi fatto spatio.* Germ. Von iauchart zu iauchart/ durch alle iauchart. Hisp. *De obrada en obrada.* Angl. *Acre by acre*}

Columell. *lib.3.cap.3.* Vt primæ vineæ centenas amphoras iugeratim præberent.

Iuges,is, vide *Iugum.*

Iuglans, est quæ per antonomasiam nux appellatur, & inter nuces primam locum obtinet. { *egoz.* κάρυον βασιλικόν. GALL. *Noix.* ITAL. *Noce.* GERM. Ein baumnuß. HISP. *La nuez.* ANGL. *A walnutt.* } dicta quasi Iouis glans, teste Macrobio. Creditum est enim hoc nucis genus Ioui sacrum esse, quòd hæc arbor inter omnes suauissimum ferat fructum. Cloatius, referente Macrobio, Diuglandem primò vocatam scribit, quasi Διὸς βάλανον: postea detractione primæ literæ, iuglandem. Cicer. 5. *Tusculan.* Instituitque vt candentibus iuglandium putaminibus barbam sibi & capillum adurerent. Constat sanè apud antiquissimos maximo in honore fuisse glandem, antequam mortales ad mitiorem vitæ cultum se conuerterent, vt quæ simplici vitæ atque innocuæ alimenta præbebat. Hinc veteres quasi honoris gratia, iuglandem quasi Iouis cibum nuncupauêre. ¶ Hanc nucem ob excellentiam Græci basilicam appellant, quasi nucem regiam. Plinius, Et iuglandes è Perside à regibus translatis, indicio sunt Græca nomina. Optima earum genera sunt, quæ Persica atque basilica vocant. Persica quidem in tantum augentur, vt putamen rumpant, ideóque mollusca nuces, à putaminis mollitie vocitantur. ¶ Est aliud nucis iuglandis genus, quæ Tarentina dicitur, fragili putamine, & ita mollis, vt vix attrectata frangatur, & auium furto semper exposita. Vnde quidam Tarentum appellatum putant, quòd nuces iuglandes, & pineas molles habeat, ac similiter oues. Tarentum autem Sabini vocant, quod nos dicimus molle, ad quod alludens Horatius molle Tarentum vocauit. Secundum inter nuces locum obtinet pinea, exiles nucleos habens, quamuis totius corporis magnitudine alias superet. Hæc Syluestris pinus dicitur, ad differentiam alterius, quæ vrbana vocatur. Est & tertium genus eius, quæ pinus picea appellatur, quòd piceæ potius quàm pino similis sit: idcirco etiam apinam vocant, quasi minimè pinum. Nux hæc cutem verius, quàm putamen, adeò mollem habet, vt simul mandatur. Quartum genus, apinastrum vocant. Tertio loco numerantur auellanæ, quas antea abellinas patrio nomine constat vocitatas, ab Abellino Campaniæ oppido, vbi abundant, cæteris minores: vnde à Satyrico poëta Numæ nuces vocantur. Proprium arboris nomen est corylus. Eædem & Prænestinæ vocantur, quòd his Prænestini abundent: vel quòd à Pœnis obsessi hoc nucis genere famem tolerauerint: vt refert Macrobius *lib. 3. Saturn.* & Ponticæ, quod in Asiam Græciámque primò è Ponto venêre, inquit Plinius. Hinc illud Papinij ex Hendecasyll. Quicquid nobile Pontici nucetis. Dehinc sequitur amygdala, nucleum habens dissimilem latitudine. Hæc & nux Græca vocatur, & Thasia à Thaso insula Thraciæ adiacente, è regione Nessi fluuij, olim Æria & Æthria dicta: cuius populi Thasij vocantur. Postea nux castanea armata echynato calyce, quæ & Heracleotica. Sunt & castaneæ triangulari forma, quæ in aqua nascuntur, & cochluæ vocantur. ¶ David Kyberus in lexico rei herbariæ conijcit Iuglandem dictam, quòd glandem iuguler, propterea quòd natiuum quoddam dissidium sit inter iuglandem & quercum, vt quercus emoriatur, si iuglandi sit vicina. Plin. *lib. 14, cap. 1.* Sunt verò Iuglandis partes Gulioca, Carina, Nauci. Gulioca iuglandium summa & viridia putamina apud veteres nominantur. Carina, metaphoricè loculamentum, seu cortex durior in iuglande. Nauci membranula quæ in nucis iuglandis est medio.

Iugo, as, vide *Iugum.*

Iŭgŭlă, æ, Signum est cæleste, quod & Orion dicitur. ὠρίων. de qua Varro, Iugula signum est, quod Accius appellat Oriona, quum ait, Citius Orion patescit. Huius signi caput dicitur ex tribus stellis: quas infra duæ claræ, quas appellant humeros: inter quas quod videtur iugulum: vnde Iugula dicta. Plaut. *in Amphitr.* Neque Iugula, neque Vesperugo, neque Vergiliæ occidunt. ‖ ¶ Iugula in cancri sidere. Manil. *lib. 5.*

Nunc cancro vicina canam, cui parte sinistra
Consurgunt iugula.

vbi Scal. iugulas vocat, quos alij ὄνους, asellos in φάτνῃ.‖

IŬGŬLŬS, i, vel in neutr. gener. à Iugum, Iugulum ferè accipitur pro colli parte anteriori, in qua aspera arteria cernitur eminere. { σφαγή. GALL. *Le gosier ou ganion.* ITAL. *Cola strozza.* GERM. Das gurgelin vmb den knopff am halß. HISP. *El cuello o garganta, ò asilla.* ANGL. *The fore parte of the neck where the windpipe is, the throte.* } Periti tamen rei anatomicæ iugulos appellant concauitates duas in summa thoracis parte sub clauibus sitas: quorum alterum dextrum, alterum sinistrum iugulum nominant, Græcè σφαγὰς dicunt. Plin. *lib. 11.* Vni homini sunt duo iuguli, dextrum, & sinistrum. Corn. Celsus *lib. 8.* A dextro iugulo si id factum est, ad alam sinistram: à sinistro, ad dextram. Neutro genere vsus est Cic. *de Fato,* Quòd iugula concaua non haberet. Passim tamen iugulus pro parte anteriore colli accipitur, qui locus quia maximè lethalis est, & penetrabilis, factum est, vt Iugulare accipiatur pro quouis modo perdere. ¶ Dare, præbere iugulum, & petere iugulum. Cicer. *pro Mil.* Quòd si ita putasset, certè optabilius Miloni fuisset dare iugulum P. Claudio non semel ab illo, neque tum primùm petitum, quam iugulari vobis, quia se illi non iugulandum tradidisset. Senec. *cap. 11. de tranquill.* Præbere iugulum. ¶ Ostentare iugulum pro capite alicuius, est se obijcere periculo capitis pro vita alterius. Cic. *ad Attic. lib. 1.* Me verò teste producto, credo te ex acclamatione Clodij aduocatorum audisse, quæ consurrectio Iudicum facta sit, vt me etiam circumsteterint, vt apertè iugula sua pro meo capite P. Clodio ostentarint. ¶ Virg. 10. *Æneid.*

—*Hæc loquitur, iuguló que haud inscius accipit ensem.*

Ouid. 1. *Metam.*

Obsessi vnius iugulum mucrone resoluit.

¶ Iugulare curas. Martial. *epigr. 50. lib 8.* ¶ In agendis causis iugulum petere dicitur Orator, cum id, quod firmissimum in causa aduersarij habent, inuadit, vt illius tanquam iugulum petere videatur. σφαγιάζειν. Quintil. *lib. 8. cap. 6.* Nam illa agendis causis iam detrita. Pedem conferre, & Iugulum petere, & Sanguinem mittere, inde sunt, nec offendit tamen.

Iŭgŭlo, as, Iugulū incido, Interficio. { טבח *tabách* שחט *schachát.* σφάττω, σφάζω. GALL. *Couper la gorge, esgorger, esgorgeter.* ITAL. *Scannare.* GERM. Die gurgel oder den halß abstechen, tödten. HISP. *Degollar, cortar el cuello.* ANGL. *To kill, to cutt a throte.* } Cic. 5. *Tusc.* Nec grunnitum audiunt, quum iugulatur sus. Liu. 4 *bell. Pun.* Inter hæc abstractam penetralibus iugulant. Et non solùm de gladio, sed etiam de morbo dicitur. Gell. *lib. 3.* Quartana neminem iugulat. ¶ Transfertur interdum ad inanimata. Martialis,

——*Scelus est iugulare Falernum.*

¶ Iugulare hominem suis verbis. Terent. *in Eunuch.* Pulchrè mehercle dictum, & sapienter, papæ! Iugularas hominem, quid ille? Sic apud Cic. *Verr.* Iugulari sua confessione. Iugulari suo gladio suóque telo dicitur, qui sui ipsius dictis conuincitur, aut qui suo inuento, dolore capitur: denique in quem quocunque modo seu dictum, seu factum retorquetur, quod ab ipso profectum sit. Vide Adagia Erasmi. Iugulare gladio plumbeo, hoc est, facilè, nulloque negotio aliquem conuincere, seu reum peragere. Cic. *ad Attic. lib. 1.* Quum illum plumbeo gladio iugulatum tamen iri diceret.

Iŭgŭlātio, nis, Cædes, interfectio. { טביחה *tebichàh* שחט *schéchet.* σφαγή, σφαγισμός. GALL. *Esgorgement, coupement de gorge.* ITAL. *Lo scannare.* GERM. Erwürgung, tödtung. HISP. *Degollamiento, obra de cortar el cuello.* ANGL. *A throtecutting.* } Hirtius, seu Oppius 6. *bell. Hispan.* Iugulatione oppidanorum facta.

IŬGUM, i, à ζυγὸς. Vertex, siue cacumen montis. { ראש *rosch.* κορυφή, δειράς. GALL. *Le sommet ou coupet d'vne montagne.* ITAL. *Sommità de monti.* GERM. Der spitz oder gipffel eines bergs. HISP. *La cumbre del monte alto.* ANGL. *The toppe of a montane.* } Virg. 5. *Eclog.*

Dum iuga montis aper, fluuios dum piscis amabit.

Cæsar 4. *bell. Gall.* Tandem Germani à dextro latere summum iugum nacti hostem loco depellunt. Ouid. 1. *de remed. amor.*

Nunc tua frondosis retia tende iugis.

¶ Est & ligneum instrumentum, quo iunguntur boues, & arctantur. Deductum à Græco ζυγὸς, z in i & o in u mutata. { עול *hol.* ζυγὸς, ζεῦγος. GALL. *Vn joug, vn couple.* ITAL. *Giogo, paio.* GERM. Ein joch. HISP. *El yugo para vnir los animales.* ANGL. *A yoke or couple.* } Plin. *lib. 8. cap. 16.* de leonibus, Iugo subdidit eos, primúsque Romæ ad currum iunxit M. Antonius. Idem *lib. 10. cap. 54.* Leones iugum subeunt. ¶ Accipitur & pro pari boum. { צמד *tsémed.* GALL. *Vn couple de bœufs, vne paire de bœufs.* ITAL. *Vn paio di buoi.* GERM. Ein par ochsen oder rinder. HISP. *La iunta de vn par de bueyes ò otros animales.* ANGL. *A yoke of oxen.* } Cic. 5. *Verr.* Quid qui in singulis iugis arant, qui ab opere ipsi non recedunt, &c. Plin. *lib. 9. c. 15.* Nec nisi boum iugis extractus. Ouid. *Eleg. 6. lib. 4. Trist.*

Præbet & incuruo colla premenda iugo.

Idem *ibidem.*

Scilicet & veteres fugiunt iuga sæpè iuuenci.

¶ Et metaphor. mulier dicitur ferre iugum, quæ cubat cum viris. Plaut. *Curcul. sc. 1. a. 1.* Iámne ea fert iugum? paulò infrà Phædromus ita respondet: Illa est pudica, neque dum cubitat cum viris. ¶ Ad seruitutis malum atque incommodum crebro Cicer. transfert 1. *Philipp.* Patriæ liberatores vrbe carebant ea, cuius à ceruicibus iugum seruile deiecerant. Senec. *cap. 1. de consolat. ad Mart.* Subactis omnium ceruicibus à Seiani iugum adactis. Hinc iactare iugum apud Iuuenalem, pro incommodè ferre seruitutis necessitatem. Translatum à bubus nondum assuetis iugo. ¶ Item lignum quo textores telam conuoluunt. Ouid. *lib. 9. Metam.*

Tela iugo iuncta est: stamen secernit arundo.

¶ Præterea iugum dicebatur sub quo ignominiæ gratia victi hostes traducebantur. Nam fixis in terra duabus hastis, super eas ligabatur tertia: tunc victi hostes discingebantur, & sub illa transire cogebantur inermes. Cicer. 3. *Officior.* At Tit. Veturius & Sp. Posthumius, quum iterum Consules essent, quia quum malè pugnatum apud Caudium esset, legionibus nostris sub iugum missis, pacem cum Samnitibus fecerant, dediti sunt his. Liuius *lib. 3. ab Vrbe,* Sed vt exprimatur tandem confessio, subactam, domitámque esse gentem, sub iugum abituros. Tribus hastis iugum fit, humi fixis duabus, supérque eas transuersa vna deligata. Ausonius in monosyllabis: Hostilis quæ forma iugi est, hanc efficiet, II. Sub hoc iugo Dictator equos misit. Hinc subiugare, pro debellare, ac subijcere. χειρόω. ¶ Item iugum in vinea dicitur, quum duabus, aut pluribus perticis fixis aliæ super alias alligantur, in quibus vites coniunguntur, & quasi iugium, id est, summitatem quandam faciunt: à quo vites ipsæ, seu vineæ iugatæ dicuntur. Quòd si hastilibus in terra defixis, singulæ transuersæ perticæ in vnam tantùm partem ordinis annectantur, vni iugæ vineæ dicuntur: & genus ipsum iugi, canterium rustici vocant. Plin. *lib. 16. cap. 37.* Salices quædam in proceritatem magnam emittunt iugis vinearum perticas. Idem *lib. 17. cap. 21.* Simplici iugo constat porrecto ordine, quem canterium appellant. Hinc iugatæ vineæ dicuntur quæ in iugum constituuntur. Columella, Sequitur iam adminiculandæ, iugandæque vineæ cura. ¶ Item iugum (vt Varro inquit *lib. 1. de re rustic. cap. 10.*) in Hispania vlteriore vocatur, quod iuncti boues vno die exarare possunt, quod Romani vocant iugerum. ¶ Iugum etiam in curru dicitur. Propert.

Esseda cælatis siste Britanna iugis.

Item,

——*Rectis saltem iuga deseris.*

Et Liuius *lib. 7. decad. 4.* ¶ Dicitur etiam iugum, ferrum, vel lignum transuersum in libra: à quo lances dependent, quod & Græci ζυγὸν appellant. ¶ Rursus iuga, ζυγά, sunt tabulæ nauium in quibus remiges sedent, quæ & Transtra vocantur. Virgil. 6. *Æneid.*

Inde alias animas, quæ per iuga longa sedebant,
Deturbat, laxátque foros.

¶ Bos sub iugum, βοῦς ὑπὸ ζυγόν, vbi quis assiduè laborat, aut vbi se quis laborioso inuoluit negotio. Ductum à bubus agricolis. Zenodotus refert. Ego ac tu idem trahimus iugum, ἐγὼ τε καὶ σὺ ταὐτὸν ἕλκομεν ζυγόν. De iis qui similibus vitiis, aut malis obnoxij sunt. Translatum

Digitized by Google

latum à bubus arantibus. [¶ Iugum Christi *Matth.*11.29.30. dicitur doctrina & omnino dominium eius.]

Iŭgo,as,Coniungo:quasi ad vnum iugum alligo. {צמד *tsimmédh* חבר *hibbér* בזוג *bizúgh*, ζεύγνυμι. GALL. *Accoupler, lier ensemble.* ITAL. *Congiungere.* GERM. Zusammen iochen/ zusammen fügen. HISP. *Ayuntar.* ANGL. *Toyncke, to couple,to tie together.*} Col. *lib.*11.*cap.*39. Inter quaternos pedes figere,& perticis iugare. Cic.2. *Tusc.* Hoc quidem est commune virtutum:omnes enim inter se nexæ & iugatæ sunt. ¶ Dicitur etiam de iis qui maritali iugo,instar boum colla subiiciunt. ¶ Huius composita sunt,abiugo,adiugo,coniugo,deiugo,subiugo:quæ omnia habent pen.corr.

Iŭgōsŭs, a, um, quod in iugum acuitur, arduus, accliuis. Iugis abundans. {ὁ πολλοὺς αὐχένας ἔχων, ὁ πολύκρημνος, πολυαύχενος. GALL. *Montagneux.* ITAL. *Pieno de monti.* GERM. Gipflächtig/ ioschächtig. HISP. *Lleno de montes.* ANGL. *Full of ridges or hilles.*} Ouid.1. *Amor. Eleg.*1.

Quis prohibet in sylua Cererem regnare iugosis?
Lege pharetratæ virginis arua coli?

[Iugabilis, e, ζευγνυτικός. Macrob. *Comment.lib.*1.6.]

Iugālis,e. Vt iugale vinculum, copula matrimonij. {σύζυγος, ὁμόζυγος. GALL. *Accouplé de ioug.* ITAL. *Accoppiato, adun giogo.* GERM. Das im ioch ist. HISP. *Cosa de yugo ayuntado.* ANGL. *Coupled or yoked.*} Virg. 4. *Æneid.*

——— *Cui vincla iugalia curæ.*

Idem 4. *Æneid.*

Si cui me vinclo vellem sociare iugali.

¶ Iura Iugalia. Ouid. 7. *Metam.*

Esse metus cœpit, ne iura iugalia coniux
Non benè seruasset.

Lectus iugalis. Virg. 4. *Æneid.* exuuiásque omneis, lectúmque iugalem, Quo perij, superimponas. Tori iugales, Stat. 4. *Syl.* ¶ Iugale os, ζυγώδης, quod transuersum à genis, tendens ab inferioribus ossibus sustinetur. Celsus *lib.*8.*cap.*1.

Iŭgālēs, dicuntur qui eidem iugo subacti. {ὁμόζυγες, σύζυγες. GALL. *Compagnons de ung, accouplez sous vn mesme ioug.* ITAL. *Sotto vno stesso giogo.* GERM. Zieschroß/ rösser die zusammen eingespant sind. HISP. *Ayuntado en vn mesmo yugo.* ANGL. *Horses of one yoke.*} Virg. 7. *Æneid.*

Absenti Æneæ currum geminósque iugales
Semine ab æthereo spirantes naribus ignem.

Iŭgāmentă, in ædificiis dicuntur fenestrarum structuræ, siue ex ligneæ sint, siue lapideæ: ita dictæ à iugi militaris similitudine. τὰ ζυγώματα. {GALL. *Les croisées des fenestres.*} Solebat enim iugum ita fieri, vt duabus perticis erectis tertia superimponeretur. Ad eundem etiam modum in fenestris duobus tribúsve erectis postibus limen superiniectum, quandam iugi speciem exhibet. Cato *de re rustic. cap.* 15. Iugamenta & antepagmenta, quæ opus erunt ex lapide indito.

Iŭgārĭus, id est, bubulcus & auriga boum, siue arator qui iuga ducit & regit. {βοώτης. GALL. *Celuy qui accouple les bœufs ou cheuaux, bouuier.* ITAL. *Bifolco, aratore.* GERM. Der die eingeiochten rinder weiset vnd fürt. HISP. *Carretero, boyero.* ANGL. *He that yoketh the oxen or horses.*} Col. *lib.*1.*c.*6. Lata bubilia esse oportebit pedes decem, vel minimùm nouem: quæ mensura & ad procumbendum pecori, & iugario ad circumeundum laxa ministeria præbeat.

Iugarius, vicus Romæ, dictus quia ibi Iunonis Iugæ ara erat, quam putabant matrimonia coniungere. Liu. Iugarium quimelio & Fortunæ templo vicinum statuit. Festus.

[Iugatio, pensio soluta pro iugis boum. Buleng.]

Iŭgātōrĭŭs, a, um, vt Iugatorius bos, qui iugo subditur. {ζύγιμος βοῦς. GALL. *Vn bœuf de harnois qui tire la charrue.* ITAL. *Bue che tira il caro sotto giogo.* GERM. Ein eingeiocht rind. HISP. *Buey que trae el carro.* ANGL. *An oxen that is accustomed with the yoke.*} Varr. *de re rustic.cap.*5. Boni enim generis in Italia: plerique Gallici ad opus: contrà, iugatorij Ligustici.

Iŭgēs, dicuntur eiusdem iugi pares. ὁμόζυγες. à quo iniuges boues, qui nunquam iugo iuncti sunt. Coniuges vir & vxor. Biiuges, siue biiugi, δίζυγες, συνωρίδες, Quadriiuges, Quadriiugi, equi bigas, vel quadrigas trahentes.

Iŭgĭs, e, Assiduus, continuus, quasi semper iugo affixus. {תמיד *tamídh* תדיר *tedírh* διηνεκής, συνεχής. GALL. *Continuel, perpetuel.* ITAL. *Continuo.* GERM. Emsig/ stätig. HISP. *Continuo, manantial.* ANGL. *Continuell.*} Plaut. *Pseud.* Istoccine pacto me adiutas? do id quod mihi est, Nam is mihi thesaurus iugis in nostra est domo. Cic. 1. *de Diuin.* Qui quum vidisset exhaustam aquam de iugi puteo, terræ motus dixit instare. Idem 2. *Diu.* Etiámne futurum esse, aquæ iugis colore præsentiant. Apuleius, Iugis fluor imaginum.

[Iuge sacrificium, holocaustum ex agno anniculo, qui manè & vesperi offerebatur.

Iugitas, assiduitas, perseuerantia. Vet. Dict.]

Iŭgĭter, aduerbium, Continuè. {תמיד *tamídh.* διηνεκῶς. GALL. *Continuellement.* ITAL. *Continouamente.* GERM. Stäts/ on vnderlaß/ aneinander. HISP. *Continuamente.* ANGL. *Continuallie.*} Plaut. *in Milit.* Venerem, amorem, amœnitatémque accubans exerceo. Et quidem ædepol omnes mores ad venustatem iugiter.

[Iugiter, ἐξ ἀγωγῆς. Gloss. à iungendo.]

Iŭgatā vitis, à iugo, quod ad similitudinem militaris iugi fiebat. ἀμπελὸς ζυγωτή. vt supra videre licet in dictione *iugum.*

Iugurtha, filius fuit Manastabilis, fratris Micipsæ Regis Numidarum, quem Micipsa patruus moriens, hæredem regni sui constituit vnà cum duobus filiis suis adhuc impuberibus, Adherbale, & Hyempsale: quos ille postea beneficiorum immemor, insidiis adortus interfecit, vt solus regnaret. Id ægrè ferentes Romani, bellum aduersus Iugurtham susceperunt, quod ducum inertia, perfidiáque præter omnium expectationem multos in annos est protractum, quo tempore intervallo vario sæpe euentu pugnatum est, donec misso in Numidiam Metello primum, deinde Mario, Iugurtha, fractis opibus ad Bocchum Mauritaniæ regem confugit: à quo proditus, Syllæque traditus, ad Marium perductus est, & ab eo Romæ in triumpho ductus, tandemque in carcerem coniectus, animi dolore periit. Vide Plutarch. *in Mario & in Sylla.*

[Iulea, voces suaues, à Iulide insula. Rh. Item fossilia. Gl. Iud.]

Iuli, ἴουλοι. Propriè dicuntur teneræ illæ lanugines, quæ in arboribus flores antecedunt, vt in ficu grossuli. Plin. *lib.* 16.*c.*19. Ferunt & auellanæ iulos compactili callo ad nihil vtiles. Hinc per translationem dicuntur iuli teneræ illæ lanugines quæ in iuuenum genis primæ enascuntur. ¶ Hinc Seruius Ascanium Æneæ filium Iulum cognominatum existimat, quòd adhuc adolescens quum primùm cœpisset emittere lanuginem, Mezentium singulari certamine superarit, tanquam Virgilius non vno in loco etiam antequam in Italiam appellaret, Iulum fuisse cognominatum ostendit. ¶ Est item Iulus vermis multipes & lanuginosus, arboribus passim adrepens.

Iulia gens, ἰουλίων φῦλον, dicta est ab Iulo Ascanio Æneæ filio, siue ab Iulo, Iuli Ascanij filio, vt inquit Fest. ex hac tam. Cæs. dictator prodiit, de quo paulò infrà.

Iulia, ἰουλία. Vrbium multarum nomen est, in gratiam C. Iulij dictatoris impositum. Est enim Iulia Norici oppidum, apud Plin. *lib.*4 *cap.* 4. ¶ Iulia Fidentia Hispaniæ oppidum, inter Bætim amnem & Oceanum situm. Plin. *lib.* 3.*cap.*1. ¶ Iulia Claritas, eiusdem Bæticæ oppidum in conuentu Astigitano. Plin. *ibid.* ¶ Iulia virtus, eiusdem Bæticæ oppidum est in conuentu Astigitano apud eundem *lib.* 3. *cap.* 1. ¶ Iulia concordia, eiusdem Bæticæ oppidum, *ibid.* apud eundem. Iulia contributa, Iulia restituta, eiusdem Bæticæ oppidum apud eundem, loco iam citato. ¶ Iulia felicitas Lusitaniæ oppidum, notiore nomine Olyssippo appellatum. Plin. *lib.*4.*cap.*22.

Iulianus, ἰουλιανός, Imperatoris Romani nomen, qui quum Christo nomen dedisset, factus Imperator ab eo desciuit: vnde & apostatæ cognomen apud Christianos inuenit.

Iulias, adis, ἰουλιάς, Iudææ oppidum, ad latus exortiuum Genesaræ lacus. Plin. *lib.* 5. *cap.* 15.

[Iulinum, celebre olim Vandalorum emporium, in Pomerania: cuius sedes Episcopalis inde caminum est translata.]

Iuliobona. Oppidum est Calletum, in Gallia Lugdunensi non procul à Lexouiis & Vnellis. {Cales etlichen/ etlich achtens für Houfleu in Normandien.} Ptol. *lib.*2.*cap.*8.

Iuliobriga, ἰουλιόβριγα, Cantabrorum oppidum est in tractu Tarraconensis Hispaniæ. Plin. *lib.* 3.*c.*3. Ptol. *lib.*2.*c.*6.

Iuliomagus, ἰουλιόμαγος, Andium oppidum in Gallia Lugdunensi, Ptol. *lib.*2.*cap.*8.

Iuliopolis, ἰουλιόπολις, Mysiæ oppidum, alio nomine γόρδου κώμη appellatum. Plin. *lib.*5 *cap.*32.

Iulis, is, ἰουλίς, Ceæ insulæ oppidum, Simonidis Melici patria. Plin. *lib.*4. *cap.*12. ¶ Est & Iulis piscis nomen, cuius ius præcipuam purgandæ alui facultatem habet. Plin. *lib.*32.*c.*9. Optimum ius è scorpionibus, & iulide & saxatilibus, nec virus resipientibus.

Iulium Sextifirmium, Iulium forum, Iulium castrum, Hispaniæ Bæticæ oppida sunt, apud Plin. *lib.*3.*cap.*1.

Iūlĭŭs, mensis dictus est quintus à Martio, in honorem Iulij Cæsaris: quòd eo mense ad quartum idus Quintileis natus fuerit. {Der heuwmonat.} Antea enim Quintilis dicebatur. Vide Macrob. *lib. Saturn. cap.*12. Virg. 1. *Æneid.*

Iulius à magno demissum nomen Iulo.

Lucan. *lib.*9.

Gentis Iulææ vestris clarissimus aris
Dat pia thura nepos.

Iulius Cæsar, {Der erste Römische keyser/ ein gewaltiger held} Omnium Romanorum Imperatorum clarissimus, quem vnum ex Romanis habemus, quem Alexandro Macedoni iure optimo possimus præferre. Iuliorum nomen ab Iulo Ascanio Æneæ filio deductum videtur. Virg. *lib.* 1. *Æneid.* quum ait,

Nascetur pulchra Troianus origine Cæsar,
Imperium Oceano, famam qui terminet astris
Iulius, à magno demissum nomen Iulo.

¶ A Iulius fit Iulianus, a, um. Hinc Iuliani milites appellantur à Suetonio veterani milites, quorum opera vsus erat Iulius Cæsar. ¶ Item Fasti Iuliani, à Iulio Cæsare confecti. Similiter vectigalia Iuliana à Iulio imposita & exacta, apud Cic. 13. *Antoniana.*

Iūlĭum Carnicum. Ptolemæus *lib.* 3. *cap.* 14. Vrbs est inter Italiam & Noricum, in ditione Ducum Austriæ, vulgò *Geltia*, alij *Villach in Kernten.*

Iulius portus, Sueton. *in Aug.c.*16. Portum Iulium apud Baias, immisso in Lucrinum & Auernum lacum mari, effecit.

IŪMĔNTVM, à iuuando, id est, operam præbendo. {בהמה *behemáh.* κτῆνος. GALL. *Iument, toute beste seruant à porter ou tirer.* ITAL. *Giumento, bestia della qualle seruiano à portar pesi.* GERM. Ein teilich als beutsam thier/ als roß/ esel/ camel/ ochsen. HISP. *Bestia de carga como asno.* ANGL. *All maner of beastes that serue to bear, burdens or do any labour.*} Cuius appellatione continentur animalia, quæ vel sarcinas gerunt, vel currus trahunt, vel terram excolunt. Columell. *in præfat. lib.*6. *cap.*3. Nec tamen vlla regio est, in qua modò frumenta gignantur, quæ non vt hominum, ita armentorum adiumento iuuetur. Vnde etiam iumenta à te traxere, quòd nostrum laborem, vel onera subuectando, vel arando iuuarent. Plin. *lib.* 8. *cap.* 8. *de camelis.* Omnes autem iumentorum in iis terris dorso funguntur. Columella ferè iumenti nomine intelligit equos, non autem boues, vt *lib.* 1. *cap.* 6. Nec altius edita esse præsepia conuenit, quàm vt bos, aut iumentum sine incommodo stans vesci possit. Idem *lib.* 6. *cap.* 19. Machina fabricanda, qua clausa iumenta bouésque curentur. Iumenta sarcinaria. Cæsar *lib.* 1. *de bell. ciu.* appellare videtur, quæ nos Galli vocamus *Mulets, ou bien, Cheuaux de bagage.* ¶ Est & iumentum vehiculi genus, ζεῦγος, quod adiunctis pecoribus trahebatur, quod à iungendo Gellius dictum existimat, *lib.* 10. *cap.* 1. Iumentum dicitur pecus aliquod vnctum tergo vehens. Et paulò pòst, Iumentum quoque, inquit, non id solùm significat, quod nunc dicitur, sed vectabulum etiam, quod adiunctis pecoribus

pecoribus trahebatur. Veteres enim nostri iumentum à iungendo dixerunt. Vocabant & alio nomine, nempe Iunctum vehiculum, vt apud Liuium, Vehiculo iuncto vti, idem est quòd Iumento vti. ¶ Suo iumento sibi malum accersere, dicitur qui ipse sibi malorum est autor, tanquam suo sumptu, sua opera, quasi suópte plaustro malorum sarcinam apportet sibi. Plaut. *in Amphitr.* ¶ Superiumentarius pædagogus, Sueton. *in Claud.cap.2.* Diu & sub pædagogo fuit? quem Barbarum & olim superiumentarium, ex industria sibi appositum, vt se quibuscunque de caussis, quàm sæuissimè coërceret, ipse quodam libello conqueritur.

¶Iumentarium κτηνοτρόφιον Gloss. id est, locus, vbi stant iumenta.

Iumentarius, a, um, ad iumentum pertinens. Apul. *lib.9.* Iumentario contubernio.

Iumentarius κτηνοτρόφος Gl. i. e. qui iumenta pascit. ¶ Iumentarius item, custos iumenti. Vet. Dict.

Iuncata, lac concretum, & in iunco inuolutum. Vet. Dict.

Iunctor, qui iungebat mulas ad rhedam, vel carrucam, quâ vehebatur paterfamiliâs.¶

Iuncus, i, à iungendo, quoniam vsus eius ad iuncturas vtilis est. {אגמון *aglmôn* גומא *ghóme.* σχοῖνος, βροῦμος. GALL. *Ionc.* ITAL. *Giunco.* GERM. Ein bintz. HISP. *El junco.* ANGL. *A bulrushe.*} Iuncorum autem multæ sunt species, de quibus vide Plin. *lib.21.cap.18.* Molli iunco detexere aliquid. Virg. 1. *Eclog.* Palustres iunci, Ouid. 8. *Metam.* Limosus iuncus. Virg. 1. *Eclog.* Tibullus *lib.2. Eleg.3.*

Et fiscella leuis detexta est vimine iunci.

Iunculus, diminutiuum. {σχοινίον. GALL. *Petit ionc.* ITAL. *Picciolo giunco.* GERM. Ein bintzlein. HISP. *Pequeño junco.* ANGL. *A litle bulrushe.*} ¶ Iunculos item vocabant cibi genus ex opere dulciario, qui ad similitudinem iuncorum figuratus erat, quales hodie in opere pistorio venales conspiciuntur. Est etiam opus lactarium, siue coagulatum instar metæ formatum, iuncis inclusum, quæ meta lactis à Martiale dicitur. Vulgus *Iuncatam* à iuncis nominat.

Iunceus, a, um, quod est ex iunco, iuncinus. {σχοίνινος, βρούμινος. GALL. *De ionc.* ITAL. *De giunco.* GERM. Bintzin. HISP. *Cosa de junco.* ANGL. *Of a bulrushe.*} vt iuncea vincla, Ouid. 4. *Fast.* Iuncea cratis, Plin. *lib.21. c.14.* Et apud Columell. *lib.12.cap.6.* Iuncea sporta. ¶ Per translationem virgo iuncea, id est, tenuis, gracilis, & in modum iunci tenera. Terent. *in Eunuch.* —deducunt cibum Tametsi bona est natura, reddunt curatura iunceas.

Iuncinus, adiect. Iunceus, ex iunco factum. {σχοίνινος. GALL. *Fait de ionc.* ITAL. *Fatto di giunco.* GERM. Auß bintzen gemacht. HISP. *Hecho de junco.* ANGL. *Made of a bulrushe.*} Plin. *lib.15.c.7.* Sic Rhodinum è rosis, iuncinum è iunco.

Iuncosus, a, um, Iuncis plenum. {σχοινώδης. GALL. *Plein de ioncs.* ITAL. *Pieno di giunchi.* GERM. Bintzechtig. HISP. *Lleno de juncos.* ANGL. *Full of bulrushes.*} Plin. *lib.18.c.6.* Iuncosus ager verti pala debet. Littora iuncosa, Ouid. *lib.7. Metam.*

Iuncetum, i, Locus iuncis consitus. {סוף *suph.* σχοινιά. GALL. *Ionçaye, lieu où croissent les ioncs.* ITAL. *Luogo doue sono molti giunchi.* GERM. Ein orth da viel bintzen stehen/ein riedt. HISP. *Lugar donde nacen mucho juncos.* ANGL. *A place where bulrushe groweth.*} Varro 1. *de re rust. cap.7.* Primum genus quod dixi, maximè quærit salicta: secundum arundineta, tertium iunceta.

Iuncus odoratus, à rosæ odore, quem spirat, nomen accepit, σχοῖνος ἀρωματικός. Scapo est exili, rubente, flore copioso, rimoso, sapore linguam mordicans. Præstantissimus nascitur in Nabathæa, proximus, in Arabia, deterior in Africa. Vide Plin. *lib.12.c.22.*

Ιunganni, vide *Inganni.*

¶Iungla, ἡνία ζευγική: habenæ iugales, à iungendo.¶

IVNGO, is, xi, ctum, Connecto, compono, coniungo, quasi in vnum ago. {חבר *chibbér* חרביק *kidubik* הצמיד *hitsmidh.* ζεύγνυμι. GALL. *Ioindre, accoupler.* ITAL. *Giungere, congiungere.* GERM. Fügen/oder zusammen fügen. HISP. *Ayuntar.* ANGL. *To ioyne or couple together.*} Plin. *lib.11. c.32.* Ceruix articulorum nodis iungitur. Sapientia iuncta eloquentiæ. Cic. *de clar. Orat.* Virg. 8. *Æneid.*

Queis neque mos, neque cultus erat: nec iungere tauros,
Aut componere opes norant, aut parcere parto.

Tibull. *Eleg.1.lib.1.* Iungere amores. Liu. *lib.4.dec.4.* Iungere amicitiam, semel atque iterum. Sueton. *in Cæs.cap.81.* Iungere dextras cum Ioue. Ouid. *Eleg.4.lib.3.* Amicitias & tibi iunge pares. Idem *Eleg.1. lib.1. Trist.*

Iunxit Aristides Milesia crimina secum.

¶ Iungere in vnum, Cels. *lib.5.cap. de fistulis.* ¶ Huius composita sunt, Abiungo, Adiungo, Coniungo, Disiungo, Deiungo, quod est separo. Plaut. *in Asin.* Ne vos deiungat amantes. Iniungo, interiungo, subiungo, & seiungo.

Iunctus, participium, {מחבר *mechubbár* מדבק *mudhbák* נצמד *nitsmádh.* ἐζευγμένος. GALL. *Ioint, accouplé.* ITAL. *Congiunto.* GERM. Zusammen gefügt. HISP. *Ayuntado.* ANGL. *Sett or ioyned together.*} Amor legitimo fœdere iunctus, Ouid. 2. *Trist. Eleg.7.* Puella iuncta matrimonio, Liuius 10. *bell. Punic.* Idem, Iuncto vehiculo vti, pro eo quod iumento vti dicebant veteres, vide *Iumentum*, suprà. Plaut. *Menæch. sc.2.a.5.* Equos iunctos iubes capere indomitos. *Ibidem*, Equis iunctis minitari, Ouid. *Eleg.1.lib.2. Trist.* Legitimo fœdere iunctus amor. Plaut. *Men. sc. Ædepol.* Me iunctis quadrigis minitatus es prosternere. Tibullus *lib. 4.* Seu iunctum cernere martem libeat. Ouidius *Eleg. 1. lib.4. Trist.*

Et mecum iuncti criminis acta rea est.

Iunctior, & iunctissimus. Ouid. *Eleg.6.lib.3. Trist.*

Nec tibi me tota iunctior vrbe fuit.

Idem *ibid.*

———*Nobis vsu iunctissime longo.*

Senec. *controuers. lib.10.* Seueri hominis Labieno iunctissimi bellè res ferebatur, &c.

Iunctio, nis. Coniunctio. {מחברת *machbéreth.* σύζευξις. GALL. *Coniunction.* ITAL. *Congiuntione.* GERM. Zusammen fügung. HISP. *Ayuntamiento.* ANGL. *A ioyning or setting together.*} Cic. 1. *Tusc.* Est enim interitus quasi discessus & secretio earum partium, quæ antè iunctione aliqua tenebantur.

Iunctura, æ, Commissura, coniunctio. {דבק *debék.* σύζευξις.} Col. *lib.2. cap.2.* Hoc enim genus iuncturæ maximè probatum est. Genuum iunctura. Ouid. 2. *Met.* Iunctura verborum, id est, compositio, Quintilian. *lib.9.c.4.* Idem, Inter iuncturas verborum reuocare spiritum. Sueton. *in Aug.* Inter iuncturas lapidum enata palma. Idem *in Aug.cap.91.* Senec. *Epist.77.* Iuncturæ nauium aquam excludentes. Gell. *c.3.lib.5.* Iunctura falcis lignei.

Iunctim, aduerbium, Sine interuallo. {ἐπαλλήλως. GALL. *Tout ioignant, tout ensemble.* ITAL. *Insieme, giuntamente.* GERM. Aneinander oder miteinander. HISP. *Ayuntadamente.* ANGL. *Ioinctly, without distance.*} Suetonius, Magistratus & maturius inchoauit, & pene iunctim percurrit.

Iunices, Teneræ ætatis boues fœminæ, quæ iam cessauerunt vitulæ esse, necdum tamen ad summam magnitudinem peruenerunt, dictæ quasi iuuencæ à iuniori ætate. {פרה *parah.* δαμάλαι. GALL. *Genisses, ieunes vaches.* ITAL. *Manzuele, torelle.* GERM. Künfflein. HISP. *Nouilla.* ANGL. *Haifers.*} Persius *Satyr.3.* Tot tibi quum in flamma iunicum omenta liquescant. Nominatiuus singularis est iunix. Plaut. *in Milit.* Quam mox ad stabulum iunix recipiat se de pabulo. Mares autem in eadem ætate, iuuenci, μόσχοι appellantur.

Iuniculus, Palmes vetus in magnam longitudinem, & ad quartum vsque pedamentum porrectus, quod alio nomine draconem vocant, ad mascuieta conficienda idoneum. Plin. *lib.17.cap.25.* Nec veterem placet palmitem in longum, & ad quartum vsque pedamentum emitti, quod alij dracones, alij iuniculos vocant, vt faciant quæ masculeta faciant.

Iunior, vide *Iuuenis.*

Iuniperus, i, q. iunes baccas pariens. Iunis est viridantis ætatis, contractum ex Iuuenis. {רתם *rotém.* ἄρκευθος. GALL. *Genieure, ou geneure.* ITAL. *Ginepro.* GERM. Wachholterstaud. HISP. *El enebro.*} Arbuscula quæ in locis arenosis frequens nascitur, pro foliis spinas habens perpetuò virentes: vnde & topiario operi idonea est, materiámque habet cariei non obnoxiam. Vide Plin. *lib.8.c.25.*

Iunis, e, quod est ætate viride. νέος. vnde iunior comparatiuus fit, inquit Cornutus.

Iunix, vide *Iunices.*

Iunius mensis. {ἰούνιος, ἑκατομβαιών. GALL. *Le mois de Iuin.* ITAL. *Giugno.* GERM. Der Brachmonat. HISP. *El mes de junio.* ANGL. *The moneth of iune.*} à Iunone putatur dictus, quem Iunionalem & Iunonium dicebant: vel, vt Nonius scribit, à iungendo, G litera attrita. Sed postea detritis aliquot literis, ex Iunonio Iunius est dictus. Sunt qui putant à Iunio Bruto dictum Iunium, qui primus Romæ factus est Consul, quòd hoc mense, scilicet Kalendis Iunius pulso Tarquinio, sacrum Carneæ deæ in Cælio monte voti reus fecerit. Alij à Iunioribus deriuant, sicut Maium à maioribus. Ouid. *lib.6. Fastor.* Sic statuit, mensésque nota secreuit eadem. Iunius est iuuenum, qui fuit antè senum. Et à Iunone, & à iuuenibus Iunium mensem dictum testatur Plutarch. *in Numa.*

IVNO, ἥρα, à Iuuo: vel à Ioue, cuius est soror & coniux, Saturni filia fuit, & (vt fabulantur Poëtæ) Iouis & soror & coniux. Physici interpretantur per Iunonem intelligi aërem: idcirco autem Iouis coniugem, & sororem putari, quòd summa sit aëris cum æthere similitudo. Cicero 2. *de natur. Deorum,* Aer, vt Stoici disputant, interiectus inter mare & cælum, Iunonis nomine consecratur, quæ est soror & coniux Iouis, quòd similitudo est ætheris, & cum eo summa coniunctio. Effœminarunt autem eum, Iunoníque tribuerunt, quòd nihil in eo est mollius. Et *paulò pòst,* Sed Iunonem à Iuuando credo nominatam. Iunonis multa sunt nomina. Est enim Curetis, quæ vtitur curru & hasta. Virg. 1. *Æneid.* hic illius arma, Hic currus fuit. ¶ Est & Lucina, quæ partubus præest. Terent. *in Andr.* Iuno Lucina fer opem. Est & regina. Virg. 1. *Æneid.*

Ast ego quæ diuûm incedo regina.

Et quia præest nubentibus, Pronuba dicitur. Idem 4. *Æneid.*

———*& pronuba Iuno.*

Gell. *c.3.lib.4.* Iunonis aram pellex ne tangito. Plaut. *Amph.sc.3.a.2.* Per supremi regis regnum iuro, & matremfamilias Iunonem. Idem *Aul.sc.5.a.3.* Quem Ioui Iuno custodem addidit.

Iunonalis, e, Ouid. *lib.6. Fast.* Iunonale leges tempus, &c.

Iunonius, a, um: vt, Auis Iunonia, pauo, Ouid. 1. *de arte,*

Laudatas ostendit auis Iunonia pennas.

Iunonius mensis, id est, Iunius, idem 16. *Fast.* Iunonius puer. Cic. *Epist. ad Octauium,* Templa Iunonia, Ouid. 3. *Trist.* ¶Iunonius puer, Iunonia hospitia, fausta, fortunata. Turn.¶

Iunonicolæ, Colentes Iunonem, Ouid. 6. *Fast.*

Iunonigena, æ, Vulcanus dicitur, Iunonis filius. Ouid. 4. *Metam.*

Iunonia, duarum insularum nomen est inter Fortunatas, quarum altera Iunonia maior, altera Iunonia minor appellatur: vt ex Iubæ sententia refert Plin. *lib.6.cap.32.* ἡραία.

¶Iunus, animal quadrupes. Gesn.¶

IVPITER, tris, vel teris, vt Prisciano placet, non Iouis: qui genitiuus est non à Iupiter, sed à nominatiuo Iouis. ζεύς. Nam à principio Iouis appellatus est à iuuando: postea adiuncto altero vocabulo dictus est Iupiter, quasi Iouis, siue iuuans pater, sicut Liber pater, & Dis-pater. Item, Neptunus-pater, Saturnus-pater, Mars-pater, (pro quo & Marspiter) Ianus-pater, &c. olim dicere solebant, vt autor est Gellius *c.12. lib.5.* Econtrariò veteres Veiouem appellarunt Deum, cui nulla esset iuuandi facultas, celebrant enim quosdam deos, vt prodessent: quosdam, ne obessent, placabant. ¶ Iupiter cur genitor & rector, & eo nihil maius. Ouid *Eleg.1.lib.2. Trist.* Plaut. *Most.sc.1.a.2.* Iupiter supremus, summus opibus & industrij me perisse cupit. Idem *Pseud.sc.3. a.1.* Si sacrificem summo Ioui, & exta teneam. Idem *Capt.sc.1.a.4.* Iupiter supreme serua meásque auge opes. Idem *Amphitr.* Summe Iupiter, quid ego video? Iupiter? pro Iupiter. Item *initio sc.1.a.2. Pseud.* Proh Iupiter. Gaudentis, siue gestientis præ gaudio. ¶ Iurantis, adiurantísque. Idem *Ps.sc.5.a.1.* Do Iouem testem tibi. Et *Men.sc.2.a.5.* Iouem

summum

summum Deósque detestor me nihil ei malè fecisse. *Ibidem sc.2. a.4.* Per Iouem deósque omnes adiuro me isti non nutasse: Satin hoc tibi. *Ibidem sc.7.a.5.* Per Iouem patrem adiuro. Et Gell. *cap.21.lib.1.* Iouem lapidem, (quod sanctissimum iusiurandum est habitum) paratus sum iurare,&c. ¶ Imprecantis. Idem *Mostell.* At te Iuppiter diique omnes perdant. Et *in Pseud.* Iuppiter te perdat. Et *in Curcul.sc.2.a.5.* Iuppiter te malè perdat. ¶ Bene precantis,& fausta optantis. Idem *Pseud. sc.1.a.4.* & *Mostell.sc.1.a.2.* Ita ille faxit Iuppiter. Idem *in Milit.sc.2. a.2.* At Iuppiter benè te amet. Idem *Pseud.sc.1.a.1.* Miserè miser sum. P. Id te Iuppiter prohibessit. ¶ Ioui sacrificare, *ibid.sc.3.a.1.* Si sacrificem summo Ioui, & exta teneam. ¶ Suscipere vota Ioui. Idem *Amphitr.* Imperator vtrinque hinc & illinc vota suscipiunt. Ouid. *Eleg.2. lib.4.Trist.*

Et dabitur meritò laurea vota Ioui,&c.

¶ Iouis nomen interdum tribuerunt ipsis hominibus. Idem *Eleg. 3. lib.1.Trist.*

Infestúmque mihi sit satis esse Iouem. (i. Augustum.)

Idem *Eleg.1.lib.3.* & *Eleg.1. lib.5.vers.2.* Iouis domus. (i. Augusti.) Plaut. *Capt.sc.1.a.4.* Vt sacrifices. H. Cui, Deo? E. Mihi. Nam sum tibi summus Iuppiter. Item, Ouid. *Eleg.4.lib.4.*

Iuppiter se celebrari quolibet ore sinit.

Idem 13. *Metam.*

——— A Ioue tertius Aiax.

Ibidem,

Arma tulisse refert contra Troásque Iouémque.

Item,

Iuppiter ipse leui vectus per inania curru,&c.

Fabulantur autem Poëtæ Iouem Opis & Saturni filium fuisse, in Creta insula eodem cum Iunone partu editum, & in Ida monte à Curetibus educatum: idque clam patre, cui ex pactione cum Titano fratre inita, filios suos omnes deuorabat. Quum autem in virum adoleuisset, cognouissétque etiam tunc patrem vitæ suæ insidiari, regno eum pepulit, mundique imperium cum fratribus Neptuno, & Plutone sorte diuisit: ac Ioui quidem, cæli & terræ: Neptuno, maris: Plutoni, inferorum imperium obtigit. Iunonem deinde sororem suam vxorem duxit, quæ ei Vulcanum peperit. Cic. 3. *de nat. deor.* tres enumerat Ioues. Principio inquit Ioues tres numerant ij qui Theologi nominantur: ex quibus primum & secundum natos in Arcadia, alterum patre Æthere: ex quo etiam Proserpinam natam ferunt, & Liberum: alterum patre Cælo, qui genuisse Mineruam dicitur, quam principem & inuentricem belli ferunt. Tertium Cretensem, Saturni filium, cuius in illa insula sepulchrum ostenditur. Hæc Cicer. Physici interpretantur Iouem elementum ignis, dictúmque Iouem à iuuando, quòd nulla sit res, quæ æquè omnia foueat, atque calor. A Poëtis dicitur diuûm atque hominum rex: à maioribus autem Optimus maximus. Et quidem antè optimus, id est, beneficentissimus, quàm maximus: quia maius, certéque gratius prodesse omnibus, quàm opes magnas habere. Idem *pro domo sua,* Quocirca te Capitoline, quem propter beneficia pop. Rom. optimum propter vim, maximum appellauit. ¶ Iupiter supremus dicitur ad differentiam Iouis Stygij. Arnobius, Iupiter tam supremus, quàm Stygius. ¶ Iouis Manes, i. Dispater, Summanus, Pluto, Orcus. Apud Macrobium, Dispater, siue Iouis Manes, sine quo alio nomine fas est nominare. ¶ In carmine semper ferè geminamus p, quòd à iuuando putatur deduci, cuius prima syllaba corripitur. ¶ Vsurpatur quandoque pro aëre. Horat. 2. *Ode 1.*

Manet sub Ioue frigido
Venator teneræ coniugis immemor.

Iuuenalis,

——— fremeret sæua cum grandine vernus
Iuppiter.

Vnde & sub dio dicimus, id est, sub aëre. Nam Δία Iouem vocant Græci, quem omnia esse voluerunt. Valerius Soranus,

Iuppiter omnipotens, regum, rerúmque, deúmque
Progenitor, genitrixque deûm, Deus vnus & omnes.

¶ Accipitur & pro imbri. Virg. *lib.2. Georg.*

Et iam maturis metuendus Iuppiter vuis.

¶ Pro tota rerum natura. Lucanus *lib.9.*

Iuppiter est quodcunque vides, quocunque moueris.

¶ Est & Iupiter nomen stellæ illius salutaris, quæ in ordine secunda est. ¶ Aliquando per Iouem intelligimus ipsam vim duorum superiorum elementorum, quæ agit in hæc duo inferiora, ad generationem & corruptionem. ¶ Iupiter aquilam delegit. Ζεὺς αἰετὸν ἤλασε. Vbi quis asciscit sibi præclaros, suísque rebus accommodatos titulos. Poëtæ enim fingunt aquilam Ioui fulmen porrigere, quòd hæc auis omnium altissimè subuolet, nec ictu fulminis lædatur. ¶ Ne Iupiter quidem omnibus placet, Theognis *in sentent.* —οὐδὲ γὰρ ὁ Ζεὺς, Οὔθ' ὕων πάντεσσ' ἁνδάνει, οὔτ' ἀνέχων. id est, neque Iupiter ipse, Siue pluat, seu non, vnicuique placet. Hodiéque vulgò dicunt, neminem inueniri, qui satisfaciat omnibus: nam aliis alia probantur. ¶ Procul à Ioue atque à fulmine, πόῤῥω Διός τε καὶ κεραυνοῦ. Refertur à Diogeniano. Admonet non esse agendum cum præpotentibus, qui nutu possint perdere, si quando libeat: maximè cum regibus atque tyrannis. ¶ Stultitia est, Iouem putare esse, τὸ μωρίαν, τὸ Δία νομίζειν ὄντα τηλικοῦτον, id est, insania est, natum tot annos, credere esse vllum Iouem. In eum accommodari potest, qui grandis natu dicit, aut sentit absurdum quippiam, quum propter ætatem nihil oporteat tam ignorare. Non conuenit enim in natu grandes puerilis superstitio. Recensetur à Suida Iouis suffragium, Διὸς ψῆφος: dicebatur factum & inuiolatum. Vnde sententiam eius, cuius sit velut irrefragabilis autoritas, Iouis suffragium rectè dixeris.

Iūra, Mons est Galliæ, Sequanos ab Heluetiis diuidens, autore Cæsare *in Comment.* { Der Leberberg sondert die Heluetischen Schilender von den Burgundern. } Sunt qui putant eum esse, quem Galli sua lingua vocant, *Le mont des faucilles.*

Iūramentum, Iuratus, vide *Iure.*

[Iurea. Plaut. *Pers.1.3.* Quasi iuream esse ius decet collyricum. Turn. *lib.4.1.* Iuream, inquit, placentam intelligo, quæ è iure tota constat, vt ius collyricum non liquidum sit, neque macrum, sed tam crassum & concretum, quam si è iure placenta fieret.]

Iūrgo, as, à Ius. Contendo, litigo, rixor, controuersiam cum aliquo habeo, discepto. { רב ריב נצה nitsſah. ζυγομαχέω, ἐρίζω, φιλονεικῶ. GALL. *Noiser & tancer, debatre.* ITAL. *Contendere, litigare.* GERM. Zancken / hadern / kiblen. HISP. *Renir, ò mordazmente reprehender.* ANGL. *To braule or chide.* } Terent. *in Andr.* Cum Dauo egomet vidi iurgantem ancillam. Differt autem Iurgare à litigare, & Iurgium à lite, quoniam iurgium leuior res est. Siquidem inter beneuolos, aut propinquos dissensio, vel concertatio, iurgium dicitur: inter inimicos dissensio, lis appellatur. Cicer. 4. *de Repub. apud Nonium,* Admiror nec rerum solùm, sed verborum etiam elegantiam, Si iurgant, inquit, beneuolorum concertatio, non lis, sed iurgium: inimicorum lis dicitur. Et in sequenti, Iurgare igitur lex putat inter se vicinos, non litigare. Iurgare enim, à iure dictum est, vt autor est Varro *lib.6. de ling. Lat.* & significat iure agere, aut iure litigare. ¶ Est & iurgor deponens. Horat. 2. *Serm. Satyr.2.*

——— iure, inquit, Thrasius ista
Iurgatur verbis.

¶ Ab his fiunt composita, Obiurgo, & Obiurgor, de quibus alibi.

Iūrgium, ij, Contentio, dissensio, & leuior quædam lis, quàm nonnunquam etiam inter amicos solet accidere. { ריב ריב מצה matſſah. φιλονεικία, ἔρις. GALL. *Noise & debat.* ITAL. *Contentione, lite.* GERM. Ein zanck / hader. HISP. *Renzilla, contencion.* ANGL. *Brauling or chiding.* } Ascon. Pædian. *in Verr.3.* Iurgium, inquit, dictum puto, quasi iure agium, quia iure agatur & disceptetur. Nam & pro lite accipitur. Hæc ille. Cicer. 2. *de senect.* Vt Themistoclem ferunt Seriphio cuidam in iurgio respondisse. Idem 4. *Tusc.* Ita, cuius impulsu existit etiam inter fratres tale iurgium. Inter iurgium autem & litem quid intersit, his verbis ostendit idem *in lib.4. de Repub.* Admiror nec rerum solùm, sed verborum elegantiam. Si iurgant, inquit, beneuolorum concertatio, non lis, sed iurgium: inimicorum, lis dicitur. Et *ibidem.* Iurgare igitur lex putat inter se vicinos, non litigare. Plaut *Men. sc.2.a.5.* Non nisi commissi, aut iurgij caussa, (inter virum & vxorem sup.) patrem accersit. *Ibid. sc.2.a.1.* Iurgio abegi vxorem ab Ianua. Vide, in *Iurgo,* vocabulo antecedente.

Iūrgiōsus, a, um, Contentiosus, litigiosus { φιλόνεικος. GALL. *Noisif, noiseux.* ITAL. *Contentioso.* GERM. Zänckisch / haderisch. HISP. *Renzilloso.* ANGL. *That braules or chideth mucke.* } Gell. *lib.1.c.17.* Mulier morosa admodum fuisse fertur, & iurgiosa, de Xantippe Socratis vxore. Eo etiam vsus est Apuleius *Apol.1.*

Iūrīdicus, Iurisdictio, vide *Ius.*

Iūro, as, Iureiurando aliquid affirmo, vel nego: quod verbum à iure deductum putatur, quòd iurare propriè sit aliquid ita sanctè promittere, acsi ius esset. { נשבע niſchbáh. ὀμνύω, ὄμνυμι. GALL. *Iurer.* ITAL. *Giurare.* GERM. Schweren. HISP. *Iurar.* ANGL. *To sweare.* } Cic. *ad Metel.* Iuraui iusiurandum verissimum. ¶ Iurare conceptis verbis, est iurare certa verborum formula, quam iuraturo præit is, qui iuramentum defert. Plaut. *in Cistel.* At ille conceptis iurauit verbis apud matrem meam, Me vxorem ducturum esse. ¶ Iurare corporaliter in principum Constitutionibus dicitur de iis, qui cùm ethnici essent, aras iurando tenebant: vel de iis, qui cùm Christiani essent, Euangelij codicem tenebant, vel attingebant. [¶ Iurare in acta Principis. Sueton. *in Tiberio.*] ¶ Iurare in leges alterius: id est, iurare se seruaturum leges alterius. Plinius *de vir. illustr.* Aqua & igni interdixit ei, qui in leges suas non iurasset. ¶ Iurare in litem, id est, iuramentum de calumnia præstare, Cic. *pro Rosc. Comœdo.* Quod in codicem iniuratus referre noluit, id iurare in litem non dubitet? Iurare in verba. Cæsar 1. *bell. ciuil.* Princeps in hæc verba iurat ipse: ad idem iusiurandum agit Afranium. ¶ Huius composita sunt, Abiuro, Adiuro, Coniuro, Deiuro, Exiuro, Deiero, Peiero, Obiuro, Præiuro, & Eiuro: quorum significata vide suis locis.

Iūrātus, actiuè accipitur pro eo qui iurauit ✕ Iniuratus. { נשבע niſchbáh. ἐνωμοτός, ὀμωμοκώς. GALL. *Qui a iuré.* ITAL. *Che ha giurato.* GERM. Geschworen / der geschworen hat beeydigt. HISP. *El que la jurado.* ANGL. *That hath sworne.* } Autor ad Herenn. Ex eo quod ait se non potuisse adesse, ita vt iuratus fuerat, id est, iurauerat. Sic iniuratus, qui non iurauit, ἀνώμοτος. Idem *in Verr.* Malo enim iurato suam, quam iniurato aliorum tabellas committere. Plaut. *in Amphitr. sc.1. a.1. v.282.* Nam iniurato, scio, plus credet mihi, quam iurato tibi. Idem *Curcul. sc.1.a.3.* Quid quod iuratus sum? Et *sc.4. a.4.* Quod fui iuratus, feci. (i. iuraui.) & *Pseud.sc.2.a.3.* Idem *in Pers. sc.2. a.3. v.2.* Iuratus est mihi. & *Rud.sc.3.a.5.v.16.*—Num tu iuratus mihi es? L. Iuratus sum, & nunc iurabo, &c. pro Num tu iurauisti mihi? L. iuraui, &c. Ouid. 13. *Metam.*

Et nunc ille eadem nobis iuratus in arma.

Plaut. *Pseud. sc.2.a.3.* Nam si ego iuratus (i. qui iuraui) peiorem hominem quærerem, Coquum non potui, quàm hunc, quem duco, ducere, Hic tamen iuratus potest exponi passiuè pro adiuratus, vt *Asin. sc.1.a.1.* Iurato mihi video necesse eloqui quicquid roges. Passiuè protulit Lucan. *lib.8.* Mihi per latiam iurata tonantem. Hic non nemo exponit actiuè, i. quæ iurauit, vt apud Ouid. Fidem iurata fefellit. Idem Lucan. *lib.5.* vsus est verbo passiuo iuror, Et lætæ iurantur aues bubone sinistræ.

[Iuraticus, scholasticus, legis peritus. Cl. Isid.]

Iūramentum, i, Iusiurandum, affirmatio, vel negatio rei alicuius sacra attestatione firmata, sancta & religiosa affirmatio. { שבועה ſchebuháh. ὅρκος. GALL. *Iurement, serment.* ITAL. *Giuramento.* GERM. Ein eydschwur. HISP. *El juramento.* ANGL. *An othe.* } Senec. *lib.1. de Clem.* O vocem in concionem omnium mortalium mittendam, in cuius verba principes regésque iuramentum faciant, hoc est, in cuius verba reges & principes iurent.

Iūrandum, i, Iusiurandum. { שבועה ſchebuháh. ὅρκος. GALL. *Iurement, serment.* ITAL. *Giuramento.* GERM. Ein jurament ein eydschwur. HISP. *El juramento.* ANGL. *An othe.* } Plaut *in Cistell.* Verùm haud metuo ne iurandum nostrum quisquam culpitet. Et paulò pòst, Abi quærere, vt sat tuo iurando satis sit subsidij.

Iūrātor,

Iūrātŏr, is. {ANGL. *A swearer.*} vtitur præter Senec. Macrob. *lib.5.c.19* Testamentum faciebat esse iurator, de quo iurare.

Iūrātĭo, nis, {ὁρκωμοσία. ANGL. *A swearing.*} Macrob. *Saturn. lib.1. cap.6.* Verba iurationis concepit, nullam esse in villa sua scropham.

Iūrĕiūrārĕ, Iurare, iuramentum præstare {נִשְׁבַּע *nischbâh.* ὀμνύειν. GALL. *Iurer.* ITAL. *Giurare.* GERM. *Schwehren.* HISP. *Iurar.* ANGL. *To sweare.*} Liu. *decad.5. lib.1.* Prætores ambo in eadem verba iureiurarunt.

Iurulentus, vide *Ius* pro liquore.

Iūs, iuris, neutr. gen. Liquor eorum quæ coquuntur. {מָרָק *marâk.* ὁ ζωμός. GALL. *Brouet, potage.* ITAL. *Brodo.* GERM. Ein brühe. HISP. *El caldo de la carne, ò pescado.* ANGL. *Brothe.*} Plaut. *Mostell.* Itidem olent quasi quum vnà multa iura confundit coquus. Terent. *Eunuch.* Quo pacto iure hesterno panem atrum vorent. Vocare pisces in ius. Varro 3. *de re rust.* Si hos pisces nemo coquus in ius vocare audebit. Ius conditum. Cic. 5. *Tusc.* Quid victum Lacedæmoniorum in Phiditiis, nónne videmus, vbi quum tyrannus cœnauisset Dionysius, negauit se iure illo nigro, quod caput cœnæ erat, delectatum? Tum is qui illa coxerat, Minimè mirum, condimenta enim defuerunt. ¶ De iure nigro Laconum, Plutarch. *in Lycb.*

Iūrŭlentŭs, a, um, quod cum iure coctum est. {ζωμώδης. GALL. *Qui est accoustré en potage.* ITAL. *Cotto con brodo.* GERM. Brühdechtig/in der brüh gekocht. HISP. *Cosa guisada con su caldo.* ANGL. *That is sodden in broth.*} Corn. Cels. *lib.2. cap.10.* Tum res eadem magis alit iurulenta, quàm assa, magis assa, quàm frixa. Varro, Vbi pultem, aut iurulenti quid ponebant, à capiendo catinum nominarunt. Apul. verò *in Magia Apolog.* iussulentum, non iurulentum formauit, sic de Ennio dicens, Ostendit, qualiter quisque piscium assus, aut iussulentus optimè sapiat.

‖Iussulentus, idem quod iurulentus.

Iuscellarius, ζωμοποιός. Gloss. id est, qui iuris condiendi est peritus tanquam à iuscellum.‖

Iuscum, siue, quod vsitatius est, iusculum, Liquor eorum quæ coquuntur. {מָרָק *marâk.* ζωμίδιον. GALL. *Vn chaudeau, vn petit brouet.* ITAL. *Brodetto, guazetto.* GERM. Ein brühlein. HISP. *El caldo.* ANGL. *Potage, gruell.*} Cato *de re rustic. cap.156.* Postea inde iusculum frigidum sorbere.

Iūs, iuris, à iussu, vt quidam volunt, deducitur. {תּוֹרָה *toráh* תּוּשִׁיָּה *tuschijáh* מִשְׁפָּט *mischpát* צֶדֶק *tsédhek* צְדָקָה *tsedhakah* דָּת *dath.* δίκη, τὸ δίκαιον. GALL. *Droict, raison, iustice.* ITAL. *Ragione, diritto, giustitia.* GERM. Das recht oder billich. HISP. *Razon, derecho.* ANGL. *Law, right.*} Nihil enim aliud est ius, quàm quod vel natura, vel ciuitas, aut populus, vel gens, vel consuetudo iubet. Terent. *in Heaut.* Quid cum illis agas, qui neque ius, neque bonum atque æquum sciunt? ¶ Districtio iuris, siue Legum, æquo & bono opponitur. Hinc apud Sueton. *in Claud. cap.14.* Districtam multarum legum ex æquo & bono moderatus est. & *c.15.* opponuntur res cognitionis, & res iuris ordinarij. Idem *in August. cap.56.* Amicos pari iure esse voluit, quo cæteri. ¶ Publicum ius, id est, ciuile, apud eundem *in Tiber. cap.50.* Sed & peculio concesso à patre præbitisque annuis fraudauit per speciem publici iuris, quod de his nihil Augustus testamento cauisset. Idem *in August. cap.32.* Iuris ambigui loca. Item, Ius, id est, iubendi facultas. Idem *in Calig. c.14.* Ius arbitriúmque omnium rerum. Velleius, Iuris sui facere legiones, (id est, in potestatem redigere, & occupare.) Ius consulere. Liu. *9. d.4.* Ouid. 5. *Fast.*

Ius tibi dicendi (est) si qua requiris, ait.

Idem *Eleg.3. lib.5. Trist.*

Nec mihi ius ciuis, nec mihi nomen abest.

Gell. *c.15. lib.10.* Ius non est id fieri. Ouid. *Eleg. vlt. lib.4.*

Iure sodalitij, qui mihi iunctus erat.

Plaut. *Capt. sc.2. a.4.* Ibo ad præfecturam, & ius dicam latido. Idem *Curc. sc.2. a.5.* Ambula in ius. T. Non eo. P. licet antestari? Non licet. Idem *Asin. sc.4. a.2.* In ius te voco. L. Non eo. Idem *Men.* iuris vbi dicitur dies, simul patronis dicitur. Idem *Aul. sc.5. a.3.* Si istuc ius pauperioribus dicitur, quomodo nubent diuites? *ibid. sc.6. a.4.* Si istuc ius est, (id est, si licet.) Idem *Pseud. sc.5. a.1.* Ius bonum oras. *& in Sticho.* Ius bonus dicit. Et *in Epidic.* Ius dicis. *in Trinum.* ius hic orat. Idem *alibi*, Ius bonum petis, postulas, &c. GALL. *Vostre requeste est iuridique, est ciuile, raisonnable, receuable.* Idem *Pseud. sc.2. a.5.* Ius petis fateor. Cic. *Philipp.2.* Ius postulas. ¶ Sui iuris & arbitrij animus, Senec. *c.8. de cons. ad Polyb.* Et Velleius, Iuris sui facere legiones: (id est, in potestatem redigere & occupare.) Ouid. *6. Fast.*

Ius tibi fecisti numen cœleste videndi.

Idem *Eleg.2. lib.4. Trist.*

Erepti nobis ius habet illa loci.

Idem 13. *Metam.*

——Qui iura sibi silentibus illic

Reddit.

Liu. 3. *ab vrb.* Iuris sui iacturam facere. Idem *4. d.4.* Ius esset, (id est, potestas.) Idem *1. d.5.* Sub ius iudiciúmque redegit. Cic. Colere ius. Tacit. *lib.19.* Exuere ius. Lucr. *lib.3. vers.13.* Transcendere fines iuris. ¶ Meo iure, tuo iure, suo iure. Plaut. *Capt. sc.1. a.2.* Quod antehac pro iure imperitabam meo. (id est, herili) id (te) oro nunc per precem. Hinc meo iure agere, idem est quod mea potestate, vel autoritate concedere, decedere, remittere de iure suo, *Relascher de son bon droict.* ❋ Ius suum retinere, obtinere. Quintil. *cap.6. lib.3.* Aliquo iuris adiutorio elabi ex crimine. Senec. *ad Troad.* Gens expers iuris. Quint. *cap.2. lib.4.* Fiducia iuris. Iuuenal. *Satyr.8.* Nodos iuris soluere. Plaut. *Most.* docent litteras, iura, & leges. ¶ Summo iure agere, contendere, experiri, id est, stricto iure, vide *Agere.* Cæs. *1. bell. Gall.* Ius extremum retinere. Quint. Ius actionis non habeo: mox, non licet agere. Idem, Ius abdicandi habeo. Idem *c.4. lib.1.* verba ius, (id est, authoritatem) ab authoribus sumunt. Item Cic. perdiscere iura beneuolentiæ. ¶ Ius esto, (i. vim atque authoritatem legis habeat.) Idem 3. *de legib.* ¶ Reddere ius, Paulus IC. Rapere, deducere in ius aliquem. Ius omne suum persequi. Plaut. *Capt. sc.1. a.3.* ¶ Ius mortalitatis, id est, conditio. Senec. *c.1. de cons. ad Mart.* ¶ De Iure Augurio, pro Augurali. Gell. *cap.6. lib.6.* ¶ Ius trium liberorum. Suet. *in Galba cap.14.* Et differt à lege, quòd ius generale est: lex, iuris species. Rursus ius ad non scripta etiam pertinet, lex tantùm ad ius scriptum. Diuiditur autem ius, in naturale, gentium, & ciuile. Naturale, quod est commune omni nationi, eò quòd vbique instinctu naturæ habetur, non aliqua constitutione facta ab homine, sed ab ipso naturæ conditore: vt maris & fœminæ coniunctio, liberorum successio in bonis parentum, puerorum educatio, communis omnium possessio, quia iure naturali omnia hæc omnibus nationibus sunt communia: quemadmodum & rei depositæ, vel commodatæ restitutio, violentiæ per vim repulsio, quod tibi vis fieri, vt alteri facias, & econtrario: Ius gentium, quo gentes humanæ vtuntur, quod à naturali processisse facilè intelligere licet: quia illud omnibus animalibus, hoc solis hominibus inter se conuenit: vt scilicet Deo, religioni, patriæ & parentibus pareamus, vt vim atque iniuriam propulsemus. Ius ciuile, quum aliquid communi iuri vel additur, vel detrahitur: hoc est, quum populus sibi constituit, quasi proprium ius ciuitatis. Hoc autem scripto constat, vt sunt leges, plebiscita, Senatusconsulta, principum decreta: aut sine scripto, vt ea quæ autoritate prudentium fiunt: quæ legum interpretationes rectiùs dici possent, quàm leges. Vnde qui hoc profitentur, Interpretes iuris, & Iureconsulti, & Iuris prudentes dicuntur. Et qui inter eos excellunt, Iuris antistites nominantur. ‖¶ Ius sibi dicere in rem aliquam, priuata authoritate, nec adito magistratu, rem pro suo iure capere, atque vt propriam vsurpare.‖ ¶ In ciuili iure Prætorium ius continetur, quod prætores supplendi, vel corrigendi iuris ciuilis gratia introduxerunt, ob publicam vtilitatem. Hoc à Prætoris honore, honorarium appellatur. ¶ Est etiam ius singulare, quod contra tenorem rationis, ob aliquam vtilitatem autoritate constituentium introductum est. ¶ Ius consuetudinis, quod in morem vetustas vulgi approbatione produxit. ¶ Ius militare, quo soli milites sunt adstricti, vt belli inferendi solennitas, fœderis faciendi cæremonia, signo dato egressio in hostes, & pugnæ commissio, signo dato receptio, stipendiorum modus, dignitatum gradus, præmiorum honor, prædæ diuisio pro personarum qualitatibus. Iuris præcepta tria sunt, honestè viuere, alterum non lædere, ius suum cuique tribuere. In nostra etiam religione est ius diuinum, in quo diuina oracula comprehenduntur: & ius principum, quod principes singulis suis regnis præscripserunt. ¶ Aliquando ius ponitur pro autoritate, omnium consensu alicui concessa. ἐξουσία. Cic. *pro Archia*, Quare suo iure noster ille Ennius, sanctos appellat Poëtas, id est, sua quadam autoritate, & pro libertate sibi omnium consensu, vt grauissimo Poëtæ concessa. Idem pro meo iure dico, quasi confidenter. Hinc sui iuris esse dicuntur, qui nullius imperio sunt subiecti, αὐτεξούσιοι, αὐτόνομοι. ¶ Aliquando pro necessitudine: vt, Est mihi cum illo ius cognationis, vel amicitiæ. ¶ Aliquando pro loco in quo ius redditur, appellatione collata ab eo quod fit in id, in quo fit: quem locum definiunt, vbicumque Prætor salua maiestate imperij sui, saluóque more maiorum dicere ius constituit. Ius suum obtinere non posse dicebant veteres eum, cui peruenire ad suum non liceret. Cic. Hic Philodamus, postquam ius suum obtinere non potuit, vt humanitatem, consuetudinémque suam retineret, laborat. Idem *in Antonium actione 4.* Hoc edicto non Siculi, sed isti ipsi equites Romani, qui ius suum retinere se contra Apronium posse erant arbitrati, splendidi homines, & aliis Prætoribus gratiosi, vincti Apronio traditi sunt. ‖¶ Ius pro necessitudine atque cognatione. Marcianus *D. lib.1. tit.1.* Nonnunquam ius etiam pro necessitudine dicimus, veluti est mihi ius cognationis, vel adfinitatis. ¶ Ius sibi dicere, magistratus autoritatem vsurpare, quorum ius dicere solùm interest. ¶ Iuris scrupulositas. Vlpianus *D. lib.28. tit.3. l.12.* Licèt iuris scrupulositate, nimiáque subtilitate testamentum ruptum videatur.‖

Iūrĕ, aliquando aduerbialiter ponitur pro Merito. Quintil. Quis eum id non meruisse, quis non iure passum affirmet?

Iūsiūrāndum, i, est affirmatio religiosa, vt inquit Cicero *lib.3. Offic.* Iuramentum. {שְׁבוּעָה *schebuhâh.* ὅρκος, ὁρκωμοσία. GALL. *Iurement, serment.* ITAL. *Giuramento, sacramento.* GERM. Ein eydschwur. HISP. *Iuramento.* ANGL. *An othe.*} Plaut. *in Pseud. sc.2. a.1.* Qui item, vt nos iureiurando quærunt rem. Cicer. 3. *Offic.* Nullum enim vinculum ad stringendam fidem iureiurando maiores arctius esse voluerunt. ¶ Scholasticorum mos à iureiurando incipiendi. Seneca. ¶ De Iurisiurandi sanctitate Romæ. Gell. *cap.18. lib.7.* Plaut. *Curcul. sc.2. a.2.* Tibi auxilium in iureiurando tulit (Iuppiter.) Idem *Amphitr.* manè arbitratu tuo iusiurandum dabo. Cæs. *lib.1. de bell. ciu.* Princeps in hæc verba iurat ipse: ad idem iusiurandum adigit Afranium. ¶ Sueton. *in Tiber. cap.35.* Iusiurandi gratiam facere. Idem *in Cæs. c.85.* Iureiurando distrahere controuersias. Plaut. Iureiurando vincere. ‖Iusiurandum remittere. Paul. *D. lib.12. tit.1. l.6.* Remittit iusiurandum qui deferente se, cùm paratus esset aduersarius iurare, gratiam ei facit, contentus voluntate suscepti iurisiurandi. ¶ Iusiurandum referre, est alterius iureiurando stare malle, quàm suo.‖ ¶ Iurisiurandi militaris formula, apud Gell. *c.4. lib.16.*

Iūrisdictĭo, nis, Iuris dicendi potestas. {δικαιοδοσία, δικαστική. GALL. *Iurisdiction, puissance de iuger.* ITAL. *Giurisditione.* GERM. Gewalt oder gerechtigkeit/ recht vnd gericht zuhalten. HISP. *Iurisdicion como señorio.* ANGL. *Iurisdiction, power to iudge.*} Seru. Sulpit. *Ciceroni*, Postero die quum ab eo digressus essem eo consilio, vt ab Athenis in Bœotiam irem, reliquámque iurisdictionem absoluerem. Cic. 4. *Verr.* Is venalem iurisdictionem in Sicilia habuit. Suet. *in Calig. cap.16.* Iurisdictio libera sine appellatione.

Iūriscōnsultŭs, i, siue Iureconsultus, Iuris, siue legum interpres. Vtrunque enim dicitur: quamuis Sosipater *lib.1.* Iureconsultus reiiciat. {סֹפֵר *sopher.* ὁ νομικός, ὁ δικαστικός, νομοδιδάσκαλος. GALL. *Iurisconsulte, iuriste, sçauant ès loix.* ITAL. *Giurista, dotto in leggi.* GERM. Ein rechtsgelehrter/ ein rechtsgelehrter. HISP. *Letrado en la ley y por pleytos.* ANGL. *A lawyer.*} Cic. 2. *de legib.* Sed iurisconsulti, siue erroris obiiciendi causa, quò plura & difficiliora scire videantur: siue (quod similius veri est) ignoratione docendi (nam vt solùm scire aliquid artis est, sed quædam ars etiam docendi) sæpe quod positum est in vna cognitione, id in infinita dispertiuntur: velut in hoc ipso genere, quàm magnum illud Scæuolæ faciunt Pontifices ambo, & iidem iurisperitissimi. Consultus iuris,

iuris, apud Horat. *de Arte*. Iurisconsultor, pro Iurisconsultus. Autor Breuiarij, Passerat. teste.

Iūrĭdĭcus, a, um, Quod iurisdictioni destinatum est, vel quod secundùm ius est. {ἐνδικος. GALL. *Iuridic, appartenant au droict*. ITAL. *Giuridico, pertinente al dritto*. GERM. Rechtlich/das nach dem rechten oder gesatz ist. HISP. *Pertenesciente al derecho*. ANGL. *That is according to right and reason*.} Hinc iuridicus dies, quo ritè ius dici potest. Et iuridica actio, quæ secundùm ius est. ¶ Dicitur etiam iuridicus, qui ius dicit. {δικαστής. GALL. *Iuge*. ITAL. *Giudice*. GERM. Ein richter. HISP. *Iuez*. ANGL. *That doeth right unto the parties upon the thing that they strive for*.} Senec. *in Herc. fur.* Flentes Eurydicem iuridici sedent. Iuridici conuentus dicuntur in quibus ius redditur. Plin. *lib. 3. c. 1.* Iuridici conuentus ei quatuor, id est, in quibus iura redduntur.

Iūrĭdĭcĭālis, e, Iudicialis, quod pertinet ad iudicium. {δικανικός. GALL. *Appartenant à iuge, ou à iuger*. ITAL. *Ciò che à giudice, ò à giudicio s'appartiene*. GERM. Das zu dem rechten gehört. HISP. *Cosa pertenesciente al juyzio, ò juyez*. ANGL. *That belongeth to the iudge or iudgement*.} Cic. 1. *de Inuent.* Huic generi Hermagoras partes quatuor supposuit, deliberatiuam, demonstratiuam, iuridicialem, negotialem. Iuridicialis status, apud Quintilianum *lib. 3. cap. 8.*

Iuridicina appellatur à Tertulliano *in lib. de Pallio*. Causidicina ab Ammiano *lib. 30.* Iudicina ab Apuleio *lib. 7.*

Iurites Dea, Gellius *cap. 21. lib. 13.*

Iūscŭlum, vide *Ius*, pro liquore.

Iūssus, participium à Iubeo, & Iussum, i, vide *Iubeo*.

‖Iustinopolis, quæ Ægida Plinio, *Capo d'Istria*. V. E. Istriæ, sub P. Aquileiensi.‖

Iŭstus, à ius. Probus, sanctus, bonus qui ius obseruat, & à iure non discedit. {צדיק *tsaddik*. δίκαιος. GALL. *Iuste*. ITAL. *Giusto*. GERM. Gerecht. HISP. *Cosa justa ò ygual*. ANGL. *Iust, upright*.} Cicer. 1. *Officior.* Iustus homo, isque quem bonum virum dicimus. Idem *pro Sestio*, Aristides, qui vnus omnium iustissimus fuisse traditur. Ouid. 13. *Metamorph.*

Aspiciunt oculis superi mortalia iustis.

Plaut. *Capt. sc. 2. a. 2.* Non iusta caussa est, vt vos seruem. Idem *prolog. Amphitr.* Æqui & iusti eritis omnes arbitri. *Ibidem*, Iustè ab iustis iustus sum orator datus. Item, Iusta ab iniustis petere, insciria est. Ouid. *Eleg. 3. lib. 4. Trist.*

Vt incubuit iusto mens agra dolori.

Velleius, Iustis legibus, & æquis conditionibus bellum componere. Idem, Mitissimo, ac iustissimo lenior (Sylla) ante victoriam, pòst audito crudelior, (id est, clementissimo.) Idem, Iustissimo animo conditiones pacis Cæsar postulabat, æquo animo Pompeius recipiebat. ¶ Interdum ponitur pro satis magno & mediocri, quum & ius ipsum mediocritas quædam sit. Vnde iustam magnitudinem alicuius rei dicimus, quum nec debita minor est, nec modum excedit. Iustum opus satis magnum, non exiguum. Plin. *in præfat. lib. 8.* Opere iusto temporum nostrorum historiam orsi. Sic iustum prælium, iustum exercitum, historici dicunt magnum, & non contemnendum. Sic etiam Asconius, iustas inimicitias, pro magnas apud Ciceronem exposuit. Liu. *lib. 6. ab vrb.* Iusta cæde conficere hostem. (id est, magna.) Cæs. *lib. 1. de bell. ciu.* Iustum iter conficere. (id est, magnum.) Sueton. *in Neron. cap. 51.* Iusta statura esse, (id est, mediocri.) Item, Iusta libertas, dicitur Sueton. *in Aug. c. 40.* quæ vulgò dicitur maior IC ¶ Interdum pro vero, γνήσιος. Vnde apud Iurisconsultos, qui filium adoptat, interrogatus an velit eum, quem adoptat, iustum sibi filium esse, id est, verum filium. Iustus dominus, pro vero, cui contrarius est alienus. Cic. *lib. 2. Offic.* Quare L. Syllæ, & C. Cæsaris pecuniarum translatio à iustis dominis ad alienos, non debet liberalis videri. Iusta hæreditas, inquit Hotomanus, ea propriè dicitur, quæ iure legitimo, id est, agnato proximo obuenit. Sic Iusta vxor, Suet. *in Calig. cap. 24.* Item, Iusti liberi: quibus opponuntur illegitimi, & ex pellice nati. Varro latiùs accepit *2. de re rust.* pro ea quæ iure, & quouis modo alicui obuenit. ¶ Est præterea Iusta ætas, cui ætas pupilli opponitur. Et rursus Iusta ætas, pro cuiusque quæstionis ratione, ea quam leges in ea caussa exquirunt, veluti in nuptiis xij. aut xiiij. annorum. Iusta possessio, quæ possessio bonæ fidei, dicitur. Iauolenus. Iusta materfamiliâs, & Pellex contraria. Liu. *9. bell. Maced.* Nam etsi minor ætate quàm Perseus esset, hunc tamen iusta matrefamiliâs, illum pellice ortum esse. ¶ A Iustus deducitur iniustus, qui contra ius facit, & qui iustam magnitudinem excedit, ἄδικος. Cic. *5. Tusc. quæstion.* Vir maleficus natura & iniustus. Virg. *3. Georg.* Iniusto sub fasce viam dum carpit. ¶ Iusti dies qui fuerint apud veteres, apertissimè docet Gell. *lib. 20. cap. 1.* his verbis, Confessi itaque æris, ac debiti iudicatis, triginta dies sunt dati conquirendæ pecuniæ causa, quam dissoluerent. Eósque dies Decemuiri iustos appellauerunt: velut quoddam iustitium, id est, iuris inter eos quasi interstitionem quandam & cessationem, quibus diebus nihil cum his agi iure posset. ¶ Dicebantur præterea in bellis suscipiendis dies iusti numero tres & triginta, ab eo scilicet die, quo res repetitæ erant per Fecialem: quibus elapsis, nisi redditæ res essent, hasta in fines hostium coniecta, bellum indicebatur. Liu. *lib. 1. ab Vrbe.* ‖ Iusta statura, quæ quadrata dicitur à Columella *lib. 7.* inter proceram & exiguam. & à Plauto *in Asin.* commoda statura.‖

Iūstē, aduerb. Rectè, legitimè, iure. {δικαίως. GALL. *Iustement*. ITAL. *Giustamente*. GERM. Gerechtiglich/billiglich. HISP. *Iustamente, ò ygualmente*. ANGL. *Iustlie, uprightlie*.} Brutus Cic. At hoc ipsum, inquies, inique facis: immò iustissimè. Declam. in Salust. Id vos si fortè offendimini: iustius hunc, quàm mihi succensere debetis. Iustè & legitimè imperare. Cic. *lib. 2. Offic.*

Iūstō, ablatiuus, pro aduerbio: vt, Longius iusto, id est, longius quàm par est. Quint. *lib. 9. c. 4.* Membrum longius iusto tardum: breuius, instabile est. Velleius, Iusto ferocior, Marcellinus.

Iusta. Exequiæ, siue parentalia, & sacrificia, quæ Diis Manibus fiebant, quæque mortuis impendebantur, ita dicta, quod iure fierent his, qui de nobis viuentes bene meriti fuerant {ἐναγίσματα, νομιζόμενα, κτερίσματα. GALL. *Les obseques, funerailles, sacrifices & cerimonies qu'on faisoit aux trespassez*. ITAL. *Essequie, pompe funerali*. GERM. Bestattung der todten/leichgeschafft oder opfferung für dieselbigen. HISP. *Las exequias de los muertos*. ANGL. *Funeralles, sacrifices and ceremonies for the dead*.} Iusta facere, Plaut. *Cistell.* Ille vxori iusta fecit. Salust. *in Iugurtha*, More regio iusta magnificè fecerant. Ouid. Hanc quia iusta ferunt, dixere Feralia lucem. Cic. *2. de Legibus*, Non solum vita cruciati, atque dedecore, verùm & sepultura, & iustis exequiarum caruerunt. ¶ Iusta soluere paterno funeri. Idem *pro Rosc. Amer.* ¶ Iusta funerum reticere ad interpretes religionum. Idem *2. de leg.* ¶ Iusta peragere. Plin. *cap. vlt. lib. 2.* ¶ Iusta præstare sorori. Senec. *cap. 17. de consol. ad Polyb.* ¶ Iustis exequiarum carere. Cic. *2. de legib.* Ouid. *Eleg. vlt. lib. 4. Trist.* ¶ Iusta pro constitutis, quæ necessariò præstari debent. Col. *lib. 11. cap. 2.* Item vinearum fossio iisdem locis peragenda, arbustorúmque siue putatio, siue alligatio sumenda est, quorum iusta certa esse non possunt. Ad iusta perducere, id est, ad iustum laborem. Col. *lib. 4. cap. 14.* Iusta reddere, opus debitum & conuentum perficere. Idem *lib. 1. cap. 8.* Cic. *Offic. 1.* Est autem infima conditio & fortuna seruorum, quibus non male præcipiunt, qui ita iubent vti, vt mercenariis ad operam exigendam, & iusta præbenda.

Iūstĭtĭă, vt inquit Cicer. 5. *de finib.* Est habitus animi communi vtilitate seruata, suum cuique tribuens, atque societatem coniunctionis humanæ munificè, atque æquè tuens. {צדקה מצדק *tsedhaka*. δικαιοσύνη. GALL. *Iustice*. ITAL. *Giustitia*. GERM. Gerechtigkeit. HISP. *La justicia que yguala las partes*. ANGL. *Iustice*.} Virg. 1. *Æneid.*

O regina, nouam cui condere Iuppiter vrbem,
Iustitiaque dedit gentes frænare superbas.

Ouid. 3. *de Ponto*,

Iustitia vires temperat ille suas.

¶ Iustitiam religiosè colere. Cicer. *ad Heren.* & *3. de finib.* ¶ Agitare iustitiam pro assiduè exercere. Plin. vt in alienis, ita in suis agitare iustitiam mihi egregium videtur. (id est, assiduè exercere.) ¶ De iustitiæ vi ac laudibus Plutarch. *in Aristide.* Vide in verbo *Explico*, quæ de Iustitia differuntur.

‖Iustifico, ex vi originis est iustum facio.

Iustificatio est & actio iustificantis, ea passio eius, qui iustificatur.‖

Iūstĭfĭcus, a, um, qui æqua & iusta agit. {מצדיק *matsdik*. δικαιοποιός. GALL. *Qui fait iustice*. ITAL. *Che fa iustitia*. GERM. Der gerechtigkeit übt. HISP. *El que haze iusticia*. ANGL. *That doth iustlie and uprightlie*.} Catull. *Argon.* Iustifica mens deorum.

Iūstĭtĭum, ij, Quasi iuris statio dicitur. Est enim iuris dicendi intermissio, quæ indici solet in publico luctu, & Reipublicæ insigni aliqua calamitate. {ἀπραξία. Plutarcho. GALL. *Vacation quand on cesse de plaider*. ITAL. *Vacatione da tener raggione*. GERM. Außschlagung oder anstellung des gerichts. HISP. *Las vacaciones de los juyzios*. ANGL. *A vacation or ceasing frome ministratiō of iustice*.} Liu. Dictato: quum iustitium edixisset, omnes iuniores sacramento adegit. Idem, Iustitium edicit: claudi tabernas tota vrbe iubet: vetat quemquam priuatæ quicquam rei agere. Tristi iustitio clausa fora. Lucan. *lib. 5.* Dicitur & iustitium remittere, iustitio finem imponere. Liu. *lib. 10.* Vt Romam reditum est, iustitium remissum est. Cic. *de Arusp. resp.* Hic in Concione ausus est dicere Iustitium edici oportere, iurisdictionem intermitti, claudi ærarium, Iudicia tolli? ¶ Iustitium, (id est, cessatio) exigendi æris, xxx. dies. Gell. *cap. 1. lib. 20.* Suet. *in Tib. c. 52.* & *in Calig. cap. 5.* Iustitij nomine vsus est. ‖¶ Iustitium, in pace, Induciæ, in bello, & vtrumque mortuis lugendis. Cerda.‖

Iusum pro deorsum.

Iŭtūrnă, Ἰουτέρνα, Dauni filia, & Turni Rutulorum regis soror, quam Iupiter pro erepta virginitate immortalitate donauit. Virgil. *lib. 12. Æneid.* Numicique fluminis nympham fecit. Hæc in bello fratrem aduersùs Æneam multum adiuuit: sed videns fratri necem instare, in Numicum fluuium se occultauit. Alij dicunt eam rem habuisse cum Latino rege: eóque palàm facto, sua sponte se in Numicum præcipitauisse. Virg.

At procul vt diræ stridorem agnouit & alas,
Infelix crines scindit Iuturna solutos, &c.

¶ Est & Iuturna, fons Italiæ, prope Numicum saluberrimæ aquæ: vnde ad omnia sacra Romam afferebatur aqua. Ad hunc fontem plerique Virgilium respexisse volunt.

Iuuamen, vide *Iuuo*.

‖Iuuenacium, *Giouenazzo*, V. E. regni Neapolitani, sub A. Barensi.‖

Iuuenalis, iuuenalia, iuuencus, vide *Iuuenis*.

Iuvencus, i, Bos iunior, qui iam vitulus esse desiit, nondum tamen in iustam magnitudinem excreuit. {פר *par*. μόσχος, ταῦρος. GALL. *Vne ieune beste, vn ieune bœuf ou taureau*. ITAL. *Manzetto, giouenco*. GERM. Ein junger ochs oder stier. HISP. *El mancebo ò buey nouillo*. ANGL. *A yong oxe*.} Dictus à iuuando, vt Varroni placet, quòd iam dominum in agro colendo adiuuare possit. Col. *lib. 6. c. 2.* Nam vbi plaustro, aut aratro iuuencum consuescimus, ex domitis bubus valentissimum, eundemque placidissimum cum indomito iungimus, qui & procurrentem retrahat, & cunctantem producat. Hic obiter nota, consuescere actiuè dictum esse, pro consuefacere. Sociare iuuencos imposito aratro, Stat. 1. *Thebaid.* Virg. 3. *Georg.*

Seu quis Olympiacæ miratus præmia palmæ
Pascit equos, seu quis fortes ad aratra iuuencos.

Scilicet & veteres fugiunt iuga sæpe iuuenci, Ouid. *Eleg. 6. lib. 4. Trist.* Et Virg. 3. *Georg.*

———Validis terram proscinde iuuencis.

Ouid. 13. *Metamorph.* Cornigeræ iuuencæ. ¶ Propriè tamen iuuenci dicuntur boues, qui iam desierunt esse vituli. Varro *cum lib. 2. cap. 5. de re rust.* quatuor distinguit bubuli generis ætates: quarum prima est vitulorum, secunda iuuencorum, tertia boum nouellorum, quarta vetulorum. ¶ Iuuencus quoque de homine adolescente dicitur. Horat. 2. *Carm. Ode 8.*

Te suis matres metuunt iuuencis,
Te senes parci, miseræque nuper
Virgines nuptæ.

In quem locum annotauit Porphyrion, iuuencum non solùm de bobus,

bus, veruметiam de hominibus adolescentulis dici : quamuis in ea significatione frequentius iuuenculos dicamus, & iuuenculas. Neque mihi tamen Porphyr. persuaserit, tametsi venusta in primis Horatius allegoria sit vsus, ob id rectè iuuencum de hominibus dici.

Iŭuenculŭs, diminut. *μειράκιον*. Catul. *ad puerum*. Qui flosculus es iuuenculorum.

Iŭuencă, æ, Vacca iunior, quæ iam vitula esse desiit, nondum tamen in iustam magnitudinem excreuit. { פרה *paráh*. *δάμαλις, πόρτις*. GALL. *Genisse. ieune vache*. ITAL. *Manza, manzuala*. GERM. Ein kühkälblin. HISP. *Manceba ò nouilla*. ANGL. *A yong cowe*. } Virg. 3. *Georg*.

Pascitur in magna sylua formosa iuuenca.

Ouid. *lib*. 13. *Metam*. Cornigenæ iuuencæ.

Iŭuĕnĭs, à iuuando, quòd ea ætas maximè sit apta ad laborem tolerandum, adolescens, integra & spectata ætate. { נער *nahar* בחור *bachur* עלם *hélem*. *νέος*. GALL. *Ieune, iouuenceau*. ITAL. *Giouane*. GERM. Jung/ ein junger mann oder weibsbild. HISP. *Mancebo ò manceba en edad, joven*. ANGL. *Yong, a yong man*. } Et à iureconsultis iuuenes dicuntur, qui adolescentiæ excesserunt ætatem, quoad incipiant inter seniores numerari. Censorin. *de die natal*. Iuuenes ab anno 30. ad 45. Quòd iure militari iuuare possent. Tubero historicus apud Gell. *cap*. 28. *lib*. 10. Seruius Tullius rex prudentissimus cùm illas quinque classes iuniorum census faciendi gratia institueret, pueros esse existimauit, qui minores essent annis septemdecim : atque inde ab anno 17. quos idoneos iam esse Reip. arbitraretur, milites scripsisse : eósque ad annum 46. iuniores, suprâque eum seniores appellasse, &c. ¶ Senior & Iunior, siue Iuuenior, autore Varrone, sunt comparatiui gradus per diminutionem, vt testatur Seruius *in Virg. lib*. 5. *Æneid*.

Tum senior tales referebat pectore voces.

Item in illud 6. *Æneid*.

Iam senior, sed cruda Deo viridisque senectus,

vbi sic ait : Senior aut pro positiuo posuit Virgilius, aut (vt diximus) Senior est virens senex, vt iunior, siue iuuenior, intra iuuenem est secundum Varronem. Quam rem à Varrone tractatam confirmat etiam Plinius. Virg. 5. *Æneid*.

Hoc iuuenem egregium præstanti munere donat.

¶ Iuuenes feruidi. Horat. 4. *Carm. Ode* 13.

Possent vt iuuenes visere feruidi,
Multo non sine risu dilapsam in cineres facem.

Plin. *lib*. 7. *c*. 36. Cornelia enim iuuenis est, & parere adhuc potest. Iuuenis pro filio, bis. *lib. Institut. Orat. & declamat*. 7. Iuuenem meum alius occidit. ¶ Hinc formatur comparatiuum iunior. Nam quod apud Col. *lib*. 9. *c*. 11. legitur iuueniori examini, arbitror librariorum culpa accidisse : præsertim quum in veneranda cuiusdam fidei exemplaribus legatur *iuniori*. Horat. 2. *Epist*. 1.

Qui vel mense breui, vel toto est iunior anno.

Iuniores serui. Plin. *lib*. 8. *cap*. 32. Alioqui ante frontem prominere solitos iunioribus. Gellius *cap*. 2. *lib*. 13. Haud paruo iunior. ¶ Iuuenis de oue. Columell. *lib*. 7. *cap*. 3. Fœmina post bimatum maritari debet, iuuenísque habetur quinquennis. ¶ Iuuenis, pro iuuenili. Ouid. 7. *Metam*.

——— & admonitus iuuenes nutricibus annos
Posse suis reddi.

[¶ Iuuenior, pro Iunior. Apul.]

Iŭuĕnīlĭs, e, adiectiuum, quod ad iuuenem pertinet. { *νεανικός*. GALL. *De ieunesse, appartenant à iouuenceau*. ITAL. *Da giouane, giouallino*. GERM. Das zu der jugent gehört. HISP. *Cosa de mancebo*. ANGL. *That belongeth to youth, yonge*. } vt, Ætas iuuenilis. Iuuenile robur, Col. *lib*. 4. *c*. 5. Iuuenilis ludus, vel iocus, Liu. 1. *ab Vrbe*. Virg. 5. *Æneid*.

Et mihi qua fuerint iuuenili in corpore vires.

Ouid. *lib*. 5. *Trist. Eleg*. 3.

Integer & lætus, læta & iuuenilia lusi.

Idem *lib*. 14. *Metam*.

Silenúsque suis semper iuuenilior annis.

Idem *Eleg. vlt. lib*. 4. *Trist*.

——— Cum populo iuuenilia carmina legi.

Idem *Eleg*. 1. *lib*. 5. *Trist*. Læta & iuuenilia lusi. Idem *Eleg*. 1. *lib*. 2. *Trist*.

——— Sidus iuuenile. nepotes.

Iuuenal. *Satyr*. 11. Iuuenilia membra.

Iŭuĕnīlĭtās, atis, Iuuentus. Varro *Tithono περὶ γήρως*, Quam dereliquit multicupida iuuenilitas. Ex Nonio.

Iŭuĕnīlĭtĕr, aduerbium, More iuuenum. { *νεανικῶς*. GALL. *A la façon des ieunes gens*. ITAL. *Da giouani*. GERM. Nach der jugent art. HISP. *En manera de mancebo*. ANGL. *Youthfullie, like a yong man*. } Cicero *in Catone*, Et Annibalem iuueniliter exultantem patientia sua molliebat. Ouid. 7. *Metam*.

Venatum in syluas iuueniliter ire solebam.

Idem *Eleg*. 1. *lib*. 2. *Trist*.

Quo (ingenio) videar quamuis nimium iuueniliter vsus.

Iŭuĕnālĭs, e, adiectiuum, *νεανικός*. Plin. *lib*. 33. *c*. 2. Quum C. Sulpitius Galba iuuenalem famam apud principem popinarum pœnis aucuparetur. Iuuenalis dies dicebatur festum quoddam, quod à iuuenibus præcipuè celebrabatur primo die post elapsa Saturnalia, à Caligula primùm institutum. Sueton. *de Caligula*, *c*. 17. Adiecit diem Saturnalibus, appellauitque iuuenalem.

Iŭuĕnālĭs, *Ἰουβενάλις*. Nomen proprium Satyrici Poëtæ in primis eorum, qui argumentum eiusmodi tractarunt, laudandus, nisi secretam illam flagitiorum sentinam nusquam non mouens castiores animos à sui lectione auertisset.

Iŭuĕnālĭă, erant ludi, qui pro salute iuuenum celebrabantur. *νεανικά*. Sidonius, Iam verò iuuenalibus peractis, Quem te præbueris sequente in æuo, Chartis posterioribus loquamur. Tacit. *lib*. 14. Nec tamen adhuc publico theatro dehonestaretur, instituit ludos iuuenalium vocabulo, in quos passim nomina data. ¶ Iuuenales ludos vocat Sueton. *in Neron. cap*. 11.

Iuuenco, Iŭuĕnēsco, is, Iuuenis fio, ad ætatem & constitutionem priorem redeo. { *νεάζω*. GALL. *Raieunir*. ITAL. *Ingiouanirsi, farsi giouane*. GERM. Jung werden. HISP. *Hazerse mancebo*. ANGL. *To waxe or beyonge*. } Ouidius 3. *Amor*.

Illius à tactu Pylius iuuenescere posset.

Plinius *lib*. 34. *cap*. 14. Vites squalore deciso annis omnibus cogimus iuuenescere. Idem *lib*. 8. *cap*. 57. de gliribus, Rursus æstate iuuenescunt.

Iŭuĕnārī, Temerè & inconsideratè, & iuuenum more aliquid dicere, vel facere. { *νεανίζειν*. GALL. *Faire comme ieunes gens. parler comme eux*. ITAL. *Parlare inconsideratamente. parlare da giouane*. GERM. Narrechtig vnd vnbesint reden wie die jugent. HISP. *Hablar ò parlar no bien mirando como mancebo*. ANGL. *To do or say any thing rashly after the fashion of youth*. } Horat. *in arte*,

Aut nimium teneris iuuenentur versibus vnquam.

Iŭuentūs, utis, Ætas iuuenilis, quæ & iuuenilitas & iuuenta dicitur. *νεότης*. Salust. Ibique iuuentutem suam exercuit. ¶ Sæpiùs accipitur pro multitudine iuuenum. { נערים *neharim* נער *nahár* נערות *nehuróth* עלומים *halúmim*. *νεολαία*. GALL. *Ieunesse, ieunes gens*. ITAL. *Giouentu*. GERM. Die jugent. HISP. *Mocedad ò mancebia*. ANGL. *Youth, yonge age, a companie of yonge men*. } Seru. Sulp. *Cic*. Licitum est tibi, credo, pro tua dignitate ex hac iuuentute generum eligere. Cic. 1. *Tusc*. Iuuentutem laboribus erudiunt. Plaut. *Capt. sc*. 2. *a*. 1. Nulla est iuuentutis spes, sese omnes amant. Idem *ibid*. Iuuentus nomen indidit scorto mihi. Idem *Men. sc*. 1. *a*. 1. Iuuentus nomen fecit pœniculi mihi. Sen. *c*. 15. *de consol. ad Polyb*. Circa primos Iuuentutis suæ annos eum amisit. Plaut. *Most. sc*. 1. *a*. 1. Quo nemo adæquè parcus iuuentute ex omni Attica. *Ibid. sc*. 2. *a*. 1. Quo neque industrior de iuuentute erat. Idem *Curc. sc*. 1. *a*. 1. Dum te abstineas nupta, vidua, virgine, iuuentute, &c. Idem *Pseud. sc*. 2. *a*. 1. Hunc hominem hic colere pati iuuentutem Atticam? Catullus *de com. Beren*.

Cúmque iuuentus per medium classi barbara nauit Athon.

¶ Iuuentutis princeps. Sueton. *in Calig. cap*. 15. & Senec. *cap*. 15. *de consolat. ad Polyb*. ¶ Aliquando ponitur pro dea quæ præesse putabatur huic ætati, hoc est, Hebe Iunonis filia & Herculis vxor. Liuius 4. *decad. lib*. 6. Iuuentutis ædem in Circo maximo C. Licinius Lucullus Duumuir dedicauit. Plin. *lib*. 35. *cap*. 8. Pinxit hic raptum Proserpinæ, quæ tabula fuit in Capitolio in Mineruæ delubro, supra ædiculam Iuuentutis.

Iŭuentă, æ, Ætas iuuenilis, iuuentus. { נערים *neharim* נער *nahár* נערות *nehuróth* עלומים *halumim*. *νεότης*. GALL. *Ieunesse*. ITAL. *Giouentu*. GERM. Die zeit der jugent/das alter der jugent. HISP. *Mocedad, ò mancebia*. ANGL. *Youth, yonge age*. } Plin. *lib*. 5. *c*. 13. Aliis sterilis est iuuenta: aliis semel in vita datur gignere. Idem *lib*. 9. *cap*. 55. Nec nisi iuuenta constat ille qui quæritur vigor. Viridis iuuenta. Virg. 5. *Æneid*. Audax iuuenta, idem 4. *Georg*. Imbellis iuuenta. Horatius 3. *Carm. Ode* 2. ¶ Iuuenta pro iuuenum multitudine, quæ & iuuentus dicitur, *νεολαία*. Mart. *lib*. 2.

Quintiliane vagæ moderator summe iuuentæ.

Et ita Liuius *lib*. 5. *ab Vrb*. Iuuenta dea melioris ætatis, & iuuentutis, apud Vallam *lib*. 4.

Iŭuentās, [idem quod iuuentus. Item] Dea quæ iuuentuti præesse putabatur. *Ἥβη*. Horatius *Carm. Ode* 30.

Et parum comis sine te iuuentas.

Vbi Acron. Aliud est iuuenta, aliud iuuentas, aliud iuuentus : Iuuentas ætas putatur : iuuenta ipsum numen : iuuentus, ipsi iuuenes. ¶ Accipitur tamen iuuentas, pro ætate ipsa iuuenili. Lucret. *lib*. 5.

Tum demum puerili æuo florente iuuentas
Occipit, & molli vestit lanugine malas.

Iŭuernă, Insula est non procul à Britannia, quæ vulgò *Irlandia* dicitur, à doctis verò Hybernia. { Irland. } Iuuen. *Satyr*. 2.

——— Arma quid vltra
Littora Iuuerna promouimus, & modò captas
Orcadas, & minima contentos nocte Britannos?

Græci vocant *Ἰέρνην*, teste Hermolao. Claud. *in quarto Honorij* vocat Iernam.

Iŭvo, as, iuui, iutum, q. iugo, à iugum. Opem fero & auxilior, adsum, defendo, præstò sum { עזר *hazar*. *βοηθέω, ὠφελέω*. GALL. *Aider*. ITAL. *Giouare*. GERM. Helffen. HISP. *Ayudar*. ANGL. *To aide, to help*. } Plaut. *in Trinummo*, nunc ego te quæso, Vt me opera & consilio iuues. Idem *Curc. sc*. 4. *a*. 4. Ita me machæra & clypeus bene iuuent. Idem *Pseud. sc*. 4. *a*. 2. Bene iuuas, (est gratiam habentis.) Idem *Capt. sc*. 1. *a*. 1. Neque vnquam quicquam me iuuat, quod edo domi : foris aliquantillum etiam quod gusto, id beat. Terent. *in Heaut*. Crede, inquam, mihi, aut consolando, aut consilio, aut re iuuero. ¶ Iuuare pro beneficio, & misericordia prosequi. Cic. 4. *Verr*. Legis Corneliæ meminit, quæ proscriptum iuuari vetat. Liu. Iuuisse eos omni commeatu classem hostium. ¶ Iuuat impersonale, delectat, *τέρπει*. Virg. 3. *Æneid*.

——— Iuuat euasisse tot vrbes.

¶ Iuuat me, & iuuat mihi, æquè Plautus dixit. Iuuat me, vt suprà videre est in exemplis allatis: Iuuat mihi, vt *in Cistell. sc*. 1. *a*. 1. *sub finem*, Quando ita tibi iuuat, vale atque salue. Vbi Vignoniana editio anni 1605. habet *lubet*, pro *iuuat*. Alij scribunt dictum *iuuat* à Plauto pro *placet*. ¶ Iuuari pro adiuuari, auxilio leuari. Plin. *lib*. 17. *c*. 17. Quod sic etiam iuuatur. Ouid. 1. *de Ponto Eleg*. 4.

Sed vereor ne me frustrà sanare labores,
Nec iuuer admota perditus æger ope.

Iŭuāns, participium. { עזר *hezer*. *ὁ βοηθῶν, ὁ ἐπικουρῶν*. GALL. *Aidant*. ITAL. *Aiutante*. GERM. Helffend. HISP. *Ayudador*. ANGL. *Aiding, helping*. } Cicer. *ad Treb*. Méque diis iuuantibus ante brumam expectabis.

Iŭuāmĕn, Iuuatio & Iuuamentum, idem significant, scilicet auxilium. { עזר *hezer* עזרה *hezráh*. *βοήθημα, ὄνησις*. GALL. *Aide*. ITAL. *Giouamento*. GERM. Helffen/helffung. HISP. *Ayuda*. ANGL. *Aide, help*. }

Iŭxtā à iugo: vti coniux. Propè, propter. { אצל *hál*. *πλησίον*. GALL. *Aupres, tout contre, ioignant*. ITAL. *Apresso*. GERM. Bey oder nahe bey. HISP. *Cerca*. ANGL. *Nere or nigh to*. } Virg. *lib*. 4. *Æneid*.

——— Humilis volat æquora iuxta.

Digitized by Google

Plaut. Iuxta te sum, vt piè tuearis, oportet. ¶ Interdum reticetur accusatiuus: vt apud Virg. 6. *Æneid.*

——— furiarum maxima iuxtà
Accubat.

¶ Aliquando significat simul, coniunctim, ἅμα. Varro *de vita pop. Roman.* Quum interea lucubrando faceret iuxta ancillas lanam, id est, simul cum ancillis. ¶ Quando verò aduerbium est, significat æquè, similiter eodem modo, ὁμοίως. Salust. *bell. Iugurth.* Hyemem atque æstatem iuxtà pati. Plaut. *Aulul. sc. 5. a. 4.* Dixi tibi mater: iuxta mecum rem tenes, id est, æquè atque ego. Idem *Milit. sc. 2. a. 2.* Vt scias iuxta mecum mea consilia. Idem *in Persa*, Quid istic scriptum? Iuxta tecum scio (vulgò dicunt: Non magis scio, quam tu.) Sic Salust. *in Catil.* Nunc verò quo in loco res sitæ sunt, iuxta mecum omnes intelligitis. ¶ Sic, scire aliquid iuxta cum aliquo dicitur. Plaut. *Pseud. sc. 7. a. 4.* An nescis? iuxta cum ignarissimis. (id est, æquè scio, ac ignarissimi: siue, perinde scio, ac qui maximè ignorant.) Iuxta cum datiuo, Liuius *lib. 4. bell. Punic.* Fabius omittendam rem paruam, ac iuxta magnis difficilem, &c. censebat. (id est, æquè difficilem, ac sunt res magnæ.) Salust. *in Iugurth.* Hyemem atque æstatem iuxtà pati. Cicero *in Planciana*, Reliquis officiis me iuxtà ac si meus frater esset sustentauit. ¶ Apud veteres iuxtim pro iuxta inuenitur. Sisenna, Iuxtim Numicium flumen obtruncatur. Liuius Andronicus in *Ægystho*, In sedes collocat se regias, Clytemnestra iuxtim, tertias natæ occupant. Ex Nonio. ¶ Interdum etiam secundum, vel post, Gellius *cap. 13. lib. 5.* Constabátque ex moribus populi Rom. primum iuxta parentes locum tenere pupillos debere. & Plin. *cap. 45. lib. 7.* Iuxta hæc Variana clades. Item Gell. *lib. 4. cap. 9.* Nigidius figulus, homo (vt ego arbitror) iuxta Marc. Varronem doctissimus, hoc est, secundum Varronem, vel post Varronem.

Iuxtim, aduerbium, significat propè *de prés, tout contre.* {Nahe bei, neben.} Suet. *in Tib.* Magistratibus pro tribunali cognoscentibus, plerunque se offerebat consiliarium, assidebátque iuxtim, vel ex aduerso in parte priori. Lucr. *lib. 4. v. 102.* Cui ea quæ fuerint iuxtim quadrata, procul sint vasa rotunda.

‖Iuxto, as, appropinquo.‖

I X

Ixia, ἰξία. Herba quædam cum terra colorem mutans, vnde & Chamæleonem appellarunt. Ixias autem dicitur ἀπὸ τοῦ ἰξοῦ, hoc est, à visco, quod quibusdam in locis circa radicem eius inuenitur, quo pro mastiche vtuntur mulieres. Huius duæ sunt species, candido, & nigro colore distinctæ. Vide Plin. *lib. 22. c. 18.*

‖Ixiæ, varices, quum cruribus sanguis dilatatur. Rh.‖

Ixibatæ, vide *Iaxabata*, & *Iapamata*.

‖Ixion, auis genus. Voc. Eccl.‖

Ixiōn, ἰξίων. {Ein König in Thessalia gewesen/ welchen Jupiter zur hellen verdampt hat/das er sollen an einem rad umbgetriben würde.} Filius fuit Phlegiæ (alij tamen Ætionis, alij Iouis filium faciunt) qui principio vxorem duxit Diam filiam Dionei, seu Eionei: qui cum multa pro compensatione dotis pollicitus esset, & ob id pater sponsæ ad eum venisset, vt munus reciperet, Ixion facta scrobe, eáque lignis & stramentis intecta, patrem sponsæ ea fraude peremit, à qua cæde quum neque homines, neque dij eum lustrare vellent, diúque incertus vagaretur, Iupiter illius misertus, in cœlum assumptum expiauit. Quúmque iam purgatus, apud superos degeret, Iunonem amare cœpit, eámque de stupro interpellauit. Quod quum Iupiter intellexisset, nubem illi sub Iunonis effigie opposuit, ex qua ille Centauros genuit. Deiectus deinde in terram, quum passim gloriaretur, se cum deorum regina rem habuisse, Iupiter indignatus, fulmine ad inferos Ixionem detrusit, curauítque vt ibi rotæ volubili alligatus, perpetuò volutaretur: vnde Ouid.

Voluitur Ixion, & se sequitúrque fugitque.

Ixionides, Patronymicum.

Ixōn, ἰξός. Græci appellant viscum, quo aues capiuntur: vnde & chamæleonem herbam ixiam vocauere, quòd quibusdam in locis ad radicem eius viscum inueniatur, quo mulieres vice mastiches vtuntur.

I Y

Iynx, iyngis, ἴυγξ. Auis quæ verticilla à colli versura vocatur. Hæc paulò maior est, quàm fringilla, colore vario: linguam serpentibus similem habet, quam longitudine quatuor digitorum exerit, rursúmque contrahit intra rostrum, collum circumagit in aduersum, reliquo quiescente corpore: vnde Torquilla, à quibusdam est appellata. Sunt qui & turbinem vocant, putántque auem esse amatoriis medicamentis infamem. Frequens auis huius mentio est apud Theocritum in *Pharmaceutria.*

‖Iyxta, iuxta. Salmas.‖

I Z

Izelus, ἴζελος, Castellum Siciliæ. Steph.

‖Izōne, vestis satyrica. Scal.‖

NOTÆ ANTIQVORVM.

I Interdum, in, inter, intra, vnum, Iunius, Iulius.

IA.P. intra prouinciam. I. AGL. in angulo. IAD. iamdudum, iamdiu. IA.S.D. iam satisdandum. IA.RI. iam respondi. I.AQ. in aquam. IAN. Ianuarius.

I.B. in breui.

I.C. iuxta cautum, intra circulum. Iulius Cæsar. Iurisconsultus. I.C.E.V. iuxtà causa esse videtur. I.CL. intra clitum.

ID. iudex, idus, iudicatum. I. D. inferis Diis, iuri dicundo, in dominio. I. D. C. iuris dicendi causa. ID. ID. iudicium iudicandum. ID. E. idem est. ID. D. iudicium dabo. I. D. P. iuri dicendo præfuit. I.D.T.S.P. in diem tertium, siue perendinum. ID. S. iudicatum solui. IDQ. idemque.

I.E. in eum, iudex esto, in ære, interest.

I.F. Iulij filius, in foro, interfuit. I.F.B. in foro boario. I.F.C.A. in foro Cæsaris Augusti. I. F. HA. in foro Hadriani. I. F. IV. in foro Iulij. I.F.L. in foro Liuij. I.F. FLAM. in foro Flaminij. I.F.N. in foro Neruæ. I.FOR.CÆS.A. in foro Cæsaris Augusti. I.FOR. FLAM. in foro Flaminij. I.FO.P. in foro Pacis, Palladis. I.FO.POP. in foro Popilij, Populi. I.FO.P.R. in foro pro rostris, in foro Populi Romani. I.FO.TR. in foro Traiani.

I.H. iustus homo. IHS. XPS. Iesus Christus.

III. VIR. R. P. C. Triumviri Reipublicæ constituendæ. I. I. iusiurandum.

I. L. iure legis, in loco, iusta lex, intra limitem. I. L. A. in loco absentis. I. L. D. in loco diuino, in loco domus. I. L. P. in loco publico. I. L. PR. in loco præsenti. I. L. R. in loco religioso. I. L. S. in loco sacro.

I.M. Ioui maximo. I.M.CIT. in media ciuitate. IMP. IMPR. Imperator. IMPRR. Imperatores. IMP. AV. Imperator Augustus. IMP. CS. AV. Imperator Cæsar Augustus. IMPL. Imperiale, Imperialis. I.M.I.ST.B.ABSCD. in memoria iusti sunt bona abscondita, in monumento isto sunt bona abscondita.

I.N.R.I. Iesus Nazarænus Rex Iudæorum. IN. intercisum. IN. A.P. in agro pedes. IN.AG.P.XX. in agro pedes viginti. I.N. EE. iustum non esse. INT. vel INC. incipiunt. INTS. introeuntes. IN. HC. MM. S. P. S. F. in hoc monumento sunt pecuniæ sine fine. IN.B.M. in bonâ memoriâ. INT.S.AR.E.M.S. intus, sub arâ est memoria sacra. IN.L.ADMRBL. inuenies locum admirabilem. IN.M.I.ST.D.AVG.I. in memoriâ istâ sunt diuitiæ Augusti. IN. H. MM. S. P. S. in hoc monumento sunt pecuniæ sacræ. IN. FR. P. in fronte pedes. IN. FV. vel IN. FO. in fundo, vel in foro. INR. AR. intra aram. IN. DE. D. intercisum denotabat diem. IN. FR. P. XX. in fronte pedes viginti.

I.O.M.S. Ioui optimo maximo sacrum.

I.P. iusta persona.

I.R. iure rogauit.

I. S. iudicium solui, in Senatu, iudicio Senatus, iudicatum solui. I. S. C. in Senatus Consulto. I. SN. R. in Senatu Romano. I.S. S. inferiùs scripta sunt.

I.T.C. intra tempus constitutum.

IV. quatuor, vel IIII. I.V. iustus vir, IVD. Iudicium. IVNON. & PROSER. Iunonis, & Proserpinæ. IVRD. Iurisdictio. IVV. Iuuenalis, iuuentus.

K

K Litera, Græcorum est, non Latinorum, quam ipsi κάππα nominant. Ea Latini non vtuntur, nisi in Kalendis, quam tamen vocem non incommodè per C. scribimus. Nam & Priscianus testis est K, apud Latinos esse superuacuum: & Quintilianus non obscurè innuit loco eius nos habere literam C. quæ ad omnes vocales vim suam perferat.

‖K, & Θ notæ vestium, illud funestatum, hæc fulguritarum. Puræ verò vestes, quæ his carebant. Cerda.

K, litera decima Græcorum mutata à Latinis in C. Hæc litera inusta fronti illorum, qui calumniæ damnati. Lips.

K.K.K. Cappa tria pessima, Cappadoces, Cretes, Cilices.‖

K A

‖Kabbala, vide *Cabbala.*

Kære Cæsar amicos. Gl. Isid. lege kære Cæsar, aue Cæsar‖

Kaij cancelli. Kai cancellæ. Gloss. Isidor. Scal. lect. Auson. *lib. 1. cap. 22.* ad illud,

Desertus vacuis solisque exerceor aris,

annotat: Aræ sunt margines, seu crepidines promonentes earum molium, quibus flumina, vt loquitur Lucretius, oppilentur. Vulgò Franci *Kaios* vocant. Videtur vox esse à *quies.* litus est, vbi quiescit vnda, vt scil. longiùs excurrat.

Kalare, vocare, καλεῖν: vnde *Kalendæ.* Varro *lib. 5. de L. L.* Primi dies mensium nominatæ Kalendæ, quòd iis diebus kalentur eius mensis Nonæ à Pontificibus, quintanæ an septimanæ sint futuræ in curia Kalabra, sic: Dies te quinque kalo Iuno couella, septem dies te kalo Iuno couella. In sacris Tusculanis: Vinum nouum ne vehatur in vrbem antequam vinalia kalentur: nec vinalia sine vino expediri, nec curia Kalabra, sine kalatione potest aperiri. Varro *lib. 5. Analog.*

‖Kalendæ, vide *Calendæ.*

Kalones, serui militum. Item caligæ militum. Gl. Isid.

Karolus nomen proprium.

Karthago, vrbs Africæ, condita à Didone, post bellum Traianum.

K E

Kelrzene, seu Celræne, M. sub P. Constantinopolitano.‖

K H

Kh eſt χ, ſicut ante literam χ inuentam loco eius ſcribebant K' ideſt, K cum ſpiritu aſpero.

K I

Kildaria, *Kildaria*, V.E.Hiberniæ,ſub A.Dublinienſi.

Kilkennia,id eſt,S.Canici fanum, *Kilkenny*,V.E. Hiberniæ,caput prouinciæ,ſeu Comitatus Kilkennienſis,ſub A.Dublinienſi.

Kiouia,*Kiou*,V.E.Volhiniæ,ad Boryſthenem fl.ſub A.Leopolienſi,ditionis Polonicæ.

K V

Kupti ſunt Ægyptij Chriſtiani.]

K Y

Kyrie eleiſon. ex pronunciatione vulgari. alioqui erit *Kyrie eleeſon*, Domine miſerere. ἐλεῶ eſt miſereor. Greg. Magn. *epiſt.*63. *lib.*7. Kyrie eleiſon autem neque diximus, neque dicimus, ſicut à Græcis dicitur. Quia in Græcis ſimul omnes dicunt. Apud nos autem à clericis dicitur, à populo reſpondetur, & totidem vicibus etiam Chriſte eleiſon dicitur. quod apud Græcos nullo modo dicitur.

NOTÆ ANTIQVORVM.

K. Calendis,caput,clariſſimus,cardo,caſtra. Cælius.

K.KAR.Carthago.K AP.Calendis Aprilis,KAL.IAN.AVG. Calendis Ianuarij Augusti. KARO.Carthago. KARO.C.ciuitas.KAR.M.cardo maximus. KAR.F.cardo finalis.

K.DD.caſtra dedicauit, dedicarunt.

K.FX. caſtra fixit. K. FEB. calendis Februarij.

KL.Calendis. KLD. calendis. KL. SEP. calendis Septembris. KL. NOV. calendis Nouembris. KL. OCT. Calendis Octobris.

KM. cariſſimus. K.M.cardo maximus. K.MT. Cælius mortuus.

K.O calendis Octobris.KO.Carolo.

K.P.Carol.poſitus.K PS.caſtra poſuit,caſtra pōtis.KPR.caſtra peregrina.

K. Q. calendæ Quintiles.

KR.chorus.KR.C.cara ciuitas. KRM.carmen. KR.AM. N. carus amicus noſter.K.R.N.carus Rex noſter. KS. Chaos. K.S. calendæ Sextiles.

K.T.capite tonſus. K. Θ.ceraunos, thanatos, fulguritæ veſtis, & funeſtæ inſcriptio.

L

LITERA, Latinorum eſt, Græcorum lambda ſono & poteſtate reſpondens, vna ex iis quæ à Græcis ἀμετάβολα, hoc eſt, immutabiles, à Latinis liquidæ appellantur. Quo fit, vt mutam immediatè ſubſequens in eadem ſyllaba, præcedétem ſyllabam, ſi breuis fuerit, reddat indifferentem. Hinc fit vt Atlas priorem ſyllabam habeat indifferenté, quum natura breuis ſit. Martial.

Non aliter videtur Atlas cum compare multo.

Et alibi, ——*Conturbabit Atlas.*

Virg. eandem producit 8. *Æneid.*

——*At Maiam maximus Atlas.*

¶ Porrò L lenis littera eſt. Ouid. 5. *Faſt.*

Aſpera mutata eſt in lenem tempore longo
Littera, (vt Lemuria Remuria.)

Item, L ſuccedit loco R, vt Frater Fratellus: Caper Capella. Terent. Scaurus *de Orthograph.* ¶ D, & L, conſentiunt, v.g. Sella dicta eſt, quæ antea *ſedda*. Idem *ibidem.* ¶ Nomina verbáque ab hac litera incipientia, ſi cum præpoſitione *ad*, vel *in* componantur, poſterior litera præpoſitionis conuertitur in l. vt allabor, alluo, illino, illuſtris, pro adlabor, adluo, inluo, inluſtris.

L A

La, ſiue laa, λᾶ Lycophroni, λάα Homero, Laconiæ oppidum, edita in petra ſitum, vnde & nomen habet: nam λᾶς Græcis petra eſt, vel lapis. Hanc vrbem quum expugnaſſent Caſtor & Pollux, Lapertæ, Λαπέρσαι, cognominati ſunt. Incolæ, Lai, Λᾶοι dicuntur. Steph.

[Labandria, quæ ad lauandum ſunt data. Rh.

Labacum, *Labach*, V.E. Carniolæ, ſpectat ad gentem Auſtriacam.]

Lăbărum, λάβαρον, λάβουρον Hermias vocat. Vexillum erat militare ante Imperatorem geſtari ſolitum, auro intertextum, gemmíſque intermicantibus ſplendidiſſimum: tantæ olim exiſtimationis, vt à militari turba adoraretur. Huius deinde loco Conſtantius crucis inſigne iuſſit præferri. Hadr. Iun. *in Nomencl. Labarum* interpretatur Vexillum ſacrum, quale in templis ſuſpendi ſolet. {Kirchen fahne.} Meminit huius vexilli Ambroſius *in Epiſt.* Septimius *in Apolog.* Sozomenus *hiſt. Tripart. lib.* 1. *cap.* 5. Et præter hos Caſſiodorus, Rufinus & Prudentius *in Symmachum.*

Lăbāſco, vide *Labo.*

Labanis, Inſula eſt in ſinu Arabico, apud Plin. *lib.* 6. *c.* 28.

Labara, Λάβαρα, Cariæ oppidum, apud Stephanum.

Labathus, viri proprium, cuius crebra mentio apud Plutarchum.

Lăbdă, Λάβδα, Amphionis cuiuſdam ex Bacchiadarum genere filia fuit: quæ quòd clauda eſſet, & ob id à Bacchiadis cæteris ſperneretur, Eetioni nupſit, eique puerum peperit, quem ab euentu Cypſelum nominauit. Nam quum duo Corinthiis reddita eſſent oracula, quibus illi monebantur fore, vt Labdæ filius Corinthi aliquando tyrannidem inuaderet, miſſi ſunt publico decreto decem viri, qui puerum interficerent. Verùm quum fortè puer ei, qui primus eum à matre acceperat, arriſiſſet, ille miſericordia motus adduci non potuit, vt eum occideret: quapropter ille alteri tradidit, & ille rurſus alij: atque ita deinceps per manus traditus infans, à decimo matri redditus eſt, nemine eum interficere volente. Poſt hæc illi egreſſi, & pro foribus ſtantes, ſeſe mutuò & præcipuè eum, qui priùs puerum acceperat, increpabant, qui eum ex conuento non occidiſſet. Quod quum audiſſet Labda, quæ intus ad fores adſtabat, puerum in menſura frumentaria, quam Cypſelum vocant Græci, occultauit: vnde poſtea mater illi Cypſelo nomen impoſuit. Vide Herod. *lib.* 5.

Labdacus, Λάβδακος, Phœnicis filius, qui ſenex Thebas vocatus, ibi aliquandiu regnauit: filiúmque habuit Laium, qui à patre Labdacides vocatur. Stat. *lib.* 6. *Theb.*

——*nec verbera pallidus abdit*
Labdacides.

Lăbdăcĭdæ, Λαβδακίδαι cognominati ſunt Thebani à Labdaco rege, Laij patre.

[Labdaciſmus eſt, ſi pro vno l, duo ponantur, vt Afri faciunt. ſicut colloquium pro conloquium: vel quoties vnum l exiliùs, duo largiùs proferimus, quod contrà eſt. nam vnum longiùs, duo exiliùs proferre debemus. Iſid. *lib.* 1. 31.]

Labdalon, Λάβδαλον, Promontorium Epipolæorum prope Syracuſanos. Stephan.

Labeates, Liburniæ populi ſunt, apud Plin. *lib.* 3. *c.* 22.

Labefacio, Labefacto, vide *Labes.*

Labellum, vide *Labrum.*

Labeo antiſtius, nomen Iureconſulti, à labiorum magnitudine ſic dicti. Quicunque enim magna labra habent, labeones & labrones cognominantur, [illegible] χειλῶνες. {Die groſſe lefftzen haben.} Hic Labeo, (vt Gell. ait *lib.* 14.) iuris ciuilis diſciplinam principali ſtudio exercuit, & conſulentibus de iure publicè reſponſitauit. Sed cæterarum quoque bonarum artium non expers fuit, & in Grammaticam atque Dialecticam, literáſque antiquiores, altioréſque penetrauit, Latinorúmque verborum origines, rationéſque percalluit, eáque præcipuè ſcientia ad enodandos iuris laqueos ille vtebatur. Immodica libertate fuiſſe perhibetur, & nimia tuendi iuris pertinacia, adeò vt D. Auguſto iam principe, & Rempublicam obtinente, rerum tamen penſúmque nihil haberet, niſi quod iuſtum ſanctúmque eſſe, in Romanis antiquitatibus legiſſet. Quare quum à muliere quadam Tribuni aduerſùs eum aditi, Gellianum ad eum miſiſſent, vt veniret, & mulieri reſponderet, iuſſit eum qui miſſus erat, redire, & Tribunis dicere, ius eos non habere, neque ſe, neque alium, quenquam vocandi, quum moribus maiorum Tribuni pleb. prehenſionem haberent, vocationem non haberent. Poſſe igitur eos venire, & prehendi ſe iubere, ſed vocandi abſentem ius non habere. Vide plura de hoc apud Gell. *lib.* 13. *cap.* 10. & 12.

Lăbĕrĭus, Poëta mimographus, à Cæſare annulo equeſtri donatus, cuius meminit Macrob. *Saturn. lib.* 2. & Gell. *lib.* 11. *cap.* 9. Senec. *lib.* 7. *declamat.*

Lābēs, is, fœm. gen. Ruina, lapſus: à labendo, vel potiùs à λάω. {[illegible] *mum* [illegible] *rumeáh.* [illegible], κηλὶς, [illegible], λύμη. GALL. *Tache, macule, ſouillure.* ITAL. *Rouina, macchia.* GERM. Ein fähl oder ſchad. Item, Ein maaſen oder fleck. HISP. *Manzilla o caymiento.* ANGL. *A feiling, a ſpot, a blemish.*} Virg. 2. *Æneid.*

Hinc mihi prima mali labes.

¶ Eſt quoque labes violenta quædam illuuies aquæ: aut tempeſtatis, grandiniſve ruina: aut quum terra in altiſſimum hiatum aperitur. Cic. 1. *de diuinat.* Delata etiam ad Senatum labes agri Priuernatis, quum ad infinitam altitudinem, terra deſediſſet. Labes atque eluuies ciuitatis, idem *pro domo ſua.* Labes atque pernicies prouinciæ, idem 2. *Verrin.* Quanta pernis peſtis veniet? quanta labes larido? Plaut. *Capt. ſc.* 2. *a.* 4. ¶ Labes item accipitur pro macula, qualis fieri ſolet, aut oleo, aut ſimili liquore in veſtem delapſo. κηλὶς, μῶλος. ¶ Frequentiùs tamen per tranſlationem pro quouis animi vitio fœdiore accipitur. Cic. *pro domo ſua,* Hanc labem turpitudinis, & inconſtantiæ poterit pop. Rom. dignitas ſuſtinere? Ouid. *in Epiſt. Deianira,*

Lataque ſit vita labe nouerca tua:
Parua quidem periit, ſed ſine labe domus,

idem *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Triſt.* Item,

——*Decem luſtris ſine labe peractis,*

idem *Eleg.* 8. *lib.* 4. *Triſt.* Labes terræ. Liuius 2. *d.* 5. Metonymicè, pro homine impuro, & ſceleſto. Plaut. *Perſa,* Impurè, inhoneſtè, iniuſtè, illex, labes populi. [¶ Labem patrimonij facere, patrimonium labefactare ac perdere: patrimonio excidere.]

Lābēcŭlă, diminutiuum. {[illegible] σπιλὰς, κηλίδιον. GALL. *Petite tache, ou ſouillure, ou ruine.* ITAL. *Picciola macchia, picciola rouina.* GERM. Ein mäſslein. HISP. *Pequeña manzilla o caymiento.* ANGL. *A litle ſpot, or blemish.*} Cicer. *in Vatin.* Sed quum Annium tantopere laudes, & clariſſimo viro nonnullam laudatione tua labeculam aſpergas, &c.

Lăbĕfăcĭo, is. Rumpo, frando, perdo, mobile & inſtabile reddo. {[illegible] *hippil* [illegible] *nathas* [illegible] *nathats* [illegible] *hiſchhith.* [illegible], λυμαίνομαι. GALL. *Rompre & gaſter, perdre & corrompre.* ITAL. *Deſtruggere, rouinare, crollare.* GERM. Verderben/ ſchwechen/ ſchenden/ wagglend machen. HISP. *Hazer caer a otro, deſtruyr, quebrar.* ANGL. *To breake,*

Digitized by Google

to make feble.} Terent. *in Adelph.* Omnes dentes labefecit mihi. Ouid. 2. *Faster.*

Cætera ne simili caderent labefacta ruina.

¶ Aliquando pro deterrere, & à constantia abducere. Cicer. *pro Sestio,* Quem nulla vnquam vis, nullæ minæ, nulla inuidia labefecit. ¶ Labefacere fidem suam dicitur debitor, quum malè soluendo, efficit ne quis ei quippiam velit credere. Suet. Rediit sanè nihilo opulentior, vt qui prope labefacta fide omnia prædia fratri obligaret. ¶ Aliquando pro eneruare, frangere, debilitare, resoluere. Lucret.

——— *vsque adeò Veneris compagibus hærent*

Membra voluptatis dum vi labefacta liquescant.

Lăbĕfactĭo, nis, Debilitatio. {מפלאה *mappalách* חלושה *chaluschâh.* ἡ λώβη, ἡ λύμη, ἡ βλάβη. GALL. *Gastement, branslement.* ITAL. *Rouina, crollamento.* GERM. Wagglung erschüttung. HISP. *Cayda, caymiento.* ANGL. *A breaking, or making weake.*} Plin. *lib.* 33. *c.* 1. Tussim veterem inhibet, & dentium labefactionem.

Lăbĕfactŭs, particip. {נתץ *nittáts.* λωβηθεὶς, λυμανθεὶς. GALL. *Rompu, gasté.* ITAL. *Rotto, guastato.* GERM. Verderbt, erschüttert, vnd bewegt. HISP. *Rompido, gastado.* ANGL. *Broken, made weake.*} Virg. 4. *Æneid.*

——— *Animum labefactus amore.*

Robore labefacta, Ouid. 12. *Metam.*

Lăbĕfacto, as, frequentatiuum, Affligo, perdo, corrumpo, concutio, conuello, quatio. {הפיל *hippil* נתש *nathás* נתץ *natzás* השחית *hischchith.* λυμαίνομαι, καταφθείρω. GALL. *Gaster, ruiner, corrompre.* ITAL. *Rompere, guastare, corrompere.* GERM. Verderben, schänden, erschütten, vnd bewegen. HISP. *Hazer caer à otro, destruyr, gastar, corromper.* ANGL. *To destroye, to corrupt, to vndoe.*} Colum. *lib.* 2. Igitur in opere boues arctè iunctos habere conuenit, quò minus colla eorum labefactentur. Cicer. *in Catil.* Quòd si legere, vel audire velitis, externas maximas Respub. ab adolescentibus labefactatas, à senibus sustentatas, & restitutas reperietis. ¶ Aliquando pro commouere, & à proposito auertere. Idem *ad Cornif.* Nec verò postea destiti labefactare eum, qui summa cum tua iniuria, contumeliáque Reipub. prouinciam absens obtinebat. Ter. *Eunuch.* Nimirum dabit hæc Thais mihi magnum malum, Ita me video ab ea astutè labefactarier.

Labosus adiect. Sic locus dicitur à labe & lapsu lubrico. Lucil. *apud Varronem.* Præterea omne iter hoc est labosum, atque lutosum.

[Labeo, nis, cui magna sunt labra.

Laberna, ferramentum latronum, vel grassatorum, vel furum. Item latro, aut qui filios alienos seducit. Item, gladiator. Gl. Isid.]

Labetia, Arabiæ oppidum, ab Ælio Gallo dirutum. Plin. *lib.* 6. *c.* 28.

Lăbĭcānum, λαβικανὸν, à Suetonio in Cæsare fundus in agro Labicano. Dictus est autem ager Labicanus à Labicis vicino oppido, cuius meminit Liu. *lib.* 2. *ab Vrbe.* Labicos, inquiens, peditum ☞ cepit. Vnde & populi ipsi, Labici dicti sunt, de quibus Virg. *lib.* 7.

——— *& picti scuta Labici.*

Lăbīcī, vulgò *Valmonte,* Italiæ populi, qui genus suum à Glauco Minois filio traxerunt, quem Labicum appellarunt à scuto militari, intus ansato, quod primus in Italia ostendit. Nam λαβὴ Græcis ansam significat, vel manubrium. Virg. *lib.* 7.

Et Sacranæ acies, & picti scuta Labici.

Vide *Labicanum.*

Lăbĭēnus, prænomine Titus, Cæsaris in Gallia Legatus, rei militaris gloria clarus. Hic post res amplissimas sub Cæsare gestas, instante bello ciuili, defecit ad Pompeium, pertinacissimumque sese Cæsaris hostem præbuit. Victis enim Pompeianis partibus, Parthos in societatem sollicitauit, magnásque eorum copias in Asiam adduxit. Autor Strabo *lib.* 14. ¶ Fuit præterea Titus quidam Labienus, scriptor immodicæ libertatis, qui quòd in omnes nullo discrimine inueheretur, Rabies cognominatus est. factúmque est opera inimicorum, vt scripta eius publicè exurerentur. Quod quum intueretur Cassius Seuerus, Nunc me, inquit, viuum exuri oportet, qui ea ad verbum edidici. Labienus autem ignominiam illam tam grauiter tulit, vt scriptis suis superstes esse noluerit, sed in maiorum suorum monumenta se inferri iusserit, viuúmque ibidem includi. Fuit præterea alius Labienus, qui cum Saturnino est interfectus, de quo apud Cic. *in Rabiriana.*

[Labina. Isid. *lib* 16. 1. Labina eo, quòd ambulantibus lapsum inferat: à labe Vet. Dict. Labina, terra aquosa & mobilis & labilis, in qua quis facilè labitur. ¶ Est item] Labina, vicus inter Veronam & Cremonam duarum cladibus Romanorum notus, qui antea Bebriacus dicebatur.

Lăbĭum, ij, & Labrum, i, παρὰ τὸ λαβεῖν, eiusdem sunt significationis. {שפה *saphah.* χεῖλος. GALL. *Leures, baulieure.* ITAL. *Labbro.* GERM. Ein lefftzen. HISP. *El beço ò labio de la boca.* ANGL. *A lip.*} Sunt enim extremitates, & opercula oris, & veluti vallum quoddam ad tegendam dentium deformitatem à natura datum. Sosipater tamen distinguit, ex Verrij Flacci sententia ita, vt modica sint labra, labia immodica, & inde labeones dici. Persius, Nec fonte labra prolui Caballino. Terent. *in Eunucho,* Labris demissis. Cæsar 5. *bell. Gall.* Capillóque sunt promisso, atque omni parte corporis rasa, præter caput & labrum superius. Meretrices labiis dum ductant eum, maiorem partem videas valuis suauiis. Plaut. *Merc. sc.* 1. *a.* 2. Item vbi labra ad labella adiungit. Idem *Pœnul. sc.* 1. *a.* 5. Inanis loquacitas, & verba in labris nascentia. Quintil. ¶ Admouere labra poculis. Virg. 3. *Ecloga.*

Nec dum illis labra admoui, sed condita seruo.

Labris velitari & velificari, pro verbis contendere, & altercari, & rixari. Afran. Interea verba iactare, & labris inter se velitari, velificarier. ¶ Primoribus, seu primis labris aliquid degustare, prouerbialis metaphora dicitur, pro eo quod est leuiter & perfunctoriè aliquid attingere. Cicer. 1. *de nat. deor.* Hunc censes primis, vt dicitur, labris gustasse physiologiam? Idem 2. *de Orat.* Quæ isti rhetores ne primoribus quidem labris attigerunt. Quintil. primis (vt aiunt) labris degustarit. Sen. *epist.* 30. In primis labris est anima senilis. ¶ Mordere labrum, ἐσθίειν τὸ χεῖλος, vel hodiernis temporibus vulgò dicitur, qui stomachatur animoque ringitur. Sumptum ab indignantium gestu. Aristophan. *in Vespis.* ¶ Labra item dicuntur rei cuiusuis extremitates: vnde summi fossarum & fluuiorum margines labra appellantur. Cæsar 7. *bell. Gall.* Fossam pedes viginti latam directis lateribus duxit, vt eius solum tantundem pateret, quantum summa labra distabant. ¶ In vulneribus quoque extremæ oræ, quæ acu iunguntur, labra dicuntur. ¶ Labrum item dicitur vas amplum & patulum, in quod aqua è fonte delabitur. Plin. *Epist.* 101. Inter has marmoreo labro aqua exundat. Liu. 7. *d.* 4. Labra marmorea duo ante fornicem posita à Scipione. ¶ Est & labrum genus vasis in balneis ad lauandum aptum, quasi lauabrum, λουτήριον. Cicer. *Terent.* Labrum si in balneo non est, fac vt sit. Ouid. 4. *Faster.*

Nec Dryadas, nec nos videamus labra Dianæ.

¶ Item, quoduis aliud vas amplum & patulum Virg. 8. *Æneid.*

Sicut aquæ tremulum labris vbi lumen ahenis,

Sole repercussum, aut radiantis imagine Lunæ.

¶ Hinc labra vinaria, & olearia dicuntur, in quæ vina è lacu, oleum è cortina transferuntur. Cato, Oleum in labrum primum indito. ¶ Labrum eluacrum apud Caton. in quo aliquid eluitur, & lauatur quod sordidum est. ¶ Labrum lupinarium, in quo lupini macerantur, vt amaror eluatur. ¶ A labrum in primo significato fit, *sublabro,* de quo *infrà.* ¶ Apud antiquos etiam labias legimus in fœminino genere. Plaut. *in Stich.* Age tibicen, quando bibisti, refer ad labias tibias. Sic enim legit Nonius. Item apud Gellium *lib.* 4. *c.* 10. Labias leniter primores mouemus.

Labellum, & labrosus, vide *paulò infrà.*

Labo, as, Cado, vacillo, nuto. {מעד *maȧadh* מט *mat* נפל *naphál.* ἀμφιρρέπω. GALL. *Branler, chanceler, vaciller.* ITAL. *Cadere, vacillare.* GERM. Fallen, zu dem fall sencken. HISP. *Caer, bambanear.* ANGL. *To fall, to slide, to slipe.*} Virg. *lib.* 2. *Æneid.*

——— *Labat ariete crebro Ianua.*

Horat. 3. *Carm. Ode* 6.

Delicta maiorum immeritus lues

Romane, donec templa refeceris,

Ædésque labantes deorum.

Virg. 12. *Æneid.*

Genua labant, gelidus concreuit frigore sanguis.

Telum labat, dixit Celsus *lib.* 7. *cap.* 5. *&* 6. Cutis labat, vt vulgò dicimus, *il loche,* vt cùm Deus labat, sicut ipse loquitur *cap.* 11. id est, mouetur. ¶ Et per translationem Labare sermone: pro inconstanter & timidè loqui.

Cur labat ambiguo spes mea mista metu,

Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 4. *Trist.*

——— *pars nulla est, quæ labet imperij,*

idem *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* Si qua labarent in moribus. Sueton. *in Tib. c.* 33. Labantem ordinem confirmare. Idem *in Cæs. cap.* 14. Plin. *lib.* 14. *cap.* 22. Labant animi, hoc est, deficiunt, Liuius 6. *bell. Macedon.* Labat consilium meum, Cicer. *ad Attic. lib.* 8. Mens labat. Celsus *lib.* 2. *cap.* 7. Metaphora sumpta ab arbore, quæ multis ferri ictibus succisa tandem incipit casum ruinámque minari. Labare & mutare sententiam. Cicer. 1. *Tuscul.* Mouemur enim sæpe aliquo acutè incluso: labamus, mutamúsque sententiam.

Lăbāsco, is, ere, verbum inchoatiuum, Casum minari & ruinæ vicinum esse. {מעד *mahadh* מט *mat* נפל *naphál.* ἀμφιρρέπειν, ἐπιρρέπειν. GALL. *Commencer à cheir, vaciller, chanceler.* ITAL. *Minacciare rouina, cascare.* GERM. Baufellig sein, anfangen fallen, wöllen sincken. HISP. *Caer, amenazar cayda.* ANGL. *To begine, to fall.*} Lucret. *lib.* 4.

Vincitur in longo spatio tamen atque labascit.

Per translationem accipitur pro animo concidere, frangi, & de pristina constantia excidere. {חתת *chathâth.* ἀθυμεῖν.} Terent. *Eunuch.* Labascit victus vno verbo, quàm citò! ¶ Reperitur & labascor, deponens pro neutro. Varro *rerum diuin. lib.* 7. Postquam vidit misericordia labasci, mentem infirmam populi. Nonius.

Lābŏr, eris, lapsus, à λαβεῖν κατ' ἀντίφρασιν. Cado, ruo, corruo, dilabor. {נפל *naphál.* πίπτω, ὀλισθαίνω. GALL. *Cheir peu à peu, defaillir, s'escouler, se passer.* ITAL. *Cascare, sdrucciolare, scorrere.* GERM. Fallen, hinsincken. HISP. *Caer, deslisarse, deleznarse.* ANGL. *To fall, to slide, to do amisse.*} Cicer. *de Arusp. resp.* Vt aliquis lapsus de cælo cœtus hominum adeat.

Hinc nobis placidus per tempora labitur annus,

Tibull. *lib.* 4.

Inque sinum mœsta labitur imber aqua,

Ouid *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist.*

Nec vbi persusa est dea labente iuuentus,

idem *Eleg.* 12. *lib.* 3. Labentia tardè tempora fallere narrando, idem *El.* 3. *lib.* 5. *Trist.* Soluta & velut labens toga. Quintil.

——— *Tacito passu labentibus annis,*

Ouid. *Eleg. vlt. lib.* 4. Labantes, siue labentes malas corrigere. Sueton. *in August. c.* 99. Labente re. Liuius 4 *ab vrb.* quod suprà dixerat præcipiti. Item Lapsi mente, i. furiosi. Suet. *in Aug. c.* 48. & Senec. *epist.* 36. ¶ Interdum idem est quod in desuetudinem abire, siue exolescere. Liu. *in præfat. lib.* 1. Labente deinde paulatim disciplina. ¶ Aliquando errare, falli, peccare. Cic. 1. *de finibus.* Epicurus autem, in quibus sequitur Democritum non ferè labitur. ¶ Labi etiam dicuntur ij, qui in lubrico figentes vestigia, in terram ruunt.

Lāpsus, us, Ruina, casus. {מפלה *mappeláh.* πτῶσις, ὀλίσθημα. GALL. *Cheute, coulement, glissement.* ITAL. *Rouina, errore.* GERM. Ein fall, schlipfflung. HISP. *Resualadero, cayda.* ANGL. *A fall, a sliding.*} Plin. *lib.* 7. *cap.* 37. Et victor supremæ in senecta lapsu scalarum exanimatus est. ¶ Per translationem accipitur pro errore, vel culpa per imprudentiam admissa. Idem *lib.* 5. *cap.* 1. Haud alio fieri proniore lapsu, quam vbi falsæ rei grauis autor existit. ¶ Item lapsus, serpentum progressus, apud Virg. 2. *Æneid.*

At gemini lapsu delubra ad summa dracones

Effugiunt.

¶ Lapsus rotarum à Virg. 2. *Æneid.* dicuntur, quasi labiles rotæ, quibus scilicet subiectis, facilius laberetur ingens ille equus ligneus. Lapsus, a, um, partic. qui cecidit. Cic. *pro lege Manil.* De cælo lapsum intuentur (Lapsis rebus datus princeps. Senec. *c.* 17. *de consol. ad Polyb.*

Corruit sub vno crimine lapsa domus,
Ouid. *Eleg.*1.*lib.*2.*Trist.*
Lapsave sunt nimio verba profana mero,
idem *Eleg.*5.*lib.*3.
——*Tacito pede lapsa vetustas.*
idem *Eleg.*6.*lib.*4.*Trist.*Vnde petam lapsis solatia rebus: (aliàs *lassis.*)
Idem *Eleg.*2.*lib.*5.*Trist.*
Et placido lapsu per sua regna ferunt. (i.natatu.)
Idem 6. *Fast.* Cæsar *lib.*5. *bell. Gall.* Lapsus spe, pro Frustratus. Plaut. *Cist.* cum genitiu. iunxit: Ita me amor (inquit) lapsum animi ludificat.

Lăpsăbŭndŭs. Seneca *Epist.*53. Alterius fundamenta lapsabunda in mollem ac fluidam demissa humum.

Lăpsio, lapsus, ruina. {מַפֵּלָה *mappeláh.* ὀλίσθημα, πλάνημα. Gall. *Cheute.* Ital. *Rouina.* Germ. Ein fall. Hisp. *Cayda.* Angl. *A fall, a slyding.*} Cic. 4. *Tusc.* Sed hæc in bonis rebus, quòd alij ad alia bona sunt aptiores, facilitas nominetur: in malis procliuitas, vt significet lapsionem: in neutris habeat superius nomen.

Lăpso, as, frequentatiuum, Lubrico, & nutanti gradu incedo. {החליק *hechelik.* ὀλισθαίνω. Gall. *Se couler, glisser souuent.* Ital. *Scorrere.* Germ. Schwancken/gehen als wan einer alle tritt fallen wolte. Hisp. *Deleznarse.* Angl. *To slide or slip often.*} Virg. 2. *Æneid.*
——*hæc dicens altaria ad ipsa trementem*
Traxit, & in multo lapsantem sanguine nati.
¶ Lapsantem gressum firmare, Silius *lib.*6. Gell. *cap.*1. *lib.*15. Humidis verbis & lapsantibus defluere.

‖Labidus, a, um, in quo facilè est labi.
Labilis, e, ad lapsum facilis, siue vt labatur, siue vt quis ibi labatur. Vet. Dict. Labilis, e, quod citò labitur, vel in quo quis facilè labitur.‖

Lăbŏr, is, à λαβεῖν, cùm enim ad operam se inuitarent, dicebant, λάβωμεν. Opera, defatigatio, diligentia, contentio. {עָמָל *hamál* יְגִיעַ *jeghiáh.* πόνος, μόχθος. Gall. *Labeur, peine & trauail.* Ital. *Fatica.* Germ. Arbeit/müh. Hisp. *Trabajo con afan.* Angl. *Labour, trauayll, or paine.*}
——*Nec me labor iste grauabit.*
Valla, Labo primam breuem habet: labor primam longam. Hinc labor, is, & laboro, as, prima breui: quod an ab altero illorum deriuetur, an ab vtroque potiùs, liberum opinaturis relinquo. Cicer. *de senect.* Nónne melius fuisset otiosam ætatem, & quietam sine vllo labore, aut contentione traducere? Labor exercet apes, Virg. 1. *Æneid.* Fallitur pensa trahentis ancillæ labor. (cantando.) Ouid. *El.*1. *lib.*4. *Trist.* Languida non noster peragit labor otia. (i. nos laboriosi.) Tibull. *lib.*4.
Sit labor illius, tua dum facundia maior.
idem *lib.*4. Iam labor (obsidionis) in fine est. Ouid. 13. *Metam.* Duorum laborum ego parsissem lubens rogandi & respondendi. Plaut. *Pseud. sc.*1. *a.*1. ¶ Labor pro dolore, siue morbo. Idem *Curcul. sc.*1. *a.*1. Valetudo decrescit, accrescit labor, i. dolor, siue morbus. Item, Decet pati, pati æquo animo, leuior labos erit. Idem *Capt. sc.*1. *a.*2. Euenit in labore & in dolore, mors vt obrepat interim. Idem *Pseud. sc.*3 *a.*2. Hinc laborare, pro ægrum esse, vt laborare ex capite, ex renibus, laborare à frigore, laborare podagra, &c. ¶ Labor apud Poëtas frequenter accipitur pro periculo, calamitate, vel alio incommodo. Virg. 3. *Æneid.*
——*Requies ea certa laborum.*
Ouid. *Epist.*9.
——*Series immensa laborum.*
¶ Dicitur etiam labos, sicut lepos, ardos. Plaut. *Trinummo*, Quanquam ibi animo labos grandis capitur. Arduus labos, Valer. 6. *Argon.* ¶ Laborem serere, πόνον σπείρειν, vulgò dicebantur qui frustrà laborarent, quasi nihil fructus e labore reportaturi præter laborem. Diogenianus.

Lăbōro, as, Contendo, nitor, operam do, laborem adhibeo. {עָמַל *hamál* יָגַע *jagháh.* πονέω, ταλαιπωρέω. Gall. *Labourer, trauailler, pener, affaner.* Ital. *Afaticarsi, faticare, durar fatica.* Germ. Arbeiten/wercken. Hisp. *Trabajar afanando.* Angl. *To labour, to worke.*} Seneca, Iugiter fodiendo laborat. Ouid. 4. *Fast.*
Vinas bos, & in dura sæpè laboret humo.
Senec. *cap.*9. *de consolat. ad Helu.* Quicquid extra sitim, famem, & frigus concupiscitur, vitiis non vsibus laboratur. Plaut. *Aulul. sc.*1. *a.*4. Pueris qui nare discunt, scirpea inducitur ratis, Qui laborent minùs, & faciliùs vt nent. Quintilian. perit labor (ei) cui semper idem laborandum est. Cicer. 5. *Verr.* Omnes aratores serere, impendere, laborare. Idem 5. *Verrina*, Omnibus enim neruis mihi contendendum est, atque in hoc laborandum, vt omnes, &c. ¶ Ambitiosè in re aliqua laborare, Quintil. *lib.*3. *cap.*11. ¶ Vnde & per translationem laborare pro malè habere sumitur: vt quum aliquem laborare quartana, πυρέσσειν, aut laborare podagra dicimus. Plinius, Succus eius podagra laborantibus prodest. Laborare ex renibus. Cic. 2. *Tusculan.* Laborare ex dolore puerperij. Terent. *in Andr.* Laborare à frigore. Plinius *lib.* 32. *cap.*12. Concrepuit digitis, laborat, crebro commutat status. Plaut. *Milit. sc.*2. *a.*2. Laborant vtero puellæ. Horat. ¶ Interdum idem quod angor, solicitus sum. φροντίζω. Cicer. *Quinto fratri.* De filij tui eruditione quod labores nihil est. Idem *Decio Bruto.* Senatum, populúmque Romanum de te laborare non solùm salutis suæ causa, sed etiam dignitatis tuæ.
Nam simul insidiis hominum pelagique laboro,
Ouid. *Eleg.*10. *lib.*1. *Trist.*
——*Cui nunc hæc cura laborat?*
idem *Eleg.*1. *lib.*4. *Trist.* Laborare de patrimoniis alienis. (i. solicitè ea curare. Senec. *de consol. cap.*14. *& de cons. ad Mart.* Aliquando pro arte conficere, colere. ἀσκεῖν, διαπονεῖν. Virg. 2. *Æneid.* Arte laboratæ vestes. Et laboratus ager, dicitur qui probè cultus est. ἀσκητὸς χωρίον. Laborati libri, elucubrati. Mart. *lib.*1.
Plena laboratis habeas quum scrinia libris,
Emittis quare Sosibiane nihil?
Sueton. *in Neron. cap.*41. Scientia tantopere laboratæ artis à se. ¶ Non laboro de hac re: hoc est, non curo, neque anxius sum, (inquit Budæus.)

Cicer. *pro Rosc. Amerino*, Quoniam cuius consilio occisus sit inuenio: cuius manu sit percussus, non laboro. Idem 4 *Academ.* Sed quia non laboro quàm valdè ea, quæ dico, probaturus sis, eo minus conturbor. ¶ Laborare re frumentaria. Cæsar 3. *bell. ciuil.* Illa omnia perpeti parati, maximè re frumentaria laborabant. Laborare ære alieno. Sueton. *August. cap.*47. ‖Laborare in famam, pro laborare de fama ac solicitum esse. Senec. *lib.*3. *de ira*: Conscientiæ satisfaciat, nil in famam laboremus, sequatur vel mala dum bene merearis.‖ ¶ Laborare vitiis. Liuius 4. *bello Macedon.* Diuersisque duobus vitiis auaritia & luxuria ciuitatem laborare. Laborare crimine temeritatis. Quintil. ¶ Laboratur, in magnum discrimen est ventum. Cicer. *ad Lentulum lib.*1. Laboratur vehementer, inclinata res est. Laborantes, i. periclitantes. Cæs. *lib.*1. *de bell. ciuil.* ¶ Huius verbi composita sunt, allaboro, & elaboro, de quibus egimus suprà suis locis. A laboratus fit compositum Illaboratus, illaborata, illaboratum, quod ita secernitur ab inelaborato, quòd inelaboratum dicitur, quòd non satis artificio excultum est, ἀνέργαστον. Illaboratum verò, quod ex tempore & sine labore factum videtur, αὐτοσχέδιον. Illud vitio dari solet, hoc laudi. Quint. *de Cic.* Quum interim hæc omnia, quæ vix singula quisquam intermissa cura consequi posset, fluunt illaborata.

Lăbōrātĭŏr, comparatiuus, pro elaboratior, hoc est, operosior. Tertullian. *de virg. velandis*, Tanto continentia maioris ardoris laboratior.

Lăbōrĭōsŭs, a, um, duplici significatione dicitur. Nam & laboriosum dicitur quod multum laborat, & in quo multùm laboratur. Gellius *cap.*12. *lib.*9. Laboriosus dicitur, & qui laborat, & qui laborat est. Item laboriosus homo, Industrius & φιλόπονος: etiam impeditus, quique se ex molestia explicare non potest.) {יָגֵעַ *jaghéah.* ἐπίπονος, ταλαίπωρος. Gall. *Laborieux, penible.* Ital. *Faticoso.* Germ. Arbeitsam. Hisp. *Trabajoso con afan.* Angl. *Painfull, full of labour.*} Cicer. *pro Cælio*, Vos laboriosos existimet, quibus otiosis, nec in communi quidem otio liceat esse. Laboriosus ager, in quo colendo plurimùm laboratur. Cæcilius, Durum rus fugit, & laboriosum. Laboriosum opus, difficile, & quod non sine labore perficitur. Quod hic Cæcilio tribuitur est ex Galli poëmatis, vbi legitur fugite. A Nonio citatur: à Gellio sub Calui nomine leniter immutatus. Plaut. *in Merc.* Laboriosi mihi tibi quicquam operis imperabo. Laboriosæ exercitationes. Cic. 1. *de fin.* Quis nostrûm exercitationem vllam corporis suscepit laboriosam, nisi vt aliquid ex ea commodi consequatur? ¶ Hinc laboriosior, laboriosissimus.

Lăbōrĭōsē. {ἐπιπόνως. Gall. *Auec peine & trauail.* Ital. *Faticosamente, con affanno.* Germ. Mit arbeit/kümerlich. Hisp. *Trabajosamente.* Angl. *Painfullie, with great labour.*} Laboriosius, laboriosissimè, aduerbia, Quod est cum maximo labore, ἐπιπονώτατα. Cicer. 1. *Verrem*, Itaque semper hi diligentissimè, laboriosissiméque accusarunt. Idem *pro Roscio*, Iam quò quisque est ingeniosior, hoc docet iracundiùs, & laboriosiùs.

Lăbōrĭfĕr, adiectiuum. Idem quod laboriosus, seu laboris patiens. {ἐπίπονος. Gall. *Laborieux, qui porte ou endure trauail.* Ital. *Saldo alla fatica.* Germ. Arbeitsam/der arbeit hatt. Hisp. *Trabajoso, que trae labor.* Angl. *Laborious, that indureth labour.*} vt, Hercules laborifer. Ouid 9. *Metam.*

Lăbōrĭæ, arum, {Ital. *Terra di lauoro.* Germ. Ein theil der landtschafft Campanie in Italien.} Campaniæ pars illa, quæ vulgò Terra laboris dicitur, miræ fertilitatis, stipulam tantæ crassitudinis gignens, vt ea incolæ pro ligno vtantur. Dictæ autem sunt Laboriæ, à laboro, eò quòd ad sui cultum plurimùm exigant laboris. Plin. *lib.*18. *cap.*11. Quantum autem vniuersas terras campus Campanus antecedit, tantum ipsum pars eius, quæ Laboriæ vocantur. Finiuntur Laboriæ via ab vtroque latere Consulari, à Puteolis, & à Cumis Capuam ducente. Hinc laborinus campus. Idem *lib.*17. *c.*4.

Labradeus Iupiter, in Caria colebatur: cuius simulacrum primus dicitur consecrasse Arsalis rex, quum Gygæ aduersùs Candaulem Lydorum regem suppetias tulisset, indéque securim, Lydorum regum gestamen, in Cariam retulisset. Securim autem Lydi labryn appellant. Vnde Ioui Labradeon cognomen factum est. Vide Cælium *lib* 6. *cap.*11. Autor est Plin. *lib.*32. *c.*2. Labradei Iouis delubrum fontem fuisse anguillis insignem, quæ inaures additas gestabant.

Labratum, siue Lauratum, interpretantur osculum Imperatoris. Vocatur sacri vultus, qui inhiantibus populis offerebantur, *C. de publ. læt. nunt.* Labrata dicta sunt à labris adorantium, & osculantium.

‖Labrax, ăcis, piscis, λάβραξ, quod λάβρως, id est, auidè edat.
Labronium, λαβρώνιον, species lati poculi.‖

Labrum, i, vide *Labium.*

Lábellum, i, diminutiuum: sicut à flabro flabellum. {χειλάριον. Gall. *Petite leure.* Ital. *Labretto.* Germ. Ein läfftzlein. Hisp. *El beso.* Angl. *A little lip.*} Plaut. *Asin. sc.*3. *a.*3. Compara labella cum labellis. Idem *ibid. sc.*3. *a.*4. Tu labellum amicæ abstergeas. Teneris labellis molles morsiunculæ. Idem *Pseud. sc.*1. *a.*1. Vbi labra ad labella adiungere. *Ibid. sc.*1. *a.*4. Cic. 1. *de diuin.* At Platoni quum in cunis paruulo dormienti apes in labellis consedissent, responsum est, singulari illum suauitate orationis fore. ¶ Interdum etiam pro vasculi genere ponitur, facto ad similitudinem labri, quo in balneis vti solemus ad lauandum. Plinius Cinerémque in labellis aqua addita confricant manu, & considere patiuntur. Colum. *c.*28. *lib.*12.

Labrōsŭs, a, um, quod extremitates habet, veluti quædam labra prominentes. {χειλώδης. Gall. *Lippu, qui a grosses leures, ou gros bord.* Ital. *Cosa con orlo ò con cornice.* Germ. Das ein bort oder läfftzen hat. Hisp. *Cosa de grandes besos.* Angl. *That hath great lippes.*} Cels. *lib.*7. *cap.*26. Ferramentum fecit in summa parte labrosum, in ima semicirculatum.

Labrum venereum. Herba est ex genere aculeatarum, echineta ferens capitula, quibus fullones pannis vestibúsque lanam inducunt, δίψακος. Dioscorides dipsacum appellat. Vulgus Herbariorum *Virgam pastoris.*

Labrŭs, piscis genus, cauda placens, ab vno Ouidio memoratum, referente Plin. *lib.*32. *c. vlt.*

Labrūscă,æ,à labes,vel quòd in labris,h.e.agrorum finibus nascatur. Vitis agrestis, quæ & erratica dicitur. {בשׁאה beschâh. ἀγριάμπελος, ἄμπελος ἀγρία. GALL. Vigne sauuage. ITAL. Lambrusca. GERM. Ein wilde weinräb. HISP. La vua de la vid siluestre. ANGL. A wilde wine.} Labrusca dicta,teste Seruio,quòd in agrorum labris,hoc est,marginibus, & sepibus nascatur. Virg. in Buc.

Syluestris raris sparsit labrusca racemis.

Legitur & labruscum neutri generis. Idem *in Culice,*

Densaque virgultis auidè labrusca petuntur.

Laburnum, arbor est Alpina, dura candidáque materia, aquas refugiens, cuius florem cubitali longitudine,non attingunt apes. Autor Plinius *lib.16.cap.18.*

Labunetus,filius Nictocris reginæ Babyloniæ,tandémque Babyloniorum tyrannus. Vide Herod. *lib.1.*

LĂBYRINTHVS, λαβύρινθος. Locus multis viarum ambagibus inflexus. {Irrgarten.} Quatuor autem præcipuos fuisse Labyrinthos docet Plin. *lib.36.cap.13.* Creticum, qui arte maximè fuit spectabilis,à Dædalo,vt putant,factus iussu Minois,qui Minotaurum illic inclusit: cui Athenienses ex fœdere septem quotannis ex liberis suis deuorandos mittebant. Ægyptium in nomo Heracleopolite,omnium maximum & potentissimum humani ingenij opus, lapideis è Paro columnis in introitu, reliquis Syenitseis,vnde exempla sumpsit eius quem in Creta fecit Dædalus: quem Pomponius Mela *lib.1.* describit. Leminium columnarum nitore insignem, centum enim & quinquaginta columnas habebat. Quartum Italicum,à Porsena Hetruscorum rege,sepulcri causa extructum. Creticus centesimam tantum portionem eius,qui in Ægypto erat,continebat,itinerum tamen ambagibus,occursibus & recursibus multo admirabilior. Si quis plura noscere cupit,Plinium adeat *lib.36.cap.13.* qui verè vesanam illam fuisse dementiam scribit, quæsisse gloriam impendio nulli profuturo,præterea fatigasse regni vires, quum tamen laus maior artificis esset. ¶ Labyrinthum, λαβύρινθον, olim vocabant orationem, aut rem quampiam vehementer impeditam,& inextricabilem.

Lăbyrinthēŭs,a,um,Catullus,

Ne labyrintheis è flexibus egredientem
Tecti frustraretur inobseruabilis error.

Labyzūs, λάβυζος, Aromatis genus, ex quo myrrhæ commisto Persicorum regum diademata solent parari. Fit autem labyzus gummi quoddam myrrhæ non dissimile, sed longè pretiosius odoratiúsque. Cæl. Rhodig. *lib.18 cap.18.*

Lăcænă, λάκαινα, fœmininum est à Lacon, significans mulierem ex Laconia. Virg. 2. *Æneid.*

Non tibi Tyndaridis facies inuisa Lacænæ
Has euertit opes.

LĂc,ctis, à γάλα, γάλακτος,hinc Lactuca. Succus maternus, quo animalia nutriuntur, dictum à laciendo, quòd admotis mammis infantes alliciantur. ¶ Vel potius a prisco recto: dicebant enim Lacte, à Græco amputatis duabus literis, γάλακτος. {חלב chalâb. γάλα. GALL. Du laict. ITAL. Latte. GERM. Milch. HISP. Leche. ANGL. Milke.} Virg. 3. *Eclog.*

——— *& lac subducitur agnis.*

¶ Lac,de nucibus dictum. Ouid. *de Nuce,*

Lamina mollis adhuc: tenera est in lacte quod intra est.

Idem Eleg.11.*lib.3. Trist.*

Natus es è scopulis, nutritus lacte ferino.

¶ Iucundioris disciplinæ cibo ac lacte satiari,per metaphoram Quint. *lib.2.c.4.* Quin ipsis doctoribus hoc curæ esse velim, vt teneras adhuc mentes more nutricum mollius alant, & satiari velut quodam iucundioris disciplinæ cibo lactéque patiantur. ¶ Lacte,gen.neut.in nomin. dixit Plaut. *in Milit. sc.2.a.2.* Tam similem quàm lacte lacti est. Idem *in Amphitr.* Neque lac lacti magis est simile. Vbi etiam legitur *lacte.* Idem *in Men.* Nec aqua aquæ,nec lacte lacti,mihi crede,vsquam similius. Hanc terminationem Sosipater *lib.1.* approbat,quod omnino nullum,vt inquit ille,nomen in C.mutam,aut in duas mutas CT (scribebant enim veteres etiam lact)finiatur. Vsus etiam Cato est eodem autore Sosipatro. Et in Italia attas capras lac album habere. ¶ Lac pressum. Virg. *in Bucolic.*

——— *& pressi copia lactis.*

Vbi poëtica circumlocutio de caseo, qui & coagulo cogitur & premitur. Sed & ipsa manu premitur,formatur atque figuratur,ne sit fistulosus(vt docet Colum.)quod ei accidit, qui laxius remissiúsque in formis suis habetur. Tranquillus,Et caseum bubulum manu pressum. Columella, Illa verò notissima est ratio casei faciendi, quem dicimus manu pressum. ¶ Lac schiston, γάλα σχιστὸν appellatur, in qua pars caseosa separata est à serosa. ¶ Lac Cyrenaicum, laserpitij succus, quod & Laser appellatur, in Cyrenaica regione primùm repertum. Vide infrà in dictionibus *Laser & Laserpitium.* De lactis vi & natura, Gell. *cap.1.lib.12.*

‖Lacca,res quædam rubea,quæ tenuibus lignorum surculis inhæret,sapore non ingrato.

Laccarius,qui fossas,vel puteos fodit.

Laccus,lacus,cisterna.‖

Lāctēs,plur.numeri,gen.fœm. {τὰ μικρὰ ἔντερα. ANGL. The small tripes.} Dicuntur graciliora intestina per quæ labitur cibus, quæ tria sunt,tenue, ieiunum, Pylorus: inuoluunturque mesenterio,vt à spinæ contactu duro munitiora tutioraque reddantur. Dictæ lactes à lacte, aut propter mollitiem, aut propter candorem pinguedinis: aut certè ab antiquo verbo lacio: propterea quod cibum alliciant. Plaut. *Curcul. sc.1.a.2.* Ita cibi vacuitate venio laxis lactibus. Aliàs lassis lactibus. Idem *Pseud. sc.3.a.1.* Eadem opera alligem canem fugitiuam agninis lactibus. Plinius existimat Lactes tantùm in hominibus & ouibus dici, in cæteris autem animalibus ile appellari. Eius verba sunt *lib.11. cap.37.* Ab hoc ventriculo lactes in homine & oue, per quas labitur cibus,in cæteris ilea,à quibus capaciora intestina ad aluum,homini que flexuosissimis orbibus. ¶ Quidam pro intestinis pinguibus accipiunt: vnde Persius,

Emeriti auriculas pulmone & lactibus vnctis.

¶ Cornutus putat lactes loca in lateribus esse sub vmbilico pube tenus adeò delicata,vt plagam ferre non possint. ‖¶ Lactes item, inlignè marium piscium,& oua fœminarum.Iun.‖

Lāctārĭŭs,a,um,quod lac in se habet, siue succum lacteum. {γαλακτώδης. GALL. Laitier, qui rend du laict. ITAL. Che ha latte. GERM. Das milch hatt/oder milch gibt. HISP. Cosa que tiene leche. ANGL. That giueth milke.} Plin. *lib.26.cap.8.* Tithymallum nostri herbam lactariam vocant, alij lactucam caprinam. Lactaria animalia, quæ lactis gratia pascuntur. Varr. *lib.2. de R.R. cap.1.* Dandum bubus lupinum, & lactariis medica & cythisum.

Lāctārĭŭs,ij,Pistor qui cibos ex lacte conficit. γαλακτουργός. Spartianus *in Heliogab.* Dulciarios,& lactarios tales habuit,vt quæcunque coqui de diuersis edulis exhibuissent, vel structores,vel pomarij, illi modò de dulcibus,modò de lactariis exhiberent.

Lāctĕŭs,a, um, quod ex lacte est. {γαλακτινός. GALL. De laict. ITAL. Di latte. GERM. Das von milch ist. HISP. Cosa toda de leche. ANGL. Of milke.} Quandoque accipitur pro niueo,& lactis candorem referente: vt, Colla lactea. Virg. 8. *Æneid.*

——— *tum lactea colla*
Auro innectuntur.

Lacteus porcus, qui lacte alitur, Martial. *lib.5.* Lactea Liuij vbertas. Quintil. ¶ Lacteus orbis, siue circulus, in cælo dicitur, quem Græci γαλαξίαν vocant:vtroque nomine à lactis candore deducto. Cicer. *in somn. Scipion.* Erat autem is splendidissimo candore inter flammas circus elucens, quem vos (vt à Graiis accepistis) orbem lacteum nuncupatis. Plin. *lib.2.c.25.* Omnes fermè sub ipso Septentrione aliqua eius parte non certa, sed maximè in candida, quæ lactei circuli nomen accepit. Vide Macrob. *in somn. Scip.*

Lāctĕŏlŭs,a,um,diminut. ὑπογαλακτινός. vt puellæ lacteolæ, Catull. *in Camerium. Epigr.51.*

Lāctĕo,es, Lac sugo. {ינק janâk. θηλάζω. GALL. Teter, succer du laict de la mamelle. ITAL. Lattare. GERM. Milch saugen. HISP. Mamar la leche. ANGL. To sucke milk out of a dugge.} Varr. 2. *de re rustic. cap.3.* Lactentes cum matribus ne cubent. Cicer. 2. *de diuin.* Romulus lactens fulmine ictus. Vnde lactens porcus est,qui adhuc lac sugit, Varr. 2. *de re rustic. cap.4.* Lactentia frumenta vocat Virg. 1. *Georg.* quasi lactescentia,hoc est, adolescentia, & lactis colorem referentia. Ouid. 2. *Fastor.*

At tibi dum lactens hærebit in arbore ficus.

Item,lactens porca. *Ibidem.*

Lāctēsco, is, ere, est in lac conuerti. {γαλακτοῦμαι. GALL. Deuenir laict, auoir du laict. ITAL. Conuertirsi in latte. GERM. Zu milch werden. HISP. Ser,ó hazerse leche. ANGL. To be turned in to milke.} Cicer. 3. *de natur. deor.* Omnis ferè cibus matrum lactescere incipit. Nonnunquam idem quod lacte impleri. Plin. *lib.11. cap.41.* Asinæ prægnantes continuè lactescunt.

‖Lacticularius,lacticulosus, νεογάλακτος, Gloss. Græcol.

Lactis,is. Prisc. *lib.6.* Hæ lactes partes sunt intestinorum,à Græco γαλακτίδες dictæ, & seruauerunt apud nos quoque idem genus, cuius singulare lactis est.‖

Lācto,as, Lac præbeo, quod propriè matrum est. {עול âl מניק menik. θηλάζω. GALL. Alaiter. ITAL. Lattare, dar il latte. GERM. Saugen oder zu saugen geben. HISP. Dar à mamar la leche. ANGL. To giue sucke, to suckle.} Varr. 2. *de re rustic. cap.7.* Anniculis iam factis dandum hordeum,& furfures vsque quo aderunt lactantes. Lactans mulier propriè dicitur,quæ lac in mammis habet. Gell. *lib.12. cap.1.* Nam plerunque sine discrimine quæcunque lactans est eo tempore offerri solet. Cels. *lib.2. cap.18.* videtur lactantia accipere pro lactariis, hoc est, pro iis quæ ex lacte confecta sunt. Lac(inquit) mel, adeoque lactantia, atque omne pistorum opus. Idem *cap.29. eiusdem libri,* Mel crudum, lac, lactantia omnia, mulsum. ¶ A Lacto fit compositum ablacto, hoc est,à lacte arceo,quod vide suo loco. ¶ Est præterea lacto frequentatiuum ab antiquo verbo lacio, quod significat decipio, & per blanditias in fraudem illicio. ἐπάγομαι, δελεάζω, Terent. *in Andr.* Non tibi satis esse hoc visum solidum est gaudium, Nisi me lactasses amantem,& falsa spe produceres?

Lāctātŭs,us,ui, Actus lactandi. {θηλασμός, τιθήνησις. GALL. Alaictement, tettement. ITAL. Lattamento. GERM. Säugung. HISP. Aquella obra de dar à mamar la leche. ANGL. A giuing of sucke or milk.} Plin. *lib.32.c.2.* Ob id sibilo à piscatoribus tanquam serpentibus euocari, & capi, pinguescere lactatu,&c. de murænis.

‖Lacatismus,laqueus,decipula. Gl. Isid.‖

Lăccobrīgă, Λακκόβριγα, oppidum Vaccæorum, in Hispania Tarraconensi. Ptol. *lib.2. cap.6.*

Lăccŏpluti, λακκόπλουτοι. Cognominati sunt Calliæ Atheniensis posteriores,propterea quòd is Callias repentè ditatus esset thesauro in campis Marathoniis subter terram inuento. Nam Græci λάκκους appellabant,quos & syros dicimus,hoc est,loca subterranea in quibus vinum, oleum,frumentáve recondebant.

‖Lacebra,illecebra. Althelm.‖

Lăcĕdæmŏn,ŏnis, Λακεδαίμων. Clarissima totius Peloponnesi vrbs Lycurgi legibus optimè instituta, alio nomine Sparta dicta, Menelai olim regia. Dicta Lacedæmon à Lacedæmone, Iouis & Taygetes filio. Virg. 7. *Æneid.*

——— *At non sic Phrygius penetrat*
Lacedæmonia pastor.

¶ Huius ciues, Lacedæmonij dicuntur,& Lacones. Vegetius etiam Lacedæmonas appellat *lib.3.* Athenienses(inquit)& Lacedæmonas & Macedonas rerum potitos.

LĂcĕr,a,& Lacerus,a,um,à λακίς: λακίζω. hinc Lacinia. λακίς, fissura. Dilaniatus,discerptus, distractus, laniatus {קרוע carúà. מטרף mitraph קרוע karuà. διεσπασμένος, σπαρακτὸς, ἀνώδυνος. GALL. Deschiré, desmembré mutilé. ITAL. Stracciato, squarciato. GERM. Zerzert/zerrissen einen glids beraubt. HISP. Despedaçado en partes. ANGL. Rent or torne.} Propriè, ait Afconius,lacerus dicitur amputatus membris, aut oculis, vel auribus. Virg. 6. *Æneid.*

Deiphobum vidit,lacerum crudeliter ora.

Tacit. Donec soluta compage scutorum, exangues, lacerósque prosternerent. Lacer (inquit Festus) dicitur, qui auribus curtatus est: item, Lacerum, quodcunque in corpore imminutum. ¶ Laceras gentilitates colligere, id est, sparsas, & huc atque illuc dispersas. Plin. *in Paneg.* 63.

Lăcĕro, as, Dilanio, membratim discerpo. {פרק *parak* טרף *taraph* קרע *karah* נתח *nitach*. *διασπάω, σπαράττω*. GALL. *Deschirer, desmembrer, mutiler, mettre par pieces*. ITAL. *Stracciare, squarciare*. GERM. Zerzerren/ zerreissen. HISP. *Despedaçar en partes*. ANGL. *To rent or teare in peeces*.} Virg. 3. *Æneid.* Quid miserum Ænea laceras? Lacerare morsu viscera, Cic. 2. *Tusc.* Lacerare famam. Liu. *lib.* 8. *bell. Maced.* Lacerare existimationem. Suet. *in Cæs.* c. 75. Laceratus literis illius. Idem *in Tib.* c. 66. Lacerabat eum canina rabie, Velleius. Cùm laceraret pestilentia exercitum. Idem, Lacerauit classem vis Africi. Idem.

Parce tamen lacerare genas,

Ouid. *Eleg.* 3. *lib* 3. *Trist.* Vos fœnore, hi malè suadendo, & lustris lacerant homines. Plaut. *Curc. sc.* 2. *a.* 4. Lacerare morsu artus suos Quintil. Quin ego hanc iubeo tacere, quæ loquens lacerat diem. Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 2. Lacerare diem, in vanum consumere tempus diei, idem *in Sticho*. Lacerare rem suam, absumere bona sua, idem *in Merc.* Lacerat me meus mœror, Cic. *ad Attic. lib.* 3.

Lăcĕrātio, nis, verb. Dilaceratio. {פרק *perek* טרפה *terephah* נתחה *netchah*. *σπαραγμός*. GALL. *Deschirement, desmembrement*. ITAL. *Stracciamento, smembramento*. GERM. Beraubung einen glids/ zerreissung. HISP. *Despedaçadura*. ANGL. *A renting or tearing*.} Cic. *in Pison.* An ego si te & Gabinium cruci suffixos viderem, maiore afficerer lætitia ex corporis vestri laceratione, quàm afficior ex infamia? Muliebres lacerationes genarum, idem 3. *Tusc.*

¶ Lacere, decipere, allicere, à *lacio*, is.

Lax, fraus. Lucr. ¶

LĂCĔRNĂ, æ, Vestis exterioris genus, pluuiæ frigorísque iniuriæ propulsandæ in primis accommodatum, quo olim solos milites vsos esse Cornutus scribit in Pers. *Sat.* 1. {*φελόνης, φαινόλης*. GALL. *Manteau*. ITAL. *Mantello, tabarro*. GERM. Ein regen mantel. HISP. *La vestidura tesada, capa de camino*. ANGL. *A cloke to keep frome rayne and colde*.} Plin. *lib.* 18. *c.* 25. de Vergiliarũ occasu agens, Ergo ex occasu eius de hyeme augurantur, quibus est cura insidiandi negotiatoris auaritia. Nubilo occasu pluuiosam hyemem denunciant, statimque augentur lacernarum pretia. Hactenus Plin. Ob eandem etiam causam à viatoribus lacernæ sumebantur, præsertim ab iis qui expedite & sine togæ impedimento iter facere volebant. Nobiliores illustrioresque lacernis non vtebantur, nisi pluuio tempore & in spectaculis. Hinc M. Antonio obiicit Cicero, quòd nimio festinandi studio ordinis magistratúsque sui oblitus, non toga, aut calceis ornatus, vt Consulem decuit, sed gallicis & lacerna, vt quiuis é vulgo in vrbem rediisset. Verba eius sunt hæc 3. *Philipp.* Nam quòd quærebas quomodo rediissem, primùm luce, non tenebris: deinde cum calceis & toga, nullis nec gallicis, nec lacerna. Lacerna Cassius circumdedit Cassius moriturus. Vell. Vt lana tincta fuco citra purpuram placet. At si contuleris lacernæ, conspectu melioris obruatur Quint. Assurgere & lacernas deponere (honoris caussa.) Suet. *in Claud. c.* 6. Item positis lacernis. Idem *in Aug. c.* 40. Ouid. 2. *Fast.*

Mittenda est domino, nunc nunc properate puellæ,
Quamprimum nostra facta lacerna manu.

Verba sunt Lucretiæ puellas suas ad opus adhortantis, vt viro suo in Ardeæ obsidione agenti lacernam mitteret. Lacernis item in spectaculis vtebantur, & potissimum candidis, quæ togis superinducebantur. Martial. *in distich.*

Amphitheatrales nos commendamur ad vsus,
Quum tegit algentes nostra lacerna togas.

¶ Lacernas etiam deponebant honoris gratia, vt testatur Sueton. *in tranquill.* Quin & spectaculis aduenienti assurgere, & lacernas deponere solebant. Candidis autem potissimum lacernis in spectaculis vsos fuisse satis indicat Epigramma Martialis in Horatium quendam, qui cùm solus nigra lacerna spectaculis interesset, cæteris omnibus albatis, factum est, vt repente cadente niue, cæteris concolor redderetur. Verba eius sunt hæc,

Spectabat modò solus inter omnes
Nigris munus Horatius lacernis,
Quum plebs & minor ordo, maximúsque
Sancto cum duce candidus sederet:
Toto nix cecidit repentè cælo:
Albis spectat Horatius lacernis.

Vide eundem Martial. *Epigr.* 131. 133. 137. *lib.* 14. Mulieres quoque lacernis quandoque vsas legimus. Iuuen. *Satyr.* 1.

Ipse lacernatæ dum se iactaret amicæ.

¶ Festus lacernam dictam putat, quasi laceram, hoc est, parte aliqua imminutam, eò quòd minor sit (vt ille ait) capitio.

Lăcĕrnātus, Qui lacerna est indutus, Velleius. {*ὁ μανδύην κεχλαμυδωμένος, φελόνην ἐνδεδυμένος*. GALL. *Emmantelé*. ITAL. *Mantellato, intabarrato*. GERM. Mit einem regenmantel bekleidt. HISP. *Vestido de tal vestidura*. ANGL. *That weareth a cloke for rayne & colde*.} vt Amica lacernata, Iuuenal. *Satyr* 1.

LĂCĔRTĂ, æ, {חמט *chomet*. *σαῦρα*. GALL. *Laisarde*. ITAL. *Lacerta*. GERM. Ein grüner heydechs grösser aber dann die vnsern. HISP. *Lagarto animal reptile*. ANGL. *An euet or lisard*.} vel Lacertus, i, Serpentis genus notissimum, inde nomen habens, quòd pedes habeat ad nostrorum lacertorum similitudinem accedentes, *σαῦρα*. Eius duo sunt genera colore & magnitudine distincta. Minorem zignyda vocant, siue chalcidem, tergo ferrugineo, siue maculis quibusdam nigricantibus distincto. Alterum genus viride est superiore multò minus, Italiæ quam nostris regionibus frequentius. Vtroque in genere mas lacertus dicitur. Virg. *Eclog.* 2. Nunc etiam virides etiam occultant spineta lacertos. Cicer. *ad Attic. lib.* 2. Nam ad lacertas capiendas, tempestates non sunt idoneæ.

Lăcertus, piscis genus mari peculiare, cuius multæ enumerantur species à Plinio *lib.* 32 *c. vlt.* *σαῦρος*. Martialis,

Quum saxetani ferme tibi cauda lacerti.

¶ Lacertus item in homine dicitur summa brachij pars inter scapulas & cubiti ossa intercepta, quæ a Celso humerus, à Galeno *βραχίων* appellatur. {*ὁ ἐν τῷ βραχίονι μῦς, ὁ τὸ σαρκῶδες τόνος, ἄλλοι βραχίων*. GALL. *Muscle, & partie charnue du corps, comme la force du bras, le bras*. ITAL. *Muscolo, la parte carnosa del braccio doue ha'l braccio la sua forza*. GERM. Die dicke oder die mauß deß arm. HISP. *El morzillo de musio ò braço, el braço*. ANGL. *The brawne of the arme*.} Virg. 5. *Æneid.*

——ferit æthera clamor
Nauticus, adductis spumant freta versa lacertis.

Cic. *de senect.* Milo ex lateribus & lacertis suis nobilitatus. ¶ Et quoniam partes illæ corporis musculosæ sunt, & validis toris compactæ, factum est, vt lacertos pro viribus ac robore accipiamus: neque solum pro corporis robore, verumetiam pro vehementia & pondere orationis: quos & neruos appellamus. Idem *de clar. Orat.* Quanquam in Lysia sunt sæpe lacerti, sic, vt fieri nihil possit valentiùs. Amentatas hastas ab aliquo accipere, & eas oratoriis lacertis viribúsque torquere, apud eundem 2. *de Orat.*

Lăcertōsus, a, um, id est torosus, & musculosus. {*μυώδης*. GALL. *Qui a gros muscles, fort & puissant*. ITAL. *Forte, possente, de grossi muscole*. GERM. Groß oder starck von armen. HISP. *Cosa con morzillos, fuerte*. ANGL. *Stronge, that hath great brawnes or sinewes*.} Colum. *lib.* 9. Feminibus lacertosis, cruribus compactis. ¶ Ponitur etiam pro robusto & valido, quemadmodum lacerti pro robore & viribus. Cic. 8. *Philipp.* Quos centuriones pugnaces & lacertosos inter mimorum & mimarum greges collocauit.

Lăcesso, is, lacessiui & lacessi per syncopen, & lacessisse pro lacessiuisse, & lacesserunt pro lacessiuerunt. Prouoco, irrito, incito. {הסית *hesith* העיר *hehir*. *ἐρεθίζω, ἄρχω, ὑπάρχω, προκαλέομαι, ἐρεθίζω, παροξύνω*. GALL. *Irriter, agacer, prouoquer*. ITAL. *Prouocare, incitare*. GERM. Reytzen/ außbieten. HISP. *Prouocar ò desafiar*. ANGL. *To prouoke, to edge, to wrath*.} Fit à verbo *lacio*, vt facesso à *facio*. Fest. Et tam in bonam partem accipitur, quàm in malam. Terent. *in prologo Eunuchi*, Is ne erret moneo, & desinat lacessere. Lacessabatur magis, quàm conserebatur pugna. Liuius 7. *bell. Macedon.* Lacessere mentionem rei. Idem *lib.* 10. *d.* 4. Lacessere certamen. Idem 4. *d.* 5. Lacessere bello, Velleius. Non ita eum torquebit, non lacesset suspicio. Senec. *cap.* 9. *de consolat. ad Polyb.* Cicer. Hos ego sermones, qui & multi sunt, & tuam existimationem (vt sentio) non offendunt, lacessiui nunquam, id est, excitaui, inquit Budæus. Salust. Pridie legiones in monte positas lacessiuit. Cicer. *Cornificio*, Sic igitur facies, méque amabis, & scripto aliquo lacesses. Ego enim respondere facilius possum, quàm prouocare. Virg. 3. *Eclog.* Efficiam, posthac ne quenquam voce lacessas. Salust. Postremò dissimulandi causa, siue expurgandi, sicuti iurgio lacessitus foret, in Senatum venit. Colum. *lib.* 2. *cap.* 2. Nunquam stimulo lacessat iuuencum, quod retractantem, calcitrosúmque reddit. Lacessere, pro titillare. Seneca *de vita beata*. Mollibus leuibúsque fomentis totum lacessit eorum corpus. Lacessim, pro lacessiuerim. Prisc.

Lăcessŏr, passiuum, Prouocor, petor. Cic. 3. *de Orat.* Testis sæpe non lædit, nisi lacessatur. Idem *pro Pompeio*, Nationes quas nunquam pop. Rom. neque lacessendas bello, neque tentandas putauit. ¶ Legitur & lacessiri per quartam verb. declinationem ab indicatiuo lacessior: quemadmodum accerso dicimus, & accersio.

Lăchănum, Olus. {ירק *jerek*. *λάχανον*. GALL. *Herbe à manger*. ITAL. *Herba da mangiare*. GERM. Kraut das man isst. HISP. *Ortaliza*. ANGL. *All maner of pott hearbes*.} Horat. *lib.* 1 *Serm. satyr.* 6.

Ad porri & ciceris refero lachanique catinum.

Lachanizo, est Lachanum imitor mollitie, flaccesco, marcesco, langueo. ¶

Lăchănopōlă, {*λαχανοπώλης*. ANGL. *A seller of hearbes*.} Olerum venditor. Et Lachanopolis, *λαχανοπώλις*, mulier olera vendens.

Lăchănŏpōlium, {*λαχανοπωλεῖον*. ANG. *The hearbe markate*.} Forum olitorium, hoc est, locus vendendis oleribus destinatus.

Lăchănizo, as, are, {*λαχανίζω, βλακεύω*. GALL. *Estre lasche, mol & failly*. ITAL. *Esser lasso, molle, debole*. GERM. Faul vnd träg sein. HISP. *Ser debile, ser flaco, muelle*. ANGL. *To be feble and feinte*.} Languere. Sueton. *in August. cap.* 87. Et betizare, pro languere, quod vulgò lachanizare dicitur.

Lăchĕsis, *λάχεσις*, Vna Parcarum, quam Latinè sortem interpretari possumus. {Eine auß den dreien Parcis oder göttinen deß lebens.} Nam *λαχεῖν* est sortiri. Hanc autem idcirco vitæ humanæ præesse voluerunt, quòd in ea sortem, hoc est, casum plurimum valere arbitrabantur.

¶ Lachne, canis dictus quasi villosus ab hirtis capillis. Ouid. Inn. ¶

LACRYMĂ, vel Lachryma, æ. {דמעה *dimhah*, GALL. *Larme*. ITAL. & HISP. *Lagrima*. GERM. Ein zäher/ trähen. ANGL. *A teare*.} à Græco *δάκρυον* d in l, mutata, cuius rei argumento illud esse potest, quòd vetustissimi dachrymas dicebant seruato d. Festus. Dachrymas pro lachrymas Liuius sæpe posuit: nimirum quòd Græci *δάκρυα* appellant. Sunt tamen qui negent hoc nomen Græcum esse, sed Latinum, à lacerando, vt sint lacrymæ dictæ, quasi lacerimæ, quoniam ex animi laceratione lacrymæ crentur. Quicquid id est, constat certè absque aspiratione esse scribendum. Imò cur scribatur cum aspiratione, vide apud Gell. *cap.* 3. *lib.* 2. Est autem lacryma, humor ex flentum oculis manans. Quintil. 4. *cap.* 2. Solet nonnunquam mouere lacrymas ipsa confessio, Ouid. *lib.* 2. *Metam.*

Perfudit lacrymis, & aperto pectore fauit.

Cicero *in partit.* Citò arescit lacryma, præsertim in alienis malis. Idem 1. *de Inuent.* Lacryma nihil citiùs arescit, *οὐδὲν θᾶττον ξηραίνεται δακρύου*, ex Apollonio dictum, quòd vehemens affectus facilè vertitur in fastidium & satietatem.

——Nec me lachryma, luctúsque timórque Tardarunt,

Ouid. 13. *Metam.*

Expletur lachrymis egeritúrque dolor.

idem *Eleg.* 3. *lib.* 4. *Trist.*

Sæpe etiam lachrymæ sunt me scribente profusæ,

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist.* Vt lachrymas excutias mihi. Plaut. *Capt. sc.* 3.

*a.*2. Gestas tabellas tecum, eas lacrymis lauis. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Ius in lachrymas datum nomini muliebri. Senec. *c.* 12. *de consol. ad Helu.* Lachrymas tuas cum illa (sorore) miscuisti. *Ibid. c.* 17.

Déque tuis lacrymis humida serta dato,

Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 5. *Trist.* Hinc illæ lacrymæ, ex Andria Terentiana vsurpatum prouerbialiter per allusionem videtur ab Horatio, *Hinc illæ lacrymæ.* Vsurpauit ad hunc modum M. Tullius *in act. pro Cælio,* Hinc illæ lacrymæ nimirum, & hæc causa est omnium horum scelerum, atque criminum. Dicetur autem de rei causa aliquandiu dissimulata, quæ veré tandem deprehendatur: veluti si quis dicat barbaros damnare Græcas literas, ne scilicet ipsi parum docti videantur, commodé subnectet, Hinc illæ lacrymæ: hoc est, quòd eos malé habet. ¶ Lacrymæ arborum dicuntur, autore Theophrasto, ipse humor naturalis, quem interdum ipsæ arbores foris ostendunt, vel qui in ipsis interioribus partibus continetur. Plin. *in Proœm. lib.* 23. Lacryma vitium, quæ veluti gummi est, lepras, & lichenas, & psoras nitro ante præparatas sanat.

Lacrymŭlă, diminut. {δακρύδιον. GALL. *Petite larme, larmette.* ITAL. *Picciola lagrima, lacrimetta.* GERM. Ein trähnlein. HISP. *Pequeña lagrima.* ANGL. *A litle teare.*} Terent. *in Eunuch.* Hæc verba vna mehercule falsa lacrymula, quam oculos terendo miseré vix vi expresserit, restinguet.

——*ánne parentum*

Frustrantur falsis gaudia lacrymulis,

Catull. *de com. Beren.*

Lacrymo, as, neutrum, & Lacrymor, aris, deponens, Ploro, fleo, fletu prosequor, lacrymas effundo, aut profundo. {דמע *damah* בכה *bacáh.* δακρύω. GALL. *Larmoyer, pleurer, ietter larmes.* ITAL. *Lagrimare, piagnere.* GERM. Weynen, greinen. HISP. *Lagrimar, llorar con lagrimas.* ANGL. *To weepe.*} Terent. *in Adelph.* Oh, lacrymo, gaudio. Ouid. 3. *de arte amandi,*

Quò non ars penetrat? discunt lacrymare decenter:

Quóque volunt plorant tempore, quóque modo.

Lacrymat id, hoc est, ob id. Terent. *in Eunuch.* Num id lacrymat virgo? Cic. 7. *Verr.* Ecquis fuit quin lacrymaretur? ¶ Lacrymare etiam dicuntur plantæ, quum humor ex eis distillat. Plin. *lib.* 17. *cap.* 14. Ideó lacrymantes calamos inseri non oportet, non hercule magis, quàm aridos. ¶ In qua significatione interdum inuenitur post se habere accusatiuum. Lact. *in Hymno Dominica resurrectionis,*

——*lacrymat sua gaudia palmes.*

Lachrymans, antis,

——*Manúque simul veluti lachrymantia tersit*

Lumina,

Ouid. 13. *Metam.* Oculi tibi sunt lachrymantes. Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 3. lachrymandum est, non plorandum. (in luctu) Senec. *epist.* 64. Salutem abs te expetit lacrymans (de amica.) Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 1.

Lacrymatus, a, um, participium, à lacrymor. {נעצב *nitsádh* מבכה *mibcech* δεδακρυμένος. GALL. *Larmoyé.* ITAL. *Lacrimato.* GERM. Geweint. HISP. *Lagrimado, llorado.* ANGL. *That is weeped for.*} Ouid. *lib.* 1. *Fastor.*

Nondum pertulerat lacrymatas cortice myrrhas

Acta per æquoreas hospita nauis aquas.

Notat Diomedes *lib.* 1.

Lacrymatio, Fletus, defletio. {בכות *bakúth* בכה *béchch* משפח *mispéh.* δακρυσμός. GALL. *Larmoyement, pleurement.* ITAL. *Esso lacrimare & piagnere.* GERM. Weynung. HISP. *Lloro con lagrimas.* ANGL. *A weeping with teares.*} Plin. *in Proœmio lib.* 23. Genarum scabiem emendat, oculorúmque lacrymationes.

Lacrymōsus, a, um, Abundans lacrymis. {בכה *bochéh.* δακρυώδης. GALL. *Plein de larmes.* ITAL. *Pieno di lacrime.* GERM. Voll trähern vnnd weynens. HISP. *Lleno de lagrimas.* ANGL. *Full of teares.*} Plin. *lib.* 17. *cap.* 18. Quin & vitium radicibus aquam salsam iubent affundi, si sint lacrymosæ. Carmen lacrymosum. Ouid. *lib.* 5. *Trist.* Fumus lacrymosus, hoc est, prouocans lacrymas, Horat. 1. *Serm. sat.* 5. Funera lacrymosa, Ouid. *Epist.* 13. Risus lacrymosus, Stat. *lib.* 8. *Thebaid.* Ouid. 2. *Fast.*

Iussa recusantes peragunt lacrymosa ministri.

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 5. *Trist.*

Quis tibi, Naso, modus lachrymosi carminis, inquit?

Lacrymōsē, aduerb. {μετὰ δακρύων, δακρυωδῶς. GALL. *Auec larmes, en larmes.* ITAL. *Lacrimosamente.* GERM. Kläglichen gestalt der trähern. HISP. *Con lagrimas, llorosamente.* ANGL. *Weepinglie, as thoght one weepeth.*} Plin. *lib.* 15. *c.* 43. Stamineam hoc vsu probant venam, & vocant fertilem: argumento similitudinis, quoniam lacrymosé crispa. Gell. *c.* 3. *lib.* 10. Lacrymosé & miseranter.

Lacrymābĭlis, e, Lacrymas commouens, miserabilis. {πολύδακρυς. GALL. *Qu'on doit pleurer, digne d'estre pleuré.* ITAL. *Cosa per laquale si deue piagnere.* GERM. Kläglich, jämerlich, das einem die trähern abgewinnt. HISP. *Cosa digna de ser llorada.* ANGL. *To be lamented and weeped for.*} vt bellum lacrymabile. Ouid. 8. *Metam.*

Later. ait, dolenmne geri lacrymabile bellum.

Idem 2. *Metam.*

Vixque tenens lacrymas, quia nil lacrymabile cernit.

Lacrymābundus, a, um, feré lacrymans. {δακρύων ἱκανῶς, δακρυρροῶν. GALL. *Tout esploré, larmoyant à grosses gouttes.* ITAL. *Pieno di lacrime, fondato in lacrime.* GERM. Weynend, greinend. HISP. *Lleno de lagrimas.* ANGL. *Weeping, readi to weepe.*} Liu. 3. *ab Vrbe.* At ille lacrymabundus, Gratum est, inquit, crastina die vestra opera vtar.

Lacia Saturni vxor, Gell. *c.* 21. *lib.* 13.

Laciburgium. Ptolem. *lib.* 2. *cap.* 11. Germaniæ vrbs in climate magis Septentrionali. {Rostoch im hertzogthumb Mechelburg.} Habet Academiam insignem, conditam à Ioanne & Alberto primis Ducibus Megapolensibus.

Lăcĭnĭă, æ, in vestimento pars extrema, & cæsuræ particulatim concisæ, decoris causa, inquit Sipontinus, à lacerando dictum. {כנף *chanaph.* ἱμάτιον τὸ ἄκρον μέρος, κράσπεδον. GALL. *Le bord, ou pli d'vn habillement chiqueté & frangé.* ITAL. *Orlo delle veste frangie, nelle crespe, falde delle veste.* GERM. Die zerhawenen zöttlein zu eusserst an den saumen der kleider. HISP. *Falda ò trepa ò orilla de la vestidura.* ANGL. *A garde of a garment cut, an hemme, a fringe.*} Laciniæ sunt in vestimento partes extremæ, quas interdum in humerum solemus reiicere, quibúsque in sinum collectis, aliquid gestare consueuimus: ita dictæ, vt Festus indicat, à lacerando, quòd sint partes quædam & segmenta vestem diuidentia. Plaut. *in Merc.* At tu ædepol sume laciniam, atque absterge sudorem tibi. Cic. *Tironi.* Videor enim videre te ementem rusticas res, cum villico loquentem, in lacinia seruantem ex mensa secunda semina. ¶ Colum. *lib.* 8. Iubet pecus ægrotum distribui in lacinias, id est, in particulas separari, vt faciliùs conualescant. Nam discreta animalia, & in partes diuisa, in lacinias segregata dicuntur. Lacinia tenere dicuntur, qui leuiter rem tenent, hoc est, extrema vestis ora. Lachrymantem lacinia tenet lachrymans. Plaut. *Asin. sc.* 3. *a.* 3. Lacinia obhæsit, (de diro omine.) Sueton. *in Neron. cap.* 19. Lacinia tenere aliquem. Idem *in Claud. c.* 15. Et *in Calig. c.* 35. Calcata lacinia togæ præceps per gradus iret indignabundus. Cic. *lib.* 3 *de Orat.* Nam illud alterum genus quod est temporibus, locis, rebus definitum obtinent, atque id ipsum lacinia.

‖Laciniare, laciniæ inflexu abundare, adumbrare. Apul.‖

Lăcĭnĭātus, adiectiuum. {ANGL. *Thath hath a fringe or welte.*} vnde laciniata vestis, id est, sinuosa.

Lăcĭnĭātim, aduerb. Particulatim & separatim. Apul. Non laciniatim disperso, sed cuneatim stipato commeatu, difficultates illas transabiremus.

Lăcĭnĭōsus, a, um, Amplus & sinuosus. {ὁ τῆς ὁ κροσσωτός. GALL. *Qui a des plis.* ITAL. *Pieno di falde.* GERM. Faldechtig, weit. HISP. *Lleno de faldas.* ANGL. *Iagged, full of plaittes, hemmed, fringed.*} vt Vestis laciniosa. Sermo laciniosus, id est, flexuosus, multisque ambagibus inuolutus. ¶ Plin. Alexandriam laciniosam fuisse scribit, hoc est, extensis vestium laciniis similis, *lib.* 5. *cap.* 10. Laciniosa folia. Idem *lib.* 25. *cap.* 10. ¶ Laciniosa onera, apud Tertull. *lib.* 4. *contra Marc.* Multiplicia & quæ homines occupationibus distinebant; sicut impedit in ingressum vestis laciniosa. Sermo laciniosus, apud eundem *lib. de virginibus velandis,* pro diffuso.

LACINIVM, Λακίνιον, vulgó *Cabo de colenne en Calabria.* {Ein vorgebirg im nidersten Italia, so in das meer hinauß geht, vnd das Ionisch von dem Adriatischen vnderscheidt.} Promontorium in extremis Italiæ finibus inter Petiliam & Crotonem in mare excurrens, Ioniúmque dirimens ab Adriatico. Dictum Lacinium à Lacino quodam latrone, quem Hercules quòd boues suos abegisset, ibi traditur interemisse, Iunonique ibidem templum ædificasse, quam etiam à nomine illius Laciniam cognominauit. Virg. 3. *Æneid.*

Hinc sinus Herculei (si vera est fama) Tarenti

Cernitur: attollit se diua Lacinia contra.

Lăcĭnĭus, adiectiuum, Λακίνιος, vt litora Lacinia, apud Ouid. 15. *Met.*

Lăcĭo, is, lacui & lexi Prisciano, & in supino lacitum & lectum, significat in fraudem duco: ab obsoleto nomine lax, quod fraudem significat. hinc Delicium, allicio, elicio, prollicio. {פתה *pittáh* רמה *rimmáh.* ἐπάγω. GALL. *Tromper, mener quelqu'vn pour le tromper.* ITAL. *Menare al inganno.* GERM. Einfüren zubetriegen, anlocken. HISP. *Guiar al engaño, ò por engañar.* ANGL. *To allure and deceiue.*} Festus, lacit, id est, decipiendo inducit. Lax enim fraus est. Simplex tamen lacio desiit esse in vsu. ¶ Eius composita sunt allicio, delicio, illicio, oblicio, pellicio: ex quibus fiunt frequentatiua, allecto, delecto, electo, illecto, oblecto, pellecto, & habent quidem duo præterita, Prisciano teste, & duo supina, quemadmodum lacio: quamuis ab elicio, elicui solúm inueniatur. Quòd faciat de se frequentatiuum electo, videtur aliquando etiam habuisse præteritum elexi, & supinum electum, Plaut. *in Asin.* Ibo aduersum, atque electabo quicquid illud sit. Cætera vsitatius præteritum per xi, & supinum per ctum faciunt: vt Allicio, allexi, allectum: Pellicio, pellexi, pellectum. Legitur tamen & præteritum pellicui, apud antiquos. Liu. *Andronicus in Laudam,* De illo Asiatico ornatu fluens pellicuit.

Lacippo, Hispaniæ Bæticæ oppidum est in conuentu Gaditano, teste Plin. *lib.* 3. *c.* 1. Vulgó *Fuengirola.*

Lăcmōn, Λάκμων. Epiroticorum montium pars est, ex qua Æas fluuius oritur, per Apolloniatarum agrum in mare Adriaticum illabens. Autor Herod. *lib.* 9.

LACONIA, æ. Λακωνική. {Ein gewaltige landtschafft in Peloponneso, so vor zeiten hundert städt gehabt.} Peloponnesi regio, inter Argiuum agrum & Messeniacum, secundúm littus extensa, olim à numero centum ciuitatum Hecatompolis appellata: quarum omnium caput fuit Lacedæmon, quæ & Sparta salutaribus olim Lycurgi legibus optimé instituta. Hinc proximus sinus Laconicus dicitur, inter Tænarum promontorium, & Maleam exensus. Vide Strab. *lib.* 8. & Plinium *lib.* 4. *cap.* 5.

Lacon, is, Λάκων. Qui est ex Laconica regione. Stat. 6. *Theb.*

Tandem inspiratus media de gente Laconum

Prosilit Alcidamas.

Nihil moratur Laconas imi subsellij viros. Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 3. Idem *Most. sc.* 1. *a.* 2. ¶ Huius fœmininum est Lacæna, de quo suprà. ¶ Est item Lacon canis nomen, apud Ouid. *lib.* 3. *Metam.*

Prævalidúsque Lacon, & cursu fortis Aëllo.

Laconicus, adiect. Λακωνικός. vt Ager Laconicus, & Laconistæ canes, apud Plin. *lib.* 10. *cap.* 63. ¶ Laconicas lunas, Λακωνικαὶ σελῆναι: subaudiendum, causaris, aut eiusmodi quippiam. De promissis, aut pactis incertis atque infirmis dicebatur. Nam (vt aiunt) Lacones si quando pactum auxilium pollicerentur, lunas causabantur: atque hoc prætextu suffugiebant, quòd (vt testatur Lucianus) legem tulisset Lycurgus, ne prælium inirent nisi plenilunio. In cæteris item negotiis auspicandis lunæ rationes superstitiosiús obseruabant, atque hinc occasio prouerbij.

Lăcōnicum, i, Hypocaustum, Vaporarium. {Λακωνικόν. GALL. *Estuue.* ITAL. *Stuffa.* GERM. Ein orth in der badstuben an welchem man trucken schwitzt. HISP. *Lugar en el baño para sudar.* ANGL. *A stewe, an heat house or drie bayne.*} Locus in balneis orbiculati ambitu in se recuruo, quo sudor elicitur sicco calore, vt docet Cels. *lib.* 2. Vitruuius *lib.* 5.

præcipit

præcipit laconicum, sudationésque coniungi debere tepidario. Est enim fornacula ex terra & tegulis mammatis addito tomento concinnata, quæ incluso igne per spiracula parua calefacit per præfurnium laconici. Frequentabatur laconicum a crudis, vti per desudationem exugeretur quicquid excrementitij & sudorifici humoris in corpore resedisset. Colum. *in præf. lib.* 1. Mox deinde vt apti veniamus ad ganeas, quotidianam cruditatem laconicis excoquimus, & exucto sudore sitim quærimus. Dictum laconicum, quòd eo Lacones præcipuè vterentur.

Lăcōnismus, i, Breuiloquentia, breuitas in dicendo. {λακωνισμός. GALL. *Vn parler bref & court.* ITAL. *Parlar breue & corto.* GERM. Ein kurtze red. HISP. *Hablar breue.* ANGL. *A brieffe short forme of speaking.*} Tractum à Lacedæmoniorum moribus, quibus prolixa loquacitate nihil erat odiosius. Cic. *ad Brut. lib.* 11. Sed quid ago non imitor laconismum tuum: altera iam pagella procedit.

‖Lacotomus, apud Vitruu. *lib.* 9. 8. est linea recta axi parallelos, à radio æstiuo, quo loci secat meridianum, ad radium hibernum, vbi ipse eundem meridianum intersecat, ducta.‖

Lacryma, æ, Lacrymo, as, vide *Lachryma.*

Lacrines, Λακρίνης, Lacedæmonius quidam fuit, ad Cyrum Ionibus bellum inferentem legatus missus, teste Herod. *lib.* 1.

‖Lactena, malleum. Gloss. Isid.‖

Lāctōris, herba est oleæ folio, sed minore & flore luteo: intus plena lactis, quod gustatum vomitiones concitat. Eadem esse putatur, aut certè simillima illi quæ militaris herba appellatur, quoniam vulnus ferro factum non sanat intra quinque dies ex oleo imposita. Plin. *lib.* 19. *cap.* 18.

Lāctūcă, æ, Herba acetariorum vsu notissima, inde dicta, quòd abundantia lactis exuberet. {מרור *merór.* θρίδαξ. GALL. *Laictue.* ITAL. *Lattuca.* GERM. Lattich. HISP. *Lechuga.* ANGL. *Lettice, or lettuce.*} Plin. *lib.* 19. *cap.* 8. Quæ meconis appellatur à copia lactis soporiferi, quanquam somnum parere credantur. Apud antiquos Italiæ hoc solum genus clarum fuit, & ideò lactucæ nomen adeptæ, Lactucarum aliæ Cæcilianæ, aliæ Cappadoces. Item Tartesiacæ, Paphiæ, siue Cypriæ, & Sessiles. Lactucarum crispas Cappadocas vocant. Sessiles, quæ latè per terram diffunduntur, quæ & Laconicæ dicuntur, teste Plin. *lib.* 19. *cap.* 8. Martial. *lib.* 13.

Claudere quæ cœnas lactuca solebat auorum:
Dic mihi cur nostras incipit illa dapes?

Horat. *lib.* 2. *Serm. satyr.* 4.

——*nam lactuca innatat agri*
Post vinum stomacho.

Lāctūcŭlă, æ, diminutiuum. {τὸ θριδάκιον. GALL. *Petite laictuë.* ITAL. *Picciola lattuca.* GERM. Ein lattichlein. HISP. *Pequeña lechuga, lechuzguino.* ANGL. *A litle lettuce.*} Col. *lib.* 10. Iam teneris frondens lactuca fibris. Et Suet. *August. cap.* 77.

Lactucarius, qui Lactucas vendit. Diomedes *lib.* 1.

‖Lactumen, in capite & facie puerorum nascens, quasi lactis impuritas. Onom. M.

Lactuties porcellus siue nefrens nondum ablactatus: qui *succulus* in speculo Saxonico. Lindenb. *in Gl. ad C. d. ll. antiq.*‖

Lactucini, cognominati sunt Romæ proceres quidam ex Valeria familia, appellatione a lactucis deducta. Vide Plin. *lib.* 19. *cap.* 4.

Lactiphagi, quidam Scythiæ populi, qui & γαλακτοφάγοι dicuntur. {Milchfressmmel.}

Lacuna, vide *Lacus.*

Lăcŭs, us, gener. mascul. à λάκκος. λάκκος & λάκος à strepitu vndæ. Locus profundus, cum aquis perpetuis ibidem natis, efficiens riuos & flumina. {בור *bor* גבא *gebe.* λίμνη, λάκκος. GALL. *Vn lac.* ITAL. *Lago.* GERM. Ein See. HISP. *El lago que tiene agua viua.* ANGL. *A lak.*} Differtque à stagno, quòd hoc ad tempus habeat aquam stagnantem, quæ plerunque hyeme colligi solet, æstate siccari: lacus aqua sit perpetua & perennis. Virg. 4. *Georg.*

Iámque domum mirans genitricis, & humida regna,
Speluncisque lacus clausos, lucósque sonantes.

Idem 8. *Æneid.*

——*Deinde lacu fluuius se condidit alto.*

Col. *lib.* 6. *cap.* 105. Nec vlla re magis gaudet, quàm riuis, atque cœnoso lacu volutari.

Non ideo debet pelago se credere, si qua
Audet in exiguo ludere cymba lacu,

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

——*Vt concrescant frigore vini,*
Dèque lacu fragiles effodiantur aquæ?

Idem *Eleg.* 10. *lib.* 3. *Trist.*

Quaque lacu duræ non fodiantur aquæ,

idem *Eleg.* 12. *lib.* 3. *Trist.* Item lacus, amnes, montes, In triumpho. Idem *Eleg.* 2. *lib.* 4. *Trist.* Idem lacus dicitur vas amplum in quod mustum pedibus prælóve expressum influit. {יקב *jekeb.* GALL. *Vn grand vaisseau à receuoir le vin qui coule du pressoir.* ITAL. *Vaso nel quale cade il vino dal torchio.* GERM. Der bocken oder zuber in welchen der most ab dem trotbeu laufft. HISP. *La cuena.*} Col. *lib.* 12. *cap.* 19. Antequam prela vinacea subiiciantur, de lacu quàm recentissimum addito mustum in amphoram nouam, eámque oblinito & impicato diligenter. Ouid. *in Fast.*

Præmia de lacubus proxima musta tuis.

Varro *lib.* 1. *cap.* 54. Quæ calcatæ vuæ erunt, earum scalpicum folliculis subiiciendi sub prælum, vt si quid reliqui habeant musti, exprimatur in eundem lacum. Græcè ληνός etiam dicitur. Vnde Lenæus Bacchus, & Lenobates, vuæ calcator.

Inque cauos ierant tertia musta lacus,

Ouid. 3. *Fast.*

Nec cumulant altos feruida musta lacus,

idem *Eleg.* 10. *lib.* 3. Nec musta in lacu statim austera sint. Quint. *cap.* 4. *lib.* 2. ¶ Lacubus item distinguuntur granaria, vt separatim quæque legumina ponantur. Columell. *lib.* 1. *cap.* 6. ¶ Interdum lacus accipitur pro trabe plana in ædificiorum contignationibus, vel pro tignorum interstitio lacuum quandam similitudinem referente. Lucilius,

Resultántque ædésque lacúsque.

Lacus Curtij Romæ. Suet. *in August. cap.* 57. *& in Galba cap.* 20. Lacus Albanus, vide *Albanus lacus.* Lacus Curtius, vide *Curtius.*

Lăcuscŭlus, diminutiuum, {λακκίδιον. GALL. *Vne petite fosse.* ITAL. *Fossetta.* GERM. Ein wassergrüblin. HISP. *Pequeño fosso, laguna.* ANGL. *A litle pitte or ditche.*} Colum. *lib.* 12. *cap.* 50. Oportet habere lacusculos tam multos, quàm postulabit modus oliuæ.

Lăcūnă, æ, à lacu fit, & est aquæ collectio, vel fossa (vt Festus docet) in qua aqua collecta stare consueuit. {גבא *gebe.* τέναγος. GALL. *Lacune, fosse.* ITAL. *Aqua morta, laguna.* GERM. Ein pfützen lachen. HISP. *Laguna de agua reposada, lagunajo.* ANGL. *A ditche wherin water standeth, a hole lower then the residew.*} Virg. *lib.* 1. *Georg.*

Præsertim incertis si mensibus amnis abundans
Exit, & obducto latè tenet omnia limo,
Vnde cauæ tepido sudant humore lacunæ.

Vbi Seruius, Lacunæ sunt fossæ in quibus collecta aqua stare consueuit. ¶ Hinc in agris lacunæ dicuntur fossæ ad siccandos agros paratæ. Virg. *lib.* 3. *Georg.*

Et tota solidam in glaciem vertêre lacunæ.

¶ Lacuna pro quacunque etiam exigua fossa, siue concauitate accipitur. Varr. 2. *de re rustic. cap.* 7. His maiores qui sunt intelligi negant posse, præterquam quum dentes sunt facti brochi, & supercilia caua, & sub iis lacunæ, ex obseruatu dicunt eum equum habere annos sedecim. ¶ Lacuna in pauimento pro loco sidente ponitur à Vitruuio *lib.* 7. *cap.* 1. Lacunam in pauimento facere, i. humi aquam fundere, apud Varronem: In pauimento audes facere lacunam, & in humo calceos facis elixos. Lacuna item dicitur in iis rebus in quibus aliquid ad perfectionem & impletionem deest, vt libris lacunæ dicuntur loca hiantia & mutilata, in quibus ad perfectionem aliquid desideratur. Hinc explere lacunam rei familiaris, per translationem est farcire damnum acceptum, vel rem familiarem exinanitam explere & redintegrare. Cicer. *actio.* 2. *in Verr.* Censores fecerunt idem, quod in nostra Repub. solent ij, qui per largitionem magistratus adepti sunt, dederunt operam, vt ita potestatem gererent, vt illam lacunam rei familiaris explerent. Gell. *cap.* 3. *lib.* 1. Quasi lacuna famæ imminentis partarum amico vtilitatum ratione solidatur. ¶ Item vallecula superioris labri per similitudinem lacuna vocatur à Lactantio. ¶ Lacuna in auro, id est, adulteratio, vel fraus, vel legitimi valoris imminutio. Cic. *Attic.* Vide ne qua sit lacuna in auro. ¶ Huius diminutiuum est Lacunula.

Lăcūnōsus, a, um, adiectiuum, Inæquale, lacunis plenum, imperfectum, inexpletum. {τεναγώδης, τελματώδης. GALL. *Plein de fosses, ou fossettes, creux par cy par là.* ITAL. *Pieno di fosse.* GERM. Grüblechtig, pfützechtig. HISP. *Lleno de lagunas ò fossos.* ANGL. *Full of dit ches or holes, not euen.*} Cic. 2. *de nat. deor.* Quid pulchrius ea figura, quæ sola omnes alias figuras complexa continet, quæque nihil asperitatis habere, nihil offensionis potest, nihil incisum angulis, nihil anfractibus, nihil eminens, nihil lacunosum?

Lăcūno, as, Lacunas facio, vel lacunaris similitudinem rei alicui induco. {φατνόω, φατνώω. GALL. *Planchéer de pieces caues ou creuses.* ITAL. *Far trauatura.* GERM. Oberschiessen. HISP. *Labrar de çaquiçamí.* ANGL. *To laye with plankes and make some partes lower then the residew.*} Ouid. 8. *Metam.*

——*molli tellus erat humida musco,*
Summa lacunabant, alterno murice conchæ.

Lăcūnātus, a, um. Ad lacunæ formam depressum. {ὁ ἢ ὁ πεφατνωμένος, φατνώδης. GALL. *Caué & fait comme vne fosse, creux.* ITAL. *Canato, a foggia di lago.* GERM. Grubechtig vnd eben. HISP. *Cauado, labrado de çaquiçamí.* ANGL. *Made holowe like a ditche.*} Plin. *lib.* 15. *cap.* 10. Intus exiles nucleos lacunaris includi toris.

Lăcūnăr, is, Contignatio exculpta, tignorum interstitiis, lacuum, siue lacunarum quandam similitudinem referens. רהיט *rahit.* φάτνωμα, ὀροφή. GALL. *Cheurons ou plancher d'vne maison, ou le lambris du plancher.* ITAL. *Trabe che sostiene la fabrica.* GERM. Die bühne oder verfassung einen jeden gemachs. HISP. *El soprado ò entresuelo hecho en guisa de laguna ò laguinyo, ò labrado de çaquiçamí.* ANGL. *A beame in an house.*} Lacunaria intueri, vitiosus gestus. Quintil. Sueton. *in Neron.* Lacunaria quæ noctu super dormientem laxata machina deciderent parauit. Horat. *lib.* 2. *Carm.*

Non ebur neque aureum
Mea renidet in domo lacunar.

Cic. 5. *Tuscul.* In hoc me dio apparatu fulgentem gladium, è lacunari seta equina appensum demitti iussit. ¶ Eadem & laquearia dicuntur. Virg. 1. *Æneid.*

——*Dependent lychni laquearibus aureis.*

Lacydes, Λακύδης Suidæ, philosophus fuit Cyrenæus, primus nouæ Academiæ institutor. Hunc tradit Plin. tantopere ab ansere quoddam fuisse adamatum, vt ei perpetuò comes adhæserit, nusquam ab eo non in publico, non in balneis, non noctu, non interdiu digressus. ¶ Fuit præterea hoc nomine quidam ex Argiuorum regibus, molli incessu, comáque perpetuò vnguentis delibuta. Meminit eius Plutarchus eo in opusculo quo docet, quo pacto vtilitatem ab inimicis capere possimus.

Lada Plinio, λῆδον Dioscoridi. Frutex est ex cysthi generibus, longioribus foliis, & nigrioribus, quæ verno tempore pingue quiddam roscidum contrahunt, quod capratum barbis adhærescit, indeque depexum colatur, cogitúrque in offas. Id Ladanum appellant, in Cypro insula præcipuè laudatum. Plin. *lib.* 12. *cap.* 17.

Ladas, Λάδας, Alexandri Maced. cursor fuisse traditur, tanta pedum velocitate, vt vestigia eius in arena non apparerent. Quo nomine statuam meruit apud Argos in templo Veneris, quam στεφθεῖς cognominabant. Martial. *lib.* 2. Quid si per graciles vias Petauri inuitum iubeas subire Ladam?

Ladanum, λάδανον, est quiddam pingue ladæ herbæ insidens, barbísque capratum adhærescens. Hæc autem herba nascitur in Cypro. Vide Plin. *lib.* 12. *cap.* 17. Et quæ suprà annotauimus in dictione *Lada.*

Digitized by

Lade, Insula in ora Ioniæ, teste Plin. *lib.* 5. *c.* 31. Stephanus λάδη Æolidis insulam facit.

Ladepsi, & tranepsi, λαδεψοὶ καὶ τρανεψοί, Populi Bithynorum, Steph.

Ladesta, aut Ladestum, λάδεστα καὶ λάδεστον. Vna Liburnidum ciuitatum, gentile Ladestinus. Steph.

Laditacites, λαδιτακίτης, Insula in Persico mari. Steph.

Lādōn, λάδων, Fluuius Arcadiæ iuxta quem poetæ fabulantur Syringa nympham in fistulam fuisse mutatam. Ouid. *lib.* 1. *Metam.*

Donec arenosi placidum Ladonis ad amnem
Venerat.

¶ Est & nomen canis Actæonis, apud Ouid. *lib.* 13. *Metam.*

Et substricta gerens Sicyonius ilia Ladon.

Quo tamen in loco in castigatioribus exemplaribus *Lagon* legitur, non Ladon.

Læna, oppidum est Arabiæ ad sinum illum rubri maris, qui in Ægyptum vergit, qui ab oppidi huius nomine Læanticus vocatur. Plin. *lib.* 5. *cap.* 11.

LÆDO, is, si, sum, per æ diphthongum, q. λαιὸν δῶ. Verbo, factóve aliquem offendo, comminuo, verbero, pulso. {הִכְּה *hickcháh.* βλάπτω. GALL. *Blesser, nuire, offenser, faire tort.* ITAL. *Offendere, far dispiacere.* GERM. Verletzen/beschädigen mit worten oder wercken. HISP. *Dañar ò lisiar.* ANGL. *To anoye or hurt.*} Quod verbum quidam à Græco λαιδορεῖν tractum putant, quod significat maledictis & conuitiis quempiam incessere, & construitur ferè cum accusatiuo. Virg. 10. *Eclog.*

——*At ne te frigora lædant.*

Terent. *Adelph.* Ille clemens, placidus, nulli lædere os, arridere omnibus. Cic. *pro Cluent.* Itaque duriùs suspicionibus obscuris lædi famam suam noluit. Ouid. 4. *de Ponto, Eleg.* 6.

At si quem lædi fortuna cernis iniqua,
Mollior est animo fœmina nulla tuo.
——*Nil prodest quod non lædere possit.*

idem *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Læsit opus lachrymis ipse poëta suum,

ibid. Eleg. 1. *lib.* 3. Memini cum dicto haud audebat, facto nunc lædat. Plaut. *Capt. sc.* 3. *a.* 3. ¶ Huius composita sunt Allido, collido, elido, illido, oblido, quæ habent pen. prod. de quibus vide suis locis.

Læsūs, participium. Vulneratus. {מֻכֶּה *mucchéh.* βλαβείς. GALL. *Offensé.* ITAL. *Offeso.* GERM. Verletzt. HISP. *Dañado, lisiado.* ANGL. *Anoyed, wounded.*} vt, Cor vulnere læsum, Ouid. 12. *Metam.* Fœdus læsum. Virg. 12. *Æneid.* Pudicitia læsa, Ouid. *Epist.* 5. Læsi principis ira. Idem *Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.* Læsa facit Iuno. Idem 2. *Fast.*

——*Qui maculas læsis de vestibus aufers,*

idem 3. *Fast.*

Et carmen demens carmine læsus amo,

idem *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist.*

Læsio, nis. {מַכָּה *machcáh.* βλάβη. GALL. *Offense, nuisance.* ITAL. *Offesa.* GERM. Verletzung. HISP. *El daño, ò lesion.* ANGL. *A noiyng hirting.*} Cicer. 3. *de Orat.* Purgatio, conciliatio, læsio, optatio, atque execratio.

Læsūră, æ, Detrimentum & dispendium, cum aliquid de re familiari nostra amittitur, iactura. Tertull. *de patientia*, Læsuras quoque earum computandas non esse.

[Lælaps, λαῖλαψ, turbo, genus venti procellosi.

Læmargus. Gl. λαίμαργος glutto, i. homo gulosus, vorax.

Læmulchaton, λαιμουλχατόν, præmium quod victor referebat ex gladiatorio ludo, nempe centum minæ.]

Læna, æ, Vestis lanea (testibus Varrone & Festo) habitus duplicis, quæ super cætera vestimenta imponebatur. {χλαῖνα. GALL. *Vne sorte d'habit double, dequoy vsoent les augures, aussi les gens d'armes en hyuer.* ITAL. *Habito de gli antichi, vsato de gli auguri, & da soldati.* GERM. Ein vberes kleid/oberrock. HISP. *Cierta vestidura antica de soldados.* ANGL. *A double wollergarmend wenichmen of warre vseth in winter.*} Lænæ dictæ sunt quasi χλαῖναι. Plutarch. *in Num.* De lænæ habitu in agendo, vt togæ. Quintil. Nonius putat esse vestem militarem, Virgilij autoritate innixus 4. *Æneid.*

——*Tyrióque ardebat murice læna*
Demissa ex humeris.

Pertusa læna. Iuuen. *Satyr.* 5. Cic. *de clar. Orat.* docet lænam etiam fuisse vestis genus, qua Flamines vti solebant, quum sacrificia facerent, Quum Consul, inquit) esset, eodémque tempore sacrificium publicum cum læna faceret, quòd erat Flamen carmentalis, plebis contra Patres concitatione & seditione nunciata, vt erat læna amictus, ita venit in concionem.

Lāërtē, es, Λαέρτη, siue (vt apud Strab. & Steph. legitur) Laërtes, castellum est Ciciliæ in tumulo quodam situm, qui mamillæ speciem præbet. Autor Strab. *lib.* 14.

Lāërtēs, Λαέρτης, Acrisij filius fuit, & pater Vlyssis, qui ab eo Laërtiades dicitur. Ouid. *in Epist. Penelopes*,

Tres sumus imbelles numero, sine viribus, vxor,
Laërtésque senex, Telemachúsque puer.
Nam mihi Laërtes pater est, Arcesius illi,

Ouid. 13. *Metam.* Laërtiadæque de atis quæ meruit. Idem *ibid.*

Lāërtĭus, a, um, vt regina Laërtia, apud Virg. 3. *Æneid.* Donec Laërtius heros astitit. Ouid. 13. *Metam.*

Lāërtĭus Diogenes. Ex Laërte Ciliciæ castello ortus putatur, indéque cognomentum assumpsisse. Creditur floruisse sub Antonio philosopho. Scripsit vitas philosophorum oratione soluta: easdémque breui carmine perstrinxit, quod παμμετρον inscripsit.

Læstrygonēs, Λαιστρυγόνες. Populi fuerunt immanissimi, Formias Campaniæ vrbem incolentes, quos Plin. *lib.* 7. tradit humana carne victitasse. Gellius *lib.* 15. *cap.* 21. Præstantissimos virtute, prudentia, viribus, Iouis filios poëtæ appellauerunt, vt Æacum, Minoa, & Sarpedona: ferocissimos & immanes, & alienos ab omni humanitate, tanquam è mari genitos, Neptuni filios dixerunt, vt Cyclopas, & Cercyona, & Læstrygonas.

[Lætamen, fimus, quo agri stercorantur. Plinio.

Lætaltes, qui lætum se ostendit.]

LÆTŪS, a, um, à λατός, vel λᾶρος, incolumis. Ita vocabant, qui cum coronâ publicè vitulabant, λᾶρος, λατός. Deinde λετός. Qui hilaritatem quam intus habet, etiam vultu ostendit à latitudine mentis, vt quidam putant, alacer, volens, hilaris. {שָׂמֵחַ *saméach* שָׂשׂ *sas.* φαιδρός, γεγηθώς. GALL. *Ioyeux, gay.* ITAL. *Allegro, lieto.* GERM. Frölich. HISP. *Alegre.* ANGL. *Glaid, ioyous.*} Nam qui gaudium aspectu promunt, dilatare quodammodo faciem videntur. Imò (inquit Passer.) lætum est propriè quod latè diffunditur, vnde læta arbor & seges. Inde ad animum diffusum transfertur. Tibul. *lib.* 4. lætior eluxit structos super ignis aceruos. Læta & nitens arbor. Gell. *cap.* 1. *lib.* 12. Lætissimæ comæ arborum. Idem *cap.* 1. *lib.* 19. Lætiora adolescunt (de sobole arborum.) Senec. *cap.* 16. *de cons. ad Mart.*

Integer & lætus læta & iuuenilia lusi,

Ouid. *Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.* Læta exta. Liu. *lib.* 1. *bell. Maced.* Læta fortuna. Idem *lib.* 4. *d.* 4. Item lætus, i. propitius, Plaut. *initio Amph. in prol.* Vt vos in vostris voltis mercimoniis & me lætum lucris afficere. i. propitium. Lambin. & Passer. Virg. 4. *Æneid.* imperio læti, parent. ¶ Lætus est de amica, Terent. *Adelph.* Lætus lætitiis omnibus. Cic. 2. *de fin.* Lætas oues (ἴφια μῆλα Homero) dicimus quæ pingues sunt ac bona corporis habitudine. ¶ Lætæ segetes, id est, fertiles. Virg. 1. *Georg.*

Quid faciat lætas segetes.

Idem,

Vnde prius lætum siliqua quassante legumen.

Læta verò prata, læta domus, quæ lætos nos sua amœnitate reddunt. ¶ Lætum aliquando à poëtis inuenitur vsurpatum pro celeri: fortassis quòd in iis quæ læto animo aggredimur, celeritate vtamur. Idem Virg.—lætus Eois Eurus equis. ¶ Accipitur præterea lætus pro fausto & felici. Plin. *lib.* 8. *cap.* 47. Sunt enim delubra gemina, alterum intrasse, lætum est: in altero, dira portendit.

Lætē, aduerb. Iucundè, & hilariter)(Seuerè. {ἱλαρῶς, ἡδέως. GALL. *Ioyeusement, gayement.* ITAL. *Allegramente, lietamente.* GERM. Frölich. HISP. *Alegremente.* ANGL. *Gladlie.*} Quint. *lib.* 8. *cap.* 3. Concitatè dicere, an moderatè: lætè, an seuerè, &c. Lætiùs frondere, lætiùs fruticare: id est, vberiùs, apud Colum. *lib.* 5. *cap.* 9. & Plin. *lib.* 16. *cap.* 31.

Lætantĕr, lætè, ἱλαρῶς. Cicero, Lætanti animo. Lamprid. *in Commodo*, Quod Commodus lætanter accepit.

Lætŏr, aris, Gaudeo, delectationem capio, me oblecto, lætitia perfundor, lætitiam percipio. {שָׂמַח *samách* שׂוּשׂ *sus.* χαίρω, εὐφραίνομαι. GALL. *S'esiouyr, prendre plaisir.* ITAL. *Allegrarsi, godere.* GERM. Frölich sein/sich frewen. HISP. *Alegrarse, hauer plazer.* ANGL. *To reioyce, to be glaid.*} Terent. *in Heaut.* Ego non tam meaptè causa lætor, quàm illius, quam ego scio honore quouis dignam. Coniungitur cum ablatiuo, ídque vel cum præpositione, vel sine, & cum accusatiuo. Nam lætari dicimus de aliqua re, aliqua re, & aliquam rem: quamquam postremum dicatur rariùs. Cicer. 2. *de diuin.* An Cn. Pompeium censes tribus suis Consulatibus, tribus triumphis, maximarum rerum gloria lætaturum fuisse, si sciret se in solitudine Ægyptiorum trucidatum iri? Idem *ad Marium*, Vtrumque lætor: sine dolore corporis te fuisse, & animo valuisse. ¶ Inuenitur etiam cum genitiuo. Virg. *lib.* 11. Nec veterum memini, lætórve malorum. ¶ Hinc Collætor, simul lætor. συνήδομαι.

Lætāns, tis, participium. {שָׂמֵחַ *saméach* שָׂשׂ *sas.* χαίρων ἥδόμενος. GALL. *Qui se resiouyt.* ITAL. *Chi si allegra.* GERM. Frölich/sich frewend. HISP. *El que se alegra.* ANGL. *He that is, glaid and reioyceth.*} Cicero *pro Cluent.* Itaque nubit Oppianico continuò Sassia lætanti animo, & spe optima confirmata. Vin' te faciam ex læto lætantem magis? Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 1.

Lætāndum. Cicero *pro lege Manilia*, Atque illud in primis lætandum mihi esse video. Salust. Tamen lætandum magis quàm dolendum casum tuum puto.

Lætabundus, quid sit, docet Gell. *cap.* 15. *lib.* 11.

Læto, as, Lætum facio, lætifico, lætitia perfundo, lætitiam & gaudium affero. {שִׂמֵּחַ *simméach* הֵשִׂישׂ *hesis.* εὐφραίνω. GALL. *Rendre ioyeux, resiouyr.* ITAL. *Far allegro.* GERM. Frölich machen/erfrewen. HISP. *Alegrar à otro.* ANGL. *To make glaid.*} Accius Pelopidis, vt citat Nonius, Et te vt triplici lætarem bono. Antiquum est.

Lætĭfĭco, as, idem. {שִׂמֵּחַ *simméach* הֵשִׂישׂ *hesis.* εὐφραίνω. ANGL. *To mak glaide.*} Plaut. ita meum cor hæc anus lætificauit modò. Cic. 2. *de nat. deor.* Contrahit terram, tum vicissim lætificat, vt cum cælo hilarata videatur.

Lætĭfĭcŏr, aris, deponens, Lætor, lætus sum. {שָׂמַח *samách* שׂוּשׂ *sus.* χαίρω, γέγηθα. GALL. *Estre ioyeux, s'esiouyr.* ITAL. *Essere allegro.* GERM. Frölich sein. HISP. *Ser alegre.* ANGL. *To reioyce, to be glaid.*} Plaut. *Aul. sc.* 6. *a.* 4. Nunc eo alij lætificantur meo malo, & damno.

Lætĭfĭcŭs, a, um, lætitiam faciens. {מְשַׂמֵּחַ *mesamméach.* εὐφραντικός. GALL. *Qui resiouyt.* ITAL. *Chi rallegra.* GERM. Das frölich macht. HISP. *Que alegra.* ANGL. *That maked glade.*} vt, Lætificæ vites, Cic. 1. *Tusc. ex antiquo poëta.*

Lætĭsco, is, prisci dixerunt, pro lætus fio. {שִׂמֵּחַ *simméach* שָׂשׂ *sas.* εὐφραίνομαι.} Sisenna *lib.* 1. *apud Nonium Marcell.* Vtrúmne dij cultu erga se mortalium lætificent, an supernæ gentes humana negligant. Obsoletum.

Lætĭtĭă, æ, Est exultatio animi (vt definit Gell. *lib.* 2. *cap.* 27.) cum gaudio efferuentiore, propter euentum rerum expetitarum, gaudium, voluptas. {שִׂמְחָה *simchah* שָׂשׂוֹן *sason.* εὐφροσύνη, χαρμονή, χαρά. GALL. *Liesse, ioye, resiouyssance.* ITAL. *Letitia, allegrezza.* GERM. Frewd. HISP. *Alegria.* ANGL. *Glaidenesse, ioye.*} Cic. 4. *Tusc.* Lætitia, opinio recens boni præsentis, in quo efferri rectum videatur. Et propriè lætitia est, quum ita mouetur animus, vt etiam ad exteriora egrediatur, & maximè in vultu: gaudium, quum animus exhilaratur aliqua re, neque tamen ad exteriora diffunditur vltra modum, vt facilè appareat. Hinc dicunt Stoici, Gaudium in sapientem cadere posse: lætitiam non posse. Vide *Gaudium.* Cicer. *in Catil.* Hic tu qua lætitia perfruêre? quibus gaudiis exultabis? quanta in voluptate bacchabere? Prosequi aliquem lætitia. Quintil. *lib.* 5. *cap.* 11. ¶ Lætitiam dare, id est, præbere causam lætitiæ. Cic. *pro Plancio.* Cui tria gaudia, ter demerita dem lætitias. Plaut. *Pseud. sc.* 4. *a.* 2. Item vt mea lætitia lætus

lætus promiſcua fies. *Ibid. ſc.* 5. *act.* 4. Quid ſit lætitia, docet Gell. *cap.* 27. *lib.* 2.

Lætitudo,inis,Lætitia. {שִׂמְחָה *ſimchâh* שָׂשׂוֹן *ſaſôn*. χαρμοσύνη, χαρά.} Accius *in Bacchis*, vt citat Nonius, Quanta in venando affectus eſt lætitudine.

Lætabilis, e, Lætitia dignus. {χαρτὸς. GALL. *Dequoy on ſe reſiouyt, digne de reſiouyſſance.* ITAL. *Degno che ogni uno ſi rallegri.* GERM. Frewens wärt/ frewdenreich. HISP. *Coſa digna de alegria.* ANGL. *Where of one is glade.*} Cic.*lib.*1. *Tuſc.* Quod vt ita ſit (nihil enim pugno) quid habet iſta res, aut lætabile, aut glorioſum? ¶ Inde illætabilis contrariæ ſignificationis.

Lætamen,inis,Fimus,qui per agros iacitur, quòd lætas, hoc eſt, pingues ſegetes faciat. {דֹּמֶן *domen*. κόπρος. GALL. *Fiens pour fumer la terre.* ITAL. *Letame.* GERM. Miſt ſo man auff die acker thut. HISP. *Eſtiercol para eſtercolar la tierra.* ANGL. *Donge.*} Plin.*lib.*18. *cap.*16. Ipſúmque pro lætamine eſt.

Læva, æ, Manus ſiniſtra dicitur. {שְׂמֹאל *ſemôl*. σκαιά. GALL. *La main ſeneſtre ou gauche.* ITAL. *Mano ſiniſtra, manca.* GERM. Die lincke hand. HISP. *La yzquierda mano.* ANGL. *The left and.*} Vnde & Scæuolæ nomen tractum eſt à Græco λαιὸς, quòd ſiniſtrum ſignificat. Cicer. 4. *Acad.* Quum autem læuam manum admoueret, &c. Virg. 4. *Æneid.*

Læuam cuncta cohors remis ventiſque petiuit.

Liu.4.*ab Vrbe*, Dextra montibus, læua Tyberi amne ſeptus.

Læuus, a, um, à Græco λαιὸς. Siniſter. {שְׂמֹאל *ſemôl* שְׂמָאלִי *ſemali*. λαιὸς, σκαιός. GALL. *Gaucher, ſeneſtre.* ITAL. *Siniſtro.* GERM. Linck. HISP. *Sineſtro ò yzquierdo.* ANGL. *Left handed, left.*} vt Læua manus, apud Cic. 1. *Acad.* Læuus humerus, Ouid.9. *Metam.* Læuum cornu, Cæſ.3. *Comm.* ¶ Per tranſlationem accipitur pro inauſpicato & infelici. ἀπαίσιος. Virg.1.*Eclog.*

———*Si mens non læua fuiſſet.*

Idem *lib.*4. *Georg.*

——— ———*ſiqua*
Numina læua ſinunt, auditque vocatus Apollo.
Dextraque vt læuum teneat, dextrúmque ſiniſtra Miles,

Tibull.*lib.*4.

Seu quis dextra velit, ſeu læua tueri,

idem *lib.*4. Picus, cornix eſt, ab læua, coruus, parra ab dextra. Plaut. *Aſin. ſc.*1.*a.*2. Coruus mihi cantat ab læua manu. Idem *Aul. ſc.*3 *a.*4. Reſpice ad læuam Idem *Merc. ſc.*4.*a.*2. Abiiciam coronam ad læuam manum. Idem *Men. ſc.*3. *a.*3. Barbara pars læua eſt. Ouid. *Eleg.*10. *lib.*1. *Triſt.* ¶ Læuum tamen fulmen quum dicimus, proſperum ſignificamus, *Gr.* δεξιόν. propterea quòd quæ nobis ſiniſtra ſunt, ſuperis ſunt dextra. Hetruſci cælum in ſedecim partes diuiſerunt: è quibus octo ab exortu ſiniſtras, totidem è contrario appellauère dextras. Hinc omnia fulmina læua exiſtimantur eſſe proſpera, quoniam à læua parte mundi ortus eſt, ſicut ſcribit Plinius. Et (vt autor eſt Cic.2.*de diuinat.*) optimum auſpicium habebatur apud Romanos, quod ſiniſtrum fuerat. Vnde Virgilius antiquitatis conſultiſſimus dixit, Intonuit læuum, quod felicitatem portendere credebatur. ¶ Ipſi Græci σκαιὸν dicunt pro ſtulto, vt Latini læuum. Horat. O ego læuus, qui purgo bilem verni ſub temporis horam. Virg ſæpiùs eodem ſenſu.

Læuorſum, verſus læuam. ANGL. *Towardes the left ſide.*} Apul. verò *Florid. lib.*1. Cùm igitur aquila eo ſeſe extulit, nutu clementi læuorſum vel dextrorſum.

Læuis, e, cum diphthongo in priore ſyllaba, Planus, politus, glaber, tactu mollis. {חָלָק *chalak*. λεῖος. GALL. *Vni, poli, aplani, doux au toucher.* ITAL. *Polito, liſcio, dolce, molle.* GERM. Glatt. HISP. *Coſa liza polida, y ſin pelos.* ANGL. *Light, plane, poliſhed, ſmoth slike.*} Virg.7.*Æneid.*

At læuem clypeum ſublatis cornibus Io
Auro inſignibat.

¶ Accipitur aliquando pro glabro & depilato. Idem 6.*Eclog.*

Et ſæpe in læui quæſiſſet cornua fronte.

Tibull.*lib.*1. *Eleg.*8.

Charior eſt auro iuuenis, cui leuia fulgent
Ora, nec amplexus aſpera barba terit.
Quod neque ſum cedro flauus, nec pumice læuis,

Ouid. *Eleg.*1. *lib.*3. *Triſt.*

Vt Satyri læuiſque ſenex tetigere, &c.

Idem 3. *Faſt.* (i. caluus Silenus.)

Læuitas, ✕ aſperitas. {חֶלְקָה *chelkâh*. λειότης. GALL. *Vne douceur qu'on ſent en touchant quelque choſe qui n'eſt point rude.* ITAL. *Vna vgualezza che da piacere toccando.* GERM. Glette. HISP. *Aquella liſura ò raſura.* ANGL. *Smoothneſſe, planeneſſe, lightneſſe.*} Martianus, Lunarem circulum ingreſſa. Virgo conſpicatur globoſum quoddam tenerúmque corpus è ſuperni totis læuitate compactum, inſtar ſpeculi pendentis. Apuleius *Apol.* 1. Accipitur interdum læuitas pro lubricitate. Celſus *lib.*4.*cap.*16. Ex torminibus interdum inteſtinorum læuitas oritur, quæ continere nihil poſſunt, & quicquid aſſumptum eſt, imperfectum protinus reddunt.

Læuor, is, gen. maſc. Læuitas, ✕ Aſperitas. {חַלְקָה *chalkâh*. λειότης. ANGL. *Smoothneſſe, slikeneſſe.*} Plin.*lib* 13.*cap.*12. Spectantur in chartis tenuitas, denſitas, candor, læuor. Idem *lib.*9. *cap.*35. Dos omnis in candore, magnitudine, orbe, læuore, pondere, &c. De vnionibus. ¶ Cornutus *in Perſium*, Læuor pro mollitie & ſuauitate dixit: Talia, inquit, carmina facis, quæ mollitie & læuore ſuo inoffenſa defluant.

Læuigo, as, Complano, polio, quaſi leue ago. {הֶחֱלִיק *hechelîk* קִלְקַל *kalkâl*. λειαίνω. GALL. *Aplanir, vnir, polir.* ITAL. *Polire, ſpianare.* GERM. Glatten glat machen. HISP. *Aliſar ò acepillar ò aticalar.* ANGL. *To make ſmoth and ſlike.*} Plin. Sunt quidam in eo genere molliores, qui & cote læuigantur. Idem *lib.*13.*cap.*12. Scabritia chartæ læuigatur dente. Subducit & læuigat aluum faba. Gell.*cap.*11. *lib.*4.

Læuo, as, Læuigo. {הֶחֱלִיק *hechelîk* קִשְׁקֵל *kiſkâl*. λειαίνω, ξέω. ANGL. *To mak ſmooth.*} Stat.*lib.*1. *Theb.* Pars teretes leuare manu, ac diſponere menſas. Celſus, Læuat, quæ exaſperata ſunt.

Læuatus, tior, tiſſimus. Gell.*lib.*17.*cap.*8. Ad coëundum ideo videntur faciliora, quæ læuatiora, læuiáque ſunt.

Laganum, i, {רָקִיק *rakik* צַפִּיחִית *tſapichith*. λάγανον. GALL. *Bignet ou crepet.* ITAL. *La ſagna.* GERM. Ein gattung küchlein oder ein paſtet. HISP. *La ſaña.* ANGL. *A pancake or fritter.*} Placentæ genus ex farina aqua ſubacta, addito caſeo, aliiſque condimentis, ſimul in pingui iure decoctis. Lagana (inquit Acron.) ſunt quædam quaſi membranulæ ex farina & aqua, quæ iure pingui coctæ, & caſeo, pipere, croco, cinnamóque conditæ, in cibis dantur.

Lagaria, λαγαρία. Magnæ Græciæ oppidum, non procul à Thuriis, Epei, & Phocenſium opus.

Lagaritanus, a, um, vt vinum Lagaritanum, mite & dulce, & à medicis mirificè commendatum. Autor Strab.*lib.*6.

‖Lagarus, a, um, λαγαρὸς, ὰ, ὸν, laxus, κενεών. ſubinanis.‖

Lageos, λάγειος, genus vuæ, quæ & leporaria dicitur. Virgil. *lib.* 2. *Georgic.*

Et paſſo Pſythia vtilior, tenuiſque lageos.

Lagari, λάγαροι. Verſus dicuntur, qui medio claudicant pede, ſicut myuri, qui poſtremo: & acephali, qui à breui ſyllaba incipiunt. Ex Hermolao.

Lagena, æ, ἀπὸ τῆς λαγυνου. Giphanius ſcribit lagœna, q. laguna, à lacuna. genus vaſis teſtacei, ad vinum præcipuè accommodatum. {חֵמֶת *chêmeth* אֲשִׁישׁוּת *aſchiſchuth* בַּקְבּוּק *bakbûk* נֶבֶל *nebel*. λάγυνος. GALL. *Vn flaccon, ou vne bouteille.* ITAL. *Vn fiaſco è barleto.* GERM. Ein ldgel oder flaſch. HISP. *Bota de vino.* ANGL. *A flagon or botell.*} Colum. Omnis ſpurcitia cum ſpumis eximatur, quæ decocta quum tam craſſa fuerit quàm defrutum, refringeretur, & penè picatis lagenis condatur. Plaut. *in Curc.* Quaſi tu lagenam dicas, vbi vinum ſolet Chium eſſe. Martial.*lib.*7.

Nulla catenatis pila eſt præcincta lagenis.

Laguncula, æ, diminutiuum, Parua lagena. {λαγυνίδιον. ANGL. *A litle flagon.*} Plin. *in Epiſt.* Proinde quum venabere, licebit, autore me, vt panarium & laguncülam, ſic etiam pugillares feras. Cic. *Attic. lib.*6. In iis inuentæ ſunt quinque laguneulæ matronarum, &c. ſed *Imagunculæ* eſt legendum.

‖Lageos, vitis & vuæ ſpecies Virg. *Æneid.*2.

———*tenuiſque lageos* ‖

Lagia, vnum ex nominibus Deli inſulæ, apud Plin.*lib.*4. *cap.*2.

Laginia, λαγινία, oppidum Cariæ: Gentile Lagineus, Laginites. Eſt & λαγεινα, vide *Hecateſia*.

Lagois, λαγωῒς, genus auis quæ leporinas habet carnes. Nam λαγὼς, apud Græcos lupus eſt. ¶ Eſt & genus piſcis. Horat.2.*Serm.ſat.*2.

Nec ſcarus aut poterit peregrina iuuare lagois.

Lagophthalmos, λαγώφθαλμος. Dicitur apud Celſum oculorum vitium, quum ſuperior palpebra non deſcendit. Cui vitio contrarium eſt ectropium, quum inferior palpebra parum ſurſum attollitur, nec cum ſuperiore committitur. Dictum à leporibus qui apertis oculis dormire conſueuerunt.

Lagopus, {λαγώπους. GALL. *Vn certain oiſeau ayant les pieds velus, comme ceux d'vn lieure.* ITAL. *Vccello co' i piedi peloſi como la lepre.* GERM. ... ſchneehenn oder ſteinhenn die in hohen Alpen ſind. HISP. *Cierta aue que tiene los pies peludos como la liebre.* ANGL. *A certaine birde with rough or heary feet lik the feet of an hare.*} Auis eſt Alpina, de qua ſic ſcribit Plin.*lib.*10. *cap.*48. Et præcipuo ſapore lagopus, pedes leporino villo nomen hoc dedere, cætero candidæ, columbarum magnitudine. Martial.*lib.*7.

Si meus aurita gaudet lagopode Flaccus.

¶ Eſt etiam lagopus herba quædam à pedis leporini ſimilitudine. Plin. *lib.* 28. *cap.* 8. Lagopus ſiſtit aluum è vino pota, aut in febri ex aqua. Naſcitur in ſegetibus.

Lagotrophia, {λαγωτροφία. ANGL. *A cuninger.*} Leporaria ſunt, id eſt, loca in quibus lepores aluntur. Vtitur hac voce Colum.*lib.*8. *cap.*1.

Lagus, λάγος, Pater fuit Ptolemæi ſucceſſoris Alexandri, cui Philadelphus ſucceſſit in regno, Lucan.*lib.*10. Nobilitas vati) proles clariſſima Lagi, &c. Hinc Lagæus, a, um, vide Ptolem.

Laguſa, λάγουσα. Inſula eſt in mari Pamphylio, ex aduerſo Glauci fluuij. Autor Plin.*lib.*5.*cap.*31. Strabo Laguſam enumerat inter inſulas Cretæ vicinas: non procul ab Io inſula.

Lagyra, λάγυρα. vrbs eſt Tauricæ Cherroneſi, apud Ptol.*lib.*3. *cap.*6.

Laicus, a, um, {λαϊκὸς, ἰδιώτης. GALL. *Qui n'eſt point clerc.* ITAL. *Che non è chierico.* GERM. Ein leyen/gemeiner gemein. HISP. *El que noes clerigo.* ANGL. *Of the common people.*} Quod commune eſt, & non ſanctum: hoc eſt, quod attrectabile eſt, ſicut ſacrum & ſanctum dicitur cuius tractu populo interdictum eſt. Nunc Laicos vocamus quaſi populares & profanos, qui ſacris initiati non ſunt. Budæus.

Lais, idis, λαΐς. Nomen proprium famoſiſſimæ meretricis, quæ à ſcriptoribus Corinthia dicta eſt, quia Corinthi habitauit: ad quam propter inſignem pulchritudinem potentiſſimi quique ex omni Græcia conueniebant, nec quiſpiam admittebatur, niſi qui dabat quod poſceret. Vnde profectum creditur prouerbium, Non cuiuſuis hominis eſſe, adire Corinthum. Tam carè enim Lais ſuas locabat noctes, vt vel ditiſſimi homines pretij magnitudine deterrerentur. Inter quos etiam Demoſthenes fuiſſe fertur, qui quum ſcorti tam nobilis fama accenſus, aliquando Corinthum nauigaſſet, illáque noctis vnius operam decem millibus drachmarum indicaſſet, expauefactus pretij immanitate, Græcè reſpondit, οὐκ ὠνοῦμαι μυρίων δραχμῶν μεταμέλειαν, Non emo, inquit, decem millibus drachmarum pœnitentiam. Ouid.1. *Amor.* Multis Lais amata viris. Vide Gell. *lib.*1. *cap.*8.

‖Laiſus, ſinus, vox barbara; vnde *laiſſeuerpire* in ſinum conjicere. vide Gloſſ. Lindenbrogij ad Cod. ll. antiq.‖

Laius, filius fuit Labdaci Regis Thebarum, pater OEdipi qui Iocaſtam Creontis Thebani filiam vxorem duxit: quam quum concepiſſe audiſſet, de futura prole oraculum conſuluit: cui reſponſum eſt, eum naſcituri manu periturum. Quapropter Iocaſtæ præcepit, vt quicquid peperiſſet necaret. Verùm quum illa inſigni forma puerum peperiſſet, maternáque indulgentia affecta adduci non poſſet, vt eum interficeret, neque tamen educare auderet, miniſtro cuidam exponendum tradit: qui acceptum puerum in ſyluam detulit, plantiſque perforatis,

Digitized by Google

tis, viminéque traiecto ex arbore eum suspendit: futurum ratus, vt inedia moreretur. Verùm quum Phorbas Polybij Corinthiorum Regis pastor illàc iter faceret, audito vagitu, eò accurrit, puerúmque seruauit, quem & reginæ, quæ liberis carebant, magni muneris loco obtulit: à qua, velut puer cælitus missus, filij loco est educatus, & à pedibus ex vulnere tumentibus OEdipus est appellatus. Grandior deinde natu, quum generis sui cognoscendi auidus Apollinem consuluisset, responsum accepit, se Patrem in Phocide inuenturum. Quò quum venisset, Laium in tumultu quodam inter ciues suos, exortóque exorto, interfecit, matrémque imprudens duxit vxorem. Stat. 11. *Thebaid.*

Ensem sceptriferi spolium lachrymabile Lay.

Reliqua vide in dictione *OEdipus.*

Lālætānĭă, Hispaniæ regio est in tractu Tarraconensi. Mart. *lib.* 1.

Aprica repetes Tarraconis littora,
Tuámque Lalætaniam.

Lālætānŭs, a, um, adiect. vt vinum Lalætanum, magis copia, quàm bonitate laudatum, teste Plin. *lib.* 14. *cap.* 6. Mart. *lib.* 9.

Et Lalætana nigra lagena sapa.

¶Lalage, clamor, vociferatio. Lalax, agis, vnde nomen proprium apud Horatium.

Lalangia, crustula. Gl. A. L.¶

Lalassis, fluuius est Isauriæ, quæ Asiæ regio est, inter Ciliciam & Pamphyliam sita. Autor Plin. *lib.* 5. *cap.* 7.

Lalisanda, Λαλισάνδα, vrbs Isaurici, nunc dicitur Dalisanda. Steph.

Lălĭsĭo, nis, Pullus onagri. {ὀνάριον ἄγριον, vel ὀνάγρου πῶλος. Gall. *Petit asnon sauuage.* Ital. *Asinello saluatico.* Germ. Ein junger waldesel. Hisp. *El hijo del asino.* Angl. *A litle wylde asse.*} Martial.

Dum tener est onager, soláque lalisio matre
Pascitur, hoc infans, sed breue nomen habet.

Lāllārĕ, Antiqui dixerunt pro dormire, de infantibus loquentes: quod inde ductum, inquit Cornutus, quòd nutrices cum infantes dormire volunt, iis Lalla, lalla, lalla dicere soleant. Pers. *Sat.* 3.

Et similis regum pueris papare minutum
Poscis, & iratus mammæ lallare recusas?

Ex quo loco Persij antea malè hic legebatur, Lallare veteres dixisse pro lac sugere. Est enim à Persij sententia hoc alienum, & à Cornuto eius interprete reiectum.

Lallus, i, Deus qui præerat Næniis illis balbis, quas nutrices pueris occinunt, & pueros reddere cogunt. Origo λαλὶ τοῦ λαλεῖν, non ab L, vt volunt. Ausonius de filio Probini, Nutricis inter lemmata, Lallique somniferos modos.

Lama, æ, Aquarum collectio est, interprete Festo, quæ & lacuna dicitur. τέναγος.

¶Lama, piscina: vox Longobardica.

Lambdoides, (Λαμβδοειδὴς scil. ῥαφὴ) sutura cranij à figura literæ Λ sic dicta, occiput circumscribens.¶

Lambero, as, are. Plaut. *Pseud. sc.* 4. *a.* 1. Me meo ludo lamberas. (i.) similibus iocis, ac salibus me petis, lacessis, proscindis, &c.

Lāmbo, is, bi, tum, à sono illius actionis: vt λάπτω, λαπτίζω. Linguo, lingua leuiter aliquid tango. {לחך *lachách* לק *lak.* λείχω, λιχμάομαι. Gall. *Lapper comme font les chiens en beuuans, licher.* Ital. *Leccare.* Germ. Lecken. Hisp. *Lamer, ò lamber.* Angl. *To lape, or like.*} Lucil. *Sat.* 13.

Iucundásque puer qui lamberat ore placentas.

Colum. *lib.* 8. *cap.* 17. Nam quia dentibus carent, aut lambunt cibos, aut integros hauriunt: mandere quidem non possunt. Virg. pro leuiter tangere, 3. *Æneid.*

Attollitque globos flammarum, & sydera lambit.

Lucan. *lib.* 1.

Sic & Syllanum solito tibi lambere ferrum
Durat, magne, sitis. (i. cruoris ciuilis.)

¶ Interdum pro leuiter alluere, Horat. *lib.* 1. *Carm.*

Vel quæ loca fabulosus
Lambit Hydaspes.

Ponitur etiam aliquando pro circundare, aut tegere. Pers. *Sat.* 1. Palladiámque relinquo Pyrenem illis quorum imagines lambunt Hederæ sequaces. Virg. 2. *Æneid.*

———tactósque innoxia molles
Lambere flamma comas.

¶ Allambo compositum, vide suo loco.

Lāmbĭto, as, lambitaui, lambitatum, lambitare, frequentatiuum. Solinus *cap.* 25. Ægyptij canes è Nilo nunquam nisi currentes lambitant.

Lambotus, fluuius est Africæ, apud Strab.

Lāmbrŭs, fluuius in Cisalpina Gallia, quem Padus defert in mare Adriaticum, vt ait Plin. *lib.* 3. *cap.* 16. & 19. A quo Lambrani dicti sunt eius accolæ. Suet. *in Cæs.* Per Lambranos & Transpadanos duxit.

¶Lameca, vel Lamecum, *Lamego,* vrbs Lusitaniæ, ad Durium amnem sita, sub M. Bracarensi.¶

Lāmellă, vide *Lamina.*

Lāmĕntŏr, aris, ab ἰάλεμος, qui fuit infelix Calliopes soboles. ἰαλεμίζω, lamentor. Deploro, defleo, lachrymo, fleo, & ipsa voce dolorem ostendo. {קונן *konén* נבה *nabáh* בכה *bachâh* ספד *saphádh* אבל *abál.* θρηνέω, ὀλοφύρομαι. Gall. *Lamenter, braire, & crier de douleur & ennuy qu'on a.* Ital. *Lamentarsi, dolersi.* Germ. Kläglich weynen/heulen/wehklagen. Hisp. *Llorar con vozes gritando.* Angl. *To weepe, to lament, to bewaile for.*} Terent. *in Andr.* Quæ cùm mihi lamentari præter cæteras visa est. Idem *in Phorm.* Modò quandam vidi virginem hic viciniæ Miseram suam matrem lamentari mortuam. ¶ Cic. 1. *Tusc.* pro lamentatione dignum aliquid efferre. Nam hæc quidem vita mors est quam lamentari possem si liberet. Idem 1. *de Orat.* Lapides me hercule omnes flere ac lamentari coëgisset. Plaut. *Men. sc.* 1. *a.* 1. Ne lamentetur, neve animum despondeat (machæra.)

Lāmĕntātŭs, a, um, particip. {נספד *nispádh.* ὀδυρθείς. Gall. *Lamenté.* Ital. *Lamentato.* Germ. Kläglich beweynt. Hisp. *Llorado.* Angl. *Lamented for.*} vt Fata diu lamentata, Silius *lib.* 13.

Lāmĕntātĭo, Est (vt Cicer. 4. *Tusc.* docet) ægritudo cum eiulatu. {מספד *misphedh* נהי *nechi* בכה *béchch.* θρῆνος, ὀλοφυρμός. Gall. *Lamentation.* Ital. *Lamento.* Germ. Wehklagung/das kläglich weynen. Hisp. *Llanto con vozes.* Angl. *Lamentation, a bewayling.*} Idem 1. *Tusculan.* Sed illa lugubris lamentatio, fletúsque mœrens, ex eo est, quod, &c.

Lāmĕntās, Pro lamentationibus dixêre veteres. Pacuu. *in Hermog.* Lamentas, fletus facere compendi licet. Nonius.

Lamentum, i, Ipsa lamentatio. {מספד *misphédh* נהי *nehi* בכה *béchch.* θρῆνος. Gall. *Lamentation.* Ital. *Lamento.* Germ. Heulung/wehklagung. Hisp. *Llanto con vozes.* Angl. *Lamentation, or bewayling.*} Cicer. *de senect.* Solinus quidem sapientis elogium est, quò se negat velle suam mortem dolore amicorum, lamentísque vacare. Virgil. 4. *Æneid.*

Lamentis, gemitúque & fœmineo vlulatu
Tecta fremunt, resonat magnis plangoribus æther.

Lāmĕntābĭlĭs, le, quod est dignum multa lamentatione. {πολύθρηνος. Gall. *Digne de lamentation, lamentable.* Ital. *Lamenteuole.* Germ. Kläglich/beweynens wert. Hisp. *Cosa digna de ser llorada.* Angl. *Lamentable, worthie to be bewayled.*} Virg. 2. *Æneid.*

Troianas vt opes, & lamentabile regnum
Eruerant Danai.

Cic. *de legib.* Postea quam, vt scribit Phalereus, sumptuosa fieri funera & lamentabilia cœpissent, Solonis lege sublata sunt. Lamentabili voce deplorare, Cic. 1. *Tusc.* Carmen lamentabile, Stat. 5. *Syl.*

Lāmĕntārĭus, a, um, quod ingerit lamentationem. {θρηνώδης. Gall. *Pleureux, qui esmeut à lamenter.* Ital. *Cosa che moue à lamentarsi.* Germ. Das einen zu weynen bewegt. Hisp. *Cosa que haze llorar.* Angl. *That moueth to lamentation.*} Plaut. *in Capt. sc.* 1. *act.* 1. Quæ ædes lamentariæ mihi sunt.

Lametini, Λαμητῖνοι, vrbs à Lamete fluuio iuxta Crotonem est. Hinc Ciuis Lametinus, Steph.

¶Lamia, λαμία, piscis quidam ex planorum genere.¶

Lămĭæ, arum, à λάμαι, sordibus oculorum. {לילית *lilith.* λαμίαι.} Ab antiquis mulieres esse putabantur, siue veriùs dæmonum quædam phantasmata, quæ formosarum mulierum specie assumpta, pueros pariter & iuuenes blanditiis allectos vorare credebantur. {Nachtmummen/böse Nachtgspenst in weiber gestalt.} Hæ quum foris essent egregiè oculatæ, domi prorsus cæcutiebant. Horat. 1. *Carm.*

Neu pransæ lamiæ puerum viuum extrahat aluo.

Apul. *lib.* 1. *de Asin.* At ille colore spurcissimi humoris percussus, quo me Lamiæ illæ infecerant aspernatur. Philostratus in Apollonio ait Lamias, à quibusdam Laruas appellari, & Lemures, à nonnullis etiam Empusas, esséque ad amorem & venerem propensas, & carnes humanas, maximéque formosorum esurientes appetere, ideoque libidinis cupiditate allicere eos, vt postea deuorent. Plura de his vide apud Cæl. Rhodig. *lib.* 29. *cap.* 5. ¶ Lamiarum item nobilis Romæ familia fuit à Lamo orta, Antiphatis patre, & Læstrygonum Rege, qui Formiis regnauit. Ex hac familia fuit Ælius ille Lamia, Senator Romanus, ad quem extat carmen Horat. *Carm.* 3. *Ode* 17.

Æli vetusto nobilis ab Lamo,
Quando & priores hinc Lamias ferunt
Denominatos, & nepotum
Per memores genus omne fastos
Autore ab illo ducis originem,
Qui Formiarum mœnia dicitur
Princeps, & innantem Maricæ
Littoribus tenuisse Lyrim.

¶Chrysostomus Dion in intima Africa feras quasdam esse scribit muliebri facie, quæ & ipsæ Lamiæ dicuntur, vberibus autem totóque pectore adeò specioso, vt nullo pictoris ingenio similes effingi queant, quibus retectis homines in fraudem alliciant, captósque deuorent. Lamia item meretrix quædam insignis fuit, Demetrij Regis amica, cui blandientes Thebani, Veneris Lamiæ delubrum consecrarunt. Lamia item piscis est, (vnde & lamiarum strigum nomen, quod vt lamiæ sint voracissimæ: à λαιμὸς guttur) tanto oris rictu tantæque voracitatis, vt & loricatum hominem deuorasse compertus sit. Itaque de hoc intelligunt qui Ionam deglutierit. Plin. *lib.* 29. *cap.* 14.

Lāmĭnă, ab ἐλαμός. Giphanius scribit Lammina & Lamma. Metalli cuiusuis frustum in latitudinem ductum, crassius tamen quàm bractea. {לוחב *lábab* להב *labat* פח *pách.* ἔλασμα. Gall. *Lame, plastron, vne table ou bande large & assez espoisse, soit de cuiure ou autre metall.* Ital. *Lama, piastra.* Germ. Ein lammen oder blat von einem metall. Hisp. *La lama ò oja de metal.* Angl. *A plaite or thinne piece of any metall.*} Quint. *cap.* 4. *lib.* 2. Tenuem laminam ducere quam cælatura altior rumpat. Metaphor. Cæsar 1. *de bell. ciu.* Eo super tigna bipedalia iniiciunt, eáque laminis clauisque religant. ¶ Laminæ etiam ferreæ velut crustæ erant, quæ condefactæ admouebantur noxiorum corpori. Prudentius, Nec sic inusta laminis ardet cutis, vt febris atro felle venas excedit. Cic. 4. *Verr.* Quid quum ignes, candentésque laminæ, cæterique cruciatus admouebantur? Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 3. Aduorsus stimulos, laminas, crucésque compedésque.

Lāmĕllă, æ, diminutiuum. {τὸ μικρὸν ἔλασμα. Gall. *Petite lame.* Ital. *Lama picciola.* Germ. Ein blechlein. Hisp. *Pequeña lama, ò oja de metal.* Angl. *A litle plaite of metall, as gold foyle.*} Vitruu. *lib.* 7. *c.* 3. Speculum argenteum tenui lamella ductum. Seneca, Maiorum dierum partem in æruginosis lamellis consumit.

Lāmnă, pro lamina, contractum, apud Horat. *lib.* 2. *Carm. Ode* 11.

Nullus argento color est, auaris
Abdita terris inimice lamnæ
Crispe Salusti, nisi temperato
Splendeat vsu.

Lamium, Vrticæ genus mitissimum, prorsúsque innoxium, quam Vrticam mortuam herbarij appellant. {Angl. *Archangell, an hearbe called de adnettle.*} Plin. *lib.* 21. *cap.* 15. Quæ innoxia est, morsu carens, lamium vocatur.

Lamira, vrbs Lyciæ & fluuius, Steph.

Lāmĭtŭs,

Lămiŭs, Λάμιος. Herculis filius fuit, ex Iole Euryti OEchaliæ Regis filia.

Lămpăs, adis, Fax. {לפיד lappidh. λαμπάς. GALL. *Vne torche, ou vn flambeau.* ITAL. *Lampada.* GERM. Ein ampel/facfel oder kertz. HISP. *La lampara.* ANGL. *A lampe, a torche.*} ἀπὸ τοῦ λάμπειν, quod est splendere. Virg. 9. *Æneid.*

Princeps ardentem coniecit lampada Turnus.

¶ Frequenter tamen sumitur pro instrumento, in quo ellychnium accensum oleo fouemus, quod & lychnuum pensilem vocamus: vt apud Iuuen. *Sat.* 3. Ænea lampas. Col. *lib.* 12. *cap.* 18. Ferreis lampadibus ardentibus calefiunt. Lampadibus ardentibus oculos exurere. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 5. ¶ Est etiam Lampas genus facis in aere existens. Plin. *lib.* 2. *cap.* 26. Duo genera faciunt, Lampades vocant planè faces: alterum bolidas: quale Mutinensibus malis visum est, vulgus *faces ardentes, vel lanceas ignitas* vocat. ¶ Lampada cursu tradere, elegans est prouerbium, quo quis significatur partes suas quasi successione in alium transferre. Varro *lib.* 3. *de R.R. cap.* 16. Sed ò Merula, Axius noster ne dum hoc audit, physicam addiscat, quòd de fructu nihil dixit nunc cursu lampada tibi trado. ¶ Quibus verbis significat se alteram sermonis partem Merulæ tradere, vt is in dicendi vicem succedat. Tractum à consuetudine lampadophororum, qui in certamine lampadodromico, si lampadem ad metam inextinctam non pertulissent, eam alteri tradebant.

‖Lampadarius, qui fert Lampada.

Lampadephoria, lampadis gestatio. Item certamen quoddam, in quo lampada gestantes cursu contendebant.‖

Lămpĕ, es, Λάμπη. Oppidum est Arcadiæ ad Lampeum montem. Plinius *lib.* 2. *cap.* 6.

Lămpĕtiă, Λαμπετίη. Filia Solis ex Neæra, soror Phaëtusæ & Lampethusæ, cum quibus patris sui armenta in Sicilia pascebat, quo tempore Vlysses eò tempestate appulsus est. Vide infrà in dictione *Phaëtusa.*

Lampedo. Mulier Lacedæmonia, raræ felicitatis, vt quæ & Regis filia fuerit, & Regis vxor, & Regis mater. Plin. *lib.* 7. *cap.* 41.

‖Lampetra, piscis à lambendis petris: mustela Ausonio, muræna fluuiatilis, echeneïs Oppiano, quòd suctu suo nauibus affixa remoram iniiciat.‖

Lampeus, Mons est Arcadiæ, teste Plin. *lib.* 4. *cap.* 5.

Lămpiă, fluuius est Arcadiæ, cuius meminit Stat. *lib.* 4. *Thebaid.* Candénsque iugis Lampia niuosis. ¶ Est item oppidum Arcadiæ eiusdem nominis, apud Lactantium.

‖Lampiom, pulpitum analogium. Gloss. Isid.‖

Lampon, Panchates, Pelorus, Camphasus, nomina sunt equorum apud Silium. ¶ Fuit & Lampon, sacrificus vates, per anserem velut auem auguralem iurare solitus.

‖Lamprotera, genus saltationis. Scal.‖

LAMPSĂCVM, Ciceroni & Plinio, Ptolemæo Lampsacus, Λάμψακος, vulgò *Labsico.* Nomen vrbis in littore Hellesponti, in ora Asiatica. Ouid. *Eleg.* 9. *lib.* 1. *Trist.*

Et te ruricola Lampsace tuta Deo.

Cic. 3. *Verr.* Oppidum in Hellesponto est Lampsacum, in primis Asiæ prouinciæ clarum & nobile, homines autem ipsi Lampsaceni in omnes ciues Romanos officiosi. Plin. *lib.* 5. *cap.* 32. Deinde Percote oppidum, & Lampsacum, antea Pityusa dictum.

Lămpsăcēnŭs, a, um, λαμψακηνός. Hinc Caron historicus, & Adamantus & Anaximenes, & Metrodorus Epicuri sodalis, Lampsaceni à patria cognominati.

Lampsăcĭŭs, a, um, λαμψάκιος, λαμψακηνός, denominat. Macrob. *lib.* 10.

Nam mea Lampsacio lasciuit pagina versu.

vbi Lamsacium versum dixit pro lasciuo, quales Priapo dedicari solent, qui Lampsaci præcipuè colebatur.

Lampsana, λαμψάνη. Olus est syluestre inter segetes: de quo Plin. *lib.* 19. *cap.* 8. vbi lampsana & cyma syluestris appellatur.

Lămpyrĭs, idis. Vermiculus noctu lucens, nitedula, noctiluca. {λαμπυρίς. GALL. *Vne petite mouche, ou petit ver, qui reluit de nuict, luserne.* ITAL. *Lucciola.* GERM. Ein wurm oder mucz so zu nacht scheint. HISP. *La luziernaga.* ANGL. *A gloe worme that shyneth by nyght.*} Plin. *lib.* 11. *cap.* 28. Lucent ignium modo noctu laterum & clunium colore lampyrides, nunc pinnarum hiatu refulgentes: nunc verò compressu obumbratæ non ante matura pabula, vt post desecta conspicuæ. Idem *lib.* 18. *cap.* 26. Estque signum illius maturitatis, & horum sationis commune, lucentes vespere per arua cicindelæ: ita appellant rustici *stellantes volatus.* Græci lampyridas, incredibili benignitate naturæ.

Lamus, filius fuit Herculis ex Omphale regina Lydiæ, cui nouercam se factam esse Deianira apud Ouid. *in Epist.* conqueritur.

Vna recens crimen refertur adultera nobis,
Vnde ego sum Lydo facta nouerca Lamo.

¶ Alius fuit Lamus Neptunis filius Lestrigonum rex, à quo Æliorum familia nomen accepit: de qua paulò antè in dictione *Lamia.* ¶ Item Lamus equus generosus apud Silium, Tum Lamus & Sicoris prole bellacis Ilerdæ.

Lămyrŭs, piscis ex genere lacertorum, apud Plin. *lib.* 32. *cap.* 11.‖ Item mordax, comis, facetus. Rh.‖

LĀNĂ, æ, à λῆνος, Dor. λᾶνος. Alij à λάχνη ducunt, quod à λα & χνοῦς. Alij παρὰ τὸ λάνειν. Quod de ouibus detondetur, aut deciditur, à laniando: laniare enim scindere est. {צמר tsemer. ἔριον. GALL. *Laine.* ITAL. & HISP. *Lana.* GERM. Wollen ANGL. *Woll.*} Sciditur autem nunc lana quæ velli solebat: vnde à vellendo vellus dicebatur, autore Varrone Cic. 2. *de Orat.* Quando ad me venis cum tua colu & lana? Virg. 2. *Georg.*

Quid nemora Æthiopum molli canentia lana?

Sunt qui à Læuitate, hoc est, à mollitie lanam dictam putent. Est autem in sola oue lana. nam cæteræ quadrupedes pilos, aut setas habent. ¶ Lana tamen non tantùm de ouibus dicitur, sed de aliis etiam quibusdam animalibus & arboribus. Vlp. *in l. si cui lana. §. lana legata. ff. de legatis & fideicomm.* 3. Lana legata etiam leporinam lanam, & anserinam & caprinam, credo contineri, & de ligno quam Græci ἐριόξυλον appellant. Martial. *epigramm.* 161. *lib.* 14. Lana interior Cygni. (GALL. *Dumet.*) Item Plaut. *Menæch. sc.* 2. *a.* 1. Quando ego ancillas, penum, lanam, aurum, vestem tibi præbeo. Item, Inter ancillas sedere, lanam carpere, idem *ibidem sc.* 2. *a.* 5. De Lanis vide Martial. *Epigr.* 154. 155. 156. 157. *&c. lib.* 14.

Lānŭla, æ, Diminutiuum. Celsus *lib.* 7. *cap.* 27. Tenuésque carunculæ lanulis similes.

Lanicutis, e, vocabulum poëtica fictum licentia à Laberio: qui sic scribit de ariete Reciprocicornem, lanicutem, vestitrahum: quæ omnia poëtica sunt, vt tardigrada, domiporta, & similia.

Lānārĭs, e, quod habet lanam. {ἐριώδης, ἐριοφόρος. GALL. *Qui a ou porte laine.* ITAL. *Lanoso.* GERM. Das wollen tregt. HISP. *Lanuda de lana.* ANGL. *That hath or beareth woll.*} Varr. *lib.* 2. *de re rust. cap.* 19. Nos qui pecus pascimus lanare.

Lānārĭŭs, ij, qui lanam curat. {ἐριουργός. GALL. *Celuy qui apprestte ou accoustre la laine.* ITAL. *Lanaio.* GERM. Ein wollen bereiter. HISP. *El que obra lana.* ANGL. *A woll winder, one that occupieth or selleth woll.*} Plaut. *in Aul. sc.* 5. *a.* 3. Stat, fullo, phrygio, aurifex, lanarius.

Lānātŭs, a, um, Lana tectus. {GALL. *Lanu, qui a ou porte laine.* ITAL. *Lanoso, coperto di lana.* GERM. Wollächtig, das wollen tregt. HISP. *Cosa lanuda, de lana.* ANGL. *That hath or beareth woll.*} vt lanatæ oues, apud Colum. *lib.* 12. *cap.* 1. Lanatæ pelles, idem *lib.* 6. *cap.* 1. Sed iaculi quibus copulantur, lanatis pellibus inuoluti sunt, Lanatæ vites, amineæ dictæ, quòd canescant lanugine. Idem *lib.* 3. *cap.* 2. Lanatam quoque amineam quidam maximè probant: quæ hoc vocabulum non ideò vsurpat, quòd sola ex omnibus amineis, verùm quòd præcipuè canescit lanugine.

Lānātĭor, & lanatius. Plin. *lib.* 21. *cap.* 20. Hi & folia eius thymo similia tradunt, nisi quòd molliora sunt & lanatiore canitie.

Lānĕŭs, a, um, adiectiuum. Quod est ex lana. {ἐρεοῦς. GALL. *De laine.* ITAL. *Di lana.* GERM. Wollin. HISP. *Cosa de lana.* ANGL. *Of woll or wollen.*} vt, Pannus laneus. Plaut. *in Mil.* —caucasiam habeas ferrugineam, culturam ad oculos laneam. Laneum pallium. Cic. *de nat. deor.* Lanea vitta, Propert. *lib.* 3. *eleg.* 6. Laneum latusculum, id est, latus mollissimum. Catull. *ad Thallum.* ¶ Laneus lupus, piscis est Timaui fluuij, qui idcirco laneus dicitur, quòd iuxta hunc fluuium maxima ouium copia sit, vberrimúsque lanarum prouentus. Martial.

Laneus Euganei lupus excipit ora Timaui
Æquoreo dulces cum sale pastus aquas.

Lānĭcĭum, ij, Lana, vel lanæ prouentus. {ἔριον. GALL. *Laine ou l'art & reuenu d'icelle.* ITAL. *Lana, prattica ò arte di lana.* GERM. Wollwerck. HISP. *Lana, proueche ò arte de lana.* ANGL. *Working of woll, the craft of making cloth.*} Plin. *lib.* 6. *c.* 17. Primi sunt hominum qui noscantur, Seres, lanicio syluarum nobiles, perfusam aqua depectentes frondium canitiem. Virg. 3. *Georg.*

Si tibi lanicium cura primùm aspera sylua,
Lappæque tribulique absint.

Vbi Seruius, Lana, inquit, dicimus & lanicium, quemadmodum fuga & effugium.

Lānĭfĭcĭum, ij, Lanæ opificium. {ἐριουργία, ταλασία. GALL. *Fait ou art d'accoustrer de laine.* ITAL. *Lanificio.* GERM. Wollwerck, arbeit mit der wollen. HISP. *Aquella obra de lana.* ANGL. *Spinding and carding, the arte of making cloth.*} Plin. *de rebus præclarè gestis Romanorum.* Exinde Collatiam petunt, Lucretiam inter ancillas in lanificio offendunt. Col. *lib.* 12. *in proœmio*, Nunc verò quum pleræque sic luxu & inertia diffluunt, vt ne lanificij quidem curam suscipere dignetur. Suet. *de Aug. cap.* 64. Lanificio assuefecit filias.

Lānĭfĭcŭs, qui lanæ artem exercet. {ἐριουργός, ταλασιουργός. GALL. *Qui besongne de laine.* ITAL. *Lanaiuolo.* GERM. Wollen spinner oder weber. HISP. *El que obra lana.* ANGL. *That worketh woll.*} Martial. *lib.* 6.

Si mihi lanifica ducunt non pulla sorores
Stamina, nec surdos vox habet ista deos.

Manum lanificam imponere pensis. Tibull. *lib.* 2. *eleg.* 1. Artis lanificæ doctissimus, Claudian. 2. *in Eutrop.*

Lānĭfĕr, a, um, quod lanam fert, lanicute, lanigerum. {ἐριοφόρος. GALL. *Qui porte laine.* ITAL. *Che porta lana.* GERM. Das wollen tregt. HISP. *Cosa que trae lana.* ANGL. *That beareth woll.*} vt laniferæ arbores, Plin. *lib.* 13. *cap.* 14. Æthiopia Ægypto contermina insignes arbores non habent, præter laniferas.

Lānĭgĕr, a, um, quod lanam fert, lanifer, ἐριοφόρος. Eiusdem insulæ, inquit Plin. *lib.* 12. *c.* 10. excelsiore suggestu lanigeræ arbores alio modo quàm Serum. Virg. 3. *Georg.*

Lanigeros agitare greges, hirtásque capellas.

Idem *lib.* 3. *Æneid.*

Lanigeræ comitantur oues, &c.

Lānĭpendĭă, quæ lanariarum vestium textoribus lanam pendit ac distribuit, Pompon. *in l.* 31. *D. de donat. inter vir. & vxor.* Neque impedire quod in ea re vxor tanquam lanipendia fuerit, & viri negotium procuraret.

Lanoculus, qui lana tegit oculi vitium, inquit Festus.

Lānōsŭs, a, um, Lana abundans. {ἐριώδης. GALL. *Lanu.* ITAL. *Lanoso.* GERM. Vol wollen, wollächtig. HISP. *Lanudo.* ANGL. *Full of woll.*} Col. *lib.* 7. *cap.* 3. Eliges bimam, vasti corporis, ceruice prolixa, prolixi villi, nec asperi, lanosi, & ampli vteri.‖

Lanaria, æ, Herba est quam vulgus *Saponariam* appellat, inde nomen habens, quòd lanæ quæ ob pinguedinem colorem recipere non possunt, eius succo eluantur στρούθιον. Plin. *lib.* 24. *cap.* 18. Herba lanaria ouibus ieiunis data, lactis abundantiam facit.

LĀNCEĂ, æ, à λόγχη, venabulum: & hoc à λελογχέναι. Hasta longa, quali & equites & pedites vtuntur. {חנית chanith קין ken. λόγχη. GALL. *Vne lance, pique ou iaueline.* ITAL. *Lancia.* GERM. Ein glan, ein schaffelin. HISP. *Lança, arma para pelear.* ANGL. *A speare or iaueline.*} Teli genus longissimum, teste Gell. *cap.* 25. *lib.* 10. quod quidam à ferri latitudine, alij à Græco λόγχη deductum putant. Gell. tamen *lib.* 15. *cap.* 30. Hispanicam vocem esse affirmat. Plin. *lib.* 15. *cap.* 30. de lauro loquens, Ro-

manta

manis præcipuè lætitiæ victoriarúmque nuntia additur literis & militum lanceis, pilísque falces Imperatorem decorat, &c. Tacitus, Disiectam fluitantémque testudinem lanceis, contísque testabantur, donec disiecta compage scutorum exangues prosternerentur. Lucan. *lib.6.*

Nulla fuit non certa manus, non lancea felix.

Festus autor est, lanceam olim à Lucullis vocatam fuisse luculleam. ¶ Lanceam etiam Budæus dicit esse spiculum venabuli, vel iaculi.

Lănceŏla, diminutiuum, cum accentu in antepenultima, Parua lancea. {λογχάριον. GALL. *Petite lance.* ITAL. *Picciola lancia.* GERM. Ein klein glän/spießlein. HISP. *Pequeña lança, lanceta.* ANGL. *A litle speare or picke.*} Agnosce Calepini verbum, cuius nullum exemplum apud idoneos scriptores extat.

Lăncĕārĭŭs, ij, qui lanceam gerit. {λογχοφόρος. GALL. *Lancier ou piquier.* ITAL. *Che porta lancia.* GERM. Der ein glän oder spieß fürt / ein lanzknecht. HISP. *El lancero.* ANGL. *That beareth a speare.*} Lancearij sunt, ex Tranq. inquit Bud. qui nunc vulgò *Picarij*, quasi spicularij dicuntur.

Lăncĕātŭs, a, um, Lancea armatus. {λογχωτός. GALL. *Armé & garny de lance.* ITAL. *Chi ha lancia, armato di lancia.* GERM. Mit einem glän oder spieß gewapnet. HISP. *Armado de lança, alanceado.* ANGL. *Armed, with a speare.*} Lanceati etiam dicuntur, qui ictu lanceæ necantur. Iulius Firmic. Quicunque habuerint horoscopum in XXI. parte Tauri, lanceati orientur.

LĂNCES, vasa lata & rotunda minus excauata quàm patinæ, quibus caro tam tosta, quam elixa apponitur. {לקערות *lekaróth.* παροψίδες, πίνακες. GALL. *Grands plats, ou grandes escuelles.* ITAL. *Piatti grandi.* GERM. Weite vnd flache blatten oder teller. HISP. *Platos grandes.* ANGL. *Great broade plaites, charges or potingers.*} Plaut. *in Amph.* Interea dum isti certant, in popinam diuertendum est mihi: lances detergam omnes, omnésque trullas hauriam. Idem *in Curc. sc. 5. a. 2.* In carnario fortasse dicis (pernam & glandem esse) In lancibus. Plin. *lib. 33.* Lances è centenis libris argenti supra quingentas numero Romæ fuisse constat. Horat. 2. *Serm. satyr. 4.*

———*iligna nutritus glande rotundas*
Curuat aper lances.

¶ Dicitur & in singulari Lanx lancis, à λόγχη: vel à Lix: vel etiam à Lax. Iuuenal. *Satyr. 5.*

Aspice quàm magno distendat pectore lancem.

¶ Lances etiam in libra dicuntur duo illa vascula lancium escariarum similitudine, in quorũ altero pondus, in altero verò res ponderãda ponitur: vnde & bilances dictę sunt, quòd duas habeant lances. {τὰ πλάστιγγα, αἱ πλάστιγγες. GALL. *Bassins de balance.* ITAL. *Scódelle della balanza.* GERM. Die wagschüsseln. HISP. *Las escudillas de balança.* ANGL. *The basins of a balance.*} Cic *lib. 3. de fin.* Virtutis autem amplitudinem quasi in altera libræ lance ponere. Persius *Sat. 4.* Scis enim iustum gemina suspendere lance Ancipitis libræ. Gell. *cap. 18. lib. 11.* Per lancem & licium concepta furta. ¶ Lancem etiam vas esse rebus diuinis aptum, docet Ausonius in monosyllabis, Thuribula & pateræ: quæ tertia vasa deûm, lanx. Furtum per lancem & licium. Vide in voce *Licium.*

‖Lance & licio dicebatur apud antiquos, quia qui furtum ibat quærere in domo aliena, licio cinctus intrabat, lancemque ante oculos tenebat, propter matrum familiæ, aut virginum præsentiam. Fest.‖

Lăncĭno, as, Lacero, vexo. {פרק *parák* המאיר *himeir* הפריש *hiprisch* פרס *parás.* σπαράσσω, σπαράττω. GALL. *Poindre, piquer, deschirer.* ITAL. *Lacerare.* GERM. Stechen zerreissen. HISP. *Despedazar.* ANGL. *To rent, to prick to trust the rowe.*} Plin. *lib. 11. cap. 34.* Est & volucre canibus peculiare suum malum, aures maximè lancinans, quæ defendi morsu non queunt. Senec. Aliam inter leges celebrísque spectacula fori lancinauit. ¶ Bona lancinata sunt. Catull. *in Iul. Cæs.* Senec. *epist. 32.* Diducere particulas & lancinare vitam.

‖Lancianum, *Lanciano*, V. A. regni Neapolitani.‖

Landauium, vrbs Palatini ducatus. {Landaw.}

Landeshuta, Landesperga, Landunum, omnes in ducatu Bauariæ vrbes.

‖Landgrauij, marchgrauij, regionum, aut limitum comites. VVolf.

Landula, alauda, genus auis est. Vet Dict.‖

Lanerum, vestimenti genus ex lana succida confectum. ἐρεοῦν. Fest.

Langa, æ. A Græcorum quibusdam animalis genus creditum est, quod & languriam appellarunt, circa Padum Italiæ fluuium vitam agens: cuius vrinam Zenothemis in electrum putauit concrescere: quod tamen falsum esse constat, vt pleraque omnia quæ Græci scriptores de tota electri ratione prodiderunt. Plin. *lib. 37. cap. 2.* Alij dixère langurium & esse in Italia bestias langurias. Zenothemis langas vocat easdem, & circa Padum iis vitam affirmat.

Langia, Fons in Nemea sylua, postea Archemorus dictus, ab Hypsipyles alumnos, quem cum illa, Argiuis fontem hunc ostensura, in gramine reliquisset, serpens interemit. Stat. *lib. 4. Thebaid.*

Hac quoque secreta nutrit langia sub vmbra:
Nondum illi raptus dederat lacrymabile nomen
Archemorus.

‖Languedoca, *Languedoc*, regni Galliæ prouincia, à Visigothis, id est, Occidentalibus Gothis, Gophia dicta, vulgò *Langothia*: id est, terra Gothorum. hinc corrupta vox *Languedoc*, pro *Landegoth*.‖

Langula, species patinæ, siue catini est, Varroni latior, vnde & langulam dictam putat.

LANGVOR, is, defectio virium, & remissio vigoris, & tam de corpore, quàm de animo dicitur, debilitas, infirmitas. {דוי *devai* מדוה *madhveh.* μαλακία, νόσημα, ἀσθένεια. GALL. *Langueur, defaillance de force.* ITAL. *Languidezza. Il languire.* GERM. Krafftlose / schwachheit / vnuermöglichheit. HISP. *Flaquezza, condolencia.* ANGL. *Fayntnesse, weakenesse, infirmitie.*} Senec. *cap. 15. de tranquill.* Hebetatio & languor animorum ex assiduitate laboris. Plaut. *Pseud. sc. 2. a. 3.* Dabitur ibi lectus, vbi tu, &c. vsque ad languorem. (futuris sup. vel quid simile.) Cicer. *de Diuin. 1.* Animus quum languore corporis nec membris vti, nec sensibus potest, incidit in varia visa & incerta. Idem *4. Philipp.* Expectatio legatorum quantum languoris afferat animis quis non videt? Et *lib. 1. Offic.* Nihil autem magis cauendum est senectuti, quàm ne languori se desidiæque dedat. Plaut. *in Asinar. sc. 2. act. 3.* pro lassitudine posuit, quum ait,

Vbi sæpe ad languorem tua duritia dederis octo
Validos lictores, vlmeis affectos lentis virgis.

Lănguĕo, es, ui, olim Lagueo. ab Hebr. Laah. Deficio, infirmus sum, dissoluo, debilitor, infirmor. {נחלה *nechláh* אמלל *vmlál* רפה *raphâh.* μαλακίζομαι, ἀσθενέω, χαλάω, παρίεμαι. GALL. *Languir, venir en langueur, defaillir.* ITAL. *Languire, essere debile.* GERM. Schwach sein / abnemmen. HISP. *Enflaquecerse.* ANGL. *To faynte, to lose his strenge.*} vt languens vox, apud Cic. 1. *Offic.* Idem *in Pison.* Quanquam languet iuuentus, nec perinde, atque debet in laudis & gloriæ cupiditate versatur. Idem 1. *Philippica.* Quûmque languerem è vita & mihimet displicerem, nisi, &c. ¶ Interdum ponitur pro timere. Salust. *in Catilina.* Quanto vos attentiùs ea ageris, tantò illis infirmior erit animus: si paulum modò vos languere viderint, iam omnes feroces aderunt. ¶ Interdum pro otiosum esse, ῥᾳθυμεῖν, ῥᾳθύμως ἔχειν. *Ibidem*, Séque si pauci adiuuarent, languentibus aliis, in curiam impetum facturum. ¶ Huius verbi composita sunt, Elangueo, ἐξασθενῶ, à quo elanguesco, quod est valde debilitor. παρίεμαι. Relangueo, à quo relanguesco, in languorem recido. Ouid. *lib. 6. Metam.*

Imposito fratri moribunda relanguit ore.

Claudian. *lib. 1.* Relanguere pro remissum esse, posuit.

————*vix ille pepercit,*
Erubuitque preces, animúsque relanguit atrox.

Lănguĕsco, Languidus, infirmus & debilis fio. {נחלה *neeláh* אמלל *vmlál* רפה *raphah.* ἐκλύομαι, χαλάω. GALL. *Venir en langueur, languir, perdre cœur, defaillir.* ITAL. *Diuenir languido, languire.* GERM. Müd oder maglos werden / krafftlos werden. HISP. *Enflaquecerse.* ANGL. *To waxe fainte or feble.*} Cicer. *in Cat. Orator.* metuo ne languescat senectute. Ouid. *Eleg. 3. Trist.*

Nec mea consueto languescunt corpora lecto.

¶ Aliò transtulit Virg. *lib. 11.*

Purpureus veluti, quum flos succisus aratro,
Languescit moriens.

Languescente colore in luteum. Plin. *lib. 17. cap. 13.*

Lănguĕfăcio, Languorem affero, siue languere facio. {רפה *rippáh.* μαλακίζω. GALL. *Faire languir.* ITAL. *Far languire.* GERM. Müd oder krafftloß machen. HISP. *Enflaquecer à otro.* ANGL. *To mak feble or ayme.*} Cic. *de legib.* Incitare languentes & languefacere excitatos.

Lănguĭdŭs, a, um, Remissus, debilis, infirmus. {דוי *davvai* חלש *challásch* אמלל *vmlál.* ἐκλελυμένος, νωθρός, χαλαρός. GALL. *Qui languit, langoureux, lasche.* ITAL. *Languido.* GERM. Krafftloß / schwach / blöd / matt. HISP. *Flacco, por dolencia.* ANGL. *weake, feble, fainte.*} Ouid. *Eleg. 8. lib. 4. Trist.*

Languidus in pratis gramina carpit equus.

Tibull. *lib. 4.*

Languida non noster peragit labor otia.

Ouid. *lib. 5. Fast.*

————*violas arere videres,*
Filaque punicei languida facta croci.

Cicer. *in Catil.* Qui mihi accubantes in conuiuiis, complexi mulieres impudicas, vino languidi, confecti cibo, sertis redimiti, vnguentis obliti, debilitati stupris eructant sermonibus suis cædem bonorum atque vrbis incendia. Senec. *epist. 54.* Languidum mare (mox æqualitas.)

Lănguĭdŭlŭs, a, um, diminut. {ὑπονωθρός. GALL. *Vn peu langoureux.* ITAL. *Vn poco languido.* GERM. Tölgtechtig / lampechtig. HISP. *Flaco vn poco.* ANGL. *Somewhat faynte.*} vt Somni languiduli, Catull. *Argon.*

Lănguĭdē, aduerb. Cunctanter, otiosè, negligenter. {ῥᾳθύμως. GALL. *Laschement, langoureusement.* ITAL. *Languidamente.* GERM. Gemächlich / vnfruchtsamlich / faullich. HISP. *Flacamente.* ANGL. *Feblelie, without guickenesse, or spirit.*} Col. *lib. 11. cap. 1.* Hoc igitur custodire oportet villicum, ne statim à prima luce familia cunctanter & languide procedat. Cæs. *lib. 7. bell. Gall.* Quòd paulò incautiùs custodias in muro dispositas videbat suos quoque languidiùs in opere versari iussit, & quid fieri vellet ostendit. Senec. *cap. 9. lib. 19. de cons. ad Mart.* Languidius incurrunt prouisa.

Lănguriūm, quidam ex Græcis scriptoribus succinum appellarunt, quod putarent citra Padum fluuium bestias quasdam esse, langurias, siue langas appellatas, quarum vrinam existimabant in succinum concrescere. Vide Plin. *lib. 37. cap. 2.*

Lănĭgĕr, vide *Lana*.

LĂNIVS, ij, seu Lanio, nis, qui carnes vendit: à laniandis pecoribus, quòd eas concidat, laniétque. {טבח *tabbach.* κρεωπώλης, κρεουργός. GALL. *Boucher.* ITAL. *Beccaio.* GERM. Ein menger. HISP. *El carnicero.* ANGL. *A butcher.*} Plaut. *Capt. sc. 2. a. 4.* Quanta laniis lassitudo? quanta porcinariis? Varro 2. *de re rust. cap. 5.* Lanij qui ad cultum bouem emunt. Terent. *Eunuch.* Concurrunt læti mihi obuiam cupidinarij, cetarij, lanij, coqui. Lanij concinnant liberis orbas oues. Plaut. *Capt. sc. 1. a. 4.* Lanij æmuli lenonum, quia iureiurando malo rem quærunt. Idem *Pseud. sc. 2. a. 1.* Lanios arcessant duos cum tintinnabulis. *Ibid.* Accesse hostias, victimas, lanios, &c.

Lănĭēnă, æ, Officina in qua laniantur, ac vendunt carnes. {κρεωπωλεῖον. GALL. *Boucherie.* ITAL. *Beccaria.* GALL. Ein metzg oder schol. HISP. *La carniceria.* ANGL. *A slaughter, house.*} Plaut. *in Epid.* Per myropolia & lanienas, circúmque argentarias rogitando sum raucus factus. ¶ Accipitur etiam pro ipsa laceratione: à laniando. κρεουργία.

Lanea, æ, idem quod laniena. Liu. *lib. 4. dec. 5.* Laneásque tabernas coniunctas in publicum emit.

‖Lanificus, ἐριουργός. Onom. i. e. qui lanæ artem exercet.

Lanifica, ἐριουργὸς γυνή.

Lanigius, a, um, id est, lanionius.

Lanilutor, qui lanas eluit.‖

Lănĭōnĭus, a, um, quod ad lanium pertinet. {κρεουργικός. GALL. *Appartenant à boucher.* ITAL. *Pertinente à beccaio.* GERM. Das zu dem menger gehört. HISP. *Pertinente à carnicero.* ANGL. *That belongeth to a butcher.*} Vnde Lanionio more. κρεουργηδόν. Et Lanioniæ mensæ, in quibus venditur

ditur caro. Suet. *in Claud.* Carnificem statim acciri cum machæra, mensáque laniona flagitauit.

Lănio, as, à Lana. Scindo, lacero, deripio. {פרק *parák* טרף *taráph* קרע *karáh* נתח *nittách* פרס *parás*. κρεουργῶ, σπαράττω, κατακρεουργίζω. GALL. *Deschirer, despecer.* ITAL. *Fendere, stracciare.* GERM. Zerstucken/zerhawen/zerreissen. HISP. *Hender despedaçar como carne.* ANGL. *Terent, to quarter, to cutt in pieces.*} Virg. *lib.* 3. *Georg.*

———ipsique suos iam morte sub ægra
Discissos nudis laniabant dentibus artus.

Liu. 2. *bell. Maced.* Et Formiis, duo lupi oppidum ingressi, obuios aliquot laniauerant.

Lănĭātĭo, laniatus. Senec. 2. *de Clementia.* Et nullum certius quàm quod in cædes hominum, & laniationes peruenit.

Lănĭātŭs, a, um, particip. Laceratus, discerptus. {נפרק *niphrák* נטרף *nitráph*. ἠκρωτηριασμένος. GALL. *Deschiré, despecé.* ITAL. *Stracciato, sbranato, squartato.* GERM. Zerhawen oder zerrissen. HISP. *Despedaçado.* ANGL. *Rent, or torned in pieces.*} Virg. 12. *Æneid.* Et roseas laniata genas. Classis laniata. Ouid. *Epist.* 7. Capillos laniata. Idem *Epist.* 14. Huius compositum est Dilanio, disseco, diuello. *Διασπάω.*

Lănĭātŭs, us, ui, Ipse actus laniandi. {פרק *pérek*. κρεουργία, σπαραγμός. GALL. *Deschirement, despecement, esquartellement.* ITAL. *Laliratie.* GERM. Zerhawung/zerreissung. HISP. *Obra de despedaçar como carne.* ANGL. *A retting or tearing in pieces.*} Cic. 1. *Tusc.* Quid igitur mihi ferarum laniatus oberit nihil sentienti? Plin. *lib.* 8. *cap.* 40. Laniatúque & lacrato adactum, vt cogeretur fateri scelus.

Lănĭārĭum, ij, Laniena. {κρεοπωλεῖον. GALL. *Boucherie.* ITAL. *Beccaria.* GERM. Ein metzg oder schol. HISP. *La carniceria.* ANGL. *A slaughter house or bouchers shoppe.*} Varr. 2. *de re rust.* c. 4. Ignauum & sumptuosum esse qui succidiam in carnario suspenderit potius ab laniario, quàm ex domestico fundo.

[Lanipendius, qui lanas pendit, ponderat.

Lanipendia mulier, quæ lanam lanificis præbet, totiusque lanificij curam gerit.]

Lănistæ, Præfecti ludi gladiatorij, magistri qui gladiatores instituebant exercebántque ad mutuam lanienam. {γυμνασταί. GALL. *Maistres d'escrimes.* ITAL. *Maestri di schermire.* GERM. Fechtmeister. HISP. *Maestros que enseñan à esgremir.* ANGL. *A maister in faites of armes, which teacheth to play with the swordes.*} Lanistarum familia. Sueton. *in August. cap.* 42. Hi familias habent domi ad gladiaturam exercendam: quas instituere, & mox paratas vendere solebant munerariis. Iuuenal. *Satyr.* 3.

Hic plaudat nitidi præconis filius inter
Pinnirapi cultos iuuenes, iuuenésque lanistæ.

¶ Hinc lanistæ auium, dicti sunt à Columella qui aues certaminibus præparabant.

[Lanitium Virg. & *lanitia* Laberio, lanæ prouentus.

Lanius, & lanio, qui carnes pecorum concidit & vendit.

Lano, as, ἐριουργέω. Onom.

Lanoculus, qui lanâ tegit oculi vitium. Fest.

Lanterna, pro laterna.]

Lānūgo, inis, Tenera quasi lanæ cuiusdam mollities, qualis adolescentium genus, & in pomis quibusdam cernitur. {ἴουλος. GALL. *Poil folet, barbe qui commence à venir.* ITAL. *Prima barba lanugine.* GERM. Das erste vnd zarte bartthaar/gauchhaar. Item, Die wollen an etlichen früchten. HISP. *El vello, fluecos, primera barba.* ANGL. *The downe fethers such as we see in pigeons winges thay ar hatchedithe mos finesse in fruites.*} Colum. *lib.* 4. Lanatam quoque amineam quidam maximè probant: quæ hoc vocabulum non ideo vsurpat, quòd sola ex omnibus amineis, verùm quòd præcipuè canescit lanugine. ¶ Ponitur aliquando pro scrobe. Idem *lib.* 4. *cap.* 29. Nulla interueniente lanugine, quam excitabat antiqua terebra. Lanuginem excipiebant propinqui. Suet. *in Neron. cap.* 34. Id instituisse à prima lanugine. Idem *in Othon. cap.* 12. [¶ Lanugo maris, est spuma arida maris, salsa aspergo.]

Lānūgĭnōsŭs, adiect. {ὁ καὶ ἡ χνοώδης, ἰουλώδης. GALL. *Qui a force barbe folette, force cotton, ou mousse.* ITAL. *Chi a musco sottile.* GERM. Der vil zarte haar hat. HISP. *Cosa llena de flueco o vellos.* ANGL. *Full of cotton.*} Plin. *lib.* 22. *cap.* 2. Est & alia similis pseudanchusa ob id appellata, à quibusdam verò, enchusa, aut doris, & multis aliis nominibus, lanuginosior, & minus pinguis.

Lānŭuĭum, oppidum erat Latij in via Appia, à quo prospectus patebat maris, & Antij. Huius oppidi frequens est mentio apud Cic. *in orat. pro Milone.* Vulgò *Indiuina.*

[Lanuuium, obscœna mulierum pars, veluti quadam lanugine hirta. Propert. Turn.]

Lānŭuīnŭs, a, um, quod est ex Lanuuio: vt Colei Lanuuini. Cic. *Paeto lib.* 9. Honesti colei Lanuuini, Cliternini, non honesti.

Lānx, cis, vide suprà *Lances.*

Laocoon, Λαοκόων. Filius fuit Priami ex Hecuba & Apollinis Thymbrei sacerdos, qui primus hastam in equum ligneum torsit: ob quod factum Virg. 2. *Æneid.* ait, ipsum cum duobus filiis periisse.

Primus ibi ante omnes, magna comitante caterua,
Laocoon ardens summa decurrit ab arce, &c.

Laodamantia, Λαοδαμάντεια, Insula in Libya. Fortassis autem à Laomedonte Troiano Laomedontia dicebatur. Hinc Gentilia Laodamantides & Laodamantites, Steph.

Laodamas, Λαοδάμας. Halius & Clytoneus, filij fuère Alcinoi regis & Aretes: vt scribit Homer. *Odyss. lib.* 18.

Lāŏdămīă, Λαοδάμεια. Bellerophontis fuit filia ex Achemene coniuge, cuius amore correptus Iupiter cum ea concubuit, suscepitque Sarpedonem, qui postea Lyciæ rex factus est. Verùm quum Bellerophontes rerum successu elatus, in cœlum euolare conaretur, Iupiter hominis temeritatem ægrè ferens, œstrum illi immisit, quo exagitatus equus, sessorem excussit. Diana quoque Laodamiæ infensa, suis eam telis confixit. Homer. 6. *Iliad.* ¶ Altera fuit Laodamia Acasti & Laodothææ filia, quæ tanto amore Protesilaum virum suum adamauit, vt quum ab Hectore occisum cognouisset, superstes ei esse noluerit. Priusquam tamen interiret, in solatium mœroris optauerat vt mortui vmbram videret: qua visa in illius amplexibus expirauit. Ouid. *Epist.* 10. Mittit & optat amans, quò mittitur ire salutem, Æmonis, Æmonia Laodamia viro.

Lāŏdĭcē, Λαοδίκη, Priami fuit filia & Hecubæ, quæ Helicaoni Antenoris regis Thraciæ filio nupsit. ¶ Alia fuit Agamemnonis filia, quam pat... cum Chrysotemi & Iphigenia, seu Iphianassa, Achilli obtulit, vt ex e... quam vellet, vxorem eligeret.

Lāŏdĭcēă, Λαοδίκεια. Vrbs celeberrima in Asia Lyco flumini impos... primò Diospolis appellata, dein Rhoas, & postremò Laodicea. H... vrbs præ cæteris Asiæ vrbibus multis clarissimis ciuibus est nob... tata. Ex quibus fuit Hero, qui hæreditatem populo diuisit sup... duo millia talentorum, & multis donis ciuitatem exornauit. Postea Zeno orator, & Polemo eius filius, qui ob res fortiter gestas prius ab Antonio, postea ab Augusto ad regiæ dignitatis fastigium euectus est.

Lāŏdŏcŭs, Λαόδοκος, teste Homero *lib. Iliad.* 4. Antenoris Troiani filius, in cuius formam transfigurata Pallas, intulit se in acies Troianorum, vt Pandarum inuenire posset, quò ei suaderet vt sagitta Menelaum confoderet.

Lāŏmĕdōn, Λαομέδων. Rex fuit Troiæ, Ili filius, qui quum de ædificandis Troiæ mœnibus cogitaret, Apollini & Neptuno id negotij dedit, pactus mercedem, quam mox extructis mœnibus se soluturum iureiurando affirmauit. Verùm perfecto opere Laomedon periurus pactam mercedem negauit: propter quod dij irati, Neptunus aquam, Apollo pestem vrbi immisit. Duplici igitur calamitate affectus Laomedon, de remedio oraculum consuluit: responsum est, non aliter deos placari posse, quàm si singulis annis virgo Troiana Ceto dilaceranda exponeretur. Institutum itaque est virginem quotannis exponi, eámque sorte eligi. Sed quum tandem sors in Hesionem (quam tamen alij solam ab Apolline & Neptuno expostulatam tradunt) Laomedontis filiam cecidisset, & iam scopulo alligata monstrum expectaret: Hercules forrè illac transiens, liberaturum se filiam Laomedonti pollicitus est, si equos diuino semine procreatos, quos habere eum constabat, in præmium sibi traderet. Hunc igitur in modum pactione facta, Hercules interfecta bellua, virginem liberauit. Sed quum Laomedon promissis non staret, indignatus Hercules, collecto vndequaque exercitu, Ilium expugnauit, Laomedontem occidit, Hesionem Telamoni vxorem dedit, quòd primus murum conscendisset, Priamum eius filium captiuum abduxit, qui postea auro à vicinis redemptus fuit, ideóque ἀπὸ τοῦ πρίασθαι, hoc est, à redimendo nomen obtinuit.

Lāŏmĕdŏntĭădēs, patronymicum, Λαομεδοντιάδης. Virg. *lib.* 8.

Laomedontiadem Priamum Salamina petentem.

Vbi additur a, vt in multis aliis, vt commodiùs ingrediatur carmen heroicum, sicut Anchisiades, Telamoniades. Aliquando subtrahitur syllaba, vt Athemides, pro Athemonides, Deucalides, pro Deucalionides.

Lāŏmĕdŏntēŭs, Λαομεδόντειος, adiectiuum deductum à Laomedonte Troianorum rege. Virg. 4. *Æneid.*

———necdum Laomedonteæ sentis periuria gentis.

Laonome, Λαονόμη, Galliarum ex Odœdoco filiam peperit, qui Locrum vrbi nomen dedit. Steph.

[Laoplanus, dæmon popularis, impostor. Bud.

Laparza, vide *Granatza.*

Lapas, atis, secundùm magistrum in historiis est cibus ex oleribus confectus.]

Lăpăthum, {λάπαθον. ANGL. *A doche.*} herba est acidi saporis quæ à Latinis rumex appellatur. Multæ autem sunt lapathi species, quas vide apud Plin. *lib.* 20. *cap.* 21.

[Lapatzas, vestis principum Constantinop. Codin.]

Lapersæ, Λαπέρσαι, dicti sunt Castor & Pollux Iouis filij, ab eo quòd Lanagri Laconici vrbem expugnauerint.

Lapethos, Λάπηθος, Cypri insulæ oppidum est, portum habens & naualia. Meminit eius Plin. *lib.* 5. *cap.* 31.

Lăpĭs, idis, à λᾶας: vulgò q. lædipes. {אבן *ebén* סלע *sélah.* GALL. *Pierre.* ITAL. *Pietra, sasso.* GERM. Ein stein. HISP. *Piedra.* ANGL. *A stone.*} Quem Græci λίθον vocant, à nonnullis ita distinguitur à saxo, vt lapis mitior sit, minórque, ac tenerior: saxum maius, asperius duriúsque. Hinc gemmæ lapides, non saxa dicuntur. Plin. *lib.* 36. *cap.* 18. Nusquam hic vtilior, quàm in Italia gignitur, lapisque non saxum est. Idem, Est & viridis lapis, vehementer igni resistens, sed nusquam copiosus: & vbi inuenitur, lapis, non saxum est. Sed hæc profectò differentia non videtur cum Plinio conuenire, qui non magnitudine distinguit saxum à lapide. Nam etiam columnas ex vno lapide fieri, & Laocoontis statuam ex vno lapide excisam fuisse affirmat. Videtur itaque magis dicendum, saxum esse, quod ex rupibus, vel lapidicinis exciditur: lapidem, qui è terra effoditur. Lapide excutiunt clauum (compedum.) Plaut. *Menæch. sc.* 1. *a.* 1. Natus verberare lapidem ne perdas manum. (i. homo stolidus, stupidus, durus.) Idem *Curcul. sc.* 3. *a.* 1. Cerebrum mihi excutiunt dicta tua, lapides loqueris soror. Plaut. *Aulul. sc.* 3 *a.* 1. Illic nos insectabit lapidibus (de furioso.) Idem *Capt. sc.* 4. *a.* 3. Nam me illuc ducis vbi lapis lapidem terit? (de mola.) Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 1. Nimis velim lapidem cui illi Speculo diminuam caput. Idem *Most. sc.* 3. *a.* 1. Lapides octonos quotidie effodere. Idem *Capt. sc.* 5. *a.* 3. Item, lapides eximere, *ibidem.* ¶ Item, Iouem, lapidem iurare, Iusiurandum sanctissimum. Gell. *cap.* 21. *lib.* 1. ¶ Et quoniam apud veteres lapidibus milliaria designabantur, ponitur quandoque lapis pro milliario. Vnde legimus ad tertium, ad quartum lapidem. Ouid. 2. *Faster.*

Sacra videt fieri sextus ab vrbe lapis.

Et apud Liuium lapis & mille passus, sæpè pro eodem. ¶ De lapide emptos quoque dicimus, qui publica auctione à præcone erant venditi. Nam prisco more præcones ex lapide & loco altiore facere præconium solebant: vbi mancipia quoque venalia, præconis voce proclamabantur. Columella *lib.* 4. Non tamen excedunt septem iugera, vnius operam vinitoris, quem vulgus quidem parui æris, vel de lapide noxium posse comparari putat. Cicer. *in Pisonem*, Tribunos de lapide emptos

Plaut. Iuxta te sum, vt piè tuearis, oportet. ¶ Interdum reticetur accusatiuus: vt apud Virg. 6. *Æneid.*

——— furiarum maxima iuxtà
Accubat.

¶ Aliquando significat simul, coniunctim, ἅμα. Varro *de vita pop. Roman.* Quum interea lucubrando faceret iuxta ancillas lanam, id est, simul cum ancillis. ¶ Quando verò aduerbium est, significat æquè, similiter eodem modo, παραπλησίως. Salust. *bell. Iugurth.* Hyemem atque æstatem iuxtà pati. Plaut. *Aulul. sc. 5. a. 4.* Dixi tibi mater: iuxta mecum rem tenes, id est, æquè atque ego. Idem *Milit. sc. 2. a. 2.* Vt scias iuxta mecum mea consilia. Idem *in Persa*, Quid istic scriptum? Iuxta tecum scio (vulgò dicunt: Non magis scio, quam tu.) Sic Salust. *in Catil.* Nunc verò quo in loco res sitæ sunt, iuxta mecum omnes intelligitis. ¶ Sic, scire aliquid iuxta cum aliquo dicitur. Plaut. *Pseud. sc. 7. a. 4.* An nescis iuxta cum ignarissimis. (id est, æquè scio, ac ignarissimi: siue, perinde scio, ac qui maximè ignorant.) Iuxta cum datiuo, Liuius *lib. 4. bell. Punic.* Fabius omittendam rem paruam, ac iuxta magnis difficilem, &c. censebat. (id est, æquè difficilem, ac sunt res magnæ.) Salust. *in Iugurth.* Hyemem atque æstatem iuxtà pati. Cicero *in Planciana*. Reliquis officiis me iuxtà ac si meus frater esset sustentauit. ¶ Apud veteres iuxtim pro iuxta inuenitur. Sisenna, Iuxtim Numicium flumen obtruncatur. Liuius Andronicus in *Ægystho*, In sedes collocat se regias, Clytemnestra iuxtim, tertias natæ occupant. Ex Nonio. ¶ Interdum etiam secundum, vel post, Gellius *cap. 15. lib. 5.* Constabátque ex moribus popul Rom. primum iuxta parentes locum tenere pupillos debere. & Plin. *cap. 45 lib. 7.* Iuxta hæc Varisma clades. Item Gell. *lib. 4. cap. 9.* Nigidius figulus, homo (vt ego arbitror) iuxta Marc. Varronem doctissimus, hoc est, secundùm Varronem, vel post Varronem.

Iuxtim, aduerbium, significat propè *de prés, tout contre.* {נגד *Bal. ahe-mo.*} Suet. *in Tib.* Magistratibus pro tribunali cognoscentibus, plerunque se offerebat consiliarium, assidebátque iuxtim, vel ex aduerso in parte priori. Lucr. *lib. 4. v. 102.* Cur ea quæ fuerint iuxtim quadrata, procul sint visa rotunda.

‖Iuxto, as, appropinquo.‖

I X

Ixiá, ἰξία. Herba quædam cum terra colorem mutans, vnde & Chamæleonem appellarunt. Ixias autem dicitur ἀπὸ τοῦ ἰξοῦ, hoc est, à visco, quod quibusdam in locis circa radicem eius inuenitur, quo pro mastiche vtuntur mulieres. Huius duæ sunt species, candido, & nigro colore distinctæ. Vide Plin. *lib. 22. c. 18.*

‖Ixia, varices, quum cruribus sanguis dilatatur. Rh.‖

Ixibatæ, vide *Iacabata*, & *Iapamata*.

‖Ixion, auis genus. Voc. Eccl‖

Ixion, ἰξίων. {*Ein könig in Thessalia gewesen welchen Jupiter zur hellen verdampt hat/dan er solte an einem rad umbgetriben würde.*} Filius fuit Phlegiæ (alij tamen Ætionis, alij Iouis filium faciunt) qui principio vxorem duxit Diam filiam Dionei, seu Eionei: qui cum multa pro compensatione dotis pollicitus esset, & ob id pater sponsæ ad eum venisset, vt munus reciperet, Ixion facta scrobe, eáque lignis & stramentis intecta, patrem sponsæ ea fraude peremit, à qua cæde quum neque homines, neque dij eum lustrare vellent, diúque incertus vagaretur, Iupiter illius misertus, in cœlum assumptum expiauit. Quúmque iam purgatus, apud superos degeret, Iunonem amare cœpit, eámque de stupro interpellauit. Quod quum Iupiter intellexisset, nubem illi sub Iunonis effigie opposuit, ex qua ille Centauros genuit. Deiectus deinde in terram, quum passim gloriaretur, se cum deorum regina rem habuisse, Iupiter indignatus, fulmine ad inferos Ixionem detrusit, curauítque vt ibi rotæ volubili alligatus, perpetuò volutaretur: vnde Ouid.

Voluitur Ixion, & se sequitúrque fugitque.

Ixionides, Patronymicum.

Ixos, ἰξός. Græci appellant viscum, quo aues capiuntur: vnde & chamæleonem herbam ixiam vocauere, quòd quibusdam in locis ad radicem eius viscum inueniatur, quo mulieres vice mastiches vtuntur.

I Y

Iynx, iyngis, ἴυγξ. Auis quæ verticilla à colli versura vocatur. Hæc paulò maior est, quàm fringilla, colore vario: linguam serpentibus similem habet, quam longitudine quatuor digitorum exerit, rursúmque contrahit intra rostrum, collum circumagit in aduersum, reliquo quiescente corpore: vnde Torquilla, à quibusdam est appellata. Sunt qui & turbinem vocant, putántque auem esse amatoriis medicamentis infamem. Frequens auis huius mentio est apud Theocritum in *Pharmaceutria*.

‖Iyxta, iuxta. Salmas.‖

I Z

Izelus, Ἰζέλος, Castellum Siciliæ. Steph.

‖Izône, vestis satyrica. Scal.‖

NOTÆ ANTIQVORVM.

I. Interdum, in, inter, intra, vnum, Iunius, Iulius. IA. P. intra prouinciam. I. AGL. in angulo. IAD. iamdudum, iamdiu. IA. S. D. iam satisdandum. IA. RI. iam respondi. I. AQ. in aquam. IAN. Ianuarius.

I. B. in breui.

I. C. iuxta cautum, intra circulum. Iulius Cæsar. Iurisconsultus. I. C. E. V. iuxtà causa esse videtur. I. CL. intra cliuum.

ID. iudex, idus, iudicatum. I. D. inferis Diis, iuri dicundo, in dominio. I. D. C. iuris dicendi causa. ID. ID. iudicium iudicandum. ID. E. idem est. ID. D. iudicium dabo. I. D. P. iuri dicendo præfuit. I. D. T. S. P. in diem tertium, siue perendinum. ID. S. iudicatum solui. IDQ. idemque.

I. E. in eum, iudex esto, in ære, interest.

I. F. Iulij filius, in foro, interfuit. I. F. B. in foro boario. I. F. C. A. in foro Cæsaris Augusti. I. F. HA. in foro Hadriani. I. F. IV. in foro Iulij. I. F. L. in foro Liuij. I. F. FLAM. in foro Flaminij. I. F. N. in foro Neruæ. I. FOR. CÆS. A. in foro Cæsaris Augusti. I. FOR. FLAM. in foro Flaminij. I. FO. P. in foro Pacis, Palladis. I. FO. POP. in foro Popilij, Populi. I. FO. P. R. in foro pro rostris, in foro Populi Romani. I. FO. TR. in foro Traiani.

I. H. iustus homo. IHS. XPS. Iesus Christus.

III. VIR. R. P. C. Triumviri Reipublicæ constituendæ. I. I. iusiurandum.

I. L. iure legis, in loco, iusta lex, intra limitem. I. L. A. in loco absentis. I. L. D. in loco diuino, in loco domus. I. L. P. in loco publico. I. L. PR. in loco præsenti. I. L. R. in loco religioso. I. L. S. in loco sacro.

I. M. Ioui maximo. I. M. CIT. in media ciuitate. IMP. IMPR. Imperator. IMPRR. Imperatores. IMP. AV. Imperator Augustus. IMP. CS. AV. Imperator Cæsar Augustus. IMPL. Imperiale, Imperialis. I. M. I. ST. B. ABSCD. in memoria iusti sunt bona abscondita, in monumento isto sunt bona abscondita.

I. N. R. I. Iesus Nazaræus Rex Iudæorum. IN. intercisum. IN. A. P. in agro pedes. IN. AG. P. XX. in agro pedes viginti. I. N. EE. iustum non esse. INT. vel INC. incipiunt. INTS. introeuntes. IN. HC. MM. S. P. S. F. in hoc monumento sunt pecuniæ sine fine. IN. B. M. in bonâ memoriâ. INT. S. AR. E. M. S. intus, sub arâ est memoria sacra. IN. L. ADMRBL. inuenies locum admirabilem. IN. M. I. ST. D. AVGI. in memoriâ istâ sunt diuitiæ Augusti. IN. H. MM. S. P. S. in hoc monumento sunt pecuniæ sacræ. IN. FR. P. in fronte pedes. IN. FV. vel IN. FO. in fundo, vel in foro. INR. AR. intra aram. IN. DE. D. intercisum denotabat diem. IN. FR. P. XX. in fronte pedes viginti.

I. O. M. S. Ioui optimo maximo sacrum.

I. P. iusta persona.

I. R. iure rogauit.

I. S. iudicium solui, in Senatu, iudicio Senatus, iudicatum solui. I. S. C. in Senatus Consulto. I. SN. R. in Senatu Romano. I. S. S. inferiùs scripta sunt.

I. T. C. intra tempus constitutum.

IV. quatuor, vel IIII. I. V. iustus vir. IVD. Iudicium. IVNON. & PROSER. Iunonis, & Proserpinæ. IVRD. Iurisdictio. IVV. Iuuenalis, iuuentus.

K

K LITERA, Græcorum est, non Latinorum, quam ipsi κάππα nominant. Ea Latini non vtuntur, nisi in Kalendis, quam tamen vocem non incommodè per C. scribimus. Nam & Priscianus testis est K, apud Latinos esse superuacuum: & Quintilianus non obscurè innuit loco eius nos habere literam C. quæ ad omnes vocales vim suam perferat.

‖K, & Θ notæ vestium, illud funestarum, hæc fulguritarum. Puræ verò vestes, quæ his carebant. Cerda.

K, litera decima Græcorum mutata à Latinis in C. Hæc litera inusta fronti illorum, qui calumniæ damnati. Lips.

K. K. K. Cappa tria pessima, Cappadoces, Cretes, Cilices.‖

K A

‖Kabbala, vide *Cabbala*.

Kære Cæsar amicos. Gl. Isid. lege kære Cæsar, aue Cæsar‖

Kaij cancelli. Kai cancellæ. Gloss. Isidor. Scal. lect. Auson. *lib. 2. cap. 22.* ad illud,

Desertus vacuis solisque exerceor aris,

annotat: Aræ sunt margines, seu crepidines promonentes earum molium, quibus flumina, vt loquitur Lucretius, oppilentur. Vulgò Franci *Kaies* vocant. Videtur vox esse à *quies*. litus est, vbi quiescit vnda, vt scil. longiùs excurrat.

Kalare, vocare, καλεῖν: vnde *Kalenda*. Varro *lib. 5. de L. L.* Primi dies mensium nominatæ Kalendæ, quòd iis diebus kalentur eius mensis Nonæ à Pontificibus, quintanæ an septimanæ sint futuræ in curia Kalabra. sic: Dies te quinque kalo Iuno couella, septem dies te kalo Iuno couella. In sacris Tusculanis: Vinum nouum ne vehatur in vrbem antequam vinalia kalentur: nec vinalia sine vino expediri, nec curia Kalabra, sine kalatione potest aperiri. Varro *lib. 5. Analog.*

‖Kalendæ, vide *Calenda*.

Kalones, serui militum. Item caligæ militum. Gl. Isid.

Karolus nomen proprium.

Karthago, vrbs Africæ, condita à Didone, post bellum Traianum.

K E

Keltzene, seu Celtzene, M. sub P. Constantinopolitano.‖

K H

Kh eſt χ, ſicut ante literam χ inuentam loco eius ſcribebant K' id eſt, K cum ſpiritu aſpero.

K I

Kildaria, *Kildaria*, V.E.Hiberniæ,ſub A.Dublinienſi.
Kilkennia,id eſt,S.Canici fanum, *Kilkenny*,V.E. Hiberniæ,caput prouinciæ,ſeu Comitatus Kilkennienſis,ſub A.Dublinienſi.
Kiouia,*Kiou*,V.E.Volhiniæ,ad Boryſthenem fl.ſub A.Leupolienſi,ditionis Polonicæ.

K V

Kupti ſunt Ægyptij Chriſtiani.

K Y

Kyrie eleiſon. ex pronunciatione vulgari. alioqui erit *Kyrie eleeſon*, Domine miſerere. ἐλεέω eſt miſereor. Greg. Magn. *epiſt.*63. *lib.*7. Kyrie eleiſon autem neque diximus, neque dicimus, ſicut à Græcis dicitur. Quia in Græcis ſimul omnes dicunt. Apud nos autem à clericis dicitur, à populo reſpondetur, & totidem vicibus etiam Chriſte eleiſon dicitur. quod apud Græcos nullo modo dicitur.

NOTÆ ANTIQVORVM.

K. Calendis,caput,clariſſimus,cardo,caſtra. Cælius. K.KAR.Carthago.K.AP.Calendis Aprilis,KAL.IAN.AVG. Calendis Ianuarij Auguſti. KARO.Carthago. KARO.C.ciuitas.KAR.M.cardo maximus. KAR.F.cardo finalis.
K.DD.caſtra dedicauit, dedicarunt.
K.FX. caſtra fixit. K.FEB. calendis Februarij.
KL.Calendis. KLD. calendis. KL. SEP. calendis Septembris. KL. NOV. calendis Nouembris. KL. OCT. Calendis Octobris.
KM. cariſſimus. K.M.cardo maximus. K.MT. Cælius mortuus.
K.O.calendis Octobris KO.Carolo.
K.P.Carol.poſitus.K.PS.caſtra poſuit,caſtra põtis.KPR.caſtra peregrina.
K.Q. calendæ Quintiles.
KR.chorus.KR.C.cara ciuitas. KRM.carmen. KR.AM.N. carus amicus noſter.K.R.N.carus Rex noſter. KS. Chaos. K.S. calendæ Sextiles.
K.T.capite tonſus. K. Θ.ceraunos, thanatos, fulguritæ veſtis, & funeſtæ inſcriptio.

L

L Litera, Latinorum eſt, Græcorum lambda ſono & poteſtate reſpondens, vna ex iis quæ à Græcis ἀμετάβολοι, hoc eſt, immutabiles, à Latinis liquidæ appellantur. Quo fit, vt mutam immediatè ſubſequens in eadem ſyllaba, præcedétem ſyllabam, ſi breuis fuerit, reddat indifferentem. Hinc fit vt Atlas priorem ſyllabam habeat indifferenté, quum natura breuis ſit. Martial.

Non aliter videtur Atlas cum compare multo.

Et alibi, ———*Conturbabit Atlas.*
Virg. eandem producit 8. *Æneid.*

———*At Maiam maximus Atlas.*

¶ Porrò L lenis littera eſt. Ouid. 5. *Faſt.*

Aſpera mutata eſt in lenem tempore longo
Littera, vt Lemuria Remuria.)

Item, L ſuccedit loco R, vt Frater Fratellus : Caper Capella. Terent. Scaurus *de Orthograph.* ¶ D,& L,conſentiunt,v.g. Sella dicta eſt, quæ antea *ſedda*. Idem *ibidem*. ¶ Nomina verbáque ab hac litera incipientia, ſi cum præpoſitione *ad*, vel *in* componantur, poſterior litera præpoſitionis conuertitur in l. vt allabor, alluo, illino, illuſtris, pro adlabor, adluo, inluo, inluſtris.

L A

La, ſiue laa, λᾶ Lycophroni, λάα Homero, Laconiæ oppidum, edita in petra ſitum, vnde & nomen habet: nam λᾶς Græcis petra eſt, vel lapis. Hanc vrbem quum expugnaſſent Caſtor & Pollux, Laperſæ, λαπέρσαι, cognominati ſunt. Incolæ, Lai, λᾶοι dicuntur. Steph.
Labandria, quæ ad lauandum ſunt data. Rh.
Labacum, *Labach*, V.E. Carniolæ, ſpectat ad gentem Auſtriacam.
Lābărum, λάβαρον, λάβουρον Hermias vocat. Vexillum erat militare ante Imperatorem geſtari ſolitum, auro intertextum, gemmíſque intermicantibus ſplendidiſſimum : tantæ olim exiſtimationis, vt à militari turba adoraretur. Huius deinde loco Conſtantius crucis inſigne iuſſit præferri. Hadr. Iun. *in Nomencl. Labarum* interpretatur Vexillum ſacrum, quale in templis ſuſpendi ſolet. { Kirchen fahne. } Meminit huius vexilli Ambroſius *in Epiſt.* Septimius *in Apolog.* Sozomenus *hiſt. Tripart. lib.* 1. *cap.* 5. Et præter hos Caſſiodorus, Rufinus & Prudentius *in Symmachum.*
Lăbāſco, vide *Labo*.
Labanis, Inſula eſt in ſinu Arabico, apud Plin. *lib.* 6. *c.* 28.
Labara, λάβαρα, Cariæ oppidum, apud Stephanum.
Labathus, viri proprium, cuius crebra mentio apud Plutarchum.
Lăbdă, λάβδα, Amphionis cuiuſdam ex Bacchiadarum genere filia fuit: quæ quòd clauda eſſet, & ob id à Bacchiadis cæteris ſperneretur, Eetioni nupſit, eíque puerum peperit, quem ab euentu Cypſelum nominauit. Nam quum duo Corinthiis reddita eſſent oracula, quibus illi monebantur fore, vt Labdæ filius Corinthi aliquando tyrannidem inuaderet, miſſi ſunt publico decreto decem viri, qui puerum interficerent. Verùm quum fortè puer ei, qui primus eum à matre acceperat, arriſiſſet, ille miſericordia motus adduci non potuit, vt eum occideret: quapropter ille alteri tradidit, & ille rurſus alij, atque ita deinceps per manus traditus infans, à decimo matri redditus eſt, nemine eum interficere volente. Poſt hæc illi egreſſi, & pro foribus ſtantes, ſeſe mutuò & præcipuè eum, qui priùs puerum acceperat, increpabant, qui eum ex conuento non occidiſſet. Quod quum audiſſet Labda, quæ intus ad fores adſtabat, puerum in menſura frumentaria, quam Cypſelum vocant Græci, occultauit: vnde poſtea mater illi Cypſelo nomen impoſuit. Vide Herod. *lib.* 5.
Labdacus, λάβδακος, Phœnicis filius, qui ſenex Thebas vocatus, ibi aliquandiu regnauit: filiumque habuit Laium, qui à patre Labdacides vocatur. Stat. *lib.* 6. *Theb.*

———*nec verbera pallidus abdit*
Labdacides.

Lăbdăcĭdæ, λαβδακίδαι cognominati ſunt Thebani à Labdaco rege, Laij patre.

Labdaciſmus eſt, ſi pro vno l, duo ponantur, vt Afri faciunt. ſicut colloquium pro conloquium : vel quoties vnum l exiliùs, duo largiùs proferimus, quod contrà eſt. nam vnum longiùs, duo exiliùs proferre debemus. Iſid. *lib.* 1. 31.
Labdalon, λάβδαλον, Promontorium Epipolæorum prope Syracuſanos. Stephan.
Labeates, Liburniæ populi ſunt, apud Plin. *lib.* 3. *c.* 22.
Labefacio, Labefacto, vide *Labes*.
Labellum, vide *Labrum*.
Labeo antiſtius, nomen Iureconſulti, à labiorum magnitudine ſic dicti. Quicunque enim magna labia habent, labeones & labrones cognominantur, πρόχειλοι χειλῶνες. { Die groſſe läfftzen haben. } Hic Labeo, (vt Gell. ait *lib.* 14.) iuris ciuilis diſciplinam principali ſtudio exercuit, & conſulentibus de iure publicè reſponſitauit. Sed cæterarum quoque bonarum artium non expers fuit, & in Grammaticam atque Dialecticam, literáſque antiquiores, altioréſque penetrauit, Latinorúmque verborum origines, rationéſque percalluit, eáque præcipuè ſcientia ad enodandos iuris laqueos ille vtebatur. Immodica libertate fuiſſe perhibetur, & nimia tuendi iuris pertinacia, adeò vt D. Auguſto iam principe, & Rempublicam obtinente, rerum tamen penſúmque nihil haberet, niſi quod iuſtum ſanctúmque eſſe, in Romanis antiquitatibus legiſſet. Quare quum à muliere quadam Tribuni aduersùs eum aditi, Gellianum ad eum miſiſſent, vt veniret, & mulieri reſponderet, iuſſit eum qui miſſus erat, redire, & Tribunis dicere, ius eos non habere, neque ſe, neque alium, quenquam vocandi, quum moribus maiorum Tribuni pleb. prehenſionem haberent, vocationem non haberent. Poſſe igitur eos venire, & prehendi ſe iubere, ſed vocandi abſentem ius non habere. Vide plura de hoc apud Gell. *lib.* 13. *cap.* 10. & 12.
Lăbĕrĭus, Poëta mimographus, à Cæſare annulo equeſtri donatus, cuius meminit Macrob. *Saturn. lib.* 2. & Gell. *lib.* 11. *cap.* 9. Senec. *lib.* 7. *declamat.*
Lābēs, is, fœm. gen. Ruina, lapſus à labendo, vel potiùs à λάβη. { מום mum תמאה tumeah. μῶμος, σπίλος, ψόγος, λύμη. Gall. *Tache, macule, ſouilleure.* Ital. *Rouina, macchia.* Germ. Ein fähl oder ſchad. Item, Ein maaſen oder fleck. Hisp. *Manzilla ò caymiento.* Angl. *A failing, a ſpot, a blemish.* } Virg. 2. *Æneid.*

Hinc mihi prima mali labes.

¶ Eſt quoque labes violenta quædam illuuies aquæ : aut tempeſtatis, grandiniſve ruina: aut quum terra in altiſſimum hiatum aperitur. Cic. 1. *de diuinat.* Delata etiam ad Senatum labes agri Priuernatis, quum ad infinitam altitudinem, terra deſediſſet. Labes atque eluuies ciuitatis, idem *pro domo ſua*. Labes atque pernicies prouinciæ, idem 2. *Verrin.* Quanta pernis peſtis venit! quanta labes larido! Plaut. *Capt. ſc.* 1. *a.* 4. ¶ Labes item accipitur pro macula, qualis fieri ſolet, aut oleo, aut ſimili liquore in veſtem delapſo. σπίλος, κηλίς. ¶ Frequentiùs tamen per tranſlationem pro quouis animi vitio fœdiore accipitur. Cic. *pro domo ſua*, Hanc labem turpitudinis, & inconſtantiæ poterit pop. Rom. dignitas ſuſtinere? Ouid. *in Epiſt. Deianira,*

Lataque ſit vita labe nouerca tua:
Parua quidem periit, ſed ſine labe domus,

idem *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Triſt.* Item,

———*Decem luſtris ſine labe peractis,*

idem *Eleg.* 8. *lib.* 4. *Triſt.* Labes terræ. Liuius 2. *d.* 5. Metonymicè, pro homine impuro, & ſceleſto. Plaut. *Perſa.* Impurè, inhoneſtè, iniuſtè, illex, labes populi. ¶ Labem patrimonij facere, patrimonium labefactare ac perdere: patrimonio excidere.
Lābĕcŭlă, diminutiuum. { ſpiloς ſπιλάς, κηλίδιον. Gall. *Petite tache, ou ſouillure, ou rouine.* Ital. *Piccicola macchia, picciola rouina.* Germ. Ein mäſſlein. Hisp. *Pequeña manzilla ò caymiento.* Angl. *A litle ſpot, or blemish.* } Cicer. *in Vatin.* Sed quum Annium tantopere laudes, & clariſſimo viro nonnullam laudatione tua labeculam aſpergas, &c.
Lăbĕfăcio, is, Rumpo, frango, perdo, mobile & inſtabile reddo. { הפיל hippil נתץ nathas נתץ nathats השחית hiſchchith. σαλεύω, λυμαίνομαι. Gall. *Rompre & galler, perdre & corrompre.* Ital. *Deſtruggere, rouinare, crollare.* Germ. Verderben/ ſchrecken/ ſchenden/ wagglend machen. Hisp. *Hazer caer à otro, deſtruyr, quebrar.* Angl. *To breake,*

to make feble.} Terent. *in Adelph.* Omnes dentes labefecit mihi. Ouid. 2. *Fastor.*

Caetera ne simili caderent labefacta ruina.

¶ Aliquando pro deterrere, & à constantia abducere. Cicer. *pro Sestio*, Quem nulla vnquam vis, nullæ minæ, nulla inuidia labefecit. ¶ Labefacere fidem suam dicitur debitor, quum malè soluendo, efficit ne quis ei quippiam velit credere. Suet. Redit sanè nihilo opulentior, vt qui prope labefacta fide omnia prædia fratri obligaret. ¶ Aliquando pro euertere, frangere, debilitare, resoluere. Lucret.

——*vsque adeo Veneris compagibus hærent*

Membra voluptatis dum vi labefacta liquescant.

Lăbĕfactĭo, nis, Debilitatio. {מפלאך *mappalach* חלושאב *chalusehâb.* ἀδυναμία, ἡ λύμη, ἡ βλάβη. GALL. *Gastement, branslement.* ITAL. *Rouina, crollamento.* GERM. Wagglung/erschütung. HISP. *Cayda, caymiento.* ANGL. *Abreaking, or making weake.*} Plin. *lib.* 33. *c.* 1. Tussim veterem inhibet, & dentium labefactionem.

Lăbĕfactūs, particip. {נתץ *nittâts.* λυθεὶς, λυμανθείς. GALL. *Rompu gasté.* ITAL. *Rotto, guastato.* GERM. Verderbt/erschüttert/vnd bewegt. HISP. *Rompido, gastado.* ANGL. *Broken, made weake.*} Virg. 4. *Æneid.*

——*Animum labefactus amore.*

Robore labefacta, Ouid. 12. *Metam.*

Lăbĕfacto, as, frequentatiuum, Affligo, perdo, corrumpo, concutio, conuello, quatio. {הפיל *hippil* נתש *nathás* נתץ *nathâts* השחית *hischchith.* λυμαίνομαι, παρασαλεύω. GALL. *Gaster, ruiner, corrompre.* ITAL. *Rompere, guastare, corrompere.* GERM. Verderben/schänden/erschütten/vnd bewegen. HISP. *Hazer caer à otro, destruyr, gastar, corromper.* ANGL. *To destroye, to corrupt, to vndoe.*} Colum. *lib.* 2. Igitur in opere boues arctè iunctos habere conuenit, quò minus colla eorum labefactentur. Cicer. *in Catil.* Quòd si legere, vel audire velitis, externas maximas Respub. ab adolescentibus labefactatas, à senibus sustentatas, & restitutas reperietis. ¶ Aliquando pro commouere, & à proposito auertere. Idem *ad Cornif.* Nec verò postea destiti labefactare eum, qui summa cum tua iniuria, contumeliaque Reipub prouinciam absens obtinebat. Ter. *Eunuch.* Nimirum dabit hæc Thais mihi magnum malum, Ita me video ab ea astutè labefactarier.

Labosus adiect. Sic locus dicitur à labe & lapsu lubrico. Lucil. *apud Varronem.* Præterea omne iter hoc est labosum, atque lutosum.

‖Labeo, nis, cui magna sunt labra.

Laberna, ferramentum latronum, vel grassatorum, vel furum. Item latro, aut qui filios alienos seducit. Item, gladiator. Gl. Isid. ‖

Labetia, Arabiæ oppidum, ab Ælio Gallo dirutum. Plin. *lib.* 6. *c.* 28.

Lăbĭcānum, λαβικανόν, à Suetonio in Cæsare fundus in agro Labicano. Dictus est autem ager Labicanus à Labicis vicino oppido, cuius meminit Liu. *lib.* 2. *ab Vrbe.* Labicos, inquiens, peditum vi cepit. Vnde & populi ipsi, Labici dicti sunt, de quibus Virg. *lib.* 7.

——*& picti scuta Labici.*

Lăbĭcī, vulgò *Valmonte*, Italiæ populi, qui genus suum à Glauco Minois filio traxerunt, quem Labicum appellarunt à scuto militari, intus ansato, quod primus in Italia ostendit. Nam λαβὴ Græcis ansam significat, vel manubrium. Virg. *lib.* 7.

Et Sacranæ acies, & picti scuta Labici.

Vide Labicanum.

Labienus, prænomine Titus, Cæsaris in Gallia Legatus, rei militaris gloria clarus. Hic post res amplissimas sub Cæsare gestas, instante bello ciuili, defecit ad Pompeium, pertinacissimumque sese Cæsaris hostem præbuit. Victis enim Pompeianis partibus, Parthos in societatem solicitauit, magnásque eorum copias in Asiam adduxit. Autor Strabo *lib.* 14. ¶ Fuit præterea Titus quidam Labienus, scriptor immodicæ libertatis, qui quòd in omnes nullo discrimine inueheretur, Rabies cognominatus est, factúmque est opera inimicorum, vt scripta eius publicè exurerentur. Quod quum intercretur Cassius Seuerus, Nunc me, inquit, viuum exuri oportet, qui ea ad verbum edidici. Labienus autem ignominiam illam tam grauiter tulit, vt scriptis suis superstes esse noluerit, sed in maiorum suorum monumenta se inferri iusserit, viuúmque ibidem includi. Fuit præterea alius Labienus, qui cum Saturnino est interfectus, de quo apud Cic. *in Rabiriana.*

‖Labina. Isid. *lib.* 16. 1. Labina eò, quòd ambulantibus lapsum inferat: à labe Vet. Dict. Labina, terra aquosa & mobilis & labilis, in qua quis facilè labitur. ¶ Est item‖ Labina, vicus inter Veronam & Cremonam duarum cladibus Romanorum notus, qui antea Bebriacus dicebatur.

Lābĭum, ij, & Labrum, i, χεῖλος τὸ λαβεῖν, eiusdem sunt significationis. {שפה *saphah.* χεῖλος. GALL. *Leures, baulieure.* ITAL. *Labbro.* GERM. Ein lefftzen. HISP. *El beço ò labio de la boca.* ANGL. *A lip.*} Sunt enim extremitates, & opercula oris, & veluti vallum quoddam ad tegendam dentium deformitatem à natura datum. Sosipater tamen distinguit, ex Verrij Flacci sententia ita, vt modica sint labra, labia immodica, & inde labeones dici. Persius, Nec fonte labra prolui Caballino. Terent. *in Eunucho*, Labiis demissis. Cæsar 5. *bell. Gall.* Capillóque sunt promisso, atque omni parte corporis rasa, præter caput & labrum superius. Meretrices labiis dum ductant eum, maiorem partem videas valuis suauiis. Plaut. *Merc. sc.* 1. *a.* 2. Item vbi labra ad labella adiungit. Idem *Pseud. sc.* 2. *a.* 5. Inanis loquacitas, & verba in labris nascentia. Quintil. ¶ Admouere labra poculis. Virg. 3. *Ecloga*,

Nec dum illi labra admoui, sed condita seruo.

Labris velitari & velificari, pro verbis contendere, & altercari, & rixari. Afran. Interea verba iactare, & labris inter se velitari, velificarier. ¶ Primoribus, seu primis labris aliquid degustare, prouerbiali metaphora dicitur, pro eo quod est leuiter & perfunctoriè aliquid attingere. Cicer. 1. *de nat. deor.* Hunc censes primis, vt dicitur, labris gustasse physiologiam! Idem 2. *de Orat.* Quæ isti rhetores ne primoribus quidem labris attigerunt. Quintil. primis (vt aiunt) labris degustarit. Sen. *Epist.* 30. In primis labris est anima senilis. ¶ Mordere labrum, τὸ δάκνειν τὸ χεῖλος, vel hodiernis temporibus vulgò dicitur, qui stomachabatur animóque angitur. Sumptum ab indignantium gestu. Aristophan. *in Vesp.* ¶ Labra item dicuntur rei cuiusuis extremitates: vnde summi fossarum & fluuiorum margines labra appellantur. Cæsar 7. *bell. Gall.*

Fossam pedes viginti latam directis lateribus duxit, vt eius solum tantundem pateret, quantum summa labra distabant. ¶ In vulneribus quoque extremæ oræ, quæ acu iunguntur, labia dicuntur. ¶ Labrum item dicitur vas amplum & patulum, in quod aqua è fonte delabitur. Plin. *Epist.* 101. Inter has marmoreo labro aqua erumpit. Liu. 7. *d.* 4. Labra marmorea duo ante fornicem posita à Scipione. ¶ Est & labrum genus vasis in balneis ad lauandum aptum, quasi lauabrum, ἀσάμινθος. Cicer. *Terent.* Labrum si in balneo non est, fac vt sit. Ouid. 4. *Fastor.*

Nec Dryadas, nec nos videamus labra Dianæ.

¶ Item, quoduis aliud vas amplum & patulum. Virg. 8. *Æneid.*

Sicut aquæ tremulum labris vbi lumen ahenis,

Sole repercussum, aut radiantis imagine Lunæ.

¶ Hinc labra vinaria, & olearia dicuntur, in quæ vina è lacu, oleum è cortina transferuntur. Cato, Oleum in labrum primum indito. ¶ Labrum eluacrum apud Caton. in quo aliquid eluitur, & lauatur quod sordidum est. ¶ Labrum lupinarium, in quo lupini macerantur, vt amaror eluatur. ¶ A labrum in primo significato fit, *sublabro*, de quo infrà. ¶ Apud antiquos etiam labias legimus in fœminino genere. Plaut. *in Stich.* Age tibicen, quando bibisti, refert ad labias tibias. Sic enim legit Nonius. Item apud Gellium *lib.* 4. *c.* 10. Labias sensim primores mouemus.

Labellum, & labrosus, vide paulo infra.

Labo, as, Cado, vacillo, nuto. {מעד *maâdh* מט *mat* נפל *naphál.* ἀμφιδονέομαι. GALL. *Branler, chanceler, vaciller.* ITAL. *Cadere, vacillare.* GERM. Fallen/zu fallen geneigt. HISP. *Caer, bambanear.* ANGL. *To fall, to slide, to slipe.*} Virg. *lib.* 2. *Æneid.*

— — *Labat ariete crebro Ianua.*

Horat. 3. *Carm. Ode* 6.

Delicta maiorum immeritus lues

Romane, donec templa refeceris,

Ædésque labantes deorum.

Virg. 12. *Æneid.*

Genua labant, gelidus concreuit frigore sanguis.

Telum labat, dixit Celsus *lib.* 7. *cap.* 5. *&* 6. Cutis labat, vt vulgò dicimus, *il lecche*, vt cùm Deus labat, sicut ipse loquitur *cap.* 12. id est, mouetur. ¶ Et per translationem Labare sermone: pro inconstanter & timidè loqui.

Cur labat ambiguo spes mea mista metu.

Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 4. *Trist.*

——*pars nulla est, quæ labet imperij*,

idem *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* Si qua labarent in moribus. Sueton. *in Tib. c.* 33. Labantem ordinem confirmare. Idem *in Cæs. cap.* 14. Plin. *lib.* 14. *cap.* 22. Labant animi, hoc est, deficiunt, Liuius 6. *bell. Macedon.* Labat consilium meum, Cicer. *ad Attic. lib.* 8. Mens labat. Celsus *lib.* 2. *cap.* 7. Metaphora sumpta ab arbore, quæ multis ferri ictibus succisa tandem incipit casum ruinámque minari. Labare & mutare sententiam. Cicer. 1. *Tuscul.* Mouemur enim sæpe aliquo acutè concluso: labamus, mutamúsque sententiam.

Lābāsco, is, ere, verbum inchoatiuum, Casum minari & ruinæ vicinum esse. {מעד *mahâdh* מט *mat* נפל *naphál.* ἀμφιδονέομαι, ὑποσφάλλομαι. GALL. *Commencer à cheoir, vaciller, chanceler.* ITAL. *Minacciare rouina, cascare.* GERM. Zuhendigen fein/anfangen fallen/wöllen sincken. HISP. *Caer, amenazar cayda.* ANGL. *To begine, to fall.*} Lucret. *lib.* 4.

Vincitur in longo spatio tamen atque labascit.

Per translationem accipitur pro animo concidere, frangi, & de pristina constantia excidere. {התחת *chathath.* ἡττᾶσθαι.} Terent. *Eunuch.* Labascit victus vno verbo, quàm citò! ¶ Reperitur & labascor, deponens pro neutro. Varro *rerum diuin. lib.* 7. Postquam vidit misericordia labasci, mentem infirmam populi. Nonius.

Lābor, eris, lapsus, à λαβεῖν, ὡς ἀπολισθάνω. Cado, ruo, corruo, dilabor. {נפל *naphál.* πίπτω, ὀλισθαίνω. GALL. *Cheoir peu à peu, defaillir, s'escouler, se passer.* ITAL. *Cascare, sdrucciolare, scorrere.* GERM. Fallen/hinsincken. HISP. *Caer, deslisarse, deleznarse.* ANGL. *To fall, to slide, to do amisse.*} Cicer. *de Arusp. resp.* Vt aliquis lapsus de cælo cœtus hominum adeat.

Hinc nobis placidus per tempora labitur annus,

Tibull. *lib.* 4.

Inque sinum mœsta labitur imber aqua,

Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 4. *Trist.*

Nec vbi persusa est dea labente iuuentus,

idem *Eleg.* 12. *lib.* 3. Labentia tardè tempora fallere narrando, idem *El.* 3. *lib.* 3. *Trist.* Soluta & velut labens toga. Quintil.

——*Tacito passu labentibus annis,*

Ouid. *Eleg. vlt. lib.* 4. Labantes, siue labentes malas corrigere. Sueton. *in August. c.* 99. Labente re. Liuius 4 *ab vrb.* quod suprà dixerat præcipiti. Item Lapsi mente, i. furiosi. Suet. *in Aug. c.* 48. & Senec. *epist.* 36. ¶ Interdum idem est quod in desuetudinem abire, siue exolescere. Liu. *in præfat. lib.* 1. Labente deinde paulatim disciplina. ¶ Aliquando errare, falli, peccare. Cic. 1. *de finibus*, Epicurus autem, in quibus sequitur Democritum non ferè labitur. ¶ Labi etiam dicuntur ij, qui in lubrico figentes vestigia, in terram ruunt.

Lāpsus, us, Ruina, casus. {מפלה *mappeláh.* πτῶσις, ὀλίσθημα. GALL. *Cheute, coulement, glissement.* ITAL. *Rouina, errore.* GERM. Ein fall/schlüpffung. HISP. *Resualadero, cayda.* ANGL. *A fall, a sliding.*} Plin. *lib.* 7. *cap.* 37. Et victor suprema in senecta lapsu scalarum exanimatus est. ¶ Per translationem accipitur pro errore, vel culpa per imprudentiam admissa. Idem *lib.* 5. *cap.* 1. Haud alio fieri proniore lapsu, quàm vbi falsæ rei grauis autor existit. ¶ Item lapsus, serpentum progressus, apud Virg. 2. *Æneid.*

At gemini lapsu delubra ad summa dracones

Effugiunt.

¶ Lapsus rotarum à Virg. 2. *Æneid.* dicuntur, quasi labiles rotæ, quibus scilicet subiectis, facilius laberetur ingens ille equus ligneus. Lapsus, a, um, partic. qui cecidit. Cic. *pro lege Manil.* De cœlo lapsum intuentur. (Lapsis rebus datus princeps Senec. *c.* 37. *de consol. ad Polyb.*

Corruit

Corruit sub vno crimine lapsa domus,
Ouid. *Eleg.1.lib.2.Trist.*
Lapsave sunt nimio verba profana mero,
idem *Eleg.5.lib.3.*
———*Tacito pede lapsa vetustas.*
idem *Eleg.6.lib.4.Trist.* Vnde petam lapsis solatia rebus: (aliàs *lassis.*)
Idem *Eleg.2.lib.5.Trist.*
Et placido lapsu per sua regna ferunt. (i.natatu.)
Idem 6. *Fast.* Cæsar *lib.5.bell.Gall.* Lapsus spe, pro Frustratus. Plaut. *Cist.* cum genitiu. iunxit: Ita me amor(inquit)lapsum animi ludificat.

Lāpsābūndŭs. Seneca *Epist.53.* Alterius fundamenta lapsabunda in mollem ac fluidam demissa humum.

Lāpsĭo, lapsus, ruina. {מפלה *mappeláh.* ὀλίσθημα, πτῶσις. Gall. *Cheute.* Ital. *Rouina.* Germ. Ein fall. Hisp. *Cayda.* Angl. *A fall, a slyding.*} Cic. 4.*Tusc.* Sed hæc in bonis rebus, quòd alij ad alia bona sunt aptiores, facilitas nominetur: in malis procliuitas, vt significet lapsionem: in neutris habeat superius nomen.

Lāpso, as, frequentatiuum, Lubrico, & nutanti gradu incedo. {החליק *hechelik.* ὀλισθαίνω. Gall. *Se couler, glisser souuent.* Ital. *Scorrere* Germ. Schwancken, gehen als wann einer alle tritt fallen wolte. Hisp. *Deleznarse.* Angl. *To slide or slip often.*} Virg.2. *Æneid.*
———*hæc dicens altaria ad ipsa trementem*
Traxit, & in multo lapsantem sanguine nati.
¶ Lapsantem gressum firmare, Silius *lib.6.* Gell. *cap.1.lib.15.* Humidis verbis & lapsantibus defluere.

‖Labidus, a, um, in quo facilè est labi.

Labilis, e, ad lapsum facilis, siue vt labatur, siue vt quis ibi labatur. Vet. Dict. Labilis, e, quod citò labitur, vel in quo quis facilè labitur.‖

Lăbŏr, is, à λαβεῖν. cùm enim ad operam se inuitarent, dicebant, λάβωμεν. Opera, defatigatio, diligentia, contentio. {עמל *hamál* יגיע *jeghiáh.* πόνος, μόχθος. Gall. *Labeur, peine & trauail.* Ital. *Fatica.* Germ. Arbeit, müh. Hisp. *Trabajo con afan.* Angl. *Labour, trauayll, or paine.*}
———*Nec me labor iste grauabit.*
Valla, Labo primam breuem habet: labor primam longam. Hinc labor, is, & laboro, as, prima breui: quod an ab altero illorum deriuetur, an ab vtroque potiùs, liberum opinaturis relinquo. Cicer. *de senect.* Nónne melius fuisset otiosam ætatem, & quietam sine vllo labore, aut contentione traducere? Labor exercet apes, Virg. 1. *Æneid.* Fallitur pensa trahentis ancillæ labor. (cantando.) Ouid. *El.1 lib.4. Trist.* Languida non noster peragit labor otia. (i. nos laboriosi.) Tibull. *lib.4.*
Sit labor illius, tua dum facundia maior.
idem *lib.4.* Iam labor (obsidionis) in fine est. Ouid. 13. *Metam.* Duorum laborum ego partissem lubens rogandi & respondendi. Plaut. *Pseud. sc.1.a.1.* ¶ Labor pro dolore, siue morbo. Idem *Curcul.sc.1.a.1.* Valetudo decrescit, accrescit labor, i. dolor, siue morbus. Item, Decet pati, pati æquo animo, leuior labos erit. Idem *Capt.sc.1.a.2.* Euenit in labore & in dolore, mors vt obrepat interim. Idem *Pseud.sc.3 a.2.* Hinc laborare, pro ægrum esse, vt laborare ex capite, ex renibus, laborare à frigore, laborare podagra, &c. ¶ Labor apud Poëtas frequenter accipitur pro periculo, calamitate, vel alio incommodo. Virg.3. *Æneid.*
———*Requies ea certa laborum.*
Ouid. *Epist.9.*
———*Series immensa laborum.*
¶ Dicitur etiam labos, sicut lepos, ardos. Plaut. *Trinummo*, Quanquam ibi animo labos grandis capitur. Arduus labos, Valer.6. *Argon.* ¶ Laborem serere, πόνον σπείρειν, vulgò dicebantur qui frustrà laborarent, quasi nihil fructus è labore reportaturi præter laborem. Diogenianus.

Lăbōro, as, Contendo, nitor, operam do, laborem adhibeo. {עמל *hamál* יגע *jagáh.* πονέω, ταλαιπωρέω. Gall. *Labourer, trauailler, pener, affaner.* Ital. *Affaticarsi, faticare, durar fatica.* Germ. Arbeiten, wercken. Hisp. *Trabajar afanando.* Angl. *To labour, to work.*} Seneca, Iugiter fodiendo laborat. Ouid. 4. *Fast.*
Viuat bos, & in dura sæpè laboret humo.
Senec. *cap.9. de consolat. ad Helu.* Quicquid extra sitim, famem, & frigus concupiscitur, vitiis non vsibus laboratur. Plaut. *Aulul.sc.1.a.4.* Pueris qui nare discunt, scirpea inducitur ratis, Qui laborent minùs, & faciliùs vt nent. Quintilian. perit labor (ei) cui semper idem laborandum est. Cicer. 5. *Verr.* Omnes aratores serere, impendere, laborare. Idem 5. *Verrina*, Omnibus enim neruis mihi contendendum est, atque in hoc laborandum, vt omnes, &c. ¶ Ambitiosè in re aliqua laborare, Quintil. *lib.3.cap.11.* ¶ Vnde & per translationem laborare pro malè habere sumitur: vt quum aliquem laborare quartana, πυρέττειν, aut laborare podagra dicimus. Plinius, Succus eius podagra laborantibus prodest. Laborare ex renibus. Cic.2. *Tusculan.* Laborare ex dolore puerperij. Terent. *in Andr.* Laborare à frigore. Plinius *lib.32. cap.12.* Concrepuit digitis, laborat, crebro commutat status. Plaut. *Milit.sc.2.a.1.* Laborant vtero puellæ. Horat. ¶ Interdum idem quod angor, solicitus sum. φροντίζω. Cicer. *Quinto fratri.* De filij tui eruditione quod labores nihil est. Idem *Decio Bruto.* Senatum, populúmque Romanum de te laborare non solùm salutis suæ causa, sed etiam dignitatis tuæ.
Nam simul insidiis hominum pelagique laboro,
Ouid. *Eleg.10.lib.1.Trist.*
———*Cui nunc hæc cura laborat?*
idem *Eleg.1.lib.4.Trist.* Laborare de patrimoniis alienis. (i. solicitè ea curare. Senec. *de consol.cap.14. & de cons. ad Mart.* Aliquando pro arte conficere, colere. πονεῖν, διαπονεῖν. Virg.2. *Æneid.* Arte laboratæ vestes. Et laboratus ager, dicitur qui probè cultus est. ἀπονητὸς χωρίον. Laborati libri, elucubrati. Mart. *lib.1.*
Plena laborantis habeas quum scrinia libris,
Emittis quare Sosibiane nihil?
Sueton. *in Neron.cap.41.* Scientia tantopere laboratæ artis à se. ¶ Non laboro de hac re: hoc est, non curo, neque anxius sum, (inquit Budæus.) Cicer. *pro Rosc. Amerino*, Quoniam cuius consilio occisus sit inuenio: cuius manu sit percussus, non laboro. Idem 4 *Academ.* Sed quia non laboro quàm valdè ea, quæ dico, probaturus sis, eo minus conturbor. ¶ Laborare re frumentaria. Cæsar 3. *bell. ciuil.* Illa omnia perpetì parati, maximè re frumentaria laborabant. Laborare ære alieno. Sueton. *August. cap.47.* ‖Laborare in famam, pro laborare de fama ac solicitum esse. Senec. *lib.3. de ira*. Conscientiæ satisfaciat, nil in famam laboremus, sequatur vel mala dum bene merearis.‖ ¶ Laborare vitiis. Liuius 4. *bello Macedon.* Diuersisque duobus vitiis auaritia & luxuria ciuitatem laborare. Laborare crimine temeritatis. Quintil. ¶ Laboratur, in magnum discrimen est ventum. Cicer. *ad Lentulum lib.1.* Laboratur vehementer, inclinata res est. Laborantes, i. periclitantes. Cæs. *lib.1. de bell.ciuil.* ¶ Huius verbi composita sunt, allaboro, & elaboro, de quibus egimus suprà suis locis. A laboratus fit compositum Illaboratus, illaborata, illaboratum, quod ita secernitur ab inelaborato, quòd inelaboratum dicitur, quòd non satis artificio excultum est, ἀνέργαστον. Illaboratum verò, quod ex tempore & sine labore factum videtur, αὐτοσχέδιον. Illud vitio dari solet, hoc laudi. Quint. *de Cic.* Quum interim hæc omnia, quæ vix singula quisquam intermissa cura consequi posset, fluunt illaborata.

Lăbōrātĭŏr, comparatiuus, pro elaboratior, hoc est, operosior. Tertullian. *de virg. velandis*, Tanto continentia maioris ardoris laboratior.

Lăbōrĭōsŭs, a, um, duplici significatione dicitur. Nam & laboriosum dicitur quod multum laborat, & in quo multùm laboratur. Gellius *cap.12.lib.9.* Laboriosus dicitur, & qui laborat, & qui labori est. Item laboriosus homo, Industrius & φιλόπονος: etiam impeditus, quique se ex molestia explicare non potest. {יגע *jaghéah.* ἐπίπονος, ταλαίπωρος. Gall. *Laborieux, penible.* Ital. *Faticoso.* Germ. Arbeitsam. Hisp. *Trabajoso con afan.* Angl. *Painfull, full of labour.*} Cicer. *pro Cælio*, Vos laboriosos existimet, quibus otiosis, ne in communi quidem otio liceat esse. Laboriosus ager, in quo colendo plurimùm laboratur. Cæcilius, Durum rus fugit, & laboriosum. Laboriosum opus, difficile, & quod non sine labore perficitur. Quod hic Cæcilio tribuitur est ex Galli poëmatis, vbi legitur fugite. A Nonio citatur: à Gellio sub Calui nomine leuiter immutatus. Plaut. *in Merc.* Laboriosi mihi tibi quicquam operis imperabo. Laboriosæ exercitationes. Cic.1. *de fin.* Quis nostrûm exercitationem vllam corporis suscepit laboriosam, nisi vt aliquid ex ea commodi consequatur? ¶ Hinc laboriosior, laboriosissimus.

Lăbōrĭōsē. {ἐπιπόνως. Gall. *Auec peine & trauail.* Ital. *Faticosamente, con affanno.* Germ. Mit arbeit, kümerlich. Hisp. *Trabajosamente.* Angl. *Painfullie, with grat labour.*} Laboriosius, laboriosissimè, aduerbia, Quod est cum maximo labore, ἐπιπονώτατα. Cicer. 1. *Verrem*, Itaque semper hi diligentissimè, laboriosissiméque accusarunt. Idem *pro Roscio*, Iam quò quisque est ingeniosior, hoc docet iracundiùs, & laboriosiùs.

Lăbōrĭfĕr, adiectiuum. Idem quod laboriosus, seu laboris patiens. {ἐπίπονος. Gall. *Laborieux, qui porte ou endure trauail.* Ital. *Saldo alla fatica.* Germ. Arbeitsam, der arbeit hatt. Hisp. *Trabajoso, que trae labor.* Angl. *Laborious, that endureth labour.*} vt, Hercules laborifer. Ouid 9. *Metam.*

Lăbōrĭæ, arum, {Ital. *Terra di lauoro.* Germ. Ein theil der landschaff Campanie in Italien.} Campaniæ pars illa, quæ vulgò Terra laboris dicitur, miræ fertilitatis, stipulam tantæ crassitudinis gignens, vt ea incolæ pro ligno vtantur. Dictæ autem sunt Laboriæ, à laboro, eò quòd ad sui cultum plurimùm exigant laboris. Plin. *lib.18.cap.11.* Quantum autem vniuersas terras campus Campanus antecedit, tantum ipsum pars eius, quæ Laboriæ vocantur. Finiuntur Laboriæ via ab vtroque latere Consulari, à Puteolis, & à Cumis Capuam ducente. Hinc laborinus campus. Idem *lib.17.c.4.*

Labradeus Iupiter, in Caria colebatur: cuius simulacrum primus dicitur consecrasse Arsalis rex, quum Gygæ aduersùs Candaulem Lydorum regem suppetias tulisset, indéque securim, Lydorum regum gestamen, in Cariam retulisset. Securim autem Lydi labryn appellant. Vnde Ioui Labradeon cognomen factum est. Vide Cælium *lib 6.cap.11.* Autor est Plin. *lib.32.c.2.* Labradei Iouis delubrum fontem fuisse anguillis insignem, quæ inaures additas gestabant.

Labratum, siue Lauratum, interpretantur osculum Imperatoris. Vocatur sacri vultus, qui inhiantibus populis offerebantur, *C. de publ.læt.nunt.* Labrata dicta sunt à labris adorantium, & osculantium.

‖Labrax, ăcis, piscis, λάβραξ, quod λάβρως, id est, auidè edat.

Labronium, λαβρώνιον, species lati poculi.‖

Labrum, i, vide *Labium.*

Lābellum, i, diminutiuum: sicut à flabro flabellum. {χειλάριον. Gall. *Petite leure.* Ital. *Labretto.* Germ. Ein lefftzlein. Hisp. *El beço.* Angl. *A little lip.*} Plaut. *Asin.sc.3.a.3.* Compara labella cum labellis. Idem *ibid. sc.3.a.4.* Tu labellum amicæ abstergeas. Teneris labellis molles morsiunculæ. Idem *Pseud.sc.1.a.1.* Vbi labra ad labella adiungere. *Ibid.sc.1. a.4.* Cic.1. *de diuin.* At Platoni quum in cunis paruulo dormienti apes in labellis consedissent, responsum est, singulari illum suauitate orationis fore. ¶ Interdum etiam pro vasculi genere ponitur, facto ad similitudinem labri, quo in balneis vti solemus ad lauandum. Plinius Cinerémque in labellis aqua addita confricant manu, & considere patiuntur. Colum. *c.28.lib.12.*

Labrōsŭs, a, um, quod extremitates habet, veluti quædam labra prominentes. {χειλώδης. Gall. *Lippu, qui a grosses leures, ou gros bord.* Ital. *Cosa con orlo è con cornice.* Germ. Das ein bort oder läfftzen hat. Hisp. *Cosa de grandes beços.* Angl. *That hath great lippes.*} Cels. *lib.7. cap.26.* Ferramentum fecit in summa parte labrosum, in ima semicirculatum.

Labrum venereum. Herba est ex genere aculeatarum, echineta ferens capitula, quibus fullones pannis vestibúsque lanam inducunt, δίψακος. Dioscorides dipsacum appellat. Vulgus Herbariorum *Virgam pastoris.*

Labrŭs, piscis genus, cauda placens, ab vno Ouidio memoratum, referente Plin. *lib.32.c.vlt.*

Digitized by Google

Labrūscă,æ,à labes,vel quòd in labris,h.e.agrorum finibus naſcatur. Vitis agreſtis, quæ & erratica dicitur. {בְּאֻשִׁים *beſchâh.* ἀγριάμπελος, ἄμπελος ἀγρία. GALL. *Vigne ſauuage.* ITAL. *Lambruſca.* GERM. Ein wilde weinreb. HISP. *La vua de la vid ſiluestre.* ANGL. *A wilde wine.*} Labruſca dicta, teſte Seruio, quòd in agrorum labris, hoc eſt, marginibus, & ſepibus naſcatur. Virg. *in Buc.*

Syluestris raris ſparſit labruſca racemis.

Legitur & labruſcum neutri generis. Idem *in Culice.*

Denſaque virgultis auidè labruſca petuntur.

Laburnum, arbor eſt Alpina, dura candidáque materia, aquas refugiens, cuius florem cubitali longitudine non attingunt apes. Autor Plinius *lib. 16. cap. 18.*

Labunetus, filius Nictocris reginæ Babyloniæ, tandémque Babyloniorum tyrannus. Vide Herod. *lib. 1.*

LĂBYRINTHŬS, λαβύρινθος. Locus multis viarum ambagibus inflexus. {Irrgarten.} Quatuor autem præcipuos fuiſſe Labyrinthos docet Plin. *lib. 36. cap. 13.* Creticum, qui arte maxime fuit ſpectabilis, à Dædalo, vt putant, factus iuſſu Minois, qui Minotaurum illic incluſit: cui Athenienſes ex fœdere ſeptem quotannis ex liberis ſuis deuorandos mittebant. Ægyptium in nomo Heracleopolite, omnium maximum & potentiſſimum humani ingenij opus, lapideis è Paro columnis in introitu, reliquis Syeniticis, vnde exempla ſumpſit eius quem in Creta fecit Dædalus: quem Pomponius Mela *lib. 1.* deſcribit. Leminium columnarum nitore inſignem, centum enim & quinquaginta columnas habebat. Quartum Italicum, à Porſena Hetruſcorum rege ſepulcri cauſa extructum. Creticus centeſimam tantum portionem eius, qui in Ægypto erat, continebat, itinerum tamen ambagibus, occurſibus & recurſibus multo admirabilior. Si quis plura noſcere cupit, Plinium adeat *lib. 36. cap. 13.* qui verè veſanam illam fuiſſe dementiam ſcribit, quæſiſſe gloriam impendio nulli profuturo, præterea fatigaſſe regni vires, quum tamen laus maior artificis eſſet. ¶ Labyrinthum, λαβύρινθον, olim vocabant orationem, aut rem quampiam vehementer impeditam, & inextricabilem.

Lăbyrintheus, a, um, Catullus,

Ne labyrintheis è flexibus egredientem

Tecti fruſtraretur inobſeruabilis error.

Labyzŭs, λάβυζος, Aromatis genus, ex quo myrrhæ commiſto Perſicorum regum diademata ſolent parari. Eſt autem labyzus gummi quoddam myrrhæ non diſſimile, ſed longè pretioſius odoratiúſque. Cæl. Rhodig. *lib. 18. cap. 18.*

Lăcænă, λάκαινα, fœmininum eſt à Lacon, ſignificans mulierem ex Laconia. Virg. *2. Æneid.*

Non tibi Tyndaridis facies inuiſa Lacænæ

Has euertit opes.

Lāc, ctis, à γάλα, γάλακτος, hinc Lactuca. Succus maternus, quo animalia nutriuntur, dictum à laciendo, quòd admotis mammis infantes alliciantur. ¶ Vel potiùs a priſco recto: dicebant enim Lacte, à Græco amputatis duabus literis, γάλακτος. {חָלָב *chalâb.* γάλα. GALL. *Du laict.* ITAL. *Latte.* GERM. Milch. HISP. *Leche.* ANGL. *Milke.*} Virg. *3. Eclog.*

——— *& lac ſubducitur agnis.*

¶ Lac, de nucibus dictum. Ouid. *de Nuce,*

Lamina mollis adhuc: tenero eſt in lacte quod intra eſt.

Idem *Eleg. 11. lib. 3. Triſt.*

Natus es è ſcopulis, nutritus lacte ferino.

¶ Iucundioris diſciplinæ cibo ac lacte ſatiari, per metaphoram Quint. *lib. 2. c. 4.* Quin ipſis doctoribus hoc curæ eſſe velim, vt teneras adhuc mentes more nutricum mollius alant, & ſatiari velut quodam iucundioris diſciplinæ cibo lactéque patiantur. ¶ Lacte, gen. neut. in nomin. dixit Plaut. *in Milit. ſc. 2. a. 2.* Tam ſimilem quàm lacte lacti eſt. Idem *in Amphitr.* Neque lac lacti magis eſt ſimile. Vbi etiam legitur *lacte.* Idem *in Men.* Nec aqua aquæ, nec lacte lacti, mihi crede, vſquam ſimilius. Hanc terminationem Soſipater *lib. 1.* approbat, quod omnino nullum, vt inquit ille, nomen in C mutam, aut in duas mutas CT (ſcribebant enim veteres etiam lact) finiatur. Vſus etiam Cato eſt eodem autore Soſipatro. Et in Italia attas captas lac album habere. ¶ Lac preſſum. Virg. *in Bucolic.*

——— *& preſſi copia lactis.*

Vbi poëtica circumlocutio de caſeo, qui & coagulo cogitur & premitur. Sed & ipſa manu premitur, formatur atque figuratur, ne ſit fiſtuloſus (vt docet Colum.) quod ei accidit, qui laxiùs remiſſiúſque in formis ſuis habetur. Tranquillus, Et caſeum bubulum manu preſſum. Columella, Illa verò notiſſima eſt ratio caſei faciendi, quem dicimus manu preſſum. ¶ Lac ſchiſton, γάλα σχιστὸν appellatur, in qua pars caſeoſa ſeparata eſt à ſeroſa. ¶ Lac Cyrenaicum, laſerpitij ſuccus, quod & Laſer appellatur, in Cyrenaica regione primùm repertum. Vide infrà in dictionibus *Laſer & Laſerpitium.* De lactis vi & natura, Gell. *cap. 1. lib. 12.*

‖Lacca, res quædam rubea, quæ tenuibus lignorum ſurculis inhæret, ſapore non ingrato.

Laccarius, qui foſſas, vel puteos fodit.

Laccus, lacus, ciſterna.‖

Lāctēs, plur. numeri, gen. fœm. {τὰ μεσεντέρια. ANGL. *The ſmall tripes.*} Dicuntur graciliora inteſtina per quæ labitur cibus, quæ tria ſunt, tenue, ieiunum, Pylorus: inuoluunturque meſenterio, vt à ſpinæ contactu duro munitiora tutioráque reddantur. Dictæ lactes à lacte, aut propter mollitiem, aut propter candorem pinguedinis: aut certè ab antiquo verbo Lacio: propterea quòd cibum alliciant. Plaut. *Curcul. ſc. 3. a. 1.* Ita cibi vacuitate vento laxis lactibus. Aliàs laſſis lactibus. Idem *Pſeud. ſc. 3. a. 1.* Eadem opera alligem canem fugitiuam agninis lactibus. Plinius exiſtimat Lactes tantùm in hominibus & ouibus dici, in cæteris autem animalibus ile appellari. Eius verba ſunt *lib. 11. cap. 37.* Ab hoc ventriculo lactes in homine & oue, per quas labitur cibus, in cæteris ilea, quibus capaciora inteſtina ad aluum, hominique flexuoſiſſimis orbibus. ¶ Quidam pro inteſtinis pinguibus accipiunt: vnde Perſius,

Emeria auriculas pulmone & lactibus vnctis.

¶ Cornutus putat lactes loca in lateribus eſſe ſub vmbilico pube tenus adeò delicata, vt plagam ferre non poſſint. ‖¶ Lactes item, inſigne marium piſcium, & oua fœminarum. Iun.‖

Lāctārĭus, a, um, quod lac in ſe habet, ſiue ſuccum lacteum. {γαλακτώδης. GALL. *Laitier, qui rend du laict.* ITAL. *Che ha latte.* GERM. Das milch hatt/oder milch gibt. HISP. *Coſa que tiene leche.* ANGL. *That giueth milke.*} Plin. *lib. 26. cap. 8.* Tithymallum noſtri herbam lactariam vocant, alij lactucam caprinam. Lactaria animalia, quæ lactis gratia paſcuntur. Varr. *lib. 1. de R. R. cap. 1.* Dandum bubus lupinum, & lactariis medica & cythiſum.

Lāctārius, ij, Piſtor qui cibos ex lacte conficit. γαλακτουργός. Spartianus *in Heliogab.* Dulciarios, & lactarios tales habuit, vt quæcunque coqui de diuerſis edulijs exhibuiſſent, vel ſtructores, vel pomarij, illi modò de dulcibus, modò de lactariis exhiberent.

Lāctĕŭs, a, um, quod ex lacte eſt. {γαλακτικός. GALL. *De laict.* ITAL. *Di latte.* GERM. Das von milch iſt. HISP. *Coſa toda de leche.* ANGL. *Of milke.*} Quandoque accipitur pro niueo, & lactis candorem referente: vt, Colla lactea. Virg. *8. Æneid.*

—— *tum lactea colla*

Auro innectuntur.

Lacteus porcus, qui lacte alitur, Martial. *lib. 5.* Lactea Liuij vbertas. Quintil. ¶ Lacteus orbis, ſiue circulus, in cælo dicitur, quem Græci γαλαξίαν vocant: vtroque nomine à lactis candore deducto. Cicer. *in ſomn. Scipion.* Erat autem is ſplendidiſſimo candore inter flammas circus elucens, quem vos (vt à Graiis accepiſtis) orbem lacteum nuncupatis. Plin. *lib. 2. c. 25.* Omnes fermè ſub ipſo Septentrione aliqua eius parte non certa, ſed maximè in candida, quæ lactei circuli nomen accepit. Vide Macrob. *in ſomn. Scip.*

Lāctĕŏlŭs, a, um, diminut. ὁ γαλακτικός. vt puellæ lacteolæ, Catull. *in Camerium. Epigr. 51.*

Lāctĕo, es, Lac ſugo. {יָנַק *janák.* θηλάζω. GALL. *Teter, ſuccer du laict de la mamelle.* ITAL. *Lattare.* GERM. Milch ſäugen. HISP. *Mamar la leche.* ANGL. *To ſucke milk out of a dugge.*} Varr. *2. de re ruſtic. cap. 3.* Lactentes cum matribus ne cubent. Cicer. *2. de diuin.* Romulus lactens fulmine ictus. Vnde lactens porcus eſt, qui adhuc lac ſugit, Varr. *2. de re ruſtic. cap. 4.* Lactentia frumenta vocat Virg. *1. Georg.* quaſi lacteſcentia, hoc eſt, adoleſcentia, & lactis colorem referentia. Ouid. *2. Faſtor.*

At tibi dum lactens hærebit in arbore ficus.

Item, lactens porca. *Ibidem.*

Lāctĕſco, is, ere, eſt in lac conuerti. {γαλακτοῦμαι. GALL. *Deuenir laict, auoir du laict.* ITAL. *Conuertirſi in latte.* GERM. Zu milch werden. HISP. *Ser, ò hazerſe leche.* ANGL. *To be turned in to milke.*} Cicer. *3. de natur. deor.* Omnis ferè cibus matrum lacteſcere incipit. Nonnunquam idem quod lacte impleri. Plin. *lib. 11. cap. 41.* Aſinæ prægnantes continuè lacteſcunt.

‖Lacticularius, lacticuloſus, ἀπογάλακτος. Gloſſ. Græcol.

Lactis, is. Priſc. *lib. 6.* Hæ lactes partes ſunt inteſtinorum, à Græco γαλακτίδες dictæ, & ſeruauerunt apud nos quoque idem genus, cuius ſingulare lactis eſt.‖

Lācto, as, Lac præbeo, quod propriè matrum eſt. {עָל *ʿâl* מֵינִיק *henik.* θηλάζω. GALL. *Alaiter.* ITAL. *Lattare, dar il latte.* GERM. Säugen oder zu ſäugen geben. HISP. *Dar à mamar la leche.* ANGL. *To giue ſucke, to ſuckle.*} Varr. *2. de re ruſtic. cap 7.* Anniculis iam factis dandum hordeum, & furfures vſque quo aderunt lactantes. Lactans mulier propriè dicitur, quæ lac in mammis habet. Gell. *lib. 12. cap. 1.* Nam plerunque ſine diſcrimine quæcunque lactans eſt eo tempore offerri ſolet. Celſ. *lib. 2. cap. 18.* videtur lactantia accipere pro lactariis, hoc eſt, pro iis quæ ex lacte confecta ſunt. Lac (inquit) mel, ideoque lactantia, atque omne piſtorum opus. Idem *cap. 19. eiuſdem libri.* Mel crudum, lac, lactantia omnia, mulſum. ¶ A Lacto fit compoſitum ablacto, hoc eſt, à lacte arceo, quod vide ſuo loco. ¶ Eſt præterea lacto frequentatiuum ab antiquo verbo lacio, quod ſignificat decipio, & per blanditias in fraudem illicio. ἐπάγομαι, δελεάζω. Terent. *in Andr.* Non tibi ſatis eſſe hoc viſum ſolidum eſt gaudium, Niſi me lactaſſes amantem, & falſa ſpe produceres?

Lāctātus, us, m. Actus lactandi. {θηλασμός, τιθήνησις. GALL. *Alaittement, tettement.* ITAL. *Lattamento.* GERM. Säugung. HISP. *Aquella obra de dar à mamar la leche.* ANGL. *A giuing of ſucke or milk.*} Plin. *lib. 32. c. 2.* Ob id ſibilo à piſcatoribus tanquam ſerpentibus euocari, & capi, pingueſcere lactatu, &c. de murænis.

‖Lacatiſmus, laqueus, decipula. Gl. Iſid.‖

Lăcŏbrīgă, Λακόβριγα, oppidum Vaccæorum, in Hiſpania Tarraconenſi. Ptol. *lib. 2. cap. 6.*

Lăccŏpluti, λακκόπλουτοι. Cognominati ſunt Calliæ Athenienſis poſteriori, propterea quòd is Callias repentè ditatus eſſet theſauro in campis Marathoniis ſubter terram inuento. Nam Græci λάκκους appellabant, quos & ſyros dicimus, hoc eſt, loca ſubterranea in quibus vinum, oleum, frumentáve recondebant.

‖Lacebra, illecebra. Althelm.‖

Lăcĕdæmōn, tis, Λακεδαίμων. Clariſſima totius Peloponneſi vrbs Lycurgi legibus optimè inſtituta, alio nomine Sparta dicta, Meneiai olim regia. Dicta Lacedæmon à Lacedæmone, Iouis & Taygetes filio. Virg. *7. Æneid.*

——— *At non ſic Phrygius penetrat*

Lacedæmonia paſtor.

¶ Huius ciues, Lacedæmonij dicuntur, & Lacones. Vegetius etiam Lacedæmonas appellat *lib. 3.* Athenienſes (inquit) & Lacedæmonas & Macedonas rerum potitos.

Lăcĕr, a, & Lacerus, a, um, à λακῶ: λακίζω. hinc Lacinia. λακίς, fiſſura. Dilaniatus, diſcerptus, diſtractus, laniatus. {טָרוּף *tarúph* מְשֻׁסָּף *miraſh* קָרוּעַ *karuah.* διεσπαρμένος, σπαρακτός, σπαράξας. GALL. *Deſchiré, deſmembré, mutilé.* ITAL. *Stracciato, ſquarciato.* GERM. Zerzert/zerriſſen eines glieds beraubt. HISP. *Deſpedaçado en partes.* ANGL. *Rent or torne.*} Propriè, vt Aſconius, lacerus dicitur amputatus membris, aut oculis, vel auribus. Virg. *6. Æneid.*

Deiphobum vidit, lacerum crudeliter ora.

Tacit. Donec soluta compage scutorum, exangues, lacerósque prosternerent. Lacer (inquit Festus) dicitur, qui auribus curtatus est; item, Lacerum, quodcunque in corpore imminutum. ¶ Laceras gentilitates colligere, id est, sparsas, & huc atque illuc dispersas. Plin. *in Paneg.* 63.

Lăcĕro, as, Dilanio, membratim discerpo. {פרק *parak* טרף *taráph* קרע *karáh* נתח *nittách.* σπαράσσω, σπαράττω. GALL. *Deschirer, desmembrer, mutiler, mettre par pieces.* ITAL. *Stracciare, squarciare.* GERM. Zerzerren/ zerreissen. HISP. *Despedaçar en partes.* ANGL. *To rent or teare in peeces.*} Virg. 3. *Æneid.* Quid miserum Ænean laceras? Lacerare morsu viscera, Cic. 2. *Tusc.* Lacerare famam. Liu. *lib.* 8. *bell. Maced.* Lacerare existimationem. Suet. *in Cæs. c.* 75. Laceratus literis illius. Idem *in Tib. c.* 66. Lacerabat eum canina rabie, Velleius. Cùm laceraret pestilentia exercitum. Idem, Lacerauit classem vis Africi. Idem.

Parce tamen lacerare genas,

Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 3. *Trist.* Vos fœnore, hi malè suadendo, & lustris lacerant homines. Plaut. *Curc. sc.* 2. *a.* 4. Lacerare morsu artus suos. Quintil. Quin ego hanc iubeo tacere, quæ loquens lacerat diem. Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 1. Lacerare diem, in vanum consumere tempus diei, idem *in Stich.* Lacerare rem suam, absumere bona sua, idem *in Merc.* Lacerat me meus mœror, Cic. *ad Attic. lib.* 3.

Lăcĕrātio, nis, verb. Dilaceratio. {פרק *perék* טרפה *terephâh* נתח *nethách.* σπαραγμός. GALL. *Deschirement, desmembrement.* ITAL. *Stracciamento, smembramento.* GERM. Beraubung eines glids/ zerreissung. HISP. *Despedaçadura.* ANGL. *A renting or tearing.*} Cic. *in Pison.* An ego si te & Gabinium cruci suffixos viderem, maiore afficerer lætitia ex corporis vestri laceratione, quàm afficior ex infamia? Muliebres lacerationes genarum, idem 3. *Tusc.*

‖Lacere, decipere, allicere, à *lacio*, is.
Lax, fraus. Luc.‖

Lăcĕrnă, æ, Vestis exterioris genus, pluuiæ frigorísque iniuriæ propulsandæ in primis accommodatum, quo olim solos milites vsos esse Cornutus scribit in Pers. *Sat.* 1. {φαινόλης, φελόνης. GALL. *Manteau.* ITAL. *Mantello, tabarro.* GERM. Ein rägen mantel. HISP. *La vestidura tesada, capa de camino.* ANGL. *A cloke to kep frome rayne and colde.*} Plin. *lib.* 18. *c.* 25. de Virgiliarũ occasu agens, Ergo ex occasu eius de hyeme augurantur, quibus est cura insidiandi negotiatoris auaritia. Nubilo occasu pluuiosam hyemem denunciant, statimque augentur lacernarum pretia. Hactenus Plin. Ob eandem etiam causam à viatoribus lacernæ sumebantur, præsertim ab iis qui expedite & sine togæ impedimento iter facere volebant. Nobiliores illustrioresque lacernis non vtebantur, nisi pluuio tempore & in spectaculis. Hinc M. Antonio obiicit Cicero, quòd nimio festinandi studio ordinis magistratusque sui oblitus, non toga, aut calceis ornatus, vt Consulem decuit, sed gallicis & lacerna, vt quiuis è vulgo in vrbem redijsset. Verba eius sunt hæc 3. *Philipp.* Nam quòd quærebas quomodo redijssem, primùm luce, non tenebris: deinde cum calceis & toga, nullis nec gallicis, nec lacerna. Lacerna Cassium circumdedit Cassius moriturus. Vell. Vt lana tincta fuco citra purpuram placet. At si contuleris lacernæ, conspectu melioris obruatur Quint. Assurgere & lacernas deponere (honoris caussa.) Suet. *in Claud. c.* 6. Item positis lacernis. Idem *in Aug. c.* 40. Ouid. 2. *Fast.*

Mittenda est domino, nunc nunc properate puellæ,
Quamprimum nostra facta lacerna manu.

Verba sunt Lucretiæ puellas suas ad opus adhortantis, vt viro suo in Ardeæ obsidione agenti lacernam mitteret. Lacernis item in spectaculis vtebantur, & potissimum candidis, quæ togis superinduebantur. Martial. *in distich.*

Amphitheatrales nos commendamur ad vsus,
Quum tegit algentes nostra lacerna togas.

¶ Lacernas etiam deponebant honoris gratia, vt testatur Sueton. *in tranquill.* Quin & spectaculis aduenienti assurgere, & lacernas deponere solebant. Candidis autem potissimum lacernis in spectaculis vsos fuisse satis indicat Epigramma Martialis in Horatium quendam, qui cùm solus nigra lacerna spectaculis interesset, cæteris omnibus albatis, factum est, vt repente cadente niue, cæteris concolor redderetur. Verba eius sunt hæc,

Spectabat modò solus inter omnes
Nigris munus Horatius lacernis,
Quum plebs & minor ordo, maximúsque
Sancto cum duce candidus sederet:
Toto nix cecidit repentè cœlo:
Albis spectat Horatius lacernis.

Vide eundem Martial. *Epigr.* 131. 133. 137. *lib.* 14. Mulieres quoque lacernis quandoque vsas legimus. Iuuen. *Satyr.* 1.

Ipse lacernatæ dum se iactaret amicæ.

¶ Festus lacernam dictam putat, quasi laceram, hoc est, parte aliqua imminutam, eò quòd minor sit (vt ille ait) capitio.

Lăcĕrnātŭs, Qui lacerna est indutus, Velleius. {ὁ φαινόλην ἀμπεχόμενος, φελόνην ἐνδεδυμένος. GALL. *Emmantelé.* ITAL. *Mantellato, intabarrato.* GERM. Mit einem regenmantel bekleidt. HISP. *Vestido de tal vestidura.* ANGL. *That weareth a cloke for rayne & colde.*} vt Amica lacernata, Iuuenal. *Satyr.* 1.

Lăcĕrtă, æ, {לטאה *chamét.* σαῦρα. GALL. *Laisarde.* ITAL. *Lacerta.* GERM. Ein grüner hedochs/ grösser aber dann die vnsern. HISP. *Lagarto animal reptile.* ANGL. *An ewet or lisard.*} vel Lacertus, i, Serpentis genus notissimum, inde nomen habens, quòd pedes habeat ad nostrorum lacertorum similitudinem accedentes, σαῦρος. Eius duo sunt genera colore & magnitudine distincta. Minorem zignyda vocant, siue chalcidem, tergo ferrugineo, siue maculis quibusdam nigricantibus distincto. Alterum genus viride est superiore multò minus, Italiæ quàm nostris regionibus frequentius. Vtroque in genere mas lacertus dicitur. Virg. *Eclog.* 2. Nunc etiam virides etiam occultant spineta lacertos. Cicer. *ad Attic. lib.* 2. Nam ad lacertas capiendas, tempestates non sunt idoneæ.

Lăcertŭs, piscis genus mari peculiare, cuius multæ enumerantur species à Plinio *lib.* 31. *c. vlt.* σαῦρος. Martialis,

Quum saxetani ferent tibi cauda lacerti,

¶ Lacertus item in homine dicitur summa brachij pars inter scapulam & cubiti ossa intercepta, quæ à Celso humerus, à Galeno βραχίων appellatur. {ὁ ἐν τῷ βραχίονι μῦς, ὁ τετραγωνος, alij βραχίων. GALL. *Muscle, & partie charnuë du corps, comme la seure du bras, le bras.* ITAL. *Muscolo, la parte carnosa del braccio doue ha'l braccio la sua forza.* GERM. Die dicke oder die mauß deß arm. HISP. *El morzillo de musio ò braço, el braço.* ANGL. *The brawne of the arme.*} Virg. 5. *Æneid.*

——— ferit æthera clamor
Nauticus, adductis spumant freta versa lacertis.

Cic. *de senect.* Milo ex lateribus & lacertis suis nobilitatus. ¶ Et quoniam partes illæ corporis musculosæ sunt, & validis toris compactæ, factum est, vt lacertos pro viribus ac robore accipiamus: neque solùm pro corporis robore, verumetiam pro vehementia & pondere orationis: quos & neruos appellamus. Idem *de clar. Orat.* Quanquam in Lysia sunt sæpe lacerti, sic vt fieri nihil possit valentiùs. Amentatas hastas ab aliquo accipere, & eas oratoriis lacertis viribúsque torquere, apud eundem 1. *de Orat.*

Lăcertōsŭs, a, um, id est torosus, & musculosus. {μυώδης. GALL. *Qui a gros muscles, fort & puissant.* ITAL. *Forte, possente, de grossi muscole.* GERM. Groß oder starck von armen. HISP. *Cosa con morzillos, fuerte.* ANGL. *Stronge, that hath great brawnes or sinewes.*} Colum. *lib.* 9. Feminibus lacertosis, cruribus compactis. ¶ Ponitur etiam pro robusto & valido, quemadmodum lacerti pro robore & viribus, Cic. 8. *Philipp.* Quos centuriones pugnaces & lacertosos inter mimorum & mimarum greges collocauit.

Lăcēsso, is, lacessiui & lacessi per syncopen, & lacessisse pro lacessiuisse, & lacesserunt pro lacessiuerunt. Prouoco, irrito, incito. {הגרה *hecerib* העיר *hehir.* ἐρεθίζω, ἄρχω, ἐπάρχω, προκαλέω, ἐρεθίζω, παροξύνω. GALL. *Irriter, agacer, prouoquer.* ITAL. *Prouocare, incitare.* GERM. Reytzen/ außbieten. HISP. *Prouocar ò desafiar.* ANGL. *To prouoke, to edge, to vexe.*} Fit à verbo *lacio*, vt facesso à *facio.* Fest. Et tam in bonam partem accipitur, quàm in malam. Terent. *in prologo Eunuchi*, Is ne erret moneo, & desinat lacessere. Lacessabatur magis, quàm conserebatur pugna. Liuius 7. *bell. Macedon.* Lacessere mentionem rei. Idem *lib.* 10. *d.* 4. Lacessere certamen. Idem 4. *d.* 5. Lacessere bello, Velleius. Non ita eum torquebit, non lacesset suspicio. Senec. *cap.* 9. *de consolat. ad Polyb.* Cicer. Hos ego sermones, qui & multi sunt, & tuam existimationem (vt sentio) non offendunt, lacessiui nunquam, id est, excitaui, inquit Budæus. Salust. Pridie legiones in monte positas lacessiuit. Cicer. *Cornificio*, Sic igitur facies, méque amabis, & scripto aliquo lacesses. Ego enim respondere facilius possum, quàm prouocare. Virg. 3. *Eclog.* Efficiam, posthac ne quenquam voce lacessas. Salust. Postremò dissimulandi causa, siue expurgandi, sicuti iurgio lacessitus foret, in Senatum venit. Colum. *lib.* 2. *cap.* 2. Nunquam stimulo lacessat iuuencum, quod retractantem, calcitrosúmque reddit. Lacessere, pro titillare. Seneca *de vita beata*, Mollibus lenibúsque fomentis totum lacessit eorum corpus. Lacessim, pro lacessiuerim. Prisc.

Lăcessŏr, passiuum, Prouocor, petor. Cic. 3. *de Orat.* Testis sæpe non lædit, nisi lacessatur. Idem *pro Pompeio*, Nationes quas nunquam pop. Rom. neque lacessendas bello, neque tentandas putauit. ¶ Legitur & lacessiri per quartam verb. declinationem ab indicatiuo lacessior: quemadmodum accerso dicimus, & accersio.

Lăchănum, Olus. {ירק *ierek.* λάχανον. GALL. *Herbe à manger.* ITAL. *Herba da mangiare.* GERM. Kraut das man isst. HISP. *Ortaliza.* ANGL. *All maner of pot hearbes.*} Horat. *lib.* 1 *Serm. satyr.* 6.

Ad porri & ciceris refero lachanique catinum.

‖Lachanizo, est Lachanum imitor mollitie, flaccesco, marcesco, langueo.‖

Lăchănŏpōlă, {λαχανοπώλης. ANGL. *A seller of hearbes.*} Olerum venditor. Et Lachanopolis, λαχανόπωλις, mulier olera vendens.

Lăchănŏpōlium, {λαχανοπωλεῖον. ANG. *The hearbe market.*} Forum olitorium, hoc est, locus vendendis oleribus destinatus.

Lăchănizo, as, are. {λαχανίζειν, βλακεύειν. GALL. *Estre lasche, mol & failly.* ITAL. *Esser lasso, molle, debole.* GERM. Faul vnd träg sein. HISP. *Ser debile, ser flaco, muelle.* ANGL. *To be feble and feinte.*} Languere. Sueton. *in August. cap.* 87. Et betizare, pro languere, quod vulgò lachanizare dicitur.

Lăchĕsis, λάχεσις, vna Parcarum, quam Latinè sortem interpretari possumus. {Eine auß den dreien Parcis oder göttinen deß lebens.} Nam λαχεῖν est sortiri. Hanc autem idcirco vitæ humanæ præesse voluerunt, quòd in ea sortem, hoc est, casum plurimum valere arbitrabantur.

‖Lachne, canis dictus quasi villosus ab hirtis capillis. Ouid. Ion.‖

Lăcrymă, vel Lachryma, æ, {דמעה *dimháh.* GALL. *Larme.* ITAL. & HISP. *Lagrima.* GERM. Ein zäher/ trähen. ANGL. *A teare.*} à Græco δάκρυον d in l, mutata, cuius rei argumento illud esse potest, quòd vetustissimi dachrymas dicebant seruato d. Festus. Dachrymas pro lachrymas Liuius sæpe posuit: nimirum quòd Græci δάκρυα appellant. Sunt tamen qui negent hoc nomen Græcum esse, sed Latinum, à lacerando, vt sint lacrymæ dictæ, quasi lacerimæ, quoniam ex animi laceratione lacrymæ cientur. Quicquid id est, constat certè absque aspiratione esse scribendum. Imò cur scribatur cum aspiratione, vide apud Gell. *cap.* 3. *lib.* 2. Est autem lacryma, humor ex flentum oculis manans. Quintil. 4. *cap.* 2. Solet nonnunquam mouere lacrymas ipsa confessio, Ouid. *lib.* 2. *Metam.*

Perfudit lacrymis, & aperto pectore fouit.

Cicero *in partit.* Citò arescit lacryma, præsertim in alienis malis. Idem 1. *de Inuent.* Lacryma nihil citiùs arescit, ὡδὶ. Ξηραίνεται τάχιστα δάκρυον, ex Apollonio dictum, quòd vehemens affectus facilè vertitur in fastidium & satietatem.

——— Nec me lachryma, luctúsque timórque Tardarunt,

Ouid. 13. *Metam.*

Expletur lachrymis egeritúrque dolor.

idem *Eleg.* 3. *lib.* 4. *Trist.*

Sæpe etiam lachryma sunt me scribente profusæ,

idem *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist.* Vt lachrymas excutias mihi. Plaut. *Capt. sc.* 3. *a.* 2.

Digitized by Google

a.2.Gestas tabellas tecum,eas lacrymis lauis.Idem *Pseud.sc.*1.*a*.1. Ius in lachrymas datum nomini muliebri.Senec.*c*.12.*de consol.ad Helu.* Lachrymas tuas cum illa(sorore)miscuisti. *Ibid.c.*17.

Déque tuis lacrymis humida serta dato,

Ouid. *Eleg.*3. *lib.*3. *Trist.* Hinc illæ lacrymæ, ex Andria Terentiana vsurpatum prouerbialiter per allusionem videtur ab Horatio, *Hinc illæ lacrymæ.* Vsurpauit ad hunc modum M. Tullius *in act. pro Cælio,* Hinc illæ lacrymæ nimirum, & hæc causa est omnium horum scelerum,atque criminum. Dicetur autem de rei causa aliquandiu dissimulata, quæ verè tandem deprehendatur: veluti si quis dicat barbaros damnare Græcas literas, ne scilicet ipsi parum docti videantur, commodè subnectet, Hinc illæ lacrymæ: hoc est, quòd eos malè habet. ¶ Lacrymæ arborum dicuntur,autore Theophrasto, ipse humor naturalis, quem interdum ipsæ arbores foris ostendunt, vel qui in ipsis interioribus partibus continetur. Plin. *in Proœm. lib.*23. Lacryma vitium, quæ veluti gummi est, lepras, & lichenas, & psoras nitro ante præparatas sanat.

Lacrymŭlă,diminut. {*δακρύδιον*. GALL. *Petite larme,larmette.* ITAL. *Picciola lagrima,lacrimetta.* GERM. Ein trähnlein. HISP. *Pequeña lagrima.* ANGL. *A litle teare.*} Terent. *in Eunuch.* Hæc verba vna mehercule falsa lacrymula, quam oculos terendo miserè vix vi expresserit, restinguet.

——*dune parentum*
Frustrantur falsis gaudia lacrymulis,

Catull.*de com.Beren.*

Lacrymo,as,neutrum,& Lacrymor,aris, deponens, Ploro, fleo, fletu prosequor, lacrymas effundo, aut profundo. {דמע *damah* בכה *bacháh.* *δακρύω.* GALL. *Larmoyer,pleurer,ietter larmes.* ITAL. *Lagrimare,piagnere.* GERM. Weynen/greinen. HISP. *Lagrimar,llorar con lagrimas.* ANGL. *To weepe.*} Terent. *in Adelph.* Ob, lacrymo, gaudio. Ouid.3. *de arte amandi,*

Quò non ars penetrat? discunt lacrymare decenter:
Quóque volunt plorant tempore,quóque modo.

Lacrymat id,hoc est,ob id Terent. *in Eunuch.* Num id lacrymat virgo? Cic.7.*Verr.* Ecquis fuit quin lacrymaretur? ¶ Lacrymare etiam dicuntur plantæ,quum humor ex eis distillat,Plin.*lib.*17 *cap.*14.Ideò lacrymantes calamos inseri non oportet,non hercule magis, quàm aridos. ¶ In qua significatione interdum inuenitur post se habere accusatiuum.Lact. *in Hymno Dominica resurrectionis,*

——*lacrymat sua gaudia palmes.*

Lachrymans,antis,

——*Manúque simul veluti lachrymantia tersit*
Lumina,

Ouid.13.*Metam* Oculi tibi sunt lachrymantes.Plaut. *Asin.sc.*2.*a*.3.lachrymandum est, non plorandum (in luctu) Senec. *epist.*64. Salutem abs te expetit lacrymans(de amica.)Plaut. *Pseud.sc.*1.*a*.1.

Lacrymātus,a, um, participium, a lacrymor. {נשפד *nispadh* נבכה *nibcheh* *ἀποδακρυθείς*. GALL. *Larmoyé.* ITAL. *Lacrimato.* GERM. Beweynt. HISP. *Lagrimado, llorado.* ANGL. *That is weeped for.*} Ouid. *lib.*1. *Faster.*

Nondum peruenerat lacrymatas cortice myrrhas
Acta per æquoreas hospita nauis aquas.

Notat Diomedes *lib.*1.

Lacrymātio,Fletus,defletio. {בכות *bachúth* בכה *béchch* מספד *mispéd.* *δάκρυσις*. GALL. *Larmoyement, pleurement.* ITAL. *Esso lacrimare & piagnere.* GERM. Weynung. HISP. *Lloro con lagrimas.* ANGL. *A weeping with teares.*} Plin.*in Proœmio lib.*23.Genarum scabiem emendat,oculorúmque lacrymationes.

Lacrymōsus,a,um, Abundans lacrymis. {בכה *bechéh.* *δακρυώδης*. GALL. *Plein de larmes.* ITAL. *Pieno di lacrime.* GERM. Voll trähern vnnd weynens. HISP. *Lleno de lagrimas.* ANGL. *Full of teares.*} Plin.*lib.*17.*cap.*28. Quin & vitium radicibus aquam salsam iubent affundi, si sint lacrymosæ.Carmen lacrymosum.Ouid. *lib.*5.*Trist.* Fumus lacrymosus,hoc est,prouocans lacrymas,Horat.1.*Serm.sat.*5. Funera lacrymosa, Ouid. *Epist.*13. Risus lacrymosus,Stat.*lib.*8.*Thebaid.* Ouid.2.*Fast.*

Iussa recusantes peragunt lacrymosa ministri.

Idem *Eleg.*1.*lib.*5.*Trist.*

Quis tibi,Naso,modus lachrymosi carminis,inquit?

Lacrymōsē,aduerb. {*μετὰ δακρύων, δακρυωδῶς*. GALL. *Auec larmes, en larmes.* ITAL. *Lacrimosamente.* GERM. Kläglich/in gestaldt der trähern. HISP. *Con lagrimas,lloresamente.* ANGL. *VVeepinglie, as thoght one weepeth.*} Plin.*lib.*16.*c.*43. Stamineam hoc vsu probant venam,& vocant fertilem: argumento similitudinis, quoniam lacrymosè crispa. Gell. *c.*3.*lib.*10.Lacrymosè & miseranter.

Lacrymābĭlis,e,Lacrymas commouens,miserabilis. {*πολυδάκρυτος*. GALL. *Qu'on doit pleurer, digne d'estre pleuré.* ITAL. *Cosa per laquale si deue piagnere.* GERM. Kläglich/ jämerlich/ das einem die trähern abgewinnt. HISP. *Cosa digna de ser llorada.* ANGL. *To be lamented and weeped for.*} vt bellum lacrymabile.Ouid.8.*Metam.*

Latoniis, doleámus gori lacrymabile bellum.

Idem 2.*Metam.*

Vixque tenens lacrymas, quia nil lacrymabile cernit.

Lacrymăbundus, a, um, Ferè lacrymans. {*δακρύων ἱκανῶς, δακρυρροῶν*. GALL. *Tout esploré, larmoyant à grosses gouttes.* ITAL. *Pieno di lacrime, fondato in lacrime.* GERM. Weynend/greinend. HISP. *Lleno de lagrimas.* ANGL. *VVeeping,readi to weepe.*} Liu.3.*ab Vrbe.* At ille lacrymabundus, Gratum est,inquit, crastina die vestra opera vtar.

Lacia Saturni(vxor.)Gell.*c.*21.*lib.*13.

Laciburgium.Ptolem.*lib.*2.*cap.*11. Germaniæ vrbs in climate magis Septentrionali. {Rostoch im hertzogthumb Mechelburg.} Habet Academiam insignem,conditam a Ioanne & Alberto primis Ducibus Megapolensibus.

Lăcĭnĭă, æ, in vestimento pars extrema, & cæsuræ particulatim concisæ,decoris causa,inquit Sipontinus, à lacerando dictum. {כנף *chanaph.* *κράσπεδον, τὸ τοῦ ἱματίου πτερύγιον.* GALL. *Le bord, ou pli d'vn habillement chiqueté & frangé.* ITAL. *Orlo delle veste frangie, nelli crespe, falde delle veste.* GERM. Die zerhawenen zöttlein zu eusserst an den säumen der kleider. HISP. *Falda ò trepa ò orilla de la vestidura.* ANGL. *A garde of a garment cut,an hemme,a fringe.*} Laciniæ sunt in vestimento partes extremæ, quas interdum in humerum solemus reiicere, quibúsque in sinum collectis,aliquid gestare consueuimus: ita dictæ, vt Festus indicat, à lacerando, quòd sint partes quædam & segmenta vestem diuidentia. Plaut. *in Merc.* At tu ædepol sume laciniam, atque absterge sudorem tibi.Cic.*Tironi.* Videor enim videre te ementem rusticas res, cum villico loquentem, in lacinia seruantem ex mensa secunda semina. ¶ Colum. *lib.*8. Iubet pecus agrorum distribui in lacinias,id est,in particulas separari,vt faciliùs conualescant.Nam discreta animalia,& in partes diuisa,in lacinias segregata dicuntur. Lacinia tenere dicuntur, qui leuiter rem tenent, hoc est, extrema vestis ora. Lachrymantem lacinia tenet lachrymans.Plaut.*Asin.sc.*3.*a*.3. Lacinia obhæsit,(de diro omine.) Sueton. *in Neron.cap.*19. Lacinia tenere aliquem.Idem *in Claud.c.*15.Et *in Calig.c.*35. Calcata lacinia togæ præceps per gradus iret Indignabundus. Cic.*lib.*3 *de Orat.* Nam illud alterum genus quod est temporibus,locis,rebus definitum obtinent, atque id ipsum lacinia.

[Laciniare,laciniæ inflexu abundare,adumbrare.Apul.]

Lăcĭnĭātus, adiectiuum. {ANGL. *Thath hath a fringe or welte.*} vnde laciniata vestis,id est,sinuosa.

Lăcĭnĭātim, aduerb. Particulatim & separatim. Apul. Non laciniatim disperso, sed cuneatim stipato commeatu, difficultates illas transabiremus.

Lăcĭnĭōsus, a, um, Amplus & sinuosus. {*ὁ καὶ ὁ πολυπτυχής*. GALL. *Qui a des plis.* ITAL. *Pieno di falde.* GERM. Fäldechtig/weit. HISP. *Lleno de faldas.* ANGL. *Iagged full of plaittes,hemmed, fringed*} vt Vestis laciniosa. Sermo laciniosus, id est, flexuosus, multisque ambagibus inuolutus. ¶ Plin.Alexandriam laciniosam fuisse scribit, hoc est,extensis vestium laciniis similis, *lib.*5.*cap.*10.Laciniosa folia.Idem *lib.*25.*cap.*10. ¶ Laciniosa oneta,apud Tertull.*lib.*4.*contra Marc.*Multiplicia & quæ homines occupationibus distinebant, sicut impedit in ingressum vestis laciniosa. Sermo laciniosus, apud eundem *lib. de virginibus velandis,* pro diffuso.

LACINIVM, *Λακίνιον*, vulgò *Cabo de colonne en Calabria.* {Ein vorgebirg im nidersten Italia/so in das meer hinauß gehet/vnd das Jonisch von dem Adriatischen vnderscheidt.} Promontorium in extremis Italiæ finibus inter Petiliam & Crotonem in mare excurrens, Ioniúmque dirimens ab Adriatico. Dictum Lacinium à Lacino quodam latrone,quem Hercules quòd boues suos abegisset, ibi traditur interemisse, Iunonísque ibidem templum ædificasse,quam etiam à nomine illius Laciniam cognominauit. Virg. 3. *Æneid.*

Hinc sinus Herculei(si vera est fama)Tarenti
Cernitur:attollit se diua Lacinia contra.

Lăcĭnĭus,adiectiuum, *Λακίνιος*,vt litora lacinia,apud Ouid.15.*Met.*

Lăcĭo,is,lacui & lexi Prisciano, & in supino lacitum & lectum, significat in fraudem duco: ab obsoleto nomine lax, quod fraudem significat. hinc Delicium,allicio, elicio, prolicio. {פתה *pittáh* רמה *rimmáh.* *ἀπατάω.* GALL. *Tromper, mener quelqu'vn pour le tromper.* ITAL. *Menare al inganno.* GERM. Entfüren zubetriegen/einlocken. HISP. *Guiar al engaño, ò por engañar.* ANGL. *To allure and deceiue.*} Festus,lacit,id est,decipiendo inducit. Lax enim fraus est. Simplex tamen lacio desiit esse in vsu. ¶ Eius composita sunt allicio,delicio,illicio,oblicio, pellicio:ex quibus fiunt frequentatiua,allecto, delecto, electo, illecto, oblecto, pellecto, & habent quidem duo præterita, Prisciano teste, & duo supina,quemadmodum lacio: quamuis ab elicio,elicui solùm inueniatur. Quòd faciat de se frequentatiuum electo, videtur aliquando etiam habuisse præteritum elexi,& supinum electum,Plaut. *in Asin.* Ibo aduersum, atque electabo quicquid illud sit. Cætera vsitatius præteritum per xi, & supinum per ctum faciunt: vt Allicio, allexi, allectum: Pellicio,pellexi,pellectum.Legitur tamen & præteritum pellicui,apud antiquos. Liu. *Andronicus in Laudam*, De illo Asiatico ornatu fluens pellicuit.

Lacippo,Hispaniæ Bæticæ oppidum est in conuentu Gaditano, teste Plin. *lib.*3.*c.*1.Vulgò *Fuengirola.*

Lăcmōn, *Λάκμων*. Epiroticorum montium pars est, ex qua Æas fluuius oritur, per Apolloniatarum agrum in mare Adriaticum illabens. Autor Herod.*lib.*9.

LACONIA,æ, *Λακωνική*. {Ein gewaltige landtschafft in Peloponneso/so vor zeiten hundert stätt gehabt.} Peloponnesi regio, inter Argiuum agrum & Messeniacum, secundùm littus extensa, olim à numero centum ciuitatum Hecatompolis appellata: quarum omnium caput fuit Lacedæmon, quæ & Sparta salutaribus olim Lycurgi legibus optimè instituta. Hinc proximus sinus Laconicus dicitur, inter Tænarum promontorium, & Maleam exensus. Vide Strab. *lib.*8. & Plinium *lib.*4.*cap.*5.

Lacon,is,*Λάκων*. Qui est ex Laconica regione. Stat.6.*Theb.*

Tandem inspiratus media de gente Laconum
Prosilit Alcidamus.

Nihil moratur Laconas imi subsellij viros.Plaut. *Capt.sc.*1.*a*.3. Idem *Most.sc.*1.*a*.2. ¶ Huius fœmininum est Lacæna,de quo suprà. ¶ Est item Lacon canis nomen,apud Ouid.*lib.*3.*Metam.*

Præualidúsque Lacon,& cursu fortis Aëllo.

Laconicus, adiect. *Λακωνικός*. vt Ager Laconicus, & Laconistæ canes, apud Plin. *lib.* 10. *cap.* 63. ¶ Laconicas lunas, *Λακωνικαὶ σελῆναι*: subaudiendum,causatis,aut eiusmodi quippiam. De promissis, aut pactis incertis atque infirmis dicebatur. Nam (vt aiunt) Lacones si quando pactum auxilium poscerentur, lunas causabantur: atque hoc prætextu suffugiebant, quòd(vt testatur Lucianus) legem tulisset Lycurgus, ne prælium inirent nisi plenilunio. In cæteris item negotiis auspicandis lunæ rationes superstitiosiùs obseruabant, atque hinc occasio prouerbij.

Lăcōnĭcum, i, Hypocaustum, Vaporarium. {*λακωνικόν*. GALL. *Estuue.* ITAL. *Stuffa.* GERM. Ein orth in der badstuben an welchem man trucken schwitzt. HISP. *Lugar en el baño para sudar.* ANGL. *A stewe,an heat'hence or drie baine.*} Locus in balneis orbiculari ambitu in se recuruo, quo sudor elicitur sicco calore, vt docet Cels. *lib.*2. Vitruuius *lib.*5.

præcipit

præcipit laconicum, sudationésque coniungi debere tepidario. Est enim fornacula ex terra & tegulis mammatis addito tomento concinnata, quæ incluso igne per spiracula parua calefacit per præfurnium laconici. Frequentabatur laconicum a crudis, vti per desudationem exugeretur quicquid excrementitij & sudorifici humoris in corpore resedisset. Colum. in pref. lib. 1. Mox deinde vt apti veniamus ad ganeas, quotidianam cruditatem laconicis excoquimus, & exucto sudore sitim quærimus. Dictum laconicum, quòd eo Lacones præcipuè vterentur.

Lăcōnismŭs, i, Breuiloquentia, breuitas in dicendo. {Λακωνισμός. GALL. *Vn parler bref & court.* ITAL. *Parlar breue & corto.* GERM. Ein kurtze red. HISP. *Hablar breue.* ANGL. *A brieffe short forme of speaking.*} Tractum à Lacedæmoniorum moribus, quibus prolixa loquacitate nihil erat odiosius. Cic. *ad Brut. lib.* 11. Sed quid ago non imitor laconismum tuum: altera iam pagella procedit.

[Lacotomus, apud Vitruu. *lib.* 9. 8. est linea recta axi parallelos, à radio æstiuo, quo loci secat meridianum, ad radium hibernum, vbi ipse eundem meridianum intersecat, ducta.]

Lacryma, æ, Lacrymo, as, vide *Lachryma.*

Lacrines, Λακρίνης, Lacedæmonius quidam fuit, ad Cyrum Ionibus bellum inferentem legatus missus, teste Herod. *lib.* 1.

[Lactena, malleum. Gloss. Isid.]

Lăctōris, herba est oleæ folio, sed minore & flore luteo, intus plena lactis, quod gustatum vomitiones concitat. Eadem esse putatur, aut certè simillima illi quæ militaris herba appellatur, quoniam vulnus ferro factum non sanat intra quinque dies ex oleo imposita. Plin. *lib.* 29. *cap.* 18.

Lăctūcă, æ, Herba acetariorum vsu notissima, inde dicta, quòd abundantia lactis exuberet. {מרור *meror.* θρίδαξ. GALL. *Laictue.* ITAL. *Lattuca.* GERM. Lattich. HISP. *Lechuga.* ANGL. *Lettice, or lettuce.*} Plin. *lib.* 19. *cap.* 8. Quæ meconis appellaturà copia lactis soporiferi, quanquam somnum parere credantur. Apud antiquos Italiæ hoc solum genus clarum fuit, & ideò lactucæ nomen ademptæ, Lactucarum aliæ Cæcilianæ, aliæ Cappadoces, item Tartesiacæ, Paphiæ, siue Cypriæ, & Sessiles. Lactucarum crispas Cappadocas vocant. Sessiles, quæ latè per terram diffunduntur, quæ & Laconicæ dicuntur, teste Plin. *lib.* 19. *cap.* 8. Martial. *lib* 13.

Claudere quæ cœnas lactuca solebat auorum:
Dic mihi cur nostras incipit illa dapes?

Horat. *lib.* 2. *Serm. satyr.* 4.

———nam lactuca innatat acri
Post vinum stomacho.

Lăctūcŭlă, æ, diminutiuum. {τὸ θριδάκιον. GALL. *Petite laictue.* ITAL. *Picciola lattuca.* GERM. Ein lattichlein. HISP. *Pequeña lechuga, lechuguino.* ANGL. *A litle lettuce.*} Col. *lib.* 10. Iam teneris frondens lactuca fibris. Et Suet. *August. cap.* 77.

Lactucarius, qui Lactucas vendit. Diomedes *lib.* 1.

[Lactumeo, in capite & facie puerorum nascens, quasi lactis impuritas. Onom. M.

Lactucinus porcellus siue nefrens nondum ablactatus: qui *sucrulus* in speculo Saxonico. Lindenb. *in Gl. ad Cod. ll. antiq.*]

Lactucini, cognominati sunt Romæ proceres quidam ex Valeria familia, appellatione a lactucis deducta. Vide Plin. *lib.* 19. *cap.* 4.

Lactiphagi, quidam Scythiæ populi, qui & γαλακτοφάγοι dicuntur. {Milchessend.}

Lacuna, vide *Lacus.*

Lăcŭs, us, gener. mascul. à λάκκος. λάκκος & λάκος à strepitu vndæ. Locus profundus, cum aquis perpetuis ibidem natis, efficiens riuos & flumina. {ברך *ber* גבא *gheba.* λίμνη, λάκκος. GALL. *Vn lac.* ITAL. *Lago.* GERM. Ein See. HISP. *El lago que tiene agua viua.* ANGL. *A lak.*} Differtque à stagno, quòd hoc ad tempus habeat aquam stagnantem, quæ pleranque hyeme colligi solet, æstate siccari: lacus aqua sit perpetua & perennis. Virg 4. *Georg.*

Iámque domum mirans genitricis, & humida regna,
Speluncisque lacus clausos, lucósque sonantes.

Idem 8. *Æneid.*

———Deinde lacu fluuius se condidit alto.

Col. *lib.* 6. *cap.* 105. Nec vlla re magis gaudet, quàm riuis, atque cœnoso lacu volutari.

Non ideo debet pelago se credere, si qua
Audet in exiguo ludere cymba lacu,

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

———Vt concrescant frigore riui,
Déque lacu fragiles effodiantur aquæ?

Idem *Eleg.* 10. *lib.* 3. *Trist.*

Quaque lacu duro non fodiantur aquæ,

idem *Eleg.* 12. *lib.* 3. *Trist.* Item lacus, amnes, montes, In triumpho. Idem *Eleg.* 2. *lib.* 4. *Trist.* Idem lacus dicitur vas amplum in quod mustum pedibus prælóve expressum influit. {יקב *iekeb.* GALL. *Vn grand vaisseau à receuoir le vin qui coule du pressoir.* ITAL. *Vaso nel quale cade il vino dal torchio.* GERM. Der boden oder zuber in welchen der most ab dem trotbett laufft. HISP. *La cuena*} Col. *lib.* 12. *cap.* 19. Antequam prela vinacea subiiciantur, de lacu quàm recentissimum addito mustum in amphoram nouam, eámque oblinito & impicato diligenter. Ouid. *in Fast.*

Præmia de lacubus proxima musta tuis.

Varro *lib.* 1. *cap.* 54. Quæ calcatæ vuæ erunt, earum scalpicum folliculis subiiciendi sub prælum, vt si quid reliqui habeant musti, exprimatur in eundem lacum. Græcè ληνός etiam dicitur. Vide Lenæus Bacchus, & Lenobates, vuæ calcator.

Inque cauas ibant tertia musta lacus,

Ouid. 3. *Fast.*

Nec cumulant altos feruida musta lacus,

idem *Eleg.* 10. *lib.* 3. Nec musta in lacu statim austera sint. Quint. *cap.* 4. *lib.* 2. ¶ Lacubus item distinguuntur granaria, vt separatim quæque legumina ponantur. Columell. *lib.* 1. *cap.* 6. ¶ Interdum lacus accipitur pro trabe plana in ædificiorum contignationibus, vel pro tignorum interstitio lacuum quandam similitudinem referente. Lucilius,

Resultántque ædésque lacúsque.

Lacus Curtij Romæ. Suet. in *August. cap.* 57. & *in Galba cap.* 20. Lacus Albanus, vide *Albanus lacus.* Lacus Curtius, vide *Curtius.*

Lăcŭscŭlŭs, diminutiuum, {λακκίδιον. GALL. *Vne petite fosse.* ITAL. *Fossetta.* GERM. Ein wassergrüblin. HISP. *Pequeño fosso, laguna.* ANGL. *A litle pitte or ditche.*} Colum. *lib.* 12. *cap.* 50. Oportet habere lacusculos tam multos, quàm postulabit modus oliuæ.

Lăcūnă, æ, à lacu fit, & est aquæ collectio, vel fossa (vt Festus docet) in qua aqua collecta stare consueuit. {גבא *gheba.* τέλμα. GALL. *Lacune, fosse.* ITAL. *Aqua morta, laguna.* GERM. Ein pfütz, ein lachen. HISP. *Laguna de agua reposada, lagunajo.* ANGL. *A ditche wherin water standeth, an hole lower then the residew.*} Virg. *lib.* 1. *Georg.*

Præsertim incertis si mensibus amnis abundans
Exit, & obducto latè tenet omnia limo,
Vnde cauæ tepido sudant humore lacunæ.

Vbi Seruius, Lacunæ sunt fossæ in quibus collecta aqua stare consueuit. ¶ Hinc in agris lacunæ dicuntur fossæ ad siccandos agros paratæ. Virg. *lib.* 3. *Georg.*

Et tota solidam in glaciem vertere lacunæ.

¶ Lacuna pro quacunque etiam exigua fossa, siue concauitate accipitur. Varr. 2. *de re rustic. cap.* 7. His maiores qui sunt intelligi negant posse, præterquam quum dentes sunt facti brochi, & supercilia cana, & sub iis lacunæ, ex obseruato dicunt eum equum habere annos sedecim. ¶ Lacuna in pauimento pro loco sidente ponitur à Vitruuio *lib.* 7. *cap.* 1. Lacunam in pauimento facere, i. humi aquam fundere, apud Varronem: In pauimento audes facere lacunam, & in humo calceos facis elixos. Lacuna item dicitur in iis rebus in quibus aliquid ad perfectionem & impletionem deest, vt libris lacunæ dicuntur loca hiantia & mutilata, in quibus ad perfectionem aliquid desideratur. Hinc explere lacunam rei familiaris, per translationem est sarcire damnum acceptum, vel rem familiarem exinanitam explere & redintegrare. Citer. *actio.* 2. *in Verr.* Censores fecerunt idem, quod in nostra Repub. solent ij, qui per largitionem magistratus adepti sunt, dederunt operam, vt ita potestatem gererent, vt illam lacunam rei familiaris explerent. Gell. *cap.* 3. *lib.* 1. Quasi lacuna famæ imminentis partarum amico vtilitatum ratione solidatur. ¶ Item vallecula superioris labri per similitudinem lacuna vocatur à Lactantio. ¶ Lacuna in auro, id est, adulteratio, vel fraus, vel legitimi valoris imminutio. Cic. *Attic.* Vide ne qua sit lacuna in auro. ¶ Huius diminutiuum est Lacunula.

Lăcūnōsŭs, a, um, adiectiuum, Inæquale, lacunis plenum, imperfectum, inexpletum, {σηραγγώδης τελματώδης. GALL. *Plein de fosses, ou fossettes, creux par cy par là.* ITAL. *Piene di fosse.* GERM. Grübechtig, plützechtig. HISP. *Lleno de lagunas ò fosses.* ANGL. *Full of ditches or holes, not euen.*} Cic. 2. *de nat. deor.* Quid pulchrius ea figura, quæ sola omnes alias figuras complexa continet, quæque nihil asperitatis habere, nihil offensionis potest, nihil incisum angulis, nihil anfractibus, nihil eminens, nihil lacunosum?

Lăcūno, as, Lacunar facio, vel lacunaris similitudinem rei alicui induco. {φατνόω, φατνώσειν. GALL. *Planchéier de pieces caues ou creuses.* ITAL. *Far trauature.* GERM. Oberschiessen. HISP. *Labrar de çaquiçamí.* ANGL. *To laye with plankes and mak some partes lower then the residew.*} Ouid. 8. *Metam.*

———molli tellus erat humida musco,
Summa lacunabant, alterno murice conchæ.

Lăcūnātŭs, a, um. Ad lacunæ formam depressum. {ὁ καὶ ὁ φατνώδης, σηραγγώδης. GALL. *Caué & fait comme vne fosse, creux.* ITAL. *Cauato, a foggia di lago.* GERM. Grubechtig, eben. HISP. *Cauado, labrado de çaquiçamí.* ANGL. *Made holewe lik a ditche.*} Plin. *lib.* 15. *cap.* 10. Intus exiles nucleos lacunatis includi toris.

Lăcūnăr, is, Contignatio exculpta, tignorum interstitiis, lacuum, siue lacunarum quandam similitudinem referens. {רהיט *rahit.* φάτνωμα, φατνώματα. GALL. *Cheurons ou planches d'vne maison, ou le lambris du plancher.* ITAL. *Trabe che sostene la fabrica.* GERM. Die bühne oder vertäflung eines jeden gemachs. HISP. *El sopradò entresuelo hecho en guisa de laguna ò lagunajo, ò labrado de çaquiçamí.* ANGL. *Abeame in an house.*} Lacunaria intueri, vitiosus gestus. Quintil. Sueton. *in Neron.* Lacunaria quæ noctu super dormientem laxata machina deciderent parauit. Horat. *lib.* 2. *Carm.*

Non ebur neque aureum
Mea renidet in domo lacunar.

Cic. 5. *Tuscul.* In hoc me dio apparatu fulgentem gladium, è lacunari seta equina appensum demitti iussit. ¶ Eadem & laquearia dicuntur. Virg. 1. *Æneid.*

———Dependent lychni laquearibus aureis.

Lacydes, Λακύδης Suidæ, philosophus fuit Cyrenæus, primus nouæ Academiæ institutor. Hunc tradit Plin. tantopere ab ansere quoddam fuisse adamatum, vt ei perpetuò comes adhæserit, nusquam ab eo non in publico, non in balneis, non noctu, non interdiu digressus. ¶ Fuit præterea hoc nomine quidam ex Argiuorum regibus, molli incessu, comáque perpetuò vnguentis delibuta. Meminit eius Plutarchus eo in opusculo quo docet, quo pacto vtilitatem ab inimicis capere possimus.

Lada Plinio, λήδον Dioscoridi. Frutex est ex cytisi generibus, longioribus foliis, & nigrioribus, quæ verno tempore pingue quiddam roscidum contrahunt, quod caprarum barbis adhærescit, indeque depexum colatur, cogitúrque in offas. Id Ladanum appellant, in Cypro insula præcipuè laudatum. Plin. *lib.* 12. *cap.* 17.

Ladas, Λάδας. Alexandri Maced. cursor fuisse traditur, tanta pedum velocitate, vt vestigia eius in arena non apparerent. Quo nomine statuam meruit apud Argos in templo Veneris, quam ἀκραίαν cognominabant. Martial. *lib.* 2. Quid si per graciles vias Petauri inuitum iubeas subire Ladam?

Ladanum, λάδανον, est quiddam pingue ladæ herbæ insidens, barbísque caprarum adhærescens. Hæc autem herba nascitur in Cypro. Vide Plin. *lib.* 12. *cap.* 17. Et quæ suprà annotauimus in dictione *Lada.*

Digitized by Google

Lade, Insula in ora Ioniæ, teste Plin. *lib.* 5. *c.* 31. Stephanus Λάδη Æolidis insulam facit.
Ladepsi, & ttanepsi, Λαδεψοὶ καὶ τρανεψοὶ, Populi Bithynorum, Steph.
Ladesta, aut Ladestum, Λάδεστα καὶ Λάδεστον. Vna Liburnidum ciuitatum, gentile Ladestinus. Steph.
Ladisacites, Λαδισακίτης, Insula in Persico mari. Steph.
Lādōn, Λάδων, Fluuius Arcadiæ iuxta quem poëtæ fabulantur Syringa nympham in fistulam fuisse mutatam. Ouid. *lib.* 1. *Metam.*

Donec arenosi placidum Ladonis ad amnem
Venerat.

¶ Est & nomen canis Actæonis, apud Ouid. *lib.* 13. *Metam.*

Et substricta gerens Sicyonius ilia Ladon.

Quo tamen in loco in castigatioribus exemplaribus *Lagos* legitur, non Ladon.
Læna, oppidum est Arabiæ ad sinum illum rubri maris, qui in Ægyptum vergit, qui ab oppidi huius nomine Læanticus vocatur. Plin. *lib.* 5. *cap.* 11.
LÆDO, is, si, sum, per æ diphthongum, q. λαιδὸν δῶ. Verbo, factóve aliquem offendo, comminuo, verbero, pulso. {הכה *hichcháh.* βλάπτω. GALL. *Blesser, nuire, offenser, faire tort.* ITAL. *Offendere, far dispiacere.* GERM. *Verletzen/beschädigen mit worten oder wercken.* HISP. *Dañar ò lisiar.* ANGL. *To anoye or hurt.*} Quod verbum quidam à Græco λαιδορῶ tractum putant, quod significat maledictis & conuitiis quempiam incessere, & construitur ferè cum accusatiuo. Virg. 10. *Eclog.*

——— *Ah ne te frigora lædant.*

Terent. *Adelph.* Ille clemens, placidus, nulli lædere os, arridere omnibus. Cic. *pro Cluent.* Itaque duriùs suspicionibus obscuris lædi famam suam noluit. Ouid. 4. *de Ponto, Eleg.* 6.

At si quem lædi fortuna cernis iniqua,
Mollior est animo fœmina nulla tuo.
——— *Nil prodest quod non lædere possit.*

Idem *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Læsit opus lachrymis ipse poëta suum,

ibid. Eleg. 1. *lib.* 3. Memini cum dicto haud audebat, facto nunc lædat. Plaut. *Capt. sc.* 3. *a.* 3. ¶ Huius composita sunt Allido, collido, elido, illido, oblido, quæ habent pen prod. de quibus vide suis locis.
Læsŭs, participium. Vulneratus. {מוכה *mucchéh.* βλαβείς. GALL. *Offensé.* ITAL. *Offeso.* GERM. *Verletzt.* HISP. *Dañado, lisiado.* ANGL. *Anoyed, wounded.*} vt, Cor vulnere læsum, Ouid. 12. *Metam.* Fœdus læsum. Virg. 12. *Æneid.* Pudicitia læsa, Ouid. *Epist.* 5. Læsi principis ira. Idem *Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.* Læsa furit Iuno. Idem 2. *Fast.*

——— *Qui maculas læsis de vestibus aufers,*

idem 3. *Fast.*

Et carmen demens carmine læsus amor,

idem *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist.*
Læsio, nis. {מכה *macháh.* βλάβη. GALL. *Offense, nuisance.* ITAL. *Offesa.* GERM. *Verletzung.* HISP. *El daño, o lesion.* ANGL. *A noiyng hirting.*} Cicer. 3. *de Orat.* Purgatio, conciliatio, læsio, optatio, atque execratio.
Læsūră, æ, Detrimentum & dispendium, cum aliquid de re familiari nostra amittitur, iactura. Tertull. *de patientia*, Læsuras quoque carum computandas non esse,
[Lælaps, λαῖλαψ, turbo, genus venti procellosi.
Læmargus. Gl. λαίμαργος glutto, i. homo gulosus, vorax.
Læmuschaton, λαιμυσχατὸν, præmium quod victor referebat ex gladiatorio ludo, nempe centum minæ.]
Lænă, æ, Vestis lanea (testibus Varrone & Festo) habitus duplicis, quæ super cætera vestimenta imponebatur. {χλαῖνα. GALL. *Vne sorte d'habit double, dequoy vsoyent les augures, aussi les gens d'armes en hyuer.* ITAL. *Habito de gli antichi, vsato de gli auguri, & da soldati.* GERM. *Ein oberkleid/oberrock.* HISP. *Cierta vestidura antiga de soldados.* ANGL. *A double vppergarmend weiche men of warre vseth in winter.*} Lanæ dictæ sunt quasi χλαῖναι. Plutarch. *in Num.* De lænæ habitu in agendo, vt togæ. Quintil. Nonius putat esse vestem militarem, Virgilij autoritate innixus 4. *Æneid.*

——— *Tyrióque ardebat murice læna*
Demissa ex humeris.

Pertusa læna. Iuuen. *Satyr.* 5. Cic. *de clar. Orat.* docet lænam etiam fuisse vestis genus, qua Flamines vti solebant, quum sacrificia facerent, Quum Consul, inquit) esset, eodémque tempore sacrificium publicum cum læna faceret, quòd erat Flamen carmentalis, plebis contra Patres concitatione & seditione nunciata, vt erat læna amictus, ita venit in concionem.
Lāërtē, es, Λαέρτη, siue (vt apud Strab. & Steph. legitur) Laërtes, castellum est Ciliciæ in tumulo quodam situm, qui mamillæ speciem præbet. Autor Strab. *lib.* 14.
Lāërtēs, Λαέρτης, Acrisij filius fuit, & pater Vlyssis, qui ab eo Laërtiades dicitur. Ouid. *in Epist. Penelopes,*

Tres sumus imbelles numero, sine viribus, vxor,
Laërtésque senex, Telemachúsque puer.
Nam mihi Laërtes pater est, Arcesius illi,

Ouid. 13. *Metam.* Laërtiadæque de atri quæ meruit. Idem *ibid.*
Lāërtĭŭs, a, um, vt regina Laërtia, apud Virg. 3. *Æneid.* Donec Laërtius heros astitit. Ouid. 13. *Metam.*
Lāërtĭŭs Diogenes. Ex Laërte Ciliciæ castello ortus putatur, indéque cognomentum assumpsisse. Creditur floruisse sub Antonio philosopho. Scripsit vitas philosophorum oratione soluta: easdémque breui carmine perstrinxit, quod παμμετρον inscripsit.
Læstrygŏnēs, Λαιστρυγόνες. Populi fuerunt immanissimi, Formias Campaniæ vrbem incolentes, quos Plin. *lib.* 7. tradit humana carne victitasse. Gellius *lib.* 15. *cap.* 21. Præstantissimos virtute, prudentia, viribus, Iouis filios poëtæ appellauerunt, vt Æacum, Minoa, & Sarpedona: ferocissimos & immanes, & alienos ab omni humanitate, tanquam è mari genitos, Neptuni filios dixerunt, vt Cyclopas, & Cercyona, & Lastrygonas
[Lætamen, fimus, quo agri stercorantur. Plinio.
Lætaster, qui lætum se ostendit.]

Lætŭs, a, um, à λαρός, vel λάσος, incolumis. Ita vocabant, qui cum corona publicè vitulabant, λάσος, λαρός. Deinde λαρος. Qui hilaritatem quam intus habet, etiam vultu ostendit: à latitudine mentis, vt quidam putant, alacer, volens, hilaris. {שמח *samēach* שׂ *sas.* φαιδρός, γηθόσυνος. GALL. *Ioyeux, gay.* ITAL. *Allegro, lieto.* GERM. *Frölich.* HISP. *Alegre.* ANGL. *Glaid, ioyeus.*} Nam qui gaudium aspectu promunt, dilatare quodammodo faci em videntur. Imò (inquit Passer.) lætum est propriè quod latè diffunditur, vnde læta arbor & seges. Inde ad animum diffusum transfertur. Tibul. *lib.* 4. lætior eluxit structos super ignis aceruos. Læta & nitens arbor. Gell. *cap.* 1. *lib.* 12. Lætissimæ comæ arborum. Idem *cap.* 1. *lib.* 19. Lætiora adolescunt (de sobole arborum.) Senec. *cap.* 16. *de cons. ad Mart.*

Integer & lætus læta & iuuenilia lusi,

Ouid. *Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.* Læta exta. Liu. *lib.* 1. *bell. Maced.* Læta fortuna. Idem *lib.* 4. *d.* 4. Item lætus, i. propitius, Plaut *initio Amph. in prol.* Vt vos in vostris voltis mercimoniis & me lætum lucris afficere. i. propitium. Lambin. & Passer. Virg. 4. *Æneid.* imperio læti, parent. ¶ Lætus est de amica, Terent. *Adelph.* Lætus lætitiis omnibus. Cic. 2. *de fin.* Lætas oues (πίονα μῆλα Homero) dicimus quæ pingues sunt ac bona corporis habitudine. ¶ Lætæ segetes, id est, fertiles. Virg. 1. *Georg.*

Quid faciat lætas segetes.

Idem,

Vnde prius lætum siliqua quassante legumen.

Læta verò prata, læta domus, quæ lætos nos sua amœnitate reddunt. ¶ Lætum aliquando à poëtis inuenitur vsurpatum pro celeri: fortassis quòd in iis quæ læto animo aggredimur, celeritate vtamur. Idem Virg. — Lætus Eois Eurus equis. ¶ Accipitur præterea lætus pro fausto & felici. Plin. *lib.* 8. *cap.* 47. Sunt enim delubra gemina, alterum intrasse, lætum est: in altero, dira portendit.
Lætē, aduerb. Iucundè, & hilariter. Seuerè. {ἱλαρῶς, ἀσμένως. GALL. *Ioyeusement, gayement.* ITAL. *Allegramente, lietamente.* GERM. *Frölich.* HISP. *Alegremente.* ANGL. *Gladlie.*} Quint. *lib.* 8. *cap.* 3. Concitatè dicere, an moderatè: lætè, an seuerè, &c. Lætiùs frondere, lætiùs fruticare: id est, vberiùs, apud Colum. *lib.* 5. *cap.* 9. & Plin. *lib.* 16. *cap.* 31.
Lætāntĕr, lætè, ἱλαρῶς. Cicero, Lætanti animo. Lamprid. *in Commodo*, Quod Commodus lætanter accepit.
Lætor, aris, Gaudeo, delectationem capio, me oblecto, lætitia perfundor, lætitiam percipio. {שמח *samāch* שׂשׂ *sas.* χαίρω, εὐφραίνομαι. GALL. *S'esiouyr, prendre plaisir.* ITAL. *Allegrarsi, godere.* GERM. *Frölich sein/sich freuwen.* HISP. *Alegrarse, hauer plazer.* ANGL. *To reioyce, to be glaid.*} Terent. *in Heaut.* Ego non tam meapte causa lætor, quàm illius, quam ego scio honore quouis dignam. Coniungitur cum ablatiuo, idque vel cum præpositione, vel sine, & cum accusatiuo. Nam lætari dicimus de aliqua re, aliqua re, & aliquam rem: quamquam postremum dicatur rariùs. Cicer. 2. *de diuin.* An Cn. Pompeium censes tribus suis Consulatibus, tribus triumphis, maximarum rerum gloria lætaturum fuisse, si sciret se in solitudine Ægyptiorum trucidatum iri? Idem *ad Marium*, Vtrumque lætor: sine dolore corporis te fuisse, & animo valuisse. ¶ Inuenitur etiam cum genitiuo. Virg. *lib.* 11. Nec veterum memini, lætórve malorum. ¶ Hinc Collætor, simul lætor. συγχαίρω.
Lætāns, tis, participium. {שמח *samēach* שׂשׂ *sas.* χαίρων εὐφραινόμενος. GALL. *Qui se resiouyt.* ITAL. *Chi si allegra.* GERM. *Frölich/sich freuwend.* HISP. *El que se alegra.* ANGL. *He that is glaid and reioyceth.*} Cicero *pro Cluent.* Itaque nubit Oppianico continuò Sassia lætanti animo, & spe optima confirmata. Vin' te faciam ex læto lætantem magis? Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 1.
Lætāndum, Cicero *pro lege Manilia*, Atque illud in primis lætandum mihi esse video. Salust. Tamen lætandum magis quàm dolendum casum tuum puto.
Lætabundus, quid sit, docet Gell. *cap.* 15. *lib.* 11.
Læto, as, Lætum facio, lætifico, lætitia perfundo, lætitiam & gaudium affero. {שמח *simmēach* שׂוּשׂ *hesis.* εὐφραίνω. GALL. *Rendre ioyeux, resiouyr.* ITAL. *Far allegro.* GERM. *Frölich machen/erfreuwen.* HISP. *Alegrar à otro.* ANGL. *To make glaid.*} Accius Pelopidis, vt citat Nonius, Et te vt triplici lætarem bono. Antiquum est.
Lætĭfĭco, as, idem. {שמח *simmēach* שׂוּשׂ *hesis.* εὐφραίνω. ANGL. *To mak glaide.*} Plaut. ita meum cor hæc anus lætificauit modò. Cic. 2. *de nat. deor.* Contrahit terram, tum vicissim lætificat, vt cum cælo hilarata videatur.
Lætĭfĭcŏr, aris, deponens, Lætor, lætus sum. {שמח *samēach* שׂשׂ *sas.* χαίρω, γήθομαι. GALL. *Estre ioyeux, s'esiouyr.* ITAL. *Essere allegro.* GERM. *Frölich sein.* HISP. *Ser alegre.* ANGL. *To reioyce, to be glaid.*} Plaut. *Aul. sc.* 6. *a.* 4. Nunc eo alij lætificantur meo malo, & damno.
Lætĭfĭcŭs, a, um, lætitiam faciens. {משמח *mesammēach.* εὐφραντικός. GALL. *Qui resiouyt.* ITAL. *Chi rallegra.* GERM. *Das frölich macht.* HISP. *Que alegra.* ANGL. *That maked glade.*} vt, Lætifex vites, Cic. 1. *Tusc. ex antiquo poeta.*
Lætĭsco, is, prisci dixerunt, pro lætus fio. {שמח *simmēach* שׂ *sas.* εὐφραίνομαι.} Sisenna *lib.* 1. *apud Nonium Marcell.* Vtrùmne dij cultu erga se mortalium lætificant, an supernæ gentes humana negligant. Obsoletum.
Lætĭtĭă, æ, Est exultatio animi (vt definit Gell. *lib.* 2. *cap.* 27.) cum gaudio efferuentiore, propter euentum rerum exoptatarum, gaudium, voluptas. {שמחה *simchah* שׂשׂוֹן *sasōn.* εὐφροσύνη, χαρά. GALL. *Liesse, ioye, resiouyssance.* ITAL. *Letitia, allegrezza.* GERM. *Freud.* HISP. *Alegria.* ANGL. *Glaidenesse, ioyr.*} Cic. 4. *Tusc.* Lætitia, opinio recens boni præsentis, in quo efferri rectum videatur. Et propriè lætitia est, quum ita mouetur animus, vt etiam ad exteriora egrediatur, & maximè in vultu: gaudium, quum animus exhilaratur aliqua re, neque tamen ad exteriora diffunditur vltra modum, vt facile appareat. Hinc dicunt Stoici, Gaudium in sapientem cadere posse: Lætitiam non posse. Vide *Gaudium.* Cicer. *in Catil.* Hic tu qua lætitia perfruere? quibus gaudiis exultabis? quanta in voluptate bacchabere? Prosequi aliquem lætitia. Quintil. *lib.* 5. *cap.* 11. ¶ Lætitiam dare, id est, præbere causam lætitiæ. Cic. *pro Plancio.* Cui tria gaudia, ter demeritas dem lætitias. Plaut. *Pseud. sc.* 4. *a.* 2. Item vt mea lætitia lætus

lætus promiscua fiet. *Ibid. sc.* 5. *act.* 4. Quid sit lætitia, docet Gell. *cap.*17. *lib.*2.

Lætitudo,inis,Lætitia. {שמחה *simcháh* ששון *sasón. χαρμοσύνη, χαρά.*} Accius *in Bacchis*, vt citat Nonius, Quanta in venando affectus est lætitudine.

Lætabilis, e, Lætitia dignus. {χαρμόσυνος. GALL. *Dequoy on se resiouyt, digne de resiouyssance.* ITAL. *Degno che ogni vno si rallegri.* GERM. Frewdenwürdig/ frewdenreich. HISP. *Cosa digna de alegria.* ANGL. *VVhere of one is glade.*} Cic.*lib.*1. *Tusc.* Quod vt ita sit (nihil enim pugno) quid habet ista res, aut lætabile, aut gloriosum? ¶ Inde illætabilis contrariæ significationis.

Lætamen,inis,Fimus,qui per agros iacitur, quòd lætas, hoc est, pingues segetes faciat. {דמן *demen.* κόπρος. GALL. *Fiens pour fumer la terre.* ITAL. *Letame.* GERM. Mist so man auff die acker thut. HISP. *Estiercol para estercolar la tierra.* ANGL. *Donge.*} Plin.*lib.*18. *cap.*16. Ipsúmque pro lætamine est.

Læva, æ, Manus sinistra dicitur. {שמאל *semól.* σκαιά. GALL. *La main senestre ou gauche.* ITAL. *Mano sinistra, manca.* GERM. Die lincke hand. HISP. *La yzquierda mano.* ANGL. *The left and.*} Vnde & Scæuolæ nomen tractum est à Græco σκαιὸς, quòd sinistrum significat. Cicer. 4. *Acad.* Quum autem læuam manum admoueret, &c. Virg. 4. *Æneid.*

Læuam cuncta cohors remis ventisque petiuit.

Liu.4.*ab Vrbe*, Dextra montibus, læua Tyberi amne septus.

Læuus, a, um, à Græco λαιός. Sinister. {שמאל *semól* שמאלי *semali.* λαιὸς, σκαιός. GALL. *Gaucher, senestre.* ITAL. *Sinistro.* GERM. Linck. HISP. *Siniestro ò yzquierdo.* ANGL. *Left handed, left.*} vt Læua manus, apud Cic. 1. *Acad.* Læuus humerus, Ouid. 9. *Metam.* Læuum cornu, Cæs. 3. *Comm.* ¶ Per translationem accipitur pro inauspicato & infelici. δυσοίωνος. Virg. 1. *Eclog.*

———*Si mens non læua fuisset.*

Idem *lib.*4. *Georg.*

——— ———*signa*

Numina læua sinunt, auditque vocatus Apollo.

Dextraque vt læuum teneat, dextrúmque sinistra | *Miles.*

Tibull. *lib.*4.

Seu quis dextra velit, seu læua tueri,

idem *lib.*4. Picus, cornix est, ab læua, coruus, parra ab dextra. Plaut. *Asin. sc.*1. *a.*2. Coruus mihi cantat ab læua manu. Idem *Aul. sc.*3 *a.*4. Respice ad læuam Idem *Merc. sc.*4. *a.*2. Abiiciam coronam ad læuam manum Idem *Men. sc.*3. *a.* 5. Barbara pars læua est. Ouid. *Eleg.* 10. *lib.*1. *Trist.* ¶ Læuum tamen fulmen quum dicimus, prosperum significamus, ἀριστερὸν propterea quòd quæ nobis sinistra sunt, superis sint dextra. Hetrusci cælum in sedecim partes diuiserunt: è quibus octo ab exortu sinistras, totidem econtrario appellauêre dextras. Hinc omnia fulmina læua existimantur esse prospera: quoniam a læua parte mundi ortus est, sicut scribit Plinius. Et vt autor est Cic. 2. *de diuinat.* optimum auspicium habebatur apud Romanos, quod sinistrum fuerat. Vnde Virgilius antiquitatis consultissimus dixit, Intonuit læuum, quod felicitatem portendere credebatur. ¶ ipsi Græci σκαιὸν dicunt pro stulto, vt Latini læuum. Horat. O ego læuus, qui purgo bilem verni sub temporis horam. Virg sæpiùs eodem sensu.

Læuorsum, versus læuam. ANGL. *Towardes the left side.*} Apul. verò *Florid. lib* 1. Cùm igitur aquila eo sese extulit, nutu clementi læuorsum vel dextrorsum.

Læuis, e, cum diphthongo in priore syllaba, Planus, politus, glaber, tactu mollis. {חלק *chalak.* λεῖος. GALL. *Vni, poli, aplani, doux au toucher.* ITAL. *Polito, liscio, dolce, molle.* GERM. Glatt. HISP. *Cosa liza polida, y sin pelos.* ANGL. *Light, plane, polished, smoth slike.*} Virg. 7. *Æneid.*

At læuem clypeum sublatis cornibus Io

Auro insignibat.

¶ Accipitur aliquando pro glabro & depilato. Idem 6. *Eclog.*

Et sæpe in læui quæsisset cornua fronte.

Tibull. *lib.* 1. *Eleg.*8.

Charior est auro iuuenis, cui læuia fulgent

Ora, nec amplexus aspera barba terit.

Quod neque sum cedro flauus, nec pumice læuis,

Ouid. *Eleg.*1. *lib.*3. *Trist.*

Vt Satyri læuisque senex tetigere, &c.

Idem 3. *Fast.* (i. caluus Silenus.)

Læuitas, ✕ asperitas. {חלקה *chelkáh.* λειότης. GALL. *Vne douceur qu'en sent en touchant quelque chose qui n'est point rude.* ITAL. *Vna vgualezza che da piacere toccando.* GERM. Glette. HISP. *Aquella lisura ò rasura.* ANGL. *Smoothnesse, planenesse, lightnesse.*} Martianus, Lunarem circulum ingressa. Virgo conspicatur globosum quoddam tenerúmque corpus è superni roris læuitate compactum, instar speculi pendentis. Apuleius *Apol.* 1. Accipitur interdum læuitas pro lubricitate. Celsus *lib.*4. *cap.*16. Ex torminibus interdum intestinorum læuitas oritur, quæ continere nihil possunt, & quicquid assumptum est, imperfectum protinus reddunt.

Læuor, is, gen. masc. Læuitas, ✕ Asperitas. {חלקה *chalkáh.* λειότης. ANGL. *Smoothnesse, slikenesse.*} Plin. *lib.* 13. *cap.*12. Spectantur in chartis tenuitas, densitas, candor, læuor. Idem *lib.* 9. *cap.*35. Dos omnis in candore, magnitudine, orbe, læuore, pondere, &c. De vnionibus. ¶ Cornutus *in Persium*, Læuor pro mollitie & suauitate dixit: Talia, inquit, carmina facis, quæ mollitie & læuore suo inoffensa defluant.

Læuigo, as, Complano, polio, quasi leue ago. {החליק *hechelik* קלקל *kalkál.* λειαίνω. GALL. *Aplanir, vnir, polir.* ITAL. *Polire, spianare.* GERM. Glettern/glat machen. HISP. *Alisar ò acepillar ò acicalar.* ANGL. *To make smoth and slike.*} Plin. Sunt quidam in eo genere molliores, qui & cote læuigantur. Idem *lib.*13. *cap.*12. Scabritia chartæ læuigatur dente. Subducit & læuigat aluum faba. Gell. *cap.*31. *lib.*4.

Læuo, as. Læuigo. {החליק *hechelik* קלקל *kilkál.* λεαίνω, ξέω. ANGL. *To make smooth.*} Stat. *lib.* 1. *Theb.* Pars teretes leuare manu, ac disponere mensas. Celsus, Læuat, quæ exasperata sunt.

Læuatus, tior, tissimus. Gell. *lib.* 17. *cap.* 8. Ad coëundum ideo videntur faciliora, quæ læuatiora, læuiáque sunt.

Laganum, i, {רקיק *rakik* אספיקית *esfapickith.* λάγανον. GALL. *Bignet ou crespet.* ITAL. *La fagna.* GERM. Ein gattung küchlein oder ein pastet. HISP. *La fasña.* ANGL. *A pancake or fritter.*} Placentæ genus ex farina aqua subacta, addito caseo, aliisque condimentis, simul in pingui iure decoctis. Lagana (inquit Acron.) sunt quædam quasi membranulæ ex farina & aqua, quæ iure pingui coctæ, & caseo, pipere, croco, cinnamóque conditæ, in cibis dantur.

Lagaria, λαγαρία. Magnæ Græciæ oppidum, non procul à Thuriis, Epei, & Phocensium opus.

Lagaritanus, a, um, vt vinum Lagaritanum, mite & dulce, & à medicis mirificè commendatum. Autor Strab. *lib.* 6.

[Lagarus, a, um, λαγαρὸς, ὰ, ὸν, laxus, κενεὸς, subinanis.]

Lageos, λάγειος, genus vuæ, quæ & leporaria dicitur. Virgil. *lib.* 1. *Georgic.*

Et passo Psythia vtilior, tenuisque lageos.

Lagari, λάγαροι. Versus dicuntur, qui medio claudicant pede, sicut myuri, qui postremo: & acephali, qui à breui syllaba incipiunt. Ex Hermolao.

LAGENA, æ, ἀπὸ τοῦ λαγηνου. Giphanius scribit lagœna, q. laguna, à lacuna. genus vasis testacei, ad vinum præcipuè accommodatum. {חמת *chémeth* אשיש *aschschish* בקבוק *bakbúk* נבל *nebel.* λάγυνος. GALL. *Vn flascon, ou vne bouteille.* ITAL. *Vn fiasco ò barleto.* GERM. Ein lägel oder flasch. HISP. *Bota de vino.* ANGL. *A flagon or botell.*} Colum. Omnis spurcitia cum spumis eximatur, quæ decocta quum tam crassa fuerit quàm defrutum, refrigeretur, & penè picatis lagenis condatur. Plaut. *In Curc.* Quasi tu lagenam dicas, vbi vinum solet Chium esse. Martial. *lib.*7.

Nulla catenatis pila est præcincta lagenis.

Lagunculà æ, diminutiuum, Parua lagena. λαγυνίδιον. ANGL. *A litle flagon.*} Plin. *in Epigr.* Proinde quum venabere, licebit, autore me, vt panarium & lagunculam, sic etiam pugillares feras. Cic. *Attic. lib.* 6. In iis inuentæ sunt quinque lagunculæ matronarum, &c. sed *Imagunculæ* est legendum.

[Lageos, vitis & vuæ species Virg. *Æneid.* 2.

———*tenuisque lageos.*]

Lagia, vnum ex nominibus Deli insulæ, apud Plin. *lib.*4. *cap.*2.

Laginia, λαγινία, oppidum Cariæ: Gentile Lagineus, Laginites. Est & λαγείνια, vide *Hecatæsia.*

Lagois, λαγωὶς, genus auis quæ leporinas habet carnes. Nam λαγὼς, apud Græcos lupus est. ¶ Est & genus piscis. Horat. 2. *Serm. sat.* 2.

Nec scarus aut poterit peregrina iuuare lagois.

Lagophthalmos, λαγόφθαλμος. Dicitur apud Celsum oculorum vitium, quum superior palpebra non descendit. Cui vitio contrarium est ectropium, quum inferior palpebra parum sursum attollitur, nec cum superiore committitur. Dictum à leporibus qui apertis oculis dormire consueuerunt.

Lagopus, {λαγώπους. GALL. *Vn certain oiseau ayant les pieds velus, comme ceux d'vn lieure.* ITAL. *Vccello co' i piedi pelosi come la lepre.* GERM. Schneehenn oder steinhenn die in hohen Alpen sind. HISP. *Cierta aue que tiene los pies peludos como la lieure.* ANGL. *A certaine birde with rough or heary feet lik the feet of an hare.*} Auis est Alpina, de qua sic scribit Plin. *lib.*10. *cap.*48. Et præcipuo sapore lagopus, pedes leporino villo nomen hoc dedere, cætero candidæ, columbarum magnitudine. Martial. *lib.*7.

Si meus aurita gaudet lagopode Flaccus.

¶ Est etiam lagopus herba quædam à pedis leporini similitudine. Plin. *lib.* 18. *cap.* 8. Lagopus sistit aluum è vino pota, aut in febri ex aqua. Nascitur in segetibus.

Lagotrophia, {λαγωτροφία. ANGL. *A cuninger.*} Leporaria sunt, id est, loca in quibus lepores aluntur. Vtitur hac voce Colum. *lib.* 8. *cap.* 1.

Lagus, λάγος, Pater fuit Ptolemæi successoris Alexandri, cui Philadelphus successit in regno, Lucan. *lib.* 10. Nobilitas varij proles clarissima Lagi, &c. Hinc Lagæus, a, um, vide Ptolem.

Lagusa, λάγουσα. Insula est in mari Pamphylio, ex aduerso Glauci fluuij. Autor Plin. *lib.* 5. *cap.* 31. Strabo Lagusam enumerat inter insulas Cretæ vicinas: non procul ab Io insula.

Lagyra, λάγυρα. vrbs est Tauricæ Cherronesi, apud Ptol. *lib.* 3. *cap.* 6.

Laicus, a, um, {λαϊκὸς, ἰδιώτης. GALL. *Qui n'est point clerc.* ITAL. *Che non è chierico.* GERM. Ein leyen/ungeweicht/gemein. HISP. *El que noes clerigo.* ANGL. *Of the common people.*} Quod commune est, & non sanctum hoc est, quod attrectabile est, sicut sacrum & sanctum dicitur cuius tractu populo interdictum est. Nunc Laicos vocamus quasi populares & profanos, qui sacris initiati non sunt. Budæus.

Lais, idis, Λαΐς. Nomen proprium famosissimæ meretricis, quæ à scriptoribus Corinthia dicta est, quia Corinthi habitauit: ad quam propter insignem pulchritudinem potentissimi quique ex omni Græcia conueniebant, nec quispiam admittebatur, nisi qui dabat quod posceret. Vnde profectum creditur prouerbium, Non cuiusuis hominis esse, adire Corinthum. Tam carè enim Lais suas locabat noctes, vt vel ditissimi homines pretij magnitudine deterrerentur. Inter quos etiam Demosthenes fuisse fertur, qui quum scorti tam nobilis fama accensus, aliquando Corinthum nauigasset, illíque noctis vnius operam decem millibus drachmarum indicasset, expauefactus pretij immanitate, Græcè respondit, οὐκ ὠνοῦμαι μυρίων δραχμῶν μεταμέλειαν, Non emo, inquit, decem millibus drachmarum pœnitentiam. Ouid. 1. *Amor.* Multis Lais amata viris. Vide Gell. *lib.* 1. *cap.* 1.

[Laisus, sinus, vox barbara; vnde *laisemerpire* in sinum coniicere. vide Gloss Lindenbrogij ad Cod. ll. antiq.]

Laius, filius fuit Labdaci Regis Thebarum, pater OEdipi qui Iocastam Creontis Thebani filiam vxorem duxit: quam quum concepisse audisset, de futura prole oraculum consuluit: cui responsum est, eum nasciturì manu periturum. Quapropter Iocastæ præcepit, vt quicquid peperisset necaret. Verùm quum illa insigni forma puerum peperisset, maternáque indulgentia affecta adduci non posset, vt eum interficeret, neque tamen educare auderet, ministro cuidam exponendum tradit: qui acceptum puerum in syluam detulit, plantísque perforatis,

Digitized by Google

tis, viminéque traiecto ex arbore eum suspendit: futurum ratus, vt inedia moreretur. Verùm quum Phorbas Polybij Corinthiorum Regis pastor illàc iter faceret, audito vagitu, eò accurrit, puerúmque seruauit, quem & reginæ, quæ liberis carebant, magni muneris loco obtulit: à qua, veluti puer cælitus missus, filij loco est educatus, & à pedibus ex vulnere tumentibus OEdipus est appellatus. Grandior deinde natu, quum generis sui cognoscendi auidus Apollinem consuluisset, responsum accepit, se Patrem in Phodice inuenturum. Quò quum venisset, Laium in tumultu quodam inter ciues suos, exterósque exorto, interfecit, matrémque imprudens duxit vxorem. Stat. 11. *Thebaid.*

Ensem sceptriferi spolium lachrymabile Lay.

Reliqua vide in dictione OE*dipus.*

Lălætānĭă, Hispaniæ regio est in tractu Tarraconensi. Mart. *lib.* 1.

Aprica repetes Tarraconis littora,
Tuámque Lalætaniam.

Lălætānŭs, a, um, adiect. vt vinum Lalætanum, magis copia, quàm bonitate laudatum, teste Plin. *lib.* 14. *cap.* 6. Mart. *lib.* 9.

Et Lalætana nigra lagena sapa.

[Lalage, clamor, vociferatio. Lalax, agis, vnde nomen proprium apud Horatium.

Lalangia, crustula. Gl. A. L.]

Lalassis, fluuius est Isauriæ, quæ Asiæ regio est, inter Ciliciam & Pamphyliam sita. Autor Plin. *lib.* 5. *cap.* 7.

Lalisanda, Λαλισάνδα, vrbs Isauricæ, nunc dicitur Dalisanda. Steph.

Lălĭsĭo, nis, Pullus onagri. {ὀνάριον ἄγριον, vel ὀνάγρου πῶλος. GALL. *Petit asnon sauuage.* ITAL. *Asinello saluatico.* GERM. Ein iunger waldesel. HISP. *El hijo del asno.* ANGL. *A litle wylde asse.*} Martial.

Dum tener est onager, soláque lalisio matre
Pascitur, hoc infans, sed breue nomen habet.

LĂLLĀRĒ, Antiqui dixerunt pro dormire, de infantibus loquentes: quod inde ductum, inquit Cornutus, quòd nutrices cum infantes dormire volunt, iis Lalla, lalla, lalla dicere soleant. Pers. *Sat.* 3.

Et similis regum pueris pappare minutum
Poscis, & iratus mammæ lallare recusas?

Ex quo loco Persij antea malè hic legebatur, Lallare veteres dixisse pro lac sugere. Est enim à Persij sententia hoc alienum, & à Cornuto eius interprete reiectum.

Lallus, i, Deus qui præerat Næniis illis balbis, quas nutrices pueris occinunt, & pueros reddere cogunt. Origo ἀπὸ τοῦ λαλεῖν, non ab L, vt volunt. Ausonius de filio Probini, Nutricis inter lemmata, Lallique somniferos modos.

Lama, æ, Aquarum collectio est, interprete Festo, quæ & lacuna dicitur. τέναγος.

[Lama, piscina: vox Longobardica.

Lambdoides, (λαμβδοειδὴς scil. ῥαφὴ) sutura cranij à figura literæ Λ sic dicta, occiput circumscribens.]

Lambero, as, are. Plaut. *Pseud. sc.* 4. *a.* 1. Me meo ludo lamberas. (i.) similibus iocis, ac salibus me petis, lacessis, proscindis, &c.

LĂMBO, is, bi, tum, à sono illius actionis: vt λάπτω, λαπίζω. Linguo, lingua leuiter aliquid tango. {לחך *lachách* לק *lak.* λείχω, λιχμάομαι. GALL. *Lapper comme font les chiens en beuuant, licher.* ITAL. *Leccare.* GERM. Lecken. HISP. *Lamer, ò lamber.* ANGL. *To lape, or like.*} Lucil. *Sat.* 13.

Iucundásque puer qui lamberat ore placentas.

Colum. *lib.* 8. *cap.* 17. Nam quia dentibus carent, aut lambunt cibos, aut integros hauriunt: mandere quidem non possunt. Virg. pro leuiter tangere, 3. *Æneid.*

Attollitque globos flammarum, & sydera lambit.

Lucan. *lib.* 1.

Sic & Syllanum solito tibi lambere ferrum
Durat, magne, sitis. (i. cruoris ciuilis.)

¶ Interdum pro leuiter alluere, Horat. *lib.* 1. *Carm.*

Vel quæ loca fabulosus
Lambit Hydaspes.

Ponitur etiam aliquando pro circundare, aut tegere. Pers. *Sat.* 1. Palladiámque relinquo Pyrenem illis quorum imagines lambunt Hederæ sequaces. Virg. 2. *Æneid.*

——— *tactúque innoxia molles*
Lambere flamma comas.

¶ Allambo compositum, vide suo loco.

Lămbĭto, as, lambitaui, lambitatum, lambitare, frequentatiuum. Solinus *cap.* 25. Ægyptij canes è Nilo nunquam nisi currentes lambitant.

Lambotus, fluuius est Africæ, apud Strab.

Lămbrŭs, fluuius in Cisalpina Gallia, quem Padus defert in mare Adriaticum, vt ait Plin. *lib.* 3. *cap.* 16. & 19. A quo Lambrani dicti sunt eius accolæ. Suet. *in Cæs.* Per Lambranos & Transpadanos duxit.

[Lameca, vel Lamecum, *Lamego*, vrbs Lusitaniæ, ad Durium amnem sita, sub M. Bracarensi.]

Lămĕllă, vide *Lamina.*

LĂMĔNTŎR, aris, ab ἰάλεμος, qui fuit infelix Calliopes soboles. ἰαλεμίζω, lamentor. Deploro, defleo, lachrymo, fleo, & ipsa voce dolorem ostendo. {קונן *konén* נהה *nahàh* בכה *bachàh* ספד *saphádh* אבל *abál.* θρηνέω, ὀλοφύρομαι. GALL. *Lamenter, braire, & crier de douleur & ennuy qu'on a.* ITAL. *Lamentarsi, dolersi.* GERM. Kläglich weynen/heulen/ wehklagen. HISP. *Llorar con vozes gritando.* ANGL. *To weepe, to lament, to bewaille for.*} Terent. *in Andr.* Quæ cùm mihi lamentari præter cæteras visa est. Idem *in Phorm.* Modò quandam vidi virginem hîc viciniæ Miseram suam matrem lamentari mortuam. ¶ Cic. 1. *Tusc.* pro lamentatione dignum aliquid efferre. Nam hæc quidem vita mors est quam lamentari possem si liberet. Idem 1. *de Orat.* Lapides me hercule omnes flere ac lamentari coëgisset. Plaut. *Men. sc.* 1. *a.* 2. Ne lamentetur, neve animum despondeat (machæra.)

Lămĕntātŭs, a, um, particip. {נספד *nispádh.* ὀδυρθείς. GALL. *Lamenté.* ITAL. *Lamentato.* GERM. Kläglich beweynt. HISP. *Llorado.* ANGL. *Lamented for.*} vt Fata diu lamentata, Silius *lib.* 13.

Lămĕntātĭo, Est (vt Cicer. 4. *Tusc.* docet) ægritudo cum eiulatu. {מספד *mispedh* נהי *nechi* בכה *béchch.* θρῆνος, ὀλοφυρμός. GALL. *Lamentation.* ITAL. *Lamento.* GERM. Wehklagung/ das kläglich weynen. HISP. *Llanto con vozes.* ANGL. *Lamentation, a bewayling.*} Idem 1. *Tusculan.* Sed illa lugubris lamentatio, fletúsque mœrens, ex eo est, quod, &c.

Lămĕntās, Pro lamentationibus dixêre veteres. Pacuu. *in Hermog.* Lamentas, fletus facere compendi licet. Nonius.

Lamĕntum, i, Ipsa lamentatio. {מספד *misphédh* נהי *nehi* בכה *béchch.* θρῆνος. GALL. *Lamentation.* ITAL. *Lamento.* GERM. Heulung/ wehklagung. HISP. *Llanto con vozes.* ANGL. *Lamentation, or bewayling.*} Cicer. *de senect.* Solinus quidem sapientis elogium est, quò se negat velle suam mortem dolore amicorum, lamentísque vacare. Virgil. 4. *Æneid.*

Lamentis, gemitúque & fœmineo vlulatu
Tecta fremunt, resonat magnis plangoribus æther.

Lămĕntābĭlĭs, e, quod est dignum multa lamentatione. {πολύθρηνος. GALL. *Digne de lamentation, lamentable.* ITAL. *Lamenteuole.* GERM. Kläglich/beweynens wärt. HISP. *Cosa digna de ser llorada.* ANGL. *Lamentable, worthie to be bewayled.*} Virg. 2. *Æneid.*

Troianas vt opes, & lamentabile regnum
Eruerant Danai.

Cic. *de legib.* Posteaquam, vt scribit Phalereus, sumptuosa fieri funera & lamentabilia cœpissent, Solonis lege sublata sunt. Lamentabili voce deplorare, Cic. 1. *Tusc.* Carmen lamentabile, Stat. 5. *Syl.*

Lămĕntārĭŭs, a, um, quod ingerit lamentationem. {θρηνώδης. GALL. *Pleureux, qui esmeut à lamenter.* ITAL. *Cosa che moue à lamentarsi.* GERM. Das einen zu weynen bewegt. HISP. *Cosa que haze llorar.* ANGL. *That moueth to lamentation.*} Plaut. *in Capt. sc.* 1. *act.* 1. Quæ ædes lamentariæ mihi sunt.

Lametini, Λαμητῖνοι, vrbs à Lamete fluuio iuxta Crotonem est. Hinc Ciuis Lametinus, Steph.

[Lamia, λαμία, piscis quidam ex planorum genere.]

Lămĭæ, arum, à λάμα, sordibus oculorum. {לילית *lilith.* λαμίαι.} Ab antiquis mulieres esse putabantur, siue veriùs dæmonum quædam phantasmata, quæ formosarum mulierum specie assumpta, pueros pariter & iuuenes blanditiis allectos vorare credebantur. {Nachtmumel/ böse Nachtgespenst in weiber gestalt.} Hæ quum foris essent egregiè oculatæ, domi prorsus cæcutiebant. Horat. 1. *Carm.*

Neu pransæ lamiæ puerum viuum extrahat aluo.

Apul. *lib.* 1. *de Asin.* At ille colore spurcissimi humoris percussus, quo me Lamiæ illæ infecerant aspernatur. Philostratus in Apollonio ait Lamias, à quibusdam Laruas appellari, & Lemures, à nonnullis etiam Empusas, esséque ad amorem & venerem propensas, & carnes humanas, maximéque formosorum esurientes appetere, ideoque libidinis cupiditate allicere eos, vt postea deuorent. Plura de his vide apud Cæl. Rhodig. *lib.* 29. *cap.* 5. ¶ Lamiarum item nobilis Romæ familia fuit à Lamo orta, Antiphatis patre, & Læstrygonum Rege, qui Formiis regnauit. Ex hac familia fuit Ælius ille Lamia, Senator Romanus, ad quem extat carmen Horat. *Carm.* 3. *Ode* 17.

Æli vetusto nobilis ab Lamo,
Quando & priores hinc Lamias ferunt
Denominatos, & nepotum
Per memores genus omne fastos
Autore ab illo ducis originem,
Qui formarium mœnia dicitur
Princeps, & innantem Maricæ
Litteribus tenuisse Lyrim.

¶ Chrysostomus Dion in intima Africa feras quasdam esse scribit muliebri facie, quæ & ipsæ Lamiæ dicuntur, vberibus autem totóque pectore adeò specioso, vt nullo pictoris ingenio similes effingi queant, quibus retectis homines in fraudem alliciant, captósque deuorent. Lamia item meretrix quædam insignis fuit, Demetrij Regis amica, cui blandientes Thebani, Veneris Lamiæ delubrum consecrarunt. Lamia item piscis est, (vnde & lamiarum strigum nomen, quod vt lamiæ sint voracissimæ: à λαιμὸς guttur) tanto oris rictu tantæque voracitatis, vt & loricatum hominem deuorasse compertus sit. Itaque de hoc intelligunt qui Ionam deglutierit. Plin. *lib.* 29. *cap.* 24.

LĂMĬNĂ, ab ἐλαμνός. Giphanius scribit Lammina & Lamma. Metalli cuiusuis frustum in latitudinem ductum, crassius tamen quàm bractea. {לבת *lábat* להבת *labat* פח *pách.* ἐλαμνός. GALL. *Lame, plastron, vne table ou bande large & assez espaisse, soit de cuiure ou autre metail.* ITAL. *Lama, piastra.* GERM. Ein lammen oder blat von einem metall. HISP. *La lama ò oja de metal.* ANGL. *A plaite or thinne piece of any metall.*} Quint. *cap.* 4. *lib.* 2. Tenuem laminam ducere quam cælatura altior rumpat. Metaphor. Cæsar 1. *de bell. ciu.* Eo super tigna bipedalia iniiciunt, eáque laminis clauísque religant. ¶ Laminæ etiam ferreæ velut crustæ erant, quæ condefactæ admouebantur noxiorum corpori. Prudentius, Nec sic inusta laminis ardet cutis, vt febris atro felle venas exedit. Cic. 4. *Verr.* Quid quum ignes, candentésque laminæ, cæterique cruciatus admouebantur? Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 3. Adnexus stimulos, laminas, crucésque compedésque.

Lămĕllă, æ, diminutiuum. {τὸ μικρὸν ἔλασμα. GALL. *Petite lame.* ITAL. *Lama picciola.* GERM. Ein blechlein. HISP. *Pequeña lama, ò oja de metal.* ANGL. *A litle plaite of metall, as gold foyle.*} Vitruu. *lib.* 7. *c.* 3. Speculum argenteum tenui lamella ductum. Seneca, Maiorum dierum partem in æruginosis lamellis consumit.

Lāmnă, pro lamina, contractum, apud Horat. *lib.* 2. *Carm. Ode* 11.

Nullus argento color est, auaris
Abdito terris inimice lamnæ
Crispe Sallusti, nisi temperato
Splendeat vsu.

Lamium, Vrticæ genus mitissimum, prorsúsque innoxium, quam Vrticam mortuam herbarij appellant. {ANGL. *Archangell, an hearbe called de adnettle.*} Plin. *lib.* 22. *cap.* 15. Quæ innoxia est, morsu carens, lamium vocatur.

Lamira, vrbs Lyciæ & fluuius, Steph.

Lāmlrūs, λάμπρος. Herculis filius fuit, ex Iole Euryti OEchaliæ Regis filia.

Lāmpăs, adis, Fax. {לפיד lappidh. λαμπάς. GALL. *Vne torche, ou vn flambeau.* ITAL. *Lampada.* GERM. Ein ampel/fackel oder kertz. HISP. *La lampara.* ANGL. *A lampe, a torche.*} ἀπὸ τοῦ λάμπειν, quod est splendere. Virg. 9. *Æneid.*

Princeps ardentem coniecit lampada Turnus.

¶ Frequenter tamen sumitur pro instrumento, in quo ellychnium accensum oleo fouemus, quod & lychnum pensilem vocamus: vt apud Iuuen. *Sat.* 3. Ænea lampas. Col. *lib.* 12. *cap.* 18. Ferreis lampadibus ardentibus calefiunt. Lampadibus ardentibus oculos exuere. Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 5. ¶ Est etiam Lampas genus facis in aere existens. Plin. *lib.* 2. *cap.* 26. Duo genera faciunt, Lampades vocant planè faces: alterum bolidas: quale Mutinensibus malis visum est, vulgus *faces ardentes, vel lanceas ignitas* vocat. ¶ Lampada cursu tradere, elegans est prouerbium, quo quis significatur partes suas quasi successione in alium transferre. Varro *lib.* 3. *de R.R. cap.* 16. Sed ò Merula, Axius noster ne dum hoc audit, physicam addiscat, quòd de fructu nihil dixit nunc cursu lampada tibi trado. ¶ Quibus verbis significat se alteram sermonis partem Merulæ tradere, vt is in dicendi vicem succedat. Tractum à consuetudine lampadophororum, qui in certamine lampadodromico, si lampadem ad metam inextinctam non pertulissent, eam alteri tradebant.

‖Lampadarius, qui fert Lampada.

Lampadephoria, lampadis gestatio. Item certamen quoddam, in quo lampada gestantes cursu contendebant.‖

Lāmpē, es, λάμπη. Oppidum Arcadiæ ad Lampeum montem. Plinius *lib.* 2. *cap.* 6.

Lāmpĕtiă, Λαμπετίη. Filia Solis ex Neæra, soror Phaëtusæ & Lampethusæ, cum quibus patris sui armenta in Sicilia pascebat, quo tempore Vlysses eo tempestate appulsus est. Vide infrà in dictione *Phaëtusa.*

Lampedo. Mulier Lacedæmonia, raræ felicitatis, vt quæ & Regis filia fuerit, & Regis vxor, & Regis mater. Plin. *lib.* 7. *cap.* 41.

‖Lampetra, piscis à lambendis petris: mustela Ausonio, muræna fluuiatilis, echeneis Oppiano, quòd suctu suo nauibus affixa remoram iniiciat.‖

Lampeus, Mons est Arcadiæ, teste Plin. *lib.* 4. *cap.* 5.

Lāmpiā, fluuius est Arcadiæ, cuius meminit Stat. *lib.* 4. *Thebaid.* Candénsque iugis Lampia niuosis. ¶ Est item oppidum Arcadiæ eiusdem nominis, apud Lactantium.

‖Lampium, pulpitum analogium. Gloss. Isid.‖

Lampon, Panchates, Pelorus, Camphasus, nomina sunt equorum apud Silium. ¶ Fuit & Lampon, sacrificus vates, per anserem velut auem auguralem iurare solitus.

‖Lamprotera, genus saltationis. Scal.‖

LAMPSĂCVM, Ciceroni & Plinio, Ptolemæo Lampsacus, Λάμψακος, vulgò *Labsico.* Nomen vrbis in littore Hellesponti, in ora Asiatica. Ouid. *Eleg.* 9. *lib.* 1. *Trist.*

Et te ruricola Lampsace tuta Deo.

Cic. 3. *Verr.* Oppidum in Hellesponto est Lampsacum, in primis Asiæ prouinciæ clarum & nobile. homines autem ipsi Lampsaceni in omnes ciues Romanos officiosi. Plin. *lib.* 5. *cap.* 32. Deinde Percote oppidum, & Lampsacum, antea Pityusa dictum.

Lāmpsăcēnŭs, a, um, λαμψακηνός. Hinc Caron historicus, & Adamantus & Anaximenes, & Metrodorus Epicuri sodalis, Lampsaceni à patria cognominati.

Lampsăciŭs, a, um, λαμψάκιος, λαμψακηνός, denominat. Macrob. *lib.* 10.

Nam mea Lampsacio lasciuis pagina versu.

vbi Lamsacium versum dixit pro lasciuo, quales Priapo dedicari solent, qui Lampsaci præcipuè colebatur.

Lampsana, λαμψάνη. Olus est syluestre inter segetes: de quo Plin. *lib.* 19. *cap.* 8. vbi lampsana & cyma syluestris appellatur.

Lāmpyris, idis. Vermiculus noctu lucens, nitedula, noctiluca. {λαμπυρίς. GALL. *Vne petite mouche, ou petit ver, qui reluit de nuict, lucerne.* ITAL. *Lucciola.* GERM. Ein wurm oder mog so zu nacht scheint. HISP. *Lo luziernaga.* ANGL. *A gloe worme thath shyneth by nyght.*} Plin. *lib.* 11. *cap.* 28. Lucent ignium modo noctu laterum & clunium colore lampyrides, nunc pinnarum hiatu refulgentes: nunc verò compressu obumbratæ non ante matura pabula, vt post defecta conspicuæ. Idem *lib.* 18. *cap.* 26. Estque signum illius maturitatis, & horum sationis commune, lucentes vespere per arua cicindelæ: ita appellant rustici *stellantes volatus.* Græci lampyridas, incredibili benignitate naturæ.

Lamus, filius fuit Herculis ex Omphale regina Lydiæ, cui nouercam se factam esse Deianira apud Ouid. *in Epist.* conqueritur:

Vna recens crimen referatur adultera nobis,
Vnde ego sum Lydo facta nouerca Lamo.

¶ Alius fuit Lamus Neptunis filius Lestrigonum rex, à quo Æliorum familia nomen accepit: de qua paulò antè in dictione *Lamia.* ¶ Item Lamus equus generosus apud Silium, Tum Lamus & Sicoris prole bellacis Ilerdæ.

Lămyrŭs, piscis ex genere lacertorum, apud Plin. *lib.* 32. *cap.* 11.‖ Item mordax, comis, facetus. Rb.‖

LĀNĂ, æ, à λῆνος, Dor. λᾶνος. Alij à λάχνη ducunt, quodà λα & χρῶς. Alij παρὰ τὸ λάνειν. Quod de ouibus detondetur, aut deciditur, à laniando: laniare enim scindere est. {צמר tsemer. ἔριον. GALL. *Laine.* ITAL. & HISP. *Lana.* GERM. Wollen ANGL. *Woll.*} Sciditur autem nunc lana quæ velli solebat: vnde à vellendo vellus dicebatur, autore Varrone. Cic. 2. *de Orat.* Quando me vestis cum tua colu & lana? Virg. 2. *Georg.*

Quid nemora Æthiopum molli canentia lana?

Sunt qui à Læuitate, hoc est, à mollitie lanam dictam putent. Est autem in sola oue lana. nam cæteræ quadrupedes pilos, aut setas habent. ¶ Lana tamen non tantùm de ouibus dicitur, sed de aliis etiam quibusdam animalibus & arboribus. Vlp. *in l. si cui lana. §. lana legata ff. de legatis & fideicomm.* 3. Lana legata etiam leporinam lanam, & anserinam & caprinam, credo contineri, & de ligno quam Græci ἐριόξυλον appellant. Martial. *epigramm.* 161. *lib.* 14. Lana interior Cygni. (GALL. *Duuet.*) Item Plaut. *Menach. sc.* 2. *a.* 1. Quando ego ancillas, penum, lanam, aurum, vestem tibi præbeo. Item, Inter ancillas sedere, lanam carpere, idem *ibidem sc.* 2. *a.* 5. De Lanis vide Martial. *Epigr.* 154. 155. 156. 157. *&c. lib.* 14.

Lānūla, æ, Diminutiuum. Celsus *lib.* 7. *cap.* 27. Tenuésque carunculæ lanulis similes.

Lanicutis, e, vocabulum poëtica fictum licentia à Laberio: qui sic scribit de ariete Reciprocicornem, lanicutem, vestitrahum: quæ omnia poëtica sunt, vt tardigrada, domiporta, & similia.

Lānārĭs, e, quod habet lanam. {ἐριώδης, ἐρόεις. GALL. *Qui a ou porte laine.* ITAL. *Laneso.* GERM. Das wollen tregt. HISP. *Lanudo de lana.* ANGL. *That hath or beareth woll.*} Varr. *lib.* 2. *de re rust. cap.* 19. Nos qui pecus pascimus lanare

Lānārĭŭs, ij, qui lanam curat. {ἐριουργός. GALL. *Celuy qui apprelle ou accoustre la laine.* ITAL. *Lanaio.* GERM. Ein wollen bereiter. HISP. *El que obra lana.* ANGL. *A wollwinder, one that occupieth or selleth woll.*} Plaut. *in Aul. sc.* 5. *a.* 3. Stat, fullo, phrygio, aurifex, lanarius.

Lānātŭs, a, um, Lana tectus. {GALL. *Lanu, qui a ou porte laine.* ITAL. *Laneso, coperto di lana.* GERM. Wollächtig/das wollen tregt. HISP. *Cosa lanuda, de lana.* ANGL. *That hath or beareth woll.*} vt lanatæ oues, apud Colum. *lib.* 12. *cap.* 1. Lanatæ pelles, idem *lib.* 6. *cap.* 1. Sed iaculi quibus copulantur, lanatis pellibus inuoluti sunt. Lanatæ vites, amineæ dictæ, quòd canescant lanugine. Idem *lib.* 3. *cap.* 2. Lanatam quoque amineam quidam maximè probant: quæ hoc vocabulum non ideò vsurpat, quòd sola ex omnibus amineis, verùm quòd præcipuè canescit lanugine.

Lānătior, & lanatius. Plin *lib.* 21. *cap.* 20. Hi & folia eius thymo similia tradunt, nisi quòd molliora sunt & lanatiore canitie.

Lānĕŭs, a, um, adiectiuum. Quod est ex lana. {ἔρεος. GALL. *De laine.* ITAL. *Di lana.* GERM. Wollin. HISP. *Cosa de lana.* ANGL. *Of woll or wollen.*} vt, Pannus laneus. Plaut. *in Mil.*—caucasiam habeas ferrugineam, culturam ad oculos laneam. Laneum pallium. Cic. *de nat. deor.* Lanea vitta, Propert. *lib.* 3. *eleg.* 6. Laneum latusculum, id est, latus mollissimum. Catull. *ad Thallum.* ¶ Laneus lupus, piscis est Timaui fluuij, qui idcirco laneus dicitur, quòd intra hunc fluuium maxima ouium copia sit, vberrimúsque lanarum prouentus. Martial.

Laneus Euganei lupus excipit ora Timaui
Æquoreo dulces cum sale pastus aquas.

Lānĭcĭum, ij. Lana, vel lanæ prouentus. {ἔρια. GALL. *Laine ou l'art & reuenu d'icelle.* ITAL. *Lana, prattica ò arte di lana.* GERM. Wollwerck. HISP. *Lana, prouecho ò arte de lana.* ANGL. *Working of woll, the trade of making cloth.*} Plin. *lib.* 6. *c.* 17. Primi sunt hominum qui noscantur, Seres, lanitio syluarum nobiles, perfusam aqua depectentes frondium canitiem. Virg. 3. *Georg.*

Si tibi lanicium, cura primùm aspera sylua,
Lappæque tribulique absint.

Vbi Seruius, Lana, inquit, dicimus & lanicium, quemadmodum fuga & effugium.

Lānĭfĭcĭum, ij, Lanæ opificium. {ἐριουργία, ταλασία. GALL. *Fait ou art d'accoustrer de laine.* ITAL. *Lanificio.* GERM. Wollwerck/arbeit mit der wollen. HISP. *Aquella obra de lana.* ANGL. *Spinding and carding, the art of making cloth.*} Plin. *de rebus præclarè gestis Romanorum.* Exinde Collatiam petunt, Lucretiam inter ancillas in lanificio offendunt. Col. *lib.* 12. *in proœmio*, Nunc verò quum pleræque sic luxu & inertia diffluunt, vt ne lanificij quidem curam suscipere dignetur. Suet. *de Aug. cap.* 64. Lanificio assuefecit filias.

Lānĭfĭcŭs, qui lanæ artem exercet. {ἐριουργός, ταλασιουργός. GALL. *Qui besongne de laine.* ITAL. *Lanaiuolo.* GERM. Wollen spinner oder weber. HISP. *El que obra lana.* ANGL. *That worketh woll.*} Martial. *lib.* 6.

Si mihi lanifica ducunt non pulla sorores
Stamina, nec surdos vox habet ista deos.

Manum lanificam imponere pensis. Tibull. *lib.* 2. *eleg.* 1. Artis lanificæ doctissimus, Claudian. 2. *in Entrop.*

Lānĭfĕr, a, um, quod lanam fert, lanicute, lanigerum. {ἐριοφόρος. GALL. *Qui porte laine.* ITAL. *Che porta lana.* GERM. Das wollen tregt. HISP. *Cosa que trae lana.* ANGL. *That beareth woll.*} vt laniferæ arbores, Plin. *lib.* 13. *cap.* 14. Æthiopia Ægypto contermina insignes arbores non habent, præter laniferas.

Lānĭgĕr, a, um, quod lanam fert, lanifer, ἐριοφόρος. Eiusdem insulæ, inquit Plin. *lib.* 12. *c.* 10. excelsiore suggestu lanigeræ arbores alio modo quàm Serum. Virg. 3. *Georg.*

Lanigeros agitare greges, hirtásque capellas.

Idem *lib.* 3. *Æneid.*

Lanigeræ comitantur oues, &c.

Lānĭpendĭă, quæ lanearium vestium textoribus lanam pendit ac distribuit, Pompon. *in l.* 31. *D. de donat. inter vir. & uxor.* Neque impedire quod in ea re vxor tanquam lanipendia fuerit, & viri negotium procuraret.

Lanoculus, qui lana tegit oculi vitium, inquit Festus.

Lānōsŭs, a, um, Lana abundans. {ἐριώδης. GALL. *Lanu.* ITAL. *Laneso.* GERM. Vol wollen/wollächtig. HISP. *Lanudo.* ANGL. *Full of woll.*} Col. *lib.* 7. *cap.* 3. Eliges bimam, vasti corporis, ceruice prolixa, prolixi villi, nec asperi, lanosi, & ampli vteri.

Lanaria, æ, Herba est quam vulgus *Saponariam* appellat, inde nomen habens, quòd lanæ quæ ob pinguedinem colorem recipere non possunt, eius succo eluantur στρούθιον. Plin. *lib.* 24. *cap.* 18. Herba lanaria ouibus ieiunis data, lactis abundantiam facit.

LĀNCĔĂ, æ, à λόγχη, venabulum: & hoc à λαγχάνω. Hasta longa, quali & equites & pedites vtuntur. {חנית chanith כידון kidon. λόγχη. GALL. *Vne lance, pique ou iaueline.* ITAL. *Lancia.* GERM. Ein glan/ein schäfflin. HISP. *Lança, arma para pelear.* ANGL. *A speare or iaueline.*} Teli genus longissimum, teste Gell. *cap.* 25. *lib.* 10. quod quidam à ferri latitudine, alij à Græco λόγχη deductum putant. Gell. tamen *lib.* 15. *cap.* 30. Hispanicam vocem esse affirmat. Plin. *lib.* 15. *cap.* 30. de lauro loquens, Romania

Digitized by Google

manis præcipuè lætitiæ victoriarúmque nuntia additur literis & militum lanceis, pilísque fasces Imperatorem decorat, &c. Tacitus, Diiectam fluitantémque testudinem lanceis, contísque testabantur, donec dissecta compage scutorum exangues prosternerentur. Lucan. *lib.6.*

Nulla fuit non certa manus, non lancea felix.

Festus autor est, lanceam olim à Lucullis vocatam fuisse luculleam. ¶ Lanceam etiam Budæus dicit esse spiculum venabuli, vel iaculi.

Lănceŏla, diminutiuum, cum accentu in antepenultima, Parua lancea. {λογχάριον. GALL. *Petite lance.* ITAL. *Picciola lancia.* GERM. Ein klein glän/spießlein. HISP. *Pequeña lança, lanceta.* ANGL. *A litle speare or pike.* · Agnosce Calepini verbum, cuius nullum exemplum apud idoneos scriptores extat.

Lănceārĭus, ij, qui lanceam gerit. {λογχοφόρος. GALL. *Lancier ou piquier.* ITAL. *Che porta lancia.* GERM. Der ein glän oder spieß fürt/ein lanzknecht. HISP. *El lancero.* ANGL. *That beareth a speare.*} Lancearij sunt, ex Tranq. inquit Bud. qui nunc vulgò *Picary*, quasi spicularij dicuntur.

Lăncĕātŭs, a, um, Lancea armatus. {λογχωτός. GALL. *Armé & garny de lance.* ITAL. *Chi ha lancia, armato di lancia.* GERM. Mit einem glän oder spieß gewapnet. HISP. *Armado de lança, alanceado.* ANGL. *Armed, with a speare.*} Lanceati etiam dicuntur, qui ictu lanceæ necantur. Iulius Firmic. Quicunque habuerint horoscopum in XXI. parte Tauri, lanceati orientur.

LĀNCES, vasa lata & rotunda minus excauata quàm patinæ, quibus caro tam tosta, quam elixa apponitur. {לערוך lebaróch. παροψίδες, πίνακες. GALL. *Grands plats, ou grandes escuelles.* ITAL. *Piatti grandi.* GERM. Weite vnd flache blatten oder teller. HISP. *Platos grandes.* ANGL. *Great broade plaites, charges or pottingers.*} Plaut. *in Amph.* Interea dum isti certant, in popinam diuertendum est mihi: lances detergam omnes, omnésque trullas hauriam. Idem *in Curc. sc. 3. a. 2.* In carnario fortasse dicis (pernam & glandem esse) In lancibus. Plin. *lib. 33.* Lances è centenis libris argenti supra quingentas numero Romæ fuisse constat. Horat. 2. *Serm. satyr. 4.*

——— iligna nutritus glande rotundas
Curuat aper lances.

¶ Dicitur & in singulari Lanx lancis, à λόγχη: vel à Lix: vel etiam à Lax. Iuuenal. *Satyr. 5.*

Aspice quàm magno distendat pectore lancem.

¶ Lances etiam in libra dicuntur duo illa vascula lancium escariarum similitudine, in quorũ altero pondus, in altero verò res ponderãda ponitur: vnde & bilances dictę sunt, quòd duas habeant lances. {αἱ πλάστιγγες, οἱ πλάστιγγες. GALL. *Bassins de balance.* ITAL. *Scodelle della balanza.* GERM. Die wagschüßeln. HISP. *Las escudillas de balança.* ANGL. *The basins of a balance.*} Cic. *lib. 3. de fin.* Virtutis autem amplitudinem quasi in altera libræ lance ponere. Persius *Sat. 4.* Scis etenim iustum gemina suspendere lance Ancipitis libræ. Gell. *cap. 18. lib. 11.* Per lancem & licium concepta furta. ¶ Lancem etiam vas esse rebus diuinis aptum, docet Ausonius in monosyllabis, Thuribula & pateræ: quæ tertia vasa deûm, lanx. Furtum per lancem & licium. Vide in voce *Licium.*

‖Lance & licio dicebatur apud antiquos, quia qui furtum ibat quærere in domo aliena, licio cinctus intrabat, lancemque ante oculos tenebat, propter matrum familiæ, aut virginum præsentiam. Fest.‖

Lăncĭno, as, Lacero, vexo. {פרק parák המאיר himeír הפריש hiprísch פרש parás. σπαράττω, κατασπαράζω. GALL. *Poindre, piquer, deschirer.* ITAL. *Lacerare.* GERM. Stechen zerreissen. HISP. *Despedazar.* ANGL. *To rent, to prick to trust tho rowe.*} Plin. *lib. 11. cap. 34.* Est & volucre canibus peculiare suum malum, aures maximè lancinans, quæ defendi morsu non queunt. Senec. Aliam inter leges celebrísque spectacula fori lancinauit. ¶ Bona lancinata sunt. Catull. *in Iul. Cæs.* Senec. *epist. 32.* Diducere particulas & lancinare vitam.

‖Lancianum, *Lanciano.* V. A regni Neapolitani.‖

Landauium, vrbs Palatini ducatus. {Landaw.}

Landeshuta, Landesperga, Landunum, omnes in ducatu Bauariæ vrbes.

‖Landgrauij, marchgrauij, regionum, aut limitum comites. VVolf.

Landula, alanda, genus auis est. Ver. Dict.‖

Lanerum, vestimenti genus ex lana succida confectum. εἰλέανον. Fest.

Langa, æ. A Græcorum quibusdam animalis genus creditum est, quod & languriam appellarunt, circa Padum Italiæ fluuium vitam agens: cuius vrinam Zenothemis in electrum putauit concrescere: quod tamen falsum esse constat, vt pleraque omnia quæ Græci scriptores de tota electri ratione prodiderunt. Plin. *lib. 37. cap. 2.* Alij dixère langurium & esse in Italia bestias langurias. Zenothemis langas vocat easdem, & circa Padum iis vitam affirmat.

Langia, Fons in Nemea sylua, postea Archemorus dictus, ab Hypsipyles alumnos, quem cum illa, Argiuis fontem hunc ostensura, in gramine reliquisset, serpens interemit. Stat. *lib. 4. Thebaid.*

Hac quoque secreta nutrit langia sub vmbras
Nondum illi raptus dederat lacrymabile nomen
Archemorus.

‖Languedoca, *Languedoc*, regni Galliæ prouincia, à Visigothis, id est, Occidentalibus Gothis, Gophia dicta, vulgò *Langothia*: id est, terra Gothorum, hinc corrupta vox *Languedoc*, pro *Landegoth.*‖

Langula, species patinæ, siue catini est, Varroni latior, vnde & langulam dictam putat.

LANGVOR, is, defectio virium, & remissio vigoris, & tam de corpore, quàm de animo dicitur, debilitas, infirmitas. {דוי devai מדרוה madhruéh. μαλακία, ἀσθένεια, ἀτονία. GALL. *Langueur, defaillance de force.* ITAL. *Languidezza, il languire.* GERM. Krafftlose/schwachheit/vnmüre/mögligkeit. HISP. *Flaquezza, condolencia.* ANGL. *Fayntnesse, weakenesse, infirmitie.*} Senec. *cap. 25. de tranquill.* Hebetatio & languor animorum ex assiduitate laboris. Plaut. *Pseud. sc. 2. a. 3.* Dabitur ibi lectus, vbi tu, &c. vsque ad languorem. (futuaris sup. vel quid simile.) Cicer. *de Diuin. 1.* Animus quum languore corporis nec membris vti, nec sensibus potest, incidit in varia visa & incerta. Idem 4. *Philipp.* Expectatio legatorum quantum languoris afferat animis quis non videt? Et *lib. 1. Offic.* Nihil autem magis cauendum est senectuti, quàm ne languori se desidiæque dedat. Plaut. *in Asinar. sc. 2. act. 3.* pro lassitudine posuit, quum ait,

Vbi sæpe ad languorem tua duritia dederis octo
Validos lictores, vlmeis affectos lentis virgis.

Lăngŭĕo, es, ui, olim Langueo. ab Hebr. Laah. Deficio, infirmus sum, dissoluo, debilitor, infirmor. {נחלה nechláh אמלל vmlál רפה raphâh. μαραίνομαι, ἀσθενῶ, χαλάω, ἐκλύομαι. GALL. *Languir, venir en langueur, defaillir.* ITAL. *Languire, essere debile.* GERM. Schwach sein/abnemmen. HISP. *Enflaquecerse.* ANGL. *To faynte, to lo se hir strenge.*} vt languens vox, apud Cic. 1. *Offic.* Idem *in Pison.* Quanquam languet iuuentus, nec perinde, atque debet in laudis & gloriæ cupiditate versatur. Idem 1. *Philippica.* Quúmque languerem e vita, & mihimet displicerem, nisi, &c. ¶ Interdum ponitur pro timere. Salust. *in Catilina.* Quanto vos attentiùs ea agetis, tantò illis infirmior erit animus: si paulum modò vos languere viderint, iam omnes feroces aderunt. ¶ Interdum pro otiosum esse, ῥᾳθυμεῖν, ῥᾳθύμως ἔχειν. *Ibidem*, Séque si pauci adiuuarent, languentibus aliis, in curiam impetum facturum. ¶ Huius verbi composita sunt, Elangueo, ἐξαδυνατῶ, à quo elanguesco, quod est valde debilitor. ἀπαγορεύω. Relangueo, à quo relanguesco, in languorem recido. Ouid. *lib. 6. Metam.*

Imposito fratri moribunda relanguit ore.

Claudian. *lib. 1.* Relanguere pro remissum esse, posuit.

——— vix ille pepercit,
Erubuitque preces, animúsque relanguit atrox.

Lăngŭēsco, Languidus, infirmus & debilis fio. {נחלה necláh אמלל vmlál רפה raphâh. ἐκλύομαι, χαλάω. GALL. *Venir en langueur, languir, perdre cœur, defaillir.* ITAL. *Diuenir languido, languire.* GERM. Müd oder maglos werden/krafftlos werden. HISP. *Enflaquecerse.* ANGL. *To waxe fainte or feble.*} Cicer. *in Cat. Orator.* metuo ne languescat senectute. Ouid. *Eleg. 3. Trist.*

Nec mea consueto languescunt corpora lecto.

¶ Aliò transtulit Virg. *lib. 11.*

Purpureus veluti, quum flos succisus aratro,
Languescit moriens.

Languescente colore in luteum. Plin. *lib. 17. cap. 13.*

Lăngŭĕfăcio, Languorem affero, siue languere facio. {רפה rippáh. μαραίνω. GALL. *Faire languir.* ITAL. *Far languire.* GERM. Müd oder krafftlos machen. HISP. *Enflaquecer à otro.* ANGL. *To mak feble or ayune.*} Cic. *de legib.* Incitare languentes & languefacere excitatos.

Lăngŭĭdŭs, a, um, Remissus, debilis, infirmus. {דוי davvai חלש challásch אמלל vmlál. ὑπότρομος, παρετὸς, χαλαρός. GALL. *Qui languit, langoureux, lasche.* ITAL. *Languido.* GERM. Krafftloß/schwach/blöd/matt. HISP. *Flacco, por dolencia.* ANGL. *weake, feble, fainte.*} Ouid. *Eleg. 8. lib. 4. Trist.*

Languidus in pratis gramina carpit equus.

Tibull. *lib. 4.*

Languida non noster peragit labor otia.

Ouid. *lib. 5. Fast.*

——— violas arere videres,
Filaque punicei languida facta croci.

Cicer. *in Catil.* Qui mihi accubantes in conuiuiis, complexi mulieres impudicas, vino languidi, confecti cibo, sertis redimiti, vnguentis obliti, debilitati stupris eructant sermonibus suis cædem bonorum atque vrbis incendia. Senec. *epist. 54.* Languidum mare (mox æqualitas.)

Lăngŭĭdŭlŭs, a, um, diminut. {ὑπονωθής. GALL. *Vn peu langoureux.* ITAL. *Vn poco languido.* GERM. Trägsichtig/lampechtig. HISP. *Flaco vn poco.* ANGL. *Somewhat faynte.*} vt Somni languiduli, Catull. *Argon.*

Lăngŭĭdē, aduerb. Cunctanter, otiosè, negligenter. {νωθρῶς. GALL. *Laschement, langoureusement.* ITAL. *Languidamente.* GERM. Gemächlich/vnfruchtsamlich/faullich. HISP. *Flacamente.* ANGL. *Feblelie, without quickenesse, or spirit.*} Col. *lib. 11. cap. 1.* Hoc igitur custodire oportet villicum, ne statim à prima luce familia cunctanter & languidè procedat. Cæs. *lib. 7. bell. Gall.* Quòd paulò incautiùs custodias in muro dispositas videbat suos quoque languidiùs in opere versari iussit, & quid fieri vellet ostendit. Senec. *cap. 9. lib. 19. de cons. ad Mart.* Languidius incurrunt prouisa.

Lăngŭrĭum, quidam ex Græcis scriptoribus succinum appellarunt, quod putarent citra Padum fluuium bestias quasdam esse, langurias, siue langas appellatas, quarum vrinam existimabant in succinum concrescere. Vide Plin. *lib. 37. cap. 2.*

Lānĭgĕr, vide *Lana.*

LĂNĬVS, ij, seu Lanio, nis, qui carnes vendit: à laniandis pecoribus, quòd ea concidat, laniétque. {טבח tabbach. κρεοπώλης, μάγειρος. GALL. *Boucher.* ITAL. *Beccaio.* GERM. Ein menger. HISP. *El carnicero.* ANGL. *A butcher.*} Plaut. *Capt. sc. 2. a. 4.* Quanta laniis lassitudo? quanta porcinariis? Varro 2. *de re rust. cap. 5.* Lanij qui ad cultum bouem emunt. Terent. *Eunuch.* Concurrunt læti mihi obuiam cupidinarij, cetarij, lanij, coqui. Lanij concinnant liberis orbas oues. Plaut. *Capt. sc. 1. a. 4.* Lanij æmuli lenonum, quia iureiurando malo rem quærunt. Idem *Pseud. sc. 2. a. 1.* Lanios arcessant duos cum tintinnabulis. *Ibid.* Arcesse hostias, victimas, lanios, &c.

Lănĭēnă, æ, Officina in qua laniantur, ac vendunt carnes. {κρεοπωλεῖον. GALL. *Boucherie.* ITAL. *Beccaria.* GALL. Ein metzg oder schol. HISP. *La carniceria.* ANGL. *A slaughter, house.*} Plaut. *in Epist.* Per myropolia & lanienas, circúmque argentarias rogitando sum raucus factus. ¶ Accipitur etiam pro ipsa laceratione: à laniando. κρεουργία.

Lanea, æ, idem quod laniena. Liu. *lib. 4. dec. 5.* Lanéásque tabernas coniunctas in publicum emit.

‖Lanificus, ἐριουργός. Onom. i. e. qui lanæ artem exercet.

Lanifica, ἐριουργὸς γυνή.

Lanigenus, a, um, id est, lanionius.

Lanilutor, qui lanas eluit.‖

Lănĭōnĭus, a, um, quod ad lanium pertinet. {μαγειρικός. GALL. *Appartenant à boucher.* ITAL. *Pertinente à beccaio.* GERM. Das zu dem menger gehört. HISP. *Pertinente à carnicero.* ANGL. *That belongeth to a butcher.*} Vnde Lanionio more. μαγειρικῶς. Et Lanioniæ mensæ, in quibus scinditur

ditur caro. Suet. *in Claud.* Carnificem statim acciri cum machæra, mensámque laniouia flagitauit.

Lănĭo, as, à Lana. Scindo, lacero, dirripio. {פרק *parák* טרף *taráph* קרע *karáh* נתח *nittách* פרס *parás*. σπαράττω, κρεουργέω, σπαραγμίζω. GALL. *Deschirer, despecer.* ITAL. *Fendere, stracciare.* GERM. Zerstucken/zerhawen/zerreissen. HISP. *Hender despedaçar como carne.* ANGL. *To rent, to quarter, to cutt in pieces.*} Virg. *lib.* 3. *Georg.*

——ipsique suos iam morte sub ægra
Discissos nudis laniabant dentibus artus.

Liu. 2. *bell. Maced.* Et Formiis, duo lupi oppidum ingressi, obuios aliquot laniauerant.

Lănĭātĭo, laniatus. Senec. 2. *de Clementia.* Et nullum certius quàm quod in cædes hominum, & laniationes peruenit.

Lănĭātŭs, a, um, particip. Laceratus, discerptus. {נפרק *niphrák* נטרף *nitráph*. σπαραχθείς. GALL. *Deschiré, despecé.* ITAL. *Stracciato, sbranato, squartato.* GERM. Zerhawen oder zerrissen. HISP. *Despedaçado.* ANGL. *Rent, or torned in pieces.*} Virg. 12. *Æneid.* Et roseas laniata genas. Classis laniata. Ouid. *Epist.* 7. Capillos laniata. Idem *Epist.* 14. Huius compositum est Dilanio, disseco, diuello. διασπάω.

Lănĭātŭs, us, ui, Ipse actus laniandi. {פרק *pérek*. σπαραγμός, σπάραγμα. GALL. *Deschirement, despecement, esquartellement.* ITAL. *Lallratio.* GERM. Zerhawung/zerreissung. HISP. *Obra de despedaçar como carne.* ANGL. *A renting or tearing in pieces.*} Cic. 1. *Tusc.* Quid igitur mihi ferarum laniatus oberit nihil sentienti? Plin. *lib.* 8. *cap.* 40. Laniatúque & latratu adactum, vt cogeretur fateri scelus.

Lănĭārĭum, ii, Laniena. {κρεοπωλεῖον. GALL. *Boucherie.* ITAL. *Beccaria.* GERM. Ein metzg oder schol. HISP. *La carniceria.* ANGL. *A slaughter house or bouchers shoppe.*} Varr. 2. *de re rust. c.* 4. Ignauum & sumptuosum esse qui succidiam in carnario suspenderit potius ab laniario, quàm ex domestico fundo.

‖Lanipendius, qui lanas pendit, ponderat.

Lanipendia mulier, quæ lanam lanificis præbet, totiusque lanificij curam gerit. ‖

Lănistæ, Præfecti ludi gladiatorij, magistri qui gladiatores instituebant exercebántque ad mutuam lanienam. {γυμνασταί. GALL. *Maistres d'escrimes.* ITAL. *Maestri di schermire.* GERM. Fechtmeister. HISP. *Maestros que enseñan à esgremir.* ANGL. *A maister in faites of armes, which teacheth to play with the swerde.*} Lanistarum familia. Sueton. *in August. cap.* 42. Hi familias habent domi ad gladiaturam exercendam: quas instituere, & mox paratas vendere solebant munerariis. Iuuenal. *Satyr.* 3.

Hic plaudat nitidi præconis filius inter
Pinnirapi cultos iuuenes, iuuenisque lanistæ.

¶ Hinc lanistæ auium, dicti sunt à Columella qui aues certaminibus præparabant.

‖Lanitium Virg. & *lanitia* Laberio, lanæ prouentus.

Lanius, & lanio, qui carnes pecorum concidit & vendit.

Lano, as, ἐριοφορέω. Onom.

Lanoculus, qui lanâ tegit oculi vitium. Fest.

Lanterna, pro laterna. ‖

Lānūgo, inis, Tenera quasi lanæ cuiusdam mollities, qualis adolescentium genus, & in pomis quibusdam cernitur. {ἴουλος. GALL. *Poil folet, barbe qui commence à venir.* ITAL. *Prima barba lanugine.* GERM. Das erste vnd zarte barthaar/gauchhaar. Item, Die wollen an etlichen fruchten. HISP. *El vello, flueços, primera barba.* ANGL. *The downe fethers such as we see in pigeons when thay ar hatchedithe mos finesse in fruites.*} Colum. *lib.* 4. Lanatam quoque amineam quidam maximè probant: quæ hoc vocabulum non ideo vsurpat, quód sola ex omnibus amineis, verùm quód præcipué canescit lanugine. ¶ Ponitur aliquando pro scrobe. Idem *lib.* 4. *cap.* 29. Nulla interueniente lanugine, quam excitabat antiqua terebra. Lanuginem excipiebant propinqui. Suet. *in Neron. cap.* 34. Id instituisse à prima lanugine. Idem *in Othon. cap.* 12. ‖¶ Lanugo maris, est spuma arida maris, falsa aspergo. ‖

Lānūgĭnōsŭs, adiect. {ὁ τῷ χνοώδης, λαχνώδης. GALL. *Qui a force barbe folette, force cotton, ou mousse.* ITAL. *Chi a musco sottile.* GERM. Der vil zarte haar hatt. HISP. *Cosa llena de flucos ò vellos.* ANGL. *Full of cotton.*} Plin. *lib.* 22. *cap.* 2. Est & alia similis pseudanchusa ob id appellata, à quibusdam verò, enchusa, aut donis, & multis aliis nominibus, lanuginosior, & minus pinguis.

Lānŭuĭum, oppidum erat Latij in via Appia, à quo prospectus patebat maris, & Antij. Huius oppidi frequens est mentio apud Cic. *in orat. pro Milone.* Vulgò *Indiuina.*

‖Lanuuium, obscœna mulierum pars, veluti quadam lanugine hirta. Propert. Turn. ‖

Lānŭuīnŭs, a, um, quod est ex Lanuuio: vt Colei Lanuuini. Cic. *Pato lib.* 9. Honesti colei Lanuuini, Cliternini, non honesti.

Lānx, cis, vide suprà *Lances.*

Laocoon, Λαοκόων. Filius fuit Priami ex Hecuba & Apollinis Thymbrei sacerdos, qui primus hastam in equum ligneum torsit: ob quod factum Virg. 2. *Æneid.* ait, ipsum cum duobus filiis periisse.

Primus ibi ante omnes, magna comitante caterua,
Laocoon ardens summa decurrit ab arce, &c.

Laodamantia, Λαοδαμάντειον, Insula in Libya. Fortassis autem à Laomedonte Troiano Laomedontia dicebatur. Hinc Gentilia Laodamantides & Laodamantites, Steph.

Laodamas, Λαοδάμας. Halius & Clytoneus, filij fuêre Alcinoi regis & Aretes: vt scribit Homer. *Odyss. lib.* 18.

Lāŏdămīā, Λαοδάμεια. Bellerophontis fuit filia ex Achemene coniuge, cuius amore correptus Iupiter cum ea concubuit, suscepítque Sarpedonem, qui postea Lyciæ rex factus est. Verùm quum Bellerophontes rerum successu elatus, in cœlum euolare conaretur, Iupiter hominis temeritatem ægré ferens, œstrum illi immisit, quo exagitatus equus, sessorem excussit. Diana quoque Laodamiæ infensa, suis eam telis confixit. Homer. 6. *Iliad.* ¶ Altera fuit Laodamia Acasti & Laodothex filia, quæ tanto amore Protesilaum virum suum adamauit, vt quum ab Hectore occisum cognouisset, superstes ei esse noluerit. Priusquam tamen interiret, in solatium mœroris optauerat vt mortui vmbram videret: qua visa in illius amplexibus expirauit. Ouid. *Epist.* 10.

Mittit & optat amans, quò mittitur ire salutem, Æmonis, Æmonia Laodamia viro.

Lāŏdĭcē, Λαοδίκη, Priami fuit filia & Hecubæ, quæ Helicaoni Antenoris regis Thraciæ filio nupsit. ¶ Alia fuit Agamemnonis filia, quam pater cum Chrysotemi & Iphigenia, seu Iphianassa, Achilli obtulit, vt ex eis quam vellet, vxorem eligeret.

Lāŏdĭcēă, Λαοδίκεια. Vrbs celeberrima in Asia Lyco flumini imposita, primò Diospolis appellata, dein Rhoas, & postremò Laodicea. Hæc vrbs præ cæteris Asiæ vrbibus multis clarissimis ciuibus est nobilitata. Ex quibus fuit Hero, qui hæreditatem populo diuisit, supra duo millia talentorum, & multis donis ciuitatem exornauit. Postea Zeno orator, & Polemo eius filius, qui ob res fortiter gestas prius ab Antonio, postea ab Augusto ad regiæ dignitatis fastigium euectus est.

Lāŏdŏcŭs, Λαόδοκος, teste Homero *lib. Iliad.* 4. Antenoris Troiani filius, in cuius formam transfigurata Pallas, intulit se in acies Troianorum, vt Pandarum inuenire posset, quò ei suaderet vt sagitta Menelaum confoderet.

Lāŏmĕdōn, Λαομέδων. Rex fuit Troiæ, Ili filius, qui quum de ædificandis Troiæ mœnibus cogitaret, Apollini & Neptuno id negotij dedit, pactus mercedem, quam mox extructis mœnibus se soluturum iureiurando affirmauit. Verùm perfecto opere Laomedon periurus pactam mercedem negauit: propter quod dij irati, Neptunus aquam, Apollo pestem vrbi immisit. Duplici igitur calamitate affectus Laomedon, de remedio oraculum consuluit: responsum est, non aliter deos placari posse, quàm si singulis annis virgo Troiana Ceto dilaceranda exponeretur. Institutum itaque est virginem quotannis exponi, eámque sorte eligi. Sed quum tandem sors in Hesionem (quam tamen alij solam ab Apolline & Neptuno expostulatam tradunt) Laomedontis filiam cecidisset, & iam scopulo alligata monstrum expectaret: Hercules forte illac transiens, liberaturum se filiam Laomedonti pollicitus est, si equos diuino semine procreatos, quos habere eum constabat, in præmium sibi traderet. Hunc igitur in modum pactione facta, Hercules interfecta bellua, virginem liberauit. Sed quum Laomedon promissis non staret, indignatus Hercules, collecto vndequaque exercitu, Ilium expugnauit, Laomedontem occidit, Hesionem Telamoni vxorem dedit, quód primus murum conscendisset, Priamum eius filium captiuum abduxit, qui postea auro à vicinis redemptus fuit, ideóque ἀπὸ τοῦ πρίασθαι, hoc est, à redimendo nomen obtinuit.

Lāŏmĕdōntĭădēs, patronymicum, Λαομεδοντιάδης. Virg. *lib.* 8.

Laomedontiadem Priamum Salamina petentem.

Vbi additur a, vt in multis aliis, vt commodiùs ingrediatur carmen heroicum, sicut Anchisiades, Telamoniades. Aliquando subtrahitur syllaba, vt Athemides, pro Athemonides, Deucalides, pro Deucalionides.

Lāŏmĕdŏntēŭs, Λαομεδόντειος, adiectiuum deductum à Laomedonte Troianorum rege. Virg. 4. *Æneid.*

——necdum Laomedonteæ sentis periuria gentis.

Laonome, Λαονόμη, Galliatum ex Odœdoco filiam peperit, qui locorum vrbi nomen dedit. Steph.

‖Laoplanus, dæmon popularis, impostor. Bud.

Lapaiza, vide *Granatza.*

Lapas, atis, secundùm magistrum in historiis est cibus ex oleribus confectus. ‖

Lăpăthum, {λάπαθον. ANGL. *A docke.*} herba est acidi saporis quæ à Latinis rumex appellatur. Multæ autem sunt lapathi species, quas vide apud Plin. *lib.* 20. *cap.* 21.

‖Lapatzas, vestis principum Constantinop. Codin. ‖

Lapersæ, Λαπέρσαι, dicti sunt Castor & Pollux Iouis filij, ab eo quód Lanagri Laconici vrbem expugnauerint.

Lapethos, Λάπηθος, Cypri insulæ oppidum est, portum habens & naualia. Meminit eius Plin. *lib.* 5. *cap.* 31.

Lăpĭs, idis, à λᾶς: vulgò q. lædipes. {אבן *ebén* סלע *sélah*. GALL. *Pierre.* ITAL. *Pietra, sasso.* GERM. Ein stein. HISP. *Piedra.* ANGL. *A stone.*} Quem Græci λίθον vocant, à nonnullis ita distinguitur à saxo, vt lapis mitior sit, minórque, ac tenerior: saxum maius, asperius duriúsque. Hinc gemmæ lapides, non saxa dicuntur. Plin. *lib.* 36. *cap.* 18. Nusquam hic vtilior, quàm in Italia gignitur, lapisque non saxum est. Idem, Est & viridis lapis, vehementer igni resistens, sed nusquam copiosus: & vbi inuenitur, lapis, non saxum est. Sed hæc profectò differentia non videtur cum Plinio conuenire, qui non magnitudine distinguit saxum à lapide. Nam etiam columnas ex vno lapide fieri, & Laocoontis statuam ex vno lapide excisam fuisse affirmat. Videtur itaque magis dicendum, saxum esse, quod ex rupibus, vel lapidicinis exciditur: lapidem, qui è terra effoditur. Lapide excutiunt clauum (compedum.) Plaut. *Menæch. sc.* 1. *a.* 1. Natus verberare lapidem ne perdas manum. (i. homo stolidus, stupidus, durus.) Idem *Curcul. sc.* 3. *a.* 1. Cerebrum mihi excutiunt dicta tua, lapides loqueris soror. Plaut. *Aulul. sc.* 3. *a.* 1. Illic nos insectabit lapidibus (de furioso.) Idem *Capt. sc.* 4. *a.* 3. Nam me illuc ducis vbi lapis lapidem terit? (de mola.) Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 1. Nimis velim lapidem cui illi Speculo diminuam caput. Idem *Most. sc.* 3. *a.* 1. Lapides octonos quotidie effodere. Idem *Capt. sc.* 5. *a.* 3. Item, lapides eximere, *ibidem.* ¶ Item, Iouem, lapidem iurare, Iusiurandum sanctissimum. Gell. *cap.* 21. *lib.* 1. ¶ Et quoniam apud veteres lapidibus milliaria designabantur, ponitur quandoque lapis pro milliario. Vnde legimus ad tertium, ad quartum lapidem. Ouid. 2. *Fastor.*

Sacra videt fieri sextus ab vrbe lapis.

Et apud Liuium lapis & mille passus, sæpè pro eodem. ¶ De lapide emptos quoque dicimus, qui publica auctione à præcone erant venditi. Nam prisco more præcones ex lapide & loco altiore facere præconium solebant: vbi mancipia quoque venalia, præconis voce proclamabantur. Columella *lib.* 4. Non tamen excedunt septem iugera, vnius operam vinitoris, quem vulgus quidem parui æris, vel de lapide noxium posse comparari putat. Cicer. *in Pisonem*, Tribunos de lapide emptos

Digitized by Google

emptos esse ait, qui mercede suam potestatem vendebant, suóque imperio in gratiam eorum qui dabant, abutebantur: significat autem homines vilissimos, alludens ad venditionem præconum, quæ é lapide fieri solebat, rerum nimirum vilium & abiectarum. Hominem præterea lapidem quandoque dicimus, qui negligens stupidúsque sit, quique ad id agendum, quod maximè oporteat, non moueatur. Terent. *in Heauton.* Hei, quid stas lapis? *Ibidem*, Quot res dedére, vbi possem persentiscere, Nisi essem lapis, quæ vidi? Lapis interdum pro petra accipitur. Virg. *Eclog.* 1.

Et tibi magna satis quamuis lapis omnia nudus,
Limosóque palus obducat pascua iunco.

Lapis incusus, manualis mola est, cudendo exasperata. Idem 1. *Georg.* lapidémque reuertens Incusum, aut atram massam picis orbe reportat. Lapis bibulus, qui arenarius vocatur. Idem 2. *Georg.* Aut lapidem bibulum, aut squallentes infode conchas, hoc est, pumicem. Lapidem decoquis, λίθον ἕψεις pro eo quod est, Inanites laboras. Neque nusquam mollescit lapis quantumuis diutina coctione. Lapides flere, de re vehementer miseranda, prouerbij hyperbole dici solet, eam esse tam lamentabilem, vt vel lapides cogantur ad fletum. Cic. *pro Mur.* ¶ Verberare lapidem, apté prouerbió dicimus, vbi quis obiurgat incastigabilem, aut docet indocilem, aut inanem operam sumit in re quapiam. ¶ Vitiabit lapidem longum tempus, Σήψει καὶ πέτρον ὁ πολὺς χρόνος. Nihil in rerum natura saxo durabilius: aut id quoque temporum diuturnitate absumitur. ¶ Lapidem ferre altera manu, panem ostentare altera. Plaut. *Aulul. sc.* 4. *a.* 3. In eos dicitur qui coram blandiuntur, clàm obtrectantes, palàm amicos agunt, clanculum nocent: aut qui hic prosunt, illic lædunt, falsam beneficij spem ostentant, vt nacti occasionem funditus perdant. Translatum ab iis qui canes ostentato pane pelliciunt, deinde accedentibus saxum illidunt. ¶ Lapis viuus, id est, pyrites, πυρίτης. Plin. *lib.* 36. *cap.* 19. Pyritarum etiamnum aliqui genus vnum faciunt plurimum habens ignis, quos viuos lapides appellamus (sic enim legend.) & ponderosissimi sunt. Hi exploratoribus castrorum maximè necessarij, qui clauo, vel altero lapide percussi, scintillas edunt: quæ exceptæ sulphuratis, aut fungis aridis, vel foliis, dicto celeriùs ignem tradunt. Gratius Poëta,

Et viuum lapidem, & circa Melitensia nectunt
Coralia.

¶ Lapidem silicem tenebant iuraturi per Iouem, hæc verba dicentes: Si sciens fallo, tum me Diespiter, saluâ vrbe arcéque bonis, eiiciat, vt ego hunc lapidem. Fest. §¶ Lapis Bezoar hodie aduersus venena admodum inter eos celebratur, qui in animalium corporibus nascuntur: vnde medicamenta contra venena per antonomasiam vocantur *Bezoardica*. ¶ Lapidem silicem tenebant iuraturi per Iouem, hæc verba dicentes: Si sciens fallo, tum me Diespiter, saluâ vrbe arcéque bonis eiiciat, vt ego hunc lapidem. Fest. ¶ Lapidibus agros distinguebant, qui terminales dicebantur. & hos corollis ornare, vngere ac venerari solebant.§ Lapidum finalium genera apud eos qui de limitibus scripserunt, multa reperiuntur, sunt enim hæc verba. Lapis fluuialis, cromaticus vocatur. Lapis tiburtinus, cæsalis dicitur terminus coctus testaceus, vllageris dicitur. Lapis albus siliceus, si peralbus fuerit, Galliensis nuncupatur: si mixtam venam habuerit, signiferi nomen habet: nam in aliquibus locis terminos non dolatos posuimus, & nihil illis subter addidimus. Lapis gammatus dicebatur, in quo forma gammæ, Græcæ literæ apparet, qui pentagoni recipiebant rationem, vnde & gammati termini dicebantur. Lapis numidicus, vide infra in *Numidicus*.§¶ Lapidibus apud veteres milliaria signabantur, quod nunc quoque quibusdam in locis aspicimus. vnde lapis aliquando pro milliari accipitur: vt cùm dicimus, ad tertium lapidem, ad quartum lapidem. Perott. Boëthius *lapides censorios* appellat, per quos certa loca discriminabantur. ¶ Lapis horarius, horologium lapideum. Nonat §

Lăpĭdĕŭs, a, um, quod ex lapide constat, saxeum. {λίθινος. Gall. *De pierre.* Ital. *Di pietra.* Germ. Steinin. Hisp. *Cosa de materia de piedra.* Angl. *Made of a stone.*} vt lapideus murus, apud Liuium *lib.* 1. *ab Vrbe.* Lapideus postis Velleius. Lapideus imber, apud eundem *lib.* 10. *belli Punici*, & Lapidea Niobe, id est, in lapidem conuersa. Cicer. 3. *Tusculan.* Et Niobe fingitur lapidea, propter æternum, credo, in luctu, silentium. ¶ Per translationem ponitur lapideus pro graui & ponderoso. Plaut. *in Truculen.* Lapideus sum, commouere me miser non audeo.

Lăpĭdōsŭs, a, um, Saxosum, quod lapidibus abundat. {λιθώδης. Gall. *Plein de pierres, pierreux.* Ital. *Piena di pietre, pietroso.* Germ. Steinechtig/voll stein. Hisp. *Lleno de piedras.* Angl. *Full of stones.*} Ouid. *de Nuce*, lapidosus ager. Plin. *lib.* 10. *cap.* 8. In locis incultis, lapidosis.

Defluit incerto lapidosus murmure riuus,

Ouid. 3. *Fast.* ¶ Aliquando pro duro ponitur. Virg. 2. *Georg.*

Et prunis lapidosa rubescere corna.

Lăpĭdārĭŭs, a, um, quod ad lapides pertinet. {λατομικός. Gall. *Appartenant à pierres.* Ital. *Pertinente à pietre.* Germ. Das zu den steinen gehört. Hisp. *Pertenesciente à piedras.* Angl. *The belongeth to stones.*} vt Latomiæ lapidariæ. Plaut. *in Capt. sc.* 5. *a.* 3. Inde ibis porrò in latomias lapidarias.

Lăpĭdārĭus, ij, sub. Lapicida. {חצב chotsèb. λιθοξόος, λιθουργός, λατόμος, λατύπος. Gall. *Tireur de pierres, quarrier ou tailleur de pierre.* Ital. *Tagliapietra, spezzapietra.* Germ. Ein steinbrecher. Hisp. *El cantero.* Angl. *A digger of stones, a mason.*} Vlp. *in l. si vt certo.* §. *sed interdum. Commod. vel contrà.* Nam & Mela scripsit, si seruus lapidario commodatus, sub machina perierit, teneri fabrum commodati, qui negligentiùs machinam colligarit.

Lăpillŭs, i, diminutiuum, Calculus, paruus lapis. {חצץ chatsáts. λιθίδιον. Gall. *Petite pierre, pierrette.* Ital. *Pietra picciola, pietruccia.* Germ. Ein steinlin. Hisp. *Piedra pequeña.* Angl. *A litle stone.*} Plin. *lib.* 10. *cap.* 23. Excubias habent nocturnis temporibus lapillum pede sustinentes, qui laxatus somno & decidens intelligentiam coarguat. ¶ Lapillorum item nomine gemmas, hoc est, lapides pretiosos intelligimus. Curtius, Lapilli auribus pendent. Horat. 1. *Serm. satyr.* 2.

Nec magis huic intra niueos viridésque lapillos.

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Parua sedet ternis instructa tabella lapillis. (de xii. scriptis.)

Lăpĭcīdă, æ, vel lapidicida, æ, gen. masc. Qui lapides vel ex rupe excindit, vel ædificio adaptat, lapidarius. {חצב chotsèb. λατόμος, λιθοξόος, λιθοτόμος, λατύπος, λιθουργός. Gall. *Tireur de pierre, quarrier ou tailleur de pierre.* Ital. *Tagliapietra, scarpellino.* Germ. Ein steinhauwer/ steinmetz. Hisp. *El cantero.* Angl. *A mason, a digger of stones.*}

Lăpĭdĭcīnă, vel potiùs lapicidina, quemadmodum lapicidam, & homicidam dicimus, §seu lapicædina,§ locus vbi lapides exciduntur, quam λατομίαν vocant Græci. Vnde & carcerem latomias vocamus, siue quòd damnati ad lapides excidendos mittebantur: siue quòd Syracusanorum tyranni latomias habebant instar carceris, excauatas, ex quibus excisi lapides fuerant ad vrbem extruendam, hisque pro carcere vtebantur. {ἡ λιθοτομία, λατομία. Gall. *Vne quarriere d'où on tire les pierres.* Ital. *Caua de pietre.* Germ. Ein steinbruch/oder steingrub. Hisp. *La canteria.* Angl. *A place of the wich stones ardigged.*} Plaut. *in Captiuis sc.* 5. *a.* 3. In lapidicinas facite deductus siet. Cicer. 2. *de diuinat.* Potest igitur tale aliquid etiam sua sponte in lapidicinas Chiorum extitisse. In lapidicinis quæ sint cruciamenta, docet Plaut. *sc.* 4. *a.* 5.

Lăpĭdo, as, Lapidibus obruo, vel lapides in aliquem iacio, lapidibus appeto. {סקל sakál. λιθάζω, λιθοβολέω, καταλιθόω. Gall. *Lapider.* Ital. *Lapidare.* Germ. Steinigen/oder versteinigen. Hisp. *Apedrear.* Angl. *To strike or kill with stones.*} Vnde scribit Macrobius lapidatum à pop. Rom. fuisse Vatinium, significare volens, lapidibus iactis fuisse impetitum. ¶ Transfertur igitur ad inanimata: vt, Lapidare aliquem verbis, pro eo quod est incessere. Macrobius, Notantes eius impotentiam hac dicacitate lapidatam. ¶ Lapidare crebrò apud Liuium pro lapidibus pluere. ¶ Dicit Liuius, lapidauit, & lapidatum est, pro lapidibus pluit.

Lăpĭdātĭo, verbale, Lapidum iactus, lapidum obrutio. {λιθοβολία. Gall. *Iettement de pierres, lapidement.* Ital. *Il lapidare.* Germ. Steinigung/mit steinen werffung. Hisp. *Apedreamiento.* Angl. *A stoning or killing with stones.*} Cicer. 6. *Verr.* Fit magna lapidatio. Plin. *de viris illustr.* Intercedentem Bebium, collegam facta per populum lapidatione submouit.§¶ Lapidatio supplicij genus apud Iudæos. Lapidabantur autem 1. incestuosus accedens ad matrem, patris vxorem, filij vxorem, puellam desponsatam, masculum, iumentum. 2. blasphemus. 3. Idololatra offerens de semine suo idolo Molech. 4. Violans sabbatum. 5. maledicens patri, aut matri. 6. impellens, seu incitatus ad idololatriam. 7. filius immorigerus. ita Schindl. *in Lex.*§

Lăpĭdātŏr, Lapides iaciens. {סקל sokél. λιθοβόλος. Gall. *Lapideur, ietteur ou tireur de pierres.* Ital. *Chi lapida, chi tira pietre.* Germ. Ein steiniger/der mit steinen wirfft. Hisp. *Apedreador.* Angl. *An hurler of stones.*} Cicer. *pro domo sua.* Percussor, ladidator, fori depopulator, obsessor curiæ.

Lăpĭo, is, iui, itum. Durum efficio, & quasi in lapidem conuerto. {λιθόω. Angl. *To mak ard as it were a stone.*} Pacuuius, Lapit cor cura, ærumna corpus conficit. Festus, Lapit, id est, dolore afficit. Obsoletum est.

Lăpĭdēsco, is, ere, Legitur pro in lapidem conuerti, seu in lapideam duritiem. {λιθοῦσθαι. Gall. *Deuenir pierre, ou aussi dur que pierre, se conuertir en pierre.* Ital. *Impietrare, diuenir pietra, conuertirsi in pietra.* Germ. Steinin/oder steinhert werden. Hisp. *Hazerse piedra.* Angl. *To make hard lyke a stone.*} Plin. *lib.* 32. *de baccis coralij.* Aiunt tactu protinus lapidescere. Idem *lib.* 5. *cap.* 103. Similiter in flumine Silari vltra Surrentum, non virgulta modò immersa, verùm & folia lapidescunt. Idem *lib.* 16. *cap.* 6. dicit lapidescere in duritiem.

§Lapidicæsor, λατόμος, Gl. qui lapides cædit.

Lapistrus lapatium. hæc in cibo sumta stomachum confortat, venerem reprimit. Isid. *lib.* 17. 10.§

Lăpĭtha, Λαπίθαι. Populi fuerunt Thessaliæ, Pindum & Othryn montes incolentes, Pirithoi olim imperio parentes. {Germ. Völcker in Thessalia so Pindum vnnd Othrin die zween berg bewonet haben.} Hi primi omnium frænos & strata equorum creduntur inuenisse. Virgil. 3. *Georgic.*

Frana Pelethronij Lapitha, gyrósque dedére.

Et *lib.* 2. *Georg.*

Et magno Hylæum Lapitha cratera minantem.

Lāppă, quòd in terra lapidosa, id est, incultá, crescat. {Gall. *Bardane.* Ital. *Lappola.* Germ. Kletten. Hisp. *Yerua, amor del hortelano.* Angl. *A burre.*} Herbæ genus capitula habens leuiter hamata, idcóque vestibus adhærentia. Tres autem sub se complectitur species. Nam quædam dicitur caninaria, quæ est exigua, canibúsque adhæret. Altera maior est, & φιλάνθρωπος appellatur, quòd vestibus hominum adhærens ipsos amare videatur: eadem vocatur aparine. Tertia appellatur personata, & maxima est: nascitúrque inter riuos, & flumina. Græci eam ἄρκειον vocant. Virg. 1. *Georg.*

——intereunt segetes: subit aspera sylua
Lappæque tribulique.

Lappaceus, adiectiuum. Plin. *lib.* 22. *cap.* 17. Semina in capitibus lappaceis adhærentia vestibus: de helxine.

Lăppāgo, Herbæ nomen est quam describit Plin. *lib.* 26. *cap.* 10. his verbis. Et lappago similis anagallidi, nisi esset ramosior, ac pluribus foliis, aspera, rugosa, asperioris succi, grauis odoris. Quæ talis est, mollugo appellatur: similis, sed asperioribus foliis, asperugo.

§Lappia, vel Laponia, regio Septentrionalis, à polo quinque gradibus distans. Lapones incolæ dicuntur.§

Lāpsānă, λαψάνη. Olus syluestre trium foliorum: de quo Plin. *lib.* 19. *cap.* 11. Inter syluestres brassicas & lapsana est, pedalis altitudinis, hirsutis foliis, napi simillimis, nisi candidior esset flore. Coquitur in cibo, aluum leniter emollit. Idem *lib.* 19. *cap.* 9. Necnon olus quoque syluestre est trium foliorum, diui Iulij carminibus præcipuè iocis militaribus celebratum. Alternis quippe versibus exprobrauêre, lapsana se vixisse apud Dyrrachium præmiorum parsimoniam cauillantes. Dicitur etiam brassica syluestris, & cyma syluestris ab ipso Plinio: & ab Isidoro armoracea.

Lapsio, Lapsus, vide *Labor*.

LAQVEAR, is, & per apocopen laquear, aris : & laquearium, ij. Dicitur camera, hoc est, pars superior cuniculi & cœnationis conuexa, quæ variis adornari solet scalpturis, & coloribus. {רהטים *rahat*. φάτνωμα, κοίλωμα. GALL. *Le plancher d'une maison, ou le lambris du plancher.* ITAL. *Architrane.* GERM. Die obere büne oder gewelb eines gemachs. HISP. *El sobrado ò entresuelo labrado de çaquiçami.* ANGL. *The roofe of a chamber embowed, also a plaine beame in a roofe.*} ¶ Hæc etiam lacunaria appellantur, propterea quòd tignorum interualla, quandam lacuum speciem præbere videantur. Horat. *lib.* 2. *Carm.*

Non ebur, neque aureum
Mea renidet in domo lacunar.

Seruius in illud Virg. 1. *Æneid.* Dependent lychni laquearibus aureis : à nomine lacus significante trabem in ædificiis planam, ait diminutiuum esse lacunar, à quo lacunarium, & per antistœchon laquear, & laquearium.

Lăqueātus, a, um, Laqueis irretitus, ligatus. {יקש *jukásch.* ἐμπεπλεγμένος. GALL. *Lassé, enlassé, tenu en laqs.* ITAL. *Legato, allaciato.* GERM. Eingestrickt, gefangen oder gebunden. HISP. *Enlazado.* ANGL. *Snared, intangled.*} Colum. *lib.* 6. *cap.* 19. Cæterùm corpus laqueatum, & distentum temonibus obligatur, immotúmque medentis arbitrio est expositum. ¶ Laqueatum item dicitur id quod laquearibus est ornatum. φατνωτός, κοιλωτός. Vnde laqueata tecta. Cicer. *lib.* 2. *de leg.* Magnificas villas, & pauimenta marmorea, & laqueata tecta contemno. Et apud Liu. 5. *decad. lib.* 1. Laqueatum auro templum dicitur : hoc est, laquearibus aureis, vel auratis ornatum : qualis structura in Regiæ tectis Parisiis visitur. Verba Liuij sunt hæc, Antiochiæ Iouis Capitolini magnificum templum, non laqueatum auro tantùm, sed parietibus totis laminis inauratum, hoc est, non tantùm habens lacquearia inaurata, sed etiam ipsos parietes auro incrustatos.

¶Laqueo, est laqueo innecto.¶

Lăquĕus, à lax obsoleto : quod Dacorum linguâ significat syluestrem portulacam. Vinculum ita nexum, vt pondere depressum claudatur, rete, plagæ. {מוקש *mokesch* פח *pach.* παγίς. GALL. *Laqs, lien, licol, piege, lasson.* ITAL. *Laccio.* GERM. Ein strick. HISP. *Lazo para prender.* ANGL. *A snare, a ginne.*} Cic. 4. *Verr.* Homini iam collum in laqueum inserenti subuenisti. Ouid. 6. *Metam.*

——*laqueóque animosa ligauit*
Guttura.

Virg. *Georg.* 1.

Tum laqueis captare feras, & fallere visco
Inuentum.

Meum laqueo collum quando obstrinxero. Plaut. *Aulul. sc.* 1. *a.* 1. Laqueum tibi fortuna impegit, quem non potes soluere, vel abrumpere. Senec. *cap.* 10 *de tranquill.* ¶ Ponitur etiam Laqueus pro quacunque re, qua quis capi ac irretiri potest. ¶ Hinc griphos captiosásque argumentationes, laqueos dicimus. Cic. *de Fato.* Ad Chrysippi laqueos reuertamur. Gell. *lib.* 1. *cap.* 2. Atque interea vocabulis haud facilè cognitis, syllogismorum, captionúmque dialecticarum laqueis strepebat. ¶ Hinc & Cicer. *pro Milone,* laqueos iudicij dixit, Quum, inquit, illam belluam iudicij laqueos declinantem, iam irretitam teneret. Et *pro Cecinna*, capi aliquem laqueo verbi dixit, pro eo quod est, irretire aliquem argutiis verborum. ¶ Inducuntur in laqueum testes interrogatione. Quintilian. In laqueos inexplicabiles incidere. Idem. ¶ Laqueus auxiliari videtur, ἀγχόνη, ὡς ἔοικεν, ὁ πόρος, id est, Laqueus, ita vt videtur, bono est. Dictitari consueuit, quoties incommodum alicui verteretur in bonum. ¶ Suo ipsius laqueo captus est. In eum qui sibi malorum est autor. *Psalm.* 9. ἐν παγίδι ταύτῃ ἣ ἔκρυψαν, συνελήφθη ὁ πους αὐτῶν. id est, In ipso laqueo quem absconderunt, comprehensus pes eorum. Nota metaphora. ¶ In laqueum inducere, est arte sic concludere quempiam, vt iam nullum sit effugium. ¶ Laqueus laqueum cepit, ἀγχόνη ὁ πόρος ἔοικεν λάψιαξ πάγην, id est, Laqueum laqueus, ita vt videtur, cepit. Vbi malus malum obseruat. Mandare laqueum dicimus iis, quos vsque adeò negligi à nobis significamus, vt vel si suspendant sese, nihil ad nos attineat. Iuuenal. *de Democr.*

——*quum fortuna ipse minaci*
Mandaret laqueum, mediúmque ostenderet vnguem.

¶¶ Laquei etiam dicuntur quæstiones implicatæ.

Laquedonia, vulgò *Lacedogna,* V. E. Hirpinorum, sub A. Compsano.¶

Lar, is, vide *Lara.*

LĂRĂ, siue Larunda. Nympha fuit quæ Iunoni furta Iouis cum Iuturna patefacit. Hanc Mercurius compressit, & inde geminos sustulit, qui à matre Lares appellati sunt. ¶ Sunt qui credant Lares δαίμονας, geniósque eosdem esse, existimantes vnicuique duos Lares esse : alterum bonum, alterum malum. Colebantur domi, locúsque illis sacer erat. Vnde vulgus focum, foculare appellat, quasi laris focum. Hi putati sunt dij domestici, ἐφέστιοι θεοί, quòd ad vrbis commoda vigilare dicuntur inter compita. Ouid. *in Fast.*

Lucifero subeunte, Lares delubra tulerunt.

¶ A nonnullis dij agrorum vocati sunt. Tibullus,

Vos quoque felicis quondam nunc pauperis agri
Custodes fertis munera vestra Lares.

¶ Lares viales apud Plaut. *in Casina*, qui viæ præsunt, θεοὶ ἐνόδιοι, quos inuocare solent viatores : quo etiam cognomento Mercurius colebatur, vt & erat Apollo ἀγυιεύς. Quoniam autem Lares, siue Penates, etiam priuatorum domibus præesse credebantur (Plaut. *in Aulul.* Ego Lar sum familiaris ex hac familia, Vnde exeuntem me aspexistis) factum est, vt vtrunque verbum pro ipsis domibus vsurpetur. *ita.* Salust. *in Cat.* Illos binas, aut amplius domos continuare, nobis larem familiarem nusquam vllam esse. Martial. *lib.* 1.

O mihi curarum pretium non vile mearum
Flacce Antenorei spes & alumne laris!

Horat. *Serm. lib.* 1. *Satyr.* 2. Qui patrium Numæ donat fundúmque laréMque. ¶ Pro parte interiore domus. Ouid. 1. *Fast.*

Omnis habet geminas hinc atque hinc ianua frontes
E quibus hæc populum spectat, at illa larem.

¶ Quandoque pro igne. Colum. *lib.* 11. *cap.* 1. Consuescátque rusticos circa larem domini, focúmque familiarem semper epulari. ¶ Ab ipso lare, ἀφ' ἑστίας ἄρχου. id est, A Lare incipe, hoc est, à domesticis ac familiaribus initium sumito. Rectè dicitur in magistratus & alienæ vitæ censores : quorum officium est, vt in primis suos, suorúmque vitam corrigant. Nam ἑστίαν Græci vocant, quem nos Larem ac Vestam vocamus. Aristoph. ¶ Lari sacrificant ἑστίᾳ θύουσι. In eos dicitur prouerbium, qui de suis nemini quicquam impartiunt : aut in conuiuas edaces, qui nihil de appositis epulis mittunt amicis, neque quicquam faciunt reliquum. Nam antiquis religiosum erat ex iis quæ Lari immolabantur, aliquid foras efferre. Plaut. *Aulul. prologo, & sc.* 5. *a.* 2. Pari corona & Thure, & vino fiebat. Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 1. *Trist.*

Illa etiam ante Lares passis prostrata capillis,

(Mox penates.) Idem *Eleg.* 10. *lib.* 3.

Respiciens frustrà rura laremque suum.

Idem *Eleg.* 8. *lib.* 4. *Trist.*

Ponit ad antiquos quæ tulit arma lares.

(miles emeritus.) Meminit idem 2. *Faster. & Eleg.* 3. *lib.* 1. ¶¶ Lar in historia Romana est nomen viri. ¶¶ Compitales lares, de quibus Sueton. *in August. cap.* 31. Lares familiares in publicum abiecti. Idem *in Calig. cap.* 5. Lares Grundiles, Diomed. *lib.* 1. Lares olim lases dicebantur, Terent. Scaurus *de Orthograph.* Lares qui, Apuleius *de Deo Socratis.*

¶Lara Almonis filia, ex qua & Mercurio Lares geminos natos fingunt. ab ea & Lares quidam volunt appellatos. Fabula exstat apud Ouidium 2. *Fast.* Eadem aliter *Larunda*.¶

Lărārĭum, ij, Sacrarium domesticum in quo Lares & dij peculiares adorabantur. {ἱερεῖον, θεωροδόχιον. GERM. Die hauscapell, in welcher die hausgötter angebättet wurden, götzenkammer.} Scribit Lampridius Alexandrum Seuerum in larario rem diuinam matutinis horis factitasse, ad effigies deorum, in quibus habebat Apollonium, Orpheum, Abrahamum, & CHRISTVM. In secundo larario simulachrum Virgilij & Ciceronis.

Lărāndă, Λάρανδα. Ciuitas Lycaoniæ, in præfectura Antiochena, non procul à Derba. Vide Ptol. *lib.* 5. *cap.* 6. & Strab. *lib* 12.

¶Larcus, vas vimineum, in quo feruntur carbones. Rb.¶

LĀRDVM, i, siue laridum, à lare, vel ab aridum. Caro suilla quouis modo salita. {χοιρεία σάρξ. GALL. *Du lard, du porc salé.* ITAL. *Lardo.* GERM. Speck, gesaltzen schweinin fleisch. HISP. *El lardo ò tympano de tocino.* ANGL. *Bacon.*} Ouid. *lib.* 6. *Fast.*

Pinguia cur illis gustantur larda Calendis?

Laridum legitur apud Plaut. *in Captiuis, sc.* 2. *a.* 4. Quanta, inquit, pernis pestis veniet? quanta labes larido! Caro salita laridum est, & laridum dictum quasi large aridum. Macrob. 7. *Saturn.* Plaut. *Capt. sc.* 2. *a.* 4. Ibo ad præfecturam, & ius dicam larido. Idem *Men. sc.* 3. *a.* 1. Suillam, laridum, pernam, &c. Item iube laridum atque epula foueri. Idem *Capt. sc.* 2 *a.* 4.

¶Lardarium, locus, vbi lardum seruatur & continetur. Vet. Dict. At Hadr. Iun. *in Nom.* exponit lardarium, quo coqui carnes consingunt, immisso lardo. {GERM. Speckuadel. GALL. *Lardoire.* ITAL. *Lardiera.*¶

Lărentĭă, Nobilissima meretrix fuit, quæ populum Romanum hæredem fecit, & postea pro dea habita, Flora appellata est. {Die göttin Flora.} cuius sacra Floralia dicuntur. Vide suprà in dictione *Flora.*

Lares, rium, vide *Lara.*

¶Laridum, idem quod lardum, id vide.¶

LĀRGĬŎR, is, à λαργὸς : vt à πάργος, parcus. Dono, concedo, permitto, relinquo. {נדבה *nadbah* חנן *chanán* נתן *natán.* δωρέομαι, χαρίζομαι. GALL. *Donner largement, & abondamment.* ITAL. *Donare largamente.* GERM. Reichlich außgeben schencken. HISP. *Dar largamente.* ANGL. *To giue largelie.*} Largiri ciuitatem. Cicer. *pro Corn. Balbo*, Homo, tum grauitate & prudentia præstans, tum vel nimium parcus in largienda ciuitate. Largiri cœnam. Plaut. *in Amphitr.* Proin tu istam cœnam largire, si sapis, esurientibus. Largiri libertatem populo. Cicer. 3. *de Legib.* Sed ego, etsi satis dixit pro se in illis libris Scipio, tamen libertatem istam largior populo, vt autoritate valeant, & vtantur boni : sic enim à me recitata lex est de suffragiis. Largiri vitam. Plaut. *Asin.*—iam ipse Vitam meam tibi largiar, & de mea ad tuam addam. ¶ Largior de te puer. Terent. *in Adelph.* Fac : promisi ego illis. M promisisti autem? de te largior puer. Largiri ex Cic. *ad Appium lib.* 3. Quum & natura semper ad largiendum ex alieno fuerim restrictior. Si tempus non largitur: id est, non permittit, non concedit. Col. *lib.* 5. *cap.* 9. Largiri se vltrò. Plaut. *Mil.* Nam tu te vilem feceris, si te vltrò largibere. Largibere, pro largiêris. Sicut idem *in Bacch.* Tum libertatem Chrysolao largibere. Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 5. Istósne mores patrem æquum est liberis largirier. Item, Quæ est ea lætitia, quam iste lætus largitur mihi? Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Lingua largior. Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 2. postquam herili filio largitus est dictis. Idem *Pseud. sc.* 4. *a.* 1. Quin largita tuis sunt multa silentia votis, Tibull. *lib.* 4. Largitur, participium passiuum. Plin. *lib.* 17. *cap.* 11. Aut si conditio largita non sit.

Lārgītŏr, Donator liberalis, populi corruptor. {נדבן *nadban* חנן *chonén* נותן *nothén.* δοτήρ, χαριστής. GALL. *Liberal donneur.* ITAL. *Prodigo è profuso in donare.* GERM. Der reichlich außgibt on daurens. HISP. *El que da largamente.* ANGL. *A liberal giuer.*} Liu. 6. *ab Vrbe.* Quum vrbem impetu cepisset Dictator, prædam militi dedit, quò minùs speratam, minimè largitore duce, eò militi gratiorem. ¶ Cicero in malam partem vtitur, pro eo qui largitione populum corrumpit, *pro Cælio,* Non potest qui ambitu ne absolutum quidem patitur esse absolutum, ipse impune vnquam esse largitor. Idem 1. *Offic.* Existúntque in Rep. Plerunque largitores, & factiosi, vt opes quàm maximas consequantur.

Lārgĭtās, atis, Liberalitas, munificentia. {נדבה *nedabáh.* ἀφθονία. GALL. *Largesse.* ITAL. *Liberalità, larghezza.* GERM. Ein freywillige reichliche gaab on einige gesuch des gunsts. HISP. *Liberalidad, largueza.* ANGL. *Largenesse, freenesse in geuing.*} Largitas, & largitio, nis, διανομή, inter se differunt, quòd largitas (vt Agretius ait) humanitatis sit, largitio ambitionis. Est enim largitas rationabilis & definitus liberalitatis

effectus: largitio, expensa quæ fit ad occupandum fauorem in petitione magistratuum. Terent. *in Adelph.* Quæ istæc subita est largitas? Quandoque tamen largitio pro liberalitate ponitur. Cæsar 1. *bell. ciuil.* Simul à Tribunis militum, centurionibúsque mutuas pecunias sumpsit, has exercitui distribuit: quo facto duas res consecutus est, quòd pignore animos centurionum deuinxit, & largitione redemit militum voluntates.

Lārgŭs, a, um, Copiosus, multus, amplus, latus. רב *rab.* Plin. *lib.* 11. *cap.* 39. Pili equis in iuba largi, in armis leoni. ¶ Largus opum. Virg. 11. *Æneid.*

Largus opum lingua melior, sed frigida bello
Dextera.

Vbi Seruius, Largus opum, Abundans opibus, diues. Tradetur largus lachrymarum foras. Plaut. *Asin. sc.* 1. *a.* 3. Opera vt largus est nocturna. *Ibid. sc.* 3 *a.* 3. Horat. 4. *Carm. Ode* 12. Donare largus, dixit pro Largus in donando. largissimum epulum præbere. Suet. *in Cæs. c.* 38. Accipitur etiam pro eo qui multa largitur, qui liberalis est, vel etiam prodigus, profusus, splendidus. {נדיב *nadhib* שוע *schoah.* λαμπρὸς, δαψιλής. GALL. *Large, abondant.* ITAL. & HISP. *Largo.* GERM. Gäbig, geubig. ANGL. *Large, liberall.*} Cicer. *lib.* 2. *Offic.* Omnino duo sunt genera largorum, quorum alteri prodigi, alteri liberales.

Lārgē, aduerb. Liberaliter, abundanter. {ברוב *berob.* ἀφθόνως. GALL. *Largement, abondamment.* ITAL. & HISP. *Largamente, copiosamente.* GERM. Reichlich, vberflüssiglich. ANGL. *Largelie, plenti fullie.*} Horat. *lib.* 1. *Carm.*

Ligna super foco largè reponens.

¶ Nemini credo qui largè blandus, est diues pauperi. Plaut. *Aulul. sc.* 4. *a.* 1.

Largiter aliud aduerbium, quamuis non ita in vsu sit. Brutus *Attic.* Sed persuade tibi de voluntate propria mea nihil esse remissum, de iudicio largiter. ¶ Largiter vini. Plaut. *in Truculent.* Ædepol, Neptune peccauisti largiter, qui occasionem istam amisisti tam bonam. Idem *Mostell. sc.* 2. *a.* 2.

Lārgĭtŭs, teste Nonio, pro largè, siue largiter, sed antiquum est & obsoletum. Afranius, Quid istuc est? quid fles? quid lachrymas? largitus proloquere.

Lārgĭfĭcŭs, a, um, adiectiuum: vt, Stipe largifica ditare aliquem. Lucret. *lib.* 2.

Lārgĭlŏquŭs, qui abundanter loquitur. {πολυλόγος. GALL. *Grand parleur.* ITAL. *Gran parlatore.* GERM. Ein tandman, der vil schwätzt, ein Klapperer. HISP. *que largamente habla.* ANGL. *That speaketh muche.*} Plaut. *in Cistel.* —quæ vbi saburratæ sumus, Largiloquæ extemplo sumus: plus loquimur quàm sat est. Quin prætruncari tibi istam linguam largiloquam iubes? Idem *Mil. sc.* 3. *a.* 2. Sic etiam largifluum dicimus pro eo quod largè & abundanter affluit. Cic. 3 *de Orat. ex Poëta*, Grando mista imbri largifluo subitas & præcipitans cadit.

Lārgĭssĭmē, Suet. *in Aug.* Quoties largissimè se inuitaret.

Laricina, Resina gracilis, mellei liquoris, virus redolens. Plin. *lib.* 24. *cap.* 6. in officinis pro terebinthina, sed rarior est: hæc non virosa, sed suauiter odorata.

[Larigna, resina ex larice. Sed pro terebinthina consueuit vsurpari.

Larignus, a, um, ex larice factus.

Larimnum, odor præstantissimus ex suffitu in Sabæis. Rh.]

Larina Virgo quædam Italica, vna ex Camillæ comitatu, quæ Turno aduersus Æneam suppetias tulit. Virg. 11. *Æneid.* At circum lectæ comites, Larinaque virgo, Tullaque.

Larine, λαρίνη, Fons est Atticæ, sicut Callirrhoë. Plin. *lib.* 4. *cap.* 7.

Larissæ, vrbs est Elei, Herodot.

Larissa, Λάρισσα. Nomen est multarum ciuitatum. Vna in Thessalia, à qua Achilles Larissæus dictus est. Alia pensilis in Creta, à nonnullis Pelasgia dicta. Stephanus Cortynam Cretæ vrbem olim Larissam dictam scribit. Alia in Peloponneso, arx Argiuorum. Alia in agro Attico. ¶ Apud Thralles etiam vrbs est Larissa, vt Strabo scribit: à qua Larissæus Iupiter, ὁ Λαρισσαῖος καὶ Λαρισσηνὸς est dictus. ¶ Larissa quoque in Italia, quam (vt Diodorus *lib.* 1. scribit) Pelasgi condidere. Cæsar 3. *bell. ciu.* Vniuersi simul Larissam versùs se recipere cœperunt.

Lārĭŭs, Lacus est totius Italiæ amplissimus, vulgò *Lago de Como.* {Der Cumer see.} vnde & à Virg. Maximus vocatur: quem & à Como vicino oppido nonnulli appellant Comensem. Per hunc lacum medius fluit Abdua Amnis, aquásque eius reddit suauiores: deinde per oppositam lacus partem erumpens, in Padum non longè à Cremona influit. Dictus Larius à fulicarum multitudine. A Græcis enim λάρος vocatur fulica, quæ est auis nigra & multum in aquis degens. ¶ Fuit & Larius filius Lydi, filij Herculis.

Larius, a, um, Catullus, Veronam veniæ, noui relinquens Comi mœnia, Lariúmque litus.

Lārix, *ricis* Theophrasto, si Theodoro credimus, Arbori genus cognatum abieti & pino, nullam quantumuis longa senecta cariem sentiens, neque ignem per se concipiens, neque vlla ratione ardens, eò quòd plurimum terrestris, aquæque habeat substantiæ: minimum autem igneæ, aut aëriæ. Nec est alia ratio eam consumendi, quàm si magna lignorum copia vratur, quemadmodum in iis contingit lapidibus, qui calcis gratia coquuntur. Abundat circa Padi ripas, & maris Adriatici littora, vix alibi nota. Vide Plin. *lib.* 16. *cap.* 10. Lucan. *lib.* 9.

Et larices fumóque grauem serpentibus vrunt
Abrotanum.

[Larna, rosarium. Gloss. Isid.]

Larodij, populi fuerunt in Scythia Asiæ, vt *lib.* 4. scribit Herodotus.

Larta, vrbs in Epiro hodie, olim Ambracha.

Lārvæ, arum, à Laribus, vel à lara: vt aruum ab aro: seruus à seruo. Noxiæ inferorum vmbræ, furiæ, erynnies. {μορμόνες, μορμολύκεια. GALL. *Esprits qu'on dit aller de nuit, loups garous.* ITAL. *Spiriti che vanno di notte.* GERM. Ein nachtgespenst, polldergeist, teüffelsgeist. HISP. *Fantasma que parece de noche.* ANGL. *Fayries or the lady of the fayries.*} Plaut. *in Amphitr.* Nam hæc quidem ædepol laruarum plena sunt. Laruæ & intemperiæ, insaniæque agitant hominem. Idem *Aulul. scen.* 3. *act.* 4. Laruæ stimulant virum. Idem *Capt. sc.* 4. *a.* 3. Larua vmbratilis tu me minis territas? Idem *Amphitr.* Hinc Laruati, νυμφόληπτοι, dicuntur furiosi & mente moti, quasi à laruis exterriti: quales sunt quos vulgo *Dæmoniacos* appellant. Idem, Laruatus ædepol hominem miserum mendicum quæritas. Hi etiam Cereti dicuntur à Cerere, quasi Cereris ira animo vexati. Idem, Certè laruatus, aut Ceritus. Idem *Menæch. sc.* 4. *act.* 5. Num laruatus est, aut ceritus? ¶ Larua etiam persona, quam Barbari vocant mascam. {προσωπεῖον, μορμολύκειον. GALL. *Masque, faux-visage.* ITAL. *Volto finto, maschera.* GERM. Ein butzenantlit. HISP. *La mascara, ò carratula, ò carantonna.* ANGL. *A masking visour.*} Hinc laruarum dicimus personarum. Horat. 1. *Serm. Satyr.* 5.

Nil illi larua, aut tragicis opus esse cothurnis.

Apul. *in Apolog.* laruas appellat nocturnum occursacula, bustorum formidamina, sepulchrorum terriculamenta. August. *lib.* 4. *de ciuitate Dei.* Laruæ dicuntur animæ hominum deprauatæ, & in malis vitæ meritis maculosæ, quæ à corpore separatæ terriculamentum sunt mortalibus. Cum laruis luctari dicuntur ij, qui vita defunctos insectantur maledictis: qua re nihil posset esse indignius ingenuo viro. Qui laruæ. Apul. *de Deo Socratis.*

Laruatus, vide in *Larua.*

Lārvālĭs, e, Deformatus pallens. μορμωτός. Sidonius, Facies veluti vmbris mortificata laruualibus.

Larunda, Nympha fuit Larium mater, quam alij Laram vocant, à qua Lares dicti. Vide *Lara.*

Lārŭs, i, Auis est aquatica, colore furuo, magnitudinem columbæ non multum excedens. λάρος. Quidam fulicam interpretantur. ¶ Larus hians, λάρος κεχηνώς, prouerbium in fures. Est enim hæc auis mirum in modum rapax. Suidas.

Larymna, oppidum in ora Locrorum Epicnemidiorum, ad Boagrium amnem, non procul à Thronio oppido, teste Plin. *lib.* 4. *cap.* 7.

Larynna, oppidum Bœotiæ ad Cephisum fluuium, vt scribit Plin. Strab. & Pomp. Mela.

[Larynx, λάρυγξ i, caput & ostium asperæ arteriæ.]

Lăsānum, Vasculum euacuando ventri accommodatum. {λάσανον. GALL. *Pot à chambre, pot à pisser.* ITAL. *Cantharo, orinale, sella, scranna, bancketta, zangola.* GERM. Ein scheißkübel, oder kachel. HISP. *Orinal.* ANGL. *A water pot, cloose stoole.*} Horat. 1. *Serm. Satyr.* 6.

Quum Tiburte via Prætorem quinque sequuntur
Te pueri, lasanum portantes, œnophorúmque.

[Lascia. Scal. *in Tibull.* Quas Latini tractas lanx vocant, eas lascias dixit Greg. Turon. *lib.* 4. 26.]

Lāscīvŭs, a, um, quasi lassus. Proteruus, salax, plus mollitiei (vt inquit Valla in Raudensem) quàm roboris, aut constantiæ habens. {סורר *sorér* סרר *sarár.* ἀσελγής, ἀσελγὸς. GALL. *Lascif, semillant, saffre, luxurieux.* ITAL. *Lasciuo, molle, lussurioso.* GERM. Gail, mutwillig, vppig. HISP. *Dissoluto, loçano, retoçon.* ANGL. *Lecherous, wanton sawcie.*} Virgil. 3. *Eclog.*

Malo me Galatea petit lasciua puella.
Filius huius erat primo lasciuus in æuo (cuius ludus noxius.)

Ouid. 4. *Fast.*

Delicias si quis lasciuaque carmina quærit,

idem *Eleg.* 1. *lib.* 5. *Trist.* Fit autem lasciuus à lacio inserta litera s. Plin. *lib.* 8. *cap.* 40. Memoratur & Nicomedis Bithyniæ regis, vxore eius Consingi lacerata, propter lasciuiorem eius cum marito iocum. ¶ Dicitur etiam de brutis animantibus. Virg. 1. *Eclog.* Florentem cytisum sequitur lasciua capella. ¶ Aliquando ponitur pro impudico. Martial. *lib.* 1.

Lasciua est nobis pagina vita proba.

Lāscĭvĭssĭmŭs, superlat. ἀσελγέστατος. Suet. *in Tiberio*, Cubicula plurifariam deposita tabellis ac sigillis lasciuissimarum picturarum, & figurarum adornauit.

Lāscĭvĭă, æ, Mollities, petulantia, nequitia, incontinentia animi. {סרוב *saráb.* ἀσέλγεια, λαγνεία. GALL. *Incontinence & lasciueté, paillardise.* ITAL. *Lasciuia, lussuria.* GERM. Mutwill, gailheit, vppigkeit. HISP. *Loçania, obra de retoçar.* ANGL. *Lecherie, wantonnesse, sawcinesse.*} Procedit enim lasciuia ab animi alacritate. ¶ Aliquando pro ioco, petulantia & procacitate vsurpatur. Plin. *lib.* 26. *cap.* 1. Grauissimum ex his morbis lichenas appellauere Græco nomine: Latinè, quoniam à mento ferè oriebatur, iocularì primum lasciuia (vt est procax natura multorum in alienis miseriis) mox & vsurpato vocabulo, mentagram, occupantem in multis totos vtique vultus.

At quare in nostra nimia est lasciuia Musa?

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Hæc tibi me inuisum lasciuia fecit,

ibidem. O catenarum colone, ô virgarum lasciuia. Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 2. Garrulitas, argutiæ lasciuia puer. Senec. *cap.* 16. *de consol. ad Heluiam.* ¶ Lasciuia maledicendi, apud Quintil. *lib.* 9. *cap.* 2. pro maledicendi voluptate. Assistentes, inquit, oderint hanc maledicendi lasciuiam. ¶ In oratione quoque ludibunda & exultante dicitur esse lasciuia. Idem Quintil. Ne recentis huius lasciuiæ flosculis capti, voluptate quadam praua deliniantur.

Lāscĭvĭbundŭs, adiect. Plautus, Quidnam dicam Dinacium lasciuibundam tam libenter mœrere?

Lāscĭvē, aduerb. id est, petulanter, procaciter, molliter, nequiter. Liu. *in Andromacha sexto*, lasciuiter dixit pro lasciuè, vt autor est Sosipater *lib.* 1. *Instit. Grammat.*

Lāscĭvĭo, Petulanter ago, petulans sum, exulto. {סרר *serér* סרר *sarár.* σκιρτάω, ἀσελγαίνω. GALL. *Rager, folastrer, estre lascif, s'esbaudir.* ITAL. *Gongolare.* GERM. Gail oder mutwillig sein. HISP. *Retoçar ò burlar.* ANGL. *To be wanton, to growe to rankely.*} Vt equi indomiti solent, aut qui diu in otio fuerunt, qui aut calcitrare præter solitum, aut lusitare exultaréque solent. Colum. *lib.* 7. Satietate verni pabuli pecudes exhilaratæ lasciuiunt. ¶ Lasciuire alicui. Stat. 1. *Sylu.*

——*paulum arma nocentia Thebæ*
Ponite: dilecto volo lasciuire sodali.

¶ Lasciuire etiam arbores dicuntur, quum nimia pabuli hubertate luxuriant. Budæus.

Lăsĕr, eris, Succus laserpitij, eximij in medicamentis vsus. {ὀπὸς σιλφίου. Gall. *Benjouin.* Ital. *Bengiui.* Germ. Teufelsdreck. Hisp. *Benjuy.*} Plin. *lib.* 19. *cap.* 3. Ab his proximum dicetur autoritate clarissimum laserpitium, quod Græci silphion vocant, in Cyrenaica prouincia repertum, cuius succum vocant laser, magnificum in vsu medicamentisque. Col. *lib.* 5. *cap.* 10. Nos exiguum admodum laseris vino diluimus, & ita cacumina arboris summa oblinimus.

[Laserculi, placentulæ. Mar.]

Lăserpitium, ij, Virgultum herbidum, ex cuius culmo exudat succus roscidus, quem vocant laser, magnificum in medicamentis, & in Cyrenaica prouincia laudatissimum, σίλφιον. Hinc Catullus *ad Lesbiam*, laserpitiferas vocat Cyrenas. Caulem laserpitij magudarim vocari autor est Galenus, quanquam non desunt, qui semen etiam eodem nomine appellant. A laserpitio Cato formauit laserpitiatus, a, um, c. 116. *de re rust.* Lentim quomodo seruari oporteat: laserpitium aceto diluito, permisceto lentim aceto laserpitiato, & in sole ponito. Eo laserpitij pondo libram diluunt. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 3. Plin. *lib.* 18. *cap.* 30. Sunt qui lentem aceto laserpitiato aspergant.

[Laserpitifer, laserpitium ferens. Catull.

Laserpitiferis iacet Cyrenis.]

Lases olim dicebantur, qui nunc lares. Terent. Scaur. *de Orthogr.*

Lasia, Λασία, vulgò *Andro.* Insula est decem tantùm passuum millibus distans à Geresto Eubœæ, quæ notiore nomine Andros dicitur. Autor Plin. *lib.* 4. *cap.* 14. ¶ Est & altera eiusdem nominis insula non procul a sinu Trœzenio, Plin. *loco iam citato.*

[Lassia, mappula villos habens, mantile. Poll.

Lassiciusium, animal. Gesn.]

Lăssŭs, nomen est adiectiuum, à labore, aut lapsu. Fessus, vel fatigatus, hoc est, corporis, vel animi labore fractus. {יָגֵעַ iaghéa נִלְאָה nileáh. κεκμηκώς. Gall. *Las, lassé.* Ital. *Stracco, affaticato, lasso.* Germ. Müd/lass. Hisp. *Cansado con trabajo, fatigado.* Angl. *wearie, tyred.*} Plaut. *in Amphitr.* Lassus sum hercle, è naui vt vectus huc sum: etiam nunc nauseo. Ter. *in Hecyra* Etenim lassam oppidò tum aiebat, eo ad eam, non admissa sum. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 2. —nam vt lassus veni de via, Me volo curare. Amore lassus, Ouid. 3. *Amor. Eleg.* 6.

Lassus in extremis iacet, populisque, locisque (de ægro.)

Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 3. *Trist.*

Qui ferat unde petam lassis solatia rebus.

idem *Eleg.* 2. *lib.* 5. *Trist.* Restitando retinendoque lassum reddiderunt. Plaut. *Capt. sc.* 3. *a.* 3.

Lăssŭlus, a, diminutiuum, Parum fatigatus. {ὁ ὀλίγον τι κεκμηκώς, ὑποκεκμηκώς, ἀτονῶν. Gall. *Qui est vn peu en aucunement las.* Ital. *Alquanto stanco.* Germ. Müdlicht. Hisp. *Cansado, ò trabajado vn poco.* Angl. *Somewhat wearie.*} Catull. Itaque vt domum Cybeles tetigere, lassulæ, nimioè labore somnum capiunt sine Cerere.

Lăssĭtūdo, inis, Defatigatio, languor ex labore perceptus. {תְּלָאָה telaáh. κόπος, κάματος. Gall. *Lasseté.* Ital. *Stracchezza & fiacchezza.* Germ. Müde. Hisp. *Cansancio por trabajo.* Angl. *wearinesse.*} Salust. non famem, aut sitim, neque frigus, neque lassitudinem operiri. Plaut. *in Capt.* —Hic ibi demum est locus, vbi labore lassitudo omnis exigunda ex corpore. Cic. *ad Cornif.* Sed nulla lassitudo impedire officium & fidem debet. Cæs. 2. *bell. ciuil.* Cursu ac lassitudine exanimatus. Genua succidunt lassitudine, credo hercle. Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 2. Cùm superuacua lassitudine domum redire. Senec. *cap.* 12. *de tranquill.* Compedes, lassitudo, Plaut. *Men. sc.* 6. *a.* 5. Quanta daniis lassitudo, quanta porcinariis (venter.) Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 4.

Lăssesco, is, Lassus fio, fatigor. {נִלְאָה nileáh. ἀποκάμνω, ἐκκάμνω, κοπιάω. Gall. *Se lasser, deuenir las.* Ital. *Diuenir lasso, stancharsi.* Germ. Müd werden. Hisp. *Cansarse.* Angl. *To waxe we erie.*} Plinius *lib.* 10. *cap.* 16. Non lassescere in nullo labore qui neruos ex alis & cruribus grauis habeant. Idem *lib.* 14. *cap.* 2. Si non præpinguis soli hubertas lassescentem sustineat.

Lăsso, as, Fatigo, exerceo, defatigo, labore obruo. {הֶלְאָה heleáh. κοπόω, ἀποκναίω, κατατρύχω. Gall. *Lasser.* Ital. *Stancare, affaticare.* Germ. Ermüden/ müd machen. Hisp. *Cansar à otro.* Angl. *To wearie or tire.*} Ouid. 3 *de Ponto.*

Mitius ille perit subita qui mergitur vnda,

Quàm sua qui timidis brachia lassat aquis.

Senec. *Epist.* 89. Cuius patrimonium fabulatus lassat.

Vrbs quoque te & legum lassat tutela tuarum.

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* Huius compositum est delasso, vehementer lasso. Plaut. *in Asin.* Eum etiam hominem in Senatu dare operam aut clientibus ibi labore delassatum, noctem totam stertere.

Lăssor, aris, passiuum. κατακοπιάζομαι. Ouid. 2. *Met.*

In molli ne quicquam lassor arena.

Lăssātŭs, participium. {יָגֵעַ iaghéa נִלְאָה nileáh. κεκμηκώς, κατακοπωθείς. Gall. *Lassé.* Ital. *Fatticato.* Germ. Ermüdt. Hisp. *Cansado.* Angl. *wearied or tired.*} Iuuenal. *Satyr.* 6.

Et lassata viris nondum satiata recessit.

Senec. *cap. de consolat. ad Helu.* Lassata in me fatorum crudelitas consistat.

[Lastaurus, λάσταυρος, cui hirsutus ὄρρος, i. e. ea pars, quæ inter anum & scrotum interiecta: item salax, impudicus.

Latax, λάταξ, ακος, nomen animalis quadrupedis amphibij, aërem, non humorem recipientis, crocodili more. Arist. *hist. anim. lib.* 8. 5. Suidæ λάταξ ἡ μεγάλη σταγὼν, magna gutta, stillicidium maiusculum.]

Lasthenia, nomen est mulieris Mantineæ, quæ adeò cupida fuit discendæ philosophiæ, vt assumpto virili habitu, Platonis auditorium frequentaret. Laërtius.

Lasus, Λᾶσος, primus de musica scripsit, & dithyramborum certamen protulit primus; vixitque temporibus Darij Persarum regis. Suidas.

Lătĕo, es, ui, à λήθω. In occulto sum, me abscondo, abditus sum. {נִסְתַּר nistar נֶחְבָּא nechbáh. λανθάνω. Gall. *Se cacher, estre caché, n'estre veu ne cognu.* Ital. *Essere nascoso, nascondersi.* Germ. Verborgen ligen. Hisp. *Esconderse.* Angl. *To lurke or lie hid.*} Virg. 3. *Eclog.*

———latet anguis in herba.

Cic. 3. *Verrin.* Nullæ sunt occultiores insidiæ quàm hæ quæ latent in simulatione officij. Horat. 1. *Epist.*

———Vejanius, armis

Herculis ad postem fixis, latet abditus agro.

¶ Et quoniam ea quæ in occulto sunt, ferè ignoramus, factum est vt latere accipiatur pro incognitum esse, vel ignorari. ¶ Et in hac significatione plerumque accusatiuum habet. Virg. 2. *Æneid.*

Nec latuere doli fratrem Iunonis & iræ.

¶ Sic dicimus, hæc res latet me: hoc est, me fugit, præterit. Latet plerosque, id est, in occulto est, plerisque, vel plerique ignorant. Plin. *lib.* 2. *cap.* 10. Latet plerosque magna cæli affectatione compertum à principibus doctrinæ viris superiorum trium syderum ignes esse. ¶ Aliquando etiam in hac significatione cum datiuo legitur. Lucan. *lib.* 10. Tu mihi causa lates. ¶ Latere sub, & inter. Liu. 4. *bell. Maced.* Sub vmbra Romanæ amicitiæ latebat. Plaut. *Trinum.* Satin' inter labra atque dentes latuit vir minimi pretij. Idem *Mostell. sc.* 1. *a.* 1. Exi è culina nidor, quid lates? Et *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Vbi sunt? vbi latent? qui amant à lenone. Velleius. Virtute eminet: patriâ, latet. Ouid 13. *Metamorph.*

Post clypeum late, mecum contende sub illo.

Idem *Eleg.* 4. *lib.* 3. *Trist.*

Crede mihi, bene qui latuit, benè vixit.

Idem *Eleg.* 3. *lib.* 4. *Trist.* Latet virtus in bonis rebus: In malis apparet. Et *Eleg.* 8. *lib.* 1.

Gratulor ingenium non latuisse tuum.

¶ Huius verbi composita sunt, Delitco, de quo suprà, Oblitco, & Oblitesco, de quibus suis locis.

Latens, entis. Ouid. 13. *Metam.*

Insidias prodet (nitor galeæ) *manifestabitque latentem.*

Lătĕntĕr, aduerb. Clàm, occultè. {κρυφηδόν. Gall. *En cachette, secrettement, couuertement.* Ital. *Nascosamente.* Germ. Verborgenlich. Hisp. *Escondidamente.* Angl. *Quietlie.*} Cicer. *in Top.* Cùm enim nihil sine causa fiat, hoc ipsum est fortunæ euentus obscura causa, quæ latenter efficitur.

[Laterani, satellites latus Principis stipantes. Tertull.]

Lătĭto, as, Sæpe, aut ferè semper lateo. {נִסְתַּר nistar נֶחְבָּא nechbá. λανθάνω, ἐμφωλεύω. Gall. *Se cacher, ne se monstrer point.* Ital. *Nasconder si quà & là.* Germ. Stäts verborgen ligen vnd niergends fürhin kommen. Hisp. *Esconderse à menudo.* Angl. *To lurk or lie hid often.*} Cicer. *pro Cluent.* Extrahitur domo latitans Oppianicus à Manilio. Horat. 3. *Carm. Ode* 12.

Celer alto latitantem fruticeto excipere aprum.

¶ Cato tamen latitauerunt dixit, pro frequenter tulerunt, alterum frequentandi verbum à Fero. ¶ Latitare, inquit Budæus, dicuntur qui ad iudicium vocati frustrantur & ludificantur. Cicer. *pro Quint.* Ego experiri non potui: latitauit, procuratorem nullum reliquit. ¶ Latitare est, ait Vlpian. non vt Cicero definit, turpis occultatio sui. Potest enim quis latitare non turpi de causa, veluti qui tyranni crudelitatem timet, aut vim hostium, aut domesticas seditiones. Hotomanus. Ouid. *Eleg.* 4. *lib.* 3.

———Latitantes versus amicos Protrahet.

Lătĭtātĭo, nis, {מַחְבֵּא machabé חִבְיוֹן chebjón. φωλεία. Gall. *Cachement.* Ital. *Nascondimento.* Germ. Das inligen. Hisp. *Escondimiento.* Angl. *A lurking.*} Quint. *lib.* 7. *cap.* 3. Sonus, clamor, gemitus, latitatio, metus, & similia.

Lătĕbră, æ, & Latebræ, arum, Locus vbi aliquid latet. {סֵתֶר séther מַחְבֵּא machabé. φωλεός. Gall. *Cachette.* Ital. *Luoco da appiattarsi, ascosagna.* Germ. Ein ort in dem sich einer verborgen helt. Hisp. *Escondrijo, lugar de esconder.* Angl. *A lurking corner.*} Lucan. *lib.* 1.

Credendum est bellis, quorum tibi tuta latebra

Lesbos erit.

Quintil. Et quamuis odio euersoris nostri euocatus ex latebris suis, populus subsellia non implet. Plaut. *in Aulul. sc.* 2. *a.* 4. Non metuo ne quisquam inueniat, ita probè in latebris situm est. Dicuntur & latebræ pro ferarum cubilibus: quanquam nonnulli ita distinguunt, vt latebræ de hominibus dicantur: latibula de feris. Sed non semper obseruatur. Nam & latebræ passim apud receptæ autoritatis scriptores pro ferarum lustris inueniuntur accipi. Liu. *lib.* 46. Inter vepres, & latebras ferarum noctem vnam delituit. Plin. *lib.* 10. *c.* 19. Œnanthe quidem etiam statos latebræ dies habet. ¶ Ponitur interdum latebra pro excusatione, & prætextu: πρόφασις. Cic. 3. *Offic.* Sed si hoc sibi sumant, nullam esse fidem, quæ infideli data sit, viderint, ne quæratur latebra periurio. ¶ Latebra scribendi, κρυπτογραφία, scriptura occulta. Gell. *lib.* 17. *cap.* 9. Quænam verò litera, pro qua subderetur, antè iis (sicut dixit) complacebat, qui hanc scribendi latebram parabant. *Ibid.* furtiuum scriptum & literas secretiores vocat. Rursus, Profunda quædam & inopinabilis latebra.

Lătebrĭcŏlă, æ, Latebras incolens. {φωλεύων. Gall. *Qui se tient & demeure en cachettes.* Ital. *Chi si occulta in lucci nascosti.* Germ. Der in einem verborgnen ort sich enthelt. Hisp. *Morador en escondrijos.* Angl. *That remaineth in a lurking place.*} Plaut. *Trinummo*, Latebricolarum hominum corruptor.

Lătebrōsŭs, a, um, vt latebrosus locus, in quo frequentes latebræ sunt, obscurus, tenebricosus. {אֹפֶל aphél. φωλεώδης. Gall. *Plein de cachettes.* Ital. *Doue sono molti luoghi da appiatarsi.* Germ. Ein ort vol heimlicher schlupffen / oder verborgner wonungen. Hisp. *Cosa llena de escondrijos.* Angl. *Dark and full of lurking corners.*} Plaut. *in Bacch.* Nam huic ætati non conducit mulier latebrosus locus. Latebrosus locus ad equites tegendos. Liu. 1. *bell. Pun.* Colles latebrosi, Silius *lib.* 5. Flumina latebrosa, Virg. 8. *Æneid.* Nox latebrosa, Lucan. *lib.* 6.

Lătebrōsē, aduerb. Occultè, clam. {κρυφηδόν. Gall. *En cachette.* Ital. *Nascostamente.* Germ. Verborgenlich / heimlich. Hisp. *Escondidamente.* Angl. *Secretlie.*} Plaut. *Trinum*—pater adsum, Impera quid vis; neque tibi ero in mora: neque latebrosè me abs tuo conspectu occultabo.

Lătĭbŭlum, i, In quo aliquid delitescit. {סֵתֶר séther מַחְבֵּא machabé. φωλεός. Gall. *Cauerne, tasniere, cachette.* Ital. *Luogo doue si nasconde.*

 Germ.

GERM. Ein hüle oder loch darinn sich ein thier verschleufft. HISP. *Escondrijo.* ANGL. *A lurking place.*} Valla distinguit latibulum à latebra, quòd latebra hominum sit, latibulum ferarum. Sed hæc differentia non semper obseruatur. Nam quemadmodum suprà ostendimus, latebram etiam pro ferarum lustris accipi: ita etiam latibulum aliquando de iis locis dicitur, in quibus homines se occultant. Cicer. *Attic. lib.* 12. Ego autem volo aliquod emere latibulum, perfugium doloris mei. ‖¶ Latibulum temeritatis, Apul. *in Apol.* Ibi verò Æmilianus, cùm te quoque acriùs motum, & ex verbis rem factam videret, quærere occepit ex diffidentia latibulum aliquod temeritati.‖

Lătĭbŭlo, as, neutrum, & latibulor, aris, deponens, significat Lateo. {נסתר *nistar* נחבא *nechbáh* חבה *chabáh.* φωλεύω. GALL. *Se cacher, se musser & tapir.* ITAL. *Nascondersi.* GERM. Verborgen ligen. HISP. *Escondersse.* ANGL. *To lurk, to lie hid.*} Varr. Vide ne seruus dominis latibulet. Accius, Progredere, & ne quis latibuletur prospice. Antiquum est.

LĂTĔR mascul. gen. laterem, latere: & lateres in plurali integrum inuenitur pro terra excocta, & in lapidem durata: genitiuus & datiuus singulares rarò leguntur. {לבנה *lebenáh.* πλίνθος. GALL. *Brique ou tuille.* ITAL. *Quadrello, mattone.* GERM. Ein ziegelstein/ oder bachenstein. HISP. *Ladrillo.* ANGL. *A bricke or tile.*} Cicer. 2. *de diuin.* Num hoc in latere, aut in cæmento, ex quibus vrbs effecta est, potuit valere? Colum. *lib.* 8. *cap.* 14. Itaque quum id accidit, veteri lateri later conteritur, eóque intrito, &c. Idem *lib.* 9. *cap.* 6. Reliqua sunt aluearum genera duo, vt vel ex fimo fingantur, vel lateribus extruantur. Valla *lib.* 1. *Elegant.* Coctiles lateres, qui cocti sunt, & non crudi. Vitruuius, Siue silex, siue cæmentum, aut coctus later, siue crudus, his erit vtendum. Plautus. Latere firmior. Laterum tria genera sunt: didoron, δίδωρον, à longitudine duorum palmorum ita dictum, palmorum (inquam) maiorum, quorum singuli valent palmos minores tres, hoc est, digitos duodecim: quæ mensura geminata conficit sesquipedem: quæ erat didori longitudo: latitudo autem pedis vnius. Alterum tetradoron, τετράδωρον, tertium pentadoron, πεντάδωρον nominabant, à mensura quatuor & quinque palmorum. Græci enim antiqui δῶρον palmum vocant, & ideò δῶρα munera, quòd manu darentur. Vide Plin. *lib.* 35. *cap.* 14. ¶ Laterem lauare, prouerbio dicitur, pro operam ludere. Inde tractum, quòd rubedo illa in lateribus ablui non possit. Ter. *Phorm.* Purgem me? laterem lauem, id est, frustrà agam.

Lătercŭlŭs, i, diminutiuum, paruus later. {πλινθίον. GALL. *Petite tuille.* ITAL. *Matoncello.* GERM. Ein ziegelscherb/bachen steinlin. HISP. *Pequeño ladrillo.* ANGL. *A litle brike or tile.*} Plin. Crudis laterculis ad formam camini. Curtius *lib.* 5. scribit, laterculo coctili structos fuisse muros Babylonis. Col. *lib.* 18. *cap.* 14. Sub porticibus deinde quadratæ hataæ cæmentis, vel etiam laterculis extruuntur.

Lătĕrĭtĭŭs, a, um, quod est confectum ex lateribus. {πλίνθινος. GALL. *Fait de tuille ou de brique.* ITAL. *Mattonato di mattoni.* GERM. Ziegeln/auß ziegelstein gemacht. HISP. *Cosa obrada de ladrillos.* ANGL. *Made of bricke or tile.*} Plin. Lapide duro ac silice æquo construunt, veluti lateritios parietes. Idem *lib.* 35. *c.* 14. Græci præterquam vbi è silice fieri poterat structura, parietes lateritios prætulère. Suet. *in August. cap.* 28. Vrbem lateritiam acceperat.

Lătĕrārĭus, Lateritius. πλίνθινος. Plin. *lib.* 7. *cap.* 56. Laterarias domos constituerunt primi Euryalus, & Hyperbius fratres Athenis. Sic enim legit Calepinus: quum tamen omnia Plinij exemplaria, quæ quidem nobis videre contigit, hunc in modum legendum ostendant, laterarias, ac domos constituerunt, &c. vt laterarias intelligamus officinas fornacésque fingendis, coquendisque lateribus aptas. ¶ Laterarium, genus tigni. Vitruu. *lib.* 1. *c.* 20. Ipsi autem laterariis circa fixis continentur, tegantúrque tabulis maximè palmeis. Cæs. 2. *de bell. ciu.* Lateritium discuterem.

‖Lateraria officina, vbi lateres coquuntur.‖

Laterunculara tabula, in quo laterunculis luditur. Senec. *Epist.* 118. Nemo qui ad incendium domus suæ currit, tabulam laterunculariam perspicit, vt sciat quomodo alligatus exeat calculus. Latrunculariam dicit *laterunculariam*; qui & alibi, latrunculos vocat *laterunculos*, nisi nos fallant exemplaria.

Lătercŭlum, i, substantiuum. Libri nomen est in quo dignitatum omnium, tam militarium, quàm ciuilium cognitio continebatur. Hic erat penes primicerium notarium. Porrò duplex fuit laterculum, maius & minus. Maius laterculum dignitates ciuiles continebat, cuius picturam in volumine (quod descriptionem imperialium officiorum cùm Orientis, tum Occidentis cum imaginibus complectitur,) cernere est. Minus laterculum fuit quod dignitates militares continebat. Huius fit mentio *in Cod. l.* 1. *de offic. quæst. Totius minoris laterculi curam.* Vide Tertull. *contra Valent.*

Lătercŭlēnsēs, sunt præfecti laterculorum. *D. lib.* 1. *in l. comperimus, & in l. fin. C. de proximis sacrorum scriniorum, cæterisque qui in sacris scrinijs militant, lib.* 12.

Lătĕrālĭs, vide *Latus*, substantiuum.

Lătĕrānŭs, nomen proprium nobilissimi ciuis Romani, qui quum Consul designatus esset, iussu Neronis est interfectus. Iuuenal. *Satyr.* 10.

———egregias Lateranorum obsidet ædes
Tota cohors.

Extat ad hunc diem Romæ Basilica Lateranensis D. Ioanni sacra, omnium, quæ in vrbe visuntur, magnificentissima. Hieron. *ad Marc.* Quis credat mulierem nobilem & potentem in domo Laterani Consularis designari, &c.

LĂTĔRNĂ, æ, à lateo, licèt lateo habeat primam corr. laterna verò producit. {נר *ner.* λύχνος, φανός. GALL. *Lanterne.* ITAL. & HISP. *Lanterna.* GERM. Ein latern. ANGL. *A lanterne.*} Martial. *lib.* 14. *Epigram.* 61. & 62.

Dux laterna vi clausis feror aurea flammis,
Et tuta est gremio parua lucerna meo.

Dicta laterna, quòd lumen in ea inclusum lateat. Fit ex laminis corneis, in qua candela includitur, ne à vento extinguatur. Plaut. *in Amph.* Quò ambulas tu, qui Vulcanum inclusum in cornu geris? Idem *ibid.* A portu illinc nunc cum Laterna huc aduenit. Idem *in Aul. sc.* 5. *a.* 3. pellucet quasi laterna punicea.

Lătĕrnārĭŭs, ij, qui alteri laternam præfert. {λυχνοῦχος, φανοῦχος, λυχνοφόρος, φανοφόρος. GALL. *Qui porte la lanterne.* ITAL. *Che porta la lanterna.* GERM. Ein laternentrager/der einem mit der laternen vorzündt. HISP. *Lanternero, el que lleua la lanterna.* ANGL. *That beareth the lanterne.*} Cicer. *in Pis.* An cum altero barbaro Epicureo, cum altero Catilinæ laternario?

Lătēsco, vide *Latus*, adiectiuum.

Lătex, icis, humor qui latet. Omnis humor dicitur, ab eo quòd intra aliquid lateat. {משקה *mascheké.* νᾶμα. GALL. *Toute liqueur.* ITAL. *Ogni humore.* GERM. Ein jede feuchtikeit. HISP. *Todo humor.* ANGL. *All kind of licour, iuice.*} De aqua, Virg. 4. *Æneid.*

Sparserat & latices simulates fontis Auerni.

De vino, idem 1. *Æneid.*

Regales inter mensas, laticémque Lyæum.

Sic Ouid. Palladios latices dixit, quum oleum dicere vellet. Et Lucret. Absinthij laticem. Liquoris vitigeni latex, Lucret. *lib.* 5. Cæruleos ventis latices durantibus Ister congelat. Ouid. 3. *Trist. Eleg.* 10. Calidi latices. Virg. 6. *Æneid.* Absinthij amarum perpotare laticem. Lucr. *lib.* 4.

Lăthyris, λαθυρίς. Herba quæ cataputia maior appellatur, de qua sic Plin. *lib.* 27. *cap.* 11. Lathyris folia habet multa, lactucæ similia, tenuiora, germina multa, in quibus semen tuniculis continetur, vt capparis.

‖Lathyrus, λάθυρος, cicercula, legumen.‖

Latialis, vide *Latium.*

Latibulum, vide *Lateo.*

Laticlauium, Latifolia, Latifundium, vide *Latus.*

Latinè, Latinus, vide *Latium.*

LĂTĪNĪ, Italiæ populi dicebantur, qui eum tractum incolebant, qui est inter ostia Tyberis & Circeios: quam Italiæ partem Latium antiquum appellabant. Hi ante Æneæ in Italiam aduentum Aborigines dicti sunt: postea verò Troianis permisti vno nomine dicti sunt Latini, siue à Latio regione illa quam incolebant, siue à Latino rege, cuius filiam Lauiniam Æneas duxerat vxorem.

Lătīnŭs, i, substantiuum, λατῖνος. Nomen regis Aboriginum. Fauni & Maricæ nymphæ filij, cuius filiam Lauiniam Æneas accepit vxorem. De hoc Virg. *lib.* 7. *Æneid.*

———rex arua Latinus, & vrbes
Iam senior longa placidas in pace regebat.

Syluij Posthumi filij, Ouid. 4. *Fast.*

‖Latinus, qui ex Latio. Virg. *Æneid.* 1. de Ænea.

Multa quoque & bello passus, dum conderet vrbem,
Inferretque deos Latio, genus vnde Latinum.

Latinæ feræ, erant apud Romanos.

Latina lingua, cuius olim promiscuus vsus fuit in Latio.‖

Latio, vide *Fero.*

Latito, vide *Latio.*

Lătĭtūdo, vide *Latus* adiectiuum.

LĂTĬVM, ij, vulgò *Campana di Roma.* {Die landtschafft vmb Rom in Italien.} Ea pars Italiæ est, teste Plin. *lib.* 3. *cap.* 5. quæ est inter ostia Tyberis & Circeios, millia passuum quinquaginta in longitudinem non excedens: quod postea prolatis imperij finibus, antiquum Latium est appellatum. Postea verò, teste Seruio, Latij nomine dictum est, quicquid est inter Tyberim & Vulturnum amnes. Totúsque ille tractus diuiditur in Latium citerius, & Latium vlterius. Citerius Latium à Tyberis ripa Fundos vsque protenditur: vlterius à Fundis vsque ad Vulturnum amnem. In Latio qui mos sponsaliorum fuit, & quando Latio ciuitas donata. Gell. *cap.* 4. *lib.* 4. Item,

Quum prior in Latio non fuit vlla fero.

Ouid. *Eleg.* 4. *lib.* 4. *Trist.* ¶ Dictum autem Latium putatur, quòd illic latuerit Saturnus, dum Iouem fugeret. Idem *lib.* 1. *Fast.*

Dicta quoque est Latium terra latente Deo.

Virg. 8. *Æneid.*

———Latiúmque vocari
Maluit, his quoniam latuisset tutus in oris.

Contrà Varro Latium à Latino rege dictum asserit.

Lătĭŭs, a, um, quod ex Latio est, Latinus. Coll. *in Præfat. lib.* 1. An Latiæ musæ non solos adytis suis Accium & Virgilium recepêre, sed eorum & proximis, & procul à secundis sacras concessere sedes? Agri Latij, Ouid. 3. *Fast.* Gens Latia, idem 4. *Fast.* Lingua Latia, idem 2. *de Pont. eleg.* 3.

Lătĭālĭs, e, quod ex Latio est: vt Iupiter Latialis dictus est, quòd in Latio coleretur. Virg.

Et residens celsa Latialis Iuppiter alba.

Cic. *pro Mil.* Latialis sermo, qui & Romanus, & Latinus. Plin. *lib.* 3. *c.* 1. Ex his digna memoratu, aut Latiali sermone dictu facilia. Macrob. *lib.* 1. *cap.* 1. Doctrinæ Latialis haud inscium.

Lătīnŭs, a, um, λατῖνος, nomen deductum à Latio. Latius, quod est ex Latio. Virg. 1. *Æneid.* Genus vnde Latinum. Inde Latinum sermonem dicimus eum quo vtebantur in Latio. Carmen Latinum, Horat. 1. *Carm. Ode* 32. ¶ Latinæ consuetudini tradere, id est, in Latinum sermonem conuertere. Colum. *in Præfat lib.* 12. Hæc in œconomico Xenophontis: & deinde Cic. qui eum Latinæ consuetudini tradidit. Vertere in Latinum, hoc est, in Latinam linguam. Quint. *lib.* 10. *cap.* 5. Vertere Græca in Latinum veteres nostri oratores optimum iudicabant. Cicer. 1. *de finib.* Ita sentio & sæpe disserui Latinam linguam non modò non inopem, vt vulgò putarent: sed locupletiorem etiam esse quàm Græcam. Socij Latini nominis. Liuius *lib.* 34. Et eorum iura. *Ibid.* Latini prisci Plutar. *in Romul.*

Lătīnæ, arum, Feriæ erant conceptiuæ, singulis annis à magistratibus concipi solitæ, quibus pro communi totius Latij salute Ioui Latiali in monte Albano sacra fiebant à præfecto vrbis Latinarum feriarum causa creato: populisque Latinis carnes diuidebantur ex præscripto vetusti fœderis inter Romanos & Latinos icti, Sp. Cassio, & Posthumo Cominio coss. Cuius fœderis leges ne vllo vnquam tempore interciderent,

rent, Romæ in æneâ columna fuerunt incisæ. Cic. *pro Planc.* Quibus in municipiis vix iam qui carnem Latinis petant inueniuntur. Latinarum caussa præfecti vrbi. Gell. *cap. vlt. lib.* 14. Latinarum feriarum dies quatuor. Plutar. *in Cam.* {Festtag an welchen die Latiner dem Joui fur ihr wolfart opfferten.

Lătinæ feriæ dicebantur, quum ex populis Latini viri simul & mulieres in montem Albanum hostias adducebant: & qua triduano sacrificio facto, accepta carne in suam quisque ciuitatem digressi, reuertebant: ea dicta visceratio, quoniam ex hostiis carnes in partes cæsæ distribuerentur. Viscerationem mox & Cæsar populo dedit, vt apud Suetonium legimus. Ferias autem Latinas, maximo Romanorum Latinorúmque magistratuum conuentu, consules procurabant, cùm interea cum populo agere non liceret: ob eam causam Latinæ aliquando à consulibus instaurarentur, cùm tribunis plebis obsistere vellent, populares leges, & reipublicæ perniciosas, ferre cupientibus. Itaque ad Quint. Fratrem *lib.* 11. Consul, inquit, Lentulus dies comitiales exemit omnes. nam etiam Latinæ instaurantur: nec tamen deerant supplicationes. Sic legibus perniciosissimis obsistitur, maximè Catonis. ¶ Instaurabant Latinas etiam Pontifices, vt Liu. *lib.* 32. tradidit. Id autem fiebat, quasi iam faciendis iis aut prætermissum aliquid esset, aut, quod non oporteret, commissum. Primus eas in vnum diem Tarquinius superbus instituit: secundus dies additus, pulsis regibus: tertius post secessionem in Auentinum: quartus, plebe & patribus à dictatore Camillo in concordiam reductis. In eo meam fluctuare sententiam fateor, conceptiuæne, an statiuæ feriæ fuerint Latinæ: si Varronem & Macrobium sequamur, antiquitatis vtrunque peritissimum conceptiuæ erant, non statiuæ, concipiebantúrque in dies vel certos, vel incertos. Liu. tamen statiuas indicat fuisse, cùm ait *lib.* 25. Romæ consules prætoresque vsque ante diem quintum Calend. Maij, Latinæ tenuerunt, eo die perpetrato sacro in monte, in suas quisque prouincias proficiscuntur. Non enim simile veri est, consules cum victor Annibal vastaret Italiam, consultò in v. Calend. Maij, qui dies primo initi magistratus die, hoc est, ab idibus Martij, XLIII. dierum spatio distat, Latinas distulisse, vt ipsi sibi diutinæ in vrbe mansionis necessitatem imponerent, cùm ire in prouincias neque consulibus neque prætoribus liceret, nisi Latinarum sacro perpetrato. Aut igitur eas è statiuis in ordinem conceptiuarum postea transisse credendum est: aut latentem causam alij perscrutentur. Ex Paul. Manutij comment. *in Epist. ad Attic. & ad Quint. Fratrem.*

Lătinè, aduerb. More Latinorum, lingua Latina. {Λατινιστί. GALL. *En Latin, à la maniere des Latins.* ITAL. *Latinamente.* GERM. Lateinisch. HISP. *Latinamente, en Latin.* ANGL. *In Latine after the fashion of the Latines.*} Latinè loqui, pro verè & simpliciter loqui, nihilque mentiri, nec supra veram rem efferri. Cicer. 6. *Verrem*, Non enim verbi, neque criminis causa agendi complector omnia, cùm dico nihil istum eiusmodi rerum in tota prouincia reliquisse. Latinè me scitote, non accusatoriè loqui. Bene autem Latini de Latinis existimabant eos simplices & ingenuos minimeque simulatos & fallaces mendacésque arbitrabantur. ¶ Latinè loqui, etiam est propriè loqui, ingenuè, apertè atque absque dissimulatione & verborum inuolucro. Martialis *in Epist.* si quis tamen tam ambitiosè tristis est, vt apud illum in nulla pagina Latinè loqui fas sit, potest epistolâ, vel potiùs titulo contentus esse. Ob id dixit,

Cæsaris Augusti lasciuos liuidè versus
Sex lege, qui tristis verba Latina legis.

Rursus,

Absoluis lepidos nimirum Auguste libellos,
Qui scis Romana simplicitate loqui.

id est, apertè, & propriè, rémque suo nomine appellare. Vide *More Romano.* Cicer. 2. *Philipp.* Quem gladiatorem non ita appellauit, vt interdum etiam M. Antonius gladiator appellari solet: sed vt appellant ij qui planè & Latinè loquuntur, hoc est, propriè & apertè. Latinè scire, est Latinè scire loqui. Liu. 1. *ab Vrbe*, Terror ad hostes transiit. Etenim audiuerant clara voce dictum, & magna pars Fidenatium, vt qui coloni additi Romanis essent, Latinè sciebant. Cicer. *pro Cecinna.* Quid enim facilius est, quàm probari iis qui Latinè sciant, in vno seruulo familiæ nomen non valere? Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 3. *Trist.*

Si qua videbuntur casu non dicta Latinè:
In qua scribebat barbara terra fuit.

Plaut. *Merc. sc.* 1. *a.* 1. Alazon, id nos Latinè gloriosum dicimus.

Lătinĭtās, atis, Locutio ipsa Latina, siue sermo Latinus. {GALL. *Langage Latin.* ITAL. *Fauella Latina.* GERM. Die lateinisch sprach. HISP. *Habla Latina.* ANGL. *The latine language.*} Cic. *ad Attic. lib.* 7. Securúsque sum, non dico Cæcilium manè vt ex portu in Piræum (malus enim autor Latinitatis est,) sed Terentium, cuius fabellæ propter elegantiam sermonis putabantur à C. Lælio scribi. Latinitas præterea pro iure latij, vt ciuitas ius vrbis. Suet. *in Aug. cap.* 47. Vrbium quasdam Latinitate, vel ciuitate donauit. i. iure latij.

Lătinĭensĭs, e, Latinus, Latius. Cic. *de Arusp. responsis*, Quòd in Agro Latiniensi auditus est strepitus cum fremitu. ¶ Significare etiam potest eum qui alibi ortus, in Latio cum Latinis versatur, vt suprà dictum est in dictione *Hispanus.*

Lātmĭŭs mons, Λάτμιον ὄρος, mons Ioniæ, natus fabula Endymionis, quem quum Luna adamaret, in Latmio monte ab ea sopitum ferunt, vt vnum ab eo osculum auferret: vnde & ipse Endymion Latmius dictus est. Ouid. *lib.* 3. *de Arte*,

Latmius Endymion non est tibi Luna rubori?

Lato, as, πλατύνω. Onom. Vet. Dict. Lato, aui, atum, in latum extendere & ampliare. & deriuatur à *latus*, a, um. Item *lato*, as, potest esse frequentatiuum à *fero*, i. e. frequenter fero. *Lato* componitur, Collato, dilato.

Lātōĭs, idis, secunda syllaba producta, Λατωΐς, patronymicum est fœmininum à Græco nomine Λατὼ deductum, quo nomine illi Dianæ matrem appellant, quam & nos Latonam. Latois itaque à poëtis accipitur pro Diana Latonæ filia, quam & Latini Græcorum imitatione Latoniam appellant. Ouid. 7. *Metam.*

Inde Calaurea Latoidos aspicit arua.

Lătŏmĭæ, vel latumiæ, arum. {Λατομίαι. GALL. *Quarrieres.* ITAL. *Luogo doue si scarpellano sassi, miniera di sassi.* GERM. Steinbruch, steingrub. HISP. *La cantera minera de cantos.* ANGL. *Quarreis of stones.*} à Siculis dicuntur, quas nos vocamus lapicidinas, autore Asconio, hoc est, loca vnde exciduntur saxa. λᾶς enim Græcis est lapis: & τομὴ, sectio. Liu. 6. *bell. Pun.* Comprehensa postea priuata ædificia, comprehensæ latomiæ, forúmque piscarium. Ad latomias damnati dicebantur ij, qui in opus metalli damnabantur. Plaut. *in Capt. sc.* 5. *a.* 3. Tyndarus in Latomias lapidarias ab Ægione damnatur. Inde, inquit, ibis porrò in latomias lapidarias. Latomiæ locus etiam fuit Syracusis, in quem rei & scelerati conijciebantur: ita dictus quòd is in rupe esset à Dionysio Tyranno excisus. Cicer. 7. *Verr.* Carcer ille qui est à crudelissimo Tyranno Dionysio factus Syracusis, quæ Latomiæ vocantur, in istius imperio domicilium Romanorum fuit. Sueton. *in Tiber. cap.* 51. In Latomiam damnatus eques Rom. de latomiis carcere. Vide Senec. *cap.* 17. *de consol. ad Martiam.*

Lătŏmŭs, {חצב chotseb. λατόμος. GALL. *Tireur de pierre, quarrier, tailleur de pierre.* ITAL. *Spezza pietra, tagliapetra.* GERM. Ein steinbrecher steinhawer. HISP. *Cantero que saca las piedras y labra.* ANGL. *A quarrier, a digger of stones.*} Latinè dicitur lapicida, qui e rupibus saxa excindit, aut ad opus adaptat.

Lătōnă, Λατώ, filia Cœi Titanis, à Ioue amata & compressa est, ex quo geminam concepit prolem, Apollinem & Dianam. {Die muter Apollinis vnd Diane.} Quod Iuno adeò ægrè tulit, vt immisso contra illam Pythone serpente, per totum terrarum orbem pellicem persecuta sit, donec errando ad sororem Asterien in insulam Ortygiam peruenit, à qua suscepta est, ibique Dianam peperit, quæ euestigio obstetricis officium in nascituro fratre matri præstitit, & Apollinem nascentem suscepit: qui adultus, mox Pythonem interfecit, & petentibus cœpit dare responsa. Porrò hæc insula, quum antea Ortygia vocaretur, postea Delos vocari cœpit, quod quum antea aquis mersa fuisset, subitò Iouis iussu extiterit. Nam δηλοῦν Græci dicunt, quod nos ostendere, seu manifestare.

Lătōnĭă, Λατωΐς, dicta est Diana à matre Latona, quemadmodum Apollo ipse, Latous Λατῷος. Virg. 9. *Æneid.*

Tu dea, tu præsens nostro succurre labori,
Astrorum decus, & nemorum Latonia custos.

Hinc Delos, vt ait Seruius, dicta est Latonia, quòd in ea Latona enixa sit Dianam & Apollinem.

Latonigenæ dij, id est, nati Latona, Λατογενεῖς, scil. Apollo & Diana. Seneca & Ouid.

Lator, is. Vide *Fero.*

Lătreŭs, vnus ex Centauris. Λατρεύς. Ouid. *Metam.*

Quem dederat letho membris & corpore Latreus
Maximus.

Latrīă, æ, Latinè Cultus qui debetur Deo: obsequium, seruitus. {עבודה habodah. λατρεία. GALL. *Seruice, reuerence.* ITAL. *Seruitù, osseruatione.* GERM. Ein verehrung/dienst. HISP. *Honra ò acatamiento al mayor.* ANGL. *Worshiping or seruice to god.*} Vox est nostris Theologis vsitata: à quibus eius vis est atque explicatio petenda. August. *lib.* 10. *de ciuit. Dei*, Latriam nostri, vbicunque sanctarum scripturarum positum est, interpretati sunt seruitutem. Sed ea seruitus quæ debetur hominibus, secundùm quam præcipit Apostolus seruos dominis suis subditos esse debere, alio nomine Græcè nuncupari solet. Latria verò secundùm consuetudinem qua locuti sunt qui nobis diuinam eloquentiam condiderunt, aut semper, aut frequenter, aut penè semper ea dicitur seruitus quæ pertinet ad colendum Deum.

Latrīnă, æ, Cloaca, locus priuatarum sordium, & ad exonerandum ventrem accommodatus: à latendo, siue potiùs à lauando, vt mox Varronis testimonio docebimus. {מחראות mecharaoth מוצאות motsaoth. ἀφεδρών, λουτρών. GALL. *Vn retrait, latrine.* ITAL. *Cacatoio, necessario, cesso, luoco, da scaricare il ventre.* GERM. Ein profey/heimlich gemach. HISP. *La priuada ò necessaria de la casa.* ANGL. *A draught, iakes, or priuie.*} Foricæ verò loca publica, in quibus licet omnibus ventrem exonerare. Cloaca, aquæ ductus subterraneus dicitur, ad eluendas vrbis sordes accommodatus. Antiqui lauatrinam dixerunt: quæ postea, syllaba vna sublata, latrina est appellata. Varro *lib.* 2. *de Analogia*, Deinde quum breuitatis causa nomina contraherent, quò essent aptiora, pro lauatrina latrinam nominarunt: sicut ex maxillis, axillis, & vexillis, malæ, alæ, & vela diminuta sunt. Ex quo apparet, latrinam à lauando dictam esse, propriéque significare colluuiem omnium sordium, quæ ex tota domo in vnum locum confluunt. Plaut. *in Curcul.* Istas tuas magnas minas non pluris facio, quàm ancillam meam, quæ latrinam lauat. Videntúrque latrinæ differre à cloacis, tanquam priuatæ à publicis. Columell. *lib.* 10. Immundis quæcunque vomit latrina cloacis. Inuenitur etiam apud veteres Latrinum in neutro. Liberius in compitalibus, Sequere in latrinum vt aliquid gustes ex Cynica hæresi. Lucilius,

Hoc tum ipse credit, quanquam latrina perisse.

Ex Nonio. Suet. *in Tiber. cap.* 58. Nummum, vel anulo effigiem impressam latrinæ, aut lupanari intulisse.

Latro, as, à sono caninæ literæ. Proprium est canis, quum vocem edit, terrens, & in aliquem impetum faciens. {נבח nabach. ὑλακτεῖν. GALL. *Abbayer, iapper.* ITAL. *Abbaiare.* GERM. Bellen. HISP. *Ladrar propriamente los perros.* ANGL. *To barke as a dogge.*} Virgil. 3. *Ecleg.*

——Multum latrante Lycisca.

Plaut. *in Pœnulo*, Etiámne meæ in me latrant canes? Cicer. *pro Roscio Amerino*, Quòd si luce quoque canes latrent, quum deos salutatum aliqui venerint. Gell. *cap.* 1. *lib.* 7. Eum non latrabant canes. Item Allatrare magnitudinem alicuius. Liu. 8. *d.* 4. ¶ Latrare ad homines transfertur, pro vociferari, & intentiore voce clamare. Cic. 2. *de Oratore*, Quid enim hic meus frater ab arte adiuuari potuit, quum Philippo interrogatus quid latraret, furem se videre respondit? ¶ Huius verbi composita sunt, Allatro & oblatro, de quibus vide suis locis. ¶ Latrare aliquando poscere est, sumpta translatione à canibus, qui cùm quid poscunt, latrant, Lucret. 2.

Digitized by Google

———*nomine videtis*
Nil aliud sibi naturam latrare, nisi vt cui
Corpore seiunctus dolor absit, &c.

Eadem autem significatione Ennium vsum Varronis testimonio & Festi Pompeij intelligitur: quorum ille, Multa, inquit, ab animalium vocibus translata in homines, partim quæ sunt aperta, partim quæ sunt obscura. Perspicua, vt Ennij, Animus cum pectore latrat. Ita autem legendum Victorius docet, ratione fretus & Festi testimonio. Malè enim antea *lactat* pro latrat, legebatur.

Lātrŏr, latraris, passiuum. Plin. *lib.* 25. *cap.* 10. Hanc habentes negant latrari canibus.

Lātrātūr, impersonale. Ouid. 2. *Trist.*
Sed cui latratur, quum solus obambulat ipse.

Lātrāns, tis, particip. {נבח *nebéach*, ὑλακτῶν. GALL. *Qui abbaye.* ITAL. *Che abbaia.* GERM. Bellend. HISP. *Cosa que ladra.* ANGL. *Barking.*} vt, Colla latrantia canis, Propert. *lib.* 5. *Eleg.* 18.

Lātrātŭs, particip. à passiuo latror. {ὑλακτηθείς. GALL. *Abbayé.* ITAL. *A chi si abbaia.* GERM. Angebellt. HISP. *Ladrado.* ANGL. *Barked at.*} Stat. 1. *Achil.*
———*iuxtáque Caphareus*
Latratum pelago tollens caput.

Lātrātŏr. {נבח *nebéach.* ὑλάκτωρ. GALL. *Abbayeur.* ITAL. *Abbaiatore.* GERM. Ein beller. HISP. *Ladrador.* ANGL. *A barker.*} Virg. 8. *Æneid.*
———*& latrator Anubis.*
Quintil. Rabula & latrator.

Lātrātŭs, us, Ipsa vox canum, siue ipse latrandi actus. {ὑλακὴ, ὑλαγμός. GALL. *Abbayement.* ITAL. *Abbaiamente.* GERM. Das bellen. HISP. *Ladrido de perros.* ANGL. *A barking of dogges.*} Virg. 5. *Æneid.*
———*fauit canum latratus in auras.*
Ouid. 2. *Fast.*
Sicut aper longè syluis latratibus actus
Fulmineo celeris dissipat ore canes.
Plin. *lib.* 8. *cap.* 40. Ab alio in Epiro agnitum in conuentu percussorem domini, laniatu & latratu abductum vt cogeretur fateri scelus.

LATRŌNĒS, Grassatores, raptores, prædones, viarum obsessores, qui viatores aut vita, aut pecunia spoliant. {פריצים *paritsim* גדודים *ghedudim* λῃσταί. GALL. *Larrons.* ITAL. *Ladroni.* GERM. Mörder. strassrauber. HISP. *Ladrones.* ANGL. *Throtecutters, robbers by the high wayes.*} Horat. *lib.* 1. *Epistol.*
Vt iugulent homines, surgunt de nocte latrones.
Ita dicti, autore Festo, quòd à latere adoriantur: vel à Latendo, quòd latenter insidientur. Cicer. 2. *Philipp.* Erat ei viuendum latronum ritu, vt tantum haberet, quantum rapere potuisset. Horatius 2. *Serm. satyr.* 1.
———*quem cur distinguere cuner*
Tutus ab infestis latronibus.
¶ Vsurpant poetæ latronem pro venatore. Virg. *lib.* 12.
———*fixúmque latronis*
Impauidus frangit telum. quum superiùs dixisset,
Saucius ille graui venantum vulnere pectus.
Plaut. *Amphitr.* Ego idem latrones hostes bello & virtute contudi, &c. Sequitur qui Achaiam, Ætoliam vi vortebant piratica. ¶ Apud antiquos etiam, latrones dicebantur conducti milites, à λατρεία interato: nam seruiebant mercede. Moris autem erat, vt hos Imperator & circa se haberet, & primos mitteret ad omne discrimen. Varro autem huiusmodi stipatores putat latrones dictos, quasi laterones, quoniam latera tegerent. Hos nunc satellites vocant, qui principis alicuius latus tuentur, qui & stipatores, & σωματοφύλακες vocantur. Plaut. *In Milite,* Nam ego hodie ad Seleucum regem misi parasitum meum, vt latrones quos conduxi, hinc ad Seleucum duceret, Qui eius regiam tutarentur. Idem *ibid. sc.* 1. *a.* 1. ad finem, Nam Rex Seleucus me opere orauit maximo, vt sibi latrones cogerem atque conscriberem.

Latrunculus, diminut. Paruus latro. {τὸ λῃστίδιον. GALL. *Larronneau.* ITAL. *Ladronello.* GERM. Ein strassenrauberlin. HISP. *Ladroncillo.* ANGL. *An litle robber or trotcutter.*} Cicer. *de Prouincijs Consularibus,* Res in Sardinia cum mastrucatis latrunculis à Proprætore vna cohorte auxiliaria gesta. ¶ Sunt etiam latrunculi siue latrones, quibus ludimus, sedecim scrupis gemina acie vtrinque directis: in quibus duo Reges sunt inuicem contendentes, duæ reginæ, quatuor equites, sedecim pedites, quatuor satellites, totidem centuriones. De iis Senec. *cap.* 14. *de tranquill.* Ouidius meminit *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* {GALL. *Eschets.* ITAL. *Scacchi.* GERM. Ein schachstein. HISP. *Axedrez.* ANGL. *A chesse man.*} Martialis,
Insidiosorum si ludis bella latronum.
Seneca. Latrunculis ludimus.

Lātrūncŭlātŏr, is, qui latronibus conquirendis & supplicio afficiendis præest, vulgò *Iudex maleficiorum.* {δικαστὴς τῆς λῃστῶν κολάσεως. GALL. *Preuost des mareschaux.* ITAL. *Giudice di maleficio ò Bargello di campana.* GERM. Ein blutrichter, ein blutvogt. HISP. *El juez de los ladrones.* ANGL. *That se archeth robbers to punish.*} Vlpianus *lib.* 5. *Pand. l. somnus, de iudic.* Latrunculator de re pecuniaria iudicare non potest.

Lātrōcĭnŏr, aris, Latronum more prædor, grassor, occido, interficio, neco. {גנב *ghanab* פשט *pasehát* גזל *ghazal*, λῃστεύω. GALL. *Desrobber, brigander, destrousser.* ITAL. *Rubbare.* GERM. Mörderey oder rauberey treiben. HISP. *Robar.* ANGL. *To robbe, to tak preys or booties.*} Cicer. *pro Milone.* Quasi Appius ille Cæcus viam strauisset, non qua populus Romanus veeretur, sed in qua posteri sui impunè latrocinarentur. Idem *de natura deorum,* Tot millia latrocinantur morte proposita: alij omnia qu[illegible] insident, fana compilant. ¶ Significat & mercede militro. Plaut. *In Milit.* an quia latrocinaris, arbitramini, Quiduis vobis licere facere, verbero? Idem *in Curc.* Latrocinatus annos decem mercedem accipio.

Lātrōcĭnĭum, ij, Ipse latrocinandi actus. {גנבה *ghenebáh.* λῃστεία. GALL. *Briganderie, destroussement de gens, volerie, larcin.* ITAL. *Assassinamento, latrocinio.* GERM. Mord, diebstal. HISP. *Aquel robo publico.* ANGL. *A robbing and killing by the high wayes.*} Colum. Et in ipso facto latrocinium. Cæsar 8. *bell. Gall.* Quia repentino latrocinio atque impetu incolæ illorum erant oppressi. Cicer. *pro Deiot.* Turri fines suos ab excursionibus hostium, & latrociniis. ¶ Apud veteres pro ipsa militia. Plaut. Qui apud Regem in latrocinio fuisti, stipendium accepistasti.

‖Latrocinalis, e, ad latronem pertinens. Apul.‖

Latrōcĭnātĭo, Latrocinium, λῃστεία. Plin. *lib.* 19. *cap.* 4. Multitudinis innumeræ sæua latrocinatio.

‖Latura, φόρετρον: Gloss. Phyl. Cyrill. Gloss. φόρετρον vectura. Sed rectum est φόρετρον merces, quæ pro portatione penditur.

Laturarius, baiulus.‖

LĀTŬS, a, um, à πλατύς. Spatiosus, amplus, laxus. X Angustus. {רחב *rachab.* εὐρύχωρος, πλατύς. GALL. *Large, de grand estendue.* ITAL. *Lato.* GERM. Weit, breyt vnd groß. HISP. *Ancho, en respeto de largo.* ANGL. *wide, large, broade.*} Plin. *lib.* 12. *cap.* 7. Lata radice arbor. Ter. *in Heaut.* Huc est intrò latus lectus. Cicer. 6. *Verr.* Vna via lata perpetua, multæque transuersæ Syracusis. *Ibidem,* Insula est Messana, latis lato ab Cicilia mari, periculosóque disiuncta. ¶ Latus pectore. Martial *lib.* 12. Latum pedum quinque faciunt. Colum. *lib.* 3. Buccina tortilis in latum. Ouid. 1. *Metam.* Plaut. *Mostell. sc.* 2. *a.* 2. Si posthac sciès me latum pedem modò imposuisse in vndam. & *Aulul. sc.* 1. *a.* 1. Latum vnguem non discedere. Idem *Milit. sc.* 5. *a.* 2. Dianæ laudes latas gratésque agam. Ouid. 5. *Fast.*
Aut pecus aut latam diues habebat humum. i. latifundia.
Tibull. *lib.* 4.
———*Latis audax Hispania terris.*
Ouid. *Eleg.* 4. *lib.* 3. *Trist.*
Lataque plus paruis vela timoris habent.

Lata fuga, exilij species, & certorum locorum interdictio. *D. lib.* 48. *tit.* 22. *l.* 5.

Lātŭs etiam aliquando participium est à Feror, Idem valens quod portatus. {נשא *nissa.* φερόμενος, κομισθείς. GALL. *Porté.* ITAL. *Portato.* GERM. Getragen. HISP. *Traido.* ANGL. *Borne or broght.*} Cic. *ad Qu. Frat. lib.* 12. Latus lectica.

Lātē, aduerbium, In multis locis, per multos locos. {ἐν πλάτει, πλατέως, ἀπεράντως. GALL. *Largement, au large, amplement.* ITAL. *Largamente, ampiamente.* GERM. Weit vnd breyt an vilen orten. HISP. *Largamente, anchamente.* ANGL. *Broadlie, widlie.*} Cicer. *pro Lege Manil.* Latè longéque diffusa laus Pompeij. Idem *pro M. Marcell.* Vagabitur nomen tuum longè, atque latè. Virg. 8. *Æneid.* Lucus latè sacer. Latè possidere. (i. diuitem esse. Senec. *Epist.* 88. & Ouid. *Eleg.* 20. *lib.* 5. *Trist.* Cicer. *in Catil.* Latiùs opinione disseminatum est hoc malum. Idem 1. *Offic.* Hoc latissimè pateat, ad plurimósque pertineat. Idem *lib.* 5. *de finib.* In omni autem honesto de quo loquimur, nihil est tam illustre, nec quod latius pateat, quàm coniunctio inter homines hominum. ¶ Latiùs pro diuturniùs. Plin. *lib.* 5. *Epist.* 10. Cuius famæ latiùs consuleretur, si dispensata & digesta fuerit. Virg. *in Æneid.* populúmque latè regem. Salust. *in Iugurth.* Cuius in Africa magnum atque latè imperium voluit.

Lātĭtūdo, Spatiositas, superficies. {רחב *rochab* מרחב *merchab,* πλάτος, εὖρος. GALL. *Largeur, estendue.* ITAL. *Larghezza.* GERM. Breyte, weite. HISP. *Anchura, largura.* ANGL. *Largenesse, breadenesse.*} Cicer. 1. *de nat. deor.* In hac immensitate latitudinum, longitudinum, altitudinum. Idem 3. *de lege Agrar.* Qui latitudinem possessionum tueri, qui inuidiam Syllanorum agrorum ferre non possunt. Idem 2. *de Orat.* oris prauitatem, & verborum latitudinem imitatur.

Lātēsco, Latus fio, & in latum extendor. {רחב *rachab.* πλατύνομαι. GALL. *S'eslargir, deuenir large.* ITAL. *Dilatarsi, allargarsi.* GERM. Breyt werden, weit werden. HISP. *Ensancharse, ser ancho.* ANGL. *To waxe wide or broade.*} Columell. *lib.* 2. Iugerum agri non amplius quatuor sextariis raporum seminis obserendum est, quarta parte amplius napis spargendum, qui non in ventrem latescunt, sed tenuem radicem deorsum agunt. Cicer. *in Arat.* Hic equus à capite & longa ceruice latescit.

Lātĭfŏlĭă, Arboris glandiferæ genus, quam nonnulli eandem putant cum æsculo: à latitudine foliorum nomen habens, πλατύφυλλος. Plinius *lib.* 16. *cap.* 6. In quercu glande aliæ dulcior molliórque fœminæ, maris spissior. Maximè autem probantur latifoliæ ex argumento dictæ. Laurus latifolia, & Myrtus latifolia apud Plin. *lib.* 15. *cap.* 7.

Lātĭfŭndĭum, ij, Magnus & amplus fundus. {εὐρυχωρία. GALL. *Vn fond d'heritage de grande estendue.* ITAL. *Gran fondo, grande possessione.* GERM. Ein breyt vnd groß ligend gut. HISP. *Heredad entera y grande.* ANGL. *A broade or wide ground ò field of heritage.*} Plin. *lib.* 27. *cap.* 12. Latifundiis non legitima naturæ festinatio, id est, non potest vna certa ratio præscribi putandæ vineæ in magnis prædiis: quòd aliæ seriùs id, aliæ maturiùs desiderant. Idem *lib.* 18. *cap.* 6. Latifundia perdidêre Italiam. Senec. *Epist.* 89. Latifundia metiri docet Geometra. Ouid. Latam humum vocat, 5. *Fast.*

LĀTVSCLĀVŬS, Tunica erat purpura prætexta, latior tunica vulgari, qua Senatores vtebántur. πλατύσημος. Hoc vestis genere primus vsus est Tullus Hostilius Romanorum Rex, teste Plin. *lib.* 9. *cap.* 39. Vtebantur eo & sacerdotes: vt non obscurè ostendit Silius Italicus *lib.* 3.
Sacrificam lato vestem distinguere clauo.
Et quoniam hac veste vtebantur præcipuè Senatores, factum est vt Latusclauus accipiatur pro dignitate Senatoria. Plin. *in Epist.* Ego Sexto latumclauum a Cæsare nostro, ego Quæsturam impetraui. Vide Suet. *in Claud. cap.* 24. Ouid. *Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.*
Induerúnque humeros cum lato purpura clauo.
Quintil. Cui laticlaui Ius non erit. ¶ Ab Ouidio Clauus simpliciter dicitur pro senatoria dignigoitate, illo versu,
Curia restabat, claui mensura coacta est.

Lātĭclāuĭĭ, Senatores appellati sunt, à lato clauo, πλατύσημοι. Sueton. *in Augusto.* Ac ne expers castrorum esses, binos plerunque laticlauios præposuit singulis: aliis Laticlauia tunica. Valer *lib.* 5. Et tunica laticlauia donatum, ad Masinissam remisit.

LĀTŬS,

Lătŭs, eris, quia sub axillis latet. Quod est infra alam. {צלע tsélah צד tsád πλευρόν. Gall. Le costé. Ital. Lato, fianco, costato. Germ. Die seyt. Hisp. Lado ò costado. Angl. A side.} Virg. 2. Æneid.

———Lateríque Argiuum accommodat ensem.

Quint. *lib.* 1. *cap.* 11. Inclinatio laterum fortis & virilis. Cic. *pro Cluent.* Is ex equo cecidit, & latus offendit vehementer. ¶ Hinc lateris dolor, quem Græci πλευρῖτιν vocant. Cic. 3. *de Orat.* Crassus laterum dolore consumptus. Horat. 1. *Serm. satyr.* 9.

Hunc neque dira venena, nec hosticus auferet ensis,
Nec laterum dolor, aut tussis, nec tarda podagra.

Quintil. *declam.* 258. Lateris honorem cedere seniori. Suet. *in Neron. cap.* 13. Latere dextero collocare. Gell. *cap.* 1. *lib.* 15. Ex omni latere circumplexa igni turris. Idem *cap.* 17. *lib.* 5. Ex aduerso latere. Plaut. *Aul. sc.* 2. *a.* 3. Istuc malefactum arbitror, quia non latus fodi. Idem *in Milit. sc.* 2. *a.* 2. Faciam vestra latera lorea. Idem *Men. sc.* 6. *a.* 5. Nisi vos vestra crura & latera nihil facitis. Et Martial. Illesacri lateris custos. Latus fatigatum (orando causam) reficiens cantico. Quint. Lateris firmitas in pronunciando. Idem Laterum tabulæ. (i. nauis) feruntur ab vndis. Ouid. *Eleg.* 2. *lib.* 1. *Trist.*

Increpuit quantis viribus vnda latus. (nauis.)

Idem *Eleg.* 3. *lib.* 1. *Trist.*

Innocuum rigido perforat ense latus.

Idem *Eleg.* 9. *lib.* 3. *Trist.*

Terreor hoste meum penè premente latus.

Idem *Eleg.* 11. *lib.* 3. *Trist.* Latus alicui petere. Suet. *in Calig. c.* 56. ¶ Aliquando latus pro viribus & spiritu ponitur. Cic. *de senect.* Quum legem Voconiam magna voce & bonis lateribus suasissem. Idem *de Sen.* Neque enim ex te vnquam es nobilitatus, sed ex lateribus, & lacertis tuis. ¶ A latere dicuntur chari & amici principum qui eorum lateribus semper adsunt. Liu. *lib.* 4. *bell. Pun.* Ab latere inde eos nominat tyranni, quorum capita vilissima fingenti inter dolores gemitúsque occurrerunt. Curtius *lib.* 5. Quum ad perniciem eius etiam à latere pecunia ipsius solicitaret hostis. ¶ Latus mundi, pro regione. Horat. 1. *Carm. Ode* 22. Quod latus mundi nebulæ, malúsque Iuppiter vrget. latera insulæ pro extremis vtrinque partibus. Cicer. 2. *de Leg.* Fibrenus diuisus æqualiter in duas partes, latera hæc alluit. ¶ Latus tegere, est latus alterius sinistrum, qui vel ætate, vel honore superior est, claudere: quod qui facit, tanquam pro scuto est. Horat. *Serm.* 2. Notanda loquendi forma, In contrario latere agitare, pro in contrariam partem disputare. Vlpianus *D. lib.* 39. *tit.* 2. *l.* 11. Quæ species est in contrario latere apud Marcellum agitata. Quæ translatio ex re equestri.

Lătĕrāni, δορυφόροι, dicuntur satellites, qui principis alicuius latus tuentur, qui etiam laterones & latrones dicuntur.

Lătĕrārĭŭs, a, um, adiect. vt laterarium lignum, Vitruu. *lib.* 10. *cap.* 20. Ipsi autem laterariis circa fixis continerentur, tegantúrque tabulis maxime palmeis.

[Laterariæ tabulæ, ad latus positæ.]

Lătuscŭlum, i, diminutiuum, Paruum latus. {πλευρίδιον. Gall. Petit costé. Ital. Picciolo lato. Germ. Ein seitlin. Hisp. Pequeño lado ò costado. Angl. A litle syde.} Catullus *ad Thallum*,

Ne laneum latusculum, manúsque mollicellas
Inusta turpiter tibi flagella conscribillent.

Speculorum latuscula, i. est, parua latera. Lucr. *lib.* 4. Quin etiam quæcunque latuscula sunt speculorum.

Lătĕrēnsēs, à Latere noue dixit Tertullianus, quos alioqui laterones appellamus. Tert. *lib.* 4. *contra Marcion.* Tot seis laterensibus vti solebat in duobus testibus, consistens Dei sermo. Dicti sunt laterenses, quòd latus claudant.

Lateralia, viatoria, Capsulæ videntur esse in quibus, ad ephippium vtrinque loro suspensis, ea quæ nobis in itinere necessaria sunt, recondimus. Scæuola *l.* 102. *D. de leg. & fideicommiss.* 32. Vxori meæ lateralia mea viatoria & quicquid in his conditum erit, quæ membranulis mea manu scriptis continebantur. Item, Hic chirographa debitorum & pecuniam cùm esset profecturus in vrbem, in lateralibus condidit, ex Hotomano.

[Lateralis, e, ad latus pertinens.]

Latymnum, Λάτυμνον, Mons Crotonis, vel vt alij, Laconiæ, vt scribit Scholiastes Theocriti.

Lăuacrum, vide *Lauo.*

[Lauandula, fruticulus quidam vulgò passim notus de nomine. Hadr. Iun. *in Num.* Lauandula, hirculus nonnullis. Saliunca Plinio, vt Scaligero videtur, spica, spica nardi. {Gall. *Lauande.*}

Lauatrina, locus vbi vasa escaria eluunt coqui, venarum, ἀγγεῖον ἀποπλύσεως: quem ad vsus locus quadratus in culinis adhiberi solet.]

Lauce, Insula in Ponto Borysthenis ostio obiecta: dicta Achillea, quoniam Achilles ibi situs sit.

[Lauda, *Lodi*, V. E. sub A. & Ducatu Mediolanensi.

Laudamentum, & Laudimium, vide post *Laudo.*

Laudis, testudo, vox corrupta ex Germanica *laute.*]

Laudanæ fuere ornamenta aurea, vel argentea, quasi virgæ, quæ suspendebantur ante altaria, dictæ à laudando, quod in laudem & honorem martyrum ponebantur.

Laŭdo, as, Commendo extollo. {הלל hillél שבח schibbách. ἐπαινέω, ἐγκωμιάζω. Gall. Louer, dire bien, nommer en bien. Ital. Laudare, lodare. Germ. Loben. Hisp. Loar ò alabar. Angl. To praise, to commende.} Differt autem à verbo Probo, quòd re magis probemus, laudemus verbis. Plautus *in Trin.* vtrumque coniunxit, Laudo (inquiens) consilium, & probo. ¶ Laudare contrario sensu pro improbare, repudiare, reiicere, vt est Græcè ἐπαινεῖν, quia quæ nolunt, dilaudant, vt distrahant atque vendant. Virg. 2. *Georg.*

———Laudato ingentia rura
Exiguum colito.

Sic apud Hesiod. Νῆ' ὀλίγην αἰνεῖν, μεγάλῃ δ' ἐνὶ φορτία θέσθαι. Virgilius latifundia improbat, modicum agri modum præfert. Plaut. *Merc. sc.* 2. *a.* 2. Laudo commentum tuum. Item probant ædes: laudant fabrum (ædium) Idem *Mostell. sc.* 2. *a.* 1. Haud centesimam partem laudat, quam meriens est vt laudetur laudibus. Idem *Capt. sc.* 3. *a.* 2. Eamus ad lenonem. M. Laudo. Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 5.

De Danaû quis te laudátve, petítve?

Ouid. 13. *Metam.* ¶ Aliquando Laudare est nominare. Plaut. *in Capt. sc.* 3. *a.* 2. Id sciat, Iouem supremum testem laudo, Laudare, inquit Macrob. *lib.* 6. *cap.* 7. *Saturn.* & Gell. *cap.* 6. *lib.* 2. Significat prisca lingua nominare appellaréque. In qua significatione vsus est Pompon. *in lib.* 6. *de action. empt.* Si tibi iter vendidero, ita demum autorem me laudare poteris, si tuus fuerit fundus. Item Modest. *in l.* 65. *de euictionib.* ¶ Nonnunquam etiam citare, & in testem adducere. ἐπάγεσθαι. Laudare testem, quo est Fabius vsus *in declamat.* est nominare: quem enim quis testem nominat, laudet eundem necesse est, ne videatur parum dignus cuius testimonium audiatur. Turnebius. Gell. *lib.* 3. *cap.* 16. Varr. vndecimo mense nasci hominem posse dicit; eiúsque sententiæ tam de octauo, quàm de vndecimo mense, Aristotelem laudat autorem. Cicer. 5. *de Orat.* Atque hæc quidem ab his philosophis, quos tu maximè diligis Catule, dicta sunt: quod eo sæpius testificor, quòd autoribus laudandis ineptiarum crimen effugiam, id est, his philosophis nominatim citandis, & tanquam ad testimonium dicendum euocandis, quos autores harum rerum habeo. [¶ Laudare, pro sinere. Virg. 2. *Georg.*

———Laudato ingentia rura,
Exiguum colito.]

¶ Laudare cum exceptione, id est, non integrè. Idem *lib.* 1. *Epistol. ad Quint. Frat.* Vnum est quod tibi ego præcipere non desinam, neque te patiar cum exceptione laudari. Omnes enim qui istinc veniunt, ita de virtute, integritate, humanitate commemorant, vt in tuis summis laudibus excipiant vnam iracundiam. ¶ Huius composita sunt, Allaudo, Collaudo, Elaudo, de quibus suprà.

[Laudamentum. *Lib.* 1. *de feud. tit.* 7. Per laudamentum sapientum, id est, vt Cuiacius exponit, consilio Iurisperitorum. Idem n. est laudamentum, quod arbitrium, iudicium, consilium.

Laudimium, præmium quod præstatur pro renouatione emphyteutica, *in Long. legib. lib.* 4. *Cod.*

Laudum, sententia arbitrio. In Vet. Dict. è Bart. exponitur transactio.]

Laŭdātŭs, a, um, participium, siue nomen ex participio. {מהלל mehullál משבח meschubbach. ἐπαινετός. Gall. Loüé. Ital. Laudato. Germ. Gelobt. Hisp. Alabado. Angl. Praised, commended.} Abundè laudatus, Ouid. 1. *Trist. Eleg.* 6. Falsò laudata fœmina. Idem 3. *Amor. Eleg.* 11. Laudatissima forma, idem *Epist.* 18.

Laŭdātor, is, {מהלל mehallél משבח meschabbéach שבח schabbéach. ἐπαινέτης, ἐγκωμιαστής. Gall. Celuy qui loüe & dit bien de quelqu'vn. Ital. Che lauda altrui. Germ. Ein lober. Hisp. Alabador. Angl. A praiser, a commender.} Ad Her. *lib.* 4. Nolo esse laudator, ne videar adulator. Laudator voluntarius, Cic. 6. *Verr.*

Laŭdātrix, icis, {מהללת mehallélleth משבחת meschabbáchath. ἐγκωμιάστρια. Gall. Celle qui loüe. Ital. Donna che lauda. Germ. Eine loberin. Hisp. Alabadora. Angl. She that praiseth.} Cic. 3. *Tusc.* Vitiorum laudatrix fama popularis.

Laŭdāndŭs, gerundium: vt loci non laudandi. Ouid. 1. *Trist. Eleg.* 8.

Laŭdātĭo, nis, Commendatio. {תהלה tehillah. ἐγκώμιον. Gall. Loüange. Ital. Laude, lodo. Germ. Lobung. Hisp. Loor, e alabança, obra de alabar. Angl. Commendation or praising.} Cic. 4. *Verr.* Præclara laudatio. Item 2. *de finib.* Lege laudationes Torquate, non eorum qui sunt ab Homero laudati, &c. Laus & Laudatio differunt, Senec. *Epist.* 103. Præterea aliud est laus, aliud laudatio. Hæc & vocem exigit. Itaque nemo dicit laudem funebrem, sed laudationem, cuius officium oratione constat. Suet. *in Cæs. cap.* 84. Laudatio in funere. Laudatio iudicialis. Idem *in Aug. cap.* 56.

Laŭdātior, compar. ἐπαινετώτερος. Gell. *lib.* 4. *cap.* 9. Quanto maiora auctioráque sunt etiam, tantò laudatiora sunt.

Laŭdābĭlis, e, quod meritò laudari potest. {ἐπαινετός, ἀξιέπαινος. Gall. Louable, digne d'estre loüé. Ital. Laudeuole. Germ. Loblich - lobs wirdig. Hisp. Cosa digna de ser alabada. Angl. worthie of praise.} Plaut. *in Persa*, Ædepol dedisti virgo operam laudabilem, probam, & sapientem, & sobriam. Laudabilis vita, apud Ciceronem *de Amic.* Rectæ & laudabiles res, idem *lib.* 2. *de finib.* Opus laudabile, Lucr. *lib.* 5. Carmen laudabile, Horat. *de Arte.*

Laŭdābĭlĭtĕr, aduerbium, Cum laude & commendatione. {ἀξιεπαίνως. Gall. Louablement, auec loüange. Ital. Lodeuolmente. Germ. Loblich. Hisp. Loablemente. Angl. Praise worthely.} Cic. 5. *Tusc.* Quid ad rectè, honestè, laudabiliter, postremò ad bene viuendum, satisne est præsidij in virtute? perquam laudabiliter iurare. Velleius.

Laŭdātīuŭs, a, um, quod laudationi est accommodatum. ἐγκωμιαστικός. Vnde laudatiuum genus orationis à Rhetoribus dicitur, quod alio nomine demonstratiuum vocant Rhetores. Quint. *lib.* 2. *cap.* 16. Laudatiuam totam, quæ est pars Rhetorices tertia. Et laudatiuus casus, dictus est accusatiuus, quia per hunc videmur vel accusare, vel laudare.

Laŭs, dis, à λαύω, fruor, vel à λαός. Præconum commendatio, gloria. {תהלה tehillâh. ἔπαινος. Gall. Loüange, los. Ital. Laude, lode, gloria, honore. Germ. Ein lob. Hisp. Loor, alabança, ò honra. Angl. Praise, commendation.} Ter. *in Adelph.* Dij vestram fidem, Vtrum studióne id sibi habet, an laudi putat fore, si perdiderit gnatum? Propriè virtus est, non aliunde proueniens, sed suis nixa radicibus. Virg. 5. *Æneid.*

———Primam merui qui laude coronam.

Dicta ἀπὸ τῶν λαῶν, hoc est, à populis, quòd propriè laus sit populi, de aliquo rectè loquentis. Certare laudibus alicuius. Virg. 2. *Georg.*

Nec pulcher Ganges atque auro turbidus Hermus,
Laudibus Italiæ certent.

Concedere laudem alicui. Cic. 1. *de Orat.* Vt eorum quibus summa dicendi laus à nostris hominibus concessa est. [Congerere laudes alicui, id est, aliquem ampliter laudare. Sueton. *in Tito*: Tantas mortuo gratias egit, laudésque, quantas, congessit ne viuo quidem vnquam atque præsenti, &c.] Conciliare laudem. Quintilian. *lib.* 2. *cap.* 7. Et laudem sæpe maiorem, quàm si nostra sint, conciliant. Ponere in laude. Cic. 3. *de Orat.* Rectè genus hoc numerorum, dummodo ne continuum sit, in orationis laude ponetur. Tribuere laudem. Idem *Metell. lib.* 5. Ego dolori non solùm ignosco, sed summam etiam laudem tribuo.

Laudem cum sanguine penset, Ouid. 13. *Metam.* Laudi vacare. i. laude. Gell. *cap.* 6. *lib.* 2. Et iam promissa poteram cum laude reuerti (de præmio & gloria simul.) Ouid. 13. *Metam.*

Non ego sum satis ad tanta præmia laudis,

Tibull. *lib.* 4.

At non per dubias errant mea carmina laudes,

Idem *ibidem,*

Laudis assiduo vigeat certamine miles.

Ibidem,

——*Pars est sua laudis in illo,*

Ouid. 13. *Metam.*

——*Ignoscas laudibus ipse tuis,*

Idem Eleg. 4. *lib.* 4. *Trist.*

Vt Dianæ laudes latæ gratésque agam,

Plaut. *Merc. sc.* 5. *a.* 2. Perfidiæ laudes gratiásque habemus. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 3. Laudes & gratias alicui scribere. Gell. *cap.* 8. *lib.* 3. Quantis laudibus collaudauit herum! Plaut. *Capt. sc.* 3. *a.* 2. Laudari laudibus. *Ibid.* ¶ Interest autem inter laudem & honorem, quòd honor dignitatis consummatio vel publicè, vel priuatim, Laus secunda existimatio rectè factorum.

Laudicœnus, λαμποδειπνος. Plin. *Epist. lib.* 2. *Maximo,* Sequuntur auditores actoribus similes conducti, & redempti mancipes, in media basilica, tam palàm sportulæ, quàm in triclinio dantur. Ex indicio in iudicium pari mercede transitur. Inde iàm non inurbanè σοφοκλεῖς vocantur, ἀπὸ τοῦ σοφῶς καὶ καλεῖσθαι, iisdem Latinum nomen impositum est Laudicœnis.

‖Laudonæ, Ecclesiastica vasa. Pap.

Laudunum Clauatum, *Laon,* V. E. Laudunensis, sub A. Remensi.

Lauellinum, *Lauello,* V. E. sub A. Barensi. ‖

Lauer, eris, neut. gen. & aliquando fœmin. {σίον. Gall. *Berle.* Ital. *Gorgolestro.* Germ. Bachpungen/wasser gauchheil. Hisp. *Rabacas.*} Herba est in aquis nascens, frutice pingui, recto, foliis latis, olusatro similibus, sed minoribus & odoratis. Diosc. Plin. *lib.* 26. *cap.* 8. Lauer quoque nascens in riuis, condita & cocta torminibus medetur.

Lauerna, Deæ cuiusdam nomen fuit apud Romanos, in cuius tutela fures esse putabantur, qui ab ea Lauerniones dicti sunt. Ita me benè amet lauerna (inquit Cocus.) Plaut. *Aul. sc.* 2. *a.* 3. {Die diebsgöttin bey den Römern.} ¶ Hinc Lauernalis porta Romæ dicta est ab æde Lauernæ propinqua. Hæc ferè ex Festo.

‖Lauernio, fur, quia sub tutela Lauernæ: vt habent impia Gentilium figmenta. ‖

Lauicanum villæ nomen. Suet. *in Cæs. cap.* 85.

Lāuīnĭă, Λαουΐνια. Filia fuit Latini regis & Amatæ, quæ primùm Turno, deinde Æneæ desponsata est: cuius occasione orto inter hos duos bello multi vtrinque occubuerunt. Tandem deuicto Turno, Æneæ nupsit: quo mortuo ipsa priuigni insolentiam timens, in syluas prægnans profugit, & apud Tyrrheum pastorem diuertit, ibique peperit filium, quem Iulum Syluium Posthumum appellauit, eo quòd post patris funus in syluis natus esset. Hanc tamen postea Ascanius in regnum reuocauit, quum ipse secessisset Albam longam, vrbem à se conditam: Lauinio nouercæ relicto, quod illa moriens Iulo Syluio posthumo filio suo reliquit. Virg. *Æneid. lib.* 12.

——*& victum tendere palmas*

Ausonij videre: tua est Lauinia coniunx, &c.

Lāuīnĭum, Λαουΐνιον Stephano, Λαουΐνιον Straboni. Vrbs fuit in Latio, ab Ænea condita, & à nomine Lauiniæ vxoris ita appellata. Cuius rei testis est Liu. 1. *ab Vrb.* Æneam (inquiens) apud Latinum fuisse in hospitio tradunt. Ibi Latinum apud Penates deos domesticum publico adiunxisse fœdus, filia in matrimonium data. Ea res vtrisque Troianis spem affirmat tandem stabili, certáque sede finiendi erroris. Oppidum condunt: Æneas ab nomine vxoris Lauinium appellat.

‖Launegild, in ll. Longob. Gloss. Launechild sine solemnitate testium. ἀντίδωρον.

Lauendala vide *Lauandula.* ‖

Lăvo, as, Abluo, purgo, mundo, nitidum reddo. Descendit à verbo Græco λούω, quod eiusdem est significationis. Hinc latrina, q. lauatrina. {רחץ rachás כבס cibbés. λούω, πλύνω, νίπτω. Gall. *Lauer.* Ital. *Lauare.* Germ. Wäschen. Hisp. *Lauar.* Angl. *To wash.*} Plaut. *in Aul.* Aquam hercle plorat, quum lauat profundere. Idem *in Truculento,* Vise illam, atque operire ibi, iam exibit: nam lauabat. Virg. 3. *Eclog.*

——*Omnes in fonte lauabo.*

Ouid. *Epist.* 2.

Membra lauabis aqua.

Idem 3. *de Arte,*

——*Lachrymis vulnera sana lauat.*

Præteritum facit laui. Terent. *in Heaut.* Atque illa, si iam lauerit, mihi nuntia. Supinum est lotum: vnde deducitur participium lotus. Martial. *lib.* 5.

Lotus nobiscum est, hilaris cœnauit, & idem

Inuentus manè est mortuus Andragoras.

Olim etiam lauatum faciebat, & per syncopen lautum. Ter. *in Eunuch.* Abeunt lauatum, perstrepunt. Horat. 1. *Serm. Satyr.* 6.

Ast vbi me fessum sol acrior ire lauatum

Admonuit.

Ouid. 3. *Fast.*

Sacra lauaturas manè petebat aquas.

Lauandi raritate valetudinem tueri. Suet. *in Aug. cap.* 82. Dormit, ornatur, lauat. (excusantis mulierem.) Plaut. *Mil. sc.* 2. *a.* 2. Lauasti. *Amphitr.* Quid postea quam laui. *Ibid.* Quid me vis, eo lautum, vt sacrificem. Idem *Aul. sc.* 5. *a.* 3. Lauari cum viris signum adulteræ. Quint. Ancilla quæ latrinam lauat. Plaut. *Curc. sc.* 4. *a.* 4. Lauabo vt rem diuinam faciam. Idem *Aul. sc.* 2. *a.* 4. Venit imber, lauit parietes. Idem *Most. sc.* 2. *a.* 1. ¶ Veteres hoc verbum per tertiam coniugationem inflectebant. ¶ Idem *Truc.* Mihi quoque præ lassitudine, opus est lauere. Cato *cap.* 65. Si inquinata erit, lauito Virg. *lib.* 10. *Æneid.*

Visceribus superinfundens lauit improba teter Ora cruor.

Horat. 1. *Serm. satyr.* 5.

Ora manúsque tua lauimus Feronia lympha.

Quibus in locis quum prima syllaba huius verbi corripiatur, certum est non esse præterita temporis, quum dissyllaba præterita priorem necessariò producant. Simile est illud apud Virg. 3. *Æneid.*

Luminis effossi fluidum lauit inde cruorem.

¶ Interdum significat madefacere, humectare, βρέχειν. Plaut. *in Pseud.* Gestas tabellas tecum, eas lacrymis lauis. ¶ Huius composita, Abluo, alluo, colluo, circumluo, deluo, diluo, eluo, perluo, proluo, præluo, reluo, & subluo: quorum significata vide suis locis.

Lăuātĭo, Lauacrum, purgatio, lotio. {רחץ rachás רחצה rachesah. λοῦσις. Gall. *Lauement, baignement.* Ital. *Lauamento.* Germ. Wäschung. Hisp. *Lauamiento.* Angl. *A washing.*} Plin. *lib.* 8. *c.* 45. Lauatione calidæ aquæ traduntur pinguescere. Cic. *Varr.* Si minus, persequar in Cumanum, & antè te certiorem faciam, vt lauatio parata sit, id est, balneum. Plaut. *Mostell. sc.* 3. *a.* 1. Quid ea messis ad meam lauationem attinet? nihilo plus quàm lauatio ad messim.

Lăuācrum, Balneum, in quo quis lauari commodè potest. {רחץ rachats רחצה rachtsah. λουτρόν. Gall. *Lauoir, vn lieu à se lauer.* Ital. *Lauatoio.* Germ. Ein bad. Hisp. *Lugar do se lauan.* Angl. *A washing place.*} Gell. *lib.* 1. *cap.* 2. Propulsabamus caloris incommoda lucorum vmbra ingentium, longis ambulacris & mollibus, ædium posticum refrigerantibus lauacris. Huius dictionis media producitur quum à supino lauatum deriuetur.

Lautūs, a, um, à λαῦχος. fuit enim priùs Daucus. Purgatus, lotus, mundatus. {רחץ rachats מכבס mecubbás. λελουμένος. Gall. *Laué.* Ital. *Lauato.* Germ. Gewäschen, gebadt. Hisp. *Lauado.* Angl. *washed, cleane, tricke.*} Terent. Te ve asymbolum venire vnctum atque lautum e balneis: Horat. 2. *Serm. satyr.* 3.

Libertinus erat qui circum compita siccus

Lautis manè senex manibus currebat.

Cicer. *pro Deiot.* Cur te lautum voluit, cœnatum noluit occidere? aliquando idem ferè quod mundus & splendidus. {ענג hanúgh עדין hadein יקיר iakkir נדיב nadhib שוע schah. πολυτελής. Gall. *Magnifique & sompteux, honneste, honorable.* Ital. *Delicato, polito, magnifico.* Germ. Sauber/zierlich/wolzugerüst. Hisp. *Afeytado ò delicado.*} Hinc lauta cœna, apud Plin. *in Epist.* 194. dicitur, quæ magnificè, opiparéque est instructa. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Facite vt strata lautáque sint hæc omnia. Gell. *cap.* 11. *lib.* 13. Dominum conuiuij esse oportet non tam lautum, quàm sine sordibus. Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 2. Tute tibi puer es lautus. Luces cereum. ¶ Homo lautus dicitur, qui elegans est, mundus & splendidus, λαμπρός. Cic. 3. *Verr.* Quum iste atque istius amici, homines lauti, atque vrbani, sermones huiusmodi dissiparent. ¶ Aliquando diuitem & potentem. Terent *in Heaut.* Omnes te in lauta, & bene aucta parte putant, Cicer. *Attil. lib.* 13. In Halesina ciuitate tam lauta, quàm nobili coniunctissimos habeo. Lautum & copiosum patrimonium, apud eundem *pro Rab. Posthumo.*

Lautē, aduerbium, Eleganter, splendidè, magnificè. {λαμπρῶς. Gall. *Mignonnement, iolyment, gentiment.* Ital. *Delicatemente, gentilmente, magnificamente.* Germ. Herrlich/köstlich. Hisp. *Afeytadamente y delicadamente.* Angl. *Minionly, costely, deintely.*} Plaut. *in Casina.* Lautè vestitus, exornatúsque ambulat. Idem *in Mil.* Loquitur lautè, & minimè sordidè. A lautus fit diminutiuum lautulus: à quo aduerbium lautulè.

Lautĭtĭă, æ, Epularum magnificentia, à lauatione dicta, vt Festo placet, quia apud antiquos elegantiæ studium quod nunc est, non erat, & rarò quis lauabat. {תענוג tahanúgh מהדנים mahadanim. πολυτέλεια. Gall. *Magnificence en habits ou banquets.* Ital. *Delicatezza, magnificenza in habiti & in cibi.* Germ. Zierlichkeit/köstlichkeit. Hisp. *Afeyte ò delicadeza en manjares.* Angl. *Finesse, de intinesse.*} Lautitia igitur munditia est in vestitu & in epulis. Suet. *in Cæs. cap.* 46. Munditiarum, & lautitiarum studiosissimus. Item lautitiarum inuidia. Idem *in August. cap.* 71. Plin. *lib.* 9. *cap.* 35. Quum exquisitis quotidie Antonius saginaretur epulis, lautitiam eius omnem, apparatúmque obtrectans. Cicer. *in Epist.* Fama ad te mea noua lautitia veniet. ¶ Antiquitus etiam lautitia dicebatur, teste Festo, farina ex tritico aqua conspersо.

Lautĭa, orum, Munera dicebantur quæ Romani per Quæstores legatis exterarum nationum, Regibus amicis, ac viris claris aduenientibus mittebant. {Λαύτια, vt inquit Plutarch. *in Probl.* Gall. *Presens & dons que les Romains ennoyoyent aux ambassadeurs des estrangers.* Ital. *Doni & presenti che si faceuano da Romani à gli ambasciatori di principi esterni, & ad altri gran personnaggi.* Germ. Gaben oder geschenck so der Römisch gewalt frömbden bottschafften zuschickt/sie zuuerehren. Hisp. *Las dadiuas que dauan los Romanos à los embaxadores estrangeros.* Angl. *Presens that the Romanes sent to the ambassadeurs of other realmes.*} vnde scribit Liu. Lautia Attalo fuisse decreta, Fest. Dautia dicebant veteres quæ Lautia dicimus, dabantur legatis hospitij gratia. Liu. 8. *bell. Pun.* Locus inde, lautiáque legatis præberi iussa. Loca lautia. Idem 2. *d.* 5. Et, locum lautia. 5. *d.* 5. Legimus & Lautias fœminini generis in eadem significatione. Idem 8. *bell. Pun.* Ad hoc ædes, libera loca, lautiæ legatis decreta, ex Bud. Lautia dicuntur, quæcunque ad lautitiam atque elegantiam cultus & mensæ pertinent. Vlp. *de aur. & arg. l. argumento.* Mundo, inquit, muliebri continentur lautica, arcus, reticula, & huiusmodi. Lautica, vocem, ni fallor, nihil Nebriss. interpretatur, ac pro ea reponendum putat vocabulum Calentica, vt habet editio Noremberg. cuius non tantùm hic, sed & alibi meminit Vlp. Erat autem tegmen muliebre capitis, & Baysius ex Cic. docet.

Laurea, vide *Laurus.*

Laurĕă Tullius, Ciceronis libertus fuit, cuius extat nobile de aquis Ciceronianis epigramma apud Plin. *lib.* 31. quod quoniam circa principium operis huius inseruimus in dictione *Academia,* illinc lectori petendum relinquimus.

‖Laureacum, *Lorch,* sedes olim fuit metropolitana Pannoniæ, & Norici: cuius hodie rudera in Enfio Austriæ oppido, vulgò *Ens*, exstare tradit Lazius *lib.* 2. *rerum Viennensium cap.* 2. ‖

Laurentiă, vxor Faustuli fuit, pastoris Amulij, quæ Romulum, & Remum expositos nutriuit, & quoniam se omnibus prostituebat, lupa dicta est. Et hinc locus datus est fabulæ, Romulum & Remum à lupa esse nutritos.

tos. Hanc aliqui Laurentiam vocant: festáque in honorem eius instituta, Laurentinalia. Plutarch. *in Rom.*

Laurentalia, λαυρεντάλια. Feriæ erant in honorem Acciæ Laurentiæ institutæ, quæ nutrix fuit Romuli & Remi: cui sacerdotes in velabro sacrificabant, teste Varr. *lib.5. de L. L.* Laurentalia (inquit Festus) Laurentiæ coniugis Faustuli & nutricis Romuli & Remi festa.

Laurens, tis, Modò gentile nomen est, λαυρεντινός. Virg. 12. *Æneid.*

Ipsi Laurentes mutati, ipsique Latini.

Idem 1. *Æneid.*

——*Laurentis regia Pici.*

¶ Modò, denominatiuum omnis generis. Idem 12. *Æneid.*

Te quoque Laurentes viderunt Æole campi
Oppetere.

Idem *alibi.*

——*Ignarum Laurens habet ora Mimanta.*

Idem *lib. 7.*

——*postquam Laurentia victor,*
Geryone extincto Tirynthius attigit parua.

Laurentum, ciuitas Latij, non procul à Lauinio: ita dicta à sylua laurea, qua excisa ædificata est. Vel (vt inquit Priscianus) à lauro ibi primùm inuenta, dum Picus eam conderet. Hinc Laurentes populi dicti sunt.

Laureolus, Poëtis traditus fuisse latro sceleratissimus, eóque nomine in crucem sublatus, & à feris deuoratus. Quæ fabula aliquoties Romæ in spectaculis repræsentata est. Iuuen.

Laureolum velox etiam bene Lentulus egit,
Iudice me, vera dignus cruce.

De Domitiano quoque memoriæ proditum est, hanc fabulam repræsentaturum nocentissimum quendam, vltimo supplicio damnatum, in crucem erigi iussisse & immissa vrsa dilacerari: atque ita rei veræ, non fictæ, spectaculum populo exhibuisse. Martialis *in Amphitheatro Cæsaris,*

Qualiter in Scythica religatus rupe Prometheus
Assiduam nudo pectore pauit auem
Nuda Calydonio sic pectora præbuit vrso,
Non falsa pendens in cruce Laureolus.

Laurëotis, is. Spodij genus est ex argento. Est autem spodium cineris genus ex metallis, dum in fornace coquuntur fauillæ modo euolans, & in fornacis pauimentum recidens: vt docet Galen. *lib. 9. simp. medic.* qui ea ratione distinxit spodium à pompholyge, quòd hæc ob læuitatem ad summas vsque fornacum cameras euolaret, iisque adhærescceret: illud neque tam altè euolaret, & mox in pauimentum recideret. Plinius tamen spodion etiam illud appellat, quod summis fornacum testudinibus adhæret: distinguitque à pompholyge solo colore, quòd pompholyx minùs candida sit.

‖Lauretum, *Loreto*, V. E. ditionis Pontificiæ, Deiparæ Virginis æde sacra toto orbe celebris.‖

Laurices, Fœtus sunt cuniculorum è matre execti, vel vberibus ablati, qui olim cum intestaneis non repurgatis cocti, gratissimis in cibis habebantur. Autor Plin. *lib. 8. c. 55.*

Laurion, λαύριον, Locus in Atticæ montanis, mare spectans, argentifodinis nobilitatus: cuius meminit Thucydid. *bell. Peloponnes. lib. 2. & 6.*

Laurolauinium, λαυρολαβίνιον, vrbs Latij proxima Laurento.

LAVRVS, i, à Laus vel ex λα & φῶς. {עזרח ezrách. GALL. *Laurier.* ITAL. *Lauro, allore.* GERM. Ein lorbeerbaum. HISP. *Laurel arbor.* ANGL. *A laurell or baye tree.*} Aliquando quartæ classis fuit, & lauru in sexto casu, & in recto numeri multitud. laurus, efferebatur. Est autem genus arboris, perpetua virens coma. Itaque & Apollini sacra esse putatur, eo quòd is Deus semper iuuenis & imberbis esse existimetur. A Græcis δάφνη dicitur: quæ res poëtis fabulandi occasionem videtur præbuisse, Daphnem puellam ab Apolline adamatam, quum vim eius effugere non posset, deorum miseratione in laurum fuisse mutatam. Laurus (inquit Plinius *lib. 15. cap. 30.*) triumphis propriè dicatur, vel gratissima domibus, ianitrix Cæsarum, Pontificumque: quæ sola & domos exornat, & ante limina excubat. Duo eius genera tradit Cato, Delphicam & Cypriam. Delphica laurus dicta, quòd victores Delphis ea coronarentur, & est viridior laurus, maximis baccis, & è viridi rubentibus. Cypria, folio breui, nigro, subcrispo. Quidam mustaceam addiderunt, ita dictam, quoniam mustaceis subiicetetur. Hanc esse folio maximo constat, flaccidóque, & albicante. Numeratur etiam ab aliquibus inter lauri genera Tinus, quam nonnulli syluestrem laurum intelligunt, nonnulli sui generis arborem. Differt colore, est enim cærulea bacca. ¶ Item regia laurus, quæ & augusta cognominatur, amplissima & arbore, & folio, baccis quoque gustatu non asperis. ¶ Sunt & alia lauri genera. Plin. *lib. 15. cap. 30.* ex quo hæc paucis verbis immutatis. Laurus Apollinea, quòd Apollini dicata sit. Ouid. *6. Fast.*

Venit Apollinea longas concordia lauro
Nexa comas.

Delphica lauro comam cingere. Horatius 3. *carm. Ode* 30. Fatidica laurus, Claudian. 3. *Panegyr.* Vel quòd Apollini fatidico Deo est dicata: vel quòd ex eius crematæ strepitu futura colligebant, vt Porphyrius philosophus, & *Iliad.* 1. scribit Eustathius. Fragosiùs enim combusta felicitatem portendere credebatur. Tertullian. *lib. 2. Eleg. 5.*

Laurus vbi bona signa dedit, gaudete coloni.

Contrà si tacitè conflagrasset, tristia portendebat. Propert. *lib. 2. Eleg. 29.*

Et iacet extincto laurus adusta foco.

Vide Cæl. Rhodig. *lib. 5. cap. 7.* Plin. *lib. 15. cap. 30.* Laurus ipsa pacifera, vt quàm prætendi etiam inter armatos hostes quietis sit indicium.

Laurëa, propriè lauri folium perpetuò virens, & topiario operi accedens. {δάφνη. GALL. *Fueille de Laurier.* ITAL. *Foglia di lauro.* GERM. Ein lorbeerblat. HISP. *Hoja de laurel.* ANGL. *The leafe of a baye tree.*} Ouid. *3. Fast.*

Cedit ab Iliacis laurea cana focis.

Plin. *lib. 15. c. 30.* Vnius arborum Latina lingua nomen imponitur viris: vnius folia distinguuntur appellatione: lauream enim vocamus. Quem Plinij locum sic intellige, Nullam esse arborem à qua viris nomen sit impositum præter vnam laurum, deinde nullam esse arborem, cuius folia habeant distinctam appellationem, præter vnius lauri folia, quæ laurea dicuntur. Virg. 8. *Eclog.*

Populus Alcidæ gratissima, vitis Iaccho,
Formosa myrtus Veneri, sua laurea Phœbo.

Horat. *lib. 2. Carm.*

Tum spissa ramis laurea feruidus.

¶ Aliquando corona est, ex lauro facta, quæ in triumphis adhibebatur. {GALL. *Chapeau de fueilles de laurier.* ITAL. *Ghirlanda con foglie di lauro.* GERM. Ein lorbeerkrantz. HISP. *Corona ò guirnalda de laurel.* ANGL. *A garland of laurell leaues.*} Mart. *lib. 2.*

Quæ datur ex Dacis laurea, tota tua est.

Cicer. *de prou. Consul.* Si in capitolium inuehi victor cum illa insigni laurea gestiret. Senec. *c. 10. de consol. ad Helu.* In Iouis gremio reponere lauream. Ouid. *Eleg. 2. lib. 4. Trist.*

——*Dabitur meritò laurea Ioui, &c.*

Cic. *de re rust. lib. 1.* Lauream & Laurum, & mutata diphthongo, au, in o literam, Loream dixit.

Laurëus, a, um, quod est ex lauro {δάφνινος. GALL. *De laurier.* ITAL. *Di lauro.* GERM. Lorbeerin. HISP. *Cosa de laurel.* ANGL. *Of the baye tree.*} quomodo roseus, myrteus, quod ex rosa, myrtóve confectum est: vt, Laurea corona, & serta laurea. Plin. *lib. 15. cap. 30.* Ouid. *2. Trist.*

Ponat & in nitida laurea serta coma.

Laurëtum, Locus consitus lauris. {δαφνών. GALL. *Vn lieu planté de lauriers.* ITAL. *Luogo piantato d'allero.* GERM. Ein ort da vil lorbeerbaum stehn. HISP. *Lauredal, lugar de laureles.* ANGL. *A place planted with baye trees.*} veluti rosetum, myrtetum, spinetum: locus rosis, myrtis, spinisve consitus. Plin. *lib. 15. cap. vlt.* Durat & in vrbe nomen impositum loco, quando lauretum in Auentino vocatur, vbi sylua lauri fuit.

Laurëola, æ, accentu in antepenultima, à laurea diminutiuum nomen, Coronula ex lauro. {δαφνίνος, στέφανος, δάφνης μικρός. GALL. *Petit chapeau ou guirlande de laurier.* ITAL. *Ghirlanda di lauro.* GERM. Ein lorbeerin krentzlin. HISP. *Corona ò guirnalda de laurel.* ANGL. *A garland of the baye tree.*} Cicer. *lib. 2. Epistol. famil.* Qualemcunque triumphum siue ouationem Laureolam appellat. Velles enim, ait, tantummodò vt haberem negotij, quod esset ad laureolam satis. Laureolam in mustaceo quærere, est ex re friuola insignem laudem captare. Cicer. *ad Attic.* Bibulus, credo, voluit appellatione hac inani nobis esse par: in eodem Amano cœpit laureolam in mustaceo quærere. Est autem mustaceum, seu mustaceus, libi genus, cui aliquid additur de virga lauri decusum, ac decoquitur suppositis lauri foliis, vt indicat Cato *lib. de Agricult.* Vnde Plin. *lib. 15. cap. 30.* mustaceum dictum putat tertium lauri genus, quod ad eum vsum adhibebatur. Alioqui laurus erat triumphalis, ornamentum ædium principalium ac pontificiarum. Hanc qui non poterant assequi laurum, in mustaceo quærebant laureolam.

‖Laureo, as, corono. Gl. A. L.‖

Laurëatus, a, um, nomen, Lauro ornatus. Latinum non est. Hinc laureati, qui laureis coronati sunt. {δαφνηφορούμενοι. GALL. *Couronnez de laurier.* ITAL. *Inghirlandati di lauro.* GERM. Mit einem lorbeerinen oder lorbletterin krentzlin bekrönt. HISP. *Coronados de laurel.* ANGL. *Crowned with the baye tree.*} Cicer. *pro Muren.* Qui imaginem patentis sui laureatam in gratulatione sua conspexit. Sic fasces laureatos dixit. Idem *2. de Diuin.* id est, fasces laurea, vel lauro circumuolutos. Plin. *lib. 35. cap. 18.* Tantúmque non cum laureatis fascibus remitti illò, vnde cretatis pedibus aduenissent. ¶ Laureati lictores qui laureatos fasces & laureas coronas gerunt. Cicer. *ad Attic. lib. 7.* Laureatæ fores. Senec. *cap. 16. de consolat. ad Polyb.* ‖Laureatæ epistolæ, quæ lauro inuolutæ in victoriæ signum ab Imperatoribus ad Senatum mittebantur. Scriban.‖

Laurifer, a, um, & Lauriger, Ferens, seu gerens laurum. {δαφνηφόρος. GALL. *Qui porte lauriers.* ITAL. *Lauro che produce lauri.* GERM. Der etwas lorbeerbaums tregt. HISP. *Que tiene à trae laurel.* ANGL. *That beareth baye trees.*} Lucan. *lib. 5.* Lauriferos nullo comitetur vulnere currus. Mart. *lib. 3.*

Laurigeros ageres quum læta triumphos.

Lauricomus, a, um, {ὁ καὶ ἡ δαφνόκομος, ὁ δαφνώδης. GALL. *Qui porte ou a du laurier.* ITAL. *Inghirlandato d'allero.* GERM. Das vil lorbeerbaum hat. HISP. *Cosa que tiene hojas de laurel.* ANGL. *That beareth baye trees.*} vt, Montes lauricomi, id est, lauri comis ornati, Lucr. *lib. 6.*

Laurinus, a, um, Quod ex lauro factum est, laureus. δάφνινος. vt, Laurinum oleum. {δαφνέλαιον. GALL. *De laurier.* ITAL. *D'allero.* GERM. Lorbeerin. HISP. *Cosa de materia de laurel.* ANGL. *Made of the baye tree.*} Plin. *lib. 23. cap. 4.* Oleum laurinum vtilius quò recentius. Idem *lib. 12. cap. 8.* Item laurino folio.

Laüs, Lai, dictio dissyllaba, λᾶος. Fluuij nomen est in finibus Italiæ, agrum Brutium à Lucanis dirimens: cuius meminit Strab. *lib. 6.* & Ptolem. *lib. 3. c. 1.* ¶ Est & alter eiusdem nominis fluuius in ea parte Macedoniæ, quæ Adriatico mari proxima est, per Apolloniatarum agrum in mare sese exonerans, idem (opinor) cum eo quem Plin. Æantem appellat. Vide Ptol. *lib. 3. c. 13.*

Laus, dis, vide *Laudo.*

‖Lausaicum, historia SS. Patrum, olim legi solita. Lex. gr. b.‖

Lausanna, Allobrogum vrbs, ad lacum Lemanum sita. Vulgò *Losanne.* sub A. Vesontionensi.

Lausus, filius fuit Numitoris, & frater Iliæ Syluiæ, quem Amulius patruus fugato patre occidit. Ouid. *3. Fastor.* ¶ Alius fuit Mezentij filius, quem Æneas interfecit, quum parentem vulneratum defenderet. Virg. *lib. 11. Æneid.*

Lautia, Lautitia, Lautus, vide *Lauo.*

Lautulæ, arum. Locus fuit in vrbe Romana, non procul à Iano gemi-

no: à lauando dictus, quòd aquas calidas haberet. Autor Varr. *lib.4. de ling. Lat.*

[Lautumia, Latinis pro eo, quod Græcis λατομία.]

Laüs, Pompeia, Italiæ Transpadanæ oppidum, à Boiis conditum, teste Plin. *lib.3 c.17.* vulgò *Loda.*

[Lax, fraus. Fest. Est à *lacio*: quod verbum vsurpat Lucr. *lib.4.*

Quod facerent nunquam, nisi mutua gaudia nossent,
Quæ lacere in fraudem possent vinclóque tenere.]

Lāxāmentum, Laxare, Laxatus, vide *Laxus.*

[Lauzanum, animal quadrupes. Gesn.]

Lāxŭs, a, um, à λύω. Laxatus, remissus, non contentus, aut adductus. {שמוט *nischmát*, נרפה *nirpéh* נפתח *niphtach* מותר *muttár*. χαῦνος. GALL. *Lasche, large.* ITAL. *Rallentato.* GERM. Weit, luck, abgelassen. HISP. *Floxo, ancho.* ANGL. *Loose, slack.*} vt, Laxæ fides, laxæ rudentes, laxus arcus. Virg. 11. *Æneid.*

Sed laxos referunt humeris languentibus arcus.

Sic laxa vela dicimus, quæ ventorum flatu non tenduntur. ¶ Item Laxas habenas, pro molli & leni imperio, translatione ab equis sumpta, quæ habenis adductis molestius & laboriosius incedunt, quàm iisdem relaxatis. ¶ Accipitur item laxus pro amplo & capaci ἀθρός. Colum. *lib.1. cap.3.* Nec dubium quin minus reddat laxus ager, non rectè cultus, quàm angustus eximie. ¶ Laxum tempus, id est, longum: cui opponitur breue, & angustum. Plin. *in Epist.* Tempus sibi & quidem laxius vindicauit, id est, longius. Cicer. *ad Attic. lib.6.* Ego sic diem statuo satis laxam, id est, tempus satis longum. Proculus *l. quum stipulamur. ff. de verborum obligat.* Quum ipse arbitratu meo aliam diem operi faciundo laxiorem dederim, id est, quum diem protulerim. ¶ Hinc Prolixum, quasi porro laxum. Inuenitur & Laxum, aduerbium, pro latè. Martial.

——*Et adhuc superet centies tibi laxum.*

Laxiorem diem dare. Lau.4 *d.4.*

Lāxē, aduerbium. Remissè, latè. {χαύνως. GALL. *Laschement, au large.* ITAL. *Largamente, rimessamente.* GERM. Weit, oder nit eng. HISP. *Floxamente, anchamente.* ANGL. *Looselie, largelie.*} Cicer. *pro domo sua*, Habitare laxe & magnificè voluit. Laxè)(Angustè. Varro 2. *de re rust. cap.10.* De numero pastorum alij angustius, alij laxius constituere solent.

Lāxĭtās, atis. Remissio)(Contentio. {שמטת *schemittáh* מרפא *marpé* פתחון *pithchón*. χαύνωσις. GALL. *Estendue au large, largeur.* ITAL. *Rallentamento, remissione, allentamento.* GERM. Weite. HISP. *Floxura, anchura.* ANGL. *Loosenesse, slakenesse.*} vt Laxitas in fidibus esse dicitur, quum tensæ non sunt. Accipitur tamen non rarò pro amplitudine, seu magna capacitate. εὐρύτης: cui opponitur angustia: vt Laxitas domus. Cicer 1. *Officior.* Sic in domo clari hominis, in quam & hospites multi recipiendi sunt, & admittenda hominum cuiusquemodi multitudo, adhibenda est cura laxitatis. Laxitas viarum. Columell. *lib.4. cap.8.* Et laxitas ædium. Sueton. *in August. cap.72. & in Nerone cap.31.*

Lāxo, as, Laxum reddo, remitto)(Contendo, intendo, adduco. {רפה *rippáh* פתח *pittach* התיר *hittir*. χαλάω. GALL. *Mettre au large, lascher, relascher.* ITAL. *Rallentar, relasciare.* GERM. Weit oder luck machen, nachlassen. HISP. *Afloxar, ensanchar.* ANGL. *To loose, to slake.*} vt Laxare arcum, laxare fides citharæ, laxare rudentes. Vsus est Cicer. pro dilatare & proferre. ἐξαπλόω. Idem *ad Attic. lib.2.* Vt nonum euum illud eousque laxaremus, & vsque ad atrium libertatis explicaremus. Plin. *lib.11. cap.14.* Laxatur hic plaga, non adimitur. Senec. *cap.10. de consolat. ad Heluiam.* Laxare corpora, & maiora facere. Idem *cap.15. de tranquill.* Laxabat animum vino Cato Laxare animum. Sueton. *in August. cap.83.* ¶ Aliquando accipitur pro relaxare, & ex eo quod debebatur, aliquid remittere. ἀνιέναι, habétque antitheton astringere. Cicer. *ad Attic.* Tantum abest vt ex eo, quo astricti sumus, aliquid laxari velim, vt, &c. ¶ Aliquando pro libero. Idem *in Catone M.* qui se à libidinum vinculis laxatos esse non molestè ferrent. Idem 1. *Tuscul.* Quódque nunc facimus, qui laxati curis, &c. ¶ Aliquando pro aperio. Virg. 2. *Æneid.*

Laxat claustra Sinon.

Hinc relaxo, quod est rursus laxo, recreo, remitto. Cicer. *lib.1. Officior.* Atque etiam quum relaxare animos voluerint, caueant intemperantiam.

Lāxāmentum, i, Relaxatio, remissio, requies, recreatio. {מרפא *marpe.* ἄνεσις. GALL. *Relasche, relaschement, eslargissement, recreation.* ITAL. *Rallentamento, relassamento da fatica, riposo, recreatione.* GERM. Ein nachlassung vnd erledigung. HISP. *Floxura, anchura, recreacion.* ANGL. *Release, recreation, refreshing.*} Cic. *lib.7. Epist.* Ego tamen nactus in nauigatione nostra pusillum laxamenti, concinnaui tibi munusculum. ¶ Laxamentum & veniam non habent leges, si modum excesseris. Liu. 2. *ab vrbe.* Laxamentum & otium. Gell. *cap.1 lib.6.* Item laxamentum dare, Liu. *lib.5. ab vrb.*

[Lazaroma, vestis mortualis. L.g.b.

Lazaros, homo recens mortuus. Idem.

Lazarus nomen viri, *Luc.16.*]

Lāzi, λαζοί Stephano. Populi sunt Themiscyræ regionis, ad Pontum Euxinum. Vide Plin. *lib.6. c.5.*

[Lazulus, lapis opacus sapphiri colore aut florum cyani, aureis punctulis aut flammulis exornatus.

Lazurion, color cæruleus. L.g.b.]

L E

Lĕa, Leonis fœmina est, quæ & Leæna dicitur: {לביאה *lebiyá*. λέαινα. GALL. *Lionne.* ITAL. *Leena, leonessa.* GERM. Ein löwin. HISP. *La leona.* ANGL. *A lionesse, or she lion.*} Lucr. *lib.5.*

Irritata lea iaciebant corpora saltu.

Ouidius,

Nec lea cùm catulis lactentibus vbera præbet.

Rarius est & infrequentius. Itaque leæna nobis potius quàm lea dicendum. Idem *Eleg.7. lib.4. Trist.*

Chimæra à trunce separat angue eam.

¶ Lea item brassicæ genus, latis foliis è caule exeuntibus: vnde & λεία quidam vocauêre. Græci item λεία appellant, hoc est, Læuem à foliorum læuitate. Plin. *lib.10. c.9.*

Lea, insula supra Cretam, vna Sporadum: cuius meminit Plin. *lib.4. c.12.* ¶ Item oppidum Syenicatum, qui sunt populi in ea Africæ parte, quæ sinum Arabicum spectat. Vide eundem *lib.6. c.29.*

Lĕænă, {לביאה *lebiyá*. λέαινα. ANGL. *A lionesse, or she lion.*} Leonis fœmina, itidem vt lea appellatur. Virg. 2. *Eclog.*

Torua leæna lupum sequitur: lupus ipse capellam.

Plin. *lib.8. c.16.* Aristoteles tradit leænam primo fœtu parere quinque catulos, ac per annos singulos vno minus, ab vno sterilescere. Leænæ quot pariant, docet Gell. *c.7. lib.13.*

Leæna, scortum Athenis non ignobile, ob lyræ cantum Harmodio & Aristogitoni familiare. Hanc memoriæ proditum est, ad necem vsque à tyrannis excruciatam, nullis tamen tormentis adduci potuisse vt tyrannicidarum consilia patefaceret. Quamobrem Athenienses, & honorem habere ei volentes, nec tamen scortum celebrare, animal nominis eius fecêre: atque vt intelligeretur causa honoris, in opere linguam addi ab artifice vetuerunt. Autor Plin. *lib.34. cap.8.*

Lĕānder, Λέανδρος, iuuenis nomen ex Abydo Asiæ oppido in litore Hellesponti sito, qui quum Erûs puellæ amore captus esset, quæ in oppositi littoris oppido Sesto habitabat, noctu ad eam transnabat. Quod vbi aliquoties non infeliciter cessisset, iam audacior factus, quum mari tumido & impacato se commisisset, vi ventorum fluctuúmque victus, in Hellesponto submersus est. Fabulam hanc elegantissimo carmine apud Græcos prosequutus est Musæus: à quo Ouidius mutuatus est argumentum epistolarum Erûs ad Leandrum, & Leandri ad Erum.

Lĕarchus, Λέαρχος, Athamantis & Inûs filius, quem pater furore correptus occidit. Quod quum vidisset Ino, arrepto Melicerta altero filio, in mare se præcipitauit: atque illa quidem in deam maris mutata est, quam Græci Λευκοθέαν, Latini Matutam vocant: Melicertes autem in Deum marinum, quem Græci Παλαίμονα, Latini Portunum vocant. Ouid. *lib.6. Fast.*

Túque cadis patria parue Learche manu.

¶ Hinc adiect. Learcheus. Idem 6. *Fast.*

Mœsta Learcheas mater tumulauerat vmbras.

Lebadia, siue Lebadea, Λεβάδεια. Vrbs Bœotiæ est, non procul à Cheronea, & Orchomeno, nullam omnino gignens talpam. Plin. *lib.8. cap.58.* In Bœotiæ Lebadia illatæ, solum ipsum fugiunt, quæ iuxtà in Orchomeno tota subruunt arua, talpæ quarum è pellibus cubicularia vidimus stragula: adeò ne religio quidem à portentis submouet delicias.

[Lebbæus cognomentum Iacobi. *Matth.10.3.*]

Lĕbĕdŭs, Λέβεδος, Sardæ, Ioniæ ciuitas est, à Colophone centum viginti stadia distans. Hic scenicorum histrionum collegium fuit, qui in honorem Liberi patris ludicra certamina quotannis edebant. Horat. *lib 1. Epist.*

Scis Lebedus, quàm sit Gabiis desertior.

[Leberis λεβηρὶς serpentis exuuium, aut senium quod exuit, significat.]

Lĕbēs, tis, masc. gen. à λέβης. Vas æneum in quo igni apponitur aliquid vt ebulliat, authore Porphyr. *in 9. Iliad.* {סיר *sir* דוד *dudh.* λέβης. GALL. *Chauderon ou marmite.* ITAL. *Caldaia.* GERM. Ein ehriner haf oder kessel, den man über das feur henckt. HISP. *El caldero de cobre.* ANGL. *A pan, ketile, or caudron.*} Virg. 5. *Æneid.*

Tertia dona facit, geminos ex ære lebetes.

[Lebia, λεβίας, piscis]

Lebinthus, Λέβινθος, Insula est vna Sporadum, non procul à Pathmo, teste Strab. *lib.10.*

[Lebusia, *Lebus*, V.E. Germaniæ, ad Viadrum fl. Francofurto vicina, sub A. Gnesnensi.]

LECANOMANTIA, λεκανομαντεία, cum accentu. Diuinatio quæ fit per peluim. Vnde Strabo, lecanomantas & hydromantas in Perside frequentes fuisse tradit *lib.6. Geographia.*

[Lecanomanticus, λεκανομαντικός, qui lecanomantia vtitur.

Leccator, gulosus. Gloss. Isid. Vocab. vet. quod sæpe barbissimarum vocum est repositorium: Lecca est proprietas lingendi, & dicitur à lingo. inde hæc leccacitas, & hic leccator & hæc leccatrix. nam talium est lingere.]

Lĕchæum, Λεχαῖον. Portus est Corinthi ad sinum Crissæum, siue Corinthiacum, qui Isthmum Peloponnesi ad Occidentem alluit. Nam alterum qui Sinu Saronico ab Oriente abluitur, Schœnuntem appellant. Papinius,

Curua Palæmonio secluditur vnda Lechæo.

[Lecithus, λέκιθος ὁ vitellus.

Lecithopola, λεκιθοπώλης, venditor ouorum, vel pisorum: vt λεκιθόπωλις, eorum venditrix.]

Lecte, vide *Lego*, is.

Lectici, Lecticarius, vide *Lectus.*

Lectio, & Lectus, participium, vide *Lego.*

Lĕctum, Λεκτόν, Homero, vulgò *Scorpiata*, Asiæ promontorium est, ad Idam montem pertinens, Troadémque disterminans ab Æolide. Autores Plin. *lib.5. c.30.* & Strab. *lib.13.*

Lĕctŭs, à λέκτρον, λέχος: seu à lego: vel à λεχαῖος, herbosus. In locis enim herbidis cubabant pastores. Cubile, grabatus, dictus vt Varro inquit, quòd lectis herbis frondibus, & stramentis fieri solebat. {מטה *mittah* ערש *ères.* κλίνη, λέχος. GALL. *Lit ou couche.* ITAL. *Letto.* GERM. Ein beth. HISP. *Lecho, cama.* ANGL. *A bedde.*} Vel, vt alij putant ab allicicndo, quòd fatigatos ad quiescendum alliciat. Alij à Græco deducunt. Nam quem nos lectum dicimus, antiqui Græci vocabant λέκτρον. Cic. 7. *in Verr.* Nam pater grandis iam diu lecto tenebatur, id est, decumbebat, iacebat, & morbo vexabatur. Plaut. *Merc. sc.5. a.1. & in prolog. Cas.* In lecto cubat de ægrota. Apud lecti fulcrum capsulam construe Gell *cap.15. lib.10.* Lectus illix, amatores aues. Plaut. *Asin. sc.3. a.1.* Tibi dabitur lectus vbi haud somnum capias. Idem *Pseud. sc.2. a.1.* Ouid. *Eleg.3. lib.3. Trist.*

Nec mea consueto languescent corpora lecto.

¶ Lectos

¶ Lectos etiam habebant in tricliniis, in quibus recumbentes cibum sumebant: quos ab vsu discubitorios, & tricliniares appellabant: ad quorum differentiam Cic. 2. *de Diuinat.* inquit, Quos nos tum ex quietis causa in cubiculis habemus. Plaut. *Mostell. sc. 3. a. 2.* Vbi lectus stratus (conuiuiis sup.) Idem *Menaech. sc. 3. a. 1.* Lectos sternite, incendite odores. Idem *Curc. sc. 3. a. 2.* Deduco pedes de lecto clam (surgens è conuiuio loquitur.) Idem *Amphitr.* Cœnauisti mecum. Ego accubui simul. A. In eodem lecto? De Triclinio. In imo lecto cœnare. Sueton. *in August. cap. 64.*

Lectulus, diminut. Paruus lectus. {κλινίδιον, κλινάριον, κλινίς. GALL. *Vn petit lit, vne couchette.* ITAL. *Letto picciolo.* GERM. Ein bethlin. HISP. *Pequeño lecho.* ANGL. *A litle bedde.*} Cicer. *Attic. lib. 14.* A ducenda autem vxore sic abhorret, vt libero lectulo neget esse quicquam iucundius.

[Lectarius, κλινοποιός, qui lectos facit. Onom.]

LECTICA, Cathedra, aut sedes, qua ferebantur diuites & potentes, in qua puluinar & lectulus stratus erat. {צב *tsab.* φορεῖον, κλίνη. GALL. *Littiere où on se fait porter.* ITAL. *Lettica.* GERM. Ein tragbeth/senffte/rossbaar. HISP. *Las andas ò litera.* ANGL. *A litter where in great lordes made them selfes to be borne.*} Iuuen. *Satyr 3.*

Namque facit somnum clausa lectica fenestra.

Græci modò ἑξάφορον, modò ὀκτάφορον appellant, à numero sex, aut octo seruorum lecticam gestantium. Quos supra turbam delicatos lectica suspendit. Senec. *Epist. 81.* Lecticam affectari. Idem *c. 12. de tranq.* Plin. *lib. 17. cap. 14.* In mollibus arborum lecticis. Hic lectica significat paruum lectum.

Lecticula, diminut. Parua lectica. {κλινάριον. GALL. *Petite littiere.* ITAL. *Picciola lettica.* GERM. Ein tragbethlin. HISP. *Pequeñas andas ò litera.* ANGL. *A litle litter.*} Cic. *Mario.* Vt nostras villas obire, & mecum simul lecticula circuncursare possis.

Lecticarius, qui lecticam ferebat. {κλινοφόρος. GALL. *Qui porte ou aide à porter la littiere.* ITAL. *Portatore di lettica.* GERM. Einer so ein beth oder senffte hilfft tragen. HISP. *El que à cuestas lleua las andas.* ANGL. *That beareth the litter.*} Seruius Sulpit. *ad Cic.* Coactus sum in eadem illa lectica, qua ipse delatus eram, meisque lecticariis in vrbem cum referre. Sueton. *in Calig. c. 58. & in Othone c. 6.* Lecticarii cum asseribus accurrerunt.

Lecticariola, æ, à Martiale vocatur mulier, quæ lecticariorum (id erat vilissimum seruorum genus) amores sectatur: quemadmodum contrà ancillariolus ab eodem appellatur, qui ancillarum consuetudinem appetit. Locus est Martialis *in lib. 12. in Alaudam,*

Ancillariolum tua te vocat vxor: & ipsa
Lecticariola est. eris Alauda pares.

[Lectionarium. Missale. Hodoard.]

LECTISTERNIUM, ii, quum sacrorum gratia lecti in templis sternebantur ad discumbendum in epulo publico. {מרבד *marbadh.* Ἀγαπαί apud Athenæum.} In Capitolio enim stratis tribus lectis, conuiuium apponebatur tribus diis, Ioui, Iunoni & Mineruæ: Iupiter, id est, Iouis simulacrum, statuebatur in lectulo recubans: Iuno & Minerua in sellis considebant: sed appositis epulis, non ipsi dii, sed septem epulones fruebantur. Liu. *lib. 5.*

Lectisternator, Lectistrator, qui lectum sternit. {ὁ κλινοστρώτης, στρωματεύς. GALL. *Qui fait le lit.* ITAL. *Chi fa il letto.* GERM. Ein bethbereiter. HISP. *Que haze el lecho ò strado.*} Plaut. *in Pseud.* Tu esto lectisternator: tu argentum eluito.

[Lectisternium, statio lecti. Gl. Isid.

Lectrum, analogium, super quo legitur. Gloss. Isid. Lectrum & hoc legium pro pulpito. Vet. Dict. à lectione.]

Lecythus, à λήκυθος. q. ἐλαιοκύθος, παρὰ τὸ ἔλαιον κεύθειν. {אסוך *asúch* צפחת *tsappáchath.* λήκυθος. GALL. *Becar à tenir l'huile, gouttet ou burette.* ITAL. *Borale del oglio.* GERM. Ein ölkrug/ein geschirr mit einem weitten bauch vnd engen halß in dem man öl hatt. HISP. *El azeytera.* ANGL. *A pitcher or lyke vessell to contane oyle.*} Vasis genus ventre protuberante, oréque angustiore, oleo asseruando accommodatum, quod A. Gellius guttum appellat, Iulius Poll. Lecythum etiam inter vnguentaria vasa annumerat. ¶ Lecythum habere in malis, ἔχειν λήκυθον ἐπὶ τοῖς μήλοις, vel lecythum habere ad mala. Tectum & ænigmaticum conuitium est in anus, quæ rugas illitis pigmentis dissimulant, Aristoph. *in Concio.* ¶ Non est oleum in lecytho, ἔλαιον οὐκ ἔνεστιν ἐν τῇ ληκύθῳ. Scilicet quum significamus non esse precibus locum apud inexorabilem. Idem *in Auibus.* Est autem allusio ad vocem: nam ἔλαιον, oleum significat, & ἔλεος misericordiam.

Leda, Λήδα, Tyndari Laconiæ regis vxor fuit, quam quum Iupiter adamaret, transformatus in cygnum, cum ea concubuit. Ex quo congressu Leda duo peperit oua: ex quorum altero nati sunt Pollux & Helena, ex altero Castor & Clytæmnestra. Ouid. *in Epist. Helenes ad Paridem,*

Dat mihi Leda Iouem cygno decepta parentem.

[Ledo, nis, maris æstimatio. Gl. Isid.]

Legalis, vide *Lex.*

Legarium, vide *Lego, is.*

Legatarius, Legator, Legatum, vide *Lego, as.*

Legerda, Λέγερδα, vrbs est Armeniæ maioris, in Enterena regione, non longe ab Euphrate fluuio. Ptol. *lib. 5. c. 14.*

Legifer, vide *Lex.*

LEGIO, nis, A delectu militum dicta est. {τάγμα. GALL. *Legion.* ITAL. *Legione, squadra di soldati.* GERM. Ein legion/ist ein zal oder hauffen außerlesner vnnd gemusterter kriegsleuten bey 6000. HISP. *Legion.* ANGL. *A legion.*} teste Varr. *lib. 4. de lingua Lat.* eo quòd legionis milites viritim legi soleant. Legiones erant 600. equitum, & sex millium peditum, Plutarch. *in Romul.* Legiones dictæ ab eligendo, legiones veteranæ, Cæsar *lib. 1. de bell. ciuil.* Legionis legatus. Sueton. *in Tiber. cap. 19.* Legionis tribunus. Idem *in Claud. cap. 24.* In legione sunt sexaginta Centuriæ: Manipuli triginta: cohortes decem. Gell. *ad finem cap. 4. lib. 16.* Ad legionem cùm itant, id est, ad exercitum. Plaut. *Mostell. sc. 2. a. 1.* Tua legio es, (id est, tu es Imperator.) *Ibid.* Syngraphum ad legionem ferat, vt liceat abire domum. Idem *Cap. sc. 3. a. 2.* Is nunc Amphitruo præfectus est legionibus. Idem *in prologo Amphitr.* Quæ ad legionem facta sunt, id est, apud exercitum, idem *ibid.* Clanculum abii à legione, (id est, exercitu.) Idem *Amphitr. sc. 3. a. 1.* Quæ apud legionem vota voui. Idem *ibidem sc. 2. a. 3.* & metaphor. de dolo, Vt huc meas legiones adducam. Idem *Pseud. sc. 1. a. 2.* Vel legioni sat est. (id opsonium.) Idem *Aulul. sc. 5. a. 3.* Omnes ordines sub signis ducam, legiones meas. Idem *Pseud. sc. 4. a. 1.* Diuiditúrque legio in decem cohortes: cohors in quinque manipulos: manipulus in viginti quinque milites. Legiones Romanæ, à numero atque ordine nomina sumebant: vt Primani, Secundani, Decumani milites vocabantur, qui erant primæ, secundæ, & decimæ legionis. Liuius *7. bell. Maced.* Romana acies vnius propè formæ fuit, & hominum, & armorum genere: duæ legiones Romanæ, duæ sociorum & Latini nominis erant, quina millia, & quadragenos singulæ habebant. Vide Veget. *de re milit. lib. 4. cap. 2. & seq.* Ea continebat eodem autore sena millia, & ampliùs. In quauis autem legione erant, ætas prima, triariorum: altera, principum: tertia, hastatorum: vltima, velitum: quæ, velitibus exceptis, diuidebantur singulæ in decem centurias, singulis autem centuriis primarii centuriones præerant: eæque in triariis ita appellabantur, primum pilum, secundum pilum, tertium pilum, & deinceps vsque ad decimum pilum: in principibus, primus princeps, secundus princeps vsque ad decimum: in hastatis, primus hastatus, secundus item vsque ad decimum duces appellabantur, primi pili centurio, primi principis centurio, primi hastati centurio, & ita vsque ad decimum: velites verò in has triginta centurias pro rata parte distribuebantur. Cicer. *in Epist. ad M. Brutum,* Nasennius, inquit, octauum principem, id est, octauam centuriam principum duxit, Metello imperatore. Ex P. Manutii *comment. ad Qu. Fratrem.*

Legiuncula, æ, diminut. Parua legio. {ταγμάτιον. GALL. *Petite legion.* ITAL. *Picciola legione.* GERM. Ein schlechte oder kleine legion. HISP. *Pequeña legion.* ANGL. *A litle legion.*} Liuius *lib. 5. bell. Macedon.* Vix duarum malè plenarum legiuncularum instar in castris regiis.

Legionarius, qui est ex legione, quod ad legionem pertinet. {ταγματικός. GALL. *Appartenant à legion.* ITAL. *Pertinente à legione.* GERM. Das zu einem solchen kriegs volck gehört. HISP. *Perteneciente à legion.* ANGL. *That perteineth to a legion.*} Cæsar *3. bell. ciuil.* Et legionarii interioris munitionis defensores scalis admotis, &c. Legionariæ cohortes. Liu. *4. bell. Maced.*

[Legio, *Leon.* caput regni Legionensis, V. E. Clara à temporibus Gothorum, Apostolicæ sedi tantum subiecta, & nullum in Hispania Metropolitanum agnoscens.]

Legio secunda Augusta, Λεγίων δευτέρα σεβαστή, Britanniæ vrbs, vt scribit Ptolem. *lib. 2.* vulgò *Lesherd.*

Legirepa, Legirupa, Legislator, Legitimus, vide *Lex.*

Legiuncula, vide *Legio.*

LEGO, as, In legationem mitto, oratorem decerno, aliquem negotii expediendi causa aliò lego. {שלח *schalách.* Ἀποπρεσβεύω, πρεσβευτὴν πέμπω. GALL. *Ennoyer en ambassade.* ITAL. *Mandar legati, ambasciatori.* GERM. Außschicken/außsenden/mit befelch abfertigen. HISP. *Embiar embaxador.* ANGL. *To send in ambassage to bequeath.*} Varius est apud scriptores veteres huius verbi vsus. Plaut. *in Amph.* Delegit viros primorum principes: eos legat Thelebois. ¶ Sæpiùs loco datiui accusatiuum habet cum præpositione, Ad. Cic. *5. Verr.* Nobilem Andronem Centuripinum legarunt ad Apronium.

Ipsa suum Zephyritis eo famulum legarat.

Catull. *de comment. Beren.* Hocce testamento seruitus legat tibi, Plaut. *Asin. sc. 2. a. 1.* ¶ Cum nominibus locorum constructum, eandem habet constructionem, quam cætera verba motum ad locum includentia. Nam si ea fuerint ciuitatum, castellorum, aut vicorum nomina, in accusatiuo collocabuntur sine præpositione: vt, Legare quempiam Carthaginem, vel Corinthum: sin regionum ea fuerint nomina, in accusatiuo ponentur, mediante præpositione, In. Salust. *in Iugurth.* Legantur tamen in Africam maiores natu. ¶ Interdum legare, verbum est rei militaris, & ponitur, pro sibi aliquem substituere, vel adiungere, qui belli & imperii sit administer & socius. Cicer. *Attic. lib. 1.* Dolabella me sibi legauit. Idem *A Cecinna,* Cassium sibi legauit, Brutum Galliæ præfecit. ¶ Quandoque pro committere. Plaut. *in Cas.* —quin tu in es in præfectura tua? Quin potiùs quod legatum est tibi negotium, id curas? Quandoque pro decernere, & testamento aliquid alicui relinquere. Διατίθημι, καταλείπω. vt, Testator liberto suo argenti populo decem legauit: hoc est, decreuit ex hæreditate sua decem argenti pondo liberto suo conferri. Liu. *lib. 1. ab Vrb.* Numitori, qui stirpis maximus erat, regnum vetustum Syluiæ gentis legat. Et in hac significatione præter dat. & accus. interueniente præpositione accedit ablatiuus, qui personam significat eius à quo testator legatum dat. Cicer. *in Top.* Si paterfam. vxori ancillarum vsumfructum legauit à filio, neque à secundo hærede legauit, mulier vsumfructum non amittet. ¶ Aliquando assignare, adscribere, dare & vertere vitio. Liu. *8. bell. Pun.* Patere nos omnia quæ prospera tibi, & pop. Rom. imperio euenêre, tuo consilio assignare: aduersa, casibus incertis belli & fortunæ legare. ¶ Huius verbi composita sunt, Ablego, allego, delego, relego, sublego, quæ habent pen. prod. Deriuatiua sunt, Collega, & Collegium: de quibus omnibus vide suo loco.

Legatus, a, um, pro, missus, a, um. Valer. Maxim. *cap. 1. lib. 5.* Legatus in eam (Albam longam) custodiæ caussa Perses, id est, missus, & sepositus.

Legatus, qui legationem suscepit, qui mandata perfert. ¶ Nomen deductum à verbo lego, quia legatorum officium est legere, id est, dicere. {מלאך *maleách* ציר *tsir.* πρεσβευτής, πρέσβυς. GALL. *Legat, ambassadeur.* ITAL. *Ambasciatore, legato.* GERM. Ein gesandter bott/der mit etwas gwalts vnd befelchs abgefertiget ist. HISP. *Legado, ò nuncio, ò embaxador.* ANGL. *An ambassadour.*} Virg. *11. Æneid.*

Legati responsa ferunt.

Cic. *9. Philipp.* Lartes Tolumnius Rex Veientum, quatuor legatos pop. Rom. Fidenis interemit. Quasi legatum abesse. Sueton. *in Tib. cap. 11.*

Digitized by Google

Legatus legionis. *Ibidem cap.* 19. ¶ Legatus item in bello dicebatur qui imperatoris potestate fungebatur, maximámque eo absente in exercitu obtinebat autoritatem, quive ab Imperatore cum parte copiarum in expeditionem mittebatur, aut præsidio præficiebatur. ὕπαρχος, ἀντιστράτηγος. Cæsar *lib.* 2. *bell. ciuil.* Neque se ignorare quod sit officium legati, qui fiduciariam operam obtineret. Legatum verò propterea fiduciariam operam obtinere dixit, teste Budæo, quia redeunte Imperatore, aut Consule, cedere eam oportet. Legatum mittere de aliqua re, est mittere aliquem qui de aliqua re, cum alio nostro nomine agat. Cicer. 2. *de Orat.* Quum Athenienses ad Senatum legatos de suis rebus maximis mitterent. Legatos decernere, est censere legatos mittendos esse, siue legatos sententia sua constituere. Idem *ad Lent.* Crassus tres legatos decernit. Legatorum, qui cum Imperatoribus in prouincias mittebantur à Senatu tantùm, iique erant sine potestate & imperio. Alij à Senatu quidem eligebantur, imperium verò aut potestatem à populo accipiebant. Suet. *in Galba c.* 10. Legatum se Senatus & populi Rom. dixit, Sulpicius *Galba sup.*

Lēgātio, nis, verbale, Munus, officium, vel functio legati. {πρεσβεία, πρεσβευτής. Gall. *Ambassade, legat, ou l'office d'un ambassadeur.* Ital. *Ambasceria, ambasciata, legatione.* Germ. Bottschafft/ das ampt eines gesandten. Hisp. *Legacia ò embaxada.* Angl. *Ambassage, or office of an ambassadour.*} Cicer. 9. *Philipp.* Etenim cui legatio ipsa mortis causa fuisset, eius monumentum extare voluerunt: vt in bellis periculosis obirent homines legationis munus audaciùs. Legatio interdum pro ipsis legatis qui mittuntur, ponitur. Quint. *lib.* 10. *c.* 1. Missa ad Achillem legatio. Legationis patronus, Sueton. *in Claud. cap.* 6. Equester ordo bis patronum cum perferendæ pro se legationis elegit. ¶ Legatio quoque quædam erat quæ libera dicebatur. Legationes, inquit Budæus, liberæ olim ornamenti tantùm causa ab Senatu impetrabantur, quemadmodum honorarij magistratus à principibus honestamenti causa conceduntur, titulóque tenus obeuntur, & geruntur. Has autem ij Senatores impetrabant, quibus negotia futura erant in prouinciis, vt qui hæreditates persequi, aut legata, aut qui nomina exigere volebant in prouinciis, legatorum personis acceptis commendabiliores controuersias haberent atque fauorabiliores. Quamobrem lege XII. tabularum id vetitum erat his verbis, Rei suæ ergò ne quis legatus esto. Cic. *contra Rullum.* Legatos vestros autoritate tenus, qui quanquam rerum priuatarum causa legationes liberas obeunt, tamen exteræ nationes ferre vix possunt. Graue est enim nomen imperij: idque etiam in leui persona pertimescitur, propterea quòd vestro, non suo nomine abutentur. Brutus ad Cic. *lib.* 11. Quum in his angustiis versarer, placitum est, vt postularem liberam legationem mihi, reliquisque nostris, vt aliqua proficiscendi causa honesta quæreretur. ¶ Est & legatio votiua, quæ voti prætextu suscipitur. Cic. *ad Attic. lib.* 15. Votiua ne tibi quidem placebat: etenim erat absurdum quæ si stetisset Resp. vouissem, ea me, euersa illa, vota dissoluere. Legationem dare, est alicui obeundæ legationis munus iniungere. Idem *contra Rullum.* Quibus vos legationem dedistis. Legationem accipere, id est, suscipere onus legationis obeundæ. Idem *pro Flacco.* Qui hanc ipsam legationem, quam habet, non accepit a suis ciuibus, &c. Legationem gerere, id est, fungi legatione, & legatum esse, πρεσβεύειν. Quint. *lib.* 3. *cap.* 5. Malæ gestæ legationis apud Græcos. ¶ Idem *lib.* 7. *cap.* 2. Qui aberat, & qui militabat, & qui in legatione erat. Hoc est, legatus creatus erat, nec dum tamen legationem absoluerat.

Legatio libera, qui sui negotij caussa, vt exigendæ pecuniæ, visitandi templa deorum, abesse ab vrbe diutiùs volebant, legatione libera à senatu impetrata, vtebantur. Erat autem ex hoc genere votiua legatio. nam *ad Attic. lib.* 11. Libera, inquit, legatio voti caussa datur. Harum legationum definitum fuisse tempus, lege à C. Cæsare lata, ostenditur his verbis *lib.* 15. *ad Attic.* Et habent, opinor, liberæ legationes definitum tempus lege Iulia, nec facilè addi potest. Ante legem Iuliam annum fuisse tempus lege ea quam Consul M. Cicer. tulit, ipse declarat *lib.* 3. *de legib.* Hoc, inquit, genus legationis ego consul, nisi mihi leuissimus tribunus pl. intercessisset, sustulissem: tamen minui tempus, & quod erat infinitum, annuum feci, quo in loco liberas legationes, quasi turpes, nec satis aut ordine senatorio, aut reipubl. dignas multis verbis exagitat. ¶ Nomen autem liberæ legationis inde ortum videtur, quòd introire in vrbem, & rursus exire, liberam legationem habentibus liceret: quod eodem in loco ostenditur, quem attigi iam *lib.* 15. *ad Attic.* Cæteri porrò honores qui extra vrbem gerebantur, ingredientibus in vrbem deponebantur. Ex comment. Pauli Manutij *ad Quintum Fr.*

Lēgātiuum, i, dicebatur id quod dabatur legato nomine viatici, & impensæ. {τὸ πρεσβευτικόν, τὸ πρέσβεσιν ἐφόδιον. Gall. *Ce qu'on baille à un ambassadeur pour despendre & faire son voyage.* Ital. *Spesa d'un Imbasciatore.* Germ. Das man einem gesandten für sein belohnung vnd kosten gibt. Hisp. *El gasto ò despensa del embaxador.* Angl. *That which is geuen to an ambassadour to spend.*} Vlpian. *in l. munerum. ff. de muner. & honor.* Legati quoque qui ad sacrarium principis mittuntur, quia viaticum, quod Legatiuum dicitur, interdum solent accipere: sed & nicostrategi: & pistrinorum curatores personale munus ineunt. Idem *l.* 1. *ff. de legat.* His qui non gratuitam legationem susceperunt, legatiuum ex forma restituitur. Sic legit Budæus: alij *legatitium* legunt.

Lēgātum, i, Donum quod in testamento testator ab hærede alicui dat. {τὸ καταλειπόμενον. Gall. *Un legat, un leges, chose laissee par testament.* Ital. *Un lascito in testamento.* Germ. Ein vermachung oder erbgemächt. Hisp. *La manda en el testamento.* Angl. *A bequest or legacie.*} Modest. *l. legatum. ff. de leg.* 2. Legatum, est donatio quædam testamento relicta: & Legati appellatione, fideicommissum, & mortis causa donatio continentur. Plin. *Epist.* 44. Illa vt in periculo credula, poscit codicillos, legatum Regulo scribit. Petere legatum ex testamento. Quintil. *lib.* 4. *cap.* 14.

Lēgātārius, vel Legataria, dicitur cui ex testamento aliquid legatum est. {ληγατάριος etiam ληγαταριος. Gall. *Legataire, à qui on laisse quelque chose par testament.* Ital. *A cui è lasciata qualche cosa per testamento.* Germ. Dem oder denen zu seinem erbtheil etwas vermacht worden ist. Hisp. *A quien se dexa una tal manda.* Angl. *He to whome anything is bequeathed.*} Iustin. *Institut. de legat.* Sed si rem legatarij quis ei legauerit, inutile est legatum. Legataria prouincia, dicitur quæ alicui delegata est. Cicer. *ad Attic. lib.* 15. O rem miseram primùm vllam ab istis legationem: dein, si aliquam, hanc legatariam prouinciam.

Lēgātōr, qui aliquid legat per testamentum, testator. {διαθέμενος. διαθέτης. Gall. *Testateur qui laisse quelques legats.* Ital. *Testatore chiunque lascia per testamento.* Germ. Der ein erbgemächt aufrichtet/ ein vermachet. Hisp. *Testador que dexa la tal manda.* Angl. *He that bequeatheth.*} Sueton. *in Tiber.* Iterum eo censente vt Trebianis legatam in opus noui theatri pecuniam ad munitionem viæ transferre concederetur, obtinere non potuit, quin rata voluntas legatoris esset.

Lĕgo, is, i, ctum, Propriè colligo, hinc atque illinc decerpo. {אסף *asáph* קבץ *kabats* ארה *aráh*. ἀναλέγομαι. Gall. *Recueillir, & amasser.* Ital. *Rannare.* Germ. Samlen/ läsen. Hisp. *Coger lo derramado.* Angl. *To gather.*} Virg. 3. *Eclog.*

Qui legitis flores, & humi nascentia fraga.

Legere conchas. Sueton. *in Calig. cap.* 46. Legere ossa. Liu. *lib.* 6. *d.* 4. & Sueton. *in August. cap.* 100. *Ibidem*, legere reliquias. Legere spolia. Idem *lib.* 9. *d.* 4. Legere littora. Liu. *lib.* 6. *d.* 4. Et legere oram. Sueton. *in Tiber. cap.* 19. Ossa legere è vulneribus. Quint. & Senec. *cap.* 22. *de cons. ad Mart.*

——— *& artem*

Dum legit extinctæ tristè retardat iter.

Ouid. *Eleg.* 9. *lib.* 3. *Trist.* Columell. *lib.* 2. Optimam quanque spicam legere oportet. Hinc & ad homines transfertur. Liu. *lib.* 21. Scipio pater dux lectus aduersùs Annibalem. Apud eundem crebrò, senatum legere, & in partes legere, & in senatum. Cæsar *de bell. Gall.* Hos posse conficere armata millia centum: pollicitus ex eo numero lecta millia lx.

Est aliquid vnum à Diomede legi,

Ouid. 13. *Metam.* Vir virum legit, quid sit docet Vitr. *cap.* 19. *lib.* 18. Sueton. *in August. cap.* 35. Legere militem. Idem *in Tiber. cap.* 30. *& in Galba cap.* 16.

Non mihi seruorum comites non cura legendi,

Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 1. *Trist.*

Quem legis, vt noris accipe posteritas,

idem *Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.* Legi in iudices. Gell. *cap.* 2. *lib.* 14. Legere in Senatum, Cæsar *lib.* 3. *de bell. ciuil.* ¶ Hinc tractum est, vt Legere etiam sit oculis scripta percurrere, quoniam literæ oculis legi, i. colligi videmur: nisi malis verbum Lego, deductum esse à Græco nomine λέξις dictio. {קרא *kará*. ἀναλέγομαι, ἀναγινώσκειν. Gall. *Lire.* Ital. *Leggere.* Germ. Läsen. Hisp. *Leer.* Angl. *To reade.*} Cicer. *Mario lib.* 7. Dummodo is tibi quiduis potius quàm orationes meas legerit. Virg. 4. *Eclog.*

At simul heroum laudes, & facta parentis
Iam legere.

Ea quoque quæ picta sunt, legere dicimur. Idem 6. *Æneid.*

——— *quin protinus omnem*
Perlegerent oculis.

Tractum à Græcis, γράφειν scribere & pingere dicunt. ¶ Halitum alicuius ore legere, id est, ore excipere. Idem 4. *Æneid.* Legere sermonem alicuius, per translationem pro Attentiùs audire & accipere. Plaut. *Pseud.* —viginti minas Effodiam, ego hodie quas dem herili filio: Nunc huc concedam, vt horum sermonem legam. ¶ Legi facilis, pro lectu facilis. Gell. *lib.* 17. 9. Incorruptam epistolam & facilem legi præstabant. ¶ Item quoniam nautæ dum aspera loca prætereunt, legere, id est, colligere vela consueuerunt, quandoque accipitur pro præterire, vel præternauigare. παραλέγομαι. Liu. 5. *bell. Maced.* Oram Italiæ legens. Virg. 3. *Æneid.*

Littoraque Epiri legimus.

¶ Aliquando pro surripere, quòd ea quæ furamur, colligimus, κλέπτειν. Idem 10. *Æneid.*

Quid feceras legere, & gremiis abducere pactas?

Quo in loco Seruius exponit legere pro furari. Idem *Eclog.* 9.

Vel quæ sublegi tacitus tibi carmina nuper.

¶ Hinc sacrilegium, ἱεροσυλία.

Lēctŭs, a, um, participium, quod interdum comparatione, & temporis amissione in nomen migrat: idémque significat quod selectus, siue ex aliorum numero separatus, eximius, egregius, excellens. {נבחר *nibchar* בחיר *bechir*. ἐκλεκτός. Gall. *Esleu, choisi.* Ital. *Scelto, elette tra gli altri.* Germ. Erläsen/ oder außerläsen. Hisp. *Elegido.* Angl. *Cosen read.*} Horat. *in Carm. seculari,*

Virgines lectas, puerósque castos.

Virg. 9. *Æneid.*

Præterea bis sex genitor lectissima matrum
Corpora, captiuósque dabit.

Cicer. 5. *Verrem.* Lectissimus adolescens, dixit. Et *in* 1. Lectissimi viri, atque ornatissimi. Idem *in Cat. & ad Attic. lib.* 10. Lectissima fœmina.

Lēctē, lectiùs, lectissimè, aduerb. Cic. *in Orat.* Sententiis, verbisque lectissimè dicere.

Lēctĭo, nis, Propriè est actus legendi. {קריאה *keriáh* מקרא *mikrá*. ἀνάγνωσις. Gall. *Leçon, lecture.* Ital. *Lettione.* Germ. Das läsen. Hisp. *La lecion, obra de leer.* Angl. *A reading.*} Cic. *ad Att.* Quotus enim quisque est, qui epistolam paulò grauiorem ferre possit, nisi eam per lectionem releuarit? ¶ Accipitur etiam lectio pro recitatione poematis: quæ sic definitur à Diomede, Lectio est artificialis interpretatio, vel varia cuiusque scripti pronuntiatio, seruiens dignitati personarum, expriménsque animi cuiusque habitum. ¶ Aliquando pro electione. {מבחר *mibchar* מבחיר *mibchir*. ἐκλογή, αἵρεσις. Gall. *Election.* Ital. *Elettione.* Germ. Außerläsung/ erwelung. Hisp. *Elegimiento.* Angl. *A chosing.*} Cic. *in Antonia*, Vt hos iudices legere auderet, quorum lectione duplex imprimeretur reipublicæ dedecus. Liu. *lib.* 9. *ab Vrb.* Et eam lectionem nemo ratam habuerat. Lectio senatus, duplex. Vna qua vir virum legit,

latera

altera fiebat arbitratu Imperatoris. De quibus vide Sueton. *cap.* 35. & *cap.* 54 *in Aug.* ¶ Aliquando pro collectione. συλλογή. Col. *cap.* 2. *lib.* 2. At saxosum facile est expedire lectione lapidum.

Lēctŭs, us, m, Electio, siue collectio. {אסף *aseph* אסופה *asuppâh* אסיפה *asephah* אספסף *asaphsuph* קבוץ *kibbûts*. ἐκλογή, συλλογή. GALL. *Eslite, choix, election.* ITAL. *Scelta, eletta.* GERM. Erwölung, außerlesung, musterung. HISP. *Elegimiento, obra de elegir.* ANGL. *A chosing or gathering.*} Tacit. *lib.* 20. Tutor Treuirorum copias recenti Vangionum, Caracatium, Tribocorum lectu auctas, veterano pedite atque equite firmauit.

Lēctĭto, as, Frequenter lego. {ἀναγιγνώσκω. GALL. *Lire souuent.* ITAL. *Leggere spesso.* GERM. Vil vnd offt lesen. HISP. *Leer à menudo.* ANGL. *To read often.*} Cic. *Pato*, Pyrri te video libros lectitasse. ¶ Aliquando pro, identidem colligere. Valer. *lib.* 8. Conchulas, & calculos in littore lectitasse.

Lēctŏr, is, qui aliquid legit, recitator. {קורא *korê*. ἀναγνώστης. GALL. *Lecteur.* ITAL. *Lettore.* GERM. Ein leser. HISP. *El lector.* ANGL. *A reader.*} Cic. *de Orat.* Brutus duos lectores excitauit: & alteri Crassi orationem legendam dedit, alteri de Leg. Seruil. Idem *lib.* 5. *Epistolarum*, Nihil est aptius ad delectationem lectoris, quàm temporum varietas, & fortunæ vicissitudines. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 3. *Trist.*

Dicite lecti res, si non graue, qua sit eundum.

Idem *Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.*

Iure tibi grates, candide Lector, ago.

Lēgŭlŭs, i, Qui vuas, aut oleas colligit. {συλλογεύς. GALL. *Cueilleur, vendengeur.* ITAL. *Raccoglitore.* GERM. Ein ablåser/ abbrecher. HISP. *Cogedor de cosas menudas.* ANGL. *A gatherer.*} Cato *cap.* 144. Legulos quot opus erit, præbeto, id est, collectores, Varr. *lib.* 4. *de L. L.* Legulus & vindemiator alter ab oleis, alter ab vuis. ¶ *D. lib.* 7. *tit.* 1. *l.* 13. vbi de coliuncis, Magnum apparatum sint desideratura, opilicum forte, vel leguleorum, *pro* legulorum.

Lĕgūmĕn, inis, Quicquid ex terræ satis in siliquis nascitur: vt sunt fabæ, pisa, cicer, lentes & similia. {זרעים *zerôhî*. ὄσπρια. GALL. *Tout ce qu'on cueille en arrachant de terre, comme pois, feues, & choses semblables, legume.* ITAL. *Legume* GERM. Allerley gemüß das in hülsen wechßt. HISP. *Legumbre.* ANGL. *All maner of pulse, as peaso, beanes.*} Dictum est autem legumen à legendo, quòd manu legatur. Varro *lib.* 1. *de re rust. de cicere.* Hoc enim quoque legumen, vt cætera, quæ euelluntur è terra, non subsecantur vt fruges: quæ quòd ita legantur, legumina dicta sunt. Virg. 1. *Georg.*

Vnde prius latum siliqua quassante legumen.

Lĕgūmentum, i, & Legarium, ij, idem quod legumen. {זרעים *zerôhî*, χέδροψ.} Varr. *de re rust. lib.* 1. *c.* 32. Viciam, lentem, cicerculam, eruiliam, cæteráque, quæ alij legumina, alij (vt Gallicani quidam) legaria appellant, &c. ¶ Gellius quoque eo vsus est *lib.* 4. *cap.* 11. Opinati enim sunt plerique κύαμοι legumentorum vulgò dici.

¶Leida, vide *Lugdunum Batauorum.*

Leithund, canis ductor, in ll. Bojor. Est vox Germanica. leiten est ducere, hund canis. ‖

Leitus, Λήϊτος, Vnus ex quinque Bœotorum ducibus qui ad Troiam profecti sunt, teste Hom. *lib.* 2. *Iliad.*

Lelantus, fluuius est Eubœæ insulæ, apud Plin. *lib.* 4. *c.* 12.

Lĕlĕgĕs, Λέλεγες. Asiæ populi fuerunt, origine Græci, ita dicti quasi λελεγμένοι, eo quòd diuersis è locis collecti essent. Hi primùm insulas tenuerunt: indéque in continentem transgressi, partim in Mysia ad Adramittenum sinum consederunt: vbi & Homerus maiorem Lelegum partem videtur collocare: partim in eo Ioniæ tractu, qui Cariæ est proximus: vnde etiam Plin. tradit Miletum Ioniæ totius caput Lelegeida olim fuisse appellatum. Ouid. *lib.* 9. *Metam.*

Caras, & armiferos Lelegas, Liciámque pererrat.

Lelegum originem nonnulli ad Thessalos retulerunt: è quibus est Seruius, explicans illud Virg. 8. *Æneid.*

Hic Lelegas, Carasque, sagittiferósque Gelonos
Finxerat.

Plin. verò *lib.* 4. *cap.* 7. Lelegas olim appellatos fuisse ait, quos postea Locros Epicnemidios nominarunt, per quos Cephisus amnis in mare illabitur. Eustathius λέλεγας multis ex locis confluxisse existimat: atque inde etiam nomen accepisse: quod etiam non obscurè innuit Strab. *lib.* 7. Aristoteles autem Lelegum appellationem ad Lelegum quendam Leucadium refert, cuius nepotem ex filia tradit fuisse Teleboam.

Lelegum vrbs, Λελέγων πόλις. In Icaria est, Megalopolis postea, tertiò Aphrodisias dicta. Steph.

Λελεγηΐς, Olim vocabatur Miletus vrbs Cariæ ab inhabitatoribus. Stephan.

Lēmă, {λήμη. GALL. *La chassie des yeux.* ITAL. *Lacrima congelata.* GERM. Die butzen der augen so auß grober feuchte entstehe. HISP. *Lagrima yelada, dolencia de los ojos.* ANGL. *Bleareduesse of the eyes, a white distilling frome the eyes.*} Humor albus in oculis concretus. Plin. *lib.* 23. *c.* 1. Aut si cruore suffunduntur oculi, vel si lemæ in oculis erunt. Inde Lemosi. Λημῶντες, Λημώδεις. Cæl. *lib.* 7. *cap.* 6.

Lĕmānnōnĭŭs, Sinus in Septentrionali Britanniæ parte collocatur à Ptolem. *lib.* 2. *cap.* 3.

Lĕmānŭs, Λεμάνη, vulgò *Lago de Losana.* {Der Losanner oder Genfer see.} Lacus est Allobrogum, Geneuam & Lausannam vrbes alluens, Rhodanúmque fluuium impermistis aquis transmittens. Lucan. *lib.* 1.

Deseruêre caue tentoria fixa Lemano.

Lĕmbŭs, i, {λέμβος. ANGL. *A swifte shipe or bark.*} Nauiculæ exiguæ genus, sed miræ velocitatis: cuiusmodi ante classem explorandi gratia solent præmitti. Polybius *lib.* 1. Ὀψίας δὲ ἤδη τῆς ὥρας οὔσης ... Hoc est similiter & Quæstoribus, qui à Syracusanis præmissi erant, annunciarunt lembi qui solebant antecedere aduersariorum aduentum. Liu. lembos inter naues actuarias videtur annumerare: vt *decade* 4 *lib.* 4 Naues quas ciuitatibus maritimis ademisset, redderet: néve ipsa nauim vllam præter duos lembos, qui non plus quàm sedecim remis agerentur, haberet. Erant autem & maiores lembi, bello vtiles. Idem *lib.* 5. *decad.* 5. Antenor qui cum classe lemborum ad Phanas stabat, Cassandriam inde traiecit. Erant & minores, scapharum instar, quibus à littore ad onerarias aduehebantur. Plaut. *in Mercatore*, Dum hæc aguntur, lembo aduehitur pater tuus paurillulo. Idem *Menach. sc.* 4. *a.* 2. Ducit lembum dicectum nauis prædatoria. Virg. quoque *lib.* 1. *Georg.* lembos inter fluuiatiles lyntres annumerat,

Non aliter (inquit) *quàm qui aduerso vix flumine lembum*
Remigiis subigit.

Lĕmbŭncŭlus, lembunculi, Diminut. λεμβάδιον. Tacit. *lib.* 14 Nando deinde occursu lembunculorum Lucrinum in lacum vectam. id est, occursu nauicularum.

Lĕmmă, atis, λῆμμα, Sumptio, id quod in ratiocinationibus assumitur. Cicer. 2. *de Diuinat.* sumptionem interpretatus. Sed demus (inquit) tibi istas duas sumptiones, ea quæ λήμματα appellant dialectici: sed nos latinè loqui maluimus. ¶ Vocantur præterea lemmata, quædam veluti themata, quæ carmini, aliive operi præfixa, paucis verbis eius indicant argumentum. Martial. *lib.* 14.

Lemmata si quæris cur sint adscripta docebo
Vt si malueris, lemmata sola legis.

Vbi lemmata vocat, succinctos illos veluti titulos, quos epigrammatis suis præfixit ad indicanda singulorum argumenta. Accipitur etiam lemma, pro themate, siue argumento: quod nobis in carmine, aliòve opere scribendo proponimus. Plin. *Epist.* 92. Nam lemma sibi sumpsit, quod ego interdum versibus ludo.

Lĕmnīscī, orum, Fasciolæ coloratæ ex coronis dependentes. {פתילים *pethîlim*. λημνίσκοι. GALL. *Rubens ou bendes estreittes à lier chapeaux de fleurs ou de triomphe, desquelles les bouts pendent.* ITAL. *Fiocchi, nappe.* GERM. Die gefärbten fälel oder bendel so von den krånnen oder kronen herab hangen. HISP. *Las vendas, ò vandas de lienço.* ANGL. *Labels hanging downe on garlandes or crownes, iesses hangin at haukes legges.*} Inde dictæ quòd antiquissimum genus coronarum fuit laurearum, inquit Festus. Lemniscos, corollas, dapsiles. Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 5. Plin. *lib.* 21. *c.* 3. Crassus diues primus argento, auróque folia imitatus ludis suis coronas dedit: accesserunt quoque & lemnisci, quos adiici, ipsarum coronarum honos erat propter Hetruscas, quibus iungi nisi aurei, non debebant. Ex quo loco Plinij docti quidam colligunt lemniscos tuniculas fuisse ex libro ipso Tiliæ arboris, cuius eiusdem libelli sint, id quod authores vocant Philyras. ¶ Celsus *lib.* 7. *cap.* 28. videtur accepisse lemniscum pro linamento, quod chirurgi vulneribus imponunt oleo, vel vnguento illitum. Intus (inquit) implicitum in longitudinem linamentum (λημνίσκον Græci vocant) in aceto tinctum demittere.

Lĕmniscātus, adiect. {λημνισκωτὸς διάδηλος.} vt palma lemniscata. Cic. *pro Rosc. Amerino*, multas esse infames palmas: hanc primam tamen esse lemniscatam, quæ Romæ deferatur.

Lĕmnŏs, Λῆμνος. {Ein insel im Ægeischen meer/ jetz Stalimene genant.} Insula est maris Ægæi, Thraciam à Septentrione, ab Occasu Athon montem habens, fabuloso Vulcani casu nobilitata. Eadem & Hypsipyle dicitur, à filia Thoantis eiusdem nominis, quæ in hac insula regnauit. Ouid. 13. *Metamorph.* Lemnos Vulcania & lemnos expositum.

Lĕmnĭus, a, um, adiectiuum: vt Lemnia turba, apud Ouid. *in Ibin.* Saxa Lemnia apud eundem 5. *Trist.* Lemnia mala, λήμνια κακά, id est, ingentia, & inaudita: qualia Lemnum afflixisse dicuntur. ¶ Sic & lemnia manu, λημνία χειρὶ, dicimus pro nefaria, impia, crudeli.

Lĕmnia terra, quæ in Lemno insula effoditur. Eius tres à Galeno enumerantur species, quarum vna fullonibus in vsu est, ad extergendas vestes: altera fabris, quæ à Græcis μίλτος, à Latinis rubrica vocatur: tertia medicis, quæ à Græcis σφραγὶς λημνία, hoc est, sigillum Lemnium appellatur, ab imagine capræ (vt vult Dioscor.) aut certè Dianæ, (vt mauult Galenus) quæ illi imprimi solet. Effoditur autem hæc terra in sola Lemno, non tamen in quauis parte eius insulæ, sed tantùm in colle quodam Hephæstiadi ciuitati imminente: quem etiam Vulcano ipsi sacrum fuisse fabulantur, eo quòd is à matre de cælo deturbatus in collem illum feratur decidisse. Cuius fabulæ occasionem præstitit collis eius color, & sterilitas. Nam & exusto simillimus est, & nullam omnino plantam gignit. Hæc autem terra quo pacto soleat præparari à sacerdote Dianæ, vide Galen. *lib.* 9. *de facultate simpl. medicamen.* vbi meritò reprehendit Dioscoridem, qui putauit terræ huic hircinum sanguinem admisceri. Hodie Seplasiarij pro terra Lemnia supponunt terram sigillatam quam appellant. Quicquid enim terræ Lemniæ quotannis colligi potest, ad Turcarum principem defertur, neque vlla ratione ad nos peruenire posset, nisi ille nostros principes, eorúmve legatos aliquot orbiculis interdum donaret.

¶Lemnus, *Stalimene*, maris Ægæi insula, vnde Terra Lemnia, seu sigillata adfertur ‖

Lemonium, herba est succum lacteum emittens, concrescentem gummi modo, humidis locis. Autor Plin. *lib.* 25. *c.* 9.

¶Lemouices, Galliæ populi, apud Cæsarem, & alios. Ratiastum Lemouicum, *Limoges*, V. E. Lemouicensis, sub A. Bituricensi ‖

Lĕmŭrēs, um, q. Remures, à Remo cuius interfecti vmbra Romulo mirum in modum erat molesta. Laruæ nocturnæ, & terrificationes imaginum, & bestiarum, inquit Nonius. {οἱ μορμῶνες, καὶ γοργόνες, καὶ μορμολύκεια. GALL. *Esprits qu'on dit aller de nuict, qui font peur, loups garoux.* ITAL. *Spiriti che si dice andare di notte, iquali fanno paura.* GERM. Nachtgespenst/ schreckgeister. HISP. *Las fantasmas que parecen de noche.* ANGL. *The fayries.*} Ouid. 5. *Fast.*

Mox etiam lemures animas dixêre silentum.

Varro *lib.* 1. *de vita populi Romani.* Quibus temporibus in sacris fabam iactant noctu, ac dicunt se lemures domo extra ianuam eiicere. Lemures quid, docet Apuleius *de deo Socrat.*

Lĕmūrĭă, orum, Festa erant Lemuribus sacra, quæ quum celebrabantur (id autem erat mense Maio) templa omnia claudebantur, nuptiæque omnes infaustæ putabantur. Quæ res fecit locum prouerbio, Malum mense Maio nubere. Ouid. *lib.* 5. *Fast.*

Ritus erit veteris nocturna Lemuria sacri,

Inferias

Digitized by Google

Inferias tacitis Manibus illa dabunt.

Et pauló pòst,

Fana tamen veteres illis clausère diebus,
Vt nunc ferali tempore operta vides.
Nec viduæ tedis eadem, nec virginis apta
Tempora quæ nupsit, non diuturna fuit.
Hac quoque de causa (si te prouerbia tangunt)
Mense malas Maio nubere vulgus ait.

Lænа,æ,vide *Leno*.

¶Lenæon, ληναιών, Ianuarius.¶

Lēnæūs, ληναῖος, vnum ex Bacchi cognominibus, ἀπὸ τῆς ληνοῦ, hoc est, à torculari, siue lacu impositum. {Bacchus/der wein Heigott.} Virg. *lib.2.Georg.*

Huc pater ò Lenæe: tuis hic omnia plena
Muneribus.

Lēnĭs,& e, à λεῖος, vel à λῆνος. Mitis, facilis, non iracundus, clemens, indulgent. {חלק *chalak* רך *rach* ענו *hanáv*. πρᾶος, ἤπιος, πρᾶος. Gall. *Doux & gracieux, qui n'est point rude.* Ital. *Mansuete facile.* Germ. Sanfftmütig/gütig. Hisp. *Cosa blanda al tocar, ò cosa mansa.* Angl. *Milde, meeke, gentle.*} Terent. *in Hecyr.* Ego sum animo leni natus, non possum aduersari meis. Cic. *pro Sext. Rosc. Amer.* Vestrum nemo est quin intelligat populum Romanum qui quondam in hostes lenissimus existimabatur, hoc tempore domestica crudelitate laborare. ¶ Lene)(Asperum: vt videre est apud eundem *lib.2. de finibus*. ¶ Lenes cibi)(Acres apud Celsum *lib.2.cap.21.* ¶ Lene vinum, delicatum, non vehemens, aut asperum, neque linguam, aut cerebrum feriens. Terent. *in Heaut.* pitissando modo mihi. Quid vini absumpsit sic hoc dicens, Asperum pater hoc est, aliud lenius. ¶ Lene venenum dicitur, quod mitem quodammodo & vix sensibilem mortem inducit Cic. *ad Att. lib.2.* Sed ita lenibus vti videbantur venenis, vt posse viderentur sine dolore interire. ¶ Lenis sonus, id est, placidus. Cic. *lib.3. de Orat.* Ille autem superior leniore quodam sono est vsus. ¶ Lenissimus Auster quoque ab eodem *7. ad Attic.* dicitur, id est, leniter spirans. ¶ Quidam lene à lento dictum existimant: nam lentum propriè significat tenerum & facile flexuosum. Lene autem dicitur quod tactu nullam asperitatem habet. Lenis littera L. Ouid. *5. Fast.*

Aspera mutata est in lenem tempore longo
Littera.

Vide supra in L. Lenis somnus, vide *Somnus*.

——— Clementia tanta est
Vt fuerit nostro lenior ira metu,

Ouid. *Eleg.1. lib.2. Trist.*

Sed sua peccato lenior ira meo est,

idem *Eleg.3. lib.5. Trist.*

Lēnis, vasis genus, inquit Non. Marcellus. Afranius *Fratriis*. Labella lenis. Laberius *Cophino*: Cum prouincia despoliauit, columnas monolithas, labella lenis. Mart. *Epigram. ad Licinium,*

Tepida natabis lene Congedi vada,
Mollésque nympharum lacus.

Alij legunt *line*, & solium exponunt.

Lēnĭtās, atis, Mansuetudo, facilitas. {חלקה *chelkách* ענוה *hanaváh*. πρᾳότης. Gall. *Douceur, gracieuseté.* Ital. *Mansuetudine, piaceuolezza, facilità.* Germ. Sanffte/oder sanfftmütigkeit. Hisp. *Halago, mansedumbre.* Angl. *Meekenesse, gentilnesse.*} Terent. *in Andr.* Mirabar hoc si sic abiret: atque heri semper lenitas Verebar quorsum euaderet. Cicer. *ad Attic. lib. 10.* Patris autem lenitas amanda potius ab illo, quàm tam crudeliter negligenda. Lenitas gustus, id est, suauitas)(Asperitas. Plin. *lib.16.cap.8.* Differentia intelligitur lenitate gustus.

Lēnĭtūdo, inis, Lenitas, facilitas. {חלקה *chelkáh* ענוה *hanaváh*. πρᾳότης.} Cic. *6. Verr.* Verebar ne eorum nimia lenitudine opugnarer. Lenitudo orationis, i. suauitas expers asperitatis. Idem *5. Tusc.* Lenitudo orationis, mollitudo corporis, ea si bona diceremus, quid erit in Philosophi grauitate.

Lēnĭter, aduerbium, Placidè, non vehementer. {πράως, ἠπίως. Gall. *Doucement, gracieusement.* Ital. *Piaceuolmente, mansuetamente.* Germ. Sanfftiglich. Hisp. *Blandamente ò mansamente.* Angl. *Meekelie.*} vt, Leniter arridere, apud Cic. *1. de finibus*. Leniter disputare *apud eund. 4. Acad.* Leniter agere. Liu. *7. bell. Pun.* Castigando, increpandóque, & plus quàm leniter agendo. Petere aliquem precariò, leniter dictis bonis. Plaut. *in prolog. Amph.* ¶ Legitur & Lenè, in eadem significatione, licèt non æque vsitatè, quo est vsus Martial.

Lēnio, is, iui, vel ij, itum, Mulceo, placo, flecto, mitigo, reconcilio. {החליק *hechelik* כפר *chipper*. πραΰνω, μαλάσσω, παρηγορέω. Gall. *Adoucir, appaiser, aleger.* Ital. *Mitigare, placare, humiliare.* Germ. Miltern/sänfftigen/versönen. Hisp. *Halagar ò amansar.* Angl. *To mitigat to appaise.*} Salust. *in Catil.* in tali tempore tanta vis hominis magis leniunda, quàm exagitanda videbatur. Aspera leniuntur ferendo placidè. Senec. *cap. de consol. ad Mart.*

Spe trahor Tristia leniri numina posse Dei.

Ouid. *Eleg.5 lib.3. Trist.*

Tentaréque feros requie lenire dolores,

idem *3. Metamorph.* Dum hæ consilescunt turbæ atque iræ leniunt. Plaut. *Merc. sc.4.a.2.* Lenita vis venti, Liu. *6. d.4.* ¶ Aliquando, imminuere, leuare. Salust. *in Catil.* Nonnulli ficta & hæc, & multa præterea existimabant ab iis, qui Ciceronis inuidiam, quæ postea orta est, leniri, credebant atrocitate sceleris, qui pœnas dederant. i. imminui. Cicer. *Trebat.* Tuam profectionem amore prosequar, reditum spe expectabo, absentem memoria colam, omne desiderium litteris mittendis, accipiendísque leniam. ¶ Legitur & lenibo, futurum antiquum. Propert.

Lenibunt tacito vulnera nostra sono.

¶ Huius compositum est Delinio. καταπραΰνω, de quo vide suo loco.

Lēnīmentum, i, Leuatio, & mitigatio. {חלקה *chelkáh* משענה *mischhnah*. πράϋνσις, παρηγορία. Gall. *Adoucissement, appaisement, allegement.* Ital. *Alleuiamento, addolcimento.* Germ. Ein milterung. Hisp. *Halago.* Angl. *Any thing that maketh smooth, that mitigateth grieff and that poneße.*} vt, Elleborum date cum lenimento raphani. Plinius *lib.25.cap.5.*

Lēnīmen, inis, Lenimentum, hoc est, quo aliquid lenitur, & dulcoratur. {חלקה *chelka* משענה *mischhnil*. θέλκτρον.} Ouidius *11. Metamorph.*

——— ——— addidit illis
Hoc quoque lenimen, quò solo flexit amantem.

Lēno, nis, qui scortorum prostitutione quæstum facit: ita dictus ab alliciendo, quòd adolescentulos alliciat. {μαστρωπός, πορνοβοσκός. Gall. *Macquereau.* Ital. *Ruffiano.* Germ. Ein frawenwirt/oder hurenwirt. Hisp. *Alcahuete, ò alcahuetador.* Angl. *A bawde or marchand of hoores.*} vel à leniendo, quòd leniendo animos adolescentium corrumpat. Terent. *in Adelph.* Leno ego sum, fateor, pernicies communis adolescentium. Ouid. *lib.1. Amor. Eleg.10.*

Deuenet imperium tamen hac lenonis auari.

Lenonem æmuli lanij (quia periuri.) Plaut. *Pseud. sc.7.a.4.* Vbi sunt qui amant à Lenone? *Ibid. sc.2. a.1.* Lenones in occultis locis prostant & malè suadendo ac lustris lacerant homines. Idem *Curc. sc.2.a.4.* Lenonum genus inter homines. Item est vt muscæ. *Ibid.* Leno minitatur mihi? Idem *sc.4.a.4.* Egon' vt à Lenone quicquam mancupio accipiam, quibus nihil est, nisi vna lingua? *Ibid. sc.2.a.4.* Hic neque periurus leno est, nec meretrix mala. Priscianus existimat hoc nomen duobus generibus commune esse, quamuis habeat fœmininum lena. Idem *Pseud. sc.5.a.1.* Eam mulierem lenonem circumducam. ¶ Leno habet etiam honestiorem significationem: vt apud Iustinum *lib.2.* Primus Scythis bellum indixit Vexoris ex Ægyptiis, missis primò lenonibus, qui hostibus parendi legem dicerent.

Lenobates, ληνοβάτης, qui vuas in lacu torcularij preli calcat.¶

Lēnă, æ, appellatur ab Vlpiano *l. palam ff. de ritu nuptiar.* quæ mulieres quæstuarias prostituit. {μαστροπός, ἡ. Gall. *Macquerelle.* Ital. *Ruffiana.* Germ. Hurenwirtin. Hisp. *Alcahueta, ò alcahuetadera.* Angl. *A she bawde.*} Item ea, quæ alterius nomine hoc vitæ genus exercet. ¶ Item si qua cauponam exercens, & in ea corpora quæstuaria habeat, vt multæ assolent sub prætextu ministerij cauponij prostitutas mulieres habere, dicendum est hanc quoque Lenæ appellatione contineri. Respice ad me lena. Plaut. *Curc. sc.2.a.1.* Intimum se apud Lenam facit (supra matrem meretricis.) Idem *Merc. sc.1. a.2.* Malesuada vitij lena. Idem *Mostell. sc.3.a.1.* Non videor vidisse lenam callidiorem alteram. *Ibidem.*

Lēnŭlŭs, i, diminutiuum, à Leno, teste Prisciano. {μαστρωπίσκος. Gall. *Petit macquereau.* Ital. *Roffianetto.* Germ. Ein hurenwirtlin. Hisp. *Pequeño alcahuete.* Angl. *A litle bawde.*} Plaut. *in Persa.* Ita vt occœpi dicere, lenule, de illa pugna.

Lēnuncŭlŭs, i, aliud diminutiuum. {μαστρωπίσκος. Gall. *Petit macquereau.* Ital. *Roffianello.* Germ. Ein hurenwirtlin. Hisp. *Pequeño alcahuete.* Angl. *A litle bawde.*} Plaut. *in Pœn.* Sic derisorem ære militari tetigero lenunculum. ¶ Est & Lenunculus nauigium piscatorium. {τὸ ἁλιευτικὸν ἀκάτιον πλοῖον. Gall. *Nauire à pescher.* Ital. *Naue picciola da pescare.* Germ. Ein fischer schifflein/oder weidling. Hisp. *Pequeña naue para pescar.*} Salust. *lib.1. Histor.* Indicat fortè per noctem lenunculo piscandum. Cæsar *2. bell. ciuil.* Horum fuga nauium onerariarum magistros incitabat: pauci lenunculi ad officium imperiúmque conueniebant. Ammianus Marcel. *lib.14.* Nam solo otto magnitudine angusti gurgitis, & profundi, à transitu arcebantur: & dum piscatorios quærunt lenunculos, vel innare temerè contextis ratibus. Idem *lib.16.* Auido flatu ventorum lenunculo se commisisse piscantis.

Lēnōnĭŭs, a, um, quod ad lenonem pertinet. {μαστρωπικός. Gall. *De macquereau.* Ital. *Cosa di roffiano.* Germ. Das zu dem hurenwirt gehört. Hisp. *Cosa perteneciente à alcahuete.* Angl. *Of a bawde.*} Plaut. *in Men. sc.5.a.3.* Ab iis locis lenoniis. Idem *in Rud.* ne vt leno postules, Tu hic fide lenonia vti non potes: seruanda est fides. Idem *Asin.* Portitorum simillimæ sunt ianuæ lenoniæ. Non periculum est ne quid rectè monstres. B. Non lenonium est. Idem *Ps. sc.3.a.1.* In malam crucem istic ibit Iupiter Lenonius. *Ibid.* Iam ego hoc ipsum oppidum expugnatum faxo erit lenonium. *Ibid. sc.4. a.2.* Cui seruitutem dij danunt lenoniam. *Ibid. sc.1.a.3.*

Lēnōcĭnĭŭm, ij, Lenocinandi actus, hoc est, exercitium lenonis. {μαστρωπεία. Gall. *Macquerelage, allechement, amadouement.* Ital. *Roffianesmo, roffianezza.* Germ. Hurenwirtschafft. Hisp. *Alcahueteria.* Angl. *The practise or occupying of bawdery.*} Vlpian. *l. palam. ff. de rit. nupt.* Lenocinium facere, non minus est quàm corpore quæstum exercere. Quid autem sit lenocinium facere, docet Vlpian. *l. athletas. ff. de his qui not. infam.* Lenocinium facit (inquit) qui quæstuaria mancipia habuerit: sed & qui in liberis hunc quæstum exercet. ¶ ¶ Lenocinium præbere. Scæuola *D. lib.24. tit.3. l.47.* Si tamen ex mente legis sumet quis, vt nec accusare possit qui lenocinium vxori præbuerit, audiendus est: id est, cuius lenocinio mulier adulterata fuerit. ¶ ¶ Lenocinium profiteri, & de eo. Sueton. *in Tiber. cap.35.* Lenociniis & coloribus polluere formam. Senec. *c.16. de consol. ad Heluiam.* Non ornamenta, non lenocinia verborum quærimus. Quintilian. Plaut. *in Epid.* Quid ergo lenocinium facio, qui quidem habeam alienos domi? Cicer. *5. Verrina,* Pudorem & pudicitiam qui colit, potest animo æquo istius quotidiana adulteria, meretriciam disciplinam, domesticum lenocinium videre? ¶ Ponitur interdum pro delinimento, allectamento, illecebris, inescatione. δέλεαρ. Cic. *pro L. Muren.* Vtrum Lenocinium, inquit, à grege delicatæ iuuentutis, an orbis terrarum imperium à popul. Rom. petebas? Idem *pro Sestio,* Et de vitiorum illecebris, & cupiditatum lenociniis dediderunt. ¶ Quandoque pro exquisitiore elegantia, καλλωπισμός. Sueton. *de Augusto, cap. 79.* Forma fuit eximia, & per omnes ætatis gradus venustissima, quanquam & omnis lenocinij negligens, & in capite comendo incuriosus. Cicer. *2. de natur. deor.* Perspicuum est enim quò compositiones vnguentorum, quò ciborum conditiones, quò corporum lenocinia processerint.

Lēnōcĭnē, aduerbium. Lamprid. *in Commodo,* Quæ gladiatoriè, quæ lenocinè faceret, actis vrbis indi iubebant.

Lēnōcĭnŏr, aris, tertia syllaba correpta. Lenocinium facio. {μαστροπεύω, προαγωγεύω.

προαγωγεύω. GALL. Estre maquereau, amadouër, blandir. ITAL. Ruffianare. GERM. Huren wirt sein. HISP. Alcahuetear. ANGL. To exercise the office of a baude.} Per translationem pro blandiri ponitur, siue allicere, quod lenones facere solent. Cic. 2. Verrina, Tibi seruiet, tibi lenocinabitur, minùs aliquanto contendet, quàm potest. ¶ Interdum significat gratiam conciliare. Plin. lib. 2. Epist. Potest tamen fieri, quanquam in his difficultatibus, libro isti nouitas lenocinetur. Budæus. Quintil. Formæ puerorum lenocinantur mangones.

Lēns, dis, fœmin. gener. Ouum pediculorum, capillis adhærens: ex quo postea pediculi generantur. {κόνις, ι. GALL. Lende. ITAL. Lendine. GERM. Ein nisz des haupts. HISP. Liendre. ANGL. Anitt.} Serenus, Vnda maris capiti lendes deducit iniquas. Plin. lib. 28. cap. 11. Quo cum aceto calefacto & lendes tolluntur. Idem lib. 29. cap. 6. Lendes tolluntur adipe canino: vel anguibus in cibo sumptis anguillarum modo.

Lēns, dis, & tis. q. lenis, vel lenta. Genus leguminis, folio viciæ, tribus quatuórve in siliqua granis, inter legumina minimis. {עדש Badhásch. φακός. GALL. Lentille. ITAL. Lenticchia, lente. GERM. Ein linse. HISP. Lenteja. ANGL. A lentill.} Plin. lib. 18. cap. 12. Inuenio apud veteres autores æquanimitatem fidei vescentibus lente. Virg. 1. Georg.

Nec Pelusiaca curam aspernabere lentis.

¶ Lentim pro lentem in accusatiuo frequens est apud Catonem, vt c. 35. Lentim in rudero, & rubicoso loco, qui herbosus non fiet, serito. ¶ Ante lentem augere ollam, πρὸ τῆς φακῆς αὐξάνειν τὴν λοπάδα. Prouerbium in eos, qui spes ingentes in animo concipiunt, priusquam res ipsa teneatur. Aut polliceri quod ipse nondum habeat. Aut præpropere sibi placere, quasi iam possideat ea, quæ procul etiam absunt vt teneantur. Citatur à Cratere & à Plutarcho. ¶ Diues factus, iam desiit gaudere lente, πλουτήσας ἐπαύσατο τῆς φακῆς ... Lens pauperum ac tenuium cibus est, quæ fastiditur simulátque fortuna contingit. Hinc prouerbium in eos quibus ad vberiorem conditionem euectis fastidio sunt ea, quæ priùs inopes boni consulebant. Ex Aristoph. Lentis Ægyptiæ cœna, Gell. c. 8. lib. 17.

Lenticŭlă, æ. Genus est leguminis, lenti simillimum, sui tamen generis. {φακός. GALL. Petite lentille. ITAL. Lente picciola. GERM. Klein gemüs von linsen. HISP. Pequeña lenteja. ANGL. A small lentle.} Plin. lib. 15. c. 11. Folia sunt lenticulæ simillima. Græci φακὸν appellant, vt ex Theodori versione annotauit Hermolaus: nam lentem φακὸν nominant. Vnde tritum illud Græcorum prouerbium, τὸ ἐν τῇ φακῇ μύρον, sic ferè omnes vertunt, *In lenticula vnguentum*. Quod quidem prouerbium in eos dici solet, qui nullo rerum discrimine quæ agunt dicúnve pari nixu cuncta moliuntur: quod genus homines Græci ψυχρούς, καὶ ἀπειροκάλους appellant. ¶ Lenticula etiam genus vasis est à figura leguminis dictum. Videtúrque id esse, quod discus appellatur apud Dioscor. {פך pach גלה gullah.} Plin. lib. 18. c. 12. Duo lentis genera in Ægypto, alterum rotundius, nigriúsque: alterum sua figura, vnde vario vsu translatum est in lenticulas nomen. Videtur autem Lenticula fuisse vasis vnguentarij genus, in qua etiam significatione à sacrorum bibliorum interprete vsurpatur. ¶ Quidam in hac significatione à liniendo deducunt, & aiunt esse vas olearium, ex quo reges & sacerdotes liniebantur. ¶ Ab eius item vasis similitudine, in gemmis quoque lenticula appellatur, figura circa medium sui lata, rotunda, & depressa. Plin. lib. 37. c. 12. Figura oblonga maximè probatur: deinde quæ vocatur lenticula: postea clypeidos. ¶ Rursus lenticulæ, maculæ sunt in corpore quæ & lentigines dici solent. {ANGL. A pimple, a whelk.} Cels. lib. 6. c. 5. Lenticulas tollunt galbanum & nitrum.

[Lenticularia, cellarium, vbi lenticulæ reconduntur.]

Lēnticŭlāris, e, adiectiuum. {φακοειδής.} vt, Lenticularis forma, Apul. lib. 2. flor.

Lēnteo, Lentesco. Vide Lentus.

Lentigo, inis, Macula subrufa, & nigra interdum in facie, ad lentis similitudinem. {בהק bohák. φακός. Petite tache rousse en forme de lentille qui vient au visage ou au corps. ITAL. Lentigine. GERM. Ein laubfleck desz leibs. HISP. Peca. ANGL. A frekle or litle reedish marke in the face.} Vnde & lentiginosus. {φακώδης. GALL. Lentilleux, qui est plein de taches qu'on appelle lentilles. ITAL. Lentiginoso. GERM. Laubfleckechtig, voll laubflecken. HISP. Pecoso.} Plin lib. 9. cap. 20. de atriplice, Ac nisi mutata sæpe aqua coquendum, stomacho contrarium esse lentigines & papulas gignere. Idem lib. 20. c. 15. Sugillatis illinitur cum melle, & vua passa, & aceto: lentigini nigræ ex aceto.

Lēntiscus, Arbor est in Chio præcipuè nascens, (quanquam & in Italia, & in Narbonensi Gallia prouenit) magnitudine Roboris, sorbi folio, terebinthi odore, acinis, dum maturescunt, rufis: vbi maturuerint, nigris: mastichen exudans in modum gummi. {σχῖνος. GALL. Lentisque. ITAL. & HISP. Lentisco. GERM. Der mastixbaum.} Hæc arbor perpetuò viret, térque in anno fructus profert. Quod & ipsum testatur Cic. de Diuinat. versibus ex vetusto poëta adductis,

Iam verò semper viridis sempérque grauata
Lentiscus, triplici solita est grandescere fœtu:
Ter fruges fundens, tria tempora monstrat arandi.

Dictam autem Lentiscum putat Ruellius, quòd liquore quodam lentescat. Sedat enim resinam quam in Chio insula mastichen vocant. Eius fructum Hippocrates σχινίδα vocat, arborem autem σχῖνον. Ex arboris huius ligno præstantissima fiunt dentiscalpia. Martial. lib. 14.

Lentiscum melius, sed si tibi frondea cuspis
Defuerit, dentes penna leuare potest.

¶ Lentiscum mandere, σχῖνον διατρώγειν, dicuntur qui nimio commendi corporis studio superfluunt. Nam ex lentisco dentifricium fieri consueuit. Huiusmodi igitur quibus dentiscalpium semper in ore est, lentiscum arrodere dicuntur: & σχινοτρῶγαι, lentisci arrosores appellantur.

Lēntiscĭnus, a, um, denominatiuum, quod ex lentisco factum est. {σχίνινος. GALL. De lentisque. ITAL. Di lentisco. GERM. Das von dem mastixbaum gemacht ist. HISP. Cosa de lentisco.} vt, Oleum lentiscinum. Plin. lib. 23. cap. 2. Tunc addito oleo lentiscino illita, vna nocte rufat capillum.

Lēntiscĭfĕrus, Adiectiuum. σχινοφόρος, ferens lentiscos: vt, Linternum lentisciferum, Ouid. 15. Metam.

[Lention, linteon. L. g. b. Item cingulum sacerdotale.]

Lento, as, vide Lentus.

Lentŭli, Λέντλοι, ex nobilissima familia Romæ, ita cognominati à lente, vt Cicerones à cicere. ¶ A quibus vocem, Lentulitas, desflexit. Cicer. lib. 3 Epist. pro nobilitate Lenticulorum, Vllam (inquit) Appietatem, aut Lentulitatem valere apud me plus, quàm ornamenta virtutis existimas?

Lēntus, a, um, Tardus, non acer, non celer. {רפה ... GALL. Qui plie facillement sans se rompre, lent. ITAL. Flessibile. GERM. Weych, zäh. HISP. Floxo, que se puede doblar. ANGL. Pliant, that boweth easilie.} Plaut. Menæchmis, Quàm lentum est, & visco simile? ¶ Nonnunquam idem quod molle, flexibile, & minimè fragile. Virg. 5. Eclog.

Lenta salix quantum pallenti cedit oliuæ.

Petronius Arbiter dixit, lentis adhærens brachiis. i. sequacibus, inhærentibus. Vide infrà. Vlmeis affectos lentis virgis. Plaut. Asinar. sc. 2. a. 3.

Heu nimium fati tempora lenta mei,

Ouid. Eleg. 1. lib. 4. Trist.

Quique referet pariter lentos ad pectora remos,

idem ibidem. Nimis lenta sunt vincla escaria. Plautus Menæch. sc. 1. a. 1.

Et lenta excelsos (vis) didicit conscendere ramos,

Tiball. lib. 4. Sed translatum ad animum, pro leni ac placido capitur, & æquanimi: vt, Vir patiens, & lentus, apud Cic. lib. 2. de Orat. ¶ Interdum pro Facili, Lucil. Stat. lib. 11. vt citat Nonius, Lucius Cotta senex Crassi pater huius Paceti (alij Paceni) Magnus tricо fuit numarius soluere nulli Lentus. Lentus & lentitudo, de eo, qui irasci nescit, à lente legumine videtur deduci, quia qui lentibus vescuntur, æquanimes fieri existimantur. Plin. c. 12 lib. 18. ¶ Interdum pro tardo. ארך ârech. βραδύς. GALL. Tardif, lent. ITAL. Tardo. GERM. Träg, langsam. HISP. Tardio, perezoso. ANGL. Slacke or slowe.} Plin. Epist. 147. Ibat illa lento gradu, quasi grauis vinculis. Ouid. in Epist.

Aut vbi lentus abes.

Horat. in Epist.

Et prossare manu lentissima brachia. i. pigra, segnia, nihil commota meo pressu.

¶ Interdum pro securo & otioso. Virg. 1. Eclog.

———tu Tityre lentus in vmbra. &c.

¶ Interdum pro remisso & frigido. Idem 1. Georg.

———Nec du lentus non deficit humor.

Habet & alias significationes, vt quum dicimus, Lentum colorem, id est, fluentem, & facilè euanescentem. Plin lib. 11. c. 15 Color in quacunque natione præfertur rufus, & pinguiter lentus. ¶ Lentus ignis, dicitur: moderatus, non vsque adeò calescens. Plin. lib. 13. cap. 14. Lentus ignis è palmis.

Qui falsum lenta torruit igne bouem,

Ouid. Eleg. 11. lib. 5 Trist. Lentibus canibus vte. Ibid.

Tempore paret equus lentis animosus habenis.

Lentum mortis genus. Sueton. in Cæs. c. 87. Lenta itinera facere. Idem in August. cap. 82. ¶ Sæua ac lenta natura. (i. tecta & mala.) Idem in Tib. cap. 57. Lentum venenum, idem in Tiber. cap. 73. ¶ Lentus tepor, remissus. Plin. lib. 12. cap. 19. Probatur casia gustu quàm maximè feruens, potius quàm lento tempore leuiter mordens. ¶ Lenta viuacitatis, id est, longa & tenax. Idem lib. 8 cap. 27. Alioqui viuacitatis adeò lentæ, vt eiectis interaneis diu pugnet. ¶ Lentulus Diminut. Cicer. ad Attic. lib. 10. An existimas illum in isto genere Lentulum, aut nihilo tumnemo est minus.

[Lentulus, dim. paululum lentus.]

Lēntē, aduerbium, Tardè, & cunctanter. {βραδέως. GALL. Lentement, tardiuement. ITAL. Tardamente, pigramente. GERM. Langsamlich, gemächlig. HISP. Floxamente, perezosamente. ANGL. Slackelie, slowlie.} Plin. Epist. 13. At tum quoque lentè, & cunctanter veniunt, nec tamen permanent, sed ante finem recedunt. ¶ Lentè aliquid ferre, est illud patienter ferre, & æquo animo. Cic. 2. de Orat. Neque enim est facilè perficere, vt irascatur ei, cui tu velis, iudex, si tu ipse id lentè ferre videare. ¶ Lentè agere, est remissè & segniter agere. Liu. 1. ab Vrbe, Lentè agere iis Tatius, Sabinique nisi sunt. ¶ Lentè, ac fastidiosè probare aliquem, est post diuturnam morosámque disquisitionem aliquem probare. Cicer. ad Attic. lib. 2. Quem tibi ego non essem ausus mittere, nisi eum lentè, ac fastidiosè probauissem.

Lēntĭtĭa, æ, Lentor, seu flexibilitas. {רפיון ... mórech מרפא marpé ... GALL. Mollesse, & facilité à se plier. ITAL. Tenerezza, facilità à piegare come vimine. GERM. Weyche, zähe. HISP. Lentura, doblegatura. ANGL. Pliatenesse, or flexiblenesse.} Plin. lib. 16. c. 37. Alix virgas sequacis ad vincturas lentitiæ.

Lēntĭtūdo, inis, Tarditas, facilitas, lenitas. {βραδυτής. GALL. Tardiuité, faitardise. ITAL. Tardezza. GERM. Langsamme. HISP. Tardanza y pereza. ANGL. Pliantenesse, floweuesse.} Cic. ad Quint. fratrem lib. 1. Nam illud non solùm est grauitatis, sed nonnunquam etiam lentitudinis. Idem 4. Tusc. Eámque quam lenitatem nos dicimus, vitioso lentitudinis nomine appellant. Tacit. lib. 16. Lentitudine exitus graues cruciatus afferente.

Lēntŏr, is, Humor tenax, & glutinosus, inquit Budæus. {γλισχρότης. GALL. Humeur tenant & gluant. ITAL. Humore tenace, viscoso. GERM. Schleim, allerley zähe feuchtikeit. HISP. Humor floxo y estendedor. ANGL. Toughenesse, a clammy gluish humour.} Plin. lib. 9. cap. 36. de purpuris, Congregantur verno tempore, mutuóque attritu lentorem cuiusdam ceræ saliuant. Colum. lib. 5. cap. 6. Vt aliquem tamen fucum & lentorem habeat, inticiemus areis.

Lēnto, as, Lentum reddo. {הרך heréch. χαυνόω. GALL. Plier, & ployer. ITAL. Lentare, piegare. GERM. Weych machen biegen. HISP. Doblar hazer flexo. ANGL. To make pliant and flexible.} ¶ Lentare pro nauigare. Cùm enim remiges magnis viribus remigant, lentant, id est, curuant & flectunt, pandántque remos, qui ideo lenti ita vocantur, à Catullo,

Quique

Digitized by Google

Quique fugit lentes incuruans gurgite remos.

Virg. *lib.* 3.

Antè, & Trinacria lentandus remus in vnda.

Quid sibi velit lentare remos, docet Turneb. Vide in voce *Remus*. Arcus lentare, Stat. 1. *Achil.* id est, flectere.

Lēntĕo, es, Lentus sum, tener, & mollis. {רך rach נרך narăch. γλισχραίνομαι. GALL. *Estre glueux, & tenant, estre tardif.* ITAL. *Esser lento, molle, pieghevole.* GERM. Weych oder langsam sein. HISP. *Ser floxo.* ANGL. *To be slow, pliant or glueh.*} Vnde apud Lucil. legitur, Lentet opus, pro eo quod est, lentè procedit.

Lēntēsco, scis, ere, Lentus, seu tener ac mollis fio. {רך rach נרך narach. γλισχραίνομαι. GALL. *Deuenir mol & lent.* ITAL. *Diuenir molle, lento.* GERM. Weych oder zäch werden. HISP. *Hazerse floxo.* ANGL. *To waxe tender or pliant, to become clammy or glueh.*} Col. *lib.* 11 *c.* 2. Quæ si natura minùs lenta, ante dies quindecim præcidenda, & purgata in stercore obruenda est, vt lentescat. ¶ Virg. *lib.* 2. *Georg.*

Sed picis in morem ad digitos lentescit habendo, id est, cohæret, vt exponit Seruius. Col. *lib.* 2. *cap.* 11. Cicera bubus eius loco fresa datur in Hispania Bætica: quæ quum suspensa mola diuisa est, paulum aqua maceratur dum lentescat, hoc est, cohæreat: vel (vt ait Budæus) glutinosa fiat. ¶ Curæ lentescunt tempore. Ouidius *lib.* 2. *de arte amandi*,

Si mora tuta breuis, lentescunt tempore curæ.

Lenulus, Lenunculus, vide *Leno*.

Lenus, Λῆνος, regio Pisarum (*ut ait* Steph.) ciuis Lenæus. Locus non integer videtur.

Lĕo, es, leui, letum, Hodie in vsu non est: ex compositis tamen eius quæ sunt Deleo, & releo, apparet eiusdem significationis fuisse cum verbo lino: quod etiam præteritum ab eo mutuo accepit Horatius *lib.* 1. *Carm.*

Græca quod ego ipse testa Conditum leui.

Vbi Porphyrio, leuisse ie gypso vtrque vult intelligi. Huic contrarium est Terentianum illud, Relcui dolia atque omnes terras, quod significat, aperui &, q. d. regypsaui.

Lĕo, Λέων, Byzantius Philosophus fuit, auditor Platonis, qui Philippo Macedonum regi infesta patriæ, hue arma inferenti occurrens, Dic, inquit, Philippe, quæ causa te impellit ad oppugnanda patriæ nostræ mœnia? Quúmque Philippus respondisset, amore patriæ illius esse impulsum, vt ea potiretur: Atqui, inquit, musico amantibus instrumento, non bellico opus est. Postea vero quum Philippus Byzantium diu frustrà obsedisset, intelligens id Leonis opera fieri, vt illum apud suos in inuidiam vocaret, literis eum apud ciues calumniatus est, proditorem patriæ appellans, sæpiusque sibi ab eo vrbem venalem esse oblatam, & potuisse iam vrbe potiri, nisi turpe iudicasset victoriam furari. His itaque literis Leo apud ciues suos in suspicionem adductus, quúmque domum suam arctissima custodia obseruari videret, laqueo vitam finiuit.

Lĕo, nis, à λέων. {אריה ariéh לביא labi ליש láyseh. λέων. GALL. *Lion.* ITAL. *Leone.* GERM. Ein löw. HISP. *El leon.* ANGL. *A lyone.*} Animal ferox, & omnium in terris animantium, vno excepto homine, generosissimum, tum præcipuè quem colla armósque vestiunt iubæ, quod ætate accidit. Leones tantum ex feris clementia vtuntur in supplices, prostratis parcunt.

Corpora magnanimo satis est prostrasse leoni.

Ouid. *Eleg.* 5. *lib.* 3 *Trist.* coeunt auersi, quemadmodum & lynces, cameli, elephanti, rhinocerotes, & tigrides. Eorum animi index est cauda, sicut equorum aures. vim summam in pectore habent, sauciati innoxij sunt. Timent rotarum orbes circumactos, & currus manes, & cristas, cantúsque gallinaceorum, sed maximè ignes. Vide Plin. *lib.* 8 *cap.* 16. ¶ Est & Leo marinus ex cancrorum genere, apud eundem *lib.* 31. *c.* 11. ¶ Item Leo cœleste signum, apud eundem *lib.* 17, *cap.* 24. quem putant fuisse leonem Theumesium ab Hercule occisum, in cœlum ab Ioue translatum. Dictus autem Theumesius, à Theumesio Bœotiæ monte. ¶ Leones radere, dicuntur qui feroces & præpotentes arte tractant & illudunt magno suo periculo. Socrates apud Platon. *de republ. lib.* 2. ¶ Leonem stimulas, τὸν λέοντα ξύεις. De iis qui potentem ac ferocem in suum ipsius exitium prouocant atque extimulant. Leonem subula excipere prouerbium, Senec. *Epist.* 83. Leonem edentulum olentem proteram. (i. vetulum.) Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 5.

Tempore Pœnorum compescitur ira leonum.

Ouid. *Eleg.* 6. *lib.* 4. *Trist.* ¶ Leonem ex vnguibus æstimare. ἐκ τῶν ὀνύχων λέοντα γνώσεσθαι, est ex vna quapiam coniectura negotium vniuersum perpendere, ex paucis multa, ex minimis maxima conijcere. Natum videtur adagium à Phidia statuario, qui (sicut narrat Lucianus in Hæresibus) inspecto duntaxat leonis vngue, quantus esset totus leo perpendit, totúmque ex indicio vnguis effinxit.

Leoninus, a, um, adiectiuum. {λεόντειος. GALL. *De lion.* ITAL. *Di leone.* GERM. Löwin. HISP. *Cosa de leon.* ANGL. *Of a lyone.*} vt, Adeps leoninus, apud Plin. *lib.* 24. *cap* 17. Et Leonina species, apud Varr. *lib.* 2. *de re rust. cap.* 9. [¶ Leonina societas. Vlpian. *D. lib.* 17. *tit. pro socio. l.* 29. Arist. refert Cassium respondisse, societatem talem coiri non posse, vt alter lucrum tantùm, alter damnum sentiret: & hanc societatem leoninam solitum appellare.]

Lĕonătus, Λεοννάτος, Vir nobilis ex Alexandri ducibus, Philippi ex materno genere consanguineus, vnà cum Alexandro educatus. de quo vide plura apud Suid.

Lĕŏchărēs, Λεωχάρης, Nobilis statuarius fuit, vnus ex iis qui Mausoli regis Cariæ sepulchrum caluerunt, Plin. *lib.* 35. *c.* 5.

Leocorion, Λεωκόριον, Monumentum ab Atheniensibus in medio Ceramico erectum. Nam quum Attica vniuersa maxima fame laboraret, vnúmque ab hoc oraculis ostenderetur mali effugium, si quis liberos suos immolaret, inuentus est Leos quidam Orphei filius, qui tres filias suas virgines, Pasitheam, Theopen & Eubulen tradidit immolandas. Cuius beneficij memores Athenienses monumentum in Ceramico erexerunt, quod Leocorion appellarunt. Autor Suidas.

Lĕŏdămās, Leodamantis, Λεωδάμας, Thasius Philosophus fuit, cuius meminit Laërtius *in vita Archytæ Tarentini.*

Leodium, ducatus Iuliacensis, vrbs Episcopalis: vulgò *Luttich.*

Leogoras, æ, Λεωγόρας, Andocidæ rhetoris pater fuit, teste Suida.

Lĕōnĭdēs, Λεωνίδης, Lacedæmoniorum Rex fuit, ex genere Heraclidarum, qui apud Thermopylas, quum angustias aduersùs Xerxem tueretur, fortissimè pugnans occubuit. Cuius cadauer Persæ, abscisso capite è cruce suspenderunt. Autor Herodot. *lib.* 7. Fuit præterita Leonides Alexandri magni pædagogus: qui quum videret largè puerum thura aris ingerentem, monuit illum, vt cum demum quum thuriferas regiones subegisset, illo modo supplicaret. Cuius rei memor Alexander Arabia iam potitus, misit ei nauim thure onustam, exhortans eum, vt in deos parcus esse desineret. Autor Plin. *lib.* 12. *c.* 14.

[Leonium, S. *Paul. de Leon*, V. E. Leonensis, sub A. Turonensi, Principatus titulo clara.]

Lĕontīcē, Λεοντική, Herba est quam Dioscorides cacaliam appellat, foliis grandibus & candidis, inter quæ semen dependet minutis margaritis simile: cuius grana quindecim in oleo macerata, atque aduerso capillo illita, porriginem tollunt. Vide Plin. *lib.* 25. *c.* 11. Officinæ *Carui agreste* appellant.

[Leontinum, *Lentini*, V. olim E. Siciliæ, Gorgiæ Rhetoris patria.]

Lĕōntĭos, Λεόντιος, Gemma à leoninæ pellis similitudine nominata, quemadmodum pardalios à similitudine pellis pantheræ. Autor Plin. *lib. vlt. cap.* 11.

Lĕontiscus, Λεοντίσκος, Mamertinus quidam Pycta fuit, ex argumento Acrochersites cognominatus, tanto corporis robore, vt summis aduersarium manibus arripiens, non prius eum desereret, quàm deficientem sentiret. Suid.

Lĕōntĭŭs, fuit quidam eximius statuarius, qui Olympiæ fecit Stadiodromon astylon, aliáque opera, quæ commemorantur à Plin. *lib.* 34. *cap.* 8. ¶ Fuit item Leontios quidam Tripolis Lydiæ Episcopus ex Mœsia ortus de quo vide Suid.

Lĕōntŏpĕtălŏn, Λεοντοπέταλον. Herba est caulem emittens dodrantalem, plurimis alis concauum, & in cacumine semina parua duo, aut tria, eáque in siliquis ciceris modo, flores puniceí coloris, anemonæ similes: folia brassicæ, sed papaueris diuisura, radicibus nigris, rapæ similibus. Nascitur in aruis. Vide Plin. *lib.* 27. *c.* 1. Vulgus à similitudine pedis leonini *patam leonis* appellat.

Lĕōntŏphŏnus, Λεοντοφόνος. Exiguum est animal, in iis tantùm regionibus nascens, in quibus gignuntur leones: quibus tam præsens est venenum, vt gustato leontophono leo statim moriatur: vnde etiam animalculum hoc leontophoni nomen accepit. Autor Plinius *lib.* 8. *cap.* 38.

Lĕōntŏpŏdium, Λεοντοπόδιον, Herbula est duorum digitorum, folio paruo, angusto, digitorum trium, quatuórve longitudine, hirsuto, lanosioréque ad radicem, & subcandido, in cacumine caulium capitula tanquam perforata, floribus nigris erumpentibus, semen quod oculis vix possit deprehendi propter circundatam lanuginem. Ruellius existimat eam esse quam vulgus *cruciatam appellat.*

Lĕŏpardus, {נמר namér. λεοπάρδαλις. GALL. *Leopard.* ITAL. *Leopardo.* GERM. Ein leopard. HISP. *Animal mezelado de leon y pardo.* ANGL. *A leoparde.*} Animal ex pardo & leæna natum, iubis carens, nigris maculis leoninam pellem distinguentibus. Nascitur in Africa, vbi propter penuriam aquarum ad paucos amnes multitudo ferarum conuenit, ideo multiformes ibi animalium partus, mutuò sese miscentibus diuersorum generum animalibus: Vnde ortum est prouerbium, Semper aliquid noui Africam afferre. Vide Plin. *lib.* 18. *c.* 15.

[Leopolis, *San Leo*, V. E. sub A. Vrbinensi: naturâ & arte munitissima, in apice montis Feretrij constructa: estque caput prouinciæ montis Feretrii, vulgò *Monte Feltro*: spectat ad Ducem hodie Vrbinatem.

Leopolis, *Leuuoco*, V. A. Russiæ Nigræ, sub ditione Polonorum.]

Leos, Orphei filius. Vide *Leocorion.*

Lĕosthĕnēs, Λεωσθένης. Viri Atheniensis nomen, qui quum sponsus esset, & Lamiacum bello concitasset, in prælio interfectus est. Ob cuius amorem sponsa, Demotionis Areopagitarum principis filia, se interfecit, sicut Hieronymus contra Iouinianum testatur. Suidas Leosthenem tradit eo in prælio, quod Athenienses aduersùs Macedones commiserunt, quum multa strenuè gessisset, lapidis ictu interiisse.

[Lepadnum, λέπαδνον, lorum latum, quo collum equi ad iugum religatur.

Lepadus, vide *Lepadusa.*]

Lĕpĭdĭum, Λεπίδιον. Herba est in cubitalem, eóque maiorem altitudinem assurgens, foliis lauri, sed mollioribus, & maioribus, quæ trita lapsum olent, & piperis acrimoniam referunt. Vnde vulgus herbariorum *piperitim* vocitat. Quidam etiam raphanum, quòd raphano syluestri, quem armoraciam alio nomine dicunt, planè similis sit. Lepidium autem ab effectu appellatur, quod τὰς λεπίδας, hoc est, squamas & maculas faciei deleat & repurget. Hæc herba hodie in Italia non reperitur, vt ait Matthiolus.

Lĕpidōtēs, λεπιδωτὶς, Gemma quæ squamas piscium imitatur. Plin. *lib.* 37. *cap.* 10.

Lĕpĭdŭs, a, um, In quo leporis est plurimum, facetus, elegans, iucundus. {נעים nahim. λαμυρὸς, χαρίεις, ἀστεῖος. GALL. *Plaisant gay, joly, qui est de bonne grace.* ITAL. *Piaceuole, gratioso.* GERM. Holdselig, lieblich, angenem. HISP. *Gracioso en donayres.* ANGL. *Plaisant in talk pretie, merie, that hath a good grace.*} Terent. *in Andr.* O lepidum caput. Plaut. *in Milite*, At quidem illuc ætatis qui sit, non inuenies alterum Lepidiorem ad omnes res. Idem *in Aul.* O lepidum diem. Idem *in Pœn.* Nimium lepidum mihi memoras facinus. Idem *in Epid.* Forma lepida & liberali. Visne amplectamur? licèt Lepida es. Idem *Mostell. sc.* 4. *a.* 1. Quin tu te exornas moribus lepidis, cum tute lepida es. *Ibid. sc.* 3. *a.* 1. Vt lepida scapha scelesta mulcum sapit. Lepidis litteris, lepidis tabellis, lepida conscriptis manu. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Accipiam te lepido victu, & lepida aderit mulier. *Ibid. sc.* 2. *a.* 4. Apud suum hospitem lepidum senem. Idem *Mil. sc.* 1. *a.* 1. Lepidus liber. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 1. Non mutit cardo, est lepidus. Idem *ibid. sc.* 1. *a.* 1. Pulchrum, probum, lepidum facinus. Idem *Men. sc.* 2. *a.* 1. *&c.* ¶ Lepidum parum tantùm in rebus dicimus, vtpote quod sit ductum. ἀπὸ τοῦ λεπίδος. λεπὶς autem ἀπὸ τοῦ λέπω.

¶ Lepidum

¶Lepidum interdum aduerbij significatione ponitur pro lepidè. Plaut. *in Pœn.* Lepidum eloquere. ¶Lepidus, politus, inquit Donatus, ἀπὸ τῆς λεπίδος, id est, à lamina, siue squama. Plin. *lib.* 34. Excutiuntur veluti milij squamæ quas vocant lepidas.

Lĕpĭdē, aduerb. id est, Cum lepôre, facetè. {κομψῶς, χαριέντως, ἀστείως, γλαφυρῶς. GALL. *Plaisamment, gaillardement, de bonne grace.* ITAL. *Piaceuolmente, con buona gratia.* GERM. Holdselliglich fein vnd lieblich. HISP. *Graciosamente en donayres.* ANGL. *With a good grace, merilie.*} Hoc effectum lepidè tibi tradam, Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 3. Ingenio hilari & lepidè nos accipiet, idem *Most. sc.* 4. *a.* 1. Lenones nouisti lepidè, idem *Curc. sc.* 2. *a.* 4. Probè lepidéque concinnatam paldm Idem *Men. sc.* 2. *a.* 3. Lepidè animum tentaui tuum Idem, Nimis lepidè verba fecit. Idem *Aul. sc.* 5. *a.* 3. Circumducam lepide leonem. Idem *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Vt te accipiam lepidè vino, vnguentis. *Ibid. sc.* 1. *a.* 4. Quicquid ago, omnia, lepideque prosperéque eueniunt. *Ibid. sc.* 1. *a.* 2. *&c.* Cic. *ad Attic. lib.* 2. Nunc sit lepidè illa τεχνῶν radiorum. Plaut. *in Persa*, Lepidè hercle adiuuas, hoc est, eleganter, & opportunè.

Lĕpĭdŭlē, diminut. Plaut. *in Pseud.* Eam circumducam lepidulè.

Lĕpistă, æ, Vasis aquarij genus, teste Festo, idem fortassis cum eo quod Aristophanes λεπαστὴν vocat. Varr. *lib.* 1. *de vita pop. Rom.* vt citat Nonius, Lepistæ etiam nunc Sabinorum fanis pauperioribus plerisque aut fictiles sunt, aut æneæ. Apud Festum & Nonium legend. *Lepasta*, è Græco λεπαστὴ, cuius etiam meminit Varr. *lib* 4. *de ling. Lat.* vbi tamen malè *Depasta* pro Lepasta in Romana editione legitur.

Lĕpontĭi, Populi sunt Alpini, Salassis finitimi, ex comitatu Herculis ibi relicti, quòd membra haberent niue præusta. Plin. *lib.* 6 *c.* 20. Lepontij Rhetos habent ab Ortu, Insubres ad Meridiem, Salaidos Seducósque ad Occasum, Heluetios ad Septentrionem.

Lĕpŏs, ôris, & Lepos ôris, à λέπω, & hoc à λεπίς. hinc lepidus, Propriè est venustas, vrbanitásque sermonis, facetiæ. {נעם noham ἀστειότης, χαριεντισμός. GALL. *Ioliueté bonne grace, dexterité.* ITAL. *Piaceuolezza, gratia.* GERM. Lieblichkeit holdseligkeit der red/wolstand. HISP. *Gracia en donayre, dulce hablar suauiloquentia.* ANGL. *Grace and delectable comelynes inspeach and gesture.*} Cic. 7. *Verr.* Lepôre ac venustate affluens. Idem 2. *de Orat.* Magnus in iocando lepos in Crasso. Lepos dicendi, est ornatus, concinnitas, elegantia. Idem 4. *Acad.* Cuius primò non admodum probata ratio, quanquam floruit acumine ingenij cum admirabili quodam lepôre dicendi, &c. Inest lepos ludúsque in hac comœdia. Plaut. *prolog. Asin. & Curc. sc.* 2. *a.* 1. Latini leporis, facetiæ. Velleius.

Leporarium, Leporinus, vide *Lepus*.

Lepră, æ, {צרעת tsaráhath. λέπρα. GALL. *Lepre, ladrerie.* ITAL. & HISP. *Lepra.* GERM. Die maltzey oder aussatz. ANGL. *Leatrie.*} Galeno, cæterísque Græcis medicis, scabiei genus est, cutem desormi obducens crusta, ab atra nascens bile, corpúsque vehementer pruritu infestans. In qua significatione Lepræ vocabulo vtuntur etiam Latini. Plin. *lib.* 24 Lacryma vitium, veluti gemma, lepras, & lichenas, & psoras nitro ante præparatas soluit. Auicenna verò, cæterique Arabicæ factionis, lepræ vocabulum impropriè vsurpant pro elephantiasi, quod morbi genus superiori multò est perniciosius: vt quod non solùm cutem inficiat, verumetiam carnem ipsam vsque ad ossa depascatur.

Lepriūm, Λέπρεον, Elidis oppidum ad Alpheum fluuium, cuius incolæ dicuntur Lepreatæ. Plin. *lib.* 4. *c.* 5. Ptol. *lib.* 3. *c.* 16. ¶ Est & alterum eiusdem nominis oppidum in Arcadia, cuius meminit Plin. *lib.* 4. *cap.* 6. & Cic. *lib.* 6. *Epist. ad Attic.*

Lepsemandus, Λεψίμανδος, oppidum Cariæ, Steph.

Lĕptē acra, λεπτὴ ἄκρα, Indiæ promontorium, aliàs Drepanum appellatum: de quo vide Plin. *lib.* 6. *c.* 29.

Lĕptĭnēs, Λεπτίνης, Atheniensis orator non incelebris, qui quum liturgiarum onus ad paucos, eósque tenuioris fortunæ redisse videret, potentioribus ferè omnibus immunitate donatis, tulit legem, vt sublato iure immunitatis, liturgiarum sumptus ex æquo à ditioribus suppeditarentur. Quam legem oppugnat Demosthenes in oratione, quam aduersùs Leptinem inscripsit.

Lĕptĭs, Λέπτις Ptolemæo, Duarum vrbium nomen est in Africa propriè dicta: quarum minor, quæ Sarrana dicitur, inter duas Syrtes est sita: cuius meminit Sil. *lib.* 3.

Tabraca, tum Tyrium vulgus Sarranaque Leptis.

Hæc etiam Neapolis dicitur, vulgò *Mahometa* Altera quæ maior Leptis dicitur, trans Syrtim minorem sita est, ad Oeam oppidum, vulgò *Tripoli.* De hac Hieronymus, In Lepti (inquit) vrbe semibarbara, & posita in solitudine moris est, vt nurus altera die socrum ollam mutuò postulet. Vtriusque ciuitatis meminit Strabo *lib.* 17.

Lĕptŏcăryă, λεπτοκάρυα Græco nomine dicuntur auellanæ: quæ & Ponticæ, & Heracleoticæ appellantur.

Lĕptŏn centaurium. κενταύριον λεπτόν, hoc est, centaurium minus, herba est quam Latini *fel terræ* vocant, propter summam amaritudinem. Galli vocant *cracum* eò quòd potum, omnia medicamenta mala per aluum exigat. Plura vide apud Plin. *lib.* 25. *c.* 6. ¶ Lepton etiam est tenuis nummulus, dimidius quadrans, λεπτὸν νομισμάτιον, & simpliciter λεπτόν.

Lĕptŏphyllon, λεπτόφυλλον, Septima tithymali species est, in petris nascens, ita dicta à tenuitate foliorum. Alio nomine dendroides δενδροειδὴς appellatur, eò quòd ex omnibus tithymali generibus ramosissimum sit. Vide Plin. *lib.* 26. *c.* 9.

Lĕptŏrăgēs, λεπτόραγες, Vuæ quædam dicuntur, dulces quidem habentes acinos, sed tenues tamen & minutos: cuiusmodi sunt quas vuas *Corinthiacas* vulgò appellamus. Plin. *lib.* 14. *c.* 1. Est & illa naturæ lascìuia, vt prægrandibus adhæreant pergulis parui, mites, & suauitate certantes: leptorages has vocant. Hactenus Plin. Dictæ autem sunt leptorages, ab acinorum tenuitate. Nam λεπτὸν exiguum est, & tenue ῥᾶγες autem à Græcis vuarum acini dicuntur.

Lĕpŭs, oris, à λαγώς. Vulgò q. leuipes. Animal satis notum, à celeritate dictum, quasi leuipes. Quintil. *c.* 10. *lib.* 1. {ארנבת arnébeth. λαγώς. GALL. *Lieure.* ITAL. *Lepre.* GERM. Ein haaß. HISP. *Liebre.* ANGL. *An hare.*} siue (vt Varr. putat *lib.* 3. *de re rust. c.* 12.) quòd Æoles (vel potius Dorienses) antiquo vocabulo λέποριν vocabant, quem nos leporem. ¶ Quare non solùm genus hoc nomen Latinum Lepus mutauit à Doriensi lingua, qui dicunt ὁ καὶ ἡ λέπορις, sed etiam in recto casu lineamenta Latina sibi assumpsit. Virg. 3. *Georg.*

Et canibus leporem canibus venabere damas.

Horat. *Epod.* 2.

Pauidúmque leporem, & aduenam laqueo gruem,
Iucunda captat præmia.

¶ Per translationem pro infami accipitur, & qui aduersus & auersus impudicus sit: creditur enim lepori vtrumque sexum inesse, vt hyænæ. Terent. *in Eunuch.* Lepus tute es, & pulpamentum quæris: quod habes, (inquit Donatus) quæris in altero. ¶ Lepus etiam piscis est ex lacertorum genere, inter marina venena numeratus, præsertim in Indico Oceano, vbi vel solo tactu pestilens, vomitum dissolutionem que stomachi protinus creat: in nostro mari colore tantum lepori similis: in Indis & magnitudine, & pilo duriore. Hæc Plin. *lib.* 9. *cap.* 49. ¶ Lepus dormiens, λαγὼς καθεύδων. Quadrat in eum qui quod non facit, id facere sese adsimulat: aut quod facit, id se facere dissimulat. Nam leporem parentibus genis dormire, cum alij permulti tradunt, tum Plin. *lib.* 1. *c.* 37. id quod etiam hominibus nonnullis ait accidere, quos Græci κορυβαντιᾶν appellant. Neque perperam dicetur & in timidos. Adagium à multis refertur. ¶ Leporem non edit. Antiquitus superstitiosè creditum esu leporinæ pulpæ conciliari formam. ¶ Lepus pro carnibus λαγὼς περὶ τῶν κρεῶν: subaudi periclitatur. In eos dicitur qui ob aliquam sui vtilitatem in discrimen vocantur. Nam leporem non insectamur quòd noceat, sed quòd pulpamentum habeat. ¶ Boue venari leporem, τῷ βοῒ τὸν λαγὼν κυνηγετεῖν, dicuntur qui rem absurdam, stultam ac præposteram aggrediuntur. Plutarchus. ¶ Leporis vitam viuere λαγὼ βίον ζῆν, dicuntur qui sæpe anxij trepidique viuunt, quòd id animal omnium prædæ expositum, ne somnum quidem capit, nisi oculis apertis. Demosth. *in Æschin.* Theopompus apud Gell. *c.* 15. *lib.* 16. ait in Bisaltia lepores bina iecora habere. ¶ Lepus est aliquando inter verba contumeliæ. Donat. in illud *Eunuchi* 3. 1. Lepus tute es, &c. ¶ Aliquando etiam inter sidera, qui, vt inquit Hyginus *lib.* 2. dicitur Orionis canem fugere venantis.

Lĕpŭscŭlŭs, i, diminutiuum. {λαγίδιον. GALL. *Leuraut, petite lieure.* ITAL. *Leprettino.* GERM. Ein häßlin. HISP. *Liebratton.* ANGL. *A litle hare.*} Cic. 6. *Ver.* Si minus eiusmodi quidpiam venari potuerant, illa quidem certe pro lepusculis capiebantur, patellæ, pateræ, thuribula, &c. Idem 1. *de nat. deor.* Si Seriphi natus esses, nec vnquam egressus ex insula, in qua lepusculos vulpeculásque sæpè vidisses, &c.

Lĕpŏrārĭum, ij, Non tantùm pro loco, vbi lepores aluntur, sed etiam pro omnibus septis villæ affixis accipitur, in quibus inclusæ pecudes pascuntur. {λαγοτροφεῖον. GALL. *Garenne, parc, ou clos à nourrir lieures ou autres bestes sauuages.* ITAL. *Chiusura, serraglio da nutrirui saluaticine.* GERM. Ein thiergarten/ ein eingeschlossen ort in dem man nit nur hasen/ sonder auch andere thier zeucht. HISP. *Binar, lugar de liebres ò otras bestias.* ANGL. *A park, a cuninger, a warraine or, any place to keep beastes for pleasure.*} Gell. *lib.* 2. *c.* 20. Viuaria veteres quandoque Leporaria dixère, in quibus omnia clauderentur animalia. Varr. *de re rust. lib.* 3. *cap.* 3. Leporaria te accipere volo, non ea, quæ tritaui nostri dicebant, vbi soli lepores sint, sed omnia septa, affixa villæ quæ sunt, & inclusa habent animalia, quæ pascuntur. Hæc antiquiores Roboraria etiam appellari voluerunt à tabulis roboreis, quibus septa erant ante quàm muro cingerentur.

Lĕpŏrīnŭs, a, um, quod est ex lepore. {λαγῷος. GALL. *De lieure.* ITAL. *Cio che è di lepre.* GERM. Häsin. HISP. *Cosa de liebre.* ANGL. *Of an hare.*} vt, Pes leporinus, leporinus cinis, apud Plin. *lib.* 28. *cap.* 11. ¶ In leporinis, ἐν λαγῴοις, carnibus viuere dicebantur, qui lautè atque in delicijs vitam agebant.

Leria, ornamenta tunicarum aurea. Fest.

Lerina, Insula est, prouinciæ Narbonensi adiacens, è regione Antipolis, Plin. *lib.* 3. *cap.* 5.

Lernă, siue Lerna, Λέρνη, Lacus est in agro Argiuo, Herculis labore notissimus, qui in eo hydram Lernæam fertur interemisse, vicinæ omni regioni adeò infestam, vt locum fecerit prouerbio λέρνη κακῶν, hoc est, lerna malorum, de malis plurimis simul in vnum congestis & acumulatis. ¶ Est & fluuius eiusdem nominis per Prasias in sinum Argolicum illabens, teste Strab. *lib.* 8.

Lĕrnæŭs, a, um, λερναῖος, vt Palus Lernæa, Hydria Lernæa.

Lernĭfĕrŭs, Adiectiuum, λερναιοφόρος, vt, venenum lerniferum. Ouid. *Epist.* 9.

Lĕrŏ, nis, λήρων, Insula est Galliæ. Antipoli aduersa, cuius meminit Plin. *lib.* 3 *cap.* 5.

Lĕrŏs, Λέρος, Insula est Cariæ adiacens, in mari Icario, vna Sporadum, quæ & Leria dicitur, teste Strab. *lib.* 10. Vulgò *Lero*, Insulani, Lerij, Λέριοι, dicuntur, qui olim corruptissimis moribus fuisse perhibentur. Hinc illud Phocylide nomine circumfertur, Λέριοι κακοί, οὐχ ὁ μὲν ὃς δ' οὔ. Πάντες, πλὴν Προκλέους· καὶ Προκλέης Λέριος, hoc est, Lerij mali, non vnus quidem, alter verò minimè: Sed vniuersi, excepto Patrocle, & tamen Patrocles quoque Lerius, &c. In eos rectè dicetur, qui pariter omnes gentis vitio sunt improbi.

Lĕrtōsă, λερτῶσα, Ilercaonum oppidum in Hispania Tarraconensi. Ptolem. *lib.* 2. *cap.* 6.

Lēsbŏs, λέσβος, vulgò *Metelin.* Insula est in Ægeo, Æolicarum vrbium metropolis, quæ olim vniuersæ Troadis imperium obtinuit. Ambitus eius stadiorum centum supra mille, à Borea in austrum protensa, quingenta & sexaginta stadia longitudinis habens, feraci agro, & multa materia, ad classes conficiendas idonea. Vrbes in ea fuère memoratu dignæ, Mitylene quæ nunc tota Insula, Mitylene vocatur, & Pyrrha sita in Occidentali litore. Fuit & Eressos, & antissa cum portu, & Methymna. Dicta Lesbos ab vrbis nomine, quæ in ea potentissima fuit: siue à Lesbo Iapeti filio, qui in eam insulam nauigauit. Ex hac Pittacus vnus ex septem Græciæ sapientibus: item Alcæus, Sappho, Theophr. philosophus, & alij viri scientia clarissimi orti feruntur.

Lesbon & Tenedon cepit Achilles,

Ouid. 13. *Metam.*

Lĕsbĭŭs, a, um, λέσβιος, vt Lesbium vinum, apud Gell. *lib.* 13. *cap.* 5. Vates Lesbia. i. Sappho. Ouid. *Eleg.* 7. *lib.* 3. *Trist.*

Digitized by Google

Lesbōŭs,a,um,Horat.*lib.*1.*Carm.*

Lesboum refugit tendere barbiton.

Lesbĭdes, dicuntur mulieres ex Lesbo, λεσβίδες. Sappho apud Ouid. *in Epistel.*

Lesbides infamem quæ me fecistis amatæ,
Desinite ad citharas turba venire meas.

¶Lessa,machinæ bellicæ genus.L.g.b.¶

Lēssŭs, us, Lugubris eiulatio. {מספד *misŝêdh* נהי *nehi.* θρῆνος. GALL. *Pleur,escri de dueil,lamentation.* ITAL. *Pianto.* GERM. Ein kläglichs heulen vnd weynen. HISP. *Endecha ò llanto sobre muerto.* ANGL. *A bewailing, lamentation.*} Plaut. *in Truc.* Thetis quoque etiam lamentando lessum fecit filio. Cic.*de legib.* Mulieres genas ne radunto : néve lessum funeris ergò habento. His enim verbis significatur lamentationem lugubrem in funeribus prohiberi.

Lēstŏri. Populi Indiæ extra Gangem,qui feri & syluestres esse dicuntur, & in specubus habitare,& coruis albis & psittacis abundare. Meminit horum Ptol. *lib.*7.*c.*2. Hodie *Regnum Pego* dicitur.

Lēstrygŏnĕs,siue potius Læstrygones, cum diphthongo in prima syllaba, λαιστρυγόνες, Italiæ totius populi immanissimi, agrum Formianum non procul à Caieta incolentes,humanâque carne vescentes. Dicti Læstrygones ἀπὸ τῆς λῃστείας, hoc est,à latrocinio:de quibus copiosiùs egimus suo loco.

Læstrygŏnĭŭs, Adiect. λαιστρυγόνιος. vt, Amphora læstrygonia. Horat.3. *Carm.Ode* 16.Rupes Læstrygoniæ.Sil.*lib.*7.

Lēthæŭs, Ληθαῖος, Fluuius Asiæ ortum habens à Pactio Ephesiorum monte,& circa Magnesiam vrbem in Meandrum influens. Autor Strab. *lib.*14. ¶Est & Lethæus alius in Creta insulâ, non procul à Gortyne, idem *lib.*10.¶Sunt & alij eiusdem nominis fluuij,qui ab eodem *lib.*14. recensentur.

Lēthālis,lethale.Vide *Lethum.*

Lēthārgŭs, i. {λήθαργος. GALL. *Maladie qui fait dormir excessiuement, & assoupit le malade en sorte qu'il luy fait oublier toutes choses.* ITAL. *Malattia che induce sonno, & obliuione d'ogni cosa.* GERM. Die schlaffsucht / ist ein solche kranckheit in einer vber die maß vil schlaffen mußaller dingen vergißt/vnnd schier vom im selbs kompt. HISP. *La enfermedad que mata dormiendo.* ANGL. *A drousie and forget full sickenesse.*} Est torpor & inexpugnabilis pene somni necessitas,cum alienatione mentis,vt inquit Celsus *lib.*3.*cap.*20. Plin. *lib.*20.*c.*12. Præterea insaniam facere,& lethargos, & iocinoris vitia, &c. Quidam Latinè veternum dici putant : quamuis Plin. in raphani medicinis veternum à lethargo distinguere videatur. Locum eundem in corpore occupat,quem phrenitis,nimirum cerebrum : materiam vero habet contrariam. Gignitur enim ex abundantia pituitæ quum phrenitis ex flaua bile adusta nascatur.Dicitur autem Lethargus(vt quidam putant)ἀπὸ τῆς λήθης. hoc est, ab obliuione. Nam in eo morbo obliuio contingit omnium rerum, à pituita frigidiore, humidioreque cerebrum refrigerante, & madefaciente, & præcipuè posteriores ventriculos cerebri occupante, in quibus quidam memoriæ sedem esse volunt, quanquam verisimilius est eam per totum cerebrum esse diffusam.

Lēthārgĭa, etiam pro lethargo ponitur. {ANGL. *A drousie and forget full sickenesse.*} Plinius *lib.*24. *cap.*9. Semen instillatur in lethargia & phrenesi.

Lēthārgĭcŭs,a,um, {ληθαργικός. GALL. *Qui est malade de lethargie.* ITAL. *Infermo di letargo.* GERM. Mit der schlaffsucht beladen. HISP. *Que tiene tal dolencia.* ANGL. *That hath a drousie an forget full sickenesse.*} Qui lethargium patitur.Plin.*lib.*20.*c.*4.Hydropicis quoque ex aceto,& sinapi sumpta,& lethargicis. ¶ Vsurpatur etiam adiuncti nominis significatione:vt Lethargicus morbus. Idem *lib.*28.

¶Lethargici,canes clandestini, tacitè mordentes. Rh.¶

LĒTHĒ,es, {λήθη.Ein hellischer fluß/der vergässenheit bringt aller dingen dem so darauß trinckt.} Nomen fluuij,quem apud inferos esse poëtæ tradiderunt, cuius latices si quis gustasset, omnium præteritarum rerum obliuisci voluerunt. Idcircò ἀπὸ τῆς λήθης, id est, ab obliuione nomen habet. Datus est hinc fabulæ locus, morientibus omnium rerum obliuionem irrumpere. Constat autem hunc amnem in Africa circa extremum Syrtium cornu,Berenicem vrbem alluere:sed ea apud omnes fama est, hunc fluuium ab inferis ad ea loca inundatione prorumpere. Lucan.*lib.*8.

Quam iuxta Lethes tacitus perlabitur amnis,
Infernis(vt fama)trahens obliuia venis.

Lēthæŭs,a,um, ληθαῖος, Virg.6. *Æneid.*

Lethæúmque domos placidas qui praenatat amnem,
Namque mei nuper lethæo gurgite fratris
Pallidulum manans alluit vnda pedem,

Catull. *ad Ortalum.*

Et tua lethæis acta dabuntur aquis,

Ouid *Eleg.*9.*lib.*4.*Trist.*

LETHVM, i, à λήθη, authore Festo. Priscianus scribit Letum à Leo, quo veteres vtebantur pro deleo. Alij Lœtum à luo. Alij Lætum,q.minimè lætum. Mors,interitus. {מות *mâueth.* φόνος, θάνατος. GALL. *Mort.* ITAL. *Morte.* GERM. Der todt. HISP. *Muerte.* ANGL. *Death.*} Cicer.2. *de diuin.* Tamen eodem sibi letho, qui ipse interisset, pereundum. Virg.5.*Æneid.*

Millia multa daret letho, gemeréntque repleti Amnes.

Ouid.1.*Trist.Eleg.*2.

——*Genus miserabile lethi.*

De etymo,& scriptura huius dictionis, diuersi diuersa sentiunt. Prisc. putat ab antiquo verbo *leo* deriuari, quod veteres vsurparunt pro deleo,vnde etiam sine aspiratione scribendum putat. Apuleius à luo deducit, & per œ in priore syllaba scribi præcipit. Alij per antiphrasin dictum putant ab adiectiuo lætus, quòd minimè sit lætum, sed omnium rerum tristissimum. Verissima videtur Varronis, & Festi opinio, qui ἀπὸ τῆς λήθης, hoc est, ab obliuione dictum putant, quòd per mortem omnium rerum obrepat obliuio. Veteres enim abstinebant mortis mentione,ne cogerentur δυσφημεῖν. Itaque ambitionem pro morte dixerunt, vt Græci οἴχεσθαι, & eodem modo lethum, quasi λήθην, obliuionem. Vnde etiam poëtæ Lethen fluuium apud inferos esse finxerunt,cuius aquæ gustatu nos omnium rerum protinus obliuisci crediderunt.

——*Et letho est vltimus ipse datus,*

Ouid.6.*Fast.*

Quem letho fallax hospita pane dedit,

idem *Eleg.*1.*lib.*2.*Trist.*

Vinceret aut certè lethum sine crimine haberet,

idem 13.*Metamorph.* Emortuum me mauelim letho malo. Plaut. *Aul. sc.*3.*a.*4.

Lēthālis,e,Mortiferum. {θανάσιμος, ὀλέθριος. GALL. *Mortel.* ITAL. *Mortifero,mortale.* GERM. Tödtlich. HISP. *Cosa mortal.* ANGL. *VVorthie death deadlie.*} Plin.*lib.*11.*cap.vlt.* Homini non ante diem septimum lethalis inedia.Durasse & vltra vndecimum certum est.Idem *de viris illustr.* Tarquinium graui quidem, sed non lethali vulnere accepto peteretve, &c.Virg.11.*Æneid.*

——*Quæ vulnus lethale ferat.*

Ouid.13.*Metam.*

Qua patuit,ferro lethalem condidit ensem.

Lēthālĭtĕr,aduerbium. {θανασίμως,ὀλεθρίως. GALL. *Mortellement.* ITAL. & HISP. *Mortalmente.* GERM. Tödtlich. HISP. *Deadlie.*} Plin. *lib.*11.*c.*37. Oues quidem lethaliter circum renes concreto pingui.

Lēthĭfer,a,um,quod mortem infert,mortalis. {θανατηφόρος. GALL. *Qui apporte la mort, qui fait mourir.* ITAL. *Che da morte, mortifero.* GERM. Das den todt bringt. HISP. *Cosa mortal.* ANGL. *That causeth death.*} Colum.*lib.*7.*c.*12. Et,vt plurimi pastores affirmant, rabies arcetur,lethifer morbus huic generi.Ouid.7.*Metam.*

Lethiferis calidi spirarunt æstibus Austri.

Virg.10.*Æneid.*

——*queis tela, sagitta*
Corytique leues humeris,& lethifer arcus.

Lētho, as, Morte afficio. {המית *hemith.* θανατόω. GALL. *Faire mourir, tuer.* ITAL. *Dar la morte, vccidere.* GERM. Tödten. HISP. *Matar, dar la muerte.* ANGL. *To kil.*} Ouid.3.*Metam.* de Cadmi sociis à serpente interemptis,

Vt nemus intrauit, lethataque corpora vidit.

Lĕuāmĕn, Lĕuāmĕntum, Lĕuātĭo, vide Leuo in *Leuis.* ἀνακούφισις, κουφισμός.

Lĕuānă, dea, quæ pueris præerat de terra leuandis : vt inquit Augustinus.

¶Leuca,mensura quædam viæ:aliter *leuga.*¶

Leūcăcānthă, λευκάκανθα, Herba est in cacumine aculeum habens, radice cyperi,quæ commanducata dentium dolores sedat. Alio nomine Rhamnus dicitur. Item carduus beatæ Mariæ, folia lactucea habens, maculis albis conspersa. Vide Fuchsium. {ANGL. *Arekin.*} Dioscor. *lib.*3.*c.*21.Plin.*lib.*22.*c.*6.

Leūcăchātēs,chatæ, masc. gener. λευκαχάτης, Gemma candida ex genere Achatarum.Plin. *lib.*37.*c.*10.

Leūcānthĕmĭs, λευκανθεμίς. Herba est quæ & Anthemis, & Leucanthemum à nonnullis vocatur : ab aliis etiam Chamæmelon,eò quòd mali odorem habeat. Vide Plin.*lib.*22.*cap.*21. Officinæ hodie *Chamomillam* vocant.

Leūcæthĭŏpēs, λευκαιθίοπες, teste Plin.*lib.*5.*cap.*7.Populi sunt interioris Libyæ,qui supra Getulos Meridiem versùs primi occurrunt,Libyægyptiis proximi. {Die Weissen Moren/Ein volck im innern Libia.}

Leūcădĭă, λευκαδία, vulgò *Lucada* ò S. *Maura.* Peninsula fuit contra sinum Ambracium, opera accolarum à continente abscissa, arenæque accumulatione rursus continenti reddita, vt tradit Pompon. Mela *lib.*2. Hæc etiam Neritis appellata fuit.Plin.*lib.*4.*cap.*2. Deinde Leucadia ipsa peninsula,quondam Neritis appellata, opera accolarum abscissa à continente, ac reddita ventorum flatu congeriem arenæ accumulantium : qui locus vocatur Dioryctos. Leucadia Oppia locus Romæ.Plaut. *Curc.sc.*1.*a.*4.

Leucagus,vir interfectus,excussus curru,apud Virg.*lib.*10.

Leūcārgĭllum, λευκαργιλλον, Argillæ candidæ genus,quo in agro Megarico vtuntur, in humida dumtaxat, frigidâque terra proueniens. Vide Plin.*lib.*17.*cap.*7.

Leūcās, adis, λευκάς. Oppidum est in Leucadia peninsula, olim Neritum appellatum,teste Plin.*lib.*4.*c.*1.Quinetiam Strabo totam peninsulam,siue(vt ipse appellat) insulam (aliquando enim humano opere à continenti fuit abscissa, & rursus arenæ alluuione eidem annexa)Leucadem appellat, eodem quo oppidum nomine. Leucadem (inquit *lib.*10.) in insulæ formam redegerunt, & in eum locum transportato Nerito, qui quondam fuerat isthmus : nunc verò fretum, & euripus est, ponte iugabilis mutato nomine dixerunt Leucadem,sumpto(vt reor,) à Leucate vocabulo.

Leūcădĭŭs,a, um, denominatiuum, quod est ex Leucade insula. Ouid. *in Epist.Sapphus.*

Tu quoque mollis Amor pennas suppone cadenti,
Ne sim Leucadiæ mortua crimen aquæ.

Idem 5.*Fast.*

Tristia Leucadio sacra peracta Deo.(i.Saturno.)

Leūcāspĭs, λεύκασπις, vnus ex comitibus Æneæ,natione Lycius,vnà cum Oronte in Tyrrheno mari tempestate submersus.Virg.6. *Æneid.*

Cernit ibi mœstos,& mortis honore carentes
Leucaspim, & Lyciæ ductorem classis Orontem.

Leūcātes,æ, λευκάτης, Promontorium est Acarnaniæ, ad sinum Ambracium,Apollinis templo nobile : à petræ candore nomen habens. Virg. 3.*Æneid.*

Mox & Leucatæ nimbosa cacumina montis,
Et formidatus nautis aperitur Apollo.

Leūcē, λευκὴ, Paruum oppidum in finibus Ioniæ, & Æolidis, non longè à Smyrna olim insula. Autor Plin. *lib.*5.*cap.*29. ¶Est præterea Leuce parua insula Ponti, Borysthenis amnis ostio obiecta, quæ quòd Achilles in ea sepultus fuerit, etiam vocatur Achillea, ab aliquibus etiam Macaron appellata. Idem *lib.*4. *cap.*13. ¶ Aliud item huius nominis oppidum in Italia stadiis quingentis à Tarento distans. Lucan. *lib.*5.

—*Secretaque littora Leuce.*
¶ Sunt item Leucæ, insulæ quinque Lesbo adiacentes, quarum meminit Plin. *lib.* 5. *c.* 31.

Leūcē, λευκὴ, à Græcis appellatur, quam Latini populum albam appellant. Galli à tremula frondium mobilitate *Tremulam* nominant. Vide infrà in dictione *Populus.* ¶ Est item Leuce, herba mercuriali simillima, nisi quòd per medium folium linea alba transcurrat: vnde & Mesoleucon appellarunt. Autor Plin. *lib.* 27. *c.* 11. ¶ Est item Leuce morbi genus, quod Latini vitiliginem albam appellant.

Leūci, Populi inter Belgas, Mediomatricibus finitimi, iaculandi olim peritissimi: iidem (vt putatur) cum iis quos hodie *Luxemburgenses* vocamus. Lucan. *lib.* 1.

Optimus excusso Leucus Rhemúsque lacerto.

Leūcippūs, Λεύκιππος, Philosophus fuit Eleates, siue, vt aliis placet, Abderites, Zenonius auditor, qui vniuersum quidem infinitum esse dixit, ciúsque partes plenum esse, & inane, omniáque fieri ex atomis sibi inuicem implicatis. Reliqua vide apud Laërtium. Meminit huius & Cic. 4. *Tusc.*

[Leuciscus, λευκίσκος, piscis è mugilum fluuialium genere, à candore.
Leucochalcos, Orichalcum. L. g. b.]

Leūcōchrysus, λευκόχρυσος, Gemma est ex hyacinthorum genere inter auri colorem vena candida interueniente. Autor Plin. *lib.* 37. *cap.* 9.

Leucogæa, Gemma est tota candida, quæ & Galactites, & Leucographia appellatur, lactis succo & sapore notabilis. Plin. *lib.* 37. *c.* 10.

Leucogei, vulgò *Lumera*, Colles sunt in agro Campano, inter Neapolim & Puteolos, in quibus sulphur præstantissimum effodiebatur, & cretæ genus optimum, quod alicæ admistum, candorem simul afferebat & teneritatem. Fontes quoque ex his collibus erumpebant, vulneribus medicinam, dentibúsque firmitatem afferentes. Vide Plin. *lib.* 18. *c.* 11. & *lib.* 31. *c.* 2. & *lib.* 35. *cap.* 15.

Leūcogrāphīs, idis, λευκογραφὶς, Herba quædam vtilis sanguinem excreantibus. Plin. *lib.* 27. *c.* 11.

Leucoion, λευκόϊον Dioscoridi. {GALL. *Violette.* ITAL. *Viola, garafane.* GERM. Nägelinviolen. HISP. *El alheli blanco.* ANGL. *The wal or stock gilofer.*} Licèt pro ratione etymi violam albam videatur significare, tamen & pro lutea & purpurea solet vsurpari. Neque tamen est, quòd Leucoij nomine eum intelligas florem, quem ἴον Græci, Latini violam propriè appellant: sed quem vulgus ab odoris similitudine *cariophylen* nominat: siue is albus sit, siue luteus, siue purpureus. Vnde Leucoion album dixit Colum. *lib.* 11. innuens nimirum etiam aliorum colorum esse leucoia.

Leucola, apud Plin. *lib.* 5. *c.* 17. Promontorium Pamphyliæ, Lyciæ conterminæ. ¶ Est & insula prope Cyprum, & quidem in mari Lycio. ¶ Strabo quoque portum in Cypro vocari tradit Leucola.

Leūcōmă, tis, λεύκωμα, Album dicitur, hoc est, tabula illa in qua iudicum descripta erant nomina, & in qua singulorum annorum acta literis mandabantur à Pontifice maximo. Pittatium aliàs dicitur, & matrix. Hermolaus. ¶ Accipitur etiam Leucoma, λεύκωμα, pro albugine oculorum, & albo oui, quod vitellum ambit.

Leūcŏmænĭdēs, λευκομαινίδες. Pisciculi exigui, qui & βόαες appellantur, vt ex Speusippo annotauit Hermolaus.

Leūcōn, is, Λεύκων, Rex Ponti à fratre Oxylocho necatus, quòd cum eius vxore adulterij & incestus consuetudinem haberet. Ouid. *i. Ibin.*

Aut pia te caso, dicatur adultera: sicut
Qua cecidit Leucon vindice, dicta pia est.

¶ Est item Leucon λευκὸς, genus quoddam ardeolarum, à candore ita dictum: de quo Plin. *lib.* 10. *c.* 60.

[Leuconius, a, um, vel Leuconicus, a, um, Perottus, Leuconicas lanas apud Martialem exponit Leuconicum tomentum.]

Leuconium, ij, siue Leuconicum, idem. Mart. *lib.* 11.

Culcitra leuconico quàm viduata suo.

Idem *lib.* 14.

Oppressa nimium vicina est fascia pluma,
Accipe leuconicis vellera rasa sagis.

Legitur, & *Lingonicis.*

Leūcopăryphus, λευκοπάρυφος. Candidis vestibus indutus, nullóque pretioso fuco inebriatis. Est enim παρυφὴ, vestium contextus. Vnde tritum est apud Græcos prouerbium, ἔξωθεν λευκοπάρυφος ἴσω, τὰ δ᾽ ἔνδον ἁλουργὸς, in eos dici solitum, qui in vestitu quidem sumptu frugi sunt, animi verò luxu diffluunt. Vide Cæl. Rhodig. *lib.* 16. *cap.* 7.

Leūcŏpĕtălus, λευκοπέταλος, Gemma quæ candorem niuis auro distinguit. Plin. *lib.* 37. *cap.* 10.

Leūcŏpetra, {λευκοπέτρα. Vulgò, *Capo delle arme, spartinente en Calabria.* GERM. Weissenfelß / ist ein vorgebirg zu hinderst in Italien gegen Sicilien.} Promontorium è regione Siciliæ in agro Rhegino, à candore nomen habens. Cic. 1. *Philipp.* Quum autem me ex Sicilia ad Leucopetram (quod est promontorium agri Rhegini) venti detulissent, ab eo loco conscendi, vt trasmitterem.

LEVCOPHÆŪS, a, um, cum diphthongo, color ex albo & fusco mistus, subniger. {λευκόφαιος. GALL. *Couleur meslée de blanc & gris, cendré, gris, blanchastre.* ITAL. *Fosco, quasi nero.* GERM. Graw. HISP. *El pardillo.* ANGL. *Gray of colour.*} Nam λευκὸς album dicunt Græci φαιὸς fuscum, hoc est, subnigrum. Plin. *lib.* 32. *c.* 19. Iecur rubetæ, vel cor alligatur in panno leucophæo, & quartanis prodest. Vitruuius de his coloribus scribens, Fontes, inquit, & flumina sunt, quorum potu pecora, quamuis alba sint, aliis locis procreant vellera leucophæa, aliis locis pulla, aliis coracino colore. Idem, In campis Troianis, proximè flumen, armenta rufa & pecora leucophæa nascuntur. Nos colorem cinericium vocamus, hunc verò vulgus in Gallia *griseum* appellat.

Leūcŏphæātŭs, qui est colore leucophæo indutus, vt Franciscani monachi. {λευκοφαιωμένος. GALL. *Vestu de gris.* ITAL. *Vestito di fosco.* GERM. Graw bekleidet als die Barfüsser münch. HISP. *Vestido de pardillo.* ANGL. *Clothed in gray or russet.*} Mart. *lib.* 1.

Amator ille tristium lacernarum,
Et baticanus, atque leucophæatus.

Scribitur & *Leucophaeatus.* ¶ Sunt & medicamenta certi generis hoc nomine: quasi subfusca, siue subcandida.

Leūcŏphlegmătĭa, λευκοφλεγματία, Species est hydropis, qua aqua subter cutem inæqualiter collecta, alibi aliter extubetat. Alio nomine hyposarca, ὑπόσαρκα appellant. Vide Cels. *lib.* 3. *c.* 21.

Leūcŏphŏrum, λευκόφορον, Glutinum, quo aurum ligno inducitur. Fit ex sinopidis Ponticæ selibra, silis lucidi libris decem, & melini Græciensis libris duabus, mistis, & per dies duodecim vna tritis. Plin. *lib.* 35. *cap.* 6.

Leūcŏphthălmus, λευκόφθαλμος, Gemma quæ candidam nigrámque oculi speciem continet, aliàs rutila. Plin. *lib.* 37. *c.* 10.

Leūcŏpŏlĭs, Λευκόπολις. Oppidum Asiæ in sinu Doridis, apud Plin. *lib.* 5. *c.* 29. {Weissenburg in Asia.}

Leūcopygi λευκόπυγοι, Molles & effœminati, quasi candidis natibus, qui scilicet nates habent depilatas. Quibus opponuntur melampygi, hoc est, fortes & viriles, quibus nates pilis nigricant.

[Leucorum ciuitas, id est, Tullum, *Toul en Lorraine*, V. E. sub M. Treuerensi. Vide *Metis.*]

Leūcŏsĭă, Λευκοσία, Insula contra Pæstanum sinum in mari Tyrreno Lucaniæ adiacens, (vt Strabo *lib.* 16. refert) paruum ad continentem habens cursum. Dicta Leucosia ab vna Sirenum, quæ hoc in loco periit, quum spreta ab Vlysse, in profundum sese abiecisset. Festus ab Æneæ consobrino loco datum nomen existimat. ¶ Quin & Samothracia Leucosia priùs est appellata, vt inquit Aristoteles.

Leūcŏstictŏs, λευκόστικτος, Marmoris porphyritici genus, candidis interuenientibus punctis. Plin. *lib.* 36. *cap.* 7. Rubet Porphyrites in eadem Ægypto, ex eo candidis interuenientibus punctis, Leucostictos vocatur.

Leūcŏsyrĭă, Λευκοσυρία, priùs dicebatur, quæ nunc Cappadocia. Strabo *lib.* 12.

Leucosyrus, Λευκόσυρος, fluuius Ciliciæ, Pyramus postea dictus. Steph.

Leūcŏthĕă, {שחר *schachar.* Λευκοθέα. GALL. *L'aube du iour, le poinct du iour.* ITAL. *Aurora.* GERM. Die morgenröte. HISP. *Alua.* ANGL. *The breake of the day or skie of the day.*} Quam & Matutam Latini vocauerunt, eadem est cum Aurora. Leucothea dicta, quasi alba dea. Cicer. 1. *Tusculan.* Quid Ino Cadmi filia, nónne Leucothea nominata à Græcis, Matuta habetur à nostris? De hac vide plura suprà in dictione *Ino.*

Leūcŏthŏē, Λευκοθόη, Orcami Regis Babyloniorum filia fuit ex Eurynome, quam à Phœbo grauidam factam quum pater viuam defoderet, Phœbi miseratione mutata est in arborem thuriferam. Vide Ouid. *lib.* 4. *Metam.*

Leucrocuta, Æthiopica fera pernicissima, humanas imitans voces, asini feri magnitudine, cruribus ceruinis, collo, cauda, pectore leonis, capite cameli, bisulca vngula, ore ad aures vsque rescisso, dentium locis osse perpetuo. Autor Plin. *lib.* 8. *c.* 21.

LEVCTRĂ, orum, Λεῦκτρα, τὰ, Vicus est Bœotiæ iuxta Thespias, circa quem Epaminondas Thebanus Lacedæmonios vicit, adeóque attriuit, vt postea imperium nequiuerint reparare.

Leūctrĭcŭs, a, um: vt Leuctrica pugna, Leuctrica monumenta. ¶ Leuctricæ puellæ, Hippo, & Miletia, siue (vt aliis placet,) Theano & Euexippe, Scedasi filiæ fuerunt: quæ à Lacedæmoniis quibusdam hospitibus vim passæ, doloris impatientia sibi necem intulerunt, eóque in campo sepultæ sunt, in quo postea commissa est ea pugna, qua Lacedæmoniorum opes conciderunt. De his sic scribit Hieronymus contra Iouin. Quo ore laudandæ sunt Scedasi filiæ in Leuctris Bœotiæ, quas traditum est absente patre duos iuuenes prætereuntes iure hospitij suscepisse, qui multum indulgentes vino, vim per noctem intulêre virginibus, quæ amissa pudicitia, nolentes superuiuere, mutuis conciderunt vulneribus. Plutarchus tamen in Narrationibus amatoriis, ab ipsis hospitibus puellas post stuprum occisas ait, & in puteum coniectas: cadaueráque earum à Scedaso canis indicio fuisse inuenta. Homo Leucana pro leui. Gell. ex Laberio *cap.* 7. *lib.* 16.

Leucus, λευκὸς, i. e. albus, piscis apud Theocrit. in Berenice.

Leudis, is, & plurali leudes, leudum, leudibus, aut leodes, um, ibus, subiecti principis, eius imperio ac ditioni parentes.]

Leui, nomen patriarchæ: à quo Leuita, seu Leuites, λευίτης, pro eo qui est de tribu Leui. Hieronym. *in Exod.* Aaron frater tuus Leuites, scio quòd eloquens sit. Hinc Leuiticus, a, um: λευιτικὸς, possessiuum.

Leuiathan, dictio Hebræa, qua significatur Draco, seu serpens. Nam (vt inquit Hieronym.) Iudæi dicunt draconem magnum, quem fecit Deus Leuiathan. Est & in mari, & aiunt, Quando recedet Oceanus draco vertitur.

Lĕuĭdēnsă, (autore Seruio.) Vile genus vestis: sic dictum quoniam filo admodum raro esset textum. {ANGL. *A course garment of great rong thredes thinnely wrought.*} Cic. *Dolabellæ*, Sed ego hospiti veteri, & amico munusculum mittere volui leuidensæ, crasso filo, cuiusmodi esse solent ipsius munera. Ibi Cicero parum elaboratam, atque expolitam orationem pro Deiotaro, quam Dolabellæ requirenti mittebat, vocat prouerbij figura Munus leuidensæ: hoc est, munus vile, & minimi pretii, cuiusmodi solent esse Regis Deiotari munera. Quondam inter hospitum xenia vestes in primis erant.

[Leuidensis, leuiter densus, non admodum.

Léuigo est leue & facile facio, exonero.

Lēuigo, complano, à *leuis*, id est, planus. Vide *Leuis.*

Leuiga, æ, instrumentum leuigandi, quod etiam planatorium vocatur. Voc. vet. vox barbara.

Leuio, leue facio. Vet. Dict.]

Lĕuĭr, i, affinitatis nomen. Frater vxoris, vel mariti. {יבם *jabám.* δαὴρ. GALL. *Le frere du mary, le beau frere, soit au mary ou à la femme.* ITAL. *Cognato.* GERM. Der ehefrawen oder deß ehemans bruder / schwager. HISP. *El marido de la hermana, ò el cuñado.* ANGL. *The husbandes brother.*} Nonius, Leuir dicitur frater mariti, quasi læuus vir. Modestinus Iurisconf. *de grad. affinis. l. non facilè*, Viri frater leuir est: apud Græcos δαὴρ appellatus: sic enim Helena, ad Hectorem dixit,

Adię ἰχνῶν αὐτοῦ, ... , id est, Leuis mei canis, omni mali causatricis horridæ.

Lĕvĭs, e, à λεῖος. Exigui ponderis res, expeditus, celer ✕ Grauis. {קל *kál* פחז *pechés*. ἐλαφρὸς, κοῦφος, ὁ βαρύς. GALL. *Leger*. ITAL. *Liggero, leue, senza peso*. GERM. Leicht, gering. HISP. *Liuiano di peso, ò seso*. ANGL. *Light.*} Virg. *lib.* 12.

Corytique leues humeris, & lethifer arcus.

Leue illud propriè dicitur esse, quod facilius sursum attollitur, quàm deorsum tendat: vt ignis.

Leui vectus per inania curru.

Tibull. *lib.* 4. Leuibus vmbris. *Ibidem.*

Occurrat tacito me leuis vmbra sibi,

Ouid. 5. *Fast.*

Lusus equis nunc est, leuibus nunc luditur armis,

idem *Eleg.* 12. *lib.* 3. *Trist.* Leuis caussa idem *Eleg. vlt. lib.* 4. Leuem seruitutem reddere. Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 2. Leuis manus artificis. Mart. *Epigram.* 52. *lib.* 6. Leui manu quærere Senec. *in fin. nat. quæst.* ¶ Leues pro viles. & leuitas pro vilitas dici, docet Gell. *c.* 11. *lib.* 7. Leue etiam dicitur, quod licèt non prorsus sine pondere sit, parum tamen habet ponderis, vt Leuis armatura. Cic. 10. *Philipp.* Nostræ sunt legiones, nostra leuis armatura, nostri equitatus, &c. Leuis armaturæ milites sunt pedites expediti, non magno armorum pondere onerati. Eadem quoque ratione Leuis armaturæ equites dicuntur. Et à Cic. 2. *de diuin.* Leuis armaturæ excursio in oratione, eleganter dicitur pro prima argumentorum leuiorum textura, Sed hæc, inquit, fuerit nobis tanquam leuis armaturæ prima orationis excursio, nunc comminus agamus, experiamúrque, si possumus cornua commouere disputationis tuæ. ¶ Transfertur etiam ad animum: vnde Leues homines, vocantur inconstantes, qui facilè opinionem mutant, viles, & nullo honore digni, ἄτιμοι, quemadmodum econtrario graues dicimus, constantes, seueros, prudentes. Plaut. *Men.* Quid ais homo leuior quàm pluma? Hinc Leuis autor, à Liu. *lib.* 5. *ab Vrbe*, dicitur cui nulla sit adhibenda fides. Sed, inquit, autorem leuem, nec satis fidum super tanta re esse patres rati. Et à Terentio *in Hecyr.* ea dicuntur leuia, quæ vana sunt, & nullius, aut certè parui momenti: Leuia, inquit, hæc sunt, quæ tu pergrauia esse in animum induxti tuum. Et Cic. *ad Attic. lib.* 4. quod indiligenter agitur, leui brachio agi, dixit: Consule, inquit, qui illud Leui brachio egissent, rem ad senatum detulerunt. ¶ Leuis quandoque accipitur pro paruo: vt Leuis dolor. idem 1. *de finib.* Plaut. *in Pœnulo*, —verùm ita sunt omnes isti nostri diuites Si quid bene facias, leuior pluma est gratia, hoc est, nullam, aut paruam habent gratiam. Leui admodum vomere sauciate summam partem terræ, dixit Columell. *lib.* 2. pro leuiter terram arate. Leuis esse sententiæ, dicuntur ij qui sententiam sæpe mutant. Terent. *in Hecyr.* Itidem mulieres illæ sunt fermè, vt pueri, leui sententia. ¶ Leue interdum pro minus odioso: vt quum dicitur, Leue nomen. Cicer. *pro Roscio Amerino*, Sin eos quos qui leuiore nomine appellant, percussores appellant, &c. ¶ Vina leuia, id est, tenuia. Plin. ait leuissimum vinum celerrimè inueterari. Habere aliquid in leui Tacit. *lib.* 19. Quocunque casu accidit, dum atrociora metuebantur, in leui habitum.

Lĕuĭcŭlus, a, um, diminutiuum à leuis. {κουφότατος, ... GALL. *Vn peu leger*. ITAL. *Alquanto leggero*. GERM. Etwas leichtfertig. HISP. *Liuiano vn poco*. ANGL. *Somewhat ligt and wanton.*} Cic. *lib.* 5. *Tusc.* Leuiculus sanè noster Demosthene qui illo susurro delectari se dicebat, aquam ferentis muliercula: vt mos in Græcia est, &c.

‖Leuisticatum, potionis genus. L. g. b.‖

Lĕvĭuscŭlus, cuius posit. leuiculus, vt molliusculus, molliculus. Plin. *Epist. lib.* 1. Facit versus quosdam sanè, sed data opera molliusculos leuiusculósque duriusculos quosdam.

‖Levita, qui est ex familia Leui. ¶ Leuita etiam ex patronymico cessit in religiosum nomen: quia Leuitæ ad ecclesiasticarum rerum administrationem assumti sunt loco primogenitorum, qui initio à tempore cædis primogenitorum in Ægypto Deo erant consecrati.

Leuiticus, a, um, ad Leuitas pertinens.

Leuiticus liber tertius Mosis appellatur, eo quòd Leuitarum ministeria & diuersitatem victimarum exequitur, totúsque in eo ordo Leuiticus annotatur. Isid. *lib.* 6. 2.‖

Lĕuĭtās. Exilitas, item Inconstantia, mobilitas ✕ Grauitas. {פחז *páchaz* פחזות *pachazúth*. ἐλαφρότης, κουφότης. GALL. *Legereté, inconstance*. ITAL. *Leggerezza, inconstanza*. GERM. Leichte: item, leichtfertigkeit. HISP. *Liuiandad de peso, ò de seso*. ANGL. *Lightnesse, vnconstancie.*} Plin. *lib.* 12. *c.* 11. Syncerum quidem deprehenditur leuitate. Modò de vitio grauitati & constantiæ contrario. ἀτιμία. Cicer. Quum in Antonio genus quoddam sordidissimum vitæ demonstrare vellet, quòd in caupona delitesceret: quòd ad vesperum potaret, quòd ore inuoluto iter faceret ne cognosceretur. Videte (inquit) hominis leuitatem: tanquam prorsus ista dedecora hoc vitio notarentur. Leuitas pro vilitas: sicut leues pro viles, docet dici Gell. *c.* 11. *lib.* 7.

Lĕuitĕr, aduerbium, Negligenter. {ἐλαφρῶς, κούφως. GALL. *Legerement, soudainement, brusquement*. ITAL. *Leggiermente, da buffoni*. GERM. Leichtlich, schlechtlich anhin. HISP. *Liuianamente*. ANGL. *Lightlie, little.*} Sueton. *de claris Gramm.* Functúsque militia, studia repetit, quæ iam inde à puero non leuiter attigerat, id est, non paruo tempore literis operam dederat, aut non indiligenter à pueritia attigerat, & multò plus quam à limine salutauerat. ¶ Aliquando ponitur pro breuiter. Cic. *in Catone*. Tamen, vt leuissimè dicam, &c. Idem *pro Rosc. Amer.* Non omnia dicam, & leuiter vnumquodque tangam, hoc est, obiter, & quod dicitur, in transcursu. Idem *pro eodem*. Sed in animo est quemadmodum antè dixi: leuiter transire, ac tantummodo perstringere vnamquamque rem, hoc est, succinctè, & breuiter tractare. ¶ Dicitur etiam pulchrè in eadem significatione, Leuiter in transitu attingere aliquid: vt apud Quint. *lib.* 7. *cap.* 4. ¶ Ponitur aliquando pro parum, & pro eius diminutiuo secundo paululum, siue admodum parum. Plaut. *in Pœnulo*. & quanquam bene volumus leuiter lenonibus. Plin. *in Epist. lib.* 6. Ea tamen quæ sunt pretiosiora, aut integra manent, aut leuissime læsa sunt, id est, admodum parum. Cic. 2. *de nat. deor.* Genæ oculis subiectæ, leuiterque eminentes. id est, paululum. Idem *lib.* 2. *de Orat.* Leuiter eruditus homo, id est, parum, & vix mediocriter. ¶ Aliquando ponitur pro facilè, patienter, siue æquo animo. Idem *ad Attic.* Id grauiter equidem, sed aliquanto leuiùs ferebam. ¶ Leuius, pro Minus, vt apud Horat. 2. *Serm. satyr.* 7. quanto constantior idem In vitiis, tanto leuiùs miser, &c. Dolere leuius, Ouid. *in Ibin.*

Lĕuĭfĭdŭs, a, um, Qui facilè fidem violat. {ἄπιστος, ἄπιστος. GALL. *Qui est de legere foy, qui n'est point ferme*. ITAL. *Che non ha ferma fede*. GERM. Der sein glauben oder zusagen ring schätzt. HISP. *Cosa de mala y liuiana fe*. ANGL. *Light of faith.*} Plaut. *in Persa*, Omnes sunt lenæ leuifidæ.

Lĕuĭpēs, huius leuipedis, omnis generis: Celer, & pedibus leuis. {κουφόπους. GALL. *Qui est leger de pié, qui va tost*. ITAL. *Che ha i piedi veloci*. GERM. Ring zu fuß. HISP. *El que ha los pies ligeros*. ANGL. *Light of foote.*} Varr. 3. *de re rust. c.* 12. Ælius putabat ab eo dictum leporem à celeritudine, quòd leuipes esset.

Lĕuĭsŏmnŭs, a, um, quod leui somno est, elegans canum epitheton, qui leui somno premuntur. {ἐλαφρῶς ὑπνῶν. GALL. *Qui est aisé à esueiller, de leger sommeil*. ITAL. *Che ha il sonno sottile*. GERM. Leißschläffig. HISP. *El que ha el sueño ligero y sutil*. ANGL. *That sleapeth not deeply, easie to waken.*} Lucret. *lib.* 5.

Et leui somna canum fido cum pectore corda.

Lĕvo, as, In altum tollo, eleuo, extollo, eueho. {נשא *nasá* הרים *herim*. αἴρω. GALL. *Hausser, leuer en haut*. ITAL. *Leuare, alzare*. GERM. Aufheben, aufhupfen. HISP. *Alçar*. ANGL. *To lift vp on highite mak light, to diliuer and tak away.*} Liu. Mox aqua leuata vento, quum super gelida montium cacumina concreta esset. ¶ Interdum est auferre. Virg. 2. *Æneid.*

———atque arcta leuari
Vincla iubet Priamus.

¶ Interdum exonerare, & quasi releuare. Idem 9. *Eclog.*

———Ego hoc te fasce leuabo.

Cum datiuo. Plaut. *in Mil.* Leuandum morbum mulieri video. Mœsta corda leuat tempus. Ouid. *Eleg.* 6 *lib.* 4. *Trist.*

Nec siccam Getico fonte leuare sitim,

idem *Eleg.* 8. *lib.* 4. *Trist.* Interdum extenuare, minuere, κουφίζειν. Virg. 1. *Æneid.*

Nostrúmque leues quæcunque laborem.
Illa meos casus aggrauat, illa leuat,

Ouid. *Eleg.* 4. *lib.* 3. *Trist.*

Nec mala tam longa nostra leuata mora,

idem *Eleg.* 7. *lib.* 3. *Trist.*

Iure Deas igitur veneror mala nostra leuantes,

idem *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist.* Auget, aut leuat inuidiam persona. Velleius.

Tristia quo possum carmine fata leuo,

Ouid. *Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.* Plaut. *in Epid.* Virgini paupercula, Tuæque matri me leuare paupertatem. Cic. *pro Milone, & pro Corn. Balbo*. Gaditani populum Rom. in caritate, frumento suppeditato leuauerunt. Aliquando pro recreare & relaxare animum. Cic. *in Catone*. Et corpora quidem defatigatione, & exercitatione ingrauescunt, animi autem se exercendo leuantur,

Et niueos luna leuarit equos. (i. equos fessos recreare.)

Ouid. 4. *Fast.*

Me quoque Musa leuat ponti loca iussa petentem,

idem *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist.* ¶ Ad corporis leuationem transtulit Plin. *lib.* 28. *cap.* 4. Leuatur illicò percussus à pœna. Leuare opinione. Cic. *de Amic.* Qui hac opinione non modò verbis, sed etiam opere leuandi sunt. ¶ Aliquando ponitur pro curare, siue sanare, Plin. *lib.* 7. *cap.* 2. Crates Pergamenus in Hellesponto circa Parium genus hominum fuisse tradit, quos Ophiogenes vocat, serpentum ictus contactu leuare solitos.

Nullis Apollinea qui leuet arte malum.

Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 3. *Trist.*

Et mala vix vlla parte leuanda leuas,

idem *Eleg.* 4. *lib.* 3. *Trist.*

Et aliquot fatale malum per verba leuare,

idem *Eleg.* 1. *lib.* 5. *Trist.*

Vulnera qui ferro facta leuare velit,

idem *Eleg.* 2. *lib.* 5. *Trist.* ¶ Item leuare tempus. (i. ludere.) Gell. *cap.* 13. *lib.* 18. Annonam leuare, est Populum leuare, frumento suppeditato in caritate annonæ. Liu. 6. *bell. Pun.* Plagam leuare, vel infectas partes de arbore: hoc est, auferre tenuissimas partes quæ post incisuram remanserunt, ne insitioni noceant. Columell. *variis in locis*. Leuare tributum alicuius agri, Reditus illius capere. Vlpian. *in l. forma. §. si verò. ff. de censibus*. Agri enim tributum in eam ciuitatem debet leuari, in cuius territorio possidetur. ¶ Composita huius verbi sunt, Alleuo, eleuo, releuo, & subleuo, de quibus suis locis.

Lĕuāsso, antiquum verbum pro Leuo, sicut abiurassò, pro abiuro. Cicer. *de senect.* ex Ennio,

O Tite si quid ego adiuto, curámve leuasso.

Leuatiora & leuiora. Gell. *cap.* 8. *lib.* 17.

Lĕuātĭo, Leuamen, mitigatio, consolatio, animi remissio, & relaxatio, aberratio à dolore, solatium. {ארוכה *arucháh* מרפא *marpé*. κουφισμός. GALL. *Allegement*. ITAL. *Alleuiamento*. GERM. Ein leichterung, ein trost. HISP. *El aliuio*. ANGL. *An easing of paine or sorow.*} Cic. *ad Attic. lib.* 12. Leuatio quædam est, si minus doloris, at officij & debiti. Idem 1. *Tusc.* Quæ leuationem habent ægritudinum.

Lĕuāmĕn, inis, leuatio, leuamentum. {ארוכה *arucháh* מרפא *marpé*. ἀνακούφισις, κουφισμός. GALL. *Soulagement, allegeance, soulas*. ITAL. *Alleuiamento, alleggiamento*. GERM. Ein leichterung, Das einem etwas leichter vnd ringer macht. HISP. *El aliuio*. ANGL. *An easing or diminishing of paine.*} Cic. *ad Attic. lib.* 12. Quòd si esset aliquod leuamen, id esset in te vno. Virg. 3. *Æneid.*

———genitorem omnis curæ, casúsque leuamen,
Amitto Anchisen.

Lĕuāmĕntum, i, Leuamen. {ANGL. *An easing of paine or sorow.*} Cic. 5. *de finib.* nos autem non solùm beatæ vitæ istam oblectationem videmus,

sed

sed etiam lenamentum. Senec.*c.8.de consol.ad Polyb.* & *c.12 de consol. ad Mart.* & Gellius *cap.4.lib.12.*

Lenor, Leuus, vide *Lanus*.

Leuphana, Λευφάνα, oppidum est Germaniæ in climate Septentrionali. Ptol.*lib.2.cap.11.*

Leutychides, Λευτυχίδης, vir Lacedæmonius fuit, Menaris filius & inimicus Demarati, quem à Cleomene adiutus regno expulit, & in locum eius Spartanorum rex creatus est. Verùm quum acceptæ contra leges pecuniæ in ius accerseretur, Tegeam profugit, vbi & diem suum obiit. Vide Herodot.*lib.6.*

Lēx, à legendo, vel à ligando. Dicta putatur quòd publicè legatur, vt omnibus nota sit, & ab omnibus obseruetur. {תורה *torah* דת *dath.* νόμος. GALL. *Loy, ordonnance, constitution.* ITAL. *Legge.* GERM. Ein gesatz. HISP. *La ley.* ANGL. *A lawe writen.*} Hanc quidam definiunt esse generale iussum populi, aut plebis rogante magistratu, & hoc dumtaxat in libera ciuitate. Lex quid. Gell.*cap.10 lib.10.* Lege denunciare testimonium. Quintil. Lex quæ vetat, semper potentior, quàm quæ permittit. Cupiditates prius naturæ, quàm vt leges: morbi, quàm remedia Liuius *lib.34.* Ad omnem legem exacta innocentia. (i. normam) Senec.*c.5.de consol.ad Polyb.* Qui neque leges, neque æquum bonum vsquam colunt. Plaut. *Men.sc.2.a.4.* Vt voles legem nobis imponito. Idem *Asin.sc.3.a.1.* Leges vt conscribat, quibus se populus teneat. Idem *ibid.sc.3.a.3.* Vi me cogis, lege agito mecum. Idem *Merc.sc.5.a.2.* Eam mihi des vxorem vt leges iubent (compressam ducere sup.) Idem *Aul.sc.6.a.4.* Lege barbarica. (i. Romana.) Ius meum persequar. (de coitionibus vetitis.) Idem *Capt.sc.1.a.3.* Vt reliquit, sic relinquendus erat: legem sibi dixerat. Ouid.13.*Metamorph.* ¶ Quinetiam regum & principum iussa leges dici cœpta, præsertim Imperatoris, postquam in eum populi Romani maiestas translata fuit. Rogabat magistratus populum, quod constituendum esset, populus iubebat. Id iussum si generale erat, & ad omnes pertinens lex dicitur: ad singulos ciues spectabat, priuilegium est. Cic.1.*de legib.* sic legem definit, quòd sit ratio summa, insita in natura quæ recta suadeat, prohibeàtque contraria. Legum appellatione, Leges duodecim tabularum, Senatusconsulta, Plebiscita, Edicta Prætorum, Decreta principum, Legitimæ actiones, interpretationes prudentium, & alia id genus continentur. Legis virtus est imperare, vetare, permittere, punire. Dicimus eleganter, Lege agere cum aliquo: quod aliter dicimus, Actionem intendere in iudicio, siue iudicio experiri. Plaut. *in Aul.* Lege agito mecum, molestus ne sis, & cœnam coque. ¶ Interdum lege agere, est exequi sententiam à iudice latam, siue iudicis iussum peragere: vt si iudex sententiam tulerit, vt qui vincti sunt, virgis cædantur, deinde securi feriantur: & lictori dicat Iudex, Lege age, hoc est, exequere sententiam. Liu.*de campanis lib.26.* Flauius acceptas literas, neque resolutas, quum in gremio reposuisset, præconi imperauit vt lictorem lege agere iuberet, id est, vt de damnatis supplicium sumeret. ¶ Legibus aliquem soluere, pulchrè etiam dicitur, quod nunc *dispensare* vulgus vocat. Liu.10.*ab vrbe*, Tribuni plebis nihil id impedimento futurum aiebant, sed ad populum laturos, vt legibus solueretur. Is legibus solui dicitur, cui speciali priuilegio conceditur, vt legibus parère non teneatur. Cic.*Philipp.11.* Qui ex ædilitate Consulatum petit, legibus soluatur. ¶ Legem ferre, est populo aliquid proponere, rogaréque velline id ita vt recitatum fuit ratum esse, & pro lege habere. Cic *post reditum*, Legem Tribunus pleb. tulit ne auspiciis, &c. ¶ Condere leges, est leges perscribere. Idem *de legib.* Constat profectò ad salutem ciuium, ciuitatúmque incolumitatem vitámque omnium quietam, & beatam conditas esse leges. Vnde conditores legum dicuntur, quos legislatores appellamus. νομοθέται, quales apud Athenienses fuerunt Draco & Solon: apud Lacedæmonios Lycurgus: Romæ Decemuiri. Pro eodem etiam dicimus, Componere leges, constituere legem, sancire leges, dare leges, imponere leges, scribere leges.)(Abrogare, tollere, refigere, antiquare. ¶ Lex quoque pro conditione ponitur. Plaut. *in Asin.sc.1.a.4.* Agedum, istum ostende quem conscripsisti syngraphum inter me, & amicam, & lenam: leges pellege. ‖¶ Legum præses & custos, νομοφύλαξ. Senec.*lib.1.de Ira.* Ita legum præsidem, ciuitatisque rectorem decet.‖ ¶ Dicimus &, Hac lege, siue ea lege, id est, hac conditione, siue hoc pacto, siue hoc iure. Cicer.3.*Tuscul.* Ea lege nos esse natos, vt nemo in perpetuum esse possit expers mali. Terent. *in Eunuch.* Verùm heus tu, lege hac tibi meam astringo fidem. Semper tibi promissum habeto hac lege dum superes datis. Plaut. *Asin.sc.3.a.1.* His legibus ducam vxorem. Idem *Aul.sc.3.a.1.* An non despondes filiam? E. Illis legibus. *Ibid.sc.4.a.1.* Quasi fundum vendam meis addicam legibus, (paulò antè dixerat, nisi quis meliorem conditionem afferat.) Idem *Capt.sc.2.a.1.* Dabo ei talentum, sed ea lege, vt, idem *Mostell.sc.1.a.2.* Legem suam secuta natura, (mox, conditionem.) Senec.*cap.10.de consol.ad Polyb.* In hanc legem datus vt moreretur. *Ibidem.*

Hic epulis leges hospitióque dedit,

Ouid. *Eleg.1.lib.2.Trist.* Æquis conditionibus & iustis legibus bellum componere. Velleius. Lex orandi Demosthenes. Quintil. ¶ Accipitur item lex pro norma, siue regula. Cic.3.*de Orat.* Hanc igitur, Crassus inquit, ad legem cùm exercitatione, tum stylo qui & hoc maximè ornat, ac limat, formanda vobis oratio est. Idem *in Orat.* Quò etiam difficilius est oratione vti quàm versibus, quòd in illis certa quædam & definita lex est, quam sequi oportet. ‖¶ Lex annaria, qua cautum erat ne quis ante præstitutos annos honores adipisceretur.‖ ¶ Lex Cornelia, quam Cornelius Sylla dictator tulit aduersùs falsarios, cuius pœna erat in liberum, deportatio, & bonorum omnium publicatio: in seruum, capitis supplicium: vt docet Martianus *l.1.ff.ad leg.Corn.de falsis.* ‖¶ Lex iudiciaria, quam tulit Aurelius Cotta prætor, qua communicata sunt iudicia Senatui & equitibus Romanis & Tribunis ærariis.‖ ¶ Lex Lepidiana, quam Lepidus tulit: quæ & sumptuaria dicta est, quòd cœnarum sumptus restringeret. ¶ Lex Licinia, lata est à Publico Licinio Crasso diuite: cuius ferendæ tantum studium ab optimatibus impensum est, vt Senatusconsulto iuberetur, vt ea tantummodo promulgata, antequam trinundino confirmaretur, ita obseruaretur ab omnibus, quasi iam populi sententia comprobata esset. Huius legis summa erat, vt Calendis, Nonis, Nundinis, liceret cuique in dies singulos dumtaxat triginta asses edendi causa consumere: cæteris verò diebus ne amplius apponeretur quàm carnis aridæ pondo tria, & salsamentorum libra, & quod ex terra, vite, arboréve natum esset. ¶ Lex Municipalis quam vnaquæque vrbs sibi priuatim constituit. ¶ Lex Orchia, prima omnium de cœnis lata ad populum fuit, quam tulit Orchius Tribunus plebis de Senatus sententia, tertio pòst anno quàm Cato Censor fuerat. Hæc numerum tantum conuiuarum præscribebat, iubebâtque vt patentibus ianuis cœnitaretur, quo obseruatio eius videri posset. ¶ Lex plagiaria, quæ aduersùs plagiarios erat lata, hoc est, qua puniebantur ii qui aliena mancipia ad fugam incitabant, vel fugitiua receptabant. Vide *Plagium.* ¶ Lex Satyra, siue satura dicebatur quæ vno rogatu multa simul comprobabat, quasi saturata & multis legibus grauida. ¶ Lex tabellaria, suffragia scribere non permittebat, sed puncto notare iubebat. νόμος ψηφιστικός. ¶ Lex & regio, νόμος καὶ χώρα. Admonet prouerbium, seruiendum & obsecundandum esse moribus regionis in qua verseris. ¶ Lege de sicariis commisit. Quintil. (i. in legem.) Ne legi fraudem faciant talariæ. Plaut. *Merc.sc.2.a.2.* Item, legibus eripere reum. Suet.*in Aug.c.56.* Sub lege venundare. *Ibid.c.21.* Lege in æs incisa, & in ærarium condita. Idem *in Cæs.c.28.* Leges quasdam morales. Liu. *lib.34.* ¶ Lex in manibus, ἐν χερῶν νόμῳ, id est, lege manuum: dicitur quum res vi geritur, non ex præscripto legum. Æschin.*contra Timarch.* Quòd Cic. ait 3.*de legib.* magistratum esse legem loquentem, legem autem mutum magistratum, persimile eius est, quod de pictura & poësi dictum Simonidi tribuitur: picturam esse tacitam poësim, poësim autem picturam loquentem. P. Victor. ¶ Leges incidebantur antiquitus in æs, vel etiam in marmore, quò perpetuæ essent, & in Capitolio, vel loco aliquo publico figebantur, vt omnibus apertè essent. Cic. *variis in locis.* Qui *in Orat. pro Flacco*, legum ferendarum morem sic breuiter describit. O morem (inquit.) ¶ Lex Salica ea est, qua cunctis feminis adimitur ad hæreditatem paternam aditus, ita vt omnino excludantur. Itaque lex Salica, id est, Gallica intelligitur. nam *Salios* vocauit antiquitas Gallos. Claudianus *in Stilicon.panegyr.1.*

— —— Rhenúmque minacem
Cornibus infractis adeò mitescere cogis,
Vt Salius iam rura colat.

Fortasse à saliendo nomine hoc illis imposito. Sidon. Apoll.

— ——Tibi vincitur illic
Cursu Herulus, Chunnus iaculis, Francúsque natatu,
Sauromata clypeo, Salius pede, falce Gelonus.

Gens Salica in Chronicis de Guelphis, editionis Canisii: Vxorem duxit de gente Salica, de castro Gluiberg. Et in prologo harum legum: Gens Francorum inclyta, fortis in armis, audax, velox & aspera. Inde Salicus Francus *cap.L.Sal.* Lud.Imp.§.3. Decret. Child.§.14.*cap.4.tit.75.* Lex Salica simpliciter dicitur, Synod. Cabillon. & Rhemens. eiúsque mentio *feudor. lib.2. tit.29.* Videantur Ado, Einardus, Otho Frising. Sigebertus, Abbas Vrspergens. Trithemius. Hinc terra Salica frequenter.

Lēgislātŏr, is, Legis scriptor, qui legem scripsit, & ad populum tulit. {מחוקק *mechokek.* νομοθέτης. GALL. *Legislateur, qui fait loy ou ordonnance.* ITAL. *Colui che fa la legge.* GERM. Ein gesatzgeber. HISP. *El que haze ò da la ley.* ANGL. *A lawe maker or giuer.*} Dicitur etiam legum lator, & separatim lator legum, vel lator legis, & legum scriptor. Liu.4.*bell. Maced.* Noster legumlator non in paucorum manu Rempubl. esse voluit. Cicer.4.*in Catil.* Latorem legis Semproniæ iussu populi pœnas Reipubl. dependisse. Legumlator cur dictus sit Parrhasius, vide apud Quintil.

Lēgĭfĕr, i, Legislator. {מחוקק *mechokek.* νομοθέτης.} Ouidius 3. *Amor. Eleg.9.*

Optauit Minos similes sibi legifer annos.

Lēgĭfĕra, fœmininum. {מחוקקת *mechokeketh.* ἡ νομοθέτις.} Virg.4.*Æneid.*

——mactant de more bidentes
Legiferæ Cereri, Phœbóque, patrique Lyæo.

‖Legicrepa, νομοδίφης Gl. id est, qui leges crepat. vox Græca à διφᾶν, quod est quærere, scrutari.‖

Lēgĭrŭpă, æ, Legis perfractor: qui legem frangit. {παράνομος. GALL. *Rompeur & violateur des loix.* ITAL. *Huomo che rompe leggi, conditioni, patti.* GERM. Ein gesatzbrecher. HISP. *El que quita la ley.* ANGL. *A breaker of the lawes.*} Plaut. *in Pseud.sc.2.a.4.* Impudice, scelestè, verbero, bustirape, furcifer, sociofraude, parricida, sacrilegè, periure, legirupa, pernicies adolescentum. (de leone.)

Lēgĭrŭpio, nis, qui rumpit leges. {παράνομος. GALL. *Violateur, infracteur de loy.* ITAL. *Huomo che rompe leggi.* GERM. Ein gesatzbrecher. HISP. *Quitador de ley.* ANGL. *A breaker or violator of the lawes.*} Plaut. *in Rudent.* Iube modò accedat propè hunc legirupionem.

‖Legisperitus, νομικός, qui & διδάσκαλος, h.e. legis doctor.‖

Lēgĭtĭmŭs, a, um, quod est æquum, iustum, conueniens, lege, more atque instituto maiorum factum. {צדיק *tsaddik.* γνήσιος, νόμιμος. GALL. *Legitime, selon la loy.* ITAL. *Leggitimo.* GERM. Gesatzlich, ordenlich nach fürschreibung des gesatzs. HISP. *Iusto y hecho por ley.* ANGL. *Lawfull, according to the lawe.*} vt, Vxor legitima. Martial.*lib.5.*

Quæ legis causa nupsit tibi Lælia Quinte,
Vxorem potes hanc dicere legitimam.

Ouid.10.*Metam.*

Ergo legitima vacuus dum coniuge lectus, &c.

Ætas legitima ad petendum consulatum, Liu.5.*bell. Pun.* Amor legitimus. Ouid. *Epist.13.*

———Legitimo quique merebat equo.

idem 3.*Fast.*

Lēgĭtĭmē, aduerbium, Rectè, iustè ex lege. {νομίμως. GALL. *Legitimement.* ITAL. & HISP. *Legitimamente.* GERM. Nach dem gesatz ordenlich. ANGL. *Lawfullie.*} Cicer.1.*Officior.* Iustè & legitime imperanti. Idem *pro A. Cecinna.* Is qui legitimè procurator dicitur. Cuius contrarium est illegitimum. Vnde legitimi filii qui secundùm legem nati sunt.

Lēgŭlēiŭs, eii, qui legum studia sectatur, seu versatur in legibus. {νομικός. GALL. *Legiste.* ITAL. *Colui che studia nelle leggi, leggista.* GERM.

GERM. Ein gesatzgelehrter, einer der sich der gesatzen annimpt. HISP. *Letrado y docto en las leyes.* ANGL. *A lawier, a fogger in the law.* } Cicer. 1. *de Orat.* Ita & tibi Iurisconsultus per se nil nisi leguleius quidam cautus videtur, & acutus præco actionum, cantor formularum, anceps syllabarum.

Lēgālis, e, quod ad legem pertinet. {νομικός. GALL. *De la loy, des appartenances de la loy.* ITAL. *Pertinente à lege.* GERM. Das zu dem gesatz gehört. HISP. *De ley pertenesciente à la ley.* ANGL. *Of or belonging to the law.* Quintil. *lib.* 3. *c.* 10. Aliquando etiam incidere possunt legales tractatus in priuata maximè consilia.

‖Lexiarchicum, ληξιαρχικὸν, tabula, in qua ciuium Atheniensium, qui ætatem ad magistratus gerendos aptam habebant, nomen scribebatur, addito etiam municipio, cuius erant. Item tabula in qua inscribebantur οἱ πληρώσαντες τῆς ἡλικίας, id est, qui iustam ætatem habebant adolescentes, quibus patrimonium administrare iam licebat. Suid.

Lexicon λεξικὸν, ὁ, ὸν, per se adiectiuum, ad λέξεις, id est, vocabula pertinens. Substantiuè λεξικὸς idem, qui λεξικογράφος, qui Gazæ Dictionarius, Vocabularius. λεξικὸν autem Dictionarium, Vocabularium, liber in quo vocabula secundùm seriem posita explicantur.‖

Lĕxis, eos, Dictio. {מלה *millah.* GALL. *Parole, diction.* ITAL. *Vocabulo, voce.* GERM. Ein wort. HISP. *Palabra.* ANGL. *Spheath, a worde.* } Cicer. 3. *de Orat.* Quàm lepide lexes compostæ, vt tesserulæ omnes Arte pauimento atque emblemate vermiculato. Ex Poeta quopiam vetusto.

‖Lexouiorum ciuitas, *Lisieux*, V.E. nunc Lexouiensis, in Normannia, sub M. Rothomagensi.‖

Lĕxŭbii, Λεξόβιοι, Galliæ Lugdunensis populi, apud Ptolem. *lib.* 2. *cap.* 8. quos Cæsar Lexouios vocat. Horum metropolis erat Neomagus, vulgo *Lysieux.*

L I

‖Liaculum, λειαντὴς. Gloss. λειαίνω est, *Leuigo.* ergo λειαντὴς analogicè esset *leuigator.* Hic liaculum videtur intelligi instrumentum leuigandi, voce ducta à λειαίνω leuigo, complano.‖

Liæ, sunt foramina quæ in summo mali recipiunt funes.

Libadium, λιβάδιον. Herbæ genus quæ nostris vulgò *Centaurium minus* appellatur: inde nomen habet, quòd fontibus & locis irriguis gaudeat. Nam Græci fontium scaturigines λιβάδας appellant. Plin. *lib.* 25. *cap.* 65.

Lĭbāmen, Libamentum, vide *Libo.*

‖Libanium inter buglossæ nomina recensetur à Dodonæo *pempt.* 5. *lib.* 1. *cap.* 9.

Libanius vua, thuris odore, ex qua prolibant. Plin.‖

Libanius, Λιβάνιος. Nomen sophistæ Antiochi, qui floruit Iuliani apostatæ temporibus, vsque ad Theodosium seniorem. Discipulus fuit Diophanti. Scripsit encomium Constantij Cæsaris, & alterum Iuliani: præterea Progymnasmata Rhetorices, & epistolas quasdam. Suid.

Libanochros, λιβανόχρους. Gemma quæ thuris similitudinem ostendit, & succum mellis. Plin. *lib.* 37. *cap.* 10.

Lĭbanōtis, {λιβανωτίς. ANGL. *Rosmary.* } Frutex odorem thuris habens, qui rosmarinus appellatur. Plin. *lib.* 19. *cap.* 12. Libanotis radicem habet olusatri, nihil à thure differentem. Vsus eius post annum stomacho saluberrimus. Quidam eam alio nomine rosmarinum appellant. Hactenus Plinius. Eius tres sunt species, quas vide apud Dioscor.

Libanotus, {λιβόνοτος. ITAL. *Medio giorno lebecho.* } Ventus flans inter Liba, (hoc est, Africum) & Notum. Plin. *lib* 2. *c.* 47.

Libanus, {לבנון *lebanón.* λίβανος. Syriæ mons, à Sydone Phœnices oppido, vsque ad Symiram vrbem Syriæ Cœles extensus, centum quinquaginta stadiorum longitudine. Huic ex aduerso obtenditur Antilibanus, valle tantùm interiecta, olim muro illi coniunctus. Inter duos hosce montes Orontes fluuius oritur, teste Plin. *lib.* 5. *cap.* 19. 20. 22. ¶ Libanus item quæ & Dendrolibanus, dicitur frutex, siue arbuscula thurifera, ita dicta (vt Poetæ fabulantur) à iuuene quodam Assyrio eiusdem nominis, in hunc fruticem conuerso. Hinc etiam ipsum Græci λίβανον appellant.

Libarnum, Λίβαρνον Ptolemæo, Libarna Plinio. Oppidum Italiæ sub Apennino situm, non procul à Dertona. Ptolem. *lib.* 3. *cap.* 1. & Plin. *lib.* 3. *cap.* 5.

Libatio, vide *Libo.*

Libella, vide *Libra.*

Libellio, Libellus, vide *Liber* priore correpta.

Libens, Libenter, vide *Liber.*

Libentia Dea, vide *Libet.*

Libentina dea, Venus, seu Proserpina. August. *lib.* 4. *de ciuitate Dei*, Neque enim audent aliquas partes sub nomine deorum, vel dearum deæ Cloacinæ tribuere: aut Volupiæ, quæ à voluptate appellata est: vt Libentinæ, cui nomen est à libidine. Huius meminit & Cic. 2. *de nat. deor.*

Lībĕr, priore prod. in genitiuo Liberi, Bacchus, siue Dionysius, Διόνυσος vini repertor. Multos autem fuisse Liberos, siue Bacchos, Dionysiósve ostendit Diodorus, quorum longè celeberrimus est, qui ex Semele & Ioue genitus fertur, quem tertium fuisse autumant, & Thebis Bœotiis natum, qui Liber appellatus est à liberando: nam libertatis deus est: siue quòd Bœotiæ vrbes liberas fecerit (ipse enim, vt inquit Plutarchus, pro Bœotiæ libertate pugnauit) vel quia vinum curas soluat, & mentem ab illis liberet: seu quòd vino vsi, liberè loquantur. Fiunt autem plerique ebrietate petulantiores. Senec. *lib. de tranq. vitæ*, Liberum appellatum dixit, non ob licentiam linguæ, sed quia liberat seruitio curarum animum, & tristitiæ medetur. Varro à labendo deducit, quòd lubrica mens ebrij, quò iubet prolabatur. Augustinus docet Liberum vocari, quòd mares in coëundo per eius beneficium emissis seminibus liberentur. Hoc idem dicunt in fœminis agere Liberam, quam etiam Venerem putant. ¶ Interdum Liber vsurpatur pro ipso vino: sicut Ceres pro frumento. Salue liberi lepos, vinum. Plaut. *Cur. sc.* 1. *a.* 1. Liber lepidus vini polles. *ibid.* Terent. *in Eunuch.* Sine Cerere & Baccho friget Venus. Liber etiam dicitur Sol, quia liberè per æthera vagatur. Virg. *lib.* 1. *Georgic.*

——— vos ô clarissima mundi
Lumina, labentem cælo quæ ducitis annum,
Liber & alma Ceres.

Libera Dea, Ariadna. Ouid. 3. *Fast.*

Lībĕrālĭa, orum, Liberi festa, quæ apud Græcos dicuntur Διονύσια. Nonius, Libera lingua loquuntur, ludis liberalibus. Cic. *ad Cornific. lib.* 12. Liberalibus literas accepi tuas. Idem *ad Attic.* Liberalia tu accusas? Liberaliorum periphrasis. Ouid. *Eleg.* 4. *lib.* 3. *Trist.*

Lībĕr, a, um, à λείβω, vel à λοιβὴ, libatio, quæ quia spontanea esse debet, inde Loibeo, vel Lœber prisci dicebant. Sui iuris, in sua potestate)(Seruus. {חפשי *chophsi.* ἐλεύθερος. GALL. *Libre, franc.* ITAL. *Libero, non seruo.* GERM. Frey. HISP. *Libre de seruidumbre.* ANGL. *Free, at libertie not bounden.* } Cicer. 2. *de nat. deor.* Qui de libera matre est, liber. Idem *pro Cecin.* Non potest iure Quiritium liber esse qui in numero Quiritium non sit. Seruum antestari? T. Item, vt scias me liberum esse. Plaut. *Curcul. sc.* 2. *a.* 5. Tun' libero homini malè seruus loquere? Idem *Asin. sc.* 4. *a.* 2. Meàne ancilla libera vt sit, quam ego nunquam emisi manu. Idem *Curcul. sc.* 2. *a.* 5. Ludificant ingenuam & liberam. Idem *Merc. sc.* 6. *a.* 2. Liber esto, atque abito, quò voles. Idem *Menæch. sc.* 7. *a.* 5. Liberum te abire iussi. Idem *ibid. sc.* 8. *a.* 5. Tanquam si me argento emeris liber seruibo tibi. *Ibid. sc. vlt. a.* 5. Liberi libentius sumus, quàm serui. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 1. Libera ego sum nata. Idem *Curcul. sc.* 2. *a.* 5. Cùm tu es liber, gaudeo Messenio. Idem *Men. sc.* 7. & *vlt. a.* 5. ¶ Aliquando liberum etiam dicimus pro ocioso, & omni negotio, curàve vacuo: vt Soluto, liberóque animo esse, apud Cicer. 4. *Verr.* Idem 1. *Officior.* Si ab omni animi perturbatione liber sis. ¶ Liber etiam pro eminenti & extanti. Varro *in Eumenid.* vt citat Nonius: Iterum Tragici prodeant cum capite libero, cum antiqua fronte. ¶ Item pro magno, seu valido. Ouid. *Epist.* 8. perfruor infelix liberiore malo. Hinc campus liberior, εὐρυχωρία, qui amplius est, latéque patens, & in quo equi libero inoffensóque cursu vagari possunt. Indéque sumpta translatione, Oratores liberum ad dicendum campum nactos dicimus, quum in locum latè patentem inciderunt, amplam suppeditantem materiam ad latiùs expatiandum. ¶ Libera vti lingua, παῤῥησιάζειν, est audacter loqui quod sentias, nihilque aut potentiæ alicuius, aut gratiæ tribuere. Plaut. *in Cist.* Quia quum adeò me compleui flore Liberi, Magis libera vti lingua collibitum est mihi. ¶ Libero corde fabulari, est fabulari liberè, & sine timore. Idem *in Epid.* Facilè tu istuc sine periculo, & cura corde libero Fabulare loui. ¶ Liberæ ædes, quibus quis vti potest, tanquam suis. Idem *in Milit.* Liberæ sunt ædes, liber sum autem ego, me vti volo liberè. ¶ Liberum arbitrium, est animi voluntas, ac sententia libera. Liu. 2. *bell. Macedon.* Et permisso libero arbitrio, ne in corpora sua sæuiretur, metuebant. Cicero voluntatem liberam vocat. ¶ Liberum cælum, quod omnibus æquè commune est. Idem 1. *Tuscul.* Et in liberum cælum, tanquam in domum suam, venerit. Libero cœlo se permittunt aues. Quintilian. Liberæ literæ, quæ liberiùs atque audaciùs loquuntur. Cic. *ad Attic. lib.* 1. Itaque neque Achaicis hominibus, neque Epiroticis paulò liberiores literas committere audeo. ¶ Libera mandata, quæ plenam rei constituendæ potestatem habent. Liu. 7. *bell. Macedon.* His quæ præsentis disceptationis essent, libera mandata de summa rerum Senatus constituit. ¶ Liberum tempus, id est, vacuum quo omni cura soluti sumus. Cic. 1. *de finib.* Nam libero tempore, quum soluta nobis est eligendi optio, quúmque nihil impedit, &c.

Liber ab arboribus locus, apta area pugnæ,

Ouid. 5. *Fast.* Liberum hospitium, mox, laxum spatium. Senec. *epist.* 89. ¶ Aliquando liber qui nulli rei est obnoxius: vt, Liber à delictis, qui nulli delicto est obnoxius, apud Cic. *pro lege Agrar.* ¶ Liber à fide, qui fidem soluit. Liuius 7. *bell. Punic.* Ita tollit inducias, vt liber à fide incœpta exequeretur. ¶ Liber ab irrisione, qui nihil aut fecit, aut dixit, cur meritò possit irrideri. Cicer. 4. *Academ.* Liber igitur à tali irrisione Socrates, liber Aristo Chius, &c. ¶ Liber à legibus, id est, solutus à legibus, Plautus *in Trinit.* ¶ Sic liber à prædonibus, Liber à metu. ¶ Sine præpositione: vt liber omni cura animus, apud Cicer. 1. *de finib.* Aliquando cum genitiuo construitur pro liberali. Plautus *in Amphitr.* Nam ego vos nouisse credo iam, vt sit pater meus. Quàm liber harum rerum multarum siet. ¶ Liberum est mihi, eleganter dicitur, pro licet mihi, vel possum, & in arbitrio meo constitutum est. Plin. *in Epist.* Erit enim & post emendationem liberum nobis vel publicare, vel continere. ¶ Relinquere liberum alicui. Quintilian. *lib.* 1. *cap.* 4. vocabulum, an appellatio dicenda sit προσηγορία, & subiicienda nomini, nécne, quia parui refert, liberum opinaturis relinquo.

Lībĕrē, Ingenuè & liberaliter, suo more, siue arbitrio, audacter. {ἐλευθερίως. GALL. *Librement, franchement.* ITAL. *Liberamente, splendidamente.* GERM. Frey. HISP. *Libremente.* ANGL. *Freelie, frankelie.* } Terent. *in Andr.* túne hic homines adolescentulos Imperitos rerum, educatos liberè in fraudem illicis? Plaut. *in Bacch.* An non vides, vt solæ liberè grassentur? Liberè viuere, id est, suo more viuere, neque subiici alterius voluntati. Terent. *in Andria.* Nam is postquam excessit ex ephebis Sosia, Liberiùs viuendi fuit potestas. Liberè loqui, est confidenter loqui, ita vt nihil gratiæ tribuas, aut potentiæ cuiusquam, παῤῥησιάζειν. Cic. *pro Planc.* Asperius (inquit) loquutus est: imò verò liberiùs. Liberè herclè hoc quidem (seruum cum corona ebrium.) Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 5.

Lībertās, atis)(Seruitus. {חפשה *chuphschâh.* ἐλευθερία. GALL. *Liberté, franchise.* ITAL. *Libertà licenza.* GERM. Freyheit. HISP. *Libertad o licencia.* ANGL. *Fredome or libertie.* } quam sic definit Florentinus *l. libertas. ff. de statu hominum.* Libertas, est naturalis facultas eius quod cuique facere libet, nisi quod vi, aut iure prohibetur. Cic. *in Paradox.* Libertas est potestas viuendi vt velis. Immodica & intempestiua libertate vti. Velleius. Libertas testamentorum iure prohibita. Quintilian. Patriam & libertatem perdidi. Plaut. *Capt. sc.* 2. *a.* 2. Libertati confirmare, vide *Confirmare.* In libertate esse quid, & in libertate esse aliud, aliud liberum esse. Quintil. *declam.* 340. ¶ Item libertas Iusta, i. quæ Iurisconsultis. Suet *in Aug. cap.* 40. Accipitur etiam libertas pro eo quòd Græci vocant παῤῥησίαν, hoc est, pro loquendi, admonendi, sententiam dicendi, increpandique audacia: potestas, quum scilicet quidam quod

sentimus,

sentimus, liberè loquimur, nullius respectu, gratia, aut potentia commoti. Et in hac significatione libertas accipitur ferè in meliorem partem. ⟗ Assentatio. Licentia verò in malam ferè partem, quum quis libertate intemperanter abutitur, & procaciter. Est enim licentia immoderata impunitàque quædam facultas agendi, dicendique quicquid velis. Quintilian. quæ in aliis libertas est, in aliis licentia vocatur. Terent. *in Heaut.* Deteriores omnes sumus licentia. Vsurpatur tamen quandoque licentia pro libertate in bonam partem, vt apud Cicer. *lib.* 3. *Officior.* Nobis autem nostra Academia magnam licentiam dat, vt quodcunque probabile maximè occurrat, id nostro iure liceat defendere. Idem *lib.* 1. *eiusdem operis*, magnis enim illi & diuinis bonis hanc licentiam assequebantur. ¶ Libertas quandoque etiam in malam partem accipitur, pro effrœni quadam animi libidine. Cicer. 5. *Verr.* Nunquam ipsimet nobis præcideremus istam licentiam, libertatémque viuendi. Idem *pro Flacco*, Græcia hoc vno malo concidit, libertate immoderata, & licentia concionum. Adimere libertatem, est aliquem libertate spoliare. Idem *pro domo*, Quod idem in posterum de extraordinariis potestatibus libertatem ademisses. ¶ Amittere libertatem, *ibidem*. Nemo ciuis Romanus, aut libertatem, aut ciuitatem possit amittere, nisi ipse autor factus sit. Dicimus præterea, habere libertatem, largiri libertatem, retinere libertatem, recipere libertatem, tenere libertatem, vindicare in libertatem: quorum exempla nusquam non occurrunt. ¶ Dare libertatem alicui, pro, liberum facere, Cicer. *pro Plancio*. Tabella quæ dat eam libertatem, vt quod velint faciant. ¶ Libertas etiam libertatis dea dicebatur, cuius templum in Auentino constitutum fuisse narrant historiæ. ¶ Libertas aliquando dicitur pro ingenuitate Hermogen. *lib.* 40. *D. de liber. caus.* Cum pacto partitionis pretij maior viginti annis venalem se præbuit, nec post manumissionem ad libertatem proclamare potest. ¶ Libertatis nomen propriè conuenit ad manumissos, sed transfertur ad multa. Est enim libertas prima quæ seruum liberat à domino, deinde quæ nexu à creditore: quandiu enim vinculis ob æris alieni grauitatem tenetur, liber non est: tertiò quæ ciuem à magistratus iniuria. Quouis enim delicto ac scelere (vno excepto perduellionis crimine) ciues Romani à securibus & fascibus: id est, à nece & verberibus veterum legum Valeriæ, Porciæ, Semproniarúmque beneficio, defendebantur. Postremò latius etiam libertas diffunditur, cum ius illud significatur, quod inter omnes ciues æquum, nullo neque fortunæ, neque dignitatis discrimine leges constituunt, vt omnes liberi sint, nemini quisquam, præterquam legibus pareat. Ex quo etiam liberi populi dicebantur, qui suis legibus vterentur, neque regibus, neque cuiquam populo parerent, neque omnino cuiquam vectigal vllum penderent: qualis aliquando Carthago, Corinthus, Athenæ, ipsa verò vltra quingentos annos Roma fuit. P. Manut. *in Additam.*

Lībĕrālis, e, Benignus, munificus. Vide Gell. *cap.* 5. *lib.* 17. {נדיב *nadbib* שוע *schoah.* ἐλευθέριος, δωρεός. GALL. *Liberal, franc.* ITAL. *Liberale, magnifico.* GERM. Freygäbig HISP. *Liberal, franco.* ANGL. *Liberall, free, baited.*} Cui contraria sunt Parcus, auarus, auidus, tenax, & sordidus. Cicer. *pro Quint. Roscio*, Liberalis auidum fraudasse dicitur. *Ibidem.* Roscius semper liberalissimus munificentissimúsque fuit. Idem *lib.* 3 *de Orator.* Quid tam porrò regium, tam liberale, tam munificum, quàm opem ferre supplicibus. Paulo liberalior vita ei obiecta. (nempe luxurioso.) Quintilian. ¶ Sunt etiam qui ita distinguant, vt liberalis sit, qui paruis & priuatis hominibus beneficia præstat: munificus, qui magnis, & in magnis rebus: sic liberalitas naturæ benignitas, quæ maximè in præstanda opera amicis perspicitur, & versatur inter priuatos & paruos homines, munificentia, inter magnos. Quod nomen à Libero patre (si Valerio maximo credimus) deductum est. Materia minus liberalis (de causa & lite tenui.) Quintilian. Liberalis potio, i. largior & copiosior. Cels. *lib.* 3. *cap.* 6. At potio esse debet magis liberalis, & ante cibum, & post hunc, &c. ¶ Accipitur quandoque liberalis pro egregia forma, & eleganti. Plaut. *in Milite*, Lepida & liberali forma est. Terent. *in Eunuch.* Quam liberali facie, quam ætate integra. Ecastor pulcher est, & liberalis. Plaut. *Merc. sc.* 1. *a.* 1. Liberali ingenio dicitur esse, qui ingenuus est, & apertus. Terent. *in Adelph.* Nam ingenium noui tuum liberale. ¶ Liberale responsum, hoc est, dignum ingenuo, & libero homine. Cicer. *ad Attic. lib.* 3. Quòd si non modò tu, sed quisquam fuisset, qui me Pompeij minus liberali responso perterritum, à turpissimo concilio reuocaret, &c. ¶ Liberale coniugium est, quod inter ingenuos & liberos fit. Terent. *in Andria*, Spero consuetudine, & coniugio liberali deuinctum, Chreme, Dehinc facilè ex illis sese emersurum malis. ¶ Liberale iudicium, & causa liberalis, in quo de alicuius agitur libertate, ἐλευθερία δίκη. Quintilian. *lib.* 6 *cap.* 4. Quod fecit Longus Sulpitius, qui quum ipse fœdissimus esset, eum, contra quem iudicio liberali aderat, ne faciem quidem habere liberi hominis dixit. Plaut. *in Curcul.* Memento promisisse te, si quisquam hanc liberali causa manu assereret, mihi argentum omne redditum iri. Terent. *in Andria*, Nam ego illam liberali causa assero manu. Vbi Donatus, Ordo est, Ego liberali caussa assero illam manu: & sunt iuris verba, à quibus etiam assertores dicuntur vindices alienæ libertatis. Vide *Assero.* ¶ Liberales artes, quæ solius ingenij, non manuum ministerio peraguntur. ἐλευθέριαι τέχναι. cuiusmodi sunt Grammatica, Dialectica, Geometria, cæteræque id genus: ideo liberales dictæ quòd liberum hominem potissimùm deceant: nam manibus corporísque labore victum quæritare, illiberale quiddam habet & seruile, Cic. 1. *de Inuent.* Quot habuerit artium liberalium magistros, quos viuendi præceptores, &c. Plin. *lib.* 14. Pessum iêre vitæ pretia: omnésque à maximo bono liberales dictæ artes in contrarium cecidêre, ac seruitute sola profici cœptum. Cic. *de Orat.* Ingenuas artes appellat. Studia liberalia, Tacit. *lib.* 3. Liberalis doctrina. Cic 5. *de finib.* Liberalis eruditio & doctrina, idem 1. *Tusculan.* A liberali musa non abhorrens. Gell. *cap.* 5 *lib.* 9. Liberalis vox & actio. Quintilian. Liberalia studia dicta, quòd homine libero sint digna. Senec. *Epistol.* 89. ¶ Illiberales verò, opificia quæ in manuum opera consistunt: habent enim seruile ministerium. ¶ Liberales ioci, id est, libero quodam animo pronuntiati. Plin. *in Panegyr.* Sed benigna inuitatio, & liberales ioci, & studiorum honor, &c.

Lībĕrālĭtās, Munificentia. A Libero patre videtur deducta apud Valer. Maxim. *cap.* 1 *lib.* 5 *initio.* {נדבה *nedabah* נדיבות *nedibuth.* ἐλευθεριότης. GALL. *Libéralité, bonneste largesse.* ITAL. *Liberalità, magnificenza.* GERM. Freygäbigkeit *Liberalidad, franqueza.* ANGL. *Liberalitie, bountie, freebart in geuing.*} Cicer. 5. *de finib.* Nam quum ita nati factíque sumus, vt & agendi aliquid, & diligendi aliquos & liberalitatis, & referendæ gratiæ principia in nobis contineremus, &c. Idem 1. *Officior.* Iustitiæ est coniuncta beneficentia, quam eandem vel benignitatem, vel liberalitatem appellare licet. Liberalitas, (vt inquit Speusippus) est habitus qui in quærendis, erogandísque pecuniis decorum seruat. Hoc est, decens & moderata acquisitio, & erogatio pecuniæ, auaritiæ, & prodigalitatis extremis tanquam finibus circumscripta. Nam si non tantum, quantum oportet, tribuas, auaritia oritur: sin excedas in dando modum, désque plus quàm oportet, & cui non oportet, & quando, & qua causa non oportet, in vitium laberis prodigalitatis. ¶ Aliquando ita accipitur liberalitas, vt seruili metui opponatur. Terent. *in Adelph.* Pudore & liberalitate liberos retinere satius esse credo, quàm metu. Quo Terentij loco sic Donatus, Pudore, ad filios retulit, liberalitate ad parentes. Argumentum à coniugatis: Liberalitate regendi sunt, propter quod liberi dicuntur. Liberalitatem autem bonitatem dicit.

Lībĕrālĭtĕr, Largè, munificè, indulgenter, liberè, splendidè. ἐλευθερίως. GALL. *Liberalement, franchement.* ITAL. *Liberalmente, magnificamente.* GERM. Freygäbiglich. HISP. *Liberalmente francamente.* ANGL. *Liberalie, bountifullie.*} Cic. 4. *Verr.* Hi porrò, qui successerunt, vehementer istius cupidi, liberaliter ex istius cibariis tractati, non minus acres contra me fuerunt. Idem 3. *de finib.* esséque hominis ingenui, & liberaliter educati, velle bene audire à parentibus. ¶ Liberaliter eruditus is dicitur qui optimis artibus institutus est. Idem 2. *Tuscul.* Sed si possumus, eos excitemus, qui liberaliter eruditi, adhibita etiam disserendi elegantia, ratione & via philosophantur. Sic liberaliter instructus, apud Cæsarem *lib.* 3. *bell. ciuil.* Liberaliter seruire, id est, alacri animo, libenter obsequendo. Terent. *in Andr.* Propterea quòd seruiebas liberaliter. Liberaliter respondere, & liberaliter appellari. Cæs. 3. *de bell. ciu.* ¶ Item pro indulgenter, vt apud Salust. Exercitum quem in Asia ductauerat, luxuriosè, nimisque liberaliter habuerat. Cuius contrarium est illiberaliter, de quo suo loco.

Lībĕri, orum, plur. tantùm numer. Dicuntur filij, vel filiæ: quamuis etiam liberorum appellatione vnicus filius, & vnica filia intelligatur. {בנים *banim.* τέκνα, παῖδες, υἱοί. GALL. *Enfans ou enfant, lignée.* ITAL. *Figliuoli.* GERM. Kinder. HISP. *Los hijos.* ANGL. *Children.*} Caius *in l. non est. ff. de verborum significat.* Non est sine liberis, cui vel vnus filius, vnáve filia est. Terent. *in Hecyr.* Qui illum decreuerunt dignum, suos cui liberos committerent. Sic & Cic. En cui tuos liberos committas, quum de vno ageret. Liberi liberæque? Liu. 5. *ab Vrbe.* Liberorum quærendorum caussa ei vxor data est. Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 4. Gell. *cap.* 3. *lib.* 4. Quòd tibi sempiternum salutare sit liberis procreandis volo te vxorem ducere. Plaut. *Aul. sc.* 3. *a.* 1. Olim tamen in vsu erat nominatiuus singularis liber, pro filio. Catul. *in Argon.*

Optauit genitor primæui funera gnati,
Liber vt innupta poteretur flore nouercæ.

¶ Item nepotes & pronepotes, cæterique ex his descendentes, Liberorum appellatione continentur. Paulus *ff. de gradibus affin. l. iurisconsult.* Liberi, inquit, vocantur vsque ad trinepotem. Callistratus *l. liberorum. ff. de verborum significat.* Liberorum appellatione nepotes, & pronepotes, cæterique qui ex his descendunt, continentur. hos enim omnes liberorum appellatione lex duodecim Tabularum comprehendit. Similes patri liberi, Seneca *in Medea.* Parere liberos, idem *Thebaid.* Procreare liberos. Quintil. *lib.* 3. *c.* 8. Auctus liberis. Tacit. *lib.* 3. Tanquam auctus liberis Drusus domum Germanici magis vrgeret. Dare operam liberis, est procreandorum liberorum causa cum vxore rem habere. Cicer. 2. *Officior.* Liberis dare operam re honestum est, nomine obscœnum. ¶ Liberi dicti sunt à libertate regendi, vt ait Donat. Item de brutis. Lanij concinnant liberis orbas oues. Plautus *Capt. sc.* 1. *a.* 4.

Lībertŭs, qui quum esset seruus, factus est liber: ita dictus quasi liberatus. {ἀπελεύθερος, ἀπελευθερωθείς. GALL. *Affranchi & mis en liberté.* ITAL. *Fatto libero di seruo.* GERM. Ein freygelassner. HISP. *El que de sieruo fue hecho libre.* ANGL. *A franckling, he yat is enfranchised.*} ⟗ Patronus. Plaut. *in Asin. sc.* 3. *a.* 3. Magis decorum est, libertum potius quàm patronum, onus in via portare. Vlpianus eum esse libertum definit, quem quis ex seruitute ad ciuitatem Romanam perduxit. Quint. *lib.* 7. *cap.* 8. Patrono in libertum manus iniectio sit. Idem *lib.* 11 *cap.* 1. Eadem pro libertis aduersùs patronos obseruantia. Nec mihi libertus est vllus. L. Quis tu es. C. Libertus illius. Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 5 & *sc.* 3. *a.* 4. Saluere iussi libertum. Iam manúne emissus? Item, Quo nos vocabis nomine? A. Libertos. L. Non patronos? Idem *Asin sc.* 3 *a.* 3. Libertorum suorum heris, Pompeius Velleius. Libertorum tria genera olim: Romanorum, Latinorum, & Dediticiorum. Iustin.

Lībertă, fœmininum. {ἀπελευθερωθεῖσα. GALL. *Affranchie & mise en liberté.* ITAL. *Fatta libera, francata.* HISP. *Libertada, hecha franca y libre.* ANGL. *She yat is enfranchised.*} Horat. 1. *Serm. satyr.* 2.

———at hunc liberta securi
Diuisit medium fortissima Tyndaridarum.

Modestinus, Libertis libertabúsque meis, libertum libertæ testatoris non contineri. Experiar, quam mihi fore libertam, & quam venalem credam. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 1.

Lībertīnŭs, i. ⟗ Ingenuus, ἀπελεύθερος, ἐξελεύθερος. Libertus ad patronum refertur. Per libertinum enim significamus conditionem hominis, sicut per ingenuum: per libertum verò priuatum quendam respectu ad patronum. Plaut. *in Milite*, Ingenuam, an libertinam? Propriè itaque libertini dicuntur, qui ex libertis procreati sunt, hoc est, qui ipsi quidem nunquam seruierunt, sed quorum parentes antequam filij nascerentur, è seruitute manu emissi essent. Cic. 4. *Philipp.* Ipse ex libertini filia suscepit liberos. ¶ Postea tamen Libertinorum, & Libertorum vocabula in eadem significatione vsurpari cœperunt, pro iis scilicet, qui post iustam seruitutem libertatem essent consecuti. Quod manifestissimè

ostendit. Sueton. *in Claud.c.24.* his verbis, Ignarus temporibus Appij, & deinceps aliquandiu, libertinos dictos, non ipsos qui manumitterentur, sed ingenuos ex his procreatos. Quint. *declam.* 311. Qui à seruitute in libertatem venit, libertinus dicitur. ¶ Libertinitas, Ipse status libertini dicitur, vt Ingenuitas, ingenui; *in l. iuxta. C. de liberali causa.* Siue de libertinitate, siue de ingenuitate quæstio moueatur.

Libĕro, as, Manumitto, & ex seruo libertum facio, libertate dono, in libertatem traduco. {חפש *chippésch* הציל *hitsîl* פלט *pillét.* ἐλευθερόω, ἀπελευθερόω. GALL. *Deliurer, mettre en liberté.* ITAL. *Liberare, donare la libertà.* GERM. Freyhen, ledigen, erlösen. HISP. *Librar de seruidumbre ò peligro.* ANGL. *To infranchise and set at libertie, to deliuer.*} Propriè heri est, quum seruum de potestate sua emittit. Nonnunquam tamen & seruus se liberare dicitur, cùm peculio se redemit. Cicer. 1. *de Orat.* Si quis apud nos seruisset ex populo fœderato, seséque liberasset. Aliquando forense verbum est, idem significans quod absoluo, & ab actione intentata liberum iudico. ἀφίημι. Idem *pro Cluent.* Iudices hunc, quem iam bis condemnatum acceperant, liberarunt. Idem 4. *Verr.* Qui Sopatrum eodem illo crimine liberarant. Plaut. *Pseud.sc.2.a.1.* Quin omnes populum hac peste liberat? Idem *ibid.* Quin tu labore liberas te onere crumenæ. Idem *Asin.sc.3.a.3.* Non te sinam hic esse triduum, quin te liberalem liberem. (i. manumitterem emptam à domino.) Idem *Curcul.sc.5.a.1.* Eum velle aiunt amicam liberare. (i. manumittere emptam à domino.) *Ibid.sc.5.a.1.* Si rectè facias, here, me emittas manu: Liberem ego te? Idem *Menæch.sc.7.a.5.* Amicas emite, liberare. Idem *Mil.sc.1.a.1.* Vbi amans scortum liberet. (i. manumittat.) Idem *Capt.sc.4.a.5.* Item cum genitiuo, liberare eius culpæ regem. Liu. 1. *d.5.* ¶ Præterea generale verbum est, significans ex molestia, damno, vel periculo eripio. Cic. *Attic.* Næ tu me solicitudine magna liberatis. Liberare fidem, est præstare promissum, Idem *pro Flac.* Ipse tamen Fusius satisfacit absentibus, & fidem suam liberat. Liberare se ære alieno, est creditam pecuniam creditori numerare. Idem *ad Attic. lib.6.* Ita multæ ciuitates ære alieno liberatæ, &c. Liberare item debitorem dicitur creditor, aut eius hæres quum quod sibi debebatur, ei acceptum refert. Papin. *l. quum hæres. ff. de liberat. legat.* Quum hæres rogatus debitorem suum liberare, de eo tantùm cogitatum videtur, quod in obligatione mansit. ¶ Liberare promissa, pro Abrogare, vel earum tollere obligationem, ac facere ne ligent. Cic. 1. *Offic.* Quæ quidem promissa pleraque iure Prætorio liberantur, nonnulla legibus. ¶ Liberare (inquit Sipontinus) etiam aliquando vsurpamus pro eo quod est Addicere. Vnde in licitationibus rem, quæ venalis proposita est, plus offerenti addicere, seu liberare dicimus: & non modò qui vendit, sed etiam qui emit, rem ipsam sic venditam liberare dicitur. Hinc liberationis vocabulum, Paul. *Iurisc. in l. liberationis. ff. de verb. & rer. signif.* affirmat eandem vim habere quam solutionis. Et contrà solutionis verbum ad omnem liberationem pertinet, vt vult idem Paul. *in l. solutionis. ff. de solutionib.*

Libĕrātor, is, Vindex libertatis. {מחפש *mechappésch* מציל *matsîl* מפלט *mephallét.* ἐλευθερωτής. GALL. *Qui deliure & met en liberté.* ITAL. *Liberatore, chi mette en libertà.* GERM. Ein erlöser. HISP. *El que libra.* ANGL. *He that deliuereth and setteth at libertie.*} Cicer. *ad Attic.* Patriæ liberatores vrbe carebant ea, à cuius ceruicibus iugum seruile deiecerant. Idem *alibi*, Romæ nostri liberatores tutò esse non possunt.

Libĕrātĭo, nis, Actus liberandi, dimissio, absolutio. {הצלה *hatsfalâh* פליטה *peletâh.* ἐλευθέρωσις, ἄφεσις, ἀπαλλαγή. GALL. *Deliurance.* ITAL. *Liberatione.* GERM. Erlösung, erledigung. HISP. *Libramiento.* ANGL. *An enfranchising or setting at libertie.*} Cic. *in Pison.* Reorum acerbissimæ damnationes, libidinosissimæ liberationes. ¶ Accipitur præterea liberatio pro acceptilatione, quæ à Græcis ἀποχὴ dicitur, siue pro absolutione à nexu. Vnde tit. est *in Pand. de liberatione legata* ‖¶ Pro solutione. Paulus *D. de V. S.* Liberationis verbum eundem vim habet, quam solutionis.‖

Lĭbĕr, bri, à λέπω. Propriè corticis genus est tenuius, quod in phillyras plures diuidi potest, cuiusmodi erant, quæ papyris in Ægypto detrahebantur, chartæque vsum præbebant. {קליפה *petsalah.* φλοιός. GALL. *Escorce d'arbre.* ITAL. *Scorza d'albero.* GERM. Bast, die innen baum rinden. HISP. *La corteza del arbol.* ANGL. *The barke of a tree.*} Cicer. 2. *de nat. deor.* Trunci obducuntur libro, aut cortice, quò sint à caloribus & frigoribus tutiores. Plin. *lib.13. cap.11.* Palmarum foliis primò scriptitatum, deinde quarundam arborum libris. Indifferenter tamen pro quouis cortice positum inuenitur. Col. *lib.5.c.10.* Ita librum arboris inolescere sinito. Virg. 10. *Eclog.*

Nec si quum moriens alta liberares in vlmo.

Idem 2. *Georg.*

————hinc aliena ex arbore germen
Includunt vdóque docent inolescere libro.

Et quoniam libri, hoc est, tenuiores arborum cortices, chartæ olim vsum præbebant, codices quoque qui ex iis compaginari solebant, libri, {ספר *séper.* βίβλος. GALL. *Liures.* ITAL. *Libri.* GERM. Bücher. HISP. *Libros.* ANGL. *A booke.*} dicti sunt: obtinuitque vsus, vt quamuis mutata re, aliisque iam inuentis chartarum generibus, priscum tamen manserit nomen, librique dicantur qui ex pluribus concinnati sunt chartis, ex quacunque materia præparatis. Iidem & codices dicuntur, ab arborum codicibus, ex quibus antiqui tabulas ligneas ad scribendi vsum solebant conficere, easque cera obducere. Cic. *Attic.* Demetrij librum de concordia tibi remisi. ¶ Librum edidit, non esse, &c. id est, librum conscripsit, in quo contendit non esse, &c. Suet. *in Iulio Cæsare.* Librum edidit, non esse Cæsaris filium quem Cleopatra dicant. Liber commentarius. Gell. *c.7.lib.14.* ¶ Liber (de Oratione pro Cæcinna.) Quint. Græci incedunt suffarcinati cum libris, cum sportulis. Plaut. *Curc. sc.3. a.2.* Quasi in libro cum scribuntur calamo litteræ. Idem *Pseud.sc.5.a.1.* Inuenies illam inter libros. Ouid. *Eleg.7.lib.3.Trist & eleg. vlt. lib.3 Trist.* ¶ Quandoque tamen libros vocant operis alicuius partes, certaque segmenta, in quæ totum opus distinguitur. Græci λόγους, τόμους, & βιβλία, appellant: vt Virgilij Æneida in XII. libros distincta esse dicimus. ¶ Liber præterea ponitur pro *inuentario*, vt vulgò dicitur, siue *registro*, quod & *repertorium* dicitur. Cicer. 5. *Verr.* Misit literas ad Carpinatium, quas ego Syracusis apud Carpinatium in literarum allatarum libris, Romæ in literarum missarum apud Tullium magistrum familiarem tuum inueni. Bud. ‖¶ Libri elephantini, ex ebore facti magnificis expensis. Rituales sacri. Iun.‖¶ A liber quando corticem significat, fit verbum Delibro, quod est corticem detraho. ἀπολεπίζω, ἀποφλοιῶ. Vide suo loco.

Lĭbellŭs, i, Paruus liber. {γραμματεῖον, βιβλίον. GALL. *Vn liuret, petit liuret.* ITAL. *Libretto.* GERM. Ein büchlin. HISP. *Librillo.* ANGL. *A litle booke.*} Martial. *lib.14.*

Omnis in hoc gracili xeniorum turba libello
Constabit nummis quatuor empta tibi.
————Maiora libelli
Et diuturna magis sunt monumenta mei,

Ouid. *Eleg.3.lib.3.Trist.*

Sed ego fastorum scripsi totidémque libellos,
Cúmque suo finem mense volumen habet,

idem *Eleg.1.lib.2.Trist.* Item in prima fronte libelli. (i. librorum metamorph.) Idem *Eleg.6.lib.1.Trist.*

Sera redundauit veteris vindicta libelli. (i. trium librorum de arte amandi.)

Idem *Eleg.1.lib.2. Trist.* Ad libellum respicere vt pueri obliuiosi solent, Quint. ¶ Libellus etiam dicitur pars totius libri in plures diuisi. Cels. *lib.6.cap.7.* Quæ compositio priore libello continetur. At ipse libellus, quintus liber est totius operis. ¶ Aliquando veteres vsi sunt pro epistola, siue tabella. Brutus *ad Cic. lib.11.* Ne de Planco quidem spem adhuc abiecit, vt ex libellis eius animaduerti. E libello sermones habere. Sueton. *in August. cap.84.* In hoc libello obsignato attuli gaudia multa. (i. in epistola.) Plaut. *Pseud.sc.4.a.2.* ¶ Inde libelliones dicti sunt, de quibus infrà. ¶ Libelli etiam dicuntur quod vulgus, *supplicationes*, ἱκετηρίας, appellat: quos Martialis, Supplices libros nominauit illo hendecasyllabo, Idem supplicibus vocat libellis. Tales enim principibus dari solent ad negotia explicanda à subditis, in quibus petitiones continentur. Sueton. *in Cæs.* pro eodem sine addito dixit libellum, Libellúmque indicem insidiarum, ab obuio quodam porrectum, libellis cæteris, quos sinistra tenebat, quasi mox lecturus commiscuit. Libellum tradere. Idem *in Claud. cap.37.* ¶ Libellos legere, & rescribere inter spectandum. Idem *in August. cap.44.* ¶ Libellum porrigere (de supplice.) *ibidem cap.53.* Et libelli famosi *cap.55. Ibidem.* Libellos quos componit litigator patronus contentus. Quint. ¶ Libellus ponitur etiam pro commentatio, quam *memoriam* vulgò vocant. Idem *lib.12. cap.8.* Pessimæ verò consuetudinis est libellis esse contentum, quos componit aut litigator, qui confugit ad patronum, aut alij ex genere aduocatorum. Quo in loco, teste Budæo, libellus accipitur pro scripto memoriæ causa parato, pro quo etiam libellum memorialem dicimus. Sueton. *in Iul. Cæs.* Epistolæ quoque eius ad Senatum extant, quas primùm videtur ad paginas, & formam memorialis libelli conuertisse. ¶ A Cicerone autem ad Attic. Libellus mandatorum dicitur, in quo memoriæ causa, quæ alicui mandantur, siue iniunguntur, sunt præscripta. ¶ Libellus etiam, eodem Budæo teste, dicitur Epistola assertoria, quam vulgò *certificationem* vocamus: quas vectigalium & tributorum immunes ad publicanos destinare solent, ne pro vectura res suas aduehentes, importantésve inhibeant. Paul. *in l. si publicanus. ff. de publican.* Significent, inquit, id libello manu sua subscripto, cúmque ad publicanum mittant. ¶ Est & libellus mensuræ genus. Cato *de re rust. cap.15.* Parietes villæ si locet in pedes centum, id est, pedes denos quoquò versum habeat libellum in pedes quinos, &c. ¶ Dicitur quoque libellus scripti genus, quo aliquis in iudicium vocatur. Plaut. *in Curc. sc.3.a.1.* Vbi tu es, qui me bello Venereo citasti? ecce me sisto, ades contrà. ¶ A libellis autem ministri illi esse dicuntur, qui principi in hoc negotio subseruiunt, vt supplices libellos accipiant, euoluant, iisque respondeant. Suet. Epaphroditum à libellis capitali pœna condemnauit. ¶ Libellos proponere, est scriptum aliquod in locis publicis affigere, quibus, notum aliquid omnibus fit. Cicer. *pro Quintio.* De quo libelli in celeberrimis locis proponuntur, huic ne perire quidem certè tacitè, obscuréque conceditur. Per libellos respondere postulatoribus. Suet. *in Neron. cap.15.* ¶ Libellos signare, siue subnotare dicitur is, qui libellis supplicibus, quas vulgus *requestas* vocat, respondet. Plin. *in Epist.* Sedeo pro tribunali, subnoto libellos, conficio tabulas. Pro eodem legitur & libellos agere. vt *in l. scriptum de distr. pign.* Rescriptum est ab imperatore, libellos agente Papiniano, i. Papiniano libellis apud Imperatorem præfecto. ¶ Apud leguleios libellus diuersis modis dicitur. Nam est libellus accusationis, conuentionis, repudij, & huiusmodi, ἔγκλημα, καὶ ἐπιγεγραμμένα.

Lĭbellŭlus, diminutiuum à libellus, βιβλίδιον. Hieron. In præsenti libellulo edoceat.

‖Libellaria. Cuiac. 1. *de feud. tit.2.*

Libellarius contractus est venditio, quæ fit scriptura interueniente certo precio, &, hoc ampliùs, certa pensione constituta in annos singulos, & hac plerunque lege, vt stato condictóque, tempore contractus renouetur rursus, numerato pretio, certo, vel arbitrario.‖

Libellaticus, Qui metu suppliciorum eò pertrahebantur, vt idolis etiam sacra facerent, Sacrificati dicebantur, iidémque thurificati. Qui non incendissent quidem thura idolis, sed tamen per libellos tantùm nomina dedissent, Libellatici vocabantur. Cypr. *lib.4. Epist.2.* Ex Erasmo in Cyprianum.

Lĭbellĭo, nis, masc. gen. A veteribus dicebatur, quem nos *Tabellionem* vocamus. {ספר *sophér.* γραμματεύς. GALL. *Porteur de lettres, notaire.* ITAL. *Porta lettere, notario.* GERM. Ein bott oder brieffträger. HISP. *Mensajero, escriuano.* ANGL. *A caryer of lettres, a noter.*} Varro, Tum ad me ferunt, quod libellionem esse sciebant. ¶ Accipitur interdum pro librario qui libros scribit, & vendit. Stat. 4. *Syl.*

Sed Bruti senis oscitationes,
De capsa miseri libellionis,
Emptum plus minus asse
Caiano, Donas.

Lĭbrārĭus, a, um, quod ad libros pertinet. {γραφικός. GALL. *Qui appartient à*

à liures. ITAL. *Ciò chi appartiene à libri.* GERM. *Das zu den büchern gehört.* HISP. *Cosa pertenecient à libros.* ANGL. *Belonging to bookes.*} vt, Atramentum librarium quo libri scribuntur: quemadmodum sutorium, quo coria: & tectorium, quo parietes denigrantur. Plin. *lib.* 35. *c.* 6. Omne autem atramentum Sole perficitur, librarium & tectorium glutino admisto. Taberna libraria, in qua libri venales prostant. βιβλιοπωλεῖον. Cic. 2. *Philipp.* Quum tu illum in foro spectante populo Romano gladio stricto insecutus es: negotiúmque transegisses, nisi ille se sub scalas tabernæ librariæ coniecisset.

Librārĭŭs, ij, substantiuum, qui libros manu sua mercede describit. {βιβλιογράφος. GALL. *Libraire, escriuain de liures.* ITAL. *Copiatore, copista.* GERM. *Ein buchschreiber, der vmb lohn bücher schreibt.* HISP. *Librero, ò el escriuiente que escriue los libros.* ANGL. *A scriuenere, a booke writer.*} nam qui eos vendit, Græco nomine bibliopola dicitur. βιβλιοπώλης. Cic. *pro leg. Agrar.* Aliquando tandem me designato, lex in publicum proponitur, concurrunt iussu meo plures vno tempore librarij, descriptam legem ad me afferunt. Liu. 8. *bell. Maced.* In L. Scipione malim equidem librarij mendum, quàm mendacium superioris esse in summa auri atque argenti. Horat. *in Arte,*

Vt scriptor si peccat, idem librarius, vsque
Quamuis est monitus, venia caret.

Plin. *lib.* 7. *cap.* 25. de insigni memoria Iulij Cæsaris, Epistolas verò tantarum rerum quaternas pariter librariis dictare, aut si nihil aliud ageret, septenas. Ad librarios suos ita respiciunt, vt sportulam dictare videantur. Quintil.

Librārĭŏlŭs, i, diminutiuum à librario. {γραμματευτίδιον. GALL. *Petit libraire, ou escriuain de liures.* ITAL. *Picciolo libraro, ò scritore de libri.* GERM. *Ein buchschreiberlin.* HISP. *Pequeño librero, ò escriuiente de libros.* ANGL. *A litle scriuener or writer of bookes.*} Cic. *ad Attic. lib.* 4. Et iam velim mihi mittas de tuis librariolis duos: quibus Tyrannio vtatur glutinatoribus. Idem 1. *de legib.* Cuius loquacitas habet aliquid argutiarum: nec id tamen ex illa erudita Græcorum copia, sed ex librariolis Latinis.

Librārĭă, æ, substantiuum, Taberna in qua libri prostant. {βιβλιοπωλεῖον. GALL. *Libraire, bibliotheque.* ITAL. *Libraria.* GERM. *Ein buchladen.* HISP. *La libreria de libros.* ANGL. *A shope wherein bookes ar sold.*} Gell. *lib.* 5. *c.* 4. Apud Sigillaria fortè in libraria ego & Lucius Paulus poeta, vir memoria nostra doctissimus, consederamus.

Librārĭum, ij, Theca est, siue scrinium quo libri continentur. {τὸ βιβλιοφυλάκιον. GALL. *Vn garde liure, ou registre, ou bien gros registre.* ITAL. *Casa ò altro luoco da guardare i libri.* GERM. *Ein buch kammer, liberey.* HISP. *Gruesso registro, lugar para guardar libros.* ANGL. *A chese to keep breuets or any like thing.*} Cicer. *pro domo sua*, Exhibe, quæso, Sexte Clodi, librarium illud legum vestrarum, quod te aiunt eripuisse e domo, & ex mediis armis, turbâque nocturna, tanquam Palladium sustulisse.

Lĭbĕră, æ, Iouis & Cereris filia, quæ & Proserpina dicitur. Περσεφόνη. Cic. 1. *de nat. deor.* Liber Cereris filius, & frater liberæ.

Lĭbĕt, verbum impersonale idem significans quod Placet: à labendo (vt Varro inquit) quòd quæ placent in mentem prolabantur. {יאות *jaath.* δοκεῖ, ἀρέσκει. GALL. *Il plait.* ITAL. *Piace.* GERM. *Es geliebt mir, es gelüst mich.* HISP. *Agrada, ò plaza.* ANGL. *It pleaseth, it lyketh well.*} Duo habet præterita, libuit, & libitum est. Plaut. *in Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Cur id ausus facere? B. libuit, id est, sic volui, sic placuit mihi. Idem *in Asinar. sc.* 1. *a.* 1. Si quid te volam, vbi eris? L. Vbicunque libitum erit animo meo.

Seu libeat curru contendere gyro:
Seu libeat duplicem (seu iunctum) *cernere Martem.*

Tibull. *lib.* 4. Vt voles, vt tibi libebit, legem imponito. Plaut. *Asin. sc.* 3. *a.* 1. Qua lubeat nubant dum dos ne fiat comes. Idem *Aul. sc.* 5. *a.* 3. Vbi liber, roga. Idem *Men. sc. vlt. a.* 5. Vbi libet, ire licet accubitum. Idem *Mil. sc.* 4. *a.* 2. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 4. Vbi restiteras? Vbi mihi libitum est. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 4. Libet. Quid libet? *Ibid. sc.* 2. *a.* 5. Libet potare, amare, &c. Idem *Mostell. sc.* 1. *a.* 1. Nunc dum tibi libet, licétque, es, pota, perderem. *Ibid.* Qui lubet ludibrio habere me? Idem *Menach. sc.* 4. *a.* 2. Non licet te colloqui? B. At mihi non libet. Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Age iam, quando tibi libet, peri. Idem *Merc. sc.* 4. *a.* 2. Vt tibi libet, quid tibi libebit fac. Idem *Amph.* Aliud cura quid libet. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 1. Quid ista tibi tactio est? M. Quia mihi libitum est. Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 5. Ago vt libet. Idem ... *sc.* 5. *a.* 5. Quod tibi libet idem mihi libet. Idem *Mostell. sc.* 3. *a.* 1. Quamlibet exiguo imbre. Ouid. *Eleg.* 6. *lib.* 4. *Trist.* Versus quamlibet in paucos. Idem *Eleg.* 7. *lib.* 4. *Trist.* ¶ Hinc fit Collibet, penult. corr. vel Collubet: collibuit, collibitum est, collibere idem quod libet. Terent. *in Eunuch.* Siquid collibuit, noui te. Colum. *lib.* 11. *cap.* 1. Facturus mox, si collibuisset, quod nunc aggredior.

Lĭbens, tis, Volens, voluntarius, gaudens. {נדיב *nadhib* רצה *rotsch.* ἑκὼν, ἑκούσιος. GALL. *Qui volontiers & de son bon gré fait quelque chose, volontaire.* ITAL. *Chi fa da se & volentieri, facile.* GERM. *Gutwillig, gern.* HISP. *Aplazible y de buena gana.* ANGL. *VVilling, that hath a good will to do any thing.*} Cic. *ad Attic. lib.* 10. Si vera sunt, ignoscesti falsa, me libente eripies mihi hunc errorem. Idem *pro Cluent.* Eámque animis vestris, aut libentibus, aut æquis remittatis. Gratus libénsque do, cedo (commodata.) Sen. *cap.* 11. *de tranq.* Me libente feceris. Plaut. *Curc. sc.* 2. *a.* 6. Doctum hominum labori parsissem lubens. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Vt ego hunc ausculto lubens. Idem *Aul. sc.* 5. *a.* 3. Ædepol me libente facies. Idem *Amph. sc.* 3. *a.* 2. Complectar. Facio lubens. Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 3. Liu. *lib.* 9. *bell. Pun.* Vt modicas iniurias non æquo animo pati, sed propè libenti videri possent. Cic. *ad Attic. lib.* 4. Illam porticum redemptores statim sunt demoliti libentissimis omnibus. Lubentissimo corde atque animo. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 5.

Lĭbens, autore Donato, interdum aduerbij significatione ponitur pro libenter. ἀσμένως. Terent. *in Andr.* Fugin' hinc? D. Ego verò ac libens.

Lĭbentĕr, Non grauatè, æquo gratóque animo. {ἐθελοντὴς, ἀσμένως. GALL. *Volontiers.* ITAL. *Volentieri.* GERM. *Gern.* HISP. *De buena gana.* ANGL. *VVillinglie, with a good will.*} Cicer. 4. *Acad.* Itaque quum aliud diceret atque sentiret, libenter vti solitus est ea dissimulatione, &c. Horatius 2. *Epod.*

Dicit enim citiùs meminitque libentiùs illud,
Quod quis deridet, quàm quod probat, & veneratur.

Libenter viuere, & cœnare, autore Donato, est bonorum ciborum edacem esse. Terent. *in Eunuch.* tu hercle cum illa Phædria. Et libenter viuis: etenim bene libenter victitas. Frigida non laui magis libenter. Plaut. *Must. sc.* 3. *a.* 1. Vt te libenter videam cùm ad nos veneris. *Ibid. sc.* 3. *a.* 3. Verbis conceptis libenter periurabis. Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 3. Liberi lubentius sumus, quàm serui. Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 1. Nimio edo libentiùs. Idem *Men. sc.* 6. *a.* 5. ¶ Item libentissimè loqui de aliquo. Senec. *cap.* 3. *de consol. ad Mart.*

Lĭbentĭă, æ, Voluptas, illecebræ. {הדנה *hedhnah* רצון *ratsōn.* ἡδονή. GALL. *Volupté.* ITAL. *Voluptà.* GERM. *Wollust.* HISP. *Deleyte.* ANGL. *VVill, plesour.*} Gell. *lib.* 15. *cap.* 2. Cui libentiæ, gratiæque omnes conuiuiorum incognitæ sunt.

Lĭbīdo, inis, Cupiditas, extraordinarium desiderium. {תאוה *taauah* ... ἐπιθυμία, ὀρμὴ. GALL. *Plaisir, volupté desordonnée, appetit desreiglé, paillardise.* ITAL. *Libidine, appetito disordinato di lussuria.* GERM. *Mutwillen, jede vngezämpte vnd vnordenliche begird.* HISP. *Gana, antojo, luxuria.* ANGL. *Lust, sensualitie, vnlawfull appetite or will.*} Ferè semper in deteriorem partem accipitur. Plaut. *in Epid.* Nequam es homo Epidice, cui libido est malè loqui. Tametsi verò multarum rerum libidines sint, tamen quum libido dicitur, neque cuius rei libido sit, additur, non ferè solet animo occurrere, nisi illa qua obscœnæ partes corporis excitantur. Cic. 4. *Tusc.* Voluntas est quæ quid cum ratione desiderat: quæ autem aduersùs rationem incitata est vehementius, ea libido est, vel cupiditas effrænata, quæ in omnibus stultis inuenitur. Salust. *in Catil.* medium vocabulum esse ostendit, quòd tam in meliorem, quàm in deteriorem partem accipi possit, hoc est, pro voluptate tam honesta, quàm inhonesta. Magísque (inquit) in decoris armis, & in militaribus equis, quàm in scortis, & conuiuiis libidinem habebant. ¶ Libido nauseæ, id est, cupiditas vomendi. Cato *cap.* 156. Vbi libido veniet nauseæ, eúmque apprehendet, decumbat, purgétque sese. Plaut. *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Libido est ludos tuos spectare Pseudole. Et *Men. sc.* 2. *a.* 1. Libido maior fugeret est cuiti. Gell. *cap.* 4. *lib.* 19. Cur eum qui prope ignem diutius steterit, libido vrinæ lacessat. Ad libidinem honores cepit. Sueton. *in Cæs. cap.* 76. ¶ Libido pro nimia Veneris appetentia. Tacit. *lib.* 17. Auaritia & libidine fœdus & maculosus. ¶ Libido vrinæ, mingendi appetitus. Gell. *lib.* 19. 7. Quærit cur accidat, vt eum qui propter ignem diutiùs steterit, libido vrinæ lacessat. ¶ Libido opponitur rationi. vt, Libidine, non ratione rem alienam agere. Cicer. *pro Quint.* ¶ Libido equina, i. furiosa, immensa & incitatissima. Prudentius,

Aduena quas profugus gignens, & equina libido
Intulit Italiæ: Tuscis namque ille pudlis
Primus adhinnit simulato nomine mæchus.

Ob id dixit Horat. 1. *Carm. Ode* 25.

Quum tibi flagrans amor & libido,
Quæ solet matres furiare equorum,
Sæuiet circa iecur vlcerosum,

Lĭbīdĭnōsus, a, um, qui in libidinem propensus est, venereus, salax. {בעל *baghel.* ἀσελγὴς, ἀκόλαστος, ἀσωτος, ἀφροδισιακός. GALL. *Impudique, suiet à son plaisir, desordonné, abandonné à paillardise.* ITAL. *Lussurioso, libidinoso.* GERM. *Geyl, mutwillig, bösen lüsten ergeben.* HISP. *Luxurioso.* ANGL. *Lust full, ben to plesour.*} Cic. *de senect.* Libidinosa enim & intemperans adolescentia effœtum corpus tradit senectuti. Plin. *lib.* 11. *cap.* 39. Libidinosiores hominum quoque hircos colligens. Quintil. *lib.* 6. *cap.* 4. Libidinosior es quàm vllus spado. Libidinosas sententias, Cic. *pro domo sua* dixit, quæ pro libidine cuiusque feruntur. Libidinosæ dapes, dicuntur exquisitæ, & curiosæ. Columell. *in præf. lib* 10. Mox quum sequens, & præcipuè nostra ætas dapibus libidinosis pretia constituerit, &c.

Lĭbīdĭnōsissĭmus, superl. Lamprid. *in Heliogab.* Vasa nonnulla schematibus libidinosissimis inquinata.

Lĭbīdĭnōsē, aduerbium, Impotenter, crudeliter, & pro animi libidine. {ἀσελγῶς. GALL. *Impudiquement, d'vn appetit desordonné.* ITAL. *Crudelmente.* GERM. *Mutwilligklich.* HISP. *Luxuriosamente.* ANGL. *VVilfullely, with an immoderat lust.*} Salust. *in Iugurth.* Post vbi paulatim licentia creuit, iuxta bonos & malos libidinosè interficere. Cic. 1. *Verr.* Vt quæ ille libidinosè, quæ nefariè, quæ crudeliter fecerit. Idem 1. *Offic.* Cautéque ne quid libidinosè aut faciat, aut cogitet. Liuius *lib.* 3. *ab Vrbe.* Abstinebatur à patribus, in humiliores libidinosè, crudelitérque consulebatur.

Lĭbīdĭnōr, aris, libidinem perago, voluptati indulgeo. {בעל *baghal* ... ἀσελγαίνω. GALL. *S'addonner à paillardise.* ITAL. *Darsi alla lussuria.* GERM. *Mutwillen vnd geylheit treiben.* HISP. *Luxuriar.* ANGL. *To giue him self to sensualitie or lust.*} Suet. *in Ner. cap.* 28. Olim etiam quoties lectica cum matre veheretur, libidinatum incestè, ac maculis vestis proditum affirmat.

[Libitudo, libido, libitum. Flod.]

Lĭbēthră, Λειβήθρα. Fons Musis sacer in Magnesia regiuncula Thessaliæ annexa: vt docet Plin. *lib.* 4. *cap.* 9. & Pomp. *Mela lib.* 2. Sunt qui in Olympo monte Libethram vrbem fuisse dicant, à Sye torrente funditus euersam, quum iam olim oraculo prædictum esset, fore vt Libethrij vna cum omnes interirent, quum Orphei ossa Sol inspexisset. Erant autem Orphei reliquiæ in columna quadam conditæ, quæ vix imminebat à Deo in Olympum ducenti. Quem in locum quum ingens hominum vis conuenisset, vt pastorem in somniis suauiter canentem audirent, euênit vt columna euersa Orphei ossa nudarentur: eodémque die torrens nomine Sys supra modum auctus, Libethrios cum vrbe submersit. Vide Cæl. Rhodig. *lib.* 18. *cap.* 22.

Lĭbēthrĭdēs, Λειβηθρίδες, dictæ sunt Musæ à Libethra Magnesiæ fonte Musis sacro, & Poëtarum carminibus celebrato: Pompon. Mela *lib.* 2. in descriptione Macedoniæ. Strab. tamen *lib.* 10. autor est, Musas appellatas esse Libethridas, à Libethro Thraciæ monte, quem postea Macedones tenuerunt, sub quo & antrum fuisse

Digitized by Google

ait Musis Libethridibus à Thracibus consecratum. Virgilius 7. *Eclog.*

Nymphæ noster amor Libethrides, aut mihi carmen,
Quale meo Codro, concedite, &c.

Libethrus, Λειβήθρος. Mons est Macedoniæ, teste Lycophrone, habens ad radicem Pimpleum fontem, Musis consecratum. Alij Libethron Thraciæ montem esse aiunt, postea à Macedonibus occupatum: ad cuius radicem antrum fuit Musis Libethridibus à Thracibus consecratum. Vide Strab. *lib.* 10.

[Libeum, λοιβεῖον, λοιβάσιον vasculum in sacris dicebatur, quo oleum effundebatur. Iun.]

Libidinosus, Libido, vide *Liber.*

Libitina, æ, Dea, in cuius templo vendebantur, & locabantur ea quæ ad sepulturam pertinebant: ita dicta à Libito, vel à Libidine. Plutarch. Venerem fuisse putat, redditque rationem *in Problematibus*, quare Romani ea quæ ad pompam funebrem spectant, in Veneris templo voluerint asseruari: vt scilicet eo ipso humanæ fragilitatis admoneremur, certò scientes exitum ab ortu non procul abesse, cùm eadem dea morientibus præsit, & vitam ingredientibus. Alij malunt esse Proserpinam Plutonis vxorem, quàm, quòd inferorum crederetur regina mortuis præesse putabant: ideóque etiam ea quibus mortui exornati veluti ad inferos deducuntur, in eius templo voluerint asseruari. Libitina Venus, vel Proserpina, Plutarch. *in Numa.* ¶ Quandoque Libitinam positam legimus pro ipso apparatu funebri, quem Libitinarij in vsum exequiarum locabant. {τὰ ἐντάφια, τὰ νεκρικά, ἐπικήδεια. GALL. *Despense de funerailles.* ITAL. *Spesa & apparecchio de funerali.* GERM. Der kosten oder rüstung zu einer begrebnuß. HISP. *Gastos de funerallas, ò honras.*} Liu. *lib.* 4. In vrbe tanta fuit pestilentia, vt vix tunc Libitina sufficeret, ad suppeditanda scilicet funeribus necessaria. Suet. *in Nerone*, Pestilentia vnius autumni, qua triginta funerum millia in rationem Libitinæ venerunt. Erant autem rationes quas conficiebant ij, qui in æde Libitinæ locabant ea, quæ ad funebres pompas pertinerent. ¶ Exercere Libitinam dicebantur ij, qui in æde Libitinæ præerant locandis, vendendísque iis, quæ necessaria erant funebrem pompam instructuris. Valer. Max. Qui in tunc Libitinam exercebant, tum rerum suarum vsum, tum ministerium suum gratuitum polliciti sunt. ¶ Sed quoniam in æde Libitinæ locabantur necessaria ad funebrem apparatum, hinc factum est, vt Libitina aliquando pro morte, seu pro lecto quo mortui ferebantur, caperetur. Horat. *lib.* 3.

——*multaque pars mei Vitabit Libitinam.*

Libitinarius, ij. Propriè dicitur is, qui locat, aut vendit ea, quæ ad pompam funebrem sunt necessaria, vel qui curam habet perficiendorum funerum. {ἐντάφιος, νεκροθάπτης. GALL. *Celuy qui fait mestier d'ensevelir les morts, & faire sepultures & funerailles.* ITAL. *Colui che vende, & presta à prezzo, & da à nolo quelle che si appartiene alla pompa di morti*, GERM. Der die ding so zu einer begrebnuß vonnöten sind / zurüst / versihet oder verkauffet/ein todtengräber. HISP. *El que appareja cosa de funerallas.* ANGL. *He that selleth white beneedefull for burialles.*} Tractum est nomen à Libitina dea, in cuius æde asseruabantur ea, quæ ad instructionem funebris pompæ erant necessaria. Vlpian. *l. quicunque ff. de institor. action.* Si libitinarius, quem Græci ἐντάφιον vocant, seruum polinctorem habuerit, isque mortuum spoliauerit, dandum in eum quasi institoriam actionem. Ex quibus verbis patet, libitinarij munus honestius fuisse, quàm polinctoris. Habebant enim libitinarij domi suæ seruos, quorum opera vtebantur ad polincienda, hoc est, ad abluenda, vngenda, & consuenda cadauera. Itaque & polinctores vocabantur, à poliendis cadaueribus. Designatores autem dicebantur, qui pompam funebrem instruebant, & cuique incedendi præscribebant locum: quos Græci βραβευτὰς appellent. De quibus latiùs suis locis. Seneca *de benefic.* An tu Aruntium, & Ateium, & cæteros qui captandorum testamentorum artem professi sunt, non putas eadem habere, quæ designatores & libitinarios, vota?

Libo, nis, Romanus ciuis fuit, qui Romæ in Comitio puteal primus extruxit, quod idcirco Libonis puteal dicitur ab Horat. *lib.* 1. *Epistol.* 19.

Ennius ipse pater nunquam, nisi potus ad arma
Prosiluit dicenda, forum, putealque Libonis
Mandabo siccis: ad imam cantare seueris.

Libo, as, Leuiter degusto, & quasi primis labris attingo. {נסך *nasach.* λείβω. GALL. *Gouster d'vne chose, comme en mouiller seulement les leures.* ITAL. *Gustare leggiermente, assaggiare.* GERM. Bloß versuchen/ mit den läffzen anrüeren. HISP. *Gustar.* ANGL. *To tast.*} Sunt qui libare dictum putant, quasi labiare; quum tamen constet verbum esse Græcum. Illi enim dicunt λείβω, quod nos, ει diphthongo in i longum commutata, vertimus libo. Virg. *lib.* 4. *Georg.*

Purpureósque metunt flores & flumina libant.

Quandoque ponitur pro leuiter tango. Virg. 1. *Æneid.*

Oscula libauit gnatæ.

Quandoque partem Diis dare, vnde *Libamina*

Libaque quod sacris pars datur inde focis,

Ouid. 3. *Fast.* Idem 1. *Fast.*

Inde triumphata libasti munera gentis,
Templaque fecisti.

Vide *Libamen, & Libum* ¶ Quandoque pro sacrificare. σπένδειν, καὶ σπονδὰς ποιεῖσθαι. Virg. 3. *Æneid.*

—— ——*tendóque supinas*
Ad cælum cum voce manus, & munera libo,
Intemerata focis.

Cic. *lib.* 3. *de legib.* Certas fruges, certásque baccas sacerdotes publicè libanto. Lact. int. *lib.* 5. *diuin. instit.* Nihil enim sancta ac singularis illa maiestas aliud ab homine desiderat, quàm solam innocentiam. Quam si quis Deo obtulerit, satis piè, satis religiosè libabit. ¶ Aliquando ponitur pro decerpo, & colligo. Autor ad Herenn. *lib.* 4. Vide ne facias impudenter, qui tuo nomine velis ex aliorum laboribus libare laudem. Cicer. *lib.* 5. *Tuscul.* Sed à te impetrare libenter velim, nisi molestum sit, quoniam nulla vincula te impediunt vllius certæ disciplinæ, libásque ex omnibus quodcunque te maximè specie veritatis mouet. ¶ Huius verbi composita sunt, Delibo, prælibo, prolibo, penult. prod.

Libatus, particip. Decerptus. {מסך *missach.* λειφθείς. GALL. *Gousté, extrait, ou cueilly.* ITAL. *Gustato, scielto.* GERM. Gesamlet/ abgeläsen. HISP. *Gustado, cogido.* ANGL. *Tasted, taken out of.*} Cicer. 1. *de diuin.* Naturale quod animus arriperet, aut exciperet extrinsecus ex diuinitate, vnde omnes animos haustos, aut acceptos, aut libatos haberemus. Ouid. 5. *Fastor.*

Falcifero libata seni duo corpora gentes
Mittite (i. dicata.)

Libamen, inis, Libamentum, i, & Libatio, nis, pro eodem sumuntur, significántque quicquid in sacris libatur: à Libero patre (vt nonnulli putant) qui primus Ioui libauit. {נסך *nesech.* λοιβή, σπονδή, σπονδαί, χοαί. GALL. *Ce qu'on offre en sacrifice.* ITAL. *Cosa offerta in sacrificio.* GERM. Ein opffer. HISP. *Cosa ofrecida en sacrificio, ofrenda.* ANGL. *A sacrifice, any thing tasted and sacrificed.*} Ouid. *lib.* 3. *Fast.*

Nomine ab authoris ducunt libamina nomen.

Liber enim qui Bacchus dictus est, quum victor de Scythis aliísque nationibus extitisset, rerum primitias magno Ioui obtulit. Verisimilius tamen videtur, hæc omnia deducta esse à verbo Græco λείβω. Cic. 2. *de legibus*, Quod tempus vt sacrificiorum libamenta seruentur, fœtúsque pecorum, quæ dicta in lege sunt, diligenter habenda ratio intercalandi est. Plin. *lib.* 37. *cap.* 10. Præterea in aras addita ea, traditur libamenta non amburi. Virg. 6. *Æneid.*

Ignibus imponit sacris libamina prima.

Valer. Flacc. *in Argonaut.* Pingui cumulat libamine flammam. Stat. 3. *Syl.*

Hæc ego nascentes lætus bacchatus ad aras
Libamenta tuli.

[¶ Libamentum dare, gustum dare Senecæ, i. præbere aliquod specimen.] [¶ Dare libamentum ex Dialectica, Gell. *cap.* 8. *lib.* 16. Vide *Delibo.*

Libatio, Libamentum, degustatio quæ in sacrificiis fieri solebat. {נסך *nesech.* λοιβή, σπονδή. GALL. *Offrande ou offerte qui se fait à Dieu, sacrifice.* ITAL. *Offerta che si fa à Dio, sacrificio.* GERM. Opfferung/versuchung. HISP. *Ofrenda que se haze à Dios, sacrificio.* ANGL. *A tasting in sacrifices.*} Cic. *de Arusp. resp.* Te appello Lentule, tui sacerdotij sunt tensæ curricula præcentio, ludi, libationes, epulæque ludorum.

[Libatorium, crater, quo funditur libamen in sacris.]

Libonotus, λιβόνοτος, ventus quidam. Senec. *natur. quæst. lib.* 5. *cap.* 16. A meridiano axe euronotus est, deinde notus, Latinè auster, dein Libonotus, qui apud nos sine nomine est. Vetera exemplaria habent *Leuconotum.* Matthæus Fortunatus probat, quod est in vulgatis, *Libonotus.*

Libum, i, Genus dulciarij cibi, ex farre, caseo, melle, & oleo. {חלה *challah.* πλακοῦς. GALL. *Vn gasteau ou vne tarte.* ITAL. *Focaccia, torta.* GERM. Ein gattung eines süssen kuchens/ein opfferkuch. HISP. *Torta.* ANGL. *A cake made of cleane wheat with hony and oile.*} Virg. *lib.* 7.

——*& adorea liba per herbam*
Subijciunt epulis.

Dictum est autem libum à verbo Græco λείβω, quod nos, mutata ει, diphthongo in i longum dicimus libo. Solent enim liba sacrificiis adhiberi. Alij volunt à Libero patre dictum esse libum: quod etiam indicat Ouid. 3. *Fast.*

Liba deo fiunt, succis quia dulcibus ille
Gaudet, & à Baccho mella reperta ferunt.

Et paulò pòst,

Melle pater fruitur, libóque infusa calenti
Iure repertori candida mella damus.

Quo pacto autem fieri soleat libum, docet Cato *de re rust. cap.* 75. his verbis, Libum sic facito: Caseum bene disterere in mortario: vbi bene triueris, farinæ siligineæ libram, aut si voles tenerius esse, selibram similaginis solùm eodem indito, permisceróque cum caseo bene: ouum vnum addito, & permisceto vnà bene. Inde panem facito, & folia subdito: in foco calido sub testa coquito leniter.

Fingebat trepida rustica liba manu.
Atque ita per populum fumantia manè solebat
Diuidere,

Ouid. 3. *Fast.*

Quare vilis anus populos ad sua liba vocet,

Ibidem,

Nomine ab auctoris (Liberi sup.) *ducunt libamina nomen,*
Libaque quòd sacris pars datur inde focis,

Ibidem,

Libaque dem (ò natalis) *pro te, genitale notantia tempus.*

Idem *Eleg.* 13. *lib.* 3. *Trist.*

Vna dies (natalis meus & fratris) *celebrata est per duo liba,*

idem *Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.*

Libarius, qui liba facit, vel vendit. Senec. *Epist.* 57. Iam libarij varias exclamationes.

LIBRA, æ, à λίτρα κατ' ἀντίθεσιν, quæ & As, & Mina, seu Mna & pondo dicitur, duodecim constat vnciis. {מנה *maneh.* λίτρα. GALL. *Vne liure.* ITAL. & HISP. *Libra.* GERM. Ein pfund. ANGL. *A pound weight.*} Libra tamen vnciarum varietatem accepit, pondo semper idem fuit. ¶ Erat præterea libra apud Romanos mensuræ genus, constat ex duodecim partibus æqualibus, quas similiter vncias vocabant. Hanc autem mensuram ad differentiam ponderis, libram mensuralem vocabant, vel libram mensuram: alteram autem qua res appenduntur, hoc est, pondus ipsum, Libram ponderalem, vel libram pondo. Erat autem libra mensuralis, teste Galeno *lib.* 1. *de compos. medicament.* mensura cornea qua oleum admetiebantur Romani, intersecta lineis quibusdam diuidentibus ipsam in duodecim partes. ¶ Huius verò libræ pars duodecima, hoc est, interstitium inter duas lineas, vncia vocabatur. Libratum septemdecim de adulescentulo. Sueton. *in August. cap.* 43. ¶ Porrò quantum differat libra mensuralis in pondere à libra ponderali, docet idem Galenus *eiusdem operis lib.* 6. ostendens libram mensuralem, æqualem esse decem vnciis ponderalibus, hoc est, duabus vnciis minorem esse libra ponderali. Corneis autem mensuris oleum apud

apud Romanos vendi consuevisse, ostendit etiam Horat. *lib. 2. Serm. satyr. 2.*

Ac nisi mutatum parcit diffundere vinum: &
Cuius odorem olei nequeas perferre (licebit
Ille repotia, natales, aliósve dierum
Festos albatus celebret) cornu ipse bilibri
Caulibus instillat, veteris non parcus aceti.

Laserpitij libram pondo diluunt, Plaut. *Pseud. sc. 2. a. 3.* ¶ Item, Per assem & libram adoptare. Suet. *in August. cap. 64.* Et per æs & libram facere testamentum & emancipare familiam. Gell *cap. 27. lib. 15.* ¶ Propriè autem libra instrumentum est, quo res ponderantur, duas habens lances, ex quarum depressione, vel eleuatione iustum rei pondus deprehenditur. Vnde etiam bilancem vocant. Cic. 5. *Tusc.* Quo in loco quæro quam vim habeat libra illa Critolai, qui quum in alteram libræ lancem animi bona imponebat, in alteram corporis externa, tantum propendere illam boni lancem putat, vt terram & maria deprimat. Pers. *Sat. 4.* Scis etenim iustum gemina suspendere lance Ancipitis libræ. Cic. *lib. 5. de finib.* Virtutis autem amplitudinem quasi in altera libræ lance ponere. Statera verò instrumentum quo res sine lancibus ponderantur. ¶ Est & libra cæleste signum, quod Cæsaris ætate octauo, hodie decimotertio Calend. Octobr. Sole ipsum ingrediente, æquinoctium facit autumnale. Virg. 1. *Georg.*

Libra die, somnique pares vbi fecerit horas.

Plin. *lib. 18. cap. 25.* Alterúmque æquinoctium libræ. Ouid. 4. *Fast.*

Pendula cælestes libra mouebat aquas.

Seneca *Hercul. furen.* Libra Phœbeos tenet æqua currus. Ad libram fecerat turres, Cæsar *lib. 3. de bell. ciu.* Libra etiam instrumentum est fabrile, seu potiùs geometrica machina, qua exploramus altitudinem maris, fontium, lacuum, vel fluuiorum, num scilicet altiora sint eo loco quò ea ducere constituimus. Quanquam etiam non rarò Libræ vocabulum vsurpamus pro ipsa altitudine, quam machina huiusmodi deprehendimus. Vnde lacum dicimus esse pari libra cum mari, id est, æquali altitudine. Item fontem dicimus esse infra libram montis, cuius scaturigo monte est inferior. Colum. *lib. 8. cap. 1.* Si autem locus vbi viuarium constituere censemus, pari libra cum æquore maris est in pedes nouem defodiatur piscina. Et *paulò pòst*. Quoniam modus ille aquæ iacentis infra libram maris non aliter exprimitur, quàm si maior recentis freti vis incesserit. Frontinus, Aquæ omnes diuersa in vrbem libra perueniunt, i. diuersa altitudine. ¶ Idem instrumentum & libella appellatur per diminutionem. Colum. *lib. 8. cap. 1.* Hos autem meatus fieri censemus per imam concepti partem, si loci situs ita competit, vt in solo piscinæ posita libella septem pedibus sublimius esse maris æquor ostendat. ¶ Ponitur quoque pro libramento. Plin. *lib. 10. cap. 36.* Contra flatus quoque peruicax libra Bononiensibus calamis.

Libellă, æ, diminutiuum, Stater, instrumentum quo ponderamus. {פלס *peles* מאזנים *mozna̓yim*. ζυγὸν. Gall. *Balance.* Ital. *Bilancia.* Germ. Ein wägle. Hisp. *Balança.* Angl. *A balance.*} Aliquando pro pondere duodecim vnciarum. {מנה *maneh.* λίτρα. Gall. *Le poids d'une liure.* Ital. *Peso di vna libra.* Germ. Ein gewicht zwölffer vntzen / ist das alt Römisch pfund: thut vnsers gewichts 14. lot. Hisp. *El peso de vna libra.* Angl. *A pound weight.*} ¶ Aliquando etiam pro nummulo argenteo qui & as dicitur. Cic. 4. *Verr.* Ecquis Volcatio, si sua sponte venisset, vnam libellam dedisset? Libellam pro asse dixit, quòd libram æris valebat, id est, assem. Quum autem minimam pecuniam significare volebant, assem & libellam dicebant. Plaut. *in Capt.* At ob eam rem mihi libellam pro eo argenti ne duis. Libella argenti ideo dicitur, quòd nummulus erat argenteus decima pars denarij. Cic. *ad Attic. lib. 7.* Fecit palàm te ex libella, me ex teruncio hæredem, nimirum. Tibi libellam argenti nunquam credam. Plaut. *Pseud sc. 2. a. 2.* Cui nusquam libella est, *ibid. sc. 7. a. 4.* Cui neque nummus argenti siet, cui nec libellæ spes sit vsquam gentium. *Ibidem sc. 1. a. 1.* ¶ Libella etiam est fabrile instrumentum quod nostrates (autore Budæo) *Niuellam* appellant. {אנך *anách.* ὁ στάθμη, ἡ ἀφαλάδιον. Gall. *Vn niueau, vn plomet.* Ital. *Piumbino da giustare.* Germ. Ein richtscheit oder bleywag. Hisp. *El niuel para niuellar.*} Plin. *lib. 7. cap. 56.* Fornicem autem, & libellam, & tornum, & clauem Theodorus Samius inuenit. Idem *lib. 36. cap. 22.* Structuram ad normam, & libellam, & ad perpendiculum respondere oportet. ¶ Item piscis {ζύγαινα.}

Librālis, e, quod est vnius libræ. {λιτραῖος. Gall. *D'vne liure.* Ital. *D'vna libra.* Germ. Pfundig. Hisp. *Cosa de peso de vna libra.* Angl. *That is a pound weight.*} Plin *lib. 19. cap. 2.* Excedunt sæpe magnitudinem mali cotonei, etiam liberali pondere. Librales offæ, quæ libræ vnius pondus exæquant. Col. *lib. 1. cap. 2.* Post hæc diductis malis, educito linguam, totúmque eorum palatum sale defricato, libralésque offas in præfulsæ adipis liquamine tinctas, singula demittito.

Librāriŭs, a, um, à Libra, quod est ponderis vnius libræ. {λιτραῖος. Gall. *De liure.* Ital. *Di libra,* Germ. Das einen pfunds ist. Hisp. *De libra.* Angl. *Of a pound weight.*} Col. *lib. vlt. cap. 53.* Caro in libraria frusta conciditur. Hoc est, quorum singula singulas libras pondere adæquarent. Librarij asses olim. Gell. *cap. 1. lib. 20.*

Librāriă, à libra, quo nomine significatur ancilla, quæ præficitur paciendis pensis. Iuuen. *Satyr. 6.*

—————si nocte maritus
Auersus iacuit, perijt libraria ponunt
Cosmetæ tunicas.

Librarior, comparat. Liu. *lib. 1. bell. Pun.* Grauior ac pondere ipso librarior supernè ac onerariis ictus erat.

Librīle, Scapus libræ, inquit Festus, hoc est, trabs illa transuersa, ex qua lances dependent. {ζυγὸς σταθμοῦ. Gall. *La brauette d'vne balance.* Ital. *Il fondo di vna ballanza.* Germ. Das loch / oder vbergwerch ding daran die wag hangt. Hisp. *Hastil de la balança.* Angl. *The beame of the balance.*} In librili perpendeas. Gell. *cap. 1. lib. 20.*

¶ Librion, insigne. Lex. gr. b. ¶

Librĭpēns, dis. Antiquitus dicebatur, qui ante argentum signatum, quum Romani adhuc ære graui vterentur ex libra pendebat æneа, vnde & libripens dictus est. {ζυγοστάτης. Gall. *Qui poise tenant la balance.* Ital. *Che pesa tenendo in mano la bilancia.* Germ. Ein wagmeister. Hisp. *El que pesa con balança.* Angl. *A weigher or holder of the balance.*} Plin. *lib. 13. cap. 3.* Populus Rom. ne argento quidem signato ante Pyrrhum regem deuictum vsus est. Libralis (vnde etiam nunc libella dicitur) & dupondius appendebatur assis. Quare æris grauis pœna dicta: & adhuc expensa in rationibus dicuntur: item impendia, & dependere. Quin & militum stipendiorum, hoc est, stipis ponderandæ pensatores, libripendes dicuntur: qua consuetudine in his emptionibus quæ mancipi sunt, etiam nunc libra interponitur. Ex quibus Plinij verbis clarissimè ostenditur, eum primum dictum fuisse libripendem, cuius officium erat militibus appendere æs graue in stipendium. Postea verò libripendis nomen transijsse ad eum, qui in mancipationibus, hoc est, in rerum mancipi venditionibus æneam tenebat libram. Nam apud veteres (vt docet Boëthius *in 3. parte Commentariorum in Topic. Ciceronis*) res mancipi, hoc est, quæ nostri sunt dominij, alienari non poterant, nisi adhibitis vt minimum quinque testibus ciuibus Rom. puberibus, & eo qui libram tenebat, qui vocabatur libripens. Quo autem ritu id fiebat, docet Caius *lib. 1. Instit.* his verbis, Est autem mancipatio, venditio. Is qui mancipium accipit, æs tenens ita dicit. Hunc ego hominem ex iure Quiritum meum esse aio, isque mihi emptus est hoc ære, æneáque libra. Deinde ære percutit libram: idque æs dat ei, à quo mancipium accipit, quasi pretij loco.

Libro, as, Pondero, trutino, æstimo, examino. {פלס *pilés* שקל *schakál.* ταλαντεύω. Gall. *Poiser, balancer, contrepoiser.* Ital. *Pesare, ponderare, essaminare.* Germ. Wägen. Hisp. *Pesar con peso.* Angl. *To weighe, to leuell, to trie by plumbe rule.*} Plin. *lib. 19. cap. 5.* In priore mirè tenuit pendiculo libratur pondus immobile auræ. ¶ Librare aquam, est aliàs ponderare eam, aliàs autem est librâ explorare altitudinem aquæ. ¶ Aliquando graue reddere. Plin. *lib. 11. cap. 12.* Apes, si oriatur procella, apprehensi ponduscul o lapilli se librant. Virg. 4. *Georg.*

Excursúsque breues tentant, & sæpe lapillos
Tollunt, his sese per inania nubila librant.

Ouid. 1. *Fast.*

Et iam sublimia corpus librarat in herba.

Idem *lib. 3. Fast.*

Vela cadunt primo & dubia librantur ab aura.

Pila librata ponderibus figi dicit Liu. *lib. 7. ab Vrb.* Grauior ac pondere libratur ictus. Idem *lib. 10. bell. Pun.* ¶ Aues etiam se librare dicuntur, quum velut sagitta arcu excussa, ex alto in terram se præcipitant. Plin. *lib. 10. cap. 3.* Superest halizætus clarissima oculorum acie, librans ex alto sese, &c. Ouid. 8. *Metam.*

———Corpus librauit in alas.

¶ Aliquando æquare. Columell. *lib. 4.* Sic permensum & libratum opus in similitudinem veruacti semper procedit. Idem *lib. 6.* Et paribus Titan orbem librauerat horis. Librare ponderibus Cic. 5 *Tusc.* Vnde terra, & quibus librata ponderibus, quibus cauernis maria sustineat, &c. librare malleum. Ouid. *lib. 2. Metam.*

Lactentis vituli dextra libratus ab aure,
Tempora discussit claro caua malleus ictu.

¶ Ponitur interdum pro iaculari, & magna vi aliquid iacere. Virg. 9. *Æneid.*

———hoc acrior idem
Ecce aliud summa telum librabat ab aure.

Librātĭo, nis, Ponderatio. Diomed. *Grammat. lib. 3.* Autor huius librationis Agretius.

Librātor. {σταθμοφύλαξ. Gall. *Poiseur, fontenier.* Ital. *Scandagliere.* Germ. Ein redner / ein fleissiger erweger der wasser vnd brunnen wie hoch man sie hinein leyten könde. Hisp. *Niuelador.* Angl. *That weigheth.*} Dicitur qui in ducendis aquis peritiam habet librandi, hoc est, expendendi & examinandi altitudinem fontium, vel lacuum, quanto scilicet altiores sint eo loco, quo eos ducere constituimus. Plin. *Epist.* Superest vt tu libratorem, vel architectum, si tibi videtur, mittas, qui diligenter exploret, sitne lacus altior mari, quem artifices regionis huius quadraginta cubitis altiorem esse contendunt. ¶ Libratores etiam dicuntur, qui eminus cum hostibus pugnant, tela, aut lapides, aut glandes torquentes. Hodie tales sunt tormentarij bombardarum, qui vulgò *Canonniers.* Tacit. *lib. 13.* Libratoribus funditoribúsque attributus locus, vnde eminus lapides, & glandes torquerent. Idem *lib. 2.* Sensit dux imparem cominus pugnam, remotísque paulum legionibus, funditores, libratorésque excutere tela, & proturbare hostem iubet.

Librāmĕntum, i, Æquamentum. {ἰσοῤῥοπία. Gall. *Niuellement, contrepoids.* Ital. *Agguagliamento, pareggiamento.* Germ. Gewicht. Hisp. *El niuel.* Angl. *Equall poise or weight be tonge of a balance.*} Colum *lib. 1. cap. 5.* Nam eiusmodi positio medium libramentum, temperamentúmque ventorum hyemalium, & æstiuorum tenet. Plin. *lib. 31. cap. 6.* Libramentum aquæ in centenos pedes sursum elici minimum erit. ¶ Libramenta tormentorum, sunt habenæ & lora, seu funes quibus librantur, seu vibrantur tormenta. Tacit. *lib. 19.* Vincula & libramenta tormentorum abscidissent. ¶ Libramenta plumbi, sunt massæ plumbeæ in arietes coniectæ & vibratæ. Liu. *lib. 8. decad. 4.* In arietes tolonibus libramenta plumbi, aut saxorum, stipitésve robustos incutiebant.

Librāmĕn, inis, Ipsa vis iaculandi & vibrandi. Liu. *lib. 2. decad. 5.* Huic spiculo ad libramen parmæ tres, vt sagittis solent, circundabantur.

Librillă (inquit Festus) instrumenta bellica, saxa scilicet ad brachij crassitudinem, in modum flagellorum, loris reuincta: inde dicta quòd librari manu, id est, ponderari videantur.

Libraria, Librarius. Vide *Liber.* & *Libra.*

Librile, Librilla, Libripens, Libro. Vide *Libra.*

Libs, libis, λίψ, Ventus ab Occasu brumali flans aduersùs Vulturnum: ita dictus, quòd à Libya spiret: qua ratione & Africus à nostris appellatur. Gell. *lib. 2. cap. 22.* Plin. *lib. 2. cap. 47.*

Libum, vide *Libo*, as.

Lĭbŭrnĭă, Λιβυρνία, Regio supra intimum Adriatici sinus recessum sita, inter Istriam, & Dalmatiam: ita dicta à Liburno quodam Attico, si

Stephano

Digitized by Google

Stephano credimus. Hodie *Croatiam* vocant, in ditione Ducum Atticæ.

Liburni, λιβυρνοί. Populi ex Liburnia regione inter Istriam, & Dalmatiam sita. Virg. 1. *Æneid.*

Antenor potuit medys elapsus Achiuis,
Illyricos penetrare sinus, atque intima tutus
Regna Liburnorum, & fontes superare Timaui.

Lucan. *lib.* 2.

Pugnacésque mari Graiorum classe Liburnos.

¶ Liburni item viatores dicti sunt, qui ex agris iussu magistratuum sæpè vocabant ciues, frequénsque eorum via erat ab agris ad vrbem. Liburni inde dicti, quòd ferè ex Liburnia orti essent, qui hoc vilissimum officij genus administrabant. Iuuenal. *Satyr.* 4.

———primus clamante Liburno,
Currite, iam sedit, rapta properabit ab illa.

Liburna, æ, vel Liburnica, æ. {Ein Jagschiff oder rennschiff.} Genus nauigij leuissimi, velocissimique, quod Liu. 3. *decad. lib.* 4. leuem biremem appellat. λιβυρνίς. Plutarcho, & Appiano. Ratio nominis tracta est à Lyburnis populis in Illyrico, qui olim nauibus velocibus vsi, Ionium mare insulásque prædabantur. Qua ex causa Romani naues leuitate celeri, atque præstantes, Liburnas appellauére: aut Liburnicas, sicut refert Appianus. Horat. *in Epod.*

Ibis Liburnis inter alta nauium
Amice propugnacula.

Suet. *in Augusto*, Vtrobique parte liburnicarum demersa, simúlque eius qua vehebatur fusis armamentis, & gubernaculo distracto. Lucan. *lib.* 3. Ordine contentæ gemino creuisse liburnæ. Firmicus Liburnicum imperium vsurpat pro nauali. Suet. *in Neron. cap.* 34. Liburnica cui præerat Trierarchus.

Liburnum, i. {Ein senffte oder gutschen wagen.} Vehiculi, siue lecticæ genus, ad liburnicæ nauis similitudinem constructum, quo principes Romani vehi solebant adeò molliter, vt interim, vel dormire intus possent, vel legere, vel scribere, aut aliud quiduis non incommodè agere. Iuuenal. *Sat.* 3.

Si vocat officium, turba cedente vehetur
Diues, & ingenti curret super ora Liburno.
Atque obiter leget, aut scribet, aut dormiet intus:
Namque facit somnos clausa lectica fenestra.

Liburnus, λίβυρνος, Portus Tuscorum, Ptol. *lib.* 3. *cap.* 1. Hodie *Liuorna.*

Libya, æ, & Libye, es. {לובים *lubim.* λιβύη.} Tertia pars totius orbis quam & Africam dicimus, ab Asia, Nilo fluuio: ab Europa mari Mediterraneo diuisa. Dicta autem putatur Libya, quòd inde Libs ventus flare soleat: seu quòd pluuia indigeat propter nimiam siccitatem, λίαν τ λιβάδος ἐν ὕσει. Vel à Libya Epaphi filia, Iouis filij. ¶ Semper adfert Libya mali quippiam, ἀεὶ φέρει τι λιβύη κακόν, quòd inde Romam monstra deportarentur. Hinc & in mores ingeniúmque detorqueri potest: siquidem, vt est regio venenorum ferax, ita gentis pestilens ingenium. Præcipuè conuenit in fœdifragos, ac pactorum nouatores.

Libys, yos, {לובים *lubim.* λίβυς.} Gentile est masculinum, cuius fœmininum est Libyssa, sicut à Phœnix, Phœnissa.

Libycus, a, um, λιβυκός. Virg. 4. *Æneid.*

Te propter Libycæ gentes Nomadúmque tyranni Odêre.

Libycus campus, agri Argiui pars est, inde nomen habens, quòd illuc primùm fruges ex Libya allatæ sint: vnde Ceres ipsa ab Argiuis Libyssa cognominata est, teste Festo.

Libyca fera, λιβυκὸν θηρίον, dicebatur olim in hominem vafrum, callidum, versipellem, varijs moribus, ancipitíque ingenio. Quod genus portentum Cicero Catilinam fuisse testatur. Inde natum, quod in Libya variæ ferarum species sæpenumero misceantur, atque ita noua quædam hinc monstra spectaculo produci soleant, Romam à prouinciæ præsidibus deportata.

Libystis, idis, λιβυστίς Stephano, à nomine Libys deductum, quum tamen analogiæ ratio Libyssis postulare videatur. Virg. 5. *Æneid.*

Horridus in iaculis & pelle Libystidis vrsæ,

Quo tamen in loco nonnulli *Libyssidis* legere maluerunt: quàm rectè, ipsi viderint. Stephanus certè à nomine Libys λιβυστικός deducit λιβυστῖνος, λιβύστισσα, λιβυστικὸς, καὶ λιβυστίς: putátque ea fieri à genitiuo λίβυστος, à nomine Libys formato, pleonasmo τοῦ σ, quum regularis genitiuus sit λίβυος.

Libyas, adis, λιβυάς, Iudææ oppidum, Herodis opus, Iordani fluuio ab Ortu adiacens, teste Ptol. *lib.* 5. *cap.* 16.

Libyssa, λίβυσσα. Oppidum fuit Bithyniæ, notissimum Annibalis interitu. Plin. *lib.* 5. *cap.* 32. Fuit & Libyssa oppidum, vbi nunc Annibalis tantùm tumulus est.

Libystinus, λιβυστῖνος. Dictus est Apollo ab his qui Pachynum Siciliæ promontorium incolebant, quòd immissa Carthaginiensibus hostibus peste penè cunctos subita morte interemit.

Libystos, λίβυστος. Oppidum est Scytharum Aroterum, non procul à Danubij ostiis: cuius meminit Plin. *in descriptione Thraciæ lib.* 4. *cap.* 11.

Liceo, es, cui, citum. {יקר *jakar.* τιμᾶσθαι, ἀποτιμᾶσθαι. GALL. *Estre mis à pris, estre aprecié.* ITAL. *Essere estimato, essere appresiato.* GERM. Geschetzt oder angeschlagen werden. HISP. *Ser puesto en precio.* ANGL. *To be sett to a price.*} Antiquum verbum est, sub voce neutra passiuam habens significationem: vnde à Grammaticis neutrum passiuum esse dicitur: quemadmodum væneo, & vapulo: quæ quum voce neutra sint, significationem tamen habent respondentem vendor, & verberor. ¶ Licere itaque res aliqua dicitur, quum pretium pro ea offertur. Contrà liceri dicitur is, qui rei alicuius emendæ animo pretium pro ea offert. ἀντωνεῖσθαι. ¶ Indicare autem dicitur venditor, quum merces suas empturo certo æstimat pretio, συντιμᾶσθαι. Plaut. *in Men.*—die septimo Auctio fiet. MES. Menæchme. MEN. manè sanè Vænibunt serui supellex, fundi, ædes, omnia Vænibunt, quiqui licebunt præsenti pecunia: hoc est, quantulumcunque eorum nomine offeretur. Licere dicitur præco apud Martial. *Epigr.* 66. *lib.* 6. & Plaut. apud Fest. *in sub corona.* Præco ibi adsit, quique liceat, væneat. Idem *Men sc.* 3. *a.* 3. Vt quantum possit, quique liceat, væneat, pro quisquis liceat, &c. Horat. 1. *Serm.*

Contra Leuinum Valeri genus, vnde Superbus
Tarquinius regno pulsus fuit, vnius assis.

Non vnquam pretio pluris licuisse. Martial. *lib.* 6.

Paruo quum pretio diu liceret.

Cic. *Attic. lib.* 12. De Drusi hortis quanti licuisse tu scribis, id ego quoque audieram: &, vt opinor, heri ad te scripseram.

Liceor, eris, Pretium offero. ✠ Indico. {הוקיר *hokir.* ὑπερβάλλω, ἀντωνέομαι. GALL. *Priser ou mettre enchere, aprecier.* ITAL. *Mettere all' incanto.* GERM. Auff ein feil ding bieten. HISP. *Poner en precio, en almoneda.* ANGL. *To offer the price, to prise, to cheapen.*} Plaut. *Sticho.* Iocos ridiculos vendo, agite licemini. Pers. *Satyr.* 3.

Et centum Græcos curto centusse licetur.

Huius verbi præteritum ratione analogiæ deberet esse licitus sum, quod, teste Valla, non est in vsu. Eo tamen vsus est Cic. 5. *Verr.* Herbitenses quum viderent, si ad Æschrionem pretium redisset, sed ad Arbitrium libidinosissimæ mulieris spoliatum iri: liciti sunt vsque eò, quoad efficere posse arbitrabantur. Suet. *in Cæs. cap.* 40. Publicanos remissionem petentes, tertia parte mercedum reuelauit, ac ne in locatione nouorum vectigalium immoderatius licerentur, propalam monuit. ¶ Liceri contra aliquem. Cic. 3. *Offic.* Non licitatorem venditor, nec qui contra se liceatur, emptor opponet.

Licitator, is, qui crebrò licetur, quique pro re emenda conducendáve pretium aliquo maius pollicetur. {ὁ ἀντωνητής, ὑπερτιμητής. GALL. *Encherisseur, celuy qui met enchere sur ce qu'on vend.* ITAL. *Chi mette prezzo all' incanto.* GERM. Der etwas auff ein ding mehr beut/ein anbieter. HISP. *El que pone precio en almoneda.* ANGL. *He that priseth, or cheapeth.*} Licitatorem apponere, est subornare aliquem, qui coram emptore maius pretium offerat, vt res pluris æstimetur, vendatúrque. Cic. *ad Marium lib.* 7. Nunc quoniam tuum pretium noui, licitatorem potius apponam, quàm illud minoris véneat. Idem *lib.* 3. *Offic.* Tollendum igitur ex contrahendis rebus omne mendacium, non licitatorem venditor, nec qui contra se liceatur, emptor opponet.

Licitor, aris. Liceor. Quamuis enim frequentatiuum videatur à verbo liceor, eiusdem tamen omnino est significationis, vt autor est Valla *lib.* 3. {הוקיר *hokir.* ἀντωνέομαι, ὑπερβάλλω. GALL. *Mettre prix, mettre enchere.* ITAL. *Mettere prezzo.* GERM. Auff etwas bieten. HISP. *Poner en precio, en almoneda.* ANGL. *To prise, to cheape.*} Cic. *de reb. Alexand.* Quum habeatis arma, licitamini hostium capita. ὑπερβάλλετε χρήματα. Plin. *lib.* 7. *c.* 38. Aristidis Thebani pictoris vnam fabulam centum talentis Rex Attalus licitatus est. ¶ Licitari item, teste Nonio, congredi, & pugnare significat. Cæcil. *in Hym.* Quin machæra licitari aduersum eum cœpisti sciens. Ennius, Pars ludicre saxa iactant, & inter se licitantur. ¶ Licitari dicuntur (inquit Fest.) in pugnando, siue mercando contendentes.

Licitatio, Oblatio pretij, auctio. {ἀντώνησις. GALL. *Enchere mise sur ce qu'on vend au plus offrant.* ITAL. *Prezzo, offerto sopra cosa che si vende.* GERM. Ein biett auff etwas ein schetzung was etwas wert sey. HISP. *Aquella postura de precio.* ANGL. *A prising, cheaping.*} Licitationem facere. Cic. 4. *Verr.* Exquisitis palàm pretiis, & licitationibus factis describebat Censores, &c.

Licet, impersonale, Fas est, conceditur, potestas datur. {ἔξεστι, ἐξόν ἐστι, συγχωρεῖται, ἔνεστι. GALL. *Il est permis, il est licite.* ITAL. *E lecito, gli è lecito.* GERM. Es zimpt sich/es wirt zugelassen/man darff das. HISP. *Es licito, conuiene.* ANGL. *It is le fume, it is permitted.*} Cic. Neque enim licebat locum numini consecratum turpi flagitio contaminare. Virgil. 9. *Æneid.*

Quandoquidem Ausonios coniungi fœdere Teucris
Haud licitum, nec vestra capit discordia finem.

Martialis,

Piscinam pete, non licet natare.
Si licet, & pateris nomen facinúsque tacebo,

Ouid. *Eleg.* 9. *lib.* 4. *Trist.* Caue mutire sineris. licet. affirmantis. Plaut. *Most. sc.* 1. *a.* 2. Licetne obsecro petere, an non licet? Idem *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Vt tuo non liceat operam dare negotio. Idem *Merc. sc.* 1. *a.* 1. Orant videre vt liceat, (te tam pulchrum.) *Ibid. sc.* 1. *a.* 1. Licet me scire id quid sit? Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Licétne? i. facis potestatem ingrediendi domum tuam & quærendi? respondet, inquite, iubeo. Idem *Milit. sc.* 6. *a.* 2. Licet inforare, si incomitiare non licet? Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 3. Si quid vis in illum bene loqui, id loqui licebit. Non rectè si illi dixeris, vapulabis. Idem *Most. sc.* 3. *a.* 1. Se excruciat qui non potit (amicam) dum licet. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 1. An arbitramini quiduis licere facere vobis. Idem *Merc. sc.* 6. *a.* 2. Onera maledictis. licet. (i. faciam.) Si meo arbitratu licet, omnes pendeant. Idem *Pseud. sc.* 5. *a.* 1. Actutum hæc parata sint. licet. Idem *Menæch. sc.* 3. *a.* 1. Concede huc. licet. *Ibid. sc.* 3. *a.* 1. (assentientis.) occultemus lumen; licet. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 2. (Concedentis & affirmantis.) Iube hominem accersi. licet. Idem *Capt. sc.* 1. *a.* 5. (eodem sensu.) Age, recipe actutum. licet. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 5. (concedentis & festinantis.) I in malam crucem. Ire licebit tamen tibi hodie tempori. Idem *Pseud. sc.* 7. *a.* 4. Cæsari cui omnia licent, multa non licent. Senec. *cap.* 7. *de consol. ad Polyb.* Non licuerat matri vt hauriret oscula. Idem *cap.* 3. *de consol. ad Mart.* Est mihi præterea de quo mihi quærere restat, Si liceat, dixi: Dixit & illa licet. Non licuerat Matri vt hauriret oscula. *Ibidem*, Neminem eorum per Italiam ire liciturum. Liu. 1. *d.* 5. ¶ Item licessit, pro licuerit? Plaut. *Asin. sc.* 3. *a.* 3. Næ iste herclè ab ista non pedem discedat, si licessit. Cicer. 1. *Tuscul.* Idque cum multis aliis rebus, tum è Pontificio iure, & ceremoniis sepulcrorum intelligi licet. *Ibidem*, Licuit enim esse otioso Themistocli, licuit Epaminondæ. Idem *pro Corn. Balbo.* Si ciui Romano licet esse Gaditanum. Quibus in testimoniis hoc animaduertendum est, vtroque modo rectè dici, Licet esse mihi otioso, & otiosum. Idem *Attic. lib.* 1. Quo in genere mihi negligenti esse non licet. Idem *pro Flacco.* Cur his per te frui libertate sua? cur denique esse liberos non licet? ¶ Si per te licet, id est, si permiseris, vel si potero, à te non impeditus. Plaut. *in Asin.* Asinaria vult esse, si per vos licet. Terent. *in prolog. Heaut.* Date potestatem mihi statariam agere, vt liceat per silentium: id est, vt ego possim

possim agere, vobis tacentibus. ¶ Licet absolutè, pro poteris facere. Cicer. *lib.* 1. *de Inuent.* Hanc si quis partem putat esse orationis, sequatur Hermagoram licebit: id est, poterit sequi, vel licet, vt sequatur. ¶ Aliquando significat facile est. Cicer. *lib.* 2. *Offitior.* Licet enim ora ipsa cernere iratorum, aut eorum, qui aut libidine, aut metu commoti sunt, &c. id est, facile est. Pro liquet apud Tertull. & Plaut. ¶ Aliquando aduerbium concedentis est, idem significans quod etsi. Virg. 6. *Æneid.*

————licet ingens ianitor antro
Æternum latrans exangues terreat vmbras.

¶ Est coniunctio aduersatiua pro quamuis. { καίτοι. GALL. *Iaçoit que, nonobstant.* ITAL. *Ben che.* GERM. Wiewol ob schon. HISP. *Aunque.* ANGL. *Albeit, althoght.* } Cic. *pro Sext. Rosc.* Licet omnes in me terrores impendeant subibo.

Lĭcĭtum est, licet. ἔξεστι. Plaut. *in Amph.* Quin introire in ædes nunquam licitum est, id est, nunquam permittitur.

Lĭcĭtus, (adiectiuum) vt, Negotiatio licita. Vlpian. *l.* 2. *ff. de iure patronat.*

Lĭcĭtūrum. Cic. *ad Attic. lib.* 2. Quòd nihilo magis ei liciturum esse plebeio Rempublicam perdere, quam similibus eius, &c.

Lĭcentĭa, æ, Libertas immodica, impunitas agendi, dicendique quicquid velis. { רשיון *rischjón.* ἄδεια, ἐξουσία. GALL. *Licence, abandon.* ITAL. *Licenza.* GERM. Erlaubung, nachlassung, gestattung. HISP. *Licençia, la soltura para mal hazer.* ANGL. *Licence, leaue.* } Terent. Deteriores omnes sumus licentia. Lucan. *lib.* 1.

Qui furor ô ciues, quæ tanta licentia ferri?

Quint. Quæ in aliis libertas est, in aliis licentia vocatur. ¶ Aliquando etiam in meliorem partem accipitur, vt idem sit quod libertas. Cic. 3. *Offic.* Nobis autem nostra Academia magnam licentiam dat, vt quodcunque probabile maximè occurrat, id nostro iure liceat defendere. Idem *lib.* 1. *Offic.* Magnis enim illi, & diuinis bonis licentiam hanc assequebantur.

Par fuit exigui similisque licentia Calui.

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* Licentia gladiorum, Vell.

————Non tuta licentia Circi est,

Ouid. *Eleg.* 1 *lib.* 1. *Trist.* Quæ in aliis libertas, in aliis licentia videtur, Quintil. Cicero vir acerrimæ in studio litterarum licentiæ, &c. Gell. *cap.* 3. *lib.* 15. Libertatem, imò licentiam, Liu. 4. *d.* 5. Licentia ad cursum præcipites, Suet. *in Aug. cap.* 47. Ingens licentia æstuantium aquarum. Seneca *cap.* 18. *de consol. ad Mart.*

[Licentiatus doctus, cum dignitate licentiæ.]

Lĭcentĭor, is, & Licentius, quod immodicè liberum est. { ἀκρατέστερος. GALL. *Trop abandonné.* ITAL. *Piu licentioso.* GERM. Das mehr erlaubung hatt, frälicht der mentersässiger. HISP. *Mas suelto de regla.* ANGL. *Ouer dissolute.* } Vt, Licentior epistola, in qua nimis liberè scribimus. Plin. *in præfat. natural. histor.* Licentiore epistola narrare constitui. Licentiora mancipia, dicuntur nequiora, quasi multa per licentiam facientia. Licentior vita, id est, dissoluta. Valer. *lib.* 9. *cap.* 1. Licentior dithyrambus. Cic. 3. *de Orat.* Inde ille licentior & diutior fluxit dithyrambus. Idem *de Orat.* Quid verò licentius, quàm quod hominum etiam nomina contrahebant, quò essent aptiora?

Lĭcentĭōsus, a, um, qui nimia vtitur licentia. { ἀκρατέστερος. GALL. *Trop licentieux, trop hardy.* ITAL. *Licentioso.* GERM. Das zuuil freyheit oder erlaubung hatt mutwillig. HISP. *Suelto de regla.* ANGL. *Dissolute, licentious.* } Quint. *lib.* 1. *cap.* 10. Nam ebor dicere, non minus est licentiosum, quam si sulphuri, & gutturi subiicerent o mediam in genitiuo. Tacitus, Ex moribus imperatoris miles intactus, aut licentiosus.

Lĭcentĕr, aduerbium, Liberè, audacter. { ἀδεῶς. GALL. *Licentieusement, abandonnément.* ITAL. *Licentiosamente.* GERM. Nachlässiglich, frälich. ANGL. *With licence or leaue.* } Cic. *in Orat.* Solutum quiddam sit, nec vagum tamen, vt ingredi liberè, non vt licenter videatur errare. Idem 2. *de nat. deor.* Tanta est impunitas garriendi, ad quam licenter fluentium frequenter transitio fit visionum, vt è multis vna videatur. ¶ Ab hoc Gellius formauit Prælicenter, quod est quasi nimis licenter, Quæ verba (inquit) finxit prælicenter.

[Lichanos, λιχανὸς, ὁ, index digitus, qui post pollicem, si ab eo incipias numerare.

Lichanos, λιχανὸς, ὁ, chorda quædam Aristoteli.]

Lĭchās, { זרת *zéreth.* λιχάς. ANGL. *A spanne.* } Mensura est quam Galli sua lingua impropriè *palmum* vocant: hoc est, illud interstitium quod est inter pollicem & indicem quàm maximè extensos.

Lĭchās, Puer quidam Herculis, per quem Deianira viro suo in Oeta monte sacrificaturo, vestem misit Nessi Centauri sanguine infectam: quam quum ille induisset, serpente iam per corpus veneno doloris magnitudine in furorem versus Licham perniciosi muneris latorem, capillis arripuit, & in subiectum mare præcipitauit: quem Poëtæ fabulantur in saxum sui nominis fuisse mutatum, quod à nautis in mari Euboico ostenditur. Ouid. 9. *Metam.*

Nunc quoque Euboico scopulus breuis eminet alto
Gurgite, & humanæ seruat vestigia formæ:
Quem quasi sensurum nautæ calcare verentur,
Appellántque Licham.

Lichades, λιχάδες. Insulæ tres sunt in mari Euboico, à Licha Herculis puero ita appellatæ, quem in hoc mare præcipitauit Hercules Nessi Centauri sanguine in furorem conuersus. Autor Strab. *lib.* 9.

Lĭchēn, is. { λειχήν, vel Lichenes. plurali numero, λειχῆνες. GALL. *Dartre, ou feu volage, qui est vne maladie sur la peau de la personne.* ITAL. *Mentagra.* GERM. Die verwustung deß angesichts mitt schuppächtigen raudigkeit. HISP. *El empeyne.* ANGL. *A disease called a tetter, ringwurme, or wilde fire.* } Morbi genus faciem præcipuè infestans, quem Latini quòd à mento potissimùm oritur, mentagram appellarunt. Irrepsit in Italiam Tiberii principatu, antea vniuersæ propemodum Europæ incognitus, sine vllo quidem dolore, & sine vitæ pernicie, tanta tamen fœditate, vt quæcunque mors præferenda esset. Hæc Plin. *lib.* 26. *cap.* 1. Galenus tamen, cæteríque Græci, lichenum nomine leuius quoddam mali genus videntur intellexisse, quàm quod à Plinio describitur: illud scilicet, quod Latini impetiginem appellant. Quinetiam Plin. ipse *lib.* 20. *cap.* 1. Lichenas impetiginem interpretatur, sicut psoram, scabiem. Vide Menardum *Epist. Medic. lib.* 7. ¶ Est & Lichen herbæ genus, singulari aduersùs lichenas remedio: vnde & nomen accepit. Eius duo sunt genera, quorum alterum in locis nascitur saxosis, folio vno ad radicem lato, caule vno, paruo, longis foliis dependentibus: alterum petris roscidis adhæret, vt muscus. Autor Plin. *lib.* 26. *cap.* 4.

[Lichfeldia, *Lichfelde*, V.E. Angliæ sub A. Cantuariensi.]

Lichindus, Λίχινδος, vrbs Siciliæ, vnde gentile nomen Lichindius. Stephan.

Lĭcĭă, orum, Sunt fila quibus in telis textrices implicant stamina: quamuis nonnunquam etiam pro ipsis accipiuntur staminibus. { ערב *éreb.* μίτος. GALL. *Les fils de la trame d'vn tisserant.* ITAL. *Lici fili da tramare.* GERM. Das wäbergeschirr, geräß dardurch der zettel auff dem stul gezogen wirt. HISP. *Los lisos de la tela.* ANGL. *Threades in the websters beame.* } Plin. *lib.* 8. *cap.* 48. Plurimis verò liciis texere, quæ polymita appellant, Alexandria instituit. Virg. 8. *Eclog.*

Terna tibi hæc primùm triplici diuersa colore
Licia circumdo.
Licia dependent longas velantia sepes. (l. vittæ.)

Ouid. 3. *Fast.* Per lancem & licium concepta furta. Gell. *cap.* 18 *lib.* 11. Licio transuerso & limo præcincti lictores. Gell. *cap.* 3. *lib.* 12. Ouid. 2. *Fastor.*

Tunc cantata tenet cum fusco licia plumbo.

Vnde Trilicem dicimus vestem, quæ ex tribus liciis constat. Et Titiuilicia, fila de tela decidentia. Plaut. *in Casin.* Non ego verbum emptitem titiuilicio, id est, re admodum vili.

Lĭcĭnŭs, Poëta Martiali coætaneus, & conterraneus: ad quem extat eius *Epig. lib.* 1.

Videbis altam Liciane Bilbilim.

Lĭcĭnĭa, æ, Genus oliuæ, quæ & Liciniana dicitur, ab inuentore. Cato *de re rust. cap.* 6. Qui ager frigidior & macrior erit, ibi oleam licinianam seri oportet. Colum. *lib.* 11. *cap.* 49. Videntur autem, & alia genera huic rei magis esse idonea, sicut Liciniæ & culmineæ.

[Licinium vestis quædam Isid. Lignum lucens eidem. vnde & licinium dicitur, quòd lumen det.

Licinius, quasi lucinius. est enim candela lucernæ.

Licius negotiator. Gloss. Isid.]

Licitator, Licitor, vide *Licio*.

Lĭctŏr, is, Apparitor magistratus, viator, carnifex. { שטר *schotér.* ῥαβδοῦχος. Plutarch. *in Rom.* GALL. *Sergent, bourreau.* ITAL. *Birro, boia, sergente.* GERM. Stattknecht oder scherg, ein diener der oberkeit. HISP. *El macero real, verdugo.* ANGL. *A sergeant or like minister to execute corporall punishment.* } Lictor dictus à ligando. Plutarch. *in Rom.* Idem *ibid.* conatur à Græco deducere. lictor è collegio Viatorum erat, Et vnde dictus. Gell. *c.* 3. *lib.* 12. Cùm lictor ex more animaduerti iussisset. Suet. *in Cæs. cap.* 20. Sed duodeni lictores Consulis erant, aliorum seni tantum, portantes virgarum fasciculos cum securibus ligatos. Hi magistratus præibant, ac quoties iussi erant, fasciculos soluentes primò virgis cædebant damnatum, mox securi feriebant. Liuius, Missique lictores ad sumendum supplicium, nudatos virgis cædunt, securíque feriunt. Hos primus instituit Romulus, vt est autor Plutarch. Dicti autem sunt lictores à ligando, eò quòd magistratus popul. Rom. priusquam quempiam verberari iussisset, pedes & manus à ministris illi iubebat ligari: quod & ipsum non obscurè indicat Cicer. *in Orat. pro Rab.* Lictor, inquit, colliga manus. Differunt tamen Lictor & Viator, vt Lictores dicantur qui iussi in damnatos animaduertunt, & sunt ministri Consulum, Prætorum, Proconsulum, Præsidum cæterorúmque, qui cum imperio sunt. Viatores verò non cædunt, aut animaduertunt, sed iussu tribunorum, quorum sunt ministri, tantummodo vocant, aut impediunt. Liu. *lib.* 2. *ab Vrbe.* Ardens itaque ita Tribunus, viatorem mittit ad Consulem, Consul lictorem ad Tribunum. Gell *lib.* 13. *c.* 12. *ex lib.* 21. *rerum hum. Varronis*, In magistratu habent alij prehensionem, alij neutrum. Vocationem, vt Consules & cæteri qui habent imperium: Prehensionem, vt Tribuni plebis, & alij qui habent viatorem: Neque prehensionem, neque vocationem, vt Quæstores, & cæteri, qui neque lictorem habent, neque viatorem.

Lictōrĭus, a, um, quod ad lictorem pertinet. { ῥαβδουχικός. GALL. *Appartenant à bourreau ou sergent.* ITAL. *Pertinente à birro, ò sergente.* GERM. Das zu den stattknechten oder schergen gehört. HISP. *Perteneciente à macero real.* ANGL. *Belonging to a sergeant.* } Plin. *lib.* 7. *cap.* 30. Fasces lictorios ianuæ summisit is, cui se Oriens Occidénsque summiserat.

[Lidda, S. *George de Lidde*, V.E. sub P. Ierosolymitano.

Lidiscarti fissura membri in ll. Boiorum. Vox Germanica à lid membrum. & scharte ruptura, fissura crena: à schären tondere, radere.]

Lido, is, θλίβω. Verbum antiquum, significat Constringo, deleo. cuius composita sunt Allido, collido, illido.

[Liduna maris salacia.

Liduvvagi. In ll. Frison. à verbo lid membrum, & wegen mouere.]

Lĭēn, is, gener. mascul. à lingua, quia linguæ bubulæ figuram repræsentat. { σπλήν. GALL. *La rate ou ratelle.* ITAL. *Milza.* GERM. Das miltz. HISP. *El baço.* ANGL. *The milte.* } Dicitur etiam in Nominatiuo lienis apud Celsum *lib.* 4. *cap.* 1. & alibi sæpissimè. Viscus est in humano corpore sinistram partem occupans, concaua sui parte in dexteram, hepar versùs, gibba verò ad spinalium costarum extrema conuersum, humoresque melancholicos ex hepate per vas venosum ad se attrahens, quorum partem tenuissimam in sui alimentum conuertit, reliquam per proprium quendam meatum, quem stomachum vocant medici, in ventriculum eructans. Alio nomine splen dicitur. Pers. *Sat.* 1 Sed sum petulanti splene cachinno. Hoc est, proclinior sum ad risum. Tradunt enim Physici lienis magnitudinem, risus intemperantiam gignere. Intumescit quandoque lien, vt cingere hominem videatur. Plaut. *in Curc.* Nam quasi zona, liene cinctus, ambulo. Geminos in ventre habere videor filios: Nihil metuo, nisi medius disrumpat miser. Idem *ibid. sc.* 1. *a.* 2. Lien necat, renes dolent. Ambula hoc lieni optimum est. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 2.

Lĭēnis, is, idem quod Lien, lienis bubulus, apud Cels. *lib.* 4. *cap.* 9. Lienis

torquet

Digitized by

torquet, apud eundem *lib.* 5. *cap.* 18. Varro *lib.* 6. *de ling. Lat.* Lienes necant, vbi Passer. putat legendum *Lienes necat.*

Lienosus, qui liene laborat. {σπληνικός, σπληνιῶν. GALL. *Qui a douleur de ratte.* ITAL. *Chi patisce di milza.* GERM. Mutzensüchtig. HISP. *Elque cria bazo.* ANGL. *That hath a disease in the milte.*} Accidit autem hic morbus (vt loquit Arist. *lib.* 3. *de part. anim.*) quoties plus excrementi in lienem diuertit, quàm calor eius visceris possit conficere. Plin. *lib.* 7. *cap.* 2. Quorundam corpore partes nascuntur ad aliqua mirabiles: sicut Pyrrho regi pollex in dextero pede, cuius tactu lienosis medebatur. Lienosum cor lienis naturam habens, vt turgeat sicut lien. Plaut. *in Casin.* —vbi sim nescio: Perii, cor lienosum, opinor, habeo: iamdudum salit. ¶ Fortasse legendum *ludiosum*: id est, subsultans more ludionum, ac in corpore emicans, vt illi in theatro.

Lienicus, Lienosus. Plin. *lib.* 29. *cap.* 3. Hæc & illita lienicis, &c.

Lienteria, æ, {λειεντερία. GALL. *Flux de ventre.* ITAL. *Flusso di ventre.* GERM. Die ruhr der bauchlauff. HISP. *Fluxo de ventre.* ANGL. *To flixe, laxe, or loosenesse of the bellie.*} Fluxus ventris ex leuitate intestinorum: quum scilicet intestina ob leuitatem cibum non continent, sed talem propemodum excernunt, qualis est ingestus. Nam λεῖον Græci læue dicunt, & ἔντερα intestina. Hoc morbo qui laborant Lienterici dicuntur.

Lientericus, a, um, λειεντερικός, ή, όν, qui lienteria laborat.

[Liesena, *Liesena*, olim Pharos, insula Venetorum in mari Adriatico habet Episcopum Spalatensi A. suffraganeum.]

Ligamen, vide *Ligo.*

Ligarius, Ciuis Romanus, Pompeij partes in bello ciuili sequutus: eo mortuo in Africam sese contulit ad Scipionem, pertinacissimúmque sese Cæsari hostem præbuit. Postea apud Cæsarem, cùm à Tuberone accusaretur, defensus est à Cicerone elegantissima illa oratione, quæ pro Ligario inscribitur.

Ligarianus, Adiectiuum (λιγαριανός.) Cicer. *Attic. lib.* 3. Ligarianam, vt video, præclarè authoritas tua commendauit. Subaudi subst. *orationem.* Nam de oratione loquitur, quam pro Ligario habuit.

Ligellum, i, Breue domicilium & tuguriolum. {מלונה *melunáh.* καλύβιον, οἰκίδιον. GALL. *Loge ou logette.* ITAL. *Casetta, casupola.* GERM. Ein hüttlein, ein schlechtes häußlin. HISP. *Choça, ò casa pequeña.* ANGL. *A litle house or cotage.*} Plaut. *in Aul.* Diuûm atque hominum clamat continuò fidem, De suo ligello fumus si quà exit foràs. Quo in loco Nonius Ligelli nomine domunculam, siue tugurium intelligit. Quanquam non inuenustè ligellum intelligere possumus diminutiuum esse à ligno, quemadmodum tigellum à Tigno. Legitur autem in vulgatis libris Nonij *tigello*, non *ligello.*

Ligea, Λιγεία. Nymphæ nomen, Nerei & Doridis filiæ, à cantus suauitate ita dictæ. Virg. 4. *Georg.*

Drymoque, Xanthoque, Ligeaque, Phyllodoceque.

Liger, is, Rutuli cuiusdam nomen fuit, fratris Lucagi, quem Turni auspicia sequutum Æneas interfecit. Virg. 10. *Æneid.*

———*vesano talia latè*

Dicta volant Ligeri.

Liger, is, λίγειρ Ptolem. qui & Ligeris in nominatiuo: vnde accusatiuus Ligerim. Nobilis est Celtarum fluuius, qui in Auernorum finibus oriens, Heduósque à Biturigibus diuidens, non procul à Pictonibus in Oceanum Britannicum influit. {GALL. *Loire.* GERM. Löre.} Cæs. *lib.* 7. *bell. Gall.* Liger ex niuibus creuerat. Idem *paulò pòst*, Magnis itineribus ad Ligerim peruenit.

Ligilium, genus herbæ, de qua apud rei rusticæ scriptores fit mentio quomodo seratur.

Ligium feudum est, in quo vasallus domino fidelitatem præstare debet contra omnes, nullo anteposito. Hinc Ligius homo, beneficiarius, & vasallus.

Lignarius, a, um, quod ad ligna pertinet. {ξυλικός. GALL. *Appartenant à bois.* ITAL. *Pertinente à legno.* GERM. Das zu dem holtz gehört. HISP. *Perteneciente à leña.* ANGL. *Belonging to wood.*} ¶ Lignarius, ij, substantiuum. {ξυλοκόπος. GALL. *Boscheron, charpentier.* ITAL. *Legnaiuolo.* GERM. Ein holtzhawer, holtzer. HISP. *Cortador de madera.*} qui lignum secat, aut qui lignatum it. Liu. 5. *bell. Maced.* Et iidem porticum extra portam Trigeminam inter lignarios fecerunt.

[Lignarius substant. lignorum venditor: item qui ligna secat, seu cæditur tanquam lignicida dicatur.

Lignarium, cella lignaria. Voc. vet. Lignarium locus lignorum, vel lignorum aceruus.]

Lignum, i. A legendo (inquit Varro) quòd ligna caduca in agris legebantur, quibus ad focum vterentur. {עץ *hêts.* ξύλον. GALL. *bois.* ITAL. *Legno.* GERM. Holtz. HISP. *Leña ò madera.* ANGL. *VVoode.*} Plin. *lib.* 12. *cap.* 11. Quoniam fructus is constat radice, frutice, cortice, ligno, &c. Cic. 3. *Verr.* Cædere ianuam saxis, instare ferro, ligna & sarmenta circundare, ignem subiicere cœperunt. Horat. 3. *Carm. Ode* 17.

——————*dum potes aridum*

Compenere lignum, cras genium mero

Curabis.

Virg. 1. *Georg.*

Nam primi cuneis scindebant fissile lignum.

Idem 2. *Georg.*

Quid tibi odorato referam sudantia ligno

Balsamáque, & baccas semper frondentis acanthi?

S. Ligna apud nos nulla sunt. St. Sunt asseres, sunt igitur ligna. Plaut. *Aul. sc.* 3. *a.* 2. Neque ego ligna vnquam vidi præberi pulchriùs. Idem *Aul. sc.* 1. *a.* 3. ¶ Ligna cocta dicuntur: quibus humiditas exempta est, vt fumare nequeant. Vlp. *l.* 55. *D. de legat.* 3. Sed & titiones, inquit, & alia ligna cocta ne fumum faciant, vtrum ligno, an carboni, an suo generi adnumerabimus. ¶ Lignum aliquando pro tabulis ligneis in quibus scriptum est. Triphon. *lib.* 19. *de bon. possess. contra tabul.* Quòd vulgò dicitur liberis datam bonorum possessionem contra lignum esse sic intelligendum est, &c. Paulò post dixit contra tabulas. Ex Hotoma[n]o. ¶ In syluam lignum ferre, est aliquem iis rebus augere velle, quibus ipse maximè abundet. Horat. ¶ Lignum curuum, haud vnquam rectum, ξύλον, ἀγκύλον οὐδέποτ' ὀρθόν. Holtz. Distorta prauáque ingenia vix vnquam ad bonam frugem traducuntur. Vsurpauit Galenus.

[Ligillum, paruum lignum.]

Ligneus, a, um, quod ex ligno est. {ξύλινος. GALL. *De bois.* ITAL. *Di legno.* GERM. Hültzin. HISP. *Cosa de madera ò de leña.* ANGL. *Made of woode.*} vt Ligneus equus. Plaut. *Rud.* Nempe equo ligneo per vias cæruleas estis vectæ. Ouid. 12. *Metam.*

———*quo multa sacerdos*

Lignea contulerat veterum simulacra deorum.

Cic. 2. *de Inuent.* Materiam ligneam flamma vri posse necesse est. Pro lignea salute vis argenteam remittere illi. Plaut. *Pseud. sc.* 2. *a.* 1. (de tabellis.) Item, Quam tu nauem mihi narras? ligneam, sæpè tritam, sæpè fixam. Idem *Men. sc.* 4. *a.* 1. [¶ Ligneus translatè de emaciato. Catull. ad Furium: Et cum coniuge lignea parentis, i. gracilis atque exucci corporis. Senecæ, τὸ σῶμα ἀποξύλου.]

Ligneolus, diminut. {ANGL. *A litle thing made of woode.*} Cic. *ad Quint. fratr. lib.* 3. Hanc scripsi ante lucem ad lychnum ligneolum.

Lignile, is, & neut. gen. {ξυλών. GALL. *Lieu à tenir bois.* ITAL. *Legnaia, stiua di legno.* GERM. Ein holtzhauß oder holtzlege. HISP. *Lugar do se guarda la leña.* ANGL. *A woode house, or woode pile.*} Dictum est vbi ligna in domo ad comburendum parata sunt: sicut fœnile, vbi seruatur fœnum. Sic bouile, equile, caprile, & huiusmodi. Lignarius. Liu. *lib.* 5. *d.* 4. Inter lignarios.

Lignosus, a, um, quod instar ligni durum est. {ξυλώδης. GALL. *Abondant en bois, ressemblant à bois, dur comme bois.* ITAL. *Legnoso, duro come legno, simile à legno.* GERM. Hültzin, hert wie holtz. HISP. *Cosa llena de leña, ò de madera, ò dura como madera, ò semejante à ella.* ANGL. *Full of woode.*} Plin. *lib.* 12. *cap.* 7. Arbor radice lata, lignosáque.

Lignor, aris, ari, verbum est castrense, idem significans, quod ligna colligere, siue congerere. {ξυλίζομαι. GALL. *Aller querir du bois, ou en coupper, ou apporter.* ITAL. *Far legno, ir per legno alla foresta.* GERM. Holtzen, das holtz geben oder fahren. HISP. *Hazer leña, yr por leña ò madera.* ANGL. *To geto perueigh or get woode.*} Propriè enim milites lignare dicuntur, quum in syluam profecti ligna cædunt, quæ in castra conuehant. Liu. *lib.* 1. *ab Vrbe.* Respondentibúsque lignatum se ire, An tandem, inquit, nunc castra vallata non habetis? Plaut. *Capt. sc.* 4. *a.* 3. Ite istinc, afferte lora. Cuium lignatum mittimur?

Lignatio, nis, Lignorum collectio, comportatio, desectio. {ξυλισμός, ξυλεία, ξυλοφορία. GALL. *Apport de bois taillé, le lieu où on couppe le bois.* ITAL. *Il far legno.* GERM. Holtzung, holtz samlung. HISP. *Aquella obra de yr por leña, el lugar donde se haze leña, cortadura de leña.* ANGL. *An hewing fetching or purueighing of woode.*} Cæs. 5. *bell. Gall.* Vt nonnulli milites, qui lignationis munitionísque causa in syluas decessissent, repentino aduentu interciperentur. ¶ Lignatio pro loco vnde ligna accipi possunt. Colum. *lib.* 1. *cap.* 5. Sit autem vel intra villam, vel extrinsecus inductus fons perennis, lignatio pabulúmque vicinum.

Lignatores, dicti sunt milites, qui lignatum eunt. {חטב עצים *chotêb hetsim.* ξυλευταί. GALL. *Qui vont querir ou apportent du bois, boscherons.* ITAL. *Soldati che vanno à far legno.* GERM. Die außgehn oder außfahren zuholtzen. HISP. *Los que van por leña para quemar.* ANGL. *A woodmu iger, a prouydour of wood.*} Liu. *lib.* 1. *ab Vrbe*, Paucis citra militibus lignatores ei cum præsidio occurrunt. Cæs. 5. *bell. Gall.* Subitóque oppressis lignatoribus, magna manu, &c.

Ligo, as, Vincio, constringo, colligo. ¶ Descendit à Græco λύγος, vimen: non autem à Legendo, vt Varro voluit, v in i breui mutato. Ligo olim, nunc alligo. Plut. *in Rom.* {אסר *asár* קשר *kaschar* צרר *tsarar* צר *tsár.* δέω, δεσμεύω. GALL. *Lier.* ITAL. *Legare.* GERM. Binden. HISP. *Atar.* ANGL. *To bende, to tie.*} Quint. *lib.* 1. *c.* 14. Quæ apprehensa Græci magis (nam hoc solùm nobis peius faciunt) in catenas ligant, & inextricabili serie connectunt. Guttura ligauit laqueo, Ouid. 5. *Metam.* Vulnera ligare, idem 7. *Met.* Legibus ligare aliquem Stat. 4. *Syl.* Cic. 4. *in Catil.* Filium eius impuberem ligatum à Prætore missum. Velut sacramento ligatus. Senec. *Epist.* 66.

Vidimus in glacie pisces hærere ligatos,

Ouid. *Eleg.* 10. *lib.* 3. *Trist.* ¶ Huius composita sunt, Alligo, colligo, circunligo, deligo, illigo, obligo, præligo, religo, subligo, quorum quæ sint significata, vide suis locis.

Ligamen, inis, Ligaculum, i, Ligamentum, i, significat id quo aliquid ligatur. {אסור *esúr* צרור *tserór.* ἅμμα, δεσμός. GALL. *Lien, liaison, liement.* ITAL. *Legame, legatura.* GERM. Ein band. HISP. *Atadura.* ANGL. *That wherby any thing is tied.*} Col. *lib.* 11. *cap.* 12. Possit etiam salix decisa pridie ad lucubrationem expurgari, & ad vitium ligamina præparari. Propert. *lib.* 2. *Eleg.* 30.

———*Nocturna ligamina mitræ.*

Aurium ligamenta, Quintil.

Ligantia, est obligationis genus.

Ligaturæ, περίαμματα, amuleta. Fab. Victorinus, 1. *Rhet. Cic.* Medici officium est curare, sed quia multi & incantatione & ligaturis curant.

Ligo, nis, rusticum instrumentum ad extirpandas herbarum radices accommodatum. {מעדר *mahedér* מחרשה *machareschah.* δίκελλα, μάκελλα. GALL. *Hoyau.* ITAL. *Zappa.* GERM. Ein hawe oder karst. HISP. *El açada.* ANGL. *A shouell spade.*} Plin. *lib.* 18. *cap.* 6. Adduxit graues ligones, vomeres ponderosos. Ouid. 3. *Amor.*

Quum bene iactati pulsarunt arua ligones.

Ligula, vide *Lingua*, & *Lingula.*

Liguria, Λιγυρία. Italiæ regio, pro maiore parte montosa, inter amnes Varum & Macram, ab altero latere habens Apenninum, ab altero Padum, Tuscam attingens: cuius caput est Genua. Dicta Liguria, à Ligysto Phaethontis filio, conuersione y in u.

Ligur, vel Ligus, ris, Λίγυς. Secundùm Priscianum aliquando est proprium nomen, & tunc est generis masculini. Aliàs est nomen gentile, virum significans, vel mulierem ex Liguria: & sic est communis generis. Probus putat Ligus esse adiectiuum omnis generis: nullum tamen de neutro genere profert testimonium. Lucan *lib.* 1.

Et nunc tonse Ligur quondam per colla decora, &c.

Virg. *lib.* 11.

Vane Ligus, frustráque animis elate superbis.

Idem *Georg.* 2.

Assuetúmque malis Ligurem.

Ligŭsticŭs, a, um, λιγυστικὸς, Nomen possessiuum: vt, Mare Ligusticum: quod Liguriam alluit. Saxum Ligusticum. Iuuen. *Sat.* 3.

Nam si procubuit, qui saxa Ligustica portat.

Lĭgūrĭo, is, iui, vel ij, itum. Abligurio, consumo, deuoro, dilapido, helluo. {אכל *achal* על לעה *láh* בלע *valáh.* λιχνεύω, λιχνάομαι. Gall. *Gourmander, lichardér, ou prendre les meilleurs morceaux.* Ital. *Consumare il suo in ingordigia.* Germ. *Verschlecken/verschlemmen.* Hisp. *Comer y gastar en golosina.* Angl. *To wast, or spend to playe the glutton.*} Personæ trisyllabæ huius verbi penultimam producunt, contra consuetudinem eorum quæ sunt eiusdem terminationis. Horat. *lib.* 2. *Serm. sat.* 2. per vnctis Tractauit calicem manibus, dum furta ligurit. ¶ Est etiam ligurire, suauissima quæque degustare paulatim, & cum quadam mora atque elegantia comedere, quasi sinendo vt per se cibus in stomacho liquefiat. Terent. *in Eunuch.* Quæ cum amatore suo, quum cœnant, liguriunt. Dictum ἀπὸ τοῦ λιγυροῦ, quod Græci suaue dicunt, inquit Donatus. Cic. *D. Bruto,* ad suppilationem rerum transtulit. Quum quidam (inquit) de collegis nostris agrariam ligurirent curationem, disturbaui rem, totámque nobis integram reseruaui, hoc est, cùm appeterent, & præpropera quadam spe quasi deuorarent. Plaut. *Capt. sc.* 1. *a.* 1. Dum ruri rurant homines, quos ligurriant. ¶ Item ligurire naturam, obscœnè. Suet. *in Tib. cap.* 45. ¶ Ligurire lucra, pro sensim depeculari. Cic. *per translationem* 5. *Verr.* Commissa est, inquit, pecunia tanta Prætori: non reperietis hominem timidè, nec leuiter hæc improbissima lucra ligurientem, &c.

Lĭgūrītōrēs, dicuntur gulosi, & voratores eduliorum dulciorum, qui consumptis dapibus catillos etiam lingunt, quos antiqui catillones appellabant. {זוללים *zolelim.* λίχνοι.}

Lĭgūrītĭo, nis, Auiditas, immoderata appetentia. {ἡ λιχνεία, τὸ λίχνον, ὁ φιλοψία. Gall. *Gourmandise & friandise, appetit desordonné de lichardér & manger bons morceaux.* Ital. *Auidità grande, ardente appetito,* Germ. *Verschlingung/oder schläckerhafftigkeit.* Hisp. *Aquella obra de comer en golosina.* Angl. *Licourousnes & gluttonie.*} Cic. 4. *Tusc.* Ægrotationi autem talia quædam subiecta sunt, mulierositas, peruicacia, liguritio, vinolentia, cupedia, & siqua sunt similia.

Ligus, uris, vide *Liguria.*

‖Ligusticus, a, um, λιγυστικὸς, ex Liguria ortus, aut ad Liguriam pertinens. ‖

Lĭgūstĭcum, Herba est in ea Appennini parte præcipuè nascens, quæ Liguriæ imminet, vnde & nomen habet. Quidam panaceam appellarunt, quòd Panaceam Heracleoticam caule referat, radice, & effectu. Galenus literæ vnius immutatione Libysticum vocat. Officinæ *Leuisticum* appellant.

Lĭgūstrum, i, à lego, quasi legustrum. {κύπρος, quibusdam aliis φιλλυρέα. Gall. *Du troesne.* Ital. *Ligustro.* Germ. *Beinholtz/oder mundtweiden.* Hisp. *El arbol de la alhenna.* Angl. *Privet.*} Arbos, ex cuius ligno tesseræ fiunt aptissimæ, oliuæ similis folio, semine coriandri, flore candido & odorato. Coquitur hoc in oleo, premitúrque, quod postea cyprinum vocatur, ab arbore sua, quæ dicitur cypros alio nomine: cuius vbertate Cypro Ciliciæ maris insulæ nomen inditum est. Plin. *lib.* 24. *cap.* 10. Ligustrum eadem arbor est, quæ in oriente Cypros. Suos in Europa vsus habet.

Lĭgyĕs, λίγυες. Populi Asiatici, qui cum Xerxe contra Græcos militarunt, quorum meminit Herodot. *lib.* 7.

Ligystides, Insulæ exdem, quæ Stœchades, vt infrà dicetur.

Ligystina, λιγυστίνη, vrbs Ligurum prope occidentalem Iberiam, & Tharsum: incolæ Ligyes vocantur, Steph.

Lĭgystŭs, teste Fabio Pictore, Phaëthontis fuit filius, à quo Liguria cognominata est.

Lilæa, λίλαια, vrbs Phocidis, Steph.

Lĭlĭum, ij, à λείριον, mutato ρ in λ. {שושנה *schoschannáh.* κρίνον. Gall. *Herbe ou fleur qu'on appelle lis.* Ital. *Giglio.* Germ. *Ein gilgen oder lilien.* Hisp. *Açucena.* Angl. *A lillie.*} Flos est notissimus, proximam (teste Plinio) à rosa nobilitatem obtinens, eximio candore, foliis foris striatis, & ab angustiis in latitudinem paulatim se laxantibus, effigie calathi, resupinis per ambitum labris, tenuíque filo, & semine, stantibus in medio crocis. Ex hoc flore conficitur oleum, siue vnguentum, quod Græci λείριον vocant. Nam illi λείρια vocant florem, quem nos lilium dicimus. Sunt autem diuersa liliorum genera. Vide Plin. *lib.* 21. *cap.* 4. Virg. 6. *Æneid.*

———& candida circum

Lilia funduntur.

Idem 4. *Georg.*

Hic rarum tamen in dumis olus, albáque circum

Lilia verbenásque premens, vescúmque papauer.

‖¶ Lilium conuallium, seu lilium verum, planta est lilij foliis, & floribus, sed paruis, rotundis, hiantibus, per oras denticulatis ac tersis, albidis & odoratis. {Germ. *Meyblume.*} quasi flos Maij, quia circa Calendas Maij floret, præsertim inter senticosa nemorum vmbrosaque conuallium. Gallis *Muget*, tanquam muscatum ab odoris suauitate.‖

Lĭlĭācĕŭs, a, um, adiectiuum. {λείρινος. Gall. *De lis.* Ital. *Digiglio.* Germ. *Gilgen-auß gilgen gemacht.* Hisp. *Cosa de açucena.* Angl. *Of lillies.*} vt Oleum liliaceum, Pallad. *lib.* 6. *cap.* 14.

‖Lilialis, iridis quædam species, à similitudine lilij.

Liliastrum planta est, lilio similis.

Lilionarcissus planta, species Tulippæ: tanquam ex lilio & narcisso composita. ‖

Lirinon, Vnguentum, siue oleum ex lilio. {λείρινον. Gall. *Huile ou onguent de lis.* Ital. *Oglio ò vnguento de giglio.* Germ. *Gilgensalb/oder öl.* Hisp. *Azeite ò vnguento de açucenas.* Angl. *An oile of lillies.*} Plin. *lib.* 21. *cap.* 5. Lilium rosæ nobilitate proximum est, & quadam cognatione vnguenti, oleique, quod lirinon appellatur. Idem *lib.* 13. *cap.* 4. Lirinum, quod & Phaselinum, & Syrium vocauimus, renibus vtilissimus est sudoribúsque euocandis, &c.

Lĭlĭētum, i, Locus in quo sunt lilia consita. {κρινών. Gall. *Lieu où croissent les lis.* Ital. *Luogo doue sono molti gigli.* Germ. *Ein ort da vil gilgen stehn.* Hisp. *Lugar de muchas açucenas.* Angl. *A place where lillies.*} Palladius, Lilieta, cannetæ ponenda sunt. Idem *lib.* 3. *cap.* 21. Noua lilieta formabunt.

Lilybæum, λιλύβαιον, Promontorium Siciliæ, cum vrbe eiusdem nominis, Libyam spectans. {Das vorgebirg Siciliæ gegen Mittag vnd Africa/ Marsala genant.} Tria enim traduntur esse eius insulæ præcipua promontoria: ex quibus quod Græciam respicit, Pachynum: quod Italiam, Pelorum, Scyllæ oppositum: quod autem in Austrum Libyam versus procurrit, Lilybæum appellatur. Autor Pompon. *lib.* 2. Vulgò *Marsala.*

Lilybeius, Adiect. λιλυβήϊος. Virg. 3. *Æneid.*

Et vada dura lego saxis Lilybeia cæcis.

Līma, æ, à sono λίμνη, Instrumentum fabrile, quo ferrum, aut aliquid aliud terendo expolitur. {צפרנים *petsirhapim* ... Gall. *Vne lime.* Ital. *Lima.* Germ. *Ein feile.* Hisp. *La lima de hierro, instrumento para limar.* Angl. *A file.*} Quint. *lib.* 10. *cap.* 3. Opus poliat lima. Tum compediti ianuam lima perterunt. Plaut. *Men. sc.* 1. *a.* 1. ¶ Hinc non ineleganter dicimus, scriptis deesse vltimam limam, quum significare volumus, non satis tersa esse, & expolita. ¶ Item lima vti, pro castigare, & expolire. Ouid. *lib.* 1. *de Ponto,*

Scilicet incipiam lima mordacius vti,

Vt sub iudicium singula verba vocem.

Defuit & scriptis vltima lima meis,

idem *Eleg.* 6. *lib.* 1. *Trist.* Item, lima poliat opus, non exterat, Fab. *cap.* 4 *lib.* 10. In eo scriptore plus limæ. Velleius.

Līmā, veteres dicebant omnia transuersa: à quo & limina ostiorum, per quæ foris & intus itur: & limites, quòd per eos foris & intus eatur.

‖Lima, seu Ciuitas Regum, *Ciudad de los Reges,* V. A. prouinciæ Peruanæ cultissima. ‖

Līmo, as, polio, læuigo. {ῥινάω, σμηχίζω, ῥινίζω, διαξέω. Gall. *Limer, polir à la lime.* Ital. *Polire, limare.* Germ. *Feilen.* Hisp. *Polir, limar con lima.* Angl. *To file, to polish with a file.*} Plin. *lib.* 36. *cap.* 6. Scalpere atque limare gemmas. ¶ Ponitur per translationem pro expolire, exornare, & superuacanea resecare. Cic. 1. *de Orat.* Neque hæc ita dico, vt ars aliquid limare non possit, neque enim ignoro, & quæ bona sunt, fieri meliora posse doctrina. Decoquent anni (stylum) ratio limabit, deteret vsus. Quintil. *cap.* 4. *lib.* 2. ¶ Aliquando significat limis oculis aliquid intueri. Horatius,

Non istic obliquo oculo mea commoda quisquam

Limat.

¶ Aliquando est coniungere, teste Nonio, Sociare, quòd qui amatores cum amica caput iungunt, tanquam terunt & limant, sese mutuò fricando dum osculantur in opere. Plaut. *in Pœn.* At videsis, cum illa nunquam limaui caput. Idem *Mercat.* Nisi cum illo, aut ille mecum neuter stupri causâ caput limaret. ¶ Huius composita sunt, Delimo, & elimo, quæ habent penultimam productam.

Lĭmātŭs, a, um, nomen ex participio, Politus, expolitus, perfectus. {ἐξεσμένος, ... Gall. *Limé, poli, orné.* Ital. *Limato, polito, ornato.* Germ. *Geseilt auß-geputzt.* Hisp. *Limado, ornado, afeytado.* Angl. *Polished, filed.*} Cicer. *de clar. Orat.* Nihil enucleatè, quo fieri possit aliquid limatius. Horat. 1. *Serm. satyr.* 10.

———fuerit Lucilius, inquam,

Comis & vrbanus, fuerit limatior idem,

Quàm rudis.

Līmātē, ius, aduerbium, Politè, ornatè, perfectè. {Gall. *Ornement.* Ital. *Ornatamente.* Germ. *Zierlich gesteyfft.* Hisp. *Ornadamente.* Angl. *Perfectlie.*} Cic. 5. *de finib.* Vnum populariter scriptum, quod ἐξωτερικὸν appellabant: alterum limatius, quod &c.

Lĭmātŭlŭs, i, diminutiuum. {ὑπέξεσμένος. Gall. *Vn peu limé & poli.* Ital. *Aliquanto limato & polito.* Germ. *Zimlich gesteyfft.* Hisp. *Limado y ornado vn poco.* Angl. *Somewhat filed.*} Cic. *Volumnio.* Opus est hic limatulo, & polito tuo iudicio, id est, terso & subtili.

Lĭmātūrā, æ, Scobs, hoc est, puluisculus limando detractus. {ῥίνημα. Gall. *Limure, limaille.* Ital. *Limatura.* Germ. *Abfeile / feilenspän.* Hisp. *Limadura.* Angl. *Filinge, or dust of filing.*}

Līmāx, acis, teste Varr. *lib.* 5. *de ling. Lat.* cochlea: nomenque habet à limo, in quo per hyemem delitescit, vere prodiens. {חמט *chomet* שבלול *schablúl.* κοχλίας. Gall. *Limace ou limaçon.* Ital. *Lumaca.* Germ. *Ein schneck.* Hisp. *Caracol.* Angl. *A snaile.*} Col. *lib.* 1. Implicitus conchæ limax, hirsutaque campe. Nonnulli tamen contendunt limacis nomen patere potius quàm cochleæ: vt cochlea tantùm dicatur, quæ conchæ includitur, suamque secum domum circunfert: limax etiam illa, quæ testa caret. ¶ Item Limax, pro eo qui exquirit vt aliquid auferat. Plaut. *Bacch.* Limaces viri quod auferant & consumant. Nonius. ‖¶ Limax etiam est meretrix, apud Varron. *lib.* 6. *de L.L.* ‖

Lĭmbŭs, i, à lambo, quia lambit vestem. Fimbria, est pars infima vestis muliebris, imos pedes contingens: vel potiùs fascia extremitatem vestium circunquaque ambiens. {כנף *chanáph.* κράσπεδον. Gall. *Bord, bordure.* Ital. *Limbo, orlo.* Germ. *Ein saum oder blege/fürnemlich an weibs kleydern.* Hisp. *El cabo ò borde de la vestidura.* Angl. *A garde or bemme of a garment.*} Ouid.

———quam limbus obibat

Aureus, ornabant aurata monilia collum.

Virg. 4. *Æneid.*

Sidonium pictis chlamydem circundata limbo.

Vbi Seruius, Limbus est fascia extremitatem vestium ambiens. Secundùm antiquum ritum. ‖¶ Limbus duodecim signorum, Zodiacus, quia in sphæra pingitur, vt fascia quædam lata. ¶ Limbus scholasticis Theologis est etiam pars inferorum. ‖¶ Huius diminutiuum est Limbulus, à quo limbellos, quorum oporteat afferri exempla, è locupletibus auctoribus sumpta.

Limbŏlārĭŭs, ij, qui limbum vestium consuit. {κρασπεδοποιός. Gall. *Brodeur, qui fait bords.* Ital. *Chi fa tali orli.* Germ. *Blegendreer.* Hisp. *Bordador ò hollador.* Angl. *An embroderer, or that soweth ... of*

of garments.} Plaut. *in Aulul.* Textores limbolarij, arcularij, &c. *sc.5. a 3.*

LIMEN, inis, quod ex transuerso in ianua statuitur, à limo, id est, obliquo quod ingredientibus, exeuntibúsque transuersum sit, vt est apud Donatum, Festúmque. {סף *saph* מפתן *miphtan.* φλιὰ, οὐδὸς, βαθμός. GALL. *Le linteau ou sueil de l'huis, l'entrée d'vn huis ou porte.* ITAL. *Soglia, soglio della porta, entrada di casa.* GERM. Die thürschwell / die ober vnd vnder. HISP. *El vmbral de la puerta.* ANGL. *The treshould, an entry.*} Terent. *in Hecyr.* Iam vt limen exirem, ad genua accidit. Auses es deploratæ limen adire domus. Ouid. *Eleg. 5. lib. 3. Trist.* Toties præter limen exequias immaturas fax & cereus præcessit. Senec. *cap. 11. de tranq.* Item, Cur trans limen rapitur noua nupta. Plutarch. *in Rom. quæst.* ¶ Nec solùm inferiorem partem significat, quæ sub pedibus calcari solet in ingressu, sed etiam superiorem, quam Græci ὑπέρθυρον, ὁ καὶ ὑπέρθυρον appellant. {משקוף *maschkoph* כפתור *chaphtor.*} Iuuen. *Satyr. 6.*

——— ———*pendentia linquit*
Vela domus, & adhuc virides in limine lauros.

Næuius vero limen superum & inferum dixit: Exime limen superum, quod mihi misero sæpe confregit caput: inferum quoque, vbi ego omnes defregi digitos. ¶ Limen superum, inferúmque discedentes salutabant. Plaut. Limen superum, inferúmque salue, simul autem vale. ¶ Ponitur interdum limen pro ingressu. {מבוא *mabo* ביאה *biah.* εἴσοδος.} Virg. 2. *Æneid.*

Limen erat, cæcæque fores, & peruius vsus
Tectorum.

¶ Interdum pro domo ipsa. Idem 2. *Georg.*

———*Penetrant aulas & limina regum.*

¶ Vbi Seruius, Pro frequentia Satellitum: limina autem ait interiorem familiaritatem. ¶ Interdum pro carceribus vnde stadiodromi cursum auspicantur. Virg. 5. *Æneid.*

———*signó que repente*
Corripiunt spatia audito, liménque relinquunt.

¶ Interdum pro amicitia, vt censet Seruius, enarrans illud de Turno.

——— ———*se limine pelli.*

Iuuen. *Satyr. 3.*

Limine submouear, id est, repellor ab amicitia.

Peristi si intra limen intrassis. Plaut. *Men. sc. 4. a. 2.*

Ter limen tetigi, ter sum reuocatus.

Ouid. *Eleg. 3. lib. 1. Trist.* ¶ Ad limina seruus, pro atriensi. Virg. *lib. 9.*

Filiúsque ad limina custos, id est, ianitor.

inquit Budæus. Limina imperij, id est, extremi fines. ¶ Musas vix à limine salutasse, prouerbij metaphora dicuntur ij, qui vix leuiter & summis tantùm labris literas degustarunt. ¶ Ipsum hostij limen tetigisti, αὐτὸν ἐπέτυχες τῆς θύρας, dici solitum quoties ad rem ipsam peruenitur. ¶ At limen, liménis, Græcè λιμὴν portum significat: à quo Limenarcha, de quo paulò pòst.

Limenotis, Λιμενῶτις, Chersonesus Celtica, Steph.

Limentinus, Putabatur deus, qui liminibus præesset. φλιὰς θεός.

Limere, Λιμηρά, vrbis nomen. vide suprà in Epidaurio ex Stephano.

Limenarcha, æ, masc. gen. {λιμενάρχης. GALL. *Celuy qui garde les passages sur mer, qui a la charge des ports de mer, maistre des ports.* ITAL. *Ammiraglio di porto, ch'i guarda vn passo di mare ò vn porto maritimo.* GERM. Ein oberster / so verordnet ist zu der hut eines meerhafens oder paß in frömbde land. HISP. *Garlador de los puertos maritimos.* ANGL. *A constable, maister of the watch or portes.*} Dictio Græca est, quam Latinè Præfectum portus interpretari possumus. λιμένα enim Græci portum dicunt. Erant autem Limenarchæ, qui portubus præerant, ex quibus frequens erat traiectus ad exteras nationes. Hos Aristot. *lib. 6. Politicôn,* λιμενοφύλακας appellat. Hæc ferè Budæus *in l. Limenarcha. ff. de seruis fugit.*

[Limenophylaces, limenarchæ, custodes portuum maris. Lazius.

Limentinus, deus præses liminum, quem pagani fingebant.]

LIMES, itis, mascul. gener. à λιμὸς: vel à limen. Semita transuersa, militari via angustior. {גבול *ghebul* גליל *ghelil.* ἀγροὶ, ὅρος. GALL. *Frontiere ou lisiere, chemin trauersant les terres, sente.* ITAL. *Via per trauerso termino, confine.* GERM. Ein zwerchet fußwäg durch ein acker. HISP. *La linde ò termino.* ANGL. *A crosse path or way.*} Col. *lib. 1.* Semitas nouosque limites in agro fieri non patiatur. Virg. 8. *Æneid.*

Hæc ego vasta dabo, & lato te limite ducam.

Idem 2. *Æneid.*

———*tunc longo limite sulcus*
Dat lucem.
Et longum tenui limite fecit iter (Nauis sup.)

Ouid. *Eleg. 9. lib. 1. Trist.*

Discolor vt recto grassetur limite miles. (i. latrunculus.)

Idem *Eleg. 2. lib. 2. Trist.*

In vario limite cæli fixa corona ferret,

Catull. *de com. Beren.* Limites regionésque Cœli quot, Gell. *cap. 22. lib. 2* Quintilian. *lib. 2. cap. 13.* Itaque & stratum militari labore iter sæpè deserimus, compendio ducti: & si rectum limitem rupti torrentibus pontes inciderint, circuire cogimur. Liu. *lib. 1. bell. Maced.* Intra portam, extráque latæ sunt viæ: vt & oppidani dirigere aciem à foro ad portam possent: & extra limes mille fermè passus in Academiæ gymnasium ferens pediti, equitique hostium liberum spatium præberet. Budæus. ¶ Limites item in agris dicuntur ipsi termini, quibus agrorum fines distinguuntur. Festus. Limites in agris modò termini, modò viæ transuersæ dicuntur. Virg. 1. *Georg.* Nec signare quidem aut partiri limite campum Fas erat. ¶ In agris limites duo maximi erant, cardo & decumanus. Limes decumanus est, qui ab Oriente in Occidentem spectat: Cardo à Meridie ad Septentrionem. Reliqui limites angustiores, distántque inter se paribus interuallis. Vide Plin. *lib. 18. cap. 33.*

Limito, as, Termino, limitibus circumscribo & distinguo, quemadmodum Semito, id est, semitas distinguo. {גבל *gabal* ὁρίζω, διορίζω. GALL. *Limiter, borner par sentiers ou voyes, diuiser & partir par chemins & bornes.* ITAL. *Limitare, terminare.* GERM. Mit wägen vnderscheiden/ vndermachen. HISP. *Deslindar ò poner linde.* ANGL. *To bounde or limite.*} Vnde limitatus ager, dicitur in centurias diuisus, inquit Festus. Plin. *lib. 17. cap. 22.* Vineas limitari oportet decumano XVIII. pedum latitudinis, ad contrarios vehiculorum transitus, aliisque limitibus denûm pedum distingui per media iugera. Aut si maior modus sit, totidem pedum cardine, quot decumano limitari: semper verò quintanis semitari, hoc est, vt quinto quoque palo singulæ iugo paginæ includantur. ¶ Per translationem accipitur pro restringo, reseco, adimo, præcido. Cicer. *Appio Pul.* De tua prolixa beneficáque natura limitauit aliquid posterior annus, propter quandam tristitiam temporum. Quo tamen in loco quædam exemplaria *limauit* habent, non limitauit.

Limitanei milites, qui sunt in limitibus, id est, in finibus imperij, in præsidio constituti, ad incursus inimicorum vicinorum arcendos. {φρουροὶ οἱ ἐν τοῖς μεθορίοις. GALL. *Gens d'armes qui se tiennent és frontieres d'vn pays.* ITAL. *Gente d'armé alle frontiere.* GERM. Kriegsleut so auff den grentzen vnd anstössen zur hut ligen. HISP. *Hombres de armas en fronteras.* ANGL. *Souldiours appointed to defend the marches.*} [¶ Limitanei duces, qui limites Imperij tuentur. Lamprid.] ¶ Item agri limitanei, qui in limitibus alicuius prouinciæ, proximè hostes sunt siti. Iurisc. *in l. fin. de fundis limitrophis.* Agros limitaneos vniuersos cum paludibus, omnique iure, quos ex prisca dispositione limitanei milites ab omni munere vacuos ipsi curare pro suo compendio, atque arare consueuerunt, &c. Limitanei fundi, sunt limiti deputati.

Limitatio, nis, Definitio, circumscriptio, siue distinctio. {גבלות *ghabluth.* ὁρισμὸς, ἀφορισμός. GALL. *Limitation, diuision de sentiers & chemins.* ITAL. *Diuisione & partimento de camini.* GERM. Vndermarckung / vnderscheidung. HISP. *Obra de deslindar ò poner lindes, apartamiento de caminos.* ANGL. *A bounding.*} Col. *lib. 3. cap. 12.* Non intempestiuè commemorabimus Iulij Græcini conscriptam, velut formulam, ad quam posita est limitatio terræ vinealis.

Limeum, Herba qua venatores sagittas inficiunt: à nonnullis Venenum ceruarium appellatur. Plin. *lib. 27. cap. 11.*

Limeosaleum, Ptolem. *lib. 2. cap. 11.* vrbs germaniæ. Vulgò *Gmisau.*

[Liminium, seruitium mortiferum, captiuitas. Glossi. Isid.

Limma, λεῖμμα defectus: à λείπειν deesse.]

Limnæ, λίμναι, Locus erat in arce Athenarum, templum habens Dionysio sacrum, à Theseo rege extructum. Quo in loco vetustiora Bacchanalia peragebantur die duodecimo mensis Anthesterionis, qui nostro ferè Nouembri respondet. Meminit huius loci Aristoph. *in Ranis,* & Thucyd. *lib. 2. Hist.*

[Limne, λίμνη, stagnum, lacus, palus. vt lacus Asphaltites.]

Limnesium, λιμνήσιον. Herba est quam alio nomine Centaurium minus appellant, copiosissimè circa lacus prouueniens, & paludes, quas λίμνας Græci appellant: vnde & nomen accepit. Diosc. *lib. 3. cap. 7.*

[Limnisci, vide *Lemnisci,* supra.]

Limnos, λίμνος, Insula est deserta, iuxta Orientalem plagam Hyberniæ, teste Ptolem *lib. 2. cap. 2.* Plin *lib. 4. cap. 16.* Silinum vocat.

Limnothalassa, λιμνοθάλασσα, Insula Hispaniæ adiacens inter Carthaginem nouam & Sucronem, non procul à Diano. Strab. *lib. 3.*

Limnoria, λιμνώρεια, Nympha: à cura lacus sic dicta: λίμνη enim lacus, & ὤρα cura dicitur.

Limonia, λειμωνία, alterum genus anemones. Plin. *lib. 21. cap. 11.*

Limoniades, λειμωνιάδες, Nymphæ sunt florum & pratorum, quas aliquando mori & deficere dicit Aristoteles, sicut Faunos & Satyros. Dictæ Limoniades à pratis, quæ Græci vocant λειμῶνας.

Limoniates, λειμωνιάτης, Gemma eadem videtur, quæ smaragdas. Plin. *lib. 37. cap. 10.*

Limonion, λειμώνιον, Herba est similis betæ, verùm foliis tenuioribus, & minoribus, numero circiter decem, caule tenui, recto, altitudine liliorum, pleno seminis rubri, quod gustatum linguam astringit. Plin. betam syluestrem appellat, *lib. 20. cap. 8.* Vulgò *beta pratensis.*

Limonum, Pictonum oppidum in Gallia Aquitanica, teste Ptolem. *lib. 2. cap. 7.*

Limpidus, a, um, Clarus, purus, lucens. {צח *tsach* בהיר *bahir* בר *bar* טהור *tahor.* διαφανής. GALL. *Clair comme eau de roche.* ITAL. *Chiaro, limpido.* GERM. Lauter / klar. HISP. *Cosa limpia.* ANGL. *Cleare as water.*} Colum. *lib. 5. cap. 28.* Vere florente rosa, defæcatum quàm limpidissimum in vasa bene picata & pura transfero. Lacus limpidi, Catullus ad Sirmionem peninsulam, *Epigr. 29.* ¶ Vocem limpidam ac canoram facit sandaracha. Plin. *lib. 34. cap. vlt.*

Limpitudo, inis, Puritas claritatis. {בר *bor* טהר *tohar.* διαφάνεια. GALL. *Clairté d'eau ou d'autre chose.* ITAL. *Chiarezza, purità.* GERM. Lauterkeit / klarheit. HISP. *Limpieza.* ANGL. *Clearenesse water or other thing.*} Plin. *lib. 32. cap. 11.* Stant velut fustillo erute longo, in arena defixæ, hiantéque qua limpitudo est, pedali non minus spatio.

Limousci, Ptolem. *lib. 2. cap. 37.* Galliæ Aquitanicæ populi: alio nomine Lemouices. Vulgò *Limosins.* {Die Limosiner / ein volck in Gasconien.}

LIMVS, i, Genus vestis, ab vmbilico ad pedes pertingens, qua teguntur, vt ait Seruius, pudenda poparum. Hæc autem vestis habet in extremo sui purpuram limam, id est, flexuosam: vnde & nomen accepit: nam limum obliquum dicimus. Virg. 12.

Velati limo, & verbena tempora vincti.

Suetonius, Succinctus Poparum habitu. Propertius,

Succinctique calent ad noua sacra Popæ.

Higenus limum cinctum ideo dicit vocatum quòd purpuram transuersam habeat ¶ Limus præterea lutum significat, seu cœnum illud mollius, quod ab aquis deferri solet. {טיט *tit* יון *iauen.* ἰλύς, πηλός. GALL. *Boue, fange.* ITAL. *Fango, gorra, lotto.* GERM. Kot / Leim. HISP. *Limo de la tierra ò cieno.* ANGL. *Mudde and slime.*} Virg. 8. *Eclog.*

Limus vt hic durescit, & hæc vt cera liquescit
Vno eodémque igni: sic nostro Daphnis amore.

Idem 4 *Georg.*

Tu tamen & leui rimosa cubilia limo Vnge.

Horat. 2 *Serm. satyr. 4.*

Sive gratus veteri cratere limus adhæsit.

Ouid.

Ouid. 3. *Fast.*

——Limúmque inducere monstrat. mox,

——Et linit ora luto.

]¶ Limus deus rerum limarum, id est, obliquarum, vt liminum, &c. Ita Lima huius Ordinis dea, apud Arnobium.]

Līmōsŭs, a, um, Limo plenus, & cœnosus. {ἰλυώδης, πηλώδης. GALL. *Boüeux, fangeux, plein de boüe & de fange.* ITAL. *Pien di fango.* GERM. *Schlechtig, mürechtig.* HISP. *Cosa llena de limo ò cieno.* ANGL. *Full of mudde and slime.*} Virg. 2. *Æneid.*

Limosóque lacu per noctem obscurus in vlua
Delitui.

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist.*

——Innitens limosa pronus arena.

¶ Hinc Illimis, & hoc illime, quod est sine limo, defæcatum, syncerum ἄιλυος. Idem *lib.* 4. *Metam.*

Fons erat illimis, nitidis, argenteus vndis.

¶ Hinc & Oblimo, de quo alibi.

Limus, a, um, Obliquus, transuersus, obtortus: pro quo etiam Limis dicimus, teste Festo, per tertiam declinationem. {קלקלתון *hakalkalathôn* קלקלקל *hakalkál.* διεστραμμένος, παραβλώψ. GALL. *Qui est de trauers, tourné.* ITAL. *Trauerso, torto.* GERM. *Schäl, schlemm, vberzwerch.* HISP. *Cosa tuerta ò al traues.* ANGL. *Crooked, awry, askew.*} Hinc oculi limi, vel limes dicuntur, quibus ex obliquo aliquem aspicimus. Plaut. *in Milite,* Aspice limis oculis. Plin. *lib.* 8. *c.* 16. Nec limis intueantur oculis: aspicique se simili modo nolunt. id est, obliquis oculis. Vnde qui obliquè aspicit, limis oculis spectare dicitur, παραβλέπειν, παραβάλλειν τὰς ὀφθαλμούς, παραβλέπειν. Terent. *in Eunucho.* Ego limis aspecto sic per flabellum clanculum. Vbi Donatus, Limis, sic nominatiuus singularis est, transuersum significat: si secus pluralis, deest oculis. Nam limis est transuersus: vnde limen dicitur quoque quod ingredientibus, exeuntibúsque transuersum est. Quum igitur dissimulant homines se videre quod vident, & non recta facie, sed transuersa intuentur, limis dicuntur. Limi & (vt ita dicam) venerei oculi. Quintil. Limum licium. (i. transuersum. Gell. *cap.* 3. *lib.* 12. ¶ Hinc limulus diminutiuum. Plaut. *in Bacch.* Viden' limulis vt obsecro intueantur.

]Limum, vestis genus, ab vmbilico ad pedes purpuram limam, id est, flexuosam habens. Cerda.]

Limyra, Λίμυρα, Lyciæ fluuius, cum oppido eiusdem nominis. Plinius *lib.* 5. *cap.* 27.

Linamentum, vide *Linum.*

]Lincolnia, veteribus Lindocolnia, *Lincolne,* V. E. Angliæ sub A. Cantuariensi.

Lincopia, *Lincopen,* V. E. Sueciæ, sub A. Vpsaliensi.]

Lindauium, Rhetiæ vrbs ad lacum Brigantinum sita, vulgò *Lindaw.*

]Lindisfarna, *Lindisfarne*, insula in Northumbriæ littore, Lindi fluuio obiecta.]

Lindos, Λίνδος, vulgò *Lindo.* In Rhodo, inquit Pomponius, tres quondam erant vrbes, Lindos, Camiros, Ialisos. Gentile est Lindius, Λίνδιος.

Lindum, Λίνδον, duorum oppidorum nomen est in Britannia insula. Ptol. *lib.* 2. *cap.* 3.

LINĔĂ, æ, à linum, è quo fit linea, minima corporis dimensio. A Geometris propriè appellatur longitudo latitudinis expers. {קו *kau.* γραμμή. GALL. *Ligne, raye, cordeau de charpentier.* ITAL. *Linea, il filo del legnaiuolo segno traito su qualche cosa.* GERM. *Ein linien, ein richtschnur.* HISP. *La linea ò raya ò traça.* ANGL. *A line, rowe or strike.*} Lineas subtiliùs examinant pictores. Rectissima linea tensa, metaphor. Quintil. ¶ Linea pro genere & stemmate, Statius 3. *Syl.* Lineas primas ducere, metaph. *cap.* 7. *lib.* 2. Vt affectus veluti primis lineis designentur. ¶ Alba linea prouerb. Gell. *cap. vlt. lib.* 20. Linea trahere piscem. Martial *Epigr.* 104. *lib.* 5. & *Epigr.* 30. *lib.* 10. Lineas vmbrásque facere. (i. delineare interpretando.) Gell. *cap.* [illegible] *lib.* 17. Item Admoueri mihi lineas sentio. (i. vitæ exitum appropinquare.) Senec. *Epist.* 49. Lineam poposcit Callius Seuerus aduersus eos, qui in diuersa subsellia transibant. Hoc item nomine dicitur filum quo fabri vtuntur ad signandam materiam: quòd ex lino fieri soleat. Cicer. *Quinto fratri,* Aliquando per pendiculo & linea discet vti. ¶ Hinc linea dicitur filum omne ex lino, & quicunque tenuis funiculus. Columel. Ligato pede longa linea gallina custoditur. Plinius, Murænæ deuorant hamum, admouéntque dentibus lineas, atque ita erodunt. Quo in loco accipitur linea pro funiculo illo cui annexus est hamus, quo piscatores vtuntur ad decipiendos pisces. ¶ Lineam mittere, apud Plautum *in Mostell.* videtur accipi pro expiscari, vel explorare aliorum consilium, Non (inquit) extemplò ostendam meum sensum, lineam mittam, hoc est, explorabo illorum mentem. Sunt qui à nautis dictum putent prouerbium, qui ad explorandum locorum profunditatem funiculum mittunt in mare, cui plumbum in extremo adhæret. Græci βολίδα vocant. Alij à piscatoribus ductum putant, qui ad capiendos pisces lineam hamatam in aquam mittunt. Sunt etiam qui à pictoribus, qui vbi quid pingere volunt, lineam priùs vmbræ cuipiam similem mittunt, per quam ipsi picturam dirigunt: sed ex illa tamen ab intuentibus nihil deprehendi potest de picturæ forma. ¶ Nullam hodie lineam duxi, μηδεμίαν σήμερον γραμμὴν ἤγαγον. Ab Apelle pictore natum adagium: in eos quadrat quibus cessatur ab exercitio studij artísque suæ, Plin. *lib.* 35. *cap.* 10. ¶ Linea pro gradu agnationis. Paulus *in l. stemmata. ff. de grad. affin.* Stemmata cognationum directo limite in duas lineas separantur. Lineæ geometricæ vocantur ex quæ non colore, sed animo imaginantur. Vltima linea rerum mors est. Horat. 1. *Epist.* 17. ¶ Linea diues, quid sit, multi anxiùs quærunt. placita Lipsij sententia, qui ita ait: Mihi videbatur linea pro ordine subselliorum capienda, & interpretabor non solum populum habere, quod caperet in missilibus, sed & senatum. Diues igitur linea, orchestra.

Lineŏlă, æ, Parua linea diminutiuum à linea. γραμμίδιον. Gell. *lib.* 10. *c.* 1. Tribus tantùm lineolis III inesse significatum est.

Linĕo, as, est lineas duco, lineis rem aliquam figuro, delineo, informo. {תאר *toér.* διαχαράττω, ὑποχαράττω. GALL. *Aligner, marquer à la ligne, pourtraire par lignes, & traicts.* ITAL. *Tirar linee, lineare.* GERM. *Linien ziehen, entwerffen.* HISP. *Traçar, dibuxar.* ANGL. *To drawe lines, to describe wit lines.*} Cato *de re rust. c.* 14. Et quæ opus sunt domui præstabit, & ad opus dabit, succidet, dolabit, lineabit, secabitque materiam solam duntaxat.

Lĭnĕāmenta, Lineæ quædam in corpore apparentes, ex quibus rei vniuscuiusque forma dignoscitur: à lineari pictura tracta, in quo per solas lineas effigies hominis cognoscebatur. {γραμμαί. GALL. *Traits, pourtraits, premiers lineamens.* ITAL. *Lineamenti, figure tratte à lineo.* GERM. *Die lydmaß.* HISP. *Traças.* ANGL. *Draughtes, or delineations of any thing.*} Cic. 4. *Verr.* Contemnere etiam signum illud Himeræ iam videbatur, quod eum multò magis figura & lineamenta hospitæ delectabant. Lineamentis exterioribus nitidum animal homo, Senec. *cap.* 11. *de consol. ad Mart.* Plin. *lib.* 35. *cap.* 25. Nec qui succederet operi ad præscripta lineamenta inuentus est. Lineamenta in Geometria sunt linearum productiones. Cic. 1. *de Orat.* In geometria lineamenta, formæ, interualla, magnitudines, &c. ¶ Lineamenta animi metaphoricôs dixit Cicer. 3. *de finib.* Animi enim lineamenta sunt pulchriora quàm corporis.

Lĭnĭāmentum, idem quod lineamentum. Tertull. *lib.* 1. *de resurr. carn.* Talia interim diuinarum virium lineamenta, minus non probabis operato Deo, quàm locuto, &c.

Lĭnĕāmentātio, Lineamentorum ductus. γραμμογραφία. Iul. Firmic. *Matheseos lib.* 1. Vnde enim sese singuli propria corporis lineamentatione cognoscunt.

Lĭnĕāris, e, quod ad lineam pertinet. {γραμμικός. GALL. *Appartenant à la ligne.* ITAL. *Lineare.* GERM. *Das zu den linien gehört.* HISP. *Cosa pertenenciente à la linea.* ANGL. *Belonging to à line.*} Vnde linearis pictura vocata est, quæ nullis adhibitis coloribus, rei pingendæ similitudinem solis lineis exprimebat. Linearis ratio in Geometria. Primi hanc picturam exercuerunt Ardices Corinthius, & Telephanes Sicyonius, sine vllo colore, spargentes tamen lineas intus: vnde & Græci huiusmodi picturam γραφικήν appellarunt. Vide Plinium *lib.* 5. *cap.* 3.

Lines, Vasa fuisse videntur ad fontes pertinentia. Vlpian. *lib.* 15. *D. de act. empt.* Lines & labræ salientes fistulæ quæ salientibus iunguntur. Quo tamen loco *Lenes* corrigendum putarem. Nam apud Nonium Lenis vasis genus est: vbi tamen corruptè *Lenas* legi, ex duobus autorum, quos citat, locis, intelligitur. Ex Hotomano.

LINGO, is, xi, ctum, à λείχω. hinc lingua, vnicum lictus instrumentum. est aliquid lingua leniter delibo, degusto, lambo. Diomed. *lib.* 1. {לחך *lachách* לק *lak.* λείχω. GALL. *Licher, succer.* ITAL. *Leccare.* GERM. *Lecken.* HISP. *Lamer.* ANGL. *To licke, to sucke.*} Plaut. *in Cas.* Mel mihi videor lingere. ¶ Nonnunquam idem est quod paulatim deglutio: vt quum aliquid ore tenentes guttatim demittimus in ventriculum. Plin. *lib.* 37. *c.* 10. Tecolithos oleæ nucleo similis videtur: neque est gemmæ honos, sed lingentium calculos frangit, pellitque. ¶ Hinc fit compositum Elingo, quod idem significat cum suo simplici. Plaut. *in Curcul.* Hic hodie apud me nunquam elinges salem.

Lictus, us, Lingendi actus. {τὸ λείχειν, τὸ λάπτειν, τὸ ἐκλεικτόν. GALL. *Lichement ou succement.* ITAL. *Il leccare.* GERM. *Leckung.* HISP. *Obra de lamer.* ANGL. *A licking.*} Plin. *lib.* 31. *c.* 9. Multi tussim veterem linctum salis discussère. Quæ verò in eum vsum fiunt vt delingantur, à Græcis vocantur ἐκλείγματα, quasi dicas delictoria. Qua etiam voce vsus est Plinius, E semine lini fiunt ecligmata.

Lingŏnes, Λίγγονες. Sunt populi Galliæ Celticæ, Heduis, Sequanis & Leucis vicini: qui etiam hodie aliquod nominis retinent vestigium. Siquidem totius regionis eius metropolim Galli sua lingua vocant *Langres.*

Lingŏnus, i, idem. Martial. *lib.* 8.

Lingonus à recta Flaminiáque recens.

Lingŏnĭcus, a, um, adiectiuum: vt, Bardocucullus Lingonicus apud Persium, pro vestimenti vilissimi genere, quod Lingonibus præcipuè erat in vsu. Lingonicum tomentum, Martial. *Epigramm.* 159. & 160. *lib.* 14.

LINGVA, æ, Pars corporis nobilissima, voci formandæ, dignoscendisque saporibus destinata: ita dicta quòd eius ministerio lingentes vtamur. {לשון *laschón.* γλῶσσα. GALL. *Langue.* ITAL. *Lingua.* GERM. *Die zung.* HISP. *Lengua.* ANGL. *A tongue.*} Plaut. *in Pers.* Istic est thesaurus stultis in lingua situs, Vt quæstui habeant malè loqui de melioribus. Cic. 3. *de Orat.* Hæc tibi est excidenda lingua, quæ vel euulsa spiritu ipso libidinem tuam libertas mea refutabit.

Sed linguam nimio non tenuisse mero.

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.*

Dictandi vires siccaque lingua negat,

idem *Eleg.* 3. *lib.* 3. *Trist.*

Hac vbi sum furtim lingua titubante locutus,

idem *Eleg.* 2. *lib.* 4. *Trist.*

Quaque tibi est linguæ facundia confert in illud,

idem *Eleg.* 5. *lib.* 3. *Trist.*

Cuius in ingenio patriæ facundia linguæ,

idem *Eleg.* 4. *lib.* 4. *Trist.* Quin tibi prætruncari istam linguam largiloquam iubes? Plaut. *Merc. sc.* 6. *a.* 5. Qui promisi? T. linguà. C. eadem nego. Dicendi, non rem perdendi gratia lingua nata est mihi. Idem *Curc. sc.* 3. *a.* 5. Linguæ moderandum est mihi. Idem *sc.* 1. *a.* 4. Lenonibus sui nihil est nisi vna lingua, Qui abiurant si quid creditum est. *Ibid. sc.* 2. *a.* 4. Magis percipimus istud lingua dici, quàm factis fore. Idem *Asin. sc.* 3. *a.* 1. Si quid scelestè fecit, lingua pro illo peierat. *Ibid. sc.* 1. *a.* 1 Si te Dij amant, linguam comprimes. Idem *Merc. sc.* 6. *a.* 1. Neque vlla lingua loqui sciat, nisi Attica. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 4. Lingua nulla est, qua negem quicquid roges: Idem *Capt. sc.* 2. *a.* 5. Gallus exertare linguam cœpit, Gell. *cap.* 13. *lib.* 9. Nata tene linguam, Ouid. 2. *Fast.* Improbæ & importæ linguæ homo, Senec. *Epist.* 88. ¶ Vtriusque linguæ callens, Gell. *cap.* 5. *lib.* 17. Coruscare linguis dicentur serpentes, Ouid. 4. *Metam.* Virg. 3. *Georg.*

——Linguis micat ore trisulcis,

Ouid. 7. *Metamorph.*

Peruigilem superest herbis sopire draconem,
Qui crista linguisque tribus præsignis & vncis

Dentibus horrendus.

Bisulca lingua, idem 4. *Metamorph.* Aspera lingua premit fauces, Virg. 3. *Georg.*

——Comprensam forcipe linguam

Abstulit,

Ouid. 6. *Metamorph.* Linguam conuertere ad mores alicuius, est reprehendere. Plaut. *in Paen.*—respondebunt, Punicè pergam loqui: Si non, tum ad horum mores linguam diuertero. ¶ Lingua conuersa, id est, loquendi mutata ratio & sermo. Salust. *in Iugurt.* 114. Eius ciuitatis lingua modò conuersa connubia Numidarum. ¶ Est & lingua minor, quæ à Græcis epiglottis dicitur, ἐπιγλωττίς, operculum cartilaginosum, quòd fistulam spiritalem in gutture claudit: ne quicquam in eam decideret. Hæc quum ridemus, attollitur, quia risus omnia concutit. Quapropter periculosum est, ne nos risus inuadat, quum deglutimus. Hoc enim operculum natura instituit, ne quid esculenti, poculentiue ad pulmonem feratur. quod si acciderit nisi reiiceretur, hominem strangularet. ¶ Linguæ obligatio, i. impedimentum ac vinculum: cui vitio lingua soluta atque expedita opponitur. ¶ Linguæ titubantia (quæ oris titubantia Suetonio) Macrob. *Satur. lib.* 7. *cap.* 6. ¶ Accipitur quandoque Lingua pro certo cuique genere & ratione loquendi. Plaut. *in Paen.* Et is omnes linguas scit, sed dissimulat sciens se scire. ¶ Quinetiam in vna lingua sermonis diuersitas, διάλεκτος, lingua dicitur: vt in Græca lingua quinque præcipuè sunt linguarum diuersitates, Attica, Æolica, Ionica, Dorica, & Communis. ¶ Lingua, pro obloquutione, rumoribus, maledictis, obtrectatorum vocibus, & sermonibus. Cic. *ad Varronem lib.* 6. Tibi autem idem consilij do, quod mihimetipsi, vt vitemus oculos hominum, si linguas minus facile possumus. Tela linguæ. Ouid. 4. *de Ponto,*

Hostibus eueniat, quàm sis violentus in armis,

Sentire, & lingua tela subire tua.

Linguas retundere. Liuius *lib.* 5. *d.* 4. Omnium linguarum histriones. Sueton. *in August. cap.* 51. ¶ Est præterea Lingula, siue lingua promontorium, vel alia quæuis terra oblonga, & angusta, quæ in modum linguæ exertæ in mare excurrit. Cæs. 3. *b. Gall.* Erant eiusmodi ferè situs oppidorum, vt posita in extremis lingulis, promontoriisque, neque pedibus aditum haberent, &c. Budæus. Plin. *lib.* 5. *cap.* 7. Inde in altum linguæ mille passuum excurrit. Vide Liuium *lib.* 7. *d.* 4. *&* 4. *d.* 5. ¶ Lingua item Plin. *lib.* 24. *cap.* 19. Herba est, quæ circa fontes nascitur, cuius radix combusta & trita, alopecias emendat. ¶ Similiter lingua bubula, genus herbæ, quam Græci βούγλωσσον dicunt, boum linguæ similis. ¶ Lingua canina, alia herba, quæ κυνόγλωσσος vocatur à Græcis. ¶ Lingua petræa, genus lapidis, quod inter gemmas connumeratur. ¶ Lingua amicus ἀπὸ γλώττης φίλος, qui verbis ostendit, non re præstat beneficium. Aut qui non amat ex animo, sed beneuolentiam oratione præ se fert. Theog. *in sentent.* ¶ Lingua bellare, γλώττῃ πολεμίζειν, dicuntur qui maximè conuitiantur, ac minantur hosti, sed quum tutum est. ¶ Lingua iurauit, ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχε. vbi quis non præstat fidem promissis: aut vbi non ex animo pollicetur. Euripides. ¶ Lingua duplex. Plaut. *in Asin.* Fac proserpentem bestiam me, duplicem vt habeam linguam, id est, rosere tuam linguam in os meum, id est, collabellare osculum Laberio. & significatur id suauij genus quod Græci καταγλωττισμόν. ¶ Lingua ignara, pro linguæ alicuius ignoratio. Salust. *Iugurth.* 66. mare magnum, & ignara lingua commercia prohibebant.

Linguagium, sermo. Vox Italica (*linguaggio*) qua interdum scriptores Latini vtuntur. Gall. est, *langage.*

Linguatus, id est, linguax, loquax.

Linguosus, verbosus.

Lingula, secundùm Priscianum, & per concisionem ligula, parua lingua. {לשון *lesboh.* γλωσσάριον, γλωσσ. Gall. *Une courroye, vne spatule, vne culliere, vne escumoire, vn fiquet, vne esquillette.* Ital. *Picciola, lingua, correggia d'vna scarpa, spatola, cucchiaio.* Germ. Ein zünglin. Hisp. *Pequeña lengua, la lengua à puerta del çapato, la espatula del aboticario, agujeta, cinta.* Angl. *A litle tounge, a lingell, a litle tenon, a litle slise.*} Festus, Lingula per diminutionem dicta, aliàs à similitudine exertæ linguæ, vt in calceis: aliàs insertæ, id est, intra dentes coercitæ, vt in tibiis. Docti nostræ ætatis Priscianum sequuti indifferenter scribunt lingula, vel abiecta n litera, ligula: Martialis tamen irridet superstitionem Grammaticorum sui temporis, qui quum Senatorum & equitum, eorúmque, qui emendatissimè loquebantur, vsus obtinuisset vt ligula diceretur, etymologiæ tamen rationem sequuti, lingula dicendum contendebant,

Quamuis (inquit) me ligulam dicant Equitésque, Patrésque,

Dicor ab indoctis lingula Grammaticis.

Quo in loco prima syllaba corripitur: quemadmodum & apud Iuuenalem *Satyr.* 5.

——& ligulas dimittere sollicitus ne

Tota salutatrix iam turba peregerit orbem.

Martial. *lib.* 2. eandem produxit,

Non extrema sedet lunata ligula planta.

Vnde nonnulli putant ibi legendum esse *lingula.* Sed verisimile non est Poëtam in idem vitium labi, quod in aliis reprehendit. ¶ Est etiam ligula instrumentum canum & oblongum, in speciem linguæ factum: quale est illud, quo vtuntur aromatarij ad extrahenda è vasis vnguenta. Plin. *lib.* 21. *cap.* 14. Cera punica fit hoc modo: ventilatur sub dio sæpius cera fulua: deinde feruet in aqua marina ex alto petita, addito nitro: inde ligulis adligunt florem. Colum. *lib.* 9. *cap.* 15. ligulam vocat instrumentum ad purgandum è vase spumam: Deinde (inquit) vbi liquatum mel in subiectum alueum defluxerit, transfertur in vasa fictilia, quæ paucis antè diebus aperta sint, dum mustum fructus efferuescat: iisque sæpius ligula est purgandus. ¶ Accipitur etiam ligula pro mensura quadam, quæ alio nomine cochlear dicitur, quæ est quarta pars cyathi. Nam quatuor ligulæ complent cyathum. De quo vide Agricolam *lib.* 1. Plin. *lib.* 2. *cap.* 5. Item opisthotonicis, & iocinorum vitiis, & torminibus, & stranguriæ, datur, aut trium ligularum mensura. Idem, Sunt qui conuitialibus morbis dandum putant binas quartas, tertia, septima, ligulæ mensura, id est, cochlearis. ¶ Veteres etiam gladiolum oblongum in speciem linguæ facturo, ligulam vocitarêre: cuius rei testis est Gell. *lib.* 10. *cap.* 25. Ligulæ ausæ caligarum à ligando, interpretes Iuuenalis.

Lingulatus, adiectiuum, γλωσσώδης. vt lingulatus tubulus apud Vitr. *lib.* 8. *cap. vlt.*

Linguarium, instrumentum quo lingua alicui occluditur. {φιμός, τιμωρία σιωπῆς.} Seneca *de benefic. lib.* 4. *cap.* 36. Ecce vt doleat tibi, vt postea consideratiùs loquaris, (quod dicere solemus) linguarium dabo.

Linguax, acis, Verbosus, multum loquens, qui nimium & stultè loquitur. {λάλος. Gall. *Langnart, bauart, babillart.* Ital. *Ciarlone.* Germ. Schwetzig, Klapperschig. Hisp. *Parlero, hablador è hombre deslenguado.* Angl. *A blabler, pratler, or chatter.*} Gellius *lib.* 1. *cap.* 15. Hoc genus homines in verba proiectos, locutuleios, & blaterones, & linguaces dixerunt.

Lingulaca, æ, Piscis ex planorum genere delicatissimus, quem Germani linguam vocant, Galli à similitudine soleam, quæ calceis subsutum, *solam* appellant. {Angl. *A sole.*} Plaut. *in Casina.* Vin' lingulacas? st. quid opus est? quando vxor est domi, Ea lingulaca est nobis: nam nunquam tacet. Quo in loco Plautus suo more concitandi risus occasionem quærit. Nam quum Olympio, cui à Stalinone hero negotium erat iniunctum opsonandi, hoc est, opsonia coemendi, quæsiuisset, velléne lingulacas, quod genus erat piscis delicatissimi: detorsit Stalino vocis eius significationem ad mulierem linguacem: respondítque nihil sibi opus esse lingulacis, quum domi haberet vxorem linguacissimam. Esse autem lingulacam piscis genus apud Plautum, clarissimum est ex eo, quod statim subiicit Olympio: In re præsenti ex copia piscaria Consulere licebit quid emam. Varr. quoque, teste Non. Mar. lingulacam pro verboso posuit, *in lib.* περὶ ἐξαγωγῆς. Quare resident lingulacæ, obtrectatores iam tui murmurantes dicunt: [illegible]. ¶ Item lingulaca herba quædam circa fontes nascens, quæ & lingua. Plin. *lib.* 25. *cap.* 11. *& lib.* 24. *cap.* 19.

Liniger, vide *Linum.*

Linio, is, iui, itum, quartæ coniug. Vngo, vel frico, aut aliquid simile quod digito, aut aliquo instrumento alicui rei fricando superinducitur, vel imprimitur, sed tenuiter & crassè. {טוח *tach* משח *maschach* יסד *iasach.* χρίω, ἀλείφω. Gall. *Oindre.* Ital. *Vngere, fregare.* Germ. Bestreichen, salben, schmiben. Hisp. *Vntar.* Angl. *To annoynt or ouersmere.*} Col. *lib.* 8. Ferè autem per æstatem sic muscis aures canum exulcerantes, sæpe vt totas amittant. Quod ne fiat amaris nucibus contritis liniendæ sunt. ¶ Compositum de linio, quod à lino Perottus formauit. Hinc delinimentum, θέλγητρον, Onom. ¶ Linio, as, scribunt aliquando pro *lineo.* Onom. delineo, as, θέλγω, κηλῶ delinio, as, διαχαράσσω.

Linnæ saga quadra & mollia sunt: de quibus Plaut. Linnæ cooperta est textrino Gallia.

Lino, is, iui, lui, vel eui, itum, à linum. Rem aliquam mollem alteri induco, illino, oblino, inungo, perungo. {טח *tach* משח *maschach* יסד *iasach.* ἀλείφω, χρίω. Gall. *Oindre, masculer, tacher.* Ital. *Distendere, ò cerra, ò tinta, ò colla, ad altro sopra alcuna cosa.* Germ. Bestreichen. Hisp. *Vntar, manchar.* Angl. *To ancynt or ouersmere.*} Colum. *lib.* 7. Sed illius sanatur noxia, fibula ahenea si locum læsum compungas, cretáque cimolia & aceto linas. ¶ Aliquando obturare. Virg. 4. *Georg.*

——neque illa

Nequicquam in tectis certatim tenuia cera

Spiramenta linunt.

Aliquando insignire, & quasi liniendo & poliendo exornare. Cicer. *ad Quint. frat. lib.* 2. Lucretij poëmata, vt scribis, lita sunt multis luminibus ingenij, id est, insignita, & quasi fucata. Linere faciem pane madido. Sueton. *in Othon. cap.* 1. Linit ora luto. paulò suprà, limúmque inducere monstrat, Ouid. 3. *Fast.* Præterito lini vsus est. Quint. *in declamat.* Caet. Et ne quid sceleri impio deesset, mariti tui cruore parietem linisti. Col. *lib.* 10. *cap.* 50. vsurpauit præteritum liui, Multi (inquit) quum semel noua dolia, vel fertas crassa gummi liuerunt, vna in perpetuum gummitione contenti sunt. Præteritum leui videtur mansisse ab antiquo verbo leo: quod tamen inter præterita verbi lino est vsitatissimum. Horat. *lib.* 1. *Carm. Ode* 20.

Vile potabis modicis Sabinum

Cantharis, Græca quod ego ipse testa

Conditum leui.

Cato *de re rust.* Postea dolium calefacito minus quàm si picare velis; tepeat satis est: lignis leuibus facito calefeat: vbi temperatè tepebit, cuminum indito, postea linito. Si rectè leueris in dolium quinquagenarium, pedum quatuor satis erit. Supinum vnum tantùm habet litum, penultima correpta. ¶ Eius composita sunt, Allino, ad aliquid lino. Palladius, Si stercus primogeniti vituli allinamus oribus vasculorum. ¶ Collino. Gellius, Postea tabulas cera collinisse. ¶ Circumlino. Cicer. 1. *Tuscul.* Condunt Ægyptij mortuos, & eos seruant domi. Persæ etiam cera circunlitos condiunt, vt quàm maximè permaneant diuturna corpora. ¶ Delino, illino, interlino, idem est quod deleo. hoc est, inducto atramento, aut alio liquore scripturam aliquam picturámve destruo, ἀποχρίω, ἐξαλείφω. Sic interlitæ literæ dicuntur, quæ deletæ sunt, ita vt legi non possint. ¶ Elino, inquino, fœdo. Lucil. *lib.* 6. Si hæc vestimenta elinit luto. ¶ Perlino idem quod oblino, vel obduco, διαχρίω, διαλείφω. Colum. *lib.* 8. Mox vlcera lauantur aceto, & tunc pice liquida cum adipe suilla perlinuntur. Relino, quod obturatum erat aperio, ἀποχρίω, ἀναχρίω. Terent. *in Heaut.* Relini omnia dolia, omnes serias. ¶ Sublino, mediocriter fœdo, decipio, & pro ridiculo habeo, ὑποχρίω, ὑπαλείφω. Plaut. *in Epidic.* senex tibi os sublitum est planè & probè: id est, verba tibi data sunt. Et in *Captiuis*, Quantò in pectore hanc rem meo magis voluto, tantò mihi ægritudo auctior est in animo, ad illum modum sublitum os esse Hodie mihi: id est, ita me esse irrisum, vel ita mihi data esse verba.

Linitus, us, ui, illinendi actio. Cels. *lib.* 6. in Euelpidis Collyrio, sed ante linitum hoc vnguendum est, al. *fingend.*

Linis,

Litus, a, um, partic. Vnctus, oblitus, illitus. {משוח *mashuach* נמשח *nimschách*. κεχρισμένος. GALL. *Oint, taché, maculé*. ITAL. *Coperto, vnto, tinto*. GERM. Bestrichen/ gesalbt/ besprengt. HISP. *Vntado, ò manchado*. ANGL. *Anoynted or ouer smered*.} vt, Litæ veneno sagittæ. Lita auro domus. Sueton. *in Neron. cap.* 31. ¶ Aliquando idem quod maculatus, siue maculis quibusdam aspersus. [illegible]. Virg. 4. *Georg.*

——— elucent alia & fulgore coruscant

Ardentes auro, & paribus lita corpora guttis.

Litūră, Scripturæ macula, quum scilicet delendi, aut expungendi verbi causa, atramento transuersam lineam ducimus, aut deleto penitus aliud superinducimus. {[illegible]. GALL. *Effacement, effaceure*. ITAL. *Cassatura*. GERM. Ein durchstreichung. HISP. *Borron ò raedura de letra*. ANGL. *A strake with a penne, a blott*.} Cic. *pro Arch.* Et vnius nominis litura te commotum esse dixerit,

Neve liturarum pudeat, qui viderit illas,

De lacrymis factas sentiat esse meis.

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 1. *Trist.*

Litera suffusas quod habet maculosa lituras,

Læsit opus lacrymis ipse poëta suum.

idem *Eleg.* 1. *lib.* 3. *Trist.* Litura extet, dempta nota, metaphor. Suet. *in Claud. cap.* 16. Ponitur aliquando pro ipsa linitione, vel linimento. {[illegible] χρίσις, ἐπίχρισις, ἄλειμμα.} Colum. *lib.* 4. *cap.* 24. Nam & teredinem formicámque prohibet: solem etiam & pluuias arcet eiusmodi.

[Liturarius, a, um, seruiens lituris.]

Lĭtūro, as, expungo, induco, deleo. {מחק *machach*. ἐξαλείφω, ἐξαλείφω. GALL. *Effacer*. ITAL. *Cancellare*. GERM. Durchstreichen/ ausstilgen. HIS. *Borrar ò raer la letra*. ANGL. *To crosse or strake out with a penne, to put away*.} Sidon. *Apol.* Tunc vel certiùs te probasse reliqua gaudebo, si liturasse aliqua cognouero,

[L]inocalamis, linum agreste. L. g. b.

Linostema vestis est ex lana linoque contexta. & dicta linostema, quia in stamine linum, in trama lanam habet. Isid *lib.* 19. 22.]

Lĭnŏstrophon, herba est notissima, quam nonnulli prasion, alij marrubium vocant. Vide Plin *lib.* 20. *cap.* 22.

Linōzōstĭs, λινόζωστις. Dicitur herba quam Latini mercurialem vocant. Plin. *lib.* 25. *cap.* 5.

Linquo, is, liqui, lictum, vt Priscianus censet: quamuis in simplici supinum in vsu non sit. à liquo: & hoc à λείπω: vt à λύκος, lupus. {עזב *hazab* שמט *schamat*. λείπω. GALL. *Abandonner, laisser, delaisser*. ITAL. *Abandonare*. GERM. Lassen oder verlassen. HISP. *Dexar, desamparar*. ANGL. *To leaue or forsake*.} Sunt qui putent, Nestorem sequuti, priorem præteriti liqui indifferentem esse, decepti (quod res ipsa loquitur) corrupta Virgilij lectione, quam sic adducunt. Namque suam patria liquerat tellure sepultam. Quem tamen versum omnium tum Grammaticorum, tum exemplarium consensu sic legendum constat.

Namque suam patria antiqua cinis ater habebat.

¶ Est autem liquere idem quod deserere, relinquere.

Cœlo vicinum liquit olympum Iuppiter,

Tibull. *lib.* 4. Linque collum precor. alloquitur eum, qui capiebat alterum obstricto collo. Plaut. *Amph. sc.* 4. *a.* 4. Hærum in obsidione linquet. Idem *Asin. sc.* 2. *a.* 2. Idem *in Ampo.* Vbi me liquisti [illegible] domi cùm Alcumena coniuge. Virg. 1. *Eclog.*

——— Et dulcia linquimus arua.

Idem 3. *Æneid.*

Linquimus Ortygiæ portus, pelagóque volamus.

Linqui animo, hoc est, deficere, & deliquium pati. Curtius, Linqui denique animo, & submitti genu cœpit. Sueton. *in Cæs. cap.* 45. Linqui animo solebat, *le cœur luy failloit, il y auoit des defaillances & foiblesses*. Et linquens animus, pro, Deficiens, apud eundem Curt. Huius compositum est Delinquo & Relinquo. ¶ Linquendus, λειπτέος. Ouid. 13. *Metamorph.*

——— vtque reliquit sic linquendus erat.

Linquens, particip. vt Linquens animus, apud Curtium, animus deficiens, & deliquium patiens. Linquentem (inquit) reuocauit animum, & nudum hostis latus mucrone hausit.

Lintĕārĭus, Linteatus, Linteones, Linteolum, vide *Linteum*.

Linter, tris, à lingo. Naiculæ genus ad flumina traiicienda, ex arbore excauata in nauigij formam: æquè autem inuenitur & virilis & muliebris generis. {[illegible]. GALL. *Petit bateau*. ITAL. *Batello, palischermo*. GERM. Ein weydlingk/ ist eigentlich ein außgehölter baum so man an statt einen schiffleins brauchet. HISP. *La canoa, barca de vn madero pequeño*. ANGL. *A lit le boate*.} Virg. 2. *Georg.*

——— cauat arbore lintres.

Cæs. *lib.* [illegible] *bell. Gall.* Conquirit etiam lintres: has magno sonitu remorum incitatas, in eandem partem mittit. Tibull. *lib.* 2. *Eleg.*

Exiguus pulla per vada linter aqua.

Plin. *lib.* 6. *cap.* 23. Præterea longè à terra abest nauium statio, lintribúsque efferuntur onera quæ geruntur. Liu. *lib.* 1. *bell. Pun.* Itaque ingens coacta vis nauium est, lintriúmque temerè ad vicinalem vsum paratarum. Cicer. *pro Milit.* Repentè lintribus in eam insulam materiam, calcem, cæmenta atque arma conuexit. Inde Lintrárij, quorum meminit Vlpian. *in l.* 1 *ff. nautæ, caupones, &c.* Nautæ, caupones, stabularij, lintrium sunt exercitores. Linter etiam vas est vno ligno excul pto, vt nauis quo vtuntur alueo in vindemia. Nauia dicitur à Festo Pompeio. Tibull. *lib.* 1. *Eleg.* 4.

Aut mihi seruabit plenis in lintribus vuas.

Lintrarius, qui lintri præest, apud Vlpian. *l.* 1. §. *de exercitoribus. ff. nautæ, caupones, &c.*

Linternum, Campaniæ vicus, vbi Scipio Africanus inuidiæ cedens obiit, ac sepultus est.

Linteum, ei. Pannus lineus: & sudarium quo in balneis vtimur, & aliis negotiis ad extergendum. {סדין *sadin* ὀθόνη. GALL. *Linceul, linge de quelque sorte qu'il soit*. ITAL. *Lenzuolo, sciugatoio*. GERM. Allerley leinwat/ ein leinen tuch. HISP. *Lienço, ò sauana de lino*. ANGL. *All kind of linnen*.} Plaut. *in Mostell.* Linteum cape, túque exterge tibi manus. Martial.

Non tam sæpe teres lintea fulls tibi.

Linteum extersum (in supellectile lenonis.) Plautus *Curcul. sc.* 4. *act.* 4. ¶ Lintea etiam dicuntur vela quibus vtuntur nautæ, Virgil. 3. *Æneid.*

——— Certum est dare lintea retro.

¶ Item quæ in theatro tendi solent ad spectantium vmbracula. Hinc legimus Cæsarem totum forum linteis adumbrasse. ¶ Accipiuntur etiam lintea pro vestibus lineis.

Lintĕŏlum, i, diminutiuum. {[illegible]. GALL. *Petit drapeau, drapelet, petit linceul*. ITAL. *Linzuolo picciolo*. GERM. Ein leinin tuchlin/ lümplin. HISP. *Pequeño lienço*. ANGL. *A clowte*.} Plin *lib.* 11. *cap.* 11 Vulneribus (inquit) in linteolis imponitur. Idem *lib.* 20. *cap.* 17. Distillationem narium discutit tusum, in linteolo olfactum. Colum *lib.* 6. *cap.* 16. Præfractis cornibus linteola sale atque aceto & oleo imbuta superponuntur.

Lintĕātus, Linteis indutus, id est, lineis vestibus: quali habitu vsus fertur Apollonius philosophus: quoniam huiusmodi habitus videbatur mundior, quàm qui ab animalibus deglubebatur. {[illegible]. GALL. *Vestu de linge*. ITAL. *Vestito con lenzuolo*. GERM. Mit leinwat bekleidt. HISP. *Vestido de lienço*. ANGL. *Clothed with linnen*.} Liuius 10. *ab Vrbe*, Ea legio linteata ab integumento consepti, quo sacrata nobilitas erat, appellata est. Linteatus senex. Senec. *cap.* 17. *de vita beata.*

Lintĕārĭus, qui lintea conficit, aut vendit. {λινουργός, λινοπώλης. GALL. *Linger, qui vend linge*. ITAL. *Che fa, ò vero vende lenzuoli*. GERM. Einer der mit leinwat vmbgehet/ es sey der es macht/ oder allein verkauffe. HISP. *El lencero*. ANGL. *A linnen drapper*.}

[Linteator, lintextor, λινουργός.]

Lintĕōnes, qui texunt linteamina in vestium vsum: vt docet Seruius *lib.* 7. *Æneid.* {[illegible]. GALL. *Tisserans de toiles, lingers*. ITAL. *Tessari di tele, tessitori*. GERM. Leinweber. HISP. *Texederes de tela*. ANGL. *Linnen weauers*.} Plaut. *in Aulul.* Aut manulcarij, aut mirobrecarij, propolæ, linteones, calceolarij. Firmicus *lib.* 2. *Mat.* — Si Luna in Veneris signis constituta feratur ad Martem, ista coniunctio faciet linteones, aut tabernarios, atque colorum tinctores.

Lintĕus, a, um, adiect. vide *Linum*.

Lintrium, vrbs Norici ad Danubium sita.

Linum, i. à λίνον: & hoc à λίς, λίς. hinc linteum. {פשתה *pischtáh* בד *badh*. λίνον. GALL. *Du lin, fil ou filet de lin*. ITAL. & HISP. *Lino*. GERM. Flachs/ werck. ANGL. *Flaxe or linnen*.} Herba est notissima quæ cannabis modo in lanæ mollitiem contusa, netur in vsum intimarum vestium. Virg. 1. *Georg.*

Vrit enim campum lini seges vrit auena.

Plin. *lib.* 10. *cap.* 33. Argatilis appellatur eadem figura ex lino intexens. ¶ Linum pro filo posuit Cels. *lib.* 7. *cap.* 14. A quibusdam, inquit, tumor ad imum acu traiectatur duo lina ducente: deinde vtriusque lini duobus capitibus diuersæ partes astringuntur. Et *cap.* 4. Linum crudum vocat quod adhuc vulgò *du fil cru*, id est, filum nouum, rude, necdum lixiuio maceratum. Linum ruptum, aut turbata cera in consignationibus, Quintil. Per ceram & linum, litterásque interpretes. Plaut. *Pseud. sc.* 1. *a.* 1.

Lineus, a, um, Lineus, quod ex lino est. {λίνεος, λινοῦς. GALL. *Qui est fait de lin*. ITAL. *Cosa di lino*. GERM. Flächsin. HISP. *Cosa de materia de lino*. ANGL. *Made of linnen or flaxe*.} vt Vestis linea, de lino facta. Plin. *lib.* 12. *cap.* 6. Sed vnde lineas vestes faciunt. Virgil. 5. *Æneid.*

——— Nodos & vincula linea rupit.

[Linaria herba, species antirrhini, (vt videtur Dodonæo) quòd folia habeat, lini foliis similia, leinkraut/ flachskraut.

Linarius, qui linum parat & vendit. Gloss. Cyrilli. Linarius negotiator, Linarius retiarius, Linarius gladiator. Vet. vocab.]

Linĭgĕr, a, um, Gerens vestes lineas. {λινοστολος. GALL. *Vestu de lin*. ITAL. *Vestito di lino*. GERM. Das flächsin oder leinin kleidung tregt. HISP. *Vestido de lino*. ANGL. *Cloted with linnen*.} Ouid. 1. *Metam.*

Nunc dea linigera colitur celeberrima turba.

Sacerdotes Isidis intelligit, qui lineis vestibus indui solebant. Iuuen. *Satyr.* 6.

Qui grege linigero circundatus, & grege caluo

Plangentis populi currit derisor Anubis.

Ouid. 1. *Amor. eleg.* 2.

Nec tu linigeram fieri quid possit ad Isim

Quæsieris.

Linium, Filum est transuersum cui stamina applicantur. Gell. *lib.* 2. *cap.* 3. Licio transuerso quod Limum appellatur, qui magistratibus ministrabant, cuncti erant.

Lintĕus, a, um, Lineus, quod ex lino est confectum. {λίνεος. GALL. *Chose faite de lin*. ITAL. *Cosa fatta di lino*. GERM. Auß flachs gemacht/ leinin. HISP. *Cosa hecha de lino*. ANGL. *Made of linnen*.} vt, Vestis lintea, id est, lino contexta. Cicer. 7. *Verrin.* Illi ad deprecandum periculum proferebant, alij purpuram Tyriam, thus alij atque odores, vestémque linteam. Lintei libri, qui de lino fiebant, cuiusmodi Sibyllini quidam fuerunt. Liu. 4 *ab Vrbe*. Licinius Macer author est, & in fœdere Ardeatino, & in linteis libris ad Monetæ inuentis. Plin. *lib.* 13. *cap.* 11. In plumbeis linteísque voluminibus scripturam constat. Lintea, religiosáque veste. Sueton. *in Othon.* Lorica lintea. Idem *in Galba.*

Linămentum, i, Penicillus ex linteo decerptus, qui vulneri imponitur ex linteolo, vel spongia, vel lana ad exsiccandam saniem, & purulentiam extrahendam. {[illegible]. GALL. *Plumaceau, ou charpie, tente de charpie, de drapeau, de laine, ou d'esponge*. ITAL. *Drapo di lino ò di lana*. GERM. Ein leinines meyßel so man in die wunden thut. HISP. *El paño de lino, las hilazas de lienço*. ANGL. *A peece of linnen put in a wounde for to drye it, a tent*.} Cels. *lib.* 5. Linamentum inuolutum & oblongum eodem medicamento illinendum, demittendúmque in nares. Idem *lib.* 7. *c.* 28. Et intus implicitum in longitudinem linamentum, [illegible] Græci vocant, in aceto tinctum demittere: supráque succidam lanam aceto madentem

madentem deligare. ¶ Linamenta item dicuntur quæcunque ex lino constant. Plin. *lib.* 32. *cap.* 10. Delphini adipe linamenta accensa excitant vulua strangulatu oppressas.

Linus, Apollinis & Terpsichores filius, siue, vt quidam malunt, Mercurij & Vraniæ Musæ, lyræ peritissimus, vt qui discipulos habuerit Orpheum, Thamyram, & Herculem. Hunc ab Hercule plectro & cithara occisum ferunt, quum eum rusticiùs canentem nimis petulanter corripuisset. {Ein herlicher Musicus bey den Griechen.} Virg. *Ecl.* 4.

Non me carminibus vincet nec Thracius Orpheus,
Nec Linus: huic mater quamuis atque huic pater adsit,
Orphei Calliopea, Lino formosus Apollo.

¶ Fuit autem re vera Linus pöeta antiquissimus, qui fertur primus à Phœnice ad Græcos literas attulisse. Hermodorus verò Platonicus *lib.* 1. disciplinarum, dicit hunc Mercurij ex Musa Vraniæ filium, Thebis genitum, scripsisséque de mundi generatione: item de Solis & Lunæ cursu, animaliúmque & fructuum generatione. In principio sui operis omnia simul nata dixit, quem sequutus est Anaxagoras. Occubuit in Eubœa, sagitta ab Apolline transfixus. ¶ Alius fuit Linus Hypermnestræ maritus Ægypti filius, quem tamen Ouid. *in Epist. Heroidum, Lynceum* appellat, non Linum.

‖Lio, as, are, ligo, Tertull.

Liostreum, λιόστρεον, λεῖον ὄστρεον, ostreum leue, non scabrum. Turn.

Lipar, piscis marinus Rondel.‖

Lipăra, Λιπάρα, vulgò *Lipara*, Insula vna ex Æoliis, à Liparo rege, Ausonis regis filio, cui successit Æolus: quum ant à Meligunis vocaretur, teste Plin. *lib.* 3. *cap.* 9. ¶ Est etiam medicamenti pinguis & lenis nomen, vt ait Celsus. Plin. *lib* 33 *cap.* 6. Addunt & in medicamenta quæ vocant Liparas, ad excrescentias vlcerum.

Lipăre, es, idem. Claud 5. *Paneg.*

Ignifluis gemuit Lipare fumosa cauernis.

Lipăræus, a, um, adiect. λιπαραῖος.

Liparo Siciliæ Tyrannus. Plaut. *Menæch. sc.* 4. *a.* 2.

Lipăris, λιπαρίς, Ciliciæ fluuius. ἀπὸ τοῦ λιπαροῦ, quoniam, vt scribit Vitruuius, natantes in hoc flumine, aut se lauantes, non aliter vnguntur aqua, quàm si oleo, aut adipe lauarentur. ¶ Est quoque piscis quidam ex genere lacertorum, teste Plin. *lib* 31. *cap.* 11. ¶ Est & gemmæ nomen quæ suffita bestias omnes euocat. idem *lib.* 37. *cap.* 10.

‖Lipodarium, reliquiarium. Lagrib.

Lipodermus, λιποδέρμος, cui præputium deest ex morbo, vel sectione: aut ita contractum est, vt glandem amplius tegere non possit.‖

Lipŏpsychiă, λιποψυχία, vox Græca est, Latinè sonans animi defectionem, vel animi deliquium: quæ & ἔκψυξις dicitur.

Lipothymiă, λιποθυμία, Latinè defectus animi, siue animæ, quæ & Lipopsychia dicitur.

Lippŭs, i, item Lipus, à λίπος, i. e. humor pinguis. Qui oculis est lacrymantibus, putri inde humore defluente. {λημῶν. GALL. *Chassieux, à qui les yeux pleurent.* ITAL. *Lippo.* GERM. Ein trieffaug. HISP. *Lagañozo.* ANGL. *Bleared.* Num tibi Lippus videor? quia non credis me Vlyssem, Plaut *Mil. sc.* 3. *a.* 1. Idem *in Milit.* Cubare in naui lippam, atque oculis turgidis nauclerum dixit. ¶ Lippus aliquando pro homine vili & nullius momenti. Persius *Satyr.* 5.

——— *Hic dama non est tressis agaso,*
Vappa lippus & in tenui farragine mendax.

¶ Lippa ficus dicta, vel quòd succus foliorum eius lacteus lippis prodest, vel quòd dum folia & ramuli truncantur, succum lacrymosum emittat. Martial. *lib.* 7.

Et lippa ficus, debilisque boletus.

Lippĭtūdo, inis, Ipsum oculorum lacrymantium vitium. {λήμη. GALL. *Mal des yeux quand ils pleurent & sont chassieux.* ITAL. *Il lacrymar de gli occhi offesi.* GERM. Augentrieffung, das augen rinnen. HISP. *Aquella dolencia de los ojos.* ANGL. *Blearednesse.*} Corn. Celsus, Si frons prurit, lippitudinis metus est.

Lippĭo, is, iui, itum, Lippus fio, hoc est, marcorem in oculis contraho. {λημάω. GALL. *Estre chassieux, auoir les yeux chassieux.* ITAL. *Diuenir lippo.* GERM. Trieffend oder fliessige augen haben. HISP. *Ser lagañoso.* ANGL. *To be bleared.*} Plin. *lib.* 28. Oculorum vitia fieri negant, nec lippire eos, qui, quum pedes lauant, aqua inde ter oculos tangant. Cic. *ad Attic. lib.* 7. Quum leniter lippirem, has literas dedi. Plaut. *in Curc.* ad fauces translulit, prospicio parum: Os amarum habeo, dentes plenos, lippiunt fauces fame. Ita cibi vacuitate venio laxis lactibus.

Lippitūr, impersonale. Plin. *lib.* 28. *cap.* 8. Aut ne omnino lippiatur decoctum cum mellis Attici cyathis tribus, & crocia vncia.

Lipsănă, {שאריות *scherith.* λείψανα.} multitudinis numero, Reliquiæ quæ ex tota re supersunt. Vlp. Si animal legatum occiderit, puto teneri, non vt carnes præstet, vel cætera λείψανα, id est, cornua, corium, &c.

Lipsia, vrbs Misniæ, Academiâ & emporio celebris.

Liptōtē, A quibusdam recentiorum Grammaticorum vocatur figura, quando vis verborum rei magnitudini non respondet. Vt apud Virg. 1. *Æneid.*

Non ignara mali miseris succurrere disco.

Vbi Non ignara mali, dixit pro eo quod est, in malis magnopere exercitata. Originem autem huius dictionis referunt ad verbum λιμπάνω, quod est deficio, eò quòd eiusmodi orationibus vis quædam verborum deesse videatur. In antiquissimis tamen Seruij aliorúmque commentariis manu scriptis non Liptote legitur, sed Litotes λιτότης, quæ vox Græcis inter cætera tenuitatem significat, & simplicitatem. Hinc fit, vt credam recentiorum quorundam Grammaticorum inscitia factum esse, vt figura quam veteriores λιτότητα nominarunt, Liptote cœperit appellari.

‖Lipyria febris, λειπυρίας πυρετός, quæ & λειπυριώδης πυρετός, & fœmino genere λειπυρία Hippocrati.‖

Liquāmen, Liquo, Liquesco, Liquefio, vide *Liquo, as,* in *Liquor.*

Liquĕntiă, vide *Liquetia.*

Liquĕt, impersonale, vide post *Liquor, eris.*

Liquĕtiă, siue (vt quidam malunt) Liquentia, Fluuius est Iapidiæ in finibus Venetiæ ex Opitergiis montibus nascens, teste Plin. *lib.* 3. *cap.* 8. Vulgò *Linenza.* Virg. 1. *Æneid.*

Quales aëriæ Liquetia flumina circum
Siue Padi ripis, Athesim seu propter amœnum
Consurgunt geminæ quercus.

Quo tamen in loco nonnulli *Liquentia* legere malunt: & Liquentia flumina eadem ratione dicta existimant, qua alibi, & Fluuios liquentes, & Campos liquentes, & Mella liquentia perpetuo epitheto Poëta appellauit.

Liquor, eris, tertiæ coniugationis, absque præterito & supino, Resoluor, defluo, destillo, liquefio, liquesco. {נמס *namas:* נמק *namák.* τήκομαι, διαχέομαι. GALL. *Se fondre, couler.* ITAL. *Essere liquefatto.* GERM. Zerschmeltzen, zerfliessen. HISP. *Derretirse.* ANGL. *To be melted.*} Producit autem hoc verbum primam syllabam, quæ in verbis liquo, liquesco, liquefio, & in nomine liquor corripitur. Lucanus *lib.* 9.

——— *femorum quoque multa vincula…*
Liquitur & nigra destillant inguina tabe.

Liquidus autem indifferenter apud Lucretium ponitur, eo quòd tam à liquor fieri possit, quam à liqueo. Crassaque, inquit, conueniunt liquidis & liquida crassis.

Liquĭdŭs, a, um, Molle, fluxum, humidum, fluidum. {נמס *namás.* נמק *namak.* ὑγρός. GALL. *Liquide, fondu.* ITAL. *Liquido.* GERM. Flüssig, weich. HISP. *Humido.* ANGL. *Soft, liquide, melted.*} Plaut. *Milite*, Liquidius cultiúsque quàm ventus est Fauonius. Liquidus venter dicitur à Martiale *lib.* 13. qui est fluidus & laxus. ¶ Aliquando ponitur pro puro. צח *tsach* טהור *tahór.* καθαρός. GALL. *Clair, pur, sain.* ITAL. *Puro, chiaro.* GERM. Klaar, lauter, heiter. HISP. *Puro, claro, y sin hez.* ANGL. *Pure, cleane, cleare.*} Virg. 6. *Æneid.*

——— *Liquidúmque per aëra lapsa.*

Idem *lib.* 4. *Georg.*

Dulcia mella premes, nec tantùm dulcia, quantum
Et liquida, & durum Bacchi domitura saporem.

id est, defæcata, & sine sordibus. Plaut. *in Pseud. sc.* 2. *a.* 1. Liquido es animo, (id est, tranquillo & defæcato.) Liquida luce, Liu. *lib.* 2. *bell. Punic.* Liquido ac puro sereno, Sueton. *August. cap.* 45. Ad liquidum explorata veritas. Liu. *lib.* 5. *d.* 4. Ego per liquidum volucris vehar astra pennis.

Splendidior liquidis cùm sol caput extulit vndis,

Tibullus *lib.* 4.

——— *Liquida testa sit apta mero.*

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 1. *Trist.* Ad liquidum & confessum deducere, Quintilian. Item Velleius & Qu. Curtius. ¶ Aliquando pro prospero, siue optimo. Plaut. *in Pseud.* Aui sinistra, auspicio liquido, atque ex sententia confidentia est. Inimicos me posse perdere. ¶ Liquidus animus & tranquillus, idem *Epid.* Quid pater meus, viuus est? E. animo liquido & tranquillo es, tace. Sic, mente liquida videre aliquid. Catull. *de Berecynthia.* ‖¶ Liquida litera, quæ, quia vda est, & mollis, velut liquescit pronuntiatione. ¶ Liquidum auspicium est, cùm sereno puroque cœlo certum nec dubium auspicium ostenditur.‖

Liquĭdum, i. Pro aqua vsurpauit Horat. 1. *Serm. Satyr.* 1.

Vt tibi si sit opus liquidi non amplius vrna,
Vel cyatho, & dicas, Magno de flumine mallem.

Liquido, as, ἐξακριβῶ. Gloss. id est, clarum facio.‖

Liquĭdō, Purè, manifestè, certò, omninò {ἀκριβῶς. GALL. *Liquidement, clairement, manifestement.* ITAL. *Paramente, chiaramente.* GERM. Klaarlich, gantz heiter. HISP. *Claramente, manifestamente.* ANGL. *Clearlie, plainelie.*} Terent. *in Andr.* Quia si fortè opus sit ad herum iurandum mihi non apposuisse, vt liquidò possim. Cicer. *ad Cæcinam lib.* 15. Gratissimum est te libenter amicitiæ dedisse quod liquidò veritati dares. Liquidò dicere, id est, apertè. Idem 4. *Verr.* Nemo esset, quin hoc se audisse liquidò diceret. ‖Liquidò iurare, i. verè.‖

Liquĭdē, liquidiùs, liquidissimè, quod tamen non est in vsu. Liquidè serenum cœlum. Gell. *cap.* 21. *lib.* 2. Hæc non liquidè consistunt. Idem *cap.* 1. *lib.* 14. Idem quod liquidò. Cic. *ad Planc. lib.* 10. Liquidius de toto sensu tuo iudicaui, hoc est, apertiùs, certiùs, ac faciliùs.

‖Liquentiùs. Aduerb. liquidiùs. Gell. *lib.* 18. 5. Sed vt purè liquentiusque esset.

Liquiditas, atis, διαχύσις. Apul. *lib.* 6. *de Mundo.* Supernis omnibus, vt videri potest, aeris liquiditate, ad modum tegminis septis & opertis.‖

Liquis, vel liquus. Scal. ad Fest. Vetus autor loquens de figuris & lineamentis: Omnem autem summitatem metiendi obseruationes sunt duæ: enormis & liquis. Enormis, quæ in omnem actam rectis angulis continetur. Liquis, minuendi laboris causâ, &, saluâ rectorum ratione angulorum, secundùm ipsam extremitatem subtenditur.

Liquŏr, is, masc. gen. Humor liquidus. ὑγρότης. GALL. *Liqueur, humeur coulant.* ITAL. *Liquore.* GERM. Allerley feuchte so da fleußt als wasser, wein, saffe, &c. HISP. *Licor de lo que cuela.* ANGL. *Licour.*} Plin. *lib.* 10. *cap.* 51. Piscium oua ex liquore mollia. Cic. 2. *de nat. deor.* Aquæ admistum esse calorem primùm ipse liquor, tum aquæ declarat effusio. Virg. 3. *Georg.* Rursus abundat fluidus liquor, omniáque in se ossa minutatim morbo collapsa trahebat. Pellucidi amnium liquores. Cic. 2. *de natur. deor.* Virgineus liquoris latex. Lucret. *lib.* 5. ¶ Liquor pro mollitudine & teneritate quadam. Martialis,

Et placido fulget viuus in ore liquor.

Sic in vetustis exemplaribus. Arnobius, Liber membris cum mollibus, & liquoris fœminei dissolutissimus laxitate. Inuergere in me liquores tuos sine ô liber pater. Plaut *Curc. sc.* 1. *a.* 1.

——— *fontibus vt dulces erumpat terra liquores.*

Tibull. *lib.* 4.

Liqueo, es, liqui, liquere, à lix, aquâ: vt à lax, lacteo, lacio. Liquidum & fluidum esse. {נמס *namás* נמק *namak.* τήκω. GALL. *S'amollir, se fondre.* ITAL. *Liquefarsi.* GERM. Weich vnd flüssig sein, zerfliessen. HISP. *Derretirse.* ANGL. *To melt or to be melted.*} Vide liquens, nomen ex participio, idem significans quod liquidus. Virg. 6. *Æneid.*

Principio cœlum & terras, camposque liquentes
Spiritus intus alit.

Vbi campos liquentes dixit pro mari. ¶ Hinc fiunt composita colliqueo, & deliqueo, à quibus rursus fiunt augmentatiua colliquesco, & deliquesco: quorum significata vide suis locis.

Liquesco,

Liquesco,is,Liquidus,fluidúsque fio,mollesco,resoluor, dissoluor, ✕ Concresco. {נמס namés נמק namák. τήκομαι. GALL. *Deuenir liquide, s'amollir, se fondre.* ITAL. *Liquefarsi, & ammollersi.* GERM. Weych werden/anfahen schmeltzen/zergehen. HISP. *Derretirse.* ANGL. *To be readie or about to melt.*} Virg. 8. *Eclog.*

Limus vt hic durescit, & hæc vt cera liquescit.

Idem 8. *Æneid.*

Vulnificúsque chalybs vasta fornace liquescit.

Vbi Seruius. *Liquescit*, propriè dixit: nam ferrum non soluitur, sed mollescit. Liquescere voluptate, & fluere mollitia, est mollem esse, & voluptati deditum. Cic. 2. *Tuscul.* Opinio est enim quædam esse effœminata & leuis, nec in dolore magis, quàm eadem in voluptate: qua quum liquescimus, fluimúsque mollitia, apis aculeum sine clamore ferre non possumus. Liu. 1. *bell. Pun.* Vt verò tot hominum iumentorúmque incessu dilapsa est, per nudam infra glaciem fluentémque labem liquescentis niuis ingrediebatur. ¶ Liquescere, pro colari & delabi, quòd quæ liquida sunt, sic diffluere solent. Vitruuius *lib.* 8. Rubro saxo & copiosæ & bonæ, si non per interuenia dilabantur & liquescunt, i. diffluant transcolentúrque ac disperdantur, nempe aquæ.

Liquo, as, Liquidum facio, liquefacio, quum scilicet aurum, vel plumbum igni dissoluimus. {המס hemes המק hemák. τήκω, διατήκω. GALL. *Fondre, amollir, espraindre & tirer le ius.* ITAL. *Liquefare.* GERM. Schmeltzen/ zerlassen. HISP. *Derretir.* ANGL. *To melt, or mak to melt.*} Lucanus *lib.* 7.

———*Ereptaque tela liquauit.*

Cicer. 2. *Tuscul.* Ex quo liquatæ Solis ardore excidunt guttæ. Ouid. 4. *Faster.*

Nec pigeat tritum niueo cum lacte papauer
Sumere, & expressis mella liquata fauis.

Liquare aluum. Cels. *lib.* 4. *cap.* 4. Liquanda aluus, interdum etiam ducenda. Aluus liquida, fluida & libera, non astricta. Ducta aluus, quæ liberius fluit quàm natura patiatur, ac multùm soluta, Quint. Tempore & annis liquata. (id est, scripta) deferbuerunt. ‖ ¶ Liquata vox, quæ liquido exit gutture. Turn. ‖ ¶ Huius composita sunt, Deliquo & eliquo.

Liquāmen, inis. {τὸ χύλισμα, τὸ ἐκχύλισμα, ὁ γάρος. GALL. *Graisse, sein ou autre chose fondue.* ITAL. *Grasso ò seuo colato.* GERM. Etwas das geschmeltzt oder zerlassen ist/als schmaltz feisste &c. HISP. *La manteca de cosa derretida.* ANGL. *Dripping tryed, suet molten.*} Pinguedo animalium ad ignem liquefacta, & in vsum coquinarium seruata ad condiendos cibos. De aliis etiam dici potest, quibus non vescimur. Est etiam genus condimenti liquidi, ex putrefactis piscium intestinis confectum, & in vsum coquinarium seruatum ad condiendos cibos: γάρος Columell. *lib.* 7. *cap.* 4. Succus excocti lupini, veteris vini fæx & amurca pari mensura miscentur, eóque liquamine tonsa ouis imbuitur. Idem *lib.* 6. *cap.* 2. Libetaléque offas in præsulsæ adipis liquamine tinctus lingula demitto.

‖Liquaminarius, γαροπώλης Gloss. id est, qui liquamen vendit.‖

Liquabilis, qui liquescere potest. τηκτός. Apuleius *in Apologia*, Virgilius (ad Magium) enumerat laurum fragilem, linum durabilem, ceram liquabilem.

Liquefacio, is, Liquidum & fluidum facio, admoto ignis, vel Solis calore: à quo liquefio, eiusdem cum liquesco significationis. {המס hemes המק hemák. διατήκω, ἐκτήκω. GALL. *Faire fondre ou amollir.* ITAL. *Liquefare, far liquido.* GERM. Fliessig machen/ zerlassen/ schmeltzen. HISP. *Derretir.* ANGL. *To melt or mak to melt.*} Cic. in *Catil.* Et illæ æra veterum hominum deiectæ, & legendum æra liquefacta. Virg. 1. *Georg.*

Flammarúmque globos, liquefactáque voluere saxa,

id est, igne soluta, vt inquit Seruius. ¶ Huius verbi composita sunt, Alliquefacio & colliquefacio: quorum significata vide suis locis.

Liquefio, fis, Fundor, liquesco, dissoluor. {נמס namés נמק namák. διατήκομαι, τήκομαι. GALL. *Deuenir liquide.* ITAL. *Diuenir liquido.* GERM. Zerschmeltzen/zerschmeltzt werden. HISP. *Derretirse.* ANGL. *To be dissolued, be to melt.*} Cic. 1. *de nat. deor.* Glaciem calore liquefactam & dilapsam diffundi. Idem *in Catil.* Quum & legum æra liquefacta sint.

‖Liquus, vide *Liquis.*‖

Liquēt, impersonale, Constat, siue manifestum & certum est: quoniam quæ resoluuntur, certa, constantia, & manifesta fiunt, {φαίνει, δῆλόν ἐστι. GALL. *Il appert, il est manifeste.* ITAL. *E manifesto.* GERM. Es ist offenbar/ es ligt heiter am tag. HISP. *Es manifiesto.* ANGL. *It is plaine or manifest.*} Terent. *in Eunuch.* Illum liquet mihi deierare his mensibus sex non vidisse proximis, Nisi nunc quum minimè vellem. Cicer. 1. *de nat. deor.* Nec verò Protagoras, qui sese negat omnino de diis habere quod liqueat, sint, non sint, qualésve sint, quicquam videtur de natura deorum suspicari. Liquet inter nos, id est, compertum & certum habemus. Idem *ibid.* Sed quòd in nos liqueat, nec tu quidem intelligis. Non liquere sibi de causa, dicebant iudices, quando non satis sibi constabat, condemnandúsne esset reus, an absoluendus: neque commodè poterant indicare, nisi causa denuò diceretur. Quum itaque illud significare volebant, sibi de causa non constare, reúmque esse ampliandum, inscribebant in illis tabellis quæ ad colligenda suffragia iudicibus dari solebant, duas hasce literas N. L. Illæ enim erant notæ ampliationis, quemadmodum A absolutionis, & C condemnationis. Quòd si collectis suffragiis, maxima pars tabellarum notam ampliationis haberet inscriptam, tunc Prætor, aut is qui iudicio præerat, Iudicibus de causa non liquere, reúmque ampliandum videri pronuntiabat: hoc est, causam denuò esse dicendam, & reum in aliud tempus reiiciendum. Vlpian. *de arbitr. l. idem Pomponius.* Proinde si fortè vrgeatur à Prætore ad sententiam arbiter, æquissimum erit, si iuret sibi de causa nondum liquere, spatium ei ad pronuntiandum dari, Gell. *lib.* 13. Vt absoluerem tamen, inducere in animum non quiui, propterea iuraui non liquere, atque ita iudicatu illo solutus sum. Quicquid ambiguum in animo fuit, nunc liquet, nunc defæcatum est. Plaut. *Pseud. sc.* 4. *a.* 1. Vt liqueant omnia & tranquilla sint. Idem *Most. sc.* 1. *a.* 1. Liquet hoc nobis, Ouid. *Eleg.* 3. *lib.* 3. *Trist.*

Quod magis vt liqueat, néve hoc fingere credat,

Idem *Eleg.* 11. *lib.* 3. *Trist.*

Quod procul esse, liquet,

Idem *Eleg.* 7. *lib.* 4. *Trist.*

Līra, æ, Sulcum significat, siue fossam rectam in agro, teste Nonio, in quam terræ vligo confluit. {תלם telem מענית makanith גדוד gedudo. αὖλαξ. GALL. *Seillon, terre esleuee entre deux seillons, ou rayons.* ITAL. *Solco, ò eleuatura di terra tra due solchi.* GERM. Ein wasserfurch eines ackers/dardurch das regenwasser außhin gleytet mit. HISP. *La tierra entre dos sulcos emelga.* ANGL. *A rigde betweene two furrowes.*} Columella tamen liras easdem videtur facere cum porcis, hoc est, editiores terræ cumulos inter duos sulcos interceptos. Sic enim scribit *lib.* 11. *cap.* 2. Liras rustici vocant easdem porcas, quum sic aratum est, vt inter duos latiùs distantes sulcos medius cumulus siccam sedem frumentis præbeat. Idem *lib.* 11. *cap.* 3. Est autem lira similis ei porcæ quam in lationibus campestribus rustici faciunt, vt vliginem vitent.

Liræ, nugæ. Plaut. *Pæn. sc.* 1. *a.* 1. Nam tuæ blanditiæ mihi sunt, quod dici solet, Gerræ germanæ atque edepol liræ, liræ. Alter scribunt *Lyra*, ‖etiam *lyra.* ‖Meursius autem scribit *liræ, liræ*, & docet esse ipsum Græcanicum λῆροι, & manasse ad Italos ex magna Græcia, & hinc esse *lirare*, pro ineptire, & *delirare.*

Līrārē, {αὔλακας ἐλαύνειν, αὔλακι διαιρεῖν. GALL. *Faire seillons en vne terre labouree.* ITAL. *Far tali eleuature tra solchi.* GERM. Wasser furchen machen, item, Eggen. HISP. *Emelgar lo arado ò sembrado.* ANGL. *To make ridges.*} Est liras facere, vt in sulcos porcis aqua defluat: quod fieri solet tertia aratione iacto iam semine. Solebant enim antiqui, teste Varr. *de re rustica lib.* 1. *c.* 1. *cap.* 19. tres facere arationes. Primò enim arabatur terra, idque vocabant proscindere. Deinde secunda aratione excitatæ grandiores glebæ frangebantur, quod vocabant offringere. Tertia aratione iacto semine, boues lirare dicuntur, quum tabellis ad vomerem additis, simul & satum frumentum operiunt in porcis, & sulcant fossas quo pluuia aqua dilabatur. Plin. *lib.* 18. *cap.* 20. Aratione per transuersum iterata, occasio sequitur, vbi res poscit, crate, vel rastro: & sato semine iteratio, hoc quoque vbi consuetudo patitur crate dentata, vel tabula aratro adnexa, quod vocant lirare, operientes semina: vnde primùm appellata deliratio est. ¶ Lirare quoque confodere aliquando significat per quandam similitudinem. Pomp. Iámne abierunt? Iámne ostendunt? Iámne ego sum in tuto satis? num quis hic resistit, quid nondum liratis mihi, id est, confoderis: ex Nonio.

Lirātim, aduerbium, Per liras. {κατ᾽ αὔλακας. GALL. *Par seillons.* ITAL. *A solco à solco.* GERM. Den furchen nach. HISP. *De emelga en emelga.* ANGL. [illegible] *ridges.*} Columella, Eæque quum sint diuisæ liratim seri debent.

‖Lirinus, a, um, λείρινος, liliaceus, è lilio factus, vel lilio similis.‖

Lirimitis, Λειρίμιτις. Oppidi nomen in tractu magis Septentrionali Germaniæ. Ptolem. *lib.* 2. *cap.* 11. {Libert.}

Liriope, Λειριόπη, Nympha marina, Oceani & Tethyos filia, ex qua Cephisus amnis Narcissum puerum formosissimum suscepit. Ouid. *lib.* 3. *Metamorph.*

Cærula Liriope, quam quondam flumine curuo
Implicuit, &c.

Lirinum vnguentum, vide *Lilium.*

‖Liripippium vox barbara Kilian. *in Dict. Belgicol.* est superhumerale.‖

Liris, Λεῖρις. Fluuius Campaniæ, siue Latij noui per Minturnarum ruinas in sinum Caietanum illabens, non procul à Formis. {Ein fluß in Campanien.} Alio nomine Glanicus dicitur, teste Plin. *lib.* 5. *cap.* 5. Itali hodie *Il Garigliano* appellant.

Lirnytea, Λειρνύτεια, vrbs Pamphiliæ, Steph.

Līs, litis: à sisto. fuit h. sistlitis, postea stlitis, tum litis, & denique lis. Alij dicunt à limite: alij ab ἔρις, quòd antiqui dixerint elis, postea lis. Controuersia: à limite dicta, quòd primæ inter homines lites de limitibus fuerint. {ריב rib מצה massah. δίκη, ἔρις. GALL. *Noise, debat, proces.* ITAL. *Piato, lite, controuersia.* GERM. Ein zanck oder spann. HISP. *Lid ò pleyto, ò contencion.* ANGL. *Stryfe, contencion, debate.*} Lis & Iurgium sic differunt, teste Nonio, leuior enim dissensio, vel discordia inter beneuolos, aut propinquos iurgium dicitur: grauior disceptatio inter inimicos, lis. Cicer. *de Rep.* 4. Si iurgant, beneuolorum concertatio est, nam lis inimicorum, non iurgium dicitur. Et *paulò pòst*, iurgare igitur lex putat inter se vicinos, non litigare. Dixit & in litem studio certaminis issent, Ouid. 6. *Fast.* Litium pleni, rapaces, Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 4. ¶ Litis instrumentum à Quintiliano pro ipsis actis, quas *productiones* vocamus. Dicimus eleganter, Litem habere cum aliquo, litem alicui Intendere, litem capitis in aliquem inferre. Fac illi turbas lites. Plaut. *Asin. sc.* 3. *a.* 4. Litem dare contra aliquem, vel secundùm illum iudicare. Gell. *cap.* 10. *lib.* 5. Qui pugnam expectas, lites contrahit. Plaut. *Capt. prolog.* Litem suam facere, id est, litis causam suscipere, & tanquam suam defendere. Litem autem suam faciebat iudex non solùm qui malè iudicabat, sed etiam qui qua iudicare hora debebat, ad comitium non veniebat. Curtius *ad Macrob.* Inde ad comitium vadunt, ne litem suam faciant: dum eunt, nulla est in angiporto amphora, quam non impleant. Iudex, inquit Vlpian. *in tit. de Iudic.* tunc litem suam facere intelligitur, cùm dolo malo in fraudem legis sententiam dixerit. Litem meam facere aduersùs eum abiens nolui, Gell. *cap.* 1. *lib.* 10. Litem meam ego faciam, Senec. *cap.* 1. *de consol. ad Polyb.* Cicer. *lib.* 2. *Orat.* & Gell. *lib.* 9. Iudex autem dicitur litem suam facere, quum dolo malo in fraudem legis sententiam dixerit, Dolo autem malo hoc facere videtur si euidens arguatur eius gratia, vel inimicitia, vel etiam sordes: vt veram æstimationem litis præstare cogatur. Vlpian. *in l. si filiusfam. ff. de iudiciis.* Litis nomen (vt vult idem Vlpian.) actionem significat siue in rem, siue in personam sit. Litem perdere, id est, eius rei causam de qua agebatur, dimittere. Lite cadere, est eius rei de qua agitur causam amittere, id quod sæpe Cicer. dixit, causa cadere. Litem in rem suam vertere. Liu. 3. *ab Vrb.* id est, rem inter duos controuersam adiudicare sibi, quod fit, quum iudex ita cum litigatoribus agit, vt iure suo cedant. ¶ Litis contestatio, est hinc inde apud iudicem negotij principalis facta narratio. Oritur enim litis contestatio ex petitione actoris, & ex petitione rei. Litem contestari, Gell. *cap.* 10. *lib.* 5. Litem

pro Discrepantia & confusione quarumcunque rerum, etiam animatarum, posuit Ouid. 1. *Metam.*

——————quia corpore in vno
Frigida pugnabant calidis, humentia siccis,
Mollia cum duris sine pondere habentia pondus.
Hanc Deus & litem melior natura diremit.

¶ Litem inter se iungere. Vlp. D. *lib.* 44. *tit.* 6. *l.* 1. Et quòd fieri potest, vt duo in necem eius litem inter se iungant, qui cum ipso litigare non poterant. ¶

Litigo, as, Discepto, Contendo, siue id in foro sit, siue extra forum. {רב rab ריב *ritiah.* ἀντιλέγω, ἐγκαλῶ, δικάζομαι, ἀμφισβητῶ. GALL. *Auoir noise, debat, different ou procez contre quelqu'vn.* ITAL. *Litigare, far lite.* GERM. Zancken/zennle sein. HISP. *Pleytear ò contender.* ANGL. *To stryue, to debate, to be at variante.*} Cicer. *pro Cælio*, Aliquot enim in causis videram eum frustra litigantem. Martial. *lib.* 7.

Ah miser & demens viginti litigat annis
Quisquam, cui vinci Gargiliane licet?

Plaut. *in Rud.* Qua de re nunc litigatis inter vos? Cic. *ad Attic.* Hirtius cum Quinto acerrimè pro me litigauit. Idem *Qu. Frat.* Litigatem tecum si fas esset. Vt decumbamus suadebo dum hi litigant. (i. rixantur.) Plaut. *Asin. sc.* 2. *a.* 5.

Litigium, ij, Litis actio. {ריב rib מצה *mas[...]* ἀμφισβήτησις, δίκη. GALL. *Noise, debat, procez.* ITAL. *Lite, piato, controuersia.* GERM. Ein rechtshandel eines spans halben. HISP. *La lid, pleyto ò contencion.* ANGL. *Stryuing, debate, contreuersie in wordes.*} Plaut. *in Casina*, *sc.* 2. *act.* 1. Nam ego quid contrahere cupio litigij inter eos? Idem *Menach. sc.* 2. *a.* 5. Litigium tibi est cum vxore. Ecce autem litigium (inter virum & vxorem) Idem *ibidem.* Ne tu te hominem molestum, quire emas litigium. Idem *Amphitr.* Plin. *lib.* 37. *cap.* 10. Siderites ferro similis & litigio illata discordias facit.

Litigiosus, a, um, qui frequens in litibus versatur, vel quauis de causa litem mouet. {φιλόδικος, δικαστής, ἐγκληματικός, ἀμφισβητήσιμος. GALL. *Noiseux, litigieux, plaidereau, contentieux.* ITAL. *Litigioso.* GERM. Zänckisch/spännig der gern rechtet. HISP. *Pleyteador, contencioso.* ANGL. *Full of stryfe or contention, a wrangler.*} Cicer. *in Verr.* Hominem id ætatis minimè litigiosum, quàm tumultuosissimè aggrediuntur. Idem *pro Murena.* Quid huic tam loquaciter litigioso responderet ille, vnde petebantur? ¶ Litigiosa disputatio, idem 5. *de finib.* Tota litigiosa, plena litibus, Ouid. 4. *Fastor.* ¶ Interdum litigiosum idem est quod controuersum, hoc est, de quo lis est & controuersia, ἀμφισβητήσιμος, vt, Litigiosum prædium, apud Cic. *de Orat.* Litigiosus ager, ad Ouid. 1. *Fastor.*

Litigator, qui litigat. {רב rab. ὁ δικαζόμενος, ὁ ἀντιλογούμενος, ὁ ἀμφισβητῶν. GALL. *Plaideur, faiseur de noises, grand debatteur.* ITAL. *Chi fa lite, litigante.* GERM. Ein zancker/der ein handel am rechten hatt oder fürt. HISP. *Pleyteador, contendedor.* ANGL. *A striuer, a suiter in the lawe.*} Cicer. *pro domo sua.* Emit domum litigatoribus defatigatis propè dimidio carius quàm æstimabat.

Lisæ, σφαγῖτιδες. Cels. *lib.* 4. *cap.* 1. Sunt autem lisæ, teste Donato, venæ maiores gutturis, quibus intercisis animal confestim emoritur. Vnde elisum, quicquid ex tali causa mortuum est.

¶ Lismora, *Lismor*, V. E. Hiberniæ sub A. Cassiliensi. ¶

Lissa, Λίσσα, Insula est maris Adriatici, contra Iader. Plin. *lib.* 3. *cap. vltimo.*

Lissus, Λίσσος. Fluuius Thraciæ, inter Masambriam Samothracum & Strymam Thasiorum in mare illabens, quem Græci scriptores inter eos innumerant, quos à Xerxis exercitu exiccatos tradunt. Autor Herod. *lib.* 6. ¶ Lissus item oppidum est in finibus Dalmatiæ, Macedoniæ contiguum, non procul à Nymphæo promontorio. Plin. *lib.* 3. *cap.* 22. & Ptolem. *lib.* 2. *cap. vlt.* Lucanus *lib.* 3.

Prætereunt frustrà tentati littora Lyssi,
Nymphæúmque tenent.

¶ Lista, linea. Gloss. ¶

Litania, Lista, ora & limbus: quidam lineam esse aiunt, vnde sublestus. Lista desundato, est auro texta, aut picta acu. {רקמה *techamin* רקמה *techinnah.* λιτανεία.} supplicatio: à verbo Græco λιτανεύω, quod significat supplicare, & vota suscipere. Vulgus ineptè vocat *Litaniam.*

Litera, æ, quamuis ratione etymologiæ primam videatur debere corripere (creditur enim litera dicta, quasi litura) vbique tamen apud veteres poëtas eandem produxit. Alij tamen veram literæ appellationem ex figura emergere arbitrantur, cùm eas certis lineis contineri videant, vt quæ primùm lineaturæ dicerentur, pòstea literæ dictæ sint. {γράμμα. GALL. *Lettre.* ITAL. *Lettera.* GERM. Ein buchstab. HISP. *Letra.* ANGL. *A letter.*} Superstitiosa itaque anxietas eorum potest videri, qui primam huius dictionis syllabam producere non audent, nisi geminata consonante: insignis autem illorum temeritas qui eam nullo veterum exemplo corripiunt, friuolóque atque incerto etymo freti, ab vnanimi veterum omnium consensu non dubitant discedere. Propriè autem literæ dicuntur minimæ atque indiuiduæ partes orationis, ex quibus constituuntur syllabæ, & tam singulari quàm plurali numero elementum significat, videlicet A, B, &c. Cicer. *pro Sylla.* Literæ posteritatis causa repertæ sunt. Quintil. *lib.* 1. *cap.* 4. Vt pro Fundanio Cicero testem, qui primam eius literam dicere non posset, irridet, idem 4 *Verr.* Hic etiam Romæ videmus in basi statuarum maximis literis incisum, à communi Siciliæ datas. ¶ Dicitur autem Litera quasi legitera, vt quibusdam placet, eo quòd legenti præbeat iter: vel quòd in legendo iteretur, vt ait Seruius: vel à lituris, quòd scripta deleri possint: in ceratis enim tabulis antiqui plerunque scribere solebant, & deinde delebant. Alij à verbo lino deducunt, quod in scribendo atramentum illinitur, hoc est, leuiter inducitur chartæ. ¶ Aliquando Litera capitur pro scribentis manu. Cicer. *ad Attic.* Nam Alexidis manum amabam quòd tam propè accedebat ad similitudinem tuæ literæ. ¶ Plurali numero literæ epistolam designant. {ספר *sepher.* γράμματα. GALL. *Lettres missiues, epistres.* ITAL. *Lettere.* GERM. Brieff/sendbrieff. HISP. *La letra, carta mensagera.*} Apud poëtas tamen legitur Litera in singulari pro epistola, γράμμα quoque à Græcis. Ouid. *in Epist.*

Quam legis ab rapta Briseide litera venit.

Ignari etiam seruilium literarum. Senec. *cap.* 9. *de tranq.*

Littera sermonis fida ministra mei,

Ouid. *Eleg.* 7. *lib.* 3. *Trist.* Seu per scriptas literas, seu per internuntium abire, &c. Plaut. *Prol. Amph.*

Non fuit arbitrij litera nostra tui,

Ouid. *Eleg.* 4. *lib.* 4. *Trist.* Literas facere super re aliqua, (i. scribere.) Gell. *c.* 15. *lib.* 6. & Plaut. *Asin. sc.* 1. *a.* 4. Salutem mitti per ceram & linum literas que interpretes. Idem *Pseud. sc.* 1. *a.* 1. Vt literarum harum sermonem audio. Ex pollux (liberos,) docent litteras. Idem *Mostell. sc.* 2. *a.* 1. ¶ Littera pro nullo.

Non tamen vt lusit, rursus mea littera ludet,

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 5. *Trist. &c.* Item ad litteram locum dicere. Senec. *Epist.* 475. Literas scisse Ciceronem negabat, *ibid.* ¶ Vocantur præterea Literæ, λόγοι, disciplinæ, quæ literarum monumentis continentur. Plaut. *in Trucul.* Literas didicit, sine aliori discere. Hinc, Dare literis operam dicimus, hoc est, incumbere togerum artibus, quæ literis consignatæ sunt. ¶ Literæ exalescentes, id est, fugientes Ciceroni, caducæ Plinio. ¶ Literæ laureatæ, i. literæ victrices Ciceroni *in epist. ad Atticum.* ¶ Literis tinctus, vide Tingo. Ad literam, idem quod ad verbum Quintil. *lib.* 9. *cap.* 1. Quem duobus ab eo libris tractatum locum ad literam subieci. ¶ Aliquando vsurpatur pro scriptura. Cicer. *in Verr. a.* 3. vt Romam rediit, nullam literam pupillo, nullam matri eius, nullam tutoribus reddidit, id est, schedulam nullam scripsit, quâ testaretur & agnosceret se accepisse pecunias, &c. ¶ Ne literam quidem, pro nihil scripsit, nullas literas misit. Cic. *Caninio lib.* 2. Ille quum ad Thermum de Parthico bello scriberet, ad me literam nunquam misit, id est, tantum abest, vt ad me literas miserit, vt ne literam quidem miserit. Literas attingere, est ipsas tractare, seu versari in studiis literarum. ¶ Literæ interiores sunt abstrusiores, altioresque disciplinæ. ¶ Literæ publicæ sunt, quas barbari *registra* vocant. Referre aliquid in literas publicas est quod barbari *Insegistrare* dicunt. ¶ Literæ pro Edicto & mandato Magistratus. Cic. 7. *Verr.* Cedo mihi etiuidem Prætoris literas, & rerum decretarum, & frumenti imperati. Budæus. ¶ Apud Ciceronem pro scriptis & monumentis literarum, *ad Attic.* Quod meis omnibus literis in Pompeiana laude celer, eriftrictus, id est in scriptis omnibus scriptis. ¶ Literam longam facere, pro, laqueo vitam finire, quod laqueus similitudinem literæ habeat. Plaut. *Aulul. sc.* 2. *a.* 3. Nihil est melius quàm ex me vnam faciam litteram longam, laqueo collum quando obstrinxero. ¶ Literæ nescire, pro nescire te pingere aut scribere. ¶ ¶ Trium literarum homo, id est, Fur, Apud eundem Plaut. *Aul. sc.* 1. *a.* 2. Tu trium literarum homo me vituperas? me?

Literula, diminut. {γραμμάτιον. GALL. *Petite lettre.* ITAL. *Picciola lettera.* ANGL. *A litle letter.*} Cicer. *ad Tironem lib.* 16. Accepi tuam epistolam vacillantibus literulis. ¶ Innumero plurali pro exigua epistola. Idem *ad Attic. lib.* 14. Etsi noui nihil nostro more, tamen ne patiamur intermitti literulas. ¶ Aliquando eodem numero, pro disciplinis, aut earum studiis. Idem *ad Tironem lib.* 16. Literulæ meæ, siue nostræ tui desiderio oblanguerunt.

Literatus, qui literis præditus est, literis ornatus, eruditus, doctus. {ὁ εἰδὼς γράμματα, ὁ τῶν λόγων. φιλόλογος. GALL. *Lettre & sçauant.* ITAL. *Literato, dotto.* GERM. Gelehrt. HISP. *Letrado, hombre de letras.* ANGL. *Learned, cunning.*} Cicer. *in Verr. a.* 3. Circumpedes autem homines formosos, & literatos, duos esse dicebat, te credo. Idem *famil. lib.* 9. *ad Pæt.* Frater tuus, quem literatissimum fuisse iudico, facile diceret. Hic versus Plauti non est, hic est. ¶ Literatus etiam dicitur, cui aliquid insculptum est, & superscriptum. Plautus *in Rudente*, Haud fecus tu videas literatas ibi epulas, &c. Literatum otium, in quo literis operam damus. Cicer. 5. *Tuscul.* Quid est enim dulcius otio literato? huius contrarium est, Illiteratus: de quo suo loco. ¶ Literatulus, diminutiuum est.

Literatior, comparatiuus. Seneca *quæst. nat. lib.* 4. *cap.* 13. Quid istas inquit ineptias, quibus nec literatior sit quibusdam, nec melior, tam operosè persequeris?

Literatè, aduerbium, Doctè, eruditè, eleganter. {ἐπιστημόνως, γραμματικῶς. GALL. *Doctement.* ITAL. *Dottamente.* GERM. Gelehrt. HISP. *Doctamente.* ANGL. *Learnedlie, cunninglie.*} Cicer. *in Pison.* Ita eorum sunt perscriptæ scitè & literatè, &c.

Literalis, vel scriptilis vox, Diomedes *lib.* 2.

Literarius, a, um, quod ad literam, vel ad literas pertinet. {γραμματικός. GALL. *Appartenant aux lettres.* ITAL. *Cosa che appartiene à lettere.* GERM. Das zu den buchstaben oder künsten vnd der gelehrtheit gehört. HISP. *Cosa para letras, ò perteneciente a letras.* ANGL. *Belonging to letters.*} Hinc dicitur ludus literarius, γραμματοδιδασκαλεῖον, in quo adolescentes in literis instituuntur. Plin. *lib.* 9. *cap.* 8. E Baiano Puteolos in ludum literarium itantem, &c. id est, in scholam.

Literator, is, qui leuiter literis tinctus est, vel qui prima literarum elementa docet, Grammaticus. {γραμματιστής. GALL. *Lettré seulement quelquement.* ITAL. *Alquanto dotto.* GERM. Ein halbgelehrter/der ein geringe gelehrt ist. HISP. *El mal grammatico, o letrado.* ANGL. *A smatterer, that hath little skill of good letters.*} Literatorem enim non perfectum literis, sed imbutum tantum esse docet Sueton. *de claris Grammat.* Vnde apud maiores, quum familia alicuius venalis produceretur, non temerè quem literatum in titulo, sed literatorem inscribere solebant, quasi non perfectum literis, sed imbutum. Literator linguæ Latinæ. Gellius *cap.* 6. *lib.* 16.

Literatura, æ, eadem quæ grammatica. {γραμματική. GALL. *Literature, cognoissance des lettres.* ITAL. *Scrittura, scienza.* GERM. Die kunst der buchstaben vnnd gelehrtheit. HISP. *El letrero, conocimiento de las letras.* ANGL. *Learning, writing, cunning.*} Quintilian *lib.* 2. *cap.* 13. Non ipsam nunc volumus significare habitum, vt Grammatice literatura est: non literatrix, quemadmodum oratrix: nec literatoria, quemadmodum oratoria. ¶ Aliquando inuenitur pro literarum scientia, & cognitione. Cic. 2. *Philipp.* Fuit in illo ingenium, ratio, memoria, literatura, cogitatio, diligentia, de Cæsare. Senec. *Epist.* 89. prima illa literatura (vt antiqui vocabant) per quam elementa pueris traduntur. Cic. *in part.* Literatura constat ex literarum notis.

Literosus,

Litterosus, a, um, Literatus, γραμματικός. Cassius Hemina *Annal. lib.* 4. Homo merè literosus. Ex Nonio. Antiquum.

Lithargyros, λιθάργυρος. Corporis metallici genus, quod à Plinio argenti spuma appellatur: quamuis non ex solo argento, verùm etiam ex auri vena fiat, & ex plumbo. ¶ Sunt autem tria eius genera, Chrysitis, Argyritis, & Molybditis. Plin. *lib.* 33. *cap.* 6. & Diosc. *lib.* 5.

Lithesius, λιθήσιος. Apollo in Malea, quòd in lapide collocatus sit, à Lithos, sicut Marathesius à Marathos. Steph.

Lithiasis, is, λιθίασις. Calculi generatio in vesica, per quem vrinæ excretio prohibetur. A verbo Græco λιθιάω, quod est calculo laboro. ¶ Lithiasis præterea dicitur quum in palpebris gignuntur albicantia quædam & dura tubercula lapillorum modo.

Lithizontes, λιθίζοντες, Gemmæ quædam ex genere carbunculorum, liuidiùs, & languidiùs lucentes, vnde & nomen acceperunt, quòd ad lapidum potius, quàm ad gemmarum naturam accedant. Autor Plin. *lib.* 37. *cap.* 7.

Lithocolla, λιθόκολλα. Glutinum quo lapides coniunguntur. Fit autem ex lapide Pario, aut marmore cum taurino glutino. Hermol.

Lithoglyphus, { λιθογλύφος. GALL. *Tailleur, sculpteur.* ITAL. *Scarpellino.* GERM. Ein steinhawer / oder bildhawer. HISP. *Sculpidor ò entallador.* ANGL. *Agrauer ò entayller.* } Sculptor lapidum.

[Lithos, λίθος, lapis, inde sequentia nonnulla, Latinis vsitata.

Lithargyros, argenti spuma.

Lithiasis calculi generatio in vesica: pueris familiaris ob edacitatem.

Lithocolla, λιθόκολλα, glutinum, quo lapides coniunguntur.

Lithoglyphus, sculptor lapidum.]

Lithospermon, λιθόσπερμον. Herba est quæ hodie nomine notiore Milium Solis dicitur. Lithospermon ideò dictum, quòd semina tanquam calculos ferat, candore & rotunditate margaritarum, duritia verò lapidea. Vide Plin. *lib.* 27. *cap.* 11.

Lithostrotos, { λιθόστρωτος Græcis. GALL. *Paué de pierres.* ITAL. *Terrazo, battuto, lastricate di pietra viua.* GERM. Mit steinen oder einen esterich besetzt. HISP. *Elsuelo solade de piedras.* ANGL. *A place paued with fine square stones.* } Adiectiuum significans quòd lapide est stratum: à nomine λίθος, lapis, & verbo στρώννυμι, sterno. ¶ Hinc Lithostrota dicta sunt quædam pauimentorum genera, quæ ex minutis lapillis sternebantur, colorum diuersitate rerum quarumlibet imaginem exprimente. Plin. *lib.* 36. *cap.* 26. Pauimenta originem habent apud Græcos elaborata arte, picturæ ratione, donec lithostrota expulere eam. Et paulò pòst, Lithostrota cœptauere iam sub Sylla, paruulis certè crustis: extàtque hodie quod in Fortunæ delubro Præneste fecit.

Lithotomia, λιθοτομία, Lapidicina, quæ & Latomia dicitur à nomine λίθος lapis, & verbo τέμνω, cædo, vel seco. ¶ Fuit etiam carceris nomen Syracusis, in quo noxij asseruabantur. Meminit huius carceris Thuc. *lib.* 6. & sæpiùs Cicer. *in Verrinis.*

Lithotomos, λιθοτόμος, qui calculos in vesica findit atque comminuit, quo nomine etiam ob id vocatus est Ammonius. Cels. *lib.* 7. *cap.* 26.

[Lithurgus, λιθουργός, lapidarius.

Liticen, qui lituo canit.]

Litigator, Litigiosus, Litigo, Litigium, vide *Lis*, itis.

Lito, as, q. luto, à λύω: vel à λιτή, prece: vnde Litania. Sacrificio facto deos placo, diuinam rem facio, verbum à precibus dictum, teste Festo, quas Græci λιτάς vocant. { כפר chippér. καλλιερέω. GALL. *Impetrer de Dieu par sacrifices.* ITAL. *Placare con sacrificij & impetrare.* GERM. Mit opffern Gott versönen etwas zuwegebringen. HISP. *Impetrar y placar por sacrificio.* ANGL. *To sacrifice, to obteine by sacrifice.* } Sueton. *in Cæsare.* Deinde pluribus hostiis cæsis quum litare non posset, introiit curiam. Nam & victimas cæsas Diti patri litauit. Idem *in Othone cap.* 8. Litare, & Luitare, à luendo, id est, soluendo vota, scil. Diis. Varro, Habes qui & cuius rei causa fecerim hecatomben, in quo ego (vt puto) quoniam luere est soluere, litaui. Inter Litare & Sacrificare tamen hoc interest, (inquit Nonius.) Sacrificare est veniam petere: Litare est propitiare, & votum impetrare. Virg. 4. *Æneid.*

Tu modò posce deos veniam, sacrísque litatis
Indulge hospitio.

Sacris (inquit) litatis, id est, venia per sacrificia impetrata, vel felicem euentum promittente victima. Plaut. *in Pœn.* Si hercle istuc vnquam factum est, tum me Iupiter Faciat, vt semper sacrificem, neque vnquam litem. *Cic. pro Flac.* Litemus igitur Lentulo, parentemus Cethego. Non litante sacrificio. Suet. *in Aug. cap.* 96. ¶ Aliquando ponitur pro satisfacere. Plin. *in Paneg.* de statuis loquens, illæ autem aureæ, & innumerabiles strage & ruina publico gaudio litauerunt. ¶ Litatò, id est, addicentibus victimis: sicut Auspicato, id est, addicentibus auibus, hoc est, lætum rei institutæ exitum promittentibus. Liu. 5. *Vrbe.* Non deorum saltem, si non hominum memores, nec auspicato, nec litato instruunt aciem diductam in cornua.

Litato, aduerbium, vide *Lito.*

Litatio, nis, Voti per cæsam victimam impetratio, vel victimæ læta promittentis mactatio. { כפור chippúr. καλλιέρησις. GALL. *Impetration de ce qu'on demande à Dieu.* ITAL. *Impetratione di ciò che si prega sacrificando.* GERM. Ein erwerbung durch auffopferung / eine versönung. HISP. *Obra de impetrar y placar por sacrificio.* ANGL. *A pleasing of god with sacrifice.* } Plaut. *Pseud. sc.* 3. *a.* 1. Vt ad litationem huic suppetat satias Ioui. Liu. 7. *bell. Punic.* Per dies aliquot hostiæ maiores sine litatione cæsæ: diúque non impetrata pax Deûm. Huius compositum est Perlito, quod est perfectè lito. Gell. Si hæ res diuinæ factæ rectéque perlitatæ essent, aruspices dixerint omnia ex sententia processurum esse.

[Litotes, λιτότης, est tenuitas, vilitas, frugalitas.]

Litus, (quod aliter scribunt *littus*,) oris, terra adiacens mari, quæ fluctibus alluitur: vnde & nomen inuenisse putatur ab alluendo, vel alliendo. Nisi si malis à Græco λιτός, quod scilicet sit terra tenuis. { חוף choph. ἀκτή, αἰγιαλός, ᾐών, ῥηγμίν. GALL. *Le bord ou le riuage de la mer ou d'vn fleuue.* ITAL. *Lito.* GERM. Ein gestad deß meers. HISP. *La ribera del mar o tierra cerca della.* ANGL. *The sea bancke or shoare.* }

Et date naufragio litora tuta meo, (metaphoricè.)

Ouid. *Eleg.* 4. *lib.* 1. *Trist.*

Prætereúntque cita Sirenum littora puppi.

Tibull. *lib.* 4. Dictum autem est litus, quasi lutus à luendo. (i. soluendo) quia luuntur vota à nautis in littore, vel quòd alluitur fluctu. Litus (inquit Cels. *l. litus ff. de verborum signific.*) est quousque maximus fluctus à mari peruenit: idque M. Tullium aiunt quum arbiter esset, primùm constituisse. Propriè itaque littus de mari dicitur: ripa, de fluminibus, ὄχθη. Ouid. 1. *Metam.*

——————campóque recepti
Liberioris aquæ pro ripis littora pulsant.

Suet. *in Neron.* Dispositæ per litora & ripas diuersoriæ tabernæ. Quandoque etiam litus dicitur de fluminibus. Virg. *in Dirh.*

Littora quæ dulcis auras diffunditis agris,

id quod dixit quum de Mincio Mantuani agri fluuio loqueretur. Litus & ripa, pro eodem accipi videntur apud Columellam *lib.* 1. *cap.* 5. Villa semper mare rectè conspicit, quum pulsatur, ac fluctu respergitur, nunquam ex ripa, sed paulum summota à litore. ¶ Sumitur interdum pro agro mari vicino. Virg. 4. *Æneid.*

——————cui littus arandum,
Cuíque loci leges dedimus.

¶ Interdum pro spatio circa aram: à litando, quia ibi litabantur ostiæ. Nam (sicut docet Donatus) nauigantes eundo & redeundo in litore sacrificabant. Si itaque Donato à litando litus dici credimus, videtur vnico t, esse scribendum: quemadmodum etiam à nonnullis scribi videmus. In carmine tamen omnes geminant consonantem. Sed ne hoc quidem videtur necessarium, quum nusquam litus correptum in prima inueniatur. Itaque videtur potius natura longa esse, quàm ratione geminatæ consonantis licenter produci. Sed de eo Grammatici viderint.

Litoreus, a, um, adiectiuum, Litoralis maritimus, & Litorea domus, quæ in litore, aut iuxta litus constructa est. { ἀκταῖος, παράλιος. GALL. *Qui est sur le bord de la mer.* ITAL. *Chi è alla piaggia del mare.* GERM. Das zu dem gestad des meers gehört. HISP. *Cosa de la ribera del mar.* ANGL. *That is by the shoare or cost of the sea.* } Martial. *lib.* 10.

Anxuris æquorei placidos Frontine recessus,
Et propius Baias littoreámque domum.

Littoreæ aues apud Virg. 11. *Æneid.*

Littoreas agitabat aues, id est, palustres,

Litoralis, e, Litoreus, ad mare, maritimus: vt, Litoralis piscis; id est, in litore viuens. Plin. *lib.* 9. *cap.* 17. Nec litoralibus gratia. Dij litorales, Catull. *de Phasel.*

Neque vlla vota literalibus dijs
Sibi esse facta.

Litorosus, a, um, ὁ ἢ ἡ αἰγιαλώδης. GALL. *Qui est frequent au bord.* ITAL. *Chi è appresso il lito del mare.* GERM. Das bey dem gestad deß meers ist. HISP. *Que esta casi siempre à la ribera.* ANGL. *Of ten by the costes or shoares.* } Plin. *lib.* 37. *cap.* 10. Calais sapphirum imitatur, candidior, & litoroso mari similis; id est, cum aquæ marinæ colorem referens, qui est circa litus.

[Lituania, prouincia magni Ducatus titulo nobilis, missâ idololatriâ, Christi fidem suscepit anno 1386. Pagellone Duce in Poloniæ Regem adsumto ac baptizato: anno autem 1578. in vnum Reipublicæ corpus cum Polonia coaluit.]

Litura, vide *Lino.*

LITVRGVS, λειτουργός: propriè qui publica operatur.

Liturgia, λειτουργία, actio λειτουργοῦ, quæ est λειτουργεῖν.

[Liturgicus, a, um, λειτουργικός, ή, όν, quasi dicas ministerialis, ministratorius.

Litus, vel lidus, in legibus veter. homo dedititius, qui ingenuitatem suam mancipauit.]

Lituus, i, ὁ λίτυος, τὸ καμπύλον ξύλον ἐπὶ ἄκρου καμπτόμενον, καλπὶς, ῥάβδος. Plutarcho, Baculus incuruus quo sedentes Augures auibus templa designabant. { GALL. *Vn baston ou vne verge dequoy vsoyent les augures anciennement, vn cor ou cornet.* ITAL. *Trombetta picciola verga, vsata da gli auguri.* GERM. Ein stab der oben auß krumb ist / vor zeitten von den weissagern gebraucht / die auß der vögel geschrey vnd fliegen achtung nemen vnd Augures heissen. HISP. *La trompeta bastarda, ò cuerna, ò cierta verga que vsauan antiguamente en los agueros.* ANGL. *A crooked staffe or trumpet.* } Gell. *lib.* 5. *cap.* 8. Lituus est virga breuis, in parte qua robustior est incurua. Primus litui vsus à Romulo manasse creditur, qui dum vrbem conderet, huiusmodi baculo regiones direxit. Cicer. *lib.* 1. *de diuinat.* Quid (inquit) lituus ille vester (quod clarissimum est insigne Auguratus) vnde vobis est traditus? Nempe eo Romulus regiones direxit tum, quum vrbem condidit. Qui quidem Romuli lituus, id est, incuruum, & leuiter à summo inflexum bacillum (quod ab eius litui, quo canitur, similitudine nomen inuenit) quum situs esset in Curia Saliorum, quæ est in Palatio, eáque deflagrasset, inuentus est integer. Eadem ferè de hoc lituo scribit Plutarch. *in vita Romuli & Camilli*, Lituus (inquit) consecratus est in Palatino colle vsque ad Gallorum tempora, à quibus capta vrbs incensa est. Sed postea expulsis à Camillo hostibus inter altissimas familias illæsus quum ignis omnia consumpsisset inuentus est. ¶ Est præterea lituus, autore Festo, buccinæ genus incuruum gracile edens vocem, quo in bello vtebantur: qua qui canebat, Liticen dicebatur, σαλπιγκτής. Virg. *lib.* 6.

Et lituo pugnas insignis obibat & hasta.

Lucan. *lib.* 1.

Stridor lituum, clangórque tubarum.

Ouid. 3. *Fast.*

Iam lituus pugnæ signa daturus erat,

Stat. 6. *Thebaidos.*

Et litui aures circumpulsantur acutis.

Lityersa, Λιτυέρσας. Fuit Regis Midæ nothus filius, qui Celænis in Phrygia regnauit.

Liueo, Liuesco, Liuidus, vide *Liuor.*

Liuius, λίβιος, Nobilis historiæ Romanæ scriptor, patria Patauinus,

quem Quintilianus Herodoto opponit, vt Salustium Thucydidi. De hoc Hieronymus ad Paulinum, ad Titum Liuium lacteo eloquentiæ fonte manantem de vltimis Hispaniæ, Galliarúmque finibus quosdam venisse nobiles legimus: & quos ad contemplationem sui Roma non traxerat, vnius hominis fama perduxit. Habuit illa ætas inauditum omnibus seculis celebrandúmque miraculum, vt tantam vrbem ingressi, aliud extra vrbem quærerent. Vixit tempore Clodij Cæsaris. Sueton *in Clod.* 41. ¶ Fuit & Liuius Andronicus, Latinorum poëtarum antiquissimus: de quo Diomedes. Constat (inquit) apud Romanos primùm Latino sermone Comœdiam Liuium Andronicum scripsisse. Gell. *lib.* 17. *cap. vlt.* Primus omnium T. Liuius poëta fabulas docere Romæ cœpit: post Sophoclis & Euripidis mortem annis plus ferè centum & sexaginta.

[Liuonia, *Liflandt*, prouincia ad mare Balticum sita, ditionis hodie Polonicæ.]

Līvŏr, is, à Libya regione. Liuidus, q. Libycus. Color ex pallido nigrescens, quem & plumbeum nonnulli appellant: quales in contusis corporis partibus videre est, quum fuste, aliôve corpori duro ictu illatô, exiles venæ contusæ sanguinem ad extremam cutem diffundunt. {חבורה chabburah. [illegible]. Gall. *Couleur de plomb.* Ital. *Liuidore, liuidura color simile à plumbo.* Germ. Die bleyfarb oder blawe als die streychmasen sind, bleych vnnd schwartzlecht durcheinander. Hisp. *El cardenal, color de plomo.* Angl. *Black and blewe, of the colour of leade.*} Plin. *lib.* 20. *cap.* 22. Illinitur & liuoribus, suggilatísque cum melle. Hinc Liuorem contrahere, est nigrescere. Columell. *lib.* 12. *cap.* 47. Quia hæc candidior est oliua, quàm ea quæ contusione liuorem contrahit. ¶ Et quoniam talis est color inuidorum, ideò liuor accipitur pro inuidentia. Luc. *lib.* 1. Liuor edax tibi cuncta negat. Claudian. *lib.* 3.

——rabiem liuoris acerbi
Nulla potest placare quies.

[¶ Liuor specialiter est macula subnigra in corpore, vt, quæ percussu est facta: nigrum quod apparet in corpore flagellato. ¶ Liuor etiam dicitur in re exangui. Iuuen. *Sat.* 2.

——Dabit hanc contagio labem,
Et dabit in plures: sicut grex totus in agris
Vnius scabie cadit & porrigine porci,
Vuaque conspecta liuorem ducit ab vna.

Id est, vua vuam videndo varia fit, vt exponit Vet. schol. ¶ Liuor peculiariter dicitur oculi suggillatio, cùm is sanguine perfusus videtur, qui vbi refrigeratur, liuescit.]

Liuĭdŭs, a, um. Propriè is dicitur qui ex ictu fustis, lapidísve plumbeum colorem in parte læsa contraxit: quod accidere solet exilibus venis ictu collisis, sanguinéque ad cutem diffluente. {πελιδνός. Gall. *Qui a la chair meurtrie, ou en est de la couleur, ou de couleur de plomb, terné.* Ital. *Liuido, chi ha liuidura, di colore simile al piombo o con liuidura.* Germ. Blawecht vil blawer streychmasen hat. Hisp. *Amarillo ò negro de golpe, cosa cardena.* Angl. *Veripale as beaten with whippes, wanne.*} Plin. Tapsiæ succus sugillatis ac liuidis prodest. Hinc liuidum pro eo quod subnigrum est, ponitur: qualis est color plumbi. Virgil. 6. *Æneid.*

Quidve petunt animæ, vel quo discrimine ripas
Hæ linquunt, illæ remis vada liuida verrunt.

Brachia liuida armis, Horat. 1. *Carm. Ode* 8. Vorago paludis liuidissima. Catull. *ad Coloniam.* Ora liuida facta digitis. Ouid. *Epist.* 19. ¶ Quoniam verò qui inuidia laborant excedentes se dolore, hunc colorem contrahunt, liuidus sæpe pro inuido ponitur, βάσκανος. Martial. *lib.* 1.

Omnibus inuideas liuide, nemo tibi.

Liuĭdŭlus, diminutiuum, Subliuidus. {ὑποπελιδνός. Gall. *Vn peu terné.* Ital. *Alquanto liuido.* Germ. Bleychlächtig auff eitel verbunst. Hisp. *Cardeno vn poco.* Angl. *Somewhat pale or wanne.*} Iuuen. *Satyr.* 2.

Ponebat igitur Tusco ferrata catino
Omnia tunc quibus inuideas, si liuidulus sis.

Liueo, es, Liuidus sum, plumbei coloris sum. {πελιδνόω. Gall. *Estre terné, ternir.* Ital. *Diuenir liuido, illiuidire.* Germ. Blawbleych oder bleyfarb sein. Hisp. *Ser cardeno.* Angl. *To be pale or wanne.*} Plin. *lib.* 22. Cortex verò (scilicet heliotrophii) liuentibus colorem reddit. Ouid. 2. *Metam.*

——Liuent rubigine dentes.

Crura liuentia compedibus, Ouid. 2. *Amor. Eleg.* 2. Labellis impressis liuere. Idem 1. *Amor. Eleg.* 7. ¶ Per translationem accipitur pro inuidere. Βασκαίνειν, φθονεῖν, tractum ab inuidorum consuetudine, aliena felicitate pallentium. Martial. *lib* 19. Liuet Carinus, rumpitur, &c. Fata liuentia, Stat. 5. *Syluar.*

Liuesco, is, Liuidus fio. {πελιδνὸς γίνομαι. Gall. *Deuenir terné, ternir.* Ital. *Diuenir liuido.* Germ. Bleychfarwig werden. Hisp. *Hazerse cardeno.* Angl. *To waxe pale.*} Claud *lib.* 3. Haud equidem inuideo: nec enim liuescere fas est, Vel nocuisse deos. Mart. *lib.* 8.

Liuescit nulla caligine fusca, nec odit
Exploratores nubila massa focos.

Digiti liuescunt in pedibus, Lucret. *lib.* 3. Huius compositum est Albuesco.

[Liuia, columba agrestis.]

Lix, licis, est aqua, à lux. Hinc elixus, lixiuium, lixa, liquor. Cinis vox obsoleta. {פיח piach אפר épher. [illegible]. Gall. *La cendre du foyer.* Ital. *Cenere.* Germ. Esch. Hisp. *La ceniza del hogar.* Angl. *Ashes.*} Plin. *lib.* 36. *cap.* 27. ex Varrone, Lix cinis est foci. ¶ Vel, lix aqua cineri immista.

[Lixio. Gloss. Isid. Lixiones aquarum portitores. Vulcanius, vel potiùs, inquit, potitores.]

Līxīvĭă, æ, Aqua in qua lauandi gratia decoctus est cinis. {κονία. Gall. *Lessiue.* Ital. *Lisciua.* Germ. Laug. Hisp. *La lexia de ceniza.* Angl. *Lie made of ashes.*} Columell. *lib.* 12 *cap.* 16. Sunt qui culmo fabæ exurant, & ex eo, quod cremarint, cinere lixiuiam faciant. Et paulo post *eodem cap.* 1. Deinde in lixiuiæ sextarios, decem salis cyathos & olei cyathum adiiciant. Et rursum *paulò antè*, In olla fictili ampla, præparatam lixiuiam cineris sarmenti calefieri conuenit. Nonius Marcellus lixiuium efferre neutro genere. Lix (inquit) cinis dicitur, vel humor cineri mistus. Nam etiam nunc id genus lixiuium vocatur.

Lixiuum vinum, vel lixiuum (inquit Budæus) dicitur à Colum. *lib.* 12. *cap.* 21. quod Plinius Protropum vocat.

Lixiuius, adiect. vt lixiuius cinis. Plin. *lib.* 14. *cap.* 10. & *lib.* 21. *cap.* 17. Quidam vt has faciant, in cinere lixiuio, tingunt protinus quàm detraxere vitibus.

Lixæ, arum, dicti sunt, inquit Sipontinus, qui vilioris quæstus gratia exercitum sequuntur, vtpote lauandi, aut coquendi gratia à cinere, qui lix antiquis dicebatur, vt Varronis testimonio docet Plin. *lib.* 36. *cap.* 27. {στρατοφόροι. Gall. *Qui suiuent le camp pour gaigner à seruir, & blanchir ou autre aux gens de guerre.* Ital. *Cuochi gente d'arme, saccomanni.* Germ. Sudelbuben mit kochen vnnd wäschen, schmutzköch. Hisp. *Los aguadores que lleuan agua al real, ò que sieruen à otras cosas.* Angl. *which followe the men of warre for to gaine some thing by an office, scullions of the kitchen.*} Nonius tamen affirmat antiquos lixam dixisse pro aqua: indéque elixum dictum esse, quòd aqua coctum & mollitum esset: & lixas, qui militibus aquam ad castra, vel tentoria solerent ferre. Silius *lib.* 1. —Inutile Marti Lixarum vulgus. Scipio apud Liuium, Actium Vmbrum appellat semilixam, quasi semi mancipium, nomine ignominioso. Varro lixulas & semilixulas vocabulo Sabino scribit dici circulos ex farina, caseo, & aqua commistos, olim inter viliora cibaria numeratos.

Lixo, as, Aqua coquo: quod tamen apud veteres non facile inuenies. {בשל bischschel. ἑψέω. Gall. *Cuire en eau, faire bouillir en eau.* Ital. *Alessare.* Germ. Sieden oder kochen. Hisp. *Cozer en agua.* Angl. *To seeth.*} Magis in vsu est compositum eius Elixo, quod est eiusdem significationis. Prolixo huc non pertinet. Neque enim fit à lixo, sed ab adiectiuo prolixus, quod componitur ex porro, & laxus, a, in i.

[Lixor, is, portitor aquæ. Vet. vocab. Lege, portator aquæ.

Lixula, cibi genus.]

Lixŭs, a, um, Coctus, elixus, à lixa antiquo nomine, quo veteres aquam significabant, referente Nonio. {מבשל mebuschschal. ἑφθός. Gall. *Bouilli, cuit en l'eau.* Ital. *Bollito, allesso.* Germ. Gesotten, gekocht. Hisp. *Cozido en agua.* Angl. *Sodden.*} Frequentiore tamen in vsu est elixus, quemadmodum elixo vsitatius est quàm lixo.

Lixabundus, dicitur qui exiguæ mercedis gratia vilissimis sese obsequiis immiscet, ἴψεως ἰσχνῶς, vel [illegible]. Tractum à lixarum consuetudine qui vilissima quæque in exercitu munia obibant. Plaut. Qui famam tuam lixabundus, & nomen fœdas.

Lixŭs, Λίξος, Colonia Claudio Cæsare in Mauritania Tingitana instituta, circa quam Poëtarum fabulæ & Antæi regiam, & Hesperidum hortos collocarunt, aurea mala ferentes à dracone peruigili summa cura asseruata. Cui fabulæ occasionem suppeditasse existimat Plin. flexuosum maris æstuarium, draconis modo nemus quoddam ambiens, nihil præter oleastros ferens, *lib.* 5. *cap.* 1. ¶ Est & Lixus amnis in eadem ora, cuius meminit idem *ibid.* & Pomp. Mela.

L O

[Lobà, λόβαι χεῖρες. Hesych. Id à λαβεῖν. Sunt enim manus instrumenta capiendi.]

Lŏbæ, In milio Indico dicuntur culmi, siue comæ arundinaceæ semen complectentes. λοβαί. Plin. *lib.* 18. c. 7. Milium (inquit) intra hos decem annos ex India in Italiam est inuectum, nigrum colore, amplum grano, arundineum culmo. Adolescit ad pedes altitudine septem prægrandibus culmis (*Lobas* vocant) omnium frugum fertilissimum. legend. *Iobas.* vide φόβη in Constantini Lexico.

Lobrini montes, Λόβρινα ὄρη. In Phrygia sunt: vnde Rhea Lobrina. Scholiastes Nicandri.

Lŏbŭs, i, {בדל bedhál. λοβός.} Ima auricula: ἀπὸ τοῦ λαμβάνειν, quòd eam apprehendamus, quempiam admonentes. In hepate quoque partes extremæ, & quædam veluti segmenta, ventriculum circumquaque amplectentia, lobi dicuntur. Nican. *in Ther.* [illegible]. Vbi interpres τράπεζαν accipit summam solidámque hepatis partem ex qua lobi dependent.

[Lobus, alia vox, Hispanica scil. est lupus.]

Locarium, vide *Locus.*

Locellus, vide *Loculus,* in *Locus.*

Locito, Loco, vide *Locus.*

Locanus, fluuius est Locrorum, in fronte Italiæ, quæ olim magna Græcia dicebatur. Plin. *lib.* 3. *cap.* 10.

Lochias, Λοχιάς, Promontorium est Ægypti, non procul ab Alexandria, & Pharo Strabo *lib.* 7.

Locoritum, autore Ptolem. vrbs Germaniæ, hodie Trutonia, vulgò *Ferchheim,* in Franconia.

Locozus, Λοκοζός, vrbs Phrygiæ, quam Thraces tenuerunt, cognomento Locozij. Vide Steph.

Locri, orum, Λοκροί Græciæ populi, Parnassum montem vtrinque accolentes: quorum qui occiduam incolunt plagam, ad Crisæum vsque sinum pertingentes, medij inter Ætolos & Phocenses, à grauitate odoris Ozolæ, & à situ Hesperij cognominantur. Qui verò Parnassum ad ortum accolunt, ad mare vsque Euboicum extenti, in duplici sunt differentia. Nam hi quidem à Cnemide monte Epicnemidij, illi verò ab Opunte vrbe Opuntij cognominantur. Autor Strab. *lib.* 9. ¶ Sunt & Locri in extrema Italiæ ora quam magnam Græciam antiqui appellarunt, oppidum incolentes eiusdem nominis ab iis qui Aiacem Oileum ad Troiam sequuti sunt, conditum, vt annotauit Seruius in illud Virg. 3. *Æneid.*

——Hic & Narici posuerunt mœnia Locri.

Hi discriminis gratia Epizephyrij cognominantur, quòd supra Zephyrium promontorium siti sint.

Locris, idis, Λοκρίς, Græciæ regio vtrinque Parnasso incumbens: cuius incolæ dicuntur Locri: vt iam dictum est.

Loculatus, Loculamentum, Loculus, Locuples, vide *Locus.*

Lŏcŭs, i, & in plurali num. Loci, orum, vel Loca, orum, ab antiquo λόχος, iacco, λέλοχα, λόχος, vbi quis situs est. Quicquid aliquid continet, siue,

siue, vt ait Varr. *lib. 4. de ling. Lat.* vbi quid consistit, vel vbi aliquid locatur, à Græco, λόχος c in k mutato. {מקום *makóm*, τόπος. GALL. *Lieu, place.* ITAL. *Luogo.* GERM. Ein ort. HISP. *Lugar.* ANGL. *A place.*} Virg. 8. *Æneid.* Hic locus vrbis erit. Seruius Sulpit. Cicer. *lib. 4. Epist.* Nos in nobilissimo orbis terrarum gymnasio Academiæ locum delegimus, ibique eum combussimus: posteáque curauimus, vt iidem Athenienses in eodem loco monumentum ei marmoreum faciendum locarent. ¶ Frequentissimè etiam accipimus locum pro vice: vt quum dicimus, Loco patris te habeo, hoc est, vice patris, & ea charitate te amplector qua patrem. Sic etiam dicimus, Diligo te in loco germani. Terent. *in Andr.* Si te in germani fratris dilexi loco. In locum filij superstitem tibi dolorem fecisti, Senec. *cap. 1. de consol. ad Martiam.* Item locum vacantem explere (in vicem sui.) Idem *cap. 16. de consol. ad Mart.* Apud me nihil est Summano loci, Plaut. *Curcul. sc. 1. a. 3.* Faciam huius diei locique mesque memineris. Idem *Capt. sc. 1. a. 4.* Animus nunc mihi est in tuto loco. Idem *Pseud. sc. 5. a. 4.* Sine arbitris nobis detis loquendi locum. Idem *Capt. sc. 1. a. 2.* Meis date locum fallaciis, & hinc amouemini. Idem *Pseud. sc. 5. a. 1.* Det locum illi qui queat. *Ibidem.* Loco meliore eum pones. (i. apud Inferos.) Senec. *cap. 3. de consol. ad Mart.* Non hinc emigrasti? Quem in locum? Plaut. *Men. sc. 2. a. 5.*

——— *Angusta mihi loca, Disque locorum,*

Ouid. *Eleg. 1 lib. 1. Trist.* Vide capillum satis suo loco compositum est. Plaut. *Mostell. sc. 3. a. 1.* Fieri non potest, vt idem vno tempore duobus locis sit. Idem *Amphitr.* Tempus abire est ab his locis lenonis. Animum amittunt prius quàm loco demigrent. *Ibid.* ¶ Interea loci, vide *Interea.* Et Plaut. *Pseud. sc. 5. a. 1.* ¶ Adhuc locorum feci faciam sedulò. Idem *Capt. sc. 3. a. 2.* ¶ Ex hoc loco ibo ad tres vicos. (i. e vestigio.) Idem *Asin. sc. 2. a. 1.* Loco voluptatis mihi est, loco turpitudinis, loco honoris: id est, voluptuosum, turpe, honorificum. Valla *lib. 3.* ¶ Mouere aliquem loco, est aliquem de loco suo, vel de dignitate depellere. Horat. *lib. 1. Epist.*

Audebit, quæcunque parum splendoris habebunt.

Senec. *lib. 3. de bell. ciuili*, loco mouere Centurionem. Verba mouere loco, Cicer. *ad Quint. fratr. lib. 2.* Exarsit dolor: vrgere illi vt nos loco mouerent. ¶ Accipitur etiam Locus pro natalibus, vel conditione natiuitatis. Salustius, Inter suos non obscuro loco natus. De summo loco summóque genere. Plaut. *in Capt. prologo.* ¶ In plurali numero indifferenter dicimus Loca, vel Locos. De neutro genere vbique plurima occurrunt exempla. Masculino genere vsus est Virg. *6. Æneid.*

Deuenêre locos lætos.

Idem *1. Æneid.*

Deuenêre locos, vbi nunc ingentia cernis Mœnia.

Gell. *lib. 6. c. 6.* eodem in loco vtroque genere vsus est. Nam quoniam non ipsæ tantum aues, quæ prosperè præuolant, sed etiam loco quos capiunt, quod idonei felicésque sunt, præpetes appellant: idcirco Dædali pennas præpetes dixit, quoniam ex locis in quibus periculum metuebat, in loca tutiora peruenerat. ¶ Loci item sedes sunt argumentorum, quos Græci τόπους vocant. Cic. *lib. 2. & 3. de Orat. in Topicis*, ex quibus veluti ex promptuariis quibusdam petuntur argumenta. ¶ Loci etiam in mulieribus dicuntur vtricula seorsum recipiens à toto vesicam & intestinum rectum sita, in duos diuisa sinus, vnde & loci plurali numero appellantur in his, vt ait Varro in quo conditur. Plin. *lib. 11. cap. 37.* Feminis eadem omnia, præter vesicæ iunctus vtriculus. Vnde dictus vterus, quod alio nomine locos appellant, hoc in reliquis animalibus vuluam tantum dicimus. Colum. tamen *lib. 6. c. 37.* equarum etiam genitalia vocat locos. Quod si (inquit) admissarius iners est in venerem, odore prolicitur detersis spongia feminæ locis, & admota equi naribus. Idem etiam *lib. 8. c. 11.* pauonum loca appellat, in quibus oua nascuntur, Sæpiúsque (inquit) digitis loca feminarum tentanda sunt: nam in promptu gerunt oua. ¶ E loco inferiore agere, est ad iudices. De superiore loco agere, est pro rostris. Ex æquo loco agere est in Senatu: vt etiam annotauit Budæus. Cic. *3. de Orat.* Nam siue de cæli natura loquitur, siue de terræ, siue de diuina vi, siue de humana, siue ex inferiori loco, siue ex æquo, siue ex superiore. ¶ Priore loco causam dicere, est ante defendere quàm quis accusatus sit. Idem *pro Quintio*, Vt ipse causam capitis, si sponsionem fecisset, priore loco diceret. Posteriore verò loco dicere, est vltimo loco dicere quod defensores solebant, qui accusationi respondebant, eamque refutabant. Idem *ibid.* Quoniam maiores ita constituerant vt qui pro capite diceret, is posteriore loco causam diceret. ¶ Secundo loco, à Cicerone *ad Lentulum*, pro præterea ponitur. Facilè, inquit, secundo loco me consolatur recordatio meorum temporum, &c. Pulchrè etiam dicitur, Si in illo essem loco, si meum esset negotium, si mea res ageretur. Plautus *in Bacch.* Verùm, vt ego opinor, si ego in istoc siem loco, Dem potius aurum, quàm illum corrumpi sinam. ¶ Ponitur aliquando locus pro statu & fortuna. Idem *ibidem.* In eum nunc reuenisse res locum, &c. Terent. *in Adelph.* Peiore res loco non potest esse, quàm in quo nunc sita est. Cicer. *ad Brutum.* Nostræ res meliore loco videbantur, id est, statu meliore & fortuna. ¶ In loco res posita dicitur, quæ rectè atque ordine posita siue collocata est. Idem *7. Verr.* Rectè collocata, & iudicio populi in hoc loco posita esse videatur. ¶ Locus bonus, de hospitio. Senec. *cap. 23. de vita beata.* Et in loco festiuo festiuè accepti sumus. Plaut. *Pseud. sc. 1. a. 5.* ¶ Ponitur interdum locus pro æstimatione, amore, gratia. Cic. *in Philipp.* Quem locum apud Cæsarem obtinuisti? quo numero fuisti? Esse magno loco apud Regem, dixit idem *in Epist.* Cæs. *1. comment.* Qui si iuissent, eodem se eos loco, quo Heluetios, habiturum. ¶ Locus de laude. Velleius, Magnum locum facere operi suo. Ouid. *Eleg. 1 lib. 4. Trist.*

Das tibi nostra locum tituli fortuna (i. laudis occasionem.)

¶ Ponere in loco maledicti, & contumeliæ, est quod barbari dicunt, *capere ad malum & ad iniuriam.* Cic. *in Pisonem*, Tunc etiam ausus meum discessum in maledicti & contumeliæ loco ponere? Tenere principem locum, est maximo esse in pretio & autoritate, primúmque dignitatis gradum obtinere. Idem *pro Plancio.* Qui in mea salute principem semper locum, autoritatémque tenuistis. ¶ Locum suum relinquere, & locum suum retinere (in acie.) Gell. *c. 6. lib. 5.* ¶ Locus aliquando ponitur pro opportunitate, καιρός. Cic. *de Offic.* Locum autem actionis, opportunitatem temporum esse dicunt. Cæs. *lib. 1. bell. ciu.* Dum locus comminus pugnandi daretur. (i. facultas, occasio, opportunitas.) Liu. *lib. 9. d. 4.* Ne locus esset mortis consciscendæ. Velleius. Defuisset fortunæ cui destruendi locus. (i. facultas.) ¶ Loco aliquid quærere, est quærere quando res postulat. Cic. *in partit.* Loco tu quidem quæris, sed plenius, &c. ¶ In loco id est, opportunè. Terent. *Heaut.* In loco ego vero laudo. Cic. *Ante quàm iret in Exilium.* Fidei conducit, inquit, in loco beneficium retribuere. ¶ Loco dicere, est ordine sententiam dicere, & rogatum. Idem *3. de legib.* Vt loco dicat, id est, rogatus: vt modò, ne sit infinitus. ¶ Locus non est bonitati, id est, bonitas contemptioni est. Idem *3. de finib.* Quod ni ita se haberet, nec iustitiæ vllus esset, nec bonitati locus. ¶ Locum alicui dare, est ipsum admittere, & recipere. Idem *de Orat.* Hæc turba & barbaria forensis dat locum vel vitiosissimis oratoribus. ¶ Aliquando locus pro tempore, vel spatio agendæ rei. Terent. *in Heaut.* Nam & cognoscendi, & ignoscendi dabitur peccati locus. Et Suet. *in Aug. c. 54.* Contradicerem tibi, si locum haberem. (i. tempus.) Item Liuius, Temeritatem ad id locorum, Infelicem fuisse. (pro ad id temporis.) *lib. 5. bell. Pun. & d. 5.* Item in vnum locum tres partitus petierunt. Idem *lib. 5. d. 4.* (i. in idem tempus.) Locus preci non est relictus: hoc est, precibus amplius flecti non potest. Terent. *in Andr.* Nihil est preci loci relictum. ¶ Locus etiam in scriptoribus dicitur quæuis operis exigua pars, sed quæ tamen extet, & illustris sit. Idem *in Prolog. Adelph.* —eum Plautus locum Reliquit integrum, eum hic locum sumpsit sibi in Adelphos.

Lŏcārium, ij, Precium quod datur in stabulo & taberna pro consistendi potestate. Varr. *lib. 4. de ling. Lat.* {ἐνοίκιον. GAL. *Louage de maison, payement de louage.* ITAL. *Il fitto.* GERM. Das standtgelt/hußgelt. HISP. *El alquiler de casa.* ANGL. *The price for the letting of an house.*}

{Locarius, qui in spectaculis loca populo locat. Martial.

Hermes diuitia locariorum.}

Lŏcŭlus, i, diminutiuum, exiguus & angustus locus. {τοπίδιον. GALL. *Petit lieu.* ITAL. *Luoghetto.* GERM. Ein örtblin. HISP. *Pequeño lugar.* ANGL. *A litle place.*} Plaut. *Milit.* Sed in cella paululum erat loculi lubrici. ¶ Aliquando loculi dicuntur locolamenta quædam separata in piscinis, ornithotrophiis, aliisúmve animalium stabulis, in quibus vnaquæque seorsum aluntur. τοπεῖ. Varro *lib. 3. de re rustic. cap. 17.* Hortensius familiaris noster cum piscinas haberet magna pecunia ædificatas, ac loculos, ita sæpè cum eo ad villam mi. ¶ Sæpe etiam loculos accipimus pro sacculo in quo pecunia seruatur. {כיס *chis* צרור *tzeror*, βαλάντιον. GALL. *Bourse ou gibbeciere.* ITAL. *Borsa.* GERM. Ein seckel oder täsch. HISP. *Bolsa, o bolsico.* ANGL. *A bagge of leather.*} Martial. *lib. 14.*

Hos nisi de flaua loculos implere moneta

Non decet.

¶ Stimulorum loculi, id est, vt in loculis seruatur pecunia: ita hic meretur vt in tergo stimuli recondantur, quo veteres magis. ¶ Interdum etiam loculus. {ארון *arôn*, σορός. GALL. *Sercueil ou coffre en quoy on garde les corps morts.* ITAL. *Cataletto.* GERM. Ein todtenbaar. HISP. *Ataud, vaso de la ceniza de los muertos*} pro capsula, seu conditorio quo mortuorum cadauera conduntur. Plin. *lib. 7. cap. 2.* Hunc cremari cum reliquo corpore non potuisse tradunt, conditúmque loculo in templo.

Lŏcellus, i, id est, crumenula, diminutiuum à loculus. {βαλάντιον. GALL. *Petite bourssette, sachet, ou gibbeciere.* ITAL. *Borsetta, sachetto.* GERM. Ein säcklein oder täschlin. HISP. *bolsico, caxa pequeña.* ANGL. *A litle purse or bagge.*} Martial. *lib. 14.*

Si quid adhuc superest in nostri face locelli,

Munus erit, nihil est, ipse locellus erit.

Lŏcŭlātus, a, um, quod habet diuersos locos. {τοπώδης. GALL. *Ayant plusieurs petits trous & lieux pour mettre plusieurs choses chacune à part.* ITAL. *Dene sono più ripartimenti da porui cose diuerse separatamente.* GERM. Das vil dätlein oder vnderschidlichelein hat. HISP. *Cosa de muchas bolsas y lugares para guardar las cosas apartadamente.* ANGL. *That hath many places and holes.*} Varro *3. de re rust. c. 17.* Nam vt Pausanias & cæteri pictores eiusdem generis loculatas magnas habent arculas, vbi diuersi colores sint, certas sic hi loculatas habent piscinas, vbi dispares disclusos habent pisces.

Lŏculosus, a, um, quod multos habet loculos, seu folus septo aliquo intermedio distinctos. {τοπώδης. GALL. *Plein de lieux & petits trous.* ITAL. *Pieno di luoghi.* GERM. Voll dätlin oder vnderschidlichelein. HISP. *Cosa llena de muchos lugares y bolsas.* ANGL. *Full of places and holes.*} Plin. *lib. 15. cap. 22.* Sola differentia generum in putamine duro fragiliue, & tenui ac crasso, loculoso & simplici.

Lŏcŭlamenta, orum, Loca distincta, siue capsulæ, in quibus aues, apes, aut etiam natura animalia seorsum nidificare, seu habitare solent. & à loculis deduci videtur. {τοπεῖα. GALL. *Petits lieux & trous separez pour retirer quelque chose, comme ruches à miel, & ou nichent les oiseaux.* ITAL. *Luoghi diuersi da fáruí ni gli vccelli.* GERM. Besondere vnd vnderschey dene dätlein oder gemächlein. HISP. *Caxones ò casitas como de palomar.* ANGL. *Lockers or any places with litle boxes or holes as a douecotte.*} Col. *lib. 8. c. 8.* Vel si non ita compeat paxillis adactis tabulæ supponantur, quæ loculamenta, quibus nidificent aues, vel fictilia columbaria recipiant. Idem *lib. 9. c. 12.* Proximus custos nouum loculamentum in hoc præparatum, perlinat intrinsecus præ lictis herbis, deinde guttis mellis respersum à liminibus, tum manibus, aut etiam trulla congregatas apes recondat. ¶ Ponitur aliquando pro conceptaculo, siue theca rei alicuius. Vitruu. *lib. 10.* Super autem tertium tympanum eadem ratione dentatum, inclusum in alterum loculamentum collocetur. ¶ Loculamenta appellantur etiam loculi libris digerendis compositi in bibliotheca apud Senec. *de tranq. vitæ c. 9.* vbi sic ait, Apud desidiosissimos videbis quicquid orationum historiarúmque est, & tecto tenus extructa loculamenta.

Lŏcŭples, etis, Diues agri, multas habens possessiones, quasi locorum plenus. Gellius *cap. 5. lib. 10.* Locuples dictum, qui pleraque loca possidet. Idem ait Ouidius *lib. 5. Fastor.* {עשיר *hashir*, πολυκτήμων

pos, πλούσιος. Gall. *Riche*. Ital. & Hisp. *Rico*. Germ. Reich/fürnemlich an ligenden güteren/als der vil äcker/matten/oder güter hat. Angl. *Riche*.} Plin. *lib.* 18 *c.* 3. Cognomina etiam prima inde Pilumni, qui pilum pistrinis inuenerunt: Pisones à pisendo hinc & locupletes dicebant, locorum, id est, agrorum plenos. Est autem hoc nomen omnis generis, vt Priscian. censet, & æquè in sexto casu, e, vocalem postremam, & i, habet. Cic. *Attic.* Nec moderatior quàm Sylla in pecuniis locupletium. Idem *in frumentar.* In prouincia locupleti & referta. Horat. 2. *Serm.* In locuplete domo. ¶ Neque solùm pro diuite, & loca multa possidenti accipitur, verumetiam pro graui homine atque autoritatis summæ, & exploratæ fidei. Hinc locupletem autorem, testem, fideiussorem dicimus, de cuius fide meritò nemo debeat ambigere, ἀξιόπιστος. Cic. *lib.* 3. *Off.* Accedit eò testis locuples Posidonius. Et *paulò post*, Quorum quidem testem non mediocrem, sed haud scio an grauissimum Regulum nolite quæso vituperare. Quem n. locupletiorem quærimus, quàm principem pop. Rom. qui retinendi officij causa, cruciatum subierit vltrò? Locupletis antitheta sunt Egens, & tenuis. Idem 4 *Verr.* Nam locupletissimi cuiusque census extenuarant, tenuissimi auxerant. Idem *pro Plancio.* Egentes in locupletes armabantur. ¶ Locuples oratio, diues verborum, & abundans. Idem 3. *de Orat.* Inde ille licentior, & diuitior fluxit dithyrambus: cuius membra & pedes, vt ait idem, sunt in omni locuplete oratione diffusa. ¶ Locuples etiam aliquando per translationem ponitur pro instructo & copioso. Idem 1. *de nat. deor.* Locupletior igitur hominum natura ad beatè viuendum, quàm deorum: quòd pluribus generibus voluptatum.

Lŏcŭplētissĭmè, aduerbium. In Epitome Sex. Aurelij Victoris *in Vespasiano*, Huius inter cætera bona illud singulare fuit, inimicitias obliuisci adeò vt Vitelli hostis sui filiam locupletissimè dotatam splendidissimo coniungeret viro.

Lŏcŭplēto, as, Dito, locupletem reddo. {העשיר *heh'schir*. πλουτίζω. Gall. *Enrichir.* Ital. *Arrichire.* Germ. Reich machen. Hisp. *Enriquecer otro.* Angl. *To make riche, to enriche.*} Columell. *lib.* 3. Vt antè perpensum & exploratum habeamus, vt locupletet patrem familiæ vinearum cultus. Plaut. Visus est paterna hæreditate locupletarier. Cicer. 5. *Verr.* Ob hasce res, quoniam te locupletaui, hoc annulo aureo dono. Idem 1. *Offic.* Hique arbitrantur se beneficos in suos amicos visum iri, si locupletent eos quacunque ratione. ¶ Huius compositum est Collocupleto, de quo suo loco.

Lŏco, as, Pono, constituo, colloco, reposo. {הניח *hiniah* הציב *hitsigh* שום *sum*. τιθέω. Gall. *Mettre en quelque lieu, asseoir, poser.* Ital. *Collocare, porre* Germ. Setzen/ordnen. Hisp. *Poner alguna cosa en lugar.* Angl. *To put in some place, to place, to set.*} Liu. *lib.* 1. Castra ab vrbe haud plus quinque millia passuum locat. Virg. 1. *Æneid.*

———hic alta theatri
Fundamenta locant alij.

Plaut. *in Aulul.* Dum aulam domi locatam perquiri, ablatam reperit. ¶ Locare insidias alicui. Idem *Rud.* Metuo hercle illa mulier mihi insidias locet. id est, struat & ponat. Vitam in tranquillo locare. Lucret. *lib.* 5. Locare aliquem in regno, Liu. *lib.* 7 *d.* 4. Locatus in terra exercitus idem fecit. Velleius Quod (malum) molli sub veste locatum. (i. In gremio.) Catull. *ad Ortalum.* Locare castra. Liu. *lib.* 10. *d.* 4. ¶ Interdum ponitur pro elocare & nuptui tradere. {ἐκδίδωμι, ἐκνυμφεύω. Gall. *Donner en mariage, marier.* Ital. *Maritare.* Germ. Zur ehe geben/Verheuraten. Hisp. *Casar hija, o criada.*} Terent. *in Phor.* Quæro quid filiam suam vnicam locaret? Locare filiam nuptum. Terent. *in Phor.* dixit, Vt potius virginem nuptum locari huic adolescenti. Item, locare in matrimonium, Plaut. *in Trin.* Vbi erit locata virgo in matrimonium. Dote cassam & illocabilem, neque eam queo locare cuiquam. Idem *Aul. sc.* 4. *a.* 1. Si filiam locassim meam tibi. (i. dederim vxorem.) *Ibid.* ¶ Interdum idem est, quod pretio vtendum do. שכר *sachar* μισθόω, ἐκμισθόω, ἐκδίδωμι. Gall. *Bailler à louage, louer.* Ital. *Affittare, appigionare.* Germ. Verleihen vmb gelt. Hisp. *Arrendar alguna cosa à otro.* Angl. *To hyre or lett out to hire.*} In qua significatione frequenter datiuum habet personæ cui quid locatur, cum accusatiuo rei quæ locatur, & ablatiuo pretij: vt Ædes quas in Palatio amplissimas habebas, centum te sestertiis Mutio locasse audio. ¶ Sæpe tamen pretium non exprimitur. Cic. *in Verr.* Memmius nobilissimi hominis vxoris fundus erat colono locatus. Ornamenta quæ locaui metuo vt possim recipere. Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 4. Perinde ac si agrum sterilem fodiendum loces. Idem *Asin.* ¶ Locare alicui operam suam, est aliquid mercede faciendum suscipere μισθοῦσθαι. Gell. *lib.* 3 *cap.* 3. Ob quærendum victum ad circumagendas molas, quæ trusatiles appellantur, operam pistori locasse. Plaut. *Trin.* Nam operam meam tribus nummis ego locaui ad artes nugatorias. Locare alicui opus faciundum, dicitur is qui pro opere faciundo alteri mercedem constituit μισθοῦν. Salust. *Ciceroni*, Curauimus vt idem Athenienses in eodem loco monumentum ei marmoreum faciendum locarent. In cædundum illum agrum conduxi. E locere efferundum. Nam mortuus est. Plaut. *Aulul. sc.* 5. *a.* 3. Item Aurores iam vt me castrandum locer. Idem *ibid. sc.* 4. *a.* 1. Interdum locare idem est quod collocare, siue impendere: vt quum operam, pecuniamve benè, aut malè locatam dicimus. Idem *Mostell. sc.* 3. *a.* 1. Nec quicquam argenti locaui tam diu vsquam æquè bene. Idem *Amph.* Optumè operam optumam operam das, datam pulchrè locas. Locare insidias alicui. Idem *Aul. sc.* 4. *a.* 1. Non ita pabicæ cuipiam insidias locaui. Idem *Curc. sc.* 1. *a.* 1. ¶ Item locari locationes & induci. Liu. *lib.* 9. *d.* 4. Argentum fœnori locare, pro fœnori dare. Plaut. *Most.*

Lŏcĭto, as, Frequent. tatiuum formatum à supino verbi loco, a in i mutata. {ἐκμισθῶ, μισθόω. Gall. *Bailler souuent à louage, louer souuent.* Ital. *Spesso appigionare & affittare.* Germ. Gelt verleihen/oder außleihen. Hisp. *Arrendar à menudo.* Angl. *To lett out often to hire.*} Terent. *in Adelph.* Agelli est hic sub vrbe paululum quod locitas foras: Huic demus qui fruatur.

Lŏcātor, is. {שוכר *socher* ὁ μισθωτὴς, ὁ ἐκδιδούς. Gall. *Loüer, qui baille à louage.* Ital. *Colui che da à pigione, à fitto.* Germ. Ein verleiher vmb gelt oder vmb ein zinß. Hisp. *El que arrienda à otro por renta.* Angl. *Aleaser.*} Propriè dicitur is qui rem aliquam pretio vtendam dat: vt Locator prædij, vel ædium, dicitur is, qui prædij alium vsu conductori concesso pretium accepit. Interdum tamen locator is dicitur, qui redemptori pro opere aliquo faciundo mercedem constituit. Budæus Quanquam locator sit plerunque qui pretium accepit, & conductor qui dat, vt sit locator dominus, conductor inquilinus: tamen nonnunquam viceuersa euenit, vt locator pretium det, conductor accipiat. Plin. *lib.* 7. *cap.* 52. Romæ quoque Corfidium materteræ suæ maritum, funere locato reuixisse, & locatorem funeris ab eo elatum.

[Localis, e, ad locum pertinens: item quod in loco est: etiam aliquando, quod in loco esse potest: quod propriè locabile. Gloss. τοπικός, localis, situs, intellige situm, τοποθετεῖν.]

Lŏcālĭter, τοπικῶς. Diomedes *Grammatic. lib.* 1. Aduerbia localiter posita.

Lŏcātio, nis, verbale, ✕ Conductio: propriéque eius est qui pretium accipit. {μίσθωσις. Gall. *Lorage, bail à louage.* Ital. *Locatione, il dare à pigione.* Germ. Ein außleihung. Item ein verdingung. Hisp. *Arrendamiento.* Angl. *A letting out to hire.*} Cicer. 3. *Verr.* Hic istius scelerata locatione nefarióque latrocinio, bonis patriis fortunisque omnibus spoliatus, venit in iudicium. Idem *ad Attic. lib.* 4. Disturbata porticus Catuli quæ ex s. c. coss. locatione reficiebatur, & ad tectum penè peruenerat. ¶ Inducere locationem, est irritam facere locationem, tabulásque de locatione confectas interlinire, aut discerpere. Idem *ad Attic. lib.* 1. Asiani qui de Censoribus conduxerunt, questi in Senatu, se cupiditate prolapsos nimium magno conduxisse, vt induceretur locatio, postulauerunt. Locari locationes & induci. Liuius *lib.* 9. *d.* 4.

[Locatarius, ὁ μισθωτής. Μισθοῦν est mercede locari. Μισθοῦσθαι mercede conducere.

Locaticius, μισθώσιμος. Gloss. Phil. μισθωτικός conductitius, locatorius. Idem, ἐκδόσιμος locatitium. Gl. Cyr. Est quod mercede locatur, aut conducitur.]

Lŏcusta, æ, & olim Lucusta, Insecti genus est, infirmas habens alas, tam modicis se volatibus è terra attollens vt saltare potius videatur quàm volare. {ארבה *arbeh.* ἀκρίς. Gall. *Vne langouste, vn saulterau, ou saulterelle.* Ital. *Caualetta.* Germ. Ein heüschreck. Hisp. *Langosta.*} In Africa & Syria maiore corpore nascuntur, binisque bisque alis: tanta autem copia, vt herbas, messésque omnes, aut erodant, aut tactu adurant. Quinetiam & maria transuolare dicuntur, & absumptis domesticis omnibus cæterorum pabula quærere, non sine infausto præsagio eorum ad quos penetrarint. In India trium pedum longitudinem excedat: ex quorum femoribus & cruribus quum inaruerint, serræ soleant confici. Vide plura de his apud Plin. *lib.* 11. *cap.* 29. ¶ Locusta etiam piscis est ex genere crustatorum corpore longo, cornua ante oculos bina longa & aspera habens, dictus à similitudine terrestris. Idem Plin. *lib.* 9. *c.* 30. Locustæ fragili crusta muniuntur in eo genere quod caret sanguine. Latent mensibus quinis: & veris principio senectutem exuunt, anguium more, renouatione tergorum. Cætera in aquis natant: locustæ reptantium modo fluitant. Si nullus ingruat metus, recto meatu, cornibus, quæ sunt rotunditate præpilata, ad latera porrectis: in pauore, in latera procedunt. Cornibus inter se dimicant. Vnum hoc animal, nisi viuum feruentí aqua incoquatur fluida carne non habet callum. Suet. *in Tiber. c.* 10. Locusta prægrandis laceraí os piscatoris. ¶ Locusta pro sipone, siue siphone, vide *Sipo.*

Lŏcustă, Venefica fuit Neroni grata, ex Gallis euocata: cuius opera Agrippina Claudium & Nero Britannicum de medio sustulerunt. Tacit. *lib.* 11. & 12. Iuuen. *Satyr.* 1.

Instituitque rudes melior Locusta propinquas,
Per famam, & populum nigros efferre maritos.

Locutio, Locutor, Locutuleius, vide *Loquor.*

Lōdix, icis, Lecti operimentum. {כסות *cesuth.* φέρτης. Gall. *Lodier ou grosse couuerture de lict.* Ital. *Coltre, coperta.* Germ. Ein decke des betten als leinlach/gautern/&c. Hisp. *La manta ò cobertor de cama.* Angl. *A blanket for a bet.*} Iuuen. *Sat.* 6. *Tu ū... modo* sub lodice relictus Vteris in turba. Vide Martial. *epigr.* 148 *lib.* 14.

Lōdĭcŭlă, æ, diminut. {ὁ μικρὸς φέρτης... Gall. *Vn petit lodier, ou couuerture de lict.* Ital. *Picciola schiauina ò coltra.* Germ. Ein kleine lädlin. Hisp. *Pequeña manta ò cobertor de cama.* Angl. *A litle blanket.*} Suet. *in Augusto*, Ita vt in extremis spatiis subsultim decurreret, segestrulo, vel lodicula inuolutus.

[Lœbeium, & lœbertatem antiqui dicebant Liberum & libertatem. Ita Græci λοιβὴν & λείβειν.

Lœdoria, λοιδορία conuicium.]

Lœmius, λοίμιος, Apollinis cognomen, quod ei Lydij imposuerunt ob malorum expulsionem, ... pestilentia. Nam pestem Græci λοιμὸν appellant.

[Lœmodes, pestilens, planè Græca terminatione, λοιμώδης.]

Logarium, Logeum, Logica, Logion, Logistæ, Logisterium, Logistice, Logistoricus, Logodædalus, Logographi, vide *Logos.*

Lŏgŏs, {דבר *dabár* טעם *taham.* λόγος. Gall. *Parole, raisonnement.* Ital. *Ragionamento, parola, ragione* Germ. Ein red oder wort. Item die vernunfft. Hisp. *Razon palabra, razonamiento* Angl. *Speache, a word.*} Apud Græcos modò sermonem significat, modò verbum, modò rationem. Hieronym. *ad Paulinum*, Logos Græcè multa significat, nam & verbum est & ratio, & supputatio, & causa vniuscuiusque rei, per quam sunt singula quæ subsistunt. Augustin. contra hæreses, Hermes, qui Latinè dicitur Mercurius, scripsit librum qui λόγος τέλειος appellatur, id est, verbum perfectum. ¶ Λόγους item Græci vocant operis tomos, siue sectiones, quos & libros Latinè appellamus. ¶ Habet & alias notiones apud Græcos, quæ ad nostrum institutum nihil pertinent. Hoc tamen hic prætereundum non fuit, logos etiam à Latinis scriptoribus vsurpari, pro verbis futilibus & ad nihil prorsus conducentibus. Cicer. *vasse*, Ego te certo scio omnes logos qui ludis dicti sunt animaduertisse. Plaut. *Menæch. sc.* 2. *a.* 5. Loquere paucis, non longos logos. Logos Æsopæos, pro Apologos. Senec. *cap.* 18. *de consolat. ad Polyb.* Terent. *in Phorm.* Venerat: an illud beneficium tibi pulchrè dices. D. Logi, (id est, ridicula dicta, & verba inutilia.) ¶ A lo-

gos

gos fiunt Catalogus, epilogus, dialogus, elogium, analogia, & propè infinita alia.

¶Logatritæ, publicos reditus tractabant, ne alicui desit stipendium. Budæus.¶

Logarium. {λογάριον. GALL. *Petit conte, ou petit registre.* ITAL. *Picciol conto, picciol registro.* GERM. Ein registerlin oder rechenbüchlin täglicher ausgebens. HISP. *Pequeña cuenta, o pequeño registro.* ANGL. *A litle counte.*} Apud Vlpian. *l. 3. de penu legat.* accipitur pro sermonibus mutationibúsque rationibus, quales iis de rebus, quæ quotidie in vsum familiæ erogantur, in aduersariis solent conscribi. Verba Vlpian. Sed & chartas ad ratiunculam, vel ad logarion paratas, contineri appellatione Penoris.

Lŏgēum, λογεῖον. Pulpitum in scena, in quo chorus Tragœdiarum & Comœdiarum (quoad Comœdiæ chorum habuerunt) cæterique personam non habentes, fabulæ subseruiebant. Vtitur hac voce Vitruu. *lib. 5.*

Lŏgĭcă, æ, & Logice, es, Instrumentum est, cognoscendi, siue cognitionis, & ratio verum inquirendi, cuius omnino finis est inquisitio veritatis. {λογική. GALL. *Logique, dialectique, science pour disputer.* ITAL. *Logica, dialettica, arte da disputare.* GERM. Die kunst so da lehrt sich artlich mit einander zu vnderreden vnd die warheit zuergründen. HISP. *La logica, arte de disputar.* ANGL. *Dialectik, logick, the art of reasoning.*} Nonnulli Græcæ vocis etymon reddentes, rationalem philosophiæ partem appellant. Cicer. *de finib.* Iam in altera philosophiæ parte, quæ est quærendi ac disserendi, quæ λογικὴ dicitur, iste vester, vt mihi quidem videtur, planè inermis ac nudus est. *Ibidem*, Totaque est logice, quam rationem disserendi voco. Boethius *in comment. Top.* Hæc est, (inquit) disciplina quasi disserendi quædam magistra, quam Logicen veteres Peripatetici appellarunt, continens in se inueniendi, iudicandique peritiam.

Lŏgĭcă, orum, neutr. gen. plur. num. Cic. 4. *Tuscul.* Habes ea quæ de perturbationibus enucleatè disputant Stoici, quæ logica appellant, quia disseruntur subtilius.

Lŏgĭon, λόγιον, Græci oraculum appellant, præsertim soluta oratione editum. Nam quod carmine respondebatur, χρησμὸν potiùs nominant: vt post Suidam annotauit Cælius Rhodig. *lib. 7. c. 6.*

Lŏgistæ, λογισταὶ, Supputatores, siue æstimatores dicuntur, ἀπὸ τοῦ λογίζεσθαι, quod est rationes subducere, æstimare, seu rem aliquam diligenter expendere. ¶ Athenis Logistæ magistratus erant, quorum munus erat expendere quæ in magistratu quisque gessisset. Aristophanis tamen interpres, Logistas eosdem fuisse existimat cum Agoranomis, quorum munus persimile Ædiles Romæ exercebant.

Lŏgistĭce, es, λογιστικὴ, Ars supputandi, quam vulgus *Abacum* vocat ἀπὸ τοῦ λογίζεσθαι, quod est supputare & calculum subducere.

Lŏgisterium, λογιστήριον, Locus in quo exercitus recensetur, militique stipendium penditur. Iulius Pollux, inter Atheniensium dicasteria numerat & Logisterium: interpretatur que locum fuisse in quo Logistæ considere, & muneri suo vacare consueuerint.

Logistoricus, Liber fuit Varronis sermonum, & dictorum insignium narrationem continens. Gell. *lib. 4. c. 19.* Marcus Varr. in Logistorico scripsit, &c. Macrob. *lib. 3. Satur.* Varro in Logistorico qui inscribitur Marius de Fortuna.

Lŏgŏdædălus, λογοδαίδαλος, qui inanem verborum ornatum, non rerum pondus sequitur: siue qui compta, atque composita oratione, alium in fraudem conatur inducere. Cicer. *in Orat.* Hæc tractasse Thrasymachum Chalcedonium primum, & Leontinum ferunt Gorgiam: Theodorum inde Byzantium multósque alios quos λογοδαιδάλους appellat in Phædro Socrates.

¶Logodipnon, cœna verbis condita. Rh.¶

Logographi, λογογράφοι, teste Suida, dicuntur qui acta iudicialia excipiunt. Cuius sententiæ subscribit & Ammonius. περὶ ὁμοίων, καὶ διαφόρων λέξεων: cuius hæc sunt verba, λογογράφος ἐστὶν, ὁ τοὺς δικανικοὺς λόγους γράφων. Demosthenes tamen & Æschines vocem hanc in deteriorem partem ferè vsurpauit, magnique conuitii loco sese mutuò λογογράφους appellant. Meminit horum Arcadius *l. vlt. §. 1. C. de mun. & hon.*

¶Logotheta, λογοθέτης, ad verbum, qui rationem ponit, λόγον τιθείς.¶

Lŏlīgo, inis, Piscis genus, à volatu dictum, teste Varr. {τευθὶς Theodoro. GALL. *Vn poisson qu'on appelle calemar ou cornet.* ITAL. *Pesce calamaio.* GERM. Ein meerfisch der schwartzn blut hatt wie dinten. HISP. *El calamar pescado conocido.*} Nam, vt ex Trebij Nigri sententia scribit Plin. *lib. 32. c. 2.* Itanta interdum multitudine è mari euolant loligines, vt nauigia demergant. Coeunt loligines quemadmodum & sepiæ, componentes inter se brachia, & in contrarium nantes: pariunt autem ore. Itali hodie à thecæ calamariæ similitudine, *calamarium* appellant. Habent enim duo ossicula, quorum alterum calami, alterum gladioli perspicui pellucidique imaginem refert. Ad hæc cruorem habent nigrum atramenti modo redolec. Vnde succum loliginis pro liuore hominis, parumque candido posuit Horat. 1. *Serm. Satyr. 4.*

——hic nigræ succus loliginis, hæc est

Ærugo mera.

Vbi Porphyrio, Ex loliginis succo liuorem mentis vult intelligi: ex ærugine, venenum. Prima huius dictionis syllaba semper producitur, idque contra naturam primitiui Volo, quod priorem corripit. Vnde nonnulli in carmine geminato scribunt lolligo.

Lŏlīguncŭlă, diminutiuum, τευθίδιον, Plaut. *in Casina*, Emito sepiolas, lepidas, loliguncas, &c.

Lŏlĭum, ij, herba est hordeo similis (cuius etiam vitium esse putatur) in segetibus nascens. Gallis *Yuroie*, ab inebriando dicitur. {נצר *koślaih.* αἶρα, ζιζάνιον. GALL. *Yuraye.* ITAL. *Loglio, zizania.* GERM. Lulch dort. HISP. *El joyo ò vallico.* ANGL. *Cockle a weng corne.*} Virg. 1. *Georg.*

Infelix lolium, & steriles dominantur auenæ.

Plin. *lib. 18. cap. 17.* Nam lolium, & tribulos, & carduos, lappásque non magis quàm rubos inter frugum morbos potius, quàm inter ipsius terræ pestem numerauerim. Miror lolio victitare te, tam vili tritico. (quia luteiosus.) Plaut. *Merc. sc. 3. a. 2.* ¶ Lolio victitare dicuntur, qui visu sunt imbecillo. nocet enim oculis lolium, propter vapores acres quos in cerebrum attollit. Ouid. 1. *Fast.*

Et careant loliis oculos vitiantibus agri.

Lŏlĭceŭs, a, um, quod ex lolio est. {αἴρινος. GALL. *D'yuraye.* ITAL. *Di loglio.* GERM. Lulchen oder vom. HISP. *Di iojo ò vallico.* ANGL. *Of cockle.*} vt, Farina lolicea.

Lolĭārĭus, a, um, {αἰρινός. GALL. *Appartenant à yuraye.* ITAL. *Pertenente à loglio.* GERM. Das zu dem lulch gehört. HISP. *Pertenesciente à iojo ò vallico.*} vt, Cribrum loliarium, in quo lolium ex frumento excernitur. Colum. *lib. 8. cap. 5.* Cribro viciario, vel loliario, qui iam fuerit in vsu, pulli superponantur.

¶Loliescere, in lolium degenerare. Budæus.¶

Lolliis, genus piscis admodum parui, & tacie à loligine dissidens. τευθίς. Vide Hermol. *in Plin.*

Loma, est id, quod in extremitate alicuius extenditur, quasi illud definiens ac circumscribens, prout est, quod vulgò dicitur Margellicum. λωμάτιον, patula fimbria, paruus limbus, seu limbulus. Gretserus *lib. 2. in Codinum cap. 4.*

¶Lombaria, siue Lomberia, *Lombés*, V. E. Lomberiensis, vel Lomberiacensis, sub A. Tolosano, octo leucis distat à Tolosa, ex Garumnam.¶

Lomentum, i, Farina fabacea, qua ad eroganda corpora vsa est antiquitas. {ἐρεγμός. GALL. *Farine de feues.* ITAL. *Farina di faue.* GERM. Bonenmäl. HISP. *Harina de las hauas.* ANGL. *Beane meale.*} Martialis *lib. 3.*

Lomento rugas vteri quod condere tentas.

Plin. *lib. 22 cap. 25.* de faba loquens, Lomento, inquit, ex aceto decocto, tumores maturat, atque aperit. ¶ Est item lomentum coloris quoddam genus, quod in vsum pictorum ex cæruleo confici solet. Idem *lib. 33. cap. vlt.* Ex cæruleo fit, quod vocatur lomentum: perficitur id lauando terendóque, & hoc ex cæruleo candidius. *Et paulo post*, Est & subtilissimum genus lomenti (quidam tritum vocant) quinis assibus æstimatum. Postremum hoc genus à Græcis propriè λώματα appellatur.

¶Loache, cultri genus, cuius vsus in liturgia.¶

Lŏnchītis, {λογχῖτις. GALL. *Espece de plantain qu'on dict long plantain ou lanceolee.* ITAL. *Herba di lungo gambo.* GERM. Ein kraut dises namens mit einerley art, denen eines genant wirt spicant. HISP. *El carmel yerua nota.*} Herba est in locis sitientibus nascens, foliis porri, ad radicem rubentibus, flores habens ceu galericulos, personis comicis similes, paruam exerentes linguam: semen verò inuolucris clausum triangulum, lanceæ simile: vnde sibi nomen vendicauit. Non esse autem eandem cum Xiphio, seu Phasganio (vt hactenus à Dictionarij huius concinnatoribus perperam creditum est) apertissimè docet. Plin. *lib. 25. cap. 11.*

Londinium, Λονδίνιον. Ptolem. *lib. 1. cap. 3.* siue, vt aliis placet, Londinum Britanniæ insulæ metropolis. Vulgò *Londres*.

Lŏngano, nis, A quibusdam appellatur intestinum rectum, à crasso intestino quod κῶλον appellant, ad sedem vsque porrectum, spinæ è directo incumbens. {ἀπευθυσμένον ἔντερον.} Ratio nominis inde tracta est quod in longum protendatur, nullis orbibus implicitum, vt cætera intestina. Apicius, Longanones porcinos ex iure Tarentino, lactos conditos in cinere pallidorum.

Longauus, Longanimus, vide *Longus*.

Longinus, Sueton. *in Neron. cap. 37.* meminit Cassij Longini Iureconsulti.

Longobardi, Populi Cisalpinæ Galliæ à Germanis oriundi & à barbarum prolixitate cognominati. Hi relicto Oceano vltimisque Germaniæ oris, Albino duce Italiam ingressi, breui omnes pene citeriores Galliæ vrbes cepêre. Ibi annis ducentis annis regnassent, à Carolo Magno superati sunt. Alii arbitrantur Longobardorum gentem ex Lingonibus & Bardis, hoc est, Gallis coaluisse: quemadmodum Celtiberi ex Celtis Galliæ populis & Iberis creduntur commisti: ideoque Lingobardos potiùs appellandos putant.

Longone, Λογγώνη, vrbs Siciliæ. Steph.

Longo, as, μηκύνω, μακρύνω, quamuis non sit in vsu, habet tamen composita in frequenti vsurpatione habita, quæ sunt, Elongo, prolongo, quod est protraho. Plaut. Quæ mihi anus prolongat promissa.

Lŏngŭs, a, um, à λόγχη, lancea. Propriè (inquit Nonius) idem quod per planum porrectus. {ארך *arach* ארך *orech.* μακρός. GALL. *Long.* ITAL. *Longo.* GERM. Lang. HISP. *Largo.* ANGL. *Long.*} Virg. 3. *Georg.*

Tum longo nullus lateri modus.

¶ Nonnunquam idem quod in altum erectus, hoc est, procerus. Idem 9. *Æneid.*

Stant longis innixi hastis, & scuta tenentes.

Plaut. *Trin.*—qua facie est homo? S. Sesquipede quidem est quàm tu, longior. Longus pedes septem Plinius. In hoc enim circumplexa æquinoctij die media, vmbilicus, quem gnomonem vocant, septem pedes longus, vmbram non amplius quatuor pedes longam reddit. Longas pedum quatuor. Columella, In morem horti areas latas pedum denum, longas pedum quinquagenûm facito. Idem. Atque ita mense vltimo Aprilis seritur cinerum, quantum singuli cyathi seminis locum occupent, decem pedum longum, & quinque latum. ¶ Per translationem vsurpatum quandoque pro diuturno. Virg. 3. *Æneid.*

———& longum Andromache test inter amorem.

¶ Nonnunquam pro prolixo & fuso. Plaut *in Trinum.* Longo sermone vtimur. Cic. *lib. 1. de nat. deor.* Sed nolo esse longior. Longum est, id est, multi temporis. Idem 3 *Verr.* Longum est dicere quàm improbè fecerit. ¶ Quandoque pro magno: vnde Longiores dies, maiores dicimus. ¶ Quandoque pro pernicioso. Virg. *lib. 1. Æneid.*

Necnon & vario noctem sermone trahebat

Infelix Dido, longúmque bibebat amorem.

Longi versus (i.) Hexametri. Gell *cap. vlt. lib. 18.*

In quemcunque hominem me longa receperit ætas,

Tibull *lib. 4.* Cum tunica longa muliebri. Gell. *cap. 10. lib. 6.* Sat sic sunt longæ fabulæ. Plaut. *Pseud. sc. 1. a. 1.*

———Longi tela belli

Mente ferunt placida,

Ouid.

Ouid. 13. *Metam.*

Longa referre mora est,

idem 13. *Met.* Nimis diu & longum loquor, Plaut. *Pseud. sc. 3. a. 2.*

Quæ mala sunt longa multiplicata die.

Ouid. *Eleg. 6. lib. 4. Trist.* Nisi de te mihi supplicium datur longum diutinúmque à mane vsque ad vesperum, Plaut. *Merc. sc. 6. a. 2.* In longum durauit eius constantia, Velleius. Longum est enumerare, Sueton. *in Tiber. cap. 61.* Longum erat armari, Ouid. 2. *Faster.* ¶ Longa dies, pro longo tempore. Plaut. *Epid.* Longa dies animum incertat meum. Iuuen. *Satyr. 10.* Longa dies igitur quid contulit: Ne longum faciam, id est, vt breuiter dicam. Horat. *lib. 1. Serm. Satyr. 3.* In longum ducere. Virg. 9. *Eclog.*

Causando nostros in longum ducis amores.

Nimium longi sumus in. Cicer. 2. *de finib.* Sed in rebus apertissimis nimium longi sumus. Nulli mihi longius quam, id est, nihil mihi molestius, aut nihil desyderatius. Cic. *in variis locis.*

Lōngūm, aduerbialiter, Diu, longo tempore. { μακρῶς. GALL. *Longuement.* ITAL. *Longamente.* GERM. Lange weil oder zeit. HISP. *Luengamente.* ANGL. *A long tyme.* } Mart.

Vtque tuis longum dominúsque puérque fruantur
Muneribus.

Virg. *lib. 10. Æneid.*

——non me, quicunque es, inulto,
Victor, nec longum lætabere.

Lōngē aduerbium, Procul, longo interuallo, longo loci spatio. { πόῤῥω, μακρὰν. GALL. *De loing, loing.* ITAL. *Di lungi.* GERM. Weit/fern. HISP. *Lexos, ò de lexos.* ANGL. *Farre of.* } Cicer. *pro Flacco.* Non longè à gradibus Aureliis hæc causa dicitur. *Ibidem*, Longè omnino à Tiberi ad Caium. Idem *pro domo sua*, eius simulachrum non longè à Tanagris in sepulchro positum fuit. ¶ Dicitur etiam de temporis interuallo. Idem *pro Sylla*, Tempus muneris dandi longè abest. Idem *de Cl. Oratoribus.* Varro vitam Næuij producit longiùs. Longè, latéque, id est, multis variisque in locis, διαδεδηκώς. Idem 1. *de natur. deorum*, Sed longè latéque collucet. Idem *pro lege Manilia*, Tantum bellum, tam diuturnum, tam longè latéque dispersum. Gell. *cap. 1. lib. 4.* Supra longè & longè per infinitum. (de præterito.) Quid longissime meministi? Plaut. *Menæch. sc. vlt. a. 5.* ¶ Interdum significat valde. Salustius, Longè mihi alia mens est. ¶ Interdum accipitur pro multò, iungitúrque comparatiuo, aut superlatiuo πολλῷ. Cicer. *de Cl. Orator.* Vir longè post natos homines improbissimus. Idem *alibi*, illud homini longè optimum esse. Virg. 9. *Æneid.*

At pedibus longè melior Lycus.

¶ Positiuis *Excellens* & *Præstabilis* iunctum aliquando reperitur. Apul. *de deo Socr.* Chalcas autem longè præstabilis hariolus. Idem *in Florid.* Longè ante cæteros excellens. Longè princeps, id est, excellentior cæteris. Vt vestræ fortunæ meis præcedunt longè. Plaut. *Asin. sc. 3. a. 3.* Cicer. *Brut. lib. 13.* Longè primus, id est, excellentior. Cic. 4. *Verr.* Longè primus ciuitatis est Epicrates. ¶ Aliquando idem ferè valet, quod procul. (i. pro eo quod barbari dicunt à longè. Ouid. *Eleg. 1. lib. 5. Trist.* Longè prouectus in oras Sarmaticas. Catul. *de com. Beren.* An quòd amantes non longè à caro corpore abesse volunt? Visus sum procul sedere, longè à me Æsculapium. Plaut. *Curc. sc. 2. a. 2.* Longéque volante sagitta, Ouid. *Eleg. 10. lib. 3. Trist.* Sic Virg. 2. *Georg.* dixit, Littora longè resonantia. Plaut. Longè habere, hoc est, habere quod procul intendas, *in Truculent.* Næ ista stimulum longè habet quæ vsque illinc cor pungit meum, hoc est, habet stimulum longum, vel à longè protensum. Longè prospicere futuros casus, est eos longè ante videre, quàm eueniant. Cic. *de Amic.* Vt nobis longè prospicere oporteat futuros casus Reipublic. Longè gentium, significat omnino longè, sicut nusquam gentium, nusquam locorum, idem significant quod omnino nusquam. Idem *Att. lib. 6.* Tu autem abes longè gentium. ¶ Lucret. *lib. 3.* longiter dixit pro longè. Non, vt opinor, id à læto iam longiter errat. Sosipater *lib. 11. institutionum Grammat.* ¶ Longiùs, comparat. Longissimè superlat. Istuc aberat longiùs. Plaut. *Pseud. sc. 5. a. 1.*

Quisquis sit à suis longius hoste locum.

Ouid. *Eleg. 4. lib. 4. Trist.* Longissimè abest à vero. Cicer. 4. *Acad.* Longissimè pro longum est. Plaut. *Sticho.*—quàm dudum in portum huc venis? P. longissimè. Concede huc mea gnata ab istoc quàm potes longissimè. Idem *Menæch. sc. 2. a. 5.* Quid longissimè meministi? *Ibid. sc. vlt. a. 5.*

Lōngŭlŭs, a, um, diminut. { ὑπομήκης. GALL. *Longuet.* ITAL. *Longhetto.* GERM. Langlecht. HISP. *Largo vn poco.* } vt, Longulum iter. Cicer. *ad Attic. lib. 16.* Itaque eo die mansi Aquini, longulum sanè iter, & via inepta.

Lōngĭuscŭlŭs, a, um, diminutiuum nomen, Longior, siue Longius: idem valens quod paulò longior. ὑπομήκης. Cic. *pro Archia.* Quòd epigramma in eum fecisset tantummodo alternis versibus longiusculis. Plin. *lib. 10. cap. 36.* Fœminis (passeribus) longiusculum spatium.

Lōngŭlē, diminutiuum. Diomed. *lib. 1.* { μικρῷ πορρώτερον. GALL. *Vn peu loing.* ITAL. *Vn poco di lungi.* GERM. Etwas weit/ein wenig fern. HISP. *Lexos vn poco.* ANGL. *Somewhat farre of.* } Plaut. *in Rud.* Haud longulè ex hoc loco.

Lōngĭmănŭs, i, Cognomen fuit Artaxerxis Persarum regis, inde impositum, quòd alteram manum haberet longiorem, μακρόχειρ.

Lōngĭpēs, pedis, omnis generis, Longos pedes habens, siue longa crura habens. { μακροσκελής. GALL. *Haut sur iambes, qui a longs pieds.* ITAL. *Longo di piedi.* GERM. Langfüssig. HISP. *El que tiene largos pies.* ANGL. *Long footed.* } Plin. *lib. 30. cap. 4.* Buprestis animal est rarum in Italia, simillimum scarabæo longipedi.

Lōngæuŭs, a, um, Annosus, senex, quasi longi æui. { בעל ימים *bahal iamim.* πολυετής, μακρόβιος. GALL. *Qui vit ou a vescu long temps, de longue vie & durée.* ITAL. *Vecchio, attempato, di longa età.* GERM. Alt/wolbetagt. HISP. *Cosa de larga edad.* ANGL. *Long liued, of many yeares continuance.* } Virg. 6. *Æneid.*

Quem tibi longæuo serum Lauinia coniux
Educet syluis regem, regúmque parentem.

Idem 3. *Æneid.*

Surge age, & hæc lætus longæuo dicta parenti
Haud dubitanda refer.

Cic. *in Catone.* O miserum senem, qui mortem contemnendam in tam longæua ætate non viderit.

Lōngæuĭtās, atis, Annositas. { μακροβιότης, πολυετία. } Macrob. *Saturn. lib. 7. c. 10.* Liquor vitalis longæuitate siccatus est.

Lōngănĭmĭs, e, qui est perseuerantis animi, æquanimiter tolerans quicquid sibi acciderit. { ארך אפים *erech apaim.* μακρόθυμος. GALL. *Patient.* ITAL. *Patiente d'animo, che tolera i casi della fortuna.* GERM. Langmütig. HISP. *Paciente y sufrido.* ANGL. *That is patient, long suffering.* } Legitur *Nehem. 9. 17. & Esdr. 4. 64.* Alibi, quod sciam, apud Latinos scriptores non occurrit.

Lōngănĭmĭtās, Tolerantia, patientia, vox à Theologis introducta. { μακροθυμία. GALL. *Patience.* ITAL. *Tolerantia, patienza.* GERM. Langmütigkeit. HISP. *Paciencia, y sufrimiento.* ANGL. *Long sufferance.* } Hieronymus, Longanimitas, quæ ibi sustentatio dicitur, à patientia differt. Minimè etiam Latina vox.

[Longanimiter ferens. *Hebr. 6. 15.* μακροθυμήσας.]

Lōngĭtūdo, inis, prolixitas. { ארך *orech* ארך *orech.* μακρότης, μῆκος. GALL. *Longueur.* ITAL. *Longhezza.* GERM. Lenge. HISP. *Larguesa.* ANGL. *Length.* } Plin. *lib. 11. cap. 25.* Intelligi autem gracilitate & longitudine. Cicer. 9. *Philipp.* Non enim longitudo itineris, non asperitas viarum, non morbus ingrauescens retardauit. ¶ Accipitur nonnunquam pro longo temporis spatio. Terent. *in Heaut.* Vbi te vidi animo esse omisso, & suauia in præsentia. Quæ essent, prima habere, neque consulere in longitudinem, Cœpi rationem vt neque egeres, neque vt hæc posses perdere. Cicer. 7. *Verr.* Noctis longitudo stupris & flagitiis conterebatur.

Lōngĭnquŭs, a, um, Remotus, distans, diuersus, longè disiunctus. { רחוק *rachók.* ἀπώτερος, μακρὸς, τηλεδαπός. GALL. *Lointain.* ITAL. *Lontano, straniero.* GERM. Weit von dannen/fern. HISP. *Cosa de lexos.* ANGL. *Farre of, strang.* } Cic. *Marcello*, Non dubito quid præsentes censeant, nos quidem longinqui & à te ipso missi in vltimas gentes. ¶ Aliquando significat quod in longum tenditur. Claudianus,

Sic qui vecturus longinqua per æquora merces
Molitur tellure ratem.

¶ Aliquando ponitur pro externo & peregrino, ἀλλοδαπός. Ouid. *de Trist.*

Si mea longinquus viscera piscis edet.

E longinquo & E præsenti opponuntur. Plin. *lib. 7. cap. 52.* Reperimus inter exempla Clazomenij, animam relicto corpore errare solitam, vagámque è longinquo multa annuntiare, quæ nisi à præsenti nosci non possent. Ex longinquo veniens nobilitas, dicitur antiqua nobilitas. Idem *lib. 17. cap. 42.* Minor nobilitas, quia non ex longinquo venit, &c. In longinquum non sunt mittendæ cupiditates. Senec. *cap. 10. de tranquill.* Apud Plautum *Amphitr. sc. 4. a. 4.* vbi legitur, E loco compellemus, Passerat. legendum suspicatur *E longinquo.* ¶ Ponitur aliquando pro diuturno. Liu. *lib. 1. ab Vrbe.* Donec ipse quoque longinquo morbo est implicitus. Plaut. *in Mil.* Vitam longinquam darent. ¶ Nonnunquam pro lento. Idem *Mercat.* Longinquum amanti istud, Longinquus sermo opponitur breui. Idem *in Milit.* Breuin' an longinquo sermone? ¶ Longinquum loqui, id est, diutiùs. Idem *in Mercat.* Oratio odiosa est, quum rem agas, longinquum loqui. Equidem ad capita rerum perueniam.

Lōngĭnquĭtās, ipsa locorum distantia. { מרחק *merchák.* ἀπόστασις. GALL. *Lointaineté, longue distance de lieux.* ITAL. *Lontananza.* GERM. Die weite oder weitnuß/fernuß. HISP. *Aquella lexura de lexos.* ANGL. *Long distance of place, Length of tyme.* } Cicer. *ad Gallum lib. 2.* In his enim sum locis, quò & propter longinquitatem, & propter latrocinia tardissimè omnia perferuntur. ¶ Aliquando pro diuturnitate. Terent. *in Hecyr.* Hæc mihi nunc cura est maxima, vt ne cui mea longinquitas ætatis obstet, mortémque expectet meam. Cæs. 1. *bell. ciuil.* Tamen rei eius moram, temporisque longinquitatem timebat. Cic. 2. *de finib.* Qui autem voluptate vitam effici beatam putabit, qui sibi is conueniet, si negabit voluptatem crescere longinquitate?

Lōngĭsco, is, Longus fio. { ארך *rachák.* μηκύνομαι. GALL. *Deuenir long.* ITAL. *Diuentar lungo.* GERM. Lang werden. HISP. *Hazerse luengo.* ANGL. *To waxe long.* } Ennius,

—— Neque corpora firma
Longiscunt quicquam. Nonius.

[Longitrorsus sic dicitur, sicut dextrorsus, sinistrorsus. in longum.

Longiturnus, diuturnus, longè durans, inde

Longiturnitas, i. e. diuturnitas.]

Lōngŭrĭo, nis, Longus homo, & procerus, à perticæ, quam longurium vocant, similitudine dictus. { גבה *ghaboah.* ὑψηλὸς, μακρὸς, ἐπιμήκης. GALL. *Long.* ITAL. *Lungo.* GERM. Ein fast langer mensch. HISP. *Largo.* ANGL. *A long man.* } Varr. Hic qui ante me est, oecio quis longurio. Priscum verbum.

Lōngŭrĭŭs, ij, Pertica longior, quæ sepibus hortorum traiici solebat ad eas confirmandas, eadem bellicis in rebus magno vsui ad munienda castra. { מוט *mot.* σταυρὸς ἀνηγμένος. GALL. *Vne longue perche.* ITAL. *Lunga pertica.* GERM. Ein zwerchstang. HISP. *Hasta ò pertica larga.* ANGL. *A long pole such as lieth ouerthwart in hedges.* } Varro *de re rustic. lib. 1. cap. 14.* Secunda sepes ex agresti ligno, sed non viuit. Fit autem palis statutis crebris, ac virgultis implicitis, aut latis perforatis, & per ea foramina traiectis longuriis ferreis binis, aut ternis, aut ex arboribus truncis demissis in terram deinceps, constitutis. Idem *lib. 1. cap. 7.* Interiicere longurios. Cæsar *lib. 4. bell. Gall.* Ac longuriis, cratibúsque consternebantur. Idem *lib. 3. de bell. ciuil.* Item *lib. 1.* Longuriis ac furcis.

Lŏpădūsă, Λοπαδοῦσα, Insula inter Siciliam & Libyam è regione Thapsi, cuius meminit Strabo *lib. vlt.*

Lŏpās, adis, λεπάς, Genus conchæ marinæ. Plaut. *in Medico parasito.* Addito lopades, echinos, ostreas. Dictæ Lopades à vasis culinarij genere, quod Græci λοπάδα, ἢ λοπάδας appellant. Baysius sartaginem interpretatur. Est & Lopas, siue Lopæ, vestimenti genus: in qua significatione priorem syllabam producit, quum apud Græcos scribatur per ω.

{Lopimus,a,um, λοπιμος, ον, qui decorticari potest,aut solet: à λέπω decortico.}

Lŏquŏr,eris,locutus,per c.vt Prisciano videtur,siue loquutus per q.Propriè significat, verba qualiacunque profero. Formatur à Græco verbo λέγω, λελεγμαι, hinc loquor γ in q mutata. { דבר dibber אמר amár. λαλεῖν,φθέγγεσθαι. GALL. *Parler,discourir, raisonner.* ITAL. *Parlare, ragionare.* GERM. Reden,sprechen. HISP. *Hablar, razonar.* ANGL. *To speak, to reason.* } Differunt autem *loqui* & *dicere*, quòd *loqui* sit à natura: *dicere*, eleganter & facundè. Quanquam *loqui* aliquando pro *dicere* positum inuenitur. Plaut. *in Menæchmis*, Quos tu parasitos loquere? *Ibidem*, Adolescens quæso loquere tuum mihi nomen. Quid taces, heus tecum loquor. Imò tute tecum. Idem *Milit.sc.5.a.2.* Quum confidenter loquitur? Idem *Mostell.sc.1.a.1.* Meam partem loquendi & tuam trado tibi. Idem *Asin.sc.1.a.3.* Plus oportet scire seruum, quàm loqui. Idem *Merc.sc.5.a.2.* Si quid tu in illum voles loqui, Id loqui licebit. (i. bene dicere.) Idem *Mostell.sc.3.a.1.* Nimis diu & longum loquor, (aliàs *longè*.) Idem *Pseud.sc.3.a.2.* ¶ Non loquens, (i. Infans, & mutus.) Gell. *cap.9.lib.5.* Loqui ad voluntatem (apud Cic. *in Paradox.*) id est, Dicere quod libet. ¶ Loqui ad voluptatem est sermone suo voluptatem audientibus afferre, adulari, & grata loqui. Cic *pro Quintio.* Fatetur se non bellè dicere, non ad voluptatem loqui posse. Cum aduerbiis sæpe iungitur, vt, Loqui apertè, liberè, Latinè, magnificè, &c. ¶ Loqui lapides, est ea loqui quæ sic audientis mentem obtundunt, ac offendunt; vt si lapidibus illius caput ferires. Plaut. *in Aulul.* Quia mihi misero cerebrum excutiunt tua dicta soror, lapides loqueris. ¶ Loquuntur hoc palàm: Cic. 5. *Verr.* Hoc quum palàm Decumani tota prouincia loquerentur. Loquuntur vulgò, id est, vulgi in ore versatur. Idem 7. *Verr.* Quum vulgò loquerentur, suppositum in eius locum, &c. Loquuntur annales, historiæ, hoc est, referunt, commemorant. Loquitur res ipsa, hoc est, apertissima est, & sermone non eget. Loquitur fama, hoc est, homines famam sequuti loquuntur. ¶ Dare aliquem loquendum chartis, dixit Martialis *lib.5.*

Quem chartis famæque damus populisque loquendum.

¶ Composita huius verbi sunt, Alloquor, colloquor, circumloquor, deloquor, eloquor, interloquor, obloquor, & præloquor, & perloquor quorum significata partim suprà explicauimus, partim infra suis locis exequemur. ¶ Loquier, pro Loqui. Cic. *ad Atticum lib.11.* Publia ad me scripsit, matrem suam cum Publio loquier, ad me cum illo venturam. Loqui in eandem sententiam: hoc est, eiusdem esse sententiæ. Cæsar *lib.1. belli ciuilis*, In eandem sententiam loquitur Scipio, Pompeio esse in animo Reip. non deesse, si Senatus sequatur. ¶ Loqui etiam de arboribus, pro sibilum edere. Virg. *in Bucol.*

Mænalus argutumque nemus, pinosque loquentes

Semper habet. }

Lŏcūtŭs, siue Loquutus, particip. { מדבר medabber. εἰπών, φθεγξάμενος. GALL. *Qui a parlé.* ITAL. *Chi ha parlato.* GERM. Geredt der geredt hat. HISP. *El que ha hablado.* ANGL. *That hath spoken.* } Horat. *lib.1 Epist.7.*

Vt ventum ad cœnam est, dicenda tacenda loquutus,

Tandem dormitum dimittitur.

Virg. 1. *Æneid.* Sic ore locuta est,

——*meaque hæc facundia, si qua est,*

Quæ nunc pro domino pro vobis sæpè locuta est,

Ouid. 13. *Metam.*

Sed tu mœsta virum mittens quæ verba locuta est, (de querelis,) Catul.

Lŏcūtĭo, siue Loquutio, nis, Sermo, oratio, dictio, genus dicendi { דברה dabberáh אמרה imráh. φράσις, λόγος. GALL. *Parole, vn parler, parlement.* ITAL. *Parlamento.* GERM. Ein red. HISP. *Obra de hablar.* ANGL. *A saying or speaking.* } Cicer *in Orat.* Quanquam enim omnis locutio oratio est: tamen vnius oratoris locutio hoc proprio signata nomine est.

Lŏcūtor, seu loquutor, Sermocinator, qui loquitur. { מדבר midabbér. λάλος. GALL. *Parleur, babillard.* ITAL. *Parlatore, cianciatore.* GERM. Ein landter schwetzer, der zu vil red. HISP. *Hablador, parlero.* ANGL. *That speaketh a babler.* } Gell. Qui sunt leues & futiles & importuni locutores.

Lŏcūtulēii, sunt homines in verba proiecti, quos & garrulos, loquaces, blaterones, & linguaces dicimus, quorum lingua tam effusa ad loquendum, infrænisque est, vt teterrima quadam colluuione verborum fluit semper, & æstuet. { ἀδολέσχαι. GALL. *Grands parleurs, babillards.* ITAL. *Cianciatori, gran parlatori.* GERM. Klaffer, schwetzer, klapperer denen stäts das maul geht. HISP. *Habladores, parleros.* ANGL. *Bablers or pratlers.* } Gell. *lib.1.c.15.*

Lŏquācĭtās, atis, Multiloquium, inanis & immodica garrulitas. { πολυλογία, ἀδολεσχία. GALL. *Trop grande abondance de paroles, trop parler.* ITAL. *Cianciare, ciarlare, parlare souerchio & vano.* GERM. Schwätzigkeit, vnnütz geschwetz. HISP. *Obra de mucho hablar.* ANGL. *Babling, much talking.* } Cicer. *Torquato.* Facit autem non loquacitas mea, sed beneuolentia longiores epistolas. Idem *ad Attic. lib.7.* Loquacitati ignosces, quæ & me leuat ad te quidem scribentem, & elicit tuas literas.

Lŏquācĭto, as, Multùm loquor. { מדבר midabbér. στωμυλεύομαι. GALL. *Parler beaucoup, caqueter.* ITAL. *Parlar molto.* GERM. Vil klappern oder schwätzen. HISP. *Hablar mucho.* ANGL. *To bable, to speack much.* } Hieronym. Si quando mulierculæ de diuitiis propriis, de filiis, de vestibus, de mundi vanitatibus garrulando loquacitent, vt moris est eis, frangantur. Vox noua est, quam apud veteres non facilè inuenias.

Lŏquax, acis, Verbosus, garrulus, loquendo importunus. { מדבר midabbér. λάλος, στωμύλος. GALL. *Caqueteur, babillart, grand parleur.* ITAL. *Cianciatore, che parla molto.* GERM. Schwätzig, klappig. HISP. *Cosa mucho habladora, parlador.* ANGL. *That babbleth.* } Cic. *pro Cluent.* Præterea seruum illum Nicostratum, quem nimiùm loquacem fuisse, ac nimium domino fidelem arbitrabatur, &c. Idem *lib.2. de Or.* Quare istam artem totam dimittamus, quæ in excogitandis argumentis muta nimium est, in iudicandis nimium loquax. Hinc corui & aliæ aues quæ humanam vocem imitantur, loquaces dicuntur. Loquaces multùm omnes habemur mulieres. Plaut. *Aul.sc.1.a.1.*

Indocilique loquax gutture vernat auis,

Ouid. *Eleg.12.lib.3 Trist.*

Lŏquācior, comparatiuum, λαλίστερος, & superlatiuum loquacissimus. { λαλίστατος. } Cicer. *de senect.* Et senectus est natura loquacior. Idem *pro Flacc.* Repentè homo loquacissimus obmutuit.

Loquaciter, aduerbium. { πολυλογικῶς, ἀδολεσχῶς. GALL. *Auec trop grande abondance de paroles superflues.* ITAL. *Da cianciatore.* GERM. Schwätzig, mit vil vnnützen sandten. HISP. *Parleramente con muchas palabras.* ANGL. *Bablingly with much talk.* } Cic. *pro Murena*, Quid huic tam loquaciter litigioso responderet ille?

Lŏquēla, æ, Sermo quem loquendo proferimus. { דברה dabberáh אמרה imráh. λαλιά. GALL. *Parole.* ITAL. *Parola.* GERM. Die red. HISP. *Habla.* ANGL. *Speache or talk.* } Catullus,

Verbosa gaudet Venus loquela.

Interest tamen inter loquelam & sermonem, quòd sermo omnium gentium est, loquela cuiusque gentis propria dialectus: quemadmodum autor est Corn. Fronto *de differens. vocab.* Ouid. *Eleg.3.lib.5. Trist.*

Græcaque quòd Getico victa loquela sono.

{Loquelares vt loquelares præpositiones, quæ ornandi sensus, aut augendi, vel minuendi gratia cæteris partibus præponuntur.}

Lŏquēntia, æ, & Loquium, quamuis à loquor deducantur, non tamen eis veteres vtuntur, nisi in compositione: vt Breuiloquentia, breuiloquium, multiloquentia, multiloquium, magniloquentia, magniloquium. Similiter magniloquus, multiloquus, stultiloquus, blandiloquus, & huiusmodi quæ habent λόγος, λαλιά Valerius Probus tamen, teste Gell. *lib.1.c.15.* affirmat, Salustium loquentiam vsurpasse pro loquacitate. Sic enim legit, Satis loquentiæ, sapientiæ parum. Vbi tamen vulgo legitur, Satis eloquentiæ.

Lŏquĭtor, aris, Garrio, multum loquor, verba multa inaniter profundo. { מדבר nidabbár. στωμύλλω. GALL. *Parler beaucoup.* ITAL. *Cianciare, parlar molto.* GERM. Tandten, vnnütz geschwätz treiben. HISP. *Hablar mucho.* ANGL. *To speake muche.* } Plaut. *in Bacchid.* Eho tu loquitatúsne ex gnato meo malè? Vsus est hoc verbo & Apuleius *in Floridis.*

Lōră, æ, siue Lorea: genus potionis est, quam Græci δευτερίαν appellant quasi secundariam: velut apud nos tertiaria per vini caritatem: nam δεύτερος apud Græcos secundum dicitur. { GALL. *Vin de despense, buuette.* ITAL. *Vino leggiero.* GERM. Lauerentranck. HISP. *El vino aguado.* ANGL. *A small or thinne wine.* } Plin. *lib.14. cap.10.* Non possunt iure dici, vina, quæ Græci δευτερίας appellant, Cato & nos loram, maceratis aqua vinaceis, quamuis inter vina operaria numerentur. Tria eorum genera. Primum decima parte aquæ addita, quæ musti expressa sit, & ita nocte & die madefactis vinaceis, rursúsque prelo subiectis. Alterum, tertia parte eius quod expressum sit, addita aquæ, expressóque decocto ad tertias partes. Tertium fæcibus vini expressum, quod fæcatum Cato appellat. Varro *de vita populi Romani*. Antiquæ mulieres maiores natu bibebant loram. Dicta lora quasi lota, quòd fiat ex vinaceis aqua dilutis. Vide Varr. *de re rust. lib.1. cap.54.* & Colum. *lib.12. cap.40.*

Loramentum, Lorarij, vide *Lorum.*

{Lordosis, λόρδωσις, incuruatio in anteriora: quum homo vitiata dorsi spina, capite semper prono est & cernuo. à λορδόω curuo in anteriora.}

Lōrīcă, æ, { שריון chirjón. θώραξ, ἁλυσιδωτός. GALL. *Halecret, cuirasse ou harnois d'homme d'armes: brigandine ou cotte de maille.* ITAL. *Panciera, corazza.* GERM. Ein lederin rüstung oder harnisch ein panzer. HISP. *Cota de malla.* ANGL. *An habergion, a coate of male.* } Est munimentum corporis, quale in Imperatorum antiquis statuis videmus: quamuis ferè accipiatur pro quouis genere armorum, quo corpus aduersùs vim tegimus. Sueton. *in Augusto cap.35.* Lorica sub veste munitus existimabatur. Item loricam linteam induere Idem *in Galba c.19.* Dicta autem putatur lorica à loro Nam antiquitus, teste Varrone, pectoralia ex crudo corio fiebant. Cic *pro Murena.* Descendi in campum cum firmissimo præsidio fortissimorum virorum, & cum illa lata insignique lorica, non quæ me tegeret. (etenim sciebam Catilinam non latus, aut ventrem, sed caput & collum solere petere.) Liu. *lib.5. ab Vrbe*, Multósque imperitos nandi, aut inualidos, graues loricis, aliísque tegminibus hausêre gurgites. Virg. 5. *Æneid.*

Loricam consertam hamis auróque trilicem.

¶ Dicitur præterea lorica in ædificiis quoddam quasi sepimentum, & veluti peribolus, quæ nos tuetur à lapsu, θωράκιον. Lorica enim pars est murorum, & structurarum. Vitruu. *lib.2.* de latericiis parietibus loquens, Quum enim in tecto tegulæ fuerint fractæ, aut à ventis deiectæ, qua possit ex imbribus aqua perpluere, non patietur lorica testacea lædi laterem: sed proiectura coronarum reiiciet extra perpendiculum stillas. Curtius *lib.8.* Angusta muri corona erat: non pinnæ, sicut alibi, fastigium eius distinxerant: sed perpetua lorica obducta transitum sepserat. Itaque Rex hærebat magis quam stabat in margine clypeo vndique incidentia tela propulsans. Loricam appellat structuram fastigatam, quæ aquam pluuiam vtrinque depellit extra perpendiculum, veluti suggrundiis prominentibus. Huiusmodi structuræ à nostris structoribus Capistratæ appellantur. ¶ In pauimentis etiam nideratis lorica appellatur corium è marmore tuso cum calce & arena. Vitruu. *lib.6.* Itaque si necessitas vrgeat, vt minimè vitiosa fiant, sic erit faciendum. Quum coaxatum fuerit, insuper altera coaxatio transuersa sternatur, clauisque præfixa duplicem præbeat contignationi loricationem, deinde ruderi nouo tertia pars testæ tusæ admisceatur. Varro *lib.1. de re rust. cap.57.* Parietes & solum opere tectorio marmorato loricandi. Hæc Pud Cæs. *c bell. Gall.* Turres contabulantur pinnæ, loricæque ex cratibus attexuntur.

Lōrīco, as, Loricam induo. { [illegible] θωρακίζω, θωρακίζομαι. GALL. *Vestir d'vn halecret ou harnois se couurir.* ITAL. *Armare di corazza.* GERM. Mit einer lederin rüstung oder harnisch sich bewarnen. HISP. *Armar con cota de malla.* ANGL. *To put on an habergion.* } Plin. *lib.8.c.24.* Mox vbi olaribus

ribus eodem modo se coriis loricauit, in dimicationem pergit. ¶ Huius verbi compositum est Dilorico, de quo alibi.

Lōricātŭs, a, um, participium. Lorica indutus. {τεθωρακισμένος, θωρακοφόρος. GALL. *Armé d'vn halecret, brigandine, ou cotte de maille.* ITAL. *Armato de corazza.* GERM. Mit einem lidern harnisch oder panzer angethon. HISP. *Armado de cotta de malla.* ANGL. *Armed with an habergion.*} Liu. 3. *bell. Pun.* Statua eius indicio fuit Præneste in foro statuta loricata, amicta toga, velato capite, &c. ¶ Loricati milites. Idem 5. *bell. Macedon.* Partim loricatos, quos cataphractos vocant, partim sagittis ex equo utentes.

Lōricātio, θωρακισμός, Incrustatio parietis, Paulus *de verb. signific.* Aquæ salientes incrustationes, loricationes, picturæ.

Lōricŭlă, æ, à Lorica diminutiuum nomen, Paruam loricam significat. {θωρακίδιον. GALL. *Petit halecret, petite cotte de maille.* ITAL. *Picciola corazza, giacco di maglia.* GERM. Ein prügenbenlin. HISP. *Pequeña cotta de malla.* ANGL. *A litle abergion or coate of male.*} ¶ Accipitur etiam pro munimento quod obsessores vrbium construunt. Nam vltra iactum teli fossam faciunt, eámque vallo sudibus, & turriculis instruunt, vt erumpentibus è ciuitate possint obsistere. {GALL. *Vn lieu fort, ou fortification que font ceux qui assiegent vne ville pour resister aux saillies de ceux de la ville.* ITAL. *Luoco fortificato come si fa nelle terre per resistere à gli assalti de terrazani.* GERM. Ein pastey oder schantz/ein vorbawete schutte. HISP. *Emprenta ò texbique para defenderse.* ANGL. *A trenche made to defend an armie.*} Autore Veget. *lib.* 4. Cæs. 8. *bell. Gall.* sic scribit, Hæc imperat vallo XII. pedum muniri, coronísque pro ratione eius altitudinis inædificari: fossam duplicem pedum denûm, quinûm lateribus directis deprimi: turres crebras excitari in altitudinem trium tabulatorum, pôntibus trajectis, constratísque coniungi: quorum frontes viminea loricula munirentur, vt hostes à duplici propugnatorum ordine depellerentur.

Lōrĭpēs, edis, Qui pedem in modum lori tortum habet. {ἱμαντόπους. GALL. *Qui a la iambe tortue.* ITAL. *Zoppo, che ha il pie torto.* GERM. Ein krumb fuß. HISP. *Pancajoso.* ANGL. *That hath his foote crocked or legge.*} Iuuenal. *Satyr.* 2.

Loripedem rectus derideat Æthiopem.

Plaut. *in Pœnul.* Nequicquam hos patronos mihi elegi, loripedes tardissimos.

LŌRVM, i. Propriè significat corrigiam ex corio: vnde habenas & retinacula iumentorum, quæ ferè ex corio fieri solent, lora appellamus. {מוסר *mosár* רצועה *habóth.* ἱμάς. GALL. *Laniere, longue courroye de cuir, sangle.* ITAL. *Corregia, staffile, redine.* GERM. Ein riemen/zügel/ &c. HISP. *La cuerda o correa para riendas.* ANGL. *A corde or lace made of a long thonge leather.* Ouid. 2. *Metam.*

Colla iugo eruunt, abruptaque lora relinquunt.

Ibidem,

Corripe lora manu.

Virg. 2. *Georg.*

————————*illi instant verbere torto,*

Et proni dant lora: volat vi feruidus axis.

Idem *lib.* 1. *Æneid.*

Fertur equus, currúque hæret resupinus inani,

Lora tenens tamen.

¶ Præterea etiam lora dicuntur zonæ ac volumina ex corio bubulo, quibus pugiles vtebantur: quos & cæstus appellabant. ¶ Præterea quæcunque ligamina, lora dici possunt. Gellius, Postea videbamus Androdum & leonem loro tenui reuinctum, vrbe tota circum tabernas ire. ¶ Et loramenta, quælibet ligamenta, etiam quæ ex tabulis fiunt. Hieronym. Loramento ligneo circumdatum ædificij fundamentum non dissoluetur. Iustinus *lib.* 11. *de nodo Gordij*, Quum capita loramentorum intra nodos abscondita reperire non posset, violentiùs oraculo vsus gladio loramenta cædit. ¶ Lorum etiam pro corrigia accipitur quo homines verberantur. Donat. Vestra latera loris faciam varia. Plaut. *Ps. sc.* 2. *a.* 1. Item, Iniecto in collum loro. (i. laqueo.) Velleius. ¶ Item lora pro habenis, vt loris equos ducere. Liuius *lib.* 5. *d.* 4. Et Plaut. *Men. sc.* 2. *a.* 5. Iam ascendo in currum, lora teneo. ¶ Lora patricia. Senec. *cap.* 11. *tranquill.* Lora apud veteres laura dicebantur à lauro triumphorum, sub qua mos erat captiuos vinciri, ducique per pompam. Ideo autem vt conditionis reminiscantur loris cæduntur. Vnde & Lorarij dicebantur: de quibus suo loco diximus. Terent. *Adelph.* Nam si molestus pergis esse iam intrò arripere, atque ibi vsque ad necem operiere loris. i. loris liber. Cic. 13. *Philipp.* Quos Antonius deliciarum causa loris in conuiuio cædi iubebat à suis publicè. ¶ Item lora dicuntur, corrigiæ, quibus lecti & sellæ instruuntur: super quibus tomenta, vel culcitræ imponuntur. Martial. *lib.* 2.

Recens sella, linteisque lorisque.

¶ Hinc etiam funiculus aureus argenteúsve, qui collo gestari solet, lorum appellatur. ¶ Inuenitur etiam lorus, λῶρος, mascul. gener. sicut & corlus, & collus. Apul. Lorum quempiam sinu suo depromit. ¶ Lora dare est laxare habenas. *Æn.* 1. ¶ Lorum vomitorium, quo vomitus mouetur.

Lōrāmentum, vide in *Lorum*.

Lōreus, a, um, adiect. {ἱμάντινος, ἱμαντώδης. GALL. *De courroye.* ITAL. *Di corregia.* GERM. Das auß riemen gemacht ist. HISP. *Cosa de correa.* ANGL. *Of a leash of leather.*} Plin. *lib.* 18. *c.* 31. Antiqui funibus, vittísque loreis ea detrahebant. Sic apud Caton. *cap.* 3. Loreus funis. Faciam vestra latera lorea Plaut. *Milit. sc.* 2. *a.* 2.

Lōrārii, serui, à loro dicti sunt, quorum officium erat aliquem ex conseruis iussu domini aut vincire, aut loris cædere. {ῥαβδοῦχοι, οἱ τοῖς ἱμᾶσι μαστιγοῦντες, μαστιγοφόροι. GALL. *Ceux qui d'escourgees frappoyent les serfs.* ITAL. *Chi battono o flagellano y serui.* GERM. Scherger die knecht so andere binden vnd geißlen müssen/steckenknecht. HISP. *Los que açotauan los sieruos.* ANG. *Scourgers or whippers.*} Lorariorum frequens est mentio apud Plautum. Dicebantur præterea Lorarii, lictores, aut ministri magistratuum, qui eis in prouincias proficiscentibus ministrabant, fascésque præferebant. Hoc falsum est. Ex Gell. *cap.* 3. *lib.* 10. Lorarij in scenicis fabulis, idem. Cato id genus hominum etiam Bruttianos appellat: quoniam Bruttij ignominiæ causa iussi sunt à Romanis magistratibus in prouincias euntibus parere, & præministrare seruorum vice, quod primi totius Italiæ ad Annibalem defecissent.

Lorus idem quod lorum: vox rara, nec facilè vsurpanda.

Lotaringia, *Lorraine*, prouincia Ducali titulo à multis retrò sæculis clara.

Lōrymă, Λώρυμα, Locus est Cariæ è regione Rodi insulæ. Plin. *lib.* 5. *c.* 28. & Strab. *lib.* 4.

Los, Λῶς, Insula circa Thessaliam. Insularis Lous, Steph.

Lōtĭs, idis, Λωτίς, Nymphæ nomen est, quæ Priapum fugiens, in arborem loton fingitur transmutata. Ouid. 9. *Metam.*

Lotis in hanc nymphe fugiens obscœna Priapi,

Contulerat versos seruato nomine vultus.

Lotax, mendicus. L. g. b.

Lotometra, æ, Panis genus ex semine loti herbæ confectum. Vide Plinium *lib.* 22. *cap.* 21.

Lōtŏphăgi, λωτοφάγοι, Populi in Africa apud Syrtes, à loto nomen sortiti, quòd arboris eius fructu credantur victitare: cuius cibus tam est dulcis, vt aduenis inducat patriæ obliuionem. Itaque quum Vlyssis socij delati in Africam essent, & lotum gustassent, vix inde abduci potuerunt, vt placet Homero *lib.* 9. *Odyss.* Vide *Lotos*.

LŌTĬVM, ij, Vrina, à diluendis corporibus appellatum. Est enim totius corporis lotio. {מי רגלים *merafhlaym.* οὖρον. GALL. *Vrine, pissat.* ITAL. *Piscio, orina.* GERM. Der harn oder brunn. HISP. *Vrina.* ANGL. *Vrine, pisse.*} Sueton. *in Vespasiano*. Reprehendenti filio Tito, quòd & vrinæ vectigal commentus esset, pecuniam ex prima pensione admouit ad nares, sciscitans num odore offenderetur: at illo negante, Atqui, inquit, è lotio est. ¶ Habet autem hæc dictio, quamuis à lupino lotum fieri putetur, contra naturam primitiui primam syllabam correptam. Vide Vallam *lib.* 1. *cap.* 2.

Lotiolè, & Lotiolentè, Aduerb. à lotio, i. fœdè, lutulentè, sordidè. Titinius, Varro lotiolentè flocci fiet, & cultor gulæ.

Lōtŭs, λωτός. Arbusculæ, seu fruticis species, Africæ familiaris, à Lotide nympha, quæ Priapum fugiens, in eam arborem fingitur commutata, nomen habens. Ouid. *lib.* 10. *Metam.*

Amnicolaque simul salices, & aquatica lotos.

Sic noua Dulichio lotos gustata palato,

Illo quo nocuit grata sapore fuit.

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 4 *Trist.*

Non valuit loto captos auertere cursus,

Tibul. *lib.* 4. Hæc arbor (vt inquit Plin. *lib.* 13. *cap.* 17. & *lib.* 21. *c.* 17.) in Africa vocatur celtis: támque dulci est cibo (nam myrti modo baccas fert) vt nomen etiam genti, terræque dederit, nimis hospitali aduenarum obliuione patriæ. Hinc locus factus prouerbio, Loton gustasti. λωτὸν ἔφαγες: de iis dicebatur, qui diutiùs in peregrinis regionibus hærerent, velut obliti reditus. Neque inconcinne dixeris in eos qui simulátque semel voluptatem inhonestam degustarint, ad pristina studia reuocari non queunt. Ligno color niger: ad tibiarum cantus expetitur. Quare & à Poëtis pro tibia ponitur. Lotos Palladius. (i. tibia.) Martial. *Epist.* 50. *lib.* 8. Ouid. 4. *Fast.* Quidam arbitrantur eam esse arborem, quam Romani Viscolum dicunt. ¶ Est etiam eodem nomine herba in Ægypto, quam Homerus inter herbas subnascentes deorum voluptati primam nominauit. Hæc recedentibus aquis Nili, prouenit similis fabæ, in cuius capite fructus est papaueri similis: intus grana ceu milium, ex quo incolæ faciunt panem, quem lotometram appellant. Vide Plin. *lib.* 22. *cap.* 21.

Louanium, Brabantiæ vrbs, archigymnasio celeberrima. {*Louen.*}

Loxa, Ptolemæo *lib.* 2. *c.* 3. fluuius Britanniæ. Vulgò *Fyeth.*

Loxias, Λοξίας, Apollo dictus est, vel propter obliqua & tortuosa responsa, quæ huius vates reddebant, quò facilius consultoribus imponerent: vel quòd Apollo, id est, Sol, Zodiacum obliquè peteret: λοξὸς enim Græcis obliquus est.

L V

Lubecum, vulgò *Lubeck*, V. F. Germaniæ, sub A. Bremensi.

LVBĔT, uit, veteres per u scribebant: quod nos per i. Vide *Libet*. {טוב בעיניו *tob bebenáym* יאות *jaatò.* ἀρέσκει. GALL. *Il plait.* ITAL. *Piacere.* GERM. Es geliebt oder gefelt mir. HISP. *Hauer gana.* ANGL. *It semeth good, it lyketh.*} Plaut. *in Amphitr.* Ita versipellem se facit, quando lubet. *Ibidem.* Tuus sum, proinde vt commodum fiet, & lubet quicquid facias. Cicer. *de senect.* Idipsum tamen vt lubebit: quoniam, &c. Ecquid lubet? Plaut. *Curc. sc.* 2. *a.* 1. Item, Etiam stimulo fodere lubet te. *Ibidem.* Cur me verberas? quia lubet nimis. Idem *Mil. sc.* 1. *a.* 1.

Lŭbēns, tis, omnis generis, Libens, volens. {ἀσμενος. GALL. *Qui fait quelque chose volontiers.* ITAL. *Colui che fa volentieri vna cosa.* GERM. Gutwillig. HISP. *Cosa agradable y de buena gana.* ANGL. *That doeth any thing willinglie.*} Plaut. *Cistel.* Ædepol factum id est lubenti animo. Idem *Sticho*, Lubente herclè me facies.

Lŭbēns, pro lubenter. Terent. *Heaut.* Faciam boni tibi aliquid pro isthac re, ac lubens. Idem *Adelph.* Seruum haud illiberalem præbes te, & tibi lubens bene faxim. Plaut. *Cas.* Lubens fecero & volens. Idem *Amphitr.* Non ego hic te lubens relinquo. ¶ Lubentiores eos faciam, quàm lubentia est. Idem *Asin. sc.* 1. *a.* 1. Tu responde prius. A. Lubens. Idem *Amphitr.* Nemo est cui de industria amplius malè plus lubens faxim. Idem *Aulul. sc.* 2. *a.* 3. Quid lubet dicere te perditum esse? Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 1. Cape atque serua marsupium, me lubente feceris. Idem *Menæch. sc.* 2. *a.* 1.

Lŭbenter, aduerbium, Lubenti animo. {ἀσμένως. GALL. *Volontiers.* ITAL. *Volentieri.* GERM. Gutwilliglich/gern. HISP. *Placentera y ganozamente.* ANGL. *with a good will.*} Plaut. *Rud.* Nam qui dormiunt lubenter, sine lucro, & cum malo quiescunt. Idem *Captiuis* —omnes profectò liberi lubentius sumus, quàm seruimus.

Lŭbidinem veteres dixêre à verbo lubet pro libidine. Plaut. *in Trinummo*, Lubido est obseruare quid agat. Idem *Menæch.*

Nam homini misero maiùm si accedit ad malum,

Maior lubido est fugere, & facere nequiter.

Lubidinitas, pro lubidine.

Lŭbentiă, æ, & Lubentia, quemadmodum dicimus libet & lubet. Idem est quod

quod voluptas, lautitia, deliciæ, iucunditas. {רצון ratsôn. ... GALL. Plaisir, volupté, grace. ITAL. Piacere, gradimento, diletto. GERM. Wollust, ergetzlicheit. HISP. Aquel plazer y buena gana. ANGL. Pleasure, good will.} Gell. lib. 15. c. 2. Cui libentiæ gratiæque omnes conuiuiorum incognitæ sint. Plaut. in Asin. Lubentiorem te faciam, quam lubentia est. Atque is quidem hic lubentiam videtur accepisse pro dea quadam voluptatum, deliciarúmque præside.

Lubrĭcus, a, um, Quasi labricus. {חלקלק chalaklák חלק chalák. ὀλισθηρός, γλισχρός, ὀλισθηρός. GALL. Grellant, glissant. ITAL. Lubrico che sdrucciola, che sbrisscia. GERM. Schlipfferig, glatt. HISP. Cosa liza para caer, que desliza ò resbala. ANGL. Slipper, wavering, ready to slip or slide.} Propriè enim lubricus dicitur, teste Valla lib. 4. in quo quis nequit consistere: quales sunt herbæ perfusæ sanguine, aut terra argillosa humectata, aut marmora læuigata, terra glacie concreta, aqua durata gelu, cæteráque huiusmodi, vbi commodè vestigium figere non possumus. Virg. 5. Æneid.

Et sese opposuit Salio per lubrica surgens.

Lubricaque immotas testæ (glacies) premebat aquas.

Ouid. Eleg. 10. lib. 3. Trist. Lubrica sunt ista bona. Senec. c. 9. de consol. ad Polyb. In lubrico positæ sunt Opes. Idem cap. 9. de consol. ad Marc. ¶ Lubricum item dicitur, quòd si comprehendatur, manibus elabitur, facileque effluit: vt, Piscis lubricus, qui facilè manibus effluit, dum contrectatur. Virg. 2. Æneid.

Lubrica conuoluit sublato pectore terga.

& alibi,

——Adytis quum lubricus anguis ab imis.

Inde figuratè adolescentia lubrica dicitur, quod procliuis sit ad lapsum. Cicer. pro Cælio, Vix adolescentiæ lubricæ, quibus illa insistere, aut ingredi sine casu aliquo, aut prolapsione vix potest. Lubrici oculi, id est, mobiles: sicut dicitur pes lubricus, qui est in lubrico loco qui vacillat. Idem lib. 2. de natur. deorum, Natura oculos fecit lubricos, & mobiles. ¶ Pro fallaci & qui multas elabendi nouit vias, est vsus Virg. 11. Æneid.

Nequicquam patrias tentasti lubricus artes.

¶ Lubricus locus per translationem dicitur pro difficili & incerto. Cicer. 1 Offic. Qui locus est sanè lubricus: quoniam vix inuenitur qui laboribus susceptis, periculisque aditis, non quasi mercedem rerum gestarum desideret gloriam. ¶ Lubricus assensus, inconstans, non tutus, fragilis. Cic. 4. Acad.

Lubricè, aduerbium, Inconstanter, & parum syncere. {γλισχρῶς. GALL. Incertainement, douteusement, en glissant. ITAL. Habilmente dubiosamente, sdruccieuolmente. GERM. Schlipfferig, vnbestendiglich. HISP. Dudosamente, con deleznamiento. ANGL. Slipperly, waueringlie.} Cic. 2. Phil. Et lubricè versatus in bello est.

Lubricum, i, substantiuum. {חלקה chelkáh חלקלקות chalaklakkôth. τὸ ὀλισθηρόν. GALL. Glissement, grellement. ITAL. Sdrucciolare, sbrisciare, instabilità per strada. GERM. Schlipfferung, glette. HISP. Deleznamiento. ANGL. Slippernesse, sliddernesse.} Tacitus lib. 18. Et lubrico itinerum adempta equorum pernicitate. Idem lib. 1. Illi sanguine suo & lubrico paludum lapsantes, &c. Idem lib. 19. Per angusta & lubrica viarum flexerunt. ¶ Lubricum ætatis, pro leuitate, mobilitate & temeritate posuit Vlpian. l. 11. §. 4. D. de minor. Neque enim ætatis lubrico captus est adeundo locupletem hæreditatem. ¶ Lubricum linguæ. Modestinus in l. famosi. ff. ad legem Iul maiest. Nam & persona spectanda est, an potuerit id facere, & an antè quid fecerit, & an cogitauerit, & an sanæ mentis fuerit: nec lubricum linguæ ad pœnam facile trahendum est. ¶ Lubricum fidei, Macrob. Saturn. lib. 7. 3. Obiiciens tanto vito lubricum fidei.

Lubrico, as, Lubricum facio. {החליק hechelik. γλισχραίνω, ὀλισθαίνω. ποιῶ. GALL. Faire glissant, ou grellant, faire glisser. ITAL. Far sdrucciolare. GERM. Schlipfferig oder glatt machen. HISP. Hazer deslizar ò resbalar à otro. ANGL. To make slipper.} Iuuenalis,

Qui Lacedæmonium pytismate lubricat orbem.

Lūcă, Λοῦκα, ciuitas Tusciæ a qua Lucenses dicuntur, qui eam vrbem incolunt. Vulgò etiam hodie Lucca. Dicta à Lucomone Hetruscorum rege. De hac Strabo lib. 5. Luca vrbs est ad montes Lunæ incumbentes, vbi plerunque viatim habitant, regio tamen vicorum probitate floret: itaque robur militare hinc magnum educitur, & equitum multitudo, ex quibus Senatus militares capit ordines.

Lucæ, boues, siue Lucanæ, dicti sunt elephantes, eò quòd in Lucania primùm visi sint, eo tempore quo Pyrrhus Romanis bellum intulit. Plin. lib. 8. cap. 6. Elephantes Italia primùm vidit Pyrrhi regis bello; & boues lucas appellauit in Lucanis visos. Dicti autem sunt boues, eo quòd Itali ad ea vsque tempora maius animal non nossent, quàm bouem. Næuius, Atque prius pariet locusta bouem lucam. Varro tamen hanc notionem & etymologiam reiicit, lib. 6. de ling. Lat. Multis de causis, & Lucas esse dictas ait, à luce, quòd longè relucebant propter inauratos regios clypeos, quibus eorum tum ornatæ erant turres.

Lūcānī, Λευκανοί, Populi Italiæ à Samnitibus orundi, secundùm mare extensi, Silaro flumine à Picentinis, Lao à Bruttis diremptì: quorum oppida præcipua fuerunt, Velia, Pæstum, & Buxentum, aliáque nonnulla. Plin. lib. 3. c. 5. Horat. lib. 2 Serm. Satyr. 8.

——Lucanus an Appulus anceps.

¶ Item Lucanus, adiectiuum, vt, Aper Lucanus. Horat. Serm. Satyr. 8. Iuga Lucana. Silius lib. 8. Mare Lucanum. Stat. 3. Sylu.

Lūcānĭcă, Genus farciminis ex porcinis carnibus à Lucanis populis primùm inuentum. {... GALL. Saucisse. ITAL. Salciccia. GERM. Ein wurst mit schweininem fleisch außgefüllt. HISP. Longaniza. ANGL. A pudding called a sawsedge.} ... ic. Par. Solebam antea delectari oleis & Lucanicis tuis. Mart. lib. 13.

Filia Picenæ venio Lucanica porca.

Pultibus hinc niuis grata corona datur.

Lūcānŭs, nomen proprium poëtæ, nepotis Senecæ, viri vndecunque doctissimi, & grandiloq. Is ... temporis bellum ciuile inter Cæsarem & Pompeium gra... carmine perscripsit. Item Orphei tragœdiam, multaque alia quæ hodie non extant. Periit iussu Neronis venæ, iam Consul designatus, propterea quòd inter eos nominatus esset, qui cum Pisone coniurarant. Vide latius vitam eius apud Crinitum.

Lucar, Pecunia, (inquit Festus) quod ex lucis captatur: vel erogatio quæ in lucis fiebat. Et lucaris pecunia, quæ in luco erat data.

Lūcārĭă, orum, Festa quæ in luco Romani faciebant qui permagnus erat inter viam Salariam & Tyberim: eò quòd victi à Gallis, fugientes à prælio ibi sese occultauerant, Festus.

Lucellum, vide Lucrum.

Lūcentĭă, Citerioris Hispaniæ vrbs, & Romanorum quondam colonia, vt scribit Pomp. Mela lib. 2.

Lucentum, Hispaniæ Tarraconensis oppidum à superiore diuersum, quod Ptolem. lib. 2. c. 6. statuit supra Carthaginem, Occasum versùs.

Luceo, vide Lux.

¶Lucceoria, V. E. Volhiniæ, in Russiâ Nigrâ, ditionis Polonicæ, sub A. Gnesnensi.¶

Luceres, siue Lucerensis, à luco. Plutarch. in Rom. Tertia pars erat populi Romani tempore Romuli Romanorum regis. Conflatenim, autore Liuio, receptis iam in vrbem Sabinis populoque aucto, Romulum omnem populum in tres secreuisse tribus: quarum vna Tatiensium appellata est a T. Tatio Sabinorum duce: altera a Romulo Ramnensium: tertia Lucerum à Lucero Tuscorum rege (vt refert Varro) qui pugnanti aduersus Tatium Romulo suppetias tulit. ¶ Luceres autem primam syllabam habet ancipitem: productam apud Ouid. correptam apud Propert.

Lucēria, Λουκερία, vrbs Apuliæ, Ausonum colonia. Plin. lib. 3. c. 11.

Lucerius, Λουκέριος, Ardeæ rex, qui auxilio fuit Romulo aduersus Tatium.

Lucerna, Lucesco, vide Lux.

Luterna, vna ex primariis fœderis Heluetici vrbibus.

Lucetius, Λουκέτιος, dictus est Iupiter, à luce quam præstare hominibus putabatur. Sic Iuno Lucetia, quod lucis causa sit, parturientes adiuuans. Gell. cap. 12. lib. 5.

Luci, aduerbium, Lucidus, Lucifer, Lucifuga, vide Lux.

Lūcīlĭus, Poëtæ vetustissimi nomen, patria Auruncani, qui primus Latinorum Satyram scribere aggressus est. Obiit apud Neapolim anno ætatis suæ quadragesimosexto, publicóque funere elatus est. De Lucilio vide Quint. lib. 10. & Horat. lib. 1. Serm. Satyr. 4.

Hinc omnis pendet Lucilius hosce secutus, &c.

Lūcīnă, Dea partuum præses, teste Seruio, quæ & Iuno dicitur Diana. Εἰλείθυια. Terent. in Andr. Iuno Lucina fer opem, Iuno Lucina tuam fidem. Plaut. Aul. sc. 5. a. 4. Virg. in Pollione.

Casta faue Lucina, tuus iam regnat Apollo.

Et pro Luna nascente adud Macrob. Atque hic quidem accipitur pro Diana Cicer. lib. 2. de nat. deor. Quum Luna à lucendo nominata sit, eadem est enim Lucina. Itaque vt apud Græcos Dianam, eámque luciferam, sic apud nostros Iunonem Lucinam in pariendo inuocant: quæ eadem Diana omniuaga dicitur, non à venando, sed quod in septem numeratur tanquam vagantibus. Dicta Lucina, quòd partum ferat in lucem. Plin. lib. 16. cap. 44. putat Lucinam dici, quòd oculis præsit & luci. Sunt qui à luco deducant, qui Romæ Iunoni sacer est in Exquiliis. Ouid. lib. 2. Faster.

Gratia Lucina dedit hæc tibi nomina lucus:

Aut quia principium tu dea lucis habes.

Idem legendus 6. Fast.

Lucinus, Adiect. vt, Lucina hora, i. lucis, & vitæ hora. Prudentius,

Et qui lucinas tribuo nascentibus horas.

Lucinos dicimus quibus sunt parui vtrinque ocelli, & breuis visus. Illud enim videtur innuere Plin. lib. 11. c. 37. si vulgatis editionibus adhibeamus fidem. Ab iisdem (inquit) qui altero lumine orbi nascerentur, coclites vocantur: queis parui vtrinque ocelli, Lucini iniuriæ cognomen habuêre. In quibusdam tamen venerandæ vetustatis exemplaribus legitur. Ab iisdem qui altero lumine orbi nascerentur, coclites vocabantur: queis parui vtrinque ocelli, Lucinij, &c.

¶Lucinium ... cicindela lucernæ, quæ dat lumen.

Lucionum, siue Luzonum, Lusson, Luzon, V. E. Lucionensis, vel Luxonensis sub A. Burdigalensi.¶

Lūcĭŭs, Prænomen est Romanis familiare, quod idcirco illi, qui primò hoc prænomine fuit appellatus, impositum creditur, quòd prima luce esset natus. ¶ Lucius Ostius tempore bellorum ciuilium patrem suum proscriptum, quem Triumuiri ad supplicium perquirebant latentem prodidit, vt eius bona acciperet, autor Plutarch. ¶ Fuit etiam Lucius piscis nomen, cuius solus Ausonius meminit in Mosella,

Lucius obscuras vuluæ cantique lacunas

Obsidet, hic nullos mensarum lectus ad vsus.

Lūcrētĭă, Romanæ castitatis præcipuum lumen, filia Tricipitini Præfecti vrbis, & vxor Collatini quam Sextus Tarquinius, quum precibus exorare non posset, vi oppressit: stricto enim gladio in cubiculum irruens, mortem minabatur, ni voluntati suæ obsequeretur: addebatque se cum mortuo iugulatum seruum positurum, vt in sordido adulterio necata diceretur: quibus minis illa perterrita, vt infamiæ suspicionem effugeret, expugnari sese passa est. Quo facto conuocatis patre, marito, cæterisque amicis, obortis repente lacrymis, tyranni flagitium detexit, & educto cultro, quem sub veste occultum habebat, sese ipsam confodit. Qua re moti pater cum marito & cæteris amicis, populo ad arma concitato, reges expulerunt. Vide hæc latiùs apud Liuium ad finem lib. 1. ab Vrbe. Mart.

Esse videbaris fateor, Lucretia nobis, &c.

Inter lucubrantes ancillas reperta Lucretia, Liu. lib. 1. ab Vrbe.

Lucretilis, Mons fuit in Sabinis: de quo Horat. lib. 1. Carm. Velox amœnum sæpe Lucretilem Mutat Lycæo Faunus.

Lūcrētĭus, Poëta antiquissimus, Cicerone xij annis natu minor. Scripsit de rerum natura libros sex, qui etiam hodie leguntur. Extat honorificum de eo elogium apud Ouidium in 1 leg.

Carmina sublimis tunc sunt peritura Lucreti,

Exitio terras quum dabit vna dies.

Lucretius pater Lucretiæ. Cos. Plutarch. in Public.

Lūcrĭfĭcābĭlĭs, Lucrĭfŭgă, vide *Lucrum.*

Lucrinum, Dauniorum est oppidum in Apuleia, vt scribit Strab. *lib.6.* Pomp.*lib.2.*

Lūcrīnŭs, λουκρῖνος. Lacus Campaniæ in sinu Baiano, contra Puteolos, propinquus Auerno lacui adeò, vt in maximis quandoque tempestatibus coniungi soleant. Dictus à lucro, vt vulgò creditur, propter multitudinem piscium, qui capiebantur. De vtroque Martial.

Dum modò Lucrino, modò se permittit Auerno.

De Lucrinis ostreis. Senec. *Epist.76.*

Lŭcrum, i, Quæstus, commodum, compendium, vtilitas. {בצע *betsah.* κέρδος, ἐμπορία. Gall. *Gain, profit.* Ital. *Guadagno, acquisto, profitto.* Germ. Ein gewin. Hisp. *Ganancia, ò el logro.* Angl. *Gaine, profite, winning.*} Ter. *in Heaut.* Nam ille haud scit, hoc paulum lucri quantum ei damni apportet. Cic. 5. *Tuscul.* Nam vt illic alij emendi, aut vendendi quæstu & lucro ducerentur. Ouid. 3. *de Arte,*

Ira subit deforme malum, lucrique cupido:

Iurgiaque & rixa, sollicitúsque dolor.

In lucro est, quæ datur hora mihi.

Idem *Eleg.3. lib.1. Trist.* Potin' vt hunc cum lucro respicias? Plaut. *Ps. sc.3. a.1.* Lucrum, Ludum, locum, ferias. Idem *Capt. sc.1. a.4.* Necesse est vt sumptum faciat, qui quærit lucrum. Idem *Asin. sc.3. a.1.* Nobis potius lucro fuisti, quàm decori tibi. Amanti amœnitas malo nobis est lucro idem *Men. sc.3. a.1.*

———*Da fallo gaudia lucro,*

Ouid. 5. *Fastor.* ¶ Lucri est, veteres vsi sunt pro conducit, vel vtile est. Plaut. *in Amphitr.* Lucri est, quod miseriam deputas. ¶ Frequentiùs pro eodem dicimus, Lucro est. Cicero, Quibus vter vestrum ceciderit, lucro futurum est. Deputare in lucro, est tanquam lucrum æstimare. Terent. *Phormion.* Quicquid præter spem eueniet, omne id deputabo in lucro. Pro eodem etiam dicimus, Ponere in lucro. Cicer. *pro Flacco,* Quiescant igitur, & me hoc in lucro ponere, atque illud agere patiantur.

[Lucratiua, ἐπικερδῆ Gloss. id est, lucrum afferentia.]

Lūcrātīuūs. *D. lib.6. tit.2. l.7.* Sed & si quis ex lucratiuis causis rem accepit, habet Publicianam.

Lūcrōsūs, a, um, Plenum lucro, vtilis, fructifer. {בצע *betsah* מועיל *mohil.* κερδαλέος. Gall. *Plein de gain, qui apporte gain & profit.* Ital. *Pieno di guadagno.* Germ. Gewinsam/gewinreich. Hisp. *Ganancioso.* Angl. *Full of gaine, whereof one gaineth much.*} Plin. *lib.18. c.12.* Et auctionibus adhiberi lucrosum putant. Ouid. 2. *Amor. Eleg.10.*

Cur mihi sit damno, tibi sit lucrosa voluptas.

Idem *Eleg.1. lib.2. Trist.*

Quæque minus prodest palma est lucrosa poëta.

Plin. *lib.8. c.31.* Id peræquè lucrosissimum. Idem *lib.37. c.12.* Neque est vlla fraus vitæ lucrosior.

Lūcēllum, i, diminutiuum, paruum lucrum. {κερδύδριον. Gall. *Petit gain, petit proffit.* Ital. *Picciol guadagno.* Germ. Ein gewinlin. Hisp. *Pequeña ganancia.* Angl. *Small gaine.*} Horat. 2. *Serm. Satyr.5.*

De sene gulitaris tecum partita lucellum.

Cic. 5. *Verr.* Age quid tum si Apronio deliciis Prætoris lucelli aliquid iussi sunt dare: putate Apronio datum: si Apronianum lucellum, ac non prætoria præda vobis videbitur.

Lūcrĭfĭcābĭlĭs, e, Lucrum afferens. {κερδαλέος. Gall. *Gaignable, qui apporte gain.* Ital. *Che aporta guadagno.* Germ. Gewin bringend. Hisp. *Cosa de mucha ganancia.* Angl. *That bringeth gaine.*} Plaut. *Persa,* Næ hic tibi dies illuxit lucrificabilis.

Lūcrĭfŭgă, qui lucrum fugit. {μισοκερδής. Gall. *Qui fuit le gain.* Ital. *Che fuge il guadagno.* Germ. Der ein gewin hasset oder fleucht. Hisp. *El que huye el logro y ganancia.* Angl. *That fleeth frome gaine.*} Plaut. *in Pseud.*—Venus hæc mihi Bona dat, quum hos huc adigit lucrifugas, damni sui cupidos.

Lūcrĭōnēs, dicti sunt qui vndique lucrum aucupantur. {φιλοκερδεῖς. Gall. *Qui gaigne de tous costez.* Ital. *Ingordi al guadagno.* Germ. Gewinsüchtige/gewinsbegirige. Hisp. *Los que ganan de todas partes.* Angl. *That which gayneth much or by all meanes.*}

Lūcrŏr, aris, Lucrifacio. {בצע *batsah* הועיל *hohil.* κέρδος ποιοῦμαι, κερδαίνω, κερδίζω. Gall. *Gaigner.* Iatl. *Guadagnare.* Germ. Gewinnen. Hisp. *Ganar.* Angl. *To winne, to gaine.*} Cic. *in Parad.* An virum bonum dices, qui depositum nullo teste, quum lucrari impunè posset, auri pondo, &c. Idem 7. *Verr.* Pretio certo missos facere nautas, missorum omne stipendium lucrari. Moram fati lucrari, Stat. 9. *Thebaid.*

Lūcrĭfăcĭo, is, Lucrari. {בצע *batsah* הועיל *hohil.* κερδαίνω. Angl. *To get profite, to gaine.*} Cic. 5. *Verr.* Iam verò omnem ex ærario pecuniam lucrifactam viderit. Lucrifacere iniuriam, est impunè alicui iniuriam inferre, nullásque ob eam pœnas luere. Plin. *lib.7. c.39.* Quam quidem iniuriam lucrifecit ille mercatus in luctu ciuitatis, quoniam arguere nulli vacabat. Martial. *lib.8.*

Emit lacernas millibus decem Bassus:

Tyrias coloris optimi lucrifecit.

Varro *lib.3. de re rust. cap.4.* Atque adeò non dissimulabo, quod volo de ornithone primùm, quòd lucrifecerunt hoc nomen turdi. Facere lucri aliquantum argenti. Plaut. *Mostell. sc.1. a.2.* Vide *Compendi facere.* [¶ Lucri dotem facere. *D. lib.11. tit.7. l.29.* Gaius: Si mulier post diuortium alij nupta decesserit, non putat Fulcinius priorem maritum, licèt lucri dotem faciat, funeris impensam præstare.]

Lūcrĭfĭo. {κερδαίνομαι. Gall. *Estre gaigné.* Ital. *Essere guadagnato.* Germ. Gewunnen werden. Hisp. *Ser ganado.* Angl. *To be wonne or gotten in aduantage.*} Cic. 5. *Verr.* Quid si ostendo in hac vna emptione lucri fieri tritici modios centum.

[Lucrius, Deus lucris præsidens. Arnob.]

Lūctātĭus Catulus, Romanus ciuis fuit, qui primo Punico bello trecentis nauibus aduersum Pœnos profectus, sexcentas eorum naues commeatibus & aliis oneribus impeditas apud Ægates inter Siciliam, & Africam depressit, finemque bello imposuit: pacem petentibus hac conditione concessit, vt Sicilia, Sardinia, & cæteris insulis inter Italiam, Africámque decederent, Hispania citra Iberum fluuium abstinerent.

Lūctĭfĕrūs, Luctificus, Luctisonus, vide *Lugeo.*

Lŭctor, aris, deponens, Lucta contendo: quod fit quum duo se inuicem complectentes, alter alterum in terram deiicere conatur. {נאבק *neebák* נפתל *niphtál.* παλαίω. Gall. *Luicter.* Ital. *Lottare, giocare alla lotta.* Germ. Ringen. Hisp. *Luchar.* Angl. *To wrestle, to struggle.*} Virg. 6. *Æneid.*

Contendunt ludo, & fulua luctantur arena.

Dúmque licet remis ad spem luctare ferendam,

Ouid. *Eleg.5. lib.4. Trist.* Luctatori humeros ducunt ad occipitium. Quint. Luctatos cum fluctibus ne in arenam quidem explodent. Senec. *c.10 de consol. ad Mart.* ¶ Per translationem accipitur pro quouis modo contendere & pugnare. Cicer. 1. *de Orat.* Tum ridens Scæuola, Non luctabor, inquit, tecum Crasse amplius.

Non quoque non luctor de nomine temporis huius. (i. contendo.)

Ouid 6. *Fast.* Item Luctari etiam, conflictari est, & in miseriis esse. Liu. *lib.7. ab vrb.* Luctari in pestilenti agro. Composita sunt Collector, Illuctor, Obluctor, Reluctor, de quibus suis locis.

Lūctātĭo, Ludus quo alius alium nititur in terram prosternere & deturbare. {נפתול *naphtúl.* παλαισμός. Gall. *Luicte, luictement, effort.* Ital. *Lotta.* Germ. Die ringung. Hisp. *Lucha.* Ang. *A wrastling, a struggling.*} Liu. *lib.1. bell. Pun.* Tetra ibi luctatio erat, vt à lubrica glacie non recipiente vestigium, &c. ¶ Per translationem pro pugna, siue contentione seu concertatione vsurpauit Cic. 1. *de fin.* Nam cum Academicis incerta luctatio est, qui nihil affirmant.

Lūctātŏr, qui lucta cum altero contendit. {נאבק *neebák* נפתל *niphtál.* παλαιστής. Gall. *Luicteur.* Ital. *Lottatore.* Germ. Ein ringer. Hisp. *Luchador.* Angl. *A wrastler.*} Ouid. *in Ibin,*

Vt iacet Aonio luctator ab hospite fusus.

Plaut. *Pseud.*—magnum hoc vitium vino est: pedes captat primùm: Luctator dolosus est.

Lūctātŭs, us, ui, Luctatio. {נפתול *naphtúl.* παλαισμός. Gall. *Luicte, luictement, effort.* Ital. *Lotta.* Germ. Das ringen. Hisp. *Lucha.* Angl. *A wrastling.*} Plin. *lib.8. cap.12.* Scit ille imparem sibi luctatum contra nexus.

Lūctāmĕn, inis, idem. Virg. 8. *Æneid.*

———*Remo vt luctamen abesset.*

Miserum luctamen. Valer. Flac. 2. *Argon.*

Lūcto, as, veteres dicebant pro luctor, quod recentiores maluerunt. {נאבק *neebák* נפתל *niphtál.* παλαίω.} Terent. *in Hecyra,* Dicitque se illi annulum, dum luctat, detraxisse. ¶ Inde etiam legitur compositum Delucto. Plaut. *in Trinum.* Quibus ærumnis deluctaui, filio dum diuitias quæro?

Lūctă, æ, Certaminis genus, vnum ex Græcorum pentathlo, quo alius alium prosternere in terram nititur. {נפתול *naphtúl.* πάλη. Gall. *Luicte.* Ital. *Lotta.* Germ. Ein spil in dem man mit einander ringt. Hisp. *Lucha.* Angl. *A struggling or striuing.*}

Lūctus, Luctuosus, vide *Lugeo.*

Lucubro, Lucubratio, Luculentus, vide *Lux.*

[Lucullea, lancea lata antiquo verbo. Cerda *ad 11. Virg.*]

Lūcūllūs, λεύκολλος, Pompeij, & Ciceronis æqualis: qui in Quæstura amplissimum populo munus edidit. Prætor Africam obtinuit. Aduersum Mithridatem missus, collegam suum Cottam Calcedone obsessum liberauit: Cyzicum obsidione soluit: Mithridatis copias ferro & fame afflixit, eúmque regno expulit: quem rursum cum Tigrane rege Armeniæ bellum instaurantem magna felicitate superauit, Deliciis omnibus affluens, maximè signorum & tabularum amore flagrauit. Ingrauescente deinde ætate, quum iam desipere cœpisset, tutela eius M. Lucullo fratri permissa est. Vide Plutarch. *in Lucullo.* Cic. *Academic. 2. in principio.* Hinc adiect. Luculleus. Plin. *lib.36. cap.6.* Post hunc Lepidum ferme quadriennio L. Lucullus Consul fuit, qui nomen (vt apparet ex re) Lucullo marmori dedit, admodum delectatus illo, primúsque Romam inuexit.

Lucumones, olim dicti sunt Tusci quidam: qui, quòd Romulo aduersùs Sabinos suppetias tulissent, in ciuitatem recepti, Lucerensium tribui nomen fecerunt. Autor Varro. ¶ Lucumo apud Ausonium pro amente & furioso,

Anticyrámque bibes Samij Lucumonis acumen.

Insani autem se purgabant helleboro, cuius magna vis in Anticyra nascitur. Festus quidem ait, Lucumones quosdam ob insaniam dictos, quòd loca ad quæ venissent, infesta facerent. Hæc Turnebus. Festus Pompeius, Lucomones (scribo *Lucumones*) quidam homines ob insaniam dicti, qui postea Lucerenses appellati sunt Ausonius,

Anticyramque bibas Samij Lucumonis acumen.

Lŭcuns, tis, genus operis pistorij (vt apud Festum ex manuscripto codice patet) de quo Varro apud Nonium, Ac nulla ambrosia ac nectar, non allia, lardæ, Panis, penna, lucuns, cibus qui purissimus multo est. Idem, Vinum, pemma, lucuns, nihil adiuuat, illa ministrat, Hinc

Lucunculus, diminut. apud Afranium, Apuleium, Papinium, & alios.

[Lucuntere, genus operis pistorij.]

Lūcŭs, luci, Locus arboribus consitus, Deo alicui consecratus: à luceo per antiphrasim dictus, teste Seruio, eò quòd non luceat, quum enim nullæ illic arbores propter religionem cæderentur, opacus & sine luce erat. {אשרה *ascheráh.* ἄλσος, τέμενος. Gall. *Petit bois espes consacré à quelque religion.* Ital. *Bosco, selua.* Germ. Ein dunkler vnd finsterer wald einem gott zu ehren eingeweiht. Hisp. *El bosque consagrado à algun dios.* Angl. *A grove dedicat to some god.*} Valla *lib.4.* Lucus nequaquam cæduus est, quin potiùs manu consitus, religiosúsque, atque vel alicui Deo, vel alicuius hominis cineribus consecratus. Ideóque aut circa delubra numinum, aut circa sepulchra positus est. Sunt & alij qui non per contrarium dictum putent, sed propter lumina crebra sacrificiorum, quæ ibi nocturno tempore fiebant. Virg. 1. *Æneid.*

Lucus in vrbe fuit media lætissimus vmbra,

Vbi Seruius, Vbicunque Virgilius lucum ponit, sequitur etiam consecratio: vt, luco tum fortè parentis Pilumni Turnus sacrata valle sedebat. Idem 6. *Æneid.*

Nulli certa domus: lucis habitamus opacis.

Cicer.

Cicer. *pro Milone*, Vos enim Albani tumuli atque luci: vos inquam imploro, atque obtestor. In tuo loco & fano situs est? (ô fides.) Plaut. *Aul. sc.2. a.4.* Ennium vt sacros vetustate lucos adoramus. Quintil. Lucus Petilius propè vrbem. Plutarch. *in Camill.* Lucus Syluani extra murum. Plaut. *Aul. sc.3. a.4.* ¶ Lucus Martis dictus est in quo Mars Iliam Vestalem Virginem compressit. Autor Plutarch. ¶ Fuit & Martis lucus apud Colchos: in quo poetæ finxerunt aureum Phryxei arietis vellus à peruigili dracone asseruari. Meminit huius luci aliquoties Valerius Flaccus *in Argon.* Item Iuuenalis *Satyr.1.*

Nulli nota magis domus est sua, quàm mihi lucus Martis, &c.

Cornel. Fronto *de differ. vocabulorum*, Lucum dicit esse locum fulmine ictum & arboribus tectum. Quomodo item differant Lucus, templum, sacellum, delubrum, vide supra in dictione *Fanum.*

Lucus Augusti, Ptolemæo *lib.2. cap.4.* Vrbs Cæpororum, in tractu Hispaniæ Tarraconensis, quam Augusti turrim Pomponius Mela nominat.

Lŭcŭs Feroniæ, oppidum est Tusciæ mediterraneum, non procul à Luca, teste Ptolem. *lib.3. cap.5.*

‖Lucuci, lucorum custodes. Rh.‖

Lucuus, Cibi genus apud Varronem, vel certè pistorij. Varro *lib. 2.* περὶ φιλοσοφίας, Ac nulla Ambrosia ac nectare, non alia, sarde panis penia, lucuus cibus qui purissimus multò. Ex Nonio. Apud Festum luculenter legitur, pro opere pistorio. Itaque inducor in suspicionem hanc apud Nonium fortassis lucuns legendum mutatione facta u in n, de qua re docti iudicabunt.

Ludia, Ludibrium, Ludicrè, Ludifico, Ludimagister, Ludius, Ludo, vide *Ludus.*

Lūdŭs, i, dicitur in factis, inquit Valla, iocus in verbis. {שחוק *sechok* משחק *mischák* צחק *tsechók* שעשועים *schahaschuhim.* παιδιά. GALL. *Ieu, esbat.* ITAL. *Giuoco.* GERM. Ein spyl. HISP. *Iuego.* ANGL. *A playe or game.*} Est enim propriè ludus, quoduis ludicrum ad animi recreationem, vel corporis exercitationem fieri solitum, proposita tamen quadam lucri spe & damni periculo. Nam quæ ad solam voluptatem fiunt, vt Valla censet, Lusus propriè dicuntur, vel Lusiones. Itaque Ludum aleæ, melius dicimus, quàm lusum: & contrà, Lusum trochi, melius quàm ludum. ¶ Accipitur tamen aliquando ludus pro ioco, & iocus pro ludo. Horat. *lib.1. Serm. satyr.1.*

Sed tamen amoto quæramus seria ludo.

Ouid. *3. de arte amandi,*

Mille fac esse iocos, turpe est nescire puellam
Ludere: ludendo sæpe paratur amor.

In priore exemplo ludus ponitur pro ioco, opponitúrque serio. In posteriori iocus est pro ludo, sed hoc rariùs. Nam ferè ludus ita accipitur, vt de factis & præcipuè de priuatis quibusuis ludicris dicatur. ¶ Nam spectacula publica ludi dicuntur in numero plurali: vt, Ludi Megalenses, Ludi Circenses, Ludi Apollinares, Ludi gladiatorij. Sed de his postea. ¶ Ludus Veneris, i. opus ipsum & congressus. Samonicus *cap. de quartana:*

Quidam etiam miranda ferunt vehemente calore,
Iurantes ludum Veneris munúsque petendum.

Sic & Horat.

Nec amori dare ludum.

¶ Accipitur etiam Ludus frequentissimè pro ipso loco, in quo aliquid exercitij fit, in quo scilicet aut vires corporis, aut ingenij acumen exercemus, aut etiam in quo pueri instituuntur à suis præceptoribus: quod etiam Græci ἀπὸ τοῦ γυμνάζειν, hoc est, ab exercendo, vocant Gymnasium. Sic dicimus Ludum palæstræ, ludum pilæ, ludum gladiatorium, ludum literarium, pro eo loco in quo huiusmodi rebus exercemur, atque instituimur. Asconius,

Omnem scholam Ludum dixêre Romani.

Cicer. *lib.2. de Orator.* Tum in hoc ludo non præcipitur: faciles enim causæ ad pueros deferuntur. Sic ludus literarius dicitur schola, in qua pueri literis dant operam. Plaut. *in Mercat.* Hodie ire in ludum occœpi literarium. ¶ Ludimagister, qui præest ludo literario, de quo paulò pòst suo loco. ¶ Ludum aperire, est ludi magistrum agere. Cicer. *ad Pætum lib.9. Epistol.* Dionysius tyrannus quum Syracusis expulsus esset, Corinthi dicitur ludum aperuisse. ¶ Per translationem etiam ludus pro re iucunda, & minimè factu difficili. Cicer. *de Orator.* Omnium cæterarum rerum oratio, mihi crede, ludus est homini non hebeti. ¶ Ludos reddere. Terent. *in Andria,* Hiccine me si imparatum in veris nuptiis Adortus esset, quos mihi ludos redderet! id est, vt me luderet, siue irrideret. Vt scelestus te ludos facit? Plaut. *Capt. sc.4. a.3.* Exploratorem hunc faciamus ludos, donec se ludos fieri sentiat. Idem *Pseud. sc.7. a.4.* ¶ Ludos facere eodem sensu ἐν τρυφῇ, ἐμπαίζειν. Idem *in Capt.* Nunc is te ludos facit. Et absolutè, ludos facere, est quod Gallicum vulgus ait, *se gaudir, se mocquer.* Terent. *in Phorm.* Vt ludos facit? ¶ Ludum noui dixit Plaut. *in Amphitr.* pro, dolum fallaciámque tuam intelligo, haud me fugit quæ tui consilij ratio sit: tua consilia habeo perfecta omnia. ¶ Ludos operam facere, est operam perdere. Idem *in Rud.* Iam nunc & operam ludos facit, & retia. ¶ Aliquando ludus pro cantilena. Virg. *7. Eclog.*

Posthabui tamen illorum mea seria ludo.

Ita enim hoc in loco ludum interpretatur Seruius. ¶ Ludo ablatiuus ponitur pro per ludum. Idem *lib.5. Æneid.*

Qua ludo indutus belli simulacra ciebat.

¶ Ludus item pro cantilena, idem *7. Eclog.*

Posthabui tamen illorum mea seria ludo,

Seruius. ¶ Lusus verò, & lusio (vt iam diximus) ad voluptatem magis pertinet, sine vlla spe lucri, aut periculo damni: & puerorum propriè dicuntur. Quintil. *lib.1.* Nihil me lusus offenderit. Et *paulò post,* Sunt etiam nonnulli acuendis ingeniis non inutiles lusus. Cic. *de finib. lib.5.* Infantes lusionibus, vel laboriosis delectantur. Idem *lib. de senect.* Sibi igitur alij habent arma, sibi equos, sibi hastas, sibi clauam, sibi pilam, sibi natationes & cursus: nobis senibus ex lusionibus multis talos relinquant & tesseras. ¶ Vsurpatur tamen quandoque lusus pro ludo, & ludus pro lusu: similiter lusus pro ioco: opponitúrque serio, quemadmodum & iocus. Plin. iun. *Aristoni.* Quos quantósque autores sequar, facilè impetrari posse confido vt errare me, sed cum illis sinant, quorum non seria modò, verùm lusus etiam exprimere laudabile est. ¶ Ludi verò tantùm plurali numero, spectacula publica significant, ἀγῶνες, πανηγύρεις. Cic. *in Verr.* Inter ludos. Idem *Philipp.10.* de Bruto loquens, Qui ne Apollinares quidem ludos, pro sua, populique Romani dignitate apparatos præsens fecit. Sic ludos gladiatores potius dicimus, quàm ludum gladiatorium, quoties vnum, plurave paria gladiatorum depugnatura in arenam producuntur. Contrà, locum vbi gladiatores instituuntur, ludum gladiatorium dicimus in numero singulari. Legitur tamen aliquando ludus gladiatorius pro publico spectaculo. Quint. *in declamat. pro gladiatore,* Quòd me diu piratæ in carcere retentum, quia redemptorem illis diuitem promiseram patrem, in ludum vendiderunt, hoc est, vt me exhiberent in ludis gladiatoriis. Frequentiùs tamen in hac significatione numero plurali vtimur. Sic legimus Apparare ludos, facere ludos, pro edere. Facere ludos alicui numini, hoc est, in honorem alicuius numinis spectacula exhibere. ¶ Item committere ludos, id est, edere & celebrare. Cic. *ad Quintum fratr. lib.3.* Hæc scripsi ad octauum Kalendas Nouembris, quo die ludi committebantur. Fuerunt apud Græcos quatuor ludorum genera præcipua, scilicet Olympici, Pythij, Isthmici & Nemæi, de quibus dictum est in dictione *Certamen.* Ludi apud Romanos etiam plures erant, Megalenses, Funebres, Plebeii & Apollinares, Circenses alij. Nam piscatorij erant, & Palatini, de quibus in voce *Palatinus*, & *Piscatorius* agemus.

——Ludi quoque semina præbent
Nequitiæ,

Ouid. *Eleg.1. lib.2. Trist.* Ludo ille nobis & voluptati fuit. Gell. *cap.16. lib.6.* Id fuit exenia ludo. (i. finis ea saltationi fuit.) Plaut. *Pseud. sc.1. a.5.* Inest lepos ludúsque in hac comœdia. Idem *prol. Asin.* Iocus, ludus, sermo, suauis, suauitio. Idem *Pseud. sc.1. a.1.* Ludum lusitare. Gell. *c.13. lib.18.* Nugatum ludus (de quæstionibus friuolis.) Idem *cap.13. lib.6.* Ludos exhibere alicui. Senec. *Epist.42.*

Inspice ludorum sumptus Auguste tuos,

Ouid. *Eleg.1. lib.2. Trist.* Ludi Talares. Vide *Talares.* Ludi Honoratij, Ludi Martiales, Ludi Magni. Suet. *in Aug. cap.23.*

Lūdĭŭs, ij, & Ludio, nis, Ioculator, histrio. {ὀρχηστὴς, χειρονόμος. GALL. *Ioueur, basteleur, ioueur de souplesses, danseur.* ITAL. *Giuocolari, buffone.* GERM. Einer der sich in schawspilen oder mit gaucklen übt, ein gauckler, spylman. HISP. *Truhan, albardan.* ANGL. *A dancer or player with puppetes.*} Liu. Acciti ex Hetruria ludiones qui ad tibicinis modum saltabant. Cic. *pro Publ. Sext.* Ipse ille maximo ludius, non solùm spectator, sed actor, & ἀκρόαμα. Ouid. *1. de Arte,*

Ludius æquatam ter pede pulsat humum.

Liu. *5. bell. Maced.* Et conuiualia ludionum oblectamenta addita epulis. Ludij adolescentes erant tuniculas induti insignes, galeati, ensiferi, & peltati: qui Circensibus & theatralibus pompis in versum incedebant, velut pompæ duces, saltiis similes. Ludi ex eo vocati, quòd à Lydis hoc genus ludicri inuentum videretur. At si qui erant grandiusculi vellebantur, vt glabri fierent. Hæc Turnebus *ex Dionysio Halicarnass.* ‖¶ Ludiæ vndæ, quæ perpetuo motu agitantur.‖

Lūdĭă, æ, dicitur mulier gesticulatrix, quæ saltu & gesticulatione spectatores oblectant. {ὀρχήστρια. GALL. *Bastelense, ou iouënse de farces.* ITAL. *Donna che giuoca & attegia.* GERM. Ein gaucklerin. HISP. *La muger del esgremidor ò truhan, ò albardan.* ANGL. *She that playeth with puppetes.*} quemadmodum viri, qui artem eam exercent, ludiones dicuntur, vt iam dictum est. Martial. *lib.5.*

Hermes cura laborque ludiarum.

Martianus *de nuptijs Philologiæ*, Ludiam quandam Gaditanam saltantem vidimus semicinctam.

Lūdĭmăgĭstĕr, qui ludo literario præest. {γραμματοδιδάσκαλος. GALL. *Maistre d'escole.* ITAL. *Maestro di schuola.* GERM. Ein schulmeister, lehrmeister. HISP. *Maestro de escuela.* ANGL. *A schole maister.*} Cicero *1. de natur. deorum.* Sed quum agellus eum non aleret, vt opinor, ludimagister fuit. Ludimagistri (inquit Asconius) dicuntur, qui primas literas docent.

Lūdĭbundŭs, Ludens, & nullo negotio. {משעשע *meschahaschéah.* παίζων. GALL. *Qui se ioue & s'esbat.* ITAL. *Chi si da al giuoco.* GERM. Schimpfig, schertzend. HISP. *El que mucho juega ò burla.* ANGL. *That playeth and sporteth.*} Cicero *4. Verrina*, Si Vulteium habebis, omnia ludibundus perficies. Idem *ad Tironem*, Postero die in Italiam ad Hydruntem ludibundi peruenimus. Incessi ludibundus. Plaut. *Pseud. sc.1. act.2.* Vide Gell. *cap.15. lib.11. & cap.5. lib.3.* Ludibundi oculi.

Lūdo, is, si, um, Notæ est significationis, & construitur ferè cum ablatiuo eius rei qua luditur. {שעשע *schihaschéah* שחק *sachák* צחק *tsechék.* παίζω. GALL. *Iouër.* ITAL. *Giuocare, burlare, scherzare, beffeggiare.* GERM. Spylen. HISP. *Iugar ò burlar.* ANGL. *To play or sport.*} Terent. *in Adelphis,* Ita vita est hominum, quasi quum ludas tesseris. Cicer. *in Antonio*, O hominem nequam, qui non dubitauit, vel in foro alea ludere! Idem *de Orator.* Vt qui pila ludunt non vtuntur in ipsa lusione artificio proprio palæstræ: sed indicat ipse motus didicerintne palæstram, an nesciant. ¶ Nonnunquam etiam accusatiuo. Sueton. *in Augusto cap.71.* Aliquando vt vincat, lusit assiduè aleam. ¶ Sic ludere ludum dicitur, & ludere ludo. Terent. *in Eunucho,* Consimilem luserat iam olim ille ludum. Plaut. *in Mostell.* Scis solere illam ætatem tali ludo ludere.

Id quoque quod viridi quondam malè lusit in æuo
Damnat opus,

Ouid. *Eleg.1. lib.3. Trist.*

——Leuibus nunc luditur armis,

idem *Eleg.12. lib.3. Trist.* Vide in me ludas. i. fallas, & frustrà habeas, Plaut. *Curc. sc.3. a.2.* Abi in malam rem, ludis me. Idem *Capt. sc.1. a.4.* Isti qui ludunt datatim. Idem *Curc. sc.3. a.2.* Profectò ludit te. Idem *Men. sc.2. a.3.* Ludere alieno corio prouerbij vim habet, in re aliena munificum se præbere, & liberalem: vt contrà, Ludere suo corio, est de suo largiri, aut suo sumptu periculóque quippiam aggredi. Martialis *lib.3.*

Das gladiatores sutorum Regule cerdo:
Quidque tibi tribuit fistula, sica rapit.
Ebrius es: neque enim faceres hoc sobrius vnquam,
Vt velles corio ludere cerdo tuo.

¶Ludere in pecuniam. Paul. *D.lib.11.tit.5.l.2.* Senatusconsultum vetuit in pecuniam ludere. ¶ Interdum est deridere, iocari leuiter, siue scurriliter loqui, vel alterum deludere, siue eludere, [illegible]. Plaut. *in Asinaria,* Nec me cur ludatis scire possum. Terent. *in Adelphis,* Cur non ludo hunc aliquantisper? melius est, Quandoquidem hoc nunquam mihi voluit credere. ¶ Interdum moueri. *Ibidem,* Congrum istum maximum in aqua sinito ludere paulisper. Virg. *lib.8. Æneid.*

——geminos huic vbera circum
Ludere pendentes pueros.

¶ Interdum canere, pulsare. Gellius, Iis optimè ludere à magistro eius didicerat. ¶ Interdum versibus scribere, sed nonnisi in opusculis ferè, qualia sunt epigrammata, & huiusmodi opuscula, lusus dicuntur. Virg. *1. Ecloga.*

Ludere qua vellem calamo permisit agresti.
Scis vetus hoc iuueni lusum mihi carmen,

Ouid. *Eleg.8.lib.1.Trist.*

Non tamen vt lusit, rursus mea littera ludet.
Sit semel illa ioco luxuriata meo,

idem *Eleg.1.lib.5.Trist.*

Integer & latus lata, & iuuenilia lusi.

ibidem,

Qua decuit primis sine crimine lusimus annis,

idem *4. Fast.* Luserunt ista Poëtæ. Senec. *c.26. de consol. ad Mart.* ¶ Interdum amittere. Terent. *in Phorm.* In illis fructus est, in his opera luditur. Nam ludere operam, est ipsam perdere, & frustrà laborare. Plaut. *in Casina,* Si nunc me suspendam, meam operam luserim. Vbi notandum, ludo modò actiuum, modò neutrum esse, vt ex iis quæ scripta sunt, intelligi licet. Idem *Capt. sc.2. a.2.* Operam luseris. ¶ Interdum decipere. [illegible]. Virg. *lib.1. Æneid.*

——Vana spe lusit amantem.

¶ Ludere aliquem dolis, est dolo circumuenire. Terent. *in Eunucho,* An potiùs hæc pati æquum est fieri, vt à me ludatur dolis? vide suprà. Ludere in numerum, est saltare ad rhythmi modum, & sonum cantilenæ. Virg. *in Sileno,*

Tum verò in numerum Faunósque, feráśque videres
Ludere.

¶ Ludunt mea verba, venustè dicitur, pro inaniter iactantur, incassum volant, & tanquam ludibria sunt. Propert. *lib.1.*

Non audis, & verba sinis mea ludere.

Fortasse legendum est, *Verba sines mea ludere:* vt dicamus ludere verba, quemadmodum dicimus ludere operam, hoc est, perdere. Lusum ire. Horat. *1. Serm. satyr.5.*

Lusum it Mecænas dormitum ego, Virgiliúsque.

[Ludotrŏphus, lanista, quasi ludum alens gladiatorium. L.g b.]

Lūsus, a, um particip. Deceptus, falsus. {[illegible] *hutoal.* [illegible]. Gall. *Mocqué, deceu.* Ital. *Schernito, burlato, beffato.* Germ. Verspottet/betrogen/gendert. Hisp. *Escarnecido, burlado.* Angl. *Mocked, deceiued.*} Cic. *lib.2. de finib.* Sed & illum, quem nominaui, & cæteros sophistas, vt è Platone intelligi potest, lusos videmus à Socrate. Lusus. Ouid. *El.7. lib.1. Trist.* Lusus & seria nosse. Bis. Idem *Eleg.1. lib.2.*

Lusibus vt possis aduertere nomen ineptis. (i. carminibus amatoriis.)

Item, Lusus equis nunc est, &c. Idem *Eleg.13. lib.3. Trist.* Et, lusus fallentes. Idem *2. Fast.* Lusus de se dare aduersario. Quintil. Lusus amoris abest. Ouid. *Eleg.1. lib.5. Trist.*

Lūsito, as, frequentatiuum, {[illegible]. Gall. *Iouër souuent.* Ital. *Giuocar spesso.* Germ. Offt spylen oder kurtzweilen. Hisp. *Iugar, burlar muchas vezes.* Angl. *To play often or all about.*} Plaut. *in Capt. sc.4. a.5.* Nam vbi illò adueni, quasi patritiis pueris, aut monedulæ, aut anates, aut coturnices dantur, quibuscum lusitent. Lusitare ludum. Gell. *c.13. lib.18.*

Lūsor, is, qui ludit, aut decipit. {מהתל *mehathél* משחשק *meschahasschéak* מצחק *metsahhek* משחק *mesahhék.* [illegible]. Gall. *Ioueur.* Ital. *Giuocatore.* Germ. Ein spyler oder ein betrieger. Hisp. *Iugador.* Angl. *A player or sporter.*} Plaut. *in Amph.* Quid enim censes, te vt deludam contra lusorem meum, Qui nunc primum te aduenisse dicas, modò qui hinc abieris? Ouid. *lib.4. Trist. Eleg.9.*

Ille ego qui fueram tenerorum lusor amorum, id est, scriptor.

Et *Eleg.3. lib.3. Trist.*

Hic ego qui iaceo tenerorum lusor amorum.

Idem *Eleg.1. lib.5. Trist.*

Ille pharetrati lusor amoris abest,

Lūsōrius, a, um, quod ad ludum spectat. {[illegible]. Gall. *Appartenant à ieu.* Ital. *Pertinente à giuoco.* Germ. Das zu dem spyl gehört. Hisp. *Pertenecciente à juego.* Angl. *Belonging to playe.*} vt, Tabula lusoria, in qua tesseris luditur. Plin. *lib.37. c.2.* Transtulit alueum cum tesseris lusorium gemmis duabus. Lusoria quæstio, id est, ridicula & nullius momenti. Idem *lib.7. cap.53.* Pudore Diodorus sapientiæ Dialecticæ professor, lusoria quæstione non protinus ad interrogationes Stilbonis dissoluta, obiit. ¶ Sic lusorium edictum apud Iurisconsultos dicitur, quod est inane, ludibrio habitum, omnium irrisione delusum. *l.75. D. de iudiciis,* & aliis in locis. ¶ Lusoria fulmina, pro innoxiis, apud Senecam *2. de nat. quæst.* Lusorium nomen pro ficto & emendito. Seneca *lib.5. de benef. c.8.* Idem *Epist.49.* Lusoria ista. (i. ludicra, & vana de sophismatis.

[Lusorium, amphitheatrum. Salmas. Item sedes ludorum. Casaub. Item derisorium, inane, & quidquid ad ludum spectat.]

Lūdĭfĭco, as, actiuum: & Ludificor, aris, deponens, seu per iocum & ludum fallo. {[illegible] צחק *tsiehêk.* [illegible]. Gall. *Se mocquer, abuser, tromper & deceuoir.* Ital. *Beffare, burlare, [illegible].* Germ. Verspotten/äffen/betriegen/[illegible]. Hisp. *Escarnecer y burlar.* Angl. *To mocke, to deceiue.*} Plaut. *in Casina,* Iam hic est lepide ludificatus. Terent. *in Phorm.* Ergo sic me ludificamini? Plaut. *in Cistell.* Meámque tem perire, & ludificare filiam. Idem *in Amphitr.* Rogásne improbe etiam, qui ludificas me? Cicero *pro Rosc. Amer.* Quum enim aliquid habeat, quod possit criminose ac suspiciose dicere, apertè ludificari & calumniari sciens non videatur. Ludificari facere ac mitti. Plaut. *Merc. sc.6. a.2.* Tun' me audes herum ludificari. Et, Imprudens ludificabitur. Idem *Amphitr.* Ludificari locationem vectigalium. Liu. *decad. 4. lib.9.* Item Ludificare voce actiua: Ille me multis ludificabit. Item, Herum ludificas dictis delirantibus. Plaut. *Amphitr.* Nugas ludificabitur. Idem *Capt. sc.4. a.4.*

Lūdĭfĭcans, tis, participium, Ludens, deridens. {מצחק *metsacheh* מהתל *mehatuél.* [illegible]. Gall. *Qui se mocque.* Ital. *Chi beffa altrui, chi burla.* Germ. Verspottend/äffend. Hisp. *El que se burla.* Angl. *Mocking, deceiuing.*} Silius *lib.7.* Iices stimulabant sanguinis enses Ludificante ducem Fabio.

Lūdĭfĭcātus, aliud participium. {מצחק *metsachek* מהתל *mehathél.* [illegible].} Sil. *lib.7.* — variè nunc taurus in orbem, Nunc dexter, leuibus flexo per deuia gyris Ludificatus equo. Plaut. *Bacchid* — neu quid ei succenseat Mea causa, de auro quod eum ludificatus est. Ludificatus passiuè. {מהותל *mehuthál.* [illegible]. Gall. *Trompé, mocqué, abusé.* Ital. *Ingannato, beffato.* Germ. Betrogen/geäfft. Hisp. *Escarnecido, burlado, engañado.* Angl. *Mocked, deceiued.*} Salust. *in Iugurth.* Ludificari incerto prælio.

Lūdĭfĭcātio, nis, Derisio, deceptio. {התול *hathúl* מהתל *mahathál* שחוק *sechók.* [illegible]. Gall. *Tromperie, mocquerie, abusement.* Ital. *Inganno, scherno.* Germ. Verspottung/äffung/betriegung. Hisp. *Escarnecimiento, engaño.* Angl. *A deceiuing or mocking.*} Liu. *lib.8. dec.4.* Ferri iam ludificatio ista non potest.

Lūdĭfĭcābĭlis, e. {[illegible]. Gall. *Qu'on peut trouuer ou qu'on doit mocquer.* Ital. *Che si può burlare.* Germ. Betrieglich/spöttig. Hisp. *Cosa que se puede jugar, ò burlar.* Angl. *That may be mocked.*} Plaut. *Casin.* Neque vsquam ludos tam festiuos fieri, quàm hic intus fiunt ludi ludificabiles Seni nostro.

Lūdĭbrium, ij, Res vana & deridenda. {התול *hathúl* מהתל *mehathál* שחוק *sechók.* [illegible]. Gall. *Mocquerie, risée.* Ital. *Scherno.* Germ. Ein gespött. Hisp. *Burla ò escarnio.* Angl. *A mockery or a triffing thing to be laughed at.*} Virg. *6. Æneid.*

——foliis tantùm ne carmina manda:
Ne turbata volent rapidis ludibria ventis.

Hinc haberi aliquid ludibrio dicimus, [illegible], id est, derisui, & contemptui. Terent. *in Hecyr.* Non sic ludibrio tuis factis habitus essem. Esse alicui ludibrio, est derideri, vel illudi ab aliquo. Non nisi in ludibrium reseruauit. Sueton. *in Calig. c.27.* Ludibria naturæ. Idem *in Aug. c.83.* Ludibrio habitus. Senec. *c.14. de consol. ad Mart.* Ad Ludibrium Antonij moriturus. Velleius. Habeor ludibrio (à marito.) Plaut. *Men. sc.4. a.2.* Cic. *ad Brutum,* Nec pati sceleratissimo hosti ludibrio esse imperium populi Romani.

[Ludibriosus vsurpat Ammianus, vt *lib.14.* ludibrioso obitu. *lib.15.* ludibriosa auspicia. *lib.31.* ludibriosos actus. Gell. *lib.4.11.* Ludibriosa probra.]

Lūdĭcrum, i, Ludus, & quæcunque res, quæ ioco, & non serio fiat. {שחוק *sechók* משחק *mischák* צחוק *tsechók* שעשועים *schaasuím.* [illegible]. Gall. *Ieu de basteleur, farserie, ieu de plaisance.* Ital. *Cosa da scherzo.* Germ. Ein schertz/schimpffspyl/kurtzweil. Hisp. *Cosa de burla, y juego.* Angl. *Playe, or what soeuer is not dune in earnest.*} Liuius *lib.1. ab Vrbe,* Iam tum in Palatino monte Lupercal hoc fuisse ludicrum ferunt, & à Palanteo vrbe Arcadica Palanteum, deinde Palatinum montem appellatum. *Ibidem,* Turbato per metum ludicro mœstæ parentes virginum profugiunt. Idem *lib.7. bell. Punic.* Simul quòd Olympiæ ludicrum ea æstate futurum erat, quod maximo cœtu Græciæ celebraretur. Vertere in ludicrum prouerbij, id est, iocoso prouerbio celebrari. Plinius *lib.3. cap.11.* Diomedes ibi deleuit gentes Monadorum, Dardiorúmque, & vrbes duas quæ in prouerbij ludicrum vertêre, Apinam, & Tricam. Ludicrum, paulò antè ludus. (i. certamen puerorum in Troia ludenda.) Sueton. *in August. cap.43.* Ludicrum certamen Olympiorum, Mox ludi & Sacrum, Velleius.

[Ludicrus, a, um, quod ad ludum adhibetur.]

Lūdĭcer, a, um, Iocularius, leuis. {[illegible]. Gall. *Appartenant à ieu.* Ital. *Pertinente à giuoco, ò à recreatione.* Germ. Schimpfflich/schertzig/kurtzweilig. Hisp. *Pertenecciente à juego.* Angl. *Belonging to playe.*} Virg. *12. Æneid.*

——nec enim leuia aut ludicra petuntur
Præmia.

Artem facere ludicram, id est, histrionicam exercere. Hinc in duodecim tabularum lege cautum erat, ne in quatuordecim gradibus sederet, qui artem ludicram fecisset. Plaut. *in Aul.* Continuò meum cor cœpit artem facere ludicram, id est, subsilire & palpitare: quia histriones & ludij gestum in scena agunt & mouent. Ludicra tibiæ, quibus in ludis vti solebant ad modos faciendos. Plinius *lib.16. cap.38.* Nunc sacrificæ Tuscorum è buxo, ludicræ tibiæ loto, ossibúsque asininis, & argento fiunt. Ludicræ artes quæ sint, docet Senec. *cap.39.* Ludicras partes sustinere. Suet. *in Neron. c.11.*

Ludicrè. Apul. *lib.9.* Astu meretricio tractabat ludicrè.

[Ludices, id est, Codices.]

Lŭentinum, siue potius *Leuentinum.* Britanniæ vrbs. Ptolemæus *lib.2. cap.2.*

Lŭes, dicitur, quum in vrbe, aut in agro febris, aliudve morbi genus homines, vel pecora, arboresve, aut segetes corripit. {דבר *déber.* [illegible]. Gall. *Maladie contagieuse, qui court generalement sur les bestes & gens, peste publique.* Ital. *Pestilenza contagiosa sopra huomini & bestie.* Germ. Ein plag oder sucht so gemeinlich über leuth vnd vieh außgeht. Hisp. *Pestilencia, dolencia ò enfermedad que se pega.* Angl. *Pestilence in men, murraine in cattaile, a common and great destruction.*} Vtérque à peste, quòd hæc aut cito perimit, quæ corripit, aut cito abit ab eo quem inuasit. Lues vero generalius accipitur etiam pro iis morbis qui lentè ea quæ corripiunt, conficiunt. Dictum autem putat Festus luem

à luendo, quòd omnia quæ corripuit, ad nihilum vsque diluat. Alij luem dicunt [illegible] λύω, quòd omnia dissoluat. Cic. *de Arusp. resp.* [illegible] transtulit. Vt eos lucos hæc lues impura pollueret. Virg. 3 *Æneid.*

——subitò cum tabida membris
Corrupto cæli tractu, miserandaque venit
Arboribúsque, satisque lues & lethifer annus.

¶Lues venerea, morbus Gallicus, Siphylis Fracastorio, [illegible] φύλλα. Hadr. Iun. *in Nom.* ¶ Lues deifica, vel sacra Aureliano Epilepsia. Notat idem Hadr. Iun.] ¶ Lues, pro soluta aqua, vt cùm niues in tabem aquámque liquatæ sunt. Petron. Arbiter,

——vinctáque fluctus stupuere pruina.

Et paulò ante,

—— lues iam concidenda iacebat.

Dicit verò aquas quæ antea labebantur solutæ, repentè in pruinam concreuisse, & glaciem, vt ferro earum rigor frangendus esset.

[Lucula, parua lues. Gl. Isid.]

Lucla, luitio, pœna. Veteres amabant hanc formam, vt custodela, obsequela, sua lela, loquela, confugela, sicut tutela.]

Lūgdūnūm, Λούγδουνον Stephano, Emporium est totius Galliæ Celticæ longè celeberrimum, à quo ea pars Galliæ Lugdunensis dicta est, à L. Munatio Planco, dum Galliæ comatæ præesset, conditum in colle supra confluentem Rhodani & Araris imminente: vbi etiam hodie non obscura antiquæ vrbis extant vestigia, Strab. *lib.*4. Lugdunum in colle conditum, vbi Arar amnis Rhodano immiscetur: Romano tenetur imperio: ampliori quoque dignitate virorum secundùm Narbonem affluens, quibus vsui magno est emporium. Ibi quoque Romani duces aureum numisma, argenteúmque signarunt. Lugduni etiam templum fuit communi vniuersæ Galliæ impensa extructum, & Cæsari Augusto consecratum, ea parte ante vrbem, vbi amnes confluunt: inibique ara dignitatis eximiæ erat, gentium sexaginta titulo insignis: dicatis ibi totidem gentium simulachris. Hæc Budæus *de Asse.* Fuit præterea hæc ciuitas celebribus nundinis insignis, ad quas totius Galliæ populi ad emendum, & vendendum conueniebant: vnde etiam hodie locus ille, in quo olim situm fuit Lugdunum, Forum Veneris appellatur. In hac etiam vrbe à Caligula Cæsare (vt *in vita eius c.*20. testatur Sueton.) institutum fuit certamen Latinæ, Græcæque facundiæ. Quo certamine ferunt victoribus præmia victos contulisse, eorundem & laudes componere coactos. Eos autem qui maximè displicuissent, scripta sua spongia, linguáque delere iussos, nisi ferulis verberari, aut flumine proximo mergi maluissent. Huc spectasse videtur Iuuenalis, quum de Rhetore loquitur ad aram Lugdunensem dicturo. Ea autem vrbs tam insignis, tótque egregiis ornamentis nobilitata, teste Seneca *in Epist.* sub imperio Neronis, centesimo anno, à quo fuerat condita, vna nocte conflagrauit. Hodie verò Lugdunum in plano situm est, magna sui parte Rhodano & Arari fluminibus inclusum, nulli Christiani orbis angulis incognitum. Vulgò *Lion.* GERM. *Leon.*

Lugdunum Batauorum, vulgò *Leida*, Leiden/ vrbs & Academia Hollandiæ, ad veterem Rheni alueum.

Lūgĕo, es, luxi, luctum, Deploro, lamentor, defleo, à verbo Græco λύω (vt quidam putant) quod est soluo, eo quòd continuo luctu vita hominis soluatur. {אבל *abal* ספד *saphád*. קונן *konén*. ἀλοφύρομαι, πενθέω. GALL. *Pleurer abondamment.* ITAL. *Piangere.* GERM. Heulen vnd weynen/ leid tragen. HISP. *Llorar.* ANGL. *To lament, waile or to mourne.*} Ouid. *lib.*11. *Metam.*

————Fratrem lugebat ademptum.

Cic. *ad Curium lib.*7. *Epist.* Sed mehercule & tum Rempublicam lugebam, quæ non solùm suis erga me, sed etiam meis erga se beneficiis mihi erat charior. ¶ Ponitur etiam absolutè & simpliciter, pro in luctu esse. Idem *pro Plancio,* Hos pro me lugere, hos gemere videbam. Idem *pro domo sua,* Lugente Senatu, mœrentibus bonis omnibus. ¶ Aliquando lugere, est ob necessarij alicuius interitum veste lugubri dolorem testari. Liu. *lib.*7. *ab Vrbe, de Bruto,* Matronæ annum vt parentem, eum luxerunt, quòd tam acer vltor violatæ pudicitiæ fuisset. ¶ Huius verbi composita sunt Prolugeo, & elugeo, quorum significata vide suis locis. Luxti, pro luxisti, Catull.

At tu non ortum luxti deserta cubile.

Lugetur, Impers. apud eundem Catullum.

[Lugesco, lugere incipio.]

Luctus, us, Mœror, dolor, ex alicuius interitu perceptus. {אבל *ébel* מספד *mispêdh* קינה *kinah.* πένθος. GALL. *Pleur, dueil, gemissement.* ITAL. *Pianto.* GERM. Ein heulung vnn leid fürnemlich von wegen eines abgestorbnen. HISP. *Lloro, llanto.* ANGL. *A wailing a mourning* } Cic. 4. *Tusc.* Luctus, ægritudo, ex eius qui charus fuerit, interitu acerbo. ¶ Idem *pro Plancio.* Quam quidem nunc multitudinem videtis, Iudices, in squalore & luctu supplicem vobis. Ouid. 8. *Metam.*

Per coaceruatos pereat domus impia luctus.

Virg. 2. *Æneid.*

————————crudelis vbique
Luctus, vbique pauor, & plurima mortis imago.
Nec me lachrymæ luctúsque timórque tenent,

Ouid. 13. *Metamorph.* Luctus minuit tempus, idem *Eleg.*6. *lib.*4. Romæ, luctus tempus fuit decem mensium, Spartæ, xi. dierum. Idem *in Lycurgo.* Luctus diuersa tempora pro ratione ætatis. Plutarch. *in Num.* In luctu purpuram & aurum deponebant fœminæ. Liuius *lib.*34. Hinc,

Non est conueniens luctibus ille color, (purpuræ.)

Ouid. *Eleg.*1. *lib.*1. *Trist.* Ad luctus Romani morem redigere, Senec. *cap.*11. *de consolat. ad Polyb.* Luctus tibi nunc [illegible] ingentis. Idem *cap.*2. *de consolat. ad Helu.* Seruius, Lugentes dicti quasi luce carentes. ¶ Sæpe etiam ipse habitus, vultúsque & vestes, luctus dicitur. Is enim mutatione significabatur. Nam in luctu atrati sunt, purpura auróque depositis: quum eluxerunt nigram vestem exuunt purpurámque resumunt. Itaque post cladem illam Cannensem Senatusconsulto cautum est, ne matronæ vltra triginta dies in luctu essent. Quo in loco luctus pro dolore accipi non potest, quandoquidem in potestate Senatus non erat dolori imperare, sed potiùs pro veste lugubri, exterisque exterioribus doloris indiciis. ¶ Antiqui etiam efferebant luctus, lucti. Accius, Censeo hinc ire, & rapere lucti vestem in lecto coniugis.

Lūctĭfĕr, a, um, Ferens, vel nuntians luctum. {מביא אבל *mebhil.* πενθοφόρος. GALL. *Qui apporte ou annonce dueil.* ITAL. *Ch' apporta pianto.* GERM. Das leid vnd weynen bringt/ oder anzeigt. HISP. *Cosa que trahe lloro.* ANGL. *That causeth mourning.*} Seneca *Hercul. furent.* Hic vultur, illic luctifer bubo gemit. Fax luctifera, Senec. *Medea*, ter latratus Audax Hecate dedit, & sacros edidit ignes face luctifera.

Lūctĭfĭcābĭlis, e, quod luctu affectum est. Pers. *Satyr.*1.

Anti[illegible] ærumnis cor luctificabile fulta.

Lūctĭfĭcus, a, um, quod luctum inducit. {מביא אבל *mabil.* πενθικός, δακρυόεις. GALL. *Qui cause dueil, qui fait porter dueil.* ITAL. *Ch' induce pianto.* GERM. Das leid vnd weynen macht. HISP. *Cosa que haze lloro ò luto.* ANGL. *That causeth mourning and heauinesse.*} Cic. 2. *Tusc.* Luctifica clades nostro infixa corpori. ex Poeta Luc. *lib.*7.

Luctificus Titan nunquam magis æthera contra
Egit equos.

Lūctĭsŏnus, a, um, Luctum sonitu præ se ferens. {γοώδης. GALL. *Son, qui signifie dueil.* ITAL. *Suono che significa duolo.* GERM. Kläglich thönend. HISP. *Cosa que suena luto ò lloro.* ANGL. *That hath the sound of mourning.*} Ouid. 1. *Metam.*

Quæ potuit soles, tendens ad sydera vultus.
Et gemitu, & lacrymis, & luctisono mugitu,
Cum Ioue visa queri est, finémque orare malorum.

Lūctŭōsus, a, um, Luctu plenum, lugendus. {πολυπενθής, γοώδης. GALL. *Plein de dueil.* ITAL. *Pieno di pianto.* GERM. Vol leids. HISP. *Lleno de luto ò lloro.* ANGL. *That causeth mourning and heauinesse.*} Sal. *Catil.* Virorum more pugnantes, cruentam atque luctuosam victoriam hostibus relinquatis. Dicitur etiam Luctuosum, quod luctum affert. Cicer. 1. *de lege Agrar.* Quàm me hercle ego præconi huic ipsam luctuosam, & acerbam prædicationem futuram puto.

Lūgubris, e, quod ad luctum pertinet. {πενθικός. GALL. *De dueil, appartenant à dueil.* ITAL. *Da duolo, lugubre, funesto.* GERM. Leidlich/ das zu leid gehört. HISP. *Cosa llorosa ò enlutada.* ANGL. *Belonging to wailing or mourning.*} vt, Vestis lugubris, qua dolorem ob necessarij alicuius interitum testamur. Terent. *in Heaut.* Mediocriter vestitam veste lugubri. Cicer. *post reditum ad Quirit.* Me fratris miserrimi, atque optimi, quotidianæ lachrymæ, sordésque lugubres à vobis deprecatæ sunt. Idem 1. *Tusculan.* Sed illa lugubris lamentatio, fletúsque mœrens ex eo est, quod, &c. Idem *Attic. lib.*8. O rem lugubrem, itaque intercludor mœrore. ¶ Lugubria absolutè, pro vestibus lugubribus. Ouid. 11. *Metam.*

Surge, age, da lacrymas, lugubriáque indue, nec me
Indeploratum sub inania Tartara mitte.

Senec. *Herc. fur.* Amicta coniux lugubribus.

Nunquam mater lugubria sumpsi.

Propertius.

Lūgūbrĕ, aduerb. Lugubriter. {πενθικῶς. GALL. *Auec pleur & dueil.* ITAL. *Con pianto ò duolo.* GERM. Jämerlich. HISP. *Con luto ò lloro.* ANGL. *With wailing or mourning.*} Plaut. *Cist.* Nam si hæc non nubat, lugubre fame familia pereat.

Lugidunum, Λουγίδουνον Ptolemæo *lib.* 2. *cap.* 11. Germaniæ vrbs. Hodie Glogauia, vulgò Glogaw.

Lŭmă, æ. Genus spinæ quæ in pratis nascitur, & locis vliginosis: sic dicta, quòd agricolæ eam à terra luunt, id est, soluunt. ἄκανθα. Hinc Lumeta, loca lumis plena: & Lumaria falx, qua lumeta secantur: vt ait Varr. *de ling. Lat. lib.*4.

[Lumarius, a, um, ad lumas pertinens.

Lumbaida, bombarda. L. g. b.]

Lumbarda, bombarda. Græcis λομπάρδα, & λομβάρδα, ex Latino corruptum. Et sic Rabbini: Bombarda est קנה שריפה, quasi arundo vstionis, vt Germani dicunt Ein rohr, quia cannam habet oblongam, quæ est via extorquendæ glandis, πυρίπνοον, πυρίβολον. Item Fewer rohr, quasi fistula igniflua, igniuoma. Itali vocant *archebuse*, Galli *arquebuse.* indeque barbaris Latinis *Arcus busius.* Polydor. Virgilius *de inuentor. rer.* Bombarda à bombo, alio quoque nomine arcus busius, à foramine, opinor, quo ignis in puluerem fistula contentum immittitur. Nam Itali busum vulgò foramen dicunt, & arcus, quòd instar arcus pugnantibus sit, quippe hodie huiusmodi tormentis vsus in primo statim pugnæ loco est, quem olim sagittariis dabant, quum à missilibus prælia inciperent. Ita arcus busius erit arcus perforatus, arcus hypotreticus. Sed Germani dicunt Büchs/ vel Büchse/ pyxis, fistula. Itaque bombarda est tanquam arcus pyxide instructus, nempe pro puluere nitroso, seu pyrino, quasi sit πύξος [illegible], fistulatus arcus.

Lūmbrĭci, Vermes terreni, à lubricitate dicti. {תולעת *tolebáh* תולעת *tolahath.* ἕλμινθες. GALL. *Vers de terre.* ITAL. *Vermi di terra.* GERM. Erdwurm/ meud. HISP. *Lumbrizes.* ANGL. *Wormes of the earth or in mannes body.*} Plaut. *in Aul.* Foras lumbrice qui sub terra erepsisti modò. Colum. *lib.*7. *cap.*9. Terram rimentur, effodiántque lumbricos. ¶ Lumbrici etiam vermes dicuntur, qui in ventre hominis, aut etiam aliorum animalium, nascuntur: qui teste Galeno ad finem Methodi, in triplici sunt differentia. Aut enim lati sunt, aut teretes, aut omnium minimi, quos ἀσκαρίδας nominant. Col. *lib.*6. *c.*24. Solent autem vitulis nocere lumbrici, qui ferè nascuntur cruditatibus. Idem *lib.*6. *cap.*30. Solent vermes, quasi lumbrici nocere intestinis.

Lŭmbŭs, i, vel quod vsitatius est, Lumbi, orum, A rei anatomicæ peritis dicitur pars inferior spinæ, quinque constans vertebris, quæ mediæ sunt inter os sacrum, & vertebras dorsi. {מתנים *methnajim* חלצים *chalatsájim.* ὀσφύς, ψόα, ψοῖαι. GALL. *La partie du dos qu'on appelle le rable.* ITAL. *Lombi.* GERM. Die lende. HISP. *Los lomos.* ANGL. *The loines, the kaunche.*} Plin. *lib.*20. *c.*3. Lumborum verò dolori, semine sole siccato. Plaut. *in Epid.* Plaudite, valete: lumbos extollite atque exurgite. ¶ Dicuntur etiam lumbi de brutis. Horat. *lib.*1. *Serm.*

Curtoire licet mulo, vel si libet, vsque Tarentum,
Mantica cui lumbos onere vlceret, atque eques armos.

Hinc fit Elumbus, a, um, vel Elumbis, elumbe. quod lumbis caret, seu

potiùs quod lumbos confractos habet, aut inualidos. ἀνόσφυλος. Bona enim pars virium in lumbis sita est: vt qui soli, nullius alterius ossis adminiculo, superiorem corporis compagem sustineant. Hinc factum est, vt elumbis accipiatur pro debili. Plin. *lib.10.cap.33.* Perdix prægrauem, aut elumbem sese simulans. ¶ Item delumbis pro molli & effœminato. Pers. *Satyr.1.*

——— summa delumbe saliua,

Hoc natat in labris.

¶ Inde Delumbe carmen, pro lasciuo, minimèque virili. ¶ Et verbum Delumbo, as, are, delumbem reddere, debilitare. ἐξασθενίζειν. Plin. *lib.10.cap.4.* Hoc sæpe delumbata quadrupede approbatur. ¶ Delumbare sententias, per translationem est, neruis illas & robore suo spoliare. Cic. *in Orat.* Nec minutos numeros sequens concidet, delumbetque sententias.

Lumbulus, i, diminut. {ὀσφύδιον, ψοΐδιον. GALL. *Petit rable.* ITAL. *Picciolo lumbo, arnione, regnone.* GERM. Ein kleine lende. HISP. *Pequeño lomo.* ANGL. *A litle loine.*} Plin. *lib.28.c.11.* Sicca lippitudo, lumbulis suum tostis, atque contritis, & impositis tollitur.

Lumbifragium, ij, Fractura lumborum. {ψοάγιον. GALL. *Rompure de rable & reins.* ITAL. *Rottura de gli arnioni.* GERM. Ein lendenbruch. HISP. *Quebradura de lomos.* ANGL. *The breaking of the loine.*} Verbum est fictitium, quo vsus est Plaut. *in Amph.* Nam si me irritassis, hodie lumbifragium hinc auferes.

Lumbago, Vitium & debilitas lumborum, vt ait Festus. ἰσχίας. ἀδυναμία.

Lumbare, Tegmen quo pudenda teguntur. {אזור ezór. περίζωμα.} Quo verbo vsus Bibliorum interpres in Ieremiam.

Lumbones, cingula circa lumbos. Gl. Isid.

Lumen, inis, Res aliqua splendorem diffundens: ita dictum quasi lucimen. {אור or. φῶς. GALL. *Lumiere.* ITAL. *Lume.* GERM. Ein liecht. HISP. *Lumbre ò luz qualquiera.* ANGL. *Light.*} Ouid. *Eleg.8.lib.1.Trist.*

Mobile sic sequitur fortunæ lumina vulgus.

Quintil. Mihi erat lumen filius. (sup. moriens.) Luminibus oculorum acribus pingebatur Iustitia. Gell. *c.4.lib.14.* Ouid. *Eleg.1.lib.2.Trist.*

Luminibusque tuis totus quibus vtitur orbis.

Scenica vidisti lætus adulteria. Plaut. *Curc. sc.1.a.1.* Occultemus lumen & vocem. Ouid. *Eleg.6.lib.3.Trist.*

(Mea) *Lumina funesti conscia facta mali.*

Nondum tantùm lumen dicendi accesserat. Quintil. Effusum alterum lumen Imperij. De Pompeio extincto, Velleius.

——— Manúque simul veluti lacrymantia tersit

Lumina,

Ouid. *15. Metam.*

Omnia qui magni dispexit lumina mundi,

Catull. *de com. Beren.* Seruius in *2. Æneid.* Lumen à luce distinguit, quòd in lumine sit splendor, sed cum fumo: in luce solus splendor. Virg. *7. Æneid.*

——— tum fumida lumine fuluo

Inuolui, ac totis Vulcanum spargere tectis,

Idem *6. Æneid.*

——— nec fumea tedis Lumina.

Idem *9. Æneid.*

——— piceum fert fumida lumen Teda.

Verùm hæc Seruij differentia non est perpetua. Nam & Solem & Lunam, & cætera cælestia corpora lumina appellamus, quæ tamen fumi omnino sunt expertia. Alij lumina intelligunt corpora ipsa lucida, quæ claritatem à se diffundunt. Sic Solem ipsum lumen appellant, lucem autem claritatem à Sole profectam. Sed hoc, vt in Sole fortasse verum est, ita in cæteris locum non habet. Neque enim splendorem à candela, lychnóve per ædes diffusum, statim lucem appellaueris. Lucem itaque alij vni Solis splendori proprium esse volunt: aliarúmque rerum claritati nonnisi per abusum, aut per translationem tribui. ¶ Obscuro lumine. Salust. *Iugurth.68.* Sed vbi plerunque noctis, obscuro etiam tum lumine, &c. ¶ Ponitur aliquando pro luce, siue die. Cicer. *pro Rab. Posthumo.* Si te secundo lumine hic offendero, moriere. Virg. *6. Æneid.*

——— vix lumine quarto

Prospexi Italiam.

¶ Aliquando pro vita. Virg. *2. Æneid.* —nunc cassum lumine lugent. id est, mortuum. Idem *6. Æneid.* dixit, Vitæ lumina attingere. ¶ Aliquando pro oculo, quòd oculorum beneficio lumen conspiciamus. Quintilian. *in Proœm. lib. 6.* Prior alterum ex duobus eruit lumen. ¶ Doctorem ac lumen desiderare, est desiderare rei alicuius difficilis ac obscuræ interpretationem. Cicer. *ad Trebat. lib.7.* Qui quanquam plurimi sunt, doctorem tamen, luménque desiderant. ¶ Lumen ponitur aliquando pro fenestra, per quam lumen in ædes immittitur. Hinc luminibus obstruere, est ædificando officere luci domus vicinæ, & quæ è regione est. Idem *pro domo sua*, Quum ille negaret, primò se luminibus eius obstructurum minabatur. ‖ ¶ Lumina excipere. Paul. *D. lib.8. tit.2. l.4.* Luminum seruitute constituta id acquisitum videtur, vt vicinus lumina nostra excipiat. ‖ ¶ Per translationem quoque alterius luminibus obstruere dicimur, quum nominis eius claritatem obscuramus. Idem *in Bruto*, Catonis luminibus obstruxit hæc posteriorum, quasi exaggerata altiùs oratio. Lumina præferre menti alicuius, id significat, quod vulgò *inspirare aliquem* dicimus. Idem *antequam iret in exilium*: Vos, vos obtestor dij immortales, qui meæ menti lumina prætulistis, quum consensum extraxi coniurationis, atcemque vrbis ab incendio ac flamma liberaui. Lumina ciuitatis dicuntur insignes viri, & clari. Idem *in Catil. Oratione 3. in fine*, Lumina ciuitatis extincta sunt. ¶ Lumen probitatis prospicere in aliquo, hoc est, maximam probitatem. Idem *de amicitia*, Lumen virtutis, Clara & magna virtus. Idem *ad Cassium*. ¶ Lumina in pictura vmbræ opponuntur. Plin. *lib. 35. c.5.* Tandem se ars ipsa distinxit, & inuenit lumen, atque vmbras, differentia colorum alterna vice sese excitante: deinde adiectus est splendor alius hic, quàm lumen, quem quia inter hoc & vmbram esset, appellauerunt tonon. ¶ Lumina orationis, sunt sententiæ & figuræ, quæ suis locis, velut emblemata quædam intertexta, orationem mirum in modum illustrant. ¶ Lumen Soli mutuas, τῷ φωτὶ τὸν ἥλιον.

Quum docemus doctissimum, monemus vehementer prudentem, aut quum conamur exponere quæ per se sunt clarissima. Simile huic est, quod Quintil. refert, Lumen Soli inferre. Luminis tremor, & lumen tremulum. Vide *Stella*.

Lumino, as, Illumino, illustro. {האיר heir. φωτίζω, φωταγωγέω. GALL. *Esclarer.* ITAL. *Illuminare, alluminare.* GERM. Leuchten. HISP. *Alumbrar.* ANGL. *To light, or to giue light.*} Martianus, Quot stellantibus oculis intercinctos crebri vibratus ignium luminabant. ¶ Relumino, lumen reddo.

Luminare, is. Ipsum lumen, aut id quod claritatem, splendorémve ex se diffundit. {מאור maór. φωστήρ. GALL. *Lumiere & clarté, luminaire.* ITAL. *Lume, luminare.* GERM. Ein liecht. HISP. *Lumbrera: cuerpo lucio.* ANGL. *Light or brightnesse.*} Hieronymus *in Genes.* Fecit Deus duo luminaria magna: vnum vt præesset diei, alterum vt præesset nocti. ¶ Luminaria per translationem viros eximios, in quibus singularis quidam virtutis splendor elucet, quique sui ordinis hominibus decori sunt & ornamento, appellauit Cic. *3. Philipp.* In te autem, M. Antoni, id decreuit Senatus: & quidem incolumis, nondum tot luminaribus extinctis, &c. id est, tot egregiis viris, qui sunt lumen & splendor, atque ornamentum Senatus & ciuitatis.

Luminosus, a, um, quod est clarum, & apertum. {בהיר bahir. φωτεινός. GALL. *Plein de lumiere, fort reluisant & esclairant.* ITAL. *Luminoso.* GERM. Voll liechts. HISP. *Cosa llena de lumbre.* ANGL. *Shyning full of light.*} Cicer. *in Orat.* Tum sunt maximè luminosæ, & quasi actuosæ partes duæ. Sumptum à pictura, in qua & lumen & vmbra contraria.

Luna, æ, quasi lucina, A lucendo dicta, quod in noctu sola luceat: vel certè à Lucina voce concisa vox formata. {ירח ierach. σελήνη. GALL. *Lune.* ITAL. & HISP. *Luna.* GERM. Der Mon. ANGL. *The moone.*} Alij Lunam quasi lucem alienam dicunt, quod lumen à Sole recipiat. Cic. *in somnio Scipionis.* Ex quibus erat minima, quæ vltima cælo, citima terris, luce lucebat aliena. Hæc Solis disciplina obsequitur cursibus supernis, & prout accedit ad Solem, vel recedit à Sole, crescens, aut senescens, dispensat lumen, ideóque semper est instabilis. Ouid. *15. Metamorph.*

Nec par aut eadem nocturnæ forma Dianæ

Esse potest vsquam, semperque hodierna sequente.

Si crescit, minor est: maior, si contrahit orbem.

Luna (vt inquit Macrobius) dispensationibus septenariis luminis sui vices sempiterna lege variando disponit. Primis septem diebus dimidiata semiorbem ostendit, Græcóque sermone διχότομος & ἡμίτομος vocatur, quasi dimidia. Secundis totum orbem complet, fitque plenilunium, quod Græci πανσέληνον vocant. Tertiis rursus διχότομος efficitur. Quartis fit totius Lunæ cum Sole, quod interlunium vocant & silentem lunam, & intermenstruam, coitio, Græcè σύνοδος dicitur. Hinc plenilunium, quod est, quum luna quintadecima & rotunda est, Solique ex diametro opponitur. Plin. *lib. 18.* Quum verò occidente Sole oritur (scilicet Luna ex aduerso) ita vt pariter aspiciantur, tunc erit plenilunium. Interlunium, quum apparere desierit, & noua fit, & coeunte, vel silenti luna. Vnde lunæ coniunctio dicitur dies silentis lunæ. Luna vigesima, pro vigesimo die post nouam lunã. Plin. *lib.2.c.97.* Æstus idem triduo in mense consistit, septima, octaua, nonaque luna. ¶ Quarta luna nati, οἱ τετράδι γεγονότες, dicuntur, qui parum feliciter nati sunt, vt autor est Eustath. *in lib. Iliad. 2.* Propterea quòd Hercules hac luna natus feratur, cuius omnis vita voluptatum omnium expers, ac laborum plena fuit. Dici potest & in eos qui laboribus sibi neutiquam frugiferis fatigantur. Herculis videlicet exemplo, qui immundis aliis sudauit, sibi inutilis. Diem, Aquam, Solem, Lunam, Noctem, hæc argento non emo. Plaut. *Asin. sc.3. a.1.* Lunæ hebdomadibus Athenis agitabantur conuiuia. Gell. *c.2. lib.15.* De lunæ Eclipsi. Plutarch. *in Æmilio.* Lunula & luna in calceis patriciorum. Iuuen. *Satyr.7.* & eius Interpres. ¶ Luna sitiens, siue sicca. Propertius,

Nunc licet in triuiis sicca requiescere luna.

Plin. Fauonio flante, aut luna sitiente. Idem, Luna decrescente ac sicca. ¶ Luna dubia, i. intermenstrua, vel intermestris, & incultrix. Virg. Samonicus *cap. de comitiali morbo*,

Ipse Deus memorat dubia per tempora lunæ

Conceptum.

Lunula, dimin. {שהרנים saharonim. σεληνίδιον. GALL. *Petite lune.* ITAL. *Picciola luna.* GERM. Ein mönlin. HISP. *Pequeña luna.* ANGL. *A litle moone.*} Plaut. *in Epidic.* Lunulam, atque anellum aureolum in digito. Cæterùm hic Plauti locus indicat Lunulam, siue lunulas fibulas esse ad lunæ similitudinem factas, quas Græci interpretes LXX. apud Isa. *cap.3.* μηνίσκους verterunt: hoc est, quod scribit Hieronym. habere mulieres in lunæ similitudinem bullas dependentes. Vide suprà in *Luna*. Lunulas in calceis Romani nobiles habebant, quæ & Lunæ dicebantur. Iuuenal. *Sat.7.*

Felix & sapiens & nobilis & generosus

Appositam nigræ lunam subtexit alutæ.

Indicat Senatorem Romanum. Ita Martial. *lib.2.*

Lunata nusquam pellis & nusquam toga.

Statius *in Silu. ad Crispin.*

Primaque patritia clausit vestigia luna.

‖ ¶ Item bulla in formam lunulæ propendens. Gl. A.L. ‖

Lunaris, e, quod ad lunam pertinet, σεληνιακός, vt, Lunaris ratio. Lunaris annus. Plin. *lib.15. cap.39.* Lunaris annus, qui mense vno suum efficit cursum. Ouid. *15. Metam.*

Ceruleus, & vultum ferrugine lucifer atra

Sparsus erat: sparsi lunares sanguine currus.

Idem *5. Fast.*

Sol quoque cum stellis nulla grauitate retentus:

Et vos lunares exiluistis equi.

Cic. *in somn. Scipion.* Quam ob causam summus ille cæli stellifer cursus, cuius conuersio est incitatior, acuto & excitato mouetur sono, grauissimo autem hic lunaris & infimus.

Lunaria, æ, minor à Fuchsio vocatur. Vetulæ ad philtra vtuntur, sicuti & opioglosso. Lege Gesn. de Lunaria minore, siue petra, vt ipse cognomi-

tat

nat in commentario de admirandis herbis, vbi confutat eos, qui hanc herbulam epipactim vocant.

Lūno,as,are,in modum lunæ,quando in cornua curuatur,flecto. {ἐκλυνόω. GALL. Faire & tourner en courber en la forme de la lune croissant. ITAL. Torcere à guisa di luna. GERM. Nach des mons gestalt biegen. HISP. Plegar en guisa de luna. ANGL. To make crooked lyk the meane.} Ouid. 1. *Amor.*

Lunauitque genu sinuosum fortiter arcum, id est,intendit.

Lūnātus,a, um, quod est ad lunæ similitudinem factum, vel quod habet speciem lunæ. {μηνοειδής, μηνοειδὲς. GALL. Cornu comme la lune. ITAL. Ch' a forma di luna cornuta. GERM. Gestalt oder gebogen wie der Mon wann er erst new worden ist. HISP. Plegado en guisa de luna. ANGL. Made lyk the meane horned.} vt,Lunatum ferramentum. Columell. *lib.* 12. *cap.* 54. Deinde,sicut consueuerunt salgamarij, decussatim ferramento lunato incidito. Tres enim sunt figuræ crescentis lunæ, nam modò curuatur in cornua, modò in orbem circumacta, vt quum est plena, & Soli aduersa:modò dimidio orbe cæsa:hoc est, quum æqua proportione diuiditur: & ob id à nostris diuidua, à Græcis διχότομος vocatur. Virg. *lib.* 1. *Æneid.*

Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis
Penthesilea furens.

Classis lunata,Lucan. *lib.* 5. Cauda lunata delphinorum, Senec. *OEdip.* Frons lunata vituli,Claudian. *de rapt. Proserp.*

Lūnātici, dicuntur qui furore laborant, non illo quidem perpetuo, sed interuallis quibusdam recurrente. {οἱ σεληνιαζόμενοι. GALL. Lunatiques,ou malades par lunes. ITAL. Lunatici,che impazzano à punti di luna. GERM. Monsüchtige. HISP. Lunaticos,alunados,locos por lunas. ANGL. Lunatikes, sickat certaine tymes of the moone.} Quod mali genus inde nomen accepit, quòd iis qui ipso interlunio nati sunt, familiare esse consueuerit: siue quòd statis lunæ ratione interuallis soleat reuerti. Iul. Firm. 4. *Math.* Et si luna malè fuerit collocata, aut spasticos, aut lunaticos, aut caducos facit. Vide Samonicum *cap. de comitiali morbo.*

‖Lunatica,quæ fiunt plenilunio. Gl. Isid.

Lunatica mulier,lunæ obnoxia.

Lunista,lunæ peritus, & intercalationis eius. Nouar.‖

Lūnă, Hetruriæ oppidum ad mare situm, fœcundissimis candidi marmoris fodinis, quod ab eo Lunense dicebatur, olim nobilitatum. Vulgò *Luni.* Plin. *lib.* 36. *cap.* 6. Adiecit idem Nepos, Mamurram totis ædibus nullam nisi è marmore columnam habuisse, omnes solidas è Carystio, aut Lunensi. Lucanus *lib.* 1.

——quorum qui maximus aut,
Aruns incoluit deserta mœnia Lunæ, &c.

Lūnēnsis caseus, A Luna vrbe nomen accepit, quæ fuit in ea parte Hetruriæ, quæ Liguriæ proxima est. Erat autem hoc casei genus sola magnitudine laudatum, vt quod librarum mille pondus nonnunquam æquaret: vnde inter terruorum obsonia refertur à Martiale *lib.* 14. Caseus Hetruscæ signatus imagine Lunæ Præstabit pueris prandia mille tuis. Plin. *lib.* 11. *c.* 42. Mistum Hetruriæ atque Liguriæ confinium Lunensem mittit, magnitudine conspicuum: quippe & ad singula millia pondo premitur.

Lūnæ promontorium, Hetruriæ promontorium est, non procul à Macra fluuio: cuius meminit Ptolemæus *lib.* 3. *cap.* 1. σελήνης ἄκρον. ¶ Est item eiusdem nominis promontorium in Lusitania, non procul à Tagi ostio, apud eundem Ptol. *lib.* 2. *cap.* 5.

Lunarium, Promontorium Lalæetanorum in Hispania Tarraconensi: cuius meminit Ptol. *lib.* 2. *c.* 6. Alio nomine, Mons Iouis.

‖Luneburgum, *Lunenburg*, vrbs Germaniæ, titulo Ducali clara.

Lunus deus, qui Luna. ¶ Lunus est cinctus, quem publicè habent serui.‖

Lŭo,is,ui, Persoluo, exoluo, pendo. {השׁיב heschib שׁלם schillém גמל ghamál פדה padháh גאל ghaál כפר chippér נקה nikkáh. λύομαι. GALL. Payer, satisfaire, souffrir punition. ITAL. Purgare, pagare. GERM. Bezalen büssen. HISP. Lastar, ò pagar la pena. ANGL. To paye satisfie, to suffer punishment.} Liu. *lib.* 1. *ab Vrbe,* Vt tamen debito supplicio scelus lueret: id est, debitum sceleri supplicium solueret. Dictum putatur à verbo Græco λύω, quod inter cætera significat etiam purgo, aut ἀπὸ τοῦ λούω, quod est lauare, siue abluere. ¶ Luere pœnas, est dare pœnas, seu ferre supplicium. Cic. *Attic. lib.* 5. Itaque mei peccati luo pœnas. Sic luere supplicium, est supplicio affici. Iustin. *lib.* 1. Quicunque capi potuerunt, suppliciis crucibus luerunt. Luere capite, est capite plecti Liu. 9. *ab Vrbe,* Obsides etiam sexcenti imperati capite luerunt. ¶ Luere maculas sanguine, est abstergere, purgare, eluere, & tum à lauando quidam ductum volunt. Cic. *in Verrem a. l.* 7. Errabas Verres, & vehementer errabas, quum te maculas furtorum & flagitiorum tuorum, sociorum innocentium sanguine luere arbitrabare. Luere peccata, est delictorum supplicium ferre. Liu. 8. *bell. Maced.* Ego tamen & cum aliis pro dignitate imperij vestri coactis luere peccata sua, pacem pepigi. Litigator luit petulantiam patroni. Quintil.

Scilicet in superis etiam fortuna luenda est.

(i. danda pœna ob errorem.) Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Trist.* Luere pœnas suppliciis meritis. Velleius. Piaculis luere fulgur. Gell. *cap.* 5. *lib.* 4. Luere piaculum, idem *cap.* 6. *lib.* 4. Item luere notam pecunia. Liuius *lib.* 8. *d.* 4. Luere sponsionem, idem *lib.* 9 *ab Vrbe.* ¶ Luere aliquando est pretium redemptionis redemptori offerre, ait Bud. Vlpian. Qui status controuersiam patiuntur, non debent per id tempus militare: sed nec hi qui ab hostibus redempti sunt, prius quàm se luant. Item res oppigneratas soluta pecunia liberare, Imperator *in Instit.* Sed etsi rem obligatam creditori aliquis legauerit, necesse habet heres, eam luere, &c. Luere, i. dissoluere ex multis locis Varronis *de ling. Lat.* probat Victorius *cap.* 14. *lib.* 13. Vt à pluo, plui, & pluui reperitur, sic à luo lui, & luui. Lucil.

Tantalus qui pœnas ob facta nefaria luuit.

Luĭtur, impersonale, Lucan *lib.* 25.

——hac cæde luatur
Quicquid Romani meruerunt pendere mores.

Luĭtio,onis, Redemptio, liberatio. {פדיון pidhjón פדיום pidhjóm שׁלום schillum שׁלם ghellah. λύσις, λύτρον. GALL. Rachat, payement de rançon. ITAL. Pagamento che si fa per riscato. GERM. Bezalung. HISP. Pagamiento de rescate. ANGL. Redemption paying of ransen.} Vlp. *de capt. & postl. reuer. l. patre.* Si patre redempto, & ante luitionem defuncto, filius post mortem eius redemptionis quantitatem offerat, dicendum est suum et posse heredem existere.

Luĭturus, particip. Luitura pœnas puppis, Claud. 4. *Paneg.*

Lunchea. Vtitur hac voce Tertullianus *de coron. mil.* Quos interdiu exorcismis fugauit, noctibus defensabit incumbens & requiescens super luncho, quo pertusum est latus Christi. Lanceam militis intelligit, quæ deos Gentilium, id est, dæmones defenser, quos ipse miles Christianus antè fugauerat. B. Rhen. Ergo est à λόγχη. vox castrensis.

Luendus, Ouid. 2. *Trist.*

Scilicet in superis etiam fortuna luenda est.

Luto,as, are, frequentatiuum à luo. Habes qui & cuius rei caussa fecerim Hecatomben, in quo, vt puto, quoniam est luere soluere, lutaui, id est, lui. Ex Nonio.

Lupa, Lupanar, Lupanarius, Lupatum. Vide *Lupus.*

Lŭpercăl, à Lupa dictum, Locus sub Palatino monte sacratus ab Euandro Pani Deo Arcadiæ, qui Lycæus vocatur eò quòd non sinat lupos in oues sæuire. Quamuis quidam ita appellatum velint, quòd Lupa ibi Remum & Romulum nutriuerit, λυκαῖον. Ouid. 2. *Fast.*

Illa loco nomen fecit, locus ille Lupercal:
Magna dati nutrix præmia lactis habet.

Lŭpercālĭă, Solennia quædam sacra dicebantur, quæ mense Februario à Lupercis fiebant in honorem Panos pastorum Dei. λυκαῖα. Cicer. *ad Quint. fratr. lib.* 2. Hodierni diei res gestas Lupercalibus habebis. Seruius enarrans illud Virg. 8. *Æneid.*

Hic exultantes Salios, nudósque Lupercos:

Quum, inquit, in honorem Panos Lupercaliorum solennitas celebraretur, pecora Romanorum subitò à latronibus rapta sunt. Illi proiectis vestibus, persecuti sunt latrones: quibus oppressis & receptis animalibus, propter rem à nudis prosperè gestam, consuetudo permansit, vt nudi Lupercalia celebrarent. Lupercalia vnde & cuiusmodi, Plutarch. *in Rom & in Cæsare.*

Lŭperci, Sacerdotes erant Panos pastorum Dei, qui Lupercaliorum die nudi per vrbem cursitabant, prægnantiúmque mulierum manus, vterósque caprina pelle feriebant: quare & fœcunditatem, & facilem partum, fieri putabant. ¶ Dicti autem creduntur Luperci à Pane Deo pastorum, cui sacra & ritus faciebant in Lupercali. Græci eum Pana vocant Lycæum, deducto nomine ἀπὸ τοῦ λύκου, hoc est, à lupo, quod oues à lupis tueri credebatur. Vel à Lycæo monte Arcadiæ in quo Pan colebatur. Ouid. 2. *Fast.*

Quid vetat Arcadia dictos de monte Lupercos?
Faunus in Arcadia templa Lycæus habet.

Cic. 2. *Philip.* Insectatur M. Antonium, quòd in Lupercalibus, in quibus sedebat Cæsar amictus toga purpurea, in sella aurea coronatus, se Lupercum exibuerit.

Lŭpiă, Germaniæ fluuius Pomponio *lib.* 3. Coniectura est, inquit Vadianus *in Melam,* eum esse, quem hodie Necharum vocant, qui haud longè à Danubij fontibus ortus per VVirtenbergensem ducatum lapsus, mòxque in Occasum versus, Rhenum seorsum illabitur. Strabo longè secus quam Pomponius, Lupiam in Visurgim deferri ait, vt Lupiæ nomine non Necharus, sed is amnis, quem hodie Fuldam vocant, intelligatur. Tacitus (adeò in re tantilla variant scriptores) *lib. Augusta historia* 2. Lupiam vocat amnem non in Rhenum, sed in Oceanum elapsum. Hæc Vadianus. Cuius viri alioqui diligentissimi lapsum tam supinum satis mirari non possum, præsertim in suæ Germaniæ chorographia. Constat enim Lupiam Bructerorum (hodie VVestphalos appellant) fluuium esse, qui etiam hodie nomen retinet, u tantummodo in i mutato, non procul à Badenborna nascentem, ad cuius caput extat oppidulum, quod Germani sua lingua *Lipenspringe* quasi Lipiæ fontem appellant: aliúdque circa medium ferè fluminis tractum visitur oppidulum quod eodem cum fluuio nomine Lipiam nominant. Labitur autem in Rhenum (quod & Mela asserit) circa Vesaliam agri Cliuensis oppidum.

Lupfurdum Ptolemæo *lib.* 2. *cap.* 15. Vrbs Germaniæ, hodie Mysna. Vulgò *Meissen.*

Lŭpinus,i, & Lupinum, substantiuum, Leguminis genus est omnium amarissimum, quod sui circumactu agricolis horas etiam nubilo die ostendit. {θέρμος. GALL. Du lupin. ITAL. Lupino. GERM. Feigbonen wolffs schotten. HISP. El altramuz.} Dictus autem putatur lupinus, à lupi natura, quòd non minus terram apperat, voráxque illius sit, quam lupus, & tellurem adeò amat, vt quamuis frutetoso solo coniectum inter folia veprésque, ad terram tamen radice perueniat. Vide Plin. *lib.* 18. *cap.* 14. Horat. 1. *Epist.* 7.

Nec tamen ignorat quid distent æra lupinis.

Vide Erasm. *in Chiliad.* Virg. 1. *Georg.*

—— tristisque lupini
Sustuleris fragiles calamos.

¶‖Lupinus etiam est nummus in comœdiis, verum repræsentans.‖

Lupio,is,ire, de valde esurientibus. Plaut. *Curcul. sc.* 3. *a.* 2. Lupiunt fauces fame.

Lŭpus, i, Animal rapax, quod nulli notum non est. {זאב zeéb. λύκος. GALL. Vn loup. ITAL. Lupo. GERM. Ein wolff. HISP. Lobo. ANGL. A wolff.} Huius fœmin. est lupa. Ouid. 1. *Trist.*

Ereptaque est auidis dentibus agna lupi.

Horat. *Epod.* 15.

Dum pecori lupus, & nautis infestus
Orion Turbaret hybernum mare.

Virg. 3 *Georg.*

Quid lynces Bacchi variæ & genus acre luporum
Atque canum?

Horat. *Epod.* 6.

——habitandaque saxa apris relinquunt, & rapacibus lupis.

Virg. 6. *Æneid.*

——plena lupus insidiatus ouili.

Velleius, Nunquam defuturos Italiæ libertatis raptores lupos nisi sylua (Romana) excisa esset. Item, Quasi lupus esuriens metui, ne in me faceret impetum. Plaut. *Capt. sc. 3. a. 4.* Vt malis lupos apud oues linquere, quàm hos domi custodes. Idem *Pseud. sc. 2. a. 1.*

Vtque rapax stimulante fame, cupidusque cruoris
Incustoditum captat ouile lupus.

Ouid. *Eleg. 5. lib. 1. Trist.* ¶ Est etiam lupus, piscis genus, quem Romani olim piscibus omnibus prætulerunt, eósque præcipuè, qui in Tyberi inter duos pontes capti essent: quos catillones, hoc est, liguritores vocabant: metaphora ducta ab hominibus gulosis & delicatis, quos ideo catillones vocabant antiqui, quòd assumptis cibis ipsos etiam catillos lingerent. λάβραξ. Est enim hic piscis voracissimus, stercorumque, ac latrinarum auidissimus sectator, à nullo fordium genere temperans. Paulus Iouius in eo libello quem de piscibus Rom. edidit, Spigolam vocari ostendit: multisque argumentis eorum opinionem conuincit, qui hunc Sturionem esse putauerunt. Plin. *lib. 9. c. 17.* Postea præcipuam autoritatem fuisse lupo & asellis Cornelius Nepos, & Laberius poëta Mimorum tradidêre. Luporum laudatissimi qui appellantur lanati, à candore mollitiâque carnis. Martial. *lib. 13.*

Laneus Euganei lupus excepit ora Timaui,
Æquoreo dulces cum sale pastus aquas.

Idem *lib. 2.*

Mullum dimidium, lupúmque totum.

¶ Item lupus genus est fræni asperrimi, quod & lupatum dicitur, à lupinis dentibus, qui inæquales sunt, quorum propterea morsus est asperrimus. His frænis vtebantur Galli. Ouid. *lib. 4. de Tristibus,*

Tempore paret equus lentis animosus habenis,
Et placido duros accipit ore lupos.

¶ Item lupus, est instrumentum aduncum, quo vasa quæ in puteum fortè ceciderunt, extrahuntur. ἅρπαξ Græco vocabulo, & à nostris arpago nominatur. Liu. 8. *bell. Punic.* In alios lupi supernè ferrei iniecti, vt in periculo essent, ne suspensi in murum extraherentur. ¶ Item aranei genus. Plin. *lib. 11. cap. 24.* Luporum nomine minimi non texunt. ¶ Hoc nomine etiam dicta est herba, quæ asparagi vice mandi solet: quæ & lupus salictarius appellatur, quòd salices ad similitudinem vitis ascendat. Hanc herbam officinæ vocant lupulum, Galli *houbelon.* Ea vtuntur Belgæ ad condiendam ceruisiam admistis frugibus. ¶ Item lupus (vt Palladius autor est) ferula manubriata vocatur. ¶ Ouem lupo commisisti. Terent. *in Eunucho.* Concinnè hoc vtemur prouerbio, quoties ei seruandum aliquid committitur, cuius gratia custodem magis oporteat adhiberi. Cic. 3. *Philipp.* Etenim in concione dixerat se custodem futurum vrbis, vsque ad Calendas Maias ad vrbem exercitum habiturum. O præclarum custodem ouium (vt aiunt) lupum. Custósne vrbis an direptor & vexator esset Antonius? Quadrare videtur quoties inimico negotium committitur: eique qui nobis pessimè velit: propterea quòd lupus & agnus genuino quodam odio dissident. ¶ Lupo agnum eripere Plaut. *Pœn.* Lupo agnum eripere postulant: nugas agunt. Hoc vti possumus prouerbio vbi quis frustrà conatur prædam recipere, cui semel manus iniecit rapax aliquis. Improbum enim videtur, sperare futurum, vt lupus agnum semel arreptum amittat. ¶ Lupus est in fabula, prouerbium est notissimum, quo vtimur quoties nostro sermoni superuenit is, de quo loquebamur, & nobis sua præsentia amputat loquendi facultatem. Prouerbium tractum est à lupi natura, quem ferunt iis, quos prior aspexerit, vocem includere. Ad quod alludit Virg. *6. Eclog.*

——*vox quoque Mœrim*
Iam fugit ipsa: lupi Mœrim videre priores.

¶ In raucum dicitur, & cui vox repentè sit adempta. Festiuiùs dicetur in eos, qui metu alicuius obticescunt, alioqui feroces. ¶ Lupum auribus tenere, prouerbium est, quod in re ancipiti periculosâque dici solet. Nam qui auribus lupum tenet, nec eum dimittere audet, nec retinere potest sine periculo. Sueton. *in Tiberio cap. 25.* Cunctandi causa erant metus vndique imminentium discriminum, vt sæpe lupum se auribus tenere diceret. Lupus aquilam fugit. λύκος αἰετὸν φεύγει. Vbi periculum eminens euitari non potest. Aquilam enim, alata quum sit, frustra lupus fugit. ¶ Lupus ante clamorem festinat, λύκος πρὸ τῆς βοῆς σπεύδει. Vbi quis admissi conscius, vltrò timet priusquam accusetur: siquidem lupus simulátque prædam rapuit, mox properat aufugere, ne coorto rusticorum clamore, veniat in periculum. ¶ Ale luporum catulos, θρέψαι λυκιδεῖς. Prouerbium est, teste Theocriti interprete, in eos qui læduntur ab iis, de quibus bene meriti sunt: aut in ingratos. ¶ Lupus hiat, λύκος ἔχανεν. Dicebatur si quis re multùm sperata, multúmque appetita frustratus discederet. Aiunt enim lupum prædæ inhiantem rictu latè diducto accurrere: quasi frustretur, obambulare hiantem. Aristot. *in Lysistrata.* ¶ In laqueos lupus, εἰς πάγας ὁ λύκος. Quum improbus quispiam tandem in extremum adducitur discrimen. ¶ Ex ore lupi, ἐκ λύκου στόματος. Vbi res quæpiam præter spem recipitur, quæ iam planè periisse videbatur. ¶ Vt lupus ouem amat, ὡς λύκος ἄρνα φιλεῖ, qui sui commodi gratia simulat amorem. nam is vulgò dicitur amor, quum reuera sit odium. Socrat. *in Phædro.* ¶ Lupus pilum mutat, non mentem, ὁ λύκος τὴν τρίχα, οὐ τὴν γνώμην ἀλλάττει. Senecta canitiem affert improbis, non item aufert malitiam. ¶ Lupus est homo homini, non homo: quum qualis sit, non nouit. Plaut. *Asinar. sc. 4. a. 2.* Hoc prouerbio monetur, ne quid fidamus homini ignoto.

[Lupor, aris, scortor, meretricor. Non.]

Lupus, i, Salictarius memoratus à Plinio vulgariter lupulus. Græci hodie vulgò Bryon dicunt, nimirum, à Bryoniæ similitudine. Vtuntur eo ad coquendam ceruisiam. [Gall. *Houblon.* Germ. Hopfen. Hisp. *Hombrezillo.*]

Lŭpă, æ, fœmininum. {λύκαινα, πόρνη. Gall. *Louue, paillarde publique.* Ital. *Lupa, bagascia, puttana.* Germ. Ein wölfin. Hisp. *Loba o la puta del bordel o ramera.* Angl. *A she wolf, a common hoore.*} Plin. *de viris illustr.* Ad vagitum lupa accurrit, eósque vberibus suis aluit. Ouid. *lib. 3. de arte amandi,*

- Rapida tradit ouile lupa.

¶ Ponitur tamen quandoque pro meretrice, quòd vt lupa edendi, ita hæc quæstus appetens sit. Plutarch. *in Rom.* Plaut. *in Epid.* Deuorrunt mores virgini longè, ac lupæ. Cic. *pro Mil.* Ille qui semper secum scorta, semper exoletos, semper lupas ducebat. Sic Lupa dicta fuit Laurentia vxor Faustuli, nutrix Romuli & Remi: quam id cognominis volunt ex moribus traxisse, quòd corpus suum pastoribus vulgaret: &, quia stuprum illæ admissum fuit in luco areis, & lupos Martis tutelæ gentilis superstitio supposuit: concurrentibus nominum fauoribus, à vera lupa, fera, Romulum lactatum fuisse finxerunt.

Lŭpānăr, Prostibulum, ganeum, in quo lupæ, hoc est, meretrices prostant. {πορνεῖον, χαμαιτυπεῖον. Gall. *Bourdeau.* Ital. *Chiasso, bordello.* Germ. Ein hurenhauß. Hisp. *El burdel.* Angl. *A brothels house the common stewes of baudrie.*} Quint. *lib. 7. c. 4.* An deprehensus in lupanari cum aliena vxore, adulter sit, quæritur. Iuuen. *Sat. 6.*

Intrauit calidum, veteri centone lupanar.

Olitum lupanar, Catullus.

Lŭpānārium, ij, Lupanar. {πορνοβοσκεῖον. Angl. *A brothels house.*} Vlp. *de petit. hæred.* Licet à lupanario præceptæ sint. Nam & in multorum honestorum virorum prædiis lupanaria exercentur.

[Lupanarius, lupanarij dominus. Lampr.]

Lupanaris, e, vt infamia lupanaris apud Apuleium, pro spurca & fœda fama, qualis esse solet meretricibus. {χαμαιτυπικός. Gall. *De bourdeau.* Ital. *Di bordello,* Germ. Das des hurenhauß ist. Hisp. *Cosa de burdel.* Angl. *Of a brothels house.*} Ambros. Cum meretricibus scortaberis in contubernio lupanari.

Lŭpŏr, aris, ari, Scortari, meretricari. {זנה זנה. πορνεύω.} Turpilius apud Nonium. Qui cum meretrice per vias habitu nostro lupatur. Antiquum.

Lŭpārĭus, ij, qui venatur lupos. {λυκοθήρας. Gall. *Chasseur de loups.* Ital. *Cacciatore de lupi.* Germ. Ein wolffs jäger. Hisp. *Caçador de lobos.* Ang. *That hunteth wolfes.*} Seruius *in comment. Georg.* Constat enim luparios carnibus tinctis veneno lupos necare.

Lŭpātum, i, lupus pro fræno asperrimo. {χαλινός. Gall. *Vn mors de bride, fort rude, vn frein fort aspre.* Ital. *Morso, aspero, duro.* Germ. Ein scharpff gebiß wie man es den rossen einlegt. Hisp. *El freno de la brida, o del cascoje.* Angl. *A sharpe bitte for an horse.*} Virg. *3. Georg.*

——*pressisque negabunt*
Verbera dura pati, & duris parere lupatis.

Dicta lupata (vt Seruius inquit) à lupinis dentibus, qui inæquales sunt: vnde & eorum morsus vehementer obest. ¶ Lupatus masculino genere dixit Solinus *cap. 57.* Isque adeò spreuit lupatos, vt de industria cernuatus ruina & se, & equitem pariter affligeret.

Lŭpīnus, a, um, quod est lupi. {λύκειος. Gall. *De loup.* Ital. *Lupino, di lupo.* Germ. Das deß wolffs ist oder von einem wolff. Hisp. *Cosa pertenesciente à lobo, o loba.* Angl. *Belonging to a wolf.*} Cicer. *in Catil.* Quem inauratum in Capitolio paruum atque lactantem vberibus lupinis inhiantem fuisse meministis. Plin. *lib. 18. cap. 11.* Lupino quoque adipe, vel medulla suum fricari oculos contra lippitudines præcipiunt.

Lūră, (inquit Festus.) Os culei, siue vtris ab antiquis dicebantur.

Lūrco, as, à lura, ob ingluuiem. Cibum cum auiditate nimia sumo. {λαφύσσω. Gall. *Gourmander auidement.* Ital. *Inghiottire.* Germ. Gytig fressen, schlemmen. Hisp. *Tragar mucho.* Angl. *To eat gredely like a glutton.*} Pompon. *Syrt.* apud Nonium, Lardum lurcabat lubens.

Lūcor, aris, deponens, idem Lucil. *Satyr. 1.*

Vt lurcaretur laridum & carnaria furtim.

Lūrcōnes, dicti sunt gulosi, & bonorum suorum consumptores, comedones, edaces. {λίχνοι. Gall. *Gourmands, qui despendent tout leur bien en gourmandise.* Ital. *Ghiottoni, golosi.* Germ. Schlemmer, prasser, die ir hab vnd gut vnnützlich verdempffen. Hisp. *Golosos o glotones.* Angl. *Gluttones, gullyguttes.*} Plaut. *in Persa.* Perenniserue, lurco, edax, furax, fugax. Lucil. *Satyr. lib. 5.* vt citat Nonius,

Edite lurcones, comedones, viuite ventres.

Suet. *de clar. Gram. c. 15.* Lastaurum & Lurconem, & nebulonem, popinonemque appellans, & vita scriptisque monstrosum.

[Lura oximelum appellatum, quòd aceti & mellis permixta conficitur materia: vnde & dulcedinem retinet & acorem.]

Lūrĭdus, a, um, à similitudine luræ, i. vtris coriacei. Quicquid est supra modum pallidum, quasi loridum, seu loro percussum, & liuidum factum. {ירקון ierakon. ὠχρός, πελιδνός. Gall. *Fort pasle, & comme batu & meurtri d'escourgées, blafard.* Ital. *Pallido, smorto.* Germ. Gantz bleich. Hisp. *Cosa de color amarillo.* Angl. *Pale as beaten with whippes, wanne.*} Horat. *lib. 3. Carm.*

Mœrétque partus fulmine luridum Missus ad orcum.

Ouid. 1. *Metam.*

Lurida terribiles miscent aconita nouercæ.

Horat. 4. *Carm. 13.*

——*& refugit te, quia luridi*
Dentes, te quia rugæ turpant & capitis niues.

Viden' illi corpus maculari maculis luridis. Plaut. *Capt. sc. 4. a. 3.* Ouid. 15. *Metam.*

——*Solis quoque tristis imago*
Lurida sollicitis præbebat lumina terris.

[¶ Lurida, auis, icterus.]

Lūror, is, masc. gen. Pallor, color subflauus. {ירקון ierakon. ὠχρότης. Gall. *Palleur.* Ital. *Pallidezza.* Germ. Bleiche, todtenfarb. Hisp. *Amarillez.* Angl. *Palenesse, wannesse.*} Lucret. *lib. 4.*

Lurida præterea fiunt, quæcunque tuentur
Arquati, quia luroris de corpore eorum
Semina multa fluunt simulacris obuia rerum.

Lūscĭnĭă, æ, Auis cantus suauitate præcellens, quæ & philomela appellatur: ita dicta, vt volunt, quòd lugens canat, aut certè quòd canat ante lucem. {ἀηδών. Gall. *Rossignol.* Ital. *Rossignuolo, lusignuolo.* Germ. Ein Nachtgal. Hisp. *Ruyseñor.* Angl. *The nyghtyngale.*} Plin. *lib. 10 cap. 29.* Luscinus diebus ac noctibus continuis quindecim garrulus sine intermissu cantus, densante se frondium germine, non in nouissimis digna miratu aue, Horat. 2. *Serm. Sat. 3.*

Luscinias solitus impensò prandere coëmptas.

Poëtæ fabulantur Philomelam à Tereo violatam in hanc auem fuisse mutatam, ad quam fabulam alludit Martial. *lib.* 14.

Flet philomela nefas incesti Tereos, & qua
Muta puella fuit, garrula fertur auis.

Ob eandem causam & Atthis dicitur. Fuit enim Philomela patria Atheniensis, Pandionis regis filia. Martial *lib.* 6.

Sic vbi multisona feruet sacer Atthide lucus.

Animaduertendum contra plures, qui hanc fabulam tradiderunt, existimasse Gorgiam Philomelam in hirundinem, Prognem sororem ipsius in lusciniam conuersam fuisse: quam etiam opinionem sequutus est Marcus Varro, Lusciniola luctuose canere existimatur, atque esse ex Attica Progne in luctu facta auis. Et Virg. *Eclog.* 6.

Quas illi Philomela dapes.

Ex comment. Petri Victorij *in 3. lib. Rhetoricorum Aristot.* Nec quantum lusciniæ dormiunt, ὑφ' ὅσον ἀηδόνες ὑπνοῦσι. In eos conuenit, qui somni sunt parcissimi. Lusciniæ minimum dormire feruntur, vel propter Ityn extinctum, vel propter timiditatem. Potius dictum videtur, quòd lusciniæ vernis mensibus per omnem ferè noctem perpetuo cantu garriant.

Lŭscĭnĭŏlă, diminutiuum. {ἀηδονίς. GALL. *Petit rossignol, rossignolet.* ITAL. *Picciolo lusignuolo, lusignoletto.* GERM. Ein kleine nachtigal. HISP. *Pequeño ruyseñor.* ANGL. *A litle nightingale.*} Plaut. *in Bacch.* Pol ego quoque metuo lusciniolæ ne desuat cantio.

Lvscĭōsvs, siue lusciciosus, is dicitur, teste Nonio, qui ad lucernam non videt. {μύωψ. GALL. *Qui a courte veuë.* ITAL. *Che ha corta vista.* GERM. Vbersichtig, ein blintzling, der bey dem liecht nichts gesicht. HISP. *El que tiene corta vista.* ANGL. *Poreblind.*} Varro *disciplinarum lib.* 8. vt citatur à Nonio Vesperi non videre quos appellant lusciosos. Idem etiam *Andabatis*, Ædepol idem cæcus, non lusciosus est. Budæus in ann. lusciosos, siue lusciciosos eos dici existimat, qui propius amota oculis vident, remota verò non: quòd genus homines res intuendas oculis ferè contingere solent, & limis etiam clausisque oculis aspicere, eosdémque à Græcis μύωπας vocari ait. De Myope, quem lusciosum vocant, Gell. *c.* 2. *lib.* 4. Miror lolio victitare te, &c. Tu cæcus, non lusciciosus. Plaut. *Mil. sc.* 2. *a.* 2.

Luscitio, nis, Vitium visus, quod Græci νυκτάλωπίαν, νυκτάλωπα dicunt, Vlpian. *in l. idem filius. §. item. ff. de ædil. edicto*, Luscitionem quidam putant, vbi homo lumine adhibito nihil videt. Quidam tamen nuscitionem, quidam eluscationem hic legunt.

[Luscitus, μύωψ. Onom.]

Lŭscŭs, i, qui altero captus est oculo. {ἑτερόφθαλμος. GALL. *Louschе, borgne.* ITAL. *Losco.* GERM. Einäugig. HISP. *Tuerto, menguado de vn ojo.* ANGL. *That hat bot one eye, poreblind.*} qualis fuit Annibal, de quo Iuuenal. *Satyr.* 10.

Quum Getula ducem gestaret bellua luscum.

Ædepol lenones nouisti, lusce, lepidè. (Suprà dixerat, vnocule.) Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 4. Reddidi lusco liberto tuo. M. Quos luscos libertos, &c. *Ibid.* Vide Iuuenalis Interpretem *Sat.* 7. Cic. *lib.* 2. *de Orat.* Et tamen id dixit, quod in omnes luscos conueniret. Martial. *lib.* 8.

Oculo Philenis semper altero plorat.
Quo fiat illud quæris? medet lusca est.

¶ Compositum Elusco, as, quod est luscum facio, & oculum eruo, ἐκκόπτω. Scribit Iulianus, Iureconsultus Aquila lege teneri cum qui eluscauerit discipulum in disciplina.

Lūsĭo, vide *Ludo* in *Ludus*.

Lusitania, æ, Λυσιτανία, Tertia Hispaniæ pars, ad Septentrionem Durio amne à Tarraconensi prouincia, ad Austrum à Betica Ana fluuio dirempta, cuius descriptionem vide apud Plin. *lib.* 4. *c.* 21. & Ptolemæum *lib.* 2. *c.* 5. Strabo tamen *lib.* 3. Lusitaniam ad Austrum Tago flumine terminat. Dictam autem volunt Lusitaniam à Luso & Lysia Liberi patris Comitibus, qui cum bacchantes in Hispaniam secuti sunt, vt tradit *lib.* 3. *c.* 1. Hodie *Portugaliam* appellant.

Lūsĭto, vide *Ludo* in *Ludus*.

Lusius, Λούσιος, Arcadiæ fluuius frigidissimus, Gortynam vicum præterfluens, in quo Iouem primùm ablutum fuisse Arcades asserunt, & nomen accepisse putatur. Vide Cælium Rhodig. *lib.* 18. *c. vlt.* ¶ Fuit Lusius quidam, Marij ex sorore nepos, qui quum Trebonio generoso adulescentulo vim afferre conaretur, ab eodem occisus est. Valer. *lib.* 6. *c.* 1. Clusium appellat.

Luspix, Λουσπίας, Ptol. *lib.* 3. *c.* 1. Calabriæ, vrbs, Lupia Plinio.

Lusoi, Λουσοί, vrbs Arcadiæ, ubi Melampus Præti filias lauit, & ab insania liberauit. Ciuis Lusius, Lusiates, Lusæus, Steph.

Lustria, & Tubi Lustria Ouid. 5. *Fast. in fine.*

Lvstrvm, i, Ferarum habitaculum in syluis, latibulum, latebræ, à luto, vt Seruius putat, eo quòd apri suesque syluestres in lutosis ferè locis sua habeant cubilia. {מחר *mechar* סבך *sobech*. φωλεός, σπήλαιον. GALL. *Cauerne où se retirent les bestes sauuages és bois.* ITAL. *Habitatione di fiere, cauerne doue si retirauano gli animali saluatichi.* GERM. Ein hüle der wilden thieren. HISP. *Lugar de las fieras.* ANGL. *A caue or denne where wyld beastes haunteth.*} Alij putant lustrum per antiphrasin dictum, quòd minime sit luce illustratum, sed obscurum & immundum. Virg. 2. *Georg.*

Non absunt illis saltus ac lustra ferarum.

¶ A qua similitudine ij, qui in locis abditis ac sordidis desidiæ ac ventri indulgent, in lustris agere vitam dicuntur. Propter quod & lustra dicuntur popinæ & lupanaria, vbi scorta delitescunt. τὰ πορνεῖα, τὰ χαμαιτυπεῖα. Cic. 2. *Philipp.* Quum omnes impuritates impudica in domo quotidie susceperis, vino lustrisque confectus. Idem *Cassio*, Quæ autem in lustris, & in vino commentatio potuit esse? Plaut. *Asin. sc.* 1. *a.* 1. Corruptelæ & liberis lustris studet. Idem *Curc. sc.* 2. *a.* 4. Lenones malè suadendo & lustres lacerant homines. ¶ Lustrum item dicebatur sacrificij quoddam genus, quo vrbis lustrandæ gratia, sus, ouis & taurus immolabantur. Liu. *lib.* 1. Omnes centuriæ & equites in Campum Martium conuocati, sue, oue, tauro cæsis immolatum: quod lustrum dictum, eique à sacrificio illo census obtinuit nomen lustri. Idem *lib.* 5. *d.* 1. Lustra sacrificare. Lustrum autem quemadmodum Varro est autor, à luendo dicitur, id est, soluendo, quòd quinto quoque anno vectigalia per censores locata persoluebantur, & à ciuibus tributa conferebantur. ¶ Quia verò census ipse, siue lustrum quinto quoque anno habebatur (quo temporis spatio durabat Censorum magistratus) inualuit consuetudo, vt lustri appellatione spatium quinque annorum appelletur: quod Olympias apud Græcos dicitur, id est, quinquennium: ita tamen vt quadriennio exacto, quinto quoque anno ineunte, lustrum peractum intelligatur.

Iamque decem lustris omni sine labe peractis.

Ouid. *Eleg.* 8. *lib.* 4. *Trist.*

——— Nonémque
Addiderat lustris altera lustra nouem,

idem *Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.* {ἡ πενταετηρίς. ἡ πενταετία, πεντάετες. GALL. *Espace de cinq ans.* ITAL. *Spacio di cinque anni.* GERM. Ein zeit fünff jar begreiffend. HISP. *Espacio de cinco años.* ANGL. *The space of fyue yeares.*} Plin. *lib.* 2. *c.* 47. Omnium quidem (si libeat obseruare minimos ambitus) redire easdem vices quadriennio exacto Eudoxus putat, non ventorum modò, verùm & reliquarum tempestatum magna ex parte. Et est principium lustri eius semper intercalari anno Caniculæ ortu. Intercalarem annum dicit, quem bissextilem dicimus. Vlpian. *de rebus cred.* Nam etsi colonus post lustrum completum fructus perceperit, condici eos constat. Tacitus secundum lustrum dixit, vt secundam Olympiadam, de ludicro quinquennali loquens Romæ instituto. Hæc Budæus.

[Lustrus, frater mariti. Gl. A. L.]

Lūstro, as, Peragro, ambio, circumago, obeo, viso. {סבב *sabab* סחר *sachar*. περιάγειν, περιέρχομαι, περιϊέναι. GALL. *Enuironner, tournoyer.* ITAL. *Circondare.* GERM. Durchgehn, vmbgehn, beschawen. HISP. *Andar en derredor de lugar.* ANGL. *To enuironne, to go about.*} Lactant. *lib.* 2. Sed luna quæ orbem illum signiferum triginta dierum spatio lustrat. Cic. *lib.* 5. *de finib.* Cur ipse Pythagoras, & Ægyptum lustrauit, & Persarum magos adiit? Virg. *lib.* 3. *Æneid.*

——— quò tutior hospita lustres
Æquora & Ausonio possis considere portu.

Idem *lib.* 4. *Georg.*

Aruaque Riphæis nunquam viduata pruinis
Lustrabat.

Septimo anhelanti mœnia lustrat equo,

Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 4. *Trist.* ¶ Interdum significat expiare. {כפר *chippér* נקה *nikkâh*. ἁγνίζειν, καθαίρειν. GALL. *Purger.* ITAL. *Purgare.* GERM. Reinigen. HISP. *Purgar, alimpiar.* ANGL. *To purge.*} Liuius *lib.* 3. *ab vrbe*, Ibi instructum exercitum oue, sue, tauris tribus lustrauit. Virg. *lib.* 5. *Eclog.*

——— & quum solennia vota
Reddemus nymphis, & quum lustrabimus agros.

Idem *lib.* 6. *Æneid.*

Idem ter socios pura circumtulit vnda,
Spargens rore leui, & ramo felicis oliuæ,
Lustrauitque viros, dixitque nouissima verba.

¶ Interdum idem est, quod circumquaque aspicio, circumspicio, oculos circumduco. Idem *lib.* 8. *Æneid.*

——— ille os similíque sequentis
Iamdudum & totum lustrabat lumine corpus.

¶ Lustrare animo, i. perpendere & examinare, ἐξετάζειν. Cic. *lib.* 9. *Offic.* Sed quum omnia ratione atque animo lustraueris. ¶ Interdum lustrare accipitur pro sequi, ἀκολουθεῖν. Virg. 2. *Eclog.*

At mecum raucis, tua dum vestigia lustro,
Sole sub ardenti resonant arbusta cicadis.

¶ Interdum patefacere, illustrare, illuminare, aperire. περιλάμπειν, λαμπρύνειν. Virg. 3. *Æneid.*

Postera Phœbæa lustrabat lampade terras
Orta dies.

Vbi Seruius, Aut illustrabat, aut reuera lustrabat, id est, purgabat, nam nox quodammodo polluit mundum. Lustrare exercitum, id est, recognoscere, recensere. {פקד *pakádh*. ἐξετάζειν.} Cæsar *lib.* 7. *bell. Gall.* Legionibúsque omnibus ex hybernis ad fines Treuerorum euocatis, eò profectus est, ibique exercitum lustrauit. Huius verbi composita sunt Collustro, Illustro, perlustro, quorum significata vide suis locis.

Lūstror, aris, passiuè, Purgor, expior, diis reconcilior. Ouidius *lib.* 13. *Metamorph.*

——— ego lustror ab illis,
Et purgante nefas noviès mihi carmine dicto,
Pectora fluminibus iubeor supponere centum.

Idem *lib.* 10. *Metam.*

——— Magico lustrabere ritu.

Virg. *lib.* 3. *Æneid.*

Lustramurque Ioui, votisque incendimus aras.

Vbi Seru. Aut lustramur, id est, purgamur, vt Ioui sacra faciamus, aut certè lustramur Ioui, id est, expiamur.

Lūstror, aris, deponent, Scortor, in lustris & lupanaribus versor, lupor. A lustris, quæ interdum pro meretricum latibulis accipiuntur. {זנה *zanách*. πορνεύω. GALL. *Hanter le bordel, bordeler.* ITAL. *Puttaneggiare.* GERM. Huterey treiben, zu bösen häusern gehn. HISP. *Andar por las putrerias.* ANGL. *To haunte the brotels house or bauderie.*} Plaut. *in Pseud.* Luxuriantur, lustrantur, comedunt quod habent. Idem item *in Casin.* Vnde is nihili? vbi lustratus? vbi bibisti?

[Lustro, nis, qui in lustris (gancis) patrita & auita consumit.]

Lūstrātŭs, participium, Purgatus, expiatus. {מכפר *mecúppar*. ἁγνισθείς. GALL. *Purgé & nettoyé.* ITAL. *Purgato.* GERM. Gereiniget. HISP. *Limpiado por sacrificio.* ANGL. *Purged, cleansed.*} vt Lustratum atque purgatum Capitolium. Liu. *lib.* 2. *ab vrb.* Martial. *in præfat. lib.* 8. Meminerit non nisi religionis purificatione lustratos accedere ad templa debere. Corpus lustratum diuino odore, Ouid. 14. *Metam.*

Lūstrātĭo, verbale, Circuitio, peragratio. {περιέλευσις. GALL. *Aller à l'entour, tournoyement.* ITAL. *Il torniare, l'andare quà & là.* GERM. Das vmbgehn, das hin vnd her gehn. HISP. *Andadura en derredor.* ANGL. *A compassing or going about.*} Cicer. 2. *Philipp.* Quæ fuit eius peragratio itinerum

perum? lustratio municipiorum? ¶ Ponitur & pro sacrificio expiationis. {כפרה chippur. ἁγιασμὸς, καθαρμὸς. GALL. Purgation. ITAL. Purgatione. GERM. Ein reinigung durch etwas opffer. HISP. Purgacion. ANGL. A purging by sacrifice.} Colum. lib. 2. c. 18. Hoc loco certum habeo, quosdam, qui in solennia festorum praecensuerim, desideraturos lustrationum, caeterorumque sacrificiorum quae pro frugibus fiunt, morem priscis vsurpatum.

Lūstrātŏr, καθαριστής. [qui lustrat, i. purgat, aut visit.] Apuleius in Apologia, Hercules lustrator orbis, purgator ferarum, gentium domitor.

Lūstrāmĕn, inis, Lustratio. Valer. lib. 6. Argonaut. Semineceśque duces inter sua tela, suósque Inter equos fixum misero lustramine versant Congeriem.

Lūstrāmĕntum, i, neutri gen. secundae declinationis. Purgatio facta per veneficium, aut sacrificium, aut incantationem, à lustrando dictum. Marcel. ad leg. Cornel. de venef. & sicar. l. eiusdem. Si quis, inquit, lustramenti causa dederit cantharides.

Lūstrālĭs, e, quod lustrandi, hoc est, purgandi, seu expiandi vim habet. {ἁγνιστικός, καθαρτικός. GALL. Purgatif. ITAL. Purgatiuo. GERM. Das zu der reinigung oder versöhnung gehört. HISP. Cosa para alimpiar. ANGL. Purgatiue.} Vnde aqua lustralis dicitur, quae à sacerdote lustrationis, hoc est, purgationis causa aspergebatur. Ouid. 3. de Ponto.

Spargit aqua captos lustrali Graia sacerdos.

Sic Lustrale sacrificium dicitur, quod lustrationis causa fit. Liuius lib. 1. Sacrificium lustrale in diem posterum parat. Lustralia exta, veteres dixerunt praepinguia: eò quòd lustralis, id est, quinquennalis bos dicitur esse perfectae aetatis. Adi vocem Mola, vbi certa eius rei ratio redditur.

Lūstrĭcŭs, a, um, Lustralis. {καθαρτήριος. ANGL. Perteining to purging or making holy.} Vnde Lustrici dies infantium appellantur puellarum octauus, puerorum nonus, quia his infantes lustrantur, & nomina eis imponuntur. Haec Festus. ¶ Et qui eos lustrant lustratores vocantur, & foeminae lustratrices: & qui lustrantur, lustrati nominantur.

[Lustrica, aspergillum, aspersorium Iun.]

Lustrificus, a, um, idem quod lustralis. ἁγνιστικός. vt Cantus lustrificus. Valer. 4 Argon.

[Lustrus frater mariti. Gl. A. L.]

Lusus, vide Ludo in Ludus.

Lutamentum. Lutarius, vide Lutum.

Lutea. Herba est in aquosis, & palustribus locis nascens, flore rufo, vel aureo cauliculos spargens cubitales, eóque maiores, quorum è geniculis folia exeunt gracilia salicis follis non dissimilia. Λυσιμάχιον quibusdam, Rustici Corneolam vocant, pannorum infectoribus hoc nomine notissimam qui caerulei coloris pannos ei incoquentes, colorem viridem efficiunt. Nam ex flaui caeruleique commistione viridis color emergit. Qua ratione olim etiam adulterinam chrysocollam conficiebant, lutea herba caeruleo subtrita. Plin. lib. 33. c. 5. Luteam putant à lutea herba dictam, quam ipsam caeruleo subtritam, pro chrysocolla inducunt, vili fono genere, atque fallacissimo.

Luter, is, λουτήρ. Vasis genus est, (vt quidam existimant) quo vinum diluitur: cuius meminit Hieronymus in Iouinianum. ¶ Alij hoc nomine peluim significari arbitrantur, aut certe vas in quo vasa abluuntur. Quibus etiam vocis ipsius etymon suffragari videtur, quòd ἀπὸ τοῦ λούειν, hoc est, à lauando deducitur. ¶ Vnde & λουτήριον diminutiuum inde nomen vasis genus est, Iulio Polluci, in quo calices abluuntur.

Lutescere. Vide Lutum.

Lŭtĕtĭa Parisiorum vrbs celeberrima. primùm in Sequanae insula condita, nunc praeter insulam vtramque ripam latissimis occupans aedificiis, cúmque maximis Europae vrbibus magnitudine certans & frequentia. Graeci Λευκοτεκία nominant, à parietum, (vt quidam existimant) albedine. Meminit huius vrbis Strab. lib. 4. Vulgò Paris.

LVTĔVS, a, um, prima syllaba producta, Quod est coloris rufi, sed dilutioris. {צהב tsahob ὠχρός. GALL. Iaune. ITAL. Di color d'oro giallo. GERM. Gelb oder gälbfarb. HISP. Cosa de color amarillo. ANGL. Pale yealow like the yelke of an egge.} Vnde Luteum oui, dicimus pro vitello, qui albumine ambitur. Luteus color, rufi species. Gell c. 26. lib. 2. Et de eo plura. ¶ Huius nominis primitiuum est lutum priore syllaba producta, quo nomine herba quaedam significatur, crocco colori tingendo idonea, quam & luteam nominat Plinius, vt paulò antè latiùs diximus, & iterum dicturi sumus infrà in voce Lutum. Hoc colore nuptialia vela, quae flammea vocabant, olim tingebantur. Plin. lib. 21. c. 8. Lutei video honorem antiquissimum, in nuptialibus flammeis totum foeminis concessum. Lucan. lib 2. Lutea demissos velarunt flammea vultus. Plaut. Men. sc. 3. a. 5. An puniceum, an luteum? Herbam luteum meminit Vitruuius lib. 7. & Mela c. 3 lib. 19.

Lūtĕŏlŭs, diminut. ὑπόχλωρος. GALL. Un peu iaune. ITAL. Alquanto giallo. GERM. Gälblechtig. HISP. Vn poco de color amarillo. ANGL. Somewhat yelow, ye alowysh. } Virg. 2. Ecleg.

Mollia luteola pingit vaccinia caltha.

Colum. lib. 12. cap. 47. Olius pausea, vel orchita, quum primùm ex albo dulcoratur, fitque luteola.

Lŭtĕus priore correpta, vide Lutum, priore correpta.

[Lutena, Lodeua, V. E. sub A Narbonens.]

Luto, as, vide Lutum.

Lūtra, ae, Animal est ex iis, quae Graeci ἀμφίβια, vel ἐνυδρὶς vocant, simile fibro, sola cauda ab eo differens, ἐνυδρὶς Herodoto. Nam fiber piscis caudam habet. {GALL. Vn loutre. ITAL. Lodra. GERM. Ein otter. HISP. Nutria. ANGL. An otter.} Plin. lib. 8. cap. 30. de fibris loquens, Caetera pilorum iis: caetera pars lutrae. Vtrunque aquaticum, vtrique mollior pluma pilus.

[Lutrarea, balnearia Lex. g. b.]

LŬTVM, i, Coenum. {טיט tit צה bots ταλός. GALL. Boue, fange. ITAL. Fango, loto. GERM. Kat, lette. HISP. Lodo. ANGL. Claye, dirte.} Iuuenal Satyr. 6.

Composítque luto nullos habuere parentes.

Horat. lib. 1. Epist.

Vixisset canis immundus, vel amica luto sus.

¶ Per translationem dixit Iuuenalis ex argilla & luto homulus, Cicer. in Pisonem, Volutatus in luto totius corporis vestigiis Verres, idem 6. Verr. Tibull. lib. 1. Eleg. 4.

Fictilia antiquus primùm sibi fecit agrestis
Pocula, de facili composuitque luto.

Ludo luto, (Ambigue agnomine luto'eato.) Plaut. Merc. sc. 3. a. 2. Vbi onus nequeam ferre, pariter iaceam ego asinus in luto. Item Aul. sc. 4. a. 1. ¶ In eodem luto haesitare: id est, in eodem statu, eodemque periculo manere. Terent. in Phormione. —quid nunc porrò? Quid fiet? in eodem luto haesitas, vorsatam soluit Geta: praesens quod fuerat malum, in diem abiit, plagae crescunt. Plaut. Pseud. sc. 2. a. 1. Homo in medio est luto. ¶ Extra lutum pedes habes, ἔξω τοῦ πηλοῦ πόδας ἔχεις, hoc est, emersisti è periculo, aut extra periculum constitutus es. A viatoribus sumptum. ¶ Lutum luto purgare, πηλῷ πηλὸν καθαίρειν, dicitur, vbi res sordida sordibus tollitur: hoc est, quum sordes non tolluntur, sed aut mutantur, aut augentur etiam Apollonius ¶ Per translationem Plaut. in Persa lenonem vocat lutum, Lotsom, inquit, te facere, vt argentum accipias, lutum? Quemadmodum Cicero saepe Antonium & Pisonem vocat coenum.

Lŭtĕus, a, um, prima syllaba correpta, quicquid ex luto confectum est. {πήλινος. GALL. Fait de boue ou de mortier, de terre. ITAL. Di terra, di loto. GERM. Leimin, das auß leim gemacht ist. HISP. Cosa hecha de lodo. ANGL. Made of clay.} vt, Luteus paries, lutea vasa. Ouid. lib. 1. Fast.

————ignota quae prodit hirundo,
Et luteum celsa sub trabe fingit opus.

¶ Per translationem Luteum dicimus, quicquid vile est & nullius pretij. Plaut. in Poen. Neque periurior, neque peior alter vsquam est gentium, Quàm herus meus est, neque tam luteus, neque coeno collitus. Idem in Truc. Blitea & lutea est meretrix, nisi quae sapit in vino ad rem suam. Cic. 8. Verr. Tum illos coepisse praetori dicere, putasse id se, quod audissent, alicuius pretij scyphos esse Pamphili: luteum negotium esse, non dignum quod in suo argento Verres haberet. ¶ Luteus, luto gaudens. Samonicus cap. de vulnerib.

Nec pudeat luteas fimetis perducere pereas.

id quod circumlocutionē dixit Horat.

————& amica luto sus.

Lŭtōsŭs, a, um, Coenosus, luto plenus, vel luto infectus, lutulentus. {πηλώδης. GALL. boueux. ITAL. Fangoso. GERM. Kätechtig, lattechtig. HISP. Lleno de lodo. ANGL. Full of clay.} Plin. lib. 18. cap. 19. Lutosam terram ne tangito. Columell. Lib. 12. cap. 54. Raporum quàm rotundissima sumito, eaque si sint lutosa, detergito, & summam cutem nouacula decerpito.

Lŭtŭlĕntus, a, um, Lutosus. {πηλώδης, βορβορώδης. ANGL. Dirtie.} Colum. lib. 1. de arboribus, cap. 12. Lutulentam terram neque arare, neque fodere oportet. Cic. in Salust. Itaque nihil aliud studet, quàm vt lutulentus sus cum quouis volutari, Horat. 1. serm. Satyr. 4. de Lucilio,

Quum flueret lutulentus, erat quod tollere velles.

Lutensis, e, Luto nutritum. Plin. lib. 9. cap. 37. Purpurae nomine alio pelagiae vocantur. Earum genera plura, pabulo et solo discreta. Lutense putri limo, & algense enutritum alga vilissimum.

Lŭto, as, Luto inficio, siue oblino. {πηλόω. GALL. Enduire ou faire de boue. ITAL. Infangare. GERM. Mit leim oder lätt bestreichen mit lätt oder thaat mauren. HISP. Enlodar con lodo. ANGL. To defile with clay.} Cato de re rustic. cap. 92. Postea conspergito amurca bene omne quod lutaueris. ¶ Ponitur etiam pro maculare. Mart. lib. 14.

Ne lutet immundum nitidos ceroma capillos.

Vsus est Pers. satyr. 5.

[Lūto; exsoluo, à luo.

Luto, lauo. Gloss. Cyrill. πλύνω, luo, luto, labo, leg. lauo.

Lutor, λουτής. Gloss. id est, qui insolat.]

Lutatus, particip. Lampr. in Heli gabal. Sed vbi primùm lutati sunt tituli statuarum milites omnes exarserunt.

Lutescere. Significat lutum fieri, & in luti morem mollescere. {πηλοῦσθαι. GALL. Se conuertir en boue. ITAL. Diuenir fango. GERM. Zu thaat werden, lind werden wie der that. HISP. Ser enlodado. ANGL. To waxe clay or lyk clay.} Colum. lib. 8. cap. 17. Nam quae limo coenóque lutescunt, vt antè iam dixi, conchyliis magis & iacentibus apta sunt animalibus. Nonius ex Poeta vetere,

Sanguine diluitur tellus, caua terra lutescit.

Gell. cap. 11 lib. 18.

Lutamentum, i, Paries, aliudve opus ex luto confectum, lutóve oblitum. {πηλωμα. GALL. Chose faite de terre ou boue. ITAL. Cosa fatta di terra, ò luto. GERM. Ein leimine oder kätige wand. HISP. Cosa hecha de lodo, ò de tierra. ANGL. A wall or any thing made of clay.} Cato de re rustic. cap. 128. Neque mures caua facient, neque herbae nascentur, neque lutamenta scindent se. Plaut. Capt. sc. 2. a. 2. Multos homines lutulentos reddidit.

Lutarius, a, um, quod in luto degit. {πηλονόμος. GALL. Qui vit en bourbier. ITAL. Chi viue nel fango. GERM. Das in dem that oder mast lebt. HISP. Cosa que viue en el lodo. ANGL. That liueth in the clay.} vt, Testudines lutariae, apud Plin. lib. 32. cap. 4. Lutarius mullus, qui ex luto sibi pabulum petit, vilissimum ex omni mullorum genere, teste Plin. lib. 9 cap. 7.

[Lutium, lotium. Gloss. Locium οὖρον, lege Lotium οὖρον.]

Lutum, Herba eadem est, quam & luteam diximus vocari, qua olim caeruleo subtrita chrysocollam adulterinam faciebant. Λυσιμάχιον quibusdam, Virg. 4. Ecloga,

Ipse sed in pratis aries iam suaue rubenti
Murice, iam croceo mutabit vellera luto.

Vitruuius, luteum appellat per tres syllabas. Vnde nonnulli etiam apud Virgilium, Luteo, legendum censent, duabus postremis syllabis in vnam contractis.

Lutzemburgum. Vrbs in Gallia Belgica sita. {GERM. Lutzenburg.}

Lux, lucis, Splendor, fulgor, claritas, & propriè ea, quae à Sole diffusa, orbem illustrat. {אור or. φῶς. GALL. Lumiere, clarté. ITAL. Luce, splendore. GERM.

GERM. *Liecht.* HISP. *La luz.* ANGL. *Light, clearenesse.*} Cic. *de diuin.* Si Deus erat, cur se contra naturam abdidit, vt patefactus a tetro lucem aspiceret? Hinc lucem intueri dicimus, pro viuere ac vita frui. ¶ Quoniam autem dies clara est, quemadmodum non obscura, vsurpatur quandoque pro die, sicut nox, pro tenebris. Gell. *lib. 2. cap. 29.* Alia luce orta, auis in pastum profecta est. Martial. *lib. 8.*

Quum facias versus nulla non luce ducentos.

Cic. *pro Mil.* Centesima lux est hæc ab interitu P. Clodij, & opinor, vltra. Alia lux fori. Quintil.

Non tibi nunc primùm lux mea raptus ero.

Ouid. *Eleg. 3. lib. 3. Trist.* Luce mihi gestum est, idem 13. *Metam. (de Vlysse.)* Luce lucebit hoc iam. Plaut. *Curc. sc. 3. a. 1.* Sum tibi Iupiter, Salus, Fortuna, lux. Idem *Capt. sc. 1. a. 4.* Inuisam habebis lucem. Senec. *cap. 3. de consol. ad Mart.*

Seu celer hyberna (Sol) properas decurrere luces,

Tibull. *lib. 4.* Lucibus impexus. (i. diebus.) Ouid. 3. *Fast.* Item lux narrandi. (i. perspicuitas.) Quintil. Prima luce, hoc est, vbi primum cœperit dilucescere: sicut contrà, Primis tenebris, id est, incipiente iam nocte. Terent. *Adelph.* Cæterùm rus cum filio, cum prima luce ibo hinc. Vbi Donatus, cum primo lucu legitur ita enim ait, Cum primo lucu, veteres dicebant, Lucum pro luce, seu Sole ponentes. Ergo, Cum primo lucu, quum primum Sol cœperit lucescere. Liu. 1. *ab Vrbe.* Vt omnes ciues Romani, equites, peditesque in suis quisque centuriis in campo Martio prima luce adessent. Cæsar *lib. 1. belli ciu.* Prima luce. In primam lucem differre conuiuium. Suet. *in Cæs. cap. 82.* ¶ Lux autem ἀπὸ τῆς λύκης dicta est. λύκην enim veteres Græci appellant primam lucem, quæ præcedit Solis exortum: quod etiam summum mane dicitur. Aliquando idem est quod splendor & nitor. Lucret. *lib. 4.* Viridis cum luce smaragdi. Virg. 1. *Æneid.*

Exultat telis & luce coruscus ahena.

¶ Aliquando est vitæ vsus. Cic. 1. *Tusc.* Tamen obiiciebatur interdum animo metus quidam, cogitanti fore aliquando finem huius lucis & amissionem omnium vitæ commodorum. Lucem rapuisti Ciceroni. (i. vitam.) Velleius. ¶ Lucis vsuram alicui dare, est sinere eum viuere. [illegible], securi statim percussis, ipsis piratis lucis vsuram tam diuturnam dedisti? ¶ In luce pro in Repub. vel in publico, dicit venustè, idem *in Cat. Maiore.* Nec verò ille in luce modò, atque in oculis ciuium magnus, sed intus domique præstantior. ¶ Lux mea, blandiendi vox, qua mulierculis blandimur. Martial. *ad Gell.*

Si non mentiris, si verum, lux mea, dicis.

¶ Lux pro oculis. Stat. *lib. 11. Theb.* Et effossæ squalent vestigia lucis. ¶ Luces in plurali, pro stellis, Cic. *in Arato,* Illæ quæ fulgent luces ex ore corusco.

Lūci, aduerbium, Interdiu, de die. ✕ Noctu. {יוֹמָם *iomám.* GALL. *De iour.* ITAL. *Di giorno.* GERM. *Im tag oder taggen.* HISP. *Entre dia.* ANGL. *In tyme of day.*} Cicer. 13. *Philipp.* Quis enim audeat luci, quis in [illegible], quæ benè commiserunt, quis illustrem aggredi? Plaut. *in Menæchmis, sc. 6. a. 5.* O facinus indignum & malum, Epidamnij ciues, herum meum Hoc in pacato oppido luci deripier in via! Gell. *cap. 18. lib. 11.*

Lūculentus, a, um, quod est luce plenum, splendidus, clarus, splendidus. {בָּהִיר *bahir* נָגַהּ [illegible], λαμπρὸς, φωτεινός. GALL. *Fort clair, plein de lumiere.* ITAL. *Rilucente, chiaro, splendido, pieno di luce.* GERM. *Lauter, hell, liecht.* HISP. *Claro, lleno de luz.* ANGL. *Bright, full of light.*} Cicer. *Treb.* Camino luculento vtendum. Plaut. *in Curc.* Pulchrum & luculentum hoc nobis euenit prælium. ¶ Aliquando accipitur pro ornato, graui, eleganti. Salust. *in Catilina,* Tum M. Tullius orationem habuit luculentam, & vtilem Reipub. ¶ Ponitur aliquando pro probato, & optimo: vt quum Cicer. *ad Attic. lib. 7.* dicit, Luculentus autor, & luculenta conditio, id est, optima, vel opima. Plaut. *in Rud.* Vin' tibi luculentam conditionem ferre me? ¶ Aliquando pro diuite. Idem *in Capt.* Multos iam lucrum luculentos homines reddidit. ¶ Aliquando pro magno. Cicer. 7. *Philipp.* Luculentam tamen ipse plagam accepit, vt declarat cicatrix. M. Vin' tu facinus luculentum inspicere? Plaut. *Men. sc. 2. a. 1.*

Lūculenter, aduerbium. Egregiè & splendidè, valdè, multum. {λαμπρῶς. GALL. *Clairement, gentillement.* ITAL. *Chiaramente, splendidamente.* GERM. *[illegible].* HISP. *Claramente y manifestamente.* ANGL. *Clearlie, planelie.*} Cicer. 1. *de finibus.* Quum Græce, vt videor, luculenter sciam.

Lūculentè, idem. Cic. 1. *de diuinat.* Quum ipse paucis interpositis versibus dicas satis luculentè. ¶ Aliquando ponitur pro apertè. Cicer. *de claris Orat.* Et luculente scripserunt, etiamsi minus quam tu politè.

Lūculentitas, atis, antiquum est. Laberius Tucca, vt citat Nonius, Dominus noster tua luculentitate captus. Cæcilius *Hymnide,* Vide Luculentitatem eius, & magnific. etiam apud eundem.

Lūceo, es, xi, Splendeo, lucem emitto. {אוֹר *or* נָגַהּ *naghàh.* ἐκλάμπω, λάμπω, φέγγω. GALL. *Luire, rendre lumiere & clarté.* ITAL. *Lucere, risplendere.* GERM. *Scheinen.* HISP. *Luzir, ò resplandecer.* ANGL. *To geue light, to shine.*} Cicer. *in Somn. Scipion.* Luna quæ luce lucebat aliena. Hoc non multò post luce lucebit. Plaut. *Curc. sc. 3. a. 1.* Hoc lucet, inquam, Res palam est. Idem *Merc. sc. 2. a. 2.* Quicquid ex disposito lucet. (id est, Mundus.) Senec. *cap. vlt. de consol. ad Mart.* ¶ Aliquando significat diem esse. Plaut. *in Mil.* Vigila, expergiscere, inquam, lucet. Cum cras lucescere Nonas dicimus. Ouid. 5. *Fast.* Cic. *pro Rosc. Amerin.* Occisus est cœna rediens: nondum lucebat, quum Ameriæ scitum est. Idem 7. *Verrina,* Lucebat iam ferè. ¶ Lucere facem alicui, aut cereum est, alicui præferre facem, aut cereum. Plaut. *Cas.* Primum omnium huic lucebis nouæ nuptæ facem. Idem *in Curc.* Tute tibi puer es lautus, luces cereum. ¶ Eius composita sunt, Alluceo, colluceo, diluceo, eluceo, illuceo, interluceo, pelluceo, siue perluceo, reluceo, & transluceo: quorum significata suis explicantur locis.

Lūcescit, vulgò *[illegible].* {ἐπιφαύσκει, [illegible]. GALL. *Il fait clair, il fait iour, le iour point.* ITAL. *Si fa giorno.* GERM. *Es taget, es sieht an heiter werden.* HISP. *Se haze dia.* ANGL. *It waxeth lyght, [illegible].*} Plaut. *in Amphitr.* Exire ex vrbe priusquam lucescat volo. Liu. 4. *ab Vrbe,* Et iam lucescebat, omniaque sub oculis erant. Antiqui dicebant, lucescit hoc, cùm videlicet Cœlum, aut mare illud spatium intelligerent. Plautus *Amph.* Eamus Amphitruo, lucescit hoc iam, & Ter. *in Heaut.* Lucescit hoc iam, cesso pulsare ostium. Item Plaut. *Curc. sc. 3. a. 1.* Hoc non multò post luce lucebit.

Lūcens, particip. Splendens, conspicuus. {נֹגַהּ *noghéah.* φαίνων. GALL. *Luisant.* ITAL. *Lucente.* GERM. *Scheinend.* HISP. *Lucida, cosa resplandeciente.* ANGL. *Geuing light.*} Virg. 6. *Æneid.* Lucentemque globum lunæ. Faces lucentes. Ouid. 3. *Fast.* Marmora lucentia, Stat. 1. *Syl.* Tunicæ lucentes auro, idem 9. *Theb.*

[Lucetius, Ζεύς. Gloss. leg. *Lucetius.* Ita dictus, quia lucis auctor diespiter.

Lucibile, φωτεινόν. Onom. Seru. *in 6. Æneid.* Lucens est, quod aliunde illuminatur: lucibile, quod per se lucet: vt patulum est, quod per se patet: patens, quod aperitur & clauditur.]

Lūcidus, a, um, Clarus, perspicuus, luculentus. {בָּהִיר *bahir* נָגַהּ *neghóah.* φανερός, φαεινός. GALL. *Clair, plein de lumiere, rendant clarté.* ITAL. *Lucido, chiaro.* GERM. *Das lauter vnd hell ist scheinbar.* HISP. *Claro, lucido, resplandeciente.* ANGL. *That giueth light, full of light.*} vt, lucida nox, apud Plin. *lib. 2. cap. 7.* Ouid. *Epist. 21.*

Nec premit articulos lucida gemma meos.

Idem 1. *Fast.*

Lucidior visa est, quàm fuit antè domus.

Horat. 1. *Carm. Ode 3.*

Sic fratres Helenæ lucida sydera, &c.

¶ A quo Pellucidus & Translucidus διαφανής Quintil. *lib. 8.* Similiter illa translucida, & versicolor quorundam elocutiones ipsas effeminat. Lucidum autem & luminosum differunt, quòd lucidum fit, vel per se splendidum, vel factiè illuminetur: luminosum verò quod multis fenestris illuminatur. Lucida ratio, & lucidior causa. Quintil. Lucidissimam causam ostendere. Idem.

Lūcifer, Stella Veneris, ita dicta quum antegreditur Solem: quum subsequitur, Hesperus. Cicer. *lib. 2. de nat. deor.* & Varr. 3. *de re rustic. cap. 5.* {הֵילֵל *helél* נָגַהּ *noghàh.* φωσφόρος. GALL. *L'estoille du iour.* ITAL. *Stella diana.* GERM. *Der morgenstern.* HISP. *El luzero del alua.* ANGL. *The day starre.*} Infima est quinque errantium (inquit Cicer. *de nat. 2.*) terræque proxima stella Veneris, quæ φωσφόρος Græcè, Lucifer Latinè dicitur, quum antegreditur Solem: quum autem subsequitur, Hesperus. Virg. *lib. 2. Æneid.*

Iámque iugis summæ surgebat Lucifer Idæ,
Ducebátque diem.

Ouid. 3. *Metam.*

Iam nitidum retegente diem, noctisque fugante
Tempora Lucifero: cadit Eurus, & humida surgunt
Nubila, &c.
——— *Cælo nitidissimus alto*
Stella grauis nobis lucifer ortus erat.

idem *Eleg. 3. lib. 1. Trist.*

Aduerat admisso lucifer albus equo,

idem *Eleg. 3. lib. 5. Trist.*

Lucifer [illegible] natalibus adfuit idem,

idem *Eleg. vlt. lib. 4. Trist.*

[Lucifer etiam sequiore sæculo Satanas dicitur, qui vocis vsus apud vulgus nunc inualuit.

Lucifer nomen proprium in historia ecclesiastica. Fuit Caralitanus Episcopus.

Luciferi fanum, lux dubia. Ita ex Lucifero idolum fecerunt, & coluerunt diabolum.]

Lūciferus, a, um, Adferens lucem. {ὁ φωσφόρος. GALL. *Qui porte lumiere.* ITAL. *Che porta lumiera ò luce.* GERM. *Das liecht bringt.* HISP. *Cosa que haze ò trahe luz.* ANGL. *That bringeth light.*} vt, Diua lucifera. Valer. *Argon. 7.* Equi luciferi. Ouid. *Epist. 11.* Iam nouies erat orta soror pulcherrima Phœbi, Denaque luciferos Luna premebat equos. Luciferum Poëtæ filium faciunt Iouis & Auroræ, qui Trachyniam nympham amauit: & ex ea suscepit geminam prolem, Ceycem videlicet, & Dædalionem. Dictus autem est Auroræ filius, quia stella illa, quæ & Venus dicitur, mane Solem præcedens, quasi ex eiusdem sinu oriri videtur. Virg. *Ecleg. 8.*

Nascere præque diem veniens age Lucifer almum.

Lūcĭfico, as, Lucidum facio: a cuius compositum elucifico, de quo suprà. Agnoscas verbum è Calepini officina.

Lūcĭfŭgus, & Lucifuga, qui fugit lucem. {ὁ τὸ φῶς φεύγων, σκοτεινός. GALL. *Qui fuit la lumiere.* ITAL. *Che fugge la luce.* GERM. *Ein liechtschewer der das liecht fleucht vnd lieber in der finstere ist.* HISP. *Cosa que huye de la luz.* ANGL. *That fleeth frome light.*} Cic. 1. *de finib.* Lucifugi, maledici, monstrosi, etiam aliis amatoriis leuitatibus dediti. Virg. 4. *Georg.*

——— *nam sæpe fauos ignotus adedit*
Stellio, lucifugis congesta cubilia blattis.

¶ Seneca Lucifugas homines appellat qui contra naturam nocte vtuntur pro die: qui & λυχνόβιοι dicuntur, quasi lucernarij. Lucifugæ humilitas. Apul. *Apolog. 1.*

Lūcĭgĕna, Luce genitus {λυκηγενής. GALL. *Engendré de lumiere.* ITAL. *Generato di luce.* GERM. *Von liecht erboren.* HISP. *Engendrado de luz.* ANGL. *Begetten of light.*}

Lūcerna. Instrumentum, in quo vnum pluráve ellychnia accensa, oleóque fota, nobis lumen præbet, quanquam etiam non raro pro ipso lumine accipitur. {נֵר *ner.* λύχνος. GALL. *Lampe, lumiere.* ITAL. *Lucerna.* GERM. *Ein kertz oder lampe.* HISP. *El candil.* ANGL. *A lampe or light.*} Huius prima corripitur, quum tamen in luceo producatur. Iuuen. Dispositæ pinguem nebulam vomuêre lucernæ. Cic. 4. *Acad.* Itaque Timagoras Epicureus negat sibi vnquam, quum oculum torsisset, duas ex lucerna flammulas esse. Plaut. *in Mostell. sc. 2. a. 2.* Lucernam forte oblitus fueram extinguere. Laurum & lucernam tenens. Senec. *cap. 27. de beat. vita.* Si lucerna extincta sit ne quid, &c. Plaut. *Asin. sc. 1. a. 4.* Plinius, Ex medulla eius elegantium lucernarum ellychnia fiunt. Lucernarum vsum primi Ægyptij monstrauêre, vt autor est Eusebius *lib. 10. præparat. Euang.* Lucernarum alia simplex est, quæ habet partem vnam tantùm exporrectam, & quæ vno ellychnio contenta est: quæ cubicularia

dicitur: de qua Martial. *lib.* 14. *Epigr.* 39. & 41. Alia dimyxos, ad duo ellychnia ferenda, alia trimyxos, ad tria, alia polymyxos, ad plura. Idem *lib.* 14.

Illustrem quum tota meos conuiuia flammas,
Tótque geram myxos, vna lucerna vocor.

¶ Lucernam adhibes in meridie, λύχνον ἐν μεσημβρίᾳ ἅπτεις. id est, facis, non suo tempore, aut explicas, quæ per se sunt clarissima.

Lŭcernŭla, diminutiuum. λυχνίον.

Lŭcernārius, qui lucernam fert. λυχνοῦχος.

Lucernarium oleum, vide in voce *Oleum.*

‖Lucernarius, a, um, ad lucernam pertinens.‖

Lucinium, cicindela lucernæ, quia dat lumen. Vet. Vocab.

Lvcvbro, as, Vigilo, & nocte ad lucernam aliquid compono. {λυχνοφορῶ. Gall. *Veiller de nuict, besongner à la chandelle.* Ital. *Vegghiare, comporre, ò scriuere qualche cosa vegghiando.* Germ. Bey dem liecht zu nacht arbeiten. Hisp. *Velar trabajando à la candela.* Angl. *To make any thing by candell light.*} Varro *de Origin.* Non solùm ad Aristophanis lucernam, sed etiam ad Cleanthis lucubraui. Liu. *lib.* 1. *ab Vrbe,* Sed nocte sera deditam lanæ, inter lucubrantes ancillas in medio ædium sedentem inueniunt. Sueton. *in Tib. cap.* 19. Quoties lucubrante se lumen extinctum, &c. Cic. *in Paradox.* Accipies igitur hoc paruum opusculum lucubratum his iam contractioribus noctibus.

Lŭcŭbrātio, nis, Vigilia, & opus quod fit lucubrando. {ἡ ἐν νυκτὶ ἐργασία, ἀγρυπνία. Gall. *Veille ou besongne faite à la chandelle.* Ital. *Vegghia ò compositione ò scritto fatto alla candela.* Germ. Ein arbeit zu nacht bey dem liecht. Hisp. *Aquella obra de velar ò trabajar à la candela, cosa hecha à la candela.* Angl. *A studying by candell a worke made in one night by candell.*} Cic. *lib.* 1. *de nat. deor.* Nam ista quæ vos dicitis, sunt tota commentitia, vix digna lucubratione ancillarum. Fuligo lucubrationum Oratori bibenda. ¶ Sunt lucubrationes rusticanæ, vespertinæ & antelucanæ, quando à vespere & ante lucem, conficiunt intra villam opera rei rusticæ conducibilia. Colum. *lib.* 11. *cap.* 2. Item ad lucubrationem vespertinam palos decem, vel ridicas quinque conficere, totidémque per antelucanam lucubrationem.

Lŭcubrātiuncŭla, diminutiuum. Gell. *lib.* 10. *cap. vlt.* Voluptásque erit lucubratiunculas istas cognoscere.

Lŭcubrātōria lectica, à Tranquillo *in Augusto cap.* 78. dicitur in qua lucubrare solebat Augustus.

‖Lucubrum vocatum, quòd luceat in vmbra. est enim modicus ignis, qui solet tenui stuppa ceráque formari.‖

Lŭxo, as, Membrum aliquod intorqueo, & loco suo moueo, à verbo Græco λύω, soluo. {הקיע hokiah. ἐξαρθρόω. Gall. *Desmettre de son lieu, desnoüer.* Ital. *Slegare, scucstrare, mouer di luogo.* Germ. Verrencken. Hisp. *Desconcertar ò desencaxar huessos.* Angl. *To put out of ioing.*} Vnde,

Luxa, siue luxata membra dicuntur locis suis mota, & soluta ἐξηρθρωμένα. Plin. *lib.* 38. Cato prodidit luxatis membris carmen auxiliare, M. Varro podagris. Idem *lib.* 31. *cap.* 6. Luxata hominum corpora, & quadrupedum natando in cuiuslibet generis aquam, facillimé in artus redeunt. Et

Luxati, dicuntur quorum membra suis locis mota sunt. ἐξηρθρωμένοι. Idem, Althææ radix decocta luxatis prodest. Suet. *in Neron. cap.* 34. Luxata machina lacunaria. Stirpium quoque radices luxari dicuntur, quum aratro, aut ligone perstrictæ mutilantur, locóque mouentur. Plin. *lib.* 17. *cap.* 24. Aut culpa vinitorum colentium ægrotant vites, quum perstringuntur: aut circumfossor iniurioso ictu verberauit, vel etiam subarator imprudens luxauit radices corpúsve desquamauit.

‖Luxus, a, um, solutus, loco motus.‖

Lvxvs, i, Probus *in Catholicis.* Luxus, us, luxuriam scilicet significans, Terentius, Adolescens luxu perditus. Nam luxus vacillans, luxi facit. Salustius *in ablatiuo,* luxo pede.

Lŭxŭs, us, Non solùm pro re venerea, sed etiam, & ferè semper propriéque pro omni superfluitate, & nimia profusione, & sumptuosiore cibi, vestitus, & aliarum cura dici soles. {סרח sérach עגב hagháb עגבה haghábah תזנות taznuth. ἀσωτία. Gall. *Superfluité, excez.* Ital. *Lussuria, suntuosità.* Germ. Ein vnzimlicher vberfluß vnmaaß geilheit. Hisp. *Qualquiera superfluidad viciosa, luxuriosa.* Angl. *All superfluitie an excesse in carnall pleasure, somptuous fare or building.*} Cic. 5. *Verr.* Nisi fortè existimaris, eum in vino & luxu non risisse, qui, &c. Regali luxu splendida domus, Virg. *lib.* 1. *Æneid.*

At domus interior regali splendida luxu
Instruitur.

Regifico luxu paratæ epulæ. Idem 6. *Æneid.* Tacit. *lib.* 20. Effugi in luxum, & epulas, & nocturnos cœtus. ¶ Luxum deponere est fastum, pompam, habitúsque splendorem abiicere. Claudian. *lib.* 2.

Sub te purpurei veniunt fastigia reges,
Deposito luxu.

Lŭxŭrĭa, siue Luxuries, ei, Lasciuia, petulantia, immodicus voluptatum deliciarúmque vsus, nimiáque non modò in rem veneream, verum etiam in molliorem vestitum, lautiorésque epulas profusio. {סרח sérach עגב haghab עגבה haghábah תזנות taznuth. ἀσωτία. Gall. *Superfluité, excez.* Ital. *Lussuria, superfluità.* Germ. Vberflüssigkeit, vnmässigkeit geilheit mutwil in essen trincken kleidung &c. Hisp. *Luxuria, superfluidad.* Angl. *Superfluitie, excesse.*} Cicero *lib.* 1. *Offic.* Luxuria cum omni ætati turpis, tum senectuti fœdissima est. Et *paulò post.* Turpe est diffluere luxuria. Idem *pro Muræna,* Odit populus Romanus priuatam luxuriam, publicam magnificentiam diligit. Idem *pro Sexto Rosc.* In vrbe luxuries creatur, ex luxuria auaritia, ex auaritia erumpit audacia. Idem 2. *Verr.* Luxuries in flagitiis, crudelitas in suppliciis. Luxuriæ sumptus vt suppeditare possis. (de amante.) Plaut. *Asin. sc.* 2. *act.* 4. ¶ In segetibus item, cæterisque stirpibus, luxuries dicitur, quum alimenti vbertate quodammodo lasciuiunt, herbarum frondiúmve copiam iusto maiorem emittentes. ὑβρίζουσι. Virgil. *lib.* 1. *Georgic.*

Luxuriem segetum tenera depascit in herba.

Lŭxŭrĭōsus, a, um, Immodicè voluptatibus deliciísque indulgens, & non solùm in rei venereæ vsu, verùm etiam in epularum apparatu, vestiúmque ornatu modum excedens, in voluptate corporis profusus, lasciuus. {עגב ngaguéb ענג ngnéb. ἄσωτος, ἡδυπαθής. Gall. *Luxurieux, excessif, trop somptueux.* Ital. *Lussurioso, dissoluto, sontuoso.* Germ. Vberflüssig, vnmässig, geil. Hisp. *Vicioso, superfluo y luxurioso.* Angl. *Excessiue, or superfluous, very costly.*} Quint. *in Proœm lib.* 1. Muliebris & luxuriosus cultus non corpus exornat, sed detegit mentem. Cicer. *de leg. Agrar. contra Rullum,* Vt in suis rebus, ita in Rempubl. luxuriosus nepos. Idem 6. *Philipp.* Multa & lauta supellex, non illa quidem luxuriosi hominis, sed tamen abundantis. Idem 2. *de finib.* Si ea quæ sunt luxuriosis efficientia voluptatum, liberarent eos deorum & mortis, & doloris metu, &c. *Ibidem,* Luxuriosi reprehendendi sunt ob eam ipsam causam, quòd ita viuant, vt persequantur cuiuslibet modi voluptates. ¶ Luxuriosa lætitia dicitur nimia, & profusior quam par sit. Liu. *lib.* 2. *ab Vrbe condita,* Sed patribus nimis luxuriosa ea fuit lætitia. ¶ Luxuriosa frumenta, quæ tam conferta, & copiosè nimis proueniunt, vt immittunt in ea soleant oues ad depascendum. Cicer. *in Oratore,* de rusticis agens, Siquidem est eorum gemmare vites, sitire agros, lætas esse segetes, luxuriosa frumenta. ¶ Luxuriosa vitis, quæ plures æquo frondes habeat, aut sarmenta. Colum. *lib.* 4. *cap.* 21. Siquidem luxuriosa vitis, nisi fructu compescitur, malè deflorescit, & in materiam frondémque effunditur. Luxuriosa pabula, quæ maximam herbarum copiam adferunt. Plin. *lib.* 17. *cap.* 4. Nec luxuriosa pabula, pinguis soli semper indicium habent. Luxuriosi oculi. Senec. *cap.* 2. *de tranquil.*

Nec petit adscitas luxuriosa dapes.

Ouid. 6. *Fast.* Luxuriosa & valde lasciua, Martial. *Epigr.* 9. *lib.* 9.

Lŭxŭrĭōsè, aduerbium. {ἀσώτως. Gall. *Auec excés & superfluité, excessiuement.* Ital. *Con superfluità, excessiuamente.* Germ. Vberflüssiglich vnmässiglich in mutwillen vnd vberfluß. Hisp. *Viciosamente y superfluamente.* Angl. *Excessiuelie, superfluouslie.*} vt, Luxuriosè viuere, id est, molliter & delicatè. Cic. *pro Cælio,* Cum facinorosis audacter, cum libidinosis luxuriosè viuere. Timeo ne hæc lætitia nimis luxuriosè eueniat, (i. nimia sit.) Gell. *cap.* 3. *lib.* 7.

Lŭxŭrĭo, as, neutrum: & luxurior, aris, deponens. Propriè de plantis dicuntur, quum nimia alimenti vbertate quodammodo lasciuiunt, ramos, frondésque iusto plures emittentes. {סרח sarach. ἐξυβρίζειν. Gall. *S'abandonner à toutes superfluitez, delices & voluptez, croistre trop.* Ital. *Redondare, superabondare, lussuriare.* Germ. Geilen. Hisp. *Enuiciarse, ser superfluo.* Angl. *To spring or grow rankelie, to excede, to be wanton and geuen to riote.*} Luxuriantur, lustrantur, comedunt. Plaut. *Pseud. sc.* 7. *a.* 4. Luxuriauit corpus in modum immodicum. Gell. *cap.* 12. *lib.* 7. Item Vereor ne hæc quoque lætitia luxuriet nobis ac vana euadat. Liu. *lib.* 3. *bell. Pun.* Columell. *lib.* 3. Cacumina virgarum, ne luxurientur, demutilato. Plin. *lib.* 18. *cap.* 24. Aliqui in frigidis ab æquinoctio autumni, in calidis serius, ne ante hyemem luxurient. Agri quoque præpingues luxuriare dicuntur, quum abundè stercorati præter modum feraces euadunt. Ouid. 1. *Epist.*

Luxuriat Phrygio sanguine pinguis humus.

¶ Transfertur & ad homines, quos & ipsos luxuriare dicimus, quum rebus secundis, otióve lasciuiunt. Tibullus,

Luxuriant animi rebus plerunque secundis.

Ouid. 15. *Epist.*

Deliciisque decet luxuriare nouis.

Idem *lib.* 5. *Fast.*

Nos quoque idem facimus tunc, quum iuuenilibus annis
Luxuriant animi, corporaque ipsa vigent.

Liu. *lib.* 1. Positis externorum periculorum curis ne luxuriarent otio animi, quos metus hostium disciplináque militaris continuerat. ¶ Differunt autem Luxurio, & luxurior, quòd Luxurio in laude, vt apud Virgil.

Luxuriatque toris animosum pectus:

Luxurior verò in crimine est. Cornel. Seuerus: Luxuriantur opes, atque otia longa grauantur. Ex Diomede Grammat. *lib.* 1. vbi ait in exemplo Virgilij luxuriare, non lasciuiam mentis significare, sed habitudinem corporis. ¶ Luxuriare in immodicum modum. Gell. *lib.* 7. 12. Existimandum est, non omnino inculpatum, neque indeidem vitium esse, cuius corpus in tam immodicum modum luxuriasset exuberassetque. ‖¶ A luxurior fit compositum I luxurior, de quo vide suo loco.

Lŭxŭrĭans, tis, particip. {סרח forêach. ὑβρίζων. Angl. *That vseth thinges excessiuely.*} Horat. *lib.* 2. *Epist.* 2.

——Latiúmque beabit diuite lingua:
Luxuriantia compescet, nimis aspera sano
Leuabit cultu.

Luxuriantem ciuili sanguine Antonium. Senec.

Lŭxŭrĭatus, participium. {סרח ferêach. ὑπερπλεονάσας. Angl. *That hath vsed thinges excessiuely.*} Ouid. *lib.* 3. *Trist.*

Non tamen vt lusit, vnquàm mea litera ludet:
Sit semel illa mea luxuriata ioco.

Fames luxuriata multo sanguine, Stat. 2. *Theb.*

‖Luz, nax, Syriaca vox.‖

L Y

Lyæus, i, Λυαῖος. Vnum ex Liberi patris cognominibus, inde impositum, quòd immoderatus vini vsus pariat λύσιν, hoc est, rixam & seditionem. {Ein zunam Bacchi.} Aut certè παρὰ τὸ λύειν τὰ μέλη τῶν μεθυόντων, hoc est, ab eo quòd ebriorum membra soluat: vnde & λυσιμελής à Græcis cognominatur. Virg. *lib.* 4. *Æneid.*

Legiferæ Cereri, Phœbóque, patrique Lyæo.

Lyæus, a, um, pro Lyæus. Virg. 1. *Æneid.*

Regales inter mensas, laticémque Lyæum.

Lycabas, antis, λυκάβας, annus ἀπὸ τοῦ λύκης βάσεως, id est, lucis (h. e. solis) incessu, quo annus describitur. Eustath. vult dici à λυκαίας βάσεως, quòd obscurè & latenter eat.

Lycābĕtus, i, λυκαβηττός Suidæ, Atticæ mons est apud Plin. *lib.* 5. *cap.* 7.

Lycæa, λυκαῖα. Sacra erant in Lycæo Arcadiæ monte in honorem Panos fieri solita, quæ postea ab Euandro in Arcadiam translata, Lupercalia dicta sunt, vt placet Ouidio *lib.* 2. *Fastor.* Pausanias tamen in Arcadicis Lycæa Iouis sacra fuisse tradit à Lycaone Pelasgi filio ad

Iouis

Iouis Lycæi aram primùm instituta. Vide Cælium Rhodig. *lib.* 14. *cap.* 17.

Lycæus, i, Λύκαιος, Arcadiæ mons, Ioui sacer, teste Pausania in Arcadicis, olim etiam Olympus, & ἱερὰ κορυφὴ, id est, sacer vertex ab incolis appellatus, quòd Iouem ibi educatum existimarent. In quo etiam monte Iouis Lycæi ara fuit, à Lycaone Pelasgi filio primum consecrata, quam quum postea mactati pueri sanguine respersisset, in lupum dicitur esse transformatus. Erat ibidem & Iouis lycæi lucus, quem si quis lege spreta esset ingressus, annum superuenire negabatur. Item fons insignis, nomine Agno, tam admirabilis naturæ, vt se diuina ibi curiosius peracta, quernóque ramo aqua leuiter commota, mox densus inde surgeret vapor nebulæ assimilis, quæ non multò pòst effecta nubes, aggregatis item aliis, largos dimitteret imbres. Hæc Pausanias. Constat tamen Lycæum montem non soli Ioui, verumetiam Pani sacrum fuisse. Virg. 1. *Georg.*

Ipse nemus linquens patrium, saltúsque Lycæi,
Pan ouium custos, tua si tibi Mænala curæ,
Adsis ò Tegeæ fauens.

Hinc etiam Lycæus passim à Poëtis cognominatur. Idem *lib.* 8. *Æneid.*

——*gelida monstrat sub rupe Lupercal,*
Parrhasio dictum Panos de more Lycæi.

Lycambes, is, per tertiam, vel Lycambes, æ, per primam declinationem, Λυκάμβης, Neobules pater fuit, qui quum filiam Archilocho poëtæ despondisset, posteàque pœnitentia ductus, non tradidisset, tam acerbo carmine ab eo est perstrictus, vt vnà cum filia laqueo vitam finierit. Horat. *in Epod.* Ode 7.

——*in malos asperrimus*
Parata tollo cornua,
Qualis Lycambæ spretus infido gener.

Lycambeus, a, um, Ouid. *in Ibin.*

Tincta Lycambeo sanguine tela dabit.

Lycanthropia, λυκανθρωπία, Melancholicæ affectionis, siue insaniæ genus est, quo qui affici intur, lycanthropi. λυκάνθρωποι dicuntur, teste Ægineta, eò quòd lupos imitentur, noctu è lectis exilientes, & ad diem vsque inter sepulchra diuersantes, facie interim pallida, oculísque arescentibus, & lingua sitibundi quoque, cruribúsque immedicabiliter exulceratis.

Lycaon, is, Λυκάων, Arcadiæ Rex fuit, Pelasgi filius, quem Iupiter, quòd aram suam in Lycæo monte mactato puero, sanguine respersisset, in lupum mutauit: vt scribit Pausanias in Arcadicis. Ouid. tamen *lib.* 1. *Metam.* omnino aliam tradit transformationis huius causam, quæ sic habet: Iupiter aliquando quum multa de humani generis impietate inaudisset, neque tamen omnia crederet, vt rem omnem certiùs exploraret, relicto cœlo in terras descendit, aliquótque regionibus peragratis, tandem sub noctem in Arcadiam peruenit ad Lycaonis regiam, vbi quum se Deum esse significasset, vulgúsque se ad sacrificia accingeret, irridens credulitatem eorum Lycaon, ea ipsa nocte se periculum facturum esse dixit, deúmne an mortalem hospitio suscepisset: conatúsque est noctu dormientem interimere. Quod quum frustrà tentasset, alia ratione rem aggressus est. Habebat obsides à Molossorum gente ad se missos. Horum vnum iugulauit, partímque assum, partim elixum, Ioui epulandum apposuit. Cuius rei immanitate indignatus Iupiter, regiam tyranni immisso fulmine exussit, ipsúmque in syluas fugientem, in lupum transformauit. ¶ Alius fuit Lycaon Nelei filius: & frater Nestoris, quem Hercules capta Pylo interemit. ¶ Alius item fuit Priami filius ex Laothoë Altæi Lelegum regis filia, quem Achilles in bello Troiano interemit: vt placet Homer. *lib.* 11. *Iliad.* ¶ Lycaon, item faber insignis fuit ex Gnosso Cretæ vrbe, artifex eius ensis, quem Ascanius dedit Euryalo: de quo Virg. 9. *Æneid.*

Lycaonia, Λυκαονία, Asiæ regio, Cappadociæ pars, secundùm Ptolemæum, ad Taurum montem pertingens ea in parte, qua Pamphiliæ imminet. Vrbes habet Iconium, Adopissum, Cannam, Paralaida, aliásque complures, quas vide apud Ptolemæum *lib.* 5. *cap.* 6. ¶ Lycaonia item olim appellata fuit Arcadia, à Lycaone, Rege, Pelasgi filio, & patre Arcadis, à quo deinde Arcadia dicta fuit. Ouid. *Eleg.* 2. *lib.* 3.

Quaque Lycaonio terra sub axe iacet.

Lycaones, Λυκάονες. Populi Lycaoniæ in finibus Cappadociæ ad Taurum montem, qui & Lycaonij appellantur. ¶ Lycaones alij à Ptolem. *lib.* 5. *cap.* 2. collocantur in finibus Lyciæ, non procul à Themizoniis.

Lycaonius, Adiectiuum, Λυκαόνιος. vt, Axis Lycaonius, Septentrionalis. Ouid. 3. *Trist. Eleg.* 2.

Quaque Lycaonio terra sub axe iacet.

Lycaonus, aliud Adiect. Idem quod Lycaonius. Ouid. *lib.* 2. *Fast.*

Lycapsus, vicus prope Lydiam, Steph.

‖Lycas, lycisca, lycitas, canis nomen, à lupis ductum. Iun.‖

Lycaste, Λυκάστη, filia fuit Priami ex concubina, cuius amore flagrans Polydamas Antenoris & Theanûs sororis Hecubæ filius, eam vxorem duxit. ¶ Fuit item Lycaste meretrix nobilis apud Drepanum Siciliæ vrbem, ob formæ excellentiam Venus appellata, quæ quum Buten, Amyci Bebrycorum regis filium hospicio excepisset, eius concubitu vsa, Erycem ei peperit. quo factum est, vt apud posteros creditum fuerit Buten ex Venere Erycem genuisse. Vide suprà in dictione *Butes.*

Lycastus, Λύκαστος, vrbs Cretæ ita dicta à luporum multitudine, quæ ibi esse perhibetur. Strab. *lib.* 10.

‖Lyce, lux prima, solem præcedens. inde lupi dicti quòd tunc prædatum eant.‖

Lyceum, Λύκειον. Gymnasij celeberrimi nomen iuxta Athenas, in quo Aristoteles frequentissimo auditorio Philosophiam profitebatur, quemadmodum Plato in Academia. Cic. 1. *Acad.* Qui erant cum Aristotele, Peripatetici dicti sunt, quia disputabant inambulantes in Lyceo. ¶ Fuit & Lyceum gymnasium Ciceronis in fundo Tusculano à nomine scholæ Aristotelicæ ita dictum, de quo *lib.* 1. *de diuin.* Nuper, inquit, quum essem cum Quinto fratre in Tusculano, disputatum est. Nam quum ambulandi causa in Lyceum venissemus, id enim superiori gymnasio nomen est, Perlegi, inquit ille, tuum paulò antè tertium de natura deorum. Huius nominis pen. prod. à Cic. in versu illo, Inque Academia vmbrifera, nitidóque Lyceo, Fuderunt claras fœcundi pectoris artes.

Lyceus, Λύκειος. Mons Arcadiæ, qui Pani deo sacer fuit, & vbi templum bicornis Fauni. Ouid. *lib.* 2. *Fast.*

Lychas, λίχας, nomen famuli Herculis. Ouid. *lib.* 9. *Metam.*

‖Lychnæus, lapis pellucidus.

Lychnaptes, qui lucem accendit.

Lychnia, dioptra ad lychni, seu lucernæ modum suspensa. Heron.

Lychnicum, lucernarium, tempus vespertinum, quo lucernæ accenduntur. Pallad. Lex. gr. lat.

Lychnidium, lucernula.‖

Lychnæ, oliuæ dictæ, quòd optimum dent lumen. Isidor. *lib.* 17. *cap.* 7.

Lychnidus, λυχνιδὸς, vulgò Ocrida, Macedoniæ oppidum, sub Candauia monte situm, ad viam Egnatiam, quæ ab Apollonia, marique Adriatico in intimam Macedoniam ducit. Autor Strab. *lib.* 7. & Ptolem. *lib.* 3. *cap.* 14.

Lychnis coronaria, λυχνὶς στεφανωματικὴ. Herba est quæ à Romanis genicularis, vel bellaria vocatur. Florem habet violæ albæ magnitudine, sed purpureum. Nectitur ad coronas. Plin. *lib.* 21. *cap.* 4. rosam Græcam appellat: vulgus hodie *Candelariam.* ¶ Lychnis syluestris, λυχνὶς ἀγρία, herba est sativæ lychnidi per omnia similis, cuius radicem Afiani boliten vocant. Dioscorides à Romanis accipitrinum pedem appellari testatur. Penitus tamen diuersa est à lysimachia, siue lutea, quam vulgus hodie *Accipitrini pedis* nomine cognoscit. ¶ Plin. *lib.* 25. *cap.* 10. Lychnidem agriam scribit esse herbam lino similem, radice nulla flore hyacinthi, semine viculinarum natium similitudinem referente, alióque nomine anthirrhinon, siue anarrhinon appellari.

Lychnites, λυχνίτης. Marmor album, quod in Paro insula effodiebatur: sic cognominatum, quòd ad lucernam in cuniculis cæderetur, sicut Plin. *lib.* 36. *cap.* 5. testatur. ¶ Est etiam hoc nomine gemma ardens, ita dicta à lucernarum accensarum præcipua gratia. Plinius *lib.* 37. *cap.* 7.

Lychnitis, idis, λυχνῖτις, Lacus in Occidentali tractu Macedoniæ, sub Candauia monte, cui imminet oppidum nomine Lychnidus. Vide Steph. περὶ πόλεων. & Strab. *lib.* 7.

Lychnitis, tidis, λυχνῖτις, Herba est ex phlomidos generibus, alio nomine thryallis dicta: foliis ternis, aut quaternis, crassis, pinguibus, pulmosis; ad lumina lucernarum vtilibus. Autor Plin. *lib.* 25. *cap.* 10.

‖Lychnium, candelabrum.‖

Lychnus, i, {נר ner. λύχνος. Græcis idem est, quod nobis lucerna, παρὰ τὸ λύειν τὸ νύχος. Gall. *Lampe, lumiere, chandelle.* Ital. *Lucerna, lume.* Germ. Ein liechtstern oder ampel. Hisp. *Candil, lumbre.* Angl. *A lampe, light or candle.*} quòd tenebras soluat. Virg. 1. *Æneid.*

Dependent lychni laquearibus aureis.

Plautus, Lucernam emunge parumper, vt videat anus, vbi pedes ponat. Lychni pensiles, lucernæ erant multis lucentes myxis, quæ ex lacearibus suspensæ, totum illustrabant triclinium. ¶ Hinc ellychnium, ἐλλύχνιον, dicitur funiculus, qui lucernis adhibetur, vt effuso oleo flammam nutriat.

Lychnobii, λυχνόβιοι. Dicti sunt, qui loco dierum noctibus vtuntur, & ad lucernas viuunt, quasi lucernarij. Appáretque prouerbij ioco dictos qui lucernariam vitam ducerent, vt torqueri possit in nocturnum potorem, vel hominem supra modum studiosum, quíque quemadmodum dictum de Demosthene, plus absumat olei quàm vini: vel in sordidum & parcum, quasi de lucernario oleo victitantem. Senec. *vlt. ep.* Nil consumebat, nisi noctem. Itaque crebro dicentibus illum quibusdam auarum & sordidum. Vos, inquit, & lychnobium dicetis.

Lychnuchus, {מנורה menorah. λυχνοῦχος. Gall. *Vn chandelier, ou qui tient la lampe, qui tient la chandelle, ou autre lumiere.* Ital. *Lucerniere.* Germ. Ein liechtstock / alles darauff ein liecht steth / ein liecht trager der de zünds. Hisp. *Donde se pone el candil.* Angl. *A candlestick.*} Græcè nominatur quicquid lucernas sustinet, siue id sit candelabri genus, siue homo quispiam lucernam gestans. Plin. *lib.* 34 *cap.* 3. Placuere & lychnuchi pensiles in delubris, aut arborum modo mala ferentium lucentes.

Lychnuchi, pro hominibus qui lucernas portabant, quique ab elephantis gestabantur. Suet. *in Cæs. dicta, cap.* 37. Ascenditque capitolium ad lumina quadraginta elephantis dextra atque sinistra lychnuchos gestantibus.

Lycia, Λυκία, Regio minoris Asiæ inter Pamphiliam & Cariam sita. olim (si poëtarum fabulis credimus,) Chimæræ monstri ignibus infestata. Cuius fabulæ occasionem præbuit Chimæra eius regionis mons, crebrò ignem eructans. Dicta est autem Lycia à Lyco Pandionis filio, vrbem habet Pataram Apollinis oraculo celebratam: à qua Apollo Patareus cognominatur. Rhodiam & Lyciam subegit. Plaut. *Curc. sc.* 1. *a.* 5.

Lycius, gentile. Virg. 1. *Æneid.*

Vnam qua Lycios, fidúmque vehebat Orontem.

Lycius, a, um, adiectiuum, vt Lyciæ sortes, apud Virg. 4. *Æneid.* id est, sortes Apollinis, qui in Lycia apud Pataram responsa edebat.

Lycidas, æ, Λυκίδας. Nomen Centauri vnius ex iis qui Pirithoo Hippodamiam sponsam eripere conati, à Lapithis interempti sunt. Ouid. 12. *Metam.*

At non Eurynomus, Lycidásque & Areus, & Imbreus
Effugere necem.

¶ Est & nomen pastoris, apud Virg. 9. *Eclog.*

Lycimnius, siue potius Licymnius, Λικύμνιος. Auus maternus Herculis, quem Tlepolemus, eiusdem Herculis ex Astiochia filius iam ætate prouectum interfecit. Autor Homer. *in Catalogo.*

Lycisca, nomen canis proprium, à lupi (vt videtur) similitudine impositum, siue ab eo quòd lupum coërceat. Virg. 3. *Eclog.*

——*Multum latrante Lycisca.*

Seruius Lyciscas vocari arbitratur canes ex lupo, & cane fœmina natas: cuiusmodi in Cyrenaica Libya gigni scribit Aristoteles. Plin. *lib.* 8. *cap.* 21. hoc genus hybridas Crocutas vocat, omniáque dentibus frangere ait, & deuorata protinus concoquere.

Lyciscus, nomen cuiusdam pueri. Horat. 1. *Epod.* 11.

Lycium, λύκιον Dioscoridi, spinæ genus, folia habens buxeis similia: vnde & pixacantham appellarunt. Virgas habet tricubitales, quibus cum

radicibus tusis, succóque expresso, fit medicamentum, quod & ipsum Lycium appellant. Nascitur hæc spina copiosissimè in Lycia Asiæ regione, teste Dioscoride: vnde & nomen videtur accepisse. Plin. *lib.* 24. *cap.* 12. Lycium præstantius è spina fieri tradunt, quam & pyxacanthon Chironium appellant.

Lycius, Λύκιος, Apollinis cognomen: vel ἀπὸ τῆς λύκης, quo nomine prisci Græcorum dicebant lucem illam, quæ præcedit Solem, vel (quod verius puto) à Lycia Asiæ regione, in qua præcipue colebatur. Habet enim ea regio Pataram vrbem Apollinis oraculo insignem. Non enim sunt audiendi, qui quòd lupi naturam imitetur hauriendo humore vi caloris vehementiore, Lycium dictum contendunt.

Lyco, nomen Trapezitæ. Plaut. *Curc. sc.* 3. *a.* 2.

Lycoctonon, Λυκοκτόνον, Aconiti genus, ita dictum, quòd eo in crudæ carnis offis occultato lupos necent venatores. Vide Dioscorid. *lib.* 4. *cap.* 66.

Lycomedes, Λυκομήδης, Scyri insulæ rex, cui Thetis filium suum dormiente præceptore sub Chirone clam raptum seruandum tradidit, vt ibi inter eiusdem regis filias (erat enim facie venusta & eleganti: ita vt facilè pro puella sese gereret) muliebri habitu indutus latitaret, ne ad bellum Troianum, à quo non reuersurum sciebat, proficisci cogeretur. Apud quem quum delitesceret, Deidamiam regis filiam vitiauit: & ex ea Pyrrhum suscepit. ¶ Fuit & alter Lycomedes Creontis filius, cuius meminit Hom. *lib.* 9. *Iliad.*

Lycon, Λύκων, Philosophus Peripateticus fuit, ex Troadæ Asiæ regione, in [illegible] adeò suauis, vt pro Lycone Glycon nominaretur, tracto nomine à dulcedine. Hic fuit cultu & vestium mollitie nitidissimus, lucta & pilæ lusione exercebatur. Periit podagræ morbo annos natus septuaginta quatuor. ¶ Fuit præterea Lycon quidam orator, vnus ex accusatoribus Socratis: de quo Laërtius in vita Socratis. Fuerunt & alij eiusdem nominis, quorum meminit idem Laërtius.

Lycone, Λυκώνη, vrbs Thraciæ, gentile Lyconeus. Steph.

¶Lycopanthêros, animal lupum & pantheram referens. Gesn.

Lycophilia, lupina amicitia. Rh.

Lycophili, suspecti, latentes, quibus non fidendum Idem.¶

Lycophos Græci dicunt, quod nos primum tempus lucis. Dictum autem λυκόφως, quasi λευκὸν φῶς, id est, lumen candidum. Fest. Ibi Scaliger: Imò dictum, quòd λύκη lux apud veteres. Vnde manlit in ἀμφιλύκη. inde etiam lux & lucere. at λύκη tamen bene ex eo, quòd λευκή. Lux candida est, alba aurora: vnde & Gallis *Aurore* aurora, q. *aulbe*, quia alba, vitiata illis literæ l elisione. Ideo & *Leucothea* aurora. Gloss. Cyr. λυκόφως, crepusculum diluculum. Apul. *lib.* 7. initio: vt primum, tenebris abiectis, dies inalbebat.

Lycophron, Λυκόφρων, Poeta patria Chalcidensis, natura quidem Sophoclis grammatici, adoptione verò Lyci Rhegini historici filius inter septem poetas, qui Pleiades dicebantur à numero stellarum, à Philadelpho Ptolemæo receptus. Erant autem hi, Theocritus, Aratus, Nicander, Apollonius, Philiteus, Homer iunior, & Lycophron. Tragœdias eius enumerat Suidas. Scripsit & Alexandram, poema valde obscurum, in quo agit de vaticiniis Cassandræ: exorsúsque ab Hercule & rebus Troianis, prosequitur vsque ad Alexandrum Macedonem. De huius morte Ouid. *in Ibin.*

Vtque cothurnatum perijsse Lycophrona narrant,
Hæreat in fibris fixa sagitta tuis.

¶ Alius fuit Lycophron Periandri Corinthiorum regis filius ex Melissa, Proclis Epidauriorum Tyranni filia, quam quum Periander grauidam, ictu calcis occidisset, Lycophron cum Cypselo fratre suo ad Proclem se recepit. Verum repente filios Periandro quum Procles dimittere cogeretur, flens admonuit, meminisse eos debere quisnam matrem eorum occidisset. Quod verbum tam latè Lycophronis menti insedit, vt Corinthum reuersus adduci non potuerit, vt aut prior patrem salutaret, aut ab eo compellatus, verbum vllum responderet. Qua filij pertinacia irritatus Periander, ædibus eum eiecit, edicto simul proposito, Apollini vt sacer esset quisquis eum tecto reciperet. Cuius edicti metu quum ab omnibus excluderetur, quarta demum die in porticu quadam à patre inuentus, illuuie squalidus & inedia tantùm non enectus, blandéque ab eo inuitatus, vt posita pertinacia regni successionem miserrimo præferret exitio, nihil aliud respondit, quàm caput eius Apollini deberi, quòd contrà editum in colloquium suum venisset. Periander itaque animaduertens grauius esse malum filij, quàm cui facilè mederi posset, in Corcyram (nam & illi imperabat) eum ablegandum curauit. Verùm quum ingrauescente iam ætate Periander sibi conscius esset, se deinceps tyrannidi administrandæ minus idoneum esse, missa ad Lycophronem sorore, ad regni administrationem eum euocauit. Cui quum ille respondisset se patre viuo Corinthum non reuersurum, hanc ei conditionem tulit Periander, sese in Corcyram concessurum, modò ipse ad tyrannidis successionem sese in Corinthum conferret. Id approbante filio, Periander conscensa naui, in Corcyram cursum tenuit, tutum ratus, vt filius mitteretur Corinthum. Quæ res eum magnopere fefellit. Edocti enim de his omnibus Corcyræi, qui Periandro malè cupiebant, vt aduentum eius intercluderent, Lycophronem interimunt. Quod facinus tam indignè tulit Periander, vt insulam vi ingressus, trecentos primorum Corcyræorum pueros Sardis ad Halyatten regem miserit castrandos: qui tamen quum Samum appulissent, beneficio Samiorum seruati sunt, & incolumes domum remissi. Vide Herodot. *lib.* 3. & Laërt. *in Periandro.*

Lycophthalmus, λυκόφθαλμος. Gemma est quatuor colorum, ex rutilo & sanguineo, in medio nigrum candido cingitur, vt luporum oculi, illis per omnia similis. Plin. *lib.* 37. *cap.* 11.

¶Lycopodes, tyrannorum satellitium. Rh.¶

Lycopodium, muscus terrestris dici cœpit, quia à Germanis vocatur Wolffsklawen. λύκου πούς est lupi pes. Vide Dodon. 3. 5. 14.

Lycopolis, Λυκόπολις, vrbs Ægypti, à lupis dicta, quod Æthiopas Ægyptum inuadentes, lupi facta acie vsque ad vrbem elephantinam repulerint. Ibi Ægyptij Lycopolim condiderunt à bestiis illis nomen imponentes: quas etiam pro diis coluerunt. Autor Diodor. *lib.* 1. Germanicè dici posset: Wolffstatt.

Lycopsis, Λύκοψις, Anchusæ species, longioribus quàm lactuca foliis, crassioribúsque, caule longo, hirsutóque. Vide Plin. *lib.* 27. *cap.* 11. Galli *Linguam caninam* appellant.

Lycorea, Λυκώρεια. Vicus in Delphis à Lycoreo rege. Ciuis Lycorus, Lycoreus, Lycorites. Est & Lycoreus Iupiter, & Λυκώρειος per ω repetitur. Steph.

Lycoris, Λυκωρίς, Volumnij Senatoris liberta fuit, vero nomine Citheris dicta, miserè à Cornelio Gallo adamata: quo tamen spreto, Antonium in castra sequuta est. Virgil. 10. *Eclog.* tua cura Lycoris Pérque niues alium, pérque horrida castra sequuta est.

Lycormas, Λυκόρμας Steph. Fluuius est Ætoliæ flauas arenas voluens. Hic postea Euenus ab Eueno rege Ætoliæ, qui se in illum præcipitauit, appellatus est, teste Strab. *lib.* 7. Ouid. *lib.* 2. *Met.*

Arsurúsque iterum Xanthus flauúsque Lycormas.

Lycôs, λύκος. Minimum aranei genus à rapacitate dictum. Plin. *lib.* 30. *cap.* 6. Araneus & maximè qui lycos vocatur, dolenti medetur lieni. Idem alibi lupum appellat, vt *lib.* 11. *cap.* 24. Luporum nomine minimi non texunt.

Lycosthenes, Λυκοσθένη, vel Λυκοσθένεια, vrbs Lydiæ Steph. Gentile Lycostheneus, vel Lycosthenites.

Lycozea, Λυκόζεια, vrbs Thraciæ, ciues Lycozei, Steph.

Lycosura, Λυκόσουρα, vrbs Arcadiæ in Lyceo monte, inde Lycosureus, Stephan.

Lyctonia, vrbs Cretæ insulæ, vt notat Tortelius.

Lyctus, Λύκτος, Cretæ vrbs edito in loco sita: vnde & Lithon quidam appellauerunt, teste Steph. *de vrb.* & Strab. *lib.* 10.

Lyctius, gentile, Λύκτιος, vt Lyctius Idomeneus, apud Virg. 3. *Æneid.*

LYCVRGVS, Λυκοῦργος, Nobilis Spartiates fuit, Polydectæ filius, & frater Eunomi Lacedæmoniorum regis: cui etiam in regnum successit, ignarus Eunomum vxorem grauidam reliquisse. Quòd vbi primùm cognouit, posito regis nomine, Prodici, hoc est, tutoris nomen assumpsit, régique adulto (Charilao ei nomen erat) regnum fideliter restituit. verùm quum ciuitatem pessimè institutam animaduerteret ad constituendam salubrioribus legibus Rempublicam animum adiecit. Conscriptis itaque iis quæ longa peregrinatione didicerat ciuitati vtilia fore, Delphos sese contulit, vt dei quoque consilium in re sanctissima exploraret. Quúmque Pythia consilium eius à Phœbo maximè probari, deíque potius quàm hominis inuentum esse respondisset, alacrior ad peragendum institutum factus, foro aliquot armatis occupato, leges suas perfert: quibus quum iam ciues mediocriter assuefactos videret, vt quas tulerat leges, æternas quoque redderet, hanc rationem commentus est. Simulat arduum quiddam adhuc superesse, quod ad ciuitatis salutem pertineret, quod tamen inconsulto oraculo aggrediendum non esset: eáque de causa se Delphos proficisci velle. Interim tamen Reip. interesse, vt leges quemadmodum latæ erant, in reditum suum inuiolatæ seruarentur: idque ita futurum primùm à regibus, deinde à cæteris omnibus iusiurandum exegit. Profectus itaque Delphos quum Pythiam respondentem audisset, nihil legibus illis absolutius esse: felicissimámque fore ciuitatem eam in qua illæ quàm diutissimè seruarentur, constituit sibi ampliùs in patriam non esse redeundum, ne illi aliquando iureiurando soluti, leges suas excuterent. Misso itaque Spartam oraculo, amicósque itineris comites amplexus, iísque dimissis, Cirrham concessit: vbi mox suis sibi manibus necem consciuit. Quamquam alij in Crissæ, nonnulli etiam in Creta interiisse volunt: vbi etiam eius sepulchrum apud Pergameam vrbem ostenditur. Spartani mortuo sacellum consecrarunt, & ob singularia eius in patriam merita diuinos ei honores tribuerunt. Vide latiùs vitam eius apud Plutarchum. ¶ Fuit & Lycurgus Nemeæ rex, & pater Archemori, alumni Hipsipyles: cuius meminit Statius *lib.* 5. *&* 6. *Thebaidos.* ¶ Fuit & Lycurgus alius, Thraciæ rex, filius Dryantis, qui quòd Thracas immoderatè vino deditos conspiceret, vites omnes toto regno excidi iussit: vt scribit Plutarch. eo in opusc. quod de poëtarum vtilitate scripsit. Hinc datus est poëtis locus fabulæ, Lycurgum infestissimo Bacchum odio prosequutum esse, adeò vt nutrices illius in Nysa latentes persequeretur, & Baccho ipsi tantum terroris incusserit, vt præcipiti fuga traiecto mari, in Naxum se receperit: ideóque iusta numinum ira Lycurgum in furorem conuersum: & quum vites quoque, ne Baccho in posterum libaretur, excidere vellet, tibias sibi succidisse. Hic est ille Lycurgus, cuius meminit Plaut. *Capt. sc.* 4. *a.* 3. Alcmæo, Orestes, Lycurgus, insani. Item Virg. 3. *Æneid.*

Terra procul vastis colitur Mauortia campis,
Thraces arant, acri quondam regnata Lycurgo.

Lycurgeus, a, um, Λυκούργειος. Cic. *ad Attic. lib.* 1. Nosmetipsi qui Lycurgei à principio fuissemus, quotidie dimitigamur. Vbi interpres, Lycurgei, id est, optimates, legum assectæ, & propugnatores: qualis Lycurgus, apud Laconas legum conditor. Budæus seuerissimum interpretatur.

Lycus, Λύκος, Bœotiæ rex fuit, qui Antiopam Nyctei regis filiam vxorem duxit, quam postea, quum à Ioue in Satyrum conuerso compressam cognouisset, repudiauit, Dircémque vxorem duxit. quæ verita ne Antiope cum Lyco in gratiam rediret, arctissimis eam in vinculis asseruauit: quibus Iouis miseratione dissolutis, in Cithæronem montem profugit, vbi Amphionem & Zethum peperit: qui postea à pastore, qui ipsos nutrierat, de Lyci iniuria edocti, eum vna cum vxore, interfecerunt. ¶ Alius fuit Lycus quidam exul Thebanus, qui eo tempore quo Hercules ad inferos descenderat, rei bene gerendæ occasionem sibi oblatam ratus, Creonte occiso, regnum Thebanorum occupauit: quúmque iam Megaræ Herculis vxori vim inferre pararet, opportuno illius reditu oppressus est, & cum suis omnibus interfectus. Vide Senecam in Hercule furente. ¶ Fuit item Lycus, quidam ex Æneæ comitibus, de quo Virg. *lib.* 1.

Nunc Amyci casum gemit, & crudelia secum
Fata Lyci.

¶ Est etiam Lycus, Λύκος, fluuius Ponti præter Heracleam Maryandinorum in Pontum Euxinum influens. Autor Plin. *lib.* 2. *cap.* 103. ¶ Alius item est eiusdem nominis fluuius in Asia, Laodiceam præterfluens: cuius meminit idem Plin. *lib.* 2. *c.* 19. ¶ Est item Lycus Germaniæ fluuius, Rhætos dirimens à Vindelicis, & præter Augustam Vindelicorum in

in Danubium illabens, teste Ptolemæo *lib.2. cap.12.* {Der Sack.}

Lyddă, λύδδα, Iudææ oppidum, ad occasum Iordanis fluuij, teste Ptolem. *lib.5. cap.16.* & Plin. *lib.16. cap.14.* Vulgò *Rama.*

Lyde dilecta claro Poetæ. Ouid. *Eleg.3. lib.1. Trist.*

Lydĭa, {לודים *ludim.* λυδία.} Regio Asiæ minoris, Crœso rege & Pactolo aurifero flumine notissima, quæ flexuosis Mæandri amnis recursibus perfusa, super Ioniam procedit, Phrygiæ ab ortu Solis vicina, ad Septentrionem Mysiæ, Meridiana parte Cariam amplectens. Lydia dicta est à Lydo Atyos filio, quum antea Mæonia vocaretur. Vrbes habet Philadelphiam, Hypepas, Magnesiam, & Sardis Crœsi regiam, totiusque regionis caput. ¶ Huius regionis incolæ Lydi dicuntur, qui primi aurum, argentúmque signarunt: primique caupones, institorésque fuerunt, autor Herodot. *lib.1.* ¶ Lydus in meridie, λυδὸς ἐν μεσημβρίᾳ. In hominem insatiatæ, aut etiam intempestiuæ libidinis dictitabatur. Narrant Lydos adeò libidine perditos fuisse, vt non tantùm nocte vacarent voluptati venereæ, verum etiam ipso meridie lasciuirent, manibus fœdum opus peragentes. Vnde λυδίζειν dicunt Græci pro Lydorum more vitam agere. ¶ Lydus cauponatur, λυδὸς καπηλεύει. In effœminatos, & voluptatibus additos iaciebatur. ¶ Lydum in planitiem prouocas, λυδὸν εἰς πεδίον προκαλεῖς. In eum competit, qui lacessit iamdudum ad id propensum ac promptum. Notati sunt Lydi, quod ad bellum capessendum plus æquo propensiores essent.

Lydius modus in Musicis dicitur, qui decurrit in F & f, diuisus in C, finitus in F. Leuatus decurrit inter b & bb, diuiditur in f. Durus est & minax, Luciano βακχικός, id est, insanus. Ambitus eius est *fa vt*: vel fa vt, sol vt, quum in Ionicum mutatur, sed tum pro mi accipit *fa*. A Lydis populis dictus est. Vide Glareanum. Aiunt, Lydios modos à Cario Lydo inuentos, qui Iouis habitus est filius & Torebiæ. Minus incitata est Lydia, quàm Phrygia harmonia. Vide Scaliger. *lib.1. poët. cap.19.*

Lydĭus lapis, Coticula est, cuius attritu aurum proditur cuiusmodi fit: alio nomine Heraclius lapis vocatus, teste Theophrasto *de natura lapidum, βάσανος.* Latini etiam indicem appellant, in quem Battus ille pastor apud Ouidium transfiguratus fingitur, manente nimirum etiam num prodendi studio. De hoc meminit Plin. *lib.33. cap.8.* his quidem verbis. Auri argentique mentionem comitatur lapis, quem Coticulam appellant, quoniam non solitus inueniri, nisi in flumine Tmolo, vt autor est Theophrastus: nunc verò passim, quem alij Heraclium, alij Lydium vocant. His coticulis periti quum è vena, vt lima rapuerint experimentum, protinus dicunt quantum auri sit in ea, quantum argenti, vel æris, scrupulari differentia, mirabili ratione non fallente. ¶ Vicem autem prouerbij habet in eos qui vehementer acri, exactóque iudicio sunt, vt lapides Lydij, λίθοι ἡρακλεῖαι, ἢ λίθοι λυδαί vocentur. Tibull. *lib.4.*

———— Non mihi regna
Lydia non magni potior sit fama Philippi.

Lydij barbari, i. Ludij. Vide *Ludius.*

Lydus, λυδὸς, Herculis filius ex Iole. Alter filius Athyos, & frater Tyrrheni: à quo Lydia regio est appellata. Nam quum propter terræ sterilitatem Mæonia populum suum alere non posset, Tyrrhenus sorte iacta discedens, cum ingenti multitudine ad Italiam veniens, eam tenuit partem, quæ ad mare inferum versa est, & à se Tyrrheniam nominauit, mareque ipsum Tyrrhenum: Lydus verò remanens, Mæoniam de suo nomine vocitauit.

Lygdamus, λύγδαμος, Naxius quidam fuit, Pisistrato in recuperanda tyrannide adiutor. Herodot. *lib.1.*

Lygdanum, oppidum Teuthraniæ, quæ Mysiæ pars est, teste Plin. *lib.5. cap.30.*

Lygos, seu Lygus, λύγος, Frutex est ad iustæ penè arboris magnitudinem excrescens in asperis nascens locis, & ferè in fluminum ripis, ramos habens longos, folia oliuæ, sed molliora. ¶ Duo eius sunt genera, vnum flore partim albo, partim purpureo: alterum flore purpureo tantùm, & semine piperi non dissimili. Ratio nominis ducta est à ramorum flexibilitate. Nam λύγος, à Græcis dicitur vimen. Ob quam etiam rationem à Latinis Vitex dicitur. Officinæ vocant, *Agnum castum.*

Lyle, λύλη, vrbs Arcadiæ. Gentile Lylæus. Steph.

Lymira, oppidum est Lyciæ, cum fluuio eiusdem nominis in quem Arycandus influit, teste Plin. *lib.5. cap.17.* Ptolemæus transpositis vocalibus λίμυρα appellat.

Lympha, æ, νύμφη. Quidam scribunt Limfa, aut Limpa: & inde ducunt Limpidus. {מים *maiim.* νᾶμα. GALL. *Eau.* ITAL. *Acqua.* GERM. Wasser. HISP. *Agua.*} A nostris aqua, per mutationem n in l, quasi Nympha. Nam Græcè dicitur νύμφη. Col. *lib.10.* Doctaque Parthenope Sebethide roscida lympha. Virg. 4. *Æneid.* Dic corpus properet fluuiali spargere lympha. Horat. *Epod.16.*

———— montibus altis
Leuis crepitante lympha desilit pede.

Virg. 4. *Æneid.*

———— transit de gurgite lymphas.

Restringere pocula lympha,

Horat. 1. *Serm. sat.5.* Tibull. *lib.4.* Regia lympha.

Lymphātĭci, Furiosi, insanientes, quasi Nympharum conspectu in furorem versi. {משגעים *meschuggahim.* νυμφόληπτοι. GALL. *Forcenez, troublez d'esprit par quelque vision.* ITAL. *Matti, pazzi, stolti, furiosi.* GERM. Vnsinnig, verstrocket. HISP. *Locos, rauiosos.* ANGL. *Which ar mad or out of wit by seing some thing in the water.*} Nam creditum est ab antiquis, vt inquit Festus, qui in fonte speciem quandam, id est, imaginem nymphæ vidisset, furore corripi, quos Græci, νυμφολήπτους, Latini Lymphaticos vocant. Plin. *lib.25. cap.5.* de Elleboro albo. Medetur itaque morbis comitialibus, vertigini, melancholicis insanientibus, lymphaticis. Idem *lib.25. cap.8.* Semen eius potum lymphatica somnia facere dicitur. Liuius 10. *ab Vrbe.* Ita victorem equitatum velut lymphaticus pauor dissipat. Tales sunt ferè ij, qui cerriti & laruati dicuntur: quasi Cereris ira, aut laruarum occursatione vexati. Plautus, Laruatus certè es, aut cerritus. Et *alibi*, Iube hanc pro cerita circumferri. Lymphatici metus. Senec. *Epist.86.* Lymphatici nummi apud Plautum. Vide verbum *Confisio.*

[Lymphio, vide *Philoponus.*]

Lympho, as, verbum actiuum, In furorem ago. {שגע *schighghéah.* ἐκμαίνω. GALL. *Mettre hors du sens.* ITAL. *Infuriare.* GERM. Vnsinnig oder verstocket machen, verwirren. HISP. *Rauiar, y hazer rauiar à otro.* ANGL. *To make mad.*} Valer. 3. *Argonaut.* Rupta quies: Deus ancipitem lymphauerat vrbem. id est, turbarat, & in belli furorem verterat. Eius passiuo vsus est Plin. *lib.34. cap.17.* Hac herba epota lymphari homines. ¶ Aliquando etiam legitur Lymphor deponens, teste Priscianus, vt apud Curtium, Quippe lymphati, trepidare cœperunt, omnia pectora, occulto metu percutiente. Nisi fortè ibi malimus legere *lymphati.*

Lymphātus, a, um, Furiosus, insanus, furore correptus. {משגע *meschighghah.* νυμφόληπτος, φρενόληπτος. GALL. *Forcené, troublé de son sens pour quelque vision.* ITAL. *Insano, furioso, pazzo.* GERM. Vnsinnig. HISP. *Rauioso.* ANGL. *Mad, furious.*} Horat. *lib.1. Carm.* Mentémque lymphatam Mareotico Redegit in veros timores. Virgil. 4. *Æneid.*

Immensam sine more furit lymphata per vrbem, i. mente commota, furiata.

Plin. *lib.30. cap.10.* Rursus magi tradunt lymphatos sanguine talpæ aspersu resipiscere. Metu lymphato trepidare, Lucan. *lib.7.* Pectora lymphata, Ouid. 11. *Metam.*

[Lymphaticus, furiosus. Varro *lib.6.* In Græcia commota mente, quos νυμφολήπτους appellant, ab eo lymphatos dixerunt nostri. Editio Aldi habet νυμφολήπτους, scil. correptos à nympha, vel nymphæ spiritu.]

Lymphātĭo, nis. {שגעון *schighghaghôn.* νυμφοληψία, φρενοληψία. GALL. *Troublement d'esprit, forcenerie.* ITAL. *Pazzia, furia.* GERM. Wütung. HISP. *Aquella obra de rauiar.* ANGL. *Rage, madnesse.*} Plin. *lib.35. cap.15.* Et præfixisse in limine è sepulchro euulsos clauos aduersùs nocturnas lymphationes.

[Lympheones, antra nympharum, vel officinæ, & sacraria artium. Turn.]

Lyncēstis, λυγκηστὶς, Macedoniæ fluuius est, cuius aqua pota non minus ebrietatem inducit, quàm si quis vino se ingurgitasset. Plin. *lib.2. cap.103.* Lyncestis aqua temulentos facit. ¶ Est etiam Lyncestis, idis, λυγκηστὶς, Macedoniæ regio in Occidentem versa: cuius caput est Heraclea, teste Ptolem. *lib.3. cap.13.* ¶ Huius incolæ dicuntur Lyncestæ; quorum meminit Plin. *lib.4. cap.10.* Cæterùm idem author *lib.2. c.103.* quod est de miraculis aquarum, fontium & fluminum, Lyncestis vim describit, Lyncestis (inquit) aqua quæ vocatur acidula vini modo temulentos facit.

Lyncēstius, a, um, Ouid *lib.15. Metam.*

Hinc fluit effectu dispar Lyncestius amnis,
Quem quicunque parum moderato gurgite traxit,
Haud aliter titubat, quàm si mera vina bibisset.

Lynceus, duûm syllabarum, huius Lyncei, vel lynceos, penult obliquorum correpta, λυγκεύς. Vnus ex Argonautis, tanta oculorum acie præditus, vt diceretur, vel parietem visu penetrare, & (vt ex historicis nonnulli prodiderunt) nouissimam Lunam, primamque eodem die in tractu aëreis conspiceret, quod nulli præterea mortalium contigit vidisse. Hinc Valer. *lib.1. Argonaut.* Solaque tangit nubila lynceus. Hunc Varro centum triginta millia passuum prospexisse scribit: solitúmque exeuntem à portu Carthaginis classem Punicam, numerumque nauium, ex Libycana specula manifestissime notare. Solinus refert fuisse Strabonem. ¶ Fuit & Lynceus alius, frater Idæ, qui pro duabus Leucippi filiabus, quas desponsatas Castor & Pollux rapuerant, arma sumpserunt, initaque pugna Castor Lyncei. Lynceus Pollucis manu occubuit. Idas verò, quum ipsum etiam Pollucem conaretur adoriri, immisso à Ioue fulmine interiit. Vide Ouid. *ad finem lib.5. Fastor.* Apollonius tamen in Argonaut. idem à Castore interfectum tradit: idque Lynceum per abietem vidisse, & Castorem occidisse. Fuit & Lynceus, qui Danao patruo interfecto Argis regnauit. Idcirco Ἄργος λυγκήϊον. id est, Argos Lynceium, seu Lynceus nominatur. Vnde apud Ouid. 1. *Metamor. l.* Lyncea serua, i. Argiua.

Lyncēus, a, um, per tres syllabas, λύγκειος, denominatiuum est à Lynceus formatum. Ouid. 5. *Fast.*

Pectora traiectus Lynceo Castor ab ense,
Non expectato vulnere pressit humum.
Viue à lesi Pollux, & Lyncea perferat hasta,
Qua ceruix humeris continuata tegit.

In primo carmine, Lynceo est adiectiuum: in tertio Lyncea est accusatiuus à Lynceus primitiuo.

Lynceus, a, um, id est, Argiuus, a, um. Ouid. 1. *Metam.* Vide in proximo vocabulo, supra.

Lyncurium, λυγκούριον, Gemma est coloris subflaui, quam vetustas credidit ex lyncis vrina concrescere: vnde & nomen videtur accepisse, in qua etiam sententia fuit Plin. *lib.8. cap.38.* Item Ouid. 15. *Met.* vbi sic se habet,

Et quibus (vt memorant) quicquid vesica remisit,
Vertitur in lapides, & congelat aëre tacto.

Recentiores tamen asserunt lyncis vrinam non concrescere: quod etiam superioribus annis compertum est, lyncibus aliquot ex Africa in Galliam aduectis.

Lyncus, λύγκος, Rex Scythiæ fuit, qui missum à Cerere Triptolemum, vt hominibus frugum vsum commonstraret, susceptum hospitio, vt in se gloriam transferret, interimere cogitauit. Ob quam rem irata Ceres eum conuertit in lynceum feram varij coloris, vt ipse variæ mentis extiterat. Hæc Seruius. Ouid. 5. *Metam.*

Rex ibi Lynceus erat regni subit ille penates.

Lyndiis, vide *Lindus.*

Lynx, λύγξ, vrbs Lydiæ iuxta Gades, post Atlantem, est insula Atlantis. & vrbs Lynco, λυγκώ. Gentile, Lynxites & Lynxius.

Lynx, cis, masculini, vel fœminini generis. {λύγξ. GALL. *Lynx, vne espece de cerf de diuerses couleurs, & ayant le cuir tacheté & de veuë fort aigue.* ITAL. *Lupo ceruiero.* GERM. Ein luchs, ist ein fleckecht thier das vberaus ein scharpff gesicht. HISP. *Lobo cerual, animal de aguda vista.* ANGL. *A beast sharpe of sight called linx.*} Animal est ex luporum ceruariorum genere,

genere, vario colore, & maculoso tergore, acutissimóque visu. Plin. *lib.* 28. *cap.* 8. Peregrinæ sunt & lynces, quæ clarissimè omnium quadrupedum cernunt. Horat. 2. *Carm.* Timidos agitare lynces. Virg. 1. *Æneid.*

——— Maculosæ tegmine lyncis.

Huius vrina in calculi duritiem verti olim credebatur, & in lapidem eum concrescere, quem ob id lyncurium appellant. Quod tamen falsum esse nuper compertum est lyncibus aliquot ex Africa in Galliam aduectis.

Lyncĕŭs, a, um, adiect. Quod est Lyncis, vel quod lyncis habet naturam, λύγκειος. Horat. 1. *Serm. Satyr.* 2.

——— ne corporis optima lyncei
Contemplere oculis.

Est enim prius hemistichium versus dactylici finis: nisi per synæresim malis duas syllabas in vnam contrahi. Homo lynceus, id est, vehementer perspicax, quem non facilè quis fefellerit. Idem *ad Verr. lib.* 9. *Epist.* Quis est tam lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat, nusquam incurrat?

[Lyparis, gemma, cuius suffitu omnes bestiæ dicuntur euocari. Plin.

Lypesolŏgus, aliis maledicendo molestus. Suid.]

Lyră, {λύρα, χέλυς. GALL. *Vne harpe.* ITAL. *Lira.* GERM. Ein leiren. HISP. *Cierto instrumento musico de cuerdas como guittara, harpa.* ANGL. *An harpe.*} Instrumentum musicum, in quo quot sunt fides, tot resonant voces. Ouid. *Eleg.* 1. *lib.* 4.

Fertur in abducta Briseide tristis Achilles,
Æmonia curas attenuasse lyra.

Idem,

Dum ferit Ausonia carmina culta lyra.

Idem *Eleg. vlt. lib.* 4. *Trist.* Lyra dicta, quasi λύτρα, propterea quòd Apollini à Mercurio (qui eam primus creditur inuenisse) pro boum compensatione fuerit data: quæ antè chelys diceretur. Formam habet (vt inquit Plinius *lib.* 9. *cap.* 10.) testudinis. Horat. 1. *Carm. Ode* 10.

Te canam magni Iouis & deorum
Nuntium, curuæque lyræ parentem.

Ouid. 10. *Metam.*

Te lyra pulsa manu, te carmina nostra sonabunt.

¶ Lyra etiam signum cæleste est. Varro *lib.* 2. *de re rustic. cap.* 5. Hoc secundùm astri exortum facito, quod Græci vocant Lyram, Fidem nostri. Lyra occidit quarto Nonas Februarij, vel certè Calendis Februarij, idque noctu, teste Higino, quando occidunt terga Leonis. Ouid. 3. *Fastor.*

Illa nocte aliquis tollens ad sidera vultum
Dicet, vbi est hodie quæ Lyra fulsit heri?

Qui poeticam Astrologiam scriptis ferunt, volunt hanc lyram esse à Mercurio primùm inuentam in Cyllene Arcadiæ monte, & ab eo Apollini donatam. Apollinem autem, inuenta cithara Orpheo lyram concessisse: mortuo autem Orpheo, à Musis in cælo fuisse collocatam. Alij dicunt esse lyram Arionis citharœdi, qui floruit tempore Periandri Corinthiorum tyranni, & primus fuit omnium citharistarum. [¶ Lyra etiam est piscis quidam Aristoteli *lib.* 4. *hist. anim.* 9. Meminit & Massarius *in* 9. Plin. *cap.* 18.

Lyræ, lyræ, voces nugatoriæ, nil significantes. Plaut. Turn.]

Lyrĭcŭs, a, um, adiectiuum, quod ad lyram pertinet. λυρικός. Hinc Poëtæ Lyrici dicti, quòd ad Lyram sua carmina cantabant, statuebatúrque eis chorus quinquaginta virorum, ac tauro donabantur. Horat. 1. *Carm. Ode* 1.

Quòd si me lyricis vatibus inseris,
Sublimi feriam sidera vertice.

Modi lyrici. Ouid. *Epist.* 10.

——— Quum lyricis sim magis apta modis.

Lyrĭcă, orum, pro carminibus lyricis. Plin. iunior *lib.* 1. *Ep.* 3. Scribit enim & vtraque lingua lyrica doctissima.

Lyrĭcĕn, nis, qui lyra canit, cuius significationis est etiam lyristes. {λυρῳδός. GALL. *Iouëur de harpe.* ITAL. *Sonatore de lira.* GERM. Ein leirer. HISP. *Tannedor de aquel instrumento.* ANGL. *An harper.*} Plin. iun. *ad Genitorem,* Quàm multi, quum lector, aut lyristes, aut comœdus inductus est, calceos poscunt?

[Lyristes, λυριστής, verbale Græcum, à λυρίζω lyra cano.]

Lyrcēŭs, λύρκειος, Fons Arcadiæ sub Cynurtia monte, ex quo Inachus fluuius oritur. Autor Strabo *lib.* 4. *cap.* 8. & Stat. 4. *Thebaid.*

Aret Lerna nocens, aret Lyrceus, & ingens
Inachus.

¶ Stephanus Lyrceum agri Argiui montem esse ait, indéque vicinam regionem Lyrceam appellari.

Lyrcēŭs, a, um, λύρκειος. Ouid. 1. *Metam.*

——— ——— iam pascua Lernæ
Consitaque arboribus Lyrcea reliquerat arua.

Lyrcēĭŭs, a, um, per quatuor syllabas, λυρκήϊος. Valer. Flaccus *lib.* 1. *Argon.*

——— dominum Lyrceia tellus,
Astraque deprensa tremuerunt conscia culpa.

Lyris, vide *Liris*, per i, Latinum.

Lyrnatia, Λυρνατία, Chersonesus & parua regio Lyciæ. Gentile Lyrnatiçus. Steph.

Lyrnēssŭs, Λυρνησσός. Stephan. Oppidum fuit Troadis ab Achille euersum, quum Priamo bellum, ob Helenam à Paride filio raptam à Græcis inferretur. Ex quo Briseida quoque abduxit, occiso Minete eiusdem oppidi principe, quæ inde Lyrnessis ab Ouid. *lib.* 4. *Eleg.* 1. *Trist.* appellatur,

Fertur & abducta Lyrneside tristis Achilles.

Lyrnēssĭŭs, a, um, inde deductum nomen. λυρνήσσιος, Stephano. Virg. *lib.* 10. *Æneid.* Lyrnessius Acmon. Ouid. 3. *Epist. Briseidis ad Achillem,*

Diruta marte tuo Lyrnessia mœnia vidi.

Lysandĕr, Λύσανδρος, Lacedæmoniorum Imperator, homo factiosus, qui odium totius Græciæ in Lacedæmonios concitauit. Huius ductu Lacedæmonij Athenienses, ducemque eorum Cononem nauali prælio superarunt: paulò pòst tamen eodem duce à Canone superati sunt terrestri prælio, in quo & Lysander ipse occisus est. Reliquam eius vitam pete ex Plutarcho.

Lysanias, Λυσανίας, Orator Græcus. ¶ Alter fuit Arcas, qui Lycaonem regno expulit.

Lysbona, vide *Olisipo.*

Lysiades, Λυσιάδης, Atheniensis Phædri philosophi filius. de quo Cicer. *Philipp.* 5. sic scribit, Lysiadem Atheniensem plerique nouimus: est enim Phædri philosophi nobilis filius, homo præterea festiuus, vt ei cum M. Curio consessore eodem & collusore facillimè possit conuenire, &c.

Lysias, Λυσίας, Syracusanus genere, Cephali filius, vnus è decem oratoribus, natus Athenis quò pater se transtulerat. Post Thurion coloniam migrauit, rediit annos natus quadraginta septem, interque principes oratores est habitus. De quo sic scribit Cic. *in Bruto,* Tum fuit Lysias (inquit) ipse quidem in causis forensibus non versatus, sed egregie subtilis scriptor atque elegans, quem iam propè audeas oratorem perfectum dicere: (nam planè quidem perfectum, & cui nihil admodum desit, Demosthenem facilè dixeris) nihil acutè inuenire potuit in eis causis quas scripsit, nihil (vt ita dicam) subdolè, nihil versutè, quod ille non viderit: nihil subtiliter dici, nihil pressè, nihil enucleate quo fieri possit aliquid limatiùs: nihil contrà grande, nihil incitatum, nihil ornatum, vel verborum grauitate, vel sententiarum, quo quicquam esset elatius.

Lysicrates, Λυσικράτης, Atheniensis quidam, in quem aliquoties inuehitur Aristophanes, quòd capillos iam canos nigro colore inficeret, quo iuuenis etiam tum videretur. Erat autem alioqui simus, & deformis, & furax, & largitor, adeò vt locum fecerit prouerbio, Λυσικράτης δωροδοκῶν, στρατηγεῖ Ἀθηναίων, hoc est, Lysicrates largitor, Atheniensium Imperator, quo opportunè vtemur, quum significare voluerimus, penes eos summam esse potestatem, qui vt honores largitionibus sunt adepti, ita eosdem turpissimè habent venales. Autor Suidas.

Lysidice, Λυσιδίκη, filia fuit Pelopis & Hippodamiæ, Pitthei soror, quæ Electrioni nupsit, & ex eo Alcmenam Herculis matrem peperit, vt inquit Plutarchus. Alij verò, inter quos est interpres Homeri, matrem Alcmenes non Lysidicem Pelopis, sed Anaxo Ancei cuiusdam filiam dicunt.

[Lysidicus, controuersiarum diremptor.

Lysigămus, nuptias soluens.]

Lysimachia, Λυσιμάχεια, vulgò *Hexamili*, Thraciæ Cherronesi vrbs, ad Hellespontum, ob terræ motum deserta. Plin. *lib.* 4. *cap.* 11. ¶ Fuit & Lysimachia Ætoliæ vrbs, ad Hydram lacum, quam & ipsam sua ætate fuisse prostratam scribit Strabo *lib.* 10.

Lysimachia Plinio. Λυσιμάχιον Dioscoridi, Herba est, quæ vulgò *Salicaria* dicitur, siue quòd folia habeat salicis, siue quòd subter salices nascatur. Dicta Lysimachia, siue ab inuentore Lysimacho, siue παρὰ τὸ λύειν τὴν μάχην. Refert enim Plinius tantam huic herbæ componendorum dissidiorum vim inesse, vt discordantibus etiam iumentis iugo imposita, asperitatem eorum cohibeat. Huius variæ sunt species. 1. Lysimachia lutea, siue flore luteo. 2. Lysimachium flore purpureo. 3. Lysimachi genus, secundùm quosdam, dicitur herba quæ Antony vocatur, & filius ante patrem.

Lysimachus, Λυσίμαχος, Agathoclis filius, è successoribus Alexandri Magni, Pergamo præfuit, ibi thesauri regis fuerunt. Hic illustri quidem Macedoniæ loco natus, virtute illustrior fuit: amore literarum ac philosophiæ ardebat adeò, vt Callisthenem tunc ab Alexandro afflictum, atque in vinculis habitum de virtute disserentem sæpiùs audiuerit, poculúmque ei, ac remedium miseræ optanti propinauerit. Quod ægrè ferens Alexander, Lysimachum leoni obiecisse dicitur: sed ille viribus fretus rem posteris prodendam fecit, manum amiculo conuolutam in os leonis inserens, adrepta lingua feram exanimauit: quo facto vehementiùs postea Alexandro dilectus, & in honore maximo fuit. Vide Trogum *lib.* 15. ¶ Lysimachus, Λυσίμαχος, natione Acarnan, Alexandri pædagogus, secundas post Leonidem obtinuit: nullo vrbanitatis genere præditus, nisi quòd se Phœnicem: Alexandrum, Achillem: Philippum verò Peleum nuncupabat. Autor Plutarchus *in Alexandro.* ¶ Lysimachus item alius fuit, patria Atheniensis, Aristidis Iusti filius, qui ob memoriam paternorum in Rempublicam meritorum, adeò charus populo fuit, vt quum à patre prorsus inops relictus esset: (fuit enim Aristides adeò pauper, vt in defuncti ædibus nihil præter veru ferreum fuerit inuentum) publico tamen decreto centum ei agri consiti, totidémque inculti iugera in Eubœa fuerint assignata, centúmque minæ ex publico numeratæ, & quaternæ drachmæ in singulos dies. Vide de his plura apud Plutarchum in vita Aristidis, & Demosthenem in oratione aduersus Leptinen.

[Lysiponia, labores, & lassitudines soluentia. Tiraq.]

Lysippē, es, Λυσίππη, vna fuit filiarum Prœti, quæ & sorores, quòd se Iunoni præferre non essent veritæ, tanto furore correptæ sunt, vt per agros discurrentes, se vaccas esse crederent. Vide *Iphianissa.*

Lysippŭs, Sicyonius clarissimus statuarius, qui ad sexcenta decem opera fecisse traditur, quorum singula arti claritatem dare potuissent. Hic, teste Quintiliano, ad veritatem optimè accessit: quamobrem etiam Alexander ille Magnus ab vno Lysippo se fingi voluit, vt pingi ab Apelle. Horat. *lib.* 2. *Epist. ad Augustum.*

Edicto vetuit, ne quis se præter Apellem
Pingeret, aut alius Lysippo duceret æra
Fortis Alexandri vultum simulantia.

Cicero, Neque enim Alexander ille gratiæ causa ab Apelle potissimùm pingi, & à Lysippo fingi volebat: sed quòd illorum artem cum ipsis tum etiam sibi gloriæ fore putabat, &c. ¶ Lysippus item poëta comicus fuit, cuius fabulas enumerat Athenæus.

Lysis, is, & ios, λύσις, id est, solutio, à λύω, soluo. Cic. 10. *Tusc.* Ex quo ipsam ægritudinem & λύσιν Chrysippus, quasi solutionem totius hominis appellatam putat. ¶ Lysis in architectura, hiatus est ianuarum, id est, solutio continui parietis. Vitruu. *lib.* 6. *cap.* 10.

Lysistrătus, Λυσίστρατος, Lysippi statuarij frater fuit, qui primus signa ex gypso finxit. Vide Plin. *lib.* 35. *cap.* 12.

Lysius, Λύσιος. Liberi patris cognomen apud Bœotios, ἀπὸ τοῦ λύειν, hoc est, à soluendo impositum. Ferunt enim Bœotios aliquando à Thracibus deprehensos, partim captos, partim in fugam versos fuisse: ex quibus quum nonnulli ad Trophonij specum confugissent, visum est iis noctu, astantem Deum Liberi patris sibi auxilium promittere. Quo somnio alacriores redditi, Thracas ex insidiis adorti sunt: quos quum vino somnóque obreptos inuenissent, nullo negotio superarunt: receptisque suis quum in patriam rediissent, Dionysio cognomento Lysio templum consecrarunt. Autor Heraclides Ponticus. ¶ Iulius Pollux, deos omnes qui auerruncandi mali gratia colebantur, Lysios vocari ait, quos & ἀλεξικάκους, & ἀποτροπαίους Græci nominant.

[Lyssa, rabies canum sub caniculam. Vide *Lytta*.]

Lytæ, Λυταί, Exigua Thessaliæ regio, circa Peneum amnem: sic dicta, quòd Neptunus dissipatis aquis, Tempe ab inundatione liberarit.

[Lytheria, solutoria, signa morbi magni solutionem præcedentia. L.M.

Lytherium, porcellus, cuius mactati sanguine linebantur manus eius, pro quo expiatio fiebat.]

Lythirambus, Λυθίραμβος. Bacchi cognomentum, inde impositum, quòd eo ex femore Iouis (cui interempta matre insertus fuerat) in lucem prodituro, identidem Iupiter inclamauerit, λῦθι ῥάμμα, id est, solue suturam.

[Lytiersis, cantilena messorum.]

Lytron, lytrum, λύτρον, redemptionis pretium, quod pro redemptura dependitur: pretium redempti apud Liuium, pretium quo captiui redimuntur. {Gall. *Rançon*. Ital. *Riscatto*. Germ. Lößgelt/item Ranzon. Hisp. *Rancon*.}

Lytra, vel Lutra Hectoris, fabula quædam Ennij, quam è re ipsa inscripserat, quòd scilicet Priamus comitatus Phrygibus in castra Græcorum venerat, vt filium Hectorem redimeret.

Lyttā, Λύττα, genus vermiculi qui nascitur in lingua canum. {Angl. *A worme in a dogges tonge which maketh him mad if he be not taken out*.} Hic si infantibus catulis eximitur, nec rabidi fiunt, nec fastidium sentiunt. Plin. *lib*. 29. *cap*. 5.

Lytus, fluuius est minoris Asiæ in Pontum defluens.

Lyxēa, Λύξεα, Arcananiæ oppidum. Steph.

[Lyxeus, gentile. Idem.

Lyzizōna, mulier cui soluta zona, quæ cum viro concubuit. Suid.]

NOTÆ ANTIQVORVM.

L. Lucius, Lælius, libertus, locus, lector, Lollius, quinquaginta. L.A. lex alia. LA.C. Latini coloni. L.A.D locus alter datus. L.ÆL. Lucius Ælius. L. AG lex agraria. L. AN. quinquaginta annis. Lucius Annius. L.AP. ludis Apollinaribus. LAT.P.VIII.E.S. latum pedes octo & semis. L. ADQ. locus adquisitus.

LB. liberi. L.BIB. Lucius Bibulus. L.B.M.D. locum benè merenti dedit. L.BO. Lex boaria. L.B.P. locus benè possessus.

LC. locus. L.C. Latini coloni, Lucius Cornelius, libertatis causa. Latini ciues, seu Consules. LC.DIV. lucrum diuinum. L.CÆ. vel L. COEL. Lucius Cælius, Cœlius. L. CENS. Lucius Censorinus. L. CIN. Lucius Cinna, lex Cincia.

LD. laudandum. L.D locum deditum, lucrum dedititium, legem dat. L.D.Æ.B.M. Locum dedit Æmilius benè merenti. L.DD. locus deditus. L.D.D. locus dono datus. L.D.D.D. locus datus decreto Decurionum, libens dono dedit, dicauit, libens dato decreto Decurionum. L.DD.D. locum Diis dicauit. L.DIV. locus diuinus.

LEG.E.D. lege eius damnatus. LEG. legio. LEG.III.ITL. Legionis tertiæ Italiæ. LEG.X. legionis decimæ. L.EM. locus emptus.

L.F. Lucij filius, Lucius Flauius. Lucius Flaminius. L. FIL. Lucij filius, L.FV. Lucius Furius.

LG. legatus, leges, legatum. LG.D. legem dedit. LG.EG. lege egisse. LG.F.S. legem fecit suam. LG.PM. legem promisit. LG.S.F. legem suam fecit. LG.S.I. legem seruare iussit. LG.S.P. legem suam præcidit, promisit.

L.H. lucum hunc, locus hæredum, locum hæreditatis.

LIB. libertas, libertus. LIB.LIBQ. POSTQ. EOR. libertis, libertabusque, posterisque eorum. L.I.D.A.C. Lex Iulia de adulteriis coërcendis. L.I.D.AG. Lex Iulia Diui Augusti. L.II. locus iniuriæ. L.II.Q. lex iniuriæ Quiritium. L.IMPL. locus Imperialis. L.II.F. locus inter fines. LITR. literæ. L.IV.REP. Lex Iulia repetundarum.

LL. Lælius. L.L. Lucij libertus. Liuij libertus. Laudabilis loci. L.L.L. Lucij liberti locus. L.L.L.M.M. lacerat lacertum Largij mordax Memmius. L.LQ.E. libertis, libertabusque eorum. L.LVC. Q. F. Lucius Lucejus Quinti filius.

L.M. Lucius Murena, locus monumenti, locus mortuorum. L.MAN. Lucius Manlius. L.M. D. locus mortuis dicatus, locus Manibus dicatus. L.M.E. lex mecum est. L.MV. Lucius Murena.

L.N. Latini nominis. L.NN.F. Lucius Nonius Faustinus.

LONG.P.VII.L.P.III. longum pedes septem, latum pedes tres.

L.P. locus proprius, lege punitus. Latini prisci, locus publicus, aut priuatus. L.P.C.R. Latini prisci ciues Romani. L.P.D. locus publicè datus. L.PL. lex plebeia, locus publicus.

L.Q.S. locus qui supra. L.Q.S.E. locus qui supra est.

L.R. locus religiosus, lex Romana. L. RV. lex rusticana. L. R. I. lex Regis iusta.

L.S. Laribus sacrum, locus sacer, lucum sacrum. Lucius Samius. L.SC. locus sacer. L.S.DEN. Lucius Sicinius Dentatus. L.S.PAL. loca sacra palatij.

L.T. Lucius Tatius, legem tulit. LT.PR. Latini patres.

LV. quinquaginta quinque. L. V. lex vetus. L. VAL. Lucius Valerius. LVCRE. Lucretius. LVD.AP. ludi Apollinares. L.VOC. lex Voconia. LVD.SÆC. ludi sæculares.

LX. sexaginta.

AC1 1464330

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google